una ediz. è di Colonia Agrippina 159[illegible] fol.
ma non è la prima.

[illegible]. proibito, donec expurg.

Lexicon juridicum

juris Rom. simul et pontificii
a doctoribus item et practicis
in schola atque in foro
usitatarum vocum
penus.

LEXICON IVRIS
SIMONIS SCHARDII I. C. OPERA AC STVDIO collectum.

DE LITERA A.

A Litera, de qua M. Cicero lib. j. de Diuinat. Sus (inquit) Rostro humi A, literam impressit. Eadem in Græciam è Phœnice à Cadmo adlata fuit, ut Plinius lib. 7. cap. 56. histor. natural. scribit, de rerum inuentoribus loquens.

A, salutaris litera à Cicerone pro Milo. rectè dicitur. Nam apud ueteres Romanos absolutionis notam fuisse docent Alex. ab Alex. Genial. dierum lib 3. cap. 14. Bud. in l. 2. ff. de origi. iur. & eruditissimi quiq; ex Asconio in Oratio. pro Milone. Fuit etiam nota in suffragijs, & comitijs legum, qua se ciues repudiare rogationem significabant. Nam duæ tabulæ dari solebant: quarum in altera V. R. id est, Vti rogas, scriptum erat: in altera A. id est, Antiquo, antiqua sequor, noua non placent. Erat &, ut aliæ permultæ, prænominis nota, ut ex Valerio Probo Epigrammatisq; Vrb. Veteris liquidò cõstat. Sed &

A. Augustum significat in inscriptionibus & subscriptionibus constitutionum C. Theodos. & Iustiniani, & Nouel. Erat &

A litera nota prænominis, & solo puncto postposito, Aulum significat: hoc modo, A. Ofilius, qui fuit Iuriscos. Octauij Cæsaris imperio, Ser. Sulpitij auditor. Item A. Cassellius, uel ut in plerisq; locis est, Cesellius (si Bernardino Rutilio credimus, qui uitas priscorum iuriscosꝰ exactè, eleganterq; conscripsit) Iurisconsultus, item ęqualis Trebatio atq; Ofilio: quorũ meminit Põponius in modò citata l. §. Seruius autẽ. & §. Fuit eodem tempore & Trebatius. Spiegel.

A quoq; præpositio est, quæ pro donec, Alciato lib. 7. Parerg. cap. 21. accipi debet apud Terentiũ Clementem l. sed si hoc. 62. §. 2. ff. de cond. & demonstr. ibi, si à liberis non nupserit: id est, donec uel quãdiu filios habuerit, eos nõ deseruerit. Sonat etiam idem quod, Pro: quo significatu usus est M. Cicero in Cluẽtiana: Non modò dicendi à reo, sed ne surgendi potestas, &c. id est, pro reo. Sumitur quandoque pro, Post, apud Pomponium l. 2. §. 8. & 13. ff. de orig. iur. à regibus, à cęde: id est, post reges, post cędem. & apud Paulum l. pater. 30. §. 1. ff. de adulter. Interdũ loci propinquitatem denotat: ut, A' theatro uenire: id est, à loco, qui est iuxta theatrum. Aliquãdo ponitur pro, Per: teste Alberico, ut in diui Antonini constitutione l. 1. C. ad leg. Fab. de plag. ibi, A' quo: id est per quẽ. Interdum sumitur pro, De: ut, A' castro Nouo. Sic aliquando nõ indoctos loquutos fuisse scribit Thom. ille Linacer, Anglorum decus. indicans etiam pro, Versus, præpositione usurpari. Sed & separationem significat apud Pomponium l. . §. fi. ibi, A' Brundesio. ff. de acti. empt. Idq; Bartol. in l. si ex duobus. ff. de duob. re. & Bald. in l. à caligato. C. de n̄.pt. adnotant. Priuandi quoq; uim habet, & significationem uerbi, cui iuncta est, immutat: ut in dictione ἀπόλιδες, qua usus est Vlpianus in l. 1. §. hi quib. ff. de leg. 3. quàue extorres significantur.

A' quoq; præpositio causatiuè accipitur apud d. Augustinum, & Isidor. c. coniuges. & can. coniunx. 27. q. Sumitur etiam pro Ex, apud Gaium, l. adeò. 7. §. quòd si uno. ff. de acq. re. dom.

A' præpositio aliquando subauditur à iure apud Macrũ, l. milites agrum. in prin. ff. de re iudic. & apud Papinianum l. liberto. 31. §. litem. ff. de neg. gest.

A', præpositione eleganter usi sun tIuriscosꝰ. habetq; uim immediati temporis. Sic Pompon. l. 2. de orig. iur. dixit, A' cæde: pro, Continuò post cædem. Item, à regibus: pro, Post reges, in ead. l. Item Paulus simili loquendi figura protulit, A' diuortio, in l. præter. ff. de adult.

Item elegãter usurpatur, quum inter partes dissidentes uolumus significare, alterutrius expugnatores, & amicos: ut qui à reo, uel ab actore esse dicuntur. Particulæ uerò hæ, iunctæ cum certis nominib. ministros significant: ut, A' manu, à studijs, à commentarijs, à libellis, à rationibus. Sueton. in Claud. Super hos Polybium à studijs, Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoque Senatus, nõ præmijs modò ingentibus, sed & Quæstorijs, Prætorijsq; ornamentis ornari passus est.

A & AB dictiones, suapte natura sunt exclusiuæ & separatiuæ: ut uoluit gl. in l. ratio. §. si per uenditorẽ. in fi. ff. de actio. empt. & in l. si ex duobus. in prin. in Verbo: ab altero: & ibi Ang. ff. de duob. reis. Bart. in l. meminisse. in prin. ff. de offic. procon. Olden. latè consil. 49. cõsueuit dubitari. col. j. Signo. consil. 101. factum sic se habet infans. col. 2. uersic. præterea cùm diffinitio. Bald. qui notanter tamen distinguit in l. nuptæ. §. Senatores. ff. de Senato. & in l. militis codicillis. ff. de testam. mil. & in c. cæterùm. colum. pen. uersic. item scias. extr. de iudi. & in c. 1. col. 2. de seq. poss. & fruct. & in c. excommunicatis, quod est pe. & ibi Barb. in 2. not. extr. de off. deleg. & idem Bald. in c. ego. N. de iureiu. & plenè ac pulchrè cõsil. 457. colum. 3. lib. 1. & cõsil. 357. uers. nota pro duce. col. 2. uersic. sequitur. lib. 5. Pet. Anch. in c. statutum. colum. 2. in 5. not. de præben. lib. 6. Lucas Pen. in l. 1. ad fin. C. ut nemo ad suum patro. lib. xj. Pet. Ferra. in tit. Forma. capit. actor. in uerbo, usq; ad calend. Ianua. cum alijs concord. adductis ab Alex. in addi. ad Bart. in l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. 3. & consil. 42. lib. 3. & Maria. in c. literæ. colum. 12. extr. de dilatio. & Corne. consil. 259. quæritur à me. colum. ult. lib. 1. Quod & ex eo satis probatur, quòd qui rectè ac propriè loquũtur, ijs dictionibus, A' & A B, pro dictione Post, quæ & separatiua est, ut diximus in præcedenti limitatione, sæpe usurpant: ut de priore Pomponius noster in l. 2. §. quod ad magistratus. ff. de orig. iur. ubi ita scribitur: & ueluti secundum locum à regibus obtinebat. id est, ut annotat Zasius, post reges: neq; enim is rex erat. Et Suetonius in Cęsare: Plebs statim à funere ad domum Bruti & Cassij cum facibus retendit. Et Plinius lib. 25. c. 5. Hoc contingere, si à conceptu succus continuus bibatur in passo. Et paulo post: Quarto die à balneo coire eos. Et latè Andr. Tiraquel. in repeti. l. si unquam. in uerbo postea. C. de

reuo.donat.De dictione etiã Ab,est illud in eundem sensum Plauti in Pœnulo. Iam ab re duina credo apparebunt domi.& Columellæ lib.11.cai.15. Post hæc quæ diximus,ouillum,& ab hoc caprinum est.& Ouidij,Tristium lib.4.Elegia 10.eademq; ultima:

Tu mihi (quod rarum est) uiuo sublime dedisti
Nomen ab exequijs quod dare fama solet.

Vt interim omittam Accursium, ita hanc dictionem exponentem in l.neminem. in princ. C. de decurio. lib.10. Nec interim prætermittam, quosdam esse, qui inter huiusmodi dictiones A' & A B discrimen faciunt, quantum ad uim excludendi uel includendi, ut per Alberi.in l.1.§.æstatem. ff.de aqua quoti. & æstiua. Tiraquellus in tract. *de retract. lignagier.* §.1. *&* *iour.* glo.11. Est item A uel A B dictio significatiua termini, A quo, sicut dictio Vsque, termini Ad quem. Hic autem terminus A quo, significat exclusiuè, de quo Bartol.in l.patronus.§.1.in fin.ff.leg.3. Olden.

A' B I S septem uerbis. Prouerbium in eos cõpetens, qui à noxia quapiam purgati sunt: propterea quòd antiquitus mos esset, homicidio pollutos, uestes suas bis septem inũdationibus immersionibusque lauare. Erasm. citat Suidam. Spieg.

A B R V N D V S I O uinũ uenire, Pomponius uenustè dixit in l.3.sub finẽ,de acti. emp. cuius sensum Interpres non est rectè assecutus: qui tamen obuius est, callentibus Romani sermonis elegantiam, cuius fuêre ueteres Iurisconsulti in primis obseruantes, ut in Compendio eruditissimorum hominũ testimonio probabimus. Spieg.

A' C A N E feroce lęsus: uide Paulũ in l.2.ff.si quadrup.paup.fec.

A' C A P I T E arcessere. Quũ res ab eo repetitur, quod est in negocio præcipuum, à capite arcessi dicitur. Vide Ciceron.lib.de oratore 2. Item lib. de Legib.1.& in Topicis. Spieg.

A C A P I T E ducere: id est, ab origine. Caput est enim, è quo riuuli manant. Vlpian.in l.1.de aqua cotid. Nam superiora, inquit, interdicta, ad eos pertinent, qui à capite ducunt. Vide infrà, Caput aquæ. Spiegel.

A' C A P I T E periculum propulsare. Vide, Agere de capite.

A' C A P I T E rationẽ reddendam, ut intelligi debeat, ostendit Paulus iurisconsultus, in l. & qui natura. ff.negotiorum gestor.

A' C A R C E R I B V S. Latini scriptores cùm exorsum negocij significare uolunt, ab ipsis carceribus, dicunt: quum finem, ad metam usq;. Sumptum à certaminibus equestribus, ubi cursus initium est à carceribus, id est repagulis. Carcer autẽ, undecunque prohibemur exire, locum significat: ab arcendo dictus Varroni. Est tamen noxiorũ propriè custodia: quem nonnullis à coercendo deduci placet. De quo uide Bart.in l.cap.5.ad leg.Iul.de adult.& infrà, Carcer Iure Ciuili. Spieg.

A' C E R T O hærede legare: certo hæredi, ut legatum aliquod præstet, mãdare, sic ut ab illo debeatur solo. Cicero in Topic. Si paterfamiliâs uxori ancillarum usumfructum legauit à filio, neque à secundo hærede legauit mortuo filio, mulier usumfructũ non amittet. Idem pro Cluentio: Itaque ei testamento legat grandem pecuniam à filio, si qui natus esset: ab secundo hærede nihil legat. Marcellus l.6. D.de auro & argento: Seia ab hærede P. Mæuio ita legauit. Iulianus l.quæsitum, 91.D.de legat.& fid. 2. Si filiusfam.qui filium habebat, hæres institutus fuisset, an ab eo, filio eius legari posset? Respondi, cum possit à filio patri legari, &c. Item: Si mihi seruus à hærede legatus fuerit. Neratius l. à Titio, 64. ff. de furt. A' Titio hærede homo Seio legatus, ante aditam hæreditatem Titio furtum fecit. Hotoman.

A' C O M M E N T A R I I S, qui præsunt commentarijs: id est, qui in commentariũ custodias referunt, & ueluti diarium custodiarum conficiunt. Hos Asconius, ut & Iurisconsultus, uocat Commentarienses, non à commentario, carceris loco, ut Accursio diuinare libuit, quemadmodũ à Budæo in l. abesse. ff.de minoribus, rectè notatur. Spieg.

A' C V B I C V L O, pro eo qui Principali cubiculo minister adscriptus est, usurpari uideo etiam à non uulgariter eruditis. ut attestatur Epigraphe, quæ extat apud Ciceronianorum principem, Petrum Bembum, lib. Epist. xj. quas ipse Leonis X. Pont. Max. nomine scripsit. Dum hanc adnoto dictionem, ecce adfertur epistola (ut id siderali decreto factum uideri possit) indicans, incomparabilem B Q. Germ. Ioan. L. Baronem Auij & Brentoni, Gaudentium à Madruschi, qui insigni alioqui peruetériq́ue apud Vennones familiæ, uirtute sua planè heroica, nouum splendorem inuexit (quod ego pluris faciendum censeo, quàm niti tantùm maiorum imaginibus) à consilijs Cæs. F E R D I N A N D I præfectum Regiorum liberorum Sacro cubiculo (sic enim ab Impp. in Constitut. posterioribus appellatur) esse declaratum. Qui quidem magistratus, etiam apud nostræ nationis Principes, qui Romanum solium insederunt, inter honoratos est habitus: cuius nec hodie nomine censeri, è Septẽuiris Germaniæ, quibus sacrosancta est eligendi Imperatores potestas, fastidit Marchio, ut nunc appellatur, Brandenburgensis. Spieg.

A' C V N A B V L I S, id est, à pueritia, siue primis uitæ rudimentis. Vide infrà, Cunabula.

A' D E O ficti. Qui uehementer ad aliquid natura compositi sunt, hos prouerbiali sermone, ad hoc natos, factos, sculptosque dicimus. Huc allusisse uidetur Imp. in Aut. ut hi qui obl. se res hab. perhib. min. in prin. Spieg.

A' D V V M V I R O: pro imperio uel permissu Duumuiri. A Duumuiro dimitti intelligendus est, qui iussu, permissu, mandatúue Duumuiri dimittitur. Vlpianus l.si quis, 52.§.6.ff.de furt. Si fugitiuum meum quis quasi suum à Duumuiro, uel ab aliis qui potestatem habent, de carcere uel custodia dimitteret, an is furti teneretur? In uulgatis libris, D I M I T T E R E, A C C I P E R E T: ut sit potestatem dimittere: quod mihi non probatur. Nam ita hoc dictum est, ut alibi, Ab aliquo se liberare: & ita accipiendum sensit ibid. Bartol. Hotoman. Pratt.

A' F I L I O legare, id est, ita legare, ut legatum nõ nisi à filio, si quis natus esset, accipi potest, à substituto non item: ut scilicet legatario curæ sit salus filij cũ in ea emolumentum, positum intelligit. Nam legata non ualent, si is à quo nominatim testamento relicta essent, hæres esse non potuisset. Spieg.

A' F O N T E ducere, ea figura dixit M. Tullius lib. de Legib.1. qua de Oratore 2. A' capite arcessere. De quo paulo antè: Visne ergo, inquit, ipsius Iuris ortũ à fonte repetamus? Spieg.

A F R O N T E atq; à tergo, pro eo quod est, diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus ac futuris conferre. Id quod in primis ad perfectum Iurisconsultum pertinet. Cuius imaginem nobis exhibet Cicero in Philippica 9, in persona Seruij Sulpitij. De quo latius in Compendio. Spieg.

A I V V E N E suum consequi: apud Caium in l.patri.

tri.ff. De minoribus. Spiegelius.

A LAVDE abesse: pro, laude carere.

A LENONE manu asserere: pro eo quod est, à lenonis possessione & dominio, sermone in compendium redacto, dicitur à Plauto in Persa.

A LIBELLIS uocantur, qui principi in libellorum, hoc est, ut uulgò Supplicationum dicimus, negocio subseruiunt. Triphonius in l. rescriptum. ff. de distract. pign. Rescriptum est, ait, ab Imperatore, libellos agente Papiniano. Erat autem Seuerus Pertinax, cui Papinianus aderat à libellis, quem filius eiusdem Imperatoris interfecit. Spieg.

A LIBERIS: pro, quamdiu liberos habebit. Terentius l. sed si, 62. §. 2. ff. de condit. & demonstr. Quum uir uxori, si à liberis non nupserit, in annos singulos aliquid legauit, quid iuris sit? Iulianus respondit, posse mulierem nubere, & legatum capere. Quòd si ita scriptum esset, Si à liberis impuberibus non nupserit, legem locum non habere: quia magis cura liberorum, quàm uiduitas iniungeretur. id est, Quamdiu liberi erunt impuberes. Papinianus l. cum tale, 72. ff. eod. cum tale legatum esset relictum Titiæ, si à liberis non discesserit, &c. Similiter Paulus lib. Senten. II. cap. XXIX. Potior quis esse debet, inquit, non solùm à gradu generis, sed & à substantia rei familiaris. Similiter in Cluentiana Cicero dixit: Non modò dicendi à reo, sed ne surgendi quidem potestas erat: id est, pro reo. Vide Alc. cap. 21. lib. 7. Parerg. Hotoman.

A LINEA incipere dicuntur, qui ab ipso rei exordio sumunt initium. Dn. Eras. ille literarum instaurator, ac ut parcè dicam, primarius illustrator, obseruauit, Tertullianum ad lineas dixisse: pro eo quod est, ab integro. Spieg.

A MANV seruus, & à manibus scriba, cuius manu ad literas scribendas Principes uti solent. Barbari Ingrossistas nominant. Tranquillus: Post uxoris excessum, Cænidem Antoniæ libertam adamauit, & à manu dilectam quondam, sibi reuocauit in contubernium. Idem in Cæsare: Philomenem à manu seruum, qui necē suam per uenenum inimicis promiserat, non grauius quàm simplici morte puniuit. Idem, Scribas à manu, in Neronem, tum alibi, peculiari uerbo uocat Amanuenses. Horum manus in primis tam strenua & uelox esse debet, ut meritò de eis dici possit Martial. illud:

Nondum lingua suum, dextra peregit, egit.

Huiusmodi delectabatur diuus Cæs. Maximilianus, cùm dictaret capita agendarum rerum: hoc est, ut uulgato utar uerbo, in Aula, quamuis parum Latino, in ea significatione, Instructionum. Propriè autem est, ad uerbum dictorum exceptor. Spieg.

A ME soluere: pro, de mea pecunia dare. Budæus exemplis comprobat in Comment. Linguæ Græc. & noster Ioachimus Camerarius in 1. Tuscul. Ciceron. Spieg.

A ME ui possidet, qui ui me deiecit, apud Vlpianum l. 1. . qui à me. 19. ff. de ui, & ui arm. Prateius.

A ME possidet, qui possessionem meam iniustè nactus est, Vlpiano, l. 1. in princip. ff. uti possid. Eodem sensu dicimus, Ab aliquo possidere. l. 1. ff. eodem. Prateius.

A MILLIBVS passuum circiter duobus: hoc est interuallo duorum millium passuum. Spieg.

A MOMENTO, in momentum, tempus specta tur. l. 2. §. minore quàm. ff. de Minorib. Spieg.

A PARTE legatarij. Quære, Suggestum est.

A PVNCTIS, qui præerat reditui aquariorum. Corn. Lancilot. citat Frontin. lib. II. de Aquæductibus. Spiegelius.

A QVATVOR annis. Quære, Intra quatuor ann.

A RATIONIBVS, ratiocinijs præfecti: qui uulgò magistri computorum dicuntur, quo nomine censendos puto, qui nunc apud Austriacos Principes, kamerrhet appellantur. Spieg.

A REI condemnatione relaxari, oppon. Ad restitutionem rei condemnari. Vlpian. in l. item si cum exceptiōe. §. quatenus autem. ff. quod metus causa.

A REMO ad tribunal. Dici solitum Roterodamus indicat, ubi quis repentè ab infima conditione prouehitur, ad honesti muneris administrationem.

A SACRIS abstinendæ manus. Id quod cùm ueterum Iurisconsultorum responsis, tum Imperialiū, Pontificiorumque constitutionum autoritate sancitum est, non solùm receptum, uerumetiam uulgò quoque ita creditum esse constat: ut fatum instaret ei, qui sacris rebus, ac Deo dicatis, manus iniecerit, aut certè fungentes sacris ministerijs oppugnarit. ueluti Pont. Rom. Episcopos, Abbates: etiam si parum fuerint pijs moribus, quos propter id tamē nunc ratio æqui obtinet. Spiegel.

A SE decipi. Vide Paulum in l. nam si. ff. de rei uendic.

A SECRETIS sunt, qui ab ore Principis imperia accipiunt diplomatum subscribēdorum, edictorumq;, quæ in consilio selecto secerni solent. Secretarij, ueluti scribarum uice funguntur, in rescriptis subsignandis, quæ iure & æquitate nituntur: quæq; ex bono & æquo postulantibus conceduntur sine consciētia Principis. Secretarij uocem, qua nunc significatione utimur, ceu nuperam, quidam deuitandam putarunt. Eam Beroald. neutro genere pro repositorio rerum secretarum, Latinam agnoscit, & à Latinis scriptoribus usurpatam ostēdit. Comment. 3. in Suetonium. Constabit in utraq; etiam significatione, ab Ecclesiasticis frequentatam, si quis diligenter Actiones euoluerit Chalcedonensis cōcilij, quo neq; celebrius, neque maius fuit aliud ullum. Legimus enim in illo sexcētos trigintaq; Episcopos ex toto orbe cōgregatos. Sed & ex eiusdē Synodi Actionibus uocabulum à secretis, ab antiquo huc usque deductum colligitur. Vnum atque alterum exemplum adducam. Mox haud longè à principio, fol. ccccij. facie ij. ad finem, sic reperies: Quibus in Græcia interpretatis per Beronicianum, uirum deuotiss. & Secretarium sacri consistorij, gloriosissimi Iudices & amplissimus Senatus dixerunt. Item fol. seq. eadem facie, Constantinus deuotissimus à secretis sacri Consistorij, dixit, Habentur sacræ literæ sæpius directæ, &c. Spiegel.

A STVDIIS, cuius opera Princeps in studiis literarum utitur, utpote uiri eruditissimi. Quo nomine Cæs. Maximiliano August. mem. familiaris fuit Ioannes Stabius Austriacus, meus, dum adhuc in humanis ageret, amicus, atq; cōuictor suauissimus. Spieg.

A SVBIECTA materia, locus diligentissimè obseruandus, uelut Princeps inter omnes probandi Iuris modos. Argumentum autem à subiecta materia sic habet originem in Iure ciuili: Verba deseruiunt rebus, non autem res uerbis. Tantùm enim ad hoc uerba sunt inuenta, ut res significent in hominum commercijs. quare dici rectissimè solet: Verborum quidem prior, rerum tamen potior est cognitio. Hinc duci solet talis argumentatio, quam à

subiecta materia uocant. Significatio uerborum accommodanda est (quoad licet) ad qualitatem subiectæ in negocijs materiæ. In summa nihil aliud dictum est. A SVBIECTA MATERIA, quàm (ut dici solet) VTERE FORO: hoc est: At tempera te circumstantijs negociorum, & refer semper uerba ad rationem boni & æqui. Oldend.

A TE autem Mæuia filia cha. peto, ut Stichum seruum tuum manumittas, cum in ministerium tuum tot capita seruorum tibi his codicillis legauero. Vide Modestinum in l. Titia cum testamento. de legat.2.Spiegel.

A TE autem Sei peto, ut cum ad annum XXV. peruenerit, militiam ei compares: si tamen te antè non reliquerit. l. libertis. ff. de alimen. leg. Spieg.

A TE hæres peto, quicquid ad te peruenerit, ut tantum ei des. Idem exponit eod. tit. ad fin. l. Mæuio fundi. Spieg.

A TE peto marite, si quid liberorum habueris, illis prædia relinquas: uel si non habueris, tuis, siue meis propinquis, aut etiã nostris libertis. Hisce uerbis non datam electionem, sed ordine scripturæ factam substitutionem, Papinianus respondit, in fin. l. cum pater filios. ff. de legat.2.Spieg.

A TE uxor charissima peto, ne quid post mortem tuam fratribus tuis relinquas: habes filios sororum tuarum, quibus relinquas. Scis unum fratrem tuum filium nostrum occidisse, dum ei rapinam fecit: sed & alius mihi deteriora fecit. Exponitur à Scęuola de legat.2. in fin. l. pen. §. matre. Spieg.

A TE peto Cai Sei, quicquid ex hæreditate mea redegeris, illis alumnis des. & cætera, quæ sequuntur uerba, Papinianus exponit in l. alio hærede. ff. de alim. legat. Spieg.

A TITIO persoluere, de Titij numis persoluere. Cicero ad Attic. lib. V. Homines non modò non recusare, sed etiam hoc dicere, se à me soluere. quod enim Prætori dare consueuissent, quod ego non acceperam, se à me quodammodo dare: id est, de mea pecunia. Idem in Planciana, in fin. Sinite me quod uobis fretus huic sæpe promisi, id à uobis ei persoluere. Plautus Menæchm. Da sodes à te: pòst reddidero tibi. Me. Imò cedo abs te. Hinc natæ illæ sunt Prætorum formulæ. Hotoman.

A TORMENTIS, id est, uiolentia & cruciatu, non esse incipiendum, diuus Augustus constituit. Accedit item diui Hadriani epistola, cuius meminit Vlpian. in l.1. de quæstion. Spieg.

A. T. M. D. O. Aio te mihi dare oportere, ut Valerius Probus testatur: quæ personalis actionis fuit formula, quia persona rei nominatim in agendo notabatur: & stricti iudicij, quia simpliciter ait Cicero, asperè & directò. Oportere de certa definitaque summa dicebatur. Aio uerò, antiqui pro affirmo & contendo dicebant, auctore Nonio: unde Aientia Cicero appellat, quæ Græci forensi & litigioso uerbo κατηγορικά.

A VINEA in ius uocare. Caius in l. sed etiam. de in ius uocan. Spieg.

A B

AB, aliquando accipitur pro Contra. Citant Alber. & Oldendorp. l. 14. ff. de publi. & uecti. sed ibi Ad, non Ab legitur in P. Flo. & uulgar. ubi Ad, pro Contra, accipit Accursius. Prateius.

AB, præpositio uerbis adiuncta, quæ auferendi uim habent, mirum quãtum auget. ut Abijcere, Abhorrere, plus aliquanto significat, quàm ea à quibus descendunt uerba. Connanus lib.4. cap.4. nu.1.

AB, etiam pro Ob, sumitur in constitut. Theodo. Arc. & Honorij, l. unica. C. si quis Impe. maledix. Equidem pro, Ex, illic accipi debere putem: ut indicio est uerbum, Processerit, ibidem positum. Quandoq; uerò sumitur pro, Per: ut in c. ab eo. in prin. de appel. lib.6. Interdum separationem sonat Accursio, l. si ex duobus. in princ. ff. de duob. reis. Solet in hanc rẽ citari l. neminẽ ex ijs. ibi, ab initio. de Decuri. lib. 10. C. Accursius tamẽ ibi pro, Post, accipi existimat, Tu textum expende. Sæpe etiã ponitur pro, Sine, in consti. Iustiniani, l. si quis seruo. in fi. ibi, Ab re. C. de furt.

AB etiam præpositio cognationum gradus promouet. Nam proaui paterni uel materni, patrem, matrem, abauum, abauiamq; adpellamus in linea adscẽdentium: in linea uerò descendentium pronepotis filium, filiam, abnepotem, abneptem, apud Gaium l.1. §.1. ff. de grad. & adfin. Prateius.

AB, particula in compositione complet nonnunquam significationem dictionis cum qua componitur, ut Absoluo, Abnumero: hoc est, omnino absoluo, numero. Notum est, à, ab, abs, eiusdem esse significationis quod & Bart. uult in l. si ex duobus. ff. duob. reis: differre autem in orationis contextu. de quo ui de Linacrum lib. citato, & Albericum, qui hos è Ticino sumptos refert uersiculos:

Quod facit A, facit Ab, sed in hoc differre uidentur,
A cum uocali reliquis uult associari.

Vide Priscian. in primi Vergiliani carminis examine. Spiegelius.

ET sanè hęc particula obseruatione dignam in aliquot orationibus significationem habet: ut ecce,

AB ACTIS, quibusdam ætatis nostræ eruditis, sunt ij, qui ad tribunal nomine partiũ producta uel excipiunt uel transcribunt in acta. Spieg.

Item AB aliquo possidere, itinere, actu: Ab aliquo uti: Ab aliquo aquam ducere: quæ sæpe in edictis Prætorum, alijsq; librorum nostrorum locis occurrunt, non hoc significãt, quod prima frõte uideri cui possit, ab aliquo possidendi, eundi, agendi, ducendi ius causamq; habere, uel etiam eius uoluntate, cõcessione, permissu possidere, uti, ducere: sed potius alicuius possessionem tenere, per alicuius fundum ire agere, ex eius prædio aquam ducere. Exempla sunt in l.1. ff. de aqua quotid. l.1. uti possidet. l.1. ff. de riuis. l.1. ff. de fonte. l.1. ff. de itin. actuque pri. Vi ergo à me possidet, qui me ui deiecit, mihiq; possessionem abstulit. l.1. §. si à me. ff. de ui & ui arm. l.2. ff. uti possidet. l.4. §. si tu me ui. ff. de usucapio. Similiq; modo clàm à me possidet, qui meam possessionem clàm & furtiuè ingressus est. Ædificatum etiam ab aliquo habet (quo genere dicendi African. in l. 45. ff. de dam. infect. usus est) qui in alicuius, licet non consentientis, solo ædificium posuit. Sic deniq; ab aliquo fundum pro hærede possidere, accipimus in l.21. ff. de usucapionibus. Vnde:

AB ALIQVO possidere, pro possessionem ab aliquo certo nactum esse, alicuius certi hominis possessionem obtinere. Prætor in l.1. uti possid. Vti eas ædes nec ui nec clàm alter ab altero possideris. Vi ergo ab aliquo possidere, est ui possessionem illi soli eripuisse, eamq; ui obtinere. Hinc

AB ALIQVO uti re quapiã dicitur, qui illi præcisè rei suæ usum ademit, eumq; quoquo modo retinet. Prętor in l.1. ff. de itin. actuq; priu. Quo itinere actuque nec ui, nec clàm, nec precariò ab illo usus es. Nã hoc eo pertinet, ut nominatim notetur is, à quo usum

usum actorem non oportuit: neq; satis est, si infinitè à quouis alio usus esset. Sic

AB ALIQVO aquam ducere, est non undecunque aquam ducere, sed ex illius qui præcisè nominatur, fundo deductam habere. Prætor in l. 1. ff. de aqua quotid. Vti hoc anno aquam non ui, non clàm ab illo duxisti. Sic

AB ALIQVO absolui, quod in uoce Absolui explicabitur.

AB ALIQVO peti, pro eo quod aliquis petit, ut Alb. iudicat, in l. cum pater. §. ex pactis. ff. de pact. dotal. Spiegel.

AB HINC centum annis. Vetus locutio, quæ (pace quorundam dixerim) nō hoc significat quod uulgari lingua dicere solemus, De post centum annos: hoc est, ut Latini dicunt, post centum annos, ut, Post homines natos: sed, Centesimo ab hinc anno: uel, Annus nunc agitur centesimus, Alfenus l. proponebatur, 76. ff. de iudic. Populum eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuisset. Item: Nos ipsi non ijdem essemus qui ab hinc anno fuissemus. Cicero Verrina III. planissimè hoc demonstrat: Quæstor Cn. Papirio COS. fuisti ab hinc annos quatuordecim. Nam à Pompeio & Crasso COSS. ad Papirij consulatum totidem anni numerantur. Idem in ea pro Q. Roscio: Quo tempore? ab hinc annis quatuor. Repromittis tu ab hinc triennium Roscio. Idem Verrina IIII. Horum pater ab hinc duos & uiginti annos est mortuus. Et paulo pòst: Ipsos uiginti annos hæreditas ab his petita non est. Et rursus: Offendit illum mensem comitialem fuisse, comitijs ab hinc triginta diebus habitis. id est, trigesimo ante die. Huc etiam illud Charisij pertinet, qui libro primo sic scribit: Ante annos ab hinc decem natus ueteres dixerunt, quod est, ante annos decem natus. Hotomannus. De hac dictione uide Tiraquell. in tract. *de retract. lignag.* §. 1. glo. n. Schard.

AB HOC, id est, posthac. l. 2. §. ab hoc. ff. orig. iur. NEB.

AB ILLO utitur, qui alicui rei suæ usum ademit, in edict. Prætoris. l. 1. in princip. ff. de itin. actúque priuat.

AB OMNIBVS hæredibus quî legaretur, docet Vlpianus l. ab omnibus. 104. in princip. ff. de legat. 1.

AB REO, pro defensor, & patronus rei. Ad Herenn. lib. 2. Considerandum est, ne aliud accusatoris criminatio contineat aliud defensoris ratio purget: quod sæpe consultò multi ab reo faciunt, angustijs causæ coacti. Hotoman.

ABACVS Alciato lib. 4. cap. 2. Parergōn, & Budæ. l. quòd si seruus. §. sed si. ff. de in rem uerso, tabula calculatorum, siue logistarum, est & coquorum: quod & Iulius Pollux indicat lib. 10. cap. 24. & lib. 6. cap. 13. Est etiam scrinij genus, super quo uasa argentea reponi solebant: de hoc sensisse mihi uidetur Varro lib. 8. de ling. Lat. Porrò, non, abaces, ut falsò autumant. Accurs. Nebricens. & Spiegelius in Lexic. Iuris ciuil. (quamuis uulgati codices ita habeant) sed *ἄβακας* ut in P. Flor. legendum, res ipsa docet apud Iauolenum. l. hæres meus. 109. §. fin. ff. de leg. 3. Prateius. Apud Vitruuium tectoria abacorum leguntur: sunt autem qui illic abacos sessiones uel scabella ad sessum habilia, aut podia esse censent: sed horū expositionem explodit Hadrianus Tornebus lib. 2. Aduersar. cap. 3. Schard.

ABACTI greges, qui aut furto, aut per uim abducti sunt: &, Abacti magistratu, qui coacti deposuerunt magistratum, uel imperium. Ex Festo libro primo. Spiegelius.

ABACTORES, pecuariorum animalium fures, quos Vlpian. Abigeos uocat. Iulio Paulo uerò Abactores sunt, qui unum equum, duos equos, totidemque boues, uel capras decem, porcos quinque abegerunt. Cætera uide libro Sententiarum eius v. tit. xx. Spiegel. Hoc autem genus hominum in Hispania maximè inuenitur dicente Virgilio in tertio Georgicon.

Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Quod Seruius interpretatur Abactores: & subdit. Nam omnes ferè Hispani, qui ijdem sunt & Iberi, acerrimi abactores sunt. Apuleius 7. de Asino aureo: Abactorem indubitatum cruentumque percussorē criminātes. Ambrosius, in sermone De hostibus carnalibus non metuendis: Armenta diripiet, istud damnum abactorem tolerando iam didicit. Sed quemadmodum à Iurisconsultis potius Abigei dicuntur, de quibus tit. est lib. 47. ff. in cuius prima lege Vlpianis his uerbis scribit: Qui pecora ex pascuis uel armentis abigunt, hi propriè dicuntur Abigei. Quòd si quis oues aberrantes, aut alias quadrupedes abduxerit: non erit reus crimine abigeatus, sed potius furti. Est enim abigeatus, ipsum abigei crimen: quod in Hispania grauius, quàm alibi gentium debere puniri, Hadrianus Cæsar Consuli rescripsit: Abigei inquit, cum durissime puniuntur, ad gladium damnari solent. Puniuntur autem durissimè non ubique, sed ubicunque frequentius est id genus maleficij. Atqui diximus autoritate Virgilij & Seruij, Hispanos maximè hoc crimine laborare. Neb.

ABALIENARE intelligitur, & qui alienam rem uendiderit, ut ait Paul. l. ex hoc edicto. ff. de alienat. iudi. mut. caus. Propriè est, cum quòd nostrum erat, alienum facimus. ut apud Scæuolam in l. cum pater. §. pater filijs. ff. de legat. 3. Spieg.

ABALIENARE, uetus uerbum est ciuilis Iuris, hoc est ciuium Rom. proprium, peregrinis hominibus non commune: quo perfecta rei alicuius alienatio significabatur. Itaque Vlpianus l. abalienatum. 67. ff. de uerborum significat. Abalienatum, inquit, non propriè dicitur, quod adhuc in dominio uenditoris manet: uenditum tamē rectè dicitur.

ABALIENATIO uerò est, eius rei quæ mancipi est aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt: uti scribit Cicero in Topic. Quo ex loco tria notanda & obseruanda sunt: primùm, cum sex sint acquirendarum rerum modi, quos Vlpianus in Institutiunculis enumerat, emancipatio, traditio, usucapio, in iure cessio, adiudicatio, lex: duos tantùm solos esse, quibus res à dominio nostro in alienum traducantur, mancipationem scilicet, & in iure cessionem. Quod tamen Paulus, homo Græcus, litigiosus, naturā controuersus, & hostis antiquis Iurisconsultis additus, suo more cauillatur in l. abalienationis, 28. ff. de uerborum significat. Abalienationis uerbum, inquit, etiam usucapionem continet: uix est enim, ut non uideatur alienare, qui patitur usucapi. Quasi uerò quis sciens prudens rem suam usucapi patiatur: aut si fortè quis eo animo sit, res ex maiore parte iudicandæ non sint: aut si iudicandæ non sint, qui patitur usucapi, non pro derelicto rē suā habeat, ac proinde alienare non dicatur, quia uerbū hoc certam & alienantis, & eius in quem alienatio fit, personam complectatur. l. in omnib. 55. ff. de oblig. act. tametsi

metsi usucapionem tertiũ esse modum quo res perfectæ abalienantur, constet ex eodem Vlpiano cap. I. & XIX. Secundò ex hac definitione intelligitur, abalienationem earum tantùm rerum dici, quę mancipi sunt: non etiam earum quæ sunt nec mancipi. Sed cùm Vlpianus in Institutiunculis traditionem dicat propriã esse rerum nec mancipi, quid est quod Cicero ait, abalienationẽ traditione fieri? Subdifficilis nodus hic uidetur, quẽ tamen explicare conabimur. Nã Cicero non simpliciter traditionẽ dixit, sed traditionẽ nexu: quo uerbo mancipationem significari Boetius, non apertè ille quidem ac nominatim, sed tamen ita significat, ut satis intelligatur. Cum enim nexus formulam ritumque ex Caio iurisconsulto describit, indicat nexum ad mancipationem pertinere. Ex quo intelligitur, abalienationem mancipatione & in iure cessione fieri: traditione autem nuda, hoc est sine nexu & libra, fieri non potuisse. Postremò ex eo loco constat, Abalienationem propriam ciuium Rom. fuisse, non etiam peregrinorum. Hotomannus.

ABALIENATVS dicitur, quem quis à se remouit: Alienatus, qui alienus est factus. Festus lib. 1. Hotoman.

ABAMITA, inquit Caius est abaui soror. l. 3. ff. de gradibus. ab alijs autem ferè Amita maxima dicitur. Hotoman.

ABANNATIO, annuum exilium dici potest, Bud. autore in annot. l. aut facta. 16. §. euentus. ff. de pœnis. Vide, Banniti. Spieg.

ABAVVNCVLVS, frater est abauiæ secundum Isidorum. Spieg.

ABAVVS, est pater proaui, uel proauiæ: sicut proauus est pater aui, uel auiæ: sic abauia, mater est proaui, uel proauiæ: sicut proauia, mater est aui, uel auiæ. ff. de grad. l. iurisconf. §. quarto gradu. & §. tertio gradu. Spieg.

AB auia recedere, in l. ne in arbitris. §. fi. C. de arb.

ABBAS, Syra uox, patrem significat Alciato, l. 1. Cod. de in ius uócand. Idem etiam ἀρχιμανδρίτης dicitur, in Nouell. Iustin. sæpè, & l. reddentes. Cod. de summ. trinit. Monachis & cœnobijs præest, unde & Cœnobiarcha meritò appellatur Alciato, in d. l. 1. Porrò Abbatis officium explicatur in can. nullam. 18. q. 2. & in Nouel. Iustin. [illegible] 1. à Budæo Heteriarchus dictus est in forens. Prat.

ABBAS continetur appellatione monachorum. c. ult. extr. de Simon.

ABBATES dicuntur etiam ante benedictionẽ. quod est notandum. extr. de ætat. & qual. cap. 1. de supp. negl. prael. cap. 1. de c. meminimus. de accus.

ABBAS ante benedictionem an dicatur potius electus quam Abbas, & de pluribus alijs, & de Benedictione Abbatum, uide Felin. in cap. inter monasteriũ. de re iud. in 1. col. & Alber. in suo dictionario.

ABBATISSA dicitur ascetriarum siue monialium antistes, quæ à Iustiniano in Nouel. 123. ἡγουμένη adpellatur. Præfici autem non debet, nisi sit sexagenaria & uirgo cap. iuuenculas. 22. q. 1.

ABBATISSAE uocabulum diuus Hieron. usurpat, non minus hanc sibi licentiam permittens, quàm Virgilius, cum secũdum regulas, Phœnissam, Didonem dixit. Alciat. lib. 2. Parerg. Iustinianum defendit à Grammaticorum accusatione, quòd Diaconissam dixerit. Hanc Bald. æquiparat Abbati in bonorũ administratiõe, c. 1. qui feud. dar. pos. Spieg.

ABBREVIATVRA (sic enim legendum apud Bart.) instrumentum est Notarij non extensum, in l. chirographis. ff. de administr. tutor. Tametsi à uerbo ducatur hæc uox, cuius exemplum apud idoneũ autorem reperiri negant. Spieg.

ABDERITIVM imperium, ubi quis fortunam tenuem, sed cum libertate coniunctam, anteponit amplis opibus, sed obnoxijs seruituti. ut existimat uetus amicus noster Vadianus, uir, Erasm. teste, iuxtà candidus, ac doctus Spieg.

ABDICARE, inquit Nonius, est familia abijcere. Itidem & Festus: quasi non dicere, id est negare filium: quo modo est apud Pacuuium. Consanguineam abdicant, id est, negant. Sumptum autem à Græcis uidetur, qui patrem ἀπάγειν, filium autem ἀποκηρύττειν dicebant. Itaque Quintilianus libro III. cap. VI. Abdicatum interpretatur, qui à familia patris abalienatus est. nam Græca quidem locutio per præconem id pronunciari solitum indicat. Et Plato libro de legibus XI. perspicuè id ostendit: καὶ εἰ πατὴρ βούλεται τὸν ὑὸν ὑπὸ κήρυκος ἐναντίον ἁπάντων ἀπειπεῖν, ὑὸν κατὰ νόμον μηκέτ' εἶναι. Si patres uelint filium per præconem coram omnibus abdicare, ne amplius secundum legem sit filius. Sæpe autem postea [illegible] & ἀποκηρύττειν dicit. Hinc

ABDICATIO: de qua Imp. l. 6. C. de pat. potest. sic scribit: Abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos usurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legibus non comprobatur. uide l. 2. §. & cum placuisset. ff. de orig. iur. l. liber homo. ff. de stat. hom. l. penult. ff. de offic. præs. Fabius lib. 7. c. 4.

ABDICATIONVM formæ sunt duæ: altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti, uelut pendentis, & adhuc in conditione positi: quales sunt in quibus abdicatur filius qui non pareat patri. Videtur autem hæc abdicatio in iure apud Magistratũ fieri solita, qua parentes testificabãtur se ijs de causis quas proferebãt, suos liberos à sua familia remouere, neq; deinceps in liberorum loco numerare uelle. Atque abdicatum filium pater educare non tenebatur, imò egenum uestibus spoliatum dimittebat, qui & defuncto patri in hæreditatem non succedebat. Totaque hæc ratio Græcorum fuit: nam Romani emancipatione utebantur. Quintilianus autem exempla puerilium exercitationum ex Græcorum fontibus proferre consueuit. Hotoman. Vide autem & Connanum lib. 2. Comment. iuris ciuilis cap. 13. de patria potest. num. 5. Et Tiraq. in tract. *de retraict lignagier.* §. 1. *ou lignagier.* gl. 9.

ABDICATIO opponitur adoptioni, sicut in ea re testis est Plinius lib. 7. cap. 45. de Agrippa posthumo loquens: & transfertur etiam ad alia. Generum abdicat, qui repudiat sponsum. Abdicationi contraria est & dedicatio, siue dicatio dicat, qui alteri proprium aliquid facit: Abdicat qui alienat. Prat.

ABDICAMVS filios uiui, hoc est, priuamus omni iure filij: exhæredamus, hoc est, submouemus tantum ab hæreditate, post mortem. Itaq; quisquis abdicatus est, idem est exhæredatus, non contrà: abdicamus sine lege, exhęredamus lege. Prateius. Differt ergo abdicatio ab exhæredatiõe, quod illa in uita fieri solebat, nimirũ cum quis familia eijciebatur. Alciat. lib. 2. Dispunct. c. 28. hæc uerò in testamento, Vimq; suam post mortem habere solebat. Schard. Vide infrà in uoce ἀποκήρυξις.

ABDICARE se magistratu, est ante tempus magistratum deponere. Pomp. l. 2. §. 13. ff. de orig. iur. Et quum placuisset leges quoque ferri, latum est ad populum, uti omnes magistratu se abdicarent. Papinianus in l. penult. ff. de offic. præsid. Legatus Cæsaris

saris abdicando se, non amittit imperium. Moris etiã erat, ut quib. imperiũ, certa de causa abrogandũ erat, ij dignitati & existimationi suæ consulentes, per se & quasi sua sponte magistratum deponerent, seseq; priuatos redderent. quod in P. Lentulo Prætore factum uidemus in tertia Catilinaria, de quo Senatus censuit, ut cùm se Prætura abdicasset, tum in custodiam traderetur: P. Lentulus, inquit, quanquam patefactus indicijs & confessionibus suis, iudicio Senatus non modò Prætoris ius, uerùm etiam ciuis amiserat, tamen magistratu se abdicauit. Hoc autem Græci ἀφίστασθαι τῆς ἀρχῆς dicunt. Plato libro undecimo de Legibus: ἐὰν δ᾽ ἀδικεῖν δόξῃ κακώσας τὸν ὀρφανόν, πρὸς τῷ τιμήματι, τῆς ἀρχῆς τῶν νομοφυλάκων ἀφιστάσθω· τὸ δὲ κοινὸν τῶν πολιτῶν ἕτερον νομοφύλακα ἀντὶ τούτου καθιστάτω. Id est: Quòd si iniuria uideatur affecisse pupillum, præter litis æstimationem, magistratu nomophylacis se abdicato: Respublica uerò in comitijs alium nomophylacem in eius locum sufficito. Sed deponere magistratum dicebatur, qui eum confecto tẽpore populo Romano reddebant. Abrogare autẽ suo loco explicabitur.

ABDICARE Consulatu, deponere Consulatũ. Cic. De nat. deor. 2. Augures rem ad Senatum, senatus ut abdicarent: Consules abdicauerunt. Et paulo pòst: Consules summum imperium statim deponere, quàm id tenere punctũ tẽporis contra religionẽ.

ABDICARE se tutela. Cic. ad Atticum. Itaque tutela me abdicare cogito. Quod Vlpianus in Epitome sic interpretatur, Est dicere se nolle esse tutorem. Prat.

ABDICERE, decreto recusare, ac denegare. Pomponius l. 2. §. 13. de orig. iur. Qui cum animaduerteret, Appium Clodium contra ius uindicias filiæ suæ à se abdixisse, & secundum eum qui in seruitutem ab eo suppositus petierat, dixisse: id est, decreto recusasse, ac denegasse. Nam cùm tribus uerbis in decretis uterentur, Do, dico, addico: cùm secundum aliquem uindiciæ dicerentur, ab altero abdici dicebantur. Hinc aues in augurijs abdicere regionem dicuntur, quam improbant, ac sequi tenerique uetant. Cicero lib. De diuin. 1. Cumque in quatuor partes uineam diuisisset, treisque partes aues abdixissent, quartam partem, quæ erat reliqua, in regiones distribuit. Quemadmodum ergo Dicere, dare, decernere uindicias secundum aliquem à Pomponio & Liuio dicitur Magistratus, qui cuipiam litis uindiciarum uictoriam decernit: sic Abdicere uindicias ab aliquo Pomponius dixit, pro abnegare & recusare: quod ipsum, Abdicare quoque significat. Nonius enim de uocabulis improprijs: Abdicare, inquit, non solùm de patris facto potest dici, quod est familia abijcere, sed rem quamlibet negare. Pacuuius Atalanta: Mortẽ ostentant, regno expellunt, consanguineam esse abdicant. Hotom.

ABDICERE est abiudicare, apud Pomponium l. 2. §. 13. ff. de origin. iur. Sanè in ueteribus libris legitur, Abiudicasse: quam lectionem probat Zasius. P. tamen Flor. habent Abdixisse: cui opponitur, Dicere. dict. §. 13.

ABDICERE uindicias, in l. 2. §. initium. Digest. de origin. iur. abiudicare significat. Cui opponitur in eodem loco, Dicere uindicias. &, ut Liuius lib. 1. ab Vr. cond. loquitur, dare. Porrò huic uerbo etiam in augurali scientia locus erat. Abdixisse enim aues in augurijs dicebant, quæ tristis & sinistri euentus significationem aliquam dederant: ut ex contrario Addixisse, uel Admisisse, cùm lætum & prosperum aliquid portenderant. Quæ uerba in Cicero. & Iulio Obsequente aliquotiens, in Liuio crebrius inueniuntur. Ex quo Admissiuæ aues apud Festum libro primo. Bris.

ABDITAMENTVM, detractionem, ac deductionem precij significat: cuius contrarium est Additamentum. alterum ab addendo, alterum ab abducendo, & quasi abdicando deriuatum: ut scribit Beroald. in Comment. Apul. Spieg.

ABDVCERE est à loco ducere, Paul. in l. Imperator. ff. qui sine manum. ad lib. peru. Prat.

ABDVCERE, ita de hominibus dicimus, quemadmodum de pecoribus Abigere. Paul. in l. Imperator. qui sine manu. ad libert. perue. Nihil, inquit, interest, ipse abducas & prostituas, an patiaris prostitutam esse precio accepto, cum possis eximere. Abducimus autem sine ui, & per uim. Spieg.

ABDVCERE comitem mulieri Labeo sic interpretatur, non modò manu à mulieris comitatu detrahere ac remouere: uerùm quoquo modo efficere, ut eam deserat. Vlp. l. item apud, 15. §. abducere. ff. de iniur. Abduxisse uidetur, ut Labeo ait, nõ qui abducere comitem cœpit, sed qui perfecit, ut comes cum eo non esset. Abduxisse autẽ non tantum is uidetur, qui per uim abduxit, uerùm is quoq; qui persuasit comiti ut eam desereret. Iniuria aũt in comite abducendo duplex est, primùm quia pudicitia attentatur: deinde quia abduci tantùm res dicuntur à stultis & stupidis: ut in Eunuchum Donatus annotauit, Multæ sunt caussæ quamobrem cupio abducere. Etiam, inquit, hoc uerbo gratificatur Phædriæ, quum dicit, Abducere à Thrasone: tanquã à stulto, & mentis experte.

ABDVCI mulier dicitur à marito, cum diuortiũ fit. Donatus in illud Terent. Hecyr. Et filiam abduxit suam: Abduxit, inquit, propriè. Accersi enim dicitur ad maritum: Abduci à marito ad diuortium. Sic Virgilius:

Et genus abducere pactos.

AB epistolis, qui præest epistolis apud Principẽ, siue ut eas accipiat, siue ut ad illas respondeat. Vulgò Secretarius appellatur. Spieg.

ABESSE uerbum, plurifariam in iure accipi, Alciat. in l. mulieris. de uerb. sig. indicat: & proinde pro re nata, hoc est ex subiecta materia, prudens iudex, quæ interpretatio capienda sit, dijudicare debebit. Spieg.

ABESSE quem propriè dicimus, ut ignoretur ubi sit, & an sit, Paul. in l. si ita pater. 10. ff. de ritu nup. Prat.

ABESSE res uidetur, inquit Paul. si uestimentũ scissum reddatur, uel res corrupta reddita sit. Item, si eam dominus rem, quæ sibi furto aberat, ignorans emerit, &c.

Abesse dicitur ea res, quæ in rebus humanis non est. Caius l. mulieris. ff. de uerb. sig.

ABESSE ex iusta causa eos demum dicendum est, qui non habent iustam causam absentiæ: cum sufficiat, quòd nõ in fraudem libertatis absint, quo magis uideantur ex iusta causa abesse. Vlpia. l. si cùm ser uum. ff. de fideicom. libert. Oldend.

ABESSE, res dicitur, non modò quæ in rerum natura non est, cuiusue precium domino abest, sed etiam ea cuius corpus manet, forma mutata est: ait Vlpianus l. mulieris, 13. & Paulus l. sequenti, Digest. de uerborum significatione. Et ideo, inquit, si corruptæ redditæ sint, uel transfiguratæ, uideri abesse: quoniam plerunq; plus est in manus precio, quàm in re. Quo in loco nõ dubito, quin QVANQVAM pro

pro QVONIAM legendum sit: hoc sensu, Quamuis ita rei forma mutata sit, ut recens forma pluris sit quàm uel ipsius rei corpus, tamen res abest. l. ultim. ff. de usu & habit. Veluti si ex patera scyphum affabrè ac singulari artificio confecerim, ut iam multo pluris sit, quàm antea: res tamen abesse iudicatur. Patera enim, ut species omnis, ex forma denominatur. Falsum autem alioqui dixisset, cùm ait, plerunque plus esse in manus precio, quàm in re. Nam etsi interdum id usuueniat, ut in tabula picta, de qua Paulus in sequenti lege disputet: non tamen id plerunque, sed perrarò accidit. Hot.

ABESSE, Absens, Absentia, uariè pro re subiecta accipiuntur. Abest, qui non est eo loco, in quo loco petitur, dummodo extra continentia urbis sit. Vsque ad continentia enim abesse non uidetur, nisi latitet. l. 73. in fin. l. 199. ff. de uerborum signification. Ideo præsens habetur, qui in continentibus ædificijs hortisque urbi iunctis est. l. 5. l. 6. ff. de procuratoribus. In illis planè edicti de damno infect. uerbis, DVM EI QVI ABERIT, PRIVS DOMVM DENVNCIARI IVBEAM, Vlpianus uideri eũ abesse interpretatur, qui in iure non est. l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infecto. Similiter in S.C. Damasiano, Abesse is intelligitur, qui à tribunali abest. l. 51. §. Senatusconsulto. ff. de fideicommiss. libert. At cùm de stipulatione contrahenda agitur, præsentes accipiuntur, qui exaudire se possunt. l. 1. §. 1. de uerb. obligat. Cùm uerò de usucapione, in qua alia inter præsentes, alia inter absentes tempora seruantur, absens est, qui in eadem prouincia non est: præsens contrà, qui in eadem prouincia habitat. l. ult. C. de præscrip. long. temp. Instit. de usuca. in princip. Absens etiam habetur, qui etsi corpore præsens sit, animo tamen abest. Potest enim quis corpore adesse, ut tamen mente absit. l. 25. ff. de captiuis. Itaque furiosus absentis loco est. l. 2. §. penult. ff. de iure codicil. l. 124. ff. de diuers. regul. l. 17. §. filiofamiliàs. ff. de iniur. Nec tamen ab eo constitutus procurator quasi ab absente datus intelligetur, cùm intellectu careat. l. 2. ff. de procuratoribus. Pupillus etiam qui tutorem non habet, quod ad possessionem bonorum attinet, pro absente habetur. l. 10. ff. ex quib. caus. in possess. eat. Sed nec tutor præsens fuisse uidetur pupillo contrahente, si somno aut morbo occupatus tacuerit. l. 1. in fin. ff. de auct. tutor. Hotoman. Prat.

ABESSE nõ uidetur, qui ab hostibus captus est, sed qui à latronibus detinetur. l. 199. in fin. de uerb. signific. Et ideo in edicto Ex quibus caus. maior. ab absente separatur, licet eodem loco habeatur in specie. l. 6. ff. quibus ex causis in possess. eat. l. ult. ff. de rebus auctor. iudi. HOT.

ABESSE Reipub. causa, in l. Iulia & Papia, & in edicto Ex quibus causis maiores in integrum restituantur, accipimus eos, qui non sui commodi causa, sed coacti absunt. l. 36. ff. ex quib. caus. maior. quique publici alicuius muneris, uel officij cui præsunt, causa ab urbe profecti, utputa procõsules, præsides, procuratores Cæsaris, præfecti, legati, & eorum comites, in ærarium uel commentarium Principis relati. l. 32. l. 35. l. 38. §. 1. ex quib. caus. maior. l. 41. §. 1. ff. de excusat. tuto. Missi item, ut milites ducant uel reducant, uel malos homines compescant: milites quoq; dum in castra eunt uel redeunt, & qui extra patriam suam publicæ utilitatis causa proficiscuntur, uel militum medici: & hi quoq;, qui in urbe militant, Reipub. causa abesse intelliguntur. l. 7. l. 35. ff. eod. Aliter atq; de magistratibus, qui Rom. Reip. operam dant, statuendum: & d. l. 7. & Constantin. lib. 1. Epit. tit. 3. docent. Enimuerò in cap. 7. legis Iuliæ de adulterijs, quo eorum demum absentia excusatur, qui in alia prouincia Reip. causa absunt, quàm in ea, in qua deferuntur, urbani milites, licet aliàs uice absentiũ habeantur, abesse tamen Reipub. causa non intelligun tur, & deferri, ut præsentes possunt. l. 15. §. 1. ff. de adulter. Aliàs etiam, tum demum milites Reipub. causa abesse intelliguntur, cùm in expeditione uersantur. Non item si in commeatu agũt. l. 1. ff. de re milit. Sed nec qui pro ciuitate legatione funguntur, Reipubl. causa abesse dicuntur. l. 26. §. ult. ff. ex quib. caus. maior. Publici enim appellatio ad Popu. Rom. propriè pertinet. Nauicularij uerò, item negociatores dum annonæ urbis seruiunt, Reipub. causa abesse nõ malè dicuntur. l. 5. §. negociatores. ff. de iure immunit. At qui libera legatione abest, non uidetur Reipubl. causa abesse, cùm non publici, sed sui commodi causa absit. l. 14. ff. de legat. Serui item Reipub. causa abesse non possunt. l. ult. ff. de reg. iur. Sed nec qui appellationis persequendæ causa peregrinantur, Reipub. causa absunt. l. 1. & 2. ff. eũ qui appellauerit. Omnino enim Reipub. causa abesse hi demũ intelliguntur, qui ob publicam causam absunt, non qui in priuatum compendium peregrinantur: ut apparet ex l. penultim. Digest. de excusat. tutor. Plenius in Senatusconsultis circa fideicommissarias libertates factis, ex iusta causa abesse definimus eos, qui non habent iniustam causam absentiæ: cùm sufficiat, quòd non in fraudem libertatis absint, quò magis uideantur ex iusta causa abesse. Cæterùm non est necesse ut Reipub. causa absint. l. 1. l. 19. l. 20. l. 28. §. ulti. l. 29. l. 30. l. 36. ff. de fideicõmiss. liber. Quinetiam aliàs qui probabili quacunque ex causa, studiorum puta, absunt, iusta ex causa abesse intelliguntur. l. 7. §. ultim. Digest. de minoribus. l. 28. Digest. ex quibus causis maior. Sunt & aliæ absentiarum differentiæ, seu ma uis, adiuncta: ut abesse bona fide. l. 30. Digest. de noxalibus l. 19. Digest. de damno infect. id est sine dolo malo & fraude. l. 1. & l. 4. Digest. ex quibus causis maior. l. 4. Codic. de restitut. milit. cui opponitur, Dolo malo, uel fraudis causa, uel data opera abesse. l. 34. Digest. de rebus auctor. iudic. l. 5. Digest. ex quibus causis maior. BRIS.

HAEC de personis: nũc de rebus uideamus, Abesse res uidentur etiam hæ, quarum corpus manet, forma mutata est. Et ideo si corruptæ redditæ sunt, uel transfiguratæ, uidentur abesse: quoniam plerunque pluris est manupretium & ars, quàm materia. l. 13. §. 1. l. 14. Digest. de uerborum signification. Abest & ea res, quæ in rebus humanis non est. d. l. 13. in fin. Abest proculdubio seruus qui in fuga est: quanquã in l. Fabia de plagiarijs aliud sit abesse, aliud in fuga esse. l. 2. ff. ad leg. Fab. Abesse furto res dicuntur, quæ nobis subreptæ & subtractæ sunt. l. 14. ff. de uerb. sig. l. 47. ff. de furt. Martialis:

Sed lis est mihi de tribus capellis
Vicini queror has abesse furto.

Quintilia. declamatio. 13. Age si mihi aluei furto abessent, utrum nulla daretur actio? Sæpe legitur in id quod abest, actionem dari. quod qualem intellectum habeat, explicandum est. Abesse certè nobis uidetur, non tantùm quod expendimus, sed & id quo obligati sumus. leg. 29. Digest. de negoc. gest. Abesse intelligitur pecunia fideiussori, etiam si debitor ab eo creditori delegatus sit, licet is soluendo non fuerit. leg. uigesimasexta. §. abesse. Digest. mandat. Item si fideiussori ab uxore creditrice doti data sit

ta sit pecunia, quam ex causa fideiussionis debebat, abesse ei ea intelligitur, eo quòd onera matrimonij sustineat. l. 47. ff. mand. Non abest ex diuerso ei qui nihil de suo impendit, deminuitue. l. 25. ff. de admin. tutor. l. 14. quod met. cau. l. 4. §. siue autem. ff. de manumiss. Briss.

Abesse dicitur, cum factus est propterea pauperior, etiamsi nihil emolumenti accesserit hæreditati: satis est enim hæreditatis causa detrimentum aliquod cepisse in rebus suis. Velut si quid publici uectigalis nomine præstiterit uenditor hæreditatis inquit Vlpianus Consequens erit dicere, agnoscere emptorem eius hoc debere, &c. Connanus libro 7. cap. 8. num. 9.

ABESSE uideri potest, qui exaudiri nequit. Vlpianus l. 1. ff. de uerb. sign.

ABESSE mihi res hactenus uidetur, quatenus sum præstaturus: apud Vlpian. l. planè, 34. §. quòd si rem. ff. de leg. 1.

ABESSE desinit res, cùm sic redit in potestatẽ, ut amitti eius possessio non possit. l. mulieris. 13. ff. de uerb. signific. Prat.

ABESSE pecunia dicitur, quæ soluta est, uel soluta fingitur. l. inter causas. ff. mand. Spieg.

ABESSE porrò eum propriè dicimus, qui ignoretur ubi sit, & an sit. Paul. in l. si ita pater. Digest. de rit. nupt. Ibidem legimus, maritum absentem expectandum esse triennio. Vlpianus docet in l. sciendum. ff. ad leg. Iul. pecul. quòd aliud est abesse, aliud in fuga esse. Spieg.

AB exactione tributorum: hoc est, ne exactor tributorum constituatur. ait Paul. l. ult. ff. de ueteranis. Spiegel.

AB excoctione ad auram uestimenta recreare, Dn. Haloander eleganter dixit in l. penul. §. procrearent insuper. ff. de uia publ. quam ipse uertit, ex pulchra Græcorum quæ extat lege, titul. & loco iam citatis. Spieg.

ABFVISSE, superuacuo timore perterritum. apud Callistratum, l. 2. Digest. ex quibus caus. maior. Spiegel.

ABFVTVRVM, uerbum plenissimum est, & ad omne tempus refertur. Venuleius in l. nouissima. ff. de Prætor. stipul.

ABGREGARE est à grege ducere authore Festo. Prat.

AB hæredis debitore peti hæreditas non potest. l. quòd si in diem. ff. de petit. hæred.

ABHORRERE, pro alienum esse, apud Vlpianum in l. si tibi non. §. si tibi areæ. Digest. de Præfect. urb. Spieg.

ABIGEI qui & Abactores à Paulo libro quinto. Sen. titul. 10. & ab Impp. in l. 8. Cod. de repud. & à Firmico libro sexto. Mathe. capite trigesimoprimo, à Græcis uerò Ἀπελάται appellantur, propriè hi habentur, qui pecora ex pascuis, uel ex armentis, uel stabulis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, abigendique studium, quasi artem exercent, equos de gregibus uel boues de armentis abducentes. l. 1. §. 1. Digest. de abigeis. Iustinia. Nouell. 22. ἵνα τῶν καλουμένων ἀπελατῶν, οἷς ἔστι φροντὶς τοὺς ἀλλοτρίους ἐφέλκειν ὑποζυγίοις ἢ βοσκήμασι, καὶ ταῦτα μεθιστᾶν ἑτέρωσε. Moscopulus in libello, qui inscribitur τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογή, Ἀγέλη (inquit) λέγεται ὅταν πολλὰ πρόβατα ὁμοῦ βόσκηται, ἢ πολλοὶ χοῖροι ἢ βόες ἢ τοιοῦτοι, ἐφ' ὧν λέγεται ἀπελάτης. Ἀπελάτης γὰρ ὁ κατὰ ἔθος ἀπελαύνων ἀγέλην ζώων. Abigeos autem à furibus quantitate discerni traditum est. Nam qui ouem unam, suem unum, subripuerit, ut fur coercetur: qui gregem, ut abigeus. l. 16. §. quantitas. Digest. de pœnis. Idcirco Callistratus, oues ait pro numero abactorum aut furem aut abigeum facere. Nam qui decem oues uel capras uel porcos quinq; aut quatuor, equum unum, duas equas, totidemque boues abegerit, Abigeus est. dict. l. ultim. Digest. de abigeis. Non tamen sola quantitate, sed ex animo & studio atque arte abigendi hoc discernitur ut Cuiac. Obser. 1. capite uigesimo, ostendit. Nam qui studiosè unum equum aut bouem abduxerit, abigeus est: qui casu fur. l. 1, Digest. de abig. Et ideo rectè Iustinian. in Nouell. de nupt. τῶν ἀπελατῶν eos appellatione contineri ait, οἷς ἔστι φροντὶς ἀλλοτρίοις ἐφέλκειν ὑποζυγίοις ἢ βοσκήμασι, καὶ ταῦτα μεθιστᾶν ἑτέρωσε. Cæterum ut fures, tenentur actione ciuili in duplum uel quadruplũ, quo casu sine inscriptione agitur: ut abactores, cessante actione ciuili extra ordinem accusantur quo casu necessaria est inscriptio. Cuiac. Briss. Prat. Spieg. Hotomann. Hinc,

ABIGEATVS crimen ipsum descendit, de quo in l. 2. ff. de abigeis. l. 5. §. qui desertionis. ff. de re milit. quo olim nobilitatos Iberos fuisse Seruius in 3. Georgicon scribit.

ABIGERE est à se expellere uel crimen abigeatus exercere. NEBR.

ABIGERE etiam partũ uenenis & medicamentis, expellere & enecare significat. Sic accipitur in l. 4. Digest. de extraordin. criminibus. l. 8. Digest. ad l. Cor. de sicarijs. & l. 39. Digest. de pœnis, & apud Cicer. in Cluentiana, & Tranquillum in Domitiano capite penult. Cùm ait, Mox patre ac uiro orbatam ardentissimè palamque dilexit, ut etiam causa mortis extiterit coactæ conceptum à se abigere. Sulpitius Seuerus libro undecimo. Sacra. hist. Fuit in sermone hominum Priscilliani stupro grauidam partum sibi graminibus abegisse. Vnde,

Abactum uentrem dixit Paulus libro quarto, Sententit. titul. nono, fœtum uenenis & medicamentis eiectum. Nec longè ab hac significatione est, quòd Imper. uenenis uiscera hominis extinguere appellat in l. 3. Codic. de quæstio. Cuiusmodi criminis à Iuuenale Sat. 6. & Minutio Felice (cuius liber pro octauo Arnobij hodie circunfertur) fit mentio. Briss. Hotom. Prat.

ABIGERE & Arcere diff. Abigimus quę ubi accesserint expellimus: Arcemus quæ prohibemus ne accedant. Spieg.

ABII dicuntur qui legibus utuntur, & politia, itẽ qui multum possident uictus. Spieg.

ABIICERE est spernere. ut in auth. quib. modis nat. eff. leg. §. sit igitur. Hinc,

ABIECTA Persona ꝓ contẽpta, humili & uili. l. sed etsi unius. §. interdũ. uer. utputa si patris persona uilis abiectaq; sit. ff. de iniur. ubi pater uilis non potest remittere iniuriam filio factam. glo. & Dd. in l. in personam. ff. pactis. Rebuf.

ABIICERE quodammodo contrariũ uerbũ Adijcere, est adjectionem non recipere. l. Sabinus. ff. de in diem adiectione. Cuiac ad Affr. trac. 3. fol. 34. Significat & proijcere & repellere. l. qui leuandæ. ad l. Rhod. de iactu. ubi primo dicit, Proijcit, postea Abijcit. REBVF. Hinc

ABIECTA dicuntur quæ incẽdij causa sub Dium emittuntur. uid. leg. falsus. §. qui alienum. Digest. fur. Specul.

ABIICERE hastam dicitur qui causæ diffisus animum

nimum abijcit, ac desinit contrà conari. Sp.

ABIICERE rem uidetur qui exiguo pretio uendere cogitur. leg. ita ut omnes summas. Digest. Mand. Spiegel.

ABIICITVR uxor quum mittitur renunciatio, CONDITIONE TVA NON VTAR. Dimittere uxorem an dicatur Latinè uide Rhod. c.16. lib. 18. Spiegel.

ABIICIENS partum necare uidetur. l. 4. ff. de agnosc. lib. Prat.

ABIECTIO in Iure intelligenda est, cum contestamur, abiectis omnibus quæ aduersarius dixit, uni rationi nos responsuros, teste Zasio. Sp.

AB incunabulis, eundem sensum habet, quem à cunabulis.

AB intestatò, aduerbium: id est, sine testamento. Institution. de Hæred. quæ ab intest. def. Spiegel. Nebriss.

ABIRE discedere est. Rebuf. hinc,

ABIRE ab emptione, id est, ab emptione discedere. l. Iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. uel mutare emptionem & ab ea recedere. d. l. Iurisgentiũ. ubi prius dicit, Abiri ab emptione: postea mutari & recedere. In l. 1. ff. quãdo liceat ab emptione discedere, dicitur, Abeatur ab emptione. Sp. Rebuf.

ABIRE à Societate, est discedere, & societati renuntiare. l. si conuenerit. ff. pro socio. ubi prius ponit uerbum abeatur, postea Renuntietur. Rebuf.

ABIRE in creditum, nõ omnino idem est, quod Creditum: sed tantum eas res credere quæ accipientis fiunt: hoc est quæ functionem non in specie, sed in genere recipiunt. Vlp. l. procuratoris. 5. §. 8. ff. de tribut. act. l. 3. §. 1. ff. ad Maced. uide CREDERE. Hotoman. Prat.

ABIRE dominium à nobis. in l. nõ ideo. Nõ ideo minus rectè quid nostrũ esse uindicamus, quod abire à nobis dominium speratur, si conditio libertatis uel legati extiterit. ff. de rei uind. pro. Recedere & auferre. Spie. Rebuf.

ABIRE Magistratu eodẽ sensu dicitur quo abdicare se magistratu, deponere, dimittere magistratũ, uel administrationem l. nec magistratibus. ibi, expectandum est, quod magistratu abeat. ff. de iniurijs. Prat. Rebuff. Oldend.

ABIRE in desuetudinem, abolescere est. Abit lex in desuetudinem, quando est abolita per contrariũ usum uel consuetudinem. Iurisconsult. in l. 1. §. 1. de interr. action.

ABIRE rem longè, pro eo quod est, infinitatẽ respicere, pulchro loquẽdi modo à Iurisc. usurpatum, in l. à diuo. §. sed si emptor. de re iud. monuit præceptor meus Zasius, germanæ, solidæq; doctrinæ Iurisconf. quod ante me de eo laudatissimus uir, nostræq; ætatis undequaq; doctiss. Andr. Alc. tam candidè, q̃ uerè tribuit ad fin. luculentissimę interpretationis l. quinque pedum. Cod. Fin. regund. qui primus omnium genuinum eius sensum aperuit: ne mireris, hic lucernam tantùm Accursianam defecisse. Spieg. Prat. Rebuf.

Abisse pro obijsse ueteres dixisse scribit Festus libro 1.

ABITIO mors antiquis dicebatur Festo libro 1. PRAT.

Abiudicare rem, est per iudiciũ auferre, & alienare ea forma qua dicimus abiurare. Bud. in l. postrem. de Orig. iur. Abiudicare & Adiudicare differunt. Nam abiudicare est iudicio auferre Cic. Ver. 2. Liu. libro 4. idem quod remouere & abdicare ut not. Nebriss.

Adiudicare zusprechen durchs gericht idem qđ applicare. facit tex. & ibi no. in c. uenerabilis. in uers. qua uerò ibi, eidẽ Episcopo adiudicauimus. de excep. & in c. auditis. in uers. adiudicantes. de præscri. Olden. Spec. Prat. Nebr. Hotoman.

ABIVRARE uerbũ iudiciariũ est, & ut Seruius in 8. Æneid. scribit, rem creditam periurio negare significat. Id quod Plauti uersu ex Prologo Rudentis comprobat.

Qui falsas lites falsis testimonijs
Petunt, quiq; in iure abiurant pecuniam.

Quamquam ille auctor pro Rudente [Greek] Curculionẽ citet. Sic & Cic. 1. Epist. ad Attic. Me sponsorẽ appellat. Mihi tñ abiurare satius est, q̃ dependere. Quo loco abiurare Cic. dixit, pro, sponsionẽ factam iureiurando abnegare. Symmach. in Epist. Cui post uenditionem Hispaniensis prædij sui, partem proteruus emptor abiurat. Inde,

Abiuratio, rei creditæ abnegatio, interprete Isid. lib. 5. Etym. c. 26. Briss. Hot. Prat. Sp.

Abiurare etiam est iuramento renuntiare. c. audita. de restit. spol. in antiq.

Abiurare hæresim quid sit, disces ex ca. ad abolendam. extra, de hæret.

Abiuratum pretium in Constitutione 4. C. de uestibus holoueris & aurat. lib. 11. id est, (inquit Accursius ad eandem) pretium, quod pro ea re dederat, amittit: licet iuret se dedisse: Accursij sententiam probat ibidem Odofr. Prat.

ABLATIVVS Casus aliqñ resoluitur in Accusatiuum & prępositionem Propter: ut mandato, id est propter mandatum. l. si mãdato. ff. mandati. l. cotem ferro. §. eam rem. ff. de publ. Aliquando in Accusatiuum & præpositionem IN, Vt, Quiete, id est in quietem. l. 1. C. de primice. lib. 12. NEBR.

ABLATIVI absoluti ea natura est, ut conditionem inducat. Notant Dd. & præsertim Alciatus, in l. cum quærebatur. 240. ff. de uerb. sig. In quo articulo sciendum est: ablatiuos quandoq; in Vim septimi casus, ut Diomedes & Seruius docuerunt, enunciari: tuncq; dubium non est, ad conditionem nõ referri. Inducitur autẽ huius casus uis simpliciter, in Nominibus: ut cũ dicimus, Te autore didici, arbitratu Seij ædificaui, saluo consensu dñi alienaui, & si quę similia. Quandoq; per Participium proferuntur, & tunc naturam adiuncti participij debemus inspicere: præsentis, præteriti, an futuri sit temporis. Quod pręsentis est temporis conditionẽ non inducit: Vt si dixerim, Rato manẽte pacto, pœna soluatur. Item, Filio præcedẽte, patri pmittitur quẽlibet in locum nepotis adoptare: hic. n. nõ uidetur subesse conditio. Qđ tñ non procedit cum participium ipsum, licet præsentis tẽporis, futuros tñ casus respicit: ut si constitutum sit: stãtibus masculis fœminas à successione excludi. Illa. n. uerba, Stantibus masculis, quoniam ab eo prolata censentur, qui ius de ea re statuẽdi habet, & conditionem inducunt & dispositionẽ: quia non solum fœminas sub conditione excludunt, sed ipsos masculos admittũt. Bart. in l. 2. §. fin. ff. ad Tertul. Cũ participium Præteriti est tẽporis, obscurior est quęstio: quoniam ex adiectione uerbi ad omnia tempora poterit referri. l. uerbum erit. & ibi Alc. ff. uerb. signific. unde hæc uerba Soluto matrimonio, generaliter accipi ex materia subiecta poterunt, siue retrò solutum sit, siue in futurum soluetur: respectu futuri condi-

conditio est,non autem respectu præsentis præteritiue. Nam & cum sermo Latinus præsens a passiuo uerbo nullum habeat,soliti sunt Veteres in eum sensum præterito uti. Vt apud Verg. Vimq; addere uictis.id est qui uincebantur,& in Georg. Quàm quibus in patriam uentosa per æquora uectis. id est qui uehantur. Sic in l.2.§.deinde. ff. de incend.ru.dum in eum,qui rate naue expugnata, quid rapuisse dicetur, actio conceditur, illa uerba, Naue expugnata, exponuntur, id est dum expugnatur, & præsens quoq; tempus respiciunt. Sumuntur quandoq; & huiusmodi participia ferè in uim nominis, ut cum dicimus, uelo leuato iudicauit : reseruato domini consensu alienauit: penum excepto uino legauit: quo casu dubium non est,dispositionem inferri non cōditionem. Cum futuri temporis participium est, tempus potius quàm conditio inducitur. ut in illo Lucani. Venturo Cæsare Romam,Ignauæ liquere manus. id est cum esset uenturus. Vnde licet Bartolus in l.1.quæstio.7.de condit. & demonstr. eas conditiones quæ ab ablatiuis absolutis inducuntur, expressas appellet : tamen uidetur huiusmodi ablatiuos principalius ad tempus, quàm ad conditionem referri. Nam & illud in confesso est, magis dispositioni eos accedere, quàm conditio expressa faciat. secundum Ias.in rubr.ff.soluto matrimo. Alciat.in l. cum quærebatur. ff. uerbor. signific. & plura de natura horum Ablatiuorum.in l.1. Cod. de uir. Emph. l.ab emptore. ff. de pact. in l. 1. & ibi Bartol.& Bald. Cod.quand.lic.ab empt. l. euictis agris. ff. de usur.l. euicta re.ff.de euict.l.fideicommissa. §.cum esset. ubi plenius Bart.de leg.3.ff.& ibi latè per Iasonem. l.2.§. plane & si posthumis.uersic. sed si extraneum. & ibi gl.in uerbo.filio precedente.ff.de uulg.& pupil.subst.l.adoptare.ff.de adopt.

ABLEGARE,pro longè mittere. Spieg.

ABLOCARE, est denuò locare fundum tertio locatum,Zas.in §. Item Seruiana. Institut. de action. Spieg.Prat.

Abmatertera est abaui soror. l. sexto gradu. ff. de gradi.Spieg.

ABNEGAMVS (Abschlagen) quod à nobis aut dono,aut cōmodato petitur. Item, Verneynen/ quod nobis creditū est ut depositum.Sed & qđ promisimus,Entpfallen. Spieg.

ABNEPOS, abneptis,hi sunt,ait Paulus, pronepotis,pneptis filius filia.l.10.§.8.ff. de grad.Hot.Prat.

ABNOCTARE,integram noctem abesse. Marcianus l.5. ff.de officio præsid. Ne qui prouinciam regit,fines eius excedat,nisi uoti soluēdi causa: dum tamen abnoctare ei non liceat. Hot.

ABNOCTARE, scitè usus est Martianus, pro, extra prouinciam esse. in l. illud obseruandum. de Offic.præsi. Sic & in lege XII.Tabul. trinoctio abnoctasse usurpatur. Pomp. similiter pernoctare, extra urbem esse interpretatur. l.urb. famil. de uerbor. signific.Spieg.

ABNVTARE, sæpe abnuere. Festus libro 1. Abnuit autem qui signo capitis aliquid negat,quiue recusat aut prohibet,apud Classicos autores. Hinc,

ABNVTIVVM pro negatiuo & inficiali, in l.83. in princip.uersicul.& qui spondet. ff. de uerbor. obligatio. Qui spondet,inquit Paulus, Dolum malum abesse, abfuturúmue esse, non simplex Abnutiuum spondet:sed curaturū se ut dolus malus absit. Quod uerbum inuentu rarum est.usum eo Caprum in lib. de Orthogr.reperio. Confessiua uox,ait,fit ex duplici uoce abnutiua, ut, Non nolo. (Ostendo enim me non uelle.) Et, Non nescio quæ tibi uita sit, &, Non nunquam prandeo, &, Nec non est res libera mihi. Sanè Lex XII.Tabul. quæ prohibuit rem litigiosam dedicari l.3.ff.de litig.forsitan permisit mortuum in eam inferri,his uerbis : Nec non mortuum inferunto. Quo loco Seruius annotauit duobus illis uerbis negatiuis quasi permisisse legem magis quàm prohibuisse. l.237. de uerbor.signific. cui congruit philosophorum definitio : αἱ δύο ἀποφάσεις [illegible] μίαν κατάφασιν ἀποτελοῦσι. Interdum duo Abnutiua magis negant,& ponuntur(ut Demetrius ait in Sophoclem) [illegible]. Vlpianus in l.fluminum. ff.de damn.infecto. Nemine nihil faciente,ut Lucil. Nil neminem habere, & Cato Lapideo sunt corde multi quos non miseret neminis. Cuiac. Obser.10. cap.26. Festus etiam Abnuitionis uocem usurpat libro 9. In, non semper abnuitionem significat,sed interdum etiam pro additamento ponitur. Sic enim hæc postrema uerba lego, quibus significat uocem, In,plerumque incrementum addere uerbis quibus præponitur, ut ex his quæ illic adfert exemplis patet. Briss. Prat.Hot.

Ab officio iudicis proficisci hoc est impetrare, & exercere apud iudicem, ut de cautionum formulis ac prætorijs stipulationibus dicitur. Sp.

Abolere est in desuetudinem abire, Isidoro c.fuerunt.7.distinct.

Abolere est tollere,& infirmare,& delere. in constitut. Iustiniani l.1. in princip.Cod.comm.de legat. PRAT.

ABOLERI accusatio, Aboleri item nomen Rei dicitur,cum accusatio crimenque perimitur, Reiq; nomen de reis eximitur.l.3.§.1. de accusat.l.hi tamē. eod.l,1.§.accusaturus. ff. ad Senatusconsult.Turpill. Sic aboleri nomen suum petere,idem quod se à iudicio absolui petere.l.3.§.ultim. ff. accusat. Sueton. in Augusto.cap.32. Diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud præter uoluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit : conditione proposita ut si quisquam repetere uellet,par periculum subiret. Hinc,

ABOLITIO criminis extinctio : aut qua reorū numero reus eximitur, & aboletur accusationis memoria l.6.§.1.ff.ad Turpillia. quæ delatoribus reisq; datur.l.generali. 34. §. 1. ff. de rit. nupt. l.14.§.1.ff.de bon.lib.l.6.§.qui publici.ff.de decur.l.12. §.1.ff.de accusat.l.39.§.duos.ff.de adult.l.15.ff.de iur. fisci. Vel, ut Oldendorp. tradit. Abolitio est accusationis institutæ peremptio,uel absolutio,qua quis nomen alicuius accusauit, cum, omni inscriptione iam facta in totum aboletur remissa necessitate accusandi. Et debet impetrari à Principe, uel Iudice, ab illo scilicet,qui aliquam accusationem instituerat: & in ea se inscripserat,talis enim citra infamiam desistere non potest,nisi absolutionem impetrauerit. Sed quando talis impetrat quod desistat, & quod illud quod per accusationem inchoatum erat,deleatur, ritè fit. Ea fit triplici modo. Primo publicè (hanc etiam generalem uocant abolitionem : in titul.de gener.abolit. Cod.) ob diem insignem, aut publicam gratulationem,uel ob rem prosperè gestam,uel ob lætitiam aliquam,uel honorem domus diuinæ l.7.8.9.12. ff. ad Senatusconsult.Turpillia. l.14. §. 1. ff. bon.lib.quam Constant. lib.1. [illegible] appellat. Eaque uel Senatusconsulto,uel à Principe dabatur. leg. 12. Digest. ad Senatusconsult. Turpillian. l. 2. Cod. de general. abol. quemadmodum à Constantino ob natiuitatem filij Crispini factum legitur. Et

Et hoc casu durantibus ferijs, accusationes omniũ criminum, paucis exceptis, de quib. in l. antepen. & pen. ff. ad SC. Turp. abolentur, ne quisquam tempore lętitiæ in sordibus sit & luctu. Sed ferijs finitis, intra 30. dies utiles accusatio repeti potest. l. 1. l. aut priuatim. 10. l. 12. & 15. §. fui. ff. ad S C. Turpil. Paul. lib. 5. tit. 17. Secundò fit abolitio lege, mortuo scilicet reo uel accusatore, uel iusta causa morbo scilicet impedito quo minus accusare posit. d. l. 10. & 15. §. si ,ppter. l. 3. in fin. ff. accusat. Tertiò fit priuatim actore uel reo postulante. d. l. 10. l. 2. C. abol. Est autem postulanda ab ipsismet præsidibus: & quidem pro tribunali non de plano, sed caussa cognita concedi debet. d. l. 1. §. abolitio. In causæ autem cognitione uersatur, an reus adsentiatur abolitioni, an nõ calumniosè instituta sit actio, nam neq; aduersario inuito neq; calumniantibus hoc est indulgendum. l. fin. ff. ad SC. Turp. l. 2. & 3. C. de abol. ubi Vuesenb. Porrò impetrata abolitione, is qui desistit, accusare amplius nequit, nisi ex indulgentia principis. l. 1. 3. 4. C. eod. Cuiacius ad Iul. Paul. recep. sent. cap. 5. tit. 17. duplicem facit tantum abolitionem Publicam & priuatã. Publica fit nullo postulante, auctore Principe uel Senatu, ob lætitiam aliquam. Priuata fit aut postulante reo ex certis causis aut postulãte accusatore: BRIS. HOT. SPIEG. PRAT. NEBRIS.

ABOLITIO distat ab Amnestia, siue obliuionis lege: quod post ἀμνηστίαν accusatio institui uel repeti non potest: Post abolitionem publicam intra diem trigesimum etiam ab eodem reus repeti potest. l. 1. C. de gen. abol. l. aut priuatim. ff. ad S. C. Turp.

ABOLESCERE pro euanescere & in desuetudinem abire. Spieg.

ABOMINARI usurpatur generaliter pro detestari, teste Roterod. Spieg.

ABOMINARI, est omen auersari. Veteribus infaustum aliquid & mali ominis deprecantibus atq; auersantibus hæc locutio in usu fuit. Hinc apud Iurisconsultos,

QVOD ABOMINOR dictũ uidemus, pro eo quod Cicero crebrò sic extulit: Quod Deus omen auertat, detestetur, obruat. Scæuola in l. Lucius, 85. Digest. de hæredibus institu. Si mihi Titius hæres esse noluerit, aut, quod abominor, prius moriatur, &c. Idem in l. Lucius, 88. §. filiam, De legat. & fideicom. secundo: Si, quod abominor, neq; filia mea hæres erit. Papinianus in l. 41. §. fin. ff. de uulg. Plinius lib. 6. Epist. ad Tyronem. & in Alex. Constit. l. 4. C. de impub. & alijs. Terentius in eandem sententiam dixit: Quod Dij prohibeant. Hot. Briss. Prat.

ABOMINATIO à D. Hieronymo in Homil. appellatur seruitus Idolorum. Largius tamen sumitur in cõmuni usu loquẽdi pro qualibet re turpi & abominabili. Vnde dicitur Abominatione populi. c. tua nos. ext. de cler. ægrot. Alibi Abominatio dicitur eleemosyna Deo facta de rapina, simonia, uel usura. c. non est putanda. 1. quæst. 1. c. scriptum est. 14. quæst. 5. Oldend.

Abominatus, dicitur qui sacris interdictus, excõmunicatúsue est Alciato l. pecuniam. 36. ff. si cert. pet. Is Budæo in forensibus dicitur abdicatus à magna matre. in l. reddentes. C. de sum. Tri. ab Ecclesia extorris. Et hoc sensu abominationem rectè dicemus excommunicationem. Spieg. Old. Prat.

AB omnibus hæredibus legatum ita erat: Quisquis mihi hæres erit, damnas esto Titio dare centũ. interpretatur ab Vlp. ff. de Leg. 1. Spieg.

AB ANTIQVO, nostris. Iason in l. admonendi rep. num. 203. ostendit tempus centenarium significari, l. fin. C. sacrosanc. Ecclesijs. l. an inutilis. ff. usufr. leg. Hoc enim spatio hominis ætas longissima circumscribitur. d. l. fin. Quanquã alij quinquaginta annos sufficere uelint: alij id arbitrio iudicis relinqui. Sed prior communior est. Spieg.

Ab orbita Varro dixit quod non alienũ est à Via & instituto, sed ex cõsuetudine & Via. Adrianus Turneb. lib. aduersar. 12. cap. 16. SCHA.

ABORIGINVM seculo, cum significamus rem ab extrema usq; antiquitate repetitam. Spieg.

ABORSVS & Abortus distinguuntur à Non. Mar. ut sit Aborsus qui est in primis mensibus cum conceptio facta est: Abortus prope tempus pariendi. tũc enim moritur quod nascitur. Porrò procurare Aborsum homicidij species est, de quo Dd. pręser tim Albericus in l. qui in utero. ff. de stat. hom. Sp.

ABORSVS uenter (qui & abactus) Paulo lib. 4. sent. tit. 9. partum facere non uidetur. l. 2. Cod. Post. hær. Et ideo ut ad d. locum Pauli annotat Cuiacius, abortu facto finitur missio in possessionem. l. 1. in fin. ff. de uent. in poss. mittendo. Prat.

ABORTO pro immaturum fœtum edo: usurpat Var. lib. 4. Columellæ uerò Abortio pro eodem est, & Abortior deponens est. Spieg.

ABORTVS uel abortum, uel abortio, eadẽ sunt, & his omnibus generibus hoc nomẽ substantiuum uariatur. l. 30. §. quod dicitur. 2. ff. de acq. hæred. l. 38. §. qui abortionis. ff. de pœn. Dicitur autem fieri cum mulier ante tempus partum edit, ui uentri illata apud Vlp. in l. 1. §. sed etsi incertum. ff. de uent. in poss. mittend. Prat. Abortum tamen grauidæ mulieris, etiam dici, quod nõ sit tẽpestiuè ortum, Sex. Pomp. autor est. Spieg.

ABORTIVVS est puer uel alter fœtus, ante prę finitum tempus natus: & ideo sic dicitur quód non oriatur sed aboriatur & excidatur, secundũ Isid. lib. 10. Etym. Old. Hinc Abortiui qui aborsu nati sunt. Spieg.

ABORTIVA oscitatio quæ abortire facit. Plinius: Oscitatio quidem in enixu lætalis est, sicut sternutare à coitu, abortiuum. Censetur autem abortiuus partus, si quis nascatur quinto aut septimo mense: cum genuina, iusta & legitima non sit recepta nisi septimo mense, & deinceps. l. septimo mense. ff. stat. Spieg.

ABORTIONIS poculum dare. lege Poculum.

AB Ouo usque ad mala, pro eo quod est, ab initio usq; ad finem. Qui rem altius repetunt quàm oportet, notantur illo uersu Horatij, Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. Spieg.

ABPATRVVS idẽ qui patruus maximus, hoc est abaui, abauię frater. l. 3. ff. de gradibus. Hotoman. Prat.

AB re, modò sine causa, frustra: modò significat, Præter siue contra utilitatem, aut sine utilitate. l. si quis seruo alieno. sub fin. C. de fur. l. consentaneum. C. Quom. & quandò Iud. Huius contrarium) (est E re: id ad utilitatem. Sp. Old.

ABROGARE est destruere, uel delere in toto, & infirmare Festo. lib. 1. Vnde dicitur lex abrogata, quando prorsus est sublata, uel destructa.

Abrogare etiam publicare, & auferre sonat in Cõstantini Constitut. l. si quis ad se. C. ad leg. Iulia. de ui public. Et etiam Abrogare interdum est addere aliquid. Prat.

Abrogare lege & legem dicimus. Sed usitatius accusatiuo iungitur. Modest. de uerb. sig. Spieg.

AB-

ABROGARE legem, idem est quod tollere, siue antiquare, quia à Magistratu, qui eam potestatem habet, populo interrogato, an uelit, iubeatq; eam legē tolli, illo annuēte, antiquatur, tolliturq; quemadmodum eodem populo interrogato fuerat promulgata: Vnde & lex plerumq; dicitur rogatio: ut sic Abrogare legem, sit legem ferre, & populum rogare, ut ne aliqua lex ualeat, & omninò tollatur. Neq; enim cū lex abrogatur aliud agitur, quàm quòd rogatur, quomodo eam abrogari oporteat: ut Bald. in suæ Chatech. 1. parte sub finem ostendit. Cicero lib. 2. de legib. Eas, inquit, tu leges rogabis, quæ nunquā abrogentur. Liuius lib. 22. plebiscitum primus ego antiquo abrogoq;. Est itaq; abrogare legem idem prope quod derogare. Iurisconsultus tamen de uerborum significatione, inter utrumque uerbum, nonnihil distare facit. Derogatur, inquit, legi, cum pars detrahitur: abrogatur, quum prorsus tollitur. Adde tu, quod abrogatur, quū ut dixi prioris legis infirmandæ causa promulgatur altera. Sermonis Latini ignari, uulgari uoce decepti, pro eo, quòd esse debet abrogare, siue derogare legem, ipsi reuocare dicunt, quum sit reuocare, ut autor est Varro de lingua Latina, rursus in cor uocare, hoc est, renouare. Iuuenalis de Domitiano, qui legem Iuliam iam obliteratā, dormientemq; excitauerat, sic inquit,

Qui tunc leges reuocarit amaras
Omnibus, atq; ipsi Veneri Martiq; timendas.

Vergil. 1. Æneid.

Reuocato à sanguine Teucri,

id est, renouato, quippe qui iam propemodum extinctus erat. NEBR. Adde Ræuardum ad leg. XII. Tabul. cap. 1.

ABROGARE, Derogare, Exrogare, Obrogare, diuersam habent significationem separatamq; in antiquorum auctorum libris. Cic. lib. 3. Episto. ad Atticum. Octo nostri Trib. pl. caput posuerunt hoc, Si quid in hac rogatione scriptum est, quod per leges plebisue scita, hoc est, quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare sine fraude sua non liceat. Abrogatur uerò legi interprete Modestino in l. 102. ff. de uerb. sig. cum lex prorsus tollitur. Derogatur cum pars detrahitur. Vlpia. in Instit. tit. 1. Lex aut rogatur, id est, fertur, aut derogatur, id est pars prima tollitur, aut subrogatur, id est, adijcitur aliquid primæ legi, aut abrogatur id est mutatur aliquid ex prima lege. Festus autem, Derogare ait esse detrahere. Exrogare ex lege uetere aliquid eximere per legem nouā, Obrogare, legis prioris infirmandę causa legem nouam ferre. Quemadmodum apud Suetonium, Claudius capiti Papiæ Popęę legis obrogasse edicto dicitur. Quintil. Declam. 263. Quotiēs de Iure populi agitur, apud Populū cui mutare, cui abrogare, cui ferre quas uelit rogationes licet. Briss.

ABROGATIONIS uariæ sunt causæ. I. Consuetudo cōtraria. in l. de quib. ff. de legib. can. in istis. §. leges. 4. dist. II. Constitutio contraria. exēpla reperies in multis Iust. Nou. III. Causę cessatio. c. Neophytus. & ibi gl. in uerb. causa. 61. distinc. l. adigere. §. quanti. ff. de iur. patr. IIII. Loci uarietas. c. fi. 31. dist. V. Tempus. c. nō debet. de consang. & aff. VI. Rigor gl. in c. fraternitatis. 34. dist. VII. In specie c. legi. 16. q. 1. VIII. Maius malum inde sequens. c. uerum hoc. 14. dist. Prat. Et fusius de his causis Rebuffus ad l. derogatur. 102. ff. de uerb. sign. Item enumerantur in c. ult. §. hæc etsi legib. 4. distinct.

ABROGARE nonnunquam ad magistratū, imperium & alia refertur: capiturq; pro adimere, abdicare, abolere, irritum facere, extinguere. l. nec mādato. §. 1. ff. de tutor. & curat. dat. ubi dicit, quod furor non abrogat magistratum. Sic abrogare magistratū alicui dicitur, qui legem fert ad populum, ut is magistratu suo spolietur. Cicero in Corneliana. Nec uehementius est ostendere se laturum inuito collega: quam ipsi collegæ magistratum abrogare. In l. si quis fundum. in fin. dicitur: bonis omnibus abrogatis. C. ad l. Iul. de ui pub. Hotom. Rebuf.

ABROGATAS leges, cōstitutionésue, recitari, aut ostēdi, aut citari uetuit Iust. in l. 2. C. de uet. iur. enucl. Earum tamen necessaria uidetur notitia Isod. c. fuerunt. 7. distin. PRAT.

ABROGARE per Saturam, forma est loquendi in sanctionibus legum adscribi solita, autore Festo. Hoc modo. Neue per saturam abrogato aut derogato. Id est (ut Cuia. Obs. 14. c. 7. explicat:) ne commistis rebus plurimis abrogato, ne confusè, sed specialiter, explicatè, disertè. Cuiac.

ABRVPTVM lucrum, cuius commeminit Vlp. l. 1. §. 3. ff. quar. rer. act. non det. interpretatur Accurs. ibid. subreptum. cuius sententiam probasse uidētur Albericus & Oldendorpius in lexic. explicans abruptum id est, turpiter acquisitum. Sunt qui interpretentur præceps, & præter spem obiectum. Tu uide Græcos interpretes in eum Vlpiani locum. Budęus tamen abscissum, & pręcisum καὶ ἀπότομον uidetur interpretari l. 4. §. 8. ff. de re milit.

ABRVPTA, dura, præcisa, abscissa. c. de uiro. 32. quæst. 2. PRAT.

ABS

ABS præpositio ablatiua, idem quod à uel ab, à Græco ducitur ἀψ. significat autem retractionem in partem posteriorem. Eadē M. Cicer. temporib. in accepti tantum tabulis usurpabatur cum eius nomen perscribebatur, unde accepta pecunia in Codicē referebatur: hoc modo. A' T. Pomponio accepi. H-S. decim. Cal. Maij, Q. Hort. Q. Metel. Coss. Cic. in Orat. una præpositio est ABS, eaq; nunc tantum in accepti tabulis manet: nec his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Pomponius tamen in facti stipulatione usus ea est in l. si ita stipulatus. 14. ff. de uerb. obl. & in nominis emptione Saluius Iulianus l. multùm. 19. ff. de hęr. uel act. uen. Prat. Hot. Sp.

ABSQVE, & Sine, habent similē significationē, quæ est negatiua. ut, Absq; iniuria. l. omni innouatione. c. de sacros. eccle. Est ubi pro præter & exclusiuè ponitur. Exempla habes apud Albericum. Spieg.

ABSQVE procemijs & affectib. est. nulla uerbosa uti prælocutione, remq; ut est, simpliciter proponere, ut inprimis exigūt Tribunalia. Quin & Athenis interdicebat præco dicturis in Concione ne uel pręfatione, uel affectibus uterentur, rem modo exponerent ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν. Sp.

ABSCEDERE est recedere in l. unic. de colon. Palæst. lib. 11. C.

ABSCEDENTEM usumfructum hoc est κεχωρισμένον, id est, seiunctum, & detractum interpretatur Theoph. §. ne autem. Instit. de usufr. Prat.

ABSCISE uel Abscisse pro eo quod est, fixè & determinatè, in l. semper. 5. §. 2. ff. iure immun. Demōstratur uariè, inquit Callist. nec Abscissè, numerū liberorum, ad excusationem municipaliū munerum. prodesse, ex rescriptis. ff. Ælij Pertinacis. Id est non præcisè & fixè: quia non est numerus status, qui immunitatem præbeat. uid. Bud. in l. qui cum auo. §. nō omnis. ff. de re milit. Idē ualet, quod Græcū ἀποτόμως. Igitur, Non Abscissè, id est, nō exactè, præcisè, imperfectè,

fectè, non plenè, non certa & constanti definitione, nec ad unguem. Vsurpat hoc uerbum sæpissimè Valer.Max.pro seuerè, & rigidè: metaphora à rupib.& alijs locis præfractis ducta. Spie.Bris.Prat.Hot.Old.

ABSECTA & coniuncta cõtraria sunt: l.eis quidem: qui milit.non possunt.lib.12.C.

ABSENS is dicitur qui nõ est in eo loco in quo petitur, l.absentem.299.ff.de uerb.sig.diciturq; quis pro diuersitate subiectæ materiæ, & tractationis uarijs modis absens: secundum Accurs.in l.præsens.ff. de procur.ut in iudicijs.

ABSENS dicitur qui in iure non est. l.4.§.Prætor.ff.de dam.infec.& qui à tribunali abest. l.nõ tantum. .abesse.ff.de fideicom.liber. Item qui extra territoriũ ius dicẽtis est.l.hęres absens.& ibi gl.ff.đ iud.

ABSENS est qui est extra prouinciam.l.fin.§.ul. C.de bon.auth.iudicis pos. similiter qui nõ est in eadem prouincia Absens dicendus est, ut in l.fin. C.de long.temp.præscript.

ABSENS etiã is est in legũ dispositione qui longè abest. Alc.in l.mulieris.§.abest.de uerb.sig.

ABSENS dicitur qui est extra urbis continẽtia, etiamsi non sit trans mare, dummodò sit extra ciuitatem.l.absentem.de uerb.sign.

ABSENS etiam quibusdã dicitur, qui facilè non potest inueniri: quemadmodũ pręsens qui facilè potest inueniri: citant auth.præsente. C.de fideiuss.

ABSENS quoq; dicitur qui nõ est in domo. l.de pupillo.§.si quis.ff.de noui oper.nun. sic Episcopus dicitur Absens, qui non est in domo Episcopali, cui fortè desideram⁹ quippiam insinuare, uel alios act⁹ penes illum tanquam Episcopum exercere. Et alius quilibet beneficiarius, quando non debitam præstat residentiam in suo beneficio, dicitur Absens.gl.c.residentiæ.cap.absens.de collat.

ABSENS in distributionib. quotidianis habendis dicitur, qui nõ est in eo loco in quo dantur: licet alibi forsan in Ecclesia esset: c.1.& per totum.de cler. non resid.in 6.

ABSENS is quoq; habẽdus est, qui in Vigilibus, castrisue urbanis militat.l.si maritus.ff.de adult.

ABSENS, in materia præscriptionum is dicitur qui nõ est in eadẽ Prouincia, seu territorio.§.1.Instit. de usucap. l.fi.C.de long.temp.præscr.

ABSENTES in stipulationibus dicuntur, qui se inuicem exaudire nequeunt.§.item uerborũ.Inst. de inutil.stipul.

ABSENS per cõtumaciã habetur ꝓ præsente. l. in causæ cognitione uersabitur.§.causa.ff.de minor.

ABSENTES dicuntur, furiosus, demens, pupillus, adolescẽs, quanq̃ corpore præsentes. Iuris enim interpretatione, sententia coram illis ferri non censetur.l.diem proferre.§.coram.ff.de recept.arbit. Furiosus tamen, modò absentis loco est: modò non est. Conciliationem uide apud Old.in sua Copia.

ABSENS reus, causas absentię per procuratorẽ reddere potest.l.absens.ff.de procur.

ABSENTES à quibuscunq; defendi publicè utile, dicit Vlp.in l.seruũ quoq;.§.publicè.ff.de ꝓcur.

ABSENS defendi non uidetur, si actor ultrò interpellat, nec quisquam se defensioni offerat. l. ergo sciendum.ff.ex quib.caus.maior.

ABSENTEM esse aliud est, quàm haberi ꝓ absente. Bart.in l.si maritus.2.§.1.ff.de adult.& quæ absentia prodest. Bar.ibid.& quæ absentia iuuet absentem aduersus gesta contra eum. Bart.in l.absentem. C.de procurat.

ABSENS reipub.causa, tamdiu absens habetur, donec finitum sit reipub.officium, & donec commodè redire potest, præfixo illi tempore redeundi. Zasius in §.rursus.Instit.de Action.

ABSENS, uel ob necessariam causam, uel lucri sui gratia, quatenus sit restituendus, leges eleganter distinghunt.l.ult.ff.de in integ.restit.l.1.C. Ex quib. causis maior.l.quia.C.de procur. l. nec non, & l.sed etsi.§.1.ff.ex quib.caus.maio.

ABSENTIA, tiæ, sicut præsentia, tiæ, dicimus. Seneca ad Lucil. Æquo animo ferre debemus absentiam. M.Antonius ad Ciceronem lib. ad P. Attic.14. Quam ob causam uereor, inquit, ne absentia mea leuior sit apud te. Spieg.

ABSENTIARVM genera quinq; cõstituit Accurs.l.ult.ff.de in integr.rest. Prima est probabilis & necessaria, ut in milite, qui Reipub. causa abest. Secunda est probabilis tantum, ut studiorum. Tertia necessaria tantum, ut in relegato. Quarta uoluntaria, sine contumacia. Quinta, ut per contumaciam. Budæus tamen, tria tantũ genera referre uidetur in Forens.Iustam, & causariã, probabilẽ & liberã. Prat.

ABSISTERE Budæo in forensib. est supersedere: quo significatu uidetur etiam T. Liuius lib. 8. ab urb.Cond.accepisse. Prat.

ABSOLVERE forense uerbum, significat iudicio se liberare, apud Iulianum.l.si extr. duobus.14.§. 1.ff.iud.sol.& Paulus in l.si in re.in fin.prin. ff. de noxal.act.Prat.

ABSOLVERE iudicio, &, Absoluere se iudicio ab aliquo pro liberare, non uexare molestia iudiciali. Sic Absolui ab aliquo, liberari ab ea controuersia, quam ab aliquo patiebatur.l.14. ff.iud. solui.Iauol.l. fullo.90.ff.de furt.l.si in re.19.ff.de noxal.act. Cicero pro Comœdo. Iudici hic denunciauit, absolutus est. Cur de fundo decidit, & iudicio non absoluitur? cur tam imperitè facit, ut nec Roscium stipulatione alliget, neq; à Fannio iudicio se absoluat? Item

ABSOLVERE aliquem est reddito illi pretio dimittere. Vtrum quod ligati sint quibus debetur aliquid, ut putat Donatus: an quod appellandi flagitandique negotio ac molestia creditores liberentur? Sic

ABSOLVERE creditorem pro pecunia soluta dimittere eleganter dixit Iul. Paulus in l. & in contraria. 37. ff. de usur. Et in contraria, inquit, negociorum gestorum actione usuræ ueniunt, si mutuatus sum pecuniam, ut creditorem tuum absoluam. Vulgò Expedire dicunt. Eodem sensu usus est quoque Terentius in Adelp.act.2.scen.4.Æsch. Ego ad forum ibo ut hunc absoluam. Sumptum è Græcorum consuetudine uidetur, qui ἀπαλλάττειν, & ἀπαλλάττεσθαι, dicunt. Itaque Absolui dicitur creditor cum sibi æs creditum soluitur ære. HOT. Prat. SPIEG. Oldend.

ABSOLVERE pro Absolutum ostendere & declarare, exponit gloss.in cap.ex diligenti. extr. de simonia.cap.2.de iureiur.cap.audiuimus.24. quæst.1. Prat.Olden.

ABSOLVERE pignus apud Paulum libro secundo, recept.sentent. capite quinto, accipitur pro eo quod est, Luere pignus. Creditor, inquit, si simpliciter sibi pignus depositum distrahere uelit: ter antè debitori suo denunciare debet, ut pignus absoluat, ne à se distrahatur. Sunt tamẽ qui ibidem Luat, legant. Hot. Prat.

ABSOLVERE pro, Reconciliare, sumitur in capitul.ad mensam. §. penultim.11.quæstione tertia, Oldend.

ABSO-

ABSOLVTA completa ad finem perducta. Itẽ, **ABSOLVTA**, dicuntur lecta, & à partibus approbata. Vel absoluta, suscripta. Sic exponitur Inst. de contrah. empt. §.1. Astipulatur Imp. Iustin. in l. cõtractus. C. de fid. instr. Spiegel.

ABSOLVTE accipitur, pro eo quod est in uniuersum, in totum, ut in c. beneficium ext. de reg. iur. in 6. Item absolutè, id est, Præcisè. cap. contra Christianos. ext. de hæret. libro 6. Aliquando exponitur absolutè, id est, liberè, ut in auth. de mand. prin. §. sed neque. Prat. Old. Spieg.

ABSOLVTIO ad cautelam, trita est in foro ecclesiastico: de qua plenè scribit Hostiens. in laudato satis opere, quod Summa intitulatur. tit. de sententia excomm. & uid. hic plenè Alb. in suo dict. in dict. Absolutio. Verum absolutus dolo suo, actione prima conueniri potest. l. cum à te. ff. de dol. mal. Spieg.

ABSOLVTIO ad crimen relatum, pro liberatione à crimine. Absoluit maiestatis, insigni memorabilique exemplo Cæs. Maximilianus, publicè quidem Bruggas Morinorum, priuateq; Cornelium à Bergis regulum. Spieg.

ABSOLVTORIA esse omnia iudicia Iustinianus scribit. §. fin. in fin. Inst. de perpet. & temporalib. act. quod ita ibidem explicuit Theophilus, τουτέστιν ἔξεστι τῷ δικαστῇ περὶ καταδίκης συγχωρουμένῳ τὴν ῥέον ἀφεῖναι ἀγῶνα Prat.

ABSTENTVS apud eundem Scæuolam d. l. penult. & Vlp. l. penul. §. fi. ff. ut in possess. leg. & Africanum. l. tutor. 19. ff. ad S.C. Velleia. Hac etiam uoce alio significatu usus Cyprianus: apud quem pro excommunicato accipitur. Prat.

ABSTENTI uoce (quam nostra memoria Ritius Neapolitanus, qui regũ aliquot uitas epitomauit, ut ante eum diuus Cyprianus, pro excommunicato usurparunt) Iurisconsulti, Vlpianus & Africanus usi sunt, pro eo, qui se bonis paternis seu hæreditate abstinuit. Apparet autẽ, eos illa ætate floruisse. Nam ab extincto Alexãdro Imp. cuius ille scriniorũ magister fuit, ad Valeriani imperium, sub quo cõstat Cyprianũ decollatum, anni circiter uiginti intercesserunt. Vlp. in l. fi. si quis caut. Et interea, inquit, pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abstentus sit hæreditate. Africanus in l. tutor pupilli. ad Vell. Et cùm paterna hæreditate abstinere uellet, mandato uxoris defuncti, quæ mater pupilli esset, abstento pupillo, solam se hæreditati immiscuisset. Bifariam autem loquimur, Abstinuit hæreditate, & abstinuit ab hæreditate. Spiegel.

ABSTENTIO. lege Aditio.

ABSTENTVS, qui tutoris auctoritate ab adeunda hæreditate reuocatus est. Scæuola l. pen. ff. de auct. tut. An secundum hæc acta adolescens à bonis patris abstentus sit: respondit, proponi abstentum. Vlpia. l. 1. in fin. ff. ut in possess. legat. Si certum sit repudiatum, uel omissam hæreditatem, uel abstentos necessarios hæredes. Item Papinianus l. ult. ff. si quis cautionibus. Hot.

ABSTINENS, Suo contentus, qui non rapit aliena. Continens uerò dicitur, ut Arist. uoluit teste Io. Petrò Valla, in esca, potuq;, ac libidine nec non ira. SPIEG.

ABSTINENTIA opponitur rapacitati. Abstinemus enim ab alienis, cùm nulli uim inferimus. Est igitur abstinentia in Viro innocente. Continentia in Temperante. Notum Ouidij Carmẽ. Est uirtus placitis abstinuisse bonis. citat Scholiastes in Clement. ad nostram. de hæret. Spieg.

ABSTINERE generaliter dicitur, quando aliquis se ab aliqua re cohibet, quasi se tenens ab illa re. l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de noui oper. nunt. ibi, Interim abstinendum est. Sic patronus qui sibi in testamento liberti legatum adscripsit, abstinere iussus est. l. si quis legatum. §. si patronus. ff. de fals. Sic relegati, siue in insulam deportati, locis interdictis abstinere debent. l. relegati. ff. de pœnis. Alijs quoq; personis adaptari potest: ut si negociatione quis abstinere iubeatur. l. moris. §. sunt autẽ. ff. de pœn. Et constitutum est eum cui patria interdictum est, etiam ab Vrbe abstinere debere. l. relegatorum. §. constitutũ. ff. de interd. & releg. Item & is qui honoribus secundum sententiam uti prohibitus est; si appellauerit, abstinere interim à petitione debet. l. reus. in fi. ff. de munerib. l. 2. in fin. ff. de reg. iur. Ad alia quoq; pertinet hæc uox, ut exempla sunt in l. unic. ff. nihil innouand. app. interposita.

ABSTINERE honoribus in l. c. 1. de his qui nõ imple. stip. lib. 10. quemadmodum abstinere alieno pro abstinere se ab alieno. Spieg.

ABSTINERE dicuntur sui uel necessarij hæredes, Vlpia. l. 3. §. scio. ff. de mi. l. 38. ff. de acq. hær. Abstinere etiam dicitur emancipatus. eidem l. 2. §. 6. ff. ad Terty. Sed & extraneus, puta uxor. l. Lucius. 14. ff. de fideic. li. Porrò abstinere se hæreditate, & retinere hæreditatẽ sunt contraria. Dicuntur tutores abstinere pupillum, hoc est, si eis auctoribus pupillus se abstineat hæreditate. Papin. l. cùm tutor. 18. ff. de tut. & rat. distra. Scęuol. l. pen. ff. de auct. tut. & l. 44. ff. de re iudic.

ABSTINERE se hæreditate, & retinere hæreditatem, contraria sunt: in ijsq; solis ponuntur, qui Sui & domestici hæredes appellantur: uti Iustinian. docet sub tit. de hęred. qual. & differ. lib. Instit. II. at extranei uel adire, uel repudiare dicuntur, unde titulus lib. C. 6. de repudianda uel abstinenda hæreditate. Quomodo enim qui in familia sunt, quæ antiqua consuetudine hæreditatem significat, adire, ac non potius retinere dicerentur? Quare Vlpianus in l. si patronus, 12. sub fin. ff. de bon. libert. Si patroni filius emancipatus, inquit, noluerit adire hęreditatem, uel qui in potestate est, retinere: nihilominus, &c. Adire dixit eum qui cum aliam in familiam, tanquam in coloniam demigrasset, nunc ad pristinam familiam reuocatur: retinere uerò qui in ea familia semper mansit. qui si nihil attingat, & ab omnibus rebus temperet, abstinere se dicitur. repudiare uerò quomodo? cum, uelit nolit, hæres sit. qua de caussa Necessarius appellatur, ut eodem loco Iustinianus docet: cum etiam uiuo testatore, quamuis nihil minus cogitaret, tamen hæres esset. ut l. in suis, 11. de lib. & posthum. Hinc illud Pomponij l. impuberibus, 11. ff. de acqu. uel omitt. hæred. Impuberibus liberis, inquit, omnimodo abstinendi potestas fit: puberibus autem ita, si se non immiscuerint. Abstinere igitur in suo, est quod Repudiare in extraneo: rursus Retinere uel Immiscere, quod adire in extraneo. quæ omnia generaliter his continentur uerbis Acquirere uel Omittere, ut ex titulo Digestorum constat, de acquiren. uel omitt. hæred. lib. 29. Hot.

ABSTRAHERE in seruitutem, quod & abripere in seruitutem dicitur. Spieg.

ABSTVLISSE dicitur, quod etiam quis iudice autore recipit. l. uenditor ex hæreditate. ff. de hæred. uel act. uen. Spieg.

ABSVMPTIO, pro Consumptione sumitur ab Vlpian. Videndum est, inquit, finito usufructu, an pe

cunia quæ data sit, uel cæteræ res, quæ in absumptione sunt, condici possint. l. hoc senatus consultum. Digest. de usufruct. earum rerum quæ usu con. Spieg.

ABSVRDVM, quód omnium mentes aspernentur ac respuant: Græcè ἄτοπον, & ἄλογον. l. nam absurdum. ff. de bon. lib. Sp.

ABSVRDVM est, plus iuris habere eos qui possessionem duntaxat usufructus, non etiam dominium sunt adepti Iulianus ait, l. 3. ff. si usufruct. petat. Spieg.

ABVNDARE ad ea pertinet, quæ frustra adiecta sunt, aut superflua l. 95. ff. de diuers. reg. iur. Prat.

Ex ABVNDANTI pro frustra & superuacuó, Papiniano familiaris & propria locutio. l. 9. ff. de supell. leg. l. 20. ff. de manumisio. l. 12. §. si quis fundum. ff. de instr. uel instrum. BRISS.

ABVNDE patrimonium relinquere, apud Scæuol. in l. ult. §. qui diuisam. ff. de leg. 2.

ABVNDAT, nó quod superfluum est, sed quód est copiosum & cumulatum. Redundat, quód super uacaneum est. Vide Redundare. Spieg.

AB unguibus incipere, est ordiri à leuissimis, minimeq; ad rem pertinentibus. Vnde prudentes iudices admonere solent Causidicos, ut omissis parergis ac friuolis, agatur de causa. Spieg.

ABVSIONIS nomen à plerisque, ut attestatur Insulanus, uir doctus ac sani iudicij, in dubium uocatum est, nunquid rectè significet corruptelam morum. Quantum autem ad obseruationem Latini sermonis attinet, satis constat, eam uocem minimè esse refutandam: cum Cic. lib. 4. Rhetor. ueterum, Abusionem uerborum (Græcis κατάχρησιν dictam) posuerit inter exornationes uerborum. Apud Iurisconsultos per abusum uerba regulariter non accipiuntur, nisi aliter actus uel periret, uel elusorius redderetur. l. cum filio. de legat. 1. Nec uerò Abusionis uocabulū in significatione uulgari ita nuper usurpatū primò fuisse, patet ex his uerbis D. August. lib. 1. de Doctrina Christiana, ca. 4. Nam usus illicitus, non usus, sed abusus, uel abusio est dicenda. Rectè tamen monuisse uidetur Insulanus, pro corruptela, aut licētia morum, non dicendum simpliciter Abusionem, sed adiuncto aliquo uerbo: uti abusio morum, abusio legū, abusio alienæ bonitatis, & sic de similib. Spieg.

ABVSIVE, exponit Iureconsf. id est minus propriè, in l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ibi, nam licet minus propriè debere dicantur naturales debitores, per abusionem tamen intelligi possunt debitores, &c. ff. de fideiuss. Græcè, καταχρηστικῶς dicitur abusiuè, & κατάχρησις abusio, & καταχρηστικὸν abusiuū, facit l. 2. §. testamentum autem propriè illud dicitur, quod iure perfectum est: sed abusiuè quoq; ea testamenta appellamus, quę falsa sunt, uel iniusta, uel irrita, uel rupta. ff. quemad. test. aper. l. non aliter. in fin. ff. de leg. 3. Ad id pertinet l. nec seruus. ff. de pecul. ibi, sed cum eo uerbo abutimur, factum magis demōstramus, quam ad Ius Ciuile referimus obligationē. l. item Prætor. ibi, non propriè, sed per abusionem. de suis & legit. hæred. Item imaginaria uenditio abusiua dicitur, & ficta. l. imaginaria. ff. de reg. iur. Imaginarius colonus & suppositititius idem. l. qui per collusionem. ff. de act. empt. Rebuf.

ABVTI ueteres dicebant pro eo quod est, utendo consumere, conficere, extinguere. Cato De re rustica, Linito usqueadeó, donec omnem caseum cum melle abusus eris. Cicero Verrina 111. Nisi omni tempore quod mihi lege concessum est, abusus ero, querère. Loquitur de legitimis horis accusatori ad dicendum præstitutis, quibus eum Hortensius non tantum uti, sed etiam abuti uolebat: id est, usque ad extremum uti. Idem libro de Inuent. 11. Postremó quas ad defensionem rationes reo dabimus, ijs accusator ad aliós ex culpa eximendos abutetur. Hinc apud Iurisconsultos eæ res in abusu non usu consistere dicuntur, quarum usus, nisi pereant, nullus est: siue quæ utendo consumuntur. Vlpianus l. 5. §. 1. de usufruct. rer. quæ ut. Si pecuniæ sit ususfructus legatus, uel aliarum rerum, quæ in usufructu consistunt, uidendum an cæteræ res quæ in absumptione sunt, condici possint. Item, Quæ in usufructu pecuniæ diximus, uel cæterarum rerum quæ sunt in abusu, eadem & in usu dicenda sunt: sic abuti operam Terentius dixit pro cōsumere ut obseruauit doctiss. Torn. lib. 1. aduers. capite 8. & libro 22. capite 5. Græcis est καταχρῆσθαι quo Diuus Paulus elegāter usus est, 1. Corinth. 7. inquēs χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ ὡς μὴ καταχρώμενοι. Vult nos hoc mundo leuiter uti, quemadmodum solent fructuarij, & admonet nō esse nobis proprium. Idem ad Colos. 2. agens de cibarijs quæ ipso usu consumūtur ἃ (inqt) ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. Schar. ex Balduino ad Instit. de usufructu.

HINC illud Ciceronis in Topic. Non debet ea mulier, cui uir bonorum suorum usumfructum legauit, cellis uinarijs & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere. Vsus enim non abusus, relictus est. Vbi Boetius, Vtimur ijs quæ nobis utentibus permanent: ijs autem abutimur, quæ nobis utentibus pereunt. Vlpianus l. plenum, 12. §. 1. de usu & habitat. Vsuarius horto, pomis, holeribus, & aqua utetur, nō usque ad compendium, sed ad usum: scilicet, non usque ad abusum. Hot. Adrianus Torneb. libro 22. aduers. cap. 5. Connanus in commentarijs iuris libro 4. capite 4.

ABVTI propriè est ad alium usum re uti, quàm in quem ea comparata est. l. 19. & l. 34. §. 1. ff. de usufr. Abuti etiā utendo consumere significat. Non. Marc. Abusa, ait, dicuntur utendo consumpta. Plaut. ubi isthæc quæ dedi antè? Abusa sunt. Et inde Abusus consumptionem per usum significat. l. 2. §. item si iurauero. ff. de iureiur. Qua de causa ab usu separari solet, qui earum rerum est quarum substantia post usum salua manet: cum abusus contrà in ijs ponatur quæ utendo absumuntur ac pereunt. Itaq;, quæ res in consumptione sunt, usuq; tolluntur uel minuuntur, eæ in abusu consistere ab Vlpian. dicuntur. in l. 1. & l. 5. §. 1. & §. ult. ff. de usufructu earum rerum. Quo in numero sunt, uinum, oleum, frumentū, uestimenta, pecunia etiam numerata, quæ ipso usu adsidua permutatione quodammodo extinguitur. §. constituitur. Instit. de usufruct. Planè in l. 12. §. 1. ff. de usu & habit. Vsus & abusus opponūtur alia ratione, quòd Vsus ad necessitatem referatur, Abusus largiorem licentiam contineat. Abutitur enim qui perdit & dilapidat. l. 15. §. consuluit. ff. de petitio. hæred. Briss.

ABVTI est re aliqua male uti, propriéque de rebus corporeis dicitur. Vlpianus: Mancipiorū quoque usufructu legato, nó debet abuti, sed secundum conditionem eorum uti. l. sed etsi quid. in princip. ff. de usufruct. l. plenum. §. 1. ibi, & horto, & pomis, & oleribus, & floribus, & aqua usurum, non usq; ad compendium, id est usque ad lucrum, sed ad usum scilicet, non usque ad abusum. ff. de usu & habit. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. ibi, sed abutitur dote. ff. solut. matr. Rebuf. Sp.

ABVSVM nonnunquam sumi in bonam partē, affir-

affirmat Archid. in c. priuilegium. II. q. 3. quem gl. sequitur in extrauag. ad conditorem in uerbo, uel abusum. de uerb. sig. in extrauag. Ioan. 22. Ideo Ius Canon. adijcit aliquid, non simpliciter dicens, abuti: ut abuti nequiter. in cap. sedes. de rescript. Perniciosus abusus. cap. perniciosus. de celebr. missar. uel detestabilis abusus. capit. si canonici. in fin. de off. ordin. in 6. Simpliciter tamen prolatum regulariter sumitur in malam partem. P. Rebuf.

ABVTI usufructu contumeliosè, iniurioseue, apud Vlpianum in l. si pendentes. Digest. de usufructu. Spieg.

AC

AC, copulatiuè accipitur, pro atque, καί. Vlpiano in l. si quis. 4. Digest. de custod. reor. l. nullus. Codic. de sum. trinit. Aliquando ponitur pro, id est. l. decernimus in princip. Codic. de sacrosanct. Eccles. Aliquando ponitur, pro Sicut. §. Itaque. uersicul. ex hoc. instit. quibus non est permiss. fac. testament. ibi, quanquam Iure Ciuili, omnium qui in potestate parentum sunt, peculia perinde in bonis parentū computentur, ac seruorum peculia in bonis dominorū numerantur. Ponitur ergò hic similitudinariè, ut inquit Alberic. quemadmodum etiam ponitur. in l. qua ratione. §. literæ. in pr. Digest. de acquirend. rerum dom. & in clement. 1. de iudic. l. quæro. 45. Digest. locati. ibi, ac si ita fideiussisset. in fin. prin. Aliquando adijcitur dictionibus tantum, & pro nihilo ponitur. ut in §. tutores autem instit. de tutel. ibi, eam uim ac potestatem. potest tamen ibidem pro, id est sumi. Alber. Prat. Oldend.

ACADEMIA Sudæ, locus est nemorosus (ubi Plato natus, docebat magna laude,) mille ab Athenis passibus distans. Aliud quoque gymnasium erat non ita procul ab illo, in quo Aristotelici disputabant, Lyceum dictum. Inde etiam nunc appellamus Academias, Gymnasia, seu Scholas insigniores, in quibus maiorum disciplinarum studia exercentur. Academiam etiam pro philosophorum schola poni scribit Budæus in prioribus.

ACADEMIARVM auctoritatem ab Imperatoribus concessam, ut professores hodie solennitate declarentur, quos uocabulo recentiore Doctores appellant, à docendo: hinc emanasse colligūt, quòd olim Iurisconsulti publicè respondendi ueniam à principibus peterent, & ex auctoritate illorum responderent. l. 2. §. Primus diuus Augustus. ff. de orig. iur. Academias auctoritate Imperatoria uel institutas, uel confirmatas, rectè nuncupabimus legum nutrices. Oldend.

ACADEMIAE autem institutionem docēt Imperatores l. unic. Codic. de stud. lib. urb. Ro. libro 11. & l. prima, Codic. Theod. eodem titul. quales, & qui deligendi sint professores, Iulianus Imp. l. magistros. 7. C. de profess. & medic. lib. 11.

ACAPNA ligna dicuntur quæ sunt in furno, aut ad solem exiccata, ita ut cum focis admoueantur, non fumigent: dicta ab à particula primatiua, & capnos, quod interpretatur fumus, quasi sine fumo, apud Martialem in distichis. lemna est ligna acapna: & Strab. libr. 9. Mellis quoddam genus, acapniston appellatur: quod ita purgatum sit, ut non sapiat fumum. Vlpian. libro trigesimosecundo, dig. qui est de legatis tertius. l. ligni. Sed & Titiones, inquit Iurisconsultus, & alia ligna cocta, ne fumum faciant: acapna uolens significare. NEBR. SP.

ACEDIA, quam Albericus iuxta uulgus corruptè uocat accidiam, & perperam exponit, tædium est honesti laboris, contraria industriæ, quæ Græcis Philoponia dicitur, teste Rotero. Spieg.

ACETVM non continetur appellatione uini. l. si quis uinum. ff. de uin. & oleo leg. Alb.

ACETVM penori quoque cedere scribit Vlpianus, nisi extinguendi ignis causa fuit paratum, tunc enim esui potuique non fuit, & ita Ofilius libro decimosexto, acti. scribit. Est in l. 3. §. Penori. Digest. de pen. leg. Et de aceto uidete l. in uenditionib. & quæ ibi not. in fin. Digest. de contrahend. emptione. Alberic.

ACCEDERE significat & adire. Inde accessus, aditus: & increscere siue augeri atque adiungi. ut in §. penultimo, titulo ultimo, libro tertio. Institution. Inde Accessio, pro incremento. Item pro consentire ponitur, cum dicimus Accedere ad pactionem, uel conductionem, pro consentire, Vertrag und teding stuck annemm n und verwilligen. Spieg.

ACCEDERE rei emptę uidetur, id sine quo res empta foret inutilis. l. fistulas. ff. de contrahen. empt. Alber. Spieg.

ACCENSI dicebantur, qui in locum mortuorum militum surrogabantur, & ad censum legionū essent adscripti, Festo libro primo. At Varro, ministratores magistratuum, ait, ab acciendo dictos, id est, uocando. Nam accensus instar præconis acciebat iussu Consulis Quirites ad concionem: quod munus nemini nisi libertis deferebatur, testis Cicero ad Quint. Fr. uide Bud. l. fin. Digest. de iur. immu. Et hæc quidem Varronis sententia placet iuris doctissimis Robortello libro secundo, emendationum capite 21. & Onuphrio Panuinio in sua ciuitate Romana. Schard.

ACCENSVS, & Præco in hoc conueniūt, quòd ambo Consulis, alteriúsue magistratus dicto, ad imperium, nutumque præsto essent: at ille, ut ad concionem, hic, ut ad comitia Quirites aduocaret. Alexand. ab Alexand. Gen. dier. libro secundo, capit. uigesimoseptimo.

ACCENSI officium docet Cicero, ad Quin. Fratrem. Prat.

ACCEPTARE est frequenter accipere uel per acceptilationē deliberare. ff. de pactis. l. tale. §. post diuisionem. Sp. Hinc

ACCEPTA Sententia dicitur, quæ rata habita est. Sp.

ACCEPTILATIO. Acceptilatio est imaginaria solutio: fit enim per interrogationem, & responsionem: ut, habèsne acceptum, quod per stipulationem tibi promisi, uel debui? Et tu respondeas, habeo, acceptumque fero. Iam acceptilatio facta est, ac si dixisses, perinde habeo, ac si accepissem abs te per ueram solutionem. Itaque non minùs per acceptilationem, quàm per ueram solutionem, tollitur obligatio. Est autem de iure ciuili introducta, etiam authore Alciato. Sed propter pactum, quod in se habet, de iure gentium esse dicitur, ut ait Vlpianus. Valet etiam acceptilatio ut pactum. Iulianus Iureconsultus, acceptilatio (inquit) non sua natura, sed potestate conuentionis ualet. Seil.

ACCEPTILATIO, & Apocha hoc differunt, quòd acceptilatione omni modo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit. Apocha non aliàs, quàm si pecunia soluta sit. Vlpia. l. si accepto. 19. ff. de acceptilatio.

ACCEPTO liberari, hoc est, sic liberari, ut creditor confiteatur, à debitore accepisse. Vlpia. in l. metum autem præsentem. §. fi. ff. quod metus causa.

ACCEPTO rogare etiam ad debitorem pertinet apud Vlpianum l.6.ff.de acceptilat.l.8.§.1.ff.eodem. PRAT.

ACCEPTO ferri, id est approbari. C. de suscept. & arcar. l. securitatis. lib. 10.

ACCEPTVM absolutè dicitur, quicquid ab aliis accipimus, seu dono, seu mutuo, seu alio quouis modo. Spieg.

ACCEPTVM facere hoc est confiteri, quod à me acceperis uel habes acceptum habere Vlp. l.7. ff. de acceptil. Accepto facere liberare. l.9.§.7. ff. quod met. cau. PRAT.

ACCEPTVM ferre, emancipare, hæreditatem adire, & similia, præsentis actus, uerba significatiua sunt, quibus tempus, uel cōditio aduersatur. l. actus. de reg. iur. Spieg.

ACCEPTVM ferre, scribere se ab aliquo accepisse. Scæuola l.89. ff. de solut. Titius Mæuius dico me accepisse, & habere, & accepto tulisse à Caio Titio reliquum omne, &c. Alfenus l.6. ff. de manumiss. Sed si interea dum eum manumitteret, acceptū seruo retulisset. Iulianus l.48.§.1. ff. de iure dotal. Hanc pecuniam generum petere debere: exactam, acceptam legatis referri. Florentin. l.35. ff. de pigner. act. Primùm usuris quas iam tunc deberi constat: deinde si quid superest, sorti accepto ferendum est. Patet igitur tribus de caussis accepto ferri solitum. Primùm, si pecunia sic accepta esset, ut ei à quo accepta esset, deberetur. Cicero Verrina III. Propter quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quàm Verres illi expensum tulit. Deinde, si non deberetur pecunia, sed tantùm qua de caussa accepta esset, referretur. ut cùm ex legato uendito, locato accepta ferebatur. Postremò, cùm id quod debitum erat recipiebatur. ut cùm à creditore uel usura, uel pars sortis receptæ accepto ferebatur. Locus enim Florentini, aliíque complures id ostendunt. Ex quo intelligi debet moris fuisse in tabulis, ut qui suum reciperent, primùm debitoris nomen, cui expensum tulerant, expungerent: deinde in alteram paginam acceptum ferrent. Plaut. Cistellar.

Nunc quod reliquum restat, uolo persoluere
Vt expungatur nomen, ne quid debeam.

Hinc Acceptilatio, quæ generali nomine significat, in tabulas acceptæ pecuniæ relationem: speciali uerò, & proprio à Iurisconsultis bifariam intelligitur. aut enim Vulgaris est, aut Aquiliana. Vulgaris est, quæ una stipulatione constat: cùm is qui uerbis obligatus est, à suo creditore stipulatur sic, Quod tibi debeo, habésne acceptum? l. an inutilis, 8. §. 2. ff. de acceptil. Cùm enim creditor & illius nomen expunxisset, & æs acceptum ei retulisset, respondebat, Habeo, acceptumq; tuli. neque ad aliam, quàm uerborum obligationem adhiberi hæc stipulatio poterat: quam ineptum est ab Aquilio proditam existimare. Aquiliana enim acceptilatio mutua & reciproca stipulatione constat, & ad omnes omnium generum obligationes extinguendas excogitata est. eaq; sola definitur à Modestino in l. 1. ff. eo. liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio. quod ex formula ipsius planius intelligitur apud Florentin. in l. & uno, 18. ff. eodem. Hotomann. & Connanus in com. iuris ciuilis lib. 4. capit. 3. Cæterum hac definitione nexi liberationem, & stipulationis dissolutionem, atque ipsam quoq; Aquilianam formulam simul complecti existimat Renardus l. Nihil tam naturale 39. ff. de reg. iuris. Cum enim Modestinus ait acceptilationem esse liberationem, certè & illud quoque dicere uidetur uerborum obligationē, cui acceptilatio directò contraria est, ipso iure per acceptilationem eo modo tolli, quo per stipulationē ipso iure stipulatio tollitur. d. §. 2. & cum addit per mutuam interrogationē utriusque contingere absolutionem, Aquilianam stipulationem etiam acceptilationis uerbo contineri, euidenter indicat, & denique his uerbis, Ab eodem nexu, quis est quæso mortalium, qui non dicat ad nexi liberationem per æs & libram acceptilationem quoque à Modestino referri? Idque eò uerisimilius est, quod res nexas, hoc est, per æs & libram obligatas, non uerbis nudis, non sola debitæ pecuniæ numeratione, aut acceptilatione nuda, sed etiam per ęs & libram dissolui consueuisse præter Ælium Gallum euidenter testatus sit Liuius libro sexto, sic de Marco Manlio scribens: Inde rem creditori palam populo soluit, libraq; & ære liberatum emittit. Nec alio sensu in acceptilationis definitione nexum uidetur Modestinus accepisse. d. cap. 1. Atque ita quidem accipiendum est, quod Vlpianus ait regula, eo genere quidque dissolui, quo colligatum est. l. Nihil tam naturale & ibi Renardus Digest. de regulis iuris.

ACCESSIO dicitur quod alteri siue personæ adiungitur l.1.§.4. ff. depos.

ACCESSIO etiam adpellatur fideiussor Paulo l. si seruum. 91. §. nunc uideamus. ff. de uerb. oblig.

ACCESSIO fit aut personæ aut rei. Personæ, cùm mihi, aut Titio stipulor. rei, cum mihi decē, aut Titio hominem. idq; idem Paulus refert l. obligationum ferè. §. accessio. ff. de oblig. & act.

ACCESSIONIS causam apud Vlpianum l. generaliter. 5. in prin. ff. de fideiusso. accipere debemus fideiussoriam.

ACCESSIONIS locū obtinere eas res ex Paulo discimus quæ non principaliter per se consistunt, sed aliis adplicantur l. nam quod. 4. ff. de penu leg. l. 19. §. peruenìamus. ff. de aur. argentoq; leg.

ACCESSIONIS loco promittere eum dicimus, qui fideiubet apud Paulū l. hi, qui accessionis. ff. de fideiussoribus.

ACCESSIO, pro adiunctione apud Iustinianū in §. fideiussores. Institut. de fideiuss. quum ait: Nec plus in accessione potest esse, quàm in principali re. Accessionem naturalem, quę à natura proficiscitur, ut alluuio: & Ciuilem, ut usuræ. Quæ hoc iure doctores ostendunt. Spieg.

ACCESSIO dicitur aliquid adiacens alteri, uel omne id, quod est accessorium & necessarium principali: ut capistrū equo, uel uestis seruo. ut ff. depos. l.1.§. quæ depos. Si enim seruum emeris, uestē in qua traditur, acquiris, etsi de ea mentio non sit facta. Et accessiones ciuiles, ut usuræ, non ueniunt in cōtractum stricti iuris, etiam post lit. contest. C. de cōdict. indeb. l.1. in gl. ff. de usur. l. mora. in glo. in uer. difficilius. & in c. cùm uenerabilis. de except.

ACCESSORIVM idē est quod accessio, & sequitur naturā sui principalis. Instit. de re. diu. §. quod si partim. ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarū. & in regula Accessorium. de reg. iur. lib. 6. Et quando accessorium uenit officio iudicis mercenario: tūc sublato principali, tollitur & accessorium. C. depo. l. 4. Secus qn̄ accessorium uenit officio iudicis nobili. ff. de cond. ind. l. fi. §. Lucius. in gl. aliàs regulariter non tenet accessorium, ubi non tenet principale, cùm saltem nō accedat principali, ut in c. si diligenti. de for. compe. Fallit tñ in casib. Primò in c. debito. de iureiur.

iur. ubi accessorium scilicet iuramentum de soluendis usuris factum tenet: principale tamen non: scilicet obligatione debitoris ad usuras sublata, quia ad usuras soluendas nulla est obligatio de iure canonico & ciuili: & tamen iuramentum factum de his soluendis est seruandum. Sed regulare contrarium intelligitur, quãdo accessorium & principale regulantur eadem ratione, eodem tempore, non mutato respectu personæ. Sed illa non seruantur in promissione & iuramento, quia promissio fit parti, sed iuramẽtũ Deo. & dixit Ludo. de Roma, se consuluisse, quòd accessorium etiam preciosius principali, sibi tamen accedit. ff. de aur. & argen. lega. l. Et si non sunt. §. per ueniamus. & l. Cùm aurum. §. fin. eo. tit. Et facit ad quæstionem, Si lego mulieri uestes, quas ipsi feci: quòd etiam in legato ueniunt ornamenta aurea uel argentea uestium. Olden.

ACCESSIO in obligatione est, quotiès aut persona, aut res adiungitur. l. 44. §. pen. ff. de obligatio. & actio. Ex quo fideiussores, adpromissores, sponsores, & omnes qui alienę obligationi accedunt, Accessiones appellantur. l. 91. §. nũc uideamus. ff. de uerb. obligat. l. 43. ff. de solutionib. l. 32. & l. 71. ff. de fideiussorib. & accessiõis loco dare, est dare qui fideiubeat: ut accessionis loco promittere, pro alio fidem suam obligare. l. 3. & l. 34. ff. de fideiussorib. unde accessionis causa pro fideiussoria. in l. 5. ff. eo. tit. At accessionis locum obtinere res cum iureconsulti dicũt, hoc significant nõ principaliter eas per se consistere, sed alijs adplicari, adiũgi, & accedere. l. 3. ff. de pecul. leg. l. 19. §. perueniamus. ff. de auro & arg. leg. Accessionem itaq; bipertito considerare solemus, ut discreta sit aut concreta, glossa in §. Item ea quæ Instit. de rer. diuis. Discreta est ea, qua id quod nostræ rei adiungitur seorsum consideramus, Vbi uero aliquid nostræ rei ita cohæret, ut etiam una eademq; res esse uideatur, concreta accessione rei nostræ adiungitur Bodeus §. item ea quæ Instit. de rer. diuis. Itaq; secundũ hanc distinctionem agnus & pullus sunt accessio discreta ouis & gallinæ: terra per alluuionem adiecta concreta accessio. Briss.

ACCESSIONES etiam appellantur fructus, partus, & omnis causa. l. 2. ff. de in diẽ addictio. l. 50. ff. ad Trebellia. l. 61. §. his etiam. ff. de furt. Rubr. de usur. & fructib. & causa & omnib. accessionib. In Ædilium uerò edicto accessiones accipimus quæcunq; emptioni accedunt, & præter pretium ab emptore erogãtur. l. 25. §. ult. l. 27. ff. de ædilic. ed. l. 35. §. sed nec redhibitoriæ. ff. de negot. gest. Possessionum etiam Accessiones dicuntur, quando auctorum & eorum in quos ab his ius transit, possessiones coniunguntur. l. pen. ff. de diuers. & temporalib. l. 2. §. si à furioso. ff. pro empto. Accedere deniq; dicitur possessio quæ alij adijcitur. l. 13. §. 1. cum. §§. seq. & l. 14. ff. de acquir. poss. l. 10. & l. 16. ff. de usucap. Briss.

ACCESSIO interdum dicitur obligatio quæ principali adiuncta est: ut cum fideiusserant, adpromissor datus est. Paulus l. 91. §. 3. ff. de uerb. oblig. Vtique autem principalis debitor perpetuat obligationem. Accessiones an perpetuent, dubium est. Pomponio perpetuare placet. quare enim facto suo fideiussor suam obligationẽ tollat? Item, Accessionibus quoq; suis, id est, fideiussoribus, perpetuant obligationem. Interdũ autem pro disiunctione quæ in obligatione adiuncta est, usurpatur. ut apud eundem in l. obligationum, 44. §. penul. ff. de oblig. & act. Accessio in obligatione aut personæ, aut rei fit. Personæ, cum mihi aut Titio stipulor: rei, cum mihi decem, aut Titio hominem stipulor.

ACCESSIONVM nomine intelliguntur ea generaliter omnia, quæ tum ex re qua de agitur orta sunt, ueluti fructus, partus, usura: tum extrinsecus ei accesserunt, ueluti id quod per alluuionem accreuit, aut ususfructus qui per consolidationem proprietati adiungitur. Vnde titulus libro Digest. XXII. de usuris & fructibus, & caussa, & omnib. accessionibus. Propriè autem ea demum continentur, quę extrinsecus accedunt, cum Caussæ appellatione generaliter hæc omnia comprehendantur. l. præterea. ff. de rei uindic. Hotom. Sic accessio pecuniæ quam usuram nominamus, est pecuniæ fructus. Vnde & à Græcis usura à pariendo τόκος nominatur, Schard. ex Dyonello de usuris.

ACCIDENS nihil est aliud, quàm circumstantia. Iurisconsult. in l. aut facta. de Pœnis, enumerat septem. Spieg.

ACCIDENS appellatur, quod adesse & abesse potest præter subiecti corruptionem, ut homini adest & inest albedo & nigredo: dos matrimonio potest adesse & abesse præter subiecti corruptionem id est matrimonij. l. cum multæ. C. de donat. ante nupt. Lucrum & damnum sunt accidentia societatis. euictionis obligatio potest adesse & abesse emptioni & uenditioni, contractu remanente integro l. pacta cõuenta, de contrah. empt. Legata, donationes, hæreditates, diuitiæ, sunt accidentia: quibus sublatis Titius Legatarius, diues, aut hęres remanebit homo: quamuis pauper neq; sit hæres uel legatarius.

ACCIDENTIA quædam naturalia & intrinseca: ut feritas in leone bonitas in homine, uoracitas in lupo. de quibus loquitur Iurisconsultus, in l. 1. §. ad bestias, de postulando. §. patronũ. de rer. diuis. Quædam extrinseca & aduentitia: quædam inseparabilia, ut pretium ab emptione, lucrum & damnum à societate facultas reuocandi à precario quædam separabilia, ut à fundo potest separari fertilitas & sterilitas: ab homine potest abesse & separari, quòd sit actor, iudex, aduocatus, diues, procurator Doctrina, sapientia, experientia, insignia, & dignitates possunt adesse & abesse homini citra detrimẽtum & interitũ hominis. Taboeti⁹ in topico militię for. & leg. discip.

ACCIDERE præcisè Veteres ominis caussa dicebant, cum mortem nominare nollent. Iulianus in l. quidam, 25. ff. ad Trebellian. A te hæres peto, ut filio meo prima quaq; die, aut si prius quid ei acciderit, matri eius des, &c. Hinc Pomponius l. in uulgari, 162. §. 1. ff. de uerb. signif. Si quis, inquit, ita in testamẽto scripserit, Si quid filio meo acciderit, Damas seruus meus liber esto: mortuo filio, Damas liber erit. licet enim accidant & uiuis, sed uulgi sermone etiam mors significatur. Cicero lib. de inuent. II. Cuius hęres non illo in testamento quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset. Idem in Antonium, Si quid mihi humanitùs accidisset: multa autem impendere uidebantur præter naturam, præterq; fatum. Idem in Pompeiana, Qui cum ex uobis quæreret, si in uno Pompeio omnia poneretis, si quid eo factum esset, in quo spé essetis habituri? Græci dicũt ἄν τι πάθῃ. Hoto.

ACCIDERE his uerbis, Si quid filio meo acciderit, hoc significatur, si filius decesserit. Licet enim accidat & uiuis, hoc tamen sermone uulgo mors denotatur l. 162. in fi. ff. de uerb. sign. l. 25. ff. ad Trebell. Cicero lib. 2. de inuentio. Cuius hæres non illo in testamento quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset Velleius Paterc. lib. ij. M. Marcellus sororis Augusti Octauiæ filius, quẽ homines ita, si quid accidis-

cidiſſet Cæſari ſucceſſorem potentiæ eius arbitrabātur. Idem alias. Adieciſſetq́, Si quid huic accideret, quem in locum eius ſubſtitueret. Tranquil. in Augusto, cap. ult. Iulias filiam neptemq́, ſi quid his accidiſſet, uetuit ſepulchro ſuo inferri. Seneca lib. 2. Controuerſiarum, Vir & uxor iurauerunt, ut ſi quid alteri accidiſſet, alter moreretur. Eadem eſt uis uerborū, ſi quid contigerit. l. 39. §. Seium. ff. de legat. 3. uel, ſi quid humanum, humanitúſue acciderit, & contigerit. l. 26. ff. depoſiti. l. 10. §. Seia liberta. & §. ult. ff. de adimend. legat. Inſtitutio. de donatio. §. mortis cauſa. Capitolin. in Clodio Alb. Marius dicit hūc animum Seuero primum fuiſſe, ut ſi quid ei contingeret Peſcenninum Nigrum & Clodium Albinum ſibi ſubſtitueret. Spartia. in Hadria. Multi ad Senatum eum uoluiſſe orationem mittere petiturum, ut ſi quid ei eueniſſet, principem Ro. Reip. Senatus daret. Briſſ. & ante eum Alciatus in l. in uulgari. §. ſi quis. ff. de uerb. ſignific. Et ratio uerbi eſſe poteſt, quod ultimus qui homini euenire poſsit caſus ſit mors. Interdum accidere eſt ad genua alicuius ſe demittere, & ſupplicem fieri & poſt Manutium annotauit doctiſsimus Turnebus lib. 8. aduerſar. cap. ultimo.

ACCINCTOS, ſuccinctos, cinctosq́ pro hominibus armatis & militiæ ſtudioſis dicimus, atq́ adeo pro omnibus qui ſunt alicuius uirtutis & induſtriæ, quod milites niſi accingantur geſtandi enſis habeāt opportunitatem nullam: Contra qui ſunt molles, ignaui, & militię inhabiles diſcincti nominantur Perſius. Non pendet ad morem diſcincti Viuere Naccæ Schard. ex Connani comm. lib. 9. de teſtam. mil. nu. 8. Erat autem iſtud cingulum ex corio, & bullatum, & inde baltheus dictus Varroni, ex hoc cingulo pendebat enſis.

ACCIPI nomen alicuius apud Liuium eſt in albo deſcribi & in actis inſeri ac recipi. l. 1. ff. de conſul. l. 4. §. qui poſt. ff. de re mil. ubi nomen dare eſt inſcribi & recipi Forcat. in Necyom. dial. 98. num. 5.

ACCIPERE iudicium, eſt pati à Prætore dari in eam rem iudices, de qua mouetur controuerſia. Paulus l. 2. §. 1. ff. Si ex nox. cau. Compellendū putat Vindius, uel iudicio eum ſiſti permittere, uel iudicium accipere; Vlpianus ex edicto Præt. l. 8. §. 3. ff. de procurat. Procuratorem ad litem ſuſcipiendam datum, pro quo conſentiente dominus iudicatū ſolui expoſuit, iudicium accipere cogam. Paulus l. 35. §. 2. ff. de iureiur. & Vlpianus in l. 1. in princ. ff. ſi ex nox. cau. ubi tamen Accurſius, Iudicium pro ſentētia poſitum interpretatur. Cicero pro Quintio, Iudicium quin acciperet in ea ipſa uerba quæ Næuius edebat, non recuſare. Obſeruandum igitur, moris fuiſſe, ut actor qui iudicem à Prætore peteret, formulā ipſam in quam iudicium peteret, certis conceptisq́ uerbis proferret: ueluti, C. Aquilius iudex eſto. Si pateret Septimium Octauio cētum debere, tum Septimius damnetur. Hotoman.

ACCIPERE uxorem filiusfam. potius dicitur, à patre nimirum, quàm uxorem ducere. quippe cum patri committatur puella, potius in huiuſmodi conditionibus, quàm marito. Hæc Donatus in Phormionem. Terent. Hotoman.

ACCIPERE & Capere propriè differunt. Nam Capere cùm effectu accipitur, Accipere, & ſi quis nō ſic accipit, ut habeat. l. 7. ff. de uerb. ſignif. Proinde accepiſſe teſtamēto & eos Vlpia. in l. 1. §. dolo. ff. ſi quis om. cau. teſt. dicit, qui tamen his, quę ſibi relicta ſunt, careant. Sic in l. 15. ff. de his quæ ut indign. acceptum codicillis Papinian. dicit, cuius tamen actio denegatur. Accepiſſe etiam fideicommiſſum in ſecundis tabulis & ab altero ex hæredibus in l. 11. §. 1. & l. 52. §. ul. ff. ad Trebellia. dicitur, cui fideicommiſſum in pupillaribus tabulis datur, & ab altero ex hæredibus per fideicommiſſum hæreditas relicta eſt. Accepiſſe quoque libertatem ſeruus dicitur, cui libertas in diem teſtamento adſcripta eſt. l. 67. §. ult. de legat. 2. Ac ita accipere legatum libertatemq́ interpretandum eſt in l. 13. ff. de condicio. inſtit. l. ult. ff. de uulg. & pup. l. penult. §. pater. ff. de caſtr. pecul. Pecuniam accepiſſe dicitur etiam, qui aliquid pro pecunia acceperit, uel obligatione qua liberatꝰ ſit, uel cui gratuita pecunia utēda data ſit, aut minoris locata res uēditáue. l. 2. §. ult. l. 2. ff. de calūniatorib. Quo referenda, ut ex inſcriptiōe apparet, eſt l. 115. ff. de diuerſ. reg. iur. in qua hoc præterea additur, non poſſe uideri accepiſſe eū, q̄ ſtipulatus poſsit exceptione ſubmoueri. Accipere etiam actionem, pro excipere, uel ſuſcipere. in l. ult. ff. ſi uſufruct. petat. Briſſon.

ACCIPE, aufer, tolle. uerba hæc non abhorrent à donatione, maximè aliquo ſigno in ſuadente, uelu ti ex diuitijs dantis, & indigentia accipientis. c. & ſi quæſtio, de Simo. Non enim uериſimile eſt, donum modicum potius factum non eſſe. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. de iud. cum munificentia in diuite laudabilis ſit, eiusque honorem augeat. l. nemini in fin. de Conſul. lib. 12. Spiegel.

ACCIPERE item per ſe uidetur, qui per alium accipit, in fin. l. hæc ratio. ff. de donat. inter uir. & uxor. Spiegel.

ACCIPERE iudicium eſt litem conteſtari. Paulo l. 2. §. 1. ff. ſi ex nox. cauſ. ag. Prætori apud Vlpianū. l. filiusfamil. 8. §. procuratorem. 3. ff. de procurat. & alibi ſæpiſsimè. Porrò iudicium accipere actiuè & paſſiuè ſumi, hoc eſt, ad eum, qui agit, & eum, qui conuenitur referri Vlpiano placuit l. redhibere. 21. §. idem Pomponius. ff. de ædil. edict.

ACCIPIMUS de manu alterius noſtra uerò autoritate capimus. Cætera Alciatus l. in aliud. de uerbor ſignific. Spiegel.

ACCIPIO mutuor interdum ſignificat. Spieg.

ACCIPIT beneficium qui nihil prius contulit ei: recipit qui iam contulerat. uide Senec. de benefic. Spieg.

ACCISAE res, hoc eſt amputatæ, exhauſtæ, debilitatæ. Ex luculētiſs. Rhen. annot. ad Liuiū. Spieg.

ACCOLA non eſt, ut exiſtimauit Accurſius, qui aliquo in loco domicilium conſtituit, ſed qui propè aliquem locum ſimpliciter habitat. Et propriè iuxta flumina ſunt accolæ. Vergil. in 7.

——amnisq́ uadoſi
Accola Vulturni.

Hi & accolentes Vlpiano, in l. 1. §. ſunt qui putent. ff. ne quid in flum. pub. ubi Accurſius legit accolarum in P. Flor. accolentium. Alciatus in l. 239. ff. de uerbo. ſig. Accola eſt qui prope aliquem locum ſimpliciter habitat. Prateius. Acolythi corruptè clericis adiunguntur l. 6. C. de Epiſ. & cler. nam illo loco ueteres libri non habent, Et acolythos. Solebant autem acolythis cereos & funalia deferre, ut Nou. 59. indicat, dū uetat acolythos cerarium exigere ab hæredibus defunctorū. Cuia. in expoſit. No. Iuſt. 3. de cler. Cōſtan.

ACCOMMODANDI uerbo Iuriſconſulti utūtur, cùm quid benignè ex æquo & bono contra ſummi iuris regulas conceſſum ſignificant. Veluti cum utiles actiones accommodari dicunt in l. uxor, 55. in fin. ff. de donat. int. uir. l. eleganter, 24. ff. de pign. action. l. 1. C. de inoffic. teſt. l. ult. ff. de tranſact. Sic Iuſtinia-

stinianus in §.rursus, 5. de actionibus. Quod genus actionis, inquit, quibusdam & alijs simili æquitate motus Prætor accommodat. Sic Terentius in l.filio, 48.De ritu nupt.Filio patroni (inquit) in libertã paternã idem iuris quod ipso patrono daretur, ex sententia legis accommodatur.Itaq; Cicero accommodationem magistratuum præclarè dixit Verrina V. his uerbis: Ex huiusmodi initio atq; ex liberalitate & accommodatione magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est.Hot.

ACCOMMODARI dicitur quod ab eo cui propriè conuenit,cuiusq; gratia cõparatum est,ad aliud transfertur. Itaq; Accõmodari dicitur quod ex sententia & mente legis per interpretationẽ tribuitur.l. 48.ff. de ritu nuptiar. l.30. §.1. in fin. ff. de fideicommiss.libert. Sic accommodari actiones uel exceptiones dicuntur, quæ ex bono & æquo dantur, l.2. §.si quis tamen.in fin. ff. si quis cautio.l.ult. ff. de transactio.l.1. ff.ut legat. seu fideicomm. §. rursus.in fin. & §.item si quis iurauerit.Instit.de actionib. Et ut plurimum ad actiones utiles, easque quas Prætor supplendarum legitimarum causa dat,hoc uerbum pertinet.l.24.ff.de pignerat.actio.l.22.ff.de aqua &aqua pluuia. l.55.in fin.ff.de donationib. int. uir.l.11.ff. de præscript.uerb.l.31.§.si quid ita.ff.de ædilic.edict.l.3. C.de donationib.quæ sub modo.l.7.C.de pactis cõuent.l.1.C. de inoff. testamen. Accommodare atiam significat interponere & adhibere.ut in cõstit.Gord. Imp.in l.si qua.7. C. fam. hercis. ueluti nomen suum accommodare.l.4.§.siue autem.ff.de manumissio.l. 5. C.si quis alteri uel sibi. Et fidem suam accõmodare,in l.penult.ff.si quid in fraud.pat.Et operam suam accõmodare,in l.3.ff.de obsequijs à parentib. In fraudem itaq; fisci uel legis fidem suã accommodare dicitur,qui tacitè in fidem suam recipit,clamq; & tacitè promittit se non capienti restituturum hæreditatem.l.19.ff.de his quæ ut indig.l.3.& l.penult.l.40.in fi.ff.de iure fisci.Brisco.Sic Iustin.in prooemio Instit. robur accommodare dixit pro dare, tribuere & impartiri Aldobrandinus ibidem.Schard.

ACCOMMODO,est etiam naturam meam uerso,& ad tempus rego:quod aulici dicunt temporizare. Spieg.

ACCOMMODARE nomen, est nomẽ alterius sui loco apponere, & uelut nomen cõmodato acceptum contractui inserere in constitutione Impp. l. cùm propria.5.C.si quis alt.uel sibi.Prat.

ACCOMMODE id est multum cõmodè. cap. ubi periculum.de elect.lib.6.Nebr.

ACCRESCERE dicitur alicui res, cum ei qui iam partem habet, accedit atque adiungitur.ueluti cum insula fundo accrescere dicitur in l. insula, 56.& l.ergo,30. ff. de acq. rer. domin. aut cum ei qui solus hæres, sed ex parte tantùm institutus est, reliqua pars accedit.l.interdum,13. §. 1. ff. de hæred. instit. §. hæreditas.Instit.eod. Hinc ius accrescendi apud Iurisconsultos celebratur,cùm hæreditatis, reiue legatæ pars, quæ in quopiam de hæredibus legatariisue deficit,alteri attribuitur.l.si ex pluribus,9.ff. de suis & legit.l.si duobus, 12. ff. de bon.poss.cõt.tab. Hinc tit. lib. Pand.VII. De usufructu accrescendo. Vide,Ius accrescendi.Hot.

ACCRESCERE,pro diminui, in iure accipi interdum,Albericus citatis locis indicat.Spieg.

ACCVMBERE aliud est quàm sedere. Nam qui accumbit, neque stat, neque sedet, neque ambulat; sed medium quiddam facit.l.124.ff.de uerb.signif. Itaque meritò Cicero lib.1. de natu.deor. accubationem & sessionem separat:ingressus,ait,cursus,accubatio,inclinatio, sessio, comprehẽsio, ad extremum etiam sermo & oratio. Veteres autem accumbentes cœnabant mulieribus exceptis, quas sedere solitas accepimus. Val. Max.lib.2.cap.1.fœminæ cum uiris cubantibus cœnitabant, Isidorus lib. xx. Etymolog.cap.2. Apud ueteres Romanos usus non erat accumbendi : unde & considere dicebantur.Postea, ut Varro ait de uita populi Romani, uiri discũbere cœperũt,mulieres sedere: quia turpis uisus est. Vide & Cœlium Rhodig. lib. antiq. lect. 14. cap. 58. Forcat. in penu. cap. 26.in muliere accubitus.Brisc.

ACCVMBERE pro iacere,l.hæc uerba.§.disiũctiuorum.ff.de uerb.signif.Nebris.

ACCVMVLATIO, est plurium actionum iudicialis adiunctio,ut si ex una causa,plures actiones nascantur contra diuersos : uel ex pluribus actionibus ex diuersa causa contra eundem. Vide Alciat. in l.edita.C.de eden.

ACCVSARE etsi generaliter significat aliquem ad causam dicendam urgere.cap.forus.§. accusator. de uerbor.significat.Alciat.in l.qui accusare.C.de edend. unde accusationis nomine & ciuilis actio & persecutio uenit. l. iudiciorum,in fin. ff. de accus. & inscript.l.uero.ff.solut.matrim.sicuti cõtrà actio pro accusatione ponitur.l.1.ff.de crim.stell. tot. tit. Cod. quando ciuil.act.præiud.crim.tamẽ obtinuit ut propriè accusare & accusatio ad criminationes & delationes delictorum referantur : quemadmodũ in tit. ff.& Cod.de accus.& inscript.sumuntur.Vuesenb.

ACCVSARE,inquit Seruius,& incusare hoc differũt:Incusare, ꝓpriè est superiorẽ arguere: ut in Terẽtio pater ad filiũ,Quid me incusas Clitipho? Accusare uerò,uel parẽ,uel inferiorẽ : ut in eodẽ ad maritũ uxor,Me miseram, quæ nunc quã ob caussam accuser nescio. Et hoc proprietatis est : licet usus ista malè corrumpat.Hæc Seruius.Æneid.1 Hot.

ACCVSARE,non à Cudo, & Cuso, ut Priscianus putat,sed à Caussa deductum coniugata uerba ostendunt: Recuso, Excuso,Incuso. fictum enim est instar Græci αἰτιᾶσθαι. & ad publica iudicia tantummodo accommodatum est. Hinc

ACCVSARE,est aliquem quasi apud iudicẽ percudere, & quasi malleo ad incudẽ pertundere, ut in quam uelit is qui accusat formam redigatur. Vnde propriè est apud iudicem,uel alium, & aliquando apud illum quem accusas, ostendere quempiam peccasse. Incusare uerò dicitur, qui de morib. queritur, expostulatue. Cæterùm quòd Seruio autore, maior accusat minorem, minor incusat maiorem, non est perpetuò uerum. Interdum alterum pro altero ponitur, nisi quòd in iudicijs forensibus nemo dicitur incusari. Vide Alciatum in l. indicasse reum. de uerborum significationibus : ubi declarat, accusare propriè , quando dicebatur. & infrà in dictione Cuso. dicimus autem, Accuso te illi, uel apud illum, uel coram illo,magni sceleris, uel de magno scelere.Spieg.

ACCVSARE,crimina obijcere.in l. qui cum maior.§.accusasse.ff.de Bon.libert.

ACCVSARE iure mariti, est in accusando habere certa specialia de quibus tractatur in l.iure mariti, & l.quamuis.C.ad Leg.Iul.de Adult.Spieg.

ACCVSARE maiores Aliud est accusare maiores,seu eos quibus reuerẽtia debetur:aliud uerò expostulare,ac uerecundè exponere sæuitiam eorum intolerabilem. Vlp.in l. 1. §. quod autem dictum est. C.de offic.præfec.urb.Spieg.

ACCV-

ACCVSASSE eum dicimus, qui Crimina obiecit, & causam perorari usq; ad sententiam effecit. Cæterum si ante quieuit, non accusauit. Vlpian. l. qui cũ §. accusasse. ff. de bonis libert.

ACCVSATIO aliud est, & aliud actio. Accusatio propriè est, ex qua imponitur pœna mortis, uel corporis coercitio uel pecuniaria fisco applicanda. Actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur Angel. in rubric. Instit. de public. iudic. Bart. in l. Prætor ait. 3. ff. de sepul. uiola. Prat.

ACCVSATIO est eius criminis cuius quis reus legitimè factus est, apud iudicem, cuius de ea re notio est, expositio. dixi, Criminis, non delicti, quod illo nomine Fraudes ex quibus Respublica læditur, intelliguntur: delicti, uerò Priuatæ noxiæ. Dixi, Legitimè. Quod & Paulus scribit l. 3. §. 2. ff. de accusat. Si libelli inscriptionum legitimè ordinati non fuerint, rei nomen aboletur & Vlpianus l. 7. Ante accusationem, Subscriptionem esse necessariã. Itemq; ut personas quibus reum facere non licet exciperemus. ut l. 1. & 2. eod. Dixi cuius notio est, ut ordinem iudiciorum notaremus de quo scribit Vlpia. l. 7. §. ult. & Papin. l. ult. ff. eod. Dixi, Expositio, non Delatio, quod deferendi uerbum ad id tempus pertineat cum reus fit & libellus inscriptionis datur ut in Verrinas exposuimus, & Paulus significat d. l. 3. de accusat. Hoc enim inquit lege Iulia Publicorum cauetur & generaliter præcipitur omnibus, qui reum aliquem deferunt. Hotoman.

ACCVSATIO definitore Azone in rubr. Cod. de his qui accus. non poss. est aliquem reum criminis per libellum deferre, ad uindictam & pœnam. l. cum rationib. 16. l. 1. l. non ignora. l. si quis. Cod. de his qui accusa. non pos. l. libellorum. in uerb. reum deferre. ff. de accus. & inscript. l. fin. de priuil. debit. l. 2. §. si publico. ff. de adult. Vuesenb. Aliam definitionem tradit Franciscus Duarenus lib. disp. anniuersar. 1. cap. 38. Nimirum quod sit maleficij alicuius apud iudicem delatio ad uindictam publicam solenniter facta de quo latius ibi per eum.

ACCVSATIO legitima, hoc est iusta & iure probata. l. miles. §. quæ propter. ff. de adult.

ACCVSATIONEM instituunt. Vide instituere Accusationem.

ACCVSATIO à maledicentia quid differat, ostendit Cicero in ea pro Celio, his uerbis: Aliud est, inquit, maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi: præter contumeliam: quæ, si petulantius iactatur, conuicium: si facetius, Vrbanitas nominatur. Sumpta autem hæc ex orat. Demosth. pro Ctesiphonte uidentur, ubi sic loquitur: καί τοι κἀκεῖνο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας τούτῳ διαφέρειν ἡγοῦμαι, τῷ, τὴν μὲν κατηγορίαν ἀδικήματ' ἔχειν ὧν ἐν τοῖς νόμοις εἰσὶν αἱ τιμωρίαι, τὴν δὲ λοιδορίαν βλασφημίας ἃς κατὰ τὴν αὐτῶν φύσιν τοῖς ἐχθροῖς περὶ ἀλλήλων συμβαίνει λέγειν. Et in eandem sententiam Isocrates in Panegyri: χρὴ δὲ κατηγορεῖν ἡγοῦμαι τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας, νουθετεῖν δὲ τοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ τοιαῦτα πράττοντας. Hotoman. Adde Fran. Baldui. Catechesin de iur. ciuil. cap. 4. circa fin.

ACCVSATIO capitis. Labeo existimabat capitis accusationem eam esse, cuius pœna mors, aut exilium esset l. eum patronum. ff. de iure patr. Schard.

ACCVSATIO capitalis l. j. §. penult. ad Turp. est illa, in qua de uita hominis exiliòue tractatur. ut in l. 2. ff. de pub. iud.

ACCVSATIO internicini quid sit explicat Cuiac. obs. 1. cap. 2. internecini inquit iudicium in eum dabatur, qui falsum testamentum fecerat, & ob id hominem occiderat, & accusatorem eius bonorum possessio sequebatur. Cuia.

ACCVSATIVVS demonstrat loquẽtem & intelligitur in infinitiuo ex parte ei9. l. inde Neratius. §. fin. ff. ad l. Aquil. quia extranea persona nunquã subintelligitur. l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uerbor. obl. quod facit ad formã iuramẽti, de qua loquitur. cap. ut circa. de elect. lib. 6. Alber.

ACCVSATIVVS quandoq; caret regimine l. filiusfamilias. §. diui. de leg. j. & ibi eos, id est, eorum.

ACCVSATIVVS inducit obligationem, ablatiuus non. per tex. & notata in l. 1. §. 1. ff. de pactis.

ACCVSATORVM temeritas tribus modis detegitur, etiam tribus pœnis subijcitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur: aut tergiuersantur, Calumniari est falsa crimina intendere: præuaricari, est uera crimina abscondere: tergiuersari est in uniuersum ab accusatione desistere. Hæc Martinianus ad Senatusconsultum Turpilianum. Maffeus.

ACCVSATOR, is dicitur, qui aliquem corã iudice accusat & criminalem sibi quæstionem mouet. Hinc interdum præmium debetur. Vt cùm Famosi libelli autorem indicauerit. l. lex Cornelia in fin. de iniur. reumúe impietatis, hoc est, hæreseos arguerit, secundum Alb. in l. 1. C. ex quib. caus. seru. pro prę. lib. accip. Spieg. Olden.

ACCVSATORIS nomen & ad speciem, & ad genus trahi solet. Nam genere quodam omnes qui sceleris alicuius apud Magistratus aliquem insimulant, accusatores appellantur. Quo sensu accusator accipiendus, cum neminem dicimus sine accusatore damnandum esse, cap. 6. §. 2. de muneribus & honor. Eoq; pertinet, quod in actis Apostolorum legimus, Romanis morem non esse hominem ullum ad necẽ condemnare, priusquam reus præsentes habuisset accusatores, & locum sui contra criminationes defendẽdi obtinuisse. Adde illud Ambrosij ad Syagriũ: Si leges publicas interrogemus, accusatorem exigunt. Idq; etiam in quadam de Auidio Cassio, diui Marci epistola expressum inuenimus, apud Vulcatium Gallicanũ: Adde, inquit, diuus Marcus, quòd non possumus reum facere, quem nullus accusat. Alio modo accusator appellatur, qui proprio nomine subscripto accusationẽ libello delatam sustinet. De quo scribit sic Apuleius in Apologia secunda. Vbi illud libelli uestri, atrox principium, nomine priuigni mei formatur, Hunc ego domine maxime reũ apud te facere institui? Et de hoc huiusmodi quidem accusatore accipienda sunt hæc Constantini uerba. Siue accusator existat. Ræuardus lib. 4. uar. cap. 11.

ACEDIA græcis est ἀκηδία, qua desidia, pigritia, incuria significatur, ut annotauit Tiraq. in cõmmẽt. leg. connub. l. 9. num. 25.

ACEPHALITAE hæretici dicti sunt, hoc est sine capite, nullus enim erroris eorum reperitur auctor, ex quo orti sint. Hi capita aliquot concilij Calcedonẽsis impugnabant, duarum in Christo substantiarũ proprietatẽ negantes, Isidoro Etymolog. 8. c. 5. quem refert Gratianus c. quidam autẽ. 24. q. 3. Prat.

ACEO, acorẽ sapio. Inde acor & acidus, atq; acesco. Huius præterito usus est Vlp. de peric. & commod. rei uend. quum ait in prin. Si uinum uẽditum acuerit, uel quid aliud uitij sustinuerit, id est factum fuerit acidum, acorem contraxerit. Spieg.

ACERBAE nuptiæ, in Aut. quæ intra luctus tẽpus factæ, subiacent pœnæ. Sic Plautus uenustè, acerbam

acerbam amationem dixit, pro dura & toleratu difficili. Spiegel.

ACERRA Festo est Ara. quæ ante mortuũ poni solebat in qua odores incendebantur. Schard.

ACERRIMA condemnatio, pro grauissima. C. de his qui latron. uel al. crim. reos occult. l. 2. circa medium. Spiegel.

ACERRIMA indago, id est, diligentissima. l. ubi C. de falsis. Spieg.

ACERVVS, propriè minutarum congeries est rerum, ut frumenti, leguminis, salis. Caius: Qui ædes, inquit, aceruumue frumenti combusserit, uinctus, uerberatus, igni necari iubetur: si modò sciẽs, prudensque commiserit. Venuleius uult, Aceruum appellatione soli non contineri. l. qui aceruus. Quod ui, aut clàm. Spieg.

ACETI appellatione non continetur Acetum, quod uini numero paterfamilias habuerit. l. 1. & l. 9. §. Si acetum. ff. de tritico, uino. Embamma planè Aceti nomine continetur d. §. si Acetum. Acetum autem procul dubio legato cedet. Siue esui potuique sit, siue extinguendi incendij causa paratum sit. Cuius causa id in ædibus haberi solitum iudicant. l. 12. §. Acetum. ff. de instructo uel instrumento & l. 7. §. penori. ff. de penu. leg. Macrob. lib. Satur. 7. Cæterum & Aceti nomine contineri interdum mel illud quod ex ortu nobilis syderis, aut incumbente cœlesti arcu non secutis imbribus gignitur dono quodam cœlesti. Tradit Turneb. lib. aduers. 10. cap. 5.

ACHAIA regio Græciæ amplissima, Sicyonię & Elidis media: duodecim olim urbibus habitabatur, quas Polybius commemorat. Fuit autem proconsularis prouincia. arg. l. meminisse. de offi. procon. Quę & Pelopon. dicitur: nunc uulgò Morea. Spieg.

ACIES Vegetio autore lib. 3. ca. 14. exercitus est instructus, aliquando tamẽ accipitur pro pręlio ipso & dimicatione ut Inst. de excusat. tut. §. filij qui in acie amittũtur, .i. pręlio. Sic & Cicero, in 2. Tusc. quęst. Non sentiunt, inquit, uiri fortes in acie uulnera. & ita accepit I. C. in l. Bello amissi. ff. eo. tit. idq; clarius constat ex uerbis Theophili d. §. filij. qui addit, ipsoq; in conflictu ceciderint.

ACINACIVM uinum quod ex duarum folliculis atq; acinis, expresso musto, additaq; aqua maceratis conficitur. Græce δευτέριον id est secundarium. Latini Loram, uel Loream appellant. Vlp. de uin. & trit. leg. l. si quis. Vinum, inquit, acinacium, planè uino continebitur.

ACINATICIVM in l. 9. ff. de tritico uino, ol. leg. uini genus, cui ex acino nomen esse Cassiod. lib. xij. Variar. Epistol. ad Canonicarium Venetia. scribit, & quò id paretur ac conficiatur his uerbis explicat. Autumno lecta de uineis in pergulis domesticis uua resupina suspenditur: seruatur in uasis suis, thecis naturalibus custoditur. Rigescit non liquescit ex senio. Tũc fatuos humores exudans magna suauitate dulcescit. Trahitur ad mensem Decembrem, donec fluxum eius hyemis tẽpus aperiat: miroq; modo incipit esse nouũ, quando cellis omnibus reperitur antiquũ. Et paulò pòst, Deferuet primùm in origine sua, & cùm potuerit adolescere, perpetuam incipit habere nouitatem. Non calcibus iniuriosè tunditur, nec aliqua sordium admixtione fuscatur. Briss. Varro in primo de re rustica: Acinorũ, inquit, folliculi in dolia conijciuntur, eoq; aqua additur, eaq; uocatur lora, quod lota acina, ac pro uino datur operarijs hyeme. Nonius quoq; Marcellus: Loram, inquit, dicebãt in uindemia, cũ expresissent mustũ ex acinis, & folliculos in doliũ coniecissent. Pliniut lib. 30. Quæ Græcè deuteria appellant, Cato & nos loreã. Scripsit aũt id Cato in lib. de re rustica, dicẽs: Lorea erit familię q̃d bibat. Accurs. acinaticiũ pro acinacio legit: interpręte turq; esse uinũ ad usum cõparatũ. Quid uero per tale uinũ ipse intelligat, ego non uideo. Nã si uinum, quod est ad usum cõparatũ, uinum est, quid ineptius dici potest, q̃ appellatione uini uinũ cõtineri? Atqui Iuriscõsultus aliud prospiciebat, quod poterat in dubitationẽ uenire, An scilicet lora, siue lorea, hoc est, uinũ illud secundariũ, quod ex uuarum acinis expresso musto, atq; addita aqua maceratis conficitur, appellatione uini contineatur, quum præsertim maior pars aquæ sit in eo permixta. Nebriss. Vide & Forcatulum in penu Iuris ciuilis cap. 8. circa finẽ. Alciat. prædulce esse ait lib. 1. præterm.

ACINVM M. Cato neutro genere usurpat pro uuæ grano, quem alij acinum masc. genere protulerunt. Vide Vallam cap. xxviij.

ACITANI, teste Macrobio 1. Satur. Hispana gẽs. Separat autem Plinius Acitanos à Lacetanis, quos alij confundunt cum his perperam. Cuia. lib. undec. obseruat. cap. 35.

ACOLYTHI græcè, dicuntur ceroferarij uel accendentes latinè, à deportãdis cereis, q̃n legendũ est Euangeliũ, aut sacrificiũ offerendũ, ut inquit text. in cap. cleros. ad fin. xxj. distinct. Nebris.

ACONITVM, ueneni genus celebratissimũ, dictũ ab ἀκόνη, quod interpretatur COS. quoniã, ut inquit Ouidius vij. Metam. ea herba ex cautib. colligitur. ait enim. Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute, Agrestes aconita uocãt. A Græcis παρδαλιάγχες uocatur, id est, pardi animalis strãgulator. Sed quod fere ignoratur quæ sit ea herba, aconitum uulgo pro quocũq; ueneno accipitur. Marcel. ad l. Corn. de sic. l. eiusdẽ. Si quis, inquit, temerè cicutã & salamandrã, & aconitũ, pityocãpas & buprestim dederit. Nebris.

ACONITVM: herba est, quæ ex Cerberi spuma cõspersa, uenenũ efficacissimũ cõtraxit, quo tẽpore eũ Hercules ab inferis extraxisse dicitur. dictũ ἀπὸ τῆς ἀκόνης hoc est à cote, ut etiã sensit Ouidius illo uersu:

Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute,
Mortales Aconita uocant.—

Meminit etiam idem Metam. libro j. sunt tamen qui aliter deducant. Cotta in memoral.

ACOR, & mucor. Vlpianus in l. 4. de Peric. rei uend. Vtrum, ait, præteritum duntaxat periculum acoris & mucoris, uenditor præstare debeat. Proprium autem est, inter reliquos liquores uino immiscere, aut in acetum uerti, ut ait Plinius lib. x. cap. xx. Spieg.

ACQVIRERE, hoc est, dominium rerum nancisci potest homo donec uiuit. l. si creditores. in fin. ff. de separat. l. si in prin. ff. de eo per quem factũ erit.

ACQVIRI dicitur ei, ad quem commodum pertinet. l. si extraneus. in fine. ff. de iure dot.

ACQVISITA res dicitur Hostiensi, uel empta, uel quouis titulo lucratiuo habita. Spieg.

ACQVISITVM id propriè dicitur, cuius dominium translatum est.

ACQVIRERE eũ dicit Accursius qui acquirere nititur in gl. fi. l. si per impressionem. C. de ijs, quæ ui met. gest. sunt. cuius sententiam probat Albericus.

ACQVIRERE etiam eum cẽsuit Accursius, qui acquirere uelit l. 1. ff. de auct. tut.

ACQVIRENDI speciem esse liberare quem ob ligatione Paulo l. species. 11. ff. de acceptil.

ΑΚΡΙΒΟΔΙΚΑΙΟΙ dicebãtur Aristoteli li. 5. Ethic. qui

qui ius ad literarum angustias reuocabant summo iure nitentes. Bud.l.1.ff.de iust.& iur. Hoc uero qui faciunt, & tanquam machina aliqua scriptum legis contorquent ad seueritatem & duritiam, merito ἀκριβοδίκαιοι appellantur id est acerbi & maligni iuris interpretes quod nimis callida & malitiosa iuris interpretatione utantur ut ait Tullius. Connanus cap. 11. de æquitate.lib.1.

ΑΚΡΙΒΟΔΙΚΑΙΟΝ, ius summũ, exactius & durius Aristoteli ibidem. Prat. Generaliter autem ἀκριβὲς iustum uocamus, quod est numeris omnibus absolutum Schard.ex Bald.ad tit.de nuptijs:in princ.

ACRIMONIA est propriè acerbitas, sed secundum legistas est pœna quæ infligitur sacrilegis, sicut incarceratio, exiliũ, uel relegatio.l.placet. C. de sacr. Ecclesijs quæ est canonizata.16.quæst.1. cap. placet. §.sub nouarum, ubi de hac dicitur. Old.

ΑΚΡΟΔΡΥΑ Gaius in l. qui uenenum, 236. ff. de uerb. signific. scribit apud Græcos omnes arborum species continere. quo tamen loco haud scio an non BACCARVM potius, aut FRVCTVVM legendum sit, cum inter omnes constet, ἀκρόδρυα dici (ut Suidas testatur) πάντας τοὺς τῶν δένδρων καρπούς. Hotom. Anton. August.lib.4.emendat.cap.4.

ACTA propriè dicuntur quæ gesta sunt ab eo, qui togatus in Repub. cum potestate imperioque uersatus est. Nam Imperatorum res gestæ dicuntur. Cicero Philipp.1. An in commentariolis, & chirographis, & libellis acta Cæsaris, firma erunt: quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa, perpetuásque leges esse uoluit, pro nihilo habebuntur? & paulo pòst: Ecquid est, quod tam propriè dici possit actum eius, qui togatus in Repub. cum potestate imperioque uersatus sit, quàm lex? quære acta Gracchi. leges Semproniæ proferentur: quære Syllæ, Corneliæ. Postea autem consuetudine sermonis factum est, ut literæ omnes de quorumlibet iudicum sententijs perscriptæ, Actorum nomine censerentur. Hermog. l. 46. ff. de re iudic. Actorum uerba emendare tenore sententiæ perseuerante, non est prohibitum. Item quodcunque apud ius dicentem ad caussam siue publicam, siue priuatam pertinens, gestum, eiusque auctoritate literis mandatum esset. Imper. l. 2. C. de edendo: Is apud quem res agitur, acta publica, tam criminalia quàm ciuilia exhiberi inspicienda ad inuestigandam ueritatis fidem iubebit. Hinc Seruum actis interuenientibus nominare suum filium, apud Imp. §. ult. de adopt. Et Donationes actis interuenientibus insinuari. .1.de donat. id est, cuius rei memoria in literas publicas relata sit. Hotom.

ACTA, res quæ in commentarijs principalibus relata essent Ciceroni Philippica 2.& Plinio lib.5. Epistol.ad Valerianum. Liber (inquit hic) principis seuerus. Leges ipsum: est in actis publicis: id est, commentarijs. Hæc δημόσια γράμματα Æschines uocat. Acta igitur libri, seu tabulæ erant in quibus scribebantur res gestæ, principis, aut populi, aut etiam leges, idque ex Cicerone.1.& 2.Philipp.& Plinio lib. 5.Epistol. disces & l.2.de delat.lib.10.C.

ACTA Iurisconss. & Imperatoribus libri erant forensium, siue iudicialium scribarum in quibus iudicum pronuntiata scribebantur, apud Paulum l. acta. 45. ff. de re iudic. Hermogenianum l. actorum. 46. ff. eod. Seuerum & Antoninum l. is apud. C. de edend. & alibi sæpissimè. Hæc ὑπομνήματα H. Modestinus l.13. §. εἰδὶ πιστὰ κείται. ff. de excusat. Galli regesta uocant quasi re gesta, malè & ineptè efflant registres etiam ipsi pragmatici, & fori rabulæ.

ACTORVM genera duo cõstituisse uidetur M. Cicero Philip.2. publica & priuata. Publicis leges & similia, quæ à principe gererentur, continebantur: priuatis testamenta, aliáue priuatorum gesta.

ACTA etiam plerũque locum, ubi ius dici solet, significant l.2.C.de custod.reo.& l.1.C.de satisf.Hinc, apud ACTA, dicitur factum coram iudice, & in loco iudicij, uel coram notario aut tabellione publico, in casibus ad eum pertinentibus.l.cum.pro quo. ff. de in ius uocan. l. 1. & 2. ff. de offic. prætor. l. 2. ff. de offic.proconsl.l.de iure.ff. ad municip.l. neque seruus.ff.de usucap.

ACTA sunt, quæ autoritate iudiciali, ad indubitatam memoriam describũtur apud magistratum. l. Acta. & l. Actorum. ff. de re iudicat. Et in hoc discernuntur à commentarijs, qui priuatam rerum gestarum memoriam continent, autore Cicerone. Ita nunc utimur regulariter actorum significatione, cùm dicimus, apud acta, in actis, acta talis causæ, actis interuenientibus. Oldend.

ACTA à gestis ut distent, Iason disserit in l. 2. C. de edend. Quanquam gesta elegantius dicuntur res gestæ. Interdum tamen, Roterod. teste, Actus pro gestis legimus. Oldendorp. Laurentius Valla. inter acta & gesta hoc differentiæ assignat, quòd gesta sint in administratione magistratus, & in rebus maioribus, & ad rempub. uel ad plurimos spectantibus ut gesta Alexandri, gesta Cæsaris & similia. Acta uero rerum priuatarum. sed hæc differentia cõfunditur à Iureconsultis: Quapropter Alciatus in l. Labeo 19. ff. de uerbor. significat. rectè censuit gestum ex subiecto argumento, siue ex contractu, siue aliter quid actum sit accipi. Rebuff.

ACTA circumducere, id est, antiquare, & delere. Paul. de re iudic. Acta apud se habita, si partes consentiant, iudex potest ea die iubere circumduci, nisi uel negotium, uel lis terminata sit. Olden.

ACTA diurna, quæ per singulos dies fiunt & scribuntur. Olden.

ACTA & actitata formularij appellant sua scriptorum uolumina: quæ si perlegas, intelliges, nihil aliud in his esse, quàm barbaram uocum colluuiem. Sicut enim in iudicijs hodie conspurcatis, ea quæ semel acta sunt, inani molestia sæpe repetunt, actum (ut dici solet) agentes: ita his uerbis talem uæsaniam & iudicandi abusum, propria confessione imprudentes ostendunt. Quid enim aliud est dicere Acta & actitata, quàm indicare actorum frequentiam & repetitionem? De his est textus in clemen. sæpe §. sententiam de uerborum significationibus. Oldendorp.

ACTA publica, quæ ad fiscum, uel ad commentaria Principis, uel ad grammatophylatium pertinent. Sed & acta publica, pro libris etiam & tabulis continentibus publica ciuitatis acta, id est, negotia, quæ & pro legibus (Statuta uulgus appellat) plerunque intelliguntur. Id quod apud Plinium iuniorem, eruditiss. uir Catanæus adnotauit. Oldendorpius.

ACTA hodie in foro dicuntur scripturæ publicæ negotiorum, quæ in iudicio aguntur: ordinem eorum, modum & figuram continentes. Vel etiam sunt processus siue gesta Curię. gl. in l. acta. de re iud. cap. quoniã contra. de probat. Sunt aũt acta triplicia. Nam quædam sunt acta iudicij, ut uocant, Ordinatiua, quæ ualent ad ordinationem iudicij: ut est libelli oblatio, litis contestatio. Quædam ualent ad ueritatis

tis indagationem, & dicuntur indagatiua ueritatis, ut depositio testium, aditio instrumentorum, confessio partium. Et quædam litis decisiua, quæ ualet ad decisionem causæ. Videte l. acta. ff. de re iudic. l. 2. de appellat. gloss. in l. illud. Cod. de sacrosan. Ecclesijs, l. 2. Cod. de æden. l. 3. Cod. de sent. quæ sine cert. quant. profer. l. in fraudem. §. à debitore. ff. de iure fisc. Rebuff.

ACTIO cum ab agendo dicta sit, generali significatione quicquid omnino agi solet, complectitur. Itaque & histrionum & oratorum & fabrorum actionem dicere solemus. Verùm in Iurisconsultorum scriptis facile est intelligi, ad eas actiones contractã hanc esse significationem quæ ad ius pertinerent: hoc est, ad eos ritus qui à Iurisconsultis excogitati sunt: ueluti nexum, emancipationem, manumissionem per uindictam, cessionem in iure, testamentum per æs & libram: & si qui sunt generis eiusdem. Porrò cum illa omnia certa uerborum conceptione fierent, tandem consuetudine loquendi res eò perducta est, ut actio uulgò pro formula & conceptione uerborum diceretur. Et cum ea præcipua uideretur, qua lis aduersus ciuem intenditur, inde factum est, ut Actio plerunque pro querela in iudicio aduersus aliquem proposita usurpetur. Tum enim ab Agere quod queri significat deducitur. nisi fortè queri aliquanto plus sit, quàm Agere. ut in Orat. pro Cælio: A quo quæram si prodierit, primùm cur statim nihil egerit: deinde, si id queri quã agere maluerit, cur productus à uobis potius, quam ipse per se? Agere autem pro queri, aut postulare, Cicero multis locis usurpat, ut pro Cæcinna: Si te hodie domum tuam redeuntem armati homines aditu prohibuerint, quæro quid acturus sis? Item: Quid ergo est? impunè feci: nam quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio, non habes. Item: Quid negligentius maioribus nostris, qui tantæ rei prætermiserint actionem? Hot.

ACTIO: huius uerbi significatio latissimè patet, comprehendens generaliter omnem uiuentis operationem, quæ passioni opponitur, adeo ut ipsam quoque uitam agere dicamur. Vnde illud dici solet, Actiones humanæ infinitis rerum circumstantijs uariantur. Qua significatione frequenter utuntur iurisconsulti, teste Dn. Oldendorpio. Proinde ne quis in amplissima huius uerbi Actionis significatione hæreat, Celsus in definienda ea, in l. nihil aliud. ff. de Actionibus & oblig. prudenter adiecit hanc clausulam (nihil aliud est.) Verum Actionis significatio restringitur ad usum forensem. Quas enim Græci dicas uocabant, eas Romani Latine Actiones, causas, seu iudicia dixerunt. Vide Oldendorp. in princip. Locor. Commun. Actionum Iur. Ciuil. uerè insignium, & Dn. Budæum in Annot. priorib. & infrà, Dice. Cęterùm Actionis cognitio in his uersatur, uidelicet: Quo autore sit introducta, Ex qua causa, cui detur, & aduersus quem: An porrigatur ad hæredes, Quid in ea ueniat, Quamdiu concedatur, Quis sit exitus. Quid spectandum sit iudici, quid litigatoribus: An ne sint adfinia remedia, quibus uti possimus. Hæc qui ignorat, non feliciter acturus est causam. Scire autem nemo potest, nisi qui singulariter actionum circumstantias rectè tenet, quoniam per omnes actiones uariantur. Consequitur ergo stupidissimum esse actorem seu causidicum, qui sine certa actionis cognitione causam perducit ad iudicem tametsi fortassis apparatus nõ desit uerborum, adeoque multarum legum allegatio. quæ tamen non magis ad rem accedunt quã cupressus ad naufragium, apud Horatium. Quod tam uerè quam eleganter dictum est ab Oldendorp. qui est extra controuersiam qui ætatem nostram insigniter exornant iureconsultis (ut parcè dicam) æquandus Alciatis, Zasijs, Cantiunculis, Vigilijs, Bonifacijs, Apellis, Fumęis: & si qui sunt similes. Licet Leonem (ut aiunt) ex unguibus æstimare. Spieg.

ACTIO pro actus Vlpian. l. 3. §. ult. ff. de donat. inter uir. Nam celeritate coniungendarum inter se actionum unam actionem Occultari. Hotom.

ACTIO apud ueteres nihil aliud quàm formulam significabat: quasi quis dicat, rerum priuatim agendarum modus, & forma iurisconsultorum & pragmaticorum ingenijs excogitata. itaque uulgò legis actiones uocabantur, quoniam earum rerum de quibus lex XII. scripta erat, agendarum formam, ritumque præscribebant. Pompon. l. 2. de orig. Ex his, inquit, legibus eodem tempore ferè actiones compositæ sunt, quibus homines inter se disceptarent, quas actiones ne populus prout uellet institueret, certas solennesque esse uoluerunt. & appellatur hæc pars iuris, Legis actiones. Quibus ex uerbis apparet, Legis actiones olim id fuisse, quod nunc uulgus Formularum practicæ appellat. in eam enim sententiam à Varrone, Cicerone, & alijs Manilianæ, & Hostilianæ actiones nominantur. patetque ex Varrone rerum acquirendarum, stipulationumque formulas etiam in rusticanorum hominum manibus uersatas fuisse, à Manilio & Hostilio Iurisc. compositas: citanturque in Pandectis Valentis, & Venuleij libri De actionibus, illius septem, huius decem, quos constat eodem argumento scriptos esse, quo Pauli librum singularem De conceptione formularum. Varro lib. de re rust. II. Paulo uerbosius hęc, qui Manilij actiones sequuntur Lanij, qui ad cultrum bouem emunt. Loquitur de stipulationibus. Cicero pro Muræna: Gloria militaris uestris formulis atque actionib. anteponenda est. Idem ad Attic. lib. VI. Nec uerò pauci sunt auctores, Cn. Flauium Scribam fastos protulisse, actionesque composuisse. Et libro de Orat. I. expositis à Cn. Flauio primùm actionibus, nulli fuerunt qui illa artificiosè digesta generatim componerent. Item in eod. Et credo, in illa militiæ caussa, si tu aut hæredem aut militem defendisses, ad Hostilianas te actiones, non ad tuam uim & oratoriam facultatem contulisses. Varro libr. De ling. V. Itaque quibus res erat in controuersia, ea uocabatur lis. Ideo in actionibus uidemus dici, Quam rem siue litem dicere oportet. Cicero Philipp. IX. Neque constituere litium actiones malebat, quàm controuersias tollere. Hot.

ACTIO, id est tractatus uel assensus. cap. I. de maiorit. & obed. & ib. not. l. I. ff. si pars hæred. pet.

ACTIO etiam dicitur totum illud quod agebatur una die in synodo uel consilio. cap. prima actione. 16. quæst. 3.

ACTIO pia. i. pius. actus auth. hoc ius porrectũ. Cod. de sacros. Ecclesijs. Alber.

ACTIO, petitio, persecutio distinguuntur in Aquilianæ acceptilationis formula in l. 18. §. I. ff. de acceptil. Hotoman.

ACTIO, pro accusatio. Papinian. l. I. ff. de crim. stellion. Actio stellionatus neque publicis iudicijs, neque priuatis actionibus continetur. hoc est, Hæc accusatio non e legibus publicorum iudiciorum est, sed extraordinaria. Vide l. I. §. penult. sup. uerb. actionem. de Episc. & Cler. l. presbyteri. ff. de sepulchro

uiol.l.1.§.posthumus.& quæ ibi not. ff.de inoffic. testam. Alber. Similiter titulus est lib. Cod.9. Quando actio ciuilis criminali præiudicet. Hot.

ACTIO debet accipi per emphasim, teste Oldendorpio, acuti iudicij iurecos. non pro qualibet externa actione: *Ein vuirckung* sicut dicimus, eum qui contra ius aliquid facit, nihil agere. Instit. Quibus ex caus. manu. non lic. sed pro legitima persecutione, *Ein rechtmeßige klag, oder forderung.*

ACTIO, est ius persequendi, hoc est, legitima facultas, uel autoritas, permittens persequi in iudicio id quod sibi debetur. Vel, est ius quod planum est. est enim res incorporea. Zas. in procem.tit.Instit. de act. definitionem Iurisconsulti, l.nihil aliud.ff.de act. & obligat. crasse & generaliter accipiendam, uanissimis altercationibus, Oldendorp. teste, Commentatores obscurant. Spiegel. Cæterum hanc actionis definitionem explicat Forcatulus in Necyomantia dialogo 96.num.1.quem ibi uide.

ACTIO, libellus item est, scriptura, seu formula quæ reo porrigitur, siue solenni intẽtione, siue quali quali petitione concepta sit. Alciat.in l. edita. C. de edend.

ACTIO est item executio obligationis, ut probat Vlpia. in l.in executione.ff.de uerb.oblig.Spieg.

ACTIO nonnũquam naturaliter accipimus pro eo quod facimus.l.hæredes palàm.§.fi. ff. de testam. uno cõtextu actiõis (inquit Vlpian.) testari oportet.

ACTIO danda est. Obseruandum quòd nunquã lex actionem concedit, nisi ex iusta causa uel cõsensus & æquitatis producatur.l.si me & Titiũ.ff.si cert. pet.Spieg.

ACTIO an à causa discrepet sæpe quæri solet: gl. in uerbo actio.item ibi nota.Instit.de act. Et Placentinus nihil omnino differre existimauit.ti.de def.act. circa finẽ. Neq; enim ut ipse inquit, quæcũq; petitio uel intẽtio actio est, sed quæ subijcitur petitioni fundandæ intentionis causa ratio, ut si quis dicat, Vẽdico domũ, quia dñs sum. Hæc ratio subiecta est actio, Sed ab hac sentẽtia cõmuniter ferè recessum est Dd. d.rub.de act. inualuitq; Azonis opinio existimantis causam omnino ab actione secernendam esse glossa in d. uersic. item nota. Cuius rei rationes multæ ab Accursio recensentur. Vtraq; tñ opinio sic cõciliari potest, si Placentini pronunciatũ ad ipsius actionis exercitium referamus. At si efficientem actionis causam respicias, tunc Azonis sententiæ omnes suffragantur. Plateanus d.rub.de act.

ACTIO, quatenus ad specialem nomenclaturæ rationem pertinet, in personam dicitur: in rem, petitio: in rem uel personam, persecutio. l. actio. ff. de action.& oblig.Spieg.

ACTIO petit pœnam, habet persecutionem pœnæ.l.si pro furto.§.furti actio.& §.condictio.ff.de cõdict.furt.

ACTIONE expertus. Venuleius, in l.si hæres unus.ff.Famil.Er ercis. actione, inquit, expertus uicerit: deinde conditio hæredis extiterit, &c.Spieg.

ACTIONEM dare, est actorem ad intendendã actionem admittere. Vide, Dare actionẽ.& Bud.in l.2.de orig.iur.Spieg.Corras.lib.Miscel.3.cap.18.

ACTIONEM diuidit Vlpianus, in l. pecuniæ uerbum.de uerbor.significat.in petitionem & actionem in specie: ut sit petitio in rem, actio in personã. Apellus uir doctiss. Actionẽ, inquit, partimur in medium concludendi, narrationem, & petitionem: siue in propositionem maiorem, & conclusionem. diuidimus uerò in realem, & personalem. Ex quibus omnibus consequitur, Iurisconsf.in l.si pater. de usucap.pro suo, primùm locutum propriè, deinde impropriè. Bona namque hæreditaria partimur, non diuidimus.Spieg.

ACTIONEM hæredi alicuius concedi, & hæreditariam esse, differunt. Actio enim reuocatoria, quę patrono datur, non est hęreditaria, id est, ex bonis liberti: sed propria patroni.l.1.§.hæc actio. ff.si quid in fraud.patron.

ACTIONEM intendere, actionem instruere, actionem dictare, uel formulam actionum instituere, ad partes refertur.

ACTIONEM remittere, est querelam intermittere. In ciuili tamen quandoq; remissa actione, obligatio manet salua: in criminali autem secus est. censetur enim accusatione remissa, etiam obligatio & tota remitti.l.1.§.usq; adeo.ff.de iniur.& ibi Bart. Aliud est ergo remitti actionẽ ciuilem, aliud criminalem. Quod non contemnendũ monet Oldend. Sp. Prat.

ACTIONES, orationes apud populum iudicẽsue habitæ. Cic. lib.de art. Rhetor. 11. Quod si nunc id agant, uelle se scire, qui lator sit, qui sint accepturi, se actiones uidere & dissuadere uelle. Asconius in Cornelianæ argumen. Cicero ipse significat, quatriduo Cornelium defendisse, quas actiones contulisse eum in duas orationes apparet. Sic Verrinæ actiones fortasse non incommodè numerari septem possent, pro Orationes ad Verris caussam pertinentes. Sed ne actionum significatio conturbetur, quæ duæ tantùm fuerunt, nunquam, quòd sciam, ab antiquis ita nominatæ sunt.Hot.

ACTIONIS acerbitas interdum uerbis temperanda est propter reuerentiam personarum, quamquam res eadem maneat. Vlpianus in l. non debet. ff.de dol.malo.

ACTIONIS formula, est apta, accommodaq; facti apud iudicem propositio, siue expositio. Oldendorpius haud abs re carpere uidetur causidicos, qui neglecta actionis formula, in forum causam deducunt, quam nec semel cum suis circumstantijs rectè perpenderint. Errori causa prætexta, quòd in tit. Cod.de formul.& impet.legerint, sublatas esse actionum solennitates antiquas: putantes propterea incauti nihil referre, quomodo proponatur factum, nec ulla opus esse actionis inuestigatione speciali. Multo uero rectius Iason Instit. de actionibus post Bartol. in l.edita.Cod.de edend.docuit hodie etiam actionum dici, & esse formulam, sicut olim fuit, tantumque esse sublatas uerborum aucupationes, nec l.si seruus nauem.ff.de furt, esse correctam. Nam actionis cognitio & formula in primis inuestiganda causidicis. Si enim caussam exponas iudici, nonne aliquid tandem petendum est, atque concludendũ? Nemo sanæ mentis negabit. Cæterùm petitio uel cõclusio libelli, non potest rectè produci, præterquam ex natura & forma actionum. Ergo necessarium est, primo loco diligenter inuestigare, & cognoscere in specie formulam actionis, qua uti uolueris. Non dico ut summo iure tantum, uerumetiam ut ex æquitatis cẽsura, eam inuestiges. In quibus autem actionis cognitio & inuestigatio uersetur, paulò antè dictum est.Oldendorpius.

ACTIONIS frustrandæ caussa latitare. Vide L. 3.ubi quis ager.Spieg.

ACTIONIS ratio. Vide, Factum idem nostris, quod casus, species.

ACTIONIS uerbum, inquit Vlpian. generale est, & speciale. Nam omnis actio dicitur, siue in personam,

sonam, siue in rem sit petitio. Errant igitur, qui cum Accursio uacillant, an sub definitione comprehendantur in rem actiones. Spieg. Dictam uero actionẽ Theophilus putat: quòd improbos & ingratos per eam ad iudicia agamus. Inst. de act. Cæterùm id parum elegans est, nec omnino uerum, licet id Græculis facile fuerit credere, quibus non tantũ simile uerbum est ἄγειν sed etiam talis loquendi forma ἄγειν ἐπὶ φόνῳ ἢ κλοπῇ. Est autem uarius & multiplex uerbi agere usus, interq; multa & tractare Cicero, cum mecum ageres. Hinc Curtius actionem dictã putat lib. 1. εἰκαστῶν cap. 15. Namq; & agere cum reo dicimur, nõ agere reum. l. age cum Geminiano. C. de transact.

ACTIONVM, inquit Vlpianus, genera sunt duo: in rẽ, quæ dicitur Vindicatio: & in personã, quę Cõdictio appellatur. In rem actio est, per quam rem nostrã, quæ ab alio possidetur, petimus: & semper aduersus eum est, qui rẽ possidet. In personã actio est, qua cũ eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendũ aliquid uel dandũ. & semper aduersus eundẽ locum habet. l. 25. ff. de oblig. & acti. Adde hic ex eodẽ Vlpiani loco, quod quædam actiones ex contractu, quædam ex facto, quædã in factũ sunt: Ex contractu actio est quotiens quis sui lucri causa cũ aliquo contrahit, ueluti emendo, uendendo, locando, conducẽdo, & cæteris similibus. Ex facto actio est, quotiẽs ex eo teneri quis incipit, quod ipse admisit: Veluti si furtũ uel iniuriã cõmisit, uel damnũ dedit. In factum actio dicitur qualis est exẽpli gratia, quę datur patrono aduersus libertũ, à quo contra edictũ prætoris in ius uocatus est. Omnes autem actiones, aut Ciuiles dicuntur, aut honorariæ, &c. Maffeus.

ACTIONVM species quæ propter immensam negotiorũ diuersitatẽ uariantur, cõmodis diuisionibus ex quatuor rerũ causis, uidelicet efficiente, materiali, formali & finali productis summatim explicantur. Instit. de actionib. per totum. Prat.

ACTIO ad exhibendum, est actio in personam per quã qui in rem qualicũq; actiõe acturus est, eius rei sibi in publico potestatem ut experiatur, fieri postulat. l. 2. & 3. ff. ad exhib. Hot. Etsi uerò sunt: qui eã in rem scriptam esse existimẽt, tñ hi falluntur, cum eius actionis uerba in rẽ concepta non legamus: quin eam merè personalẽ aduersus scriptores omnes ex Vlpiano dicimus. l. 3. §. est aũt personalis. ff. ad exhib. non quod ex quasi contractu, ut Accursius & reliqui crediderũt, enascatur, sed potius q̃a ex quasi delicto. Cum enim ad exhibendum actio non detur, nisi ei cuius interest exhiberi. l. 3. §. sciendum. & l. si liber homo. ff. ad exhib. dolose fecisse uidetur, qui admonitus rẽ noluit ei cuius intererat exhibere, de quo dolo cohercendo cum agatur, ea actione merito quicũque ad quẽ cõmodum peruenerit, conuenietur. l. 3. §. fi. ff. ad exhib. Corrasius lib. 1. Miscel. cap. 22.

ACTIONES adiectitiæ uulgo uocantur, quib. non uno certoq; agendi modo, sed uarijs ex causis experiri possumus, quales sunt actio de peculio, de in rẽ uerso, & quod iussu: sic dictę quod sint adiectiones seu clausulæ agendi ex quibuslibet negociis gestis cũ ijs qui sunt in potestate alterius. Neque enim credendum est actionẽ de peculio, speciẽ esse actionis à cæteris distinctã: sed adiectitiã duntaxat qualitatẽ aliarũ actionũ. Ideoq; Vlpianus mãdati, depositiq; nomine patrẽ uel dñm de peculio tantũ cõueniri dixit, l. 3. §. cui congruit. l. depositi. in prin. ff. de pecul. Nã alioqui nõ permitteretur creditori psecutio, l. pen. C. quod cum eo: cum neq; pater, neq; dñs ex contractu filij uel serui teneantur, l. 1. C. ne filius pro patre, nisi quatenus est in peculio, l. 1. ff. de pecul. Corrasius §. actiones autem. Instit. de act.

ACTIO ad supplementum uulgò dicitur, qua liberi id quod minus legitima ipsis in testamento relictũ erat, persequuntur, ut id legis repletione suppleatur. l. omnimodo. C. de inoff. test. introducta à Iustiniano indignũ existimante parentũ iudicia per querelã inofficiosi facilè rescindi. Auth. nouissima. C. eo. eaq; actio nõ minore quã 30. annorũ spatio tollitur. Decius in l. certi condictio. ff. si cert. pet. Bal. Iason & alij in l. si quis filiũ. C. de lib. præt. neq; à testatore ullo pacto prohiberi potest. l. si qñ. §. ult. C. de inof. test. Item & non pręparata trãsmittitur. d. §. ult. neq; propterea expirat quod aliquis agnouerit quod sibi testamento relictum est. d. §. ult.

ACTIO ædilitia competit multis modis, & primò, si res uendita sit redhibita propter uitium, siue morbũ, nec tamen à uenditore restituitur pretiũ emptori cum actionibus, & alijs quæ ędiles inhibent, & in hoc casu est perpetua. de hac habetur ff. de ædilitio edict. l. Ædiles. in prin. §. 1. & fin. & l. illud. 2. respõ. & l. redhibitoria. eo. tit. & l. fi. C. de ædili. act. Secundò competit, quando conuenit, ut si res uendita non placet, intra præfinitum tempus redhibeatur: ea conuentio rata habetur, si de tempore nihil conuenerit, in factum actio intra 60. dies accommodatur emptori, ita Vlpianus l. quod si. 31. §. 19. ff. eod. & uide l. cum autem. 23. ff. eo. Tertiò competit, si uenditor nõ uult tradere seruum, uel mancipium, uel iumentum cum ornamento, cum quo ostenderat tempore uenditionis, pro ipso ornamento: uel ut fiat redhibitio rei principalis propter accessoria, & tunc cõpetit etiã usq; ad 60. dies. ff. eo. tit. l. Ædiles. in prin. & §. uendendi. Quartò uerò competit, quando eo loco, quã iter est uulgò, habet quis canẽ, lupum, ursum, aprũ, uerrem, pãtheram, Leonem, &c. uel animal aliquod quod nocere posset, siue sit ligatum, siue solutum. ff. eod. tit. l. hi enim. & l. sequen. & si homo liber ab illis damnum patiatur, seu perierit, solidi ducenti præstabuntur. ut l. qua uulgo. ff. eod. tit. sed plenius uide de his Guill. in spec. in tracta. libel. de emptio. & uend. §. nunc dicendum est. Prat.

ACTIO æstimatoria siue de ęstimato est actio in personã, per quam qui rem aliquam uendendã recepit, uel ipsam incorruptã reddere cogitur, uel ipsius æstimationẽ. l. 1. ff. de æstimat. Hot. De hac olim uehementer dubitatũ fuit, an ad nominatos, uel ad innominatos contractus redigi deberet. Vtrum ex uẽdito actio esset propter æstimationem: an ex locato quia rem uendendam locasse uideretur: an ex cõducto, quasi uendentis operas dominus rei cõduxisset: an mandati? Melius itaq; uisum est, ex hoc cõtractu, de cuius nomine ambigebatur quidẽ, conueniebat tñ aliquam actionem dari, æstimatoriam dandã pręscriptis uerbis actionem. l. 1. ff. de æstimat. Olden. Cũ autẽ negotium ciuile, hic bona fide geratur, omnia quæ de bonæ fidei iudicijs dicuntur, in hoc præscriptis uerbis æstimatoria, locum habere Vlpianus scribit. l. 1. §. fin. ff. de æstimat. act. &c.

ACTIO albi prætorij, datur in eum, eósue, qui album ui corruperunt, aut sustulerunt. sicut autem olim edicta proponebantur in albo prętoris, ita hodie affiguntur Schedæ citationis publicæ, quæ & edicta nominamus, & alia quę proscribi, id est procul scribi debent, pro foribus ecclesiæ, uel collegij, uel curiæ senatoriæ. Zasius in §. pœnales. Instit. de act.

ACTIO ambulatoria. Vide, Ambulatoria uoluntas.

ACTIO arbitraria est, in qua officium iudicis exercetur mercenarium, actioni inseruiés, propter aliquod extrinsecum præter naturá actionis, ut cum iudex arbiter procedit contra reum contumacé. Zas. in §. Præterea. Inst. de act. Bar. in l. hoc edicto in prin. de public. Faber, Aretinus, Iason & alij in §. preterea. Inst. de act. Cæterùm eorum sententia iampridé explosa est à recentioribus: ut Duareno de in litem iurando num. 42. Corrasio lib. Miscel. 4. cap. 14. & alijs d. §. præterea. Nam arbitrariam actioné, Iustinianus dici putat, quæ ex arbitrio & potestate iudicantis pédet. d. §. præterea: ut si iudex æstimauerit semel suo arbitrio (quod scitè Placen. in summa tit. de act. interlocutorium appellauit) rem restituendam, aut alio modo satisfaciundum actori, obtemperetq; reus, ab soluatur: sin contra, minimè pareat, damnetur, ueluti in actione quod met. caus. l. si cũ exceptione. §. 1. & §. in hac. ff. quod met. caus. In actióe de dolo. l. arbitrio. ff. de dolo. In Actione ad exhibendum. l. 3. §. ibidem. l. tigni. §. fi. & l. Iulianus. §. fi. ff. ad exhib. In actione rerum amotarum. l. si cum dos. §. fi. ff. rer. amotar. In actione in factum de publicanis. l. 1. in prin. & l. hoc edicto. ff. de public. In rei uendicatione. l. qui restituere. ff. de rei uendic. In confessoria & negatoria. l. harum. ff. si serui. uend. In Publiciana, Seruiana, quasi Seruiana, & cæteris omnibus, quæ cum his similitudinem habent. d. §. præterea. in quibus priusquam Iudex negotium diffiniat, benignè ante arbitratur, interloquendo: cui arbitrio, si paritum non sit, pronunciat diffiniendo. In alijs nanq; actionibus, bonæ fidei præsertim, nullum ante diffinitiuam interponitur arbitrium, sed mox cum de caussa liquet, fert diffinitiuam Iudex. Acc. Bart. & cæteri in l. 1. ff. de act. emp. Itaq; ut uerus sit omnium, & planus sensus. Actionũ quædam bonæ fidei sunt, in quibus permittitur iudici, ex bono & æquo æstimare: quemadmodum actori satisfieri debeat. §. in bonę fidei. de actio. Quædam stricti iuris sunt: in quib. uidelicet, iudex eam libertatem non habet. l. quicquid. ff. de uerb. oblig. §. actionum. de actio. & quædam arbitrariæ, in quibus quémadmodum actori satisfieri oporteat, nó ex sola actionis natura pendet, sed ex iudicis arbitrio: nec tamen libero, qualis est illa in bonæ fidei iudicijs libera potestas: sed quasi conditione quadam coarctato: nisi is, cum quo agitur, ad iussum, & iudicis interlocutionem, actori satisfaciat: ueluti, rem restituat, exhibeat, soluat, uel ex noxali causa seruum dedat. d. §. præterea. de action. in Instit. Ex quibus iam duo colligere licet: primo errare commentatores, qui in rem actiones & alias eiusdem generis ideo arbitrarias dici uolunt, quod iurisiurandi delatio, ac taxatio quantitatis ex iudicis arbitrio pendeat. Nam arbitrium de quo in d. §. præterea est interlocutio, quam Theophilus μεσίτευσιν appellat, non illa libera deferendi, aut non deferendi facultas quæ in ipsa condemnatione iudici conceditur: neq; enim ab ea iurisiurandi delatione, arbitrariæ actiones denominantur. Secundo patet ex his quantum Arbitraria iudicia à strictis & bonæ fidei differant. Nam in strictis, cum iudicis potestas formulis adstricta, & tanquam inclusa sit, liberum ei non est ante sententiam quicquam clementius arbitrari, quàm formula ipsa præscribat. In his uerò quæ bonæ fidei sunt, quia latissima iudicis potestas est, & minime formulis alligata, potest & neglecto arbitrio, si ita uisum ei fuerit, protinus sententiam ferre. Duarenus de in litem iurando. nu. 48.

ACTIONES beneficiarias scitè appellat Dn. Oldendorpius, quas Dd. uocant condictiones ex lege non scripta. uel ex moribus maximè autem cliéntelarias consuetudines: cui adstipulatur Bart. testis, & quidem strenuus, in l. 1. ff. de códict. ex lege. Spieg.

ACTIONES bonæ fidei concisa locutione dicuntur, in quarum formulis Prætor adijciebat EX BONA FIDE. Cicer. in Topic. In omnibus igitur iudicijs, in quibus EX FIDE BONA est additum, primus earum usus est. Item lib. De offic. 3. Q. Scæuola summam uim esse dicebat in omnibus ijs arbitrijs, in quibus adderetur EX FIDE BONA. Ibidem, Quid sibi dare facere oporteat ex fide bona. Nam in quibus hoc additum non erat, iudici dato formulam & summam sibi à Prætore præscriptam ac definitam egredi non licebat. At in bonæ fidei iudicijs (ait Imper. §. 29. de actionib.) libera potestas permitti uidetur iudici ex bono & æquo æstimandi, quantum actori restitui oporteat. Ac quidem iuris autores certa tantum iudicia bonæ fidei esse uoluerunt: non quidem quod Faber. §. actionum. de act. putauit ob eorum frequentiam & utilitatem: sed necessitatem. Siquidem eorum contractuum adeo necessarius est usus, ut sine his humana societas consistere non possit, ad cuius conseruationem referenda sunt omnia, quæcunq; tot tantisq; iuris uoluminibus continentur. Duarenus de in litem iurando. nu. 14. Harũ extraordinaria posita in §. actionũ. Insti. de act. his uersiculis comprehenduntur.

Empti, hereiscundæ, mandati, depositiq;
Pignoris, conducti, communi, pro socioq;,
Dotis, & hæredes, tutelæ, commoda, gestor,
Præscriptis uerbis, permutat & æstimat. Ist. n
Dico bonæ fidei, stricti sunt cætera iuris.

Actiones stricti, &c. De hisce pter alios, uide Coras. lib. 2. Miscel. cap. 8. Actiones stricti iudicij dicuntur, in quibus præfractè iudicium à Prętore definitur, & quasi ad uiuum resecatur, ut iudici à uerbis formulæ ne tantillum quidem recedere liceat. Cicero de ijs loquens in Orat. pro Q. Roscio, Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex. SI PATERET TANTAM PECVNIAM DARI OPORTERE. Hic nisi planum facit tátam pecuniá ad libellam sibi deberi, causam perdit. Iudices enim (quippe priuati homines) potestaté iudicandi nullam, nisi quá à magistratu, & qua de re acceperát, habebant. Veluti, L. Cassius iudex esto. Si apparet aureos uiginti Neuio dare oportere Semproniũ, eum tantæ pecuniæ condemnato. Poterat L. Cassius de aureis XX. iudiciũ statuere: de uno minus aut amplius, non poterat: nó accepta scilicet à Prætore potestate. Nam potestates & imperia sunt penes magistratus: Iudices auté priuati (ut diximus) homines erant. itaque si maximè undeuiginti deberentur, quia tamen uiginti petita sunt, petitorem iudex damnabit. Vnde illud uulgatum, ut qui plus peteret, caussa caderet. Officium ergo iudicis est, constituere simpliciter debeantúrne uiginti aurei, an non debeantur: non autem de aureorum numero arbitrari. Tranquillus Claudio: Nam & ijs qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones. De strictis iudicijs loquitur, in quibus si petitor asse uno plus postulasset, condemnabatur. Hot.

ACTIO κακώσεως apud Athenienses erat, quæ dabatur parentibus aduersus cótumaces filios aut ingratos. Vt ex Philip. 4. Demosthenis colligitur: quæ doctissimo uiro Franc. Connano uidetur latinè appellari posse malę tractationis. Κάκωσις enim afflictionem & uexationem significat. Connanus lib. 8. c. 12.

ACTIO Caluisiana est actio in personam, qua patroni

troni utuntur ad ea reuocanda, quæ in ipsorum fraudem liberti alienarunt. l. 1. §. si plurib. l. 2. col. 3. §. si intestatus. & l. ult. ff. si quid in fraud. patron. l. 2. ff. si à patr. quis manumit. Hot. Cum hac eadem ferè est, quæ Fauiana appellatur patrono etiam competens ad reuocanda, quæ in fraudem eius à liberto gesta sunt. l. 1. Si quid in frau. pat. l. uideamus. §. in Fauiana. ff. de usur. Aduertendum uerò & ad hoc quod doctores omnes concludunt in §. item si quis in fraudem Inst. de act. dari aliam speciem Caluisianæ quæ dicitur utilis, quæ competit filio arrogat. contra recipientem à patre alienante in fraudem suæ partis debitæ à iure, ut in l. fin. ff. si quid in fraudem patroni. Gomesius d. §. Item si quis in fraudem. num. 45.

ACTIO calumniæ, quam usus uel certè abusus, Oldendorp. teste, sicut pleraq; alia præclara legum sancita sustulit, occurrebat actoris malitiæ. Nouell. de litigios. §. ad excludendas. quoniam neque decernebatur citatio, neque ad executionem perducebatur, nisi cautione ab actore data, quod intra duos menses litem contestaturus, uel omne damnum ei qui conueniretur restituturus esset in duplum: cautione tamen non transcendente XXXVI. aureos. Probatur l. 1. C. de lit. contest. Nouell. de execut. §. 1. Et hæc quidem cautio initium litis respiciebat. Hodie uix longo tempore peruenitur ad contestationem litis, adeò in præparationibus calumniamur omnes. Spiegel.

ACTIO cautionis iudicio sisti condictitia competit ei qui stipulatus est iudicio sisti aduersus reum ipsum, uel fideiussorem eius qui promisit. l. 2. qui satisd. cog. Hæc aliàs pœnam persequitur, si est in promissione. aliàs rem ipsam, hoc est, id quod interest. l. 2. §. ultim. & l. seq. ff. qui satisdar. cog. Actio uerò cautionis iudicio sisti in factum prætoria, semper est pœna persecutoria. Vide Dn. Oldendorp. Class. 1. actio 6. Spiegel. Cæterum si quis non est admissus ad cauendum sicuti iure tenebatur, ideoque tractus in custodiam: huic actio in factum conceditur, aduersus eum qui recusauit accipere legitimam cautionem. l. 1. & l. 3. ff. in ius uocati ut eant. l. si uerò. §. 1. l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cog.

ACTIO cautionis usufructuariæ tam multa habet singularia, ut non sufficiat actorem remittere ad ordinem stipulationum communem: nec est superflua, sicut Dd. in obscuram disputationem torquet: imò est ualde necessaria, teste Oldendorp. & obstat futuræ leuitati usufructuariorum. Spiegel. Coguntur enim domino proprietatis cauere, se boni uiri arbitratu usuros, & restituturos se quidquid fructuum extabit finito usufructu: & si forte hanc cautionem recusauerint, non tradetur eis res, neq; concedetur actio priusquam satisdederint. l. si cuius rei, in princip. ff. de usufru.

ACTIO centumuiralis. Quære Centumuirale iudicium.

ACTIO certi est, quæ ex certa & nominata contractus forma nata, non secundum uerba contrahentium, sed secundum iuris ordinationem intenditur, ut apparet ex l. cum mota. C. de transact. Prat.

ACTIO Chirographaria secundum Olden. propriè promissio est, debitoris manu uel scripta, uel subscripta. l. chirographis. ff. de adminìst. tutor. Vide eundem Act. xxx. Class. iiij. Spieg.

ACTIONIS circularis, siue circuli, quem Saltabellum uocant formularij. in l. 1. §. cum prædium pignori. ff. de pign. Et in l. usucapio. C. eo. tit. falsa est imaginatio, sicut Bart. quoq; animaduertit in iam citata l. usucapio, teste D. Olden. in Copia sua. Spieg.

ACTIO ciuilis est quando quis ciuiliter, & non ad pœnam & uindictam agit. Criminalis uero, quando quis de crimine ad pœnam & uindictam in iudicio expetitur. Sic pro iniuria & ciuiliter & criminaliter agere licet. Ciuiliter quidem quando iniuriæ æstimatio habetur, quam is qui iniuriam accepit irrogari sibi postulat. §. pœna. Inst. de iniur. Criminaliter uerò quã extraordinaria pœna imponi petitur, eaq; uel ad mortem usq; procedi poterit ut pleriq; omnes uoluerunt. glos. in uerbo extraord. §. in summa. Inst. eo. Can. in c. ex literis. de cõsti. Illud uero in uniuersum sciendum est, Ciuilem actionẽ, in qua de re familiari agitur, non consumere criminalẽ actionẽ, nec econtra. l. unica. C. quando ciuilis act. crim. Vnde qui in factũ actione, propter suppressum testamentum, cum sua interesset, egit, poterit postea, imo & quiuis alius, cum publicum sit iudicium de falso criminaliter accusare. Nec interest utrum ciuilis actio, an accusatio prius proponatur d. l. unica. sed utraq; eodẽ iudicio ꝓponi nõ potest, & ubi criminale iudicium publicũ est, præiudiciũ ei fit per priuatũ, ut scilicet prius cognoscatur de priuata ciuiliq; actione. Sic accipiendũ est quod respõdit Paulus l. interdum de publ. iud. interdũ euenire ut præiudiciũ publico iudicio fiat, sicut in actione legis Aquiliæ, & furti, & ui bonorum raptorum, & interdicto unde ei, & de tabulis testamenti exhibendis: nam in his de re familiari agitur: Balduinus ad tit. de leg. Aquil.

ACTIO commodati est triplex. directa, utilis, & cõtraria. Directa competit ei qui rem aliquã cõmodauit contra cõmodatarium ad repetendũ ipsam rẽ, ut ei res & eius accessiones restituantur, facto & expleto usu, propter quem cõmodata est. ff. commod. l. 1. l. 17. §. sicut. Actio commodati contraria ei competit qui commodatum accepit in eum qui commodauit, & impensas in rem commodatam factas repetit, idq; secundum distinctionem Gaij l. in rebus. 18. §. possunt. ff. commod. Quod autem contraria competat, Paulus docet l. in commodato. 17. §. 1. ff. eod.

ACTIO commodati utilis competit, ubi non est uerè commodatum, sed interpretatiuè. Aut si is commodauit, qui commodare, aut commodato accipere non potest. Exempla patent apud Vlpianum & Paulum. Prat.

ACTIO communi diuidundo dicitur quæ datur ijs, qui res quas uel uoluntate, uel fortuna inter se communes habent, per arbitrum diuidi, & si quid alter alteri debeat, præstari postulant, Paulus l. 1. ff. commun. diuid. Hoc iudicium ideo necessariũ fuit, quod actio pro Socio magis ad personales inuicem præstationes pertinet, quàm ad communium rerum diuisionem. Hotoman. Hæc actio de communi diuidundo: ut & familiæ herciscundæ mistam causam habet, quod realium exemplo ratione dominij intendatur. l. per hoc iudicium. ff. comm. diuid. quod pro parte apud unum est, & sequatur quemlibet rei possessorem, licet titulo singulari possidentem l. 1. C. comm. diuid. Cum actionibus uero in personam participat: quod ex quasi contractu nascatur hęc obligatio. §. Item si inter. Instit. de obligat. quæ ex quasi cont. & quod personales habeat præstationes. Ratione quippe fructuum perceptorum, & necessariarum impensarum hæc actio competit. l. 3. ff. com. diuid. Differt autẽ ab actione famil. hercisc. quod hæc pro uniuersalibus dari solet. l. 1. ff. famil. hercisc. iuncta l. hæreditas. ff. de reg. iur. Communi uero diuidundo: pro singularibus rebus. d. §. Itẽ si inter aliquos. Dein

de familiæ herciscundæ datur inter plures cohæredes: quo inter eos res hæreditariæ distribuantur l. 1. ff. famil. hercisc. Cōmuni diuidundo non solum inter cohæredes: sed & alios, ut si duob. eadem res donata est. l. 2. C. comm. diuid. uel si inter quos societas coita est. nam si ea interuenerit, hoc quoque iudiciū nedum pro socio datur l. pro socio. §. ult. ff. pro soc. & l. 2. ff. com. diuid.

ACTIO condictitia, actio personalis, in qua con dicimus. Imper. §. quib. mod. re cont. Daturque agenti contra eum propter repetitionem Condictitia actio. nam perinde ei condici potest, SI APPARET eum dare oportere, ac si mutuum accepisset. Vlpian. l. si quis. 24. ff. si cert. petat. Sed illa condictitia actione id persequi debet, per quam certum petitur. item in l. si duo. 13. §. 2. ff. de iureiur. & l. uxor. 55. de donat. inter uir. Hot. Vide infra condictitia lex.

ACTIO conducti, siue ex conducto, est actio in personam, per quam is qui uel rem utendam, uel opus faciendum conduxit, siue recepit, ut uel re sarta tecta utatur uel operis perfecti mercedem consequatur, postulat. Hot. Competit autem ipsi conductori ex his causis ferè, ut puta si re quam conduxit frui ei non liceat, forte quia possessio ei aut totius agri, aut partis non præstatur, aut uilla non reficitur, uel stabulū, uel ubi greges eius stare oporteat, uel si quod in lege conductionis, conuenit si hoc non præstatur, ex conducto agetur: Hoc tamen intelligendum est ita, ut si culpa locatoris id accidat, quanti interest cōductoris soluat, sin casu, cui non potest resistere, mercedem pro impedimenti ratione remittat Alphenus l. 30. Tryphon. l. 8. Vlp. l. sed addes ff. locati, Connanus lib. 7. cap. 11. num. 16. & 17.

ACTIO confessoria est, cum actor asserit sibi, uel prædio suo seruitutem deberi. Sic uicissim Negatoria, quando actor asserit & contendit prædiū, uel domum suam esse liberam ab aduersario, & petit aduersarium molestantem compelli, & condemnari, ut desistat: & declarari, quòd ei nulla seruitus ad fundum meum debeatur. Zasius in §. Æque. tit. eo. Itaq; actionem Confessoriam intendens, sibi seruitutem deberi: Negatoriam proponens, sibi libertatem asserit. Et hæc actio cōfessoria duplex est: directa: illis cōpetēs, qui directū habent dominiū earū rerū, quibus debetur seruitus aduersus illos, qui pariter eius rei, quæ seruitutē sustinet, directò dñi sunt, & utilis illi prodita, qui in prædio domināte, utile dominiū habet, aut saltem eius aliquod in re, uerbi gratia creditori, qui rē pignoris iure possidet l. creditori. ff. de noui oper. nunciat. Fructuario. l. 1. ff. si ususfructus petatur. Superficiario. l. 1. §. fin. ff. de superficieb. Eademq; ratione emphyteutæ, uasallo, & alijs id genus. Confessoriā autē actionē Vlp. aliter accipit in l. proinde. §. 1. ff. ad leg. Aquil. pro ipsa scilicet legis Aquil. persecutione, uel ut Balduinus tradit ad §. æquè. Inst. de act. pro ea actione q̄ interrogatoria uocari solet, nēpe q̄ ex eius, q interrogatus est responsione siue cōfessione dabatur. l. 23. §. ult. & l. 25. §. 1. ad l. Aquil. l. ult. de interrog. actio. Porrò notant Dd. exempla in quibus confessoria intentatur uerbis negatiuis & negatoria uerbis affirmatiuis. in c. cum ecclesia Sutrina. de caus. pos. & propriet. ubi bona gl. de his. ext. de iud. in c. examinata. & in d. l. 2. ff. si serui. uend. Prat.

ACTIO constitutoria siue de cōstituta pecunia, seu de constituto, est, qua cum eo agitur, qui uel pro se, uel pro alio soluturum se sine ulla stipulatione cōstituerit. uti docet Imp. . 8. & §. 9. de actio. itemque toto tit. de const. pecun. ff. Hot. Vide Taboetium in suo topico militiæ for. & legal. discip. ubi eadem illa refert. Est autem aliquanto fortior quam nudum pactum, & aliquanto fragilior stipulatione. Spieg.

ACTIO damni iniuria, aduersus eum competit, qui damnum iniuria dederit: ut quanti plurimi res uel anno proximo, uel triginta diebus proximis fuerit, tanti damnetur, pro casibus qui ex lege Aquilia cognoscuntur. tit. de lege Aquil. in Inst. & Pand. Dicitur autem Actio damni iniuria, præcisè: pro Damni iniuria dati. itaque apud Ciceronem legitur in Orat. pro Q. Roscio. quum in libris nostris frequenter INIVRIAE in secundo casu legatur. Hot. Vide & infra Actio leg. Aquiliæ.

ACTIO datiua, Actio natiua. differētia hæc datiuæ, natiuæq; actionis, teste Alciato nusquā iure nostro legitur, sed promiscue Iurisconsf. dari nasciūe actionē dicunt: ex qua forma loquendi, hæc differētia cōmuniter à Dd. tradita originem sumpsit, quā explicare operæpretiū est. Datiuæ sunt, inquit Bart. in l. 1. ff. de actio. quæ immediatè à lege conceduntur sine matre, ut l. iurisgētiū. ff. de pact. Natiuæ sunt, quæ matrē habēt obligationē. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. ut ecce, inquit, Adam fuit homo datiuus sine patre & matre à Deo datus, cęteri natiui sunt. Profectò hæc differētia siue Bartoli primū fuit, siue cuiusquā, datiua est, hoc est, nullo iuriscōsulto authore edita, sed ab ipso excogitata, uel potius ex ipsius capite nata, ut Pallas ex Iouis capite. Siquidē nullū est discrimen datiuæ & natiuæ actionis, sed omnes dantur & nascuntur promiscuè. argumento est, quod prætor ibi dicit, iudiciū dabo, ubi iure ciuili actiones proditæ sunt. Et ex iure gentium obligatio fulta maxima æquitate, ut l. 1. ff. commod. l. 1. ff. de seru. corr. & l. 1. ff. de ui & ui arm. Nam prolixum esset dicere, natam iure ciuili declarabo. Probatur in l. 1. ff. de æstimat. action. Vbi datur ea præscriptis uerbis actio, ubi æquum est dari. Igitur datiua actio habet præuiam æquitatem, quæ obligat. & quoties lex aut prætor dat actionem, quæ anteà non dabatur, præferri solet, se propter æquitatem facere, non temerè & ad nutum hominis, l. si quis argentum. . fin. C. de donat. l. an ususfructus. ff. de usufruc. & uerius, dare est accommodare. l. quia. de præsc. uerb. ff. Malè igitur datiuam à prætore dari sine origine uolunt doctores, quorum alij eam fingunt αὐτομήτορα καὶ αὐτοπάτορα, id est, ipsam sui patrem, & ipsam sui matrem, ut dicebat Hermes de Deo: quod neque lex, neque prætor facere potest. quia ubicunque actionem dant, saltem est obligatio ex lege l. 1. ff. de condit. ex leg. l. legitima. ff. de pact. Inducunt. l. iurisgentium. ff. de pact. Vbi actio præscriptis uerbis nasci dicitur. At actio in factum danda est: sic hæc datiua est, illa natiua. Respondeo utramque & datiuam & natiuam esse, uoces ut uolueris: nimirum actio pręscriptis uerbis mille locis etiam danda dicitur. l. 1. ff. de præscript. uerb. & datur ex robustissima obligatione. l. 1. ff. de æstim. act. l. si tibi areæ. ff. de præscript. uerb. Num putemus curæ fuisse Iurisconsulto, utrum uerbo do uteretur, an nascor, dūmodo ortum actionis ostenderet: cum nusquā sint uerba, quæ magis uariè accipi possint? nam dantur, quæ tradūtur. l. quicquid. ff. de act. empt. & solem quotidie nasci dicimus, cum nemo illi obstetricetur. nascitur eodem die actio. l. sed etsi alia. in fin. ff. de bon. damnat. homo uero non nascitur aliquid cum datur, id est, conceditur, moritur, cum adimitur. l. peculium nascitur. ff. de pecul. Cur prætor gloriatur se dare actionē, in causa est, quod olim annuo eius officio, quo coram eo acturi erant, non

omnem indiscretam petitionem proponebant, nisi ritè & certa formula conceptam, cuius nimia subtilitas exibilata est. l.1.& 2.C.de formul. sed mediocris quidam agendi modus obseruatus fuit; & seruabitur in posterum. Forcatulus in Necyom. dialogo 97.

ACTIO Natiua teste Zasio, in prin. Instit. de act. num. 8.9.10. est quæ præiacentem habet materiam, eamq; sufficientem & efficacē, ut inde actio deriuetur, sicut sunt contractus & conuentiones legitimę.

ACTIO Datiua est, quæ materiam quidem præexistentē habet, sed non idoneam ad producendam actionem perfectam, nisi nominatim adiuuetur lege, Prætore, consuetudine. Zas. plurib. d. loco. & lib. 2. sing. resp. cap. 5. Zas.

ACTIO de arboribus succisis, ex XII. Tabul. est actio in personam, per quam qui alienas arbores ceciderit, æris xxv. damnatur. hanc enim constitutam pœnam fuisse Plin. lib. 17. c. 1. testatur. Paulus l. 28. §. 6. ff. de iureiur. Colonus cum quo propter succisas fortè arbores agebatur ex locato, si iurauerit se succidisse, siue e lege XII. Tab. de arboribus succisis, siue &c. Hinc tit. Arborum furtim cæsarum, lib. Pand. 45. & Actio arborum furtim cæsarum, Quam quidē pecuniariam esse ex l. XII. Tab. Prat. & similiter affirmat Cuiac. Obseruat. lib. 9. cap. 12. in prin. sed addit (ut Gaius ad eam legem annotauit) quod coerceantur etiam tanquam latrones, qui arbores, & maximè uites, cæciderint: quod & Seruius cōfirmat in illum Virgilij locum: Atq; mala uites incidere falce nouellas. Fuerat (inquit) capitale supplicium alienas arbores incidere. Actio legitima est in eos, qui cædunt, cingunt, secant. His enim tribus uerbis lex usa est. Cuiac. d. alleg. loco. Et appellatione arborum etiam uitem, ederam, arundines salicta & stirpes cōtineri Vlp. scribit in l. 3. ff. eod. Porro si furtim arbores cæsæ sint, & ex l. Aquilia, & ex l. XII. Tab. dandā actionem Labeo putat. Sed Trebatius ita utramque dandam ait, ut iudex in posteriorem deducat id, qđ ex prima consequutus sit, & reliquo reum condemnet. l. 1. ff. eod. Cuiac. Hot. Vuesenb. Prat.

ACTIO dementiæ nihil aliud est, quam petitio curatoris dandi furioso patri aut mēte capto. Cuiac. Obs. 9. c. 13. quo loco etiam indicat alia in scholis alia in foro actionib. nomina dari. ut inscripti maleficij in schola, stellionatus est in foro, malæ tractationis in schola, rei uxoriæ uel de moribus in foro: talionis in schola, iniuriarum in foro: abdicationis in schola, exhæredationis in foro &c. Cuia. d. loco.

ACTIO de dote, est actio in personam quæ diuortio facto mulieri ad dotem exigendam aduersus maritum datur, & maritum in id tantum quod facere potest, damnat. l. maritum, 12. 13. 14. ff. solut. matr.

ACTIO de dolo, maioribus hoc præstat, qđ minoribus restitutio in integrum. Et plerunq; datur, ubi ex dicto uel facto alia non nascitur actio. Vlp. in l. quod uenditor. ff. de dol. mal. Sp.

ACTIO de dolo competit mihi quando damnū dolo malo à quouis est mihi datum: uel si quis aduersus me uersetur dolosè consulendo, uel malitiose negotia mea administrando, nec superest aliqua ciuilis actio, qua possim experiri: tam directa quam utilis seu in factum actio: nulla item directa prætoria. Conn. lib. 7 cap. 15. num. 15. Sed non datur, nisi duos aureos excedat. Hæc autem nōn datur liberis contra parentes ratio. Quia odiosa est & in ea condemnatus, infamis efficitur. Nec datur libertis contra patronos, nec humili aduersus eum qui dignitatē excellit, nec plebeio aduersus consularem receptæ autoritatis, nec luxurioso aduersus hominem uitæ emendatioris. Datur tamen hæc actio in factum contra prædictos, ut fiat mentio bonæ fidei: & uerbis sit temperatis, in conditione libelli, in qua nulla est facienda mentio doli. Hæc probantur. ff. de dolo. l. si oleum. .fin. cum l. sequenti. Olden. Prat.

ACTIO de dolo & furto eorum qui sunt in ministerio cauponum, stabulariorum, uel nauē exercent, datur aduersus, caupones, stabularios & nautas, in duplum, obligatione ex quasi maleficio descendente, illa scilicet ratione, quod in culpa sint qui huiusmodi seruorum colluuiem in suum contubernium asciuerint iuxta notata Alciati in l. seruus. Codic. de pact. Si quod tamen eius rei nomine præstiterint ab eo qui quasi deliquit, recuperandi facultatem habēt argumento. l. si uero. §. cum autē. ff. de his qui deiec. uel eff. Est & alia in factum actio quæ ex iurisdictione prætoris descendit, contra eosdem prodita, & de Recepto nuncupari consueuit, l. 1. ff. eod. ob id scilicet quod res susceperint uel receperint, siue ipsi, siue eius familiares, aut alius quantumlibet extraneus rem surripuerit, aut aliàs quoquo modo læserit. l. 1. §. ult. & ll. seqq. eaq; & rationem habet, ne id genus hominibus cum furibus cōeundi ansa præbeatur. l. 1. post principium. Hæc autem ab ea priore multis modis discrepat. Etenim in hac ad simplum tantum condemnatio redigitur, hæcq; omnium factū emendari uult, siue hi familiares siue extranei fuerint. d. §. ult. modo allegato. Superior uero in duplum datur. l. ult. §. hæc actio. ff. eod. tit. & eorum tantum quos in nostro contubernio habemus factum præstandum esse uoluit: Vide etiam Pet. Peckium in titul. nautæ, caupo. stabular. l. ex hoc edicto, numero 2. ubi etiam nonnulla cum hisce notatis cohærentia ab eo traduntur. Old.

ACTIO de effuso, deiecto, suspenso, est actio in personam, quæ aduersus eos intenditur, qui eum in locum quà uulgò iter fit, aliquid effuderint, deiecerint, suspenderint, cuius casus alicui nocuerit, nocereue suspensum potuerit. l. 1. & 5. ff. de his qui deiec. uel effud. Deiectum uero & effusum, intelligitur, quod pendens decidit, uel effusum est, etiamsi nemo deiecerit uel effuderit; non tantum in ciuitatib. & uicis, sed etiam ruri in quibuscunq; uijs per quas uulgo iter fit. l. prima. §. quod si cum suspenderetur. l. penultim. ff. eod. titul. Quinimo, & si nocuit, quum tamen sic positum fuerit, ut uerisimiliter nocere possit, huc pertinere quasi ceciderit, intelligitur secundum uerba edicti. l. si uero plures. §. prætor ait. Digest. eodem tit.

ACTIO de in ius uocato ui exempto, est qua cū eo agitur, qui in ius uocatū exemit, doloue eximendum curauit, ut quanti ea res ab actore æstimabitur, damnetur. l. 1. & 5 ff. ne quis eum qui in ius uoc. Hot.

ACTIO de in rem uerso, est actio in personam, per quam pater dominúsue, cuius filius seruúsue cum aliquo sine ipsius uoluntate cōtraxit, siue quid in rem ipsius uersum erit, totum præstare cogitur; aut si quid non sit uersum, quatenus peculium patietur. uti docet Imper. §. 4. Quod cum eo qui in al. Hotomann.

ACTIO de iureiurando, est per quam is qui aduersarij postulatu deberi sibi pecuniam iurauit, ita eum damnari postulat, si planum faciat se illius postulatu iurasse. uti docet Imper. §. 12. de action. Hotomann. Hanc & iudicati actionem appellant. l. miles. §. iudicatum. ff. de re iudic. siue ut uulgus doctorum uoluit in factum actionem ex iudicato descendentem

dentem Dd. in l. actori. Cod. eod. in eum autem datur actio ex iuramento descendens qui iusiurandū, detulit. l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. eiusq; hæredem. l. quia non debet. ff. eod. siue quis utili personali experiatur, siue reali, quando ab eo qui dominus erat, per suum sacramentum rem auocauerit. l. sed etsi possessori. ff. eod. &c.

ACTIO de pastu pecoris ex lege duodecim Tabul. instituta est, cùm in meo fundo pecus tuum depastum est. nec enim de pauperie noxalis actio sufficiebat: quia pastus pecoris, nec pauperies, nec damnum est. l. qui seruandarum, 14. §. ultim. ff. de præscript. uerb. l. 2. §. in bestijs. ff. si quadr. pauper. Hot. Conceditur autem ei, cuius glans depascitur ab alieno pecore immisso, siue id fiat in proprio fundo, siue alieno, aduersus eum qui pecus suum immisit ad depascendum. Nam hæc est prima ratio huius actionis introducendæ, quod sæpe immitti soleat pecus in alienum fundum non sine damno. Cumque nihil corruptum sit, cessat directa Aquiliæ, & quia factum immittentis interuenit, non habet locū actio de pauperie. Hæc ergo introducta fuit persecutio. unde cōsequitur, primum: quod tametsi in alieno solo nihil corrumpatur, neq; contra usum solitum glans consumpta sit à pecore, quando tamen damnum adfertur, & nullo iure fit utilis actio Aquiliæ cum hac concurrit. Deinde quod si pecus suo motu uel lasciuia fundum alienum ingrediens, glandem comederit, aut sepes, aliúdue quid corruperit sine ullo immittentis facto, & sine culpa pastoris, tunc exercenda est actio de pauperie. l. ultim. Codic. ad l. Aquil. Oldendorp.

ACTIO de patre patronóue in ius uocato, est per quam filius emancipatus aut libertus qui patrē patronúmue sine Prætoris uenia in ius uocauit, pœna quinquaginta aureorum damnatur. l. penult. ff. de in ius uoc. Hot.

ACTIO de peculio, est per quā is qui cū filiofa. seruóue contraxit, contra patrem dominúmue ita agit, ut quoad profectitium peculium ferre posit, soluere damnetur. uti docet Imper. §. decimo. de action. & toto tit. de pecul. Digest. Est uero actio perpetua in patrem uel dominum, sed mortuo uel manumisso alienatóue filio, uel seruo incipit esse annalis, quod merito factum esse ait Vlpian. l. prima. §. secundo, quando de pec. actio annalis est. Nam cum morte uel alienatione extinguitur peculium, sufficiebat usque ad annum produci obligationem. Sciendum est autem, nō certam quandam actionis speciem hanc esse, quæ per se constet: sed adiectionem qua principalis actio designatur. nam si depositi, commodati, mandati filiusfamil. obligatus sit, datur aduersus patrem actio depositi ex peculio, commodati ex peculio, mandati ex peculio. l. quinta. §. cui congruit. ff. de pecul. l. depositi. eod. l. 1. C. quod cum eo, &c. Hotoman.

ACTIO depositi, datur contra depositarium, id est, eum apud quem res est deposita, ut rem restituat in die. Contraria depositi actio, competit depositario simul & hæredi eius, in eum qui deposuit, nomine impendiorum in rem depositam factorum.

ACTIO depositi ad duplum, datur ei qui in quatuor casibus aliquid deposuit, ex imminente periculo: ut, tumultus, ruinæ, naufragij, incendij Zas. eod. §. sequens.

ACTIO depositi est duplex scilicet directa, & contraria. Actio depositi directa competit depositori ad repetendum depositum & accessiones eius, & competit in simplum, nisi fortè res sint incendio, ruina, naufragio depositæ. Hoc enim casu qui depositum sic receperit, si inficietur, & de hoc conuincatur, in duplum condemnabitur. Hæc probantur Digest. depositi. l. prima. §. Prætor ait. Sed actio depositi contraria competit ei, penes quem res deposita est, ad petendum impensas, si quas circa rem impenderit, & illas repetit, uel damnum datum per seruum depositum, secundum Placenti. De illa contraria actione habetur. ff. depositi. l. actione. Est & Actio depositi sequestraria in sequestrem data. l. si in Asia. 12. §. 2. ff. eodem.

ACTIO de superficie quasi in rem, competit ei, qui superficiem habet in alieno solo nomine conducti ad repetendum superficiem, si possederat. ff. de superfic. l. prima. §. qui superficiem. in fin. & §. quod ait. uersicul. & sane. Superficiem autem, uel superficiarias ædes appellamus, quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietas, uel directum dominium, & ciuili & naturali iure eius est, cuius & solum, utile uero superficiarij. l. ultima. Digest. de superfic. Porrò hæc extraordinaria est: quia interdictum adpellatur. d. §. qui superficiem. iuncta rubric. Prateius.

ACTIO de tigno iuncto dicitur, qua utitur dominus tigni quod iniunctum est prædijs Vrbanis uel rusticis aduersus eum qui ipsius tignum ædibus uineisue suis adiunxit: per quam non ipsum tignū, sed duplum consequitur. ut docet Vlpian. l. prima. Digest. de tign. iuncto. Hotomann. Non autem solum dâtur, aduersus eum qui iniunxit, sed & qui iniunctum habet, ut notat glossa in l. in rem actio. §. tignum. Digest. de rei uindicat. & l. prima. §. ultim. ff. de fluminibus.

ACTIO directa (quum actioni contrariæ opponitur) ea formula est, quæ quum certam ob caussam inuenta atque instituta sit, ad eandem ipsam caussam accommodatur. ueluti Lex duodecim Tabul. Pro socio actionem instituit, aut ea ex lege scilicet instituta est. Quoniam utriusque socij caussa instituta hæc actio est, Directa utrinque nominatur. At in tutela, mandato, & deposito inuenta primum est actio tantum pupillo in tutorem, mandatori in mandatarium, & deponenti in depositarium. quare quæ his in causis dantur actiones, quia illæ ipsæ sunt maximè quæ primum institutæ sunt, directæ nominantur. Et quoniam usu rerum postulante intellectum est, uicissim quoque dandas esse tutori in pupillum, mandatario in mandatorem, depositario in deponentem, certis de caussis actiones: concessæ quoq; sunt eædem ipsæ antiquitus institutæ, conceptæq; formulæ quas directas, cum ad sua negotia referuntur, nominamus: sed quia non ad suam causam propriè accommodantur, Contrariæ nominantur. quasi dicas, eædem ipsæ actiones, sed ad contrariam partem accommodatæ. Hotomann. In hac materia, quomodo directę actiones à contrarijs secernantur Accursius & cæteri in l. consensu. Digest. de act. & obligat. & in §. finali, pro soc. tres casus considerant. Cæterum breuiore certioreq; doctrina à contrarijs directas actiones discerni putat Corrasius libro sexto, capite sexto, hoc modo: directas his dari qui domini sunt, aut quorum principaliter interesse potest, contractus origine, & prima ipsius radice spectata. Contraria uero his, quorum per accidens, tantum interest, quæ ideo non ex ipso contractu, recta dantur, sed ex quadam æquitate per legis extensionem. Vnde directæ actiones ipsius sentētia, respectu contra-

contrariarum appellatæ, quod rectà & immediatè ex ipso contractu ueniant. Contrariæ uero, quia contra primam contractus naturam concedantur, quas propterea ex nullo propriè contractu nasci Iustin. dixit. §. igitur. & §. tutores, de obligat. quæ ex quasi contractu. Et hanc sententiam ueram esse non dubitat, si omnes ad unum actiones contrarias singulatim percurras, quas sex numero tradiderunt nobis Iurisconsulti, iamiam à nobis memoratas. commodati, mandati, depositi, tutelæ, negotij gesti, & pignoratitiam. Quibus alias adijcere necesse non est. neque enim sunt aliquæ contrariæ, præter expressas à lege. Accurs. in l. omnino. ff. de impens. in rebus dot. & in §. præiudiciales. de actio. in Institut. Bald. in capit. 1. in fin. Quid præced. deb. inuestit. in feud. Corras. lib. 6. Miscell. c. 6.

ACTIO directa interdũ opponitur utili. Et tunc directæ actiones dicuntur tam quæ ex uerbis, quam quæ ex sententia iuris ciuilis, uel prætorij per interpretationem constitutæ sunt. Vlpian. l. nominis. §. 1. ff. de uerb. signific. Verbum, inquit, ex legibus sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quàm ex uerbis. Vtiles autem seu indirectæ censentur, quæ non ex uerbis legũ proficiscuntur, neq; ex manifesta sententia, sed addititia quadã interpretatione propter similem rationem receptæ sunt in forum. Nam, ut ait Pedius: quoties lege aliquid unum, uel alterũ introductum est, bona occasio est, & cætera quædam ad eandem utilitatem uel interpretatione, uel certa iurisdictione suppleri, referente Vlpiano. l. nam ut ait. ff. de legib. Et propterea multum impertinenter allegari. tit. Institu. de legit. patr. tutel. ad probandam actionis utilis formulam. Quia textus ille ostendit magis directæ actionis exemplum, cum dicit: Ac si uerbis legis introducta esset. Iustus ergo & directus summi iuris sensus ex lege, facit actiones censeri directas. Addititius autem, & per æquitatem mediante interpretatione, hoc est, per consequentias receptus, efficit utiles. Siue ad causam efficientem respicias, ut dictum est, siue ad causam materialem spectes. Oldend. Discrepant tamen hæ duæ in plerisque. Directa nobilior est utili, & illa præsente, hæc mussitat, nec audet sese exhibere. l. si hæres institutus. Digest. ad Trebellia. Item minore probatione contenta est directa, quam utilis: in illa probamus Titium nobis obligatum, in hac Titium obligatum Seio, qui nobis cessit. Hoc uult Bartol. in l. 1. de actio. Et facit. l. si insolutum. Codic. de actio. Sed debuit distinguere inter directam mandatam, & eam quæ mandata non est: nam mandata totidem requirit probationes, quot utilis cessa. l. qui stipendia. C. de procurat. Item, inquit, idem Bartol. directa infamat, non utilis. quod ipse non respuo, cum interpretatione odia, & pœna angustanda sint. l. penult. ff. de pœn. Adde ad arg. l. furti. §. finali, ff. de ijs qui not. infa. Item directa morte mandantis extinguitur, non utilis. l. prima, Codic. de actio. In eo autem conueniunt directa & utilis, quod morte mandatarij neutra perimitur. l. illam. Cod. de donat. & alicubi eundem habent effectũ. Vt l. fi. ff. de magist. conuenien. & l. 1. Codic. eodem. Forcatulus in sua Necyomantia Dialogo 65. numero secundo. Vide Hotomann. Institution. de actio. §. primo. & rursus. §. actionum autem. Institut. eodem, ubi tradit utilem actionem dici, nimirum quoniam utilitatis causa introduceretur, quemadmodum Iurisconsult. scribit in l. quia actionum Digest. de præscriptis uerbis: quo casu obliquè agi significare uidetur Theophilus. §. si quis una. Institut. de fideicommiss. hæred. Idque uerum esse apparet ex §. cæterum. de leg. Aquil. Institutio. Adde Curtium ἀκατῶν libro secundo, capit. decimo, in Tomo secundo.

ACTIO emphyteutica domino Ioann. Oldend. iuris ciuilis in ijs nostræ Germaniæ, quibus florentior est, partibus professor longè præstans (quo haud scio an similem apud nos reperias, est eruditione solida, ingenio acuto, iudicio subtili, Christianæ pietatis admodum studiosus, æquitatis, ueritatisque acerrimus adsertor, & quod summum est in eo qui docendi munere fungitur, oratione perspicuus) de actione Emphyteutica tractaturus: Aperti iuris est, inquit, Emphyteusim censeri formulã proprij nominatim contractus, quidquid rixetur ociosi homines. Vnde propriam habet actionem, quam quid uetat Emphyteuticam dici, sicut ex alijs contractibus actionem empti, locati, commodati? teste Bartol. in l. 1. de condict. ex lege. Est autem contractus planè colonarius, & (ut crasse dicam) rusticus: ideoque frequentior, quàm ipsi perpendunt & iuris periti, qui multa de illo scribunt. Vide Colonarius contractus. Sp.

ACTIO Empti siue ex empto, est actio in personam, per quam qui rem quampiam emit, uenditorem & quæ lingua nuncupata sunt, præstare, & si nominatim nihil conuenit, rem tradere, eamque uel emptoris facere, uel euictionis nomine obligari cogit. Vti docet Vlpian. l. undecima, Digest. de actio. empt. Hotomann. Alexander Imper. in l. ex conuentione de pactis. & Dioclet. & Max. in l. unica si seruus extero se em. mand. actionem empti uocant eam quæ datur uenditori ad consequendum precium. Frequentius tamen totus contractus emptio nuncupatur, qua si diligenter attendamus, utriusque contrahentis uoluntas in eo est, ut emat id est acquirat, & accipiat, hic rem, ille precium, non ut alienet, nec enim rem suam quisquam alienat. ex quo uerius fuit totius negotij appellationem desumere. Connanus libro septimo, capite sexto, numero secundo.

ACTIO ex constituto, dicitur ea, cũ quis sine stipulatione debitum se soluturum, constituit pro se, uel pro alio. Et est aliquanto fortior quàm nudum pactum, & aliquanto fragilior stipulatione. Hanc conuentionem frequentissimã uidemus inter mercatores, ubi quotidiè mittuntur epistolæ, nuncij, chirographa quæ in fidem fundantur, & nihil aliud sunt quàm constitutum. Idem eodem §. constituti. Vide Constituere est.

ACTIONES ex contractu nascuntur ex pacto conuentioneue, siue obligatio ex re nascatur, ut condictio certi, de numerata pecunia, condictio ob causam dati, actio commodati, depositi, pigneratitia, de quibus omnibus suo loco dicemus: siue etiam oriatur obligatio ex uerbis, sicut in actione ex stipulatu, quando res certa in stipulationem deducta est. Siue etiam oriatur obligatio ex literis, de quibus condictio odio desidiæ datur in eum, qui cum spe futuræ numerationis scribit se debere, quod ei non est numeratum, numeratione autem non secuta post biennium non repetit chirographum. l. in contractibus. Codic. de non numer. pecu. siue etiam oriatur obligatio ex consensu, ueluti empti, uenditi, locati, conducti, pro socio, mandati, præscriptis uerbis, & actio constitutæ pecuniæ: necnon actio in factum de iureiurando. Et de his actionibus in proprijs locis secundum ordinem patebit. Et istæ sunt species

species actionum in personam, quę oriuntur ex contractu, siue re, uerbis, literis, aut consensu obligatio oriatur, de quibus uide Digest. de actio. & obligat. l. prima & secunda. & Instit. de obligat. §. 1. cum §§. & tit. seqq. usq; ad tit. de oblig. quæ ex quasi contractu nasc. Prat.

ACTIO exempta, Vlpianus, sic erit, inquit, accipienda, si desijt agere posse, der nim zu verhör komen mag. Quibus id modis eueniat, idem explanat, in l. sed etsi per prætorem. Ex quibus causis maior. Vide, Eximere. Sp. ex Old.

ACTIO exercitoria dicitur, quando dominus nauis, quem patronum nominant, præponit seruū, uel filium, uel alium quempiam naui uehendæ: quicquid à uectoribus, id est, qui uehuntur, contrahitur cum præposito nauis: eius rei datur actio exercitoria in dominum, qui nominatur exercitor. Zasius in §. actiones. Institut. de act. Exercitorem autem inquit Vlpianus eum dicimus, ad quem obuentiones, & reditus omnes perueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauem per auersionem conduxit, uel ad tempus uel in perpetuum, & parui refert qui exercet masculus sit an mulier, paterfamiliàs an seruus, sed si pupillus nauem exerceat, exigemus tutoris authoritatem. l. prima, §. exercitorem. Digest. de exerci. act. Differt autem exercitoria, ab ea quod iussu, quia ut plerique existimant, in exercitoria tacita, in ea uero quod iussu, expressa uoluntas requiritur Albericus l. prima. §. si is qui nauem. Digest. de exercit. act.

ACTIO ex lege condictitia ei competit, qui damnum passus est ex grauamine sportularum aduersus actorem, qui per fraudem plus complexus fuit in libello in triplum, & aduersus executores, qui exigunt aliquid ultra debitas sportulas in quadruplū: §. tripli. Instit. de act.

ACTIO ex sponso apud antiquos intendebatur interdum contra improbè aliquid negantes, sicque aut suscipere sponsionem, aut fateri cogebantur. ut antiquitus si quis uxorem sibi spopondisset, & pater forte sponso nuncium remisisset sponsalibus dissolutis, iure ueteri Latinorum dabatur hac de causa ex sponso actio: quod postea lege Ciuili Romanorum est abrogatum, ut libera essent matrimonia, qđ Gellius docet ex Sulpitio: Connanus libro octauo, capite secundo, num. quarto. Fiebat autem sponsio plerunque in interdictis. qua de re uide Quintilianum libro septimo. Extat formula sponsionis apud Ciceronem in Orat. pro P. Quintio, & exempla etiam apud eundem, & Liuium quoque. Budæus admonet, si quis Ciceronem pro Cecinna totam legerit, & intellexerit, satis intelliget quid sit sponsio. Habemus eam beneficio trium eruditorum hominum commentarijs illustratam. Vtinam adolescentia mea in pares magistros incidisset. Est & alterius generis sponsio. cuius meminit Iurisconsult. in l. rebus de Aleæ usu, & ego infrà in sua classe. Sp.

ACTIO ex stipulatu, est actio quæ ei competit qui sibi aliquid incerti dari fieriue stipulatus est, ueluti quicquid uini hoc anno ex uineis tuis collegetur. Vt patet ex titul. Institution. de uerborum obligation. in princip. Hot.

ACTIO ex stipulatu doti exigendæ, est actio in personam, per quam uxor dotem suam soluto matrimonio à marito condicit. l. penultima, Codic. de iure dot. & l. unic. Codic. de rei uxor. act. Hotomann. Hæc olim annua, bima, trima die dabatur, hodie uero Iustiniani constitutione ad immobilia statim, ad mobilia uerò non nisi post annum dari solet. d. l. unica. §. cùm autem. uersic. exactio.

ACTIO ex testamento competit ei cui aliquid relictum est in testamento per legatum, uel per fideicommissum, aduersus eum à quo legatum, uel fideicommissum est, id est, qui dare debet iussu testatoris, siue hæres, siue legatarius, siue fideicommissarius. Nam & illos, nedum hæredes grauare potest testator in ultima uoluntate, ut alij dent, uel restituant l. secunda. §. & hæc disposuimus. Codic. comm. de legatis. Hæc autem actio ex quasi contractu oritur, Hæres enim adeundo hæreditatem quasi contrahere uidetur. l. apud Iulianum. & l. seq. quibus ex causis in possess. eatur. Et licet magno necessitudinis uinculo cum bonæ fidei actionibus cōiuncta sit. l. in minorum, ubi Bartolus notat. Codic. in quibus causis in integr. restit. non est necess. l. Titia Seio. §. usuras. Digest. de legat. secundo. l. Meuius fundo. ubi Bartolus notat. Digest. eod. tamen stricti iuris est: Iason in §. actionum. in secundo notab. Corrasius: libro Miscell. secundo, capite septimo, numero sexto. Duarenus de in litem iurando num. 55.

ACTIO Fauiana, quæ & Fabiana: de qua supra in Caluisiana, datur patrono ad reuocandum alienata per libertum: Paulus libro 3. Sentent. titul. 3. ex quo & lib. 9. tit. 14. C. Theodos. Fabiana non Fauiana lege: in hac ueniunt fructus tam ante, quam post litem contestatam percepti. l. uideamus. §. in Fabiana. ff. de usuris. Illud autem plurimum refert, utrum inter uiuos, an donatione causa mortis alienauerit libertus in fraudem patroni. Nam priore casu non præsumitur dolus, nisi probatur, puta si uendiderit, locauerit: posteriore uero, non requirimus (ait Vlpianus.) utrum dolo malo facta sit, an non sit, scilicet alienatio. Sufficit enim docere mortis causa factam, nec immerito. Mortis enim causa donationes comparantur legatis: & sicut in legatis non quærimus dolo malo factum sit, an non sit, ita nec in mortis causa donationibus. Oldendorp. Porrò Cuiac. tracta. 1. ad Africa. dicit, actionem Fabianam patrono competere, liberto testato, Caluisianam liberto intestato. l. 3. §. si intestatus. ff. si quid in fraud. patro. l. 2. Cod. eod. & addit, quod utraque detur patrono aduersus eos, quibus libertus bona sua alienauit dolo malo in necem patroni, etiamsi fraudis conscij nō sint, uel aduersus eos, quibus mortis causa donauit libertus, aut legauit supra semissem bonorū, etiamsi non hoc dolo fecerit malo libertus. nam ut legata ac donationes etiam causa mortis ex constitutione Seueri non possunt hęredem institutum fraudare Falcidia, ita nec patronum debita portione. Cuiac. in supra d. loco.

ACTIO familiæ herciscundæ dicitur, quæ datur cohæredibus postulantibus ut & hæreditas diuidatur, & si quid alter alteri debeat, præstetur. Nam herciscere familiam, hæreditatem diuidere significat, familiæ quippe uerbo ad res relato significatur hæreditas, l. pronunciatio. §. 1. ff. de uerb. sig. l. ult. in fi. C. famil. herc. Herciscere autem prisco loquendi modo idem quod diuidere significat. l. 1. ff. famil. herc. eius autem formula in rem est uis & natura, qualis est actionis in personam. Vlp. l. 22. §. 3. ff. famil. ercisc. Quare mixta dicitur actio. §. quędam. Inst. de act. Etenim cum hæredes dominium pro parte hæreditatis habeant in rem agere uidetur l. actionum genera. ff. de act. & obl. qui hanc actionē proponit, ut qui rem suā petat, quod ipsius uendicationis proprium est: l. in rem. ff. de rei uind. At personalis est cū ex quasi contractu

tractu descendat.§.item si inter aliquos.Inst.de obli. quæ ex qu.contract. Nam adeundo hæreditatem ui dentur hæredes contrahere.l.apud Iulia.§.ult. quib. ex causis in possess. eat. Præterea habet præstationes,quæ(inquit Labeo)personales actiones sunt. l. item Labeo.ff.famil.herc. Etenim si sumptus(uerbi gratia) bona fide fecerit cohæres, hac actione cum usuris ex die moræ potest eos à cohæredib.petere.l. his cõsequenter.§.sumptuũ.ff.hoc tit.Et si solus hæreditarij fundi fructus perceperit, aut rem hæreditariam corruperit,consumpseritue, eo nomine condemnabitur.§.si familiæ.de off.iud.Corrasius d.§.quædam.num.3.

Actio finium regundorum competit finibus ad distinguendum uel adiudicandum.ff.eod.tit.l.2. §.iud. & l.Se. & inter eos agitur, qui agros confines habent,uel prædia.Inst.de actio. §.item finiũ regundorum:ubi uerba textus bene ponderanda sunt. Nã initio illic regere idem est quod discernere, distermi nare: & quasi in rectitudinem & modũ agere, ut sic intelligamus ad discernendos constituendosque agrorum fines, quoties de illis inter confines contro uersia esset,hanc actionem bono publico proditam: l.2.ff.finium regundorum.Deinde hac actione inter eos agi dicit qui confines agros habẽt:non uicinos, quia hoc pertinet ad urbana prædia à uicis.l.4.finiũ reg.unde & finalis quæstio & finale iurgium. l. 3. l.si constituerit.Codic.finium regundorum,quare hæc actio habet locum in rusticis prædijs tantũ. Digest. eod.tit.l.2.& non in Vrbanis,quia Vrbana prędia nõ sunt confinia,sed uicina,quia parietib.distingui con sueuere: sed confinia dicimus quæ adeo sunt proxima, ut nullus paries in medio interponatur. ff.eodẽ tit.l.sed & loci.§.in iudicio cum ibi not. Vrbana prędia dicuntur omnia prædia, quæ habent ædificia, etiamsi sint in uilla, quia Vrbanum prædium non facit locus, sed materia habitandi causa facta. Vnde si in urbe ædificium, causa non habitandi, sed gratia reponendorum fructuum fiat, dicebatur prædium rusticum. Sed & horti in ædificijs constituti,nisi plurium sint redditus uinearij forte,uel etiam Olitorij, continentur appellatione Vrbanorum prædiorum: ff.de uerborum significat.l.Vrbana. Rustica autem prædia uocantur agri non habentes ædificia. Etsi inter te & me, contra quem ago finium regundorũ, uia publica uel publicum iter uenit, non habet locũ hæc actio quia confinium non intelligitur. Secus si riuus priuatus interuenerit, quia finium regundorum agi potest contra dominum riui. ff. eodem tit. l.sed & loci.§.fin.cum l.sequent. & ibi notat. Est autem hæc actio duplex siue utrinque directa, quia in ea uterque est actor,& uterque reus. Extra de probatio.capit.ex literis.ff eodem titul.l.iudicium com muni diuidundo,familiæ herciscundæ.& l. inter cohæredes.§.si familiæ.ff.famil.hercisc. Item est mixta,quia est in rem & in personam.Institut.de action. §.quædam.actiones. & §. item finium regundorum. Nam in personam cum primis est. lege prima, Digest. finium regundorum, cum ex tuo plerunque meum fiat: hoc est quod tuum erat mihi adiudicetur.l.1.ff.illo tit.& personales habeat præstationes. l.sed & loci.§.1.illo tit.ex eo quod forte impendit in partem agri, uel in agri mensorem quem adhibuit; quasique ex contractu, aut si mauis ex maleficio oriatur.§.item si inter. de obligatio.quæ ex qu.delict. Cum actionibus autem in rem id habet commune quia ex dominio actoris proficiscitur hæc actio. l. sed & loci.§.primo.per quam recipit quod suum est. l.si irruptione. in princip. Digest. finium regundor. unde & proprietatis controuersiæ eam cohærere Constantinus rescripsit. l. 3. Codic. illo titulo. item perpetua est, ut Codic.eodem.l.ultim.& Digest.eodem. l. iudicium communi diuidund. & Institut. de action.§.quædam.Quod tamen non sic intelligitur, ut si uicinus meus ampliores fines ei, cui uendiderat,ostenderit, non possit ille, qui emit, longo tempore præscribere. Hoc enim falsum est. ut Digest. pro empto.l.2.§.sed etsi fundum.& leg.qui fundum. §.si fundum. Sed sic oportet intelligi, secundum Azonem,ut etiam post decem uel uiginti annos locũ habeat hæc actio pro finibus terminandis, quamuis de meis finibus aliquid præscripseris. Nam etsi ab initio sine aliqua præscriptione hoc constaret esse tuum, agere possem ut commodius termini imponantur agris, ut ita rixarum perimatur occasio,&c. Si quæras quando incipiat currere pręscriptio huic actioni. Respondetur, ab eo tempore, quo incepit posse hæc actio intentari. Et incipit posse intentari,cùm fines cœperunt turbari,& ex eo nascitur hæc actio secundum Azon.in summ.Codic. eodem titulo. Oldend.

Actiones forenses dictæ ab eo, quòd insolentes ac temerarios debitores, ad iudicia agamus: quoniam sine causa recusent solutionem, aut satisfactionem.Obseruandum autem,quod actiones nõ nisi coram iudicibus & arbitris institui solent, non autem coram arbitratoribus. Zas. in §.omnium. Instit.de action. Sp.

Actio funeraria, qua persequimur, ut soluantur sumptus funeris,hoc est, quidquid corporis causa,antequam sepeliretur,consumptum est.l.funeris, in princip. Digest. de sumpt. fun. Et est priuilegiaria,quoniam omnibus creditoribus præfertur negocium defuncti uel hæredis gerens, impensam faciendo eo animo,ut reciperet:utputa si quid impensum est in illatione mortui,uel in locum in quem infertur parandum, uel in corpus custodiendum, l. at si quis. §. funeris causa. §. hæc actio. §. sed interdum.Digest.de relig. & sumpt.fun. Quia funus aliquãto generalius est,quàm exequiæ. Nam funus tota pompa est sepeliendi, Exequiæ tantum uiarum est solennitas, dum funus procedit. Recte ergo actio ista funeraria dicitur, quoniam totam sepulturæ rationem complectitur,non exequiarum duntaxat. Oldendorp.

Actio furti,iure scripto est pecuniaria, duplo, aut quadruplo. iuxta differentias furti compensanda.Idem in §.ex maleficijs.eod.

Actio furti concepti dicitur, quæ in eum intenditur,apud quem testibus præsentib. furtiua res quæsita & inuenta est: quamuis ipse fur non sit. apud Imp.§.4.de oblig.quæ ex delict. Paulus libro 2. Sent. titulo 31.

Actio furti manifesti secundum Azonem locum habet,quando fur rem tenens,uisus uel deprehensus fuerit, siue in publico, siue in priuato, uel à domino,uel alio, antequam perueniat ad locũ, quò perferre rem destinauit. Si talis deprehendatur, uel cum re uideatur,& ad eum deprehendẽdum occurristi ei, licet abiecto furto aufugerit, furti manifesti tenetur.l.si quis.1.§.sed celsus. ff.de furt. nisi surripientis mutetur status, ut tu mihi surripuisti in seruitute,manumissus in furto deprehenderis cum re furtiua. Vel si tu pertuleris quò destinabas, teneris furti non manifesti. Cùm enim deprælıẽderis cum re furtiua,priusquam eò loci pertuleris, quo destinaueras illo

illo die manere cum furto, tunc fur es manifestus. Hæc omnia dicuntur ff. de furt. & de pœn. di. 1. c. uulgaris. Vtrum qui partem acerui frumenti furatur, totius acerui furtum faciat, & datur actio furti manifesti in quadruplum. Inst. de oblig. quæ ex delict. §. pœna manifest. Oldend.

ACTIO furti non manifesti competit, quandocunque prædictis modis furtum non manifestum probatur. ff. eod. tit. l. manifestum. & Inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt. §. nec manifestum. Et etiam si uidisti furtum fieri, te tamen abscondisti, cùm furtum faceret, ne te occideret, non est manifestum. ff. eod. tit. l. si quis in seruitute. §. cæterùm. Et datur hęc actio in duplum. Inst. de oblig. quæ ex delict. nascũt. §. pœna. præalleg. Oldend. dicitur autem nec manifestum ad imitationem legis XII. Tabul. Olim enim Nec pro nõ dicebatur. Et quod manifestũ non est, hoc scilicet nec manifestum est autore Caio in l. nec manifestum. ff. eod. tit.

ACTIO furtim cæsarum arborum habet condemnationem aduersum eum, qui arbores furtim cædit, inscio & inuito domino. Et competit contra ipsum damnum dantẽ, ad duplum damni dati. In quo casu etiam competit huic actio legis Aquiliæ: ita tamen, ut deducere posit in condemnatione, quod actor consecutus est altera actione: ut ff. arborum furtim cæsar. l. 1. Et appellatione arborum etiam uites continentur. ff. de arbor. cæden. l. 1. §. arboris. Item continetur hedera, quæ impropriè dicitur arbor ex interpretatiõe, & plerunq; arboribus hæret. ff. arborum furtim cæsarum. l. uitem. & in gl. Etiam. & arundo non malè dicetur arbor, & idem de salicto, quando iam radices immisit, ut eadẽ l. uitem. iuncta glossa. Old. Quod autem nondum concepit radices arbor non est, at bene arbor manet, cuius etiam radices uiuere desierunt, modo adhuc terra contineatur. Sed & ea adhuc arbor dicitur, quæ subuersa radicitus etiam nunc reponi potest. Sunt & stirpes, oleæ, arbores: Iustinianus in legib. rusticis.

ACTIO furti non exhibiti aduersus eum datur, qui furtiuam rem apud se quæsitam & inuentam nõ exhibuit. ait Imp. §. 4. de oblig. quæ ex delict. Old.

ACTIO furti oblati, competit ei cui res furtiua oblata est, ut apud eum potius, quàm eum qui obtulit, conciperetur: ait Imp. §. 4. de oblig. quę ex delict. Oldend.

ACTIO furti prohibiti aduersus eum est, qui furtum quærere testibus præsentibus uolentem prohibuerit. §. 4. de oblig. quæ ex delict. Old. Verum omnes istæ actionum species in desuetudinem abierũt, cum & prædurum & magna surripiẽdi occasio esset huiusmodi requisitio rei furtiuæ in aliena domo, ideoq; prohibita: nisi cum matura causæ cognitione, si forte per famam constaret, rem furtiuam apud aliquem esse. §. conceptum. Institut. eod. tit. Tunc enim permittendum est ex causa, præsertim si periculum esset, rem furtiuam apud possessorem perituram, aut suspectum de fuga. l. 1. §. hoc autem. ff. de ser. fugit. l. 2. C. eod. tit.

ACTIO furti ope consilioq; facti aduersus eum datur, cuius ope consilioq; furtum factum est. ait Imper. §. 9. de oblig. quæ ex delict. Eius formulam Cic. lib. De nat. 3. hanc fuisse scribit, OPE consilioq; tuo furtum aio factum esse. Hot.

ACTIONES generales. Vide, Generales actiones.

ACTIONES hæreditariæ uocantur, quæ ad hęredes, uel contra hęredes propagantur & intentantur. Item, quæ ab hæredibus, uel contra hæredes initium sumunt.

ACTIO honoraria à Modestino l. 25. ff. ad S.C. Velleian. prętoria actio appellatur. Connanus libro sexto, capite 8. Hic uero sciendum quod quædam actiones cõceduntur hæredibus, & in hęredes: quędam uerò hæredibus, sed non in hæredes: quædam deniq; neq; hæredibus, neq; in hæredes conceduntur. §. non autem omnes. Instit. de perpet. & temp. actio. Et colligitur passim ex libris Pandectarum hęc diuisio. Hæredibus, & in hæredes competunt actiones, ex contractibus, uel quasi contractibus, ciuiles & prætoriæ, in rem, & in personam. Modo tamẽ sciamus hæredem teneri in rem actione, non tam quod hæres, sed quod possessor rei litigiosæ. Paulus l. si in rem. ff. de rei uend. Si in rem (inquit) actum sit, quàuis hæres possessoris, si non posideat, absoluatur: tamen si quid ex persona defuncti commissum sit, omnimodo in condemnationẽ ueniet. Id quod est ualde notandum propter formam libelli & positionũ, sicut appellamus. Nam qui ab hærede peteret rem, nec faceret mentionem possessionis eius, non rectè uideretur petere. Hæredibus, & non aduersus hæredes cõceduntur actiones, ex maleficijs, uel quasi maleficijs, priuatis, aut publicis. Item ex cõtractibus, in quibus testator dolosè uersatus est, cum nihil inde ad hæredem peruenerit. d. §. non autem omnes. Est enim (inquit) certissima iuris regula, ex maleficijs pœnales actiones, in hæredem rei non competere. Exempli gratia, furtum passus, habet actionem furti aduersus furem, quam hæres eius in eundem furem rectè potest aut exercere, aut cœptam prosequi. Sed mortuo fure, hęredem illius, neque dominus rei furtiuæ, neque successor conuenire potest, nisi aliquid ex furto perceperit, uel dolo malo fecerit, quo min9 perciperet. Nam est constitutum (inquit Vlpianus) turpia lucra ab hæredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguantur. l. in hæredem. in prin. ff. de calumniat. Hæredis autem appellatio, non ad proximum duntaxat, sed etiam ad ulteriores heredes, omnesque successores pertinet. Vlpianus l. hæredis. Paulus l. sciendum. ff. de uerb. sig. Old.

ACTIO hypothecaria, quæ & quasi Seruiana, & utilis Seruiana, interdum Seruiana, & Pigneratitia uocatur, est actio in rem, per quã creditores quibus res aliqua siue mobilis, siue immobilis oppignerata est, rem illam si fortè in alterius possessionẽ inciderit, sibi uindicant. uti docet Imp. §. 7. de actio. Hot. Cæterum cum creditor possessori permittit ut uendat, extinguitur illa actio, quia intendere eam non potest contra possessorem cui remisit, obstaret enim exceptio: nec contra debitorem cum rem non possideat. Non uidetur autem cõsensisse inquit Marcellus l. 8. §. 10. quibus mod. pig. uel hypoth. creditor: si sciente eo debitor uendiderit, cum ideo passus est uænire. quod sciebat ubiq; pignus sibi durare. sed si subscripserit in tabulis emptionis, consensisse uidebitur, nisi manifestè appareat eum deceptũ esse. qđ obseruari oportet: si tamen admonitus non contradicat aliud dicendũ est l. 6. C. de remiss. pig. Connanus lib. 4. cap. 19. num. 4.

ACTIONEM impertinentẽ proponere dicuntur, qui sine certa facti & iuris, seu actionis inuestigatione, illotis (quod dicitur) manibus ad tractandas causas prosiliunt. Causam tam perniciosi erroris Oldendorpius disertè indicat, sicut ex communi uoto tenentur omnes, iuxta l. eum qui nocentem. ff. de iniur. Sp.

ACTIO

ACTIO in calumniatores, datur contra eos, qui ut alijs falso in iudicijs negocium faciant: uel si aliquod est, id non faciant, pecunia, uel alia re induci non uerentur. Ferr. in tit. de act.

ACTIO incerti in iure dicitur, non quod ipsa in sese complectatur incertos articulos, sed propter dis iunctiuam petitionem, & in certi facti persecutionē, uidelicet ut reus aut præstet promissa, aut condemnetur in id quod interst. l. ob eā causam. ff. de præscr. uerb. l. fin. C. de rer. permut. Prat.

ACTIO in factum dicitur, qua simpliciter specta tur id quod quilibet fecit, sine certa negocij forma. Vnde & plures æquè tenet, Vlp. in l. pen. §. ult. ff. ne quis eum qui in ius uoc. ui exim. Hęc actio nihil medij habet concludendi, quam ipsum factum: ut quia hoc factum est, quia tu hoc fecisti. & c. Vide Zas. in §. item si quis postulante. Instit. de act. Hanc actionem in factum Forcatulus dialogo 97. nu. 4. in Necyom. dictam putat quod secūdum factum propositū concederetur, eamq; generaliorem esse quam actionem præscriptis uerbis quæ solum pro conuentionibus competat gl. rub. ff. de præscriptis uerbis. Actio in factum ex Varijs figuris causarum oritur. l. sancim⁹. C. de sacrosf. eccles. & pro maleficijs datur. l. quia. ff. de præsc. uerb. §. fin. Instit. ad l. Aquil. Speculator in tit. de actio. & petit. triplicem dicit esse actionem in factum generalissimam, generalem, & specialem. At Ias. in l. certi condictio. ff. si cert. petat. tenet quod sit quadruplex.

ACTIO in factum ex iuramento, datur, ubi informiter iuratum est. Zas. in tit Instit. de act.

ACTIO ingrati, id est, eius qui contemnit eum à quo beneficijs adfectus est, teste dn. Old. ciuili, atq; summo omnium legislatorū consensu proposita est, cuius fit mentio in l. pen. C. de lib. & eor. lib. dum dicit: Quibus ingrati actio, sicut ipsis manumissoribus deferetur. Nascitur autem ex delicto ingrati, bifariā tamen. Aut enim conceditur ob reuocandum libera litatis beneficium. Et tunc quoniam personæ statū respicit, uelut præiudicialis, censetur in rem act. Aut datur ad reuocandas res donatas, quib. se accipiens indignum fecit: tunc est in personam conditio ex lege, sicut tractatur in tit. C. de reuoc. don. Sp.

ACTIO ingrati, excepta Macedonum gente nus quam data est: ut ait Senec. lib. 3. de benef. Nam cùm difficilis esset, inquit, incertæ rei æstimatio, tantùm odio damnauimus, & inter ea reliquim⁹ quę ad uindices deos remittimus. nam optima beneficij pars perit, sic ut certæ pecuniæ ex conducto aut ex locato detur. Hoc enim est in illo, quod dedimus uel per dituri, quod permisimus accipientium arbitrio. si appello, si ad iudicem uoco, incipit non beneficium esse, sed creditum: nec erit gloriosa res, gratum esse, nisi tutum est gratum non esse. Fabius de scholastica exercitatione loquens lib. 7. cap. 4. In actione ingrati, inquit, quæritur an is cum quo agitur, acceperit beneficium: quod rarò negandum est: ingratus est enim qui negat. an quantum acceperit, reddiderit: an protinus qui non reddiderit, ingratus sit: an potuerit reddere: an id quod exigebatur, debuerit. Hæc quidem Hotoman. Sed & in liberos homines apud Persas ingrati actionem datā uult Xenophon, nec dissentit Seneca loco præallegato. Connanus libro 2. comment. cap. 7. circa fin. meminit huius actionis ingrati. Fabius lib. 7. cap. 5. & Lucianus in Abdicato *εἰ νόμοι* (inquit) *τὴν ἀχαριστίας δικάζεσθαι διδόασι κατὰ τῶν τοὺς εὐεργέτας μὴ ἀντευποιούντων.*

ACTIO iniuriarum, nō ius possessionis assequitur, sed dolorem imminutæ libertatis, iudicio pœnaq; mitigat. autor Cicero pro A. Cecin. Sp.

ACTIO inofficiosi testamenti, quæ interdum etiam Accusatio, interdum Querela nominatur, dicitur ea quæ liberis exhæredatis datur, ut testamenta parentum rescindant, & à iudicibus postulent, ut si notatum officium cognoscant, rescisso testamento hæreditatem ijs quibus naturæ iure debetur, adiudicent. l. 1. & pass. ff. de inoff. testam.

ACTIO in rem, quam uendicationem dicimus, est per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus l. 1. ff. de rei uindic. Et semper aduersus eum est, qui rem possidet. §. 1. Insti. de act. Et harum actionum alia est directa in rem actio, ut rei uendicatio: actio confessoria, & negatoria. Alia est actio in rem utilis, quæ sunt actiones de dominio non directæ, sed utiles, quæ ex æquitate dantur quandoque non dominis, ut sunt Publicianæ, quæ ex diuersis causis competunt. d. §. sed istæ. Et actio per quam quęritur, an actor iurauit: & actio in rem de superficie: & actio Fabiana, & Pauliana, & Caluisiana: & actio in rem, quæ competit inter Dominum tabulæ, & pictorem. Sunt & aliæ in rem actiones, in quibus non de dominio, sed de pignore agitur, sicut Seruiana, & quasi Seruiana, de quibus uide loco suo. Cæterum in rem actio, sicuti legislator utrobiq; explicat, est per quā rem nostram petimus, quæ ab alio possidetur: debet quippe dominus esse, qui hac actione experitur. l. in rem. ff. de rei uend. saltem utilis, ueluti emphyteuta, uasallus, aut superficiarius. l. 1. ff. si age. uectig. cū autem adfinia sint dominij, Quasi dominiū (quod bonæ fidei possessor habet: quodq; Bartolo placuit, inter species dominij collocare. in l. minor. §. fin. ff. de euic.) & ius in re specificum, (quod creditor habet, cui res pignoris nomine obligata est: aut is cui⁹ prędio debetur seruitus) bonæ fidei quoq; possessori, & creditori ius in re habenti, datur in rem actio. l. 1. ff. de publicia. §. æquè. §. nanq; si cui. & §. item Seruiana. de actio. Debet item esse possessor, is contra quē agitur. d. l. actionum. l. 1. C. de alie. iud. mut. causs. fac. c. examinata. de iud. Aut dolo desijsse possidere. l. sin autem. §. se & si quis. & l. is qui dolo. ff. de rei uend. Habetur nanq; dolus pro possessione. l. qui dolo. ff. de reg. iur. Quod probatur, quem uidelicet dolo desijsse possidere, eo ipso, quod post oblatum libellū, non possidet. Aut post denunciationem litis factæ, alienauit. Bart. in l. qui petitorio. ff. de rei uend. possessorisq; uerbum non coarctamus, sed extentè accipimus, ut non tantum naturalem aut ciuilem possessorem, uerum etiam eum, qui detinet Colonum, puta commodatarium, conductorem, & si qui similes sunt, comprehendat. l. officium. ff. de rei uend. & hęc sunt duo actionis in rem extrema, dominium uidelicet, ex parte agentis, & possessio ex persona rei conuenti. Habet quoq; ut dici solet, hæc actio duas causas, propinquam, ut dominium, uel quasi, aut ius in re: & remotam, hoc est, titulum dominij. ueluti si dicat actor, sum dominus, quia emi, quia res mihi donata, testamento relicta, aut in dotem data est. Actio uerò in personam, est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, uel dandum, obligati personam non egrediens. d. l. actionum. & d. §. omnium. Descenditq; ex contractu, uel maleficio, uel quasi. l. 1. ff. de actio. & oblig. Nam ex contractu fuit obligatio. l. ex placito. C. de rer. permut. ex qua immediatè nascitur actio. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. Dicitur autem in personam, quia obligati personam perpetuo sequitur. l. fin. §. fi. ff. de con

trah.empt.l.1.§.si hæres.ff.ad Trebel.à cuius ossibus euelli nunquam, aut separari potest. l. quis ergo casus,ubi Accurs.ff.de pecul.Hincque patet,actionem in personam, duas quoq; causas habere, propinquã & remotam. Propinqua est obligatio, quæ mox, ut diximus,parit actionem.d.§.ea obligatio. Remota est cõtractus,siue maleficium, ex quibus licet actio descendat.l.1.ff.de actio. & oblig. non tamen, ut uocant,immediatè, sed alio mediante, nempe,obligatione.d.l.ex placito.Accurs.in l.2.in princ.ff.manda. Has autem causas, propinquas & remotiores, Accurs.& cæteri bellissime tractant.in l.1.ff.de eden. & in l.& an eandem.ff.de except.rei iud.Corrasius lib. Miscell.6.cap.5.

ACTIONES in rem scriptæ dicuntur,quæ ui ipsa in personam quidem sunt, simpliciter tamen & absolutè sine ullius personæ notatione scriptæ & cõceptæ sunt. Veluti in actione quod metus causa gestum erit,ratum non habebo. l. 1. ff. quod met. caus. Vox sanè diuina,quam Deus opt. Max. posuit in ore prætoris. Bald. in rubr. de controuer.inuestit. Et hanc nostram rationẽ colligimus ex Vlpiani respon so,in d.§.cum autem. Cum autem,inquit,hæc actio sit in rem scripta, nec personam uim facientis coerceat:sed aduersus omnes restitui uelit,&c. Sic omnia interdicta prçter Vnde ui in rem scripta dicim9: cum dixerit Vlpianus.l.1.§.fin.ff.de interdict. Interdicta omnia, licet in rem concepta uideantur, ui tamen personalia sunt.Excepit autem Iurisconsultus, Vnde ui interdictum, quod eius uerba scripta, aut concepta in rem non sint:sed ad personam spectent, & referantur. Nam dixit Prætor.l.1.ff.de ui & ui armat. Vnde ui tu eum deiecisti, aut familia tua deiecit,de eo quod tunc ille ibi habuit,tantummodo intra annum, post annum uerò det eo quod ad illum qui ui deiecerit peruenerit, iudicium dabo. Neque absimile est, quod Vlpianus dixit.l.iurisgentium.§. pactorum.ff.de pact. Pactorum quædã in rem,quædam in personam esse.In rem sunt,quoties generaliter paciscor,ne rem petam: in personam,quoties ne à persona,ueluti ne à Lucio Titio petam. Sed desit auctoritas,desint ciuiles rationes: satis ipsũ hoc uerissimum esse,uel ex uerbis ipsis euincitur,&c. Corras.lib.1.Miscel.c.22. Nam In rem uetus locutio est, quæ,ut suo loco docebimus, nihil aliud significat,q̃ generaliter,infinitè, & sine certæ alicuius personæ designatione. Itaq; Personales actiones semper aduersus eundẽ, hoc est eum qui in ijs nominatus est, dantur:at hæ aduersus quemuis. Vide In rem.

ACTIO institoria dicitur, qua dominus institorem conuenit,uel per institorem conuenitur. Eadẽ item competit,cum dominus filium,uel seruum,uel alium liberum hominem præponit certæ negociationi quæstuarię: puta emendis & uendendis libris: quia iste qui præponitur,nominatur Institor: atque ideo quod contrahitur secum,datur actio institoria. Zas.in §.actio.Instit.de action.Ideo autem Institoria appellatur,quia qui negotiationibus præponuntur, Institores uocat.§.eadem ratione.Instit. Quod cum eo.&c.Præpositus autem certæ rei gratia durat,donec remoueatur,etiam post mortem eius qui præpo suit. Quinimo si pupillus hæres ei extiterit qui præposuerat:obligabitur quamdiu præpositus manet. Remouendus enim fuit à tutoribus si nollent opera eius uti.l.sed & si pupillus.de insti.act.& hoc esse receptum propter utilitatem promiscui usus testatur Paulus l.si quis mãcipijs.§.si impubes.ff.illo tit. Adde Taboetium in topico militiæ for.& legal.discip.

ACTIONES interrogatoriæ olim introductæ erant,quibus alter ab altero ad respondendi necessitatem compelleretur. Sed hodie ad hoc officium iudicis usũ est sufficere.l.ubicũq;.ff.de interr.act. Sp.

ACTIO iudicij mutandi causa facta continet damnum,quod propter duriorẽ causam suppositi aduersarij passi sumus. Sp.

ACTIO iudicati. Quære,Iudicati actio.

ACTIO iurisiurandi est,qua actor petit reum ad præstandum illud condemnari, quod delato per eũ sacramento,& per iudicem comprobato,sibi deberi iurauit.

ACTIO legis tum propriè dicebatur, cum executio facienda erat,quæ in inuitos iussu legis fiebat. siquidem usq; ad sententiam non tam legis iussu agi uidebatur,quàm ipsorum litigantium sponte. Porro legis actionẽ apud eum dici Alciatus existimat, qui merum & mixtum imperiũ habet, seu ius exequendi. Siquidẽ lege agere, apud idoneos autores,quos idem citat,est capitalem sententiam exequi. capit. 2. lib.3.Parerg. Quære,Lege agere.

ACTIONES legis,id est legitimæ actiones, appellatæ,quòd in certas formas redactæ, quibus homines inter se disceptarẽt. Vide itẽ,Legis actio. Sp. Apud eum dicitur esse legis actio, cui lex nominatim tribuit eius rei cognitionem. uelut si ita lex loquatur Apud consulem, proconsulem, præsidẽ adoptare liceat, id etiã isti poterant facere in aliena prouincia & in causa sua Connan.lib.2.cap.15.

ACTIO legis Aquiliæ aliàs damni iniuriæ dicta. Nam de damnis tractat culpa datis etiam ab eo, qui nocere uoluit, ut iniuriam accipiamus non quemadmodum circa iniuriarum actionem, contumeliã quandam,sed quod non iure factum est, hoc est contra ius:puta:si culpa quis occiderit,uel aliud damnũ dederit:Porro dicta Aquilia ab Aquilio Tribuno plebis qui eam à plebe rogauit.l.1.ff.ad l.Aquil. Estq; directa & utilis:directa qui datur dño aduersus eũ qui corpore suo immediatè.& ut Vlpia.dicit,suis manibus damnum dedit,ut si quis hominẽ uel pecus quouis telo læserit aut occiderit, aduersus eum qui prçcipue damnum dedit. Vtilis uero in eum,qui aliquo medio causam damni præstitit,ut si quis aut impulit corrumpentem,aut pecus fame necauit,aut exagitauit in puteum perniciosum. l.item si obstetrix. ff. ad l.Aquil.Instit.§.ult.eod.tit. Quod si tam remota fuerit damni dati causa,ut quis suo corpore non uideat nocuisse,tunc quia de tali specie nõ tractat lex Aquilia,datur actio in factum quam ea ratione subsidiariam uocãt:cuius meminit Paulus in l.si seruũ meũ. in fin.ff.eod.tit.Pomponius in l.quia actionum.ff.de præscr.uerb.Oldend.

ACTIO legis Agrarię in eum datur qui terminũ eiecerit,locoue mouerit ad pœnã quinquaginta aureorum ex lege agraria, quam Caius Cæsar tulit. ff. de ter.moto.licet olim Numa pœnam capitalẽ constituerit in eum qui lapides finibus mouisset. impune enim occidi poterat,quare sacros id est,inuiolabiles esse uoluit:Mynsing.§.quædam.Instit.de act.

ACTIO liberalis, inter prçiudiciales numeratur S.C.introducta,cuius meminit Vlp.in l.cognitio. ff. de lib.caus.tametsi Prçtor tam multa adiecit,ut propemodum disputabile uideatur,utrũ senatui, an uerò Prætori tribuenda sit hçc actio. Quare Iustinian9 in §. præiudiciales.Inst.de act. Ex quibus (inquit) ferè una illarum legitimam causam habet,per q̃ quæritur,an aliquis liber sit. Cæteræ uerò ex ipsius prætoris iurisdictione substantiã capiũt. Quod Accurs.nõ perci-

percipiẽs, rẽ planã, ut attestatur ff. Old. inuoluit. Sp.

ACTIO locati, siue ex locato, est actio in personam, per quam qui quempiam uel in prædio colendo, uel in opere faciendo locauit, ea quæ in contrahendo conuenerunt, illum ex æquo & bono prgstare cogit. l. 2. & 17. C. locat. l. si merces. 25. ff. eod. Hot.

ACTIO malè iudicati. Hac, teste dn. Old. meritò iudicantium temeritas reprimenda fuit, quo modo nullum in republica genus hominũ perniciosius nocere potest, quàm iudices, si concredita sibi potestate abutantur. Itaq; fuit introducta hęc actio in factũ. in l. ult. ff. de extraor. cogn. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. §. ult. l. si filiusfamilias. ff. de iudic. l. ult. C. de pœnis iudic. qui mal. iudic. Competit autem non solum aduersus iudices qui male iudicarũt, sed & aduersus arbitros, & arbitratores, quoniam in ijs est eadem ratio siue frequentiam arbitriorũ spectes, siue functionem iudicandi respicias, in qua non minus illos, quam ordinarios magistratus sanctè ac diligenter uersari oportet.

ACTIO malæ tractationis, aduersus maritũ facto diuortio dabatur uxori, diuortij culpã in illum transferenti. Fabius lib. 7. cap. 4. Non dissimiles autem abdicationum actionibus sunt malæ tractationis actiones. nam & ipsæ habent eandem in accusationibus moderationem. Idem lib. 4. cap. 2. Sed in scholasticis quoq; nonnunquam euenit, ut pro narratione sit propositio. nam quid exponet, quæ Zelotypum malæ tractationis accusat? cum totum crimẽ uno uerbo in qualibet actionis parte posito satis iudicetur. Eiusq; iudicij exemplum extat apud eundem Declamat. 8. & 18. Hot. ex Connan. com. lib. 8. cap. 12. num. 4. Non poterat tamen uxor de parricidio uirum accusare, cui solum actio de morib. permittebatur: in quam non uidetur includi posse parricidij crimen Fab. ibidem. Hodie autem contra stultos maritos, & intus & in cute nequã, in uxores obsequẽtes & honestas crudeliter sæuientes datur condictio ex lege, Nouell. de diuersis cap. & solut. matr. Constit. 117. Nam licet maritis ad exemplum propinquorum ius emendandæ uxoris concedatur, non tamen adeò est extendendum, ut domesticam correctionem excedat, & in atrocitatem uertatur. l. 1. C. de emendat. propinq. Oldendorp. classe septima actione 12.

ACTIO malè gestæ procurationis in foro, nominatur à Fabio lib. 7. cap. 4. Hotom.

ACTIO mandati directa competit mãdatori & eius hæredi qui alicui mandatum dedit. ff. eod. tit. l. si uerò. §. fina. & l. si mandato Titij. 1. responso. & §. 1. & contra mandatariũ, uel Procuratorem post mandatum susceptum. ff. eod. l. si uero non remunerandi. §. 1. Et in quantum interest id factum esse, quod mandaui, puta mandaui ut fundum emeres, si mea intererat emi, teneberis post mandatum susceptũ, tamen si eundem fundum ego ipse emo, uel alius mihi (neq; interest aliud) cessabit hæc actio secundum Azon. ff. eod. tit. l. si procuratorem. §. mandati actio. Oldend. Et ita quidem actio mandati nulla esse potest, nisi nostra intersit aliquid factum esse, aut non esse. Cur enim frustra litigem cum eo, qui mihi nullum damnum attulit? quanta, aut omnino quæ litis ęstimatio iniri contra eum poterit, qui nihil nocuit? Connanus lib. 7. cap. 14.

ACTIO mandati contraria competit mandatario. ff. eod. tit. l. si uero non remunerandi. §. cõtrario. Vel procuratori ad expensas aduersus mandatorẽ, quatenus fines non egressus. Si uero aliquid erogauerit utiliter, in eo non habet mandati iudicium sed tantum negociorum gestorum secundum Mar. Licet Ioan. & Accurs. contrà prout legi. & not. Institut. eod. titul. §. is qui. & ff. eod. l. si pro te. cum l. sequenti. in princip. & cap. de negoc. gest. l. fin. in gloss. ultim. Si uero mandauerim tibi, ut fundum mihi emeres, etiamsi nondum precium solueris, ages mecũ mandati ut suscipiam obligationem, qua teneris uenditori. Nam & ego agere possum ut cedas mihi actionem empti. ff. eodem titul. l. si mandato meo. Primo responso competit ergo breuiter actio mandati directa contra illum qui mandatum suscepit adimplẽdum, cum primò cogi non posset ut susciperet mandatum, in quantum interfuit mandatoris factum fuisse, quod mandatur. Et rursus ipsi mandatario, qui mandatum suscepit, competit actio mandati contraria ad impensas, si quas fecit ratione mandati suscepti, si fines mandati non excessit. Sed si mandatum excessisset in expensis factis, non repetet ipsas per huiusmodi actionem. Old.

ACTIONES mixtæ, sunt, quæ duplicis generis naturam induunt, idq́ue, duplici respectu fit. Nam quædam mistę sunt, quibus rem simul & pœnam, ex quibusdam maleficijs persequimur, ut in actione ui bonorum raptorum, Aquiliæ legis, & quę datur contra eos qui relicta sacrosanctis Ecclesijs legati uel fideicommissi nomine, dare distulerint. §. ex maleficijs. Instit. de act. Quædam uero mistæ dicuntur, quòd in se & actionis in rem & actionis personalis naturã habeant, ac in ijs uterq; & actor & reus sit. l. actionis uerbo. §. ult. ff. de obl. & act. tales sunt actio familiæ herciscundæ: communi diuidundo & finium regundorum: quę etiam duplicia iudicia dicuntur: quia uterque in his iudicijs duplex ius habet tam actoris quam rei. l. iudicium communi diuidundo. ff. fin. regun. l. 2. circa finem. ff. com. diuid. Est & petitio hæreditatis mixta ut Accursius uoluit, sed ea potius realis est. l. sin autem. §. sed & is. ff. de rei uend. l. sed etsi lege. §. petitio. ff. de petit. hæred. licet propter personales præstationes mixtarũ actionum naturã quodammodo obtineat. Bart. in d. §. petitio. Sed id tamẽ interest inter petitionem hæreditatis & alia iudicia. Quia tria hæc iudicia duplicia sunt: id est, uterq; in ijs est actor & reus. Petitio hæreditatis est simplex id est, unus est qui agit, alter qui cum agitur. l. regulariter. ff. de petit. hær. Sunt & aliquot aliæ actiones, quas plæriq; mixtas crediderunt, aut anomalas, ut quę sine certa lege ferrentur. Sed uerius est eas personales esse, in rem tamen scriptas, quod ex illarum actionum natura satis apparere potest.

ACTIO Natiua. Vide supra Actio Datiua.

ACTIONIS naturalis debitores, licet minus propriè debere dicantur: per abusionem tamen intelligi possunt debitores, & qui ab his pecuniam recipiunt debitum sibi recepisse. autor Vlpianus in l. fideiussor. §. fideiussor accipi potest. ff. de fideiussoribus. Sp.

ACTIO negatoria, quæ & contraria eleganter uocatur ab Vlpia. in l. sicuti. in prin. ff. si seruit. uind. Iustinia. tractat eam in §. contra quoque. Institutio. de action.

ACTIO negociorum gestorum locum habet, quando quis negocia aliena gessit citra mandatum eius cuius negocia sunt.

ACTIO negociorum gestorum, datur ex quasi contractu. ut si tu gessisti negocia mea sine mandato meo, cum essem absens, coluisti fortè uineã meã: iam nullus intercessit contractus inter te & me, nihilo-

nihilominus teneor tibi actione negoc. gest. si aliquid expendisti, sumptus fecisti. Et dicitur quasi contractus. Zas. in §. omnium. de action. Hinc itaq; facile patet quomodo mandata actio ab actione negociorũ gestorum discernatur, quia actio mandati competit ei qui iussu alicuius negotia administrauit: negotiorum uero gestorum ei qui non iussus eadem administrauit bona fide cap. 58. in princip. ff. mandati. Duplex uero est negociorum gestorum actio Directa scilicet & Contraria: Directa hic descripta est, Contraria uero datur negociorum gestori aduersus dominum, si res utiliter gesta sit, ut præstetur id qđ impendit necessario uel utiliter non etiam uoluptatis causa. l. ex duobus. in prin. l. quæ utiliter. in prin. ff. de neg. gestis. item ut liberetur ab obligatione pro domino negociorum suscepta, & generaliter ut præstetur ei indemnitas rerum gestarum. l. si mandatũ. ff. de neg. gest. l. 2. C. de sent. q sine cert. quant. prof.

ACTIO noxalis est actio in personam, per quam is, cuius seruus noxam aliquam commisit, aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominẽ noxæ dedere cogitur. uti docet Imp. tit. de nox. act. in prin.

ACTIO noxalis de pauperie, est actio in personam, per quam is, cuius quadrupes, quę cicurum numero sit, alicui damnum dederit, aut litis æstimationem præstare, aut ipsam quadrupedem noxæ dedere cogitur. l. 1. ff. si quadrup. ubi obscurius Vlpianus est locutus, quum ait hanc actionem locum habere, quum feritate commota nocuit quadrupes: & paulo post, Quum contra naturam fera mota, pauperiẽ dedit. Significat autem eas, ut dixi, quę cicures sunt, ut equum, bouem, mulum, quæ nonnunquam feritate commota, id est, lasciuia quadã ferociunt, ut si mulam equus olfecerit: & tamen contra naturam, id est præter naturalem mansuetudinem. Cicures enim natura sunt mansuetæ. Verùm aliud est in ijs quę Cicures non sunt, sed Bestiæ appellantur eodem loco ab Vlpiano, ueluti ursi, leones, pantherę. In his enim cessat hæc actio. Hot. Notanda itaq; hic est differentia inter l. Aquiliam, noxalem, & de pauperie. Nam si damnum à nobis ipsis detur locum habet lex Aquilia: si à nostris seruis noxalis, si à nostris quadrupedibus prodita est lege XII. Tabul. actio pauperiei: Cuius simile iudicium apud Israelitas olim fuisse palàm est. Exo. c. 21. Et apud Athenienses nota fuit illa ex lege Solonis βλάβης δίκη τῶν τετραπόδων quam Vlpianus l. 1. §. 1. ff. si quad. paup. feci. dic. esse definit damnum sine iniuria facientis datũm. Illud etiam porro hic sciendum est, pauperiei propriè competere, cum quadrupes contra naturam damnum dedit, alioqui enim si ex consuetudine naturali (ut si fortè bos depascatur obuia gramina, uel porcus glandes) nulla prodita est actio, nisi sit, quod iure ipsi domino imputes. tum enim ipse merito suo facto teneretur: & siquidem in tuo tuæ quadrupedes mihi damnũ dederint. Vt quia glandes ex arbore mea in tuum fundum deciderant, & tu ante triduum, quod mihi datur ad glandem colligendam (l. 1. ff. de gland. leg.) dolo immisisti tuas quadrupedes, ut glandem meã depascerentur, teneberis mihi utili lege Aquilia. l. ulim. C. ad l. Aquil. Aut si aliter immissę id fecerint, in factum competit actio, quatenus tu ex eo pastu locupletior es. l. qui seruandarum. §. fin. ff. de præscrip. uerb. Quod si in meo damnum mihi dederint tuæ quadrupedes, uel tua, uel tui pastoris culpa immissæ, prodita est act. de pastu pecoris. in qua locus nõ est deditioni noxæ, quia magis ex delicto domini, quam ipsius quadrupedis agitur.

ACTIO oneris auersi. Abolita est oneris auersi nomenclatura, re tamen ipsa manente: uidelicet ut quicquid de casibus fortuitis conuenisset, id per actionem ex locato & conducto exigeretur: ut ꝓbat Bart. in uulg. l. in naue Saupheij. & l. si quis fundum. in prin. ff. locat. & cond. l. licet. C. eo. tit. Vide ĩ. Auersione uel per auersionem emere. Spieg. Cæterum dicitur onus auersum quod ad se aduertit, aut à domino, auertit cõductor eius uehendi, qua ex causa modo furti datur, modo oneris auersi actio, utraque ad eundem finem, & ut Connanus arbitratur eiusdem pœnæ, ut satis futura esset actio furti nisi iuris subtilitas refragaretur, quo nemo in re sua furtum cõmittere potest, itaq; in hac conductionis specie, nouo & alieno nomine oneris auersi introducta est actio, eiusdem cuius furti, potestatis. Connan. lib. 7. cap. 11.

ACTIO oratoris dicitur pronunciatio cum gestuum ac uocis moderatione. Vnde histriones fabularũ actores dicũtur, nõ gestores. teste Roterod. Sp.

ACTIO Pauliana à prætore Paulo instituta est, qua creditores quorum in fraudem bona sua debitor alienauit, bonorum possessione à Prætore impetrata, ea bona perinde ac si nunquam à debitore tradita fuissent, uindicare possunt. nam ut ait Paulus l. 38. §. 3. ff. de usur. Per actionem Paulianã quæ in fraudem creditorum alienata sunt, reuocantur. nam prętor id agit, ut perinde sint omnia, atq; si nihil alienatum esset. Cum itaq; ex maleficio sit, quod per fraudationem admittitur, non est dubitandum quin exemplo actionis Fabianæ in personam sit, l. 1. §. hæc actio. ff. si quid in fraudem pat. l. quia debitore. ff. quæ in fraud. credit. Et quod Imperator in §. item si quis. Instit. de act. in rẽ actiones enumerans, hanc tractat, non ideo id fecit, quod eam in rem esse duxit sed qa cum de rescissorijs persecutionibus incidisset tractatio, noluit hanc prępterire, quò magis omnium huiusce modi remediorum catalogum in uno loco haberemus. Oldendorp.

ACTIONES perpetuæ dicuntur, quæ olim nullo temporis spacio terminabantur: cuiusmodi erant omnes ciuiles actiones, id est, quæ ex legibus, S. C. aut constitutionibus nascuntur. nunc autẽ in rem actiones decem aut uiginti terminantur annis, personales uerò triginta. §. 1. de perpet. & temp. act. l. 3. C. de præscript. 30. ann. Hot.

ACTIO per quam quæritur, an actor iurauerit, secundum quosdam datur ei, qui cum peteret rem suam delato sibi iureiurando ab aduersario, eam suã esse iurauit. Ab eo enim rem suam, petit actione in factum qui iurauit suam esse. ff. de iureiuran. l. nam postea. §. 1. & §. fi. Si uerò rem suam sibi traditam postea amisit & ille qui detulit iuramentum eam nactus sit, aduersus eam Publiciana competit actio. ff. de Publiciana actione. l. eum qui. §. si petenti. Vbi dicitur Si mihi petenti rem, iuramẽtum detuleris, iurauero q; rem meam esse, competit mihi Publiciana aduersus te. Tamen quoquomodo hoc debeat intelligi, ibi notatur plenè, & solet iusiurandum referri ei qui detulit. C. de re. cred. l. generaliter. §. omne igitur. & §. sed iuramento. Olden.

ACTIO personalis competit ad dandum, hoc est ad transferendum dominium. Zas. in §. sic itaque discretis. Instit. de actio. Estq; propriè qua in personam agimus ut quis nobis det, faciat, restituátue aliquid. Sic appellata quod obligati personam semper spectet, nec aduersus alium locum habeat. l. actionum. uersic. in personam. ff. de act. & oblig. sed obligatæ personæ uisceribus perpetuò adhæreat. l. 1. §. si hæres.

hæres.ff.ad Trebel.l.ult.§.ult.ff.de contrah.empt.

ACTIO pignoratitia contraria datur creditori contra debitorem,& datur ad multa. Si enim decipiatur à debitore,uel ipsa re,uel eius proposito,quia obligauit ei rem alienam,uel alij pignoratam,tenebitur ei debitor pignoratitia contraria. ff.eodem titul. leg.tutor. §.contrariam. iuncta l. si quis in pignore. §.final.& si debitor malitiosè uersatus sit obligando æs,uel stannum pro auro uel argento. ff. eodem tit. l.1.§.si quis in pignore 2.responso. Vt si obligauit seruum per quem damnum datum est, puta furtum, uel aliud huiusmodi,& hoc si sciuit, tenetur in solidum id est,in totum. Secus si ignorauit, quia tunc liberabitur noxæ deditione, scilicet dando seruum pro noxa. In his competit hæc actio secundum Azonem & alios. Hæc probantur ff.eodem titul. l.si seruus pignori. Item si creditor in pignore uel hypotheca fecerit impēsas necessarias,hoc est sine quibus res aut omnino peritura, aut deterior futura erat.Sed & retentione pignoris uti potest. l. si necessarias.ff.de pig. actio. Hinc secundum Azonem agit creditor actione pignoratitia, Si seruos pignoratos artificijs instruxit: Si cœperant imbui antequam sibi pignorarentur, uel debitoris uoluntate creditor eos instruxit. Sed si nihil horum intercessit,siquidem artificijs necessarijs eos instruxit secundum Azonem erit actio contraria.ff.eodem titu. l.si seruus. Quinetiam si creditor precario rogauerit, aut conduxerit usum pignoris à creditore,tunc conceditur hæc contraria actio creditori aduersus debitorem, ut æquè bonum pignus restituat,uel det id quod interest creditoris sine corruptione fuisse restitutum. l.si pignori. §.si distractum. Digest. de pignorat. act. Oldendorp.

ACTIO pignoratitia directa competit debitori post solutionem totius debiti contra creditorē, qua postulat sibi reddi pignus. l.si rem alienam.§.omnis. ff.de pign. act.Instit. quibus modis re contrah. obli. §.final. uel contra eius tutorem uel curatorem,si pignora acceperunt.ff. eod.tit.l. solutum.§.final.& habet locum non modò soluto debito,sed & aliter satisfacto,quemadmodum uoluit creditor, licet non sit solutum, ut si pignora alia data sunt creditori, ut à primis recedat,uel fideiussores,siue res aliæ, uel precium,uel etiam nuda conuentio sine precio uel pacto.Quotiens enim uult creditor recedere à pignore,uidetur satisfactum. Si ut ipse uelit uel uoluit cautum est,licet in hoc deceptus sit sui facilitate,secundum Azonem.ut ff.eodem tit.l.si rem. §. omnis. & l. necessarias.§.si unius. Neque uero solum competit aduersus creditorem sine legitima causa pignus retinentem, sed & eum qui accepto pignore non numerauit pecuniam, & eum qui dolo uel culpa quacunque damnum dedit in pignore utcunque restituto.l.si cum uenderet.§.ult.ff.de pig.act. Item aduersus creditorem,qui pluris uendidit pignus quàm debitum est.l.eleganter.§.si uendiderit. ff. de pig.act.l. pignoris.C.eod.tit.Old. Porro uero hinc facile colligere est differentiam inter pignoratitiam & hypothecariam. Nam primo pignoratitia propriè datur debitori ut soluto debito pignus recipiat. l.si rem. §. omnis.ff.de pign. act. §. fin.quibus mod.re contrah. oblig.At hypothecaria creditor pignus cōtra quem cunq; possessorē persequitur, ut id uidelicet teneat, donec ei sit satisfactum.l.fundus.§.in uendicatione. ff.de pign. II. Pignoratitia in personam est. l.ult. de distract.pig.Hypothecaria uero in rem. l.si cum uenditor.ff.de euict.l.pignore.ff.de pign. Atq; ita perpetuo rem comitatur etiamsi per mille manus obambulet,l.actionum. ff.de act.& oblig.l.1. C. ubi in rem actio,nec possit debitor rem obligatam nisi cum sua causa in alium transferre.l.si conuenerit. 2. §. si fundus.ff.de pig.act. Habet tamen possessor contra quē agitur hypothecaria ius retinendi rem,oblata pecunia creditori.l.Paulus.§.fi.quib.mod.pig.sol. III.Pignoratitia est bonæ fidei.§.actionum.Inst.de act. Hypothecaria est stricti iuris.d.§.actionum. IIII. Pignoratitia durat triginta annis.l.sicut. C. de præscr. 30.ann. Hypothecaria non adeo certum & definitū tempus habet. Quandoquidem tertius possessor bonæ fidei,titulo subnixus, ei decem annis præscribit, l.1.C.si aduers.credit. Et si uel titulo careat,uel bona fide triginta.l.cum notissimi.in prin. C.de pręscr. 30. ann.debitor uerò,& eius hæres,non nisi 40.annorū spatio.d.l. cum notissimi. V. Porro refert plurimum an agatur Hypothecaria contra debitorem possidētem,uel eius hæredem,an aduersus alium rei obligatæ possessorē.Illo quippe casu, satis est probare rem nomine pignoris obligatam. Neq; enim potest debitor obijcere,se dominum non fuisse. l.rem alienam. ff.de pign.act.Hoc uero,cum aduersus tertium possidentem creditor experitur, rem præterea probare debet,tempore contracti temporis, in bonis debitoris fuisse.l.si superatus.l.& quæ nondum.§.1. Digest. de pignor.

ACTIO autem pignoratitia utilis secundū Pla. datur ei,qui impignorauit rem alienam, sine consensu domini, & postea dominus pignoris est, Digest. eodem titulo,l.si rem alienam. & ff. de pignor. l. prima.§.1.& l.si Titio.cum sequen.& tam directa,quàm illa dantur principali & suis hæredibus, & contra hæredes creditoris. Vt potest probari. Institutio.de perpet.& temp.actio. §.non autem. & Digest. de action.& obliga.libro primo. §.credi.& Instit.quibus modis re contrah.obligat.§.fin. Old.

ACTIONES pœnæ persequendæ gratia introductæ sunt ex maleficiis, uel quasi maleficijs, cum præter id quod nobis adest,exigimus aliquid,uindictæ,uel affectionis causa. Nam quicquid ex bonis nostris non est,pœna sit oportet. Papinianus l.Seruus.ff.de ser.expor.Old.

ACTIONES pœnariæ dicuntur à Fabio, quæ à nostris uulgo pœnales, quibus pœnam commissam persequimur. Vt Furti,rapinæ, legis Aquiliæ. Fab. libro septimo,capite quarto. Sed etiam in formulis, cum pœnariæ sunt actiones, nos ita causam partimur an commissa sit pœna, an exigi debeat. Hotomannus.

ACTIONES populares dicimus,quę suum ius populo tuentur: inquit Paulus in l.prima. ff.de pop. act.inter Priuatas autem,Publicas & Populares hoc interest, quòd priuatæ actiones sunt quæ rei priuatæ sunt,& ei soli cuius interest, conceduntur. Populares uerò non quod priuatim alicuius,sed quod publicè interest persequuntur: ac proinde cuiuis de populo conceduntur.ueluti de albo prætoris corrupto,de sepulchro uiolato. Publicæ uerò accusationes sunt,quæ lege aliqua certa publicorum iudiciorum constitutæ sunt: ut eius criminis de quo lex lata est,à certo Prætore quæstio exerceatur.Illæ à Prętore urbano,hæ à Quæsitore certo exercebantur. l. non distinguemus.32.§. de liberali. ff. de recept.arb. ubi Paulus ait populares actiones, maiores iudices habere debere. illæ pecuniariam,hæ capitis pœnam impo-

imponebant: illæ infamiam non pariunt, hæ pariunt omnino. Popularium autem aliæ rem publicam directò, propriè, ac per se: aliæ coniunctim spectant. propriè, ut actio de albo corrupto. l. si quis id quod. 7. ff. de iurisd. itaq; si plures petant, prætor magis idoneum deliget. l. si plures. 2. de popul. ac. proinde nemo eam in bonis suis habere dicitur. l. penultim. eodem. l. si quis pro eo. 56. §. ultim. de fideiuss. Coniunctim, ut sepulchri uiolati. in quibus, is cuius maximè interest, præfertur, ac propterea constituere procuratorem potest. l. 3. eodem. l. 3. de sepul. uio. De ijsdem popularibus actionibus Zonaræ locus libro 2. intelligendus est, ubi scribit Romulum eos omnes qui ætate militari essent, in Legiones distribuisse: τοὺς δὲ ἄλλους, inquit, τῷ δήμῳ ἐνέκρινε καὶ τὸν δῆμον ποπούλους ὠνόμασε. ὅθεν καὶ παρὰ τοῖς βιβλίοις τοῖς νομικοῖς πολλάκις ποπουλάρια ἀκτίων, ἡ δημοτικὴ ἀγωγή. quem locum sic interpretor: Alijs uerò, pro populo (id est, pro urbana multitudine) est usus: eosque populi nomine appellauit. qua de causa etiam in libris ad leges pertinentibus, popularis actio uocatur, quæ à Græcis δημοτικὰ nominatur. Sed eius loci fructus non ita magnus est. Hot.

ACTIONES possessoriæ, quæ ex bonorum possessione concessa proficiscuntur: sicut dicimus hæreditarias actiones. l. pen. §. sed nunquid. ff. de bon. libert. Sp.

ACTIONES præiudiciales dicuntur, quæ ueniunt ex præiudicato, id est, ante iudicato: sic dictæ, quòd maiores & digniores causæ faciunt silere, & præeunt, id est, præiudicant minoribus. His agit pater erga filium, dominus contra seruum, patronus contra libertum, & ediuerso super dominio, aut libertate. Zasius in §. præiudiciales. Præiudicium ut docet Fabius lib. 5. cap. 2. aliquando significat defensionem non modo ex sententia prius data, sed & in futurum danda: ut cum petentem patris hæreditatem, nego esse filium: Sicq; præiudicia accipi posse pro causis de quibus prius iudicandū est censet Balduinus in §. præiudiciales. Instit. de act. quod earum definitio, uel finem allatura sit negotio, uel certā datura formam. Alij præiudiciales dictas existimant, uel quod in ijs magnum præiudicium uertatur, uel quod alijs aptæ sint præiudicare causis, uel quod per illas impediri uideatur, ne præiudicium feratur: Verum illorum somnijs explosis Ræuardus cap. 12. de præiudicijs Præiudiciales inde potius dictas putat, quod prius ad quas pertinent, causis per iudicē datum expediantur. Vide Eum dicto loco, & , in Verbo præiudicium. Hot. Schard.

ACTIONES possessionis ius exequuntur regulariter ex interdictis, quibus aut adipisci uolumus possessionem antea nō habitam, aut retinere, quam aduersarius impugnat, aut recuperare, quam contra ius amissam intendimus, §. sequens. Inst. de interdic. Oldendorp.

ACTIO præscriptis uerbis, quæ ex cōuentionibus innominatis datur, tum uidelicet, cū caussa subest (nam ex simplici nudaq; conuentione, actionem non nasci constat. l. iurisgentium. in prin. & §. 1. ff. de pact. l. solent. ff. de præscr. uerb.) præscriptis uerbis, & nonnunquam in factum, dicitur. Etenim prætor, à quo olim actiones impetrabantur, ut Cicero pro Cecinna, certas actionū formulas, ad quas priuatæ lites accommodarentur, de ijs tantum causis, expresserat, quæ ad tuendam communis uitæ societatem, præ cæteris necessariæ uidebantur, Cicero pro Roscio Comœdo. de reliquis, certam agendi formulā, non cōscripserat, nec sanè de omnib. poterat, ob uariam, & emergentem quotidiè, de nouo negotiorū multitudinem. l. 4. l. quia actionū. ff. de præscri. uerb. Vnde (cum de contractus nomine, ambigeretur, actionem tñ dari, ex gesto negotio, æquum erat) generalem actionem ex præscriptis uerbis, & negotio gesto, lex ciuilis instituit. l. 1. ff. de æstimato. actio. l. 1. 2. 3. & 4. & l. quoties. ff. de præscr. uerbis, extraordinem, sic contrahentibus utilitatis causa subueniens. l. quæ religiosis. ff. de rei uend. quā ideo præscriptis uerbis uocauit, & in factum (l. si tibi polienda. in fi. ff. de præscript. uerb.) quod demonstrato, per simplicē rei gestæ narrationem facto, perinde utiliter ageretur, ac si proprium & speciale actionis nomen propositum fuisset, l. non debet. in fi. ff. de dol. l. Titius. in fin. ff. de præscr. uerb. l. cum moto. in fi. C. de transact. d. l. si tibi. in fine. Quoniam uerò, à iure ciuili, instituta fuit, ciuilis passim appellatur. Vbi tamen nouus aliquis casus emergit, quo nullam actionem, nec quidē incertam, ciuilis lex prodidit, & tamen actionem dari æquum est, Prætor (qui ius ciuile, ut Papinianus ait, subsequitur. l. scio. ff. de testib.) supplens in eo, quod legi deest, actionem in factum, utilem tribuit. l. quia actionum. & l. quoties. ff. de præscript. uerb. eademque æquitate, prodita fuit in factum exceptio, quoties uidelicet, alia deficeret: & nihilominus æquum esset, actionem ab actore propositam impugnari. l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de ex[illegible]p. dol. §. 1. de except. Et ideò Theophilus, i[illegible]ptio, inquit, in factum dicitur, quia διηγηματικῶς, id est, narratiuè opponitur, Theophilus d. §. 1. de exceptio. Præscriptis autem uerbis actio, nunc incerti, nunc incerta uocatur (l. iurisgentium. uersic. & ideò. ff. de pact. l. rebus. Cod. de rer permut. l. ut inter. Cod. de inutil. stipul. l. legem. l. cum res. C. de dona.) ideò, quod nec certū habeat nomen, nec ex certa, definitaq; cōuentione, descendat: nec item, certa sit ei à prætore data formula, sed narratiuè tantum proponatur. d. §. 1. de excep. Sanè & hæc exceptio à Prætore accommodatur, ubi ciuilis in factum deficit, sicuti de actione iam diximus, d. l. quoties. Corrasius §. actionum. Institut. de action. Vt tamen actionem præscriptis uerbis & in factum minime confundas scire oportet, quod actiones in factum generalissima appellatione sumantur pro persecutione ex quantumlibet uarijs causarum tam ciuilium, quam criminalium figuris. Actiones uerò præscriptis uerbis aliquanto arctius referūtur, ad uarias duntaxat negociorū ciuilium figuras, quæ cum innominatæ sint, habent tamen nōnihil cognationis & similitudinis cum nominatis contractibus. Vbicunq; ergo in delictis, uel quasi delictis dubitatur, quænam competat actio, ibi semper in factum agitur, non pscriptis uerbis: ubi uero de alicuius contractus actione ambigitur, & æquitas suadet actionē dari, tum uel præscriptis uerbis, uel in factum agi potest. Sunt ergo actiones præscriptis uerbis ex cōtractibus innominatis persecutiones, ut is, cū quo contraximus, fidem suam liberet, sicut uerba quib. conuentio inita est, exigunt. Præscribere enim hoc loco significat statuere, ordinare uarijs pactionib9, quod fieri placuerit contrahentibus, cum non est alius huiusmodi conuentionum forma, ac exitus, nisi ut seruentur secundum tenorem, & præscriptum uerborum. Mynsing. §. actionum. Instit. de act.

ACTIO præteritarum operarum, est quæ datur patrono uel hæredi, extraneo exigenti æstimationē operarum seu fabrilium seu officialium operarum. l. 4. ff. de operis lib. Cæterum non habetur præteriti temporis ulla ratio nisi post morā liberti. Mora uero depræ-

depræhenditur si interpellatus à patrono recuset. l. 22.ff.eo.tit.uide Connanum lib.2.cap.8.nu.12.

ACTIONES prætorias, qui dici putant omnes quas prætor daret, lapsi sunt. Prætor, enim, cuius autoritas, quantũ ad constituenda iudicia attinebat, ad summum perducta est fastigium, scilicet ante susceptam Imperatorum monarchiã, & ciuiles & suas actiones dabat, uel negabat. Vide infrà, Iudicia ordinaria.&, Prætoriæ actiones. Spieg.

ACTIO prima, actio secunda, rectè dicitur pro instantia prima, instantia secunda. Vide Oldendorpium in Copia.

ACTIONES priuatas, reliquas omnes intelligimus, exceptis popularibus & publicis. Olden.

ACTIO protutelæ introducta est à Prætore in fauorem adulti, qui sub tutela quidem non fuit, esse tamen potuisset, quo tempore administrarentur negocia eius à protutore l. 1. §. si quis quasi tutor. ff. de eo qui pro tut. aduersus eum qui subijt officium tutoris, falso putans se tutorem cum non esset, aut contra, ignorans se tutorem, cum reuera esset d. l. 1. §. quæro. pro tutore autem negocia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, siue se putet tutorem, siue sciat non esse, fingat tamen l. 1. in princip. & §. 1. ff. de eo qui pro tutor. uel curat. neg. gest. Hæc uerò duplex est directa: de qua iam dictum est: Et contraria: quæ persecutio est, de impensis in rem pupilli uel adolescentis utiliter & ex officio boni uiri factis l. 1. ff. de contrar. tutel. & utili action. de quo infra in actione tutelæ: Adde Taboetium in suo topico militiæ for. & legal. discip. Schard.

ACTIONES proprietatis causam cõtinent, quæcunque ad rem familiarem exigendam seu uendicandam iure dominij accommodantur, siue in rẽ, siue in personam. Item, quæ propter respublicas institui solent. Oldendorp.

ACTIONES quasi proprietatis causam complectuntur, quæ de rebus sacris uel religiosis proponuntur, scilicet gratia prohibendi aut restituendi. Harum enim proprietas nullius est. §. nullius. Instit. de rerum diuisio. l. 2. §. quædam. ff. eo. tit. Olden.

ACTIO pro socio, quæ ex utraque parte directa est, competit ab usufructu, quem solus alter sociorum percipit, uel si dolum commisit in rebus cõmunibus. Nam locum habet, quando duo ineunt contractum societatis, ita ut tam lucrum, quàm damnum inter eos commune sit. Et si aliquis sociorum male & dolose uersetur, tunc alteri contra eum datur hæc actio.

ACTIO publiciana, ut singulariter monuit Oldendorpius duriciem & summum ius uendicationis attemperat: adeoque ut absque huius beneficio, illa inutilis sit. Proinde non mediocriter errant, qui Publicianam longo interuallo separant à rei uendicatione. Spiegelius. Est autem actio Publiciana dicta à Publicio prætore, qui primus eam introduxit. §. sed iste quidem. Institut. de action. Estque duplex, & altera alteri ex aduerso respondet. Prior ei conceditur, qui cum rem alienam iusta ex caussa, bonáque fide aliquandiu possedisset, postea illam casu amisit. nam si is qui nunc possidet, dominus non est, Prætor æquius esse censet eum qui iusta ex caussa illam acquisiuit, quàm eum qui casu eam nactus est, obtinere. Itaque permittit ei rem illam ita petere, quasi iam usucepisset, seu ceptam usucapionem compleuisset, Etenim dicet actor, Aio hanc rem ex iure Quiritium meam esse, quasi à me usucaptam. Nam si de tempore possessor opponat, iuuabitur actor, quí ex iusta causa, rem à non domino bona fide accepit l. eum qui. §. fin. ff. de publ. Vt non minus bona fides, quam uerum dominium actori quodammodo præstare credatur l. bona fides. ff. de regul. iuris. Posterior autem aduerso casu datur, cùm quis aut Reipubl. caussa absens, aut apud hostes per subiectas sibi personas rem alienam usucepit: & is cuius res usucapta est, neminem in ciuitate nancisci potuit absentis defensorem, aduersus quem agendo usucapionem interrumperet. nam Prætor ei promittit, ita rem suam petere, quasi usucapta non fuisset. §. namque. & §. sequent. de actionibus l. 1. & pass. ff. de Publicia. in rem action. l. 1. & pass. ff. ex quib. caus. maior. Hotomann. Et hæc quidem in rem, uulgo Rescissoria dicitur. Qua absens reuersus usucapione prætoris aditi auxilio rescissa rem uindicabit tanquam suam, & perinde ac si nunquam usucapta fuisset. l. 1. l. nec non. §. penult. ff. ex quibus caus. maior: Hæc etiam utilis dicitur l. 3. Cod. de restit. mil. l. ultim. Cod. quibus ex causis maior: Nam reuera res amissa est per usucapionem, & ideo directa non competit, quæ solis dominis datur. Cæterum beneficio prætoris, hi in quorum absentia res usucapta est, pro dominis habentur. Siquidem nemo uidetur re exclusus, quem prætor in integrum restituturum se pollicetur. leg. nemo uidetur. Digest. de restit. in integrum. Schard.

ACTIO Quanto minoris est qua emptor petit ut uenditor soluat id, quanto minoris res ualuerit, cum emeret eam, l. 2. C. de ædil. act. Eius interpretes duas species fecere, alteram quãto minoris res esset empta: ciuilem, alteram detractione ultimæ dictionis quanti minoris esset, prætoriam appellantes earumq; quatuor differẽtias constituentes Accursius, Bartol. Castr. Sahoc. & alij ferè omnes in l. Iulianus, in princip. ff. de action. empti. Sed Cynus d. l. 2. & Fulgosius. d. l. Iulianus. alijque numero quidem pauciores rationibus non tamen inferiores, rectè existimarunt hoc discrimen duplicis generis actionũ, quanto minoris non esse recipiendum, non enim putant hæc re ipsa differre. Quanti res est, & quanto empturus quis esset. Nemo enim pluris emit, quàm re uera non ualere existimat, quia non præsumitur quisquã suum iactare. l. cum de indebito. de probat. Et inter hæc uerba Quanti ea res erit, & quanti eam rem esse apparet, nihil interest, sed in utraq; clausula æstimationem rei ueram fieri placuit. l. inter hæc uerba. de uerb. & rer. sig. & æstimatoria hæc actio passim uocatur. l. si quid uenditor. l. Bouem, §. aliquando. l. si hominem. de æd. edic. & multum urget aduersus distinctionem illam duplicis generis quod ipsi iurisconsulti his uerbis Quanti res est, & quanti uenierit promiscuè aliquando uno loco & in una facti specie utantur. l. si is qui hæres. §. est in potestate. de except. rei iudic. de qua re latius Mudæus d. l. Iulianus. in princip. ubi ualidissime ab ipso distinctio illa duplicis generis actionum Quanto minoris expugnatur. Adde Taboetium in suo topico militiæ for. & legal. discip. Schard.

ACTIO querelæ inofficiosi, de qua uoce pluribus infrà in suo ordine, locum habet duntaxat, cum nullum aliud fuerit remedium, quo liberi ad bona defuncti parentis uenire possint. §. iam autem. Instit. de inof. testam. unde uocatur ultimum adiutorium. l. maximum uicium. c. de liber. præter. & uulgo querelam subsidiariam dicũt in l. Papinianus. §. quis impubes. ff. de inoffic. testam. Rectè autem diffinitur iudicium esse rescissorium, quia rescindit obstaculum

imponebant: illæ infamiam non pariunt, hæ pariunt omnino. Popularium autem aliæ rem publicam directò, propriè, ac per se: aliæ coniunctim spectant. proprie, ut actio de albo corrupto. l. si quis id quod. 7. ff. de iurisd. itaq; si plures petant, prætor magis idoneum deliget. l. si plures. 2. de popul. ac. proinde nemo eam in bonis suis habere dicitur. l. penultim. eodem. l. si quis pro eo. 56. §. ultim. de fideiuss. Coniunctim, ut sepulchri uiolati. in quibus, is cuius maximè interest, præfertur, ac propterea constituere procuratorem potest. l. 3. eodem. l. 3. de sepul. uio. De ijsdem popularibus actionibus Zonaræ locus libro 2. intelligendus est, ubi scribit Romulum eos omnes qui ętate militari essent, in Legiones distribuisse: τοῖς δὲ ἄλλοις, inquit, τῷ δήμῳ ἐνεχρῆτο περὶ τὸν δῆμον πολιτείαν ὑποθ... ὅθεν καὶ παρὰ τοῖς βιβλίοις τοῖς νομικοῖς ποπουλάρια κινεῖται, ὁ δημοτικὴ ἀγωγή. quem locum sic interpretor: Alijs uerò, pro populo (id est, pro urbana multitudine) est usus: eosque populi nomine appellauit. qua de causa etiam in libris ad leges pertinentibus, popularis actio uocatur, quæ à Græcis δημοτικὴ nominatur. Sed eius loci fructus non ita magnus est. Hot.

ACTIONES possessoriæ, quæ ex bonorum possessione concessa proficiscuntur: sicut dicimus hæreditarias actiones. l. pen. §. sed nunquid. ff. de bon. libert. Sp.

ACTIONES præiudiciales dicuntur, quæ ueniunt ex præiudicato, id est, ante iudicato: sic dictæ, quòd maiores & digniores causæ faciunt silere, & præeunt, id est, præiudicant minoribus. His agit pater erga filium, dominus contra seruum, patronus contra libertum, & ediuerso super dominio, aut libertate. Zasius in §. præiudiciales. Præiudicium ut docet Fabius lib. 5. cap. 2. aliquando significat defensionem non modo ex sententia prius data, sed & in futurum danda: ut cum petentem patris hæreditatem, nego esse filium: Sicq; præiudicia accipi posse pro causis de quibus prius iudicandū est censet Balduinus in §. præiudiciales. Instit. de act. quod earum definitio, uel finem allatura sit negotio, uel certā datura formam. Alij præiudiciales dictas existimant, uel quod in ijs magnum præiudicium uertatur, uel quod alijs aptæ sint prȩiudicare causis, uel quod per illas impediri uideatur, ne præiudicium feratur. Verum illorum somnijs explosis Ræuardus cap. 12. de præiudicijs Præiudiciales inde potius dictas putat, quod prius ad quas pertinent, causis per iudicē datum expediantur. Vide Eum dicto loco, & ,. in Verbo præiudicium. Hot. Schard.

ACTIONES possessionis ius exequuntur regulariter ex interdictis, quibus aut adipisci uolumus possessionem antea nō habitam, aut retinere, quam aduersarius impugnat, aut recuperare, quam contra ius amissam intendimus, §. sequens. Inst. de interdic. Oldendorp.

ACTIO præscriptis uerbis, quæ ex cōuentionibus innominatis datur, tum uidelicet, cū caussa subest (nam ex simplici nudaq; conuentione, actionem non nasci constat. l. iurisgentium. in prin. & §. 1. ff. de pact. l. solent. ff. de præscr. uerb.) præscriptis uerbis, & nonnunquam in factum, dicitur. Etenim prætor, à quo olim actiones impetrabantur, ut Cicero pro Cecinna, certas actionū formulas, ad quas priuatę lites accommodarentur, de ijs tantum causis, expresserat, quæ ad tuendam communis uitæ societatem, præ cæteris necessariæ uidebantur, Cicero pro Roscio Comœdo. de reliquis, certam agendi formulā, non cōscripserat, nec sanè de omnib. poterat, ob uariam, & emergentem quotidiè, de nouo negotiorū multitudinem. l. 4. l. quia actionū. ff. de præscri. uerb. Vnde (cum de contractus nomine, ambigeretur, actionem tn̄ dari, ex gestò negotio, ęquum erat) generalem actionem ex præscriptis uerbis, & negotio gesto, lex ciuilis instituit. l. 1. ff. de æstimato. actio. l. 1. 2. 3. & 4. & l. quoties. ff. de præscr. uerbis, extraordinem, sic contrahentibus utilitatis causa subueniens. l. quę religiosis. ff. de rei uend. quá ideo præscriptis uerbis uocauit, & in factum (l. si tibi polienda. in fi. ff. de prę script. uerb.) quod demonstrato, per simplicē rei gestæ narrationem facto, perinde utiliter ageretur, ac si proprium & speciale actionis nomen propositum fuisset, l. non debet. in fi. ff. de dol. l. Titius. in fin. ff. de præscr. uerb. l. cum moto. in fi. C. de transact. d. l. si tibi. in fine. Quoniam uerò, à iure ciuili, instituta fuit, ciuilis passim appellatur. Vbi tamen nouus aliquis casus emergit, quo nullam actionem, nec quidē incertam, ciuilis lex prodidit, & tamen actionem dari æquum est, Prætor (qui ius ciuile, ut Papinianus ait, subsequitur. l. scio. ff. de testib.) supplens in eo, quod legi deest, actionem in factum, utilem tribuit. l. quia actionum. & l. quoties. ff. de præscript. uerb. eademque æquitate, prodita fuit in factum exceptio, quoties uidelicet, alia deficeret: & nihilominus æquum esset, actionem ab actore propositam impugnari. l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de ex [illegible] dol. §. 1. de excempt. Et ideò Theophilus, [illegible] ptio, inquit, in factum dicitur, quia διηγηματικῶς, id est, narratiuè opponitur, Theophilus d. §. 1. de exceptio. Præscriptis autem uerbis actio, nunc incerti, nunc incerta uocatur (l. iurisgentium. uersic. & ideò. ff. de pact. l. rebus. Cod. de rer permut. l. ut inter. Cod. de inutil. stipul. l. legem. l. cum res. C. de dona.) ideò, quod nec certū habeat nomen, nec ex certa, definitaq; cōuentione, descendat: nec item, certa sit ei à prętore data formula, sed narratiuè tantum proponatur d. §. 1. de excep. Sanè & hæc exceptio à Prætore accommodatur, ubi ciuilis in factum deficit, sicuti de actione iam diximus, d. l. quoties. Corrasius §. actionum. Institut. de action. Vt tamen actionem præscriptis uerbis & in factum minime confundas scire oportet, quod actiones in factum generalissima appellatione sumantur pro persecutione ex quantumlibet uarijs causarum tam ciuilium, quam criminalium figuris. Actiones uerò præscriptis uerbis aliquanto arctius referūtur, ad uarias duntaxat negociorū ciuilium figuras, quæ cum innominatæ sint, habent tamen nōnihil cognationis & similitudinis cum nominatis contractibus. Vbicunq; ergo in delictis, uel quasi delictis dubitatur, quęnam competat actio, ibi semper in factum agitur, non p̄scriptis uerbis: ubi uero de alicuius contractus actione ambigitur, & ęquitas suadet actionē dari, tum uel præscriptis uerbis, uel in factum agi potest. Sunt ergo actiones præscriptis uerbis ex cōtractibus innominatis persecutiones, ut is, cū quo contraximus, fidem suam liberet, sicut uerba quib. conuentio inita est, exigunt. Præscribere enim hoc loco significat statuere, ordinare uarijs pactionib⁹, quod fieri placuerit contrahentibus, cum non est alius huiusmodi conuentionum forma, ac exitus, nisi ut seruentur secundum tenorem, & præscriptum uerborum. Mynsing. §. actionum. Instit. de act.

ACTIO præteritarum operarum, est quæ datur patrono uel hæredi, extraneo exigenti æstimationē operarum seu fabrilium seu officialium operarum. l. 4. ff. de operis lib. Cæterum non habetur præteriti temporis ulla ratio nisi post morā liberti. Mora uero depræ-

deprahenditur si interpellatus à patrono recuset. l. 22.ff.eo.tit.uide Connanum lib.2.cap.8.nu.12.

ACTIONES prætorias, qui dici putant omnes quas prætor daret, lapsi sunt. Prætor, enim, cuius autoritas, quantũ ad constituenda iudicia attinebat, ad summum perducta est fastigium, scilicet ante susceptam Imperatorum monarchiã, & ciuiles & suas actiones dabat, uel negabat. Vide infrà, Iudicia ordinaria.&, Prætoriæ actiones. Spieg.

ACTIO prima, actio secunda, rectè dicitur pro instantia prima, instantia secunda. Vide Oldendorpium in Copia.

ACTIONES priuatas, reliquas omnes intelligimus, exceptis popularibus & publicis. Olden.

ACTIO protutelæ introducta est à Prætore in fauorem adulti, qui sub tutela quidem non fuit, esse tamen potuisset, quo tempore administrarentur negocia eius à protutore l. 1. §. si quis quasi tutor. ff. de eo qui pro tut. aduersus eum qui subijt officium tutoris, falso putans se tutorem cum non esset, aut contra, ignorans se tutorem, cum reuera esset d. l.1. §. quæro. pro tutore autem negocia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, siue se putet tutorem, siue sciat non esse, fingat tamen l.1. in princip. & §. 1.ff. de eo qui pro tutor. uel curat.neg. gest. Hæc uerò duplex est directa: de qua iam dictum est: Et contraria: quæ persecutio est, de impensis in rem pupilli uel adolescentis utiliter & ex officio boni uiri factis l.1.ff. de contrar. tutel. & utili action. de quo infra in actione tutelæ: Adde Taboetium in suo topico militiæ for.& legal.discip.Schard.

ACTIONES proprietatis causam cõtinent, quæcunque ad rem familiarem exigendam seu uendicandam iure dominij accommodantur, siue in rẽ, siue in personam. Item, quæ propter respublicas institui solent. Oldendorp.

ACTIONES quasi proprietatis causam complectuntur, quæ de rebus sacris uel religiosis proponuntur, scilicet gratia prohibendi aut restituendi. Harum enim proprietas nullius est.§.nullius. Instit.de rerum diuisio. l.2.§.quædam.ff.eo.tit. Olden.

ACTIO pro socio, quæ ex utraque parte directa est, competit ab usufructu, quem solus alter sociorum percipit, uel si dolum commisit in rebus cõmunibus. Nam locum habet, quando duo ineunt contractum societatis, ita ut tam lucrum, quàm damnum inter eos commune sit. Et si aliquis sociorum male & dolose uersetur, tunc alteri contra eum datur hæc actio.

ACTIO publiciana, ut singulariter monuit Oldendorpius duriciem & summum ius uendicationis attemperat: adeoque ut absque huius beneficio, illa inutilis sit. Proinde non mediocriter errant, qui Publicianam longo interuallo separant à rei uendicatione. Spiegelius. Est autem actio Publiciana dicta à Publicio prætore, qui primus eam introduxit. §.sed iste quidem. Institut. de action. Estque duplex, & altera alteri ex aduerso respondet. Prior ei conceditur, qui cum rem alienam iusta ex caussa, bonáque fide aliquandiu possedisset, postea illam casu amisit. nam si is qui nunc possidet, dominus non est, Prætor æquius esse censet eum qui iusta ex caussa illam acquisiuit, quàm eum qui casu eam nactus est, obtinere. Itaque permittit ei rem illam ita petere, quasi iam usucepisset, seu ceptam usucapionem complevisset, Etenim dicet actor, Aio hanc rem ex iure Quiritium meam esse, quasi à me usucaptam. Nam si de tempore possessor opponat, iuuabitur actor, qui ex iusta causa, rem à non domino bona fide accepit l. eum qui.§.fin.ff.de publ. Vt non minus bona fides, quam uerum dominium actori quodammodo præstare credatur l. bona fides. ff. de regul. iuris. Posterior autem aduerso casu datur, cùm quis aut Reipubl. caussa absens, aut apud hostes per subiectas sibi personas rem alienam usucepit: & is cuius res usucapta est, neminem in ciuitate nancisci potuit absentis defensorem, aduersus quem agendo usucapionem interrumperet. nam Prætor ei promittit, ita rem suam petere, quasi usucapta non fuisset. §. namque. & §. sequent. de actionibus l.1.& pass. ff. de Publicia.in rem action.l.1.& pass. ff. ex quib.caus. maior. Hotomann. Et hæc quidem in rem, uulgo Rescissoria dicitur. Qua absens reuersus usucapione prætoris aditi auxilio rescissa rem uindicabit tanquam suam, & perinde ac si nunquam usucapta fuisset.l.1. l.nec non. §. penult. ff. ex quibus caus. maior: Hæc etiam utilis dicitur l. 3. Cod. de restit. mil. l. ultim. Cod.quibus ex causis maior: Nam reuera res amissa est per usucapionem, & ideo directa non competit, quæ solis dominis datur. Cæterum beneficio prætoris, hi in quorum absentia res usucapta est, pro dominis habentur. Siquidem nemo uidetur re exclusus, quem prætor in integrum restituturum se pollicetur. leg.nemo uidetur. Digest. de restit. in integrum. Schard.

ACTIO Quanto minoris est qua emptor petit ut uenditor soluat id, quanto minoris res ualuerit, cum emeret eam, l.2. C.de ædil.act. Eius interpretes duas species fecere, alteram quãto minoris res esset empta: ciuilem, alteram detractione ultimæ dictionis quanti minoris esset, prætoriam appellantes earumq; quatuor differẽtias constituentes Accursius, Bartol. Castr. Sahoc.& alij ferè omnes in l. Iulianus, in princip.ff.de action.empti. Sed Cynus d.l.2.& Fulgosius.d.l.Iulianus.alijque numero quidem pauciores rationibus non tamen inferiores, rectè existimarunt hoc discrimen duplicis generis actionũ, quanto minoris non esse recipiendum, non enim putant hæc re ipsa differre. Quanti res est, & quanto empturus quis esset. Nemo enim pluris emit, quàm re uera non ualere existimat, quia non præsumitur quisquã suum iactare. l.cum de indebito. de probat. Et inter hæc uerba Quanti ea res erit, & quanti eam rem esse apparet, nihil interest, sed in utraq; clausula æstimationem rei ueram fieri placuit. l. inter hæc uerba. de uerb.& rer.sig.& æstimatoria hæc actio passim uocatur. l.si quid uenditor. l.Bouem, §.aliquando. l. si hominem. de æd. edic. & multum urget aduersus distinctionem illam duplicis generis quod ipsi iurisconsulti his uerbis Quanti res est, & quanti uenierit promiscuè aliquando uno loco & in una facti specie utantur. l. si is qui hæres. §. est in potestate. de except.rei iudic. de qua re latius Mudæus d.l. Iulianus. in princip. ubi ualidissime ab ipso distinctio illa duplicis generis actionum Quanto minoris expugnatur. Adde Taboetium in suo topico militiæ for. & legal.discip.Schard.

ACTIO querelæ inofficiosi, de qua uoce pluribus infrà in suo ordine, locum habet duntaxat, cum nullum aliud fuerit remedium, quo liberi ad bona defuncti parentis uenire possint. §.iam autem. Instit. de inof.testam. unde uocatur ultimum adiutorium. l.maximum uicium.c. de liber.præter. & uulgo querelam subsidiariam dicũt: in l. Papinianus. §.quis impubes. ff. de inoffic. testam. Rectè autem diffinitur iudicium esse rescissorium, quia rescindit obstaculum

lum (ut Oldendorp. ait) exercendæ petitionis hæreditatis. Spiegel.

ACTIO quod iussu dicitur, quæ aduersus eum datur, cuius seruus ipsius iussu cum aliquo contraxit, ut ipse in solidum quanti ea res est damnetur. nam qui cum seruo iussu domini contrahit, non serui, sed ipsius domini fidem sequi uidetur. l. 1. & passim, ff. quod iussu. Hotoman. Iussus ergo longe alia ratio est quam mandati, nec enim is nisi in seruum cadit: Sic non seruus à creditore mandato domini sed ipse dominus per seruum accipere existimatur: secus est in mandato quod eorum fit causa, qui non sunt in nostra potestate. Connanus lib. 6. ca. 8. ad Senatusc. Vell.

ACTIO, quod metus causa, datur ei, qui probabili uel iusto metu coactus rem suam uendidit, tradidit, uel promisit, aduersus eum, qui metum intulit & in eum ad quem res peruenit: sed intra annum erit quadrupli propter contumaciam nolentis rem restituere iussu iudicis ante lit. contesta. post annum uerò simpli. l. 1. & sequentibus & l. item si cum exceptione. 1. respons. & §. post annũ. & §. Pedius. ff. quod met. cau. Eius natura tacitè continetur, ut qui iudicis iussu ipsam rem restituat actori, absoluatur, Imper. Instit. de actionib. §. item actio. Prat. Oportet autem metum iustum fuisse, l. 1. ff. quod metus causa: ut quia minime uanus sit, sed qui uel constantissimum hominem percellere potest, cum uel mortis uel corporis cruciatum contineat l. interpositas. C. de trãsact. Et ideo præceptum principis, uel iudicis, qui alioqui sæuire solitus est, iustũ metũ inducit. l. 2. C. de his qui per met. iud. non appell. Facta aũt per metum, actionis iure rescinduntur. Nonnunquam metus officio iudicis retractari solet, quod contingit quando uxor mariti, uel filius patris sui minas metuens, aliquid præter suam uoluntatem fecerit Bar. l. 1. §. Quę onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur. Neque enim sola patris uel mariti præsentia sufficit, sed minas accessisse necessarium est. Iason in §. quadrupli numero 61. de action.

ACTIO rationibus distrahendis competit pupillo uel adolescenti, aduersus quondam tutorem, qui ex bonis pupilli aliquid abstulit dolo, uel etiam sine dolo, nec id retulit in rationes. Nec enim sufficere arbitrati sunt legumlatores, introductam esse actionem tutelæ, ut à tutorib. redderetur ratio, ni quoq; liceret adulto impugnare rationem editam, & repetere res ablatas. Distrahere namq; rationes in hoc iudicio dicitur pro eo, quod est accusare fraudem uel culpã tutoris, qui rẽ ex bonis pupilli abstulit, nec proinde retulit in rationes Vlpianus dispunctioné uocat ipsam rationis cancellaturã, in l. cũ plures. ff. de bon. auth. iudic. poss. Meminit huius iudicij Quintilianus lib. 7. cap. 4. Schard.

ACTIO realis, est ex dominio, quasi dominio, uel iure in re specifico: personalis, ex obligatione. Spieg.

ACTIO receptitia, eleganti quadã loquendi forma dicta est, à recipiendo, hoc est accipiendo: qua olim tenebantur argentarij, aut alij quiuis debitores, qui se pecuniã licet non ante debitam, soluturos constituerãt l. 2. C. de constit. pec. sic dicta quod omnem omnino obligationé, in se reus sic cõstituens reciperet. Corras. §. in personam. Inst. de act. In eam actioné (quod ampla fuit, & latè patuit) uenerat, quicquid promittebatur deliberatius & citra stipulationé rerum siue fungibilium, siue non fungibilium. Zas. in §. in personam. Institut. de actio. Hæc actio, & rei uxoriæ, omnino sunt sublatę. Vide l. 1. cap. de recept. act. & l. unica. in princ. C. de rei uxor. act. Spieg. Cæterum, cum hæc actio alio modo constringeretur, hoc est, tãtum in ijs rebus, quarum mutuum esse potest, locum haberet, & plerumque anno uno finiretur: & dubitaretur, an quod in diem, uel sub conditione debetur, rectè constitueretur: Iustinianus statuit, constitutum, ad exemplum stipulationis, & in omni rerum genere locum habere posse, & perpetuam actionem parere: & omnino purè constitui posse, quod in diem, uel sub conditione debitum est. Balduinus.

ACTIO redhibitoria. Lege, Redhibitoria actio. Hæc semestris est, quod mancipiorum uitia si quæ sint, tanto tempore cognosci possunt, & in curia emptorum augeri, ut postea nequeant sine magna uenditoris fraude redhiberi. Connanus lib. 3. cap. 11. numero 8.

ACTIONES rei persecutoriæ sunt, quibus id petimus, quod ex patrimonio nobis adest. Paul. l. in honorarijs. ff. de action. & obligation. §. sequens. Instit. de action. Prat.

ACTIO rei uxoriæ, erat olim actio in rem, per quam uxor dotem suam soluto matrimonio repetebat. Dos enim (ut scribit Boetius) licet matrimonio constante in bonis uiri sit, est tamen in uxoris iure & post diuortium uelut res uxoria peti potest. Et Imper. l. penultim. Cod. de iur. dot. Dos & ab initio uxoris fuit, & naturaliter in eius permanet dominio. non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti uideatur fieri, ideo rei ueritas deleta uel confusa est. hæc ille. Dabatur autem hæc rei uxorię actio, non solum uxori sed & marito ad exactionem dotis quam semel præstari placuit, qualiacunque uerba fuerint, siue scripta, siue non, etiamsi in pollicitatione rerum dotalium stipulatio minime fuerit subsecuta: Dotis enim promissio speciem eius contractus gerit, qui dicitur do ut facias, do dotem ut contrahas matrimonium, igitur subsecuto matrimonio potest ad dotem maritus agere, etiam nudo pacto promissam, quandoquidem ex parte sua causam impleuit pactionis. Et hæc actio dicebatur rei uxoriæ: Sed postea Iustinianus sanciuit, ut in huiusmodi dotis constitutione intelligeretur stipulatio adiecta, siue ea interuenisset, siue nulla, aut inutilis ut patet ex l. unica. Cod. de rei uxor. action. Credo, ut etiam ante matrimonium contractum non esset pœnitentiæ locus, neq; reuocari aut imminui posset semel dicta dos, ut si promisissem tibi decem pro dote Caię, non liceat mihi discedere à conuentis, si modo eam duxeris in uxorem. Connanus lib. 5. cap. 3. num. 1.

ACTIO rerũ amotarum propter honoré matrimonij introducta est, quum lex atrocem & turpem actionem furti concedi nollet. l. 1. & 2. ff. de acti. rer. amot. & l. ult. & §. ult. C. eo. Clariss. Equ. Germanus, Ioann. Zottus à Pernegle splendidi in aula regia Quæstorij ordinis columen, studiosorum Mecenas, quem commendat singularis prudentia, longo rerum usu comparata, qui cum mihi uetus inuiolatæ amicitiæ uinculum est. cuius ergo in prioribus editionibus in diction. Quæstores pecuniæ mentionem fecimus, quum me nuper in Nemetum, quæ hodie Spirensium est ciuitate, adhibuisset mensæ suæ cõuictore ornatissimo uiro Sebastiano Tunscelio à secretis regio, latinè græceque non mediocriter callente, rogaret, qui factũ esset ut in hac Rhapsodia

psodia nobilē alioquin actionem rer.amot.præterisſem,mox ingenuè, quod erat excepi non id nisi per incuriam factum, & fortè pleraq; similia oculatiorē lectorem desideraturum.Spieg.

ACTIO rescissoria,est in rem actio quam Prętor ei,cuius rem aduersarius dum ex iusta causa abesset usucepit,rescissa pro imperio,& pro nihilo habita usucapione,concedit: ut eam rem nihilominus quàm si usucapta non esset,uindicet. Vt docet Imp.§. 5. de action.unde intelligitur finem huic actioni non hûc esse propositum,ut usucapionem rescindat:ipsum enim Prætorem id pro imperio causa cognita facere: sed ut res à possessore uindicetur. Vt patet ex l. 21. & l.22.ff. ex quib.cau. maior. Hotom. Adde Taboetiū in topico suo militiæ for.& legal.discip.

ACTIO restitutoria dicitur, quæ in ueterem debitorem,pro quo mulier intercesserat, ea muliere liberata restituitur.l.quamuis,8.§.6.& 7.ff.ad Velleia. l.8.C.eod. Hotoman. Non enim creditorum odio sed mulierum gratia introductum est senatusconsultum Velleianum l.14.ff.ad S.C.Velleianum:Et cum mulieris persona subtrahatur creditori propter Senatusconsultum, integra causa pristina restituenda est. l. aliquando. l. quamuis. ff. hoc tit. de quo latius Connanus lib.6.cap.8.nu.10.Schard.

ACTIO reuocandæ donationis dicitur, qua utitur is qui rem quampiam donauit, aduersus eum cui donauit, si eum ingratum probauerit.Rem enim donatam per hanc actionem recuperat.l.ult.C.de re uoc.donat.& §.2.de donat.Hotoman. Fit autem ingrati actionis mentio l. penult. C. de libertis & eorum lib. Condictio autem tractatur in l.ult.C.de reuoc.donat.Schard.

ACTIO reuocatoria cōtra eos competit,in quos res & bona debitoris alienata sunt titulo oneroso, si isti possessores fraudem debitoris sciuerunt, id est, participes fraudis fuerunt, Zas.in §.item si quis.Inst. de act. Sunt autē tres actiones Reuocatoriæ, tribus authoribus introductæ.Pauliana, quam nonnulli rectius Paulinam dici putāt, Fauiana,quam malunt Fabianam appellari,& Caluisiana. Errant enim qui actionem in factum addunt pro quarta specie rerum incorporalium : quandoquidem istæ actiones tam corporales, quàm incorporales res complectuntur. Verum, quia proprie ex facto alienantis in fraudem dici non possunt,cum propter hoc factum etiam detur aduersus alios:iuxta l. actionum genera §. actionum autem.ff.de obligat.& act.igitur rectè generali ista appellatione actiones in factum uocantur sæpe à Iureconsultis.Oldendorp. Vt autem Reuocatoria competat tria concurrere necesse est,primo ut res alienata sit, Secundo ut in fraudem creditorum, III. ut bonis à creditoribus possessis res alienatæ sint l. Fulcinius.ff.ex quib.caus.in possess.Schard.

ACTIO sequestrāria à sequestro uocatur apud Pomponium,in l.si in Asia.§.cum in sequestro. ff. deposit.item Vlpian.in l.si quis adfirmauerit. §.Labeo. ff.de dolo malo.Spieg.

ACTIONEM Seruianā pleriq; à seruando dictā putāt, inter quos & Zasius est §.itē Seruiana.Inst. de act. Sed nō à seruādo alioq; seruatoria diceretur : sed à Seruio prętore,qui primū eā edicto suo proposuit, alij rectius appellatā existimarūt.Corras.d. §. itē Seruiana: & datur pro rebus coloni, uel inquilini tacitè obligatis,ei qui ædes,uel horreū,uel diuersoriū, uel areā,in ciuitate, aut prædiū rusticū extra ciuitatē locauerit l.2.& l.3. ff. in qb. caus.pign.uel hypot.tac. cō trah.d.§.itē Seruiana:porro inter Seruianā & Saluianū interdictū hoc interest, quia iudiciū Seruianæ actionis in rē est,& ita petitorū l.si cū uēditor. ff. de euict. utpote quod aduersus possessores rerū inuectarū cōpetat. l.1. C. de prec.& Sal.interd. Licet.n. creditor nudā possessionē auocet d.l.si cū uēditor:quęstio tñ proprietatis etiā uertitur. siquidē oporteat illū non modo rē sibi obligatā probare, sed præterea eā in bonis debitoris fuisse tempore obligationis cōtractæ.l.& quæ nondū §.1.ff.de pign.Interdictū uerò Saluianū possessoriū est adipiscēdæ §. sequēs. in fine de interd.uidelicet possessionis,rerū coloni, dñis rei locatę tacitè obligatarū.l.1.& 2.ff.de Sal.interd.Cum scilicet inter creditorē & debitorē de pignoris possessione certatur l.1.C.de precario,quum tamen Seruiana aduersus alios quoq; possessores detur. Quasi Seruiana: quæ datur creditoribus ad pignorū persecutionē d. §. item Seruiana. hæc eadem est cum hypothecaria & in nihilo differt ab illa ut declarat Bartol.in l.ti.ff.de Sal.interd. rectè dicens ibi glossam esse corruptā,in quantū dicit, quod aliud est in Hypothecaria & aliud in quasi Seruiana.nō enim debebat dicere in quasi Seruiana, sed in Seruiana. Quasi aūt Seruiana dicta est:primū ad differentiam Seruianæ. Deinde,quia hypothecaria actio,propter expressam conuentionē & cōsensum inter debitorē & creditorē,magis ex iure ciuili,cōstare uidetur,quā ex authoritate prętoris. Verūtamē,quia Seruius prętor ei formā dedit,& primus edicto suo in forū pduxit : ideo illi nuncupata fuit hoc tēperamēto Quasi Seruiana. Oldendorp.Nonnunquam tñ & Iuriscōsulti Seruianā appellant hypothecariā l.3.§.1. ff.ad exhib. l. si debitor.ff.de pig.act.l.1.§.cum prædium. l.si superatus. l.si ab eo.ff.de pign.

ACTIO serui corrupti, competit domino in duplum super damno illi facto, siue rerum ablatarum, siue contumaciæ in dominum, siue diminutione existimationis, qua minoris existimatur dominus propter seruum nequam. Idem in §.omnes. Institut. de action. Refertur autem hæc actio ad tempus serui corrupti, uel recepti non ad præsens: Venitque in hoc iudicium æstimatio rerum quas secum abstulit, quia omnino damnum multiplicatur l. in hoc iudicium.ff.de seru. corrupto. Differt autem ab actione legis Aquiliæ qui etiam hæc aduersus confitentem in duplo est, Aquilia autem inficiantem duntaxat coercet.

ACTIO seruitutis confessoria, & negatoria. Vide, Actio Confessoria.

ACTIONES stricti iuris sic appellatę sunt, quia in ijs nihil uenit, nec quicquam iudex potest, nisi quatenus nominatim à partibus conuentum est, tametsi id iudex fortè æquum statuit. Quodcunque enim palam uerbis expressum non est, omissum intelligi debet l. quicquid astringendæ l. si ita stipulatus §. Chrysogonus.ff.de uerbor.obligation. Hoc enim ius perquam durum, exactum, ac strictum est, ut uocibus tantum ac literis superstitiose spectatis maximè ab æquitate discedatur. Corras.lib.Miscell. 2.cap.8.num.13.

ACTIO subsidiaria dicitur ea quæ contra magistratus instituta est, qui aut omnino à tutoribus uel curatoribus satisdari non curauerunt, aut non idoneè passi sunt caueri, §. sciendum. de satisdatio.tut. l. 1. & 4. ff. de magistr. conuen. l. 1. §. 7. ff. de tut. & rat.dist. Continet itaque hæc actio ultimum præsidium, quia tunc demum exercetur, ubi non est indemnitati pupilli satisfactum excusis bonis tutoris, itemque fideiussoris eius, nec non collegarum, qui

qui etiam periculum propter consortium administrationis subeunt ut rescripsit Gordianus l. aduersus. Cod. de magistr. conuen. Nomen autem ex eo reperit. nam quemadmodum Subsidiarij propriè dicebantur Triarij, qui dum primus & secundus ordo pugnabant, ut ait Festus, subsidebant: eodem modo primo loco tutores, tum eorum fideiussores, postremò quasi res ad Triarios pupillo redierit, magistratus conueniuntur. Hotomannus. Adde quod subsidiaria non saltem dicitur ea, quæ contra magistratus datur, sed & his qui nulla actione ordinaria cum aduersario in iudicio experiri possunt. Ita ergo proprijssimè in factum actio subsidiaria dicitur, quæ alijs actionibus deficientibus, tanquam postremus comes alijs succedēs per leges surrogatur. Peckius l.3.§.ex hoc edicto. nu. 5.naut. caup.stab. Actio enim subsidiaria à subsidio nomen habet, quod scilicet his qui nulla actione ordinaria experiri cum aduersario in iudicio possunt subueniat: Sicq; etiam actio de dolo subsidiaria dicitur, quia tum demum cōpetit ubi nullum aliud auxilium superest.

ACTIO tributoria, est actio in personam, quæ in dominum datur, quo sciente una cum seruo in merce peculiari contractum est, nisi res æquabiliter inter creditores partitus sit: nimirum ut alia tributio fiat. l.1.& pass. ff. de tribut.act. Hotoman. Cæterum duo necessaria esse uidentur ad actionem tributoriam. primum mercem esse, ut sit negociatio: nam non nisi eius peculij fit cōtributio in quo seruus est negociatus. Et oportet quidem mercem esse peculiarem, nam si propriè domini esset, magis competeret institoria. l.1.ff.de tribut.act.

ACTIO uectigalis, est actio in rem, qua utitur is qui uectigalem fundum conduxit, aduersus possessorem & eos à quibus eum fundum conduxit. l. 1. ff. si ager uectigal. Vlpianus l.15. §.13. ff. de damno infect. Si de uectigalibus ædibus non caueatur, decernendum est, ut eodem iure esset, quo foret is qui nō cauerat. post quod decretum uectigali actione uti poterit. Hotoman.

ACTIO uenditi, siue ex uendito, est actio in personam, per quam qui rem uendidit, precium, eiusque post rei traditionem, quamuis precariam, usuras, itemque sumptus in rem factos, & quod inter contrahendum pactum sit, postulat. uti docet Vlpian. l.13. §.17. ff. de actio. empt. Hotoman. Veniunt ergo in hoc iudicium cum primis quatuor: precium nimirum quanti res Vænit, usuræ quoque tardius illati pretij l. Iulianus. §. ex uendito. ff. de act. empti pœna conuenta si ad diem pecunia soluta non esset d.l. Iulianus. §. idem Papinianus. uel non sit factū, quod ab emptore uenditori fieri conuenit. l. prædia. ff. eod. tit. Ac denique sumptus qui à uenditore in re distracta facti sunt d.l. Iulianus. §. præterea. ff. eod.

ACTIO Tutelæ directa est quæ competit adulto, qui sub administratione tutoris impuberem ætatem transegit, aduersus quondam tutorem cuiuslibet generis l.3. §. 1. ff. de administr. & peric. tutor: ut administrationis suæ, omniumque rerum gestarum rationem reddat ex eo die, quo per denunciationem, uel quomodocunque cognouerit se tutorem esse l. quidam decedens. §. ult. & l. seq. ff. de administr. tut. Schard.

ACTIO tutelæ contraria est quæ non solum tutori, uerum etiam ei qui pro tutore negotia gessit, cōpetit, aduersus quondam pupillum, nunc adultum, uel adolescentem legitimæ ætatis factum, cuius tutelam uel curā administrauit, etiamsi ipsi, quorū tutela est administrata, noluerint tutores uel curatores conuenire, puta cum nihil eis absit. l.1. §. ult. l. 1. ff. de cōtrar. & util. tutel. act. Hæc uero actio contra pupillos ideo introducta est. Nam si nullam haberent tutores de administratione actionem cōtra pupillum, essent ad tutelam cogendi homines pignoribus aut uinculis: & ideo ut facilius ad administrationem eorum accedant, & promptius aliquid de suo pro pupillis impendant: dum sciunt se id omne suis actionibus recepturos, datur illis iudicium tutelæ contrarium, de quo tractatus extat, de contraria tutelæ & utili actione, Vtilis aūt hæc appellatur, qua ut Imperator inquit, utilitatis causa huiusmodi actiones inuētæ sunt. De his Cicero lib.3. offic. ubi de bonę fidei conuentionibus agit. In his, inquit, magni iudicis esse statuere, præsertim cum in plerisque essent iudicia contraria quid quenque cuique præstare oporteret: Fenelus ad tit. de obl. quæ ex quas. del. nasc.

ACTIO uię reiectę dicitur cū uicinus sub prętextu refectionis uel sine ædificatione, temere ac citra ullam necessitatē efficit, ut per agrū uicini eundū & iumentis agendum sit publice contra morē & usum ueterem tantum fundi sui dilatandi gratia: Reijcere enim hic est, *vmbvuerffen*, ut cum dirigitur uia in alterius agrum. Oldendorp.

ACTIO ui bonorum raptorum est, per quam ab eo qui rem eripuit, quadruplum intra annum exigitur, in quo simplum inest: post annum, simplum duntaxat. ait Imperator, sub titulo, Vi bon. rap. in principio. Hotoman.

ACTIO utilis dicitur, quæ nō incipit currere creditoribus, nisi quando eis est experiundi potestas: hoc est, nisi postquam bona debitoris non alienata, uendita sunt, & debitores needum soluti. Vide Ferr. in §. item quis. eod. tit.

ACTIO utilis ex contractu, datur iuranti: in qua mediū concludendi est contractus. Zas. in §. item si quis post. eod. tit. Sciendum item, quòd Actio utilis, quæ opponitur directæ actioni, dicitur ea, quæ nec ex uerbis legis, nec ex mente legis competit, imò legislator non cogitauit de eis, sed posteriores Iurecō sulti moti æquitate, & rationis pietate, extendunt etiam ad causas non nominatas in lege. Idem in §. Prę iudiciales. eo. Est tamē ubi utilis tollit directā actionem. ut in l. in causæ. in fin. ff. de procur. Spieg.

ACTA assertoria dicuntur, quæ allegant, sed non probant. Zas. in §. curare. Instit. de act.

ACTA, à Commentarijs, ex Ciceronis uerbis distare, ostendit Bud. in Annotat. ad l. abesse. de minor. nempe Commētarios esse priuatam memoriam: Acta autem debere esse memoria publica testata, quæ in ærario esse solebat. Spieg.

ACTA, & Actitata. Vide, Positio.

ACTA coram iudicib. de priuatis causis cōfecta, ea iure nostro, ut attestatur Alc. priuatorum acta. l. in fraudē. §. ex his. de iur. fisci. aut priuati actus. l. actus. §. de Ferijs. uel acta forensia. l. comparationes. C. de fid. instr. non autem publica appellantur. l. bona. de uerb. sig. iure tamen Pontificio, uel potius recentiorum consuetudine, Acta publica latius accipiuntur, nempe pro omnib. iudiciarijs instrumētis à notario tanquam publica persona confectis. arg. c. quoniam contra. de prob. Spieg.

ACTA diurna, quæ per singulos dies fiunt & scribūtur. Hinc Actuarij scribæ apud Sueton. in Cæs. cuiusmodi esse apparet, quos hodie Ecclesiasticum tribunal alumnos habet notarios contractuum. Spieg.

ACTA circumducere, id est, antiquare, & delere. Paulus

Paulus de re iudic. Acta apud se habita, si partes consentiant, iudex potest ea die iubere circumduci: nisi uel negocium, uel lis terminata sit. Spieg.

ACTA à Gestis ut distent, Iason differit in l. 2. C. de eden. Quanquam gesta elegantius dicuntur res gestæ. Interdum tamen, Roterod. teste, Actus pro gestis legimus. Spieg.

ACTA honestè superior ætas, id est, in rebus honestis transacta.

ACTA præsidum notis scribere. l. inter eos. ff. ex quibus cauſ. maior. Spieg.

ACTA publica, quæ ad fiscum, uel ad commentaria Principis, uel ad grammatophylacium pertinét. Sed & Acta publica, pro libris etiam & tabulis continentibus publica ciuitatis acta, id est, negocia, quę & pro legibus. (Statuta uulgus appellat) plerunq; intelliguntur. Id quod apud Plinium iuniorem, eruditiss. uir Cataneus adnotauit. Spieg.

ACTOREM frustrando efficere, hoc est, litem calumniosè deferre. Africanus in l. ff. de procurat. Spiegel.

ACTOREM ad pristinum actum redire. Vide Iureconſ. in l. quæsitum. §. Papinianus. ff. de Fund. instr. Spieg.

ACTOR in causis forensibus, generali uocabulo is est, qui agit, & uocat alium in ius (*der kleger*) quippiam ab ipso petens in iudicio. ff. de iudi. l. in tribus. & ff. fin. regun. l. iudicium. Hinc Actio, officiú ipsum ius persequendi. Dicitur & fabularum actor: ut & Actio fabulæ, hoc est, ipsa per gestus repræsentatio. Actor item pro eo, quem uulgus uocat Directorem, siue superintendentem apud Paul. in l. ult. de offi. pręsid. Vlp. ad fin. l. 1. ff. de ser. corr. & pro seruo ab Vlpiano ponitur. l. denunciasse. de adul. Actorem quoque appellát Iurisc. petitorem: Reum uero possessorem. ut in l. Carbonianum. §. ibidem Iulianus. ff. de Carbon. edict. Obseruauit & Dn. Oldendorp. ciuitatis Procuratorem apud Vlpianum pro Actore poni, in l. nec ciuitatis. ff. de procurat. Item Actorem & Syndicum promiscuè accipi. l. 1. ff. Quod cuiusque uniuerſ. nom. l. cum aliquãdo. ff. negoc. gest. Quęre Syndicum. Spiegel.

ACTOR est, qui ius suum persequitur in iudicio, & prouocat aduersarium, actionem enim exercet aduersus reum conuentum. l. in tribus. ff. de iudicijs. l. iudicium. ff. finium regundo. Hinc actio officium ipsum ius persequendi. Dicitur & fabularum actor: ut & Actio fabulæ, hoc est, ipsa per gestus repræsentatio. Actor item pro eo, quem uulgus uocat Directorem, siue superintendentem, apud Paul. in l. ult. de offic. præsid. Vlpian. ad fin. l. 1. ff. de Ser. cor. & pro seruo ab Vlpiano ponitur l. denunciasse. de adulter. Actorem quoque appellant Iurisconſ. petitorem: Reum uerò possessorem. ut in l. Carbonian. §. ibidem Iulianus. ff. de Carbon edict. Obseruauit & Dn. Oldendorp. ciuitatis Procuratorem apud Vlpianum pro actore poni. in l. nec ciuitatis. ff. de procur. Item actorem & syndicum promiscuè accipi. l. 1. ff. quod cuiusq; uniuerſ. nom. l. cũ aliquando. ff neg. gest. Olden.

ACTOR, in iudicijs dicitur quicunque caussam agit: quemadmodum actores in theatris, qui fabulas agunt. Cicero in Bruto, Eodem anno etiam Moloni Rhodio dedimus operam, & actori summo causſarum & magistro. Horatius in Arte, Consultus iuris, & actor causarum mediocris. Terentius in Prol. Heautont. Oratorem uoluit esse me, non prologum: uestrum iudicium fecit: me actorem dedit. Sed hic actor tantum poterit à facundia, quantũ ille potuit cogitare commodè, qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum. Sic libro tertio de leg. Actor enim (inquit) & moderator non modo mentem ac uoluntates effingit, sed pene uultus eorum, apud quos agit. Hæc propriè. Factum est autem loquendi consuetudine, ut actores dicantur nunc ij tantum, qui ad iudicium prouocauerunt. Cicero in Partit. Cùm est in inficiando reus, accusatori hæc duo prima sunt: sed Accusatorem pro omni actore & petitore appello. Idem etiam in uocabulo Reus usuuenit. Hotoman.

ACTOR seruus dicitur idem qui dispensator, nimirum qui pecuniæ domini tum exigendæ, tum dispensandæ præest. l. 5. §. 3. ff. de doli except. l. Sticho. 40. §. 3. ff. de statulib. Hinc apud Vlpianum, Actor, ꝑ seruo pręstãtissimo & optimo, in l. legato. 37. ff. de leg. & fid. lib. 30. Legato generaliter relicto, ueluti hominis, nec optimus, nec pessimus accipitur. Itaque homine legato, actorem non posse eligi. Vide Dispensator. Plautus Atrienses appellat. Hotom. Hi actores nunc à faciendo factores nuncupantur Paulus l. ult. ff. de offic. præſ. utitur & Iustinianus in §. pœna Instit. de iniurijs, ibi aliud in seruo actore. & Columella cap. 7. lib. 1. ita fit ut & actor, & familia peccent, & ager sæpius infametur, & cap. 8. Idemque actori præcipiendum est, ne conuictum cum domestico, & multominus cum extraneo habeat: Aldobrãdinus Inst. de curat. §. interdum.

ACTOR dicitur qui & syndicus: id est, qui aliorum caussam agit, ut Cicero, cùm Siculorum causſam aduersus Verrem agitet: Me, inquit, actorem delegerunt. Hinc, qui à municipijs, collegijs, alijsque corporibus actionum instituendarum caussa cõstituebantur, Actores à nostris appellantur. Caius l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque uniuersit. Quibus autem permissum est corpus habere collegij, societatis, siue cuiusque alterius eorum nomine proprium est, ad exemplum reipublicæ habere res communes, arcam communem, & actorem, siue syndicum: per quem tanquam in republica quod communiter agi fieriq; oporteat, agatur fiat. Hot.

ACTOR publicus seruum publicum significat. C. Tacito. Mancipari singulos actori publico iubet.

ACTOR in tribus mixtis iudicijs dicitur, qui ad iudicium prouocauit. l. 13. ff. de iudic. Hot.

ACTOR dicitur is, quem tutor uel curator ad agendum quasi procuratorem auctore Prætore constituit. l. 1, C. de act. à tut. uel cur. l. tutor. 6. ff. quand. ex fact. l. si actor. 10. C. de appellat. Ergo Curator ad patrimonij totius: Actor ad litium tantum administrationem instituitur. ille à magistratu deligitur: hic à tutore uel curatore proditur, à magistratu confirmatur. Tutor curatoris adiuncti sibi periculum non præstat, actoris uerò præstat. §. ult. de curat. ubi copiosius hæc exposui. Hotom. Actorem autem Theophilus. §. interdum. Instit. de curatorib. dictum putat quod per acta constituatur. Alij uerò ab agendo dictum putant, quod quasi tutoris personam agat sicuti actores comœdiarum dicimus & Atellanarum actores dixit Liuius lib. 7. Valla lib. 4. Aldobrandinus d. §. interdum: Sunt qui dicant actorem ad litium pupillarium administrationem tantùm institui: cùm tamen ubi diffusa sunt negotia, aut ubi tutoris ætas, dignitas postulat, actor constitui possit, atque ideo ad extraiudicialia, quod Paulus docet. d. l. decreto. & Impp. d. l. unic. Est & & Actor qui à procuratore siue in rem suam siue non, constitutus est, l. si actor. & l.

& l. sequent. ff. de procuratorib. Prateius.

ACTVARIOLVM erat quod decem remis agebatur Ciceroni lib. 16. ad Atticum. Prat.

ACTVS dicitur id quod agitur. l. 21. in fi. ff. de testam. l. duos. ff. de duob. reis. quo sensu etiam accipitur in l. actus. 77. ff. de diuers. regul. quo loco Pomponius & P. Decius explicãt qui sint act⁹ legitimi. Prat.

ACTVS etiam est ius agendi uel iumentum, uel uehiculum Instit. de seruit. præd. Vide Varronem. 4. de ling. Lati. Actus, generale uerbum esse Vlpianus scribit l. Labeo. 19. ff. de uerb. sign. Actus etiam administrationem sonat Scæuolæ l. 40. §. 3. ff. de stat. lib. Stichus seruus meus actor, si rationẽ omnem actus sui hæredi meo reddiderit, liber esto. Prat. Hot.

ACTVS omnes in genera duo distribuêre Impp. l. actus. C. de ferijs: in publicos, & priuatos. Prat.

ACTVS in geometria, minor pars iugeri Fest. libr. 1.

ACTVM administrare dixit Vlpianus l. 1. §. si seruus. ff. si is qui test. lib. & Scæuola l. uxorem. §. codicillis. ff. de leg. 3. & in Alexandri ad Vrbicum constitutione. l. 1. C. ne quis lib. inuitus lib. 11. Prat.

ACTVM est, Donatus in Andr. In summa rerum desperatione ponitur Actum est, Ilicet. Hæc res secundum ius ciuile dicitur: in quo cauetur ne quis rem actã apud Iudices repetat. Sic ipse in Phormione: Actum, aiũt, ne agas. Idem in Adelph. Actum est, dicitur in ea re, de qua iam lata sit sententia. Hot.

ACTVS generale uerbum est, ait Vlpianus, siue uerbis, siue re quid agatur: ut in stipulatione, uel numeratione. Contractus autem ultrò citroq; obligatio, quod Græci συνάλλαγμα uocant, ueluti emptio, uenditio, locatio, conductio, societas. Gestus rem significat sine uerbis factam. l. 19. ff. de uerb. sign. Hot. Actum inquit text. in l. Labeo. 19. de uerb. signif. generale esse Verbum: quo loco Verbum non ut grammatici usurpare solent sumitur: sed pro nomine. Siue enim sit nomen siue pronomen siue altera pars orationis, Iureconsulti Verbum solent dicere, atque ita Verbum pro quacunque uoce quæ aliquid significat, intelligũt: ut in tit. de uerb. signif. est uidere. Et actus generaliter intelligitur pro omni eo quod agitur: siue uerbis agatur, ut stipulatio. §. 1. Inst. de uerb. oblig. l. 1. ff. eod. Vnde in stipulationibus, cum quęritur quid actum sit, uerba stipulationis spectãda sunt, quæ si obscura uel ambigua sint cõtra stipulatorem sunt interpretãda. l. stipulatio ista. §. in stipulationib. iuncta l. eum qui calendis. & l. sequitur. in fin. ff. de uerb. oblig. Siue secũdo re agatur, ut in numeratione. §. 1. Instit. quib. modis re contrah. oblig. Et generaliter etiam accipimus actũ, cum dicitur, quòd Actus agentium non operẽtur ultra illorum intentionem. l. non omnis. ff. de reb. cred. & ita accipitur in l. eum actũ. & l. 2. ibi, Et sanè sicut ęquũ est actus sui rationẽ reddere. ff. de neg. gest. licet ibi glo. strictè accipiatur pro redditione rationis: quã gl. sequitur Bald. in sua margarita. in uerbo actus. potest tamẽ eo loco etiam generaliter sumi, ut seruus non teneatur reddere rationem cuiuscunq; actus siue re siue uerbis quem in seruitute gessit. facit l. quæ utiliter. §. 1. ibid. & l. obseruarè. uers. rectè. ff. de off. proconsulis. ubi ingressus Proconsulis incerti & inopinati turbant prouinciales & actus eorum: quod intelligendum de quocunque actu: quamuis glo. ibi interpretetur actu, pro actionibus, & negotiationibus, quæ expositio legi illi non conuenit. Itidem accipitur in l. Thais. §. Stichus. de fideicom. lib. l. fin. ff. com. pręd. ibi, neq; enim sicut uiuentium ita defunctorum actus suspendi debent. Similiter sumitur in l. 1. in fin. ff. de off. præf. urb. l. aduersus. ff. de except. Rebuffus.

ACTVS interdum pro facto accipitur. ut l. Paulus. ff. rem ratam haberi. l. Paulus respondit non tantum uerbis ratum haberi posse, sed etiam actu. l. more. ff. de ferijs facit l. fugitiuus. & l. cum quærebatur. ff. de uerb. signif. Ex qua interpretatione multa inferuntur, de quibus uidendus Petrus Rebuffus in Cõmentario suo super tit. de uerb. sign. ad l. Labeo. 19.

ACTVS ab agendo dictus est: estq; seruitus prædialis, quæ ius armentum gregemue per prędium alienum agendi complectitur. A uia autem & itinere hoc differt, quòd iter est proprium hominum, actus pecudum, uia uehiculorum. unde sequitur, ut itinere actus, actu uia latior atq; amplior sit: homo enim transire per angustiorem aditum, quàm grex aut armẽtum potest. & rursus grex per spacium angustius quàm uehiculum. Quare qui actum habet, habet & iter: qui uiam, actum & iter. at hoc non reciprocatur: tametsi quoniam is qui uehem ducit, iumentum agit. Frequenter agendi uerbo uia quoq; continetur, ueluti si quis eundi agendi seruitutem promittat. hæc enim formula & pecoris coniuncti uehicularis actum complectitur. Itaque illud Seruij in quartum Æneidos, intelligendum est: Via, inquit, est actus dimidius, quã potest ire uehiculum. nã Actus duo carpenta capit propter euntium & redeuntium occursum. Atqui Varro in libris de ling. Lat. Viam octo pedes latam esse dicit, Actum uero quatuor duntaxat. quod Caius confirmat in l. 8. de seruit. rust. Præterea Iustinian. sub tit. de seruit. præd. Et iter, inquit, & actum in se uia continet. Vsum ergo & loquendi consuetudinem Seruius respexit: sed in definitionib. ac differentijs proprietas uerborum explicãda est. Hotom. & Iacobus Ræuardus ad leges 12. tabularũ cap. 14. Duarenus lib. 1. anniuers. disp. cap. 31.

ACTVM agere, id est, rem administrare. l. Thais. 41. §. ab hæredibus. ff. de fideicom. lib. quod & actum gerere dixit Vlpianus l. notionẽ. 99. in fi. ff. de uerb. signif. l. ult. in prin. ff. de publica. & uectig. Prat.

ACTVS, in agris spatium est Senecæ lib. 5. Epist. 38. Horum quidã sunt minimi, alij duplicati, alij quadrati, auctore Boetio lib. 2. Geomet. Actus minimus quatuor pedibus latitudine, & 120. longitudine protenditur Boet. Epist. 38. Varroni lib. 4. ling. Lat. Sic accipiẽdus est Festus lib. 1. Duplicatus ducẽtos quadraginta pedes explicat Boetio. Quadratus ex omni latere 120. pedibus concluditur eodẽ auctore & Antonio Augu. lib. 2. Emendat. cap. ultimo. Ab eo actu ducuntur. Prat.

ACTVS masculino genere reperitur quidẽ, sed in carmine. ut apud Lucanum, Licet ingentes abruperit actus. Cęterum, Actus, qui à præsenti executione nomen habent, & legis fictione, uel interpretatione inducti sunt, ueluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, seruioptio, datio tutoris, neq; diem, neque conditionem accipiunt, quoniam dies, uel cõditio nomini ipsius actus executioniq; repugnat. Vide l. actus. de reg. iuris. Spieg.

ACTVS conditionalis, ad effectum illum necessarius esse definitur, qui aliter quàm conditionaliter geri nequit: id est, nisi sub tali conditione geratur, ad præstitutum effectum perueniri non potest. Ex Salomonio. Sp.

ACTVS extranei qui sint notat. in Inst. tit. de testam. l. hæredes palàm. §. fin. de duob. reis. l. duos. in fin. de uerb. oblig. l. continuus. pri. resp. de adult. l. quod ait. §. quod ait lex. ff. eo. l. cum antiquitas. C. de testam.

testam. & ideo dicitur fieri in continéti, quod fit uno cõtextu, nec diuertitur ad actus extraneos, ita quod nullus actus cõtrarius, interponatur. c. quia propter. extr. de elect. c. indẽnitatibus. de elect. lib. 6. & ibi Archid. & gl. super uerbo extraneos. Et plenè de hoc uide Alb. in l. sententijs, C. de error. aduoc. & l. interrogatio, §. quinimo. uers. his expeditis. ff. de pactis.

ACTVS forẽsis, qui in iudicio uersari consueuit.

ACTVS legitimi explicantur in l. actus. de regul. iuris.

ACTVS legitimi dicuntur omnes quacunq; Iuris scripti parte inuẽti. & de hac materia uidete Dyn. in l. actus. de reg. iur. in 6. Nebriss.

ACTVS plures respicientes unum finem, dicuntur unum negocium, ut arare, serere, & si quę similia. l. si pupilli. §. fin. ff. de neg. gest. Spieg.

ACTVS priuatus quis sit, uide. ff. de itin. actuq; priuat. in prin.

ACTVS publici, & priuati, uide l. actus. C. de ferijs. ubi dicitur, quod actus publici contentiosæ iurisdictionis quindecim diebus Paschalibus quiescere debent, poterunt tamen capi latrones illis etiã diebus. l. prouinciarum. C. eod. Reb.

ACTVS rerum est, quem uulgo rerum & negociorum expeditionem uocant.

ACTVM, ista clausula in instrumẽto denotat perfectionem. Paris. cons. 27. nu. 15. uol. 2. Sed postea. nu. 16. contrarium concludit. Io. Fr. Dec.

ACTVS uoluntarius dicitur, qui diuersimodè geri potest: & ex contrario, qui non nisi uno modo geri potest, dicitur necessarius. Ex Bartoli doctrina. Spiegel.

ACTVS in dubio an præsumatur perpetuus an temporalis, uide notata in solenni tractatu d. Lauri de san. quod extantibus masculis, &c. in secunda colum. Alber.

ACTVARIVS. Actuarius dicitur, qui acta, actionesq; calamo præpropero describit, & descripta recitat. Seneca, Multum uiua uox facit, non quidem hæc, quæ alienis uerbis commodatur, & actuarij uice fungitur. Itaque actuarius tanquam notarius est. Quinimo Oldendorpius (ut refert Spiegelius) actuarios scribas esse ait, quos notarios cõtractuum dicimus: Hi uerò erant serui publici quibus ea de causa, scribarum & notariorum munus mandabatur, non quod existimarent illud libero homine indignum esse, sed quod Romanorum iure non licuit per liberas personas acquirere, sed per eos tantum qui sunt in nostra potestate, sic tamen ut nec filijfamilias alijs quã patribus, nec serui nisi dominis suis possent acquirere. Schard. ex Connani comment. libr. 2. cap. 2. Dicuntur autem actuarij ut & actores ab actis, quibus scribendis dabant operam. Serui autem publici dicuntur l. 2. ff. rem pupilli sal. fore. & l. 18. ff. de adopt. Cæterùm hoc munere seruis interdixit Arcadius l. generali. C. de tab. lib. 10.

ACTVARII limites, de quibus Hygin. lib. 1. de limit. constit. Actuarius (inquit) limes, qui primus actus est ab eo quintus quisque, quem si numeres, à primo erit sextus: quoniam quinq; centurias sex limites cludũt. & pauló pòst, Actuarij extra maximos latitudinem habent pedum 12. Prat.

ACTVARIAE naues, id est, quæ remis aguntur non modò uelis. Marcell. l. secum. de capt. Vlp. item: Quædam, inquit, naues onerariæ: quædam, ut ipsi dicunt, emphractæ sunt, id est undiq; clausæ: insulso reiecto scholio. Bayfius tamen in de re nauali, hunc locum aliter legi posse indicat. Spieg.

ACVI, præteritum ab acesco. Vlpianus. Si uinum uenditum acuerit, uel quid aliud uitij sustinuerit, id est factum fuerit acidum, acorem contraxerit. Spiegel.

ACVLEOS translatè, pro seueritate pœnæ sumi, in Constitutionib. ab Alberico indicatur: & habetur. l. 1. §. potestas. C. ut int. cert. temp. quæst. term. l. 1. Cod. de summ. trin. ibi, aculeos nostræ indignationis. l. manichæos. Cod. de hæreticis. Aliquando Aculeos, id est motus primos. c. si Paulus. 35. q. in princ. Spiegel. Alber.

ACVISSE uinũ dicitur & coacuisse, quod in acetum uersum est Vlpiano l. in uenditionibus 9. ff. de cõtrah. empt. l. 1. ff. de peric. & com. rei uend. & Pomponio l. nuper. 85. ff. de l. 1. Hinc ducitur

ACOR, uitium illud Vlpiano l. si quis 4. §. pen. ff. de periculis & commodis rei uendi. & sępe apud Columellam. Prat.

ACVISSE uinum dicitur ab Vlpiano in l. 1. ff. de peric. & comm. rei uend. quod in acetum degenerauit. Si uinum uẽditum acuerit, inquit, uel quid aliud uitij sustinuerit, emptoris erit damnum. Hot.

ΑΚΡΟΔΡΥΑ omnes arborum species l. 236. ff. de uerb. signif. Sudæ omnes arborum fructus. Prat.

ACVS uaria Festo lib. 1. significat. apud Vlpianũ est instrumentum quo crines distinguũtur ornatus gratia, atq; ideo inter ornamenta recenset.

ACVS cum margarita quam mulieres habere solent, enumerantur ab Vlpiano in l. argumento, 25. §. ornamentorum ff. de aur. & arg. Itaque Festus: Acus dicitur, inquit, qua ornatrix utitur. 1. Pertinebat autem ad comam exornandam. Hinc illud Martial.

Figat [illegible] in tortas fulta nearij comas.

Et Tertullianus de pœnit. Cedo acum crinibus distinguendis, & puluerem dentibus elimandis. Hotoman. De hac dictione uide latius Tiraquellum in l. connub. 1. gl. 1. parte 3. nu. 27.

ACICVLA capitis leg. 1. C. Th. de repud. eodem sensu accipitur. Prat.

A D

A. D. apud priscos notæ erant, ante diem significantes. Quod imperiti scriptores cum ignorarent, pro a. d. scripserunt ad. Rectè igitur illud esse animaduertendum, monuit Paul. Manut. quod ubi apud Cicer. in impressis libris legitur, Ad 4. Kalend. Ad 6. Id. Ad 3. Non. & similia, in uetustioribus libris legi A. D. Prateius.

AD præpositio composita cum dictionibus à cõsonante incipientibus, mutat d. in consonantem quę sequitur, id quod omnes, qui de orthographia scribunt, annotauere: ut accurro, quod ex ad, & curro componitur: affligo, ex ad & fligo. In Pandectis tamen, quas Florentini ex præda pisana in archiuo adseruant, semper reperiuntur præpositiones integræ, quod & antiquos obseruasse, ex numismatis, & monumentis literarum marmoribus incusis, etiam hodie uidemus. Itaque in codicibus illis archetypis non legitur ex orthographorum ratione, accresco, affero, affinis, agnatus, appono, arrogo, asscribo, assentio, assiduus, astringo, & huiusmodi, sed adcresco, adfero, adfinis, adnatus, adpono, adrogo, adscribo, adsideo, adsiduus, adstringo, hoc est, ad, præpositione integra. Hæc namque omnia & similia (tametsi non mutant sensum) retinenda est tamen antiquorum librorum Maiestas, in libris maximè legum: qui quo sunt uetustiores, eo habentur maioris autoritatis. Nam si quis per regulas artis Grammaticæ conaretur talia castigare, non mi-

nus peccaret, quam si pro repetundarum, & finium regundorum, & de familia herciscunda, & de communi diuidundo contenderet, scribendum esse repetendarum, & finium regendorum, & familia herciscenda, & commune diuidendum, quod regulæ, quæ traduntur à Grammaticis de formatione uerborum id fieri debere præcipiant. Apud antiquos nanque gerundia & participia futuri in dus, à uerbis tertiæ & quartæ coniugationis inclinata, in undus, non in endus desinebant. Plautus in ipso statim initio Amphitrionis: Vt uos in uostris uoltis mercimonijs emundis uendundisque, pro emendis & uendendis. Permansit tamen hæc declinandi forma in hoc uerbo, Eo, is, & ab eo compositis, ut eundi, eundo, eundum, adeundus, a, um, prætereundus a, um, Dicimus quoque hodie præesse quempiam iuridicundo potius, quam præesse iuridicendo. Nebrisson.

De dictione AD, Vide text. in l. non putabam, & ibi Alberic. ff. de condict. & demonstr. & in l. qui filium, §. ultim. uersicul. ad annum. ff. ad S. C. Trebellian. & in l. qui duos. §. 1. ff. de manu. test. & in l. quidam Hyberus, cum gloss. in uerbo, ad parietem. & ibi Bartol. ff. de seruit. urban. prædior. & gloss. in l. militis codicillis, in princip. & ibi Bartol. & Bald. ff. de testamen. milit. Archid. in cap. presbyt. in princip. 78. distinct. & in cap. ecclesias. 3. quæst. 1. Oldendorp. consil. 49. colum. 2. uersicul. de ad, quod includat, Ioann. Andr. in cap. si gratiosè de rescript. lib. 6. Alberic. in Authentic. hoc ius, colum. 2. Cod. de procurat. & in l. ordinata, paulò ante fin. ff. de liber. cau. & in dictionario in uerbo, AD, Bart. & Bald. in l. si cui legetur, in princip. & ibi quoque Alexand. & Francisc. Aretin. column. 2. ff. de legat. 1. Bald. in rubr. ff. solut. matrim. circa medium, & in cap. si quis de manso. colum. 4. tit. de controuer. inuest. & consil. 31. præsuppositis uerbis lib. 4. quod repetitur consil. 356. eod. lib. 4. Imol. consil. 10. Floria. in l. item sic, §. qui habet. ff. de seruit. rustic. prædio. Alexand. consil. 54. uiso processu, colum. 3. uersicul. itaque pro dimidia, lib. 5. & Cæpol. consil. 2. super casu, colum. 3. uersicul. 5. hoc probat. Petr. Ferrar. loco alleg. in præce. uersicul. illudque Horatij. lib. Epist. 2. epistola quoq; secunda

—Lassus, dum noctu stertit, ad assem
Perdiderat.—

Id est, integrum assem, omnes facultates. Vt tamen interim non omittas multis Grammaticis hoc interesse inter AD, & IN, Vt in theatrum ire sit theatrum intrare: ad theatrum uerò ire, in locum theatro proximum ire. Nec illud quoque, hanc dictionem, ad: interdum idem significare, quod post. Tullius ad Atticum lib. 12. Aut nescio quid intersit, Vtrum illuc nunc Veniam, an ad decem annos. Rursumque: Solebat me pungere, ne Sampsicetani merita in patriam, ad annos sexcentos maiora uiderentur, quàm nostra. Super quo & tu uideas è nostratibus Alex. cons. 137. in causa & lite uertête inter Lancelotum, colum. 3. uersic. peccat & in alio lib. 2. Tiraquellus in tractatu *de retraict lignagier*, §. primo, *&* *glossa* 11.

AD præpositio locum & personam sonat Festo lib. 1. Eandem intentionis notam esse ex Cæcilio docet Gellius noct. Attic. lib. 7. cap. 7. Proximitatem quandoq; sonat Proculo l. quidam Hyberus. 13. ff. de seruit. Ad parietem, id est, iuxta parietem. Interdum pro Aduersus uel Contra accipitur. l. commissa. ff. de publ. & uectig. ibi, ad hæredem. authent. de non alienand. §. ut autem. Interdum significat Post. apud Iulianum in l. qui duos. §. 1. ff. de manumiss. testament. Sic apud Paulum in l. militis. ff. de testament. militari. ubi Accursius id annotat, licet Bartolus ibidem sumi pro iuxta, censuerit, nisi dicat ibi fortè, pro Ante sumi, ut sæpè apud M. Ciceronem. Briss. Conditionis quoque nota est, l. quibus diebus. §. fin. ff. de conditionibus & demonstr. Bartolus tamen & Bald. ibidem modum significare aiunt, & ex recentioribus quidam. Vide Alberic. ibid. facit ad hæc. l. si uir. ff. locati. l. insulam. §. fin. ff. de iur. & fact. ignor. l. diuus. si cui plus quam per l. Falcid. Nonnunquam includit, l. final. ff. de Senat. l. final. ff. de aduoc. diuers. iudic. l. post duos. ff. de condit. & demonstrat. & l. non putabam. & ibi Alberic. eod. tit. l. ad ueterani. ff. ad l. Falcid. Nonnunquam Ad excludit. l. rem. ff. de action. empt. §. per uenditionem. Authen. quamuis. Cod. de procurat. & ibi Alberic. & Cyn. in l. à caligato. ff. de nupt. Interdum ponitur pro Propter. l. quam utiliter. & ibi gloss. in uerb. ad honores, ff. de neg. gest. l. 1. Cod. de superind. lib. 10. ibi, ad solas literas id est, propter solas literas. Aliquando pro Ab, ut, ad hæredes. pro, ab hæredibus. secũdum unam lecturam. in authentic. de defens. ciuit. §. 1. Ponitur etiã pro Præter, cap. cupiẽtes. §. ad hęc. de elec. lib. 6. & ibid. Archid. Aliquando pro super ponitur. cap. habet. 2. quæst. 5. Interdum etiam sonat Pro, ut Iauoleno in l. cum hi. 12. ff. de muneribus & honoribus & Scæuolæ l. 3. ff. de uacat. & excus. mun. & Ciceroni Verrin. 5. Qui inquit, ad statuam pecuniam contulerunt. Et in procemio decretalium, §. sanè. ibi, ad communem utilitatem, id est, pro com muni utilitate. Interdum pro apud sumi liquet in lib. Digestorum in l. sed si hoc. §. 1. ibi, ad eum subsideret. ff. de condit. & demonstr. l. uxorem. §. sorori. ibi, ad hæredes. ff. de legat. 3. l. unic. in fin. ff. apud eum à quo. Cicer. ad Atticum. Cum, inquit, ad me bene mane Dionysius fuit. Liuius lib. 10. Cæterum non plus annorum ad hostes erat. Hanc quoque significationem adnotauit Seruius in Donati grammaticen. Aliquando pro usque sumitur. l. mariti. §. quinquennium. ff. de adult. ad eum diem, id est, usque ad eum diem. Ad, item impletionis & absolutionis nota est est apud Marcellum l. non putabam. & ibi Bart. ff. de cond. & demonstr. Sumitur etiam pro Ob, l. nulli. C. de sacros. Ecclesijs. ibi, ad uicissitudinem, id est, ob uicissitudinem. Aliquãdo designat animum l. fratris. aliàs firmo, aliàs, Firmio. ff. quan. di. leg. ce. Denotat & nonnunquam adhærentiam. l. meminisse. ff. de offic. Proc. & leg. ibi, usque ad euentum successoris. Prat. Alb.

AD delectum non respõdere, id est detrectare munus militiæ: de qua phrasi eleganter Duarenus lib. 1. disputat. cap. 4.

AD manũ pro in promptu. Africanus l. tutor. 19. §. cum haberes. D. ad Velleian. Prat.

AD modum exilij pro ad finem exilij dixit I.C. in l. cui necessitas de liberali causa. Duar. lib. 1. disp. c. 12.

AD Vrbem magistratus dicebantur qui cum potestate prouinciali, aut nuper è prouincia reuertissent, aut nondum in prouinciam profecti essent, sed extra urbem manerent. F. Hotoman. in 2. Verrinam.

AD agnatos & gentiles, prouerbiũ est è iure sumptum, cùm aliquem mẽte captum esse significamus, propter leg. XII. tab. Si furiosus exiftet, agnatorum gentiliumq; in eo pecuniaq; eius potestas esto. Varro lib. 1. de re rust. de uirib. loquẽs: Duo in primis spectasse uidentur Italici homines in colendo: possentne

ne fructus pro impensa ac labore reddere: & utrum saluber locus esset an non: quorũ si alterutrũ decollat, & nihilominus uult colere, mente est captus, atq; ad agnatos & gentiles est deducendus. Columel. li. I. Porcius quidem Cato censebat in emẽdo agro inspiciendoq; præcipuè duo esse consideràda, salubritatem cœli, & ubertatem loci: quorum si alterutrum deesset, & nihilominus uellet incolere, mente esse captum, atq; ad agnatos & gentiles deducendũ. Hot.

AD bestias dari, bifariã usurpamus, primũ de damnatis, qui lacerandi bestijs obijciuntur. l. quod ad statũ. 12. ff. de pœ. l. 1. ff. de ueter. l. 8. ff. de falsis. Itaque ad bestias damnati crebro dicuntur. ut in l. ad bestias. 31. ff. de pœn. lib. 6. ff. de pecul. l. eius qui. 8. in fin. ff. de test. Tum præterea de ijs qui operas suas ut cum bestijs pugnent, locare consueuerant: quos Cicero in Sextiana Bestiarios appellat. Sic accipienda lex. 1. ff. de ædil. edict. l. 3. §. lege Iul. ff. de testib. l. 4. ff. de accusat. l. 1. §. qui operas. ff. ad Tertull.

AD Sabinum, ad Ferocẽ, ad Scæuolã, hæc uerba, & si qua talia, nõ dedicationẽ operis, quod M. Tulli⁹ in lib. Epistolarũ ad Atticũ, Græcè προσφωνεῖν, & alij προσφωνεῖν uocant, sed rerũ ab alio iam captarũ retractationẽ promittunt. Duplicem aũt significationem habent, aliàs enim his uerbis, Notæ significãtur, quæ breues ac succinctæ quædã sunt animaduersiones, nõ sine priorũ reprehẽsione: unde & nomẽ. Sic Ser. Sulpitius notas ad Qu. Mutiũ scripsit. Claudius Tryphonius ad Seruidiũ Scæuolã, Paulus, Vlpianus & Marcellus, ad Papinianum, quas cõstat per Cæsares quosdã sublatas esse. Significantur aũt & lectiones, siue lõgiores cõmentarij, quod genus uidentur libri Sex. Pomponij fuisse, ad Q. Mutiũ, Saluij Iuliani ad Vrseium Ferocẽ & Minutiũ Saturninũ, Pauli, Vlpiani & Põponij, ad Sabinum, & Plautiũ: & aliorũ ad alios, quos latè Politianus lib. V. Epistolarũ ad Modestũ scribẽs recẽset. Qua in re animaduertisse uideor, Notas eorũ fere qui notãtur libris insertas, nec temerè à quoquã peculiari in eam rẽ conscripto libro editas esse. Cęterùm ex cõmentarijs nemo non propriũ quoddam ac iustum uidetur opus fecisse. Iacob Gurtius lib. 2. Coniecturalium, cap. 2.

AD Venandũ canes pro Venaticis canibus dixit Terentius. Ad lecticã homines pro lecticarijs Catullus. Lygdam⁹, ad cyathos pro pincerna Propertius, doctiss. Torneb. lib. aduers. 23. cap. 6.

ADACTVM iusiurandũ dicebatur, id, quòd non uernaculũ esset, sed peregrinũ, & aliunde ascitũ, ut si quis Christianus Iudaico more iuret, uel quod non spontaneũ, sed adactũ fit: uel qđ spõte susceptũ, nemine cogẽte, si Suidę credim⁹, & Etymologico. Pra.

AD AE lapsu corrupta natura humana duplex uitiũ contraxit, uidelicet, mendacium, & errorẽ. Mẽdaciũ ex dolo, & malitia: Error uerò ex imperitia, & fragilitate proficiscitur. l. 1. §. 1. ff. de dolo malo. iuncta l. si per errorem. in fi. ff. de iurisdict. Vtriusque uitij Lex semper rationem habet: ne si omnes negotiorũ species sub mendacij pœna complecteretur, bonorum quoq; uirorum fragilitatem uenia dignam puniret.

ADAM Hæbræorũ lingua hominẽ significat, ut ex Regio uate didici. Sic enim ait Psal. 94. יהוה יודע מחשבות אדם quod ita uerterunt septuaginta κύριος γινώσκει διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων. Adam nouissimus interpretatur CHRISTVS Clem. unic. de summa Trinit. & fid. ex Paulo Apostolo Roma. 5.

ADASIA, ouis uetula part⁹ recentis Fest. li. 1. Pr.

AD ferrũ damnari dicebantur qui gladio plecti, quiq; capite truncari debebãt l. eius. 8. ff. de testa. Ferrũ pro gladio sæpe dixere M. Cicero & Virgilius idque translatitiè, ut ait M. Fabius lib. 8. cap. 6. Sic ad gladium dixit Paulus lib. 5. Sent. tit. 18. Prat.

AD summã rem publicam dixit Vlpianus l. 1. §. si is, qui nauẽ. ff. de exercit. pro rei publ. utilitate. Prat.

AD custodiam templi seruos relinquerem, itẽ ex eo tempore, quo templum explicitum fuerit apud Scæuolam in l. seruos. ff. de aliment. legat. Spieg.

AD aliud ministerium transferre. l. si cui balinei. ff. quib. mod. ususfruct. amit. Spieg.

ADAQVARE pro irrigare, ut & apud Palladiũ, uerbum est, Rhodigino teste, uulgò non frequens.

AD arma & rixam procedere pati prætor non debet, quos potest in sua iurisdictione componere. l. si cuius, sed etsi inter. ff. de usufruct. Spieg.

AD calend. Ian. atq; item de cæteris, qui eiusmodi loquendi figura existimãt semper tempus reddi incertum, eos errare indicat Erasmus, in de Conscribend. epist. Spieg.

AD constitutum diem uenire, significat quod uulgus diceret, uenire ad præfixum diem, siue terminum. Spiegel.

ADAERARE, ab ære deductum est, quare sine aspiratione scribi debet, in l. septem. C. de erog. milit. annon. lib. 12. ut legitur in editione Haloandrina. Est autẽ Adærare, ære æstimare. Ac ut Taurellus de militijs ex casu exponit, ad preciũ species ac annonas militares redigere. An gelts wert angeschlagẽ. Est aũt huius l. sensus, exponẽte Budæo, species quę militibus Stellaturæ causa penduntur à Prouincialib. si pecunia permutẽtur, æstimari tãti debere, quãtum est fori preciũ. Accursius hic Adæratas species perperã intelligit, quiq; sequuntur eum, ad ærarium delatas, pro ære æstimatas. Simili modo in l. unic. C. de collat. donat. lib. x. adærationem interpretatur æris pstationẽ. Old. Vide infr. in dictione ἀναργύρισμα.

ADAERATA prædia ab eo dicta sunt, quòd à frumẽtaria, aut uinaria, speciariaq; præstatione ad ęrariã redacta sunt. Sic & adæratas possessiones, & adærationẽ legimus apud Cæsares: & ærarias annonas ab ære, ut ærarios milites dictos. Taurel. pal. loc.

ADCRESCERE dicitur portio, quæ alteri personæ, uel rei accedit l. si Titio. §. fi. ff. de usufr. l. seruus. 67. ff. de acq. hæred. l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. cum similib. innumeris lib. Digest. & apud Imp. l. uni. §. in his itaq;. C. de cad. tol. Propriè aũt adcrescere dicimus quod per alluuionẽ accedit. l. insula. l. ergo. ff. de acquir. rer. dominio. Itaq; alluuioni cõparatur ius adcrescẽdi. l. si Titio. de usufr. Neq; id abs re: nam ut alluuio tacitum latensq; est augmentum, ita adcrescẽdi iure, portio deficientis alteri ipso iure adcrescit d. l. unic. §. in his itaq;. l. 1. in fi. l. 3. l. 8. l. 11. ff. de usufru. adcres. Huic quando locus sit, disces ex l. re coniuncti. ff. de leg. 3. & l. triplici. ff. de uerb. sig. & utrobiq; Alb. Bartolus, Iason, Alciat. d. l. re cõiuncti. Azo in Sum. C. de testa. milit. & uide F. Ripam in d. l. re coiuncti. Prat. & Goueanus de iure accrescendi.

ADDICERE est auctionem facere, hoc est, bona suã proscribere, & licitantibus obijcere, & rem uenalem ei, qui plus cæteris obtulerit, tradere. Quod ἀναφέρειν, προγράφειν, ἀποκηρύττειν τὰ πατρῷα, πιπράσκειν ἔστιν Græcè dicitur. Plinius, Tabulas inde omnes, ex publico propter æs alienum ciuitatis addictas, Scauri ædilitas Romani transtulit, addictas, hoc est, publicè uenditas. Item Quintilianus, Omnes facultates in pretia collegi, rus, seruulos, & omnia utiliora properanti festinatione parentis addixi. Porrò, addicere pro destinare, deuouereq; ponitur. Virgilius,

—huic me quacunq; fuisset,
Addixi—

Vnde addictus morti, hoc est, destinatus, deuotus, obnoxius, & condemnatus. Cicero de duobus Pythagoricis loquens, Cùm is (inquit) qui morti addictus esset, paucos dies commendandorum suorum gratia postulasset. Addicti etiam uocati sunt homines obærati & nexi, qui lege XII. tabul. ob æs alienum creditoribus in temporariam seruitutem addicebantur. Hos autem ἀγωγίμους & καταδεδικασμένους Græci dixerunt, eosque creditori ducere domum, & in eos & uitæ, & necis habere potestatem, cùm soluendo non essent, à Prætore permittebatur, cuius quidem hæc erant uerba, do, dico, addico. Hinc est quod ait Plutarchus in Solone, à cuius lege hoc ius manauit, οἱ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀγώγιμοι τοῖς δανείσασιν ἦσαν, id est, qui oppignoratis corporibus mutuabantur, creditoribus addicebantur. Verùm cum tandem addictorum lex ipsa durissima uideretur, eam mos publicus repudiauit, & à Diocletiano sublata est postea condicta sanctione, ut testatur caput, ob æs alienum. in C. Iustiniani, sub titulo, de actionibus & obligationibus. Cæterum, dicimus addicere nummo prouerbialiter, pro eo quod est minimo uendere, seu, quod uulgo dicunt, fragmento panis uendere. Item addicere in publicum, pro publicare. Addicere opus aliquod, pro locare faciendum. Adicere sententiam, pro uendere. Et de reliquis. Quas significationes, & loquendi formulas uerbi addicere, legendis bonis authoribus uenabere. Anchor.

ADDICERE, uerbum est summum è tribus Prætorijs: hoc est ex illis tribus, quibus uniuersum Prætoris imperium ac potestas continebatur: Do, Dico, Addico, primum dandi iudicis significat potestatem, secundum iuris dicendi & ferendæ sententiæ. tertium iudicati faciendi & exequendi: nam addicendo ius faciebat: ueluti cùm in cessionibus addicebat: cùm in uindicijs, cùm in bonorum possessionibus: item cùm aliquem suis creditoribus in seruitutem addicebat, aut furiosum atque amentem caussa cognita decernebat. Hot.

ADDICERE in bonorum cessionibus. Vide Cessio. Hotom.

ADDICERE bona, meo iudicio, Prætor tum dicitur, cùm aut secundo decreto bonorum possessionem largitur, hoc est, possidere iubet: aut cùm eius bona qui iudicatum facere non potest, petitori attribuit. De priore exemplum est in Verrina III. Domus erat plena: noua iura, noua decreta, noua iudicia petebantur: mihi det possessionem, mihi ne adimat: in me iudicium ne det, mihi bona addicat. De posteriore apud Plautum in Pœnulo:

Quid tu dubitas, quin extemplo tibi
Duplicet, ubi auri & hominis fur leno siet,
Neq; id unde efficiat, habeat ubi in ius uenerit,
Addicet Prætor familiam totam tibi.

Vtriusque exemplum est in Verrina II. Simul in iure dicendo bonorum possessionumq;, contra omnium instituta addictio & condonatio. Hot.

ADDICERE dementem & insanum rationibus necessarijs, Cicero in Paradoxis translatè dixit, consuetudinem Prætoris exprimens, qui legis XII. tab. imperio furiosos & dementes eorumque familiam, id est, fortunas omnes agnatis gentilibusque addicebat. Ego uerò (inquit, de Clodio amico suo sentiens) te non stultum, ut sæpe, non improbum, ut semper, sed dementem & insanum rationibus addicam necessarijs.

ADDICERE litem, in XII. tabulis, pro secundum aliquem iudicare. Gell. lib. 17. cap. 2. Post meridiem præsenti litem addicito.

ADDICERE proprium est Prætoris, rem alicui ut eius fiat pro potestate attribuentis. Traductum postea uerbum in magistros auctionum: à quibus in eos qui rem, nisi precium intra diem certum augeatur, emptori attribuunt, postea deriuatum est. Hinc tit. lib. Pand. XVIII. De in diem addictione: quum uenditor ea conditione rem emptori addicit, si intra certum tempus nulla ad precium fiat adiectio. ut enim in auctionibus publicis primo emptori uenditur quidē res deinde si nullus superuenerit, qui precium augeat addicitur, aut secundo si non accesserit tertius, sic nulla allata conditione meliore res est primi emptoris cui addita est: Ad eam Plautus alludit in Captiuis:

Age sis roga emptionem: nisi quis meliorem afferet,
Quæ tibi atq; amicis placeat conditio magis.
Quasi fundum uendam, meis me addicam legibus.

Alloquitur Ægio Parasitum, cui cœnam promittit, sed parcam: quare illum monet, ut si melior offeratur, arripiat. Hotoman.

ADDICERE nummo prouerbiale est quod uulgo dicunt. Fragmento panis uendere quod donationis est instar, cum obtentu uenditionis rem donantes, inuidiam donationis uitamus: aut pudori accipienti consulimus. ut Budæus attestatur. Sed & Erasmus noster indicauit prouerbiale esse. Nummo addicere, pro eo quod est, minimo uendere. Est autē Fucus quo legibus imponitur, prohibentibus donationes. l. si quis conduxerit. ff. locati. l. si quis autem conduxit ad fin. de acquir. possess. Spieg.

ADDICI bona libertatis causa in iure legimus multis locis. ut l. ult. C. de testam. manum. l. 2. & 4. ff. de fideic. lib. & apud Imp. De eo cui libert. Hoc autem sic intelligendum est, ut cui hæres non extat, eius bona cuius, qui se æs alienum soluturū caueat, libertatum conseruandarum causa attribuantur: ut etiam seruorum manumittendorum si consentiant patronus efficiatur. Quod si Fiscus uacantem hæreditatē occupet, libertates præstet, quod ius à D. Marco institutū traditur l. 6. & ult. C. de test. manu. Hot.

ADDICI iudex pro dari à Prætore & certæ controuersiæ disceptandæ attribui apud Papinianum. l. eum Furiosus 39. Paul. in l. iudex 46. & Pompon. l. si in iudicis 80. ff. de iudic. Itaq; legitur in Florentinis libris: cum in alijs additus legatur. Item ut apud Paulum l. debitor 59. in fi. ff. ad Trebell. & l. 4. in fin. ff. eo quod certo loco. Hot.

ADDICTI dicebantur apud ueteres qui pecuniæ damnati quod iudicatum facere nō possent, nexi in seruitutem creditoribus addicebantur. Vt ille Veturius de quo scribit Val. Max. lib. 6. cap. 1. Quintilia. lib. 5. Quod autem proprium non erit, differens erit, ut aliud est seruum esse, aliud seruire qualis esse in addictis quæstio solet. Qui seruus est si manumittatur: fit libertinus: non item addictus. Et lib. 7. Seruus cum manumittitur fit libertinus. Addictus, recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non consequetur: Addictus soluendo citra domini uoluntatem consequetur. Ad seruum nulla lex pertinet: addictus legem habet. Propria liberi, quæ nemo habet nisi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum: habet hæc addictus. Cicero pro Flacco. Iste cum iudicatum non faceret addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Hoc autem quodam

dam seruitutis genus fuisse argumento est Liuij locus ex lib. 6. quem subijciam: Tum uerò ego inquit necquicquam hac dextra Capitolium arcemque ser uauerim, si ciuem commilitonemque meum tanquam Gallis uictoribus captum in seruitutē ac uincula duci uideam. Inde rem creditori palam populo soluit: libraque & ære liberatum emittit. Hotoman. Atque hinc illud Festi intelligi potest. Addicere damnare est, quod addicere pœnæ aut seruituti significat.

ADDICTIO in diem est. ut nisi precio conuento quid adijciatur, meliorue conditio adferatur intra præstitutum diem, emptori rem uenditam attribuere Paul. l. 1. ff. eo. Prat.

ADDITAMENTVM est, quod pristinis bonis postea accessit. l. quoties. §. cōstat. ff. de Adminis. tut. cum similib. locis quos Alberic. citat. Spiegel. Est etiam lucrum nuptiale l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dot. Canonistæ dotalitium uocant cap. ex parte de for. comp. Tholosates Agensamentum uo cant. Corras. lib. 3. Miscell. cap. 1. nu. 5. Schard.

ADDITIO, pro adiectione, non facit perpetuo rem nouam: sicut nec detractio. Qua de re præ cæteris uidendus Iason in enarratione suprà citatæ l. ius ciuile.

ADDITIONALES, uulgò uocant nouos articulos prioribus addendos. Vide Speculat. de Deposit. §. Quarto.

ADDITVS, pro datus in l. cum furiosus. Item l. Iudex datus. ff. ubi quis ager. Spieg.

ADDVCI, declaratur interdum per uerbum uenire, ut, res in crimen adducta est, hoc est, in crimen, siue criminationem uenit. Interdum per uerbum redigere. ut, In angustiam res adducta est.

ADDVCI in iudicium, apud Ciceronē pro Cluentio. Spieg.

ADEMPTIO legatorum dicitur, cùm testator ea legata quæ alicui attribuerat, adimit: uel his uerbis, non do, non lego: uel alijs mutatam testatoris uoluntatem significantibus. l. 1. & pass. ff. de adim. & transf. leg. Hot.

ADEPTVS non uidetur possessionem is, qui ita nactus est, ut eam retinere non possit. adeptus quidem es, sed quum restituere debeas, non uideris adeptus esse inquit Iabolenus l. 72. ff. de acquirē. possessione.

ADEMPTA hæreditas filio esse dicitur, quando non instituitur. l. sicut certi. Cod. de testament. milit. Spieg.

ADEMPTIO ciuitatis est, cum quis sua ciuitate expulsus, in exilium agitur.

ADEO Festo libro 1. duas habet significationes, nam cùm prima acuta effertur, idem significat quod accedo. & in hoc significatu uarius eius uerbi usus est, uide inferiùs paulò Adire. Cùm autem secunda acuitur, idem est, quod usque eò Festo lib. 1. quo significatu accipitur apud Vlpianū l. iurisgentiū. §. adeò. ff. de pact. l. adeò. ff. de iurisdict. Accipitur pro non solū, ut l. nedū. §, si Titius. Inst. de rer. diuis. Prat.

ADESSE, est aduocationem præbere, & postulare apud iudices l. puto, 6. ff. de postul. l. 1. §. aduocatos. ff. de extraord. cognit. l. 5. §. 7. de ijs, quæ ut indig. & l. 2. in fin. C. de aduoc. diuers. iudic. Dicitur & adesse litigator causæ suæ, quando iudicio sistit. l. Paulus. 69. ff. de procurat. l. si suspecta. 29. ff. de inoffic. testament. Prateius.

ADESSE ea non uideri, quæ casu adsunt, rectè ex Pauli sententia colligit Bartolus l. quæsitum. 78. §. fin. ff. de legat. 3. Prateius.

ADESSE pro, præesse, quidam accipi existimant in l. 2. C. de stat. & imag. Prat.

ADESSE nolle S.C. uerba, non utiq; exigunt ut latitet, sed & si contemnat uenire. hoc est non solùm latitans, sed & uenire contemnens adesse nolle dicitur l. si cum. 28. §. 1. ff. de fideicom. lib. Prat.

ADESSE trifariam accipitur. Adest, qui præsens est, cui contrarium Abesse. Secundò adest, qui auxilio est, fauetque. sic adsunt propriè aduocati, patroni & amici, teste Donato in Phorm. Tertiò significat aduenire. Huc ades ô formose puer: id est, huc ueni. Spieg.

ADESSE pro aduocationem præbere in l. 6. ff. de postulando. l. 1. §. aduocatos. ff. de uar. & extraordinarijs. l. 5. §. sunt qui putant. ff. de his quæ ut indignis. l. 19. §. 1. ff. de donationi. l. 9. ff. de pœn. l. 7. ff. de iure fisci. l. 2. C. de aduoc. diuers. iudic. quod Græci dicunt παρίστασθαι. Plutarch. περὶ πολυφιλίας. ὁ δ' ἄλλῳ ἐν παρίστασθαι δίκην ἔχοντι, παρεστάναι γὰρ ἐστιν φίλῳ. Sic apud Sueton. in Claudio. cap. xxxviij. & apud Senec. libro v. de Beneficijs. cap. viij. hoc uerbum accipitur, & alijs multis locis, quos aliàs retuli. Dicuntur etiam adsistere qui aduocationem præbent. l. 54. ff. de rei uindica. Adesse causæ suæ etiam litigantes dicuntur. l. 69. ff. de procur. l. 29. ff. de inoff. testa. Briss.

ADESPOTA & hermæa dicuntur, omnia ista quę dominum, assertoremque nullum habent, sed eius domini sunt, in cuius territorio inuenta fuere, Galli communiter espauus uocant. Schard. ex Connani comm. lib. 3. cap. 4.

ADFILIARI, Vide Ecclesia.

ADFINE, quod cum re ipsa aliquam habet similitudinem, aliquam adfinitatem. plura exempla ex iure nostro collegit diligenter Apellus, cap. vij. Method. Spiegel.

ADFINES sunt uiri & uxoris cognati: dicti ab eo, quòd duę cognationes quę diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. Caius in l. 1. ff. de Adfinib. & nomin. eorum. Spieg.

ADFECTARE est pronum animum ad faciendum hab. Festo lib. 1. Prat.

ADFECTATAS tutelas eas dici putat Ant. Aug. lib. sing. a. Modesti. quæ in numerum earū, propter quas quis excusatur, non uenit. qui num. tutel. & qui non sunt. de tutor. curat. dat. &c.

ADFINES, in agris uicini dicuntur Festo lib. 1. quo significatu usus est Paulus l. pe. ff. fin. regun. Adfines etiam sunt, uiri & uxoris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ inter se diuersæ sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. Nomina eorum hęc sunt, socer, socrus, gener, nurus, nouerca, uitricus, priuignus, priuigna. Hæc ex Modestino l. 4. ff. de gradib. & adfinit. cuius sententiam probant Gręci interpretes lib. 45. Βασιλικῶν tit. 3. & Impp. l. nemini. C. de nup. Prat.

ADFINITAS est ciuile uinculū, ex nuptijs, spōsalibúsue descendens. Ciuile rectè adiectum est. Legitimè enim contrahi non potest inter legibus uetitos. §. adfinitatis. Instit. de nupt. Vinculum aptè dicimus. adfines enim iungi scribit Paulus l. aut adfinitate. ff. de procuratorib. Ex sponsalibus optima ratione additur. Nam & inter sponsos adfinitatē esse Neratio placuit l. quod Seruius ff. de condict. caus. da. Quod ciuile uinculum adpellamus. Azo in Sum. C. de nupt. regularitatem, Angel. Clauisius in Summ. in uerb. Matrimonium 15. impedi. proximitatem uocarunt.

carunt. Iulius Pol.lib.3. Onomastic.c.1.ita definit: συγγένεια, ἡ τῇ φύσει, τίμη δὲ προσγενόμενον. Quod συγγένειαν adpellat.id ἀγχιστείαν Theophilus in d.§.adfinitatis.& C. Harmenopulus lib.4.tit.6.Epitome dixêre. Adfinitas καταχρηστικῶς in l quod Seruius ff. de cõd. cauſ. da. ſumitur pro quadam neceſsitudine & l. non ideo. ff. de hæred.inſtit.Prat.

ADFINES in agris ſunt uicini, qui confines agros poſsident.l.pen.ff.fi.regun.Quod Feſt.lib.1. notat.Adfines etiã ſunt uiro uxoris cognati,&uxori cognati uiri: dicti ab eo,quod duæ cognationes quæ diuerſæ ſunt,per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: quorũ nomina ferè hæc ſunt, Socer,Socrus,Gener,Nurus,Nouerca,Priuignus: & alij ulteriores,quibus,Pro, præpoſitio ſolet accedere.l.4.§.adfines. ff. de gradib. & adfi. l. 3.§. ult.ff.de poſtul.l.22.ff.de procurator.l.17.C.de nupt. §.adfinitatis.Inſt.eo.tit. Adfinitatis itaq; contrahendæ cauſa fit ex nuptijs: Quanquã & ſponſalibus contrahatur.l.8.ff.de cõdictio.cauſ.da. Quinimmò & ex ſeruilibus contubernijs cõtingit.l.14.§.1.in fi. ff.de ritu nupt. Vnde adfinitatẽ non malè definiemus, Ciuile uinculũ ex nuptijs ſpõſalibúſue deſcendẽs: Quẽadmodum ἀγχιστείαν Cõſtantinus lib. 4. tit. 6. definit, οἰκειότητα προσώπων ἐκ γάμων ἡμῖν συναπτομένων συγγενείας ἐκτός. Sed enim quam Conſtantinus & Theophilus ἀγχιστείαν, Pollux συγγένειαν uocat,ut ex ea definitione quã lib.3.adfert,liquet. συγγένεια, ait, ἡ τῇ φύσει, τίμη δὲ προσγενόμενον, οἷον γαμβρός, πενθερός, καὶ ὅσοι τὴν οἰκειότητα πρὸς ἡμᾶς ἐκ συνθήκης, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἔχουσι. Quod & ea quæ apud eundem ſequuntur uerba perſpicuè declarant.Briſ.

ADFIRMATORES appellãtur,qui idoneos eſſe tutores in iure adfirmant.quos fideiuſſorum uicẽ ſuſtinere ait l.4.in fi.ff.de fideiuſſor. tutor. His ſimiles ſunt,quos uulgo Certificatores uocamus.Briſ.

ADGNATI auctore Caio ſunt,qui per uirilis ſexus perſonas cognatiõe iuncti ſunt,quaſi à patre cognati: ueluti frater eodem patre natus : fratris filius, nepóſue ex eo: itẽ patruus, patrui filius, nepóſue ex eo.l.7.ff.de legit.tutor. Quę lex & ſi ex Caij lib.1.Inſt. trãſcripta, inſcriptione idipſum teſtante, dicatur: in eo tamen Inſtitution. Caij lib. qui hodie circũfertur, ſub tit. de inteſtator. hæreditatib. paulo alijs uerbis Adgnati definiuntur eſſe per uirilem ſexũ defuncto propinquitate coniuncti: Quales eſſe ibidem ait conſanguineos fratres ſiue ex eadẽ matre ſiue ex diuerſis genitos, Itẽ patruũ.i.fratrẽ patris,&fratres patrueles.i.de ſingulis germanis natos : Inter fœminas uerò ſolã ſororẽ cõſanguineã adgnatã. & germano ſuo defuncto ab inteſtato ei adgnationis iure ſuccedere: Reliquas uerò fœminas, hoc eſt, amitã patris ſororẽ, uel fratris filiã maſculis ꝓpinquis adgnationis iure nõ ſuccedere. Paulus Adgnatos definit, Cognatos ꝑ patrẽ ex eadẽ familia: & inter adgnatos & cognatos hoc intereſſe tradit, qđ inter genus & ſpeciẽ. Nã qui eſt adgnatus,& cognatus eſt: nõ utiq; aũt qui cognatus eſt,& adgnatus eſt: alterũ enim ciuile, alterũ naturale nomẽ eſt.l.ult.§.1.ff. de gradib.& adfin. Quod etiã à Modeſtino traditur in l.pen. ff. unde legit. qui ipſe adgnationẽ ciuilem eſſe cognationẽ ait,quæ per mares contingat.l.4. §. cognationis. ff. de gradib. & adfin. Vlpianus in l.2.ff.de ſuis & legit. Adgnatos definit, cognatos uirilis ſexus ab eodẽ ortos. Idem, in Inſtitutio.fragmentis,tit.11. Adgnatos ait eſſe à patre cognatos, uirilis ſexus, per uirilem ſexũ deſcendentes, eiuſdem familiæ. Briſſon. Alciatus lib.3. parergõn.cap.pen.agnatos putat dici quaſi adnatos, & ſic iuxta nos natos ſicuti Plinius adnata membra dixit, quæ prope alia ſuboriuntur ut in ſedigitis uidemus. Filius igitur patri ſuo non adnatus, ſed natus eſt: qđ ſi filiorũ, non contemplatione patris, ſed inter ſe mẽtio eſt, tunc adnati ſunt : quia omnes iuxta ac prope eodemq; gradu geniti ſunt : unde lex ait ꝓximiores ex agnatis ſui dicuntur.l.Iuriſcõſultus.§.1.ff.de grad. Agnati uerò Ræuardo lib. Var.5. cap. 1. inde nomen habere uidentur, quod iure ciuili non in domo nati ſint patrisfamiliãs (in ea enim liberi, qui ſunt in poteſtate duntaxat naſcuntur) ſed quod familiæ adnaſcantur, ſicut agnum exiſtimauit inde appellatũ Varro, qđ pecori ouillo agnatus eſſet. Et eſt quidẽ agnationis nomen ciuile, ut familiæ, gentis & generis: cognationis autẽ ſanguinis nomen eſt, & naturale, qđ interdum in nomẽ agnationis tranſit. Cognati dicũtur quaſi ſimul nati, quaſi ex uno nati, quaſi commune naſcendi initium habentes.c.1.in prin.unde legit. Et idcirco agnati, inquit Modeſtinus, & cognati in hoc differũt, ut in cognatis etiã agnati contineãtur, in agnatis non utiq; & cognati. Verbi gratia: patris frater, id eſt, patruus, agnatus eſt, & cognatus, matris frater, id eſt, auunculus, cognatus eſt, agnatus nõ eſt. ca.5.unde legit. Ideo patruus cognatus eſt & agnatus: quia non ſanguinis ſolum, ſed etiam generis ratione, inter fratris ſui, hoc eſt, mei patris, familiares mecum numeratur. Auunculus autem non agnatus eſt, ſed cognatus duntaxat : quia mihi non generis, ſed ſanguinis tantum ratione coniunctus eſt. Et hoc inde potiſsimum, quod fœminæ cõſideratione quadam generis gentiſq; ciuili, propriam nullam ducãt familiam. Per in manus enim conuentionem una cum marito familia, una domo concluduntur. Nunc ſupereſt, ut de obſcura quadam agnatorum differentia diſſeramus. Agnati dicuntur, uel natiuitate, uel adoptione. Nam qui adoptabatur, iiſdẽ fiebat agnatus, quibus pater eius adoptiuus fuerat, & legitimã eorum hæreditatem habebat, uel ipſi eius. cap.2. §.2. de ſuis & legit. Natiuitate uerò agnati fiunt duobus modis: uno, qui per uirilis ſexus cognationem uiuo patrifamilias coniunguntur: altero, qui patre mortuo nati ſunt, quos appellant cõmuni nomine poſthumos ſuos. Filius, qui uiuo patre natus eſt, agnatus dici non poteſt. in recta enim linea uerſatur, cum agnati ex latere domum duntaxat attingant. cap. 7. ſi tab.teſt. Ideoq; gnatus uel filius dicebatur, non agnatus. At poſthumus ſuus, filius dici non poteſt, nullius enim eſt filius ſine patre, ut nec pater ſine filio. Quia tamen patrefamiliãs mortuo, eius familia omnino non extinguitur, ideo qui filius eſſe non poterat, agnatus efficitur. cap. 3. de iniuſt. rupt. & irrito teſt. & patri (hoc eſt, paternæ familiæ) agnaſci dicitur. Illud igitur quæſitum eſt, an hic agnatus appellari proximus, & cum ſuis hæredibus numerari poſſit. Et poſſe quidem reſpondit Pomponius his uerbis : Filius patri agnatus, proximus eſt. capit. 12. de ſuis & legit. Et hoc nimirum illud eſt, quod hunc in modum Cicero ſcribit de Oratore lib. 1. Num quis eo teſtamento, quod paterfamiliãs ante fecit, quàm ei filius natus eſt, hæreditatem petit? Nemo, quia conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum. Recentiores quidam cum hæc non cõſiderarent, addere huic Pomponij reſponſo negationem contra omnium exemplarium fidem, non dubitarunt. Non rectè. Vult enim Pomponius filium patri agnatũ, hoc eſt, poſt patris mortẽ natum, teſtamentum rumpere, & hæredem patris proximum eſſe. Et ſic non Pomponius ſolum, ſed etiam pro Cecinna Cicero poſthumum ſuum appellat: Cui, inquit, filius agnatus ſit, eius

eius testamétum non esse ruptum iudica. Ecce non agnatum solum, sed agnatum patri cum Pomponio posthumum appellat Cicero. Nec alio sensu proximiores ex agnatis sui dicuntur. cap.10. §. de gradib. sui hæredes agnascuntur. capit.3.§.fin. de lib. agnosc. Siquidem ex agnatis omnibus nulli sunt ijs agnatis proximiores, qui patri agnasci dicũtur, hoc est, posthumis suis. Nec est, quod quis obijciat, quam ut liberi repudiant bonorum possessioné sui hæredes, eandem illos quasi legitimos habere incipere, & per cõsequens rectè inter agnatos, etiam suos hæredes posse numerari, idq; Vlpianum sibi uoluisse c.2. in prin. unde legit. Illius enim nisi sentétia est, liberos dupliciiure ad parentũ intestatorum hæreditates admitti, nimirum uel suo & legitimo iure simul, uel legitimo solo. Proinde si à suo iure recesserint, quod fieri repudiando solet, superest illis ius legitimũ: quo iure præferri rursus cæteris legitimis, hoc est, agnatis, in repudiata successione consueuerũt, non suo quidem, hoc est, proprio, siue innato iure, sed iure legitimo. c. ult. in prin. de bon. dam. Liberi igitur sui hæredes sunt, & legitimi simul, non agnati, agnati autem legitimi sunt, non sui, ijs exceptis, qui patri agnasci dicuntur. Sui enim aut nascuntur aut agnascuntur. c.1.§.8. in fi. c.3.§.fi. de lib. agnosc. ca.8. de iniust. rupt. & irrito test. De his omnibus malè disserunt, & sentiunt alij.

ADGNATI cùm de furiosis agitur, curatorũ loco multotiens ponuntur. l.12. ff. de cur. fur. l.2. C. eo. tit. l. ult. ff. de nouat. l.3. ff. de tutel. l.14. ff. de manumissio. l.65. ff. de solutio. l.10. ff. de alien. iud. mut. Briss.

ADGNATIO igitur est suorum l.1. l.8. l. posthumorum. ff. de iniust. rupt. testa. l. ex facto. ff. de uulg. & pupilla. l. pen. ff. de iur. codicill. Adgnata etiam dicuntur ea, quæ ex mancipijs, uel pecoribus nascuntur, uel gregi, uel seruitio accedunt l. Paulus. §.1. ff. de pign. l. uxorem. §. sorori. ff. de leg. 3. l. eum, qui. §. non solùm. ff. de furt. Hinc agnum, pecori ouillo agnatũ dictum putat Varro. lib. 4. de ling. Lat.

ADGNOSCERE, prẹter uulgarem significatũ, est admittere, recipere, teneri, præstare. Hinc

ADGNOSCERE onera apud Vlpianum. §. primo. ff. de usufruct. est de oneribus teneri, eaque prẹstare. Agnoscere usurarum onus Paulus dixit l. quæro. ff. loca. pro, usuras in se recipere, & earum nomine teneri. & periculum agnoscere apud Papinianũ l. quid ergo. 14. ff. ad municip. est de periculo teneri. Sic uectigal agnoscere Vlpianus dixit l.2.§. sequitur. ff. de hæredi. uel actio. uendi. hoc est in se recipere, & præstare, & alibi. Agnoscere hæreditatem, bonorúmue possessionem passim in lib. Digestorũ legitur pro admittere, & acceptare. Sic & adgnoscere bona eodẽ sensu. l. recusare. 6.§.2. ff. ad Treb. Prat.

ADGNOSCERE bonam fidẽ Vlpianus l. quoties. 9.§. denique. ff. de admi. tuto. pro bona fide, & iustam litem instituere, & in bona fide uersari, dixit. Prateius.

ADGNOSCERE legatum Modestino l. nihil. 12. ff. eod. est illud accipere probando defuncti iudicium. Prat.

ADGNOSCERE tutelam dicitur, qui administrationem suscipit, pupillique negotia gerit siue etiam consensit, siue attigit l. si filiusfamiliàs. ff. de tutela. Agnoscere uidetur, & qui conuentus excipit, uel aliàs uoluntatem suam ostendit l.45. ff. de fide lib. Prat.

ADGNITI natales in S.C. intelliguntur de ingenuis l.3. ff. si ingen. esse dic. Prat.

ADGNOSCERE periculũ, sumptus, onus, nostris significat, de periculo sumptuq; teneri, periculum præstare, onus subire. l.8. & l.57. ff. de usufr. l.54. ff. locati. l.11. ff. ad municip. l.4. ff. qui pet. tutor. l.2.§. si quid publici. ff. de hæredit. uend. Eodemq; modo Adgnoscere usuras, cibariaq; Iurecõsulti dicũt. l.33. ff. de petitio. hæred. l.8.§. si usuras. ff. de usufruc. l.2.§. pen. ff. ad exhiben.

ADGNOSCERE hæreditatem, bonorum possessionem pro admittere & acceptare & constituere ad se pertinere, crebrò in Pand. legitur. Et adgnoscere bona eodem sensu. in l.4.§. eod. cum §§. seq. ff. de fideicom. libert. & in l.4.§. si fisco. ff. ad Trebell. l.50.§. pen. ff. de legat. lib.1. Briss.

ADGNOSCERE iudicium defuncti est amplecti & comprobare uoluntatem. l.8.§. si conditione. & l.12. ff. de inoffic. test. Adgnoscere autem, ut à querela inofficiosi repellatur, uidetur, qui quale quale iudicium defuncti comprobauit. l. ulti. ff. de inoffic. Itaq; non tantùm qui in testaméto adscripserit post mortem patris consentire se, sed & qui aliàs uoluntatem probauerit: ueluti si ex testamento legatũ petenti aduocationẽ præbuerit, procurationémue susceperit, uel quod sibi ex testaméto conditionis implendæ causa ab hærede uel legatario datum fuerit, sciens ceperit, legatúmue ex testamento sibi nõ adscriptum petierit, adgnouisse erit existimãdus. l.3.§. si conditioni. l.12. l. pen. & l. ult. §. eo. in fi. Sed & si hereditatem ab hæredib. scriptis euicerit, uel res singulas sciens eos hæredes esse, aut cõduxerit prædia: aliúdue quid simile fecerit, uel soluerit hæredi, uel ab alio sibi legatam rem quam ille ex testamento consecutus erat, acceperit, uidebitur adgnouisse. l.23.§. pe. l. pen.§. ult. ff. eod. Adgnouisse etiam debitor, ancillã suam pignori obligatã manumittere rogatus, defuncti creditoris uoluntatem uidetur, si ab herede conuentus usus est exceptione, uel aliàs uolũtatem suã ostendit. l.45. ff. de fideicomm. liber. Briss.

ADGNOSCERE tutelam filio delatã pater uidetur, siue gessit, siue gerenti filio consensit, siue omnino tutelam attigit, non etiam si monuit solùm. l.7. ff. de tutel. Briss.

ADGNOSCI etiam liberi dicũtur, quos pro nostris admittimus. tit. de liberis adgnoscen. Sueto. in Augusto cap.65. Ex nepte Iulia, ait, post damnationem editum infantem adgnosci aliq; uetuit. Briss.

ADGRESSORES dicuntur Prædones Vlpiano. l. quo naufragium. §. nõ tantum. ff. de incen. ruin. & nauf. & l. si scienti. ff. de leg. Pomp. de parric. Prat.

ADGRESSURA est prædonũ, latronúmue impetus. Alex. Imp. qui eam casib. fortuitis cõnumerat l. quæ fortuitis. C. de pign. & Philippo A. l. damnum. C. loca. & Vlpi. l.3.§.3. ff. ad S.C. Syllan. eodem uerbo usus est & Apuleius lib.7. Asini aur. Prat.

ADGRESSUS prẹdonum impetus, insultus, rapina, & prædatio, adgressura eidem Vlpiano l. ex facto. 17.§. si quis autem. ff. ad S.C. Trebel. Prat.

ADHIBERE, hoc est præstare, dare, apponere, adiungere. facit l. qui uenenum. ibi, quia eo nomine omne cõtinetur quod adhibitum eius cui adhibitũ esset, naturam mutet. ff. de uerb. sig. Sic, adhibere diligentiam. l. socius socio. ff. pro socio. l.3. & l. si uẽdita. de per. & com. rei uen. Adhibere moram. l. illud. ff. de per. & com. Adhibere procuratorem debet minor, si conueniat debitorem ut ei soluatur pecunia: id est, afferre, adducere, adiungere. l. ait prætor. §.1. ff. de minoribus. Rebuff.

ADHIBERE pro accipere, admittere, l. fin. §. hac actione.

actione.ff.na.caup.stab.ibi,culpæ scilicet suæ imputaturus,qui tales adhibuerit.Reb.

ADHIBERE metum,facere,inferre,l.si cum exceptione.§.aliquando.& §.ergo.& §.fi. ff.quod met. caus. Rebuff.

ADHAERENS, connexum, contiguũ & accessorium aliud esse explicat Alber. in l.quæ religiosis. ff.de rei uend.

ADHAEC,pro Præter hæc,c.uerum.§.adhęc.36. dist.c.cupientes.§.adhæc. de elect.lib.6. Aliquando exponitur pro Circa hæc.ut per Archidiaconum. c. uno.circa fi.de relig.domib.lib.6.Aliquando aduerbialiter & continuatiuè ponitur. l.1.§. ad hæc. C. de annal.excep.§.ad hæc.de pace iuram.fir.in feu. Alb.

ADHAERENS alicui unus spiritus est cum eo. c.damnamus.de summ.trinit.Alb.

ADHAERENTES qui dicantur uide ornatissimè per Felinum in rubr.de treug.& pac.in 5.col.uer sic.quinta declaratio.& an adhærens utatur eodem iure quo suus principalis,uide pulchrè per do.And. Barbat.consilio 38.per totum.maxime in col.penul. in fin.in 1.uolum.& Adhærens an ueniat cum adhęrentibus uide eundem Barbat.in consilio 11. in 11. & 16.col.in 2.uolum.Vide etiam textũ,& ibi notant omnes in cap.olim.de accus.Alb.

ADHAERENS causæ pro suo interesse,nõ censetur noua persona,sed est adminiculum ad eandem causam: ita ait Ioan.Bapt. Ferretus consil.385. nu.8. lib.2.Ioan.Fr.Decian.

ADHIBERE, pro conuocare,citareùe. Vlpian. l.nam ita.de adopt.Adhibitis etiam qui contradicerent, id est, qui læderentur confirmatione adoptionis. Spiegel.

ADHIBERE uim, est uim afferre, siue cogere. Adhibere dolum,fraudem,calumniam,est uti in negocijs agendis dolo,fraude,calumnia.siquidem huius uerbi significatio ferè per uerbum Vtor declarari potest. Sp.

ADHIBERE ad actum aliquem, siue ius uocare Vlpia.l.nam ita diuus.ff.de adop.quo sensu utitur sępe M.Cicero.Prat.

ADHIBERE ad satisdandum est fideiussorẽ dare Paulo l.de die.§.1.ff.qui satisd.cog.Prat.

ADHIBERE,reiterare interpretatus est Damasus pontifex.c.per illicitam. 1. q.7. atq; ita accipi debet in c.uentum.1.quæst.1. Prat.

ADHIBERE etiam testes dicitur qui adsumit, admittitue apud Arcadium.l.1. §. 1. ff.de testib.quod Græci dicunt παραλαμβάνειν, ut in Euange.Matth.18. παράλαβε μετὰ σοῦ ἕνα ἢ δύο, ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων, &c. Prat.

ADHIBERE postulantem, est aduocatum causæ suæ præficere Vlpiano l.obseruare.9.§.4.ff.de offic.procos.

AD honorem prætoris uenire. Vide in l.ius autẽ ciuile.ff.de iusticia & iure.Item Olden.in Restaurat. polit. Sp.

ADHVC, id est usq; in præsentem diem.uel hucusq;.l.post rem.ff.de transact. ibi,quia adhuc lis subesse possit,transactio fieri potest.Vnde si quis donet ea quæ adhuc habet,non censef donasse ea quæ iam alienauit,per illud uerbum.Rebuff.

ADITVS domus anterior pars siue introitus. l. si cuius.§.sed si ædium.ff.de ususf.Rebuff.

ADDITAMENTVM est quod pristinis bonis postea accessit.l.quoties.§.constat. ff. ad Treb.l. deducta.§.quod ex.C.in quib.caus.hab.tut. l.fi.§.quod tali itaq;.ff.de curat.fur.

ADIACENTIA possessionum quæ sint, uide not.C.de bon.uacant.l.2.lib.10.l.libertinorũ.§.chartis.ff.de leg.3.Interdum adhęrentiam significat,ut attestatur Alberic.

ADIACENTIA quæ alicui rei mobili puta fundo domuiue cohærent.Sic Adiacens prędium quasi iuxta iacens & adhærens.l.1.§.ex incendio ibi. proinde si ex adiacentibus prędiis.ff.de inc.ru.& naufr. l.si finita.§.sed etsi plures.ff.de dam.infect.

ADIECISSE,pro uendidisse interpretantur apud Paul.in l.2.§.tueor.Pro emptore.Sp.

ADIECTIO dominij,acquisitio eius est, quę sola legis autoritate defenditur.

ADIECTIO bonorum,ubi propriè non est hæreditas, sed sola principis autoritate quis pro hærede habetur.§.1.& in rubric.de eo cui liber. causa bona addic. Sic

ADIECTIO pignorum in causam iudicati captorum,cum domini consensu,non expectato iudicis præcepto uenduntur. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff.de re iud.Corras.l.seruitutes.4.nu.16.ff.de seruit.

ADIECTIO familiæ,& Adiectio in diem fit. Alciat.in de Quinque ped.præscr.

ADIECTIO,melior conditio, cum quis rei uenditæ intra præstitutam diem precium uel pecunia, uel qua alia ratione adauget.Vlpia.l.4. ff.de in diem addict.Si res in diem addicta interciderit, uel ancilla decesserit,an partus, uel fructus eius nomine adiecti admitti possit,id est,precij amplificatio. Item l. 10.& 11.& alibi persæpe sub eo.tit.Hot.

ADIECTIONE ab alio superari.Vide Hermogenianum,l.si in emptionem.ff.de minor. Sp.

ADIECTIONE familiarum cuius meminit Tacitus lib.17. facultatem accipi concessam extraneis, ut se in familias Romanorum insererent, & adijcerent,hoc est,ut ijs qui uellent, concederetur ciuitas Romana, dum in alicuius ciuis nomen gentemque transirent,tradit Connanus lib.2.cap.7.

ADIECTIONES,Iustinianus Instit.§.fi. de successſ.libert.accipere uidetur pro modis Rom. ciuitatis, familiarumq;. Romanarum ius assequendi, si Alciato credimus:qui tamen non negat, eo in loco Accursij interpretationem probabilem esse. Vide c.17. lib.1.Parerg.Sp.

ADIECTIVVM appositum inter duo substantiua quid importet. uide Bart.in l.cum filio.in fin.ff. de leg.1.Et si duo adiectiua adijciantur uni substantiuo an requiratur utriusq; concursus Barto.in l.qui concubinam.in pr.ff.de leg.3.Nebr.Rebuff.

ADIECTVS fundus intelligitur, quãdo melior allata est conditio. l. quod autem Sabinus. de in diẽ addictione. Siquidem Adijcere, pro addere in iure accipi,notius quàm ut probari debeat. Est item reperire, ubi consentire significat.Sp.

ADIICIALES cœnæ:Lege Septemuiri.

ADIGERE Festo lib.1.est dare,cogere.

ADIGERE iureiurando, siue ad iusiurandũ, ut Vlp.dixit,in §.fi. l.adoptiuum. de in ius uoc. dicitur is,qui conceptis uerbis alium iurare coegit:hoc est, qui uerbis arbitrio suo dictatis, iureiurando eum astringit,quod nonnulli, Budæo teste, Adiurare dicunt. Qui autem sic astrictus est,dicitur iureiurãdo adactus in uerba eius qui adegit. Verba Vlpiani sic habent: Sed si ad iusiurandum adegi, ne uxorem ducat, ne nubat,impunè in ius uocabor. Prat.

ADIGI in uerba dicũtur qui in fidem principis adsumuntur Plinio in Panegyric. Budæo in l.iusiurandum.ff.de iureiur.Prat.

ADI-

ADIGERE arbitrium, uetus locutio, pro Agere ad arbitrium. Vtrunq; autem dicimus, Arbitriū adigere, & Arbitrū adigere. & est similis significatio quę illius, Agere in iudicium, uel ad iudicium. Cicer. pro Q. Roscio, Quæ quum ita sint, cur non arbitriū pro socio adegeris Q. Roscium, quæro. Idem lib. de Offic. 3. Itaq; Calpurnius quum demolitus esset, cognouissetq; Clodium ædes postea proscripsisse quàm esset ab Auguribus demoliri iussus, arbitrum illū adegit, Quicquid sibi dare facere oporteret ex fide bona. Et in Topicis, Quemadmodum si in urbe de finibus controuersia est, quia fines magis agrorum uidentur esse, quàm urbis, finibus regundis adigere arbitrum non posis: sic si aqua pluuia in urbe nocet, quoniam res tota magis agrorum est, aquæ pluuiæ arcendæ adigere non posis arbitrum. Hot.

ADIGERE arbitrum, pro ad arbitrū agere: qua figura iuris ciuilis Cicero plerisq; locis usus est, corruptis tamen ferè uulgò locis, annotâte doctissimo Ioach. Camerario Babenberg. Sp.

ADIICERE est quasi iuxta addere, uerbū enim adijcio idem est quod adiungo, addo. l. impensæ. in fin. ibi, insulæ dotali adiectum. ff. de uerb. sign. l. nomen filiorum. §. portionis. ff. eod.

ADIICERE interdum ualet addere aliquid ad pretium plurisq; licitari. l. 7. ff. de in diem addictio. Inde Adiectiones pro incrementis & additamentis pretij, licitationibusq; quibus aliquid ad prius pretium adijcitur. l. 4. l. 10. l. 11. §. pen. l. ult. l. 15. ff. de in diē addictio. l. 26. ff. de minor. l. ult. ff. de iure fisc. l. 41. ff. de rei uind. l. 1. de uenden. reb. ciuitat. lib. 11. C. Sic adiectiones admittere in l. 21. in fin. ff. ad municip. quas uulgò dicimus Encheras recipere: Notauit Anto. August. lib. 2. Emend. ca. 3. Adiectus dicitur qui obligationi solutionis gratia adijcitur. l. 59. ff. de solutio. ueluti si sibi aut Titio dari quis stipuletur: Nam Titij persona in hoc tantùm comprehenditur, ut ei rectè soluatur. l. 56. §. qui sibi. ff. de uerb. obliga. Adijci etiā dicitur qui alicui cohæres adiungitur. l. 7. ff. fam. erciscun. l. 89. ff. de hæredib. insti. unde adiectus hæres pro cohærede in l. 7. & l. 32. ff. de uulg. & pup. l. 78. in fi. l. 85. ff. de hæred. instit. in eundemq; sensum adiungendi & adhibendi uerbis I. C. utuntur. l. 6. l. 85. & l. 14. in fi. ff. de iure codic. Briss. Adde Cuia. tracta. tertio ad Africa. fol. 34.

ADIICERE in diem est rem penes emptorē collocare, hac lege, nisi quis intra diem certum meliorē conditionē attulerit. Cuia. d. trac. 3. ad Africa. fol. eo.

ADIMERE qualiter quis intelligatur, declaratur tot. tit. de adimen. leg. Vide Perimere. Sp.

ADIMENDI uerba & modos uide in tractatu de adimen. leg. Quādo lex adimit libertatem pro nō scripta habenda est. Terentio Clementi l. unic. ff. de adempt. libert. Sp.

ADIMPLERE uerbum rarissimum quo Imp. usus est Institut. de contrahen. empt. §. ita tamen. Videturq; idem esse quod impleo. Sp.

AD instar non tantum apud eundem sed etiam apud I. C. legimus l. si de possessione. C. unde ui. l. omnia priuilegia. C. de episc. & cler. l. ult. ff. de exerc. l. cum qui. §. publiciana. ff. de public. l. si ad instar. C. de lib. exhib. c. 2. de sponsal. c. dudum. circa fin. de præb. lib. 6. Alb. Seruius dici negat ad instar. Beroaldus item apud Apuleium monuit nos simpliciter dicere instar Vlpi. ait Publiciana uero ad instar ꝓprietatis, non ad instar possessionis respicit. l. sed & si res. ff. de public. in rem actione. Vide Instar. Sp.

ADIRE hæreditatē & pro hærede, id est, pro domino est ipsam hæreditatem subire. §. fi. Instit. de hęred. qual. & differ. l. si nemo. ff. de diuersis reg. iur. antiq. Adire bona, idem ferè l. 1. C. de testa. milit. Adeūt extranei, immiscēt se sui, & necessarij. d. 6. fin. & §. extraneis. Inst. illo tit. de hære. qual. & diff. Porrò & qui Adit, & qui se miscet obligatur l. 3. in fi. & l. 4. ff. quib. ex cauf. in pos. eat. Prat. Cæterum aditionem à gestione ꝓ hærede à parte distinguit I. C. in l. si quis mihi. §. sed quid. ff. de acquir. hære. in l. eum qui. ff. eod. tit. ut annotat Goneanus lib. 1. uar. lect. c. 25.

ADIRE hæreditatem, & bonorum possessionē petere, Paul. æquiparat. l. is qui. de leg. præstan. tametsi Aditio hæreditatis, quia illi è ciuili iure origo, ꝑpetua est. l. licet. C. de iure delib. Bonorum uerò possessio, quia à prætore causam habet, temporaria est. Nam prætoris officium angustiore clauditur tempore. Hinc filius sine patris iussu potest agnoscere bonorum possessionem: adire autem hæreditatem nō potest, nisi scrutata patris uoluntate, quum facilè peti posit, non exclusa spacio temporis. Hæc est germana ratio diuersitatis inter aditionem hęreditatis, & bonorum possessionem, quam Pirrho Anglebermæo debemus, qui ueritus non est ab Accursio, & Bartolo discedere. Prat.

ADIRE hæreditatem, est amplecti hæreditatem, accedere ad hæreditatem, & ut Gręci dicunt, προσελθεῖν τῇ κληρονομίᾳ. Propriè autem Adire extranei dicuntur, qui aliàs hæredes non sunt, ut sui immiscere se. Ideoq; hæc separantur in l. 3. §. ult. cum l. seq. ff. quib. ex cauf. in possessio. eat. l. 7. §. restitutus. ff. de minor. Adit hæreditatem qui uerbis uel facto aliquo bona se mortui adpræhendere, hæreditatemq; admittere testatur. Etiam subire hæreditatē dicit Paul. in l. 181. ff. de diuers. reg. Briss.

ADIRE & cernere hæreditatem, itemq; pro hærede gerere, hæredis est alieni: Immiscere sui ac necessarij. Nam ille aliunde ad alienam familiam accedebat: eoq; his utebatur uerbis, Quum me Mæuius hæredem instituerit, eam hæreditatē adeo cernoq;, ut ait Vlp. tit. 22. At filiusfa. permanebat, neq; aliud quippiam noui cœptabat, nisi quod quas res antea non attigerat, earum se liberæ administrationi tum immiscebat. Hotom.

ADITES uocitātur atrici à I. C. atq; liminarchæ fœminis excubantes, fœminæ dicuntur atricæ. Plautus: similiter tum atrica clementer non fota est, inquit, munere occupauit. De his atricis hæc Maro. Armiger ante fuit fidusq; ad limina custos. Seruius nono Æneidos interpretatur: Æditutus fuit, quod ut supra apud maiores, diximus, ingenti honore, illic enim & epulabantur, & Deos colebant, census aūt omnis illic seruabatur, quod & Plautus docet in Asinaria in qua inducit Sauream seruum Atriensem in tota familia plurimum posse. Hi principis limen curabant ad limina, quemadmodū ad pedes, à memoria, à libellis, à pugione uocitantur à Lucio lib. 2. de Asino aureo, cuius ex antiquis codicibus hæc uerba sunt: Nā ut pueri ipsius ad limina, credo. Vt arbitrio nocturni gannitus ablegarētur, humi quam procul distractum fuerat grabatulum, ut hæc sit Apuleiana sententia: Per humum à photide longule fuerat distractum cubile, ut scilicet pueri, hoc est, serui ad limina, id est, liminarchæ amandarētur & semouerentur inde dissite, ne clinopales, hoc est luctæ cubicularis uoculas & suspiritus possent exaudire atq; percipere quod oppilat & fulcit de Hannibale loquens Italicus Silius:

Sæpe etiam famuli turbato ad limina somno.

Expo

Expauere truces per uasta silentia uocem.
Ioan. Baptist. in comment. Epist. Sidon. Apollin. ad Agricolam, lib. 1.

ADITIO. Theophilus autor est, quòd hęreditatem acquirere in extraneo dicatur Aditio: in necessarijs, Immistio. Et quod hæreditatem non admittere, in extraneo dicatur Repudiatio: in necessario, Abstentio. Sp.

ADIVDICARE, est iudicio peracto, rem controuersam actori addicere. notat Alci. de uerb. sign. Zuerkennen/Zusprechen: cui contrarium est, Abiudicare, Aberkennen/Absprechen. Caius in l. si idem. ad fin. de iurisdict. Quia tota res, inquit, in iudicium uenit, & uel uni adiudicari potest. Porrò, adiudicare pignus, addicere, & in solutum dare, quo distent, ex ueritate textuum excutit acutè, & ut solet, fideliter, Zasius, in l. à diuo. ff. de re iud. Spieg.

ADIVDICATIO propriè habet locum in iudicijs diuisorijs. l. si quid putatis. §. si quis fundum. & §. officio. ff. com. diuidun. cum simil. per Alber. citatis: Vlp. l. 2. ff. fin. regun. Iudici, inquit, fin. regundor. permittitur, ut ubi non possit dirimere fines, adiudicatione controuersiam dirimat. Sp.

ADIVDICATIO necessaria est, emptio uoluntaria. Paul. in l. si pignori. ff. famil. ercisc. Adiudicationes prætor tuetur. l. inter. §. si famil. ercisc. ibid.

AD iudicis religionem pertinere. l. 2. ff. si usuf. pet.

AD iudiciū occurrere non posse, apud Vlp. in l. 2. §. 1. si quis caution. Sp.

AD iudicium uenimus hoc modo, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitrium hoc modo adimus, ut neq; nihil, neq; tantum, quantum postulauimus, consequamur. Bud. in Annot.

ADIVDICARE & abiudicare cōtraria sunt. Cicero contra Rullum ad Quirit. Volet esse popularis, pop. Rom. adiudicabit. non sumet sibi tantum, non appetet: iudicabit Alexandriam regis esse, à populo Rom. abiudicabit. Hot. Prat.

ADIVDICARE apud Scæuolam l. 21. §. 3. ff. de ann. leg. ubi Præses prouinciæ ex nominibus hæreditariorum debitorum eligit idonea nomina, & in causam legati Reipub. adiudicat. post cuius sententiam Respubl. à plerisque adiudicatis sibi pecunias percipit. Adiudicat, id est, iudicio attribuit, assignat, proprium esse decernit. Hot.

ADIVDICARE caussam alicui, secundū aliquē iudicare. Cicero de Orato. 2. Nam hoc necesse est, ut is qui nobis causam adiudicaturus sit, aut inclinatione uoluntatis propēdeat in nos, &c. Cicer. de Ora. 2. Qui locus est talis, ut plus habeat adiumenti, quàm incommodi, hunc iudico esse discendum: ubi plus mali, quàm boni reperio, id totum abiudico atq; reijcio. Hot. Prat.

ADIVDICARE est rei dominium iudicio attribuere, id quod in actionibus mixtam causam habentibus iudicibus permittitur. §. si familię. Instit. de off. iud. l. si idem. ff. de iurisd. Prat.

ADIVDICATIO, id est condemnatio l. licet. §. si plures. ubi gl. ff. de procur. Io. Fr. Dec.

ADIVTOR idem est quod actor. §. fin. Instit. de curat. l. solet. ff. de tutelis. l. præses. & ibi gl. C. quō. & quan. iud. Alber.

ADIVTOR pro scrineario ponitur. l. nulli. C. de num. & act. lib. 12.

ADIVTOR tutelæ dicitur, quē (ut scribit Pomponius) solet Prętor permittere tutoribus cōstituere, qui non possunt sufficere administrationi tutelæ: ita tamen ut suo titulo eum constituant. l. solet. 13. ff. de tutel. Hot. Prat.

ADIVTORIVM quis præstare dicatur Canonistę pulchrè indicant in c. ult. ext. de homic. Vocabulum extat & apud alios receptos authores. Sp.

ADIVTOR Cornulariorum uacationem munerum grauium habet l. ult. ff. de iure immunit. Cornularij qui sunt, uide infrà suo loco. erant & adiutores Quæstoris.

ADIVTORES officijs leuandi laboris causa dabantur, qui his uel ægritudine prępeditis, uel multitudine negotiorum obrutis opem ferrent. l. 10. C. de numerar. lib. 12. l. 3. C. de diuers. offic. lib. 12. & in Notitia Imperij Rom. persæpe. Sic Adiutores Quæstoris in l. ult. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. Adiutores sacræ memoriæ. l. 13. l. 14. eod. tit. Adiutores magistri officiorū. l. 5. C. de principib. agen. in reb. lib. 12. Adiutor urbani officij apud Symmach. lib. 1. Epistol. 22. & Adiutor primicerij tribunorum notariorum in Notitia, quæ subiecta est Nouellæ 8. Appellantur uerbo Gręco Boethi in l. ult. C. de tabular. scrib. lib. 10. Bris.

ADIVTRICIS primæ legiōis meminere Impp. in l. ult. C. de apparitorib. præfect. præt. & l. ult. C. de castr. pecul. lib. 12. in qua Adiutrice nostræ Reipub. pro Adiutrice nostra uulgò perperam legitur.

ADIVTRIX legio prima Impp. l. fin. C. de adpa rit. præfect. præt. Prat.

ADIVVAE qui erant disces ex Notitia Imperij Roma.

ADIVVARE, pro adminiculari, apud Paul. in l. legitima. de pac. In usib. feud. denotat opem ferre, & auxiliari. Hic finitur lex. per ibid. not. Est autem adiuuari, ut Nonius inquit, cum uoluptate intueri, delectari, accendi, & de rebus nouis, magnis, insolitis, & inusitatis dicitur. Drosæus in methodo iuris.

ADIVTRIX, cognomentū legionis Romanæ, cuius mentio in Constantini Imp. constit. l. fin. C. de Cast. pec. lib. 12. Sp.

AD libertatem uindicta manumittendo perducere. l. filius. ff. de dolo malo. Sp.

ADLECTI dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti, Festo lib. 1. Prat.

ADLECTOS etiā dici putat Varro lib. 5. de lin. Lat. qui in collegarum locum subpositi sunt. Prat.

AD limina seruus, pro Atriensi. Bud.

AD manus nummos non habere, uenustè dixit Africanus, in l. tutor. ff. ad S. C. Vell. pro eo, quod & non minus elegans est, pecuniam ad manum non esse. uulgò aiunt, In promptu non esse. Sp.

AD manum seruus is dicitur, cuius manu ad literas scribēdas Princeps, aut quiuis alius utitur: estq; idem qui & à manu & Amanuensis dicitur. Spie. At hęc duo differre doctiss. Torn. annotauit lib. aduers. 5. cap. 11. ubi amanuenses serui sunt à manu, qui excipiunt & scribūt. At serui ad manum alij sunt ut apud Cicer. lib. 3. de oratore: & apud Liuium. Inde ad manum cantari histrionibus ceptū. Nam ad manum significat, qđ præsto est, qđ in promptu, qđ paratū est.

ADMENSVM uinum, ridiculè interpretantur pro uino ad mensam uenditū: tametsi Haloand. annotat, aliàs deesse hæc uerba, in l. si per emptionem. ff. de Pericul. & commod. rei uen. Est autem admensum uinum, idem quod simplex mensum. Sic Cato de Re rustica: Vinum emptoribus sine molestia hoc modo admetiri debet. Sp.

ADMINICVLVM, adiumentum. Vlpia. l. 1. ff. si usufr. pet. §. 1. Vsusfructus legatus, ait, adminiculis eget, sine quibus uti frui quis non potest. Propriè dicitur

citur sustentaculum siue fulcimentum rei alicuius, uel sine quo res non subsistit.l.instrumenta. Cod.de prob.Sp.Prat.

ADMINICULA. Vide l.instruméta. C. de probat.l.2.§.1.constit.pec.l.1.ff.si usur.pet.

ADMINISTER, id est magnus & præcipuus minister, uox Ciceroni familiaris. Ad enim habet uim intendendi. Administrationis appellatione, apud Canonistas continentur tantũ ecclesiastica officia, nimirum exemplo tutoris, qui administrator in iure nostro appellatur, diciturq; habere officium. l. alienam. C.de procur. Notum est & apud Cæsarem, idoneum latinitatis autorem, administrare pro gubernare accipi. Sp.

ADMINISTRARE dicitur qui quid alij restituit.l.si pars.10.in fi.ff.de inoff.testam.l.3.c.ad legem Falcid. Hinc

ADMINISTRATIO libera quæ sit, uide in l. si filiusfam.ff.de donat. Vlpia. in l.eum actum.ff. negoc. gest. casum indicat, quo ex superioris temporis administratione nihil amplius in iudicium deduci potest. Cæterùm administrationem rerum liberã, qualem dominus habet, procuratori commissam, Barbari altam & bassam uocant. Ex Oldend. Sp.

ADMINISTRATOR is est, qui rerum publicarum, seu temporalium curam gerit: at Magistratus, qui iurisdictionem exercet. Azo Cod.de Administr. reipub.lib.10.in rubr.

ADMINISTRATORES in iure nostro dicuntur maiores Magistratus: quòd illi solam meri imperij administrationem habeát. quę uox eum comprehendit, qui alieno nomine, non proprio agit, ut attestatur Accurs.in rubr.de Administrat.reipub.lib. C. 11. Quod & iuramenti formula probatur, qua iurát, Magistratus occasione, traditæ administrationis fidem se Cæsari seruaturos.in Aut.Iusiur.quod pręst. Vides, quo te titulo uendis, qui ais te liberum esse: nihil ad te ius meri imperij pertinet, quod solius Imperatoris est: tantum exercitium tibi competit. Sp.

ADMINISTRATORES ciuitatis, curatores dicuntur l.præses.C.de transact.per l.3. ff.de admin. rer.ad ciuit.pertin. Hi sunt qui ciuitatis negotia gerunt, & administrant. quorum officium explicatur ff.de admi.rer.ad ciuit.& C.eo.tit.lib.11.Prat.

ADMISSIO pro permissu: quemadmodum admittere, pro fieri sinere, nõnunquam usurpatur. Notum admittere homicidium pro committere, & ut uulgò dicitur perpetrare apud Iurisconf.in l.1. §. penultimo.de sicar. & pro delinquere simpliciter in l. spurij. in prin.ff.de Decurion.Spieg.

ADMISSIONUM officium in l. 2. C. de priuil. eor. qui in sacr. pal. lib.12. C. quod sub dispositione Magistri officiorũ ponitur in Notitia Imperij Rom. Ab eo Admissionales, qui principem adoraturos ad mittebant in l.ult.C.de diuers.offic.lib.12. Lamprid. in Alex. Salutabatur uerò quasi unus de Senatorib. patente uelo, admissionalibus remotis, aut solis his qui ministri ad fores fuerát: cùm antea salutare principem non liceret, hodie Camerarij uocantur. Admissionum etiam magistrum legimus apud Vopiscum in Aureliano.Briss.

ADMITTERE, est missum in possessionem recipere Vlpiano l.2.in princ. ff. ne uis fi.ei. eidem in l.is cui.5.§.missus.ff.ut in poss.leg.Prat.

ADMITTERE equum interdum pro conscendere, accipitur, ut apud Ciceronem in secúdo de Finibus. Num etiam cum P. Decius se deuoueret, & equo admisso in mediá aciem Latinorũ irrueret, &c. ut Budæus interpretatur. Sed Maioragens lib.11. ca. 7. eum lapsum existimat. eo nanq; loco, equũ admissum, non pro conscenso, sed pro concitato, & celeri accipi debere satis demonstrat Valerius Maximus, sic uocem interpretatus.l.5.ca.6.de eodem P. Decio scribens. Caput, inquit, suum pro Reipub. salute deuouit, ac protinus concitato equo, in hostiũ agmen, patriæ salutem, sibi mortem quærens, irrupit. Concitato equo, ut uides, dixit, pro eo, quod Cicero habet, Admisso. Quin ipsemet Cicero rem totá aperit, dum lib.3. de Natur. Deor. loquitur in hæc uerba. Rebantur enim fore ut exercitus Imperatorem equo incitato se in hostem immittentem persequeretur, id qđ euenit, &c. Idem lib.1.de Diuinat. de Publio Decio, post triennium autem, cum consul esset, deuouit se, & in aciem Latinorum irrupit armatus. Quo eius facto superati sunt & deleti Latini. Vbi uides uerbum Irrupit, equi concitationem admittere. Cęsar quoq; lib.1.Belli Gallici, eodem significatu uerbo ipso, quo de agitur, usus est. Considius, inquit, equo admisso, ad eum accurrit, dicit montem, quem à Labieno occupari uoluerit, ab hostibus teneri, &c. Penelope Ouidiana.

Hic lacer admissos terruit Hector equos.

Magno Francisci Philephi errore, qui lib.36. suarum Epistolarum, Amissos legit, qui alios etiam, neq; infimi ordinis scriptores asseclas habet, præter Egnatium non obscuræ hominem famæ, qui in Obseruationibus in Ouidij Heroid. Admissos in eodem uersu legendum esse contendit. Prædictis, Ouidij eiusdem luculentius testimoniũ accedat, ex li.1. Metam. ubi sic ait —*Vtiq; monebat*

Ipse amor, admisso sequitur uestigia passu.

Admissum passum pro celeri, quasi seipsum Apollo ad cursum acrius concitasset, dictum esse perspicis.

ADMITTERE scelus dicitur, qui id perpetrat, & committit in diuorum Marci, & Commodi rescripto.l.diuus.ff.de offic.præsid. M. Cicero pro Rabirio. Rabirius, inquit, fraudem capitalem admisit. Vlpianus in l.1.in prin.ff.de offic.præf.urbi.Prat.

ADMITTERE pter notas acceptiones, est marem fœminæ, aut mari fœminam admouere ad initũ apud Vlpian.in l.si quis uxori.§.si quis.ff.de furt. Vide hoc loco Budæum. Spieg.

ADMITTERE bonorum possessionem pro adgnoscere & accipere in l. 7. C. de iure delib. & aliàs sæpius.Briss.

ADMITTERE uim, pro facere uim, uim inferre. Admitti uim alicui, pro pati uim, Vlpian.in l.item si cum.ff. quod met.caus.Spieg.

ADMODUM, id est, ualdè. penultima correpta, l.1.in prin.ff.quod cuiusq; uniuers.l.unica.C.ne quis in sua caus.iud. Aliquando profertur accentu acuto, & tunc exponitur admodum. i. necessitatem. l.item si fundum.in fin.ff.de usufr. Alber.

ADMONERE in memoriam adducere, *nous auis.* l.qui uenenum.ff.de uerb.sig. Interdũ admonere est monere cõmonefacere, *admonester.* Vnde merito admonentur magistratus diligenter custodire fugitiuos né euadant.l.1.§.pen.ff.de seru.fugit.

ADMONEMUS propriè de re quę nondum in mentem uenit ei qui admonetur. Vnde apparet, interpretes non admodum rectè pro corrigere, exponere apud Paulum in §.sciendum est autem. de officio præfect.uigil. tum alibi.Sp.

ADMONERE, uerbum notę significationis est. Plerumq; castigare & corripere, & percutere sonat. Corripere quidem significat in Imp. Commodi constitutio-

stitutione apud Modestinum l.alimenta.§.1.ff.de agnosc.lib.iuncta l.1.ff.de iur.patro. Telo admonere Vergilius lib.10.& flagello Columella lib.2.cap.2.dixere:quod & Nonius adnotauit. Hoc ita Græci exprimunt νυξιτᾶν ut apud Platonem in lib. νόμων.νυξιτᾶν πληγαῖς. Hinc

ADMONITIO fustium Callistrato l.ueluti. ff. de pœn.Græcis νύξιγμα. Tu uide quæ de hoc scripta reliquerit I.Pollux lib.9.Onomastic.Prat.

ADMONITIO protelatur. §.final. l.2. ubi quis ager. Sp.

ADMOVERE probationi apud Vlpiauum l.1. in princ. ff. de quæst. est reum argumentis compellere. Prateius.

ADMOTA,id est,adhibita. l.damni infecti. ff. de dam.infect.Alber.

ADNEPOS,Adneptis Græci διέγγονον, διεγγόνην dicunt. Hi sunt abnepotis,uel abneptis filius,filia,pronepotis uel proneptis, nepos, neptis. l.1.§.5. & l.ult.§.Adnepos.ff.de gradib.& adfin.Sic in inscriptione antiqua, L.Aurelius Verus Antoninus Neruæ adnepos appellatur. A' Nerua enim Traianum, à Traiano Hadrianũ, ab Hadriano Antoninum Piũ, à Pio Verum adoptatum, ex historijs notum est. Brissonius.

AD nomen respondere,est comparere,ac præsto esse,cùm nomen recitatur. Liuius lib.7.ab urbe condit. Acerbitas in delectu non damno modò ciuium, sed etiam laceratione corporum lata, partim uirgis cæsis,qui ad nomina non respõdissent,partim in uincula ductis,inuisa erat.Prat.

AD nos pertinere intelligitur, quod competit nobis iure uel dominij,uel possessionis, uel curæ, siue administrationis.argum.l.1.§.quod ait.de offic.præfect.urb. Spieg.

ADNOTARI dicitur, qui absens in reos refertur.nam in grauioribus criminibus Magistratus qui absentem in reos recipiebat,edicta proponebat, quibus illi denunciabat fore, ut nisi intra annum adesset,eius bona confiscarentur.uti Martianus docet l. 1.& 2.ff.de requir.uel absent. Hinc, Hot.

ADNOTARE quoq; est cum præses notat qua quemq; damnatum pœna dignum censeat, idq; ad Imperatorem rescribit.l.1.ff.quand.appel.l.6.§.præsides. ff.de interd.& releg. l.1. c.1. ff. nihil innouand. Plin.lib.epist.10.Fuerunt similis amentiæ,quos quia Romani ciues erant, adnotaui in urbem remittendos.Hotomann. Prat.

ADNOTARE aliquando accipitur pro reprehendere,ut apud Paulum l.debitor.82.§.seruo. ff.de leg.2. Aliquando ponitur pro Notare. l.cum mater. ff.de inoff.test. Prat. NEBRIS.

ADNOTARE insulas,pro adsignare dicit l.1.§. 2. ff.de leg.3.

ADNOTATIO, illa in reos relatio, l.4. ff. eod. tit. Est &

ADNOTATIO, principis ad preces rescriptũ, idq; ex Valentiniani Imp. Nouella edocemur tit.de homic.casu fact.uersicul.merito ergo.adnotationis, hoc sensu,frequẽs mentio est in Codice Iustinianeo in l.non aliter.9.C. de pala.sacr.larg. lib.12. Sic autẽ eam definit Theodorus : παρασημείωσις ἐστὶν ἡ τὰ πυρώτερα τῶν λαλουμένων περιλαμβάνουσα καὶ γράφουσα ταῦτα ὡς ἐν συνόψει, καὶ δι' ὀλίγων ἰκεῖνα ἅπερ ἔστιν παλαιὰ βασιλικὰ σημειώματα. Prat.

ADNOTATIO dicitur q̃ fit proprio motu principis ut notatur.in l.nõ aliter. C. de Pal.sacr.larg.lib. 12.Vel Adnotatio est rescriptũ principis paucis adhibitis factum.l.iubemus.C.de sacrosf.eccl. Quandoq; dicitur Adnotatio actus qui sine testibus expeditur. l. instrumenta.& ibi gl.1.C.de proba. Aliquando adnotatio est scriptura facta propria manu principis.l. 1.C.de precib.Imperat.offer.Briss.Spieg.Alber.

ADNOTATVS censibus.in l.quisquis.16.C.de ep.& cleric.idem qui Ascriptitius. Nam in l.si quis. 20.eod.censibus ascriptus appellatur.Hot.

ADOLESCO,à uerbo Græco ἀδολεσχῶ ueniens Festo lib.1. est ætate ꝓgredi,& crescere Nonio, quo sensu usus est Vlpianus leg.3.§.si duo impuberes.de Carbonia.edict.ff. Prat.

ADOLESCENS dicitur, qui pubertatẽ egressus l.Aurelio.§.1.ff.de lib. leg. Adulescens sæpe legitur in Pand.Floren.

ADOLESCENTES, qui moribus, & solertia præditi sunt,tametsi legitimam ętatem nondum expleuerint, anno tamen uigesimo possunt impetrare ueniam administrandarum rerum l.2.in princ. C.de his qui uen.ætat.impet. Alioqui prætor opem pollicetur eis,ceu minoribus, annis 25. Et ideo in hanc usq; ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur:nec antè rei suæ administratio eis committi debebit, quanquam bene rem suam gubernantib.teste Vlpia.l.1.de minoribus.

ADOLESCENTIAM,quæ pubertas est, I.C. placuit à quartodecimo anno sumere initium,uigesimoquinto perfici. l.non aliter. §.1. ff.de leg.3. cum simil. Prat.

ADOLESCENS à nostris dicitur, qui inter annum decimumquartum & uicesimumquintum ętatem agit.nam ante decimumquartum pupillus appellatur. Hinc titulus Rem pupilli uel adolescentis saluam fore.lib.Dig.46.uide Ætatis gradus.Hot.

ADOLESCENS & iuuenis,Caio idem.l.patri. ff.de minorib. Sp.

ADOLESCENS & pupillus æquiparantur furioso,quia non rectè intelligunt. l. diem proferre. §. coram.ff.de recept.Sp.

ADOLESCENS luxuriosus,apud Vlpia.in l.si uerò non remunerandi causa. Mandati. Quære I. Luxuriosus. Spieg.

ADOPTARE est qui in filium adsciscere. Sed & ad alios pertinet,qui adsciscũtur.unde adoptare administros dixit Varro lib.4.de ling.Latina.Prat.

ADOPTIO ita à Theophilo Instit.de adoptio. in prin. νόμιμος πρᾶξις μιμουμένη τὴν φύσιν πρὸς παίδων παραμυθίαν ἐπινοουμένη quæ uerba ita uertimus: Est actus legitimus naturam imitans ad liberorum solatium inductus.Rectè adiecit μιμουμένη τὴν φύσιν.Nam,ut ait Iauolenus l.adoptio.16.ff.de adoptio. Adoptio in his personis locum habet in quibus natura locum potest habere. Definitio autem hæc sumpta uideri potest ex §.minorem.Instit.& l.actus.ff.de reg.iur. Pra.

ADOPTIONIS origo antiquissima est. Non solùm enim apud ueteres Romanos in usu erat, ut ex A.Gellio.lib.5.ca.19.liquido constat, sed & apud Græcos,ut ex Plutarcho,in Theseo liquet,quo loco Theseum ab Ægeo in filium acceptum refert.Quam rem, inquit Athenienses θέσιν adpellabant. Apud Iudæos eam fuisse proditum est. Adoptionis caussam esse tradũt Impp. in 3. l.C.de adoptionib. liberorum orbitatem,id est,(inquiunt)quod liberos non haberes.Prat. Viglius in §.adoptiui liberi. Instit. de exhæredat.lib.

ADOPTATITIVS,ex filio adoptato natus Festo libro 1.

ADOPTIONIS solẽnitas hodie apud nos abolita

lita est. Nec quenquam mouere debet, quòd imaginem quandam adoptionis obseruamus in ijs, quos loco filiorum alimus, atq; etiam affectu quodá prosequimur, & filios appellamus. Nam Romani quoq; idem faciebant, non tamen ea reputabatur solennis adoptio, ut apparet ex l. quidam cùm filium. ff. de uerb. oblig. Prat.

ADOPTIONIS nomen generale est: tam enim qui sui iuris, quàm qui alienæ potestati subditi erát, tam qui rogatione lata, quàm qui magistratus aucto ritate in liberorum ius locumq; adsciscebantur, adoptari dicebantur: ut ex Ciceronis Oratione pro domo sua non uno loco demonstratur. Generaliter uerò Adoptionem definiemus legitimũ actum naturá imitantem, quo liberos nobis quærimus, quàm Græci [illegible], Gotthi adfiliationem, qui eam barbaram Caio appinxerunt interpretationẽ, quæ hodie apud eundem lib. 1. Instit. tit. 4. legitur. Adoptio autem in duas species diuiditur, quarum altera Adrogatio, altera Adoptio similiter dicitur: Eoq; modò fit ut idẽ nomen & genus & sui ipsius species sit. l. 1. & 2. ff. de adoptio. Adoptio eorum est, qui in aliena potestate sunt, & à patris naturalis in adoptiui familiam transferuntur. Eaq; apud Prætorem uel Procõsulem, uel quemlibet alium magistratum, apud quẽ legis actio esset, fiebat, parente naturali filium mancipante, eo quo Iustinianus in l. ult. C. de adop. perstringit, ritu. Adrogatio uerò est, cùm aliquis patrem non habẽs, in potestatem se adoptiui patris dabat. Et inde Adrogatio, secundum Caij opinionem, quæ in l. 2. ff. de adopt. & lib. 1. Instit. tit. 5. conscripta est, quod & ille qui adoptabat rogaretur, utrùm illum quem adoptaturus erat, iustum sibi filiũ esse uellet, & ille qui adoptabatur rogabatur, utrùm id fieri pateretur. Gellius uerò inde dictam Adrogationem lib. 5. noct. Attic. c. 19. tradit, quòd non nisi rogatione ad populum lata fieret, in hæc uerba, Velitis iubeatis Quirites, uti Valerius L. Titio tam iure legeq; filius siet, quá si ex eo patre matreq; familias eius natus esset &c. Cui etymologiæ & illud Taciti fauet quod est lib. 12. De adoptione Domitij: rogataq; lex est, qua in familiá Claudiam & nomen Neronis transiret. Constat planè apud populum Adrogationes olim factas non Gellij modò, sed & Vlpiani testimonio in Instit. tit. 8. Ratio uerò adhibendi populi, quantum ex Cicerone colligo, illa fuit, quòd iure à maioribus prodito libertatẽ nemo ciuis amittere sine populi auctoritate poterat: Verùm translato populi in principem imperio, principali exinde auctoritate Adrogationes fieri cœpere. l. 2. ff. de adopt. l. 6. C. eo. §. 1. Instit. eo. Briss.

ADOPTIO est actus legitimus, per quem extraneus in alienam familiam iusq; filijfa. suscipitur. Dixi, Actus legitimus, Papinianum imitatus in l. 77. ff. de reg. iur. quia non moribus, sed lege XII. Tabularum institutus est. Dixi, Extraneus, eum significãs qui suus non est: siue planè sit extraneus, siue etiam agnatus. Dixi, In ius filijfam. quia nullius alterius cognationis ius quæri per adoptionem potest. Est igitur adoptare idem quod optione facta deligere, atque in familiam suam asciscere. quemadmodum cooptari in senatum dicebantur, qui delecti à Censoribus in Senatorum numerum referebantur. Hot. Olim enim adoptiui omnes transibant in familiam & ex pluribus nominibus adoptatorum cognoscitur. Moribus enim hoc inductum fuisse apud Romanos testatur Appianus. Dion autem lege & de Tit. Pomponio Attico legimus in epistolis Ciceronis, qui post adoptionem uocatus est. Q. Cecilius, Q. F. Põponianus Atticus. Moris enim erat, ut is qui adoptaretur, prænomen, & nomen, & cognomen sumeret familiæ adoptantis proprium nomen in (anus) plerunq; deriuás, unde Octauius post adoptionem Octauianus dictus est: & P. Cornelius Scipio Æmilianus ut Dion autor est. Sunt etiá qui putent à Marcellis Marcellinos hac ratione dictos fuisse, à Iulijs Iulianos, à Domitijs Domitianos, à Seruilio Seruilianos autore Macrobio. Id quod latius explicat doctissimus & accuratissimus Paulus Manutius in ultima epistola lib. 1. famil. epist. Ciceronis. Hinc adoptare pro nominare non inscité Horatius usurpauit Frater, Pater adde ut cuiq; est ætas, ita quemq; facetus adopta. id est, ascribe agnationi & familiæ tuæ, modo fratrem, modo patrem appellans. Schar.

ADOPTIO, inquit Caius in Instit. est naturę similitudo, ut aliquis filium habere possit, quem non generauit. Hot.

ADOPTIO, inquit Theoph. est actus legitimus naturam imitans, ad eorum qui liberos non habent, solatium inuentus. §. 1. De adopt. Verùm utrum hoc ex Accursij glossa sumptum est, & ex Placentini Ioannisue commentarijs, ut Theophilus illorum ætate posterior esse uideatur: an contrà tum illi, tum hic noster ex tertio quopiam, cuius Latina extaret hæc definitio, totum hoc exscripserunt. Hot. Vide non contemnenda de adoptione apud Ræuardum in libro de auctoritate iurisprud. cap. 6.

ADOPTITIVS, ex adoptato filio natus.

ADOPTATI ex tribus manibus. Sic enim legendum, ut rectè censet alibi Alciatus in l. penult. §. quæ autem de alijs. C. de Adopt. quòd de patris naturalis manu in fiduciarij manum traderentur: qui deinde in manum & potestatem adoptiui parentis dabit. Vnde in l. sequen. per tres mancipationes adoptionem fieri legimus, quas Imper. Iustinianus antiquauit. Sp. Cæterum Alciati sententiam refellit omnium codicum fides. & ueterem lectionem retinendam esse, legendumque ex tribus maribus censet Connanus lib. 2. cap. 15. numero 13. licet qui ex tribus maribus adoptati dicantur certi nihil adferre possit. Schard. Porrò differentia quædam adoptatorum hoc loco notanda. Adoptantur sæpius qui natura prius filij non fuerunt & Translati dicuntur: Interdum qui fuerunt sed exierunt & tunc Redditi appellantur. Ita distinguitur in l. filio. ff. de liber. & posthumis, quæ differentiæ uarios habet effectus iuris, ut in suis locis uidere est.

ADOPTATIO idem quod adoptio sed in usu rarissimum. Sp.

ADPLVMBATVM appellatur quod plumbo uinctum & alij iunctum connexumq; est. l. 23. §. item quæcunque. ff. de rei uindic. l. 17. §. castella. ff. de acti. empt. l. 2. ff. de sepul. uiol. Contrarium huic uerbum, Replumbatum legitur in l. 19. & l. 32. §. 1. ff. de auro ar gent. Briss.

ADPLVMBATVRA & Ferruminatio sic differunt, quòd hæc per eandem materiam facit confusionem: illa non idem efficit, sed coniungit & connectit tantum: ait Paulus in l. in rem, 23. §. 4. ff. de rei uindic. Hot.

ADPOSCERE, id est, adstipulari ut apud Terentium Talenta dotis adposcent duo, id est, hæ minæ adposcent filiæ & astipulabuntur duo talenta: Connan. lib. 6. cap. 6.

ADPROBATVS fideiussor apud Caium in l. si uerò. ff. qui satis dar. cogant. Sp.

ADPROMISSOR est, qui quod suo nomine

promi-

promisit, idem pro altero quoque promittit: inquit Festus. quo tamen loco haud scio an uox Alter desideretur: ut locus sic legatur: Qui quod alter suo nomine promisit. nam Pōponius in l. 5. §. 2. de uerb. oblig. Satisacceptio, inquit, est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, ut adpromissores quoq; ab eo accipiantur: id est, qui idem promittant. Item Vlp. l. in omnibus, 43. ff. de solut. In omnibus speciebus stipulationum etiam accessiones liberātur: puta adpromissores, hypothecæ, pignora. Quibus ex locis constat, Adpromissorem eundem esse qui & fideiussor dicitur. l. si uerò. ff. sol. mat. Hot. ex Spieg. Sed & dubium non esse quin adpromissor ꝑ fideiussore accipiatur affirmat Duaren. l. 5. §. satisacceptio. ff. de uerb. oblig. Idq; non tantum apud I.C. sed etiā apud ueteres Latinos autores. Inter quos Cicero eum qui pro alio se obligat, nusquam fideiussorem, sed spōsorem potius aut adpromissorē uocat, ut in orōe pro Rosc. Amer.

ADORARE antiquis significabat agere, unde & legati adoratores dicuntur: quia mandata populi agebant Festus lib. 1. & Prat.

ADORARE principem, eiusque purpurā, est uenerari, salutare, ad principis genua accidere, & genua flectere l. unic. de Comit. & Trib. schol. lib. 12. C. l. fi. qui milit. pos. eo. lib. l. sancimus. 4. de consulibus eo. lib. Ammian. lib. 21. Sic adorare principis æternitatem l. 2. de fabric. lib. 11. C. quo sensu accipitur προσκυνεῖν Græcis: ut Gen. c. 33. καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν ἑπτάκις. Sic apud Herodotum Spartiatæ negant, σφίσι νόμον εἶναι ἄνθρωπον προσκυνέειν legitimū esse apud sese adorare hominem: id est, sese abijcere ad pedes. Ducitur autem uerbum Græcum ab adulatione canum in significatione gestus submissi & subiectionis seruilis: Est autem hic uenerationis gestus antiquus ut Reg. 20. procidisse in faciem Dauidem dicitur, & ter adorasse Ionatham. Sed Arrian. lib. 4. hanc uenerationē institutam esse à Cyro scripsit ut annotauit Ioachimus Camerarius in suo lexic. Quod autem, adorare, pro uenerari accipiatur, liquet ex l. 1. C. de adparit. præfec. urbi. Adorare uerbum uetus in XII. Tab. Si furto Adorat, nec manifestū erit Festus lib. 12. Pra.

ADORATIO, pro prosternatione corporis exhibita reuerentia ponitur interdum, uti regibus & summis principibus in Orientalib. regionibus solet fieri: nostris enim tantū genua flectuntur, nisi quòd Pontifex Romanus imitatus Persarum reges, nō solum patitur adorari se, hoc est prostrato corpore uenerari, sed etiam pedes sibi osculari: idq; nō à uulgaribus, sed aliqua etiā dignitate præditis. reliquis magnam gratiam facit, si osculari pedum suorum uestigium ꝑmiserit. Adeò Petri successor (ut ait Aretius) & Christi uicarius dignitate & honore tam Christū quàm Petrum supergressus uidetur. Spieg.

ADORARE. Iuxta Alb. impropriè dicitur adorari princeps. C. de Fabric. lib. 11. & cum salutatur. l. sancimus. C. de Consulibus lib. 12. Sed ex uerbis Laur. Val. c. 11. lib. Elegant. 5. satis colligimus. Adorare id esse propriè, quod humiliare se, & reuerentiam facere uulgò dicimus, hoc est, uel flectendo genua, uel prosternendo corpus uenerari, zufuß fallen/oder ehren mit zufuß fallen/ quemadmodum reges, principes, & præstantes uiros debito honore prosequentes, uel genua flectendo, uel corpus prosternēdo ueneramur. Sic Iacob fratrem suum Esau septies adorabat in terram, hoc est, septies prosternendo se corā illo in terram. Est ad notitiam bonarum literarum quidam etiam Scripturæ, & quidem per omnem linguam peritissimus, qui monuit, Adorare, cùm pro Dei cultu accipitur, expresius reddi posse à nostris per eyn Gotsdienst thun/ oder Gott vereehren/ quā per anbeten. Plus enim tum significat adorare, quā in formam precantis procidere, quod anbetten uidetur propriè significare. Old.

ADORATIONIS uetus hic non apud Romanos modo, sed & apud alias plerasq; gētes ritus fuit, ut dextra manu labris admota, & ad osculum relata, capite submisso, corpus dextro uersum circumagerent. Quod in adoratione ciuili (sic enim uocare liceat dum lubet) nescio quomodo nuper tandē à nobis simiolis receptum est. Plin. lib. 28. c. 2. In adorando, dextram ad osculum referimus, totū corpus circumagimus: quod in læuū fecisse Galli religiosius credunt. Fulgetras popysmis adorare cōsensus gentium est. Plautus in Curculione.

PH. *Quo me uortam nescio*

PA. *Si Deos salutas dextrouersum censeo.*

Apuleius Afer Apolog. 1. Nā, ut audio percensentib. ijs qui nouere, nulli Deo ad hoc æui supplicauit, nullum templum frequentauit. Si fanū aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manū labris admouere. Mimitius Fœlix Octauio Cæcilius simulachro Serapidis uiso (ut uulgus superstitiosus solet) manū ori admouens, osculum labijs presit. Hieronymus Apolog. 1. in Ruffinum de expositione illius loci, Apprehendite disciplinam. Oscul. (inquit) ut uerbum uerbo interpreter, καταφιλήσατε, id est, deosculamini dicitur, Quod ego nolens transferre putidè, sensum magis secutus sum, ut dicerem, Adorate. Quia enim qui adorant, solēt deosculari manum, & capita submittere (quod se B. Iob clemētis fecisse negat, dicens, Si uidi solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meā ore meo, quæ iniquitas maxima est, & negatio contra Deum altissimū.) Et Hebræi iuxta linguæ suæ proprietatem, deosculationem pro ueneratione ponunt. Ad hunc quoq; morē respiciens uetus interpres, quisquis ille est, locum alterum lib. 3. ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ. c. 19. sic reddidit. Quorum genua non sunt incuruata ante Baal, omne os quod non adorauit eum osculans manū. Porro ab hac manus ad os relatione, nō immerito aliquis suspicetur adorandi, quod ab ador Nonius deducere tentat, ut à capitis submissione supplicandi uerbum deductū. Quanquam & hoc genua, & illud orationem magis spectare uideatur. Quod autem Hieronymus adijcit, Adoraturos capita submittere, pertinet maximè ad hæc Lampridij de Alexandro uerba. Salutabatur nomine hoc, Haue Alexander, si quis caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, uel abijciebatur, si loci eius qualitas pateretur, uel ridebatur ingēti cachinno, si eius dignitas grauiori non posset subiacere iniuriæ, hoc est, quod idem pauló post scribit, Alexandrum adorari se uetuisse. Non est illud omittendū, Adoraturos etiam, lerunq; ad solis ortum labia uibrare solitos, ut Tertull. loquitur, cuius hæc sunt ex Apologetico uerba. Deinde suspicio Solē nos adorare, quod innotuerit ad Orientis regionē precari. Sed & pleriq; uestrū, affectatione aliqū & cœlestia adorandi, ad solis ortū labia uibratis. Vbi in Vet. lib. scriptum est, affectatione aliqū & cœlestia adoriēdi. Latin⁹ Pacatus Drepani⁹ Gallus in Panegy. Theod. Adicto. Nam ut diuinis rebus operātes, in eam cœli plagā ora conuertimus, à qua lucis exordium est, sic ego uota uerborum, quę olim nuncupauerā, soluturus, id orōe tempus afficiā, quo Romana lux capit. Cæterum ueteres etiā Christianos, siue stantes Pasch[a]

schæ & quinquagesimæ diebus, siue alijs de geniculis adorarent, ad Solis exortum conuerti solitos, uulgarius est, quam ut adnotari debeat. Illud potius de uoti adsignatione, ex Apuleij Apolog. priore huc cōgeratur. Quippe omnibus (inquit) si cui fortè negocium magiæ facessitur, quidquid oino egerint, obijcietur. Votum in alicuius statuæ fœmore adsignasti. Igitur magus es, aut cur signasti? Tacitas preces in templo Dijs allegasti. Igitur magus es, aut quid optasti? Pitheus lib. Aduersariorum 1. c. 7. Cęterum & hoc notandum est antiquos interdū adorare posuisse pro agere ut Festus testatur lib. 1. Idcirco hanc legis apud eundem particulam restitues. Si adorat furtum quod nec manifestum est duplionē luito, usus in eadē significatione uerbo adorare uidetur in Octauio Minutius Fœlix. At n. inquit, nos exequias adoramus, eadē tranquillitate qua uiuimus, hoc est, exequias facim⁹, celebram⁹, Rçuar. ad ll. 12. tab. c. 26.

ADORATOS imbres Seneca dixit populo optatos & salutatos ut annotat doctiss. Turneb. lib. Aduersariorū 3. c. 8. Porrò adorationis uetus hic nō apud Romanos modò sed & apud alias plerasq; gētes ritus fuit, ut dextra manu labris admota & ad osculū relata, capite submisso, corpus dextrouorsum circūagerent. Quod in adoratione Ciuili (sic n. uocare liceat dum lubet) nescio quō nuper tandē à nobis simiolis receptū est. Plin. lib. 28. c. 2. In adoratiōe dextrā ad osculū referimus, totum corpus circumagimus: quòd in læuum fecisse Galliç religiosius credunt. Fulgetras popysmis adorare consensus gentium est. Plautus in Curculione.

PH. Quo me uortam nescio

PA. Si Deos salutas, dextrouorsum censeo.

Pet. Pithæi aduer. subs. lib. 1. cap. 7.

AD responsum apud Impp. in l. scrinijs. in notitia de palat. sac. larg. libro 12. C. & in Nouella Iustiniani. Imp. κλ. §. πάντα τοῖνυν & in Edict. 8. eiusdē dicitur, qui deputatus est à magistro militum, ut quid opus sit à competenti iudice in milites fieri responsum, id est, ministerium ei exhibeat, & solet iste deputari à magistro militum eo, sub quo prouincia illa est, auctore innominato interprete ad Iulianum Patritium constit. 17. cap. 62. Prat.

ADROGATIO, & adoptio differunt sec̄dn Gel. Cum in alienam familiā, inquit, inq; liberorū locum extranei sumuntur, aut per prætorē id fit, aut per populum. Quod per prætorē fit, adoptio dicitur: quod per populū, adrogatio. Modestin. autor est, adrogationem ab adoptione differre, ut speciem à genere. Adoptionis enim nomen generale, in duas species diuiditur: quarum altera adoptio similiter dicitur, altera adrogatio. Nebr. Vide ĩ. Arrogatio.

ADSCRIBERE sibi in testamento dicūtur, qui alieno in testamento sibi aliquid quasi à testatore attributū uel sua, uel eorū qui in sua parte sunt, manu adscribūt. unde tit. De his q̄ sibi in test. adscrib. Hot.

ADSCRIBERE sibi in testamēto, est sua manu eiúsue qui in potestate est aliquid in rem suam alieno in testamento scribere. tit. De his qui sibi in test. adscrib. l. 15. ff. ad l. Corn. de fals.

ADSCRIPTVM seruū ꝑ adsignato dixit Paul. in l. 54. §. ult. ff. locati. iuncta l. 32. ff. de pign. Adscripti etiā Festo auctore dicebātur, q̄ nomina in colonias dedissent: quo adscriptos colonos interpretor apud Liuiū lib. 4. Et ad eorū similitudinē ab Impp. Adscriptitij appellant̄ colonijs addicti atq; adsignati, sic ut inde se mouere nō possint, & possessionib. ipsis accedant, oiaq; bona dn̄is prædiorū acquirāt. l. 6. l. 20. & l. 22. & l. ult. C. de agricol. & censit. lib. 11. l. 20. & l. 34. C. de episc. & cler. quorū conditio Adscriptitia dicitur. l. ult. C. de transact. l. 11. C. com. utr. iud. Iustinian⁹ adscriptitium ἐναπόγραφον uocat Nouell. Const. 22.

ADSCRIPTITII aūt glebæ qui à l. C. appellātur, cū agro unà seruiebant dn̄o, & cū fundis mancipabantur, alienabanturq; ut tradit post alios Torn. lib. aduersar. 15. c. 16. Connan. lib. 2. cap. 10.

ADSCRIBERE, est adiungere, cuius extat insignis similitudo in lib. de Natu. deor. 3. Ciceron. Hinc ciues & coloni adscriptitij. Sp.

ADSECTARI dicitur qui tacitus frequenter sequitur. Assidua n. frequentia quasi pręhet nonnullā infamiā Vlp. l. item apud. 15. §. aliud. 17. ff. de iniur. Et ad iniuriā referri potest: qđ accipiendū est, si contra bonos mores hoc fiat d. l. itē apud. §. meminisse. Vnde non ineptè Festus dicit Adsectata fœmina, uel in bonam partem dicitur, uelut honorata: uel in malā, quasi ad extremum periculum adducta. Prat.

ADSERERE arbores in l. 7. §. ult. ff. de usuf. Adserere se in libertatē, pro uindicare, in l. 11. in fin. ff. de iniur. ut adserere se in ingenuitatē, in l. 2. §. 1. ff. si ingen. esse dicet. Ouid. lib. 3. amor. Eleg. 10.

Scilicet adseruit iam me fugiq; catenas.

Veteres aūt liberali adserere causa manu dicebant, cùm in libertatē iniusta seruitute oppressos uindicabant: quę comicis familiaris est locutio, eaq; Plau. in Curculio. & Pœnulo, & Persa nō semel, & Terentius Adelphis usi sunt. Vnde aūt ducta sit hæc loquēdi rō non satis liquet. Varro certè lib. 5. de ling. Lat. ita explicat: Conserere manū dicimur cum hoste: sic ex iure manu consertū uocare: Hinc adserere manū in libertatem cùm prehendimus. Festo uerò lib. 1. Adserere manum admouere interpretatur, qđ ea quoq; q̄ in terrā demittantur, Adseri dicantur. Idem lib. 15. ex quorundā sentētia, sertorē dictū à prehēdendo significat, quia cùm is cuipiā adserat manū, eius ex seruitute in libertatē educendi gratia uocetur Adsertor: cùm tn̄ Verrio Flacco uerisimilimū uideretur à iungendo ita dictū, quòd in libertatē eandē qua & ipse fruitur, eum petat. Quod ipsi Festo absurdū uidetur. Vt ut sit, alienę libertatis uindicē, Adsertorē appellari certissimū est. l. ult. C. de adsertio. tol. & apud Pau. lib. 5. Sent. tit. 1. & tit. 24. Et Martial. lib. 11. Epig. Quintilianum declamatio. 388. Suet. in Iulio. Tertull. lib. 1. aduer. Marcio. Donat. in Adelph. Terent. Vnde Adsertoriæ lites quib. in libertatē quis ex seruitute ab alio uocabatur. l. ult. C. de adsertio. toll. Et Adsertio in ea rub. & apud Plin. lib. 10. epist. Sed n. cōe hoc nomen fuisse tam à seruitute in libertatem, q̄ à libertate in seruitutē trahentium notandū est, quod Prisci. lib. ult. adnotauit. Nam & adserere in seruitutē Liu. lib. 3. & Tranquil. in Tiber. c. 2. dixere. Adsertoremq; idē Liuius eum qui in seruitutē petebat uocat. Briss.

ADSERERE arbores in s̄. d. l. 7. Gręcis est ἐνοφθαλμίζειν, i. forare medullā arboris sterilis, & in eam fœcundę calamū immittere: insitionis species ꝓ gn̄re. Qua forma adserere prolē Papin. dixit pro adoptare, sicut scilicet inforatione surculus truncū adoptat. Cuiac. Obser. lib. 11. cap. 36. in fin.

ADSERERE manu, est admouere quid. ea quoque quæ in terram dimittuntur seri dicuntur Festo lib. 1. quo sensu, arbores adserere dixit Vlp. l. usufructu. 7. §. Cassius. ff. de usufruct.

ADSERERE in libertatem, est liberum se ꝓclamare, & libertatem uelut præhendere manu & uindicare, Vlp. l. nō solùm. §. si. ff. de iniur. Adserere ingenuitati dicit Saturninus l. 2. ff. si ingen. esse dicatur.

His contrarium est in seruitutẽ adserere, i. pro seruo & ex libertate in seruitutem uindicare Liu. lib. 3. ab urb. cond. M. Clodio, inquit, clienti negotium dedit, ut uirginem in seruitutem adsereret.

ADSERTOR, libertatis uindex Pau. lib. 5. Sent. tit. 1. & 33. in fin. Et eodem sensu

ADSERTIO & Adsertorię lites l. 1. C. de adsert. toll. & apud M. Fabium lib. 5. cap. 2. de secunda adsertione uerba facientem.

ADSESSORES sunt qui à magistratib. præsidibúsue in consilium adhibebãtur, ab eo dicti, qđ iure dicundo adsiderent l. 1. & pen. ff. de offic. adsess. l. 1. C. de adsesso. & dom. l. in consiliariis. 10. C. eod. & alibi sępe. ijdem comites dici cœpti sunt l. diem functo. ff. eo. & consiliarij l. pen. ff. eo. & l. 3. & d. l. in cõsiliarijs. Omne accessorum officium his ferè causis cõsistere Paulus scribit l. 1. ff. eo. in cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, Epistolis. Adsessorẽ συγκάθεδρον adpellat Modestinus l. εἰ μόνος. ff. de excus. Old. & Prat. Dicuntur & consiliarij, quod principi à consilijs essent, l. pen. ff. de off. assess. Cicer. lib. 1. de diuinatione: Lacedæmonij regib. suis augurem assessorem dederunt, itaq; senib. (sic .n. consiliũ appellant) augurẽ interesse uoluerũt. Forcatulus dialog. 62. Necyomantiæ nu. 2. Et notandũ Assessores nõ iudices, sed iudicũ, h. e. præsidũ consiliarios fuisse, l. 1. & l. uelut. C. de assess. l. consiliarijs. de off. asses. De assessorib. Lampri. in Alex. & latè Goneanus lib. 2. de iurisdict. Græci παρέδρους uocant.

ADSESSORIA, libri erant, hi à Puteolano scripti l. nam & nocere. 12. ff. de pact. eodem sensu accipitur Adsessoriũ in l. lex. 5. §. hac lege. ff. de iniur. Prat.

ADSESSVRA adsessoris munus & functio. l. fi. ff. de Proxenet. Prat.

ADSIGNARE, pro Obsignare tabulas aut cum alio subscribere in l. 127. §. Chrysogonus. ff. de uerb. oblig. & l. 92. ff. de legat. lib. 1. l. 20. ff. de auct. tut. l. 1. C. de solut. & liber. debit. ciuit. Adsignatas res, anulo signatas accipere possumus in l. 1. §. ulti. ff. nautæ, caupo. Adsignare libertũ est testificari cuius ex liberis libertum eum esse uelit. l. 107. ff. de uerb. sig. l. ult. ff. de oper. libert. l. 48. §. ult. ff. de ritu nupt. l. 1. in fin. ff. de legit. tuto. t. t. de assignan. libert. & l. 22. §. qui liberti. ff. ad l. Corn. de fals. Briss.

ADSIGNATA pecunia, attributa Varroni lib. 4. de lingua Latina.

ADSIGNATI agri uocabantur, qui ueteranis pro præmio adsignabãtur, & inter eos cẽturijs actis diuidebãtur. l. 15. §. 1. ff. de rei uind. l. 11. ff. de euictio. & apud Cicero. Philip. 5. ad fin. & Sicul. Flacc. in lib. de condic. agro. & Hygen. in libro de limitib. constit. & Front. in lib. de agror. qualit. Briss.

ADSISTERE, quod Cicero adesse, patrocinari, aduocatũ esse, Vlp. l. 54. ff. de rei uend. Nec ꝓpterea quis, si posteà cognouerit rem ad se pertinere, qđ alij eam uindicanti suam esse adsistebat, dominium amisit. Hotom.

ADSTIPVLARI dicitur stipulanti stipulari ut si petenti tibi decem à Mæuio, ego eadẽ stipulor tibi dari, in quo quia mens est utriusq; nostrũ eadem, & idem quod tu tibi cupio & uolo, ideo factũ esse arbitror, ut adstipulari pro adsentire dicamus Cic. in Academicis. Falsum esse dicunt Stoici, & eorum adstipulator Antiochus. Sic. n. eum locum Festus Pomp. interpretatur. Sed mihi uidetur nescio quid sub hoc uerbo latere significationis, quod plus ualeat, q̃ adsentiendi uerbo contineatur: ut non qui adsentit solum, sed qui cõsensus aliorũ & uoluntates stipulatur alicui, & quasi suffragia corrogat, adstipulari dicatur: qđ faciebat Antiochus, qui non solum Stoicorũ sectã sectabatur, & probabat, sed multis rõibus & argumẽtis alios oẽs conabatur in eandẽ adducere sententiam &c. Est itaq; adstipulator nõ qui accedit stipulatori, sed qui ei adstipulatur, & adposcit aliquid, quo uerbo Terent. utitur. Minas quidẽ iam à me decem habet filia. Quas pro alimẽtis esse nũc datas duco. Hasce pro ornamẽtis consequẽtur alteræ. Porrò hæc talẽta dotis adposcẽt duo, i. hę minæ adposcent filiæ, & adstipulabuntur duo talenta. Connanus lib. 6. cap. 6. num. 3.

ADSTIPVLATOR, qui stipulatori accedit, & idem stipulatur eodẽ modo quo adpromissor: ut Pacta & Conuenta sint firmiora, magisq; cauta & rata, Erant uero in foro Romano circũ argentarias hões qui astipulandi quæstũ exercebãt, præstoq; erant stipulatoribus & paciscentibus astipulator in antiquo Lexico προσεπερωτητής exponitur, i. qui præter stipulatorem interrogat atq; stipulatur. ita doctiss. Torneb. lib. 16. aduers. c. 8. Cæterum Connan. lib. 6. c. 6. Adstipulatorem dici existimat, non eum qui stipulatori accedit, sed qui ei astipulatur & adposcit aliquid.

ADSVMPTIO est Professio, & adseueratio, & contestatio quædã. l. adsumptio. 6. ff. ad munic. ut sit sensus. Is qui contestatur se esse ciuem cum reuera non sit. Olden.

ADTESTATIONES Põtificijs sunt testiũ depositiões, & dicta. c. ex tenore. de testib. in antiq. Porrò qui concipiãtur, disces ex c. cum causam. extr. eo.

ADTENTARE imperium, adgredi, & quid aduersus id moliri, Varroni lib. 4. de ling. Lati. Prat.

ADTENTARE pudicitiam est id facere, ut q̃ pudica est impudica fiat Paul. l. attentari. 10. ff. de iniur.

ADTENTARE annonam est uexare, & quid in eam moliri, quale solent dardanarij Vlpia. l. annonã. 6. ff. de extraord. criminib. Prat.

ADTENTARI sententia dicitur, à qua appellatur Vlpiano.

ADTINGERE hæreditatem est adire Vlpiano. l. sed & si. §. si quis. ff. de petit. hæred. & eidem adtingere bona. l. 1. §. fin. ff. de separ. Prat.

ADSERERE sibi procurationem nulli licere. l. quæ omnia. ff. de procur. Sp.

AD similitudinem absentis haberi. l. qui mittuntur. ad fin. ff. ex quib. caus. maior. Sp.

AD subsellia, id est, apud iudices.

AD summam rempublicam, interpretantur summam reipublicæ utilitatem, in l. si is qui nauem. ff. de exercitat. act. Sp.

AD tempus, duobus modis sumitur. Vno modo, ad conditionem temporis, necessitatem & opportunitatem. Altero, ad spacium temporis. Sp.

ADVENA. Seruius: Omnes terræ habitatores, aut indigenæ sunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Indigenæ, sunt inde geniti: Aduenæ, de uno loco uenientes: Conuenæ, de diuersis. Interpretes aduenã eum accipiunt, qui alicubi temporaneã moram agit. l. hęres absens. §. 1. Vide l. oẽs peregrini & aduenæ. C. cõ. de successio. Quod quidã existimant, aduenam eundem esse qui & incola dicitur, non subsistit. Sp.

ADVENA est quẽ Gręci ἔπηλυν uocãt. Pompo. l. pupillꝰ 239. §. aduena. ff. de uer. sig. dictus quasi aliunde adueniens. Isiod. lib. 10. Etymolog. qui sedem, domicilium non constituit: & qui in aliena ciuitate moratur. l. hęres absens. ff. de iud. Gallis dicitur Aduolè.

ADVENAE. Vide Budæum in annot. in l. pupillus. de uerb. sig. Sp.

ADVEN-

ADVENTITIA dicuntur, quę fortuitò & aliunde, q̃ ex usitata cõsuetudine manarunt. Itaq; de hęreditate testamentaria Cicero loquens Verrin 13. Homo Ligurem accusare uenit, qui in re aduẽtitia & hęreditaria tam diligens, tam attentus esset. Hot.

ADVENTITIA bona sunt, quæ non recta successione, puta patris & aui, sed ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis adueniunt: Id est, quæ non iure agnationis, sed ab extraneis, & insperatò accedunt, in quibus ueniens usumfructum, & liberalem administrationem habet. Sp.

ADVENTITIA necessitas intelligitur ubicũq; repentè aduenit aliquid peragendum, quod ad publicam utilitatem spectat. Vide Alcia. enarrantem. l. placet. C. de sacros. eccl. Sp.

ADVENTITIA pecunia petitur ab eo, cui sua non redditur. Hot.

ADVENTITIAM dotem appellát eam quæ aliunde quàm à patre profecta est. Hot.

ADVENTITIVM lucrum. l. 41. ff. de diuer. reg. iur. l. 4. in prin. ff. de manumiss. Aduentitium in l. 28. ff. de reb. auct. iud. possid. quod filio extrinsecus non per patrem obuenit.

ADVERSVS edictum uel legem fecisse propriè dicitur, qui uetáte lege uel edicto fecit. l. 102. ff. de diuers. reg. iur. l. ult. ff. ne quid in loco pub. Qui itẽ non facit quod facere debet, uidetur facere aduersus ea quæ non facit. l. 121. ff. de reg. iur. Et ita aduersus sententiam arbitri fit, si ab eo, à quo arbiter peti uetuit, uel à fideiussore eius petat. l. 32. ff. de recep. qui arbit. & aduersus dictũ promissũmue facere uidentur qui quod adseuerant non præstát. l. 17. §. ult. ff. de ædilic. edicto. Inde Aduersarius qui contra nos in iudicio stat, quem plerunq; diuersam partem nõ nostri duntaxat auctores, sed & Quintil. & Plinius appellant. Aduersus pręter notam significationem, etiam Erga significat, ut Festus lib. 1. notat. Sic apud Terent. Andria, Id gratum fuisse aduersum se habeo gratiam. Et apud Cic. lib. 1. de natur. deor. pietas aduersus deos. Sed & in l. 3. ff. de appellatio. & in l. 5. ff. de usucapio. aduersus id significat quod uulgo dicimus, *pour le regard*. Idem etiam ualet quod Secundum, apud Vlp. in Instit. tit. 20. & tit. 28. ubi bonorum possessio aduersus tabulas dicitur, quę in iure nostro secundum tabulas appellatur. Briss.

ADVERSARIA dicuntur tabulæ ad quotidianũm usum paratæ, in quibus cursim & negligenter ea scribimus, quæ pòst accuratius in certas & perpetuò mansuras tabulas ordine ac dispositè perscribimus: deductaque ex eo appellatio uidetur, quòd ibi statui soleánt, ubi nobis assiduè obuersentur: quasi aduersus nos posita. unde etiam aduersarij dicti, quasi in quos perpetuò incurramus, uel qui se nobis assiduè opponant. hoc enim propriè aduersari significat. Cicero pro Q. Rosc. Non habere se hoc nomen in codicem accepti & expensi relatum confitetur, sed in aduersarijs patere contendit. Hot. Demosthenes uidetur appellare *ὑπομνήματα* quasi memorialia ne res aliqua excideret: ut doctiss. Tornebus annotauit lib. 2. aduersar. cap. 11. Duarenus lib. 1. disput. ca. 13. Budæus in l. talis. §. Socer. ff. de iure dot. Alciatus lib. 2. dispunct. cap. 29.

ADVERSVS, inquit Festus, aut contrarium significat, aut idem quod Erga. Et Charisius, Aduersus, inquit, ad animi motum refertur: ut, aduersus illum facio. Interdum aũt promiscuè accipitur. Hinc

ADVERSVS, pro secundum. Vlpia. tit. 20. Qui dedititiorum numero est, nec quasi peregrinus testari potest, quoniam nullius certæ ciuitatis sit, ut aduersus leges ciuitatis suæ testetur. Item tit. 28. Bonorum possessio datur, aut contra tabulas testamenti, aut aduersus tabulas intestati. quod paulo pòst interpretatur secundum tabulas. & Caius l. 5. ff. de usurpat. & usucap. Naturaliter interrumpitur possessio, quum quis de possessione ui deijcitur, uel alicui res eripitur. quo casu non aduersus eum tantum qui eripit interrumpitur possessio: sed aduersus omnes, id est, ipsius commodo, sed omnium. Hotoman. & Cuiacius titul. 20. fragmentorum Vlpiani, quorum exinde sententiam comprobauit Gilbertus Regius ca. 20. lib. 2. Enantiophanῶν: & Prateius in suo lexic. sed id glossema Ioanni Roberto lib. 2. receptarum lectionum iuris ciuilis cap. 23. omninò absonum uidetur, minimeque illis quos citant locis conueniens: cum hanc particulam aduersus, constet propria etiã usitataque significatione idem significare quod Erga. Quod & Grammatici annotarunt, in primisque Priscianus, qui libro 14. Institut. Grammat. particulas quasdam præpositiuas istiusmodi ait esse, ut iuxta uariantem earum significationem, modò præpositiones sint, modò aduerbia: cuiusmodi hanc esse sic explicat, quòd aliquando sumatur pro Græca particula εἰς, & tunc eam præpositionem esse uult, idem significantem quod erga, ut in illo Terentij Andriæ loco, in quo Sosia Simonem alloquens, Idque aduersum te gratum fuisse habeo gratiam (inquit) illic enim patet non significare Contra, sed Erga. In quam rem aliorum Authorum locos citare possumus, ut illum Ciceronis, quo libro 12. Epistol. ad Attic. dixit, Blandum esse aduersus aliquem, pro Erga eum. & libro 1. offic. Officia aduersus eos seruanda, à quibus iniuriam acceperis, hoc est, Erga eos. Est enim (ut subijcit) ulciscendi & puniendi modus. Et libro 2. de Natur. Deor. Pietatem iustam aduersus Deos esse ait, hoc est, Erga Deos, quibus idipsum quod piè fit, quasi ex debito pro tantis eorum in nos beneficijs persoluatur. Sed cum significat *ἐναντίως*, hoc est, Contra, aduerbium præpositiuum ait esse idem Priscianus: ut in illo Terentij loco in Phormione. Ei loco ex aduerso tonstrina erat quædam, hoc est, ex altera parte opposita, & apud Ciceron. in Epistol. ad Octauium, Aduersus quos aciem struis. Et in legibus duodecim Tabular. Aduersus hostem æterna authoritas. Vnde quæ propriè contraria & *ἐναντία* ab Aristotele uocata sunt, hoc est, quæ nullo medio sese inuicem pellunt, Cicero in Topicis Aduersa uocauit: cuiusmodi sunt calidum, frigidum. Ibidemque Priscianus idem ferè sic uariè obtinere tradit in particula Contra, ut cùm ea idem significamus, quod Græci per particulam κατὰ, hoc est, contra, præpositio sit, ut in illo Ciceronis. Dixit contra orationem Metelli: cum uerò ea significare uolumus ἐξ ἐναντίας, ex opposito, fit aduerbium, ut illo apud Iuuenalem loco, Satyra prima,

Stat contra, starīq; iubet. —

Et alibi,

Stat contrà ratio, & secretam garrit in aurem.

Quæ si uera sunt, ut ea negari non possunt, non dubium, quin aptissimè illi Caij responso conueniat prior illa significatio præpositionis Aduersus. Id enim illic significare uoluit, naturalem interruptionem non aduersus eum tantum fieri, qui naturaliter ipse interruperit, hoc est, Erga eum, ut illi soli

 prosit,

prosit, sed & aduersus omnes, hoc est, erga omnes: cùm ea illis æquè proficiat, quo distat naturalis ea interruptio ab illa, quæ Ciuilis dicitur: quod ciuilis, quæ litis contestatione, consimilibusque alijs ciuilibus modis fit, illi prosit, qui ipse interruperit. l. intra. Digest. de diuers. temp. præscri. l. secunda. in fine. Digest. ne de stat. def. post quinqu. At naturalis, hoc est, ea quæ actu naturali fit, puta cùm qui usucapere cœpit, de possessione detruditur, possessionem aduersus omnes interrumpat, hoc est, erga omnes, siue quod dici solet, respectu omnium. Quo manifestissimum fieri arbitror, hîc nihil necesse fuisse dictionem istam ad oppositam omnino eius propriæ significationem anxiè detorquere, ac multo minus in lege prima, Digest. de iure fisc. Nam in eo, quod illic dicitur fisco nunciari, aduersus leges commissum factum esse, alteram illam significationem propriè retinet, qua significat Contra. Quis enim ambigat id illic intelligi, nunciari fisco commissum factum esse, hoc est, rem in cómissum propterea cecidisse, quod contra legum præscripta quid actum sit? iuxta legē Cotem. §. si dominus. & leg. commissa. Digest. de public. In eo autem quod titul. uigesimooctauo Fragment. Vlpiani dicitur, bonorum possessionem dari aut contra tabulas testamenti, aut aduersus tabulas intestati, procliuius prima facie uidetur intelligi, Aduersus tabulas significare Secundum tabulas: cùm maximè illic postea secundum tabulas bonorum possessionis meminerit. Verum aliter Robertus interpretatur id significare uoluisse Vlpianum, duplicem bonorum possessionem esse contra tabulas, nempe alteram contra tabulas testamenti, quod iure subsistit, alteram uero contra tabulas testamenti, quod minime subsistat, ut quia uel irritum, uel ruptum sit: quam ideo illuc uocat aduersus tabulas intestati, hoc est, contra tabulas intestati. Neque nouum id uideri debet, cum ita aduersus id testamentum quod minime subsistat, cōtra tabulas bonorum possessionem dari, & ab altera illa secerni, indubium in iure sit, T. in lege ultima, ubi nota. Accursius Codic. de posthum. Digest. de bonorum possessione contra tabulas. Quod idem Vlpianus dicto titulo uigesimooctauo, apertè significauit, cum posteaquam de ea bonorum possessione dixisset, quæ datur secundum tabulas testamenti, aduersus quod bonorum possessio contra tabulas peti potest, immediatè subijcit & tractat in uersicul. etiamsi iure, de eadem bonorum possessione, quæ contra tabulas ideo datur legitimis hæredibus, quod testamentum nullum. Nec magis eorum sententiam iuuat Vlpiani locus titulo uigesimo, Fragment. quo ait, dedititium, nec quasi peregrinum quoque testari posse. Quoniam (inquit) nullius certæ ciuitatis sciens ut aduersus leges ciuitatis suæ testetur. Eo enim significare uoluit, dedititium scire nullam se certam ciuitatem habere, cuius sit ciuis, & quo intelligere possit, quomodo uel iuxta eius leges, uel contra eas testetur, quorum duorum sola alterutrius expressio utrunq; complectatur, ut & in consimilibus alijs passim idem fieri comperiemus: quo quid clarius?

ADVERSA pars, est noster aduersarius, seu aduersaria, aut etiam multi in eadem causa nobis aduersarij. Quintil. lib. 7. Nam & nostra confirmanda, & aduersæ partis destruenda finitio. Spieg.

ADVERSABILE, quod aduersum est, & contrarium homini. Auersabile uerò, quod auersari debemus, & hostiliter cauere. Sp.

ADVERSARVM rerum nomine continentur, morbus, damnum, carcer, exilium, & cætera eiusmodi. Spieg.

ADVERSA tempestate, de mari accipiendum, in l. nauis. ff. ad Leg. Rhod. quæ non semper aduersa est. Spieg.

ADVERSARIA, in fœminino genere à Cicerone usurpatur. Sic etiam aduersaria dici potest mulier, quæ aduersus nos iudicio contendit. Sp.

ADVERSATIVA particula seruans naturam suam, aduersatur in iure & in facto. l. hoc amplius. §. de his. ff. de dam. infect. Spieg.

ADVERSARIVS propriè dicitur, qui aduersus nos litigat in iudicio: alio nomine dicitur pars aduersa: sed hoc est generalius, quia & de fœmina, & de multis simul dici potest. Sp.

ADVERSARIVM producere quid sit apud Vlpia. l. 1. ff. de ed. explicat Alciat. lib. 2. dispun. & rursus lib. 8. c. 7. Parerg. sed Duaren. lib. 1. disputationum ca. 13. eius sentētia refutata ostendit aduersariū intelligi eum unde petitur, id est reum, quē qui ducit ad album prætoris, in quo scilicet actionum descriptæ sunt formulæ, eiq; demonstrat, quam actionem dictaturus sit edere intelligitur.

ADVERSO casu laborare, apud Vlp. l. 1. in prin. ex qui. cau. maior. Vide Beroal. in tertiam Tusc. Sp.

ADVERSVS edictū fecisse propriè dicitur, qui uetante prætore fecit.

ADVERSVS bonos mores conuiciū fieri, Vlp. declarat. in l. item apud Labeonem. de iniur.

ADVERSVS omnes, exponitur in l. natur. ff. de usucap. l. qui sit fugitiuus. ff. de ædil. edic.

ADVERSA ualetudo: contrarium est, bona, secunda, prospera. §. fin. Insti. de curat. §. item propter. de excusatio. tuto.

ADVERSA uulnera, quæ in pectore fronteque accepta sunt, & laudi dantur. Auersa, quæ in tergo, & probro dantur. ex Valla. Sp.

ADVERSVS exterum possessorem actioné dirigere. l. 1. §. si ergo. ff. si pars hæred. per. Sp.

ADVERTERE, recipere, & retinere Cicero in Verrem. Cum piratarum nauem cepit oēm prędam ad se aduertit. i. inquit Asconius apud se retinuit. ita ut aduertere sit aduersum se attrahere & adducere. Atq; inde aduersione emere dicitur ex Connani sententia qui rem qualis qualis est emit: & bonitatem eius sibi suoq; periculo recipit l. 2. §. ult. ff. de cōtrah. empt. de quo latius per eum. lib. 7. cap. 10.

AD uisitandum dominum uenire. Scæuola: usus retinetur seruitus, cum ipse cui debetur, utitur, quiue in possessione eius est, aut mercenarius, aut hospes, aut amicus, uel medicus, qui ad uisitandum uenit, uel colonus, uel fructuarius. Sp.

ADVLANDI studiū, l. 1. & 2. C. de Stat. & imag. Adulamur seruiliter, Valla inquit, etiam gestu, quod nobiscum cōe est canib. Fr. Phil. lib. 2. Cōuiuior. Adulari positum est, ait, in ficto & simulato uultu, ac gestu corporis: dictum, quasi adulari, ab cauda, quam Gręci οὐρὰν uocant. Nam canes, cū cibi quidpiā ueluti poscunt, motu alludentis caudæ adulantur. Assentari uerò, ad gratiam loqui est: eoq; assentatio nō tribuitur mutis animantibus. Spieg.

ADVLATIONIS causa dicta uerba, quę interpretes Curialia uocāt, ut testatur Alciat. cap. 12. lib. 2. Parerg. quòd scilicet soleant aulici, & qui in principum comitatu sunt, aliud sentire, aliud loqui, nullā obligationem inducere traditū est: idem & de Verb. iactatorijs dicunt. l. diuus de milit. test. Spieg.

ADVLTER, & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram & hæc ad alterum se conferunt Festus lib. 1. Adulterum definit Tryphonius l. fugitiuus. 224. ff. de uerbor. significat. eum qui alienam matrem familias corrumpit, quod non sola animi propositione, sed cum aliquo actu. eodem sensu usa est Penelope Ouidiana lib. 1. Epist.

Obrutus insanis esset adulter aquis. Prat.

ADVLTER manifestus dicitur is qui inter amplexus repertus est ut definit alicubi Bartolus allegatus à Budæo in §. furtorum autem Instit. de oblig. quæ ex del. nasc.

ADVLTERARE, omne omnino quod sincerum est, corrumpere significat. Itaque non tantùm mulierem adulterare, sed & rationes & monetam adulterare in iure legimus. l. 5. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. 1. in fin. ff. de seruo corrup. Inde adulteratores monetæ. l. 16. §. ult. ff. de pœn. Adulterinæ stateræ. l. 6. §. ult. ff. de extr. criminib. Adulterinum testamentum in l. 6. ff. ad leg. Cornel. de fals. Adulterum Tryphonin. definit eum qui alienam matremfam. corrũpit. l. 225. ff. de uerbor. signif. Adulterium enim in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum, composito nomine, uel, ut Fest. lib. 1. tradit, ex eo quòd ad alterius thorũ accedatur. Stuprum uerò in uirginem uel uiduam committitur. Sed his uerbis l. Iulia. de adulterijs promiscuè utebatur. l. 101. ff. de uer. sign. l. 6. §. 1. l. 34. ff. ad l. Iuliam de adulterijs. Bris.

ADVLTERIVM. Adulterium est accessus ad alterius thorum. Dictum adulterium quasi ad alterium, composito nomine ex ad & alter, seu altera, quòd ille ad alteram, uel hæc ad alterum se conferat, uel quòd ex adulterio conceptus, ab uno ad alterius hæreditatem nascatur. Dicitur autem per abusionem, uirginis & uiduæ corruptio. Verùm, propriè (ut Papinianus scribit & Valla) cum nupta cõmittitur, quamuis transferatur ad alia, ut quando dicimus adulteria naturæ, pro operibus non uerè naturalibus: adulteria mercis pro fraude: adulteria arborum, pro insitionibus. Apud nos autem adulterium pugnat cum ipsa natura matrimonij. nam Deus instituens matrimonium dixit, Et erunt duo in carne una, itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quòd si coniugium ex duobus facit unum, & adulter rursus ex uno facit duo, certè adulterium (ut dixi) pugnat cum ipsa natura matrimonij. Hinc est adulteræ maledictio à Domino, Si declinasti à uiro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum alio uiro, his maledictionibus subiacebis: Det te Dominus in maledictionem, & exemplum cunctorum in populo suo, putrescere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus dirumpatur, ingrediantur aquæ maledictæ in uentrem tuum, & utero tumescente putrescat femur tuum, & respondebit mulier, Amen, amen. scribetque sacerdos ista in libello, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere. & sic potum det mulieri aquas amarissimas, quas cùm biberit, si polluta est, & contempto uiro adulterij rea est, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato uentre computrescet femur, eritque mulier in maledictionem, & in exemplùm omni populo, maritus uerò absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam. Quòd si polluta non fuerit, innoxia erit, & faciet liberos. Itaque diuus Clemens dicit secundum hæresim adulterium omnium grauissimum esse peccatum, atque apud iudicem maiore pœna lui. Id quod uerum est. Nam pœna adulterij in iure ciuili est capitis: Quod uerum in uiris intellige; nouissimo enim authenticorum iure, fœminæ uirgis cæsæ in monasterium detruduntur. In iure autem canonico est excommunicatio, cæteris quidem maior. Addit & Lodoicus Romanus alias pœnas de iure hodierno, sed ridiculas satis. Prima est (inquit) separatio thori. Secunda, detrusio in monasterium, ut ibi lachrymis lauet peccatum, quod fateri pudor est. Tertia, in pannis, capillisque scissio ante & retro. Quinimo uarias fuisse pœnas adulterij reperio olim ab uarijs constitutas. Primùm Moses mulierem adulteram cum adultero morte mactandam statuit. Plato etiam adulterũ lege sanxit impunè occidi à uiro posse. Arabes, qui felicem Arabiam incolunt, uirum adulterum capite mulctabant. Porrò Lepræi, quos deprehenderant adulterantes, per triduum uinctos circa ciuitatem ducebant, mox toto uitæ tempore contemptibiles habebant. quod mulieribus itidem fiebat, nisi quòd hæ diebus undecim in foro stare cogebantur discinctæ, & tunica circumuestitæ pellucida. Sicut Romæ in publicum egredi togatæ cogebantur mœchæ: quod approbat Martialis illis uersiculis, ut Horatium prætercam cũ eiusdẽ interprete.

Telam uideret in toga spadonem,
Damnatam Numa dicit esse mœcham.

Non etiam ignorandũ est, Saleucũ inter alias, quas Locris cõstituit leges sanxisse & illam quoq;, ut quisquis deprehenderetur mœchus, pœnas lueret excussis oculis, quod (sicuti uidetur sanguinarium) in authorẽ regessit primum. Nam ubi Saleuci filius adulterij est conuictus, ex paternis sanctionibus pręstitutũ subire suppliciũ cogebatur, quod ne irritũ fieret, posteaquàm semel erat complacitũ, qui sanxerat pœnã sibi parẽ irrogauit, ac uelut partiario legis corroborauit integritatem. Quod sic exprimit Ælianus; *ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου τῶν τοῦ παιδὸς ὀφθαλμῶν ἀντιδοῦναι τὸν ἑαυτοῦ, ἵνα μὴ ὁ νεανίσκος τυφλωθῇ τελέως.* Adulterij autem origo, causaq; hæc uidetur, quòd Romani, cum iugiter agerẽt fabulas, quarũ argumenta maiore ex parte stuprorũ continebãt actus, iuuenes talia spectando, imitandi licentiã sumebant. Diuus enim Cyprianus ad Donatũ ita scribens ait, Adulteriũ discitur, dum uidetur: & lenocinante ad uitia publicæ authoritatis malo, quæ pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, de spectaculo reuertitur impudica. Hæc sufficiant de adulterio, & adulteris, in quos clamant tot prisci seculi decreta, tot uirorum placita. Anchor.

ADVLTERIVM inter & stuprum talẽ differentiam memoriæ commendauit Modestinus in l. inter stuprum. ff. de uerb. sig. quod adulterium in nuptam in uiduã & in uirginẽ cõmittitur. Sed lex Iulia de adulterijs indifferẽter hoc uerbo utitur. Idẽ Modest. in l. stuprũ. ad l. Iuliã. de adult. Stuprũ, inquit, cõmittit, qui liberã mulierẽ cõsuetudinis causa, nõ matrimonij, cõtinet, excepta uidelicet cõcubina. Adulteriũ in nupta admittitur, stuprũ in uidua, uel uirgine, uel puero cõmittitur, & hoc idẽ etiã dicit Papi. in l. inter liberas. §. 1. eo, tit. Non est amplius quod miremur, si plures diuersiq; iurecõsulti, in diffiniendo inuicẽ dissentiant: cũ unus idemq; Modestinus ipse sibi contradicere uideatur. Nam in uno loco uidetur sentire cum l. Iulia, in alio non. Lauren. Vallens. hoc attribuit eorum ignorantiæ, qui diffinitiones Iurisconsultorum descripserunt, quæ si aptè fuissent conglutinatæ, probari pôssent, ut illa Papi. in præall. l. inter liberas. §. 1. Lex, inquit, Iulia stuprum & adulterium promiscuè græcè appellat *μοιχείαν*: sed propriè adulterium in nuptã cõmittitur propter partum ex

altero conceptum, composito nomine: stuprum uero in uirginem, uiduamq; committitur, quod græci corruptionem appellant: & ista definitio magis placet. Animaduertendú tñ est, legem Iuliam rectè hæc duo, promiscueq; appellasse: nō quod omne stuprū sit adulteriū, sed quod adulteriū omne sit stuprū. Et ideo adulterium etiā in uirgine dixit text. in c. nemo xxxij. q. iiij. Vbi est text. unicus ad hoc secūdum Ludo. Roma. sing. suo cccccclxxxvij. nos sumus. Tamē illud impropriè dictum uidetur: & idem colligitur ex l. si ea quæ. C. de adult. iuncta gloss. ubi Bald. elegan. notat pro sustinendis libellis. Neque etiam ritè secundum Vallam Iurisconsulti excipiunt stuprum à nupta, cum in quotidiano sermone sic loquamur, qualis est apud Fabium Quintil. Vxor marito dixit, appellatam se de stupro à priuigno, & sibi constitutum tempus & locum. & alibi, Furtiua stupra, raptosque concubitus obijciat, uel falso maritus fas est, fieri solet: parcius tamen, si iam sit & mater, & si in fide castitatis uxoria fœcūditate præfecerit. Et talis quotidianus sermo, & præsertim Doctorum seruandus est uulgata l. Labeo ait. ff. de supellect. leg. cum his quæ latissimè tradit. D. Felin. super 1. gloss. Decretalium in 2. col. & tribus seq. post Abb. & alios ibidem. Præterea (ut sensit Laurent.) stuprū est coitus lege uetitus, quod duplex est: Vnum cum nupta, aut cū puero, aut cum sanguine coniunctis, aut cum sanctimonialibus: quanquam hæc duo posteriora potius, appellantur incæstus, ut etiam dixit text. in cap lex xxxvj. q. j. & in cap. uirgines, xxvj. distinct. Alterum, cum uim afferimus cuilibet personæ, etiam ancillæ: unde stuprare dupliciter accipitur. Cuius posterioris sensus testimonio est lex: quæ stupratoribus puerorum pænam statuit: & de isto loquitur §. Item lex Iulia. iuncto §. item l. Iulia de ui. Institut. de publ. iud. & l. & eum qui puerum. ff. ad l. Iuliam. de ui publ. Stuprum tamen pro turpitudine ueteres etiam usurparunt. Ennius, Fœde stupreque castigor quotidie. Stuprè ibi accipitur, id est, turpiter. Et pro defensione Iurisconsul. ita etiam accipi potest apud Quintilianum loco superius relato. Cotta in Nemoralib. Adulterij pœna olim non fuit capitalis. Præter capitis pœnam, uir qui adulterium commisit, si uxorem habuerit, amittit dotem & donationem propter nuptias, uel quartam debitam indotatis uxoribus: cætera bona liberis & parentibus eius seruantur usque ad tertium gradum, post tertium gradum fisco uindicantur. Mitiùs punitur mulier, quasi infirmior, quæ adulterium commisit: quanquam inter se coniuges exæquentur in pœnis ob causam iniusti repudij No. 127. Coercentur etiam Nou. 134. grauissimè adulter & adultera, si fortè gratia iudicis, uel qua alia ratione euaserint pœnam capitalem, & posteà inter se nuptias contraxerint. Hoc enim est palàm fateri adulterium, & lego Iulia etiam compræhensum fuit l. miles §. licet. ff. de adult. l. commissum. C. eod. Martialis.

Mœchus eras, poteras tamen hoc tu Paula negare
Ecce uir est, nunquid Paula negare potes? Et alio loco:
Quod nubis Proculina concubino,
Et mœchum modò, nunc facis maritum,
Ne lex Iulia te notare possit,
Non nubis Proculina, sed fateris.

ADVLTERARE rationes Vlpiano est conturbari, uel falsò describi. l. 1. in fi. de ser. corrup. Sic adulterare iudicium, pro corrumpere dixit Cicero. Prat.

ADVLTERIORVM legem nullam ante Cæsarem Augustum fuisse traditur. Quere infrà, Lex Iulia. Spiegelius.

ADVLTERINA res dicitur, quæ non est legitima sed supposititia, unde filij adulterini dicti ex adulterio concepti. Hinc adulterinæ literæ apud Apuleium lib. 4. de asino aureo: & adulterina clauis apud Salustiū. & adulterina signa uocat Festus Pom. quæ sunt alienis annulis facta. Ipse quoq; annulus, quo signa imprimuntur, adulterinus dici potest, ut lib. 48. Dig. tit. ad legē Corneliā de falsis legibus. l. Cornelia, ubi Modestinus ait, Qui signum adulterinū fecerit, uel exculpserit. Aphricanus quoq; in eodem titulo. l. si quis. Quod si Testamentum, inquit, adulterinum non esset. In eodem quoq; 48. lib. tit. ad legem peculatus, l. sacrilegij, Vlpianus ait: Non uidentur adulterinam monetam exercuisse. Nebriss.

ADVOCARE generaliter, significat conuocare. propriè autem ad ius pertinet: & significat, homines uel patrocinij, uel consilij, uel testimonij caussa conuocare. Hinc Asconius Verrin. 1. Aduocatum in iudicio dicit eum esse, qui uel ius suggerit, uel præsentiam suam amico commodat. etenim moris erat in iudicijs tum priuatis, tū publicis, amicos omnes aduocare, quorum auctoritate moueri posse iudices putabantur: ut in ea pro Quintio docuimus. Hinc Vlpianus in l. 1. §. aduocatos. ff. de extraordin. criminibus, aduocatos scribit accipiendos omnes omnino qui agendis caussis quoquo studio operantur. Quanquam Asconius illo eodem loco patronum definiat eum, qui orator est, & uerba facit: & Vlpianus in l. 1. ff. de præuaricat. mater. in l. 3. eod. tit. Patronum ab Aduocato distinguat: generaliter tamen sæpe usurpatur. ut cùm legimus Aduocationibus interdicere. l. 8. ff. de postul. l. 9. ff. de pœn. Aduocationes postulare. l. 23. §. 4. ff. ex quib. caus. maior. Aduocationem suscipere. l. 9. ff. de offic. præsid. Atque hæc quidem de patrocinij & consilij aduocationibus. Testimonij autem caussa conuocatos, uulgò Aduocatos dici, patet ex orat. pro Cæcina, ubi Aduocati dicuntur ij qui in rem præsentem deducebantur, ut de ui moribus facienda testes essent. Patet etiam ex Pœnulo Plauti, ubi certis aduocatis præsentibus Agorastocles suum apud lenonem seruum & pecuniam deprehendit. Pomponius l. 18. ff. rat. rem hab. Prout intersit agentis quòd litigat, quòd consumit, quòd aduocat, quòd damnatus soluit. Nisi fortè Aduocat pro aduocatos iurisperitos consulit. sed superior magis arridet. Hinc enim Aduocatio apud Martianum in l. 1. Digest. ad leg. Cornel. de fal. Item, inquit, ob instruendam aduocationem, testimoniáue pecuniam acceperit, pactúsue fuerit. Et Hermogen. leg. 20. eiusdem tit. Falsi pœna coercentur, & qui ad litem instruendam aduocatione, testibus, pecuniam acceperunt. Non igitur ij Plautini aduocati tenebantur, qui ab Agorastocle sine mercede dimissi, inter se illud admurmurabant,

Iniuriam illic insignitè postulat
Nostro sibi seruire nos censet cibo.

Verùm ut de re dicamus, Locus ille significare uidetur Aduocationes fuisse hominum iuris non imperitorum: testes uerò, quorumuis. Hot.

ADVOCARE concionem non semel dixit Varro libro 5. de ling. Lat. Prat.

ADVOCAT etiā apud Pomponiū l. si ꝓcurator. 18. ff. rem rat. hab. accipi putat Accursius ꝓ, aduocatis ministrat. Alij ꝓ teste de ui moribus facienda deducendo intelligi existimant. Accursius ibi auocat, scilicet, à suis negotijs, legi posse censet. utraque lectio,

ctio, & sensus ferri potest. Pandectæ tamen Florentinæ, uulgatiq; codices habent aduocat: quod de conuocatione aduocatorum, testium & similium uictoriæ caussa intelligendum putem. Prat.

ADVOCATIONEM præstare, idem est, quod postulare. Vlpianus in l. puto autem. §. 1. ff. de postulando. Allegare, Vlpianus in l. 1. §. his igitur personis. ibidem. Agere causam. Paulus in l. pen. Tryphonius in l. ult. eo. tit. ff. quæ omnia idem sonant. Prat.

ADVOCATIONE & foro interdicere, phibere est ab officio aduocādi: qd' gen⁹ pœnę est. Foro tñ plus est q̃ aduocationib. interdicere. Siquidē huic omnino forensib. negotijs accōmodare se, nō pmittitur, Vlp. in l. moris. de pœ. Papinianus auctor est, Imperatorem Titum Antoninum rescripsisse, Eum cui aduocationibus in quinquénium interdictum esset, post quinquennium pro omnibus postulare nō prohiberi. l. imperator. ff. de postuland. Prat.

ADVOCATIONEM præbere, est caussam agere l. fi. ff. de inoffic. testam. Prat.

ADVOCATIO, ipsa aduocati actio, postulatio, & patrocinium. Prat.

ADVOCATIO passim in iure p ipsis aduocatis accipitur l. de q̃stione tali. 30. C. de trāsact. & alibi Plerūq; p ordine ipso aduocatorū l. cū aduocatio. & l. iubemus. C. de aduoc. diuersi. iud. & alibi passim.

ADVOCATIONES postulare, est aduocatos à ptore petere l. ait Prætor 23. ff. ex quib. cau. maio. Prętor enim aduocatos dare solebat l. 1. ff. de postul. Pra.

ADVOCATIONE litē instruere apud Hermogenianū l. falsi. 20. ff. de fals. & l. 1. ff. eo. est falsam litem intēdere, ad hoc instructos aduocatos instruere. Pr.

ADVOCATIONES infidæ quæ litis clientis, uē secreta pandunt l. aut facta. 16. ff. de pœn. Prat.

ADVOCATOS militare, Vide infrà. Militare aduocatos.

ADVOCATI Cæsariēses in iure nostro sunt celebres: nā ad eos Iustinianus cōsultus multas scripsit cōstitutiones, inter quas est illa, qua statuit sobolem ex muliere quinquagenaria susceptā, nihilomin⁹ haberi legitimā, l. si maior. C. de legit. hær. Itē illa, qua re pbauit pactū de hæreditate uiuentis initū sine eius cōsensu, de cuius successiōe agebatur. l. ult. l. de pact. Postremo & illa, qua cauit, scripturas, quę testātur in stipulationib. aliquos fuisse psentes, omnino sequendas, nisi aliūde cōstet fuisse absentes toto eo die, quo instrumentū est cōfectū. §. Itē uerborū. inf. de inutil. stipul. Fuit autē Cæsarea Metropolis Cappadociæ, quæ Archelao pulso hoc nomē sortita est à Tyberio, uel certè ab Augusto. Prius aūt appellabatur Mazace. Atq; ut magis intelligamus sedē olim illic quoq; fuisse claris. Iurisperitorū, Strabo lib. xij. narrat Mazacenos siue Cæsariēses, Charūdę primū legib. usos fuisse, earūq; doctissimos habuisse interpretes, sicuti habebāt Romani suos Iuriscōsultos. Atq; eos quidē à Tygrane Cappadociā uastāte aliqñ in Mesopotamiā abductos fuisse: sed paulo post magna cū gloria reuersos esse. Iulianus huius Vrbis odio, quod esset Christiana, tētauit nomē mutare: sed frustra. Alia aūt fuit Cęsaria in Palæstina, q̃ bellis euersam Herodes, Antipatri filius restituit, primusq; in gratiā Augusti dixit Cæsareā. In hac fuit celebris Ecclesia, q̃ à domo Cornelij Centuriōnis sumpsit initiū, habuitq; Eusebiū Episcopū. Tertia fuit Cæsarea Philippi in Iudęa, restituta à Philippo Herodis Tetrarchæ fratre. ex Bald. ad Inst. tit. quib. al. licet uel non.

ADVOCATI & patroni differūt, Vide infra Patroni & Aduocati differunt, &c.

De Aduocatis diuersorū iudiciorū, hoc est, de priuilegijs, munere, mercede aduocatorū, qui in diuersis iudicijs suis operā suā hominib. nauant, titulū Codicis uide per totū. Atq; tu (bone Lector) in hoc titulo cūprimis obserua l. aduocati. Vbi Imperator dignitatē iuxta cōmoditatē aduocatorū egregiè ostendit. Hoc sumpsimus scholium ex Hegendorphino.

De Aduocatis diuersorū iudicū. Glossa supra hac Rubrica dicit inter hunc titulū & præcedentem hoc discriminis esse, quòd in titulo præcedēti disseratur de priuilegijs aduocatorū, qui adhuc aduocationis munere fungātur, istū uerò titulum uerba facere, de priuilegijs aduocatorū, qui iam munus illud abdicauerunt. Sed hoc omnino ἄκαιρον καὶ ἀπρόσκαλον uidetur (ut rectissimè admonet Hegendorphinus hîc.) Præterea frustra sese torquere uidetur Accursius in connexione huius tituli cū præcedente, quādoquidem ille nō habeatur in C. Nurēb. sed illius ipsius cōstitutiones legantur sub titulo ipso præcedēti, nec malè, meo iudicio. Quòd si tñ id fieri non debeat, & aliqua sit horū ad inuicē differentia, hęc potissima uidetur, ut (quemadmodū cōsulit Hegendorphinus ipse) iuuenes studiosi legū petitiones obseruēt, in qua Imperator seriò edicit, ne quis aduocationis munus priùs subeat, q̃ p statuta tēpora legū eruditiōi noscatur inhæsisse. Statuta uerò tēpora, quinq; anni sunt. Anch.

ADVOCATVS Fisci dictus est, qui ab Imperatore delectus pro eo postulaturus est, quotiescunq; de fisci interesse agetur. Quę aūt sint eius officia, ac quibus potiatur priuilegijs, sub titulo C. de aduocato fisci demonstratur. Dhumbert.

ADVOCATVS monasteriorum, Teuton. Kastuogt, ut Zasio uidetur. Qui inutilis foro extitisset aduocatus, uulgò Causidicus appellabatur, Quintilianus autor est. Spieg.

ADVOCATVS ueterator. Vide, Veterator.

ADVOCATVM malum solent dicere formularij genus hominum, ut quidam ait, perniciosum, qui patiatur intra decem annos litem contestari cum tutore aut curatore, ut est apud Speculatorem abominabile exemplum de Vberto in titul. de except. §. uiso quando exceptiones. uersicul. Item nota secundum Vber. Spieg.

AD urbem esse, ut Pedianus scribit, dicebatur de ijs, qui cum potestate prouinciali reuersi, aut in prouinciam profecti nondum essent. annotauit Paul. Manut. Spieg.

ADYNATVS, est status cui in themate ponitur quod sit contra naturæ fidem. ut si infans accusetur adulterij, quòd cum uxore cubuerit aliena. Fortunat. autor.

ΑΔΥΝΑΤΟΣ, impotens, imbecillis, inualidus. Spiegelius.

A E

AE syllabam antiqui Græca consuetudine per AI scribebant ut musai Festo lib. 1. quale sæpe uisitur in decretis antiq. ueter. urb. Prat.

ÆDERE. uide infra Edere.

ÆDES in usu urbana ædificia Florentinus adpellat l. fundi. 211. de uerb. sign. ab aditu dictas putat Varro lib. 4. Ling. lat. quòd plano pede adibāt. Festus uerò dici existimat, quia sint unius aditus, siue quia in eis æuum degatur. definitq; domiciliū esse in edito positū. Alij aūt ædes dictas putant quod ædito loco ponerētur. Constat aūt area, siue solo, & superficie l. solū. 49. ff. de rei uindic. l. eū, qui. 23. ff. de usurpat. & usuca. Aediū adpellatione oēs ædificij species contineri Gaius scribit l. qui ædes. 9. de incend. Aedium appel-

appellatiõne etiam rusticas contineri Vlpiano l.cætera.§.sed si quis.ff.de leg.1.Nec pugnat cũ Florentino d.l.fundi.hic usu,ille de appellatione intelligit.

ÆDES, ex fundaméto,pariete,tecto, ceu partib. integralibus cõstare,in confesso est:uel saltẽ,ut Celso & Iaboleno placet,solo,& superficie.l.solum.ff.de rer.uend.& l.eum qui ædes.in prin.ff.de usucap. Dicuntur & urbana prædia.l.fundi.de uerb.sign.Est autẽ Superficies,omne quod supra terram est: quapropter in prædijs urbanis parietes & tecta, in rusticis arbores,herbæ,frutices,superficiei adscribuntur. Alciat.in ead. l. Vnde Superficiarias ædes appellamꝰ q̃ in cõducto solo positæ sunt: quarũ proprietas & ciuili & naturali iure eius est,cuius & solũ.l.fi.ff.eo. Quæ uerò ædiũ distractis ædibus intelligãtur, ostendit Iurisconſ.in l.Iulia.§.fi.de act.empt.cum sim. per Albericum indicatis. Cæterum, ædium quàm domus latiorem appellationem pleriq; senserunt. l.1. §. deinde.ff.de don.Aedes enim pro omni specie artificij capi,etiamsi nulla adsint tecta:at domum non dici,quę adhuc contecta non sit.Sed Alciatus,lege citata,promiscuè hæc accipi magis sentit.Spieg.

ÆDES seruas efficere. Vide Vlpianũ in l.si quis duas.ff.commun.præd.Sp.

ÆDES sacratissimæ in l.acceptam. C.de usur. c. 1.in diem.de iud.Alber.

ÆDICVLA, nõ est parua domus,ut uulgò accipiũt:sed modò cellulã in ædibus significat,modò sacellũ,id est,ædis sacræ appendicẽ, Ein nebē Capell, quod ex Liuio Budæus demõstrat. Nebrissensis ait, Aedicula,templũ sacrũ est apud Iurisconſ.ad l.Iul.pecul.l.sacrilegij.Qui ędiculas,inquit,incustoditas tentauerit. Quod si ædiculæ non essent sacræ,tentare illas,non esset sacrilegium, atq; ex consequenti ad legem peculatus non pertineret crimen.Sp.Neb.

ÆDICVLA pro parua æde,hoc est, tẽplo paruo accipitur. Nam ædes,is,in numero singulari semper accipitur ꝓ tẽplo: unde semp adiũgitur illi cui Deo sacrata est atq; dedicata:ut,ædes Iouis, ædes Castoris,ędes Cõcordię.Dicitur quoq; ædes sacra. Ædes, diũ, in numero multitudinis significat domũ priuatã, caretq; numero singulari. Ab æde igitur sacra fit Aedicula, ꝓ alicuius Dei tẽplo paruo,ut Plin. lib.35. Supra ædiculã,inquit,iuuentutis, hoc est Deę præsidis iuuẽtæ ætatis. Facit text.in l.sacrilegij.ff.ad l. Iul. peculatus.modò allegatus.Ant.Nebriss.

ÆDIVM sunt,quæ perpetui usus causa sunt, paratàue sunt.q̃ passim in iure reperies l. cætera. in fin. Prothyrũ quoq; ædiũ est.l.pen. ff.de uerb.sig. Aediũ pars sunt ijs cõnexa,iuncta,uincta fixaq; d.l.cætera. §.fi.l.librorum.§.sed si.ff.de leg.3.& alibi.Prat.

ÆDIVM genera duo constituit Varro lib.4.de ling.Lat.Sacras,& publicas.Prat.

ÆDIFICARE,uerbũ est ꝓpriè,ædes facere: uerũtñ ponitur & refertur interdũ ad quoduis aliud genus cõstructionis,ueluti nauẽ ædificare dicit l. C. in l.aufertur.§.qđ à præside.ff.de iur.fisc.Adhæc,Insulã.i.domũ ædificare in l.sin aũt.§.pen. ff.de rei uend. l.si ego inf.ff.de Publ. Ampla ædificia ædificare. l. ex duob.ff.de neg.gest. Altius ædificare.l. 4.ff. de. seru. urb.præd.Rebuff.

ÆDIFICARE.In edicto de mortuo inferendo intelligitur non solũ qui nouũ opus molitur:uerũ is quoq; qui uult reficere. Aedificare aũt uidetur ꝓhibere,& qui ꝓhibet eã materiã cõuehi quę ædificationi necessaria sit.l.1.§.facere.ff.de mor.infer. Brisſ.Alb.

ÆDIFICARE ꝓhibitus uidetur prohibitus possidere.l.permisceri.§.cum qui.ff.de acquir.poss. Alb.

ÆDIFICATIO, id est,opus ædificatum. l. omnes C.de oper.pub.Alber.

ÆDIFICII itẽ Aediũ appellatio tã ad rusticas q̃ ad urbanas habitatiões ptinet.l.180.ff.de uer.sig.l.41. §.sed si quis ad opus.ff.de legat.1. Secundũ hoc in eo xij.tab.cap.quo de incendiarijs agitur, & in interdicto de cloacis, Aediũ appellatione oẽs species ædificij cõtineri traditur.l.14. ff. de incendio,ruina. l.1. in prin. §. deinde ait. ff. de cloacis. Sed & in interdicto uti possidetis uerba prętoris Vti eas ædes ad oẽs res soli,q̃ possideri possunt interpretatione trahũtur.l.1. in prin.& §.ult.ff.uti possidetis.In usu tñ urbana ædificia Aedes rusticę Villæ appellãtur.l.211.ff.de uerb. sig.Quãquã & in cẽsu uillas oẽs Aedes appel. Varro li.4.de ling.Lat.scribit.Aedes aũt duob.constãt,solo & superficie.l.23.ff.de usucapio.l.49. ff. de rei uindicatio.l.39.ff.de legat.2. Vnde qui fundũ excepto ædificio legãt,nõ de superficie tantũ,sed & de solo cogitasse intelligetur,sine quo Aedificiũ stare nõ põt.l.81. §.qui fundũ. ff. de legat. lib.1. Aediũ sunt q̃ ꝑpetui usus causa parata sunt,licet quãdoq; tollãtur. Stratura itaq; loci alicuius ex tabulis facta q̃ ęstate tollerẽtur, & hyeme ponerẽtur, Aediũ est.l.242.§.1.ff.de uer.sig. Prothyrũ quoq; qđ in ædibus fieri solet, ædiũ est.l. pen.ff.de uerb.sig. & ut plumbũ qđ ꝓ tegulis ponitur,aliter atq; de eo dicendũ sit, qđ hypæthri tegẽdi causa ponatur,uel ornatus ædiũ causa paratũ sit, nõ quò ædes ꝑficiantur.d.l.242. Aedib. distractis uel legatis ea esse ędiũ solemus dicere,q̃ quasi pars ędium uel ꝓpter ędes habẽtur, ꝑpetuiq; usus causa in ædificijs sunt. Qualia sunt q̃ enumerãtur in l.15.§.ult. l.14. l.15.l.17.in prin.& §.q̃ tabulæ.& §. Labeo. cũ seq. & l. 18.ff. de actio. Aediũ quoq; quæ habentur, ea omnia quæ ijs connexa, iuncta, uincta, fixaq; sunt.l.41.§.penult.ff.de legat.1.l.52. §. sed si bibliothecam. ff. de legat.3.l.59.ff.de rei uindicat. Briss.

ÆDILES. Crescẽtibus plebeijs opib. (inquit Fenestella) ita ut etiam Dictatores, ac Põtifices de suo quoq; corpore ꝑstarent, atq; patres multotiens à plebe uicti, duos Aediles plebeios à patribus creandos peruicerũt. Tandẽ uerò duo genera Aediliũ (secundũ Plutarchũ in uita Marij) apud Romanos fuerunt. Itaq; Aediliũ alij ædes sacras, priuatasq; ꝓcurabant, alij frumẽto, annonæq; pręerãt. Hi & à D. Iulio creati, & à Cerere Cereales nominati sunt, ut scribit Pomponius Lætus. Illi uerò Curules ideò dicti sunt, uel quòd solio eburneo uterẽtur, ut scribit idẽ Pomponius. uel quòd ius dicẽdo sellis curuos pedes habentibus huiusmodi Aediles utebãtur, ut scribit Aymarus Riuallius: uel quòd sella consulari uterentur, ut Theophilus ad uerũ accedere magis uidetur. Aedilium Curuliũ regis utentiũ insignibus, & ornatorũ purpura, officiũ erat, sacras priuatasq; ædes procurare, totam urbem tueri, curam habere ut cloacæ, & aquæductus & quæq; publica ædificia munda & integra essent, ludos publicos exhibere, loca in theatro assignare (ut de Serrano, & Scribonio legitur) & reliqua multa. Cerealibus uerò Aedilibus erat cura rerum, ne qua fraus fieret, & mensurarum cura cõmissa erat, de quibus ita cauetur,

Suntoq; Aediles curatores urbis annonæ.

Dionysius etiã pertinuisse ad officiũ Aediliũ scribit, ut curã annonæ forensis, copiæq; cibariorũ, ac mensurarum haberent. Vnde Iuuenalis,

Et de mensura ius dicere, uasa minora

Frangere pannosus uacuis Aedilis ulubris.

Hinc edicta Ædilitia, & actiones Ædilitiæ erant, qui bus emptori succurrebatur si quispiam seruum, aut iumen-

sumentum morbosum, uitiosumue pro integro, sanoque uendidisset,

ÆDILES duo initio ex plebe cõstituti sunt qui ædibus præessẽt, in quibus omnia scita sua plebs deferebat: Vnde nomẽ habuisse eos apparet. l. 2. § ijsdẽ tẽporib. ff. de orig. iur. His deinde duo alij ex numero patrũ additi sunt qui curules dicti sunt: in cuius uerbi etymologia non satis uidetur conuenire inter Varro. Festũ Põp. & alios. Varronis certè opinionẽ secutus est Theophilus in §. prætorũ. Inst. de iure natur. Postremo duos Cæsar ædiles qui frumẽto præessent, adiecit, qui & à Cerere Cereales appellati sunt, ut Dio. lib. 43. & Pomp. in eadem l. 2. §. deinde Cornelius. scribunt. de quibus & infra in uoce Annona. Ita sex in urbe ad extremum Ædiles fuere. Ædiles aũt curules Edicta proponebant. d. §. prætorum. Ex quibus unum præcipuè ueterum scriptis commendatum habemus, quod de uenditionibus morbosorũ, uitiosorumq; mancipiorũ animaliũq; est: toto tit. de Ædilicio edicto. l. 31. ff. de pactis. l. 32. ff. de euictio. Liuius & Cic. 3. offic. & Gellius lib. 4. cap. 2. meminere. Hinc Ædiliciæ actiones quæ ex eo Ædilium edicto oriuntur: quales sunt Redhibitoria, & Æstimatoria quanti minoris, & actio quod aduersus dictum promissumue sit. tit. de Ædilicijs actionib. C. l. 23. §. hæ actiones. l. 44. §. 1. & §. ult. l. 47. ff. de ædilicio edicto. l. 2. ff. de diuersis tempor. l. 31. §. si uir uxori. in fine. ff. de donat. inter uir. Ædiliciæ stipulationes quæ ad eandem causam pertinent. l. 5. §. prætoriæ. ff. de uerb. obligat. & exponit Theoph. in tit. de diuisione stipulatio. Brisson.

Erant & in municipijs Ædiles. l. 30. §. 1. ff. locati. l. 12. ff. de decurionib. ut plenius lib. 3. Select. Antiquit. comprobauit. Aedilitatẽ itaq; Curię dignitatẽ appellat Imp. l. ult. si seruus aut libert. ad decur. li. x. E. Aediles porrò Papinianus ἀστυνόμους in l. 3. ff. de uia publica. Dio uerò ubiq; ἀγορανόμους uocat. Aeditui sunt qui ædes tuẽtur, qui ædes sacras curãt, custodiũt, & obseruant. l. 1. ff. de tutel. & ut Theophil. in §. 1. Instit. eo. ait οἱ ἱερὰς εἴ τινες τὸν ναὸν ἀσφαλίζονται. Sic in l. 3. §. si tabulæ. ff. de tabul. exhib. hoc uerbum accipe. Briss.

ÆDILES uero inter minimos magistratus habebantur. Quare adolescentibus ferè ad hoc officiũ designatis, primus erat gradus ad maiores honores teste Cic. de legib. lib. 2. Ideoq; non numerantur inter magistratus in l. 2. ff. de in ius uocan. Impunè enim uocabantur in ius. l. Lectos. Et l. seq. ff. de peri. & com. rei. uen. Olden. Quæ autem fuerit cura ædiliũ rectissimè percipies ex l. penul. ff. de uia publica: sed clarius Cicero actione 7. in Verrem: Nunc sum designatus Aedilis, habeo rationem quid à populo Romano acceperim, mihi ludos sanctissimos maxima cum ceremonia Cereri, Libero Liberæq; faciendos: mihi Floram matrem populo, plebiq; Romanæ ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæque esse faciendos: mihi sacram ædium procurationẽ, mihi totam urbem tuendam esse commissam, ob earum rerum laborem & solicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ locum, togamq; prætextam, sellam curulem, ius, imagines ad memoriam posteritatemq; prodendam. Curabãt autem hi in primis omnem ciuitatem, iccirco Seneca in lib. de beata uita enumerat Aedilem metuentia loca, & in primis uias publicas. Vnde legitur apud Paulum in l. lectos. ff. de peric. & commo. rei uend. lectos emptos Aedilem, cum in uia publica positi essent, cõcidisse. Et Vlpian. in l. Item quæritur. §. si quis mensuras. ff. locat. scribit, Aedilem mensuras iniquas fregisse. quod & scribit Persius

Fregerit heminas Arreti Aedilis iniquas. &c.

Aldobrandinus §. prætorum in uerb. proponebant Instit. de iur. natural. gent. &c.

ÆDILIS à Varrone is dicitur, qui ædes sacras, & priuatas procurat: quod & Festus ꝓbat lib. 1. adijciẽs hoc nomẽ ad magistratus translatũ A Papiniano ἀστυνόμοις l. 1. de uia publica. à Theophilo. §. prætorũ. Inst. de iure nat. & Dione. ἀγορανόμοι dicũtur. Theophilus & Varro cõuenire uidẽtur. Initio duo ex plebe creari cępti sunt, qui ædib. præessent, in quib. omnia scita sua plebs deferebat, qui etiã ædiles adpellati sunt l. 2. §. ijsdẽ tẽporibus. 1. ff. de orig. iur. Interueniebãt & arcẽdis incẽdijs. l. 1. ff. de off. præfecti Vigil. Cõstitui deinde ex patrũ numero & creari cœperũt duo, ut pluris patres haberẽt. ita facti sunt ædiles Curules. Horũ edictũ de rerũ uenditionib. extat l. 1. ff. ædilit. edicto. & per tot. de quo & Gellius li. 4. c. 2. & ff. de ædil. edict. per totum. Ad eandem caussam pertinent & ædilitiæ stipulationes l. stipulationũ. 5. uers. prætoriæ. ff. de uerb. oblig.

ÆDILES Curules eo dicti sunt, quòd sellis curulibus sederẽt, ut ex Liuio li. 7. disces. Nõ parentibus, ait, Tribunis, quòd pro cõsule uno plebeio tres patritios magistratus curulibus sellis prætextatos tãquã cõsules sedẽtes nobilitas sumpsisset. Idẽ & Fenestella docet cap. 13. Cæsar tandẽ alios duos Ædiles constituit, qui frumẽto præessẽt, & à Cerere Cereales dicti sunt Põponio l. 2. §. deinde Gaius ff. de orig. iur. Fenestel. d. c. 13. Dio lib. 43. in fi. & ita sex Ædiles sunt cõstituti Dioni, & Pomponio. Erãt & Aediles in municipijs. l. qui insulã. §. 1. ff. loca. Hi merũ imperiũ habebãt ita ut flagris cæderẽt l. 12. ff. de decur. Habuerũt prætereà hi ædiles curules uiarũ curam, ut Papinianus autor est libro singulari ædiliũ Curulium l. græca. de uia public. & l. 2. ff. de orig. iuris. Seilerus.

ÆDILES qui, quot numero, q̃ eorũ officiũ, uide Petr. Rebuf. in l. boues. §. inter edere. ff. de uer. sig.

ÆDILITAS dicebatur eadẽ dignitas, sicut pontificatus, magistratus Festo lib. 1. Prat.

ÆDILITAS, curiæ dignitas dici, definiri uidetur à Cõstãtino Imp. l. 2. si ser. aut lib. ad decur. ãdspira. lib. 10. C.

ÆDILITIAE stipulationes dicũtur, quæ ab ędilib. ex ipsorũ officio ac iurisdictione decernũtur ijs in rebus, quarum ipsi iurisdictionem habent. l. stipulationũ, 5. ff. de uerb. oblig. & l. si uenditor, ff. de ædil. edict. Hot. ex Duareno d. l. 5.

ÆDITIMVS, ędis intimus Fest. li. 1. Vide Gelliũ li. 12. ca. 10. Plin. li. 32. cap. 2. Cæterũ Festi etymologiã damnat Cicero in Topicis dum agit de postliminio.

ÆDITVVS, eodẽ auctore, dicitur ædis sacræ tuitor. i. curã agẽs. Huius definitionẽ ꝓbat Theophilus §. tutores. Inst. de tutel. his uerbis ὥσπερ æditui λέγονται οἱ ἱερεῖς, qui ædes tuẽtur, τουτέστιν οἵ τινες τὸν ναὸν ἀσφαλίζονται. Sic æditũas apud Vlpianũ l. 3. §. si tabulæ. ff. de tab. exhib. ibi tabularũ custodiã æditũus suscepit: nã in æde sacra res cõtrouersæ deponi solebãt l. 1. §. si pecunia. & §. seq. ff. depos. Hodie obsignatio, & depositio fit apud acta, & causarũ tabularios quos Galli Grefarios uocãt idq; p d. §. si tabulę. Sic, ut superiùs intelligi debet apud Paulũ l. 1. ff. de tut. & §. tutores. Instit. eo. apud Iustin. Pr. Hi aũt ijdẽ sunt quos Hierophilaces quasi sacrorũ custodes appellat Scęuola in l. Annua ff. de ann. leg. hierophylaci. n. eo loci legẽdũ est, ut alibi aduertit et Zas. Aldo. d. §. tutores. Inst. de tut.

ÆGRA mulier, pro tristi, difficili, irata, apud Papin. l. ultim. si quis aliq. test. proh. Sed ut fieri assolet, offensam ægræ mulieris, maritali sermone placauerat. Spiegelius.

ÆGRE ferre, uitiose scribitur coniunctim, cum sint duæ dictiones, pro eo quod est molestè ferre. Anto. Imp. l. 3. de Quæst. Neq; enim ægrè ferret, quæ uenenis suis uiscera hominis extinxit. Spiegel.

ÆGROTI. Vide, Miserabilium personarum.

ÆGYPTVS. Ægyptus à Meridie introrsus recedit, quoad prætendant Æthiopes. A' tergo inferiorem eius partem Nilus circumfluit, qui scissus à loco, cui Delta nomen est, ad insulæ faciē spatia amplectitur interna, & incerto pene fonte decurrens proditur. Originem habet à monte inferioris Mauritaniæ, qui Oceano propinquat. Vide plura apud Solinū Polyhistora. Cæterùm quàm ob causam Ægyptus ipsa in prouinciæ formā redacta non sit à nostris, & cuius ordinis erāt, qui per eā administrationes gererēt, uide infr. in uerb. Præfectus Augustalis.

ÆLIAE dorcadi matri meæ dari uolo, quoad uiuet usumfructum bonorum meorum, ita ut post obitum eius ad liberos meos, aut ad eum qui ex his uiuet, pertineat. Vide l. generali. ff. de usufr. Spieg.

ÆLIANVM ius. Sextus Ælius alias actiones cō posuit, & librū populo dedit, qui appellatur Ius Ælianum. Pompon. l. Necessarium. §. augescente. ff. de orig. iur. Old. Prat.

ÆLIA Sentia lex. Vide infrà Lex Ælia.

AINIГMA apud Imp. Iustinia. consti. nouel, 95. §. *σῦν* ad fi. interpretatur Accursius, Speculum, Alciatus ex Gallio pro quęstione obscura, & inuoluta accipi putat lib. 4. Parerg. c. 19. quod & uerū est. Pr. Sp.

AENVM quod supra focum pendet in quo aqua ad potandum calefit. l. 18. §. asinā. ff. de instr. uel instr. idem miliarium dicitur Vlp. in l. cum aurum. §. si cui. ff. de aur. & arg. leg. Aenum in quo olea aqua calda lauatur, in l. 19. §. illud. ff. loca. Aenum lateribus circum structum in l. 38. §. ult. ff. de actio. emp. craterem significat quo aqua ex fistulis ducta excipitur. Vide Athenæum lib. 3. c. 10. & Iulium Pollucem. de uasculis calefactorijs. lib. 10. c. 19. Bris. Prat.

ÆQVA lance seruari ius intelligitur, Oldē. teste, pro exercere æquitatem, cum ultro citroq; sic obseruatur proportio, ut alteri nihil adsit cū dispēdio alterius. l. non tātum dotis. ff. de re iudicat. Alciatus monuit, Æqua lance, & æquis passibus dici prouerbiali figura de his quæ similia sunt. At æqua lance seruari ius, (ut Dn. Old. ait) intelligitur, pro exercere æquitatem, cum ultro citroque sic obseruatur proportio, ut alteri nihil desit cum dispendio alterius. l. non tantum dotis. ff. de iudic. l. generaliter. §. si autem. ff. de iureiur. l. maximum uitium. C. de lib. præter. l. cū quæstio. ff. de leg. 1. Spieg. Alber.

ÆQVA lance pro, pariter & æquabiliter. Prat.

ÆQVA lance seruari Modestinus dixit in l. non tantum, 20. ff. de re iudic. prouerbiali loquendi genere, pro pariter æquabiliterq;, ut apud Græcos *ἐν ἴσῳ καὶ ὁμοίῳ*: Maritus, inquit, in quantum facere potest, condēnandus est: quod & in persona mulieris æqua lance seruari æquitatis suggerit ratio. Sic Imp. in l. cū quis, 10. in fin. ff. de natur. lib. Quapropter, inquit, sancimus, in huiusmodi casibus omnes liberos siue ante dotalia instrumēta editi sint, siue postea, una eademque lance trutinari. Hot.

ÆQVABILE ius apud Cicer. lib. 2. Offic. accipiendum, non quod æquet omnes, sic enim non possent alij alijs esse potentiores, aut ditiores: sed quòd iustitiam inter homines, & æqualitatem quandam proportionabilem, æquitatemq; conseruet: hoc est, quòd pari studio defendat tenues & potentes, summos & infimos, & neutris patiatur ab alteris suum sumi. Aristoteles *ἀναλογικὸν*, & *κατ' ἀναλογίαν δίκαιον* appellat. Spieg. Prat.

ÆQVALE idem est quod æquum, aptum locis, temporibus, personis. Oldend.

ÆQVALIS, substantiuum pro pare. Vlpian. ut si quis maior uel æqualis subijciat se iurisdictioni alterius. Spieg. Olden.

ÆQVALIS conuersatio, pro pari consuetudine uictus. Callistratus: Nam inquit, ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur. l. obseruandum. de offic. Præsid. Spieg.

ÆQVALIS fides, cuiusmodi esse debet inter dominum & uasallum, in iure Beneficiario maximè cōsideratur, ut fidus dominus efficiat fidum clientem. Sicut uulgò dicimus, trewer herr/trewer knecht.

ÆQVALITER ad iuris censuram, nō autem ad facti paritatem referre oportet.

ÆQVALITER ad nos pertinere, apud Caium l. ult. de usufruct. Spieg.

ÆQVIS pensionibus, item iniquis pensionibus id est inæqualibus, in l. 3. ff. de ann. leg. Spieg.

ÆQVITAS uarijs appellationibus in iure nominatur. I. Æquitas aliquantò significantius dicitur, *ἀνάλογον*, hoc est, conuenientia. Quoniam in societate humana proportionem suppeditat aptam personis, rebus, loco, tempori. II. Bona fides accipitur pro æquitate: cui opponūtur apices iuris. l. si fideiussor. §. quædam tamē. ff. mandat. De bona enim fide agitur (inquit Vlpianus) cui non congruit de apicibus iuris disputare, sed de hoc tantum, debitor fuerit, necne. III. Naturalis iustitia, ius naturæ, nihil aliud est quàm æquitas. l. scire oportet. ff. de excusat. tut. Cuius fidem (ait Modestinus) tametsi sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia: est tamen & constitutio Imperatorum Seueri & Antonini, hæc dicens. & l. iure naturæ æquum est. ff. de regul. iuris. IIII. Verum ius, germana iustitia, pro æquitate, opponitur commētitio iuri seu imaginario. Cicero: sed, nos (ait) ueri iuris, germanæq; iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. Vmbra & imagine utimur. Eas ipsas utinam sequeremur. V. Religio pro æquitate. l. quæsitum. ff. de testibus. VI. Æquitatem significant Iurisconsulti, cū scribunt *ἐν πλάτει*, hoc est, solutius aliquid, & ultra præscriptum accipi oportere. l. quo enim. §. Iulianus ait. ff. rat. rem haberi. l. ratū autem. ff. de solutionibus. l. si arbiter. ff. de probationibus. VII. Simplicitas, pro æquitate: opponitur perplexitati, & scrupulosæ subtilitati. VIII. Arbitratus boni uiri, nihil est aliud, quàm censura seu ars, boni & æqui à iustitia descendens. l. 1. ff. usufructuarius quemad. caue. IX. Æqua lance seruare cuiq; ius suum, pro exercere artem boni & ęqui. Id aut tūc fit, cū ultro citroq; sic obseruatur ꝓportio, ut alteri nihil accedat cum dispendio alterius. l. non tantùm dotis. ff. de re iudic. X. Humanitas, benignitas, pro æquitate. l. si seruo fideicommissaria. ff. de hære. instituen. l. furti. §. pactúsue. ff. de his qui notan. infam. l. nulla iuris. ff. de legibus. Spieg. Old. Prat.

ÆQVITAS, quàm aliàs æquum & bonum, aliàs æquum & iustum, aliàs æquum bonum, sine copula dicimus, l. 1. & pen. ff. de iusti. & iur. l. si & me. ff. si cert. pet. Aristoteles *τὸ ἐπιεικὲς* adpellat. Sunt & qui *τὴν ἐπιείκειαν* uocent: est mitigatio legis scriptæ in aliqua circumstantia, utpote rerum, personarum, ac temporū.

Ius

Ius est, inquit Donatus, quod omnia recta & inflexibilia erigit, Æquitas est, quæ ex iure multum remittit. Exempla sunt prætorum edicta. Quid enim aliud est restituere in integrum (ut ex multis unum uideamus) quàm laxare scripti iuris rigorem? Dicitur & humanior, & benignior iuris interpretatio.

ÆQVITAS nihil aliud est, q̃ uolũtas syncera, seu arbitratus boni uiri, minimeq; uersipellis, sic tribuẽs unicuiq; suum, ut interim nemo lędatur, sicut est locus omnium elegantissimus in l. Bona fides. §. incurrit. ff. depos. Old.

ÆQVITAS est rationabilis modus, cõtinens in se cõuenientiam & rigorem. Differt ergo à iure: quia ius est decisio quæ fit secundũ iuris regulas: æquitas uerò est quædã conuenientia, quoddã temperamentum recedens ex causa, à communibus regulis iuris. Bart. in l. 1. ff. de legib. Abb. in cap. ex parte. de transf. in c. 2. de re iud. ubi dicit, quod æquitas est ordinata iustitia, temperata dulcedine misericordiæ. cap. ut constituerunt. 50. dist. Ioh. Bap. Cast. Alb.

ÆQVITAS duplex est, scripta & nõ scripta. Potest enim æquitas, tũ in scholis, tũ in foro duplici modo exerceri. Altero, ut diligenter consideremus, quo ordine Iurecõsulti & Imperatores Romani obseruarint æquitatẽ in describendis, ponendisq; legibus & præiudicijs humanorũ negotiorũ: & si quãdo casus eueniat, qui per omnia sit similis, nec habeat ullas differẽtes circũstantias, quæ mutationẽ iuris desiderẽt: ut tũc secundũ illas iudicemus, certi, quod æquitatis cẽsura dudũ sit adhibita. Altero modo exercetur æquitas in his facti speciebus, q̃ nunc eueniunt, nec habent præiudiciũ in legibus scriptis ex omni parte respondẽs, ut nos secundũ circũstãtias earũ applicatis axiomatibus summi iuris, iudicemus, quid diffiniri oporteat. Enimuerò hic propriè est usus æquitatis omnium maximè necessarius Reipub. Quamobrem meritò non scriptam æquitatẽ uocare possumus, nõ quasi liceat sine scripti iuris obseruatione illam æstimare: sed quòd aliquãtò longius à scriptis thesibus recedit: sicut ius Ciuile à iure naturali distinguitur, in l. ius Ciuile est. de iusti. & iur. Olden.

ÆQVITATIS causa efficiẽs est Deus, qui naturã humani generis sic cõdidit, ut omnia quidẽ de futuris negotijs certò præscribere nõ posset ullo modo, tñ notitiã quandam nobis insculpsit, ut possimus certas aliquas honestatis formulas pręscribere generaliter, ad quas oẽs factorum species quandocunq; incidentes, exigantur arte quadã boni & æqui, hoc est, perpẽsis atq; collatis certa ratione circũstantijs.

ÆQVITATIS caussa materialis est ius naturæ, Ius Ciuile, boni mores. Nã ex his fit pulchra quædã ac Reip. salutaris mixtura, per iudiciũ animi incorruptũ. Materia uerò, circa quã exercenda est æquitas, sunt infinita hominũ negotia, scilicet, cùm incidunt. Tunc enim pro re nata ius rectè applicabitur secundum circumstantias, quæ ad causam pertinent. Old.

ÆQVITATIS causa formalis est, ut conferantur diligenter facta iam incidentia cum circumstantijs suis (pertinentibus inquam ad formulas iuris) non aliter, quàm ædificia probari solẽt adhibita principalioribus eorum partibus norma. Non potest autem elegãtius tradi forma cum exemplis suis, quàm apud Tryphoninum in l. Bona fides. ff. depos. uel cõtra. uidere licet.

ÆQVITATIS causa finalis, seu effectus est, ut seruetur æqualitas humanarũ rerũ, quæ maximè inter se sunt dissimiles: utq; conseruetur Reipublicę salus, quæ in rectis iudicijs utplurimùm consistit: & sic transigatur istud ærumnosum huius uitæ momentum ad gloriam Christi & æternæ uitæ. Olden.

ÆQVITATI opponitur summum ius. De quo suo loco.

ÆQVITAS Iuris & morum norma. Sicut enim per normã iudicãtur structuræ uitia: sic æquitas de iure scripto, & omnib. humanis functionibus ac moribus rectè diiudicat. Itaq; Magistratus adtẽperabit cognitiones suas bono & æquo, hoc est, diuinis, & naturalibus legibus: Contra quas quicquid iudicatur, non potest non iniquum esse. Old.

ÆQVITAS & clemẽtia differunt, æquitas enim semper est legis uoluntati cõiunctissima, sequiturq; eã quocunq; tẽdat, siue ad humanitatẽ siue ad acerbitatẽ: Clementia uero solius principis est, aut eorum magistratuũ qui parẽ habent cũ principe in iudicando potestatem: Connanus lib. 1. cap. 11. nu. 9.

ÆQVVM dicitur, quod usquequaq; par & simile est. proprieq; in eo magistratu dicitur, qui non uariè ius dicit: ut potentibus aliter, tenuibus uerò & infimæ sortis hominibus aliter: sed pariter æquabiliterq; omnibus. Cicero in ea pro Murena, Huius sors ea fuit quam omnes tibi optabamus, iuris dicundi, in qua gloriam cõciliat magnitudo negocij: gratiam, æquitatis largitio. qua in sorte sapiens Prætor offensionem uitat æquabilitate decernendi, beneuolentiam adiungit lenitate audiendi. Itaque propriè nihil aliud Æquum, aut Æquitatem esse, quàm ius, facilè mihi persuadeo. uideoque Ciceronem in Partit: sic usurpasse, Æquitatis, inquit, uis est duplex: cuius altera directi, & ueri, & iusti, & (ut dicitur) æqui & boni ratione defenditur: altera, & cæt. Cùm autem benignius aliquanto & mitius ageretur, Æquum bonum, pro Ius benignum quasi prouerbij figura dictum puto. nam Bonum, benignum esse, & Iouem optimum dici, quasi beneficentissimum, nemo nescit. Hinc illa formula Æquum bonũ, & æquius melius, in arbitrio rei uxoriæ: ut ipse in Offic. scribit. Sic in Bruto, Deinde æquum bonum, testamentum, sententias uoluntatesq; tutatus est. Hinc sensim consuetudine loquendi Æquum & bonum coniunctim, tãdem etiam seorsim Æquum. Terẽtius, Nimium ipse durus est, præter æquumque & bonum. ubi Donatus, Potuit, inquit, ET, non addi: Præter æquum bonum. Cicero in Bruto, Crassus multa contra scriptum pro æquo & bono dixit. Et pro Cæcinna, Ex æquo & bono, non ex callido uersutoque iure rem iudicari oportet. Imp. l. 1. C. de legib. Inter æquitatem iusque interpositam interpretationem, nobis solis & oportet & licet inspicere. Hinc illa definitio apud Vlpian. in l. 1. ff. de iustit. & iur. Ius est ars æqui & boni: hoc est, Disciplina iuris, est disciplina controuersias ex bono & æquo disceptandi. Hinc illud Constantini in l. 8. C. de iudic. Placuit in omnib. rebus præcipuam esse iusticiæ æquitatisque scriptæ, quàm stricti iuris rationem. Hinc Paulus in l. quod si, 24. de minorib. Non semper inquit, ea quæ cum minoribus geruntur rescindẽda sunt, sed ad bonum & ęquum redigẽda sunt. Suetonius in Claudio. Nec semper præscripta legum secutus, duritiam lenitatemque multarum ex bono & æquo perinde ut afficeretur, moderatus est. Hot.

ÆQVIVOCATIO, hoc est, uocis ipsius finitio, quæque ad eandem pertinẽt: cuius certe neglectus peperit nobis in iure ciuili Commentarios, ut rectè monuit Apellus. Spieg.

ÆRAMEN, species quædam ex ære confecta l. nemo. 12. C. de oper. pub. sic enim legendũ & codex Theo-

Theodosianus,& res ipsa docet,non ornaméta. quæ lex extat lib.15.tit.1.l.37.C.Th.Prat.

ÆRARIA ratio,ut doctissimus Turnebus lib. 8. aduersariorũ cap.14.arbitratur,est cũ in assiũ numerũ summa redigitur,ut uerbi gratia si centũ millia æris deberi dicant:eã summã sibi in ære numerari nolebát,in argéto optabát.nemo.n.est qui nõ magnam summã in argẽto,quàm in minuto ære habere malit.

ÆRARII Tribuni à tribuẽdo ære adpellati sunt. Fest.lib.1.

ÆRARII milites ab ære dicti sunt quòd stipẽdia facerent Varroni lib.4.ling.Lat.

ÆRARII ut ex M.Fabio lib.2. cá.ult.liquet, sunt monetæ excusores.Prat.

ÆRARII Quæstores mulctarũ receptores dici ex Tacito li.13.cõstat.Cẽsuit, inquit, Piso designatus cõsul,ne mulctã à Tribunis dictã Quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent.

ÆRARIVM populus Romanus in æde Saturni habebat.Festo li.1.Ærariũ,locus erat ubi poplicæ, id est publicæ pecuniæ reponebãtur.Marciano. Iurisc. ꝓ principis fisco accipiebatur ut ex ipsius uerbis cõ ijcere licet l.1.§.ex illa ff.de leg.Corn.de fals. & l. edicto.ff.de iur.fisci.Prat. Cæterũ proprie ærariũ est populi & Reip.Fiscus uerò principis.Id ex uerbis Plinij ad Traianum facile cognoscitur.At fortasse(inquit) non eadem seueritate fiscum qua ærarium cohibes.

ÆRARIVM duplex principes habuisse liquet ex l.unic.de Quæst.& mag.off.l.b.12.C.& Nouel.Valét. de 30.ann.præscr.l.unic.§.eandem.Prat.

ÆRARIVM si quidẽ priuatũ,scilicet,rerũ priuatarum principis: quod curæ erat comiti rerũ priuatarum ut ex 6.Basilic.& Theodorito li.3.c.12. de quibus l.fi.C.de palat.sac.larg.li.12.Est & ærarium sacrũ siue sacrarum largitionum,id est,thesaurorum d.l.unic.C.de quæstor.Prat.

ÆRARIVM sanctius antiquis dicebatur prorsus intactum,unde pecuniam promi non liceret. Cic. li. 7.ad Atti.Epist.19. Adtulit mandata ad Consules, ut Romam uenirent, pecuniam de sanctiore ærario ꝓferrent.& Liuio lib.7.belli Punici.Prat.

ÆRATA porta Varroni eo dicta, quòd ære tecta fuisset lib.4.ling.Lat.Prat.

ÆRATVM etiam dic.obæratũ,ære alieno obrutum,ut est apud M.Ciceronem lib.1. Epist.1. ad Atti. Epist.incip.Quæris.Tribuni,inquit,non tam ærarij, ut appellantur,quam ærati.Prat.

ÆRE diruti milites appellati sunt quibus ꝓpter ignominiã stipẽdiũ subtrahebatur ut tradit Pet.Crinitus de honesta discipl.li. 18.c.6.Varr. in libris de uita patrũ,stipendiũ,inquit appellatũ est quod æs militi semestre, aut annuũ dabatur : cui uero datũ nõ sit, is ꝓpter ignominiã ęre dirutus erat:quod & Nonius Marcellus in lib. de doctorum indagine notauit.

ÆROSA pecunia, dicitur ære mista l. creditor. 102.de solut.sic ærosum lapidẽ Plin. lib.34. c. 1. dixit, cui inesset æris uena.malè igitur Alciatus ad d.l.creditor.pro ærosa,ἱερὸν reposuit li.2.Dispunc. cap.25. Vnde Cyprũ insulã ærosam adpellasse Veteres Festus lib.1.scribit,quòd in ea plurimum æris nascatur. Prat.Adde Corr.lib.1.Miscel.c.9.nu.4.Forcatulus in Necyomantia dial.6.erasam legendum censet,id est, iussu præsidis sublatam,id est,quæ alioquin quidem bona erat,& qua respublica cõmuniter utebatur,sed erasa erat, id est, non iusti ponderis, ideo quod rasa esset in circulo,ita in l. quicunq; ff. ad l. Corn. de fic.

ÆRVSCARE est æra undiq; colligere.Spieg.

ÆS. Genus est metalli & plerũ coloris rubri, distincti tamen ab auro, argento, plumbo, ferro, atque reliquis metallis. Plerunque tamen pro auro accipimus. Item pro argento,hoc est, argentea moneta, quod olim omnis pecunia fuerit ærea:unde & æs pro pecunia sumitur. Cato, Fundum æribus suis emptum possidebant. Seruius Tullius VI. Romanorum rex, primus post urbem conditam æs signare cœpit (ut Plinius tradit) repetita uetere signandi consuetudine ab Iano gemino, rege primo Italiæ introducta, qui una numini parte sui capitis effigiẽ, altera nauim,qua aduectus in Italiam Saturnus fuerat, exprimi uoluit. Signatum est etiam, æs nota pecudis (unde pecunia dicta est) nec non suis, aut bouis signo (ut Plutarchus scribit) eò quòd cum nummorum usus apud Romanos frequens non esset,pecudibus & iumẽtis sontes plecterentur. Anch.

ÆS circumforaneum,Olden.inquit,pecunia ad usuras accepta.

ÆS alienum,quod alijs debetur.

ÆS autem alienum soluere necesse est, credere autem non est necesse. ut ait Paul. in §. restitutio. l. quòd si minor.ff.de minor.Spieg.

ÆS alienum meum, hoc est, quod ego contraxi. oppon. Æs alienum dissoluere,uel exonerare.

ÆS inaurari dicitur argento uiuo, inductis ad id bracteis auri, eo tamen in primis criniato, accensoque, sale, aceto, & alumine restincto, deinde exarenato,ut splendore deprehendatur,an satis recoctum sit, ut author est Plinius lib. 23. cap. 2. in fine. quem allegat Corras.l.si id quod.22.ff.de uerb.oblig.

ÆS nostrum, quod nobis debetur.In ære nostro esse, pro in bonis nostris esse. Cicero etiam de amicis dixit. In ære nullo esse, pro nihil debere, ex Oldendorp.Spiegel.

ÆS, ut notissimum significatum omittam, pro assibus accipi antiquis Varro lib.8.ling.Lat.Vnde& mille æris legasse, ait, dicebant. quo sensu accipiendum uerbum æs putem in lege Aquil. 1. & 3. cap. apud Gaium l.2.ff.ad leg. Aquil.& Vlpian. l.si seruus. §. huius legis.ff.eo.aut pro pecunia, aut nummis. Asses qui sint uide infrà AS.

ÆS etiam nummos aureos Vlpianus censet l. etiam.159.ff.de uerb.signif.Prat.

ÆS,tãdem omne nummorum,pecuniæq; genus significare liquidò constat. Quod hinc manasse ex Plinio li.18.c.3.& lib.36.c.3.didicimus, quòd ueteres ęreis nummis,ouium, boumq; effigie à Seruio Tullio signatis uterentur.Prat.

ÆRVGO Horatio sordes auaritiæ,studiumq; pecuniæ & æris significat.Eã enim sic uocat,quasi animi hominũ rubiginẽ & æruginẽ ducant ex auiditate nummorum & sordibus auaritiæ, ut loculi reddi solent æruginosi.Torneb.lib.19.aduers.cap.9.

ÆS cũ auro semel mistũ deduci non posse nostra putauit ætas l.idẽ Põponius §.sed si plumbũ ff. de rei uẽdic.& ideo cõmunicabatur ut ibi scribitur. Hodie aũt cũ aurifices aqua,quã Alciatus Chrysulcã uocat, æs ab auro separẽt nõ cõmunicaretur, sed diducere tur,& suũ cuiq; redderetur,ut plumbũ cum argento mistum d.§.sed si plumbũ,uel si æs cum argẽto l. Lacus §.si ex ære ff. de acquir. rer. dom. ubi Accursius putauit d.§.sed si plumbum refragari, non intelligẽs olim aurum ab ære fuisse inseparabile non argentũ ab ære, nec plumbum etiam.Forcatulus in Necyomantia dialogo 38.nu.3.

ÆSTAS, nunc secunda est ex quatuor anni partibus:olim tamẽ erat anni pars dimidia. Tunc enim annus in duas tantũ partes diuidebatur.testo Vlp.in l.1.

l.1.§.hoc aût interdictû.de aqua cotid.uerf. Æstatem incipere, peritiores tradiderunt, ab æquinoctio uernali, & finiri æquinoctio autumnali: & ita senis mensibus æstas diuiditur atq; hyems. Spieg.

ÆSTIMO, as, pro eo quòd est taxare, accipitur: uerbum freques in iure. scribitur per æ, dipth. quòd ab ære, & τιμὴ, precium, cōponitur, ut idem sit quod adpreciare. Hinc est apud antiquos Pœna æstimata ab ære, inquit Festus. Atq; hinc fit Æstimatio, Æstimator, & Æstimatorius. Est tit. apud Iuriscōs. de æstim. act. Nebriss.

ÆSTIMARE litē, uulgus imperitè dicit, taxare ad expensas. Grāmatici indicarunt, æstimare tanti, quanti, tātidē, pluris & minoris esse uerba precij. Lege lis æstimata. De ea quoq; Dn. Alciat. non uulgaria tradit in Parerg. Sp. Quandoq; aût æstimare pro existimare ponitur, ut Cicero in paradoxis, Quæ seruitus est si hæc libertas æstimari potest? Ea ratione libertas dicitur inæstimabilis, quia magna quędā res est, & difficilis ad iudicandum, quis libertate dignus sit, Schard. ex Connano, Æstimare litē capitis, id est, criminaliter intendere actionē non rei persecutoriā, & ut uulgus loquitur, conclusiones capitales concipere teste Budæo.

ÆSTIMATIO, consideratio est, & perpensio: Æstimatio, iudiciū & arbitratus. Existimatio ab æstimatione proficiscitur. Rebus enim æstimatis, id est ꝑpensis & excussis, postea iudicamus & arbitramur. Bud. in l. paulo pòst. de Testib. Vide, Ratus est. Spie.

ÆSTIMAS, æstimationes dixere antiqui. Prat.

ÆSTIMATORIA actio duplicē habet intellectū. Interdū enim hoc nomine ea actio significatur, quæ de æstimato ꝓponitur, idq; dubitationis tollendæ caussa, ueluti cum res æstimata uendenda datur Vlpiano l.1.ff. de æstimat. & c. actionū. & ibi Theoph. & Ang. Instit. de actio. Interdum æstimatoria accipitur, quantò minoris, ut explicant Gaius l. si quid. 18. & Paulus l bouem. §. aliquādo. ff. de ædil. edict. Prat.

ÆSTIVA supellex à Propertio dicitur de poculis Vtriq; æstiua supellex. Et Methymnæi grata saliua meri nominatur & æstiua cœna a Tertulliano sed alio modo & sensu cum de Empedocle loquitur in libro de anima. Torneb. lib. aduers. 18. cap. 15.

ÆTAS generale nomē est nō solū ad ꝑsonas, sed ad res, tēporaq; pertinens, ut ex subiectis adparebit.

ÆTAS enim in ꝑsonis ea est, quæ infantiā, pueritiā, pubertatē, iuuētutē, senectutē cōtinet. Ætas etiā significat amplitudinē l. domus. 58. ff. de leg. 1. ubi falsò in uulgatis codicibus legitur quātitatib. Sic ætas pro lōgo tēpore accipitur in l. si qñ. C. de oper. pub.

ÆTAS quoq; siluarū, & arborū apud Aggenū Vrbicum in comment. ad I. Frontin. c. de controuers.

ÆTAS etiā uinorū apud Pliniū, & alios repitur.

ÆTATEM etiam tēporis dixit Vlpianus l. si non sortem 26. §. libertus. ff. de condic. indeb. pro opportunitate, quæ Gallis dicitur *saison du temps* Prat.

ÆTATVM gradus, qđ ad personas adtinet, uarij uarios cōstituerūt. Seruiꝰ Tullius pop. Rom. Rex, ut refert Gellius lib. 10. c. 28. ætatē in tres diuisit: pueritiam, iuuentutē, & senectutē. Pueros minores annis 17. existimauit atq; inde anno 17. quos idoneos iā esse reipub. arbitraretur, militiæ adscripsit, eósq; ad annū 46. iuniores, supra eum annū seniores appellauit. Seruij Tullij diuisionē sequitur Vlp. noster l. cū ij. 8. §. modus. ff. de trāsact. Xenophon autem in quatuor distribuit alios enim appellat παῖδας, alios ἐφήβους, alios τελείους, alios τοὺς ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονότας

ÆTATEM uero in plures gradus distributā fuisse ex Iurisc. responsis, & Impp. constitutionibus discemus. Infantis igitur ætas, cuius commeminit Pōpo. l. si infantis. 55. ff. de usufruc. in septimum usque annum porrigitur l. si infanti. C. de iure delib. l. 1. §. sufficit. ff. de admit. tut. Inde pupillaris ætas in 12. annū in fœminis, in 14. in maribus producitur l. Aemilius. ff. de mino. l. ait diuus. ff. de iur. fisci. l. 1. C. qui legit. pers. & alibi sæpe. Finita ætate pupillari, incipit pubes. l. 1. C. quand. tutor, uel cur. esse desi. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff de uulg. In puberem ætatem incurrit prætextati ætas, cuius commeminit Vlpianus l. deinde. §. fin. ff. de lib. exhib. & Gellius lib. 1. cap. 23. in fin. Nam usque ad 17. annum pueri ingenui prætexta induebantur. post quod tempus uirili mutabant. Puberem ætatē excipit iusta ætas, quæ. 25. anno inchoatur l. 2. in prin. ff. de uac. muner. & hæc modò appellatur iusta d. l. 2. (tametsi sciā iustam ætatem plerumque pro pubere accipi in specie apud Neratium ex Seruio relata l. quod Seruius. ff. de condi. caus. da.) modò legitima l. fi. C. de ijs, qui uen. ætat. l. quæro. in fi. ff. de testa. tutel. & alibi sæpe. modò perfecta. l. si reliquero. ff. de legi. tutel. l. minor. 32. ff. de mino. & passim. E diuerso ętas minor dicitur imperfecta l. fi. C. in quib. caus. in integ. rest. modo robusta l. si maritus 15. §. lex. ff. de adult. ex contrario infirma quæ puerorū, senumq; est l. ciuitatibus 122. ff. de leg. 1. Anno 25. uirilem uigorem impleri Vlp. tradit l. 1. ff. de minorib. Scio Iulium Pollucem lib. 2. Onomastic. septem ætates ex Hippocrate connumerasse. Prat.

ÆTAS apud Romanos duplex erat: Seniorum, & Iuniorum. Seniores erāt post annum ætatis quintum & quadragesimum: Iuniores post ætatem militarē usq; ad quadragesimumquintum annum. Hoc ex Dionys. Halic. libro 4. Hot.

ÆTATEM in gradus quinq; putat Varro esse diuisam & horum unumquemq; rursum præter extremum in annos quindecim. itaque primo gradu usq; ad annum quartumdecimum pueros dictos, quòd sint puri, id est impuberes. Secundo ad trigesimum annum adolescētes, ab adolescendo sic nominatos. In tertio gradu qui erat usque ad quinque & quadraginta annos, iuuenes appellatos, eo quòd Rempubl. in re militari possent iuuare. In quarto usque ad sexagesimum annum seniores uocitatos, quòd tunc primùm senescere corpus incipiat. Inde usque ad finem uitæ uniuscuiusque quintum gradum factum, in quo qui esset, senex appellatur: quòd ea ætate corpus senio laboret. Hæc Censorinus libro De die nat. cap. XIIII. Iurisconsulti autem gradus quidem ætatis totidem fecerunt, sed ita, ut mentis potius & iudicij, quàm corporis, incrementique rationem ducerent. mihique Hippocratis potius quàm Varronis secuti diuisionem uidentur. nam is, ut eodem loco Censorinus scribit, primum gradum anno septimo terminat. quod eodem modo Iurisconsulti faciunt, qui ætatem illam omnem infantium appellāt, l. si infanti, 18. C. de iure delib. ex qua interpretanda est l. si infantis, 55. ff. de usufr. secundum autem ad annum decimumquartum producit: quo anno pueritia terminatur à Iurisconsultis, & pubertas incipit. l. ult. C. quando tut. esse desin. l. 2. C. arbit. tut. l. 3. C. de testam. tut. l. 1. C. de Carbon. tertium autem ad duodetrigesimum extendit: ut bis septem anni huic ætati attribuantur. & adolescentia totum id tēpus appelletur, quo exacto media siue constans ætas esse incipiat. Iurisconsulti uerò qui, ut modò diximus, non tam corporis, quàm animi ingenijque incrementum considerant, hos quatuordecim an-

nos in tres diuidunt partes. nam quatuor primos, nimirum adusque decimumoctauum, plenam pubertatem perducunt. §. ultim. quibus manumitt. licet. l. arrogato, 40. ff. de adoption. Cicero ineuntem adolescentiam appellat in Catone. eo nanque anno caussas agere licebat: leg. 1. ff. de postul. quippe cum anno antè prætexta deposita uirilem togam sumere solerent, & in forum ad caussas audiendas descendere. Ab anno uerò decimooctauo septem continuos, nimirum adusque uigesimumquintum adolescentiæ non tam, ut dixi, corporis, quàm ingenij & iudicij attribuunt. nam adolescentes per illud tempus Forum & iudicia frequentabant, rerumque maximarum spectatores erant: cum interea ætas illa non satis matura & constans uideretur. l. 1. ff. de minoribus. Reliquum tempus ætati constanti tribuunt: quia tunc uirilis uigor completur: ut ait Vlpianus in d. l. 1. de minoribus. Itaque ætas illa modò Robusta, modò Iusta, modò Legitima nominatur. l. 15. §. lex Iulia, Digest. de adulter. l. 2. §. 1. Digest. de uacat. mun. l. ultim. Cod. de his qui uen. ætat. Marcellus autem in l. non aliter, 69. Digest. de legat. tertio, Iuuentutem illam appellat: Existimari, inquit, posset Iuuenis, is qui adolescentis excesit ætatem, quoad incipiat inter Seniores numerari. Itaque constantem ætatem Romani ad annum ætatis quinquagesimum, quod senectutis initium est, producunt. Hoc enim anno senectutis initium esse, ab antiquis factum Cicero in Catone testatur: cuius uerba, quòd superiorem disputationem confirmant, subijciam. Loquens igitur de M. Valerio Coruino: Cuius, inquit, inter primum & sextum Consulatum octo & quadraginta anni interfuerunt. ita quantum spatium ætatis maiores ad Senectutis initium esse uoluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. Item, Sunt pueritiæ certa studia. num igitur ea desiderant adolescentes? sunt & ineuntis adolescentiæ. num ea iam constans requirit ætas, quæ media dicitur? sunt etiam eius ætatis. ne ea quidem à senectute quæruntur. sunt extrema quędã studia senectutis. ergo ut superiorũ ætatũ studia occidunt, sic occidũt ét senectutis. Hæc ille in Catone. In libro uerò de Amicitia ita loquitur, ut similiter adolescentiã ab annoferè decimooctauo incipiat: pueritiæ uerò non modò annos quatuordecim attribuat, uerùm reliquos usq; ferè ad adolescentiã q̃ ętatẽ ineuntẽ adolescentiã superius appellauit. Atque earum, inquit, rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis, quòd summi puerorum amores sæpe unà cum prætexta, sumpta toga deponerentur: sin autem ad adolescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum contentione, &c. Xenophon autem ætatem quatuor in partes distribuit: alios enim appellat παῖδας alios ἐφήβους. alios τελέους ἄνδρας alios τοὺς ἤδη τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονότας. Pueritiã autem usque ad annum decimumsextum perducit. Adolescentiam uerò decennem facit, hoc est usque ad annum uigesimumseptimum: unde uirilem ætatem exorditur, quam per uigintiquinq; annos producit: hoc est, usque ad annum quinquagesimum secundum: à quo Senectutem incipit. Hotomanus: Adde uero hic Brechæum in l. pueri ff. de uerb. significatione, ubi eleganter ætates distinguit ex Galeni sententia.

ÆTATVM uerò mutationes κατὰ ἑβδομάδα fieri Solonis elegiæ apud Clementem Alexandrinum Στρωματ. λόγῳ sexto declarant.

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος, ἕρκος ὀδόντων
φύσας ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἕπτ' ἔτεσιν.
Τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσῃ θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτούς,
Ἥβης δὲ φαίνει σήματα γεινομένης.
Τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἔτι γυίων
Λαχνοῦται χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.
Τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις ἐν ἑβδομάδι μέγ' ἄριστος
Ἰσχὺν ᾗ τ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς.
Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι
Καὶ παίδων ζητεῖν εἰσοπίσω γενεήν.
Τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρός,
Οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργα μάταια θέλει.
Ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάδι μέγ' ἄριστος
Ὀκτώ δ' ἀμφοτέρων τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη.
Τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, μετριώτερα δ' αὐτοῦ
Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν σῶμά τε καὶ δύναμις.
Τῇ δεκάτῃ δ' ὅτε δὴ τελέσῃ θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτούς
Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

ÆTATIBVS iuuẽtus cõnumeratur. ea incipit ab adolescẽtia finita duratq; ad senium l. non aliter. 69. ff. de leg. 3 porrò adolescentia durat ad 25. an. l. de ætate. ff. de mi.

ÆTATEM senectutis ab anno 48. inchoare docet Cicero In Catone cuius uerba huc nõ trãscribo. Pr.

ÆTATIS uenia impetrata dicitur, cũ à principe ætatis gratia fit adolescenti ad consequendam rerũ suarum administrationẽ l. 10. C. de appell. & toto tit. C. de ijs, qui uen. æt. imp. Ætatis ueniæ postulationẽ sic describit C. Harmenopulus lib. 1. tit. 12. αἴτησίς ἐστιν ἡλικίας ἀνεύρεσιν τοῦ κηδεμόνος αὐτὸν ὡς αὐτοὶ μόνοι τῶν ἰδίων πραγμάτων ἐπιμελεῖσθαι δυνάμενοι Prat.

ÆTATIS igitur ueniã impetrare, est ius curatores depellẽdi & res suas administrandi petitam obtinere. Prat.

ÆTATIS flexus dicitur, cum ætas uergere incipit & inclinari.

ÆTAS legitima. Quære, Legitima ætas.

ÆTAS perfecta: iusta, matura, Variè accipitur, ut res ipsa, de qua agitur fert. l. cum filio. §. ult. ff. de cõd. & dem. l. Ex his C. qñ dies leg. ced. l. ult. C. de his qui uen. ætat. impet. Aldobr. de fiduc. tut. Inst. §. ult.

ÆTATIS lubrico captus. l. uerũ. §. si locupleti. ff. de minor. Spieg.

ÆTAS militaris, pro robusta ac apta ad militiã. Ex Thesauro Renan. Sp.

ÆTAS naturalis. Lege, Naturalis ætas.

ÆTERNA autoritas. Lex Atinia furtiuam rem usucapi prohibebat. Verba eius Legis à Gellio commemorantur: Quod subreptum erit, eius rei æterna autoritas esto: id est, Alciato exponente, æternũ tempus ad usucapiendum. Sp.

ÆTERNA lex. Bud. in l. 2. de Legib. annot. quòd Theologi Legem naturæ uocant, Ciceronẽ & Summam legem, & alibi æternam legem uocare. Spieg.

ÆTERNVS paries. Cum in lege Ædium, Paulus inquit, ita scriptum esset, Paries oneri ferundo, uti nunc est, ita sit: satis apertè significari, in perpetuum parietem esse debere. non enim his uerbis: In perpetuum, hoc dicitur, ut idem paries æternus esset (quod ne fieri quidem posset) sed uti eiusdem modi paries in perpetuum esset, qui onus sustineret. l. eum debere. ff. de seruit. urb. præd. Fr. Philelphus respondit cuidã Cremensi Iurisconsulto, quod inter ęternum, sempiternum, ac perpetuũ nullam omnino prisci perdoctiq; Latini differentiam esse uoluerũt. Illud autem probat Ciceronis autoritate, indicans suæ tempestatis philosophos nonnullos, itemque Theologos, non tam uerborum, quàm Aristotelis sententiã secutos, ea inter se nomina differre uoluisse: ut perpetuum sit cui & principium datur & finis.

Sem-

Sempiternum uerò, quod ex semper & æternũ componitur, id uolunt intelligi, quod principium quidẽ habet, at finem nequaquam habiturum sit. l. mercatores. C. de commerc. & mercat. Sed æternum nihil aliud esse, quàm Deum, cuius nec principium fuerit, nec item finis futurus sit. Id quoq; indicat scholium in allegata l. eum debere. Spieg.

ÆTERNVM octauo Æneidos pro magno atq; adeo immenso posuit Maro.

Tum pater æterno fatur deuinctus amore.

Et Curtius libro quarto ferè eodem modo scripsit. Ablue corpus illuuie æternisq; sordibus squalidum. Turnebus aduersariorum libro 13. cap. 8.

ÆTERNIS tenebris, uinculisq; mandare, Ciceroni est, quod sic barbarè à uulgo effertur, ad perpetuos carceres damnare. Spieg.

AITIA, ratio, causa, crimen, ob quod quis meritò in ius uocari possit.

ÆVITAS in XII. Tab. senium sonat, Gell. interprete lib. 20. cap. 1. uerba legis XII. hæc sunt Si in ius uocat, si morbus, æuitásue, uitium extitit, qui in ius uocabit, iumentum dato: si nollet arceram ne sternito. Hanc autem legem explicui lib. 4. ueteris Iurisprud. l. 50. Prat.

ÆVVM uerò more græcorum poetarum subinde uita appellatur. Nam & apud Homerũ & Sophoclem αἰὼν ita usurpatur. Et eorum imitatione Lucretius: Perdit enim quod non proprium fuit eius in æuo: Multaque præterea perdit cùm expellitur æuo: Torneb. lib. 20. aduersar. cap. 22.

A F

AFFATVS principum decreta adloquendo, cognoscendoq; concessa l. nos reddẽtes. C. de Summ. Trin. & l. sacri. 6. C. de diuer. rescri. & l. 3. C. de episc. aud. Non possunt autem ita appellari aut definiri tardè concessa rescripta, ut quidam autumant, nec hoc probat d. l. 3. ibi tardiores. Nam eius cõstitutionis is sensus, ut nõ expectata principis iussione, aut rescripto non cunctetur iudex in instantius persequendis raptoribus uirginum, sacrilegis, homicidis, non expectatis affatibus quæ fortassis tardius adferrentur & interea illi effugerent non sine magno reip. incommodo. Alioquin definitũ esset generalius definitiõe. Nã & in d. l. nos reddẽtes plenos affat⁹ legimus. Pra.

AFFECTA propriè ea dicuntur quę non ad finẽ ipsum, sed proximè finẽ progressa deductaue sunt. Affectam fidem, pro læsa apud Tacit. Spieg.

AFFECTARE, uitium sonat, quod extra modũ uerborum, uel cultum, uel nouitatẽ quærit. Hoc suffricatur Tubero, qui alioqui uir habitus est iuris publ. & priuati doctissimus atq; ideo teste Pomp. l. 2. de orig. iur. parum eius libri grati habentur. Spie.

AFFECTATIO est ęmulatio siue appetẽtia rei, in malum sonans, quam Græci κακοζηλίαν appellant. Eras. Affectatio siue Affectio est nimius animi mot⁹ & opponitur rationi. Eius interdum ratio habetur. l. cũ seruus. ff. Mãdati Leuiores animi seu corporis affectiones, quidam διαθέσεις appellant infixas, uixque mobiles ἕξεις id est habitus. Vt ira affectio est. Iracundia habitus. Vide Philipp. in Epit. Philos. Moral. & infra Motus animi. Spieg.

AFFECTVM beneficium appellant Põtificij id ad quod ex Præsentatione ius habemus. glos. in uerbo Affectum in ca. Si capitulo. de concess. præbend. lib. 6. Prat.

AFFECTVS præter notas significationes accipitur ꝑ liberis. l. cunctos 26. de decurio. lib. 12. C. Th. Capitolinus in Gordianis affectus suos inquit unicè dilexit, filium & nepotẽ ultrà morẽ. Quandoq; pro uxore & alijs dilectis. Vulc. Gallica. Nec tamen ait Antoninus grauiter est iratus, nec in eius liberos aut affectus sæuijt. Briss.

AFFINIS est, qui habet consanguineã alterius in uxorẽ: uel econtrà, quæ habet consanguineũ alterius in maritũ. Hinc affinitas, irregularitas personarũ est, ex nuptijs coniunctorũ, omni carens parentela. C. de nupt. l. liberi. Dicta, quasi ad fines alterius accessio. Vel, Affinitas est, quę ex coitu proximitatẽ personæ cõtrahit: & oritur tã ex coitu nefario, quam nuptiali. Ferrar. Instit. de Nupt. lege, Affinis neminem.

AFFINIS culpæ, consors & conscius delicti. Spieg.

AFFINIS nomine, uxor non uenit, sed causa affinitatis cẽsetur: tametsi quãdoq; dicatur affinis. ut Albericus attestatur, adductis locis. Sed & affinitas dicitur inter sponsos & cõiuges, sed tamen impropriè, ut tradit Glos. in l. quod Seruius. ff. de Cond. caus. dat. Porrò cessante affinitatis causa, cessat & ipsa. Vndelicet quis non possit esse testis uxoris fratris uiuẽtis, secus si uidua est: quia affinitas est soluta. Sp.

AFFINES Modestino l. 4. de gradi. dicti sunt ab eo, q͛ duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulãtur, & altera ad alterius finẽ accedit, id est, utriusq; cognationis fines in unum locum quasi conferuntur.

AFFINES sunt, & qui aliorum cognatam habẽt in matrimonio, & quorum propinquam alter uxorẽ duxit: ut Affinitatem pingui quadam Minerua dicere possimus alteram Accedẽtem, hoc est eorum qui aliorum cognatam duxerunt: alteram Stantem, hoc est eorũ qui alterius cõiugis cognati sunt. Hot. Salustius affines uocat qui finitimos & coniunctos possident agros, prout annotauit doctiss: Turneb. lib. aduersariorum. 3. cap. 15.

AFFINIA, confinia. Paulus l. 12. D. fin. reg. Non enim termini, qui singulos fundos separabant, obseruari debent, sed demonstratio adfinium nouos fines inter fundos constituere. Hot.

AFFINITAS est ius quoddam inter unum coniugem & alterius cognatos institutũ. neq; unquam hoc uerbum ponitur, nisi ubi ius quoddam subest. quare cùm Modestinus ait in l. 4. De gradib. Affines esse uiri & uxoris cognatos, ita intelligendum est, ac si diceret, Titij & Titiæ cognatos Caio & Caiæ affines esse: non autem uiri cognatos, uxoris cognatis affines esse: ut quidam putant. nam si affines essent, quæreretur primùm quænam essent eorum affinitatis nomina: deinde quod ius inter eos sit constitutum. Hot.

AFFINITATIS gradus, Herẽnius Modestinus negat esse. l. nõ facilè. §. affines. de grad. & affi. Videri tamen non ineleganter possunt, alij supra, ueluti socer, uitricus: socrus, nouerca. Item prosocer, & apud Iulium Capitolinium in Vita Gordianorum, abs ocer: nec impedit quicquam quo minus, & adsocer & trisocer dicas. Alij infra: ut gener, priuignus: nurus, priuigna. Itẽ progener & pronurus, & si quid aliud tale. Quidã ex latere: Nã fratris uxor, me leuirũ, sororẽ meã, glorẽ: nos illã, Fratriã uocamus. Sororis uirũ Iustinus è Pompeio Trogo, si memini, generũ dixit: pleriq; sororiũ appellant, quod nescio nũ Latinũ sit. Sophocles in Oedipo, uxoris fratrẽ γαμβρὸν uocauit, id generũ interpretari solemus. Maritus & uxor, affines an propinqui sint, sæpe multũq; tractatũ fuit, & adhuc lis est sub iudice. Cõgener, & cõnurus, qui Gręcè dicuntur, σύγγαμβρος & σύννυμφος, & alia quædam:

dam. Quod genus, & cõsocer est apud Tranquillum in uita Claudij, & apud Vlpian. in tractatu Donationũ inter coniuges. l. cũ hic. §. pen. quáuis prima facie similitudinẽ quandã affinitatis habeant, tñ in cõtrahendis nuptijs prohibitionẽ non habent. Ita & gener uxorẽ ducet, quã nurum iam ante cõmunis socer uocabat. Cæterum appellationes hæ, iuris ciuilis sunt, sicut & ipsum affinitatis nomẽ: & ideo, ex stupro nõ solent contingere, nisi καταχρηστικῶς, ut apud Horatiũ de Europa, uxor inuicti Iouis. Sed reuerentia quadã naturæ, illud inductũ est, ut nõ minus à propinquis eius, quã stupro quis cognouisset, abstineretur: quã eius, quæ iure in matrimoniũ cõuenisset. Et ideo, ad tollendam dubitationẽ, in diffinitione aliqui addũt, Aut stupro. Iacob. Curtius coniectur. lib. 3. cap. 7.

AFFINITAS, impropriè & abusiuè pro necessitudine. Neratius l. quod Seruius, 8. ff. de cond. caudat. Nõ magis id repeti possit, q̃ qđ sponsa spõso dotis nomine dederit, donec maneat inter eos affinitas: id est ꝓpinquitas illa, uel potius spes ꝓximæ cõmunionis. nã sponsa sponso propinquauit, ad eiusq; fines eo animo accessit, ut primo quoq; tẽpore in familiã se sui spõsi penitùs immergat. Verùm hoc planius intelligitur ex l. nõ ideo, 5. C. de hæred. inst. ubi de testamẽto quæritur, in quo quæ uxor erat, affinis appellabatur. Gordianus enim impropriè positũ affinis uerbum significat: Nõ ideo minus, inquit, uxor tua iure hæres uidetur instituta, quód non uxor, sed affinis testamento nominata est. Hot.

AFFINITATE cognationeue defunctum contingere, apud Vlp. in l. si uerò plures. . hæc autem actio. ff. de his qui deiecer. Nomina adfinitatis quære apud Rhodiginum. Spieg.

AFFIRMATORES qui sint, not. ff. de fideiuss. tut. l. cum ostendimus. §. ult. in fin.

AFFLICTVS, id est oppressus aduersis rebus. Nihil tritius hoc uerbo, Afflictio nõ est addẽda afflicto. Vide gl. in l. diuus. ff. de Offic. præsid. Spieg.

AFFLIGERE damno, pro afficere. l. 2. Cod. ad Leg. Aquil.

AFFLVERE in exercitium in Impp. constitutione l. 1. Cod. de metal. & meta. lib. 11. est inseri corpori metallariorum. quod res ipsa docet, & uerb. Confluxerint. Prat.

ΑΦΗΛΙΞ, cuius cõmeminit Modestinus l. ἀφίεν [illegible]. 2. ff. de excu. est, Theophilo definitore ὁ τὴν ἥβην μὲν ὑπερβὰς, οὔπω δὲ τὴν ἡλικίαν [illegible]. Est pubes, minor tamen 25. annorum. Prat.

ΑΦΕΣΙΣ, siue ἄφεσιν uacationẽ uertit Antonius August. ad l. ἀφίεσθαι ff. de excus. Prat.

ΑΦΟΠΛΙΣΜΟΣ in Græca constit. l. μηδεὶς de metat. & Epidc. lib. 12. C. exarmatio, siue armorũ derractio. uetatur ea constitutione præses prouinciæ occasione prætextuq; ἀφοπλισμοῦ aurum exigere. Prat.

ΑΦΟΠΛΙΣΤΑΙ in nouella Iustiniani constitu. 8. sunt, interprete Iuliano Patritio, qui priuatis hominibus arma habere non concedunt. Prat.

ΑΦΟΣΙΩΣΕΩΣ χάριν, dicis causa, perfunctoriè. Modestin. l. 13. ff. de excusat. tut. Ἀπαρχὴ δὲ ἐστὶν [illegible] ἐντυχεῖν μόνον. καὶ γὰρ μετὰ ταῦτα μὴ [illegible], [illegible] ἀφοσιώσεως χάριν μόνον ἐντύχῃ. & cęt. Sufficit autem intra præstitutum tempus adesse tantùm. nam si postea non sua uoluntate aberit, temporis præscriptione non repelletur. quapropter si dicis caussa & persunctoriè duntaxat adsis, & cæt. Alij tamen aliter eum locum arbitratu suo conuerterunt. Hotomannus.

AFRICVM frumentũ apud Celsum l. si is, qui 50. §. 1. ff. manda. pro optimo accipi quidã putãt. Equidẽ pro cariore, q̃ deberetur sumi existimẽ, idq; uecturæ ratione cuius rei caussa mandati illic agit fideiussor.

A G

AGALACTA pascua nuncuparunt Veteres medici lacti minus accõmoda: nam herbis lactis aliquo modo naturam immutari, traditum est. Adi Cælium cap. 8. lib. 28. Spieg.

AGAPES, pauperũ cõuiuia, Gratiano. in c. si quis despicit. 42. distinc. qua uoce etiã Christianorũ cõuiuia significari apud Tertullianũ, & Cyprianũ refert Alciatus lib. 1. Prætermiss. ἀπὸ τοῦ ἀγαπᾶν. quod libẽtissimè recipere significat apud Plutarchũ in Numa & Æschinẽ & nutrire apud Aristotelem lib. 2. Oecon. hinc ἀγάπη charitas, cõuiuia quæ pauperib. dari solebãt quò significatu usus est in eum sensum Iudas Apostolus, in Epist. sua οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν, & in libris sacrorũ concil. τὰς ἀγάπας ποιεῖσθαι. id est, cõuiuia facere. Vnde illum canonẽ decerpsit Gratianus, ubi fortè ἀγαπὰς neutro genere legit. malim tamen illic legi ἀγάπας ut & Apostolus Iudas indicat. Prat.

AGAPE, græca uox, dilectionem significat. Extat apud Tertullianum in lib. ad Martyres, & Apologetico. In Decret. Pont. xlij. distict. cap. si quis despicit. pro Eleemosyna, quod ex charitate proficiscatur, ut explicauit Rhenanus noster: indicãs, priscos Christianos uocasse conuiuiola sua communia, Agapas. Vide Alciatum lib. prætermiss. l. qui existimat, loco è Decretis iam citato, eclapinas legẽdum, pro Agapes. Spieg.

AGASO, ab agendo, id est, ducendo equos, uel mulos. l. cùm quæreretur. §. 1. & ultim. si quadrup. paup. fec. dic.

AGATVR fiat sine copula, Cuius in l. 1. §. 1. ff. Quod cuiusc. cun. uniuers. nom. Per quem (inquit) tãquam in rempublicam, quod communiter agi fieri oporteat, agatur fiat. Spieg.

AGENDI secum potestatem nõ facere. hoc est, id efficere, ne secum agatur, fortè dum iudicem corrumpit, uel alia uersutia. Paul. in l. sed etsi per Prætorem. ff. ex quibus caus. maior. Sed & ad eos (inquit) pertinet, qui conuenti frustrantur: & qualibet tergiuersatione & solertia efficiunt, ne cum ipsis agi possit. Spiegel.

AGENS rerum. Paul. l. fin. de Offic. Præsid. Si actor rerum gentis, inquit, corruptus esse dicetur, ueluti qui nunc uulgò dicitur esse dispensator. Notum & uerbum Satago iungi genitiuo, quod est, anxius sum, & curiosus rerum. Spieg.

AGENS pro actore. l. ante omnia. ff. de probat.

AGENTES in rebus qui fuerint, nõ satis cõstare putat Spiegelius, nisi quod generis uocabulũ sit, in eos relatũ, qui res principis agunt, aut procuratores principis, ac Cõmissarios, quos uocant: Prateius magistrianos per eos intelligit, qui in rebus, & actu militabãt, quibus curæ erat euectiones inspicere, & curas agere l. 2. & ult. C. de curios. lib. 12. de his extat tit. lib. 12. Cod. & loquitur constit. nouella 17. Iuliani interpres eos Magistrinos uocare uidetur: Cęterũ post Cuiaciũ nullus qui hi sint meliùs explicasse uidetur, quã doctissimus Tornebus: cuius uerba ex libro 13. aduersariorũ c. 10. adscribam. Agentes (inquit) in rebus arbitror fuisse, in militia palatina, & uelut armata, qui per ꝓuincias speciebus annonarijs, quæ fisco aut urbibus præstabãtur ex canone, aut indictione, cõuehendis importãdisq; præerãt, ut canoni Romano, canoni Alexandrino, frumẽto militari, atq; eorũ etiã officiorũ annonis, q̃ in palatino erant comitatu præsi-

præſidebant. Itaq; d. Hieron. eos interpretatur σιτομέτρους, frumentarios & ueredarios: & quia locus inſignis eſt, eum ſubſcribam, ut tanti autoris certa fide potius res ſtabilita confirmataq; teneatur, quàm no ſtra interpretatione dubia nutet & uacillet. Hoc enim, inquit, quod LXX. tranſtulerunt σιτομέτρην, nos frumentarium uertimus, iuxta antiqui ſermonis eloquium. eos enim, quos nunc agentes in rebus, uel ueredarios appellant, ueteres frumentarios nominabant. Et ſi autem erant in Palatinis officijs, ut indicat d. Ambroſ. in epiſt. ad Marcellum, his uerbis: Palatina omnia officia, hoc eſt, memoriales, agentes in rebus, apparitores diuerſorum comitum: tamen munus eorum etiam in prouincijs erat, cum & in Imperatoris aula frumentationibus & annonis præeſſent, & in prouincia eandem rem curarent: quin & à Palatinis in Theodoſiano Codice diſtinguuntur his uerbis: Quicunque igitur inter agentes in rebus, uel inter Palatinos militiæ ſacramenta ſortiti ſunt. Iterum: Sublimitatem tuam inueſtigare præcipimus, an aliqui hæreticorum uel in ſcrinijs, uel inter agentes in rebus, uel inter Palatinos cum legum noſtrarum iniuria audeant militare. Latius tamen eorum fortaſſe officium munuſque patebat: ac ſi quis de ijs plura cognoſcere cupit, is Cuiacij Iuriſconſ. principis nobilem comment. in Cod. legat, in perueteri lexico legi agentes in rebus exponi μαγιστριανοί. μαγιστριανοὺς autem Suidas explicat καγκέλλους id eſt ut opinor Caſtrenſes. Turn. aduerſ. tom. 2. lib. 14. c. 10.

AGENS libellos non pro magiſtro libellorũ ſupplicum, ſed pro præfecto prætorio accipiendũ putem apud Tryphoninum l. reſcriptum. in princ. 12. ff. de diſtract. pign. Nam temporibus Alexandri Seueri, de quo d. l. reſcriptum loquitur, Papinianus erat Præfectus Prætorio. auctor eſt Spartianus in Alexand. Prat.

AGER eſt locus, qui ſine uilla eſt. Vlpiano l. ager. ff. de uerb. ſignific. Locus uerò ſine ædificio, in urbe area, ruri autem Ager appellatur, idemque ager cum ædificio fundus dicitur Florentino l. fundi. ff. eod. titul. Ager, inquit Varro libro 4. ling. Lat. dictus eſt in quam terram quid agebant, & unde quid agebant fructus cauſſa, id Græci dicunt ἀγρόν, ut ager quod agi poterat. M. Fabius libr. 1. Inſtitut. orat. cap. 6. hanc ἐτυμολογίαν repræhendit, aitque, ager, uocem ex Græco duci. Prat.

AGER ab agendo dicitur: ſicut Villa, domus ruſtica, à uehendo, quòd in eam fructus aruorum uehantur. Alc. de uerb. ſign. Sp. Varroni nomen inde habet, quod aliquid in eo agatur, aut certe agi poſſit ex quo poſſumus conijcere, fuiſſe hoc uocabulum Latinis generale ad omnem locum ruſticũ, in quo ſeri, plantari, aut ædificari poteſt, ubi poſtquam aliquid actum eſt, nomen mutat & aliud ſibi proprium accipit à re cui deſtinatur. ut ager proſciſſus ad ſerendas ſegetes aruum dicitur, plantatus autem & conſitus arborib. aut uineis, plantariũ, arbuſtum, uinetũ nominatur, ædificatus uero uilla. Conna. lib. 4. ca. 6.

AGER eſt locus in rure qui colitur, ſiue compaſcuus ſit, ſiue aruus, ſiue floridus, ſiue conſitus. Cõſitus habet arbores, Aruum aratro proſcinditur, Cõpaſcuus habet gramina, Floridus ſeruatur apibus & uoluptati. Ager interdum declarat nõ unum aliquẽ, ſed uniuerſum territorium urbi circũiectum, quod Græci χώραν dicunt. ea uox complectitur & ſaltus & nemora, & flumina & montes. Sp.

AGER, id eſt, prædium ruſticum quod ſine ædificio eſt: quum id accedit, Fundus dicitur. Albericus locos indicat. Pro circumiecto item ſumitur alicui urbi agro, ut ager Selatianus. Aduertendum tamẽ, in hoc ſignificato nõ habere pluralem numerũ: continere autem id, quod ad iuris peritiam pertinet, flumina, lacus, cæteraq; omnia, quod rectè Valla admonuit lib. 4. Vide ſ. Fundus. Sp.

AGER aſſignatus dicebatur, qui inter ueteranos certis limitibus diuidebatur, qui etiam Limitati nomen ſumpſit. l. in agris. de acquir. rer. dom. Vide Alc. in Prætermiſsis. Sp.

AGER Adrianus quòd limitibus maritimis, Gallicis finitur.

AGER Alluuius quem paulatim fluuius in agrũ reddit.

AGER Arcifinius Frontino in lib. de agror. qual. ab arcendis hoſtibus adpellatus. Alij dictum putat, quòd certis linearum menſuris non continetur, ſed arcentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum.

AGER Aſculanus uarijs limitibus interciſiuis adſignatus.

AGER Auximalis limitibus Gracchanis per centurias adſignatus Anconitanus eadem lege continetur. Albenſis idem ut Aſculanus. Reliqua agrorum nomina & ſignificatus petenda cenſeo ex libro de Agrorum conditionibus uariorum auctorũ. quibus connumeratur ſubſequens. Quædam etiam recenſet Varro lib. 4. de ling. Lat.

AGER limitatus Feſto lib. 10. in centurias dimenſus. Is enim decumanis, & cardinibus, ut ait Frontinus libell. de agrorum qualitate, & ita accipiendus eſt apud Florentinum l. in agris. 16. ff. de acquir. rer. domi. & Vlpianum l. 1. §. ſimili. 4. ff. de fluminibus. Prateius. Adde hic Alciatum lib. 1. Prætermiſſ. & Parergῶν 1. cap. 38.

AGER metatus Horatio dicitur diuiſus & aſsignatus. Nam in agrorum diuiſione & aſsignatione modum metiebantur quod eſt metari, ſed & metis & limitibus ſolebant centurias & agrorum formas includere, unde & metationem hac in re his uerbis nominat Siculus Flaccus. Et quamuis una res ſit forma, alij dicunt perticam, alij centuriationẽ, alij metationem, alij limitationem, alij cancellationem, alij typon, qd' ut ſ. diximꝰ, una res forma. Et Maro in diris

Perrica quæ noſtros metata eſt impia agellos.

Hæc doctiſs. Torneb. lib. aduerſ. 13. ca. 1. Tres autem fuere ſpecies agrorum. ut docet Iulius Frontinus in libello de qualitate agrorũ una, agri diuiſi & aſsignati, altera eius qui una menſura totus comprehenditur, tertia Arcifinij qui nulla menſura cõtinetur aut deſignatur. Ager ergo, inquit, diuiſus & aſsignatus eſt coloniarum, hic habet conditiones duas, unam qua plerunq; limitibus continetur, alteram qua per proximos poſſeſſionum rigores aſsignatus eſt, ſicut in Campania Sueſſæ. Ager eſt menſura comprehenſus, cuius modus uniuerſus ciuitati eſt aſsignatus ſicut in Luſitania Salmatenſib. Tributariꝰ ſolus per uniuerſitatem populis eſt definitus &c.

AGER reſtibilis, qui reſtituitur, ac reſeritur quotquot annis, Varroni lib. 4. de ling. Lat. Prat.

AGER colonus uidetur is propriè dici, qui ad arandum accommodatus eſt, & alio nomine Aruum uocatur. Sp.

AGER farrarius, qui fruges producit. Nam far apud ueteres de omnib. frugibus dicebatur. Scæuola Sempronio ait, do lego ex reditu fructuũ holeris & porrinę, quæ habeo in agro farrario, partem ſextam. l. defuncta. §. pen. ff. de uſufructu. Sp.

AGER purus opponitur monumento l. 9. C. de relig. & sumpt. fun. ut in ueteri inscriptione monumenti urbe Roma. Huic monumento tutelæ nomine cedunt agri puri iugera 10. & taberna quæ proximè eum locum est. Cuiac. Obseru. lib. 10. cap. 37.

AGER subsecìuus dicitur, qui assignari propter incommoditatem non poterat. Spiegelio autor. Cęterū Forcatulus Dial. 18. Necyom. ex Iul. Frōtino, in libr. de Limitibus exploratius scribit, agrum, qui manucaptus esset more maiorum, tripertitū fuisse. aut enim, inquit, assignabatur, aut uęniebat, aut in publicum remanebat. Videamus primò de Assignato. Assignatus ager est, ager diuisus ueteranis militibus, & emeritis, in præmium laboris bellici, ut aliquando possent quiescere, ut l. si captiuus. §. expulsis. de captiuis. ff. Vbi ostenditur quod ager captus manu ab hostibus publicabatur, & mox diuidebatur per centurias, hoc est, cuilibet militum centuriæ, certa iugera assignabātur. Vnde fundus Virgilianus cessit centuriæ Arij Centurionis, ab Ario deinde, Claudio militi assignatus fuit. ne post hac dubium sit, utrum Ario, an Claudio potius fuerit assignatus, quia utriq; cessit successiuè, ut dixi. quoniā Centurio suis centum militibus uiritim prędia manucapta diuidebat: & hoc est, quod Festus inuolutè dixit: ager limitatus est, in centurias dimensus. Talis ager assignatus, nō subijciebatur præscriptioni. l. agros. de fundis limitroph. 11. C. nec etiā alluuioni. l. 1. §. si insula. & §. seq. ff. de flumin. quippe cum agri limitati forma, neutiquam mutari possit. Hinc Aggenius Vrbicus Frontini interpres: si, inquit, in occupatorijs agitur agris, quidquid uis ex agro abstulerit, repetitionē nemo habet, quæ res necessitatem ripæ muniendæ iniunxit. ita tamen ut sine alterius damno quicquam fiat. Si uero indiuisa est, assignata regione tractabitur, nihil amittet possessor: quoniam formis per centurias, certus cuiq; modus ascriptus est. Hæc ille. Vocat autem agrum occupatorium, qui pulsis hostibus occupatus fuit, quem manucaptū dixi, in mea. l. in agris. sicuti mancipia dicta sunt, quod manucapti homines in bello, serui fiant. §. serui. Instit. de iur. person. Secundo, ut ad Iulium Front. redeam, ager uænibat, hoc est, sub hasta publicè uendebatur plus licitantibus. d. l. in agris. in fin. Postremo, in publicum, inqt, remanebat. & hic erat ager qui subsecìuus appellabatur. nam quoties expletis centurijs militum, agri portio supererat, quæ per mensorem commodè diuid non poterat, uæniebat in publicum. & hoc est, quod d. l. in agris. ait non esse alluuioni locum agro assignato, ut sciatur, quid cuiq; datum esset, quidue uænisset, & quid in publico relictum esset. siquidem uetita alluuione in agro assignato, id est limitato, cuius mensura maior erat, quàm in reliquis duobus, facilè erat iudicare de Vendito, & de in publicum relicto. Quod autem idem uidetur. d. l. in agris, posuisse quartum genus agrorum manucaptorum, cum dixit: Trebatius ait agrū, qui hostibus deuictis, ea conditione concessus est, ut in ciuitatem ueniret, ab eodem Frontino explanatur. Est, inquit, ager similis subsecìuo, nec assignatus, sed extraclusus dictus, q. Reipub. pop. Roman. aut ipsius coloniæ, cuius finibus circundatur, aut locis sacris, aut religiosis, atq; ad popu. Roman. pertinentibus iure subsecìuorum, in eius, qui assignare potuit, remanet potestate. Domitianus omnia subsecìua in Italia donauit, Vespasianus uendidit. sumpta similitudine agri subsecìui, qui est obiter separatus, de modo aliorum agrorū, & ferè is, qui superest. Dicimus succisiua studia, siue succisiuas horas, quæ à serijs negotijs separatæ sunt, luxata uoce à subsecìuo. Cicero in primo de legibus. Incurrunt quædam succisiua tempora, quæ ego perire non patior. Subsecìua autem loca ab relictis & extraclusis in hoc tantum distant, quod illa sint loca non assignata, quæ centuriæ modum explere nequiuerunt, hæc uacuæ centuriæ, quæ in adsignationem non ceciderunt, quæ omnia Domitianum ueteribus possessoribus concessisse, Siculus, Vrbicus, & Suetonius scribunt. Cuiac. Obser. lib. 10. cap. 2. circa fin.

AGER tutelatus, unde ligna in reparationem publicorum uel mœnium, uel balneorum distrahebantur. Vide Agennium Vrbicum de Limitibus agrorum. Sp.

AGER uectigalis: quis sit. uide Vlpianum l. 1. ff. si ager: uectiga. &c. Vectigales uocantur qui in perpetuum licentur, id est hac lege, ut quandiu pro ijs uectigal pendatur, tamdiu neq; ipsis qui conduxerint, neq; ijs qui in locum eorum successerint, auferri eos liceat.

AGERE, uerbum latissimè patet. Tritissima significatione facere, & gerere: inter hæc tamen subtilis quædam est differentia. Actum enim generaliter dicitur siue uerbis, ut stipulatione, siue re, ut numeratione. gestum, rem sine uerbis factā significat, Vlpiano ex Labeone l. Labeo. 19. ff. de uerb. sign. Interdum hæc tria in eadem oratione ponuntur, ut apud eundem Vlpianum l. 2. ff. de curat. bo. dand. l. 1. ff. de offic. procur. Cæs. Prat.

AGERE est iudicio experiri, & iudicio persequi. exempla sæpius fiunt obuia: ideò non referenda. Pr. Est enim agere commune actoris & rei, qua quisq;, ait Vlp. in l. 1. de eden. actione, agere uult, eam prius edere debet, nam æquissimū uidetur eum, qui acturus est, actionem edere: ut proinde sciat reus utrum edere uel contendere uelit: & si contendendum putet, ueniat instructus ad agendum cognita actione qua conuenitur. Hinc dicimus actorem agendo reū excipiendo causam agere. Ferret.

AGERE crimen Martianus dixit pro accusare. l. diuus de crimini expil. hæred.

AGERE eadem de re uidetur, ut Vlp. ait l. de eadem de rei uind. & qui non eadem actione agit, qua ab initio agebat, sed etiam si alia experiatur de eadē tamen re, utputa si quis mandati acturus, cum ei aduersarius sistendi causa promisisset, propter eandem rem agat neg. gest. uel condicat, de eadem re agit.

AGERE est ducere, Vlpiano l. 1. §. 1. ff. de riuis, unde, ait primùm aqua ex flumine agi pósit, & eodem sensu, Agere ratem edixit Prætor in l. unic. ff. ut in flu. pub. na. lic. & agere iumenta. l. 7. ff. de serui. rust. l. 235. de uerb. sign.

AGERE etiam tractare sonat apud Callistratum l. non intelligitur. §. 1. uers. quando autem. l. 1. §. 1. ibi agunt. ff. de pact. id est tractant. Prat.

AGERE etiam dicitur qui excipit, auctore Vlpiano l. 1. ff. de except. Prat.

AGERE apud Celsū l. si plures. ff. de cur. bo. dan. administrare sonat & apud Theodosium Imp. l. pro biennio. de prox. sac. scrin. lib. 12. C. Prat.

AGERE animam, agere diem extremū uitæ, h. e. morti iam operam dare, ad exitū huius uitæ agonē inire seu certamen. Oppo. Agere in humanis rebus, Agere uitam, Agere ætatem, Agere annum decimū. l. 1. C. de inoff. testa. ex Old. Copia. Sp.

AGERE causam dicimur, non gerere, die sach/ oder den Rechtshandel führen.

AGERE consulem dicitur, qui consulis personã gerit. Regierender Ammeyster / Burgermeyster / Oberstermeyster / Stättmeyster.

AGERE curam reprimendæ improbitatis, hoc genus hominum apud Vlp. l. 3. ff. naut. caup. stab.

AGERE diem extremum uitæ, significat morti iam operam dare, & esse in exitu uitæ. de quo scitè disserit Salom. in Parad. Sp.

AGERE ferias, id est feriari. Agere diem festum, pro obseruare, uel, ut uulgus loquitur, facere festũ.

AGERE forũ, est iura reddere, & causas audire.

AGERE furti, hoc est actionem furti intendere, quod est, de furto apud iudicem accusare. Sic agere falsi. In his & similibus subauditur ablatiuus, crimine uel actione.

AGERE in humanis rebus. C. de inofficio. testament. l. 1. Sp.

AGERE uel experiri intra parietes, id est, inter amicos disceptandam rem permittere citra iudiciũ, & extra cancellos forenses, sicut prudentes uiri solent optare: Contrà, stolidi ad iudiciariam properãt molestiam. Old.

AGERE lege. Vlpian. Nemo, ait, alieno nomine lege agere potest, hoc est, merum imperium, & gladij potestatem exercere. teste Dn. Olden. in Copia. Vide & infrà Lege agere.

AGERE pœnitentiam dicitur, quem facti pœnitet. Paul. in l. si in lege. §. colonus. Locati. Quòd si in paucis diebus prohibuit, deinde pœnitentiam egit, omniaq; colono integra sunt. Spieg.

AGERE cum patribus, est ad Senatum referre.

AGERE cum populo, est rogare quid populũ, quod suffragio suo uel iubeat, uel uetet. Vnde rogatio pro lege dicta. Agere uerò cum patribus, est ad Senatum referre. Bud. in annot. ad l. Iuliam. de Amb.

AGERE ad populum, hoc est concionẽ habere.

AGERE in simplum dicitur, cum rem nostram, uel nobis debitam, uel deniq; pœnam aliquam sine ulla re, absolutè persequimur. In duplum uerò, triplum aut quadruplum tunc experimur, cum prȩter rem debitam, exigimus aliquid ultrà, quod æstimationem eius rei duplo, triplo, aut quadruplo excedat. Vide Iustin. in §. in duplum. §. tripli. & §. quadrupli. Instit. de actio. Sp.

AGERE ex sponso, id est, ex sponsione. sponsum enim & sponsio, ut præceptum & præceptio, responsum & responsio, promissum & promissio, in eadem re dicuntur. Sp.

AGERE suo iure. Summo iure agere est rigorem potestatis sequi ad unguem. Opponitur. Iure suo cedere: Quod uirorum est bonorum ubi causa desiderat. Olden.

AGERE surdis testimonijs. Quære, Surda testimonia.

AGERE suum negocium dicitur, qui sic in proprijs rebus est occupatus, ut nihil curet aliena.

AGERE tabellis obsignatis, est quempiam refutare testimonio suarum literarum, scriptorúmue: qđ refutandi genus, ut cui uix cõtradici possit, uidetur esse potissimum. Sp.

AGERE deniq; uerbum generalissimum est cuius uerbi diuersas significationes hoc tetrasticho expressit Martial.

> *Semper agis causas: & res agis, Attale semper*
> *Est, non est, quod agas, Attale semper agis.*
> *Si res & causæ desint: agis Attale mulas.*
> *Attale, ne quod agas, desit: agas animam.*

citante Prateio.

AGERE, inquit Festus, interdum est iurgari: ut cum dicimus: Agit cum eo furti. Translata enim locutio est in forum ac iudicia, pro litigare, & iudicio contendere. Vnde etiam agere dicitur is, qui excipit. lege prima. Digest. de except. unde actor. Hotomannus.

AGERE Rempublicam, pro administrare Rempub. Paulus in l. trigesimaquinta. §. tertio. Digest. ex quib. causis. Qui in Prouincia est, simul agere Rempub. cœpit, ad similitudinem absentis habetur. Hotomannus.

AGGERES, per periphrasim Cic. uocat moles oppositas fluctibus lege prima, Cod. de Nili agger. non rump. Vide Bartol. Codic. de immun. nem. conced. libro decimo. ubi docet, quorum impensis fieri debeant. Sp.

AGGRESSVRA. Vlpianus: Sed & si quid, ait, ex peculatu, uel sacrilegio quæsitum erit, uel ui, aut clam, aut latrocinio, aut aggressura, hoc non diuidetur. l. 4. ff. fin. reg.

AGITARE, tractare l. idque. 45. ff. de actio. emp. Prateius.

AGITATORES, aurigæ sunt, qui in ludis Circensibus curuli certamine se exercebant. Alciat. in l. prima. Codic. de spect. libro 11. adde Budæum elucidantem l. athletas. in pri. annot. de infami. & uide l. fin. C. de mal. & Math. Prat. Adde Corrasium lib. 4. Miscell. cap. 24. num. 17. Sch.

AGITARE est incitare ad currendum l. 1. C. de cursu public. lib. 12. sic & accipiendũ putem in l. eos, qui. de spectac. lib. 11. C. siue qui currum equis adhibitis ducere. Prat.

AGITARE facile bellissima locutione dicuntur diuites, quibus facile, nulloq; negotio omnia ad uitam degendam suppeditant. sic dij quibus nihil deest, ῥεῖα ζώοντες à poetis Græcis, id est facile uiuentes dicuntur Torneb. lib. aduers. 20. cap. 23.

AGITARE pro agere, litigare. Paulus l. 73. ff. de fideiuss. posteà uicto eo.

AGITATORES autem olim dicebantur aurigæ, qui ludis Circensibus, curuli certamine sese exercebant, quorũ species quatuor, Russati, Abbati, Prasini, Veneti. Et circus quidem locus erat, ubi ludicra celebrabantur certamina, forma oblonga ad instar arcus in circuitu habens gradus, spectatoribus sedẽ commodissimam præbentes, ita ut alter alterius ꝓspectum non impediret. Vide Barthol. Marlianum in Tropographia antiquæ Romæ.

AGGERES sunt lapidum, terræq; coaceruatio fixis palis undis cohibendis opposita apud Vlpian. l. penu. ff. de extraord. crim. l. 1. in fin. ff. de aq. & aqu. plu. l. impensæ. 14. ff. de impens. in reb. dot. Hi ualla adpellantur ab Honor. & Theodos. Impp. l. unic. C. de Nili agger. non rump. Significare etiam aggerem uiam lapidibus stratam Isidorus scribit lib. 15. Etym. capite ultimo. Seruius autem libro 12. Æneidos putat pro muris accipi. Equidem in eo Vergilij loco pro munimentis murorum sumi putem. Vergilij uerba hæc sunt,

> *Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent*
> *Aggeribus murorum.*

Nec mouet quod ait Varro, quòd muris continerentur. Nam quæ cohærent, eodem iure censenda sunt. l. quæ religiosis. ff. de rei uind. Prat.

AGMEN ut notos significatus prȩtermittam, significant numerum præfinitum in Iustini (nisi nos fallat inscriptio) constitutione l. pen. C. de aduo. diuers. iudicum.

AGMINA enim militaria dicuntur numeri & societates militum. Propriè autem agmen exercitus est ambulans, ab agendo, modos uerò corrigendi à quantitate & qualitate amplificat. Drosæus in methodo iuris.

AGMEN aquæ in Claudij Imp. constitutione pro multitudine aquę l. præses. 6. C. de ser. & aqua.

AGNATI, Agnatio, Agnasci uide suprà Adgnati. Prateius.

AGNATA dicuntur, nō quę alicunde nata sunt: ea enim Enata dicuntur: sed quæ ad alia, id est, contra, siue iuxta alia quædam nata sunt. Itaq; filius patri nasci dicitur, quum ad patrem cogitatio refertur: agnasci uerò, quum ad agnatos & propinquos. Cicero libro de Orat. 1. Num quis eo testamento quod paterfamil. antè fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo. quia constat agnascendo rumpi testamentum. Nasci filius apertè dicitur uiuo patri: agnasci mortuo. quia cogitatio posthumi naturæ non ad patrem, sed ad propinquos refertur. Idem pro Cæcina, Cui filius agnatus sit, eius testamētum non esse ruptum, iudica. Vlpian. l. 3. ff. de iniust. rupt. Posthumi per uirilem sexum descendentes ad similitudinem filiorum nominatim exhæredandi sunt: ne testamentum agnascendo rumpant. Et in fin. Licet autem posthumus præteritus agnascendo rumpat. Itaque Papinianus l. 7. ff. si tab. test. null. nepotem auo sine dubio non esse agnatum affirmat. Hotoman. Adde quod solemus iuxta nata adnata non agnata uocare Plin. lib. 16. cap. 44. Viscum autem in quercu, robore, ilice. Pyro syluestri, nec alijs arboribus adgnasci. Idem libro 27. capit. 11. Caule longo, hirsuto adnatis multis cubitalibus. Aul. Gell. dentes quoque & in septem primis mensibus, & septenos ex utraque parte gigni, & geminos adnasci annis ferè bis septenis.

AGNI minores sunt anniculis, Alfeno l. cū quæreretur 60. ff. de legat. 3. Agnorum quandiu loco sint, ex usu cuiusque loci accipiendum putat Marcian. l. legatis. 60. ff. eod. Nam in quibusdam locis ouium numero uidentur cum ad tonsuram uenerint. & hoc significatu Græcis dicitur ἀμνός. Prat.

AGNOMEN Grammaticis quod extrinsecus aliqua ratione, uel casu quæsitum est: hoc tamen in ueterum Iurisconss. aliorūmue scriptorum libris non legisse se Anton. Augustinus refert libro 3. Emend. capite 8.

ΑΓΝΟΣ Græcis purum, castumque sonat Festo, sed & agnum, ouis fœtum. eò quod sit hostia pura, immolationi apta. unde & IESVS CHRISTVS Saluator noster rectè agnus dictus est in uarijs Noui testamenti locis. Varro tamen de lingua Latina, agnum putat ab eo dictum, quod sit pecori agnatus. Paulus libr. 32. Digestorum, qui est de legat. 3. l. cum quæritur. Agni, inquit, legati, quatenus uiderentur, quidam aiebant tantum sex mensium esse. Sed uerum est eos legatos, qui minores essent agniculis. Hinc pelles agninæ dictæ, ut apud Vlpian. lib. 33. Digestorum. de aur. & argen. leg. l. uestis. pelles, inquit, caprinæ & agninæ. Nebriss.

ΑΓΝΟΣ fructicis genus apibus gratissimum, à Gaza redditur uitex apud Aristotelem libro 11. animal. Hinc ἀγνοφόρον apud Modestinum l. Titia. 34. §. 1. ff. de leg. 2. ferens agnos. sic enim legendum dudum admonui ad d. §. in Pand. Rouillianis & lib. 3. cap. 4. Iurisprud. Med. non ἀμνοφόρος ut in uulg. Codicib. nec ἀγνοφόρον ut in P. Flo.

AGNA Rusticis Beticæ prouinciæ mensuræ genus, alijs actum. auctores sunt Theodosius & Neuterius: & hunc duplicatum putem ex Columella libro 5. cap. 16. Prat.

ΑΓΩΝΟΘΕΤΑΙ Iulio Polluci lib. 3. cap. 30. sunt ἀγώνων διαθέται, id est, certaminum præfecti, certaminum præsides, & constitutores quo significatu accipiuntur apud A. Charesium l. ult. §. mastigofori. ff. de mu. & hono. & apud Hono. & Theod. l. fin. C. Th. de expen. lud. Hinc

ΑΓΩΝΟΘΕΤΕΙΝ certaminibus, ludisque præesse, ea constituere, & designare apud Modestinum l. Septicia. 10. ff. de pollici.

ΑΓΩΝΟΘΕΣΙΑ munus designandi, constituendique certaminis apud Vlpianum ex Neratio l. si filia. 20. §. Neratius. ff. famil. ercisc. Prat. Spieg.

AGONOTHETICI fundi menti fit in l. fin. C. de fund. patrim. lib. 11. qui sumptibus certaminū deputati erant ut C. de diuer. præp. l. pen. Prat. Alber.

AGONOTHETAE dicuntur, qui certamē constituunt & designant, certaminibúsque præsident. l. ultim. §. mastigophori. ff. de muneribus & honorib. l. ultim. de. expens. ludor. in Cod. Th. Tertullia. in libro ad martyr. Bonum agonē subituræ estis, in quo Agonothetes Deus uiuus est. Spart. in Hadriano. Multa in Athenienses contulit & pro Agonotheta resedit. Herodem etiam Olympicis ludis Agonothetem factum Iosipp. lib. 1. de bello Iud. cap. 16. memorat. Inde ἀγωνοθετῆσαι καὶ προκαθίσασθαι in l. 10. ff. de pollicitatio. hoc est, quod ludis præsidere dicitur in l. 6. ff. de annu. leg. Solebant enim ueteres aliquem sibi constituere, qui certaminibus ludisque siue scenicis siue gladiatorijs præsideret. Idque ad Principem in urbe, aut, eo recusante, ad magistratus delatum ex Suet. in Augusto capit. 45. & in Caligula cap. 18. intelleximus. Verùm, ut Suidas tradit, ἀγωνοθέτης propriè est ὁ ἐν τοῖς σκηνικοῖς, ὁ δὲ γυμνικοῖς ἀθλοθέτης. &, ut Nicander apud Hesychium sentit, ἀθλοθέται οἱ μὲν τὰ γυμνικὰ, ἀγωνοθέται δὲ οἱ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα διατιθέμενοι. unde ἀγωνοθεσία ipsum constituendi designandique certaminis munus appellatur. l. 20. §. Neratius. ff. famil. ercisc und. l. 109. de Decurio. in C. Th. Agonothetici fundi. l. ultim. de fundis patrimon. lib. 11. C. Briss. Sed & Agonothetæ dicebantur, qui sacris certaminibus præerant: erantq; Decemuiri, ut Iul. Pollux scribit. Et pręmia quæ his iam emeritis distribuebantur, dicebantur Agonothetica, siue ea quæ ipsi agonothetæ athletis adiudicabant. Alciat. in l. Iubemus. C. de fund. patrimo. lib. 11. Pyrrhus de mil. off. Sp.

ΑΓΩΓΙΚΑ in Græc. constit. l. 4. de discussor. libro 10. C. siue ἀγωγὰ in Nouell. 128. dicebantur, quæ agebantur, ducebantur ad principem, cui significationi indicium est uerbum παραπεμπόμενα utrobiq; positum, quo transmissilia significantur. Prat.

AGORANOMIAS Anton. August. lib. ad Modestinum singulari interpretatur ędilitias curas, eos secutus qui forum rerum uenaliū ędilibus subiiciūt.

AGRARIVM, quod ad agros pertinet. ut Lex Agraria, & Agrarij homines, id est, fautores legis Agrariæ. Sic agraria facultas, item agraria res, apud Ciceronem. Spieg. Agraria Lex, uide Lex agraria.

AGRICOLAE, qui & agricultores, & agriculatores. Eorum aliquot distinguit genera Dn. Olden. & scitè & dilucidè, quòd ea interpretes aut nō perceperint, aut nō sint dignati crassius tradere, offundentes nobis tenebras in totum ius ciuile. Spieg.

AGRICOLA dicitur quasi agrum uel agros colens, & est nomen commune ad omnes agricolas. Sed nomina specialia sunt illa, quia agricolarū quidam

dam sunt adscriptitij, quidam censiti, alij perpetui, alij coloni conditionales, alij inquilini, alij originarij alij simpliciter coloni nuncupantur, de quibus omnibus suis locis ordinarijs dicitur. Old.

AGRI limitrophi dicebantur, quorum uidelicet possessores, annonam inde prouenientem ad castra militũ ducerent, qui in Imperij limitibus excubabãt aduersus barbaros, à limitaneis uidelicet militibus & τρέφω, nutrio, sic dicti, Drosæus in methodo iuris.

AGRIPPA. Scæuola l. pater, de leg. 3. Iulius Agrippa primipilaris, testamento suo cauit. Quorum in nascendo, non caput, sed pedes primi extiterant, qui partus difficillimus, ægerrimusque habetur, Agrippas appellari, ab ægritudine & pedibus, autor est Gellius. noct. Attic. lib. 16. cap. 16. Spieg.

AGRIPPINENSES. Cels. in l. fin. de censib. In Germania inferiori, inquit, Agrippinenses iuris Italici sunt. Tradit Tacitus, eos puduisse Germanicę originis, patriamq; eiurasse, non Vbios, sed Agrippinenses sese uocantes. Causam indicat eius rei Rhenanus noster, libro German. rer. primo. Cætera apud eundem legere licet de Vbijs, Coloniaq; Agrippinensium, hactenus uulgò haud cognita: cuiusmodi uir ille, uel tribus seculis dignus, nobis ex ter bea ta penu sua proferre solet. Hic diuus Maximilianus scito procerum Germanici imperij edidit, si rem respicis, insignem illam constitutionem, quæ ad officium notariatus pertinet. Vide Imperatoris nomẽ, & Colonia Germaniæ. Spieg.

AGRIPPINENSIS Colonia ciuitas est Germaniæ inferioris, siue Galliæ Belgicæ, autor Ptolemæus. Tẽpestate quoq; nostra Colonia appellatur, de qua Pau. leg. ult. Dig. tit. de cẽsib. iuris Italici sunt. In Germania inferiori Agrippinensis Colonia, &c. Nebriss.

AGRI plagam, quę est in regione illa, Mœuijs Publio & Caio transcribi uolo, precio facto uiri boni arbitratu, & hæreditati illato, dupli euictione ex promissa à reliquis hæredib. ita ut sub pœna centũ promittant eam agri plagam, partemue eius ad Seiã, posterosue eius non peruenturam quaqua ratione. Vide Scæuolam in l. uxorem, de leg. 3. Spieg.

AGRVM non præscindere, uites non subserere, aquarum ductus corrumpi pati. l. si cuius. §. denique consultus. ff. de usufruct. Sp.

AGRVM purum opponi monumento indicat. l. 9. C. de relig. & sumpt. fun. ut in ueteri inscriptione monumenti urbe Roma. Hinc monumento tutelæ nomine cedunt agri puri iugera X, & taberna quæ proximè eum locum est. Et in ueteri iudicis sententia: Necessariam fuisse inspectionem ædificiorum & loci de quibus apud me actum est, re ipsa manifestatur. Quum igitur ędificia solo puro posita depręhenderim, neq; ullo sepulchro superposita uel coniuncta, apparet uenditionem eorum iure factam: ideoq; ad Ælium Rufinũ militem ex causa emptionis pertinere uidentur Cuiac. Obs. 10. cap. 37.

AGRI occupatorij Flacco dicuntur, qui & arcifinales: quos uidelicet in ea terra quam occupauerãt non quatenus colere poterant, sed quantum in spe colendi reseruauerant, uicinos colendi uirtute arcendo sibi sumpserant. Hot.

AGRESTES homines dicuntur quicunque ciuilioris uitæ ignari sunt, nec melioribus inuentis uolunt acquiescere. Connan. lib. 9. cap. 5.

AGRICVLTVRA ab initio semper fuit, & iam nunc est functio longè honestissima, quam sancti patres apud Hebræos, & qui nobiles apud Romanos habiti sunt, excoluerunt. Vnde nos hodie magnam nobilitatis existimationẽ quoq; ducimus, quòd pleriq; nullam omnino negotiationem, sed diuinã agri colationis institutionem sequuntur, & lucra, uelut ex manu Dei suscipiunt. Qua ratione ueteres, cum bonum uirum significare uellent certo aliquo uitæ genere, bonum agricolam appellabant, teste Catone in lib. de re rust. & breuiter, quanto interuallo agriculturam Cicero præferat negotiationibus, ipse tu lege in officijs. Et Valerius lib. 4. testatur, Q. Cincinnatum arantem, olim fuisse, & quidem fœliciter, salutatum Dictatorem.

AGRIMENSORES qui fines regũt, limites dirigunt, ut liquet ex Constitutione Theod. & Valen. Imp. l. præcipimus de sepul. apud. & Imp. Constant. l. 3. C. fin. reg. hi mensores Vlpiano dicuntur l. si irruptione. ff. eo. Hi etiam agrorum modum præstituũt. Frontinus (ut totum negotium de controuersijs agrorum quę per mensores dirimuntur intelligatur) aliam controuersiam facit de Fine, aliam de Loco, aliam de Modo. Priores duæ notantur in l. quinq; pedum. Cod. finium regundorum. his uerbis: Finalis iurgij & locorum. Et in l. 4. ff. eod. his uerbis: Sed & loci controuersia includitur controuersia finium. De fine controuersia est intra quinque pedes: de loco ultra quinq; pedes: cum locus quidã in confinio uel in medijs agris quam ad partem pertineat quæritur. Finis usucapi nõ potest: locus usucapi potest. utraq; controuersia est de latitudine. l. ult. ff. de pign. act. & dirimitur arte mensoris. De modo quæstiones nascuntur ferè, ut Vrbicus ait, in agris diuisis, & adsignatis, quod in ære sine forma agrorũ modus cuique militi adsignatus comprehensus est, quę forma obligat uicinos inter se, qa publica est. Quas possessionum suarum formas priuatim quidem faciunt, eas nec ipsos uicinis, nec ipsis uicinos obligare Siculus ait: non magis scilicet quam rationes priuatas, quia res est uoluntaria. Est de eo ære l. qui tabulam. ff. ad l. Iulia. pecul. Qui tabulam (inquit) æneam leges formámue agrorum continentem refixerit &c. Longè alia est conditio agrorum qui Occupatori & Arcifinij dicuntur. Nam horum (ut Siculus ait) nullum est æs, nulla forma: quæ publicæ fidei possessoribus testimonium reddat: quód non ex mensuris actis miles modũ accepit, sed quod aut excoluit aut in spe colendi occupauit. Adsignatorũ est certus modus qui ære continetur: nec is tamen æqualis semper: quia non omnibus æqualiter (ut Siculus ait) sed secundum militiam, id est secundum merita militiæ, datus est modus. Adsignabantur militibus. l. Lucius. ff. de euict. l. item si uerberatum. ff. de rei uend. Hygenus: Erat præmium terra, & pro emerito habebatur. Et adsignabantur agri omnes territorij unius, id est, agrorum unius populi uniuersitas, & inde Modestin. ait in l. 7. ff. finium regun. De modo agrorum Arbitros cognóscere: Agrorum: adsignatorum scilicet, quorum certus modus formis & ære continetur. Et is, inquit, qui maiorem locum in territorio habere dicitur, id est, qui plus posśidet, quàm ære continetur, cæteris, qui locum minorem posśident, integrũ locum adsignare compellitur: controuersia scilicet modi, reuocata ad æs siue publicã formam, q̃ uicinos obligat inter se. Cõpellitur aũt p Arbitrũ siue Mensorẽ. Alias memorat Frõtinus cõtrouersias De positiõe terminorũ, De rigore, De ꝓprietate, De possesśiõe, De alluuione, De iure territorij, De subseciuis, De locis publicis, De locis relictis & extraclus. De locis sacris & relig. De aqua

AGMINA enim militaria dicuntur numeri & societates militum. Propriè autem agmen exercitus est ambulans, ab agendo, modos uerò corrigendi à quantitate & qualitate amplificat. Drosæus in methodo iuris.

AGMEN aquæ in Claudij Imp. constitutione pro multitudine aquæ l. præses.6.C. de ser. & aqua.

AGNATI, Agnatio, Agnasci uide supra Adgnati. Prateius.

AGNATA dicuntur, nō quę alicunde nata sunt: ea enim Enata dicuntur: sed quæ ad alia, id est, contra, siue iuxta alia quædam nata sunt. Itaq; filius patri nasci dicitur, quum ad patrem cogitatio refertur: agnasci uerò, quum ad agnatos & propinquos. Cicero libro de Orat.1. Num quis eo testamento quod paterfamil. antè fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo. quia constat agnascendo rumpi testamentum. Nasci filius apertè dicitur uiuo patri: agnasci mortuo. quia cogitatio posthumi naturæ non ad patrem, sed ad propinquos refertur. Idem pro Cæcina, Cui filius agnatus sit, eius testamētum non esse ruptum, iudica. Vlpian. l.3. ff. de iniust. rupt. Posthumi per uirilem sexum descendentes ad similitudinem filiorum nominatim exhæredandi sunt: ne testamentum agnascendo rumpant. Et in fin. Licet autem posthumus præteritus agnascendo rumpat. Itaque Papinianus l.7. ff. si tab. test. null. nepotem auo sine dubio non esse agnatum affirmat. Hotoman. Adde quod solemus iuxta nata adnata non agnata uocare Plin. lib.16. cap.44. Viscum autem in quercu, robore, ilice. Pyro syluestri, nec alijs arboribus adgnasci. Idem libro 27. capit.11. Caule longo, hirsuto adnatis multis cubitalibus. Aul. Gell. dentes quoque & in septem primis mensibus, & septenos ex utraque parte gigni, & geminos adnasci annis fere bis septenis.

AGNI minores sunt anniculis, Alfeno l. cū quæreretur 60. ff. de legat.3. Agnorum quandiu loco sint, ex usu cuiusque loci accipiendum putat Marcian. l. legatis. 60. ff. eod. Nam in quibusdam locis ouium numero uidentur cum ad tonsuram uenerint. & hoc significatu Græcis dicitur ἀμνός. Prat.

AGNOMEN Grammaticis quod extrinsecus aliqua ratione, uel casu quæsitum est: hoc tamen in ueterum Iuriscons. aliorúmue scriptorum libris non legisse se Anton. Augustinus refert libro 3. Emend. capite 8.

ΑΓΝΟΣ Græcis purum, castumque sonat Festo, sed & agnum, ouis fœtum. eò quod sit hostia pura, immolationi apta. unde & IESVS CHRISTVS Saluator noster rectè agnus dictus est in uarijs Noui testamenti locis. Varro tamen de lingua Latina, agnum putat ab eo dictum, quod sit pecori agnatus. Paulus libr.32. Digestorum, qui est de legat.3. l. cum quæritur. Agni, inquit, legati, quatenus uiderentur, quidam aiebant tantum sex mensium esse. Sed uerum est eos legatos, qui minores essent agniculis. Hinc pelles agninæ dictæ, ut apud Vlpian. lib.33. Digestorum. de aur. & argen. leg. l. uestis. pelles, inquit, caprinæ & agninæ. Nebriss.

ΑΓΝΟΣ fructicis genus apibus gratissimum, à Gaza redditur uitex apud Aristotelem libro 11. animal. Hinc ἀγνοφόρον apud Modestinum l. Titia.34. §.1. ff. de leg.2. ferens agnos. sic enim legendum dudum admonui ad d. §. in Pand. Rouillianis & lib.3. cap.4. Iurisprud. Med. non ἀμνοφόρος ut in uulg. Codicib. nec ἀγνοφόρον ut in P. Flo.

AGNA Rusticis Beticæ prouinciæ mensuræ genus, alijs actum. auctores sunt Theodosius & Neuterius: & hunc duplicatum putem ex Columella libro 5. cap.16. Prat.

ΑΓΩΝΟΘΕΤΑΙ Iulio Polluci lib.3. cap.30. sunt ἀγώνων διαθέται, id est, certaminum præfecti, certaminum præsides, & constitutores quo significatu accipiuntur apud A. Charesium l. ult. §. mastigofori. ff. de mu. & hono. & apud Hono. & Theod. l. fin. C. Th. de expen. lud. Hinc

ΑΓΩΝΟΘΕΤΕΙΝ certaminibus, ludisque præesse, ea constituere, & designare apud Modestinum l. Septicia. 10. ff. de pollici.

ΑΓΩΝΟΘΕΣΙΑ munus designandi, constituendique certaminis apud Vlpianum ex Neratio l. si filia. 20. §. Neratius. ff. famil. ercisc. Prat. Spieg.

AGONOTHETICI fundi menti fit in l. fin. C. de fund. patrim. lib.11. qui sumptibus certaminū deputati erant ut C. de diuer. præp. l. pen. Prat. Alber.

AGONOTHETAE dicuntur, qui certamē constituunt & designant, certaminibúsque præsident. l. ultim. §. mastigophori. ff. de muneribus & honorib. l. ultim. de. expens. ludor. in Cod. Th. Tertullia. in libro ad martyr. Bonum agonē subituræ estis, in quo Agonothetes Deus uiuus est. Spart. in Hadriano. Multa in Athenienses contulit & pro Agonotheta resedit. Herodem etiam Olympicis ludis Agonothetem factum Iosipp. lib.1. de bello Iud. cap.16. memorat. Inde ἀγωνοθετεῖν ἢ χορηγεῖν πρεσβεύειν in l.10. ff. de pollicitatio. hoc est, quod ludis præsidere dicitur in l.6. ff. de annu. leg. Solebant enim ueteres aliquem sibi constituere, qui certaminibus ludisque siue scenicis siue gladiatorijs præsideret. Idque ad Principem in urbe, aut, eo recusante, ad magistratus delatum ex Suet. in Augusto capit.45. & in Caligula cap.18. intelleximus. Verùm, ut Suidas tradit, ἀγωνοθέται propriè est ὁ τοῖς ἀγῶσιν ἐπιστάτης, οἱ δὲ γυμνικοῖς ἀθλοθέται. &, ut Nicander apud Hesychium sentit, ἀθλοθέται ὁ μόνα γυμνικὰ, ἀγωνοθέται δὲ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα διατιθέμενος unde ἀγωνοθεσία ipsum constituendi designandique certaminis munus appellatur. l.20. §. Neratius. ff. famil. ercisc. l.109. de Decurio. in C. Th. Agonothetici fundi. l. ultim. de fundis patrimon. lib.11. C. Briss. Sed & Agonothetæ dicebantur, qui sacris certaminibus præerant: erantq; Decemuiri, ut Iul. Pollux scribit. Et prēmia quæ his iam emeritis distribuebantur, dicebantur Agonothetica, siue ea quæ ipsi agonothetæ athletis adiudicabant. Alciat. in l. iubemus. C. de fund. patrimo. lib.11. Pyrrhus de mil. off. Sp.

ΑΓΩΓΙΚΑ in Græc. constit. l.4. de discuss. libro 10. C. siue ἀγωγὰ in Nouell.128. dicebantur, quæ agebantur, ducebantur ad principem, cui significationi indicium est uerbum παραπεμπτικὰ utrobiq; positum, quo transmissilia significantur. Prat.

AGORANOMIAS Anton. August. lib. ad Modestinum singulari interpretatur ędilitias curas, eos secutus qui forum rerum uenaliū ędilibus subiiciūt.

AGRARIVM, quod ad agros pertinet. ut Lex Agraria, & Agrarij homines, id est, fautores legis Agrariæ. Sic agraria facultas, item agraria res, apud Ciceronem. Spieg. Agraria Lex, uide Lex agraria.

AGRICOLAE, qui & agricultores, & agriculatores. Eorum aliquot distinguit genera Dn. Olden. & scitè & dilucidè, quòd ea interpretes aut nō perceperint, aut nō sint dignati crassius tradere, offundentes nobis tenebras in totum ius ciuile. Spieg.

AGRICOLA dicitur quasi agrum uel agros colens, & est nomen commune ad omnes agricolas. Sed nomina specialia sunt illa, quia agricolarū quidam

dam sunt adscriptitij, quidam censiti, alij perpetui, alij coloni conditionales, alij inquilini, alij originarij alij simpliciter coloni nuncupantur, de quibus omnibus suis locis ordinarijs dicitur. Old.

AGRI limitrophi dicebantur, quorum uidelicet possessores, annonam inde prouenientem ad castra militū ducerent, qui in Imperij limitibus excubabāt aduersus barbaros, à limitaneis uidelicet militibus & τρέφω, nutrio, sic dicti, Drosæus in methodo iuris.

AGRIPPA. Scæuola l. pater, de leg. 3. Iulius Agrippa primipilaris, testamento suo cauit. Quorum in nascendo, non caput, sed pedes primi extiterant, qui partus difficillimus, ægerrimusque habetur, Agrippas appellari, ab ægritudine & pedibus, autor est Gellius. noct. Attic. lib. 16. cap. 16. Spieg.

AGRIPPINENSES. Cels. in l. fin. de censib. In Germania inferiori, inquit, Agrippinenses iuris Italici sunt. Tradit Tacitus, eos puduisse Germanicę originis, patriamq; eiurasse, non Vbios, sed Agrippinenses sese uocantes. Causam indicat eius rei Rhenanus noster, libro German. rer. primo. Cætera apud eundem legere licet de Vbijs, Coloniaq; Agrippinensium, hactenus uulgò haud cognita: cuiusmodi uir ille, uel tribus seculis dignus, nobis ex ter bea ta penu sua proferre solet. Hic diuus Maximilianus scito procerum Germanici imperij edidit, si rem respicis, insignem illam constitutionem, quæ ad officium notariatus pertinet. Vide Imperatoris nomē, & Colonia Germaniæ. Spieg.

AGRIPPINENSIS Colonia ciuitas est Germaniæ inferioris, siue Galliæ Belgicæ, autor Ptolemæus. Tēpestate quoq; nostra Colonia appellatur, de qua Pau. leg. ult. Dig. tit. de cēsib. iuris Italici sunt. In Germania inferiori Agrippinensis Colonia, &c. Nebriss.

AGRI plagam, quę est in regione illa, Mœuijs Publio & Caio transcribi uolo, precio facto uiri boni arbitratu, & hæreditati illato, dupli euictione ex promissa à reliquis hæredib. ita ut sub pœna centū promittant eam agri plagam, partemue eius ad Seiā, posterosue eius non peruenturam quaqua ratione. Vide Scæuolam in l. uxorem, de leg. 3. Spieg.

AGRVM non præscindere, uites non subserere, aquarum ductus corrumpi pati. l. si cuius. §. denique consultus. ff. de usufruct. Sp.

AGRVM purum opponi monumento indicat. l. 9. C. de relig. & sumpt. fun. ut in ueteri inscriptione monumenti urbe Roma. Hinc monumento tutelæ nomine cedunt agri puri iugera X, & taberna quæ proximè eum locum est. Et in ueteri iudicis sententia: Necessariam fuisse inspectionem ædificiorum & loci de quibus apud me actum est, re ipsa manifestatur. Quum igitur ędificia solo puro posita depręhenderim, neq; ullo sepulchro superposita uel coniuncta, apparet uenditionem eorum iure factam: ideoq; ad Ælium Rufinū militem ex causa emptionis pertinere uidentur Cuiac. Obs. 10. cap. 37.

AGRI occupatorij Flacco dicuntur, qui & arcifinales: quos uidelicet in ea terra quam occupauerāt non quatenus colere poterant, sed quantum in spe colendi reseruauerant, uicinos colendi uirtute arcendo sibi sumpserant. Hot.

AGRESTES homines dicuntur quicunque ciuilioris uitæ ignari sunt, nec melioribus inuentis uolunt acquiescere. Connan. lib. 9. cap. 5.

AGRICVLTVRA ab initio semper fuit, & iam nunc est functio longè honestissima, quam sancti patres apud Hebræos, & qui nobiles apud Romanos habiti sunt, excoluerunt. Vnde nos hodie magnam nobilitatis existimationē quoq; ducimus, quod pleriq; nullam omnino negotiationem, sed diuinā agri colationis institutionem sequuntur, & lucra, uelut ex manu Dei suscipiunt. Qua ratione ueteres, cum bonum uirum significare uellent certo aliquo uitæ genere, bonum agricolam appellabant, teste Catone in lib. de re rust. & breuiter, quanto interuallo agriculturam Cicero præferat negotiationibus, ipse tū lege in officijs. Et Valerius lib. 4. testatur, Q. Cincinnatum arantem, olim fuisse, & quidem fœliciter, salutatum Dictatorem.

AGRIMENSORES qui fines regūt, limites dirigunt, ut liquet ex Constitutione Theod. & Valen. Imp. l. præcipimus de sepul. apud. & Imp. Constant. l. 3. C. fin. reg. hi mensores Vlpiano dicuntur l. si irruptione. ff. eo. Hi etiam agrorum modum præstituūt. Frontinus (ut totum negotium de controuersijs agrorum quę per mensores dirimuntur intelligatur) aliam controuersiam facit de Fine, aliam de Loco, aliam de Modo. Priores duæ notantur in l. quinq; pedum. Cod. finium regundorum. his uerbis: Finalis iurgij & locorum. Et in l. 4. ff. eod. his uerbis: Sed & loci controuersia includitur controuersia finium. De fine controuersia est intra quinque pedes: de loco ultra quinq; pedes: cum locus quidā in confinio uel in medijs agris quam ad partem pertineat quæritur. Finis usucapi nō potest: locus usucapi potest. utraq; controuersia est de latitudine. l. ult. ff. de pign. act. & dirimitur arte mensoris. De modo quæstiones nascuntur ferè, ut Vrbicus ait, in agris diuisis, & adsignatis, quod in ære sine forma agrorū modus cuique militi adsignatus comprehensus est, quę forma obligat uicinos inter se, q̄a publica est. Quas possessionum suarum formas priuatim quidem faciunt, eas nec ipsos uicinis, nec ipsis uicinos obligare Siculus ait: non magis scilicet quam rationes priuatas, quia res est uoluntaria. Est de eo ære l. qui tabulam. ff. ad l. Iulia. pecul. Qui tabulam (inquit) æneam leges formamue agrorum continentem refixerit &c. Longè alia est conditio agrorum qui Occupatori & Arcifinij dicuntur. Nam horum (ut Siculus ait) nullum est æs, nulla forma: quæ publicæ fidei possessoribus testimonium reddat: quod non ex mensuris actis miles modū accepit, sed quod aut excoluit aut in spe colendi occupauit. Adsignatorū est certus modus qui ære continetur: nec is tamen æqualis semper: quia non omnibus æqualiter (ut Siculus ait) sed secundum militiam, id est secundum merita militiæ, datus est modus. Adsignabantur militibus. l. Lucius. ff. de euict. l. item si uerberatum. ff. de rei uend. Hygenus: Erat præmium terra, & pro emerito habebatur. Et adsignabantur agri omnes territorij unius, id est, agrorum unius populi uniuersitas, & inde Modestin. ait in l. 7. ff. finium regun. De modo agrorum Arbitros cognōscere: Agrorum: adsignatorum scilicet, quorum certus modus formis & ære continetur. Et is, inquit, qui maiorem locum in territorio habere dicitur, id est, qui plus possidet, quàm ære continetur, cæteris, qui locum minorem posśident, integrū locum adsignare compellitur: controuersia scilicet modi, reuocata ad æs siue publicā formam, q̄ uicinos obligat inter se. Cōpellitur aūt p̄ Arbitrū siue Mensorē. Alias memorat Frōtinus cōtrouersias De positiōe terminorū, De rigore, De ꝓprietate, De possessiōe, De alluuione, De iure territorij, De subseciuis, De locis publicis, De locis relictis & extraclus. De locis sacris & relig. De aqua

aqua pluula, De itineribus, De positione terminorum, ut quum terminus quidam malè positus dicitur, uel quod cæteros terminos rectà nô spectet, uel quod fortè terminus compottionalis non côueniat rationi maximorum limitum. Et de terminorum positione, restitutione, redintegratione, declaratione, etiá arbitri dantur uel eligûtur. l. 8. ff. fin. reg. l. inter. ff. de recep. q arb. recept. placetq; arbitrij formula illa, Requiri placere terminos quos Socrates pegerit, hisq; parere. lib. 1. de leg. De Rigore & de Fine eadé penè controuersia est, utramque complectitur lex Mamilia. & in utraque de quinque pedum latitudine agitur: at controuersia de Rigore admittit etiam de maiori latitudine quæstionem. Dicitur Rigor, à rectitudine, ut, rigor stillicidij. l. ult. §. ult. ff. de seruit. urban. præd. & est rectitudo naturalis siue *εὐθυωρία*, qua agri disterminantur, ut supercilium. Latitudo eius intra 30. pedes. Lex autem limitum superciliû omne uult cedere superiori possessori usque in planitiem, idq; inferiorem possessorem ęquo animo ferre & compensare cum alio commodo, ut Siculus & Vrbicus scribunt, quod quicquid agit in suo solo id damno superioris agat, qua ratione etiam dicitur naturaliter inferiorem agrum superiori seruire l. 1. §. ultim. ff. de aq. & aq. plu. ar. De supercilijs integrior Hygenus. Supercilia, inquit, sunt loca ex plano in breui cliuo deuexo intra pedes latitudinis 30. alioquin iam collis est. In quæstione de proprietate nonnihil etiam ars mensoris potest. nanque in ea persæpè termini obseruantur, l. pen. ff. fin. regun. l. 1. C. eod. sed ut integer Vrbicus ait, plus in hac controuersia potestatis habet ius ordinarium quam ars mensoria. De possessione certè controuersia, ut idem ait, nihil pertinet ad mensoris disciplinam: sed quæstionem possessionis, sequitur quæstio finium, in qua potissimû ars mensoris ualet, & hoc est quod ait, l. 3. C. fin. reg. Prius possessionis quæstio finiatur, & tunc agrimensor ire præcipiatur ad loca. In controuersia de Alluuione aliquid iudicium mensoris potest: sicut in côtrouersia de proprietate, cum queritur cui fundo cedat, uel an flumini publicoúe cedat quod alluuio adiecit. Et ius certum est, metatos siue adsignatos agros non augeri, sed neque insula in flumine nata. l. in agris. ff. de acqui. rer. dom. l. 1. §. si insula. ff. de flum. Occupatorios augeri utroque, non in maiore aut aluei mutatione, quod & Institutiones docent, & Vrbicus ex Cassio Longino I.C. distinctè eleganterq;, & addit Boetius 11. de Geom. Eam insulam ipse sibi uendicabit, cuius terram tempestatis uis præoccupauit. De iure Territorij etiam arbitratur mensor, quod hæc plerunque controuersia finiatur territorialibus terminis. Hæc est de iurisdictione & iure Soli, limitationis, perticæ uniuerso, quod ad colonias uel municipia pertinet, & complectitur quandoque etiam aliorum territoriorû partes aliquas, quæ Pręfecturæ uocantur, & in tributorum causa frequens est, cum ea territorijs indicuntur, l. 4. 6. is uerò. ff. de censibus. & in alijs plærisque causis. De Subsecíuis, quęstio est in agris metatis & adsignatis, quum quęritur ad quem ea loca pertineát, quod ex lege à mensoribus initio agris diuidendis dicta, dirimitur. De locis Publicis, quália sunt uetus fluminis alueus, agri tutelati, conciliabula, præfecturæ, pomeria urbium, loca noxiorum pœnis destinata, ut Vrbicus interpretatur, uel ut Festus, loca in quibus epulæ in funere comburuntur. Hæc sæpè usurpant priuati, & ideo incidit sæpè hæc quæstio, An locus sit publicus, id est, in iure pop. Rom. aut coloniæ, aut municipij: an priuatus. De locis Relictis & Extraclusis controuersia eodem iure est quo subseciuorum, & hoc tantum distant subseciua à relictis & extraclusis, quod illa sint loca non adsignata, quæ centuriæ modum explere nequiuerunt, hæc, uacuæ centuriæ quæ in adsignationem non ceciderunt, quæ omnia Domitianum ueteribus possessoribus concessisse, Siculus, Vrbicus, Suetonius, scribunt. De locis Sacris & Religiosis controuersia pertinet ad ius ordinarium, nisi quum de eorum modo demonstrando, aut restituendo agitur. tunc enim mensorem adhiberi opus est. Controuersia etiam de Aqua pluuia licet ex XII. Tab. sit de ea arcéda prodita specialis actio, tamen desiderat mensoris interuentum, quoties ex riuo fortè quem fecit aqua pluuia intra limites unius agri, adfinis calumniose æstimari censet oportere fines agri sui, non ex limitibus initiò constitutis. Inspectio quoque mensoris sæpè de itineribus controuersiam dirimit, maximè in agris adsignatis, per quos mensurarum limitumq; ratio iter populo pręstat, lege Colonica. Hæc doctiss. Cuiacius Obserua. 10. capite 2.

A H

AHENEVM, Paul. in l. cum de lanionis. §. asinû. ff. de instruct. Nec multum refert, ait, inter cacabos, & aheneum, quod supra focum pendet. His aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur. quod si aheneû instrumento continetur, urcei quoque quibus aqua in aheneum funditur. Adiectiuum pro æreo poeticum est, ut apud Ouidium 1. Metam.

Tertia post illam successit ahenea proles.

Vide super hoc uersu interpretem. & Anto. Manc. 1. comment. in lib. 1. Carmin. Gellius, lib. 2. cap. 3. Ahenum dicimus, per h interpositam inter a & e, non aenum, ut sonus sit uiridior, uegetiorq;. Spieg.

A I

AIO, & Nego, contraria sunt. Nam aio propriè fateri significat. Donatus in Andr. indicat, Aiunt de ea re dici, quam nolumus esse falsam. Quod locum nô habet apud Iurisconsult. in l. 1. de ædil. ed. & l. ædiles aiunt. Sp.

AIAT, apud Vlpian. inquientem, in §. cum uerò. de legat. 1. Quia iniquum esse aiat id separari à se. Spiegel.

AIO uerbum ueteris iuris erat, quo actiones personales intendebátur. significat dedico, adfirmo Nonio. Hinc nata illa forensis formula. Prat.

A.T.M.D.O. id est, Aio te modò mihi dare oportere, ut Valerius Probus scribit. Prat.

AITIA, accusatio, criminatio, apud Classicos rerum Græcarum scriptores: *ἐν αἰτίᾳ γίνομαι* dixit Plutarchus in Camillo. quod & I. Pollux libro 8. ostendit ex Platone aitque esse uerbum iudiciale, siue forense. Prateius.

AITHMATA Geometris sunt petitiones. in lib. de generibus lineamentorum. Bud. in l. 1. ff. de iustit. & iur. Prat.

A L

ALAE, præter notissimos significatus, sunt exercitus equitum ordines Gellio lib. 16. cap. 4. sic accipiendæ sunt apud Vlpian. l. 2. ff. de ijs qui not. infam. & Suet. Tranq. in Claud. ex quo d. l. 2. explicatur ibi, cohortis. dictæ sunt ad similitudinem alarum Vegetio lib. 2. cap. 1.

ALA exercitus. l. 2. ff. de his qui not. infa. Alarum præfectus apud Paul. libro 5. Sentent. tit. 38. & apud Sueto. in Tiber. cap. 30. Alas autem ut Gellius libro 16. cap. 4. scribit, equitum ordines inde appellarunt, quod

quòd circum legiones dextra sinistraq; tanquam alæ in auium corporibus, locarētur. Sed & ut Veget. lib.2.cap.1. Equitum alæ, ait, dicuntur ab eo quod ad similitudinem alarum ab utraq; parte protegant acies. Sueto. in Claudio cap.25. Equestrem militiam ita ordinauit, ut post cohortem, alam, post alam, tribunatum legionis daret. Alas etiam funditorum dixit Valer. lib.2.cap.2. Briss.

ΑΛΑΒΑ, atramentum Phauorino. Hinc

ΑΛΑΒΑΡΧΗΣ, scripturarum magister. Vid. Cuia. Obseru. lib.8.cap.37.

ΑΛΑΒΑΡΧΙΑ, id munus cuius meminit constitutio Imppp. l. usurpationem. 9. C. de uectig. & commiss. sic enim ibi legendum quidam admonuit, cum ibi Arabarchia uulgò legatur. uide ꝫ. Arabarchia.

ALABASTER, uas unguentarium Baifio l. argumento. 25.§. mundus. ff. de aur. arg. mund. ubi sic legendum putat: pro quo in Pand. Flo. est Lauatio, riscus, ut & ipsemet refert.

ALABASTRVS, de quo meminit Vlpian. in l. argumento. §. mundus, secundum ueram lectionē. ff. de aur. & argent. legat. est genus marmoris perlucidi, & coloribus distincti, ex quo fiebant uasa unguentaria, Martial.

Quod Cosmi redolent alabastra, foriq; deorum.

Et propterea scribit Plinius, Alabastrum seruandis unguentis maximè idoneum, nasci circa Thebas Ægyptias & Damascum Syriæ, quo Romani utebantur. Dicitur autem & Alabastrus, prout etiam usus est I.C. & alabastrū in neutro genere, teste Martial. quem superius retulimus. Et Alabaster, Cic. Acad.2. Quibus etiam Alabaster plenus unguenti putrescere uidetur, ut etiam refert Nonius. Cotta in Memor.

ALANICVS dictus est Iustinian⁹ ab Alanis populis deuictis. Hos Ptolomæus in parte Schytiæ collocare uidetur, Capitolinus in parte Daciæ: Ioseph⁹ inter Tanaim & Mæotidem: Plinius & Marcellinus in Sarmatia Europæa. Hi cum Vandalis iuncti erāt, nec minus efferę naturę. Lucanus lib.8. uocat duros æterni Martis Alanos ex Balduino ad Inst. proœm.

ALBARIVM calx liquefacta, qua muri exalbantur Alciato ex Plinio ad d.l.1.

ALBERGARIAE. Canonistis census sunt seu pactiones quæ debentur pro comestionibus. de hoc gl. in c. præter de iure pat. Sp.

ALBINI quos Græci κονιατὰς uocant. in Constantini Imp. ad Maximium constitutione l.1. C. de excus. artific. lib.10. Sunt Albarij qui Albario muros illinunt. Prat.

ALBVM, alba tabula, in qua atramento scribebatur. quod ex hoc Ciceronis loco intelligitur, quem ex lib. De orat.2. describam, Res omnes singulorum annorum mandabat literis Pontifex Max. efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi. Vbi tamen REFEREBAT corrigendum putarem. Quòd si in album res illæ referrentur, facile intellectu est, non literas, ut Theophilus existimauit, sed tabulas ipsas albas fuisse. quod etiam suspicari libet ex Plauti Persa, ubi Parasitum de quadruplatoribus sic loquentem facit: Si id fiat, nę isti faxim nusquam appareant, Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona. ut aūt Pontifices res gestas, sic Prętores edicta sua in album referebant, & proponebant tabulam in publico, potestas ut esset populo cognoscendi, quemadmodum anno quisque suo ius dicturus esset. Paulus l.9. ff. de iurisdict. Si familia alicuius album corruperit, non similiter hic edicitur, ut in furto. Vlpian. l.7. eodem. Si quis id quod iurisdictionis perpetuæ causa, non quod, prout res incidit, in albo, uel in charta, uel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit. Album autem Latini similiter dixerunt, ut Græci λεύκωμα. nam in albo leges scribebantur. Demosth. contra Timocratem ex Solonis legibus, ὁ δὲ τιθεὶς τὸν κοινὸν νόμον, ἀναγράψας εἰς λεύκωμα ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων: Qui communem legem feret, is eam in albo perscriptam pro Eponymis proponat. Extat etiam in Pandectis lib.50. tit. De albo decurionum scribēdo, ubi quo ordine scribi decuriones debeant, præcipitur. Illud obseruatu dignum est, quod aliquando notauimus: moris fuisse, ut Album hoc Prætoris penderetur, sic tamen ut de plano legi posset. Itaque Auson. in gratiar. act. Has ego literas tuas, inquit, in omnibus pilis atq; porticibus, undę de plano legi possint, instar edicti pendere mandauero. Lamprid. in Alex. Tacebantur secreta bellorum, itinerum autem dies publicè proponebantur, ita ut edictum penderet ante menses duos. Hot.

ALBVM parietem fuisse dealbatum Accursius existimat: sed eius sententiam pleriq; improbandam putarunt. cum actione de albo corrupto, is quoq; teneatur, qui album sustulit. l. si quis id quod. ff. de iurisdict. om. iud. murum autem uel parietem, tolli nō posse, constat. Cæterum Accursio uidetur suffragari Plautus in Persa sic scribens

Næ isti faxim nusquam appareant
Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona.

nisi continens pro contento κατὰ μετωνυμίαν accepisse Plautum dixeris, quamuis scripserit expressè Suidas λεύκωμα, hoc est album, parietem fuisse gypso inunctum ad inscriptionem ciuilium rerum aptum. Id enim ad ea potius quæ prout res incideret ad tempus, quàm ad ea quæ Iurisdictionis perpetuæ causa in albo proponebantur uidetur referendum. Ræuardus protribunal. lib. sing. cap.4. Vt alij autem putāt Album tabula erat dealb.

ALBVM tabula erat dealbata, uel, ut Theoph. in §. pœnales. Institutio. de actionibus scribit, albis literis notata, in qua Prætores edicta sua, quò omnibus innotescerent, actionesque & interdicta proponebat. l.2.§. eodem. ff. de orig. iur. l.7. & l.9. ff. de iurisdictio. l.1. Codic. de interdict. l.1.§. eum quoque. ff. de edend. d.§. pœnales. Institutio. de actionibus. Et apud Paulum libro 1. Sentent. titul.13. & libro 5. titul. 24. Hesychius σανίδας λευκὰς uocat. De Prætoris albo accipienda sunt hæc Senecę epist.49. uerba, Turpes infamesq; etiam sedentibus ad album exceptiones. Vt & hæc Quintiliani lib.12. cap.3. Quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt. Quò respexisse credo Plau. in Persa, act.1. scen.2. cum ait, Si id fiat, næ isti faxim nusquam appareant, Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona. Nam in albo Prætor propositas perscriptasq; habebat actiones, ut ex d.l. 1. C. de interd. liquet. Eodem referendum est quod Quintilian. Declamatio. 374. scribit, potentius esse qđ in albo legitur quàm quod in testamento. Transfertur & ad alia Albi appellatio. Nam illa quoq; tabula, in qua Decurionum nomina secundum cuiusque ordinem scribuntur, Albū appellatur, tit. de albo scriben. l.10. ff. de Decurio. l. ult. §. camelasia. ff. de muneribus & honor. Quibus in legibus loco suo pulsum hoc uerbum, Pandectarum Florentinarū beneficio restitutum est. Huius etiam meminere l.5. l.9. & l.67. de Decur. lib.10. C. Vocatur curiæ album in l.45. C. eo. tit. & in Nou. constit. l.19. Eodemq; modo album senatorū dixit Tacit. lib.4. qđ Dio lib.55. λεύκωμα τῶν βουλευόντων.

Ἀλεατόριον. Et album iudicum Tranquillus in Claudio cap.16.& in Domitiano cap.8.& Seneca.lib.3.de Benefic. c.7. Et album Citharœdorum idem Tranquillus in Nero.ca.20. Cicero quoq; lib.1.de Orato. Pontificem maximum res omnes singulorum annorum mandatas literis extulisse in album proposuisseque tabulam domi. De quo etiam Liu.lib.1.ab urb.cond. Omnia,quæ ad sacra cæremoniasq; deorum pertinerent, ex commentarijs Regis in album relata in publico proponere à Numa iussum scribit. Idem etiam lib.9. Cneum Flauium fastos in albo circa forum proposuisse refert.Briss. Adde hic Corras. lib.4.Miscell.cap.6. Cæterum Quintilianus album pro prætorio iure usurpauit cum dixit ad album & rubricas se transtulerunt ut annotauit doctiss. Turneb.lib.4.aduers.cap.5.

ALBAS sententias Asinius Pollio apud Senecã Albutij sentẽtias uocat,quæ apertę erant, faciles nõ obscuræ,non tenebricosę:quod quæ alba sunt nihil atrum,nihil caliginosum habeant. Turneb.lib.6.aduersar.cap.4.

ALDVS, D.Alc. enarrans l.lecta, de Reb.credit. obiter monuit,in lege Longobardica seruum significare,& inde Castaldum seruum cui casæ seu domus cura est demandata:sicque generaliter omnes œconomos dici.l.pen. ff.de testib. l. cum unus. in princ. ff.de alim.legat.Sp.

ALEA taxillus quo fortunæ periculo ludimus. sic enim accipitur in edicto prætoris l. 1. in princ. ff. de aleato.

ALEAM ludere pro ludere taxillis, uel alio fortunæ ludo dixit Paulus l.26.ff.de iniurijs.Prat.

ALEAE lusus legibus uetitus fuit,quod & Horatius docet lib.3. Carminum his uerbis:

— nescit equo rudis
Hærere ingenuus puer,
Venariq; timet, ludere doctior
Seu Græco iubeas trocho,
Siue malis,uetita legibus alea.

ALEA cùm pro ludo accipiatur l.fin. §.1. ff.quar. rer.actio non det.fit, ut ad fortunam, & periculi cuiusuis dubitationem significandam porrigatur, ut iacere aleam dicatur is,qui se periculo exponit:emere item aleam,qui incertæ rei futuræ spem emit ueluti captum piscium,uel auium Paulus in l.cùm hęreditatem. ff. de hæredi. actio. uend. l. 8. ff. de contrah. empt.& alibi. Prat.

ALEATORES sunt,qui sese quocunq; ludendi genere uarietati fortunæ committunt, & pecunias, & tempus,aliquando etiam uitam amittentes. Hos rectè coerceri uult lex in republica : quia nulla est maior occasio deprauandi animi, quàm ludus passim immodicus,ad perniciem omnium rerum. l.fin. C.de religios.

ALEA. Alea dicitur omnis ludus magna ex parte ex fortuna pendens. Vnde Martial.

Alea parua nuces,& non damnosa uidetur,
Sæpe tamen pueris abstulit illa nateis.

Hinc itaq; fit,ut & alea pro fortuna, & periculi cuiustuis dubitatione sumatur, ut, iacere aleam dicitur is, qui se fortunæ, periculoq; committit. Vnde Titus Liuius,In dubiam imperij,seruitijq; aleam imus.Itẽ, emere aleam,qui incertæ rei futuræ spem emit. Paulus,Cum hæreditatem (inquit) aliquis uendit,esse debet hæreditas, ut sit emptio. Nec enim alea emitur,ut in uenatione,& similibus. Alea autẽ propriè de tesseris dicitur. Et sunt tesseræ,quibus in fritillis, à alueolis luditur.Cęterùm,ab alea deriuantur aleatorium ludus ipse aleæ,& aleatores,qui ludum aleę, quasi artem quandam exercent. Et de ijs,deq; ebriosis & scortatorib. extat declamatio lepidissima Philippi Beroaldi.

ALEAE emptio dicitur à nostris, cùm incertus euentus emitur:ueluti cum piscator iactũ retis uendit,uel auceps pantheram. Pompo.in l.nec emptio, 8.ff.de cont.empt. Aliquando & sine re uenditio intelligitur : ueluti cũ quasi alea emitur. quod fit, cùm captum piscium,uel auiũ,uel missilium emitur.quia spei emptio est. Vlpia.in l.nam hoc,2.ff.de hęred.uel act.uend. Incertum rei uenire dicit.Hot.

ALENDOS inopes scholasticos ab opulentis Doctoribus,Innocent.rectè censuit,in c.fin. extr.de Magist. Spieg.

ALERE, propriè est, uictu temporali uitam sustentare.Sic mater tenetur naturali iure alere filium triennio:ut abinde cura alimentorum ad patrẽ magis spectare uideatur.l. nec filium negare. C.de Pat. potest.Spieg.Adde tit.C.de alendis lib. ac par.

ALIMENTIS legatis, cibaria & uestitus, & habitatio debebitur : quia sine his, ut ait Iabolenus, ali corpus non potest.Spieg.

ALIAS, aduerbium uariè pro re accipi apud Iuriscons.solet.Plerunq; enim significat, i. aliò, uel potiùs in alium locum l.adeò. .quod si.ff.de acqui.rer. dom. Sumitur etiam pro aliquando l.qualem. 19. §. unde uidendum. ff.de arbit. Significat etiam, alioquin apud Scæuolam l.diuortio.in prin. ff.de nego. gest.nam conditionis ibi nota nõ est, quod quidam crediderunt. Aliàs exceptionis notam esse liquet. l. qui testamento.20.§.mulier. ff.de test. nam ibi aliàs, id est in alijs actibus. Sumitur & pro aliter, & extra eos casus l.aliàs.ff.de iureiur. Sonat etiam modò, si geminatè aut tripliciter, aut quadrupliciter efferatur,aut scribatur : quale est apud Callistratum l. 3. §. eiusdem.ff.de testib. Cicer.in Verrem.

ALIAS reuocabat,aliàs decernebat. Est ubi geminetur tripletúrue, accipitur tamen pro aliter l.cũ hi.§.modus.ff.de transact. Aliàs temporis,putà præteriti significatiua est, uel significat aliquando, uel anteà l.pen.§.fin.ff.de inoff. test.& l.diuus.6. ff. de custo.reo. Scio Bartolum in l.1. uers. quinto quæro de dictione.ff.de condit.& demon. quinq; significationum huius aduerbij genera collegisse, quæ apud eũ uideas,uelim,atque expendas.

ALIVS uide infrà suo loco.Prat.

ALEMANNIA. In extrauagantibus ciuilibus tit.de Pace Constantiæ,fit mentio Alemánię dictionis,quæ ut explicetur,non uerò ut ostendamus nos linguam Alemannicam callere, cuius ignari sumus; nos hæc ad uerbum sumpsimus ex scholijs Vadiani in comment.ad P.Melam. Alemannorũ agri nomen uetus,supra Brigantium, & Lacum Acronium. Algow uernaculæ linguæ, p eo quòd integriùs anteà, das Almangow,hoc est, Alemannorũ ager, siue con uallis; composito nomine,teste etiam Vladislao.

ALEXANDRIA.Alexandria urbs Ægypti clarissima, fertilissimaq;,non longè à Nili ostio, ab Alexandro Macedone condita, cuius meminit Strabo, Pomponius Mela,Iustinus, Egesippus, Diodorus, Plinius,Iosephus,Imp.Leo & Anthemius. Anch.

ALGIDVM,oppidum erat trans montes Tusculanos,quindecim millibus passuum ab urbe Roma. nunc urbis tantum uestigia extant. Horat. primo Carminum.

Quæcunq; aut gelido prominet Algido.

Pomponius de origine iuris. l. necessarium. Virgineus,

neus, inquit, recens à cæde, madensque adhuc filiæ cruore ad cómilitones confugit, qui uniuersi de Algido monte, ubi tunc belli gerendi causa legiones erant, relictis ducibus protinus signa in Auentinum montem transtulerunt. Atqui Algidum, ut diximus, oppidum fuit, in cuius agro eo tempore Romanorũ exercitus ab equis cæsus fuerat. Neq; ab Algido, sed Auecilio monte tunc exercitus Romam uenit, ut autor est Liuius lib. 3. Nebriss.

ALIAS, uariè poni, Albericus ostendit. Propriè sumpta, facit conditionem. l. diuortio. ff. negot. gest. Spiegel.

ALIBI, alio in loco: inibi, in eo loco: necubi, ne quo in loco: sicubi, si quo in loco: nuncubi, num quo in loco: utrobi, utro in loco, ex Alciat. Quid autem interdicto utrubi caueatur, Vlp. exponit. l. unica, tit. eod. nomine. qui extat, lib. 44. Pandectarum. Spieg.

ALIBI, & alio in loco, & pro in re alia significat.

ALICVBI fuerit deprehensus. l. 2. ff. de furt.

ALICVLAE recensentur ab Vlpiano inter pueriles uestes, in l. 23. §. 2. ff. de aur. arg. quo uerbo quid significetur, hominé qui exponat inueni adhuc neminem: sed & Alicubi uulgatis in libris legitur. Legendum putarem Alliculæ, ut manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decorę, grandioribus autem minus honestæ apud Romanos erant. ut patet ex Gell. lib. 7. cap. 12. nam, ut ait Hesychius, ἀλλὶξ χιτὼν χειρίδωτος: Allix, inquit, tunica chirodota: id est, manicata. Hoc enim uerbo Scipio Africanus apud Gellium utitur. Hot.

ALICVNDE, & ad locum, & ad rem, & ad hominem refertur.

ALIENARE est alienum facere, ex nomine Alienus deductum. Quod enim alienum non fit, alienari non dicitur: ut negatiuè ab Etymologia uocabuli arguamus. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. Estq; uerbum mediæ nouæq; iurisprudentiæ, quo iuris dominijq; à nobis translationem significamus. Sic Seneca lib. 5. de benef. cap. 10. definit Alienationem rei suæ iurisque sui, in alium translationem. Rebuff. Prat. Briss. Sp.

ALIENARE itaq; est dominium in alium transferre. quod per traditionem potissimum fit. l. traditionibus. C. de pact. unde qui rem uendit antequam tradat, nullum ius dominij transfert, nec alienasse uidetur. Etenim alienatum non uidetur quod adhuc in bonis uenditoris manet. l. 67. ff. de uerb. signific. Itaque emphyteuta, aut uasallus uendens rem emphyteuticam, aut feudalem, sine cõsensu domini, nõ tamen eam tradens, ea non priuatur, quia nõ dicitur alienata, licet uẽdita dicatur: nec debetur ex illa uenditione laudemium. l. fin. C. de iur. emphyt. estq; hęc propria huius uerbi significatio. Briss. Prat. Reb. Sp.

ALIENATIONIS uerbum generale est p tex. in §. alienationis. in Auth. de non alie. reb. Eccl. coll. 2. in l. statuliberi cęteris. in uerbo emptionis. ff. de statu liberis. Et latissimam esse eius significationem testis est Anchoranus cons. 102. contra. col. 1. Itaq; alienationis uerbum in hac generali significatione acceptum uariè interpretamur: Ac primum, uerbũ Alienationis etiam usucapioné continet. Paulus in l. alienationis. ff. de uerb. sig. Alienationis, inquit, uerbum etiã usucapionẽ continet, uix est enim ut non uideatur alienare qui patitur usucapi. Vnde statutum uel lex prohibens alienationem, habebit locum in usucapione. d. l. alienationis. Bal. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacros. Eccl. l. fin. in quib. caus. restit. in integ. non est necess. Chassan. in cons. Burg. in rubr. des Feudz. §. octauo. gl. in alienation. & Iacob. de S. Geor. in tract. de feud. in uerbo, cum pacto de non alienando. II. Eum alienare dicimus qui non utendo amisit seruitutem, cæterũ qui occasione acquirendi non utitur, non intelligitur alienare, ueluti qui hæreditatem omittit, uel optionem intra certum tempus datam non amplectitur. d. l. alienationis. de uerb. sign. III. Prohibitus alienare rem, transigere non poterit super ea, quia transactio alienationis appellatione uenit. l. 1. §. & si transigi. ff. si quid in fraud. patr. & ita expressè Bald. in l. 1. C. si aduersus transact. quod tamen uerum est secundum Bart. si res tradatur, secus si per transactionem retineatur. Bart. in l. si pro fundo. C. de transact. cap. nulli. de reb. Ecclesiæ non alien. Alex. consil. 95. uiso. col. 2. in 6. uol. IIII. Qui rem alienare prohibetur, eam alteri promittere non potest. l. fin. Cod. de Eunuch. quia soluere & promittere quo ad hoc æquiparantur. in l. fin. Cod. ad l. Falcid. Et prohibita alienatione prohibetur omne illud per quod peruenitur ad eam. l. oratio. ff. de spons. sed per promissionem ad alienationé peruenitur ideo prohibita censetur, nam promissa seruanda sunt. l. unica. C. de suffrag. Hodie tamen promissio non continet alienationem. V. Prohibitus alienare rem, eam obligare non potest. l. in quorum. ff. de pignor. & ibi Bar. l. qui habebat. in prin. ff. de leg. 3. nec specialiter. cap. nulli. de reb. Ecclesiæ non alien. nec etiam generaliter. Barbat. cons. 36. col. 10. in 2. uol. De quo tamẽ uid. Neguz. in tract. suo de pign. in 3. membro. 2. par. prin. nu. 73. cum seq. VI. Verbo Alienationis etiam uenditio continetur. l. fi. C. de reb. al. nõ alie. Scribit de hoc plenè Fabian. de monte. in tract. suo empt. & uend. q. 4. uers. 22. siue alienatio prohibita fuerit à lege siue à testatore. d. l. fin. & Soc. cons. 75. circa. in pr. uol. VII. Alienatione prohibita prohibetur & locatio ad longum tempus seu in perpetuum. d. c. nulli. de reb. Ecclesiæ non alien. dum legitur, ibi Conductionem. (licet quidam legant, Conditionem, id est, conditionalem contractum, & alij seruitutem exponunt, uidelicet quod prohibeatur conditionalis contractus rei Ecclesiæ, & seruitus etiam in re imponi) gl. in l. in codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. Innoc. c. ad hoc. ext. de decim. Bal. in rub. cod. de iur. emphyt. Et dicitur, ad longũ tempus per decẽ annos, gl. in cle. 1. de reb. Ecclesiæ non alien. Iason. cons. 29. quamquã in pr. uolumi. post Bald. in cap. uno. col. 4. qui feud. dar. poss. Et uide Barbat. optimè distinguentem in addit. ad Bald. & Lapum alleg. 31. dicite ut supra. uersic. quarto. Et quod de locatione perpetua dicitur idem etiam de emphyteusi dicendum. nam prohibitus alienare prohibetur dare in emphyteusim. d. l. fi. C. de iur. emphyteutico. Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua. q. 125. & 165. VIII. Cessio est utilis dominij translatio. Bald. in capit. 1. per quos fiat inuestitura. Bertachin. in tractat. de gabellis, in 3. parte. 8. partis. quæst. 9. Nec agere potest qui prohibetur alienare. Absurdum enim putat Iureconsultus ei cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere. in l. ait Prætor. §. 1. ff. de iure deliberandi. ubi uid. glo. & Dd. limitantes, quia agendo posset per sententiã rem amittere. l. Iulianus. ff. de cond. indeb. IX. Alienationis nomine uenit diuisio. l. si pupillorum. ff. de reb. eor. Lod. Rom. consilio 182. in casu. Barbat. in repet. rubr. de rebus Ecclesiast. non alien. col. 48. Quia diuisio emptionis uicem obtinet. l. 1. C. com. utr. iud. ex eaq; dominium transfertur. Bald. ibid. & an debeatur laudemium ex diuisione scribit. Ioann. Raynald. in comprehenso feudali. §. prætera. numer. 6.

de proh.feud.al.per Fed.& Iaſ.in l.fin. Codic.de iur. emphyt. X. Repudiatio alienatio eſt.l.pupillorum. & ibi Bald.Cod.de repud.hæreditate. Ideo non poteſt reſignare officium in fraudē fiſci is,qui deliquit, quia alienare uidetur. Barbat.conſ.11. uerſ.capio primum.in prim.uolu. XI. Habens rem pro derelicto dicitur alienare.Bart.in l.1.ff.ſi ex nox.cauſ.agat. qđ intellige,quando cum fraude fit,aliâs contra. Alex. ibid. Et præſumitur fraus ex connexitate & proximitate actus habendi pro derelicto, & occupādi per alium.arg.l.ſi uentri.ff.de priuig.credit ca.officij. de elect.Et ſi coniunctus uel amicus occupat.arg.l. data.C.de donat. XII. Permutatio dici poteſt alienatio.d.c.nulli.de reb.Eccl.non alie.& in Inſtit.quibus alie.lic.uel non.in prin.Bal.in auth.res quæ.C.com. de leg. col.ult. cum regulariter nomine alienationis uenit omnis contractus per quem dominium transfertur,aut transferri poteſt.l.fin. & ibi Bartol. & alij. Cod.de reb.al.non alien.niſi ceſſaret ratio, uel appareret de contraria mente.l.fin.de præd.curial.lib.10. Cod.gloſſ.& Dd.§.1.de prohib. feud. alien. per Fed. Bald. conſil.176.iſtud ſtatutum. in 4. uolu. Anchor. conſil.105.in themate.l.alienatum. ff. de uerb.ſignif. Alex.conſil.63.in cauſa.in 7.uol.quod facit ad intellectū rubr. Quæ in fraud. credit. fact. XIII. Nomine alienationis comprehenditur ultima uoluntas, adeoque ut dixi, omnis actus per quem dominium transfertur.l.1.Cod.de fun.dot.l.ſi quis.§.certum.Cod.de ſecund.nupt. XIIII. Qui non poteſt alienare non poteſt alienationi conſentire.l.final. ff. de iur.dot. Bald.in l.2.Cod.ſi aduerſ.donat. Barbat. conſilio 41.Deum inuocent.uol.3.col.7. quando nimirum per illum conſenſum compleretur & perficeretur alienatio.l.ſicut.§.alienationis.ff.quib.mo.pig. Iaſ.in l.ſi fundum per fideicommiſſum.ff.de leg.1.Ex his ergo apparet,quod

ALIENATIO generali ſignificatione omnem prorſus translationem rerum, ut manumiſsionē,uſusfructus dationem, hypothecam, pignoris nexū, ſeruitutis impoſitionem,emphyteuſis contractū.ex Inſt.conſtit.l.fi.C.de reb.alie.non alie. His addit idē Imper. Nou. 7. §. τὰς δὲ τῶν πράσεων, δωρεῶν καὶ ἀμειψεων, id eſt,uenditionem, donationem & permutationem.

ALIENARI etiam largè quandoq; dicitur quādo transfertur ſola poſſeſsio, ſed hoc quo ad titulū. de alie.mut.iud.cauſ.facta.l.non ſolum &ibid. Bart. Alex.conſ.98.uiſis.col.1.in 5.uolum.Proprie aut loquendo alienatio non dicitur niſi illa per quā transfertur dominium.l.1.C.de fund.dot. nō alie.ubi Bal. inducit ad ſtatuta odioſa pœnalia prohibētia alienationem,ut proprie intelligātur in ſuo proprio ſignificato,& ſic nō habebūt locum in pignore, ſeu hypotheca.ſcđm Barbat.in rubr.de reb. Eccleſiæ non ali. gl. & Dd.in l.1. C. de iure emph. niſi lex aliud exprimeret.d.l.fi.C.de reb.al.non alie.Rebuf.Prat.

ALIENATIO alia expreſſa, alia tacita. Expreſſa ut uenditio,donatio,emphyteuſis perpetua. Tacita,ut uſucapio.Rebuff. Item

ALIENATIO alia uoluntaria quæ conuentione partium fit, alia Neceſſaria quam ius infert. Paul. l.1.ff.de fund.dot.l.ſi pupillorum.ff.de rel.eor.Prat.

ALIENATIO duobus modis capitur. Propriè qn̄ transfertur dominium directū uel utile. l.1. C.de fun.dot.non al.l.pen.ff.de his qui uen.æt. impet. Impropriè qn̄ dominium non transfertur ſed aliquod ius rei.l.alienationis.ff.de uerb.ſig.l.ſed ſi maritus.ff. qui & à quib. Bal.in auth.hoc ius porrectū.C.de ſac. eccl quatuor modis dicit accipi:quem uide.Reb.

ALIENATIO ſæpe manet in pendenti,pôſt futuris committenda fortunæ caſibus. Nouell. de his qui nup. iter. §. quoniam uero alienationes. conſtit. 22.eodem interprete.

ALIENATVM non propriè dicitur, qđ adhuc in dominio uenditoris manet, uenditum tamen rectè dicitur.Vlpianus l.alienatum.de uerbo.ſignific. ff. Prateius.

ALIMODI pro alius modi Feſto lib.1.

ALIENATVS Feſto libro 1. dicitur qui alienus factus eſt.

ALIENA negotia dicuntur, quorū exitus commodum aut incommodum alijs affert Conna.lib.7. cap.10.num.4.

ALIENVM non eſt,ſcilicet, ab uſu forenſi, & utilitate humanæ ſocietatis. Opponitur ei clauſulę in legibus frequentiſsimæ, Hoc iure utimur.

ALIENVS poſthumus,qui non eſt teſtatori futurus ſuus hæres. Inſtitut. de leg. §. poſthumo quoque. Prateius.

ALIENI appellantur, qui amici, aut affines, aut propinqui nō ſunt.Extraneos uulgus appellat.Sp.

ALIENIS ædificijs connexa. Vide Iulianū l.habitator, de rei uind.

ALIENI facti promiſſor dicitur, qui temerè antequam rem compertam haberet & exploratā, promiſit. Spieg.

ALIENO facto nemo onerandus, l.in cauſæ. ff. de procur. Spieg.

ALIENIGENAM,cùm pro in alieno territorio nato,tum pro alterius iuriſdictioni ſubiecto recipiunt interpretes.l.1. C. de eman. lib. Val.Max. alienigena exempla,pro externis dixit. Sp.

ALIENO nomine litem uel inferentes, uel ſuſcipientes,ſunt tutor, curator,procurator,defenſor, excuſator,actor,quem & Syndicum dicimus.Sp.

ALIENO nomine poſsidere dicitur, qui ab alio cauſam habet.l.eſt ſpecies.& ibi gl. ff.pro ſuo. ex Alber. Spieg.

ALIENVM æs non loci eſt,ſed uniuerſarum facultatum,ut ait Vlpian.l.ſi fideicommiſſum. §. tractatum eſt.ff.ubi quis ager. Spieg.

ALIENVM eſt, quod commune eſt. Inſtitut. ui bon.rapt.in princ.

ALIENVS poſthumus, qui non eſt teſtatori futurus ſuus hæres.Inſtit.de leg.§.poſthumo. Quære, Poſthumi. Spieg.

ALIENVS à ui.l.metum autem. §.ſed licet uim. ff.quod met.cauſ.Spieg.

ALII,indefinitè,ſignificat aliquos eiuſdem generis,de quo agitur,non autem omnes.

ALII non abſimiles adhibendi. in fi. l.Labeo ait. ff. de recept.

ALIIS pulſantibus reſpondere in l. 2. §. legatis. ff.ubi quis ager.

ALII ulli, Caius in l.argentarius.ff.de ed. Neque alios ullos, ait, abſimiles rationes edere cogit.Sp.

ALIMENTORVM appellatione cibaria,& ueſtiarium,& habitatio continentur: quia ſine his ali corpus non poteſt: cætera quæ ad diſciplinam pertinent,niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur,nō continentur.l. 6.& 7.l.17.& l.ult.ff.de alimen.legat.l.8.§. qui tranſigit.ff.de tranſactio. Anguſtior uero eſt diariorum uel cibariorum appellatio: his enim legatis neq; habitatio,neq; ueſtiarium,neq; calcearium debetur, quoniam de cibo tantùm teſtator ſenſerit. l. 21.ff.de alim.leg. Nec.n.diaria aliud quā diurna cibaria ſonāt. Alimentarij eadē qua legatarij & donatarij ratio-

ratione dicuntur, quibus alimenta relicta sunt. l. 8. §. eam transactionem. ff. de transact. l. pen. §. 1. ad l. Falc. ut Alimentariæ puellæ apud Capitolinum in Anto. Pio, quibus alimenta de publico præstabātur. Briss.

ALIMENTA si fuerint legata, dici potest etiam aquā legato inesse, si in ea regione fuerint legata, ubi uenundari aqua solet, ut Vlpianus de alimentis & cibar. legat. ait. Maffeus.

ALIMENTIS, ut ait Iabolenus eo. tit. legatis, cibaria & uestitus, & habitatio debebitur, quia sine his ali corpus nō potest: cætera quæ ad disciplinam pertinent, legato non continentur. Maffeus.

ALIORSVM aduerbio usus est Cato apud Festum: significat autem uersus alium locum. Prat.

ALIO modo succurri posse l. cum à te. ff. de dolo. Spieg.

ALIOQVI, coniunctio, pro quòd si nō, uel præter hoc: conditionaliter efficit dispositionem, nō autem orationem. l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infect. cum sim. apud Alb. Vide Bart. in l. 1. de Cond. & demonstr. Sp.

ALIOQVIN, non rarò, pro in alijs, usurpatur. Spiegel.

ALIPTAE apud Ciceronem dicuntur, quorum officium ex unctore & medico conflatum & commixtum erat, uel potius qui medicorum unctores erāt qui Iatroliptę dicebātur ut Celsus uocat. De his Tornebus lib. 16. aduers. cap. 15.

ALIQVANTVM ad modum refertur: aliquot, siue aliquammulti, ad numerum: aliquantisper ad tempus, sed cum significatione breuitatis, quemadmodum & tantisper. Vide Vallam.

ALIQVALIS & aliqualiter non Latinè dicuntur, sed aliquantus & aliquantum. Vide Vall.

ALIQVID inopinatum emergere in l. oratione. ff. de Ferijs.

ALIQVID, uel quidpiam iuris habere. l. si legati. ff. de pignorat.

ALIQVIS, incertam personā significat, habet'q; uim pluralem, quamuis singulariter proferatur. non enim est aliquis, nisi de multis. l. si uero plures. §. ait pretor. ff. de his qui deiec. l. si seruitus. de Seruit. urb. præd. Spieg.

ALIQVOCVNQVE die. Vide Quis.

ALIQVORVM res dicuntur, etiamsi non sint communes, sed alia unius, alia alterius. l. littus. §. fin. de uerb. signific.

ALIVS exclusionis nota. l. si fundū. 81. §. si libertus. ff. de leg. 1. Alciatus respons. 506. Aliquando pro quidam accipitur, & hoc si geminetur, quale est in Iustiniani constit. l. alijs. in prin. C. de curator. furios. Quandoq; sumitur pro diuerso à superioribus. Est & casus ubi includere uidetur, nēpe in decreto Pontificum. Adde quod ali⁹, alia, aliud dictiones sunt similium repetitiuæ l. quidā relegatus. ff. de reb. dub. Corrasius ad l. si diuortio. ff. de uerb. oblig.

ALIVTA (Festus lib. 1.) Antiqui dicebant pro aliter ex Græco ἄλλως, uel ἄλλως transferentes. Hinc illud in legibus Numæ Pompilij. Si quis aliuta faxit, Ipsus Ioui sacer esto. Prat.

ALLAVDIVM. Fundum ad possessorem pleno iure pertinens cuius nomine nullum laudatiuū (uulgo laudemiam uocant) præstandum est. Alciat. lib. 1. Parerg. ca. 45. Equidem unico l scribendū putem ut uerbum compositum ex à priuatiua particula & laudium, siue laudatione. ut sit id prędium cuius nullus autor est, nisi Deus, idq; inter omnes cōuenit. Est enim laudare (uel Nonio teste) nominare, qđ & Budæus docuit ad Modestinum. l. Herennius. 63. de hered. insti. In usibus Feudorum au in o immutatū est (Nam & Galli o pro au sæpissimè pronunciant) & allodium pro Alaudium ll duplici, dixerunt qui Feudorum libros composuerunt. capit. 1. de Allodijs. in usibus feud. ubi Allodium illud appellat I. Beluisius ius proprium & à nemine nisi à solo Deo recognitum. Prat.

ALLECTI dicebantur, qui propter inopiam, ex 10 equestri ordine, in senatus sunt numerum assumpti. Bud. in annot. ad l. ult. de Senator. Vlpia. in tract. de Decurionibus scribit spurios posse in ordinem allegi, hoc est numero addi. Quid sit Allectio in l. ciues. ff. de Incolis. Accursius non intellexit. Spieg. Antiquus Glossematorum scriptor Allectos interpretatur esse logographos, his uerbis: Ex allectis, ἐκ τῶν λογογράφων, quod congruit cum l. 12. & 13. C. Th. de suscept. præp. & arca. & appellationis ratio hæc est, qđ suscipiendis tributis fiscalibus allegentur. Inde l. 11. 20 eod. allegationis officium Cuiacius Obser. lib. 11. capit. 27. in fin.

ALLEGARE, hoc est, citare librum, sat esse se receptum aiunt. §. fin. Institu. Per quos ager. poss.

ALLEGARE pro se. Vlpianus: His igitur, ait, psonis, quæ non uirtutis caussa cum bestijs pugnauerunt, pro se prætor permittit allegare, pro alio prohibet. Spieg.

ALLEGARE se ex seruitute in ingenuitatem, pro asserere, apud Vlpianum l. 28. §. 1. ff. de lib. caus. 30 Hotomannus.

ALLEGATIONES iuris cur in margine potius quàm in contextu scribendæ sint, extat elegans cap. in lib. 4. Parerg. Alciat.

ALLEGATIO pro productione iurium. Paul. Minor 25. annis omissam allegationem per in integ. restit. auxilium repetere potest. Sp.

ALLEGATIONEM sumi, pro allegatione iuris, Albericus exemplis demonstrat. Minor omissam allegationem, per integrum restitutionis auxi- 40 lium repetere potest: autor Paulus in l. minor. 4. ff. de minor. Sp.

ALLEGO, as, ex ad, & lego, as, pen. pro. est ad aliquem locum mitto. Vnde Iurisconss. consueuerunt allegare leges: id est, citare testes ad id de quo disputant, comprobandum Nebr.

ALLEGO, gis, penult. breui, pro eo quod est coopto, hoc est, in collegium adscisco: compositum ex ad, & lego, gis. Vlpian. de Decurio. l generaliter. Allegi, inquit, id est, per electionem in ordinem assu- 50 mi. Idem

ALLEGORIA est, quum aliud loquimur, aliud intelligi uolumus: quam non temerè apud Iureconsultos reperies. cū enim perpetua & remota sit translatio, apud eos in usu esse nequit, qui ex uerbis mentem sensuum conijciunt. l. Labeo. §. finali, de Sup. leg. Sp.

ALLIGARE pecuniam dicitur qui stipulatur & restipulatur. Hinc alligatus sponsu qui stipulatione obstrictus est, idque translatitiè. Nam alligare est a- 60 liquid ligare Vlpian. l. 1. §. 1. si machinam. ff. de mort. inferend. Prat.

ALLIGATI etiam dicuntur crimini obnoxij, criminis affines ut apud Terentium alligare se furti: & Cicero ad Q. Fratrem. Sed idem Nerius index edidit alligatos Cn. Lentulum Vacciam, & C. Cornelium. Alligatos etiam Isidorus explicat ita: testes sunt à quibus quæritur ueritas in iudicio, quos quisque ante iudicium sibi placitis alligat, ne cui

cui postea sit liberum, aut dissimulare, aut subtrahere se, & alligati appellantur. Tornebus aduersar. lib. 20. cap. 5. Schard.

ALLIGARE loro mulum ad pollicem, apud Vlpianum ad l. Aquil. in fine. l. si seruus seruum. Spieg.

ΑΛΛΗΛΟΚΛΗΡΟΝΟΜΙΑ Græcis est pactum mutuę successionis inter coniuges quod Gallis est *cur' aduertissement*. Schar. ex Balduino tit. de bon. possess.

ALLODIVM & feudum contraria uerba sunt, à Gothis deriuata, quibus Ortensius in libris de feudis frequenter utitur. Allodium enim uulgo appellant, quod ab omni clientela liberum ac solutum est, uel cuius caussa possessor nemini fidem atq; obsequium debet. & (ut nostri loquuntur) quod ita alicuius proprium est, ut à nemine alio nisi à Deo recognoscatur. Hot.

ALLVERE est iuxta fluere, ita ut aspergantur fluctu aquæ ea quæ alluuntur Cic. de legib. Fluuius diuisus latera insulæ alluit, & in Oratore: Ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluātur. Insula uerò quæ undique alluitur flumine, circumlui dicitur. Vnde alluuionum & circumluuionum iura apud eundem Ciceronem, &c. Connanus lib. 3. cap. 5. num. 1. & uide infra Eluere &c.

ALLVSIO solam uerbi uocem nō etiam rei ueritatem respicit Alciat. l. tabernæ. ff. de uerb. signific. Igitur probabilem potius, quam necessariam probationem parturire potest: ueluti possessio, à sedibus, quasi positio. l. 1. ff. de adqui. poss. bona ex eo, quòd beant, hoc est, prosunt. l. bonorum adpellatio. ff. de uerb. signific. stipendium à stipe. l. ager. ff. eod. tit. Dimissoriæ literæ à dimittendo. Ibidem. Tugurium, à tegendo, quasi tegularium. l. tugurij. ff. de uerb. sign. pignus à pugno. l. plebs. ibidem. Testamētum, quasi testatio mentis. Instit. de testa. in princip. quædam item nomina habent uariam allusionem, ut de furto in l. 1. ff. de fur. Prat. Confundunt interpretes nostri & pro eodem fere omnes ponunt Etymologiam & allusionem: cum tamē inter se longè lateq; distent. Nam Etymologiā Latinè Cicero ueriloquium interpretatur quam in quæst. Academ. popularius exponens: Verborum etiam (inquit) explicator probatur, id est, qua de causa quæque essent ita nominata, quam Etymologiam dicunt, à quo Bal. in capit. 1. §. si quis de manso. col. fin. de controu. inuest. in feud. non dissentiens, Etymologiam tradit esse uocis resolutionem, in proprium significatum rei, quæ demonstratur. Allusio uero ad substantiam rei nullo modo respicit, sed ad uocis tantum similitudinē refertur. Quanquam si pressius Latinæ linguæ proprietatem inspectare uelimus, neutrum significet allusio. Nam propriè & significāter alludere dicimus, cum unum proloquimur, aliò latenter sententiam referentes, ut cum Æneæ ludos narrans, Virgil. lusit ad Augusti uictoriam, qua contra Antonium potitus erat, inquiens

Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.

Quando autem ab allusione argumentum ducere liceat, inextricabiliter ab interpretibus nostris in l. 1. ff. de acquir. possess. & al. sæpe disputatum est tandemque conclusum argumentationem bonam esse, cum & ea frequenter utantur Iurisconsult. ut cum dixerunt, Mutuum appellari, quasi de meo tuum. l. secunda. §. appellata. ff. de re. cred. Ioann. Coras Miscellaneorum lib. 3. cap. 22.

ALLVVIO est incrementum latens, cùm quid paulatim, & ut Constantinus libro secundo. Epito. titulo primo loquitur *κατὰ βραχὺ καὶ ἀνεπαισθήτως* à flumine fundo alieno adijcitur, ut intellegi non possit quantum quoque momento temporis adijcitur. §. præterea. Institut. de rerum diuis. l. septima. §. primo. ff. de adquir. rerum domin. l. 3. §. si aqua. ff. de aqua cotid. l. 24. §. si quid post. de leg. 1. Itaque ab inundatione, qua uno impetu ager occupatur, Alluuio diuersam causam habet. leg. uigesimatertia, quibus modis ususfruct. amitt. Eam ita describit poeticè Lucanus

Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado.

Porrò Alluuionem & Circumluuionem Cicer. 1. de Orat. separat. De quo uerbo nihil me aliud quicquā legere memini, prærerquam apud Festum Pompeium libro 3. qui circumluuionem ius esse prædiorum scribit. Briss.

ALLVVIO, inquit Iustinianus, est incremētum latens: id est, ita lentè progrediens, ut non appareat. §. præterea. de rerum diuis. nam, ut ait Caius, per alluuionem id uidetur adijci, quod ita paulatim adijcitur, ut intelligere non possimus quantum quoquo momento temporis adijciatur. l. septima. §. primo. ff. de acqui. rerum domin. Sed uideamus ne Iustiniani definitio, si ad exactum iudicium reuocetur, absurda uideri posit. non enim alluere augere est, sed attingere & aspergere. Cicero pro Sex. Roscio, Ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluantur. Item Verrina VII. Non alluuntur à mari mœnia extrema, sed influit in urbis sinum portus. Alluuio ergo est adiunctio & appulsus fluminis, ripam contingentis. Alphenus in l. Martius. de acquir. rerum domin. Alluuionem etiam uocat, recessum subsidentis fluminis, quemadmodum & Pomponius. l. ergo. §. Alluuio. de acq. rer. domi. quamuis in casu paulo diuerso. Schard. ex Bald. ad titul. de rerum diuis. Hinc Alluuius ager, quem paulatim fluuius in agrum reddit: id est, qui ex alluuione factus est: ut est in libro Variorum auct. de limitibus. Sed cum isto appulsu & attritu affluentis aquæ detractio illa conglutinatioque contingeret, ac proinde per alluuionem acquisitio fieret, acquirendi modum, quod incrementum latens uerè definitur, Iurisconsulti alluuionem uocarunt: eique definitionem illam accommodarunt, rerum uim non uerborum proprietatem spectantes. Hotom.

ALLVVIONE fit incerta possessio. Nam quod adiectum est, quandoque ad priorem dominum redit, ut scribit I Frontinus libro de Limitib. agrorum ex Impp. constitutione.

ALLVVIONES sunt uel fluminum, uel maris, uel pluuiæ, aut dimersiones, aut translationes locorum. Eluuiones fossæ, pluuia factæ. Vide, Per alluuionem. Spieg.

ALMA urbs, pro clarissima l. 1. de C. negot. ne milit. libro 12. ut apud Vergil. Ser. teste. almus dies, Ecl. 8. Spiegel.

ALMA Festo libro primo Sancta, siue pulchra, uel alens, ab alendo scilicet pro pulchra aut clara & inclita accipi putem in l. unica, negot. ne milit. libro duodecimo. Cod. ut apud Vergil. Ser. teste. Almus dies. Ecl. 8. Sp.

ALOGISTES. Vide Elogij munus. Spieg.

ALTER, ad utrumque sexum refertur. l. 3. §. alterius. de neg. gest. in princ Propriè tamen de duobus intelligitur. l. qui duos. ff. de reb. dub. & similibus locis. tametsi de tribus quoque, ut Alberic. indicat, accipiatur. Spieg.

ALTER, propriè de duobus dicitur. Vnde adnotarunt

tarunt latius sumi, in l. 2. ff. de reli. & sumpt. fun. l. si reus. de duob. reis. Spieg.

ALTERA pars, pro contraria. 2. q. 3. §. aptandum. Vide Alberi cum.

ALTERNANS testis, qui subide uariat, & nunc unum, nunc aliud dicit, qui & uacillans, hoc est, parum sibi consentiens dicitur. Ex Bud. Sp.

ALTERNI dies, in l. 1. Quan. dies usufruct. leg. ced. & l. 5. de Seruitut.

ALTERNIS diebus, apud Vlpianum in l. 1. de aqua coti. & alijs in locis. Est autem elegantius quã Alternatis. Sic monet Insulá. Alternis uicibus quam Alternatis uicibus, citius dicẽdum. Alternis absolutè, ac seorsum positum, est poeticum. Spieg.

ALTERNVM amicitię fœdus, est mutuũ fœdus. itaq; inter cætera significata alternũ accipi obseruauit doctiss. Torneb. li. aduers. 3. cap. 13. sic poeta dixit,

Vix hostem alterni si congrediamur habemus

id est secundus quisq;.

ALTERNIS annis duobus simul legetur, an singulis alternis annis, multum refert, indicante Papiniano ad fin. l. 2. ff. quib. mod. usufru. amit. Spieg.

ALTERNIS annis uti, frui. Vide Iulianũ. l. quoties. ff. de usufruct. Spieg.

ALTERNIS diebus usufructus legatus. l. unica ff. quan. dies usufruct. leg. Spieg.

ALTERIVS prouinciæ homo, aut potẽtior oppositus aduersarius. Adi. l. 1. ff. de alienat. iudic. mut. caus. Spieg.

ALTERNATIO propriè est per uices succesio: ut Festus scribit. Iurisconsulti autem pro Disiunctione usurpãt: cũ dicitur Illud aut illud. l. 7. §. quod aũt, ff. de iniur. l. 2. §. 2. ff. quod cert. loc. ubi Vlpianus loquitur de rerũ alternatione, locorũ alternationi mixta. Vusurpatur etiam impropriè pro cõplexione, & ambarum rerũ cõiunctione. Vlpian. l. 9. ff. de ser. corrupt. Qui cum extraneo agit, siue recepit, siue corruperit, agere potest: qui cum socio, sine alternatione. Hoc est, Extraneus utroq; casu tenetur: socius, hoc uno duntaxat, si corrupit. Hot.

ALTERCATIO iurgatio Fest. lib. 1. quæ nõ solũm inter ueteres prudentes erat cũ de re aliqua controuerterent, ut est in l. cũm quidam. C. de neces. serui. sed etiam, inter causidicos, & aduocatos de quibus Quintilianus lib. 6. cap. 5. Prat.

ALTERCATIO igitur uerbũ iuris est, & significat M. Fabio disputationes quæ in foro fiunt à causidicis. Prat.

ALTERVM tantum, id est, tantundem amplius. Iulianus l. 13. ff. de lib. & posthum. Ita enim secundum uoluntatem testantis filius altero tanto amplius habebit, quàm uxor: item uxor altero tanto amplius, quàm filia. Paulus l. 9. §. 5. ff. de public. Quod illicitè publicè priuatimq; exactum est, cũ altero tanto passis iniuriam exoluitur. sic in l. 18. in fi. ff. de alim. & cib & l. 9. ff. de usur. & l. 27. de adulter. Plautus etiam Tribus tantis dixit, in Trinumo:

Frumenti quando albi messis maxima est
Trib. tantis illi minus reddit, quam obseueris.

Cic. in Orat. Pes qui adhibetur ad numeros partitur in tria: ut necesse sit partem pedis aut æqualem esse parti, aut altero sesquimaiorem esse. Erunt itaq; uerba Vlpiani in l. pecuniæ intelligenda, ut scilicet simp'um alterum sortis sit, alterum accessionis, ut Hotomannus interpretatur lib. 1. cap. 11. de usuris.

ALTIVS tollere. Totam materiam altius tollendi, seu extollendi, non bene declarant interpretes. Quare tenendæ sunt regulæ, quas ea de re diligentissimus Oldendorp. noster tradidit Action. iiij. Class. iij. Cæterùm de iure altius tollendi sciendum id duplici ratione posse competere iure naturali, & iure seruitutis: Iure naturali licet unicuique ædificare, tollereque etiam in infinitum l. altius. C. de seruit. & aq. l. cuius. ff. de ser. urban. præd. modo tamen forma & status antiquorum ædificiorum custodiatur l. Qui luminibus ff. de seru. urban. præd. & legitimum spatium à uicina insula intermittatur l. fin. ff. finium reg. l. Impp. ff. de seru. urban. Isto modo actio de iure altius tollendi nõ erit Confessoria sed Negatoria. Sed interdum licet altius tollere iure seruitutis, id tunc euenit cum certa forma ædificiorum præstituta, supra quam altius tollere non licet. Si iam uicinus mihi concesserit ius altius tollendi, seruitus erit. nam uicinus cogitur pati. Et isto casu actio erit confessoria, per quam mihi seruitutem deberi intendo, & altius tollere potero, supra ueterem formam, & non habita ratione definiti à lege spatij non quidem iure libertatis sed impositæ seruitutis l. 1. ff. de seru. urban. præd. l. Qui luminibus. ff. eodem. de hoc latius Corrasius lib. 3. Miscell. capit. 24. & l. 1. ff. de ser. Connanus lib. 4. cap. 10. num. 10. Cæterum altius non tollere, & prospectui non officere differunt l. ædificia. ff. de seruit. urban. l. altius. C. de seruit. Corrasius ad Rubr. de seruit. num. 27. in uerb. ne luminibus officiatur.

ALVEVS, fluminis est uallis, siue fossa, seu conceptaculum, & locus per quem fluuius labitur dum intra ripas notas currit. Nam cum euagatur, alueum transcendit. ff. de acquir. rer. domin. l. adeò. Quòd si in toto, ait, alueo naturali flumen alias fluere cœpit, prior quidem alueus eorum est qui prope ripam prædia possident. Alias alueus est apum receptaculum, ut in eo. tit. l. naturalem. Antea quàm apes, inquit, in alueo à nobis concludantur. Nebrisson. Est & alueus tabula in qua tesseris, siue taxillis luditur, ut apud Plinium. M. Messalla inquit, prid. Kalend. Octobris diem natalis sui egit, transtulit alueum cum tesseris lusorium. quò sensu Alueolum pro tabula lusoria dixit Festus libr. 1. Prateius. Vsurpatur etiam pro nauigio rudi & quocunque modo confecto ut apud Liuium libro primo, ut docet Gyraldus de nauigijs: quorum sententia confirmatur autoritate Propertij dicentis,

Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina?
Portabat sanctos alueus iste uiros.

Alueoli autem Iuuenali sunt lances & paropsides cum inquit,

Cum & alueolos, & lanam pignorat Atreus.

de quo Torneb. lib. aduers. 24. cap. 4.

ALVMNVS, & alumna, dicuntur, qui, quæuè ab aliquo alitur l. codicillis. §. qui Semproniam. ff. de usu & usufruct. leg. §. eadem leg. Institut. quib. ex caus. man. non licet. & l. 1. C. quæ res pig. oblig. ubi Accursio non constat satis, quo sensu accipi illic debeat, an de eo, qui alitus est, aut de eo qui alit (quo etiam significatu accipi putat Nonius à L. Valla. repræhensus) aut de filio concubinæ. Equidem putem alumnos eo sensu sumi in d. l. 1. quo in d. §. qui Semproniam. Neminem tamen adhuc legi qui significatum proprium alumni in specie d. l. 1. & d. §. qui Semproniam. aperiat. Nam cum alumni specialiter pignori dari possint arg. à contrario sensu in iure fortissimo d. l. 1. C. quæ res pig. oblig. ius igitur in eos habebatur. Seruorũ igitur genus quoddam erat: sed adfirmare non ausim. Sanè per translationem eos accipimus, quos uictu, disciplina, aut

moribus alimus. Exempla lectoribus sępius fiũt obuia, quàm quod referri debeant. Prat. Qui tamē alũni appellatione accipiendi sint satis uidetur declarare Martianus in l. Alumnos ff. de manum. uind. Alumnos (inquiens) magis mulieribus conueniens est manumittere, sed & iure receptum est, satisq; est per mitti eum manumitti, in quo manumittendo propēsiorem animum fecerunt. Ex quo loco uerba hæc ap positè declarantur: usq; adeò autem antiquitas alumnis tribuit, ut alumnos pro filijs usurparet ut Nonius Marcellus declarat, & lib. 6. Æneidos quod & indicat l. si quis alũnũ C. de incest. nupt. ibi loco filię.

ALYTARCHES, ut in Etymologico exponitur, dicebatur ὁ νῦν ἐν τῷ ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι εὐκοσμίας ἄρχων. ἐκάλει γὰρ τοὺς ῥαβδοφόρους ὁ πανηγυριάρχης παρὰ τοῖς ἄλλοις καλουμένους ἀλύτας καλοῦσι καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα ἀλυτάρχην. Quod ego ex Luciano comprobare possum. qui in dialogo περὶ ὀρχήσεως ita scribit: ἀπαιτῶν δὲ ἔδει, ἐχόντων ὁ ἀλυτάρχης, οἶμαι, ὁ τῶν ἑλλανοδικῶν αὐτῶν ἀεὶ περιέπων, ἐκεκώλυσε τοὺς κύκλῳ ἱστάντας. Alytarcharum autem fit mentio in l. ult. de expens. ludor. in C. Th. l. 12. de iure fisci. eod. l. 2. de cupr. lib. 10. C. Vnde Alytarchia ad editionem ludorum pertinens munus in Syria prima ponitur in l. 1. C. de off. com. orient. belle & feliciter, Iac. Cuiac. emēdauit, libro obseruationum 2. cap. 13. ubi ex Phauorino ostēdit Alytarchā sacerdotē in Syria fuisse, sic dictum quod ludis qui fiunt in honorē deorũ τοῖς ἀλύταις, id est, mastigophoris præsit. Fuit autem olim Alytarchę permissum ex luco Daphnensi, qui est in suburbijs Antiochenæ urbis cupressis densissimus, unam cupressum excindere, plures plantare l. & more C. Th. de iure fisci quod nominatim abrogatur in l. 2. C. de cupresfis. Cuiacius dicto loco.

A M

AM, Festo lib. 1. loquelaris ꝓpositio significat circum. Hinc ambactus, ut ait lingua Gallica dicitur actus, & ambactus seruus mercenarius ut circũactus dicitur. Hanc uocem usurpauit Cæsar comm. 6. ita plurimos circũ se ambactos clientesq; habet. Ambacti autem erāt apud Gallos qui se nobilibus in seruitutē dicarent, quod circũ illos acti essent. In lexico Græco Ambactus sic interpretatur δοῦλος μισθωτὸς ὢν ἐλεύθερος Tornebus libr. aduersar. 14. cap. 12. & Connan. lib. 2. cap. 9. num. 6.

AMANDARE Ciceroni est id quod generaliter dicitur Reparare aut summouere.

AMATA, dicitur omnis uirgo, quæ à Pōtifice Maximo capitur ut Vestalis fiat, quoniā q̃ primũ capta est, hoc nomine fuisse refert A. Gellius li. 1. c. 12. Prat.

AMATORIVM poculum in l. 38. §. qui abortionis. ff. de pœn. l. 3. §. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. Et apud Paul. lib. 5. senten. tit. 23. Tranquillus amatorium medicamentum appellat in Calig. cap. 1. Amatoriũ nullo alio adiuncto uocāt Quintilia. lib. 7. institutio. ca. 3. & cap. 8. & declamatione cccLxxxv. & Plin. li. 25. ca. ult. & lib. 27. cap. 8. Plutar. in salubr. precept. φίλτρα καὶ γοητείας uocat ut & Constantinus lib. ult. Epit. ubi ita explicat: φίλτρα δὲ εἰσι τὰ φιλίας καὶ ἔχθρας ποιητικά, δι' ὧν, ὡς φαντάζουσί τινες, δύνανταί τις ἄλλων τινὰ πρὸς τὸ ἀγαπᾶν αὐτόν. Horatius in Epodis modò amoris poculum, modò desiderij uocat. Cui contraria odij potio fingitur à Quintil. declamat. 14.

AMATOR qui meretricibus sese deuouit, uenereósque amplexus amat, qui adulterijs, stuprisque gaudet. sic accipitur in l. 1. §. is quoq;. ff. de ser. corru. Hinc Cicero lib. 3. Tuscul. Aliud est, inquit, amatorē esse, aliud amotorem.

AMBAGE: hunc ablatiuum Plinius, absque tamen ueterum exemplo, pro multiplici errore & ambiguitate usurpat. Nam apud ueteres has duas uoces tantum legi, Ambages & ambagibus, sunt qui an notauerunt. Extat uocula apud Iustin. in l. fin. §. Tales itaque. C. de furt. tum alijs locis ab Alberic. indicatis. Spiegel.

AMBASIATORES, pro Legatis uulgò dicuntur, & barbarè Bald. existimat hos suam priuatam utilitatem procurare posse in legatione: quem uide in l. si cui. uersic. planè. l. non uer. ff. quib. ex caus. maior. 25. ann. Spieg.

AMBIGERE, inter alia & controuertere est. Terentius Heaut. Vicini nostri hic ambigunt de finib. Cicero in Verrin. 4. Illius hæreditatis de qua ambigebatur. Spieg. Porro uerbum ambigo à circumagendo dictum uidetur. Id enim syllaba Am, apud ueteres significabat. Vt apud Catonem (ut ferunt) Am terminum. Vnde amplector, & ambio. Id enim uerius puto, quàm ut ab eo deductum credas, quod am bas in partes agatur. Vnde & rectè ac distinctè loquentibus, is dubitat, qui nescit & animo hęret incertus, quid dicat, sentiat, aut faciat. Ambigit autem, qui dubium uult uideri, & cōtrouersiam facit. Vnde Terent. in ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ. Simus & Crito uicini nostri hic ambigunt de finibus, me cœpere arbitrum. T. Liuius lib. xl. Neque nunc sperare regnum, nec ambigere unquam de eo forsitan debeo, quia minor sum, quia me maiori cedere uis. Denique, is dubitat, qui propè desperat: is ambigit, qui bona cum spe conten dit. Certum est, tamen hanc differentiam sæpe confundi. Curtius lib. 3. Coniecturalium, cap. 22.

AMBIGVITAS modis fit quinque. Primò per discretum & indiscretum. ut, Meretrices si ancillas habuerint, publicæ sunt. Meretrices habent ancillas. Quæstio est, quæ debeant publicari meretricēs, an ancillæ earũ, an utræq; ? Secundò per homonymiā. ut, Legauit testamento discũ suo amico, hæres offert uas uitreũ, ille petit argenteũ. Tertiò, per distinctionem. ut, Quidam duos amicos habebat, alterum nomine Milesium, alterũ Lesium: testamento ita cauit, Amicus meus hæres esto Milesi. Contendunt de hæreditate Lesius, & Milesius. Quartò per abundantiā. ut, Meretrix aurata ueste ne utatur: si usa fuerit, publicetur. Meretrix aurea ueste usa est. Quæstio est, quæ debeat publicari: ipsa, an uestis eius? Tolle, ne utatur, legemq; ita pone: Meretrix aurata ueste si usa fuerit, publicetur. incipiet publicatio ad meretrices pertinere. Quintò, per deficientiam. ut testamen to ita cauit, Ab hærede meo dari uolo amico meo decem uasa argentea quæ elegerit. quæstio est, quis debeat eligere? Ex Fortunatiano. Spieg.

AMBIGVITAS impersonalis uerbi in stipulatione propter præcedentem interrogationem declaratur: ut ꝓmittendi reus uideatur πρὸς ἴσον, id est ad rogatum respondisse. unde Alciato ualet hæc stipulatio, Promittis mihi centum? Promittuntur: tametsi frequentius traditum est, non ualere. Lege cap. 18. secundi Parerg. Alc. Spieg.

AMBIGVITAS nominis, est, quæ minus doctè æquiuocatio dicitur.

AMBIGVITATIBVS ridiculosis. l. ult. in fin. C. (de leg.

AMBIGVITATES, & ambages, habetur in l. si. C. de furt. l. ita pudor. ff. de adult. l. nemo Iudæorum. ff. de iud. l. in diem. ff. de nouat. Alber.

AMBIGVVM duas res significare, Quintilianus de amphibologia scribit: & ideo Paul. de Reb. dubijs ait: in ambiguo sermone non utrunq; dicimus, sed id duntaxāt quod uolumus. Vnde colligitur, qui ambi-

ambiguum loquitur, unum dicere, & id solum quod sentit: quamuis ambiguum plura significet. Vnde regula est: Quòd in ambiguis, eius qui scripsit, sententiā spectemus. At Fortunatianus inter ambiguum & obscurū illud interesse docet: quod in ambiguo plura se ostendunt, quorum quid potius accipiendū sit ignoratur: in obscuro autem aut nihil, aut parum, quid attendatur, apparet. Sed ubi parum est quod apparet, obscurum est ambiguo simile. ueluti si quis excipiatur aliquo triuio, ubi densitate nebulæ, nihil uiarum quod est, elucescat. Ergo à pergendo, prius obscuritate tenetur. At ubi aliquantulum rarescere nebulæ cœperint, uidetur aliquid, quod utrum uia sit, incertum est: & hoc est obscurum, ambiguo simile. Dilucescente autem cœlo quantum satis est, iam omnium uiarum deductio clara est: sed qua sit pergendum nō obscuritate, sed ambiguitate dubitatur. Quære, Obscurū. Spieg. Vide etiam Gellium lib. 11. ca. 12. Alciatum in l. Nepos Proculo. ff. de uerb. signific. Petrum Marthesium ad l. ueterib. §. ueteribus placet. ff. de pact.

AMBIGVVM, siue obscurum, quib. modis perspicuū fiat, ex Rhetor. Cic. docet Salom. in l. omnes populi. ff. de Iust. & iure. Spieg.

AMBIGVVM & dubiū differunt. Nā ille dicitur in dubio esse, qui nescit & animo hæret, incertus q̄d dicat, sentiat, aut faciat. gl. in l. de statu suo dubitātes. ff. de test. & in rubr. de iur. & fact. ignor. Ambiguum aūt est ubi opinionum est conflictus, & iura uidētur uaria. cap. 1. de iud. Sed hæc differentia sæpius confunditur. Et de triplici ambiguitate, scilicet, iuris, facti, & personæ, not. 33. distinct. cap. fin. secundū Ioh. Andr. in procem. Clem. super uerbo, Ambiguitatis. Adde, quid dicatur ambiguum, per Bart. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de uerb. obl. & in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & per Bart. post gl. in l. siquidē. C. de except. & adde l. an inutilis. ff. de accept. l. 1. ff. nil. nouand. app. pend. c. 1. de ind. lib. 6. Ioan. Andr. Arch. & Card. per cap. inter alia. de sent. excom. Nebriss. Old. Rebuff. Alber.

AMBIGVA intentione, uel oratione, si quis usus sit, id quòd utilius ei est, accipiendum est: Vlpianus ait. l. si quis intentione. ff. de iudic. Spieg.

AMBIGVA res quæ sit, notatur ext. c. petitio de procurat. Alb.

AMBIGVO in sermone nō utrinq; dicimus, sed id duntaxat quod uolumus l. 3. ff. de rebus dub. l. in ambiguis. de reg. iur. l. in ambigua. & l. non ambigitur. ff. de legib. Alb. Prat.

AMBIGVA oratio ita accipi debet quo res, de qua agitur magis ualeat, quàm pereat l. quoties. 2. ff. de reb. dub.

AMBIGVVM dicitur Festo lib. 1. quod in ambas agi partes potest.

AMBITIO est ipsa ambientis actio Festo li. 1. Est autem ambire, ut notam significationem præteruolitem, honores, & magistratum quærere: qui enim eos Romæ quærebant populum ambire, id est, circumire solebant candidati, ut Varro lib. 4. de ling. Lat. scribit. Porrò in l. ordo. C. de execut. rei iudic. accipitur pro fauore, & gratia.

AMBITIO in magistratu, est uitiosa emerēdi fauoris aut uanæ laudis cupiditas sine largitione pecuniaria. Odiū est insolēs nocēdi affectus. Sordes est auaritia & aucupatio pecuniarū pessima. Hæc tria politicā administrationē corrumpunt. Nouel. ut præsid. absque ulla datio. Const. 8. Olden.

AMBITIOSA decreta, Iurisconsultis per gratiam fauoremq; expressa, & elicita & concessa. Vlp. l. ambitiosa. 4. de decr. ab ord. facien. Prat.

AMBITIOSA diligētia, pro nimis anxia, & inusitata & in nullo remissa Vlp. l. si bene collocatę. ff. de usuris.

AMBITIOSAE amicitiæ, quæ plurimum ostentationis, nihil aut parū rei habent, cuiusmodi nunc sunt inter aulicos, qui ut quidam incorruptæ famæ uerissimè dixit, multis, sed fucatis, uerbis & magnificis promissis amici uideri incipiūt, cum reuera alter alteri inuideat: imò alter alterū, si detur occasio, plerunq; decipiat. Obseruauit & St. Rob. Sed profectò grauius est, atq; reip. exitialius, quod in l. 2. ff. de legib. Budæus annotauit, quum ait: Quotus enim quisque est qui modò in aula interiore alicuius sit nominis, aut etiam ex eorum gente, qui in aula præpotentes sunt, qui non se dignum censeat, quem propter leges & Constitutiones, quantumuis graui sanctione munitæ, uiolari debeant? Spieg.

AMBITVS. Ambitus in iure est crimē adfectati honoris. Quo modo accipitur ff. & C. Sæpius enim qui uera uirtutis uia ad honorē aspirare non pōt, ambitione contendit, quæ multos mortales falsos fieri coegit. Quā ob causam, & quia ambitiōe peccat, qui præter modū cupit honores, meritò latæ sunt leges ad ambitū puniendum: qualis est lex Iulia de ambitu à Iulio Cæsare lata, & lex Calphurnia, à C. Calphurnio Pisone suo cōsulatu lata. quib. præter alias pœnas pecuniaria etiā pœna adiecta est. Vnde qui in municipio contra hanc legē magistratū, aut sacerdotiū petebat, cum infamia in centū aureis per S. C. puniebatur. Et per legē Iuliam iudiciariā, aureos centū reus, uel accusator domū iudicis ingressus fisco inferre iubebatur, quia & in legē ambitus cōmittebat. Non immeritò pœnā in municipio duntaxat ambiētis retulit, quoniā post aduentū principū (ut Modestinus ait) hæc lex in uerbo cessauit, quia ad curam principis, non populi fauorē, tunc magistratuū creatio pertinuit. Antea autē à populo solenni more magistratus petebantur, & tribuū suffragijs mandabantur. Sed quòd Accursius scrupulum inijcit, quasi lex ambitus uetuerit honores & magistratus peti, falsum id esse dignosci potest. Cum legē ambitus eos tantùm tenuisse constet, qui per pecuniam, aut malis artibus inuadere magistratus, & ad populi Romani honores obrepere conati essent, ut docet Alexander ab Alexandro, apparetque ex lib. Q. Ciceronis ad M. fratrem, qui inscribitur de petitione consulatus. Prehensationes uerò, & blandam petitionum rationē minimè unquā lex illa sustulit. Hodie etiā hoc sensu accipi debet caput 1. ad leg. Iul. de ambitu. Cū ait contra hanc legē, &c. Nā in municipijs & ciuitatib. cæteris, excepta urbe Roma, sententia eius legis etiā nūc uiget, & utilis interpretatio esse potest, q̄d & doctè annotauit Antonius Vacca. Certè Theodosius imperator (ut annotat Riuallius) uiros nō ambitione, uel precio, sed ꝓbatæ uitę, & disciplinarū testimonio, ad honoris insignia debere promoueri dicebat. Diuus Ludouicus XLIII. rex ne minimū quidē sacerdotiū & prębendū ædiculæ dabat, nisi lectis. uiris, & ꝓbatę uitę, & doctrinę singularis. Quid (quęso) facturꝰ erat, si donaret episcopatꝰ? honorū dignitates illi nōerāt uenales. Quinimo magistratuū ambitū, & sordes coercuit, neq; ausus fuisset q̄s in toto iurisdictiōis tractu aut fundos emere, aut sacerdotia liberis accipere. Nūc uerò cū ueniāt magistratus, & officia, & hæc aut meretricū precibus, aut nūmo indoctissimo cuique, & uirtute carenti conferantur, tribuan-

buanturque (ut ait idem Riuallius) non considerāt Principes dictum alexandri Imperatoris, qui ideo se nolle dignitates, & magistratus uendere prædicabat, quia qui emunt, ut uendant necesse est, & ut pecunias in emptione honoris expositas recuperent, subditos torquere, & uexare hi ementes magistratus coguntur. Anchor.

AMBITVS honoris dici cæptus est inquit Fest. à circumeūdo, supplicandoq;. Est igitur ambire supplicare. Ambibant aūt Romani aut captātes populi suffragia, aut iudicum implorantes misericordiā: Indeq; tam hi qui fauorē & gratiā iudicū, quàm illi qui magistratum captabant, appellari solēt ambitiosi. Reuardus lib.5. Varr. cap.6.

AMBITVS, ab ambitione distat, quòd ambitus in actu est, ambitio uerò in animo. Ambitiōe peccat, qui præter modū cupit honores: & dicitur Ambitiosus. Ambitū uerò cōmittit, qui largitionib. magistratum consequitur. Modest. ad l. Iul. de Amb. Hæc, inquit, lex in urbe hodie cessat: quia ad curiam principis magistratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem, qui scilicet declaratur per suffragia. Nebr.

AMBITVS, iter quod circumeūdo teritur. nam Ambitus, circuitus. ab eo Duodecim tabularum interpretes ambitum parietis circuitum esse describunt. Hæc Varro. Festus autem sic: Ambitus propriè dicitur circuitus ædificiorum, patens in latitudinem pedes duos & semissem: in longitudinem idem quod ædificium. Cicero in Topicis, P. Scæuola id solum esse Ambitus ædium dixit, quoad parietis communis tegendi caussa tectum proijceretur: ex quo in eius ædes qui protexisset, aqua deflueret. Sic enim eum emendandum locum, docuimus lib. Obseruat. 1. cap. 26. Hot.

AMBOS fecisse dicimus, si duo coniunctim aliquid fecerint. ut, ambo sibi sepulchrum constituerunt: hoc est, unum sepulchrum commune. uide infrà, Vterque. Spieg.

AMBRICES regulæ siue (ut quidam legunt) tegulæ sunt quæ transuersæ, asseribus, & tegulis interponuntur. Cæterū doctiss. Tornebus lib. 14. aduers. cap. 12. Regulas legendū censet non tegulas, idq; Frācorū lingua cōprobat, quæ articulo addito tabellas quib. lacunaria texuntur, aut ædes obducūtur lābrices uocat, qđ cū sit lambricari pro ambricari dicit.

AMBVLACRA Festo sunt ambulationes. Prat.

AMBVLARE dicitur is, qui spatia facit, & in sua uestigia reflectit. It qui porro & ulteriùs pergit. Quo fit ut in definitione itineris hæc separentur l. 1. ff. de seruit. rust. prædio. Ambulo autē uerbū, ut ambigo, de quo supra: uidetur & ipsum ab eo, quod est Am dictū. Quod aūt additur, uerius est productionē esse. Tametsi, ut iunctū sit uerbum, ac sit in eo & Am, & aliud quoddam inusitatum uerbum, uel priscum: non modicè facit exulo, ex simili, ut apparet, uerbo conflatum. Id tamen aliqui, tanquam ab extra & solum, dictum uideri uolunt. Nam exulem esse, qui extra solum eiectus ac fugatus sit: argumentoque utuntur, quod eadē propè significatione dicatur & extorris. Id ualet, quasi extra terram missus. Vtcunq; id habet nec enim admodum refert, id animaduertēdum est, frequenter hoc uerbum à Iurisconsultis ad ipsas res ἰσχηματισμένως transferri. Curtius lib. III. coniecturalium, cap. xxviij. Transfertur enim ad ea, quæ in iure consistunt. Nam ambulat bonorum possessio apud Vlpianū l. 2. §. fi. ff. de bon. possess. secun. tab. id est comes est. & ambulare dicuntur actiones apud Paulum l. tutelas. ff. de capit. minu. & possessio ambulare dicitur apud Vlpianum l. sed si. 28. §. perinde. ff. de hęred. pet. id est transire in aliquos. Prat.

AMBVLARE quoq; dicitur stipulatio eidem, l. sed & si. §. si operas. ff. de usufr. & ambulat emptio, id est transit l. sed ubi. 15. ff. de mino.

AMBVLARE igitur à corporis progressu, ad animum porrigitur accipitúrque pro non in uno statu permanere, & mutari. Vnde dici solet ambulatoria uoluntas, quæ subinde in uarias progreditur sententias, & mutatur usque ed mortem l. 4. Digest. de adim. lega.

AMBVLATORIA actio, hoc est, uariabilis à persona in personam Iustiniano l. fi. in princip.

AMBVLATORIA potestas. Erit ergo potestas legis ambulatoria, hoc est, mutabilis ad permittendam alienationem. Paul. l. erit ergo. Digest. de fund. dotal. & ambulatoria conditio in l. seruus 34. ff. de statu. lib. Prat.

AMBVLATORIA res Iuriscōsultis dicitur ea, quæ non subsistit in uno aliquo, sed longius profertur. Vt annotauit Balduinus in comment. super tit. de condit.

AMBVSTVS Festo lib. 1. id est circum-ustus.

AMENTES insignitę proceritatis homines censeri, adeo uulgatum est, ut Erasmus in diuerbium abijsse referat Amēs qui longus. Philonides certe Melitensis prægrandi corpore insulsus & indoctus est habitus Corr. lib. 3. Miscel. c. 18.

AMETHVSTI in l. 21. ff. de auro, arg. Gemmæ sunt purpureæ, permixto uiolaceo colore, leniter quasdā flāmulas fundentes. Causa aūt nominis huius est, quòd sit in purpura illius quiddā nō ex toto igneū, sed uini colorē habens, ut Plin. lib. 37. cap. 9. & Isidor. libro xvj. Etymolog. cap. 9. scribunt. Briss.

AMPHITAPA apud Vlpianum l. uestis. 33. §. uestimenta. ff. de au. arg. leg. uestes sunt uillosæ utrinq; habentes uillos, ut ait Nonius titu. de genere uestiment. quod & Baifius ꝓbat in li. de re uest. c. 14. aitq; id genus uestis utrinq; uillosum. Isidorus tapeta ex utraq; parte uillosa interpretatur li. 19. ca. 26. idq; etiam sentit I. Pollux lib. 10. cap. 9. Onomastic. qui ea ἀμφιτάπητας & ἀμφιτάπητα uocat. Briss.

AMFRACTVM, auctore Varrone libr. 6. ling. Lat. ab origine flexum duplici dictum ab ambitu & frangendo ab eo leges in directo pedum octo esse, in amfracto sedecim, id est in flexu. Quod ait leges XII. tab. intelligit legem eam, quam refert & explicat Gaius l. uiæ. 8. ff. de seruit. rusti. præd. eadem declaraui lib. 4. uet. Iurispr. ad XII. Tab. cap. 12. Celsus Gaij sententiam probat l. nam satis. in fin. ff. quemadmo. ser. amitt. Prat.

AMICA, concubina, pellex idem significant Massurio apud Paulum l. 144. ff. de uerb. signific. significant autem eam, quæ cum uxor non sit, cum aliquo uiuit. Hanc Græci ἑταίραν adpellant. Prat.

AMICOS inquit Paulus l. latæ. §. amicos. ff. de uerb. signific. accipere debemus, non leui amicitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cum patrefamiliâs honestis familiaritatis quæsita rationibus. quo sensu accipi putē in l. 3. in prin. ff. de testib. & l. sciēdū. ff. de legat. generali9 accipi uidetur in Diocletiani, & Maximiani cōstitutione l. tutori. C. de neg. gest. Prat.

AMICVM ferentarium Varro interpretatur, qui inanis, & fine fructu sit. Plautus tamē eum dixisse uidetur, qui auxilio & subsidio futurus sit. ut annotauit Turneb. lib. 23. aduers. cap. 16. Hoc etiam obiter notandum, Iurisconsultos ab Imperatore uocari amicos, quomodo & rex noster omnes suos consilianos

rios appellat fideles,& amicos. Connanus lib.1. cap. 16.num.7.

AMINEVM uinum, idem quod Falernum. nam Aminei fuerant, ubi nunc Falernum est: inquit Macrob.lib.Satur. 3.cap. ultim. Eius mentio fit in l. ult. §.1. ff. de trit. uin. & ol. Vinum amphorarium, Amineum, Græcum, & dulcia omnia. Vbi tamen Alciatus ἄμινεον reponit: à quo uehementer dissentio. nam quod de Comensis sui obseruatione nobis narrat, ei loco non conuenit: sed hæc potius, Genus post aliquot species enumeratas subiectum, ad eam speciem restringitur, cuius illa sunt indiuidua. nam OMNIA DVLCIA genus est. cuius duæ sunt species, cibi uidelicet, & potionis. huius autem erant illa indiuidua, uinum Amphorarium, Amineum, Græcum. quare generis nomen ad eam contrahitur speciem, cuius illa sunt indiuidua. AMINEVM autem sine diphthongo legẽdum esse, ex Ausonij uersu Beroaldus in Columellam demõstrat, Solus qui Chiũ miscet & Amineum. Beroaldus inquam hoc docuit, tum etiam Alciatus, quem sanè non hoc tãtùm loco deprehendi suos hortulos ex illius fontibus irrigasse. Seruius autem in illud Georgic. II.

Sunt & Amineæ uites, firmissima uina.

Amineum uinum dictum est, quasi sine minio. nam album est. Hot. Plinius libro 34. principatus, inquit, datur Amineis propter firmitatem senio quoq; proficientem. Idem quoq; Falernum, & Cæcubum dicitur. Macrob. in tertio Saturn. de generib. uuarum: Aminæa, inquit, à regione dicta: Quod uero Aminæũ, Cæcubum & Falernum synonyma sint, testatur Galenus in 6. Decameridon. in multo, inquit, uuarũ austerarum, quas uocãt Amineas, easdem & Falernas. Idem in libro de uinis: Aminæum, quod antiqui Romani nominant Cæcubum. Idem in lib. de Euchymia: Album, inquit, quale est Aminæũ, nominãt id antiqui Latini Cæcubum. Procul. lib. 33. tit. de uino & tritico legato. l. qui, Aminæum, inquit, Græcum, & dulcia omnia. Nebriss.

AMISISSE rem uidetur qui aduersus nullum eius persequendæ actionem habet. l. 14. in fin. ff. de uerbo. signif. Amittere rem non uidentur quibus ea propria non fuit. l. 83. ff. de diuers. regul. Non eo tamen minus periculo eorum amitti potest. in damnis autẽ ex l. Aquilia æstimandis amisisse dicimur, quod aut consequi potuimus aut erogare cogimur. l. 33. ff. ad l. Aquiliam. In edicto uerò ui bonorũ raptorum, Amissa dicuntur & ea, quæ corrupta alicui relinquuntur scissa, fortè uel fracta. l. 4. §. loquitur. ff. ui bonorum raptorum. Alibi traditur amissum non intelligi quod alteri ablatum non sit. l. 20. ff. ex quib. caus. maio. Briss.

AMISSI appellatione uenit, corruptũ, scissum, fractum, non autem raptum. l. prætor. §. loquitur. & §. amissa. ff. ui bon. rapt.

AMISSIO, quia in sese est priuatio, non admittit probationem, nisi per quod contigerit aliquod factum, ostendatur. Vide D. Oldendorp. Action. viij. Class. j. Spieg.

AMISSIONE ciuitatis, fit capitis deminutio. ut in aquę & ignis interdictione. Paulus l. amissione. de capite minutis. ff. Prat.

AMISSVM non intelligitur, quod ablatum alteri non est, ait Papinianus, l. nec utile. ff. ex quib. caus. maior. Spiegel.

AMITA patris soror appellatur. Caius lib. 2. Inst. tit. 8. Amita magna est aui paterni soror. l. 1. §. quarto. & l. ult. §. quarto. ff. de grad. & adfin. l. 17. §. ult. ff. de ritu nupt. Et Paul. lib. 4. Senten. tit. 11. Amita maior est proaui soror, patris uel matris Amita magna: & ut Fest. lib. 11. scribit, aui & auiæ amita, quæ & proamita appellatur. l. 1. §. ult. & l. ult. §. septimo. ff. de gradib. & adfinib. Amita maxima abaui soror, patris uel matris amita maior. d. l. ult. §. sexto. quæ abamita dicitur in l. 3. & in l. ultim. §. septimo. eod. tit. Ataui uerò soror proprio nomine caret. d. §. septimo. Amitini Amitinæ qui quæue ex fratre & sorore propagantur. l. 1. §. quarto & l. ultim. §. eodem gradu. ff. de gradib. & adfinib. l. 5. C. commu. de successionib. &, ut Nonius Marcellus definit, fratrum maris & fœminæ filij, uel ut Paul. lib. 4. Sent. tit. 11. Amitæ filius filia.

AMITPOI dicuntur innuptæ & connubij expertes, ut testatur Tiraquell. comment. in 3. leg. connub. glo. 1. parte 3.

AMITTERE rem non uidentur quibus propria non fuit l. non uidentur 83. Digest. de diuers. regul. iur. Prat.

AMITTO, generaliter significat, iacturam quãlibet facio, perdo aliquid, unde possessionem amittere dicimus, & res quomodo libet corruptas. Vlpiãnus in l. 4. §. loquitur. ff. ui bono. rapt. Old.

AMMIRALDVS pro littorum curatore siue maris præfecto, nescio cuius linguæ uerbum est, inquit Eras. Quod genus sunt & illa, Marischalcus, Seneschalus, Baro, quæ uidentur unà cum Barbarico imperio inuasisse. Quibus quidem uocabulis aut utendum censet, aut uetus aliquod uocabulum subijciendum, quod nouo respondeat. Id ut commodius fieri possit ipse indicat in libro de Conscribẽd. epist. Spiegel.

AMNESTIA, obliuio iniuriarum est, quasi lex obliuionis: ubi cauetur, ne de iniurijs, damnisq; ultrò citroq; illatis, ius ciuiliter, uel criminaliter reddatur. ab Atheniensibus inducta. Alc. in l. qui in potestate. C. de in ius uoc. Spieg.

AMOMVM in l. ulti. §. species. ff. de publican. Genus est fruticis odorati in Syria & Arabia nascentis, flore albo ueluti uiolæ, folijs similibus brioniæ. Vide Dioscorid. lib. 1. cap. 14. Plinium lib. 12. cap. 12. Isidor. lib. 17. Etymol. cap. 8. Briss.

AMOR est furor uehemens, quem retinere philosophiæ est perfecta monentis, & insilientem atq; inhærentem concupiscentiam refrænãtis. §. nouimus. in auth. quib. mod. natur. fil. col. 6.

AMOVERE aliud est quàm rapere. Nam amoueri aliquid etiam sine ui potest: Rapi autem sine ui non potest. l. 3. §. non solùm. ff. de incẽd. rui. Cæterũ, amouere, contrectare, & furto subtrahere subripere que est. l. 2. ff. ad l. Corn. de fals. l. 3. §. si quis dolo malo. de tabul. exhib. l. 27. & l. 53. ff. de furt. l. 6. ff. de his quæ ut indig. l. 27. §. constat. ff. de pecul. Et tamen leuius & mitius est amouendi quam furandi uerbum. Nam ut elegãter Constãtinus lib. 1. Epit. tit. 13. explicat, τὸ γὰρ κλέπτειν ἐπὶ ξένων καὶ ἀλλοτρίων, καὶ καθ' ὧν ἔξεστι τινὶ ἄτιμον κατὰ τὴν ἀγωγήν· καὶ ἔτι κλέπτων ὁ τὰ τῶν ἀλλοτρίων προσώπων ἀφαιρούμενος πράγματα, ὑφαιρούμενος δὲ ὁ κλέπτων τὰ τῶν οἰκείων, οἷον τὰ τοῦ πατρὸς παῖς, τὰ τοῦ συζύγου γυνὴ, καὶ τὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἀδελφός. Igitur quod sui hæredes, serui, uxores intercipiendi animo celauerint, interuerterint, consumpserint, eius rei non furtum fecisse eos, sed amouisse dicimus, leuitate uocabuli rei turpitudinem mitigantes. l. 71. §. Prætor ait. cum seq. ff. de acquirend. hæred. l. 59. §. 1. ff. de manum. testam. l. 4. C. eo. tit. l. 41. in fi. ff. de liberali causa. l. 7. §. donationes. ff. soluto matrimonio. l. pen. & l. ult. ff. si is qui testa. lib. l. 6. C. de compensationibus. Hinc amotarum rerum actio inter coniuges

ges prodita earum rerum nomine quos diuortij con silio alteruter surripuerit.toto tit.rer.amotar.l.52.ff. de re iudicata.l.9.in fi.ff.de iure dotium.Hæc autem actio condictionis furtiuæ uicem sustinet, turpitudi ne & atrocitate facti uerbi leuitate temperata. Briss.

AMOVERE,inquit Donatus,propriè est saxum de loco mouere.denique est non auferre, sed remouere. Itaque Iurisconsulti quibus in personis notare furti infamiam noluerunt, in ijs hoc uerbum usurpa runt:uelut suis hæredibus, quasi non ex familia rem auferant.l.si seruum.71.§.prætor.ff.de acq. hæred. in seruis domini testamento manumissis. l. Titia, 59. §. 1.ff.de manu.test.Hotom.

AMOMVM in l.fin.ff. de publican. genus est fru cticis odorati in Syria & Arabia nascentis flore albo Dioscoridi lib.1.c.14. Vide Plinium.lib.12.c.12.

AMOVISSE eum accipimus, qui quid celauerit,aut interuerterit,aut consumpserit.l.si seruum. §. prætor.ff.de adqui.hæred.Prat.

AMOVERE est contrectare, furto subtrahere Marcello l.rescriptum.6.ff.de ijs, quæ ut indignis. & Gaio l.& ancillarum. 27.§.constat.ff.de pec. l.si in ob scuro.ff.de lib.cau.

AMOVERE uerbum leuius, mitiúsq; est,quàm furari,ut colligitur ex l.& ideo.;.si famil.ff. rer.amot. Hinc natum est Prat.

AMOTARVM rerum iudicium. explicatur.ff.& C.rer.amo.Prat. Porrò,

AMOVERE non uidetur qui nō callido animo nec maligno rem reposuit,ne is quidem qui in re errauit, dum putat rem non esse hæreditariam l. si seruum.71.§.5.ff.de adq.hæred.

AMOTAS res, dicimus non solùm eas quas mu lier amouit,cùm diuortij consilium iniisset,sed etiam eas quas mulier nupta amouit,si cùm discederet,eas celauerit. Vlp.l.si cōcubina.§.1. ff. rerum amotarum.

AMPHITAPA,cuius meminit iureconsl.in l.uestris,§.uestimenta. ff.de auro & argen. leg. est genus uestis utrinque uillos habens, ab ἄμφω græco uocabulo, quod significat duo. Varro in Mauio: Alterū benè acceptum dormire sub amphitapa benè molli. Lucil.in 3.Satyr.psilæ atq; amphitapæ Villis ingentibus molles,& si aliud quid deliciarum. Et ita castigandum est in Pandectis impreßis, in quibus mendosè legitur, Amphitapha, ut etiam docet Marcel. Cotta in Memoralib.

AMPHORA Græcis dicitur id quod Latini Quadrantal adpellant Festo lib.15. uas uinarium est l. uinaria.206.ff.de uerb.sign. l.quod sæpe.35.§. in his. ff. de contra.empt.l.15.§.4.de usufr.l.2.l.5.& 6.de tritic. Vin.& l.ul.ad l.rhod.l.penum.ff.de penu legata.& alibi sæpe.quantum autem capiat uini docet his uerbis Volusius Mætianus, iuris auctor. Quadrantal, quod nunc plerique amphoram uocant, habet urnas duas,modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios quadraginta octo, heminas 96.quartarios 192.Cyathos 570.In eo,quod ait urnas duas,conuenit cum Columella lib. 20. cap.12. in eo quod scribit sextarios 48. consentit cum Festo.Prat.lib.2.emendat.Augustini cap.11.Cæterum quæ in Capitolio asseruabatur maioris capacitatis erat,ac proinde histo riarum scriptores Maximini incomparabilem biben di edendiq; uim expressuri, amphoram uini Capito lini uno die illum persiccasse, carnis uero libras 40. & nonnunquam sexaginta deuorasse memorât.Corrasius l.stipulationum quædam 73.ff. de uerb. oblig.

AMPHORARIVM uinum, apud Proculum, l. fin.ff.de Tritico & uin.leg.inquientem,quod si ita esset,legatum uinum amphorarium, aminæum, Græcum,& dulcia omnia,nihil inter dulcia, nisi quod po tionis fuisset,legatum putat Labeo ex collatione uini amphorarij.Spieg.

AMPHIBOLOGIA, nota figura. de qua Doctores sub Rubrica, de rebus dubijs, pleraq; attigere.Si uerbi amphibologia incideret inter actorem & reum, tunc utroque, aut altero eorum postulante, uel etiam si iudex animaduertat ueritatem non satis constare,nullo pacto interim procedet sub incerto: propter quod meritò totus corruit processus. cap. ij. de libel. oblat. Vide Bartol. in l. si rem. ff. de rei uend.Spiegel.

AMPHOTEROPLON, fœnus nauticum est, cum fœnerator & commeatus & remeatus periculum suscepit.huius meminit Modestinus in l. 1. ff. de nautico fœnore. Heteroplon uerò, quum commeatus tātum.Bud.in Annot.ad l.nihil interest. de naut. fœn.Spieg Hoc etiam annotauit idem Budęus libro primo, de asse eo loco ubi docet ex Demosthene περὶ ἐγγύων usuram nauticam non fuisse menstruā, sed una in omne tempus nauigationis & negotiationis constitutione taxatam.

AMPLIATIO à Comperendinatione hoc differt,quòd illa libera est, & in Iudicum potestate posi ta:hæc necessaria,& legis ui atq; imperio instituta.illa sæpius fieri poterat,hæc semel tantùm: illa in id tēpus quod Iudicibus placebat alteram actionem differebat, hæc in perendinum diem duntaxat. Prima differentia patet ex Verrina III.ubi Cicero ait, Antea uel iudicari primò poterat, uel Amplius pronunciari.Item,Etiam si lex ampliandi potestatem faciat, tamen isti turpe sibi existiment,non primò iudicare. Item,Cùm hæc omnia tanta contentione, tantis copijs agerentur, tamen tanta uis istius iniuriæ, tanta in isto improbitas putabatur,ut,de Philodamo,Amplius pronunciaretur. Necessariam autem cōperendinationem fuisse, illud eiusdem declarat, adimo enim comperendinatum: quod habet lex in se molestissimum,bis ut caussa dicitur.quod aut mea caussa potius est constitutum,quàm tua,&c.Item, Glaucia primus tulit,ut comperendinaretur reus, antea uel iudicari primò poterat,uel Amplius pronūciari. Secunda differentia cognoscitur ex eo quòd Valerius libro sexto causam C.Cottæ repetundarum accusati septies ampliatā scribit. Et Cicero in libro De claris Oratoribus causam quorundam publicanorum tribus ampliationibus prolatam. In comperendinatione autem numerum duarum actionum præstitutū fuisse,locus quē ex Verrina III. ptuli,apertè ostē dit. Tertiam differentiam partim uerbi notatio quā Pedianus etiam declarat, partim locus Ciceronis in Bruto demonstrat: Vnum, inquit, quasi comperendinatus medium diem fuisse.Ex quo intelligitur plu res in ampliatione interponi potuisse:in comperendinatione nequaquam. Quod autem uir eruditione singulari præditus,qui Verrinarum interpretes scribit in eo loco, tanquam in luto adhæsisse, duas statuit differentias: de posteriore, quum antiquiorem fuisse Ampliationem scribit (si tamen hæc differētia numerāda est) facilè assentior. In priore nō possum: ubi ampliationem in Iudicum arbitrio tantùm positam fuisse scribit: Comperendinationem,in reorum postulatione, & Iudicum potestate simul : & nisi alteruter,aut uterq; petisset, de comperēdinatione iudices cogitaturos non fuisse. Locus enim Asconij, quo solo firmamento hæc uiri doctißimi opinio cōiecturaq; nititur, longè aliò mea quidem sententia perti-

pertinet. Is autem in argumento II. Verrinæ est his uerbis, Expositio cõsilij sui, ut cũ iudicibus delibera tio, uidetur inducta: in qua ostẽditur certandũ cum Hortensio astutia, non utendo horis omnibus ad dicendum: ad tollendam, si fieri posit, comperendinationem, per testes crimina comprobando. Quibus uerbis dici hoc ab Asconio uir doctissim⁹ existimat: Sperabat Cicero causa patefacta & probata, futurũ, ut de tollenda comperẽdinatione à iudicibus impetraret. frustra enim Cicero conatus esset tollere. ac ne conatus quidẽ esset, si necessaria fuisset. Verùm, ut antè dixi, aliò pertinere locus Asconij uidetur: nimirum eo, ut illa calliditate & astutia Cicero utens qua est usus, hoc est, simpliciter testibus interrogandis crimina exponens, & perpetuam orationem omittens, Hortensio defendendi facultatem priore actione adimeret. quod eo ipso consilio Ciceronem assecutum, Pedianus ipse in extremo eiusdem Orationis demonstrat: Quibus rebus, inquit, adeò stupefactus Hortensius dicitur, ut rationẽ defensionis omitteret. Et Cicero Verrina tertia, Vererer, ne quẽ nemo primà actione defendere ausus esset, eum ego bis accusare non possem. Item in quinta, Qui testes interrogari priore actione nolueris, & ijs tacitum os tuum præbere malueris, quamuis & te & patronos tuos ingeniosos esse dicito. Item in septima, Quoniam priore actione ut patroni tui dictitant, noua quadam sapientia, ut omnes intelligunt, conscientia tua testem nullum interrogasti. Item Asconius in secundæ argumento, Qua arte ita est fatigatus Hortensius, ut nihil contrà, quod diceret, inueniret. Item in media tertia, Astutia Ciceronis hæc fuit, utendo testibus, ut nihil reliqui esset Hortensio, nisi ut eos interrogare posset. dicendi aũt facultatẽ nullam ei dedit, nihil ipse dicẽdo. Satis apertè, opinor, docuim⁹, assecutũ fuisse Ciceronem id quod contendebat, nimirum, ut comperendinatio tolleretur, nõ legis permissu, sed astutia & calliditate. Sublatam autem ideo comperendinationem, quia si fuisset comperendinatio, semel atq; iterum defensus Verres fuisset. Nunc autem defensus non est. Itaq; post perpetuam orationem Ciceronis, & quinq; libros pronunciatos, semel tantùm defensus fingitur, quasi unica actiõe trãsactum iudiciũ ex Cæcilia uel Acilia lege fuisset. Hæc & alia complura in Commentariorum editione altera copiosius: cui ne præiudicium afferatur, in meis quidem optatis, in aliorum autem beneuolentia & comitate positum est. Hot.

AMPLIATI rei sunt, quorum damnatio differtur: aut quia coràm sistendi testes sunt, & cũ illis cõmittendi: aut quia nondũ planè liquet, aut de crimine, aut de pœnæ modo. Bud. in Annot. Sp.

AMPLIATIO, in hoc à comperẽdinatione differt: quòd Ampliatio certum numerum actionũ non habebat: Comperendinàtio uerò, iteratam actionẽ in tertium die..., hoc est, perendinum, quod Græci μεταύριον dicunt, quasi post crastinum. Budæus ibidem. Spiegel.

AMPLIATIONIS nota, à iudicibus in tabella scribebatur, N.L. id est, non liquet, autor Asconius.

AMPLIOR summa, pro maiore, apud Iustinian. Institut. Per quas pers. nob. acq. §. Ideoq;.

AMPLISSIMVM, quod latissimè patet.

AMPLISSIMVS ordo Senatus est. l. 2. §. 1. & l. 30. ff. ad Velleia. l. 10. C. eo. tit. l. 21. ff. de legat. lib. 3. l. 1. ff. de collusio. deteg. l. 5. C. de excus. tut. l. 4. C. de interdicto mat. Itaq; senatusconsulta, Amplissimi ordinis decreta, consultaq; uocantur. l. 2. ff. de his quæ ut indign. l. 15. ex quib. caus. infa. l. 2. C. ad Macedonia, l. 4. C. de excusatio. tuto. l. 3. C. ad S. C. Velleia. l. 2. C. si quis ignor. rem minor. & apud Paul. lib. 4. Sent. tit. 14. Et hoc amplissimorũ titulo Consules honorãtur. l. 50. ff. de condicio. & dem. l. 1. §. pen. ff. de appellatio.

AMPLISSIMAM etiam potestatem & Amplissimos iudices in cõstitutionibus legimus. l. 29. C. de appellatio. l. 3. C. quando prouoc. non est nec. quo elogio præfecti prætorio ornantur in l. ult. §. pen. C. de temporib. appellat. Briss.

AMPLIVS non peti, Cautio fuit ueteribus usitata. l. 2. ff. ut leg. nom. cau. l. 14. l. 15. l. 23. ff. rem rat. hab. l. 4. §. 1. ff. de uerb. oblig. l. 24. & l. 31. C. de transact. Cic. lib. 1. epist. ad Atti. Is sibi negat à ꝓcuratore quicquã scriptum esse, & miratur istam controuersiam fuisse quod ille recusaret satisdari amplius ab te non peti. Idem lib. 13. Epist. ad Serui. Sulpit. Sed duo sunt quæ te nominatim rogo. Primum, ut si quid satisdandum erit, amplius eo nomine non peti, cures ut satisdetur fide mea. Stipulatio autẽ plerunq; ita planè cõcipiebatur, Non petiturum eum cuius de ea re actio, petitio, persecutio esset, & ratum habituros omnes ad quos ea res pertineret. ff. l. 23. ff. rem rat. hab. Idem Cicero in lib. de clar. oratorib. At uero tibi ego, Brute, non soluã nisi prius cauero Amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum. Verba aũt hæc, Amplius non peti, ita accipimus, si iudicio petitum sit: Si autem in ius uocauerit duntaxat, & satis iudicio sistendi causa acceperit, stipulatio non committitur. d. l. 15. Briss.

De ui uocis Amplius tractatur in l. 103. §. si ita scriptum. cum seq. ff. de legat. lib. 1. & in l. 54. ff. de leg. lib. 3. & l. 82. ff. de uerb. signif. Exẽpla adscribi possunt ex l. 77. ff. de condicio. & demonstr. l. 27. & l. 33. §. ult. & l. 34. ff. de leg. li. 3. Amplius ꝓnuntiabãt prætores quæsitorésue cũ eo quod sibi de causa nõ liqueret, iudiciũ ꝓferebãt. Donat. ad illud Terentij Eunucho, Liquet mihi deierare, Liquet, ait, uerbũ est iuris, quo utebãtur iudices cum Amplius pronuntiabant grauitate causæ commoti. Indo ampliatam causam in Cicero. Valerio, Liuio, Seneca, alijsque auctoribus crebro legimus. Briss.

AMPLIVS etiam sumitur pro expressius in S. C. Macedoniano. l. 1. ff. de S. C. Maced. Est etiam temporis nota & significat longiori tempore in l. si quando. C. de testib.

AMPLIVS uerbum ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur: sicuti ex contrario, minus solutum uidetur, etiam si nihil esset exactum. Paul. l. uerbum. 82. de uerb. signif. ff.

AMPLIVS uerbum insinuare solet digressionẽ ad similes negotiorum circumstãtias. l. qui balneum. §. 1. ff. qui potio. in pig. hab. Prat.

AMPLIVS, aduerbium notæ significationis, quando indicat quantitatem, uel conditionem, Bar. docet in l. si tibi. de Leg. 3. quib. adde quæ idem refert in l. iacta. ff. si cert. pet. Est item ubi pro plus, non ineleganter usurpatur. Spieg.

AMPLIVS & minus, comparatiua quáuis sint, tamen ex subiecto argumento uim comparationis quandoque amittunt, ponitur q; amplius pro toto, minus pro nihilo. Exempla producit Alciat. in comment. de uerb. signif. Spieg.

AMPLIVS quàm mihi debes, decem dare spondes? uide Africanum de legat. 1. l. seruus legatus.

AMPVLLARIVS, ampullarum artifex. Est autem ampulla uas olearium quo in balneis ad unctiones uti solebant, ut & strigilibus ibi se defricabant, destrin-

destringebantque Torneb.lib.aduerf.4.cap.1.

AMVRCA,sanies,siue succus est ille aqueus, atque niger, qui ex oliua simul cum oleo exprimitur, atq; subsidit. Iam oliua ex quinq; substantijs constat, osse,nucleo,sansa, oleo,amurca. Virgil.primo Geor.

Profuit interdum,nigra profundere amurca.

quam Seruius interpretatur olei fordes, sed non exponit quas,cũ sint duplices. Nã, ut dixi, quod subsidit oleo, ex oliuarum expresione dicitur amurca. Quod uerò post oleum in dolia conditũ,quasi secundum purgamẽtum,Fraces appellantur. Vlp. in l. qui penum.de penu.legat.Aristo ait, notat etiam quæ esui,potuiq; non sunt, contineri legato, oleum, garũ, amurca. Legendum fortè, muria, pro amurca, quæ non esitatur. Nebriss.

A N

AN, particula duplicem interrogationem denotat,etiam semel posita:secunda,subaudita cum negatione.Instit.de rer.diuis.§.cum ex aliena.& §. ferè. in fin.quib.mod.test infir.l.an usufructus. ff.de usufructu.& similibus nec paucis.

ANACEPHALAEOSIS rerũ repetitio,uulgo recapitulatio,uel,ut uertit M.Fabius li.6.cap.1. enumeratio. Hac utuntur caussarum actores,&aduocati in perorationibus. Hac uidetur usus M. Antoninus lib.12.περὶ ἑαυτοῦ.Prat.

ἈΝΑΧΩΡΗΤΑΙ qui sint,docet Iustinianus Nouel. constit. 5.§.[illegible] id est, iuxta ueterem interpretem,nisi tamen quidam eorum in contemplatione & perfectione degentes uitam , remotum habeát hospitium,quos,&c. Hi sunt qui in solitudinem secedunt, quos hodie Heremitas uocamus. De his concilio Calcedonensi ita decretum fuisse refert Gratianus c.qui uerè.16.q.1.Qui uerè,pureq; solitariam uitam eligunt digni sunt conuenienti honore. Spieg. Sunt autem diuersi à Monachis anachoretæ seu hesychastæ, de quibus in d.No.5.obiter fit mẽtio,& inde Cedrino ἡσυχαστήρια diuersa à monasterijs.Hi sunt, ut sup.dictũ,qui eremitæ uocantur,& quos Aristoteles ait aut bestias esse aut deos. Quin & in monasterijs in No.133.tales esse uetantur nominatim, qui habeant proprium latibulũ,quòd κελλίον dicitur illo loco,laura. No. Nicephori, [illegible] & Suidæ,[illegible]. Cuiac. in expositio. No. Iustin. 5. de Monachis, circa med.

ἈΝΑΚΡΙΣΙΣ apud Marcianũ l.diuus. 6.ff.de cust. reo.& in actis Apost.c.25.in fin. est ueritatis indagatio,testium interrogatio , & quæstio de aliquo facto habita,id est, facta informatio. Lucæ & Marcia. loci se inuicem declarant.Apud Iustinia.Nouel. 142. περὶ τοῦ ἐντυχίοντων uersic.ἀλλὰ μεθ. ἀνάκρισις inquirendi status cognitio est interprete Haloan.cuius uersionem uidentur probare Agylęus.& Alciat.lib.1.παρέργ. cap. 9.Vide Bud.in d.l.diuus.

ANADEMATA recensentur inter capitũ ornamẽta muliebria à Paulo l.quàuis.26. ff.de aur. argen. mund. Alciat.lib.2.Prætermiss.legit.ἀναδέματα.Pãdectarũ Florent. textũ confirmant Hesychius,& Iulius Pollux libr. 5. cap. 6. ille ita ait [illegible]. Hic sic [illegible] Vnde putem ἀναδέματα, aurea capitis ornamenta fuisse. Fit etiam mentio apud autorẽ Etymologici magni , & apud Phauorinum,qui ἀναδέματα idẽ quod [illegible] esse scribũt. Vsurpat & Lucretius lib. 4. Et bene parta patrum fiũt anademata mitræ Ferrandus lib.1. explicationum cap.56. existimat idem esse ἀνάδημα quod apud nos redimiculum. nam id ualet ἀνάδεμα quod redimio. Schard.

ἈΝΔΡΟΚΤΑΣΙΑ dicitur homicidiũ, Iacob Cuiacius lib.6.obseruat.cap.21.sub tit.de occiso infante.

ἈΝΑΚΛΗΣΙΣ reuerberatio, repercussio. Vlpianus: Qui deprimit ædificium,potest luminibus officere,si fortè κατὰ ἀνάκλασιν, lumen in eas ædes deuoluatur.l.si arborem.de seruit.urb.præd.Spieg.

ANALOGIA est similium similis declinatio, quam quidam Latinè proportionem uocant, ut annotauit Gellius lib.2.cap.25.

ANAGRAPHE,descriptio,ut Cicero,uel ut uulgus,inuentariũ.Haloáder apud Vlp. in l.fin. de bon. iud.aut.posid.sic ait legendum:Puto & ἀναγραφὴν scilicet facere Repertorium & non ut uulgata habent exemplaria:Puto creditoribus esse dandam copiam instrumentorum. Inuentarium autem , & Repertorium , uoces esse in usu Iurisconf. norunt quibus textus eorum familiaris est. Spiegel.& Antonius Augustinus lib.4.Emendat.cap.5.

ANALECTAE serui dicebantur qui reliquias cœnæ,aut ea quæ ceciderant de mensa colligere solebant,quæ analecta dicebantur Torneb.lib. aduers. 24.cap.33.

ANALOGISTAE,tutores sunt,qui non tenentur reddere rationem tutelæ administratæ.ab ἀνὰ καὶ λόγος. ratio, ut ἀνὰ tollat rationẽ. Iulian. de admi. tut. l.quidam decedens,Eos,inquit, analogistas esse uolo, Et paulo pòst: Testamentum comprehensum sit, ut analogistæ essent. Nebriss. Sunt qui ἀλόγιστοι legunt hoc loco,ut indicat Alciatus : tametsi magis probat, ut ἀνυπευθύνους legamus. Hinc apparet, Nebriss. corruptum exemplar ferè ubique secutum. In probis codic.lex allegata Vlpiano tribuitur.Spieg.

ANALOGOS.Vide Elogij munus.

ANALYSIS Latinè resolutio est,quæ capita rerum ordine conspicuo discutit, & inueniendis disciplinis accommodatur,suas capiens theses à catholicis,uniuersalibus,& perpetuis axiomatibus.Taboetius in suo topico Leg.& Ciu.tomo secundo.

ANAPHORAE,id est, relationis uaria exempla in iure habemus,cum & ipsa uarijs modis fiat, ut Alciatus indicat lib.4.de uerb.sig.Sp.

ἈΝΑΡΧΙΑ maius malum quàm tyrannis. Quid autem sit ἀναρχία declarat Cicero in oratione post reditum ad Quirites: Ego in qua ciuitate nihil ualeret senatus , omnis esset impunitas , nulla iudicia, uis & ferrum in foro uersarentur cum priuati se parietum præsidio non legum tuerentur & Rempub.nullam esse putaui.

ANASTASIA. Vide, precor optime lector, quam etymologiam de hac dictione Albericus afferat, quoniam simillimas illi , quibus abundat uolumen eius , intactas relinquam. Hoc ideo hic semel monere libuit,ut cognoscas sic habere,quod in Nuncupatoria præfati sumus.Spieg.

ANATHEMATA per ε, dicti sunt homines sacri , quorum capita dijs inferis dicata sunt : quemadmodum etiam Latini ueteres,Sacrum, in malum sensum usurpabant. Vnde Anathematizare, id est execrari seipsum, ac Dijs manibus, ut Ethnici loquuntur,deuouere. D.Erasmus in Lucam annotás, indicat dici etiam Anathemata, ea dona quæ dicata dijs suspenduntur in parietibus & columnis templi, cuiusmodi nunc uisuntur potiss. iuxta monumenta diuorum,statuæ argenteæ, equi aurei, pocula gemmata. D. Hieronymus admonet, Anathema uerbum

uerbum esse proprium Iudæis, quo extremam detestationem significare soleant. At ex usu scripturæ, & Ecclesiastico, Anathema est præscisio à Christi corpore. Et fieri anathema, præscindi ab eodem. Quæ autoritas Ecclesiæ, hoc est, summis eius hierarchis, rectoribus & pastoribus, in contumaces, & suis iussionibus ac moderationibus rebelles cōpetit. Aut. de Eccles. tit. in princ.

ANATHEMATIZO pro anathemate percello. in Constitution. Nouell. tit. de Interdict. colleg. hæret. §. ij. Spiegel.

ΑΝΑΘΗΜΑΤΩΝ nomina recenset Pollux lib. 1. περὶ ἀναθημάτων: apud quem accipiuntur pro donarijs, quæ Deo dicata sunt.

ANATOCISMVS singulorū annorū renouatio, ut usuræ usurarū debeātur, quod Iustinus uetuit l. fi. C. de usur. & l. fi. C. de usur. rei iudi. Ant. Aug. lib. 2. Emend. c. 11. Budæū sequutus in l. nihil. de naut. fœno. Cæterum Hotomannus lib. 1. cap. 3. de usuris existimat, non usuras, & accessionis accessionem edicto translatitio Ciceronis permissam fuisse exigere, sed usuras in sortem reponere, quasique ut coalescerent facere: id quod licitum fuisse ostendit l. tutor qui repertoriū §. si quas usuras l. qui negociationem §. ex duobus & §. Quæsitum. ff. de adminis t. tutor: & l. Idemq; §. 1. ff. mandati.

ANCEPS periurium, Vlpianus eleganter dixit, pro incerto & periculoso. in l. 4. de in lit. iur. Prat.

ANCHORA, Græcis ἀπὸ τοῦ ἀγκύλας, καὶ ... dicta potissimum nauis præsidium est. Vnde nautæ maximam & ualidissimam anchoram, sacram uocant, quam non mittunt, nisi cùm extremo periculo laborant. Vnde natum est Prouerbium: Sacram soluere anchoram, pro eo, quod est, ad ultimum confugere præsidium. falsò autem in uulg. condici. in l. 1. §. 1. ff. exerci. legitur anchora, cum in Pand. Flo. legatur cura, rectè. Prat. Est & altera anchora, qua etiam sereno coelo, & ubi ob recessum maris fluctuūq; dimisso uelo quiescendum est, utuntur.

ANCILLA. Serui aut nascuntur, aut fiunt. Nascūtur ex ancillis nostris, hoc est, mulieribus seruis. Iustin. Insti. de iure person. §. serui. Prat.

ANCILLA, mulier serua. Modestinus de leg. iij. Seruis legatis, etiam ancillas quidam deberi rectè putant: quasi commune nomen utrumque sexum contineat. Ancillis uerò legatis, masculos non deberi, nemo dubitat. Spieg.

ANCILLA deuirginata, seruus stupratus, apud Paul. in l. fin. de Offic. Præsid.

ANCILLAE non ideo comparabantur olim, ut parerent, sed ut opera earum uterentur. l. Ancillarū. ff. de petit. hæred.

ANCILLA urbana, uide Vrbana ancilla.

ANCILLARIVS. Lege, Muliercularius.

ANCONES, uasa sunt cubitalia. Paul. de fund. instrū. l. tabernæ: Doliaria, inquit, uasa, ancones, calices, trullæ. ἀγκὼν græcè, cubitus est latinè. Nebriss. Rhenanus Anconem, familiare telum priscorū Francorum, ein Frenckischer hack, eleganter describit lib. ij. Rer. Germanic. Spieg.

ANCONES à Paulo Iureconsl. in l. tabernę. ff. de fund. inst. enumerantur inter uasa. Et dicitur more Græcorum, cubitus, uel curuus. Hinc à sinus curuitate nomen accepit maritima Italiæ urbs Anchona. Solinus: Anconem quis ignorat à Siculis cōditam? Plin. lib. iiij. A Siculis Ancon colonia promontorio Chimerico appellata est in ipso flectentis se oræ cubito.

ANCHONES etiam dicuntur, ut scribunt Vitruu. Strabo & reliqui, non solum in promontorijs, sed etiam in parietibus, & in hominibus, quædā cubito conflexa, aut in humeros, ut etiā docet Plinius, natural. histo. lib. 2. cap. xlvj. Licet mendosi codices pro cubito legant subito: ut etiam animaduertit Hermolaus. Et Anchus dicitur qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non possit: Et propterea uasa facta ad hanc similitudinem, Iureconsl. Ancones appellauit. Cotta in Memorabilib. Adde & Turnebum ad uers. lib. 2. cap. 22. & rursum lib. 18. cap. 23. ubi ancones calices sunt non rotundi, sed in cubitum flexi, & angulum habentes: unde & illis nomen tributum.

ΑΝΔΡΟΛΗΨΙΑ in lege Draconis recitata à Demosthene ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκρ. est hominis homicidæ pręhensio. & ἀνδροληψίων ius præhendendi apud I. Pollucem libr. 8. cap. περὶ δικαστικῶν ὀνομάτων. quod ius etiam creditori concessum quidam putant. Draconis legē explicui. lib. Vete. Iuris.

ΑΝΔΡΟΜΑΝΕΙΣ Euripides mulieres Laconicas appellat, quòd impudica corporum suorum nuditate, multos ad furorem turpis amoris & libidinis adigerent. Nam apud Lacedæmonios Lycurgus uirgines omnino nudas proponebat omnium oculis in publicis spectaculis. Quare Chrysostomus quodam loco grauiter admonet eos à dæmonibus impelli ... Nec placuerunt Hieronymo lauacra in adulta uirgine, quòd etiam sola seipsam debeat erubescere. Schard. ex Bald. ad tit. quib. mod. tut. fin.

ANECLOGISTVS, ἀνεκλόγιστος rationibus reddendis liber ac solutus. Vlpianus l. 5. §. 5. ff. de admin. tut. Quidam decedens filijs suis dederat tutores: & adiecerat, Eosq; aneclogistos esse uolo. Et ait Iulianus, tutores nisi bonam fidem in administratione præstiterint, damnari debere: quamuis testamento comprehensum sit, ut aneclogisti essent. Iidē plerunque dicuntur ἀνυπεύθυνοι.

ΑΝΕΞΕΤΑΣΤΟΣ, rationibus reddendis, siue subducendis solutus. Scæuola l. 23. §. 2. ff. de pecul. leg. ... Quibuscunque libertatem & legata reliqui, eos ipsos reddendis rationibus solutos esse uolo. Alibi autem ἀνεκλόγιστοι appellantur, & ab alijs ἀνυπεύθυνοι.

ΑΝΕΨΙΟΣ. Ἀνεψιὸν plærique consobrinum interpretantur, perperam si locum spectas cui adhibetur ea interpretatio. Nam & pro cōsobrino ueteres dixerunt uel Zonara teste in Basilij epistola ad Diodorum his uerbis: ... Aliàs uerò ἀνεψιὸς refertur ad patruum, auūculum, amitam, materteram, ἐξανεψιὸς ad patruum magnum & cæteros, προανεψιὸς ad propatruum, proauunculum, proamitam, promaterteram. Ἐξανεψιῶν nomine usus est Menander, sed alio sensu, pro his scilicet, qui postea dicti sunt τετραδέλφοι Cuiacius lib. 6. obseruat. cap. 6. sub tit. quàm malè pleriq; utantur libris græcorum Iuris auctorum.

ANFRACTVS flexum uiæ significat uerbūmque erat xij. tabul. l. 8. de seruit. rustic. l. 6. in fin. ff. quemadmodum seruit. amitt. Varro lib. vj. de lingua Latina. Anfractum est ab origine flexum duplici, dictum ab ambitu & frangendo. Ab eo iubent leges uiam in directo pedum octo esse, in Anfracto xvj. id est, in flexu. Briss. & Ræuardus ad l. 12. tab. cap. 14.

ANGARIA. Ἀγγαρεύω. & Latinis angario, id est, cogo. Matth. uigesimo septimo, Lucæ decimoquin-

to: Angariauerunt Simonem quendam Cyrenęum, ut tolleret crucem IESV. Item Vlpianus, lib. 50. Dig. tit. de priuilegio ueteranorum Naues (inquit) eorum angariari posse, Ælio Firmio, & Antonino Claro Veteranis rescriptum est. Est autem uerbum angario Persicum, ut indicat Suidas. Vnde angaria, penultima producta, est propriè seruitus coacta. Veluti si quis cogitur plus soluere publicanis, quàm liceat, angaria est. Quod uidetur rectè intellexisse Accursius dicens, Angaros uox est Persica, significátque nuntium: unde Græci translata uoce ad quosuis, angaros appellabant baiulos, & onera subeuntes. Sicque nonnulli hodie rusticos etiam langaros uocant. quod & testatur Alciatus. Vbi procul dubio angarię, inquit, munera sunt, quæ operis personarũ uersantur: sicut parangariæ, in quibus etiam aliquid impensæ fit. Itaq;, ut idē indicat, omnia munera, quæ à militibus fiunt, etiam nõ uilia, secundum Vegetiũ, ut sunt uigiliæ, itationes, & gestationes in usum belli, & cætera dici possunt angariæ seu parangariæ, quòd necessitate urgente hæc munera subeuntur. Angarios etiam & parangarios, ut scribit Budæus, nostrates postas uocant, quasi positos, collocatosq; certis in locis, & semper in procinctu excubantes. Erat enim apud Persas ἀγγαρήιον δρόμημα, cursus pernicissimus equitum, ut scribit Herodotus. Anch.

ANGARVS, ἄγγαρος operarius, baiulus. Est autem uox Persica, ut scribit Hesychius, σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικὰ γραμματοφόρους: id est, Significat etiam eos qui Regias epistolas alter alteri succedendo ferunt. Hos uulgus postas, quasi positas cursorũ stationes appellat. Vnde Angaria, operæ publicè ob negocium aliquod obortum cui celeriter prouidendum est, impositæ. Impp. l. 11. C. de sacrosan. eccl. Neminem ab angarijs, uel parangarijs, uel plaustris, uel quolibet munere excusari pręcipimus, &c. Quidam in Pand. Græcis sic legi testantur, ὅτι δὲ ἀγγαρεία μὲν ὁ παρεδρος ὁ διὰ τοῦ δημοσίου ἵππος καὶ δρόμον ἔχοντος, ὡς τυχὼν ἐπιδίδοται τόπον. παραγγαρεία δὲ ὁ διὰ τοῦ πλαγίου ἵππου καὶ ὅτι τὸ παλαιὸν ἦν ὁ πλατὺς δρόμος ὁ λεγόμενος διὰ ὀχημάτων. Hotomannus.

ANGARIA ἀγγαρεία sunt equorum pręstationes ad cursum publicũ. Ant. August. no. lib. sing. ad Modest. Pyrrhum sequuto, quo sensu accipitur in l. 2. de quib. mu. uel præstat. lib. 10. C. quale sæpe fieri uidimus belli tẽporibus. Græci interpretes ita definiunt lib. 56. βασιλικῶν his uerbis: καὶ ἔστιν ἀγγαρεία ὁ παρεδρος ὁ διὰ τοῦ δημοσίου ἵππος ὁ τοῦ καὶ δρόμον ἔχοντος, ὡς τυχὼν ἐπιδίδοται τόπον. apud Gallos, Postæ adpellantur Budæo in l. eos. ff. de fals. quod optimè cum Basilicis conuenit. Postæ enim apud Gallos certis locis dispositæ sunt. Suidas autem definit hoc modo ἀγγαρεύειν ἀνάγκη ἀποστέλλειν καὶ ἐκ βίας χρησιμεύειν ὑπηρεσίαν. Vera quidem est Suidæ definitio, sed generalior. Ait ἀνάγκη rectè, nam munera exhibere compellimur, nisi uacationis, postæ sunt quasi positæ cursorũ stationes. Prat. Iacob. Cuiacius in l. Nullus fabricensium. C. de frabricensibus lib. XI. inquit: Angariæ sunt iumentorum uel plaustrorum præstationes. Separantur aliquandò à nauibus quanquam & naues ipsæ angariari dicantur. l. penult. ff. de priu. uet. Gregorius 8. Epist. C. LXIIII. Nauem ab omni angaria exuere festines. Separantur & quandoq; ab operis, licet & has angariarum appellatio contineat, ut dixi in l. operarum. C. ne operæ à collatoribus exigantur. lib. 10. &c. Separantur & plaustra in l. 2. supr. de quibus mun. quæ tamen non est dubium angariarum appellatione cõtineri, ut in formula cessionis in oratorium collatæ apud Marculphum: Nullas functiones uel exactiones, neque caballorum partus aut paraueredos aut carrarum angarias. Differentiam autem inter angarias & parangarias uide apud eundem Cuiacium in proœmio tit. C. de cursu publico, angarijs & parangarijs lib. 12. Et definit ibi, quòd sit angaria, qua cursus publicus, parangaria aliouersum, & dicit utrũque onus à prouincialibus exigi in transuectione armorum, ut ibi latius per eum.

ANGARIARI naues apud Vlpianum l. pen. ff. de ueter. dicuntur quæ onerum uehendorum necessitate adstringũtur. Sed & de hominibus dici potest, ut in Euangelio Matth. cap. 27. ubi dicitur, ἐξερχόμενοι δὲ εὗρον ἄνθρωπον κυρηναῖον, ὀνόματι Σίμωνα. τοῦτον ἠγγάρευσαν, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. Prat.

ANGELI mentes sunt incorporeæ, quæ si quo modo apparent, assumptitiam speciem exhibent oculis. Dicuntur uiri, non quòd ullus sexus sit in angelis, sed quòd ea specie sese ostendunt. Porrò spirituum tum bonorum tum malorum ordinum quorundam tituli proditi sunt, atq; etiam propria nomina, ut Michael, Gabriel: quæ in formula iurisiurãdi, quod præstari solet ab ijs qui officia suscipiunt, legimus in Nouell. Constit. ix. Rabini Hebræorum putát, spiritibus ipsis nomina imposita esse ab Adamo, iuxta illud quod scriptum est Gen. j. Adduxit Deus cuncta quæ fecerat ad Adam, ut nominaret illa: & quomodocunq; uocauit rem, hoc est nomen illius. Sed præstat de natura Angelorum non altius philosophari, quàm in Canonicis libris traditum est. Scripsit librum de Spiritibus Ioann. Tritemius Abbas, quem dicauit Cæs. Maximiliano, laudabantq; qui id temporis erant Magiæ studiosi. Spieg.

ANGIPORTVS, cuius meminit Vlpianus l. portus. 59. ff. de uerb. sign. est iter compendiarium in oppido eò, quòd sit angustus portus, id est, aditus in portum Festo lib. 1. quam etymologiam uidetur probare Varro libr. 4. ling. Lat. Prat.

ANGVLARIVS pro angularis, legitur in l. Rutilia. 69. ff. de contra. empt. Accursius interpretatur, qui multos habet angulos. Sunt qui quadratum, uel triangulum significari eo putent. Reiicienda est alia lectio Anguillarum habens uel auctore Accursio. Equidem angularium lacum dici eum, qui ex lapidibus quadratis circundatur, putem. Lapides autem quadrati sunt quos Galli adpellant Pierres de taille, ceſsos uulgo uocamus & ad normã respondẽtes. Prat.

ANGVILLARIVS lacus, apud Proculum, pro anguillarum alumno. in l. Rutilia Palla. de contrah. empt. Tradunt, anguillas lacustres insuauiores esse marinis, & pluris alimenti. Anguillæ tamen omnes fluuiatiles sunt, sed in mare etiam descendunt: quas ad tricenos quoq; pedes longas, in Gange amne reperiri, Plinius & Solinus scribunt, quod & à Massario Fo. obseruatum est. Spieg.

ANGVSTE scribere, est uerbis proximis & quasi constrictis compreſsisq; scribere: quod contrà magni sui quæstus causa Aduocati hac ætate (& illos secuti iudicialium actorum, nec non contractuum, ut uulgò uocant, scriptores) faciunt. quàm iustè, ipsi uiderint, dicit Fr. Syluius. Spieg.

ANGVSTIAE pluraliter tantum dicuntur loca seu uiæ, quæ uix transiri queant. Vlp. in l. ij. si quis caut. Nisi angustiæ, ait, non patiebãtur terra iter metiri, uel flumen circumire. Spieg.

ANGVSTICLAVII. Lege, Clauus: Est autem angusticlauium dictum ut & laticlauium, quòd esset tunica angusti claui, de qua Ouidius lib. 4. tristium

Curia

Curia restabat: claui mensura coacta est: Maius erat nostris uiribus illud onus. Se enim in equestri ordine substitisse dicit Ouidius, & Suetonius patrē suū nondum adeptū fuisse latum clauum significat. Doctiss. Turneb. lib. 1. aduers. cap. 2. Equestris autem ordinis clauus erat angustus, ut latus clauus Senatorij, prout idem annotat lib. 12. aduers. cap. 6.

ANGVSTVS locus, demonstrante Pomponio in l. si tam angusti. de seruit. iter magis, quàm uiam recipit. apud eundem in l. penult. ff. de usu & habit. legimus angustum legatarium, pro eo qui est re tenui atque modica. Spiegel.

ANIMA, pro uita apud Iustin. §. sunt præterea. Institut. de Pub. iud. Sic Iuuenal. de testibus loquēs, Summum crede nefas animæ præferre pudorem. Spiegelius.

ANIMADVERSIO grauior, item maior, pro punitione & castigatione infamiæ. ut ex Vlpiani uerbis patet, in §. 1. l. 1. de offic. præf. urbi. & Venuleij de Offic. proconsl. Omnis autem & animaduersio & castigatio, contumelia carere debet: neq; ad eius qui punit aliquem, aut uerbis castigat, sed ad reipub. utilitatem referri. autor Cicero 2. Offic. Spieg.

ANIMADVERSIONEM seuerissimam apud Iustin. in l. nemo. C. de Summa trin. ultimum supplicium interpretantur. Spieg.

ANIMADVERTERE, pro considerare, colligere, apud Vlpian. in l. 1. de his qui sui uel alien. iur. Quamuis propriè intelligimus aliquid argumentis, animaduertimus sensibus præsenti animo utentibus. Id Ascon. monuit. Significat & animi iram exercere, punire. Vnde animaduersio sæpe pro pœna accipitur. Vlpianus de iniur. l. item. apud Labeonem ait prætor: Ne quid insinuandi causa fiat, si quis aduersus ea fecerit, prout quæque res erit animaduertam. Hinc Animaduersio, pro punitione. Iabolenus ff. de furt. l. meminisse. Extraordinaria, inquit, animaduersione coercendum. Obseruanda tamen differentia, quòd punire, est quorumcunque siue iure, siue iniuria: animaduertere eius est, qui in alterum habet potestatem ordine ac rite puniendi. l. iij. ff. de iurisd. omn. iud. C. de Episcop. & cler. l. si quis in hoc genus. Spiegel. ex Oldendorp.

ANIMADVERSVS, apud Paul. pro eo qui supplicio affectus est. Corpora animaduersorum quibuslibet petentibus, ad sepulturam danda. Sunt tamen qui annotarunt id uideri dictum licenter, in l. fin. de Cadaueribus punitorum. Spieg.

ANIMADVERSIO prætoria, prout quæque res erit, animaduertam: sic intelligendum est, ut plenior sit prætoris animaduersio: id est, ut quidquid eum mouerit, uel in persona eius qui agit iniuriarū actione, uel eius aduersus quem agitur. uel etiam in reipsa, id est qualitate iniuriæ: non audiat eum, qui agit. Vlpian. in l. item apud Labeonem. §. quod ait prætor. ff. de iniur. Spieg.

ANIMAEQVVS, est moderatus & tolerans, & minimè querulus in aduersis. Bud. in Annotat. prioribus.

ANIMAL est quod se mouet Celso l. mouentiū. 93. ff. de uerbor. signific. Vnde optima ratione quærebat Galenus εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρός id est, an animal sit quod in utero est, quod legibus Solonis, & Lycurgi legibus comprobat, edito in eam rem libello hac inscriptione εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρός qua etiam de re edisserit in alio libro, cui titulus est περὶ φιλοσόφου ἱστορίας. Legis autem Solonis uerba hæc sunt: Ἐξ ἀμβλώματος αἰτίαν ἔχοντα, θανάτῳ ζημιοῦσθαι. Τὸ ἔμβρυον κληρονομεῖσθαι δύνατω. quam legē ita uerti, Qui abortus causa fuerit, pœna mors esto. Qui in utero est hæres institui potest. Hanc legē explicui lib. 2. Veteris Iurisprud. l. 103. Huius autem legis ea est ratio, Galeno auctore, nam illi nihil deest, quo minùs homo sit. Hanc autem legem accepit Solon ex libris Mosis, ut & alias permultas, ut liquidè constat Exodi cap. 21. quam diuinam legem exponit B. Augustinus in libr. quęstionum No. & Vete. testam. & translatitiè in c. Moses. &c. quod uerò. 22. quæstio. 2. Prat. Porro Plutarchus duplicis generis animalia refert τὰ χερσαῖα καὶ τὰ ἔνυδρα, aues siue uolucres annumerás terrenis animalib. nō marinis.

ANIMALIA gregalia sunt, quæ gregatim pascūtur, & Græcis ἀγελαῖα dicuntur. de his Aristoteles libro octauo, & nono de historia animalium. Animantes ciuiles, inquit Aristoteles, quæ labori communicant: idem quarum opus communi efficitur opera, munusq; idem omni est, quod non omnibus gregalibus cōpetit. Ciuilis generis est homo, apis, uespa, formica, grus: quarum alię sub duce degūt: ut grues, ut apes: aliæ nulli subditæ imperio sunt, ut formicæ, & alia innumera penè genera &c. Præterea cū eadē de Delphinis, hyrundinibusq;, quas animantes apibus exæquat Plinius, dici non possint, nempe quod ciuiles non sint, & cera melleq; usibus humanis non seruiāt, meritò placida feraq; simul animalia, delphini, hyrūdinesq;, Beroaldi ratione nō erūt. Illud rectè habet apud Beroaldum, scilicet quod Plinius apum mores spectauerit, eorūq; ratione nec feras, nec placidas dixerit. Si quis enim earū naturam diligentius intueatur, ac perpēdat, in Plinij sententiā haud ægrè pedibus ibit. Nā feræ illæ dici non possunt, quando hominis conspectū non refugiunt, sed placidorū in morē animalium inter homines degunt, præsertim quæ assiduo eorū interuentu, qui aluearia curāt, delinitę fuerint: ac etiā si agris, uel sub saxis, aut in arborū cauatis uetustate truncis mellificent, loca auia nō quærunt, & inaccessa quasi nullo hominum timore percuisę, nec uisa, aut degustata ab homine mella deferunt, aut aliò transferunt, sed quasi alueis humana arte inclusæ, eodē loco persistunt, ac mitescunt. Columella cap. 3. lib. 10. Nā quanto, inquit, grādior apis, atq; rotundior, tāto peior, si uerò seuerior, maximè pessima Sed tñ iracūdia notæ melioris, facilè delinitur assiduo interuētu eorū, qui curāt aluearia. Nam cū sæpius tractātur, celerius mansuescūt, durantq; si diligēter, &c. Quamobrē rectè inquit Portius in cō. ad Glossam. 6. §. pauonū. sub prędicto tit. de rer. diuisione, Apū naturā nō adeò esse ferā, quin mutari possit. Atqui placidæ etiā iure dici nō possunt, quandoquidē facto examine, aliqñ abscedunt, alioq; commigrāt, & alueis inclusæ, in syluas interdū aufugiūt, sæuiunt in homines aculeis, eorūq; contactū refugiūt. Eadē ferè Delphinorū hyrundinūq; natura dici possunt, cū & placiditatis & feritatis argumēta præ se ferant, de qua re latius Maioragius lib. Miscell. 1. cap. 3.

ANIMVS affectum, uoluntatem, mentem cogitationem possidendi significat. l. 1. §. sed furiosus. l. 3. §. Neratius. ff. de acquirend. possess. Animo itaq; possidet qui affectum possidendi habet, quiq; ea mente & cogitatione est ut possidere uelit. d. l. 3. in princ. §. Neratius. Animo possidere desinit qui affectionem & uoluntatem possidendi dimittit. d. l. 3. §. in amittēda. Veluti si quis possessione exclusus timore cōterritus accedere nolit, quod uim maiorem uereatur, quodq; suspicetur se repelli posse ab eo qui in possessione est. d. l. 3. §. si quis nūtiet. & l. 7. & l. 25. §. ult. ff. de adquir. possess. Itaq; possessio facti & animi esse dicitur.

tur.l.1.Scæuola.ff.si quis testam.liber. quia scilicet factū naturale desiderat & animū possessoris. Necesse est enim ad adquirendam possessioné,eam animo & opinione domini adprehendi. Animum reuertendi desijsse habere animalia quæ ex consuetudine abire & redire solent, intelliguntur, cùm consuetudinem reuertendi dimiserint.l.5.§.in ius auté. ff. de adquir. rer.dom.l.8.§.pen.ff.famil.ercisc.Briss.

ANIMVS,id est,quod in animo est,nec adparet, declaratur uarijs modis.Consuetudine testatoris & regionis ex præmissis & sequentib. dignitas legatarij,charitas,siue dilectio,necessitudo.Hęc collegi ex l.si seruus pluriū.§.fi.ff.de leg.1.quibus addit ibidem Accursius scripturæ uicinitatem,& uide Albericum in l.qui iure familiaritatis.ff.de adq.poss.Prat.

ANIMOSE liceri apud Paulum l.si pignori.ff.famil.ercis.opponitur adiudicationi, quæ ipsa necessaria est:de eo igitur accipi debet qui uolens citra adiudicationis necessitatem emit.Prat. Alij autem interpretantur animose liceri, id est nimis augeri prætium forte per inuidiam ut Marthesius in notis suis in Iureconsl.responsa.

ANIMOSIOR emptor apud Iauolenum in l. ita ut.36.§.1.ff.mand.qui cupiditate rei habendæ plus pretij offert,quàm res sit.Prat.

ANNALES memoria publica,monumenta uetustatis.Sp.Sic autem olim dicebantur libri,in quib. unius anni gesta atq; acta cōscripta erát,sicuti semestres dicti sunt,in quib. sex mésiū rescripta uel cōstitutiones descriptæ fuerūt quo uerbo utitur Triphonius in l.pactū.ff.de pact.Schar.ex Aldobrādino sub tit.de excusat.tut.§.filij,in uerbo,in semestribus.

ANNALES actiones, quòd plerunq; intra annum exerceri possunt. Vide Instit.de Perpet.& temporal.act.Spieg.

ANNI centum,meta temporis humanæ uitæ.teste Caio in fin.l.an usufr.ff.de usufr.Spieg.

ANNI plurimi,sunt xxx.uel xl.ff.l.de diuers.tem por.præscrip.l.si quisquam. Vide Alber. in dictione, Certi anni.Spieg.

ANNICVLVS quis dicitur, statim ac illuxit ultimus anni dies,etiási nondū est cōpletus:Rursus toto illo die anniculus est, usq; ad primū sequētis diei momentum,quo incipiente, demū & ipse incipit esse maior anniculo,non antè,etiási aliquot horis anni naturalis cursum excedit. Vt natus hora sexta diei calend.Ianuar.anno elapso, cum primū uidit pridie earundé calend.sextā noctis horam, hoc est ipsas nascentes Calendas, dicitur esse anniculus, & toto die calend.usq; ad sextam noctis sequentis similiter anniculus appellatur: quamuis post meridié illius diei incipiat maior esse. si uelimus ad uaturalis cursus rationem ista perpendere. At communis consuetudo loquendi aliud usurpat,quę toto illo die anniculum eum appellat, quia ætates hominum non horis, sed diebus & mensibus annisúe definit, &c. Connanus lib.3.cap.12.num.3.

ANNICVLVS, dicitur tam de animatis, quàm de inanimatis, quæ sunt unius anni. ut, anniculus puer, anniculus agnus, anniculum uinum. Paul. de uerb.sign.l.anniculus. Anniculus,ait, amittitur, qui extremo die anni moritur. Et infrà: Anniculus, inquit,non statim ut natus est, sed trecentesima quinta die incipiente, planè non exacta,dicitur. Item Afric.de lega.iij.l.cum quęreretur.Agni,inquit,qui minores essent anniculis.Nebr.

ANNIVERSARIA conditio percipiendi reditus, id est, annua, unoquoque anno uertente. apud Scæuolam.l.21.§.6.ff.de annu.leg.Hotoman.

ANNALIS exceptio. Varro ait tempora duorum temporum esse:unum annale,quòd sol circuitu suo finit, alterum menstruum, quod luna circumiés comprehendit.Sic quoq; annus non is solus est,qué nunc communis omnium usus appellat, sed singulorum,seu luminum,seu stellarum, emenso omni cœli circuitu à certo loco in eundem locum reditus, annus suus est. Sic mensis,lunæ annus est, intra quem cœli ambitum lustrat, duodecim uerò menses, annus solis, quos lustrando zodiacum efficit diebus ccclxv. & quadrante, seu sex horis. Secundum autem huiusmodi annum,annalis exceptio Italici contractus ex priuilegio quodam Italiæ orta est. Sicut enim apparet ex circumstantijs eius constitutionis, quam nos de ea habemus,hoc uidetur olim Italię cōcessum,ut, qui cum quopiam in Italia contraxisset,illum intra annum non posset conuenire, aut cogere ad præstandū id, de quo inter illū conuenerat. Sed prætet quòd istud priuilegiū plerisq; graue erat,etiā calūnia quadā id reddebant iniquius,cùm interpretarentur annū in eo priuilegio cōputandū, exclusis diebus feriatis, utpote quib. cōuenire aliquem non licebat.quare sublata est ea exceptio.

ANNONA. Annona ab anno inclinari uidetur, quasi alimonia. Et est prouētus unius anni,non frumēti solùm,sed etiā aliarū rerū,id quod lectio bonorū authorū probat. Cicero,Si Epicurus de uoluptate corrosus esset, putaré annonā in macello cariorē fore. Sic & annonā macelli Trāquillus dixit & Quintilianus annonæ incendiū magnā annonæ caritaté. Etiási quid (inquiens) residui erat,ut carius quidam uenderent, ad annonæ incendiū suppressum est: id est ut annonæ augeretur preciū, ingrauesceretq; caritas.Torneb.lib.22.aduersar. cap.32. Hinc annonarius,a,um,quod ad annonam pertinet,ut annonaria prouisio,& lex annonaria,quam Clodius summè popularis tulit:nimirum ut frumentum,quod antea senis æris, ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur. Item annonariæ expensæ,quas Vegetius uocat eas frugum, pabulique species, quas prouinciales militibus expendunt. Quia uerò annona propriè & potissimùm frumenti est, fit hinc ut aliquando panis capiatur pro annona, & è contrario, præsertim apud imperatores. Itaque, præfectus annonæ (de quo loquitur titulus de officio præfecti annonæ, libro primo Codicis) is est, qui frumento, seu frumentationi præerat. Et is Sitocomus dictus est, & etiam (ut apud Pyrrhum legitur) comes horreorum. Olim is fuisse uidetur, qui & ædilis Cerealis dicebatur. de quo suprà locuti sumus.Anchora.

ANNONA,ut iusto precio uenderetur, Ædiliū officium erat ut sup. in uoce Ædiles annotatū est.& ideo legimus apud Liuiū ad calcé primi libri Macedonici belli, Ædiles Curules M. Claudium: & Sex. Æliū Pætū binis æris in modios populo diuisisse.Et apud Pliniū,M.Seruium T.F. Ædilé currulé olei dénas libras singulis assibus præstitisse.P.R.per totum annū urbis anno sexcétesimo octuagesimo : cum tñ anno quingétesimo quinto Appio Claudio Cęci nepote, & L.Iunio cōsulibus olei libræ duodecim assibus uenierint. Prætereà (ne lōgè exépla petamus) Pomp.in lib.2.§. deinde cū esset. de orig.iuris, refert ædiles duos,auctore Iulio Cæsare, cōstitutos esse, q frumēto pesset, quos à Cerere Cereales appellarūt: sicut & cura carnis ad pfectū urbis ptinebat. l.1.§.ul. ff.de off.præfecti urb.Et proptereà fortè posset corrigi

rigi locus apud Papin. in l.17. ideo condemnatus. ff. de decompensa: dum legitur, quod arctiorem annonam edulitatis tempore præbuit: ut scribamus, auctiorem annonam ædilitatis tempore. Cotta in Memoralibus. Cæterum ad illius loci intelligentiã sciendum: Moris fuisse Romæ ut ob annonæ caritatem curator à magistratibus extra ordinem comparando frumento constitueretur capit. 21. in princ. ad Municip. Eoque Festi istud referendum est. Qui rei frumentariæ præpositi sunt Curatores dicuntur. Illud igitur quæsitum est: apud Papinianum, an uti compensatione ædilis possit, qui tempore ædilitatis suæ arctiorem annonam præbuit, hoc est, qui in annonæ dispensatione pretiũ auctoritate senatus constitutum excessit & auxit, eoq; nomine condemnatus est. Nec quidem dubito, quin per annonæ præbitionem, dispensationem annonæ intellexerit Papinianus, ea profectò ratione, qua præbenda locare & quid præbendum conducere dixerunt ueteres. Reuardus lib. 3. Variorum c. 17. circa finẽ. Vegetius annonarias expensas uocat, eas frugum pabuliq; species, quas prouinciales militibus expendunt. Spiegelius.

Breuiter ANNONAE in speciebus consistunt, ueluti frumento, uino, oleo, pane, carne, sale, Cuiac. tit. de annonis & tributis. C. lib. 10.

ANNONARII, qui à rusticis esculenta emunt, ut deinde uendant. nomine comprehenduntur uenalitiorum, teste Alciato in l. mercis appellatione. ij. de uerb. sig. Spieg.

ANNONAS in constitutionibus accepimus τὰς σιτήσεις, quæ militaribus palatinisq; officijs, ex eorũ qui possessiones tenebant, collatione erogabantur. l. 1. & tot. tit. de annonis & tribut. lib. 10. C. Briss. Et tit. de annonis & cap. adminift. & eorum aff.

Atq; eo modo ANNONAS ciuiles accepim⁹ in l. 14. C. de sacrosanct. eccl. l. un. §. cum autem. in fi. C. de rei uxor. actio. l. 12. C. de hæred. instit. l. 6. §. his illud. C. de secun. nuptijs. quæ & panes ciuiles dicuntur. in l. ult. §. præterea. C. de iure dot. & Nou. 88. Et apud Iulia. Patritium tit. Quib. pœnis subiecti sunt qui rem immobilem uenerabilis loci cõparauerunt. Hinc annonaria collatio in l. 1. C. de præscript. 30. an. l. Annonarius titulus. l. pen. de fide instrum. lib. x. C. Ridiculus est aũt Suidas dum annonas dictas tradit quasi κατὰ τὰς νύκτας διδομένας. Briss.

ANNONARIA pfectura. l. 1. C. de off. pręf. urbi. quæ & Annonaria potestas dicitur. in l. 22. de pistorib. in C. Th. Briss.

ANNOTARE, uel, ut in Pandect. Flor. scribitur, Adnotare, est notare requirendum reum: quemadmodum apparet ex l. 4. §. reus capitalis. ff. de re militari, & l. 1. §. diuus. ff. de iure fisc. l. 1. & l. 2. & l. 4. in fin. ff. de requiren. uel absen. l. 1. C. eo. ti. l. 6. ff. de cust. reor. l. 2. C. si penden. appel. mors interuener. l. 6. C. de accusatio. Hoc autem edictis propositis fiebat quibus reus adesse iubebatur, uel litteris ad magistratus loci in quo cõsistebat reus missis, ut ei innotescere posset se esse requirẽdum adnotatum. l. 1. §. 1. & l. 4. ff. de requiren. uel absent. Interim uerò bona obsignabantur: quæ intra annũ recipiebat: post annũ si neq; respõderet, neq; haberet qui se defenderet, tũc in fiscũ bona cogebãtur. l. ult. ff. de requir. uel absent. Briss. Annotauit uerò id ante eum Duarenus libr. primo, Disputationum cap. 8. Id uerò genus loquendi non à iuris authoribus modò sed ab alijs quoq; usurpat Plinius lib. 10. epist. de Christianis scribens: Fuerunt alij similis amentiæ, quos, quia ciues Romani erant, annotaui in urbem remittendos.

ADNOTARE alio sensu in l. 1. ff. quando appellandum sit Præses dicitur, qui notat in tabulis sibi uideri quem deportãdum, idq; imperatori scribit. l. 6. §. presides. ff. de interdictis & relegatis. Plinius lib. x. Epist. ad Traianum: Fuerunt similis amentiæ, quos quia Romani ciues erant, adnotaui in urbem remittendos. Suet. in Caligula c. 27. Cùm ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxijs laniandos adnotauit. Et sic adnotatus in l. 1. §. 1. ff. nihil innou. appell pend. dicitur is, quem deportandum præses adnotauit, uel de quo deportando principi scripsit. Briss.

ADNOTARE insulas in l. 1. §. hi quib. ff. de legat. lib. 3. pro adsignare. Briss. & Duar. lib. 1. disp. c. 8.

ANNOTATIO quandoq; rescriptum principis significat propria eius manu subscriptum, ut ostẽdit Nouella Maior. de homicidio casu fac Sic in l. 10. C. de sacros. eccl. l. 1. C. si nupt. ex rescripto pet. l. 3. C. de præscrip. 30. annor. l. 2. de quib. muneribus lib. 11. C. l. 7. de omni agro deser. eo. l. 2. de bonis uacant. lib. 10. C. l. un. de his q à principe uac. l. 5. de itinerib. munien. C. Theo. Et ita à rescripto pragmaticaq; iussione annotatio separatur. l. un. C. de monopol. l. ult. in fi. de petit. bon. subl. lib. x. C. l. ulti. de nauibus non excus. lib. 11. l. 23. de decurionib. lib. x. Briss.

ANNOTATIO aliàs breuem seu priuatam scripturam sine testibus factã significat qua quis sibi debitorem adscribit. l. 5. & l. 7. C. de probat. l. ulti. C. de conueniendis fisci debitor. lib. x. Briss.

ANNOTINVM, & quod ad annonam pertinet. ut annotinæ naues, quibus annona comportatur, & quod est unius anni, dicitur.

ANNOS non in totum compleuit. Vlpia. in l. 1. §. de postuland.

ANNVA bima, hoc est, singulis annis duo redituum nomine. Scæuola in l. cum quis decedens. in prin. ff. de legat. 3. Falso autem legit Accursius annua bima, pro duobus annis. Olden.

ANNVA, bima, trima die, dare decem promittis: hoc est tempore unius, duorum, trium annorũ. l. si legatum de Annu. leg. Si legatũ, inquit I. C. sit relictũ annua, bima, trima die, triginta fortè, dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adiectum, æquis pensionib. Et probat ibi Vlp. idem ius esse, si testator decem, trima die legauerit. Quod nota. Non solum autem annua, bima, trima die dicere solebant ueteres, sed etiam annuo, biennio, triennio. Pomponius de Manumis. test. l. si ita, inquit, fuerit scriptum in testamento: Stichus seruus meus, hæredi meo mille nummos annuo, biennio, triennio, si soluerit, liber esto: non potest is seruus, nisi triennio præterito, liber esse. Sp. Fuit autem ualde frequens hæc legandi formula. Itaq; & Vlpianus lege 30. de legat. lib. 1. Vulgarem uocat hanc clausulam: Quas pecunias legaui, quibus dies appositus nõ est, eas hæres meus annua, bima, trima die dato. Balduinus.

ANNVA stipulatio, num uera sit, Bart. disserit in l. si seruus communis. §. cum seruũ. ff. de stipul. seru. Annuæ uerò pensionis materiam, Guido Papa non inutiliter tractat in quæstionibus. Sp.

ANNVA præcisè dicuntur, quæ plenè Annua cibaria: unde tit. lib. 33. de annuis legatis. Iuuenal. Sunt quæ tortoribus annua præstent. Seneca libro de Element. 1. Massiliæ parricidam continuit: & annuum illi præstitit, quantum præstare integro solebat. Hotomannus.

ANNVATIM, aduerbiũ, nisi probetur idoneis

autoribus, quidam recipiendum negant.

ANNVI reditus pecunia parentis empti, quorũ commoda & alienare & heredibus transmittere possunt filij, reputantur eis in legitimam. l. omni modo. §. imputari. C. de inoff. test. Sp.

ANNVM continuum intelligimus qui cõstat ex 365. diebus continuis. l. ita uulneratus. §. æstimatio. ff. ad l. Aquil. l. cum hæres. §. Stichus. ff. de statu liber. l. anniculus. 2. ff. de uerb. signific. Cicero de nat. Deo. Circuitus solis orbium V. & L X. & C C C. quarta ferè diei parte addita, conuersionem conficiunt annuam. sic legendum. Anniuersarium annum satis nouè dixere Impp. in l. 4. Cod. de suscep. Annum uerò utilem dicimus, qui constat ex 365. diebus utilibus, & ita in annalibus actionibus, quæ annua præscriptione excluduntur semper annum accipimus: Cuiacius in παραμυθίᾳ de diuers. temp. præscript. & termi. capite 20.

ANNVVM dicitur Salarium certum in annos singulos alimentorum causa: ut Iuuen. Satyr. 5. Tortoribus annua præstant: Connanus libro 8. capit. 11. numero 6.

ANVLI quidam signandi causa habebantur, qui & signatorij appellantur. l. 74. ff. de uerb. sign. l. 25. §. ornamenta. ff. de auro arg. de quibus in l. 22. §. si ab ipso. & §. si signum. ff. de testamentis. l. 12. C. eod. tit. l. 16. §. 1. ff. de testam. milit. l. 79. §. pater pluribus. ff. de legat. 2. Alij ornatus causa habebantur. l. 25. §. ornamenta. & l. pen. ff. de bon. damnator. Cæterum Anulos aureos solis ingenuis ferre licuit: quemadmodũ Isidorus lib. 20. Etymologiar. scribit. Proinde liberti ut ingenuitatis munia saluo patronorum iure consequerentur, ius aureorum anulorum à principe impetrare solebant. l. 10. §. patronum. ff. de in ius uoc. l. 44. ff. de excusationib. tutor. l. 33. §. 1. ff. de conditionib. & dem. l. 42. ff. de adult. l. 3. ff. de bonis libertor. l. 11. ff. de S. C. Silaniano. Anulis autem aureis donati in Equestrem ordinem transcribebantur, ut subiecti auctorum loci indicant. Asin. Pollio lib. x. Epist. Ciceronis, Fecit, ut ipse gloriari solet, eadem quę C. Cęsar. ludis, quos Gadibus fecit. Herennium Gallum histrionem summo ludorum die anulo aureo donatum in quartumdecimum sessum deduxit: tot enim fecerat ordines equestris loci. Tranquill. in Vitellio cap. 12. Prouincia dein accepta mansit, ac primo imperij die anulis aureis donauit super cœnam, cùm mane, rogantibus pro eo cunctis, detestatus esset se uerissimè talem equestris ordinis maculam: Hoc ius à Modestino δίκαιον χρυσοῖν δακτυλίων appellatur in l. 14. ff. de excusationib. tutor.

ANNVS cœptus pro completo habetur. l. Qui filium. §. 1. ff. ad S. C. Trebel. Etenim fauoris ratio supplet tempus, quod alioquin natura nondũ completum est. Annus cœptus pro completo non habetur. l. non putabam. ff. de condition. & demonstr. Sp.

ANNVS continuus est, in quo dies ad momentum reputantur, nullis agendi obstaculis interim exceptis. ut in usucap. l. namq;. §. j. ff. de usucap. Sp.

ANNVS extremus, extrema pars anni, quæ apud nos est Decembri mense, cum duodecimus apud antiquos esset Februarius. Ideo eo mense Terminalia festa celebrabantur, quòd is dies extremus esset anni: de quibus, si placet, uide Ouidium lib. Fastorum 2.

ANNVS litium. Seruius. in illud Æneid. 2. Si omnes uno ordine habetis Achiuos. Idq; audire sat est: iamdudum sumite pœnas uno ordine inquit, id est, uno reatu. Dicebantur autẽ in ordinem causæ propter multitudinem, uel tumultum festinãtium, cum erat annus litium. Iuuenalis. Expectandus erit qui lites inchoet annus. Hotom.

ANNVS. Priscis illis temporibus non unus omnibus annus fuit. Nam ut scribit Plinius togatorum doctissimus, libro septimo. Naturalis historiæ capite 48. Annum alij æstate unum determinabant, & alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuêre. Quidam Lunæ senio, ut Ægyptij. Itaque apud eos aliqui & singula milia annorum uixisse produntur. Id quod & post eum recensuit Diuus Augustinus lib. de Ciuitate Dei 15. cap. 12. & ante utrunque Diodorus libro primo, Bibliotheces. Xenophon quoque, si is fuit, in libris, qui eius titulo de æquiuocis circunferuntur, Ægyptij, ait, utuntur anno quandoq; menstruo, sæpè bimestri non rarò trimestri, nonnunquã solari: quæ uarietas etiam ex nostris, qui ab eis literas habuerunt, sapientes fecit aberrare. Iberis annus quadrimestris ut plurimum est, rarissimè solaris. Cõtrà Chaldæi, cùm in antiquitate disciplinarum suarum utantur menstruo, in cęteris semper solarem se intelligere fatentur. Plutarchus in Numa Pompilio. Quidam inquit, ex Barbaris trium, ex Græcis autẽ Arcades quatuor, Acarnanes sex mensium anno usi sunt. Ægyptijs menstruus annus fuit, deinde mensium quatuor, ut aiũt: quare qui uel nuperrimè eam regionem incoluerint, uetustissimi uidẽtur esse, annorumq; incredibili multitudine in familiarum deductionibus differunt: quippe qui menses in numerum annorum collocent. Romanis quoque ab initio annum fuisse decem mensium multis coniecturis probat, duosque à Numa fuisse additos, scilicet Ianuarium & Februarium. In qua etiam sententia Ouidius fuit, statim circa initia, libro primo Fastorum.

Tempora digereret cum conditor urbis, in anno
Constituit menses quinq; bis esse suo.
At Numa nec Ianum, nec auitas præterit umbras
Mensibus antiquis addidit ille duos.

Gellius quoque libro tertio Noctium Atticarum, capite decimosexto scriptum reliquit, fuisse, qui existimarent, Homeri tempore, sicut Romuli, annum fuisse non duodecim mensium, sed decem: in eam opinionem adducti, propter uersus Homericos, quibus Neptunus alloquitur puellam, à se recenter cõpressam, lib. 11. Odysseæ:

Χαῖρε γύναι φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναί.

Id est,

Nunc gaude delecta: at cum se euoluerit annus,
Illustres (neq; enim sunt uana cubilia diuûm)
Natos nixa dabis.

Solinus Collectaneorum cap. 3. Annus (inquit) apud Ægyptios quatuor mensibus terminabatur: apud Arcades tribus: apud Acarnanes sex. In Italia apud Lauinios tredecim: quorum annus trecentis septuaginta quatuor diebus ferebatur. Subditq; quod de Romanis supra ex Plutarcho diximus. Macrobius quoq; lib. 1. Saturnaliorũ cap. 8. Anni certus modus apud solos Ægyptios fuit. Annum Arcades suũ tribus mensibus explicabant, Acarnanes sex, Græci reliqui trecentis quinquaginta quatuor diebus annum proprium computabant. Diuus autem Augustin. lib. de Ciuitate Dei 12. cap. 10. cum Solino ac alijs ferè consentiens, dicit apud Ægyptios annum quatuor mensibus finiri. Censorinus in eo libro, quem de die natali ad Cerellium scripsit, In Ægypto ait,

ait, antiquissimum ferunt annum bimestrem fuisse: deinde à Bihone, aut ut alij, Pherone rege quadrimestrem factum: nouissimè Arminon ad tredecim menses & dies quinque produxisse. Item in Achaia Arcades trimestrem annum primum habuisse dicuntur. Cares autem & Acarnanes, semestres habuerunt annos inter se dissimiles, quibus alternis annis augescerent, aut senescerent. Ante hos Xenophon quisquis is est, in eodem libro de Æquiuocis: neque enim ei conuenit cum Xenophonte Socratico: Annus ait diuersus est. Etenim Ægyptij utuntur anno quandoque menstruo, sæpe bimestri, non rarò trimestri, sæpè quadrimestri, nonnunquam solari. Et hæc quidem de anno ciuili, quem sibi populi siue gentes pro arbitrio constituerunt. De naturali autem siue solari, aut uertente, & de magno siue mundano, & alijs differentijs, multa apud eosdem autores scripta comperies, quæ non duximus huc transponenda. Et apud nos quoque de ipso anno naturali uidebis in l. ita uulneratus. §. extimatio. ff. ad l. Aquilia. & in l. 3. §. minorem. ff. de mino. & in l. cum hæres. §. Stichus si hæredi. ff. de statu liber. ubi scribitur, annum constare ex continuatis diebus trecentis sexaginta quinque. & in l. cum Bissextus, & iterum in l. anniculus non statim. ff. de uerborum signific. & Doctores in illis ipsis locis, præsertim uerò Alciat. in dicta l. cum Bissextus, & in cap. quadragesima, & ibi gloss. de consec. d. 5. gloss. & Doctores. in cap. quæsiuit, extra de uerbor. signific. & in cap. si propter, in uerbo, primi anni. de rescrip. libro sexto. Archi. in cap. si papa, de priuileg. eodem libro sexto. Lucam pen. in l. siue ex prætoriano. colum. prima & secunda. Codic. de execut. & exact. libro duodecimo. Aluarot. in §. his consequenter. columm. tertia, uersicul. nota annum, titul. hic finit lex. & in cap. primo, columna secunda, uersicul. nota militem, titulo quo temp. mil. Philip. Francisc. in cap. quàm sit. §. electus. col. 2. quibus locis uidebis multas quæstiones ad hanc anni mentionem pertinentes, quas breuitati consulentes prætermisimus loca designasse contenti. Sed & nostrates alias annorum species, ne id omittamus ponunt, scilicet ut sint alij usuales, alij ceremoniales, alij legitimi, ut uidere poteris apud Archi. Ioan. Andr. & Dom. in dicto cap. si propter. de rescript. libro sexto, neque enim in istis diutiùs immorari decreuimus. Tiraquel. in trac. *retraict. lignagier.* §. 1. glos. 10.

ANNVS. quidam auspicátur eum à Natali Christi, quidam à Kalend. Ianuar. quidam à die Paschæ, quidam à festo Annunciationis. Atque ex hac re sæpenumero captio nascitur parum attentis, quam uarietatem expediret tolli è rebus mortalium, ut rectè sentit Erasm. Lege Alciat. in l. bissextus. de uerbor. significatio. quibus adde quod tanta fuit olim etiam in Ecclesia eius rei cura, ut Cyrillus affirmet in Synodo constitutum esse, ut quatenus Alexandrinus Episcopus significaret Romano certum æquinoctij diem, propterea quòd in schola Alexádrina eo tempore adhuc florebant cœlestium motuū studia. Romæ uerò non perinde nota erant. Sp.

ANNVS constat ex continuis diebus trecentis sexaginta quinque. Paulus in l. cum hæres. ff. de statu liber. Adde l. anniculus. ff. de uerborum significationib. Sp.

ANNVS Bisextilis, nunc quartus quisque annus dicitur. quia duobus continuis diebus bis dicimus, sexto Kalendas Martias, duos dies pro uno computantes: ut sit bisextum, quasi bis sextum. Cuius meminit Celsus in l. cum bisextus. ff. de uerbor. signific. Sp.

ANNVS apud Romanos uariè obseruabatur, usque ad tempora Caij Iulij Cæsaris, qui omnem rationem temporum uagam adhuc atq; incertam, ordine diffiniuit, Suetonio & Plinio autoribus. Nam annum in trecentos sexaginta quinq; dies extendit. Iulianus in l. si ita uulneratus. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Respexit autem Cæsar ad cursum Solis, qui totidē diebus & quadrante, cursum suum conficit. Et ne huic dierum numero ad annum constituendū quadrans deesset, uoluit, ut quarto semper anno, Sacerdotes, qui mensibus ac diebus fastis & nefastis præerant, unum intercalarent seu interponerent diem, uidelicet eodem tempore quo antea totus Mensis intercalari solebat, hoc est ante quinq; ultimos dies mensis Februarij, idque bisextum appellari iussit. Vnde iam nunc quartum quemq; annum dicimus bisextilem. Quia duobus continuis diebus bis dicimus: sexto Kalen. Martias, duos dies pro uno computantes. Vt sit bisextum, quasi bis sextum. Old.

ANNVS utilis, trifariam dicitur: primò, si actor habet experiundi potestatem: item si reus præstet sui conueniendi facultatem: & tertiò, si iudicis copia adsit. l. j. ff. de diuers. & temp. præscr. Sp.

ANNVS quinquagesimus olim apud Hebræos ex lege Mosaica, uocabatur Iubileus, quo tempore unusquisq; ad possessiones, & libertatē, familiamq; suam, quam ob necessitatē alienasset, nec posset soluere, gratis admittebatur. Num. 25. Old.

ANNVERE quo sæpius I. C. utuntur. ut in l. 1. §. si quis ita interroget. ff. de uerb. oblig. est cum nutu, hoc est capitis signo aliquid affirmamus, unde & annuere pro concedere usurpatū. Virg. lib. 10. Annuit his Iuno & mentē lætata retorsit. Corra. d. §. si qs ita.

ANOMALAM, hoc est, irregularem, & innominatam exceptionem, interpretes appellant, quę nec peremptoria, nec dilatoria sit. Quanquam hoc non esse uerum, Zas. studiosè obseruans proprietatē sermonis ueterum I. C. alicubi tradidit: quia non inuenitur eiusmodi exceptio. Spieg.

ΑΝΟΒΑΤΕΥΤΩΣ in Iustiniani constitutione l. fi. C. de nouat. id est sine nouatione.

ANQVIRERE pecunia & capite ueteres dicebant, pro mulctam irrogare, uel ad populum ferrè de multa uel capite alicuius, ut eam populus aut iubeat, aut antiquet. Liuius lib. 8. Capite anquisitū ob rem bello malè gestam de Imperatore nullo, &c. Idē lib. 26. Cùm Tribunus pl. bis pecunia anquisisset, tertiò capitis se anquirere diceret. Idem lib. 6. Sunt qui Duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores sunt. Hot.

ANQVIRERE ueteris iuris uerbum quærere & informationem facere significat Liu. 4. Belli punic. Seu legibus, seu moribus mallet, anquireret. Prat.

ANQVISITIONES intelligimus, cùm diligēti peruestigatione aliquid circumquærimus, quod & Ver. Flaccus probauit. Hinc etiam annus deductus est ab ipso temporis circuitu, ut ex Capitone Atteio refert Macrobius: quoniam An, pro Circum ueteres posuerūt: unde An terminos, circum terminos & Ansanctum, & Ambire pro circumire: quæ Grammaticorum commentarijs peruulgata atque detrita sunt, ut annotauit Petrus Crinitus lib. 1. c. 14. de honest. discip.

ANSA, est qua quippiam prenditur ac tenetur. Paul. in l. in rem actio. §. 2. de Rei uendic. Veluti, inquit, si quis statuæ suæ brachium, aut pedem alienū adiecerit,

adiecerit, aut scypho ansam, uel fundum. Hæc uox per metaphoram uarias adagiorũ formas præbuit. Plautus in Persa: An non uides hanc ansam quærere? id est, captare occasionem rescindendæ, irritandæq; pactionis. Cicero in Lælio. Quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum. Ansis uasa tenẽtur. Et Aræ primò ansæ dictæ sunt, quòd tenẽantur à sacrificantib. Varro autor. Epictetus in Enchiridio suo scripsit, Vnicuique rei binas esse ansas: alteram, qua teneri possit: alteram, qua non possit. Cætera apud Chiliad. Erasm. Spieg.

ANSITARIA, expunge peregrinam dictionẽ, & repone, Amphitapa, in l. uestis, de aur. & arg. leg. intelligeq; uestes utrinq; uillosas. Sic enim corrigit Alc. teste, Marinus Brixiensis. Quod ait Vlp. Ansitaria qd uelit, ingenuè fateor me planè nescire. Baysius inquit, in de Re uestiar. putatq;, ut Marinus reposuit legendum, Amphitapa. Sed quid si stragulam institoriam legamus, quod in Parer. Alc. annotauit. quibus in officinis institores se induunt. Spieg.

ANSVLÆ uocantur lingulæ coriaceæ, quibus adfibulatur ipse calceus ne folleat indecẽter. Auth. Io. Bapt. in comment. Epist. Sidon. Apollin. ad Lampridium lib. 8.

ANTAPOCHA. Ἀντάποχη, seu antapocha, propriè chirographus, quo debitor fatetur debitum creditori, aut quo quis se obligat. Quandoq; etiam antapocha significat confessionem, quam debitor creditori facit in præstationibus annuis oppidò necessariam propter præscriptionem.

ANTAPOCHA. Apocha est professio solutæ pecuniæ. Antapocha est exemplum apochæ subscriptum à debitore & creditori datum, & hanc esse ueram definitionem antapochę probat l. plures. de fid. instrum. si modò, ut auctores sunt libri scripti, deleantur hæc uerba, (uel antapocham suscipere) quam Iacobus & Fulgosius sequuntur. Apocha debitor probat se soluisse, ut creditoris actionem excludat. Antapocha creditor probat sibi reditus, pensiones, usuras solutas fuisse, ut præscriptionem temporis summoueat, uel ut repellat colonum sese in libertatem asserentem. Apocha securitas etiam dicitur & ἀμεριμνία & ἀσφάλεια sæpissimè in Nouellis & in libris βασιλικῶν. Petronius Arbiter in Satyrico: Redde mihi apodixim defunctoriam, id est, remissionem senilis ætatis. Cassiodorus XI. Meritò testimonium solutionis securitas dicitur, de quo nõ solùm animus, sed substantia communitur. Dicitur & Recauta in Nou. 130. ubi Græci uertunt ἀντιγραμματα non minus malè quàm delegatores ...ωτάς. Augusti. de cura pro mortuis, ubi esset, recautum, quo illa cautio uacuata fuerat indicauit. Posteriores dixere Euacuatoriã in formulis Marculphi ab euacuanda obligatione, ut quandoq; Græci, ἀπορισμόν.

ANTALLAGMA, accipitur pro permutatione. Significat etiam rem, quæ more ueterum in permutationem datur. Alciatus l. Labeo. 19. ff. de uerb. sig.

ANTANAKLASIS apud Vlpianum l. si arborem. 17. de seru. urb. præd. ff. refractio luminis. A. August. lib. 4. Emen. c. 16. significat reuerberationem. Prat.

ANTE idem significat quod præ & in conspectu esse ut quod dicimus ante pedes, ante oculos positum, ut sua natura non quidquid præcedit quantũuis longo interuallo sed quod proximè præcedit dicatur ante esse. Cicero ad Atticũ: Crucior cum eum quem ante me diligo, uideo. id est nullũ alium plus mẽ quam illum diligo. Connan. lib. 6. cap. 3.

ANTE, particulã ad initium referri scribit Alciatus l. anniculus. 132. §. ante. ff. de uerb. sign.

ANTE etiam exclusiuè significat l. qui ante. 13. ff. de uerb. oblig.

ANTE, inclusionis nota est Vlpiano d. l. qui ante. l. cùm stipulatus. 113. ff. de uerb. oblig.

ANTE diem decimum Kalẽdarum, formula, decimus dies significatur Antonio Augustin. lib. 4. Emend. cap. 6. Iacob. Cuiacio acutissimi ingenij uiro in l. qui ante. 13. ff. de uerb. oblig. Prat.

ANTE iudicium acceptum est, ante litem contestatam ex uerbis & sententia Pauli l. ampliùs. 15. ff. rem rat. hab. eodem & sensu accipitur apud Labeonem. in l. qui concubinam. 29. §. 3. ff. de legat. 3. idque per Constantini constitutionem l. 2. ibi statim. C. ubi in rem actio. non igitur ante iudicium acceptũ in d. §. 3. incip. si hæres. sumitur pro sentẽtia ut autumat Accursius ibidem. & ante sententiam, ut credidit Albericus. Nec moueor Pomponij responso l. si rem, quam. §. fin. ff. de euicti. Nam hic quocunque tempore, ut caussæ adsit denuntiari potest. Illic ut iudicium in se susciperet. Vel apud Labeonem res euicta erat apud Pomponium nondum. Scio Bartolũ in d. §. si hæres. hanc ἀντινομίαν diluisse, ut apud Pomponium sit titulus onerosus putà emptionis, apud Labeonem. titulus lucratiuus. Tu rem expende. Prateius.

ANTE Kalendas stipulatus similis ei est qui Kalendis stipulatur l. qui. 13. ff. de uerb. oblig. Bartolus & Alciatus in l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. multa uaria de hac uoce, antè dixêre, quorum uerba huc non transcribo: ab ijs pete.

ANTE omnia, id est, antè, quàm ad alia procedatur l. ante. 23. ff. de probat. & l. penult. ff. de alim. & cibar. legat. Azo. in Summa. C. quand. ciuil. act. crim. præiudic. Prat.

ANTE, Post, Mox, & cætera id genus, certam ferè temporis formam non recipiunt, teste dn. Oldendorp. Spieg. Adde præterea quòd hæ dictiones antè & pòst, sunt earundem uirium & naturæ, seq; mutuò respiciunt, ut latè docuit Tiraquellus in rep. l. si unquam, in uerbo & posteà, num. 14. nam & quamuis. C. de reuocan. donat.

ANTE calendas, & post calendas, idem posse significare, Alciatus demõstrat in Comment. ad l. anniculus. de uerb. sig. Spieg.

ANTE decimum diem Calen. significat undecimam, si de futuro loquar: pòst decimum diem significat undecimam, si de præterito agatur. autor Alc. in d. l. anniculus. Spieg.

ANTE diem iij. Non. annotante Manutio, ueteres dicebant, id est die tertio ante Nonas. Nam cum dicitur, iij. Non. concisa locutio est: quæ integra esset, si diceres, iij. die ante Non. qua non admodum utebantur antiqui, sed eius loco, Ante diem iij. Non. Spiegel.

ANTE diem tertium pro nudiustertius accipi uidetur compẽdiosa locutione, quasi dicas ante diem tertium finitum. Hinc Gellius Ciceronem natũ esse ait ante diem tertium Nonas Ianuarij lib. 15. cap. 28. qui ut ipse de se scribit natus fuit tertio Nonas Ianuarij. Duarenus l. qui ante Kalen. 13. ff. de uerb. obl.

ANTE id tempus significare, quod præcedit actum, pòst uerò id tempus, quod subsequitur, Doctores concludunt. Quæ sententia in actu momentaneo expeditum intellectum habet. Sed & in actu tractum habente, idem est. ut cum dico rem factam ante bellum, intelligitur cœptum. Vide Alciatum, in l. ij. ff. si cert. pet. Spieg.

ANTE cœnam in cœnarum conuiuijs lautissimis primi ferculorum missus ante cœnam dicebantur, qui & iterabantur interdum: secunda fercula, ipsumq; uelut solidum cœnæ, cœna. Torne. lib.17. aduers. cap.10.

ANTAE populi Istri fluminis accolæ, congeneres Sclauinis, quos in Romanas prouincias incurrentes Iustinianus per Childibium ducem repulit, & post aliquot annos duce germano sororis suæ filio, ad internecionẽ ferè deleuit, ut meritò ab eis nomen Antici uendicauerit. Quapropter Haloander noster (quem fata ante diem nobis præripuere, non sine, ut candidè fatetur Alc. insigni studiosorũ iactura) rectè in tit. Iustiniani, ꝓ Attico Anticus restituit. in quo bis erratum uulgo esse idem Alc. ostẽdit. c.3. lib. Parer.5. Flauij cognomentũ, de quo J. in litera L Haloander non agnoscit. Spieg.

ANTE. Aliàs ante causam cœptam. l.3. §. iudicio tutelæ. ff. de contrar. tute. Aliàs ante causam finitam. l. in insulam. §. fructus. ff. sol. matr. l.2. in fi. & ibi Bart. ff. si cert. pet. c. cùm tu. de testibus.

ANTE aditam hæreditatem, sic accipere debemus, antequàm uel ab uno adeatur hæreditas. Nam ubi uel unus adijt, competit libertas. Paul. l. cùm hæres. ff. de statu liberis. Old.

ANTECESSORES sunt iuris Doctores, magistri, & professores: quod & Hesychius his uerbis docet. ἀντικήνσορ[illegible]. Horum fit mentio in constit. omnem. in procem. Pandect. & l.2. .quæ omnia. de ueter. iur. enucl. Hoc titulo cohonestati fuere Theophilus Institutionum Iustiniani paraphrastes, & Iulianus patritius Nouellarum Græcarum eiusdẽ principis fidus interpres. Antecessor etiam accipitur pro iudice præcedenti & priore apud Paulum l. edictum 55. ff. de iudicijs. Prat.

ANTECESSORES etiam Tranquillo in Vitellio dicuntur præcursores. Gallis *Avant-coureurs*. Alcia. lib.3. dispunct. cap.12. de interpretatione huius uerbi dubitat, sed eam uerissimam esse neutiquam ambigendum, ut ij scilicet antecessores dicãtur, qui publicè iura profitentur, id quod manifestè probatur ex inscriptione proœmij. ff. in quo Imperator præcipit formam, modum & methodum docendi. Nã scribitur epist. illa Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Isodoro, Anatolio, Thallælæo, & Cratino antecessorib. Sed omnem dubitationem submouent uerba eius epistolæ, paulo post principium ibi. Sed cum uos, & omnes posteà professores legitimæ scientia constitutos etiam hoc oportuerat scire, quid, & in quibus temporibus tradi studiosis necessarium credamus, ut ex hoc optimi atq; eruditissimi efficiantur, ideóque præsentem diuinam orationem ad uos præcipuè faciendam existimauimus, quatenus tam prudentia uestra, quam cæteri antecessores, qui eandẽ artem in omne æuum exercere maluerint, nostris regulis obseruatis, inclytam uiam eruditionis legitimæ possint ambulare. Idem etiam deprehendi potest ex uerbis Iustiniani in l. secunda. Cod. de ueter. iur. enucl. ibi. Et Dorotheum uirum illustrem & facundissimum antecessorem; quem in Berytiensium splendidissima ciuitate leges discipulis tradentem; propter eius optimam opinionem & gloriã ad nos deduximus, participemq́ue huius operis fecimus. Et paulo pòst, Nec non & Cratinum uirum illustrẽ & Comitem sacrarum largitionum, & optimum antecessorem huius almæ urbis constitutum. Nam in urbe Constantinopolitana, & in oppido prædicto Berytensium iura publicè docebantur; ut legitur in §. hæc autem tria, in prôœm. ff. nec dissentio ab accuratissimo Holoandro, eos dictos esse à præeundo discipulos, & quasi porrecta manu in penetralia iuris deducendo. Id enim significare uerbum Græcum, à quo deducitur illa dictio Græca paredri clarissimum est. Est ergo translatiuè formatum, & per Metaphoram à præeundo, in quo significatu diximus paulo ante magistrum accipi eum, quem ut exemplum sequimur in re aliqua. Cæterum uir doctissimus Hadrianus Tornebus libro 8. aduersariorum capite 19. antecessores homines legum peritos & iuris dici existimat, etiamsi non sint professores, ab honore, quòd alijs qui ius non didicere antecedant, sic Apostolorum principes, Tertullianus antecessores uocat, ut libro quinto, aduersus Marcionem quam Paulus sciret se non in uacuum cucurrisse, quã dexteras ei darent antecessores. & libro primo tunc primum cum antecessoribus apostolorum conferebat. Balduinus in procemio Institutionũ existimat hanc uocem effictam imitatione Græcorum apud quos προηγεῖσθαι per metaphoram significat, præeundo & docendo deducere discipulum in alicuius artis penetralia, quasi dicas προηγουμένους &c.

ANTECESSOR, prior magistratus, cui alter succedit: qui alibi Decessor dicitur. Cicero. semper Prior. Paulus l.55. ff. de iudic. Edictum quod ab antecessore datum est, in numero trium edictorũ connumerari debet planè, licet omnis ab antecessore numerus finitus sit, solet successor unum edictũ dare.

ANTEPILANI Liuio dicti hastati & principes in legione, quod essent ante triarios, qui Pilani uocabantur. ut Varro de ling. Latin. docet: quem refert & sequitur doctiss. Torn. lib.11. aduers. cap.27.

ANTESTARI quid sit, demonstrat Acron his uerbis in Serm. Horat. lib.1. Sat.9. Denunciantes litem antestatos habebant, quibus præsentibus conueniebat, ita ut aurem illis tertiò uellerent. Solebãt enim testium aures tenere, & ita dicere: Memento quòd tu mihi in illa causa testis eris, quod est Antestari. Aliter, olim qui antestabantur, auriculam contingebant. Ideoq; poeta ait, *Libenter auriculam obtuli*. Tangens autem auriculam his uerbis loquebatur, licet antestari? si ille respondisset, licet: iniectione manus aduersarium suum in iudicium trahebat. quòd si antestatus non esset, & manum iniecisset, iniuriæ reus constitui poterat. Plautus in Persa, Leno ad Satyrionem parasitum, Nonne antestaris? & parasitus, Tuáne ego causa carnifex Cuiquam mortali libero aures atteram? Aliter: Antestari, id est, teste uti, qđ iudicij causa uolo manũ inijcere. nam hæc erat consuetudo, si quis uadato non paruisset, ei aduersarius aliquem de præsentibus antestabatur, id est, tangebat eius aurem, & dicebat, licétne antestari? si respõdisset ille, licet: tũc inijciebat uadatus manũ in eum qui non paruisset, & ducebat in iudiciũ: aliter si iniecisset manum, iniuriarum poterat accusari. Hæc Acron, & Porphyrio ferè in eandem sententiam. Horatius eo loco,

Et quo tu turpissime? magna
Exclamat uoce, & licet antestari? ego uerò
Oppono auriculam, rapit in ius.

Plautus in Curcul.

Licet antestari? M. non licet.

Ph. Iupiter te malè disperdat miles, intestat⁹ uiuito. Et sic quidem aliud nihil in effectu significare uidetur antestari, quàm testibus uti, uel, ut Plautus ait, testes facere, quãdo actor in reum manus inijcere uolebat. Plaut. in Curcul.

Nescio

Ne facias testes, neque equidem tibi debeo quicquam.

Quin & Caius cum de illis ageret, qui neq; sequuntur, neq; ducuntur, in reum manus inijci solere, reũ manibus teneri scribens, indicare uisus est: Solutũ, inquit, non intelligimus eum, qui licet uinculis liberatus sit, manibus tamen tenetur, c.48. de uerb. sign. Quod si antestatus nõ esset actor, & manum iniecisset, iniuriarum, ut existimat Acron, reus cõstitui poterat. Hinc illud Plauti in Curcul.

Hoccine pacto indemnatum, atq; intestatum me arripi?

Nec immerito, qui enim non reluctantem trahit, aut rapit, uim inferre uidetur. Proinde ne sine iusta causa sic in aduersarios sæuirent actores, lege constitutum reor Decemuirali, ut qui sine antestatione in reum manus iniecisset, iniuriarum posset conueniri. Nec uero huius antestationis solennitas in tantum ab aliorum testimoniorum iure discedebat, quin ut à testimonijs reliquis, sic ab antestatione serui repellerentur, Plaut. in Curcul.

Seruon' antestari?

Ph. Vide. C. Hem, ut scias me liberum esse.

Porro ut quis in ius raperetur, non semper opus antestatione fuit: nam si reus improbus esset, & intestabilis, ut sunt, lenones, fures, & id genus alij, sine antestatione ad prætorem rapiebatur: id quod doctissimus præceptor meus Hopperus in eruditissimo suo de iuris arte lib.3. annotauit. Vtilius siquidem erat, plagiarios, & fures priuata manu, ciuiumq; concursu ad prætorem sine antestatione rapi, quam sub prætextu securitatis tranquillitatisq; publicę, tergiuersatione, rapinis, plagijs, aut furtis indulgere. Qđ cum ita sit, mirum nemini profecto uideri debet, in improbos huiusmodi homines manus etiam sine antestatione inijci consueuisse. Sic Lyconidem adolescentem aulæ quadrilibris furem suspicans Euclio, in ius rapere uisus est uoluisse, apud Plaut. in Aularia. Nisi referes. L. Quid tibi ego referam?

E. quod surripuisti meum. Iam equidem ad prætorem hercle te rapiam, & tibi scribam dicam.

Nam quòd nullam hîc superstitum optauerit præsentiam Euclio, quòd nullum uiatoris implorauerit auxilium, hinc potest probabiliter argui, communi iure, in eum quem furem esse non dubitabat adolescentem manus inijcere Euclionem potuisse. Similiter in Persa, cum in Dorpalum lenoné manus inijceret Saturio Parasitus, interrogatus à Lenone, an ne antestaretur, respondit:

Tuáne ego causa carnifex
Cuiquam mortali libero aures atteram,
Qui hic commercaris ciues homines liberos?

Rursus in Rudente, cum Labrax leno à Pleusidippo in ius uocaretur, sic eum interrogabat Pleusidipp.

Rapier hinc obtorto collo mauis, an trahi?
Vtrumuis opta dum licet.

Cumq; se neutrum uelle leno respondisset, subiecit statim Pleusidippus:

Abi sanè ad littus curriculo Trachalio,
Iube illos in urbem ire obuiam ad portum mihi,
Quos mecum duxi, qui hunc ad carnificẽ trahát.

Ego hunc scelestum in ius rapiam exulem. Age ambula in ius. L. quid ego deliqui? Et paulo pòst:

Obsecro subueni mi Charmides, Rapior obtorto collo. Ch. quis me nominat? L. Viden' me ut rapior? Ch. Video, & inspecto lubens. L. Non subuenire mihi audes? Ch. Quis homo te rapit? L. Adolescens Pleusidippus. Cæterùm si honestior esset persona quàm ut eam rapi conueniret (erant enim qui in ius uocati, duci, aut rapi, ne medio quidem antestationis poterant, ut ex Epigraphe c.48. de uerb. signific. colligimus) diem ei dicebat, eamq; promissa pœna, quam multam Plautus appellat, datisue, ni prædia possideret, uadibus, uel pignore dimittebat. Plaut. in Capt.

His diem dicam, irrogabo multam.

Nam quod lege cautum fuisse diximus, in ius uocati, ut irent, prætor illud edicto sic est interpretatus:

In ius uocati ut eant, aut satis uel cautum dent.

10 Quod enim certos prætor sessionum haberet dies, quibus postulationibus, quibus etiam cognitionib. uacaret, libro 1. Variorum demonstrabimus. Manus in aduersarium inijciendi opportunitate actores fraudari diutius prætori iniquum uidebatur. Proinde concessit agere uolentibus aduersarios suos Vadari, hoc est, in ius uocare, ut in pœnam stipulantib. actoribus promitterent, aut satis, uel cautum aliquo modo darent, prædiàue possiderẽt, manus iniectionem paterentur, & medio antestationis, uel ad præ-
20 torem, si is postulationibus operam daret, ducerentur: uel si alijs negotijs occupatus esset Prætor, in carcere proxima postulationum die in iure sistendi caussa adseruarentur. Plaut. in Persa: Vadatur hic me. P. Vtinam uades Desint, in carcere ut sis. Quod etiam de his, qui neq; sequuntur, neq; ducuntur, Caius annotasse uisus est, cap.48. de uerb. signif. Ac ne eum, inquit, intelligimus solutum, qui in publico sine uinculis seruatur. Per publicum enim carcerem siue custodiam intelligi, illud Plauti in Am-
30 phit. liquido demonstrat. Ita Peregrè aduenieus, hospitio publicitus accipiar. Ræuard. cap.5. ad ll. XII. Tab. & ante eum Iacobus Cuiacius lib.7. Obseruat. cap.16.

ANTIADES & paristhmia Græcis dicuntur, quæ sunt Latinis tonsillæ, & sunt inflãmationes circa eas partes, quæ mela, id est, poma, à recentioribus uerò amygdalæ appellantur. Celsus lib.7. c.11. Tonsillas, quæ post inflammationem induruerunt, Grçci Antiades appellant. Galen. lib.6. Decameridon,
40 Hortulanum, inquit, ab uulua, & antiadibus & paristhmijs suffocationem patientem. Idem uerò lib.10. de medicina simplici, paristhmijs, siue faucibus uuluæ, & antiadibus. Vlpian. libro 21. tit. de ædil. edict. l. quæritur. Et si quis habeat antiades, & si antiades sunt, quas existimo, id est, inueteratas, & quæ iam discuti non possunt; utrobique mendum est: Antiachę pro Antiades. Accurs. faucium tumores exponit, nõ tamẽ dicit quos tumores: quòd uerò subdit, ut scrofulæ, omnino falsum est, cum scrofulæ sint apud iu-
50 niores medicos, quæ ab antiquis dicuntur Chœrades Græcè, Latinis Strumæ. Nebriss. Vide & Rhodig. lib.4. cap.2.

ANTICVS cur Iustinianus dictus. Vide Antæ populi.

ANTICATEGORIA, recriminatio dicitur, siue mutua accusatio. Et fit, aut quum litigatores idẽ crimen inuicem tentant, aut aliud atq; aliud. Bud.

ANTIXPHΣIΣ quid sit docuit Alciatus lib.2. dispunct. c.3. & ex eo Spieg. post utrumq; Cuiac. lib.5.
60 cap.15. Obseru. Appellant autem I.C. ἀντίχρησιν, cum conuenit, ut pecunia debitor utatur, fruatur, & creditor loco usurarum percipiat fructus pignoris, eoque intereà similiter utatur, fruatur. Papin. l.1. §. pacto, de pigno. meminit cuiusdam pacti, quo placuit, ut creditor fructus hypothecarum usuris compensaret fini legitimæ usuræ, talemq; conuentionem utilem esse ait. Modestinus quoque mentionem facit similis conuentionis, ut creditor pignus in pecuniæ suæ

suæ compensationem certo tempore possideat, & fructum capiat l.39.de pig.act. Deniq; Paulus meminit pignoris, quod in usu creditoris est, uolũtate debitoris l.9.§.ultim.de supel.leg. Sed & in rescriptis principum legimus, interdum possessionem ea lege creditori obligari, ut fructus in uicem usurarum cõsequatur. Item pecuniam ea pactione mutuò dari, ut uice usurarum creditor domum debitoris inhabitaret, l.si ea lege, l. si ea pactione. C. de usur. Martianus scribens de formula hypothecaria, duobus locis hanc pignoris conuentionem appellat ἀντίχρησιν, l.11. §.1. de pign.l.si pecuniam, de pign.act.& pignus nihilominus dici posse ait, & hypothecariam actionem competere, & soluto debito pignoratitiã actionem: uideturq; etiam ἀντίχρησιν etiam describere, cũ ait ita dici, ubi creditor retinet possessionem, donec illi pecunia soluatur, & in usuras intereà fructus percipit. Non est absurdum, ut usura alterius rei sit & generis, quàm sors ipsa. Sed multò erit iustior ratio ἀντιχρήσεως, si ad modum & (ut Papinianus loquitur) finem legitimæ usuræ reuocetur. Quid enim alioqui si cum centum aureos mihi mutuò dederis, fundum pignori acceperis, qui quotannis solebat fructum uiginti aureorum reddere? Certè iniusta esse ἀντίχρησιν, & in fraudem legitimæ usuræ contracta uideri posset. Quanquam propter incertum fructum leges patiantur, ut si fortè fructus excedant modum usurarum, nihilominus creditor eos habeat, tanquã periculi precium, cum etsi minus fructuum nasceretur, eo tamen contentus esse deberet, l.si ea lege. C.de usur. Illud etiam notandum ex No.32.33.& 34. si nobis res sit cum agricola possessionum eius, aut ouiũ, aut mancipiorum ἀντίχρησιν facere nõ licere. Etiam illud Iustinianus adiungit, octauam duntaxat partẽ modij in singulos modios & in singulos solidos unam siliquam quotannis ab agricolis usurarum nomine accipere licere. Balduin.in tracta.de pig.& hypo.capit.16. Differt autem ἀντίχρησις ab usuris hoc modo: Pacto constituitur ἀντίχρησις, usurę stipulatione. Item Antichresis perimitur nuda oblatione sortis. usuræ non item, l.ex prædijs. Codic.de usur. Ἀντίχρησιν similiter ab agricola pacisci non licet, usuras stipulari licet. Cuiacius in expos.Iustin.d.Nou.32.post princ. Adde Balduinum comment.tit. de pign. & hypoth. cap. de antichresi.16.

ANTIDORVM, doni redditio est, ab ἀντὶ re, & δῶρον, donum. Vlpian. de pet. hæredit.l.sed & si. Planè si antidora acceperunt, dicendum est, eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt. Obseruandum autem, ab ἀντὶ Græca uoce, quod est contrà, uiceuersa, pleraque produci. ut antidorum, anticategoria, antichresis, antipelargia, antiferna, antipeponthos, antipocha, antigraphe. Elegãter autem diffinit genus quoddam esse permutationis. Et remunerandi obligationem censet naturalem. Spieg.

ΑΝΤΙΔΙΑΠΛΕΚΕΙΝ Græci dicunt, quod nos replicare, sicut & ἀντιπαραγραφὴν, quam Latini Replicã.

ΑΝΤΙΔΩΡΑ, quæ fiunt remunerandi gratia &c.

ANTIDOTVM, medicamentum est, quo nos contra uenenum præmunimus. Pau. ff. de penu leg. l.non omne. Quæ, inquit, in numero antidotum nõ est. Item de contrah. empt. l.quod sæpe. Antidota, inquit, & alia quædam salubria medicamina.

ANTIFERNA, bona sunt, quæ à marito uicissim loco dotis adferuntur in matrimonium. nam φερνὴ dotem significat: unde & Parapherna uocantur bona, quæ mulier ultra dotem sibi habet. Sp. His autem proxima sunt ὑπόβολα & ἀντίφερνα, de quibus Constantinus Harmenopolus scribit. unde & Hypobolica instrumenta apud Sid. Apoll.lib.7. Epist. quanquam sunt, qui legant Hyperbolica: alij quidam paraphernica, omninò malè. Cuiacius not.ad tit. Vlp. de dotibus.tit.6. Et in libro 5.obseruat.& emendat. capite 4.idem Cuiacius inquit, his uerbis: Donatio propter nuptias est dos mariti, atque ideò quæ donantur propter nuptias ἀντίφερνα, id est, tanquam ex altera parte doti respondentia uocantur, l.ult. Cod. de donat.ant.nupt. uel pro nupt. Ea in dotem à muliere plerunq; redigebantur, l.generaliter.§.hoc obseruari. C.de sec.nupt.

ANTIGRAPHABOS Budæus uocat, quos Galli Contrarotulatores dicunt. Hoc uocabulum Cæs. Maximilianus, & pleraq; alia, quæ ministros Principis indicant, è Gallia in Germanicũ transtulit, Contralier/ Grafier/ Quartier/ Fotier/ Finantzier/ Trapetzier/ Guardier/ atq; ijs similia. Spieg.

ANTINOMIA, legum contrarietas. ab ἀντὶ contrà, & νόμος lex. C. de uet. iure enucl.l.Deo auctore: nulla, inquit Iustin.in omnib.prędicti codicis membris antinomia. Et paulo pòst. Per suum uitium antinomias induxerunt. Nebriss. Præceptor noster Zasius, in dissoluendis antinomijs apud Iuriscoss. per Dn. Budæum haud temerè obseruatis, multum operæ impendit. Sed ueritas est, multas leges scriptas, sibi implacabiliter esse inuicem contrarias, teste dn. Oldendorpio, qui rectè tradit, tunc postremam sequi nos oportere, memores semper mutationũ quas circunstantiarum diuersitas exigit. Exempla sunt nouissimi iuris constitutiones.

ANTINOMIAM ueteres magis appellabant conflictum duarum legum, quæ non natura, sed casu aliquo pugnabant, propter aliquam circunstantiam: ut cum duæ theses in una Hypothesi confligunt. Tales Antinomiæ non possunt non sæpè incidere. Sed Iustinianus Antinomiam uocat leges natura sua pugnantes, & omnino contrarias: quæ certè ferri nullo modo debent. Ergo eas tolli iubet. Balduinus.

ANTIPELARGIA, dicitur quasi Ciconiaria lex, qua liberi parentes alere iubentur. πελαργὸς Græcè Ciconia dicitur. Nam ferunt, parentes suos senio confectos alere: & uolatu imbecilles, alis suis subuehere. Hinc uerbum ἀντιπελαργεῖν, quod est promerentibus gratiam in tempore referre. Bud. in annot.ad L.1.de Iust.& iure.

ΑΝΤΙΠΕΠΟΝΘΟΣ, talio dicitur, quod genus Iuris (de quo ĩ.latius) Arist. improbat, nec legitimo iuri, nec ei quod in ciuilitate uersatur, conuenire ait. Bud. annotauit in l.ius ciuile.tit.eod. Sp.

ANTIPOCHA. Lege, Apocha.

ΑΝΤΙΦΩΝΗΤΗΣ. Nouella quarta Iustiniani dicitur quẽ nos constitutæ pecuniæ reũ nominauimus.

ΑΝΥΠΕΥΘΥΝΟΣ, & ἀνεύθυνος, magistratus dictus, qui dicendæ causæ aut immunis est, aut quouis modo eximitur. Bud. in l.ult. de Senator.

ANTIQVARE Festo est morem pristinum reducere. Antiquare legem est ipsam abrogare, improbare, tollere, Ciceroni 3. de legibus. Vos item, ut audio, legem antiquastis siue tabellas. & l.15. Cod. de sacros.eccles.& l.fin. C.de ed.diu.Had.tol. Moris enim erat Romæ cum rogatam legem improbarent, & repudiarent in tabula scribere. A. qua notula significabatur, Antiquo. Prat. Cæterum populus Romanus propriè antiquabat legem, quæ non perferebatur. Quo sensu antiquatam fuisse Tribunitiam rogationem de Veios commigrando scripsit libro 5. Liuius.

uius. Quæ autem semel perlata iterum tollebatur, illa abrogari dicebatur. Lex inquit Vlpianus aut rogatur id est fertur, aut abrogatur id est, prior lex tollitur. Schard. ex Ræuardo ad ll. XII. Tab. c. 1. &c.

ANTIQVATVR autem lex, non solum quæ nimia uetustate consenescit, sed & quæ recens & nuper nata, aut non obseruatur, aut sanè non ad longũ tempus. Velut lex feratur ut oẽs nomina sua quotannis deferant apud magistratum, id semel atq; iterum & tertio, aut etiam sæpius factum, si post omittatur desuetudine lex illa antiquabitur & uoluntate omnium obsolescet, atq; tempus ipsum tandem afferet, ut impunitum sit ei non parere. Connanus lib. 1. cap. x. num. 9.

ANTIQVARIVS qui uerbis ab usu remotis utitur, quíue uetustissimos auctores scrutatur Suetonio in August. c. 68. Iuuen. Satyr. 6.

Ignotosq; mihi tenet antiquaria uersus.

ANTIQVARII etiam erant qui bibliothecæ codices componebant, uel pro uetustate reparabant ut docent Imppp. Constitutio. l. 2. in princ. C. Th. de stud. lib. urb. Rom. lib. 14. C. T. quo etiam sensu accipiuntur in l. hac parte. 10. C. de proximis sacr. scrin. Prat. Cuiacius aũt inquit, Antiquarij sunt librarij siue scriptores librorum, l. 2. C. Th. de stud. lib. urb. Ro. Sido. Apollinaris lib. 9. licet antiquarium moraretur insiccabilis gelu pagina. Ausonius in Epist. ad probum P. F. P. oblata per antiquarios mora. Cuiac. in l. hac parte. C. de proxi. sacro. scrin. &c. libro duodecimo, uide autem & Tornebum lib. aduersariorũ 18 capite 28.

ANTIQVIOR dicitur charior, & potior Paulo l. postliminium. 19. §. transfugæ. in fi. ff. de ca. & postli. quo etiam sensu sæpissimè inuenitur apud classicos rerum scriptores. Cicero, Antiquiorem (inquit) Deiotaro fuisse laudem & gloriam, quàm regnũ & possessiones suas.

ANTIQVVM ius apud iuris auctores uariè accipi, spectariq; liquet ex subiectis. Nam interdũ pro iure gentiũ quod cum humano genere natura prodidit Gaio l. 1. ff. de adq. rer. do. §. singulorum. Inst. de rer. diuis. Antiquum ius etiam dicitur, quod ex legibus XII. Tab. descendit l. in rem. 24. §. tignum. ff. de rei uindic. quæ antiquæ leges adpellantur, siue antiqua lex Vlpiano l. 2. §. 1. ff. de noxa. & diuo Antonino Imper. l. 1. C. de except. Dicitur & antiqua prudentia. l. penult. in fin. C. de constit. pecu. At in l. Gallus. 29. §. si eius. ff. de lib. & post. antiquum ius accipitur pro eo, quod legem Velleam præcessit: id quod de iure à Gallo inducto accipit Accursius ad Gallum. quod & Bartol. & Baldus, & Iason probant. Idem uidetur sensisse Alciatus ibidem, & res ipsa docet. Apud Vlpianum uerò in l. 1. §. si nemo. & l. 2. §. si mater. ff. ad S. C. Tertyll. accipitur pro eo iure, quod Senatusconsulta Tertylianum & Orphitianum præcessit. Sed an hoc de XII. Tabul. intelligendum est? an de posteriore? & de XII. Tabulis accipiendum putem cum Accursio ad d. §. si nemo. Apud Celsum in l. pater. 29. in fi. ff. de leg. 2. ius antiquum sumitur pro legibus XII. Tab. Accursio interprete. Sunt qui putent accipiendum pro eo iure quod est ante legem Iuliam & Papiam: quo etiam modo sumendum aiũt in Epitome Vlpiani tit. 17. & 18. In Papiniani responso l. Seia. §. final. ff. de don. caus. mort. significat id ius quod Seueri constitutionem præcessit. In l. 1. in fin. ff. si quis à par. man. sit. iuris antiqui nomine querelam inofficiosi significari aiunt. Accurs. ius alimentorum interpretatur. Prat.

ANTIQVITATIS nihil ignorandum est. Inst. de testam. §. 1. cum hoc pugnat quod ait Imperator, ueteris iuris prolixitatem scire, nõ est necessarium. l. unica. §. & hoc locum. C. de caduc. tollen. Conciliatio: ut quod uel tollitur, uel reformatur, non sit incognitum, oportet ea in parte antiquitatem nosse. d. l. unic. §. & cùm triplici. Ad declarationem uel confirmationem iuris antiquitas utiliter inuestigatur. l. ideò quia. & l. seq. ff. de legi. alioquin ad definitionem causarum, antiquitas iuris abrogati, nullo modo est alleganda. l. unic. in prin. C. de lat. lib. tol. Prat.

Ex ANTIQVITATE temporis, cuius initium non apparet, introducitur consuetudo, quæ habet uim legis, & constituti l. 1. §. fin. & l. 2. in princip. ff. de aqu. & aqu. plu. arcen. l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua cotid. & æstiu. Talis antiquitas non minorem habet uim in suo genere, quàm iussus Imperatoris, ut ait Andr. de Isernia. tit. quæ sint regal. in usib. feud. Prat.
Antoninus & Seuerus quoties in libris legitur, mendum est insigne, pro eo quòd esse debuit. Antoninus & Verus, tum ex codicibus illis uetustis Florentinorum, tum etiam ex ipsa temporum historia.

ANTIQVITAS Romanorum intelligenda est de tempore, quod Constantinum principem antecessit. Enimuerò quæ in nouissimis libris C. leguntur, nihil ferè antiquitatis redolent. A recentioribus nanque Græcorum morib. sumpta sunt: & ob id magna ex parte non intelliguntur. Olden.

ANTIQVITATEM accipere oportet, ab introductione XII. Tabularum, ad tempora usq; Iurisconsultorum, qui uniuersum ius quotidie in melius reformarunt. l. 2. §. Deinde ex his legibus. & §. post originem. ff. de orig. iur. Nou. de his qui nupt. iter. §. atq; hoc primum. Const. 22. Old.

ANTIQVVM ius in l. liberos. C. de collat. quod antecessit constitutionem Anastasij. Antiquum ius in l. unic. C. und. uir & uxor. intelligitur Accursio interprete de l. unic. ff. eo. Equidẽ de lege Romuli accipiendum putem. Hic enim ita lege cauit: Filia, uti patri, ita defuncto uiro, hæres esto. Halycar. lib. 2. Prat.

ANTISTES à Iustiniano in §. nos autem. Instit. de Attiliano tutore dicitur Episcopus quod primus illius diœcesis sacerdos sit. Sũt enim apud antiquos Antistites primarij cuiusq; templi sacerdotes, & ita accipiendi sunt in l. si quenquã. & in l. decernimus. Cod. de Episc. & cleric. Alibi autem sacræ legis antistitem appellarunt Arcadius & Honorius Impp. sacræ legis primarium doctorem sicuti Diocletianus liberalium studiorum antistites appellauit in l. 1. C. de decret. deeur. lib. 10. ex Aldobrand. d. §. nos autẽ. Adde Gellium lib. 13. cap. 19.

ANTONINVS à senatu Pius est cognominatus, inquit Iulius Capitolinus, uel quod socerum fessa iam ætate manu præsente senatu leuauerit, uel quòd eos quos per malam ualetudinem Hadrianus occidi iusserat, reseruauit. Hic quum annos uiginti quatuor imperasset, morbo perijt, anno ætatis suæ septuagesimo, & quasi adolescens desideratus est. Eiusque singulari uirtute, & incredibili quadam pietate factum est, ut ad quamplurimos Imperij successores, nullo licet sanguinis uinculo iunctos, nomen Antonini uelut hæreditarium transiret. Quo nomine etiam Imperatores quosdam prænominis cognominisque loco usos esse ex diuersis antiquitatum monumentis constat. Siquidem post obitum Antonini Pij fuisse nomen Antoninorum tam amabile testis est Ælius Lampridius, ut qui eo nomine non uteretur, mereri non uideretur Imperium. Vnde e-

de etiam nonnulli & Seuerum & Pertinacem, & Iulianum Antoninorum prænominibus honorandos putant. Vnde posteà duos Gordianos patrem & filium Antoninos etiam cognominatos falso traditum est. Non enim Antonini, sed Antonij, ut ex numismatibus constat, dicebantur Gordiani. Sed aliud est, inquit Lampridius, quum Prænomen adsciscitur, aliud quum ipsum nomen imponitur. Nam Pius uerum nomen Antonini habuit, cognomen Pij. Marcus uerum nomen uerissimi habuit, sed hoc sublato atque abolito, non prænomen Antonini, sed nomen accepit. Commodum autem Marcus Antoninum appellauit, atque ita in publicum edidit diem natalis sui. Iam Caracallam Bassianum, Antoninum appellatum satis constat, uel somnij caussa, quod Seuerus uiderat, quum sibi Antoninum successorem prædictum sensisset. Anno demum XIII. Antoninum dixit, quando ei Imperatoriam dicitur addidisse potestatem. Hæc Lampridius: adijciens insuper, Getam & Diadumenianum Antoninos etiam appellatos fuisse. Ræuardus lib. 3. cap. x. Variorum.

ΑΝΤΩΜΟΣΙΑ propriè dicebatur iusiurandum rei sicuti actoris ἀνωμοσία. Isocrates tamen περὶ τῆς ἀντιδόσεως etiam de actore dixit ἀντώμοσεν, & Isæus orator de actore & reo uicissim iurantibus ait, μελλόντων ὑμῶν ἀντόμνυσθαι. Schardius ex Bald. ad titul. de pœn. tem. litig.

A P

APAMÆA. Apamæa Bithyniæ, colonia fuit Romanorum, de qua in l. 1. ff. de censibus, l. ultim. Cod. de diu. præd. & Plinius libro quinto, capite ulti. inquit: Intus in Bithynia Colonia Apamæa. Cuiacius Obseruat. lib. 1. cap. 18.

ΑΠΑΡΓΥΡΙΣΜΟΣ idem quod adæratio, quæ est taxatio precij. Cuiacius in l. lege repetita. Cod. de erogatione militaris annonæ lib. 12.

APE, apud antiquos dicebatur, prohibe, compesce Festo lib. 1.

ΑΠΕΝΙΑΝΤΙΣΜΟΣ annuum exilium pœna erat cædis inuoluntariæ apud Græcos, cum interim ab aliquo locuplete homine, cædis perpetratæ expiamentum quæreret, qui eam commiserat. Quod si quem ex consanguineis eius qui interemptus erat, exorare & placare semel potuisset, nulla erat cædis inuoluntariæ pœna, ut scribit Demosthenes περὶ τῶν συμμοριῶν. Eaque uenia & misericordia propriè dicebatur αἴδεσις quam etiam humaniores quique facilè tribuebant. Schard. ex Bald. ad Instit. de leg. Aquil. §. ut uim.

APER, porcus syluestris, animal propter conuiuia natum, iuxta Satyrograp. Triphon. usufructuarium, inquit, uenari in saltibus uel montibus possessionis, probè dicitur: nec aprum aut ceruum, quem ceperit, proprium Domini capit, sed fructus aut iure ciuili aut gentium, suos facit. Spieg.

APERIRE uiam est ad ueterem altitudinem, latitudinemq́; restituere Vlpian. l. 1. in princ. ff. de uia pub. & itin. publ.

APERIRE parietem dicitur, qui fenestram, uel ianuam in eo facit Paulo & Scæuolæ. l. penultim. & ult. §. fin. ff. de serui. urb. præd. Sic aperire partem cœnaculi eodem sensu dixit Alfenus l. habitatores. ff. loc. Prat.

APERIRE refugia in l. si cuius. 13. §. sed si ædium. Digest. de usufruct. Aperire puteum l. fluminum. 24. §. final. Digest. de dam. infect. est fodere puteum. Prat.

APERIRE sulcum l. qui duo. 29. ff. de seruit. rustic. præd.

APERIRE Nonio est erigere, & ostendere. Prat.

APERIRE scelus, furtum, coniurationem, adulterium: pro detegere, patefacere. Sp.

APERIRE tabulas ille uidetur, qui naturaliter aperit, siue signatæ sint, siue non sint ligatæ, sed tantùm naturaliter clausæ. Et ita in edicto quo Prætor aperiri testamenti tabulas uetat ante quæstionē de familia habitam, hoc uerbum accipimus. l. 3. §. quod ad causam. cum sequentibus §§. ff. de Senatuscons. Silania. Si in duobus exemplaribus scriptum sit testamentum, alterutro patefacto apertæ sunt tabulę: sed & si sua natura patefactæ sint, apertæ uidebuntur. l. 10. ff. quemadmodum test. aperiant. Quòd si quis testamentum fecerit & exemplum, exemplo aperto nondum apertum est testamentum. Aliter atque si authenticum patefactum sit. l. ulti. ff. codem. Sic Apertura tabularum in l. 31. §. 1. ff. de excusationibus, l. 3. §. ult. ff. de hæredibus instituendis. l. ult. ff. de mortis causa donationibus. l. 21. l. 31. ff. de conditio. & dem. l. 58. §. testamento. de adminis t. tut. Et Apertura codicillorum in l. 86. §. 1. ff. de legat. lib. 1. l. ult. §. ult. de legat. lib. 2. Briss.

APERTURAM, pro apertione, uel ipso aperiendi actu, usurpauit Iurisconss. in l. 3. ad Sylan. quum inquit, Omnis enim apertura prohibita est. Apud Vitruuium quasi os quoddam in ædificijs intelligitur. Spiegel.

APERTUM ius Cicerone & Quintiliano autoribus id est, quod clarum & indubium est. Varium autem quod in opinionibus Iureconsultorum uagatur, quod & controuersiam appellant: à contrarietate opinionum. Veluti à uarietate uarium, & Interpretes dubium, licet ineptius dicunt de quo latius Salomon. in §. responsa prudentum. Inst. de iur. nat. Spiegel.

ΑΦΗΛΙΞ quo Modestinus utitur in l. Spadonē. ff. de excusat. tut. puberem significat sed minorem uiginti quinque annis, cui non tutor sed curator datur ut Suidas & Phauorinus docent: quod etiā tradit Constant. Harmen. lib. 1. tit. περὶ αἰδοῦς καὶ ἀφηλίκων.

ΑΦΟΣΙΟΥΣΘΑΙ uel ἕνεκεν ὁσίου ποιεῖν τι, hoc est, ad uerbum, pietatis & sanctitatis causa facere aliquid Latini perfunctoriè, aut defunctoriè, & leui brachio dicunt, non uerè, neque ex animo, ut ex Budæo annotat Connanus libro 7. cap. 3. numer. 3. Vsus est his uerbis Modestinus l. 2. qui petant tutores. & in l. scire oportet.

APHTHÆ, medicis sunt oris ulcera, quibus precipuè infestantur infantes. Vnde Aphtiphum uolūt dici, qui eiusmodi uexetur affectione: & ob id apud Vlp. in l. item Offilius. de Ædil. edict. hanc uocem esse reponendam, qua Iurisconsultus linguæ locutionisq́; prauitatem attigerit. Atypum autem Budæus legit, quod magis probandum, suffragante Noric. textu, & non satis expedito plectro linguæ utentē, ab etymologia uocabuli intelligit. Scholiolum uerò, præposterè loquentem exponit. Porrò Rhodiginus, si diuinare permittimur, inquit, malim Athyrophanam, uel Athyrotum substituere, quibus festinata nimis in loquendo celeritas significatur. Spie.

APICES iuris, hoc est, subtilitates, summū ius, stricta iuris ratio, quæ bona fide agenti non conueniunt: ut eximius æquitatis cultor Vlpian. dixit, in §. quædam. l. si fideiussor. Mandati. Hinc dubio procul emanauit uulgatum illud, Disputantem in re liquida non esse audiendū. de quo latius disserit Bar-

in l.confessus.ff.de custod.reor.Spiegel.

ΑΠΕΙΘΕΙΑ, qua uoce Iustinianus utitur in Nouella 97. morositas est quædam qua quis contumaciter resistit rogantibus, & sibi persuaderi non permittit: uitium crudelitati contrarium. de quo lege cap. 8. libro 4. Parerg. Alciat. Spieg. Adde Gellium libro 19. capite 12.

APISCI, pro Adipisci. Vlp. l. 40. ff. de donat. int. uir. Quod adipiscendæ dignitatis gratia ab uxore in maritum collatum est, &c. Vlpian. l. 25. §. 3. ff. de hæred. petit. Quòd si ab initio quidem iustam causam habuit apiscendæ possessionis. Paulus l. 1. §. 2. ff. de acqu. & amitt. poss. Apiscimur autem possessionem per nosmetipsos. ut l. 3. Et apiscimur possessionem corpore & animo. Hermogenianus l. 15. ff. de Carb. edic. Hæc bonorum possessio, si satisdatum sit, non tantùm ad possessionem apiscendam, sed ad res etiam persequendas prodest. Hot.

APPLICATIONIS ius Tornebus Aduersariorum lib. 24. cap. 32. ab Atheniensibus ortum esse arbitratur, apud quos peregrini se alicui opulento ciui in clientelam dabant, dicabantque, quod in Palliata Comœdia imitatus est Terentius, cum in Eunucho scripsit, Vna est domus, Thais patri Se commendauit in clientelam & fidem: Nobis dedit se. id Athenienses appellabant νέμειν προστάτην. qui autem ad Patronum se non applicaret, in iudicium uocabatur, quod dicebatur ἀπροστασίου δίκη. Apud Romanos autem patronos habebant, clientes, liberti, municipia, coloniæ, prouinciæ: etiam qui ciuitate ab aliquo donati fuerant, eum à quo donati fuerant, patronum habebant, & eius nomen gerebant. Succedebant ab intestato patroni libertis, si suos hæredes non haberent: sed etsi testamento facto decessisset libertus, nihilque patrono reliquisset, aut minus quàm dimidiam partem bonorum reliquisset, contra tabulas testamenti, ut ait Vlpianus, dimidiæ partis bonorum possessionem ei prætor dabat. Idem etiam ius ualere uolebant, in ijs patronis, ad quos se peregrini applicabant, qui tamen propriè patroni non erant, sed tanquam patroni. Idem in ijs, qui ciuitate aliquos donauerant. Cicero in Verrem. Caius Sulpitius Olympus fuit: Is mortuus est C. Sacerdote prætore, nescio an antequam Verres præturam petere ceperit. Fecit hæredem M. Octauium Liguré. Ligur hæreditatem adijt: possedit Sacerdote prætore sine ulla controuersia. Posteaquam Verres Magistratum inijt, ex edicto istius, quod edictum Sacerdos non habuerat, Sulpitij patroni filio sextam partem hæreditatis ab Ligure petere cepit. Apud Vlpianum dimidiæ partis bonorum petitio datur patrono: apud Ciceronem sextæ. Quo ex Ciceronis loco satis apparet, non item ut in bonis libertorum, sic in eorum, qui ab aliquo ciuitate donati fuerant, de successione confessum & receptum ius fuisse: quod idem de iure applicationis existimandum arbitratur: Meminit & idem Cicero lib. 1. de oratore: Quid, quod item in Centumuirali iudicio certatum esse accepimus? qui Romam in exilium uenisset, cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intestatoque esset mortuus, nónne in ea causa ius applicationis, obscurum sané & ignotum, patefactum in iudicio, atque illustratum est à patrono? Applicationis etiam meminisse uidetur Terentius in sua Andria cum ait. Tum ille egens forte applicat primum ad Chrysidis patrem se.

ΑΠΟΚΗΡΥΞΙΣ, abdicatio. Imp. l. 6. C. de pat. pot. Abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos usurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legib. non comprobatur. Hinc ἀποκήρυκτος, ὁ διὰ ἁμαρτήματα ἐκβληθεὶς πατρῴας τῆς οἰκίας: id est, qui ob peccata è patris familia eiectus est. uide Abdicatio. Hotom. Formas eius describit Quintilianus lib. 7. de hac latius, uide Connanum lib. 2. cap. 13.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΑΡΙΟΣ, Ad respósum interpretatur Iustinianus Nouel. 25.

ΑΠΟΚΡΥΦΟΣ, occultus, arcanus. Porrò qui libri sint Apocryphi, uide 15. & 16. distinc. per tot. Prat.

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ in Nouel. & Basil. est apocha, cuius commeminit Eustathius περὶ χρονικῶν διαστημάτων. tit. περὶ ἀποδείξεως. M. Fabius ἀπόδειξιν definit lib. 5. c. 10. euidentem probationem. Prat.

ΑΠΟΔΥΤΗΡΙΟΝ Epiphanio lib. 2. Panar. pars balnei ubi constituebantur capsarij.

APOCHA. Ἀποχὴ, uel apocha, schedula est, qua fatemur nobis de pecunia satisfactũ. Vulgò quitantiam uocát. Inter acceptilationem autem & apochã hoc interest, quòd acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia soluta nõ sit: per apochã non aliàs, quàm si pecunia soluta sit. Nolo itaq; iuuenes latere ἀποχὴν Græcè, receptionem esse Latiné, & chirographum significare, & confessionem quá debitor, qui fidem suam de receptis exoluit, à creditore accipit. Vulgò schedula dicitur, quá creditor dat debitori, cum ab illo pecunias numeratas, aut rem, quam illi debebat, recepit. Anch. Apochæ enim uocantur ἀποδείξεις τῶν χρεῶν, ut Nouella xlvj. xlix. Haloander interpretatur malé, probationes. Sed tamen paulo pòst rectè, ἄλλας ἀποδείξεις alias probationes. At Imper. Iustin. in Nouella lxxij. propriè ἀποδείξεις uocat professiones solutæ pecuniæ, quod & uetus interpres intellexit, qui interpretatur: De suscepta. Sic enim solet appellare apochas. Cuiac. ad d. Nou. Iustin. 72. de tutorib. Sunt autem apochæ duplices aliæ particulares, aliæ plenariæ. Plenariæ sunt totius debitæ apochæ generales. Eodem sensu forsitan plenaria dicitur in edicto de Alexan: Georgius plenariam munitionem dixit epist. 4. Idé Cuia. in exposit. Nou. Iustin. 128. de exactio. public. tribut.

APOCHRYPHUM Alberic. profligatæ barbariei secutus autores, Apocrisum dici putauit, ab ἀπὸ, id est de, & κρύφιον, secretum: unde liber apocryphus, secretus, occultus, quia eius autor ignoratur. Meliùs interpretantur Eras. in Scholijs epist. B. Hieronymi ad Lætam. de Instit. filiæ: & Viues in cap. 23. D. Augustin. de Ciuitat. Dei lib. 15. ubi ait, Sicut multa sub nominib. aliorum Prophetarum, & recentiora sub nominibus Apostolorum ab hæreticis proferuntur, quæ omnia sub nomine Apocryphorum autoritate Canonica diligenti examinatione remota sunt.

APOCRISIARII, non Apochrysarij, nec Ipochrysiarij. quamuis perinde barbarum, ut hęc esse uideantur: attamen illud rectius ab ἀποκρίνομαι, quod respondeo significat, dicitur. Est autem Apocrisiarius, ut quidam putat, Responsalis & legatus Episcopi, inde dictus, quòd aliquando pro Episcopo respondere cogatur. Vsi sunt hac uoce pontifices, Item Iusti. loca indicat Alber. Canonum interpretes Papę nuncios intelligũt Apocrisiariorum nomine, ut & apud mediæ ætatis annales reperitur. Melius Old. qui ait: Apocrisiarij dicebantur uelut locum tenentes Episcoporum, ut res Ecclesię gubernarent, negotia singulorum audirent, referrentq; ad Episcopos, ut Nouell. Quom. opor. Episc. §. si uerò non metropolitanus. & §. propterea sancimus. Spieg.

APODECTÆ, Athenis dicebantur, qui collationibus & uectigalibus præerant, quorum iudicio quicquid controuersiæ erat, in publicis collationib. decernebatur. Alex. Neap. Gen. dier. lib. 3. c. 13.

APOGONI. Lege, Epigoni.

APOGRAPHA, est annotatio bonorũ, indexq; eorum quæ reperta sunt. Iurisc. Inuentarium uocát, & Repertorium, ut in Comment. linguæ Græcæ Budæus testatur. Spieg.

APOGRAPHUM, dicitur exemplum uel libri, uel tabulæ, Latinè descriptum, uel exscriptum.

APOLECTI, id est, delecti, eximi, selecti, hoc est sanctius concilium, quod ex delectis constat uiris, des heymlichsten Rahts.

APOLIDES, item insularij dicuntur à I.C. uiles serui, ac pessimi, sine ciuitate, & in insulas deportati, & in publicum opus, aut in metallum dati. Canonica decreta, seruos colẽdis agris destinatos, nuncupant tum Originarios, tum Ascriptitios. Sed Originarij dicũtur propriè, qui ex Ascriptitijs nati sunt in ipso solo, siue fundo. ut C. de Agr. & cens. l. colonos lib. 11. & eiusmodi sine gleba, quam coluerunt, uendi nequeunt. Ascriptitij uero sunt, qui per 30. annos fuerunt in solo. Spieg.

APOLIS, extorris, siue exul. ab ἀπολῶ, deperdo: siue ab ἀ priuatiua particula, & πόλις ciuitas. Mart. de Pœn. Quidam, inquit, apolides sunt, id est, sine ciuitate. Vlp. quoq; de leg. 3. in l. 1. Nec testament. ait, faciendi ius habent, cum sint apolides. Nebr. Deportatos intelligens, quia deperdát omnia ciuitatis Romanæ iura, hoc est, ea omnia, quæ iuris ciuilis sunt, quanquam retineant ea quę sunt Iurisgentiũ. Schar. Vide etiam Duarenum lib. 1. disp. c. 9.

ΑΠΟΦΑΣΙΣ, sententia, dictum, responsio. Vlp. l. 1. §. 1. ff. de appel. ἐξέστω τοῖς βουλομένοις ἐκκαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν, liceat ijs qui uolent, aduersus responsum appellare. Loquitur de rescripto principis, qui ab iudice quopiam de aliquo negocio consultus, responderat. Apud Dialecticos autem plerunq; pro Negatione ponitur. Hotom.

ΑΠΟΣΤΑΣΙΟΝ repudium interpretatur Eustathius in eo qui περὶ χρονικῶν διαστημάτων inscribitur. lib. tit. περὶ προτιμήσεως. Prat.

APOSTATA. Apostata nomen est detestabile, & Græcè nescientibus atrocius, quàm Latine desertor, transfuga, & rebellis. Is autem propriè apostatá dicitur, qui cum fidem catholicam semel amplexatus est, postea ab ea recedit, uerbiq; Dei doctrinam ceu stultam deridet, insectaturq; sicuti Iulianus imperator fecisse perhibetur, unde & hoc nomen sibi sortitus est. Vt item Adrianus imperator, qui cùm Christo templa condere inchoasset (sicuti Lampridius testis est) præfecti sacrorũ suasione ab incœpto destitit, ne hoc medio omnes futuri essent aliquádo Christiani, & ideo cætera etiam templa desererẽtur. Itaq;, mutato animi proposito, acerrimè tandem Hadrianus Christianorũ ueritatem insectatus est. Veteres etiam Christiani eos infami uocabulo apostatas uocabant, qui ad Paganismum uel Iudaismum defecissent. Nec minùs ueri apostatæ sunt, quorum tota uita pugnat cum Christo, ac toto mundo seruit, & à baptismi professione discrepat. Itaq;, per translationem eos apostatas uocamus, qui abscedũt ab eo, qđ tuendum suscepêre, ut militem apostatá, qui ab imperatore suo defecit ad hostem, & discipulum apostatá, qui recedit à placitis sui doctoris, ut notat Bartolus. Quæ sit aũt eorum pœna, ponitur in l. 1. 2. & 3. & in l. apostatarum. & in c. pen. & fi. ex e. ti. Cum aũt infames sint apostatæ, sacrumq; ordinem & clericatum recipere prohibeantur, ad omnia quęcunq; beneficia redduntur inhabiles. Sed nec accusare, aut testimonium ferre possunt. Vide l. Apostatarum. C. de apostatis.

ΑΠΟΣΦΡΑΓΙΣΜΑΤΑ Græcis dicuntur annuli signatorij, quòd signa cuiusq; in eis sculpta erant: l. ad testium. §. signum. ff. de testam. Conn. lib. 9. c. 2. n. 4.

APOSTATES miles dicitur, quum ab Imperatore suo deficit ad hostem. Sic & discipulus qui recedit à placitis sui doctoris, apostates appellatur. Hinc ueteres Christiani, qui ab Euãgelica fide defecissent ad Paganismum, aut Iudaismum, eos infami uocabulo apostatas uocabant: qđ ab Imperatore Christo, cui semel dederant nomen, ad Satanam, quem abiurarunt, desciuissent. Spieg.

ΑΠΟΣΤΗΝΑΙ, Græcis dicitur, uxor, quę diuortiũ cum marito fecit. Vide Eras. Rot. in de Ratione concionandi lib. 4. Spieg.

APOSTOLI item, legati cum mandatis missi, cuiusmodi xij. Dominus noster misit ad prædicandum Euangelium regni, cum potestate sanandi morbos, eijciendiq; dæmonia. Iustin. secundum horum canones (quos Haloander adiunxit Nou. constit. & quidem ut ipse indicat, non temerè) subinde profitetur se leges condidisse, prohibẽs ne quis à cõione arceatur præter Apostolicorum Canonum tenoré, quorum cognitio necessaria est iuris studioso. Sp.

APOSTOLICAM Ecclesiam interpres Romanam intelligit. Qui primus sic accepit, multorũ perniciosorum errorum autor fuit. Nam Apostolus ab Episcopo discernitur. Siquidem Apostolus est immediatè à Christo uocatus ad docendum Euangelium, & habet certum testimonium suę doctrinæ, qđ sit diuina: ac certum est eum habere spiritum sanctũ, & in doctrina non errare, ac potest ubiq; in omnib. ecclesijs docere. At Episcopus est uocatus per omnes homines ad docendum Euangelium certo loco, & potest errare: nec necesse est certum esse, quòd habeat spiritum sanctum, nec potest à dictatis Apostolorum recedere, nouumque & aliud doctrinæ genus inuehere.

APOSTOLI, dimissoriæ sunt literæ. ab ἀποστέλλω, quod est remitto. unde Apostole, es, remissio. T. Liuius: Apostolos fregit in senatu. Tit. Iuris est, de Dimissorijs, qui dicuntur Apostoli. Modest. quoque de uerb. sig. Dimissoriæ, inquit, literæ dicuntur, quæ uulgò Apostoli, quòd acta causæ à primo iudice ad secundum demittantur ut de causa instrui possit. Et hoc in Appellationibus ubi si appellationi defertur, Apostoli dimissorij dicuntur: si non, Refutatorij. Quòd si dubitetur, an deferendum sit, nihilominus dari debent: quòd obsequij testimonium præstent aduersus superiorem iudicem. ideo à quibusdã Reuerentiales appellantur. Alc. de uerb. sig. itaq; Apostoli, literæ sunt testimoniales, testificantes scilicet de facta appellatione. Et hi sunt uarij: Conuentionales scilicet, quando pars admittit appellationem: Dimissorij, per quos apparet, quòd iudex detulit appellationi: Refutatorij, per quos apparet, quòd iudex non defert appellationi: Reuerentiales, seu reuerendi, scilicet quando ob reuerentiam superioris defertur appellationi: Testimoniales, de quibus iam dictum. Solent enim Acta iudiciaria nonnunquam loco Apostolorum designari. Nam satis est appellanti, quòd testimonium habeat qualecunque, uidelicet prouocationem interpositam, & iudici insinuatam fuisse. Vnde Notarius quoq; (si utcunq; iudex

tamē uoluerit) poteſt Apoſtolos teſtimoniales dare.

APOTELESMATA, mathematicorum reſponſa dicuntur: quo titulo Ptolemęi liber Quadripertitus, ἀποτελεσμάτων inſignitus eſt. Alc. de uerb. ſig.

APOTHECAM Vlpianus, exēplo Plinij & Columellæ, pro cella uinaria uſurpat. l. uulgaris. ff. de furt. Idem pro repoſitorio, quod propriè eſt, uſurpauit in l. quæſitum. §. inſtructo item fundo. ff. de fund. inſtr. quum ait: Sed ſi quaſi apotheca librorum utebatur, contrà erit dicendum. Videtur tamen à cella differre: ut ſit Apotheca maius quoddam repoſitorium, Cella uerò minus, ad uſum ſcilicet quotidianum. Spiegel.

APOTHECARII inter inhonoratas perſonas cenſentur. C. ſi cohortalis. C. de Cohortal. libro xij. Spiegel.

APPARERE. Probatum eſſe & liquere probationibus ſonat. §. ſi itaq; diſcretis. Inſt. de actio. Si apparet eum dare oportere, quem locū iſta uertit Theophilus, ἀ φαίνεται τὸν αἰτιάτον τὰ ... Apparet igitur non pro intendere ibidem accipi, ut malè Oldend. explicuit. Prat.

APPARERE Budæo in Forenſib. exhibendi officij, & obſequij exhibēdi gratia præſto eſſe, quod & antè docuit ad Vergil. uerſ. lib. 12. Æneid. Seruius.

Hæ Iouis ad ſolium, ſæuiq; in limine Regis
Apparent, acuuntq; metum mortalibus ægris.

Cicero pro Cluent. Quid ſibi autem illi ſcribæ, quid lictores, quid cæteri quos apparere uideo, uolunt? Feſtus lib. 12. Naualis, inquit, ſcriba, qui in naue apparebat. Hinc

APPARITIO, officium, actus apparendi: quandoq; ſumitur pro ipſis apparitoribus Vlp. l. fi. §. fi. ff. quod met. cauſ. quo etiam ſenſu accipitur in l. 1. C. de loca. prædi. ciuil. lib. 11. ubi ſubaudiendum, interueniente, ex d. §. fi. ff. quod met. cauſa: idq; etiam rectè ſentit Odofredus ad d. l. 1. qui eam optimè omnium explicat. Apparitio igitur ibi pro apparitorib. ſumitur non pro iudice, ut Accurſius & Ioannes de Platea ibidem: aut pro diſcuſſione, ut Oldēdorpius falſò putarunt. Apparitio etiam ſumitur pro officio, ſiue ordine l. 2. C. de appar. procoſ.

APPARITORES ſunt Magiſtratuum miniſtri, qui eorum iuſſa exequuntur, ut colliges ex l. 1. ad inſcriptionem & ἐπιγραφὴν relata de exec. & exact. li. 12. C. Apparitorū numero ſcribas, uiatores lictores & præcones contineri ex eo, quem ex M. Ciceronis Cluentiana ſuperiùs adduximus, loco edocemur. Porrò eos uarios fuiſſe conſtat ex lib. 12. C. tit. 52. 53. 54. 55. 56. 58. 59. 60. Prat.

APPARITORES dicuntur, qui apparēt, & prę ſto ſunt, obſequunturq; Magiſtratib. Virg. 9. Æneid.

Quam ipſi cupiant regi apparere Latmo.

Gell. lib. 2. Poſteaquam lictor, qui illi apparebat, intellexit. Cic. lib. 3. de legib. Leges, inquit, ſunt, quas apparitores noſtri uolunt. Hieron. ad Saluinam: Nihil nocuit militanti paludamentum & baltheus, & apparitorum caterua. Vlp. lib. 21. tit. de euictionib. l. ſi pignora. Si pignora, inquit, uæniant per apparitores. Nebriſſ.

APPARITVRA autem, ipſum miniſteriū, & officium, ut Trāquillus ſcribit in lib. de Grammaticis. Vide Old. in claſſe 1. actio. 4. in prin. Prat.

APPARO, media correpta, pro intendo uſurpatur. Vnde apparitores dictos quidā putant. Frequēs eſt in iure noſtro, ut nomen Actionis, uel Exceptionis, per coniunctiuam huius uerbi, & particulam Si, denotetur. ut apud Iuſti. in §. ſic itaq; Inſt. de action. & Pomponium in l. penu. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. Spieg.

APPELLARE dicitur inferior ſuperiorem, quū ad eum, ut alloquatur, accedit. Vlpia. ex præt. edicto in l. 1. ff. ex quib. cau. maior. Quūmue Magiſtratus de ea re appellatus eſſet. Et Aſconius in illum Verrinæ 3. locum, ubi Verres hæredem quendam hominem priuatum appellaſſe dicitur: Appellat, inquit, iniurioſum uerbum in perſona Prætoris. appellatio enim eſt inferioris ad potiorem. Hinc

APPELLARE, uerbum iuris, cùm is qui à magiſtratu aliquo iniuriam paſſus eſt, uel parem uel ſuperiorem magiſtratum adit, & ut illud decretum reſcindat, petit. ueluti cùm Prætor cōtra Prætoris, aut Conſul contra Conſulis, aut Cenſor contra Cenſoris, aut Tribuni pl. cōtra cuiuſuis magiſtratus decretum appellantur. Hinc Appellare, ab inferioris iudicis ſententia ad ſuperiorem prouocare. Vlp. l. 1. ff. de appel. Appellandi uſus quàm ſit frequēs, quamq; neceſſarius, nemo eſt qui neſciat: quippe cùm iniquitatem iudicantium, uel imperitiā recorrigat, licet nōnunquam bene latas ſententias, &c. Hot.

APPELLARE generale uerbum eſt: Appellare Magiſtratum, eſt ipſum adire agendi cauſa in edicto Prætoris l. 1. ff. ex quib. cau. maio. Hoc, inquit Accurſius, non fuit expoſitum ab Vlpiano, quod tamē ab eo factum putē, ſed à Tribuniano omiſſum ut & alia multa. Appellare item ab inferiore iudice ſuperiorē prouocare l. 1. ff. de appell. & tot. tit. C. & ff. eo. Appellare etiam eſt iudicio conuenire. l. qui appellat. 29. ff. de iud. & l. fideiuſſ. 16. §. fi. ff. de fideiuſſ. Prat.

APPELLARE, ſignificat nominare. Cicero, P. Scipionē, qui primus Africanus appellatus eſt. Pra.

APPELLARE, pro alloqui & uerba cū aliquo facere, ut, debitor antea, quàm uocetur ad iudicem, appellandus eſt, ut ſoluat. Cicero pro Cluentio: appellat hilari uultu hominem Balbus, ut blandiſsimè poteſt. Hoc ſenſu rectè dices: appellatus debitor, bona conſciëntia urgetur apud iudicem ad ſolutionē. Eſt autem appellare debitorem denunciare in iudicio uel extra iudicium ut ſoluat. Seneca lib. 5. de beneficijs. Fœnerator quoſdam debitores nō appellat, quos ſcit decoxiſſe: Martial. lib. 7. ad Baccharam:

Appellat rigida triſtis me uoce Secundus,
Audis, ſed neſcis Bacchara, quid ſit opus.

Cicero in Epiſt. ad Attic. Tulliola tibi diem dat, ſpōſorem appellat, id eſt, te conuenit ex promiſsione, & me ut fideiuſſorem in ius uocat. Itaq; debitorē appellans non tenetur iniuriarū, niſi ut Vlpi. ait, iniuriæ faciendæ cauſa fecerit, ut ſi cū Titius ſtatim à Seio pecuniam mutuā eſſet accepturus, eum conueniā, tanquam mihi debeat mille, ita ut terream Seium. tunc utiq; teneor. Hac ſignificatiōe uerbi, appello, utitur, qui ait, qui prior appellat, prior agat l. qui prior. ff. de iud. id eſt ſi duo ſe inuicem creditores dicāt, ille qui prior in ius uocauit, & litem inſtituit, prior auditur agendo: ſi modo actiones æquè principales ſunt. Authen. & conſequenter. C. de ſenten. Forcat. in Necyomant. Dial. 58. num. 5.

APPELLARE eſt auxilij gratia quempiā implorare. Cicero: Vos, uos appello fortiſsimi uiri. Pr. Sic Tribuni appellantur more, & inſtituto, & exēplo, cū eorum interceſsio poſtulatur, ſi quid iniquè à prętore, uerbi gratia decidatur, at cum auxilij cauſa appellantur, id uero non fit more in cauſis, q͂a qui id facit, de cauſa ſua cognoſci non uult: qui aūt auxilij cauſa tribunos appellabat in litibus, is ſe æquo iudicio certare nō poſſe clamabat, Torne. lib. 18. aduerſ. c. 22.

APPELLARE ex aduerso, hoc est nomina per antiphrasin imponere, ut bellum, quòd minimè bellum, uel bonum sit. Prat.

APPELLARE item est blāda oratione alterius pudicitiam attentare. Hoc enim non est conuicium facere, sed aduersus bonos mores attentare. Vlpianus in l. item apud Labeonem. 15. §. appellare. ff. de iniur. Prat.

APPELLATIO est triplex, uidelicet, quædam à sententia diffinitiua, de qua tractatur. ff. & C. de appellat. quædam ab interlocutoria sententia: quā require in l. 2. ff. de appell. recip. uel non. Quædam deniq; ab actibus extraiudicialibus, cuius fit mentio in l. 1. §. solent. ff. quan. appellan. sit. Sunt qui duo tātùm genera constituūt, iudicialem putà, & extraiudicialem, quibus accedo. Sunt etiā qui eam in duo genera distribuant: in expressam, & tacitam. Expressa est quæ uoce aut scriptis fit l. 1. & 2. ff. de app. Tacita, quę neq; uoce, neq; scriptis fit, sed facto cuius meminit. tex. in c. dilecti filij. de appell. in antiq. Est & alia diuisio. Nam quædam appellatur generalis. & hæc reijcitur c. 2. extr. eo. & specialis glo. in d. c. 2. Prat.

APPELLATIO, definitore Hermogeniano l. præfecti. 17. ff. de mino. est iniquitatis sentētiæ querela. Hęc definitio, ut breuis, ita uera est. Bartolus uerò ita definit in l. 1. ff. de appell. ut sit ius quo interim prima sentētia extinguitur, & interim caussæ cognitio ad superiorē iudicē deuoluitur. Hanc rectiùs quā Bart. definijsse uisus plerisq; fuit Iulius Pontifex in c. placuit. 1. 2. q. 6. ut sit à minore iudice ad superiorē prouocatio. Hermogeniani & Iulij definitiones ut rectæ, aptæq; sunt, ita omnibus probatæ. Prat.

APPELLATIONVM formulæ explicitæ cùm ex iure ciuili, tùm Pontificio.

APPELLATIONEM recipere & admittere q̄ duo idem sonant l. ei, cuius. 5. ff. de appel. l. si quis. 6. §. hi autem. 6. ff. de iniust. significant autem pontificijs adpellationi deferri c. an sit. de adpell. in antiq. Huic cōtrariū est repudiare l. appellatiōe. 3. C. eo. Pr.

APPELLATIONIS caussas reddere & agere l. 1. & 2. ff. an per alium cauf. l. 1. ff. si pend. adpell. & alibi sæpe in tit. ff. de adpel. est placitare caussas adpellationis. Prosequi appellationē, & prouocationē exercere pro eodem dicuntur l. 2. §. legatis. ff. de iudi. l. 3. ff. de adpel. rer. Ex appellatione cognosci, & pronuntiari dicitur, quando appellationis causa cognoscitur & pronuntiatur l. non ob. 25. ff. pro soc. l. creditor. 102. §. 1. ff. de solut. l. licet. C. loc. Sic ex appellatione sententiam dicere l. minor. 18. §. idem Imp. ff. de min. Et ad appellationem iudicare l. non putabam. ff. de cond. & demonst. Prat.

APPELLATIONES iniustæ pronuntiantur, cum dicitur malè & temerè appellatū. l. negotiorum ff. de appel. Porrò superiori iudici satis est pronūciare iustam uel iniustam ex Diocl. & Maxi. Constitu. l. eos. in fin. princ. C. de appel. Olden.

APPELLATIONVM tempora quatuor esse, à quodam antecessore Tolosæ accepi. Primum intra quod appellare oporteat? Et intra decem dies appellandum Iustinianus constituit. Nouell. 23. §. 1. Idque à recitatione Sententiæ. Secundum tempus intra quod petendi sunt Apostoli de quo l. iudicibus Cod. appell. Tertium est tempus inducendæ & ut pragmatici Galli loquuntur, releuandæ appellationis cuius meminit l. 2. & 3. C. de temp. & repar. appel. Quartum tempus terminandæ. §. sancimus. de appel. constit. 93. Prat.

APPELLATIO fuit inuenta ad præsidium innocentiæ: non autem ut defenderetur malitia appellantis. Cod. Suggestum. Et Cod. Ad nostram. de appellat. Valde enim necessarium erat, multis remedijs subuenire subditis, aduersus iniquam sententiam Magistratuum, ne premeretur innocentia, & tandem grauaminibus ad intolerabilem iniuriam productis, accideret passim contemptus & rerum omnium confusio. Et propterea, si perpendas totius Iuris diuini & humani sanctiones, semper obseruatur æqualis quædam inter magistratus & subditos relatio. Omnes subditi obtemperare debent magistratibus. Et ex diuerso, Magistratus honesta semper debent præcipere. Sicut enim magistratuum est, rectè imperare: ita subditorum est, humiliter obsequi. Itaque ui huius relationis, cùm multa sint introducta aduersus contumaciam subditorum coercendi remedia: uicissim certè oportebat subditos tueri aduersus insolentiam Magistratuum. Nullum quippe hominum genus est, quod non egeat competente medela: quoniam omnis homo mendax. Primum igitur aduersus iniquam sententiam iudicis remedium est appellatio. Oldend.

APPELLATIO nonnunquam à Iureconsultis dicitur prouocatio. Nam aduersus iniquitatem uel imperitiam inferiorum iudicum, appellamus & prouocamus superiores Magistratus. l. j. in prin. ff. de appel. iuncto §. si quis. Oldend.

APPELLATIVVM nomen, naturaliter commune est multorum, ut Priscianus docet lib. ij. Hoc quam proprium, magis attendi uidetur alicubi, ut colligunt Doctores, l. Thais. §. Stichus seruus. ff. de fideicom. libert. ex Alberico. Sp.

APPELLATVS Modestino est, quem iudicem ad quem uulgò uocant. Proinde labuntur, qui litigatorem alterum uocant appellantem, alterum appellatum. quia iudex superior est appellatus, non aduersarius. Imò contra eum prouocatur, ut in d. l. j. Spiegel.

APPELLERE propriè nauigia dicuntur ad litus, ripam, portum, l. riparum. 5. ff. de rer. diuis. Sed & pecora ad aquam appellere. l. unic. §. final. ff. ut in flu. public. l. 1. §. Trebatius. ff. de aqu. quotid. & æsti. l. 2. ff. de riuis. Ex quo pecoris ad aquam appulsus. Prateius.

APPENDERE mutuo, pro dare mutuo.

APPENDICIVS, a, um, quod ab alio pendet. Hieronymus ad Furiam: pudicitia sine comitibus & appendicijs suis continentiā & parcitate. Vlp. de acquir. hæred. l. si quis, Sunt, ait, appendiciæ præcedentis institutionis. Nebriss.

APPENDIX, propriè ædificium quod alteri adiungitur, & quasi appenditur.

APPIA uia. Hæc sic nominata fuit ab Appio qui eam muniuit, ut autor est Liuius in nono. j. Decad. Estque præcipua uiarum ducens Brundusium, in qua erant conditoria sepulchraque Romanorum. uide Pompon. in l. ij. de Orig. iuris. §. fuit autem in primis.

APPIVS Claudius, non ille decemuir, sed centum amplius annis posterior, omnia omnium actionū tempora, & oēs obseruationū solennitates proposuit, & in unum librum per ordinem redegit. Vide Oldendorp. in §. postea cum Appius in poster. l. ff. de orig. iur. Spieg.

APPLICITVM, pro iuncto, apud Scæuolam, quum ait, Domū meam cum horto applicito. l. uxorem. §. j. de leg. iij. ut apud Plinium lib. ij. Epist. Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum. Sp.

APPLICATIONIS ius fuisse uidetur, ut qui peregrinus sese in ciuis alicuius Romani quasi patroni fidé & clientelam ita dedidisset, si is intestato mortuus esset, eius hæreditatem patronus obtineret. Cicero libr. De orator. 1. Quid, quod item in Centumuirali iudicio certatum esse accepimus? qui Romam in exilium uenisset, cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intestatoque esset mortuus, nónne in ea causa ius applicationis, obscurum sanè & ignotum, patefactum in iudicio, atque illustratum est à patrono. Vide infra in uerb. ius applicationis. Hot.

APPLVMBARE argentum, est plumbo addito curare, ut argentum argento uel massa massæ cohæreat, cuius fit mentio in l. in rem actio. de rei uendic. Spieg.

APPONERE sibi præuaricatorem, est curare per tertium se adornandum, ut colluderet scilicet. Bud. in Annot. prior.

ΑΠΡΟΣΚΛΗΤΟΣ *dίκη* apud Græcos dicebatur quæ intendebatur in eum qui in ius uocatus non erat: quod iudicium nullius momenti fuisse constat: Quare Plato quoque libro 8. de legib. admonet non esse negligendas leges de in ius uocando. Schard.

APPREHENDERE, pro capere personam apud Vlp. ad Leg. Aquil. l. iij. Sin autem, ait, cum posset apprehendere, maluit occidere: magis est ut iniuria fecisse uideatur. Spieg.

APPREHENSIO, id est captura personæ, non est passim concedenda propter magnam iacturam nominis & famæ, iuxta l. iij. §. tutores. ff. de suspect. tut. Spieg.

APPREHENSIO, assimilatur traditioni, l. penult. de usuca. pro legato. l. qua ratione. §. hoc autem amplius. de acquir. rer. do. cum simil. per Apellum indicatis cap. iij. Meth. Spieg.

APPROBARE opus, siue probare, est, ut uulgus loquitur, rectè & probè consummatum præbere. Id autem redemptoris est, non locatoris. Paulus de locat. Si in lege locationis comprehensum est, ut arbitratu domini opus approbetur, perinde habetur, ac si uiri boni arbitratu comprehensum est. Ex Budæo. Porrò approbare, & non cõtradicere, idem sunt. Bart. in l. ne in arbitris. C. de arbitr.

APPROMISSOR est, qui quod suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit. Festus.

APSIDES lances sunt rotundæ, quæ & parapsides etiam dicuntur: sunt & tabulæ in lancium genere magis latæ & planæ, Vt apud Horatium.

—tabulis cœnabat omasi,
Vilis & agninæ —

sed & in Iurisconsulto parapsidas tabulas, trullas alii legunt, alij acetabula.

APTA persona, pro conueniente alicui rei, & idonea. l. 1. ad fin. de constitut. Spieg.

APVD Iulianum Marcellum scribere uel notare cùm legis, notas significari accipe, quas is ad Iulianum scripsit. Cuius rei exempla, quia frequentia sunt, non adfero. At cùm apud Alfenum, uel Mełam Seruium scribere legis, referri Seruij sententiã scito. l. 65. §. item scriptum. ff. pro soc. l. 77. in fin. ff. de uerbor. significat. l. 3. §. Seruius. ff. de penu leg. Nam plurima Seruij Sulpitij auditores quæ ab eo auditione acceperãt, in scriptis suis retulere. l. 12. in princ. & §. sed an instrumenti. ff. de instru. uel instr. l. 22. ff. de negot. gest. l. 25. ff. de testamen. l. 1. §. sed & apud. ff. de aq. & aq. plu. l. 7. ff. de dote releg. Apud & penes differunt. Apud aliquem est, quod ab eo qualitercũque tenetur. Penes eum est, quod quodammodo ab eo possidetur. l. 63. ff. de uerb. signif. Sed hęc differentia ut plurimum confunditur. l. 1. & l. 3. §. si penes. ff. de tabu. exhib. l. 15. §. penult. ff. de precar. l. 23. ad fi. ff. de usucapionib. Brisſ.

APVD, mutuam loci, & personæ cõiunctionem significat: ut cùm dicimus, cœno apud amicum. Apud & penes in hoc differunt: alterum personam cũ loco significat, alterum personam & dominium, ac potestatẽ, quò ꝓximè accedit quod Vlp. l. penes 63. ff. de uer. sig. dicit penes amplius esse, q̃ apud. Ridicula est igitur L. Vallæ repræhensio. Sed hæc differẽtia plerũq; cõfunditur l. 3. §. si penes. ff. de tab. exhi. l. & habet. §. pe. ff. de precar. l. eum, qui. ad fi. ff. de usuc.

APVD ærarium pendere. Qui apud ueteres fiscũ debitores erant, interim dum eorum bona uenirẽt, cognoscereturq; quantum ex eorum bonis redigi posset, apud ærarium pendere dicebantur. autor Alciat. cap. xxiij. lib. x. Parerg. Sp.

A Q

AQVA ubi uenundari solet, alimentorum appellatione continetur. l. 1. ff. de alimen. leg. Spieg.

AQVA æstiua est, qua æstate sola uti expedit. l. 1. §. duo autem sunt genera. d. tit. de Aqua cotid.

AQVA Claudia, cuius Pomponius meminit l. ij. de orig. iur. Vide Claudia aqua.

AQVAM caducam uocabant ex lacubus abundantem. Sic ferũt Neruam edixisse Caducam neminem uolo ducere, nisi qui meo beneficio, aut priorum principum habent. Porro qui aquam à Principe impetrarat, debebat epistolam adferre ad curatores aquarum, deinde ad Cæsaris procuratorem, qui calicem eius moduli, qui fuerat impetratus, adhibitis liberatoribus signabat, ad lineamque aliorum collocabat, deinde animaduertebat, ne alij castello, quàm epistola principis iuberetur, fistula subijceretur: Castellum autem Vlpianus scribit uocari receptaculum, quod publicam aquam suscipiebat. Bald. ad Inst. de seruit. cui subscribere uidetur Maioragius Miscel. lib. 3. cap. 8. ex Frontino de aquæductibus.

AQVA quotidiana (ut Vlpian. de aqua quotidiana & æstiua ait:) non est illa, quæ quotidie ducitur, sed ea, qua quis quotidie posit uti, si uellet: quanquam quotidianam interdum hyeme ducere non expediat, & si posset duci. Duo autem sunt genera aquarum: est quotidiana, & æstiua. Quotidiana ab æstiua differt usu non iure. Quotidiana aqua est, quæ duci quotidie solet, uel æstiuo tempore, uel hyberno: etiamsi aliquando ducta non est. Ea quoque dicitur quotidiana, cuius seruitus intermissione tẽporis diuisa est. Æstiua ea est, qua æstate sola uti expedit: sicut dicimus uestimenta æstiua, saltus æstiuos: castra æstiua, quibus interdum etiam hyeme, plerunque autem æstate utamur. Ego probandum puto ex proposito utentis; & ex natura locorum aquam æstiuam ab aqua quotidiana discerni. Nam si sit ea aqua, quæ perpetuo duci posit, ego tamen æstate sola ea utar, dicendum est, hanc aquam esse æstiuam: rursus si ea sit aqua, quæ non nisi æstate duci posit, æstiua dicetur, etsi ea sint loca, quæ natura non adimant aquam, nisi æstate, dicendum erit rectè æstiuam dici. Maffeus.

AQVAM coercere, est continere sic, ne defluat uel dilabatur: dum modo non permittatur cui nouas uenas quærere uel aperire: hic enim innouat aliquid præterquam præcedenti anno usus est. l. 1. §. coercere. ff. de fonte.

AQVAE in iure ciuili hæc præcipua genera memorantur: Pluuia, Æstiua, Quotidiana, Diurna, Nocturna. Aqua pluuia est, quæ de cœlo cadit & imbre excrescit. l. 1. §. 1. & toto titulo, ff. de aq. & aqu. pluu. arc. Cicer. in Topic. aquam imbri collectã definit quæ manu noceat. Imbribus autem conceptæ uiua aqua opponitur in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte. l. 11. ff. quod ui aut clam. Aqua pluuia nocet uel opere facto, uel natura. cap. 1. §. 2. de aqua & aqu. pluu. arc. Nam ut ait in Topicis Cicero genus est aqua pluuia nocens: Eius generis formæ duæ, Loci uitio, & manu nocens. Æstiua est quæ æstate tantùm ducitur, licet & hyeme duci possit: Quæ plenius & latius explicantur in l. 6. ff. de aqua quotid. & in l. 1. §. æstas. ff. ne quid in fluu. pub. Quotidiana aqua est qua quis quotidie uti possit si uelit, quæque duci assiduè possit, uel æstiuo tempore, uel hyberno, & si aliquo temporis momento aliquando ducta nõ est. l. 1. §. duo sunt genera. cum §§. sequen. & toto tit. de aqua quotidiana & æst. l. 15. ff. de seruitut. rustico. Sed etsi alternis horis uel una hora quotidie duci possit, Quotidiana seruitus dicitur. l. 7. ff. quemadmodum seruit. amitt. Diurna aqua est quæ interdiu ducitur: nocturna quæ noctu tantùm. l. 10. ff. quemadmodum seruit amit. l. 17. ff. de aq. & aq. plu. Briss.

AQVAE caput, illud est, unde sylua nascitur. Si ex fonte nascatur, ipse fons. Si ex flumine, uel lacu: prima incilia, uel principia fossarum, quibus aquæ ex flumine uel ex lacu in primum riuum compelli solent. l. 1. §. caput aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua.

SVNT & frigidæ & calidæ aquæ. l. 1. §. idem Labeo scribit. ff. de aqua quotidiana. l. 3. §. 1. ff. de aqu. & aqu. pluu. l. 3. §. hoc interdictum. ff. de riuis ubi aquæ calidę riuos Hierapoli ciuitate Phrygiæ esse traditur: quod & Vitruuius libr. viij. capit. iij. testatur. Ad eundem modum, ait, Hierapoli efferuet aquę calidæ multitudo, ex qua circum hortos & uineas fossis ductis immittitur. Hanc ut puto ciuitatem Xiphilin. in Traiano intelligit, cùm Hierapoleos in Asia mentionem facit. Briss.

SVNT & aquæ perennes quæ perpetuò fluunt, & ab illis separantur quæ arescunt. l. 1. §. loquitur. ff. de aqua quotidiana. Aquæ salientes quæ ex tubulis & fistulis erumpunt. l. 79. in fin. ff. de uerbor. significat. l. 12. §. fistulæ. ff. de instruct. uel instrum. legat. l. 2. ff. de supell. leg. Et apud Sueton. in Augusto. Et ita salientes accipe in l. 15. ff. de action. empt. Saliebant uerò aquæ, uel cantharis, uel rostris personarum, ut apparet ex l. 41. §. item hoc prohibetur. ff. de legatis. libr. 1. l. 17. §. castella. ff. de action. empt. Brisson.

AQVAE ductus seruitus ius est aquam ducendi per fundum alienum. l. 1. ff. de seruitut. rustic. l. 10. ff. si seruit. uindic. l. unic. §. hoc interdictum. ff. de riuis. Ducitur uerò aqua fistulis, riuo, tubulis, item per lapidem stratum, ut l. 17. ff. de seruitutib. urban. l. 78. ff. de contrahen. empt. l. 11. §. ult. ff. comm. præd. l. 38. §. ult. de actio. empt. l. 17. §. 1. ff. de aq. plu. ut Vitruuius lib. viij. cap. vij. & Pallad. lib. ix. cap. xj. scribunt. Vulgo autem fistulis aqua ducebatur: lapide uerò strato ita demum si conuenerat. Tollebatur uerò & trahebatur aqua nonnunquam per rotas. l. 40. in fi. ff. de contrahen. empt. l. 2. ff. comm. præd. Diuidebatur aqua mensuris: digitis uidelicet, uncijs & modulis. l. 5. ff. de aqua quotid. l. 2. & l. 3. de aquæ duct. Cod. Th. & apud. Frontin. in lib. de aquæ ductib. Aquarij sulci in agris aquæ è liris educendæ causa fiebãt qui ὑδραγωγοὶ Græcè appellantur. l. 1. §. sed & si quis arare. & l. 24. ff. de aqua & aqu. plu. Columel. lib. ij. cap. viij. & Fest. Pomp. lib. v. Briss.

AQVAGIVM in l. 3. §. penult. ff. de aqua quotid. l. 15. ff. de seruitut. rustic. quasi aquæ agiuum, id est, ductus aquæ, ut Fest. lib. 1. interpretatur: aliàs aquæ iter uocatur. l. 21. ff. de seruit. rust. l. 19. §. iter. ff. comm. diuid. l. ultim. ff. de aqua quotid. l. 40. §. in lege. ff. de contrahen. empt.

AQVAE haustus est ius hauriendi aquam, & portandi per agrum, fundum alterius, ratione seruitutis. Differtque ab aquæ ductu, qui fit in fistulis & meatibus subterraneis. Sed aquæ haustus fit per animalia portando. Vt l. si prius. §. j. & ij. ff. de aqu. plu. arcend. Vbi dicitur, quod non debet ille, cui debetur seruitus aquæductus lapidibus seu fistulis ordinare, quia usus domini plus incommodatur. ff. de cõtrahend. emp. l. si aquæductus. Hot.

AQVAE ductus uel aquæ haustus ex fonte constitui potest. Ex puteo aquæ haustus, non aquæ ductus. nec omnis habet aquam uiuam, omnis autem fons habet aquam uiuam. Et qui puteus aquam uiuam habet, eleganter iugis puteus à Cicerone dicitur, & aqua, quam continet, similiter iugis. Iugis aũt quæ perennis, uiua, naturalis est. Opponitur à Salustio pluuiæ in Iugurthino. Seneca 3. Nat. Quęst. Non cœlestem esse nec collectitium humorem, sed quod dici solet uiuam aquã, & dicitur uiua eodem sensu, quo Virgilio uiuum saxum, uiuũ flumen, uiuus lacus, & uiua terra, id est naturalis. Hac uerò aqua sola usos ueteres in sacrificijs quidam putant, qui refellũtur à Festo, dum muries definitur ea esse, quæ fit ex sale sordido in pilo pinsato & in ollam fictilem coniecto, & cætera cui uirgines uestales aquam iugem, uel quamlibet, præterquã quæ per fistulas uenit, addant. Ex quo loco emendandus est alter Varronis apud Nonium Marcellum hoc sanè modo: Commẽtaria (inquit Varro) ueteri Fabij pictoris legi, Muries fit ex sale, quod sal sordidum tũsum & in ollam rudem fictilem coniectum est. Cuiac. Obseruat. lib. undec. cap. 3. in fin.

AQVAE & ignis interdictio grauissima, apud ueteres Romanos pœna erat, quæ adimebat necessarium duorum Elementorum usum. In cuius locum postea successit deportatio. Apud Athenienses aqua & igni interdici appellabatur, εἴργεσθαι τῶν νομίμων. Hinc

AQVA & igni interdicti in libris nostris accipiendi sunt deportati. l. 1. §. si quibus. ff. de legat. 3. l. ult. ff. de legat. l. 2. §. de pœn. l. 3. ff. ad l. Iul. pecul. l. 5. ff. de cap. min. l. 59. §. si hæres. ff. de hæred. instit. l. 10. in fin. ff. ad l. Iul. de ui pub. l. 13. ff. de bonor. possess. l. 29. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. l. 24. C. de donat. inter uir. l. 1. C. de repud. Cæterùm olim aquæ & ignis sacramẽto etiam matrimonij fœdera sanciebantur. Materiam enim corporis in humore, animæ in calore esse putabant, & utroque fœtus animantium omnium corporari atq; animari ad uitam, ut author est Lactantius. Alterũ enim quasi masculinũ elementũ est, alterũ quasi fœmininũ. Alterum agens, alterũ patibile. meminit huius Scæuola in l. pen. ff. de donat. inter uirum & uxorem. Plutarch. in problemat. Connanus lib. 8. cap. 3. Forcatulus in penu. cap. 14. & rursus in dialogo qui inscribitur Cupido Iurisperitus c. 10. nu. 8. Idem etiã approbat Cuia. Obseruat. lib. undec. cap. 2. dum dicit, quod in d. l. pen. rectè scriptum sit: priusquã uxor aqua & igni acciperetur. Sic Nonius apud Noniũ, Sequere me, puriter uolo facias, igni

igni atq; aqua uolo hanc accipere. Sic Varro apud Seruiũ, Mariti aqua & igni uxores accipiebãt. Et eodem respicit uersus ille Valerij Flacci 8.

— quem Pollux undamq; iugalem
Praetulit. —

Accipere autem & ducere uxorem idem est, ut Seruius libro de dotibus declarat. Promittit se daturũ pater in sponsalibus contrahendis, se accepturũ ducturúmue sponsus. Cuia. supr. all. loc.

AQVA profluens separatur à Fluminibus. §. & quidem de rer. diuis. Videturque tantum à Flumine differre, quantum pars à toto. Flumẽ enim est quod integrum fluminis usum praebet. uelut nauigandi, piscandi lauandi. Aqua profluens est pars eius quãtumuis tenuis quae non integrũ fluminis usum praestat, sed potandi & abluendi tãtum. Ex quibus intelligi debet, aquam profluẽtem nihil aliud esse, quàm aquam fluminis. Prat.

AQVALICVLVS, ὑπογάστριον est, ab aqualus, quod aluum significat Persius. Sat. ij. Nugaris cũ tibi Calue, Pinguis aqualiculus ꝓpẽso sesquipede extat.

AQVARII appellãtur aquarum custodes, quos Graeci ὑδροφύλακας uocant. l. penul. de aquae duct. lib. xj. C. Et apud Frontin. in lib. de aquae ductib. Ita possunt Aquarij serui accipi in l. 12. §. idem respondit. ff. de instruct. uel instrumẽt. & apud Firmicum. lib. iiij. Mathe. cap. vj. Sunt & aquarij impudicarum mulierum sordidi asseclae. quam significationem uir doctissimus Tornebus inde promanasse putat lib. 14. aduers. cap. 12. quòd aquarij dicebantur qui aquam in aedes portabant, qua plurima egent ad balneum seq; eluendas mulieres, & hac occasione amorum internuntijs solebant eis uti. hinc Iuuenalis. Veniat conductus Aquarius, &c.

AQVATIONEM pro irrigatione Palladius usurpat. annotauit & Rhodiginus.

AQVILEX, qui scientiam deducendae aquae habet: uel qui, Marcello autore, aquam colligit. Apud Iurisconf. l. fin. de iure immun. Aquilices inter eos, qui immunes habentur, numerat: tametsi fuerint, qui uel errasse Iureconf. affirmarint, uel aquilegem scribendum. Sed nihil obstat. Alciatus ait, ab eo qui aquilex nominandi casu dicitur, & aquilicem, & aquilegem deduci. Sicut & maior unicuique uideri debet Columellae, iurisconsultique autoritas, Nonij Marcelli testimonio: qui ignorasse uidetur, qui sint Elices. Huius dictionis explicationem infrà petè. Spieg.

AQVILIANA stipulatio, quia à Gallo Aquilio introducta est: qua omnes in uniuersum obligationes, quibus ultrò citroque obstringimur, in stipulationem, & uerborum obligationem perducuntur, ut sic acceptilatione sopiri queant. l. & uno. §. eius rei. ff. de accept. l. si donationis. Cod. eodem. Spiegelius.

AQVILIANA stipulatio, ut Vlpian. de transactionibus ait, omnimodo omnes praecedentes obligationes nouat, & perimit: ipsa perimitur, per acceptilationem: & hoc iure utimur, ideoque etiam legata sub conditione relicta in stipulationem Aquilianam deducuntur. Maffeus.

AQVIMINALE, Paul. apertè pro uase aquario usurpat in l. 3. in princ. ff. de supel. leg. Et paulo post. Nam & pelues argenteas, & aquiminalia argentea, & mensas, &c. Hotoman. Cuiacius tamẽ Obseruat. lib. 10. cap. 13. non aquiminale, sed aquimanile scribẽdum censet. Graeci χέρνιβον uocãt, eo quòd uel ex eis aqua manet, uel effundatur in pelues, uel quòd aquam poscere solerent ante cibum his uerbis: Aquã manibus. Plautus truculento, Date aquam manibus, apponite mensam. Fabius pictor apud Nonium, Aquam manibus pedibusque dato, polubrum sinistra manu teneto, dextra uasum cum aqua. Caper Grammaticus, Veteres manibus pedibusque aquam dixerunt. Aristophanes Grammaticus, ὕστερον δὲ ὀλιγώρως, ὕδωρ κατὰ χειρὸς πρὸ τοῦ ἀρίστου καὶ δείπνου ... μετὰ δὲ τὸ ... Et inde ueteres glossae quae χέρνιβον aquimanile uocãt. Aqua manus. Cuia. sup. alleg. loco.

AQVIMINARIVM in l. 19. §. si cui escarium. & l. 21. §. ultim. ff. de auro argen. propter escam parari, & escario argento cedere traditur. Legimus & Aquiminalia. in l. 3. ff. de sup. leg. Et apud Paul. libr. iij. Sentent. tit. vj. Briss.

AQVIMINARIVM siue (ut malumus) aquimanarium Pomponius in l. 21. ff. de argen. & aur. leg. in argento escario ponit, Vrceolum in potorio, quia & hic aquaemanalis dicatur apud Nonium. Sed ratio discriminis est, quòd hoc potaturo, illo manibus coenaturo aqua ministretur. & hoc idem de aquiminario proditum est. l. 19. §. si cui escarium, in quo §. adnotari dignum, uerba illa adulterina esse, Id est ad esum & potum (nam quae ad potum, sanè escario non cedunt) aut sanè legendum. Item ad esum & potum ex l. 32. §. quidam eodem titul. Sed mirum aquiminaria simul & pelues & trullas argenteas argento adnumerari d. l. 19. quae supellectili in l. 3. ff. de supell. lega. & rursus culcitras & ceruicalia uesti. l. 25. quae etiam supellectili d. l. 3. Nam imperia siue impelia ceruicalia sunt, & similiter tegmina subselliorum & tapeta, quae insterni aut inijci solent uesti d. l. 25. quae supellectili. l. 5. ff. de supellectil. lega. Haec certè pugnant inuicem, nisi aquiminaria in hoc tit. uasa escaria sunt, & trullae potoria ut constat ex l. 36. & pelues item, escaria. Nam etsi fictilia aut uitrea quae sunt, supellectili adnumerentur, non tamen argentea propter seculi seueritatem, nondum admittentis in supellectilem escaria aut potoria argentea uasa. Et trulla quoque simpliciter dicitur esse in supellectili d. l. 3. non trulla argentea, pelues autem & aquiminalia argentea quae dicuntur esse in supellectili d. l. 3. uasa sunt aquaria, quae esui & potui non seruiunt, quae seuerior illa aetas non respuebat. Cuiac. Obseruat. lib. 10. cap. 17. circa med.

A R

ARABARCHES, praefectus officio publicanorum. Vide Alciat. lib. 1. Praetermiss. qui censet, non immeritò damnandos, qui apud Iuuenal. Arabarchen, simpliciter mollem accipiunt. Arabarchiae uocabulum extat in Constit. Cod. de uectig. commis. quae sic habet: Vsurpationem totius licentiae submouemus circa uectigal arabarchiae per Aegyptum, atque Augustaneam constitutum, nihilque super transductione animalium uendicari permittimus. Quae uerba indicant, arabarchen, praefectum fuisse exigendo uectigali de Pecuarijs, quae ex Arabia in Aegyptum deuehebantur: ut sit illud officij publicanorum. Sunt qui simpliciter mollem accipiunt: sed reclamante Alciato, qui eos damnandos existimat. Spiegelius. Antonius August. lib. singulari ad Modestinum dubitat an ea constitutio ad Arabiae sacerdotem pertinere dicenda sit.

ARAE gramineae Maroni lib. 12. sunt cespiticiae quales in castris excitabantur, ut & tribunalia quãquã & è cespite subitas sibi etiã alias aggerabãt aras, &

& cespitem pro ara habebant. Tornebus libr.11. aduersar.cap.1.

ARATRVM pati ciuitatem, id est, excidium, sed & amittere est ius ciuitatis, illudque ob delictum, quasi morte desinere habere. ut, teste Modestino, l. si usufructus. quibus mod. usufruct. amit. passa est Carthago, & Mediolanum Insubriæ, Anno salutis M.clxiij. Propriè pœna est Coniurationis atque Inobedientiæ. Qua de re nonnihil attigimus in Scholijs nostris ad Ligur. Spieg.

ARATRVM inducere, moris fuit Romanis quũ urbem aliquam euertissent, ut eam funditùs delerent. Modestinus l. 21. ff. quibus mod. usufr. Si ususfructus ciuitati legetur, & aratrum in eã inducatur, ciuitas esse desinit: ut passa est Carthago. ideoque quasi morte desinit habere usumfructum. Horat. libr.1. Carm. Iræ altis urbibus ultimæ stetere caussæ cur perirent Funditùs, imprimeretq; muris Hostile aratrum exercitus insolens. Cicero Philip. II. Casilinum coloniam deduxisti, quò erat paucis annis antè deducta, ut uexillum uideres, & aratrum circumduceres. Hotoman.

ARATORES dicebantur à quibus aliquis ager decumanus, qui proprius non erat, se l publicus Romani populi censebatur, ac decumarum conditione, & pensitatione agricolis erat attributus, colebatur, agrique quos colebant arationes nuncupabantur: ut annotat doctissimus Turneb. lib. 1. Aduersariorum cap. 6.

ARBITER iudicem datum addictumq; à Prætore plerumq; significat. l. 24. ff. depos. coniuncta cum l. 7. ff. de neg. gest. l. 1. ff. de pact. dot. l. 6. C. de reb. credit. l. 2. C. de sent. & interloc. l. 5. C. de distr. pign. A iudice tamen separatur. in l. 7. ff. ad l. Iul. repet. l. 15. ff. de re iud. §. omnium. Institut. de actionib. Et apud Gell. lib. 20. cap. 1. Quin hoc controuersum fuisse apud ueteres Consultos Cic. in Murenia. scribit iudicem an arbitrum dici oporteret: Quorum uerborum illa ex eodem Cicero. pro Rosc. Comœdo differentia colligi potest, quòd qui bonę fidei iudicijs, uel arbitrarijs dabatur, Arbiter: qui strictis, iudex dicebatur. Quod Festi interpretatio comprobat, qui arbitrum inde dici ait, quòd totus rei habeat facultatem & arbitriũ. Nam in arbitrijs cùm & hoc actionũ natura & clausulæ Ex bona fide, uel Quantum æquius melius sit dari, uerba indulgerent, solutius æquitatem sequi permittebatur: contra quàm in strictis iudicijs, quibus addictus iudex in angustissimã formulã, à qua discedere uel latum unguem non poterat, concludebatur. Nam iudex à Prætore datus, facti tantum, non autem iuris notionem habebat, sed eo sibi à prętore dato constringebatur: nec plus uel minus adiudicare poterat. De arbitro autem longe aliter scribit Paulus in l. Qualem. ff. de arbitr. qualem ait, sententiam dicat arbiter, ad Prætorem non pertinere Labeo ait, dummodo dicat quod ipsi uidetur. & ideo si sic fuit in arbitrum compromissum ut certam sententiam dicat nullum esse arbitrium. cum tamen Vlpianus l. si conuenerit. ff. de re iudic. si conuenerit, ait, inter litigatores quid pronuncietur, non abs re erit iudicem eiusmodi sententiam proferre. Hoc discrimẽ Senec. lib. 3. de benef. c. 7. perspicuè declarat: Quæcumque, ait, in cognitionem cadunt, comprehendi possunt, & non dare infinitam licentiam iudici. Ideo melior uidetur condicio causæ, si ad iudicem quàm ad arbitrum mittatur: quia illum formula includit, & certos, quos non excedit, terminos ponit: hunc libera & nullis adstricta uinculis religio: & detrahere aliquid potest, & adijcere, & sententiam suam, non prout lex & iustitia suadet, sed prout humanitas & misericordia impulit regere: hæc ille. Inde obseruare possumus, Arbitros in his potissimum iudicijs, nominari quæ ex bona fide descendunt. Veluti, Arbiter familiæ erciscundæ. l. 1. ff. de collat. dot. l. 20. l. 44. §. usumfructum. l. 47. l. 52. §. arbiter. ff. familiæ erciscundæ. l. 5. l. 15. l. 17. Cod. eod. titul. l. 2. Cod. de inoffic. don. & apud Cicero. pro Cæcinna. Qui & Arbiter diuidendæ hæreditatis appellatur. in l. 18. C. famil. erciscun. l. 78. ff. de hæredib. instit. l. 11. & l. ult. ff. de distract. pign. l. 13. C. de probatio. Et Arbiter diuidendis bonis datus. l. 3. C. comm. diuid. Et arbiter diuisionis in l. 26. §. 1. ff. de pact. dot. l. 79. §. pater plurib. ff. de leg. lib. ij. & l. 8. C. de collat. Briss. & Hotom. §. sic itaque discret. Institut. de act.

ARBITER actionis quod metus causa. l. 14. §. hoc autem. ff. quod met. caus. Datur & in his causis Arbiter, quæ arbitratu uiri boni æstimandæ ac definiendæ sunt. l. 12. ff. de leg. lib. iij. Veluti ad determinandam uiam latitudinumque actus, uel itineris statuẽdam. l. 13. §. si totus. & §. latitudo. ff. de seruitut. rustic. Item si inter uicinos de altitudine ædificiorum sit controuersia. l. 11. in fi. ff. de seruitut. urban. Ad fideiussores item probandos. l. 9. ff. qui satis. cog. l. ult. ff. à quib. appell. non lic. l. 7. §. non solùm. ff. de minorib. quos fideiussorum uires æstimare, Imp. ait in l. 6. C. de aduoc. diuers. iudic. Briss.

ARBITER & de alimẽtis patroni datur arbitraturus, quantum sit in facultatibus. l. 5. §. ult. ff. de lib. adgn. Nec non inter fructuarium & dominum de refectione ædium, & ut sarta tecta habeantur, Arbiter datur. l. 7. §. quoniam igitur. ff. de usufr. Arbitrum dat Prætor, cuius interuentu tribuantur merces. l. 7. ff. de tributor. Sed & cùm magistratus in possessionẽ fideicommissi seruandi uentrisue causa miserunt, Arbitrum dant, ad definiendum quantum deminui oporteat, distrahendaq; ea quæ mora deteriora futura sunt. l. 1. §. pen. ff. de uent. in possess. l. 27. ff. de reb. auct. iudic. Præterea ad executionem iudicati, Arbiter datur. l. 15. §. si super. cum alijs §§. ff. de re iudic. l. ult. ff. de iud. ut & ad restituẽdum fideicommissum. l. pen. ff. de confess. Quinetiam in reuocatoria actione arbiter interuenit. l. 8. ff. quæ in fraud. credit. Postremò & in controuersia finium de modo agrorum Arbiter, uel ex conuentione litigatorum, uel Prætoris datione sumebatur. l. 7. ff. fin. regund. l. 48. ff. de recep. qui arbitr. Terent. Heautont. Vicini nostri hic ambigũt de finibus: Me cepere arbitrũ. Cic. lib. 1. Offic. Nec noster quidã probandus, si uerum est Q. Fabium Labeonem, seu quem alium (nihil enim pręter auditum habeo) Arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus à Senatu datum. Idem lib. 1. de legib. Nec Mamilia lege singuli, sed ex xij. tres arbitri fines regemus, & in Topi. Si in urbe de finibus cõtrouersiã est, quia fines agrorũ magis esse uidentur quàm urbis, finibus regendis arbitrum adigere non possis. Vbi Boeth. Arbitros finium regũdorum ait esse qui finalia litigia discernunt, ut cum est orta de finibus contentio eorum dirimatur arbitrio. Sueton. etiã in Otho. cap. iiij. Cuidam, ait, de parte finium cum uicino litigãti adhibitus Arbiter totum agrum redemit. Inde eleganter Tertullia. in lib. de Pallio amnem finium Arbitrum dixit, qui agros disterminat.

ARBITER aquæ pluuiæ arcẽdæ. l. 24. ff. de aqua & aqu. plu. Et apud Cic. Topic. in loco à coniugatis.

ARBITER cõmuni diuidundo. l. 31. ff. de usufr. leg.

leg.l.4.ff.de seruit.leg.l.6.§.si fundus.l.26.ff. comm. diuid.l.3.§.1.ff.de oper.noui nunt. Et apud Paul.lib.1. Sent.tit.xviij.& Isidor.lib.v.Etymolog.cap.xxv.

ARBITER dotis recuperádæ.l.48.ff.de solutio. & arbiter qui de dote cognoscit.l.1.ff. de pact. dot. Quò referenda sunt hæc Tertulliani uerba lib. 2. ad uxor. Sustinent quarum dotes obiectione nominis mercedem silentij faciant, scilicet apud arbitrum spi culatorem litigaturi. Nam olim rei uxoriæ actio bonæ fidei iudicijs adnumerabatur. §. fuerat. Instit. de actio.l.8.ff.de cap.min.Cic.iij.Offic.

ARBITER pro socio l.38.ff.pro socio & apud Ciceronem pro Quint.& pro Rosc.Comed.Arbiter tutelæ l.ult.§.ult.ff.de appel. l.ult. ff.ré pupilli sal. fore. C.arbitrium tutelæ: ex quo titulo satis perspicuum est, arbitrium in bonę fidei contractibus & iudicium perinde dici solere, ut & ex Ciceronis loco & illud satis constat, quod in pro socio actione iudex, qui sedeat, sedeat & arbiter: idemq; sit iudiciũ & arbitriũ, Id quod tamen in iudicandi tantum officio accipiendum nõ etiam in alijs rebus quas sup. inter iudicem & arbitrum interesse ostendimus. Hotom. §.actionũ autem.Instit.de act.

ARBITER quoque Falcidiæ, ad ineundam bonorum quantitatem, cùm legi Falcidiæ locus esse dicebatur.l.12.ff.ad l.Falcid.l.1.§.cùm lex. ff. si cui plus quàm per l.Falcid. l.2. C. de usur. legat. Arbiter & à Prætore de rationibus excutiendis inter hæredem & seruum redditur computationis ineundæ, rationumq; examinandarum, & dispungendarum causa. l.5.in fi.ff.de manumissio.l.37. ff.de fideicomm.lib. l. 1.§.si seruus.ff.si quis test.lib.l.53.ff.de iudic. l.penul. ff.de lib.cau.l.50.ff.de cód.& demon. Nihil aliud autem significat quàm uirum bonum à Prętore electũ, cuius arbitrio rationes computentur. l. 47. §. si Sticho.ff.de fideicom.libert.Briss.Compromisso igitur litigatorum Prætor arbitros perinde atque iudices dare solebat: cogere tamen nullum poterat arbitriũ recipere, cæterum ubi quis semel recepisset, cogi poterat l.3.§.1.ff.de receptis arbit. In hoc itaque uerum est quod dicitur l.j.ff.de arbitr.Compromissum ad similitudinem iudiciorum redigi sicut & in alijs quibusdá: Nam sicuti iudex datus acceptusq; intra certum tempus litem controuersiamq; dirimere iubebatur l.2.& l.si iudex. ff. de iudic. & postquam semel sententiam dixisset iudex esse desinebat. l. iudex. ff. de re iud. eiusq; sententiam, is qui eum dederat exequi tenebatur.l. à diuo Pio.ff.de re iud.Sic & in arbitris idem constitutum esse constat. Nam si arbiter, ut diximus: arbitrium recepisset, sententia finem imponere controuersia iubebatur l.Pomponius ait.§.2.ff. de arbit. & dicta sententia arbiter esse desinebat. d. l. qualem.in fin.ff.de arb.eiusq; sententiam æquè Prętores exequebantur.d.l.à diuo Pio: Et hinc, nimirũ ob tantam similitudinem iudicis & arbitri, arbiter iudex interdum appellari solet ut l.5. §.si sortem. ff. de uerb.oblig. l.si minor.§.1.ff.de min. Arbitrorum autem duo esse genera scribit Proculus in l. societaté. §.1.ff pro soc. Sunt enim propriè arbitri, quorum arbitrio siue illud æquum siue iniquum fuerit parére debemus, nimirum si ex compromisso ad arbitrum itum est. Alij autem non propriè arbitri dicuntur, ad quos sine ullo compromisso adigimur, quorum arbitratum non quasi iudicis sed quasi uiri boni opinionem existimationemq; postulamus: ab arbitrando, id est, existimando dicti. Cæterùm recentiores iuris commentatores arbitros in tres species distinxêre, quas quia hodie frequentes sunt, obiter exponam quoq;. Sunt igitur alij arbitri iuris, alij Compromissarij, alij Arbitratores. Arbitri iuris sunt illi, qui sunt electi, quando euenit, ut pars dicat suspectum iudicem, cui caussa commissa est, quia tunc Arbitri eligũtur, qui de hac suspicione cognoscant, ut notat.in l. fin.C.de iudicijs, ubi Bartol.subdit, quod ab istis arbitris datur appellatio, & plus subdit, quòd arbitri, qui ex forma statuti eliguntur, cum sapiant naturam delegatorum, ab eorum sententia datur appellatio. Contrarium tamen tenuit Bart.l.constitutione. Vide Canon.in c.suspicionis.extr.de offic.& potest. iudic. dele. & quòd isti arbitri iuris dicantur delegati, habetur in c.ab arbitrio. de offic.deleg.lib.6. Et tradit Cornæus consil.54.incip.Videtur prima facie dicendum.2.uol.& habetur in l.fi.& ibi declarat Iason. C.de iudic.& prius Felin.in c.fin.de sent. & re iudic. Secunda arbitrorum species est illorum, qui à partibus eliguntur, ac coram eis non seruato ordine iudiciali proceditur, cum assumátur de iure & de facto: & de his loquitur lex, si societatem.§.arbitrorum. ff. pro socio. Alibi Bald.appellat, quasi negociorum gestores partiũ.Bal.in l.fin.in 3. q. C.de contrah.empt. Item alibi Bar.ut in l.fin.ff.de uar. & extraor.cog.appellat quasi proxenetas: & isti propriè arbitratores appellantur.licet alij eos quoq; transactores dicant. Tertia species arbitrorum est, qui cõpromissarij appellantur, in quos fit à partibus compromissum, & isti tenentur ordinem iudiciorum seruare.l.1. ff.de recep.arb. Et coram ijs sunt proponendæ actiones ad instar iudicum. & de his loquitur textus. in §. omnium.Instit. de actio. De quorum cõformitate & differentia, uide per Angel.d.§.omnium.

ARBITERIUM scribitur sæpè in P. Flo. tit. de recep.licet ueteres grammatici contendant arbitriũ esse dicendum nõ arbiterium, & sic inscriptione Romana, M. Larcius L. F. Pomptina arbiterio Larciæ Fortunatæ uxoris.

ARBITRARIA actio quæ sit uide sup. actio arbitraria: quibus tamen hoc adijce, quòd cum Arbiter iudex sit, qui totius rei arbitrium & facultaté habet, sicut & Donatus & Festus scribũt, consentaneũ est, ut arbitrariæ actiones dicantur in quibus non re strictè certum quiddam postulatur, sed id tantum quod æquius & melius arbitro uidebitur. Itaq; certum & arbitrarium tanquam aduersa opponi, apud Plautum uidemus, cum in Pænulo sic scribit. Nunc pol, ego perij certò haud arbitrario. Consulto hoc factum est, mihi ut insidiæ fierent. Quo in loco allusisse poetam ad actiones arbitrarias, facilè sanè crediderim. Cicero autem in ea pro Quinto Roscio rem apertè omnem his exponit uerbis. Pecunia tibi debebatur certa, quæ nunc petitur per iudicem, in qua legitimæ partis sponsio facta est. Hic tu si amplius H.S. nummo petisti, quam tibi debitum est, caussam perdidisti, propterea, quòd aliud est iudicium, aliud est arbitrium. Iudicium est pecunię certę, Arbitrium incertæ. Ad iudicium hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus: Ad Arbitriũ hoc animo adimus, ut neq; nihil, neq; tantum, quantum postulauimus, consequamur. Eius rei ipsa uerba formulæ testimonio sunt. Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex. Si pateret H.S. I Ɔ Ɔ Ɔ. dari op. hic, nisi planum facit H.S. I Ɔ Ɔ Ɔ. ad libellam sibi deberi, caussam perdit. Quid est in arbitrio? mite, moderatum, QVANTVM æquius & melius sit dari. Ille tamen confitetur plus se petere, quam debeatur: sed satis superque habere dicit, quod sibi ab arbitro tribuatur. Itaque alter caussæ confidit, alter

alter diffidit. Quæ cum ita sint, quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipsis H.S. ꝏ ꝏ. de tuarũ tabularum fide compromissum feceris, arbitrúmue sumpseris, Quãtum æquius & melius sit dari, repromittiue, si peteres? Hæc Cicero. quæ tamen à me lõgè aliter, quã ut uulgo leguntur, cõmemorata sunt. Verum utrocunque modo legantur, perspicuè demonstrant actionem omnem, qua non certum quid, sed quantum ex æquo & bono iudici uidebitur, postulatur arbitrariam esse. Quapropter arbitrarium Festus definit, id quod apud Arbitrum agitur. Cum autem in bonæ fidei actionibus & Arbitros pro Iudicibus dicamus, & summam exactionis ipsorũ potestati permittamus, sequitur etiam, ut illæ actiones uerè & propriè Arbitrariæ dici possint. Quoniã tamen suum iam ac proprium nomen ex formula iudicij adeptæ sunt, docendi caussa, & ut suo quæq; res nomine appelletur, generale hoc nomen ad alteram speciem accommodauimus. Hot. Inst. de act.

ARBITRARIA autẽ ex stipulatu actio fit cum alio, quàm in quem sibi dari quis stipulatus fuerat, loco agitur. l. 2. l. 4. §. 1. l. 7. & l. ultim. ff. quod cert. loc. Tum enim arbitrio iudicis tanti lis æstimatur, quanti uel actoris, uel rei intersit eam pecuniam loco cõstituto solui: plenissimumque hic est officium iudicis quod quantitati contractus non subseruit, sed uel augere, uel minuere condemnationem, propter loci utilitatem potest, cùm eius æstimationis tota ratio arbitrio eius committatur. l. 2. §. ult. l. 8. ff. quod cert. loc. Sic & Actio quod met. cau. Arbitraria appellatur. l. 14. §. hæc autem. ff. quod met. cau. d. §. præterea, quòd arbitrio iudicis, qui ex ea actione cognoscit, restitutio comprehenditur. Is enim rei restituendæ facultatem usq; ad sententiam reo tribuit. Quod nisi restitutio fiat in quadruplum, condemnatio sequitur. Et generaliter quæcumque alia stricta iudicia ita redduntur, ut rei restitutio, deductio, exhibitio, officio iudicis committatur, ea arbitraria dicuntur. l. 9. ff. de dol. d. §. præterea. & ibi Theophil. Adigere arbitrum ueteres dicebant, pro agere ad arbitrum, id est, cogere ad arbitrum sumendum. Cicer. iij. Officior. Arbitrum illum adegit quidquid sibi dare facere oporteret ex fide bona. Idem Topic. finib. regundis arbitrum adigere dixit. Et pro Rosc. Comœdo, arbitrum pro socio adigere. Arbitri etiam dicuntur, qui ex compromisso adeuntur. l. 76. ff. pro soc. quorum arbitrio metu pœnæ statur, toto titulo de recept. & qui arbitr. recep. ff. & tit. de arbitr. Cod. Compromissarij iudices appellantur in l. penult. ff. de iudic. & à Paulo lib. v. Senten. tit. v. ut lib. iij. plenius dicam. Græci hos αἱρετὰς δικαστὰς dicũt. Constantinus lib. j. tit. iiij. αἱρετὸς δικαστὴς ἐστὶν ὁ δικαστοῦ τάξιν ἀναδεξάμενος, καὶ ἐπαγγειλάμενος ψῆφον τιμῶν τὸ φιλονεικούμενον. Bris.

ARBITRARIVM porro dicere solemus, quod neq; lege, neq; constitutione ulla definitum, alterius arbitrio relictum est l. fin. C. de contrah. empt. quasi ex alterius arbitrio dependẽs l. 1. ff. de iure delib. Corasius Miscellan. lib. 4. cap. 12. nu. 6. ad quem sensum dicimus:

ARBITRARIAM conditionem, (quam commentatores parum aptè potestatiuam dicunt) quæ non ex fortuna pendet, sed ex mera alicuius uoluntate glossa in l. 1. & ibi Dd. ff. de condit. & dem. Corrasius præallegato loco & §. præterea. nu. 2. Inst. de act.

ARBITRARIA pœna dicitur, quæ non lege statuta est, sed iudicis arbitrio relicta. l. aliud est fraus: l. si qua pœna. ff. de uerb. sign. Corrasius.

ARBITRATORIS nomen apud idoneos autores latinitatis, negant reperiri, nec esse necesse constitui differentiam aliquam inter arbitrum, & arbitratorem, quòd hic appellari queat sequester pacis, aut arbiter honorarius. Cæterum ita tamen arbiter ab arbitratore uulgo distinguitur. Quia arbiter est, qui quasi uir bonus inter aliquos sub pœna eligitur, ut finem sua sententia controuersijs imponat l. 3. §. 1. & l. Pomponius ait. §. recepisse autem. & l. litigatorũ. §. arbitrum. ff. de recept. arbit. Arbitrator est qui sine pœna, ad hoc eligitur, ut totis animi uiribus exploret ius controuertentium, & æqua compositione definiat l. societatem mecum ff. pro soc. Oldendorp.

ARBITRATV boni uiri usurum fruiturum se fructuarius, ut adsolet, cauens hoc significat nõ deteriorem se causam usufructus facturum: cæteráque facturum, quæ in re sua faceret. Denique ita usurum quemadmodum bonus paterfamil. uti debet. l. 1. §. rectè. ff. usufruct. quemad. cau. l. 6. in fin. ff. de usu & hab. Briss.

ARBITRATV rem terminare, sententiam dicere, uel ferre, arbitratum esse: iudicare item arbiter dicitur. Scæuola in l. inter Statilianum. & l. de his rebus. ff. de recept.

ARBITRATVS boni uiri, nihil aliud quàm æquitatem significat, ut ostẽdit Old. in Tractatu, quẽ de iur. & æquit. edidit, ex Vlp. uerbis. l. 1. ff. ususfruc. quemad. caueat. Spieg.

ARBITRI ueteribus Iureconsultis dicuntur & recepti, ab eo quòd arbitrium recipiant, tit. de recept. arbit. ff. uel ut Iustinianus ait, quia ex recepto hoc est, ex compromisso causas dirimẽdas suscipiũt, l. 12. C. de iudicijs. Briss.

ARBITRI sententiæ stare, nihil aliud esse Proculus ait, quàm id agere (quantum in ipso sit) ut arbitrij sententiæ pareatur. Sp.

ARBITRII appellatione, non continetur cuiuslibet prauus adfectus, sed arbitratus boni uiri, l. in proposita autem. ff. pro socio. l. hæc uenditio. ff. de contrahend. emption. Est autem incorruptum animi iudicium, quod arbitrium boni uiri dicitur. Siquidem hæc uox, Arbitrio, uel arbitratu boni uiri, semper denotat, debere abesse calumniam, & agi rem syncerè ex æquo & bono. Oldendorpius in Copia. Spiegel.

ARBITRII uoce etiam libera uoluntas, denotatur ut l. Si seruus. ff. de noxal. act. ubi prætor actori permittit arbitrium, utrum iureiurando rem decidere uelit: id est liberam uoluntatem & delectum. Hotom. §. præterea. Inst. de action. Cæterum in d. §. præterea arbitrium aliud est, uidelicet iussus, interlocutio, & quasi admonitio iudicis, in actionibus arbitrarijs, in quibus quamuis causa probata & liquida esset, non tamen prius sententia definitiua ferebatur, quam iussu reus nõ pareret ut docet Hotom. præd. loco. Corrasius ibidem: & in Miscel. lib. 4. cap. 12. & ante hos eleganter Franciscus Duar. de in litẽ iurando nu. 42. & seqq.

ARBITRIVM, non ipsa est sententia, hoc est, iudicium arbitri, ut magni nominis interpretes uolũt, sed sententiæ dicendæ facultas. unde sic Rubricam conceptam habemus, de Receptis arbitris, & qui arbitrium receperunt, ut sententiam dicant. Vnde quidam rectè finit his uerbis: Arbitrium est facultas dicendæ inter controuertentes sententiæ, priuato cõsensu, non autem publica autoritate tributa. Arbitriũ itẽ pro ipsa sententia, & toto cognitionis exercitio promiscuè ponitur. ut in l. Põponius ait. & in l. qualẽ aũt. iã citata Rubrica. Nec laudũ, tametsi id quoq;

gno errore receptum est, dici potest. Spiegelius. Ut autem arbitri & iudices differunt, ita & iudicia & arbitria; ut Cicero pro Roscio Comœdo exponit. Arbitria enim ea iudicia dicuntur, quæ in bonum & æquum concipi, & ex bona fide reddi solebant: quare huc repetas, quæ supra de iudicum & arbitrorum differentia dicta sunt. Sic dicitur arbitrium aquæ pluuiæ arcendæ.

ARBITRIUM aquæ pluuiæ arcendæ. l.23. §.ult. ff. de aq. & aq. plu. Arbitrium rei uxoriæ apud Cicer. iij. Officio. Sic & in l.2. C. de usur. legat. Arbitrij uerbum accipitur. Briss.

ARBITRIUM communi diuidundo. l. 11. §. 1. ff. de aqu. & aq. pl. Vitr. lib. ij. cap. viij. Itaq; cum arbitria communium parietum sumūtur, non æstimant eos quanti facti sunt. Briss.

ARBITRIUM familiæ herciscundæ l.47. ff. famil. hercisc. l.17. C. eod. tit.

ARBITRIUM pro socio. Cic. pro Quintio. Qua in re ita diligens erat, quasi hi qui magna fide societatem gererent, Arbitrio pro socio condemnari solerent. Idem pro Rosc. Com. Quæ cùm ita sint, cur non ad arbitrium pro socio adegeris Q. Roscium, quæro. Brisson.

ARBITRIUM iudicis, arbitrium boni uiri religio iudicantis, Papina. in l. quæsitum. ff. de testib. Omnia enim ista ex constante illa & perpetua uoluntate boni & æqui uelut ex uno procedunt, & eodem tendunt, scilicet ad dirimendas celeriter controuersias litigantium. Ex Copia Dn. Old. Sp.

ARBITRIUM etiam officium arbitri, circa ea quæ in iudicio uersantur formulaque minimè continentur, significat. l.31. §. culpam. ff. de ædili. ed. l.24. §. penult. & ultim. ff. solut. matrim. l. 80. in fin. ff. de furt. l.3. & l.8. & l. ulti. ff. quod cer. loc. l. 1. ff. de usur. l.38. §. 1. ff. de action. empt. l.14. §. quatenus. ff. quod met. cau. l. 9. ff. de dolo. Sic in l.3. §. ibidem. ff. ad exhib. per arbitrium, ait Vlpian. sibi hac actione commissum iudex exceptiones æstimat. Hinc Arbitrariæ actiones. l 3. §. in his. de usur. l.1. C. ubi conueniat. qui certo loco, id est, ut Iustinia. interpretatur, ex arbitrio pendentes. §. præterea. Inst. de actio. & ut Gaius, quæ in arbitrium iudicis referuntur. l.3. ff. quod cert. lo. In his enim arbitrio iudicis cōmittitur, quémadmodum auctori res, uel restituatur uel soluatur, uel exhibeatur. Idq; fiebat propter formulæ uerba, Neque ea res arbitrio iudicis restituatur, dedatur, exhibeatur, quibus arbitrium iudici commissum intelligebatur. Briss.

ARBITRIUM recipere. l.3. §. 1. & ait Prætor. & l. 9. §. si quis iudex, & aliàs passim in tit. ff. de recep. & qui arbit. recep. quod & suscipere arbitrium dicunt. l.4. & l.13. §. pen. ff. eod. tit. & compromissi arbitrium recipere. in l.21. §. Papinianus eod. tit. Recepisse autem arbitrium uidetur qui iudicis partes suscepit, finemq; se sua sententia controuersijs impositurum pollicitus est. l.13. §. pen. eo. tit. Briss.

ARBITRIUM etiam arbitratum significat. Sed enim arbitrium aliud est liberum & solutum, quod in mera uoluntate positum est, & arbitrium plenum uoluntatis dicitur. l.7. §.1. ff. de reb. dub. l.2. §. quamquam. ff. de legat. lib. ij. l.28. ff. de adoptio. & hoc significatur his uerbis, Si uolueris, si libuerit. Aliud est arbitrium uiri boni quod his uerbis exprimi intelligitur, Si arbitratus fueris, si iustum putaueris, si comprobaueris, si tibi uidebitur, ἐὰν δοκιμάσῃς. l. 75. ff. de leg. lib. iij. l.41. §. foror. & l.46. ff. de fideic. libert. l.3. ff. de ann. leg. Briss.

UBICUNQUE autē in arbitrium, siue iudicis, siue alterius quid confertur, pro arbitrio uiri boni hoc habendum, & quasi uiro bono commissum accipiendum est. l.17. §. Prætor ait. ff. de iniur. l. 30. ff. de oper. lib. l. 6. ff. pro soc. l.1. ff. de leg. lib. ij. l. 43. de leg. lib. 3. l.69. §. gener. ff. de iure dot. l.3. C. de dot. promiss. Idque in condicionibus bonæ fidei iudicijs adscriptis maximè locum habet. l.22. §. ult. ff. de diuers. regul. iur. l.77. & l. 78. ff. pro soc. Ita quod operum faciendorum lege comprehendi solebat, ut arbitrio alicuius opus fieret adprobaretúrue, ad boni uiri arbitratum referebatur. l.24 ff. loca. Eadem est uis uerbi arbitratus. l.51. ff. solut. matr. l.16. §. ultim. & l. penult. ff de usufruct. l.16. §. ait Prætor. ff. de procurato. Verba autem hæc, Arbitratu illius fieri (quæ plerúmque conuentionibus adijciebantur. l.43. ff. de uerb. oblig. l. ulti. C. de contrahen. empti.) ius significāt & in seruum non cadunt. l.68. ff. de uerb. signific. Briss. Et ratio est quare non cadant: quoniam seruus iudicantis personam obire non potest. l. Pædius §.1. ff. de recept. arbit. Ac quod ad ius ciuile attinet, serui pro nullis habentur. l. quod attinet. de regul. iur. infra. Vel quod lex in iudicio adesse seruos prohibet. l. seruus. C. de iudic. & ibidem gloss. l. uix. ff. eod. Sed an Monachi, qui cum seruorum conditione solent conferri, arbitrium ferre, aut iudices esse possint? Innocentius in cap. Cum olim. extr. de priuileg. negat posse. Est pulchra gloss. in d. l. Pædius §.1. de arbit. Multa quidem præclarè & subtiliter de arbitris & arbitrijs scripsit Vld. Zasius in l. si quis arbitratu. ff. de uerb. oblig. Brecheus in l. illa uerba. ff. de uerbo. & rerum significat.

ARBOR, generale nomen est, & appellatione eius, uites quoque & hederas & arundines & salictum contineri, ex textibus Iuriscoss. relucet. Id tamen excipitur, quod tam tenerum est, ut meritò herbæ nomine ueniat. l. certè. ff. arb. furt. cæs. Spiegelius.

ARBOR cædua dicitur, quæ excisa repullulat, siue ab eodem stipite, siue ex stirpibus: ut salix, arundo, cornus, fraxinus, esculus, quercus, laurus, alnus, bætula, sambucus, populus, multæq; in genus species. Alc. de uerb. sig.

ARBOR pro malo nauis in l. 3. & l. 6. ff. de leg. Rhod. & apud Paul. lib. ij. Senten. tit. vij. quæ significatio & in Lexico B. Germani his uerbis adnotata est: Arbor nauis ἱστὸς πλοίου. Isidorus lib. xix. Etymolog. cap. ij. Malus est arbor nauis qua uela sustinentur. Brisson.

ARBOR uento deiecta, non iam arboris nomen, sed ligni magis obtinet. l. ligni. de legat. 1. Arborem partimur in radicem, truncum, & ramos: diuidimus uero in laurum, cedrum, quercum, &c. Spiegelius.

ARBORES cremiales ad cremandum deseruiētes holtz zuuerbrennen. Inde Cremium dicitur Anzg brenne speiß. Ad differentiam arborum, quæ structuris ædificiorum aptæ maioris sunt æstimationis Eodem §. si fundum uiro. Old. At alij non cremiales sed germinales arbores legendum cēsent, idq; haud dubiè melius. Nam germinales dicuntur, quæ succisæ à radice uel stirpe tenue germē emittere incipiūt l. diuortio. §. si fundum. ff. sol. mat. Quidam legunt gēmales arbores ut interpres can. nunquam. de cōsec. dist. 5. quia gemma est in arbore oculus qui se primo Vere trudit, ex qua germen efficitur, sumpta similitudine à gemma annuli. Forcat. cap. 19. in Cupidine Iurisperito. nu. 7.

AR-

ARBORES euulsæ, uel ui uentorum deiectæ. l. arboribus. ff. de usufruct. Spieg.

ARBORES frugiferæ. in l. 13. §. fructuarius. ff. de usufruct. & fructiferæ apud Paul. lib. v. Sentent. tit. xx. Sunt enim & non frugiferæ, ueluti cupressi. l. 16. §. 1. ff. quod ui aut clam. Arbores pomiferæ. l. 45. §. penult. ff. de iur. fisci. Arbores terminales apud Paul. lib. v. Sentent. titul. xxij. quæ pro terminis & finibus obseruantur, quales olim habebantur Arbores antemissæ & peregrinæ, quæ & finales appellantur. uide Sicul. Flacc. Hygen. & alios auctores de limitibus. Brissonius. De his arboribus Terminalibus latius Maioragius li. 4. Miscellaneorum. c. 7. quē uide.

ARBORES fœlices Cato dixit, quæ fructum ferunt. Infælices quę non ferunt, de qua re Cælius lib. 10. cap. 7. lect. antiquarum Brodæus lib. 4. Miscellan. ca. 6. Tornebus lib. 4. cap. 3. per infœlicem arborem intelligit stipitem & furcam, de qua sontes suspenduntur, neque enim ulla arbor, aut ullum lignum infœlicius est, & ita istud Liuianum intelligendum & lictor, colliga manus, infœlici arbori suspendito.

ARBORVM appellatione & in xij. tabul. & in Prætorijs edictis uites, ederæ, arundines, salicta continentur. l. 3. ff. arb. furt. cæs. l. 1. §. arboris. ff. de arboribus cæd. Stirps quoque oleæ arbor rectè dicitur. d. l. 3. §. ultim.

ARBORVM grandium appellatione, quæ intelligendæ sint, pete ex Alciat. Comment. ad l. sylua cædua. de uerb. sig.

ARBVSTVM, locus est, quo certo ordine arbores uitium causa plantantur. quæ sunt populus, ulmus, attinia, cornus. Hoc & arboretum aliqui uocant, ut tradit Aulus Gellius, & apud nos Felin in capit. Rodulphus 17. colum. de rescript. Cotta in memoral. Hinc

ARBVSTARE uerbum, id est agrum arboribus uitiferis conserere. Arbustorum autem rationem uidebis apud Plinium lib. 17. cap. 23. Columel. lib. de arbor. c. 16. Schard.

ARCA, pro monumento, uel loculo in quo mortui conduntur in terra. in l. is qui intulit. ff. de relig. Item eodem significatu Arcula, in l. diui fratres. eodem titul. Sed Arculam ipsam, si res exigat, in locum commodiorem licere transferre, non est denegandum autor. Mar. Spiegelius. Adde quod arcam habere dicebatur qui bene nummatus erat, cui nihil nummorum erat, is arcam non habere dicebatur, sed multo ille pecuniosior, cui arcæ plures. hinc Catullus de paupere, cui neq; seruulus neq; arca. & Cicero quodam loco cōfidito arcæ nostræ, doctissimus Tornebus lib. 6. Aduersariorum cap. 1.

ARCA camerata, id est, arcuata & conformata. Vlpian. in l. sed addes. §. inquilinus. 2. locati. Vide in hunc locum Bud. quam inde dictum ait Varro li. 4. ling. Latinæ quòd arceantur fures ab ea clausa, quod & Festus probat. lib. 1. Arcæ etiam mentio fit in l. securitates. C. de suscep. præpos. & arca. Prat.

ARCA lapidea, Caius in l. is qui intulit, aduersus eum, inquit, qui in alterius arcam lapideam, in qua adhuc mortuus non erit conditus, mortuum intulit: utilem actionem in factum proconsul dat: quia non propriè uel in sepulchrum, uel in locum alterius intulisse dici potest. Sed & Plinius de Viris illustribus pro loculo lapideo usurpauit. absumptus est, inquiens, positus apud Libyssam in arca lapidea. Spiegelius.

ARCALIA, pro fisci quodam iure particulari. Reliqua (inquit Theodosius) tam arcaliam quàm utriusque ærarij, usque ad incipientem primam inductionem, iubemus ad indulgentiam pertinere, id est, remitti. Spiegel.

ARCA ærata in d. §. si inquilinus. l. sed addes. ff. loca.

ARCA fiscalis in l. 4. C. de numerar. lib. 11. In quā tributa inferebantur, ut Iustinian. in Nouell. περὶ τῶν τῶν δημοσίων αἰτήσεων nō procul ab initio significat. Est autem corruptum & deprauatum hoc uerbum in l. 11. C. de susceptorib. lib. x. in qua, mercedis discussionem, pro, arcę discussionem uitiosè legi, cùm ex scriptis codicibus, tum uerò ex l. 26. eod. tit. in C. Th. patet. Brisson.

ARCA frumentaria, & olearia l. 1. ff. de mu. & hono. l. 2. de Curat. Kalend. lib. 12. C. Th. Prat.

ARCA uinaria in l. securitates. C. de suscep. præpos. & arc. li. & apud Symmach. lib. epist. 1. epist. 28. & 33. Prat.

ARCA quæstoria apud eundem Epistol. lib. 1. epist. 19. Prat.

ARCARIVS. Arcarij sunt, qui præsunt arcæ rerum publicarum: siue arcarij sunt, qui pecuniam publicam adseruāt. Quomodo accipitur C. in titulo de susceptoribus, & l. præpositis, & arcarijs, & l. Thais. in fi. ff. de fideicommiss. libertat. Vbi Scęuola, Stichū (inquit) rationib. redditis, manumitti uolo. Stichus Arcarius probāte domino, nomina fecit, & rationes à domino scriptas exhibuit, &c. Itaq; arcarij à Iureconsultis inter seruorum species numerantur. Eas refert Alexander Neapolitanus & Pyrrhus. Archarius etiam, media cum aspirationis nota, præfectus & moderator dicitur. Vnde D. Paulus, Salutat uos Erastus archarius ciuitatis. Anchor.

ARCARII, & Atriarij, à Iureconsultis inter seruorum species numerātur. Eas refert Alex. Neapol. cap. xxv. tertij Genial. dier. & Pyrrh. lib. ij. de Quæst. magist. Spiegel.

ARCARIOS Iustinianus in No. 147. eos uocat, qui indulgentijs tributorū exigendis recipiendisq; præpositi sunt, quæ in arcam præf. prętorio (quę eadem & mensa dicitur) inferūtur, ut in tit. de suscept. & arcar. Aliàs arcarij sunt dispēsatores serui uel oeconomi, ut sup. dictum, l. Thais §. ult. ff. de fid. lib. Et peritè uetus interpres epistolæ ad Romanos, œconomum, arcarium. Macarius homil. 16. ἐν τῶν ἀρκαρίων τῶν φυλαττόντων τὰ πνευματικὰ retinuit latinam uocem. Cuia. in expositio. d. Nou. Iustin. 147. de indulg. reliq. tribut.

ARCANVS homo, qui quæ audit, tacet & continet optimè. Substātiuè Arcanum dicitur secretum, cuius occultatio iuris naturalis est, quod nulla ciuili constitutione tolli potest. Alci. citat B. Thomam in enarratione l. bona fides. ff. deposi. Sp.

ARCEI. Lege, Biarchi.

ARCERA in XII. Tabulis apud Gellium lib. 20. c. 1. est Plaustrum undiq; tectum, & munitum quasi arca quædā magna uestimentis instrata, qua nimis ægri, aut senes cubantes portari solebant: quā definitionem probat N. Marcellus. hanc ex tabulis factam scribit T. Varro lib. 4. ling. Lat. uerba legis sunt suprà in uerb. Æuitas. Prat. Adde Corrasium lib. 3. Miscell. cap. 20. nu. 3. & Ræuardum ad ll. 12. tab. c. 5. & Fr. Baldui. in comment. super l. 12. tab. cap. 41.

ARCERE aquā, est curare, ne influat. l. 2. §. Idem Labeo. ff. de aqu. & aqu. plu. Fest. lib. 1. Arcere, ait, est cōtinere. Vnde arcus in ędificijs dictus qui se ipsum cōtinet. Cic. Top. Si in urbe fines nō regūtur, nec in urbe aqua arceatur. Cuius interpres Boeth. Arcet,

ait, aquam, qui eam per sua spatia meare nõ patitur. Idem Cic. in Murena. Ille tenet & scit, ut hostium copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceantur. Coercere uerò aquam Vlp. ad edictum Prætoris interpretatur, continere sic ne diffluat neu dilabatur. l. unic. §. penult. ff. de fonte. Briss. Aliam huius uerbi notionem adducit doctis. Tornebus lib. 10. aduersariorum cap. 15.

ARCESSERE significat ad uocandum ire, uel uocare. apud Vlp. l. ij. §. legatis. ff. ubi qui ager. Interdum accusare significat, & ablatiuo iungitur cum genitiuo. Cicero pro Cælio: Ipse alterum iterum ambitus crimine arcesseret. Sp.

ARCHIA sunt tabularia publica, & ut Suidas exponit, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται καὶ χαρτοφυλάκια. In his publica instrumenta deponuntur & adseruátur. l. 9. §. nonnunquam. ff. de pœn. ut & Iustinianus Nouel. Constit. xv. significat his uerbis. ὥστε ἐν ταῖς πόλεσιν εἶναί τι δημόσιον οἴκημα, καθ' ὃ προσήκει τὰ ὑπομνήματα ἀποτίθεσθαι. προβαλλομένους τινὰς κατὰ χώραν, ὃς τὴν τούτων ἕξει φυλακὴν ὥστε ἀδιάφθορα μένειν αὐτὰ, καὶ ταχέως εὑρίσκεσθαι παρὰ τῶν ζητούντων, καὶ εἶναί τι παρ' αὐτοῖς ἀρχεῖον. Inde archiotæ custodes archiorum. l. ult. §. hi quoq;. ff. de munerib. & honor. Admonet autem hic locus, ut Vopisci uerba emendemus, quæ sunt apud eum auctorem in Taciti uita. Sic uulgo scripta sunt, Librum per annos singulos decies scribi publicitus in Euicis archijs, ubi Ciuicis archijs legendum credo, ut ciuitatum tabularia significentur. Briss.

ARCHIATER. ἀρχίατρος, hoc est, Latinè archiater, uel archiatrus, dicitur medicorum princeps, ἀρχὴ enim principem, ἰατρὸς medicum significat. Itaq;, Æsculapius dictus est archiater, tanquã præses deusque medicorum esset. Et per translationem D. Hieronymo dictus est archiater saluator noster, qui languentiũ animarum præsentissimus esset opitulator. Quẽ igitur uulgò protomedicum regis appellamus, is archiater dicitur, hoc est, medicus principis. Quo sensu accipitur C. de comitibus & archiat. Vbi legimus priuilegijs Imperatorijs archiatros decorari, ideo fortasse, quòd (ut Cassianus ait) sint salutis magistri. Anchor.

ARCHICAPELLANVS. Lege capella.

ARCHIDIACONVS. Dicitur archidiaconus, quasi princeps, uel primus diaconorum. Archidiaconus enim dignitatẽ habere dicitur, cum teneat uicẽ Episcopi, & habeat iure communi iurisdictionem. Quod licet immutârit consuetudo (quia nulla fortè in ecclesia utatur iurisdictione Archidiaconus) si tamen prærogatiuis in choro & capitulo fungatur, in dignitate nihilominus dicitur esse Archidiaconus. De eius autem officio tractatur Decret. in d. tit. de off. Arc. Item 25. distinc. perlectis. 94. dist. c. si quis.

ARCHIDVCIS appellationem primum Bruno frater Ottonis Imp. eius nominis I. insolenter assumpsit, teste Æmilio Veronen. lib. Franc. hist. iij. Id postea Carinthianorum principes usurparunt: quibus extinctis, ad Austriacos simul cum ditione transijt, quod & hodie obtinent. Sp.

ARCHIEPISCOPI nomen in Apostolicis literis nõ extat, quemadmodum nec hypodiaconi, nec archidiac. Extant autem in Pontificum & ecclesiasticorum libris, nec non apud Impp in l. iubemus. in princ. C. de sacros. eccl. & Nouel. de Eccl. diuers. cap. 9. iubemus igitur, tum alibi. Archiepiscoporum appellatione contineri & Patriarchas, Alberic. annot. Sp. Immò Cuia. in exposit. No. Iustin. xj. propè fin. dicit Archiepiscopum & patriarcham idem esse.

ARCHIEVNVCHVS, id est, cubiculariorum Regis Princeps, cuiusmodi nunc est apud Cæs. Ferdinandum inclytus heros, Martinus à Guzman. de quo in dictione, Thesaurarij. Sp.

ARCHIGERONTES in l. 5. C. de epis. Aud. Alciatus interpretatur qui procurát negocia aulæ principalis, legemq; ita restituit, Archigerontes diœcetæq; ἐργασίας ταμιακῆς non nisi Christiani dirigantur: id est, qui quæ ad uictum principis palatinorumque pertinent, coemunt. Hæc ille. nunquam autem ἀρχιγέροντας pro ea re usurpari audiui. Suspicarer igitur leuissima mutatione adhibita locum sic corrigendũ, Archigetontes & diœcetę ergasticorũ non nisi Christiani, &c. Est autẽ ἀρχηγέτης ab ἀρχηγετεῖν deducto uerbo, qui principatum tenet, fabrorum scilicet: ut in opificijs publicis & regijs, qui & ἀρχιτέκτων appellatur. Nam Ergasticos meo iudicio nominat operas, quæ in publicis operibus conductæ ab aliquo quasi principe & magistro gubernantur. ἀρχιγέροντες uerò seniorũ principes declarat: quod uerbũ ad huiusce legis sententiã quemadmodum accommodari debeat, non dispicio. Hot.

ARCHIGVBERNVS, ex ἀρχὴ & κυβερνήτης iuncto nomine, princeps gubernator, omnium gubernatorum primus. Iauolenus l. 46. D. ad S.C. Trebel. Seius Saturninus archigubernus, testamento reliquit hęredem Valerium Maximum trierarchũ. Hot. Nomẽ hoc compositum ex Græco & Latino, quod perquã rarũ est: aliquando fieri solet, ut Quintil. lib. 1. ostendit Iabolenus lib. 36. dig. tit. Ad Senatusconsultum Trebel. l. eius. Saturnius inquit, archigubernus ex classe Britannica, &c. Nebriss.

ARCHIMAGIRVS, dicitur Princeps coquorũ, poeta satyrus ut palàm est, utitur hac uoce. Lampridius in Heliogabalo magirũ cocũ uocat. Cęterũ similitudinarie probè uafatũ & imis uentris bene præparatũ, & quod præfato honestarũ aurĩũ honore dictũ sit, diuisorẽ, hoc est emasculatorẽ, qui, ut Plautinis uerbis utar & Ciceronianis, Heliũ diuideret & subagitaret. Lãpridius sic inquit: Nupsit & coijt ut & pronubum haberet, clamaretque præcide magire, &c. Ioan. Bapt. in comment. Epist. Sidon. Apollin. ad Domicum. lib. 2.

ARCHIMANDRITA, agminis, siue gregis princeps. μάνδρα apud Græcos spelunca seu cubile est: multaque alia significat. At Iustin. lib. 1. Cod. pro Pontifice accipit. Reuerendissimi, inquit, archimandritæ. Idem coll. 1. de Monach. Deo, ait, amabiles episcopi & archimandritæ. Vtrobiq; pro pastore. Nebris. Sunt itaq; Archimãdritæ, Abbates, quod μάνδρα Grecè, ut dixim9, speluncã significat Latinè, uel gregẽ. Nã monachi olim in eremis, ἐν ταῖς μάνδραις, id est speluncis, & cauis montiũ habitabãt. Vel à grege pascẽdo sic dicti. Alciat. in l. ult. C. de Sum. trin. & fid. cath. Sp. Cæterũ Accursij sententiã contra Alciatũ sequitur Ferrandus Addnensis lib. 2. explicationũ c. 36. nimirũ quòd hac dictiõe intelligãtur ouiũ principes. l. ult. C. de sum. trinit.

ARCHIMIMVS, mimorũ princeps. Sũt aũt mimi, qui in scena gestus, actusq; eorum quos irridere uolũt, soli imitãtur: tũ etiã mores, qui Ethologi nominãtur, & Ethopœi: unde & Ethopœia, apud Quinti. poemata itẽ lasciuiẽtia in turpitudinem. à μιμοῦμαι, quod est imitor. Iulian. de Operis libert. l. patronus. Nã si quis, inquit, archimimũ, uel pantomimũ. Pantomimi, rerum omnium sunt imitatores: Archimimi præcipui, & ceu mimorum princeps. Sp.

ARCHITECTVS, est structorum princeps, qui ædificiorũ rationẽ cõminisci, & instruere didicit: ac

graphyce, hoc est, lineamentorũ ductu, & ut umbratili pictura eas formas describere l.fi.ff.de iur. immu. In omni enim opere magnifico tres personæ considerã tur: dominus, qui liberaliter impendit: structor seu officinator, qui fabrili subtilitate consarcinauit: architectus, qui uenustam proportionem inuenit. Pr.

ARCHIVA, grãmatophylacia, siue chartophylacia, quæ Latinè tabularia, ac tablina dicuntur. Vlp. de pœnis.l. moris. Quo loco, inquit, publicè instrumẽta deponãtur, archiuo fortè, uel grãmatophylacio. Rostra: forum erat ante curiã Hostiliã Romæ, à rostris nauiũ appellatũ: ubi pulpitũ erat concionantiũ, his rostris ornatũ: ibiq; legũ tabulæ affigebãtur, omnib. conspicuæ. autor Salomon in cõment. ad tit. de orig. iur. Bud. ait, Archiuũ ex Græco factũ est. Archium aũt etiã magistratuũ ædes significat, & regiã, & palatiũ, & iudiciale forũ, ex quo factũ, ut Archiũ, & interposita u, Archiuũ, significet chartophylaciũ. Sp. Adde Ræuard. in cõm. de reg. iur. l. Scæuola 92.

ARCHONTES, ἄρχοντες, annui magistratus apud Athenienses: quorũ ex nominibus, itẽ ut Romę ex Consulum, anni numerabantur. Cic. lib. de Fato Græcũ nomẽ retinuit: Morietur Epicurus, quũ duo & septuaginta annos uixerit, archõte Pitharato. Plinius tñ magistratũ Latinè dixit lib. 33. Nonaginta annis ante Praxibulum Atheniensium magistratũ. Hadrianus autẽ pro quouis magistratu posuit in l. 48. ff. de iud. τὸν ἄρχοντα ἐν ᾧ ἄρχει ἐνιαυτῷ, μήτε δικάζειν δίκην ἰδίαν, μήτε δικαιοῦσθαι, μήτε φαίνεσθαι. Magistratus quo anno magistratũ gerunt, neq; propriam agere causam, siue agendo siue defendendo, &c. Ergo τὸν ἄρχοντα dixit pro ἐν ἀρχῇ γενόμενον. Hot. propriè ἄρχων ducem belli significat ut ait Hesychius & Iulius Pollux qui lib. 1. ἄρχοντας totius exercitus Imperatores esse scribit: Id quod & Thucydides ostendit his uerbis καὶ νομίζουσι [illegible] τὰ ἴδια καὶ αἰσχύνεσθαι πρὸς τοὺς ἄρχοντας, Vide Ferrandum Addnensem lib. 2. explicat. cap. 40.

ARCHON autem [illegible] apud Athenienses dicebatur cui incumbebat cura dandorũ pupillis tutorũ quos propriè appellabãt τὰς τῶν ὀρφανῶν [illegible] ut differrent à uiduarum defensoribus Schard. ex Bal. ad tit. Inst. de tutelis.

ARCHOENOCHUS, pincernarum, siue, ut Diuus Hieron. sub finem Quæst. in Genes. interpretatur, uinariorum princeps. Sp.

ARCIFINIUS ager dicitur qui nulla mensura continetur, finitus secundum antiquam obseruationem fluminibus, fossis, montibus, uijs, arboribus ante immissis aquarum, diuergijs, & si qua loca quæ ante à possessore potuerunt obtineri. Nam ager Arcifinius ut ait Varro ab arcendis hostibus est appellatus. Quare & occupatorius ager dicitur, eo quòd in tempore occupatus est à uictore populo, territis exinde fugatisque hostibus. Quòd & Sic. Flacc. tradit, qui occupatorios Arcifinales uocat, & arcendo uicinos hanc appellationem finxisse quemque tradit, dum non tantum terræ occuparet, quantum colere posset, sed quantum spe colendi reseruaret. Isidorus uerò aliam huius uerbi notationem profert lib. xv. Etymol. cap. xiij. Briss.

ARCULAE in Pauli responso l. argento 53. ff. de leg. 3. deminutiuum Arcæ Fest. & Varroni de qua supra. Porro arculas argenteas primus fertur habuisse Heliogabalus. Si quid Lampridio credimus. Pra. Diuos fratres edicto admonuisse Martianus ait, ne sepulturæ traditum, hoc est terra cõditum corpus inquietetur: uiderique terra conditum, etsi in arcula conditum hoc animo sit, ut nõn alibi transferatur, cap. xxix. de relig. & sump. fu. Quo in loco per Arculam intellexit Accursius casam, in qua ultra montes magni homines imponuntur sub terra. Ridiculum. Addidit enim Martianus, arculam in commodiorẽ locum trãsferri posse. Vnde etiam in epitaphio An. Crestinæ sic legimus. NE QVIS NOS INQVIETET EX ARCA NOSTRA, NEQVE AB ANTE ALIAM PONAT, AVT COMMVTET. Certè Martiani temporibus eam sepeliendi rationem in usu fuisse suspicor, cuius Cassiodorus Variarum lib. tertio meminit. Tunc enim non terra solum condi solebat, sed etiam in arca lapidea supra terram posita corpus perpetuæ sepulturæ tradendum, plerunque recondebatur. Eoque sensu accepisse arcam lapideam uisus est etiam Caius, cum ita scriberet: Aduersus eos, qui in alterius arcam lapideam, in qua adhuc mortuus non erat conditus, mortuum intulit, utilem actionem in factum proconf. dat. cap. vij. de relig. & sumpt. fu. Et Seneca Epistol. lib. xiij. In ipsa, inquit, Scipionis Africani uilla iacens hæc tibi scribo, adoratis manibus eius, & arca, quam sepulcrum esse tanti uiri suspicor. Deque eiusmodi arcis illud Frontini etiam accipiendum uidetur, de diuersis mensuris agrorum lib. 1. In campis uerò statuerunt terminos quadratos cursorios, & interiectis locis arcas & monumenta, uel alia testimonia. Et hæc de arcis. Plinius etiã scribit Nat. hist. lib. vij. cap. liiij. sepultum intelligi quoquo modo cõditum: humatum uerò, humo contectum. Ræuar. li. ij. cap. iiij.

ARCUS, Nonio Marcel. interprete, omnis suspẽsus fornix dicitur. Arcus autem ducẽdæ aquæ causa olim fiebant, ut ostendit l. ij. ff. de aq. & aq. plu. Plin. lib. x. Epist. Ipse perueni ad fontem purissimum, ex quo uidetur aqua debere perduci, sicut initio tentatum erat, arcuato opere, ne tantum ad plana ciuitatis & humilia perueniat. Manent adhuc paucissimi arcus. Frontinus quoque lib. 1. de aquæductib. urbis Romæ, aquas per multa passuum millia arcuato opere duci tradit. Briss.

AREA, locus in urbe sine ædificio Florentino. l. fundi 211. §. locus. ff. de uerb. sig. Festo locus uacuus, quasi exaruerit, & non possit quidquam generare. Varro autem aream uocat ubi frumenta secta terantur, & arescãt. Græcis ἅλωνα, Gallis *place* dicitur. Pr. Alciatus in l. fundi. ff. de uerb. significat. adhærens etymo tradit aream rusticam esse, & [illegible] tãtum in urbe dici, at hunc redarguit Forcatulus dialogo 16. Necyomantiæ, cum Iurisconsulti toties pro Vrbano loco, in quo domus ædificetur posuerint l. si in area. ff. de condict. indeb. Horatius

Ponendaq; domo quærenda est area primum.

AREA etiam Iuriscons. significat solum, cui ædificium imponitur, & quod, depositis ædibus, manet, unde & ędificij pars est Paulo l. seruitutes. 20. §. si sublatum. ff. de seruit. urb. & l. qui res. 98. §. aream. ff. de solut. l. domo. ff. de pig. act. & alibi sæpe. Prat.

AREAM quoque adpellabant, in quam collecta omni ex tecto pluuia descendebat: quo etiam modo accipitur in l. 2. & l. seruitutes. §. si seruitus, & §. qui in area. ff. de seruit. urb. In rusticis uerò prædijs locus erat terendis frugibus, leguminibus aptus l. Mela. §. fi. ff. de alim. leg. l. fin. §. fin. C. de seruit. & aq. quo etiam sensu accipitur apud Varronem loco superiùs adducto. Prat.

ARELATENSIS ab eo est, quod est Arelas, siue Arelate. Ciuitas prouincię Narbonensis: nunc est

Arles. Plinius lib. 33. Pompeius Paulini equitis Arelatensis filius. Scæuola lib. 33. Dig. de usu & usufructu. l. codicillis. ad rempub. inquit, Arelatensem pertinere. Nebriss.

ARENA, pro loco ubi certamina præbebantur, qui spargi arena solebat. Vlpianus l. 4. ff. de accusat. Sed & calumnia notatis ius accusandi ademptũ est: item his qui cum bestijs depugnandi caussa in arenam intromissi sunt. Tryphon. l. ult. ff. de fugit. Si in arenam fugitiuus seruus se dederit, ne isto quidem periculo discriminis uitæ tantùm sibi irrogato. Hotoman. Vertranius lib. singulari de iure liberorum cap. 11. interpretatur amphitheatri caueam. Hinc

ARENARIVS, qui in arenam pugnandi caussa descendit, ibique publicè pugnauit l. hæ demum. ff. de oper. libert. & l. ob carmen. §. si ea. ff. de testib. Ij etiam cum feris bestijs pugnabant, unde & bestiarij quibusdam dicti sunt. l. 1. ff. de ædil. edict. Prat. Adde Corrasium lib. 4. Miscell. cap. 24. nu. 9.

ARESCVSA in editione Pand. Flor. Ancillæ nomen l. Arescusa. ff. de stat. homi. l. Titius & l. idq; 45. §. ult. ff. de act. empt. Attamẽ alibi in eadem editione

ARETHVSA, scribitur l. ubi. 75. §. illud. ff. de uerbor. obligat. Prat.

ARETALIGVS non tam uidetur à uirtute dici, quæ ἀρετὴ uocatur, quàm ab ἀρετὸς, id est gratus & placens, qui narrationes & fabellas, acroamataq; aurib. auditorum grata loquitur: proinde & nugatores eo etiam nomine & garruli censentur. Tornebus lib. 10. aduersar. cap. 12.

ARESEVSA nomẽ celebre est fœminarum in libris digesto. In libris recentioribus mẽdosè legitur Arethusa. Neq; ignoro Arethusam Nympham esse, & fontem eiusdem nominis in Sicilia, de utraq; Virgil. in Bucolicis, & in quarto Georgicorum libro. Sed quod ad iuris rationem attinet, nihil refert, Areseusam dicas an Arethusam; nos puritatẽ lectionis defendimus, quod grammatici proprium est officium. Nebrisson.

ARENGA est & concors uerborum sententia, quę ponitur post salutationem in priuilegijs arduorum negotiorum. Olden.

ARGENTARII, ciues Romani, qui tum Romę, tum in prouincijs rei nummariæ negociationem exercebant: unde & Numularij, & mensarij nominantur. nam ad eos duabus de causis pecunię deferebãtur, quemadmodũ ex Vlpiano intelligimus in l. 24. §. 2. ff. de reb. auct. iud. aut enim deponebantur sine fœnore, propter fidẽ publicã duntaxat: id est, ut tutiore loco quàm priuatis in ædibus asseruarẽtur. nã in æde Castoris recondebantur. Plautus in Curcul. Sub ueteribus ibi sunt, qui dant, quiq; accipiunt fœnore. Pone ædẽ Castoris ibi sunt, quibus credas malè. Iuuenalis, Quãto capitis discrimine constant Incremẽta domus, ærata multus in arca Numus, & ad uigilẽ ponendi Castora numi. Aut sub usuris ipsis pecuniæ credebantur. quas deinde fœnori collocabãt. Hinc argentariorum rationẽ Donatus Terentij interpres significãs: Tunc, inquit, in foro & de mensæ scriptura, magis quàm ex arca domoq;, uel cista pecunia numerabatur. De qua consuetudine quũ Syngrapham interpretabimur, dicendi erit locus. Hinc constat quamobrem Vlpian. l. 10. ff. de edendo scribat, Argentariorũ officiũ atq; ministerium publicã habere caussam: & hanc principalẽ eorum operã esse, ut actus sui rationes diligenter conficiant. & l. 4. Argentarios singulorũ rationes conficere. Hos uerò tabernas circum forũ habuisse constat. unde Circunforaneũ æs Cicero appellat epist. 5. lib. ad Attic. 11. Liuius lib. 26. Annibal, inquit, uocato pręcone tabernas argẽtarias, quæ circa forũ Romanum tũc essent, iussit uenire, id est, eas quæ tum erant: nam aliæ postea sunt additæ. Has à Tarquinio rege in foro positas Dionysius Halic. lib. III. docet his uerbis: τήν τε ἀγορὰν ἐν ᾗ δικάζουσι καὶ ἐκκλησιάζουσι, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιτελοῦσι πολιτικὰς πράξεις, ἐκόσμησεν ἐργαστηρίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις κόσμοις περιλαβών. id est, Forũ in quo ius dicitur, & conciones fiunt, aliaq; ad Remp. pertinẽtia transigũtur, ille tabernis & alijs ornamentis circumdatum exornauit. De his tabernis Vlpianus loquens in l. 32. ff. de cont. empt. Qui tabernas, inquit, argentarias, uel cæteras quæ in solo publico sunt, uendit, non solũ, [illegible] ius uendit: quum istæ tabernæ publicæ sint: quarum usus ad priuatos pertinet. Ad eas autẽ tabernas, auctiones fieri solitas patet ex l. 18. ff. de hæredit. petit. l. 88. ff. de solutionibus, & ijs quæ in Orat. pro Cæcinna explicauimus. Hot.

ARGENTARIVS, non tam argenti opifex est, quàm is qui pecunias publicas exigit, aut pecunias sub fide publica permutat. Cicero in ea, quam ad Augustum Cæs. scripsit epistola, indicat illi ipsi auũ fuisse argentarium. Atq; hi uulgò Campsores appellantur. Marcellus de Statu liber. l. Stichus. Aut argentariæ, inquit, mensæ exercitores. Item lib. ij. ff. de eden. l. prætor. Nebris. Sciendum tamen, quòd argentarij, nummularij, mensarij, campsores, trapezitæ, collibistæ, ferè idem significant: nisi quòd argentarij maiores negociatores erant, qui non in permutando tantum, ut cæteri, taberna exercebant, sed qui etiã nummos fœnori collocabãt, non suos tantùm, sed etiam aliorum. Vnde argentariam facere, uel exercere dicebantur. l. Argentarius. §. 1. ff. de eden. & ll. iam à Nebriss. citatis. Hi quoq; præerant auctionib. hoc est, uenditionibus, quæ in publico solenniter fiebant, rerum non ad esum, sed supellectilem, uel alios usus pertinentium. Contractus quoq; apud eos celebrati, eorum calendarijs inscribebantur. Quod enim argentariorum olim fuerat, hoc hodie notariorum est officium publicum in contractibus describendis extra iudicium. Dicti aliàs Collectarij, in l. quisquis. C. Si cert. pet. Alci. lib. iiij. Dispunct. cap. xxij. Sp.

ARGENTARIVS Coactor in l. 40. §. ult. ff. de statu lib. & Argentariæ coactiones apud Tranquillũ in Vespasiano cap. 1. Argẽtariæ officium. l. pen. ff. de eden. Argentariæ societas. l. 52. §. cum duo. ff. pro socio. Inde Argentariam facere, exercere, administrare. l. 4. ff. de edend. l. 19. §. 1. ff. de iud. Plinius in lib. de uiris illustribus, Idem primò dubitauit honores peteret, an argentariam faceret. Briss.

ARGENTARIORVM NOMINA.

ARGENTARIIS uaria indita fuêre nomina, uocabantur enim à Iusti. Nou. 136. & Edi. 9. Ἀργυροπρᾶται, à Suida ἀργυραμοιβοὶ & Collectarij ab eodẽ & in l. quisquis. C. si cer. pe. & Argenti distractores l. Iustiniano l. fina. C. de pigno. & l. penul. in fin. C. de constit. pecu. & Iuliano Patritio ad Nouell. 4. §. sin autem, & Argenti uenditores à Theodosio, & Valenti. l. si cohortalis. 12. de cohort. lib. 12. C. & ab eisdem Trapezitæ uocantur ibidem, & Argentariæ mensæ exercitores in edicto Prætoris. l. 4. ff. eo. Appellãtur & mẽsarij, & mẽsularij, l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & κολλυβισταὶ à Iulio Polluce lib. 7. ca. 3. & alibi & cermatistę. & coactores à Scæuola l. Sticho. 40. §. fin. ff de stat. lib. Ab eodem numularij. d. l. emptor. §. Lucius. ff. de act. empt. Bris. Vocantur etiam ἀργυρογνώμονες quod pecuniam spectent an proba sit, an legitima & locabilis, & cu-

secuius precij, quos Iustinianus distractorũ argenti nomine intellexit. Distrahere.n.uẽdere est, & hi qui ß uendũt pecuniá, cum ꝑ eius spectatione & permutatione aliquid lucelli accipiát. Conn. lib. 4. c. 15. n. 5.

ARGENTI auriue appellatione tam factũ quá infectũ continetur. l. 78. §. illud. ff. de lega. lib. 3. Proinde cùm aurum, uel argentũ legatur, & uasa aurea argenteaq; & omne omnino siue factum siue infectũ argentum, non tamen signatá pecuniam legato contineri placet. l. 19. in prin. & §. ult. l. 27. §. 3. ff. de aur. argen. Nec enim illa Ciceronis in Topic. ratiocinatio probanda est, qua argento omni legato nõ posse pecuniam numeratam, quæ argenti nomen retinet, nõ contineri concludit. Factum porrò argẽtum Q. Mutius definiebat, Vas argenteum uideri esse. Vlpi. rectè ita definiri posse ait, quod neque in massa, neq; in lamina, neq; in signato, neque in supellectili, neque in mundo, neque in ornamentis sit. l. 27. in princip. & §. ult. ff. de aur. arg. Itaque a signato factum separatur. Seneca lib. 1. de benefic. cap. 11. Libentius donabo argentum factum quàm signatum. Argentum autem factum Isidor. lib. 16. c. 17. definit, quod est in uasis & signis. Proinde argento auroq; facto & gemmas aureis anulis inclusas & cymbia argentea crustis aureis illigata & aurea emblemata quæ in lapidibus, absidibusq; argenteis sint, & repiumbari possint, adnumerari, si ea argenti numero testator habuit. Paul. scribit in l. 32. ff. de aur. arg. facto. Denique auro uel argento id continetur, ex quo auro uel argento aliquid effectum est, siue id suæ, siue alterius usionis causa paratum est. d. l. 27. §. cui legatum. & quod non in supellectilis nomen cadat. l. 19. §. argento. Facti autẽ auri complures sunt species, prout & uarijs usibus subseruit. Est argentum escariũ, potorium, uiatorium, balneare. Escario argento legato, quod & escale appellatur in l. 8. ff. de supell. leg. id debetur, quod ad epulandum testator in ministerio habuit, id est, ad esum & potum. d. l. 19. §. si cui escarium. Omnia itaq; uasa propter escã parata, quæ non cocinatorij instrumenti sint, legato cedent. sed & ea in quibus & potabat & edebat testator, continebuntur. l. 32. §. quidam. eod. tit. In argento potorio non id tantùm est in quo bibi posit, sed & quod ad præparationem bibendi comparatum est. l. 21. ff. de aur. arg. Viatorium uerò argentum & balneare dicimus, quo in itinere & in balneo quis uti consueuit. l. ult. in prin. & §. 1. eo. tit. Briss.

ARGENTO facto contineri uasa argentea, uel: uti parrasides, tabulas, trullas, pelues, & his similia, scriptum legitur apud Pomp. in l. etsi non sunt. §. 1. tit. de aur. & argent. leg. Sed hic locus etiam cæcis mendosus potest uideri: licet Mafeius Vegius, uir alioquin eruditus, in libello suo de uerb. sig. non animaduerterit. Puto legendũ paropsides, matulas, trullas, & reliqua. Paropsis Græca dictio, à παρὰ & ὄψον, id est, ad cibum: est enim propriè iuris genus: autores Pollux & Eustathius. Sed pro obsoniorum lance ac uase ponitur à iureconsulto, ut etiam apud Iuuenal. Satyr. 3. Quam multa magnaq; paropside cœnat. Et ideo legimus in lugubri Euangelio: Qui mecũ manũ in paropside intingit, is me traditurus est. Matth. 25. Sed Mar. 15. catinus uocatur. Martial. Quę portat gaudens ancilla paropside rubra. Idẽ, Sic implet gabatas paropsidesq;. Trãquil. refert Galbá ordinario dispẽsatori breuiarium rõum offerenti, paropsidẽ leguminis pro sedulitate ac diligẽtia porrexisse. Matulas aũt, non tabulas legi debere cõijcio: quia prętereá quod de tabulis intelligere esset absurdũ, nec conueniret præced. Hoc etiam apparet ex illo Varronis de Vita Patrum: Dum, inquit, postularet trulleum, matellionẽ, peluim. Quid aũt sit matula, scripsi infra in Dictione Matula. Cotta in Memoral.

Infecti ARGENTI appellatio, ait Vlp. rudẽ materiam continet, id est, non factam. l. 19. §. infecti. eo. infectũ enim argentũ est rude & in opera nulla coniectum argentũ, quemadmodũ Arnob. lib. 6. aduers. gent. loquitur, & in massa argentea constitutũ, ut in l. ult. C. depos. & l. 19. ff. de furt. Hoc & graue aliàs appellatur, ut Seru. in 6. Æneid. & Isidor. li. 16. c. 17. scribunt. Cæterum & factum argentum si fractum uel collisum sit, infecto continetur. Nam factum argentum id uidetur, quo commodè uti possimus. l. 27. §. cui aurum. ff. eo. tit. Est & aliud argenti genus quod signatum appellatur: quod scilicet aliqua forma est expressum, ueluti filippi & numisinata. l. 27. §. cui legatum. ff. de auro arg. Quę tria genera Liuius lib. 34. ita perspicuè cumulat, Secundo die, ait, aurũ argentumq; factum infectumq; & signatum: Infecti argenti fuit pondo decem & octo millia: Facti uasa multa omnis generis: Signati argenti octoginta quatuor milia fuere Atticorum. Argenti planè appellatione supellex argentea non uenit, nisi argenti numero à testatore habita est. l. 19. §. Idem Celsus: & §. argẽto. eo. Itaq; argentum accipimus id omne quod ita ex argento est, ut neque supellectilis instrumento cedat, neque proprio alicui & speciali generi adscribi posit: quod uulgo bufetum appellamus. Sic in l. 4. ff. de leg. lib. 1. l. 2. ff. de legat. lib. 2. l. 22. ff. de manumiss. test. l. 1. l. 3. §. 1. & §. ulti. de supellect. leg. Argentum mensale uocat Vopiscus in Claudio.

ARGENTVM purũ putum quid esset in fœdere inter P. R. & Carthaginens. facto, ubi scriptũ inuenitur, ut Carthagin. quotannis P. R. darent certum pondus argenti puri puti, quęsitum fuit ab Alpheno I. C. Seruij Sulpitij discipulo, rerumq; antiquarũ nõ incurioso. is in 34. uolu. Digestorum, Coniectaneorum autem 2. ut refert Aulus Gellius, respondit, purum putum, ualde purum, sicut nouum nouitium dicimus, & proprium proprítium: augere atq; intendere uolentes, noui atq; proprij significationẽ. Hoc ubi legimus, mirabamur, inquit, Gellius, eandẽ affinitatem uisam esse Alpheno, puri & puti, quæ sit noui & nouitij. Nam si esset puritium, tum sanè uideretur dici quasi nouitium. His ergo assentimus, qui putum esse dicunt à putãdo dictum: & ob eam causam prima syllaba breui pronunciant, non longa, uti existimasse Alphenus uidetur, qui à puto id esse factum scripsit. Putare aũt ueteres dixerũt, uacãtia ex quaq; re, ac non necessaria, aut etiam obstãtia & aliena auferre & excidere, & qđ esset utile, & sine uitio uideretur relinquere. Sic nanq; arbores & uites: & sic etiam rões putari dictæ. Verbum aũt ipsum puto, qđ declarãdę sentẽtiæ nostrę causa dicimus, nõ signat profectò aliud, q̃ id agere nos in re dubia obscuraq;; ut decisis amputatisq; falsis opinionib. qđ uideatur esse uerũ & integrũ, & incorruptũ retineam⁹. Argentũ ergo in Carthag. fœdere putũ esse dictũ, quasi exputatũ, excoctũq;, omniq; aliena materia carẽs, omnibusq; ex eo uitijs detractis emaculatũ & candefactũ. Proinde scribit Liuius ꝑ initia lib. 2. de bello Macedonico, Carthagin. eo anno argentũ in stipendiũ impositũ, primũ Romá aduexisse: id qa probũ nõ esset, quæstores renunciauerant, experiẽtibusq; pars quarta decocta erat. Pecunia Romæ mutua sumpta, intertrimentũ argẽti suppleuerũt. De hoc Carthag. fœdere cũ Romanis, lege Liuiũ ad fi. 2. belli Punici,

Vbi refert pacem datã cum hoc,ut præstarent x.millia talentũm argenti,descripta pensionibus ęquis,in annos 50.soluerent.Scriptum est autem purum putum non in Carthaginensiũ solum fœdere , sed cum in multis alijs ueterũm libris,tum etiam in Q.Ennij Tragœdia,quæ inscribitur Alex.& in Sat.M.Varronis,quę inscripta est, *Δὶς παῖδες οἱ γέροντες*,id est,bis pueri senes.& apud Plaut.in Pseud.Purus,inquit,putus est ipsus. Et Iuuenal.secundũ ueram lectioné,Pauca licet portes argenti uascula puti:licet nónulli purum legendum cõtendant,sicuti Gellium, qui in purum legendum, qui in pu ro primam corripit,ut superius retuli.M.etiam Varro de lingua Latina.Disputatio,inquit,& computatio à putando dictæ,quod ualet purũ facere:ideo antiqui purum putum appellarunt. Et putator,qui arbores puras facit.Refert & Festus Pomp. quod antiqui putũ pro puro dicebant:Vnde putatæ uites,qđ decisis impedimentis remanerent:& purum aurum putũ dici solet,id est, repurgatũ.de quo quoq; Non. Marcel.in lib.de propr.serm.Putus,inqt,à putãdo dictus.hinc putari arbores dicuntur. Columel.libro 2. Neq; arent,neq; uité aut arboré putent. Autoritaté uerò hanc Alpheni,quam refert Gell. equidé ausim affirmare hodie in Pandectis nostris nó reperiri , ab illis fortè resecatã,qui Digestorũ libros in breuiariũ redegerunt. Tametsi coniecturæ locus est in hac re, puto Alpheũ de hoc sensisse in tractatu suo,qué nũc habemus in tit.locati,in l.in naue Saupheli : cuius l. posteaquam mentio facta est,õbiter mendam corrigamus: Veluti cum argentum,inquit,pusillatũ (sunt qui pastillatũ) ut informe argentũ,& in massam aurifici datum fuisse intelligamus. Nã ut scripsit Pomp. Pastilli massæ sunt cuiuslibet materiæ. Vnde pastilli medicinales.Flac.Ser.1.pastillos Ruffinus olet.Quidam etiam pustulatum argentũ hic legi debere contendunt,pro purgatissimo excoctoq; de quo Suet. in Neronis uita. Exegitq; ingenti fastidio & acerbitate nummũ asperum,argentum pustulatũ. Et dum subdit, Aut aurũ anuli.ut loquutio sit pcedenti similis,interponẽdã est dictio ut,aut aurum ut anuli. Et paulo post, Quod si separatis tabulis erronibus,aut in alia culpa clausum castigandũ.Cotta in Memor.

ARGENTVM pusulatum in l.31. ff. loca.ut in P. Florent.scriptũ est.Nam apud Tranquill.in Nero.& Martial.lib.7.Epigr.pustulatum scribitur.Briss. Budæus etiam in d.l.31.legit.pustulatum,& accipit pro purgatissimo. Sic Sueto.in Nerone. Exegit ingenti fastidio,& acerbitate, nummũ asperum, & argẽtum pustulatum,aurum Obryzum. Alc.lib.Parerg.ca.4. Postulatum legit in d. l.31. & apud Martialem libr.7. Quamuis non ignoret uulgarem lectionem pustulati esse : Quam & ueriorem putat Forcat.dialogo.6. Necyomant.num.7. Existimans argentum pustulatum,quod aurifices in modum pustularũ & acinorum efformauerunt & cælauerunt. Forcatulus, dicto locò.

ARGENTVM sublimatum, nusquam apud Antiquos reperiri,traditũ est. Planè uenenũ est, quòd semihora & minori spacio exedẽdo interficit. Nam omnia intrinseca,& pręsertim pręcordia,uelut ignis urit,ut attestatur Ant.Musa Ferrar.Sp.

ΑΡΓΥΡΟΛΟΓΟΙ argenti sunt exactores.Hegend. in tit.C.de suscept. Sp.

ARGENTVM uiuum, cuius uim naturę consulti maximá esse perhibent, atq; eius genera quatuor. Græci *ὑδράργυρον*, quasi aqueum argentum uocant:à Romanis,ex motu,uiuum argentum.Hermo. Barb. hoc minerale & naturale existimat. Hydrargyrũ arte factũ: tamen apud autores tam Græcos quàm Latinos nomina confundi inueniuntur. Sp.

ARGVERE,reum postulare,indicare,conuincere significat.l.197.ff.de uerb.sig.l.37. ff.ad. l.Iul.de adult.l.3. §.si ex stipulatu.ff.de S.C.Silan.l.24.§.ult.ff. de lib.cau.l.8.ff.de præs.uer.l.2.ff.de.l.Iul.repet.inde iocus Plautin.in Pseudolo,Ecquid argutus est. CH: malorum facinorum sæpissime.Luditur in uerbo argutus quod & acutum hominé , & conuictũ facinorum,ut Priscianus lib. x.interpretatur,significare potest Sic & Arguere testamentũ de inofficioso.l.pen. §.si hæres.ff.de inoff. test. & arguere testamentũ falsum.l.18.ff.de accusatio. accusare est.Briss.

ARGVERE reũ, est ipsum primò iudici deferre: deinde probationes in eũ inducere: tũ receptis testimonijs,& facto (ut uocant) processu,eũ accusare,id est, ad causam dicendã cogere, introductis aduocatis. Alc.in l.qui accusare. C.de eden.

ARGVAMVS, id est,argumentis probemus.in l.licet.§.possumus.ff.naut.caup.stab. Alberic.

ARGVIMVS auté,hoc est,probabiliter, colligimus & demonstramus in iure nostro trifariam,lege, ratione,& exemplo.Methodum arguendi Bart.tradidit singulari tractatu: clariss.item uir Cl.Cantiuncula Iuriscos. eloquentiss. in explanatione legalium Topicorum tyrunculorum Iuris disciplinæ studiũ plurimum adiuuit.Sp.

ARGVMENTATIO ab argumentis differt:qđ argumenta ea sunt,quibus causa probatur:argumẽtatio uerò elocutio qua argumẽta ipsa uerbis explicantur:autor Fortunat. Sp.

ARGVMENTVM dictum est quasi arguto ac subtili quodam artificio elicitum.ut probat tex.in c. forus.de uerb.sig.Glossę sunt.in l.de tutela. C.de integr.restit.in l.desiderium.C.deposit. in l.si uoluntate.C.de resc.uend.Sp.

ARGVMENTVM pronunciat Cicero, esse rationem,quæ rei dubiæ faciat fidem.Ita etiã finit Bal. in l.conuenticulam.C.de epis.& cler. gl. super rubr. C.de prob.& ibi Dd.Quæ argumenti definitio, Cantiuncula teste,ex l.si duo patroni. §.Marcellus. ff.de iureiur.& l.qui filium.§.fin.ff.ad S.C.Treb.iuncto c. ad apostolicæ.circa medium.de re iud. lib.6. apertè sumi potest. Isthic enim ex argumentis fuit rei controuersæ facta fides.Spieg.

ARGVMENTVM,pro probabili, uel nõ necessaria pręsumptione, aut suspicione , ut apud Africanum,in l.non omnes.§.à Barbaris. de re milit. Quo loco elegans est,Old.teste,exemplum comparandę præteritæ uitæ ad præsentem:& contrà.Spieg.

ARGVTO pectine dixit Theodosius Imp.l.tem perent. C.de uestib.holoueris.lib.2.imitatione Vergil. qui ita dicit 1.Georg.

Arguto coniux percurrit pectine telas. &

Apuleius lib.2.Asin.aur.Et pectinis arguti dente tenui discriminantur.Prat.

ΑΡΓΥΡΙΤΑΙ,qui pro coronis, præmioue argẽteo uicerant.l.commodis.ff.de re iud.& apud Plutarch. Prat. *Ἀργυρίωμαι* & *Ἀργυροπράτης*.uide Distractores argenti. Aridi fructus in Nouell.Iustin.xxxij. *ἄνυδρα* *ξηρὰ*, qui & *ξηροὶ* dicuntur, sunt uelut frumentum & ordeum Accursio authore. Adhæc.de usur. Codic. Prateius.

ARISTOCRATIA, est paucorum optimatum principatus, qui administrat omnia ad utilitaté publicam. qualis fuit Romæ,cum senatus summa autoritate ciuitatis statum gubernabat,nihilq; pręter populi dignitatem,aut domi, aut foris spectabat. Quo tempo-

tempore factæ fuerunt leges,& senatusconsulta. Hæc quando corrumpitur, relicta scilicet administratione ad utilitatem potentium, contemptis tenuiorib. tunc fit Oligarchia: qualis fuit tempore Syllę. Quære, Democratici. Sp.

ARMA, quod ad interdictum de ui adtinet, sunt omnia tela, hoc est, fustes, & lapides, non solùm gladij, hastæ, frameæ, id est, romphęæ. Vlpi. l. 3. §. armis. ff. de ui & ui arma. His addit Gaius l. armorum. 41. ff. de uerb. sig. scuta, & galeas. Adijcit & Paulus in l. qui commeatus. §. arma. ff. de uerb. sig. loricam. M. Cicero pro Cecinna glebas. Sunt autem romphææ apud Vlpianum ex Gellio teli genus Thracæ nationis. Armis etiam connumerat Festus lib. 1. pugionem, & sicam. Prat. Hinc rectè Alciatus explodit Angeli sententiam impropriè arma dici existimantis, quæ solū defensionis causa parātur: quod id procul à Caij Iureconsulti mente absit. Denotat item scripta, seu instrumenta, atq; quęcunq; alia documenta, iuxta uulgare illud. Non sunt sumenda arma ex domo aduersarij. l. qui accusare. & l. ult. C. de edend. Spieg. Plura de hoc, quæ armorum appellatione ueniant, uide apud Cuiac. in exposit. Nou. Iustin. 85. de armis prope finem.

ARMA ab arcendis hostibus dici putat Varro. Festus uerò ab armis, id est humeris dependentia. Vtrunq; Etymō recipi potest, illud ab effectu, hoc à uoce. Sed Etymon Varronis latius est: Nam lapides arma sunt, & tn̄ ab humeris non pendent arcent tamē hostes. Colligere arma iubet ualidisq; incūbere remis, imitatione Gręcorum à Marone dictum est qui armamenta uelaq; ὅπλα etiam uocant. Schar. ex Torneb. aduers. lib. 19. c. 29.

ARMA postliminio reuerti negātur quod turpiter amittātur. l. 1. de capt. & postlim. reu. Etenim semper apud ueteres infame fuit arma amittere. Spieg.

ARMAMENTA dicuntur, quę ad instruendum aliquid pertinent, ut sunt in nauibus, arma, remi, uela antennæ, rudentes, clauus, funes anchorarij, & cętera id genus. Adhæc respexit indubiè l. C. in l. 1. §. quid si mutuam. ff. de exercit. actio. Spieg.

ARMAMENTA dicuntur, teste Sipontino, quę ad instruendum aliquid pertinent. Vlpia. l. 3. ff. de rei uind. armamenta nauis, ait, singula erunt uindicanda. In nauibus autem armamenta sunt non solum arma, sed remi, uela, antennæ, rudentes, clauus, & alia eiusmodi. Sp. Adde Peckium, l. 1. ad edictum. §. magistrum nauis, nu. 5. comment. tit. de exerc. actio.

ARMARIVM, & armamentarium, ab eadem origine esse, id est ad armis, Varro autor est. Valla scribit, armarium esse, ubi reponuntur libri, cęteraq; huiusmodi. armamentariū, ubi reponuntur armenta & arma. Est igitur armamentariū, qđ uulgò Zeughauß uocamus, ubi machinæ bellicæ, tela, sagittę, aliaq; eiusmodi generis arma reponuntur. Estq; armamentarium priuatum, est etiam publicum. Sp.

ARMARIVM Adrianus Tornebus lib. aduer. 7. c. 23. Interpretatur Promptuarium, è quo promitur cibus. Plaut. in captiuis Cellas refregit omnesintus, reclusitq; armarium. Schard.

ARMATOS accipere debemus non tantū eos qui tela habuerunt. Sed etiam aliud quid quod nocere potest. Paul. l. armatos. 9. ff. de ui public. Armatos eos appellat Cicero pro A. Cecinna, scutis, telis, glebis saxis & fustib. paratos ornatosue. Briss.

ARMATOS milites, lex Caligatos appellat: fortè nunc Bürisser. in Aut. quib. mod. nat. effic. legit. l. à caligato. C. de nupt. uide ꝭ. Miles caligatus. Imperitum uulgus armigerum appellat: quum hoc uocabulum denotet eum, qui in prælio gerit tela domini sui, ut scutum, ut arcum, lanceam, & cętera huiusmodi. Valla & hoc monuit. Spieg.

ARMATAM legibus, hoc est, ut eleganter Canciuncula explanat, iudiciorum atq; Legum pręsidio uelut armatam & instructam esse maiestatem Imperatoriam, sapienter censuit Iustinianus in procemio elementorum Iurisprudentiæ. Old. ceu grauiter dictum ab eo recipit alicubi: tametsi quidā, si dijs placet, Accursianorum patronus adserat, quòd nemo adhuc conijcere potuerit, quid sit, Legibus armare, quid Armis decorare.

ARMENTA, Varro ab arādo dicta tradit, quòd principalis eorum is usus esset. arg. l. seruis. de leg. 3. Spiegelius.

ARMENTVM quasi aramentum: ad quod boues maximè parabantur, ut inde eligerent ad arandum. Pomp. de uerb. sign. l. boues. Boues, inquit, armentorum magis quàm iumentorū nomine appellantur. Nebr. Alij id genus pecoris intelligunt quod est idoneum ad opus armorum, hoc est, quorumuis instrumentorū. Et eò respexisse uidetur Virg. Æn. 3.

Bello armantur equi: bello hæc armenta minantur.

Armento legato, etiam boues contineri cōuenit, nō etiam greges ouium & caprarum. Inter armentum & gregem quid intersit, latè explicat Valla lib. eleg. 4. Spiegelius.

ARMILLAS, Festus ait lib. 1. ex auro, quas uiri militares ab Imperatoribus donati gerūt, dictas existimat, quòd antiqui humeros cum brachijs, armos uocabant. Apud Vlpian. uerò in l. argum. 25. §. ornamenta. ff. de auro, & arg. leg. pro eo ornamento accipi putem quo brachia ornantur, Galli adpellāt, *manchettes, ou bracelets*. Ornamentis igitur legatis armillæ debentur. de his meminit Plinius naturalis historiæ lib. 33. cap. 3. & Diuus Hieronymus in Esaia: Illa, inquiens, auferet dominus, ornamentum calciamētorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas. Cotta in Memor. in uerbo Viriolæ.

ARMILVSTRVM circus maximus erat Armilustrium armorum lustratio Torn. lib. 22. aduer. c. 16.

ARMIS deijcere, & cum armis deijcere differūt: Nam cum armis deijcit, qui arma habet, etiāsi ijs forte usus non sit: sicuti Vlpianus respondit l. 3. §. qui armati. ff. de ui & ui arm. qui armati uenerunt, etiamsi non armis usi sunt ad deijciendum: si deiecerint, armata uis facta uidetur. Sufficit enim terror armorū ut uideantur armis deiecisse. Armis uero deijcere id est deijcere armis adhibitis, eorūq; usu interueniēte Schard. ex Baldu. ad tit. de interd.

AROMATA in plurali (nam aroma non dicitur) quarundam herbarum fructus, odoris & saporis admodum grati, quibus utimur uel ad excalfaciendum uentriculum, uel ad appetentiam prouocandam, ut sunt zinziber, piper, saccharum, & huiuscemodi, quas uulgus species uocat. Vlpian. l. pen. ff. de usufruct. ear. rer. quæ usu consum. Silanæ, inquit, alicui legatus sit ususfructus uel odorum, uel aromatum. Spiegelius.

ARRA dicitur quod emptionis nomine datur ut euidentius probari possit conuenisse de precio. l. 35. ff. de contrah. emptio. l. 6. & l. ult. ff. de l. commiss. l. 2. §. is qui uina. ff. de act. emp. l. 5. §. item si institor. ff. de institor. l. 16. C. de fide instru. Insti. de empt. & uend. in prin. Dicitur aūt Arra auctore Isid. lib. x. Etym. ca. ult. à re pro qua datur, uel, quod alijs magis placet, à Græco uerbo ἀῤῥαβὼν, quod firmum significat. Vete-

res Arabonem dicebant, ut Varro lib. 4. de ling. Lat. notat, & Plauti Terentijq; testimonijs comprobari potest. Nec uerò in argumentũ contractæ modò em ptionis, sed & sponsaliorum Arræ dantur, quæ sponsalitiæ appellabantur. l. 38. ff. de ritu nup. l. 16. C. de episc. aud. l. ult. C. de epis. & cler. l. 1. C. si nup. ex rescr. pet. l. 3. C. de sponsalib. Dantur autem à sponso sponsæ, non contrà: quanquam in ea re Accurs. hæret. Hesychius ἀρραβῶνα ait, ὃ δίδοται τῷ γάμῳ ἀρραβῶνα. Animaduertendum aũt arrhas à ueteribus dici annulos, aut res huiusmodi alias modicæ quãtitatis, quæ in hoc dantur ut ueluti argumentũ sint matrimonij contracti. Nam si quis amplissimas possessiones, aut magnam pecuniæ uim donet sponsæ, & quadruplũ stipuletur credendum non est hanc stipulationẽ ualere. Duar. l. Titia. in prin. ff. de uerb. oblig. Arræ nomine Anulũ plerunq; datum fuisse ostendunt. d. l. 2. §. is qui uina. & l. 5. §. itẽ si institor. ff. de institor. Plin. lib. 33. c. 1. Argumento est consuetudo uulgi ad sponsiones etiam anulo exiliente: tracta ab eo tempore quo nondum erat arra uelocior. Briss. Hinc

ARRA. Proxeneticæ dicuntur, quæ Proxenetis dantur, sponsæ deferendæ, & quas Proxenetæ ipsi Sponsarum nomine accipiunt. Sic Arræ. Spõsalitiæ dicuntur Iustiniano, quæ Sponsis ipsis dantur. Proxeneticæ, quas pro eis proxenetæ, id est, pater mater, tutor, aut alij amici, qui in ea re fidem suam interponunt, &c. Connan. lib. 8. c. 2. num. 1. &c.

ARRA, simpliciter pignus est apud idoneos autores. Apud I.C. uerò arra, uel arrabo, propriè illud est, quod datur pro emptionib. confirmandis. Nam quemadmodum Vlpi. ait, sine precio uenditio nulla est, neq; precij numeratio, sed conuentio facit emptionem. Nebriss.

ARRABO, pro Obside ueterib. accipiebatur, ut ex M. Catonis uerbis constat apud A. Gelliũ. lib. 17. c. 2. Sic & apud Terent. in Heaut. act. 3. scen. 3. reliquit filiam adolescentulam. Ea relicta huic arraboni est pro illo argento. Prat.

ΑΡΡΑΒΩΝ ut tradunt Græci Grammatici ἐστὶν ἡ ἐπὶ τοῖς ὠνουμένοις παρὰ τῶν ὠνουμένων διδομένη προκαταβολὴ ὑπὲρ ἀσφαλείας, id est, ea precij pars quæ ab emptoribus firmandi cõtractus gratia repræsentatur. Conn. li. 8. c. 2. Sed quur in sponsalib. contrahendis ab sponso arræ dentur spõsę, undeq; ea res habeat originẽ pauci nouerunt. Consuetudo fuit apud maiores nostros, ut sponsus & spõsa inituri fœdus matrimonij, se inuicẽ coemerent: facta igitur precij conuentione, & spõsa emebat sponsum dotis precio. Id quòd Plautus expressit, dicens: Imperium accepi, dote libertatẽ uendidi. & Iuuen. Veniũt an dote sagittæ Libertas emitur. Econtrario sponsus emebat sponsam. Vnde est illud Virgilianum ex 1. Georg. Teq; sibi generũ Tethys emat omnib. undis. Sed quia utrunq; precium futurum erat in potestate uiri, accipit ille dotẽ, quia emptus est ab sponsa: illa uerò tantum accipit arras, quod est quasi quoddam emptionis signũ &c. Nebr.

ARRALE pactum C. de act. uendit. & empt. l. 3.

ARRESTI uaria appellatio. supremorum enim tribunaliũ sententiæ, uulgo aresta appellantur, fortè à Græco uerbo ἄῤῥηκτον, quod significat incorruptũ inuiolatumq;, quod in illis supremis curijs, sentẽtiæ incorruptæ & iustissimæ exeant, aut certè exire deberent, quæ inuiolatæ manẽt, nullaq; prouocatione seu appellatione infringi, aut suspendi possunt. l. 1. ff. à quib. appel. non licet. Credit. n. princeps, eos qui ob singularem industriam, explorata eorum fide ac grauitate ad huius officij magnitudinẽ assumuntur, non aliter iudicaturos esse pro sapiẽtia & luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus. l. 1. C. de offic. præf. præt. ideoq; arestũ eiusmodi, prætextu iniquitatis damnari non potest. l. si quis. ubi id not. Cyn. & Saly. C. de precib. Imp. offer. Budæus uerò ad l. fi. ff. de Senat. & Budæum secutus Franc. Conn. lib. 1. cõment. Iuris ciuilis, c. ult. num 9. ἀρεστὸν Græcè, Latinè placitum & decretum dici existimat, sicut in Regijs diplomatibus post declaratas breuiter rões, quibus adductus est princeps ut quid iubeat, uetet, aut permittat, postrema hæc tanquam rationum omnium clausula subijcitur. Et quia tale est nostrum placitũ. Quibus uerbis uoluntatem pro iusto Imperio & ratione habendam esse, non censet Princeps, sed uult intelligi rem illam se de suorum procerum consilio statuisse. Quamobrem placere principi putauit Vlp. quod rõe & consilio ab eo factum esset. Nam ciuilib. legibus, & ut ait Dion, scripto iure solutus est: cæterum naturali lege tam est adstrictus, quá quiuis nostrûm, aut etiam multo magis. Prior explicatio magis placet multis. Nam ut Rebuffus in Constitutiones Regias. Tomo 2. tit. ut contract. test. sent. & alij omnes ac gallic. concip. uerb. gl. 2. ait. Placitum non magis conuenit Parlamentis supremisq; curijs, quàm inferioribus, quia etiam sententiæ inferiorum iudicum Arresta, id est, placita, dici possent, nisi per Antonomasiam dicas. Sed ita (inquit) de omnib. rebus dici posset, quod citatio, litis cõtestatio, & omnia, quæ Parlamentis & curijs conueniunt, per Antonomasiam de Parlamentis intelligerentur. Alio modo arrestum, prout nec Græca nec Latina, sed merè Gallica uox est, significat impedimentum, siue interdictum, ne res aut persona loco, aut statu suo moueatur. Estq; arrestatio, iniectio manuum, cum alicui à Magistratu interdicitur, ne excedat ex eo loco, in quo inuentus est, nisi rebus cum eo compositis, qui de illo apud iudicem questus est. Pyrrhus ad cõsuet. Aurel. Rubr. de execut. instrum. cap. 12. Lagus in sua methodo. cap. de execut. rei iudi. uel etiam cum res alicuius, quacunq; ex causa pro securitate nostra, autoritate publica detinetur, ita, ut nobis inuitis ex loco illo negotio nondum sopito auferri non possit. Qua ratione sunt, qui arrestare idem esse dixerunt, quod gradum sistere: quia postquam arrestum factũ est, ibi sistendum est. Idem Pirrhus d. loco. tit. de execut. ex locato. cap. 7. uersic. habes casum. Porro autem, Cardinalis ad Clement. 1. de hæret. existimat arrestationem absq; manuum iniectione fieri: præhensionem uerò sine manuum iniectione fieri non posse, quod etiam uerum esse asserit Molynæus ad consuet. Parisien. tit. 2. glos. 1. ad uerbum *arrester*, nu. 3. uersicul. & dicendum: quia sicut plus est rem aliquam præhendere, quàm impedire: ita plus est personam capere, quàm impedire, uel interdicere, seu ut uulgo dicunt arrestare. Eodem etiam loco, nu. 11. & seq. latius explicat quid arrestum cum sequestratione, & missione in possessionem bonorum cõmune habet, & quatenus ab utraque distinguatur, quod & Paulum Parisium quoque consilio 107. nume. 72. libro 3. fecisse uideo, quæ omnia nos hoc uno loco referre; non existimamus esse necessarium. Peckius de iure sistendi lib. 1. c. 1.

ARRIPARE. Lege, Plumbum in ripa.

ARROGANTIA, pro temeritate uiolatæ legis apud Zenonem Imp. in l. unica. C. de priuat. car. lege, iniustitia. Sp.

ARROGARE, Arrogatio, uide Adoptio, item & Adrogatio.

ARRO-

ARROGARE aliàs est ascribere sibi, & uindicare. Vnde dicitur arrogans, quasi omnia sibi ascribẽs. Inde arrogantia, id est, temeritas & impudentia, superbia, de qua 46. dist. in princ. Differunt tamẽ, quia superbia est inanis gloria de eo, quod quis habet, ut sunt Philosophi, Legistæ, & alij sufficientes in arte sua. Sed arrogãtia est inanis gloria de eo, quod quis non habet, ut cùm quis credit ea se scire, quæ tamen nescit. Arrogantiam opprimi iubet Zeno Imp. l. uni. C. de priu. car. Prat.

ARROGATIO & adoptio differunt, quod arrogato patrefam. liberi qui in eius potestate erant, nepotes apud arrogatorem efficiuntur, simulque cum patre suo in eiusdem recidunt potestatem ut ait Modest. Quod non similiter inquit in adoptione cõtingit. Nam nepotes ex eo in aui naturalis retinẽtur potestate: Conna. lib. 2. c. 15. num. 12.

ARROGATIO fit, cum quis quempiam qui sui iuris est, in potestatem suam loco filij accipit. In hoc differens ab Adoptione, quæ fit, cum quis eum qui alieni iuris est, sibi adoptat, & proprium facit. Sp.

ARROGATIONIS formam & differentiã inter eam & adoptionem, tractat Caius in l. 2. tit. de adoptio. quæ quoniam scitè & Aul. Gell. Noctium Atticarum lib. 5. exponit subijciam. Quum in alienam familiam, inquit, inq; liberorum locum extranei sumuntur, aut per prætorem fit, aut per populũ. quod per prætorem fit, adoptio dicitur, quod per populũ, arrogatio. Adoptantur autẽ cum a parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatione in iure cedũtur: atq; ab eo qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, uindicãtur. Arrogantur hi, qui quum sui iuris sint, in alienam sese potestatem tradunt, eiusque rei ipsi autores fiunt. Sed arrogationes non temerè, nec inexploratæ committuntur. nam comitia arbitris pontificibus præbent, quæ curiata appellantur. Ætas quoq; eius, qui arrogare uult, an liberis potius gignundis idonea sit, bonaq; eius qui arrogatur, ne insidiosè appetita sint, considerantur. iusq; iurandũ à Q. Mutio pontifice maximo conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur. Sed arrogari non potest, nisi iam uesticeps. Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transitus, per populi arrogationem fit: eius rogationis uerba sunt hæc. Velitis, iubeatis, uti L. Valerius. L. Titio tam iure legeq; filius sibi fiat, quàm si ex eo patre matreq; familias eius natus esset, utiq; ei uitæ necisq; in eum potestas siet, uti pariendo filio est. Hæc ita uti dixi, ita uos Quirites rogo. Præterea hoc etiam adscribendũ putaui, pupillos arrogari nõ posse, nisi rescripto principis. l. generalis. ff. de adopt. & instit. eo. in prin. causaq; cognita & seruata forma tradita per Iureconsf. in l. si paterfa. §. ult. & in l. nec ei permittitur, & ll. sequentibus. ff. de adopt. & præsertim ratione secundum Gell. quoniam tutoribus in eos tantam esse autoritatem: potestatemque fas non erat, ut caput liberum fidei suæ commissum, alienæ ditioni subijciant. Cotta in Memoralibus.

ΑΡΡΩΣΤΙΑ apud Paulum l. & quantũ. ff. de edil. edict. uitium est aduersam ualetudinem significans, & ægrotationem. Prat.

ARS à Græcis τέχνη, à Latinis recta ratio faciendi, sciendi, intelligendi, & retinendi aliquid, arctis constans quibusdam præceptis. Ars est quidam dolus bonus & malus, astutia quædam, & experientia, quæ nos impedit falli sed magis alios fallere docet, ut ars militaris, de qua Virgil. 2. Æneid.

Dolis instructus, & arte pelasga.

Ars forensis, ars nautica siue naualis, ars fabrilis, histrionica & mimica. Taboetius in topico militię for. & legal. discip.

ARS, inquit Seruius, τῶν μέσων est: unde sine epitheto malè ponitur: ut bonas artes, malasque artes dicamus. Exempla in malam partem uocis accepta, habes in l. 1. C. de his qui ad statu. confug. l. oẽs. de præscript. trigint. ann. Sp.

ARS alia liberalis. l. 4. ff. de decret. ab ord. fac. Alia ludicra. Liberalia autem studia quæ accipiantur docet l. 1. ff. de extraord. cognit. Artes ludicras Seneca lib. 13. Epist. interpretatur, quæ ad uoluptatem oculorum aut aurium tendunt. Artem itaq; ludicram saltatores, gesticulatores, mimi, pantomimi, histriones, & alij id genus, nõ item athletæ designatoresq; facere intelliguntur. l. 1. 3. & 4. ff. de his qui not. infa. l. 14. ff. de pœn. l. 42. l. 44. ff. de ritu nupt. l. 4. ff. de accusatio. Val. lib. 8. c. x. Constat Æsopum Rosciumq; ludicræ artis peritissimos, id est, gesticulatorię artis. Plaut. Aulular. Continuo meum cor artem cœpit facere ludicrã, id est, exilire & palpitare ac moueri cœpit. Quintil. lib. 3. c. 6. Qui autem ludicram exercuerit in 14. primis ordinibus ne sedeat.

ARS quinq; designat. Primò uirtutem: ideò uidetur deduci à Graia uoce ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est à uirtute. Secundò habitum operatiuum. Tertiò rectam rationem. Quartò ordinem topicum. Quintò Disciplinã usu, traditione, & ratione stabilitam. Taboetius in topico militiæ for. & legal. discip. Micer artem ludicram, id est artem ludionum, ac comœdorũ uocat. ff. de pœnis. Hotom.

ΑΡΤΑΒΩΝ meminit Iustin. Edicto 13. ἵνα, ait, ὑπὲρ καὶ τῶ φόρων ἀρταβῶν, ἐκεῖνο ἑκάστη νομίσματος ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τῶ ... τὸ λαμβάνειν τῇ ἐμβολῇ. Existimo autem de Ægyptia Artaba ea uerba accipienda. fuit enim mensura hoc nomine apud Ægyptios modios quinq; capiẽs, auctore B. Hieronymo lib. 2. Comment. in Esai. c. 5. Quod & Aristophanis interpres in Acharnensibus testatur. Ἀχάνη, inquiens, μέτρον ἐστὶ περσικὸν ὥσπερ ὁ ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις. Fuit & mensuræ Persicæ medimnum Atticum & præterea tres chœnicas capientis idem nomen, ut Herodot. lib. 1. & Pollux lib. 4. Onomast. ca. 23. & Suidas in uerbo ἀρτάβη tradunt. Briss.

ARTE fabrica peritum seruum dixit Pau. in l. 19. in fi. ff. de instr. uel instr. pro fabricandi perito.

ARTEM interdũ pro dolo accipi annotauit Forcatul. dialog. 28. Necyom. ut apud Verg. Multa prior arte Camillam. Circuit & arte pelasga. & l. 1. C. de suf frag. Schard.

ARTEMON, trochleę genus tractorium est, qđ ἐπάγων Græci uocant: quo fune ductorio, per orbiculos traiecto, & acto in gyrum, facili ductu importantur onera, uel exportantur. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. 1. c. 25. Est & Artemon, uelum addititium, dirigendæ nauis causa ad auræ flatum. ab ἀρτᾶν deductũ, qđ suspendere significat, & assuere. Vnde & ἄρτημα item pro loro paruo accipitur, cui crumena assuitur. Est & hac similitudine trochlea, Græcè ἐπάγοντα, qua ingentis oneris lapides tolluntur. Nomẽ quoq; machinarij fabri. Alc. de uerb. sig. uide & Maioragium Miscell. lib. 2. cap. x.

ARTERIA & Vena inter se differũt. Est enim arteria conceptaculum spiritus naturalis misti confusiq; cum sanguine in quo plus spiritus est, minus sanguinis. Vena uerò est conceptaculum sanguinis, qđ ἀγγεῖον medici uocant, misti confusiq; cum sanguine, in quo plus sanguinis est, minus spiritus. Gellius libro 18. cap. 10.

ARTI-

ARTICVLATVS libellus, cuius formulam antiquitas ignorauit, idem qui Positionalis. Nam articulus communi loquendi more appellatur, quasi membrum alicuius facti seu casus diminutissimum, uidelicet, cum singulæ orationis sententiæ, interuallis quibusdam distinguuntur. Positio, autem, quæ Græcis thesis dicitur, est alicuius particularis rei ad causam pertinentis assertio, autore Bartolo l.2.§.qđ obseruari.C.de iureiuran.propt.cal.dand. Proinde si uno prorsus orationis contextu, factum iudici ex scripto proponas, libellus est: Sin autem singulas partes, & circumstantias breuissimis pronunciatis complectaris, fit libellus positionalis, aut (ut dicunt) articulatus. Oldend.

ARTICVLVS est sigillata locutio, uel per membra distincta oratio & ab artu dicitur, id est mẽbro, c.accusatus de hæret.lib.6. hæc Baldus. Artus autẽ inquit, Sypontinus partes sunt corporis inter iuncturas connexæ, dictæ quod inter se arctentur, unde minores partes per diminutionem articulos uocamus, quales sunt digitorum.

ARTICVLI calumniosi sunt, cum sub diuerso loquendi schemate habent aliquid, ad quod si in speciem respondeas, aut negaturus sis quod prius cõfessus es: aut cõtrà confessurus, qđ paulo antè negasti, non sine discrimine periurij. Quomodo id fiat, ostendit eleganter Oldendorp. de Formula libell. Sp.

ARTICVLORVM quidam sunt impertinẽtes qui nihil ad rem faciunt, probati non releuant. gl. c. fin.de confess.lib.6. Alij sunt captiosi quos siue neges, siue confitearis tuum detegent periurium, atq; ita te decipiunt & captant. l.in duobus.38. §.fin.& l. qui iurasse.§.si pater.ff.de iureiur. Alij sunt multiplices, alij sunt iuris, alij impossibiles, alij super crimine: Quibus omnibus respondere reum cogendum non esse, glosema in d.c.fin.scribit per illum textum, & alios quos citat. Prat.

ARTICVLVM interpretatur Accurs. l. ab executione.C.quor.appell. non recip. sententiam definitiuam cuius interpretationem probat Alber. Bartol.accipit pro interlocutoria. Equidem illic pro capite, & membro sententiæ sumi adfirmare ausim. Nã ab uno sententiæ articulo & capite appellari potest. Bart.& Alberic.in l.appellanti.ff.de appell.per illum text.Guid.Pap.decis.436.q.66.

ARTICVLVS etiam sumitur in Arcadij & Honorij constitut.fin.C.comi.rer.priuat. (alius est sub tit.comi.sacri pal.) pro statim, in ipso temporis momento.ut rectè ibidem interpretatus est Accursius. Sic etiam accipitur apud Terentium in Adelph. uide ut in ipso articulo compressit eam. Prat.

ARTICVLVS quoque sumitur pro themate facti q; specie proposita (casum uulgo appellant) in l. non possunt.12.ff.de legi.Prat.

ARTICVLVS pro eo quod uulgo dicimus, pũctum. In l.22.§. trãsgrediamur.ff.solut.matrimon.in l.5.§.primo.ff.de præscript.uerb.l.9.ff.de statu hom. Equidem non pro puncto, sed pro particula & membro Periodi, totius alicuius propositi, in illis legibus accipiendum putem, ut in l.6.§.sub hac.C.de bo.quę lib.quo sensu etiam eam uocem accipiunt Pragmatici Galli, dum probanda legibus, moribus, instrumentis in articulos digerunt: & hoc sensu accipitur in c.præsentiam.§.testes.de testib.in 6.& c.ueniens. 2.eod.tit.in antiq.& utrobiq; gloss.pro membro illo probando accipit. Prat.

ARTIFICES sunt, qui rem à se in aliam formã elaboratam uendunt: quales sunt cerdones, fabri, pelliones, sutores, textores, sarcinatores, fullones, bractearij. Vide Alciat. in l. mercis appellatione.de uerb.sign.

ARTIFICES serui qui aliquod artificium callent l.ult.ff.de oper.ser.l.32.& l.33.ff.de rei uind. l.25. ff.de pigner.act.l.3.§.1.C. commu.de legat.l.unic.§. eunuchi.C.de comm.ser.man. l.12. §.idem respõdit. ff.de instr.uel instrum. Opponuntur his Mediastini in d.l.ult.qui nullam certam artem exercent, sed in medijs ædibus præsto & ab obsequia quæque parati stant.

ARTIFICIALES Operæ. Lege, Operarum duplex est species.

ARTIFICIS nomine uidetur contineri ludi literarij magister, ex his Pauli uerbis: Duo societatẽ coierunt, ut Grammaticam docerent, & quod ex eo artificio quæstus fecissent, commune eorum esset.ff. pro socio.Sp.

ARTITVS bonis artibus instructus. Festo lib.1.

ARTOPTA uas quoddam fuisse uidetur quo panis torrebatur, tria enim erant panis genera, ex coquẽdi ratione Furnaceus qui in furno coquebatur, clibanites uel testuaceus, qui in testu aut clibano, artoptitius qui in artopta assabatur: Et hunc à testuaceo & furnaceo differre author etiam est Athenæus. Torneb.adu.lib.14.cap.5.

ARVSPICES intelligendi sunt, qui à uictimis in ara inspiciendis, ut futura prædicerent, nuncupabantur. Potissimum tamen iecoris unde à Græcis ἠπατοσκόποι & σπλαγχνοσκόποι uocantur. Considerabant tamen etiam cor sed omnium maximè ut dixi iecur. Dicunt etiam Latinè Arioli. Torneb. aduers. lib.19. cap.20. Horum pœna, mors igne, aut gladio l.3. & l. nemo.C.de malef.& mathem. Sunt enim diuinatores. Sunt qui cum h, scribendum putent. Prat.

ARTIFICIVM sumptibus possessoris discere. Paul.in l.cæterùm.ff.de rei uind.Spieg.

ARTIFICEM facere, apud Modestinũ l. quod si.ff.de rei uindicat.

ARVALES fratres, dicti sacerdotes, quos Romulus primus instituit: seque inter illos duodecimum fratrem appellauit, ut arua fruges ferrent. Quorum insigne erat, infula alba, & corona spicea. Dicti ab aruo. Est autem Aruum ager aratus, nondum satus, ut ait Festus.Spieg. Dicuntur etiam Aruales sodales, οἱ περὶ ὅρων διαγνώσκοντες ἀδελφοί, ut glossæ interpretantur ex libris de officio proconsulis. Sacri enim erãt termini, idcircò rectè terminorum finiumq; iurgijs finiendis sacerdotes interueniũt fratres aruales. Cuiac.obseru.lib.11.ca.34.prope finem. Adde Gellium libro 6.cap.7.

A S

AS. Varro lib.1.de lingua Latina assem ab ære dictum esse putat. As enim, & libra, & pondo, idem significát: quod nec Accursius, ut mox sequitur, ignorauit. Sumitur tamen etiam pro integra quacunque re. Veteres enim uolentes aliquid diuidere in partes æquales, ut hæreditatem, & quiduis simile, id assem appellauerunt, & partes uncias. Ex asse hæres dicitur, qui solus est hæres. Spieg.

AS in duodecim uncias diuiditur. l.13.§.ult, ff. de hæredib. instit. Habent autem & hæ partes propria nomina, ab uncia usq; ad assem, puta hæc, Sextans, Quadrans, Triens, Quincunx, Semis, Septunx, Bes, Dodrans, Dextans, Deunx, As.l. 50.§.ult.ff.de hæredib.instit.§.hæredit.Instit.eod.tit. Vncia etiam in semunciam, & hæc in sicilicũ subdiuiditur. l.8.§.si quis impuberi.ff.de inof.test.l.21.§.filium.ff.de annu.leg.

Et

Et apud Plin. lib. 13. cap. 15. Inde autem sicilicum, ut Fest. lib. 17. scribit, quod semunciam secet. Obiter autem hic admonebo emendandos Frontini de Aquæ ductib. codices, in quibus perperam semiuncia pro semuncia scriptum est. Vncia & semis sescuncia appellatur. l. 8. §. si quis impuberi. ff. de inoff. test. l. 42. ff. de uulg. & pupill. subst. & l. ult. ff. de coniung. cum emancip. lib. l. 5. ff. de leg. præstand. l. ult. C. de liber. præterit.

ASSARIA pro obolis posita legimus. nam & assem pro re minima usurparunt priores, testimonio Ciceronis & Plauti. Vnde ad assem reddere, apud Plinium Cecilium: etiásí aliter doctissimo interpreti est uisum. Spie. Ausonius de asse ita alicubi scribit

Bissenas partes quis contineat æquiparet las.

Tertia defuerit si portio, quid reliquum? bes.

ASSEM, libram, & pondo, idem significare, Accursius rectè admonuit: sed tamen assis appellatio, sæpius pro hæreditate accipitur. aliquando & nummum significat apud Latinos. Volusius Metianus (cuius nuper prodijt libellus, de Assis distributione, notis, & uocabulis) dicit assem in duodecim partes duodecimas diuidi, easq; singulas uncias uocari. De etymologijs autem horum uocabulorum, scribit M. Varro de lingua Latina quarto, Alexander Neapolit. lib. 1. Gen. dier. Budæus omnium exactissimè, opere pulcherrimo, ut ei tractatiói peculiariter dicato, Quamquam à pristinis uocabulis nunc propè desueuimus, partis uocabulo utentes unà cũ numerali nomine, ueluti, Instituo Titium in duabus tertijs, Caium in tertia tertiæ: quod est perinde, ac si unum in besse, alium in triente instituam. Ex Comment. Viglianis ad titul. de hæred. instit. libro secundo. Sp. Ad assem uendere qua formula Modestinus usus est l. 9. quibus modis pign. uel hypoth. sol. quidam interpretantur esse in solutum dare: sed magis placet Connano lib. 4. cap. ult. istis duobus creditoribus datum in assem fundum, id est, pro quota cuiusq; debiti, sed ita ut non solidum cuiq;, sed pars tantum aliqua solueretur reducto ad æstimationem assis debito. Porro quid in solidum uendere sit, dubitatum est apud Alciatum Parerg. lib. 2. ca. 33. & putat non idem esse, quod in solidum uẽdere, alioquin battologiæ uitio I. C. laboraret, cum infra dicat in solidum singulis. Quare secundum eum in assem uenditionem appellare conuenit, in solutum dationem factam per æs & libram. Verum Forcatulus in Necyomantia dialog. 13. ostendit idem esse, in assem & in solidum, neq; battologiam esse, cum aliud sit in solidum uendere duobus simul, aliud singulis in solidum dedisse pignori plura apud eundẽ. Ex asse scriptus hæres, id est ex toto, &c.

ASSIS autem appellatione solida hęreditas uenit: cuius rei exẽpla crebriora sunt tritioraq;, quàm ut adscribi debeant. Martialis nobis uersus sufficiet ex lib. 7. Epigr.

Hæredem Fabius Labienum ex asse relinquit.

Nec hæreditatem modò, & patrimonium, sed & omne quodlibet solidum & integrum assis nomine eiusq; partibus notabant. l. 76. ff. pro soc. Hinc pretij bessem dixit Vlp. in l. 12. §. contrariò. ff. mandati. In assem satisfacere, id est, in solidum. l. 1. ff. de separatio. Ex asse possidere, aut pro parte, in l. pen. ff. qui satisd. cog. In assem satisdare. l. 5. §. si ex duobus. ff. ut in poss. leg. In assem uindicare. l. 40. in fi. ff. de leg. lib. 3. In assem uendere. l. 9. ff. quib. mod. pig. sol. Ex asse debere l. 1. §. si quis legatum. ff. ut legat. nom. cau. In assem impendium reddere, Plin. Epist. 15. lib. 1. Sic & in assem dari instituiq; actio dicitur. l. ult. ff. de donatio. l. 11. §. 1. ff. de interrogatio. in iu. fac. Ex asse etiam auferri hæreditas dicitur, quæ tota aufertur. l. 2. C. de his quæ ut indign. Fundum deniq; assis partibus ueteres diuidebant, ut apparet ex l. 39. §. si à me bessem. ff. de euictio. l. 8. ff. de rei uindic. Vsuras etiam per assis partes distinguebant, ut aliàs docebimus. Briss. Hinc ea usura quæ summa esset, nimirum quum ex centum denarijs, singulis mensibus singuli denarij soluuntur. As appellata propterea; quasi ad assis rationem illius partes, id est, alias usuræ minores appellationem sumpsere. Hot. lib. 1. de usur. ca. 7.

ASCENDENTES I. C. uocant parentes maioresq; nostros à quibus geniti & procreati sumus: ut contrà descendẽtes eos, qui ex nobis prognati sunt. l. ult. ff. de ritu nupt. l. ult. §. sunt & ex lateribus. ff. de gradib. & adfin. Constantin. lib. 4. Epit. c. 6. Briss.

ASCETRIÆ separántur à Canonicis, ut ascetriæ à monasterijs. Canonicæ sunt monachæ, ut constat ex 1. Nicenæ c. 20. & Epist. Basilij, περὶ ἐνδιαίτων κανονικῶν ... περὶ ... κανονικῶν. Cuiac. in exposit. No. Iustin. 59. de sumpt. fun.

ASCIA ne polito, &c. uerba leg. XII. Tabu. quæ explicat Dn. Old. in Scholijs. Sp. Erat aũt Ascia instrumenti genus, non solum poliendis lignis sed etiam construendis connectendisq; aptũ, quo in calcis maceratione ueteres etiam usos esse testatur Vitruuius de architect. lib. 7. ca. 11. Schard. ex Ræuardo ad ll. XII. Tab. cap. 15.

ASCISCERE, pro approbare, decernere ut in l. XII. Tabu. cum Senatus, populusq; asciuerit. lege c. 6. & in illud Dn. Olden.

ΑΣΚΗΤΗΡΙΟΝ, locus in quo moniales seruantur, & ad pietatis studia exercentur. ἀσκεῖν Græcis exerceo: & τηρεῖν, seruo, custodio, significat. Hinc Ascetria, pro Nonna, apud Iustinianum in constit. ult. de Sanctis. episc. tum alibi. pro qua uoce supposuerũt, qui eam non intellexerunt, Assistria, commenti ab assistendo ægrotis, sic dictam. ut & in tit. C. de Episc. & cler. Assisterijs, p Asceterijs legendũ putarũt. Spieg.

ASCODROGITÆ in l. 10. & l. 11. C. de hæretic. Sic enim illic legendum censeo. Hæretici fuere, qui utrem inflatum in sua Ecclesia positum ac coopertũ ueneratione prosequebantur, & circa eum lasciuientes more bacchantium discurrebant, auctore Philastrio Brixiẽsi Episcopo in hęreseon Catalogo. Briss.

ΑΣΗΜΟΝ est argentum non signatũ. Moschopulus περὶ σχεδῶν ἄσημον ἀργύριον, τὸ μὴ κεχαραγμένον. Sed & ueteres glossæ, argentum interpretantur ἄσημον. Cuiac. obser. lib. 9. cap. 1. post princ.

ΑΣΗΜΩΣ in l. mutum. ff. de ædil. edict. id est, sine significatione.

ΑΣΕΛΓΕΙΑ eo sensu apud Grçcos accipitur quo lasciuia apud Vlpia. l. lege. 4. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de sicar. pro quadam proteruitate ludicra, aut ioculari. Prateius.

ASIARCHES. Ἀσιάρχης Asiæ sacerdos, & pręses: de sacerdote iuris accipiendus est. Vide de hoc, & alijs Sacerdotijs immunitatem à tutelis pręstantibus Ant. Aug. lib. sing. ad Modestinum.

ASIARCHIAM apud Modestinum l. ἔθνος ἀσίας. ff. de excus. interpretatur Ant. Aug. lib. ad eundem singul. quod & uidetur dicere ibidem Modestinus. De hoc sacerdotio Asiæ loquitur & Papin. l. in honorib. ff. de uaca. & excus. mun. Prat.

ASINI machinarij, qui machinis frumẽtarijs & molis, quibus frumenta pinsebantur, adhiberi solebant. l. 17. §. 1. de instructo & instr. leg. & l. 12. §. & molas.

las.ff.eo.t.Vertranius lib.sing.de iure liberorū.c.29. Forcatulus in penu iuris ciuilis cap.6.

ASINARII Christiani sunt uocati ut & Iudæi qđ hi, falso dicerentur aureū asini caput in templi sacrario adorare quoniā Mose duce, asinorū beneficio aquas Iudæi inuenissent. Crinitus de honesta disc. cap.9.lib.1.

ASPARGO Vlpi.in l.4.§.cum autem. ff.de lege Rod. Si uicenûm, ait, merces duorum fuerint, & alterius aspargine decē esse cœperint, id est, ψεκαζόμεναι, ut Lexicon B.Germani interpretatur.

ASPERGILLVM, nouum uidetur, sed non inelegans uocabulum: significat instrumentum, quo nos sacris aquis solemus aspergere, quarū antiquissimum usum Alber.Campensis c.6.lib.1.Eccl. Hierar. astruit, contra scripturarios: quorum nomine, uir ille per omnia orthodoxus, cōplectitur quicquid portentorum, paulo sub excessum, diui Imperatoris nostri Maximiliani, natum est, ad apostolicam ecclesiasticamq; subuertendam traditionem. Sp.

ASPERGINE iactas res fieri deteriores, hoc est, madefactione, apud Callistratum, ad leg. Rhod. de iactu.l.nauis.§.cum autem. Spieg.

ASPERNARI, pro non agnoscere, recusare, apud Vlp.in prin.l.j. Quod quisq; iuris. Spieg.

ASPERSORES aquę qui sint in l.athletas.ff.de ijs qui not.infam.nonnihil dubitationis habet. Et diuinaci quadam coniectura uera tamen Acc. eos esse interpretatur qui in studio depositi, quo celerius & acrius in equestri certamine refocillati equi currerent, uelociusq; metam attingerent equis frigidam aquam suffundebant & aspergebant. cui interpretationi consentit magnus ille Erasm.in expositione eius Paroemiæ Frigidam aquā suffundere. Ante quē in eam Alex. Neap.lib.Gen.dec.3.concesserat. Huic etiam ego album calculū adijcio. multoq; sanè mihi probabilior uidetur, ea quam ad me Viues politè tū & eruditè scripsit: Aspersores aquę eos confirmans qui in cauea, ubi feræ inclusæ erant, priusquā in theatrum prodirent, feris aquam multis ex causis spargebant. ut ne inuicem pugnarent, sese excuterent politæ in spectaculum prodirent, nitidæq; emergerēt. Nam hæc interpretatio d.l.Athletas, repugnat: Quę non in feris sed equis aquam in certaminib.sacris ueteres aspersisse refert. Corasius Miscel.lib.4.cap.24.

ASPIS duo significat iuxta Etymologicon. Primum animal ex genere reptilium, propterea qđ circulos corpore suo efficiat, & non celeriter sese extēdat in longitudinem. Secundum hanc similitudinē & scutum significat. Sic enim illud uibrat, & contorquet miles qui præliatur. Hoc autem nomen ἀπὸ τοῦ σπᾶν καὶ σπίζω quę uerba extendere & producere significant. A' quo uerbo σπίζω reiectione ω, fit σπὶς longū, quòd trahatur & extendatur. Hinc præposito α priuatiuo fit ἀσπὶς quod adsit lōgitudo, & adsit figura circularis. Id uerò primum non magnopere compertū inquit Cælius Rhodiginus, qui aspidis ictu percussus euaserit. Quò argumento, ut significaretur principatus quædā inuicta uis, Ægypti regum mos fuit peruetus, diademata serpentis eius imagine distincta gestare. Drosæus in methodo iuris.

ASSANI homicidæ, qui pecuniæ nomine homines iugulant & necant. cap.1.de homicid.lib.6.Prat.

ASSCRIBI in ciuitatem, est recipi in ciuem.

ASSCRIBI uerò numinibus est canonizari.

ASSCRIPTITII genus agricolarū adfine originarijs, de quibus suo loco: dicti, quòd per scripturam se terræ seu agriculationi astringebant, promittentes ibi stare, colere, & non discedere: & recēs admittebantur cum cæteris agricolis, ut unà essent eiusdem conditionis. Et (nisi fallor) nos adscriptitios rusticos, siue colonos, Meyer uocamus, & uillam, ein Meyerhof. Spieg.

ASSCRIPTITII ciues nuncupantur extraordinarij, & haud ita pridē in ius ciuitatis admissi. Cicero pro Archia, uenit (inquit) Heracliam, quæ cum esset ciuitas ęquissimo Iure ac fœdere, adscribi in eā ciuitatem uoluit, hoc est, ciuis fieri uoluit. Burger werden. uide copiosius asscribere.

ASSCRIPTOR, idem significat quod Subscriptor. Est autem subscriptor, ut ait Pedianus, causidicus, qui causam adiuuare poterat. Spieg.

ASSECLA, dicitur ab assectādo, qui officij causa deducit.

ASSECTARI prætextatum, aut prætextatam, est pudorem pueri ingenui, aut puellæ suggillare. Iustinian.in Institut. de iniurijs.§.primo. Siue quis, ait, matremfamiliàs, aut prætextatum, prætextatámue assectatus fuerit. Adi Vlpian.in l.item apud Labeonem. §.appellare. de iniur. Cætera apud Budaicas Annot. Sp. At Oldendorpius id rectius explicare uidetur. Assectari (inquiens) esse comitatum præstare, non tantum foris, sed & domi per urbem, quasi aliquem præeuntem sectari, uel officij, uel amicitiæ, uel alicuius commodi gratia, uti puer herum, filius patrem, cliens patronum, amator puellam. Assectatio uerò in re amatoria, principium esse solet ad stuprum': ita Oldendorp. Adde Ferret. in libro 4. Institut.tit.21.

ASSENTARI, ut lib.2. Conui. apud Philelphū ait Muzanus, in uerbis est: sed blandiri in uerbis & rebus, cum aut dicimus, aut facimus quidquam pręter animi sententiam, placendi studio: id quod fraude carere non potest.

ASSEQVI, adipisci, & quod uulgus lucrari appellat, Erkoferen/Erlangen/Eroberen. Impp. C.de iure deli. Nec emere, nec donatum assequi, nec damnosam quisq; hæreditatem adire compellitur. Sp.

ASSERERE, est in libertatem uindicare.

ASSERERE in seruitutem, est ex libero seruum facere. Sp.

ASSERERE manu sunt iuris uerba. A' quibus etiam Assertores dicuntur, uindices alienæ libertatis. Nam & causa ipsa liberalis dicitur, quę actionem in se continet libertatis. Vide Donatum super illud Comici, Nam ego illam liberali assero causa manu. Sp. uide Adserere.

ASSERTIO. Non licebat olim seruo de libertate agere, nisi per assertorem, qui uindex erat alienæ libertatis. Primo autem assertore aut uicto, aut causam deserente, liberum erat alteri causam agere liberalem, sicuti & Paulus lib.5.sentētiar. significat. Vnde & secunda assertio apud Quintilianum. Iustinianus non putauit esse necessarium talem alienæ libertatis siue uindicem, siue procuratorem. Sanè Instit. lib.4.Tit.10.scribit, non licuisse olim pro alio agere, nisi pro Populo, pro libertate, pro tutela. Sed ut pro libertate ageretur, nō nisi per alium agi poterat. Iam uerò minimè hoc est necesse. Balduinus.

ASSERES dicti quod assideant parieti, lapidibúsue Fest.lib.1.

ASSESSVRÆ uerbo usus est Vlpian. in l. 3. de proxen. Sp.

ASSEVERARE, quo distet à Profiteri, uide in l.non nudis.C.de probat.

ASSIDVÆ mulierum adulationes, pro blandimentis

mentis continuis, apud Iustinian. in l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab.

ASSIDVI fideiussores dicebantur locupletes: quam, teste Budæo, Galli Burgesiacam cautionem nunc appellant. Sp.

ASSIDVVS pro locuplete & facile munus faciente accipitur, dictus ab assibus id est, ære dando, cum tempora Reipub. exigerent, aut assiduitate muneris publici. uide Adsiduus. Prat. Adde Franc. Balduin. comment. in l. XII. Tab. cap. 44.

ASSIDVVS quidam per d. scribunt, quasi sit à sedendo figuratum: sed errant. Nam cum à Seruio Tullio populus in quinq; classes esset diuisus, ut tributū prout quisq; possideret, inferret: ditiores qui asses dabant, Assidui dicti sunt: & quoniam soli negotijs publicis frequentes aderant: eos qui frequentes assunt, assiduos ab assidibus dixerunt. Charis. libro 1. & Ræuardus ad ll. XII. Tab. cap. 9.

ASSIGNARE libertum, ut ait Modestinus de uerb. signif. est hoc testari, cuius ex liberis libertum eum esse uelit. Sp.

ASSIGNATIONES. lege, Attributæ pec.

ASSIGNO dominij translationem, non perpetuo signat, quoad cùm pro ratione iuris, tum pro re nata accipiendum sit, ut docuit Bart. in l. si constante. ff. soluto matrimon. Cui Bald. subscribit, in l. ubi adhuc. in fin. C. de iur. dot. quod & antè monuit Oldend. Spieg. uide Adsignare.

ASSIMVLO, pro comparo, non assimilo dicimus: quod pauci animaduertunt. Nam assimilare, teste Insulano, tollitur è classe Latinarum uocum, non impediente quicquam spurio illo sophistarum loquendi more, quo dicere solent, Istud assimilatur illi. Sp.

ASSISII dicuntur beneficiarij, qui tamen canonici non sunt, seruiuntq; Ecclesiæ ca. penult. de cler. non resid. in antiq. Eosdem & mansionarios uocari adnotat ibidem Bernhardus.

ASSISTERE, pro præsentem & iuxtà esse. l. fi. C. de aduoc. diuers. iud.

ASSOLET, pro consuetum est, Marcel. in l. diuus Marcus. de offic. præfect. Sp.

ASTANDA, regum in Perside nuncios Angaros nuncupatos, à doctis obseruatum est, atq; illarū gentium esse uocabulum Herodoto uidetur. Sicuti astandæ ferè notionis eiusdem, hoc est, grammatophori siue tabellarij, qui certis itinerum spacijs permutarentur. Plutarchus in libro de Alexandri fortuna scribit, Darium Persarum regem fuisse quandoq; regis astandam. Spieg.

ASTV apud poetas Festo lib. 1. Astutiam significat. cuius origo ex Græco ab oppido ἄστυ ducitur in quo qui uersati assiduè sunt cauti atq; acuti esse uideantur. Eodem uerbo in eundem sensum usus est uetus interpres in Auth. de testib. §. si uerò astu. ubi Accursius interpretatur dolum, uel malitiā pro quo in Græcis est ἐπιτηδευ. Prat.

ΑΣΤΥΝΟΜΙΚΟΙ. Ædiles apud Papinianum l. 1. ἀστυνομικοῦ. ff. de uia publ. & si quid in ea fac. ubi explicatur eorum officium.

ΑΣΤΟΣ ab ἄστυ ductus. Ciuem significat apud Solonem in Elegijs.

Αὐτοὶ δὲ φθείρειν μεγάλην πόλιν ἀφραδίῃσιν
Ἀστοὶ βούλονται χρήμασι πειθόμενοι.

Cæterum Athenas astu appellatas quoque constat. Hinc Astici ludi, qui & Attici. ut annotat Torneb. libro aduers. 14. cap. 17.

ASSVLTVS, ob quem quis feudo priuatur, est impetus in personam, uel locum, siue hoc pedibus fiat, uel equo, aut machinis, uel alia quacunq; re assiliatur. Vide Baronem à Tautēberg in tit. 5. lib. 1. Feudorum. Spieg.

ASSVMPTIO, pro professione. Vlpia. ad Municipal. Assumptio originis quæ non est, ueritatem naturæ non perimit. Sp.

ASSVRA assiduitas est & diligentia in nutriendo, curando, habendo. Nam Assæ, nutrices dicūtur. quòd fere semper assunt ijs quos nutriunt. Schard. ex Torneb. aduer. lib. 24. c. 22.

ASSVRGERE, pro honorem præbere, ferè adiungitur datiuo, de quo uide Vall. lib. 5. Trebatius. Iurisconsul. fretus Cæsaris beneuolentia, adeunte quondam Cæsarem cum plurimis honorificentissimisq; decretis senatu, sedentem eum pro æde Veneris genitricis admonuit, ut P. C. assurgeret: quod ille ita ęgrè tulit, ut subirato uultu Trebatium respexerit. Quam tamen despecti senatus contumeliam autores inter præcipuas Cæsarianæ necis causas commemorant. Sp.

ASYLIA, ab asylo dicta, dicitur pro eo iure libertatis & ueniç, quod quis apud aras consequitur: quā immunitatem Ecclesiæ uocant. Vide Budæum in Annotat. prior. Spieg.

ASYLVM, ἀπὸ τοῦ α καὶ σύλαν, qđ est trahere, quasi asyrum, misericordiæ templum, unde neminem per uim extrahi fas erat. Ferr. Institut. de his qui sunt sui, uel alien. iur. §. qui ad ædem. Meminit Vlpianus in l. quid sit. §. apud Labeonem. ff. de ædil. ed. Virg. lib. 8. Æneidos. Halycarnass. libr. 2. Cadmū dū Thebas conderet, primum ferūt Asylum instituisse: quo perfugientes, siue serui, siue liberi, ab omni pœna tuti essent: indeq; per uim extrahi non possent. Alij tamen prognatos Herculis, primos Asylum Athenis aperuisse dicunt. cum enim Hercules è terris commigrasset, nepotes eius, eos fortè timentes, quos auus uexauerat, Athenis Asylum, ἀπὸ τοῦ α καὶ σύλαν, id est, trahere, quasi asyrum, uel misericordiæ templū, collocarunt. Vnde neminem per uim extrahi, fas esset, ut Seruius in 2. & 8. Æneid. tradidit, eum Statij locū citans 2. Theb. lib. Fama est, defessos acie post busta paterni Numinis, Herculeos sedem fundasse nepotes. Sic sacrasse loco, commune animantibus ægris Confugium. Horum exemplo Romulus & alij multi Asylum aperuere. Romulus, ut quam ocyssimè urbem conditam ciuibus repleret, ampliaretq;, sacrū quendam locum inter collem & Capitolium aperuit, ad quem quisquis, quamlibet scelestus confugiens, non tantū ab omni pœna tutus esset: uerumetiam ciuitate donaretur. Autores sunt huius rei locupletissimi Liuius in 1. ab urb. cond. Dionys. Halycarnas. 2. Antiquita Rom. Plutar. in Romulo, & Strabo lib. Geographico 5. commeminitq; Virg. in 8. Æneid. inquiens, Huic lucum ingentem, quem Romulus acer Asyllum Rettulit, & gelida mōstrat sub rupe Lupercal. Et Ouid. 4. Fast. Romulus ut saxo locū circundedit alto, Quilibet huc, inquit, confuge, tutus eris. Cum uerò hæ Asylorū impunitates malefaciendi ansam iniquis hominibus præstarent: Tyberium Cæsarem, ne impunita essent crimina, eas abrogasse legimus: quem tamen Iunoni Samiæ & Æsculapij delubro, ueterem immunitatis morem restituisse, prodit Historia. Iusta certè Asylorum auctoritas ea quondam fuit, ut magis affectis iniuria, & potentiorum formidine oppressis, quàm sceleratis hominibus seruiret. Nam & Thesei sepulchrum, apud Athenienses, quemadmodum Plutarchus in Theseo scribit,

bit, seruis, atq; humilioribus fortuna hominibus, & potentiorum opes formidantibus, Asylum constitutum est. nec delictis uoluntarijs, ueteres refugium esse aras putauerunt. Corrasius Miscellaneorum libro 5. cap. 23. Ferrandus Addnensis lib. 2. explicationum cap. 4. circa fin.

ASYLI etiam dicuntur à Grçcis, homines à uiolentia tuti, ut sunt sacrosancti, quos attingere sine periculo non licet, nec prehendere: quales erant Tribuni plebis apud Romanos, & Caduceatores. ut attestatur Plutarch. in problematis. & Iulius Pollux asyli (inquiens) erant caduceatores, & licebat eis tuto quo uellent ire.

ASYSTATOS, id est, non consistens status. Africanus hac uoce usus est in l. qui quadringenta. ad leg. Falci. ut uulgati habent codices, tametsi in Nor. text. τὸ ἀσυλλόγιστον legatur. Iuxta Alcia. utraque lectio uidetur posse defendi: nisi quod alterũ ad rhetores, alterum ad dialecticos pertinet. Vide eum cap. 8. libro Parerg. 1. Sp.

ΑΣΥΝΑΠΤΟΣ, apud Scæuolam in l. si sic 2. ff. de uerb. oblig. pro hac dictione, qua is usus est, Alciato teste, ca. 18. lib. 9. Parerg. Dd. eandem Græcam non intelligentes, supposuerunt hæc uerba: Si actum sit: sanè quàm ridiculè, ut idem rectè dixit. Cuius significationem Imp. Iustin. sic expressit in emendatis codicibus l. pen. C. de uerb. sig. Aut pro Et accipi, ut uideatur copulatiuo modo prolata, qui coniungi non potest. Græcè ἀσύνακτον dicitur. Sp.

ΑΣΦΑΛΕΙΑ l. sancimus. C. de uerb. sign. nudam promissionem, ut & cautio. ut dicit ibidem Imperator, idq; per translationẽ. Ασφαλεῖας in proprio significatu genera recenset Iul. Pollux. lib. 1. ca. 8. Significat & securitatem. Prat.

ΑΣΩΤΟΣ Theophilo. §. furiosi. Inst. de curat. & §. item prodigus. Inst. quib. nõ est per. fac. test. est prodigus. Hinc

ΑΣΩΤΩΣ Zup. luxuriosè uiuere nõ male uertisse in eum. in §. in duplum. Inst. de act. scribit Ant. Aug. lib. 3. c. 11. Prat.

A T

AT, Festo, differentiam rerum significat, ut cum dicimus, Scipio est bellator, at M. Cato Orator. & eodem etiam sensu accipitur in §. manet. Instit. de societ. & l. 1. de adpa. proconf. & lega. lib. 12. C. licet quidam ibi putent pro, postquàm accipi. quum potius sit ibi aduersandi nota.

ATAVIA, abaui, uel abauiæ mater l. I. C. §. quinto gradu. ff. de gradi.

ATAVVS est abaui uel abauiæ pater, proaui uel proauiæ auus, aui auiæq; proauus, matris uel patris abauus. l. ult. §. quinto gradu. ff. de gradib. & adfi. Atnepos atneptis, uel, ut in D. Flor. uariè, Adnepos adneptis, hi sunt abnepotis uel abneptis filius filia, pro nepotis uel proneptis nepos neptis, nepotis uel neptis pronepos proneptis filij uel filiæ. Abnepos abneptis. l. ult. ff. de gradib. & adf. Briss.

ΑΤΕΛΗΣ immunis, à quo nihil exigitur, ut docet Pollux lib. 9. περὶ τ κατὰ θάλατταν μερῶν. Id & de hominibus & de portu dicitur autore eodem. Exempla extant tit. de uaca. muner. D. & C. lib. 10.

ΑΤΕΛΕΙΑ siue Ατελὴς tributorum immunitas, uacatio munerum.

ATHLETA interpretatur pugil siue certator, quia ἆθλος est certamẽ & ἆθλον ipsum certaminis prçmium. Res quidem honorifica: non quemadmodũ eorum qui artẽ ludicram exercent, infamis. Iuuenal. Leuibus athletis & uasa nouissima donat. Nebr.

ATHLETÆ qui uirtutis gratia palęstra exercentur. l. 4. ff. de his qui not. infa. l. 6. §. Vlpianus. ff. de excus. tut. l. ult. §. si fœnerator. ff. quod met. cau. l. 5. C. quæ res pign. & d. §. Vlpianus. l. 11. ff. de re iudi. l. 5. ff. de naut. fœner.

ATHLETARVM nomine, Gymnicus omnis intelligitur. Hi autem sunt παλαιστρῖται, id est, luctatores δρόμοι cursores. πύκται pugiles. δισκοβόλοι qui discum in sublime iaculantur. Athletæ quibus ludis exercerentur, docet Paul. l. 2. ff. de aleato. cuius rei commeminit & Simonides. cuius uerba uertit Alc.

Isthmia Philonis, Diophon & Pythia uicit,

Et cursu & iaculo, saltibus, orbe, palo. Prat.

Coronati autem dicebãtur Athletæ, quia in istis certaminibus præmium erat sola corona, quemadmodum tradit Iulius Pollux lib. 3. Plin. lib. 16. c. 4. Herodotus in Vrania. Gell. lib. 3. c. 15. Ferrandus Adriensis lib. 2. explicationum cap. 16.

ATERNATI dicũt Procuratores apud acta cõstitui. in c. unic. de sta. regula. lib. 6. §. porro ubi gl.

ATQVE similitudinis nota est apud Tryphoninum. l. si pater. 76. ff. de iur. dot. quo significatu subaud. uox perinde & alibi sæpe. ut l. 4. ff. de pact.

ATQVE etiam pro deinde, subinde accipitur. in l. filia. 20. C. de inoff. test. nisi malis pro statim ibidem poni, ut apud Virgil.

Atq; illum prono rapit alueus amni.

Explicandi quoq; notam esse apud Vlpian. l. 1. ff. de admi. tut. in prin. quidam autumant: Quod Accurs. & Albericus docent. Illic Auxesin quandam potius significare putem, quale sæpe apud Ciceronem uisitur, cum uerbo leuiori grauius, expressius & significantius addimus.

ATQVE sumitur pro quam apud Pomponium. l. qui re. 76. de furt. ut apud Persium.

ATRAMENTO sutorio absolutum dixit Cicero, ut existimat doctissimus Tornebus lib. aduersar. 6. cap. 1. Qui fœdissimis sordibus & maculis iudicũ, qui ignominioso iudicio & turpi eũ liberassent, quẽ grauissimis sententijs condemnare debuerãt. Nam sutorum atramentum, quo ligulæ solearum & coriũ calceorum denigratur, nigerrimas ducit maculas. Itaque Atramentum sutorium maculosum, & infame iudicium uocauit. Schard.

ΑΤΡΑΠΟΝ Latini semitã uocant, unde puto Gallos nostros attrapare deduxisse quod significat fugientem capere, & assequi quia fugitiui solent non recta neq; regia sed obliquis & latentibus semitis euadere, Connan. lib. 4. c. 11. num. 1.

ATRIDÆ, Agamemnon & Menelaus Atrei filij, qui Græcorũ principes fuerunt in expeditione Troiana. Vlpia. in l. si uxor. de adul. indicat ceu uulgò iactatum, autore Sex. Cæcilio, illud Homericum, ἦ μοῦνοι φιλέουσ᾽ ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι; id est, interprete Erasmo: Num solis hominum Atridis affectus amorq; uxorum est? Hinc & Maro Homerum secutus lib. Æn. 9. Coniuge prærepta, nec solos tangit Atridas Iste dolor. Vide Bud. in poster. annot. citato titulo, Alc. lib. 2. Prætermissor. eod. & Roterod. in Parœ. Atridæ non soli amant uxores. Spieg.

ATRIENSIS erat is, cui cura credebatur atrij, quæ quidem pars prima domus est, mediam aream continẽs, in quam ex omni tecto collecta pluuia descendit, & in qua prisci (ut refert Cato) hostio aperto epulabantur: ubi etiã pecunias, & cætera preciosiora seruabant. Seruosq;, quibus tanquã honoratioribus earum rerum custodiam cõmittebant, Atrienses, & Atriarios appellabant. De quibus, meminit & Alph.

Alph. in l. in lege censoria. de uerb. sig. & Vlpia. in l. 1. de exercitorib. ff. naut. caup. stab. & in l. sed & si quid. in prin. ff. de usufr. ubi Accurs. exponit Atriensem, id est ut lauent atria. Diuus tamen Hieron. Atria, inqt, non sunt quidem domus, sed aliqua habent fundamenta: & de atrijs intramus domum. tradit Vitruu. uol. 6. atria proxima ianuis in urbem debere collocari. & ideo dixit Papin. Syluarum 1.

— Hic mecum dum feruent agmine postes,
Atriaque —

Dictum autem Varro de Latina lingua lib. 1. atrium putat, ab Atriatibus populis Ethruriæ, qui primi id genus ædificij instituisse traduntur: uel quia à terra oriatur, quasi aterium: uel quòd atrum ex fumo esset propter culinam, quia ex fumo culinæ nigresceret. in atrio enim tria erant habitacula: Vestibulum, locus sportularum (qui & ipse sportula dicebatur, ubi ponebantur quæ dono mittenda eo die constituerant) & culina. T. Cotta. Torneb. lib. 18. aduers. cap. 28. se in antiquo libro inuenisse exponi atriensem *διαιτάριον, διαιτάρχην*: sed & atrium esse *μεσαύλιον, περίστῳον*.

ATRIENSES auté dñi negocia procurabant, res uenales distrahebant, debita exigebant, & in alios seruos non parum iuris usurpabant. Ab atrio dicti, in quo sportulæ, cibariáue distribuebantur. Alc. de uerb. sign. Spieg.

ATRILICIVM, eam atrij partem significat, in quá olim licia etiam texebantur. autor est Ascon. Pedianus. Spieg.

ATRIVM quid sit, & unde dicatur, Festus indicat. Tu autem uide, quæ in dict. Seruorum species, infrà relata sunt.

ATROCIA facinora dicuntur, homicidia, adulteria, & omnia capitalia crimina, per glo. singularem in l. ad ea. ff. de reg. iur Spieg.

ATROCEM iniuriam, quasi contumeliosiorem & maiorem accipimus. Vlp. ait, de iniur. Idem in l. 2. in fin. Aut ut adspectu, inquit, atrox iniuria æstimetur. Quot modis illa fiat, à Iustiniano petendum est. §. atrox iniuria. Instit. eod. Spieg. De hac atroci iniuria uide latius Ræuard. lib. 1. Var. c. 9.

ATROCITATEM facinoris habere, dicuntur flagitia maiora: cuiusmodi sunt, quæ ad publicorum iudiciorum uindictam pertinent. Spieg.

ATROCIORES fures, quoniam noctu furtum committunt ui priuatæ adiunctum: metu enim relicto pallio diffugiunt uiatores. tametsi uerisimile sit, expoliatores à Iureconsf. eos potius esse dictos, teste Alciato. Spieg.

ATROCITER uerberandi ius habere. Venul. de offic. proconsf. l. si quid erit.

ATROX, contrarium miti. ut, sententia atrox, tametsi iustè dicta sit. Vide gloss. super uerbo. Atrocitate. in §. maxima capitis. Institut. de capit. dimin. Spiegelius.

ATROX persona, quæ uel maiora flagitia habet, die etwas mehr auff der hauben hat / iuxta uulgatum dictum: uel quæ sæuitiam præ se fert, apud Paulum in l. 3. de offic. præf. uigil. Sp.

ATROX sententia non quia iniusta sit, aut crudelis, sed quia seorsum, considerato tantum effectu atrox uidetur Insti. de capit. dimin. §. 1. Et hoc modo intelligédus est Iustin. in l. 2. §. septimus. C. de ueter. iur. enucl. Schar. ex Aldobrandino d. §. 1. Sic eodem modo Imperator dixit atrocitatem uerborũ. l. si manumiss. C. de obseq. patron præst. & atrociter uerberare I. C. in l. si quid erit. ff. de offic. proconsf. & legati.

ATSI particula, aduersatur & facto, & iuri, c. concertationi. ext. de appell.

ATTAMEN, una dictio, notæ significationis, in l. 2. de offic. assess.

ATTÆ appellantur, ut Festus attestatur, qui propter uitium crurum, aut pedum plantis insistunt, & attingunt magis terram, quàm ambulant. Nos schueffer oder lurtscher appellamus. Sp.

ATTELLANVS, na, num, ab Attella urbe Campaniæ, de qua Sillius lib. 11. Punicorum: Iamq; attella suas, iamq; & Calatia adegit. Inde Attellani ludi, & Attellanæ comœdiæ. Iuuenalis: Vrbicus ex odio risum mouet Attellanæ Gestibus autonoes. Scæuola tit. de legat. tertio. l. patronus. Fundum, inquit, in regione Attellana legauit.

ATTENDERE, uerbum est non plenũ, sed nudum. animum enim subaudiendum est, significatq; aduertere. Arcadius l. fin. de testib. Mandatis cauetur, ut præsides attendant, ne patroni in causa cui patrocinium præstiterunt, testimonium dicant. Spieg.

ATTENTARI pudicitia dicitur, cum id agitur, ut ex pudico impudicus fiat. l. attentari. ff. de iniur. Obseruandum autem, aliud esse attentare, aliud adsectari. Appellat enim, qui sermone pudicitiã attentat. Adsectatur, qui tacitus frequenter sequitur. Assidua enim frequentia quasi præbet nonnullam infamiam. Vlp. in l. item apud Labeoné. ff. de iniur. Spie.

ATTENTATA, interpretum, non autem iureconsultorum est uocabulum.

ATTENTIVS moneas, & inducas, quid hæc sibi uelint uerba in Principis rescripto, latè explicat Arch. in c. si pauper clericus. de præben. lib. 6. Spieg.

ATTESTARI, propriè est, absenti denunciare. Cur autem magis absenti, quàm præsenti denunciamus, scitè Alc. ut omnia, exponit in l. subsignatum. de uerb. sig.

ATTESTATIONES, dicta testium sunt, uel testimonia, ordine iuris scripto deducta.

ATTILIANVS tutor dicebatur qui impuberi nullum tutorem uel patris testaméto, uel lege, accepisset, Attilia lege ab eo prætore, qui in uerbo Ius diceret dari solebat. l. 2. ff. de orig. iuris.

ATIMOI apud Græcos dicebantur, qui apud Latinos improbi intestabilesq;. Schard.

ATTINERE, pro curare, barbarum est: ut alicubi Accurs. interpretatur. Impersonaliter ferè legitur pro pertinet, decet, conuenit. l. quod attinet. ff. de reg. iur. Spieg.

ATTINGERE hæreditatem, apud I. C. reperire est: quemadmodum dixit Cic. ad Attic. scribens, libro Epist. 6. Sp.

ATTINGERE rem quis dicatur, uide de petit. hæred. l. sed etsi. §. si quis re sua. Sp. Dupliciter auté accipi uidetur: Nam & attingit hæreditatem, qui hæreditarium quid consumit, aut expendit, & attingit hæreditatem qui animo agnoscit successionem l. gerit. de acquir. hęred. Attinguntur aũt propriè corpora, allegato uero. §. si quis re: minus propriè sumi uidetur Marthesius in notis ad I. C. resp. d. l. sed etsi.

ATTRIBVTA pecuniæ nuncupátur, quas nũc assignationes dicimus. Et tributũ à tribubus dictũ: quod ea pecunia quæ à populo imperata erat, tributim à singulis proportione census exigebatur. Ab ea attributa, quæ assignata erat, dicta est. Sp.

ATYPVS. Vlp. tria uitia linguę expressit in l. Of filius de ædilit. edict. & aliud præterea, quòd Atypi nomine uocauit: quod quid sit, Bud. se nondum inuenisse ingenué fatetur. Existimat tamen ab etymo

logia uocabuli, eos esse Atypos dictos, qui non satis exposito plectro linguæ uterentur, quasi aerem non ferientes: uel quasi non satis uerba experimétes, conformantesue. Hos, ni fallor garer/uulgò uocant nostri Germani. Bap. Egnat. c. 9. Racemat. in fi. Aphthiphum legendum existimat, uocemq; interpretatur, qui aphthis, hoc est, ulceribus oris laborarent. Spie.

A V

AVARITIA, ex ære nomen est sortita. Interpretes existimant, eam propriè esse in retinendo, ut cupiditatem in acquirendo: sed falluntur. Nàm incitata semel uanis indicijs auaritia, ad alia acquirenda se accingit subinde: quòd nondum sit consecuta tantum, quantum satis sit, ut uoti fiat compos, ut ait Viues lib. 3. de anima. Porrò ne quis auaritiam exerceret in sacrosanctis Iudicijs, ubi latissima est, Olden. teste, extorquendæ pecuniæ occasio, prætextu sportularum constituta est actio condictitia de Sportulis. Cuius meminit Iust. in §. tripli & quadrupli. Inst. de action.

AVARVS appellatur, cæcus & ambitiosus, cap. quorundam. de elect. lib. 6. quia excæcatur eius animus, ut agenda non uideat, & à prohibitis non declinet. l. 7. dist. uirum, &c. Sicut hi. & differentia inter auarum, largum & prodigum habetur. de consuet. ex par. Sp. Quod si lucri sui causa stuprum inferat quis: alter cupiditate incensus, hic intemperans, ille auarus potius nominabitur. Connan. lib. 1. ca. 2. nu. 9.

AVARVM his uerbis definit Horat. lib. 2. sermo. Satyr. 3.

—quid auarus?
Stultus, & insanus.

AVARITIAM [illegible] docet Imp. Iustinianus Nou. 8. §. [illegible] & Apost. 1. ad Tim. 6. *πάντων τ῀ κακῶν ῥίζαν* adpellat. Prat.

AVARVS, quasi æris auidus: iunctumq; esse uocabulum Gell. lib. x. c. 5. refert. Prat.

AVC. apud Valerium Probum, notam esse auctoris, auctoritatisue scribit A. Alciat. lib. 2. c. 9. Paterg.

AVCETA Festo lib. 1. sæpe aucta. Prat.

AVCTIO ab augendi, adijciendiq; negotio adpellatur August. lib. 2. Emend. c. 3. est pretij in subhastationibus adiectio, quam Galli, *encheres*, uocant. sic accipitur in l. si tempora. 5. & l. sequ. de instra. & iur. hast. fisc. lib. 10. C. Pra. Curt. coniecturalium li. 2. c. 9. Auctio autem publica & sectio Varroni dicitur: ratio uerò eius non ita omnib. obuia. Nam quod Grámatici aiunt, atq; etiam ipse Asconius, sectioné atq; sectorem inde dici, quòd spem lucri sectétur, qui ex his emunt, non probatur quibuslibet. Nam si hoc esset sectationé non sectioné dici oportuisset. Anton. Contius lib. 1. disput. ciuilium admonet ueteré debitorum in partes sectionem, seu quis malit deterius uerbũ, secationē in bonorum uenditioné mutatam: idq; ex Tertull. probat. Sané & Varro & Liuius ei testimonium perhibent. Nam Liuius ann. urbis 429. L. Papyrio & C. Poetelio Visolo Cos. refert primũ ligari nexos desijsse, consulesq; ob insigné cuiusdam fœneratoris crudelitaté tulisse ad populũ, ne quis nisi qui noxam meruisset, donec pœnam lueret, in cõpedibus aut in neruo teneretur, pecuniæ creditæ, bona debitoris non corpus obnoxium esset ita nexos fuisse solutos, cautumq; in posterum ne necterétur: &c. Vt ergo ueteri illa sectiõe, diuersi creditores mébra debitoris & nexi lacerabant & secabant, ita hac bonorum eius uenditione, bonorum emptores ut carnifices ad reliquias uitę lacerandas & distrahendas conueniebát, ut ait Cicero pro Quintio. Sed hác bonorum sectioné seu uenditionem, quam etiam Iustinianus ad acquirendi per uniuersitatem modos retulit, sublatam retro olim fuisse una cũ ordinarijs iudicijs ait idem Iustin. Instit. de success. sublat. quæ fiebant per bonorum uenditiones.

AVCTIONIS diem obire: est ad auctionis diē adesse Cic. pro Rosc. Amer. & lib. 10. 13. epist. fam. Secundum aũt Galliç consuetudinem, ut annotat Budæus, in for. quarto trinundino auctionem futurá inclamatam oportet, & iustos dies proscriptam, antequam ultima licitatio committatur, q̃ protinus sequitur addictio. Singulis auctionum diebus apparitor debiti quantitaté, ob quam pignora capta sunt, palàm significat & denuntiat. oẽs cómonet ut ea licitentur, preciũ ab unoquoq; oblatum describit: postremo ubi iam nullum pluris licitari cernit, promulgat eam primam auctioné esse. secundam in octauũ ab hinc diem uel moribus laxioré reijcit, nisi diuini cultus feriæ id prohibeant, atq; tunc proximo profesto die sequens auctio celebratur.

AVCTIONARIÆ tabulæ quib. significabatur alicuius fortunas hasta posita distrahi, uociq; subijci præconis, auctionis die cõstituto. Harum meminit Cicero 2. in Catil. & de lege Agraria: idem ad Q. fratrem: & ad Atticum lib. 12. Harum uerò tabularum proferendarum non una fuit ratio. Iustinianus Nouella 120. Ære alieno oppressæ (inquit) uenerabilis domus dispensatores per uiginti dies scriptum aliquod in publico ciuitatis loco proponũto, & eo modo rem immobilé emere uolentes prouocánto, ut qui plus præbiturus est cæteris præferatur. Altera uis huius programmatis Impp. Diocle. & Max. lege sancita est. l. si eo tempore. C. de remiss. pign. Schard. ex Rabirio Iunio.

AVCTIONEM constituere Cicero dixit decernere auctione, hastaque posita res distrahi & uendi. Schard. ex Rabirio Iunio de hastarum origine.

AVCTIONALIA apud Vlpi. l. 1. §. officio. ff. de tut. & rat. dist. tabulæ, & instrumenta sunt auctionis ut ex M. Cicerone in Catilinam liquet. Prat. Auctionalia, Basilica interpretentur [illegible]. Quod uerò ita beneficio argétarij gerebatur, id solebat iussu contrahentiũ, eorũmue ad quos res ea ptinebat, ijs præscribere diligenter, ut Gaius ait in l. argentarius. ff. de edend. Cuia. obser. lib. 10. c. 14. fol. 138.

AVCTIONIS formulas uarias recitat G. Budęus in forensibus, puta has: Auctio bonorum proscripta, id est, subhastatio. Auctionis clausula, id est, decreto adiudicatio. Auctionis institor subhastationum persecutor. Auctionis diem denũtiare dici putat Budæus ad diem decreti citare. addictioni decretali diem præstituere dicendum uerius & propriè magis putem. l. si tempora. & l. seq.

AVCTIONARIOS intercessores, opponétes se subhastationi dici idé putat. Tu rem expéde. Prat.

AVCTOR is dicitur, à quo quis auctoritatem, id est, ius domini in rem quampiá accepit. Cicero Verrin. 7. Tum illi intellexerunt, se id quod à malo auctore emissent, diutius obtinere non posse: id est, ab eo qui uendendi auctoritatem nullam habebat. Itẽ, pro Cæcina: P. Cesennius auctor fundi. Plaut. Curcul. Nec nobis auctor ullus est, nec uosmet estis ulli. Declinatum autem uidetur uerbum ab auctionib9, in quibus ei qui plurimũ auget, res addicitur: & ex ea auctione atq; adiectione sua, auctoritatem sibi in rem emptam comparat. nam ab augédo deductum Grammatici ueteres testantur: & nota illa ostendit quæ est apud Valerium Probum, qua ueteres utebantur

bantur AVC. quæ auctor significat: & in antiquis monimentis sic scriptum esse plerique testantur. Quum ergo Auctoris propriè diceretur, cui propter summam auctionem & licitationem res addicta esset, & Auctoritas ius ex ea auctione quæsitum: translatum postea fuisse uocabulum putamus ad eos, qui rem quoquomodo abalienarent. ut quum quæreretur ex eo qui rem acceperat, unde sibi ius in eam comparasset, suum illum quasi auctorem nominaret, qui sibi suam auctoritatem tradidisset. unde sensim in eos quoque quorum sententiam & consilium sequimur, quasi ius quoddam ita sentiēdi certum & constitutum haberent, consuetudine sermonis translatum est. nam (uerbi gratia) quum institutum est, ut legum quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent, id est ut S.C. prius aliquid decerneretur, postea illud idem à populo iuberetur, ea lex hanc uim habebat, ut quasi in euictionibus, possesionumq; controuersijs possessor suum auctorem à quo ius suū adeptus est laudat, ita populus consilij sui auctorem ac suasorem senatum laudare posset. Quòd si quis uel αὐθέντης uel αὐτὸς uocabula nobis obijciat, indeq; propter literarum similitudinem auctoritatem dictam putet, is Dionis uerba audiat, qui lib. LV. sic scribit: ἐβουλεύοντο μὲν, καὶ ὅγε γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλὰ αὐκτώριτας ἐγίγνετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα αὐτῶν ᾖ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος τούτου δηλοῖ. ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι. id est, Cōsultabant autem Senatores (absente Cęsare scilicet) & eorum sententia perscribebatur. non tamen quasi rata effectum habebat: sed erat Auctoritas, ut eorum sententia nota esset. Tale enim quiddam uis huius uerbi declarat: quod uno uerbo Græcè exprimi non potest. Paulus l. si fundo, 53. De euict. Si cùm posit emptor auctori denunciare, nō denunciasset, ideoq; uictus fuisset. Modestinus l. Herennius, 63. eod. Seia fundum à Titio emerat, & quæstione mota fisci nomine auctorem laudauerat. Quod attinet ad Orthographiam & originem uocis Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Balduin⁹ ad tit. de autor. tut. à Budæo se audiuisse scribit proficisci à Græco uerbo αὐτὸς quo ueteres ratam alicuius potestatem significabant, cui nemo posit refragari. Sic Liuius scribit mortuo Romulo, plebi quidem summam fuisse à patribus concessam autoritatem, penes patres tamen remansisse autoritatem: ut sit uerbum confirmationis, qua niti dicimus quod actum gestumúe est: Sic Constantinus Imperator l. 9. de diuersis officijs authoritates appellat eas literas, quas ipsi magistratus dant ijs quos militiæ suæ assignant: quasi ipsi magistratus authores sint soli, nec principem ratum probatumq; habere necesse sit. authoritas enim dicitur opinio, & iudicium eius, qui supremam habet in aliqua re potestatem: Sic Cœlius in epistola ad Ciceronem Authoritates perscriptas Senatus uocat, quæ Senatus authoritate facta fuerāt & ꝓbata: & Leo Imperator ultima constitutione de fabricensib. authoritates amplissimæ sedis uocat literas præfecti prætorio. Connanus lib. 4. cap. 3. nu. 3.

AVCTOR secundus. Vlp. l. 4. ff. de euict. Illud quæritur, an is qui mācipium uendidit, debeat fideiussorem ob euictionem dare, quem uulgò Auctorē secundum uocant. Hot.

AVCTOR seditionis in l. 3. §. item qui seditionis. ff. ad l. Corn. de sicar. l. 38. §. auctores. ff. de pœn. Bris.

AVCTORAMENTVM sumitur pro obligatione, nexuq;, ac ueluti stipendio, precioq; eius qui sit auctoratus, id est obligatus. Sic apud Paterculum. In ea iugulati ciuis Reipub. constitueretur autoramentum id est, cōstitueretur merces, & præmium ei, qui proscriptum trucidaret. Iterum, auctoramētoq; funebri ad conseruatoris quondam Reipub. tantique Coss. irritando necem. Hic auctoramentum funebre propositum præmium funestum significat ei, qui Ciceronem iugularet. Merces igitur in ipsis Mercenarijs est auctoramentum seruitutis. Quoniam mercenarij ad tempus seruiunt. Vt auctoramentum id est, mercedem seruitutis præmium consequantur. Hinc Auctoratus auctoramēto obligatus & mercede conductus dicitur. Sp.

AVCTORARE obligare est. Vel ut Turnebus tradit lib. adu. 2. cap. 20. Præmium mercedemq; sibi quærere. Vt Paterculus de Perpenna Sertorij interfectore. Sibi turpissimam mortem pessimo auctorauit facinore, id est. Mortem ueluti mercedē sibi quęsiuit & accersiuit ut debitam.

AVCTORARI, auctorem fieri, auctoritatemq; adcommodare & interponere significat. l. 4. ff. de auctor. tut. l. 9. ff. quod falso tut. Auctorem autem fieri, hoc est, dicere probare se id quod agitur. leg. 3. ff. de auct. tut. Nec enim præsentia corporis sufficit ad auctoritatem, si tutor uel somno uel morbo oppressus taceat, uel inuitus retineatur. l. 1. §. ult. eo. tit. nec multum interest absuerit tutor cùm negotium contraheretur, an præsens ignorauerit quale esset quod contraheretur. l. 14. ff. eod. titul. Atq; ita Prætorum tutorumq; auctoritatem accipimus tit. de auctorit. tut. ff. & l. 8. ff. de transactio. Bris.

AVCTORATOS Acron in Saty. vij. lib. ij. Sermo. Horat. appellatos ab antiquis tradit, qui se ludo uendiderant: & Auctorationem, gladiatorum uenditionem. Itaq; in Lexico Latinogræco ædis B. Germani Auctoratus definitur αὐθαίρετος ἐπ᾽ ἄθλοις ἑαυτὸν βάλλων καὶ μονομαχῶν. Sic apud Quintilia. Declamatio. 302. quæ inscribitur, Auctoratus ad sepeliendū patrem. Quidam, ait, ut patrē sepeliret auctorauit se. Liuius li. vij. Eo uerò pignore ueluti auctoratū sibi proditorem ratus est. Et inde auctoramentū gladiatorum à Suet. dicitur in Tib. & Quint. Declamatio. ix. Bris.

AVCTOREM laudare, id est, nominare. l. 6. §. si tibi iter. ff. de actio. empt. l. 2. C. de in lit. dan. tut. l. 63. §. 1. ff. de euictionib. l. 7. C. eod. tit. Cic. iij. de Orato. Gell. lib. ij. cap. vj. Festus lib. x. Ex quibus hoc uerbū in formulis & actionibus ciuilibus usitatum cōstat. Dicunt nostri sæpius auctori denūtiare. Auctor ipse defugere dicitur, uel auctoritatem defugere, cùm defensionem causæ suscipere recusat, quod uulgo dicimus, *defaillir de garend.* l. 139. ff. de uerb. oblig. l. 39. in fi. ff. de euictionib. Terent. Eunucho, Nunquā defugiā auctoritatem. Plaut. Pœnulo, Si auctoritatē postea defugeris, ubi dissolutus tu fies, ego pendeam. Bris.

AVCTOREM rerum Tacitus historiæ scriptorem uocauit. dum ita scribit matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna actorum scriptura reperio, ullo insigni officio functam. At Salustio est rerum administrator gestorq; ut imperator qui bella gerit: dum ita scribit: Tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum. Nam Imperatorum maiorem esse gloriam intelligit quàm historiæ scriptorum. Annotauit id doctiss. Turneb. lib. aduersar. cap. 25.

AVCTORES dicuntur à quibus ius in nos transijt. l. 136. in fi. ff. de diuers. re. ab augēdo, quòd nos re auxerint. Itaq; auctores plerunq; uenditores appellantur. l. 4 §. ult. l. 52. §. ult. ff. de actio. empt. l. 28. l. 51. l.

64. ff. de euictionib. & l. 3. ff. de diuers. tẽp. l. 15. ff. de minorib. l. 4. §. 1. de app. l. 198. §. pen. ff. de diuers. reg. iur. l. 1. in fi. ff. de fluminib. l. 21. ff. de liber. caus. l. ult. ff. de administ. rer. Et hi sunt primi auctores. Secundi uerò auctores dicebantur, qui pro euictione fideiubebant. l. 4. ff. de euictio. qui βεβαιωταί à Iustinia. uocantur Nouel. viij. & uenditionis confirmatores à Iuliano Patricio.

AVCTORES etiam pro prudentibus & consultis Iurisq; ciuilis præceptoribus ponuntur. l. 4. §. Labeo. ff. de doli excep. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. l. 1. §. ult. ff. de usufr. adcresc. l. 13. C. de usufr. Cic. li. j. de orat. Atq; illum cùm differendo par esse non posset, ad auctores confugisse, & id quod ipse diceret, & in P. Mucij fratris sui libris, & in Sext. Aelij Cõmentarijs scriptum protulisse.

DICVNTVR & Iuris auctores in l. 39. ff. de actio. empt. l. 32. ff. de usur. l. 1. C. de uerb. significa. l. 3. C. de repud. l. 15. C. de usufr. Sic Gell. lib. ij. cap. x. Seruius Sulpitius iuris ciuilis auctor. Et Agge. Vrbic. in Cõment. Front. Cassius Lõginus iuris auctor. Inde prudentibus Auctoritas tribuitur. l. 24. ff. de hered. inst. l. 7. ff. de iust. & iu. l. 2. §. his legibus. & §. ita in ciuitate. ff. de origin. iur. & apud Cicero. Topic. Bris.

AVCTORITAS, Titulus, id est ius quo quid possidemus. Itaq; Scæuola in l. ult. ff. de pigner. act. quod principio instrumentum emptionis appellauit, paulo post Instrumentum auctoritatis nominat. Cæterum quinq; huius uerbi uarias significationes obseruauit Alciat. cap. 9. lib. 2. parergῶν Iuris. Hotom.

AVCTORITAS, ab auctore deducitur: cuius dictionis in iure quinq; significationes & quidẽ nõdum in uulgus proditas, Alciat. scribit reperisse se. Et prima est, ut ius rei suæ uendicãdæ, qualibet usucapione reiecta, significet. Vnde in l. Atinia dicebatur: Quod surreptum erit, eius rei perpetua auctoritas esto. & in Lege xij. Tab. Aduersus hostem perpetua auctoritas. & si quæ similia ab eodem declarata. Alia significatio est, ut actionem pro re euicta significet. ut apud Venuleiũ l. fi. de euict. Tertia, cũ ꝓ iure accipitur, quod quis ab auctore, id est, uẽditore cõsequutus est. §. fi. de pig. act. Quarta, pro iudicis edicto reperitur. l. 1. C. si cert. pet. Quinta, ex Theodosij nouella cõstitutione, de Indulgentijs reliquorũ accipitur, ubi pro mandato & iussu Principis, seu senatus legitur. Spieg.

AVCTORITATES magistratuũ pro literis & edictis quæ publicis locis proponuntur aliquid imperantes, uetantésue. l. 1. si cert. pet. chir. in C. Th. l. ul. C. de fabricensib. li. xj. l. 10. C. de aquæduct. li. xj. l. ult. de cẽsu ciu. nõ adscrib. in C. Th. Nou. Valentin. de indulgẽt. debit. Sic & in Cassiodoro aliquotiens, & in Beatorũ passionib. ut uocãt, hoc uerbũ accipitur. Br.

AVCTORITAS pro iure dñij in xij. tab. Auctoritatem actionem pro euictione Venuleius interpretatur in l. ult. ff. de euictio. quam Græci βεβαιώσεως δίκην uocant, ut Pollux lib. viij. scribit. Sic apud Paul. lib. ij. Sentent. tit. xvij. Venditor si eius rei, quam uẽdiderit, dominus non sit, auctoritatis manet obnoxius, & eod. tit. Res empta mancipatione, & uenditione perfecta si euincatur, auctoritatis uenditor duplo tenus obligatur. Senec. lib. iiij. natur. Quæstio. Ergo si mihi parum credis, Posidonius tibi auctoritatem promittet. Hinc instrumẽta Auctoritatis, quibus origo rerum & probatio iuris nostri cõtinetur, quæ uulgò titulos adquisitionum appellamus. l. ult. ff. de pigner. act. Et apud Senecam lib. iiij. Contro. uers. xxij. controu. quæ emptionis tabulæ primùm, eædem post auctoritatis tabellæ appellantur. Instrumenta ad probationem originis prædiorum appellat. l. 24. C. de fideicommiss. Tertullian. in lib. de præscript. aduers. hæret. Habeo origines firmas ex ipsis auctoribus, quorum fuit res. Bris.

AVCTORITAS etiã perscribi dicebatur in Senatusconsultis, cùm ob id quod Senatuscõsulto quis intercessisset, eorum qui scribendo adfuerãt, nomina conscribebantur, ut ex Cælij Epistolis, & ex ipso Cicero. in princip. lib. iij. de Orat. Et Epistolis ad Lentulum apparet: quam uerbi huius uim bene Dio his uerbis reddidit lib. 55. ἐβουλεύσαντο μὲν, καὶ ὁ γε γνώμη συνεγράφετο. ὁ μέν τοι κατὰ τέλος τι ὡς κεκυρωμένον ἐλάμβανεν, ἀλλ' ὡς αὐκτώριτας ἐγίγνετο ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα αὐτῶν ᾖ. Briss.

AVCVPATIO (ut notissimam significationem prætermittam) in rescripto Constant. in l. 1. C. de formul. & impet. significat. est uerborum iuxta literæ rigorem (ut uulgo loquuntur) expositio. Vnde & Cicero uerborum aucupium rectè dixit. Sic Varro lib. 4. ling. Lat. Scientiam ad opinionem aucupari dixit, quale nostris temporibus uidimus. Prat.

AVCVPIORVM & uenationum reditus. Vide Vlp. l. si fundi. ff. de usufructu. Spieg.

AVDACIA, pro fidentia, proteruitate. Vlpian. de public. & uectig. Quantæ audaciæ, quantæq; temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat. Albericus indicat in bonam accipi partẽ Audere uerbum. Volunt, nomen Audax, quod non tantum ad hominem, sed ad factum refertur, pro forti & strenuo accipi. Vide Eras. in Chiliadibus, Fortes fortuna adiuuat. Spieg.

AVDACIOREM spe fieri, hoc est, confidentiorem, proteruiorẽ, apud Iurisc. in l. 1. in prin. Si is qui test. liber esse iuss. fu. Sp.

AVDACISSIMVS quisq;. Vlpian. de Carbon. ed. Nam si aliter obseruetur, inuẽta erit ratio, quemadmodum audacissimus quisque, eo maiore iniuria impuberem adficiat, &c.

AVDACTER, id est, confidenter, in malam partem: quod mali plerunq; faciunt, & tamen à multis iustam causam tueri creduntur. Spieg.

AVDENTER, apud Vlpian. in fin. l. 1. si pars hæredit. pet.

AVDIENS dicto Alphenus in l. arbiter ex compromisso. de arbit. Alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerat, hoc est, non obtemperauerat. Sp.

AVDIENTIA, etsi est nomen latinum (Cicero namque de Senect. audientiam sibi facere dixit) tamen Canonistæ, ut pleraque alia, ineptè loquuntur, audientia causarum, audientia literarum. Spiegelius.

AVDIENTIA. Audire uerbum, uarij usus est, & elegantis. Frequenter autẽ accipitur pro eo quod est, Pareo præcipienti. Discrimen autem inter audio & ausculto exprimitur in uersu Pacu. aut no. exposito lib. 1. de diuin. Magis audiendum quàm auscultandum censeo. Sic uidetur accipienda Episcopalis audientia, de qua tract. tit. vij. lib. j. Cod. Siquidem expeditissimum est, Imperatores constituisse in primitiua Ecclesia de rebus & personis ecclesiasticis. Audientiæ uocabulo Plautus est usus in Pœn. & Cicer. de Senect. Vulgò ineptè utuntur hac uoce, cum hominem multæ autoritatis, ac gratiæ, aut celebris existimationis, dicunt esse magnæ audientiæ. Nec ignoro, nostros usurpasse d. tit. audientiam, pro iurisdictione, sed ut rudes temporum. Sp.

AVDITOR contradictarum, hodie insigni officio clarus, quod uersatur circa rescripta, constituendosq;

dosq; iudices extra Romanam curiá: ut & quos auditores nunc uocát Sacri Palatij, quibus Pont, Max. causarum cognitionem demandat.

AVDITOR. In uarijs Ciuilis & Pontificij iuris articulis sumitur uarié. Quádoq; pro discipulis, qui ius ciuile discunt, & præceptores audiunt l. 2. §. Post hunc uers. sed plurimum à suis. ff. de reg. iur. Prat.

AVDITOREM pro lectore accipi, apud M. Ter. Varronem lib. 5. ling. Lat. ipso statim initio recté quidam putant. Dicitur item is cui articulus causæ committitur cap. super quæstionum. §. Porrò. ad fin. de offic. deleg. in uol. Greg. Sed & is cui causæ terminus committitur & decisio delegatur. clem. auditor. de rescript. Prat.

AVDITOREM ueteres pro eo solum accipiebant, qui auretenus adesset, donec tádem etiam pro quolibet discipulo usurparunt. l. ij. §. pe. de orig. iur. l. cum scriptum. de dot. rel. Vnde

AVDITORES in curia Romana uocantur auditores Sacri Palatij. Auditores sacri Palatij referút inter se & pronunciant. Innocen. cap. Quoniam. de probat. in aut. Cardinales uerò auditores Papæ referunt: nisi eis commissa fuerit definitio. Prat. Porrò hi auditores Magistri quoque appellantur, quasi ad eam legum peritiam deducti, ut magisterio fungi possent, seu magis, quia doctoratus insignia assecuti sunt. Galli enim plerosque doctores magistros appellant, & appellationem hanc Curia Romana seruauit dum Gallia Romá reuersa esset. Aldobrandinus in Procœmio Instit. in uerbo Magistro.

AVDITORIVM, appellatur locus ubi causæ audiuntur. l. contra. §. is qui. de re iud. Porrò, Auditorium propriè ad Imperatores, Consistorium ad Rom. Pont. interpretes pertinere existimant: licet nostro iure constet, id haud perpetuum esse. Pro ludo literario quoque dici cœpit, l. 1. C. de stud. liber. lib. xj. Aut. habita in fin. C. ne filius pro patre. Vide, Secretarium.

AVDITORIVM locus est ubi artium ministræ Philosophia legesque docentur, l. unic. C de stud. lib. urb. Rom. lib. 11. quidam uocant ludum literarium Curtius Coniecturalium lib. 2. cap: 43.

AVDITORIVM principis. l. 19. §. 1. & §. seq. ff. de minorib. l. 22. ff. ad Trebellian. Hoc sacrum consistorium in recentioribus Impp. constitutionibus. l. ulti. §. in his. C. de temp. appell. l. 35. C. de appellat. Briss.

AVDITORIVM præfecti prætorio. l. 40. ff. si cert. pet. Auditorium magistratuum. l. pen. ff. de off. adf. l. 78. §. pen. ff. de iur. dot. Auditorium recipere. l. 41. in fi. ff. de recep. qui arb. Briss.

AVE, siue, Haue, uel Habe (b pro u, ut sæpe in P. Flo. ut est literarum mutua, ἀντίστοιχος uel Fabio auctore) K. N B. id est aue aue charissime nobis, salutandi formula, qua utebantur Imperatores ἐν ταῖς ἐπιγραφαῖς & inscriptionibus suarum constitut. qualem uidemus in inscriptione l. falsæ. 8. C. Th. de fals. mon. & alibi sæpe. & in Codice Iustiniáeo eiusmodi salutares inscriptiones uisuntur: quæ quidam deprauarunt, & corruperunt.

AVENA apud Vlpian. in l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad l. Aquilia. frumenti uitium est, quod sole maximo: cœlique humore accidit. Aliquando etiá seminis imbecillitate, cum diutius terra retentum est, priusquam erumpat. de qua Plinius multa. & Virgil.

Infœlix lolium, et steriles dominantur auenæ.

Et de his herbis & similibus intellexit Vlpian. in l. ex conducto. §. 1. ff. locati. qui locus aliter malè declaratur. Nebriss. Expectata seges uanis elusit auenis, id est, uanis elusit culmis & stipulis frugem non habentibus. Diuus enim Ambrosius ita exponit in lib. de pœnitentia quem citat Tornebus lib. aduers. 19. cap. 29 Sed sunt & certa quædam uitiosæ auenæ genera ut bromos & Ægylops de quibus Herm. Barbarus in Plinianis castigationibus lib. 22. cap. 25. Budæus in l. ex conducto. §. si uis. ff. locati.

AVERSA charta, id est, opistographo l. chartæ. ff. de bo. pos. secú. tab. Est enim ὀπισθόγραφον à tergo scriptus Plin. lib. 3. Epist. 5. Theodor. Hermopolites ad l. notionem. ff. de uerb. signif. ὀπισθόγραφον λύσιν appellat apocham à tergo scriptá. Cuiacius lib. 8. obser. c. 15.

AVERSARIA sunt scripturæ sine ordine confectæ tametsi ea aduersaria appellet Alciatus l. 1. C. de eden. nu. 14. in fin. Cuiacius loco præallegato.

AVERSIONE, uel per auersionem emere, conducere, uel locare, locutio est à solis Iurisconsultis usurpari solita, cæteris autem omnibus latinæ linguæ autoribus inusitata, ut uir doctissimus Francis. Connanus lib. 7. Comment. iuris ciuilis cap. 10. nu. 6. tradit. Quid uerò sit uel per auersionem conducere, uel emere à plerisque quæsitum & hæsitatum est. Accursius, quem & posteriores nonnulli sequútur, auersionem esse periculi à se repulsionem, & in locatorem reiectioné arbitrantur. Sed cum antiqui Codices ferè omnes Aduersione scriptum habeant, alia interpretatio alijs merito quærenda uisa est. Alciatus igitur parergôn iuris. lib. 6. capit. 28. & lib. 7. cap. 11. per aduersioné naué conduci existimat aliud nihil esse, quá si aduerti cóductor uoluerit quot amphorarú nauis capax esset: Antonius aút Goueanus lib. 2. Variarú lect. iuris ciuil. c. 14. putat auersione id fieri, quod negligéter, neq; satis cósideraté quis facit, quasi oculos auertens ab eo, quod agit: cuius senteńtiam reprobat Iacob. Ræuard. li. 2. Variorú cap. 7. subscribens, Antonij Augustini, aliorumq; eruditorú senteńtiæ: quorú ille lib. 3. Emendationú cap. 6. ex sententia Lælij Taurelli tradit auersione uendi aút locari rem, cú numerus, mensura, aut pondus dictú non est aut quid aliud his simile. l. ult. in fi. ff. ad l. Rhod. de iactu. l. opus. 36. ff. locati cú similib. Cæterú Francisc. Connanus loco præallegato tunc aduersione rē emi putat, cú ut ut est emitur, statimq; perficitur emptio, cú emptor nec deliberandi tépus, nec probádi postulauerit: neq; ipsi uenditor uitia rei præstare cogitur; quia bonitaté eius, aut uitiositaté suo periculo suscepit emptor, & ad se aduertit, id est, ut ipse interpretatur, aduersum se attraxit, & bonitaté eius in se recepit. Igitur si res empta pereat, emptoris incómodo est, quoniá absoluta fuit emptio. Verútamé si dolus uéditoris accesserit, & uel mortis causam dederit, uel detriméti, æquú est ipsum pstare. Sic eiusdé senteńtia: nauis códucta dicitur, si códucentis periculo conducta sit. Igitur si nihil omnino portatú sit, uel quia noluit cóductor, uel quia aut tépestate, aut naufragio, aut uetustate nó potuit, locatori nihilominus ob susceptú omne periculú, nisi si quid specialiter exéptú sit, integrá mercedé exoluere cogitur. Cuius sententiá sequitur Petrus Peckius de exercit. act. l. 1. §. per auersionem. & l. ult. §. ult. ff ad l. Rhod. de iactu Brissonio auersione uenire dicitur.

AVERSIONE uænire dicitur, quod confusè & uniuersaliter, siue pretio in semel dicto, nó in singulas res cóstituto uænit, ut Gaius loquitur in l. 35. §. in his. cú §. seq. ff. de contrah. empt. uulgo id *en gros et en blo.* Sic in l. 4. §. 1 ff. de peric. & comm. rei uend. auersione uinum uænisse accipit cum omne quantumcumque fuit, uno pretio uænijt non in singulas amphoras

phoras uel metretas, certo pretio constituto. Sic & in l.62.in fin. ff. de contrahend. empt. Auersione locatum opus, id est, uno pretio non in singulas operas, ut Iauolen. loquitur. l.51. §. ult. ff. loca. Vnde in l. 36. ff. eod. titul. Auersione locatum opus ei opponitur, quod ita conductum est, ut in pedes mensurásque præstetur. Auersione locata insula. l. 35. ff. de loca. id est, uno pretio tota, ut in l.58. eod. titul. Hæc etiã aduersa facit Paul. in l. ult. §. ult. ff. de lege Rhod. Auersione nauem conductam, & pro numero impositarum amphorarum mercedem constitutam. Eodem modo accipit & in l.1. §. exercitorem. ff. de institor. Bris. Eandem sententiam amplectitur Hotom. auersione rem uenire tradens quum res multæ simul atq; aceruatim uno pretio uenduntur. multas autem intelligit siue illæ plurium sint generum, siue unius: sed numero, aut pondere, aut mensura diuiditur. Asconius hac in re uocem SEMEL usurpat, Sectores, inquit, spem lucri sui secuti, bona condemnatorum semel auctionabantur: ac postea singulas quasq; res populo uenditabát. Putatq; Hot. nõ ab Auertendo deductum uocabulum, sed ab Auerrẽdo: quasi quum omnia simul uno tempore tanquam per euerriculum auerruntur. unde Vniuersa dicuntur propriè, quæ unum in locum sunt conuersa. Exemplum eiusmodi emptionis perspicuum est in auctionibus de quibus dixit: quum res non singulatim & ordine diuenduntur: sed uniuersæ uno precio simul atque aceruatim auferuntur. Vlpian. l. 4. §.1. ff. de peric. & comm. Si auersione uinum uenit, custodia tantum præstanda est. Et §. sequen. Vino autem per auersionem uendito, finis custodiæ est auehendi tempus: id est non ad mensuram: ut ipse idem locutus est in l.1. §.1. eodem tit. Modest. l.62. §.2. ff. de cont. empt. Res in auersione empta si non dolo uenditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit. Vlpian. l.1. §.7. de exercit. act. Exercitorẽ eum dicimus, ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauem per auersionem conduxit. id est non in certam partem, ut certum onerum numerum imponeret: sed uniuersè. quod apertissimè Paulus docet in l. vlt. in fin. ff. de leg. Rho. Si conduxisti nauem amphorarum duo millium, & ibi amphoras portasti, pro duobus millibus amphorarum precium debes. Paulus, Imò si auersione nauis cõducta est, pro duobus millibus debetur merces: si pro numero impositarum amphorarum merces constituta est, contrà se habet. nam pro tot amphoris preciũ debes, quot portasti. Perspicuè Paulus eum qui per auersionem conducit, ei qui ad certum onerum numerum conducit, opposuit. Florentinus in l. 36. ff. locat. Opus quod auersione locatum est, donec approbetur, cõductoris periculo est (sic putat legendum, non PERICVLVM.) quod uerò ita conductum sit, ut in pedes mensurasque præstetur, eatenus conductoris periculo est, quatenus admensum non sit. Hæc quum ita sint, haud scit, an ADVERSIONE potius, quàm AVERSIONE legendum sit, quomodo in Florentinis libris ubique legitur, & AFVISSE pro Adfuisse, aut Abfuisse. nam & Fab. lib. XII. ueterum plerosque Auersa pro Abuersa dixisse testatur: & quamuis quæ ad nos aduerrimus, ab alio auerramus, ut non magni interesse uideatur: emptor tamen & conductor aduersione rem accipere dicentur, non auersione, ut non incommodè dici posse uideatur, quum de uenditore aut locatore loquimur, Auersione: quum de emptore & conductore, Aduersione scribendum, & pronunciandum esse. Nec admodum ab his dissentire uidetur Iacobus Cuiacius in notis ad Institut. lib. 3. de emptione & uenditione: ea tamen sententiæ suæ ratione reddita, quæ Goueani opinioni congruit: existimans auersione uenire, quod uno precio uenit, quod scilicet quasi auersi quodammodo, negotium ita contrahamus, re omni, (pondus, numerum, mensuram intellige) neque perspecta neque explorata bene. Idem lib. Obseruat. 3. capit. 2. Auersioni numerum opponit: & rursus lib. obseruat. 8. capit. 15. ex libro 53. βασιλικῶν per auersionem Græcos interpretari tradit ἐν ὁλόδι id est in uniuerso & in l. 4. §. si auersione. ff. de pericul. & com. rei uenditæ: κύβῳ id est alea: ratione nominis reddita: quæ prius assignata est:

AVERSIONE uendere, Pomponius Confusè uendere dixit in l.36. ff. de ædil. edict. Hot.

AVERSIONIS actio: de qua uide suprà actio oneris auersi.

AVERSVM & aduersum differunt: Nam Aduersum nuncupatur quod ad nos uersum est, auersum quod nobis est retrò. Vnde aduersa uulnera quæ à fronte: auersa quæ à tergo. Ex quo factum est ut aduersus nos & aduersus, idem sit quod penes & apud nos. Terent. Id mihi gratum fuisse, aduersum te habeo gratiam. Et Cic. Est enim pietas iustitia aduersus Deos, id est erga deos. Contra quod alienum est & quasi abest à nobis, auersum appellatur: & auertere à se abijcere, abalienare: aduertere, recipere & retinere. Cicero in Verrem. Cum Piratarum nauem cepit omnem prædam ad se aduertit, id est (inquit Ascon.) apud se retinuit, &c. Connanus lib. 7. cap. 10. num. 6.

AVERTA in l. quoniam. de curs. publ. lib. 12. C. quid sit ex Græc. interprete Bud. in l. eos. ff. de falsis docet [illegible], Auerta ex eo, quòd auersa fit: [illegible], id est (ut ait Budæus) lora latiora, quæ per terga equi iugalis excurrunt, sub alis eius succincta. Spieg. ex Budæ.

AVERTERE hæreditatem, pro auferre, seu eripere capitur.

AVES allectatrices quæ alias sui generis alliciũt & simulando ducunt incautas in retia. de his Aristoteles libro nono de historia animalium: Schard.

AVERTERE toto tit. ff. & C. de ijs, quę ut indig. & in l. aufertur. ff. de iur. fisci. est uindicare, idque per l. portiones. 21. ff. de ijs, quæ ut indig. auf. Auferendi caussas pete ex dictis tractatibus. latissimam enim tractationem exigunt. Prat. & auferre summouere ac id sine ui fieri posse Vlpianus scribit l. quo naufragium. §. nõ solum autem. ff. de incend. ruin. naufrag.

AVFERRE, & pro è manibus rapere, & pro furari accipitur. Vide l. iij. & ibi not. ff. de incẽd. rui. nauf. §. non solum autem. Spieg.

AVFERRE dies, est dierum dilationem impetrare.

AVGERE spectat ad quantitatem, ampliare ad precium. C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus nulli. de iur. fis. l. non intelligitur. §. diui. Augere hęreditatem, gregem, & pecorum partus. in fin. l. sed etsi. ff. de petit. hæred. Spieg.

AVGMENTVM pro accessione Anfall opponitur deminutioni Abgang iuxta uulgatum illud. Hęreditas & augmentũ recipit & deminutionẽ. Primũ ex fructibus deinde ex precijs rerum hæreditariarũ exactis,

exactis, uel quæ exigi potuerunt. l. item ueniunt. §. item non solum. & §. fructus. l. si quo tempore. ff. de petit. hæred. Spieg.

AVGMEN Lucretius lib. 3. pro mole & magnitudine dixit hoc uersu

—Et tam. n. x bis

Omnibus est unum perfectum corporis augmen.

Torneb. lib. 20. aduers. cap. 23.

Porrò uerò AVGMENTVM est alicuius, præexistentis superueniens accessio, ut sit pars eius, secundum Albert. Brun. in tract. de augmento & diminut.

AVGVRES ab auium garritu dicti sunt. Porrò trifariam augurari auibus ac futura prædicere solebant. Primùm uolatu, deinde cantu, tertiò gustatu obseruato. Nam cùm pulli gallinacei ex cauea deprompti, porrectam escam non gustarent, pernicies portendebatur. A sacerdotibus autem augures constituebantur, uiri illustres, ut fuerunt Marcellus, Cic. & alij similes. Dicti autem sunt Augures ab auibus, & gerendo Festo lib. 1.

AVGVRARI pro diuinare usurpamus. Cic. de diuinat. lib. 1. Calchas (ait) ex passerum numero, belli Troiani annos auguratus est. Item, inaugurari pro cooptari atq; consecrari in aliquem ordinem, à quo rursus contrario modo secludi, rectè nuncupamus exaugurari. Adi Gellium lib. 5. cap. 3. Prat.

AVGVRES, maleficorum appellatione contineri sanxit Constantius eos consuli prohibês l. nemo. 5. C. de malef. & math. idq; sublata Romuli lege, iubentis Nequid inauguratò fieret. Prat.

AVGVSTVS, Festo lib. 1. locus sanctus ab auiũ gestu, id est, quia ab auib. significatus est, sic dictus: siue ab auiũ gustatu: quia aues pastæ id ratũ fecere.

AVGVSTI cognomentum unde descenderit, quáue de caussa Cæsari inditũ fuerit, ex Dione lib. 43. disces: cuius uerba ex G. Xylandri uersione hæc sunt. Sed posteà quàm ea, quæ pollicitus fuit, re ipsa perfecit, ibi demum Augustus à Senatu, populoque appellatus est. Etenim cùm statuissent peculiari quodam cognomento insignire, ac alij al a referrent, ac probarent: Cæsar, quamuis Romuli nomen uehemẽter adpetebat, tamen cũ sentiret, hinc se suspectum adfectati regni fieri, eo omisso, Augustus quasi hominis natura amplior ipse cognominatus est. Augusta enim ea, quę honore dignissima, ac sanctissima sunt, dicuntur: ideoq; σεβαστὸν Græci Augustum interpretati sunt, quasi uenerandum dicas. Prat. Idem testatur Tranquil. in Augusto. postea C. Cæsaris, inquit, & deinde Augusti nomen assumpsit: alterum testamento maioris auunculi, alterũ Munacij Planc. sententia, cum quibusdã censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem urbis: præualuisset, ut Augustus potius uocaretur, nó tantum nouo, sed etiã ampliore cognomine, quod loca quęque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, Augusta dicantur. Vnde & Cic. de natura deorum, simulachra deorum maiestatis plena, & similitudinem diuinitatis habẽtia, Augusta uocat. Cũ deorũ, inquit, augusta & sancta simulachra ueneremur. Sunt & qui ab Augurijs Augusti nomen Octauio prius impositum dicát, cum Augustum, quod augurio consecratum est, dicatur. Vnde templa Augusta, hoc est, augurio condita, dixit Ouid. in 1. Fast. Sancta uocant Augusta patres: Augusta uocantur Templa sacerdotum, ritè dicata manu. Et Augusta mœnia, dixit Virgil. VII. Æneid. pro augurio consecratis. Cẽtum oratores: Augusta ad mœnia regis Ire iubet.

Et quoniam non nisi in Augusto loco senatus haberi poterat, templum Vestæ non fuit augurio consecratum, nec illuc conueniret Senatus, ubi erant uirgines. Priori tamen allusioni adstipulari uidetur Egesippus V. belli Iudaici, Augusti apud Romanos nomen Imperij esse scribens, quod augeat suos, non quod alienos opprimat. Corrasius Miscellaneorum lib. 3. cap. 22. Et qui primus apud nos interpretatus est Augustum ein Mehrer, quod uulgo receptum est, putauit deductam uocem ab augendo. Spiegel. Et eidem interpretationi subscribere uidetur Ouidius lib. 1. Fastorum cum inquit

Augeat imperium nostri ducis augeat annos.

AVGVSTALES erant, qui primos ordines in bello ducebant, quòd ab Augusto ad id munus essent adiuncti. l. quinque summates. de Decurion. Vèrius tamen hac lege dignitas est, quæ inter magistratus municipales erat. Alciatus C. de Dec. l. præallegata, lib. x. Strabo autor est, deuicta Cleopatra, in certam administrationem Ægyptum redactam, & ad eam mitti solitos moderatione & prudentia insignes uiros sub præfecti titulo. Is est præfectus Augustalis, qui uicem regis obtinet, teste Alciato. Vide l. unic. de Officio pręfect. Augustal. Dicũtur item Augustales omnes Cæsarei.

AVGVSTALES item sunt omnes Cæsarei ministri ad palatium principis. Augustale namque est ipsum principis prætorium: & Augustales prętoriani, custodes Palatini sunt, qui & Comitatenses dicti: & Cæsariani & Curiales, id est aulici, quos Curtisanos uulgus appellat. Ex Pyrr. Sp.

AVGVSTALIS flamen cui sacerdotes augustales subiecti erant. Sacerdotium enim Augustalium sodalium institutum refert Tacitus & notat doctiss. Torneb. lib. 3. aduersarior. cap. 3. Latius id tamen explicat, & melius Vertranius de iure liberorum cap. 37. ubi Sacerdotes Augustales uocatos tradit, qui ad urbis similitudinem in ciuitatibus erant, imperatoribus indigitatis decreti per decuriones, sicut Faustus inter primos Augustales decurionum decreto cooptatus sit Mediolani. Hos in prouincijs principes sacerdotum sacri interpretes dixerunt, & protoflamines Gratianus distinctiõe 21. appellatos refert.

AVGVSTI dicuntur, qui nunc regnant, & à Senatu Imperatoris nomine honestati sunt: at Cæsares, qui ab ipso Augusto electi sunt ad regendam prouinciam aliquam, cum Cæsaris honore tantum, donec Augustus uixerit, post eius mortem successuri in Imperio. Alciat. l. 2. Cod. de excus. artif lib. x. Quare, Imperatores appellantur Augusti. Vide etiam l. & si excepta. Cod. de malefic. & mathem. Alijs propriè est Augustus, cui summa in rebus gerendis autoritas obtigit. Cæsar uerò qui iam quidem administrat, sed ad Augusti nutum, teste Alex. Neapolitano, nemo ambigit, quin à Diuo Iulio & Octauio, reliqui Imperatores, Cæsares Augusti dicti, cognominatique sint: partim quòd desiderio illorum post funera tenerentur, partim quòd ipsi quoque ad præclara facinora obeunda inuitarentur. Sed & mulieres Augustas dictas, præter historiam Vlpianus indicat, quum in l. princeps. ff. de legib. ait: Augusta licet legibus soluta non est. Sp.

AVGVSTI duo quando primum regnarint, docet I. Capitolinus in M. Antonino philosopho. Marcum, scilicet philosophum, & Verum Commodum fratrem. Tres etiam postea simul regnasse scribit Ammianus Marcellinus. In hoc tamen, inquit, negotio Valentinianus morem antiquitus institutum supera

pergressus,non Cæsares, sed Augustos, germanum nuncupauit,& filium beneuolè satis.Prat.

AVGVSTA, Augusti uxor l.princeps.31.ff.de legibus.l.si Augustæ.ff.de leg.2.l.fiscus.in fin.ff.de iur. fisc.l.cùm hæredes.C.qui testa.fac.pos.& alibi sæpissimè.Augusta etiam Augusti soror l.fin.Cod.Th. de lustr.collat.

AVGVSTA domus, domus est principis priuata ad eius rem priuatam pertinens,ut cöijcere est ex inscript.& tit.de priuileg.dom.Aug.lib.11. C. eadem diuina dicitur in l.absit.C.eo.Prat.

AVGVSTAM fortunam, Augustum ipsum interpretari possumus.l.ulti.in princ.C.de iudic. Prat.

AVGVSTALIS etiam sextumuir, iudex municipalis erat à Decurionibus factus, ut ex l. quinque. 57.& l.si quos.59. de Decu.lib. 10. C. iunctis epitaphijs,quæ Mediolani extát, FAVSTVS VI. VIR AVGVSTALIS, QVI INTER PRIMOS AVGVSTALES A DECVRIONIB. AVGVSTALIS FACTVS EST.Prat.

AVIA mater est parentum. Sicut auus pater parentum. Deducitur q; à græco uocabulo, quod apud eos παππος (quibusdam literis immutatis) uel quod (ut alij uolunt, ab alia græca uoce) αὖος magnum significat, quasi Auus sit magnus pater. Sunt etiá qui putant auum dictum esse quia ad duos attineat, qua si ad duum, uel quia ad patrem sit additus. Et pater aui nostri proauus dicitur, & proaui abauus, abaui attauus, attaui tritauus. Et hi omnes sunt in linea ascẽdenti. In linea uero descendentium numerantur Filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos. Cæteri uerò ueluti patruus, auunculus, frater, soror, &c.in linea collateralium.Anchora.

AVIA mea, socrus magna uxoris meæ est. Modestinus l.non facilè.§.gradus.de gradi.& adfin.ff.

AVIARIA apud Paulum l.auibus.ff.de leg.3. caueæ quibus aues concludimus.Prat.

AVIARIA autẽ primus instituit M.Lælius Strabo Brundusij eques, carceresq; fecit auibus, quibus natura cœlum assignauerat, ut autẽ ea salubria sint, suffiri debent odoribus ex Virgilij præcepto qui fieri admonet his uerbis. Hic iam galbaneos suadebo incendere odores Schard. ex Forcatuli auiario c.13.

AVIBVS legatis, anseres, phasiani, gallinæ, & auiaria debebãtur. An autem phasianarij, & pastores anserum, uoluntatis quæstio est. Hæc Iul.Paulus lib. 3.Sent. tit. de legat. unde exscripta est d. l. auibus. à Tribuniano immutata. Prat. Vide autem Forcatulũ in suo auiario iuris ciuilis cap.1.ubi uult aues esse uolucres pennis præditas, nec apes auium nomine censeri. Est autem auium summa diuisio hęc. quòd quędam sunt feræ penitus, ut aquila, grus, turdus, graculus, quædam feræ sed mansuefactæ, ut paui, columbæ, tertiò quædam natura domesticæ, ut anser, gallinæ, Hæc diuisio notatur ab Accursio uelut integra in §.Ceruos.Inst.de rer.diuis.l.5.§.fi.ff.de acquir.rer. dom.Forcatulus in d.Auiario cap.3.

AVIDI à non uidendo nominati sunt, propter nimiam cupiditatem: ut Verrius Flaccus existimauit, quod à litera priuandi uim obtineat, sicuti amentes dicimus qui mentem non habent Crinitus de honesta discipl.lib.2.cap.16.

AVLAEVM Vlp.l.sed & si quid de usufructu, uelut aulæi, inquit, uel alterius apparatus. Sed & apud Ciceronem pro Cælio, in singulari legitur. Nam usitatius in plurali & neutro genere Aulæa legitur: tapeta sunt quibus parietes & aulæ ornatus causa teguntur.Spieg.

AVLAEVM scenicum Maro appellat ludos scenicos & theatrales, quòd in ludis scenicis aulæum tẽdi solebat. Cicero pro Cælio, deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Torneb.lib.5.aduers.cap.4.

AVLICVS, qui aulæ sectator est assiduus.

AVOCARE, pro auertere, retrahere, apud Callistrat.§.fin.de testib. Testes, inquit, non temerè euocãdi sunt per longum iter, & multo minus milites auocandi sunt à signis uel muneribus, perhibendi testimonij causa.Spieg.

AVREA pecunia In l.tres fratres.ff.de pact.

AVREA barba: apud Persium doctiss. Tornebus lib.1.aduers.cap.20.putat significari summorum deorum, ut Iouis ac Neptuni insignia & ornamẽta. Meminit eius & Suetonius in Caligula. Horatio autem mediocritas aurea est quod ea hominibus charissima, optatissima, & preciosissima esse debeat, & tanti æstimanda quanti aurum. idem Torneb lib. 9. aduers.cap.27.

AVREAE uestis Iurisconſ. in uulgatissima l. uestis.de aur.& arg.leg. nullam facit mentionem: nec est quòd mireris. Nam ad ea potius debet adaptari ius, quæ frequenter, quàm quæ perrarò eueniunt. Neq; enim tam frequens erat usus panni aurei temporibus illis, quàm est hodie, quo hippotoxotæ nostrates, nec nisi proscissis utuntur, ait Bayfius.Sp.

AVRES propitiæ opponuntur hebetib.quas habere dicuntur, qui non curant quæ audienda sunt, audire. Vlp. in l.si extraneus. de iur. dot. Nequaquã enim iudex propitijs auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem, &c.Spieg.

AVRES acutæ Calpurnio dicuntur pro acribus & iudicij intelligentis: sicuti cõtra obesæ iudicij nullius, aut obtusi & hebetis Torneb.lib.adu.21.c.3.

AVRES perforatæ exprobratio fuere barbariæ. Sic Xenophon.ἀναβάσεως γ. narrat quidam se uidisse aures Apollonidis, quæ ambæ essent, quales Lydorum perforatæ. & Cicero dixit in epistola ad Q. fratrem in auribus omnium gentium ac nationum positam uirtutem.Ioach.Camer. Erat & auris perforata signum perpetuæ seruitutis, ut apparet ex 21. cap. Exod. in Mose. ubi sic legitur, Quòd si seruo dominus uxorem dederat, finito sexennio manumittebatur quidem, sed uxor eius, & ex ea nati liberi erãt domini: Quòd si amore captus uxoris, & liberorum suorum, nolebat à domino discedere, offerebat eum dominus dijs, id est, iudicibus: eiq; ad postem applicato, subula aurem perforabat, ut ei perpetuò seruiret, &c. Connanus lib.2.cap.1.nu.7.&c.

AVREOS quadringentos Pamphilæ dari uolo, ita ut infrà scriptum est à Iublio actore, aureos tot & in castris quos habeo tot, & in numerato quos habeo tot. Exponit Vlpian.in prin.l.quidam testamen. ff.de leg.1.Spieg.

AVRELIVS Antoninus Imperator, qui ad appellationem ex Germania iudicauit, ut memorię tradidit Paulus in l. non putabam. de cond. & demonstrat. is est, qui uirtute & eruditione insignis, Philosophi cognomentum tulit. Bella gessit in Germania contra Marcomannos: quorum loca hodie tenent Moraui & Silesij.Spieg.

AVREVS antiquus centenos nummos seu sestertios ualuit. Tacit.lib.17.de Othone: ut per speciẽ cõuiuij quoties Galba apud Othonem epularetur, Cohorti excubias agenti uiritim cẽtenos nummos diuideret. At Suet.de eodem: Quoties cœna principem acciperet, aureos excubanti cohorti uiritim diuidebat, quod Plutarchus dixit χρυσοῦν ἑκάστῳ διανέμων.

Ita Sestertijs decem aureis æstimabatur, hoc est mille Sestertijs nummis. At Iustinianus mille Sestertijs unicum aureum tribuit, & eum sui temporis, qui tertia parte pōderis ab antiquo recesserat. Valuit enim aureus ueterum duos nostros Coronatos, & unum dimidiatum, id est quinq; libras æris nostri, similis ferè Anglico nobili. At qui Iustiniani temporibus fuit aureus, subsescuplus fuit ad antiquum, & tertia parte minor, qui in Codice Iustiniani solidus uocatur par ferè Angeloto Anglorū. Itaq; in lege Papia Centenarius appellatur, qui mille aureis antiquis censebatur, id est aureis Iustiniani mille trecentis triginta tribus, & aurei antiqui triente, nostratibus autē Coronatis bis mille & quingētis. Connā: li.2.ca.9.nu.2.

AVREVS centum continet sestertios, ut ex his Dionis uerbis intelligitur ex libro LV. quæ sic conuertimus: Quum Augusti domus in palatio conflagrasset, multiq; multa illi cōferrent, nihil accepit, nisi tantum à populis aureum, à priuatis uerò drachmā. Aureum enim ego quoq; numum qui drachmas uigintiquinq; ualet, more nostro appello. Et Græcorū quidam quorum libros, quòd Attico dicendi genere scripti sunt, legimus, sic ipsum uocarunt. Hæc Dio. Quum igitur drachma denario Romano apertissimè à Plutarcho in Camilli uita æstimetur, apparet Dionem aureum pro cētum sestertijs usurpasse: quū scilicet in uigintiquinque denarijs tot sint sestertij. quod ex Taciti & Tranquilli duobus collatis inter se locis facilè intellectu est. Nā quod hic Othonem scribit excubanti cohorti diuidere solitum, quoties cœna principem acciperet, uiritim unum aureum: Tacitus idem commemorans cētenos sestertios nominat. Adrianus Tornebus lib.5. aduersariorū cap.1. Quæ quum ita sint, crederem equidem locum illum apud Imp. §.3. De success. lib. qui & me & alios complures exercuit, leui commutatione sic sanari posse, ut hæ duæ uoces CENTVM & MILLE locū inter se commutarent: id est altera in alterius locū succederet. Nam si hoc modo legatur ut mox subijciam, omnia quadrabunt: Siquidem libertus & liberta minores centenarijs sint, id est minus mille aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summā interpretati sumus, ut pro centum sestertijs unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus, & cet. Quum enim centum sestertij aureum efficiāt: centum quoq; sestertiorum millia, mille aureos conficiant necesse est. Atq; huic errato simile aliud est in l.1. Si ager uectig. in uocibus Tamdiu, & Quamdiu: quod tamen Haloander emendauit. Hoc præterea probatur ex eo quod scribit Vlpian. in l. 1. §. 5. ff. de uar. & extraord. licitum aduocatorum honorarium pro singulis caussis usq; ad centum aureos fuisse. Nā Corn. Tacitus lib. XI scribens de Claud. Cæsare, qui pecunijs pro aduocationibus capiendis modum imposuit, ait eum statuisse modum usq; ad dena sestertiūm, quæ egressi repetundarū tenerentur. Sic enim lego in secundo casu, ut subaudiatur millia: sicut in omnibus antiquis auctoribus. Quapropter quū audimus libertum, qui patronum sine uenia in ius uocarit, quinquaginta aureis multari, l.15. & l.24. & l.25. ff. de in ius uoc. perinde accipiendum est ac si dictū esset, H-S. quinq; millibus. ut quum is qui edictum corruperit quingentis aureis multari dicitur apud Vlp. l.7. ff. de iurisd. continuò intelligimus H-S quinquaginta millia: quę sanè summa permagna est: continet enim scutatos Gallicanæ pecuniæ mille ducentos quinquaginta. ut mihi Haloandri lectio probabilior esse uideatur, qui non QVINGENTORVM, sed QVINQVAGINTA posuit. præsertim quum huius quoq; uarietatis nos optimus Accursius admoneat. Quinquaginta enim, scutatos Gallicos centenos uicenos quinos efficiunt. Huc accedit, quòd idem Vlp. eadem in lege scribit, eos qui inopia laborant, corporalem pœnā subire: Hermogenianus autem in l.10. ff. de accusat. eos esse pauperes cōstituit, qui minus quinquaginta in bonis habent. Verùm ut ad rem redeamus: quum scribit Caius in leg.25. ff. de S.C. Silaniano, præmium accusatori seruorum constitutū esse in singulos seruos quinos aureos, & qui manumissi erunt denos: similiter intelligendum est, illi quidem, quingētos sestertios, id est scutatos duodecim & semissem: huic uerò mille, id est scutatos uicenos quinos. & apud Venuleium in l.6. §.2. De repetund. sancitum esse, ne magistratus plus doni muneris in anno accipiant, quàm quod sit aureorum centum: sic accipiendum est, ac si scriptum esset, H-S decem millium: id est scutatorum ducentorum quinquaginta. Hot.

AVRICHALCVM inquit Sex. Pompeius quidam putant compositum ex ære & auro, siue quod colorem habeat aureum. Orichalcum sanè dicitur quod in montuosis locis inuenitur. Mons etenim Græcè ὄρος appellatur. Marcianus leg.45. ff. de cont. empt. Quemādmodum si uas aurichalcum pro auro uendidisset ignorans tenetur ut aurum quod uendidit præstet. Seruius Æneid. 12 Apud maiores Orichalcum preciosius metallis omnibus fuit. Namque sicut Lucretius ait, Cum primum homines syluas incendissent, nullarum adhuc rerum periti, terra casu fertilis omnium ex incendij calore desudauit metalla: inter quæ Orichalcū preciosius uisum est, quod & splendorem auri & æris duritiem possideret. Nā primum de auro securis facta, displicuit causa mollitiei simili ratione & argenti contēptus est usus: mox Orichalcum placuit, donec ueniretur ad ferrum: Vnde etiam secula ita dicūtur fuisse diuisa. Orichalcum autem fuisse preciosum, etiam Plautus docet, qui ait in Milite glorioso, ego istos mores Orichalco cōtrà comparem Hotoman.

Αὔριον crastinum & posterum diem significat. hinc Thesaurus quasi θὲς εἰς αὔριον, id est positus in crastinū aut futurum: Et ἀποθησαυριστικὰ τῶν τροφῶν animalia, quæ naturæ instinctu prouident sibi alimēta in futurum, ut uulpes & formicæ &c. Connanus lib.3.cap.4.n.3.

Αὐθαίρετος καὶ αὐτογνώμων id est suæ spontis ut dicit Celsus &c. Connanus lib.10.cap.2.nu.4.

AVREVS funis apud Lucretium nominatus, aurea cathena Homerica esse uidetur. Plato autem in Theæteto aureum apud Homerum funem interpretatur solem esse. Torneb. lib. aduers.5. cap.25.

AVRVM Tolosanum prouerbium Gellio lib.3. cap.9. de hominibus calamitosis. Hinc dictum, quod cùm Q. Cepio Cos. oppidum Tolosanum diripuisset multumq; auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum adtigit, misero, execrabiliq; exitu perijt. Prat.

AVRVM coronarium, definitore Gellio lib.5. cap.6. coronæ aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Bapt. uerò Egnatius in adnot. ad Capitol. esse quòd ciuitates, & oppida nouis Imperatoribus offerebant sub coronarum specie. Equidem ab Imperatorum definitione discedere non ausim. Aiunt igitur aurum coronarium, esse id, quod offertur à curiarum ordinibus, uel amore proprio, uel indulgentiarum lætitia, uel rebus prosperè gestis l. quæ diuersarum. Cod. Theod. de aur. coron.

Hoc autem non, nisi ab admonitis, & ex consuetudine præstabatur. d.l. quæ diuersarum. & l. seq. C. Th. eod. Hanc solam Iustinianus in Codicem sui nominis transcribi iussit quæ extat lib. 10. C. eo. titu. Aurũ Coronarium uoluntatis, munus uoluntarium diuus Iulianus rescripsit. Huius etiam meminit lex penult. C. de Iudæis, & ibi uide Græcos interpretes. Prat. Vide & Vetranium de iure liberorum cap. 10. Forcatulum in Cupidine Iurisperito cap. 20. nu. 1.

AVRVM comicũ, Plauto lupinos esse putat Antonius Muretus, quibus maceratis pascũtur boues: eumq; sequitur doctiss. Turn. lib. 1. aduersar. cap. 19.

AVRVM glebale, quod pro possessionibus penditur. huius fit métio in l. 2. C. de prætor. & hon. præt. lib. 12. C. Vide infra in uerbo glebalis præstatio.

AVRVM lustrale, quod quarto quoq; anno pendebatur, ut ait Zonaras: idem onus negotiatorum, & mercatorum erat. ob idq; aurum negotiatorium adpellabatur à Lampridio in Alexan. Huius fit mentio. C. de lustralis auri conlatione. ubi sunt duæ tantum leges Græcæ à quibus χρυσαργύριον appellatur. fit etiam mentio in uarijs legibus. C. Th. de lustra. conlat. appellatur quoque functio auraria in l. singuli. C. Th. eo. à negotiatoribus (ut iam dixi) pendebatur ut ait l. à negotiatoribus. C. Theo. eo. & l. seq. Prat.

AVRVM oblatitium, quod non canonis, uel indictionis, sed oblationis genere quodam à senatoribus pendebatur, ut ex Symmachi, & Synesij epistolis didici.

AVRVM publicum, quod ærario publico infertur. Huius commeminere Honorius, & Theodosius Impp. in l. unic. de au. publ. prosecut. lib. 10. C. Prat.

AVRVM negociatorium, dictum à negociatoribus, quòd illi Principib. penderent. Sp.

AVRVM obrizum, id est, defæcatissimũ, ac multoties excoctum. Quanto enim magis igni excoquitur tanto magis nitescit. huius fit mentio l. fin. C. de ueter. nomis. potest. lib. 11. l. unic. de oblig. uot. lib. dicitur inquit Budæus Græcis τὸ πολλάκις ἑψηθέν, hoc est multipliciter excoctum: Forcat. dial. 6. Necyomantiæ nu. 5. Obryzum uerò & nunc non habetur propter Principum (ut quidam Italorum eruditiss. ait) ignauiam, & innatam quandam auariciam. Idẽ queritur, Venetos etiam, quorum moneta probatissima erat Scutos (ita enim appellatur impuri auri moneta) cudere cœpisse: & omnes Italiæ Principes sequutos esse. Obrizi usum in re medica rarissimum fuisse monuit festiuè innuens, melancholicos donatos pel ui aurearum monetarũ, melancholico humore potius priuari, quàm auri puluere deglutito: demirans item de quibusdam medicis, qui, ut uires animales ægris augeant, & cor (ut dicunt) confortent, & exhilarent, aureas monetas inter capones decoqui iubent, ex quibus nihil aliud absumitur, quàm multarum manuum sudor, quæ ipsas tractarunt, inhęrens, itaque arbitratur potius, aurum perniciosam naturam habere, ut cætera metalla. Quia nihil aliud est aurum, quàm argentum uiuum, purum, condensatum, purissimam sulphuris puri partem actu recipiens. Quam ob rem aurum in honore habetur: quia gaudemus possidentes, adeò stolidi effecti, ut rubrã terram existimemus, & albam. Nam argentum & aurum nihil aliud sunt, quàm terra rubra, & alba. Argentum enim, est uiuum argentum, purum, condensatum, sulphur potentia mixtum habens, quod ex hoc deprehenditur, quia si tractetur, sulphuris odorem spirat: non est autem actu, alioqui auri colorem habuisset. Optandum est magis, quàm sperandum, ut nostrorum fert temporum conditio, ut monetæ in puram metallorum perfectionem reuertátur: ut sub diuersis Imperatoribus factum esse, Annales testantur. Aurũ à Gallis *Or* ab Hispanis *Oro*, à nobis Gold nuncupatur: Argentum Galli *Argent* Hispani *Plata*, nos Silber uocamus. Quia uerò & frequens est in iure nostro & auri & argenti mentio, præter singularem titulum, hæc non omnino inutiliter, ut puto, nostram farraginem retexendo, accesserunt. Spiegelius. Hinc

AVRVM illicitum est quod Alchymistæ faciunt ex ære, uel argentum illicitum dici potest, cum fixum reddunt Mercurium ut eorum nugis habetur, hoc est argentum uiuum l. sacrilegij pœnam. §. fina. ff. ad l. Iul. pecul. ex dialogo 6. Necyomantiæ. Forcat.

AVRARIVS susceptor in l. j. C. de apochis publ. qui aurum collatum suscipit susceptor, uide infrà Susceptor. Bris.

AVRARIVM Canonem in l. priuatæ. C. de excus. mun. lib. 10. interpretatur Accursius susceptorẽ aurarium: cum pro pensitatione & functione in aureo facta accipi oportere contextus ipse constitutionis docet. Bris.

AVRARIA pensitatio, idẽ. de qua. in l. 2. de fund. patrim. lib. 11. C. & Bris.

AVRARIA præstatio in l. unic. C. Th. qui à præbit. tiron. & equi. excom. & A. Bris.

AVRARIA functio l. singuli & l. omnes. C. Theo. de lustra. conlat. & Bris.

AVRARIA pensio apud Cassiodo. li. 11. Epiph. Varia. ad Faustum. Brissonius.

AVRIFEX, qui ex auro quid facit l. scribit. ff. de aur. & arg. lega. & l. 2. C. Th. de excus. artif. Hinc

AVRIFICES specierum, & solidorum in l. scrinijs. C. de pal'at. sac. larg. lib. 12. in breui, siue (si malis) in notitia.

AVSPICIA cognitionum in leg. fi. C. de incertum. non inter augurium, & euentum litis, ut quidam putat, sed initia cognitionis caussæ, uel potius litis (quod & Accursius ibidem probat) interpretanda sunt. Prat.

AVSPICIA pro auctoritate, iussu & mandato in Forensibus accipit G. Budæus. Prat.

AVSPICIA maiora, maiores honores & magistratus significant. Nullus enim magistratus inauspicatò creabatur.

AVSPICIVM appellatum est, ab auium uolantium spectatione, quasi auis speciũ, sicut Augurium à garritu auium, tam in bonam, quàm in malam partem. Prat.

Auß bewegliche vrsachen. Hanc clausulam qua nũc ferè iudices uti solent, quod sub eius prætextu nihil non excusari posset, Dn. Old. summa ratione admonet expungendam, in epistola illa salutari, quam tum cordatè tum grauiter scripsit ad Hessiæ Cancellarium Dn. Ioan. Ficinum. Profectò digna est, ut subinde legatur ab omnium principum Germaniæ Cancellarijs, quòd eos non modo sui admoneat officij, uerum etiam tam luculentis à se actionum instructis classibus (quæ hactenus absq; certa ratione tractatæ sunt) labore inuestigandi iuris & æquitatis non mediocriter subleuauit, in maxima rerum occupatione detineri solitos. Spieg.

AVTHENTICON, Græca uox est, pro authorato. Hinc lex authentica & decretum authenticum, quod multorum authoritate comprobatum est. Cur uerò authentici nomine constitutionum Iustiniani uolumen citetur, cũ tamen nusquam appareat, hunc titu-

titulum ab ipso legis latore præfixum esse, declarat eleganter Alciatus cap.xlvj lib.ij.Parerg. Haloander acerrimi iudicij uir authenticos, hoc est, ut ait, breues illas sententias ex Nouellis Iustiniani constitutionibus excerptas, in recognoscendo codice loco mouit summa ratione, ut est legere apud eum. Alciatus obseruauit authentici uocabulum, pro re certæ fidei poni non solum apud Iulianum, Paulumq; Iurisc. sed etiam apud Ciceronem Epist. ad Atticum lib.ix.& x. Tametsi Gaza libello de Mensibus, hanc uocem apud ueteres hoc sensu non reperiri scribat. Spiegelius.

AVTHENTICAE rationes, plerunq; sunt necessariæ actori ad instruenda ea quæ postea emergũt ad notitiam eius spectantia: & necessarium est, cautionem ab eo super hoc cohæredib. præstari. autor Vlpian.l.Pomponius scribit. ff.Famil.ercisc.Spieg.

AVTHENTICAE tabulæ, apud Vlp. in fi.l.iiij. ff.Famil.ercisc. Hæredem enim, ait, exemplum debere dare: tabulas uero authenticas ipsum tenere, aut in ædem deponere.Sp.

AVTHENTICVM, Αὐθεντικὸν est, quod uulgò originale, dicimus Paulo lib.5.Sent.titu.12.quę in Pand. lib.22. titu.4. l.2. de fide instrum. à Iuris ciuilis compositoribus relata fuit. Eodem sensu accipitur apud Vlpianum l. fin. ff. testa. quemad. aper. ἀπὸ τοῦ αὐθεντικοῦ. Quod inde describitur, dicitur exemplum d.l.2.& d. l.fi. Galli Pragmatici Copiam adpellant.

AVTHENTICA uulgus interpretum, & pragmaticorum uocat, quæ τὰς ΝΕΑΡΑΣ, & Nouellas constitutiones & ipse Iustinianus, eiusque interpres Iulianus Patritius & interpretes Græci ueteres. Vnde autem eam adpellationem traxerint, docere nititur Alciatus lib.2.παρέργ.cap.46.Prat.

AVTOCRATOR, id est, Imperator. Dion lib.33. pluribus uerbis explicat quomodo Iulio tributa sit appellatio αὐτοκράτορος. quæ & ad successores pertinet sicuti & Cæsaris nomen. Schard.

ΑΥΤΕΞΟΥΣΙΟΣ καὶ αὐτεξούσιος id est sui iuris, & suę spontis ac potestatis: ut suus hæres, id est, uoluntarius & suæ potestatis. Connanus lib.10.cap.7.

AVT non solum disiunctiuæ, sed & subdisiunctiuæ orationis est l.hæc uerba.124.ff.de uerb. signific. Huius ea uis est, ut alterum fieri satis sit.l.si is, qui. 13. §.utrùm.ff.de reb.dub. Sępe etiam disiunctã, aut, pro coniuncta accipi Paulus scribit l.sæpe.53. ff. de uerb. signif.cum dico, Quod dedi, aut donaui. quod & Iustinian.probat. l.penult. C. eod. titu. ut in interdicto Quod ui, aut clàm. Hinc qui sibi, aut filio, aut cuilibet extraneo stipulatur, manifestè filij, extraneiue personam complectitur, ut Iulianus ait. l.eum, qui. 56. §. qui sibi.de uerb.oblig. Ita compræhensum, adiectum interpretantur Bartolus, Baldus, Alexand. Alciatus ad d.§.qui sibi.& rectè.Prat.

AVT, etiam ponitur pro siue, in forma diui Pij apud Callistratum l.debitoribus.31.ff.de re iudic.& tametsi Accursius, & eum sequutus Albericus pro sicut, ibi accipiendum existiment: eodem sensu accipi potest scilicet, pro siue in l. penult. §.fin. ff. de act. empt.non pro, id est, ut credit Albericus & in Pand. Florent. uitium est interpunctionis. nam interpungi debet, post uerbum, Habitatoribus, & minusculis literis scribendum hoc modo & si receperis, habitatoribus, AVT QVAM QVIS Q.&c.ut ex initio illius §.liquidò constat. Eodem quoque sensu accipitur, idque disiunctim. in l. quia absente. 4. C. de procur. & tum plerunque geminatè reperitur l. exigendi. C.eod.tit.de procurat.& in l.si cum uenderet. ff.de pig.act.& sic disiunctim.Prat.

AVT, negãdi uim habet etiam geminatè in l. dies festos.C.de ferijs, ibi, aut Circense certamen, &c. Pr.

AVTEM, præter notissimam significationem, ponitur, pro enim, in l.intra.§.quadriennium.uers.quatuor autem. ff. de diuers. & temp. præsc. Aliquando ponitur pro igitur l.legatis.§.pecoribus.uers. & sues auté.ff.de suis, & legit.hæred. Prat. Vide Vallam lib. 2.Eleg. Est uero coniunctio discretiua, licet aliquando accipiatur pro sed.Schard.

AVTEM quoq; sonat etiam (& sic iungit) l. 2. §. hoc etiã.uers. item auté ulterius. C. de iureiu. prop. calum.dan. ut in illo Plauti, Abite, tu domum, & tu autem domum.

AVTEM particula subiecta, & elegantiam, & ornatum habet l. cogi.16. §. & generaliter autem. ff. ad S C.Trebel.& l.si quis.5.§.tutelæ.uers. & hoc autem. ff.de obligat.& actio.Prat.

AVTOMATA dicuntur, quæ per se mouẽtur quæue fortuitò eueniunt, ut horologia.Prat.

AVTOMATA etiã sunt opera, quæ ita fabricãt mechanici, ut sua spõte quidquã efficere uideãtur. Hinc

AVTOMATORIA apud Vlpianũ l.cetera. 4.§. pen.ff. de leg.1.quæ Alciatus lib.2.παρέργ. c. 20. interpretatur mechanica opera, quę sponte sua mouẽtur, qualia sunt horologia. Heron. in pneumaticis aquã ait in sublime automaton, id est, spontalem ex sphæra concaua. Trãquillus in Claud. Si automaton, inquit, aut pegma uel tale aliud cessisset.Briss.

ΑΥΤΟΦΥΕΣ apud Vlp.l.si cui.70.ff.de leg.3. appellari An. Aug.li.4.c.16.scribit, quod ita per se natũ est, ut nulla arte fucatum sit, cuiusmodi Vergilius finxit.

Nec uarios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis, aries iam suaue rubenti
Murice iam croceo mutabit uellera luto.
Sponte sua sandix pascentes uestiet agnos.

Nihil aliud est αὐτοφυὲς. quàm id, quod per se expressit. Antonius Aug.lib.emendat.4.cap.16.

AVTOGRAPHVM. lege, Opisthographum.

AVTOR est, ut sic dicã, factor, ait Valla. Nam factor in usu non est, nisi in quibusdã à Græco trãslatis.Sp.

AVTOR est is, à quo quis ius in re comparauit, aut aliàs quæsiuit: hoc est, qui debet præstare, ut emptor cum tali iure possideat uenditam rem, quali ipsum esse in uenditione affirmauit. Budæus citat locum è Ciceronis ult.actione in Verrem.Sp.

AVTOR, sæpe pro duce negocij. Exempla peto ex Rhenani thesauro, in Tacitum. Sunt qui autoré, cùm eum qui opus facit significat, uel qui primus inuentor persuasorque est, per th scribendum putent: ut à græco ueniat, qui αὐθέντης, αὐθέντιον, αὐθεντεῖν dicũt. Sed Alciat.in Parergis scribit, se semper in plurimis ueterũ monumẽtis auctorem legisse, atq; Vall. Probum, libello de Præscriptis notis, AVC. id est, auctorem interpretari: atque ideo arbitror ab augendo deduci. auget enim, confirmatq; alios exemplo sui, qui auctor alicui rei est. Spieg.

AVTORES pupillorũ uocantur, in quorum administratione infirma ætas resq; eorum sunt. Ideoq; filios Regum pupillos sub autorib. fuisse legimus: sicut & nostra memoria fuere sub autoritate auorum paterni, diui Cæs. Maximiliani, materni, inclyti illius Ferdinandi Aragonum Regis Principes nostri Augusti, Carolus, & Ferdinandus. Vnde Paulus: Etiam si nõ interrogatus tutor, autor fuit, ualet autoritas eius, cum se ꝓbare dicit id quod agitur: hoc est enim autoré fieri. Et Pomponius de aut.tut.l.iiij. Et si pluribus datis tutoribus, unius autoritas sufficiat: tamé si tu-

si tutor autor erit, cui administratio. & cætera. Sp.

AVTOR iniuriæ publicæ, qui uindicat iniuriam publicam. Spieg.

AVTORAMENTVM. Lege Autorare.

AVTORARE aliquem est, illum sibi obnoxium facere, atque obligare: quoniam autores dicuntur, qui habent potestatem aliquid faciendi, & sine quorum autoritate non potest aliquid fieri. Vnde tit. est apud Iurisconf. de leg. uel Autorando milite. Hinc & autoramentum, ipsa obligatio. Vlpian. de Autor. & con. tut. l. & si plurib. Si tutor inquit, autoretur cui administratio tutelæ concessa non fit: pro, obligetur. Inde exautorare, pro eo quod est ab obligatione soluere. Nebriss.

AVTORARE militem. Lege, Exautorare.

AVTOREM & testem producere dicimus, quũ eum cuius suasu, autoritateue aliquid factum est, aut unde rumor ortus est, indicamus. Vide Rhenanum in ludum Senecæ. Spieg.

AVTORITAS, pro ueneratione ac dignitate quadam, cui credẽdum sit. Pomponius l. ij. Et ut obiter sciamus. ff. de orig. iur. Primus, ait, diuus augustus, ut maior iuris autoritas haberetur. l. septimo mense. ff. de statu hominum.

AVTORITAS, pro decreto, permissu. Ibid. Põp. ut ex autoritate eius, inquit, responderent l. iustè pos fidet. ff. de adq. poss.

AVTORITAS legis, Beneficium legis. Idẽ Vlp. l. quod ait. ff. de diuor. & repu.

AVTORITAS, est nomen unum ex his, quæ dominium rerum perficiunt, inquit Budæus. Illud Ciceronis, Iure autoritatis, significat iure usucapionis, quam præscriptionem uocant, quæsito ab autore, cuius causam sequitur, qui ab eo rem quouis modo legitimo & ciuili. Spieg.

AVTORITAS est duplex: Necessaria & probabilis. Necessaria eius est qui habet statuendi potestatem uel generalem, ut Cæsaris: uel specialem, sicut alterius magistratus. Probabilis autoritas est eorũ, qui studiorum assiduitate meruerunt professoris titulo insigniri, iuxta l. 1. C. de profes. qui in urbe constant. Hæc nullam fidem mereri debet, nisi quatenus lege aut ratione comprobata fuerit. Tunc enim admittetur, inquit Olden. nõ quia Doctoris, sed quia iuris sit sententia. de quo latius in uocabulo, Opinio. Sp.

AVTORITAS doctissimorum uirorum extra professionem suam non recipitur in iure. l. in tantum. §. fin. & l. sequen. ff. de diuis. rer. Oldend. Iurisconsultorum autem tanta est autoritas, quanta Imperatorum iuris ratione. ff. Constit. 1. cumque hæc materia. Idem Spieg.

AVTORITAS summorum philosophorum, in sua professione fidem merentur, ideoq; possunt allegari. l. septimo mense. ff. de statu hominum. l. proponebatur, in fin. ff. de iudicijs. Instit. de empt. & uend. §. item precium.

AVTORITAS, fama, & fides ex uirtute quęsita. Pomponius, nullam, inquit, obligationem ea scriptura recipit, sed ad authoritatem meam cõseruandam poteris (si uelis) facere. Item, ad authoritatem scribentis hoc quoq; pertinet. & infrà: Sed ad authoritatem defuncti conseruandam pertinet, ut ubi iusserit, ibi sint, l. Q. Mutius. ff. de annot. legat. Spieg.

AVTORITAS æterna. Vide infrà, Aeterna autoritas.

AVTORITATEM interponere, apud Ciceronem pro approbare, & confirmare: ut, decretum interponere, apud Liuium: Ius eo die se nõ dicturum, neque decretum interpositurum.

AVTORITAS testatoris Pomponio teste, ff. de annot. legat. neque omnino spernenda, neque omnimodo obseruanda est. Spieg.

AVTORITATEM præstare est, cum quis dicat se approbare id quod agitur, hoc est, autorem fieri. Præstare autoritatem potest quilibet tutor in rebus minoris, ad quem spectat periculum administrationis. Et sic autoritas uidetur idem quod consensus legitimorum tutorum & curatorum. Et differentiam inter autoritatem & potestatem, uide per Hostiens. in summ. de sacra unctione. §. refert autem. Item de autoritate doctorum sanctorum habetur distinct. xv. cap. ultim. & gloss. in cap. Sicut ueterum. distinct. ix. ubi dicitur quòd inter istos tres, Augustinum, Hieronymum & Gregorium, Augustino magis credendum est in disputationibus, Hieronymo in historijs & translationibus, & Gregorio in moralibus. Quia non omnes in omnibus, sed certi per certa &c. Cod. de ueter. iur. enucle. l. j. uersic. Quia non. Oldendorpius.

AVTOPHOROS Græci uocant non solum fures manifestos, sed etiam omnes qui in aliquo crimine deprehenduntur, nõ ἀπὸ τῶν φωρῶν ut pleriq; censent, sed à uerbo φωρῶ quod deprehendo significat ut Phauorinus & Budæus notant. Quod etiam Cœlius Rhodiginus lib. 10 cap. 6. sentire uidetur. Quare Thũcydides lib. 7. αὐτοφώρους appellauit eos, qui manifestò deprehenderentur ad tyrannidem aspirare. Horum fit mentio l. 3. ff. de furt. Instit. de obl. quæ ex delict. nasc. §. Furtorum: Ferrandus Addnensis lib. 1. Explicationum cap. 43.

AVVNCVLVS matris meæ frater est, ut ait Paulus l. Iurisconf. §. tertio gradu. ff. de gradibus. quod & Modest. in l. inter. 5. ff. unde legit. & Festus lib. 1. probant. Traxit autẽ appellationẽ ab eo, quod æquè tertius à me, ut auus est, sed non eiusdẽ iuris: ideoq; uocabuli facta est deminutiõ: siue auunculus appellatur, quòd aui locũ obtineat, & proximitate tueatur sororis filium. Prat. Alij dictum putant quasi minorẽ auum Curtius lib. 2. Con. c. 47.

AVVNCVLVS maximus, is est abauię frater, patris uel matris auunculus maior. Auunculus maior, is est proauiæ frater, patris uel matris auunculus magnus. Auunculus magnus, hic est auiæ frater. Paul. l. Iurisconsultus 9. ff. de gra. & adfin. Prat.

AVVS patris, uel matris pater. l. fi. §. secundo gradu. ff. de gradibus dictus à Græca uoce πάππος mutatis aliquot literis. Alij auum dictum putant, quia ad duos adtineat quasi adduum. Prat.

AVVS meus, uxoris meæ socer magnus est, illa illi pronurus. Modestinus l. non facile. ff. eo. tit.

AVXARIA secreta nemoris dicta sunt eò, quòd ibi frequentãt aues, secundum Isidorũ. 17. etymo. c. 6. Inde uenit impẽsatio auxaria. C. de fun. patri. l. 2. li. 11.

AVXILIVM ferimus armis, manu, clamoribus, obiectu corporis, plorãdo. Vlp. auctor est l. 1. de S. C. Sill. §. hoc autem Senatusconsultum. Notũ est, auxilio nouo indigere, quæ de nouo emergunt. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. action. Prat.

AVXILIVM iuris est suffragium, & beneficium iuris, prout dicitur, contra hæc prodita sunt iuris auxilia, uide de hoc ff. ad Sill. l. cùm dominus. Frustrà auxilium legis inuocat, qui committit in legem. ff. de mino. l. auxilium. de usu. cap. quia frustra. l. filio. ff. de rit. nupt. Prat.

AVXILIA appellabantur ex fœderatis, amicisq; populis in exercitu conscriptæ cohortes. l. 2. §. exercitum,

citum.ff.de ijs,qui not.infa.Sueto.in Tib.cap.16.Per XV. Legiones cum quatuor millibus legionariorũ, & delectis auxilijs missus.Prat.

AVXILIARES dicuntur in bello socij Romanorum exterarum nationum: dicti ex Græco uocabulo αὔξησις, quod nos dicimus, rerum crescẽtium auctionem.Hæc Festus lib.1.Prat.

AVXILLA,olla paruula Festo.

AVXIMALIS ager, limitibus Gracchanis per centurias est adsignatus tit.de limitib. Varro auctor post Hygenum.

AXARE ueterib.nominare sonat Festo li.1. Hinc

AXAMENTA carmina erant quæ à Salijs componebantur in honorẽ singulorũ deorũ, ut Iouialij uersus,Iunonij, Mineruij. Vetus Lexicõ interpretatur uersus in honorẽ Herculis qui in eius sacris canebantur.Schard.ex Torneb.lib.22.aduers.cap.24.

AXE adglomerati,uniuersi stantes,id est(ut ait idem)cohortibus aut legionibus.Prat.

AXIT pro egerit ut faxit pro fecerit ueteres dixisse Festus autor est.

AXIS,quem Græci ἄξονα dicunt, plures habet significationes. Nam & pars cœli septentrionalis est. Proclus tamen in Sphæra ita,Linacro interprete,Axis,inquit,mundi uocatur dimetiẽs ipsius circa quẽ uoluitur.Itẽ,ut ait Præceptor meus Tusanus in Procli sphæram,mundi Linea dimetiens apud Aristotelem de mundo.Est & auctore Festo,stipes teres, circa quẽ rota uertitur. Significat & tabulã sectilẽ,& tabulam ligneam in qua leges scribebantur. tabulas illas ἄξονας appellauit Solon apud Plutarchũ in eo. de ijs. Atque ideo de Solone intelligendus est Horatius in Arte Poet.

——leges incidere ligno.

Paulo ante Solonem sapientiam appellauerat:

——fuit hæc sapientia quondam

Publica priuatis secernere. &c.

AXILIOSI factiosi olim dicebãtur:cùm plures unà quid agerẽt, facerentq;. Sanxit autem antiquos dixisse pro egerit,constat,unde Axies mulieres, siue dij dicebantur,unà agentes. Prat.

AXIOMA (Budæus ait) dicitur maiestas & dignitas magistratus. Dicitur etiam pronuntiatum,sentẽtia,Donato auctore. Connanus lib.1.c.16. Axiomata uocat communi decreto ratas ac cõfirmatas opiniones &regulas,Plinius placita uocasse uidetur. Vtitur etiã hoc uocabulo Aristoteles,cũ in Topicis frequẽter, tũ in posteriorib.resolutorijs frequẽtissimè pro ea ppositione maximè quæ sua euidẽtia nititur: id qđ & ratio uocabuli Græci indicat: ἄξιος enim, dignus significat,unde ἀξίωμα deriuatur.

AZONIS opinio,maxima habetur,quia ipse fuit uas electionis, id est fons ll. si credimus Baldo enarranti l.contractus.C.de fid.instr. At Nic.Rhodius uir doctus,incorruptoq; animi iudicio, uix Azoni concedit:in quo Placentinum uincit.Spieg.

B

B LITERA Græcorum, Latinorumq; secunda est.Huius neq; uocem, neque sonum esse Plato in Theæteto scribit. M.Fabius lib.1.Instit. Orato. c. 4. in aliarum locum datã:hinc ex duello bellum factum ait. B. & V, mutua est enallage in Pand. Flo.ut Fauius pro Fabius,& in alijs uocibus.Prat.

BABYLONICARVM uestium meminit Vlpianus in l.argumento sunt.de Aur.& argento legat. secundum ueram lectionem.Item Martianus in l.interdum.§.diui quoq;.de Publican. Sentit autem Vlpianus,tametsi uestes Babylonicæ, uestimentorum appellatione contineantur: tamen stragulæ Babylonicæ quæ equis insterni solent, non ueniunt appellatione uestis: quandoquidem in alium usum paratæ uidentur.Colores diuersos picturæ intexere, Babylon maximè celebrauit, & inde nomen Babylonicis imposuit,à doctissimis usurpatum utriusque linguæ autoribus, è quibus testimonia producit Bayfius in libro de Vasculis.Spieg. Plinius autem de ijs loquẽs lib.8.cap.48. Colores inquit diuersos intexere Babylon maximè celebrauit & nomen imposuit. Sed& ex Atticorum consuetudine Babylonios interdum barbaros appellatos id est Medos & Persas annotauit Tornebus lib. aduersar.20. cap.31. uide & ea quæ infra de barbaricarijs notata sunt.

BACALARII,teste Rhenano,à bacillo nominati sunt,quia primi studij autoritatem,quæ per exhibitionem baculi cõcedebatur, iam cõsequuti fuissent: ut fuerit uelut quoddam mãcipationis signum in huiusmodi aliquod studium baculi traditio. Vulgus Bacalarios, eruditi Bacalaureos uocant. Sunt qui putant, quos hodie iur. ciuili Baccalaureos nuncupamus,à Iustiniano Græco uocabulo λύτας appellatos, in Procemio Pandect.§.sed quia solitum est.Sp.

BACCALAVREOS magistrorum nomine cõtineri ait Alciatus l.cui præcipua.57.ff.de uerb.signif. ex sententia Pauli Iurisconsl. qui illius legis auctor est. A Bacca Laurea nomen sumpsisse uidentur. Hi à Iustiniano lytæ uocantur.Prat.

BACCA,non à Baccho deducitur, sed primogenium est:& significat modò fructus arborum minutiores,modò gemmas & lapillos.Propriè tamen fructus sunt minutiores diuersarum arborum: ut lauri, oliuæ,myrti,& similium. Vide Ruellium capite secũdo,lib.j.de natur.stirp.Spieg.

BACCAR,uas uinariũ,simile Baccioni Fest. li.1.

BACCHARI,idem quod furere,sic Vlpianus circa fana seruum bacchari dixit quasi bacchi numine afflatum & baccharum more lymphaticè uaticinantem l.1.§.idem Viuianus.ff.de ædil. edict. παρὰ τὸ βακχεῖν quod in Bacchanalibus clamores ab ebrijs tollebantur,quasi Bacchi spiritu afflatis. Cicero de clar.orat.Quod eos quorum altior oratio,actioque esset ardentior, furere & bacchari arbitraretur. Hoto. Bacchæ uerò appellatæ, quæ per furorem sacra Liberi patris celebrarent. Ideo Mænades quoque dictæ, & Bacchus ipse Mænoles, quasi totus furens: ut scribit Clemens Eusebio citante, cap.v. lib.ij.de præparat. Euãg. Vnde Bacchata mulier seruili amore, pro uehementius, impotentiusque agitata. correpta, & planè furenti. apud Iustin. §.fin. Inst. de success. sublat. Spiegel. Sic uirginibus bacchata Laconis Taygeta canit Maro de quo Torneb.lib.adu.21.cap.10.

BAGOI uocãtur à Persis, qui Latinis Spadones dicuntur,ut testis est Plinius,libro decimotertio natur.hist. cap.quarto, quibus uinculo quodã strictiore κύστεως seu meatus penis ita contortus conuellitur, ut semen extrà ferri nequeat: unde ἀπὸ τοῦ σπᾶν hoc est à conuellendo spado dictus. Brechus in l.133. ff. de uerbor.& rer.signif.

BAII equi. Lege, Palmati equi.

BAIVLARE. Caius, Ferri propriè dicimus,quæ quis suo corpore baiulat. l.ferri.de uerb.oblig.à baiulis tractum est uerbum. Spieg.

BAIVLI (quos Græci βαστάζοντας uocant,) appellantur,qui onera mercedis gratia proprijs humeris portant: à Baijs, oppido Campaniæ fertiliss. &

amœnissimo,in quo propter confluentium aduenarum multitudinem, ob aquas calidas in eius agro existentes, & ad uoluptatem, & ad curandos uarios morbos commodiss. magna erat huiusmodi hominum gerulorum copia. Spiegel. Adde Gellium lib. 5. capit. 3.

BALANTIVM. Vide Phollis.

BALANVS genus est glandis, de quo secundum aliquos intellexit Martialis illo carmine. Hoc ex unguēnto constat, & ex balano. & Vlpian. Iureconsul. in l. carbonum appellatione. ff. de uerb. signif. licet apud eum mendosi Codices, pro balanis legant Ballarijs. Acron uerò scribit balanum esse herbam unguētariam, & ab Horatio pro unguento myrobalano positā. Balanus etiam uocatur id genus, alui subducendæ, quod clysteris loco subducitur, à specie glandis, ut ait Pollux, ex adipe & nitro cōficiebatur parte plurima. Item Balanus nomen est urbis in Epiro, ut refert Strabo: hinc fit balanatus adiectiuum, quo usus est Persius. Tum cum maxillis, balanatum gausape pectis. Sunt tamen qui balaustia legendum asserant, in illo loco Iureconsf. quæ Celsus lib. v. capitula punici mali uocat, & durescunt in ligneam duritudinem de quibus etiam meminit Plinius. Sed prior lectio gratior est, & secundum prædicta corrigenda sunt uerba eiusdem Iureconsul. in l. ligni appellat. in princip. tit. de leg. iij. Cotta in memoralibus. Cæterum ut Plinius lib. 13. capit. 4. ait Balanus palmarum fructus, qui dactylus dicitur. Nam hic populari sermone à nobis Balanus dicitur: Alciatus in Commentarijs ad l. Carbonum. ff. de uerb. sig. uide etiam Tiraq. in 1. l. connub. gl. 1. parte 1.

ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ Græci, quod nos balneum, appellant, παρὰ τὸ τὰς βαλανεῖς σώειν, id est, à succidendis balanis. Sic etiam Latini balineum uocant. Plinius lib. decimo Epistol. in epistola ad Traianum de theatro Nicæno. Claudiopolitani quoque (inquit) in depresso loco, imminente etiam monte ingens balineum defodiunt magis quàm ædificant. Balineum igitur dicebant balneum imitatione Græci uocabuli βαλανεῖον ab ipsis balanis. Brechæus l. Carbonum 167. ff. de uerb. & rerum signif.

ΒΑΛΑΝΕΙΑ σκεύη Iulio Polluci lib. 10. cap. 17. ἀρύταινα, πύελος, κρουνὸς, ἀρύταινα, ἀρύβαλλος, κατάχυτλον, id est, Balnearia uasa, peluis labrūmue, urna, fons manufactus. Cyathus, Situla, Aspergillum. Briss.

BALNEA & balneas, ut cæteri Latini auctores, ita & Iurisconsulti promiscuè dicunt. l. 50. ff. ad leg. Aquil. l. 35. §. ultim. & l. 91. §. penul. ff. de leg. lib. 3. l. 17. in fin ff. de instr. uel instr. l. 30. §. ædilis. ff. loca. Paul. libro quinto, Sentent. titulo 3. Aliorum auctorum exempla Nonius suppeditat. In Pan. Flo. ferè semper balneum scribitur l. 3 in fin. ff. de offic. præfec. Vig. l. 17. in fin. ff. de usufruct. l. 14. ff. de impen. in res dot. l. 58. in fin. ff. loca. l. ultim. §. primo. ff. de auro argent. l. 12. ff. quibus modis usufruct. amitt. l. 5. §. ultim. ff. commoda. Dixi ferè propter l. 9. ff. qui potio. in pignor. ha. & l. 55. §. lignis, de legat. lib. 3. A Græcis Thermæ appellantur. l. 1. §. 1. ff. de muneribus & honoribus l. 5. & 6. Cod. de aquæduc. lib. xj. Dicuntur & balnearia l. 13. ff. de seruit. urban. Et apud Senecam lib. 3. Natur. quæstio. Idem in lib. de tranquill. uitæ. Iam inter balnearia ait & Thermas Bibliotheca quoque, ut necessarium domus ornamentum expolitur. Briss.

BALNEA publica erant Vlpiano l. si quis in mari. ff. ne quid in loc. publ. & l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniur. Erant & priuata. l. si cuius. 13. in fi. ff. de usur. Interdum à priuatis hominibus, publicè præbebantur. l. Patronus. 35. ff. de leg. 3. Olden.

BALNEARE argentum, quo quis in Balneo etiam diebus festis uti consueuit. Scæuola. l. mediam. ff. de aur. argen. Brisson.

BALNEARIA in eundem significatū appellauit Proculus. l. quidā 13. in prin. ff. de seru. urb. præd. Pra.

BALNEARII fures qui ex Balneo quid surripiunt & furantur maxime eorū qui in balneis lauāt. l. 1. ff. de furibus Balnear. &

BALNEARIVM Furtum l. fi. ff. eo. & apud Tertul. lib. de idololat. Balnearij aūt Fures cur acerbius cæteris puniantur, explicat Arist. in problemat. Sp. Adde Alciatū lib. 2. parergῶν cap. 38. Forcatulum in Necyomant. dialogo 28. nu. 5.

BALNEARIVM instrumentū, quo etiā Balneatorē contineri Marcianus scribit l. item pictoris. 17. §. instrumentum. ff. de instru. instrumentoq; lega. Sp.

BALNEAS legatæ domus esse portionem, si per domum intrinsecus adhibeantur uide Paulum l. prędijs. de legat. iij. Spieg.

BALNEATOR qui Balnea pręebet. l. 4. §. ait Pręetor ff. de ijs qui not. infa: Spie. l. 30. §. Ædilis. ff. locati. Balneator etiam seruus qui balnei usibus deseruit l. 17. in fine. ff. de instr. uel inst. leg. l. 15. §. 1. ff. de usuf. Balneatorium quod Balneis usui est & accōmodatum. Martianus. l. item pictoris. 17. ff. de inst. uel inst. Balneum. quidam Balineum, quod non abhorret à ratione, cum græci βαλανεῖον uocēt. Enimuero in monumētis antiquis, Balineum potius quàm Balneum reperitur. Prat.

BALNEORVM partes, formamq; Vitruuius li. 5. c. 10. ita describit: Aena supra hypocaustū tria sunt cōponenda, unū caldariū, alterum tepidarium, tertium frigidarium: & ita collocanda, uti ex tepidario in caldarium quantum aquæ calidæ exierit, influat: de frigidario ad tepidarium ad eundem modum. Idem subijcit, Laconicum sudationésque tepidario coniungendas. Plinius apertiùs singula lib. v. Epist. ad Apollinar. exponit. Cuius rei & ex libris nostris probatio peti potest. Tepidarij quidem certè meminit l. 19. ff. de seruit. urb. Hypocausti uerò & sphæristerij, quod balneis adiungi solitum, Plinius quoq; epistola iam allegata indicat, meminit l. 16. ff. manda. & diætarum hypocaustarum. l. 55. §. lignis. ff. de leg. lib. iij. & fornacis ac fistularum. l. 58. §. ult. ff. loca. & tubulorum. l. 13. ff. de seruit. urb. Ex hypocausto autem per tubulos cuniculosq; & fornaces uapor trahebatur. Inde balnearij uapores in l. 3. §. hoc interdictum. ff. de riuis. & in l. 8. §. ultim. ff. si seru. uindic. De tubulis & fornacibus balneorum mentio habetur in l. 13. ff. de seruit. urb. & l. 58. in fi. ff. loca. Briss.

BALINEVM ait Varro lib. 4. Lat. linguæ, ueteribus locus, ubi urnæ poni solebant. Prat.

BALIVVS, ut ait glossema ad cap. 1. §. potestas uerò. de pœn. in clem. uulgare prouincialium cap. dilecto. de sentent. excommun. in 6. in Francia dicuntur præpositi. Hi de causis capitalibus, & ciuilibus cognoscunt, ut apud Gallos notissimum est. Albericus scribit uulgare esse Gallorum, hocque nomine iusticiarios, & locorum rectores, iudices temporales, & seculares contineri, quod optimè probat cap. quoniam. de immunit eccles. libr. 6. Prateius. Connanus libro quarto cap. 15. circa finem præsides prouinciarum uocat Balliuos.

BALLISTARIVS. Ballista, à βάλλω, id est, iacio, machina est, q̄ siue saxa iacit, siue sagittas. Quæ saxa, maior ballista appellari pōt, quę uero sagittas, minor.

Balli-

Ballistarium locus unde mittebantur ballistę, uel ubi sitæ erant: Torneb.lib.aduers.15.c.6. & ballistarij, qui ballista utuntur. De quibus maximè sagittas torquentibus mentio in iure Pontificio.

BALVCA aurum est nondum purgatum, neq; adhuc in massá redactū. Græcè chrysammos dictū, quasi ab eo, quod sit aurū imperfectum. Neq; est uerbum Latinum, quod Accursius putauit, sed Hispanum, scribit Plin.lib.33.natur.histor. Hispani, inquit, aurum quod minutum est, balucam uocant. Iustin. lib.11.in tit. qui est de metallarijs. Octonos, inquit, scrupulos in baluca. Et infrà l.ob metallū. Cuius legis sensus hic est: quòd si metallarij conduxerunt à principe aurifodinam aliquot auri libris, puta centum, id debere esse purgatū, quod soluēdum est. Qđ si uoluerint soluere in baluca, debere pendere pro singulis libris quatuor denas uncias, hoc est, pro intertrimento & spurcitia duas ultra duodecim. Est operępretium audire somniantē Accurs. Baluca, inquit, uas lucens, quasi in eo uase aurei illi uectigales principi deferrentur. Sed quia hæc interpretatio illi nō placebat, adiecit aliā non minus ridiculā. Vel baluca, inquit, quasi baiulans lucem, hoc est, auri splendorem &c. Nebriss.

BALLVCA est χρύσαμμος, ut Tribonianus exposuit, quæ nuper effossa est è terra. Sic & ad 2. Græci 56.[illegible] tit.11. [illegible] χρύσαμμα [illegible]. Pollux [illegible] uocat. Cuiac. l.1. C. de metallar.& metallis lib.11.

BALTHEVS Varroni dicitur Cingulū è corio bullatum quo equites accingebantur, quod erat equestris ordinis insigne, nec ante acceptum cingulū milites habebantur. Istud etiam cingulum tum prestari solitum erat, cum cui ius equestris aut militaris dignitatis tribueretur. quod planum fit ex Dione in Traiano. Quum Suræ traderet tribunatum militiæ parazonium, quo pro militiæ dignitate accingēdus erat, nudum porrexit ac talem, inquit, ensem accipe quē pro me ita strinxeris, si iustè imperauero. quòd si perperam per me fieri cognoris, in perniciem meā utaris uelim &c. Conna.lib.9.cap.5.nu.8.

BALTHEVS. Baltheus & baltheum in singulari, in plurali neutrum tantùm, militare cingulum uel zona bullis ornata dicitur. Dictum quasi bullatū cingulum, quod Græci ζωστῆρα appellant. Itaq; baltheus, siue baltheū, [illegible]. Varro enim baltheū inter arma asscripsit. Qui gladiatores (inquit) baltheum cingulum è corio habebant. Hæc ferè omnia ex Baysio, quæ minùs rectè assecutus est Accursius lib.11.C.tit. Nulli licere in sellis &c.

BAMBALIO pater Antonij uxoris propter hæsitantiam linguę per summam contumeliam dicitur à βαμβαλίζειν quod est tremere, dentibus crepitare, & labijs balbutire Torn. lib.aduers.17. cap.19.

BANNALIS mola, noua & barbara seruitutis species est, qua hodie passim rustici coguntur una mola quam bannalem uocamus, unoq; furno uti ad quæstum domini qui fortassis præest iurisdictioni eius pagi Balduinus ad tit. de seruit.Inst. Similiter &

BANNALIA flumina, quæ iuri eruditi præscripta uocant, sunt, quæ dominis beneficiarijs confinium prædiorum, aut permissione principis, aut longi temporis præscriptione, aut consuetudine, aut alio iusto titulo quæsita sunt: cuiusmodi hodie penè omnia flumina esse censentur: factaq; priuata quæ natura publica erant. Nam Martiani (ut uidetur) responso inuitati potentiores, cùm pluribus annis in flumine soli piscati sunt, cæteros eodē iure uti prohibent. l.si quisquam.ff.de diuersis & temporalib.pręscriptionibus. Quanquam, ut inquit Papinianus, præscriptio longæ possessionis, ad loca iuris gentiū publica obtinenda, concedi nō soleat. l.præscriptio. ff.de usucap.& usurpat. Putat Vlpianus si quis prohibeatur ante ædes meas, uel prætorium meum piscari, iniuriarum agi posse, l.iniuriarum. §.fi.ff. de iniurijs & famosis libellis. Si quis tamen se obstrinxerit, ut certo loco piscationem exerceat: lex pactionis seruanda est. Cæterum ea flumina bannalia, potentiores ita tuentur, ut si quis eos interturbet, interdicto uti possidetis (quod Galli querimoniam Saisinę, & nouitatis appellant) agant, & experiātur.

BANNVM, neotericum & nuper inuentum uocabulum est, inquit Oldendorp. sed res antiquissima. Est autem Bannum, eodem finiente, quo omnia humanitatis iura, uicissitudinesq; officiorum, & commercia interdicuntur rebellibus. Ideoq; soli Cęsari, qui generalem ubique iurisdictionem habet, iure bannum indicere licet. Cæteri magistratus non banno, sed relegationibus, alijsque pœnis utuntur. sumptus est autem Banni usus, iuxta ipsum, ab instituto Romanorum. Romani enim Draconis Atheniensis durissimam legem imitati sunt, similitudine quadam: quia igni & aqua interdicere solebant: qđ ei nihil esset reliquum, cui hæc elementa denegarentur. Spiegelius. Sic legitur Codic. de Episcopis & clericis in constitutione Friderici banno subiaceant Imperiali: intelligens proscriptionem: quę exilij species est. Et æquiparatur deportationi: & rursus excommunicatio habet similitudinem cum banno. gl. in §.relegati. Instit. quibus modis ius pat. potest.sol. Doctores in l.1. de hæred. inst. Sublata autem deportatione, cum prouinciarum numerus sub imperio Romano in angustum redigeretur: peruentum est ad proscriptionem, quam dicimus Bannum, seu Excommunicationem Imperialem. cuius meminit Fridericus 11.in Constitut. de Statut.& consuet.§.item nulla potestas. Et cum primùm hæc nouissima proscriptionis pœna introduceretur, obseruata fuit, ut idem nouè tradit Oldendorp. differentia, inter Censuram & Bannum, hoc modo: Censura Imperialis, Die Keyserlich Acht, intra annum habebat hanc appellationem. Quia imperium censet, utrū in eam sit declarandus, an non. nostra enim lingua Achten/ significat iudicare, existimare, reputare. Adimebat autem securitatem & pacem, publicatis personis & rebus. Bannum uerò, Die Bann/ id efficiebat, ut sic bannitus apprehendi quidem posset in quolibet iudicio, sed non passim occidi. Post annum uerò ista censura & proscriptio iterabatur, confirmata grauioribus pœnis. Inde dicta est, Die Oberacht/ quasi aggrauatio excommunicationis & censuræ Imperialis. Cæterum bannum in legibus Longobardorum solidorum 60. uel totidem ictuum pœnam significat: & id quidem constanter, nisi si legis ipsius uerbis aliter definitur. Bannum autem, & ab eo Bānire uerbum, eadem omnino significatione, qua à Francis hodie usurpatur, in eis quoq; legibus accipi, indicant capit. 1. titul.lxvij. legis Ripuanor. titul.xvij. legis Frision. titul.40. libro iiij. leg. Franc. Quibus in locis cum ad bellum à principe uocati Banniti dicantur, & Heribannum uectigal pœnæ caussa, quod ab eo exigitur, qui Heribanno, id est, Domni, ut tum quidem loquebantur, siue principis uocationi parere contempserit. cap.lxxj.& lxxij. libro 4.leg.Franc.& lib.3.Longobar.tit. de Heribāno, non temerè quis dixerit uoces quoq; Francicas Ban-

& Arriereban ab eis deductas. Verũ cum Banni, Bannitiq; uerbum commune & generale sit (nam quos propria quadam appellatione Bannitos dicimus, illi forbannitos uocant) hæc autem Francica Ban, & Arriereban. ita coniunctim de illa tantùm ad bellũ uocatione usurpare soleant, tentari ex aduerso non incommodè potest, uideri potius à Bando deducta, in Bannum uulgarem magis uocem desciuisse. Bandũ autem signum est ipsius ducis & Imperatoris, à quo & Bandophoros dictos, Procopius scribit lib. 4. Belli Vuandalici. Paul. monachus. lib. 1. histor. Longob. c. 13. Tato Rodulphi (is erat Herulorum rex) uexillũ quod Bandũ appellant, eiusq; galeam, quã in bello gestare consueuerat abstulit. Suidas, βανδὸν καλοῦσι Ρωμαῖοι τὸ σημεῖον τὸ ἐν πολέμῳ. Quæ interpretatio rectior & uerior uidetur illa quã Stephanus περὶ πόλεων tradit, ubi de Alabanda loquitur, Romanos scilicet βανδὰν uictoriam dicere. Sed facilis est exterorum hominum in aliena lingua uel exaudienda, uel exprimenda, aurium, linguæ, animi deniq; lapsus. Quanquam sanè utrunq; simul ferre potest. Bandi etiam uerbo, pro signo militari usus est pluries quisquis auctor est eius libri, qui περὶ στρατηγικῶν κατασκευῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων Iustiniani Imper. nomine editus est. Verum ne cui nouum, & insolens uideatur, quod diximus, quasi Banni uerbo siue Francico, siue Longobandico, uerisimilius multò sit nostros, quàm Græco, aut Latino usos, profecto Bandis, & Banderes à Bando potius dici, nemo opinor sanus negauerit. Est & de Heribanno Francorum Gregorij locus. libr. xv. histor. cap. xxvj. Chilpericus (inquit) rex, de pauperibus & iunioribus Ecclesiæ uel Basilicæ Bannos iussit exigi, pro eo quod in exercitum non ambulassent. Non enim erat consuetudo ut hi exsoluerent ullam publicam functionem. Ban & Arriereban, utrunque Heribannum est. Pithœus Aduersariorum libro 2. capite xij. Bannum, Albericus auctor est, à Banderia, quæ uox illi paruum uexillum significat: & à uerbo, eo, is, ire, deriuari.

BANNVM componere, iure Longobardico, est super mulcta pacisci. Vide Alberic. in l. hodie. ff. de pœnis. Spiegelius.

BANNITVS, quem excommunicatum Alciat. lib. de sing. certam. cap. xxiij. uocari scribit, quasi abannitus qui in annuum exilium actus est. Hic cui æquiparatur? Accursius in §. relegati. Institu. quibus modis ius pat. po. ait pro delicto, relegato, deportatóue. De hoc Bart. quæst. 1. incip. Lucanæ. pernegat: huius sententiam uidetur probare Angelus in d. §. relegati. Tu utrunq; consule. Bannitos ex crimine & delicto intelligi Alciatus respondit respons. 454. numer. 1. ex sententia Bartoli in l. omne delictum. ff. de re milit. Bannitus à Rege, excommunicatus dicitur capite 1. in fin. princip. hic finit lex, deinde consuet. in usib. feud. Prat. Corrasius lib. 1. Miscell. c. 24. proscriptos uocat.

BANNITORVM receptatores non puniũtur, quando propter timorem, & non spõte bannitos hospitio recipiunt. Bald. in l. in delictis. ff. de nox. sequitur Ang. in malef. in uer. dicto maleficio semper astit. ad fin. Soc. consi. 262. In causa magn. col. ult. lib. 2. Hippolytus cons. 25. ultra ea. col. 5. Et hæc adde ad l. 1. & 2. ff. de recept. & ad ea quæ latè tradit Florianus in disput. sua. inquisitus. in 2. dub. Corta in Memor.

BAPHEVS, tinctor: & Baphe, tinctura. utrumq; à βάπτω ductum, quod est tingo, colores inficio. Iust. lib. 11. C. tit. de Muril. Baphei, inquit per quos & priuata nostra substantia tenuatur, & species gynecij confectæ corrumpuntur. Idem in tit. de uest. olob. l. purpur. Ad Baphia, ait, Phœnices. Sp. Βαφεῖς autem tingendæ purpuræ Imperatorum præerant. Porro de procuratore baphij meminit Euseb. lib. 7. c. 32.

BAPHIA, taberna est tinctoria, βαφή. Hinc Lampr. in Alexand. purpura Alexandrina, uulgò Probiana dicitur: idcirco quòd Aurel. Probus præpositus baphijs, id genus muricis reperisset. Apud Phœnices autem tingebatur preciosissima purpura, quorum tincturam Suidas appellauit Oxum, ὀξὺ ἀπὸ τῶν φοινίκων. Hinc Oxobapta, in l. j. C. Quæ res alie. non poss. Corruptè ergo ibi dipapta legitur. Alciat. C. de uest. olob. l. ult. lib. 11. Sp.

BAPTISMVS. βαπτισμὸς Græcè, interpretatur Latinè immersio, seu lotio. Baptismus quidem per aquam confertur, ut res inuisibilis per illud uisibile elemẽtum (super quod Spiritus sanctus ferebatur) conferatur. Sicut enim aqua corpus uisibiliter purgat exteriùs, ita quoq; baptismus latenter animam. Vnde D. Augustin. unde (ait) ista tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente uerbo? nõ quia dicitur, sed quia creditur. Habet aũt baptismus à petra Christo originẽ, sicut in ult. Matth. dicitur, ubi discipulis præceptũ est, ut baptizarent oẽs gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, quanquam Pagani siue Gentiles, circa fontes tẽpla sua facere solebant, uel saltem ibi semper aquam habebant, per cuius aspersionẽ purificari credebãt, sic quodammodo figuraliter ad baptismum tendentes. Non tamen ab eodẽ sumpsimus consuetudinem baptismi, imò à tribus, quæ in ueteri testamẽto fuerũt, scilicet à cataclysmo (id est, diluuio) à mari rubro, & à Iordane, quæ baptismi figura fuerũt. Baptismũ igitur (ut dictum est) dñs instituit, cũ de latere suo sanguinem & aquã produxit, q̃ & antea quasi lege edictali sanciuerat dicẽs: Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnũ cœlorum. Et ipse dñs baptizatus est in sua passione. Vnde (inqt) baptismo habeo baptizari, quo coarctor, usq; dum perficiatur. Itaq;, baptisma tres producit effectus: remittit culpam, uitat damnationis periculum, & aperit regnum cœleste. Illud tñ sciendum, baptismũ reiterari nefas esse: unde & titulus est Codicis, Ne sanctum baptisma iteretur. Anchor.

BAPTISMI forma duo copulatè exigit: uerbũ, & elementum. quod docet August. Homil. 80. quod probatur iunctis Euan. locis Ioan. 3. ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος, καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. & Matth. c. ult. βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Huius effectus est remissio peccatorum ut docet Petrus apud Lucã Act. 2. βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ἰησοῦ χριστοῦ εἰς ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. Tu uide 1. q. 1. & de consecr. dist. per totam. Prat.

BAPTISTERIVM, dicitur Lauacrũ quod ex spoliario ingrediebatur controuersim & è regione frigidarij Baptisterium erat. Plinius Cæcilius, cuius in cõtrarijs parietibus duo baptisteria ueluti eiecta sinuantur abunde capacia. Vitruuius. Cæterũ bapto uerbum Græcum significat tingo. Baphia loca ubi lanæ tinguntur, Seruius appellat. Dibaphum purpura bis tincta & consequenter prætexta nobilior Ciceroni Seruioq;. Ioan. Bapt. comment. in Epist. Sidon. Apollin. ad Domitium. lib. 11.

BAPTÆ. Vide infrà, Sericobaptæ.

BAPTIZARE, è Græcorum uerborum numero est, quæ modica inflexione facta, olim sunt cõuersa in Latinitatem. Imp. in l. 2. C. de sanct. bapt. iter. utuntur uocabulo rebaptizare. Spieg.

BAR-

BARBAM expilare, in Placit. Feu. de pac. tenen. §. si quis alium cœperit.

BARBARAE nationes, quæ alio iure utuntur, quàm Romanorum principum constitutionibus l. nulli. C. de Episc. & cler. §. quòd si testator. Sp.

BARBARVS primò dictus est Græcis, omnis qui aliena loqueretur lingua: quòd ipsis grauiter loqui uideretur. Tandem uisi sunt & Latinis Barbari, qui aliena uterentur lingua, uel ipsis non intellecta, uel inconcinnè duriterq; prolata. Nunc quisquis loquitur peregrina, & nobis incognita lingua, aut moribus est inconditis & horridis, is est nobis barbarus: ita quibus tantum cognita est lingua Germana, ijs omnes aliæ linguæ sunt barbaræ, quod ipsi uocāt Welsch. Et hi iam diu satis, non tamen frustra ab Italis uocati sunt Barbari: quòd Latinam linguam grauiter & inconcinnè loquerentur. Dei tamen dono, & clarorum diligētia uirorum, nunc barbariē exuerunt, & utraq; lingua cum Italis certare possunt. Sed quantum linguæ barbariem ademerunt, tantū eandem moribus adiecerunt, per mercatores & milites peregrè allatam. Inde est luxus in uestiendo, & uescendo, CHRISTI contemptus in maledicēdo, & insania in potando: quod Volzius Exabbas queritur in suis Obseruat. Adde Gellium libro quinto, capite uigesimo.

BARBARÆ gentes, initio omnes præter Græcos dicebātur, etiam Romani ipsi iam domini: pòst Latini, & Itali ea sunt nota exempti, donatis prouincijs omnibus ciuitate, & in senatum ex illis compluribus etiam ascriptis qui fuerunt senatores, ut attestatur Lud. Viues, tametsi Romam nunquam uenissent, ut ciues alij qui Romam nunquam uiderūt. Cæterum Barbarici nomine illi soli sunt notati, qui sub Romano imperio non essent. Sic Rhenus noster duas dicebatur habere ripas, hanc citeriorem, illam ulteriorem, Barbaram: cuius meminit I. C. in l. Lucius. de Euict. & Claudian. O quoties doluit Rhenus, qua Barbarus ibat, Quòd te non geminis frueretur iudice ripis. Spieg.

BARBARICARII uel Branbaricarij uocabantur qui argento, uel auro, uel ære, casſidas & bucculas tegebant, & deaurabant, ut apparet ex l. 1. de fabricens. in C. Theod. Sic accipe in l. 1. de excusat. artif. lib. 10. C. & in notitia. Quo loco de Comite sacrarum largitionum in partibus occidētis agit. Est hoc uocabulum corruptum in l. 1. de præposit. agent. in reb. lib. 12. C. Briss. Donato Æn. 11. Barbaricarij dicuntur, qui ex auro coloratis filis exprimunt hominum formas, & animalium, & aliarum specierū imitatam subtilitate ueritatem. Palæmon in glossis: Barbarica ornamenta ex auro. Cuiac. in l. 1. C. de excus. artific. lib. 10. Hi ipsi dicuntur & Phrygiones: quod Phryges acu pingere primi instituerint, ut annotat Tornebus lib. aduers. 5. cap. 25. Nec nouum est Phrygas dici barbaros. ut apud Horatium Græcia barbariæ lento collisa duello, id est, Phrygiæ & apud eundem Sonante mixtum tibijs carmen lyra, hac Lydium, illis barbarum, id est Phrygium: & apud Maronem Barbarico postes auro spolijsq; superbi, id est, Phrygio. Phryges enim opibus & auro abundabāt, opinioq; Græcorum erat eos opulentos fuisse, ut & Persas. Itaq; ut barbarus ætate Demosthenis diceba tur Persarum rex, sic barbaros, qui de bello Troiano scripsere, aut tragœdias illius argumenti attigerunt, Phryges intellexerunt: quanquam latius barbari nomen patet. Tornebus lib. 9. aduers. cap. 18.

BARBARICVM Festo lib. 2. appellatur clamor exercitus, uidelicet, quòd eo genere barbari uterentur. Imperatores uerò in l. 2. C. de commerc. & mercat. sumitur pro barbarorum solo, loco, & terra. Sic & apud Ammianum Marcellinum libro 18. uisus in barbarico miles per Hortarij regna transibat intacta. Prateius.

BARBARICA lex appellatur Romana Alciato lib. 6. Parerg. c. 12. ex Plauto. &

BARBARICVS ritus in mensis, pro Romano, & frugali, cur à Plauto dictus ostendit eleganter Alciat. lib. Parerg. 6. c. 26. Sp. Vide & Maioragium lib. 3. Miscel. c. 12. ubi explicat quid sit Barbaricum.

BARBAROS in Impp. Constitutionibus accipimus, quicunq; Rom. Imperio non parebant. l. 26. C. de episcop. & cler. Sic & in l. penult. in fin. ff. de bon. damnat. Inde barbaricum pro barbarorum solo. l. 2. C. de commer. Ammia. Marcel. lib. 18. Visus in barbarico miles per Hortarij regna transibat intacta.

BARBATI, apud Romanos ioco prouerbiali, dicti homines, priscis ac simplicibus moribus rusticanæq; ueritatis: quòd illic serò receptum sit, radere barbam. Eò spectat illud Iuuenalis, Facilè est barbato imponere Regi. Quod de ueterum horrida, non pexa barba accipiendum est. Hæc ceu molliter curata, per diminutionem Barbula. eosq; qui eam gerunt, Barbatuli appellati sunt. Cic. in Orat. pro M. Cælio. Spieg.

BARCAM Isidorus lib. 19. adpellat, quam quidā ab oneribus gerendis dictam putant. βαλάνην κοινῶς uocari scribit Harmenopulus lib. 2. tit. ἐκ περὶ ναυτικῶν. à Paulo lib. 2. Sent. tit. 7. §. leuandæ. nominatur. Pra. uide ēt Cuia. lib. 2. recep. sent. Iulij Pauli, ti. 7. §. leuādę.

BARDVS Nonio, ui propria, & ingenio tardus. Ná, inq̃t, Grȩci bardos, tardos dicebāt. Home. Ilia. ψ.

— ἀλλά τοι ἵπποι
βάρδιστοι θείειν.

Festo stultus à tarditate ingenij dicitur. Huic opponit Zas. in Epito. Feud. tit. de feud. success. strenuum uirumq; bellicosum. Prat.

BARO ἀπὸ τοῦ βαρὺ ductum putant Alber. & And. Alc. lib. de sing. certamine cap. 32. βάρυμα enim grauitatem significat. Baronis uulgare nomen esse, proq; generoso, insigniquе homine accipi scribit idem libro 5. Parerg. capite 16. Hunc ita definit Baldus in ca. innotuit. de elect. ut sit quisquis merum, mistùmque imperium in aliquo castro oppidóue concesſio ne principis habet.

BAROS, inquit Eras. Grȩcè nonnunquam fastū significat. & Latinè graues uiros dicimus eximios magnæq; autoritatis, unde suspicor & uulgò nunc dici Barones, qui generis ac uirtutum autoritate cæteris præeminent. Spieg.

BARRONES, quam probam esse putauit dictionem apud Cicer. in de Finib. 2. interpres doctiss. inquit, quasi nasci quosdam homines, & sola corporis mole graues, ut sunt barri, id est elephantes: quorum uox Barritus dicitur. Qui elenchum illius comment. addidit, Barones, ait, per simplex r, dicuntur potentes & principes: citatq; Cic. ad Attic. lib. v. Epist. Sed fortè non minus fallitur, quàm ij qui putāt, & Ciceronem in eodem opere Francorum meminisse. Id errati primus omnium Rhenanus restituit. Ná & hic lectio corrupta uidetur. pro Barones enim reponendum Varrones, haud uulgariter eruditi quidam monuerunt. Insulanus tamen, ceu probum Baronis uerbū, agnoscit apud Cic. receptum, & ait, eminentem atq; maiorē aliquā potestatem significare: Italosq; nomē Baroncelli inde, suo more, tanq̃ minorem

rem Baronem finxisse. Alciatus Verones, inquit, seu imitatione Dorica Barones, accepi populos Hispaniæ esse: sic à fluuio, cuius Mart. quoq; meminit, dictos: qui solebant principib. apparere, & excubias facere: quos & uerisimile est eligi solitos prægrandi corpore, quamuis mente stolida essent: quod huius militiæ proprium est. Hæc ille. Sed an rectè Baronis uoce significetur, qui Germanicè *Freyherr* dicitur, adhuc quærendum esse puto. Constat auté consensu interpretum Pontificij iuris, Barones Comitibus præponédos, in Epigrapha. c. grandi. de Supp. negl. præl. lib. 6. Cæterùm in Placitis Feudalib. Barones numerantur inter Valuasores, & Vasallos, uocabula illota, ut ait præceptor noster Zas. Sed teste Barone à Tautenbergo, nostris, hoc est Germaniæ morib. Comiti Baro prorsus æquiparatur, nullumq; est inter eos uel dignitatis, uel preeminentiæ discrimé: nisi quòd de Comitatu non sit inuestitus Baro: qui tamen in omnibus rebus suscipiendis, honoribusq; administrandis, haudquaquam Comite censetur inferior. Baro item mulier fuit philosophiæ dedita, ut scribit Suida: quem P. Manutius allegat. Ex eo philosophos, qui stolidiores essent, non philosophos, quòd ex eo nomine uiderētur indigni, sed Barones uocabant: ut quasi mulierculæ per contemptum appellarentur. Cic. ult. Epi. lib. 9. Fam. Ille Baro te putabat quęsiturum, num unum cœlum esset, an innumerabilia? Sic. n. ille hunc locum emendauit. Quamuis Eras. inter eas uoces Baronem cōmemorat, quæ uidentur unà cum barbarico imperio inuasisse. Spieg.

BARISELLI, *feymer* uulgò, apud Sicábros seu Vuestualos, umbram præ se ferunt Quæstorū, Triūuiralium parricidij capitalium. Zas. in l. 2. de Ori. iur. Bal. in Vsib. Feu. in tit. de proh. feu. alie. §. præterea 2. Barisellos nominat singulares iudices, sine certo tribunali iudicantes. Spieg.

BASES, quorū meminit Iabol. in l. hæres meus. 35. pen. ff. de leg. 3. dicuntur orbiculi illi, quibus uasa in mensis collocantur, ne toralia polluantur. Quamuis apud Iureconf. uerba mendosè circunferantur. Sunt & alij maiores, ut sessiones statuarum, columnarum, siue fabricarum, quæ à fundo consurgunt, & suppositæ fabricæ sustinent pondus. Et de his intellexit Pomp. in l. pen. ff. de uerbor. signific. Cotta in Memoralibus. Spie.

BASILICA ἀπὸ τοῦ βασιλέως dici putat Festus lib. 2. sunt autem locus publicus in quo iudicia exercebantur, Fabio lib. 12. uenaliaq; proponuntur Alciat. lib. 1. prætermiss. ex Vitruuio. & l. pediculis. §. 3. ff. de aur. & arg. leg. & uero quia ab Rege ducantur, domū regiam, palatiumq; significant eidem in rubric. C. de sacr. sanct. eccles. quam significationem templis conuenire ibidem scribit: quia est Regis æterni palatiū Archidiac. c. non oportet. 2. 42. dist.

BASILICA etiam libri sunt quibus continētur leges ab Imperatoribus promulgatæ, uel compositæ, qui libri hodie extant Græcè scripti, quibus lux magna iuri nostro ciuili adferri eorum lectione constat. Horum auctor est Leo philosophus, ut Harmenopulus & Theodorus Balsamo testantur: qua de re I. Cuiac. lib. 6. obseru. c. 9. Prat. Sacram rem, uel religiosam, inquit Vlpi. uel usibus publicis, in perpetuū relictam, ut forum, aut Basilicam, ut hominem liberum, inutiliter stipulor, quamuis res sacra, prophana fieri, aut usibus publicis relicta, in priuatos usus reuerti, & ex libero, seruus fieri possit. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerb. oblig. In cuius interpretatione admonui, Basilicam apud Vlpianum non significare locum ipsum, in quem Christiani conueniunt, deo dicatum: quamuis in ea significatione dictio huiusmodi apud Hieronymum, & alios Ecclesiasticos scriptores, nonnunquam legatur. cap. perlectis. §. ad Episcopum xxv. distinct. à quibus, & illud scriptum inuenio, quod cum Gotthi urbem Romam irrupissent, illos in primis securos, inuiolatósque sinebant, qui in Apostolorum Basilicas confugissent. Etenim fuit Vlpian. ut alibi scripsi, religionis Christianæ insectator crudelissimus, ut uerisimile non sit, dicata Christo, eiusque discipulis templa, tanta apud eum dignitatis fuisse. Sciendum itaque Basilicam propriè significare locum in quo negotiationes priuatæ, consilia & iudicia exercebantur: dicta Basilica, quasi Regia, Græci enim βασιλικὴν, regiam appellant. Debent quippe (ut Vitruuius Architectus in quinto tradit) Basilicæ adiunctæ esse foro. Et quàm calidissimis partibus, ut per hyemem, sine molestia tempestatum, possent se in eas negotiatores conferre. Iudicia autem peragi solita in Basilicis, indicat Quintilianus in xij. Trachali oratoris uocem, cum in Basilica Iulia diceret auditam laudatamque fuisse, ex quatuor tribunalibus. Et Plinius in Epistolis. Descenderem, inquit, in Basilicam Iuliam auditurus: quibus proxima comperendinatione, respondere debeam. Sanè Basilicam principio locum fuisse constat, quo sub tectum, & ante uestibulum ædium principes ad ius dicendum conueniebant, cui dignitatis gratia, tribunal posteà additum est, tanquā plus inesset authoritatis, quòd iudicia publica ante domos darentur. Ac deinde, quo Basilica laxior esset, primarijs testis non sufficientibus, porticus intrinsecus hinc atque hinc additæ sunt. Quatuor porro Basilicas Romæ fuisse legimus. Portiam, quam Cato Censorinus magna mole construxit. Opimam, in qua cœnaculum erat, quod in ea seniores assiderent. Pauli, quæ 1000. & 500. talentis taxata, mox Fuluiæ consecrata fuit, quam columnis è Phigibus mirabilem inter magnifica locat Plinius lib. natur. histor. xxxvj. cap. xv. Papiniusq; ad nomen alludens eleganter Regiam dixit, cum in 1. Syluar. ait:

Illinc belligeri sublimis Regia Pauli.

Et aliam Iuliam, Centum uiralibus causis dicatam, cui construendæ tradit in quinto Vitruuius, se præfuisse. Basilicas uias nostrates interpretantur, prætorias, & consulares, hoc est, publicas magnásque. l. 2. §. uiarum. ff. ne quid in loc. pub. Nam quod magnum est, Basilicum dicitur. Et Græci βασιλικῶς, pro magnificè, prouerbiali figura dicunt. Grandioremque & excellentiorem brachij uenam, Physicā Basilicam dicunt: tres esse uenas in brachijs tradentes: Basilicā, cephalicam, & nigram, seu quod in medio harum sit mediam, communémue, quæ in furore & delirio fieri solet. Ioan. Corrasius lib. 6. Miscell. capite xviij.

BASILICAS Romæ plures fuisse scribit Onufrius: Basilica Pauli Æmilij, Iulia, Vlpia, aliàs Traiani, Porcia, Sempronia, Argentaria, Opimij. De quibus Plin. lib. de uir. illust. & lib. 5. Epist. Suet. Victor. Varro lib. 4. ling. Lat. Prat.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ. βασιλικῶν libros uulgò ἑξηκοντάβιβλον nuncuparunt, quod sint 60. diuisi in τεύχη sex, non quatuor, ut plerīq; putant. Auctor eorum est Leo philosophus, ut Harmenopolus scribit, & Theodorus Balsamo in uersib. Heroicis apertè testatur. Sed adiungit Leoni Phocium, quod eodem tempore hic canonibus, ille legibus digerendis operam impēderet.

ret. Basilius Macedo cum filijs Constantino & Leone philosopho ediderat iam antè πρόχειρον distinctũ titulis sexaginta. Eum consequutus Leo filius promulgauit βασιλικῶν libros 60. eodemq; tempore Phocius patriarcha Cõstantinopolitanus Νομοκανόνα, quo titulo & alij quidam libri ante eum fuerãt, distinctũ titulis 14. quem & πρόκανόνα appellatũ reor, quia præponatur is Phocij liber Canonibus, quod Balsamo in præfatione ad Phociũ significat ijs uerbis: περὶ τῶν κανόνων συγκεφαλαιωθέντα, qui multò post Phocium in eum, & in Canones omnes commentaria scripsit iussu Manuelis Imperatoris, uir Iuris & legum peritissimus, ut Nicetas scribit in Isaacio Angelo. Cuiacius obseruat. lib. 6. cap. 9.

BAΣΙΛΕΙΑ eo sensu dicitur, quo Augusta, q̃ Regis, Imperatorisue uxorem significat.

BASILISCVS Festo lib. 2. serpentis genus. uel quòd in capite album habeat instar diadematis, uel quòd reliqua serpentum genera uim eius fugiant. Prateius.

BASILISCVS etiam tyrannus fuit sub Imperatore Zenone: de quo accipiendam putant l. decernimus. 15. C. de sacr. sanct. Eccl. Huius meminit Suidas: & uide de eo Nicephorum, Procopium, & Zonaram. Prat. Meminit & Basilisci huius Cuiac. obseruat. lib. 3. cap. 19.

BASTAGA, munus, siue onus fiscalium rerum iumentis portandarum in Valenti. & Valentis ad Festum consti. l. 3. de cohortalib. libr. 12. C. & in Leonis Imp. lib. de bellico adpar. Bastagam autem priuatã sub dispositione Comitis priuatarum sacrarum diuinæ domus. Præpositos uerò bastagarum sub dispositione Comitis sacrarum largitionum Notitia collocat. corruptum uerbum quibusdam uidetur: Nam βαστάγμα Græcis dicitur ἀπὸ τοῦ βαστάζειν. Hot.

BASTAGARII, quibus id oneris incumbit l. 4. & 8. de murileg. lib. 11. C. Hi uecturæ rerum ad ærarium pertinentium seruiunt, quam iumentis faciũt. Spiegelius.

BASTAGARIOS etiam dici putat Alciat. rub. de murileg. libr. 11. C. qui necessaria militibus portabant. Opinatur idem fuisse eos qui uestes ad tincturam ferebant, referebantq;. Vide & Connan. lib. 4. cap. 15. num. 3.

BASTARDI uulgo à Germanico Böß ar / id est, degeneris ingenij. Et ideò pater nõ omninò certus est, quasi tñ quodãmodò certus est, qua de causa ei etiam omninò ab intestato nõ succeditur, & ex testamento eius liberi nõ semper solidũ accipiunt. Cuiac. in exposit. No. Iust. 18. fol. 44. ferè in prin.

BATIOLA, uasis genus Nonio: qua uoce usum Plautum scribit: ex quo didici eam auream fuisse.

BATILVM è ferro ducitur, quo prunas, & cinerẽ è foco tollere solem⁹, ut aliò trãsferamus. Horat.

— Prunæq; batillum.

BATTOLOGIA iterationis uitium est, nomen habens à poeta Batto, cuius meminit Fauorinus apud Gellium, lib. 13. cap. 18. qui, dum simulacra & statuas uersibus & hymnis celebraret, eandem sæpius cantilenam recinere solebat: Inde uerbum βαττολογεῖν. id est, multa, & ea quidem inania loquor, eademq; sæpius repeto: quod quidem uerbum adeò fuit uulgò usurpatum, ut D. Matthæus eo sit usus, cap. 6. ubi Christus ita loquitur, προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. Orantes autem ne Battologizetis, sicuti ethnici. Et huc alludens Ouid. lib. 2. Meta. Battum quempiam eadem facit iterantem.

— Sub illis,

Montibus, inquit, erant, & erant sub montibus illis.

Cuius βαττολογισμὸν ridiculè imitatus Mercurius

— Et me mihi perfide prodis,

Me mihi prodis ait —

Quin & ipsum Ouidium eodem uitio laborasse contendit probatq; Scaurus apud Senecam controuersiarum lib. 5. in 28. controuers. Quo etiam loco scribit Seneca ipse, Montanum Votronum declamatorem egregium hoc uitiũ habuisse, ut sententias suas repetendo corrumperet, dum non esset contentus, unã rem semel bene dicere. ut de eo testatur Tiraqu. in 9. l. connub. gl. 1. parte 9. num. 26.

BAVCALIVM Alciato libro 1. prætermiss. uas uinarium.

BAVCALIS est, quo utimur æstate refrigerandis in aqua cyathis, Alciat. libr. prætermiss. 1. Nicarchus in Epigram.

Μὴ πάντη μοι ψυχρὰ κατάχεε τὴν καυκάλην

Εἰς τὸ δ' ὄφις χαλκῶν βαυκάλιον ἐγέρεται.

BAVCISMVS, inquit Pollux à saltatore Bauco comessatoria saltatio nomẽ sortita, mollicula illa q̃dem, & delicatos membrorũ flexus habẽs Camerar.

BAXEA calceus philosophicus, philosophica crepida. Torneb. lib. 7. aduers. cap. 20.

B E

BEARE. Vlp. ait, est prodesse. l. bonorum appellatio. §. naturaliter. de uerb. sig. Spieg.

BEATE uiuere, & honestè, interpretatur Cicero, cum uirtute uiuere. Spieg.

BEATI dicuntur diuites: quia cæteris prodesse possunt, & debent. Dicuntur item simili ratione fœlices. Alc. de uerb. sign. Etenim beatum uolunt eum, qui extra aleam sit fortunæ, quiq; sortem suam nolit commutatam. Quod rectè dubitat Insulanicus Huttenus, an cuiquam mortalium contigerit unquam: imò nec illi L. Syllæ, qui proprio cognomẽto dictus est Felix. Vera beatitudo est æterna & cœlestis illa; propter quam manifestandam, uerbum caro factum est. Spiegelius.

BEATVS, inquit Varro lib. 4. is qui multa bona possidet, & is opulentus ab ope cui ex opimæ. Hinc Vlpianus bona dicta scribit quod beent.

BEATISSIMOS Patriarchas & episcopos in Constit. subinde compellat Iustinia. Nec caret mos ita compellãdi Rom Pont. exemplo uetusto, uel D. Hieron. testimonio, quod ante me ab eruditioribus in hoc obseruatum uideo, ut inter audiendum cogitet sese dignum tanto honore sublimitateq; præstare: illud Horatij secum reputans,

Tu rectè uiuis, si curas esse, quod audis.

BEBIVS Marcellinus. Intelligitur Bæbius Marcellus, de quo in l. Bæbius. ff. de pact. dot. esse ille, quem Dio scribit sub Seuero capite damnatum. Cuiac. obseru. lib. 7. cap. 2.

BEGARDI & beguinæ, uiri & mulieres infideles, quæ cum nulli promittant obedientiã, neq; proprijs renunciẽt, neq; profiteãtur aliquã regulam approbatam, religiosæ nequaq̃ existũt: quanq̃ habitũ, qui beguinarũ dicitur, deferãt, & adhęreãt religiosis aliquibus, ad quos specialiter trahitur affectio earũdem. de quib. habetur in clem. 1. de religios. domibus & in Clem. ad nostram. de hæret. Io. Bello. Etymol.

BELLARIA à G. Budæo in Forensib. dici, quæ uulgò Species dicuntur Gallis *spices* Græcis ἀρωματικά. ex Aristot. πολιτικ. 6. Est & alia bellariorum notissima significatio. suntq; cibi melle, saccharo conditi quæ mensæ secundæ appellantur Alciato, quod & antè Gellius docuerat lib. 13. c. 11. Prat.

BEL-

BELLE dubitare, apud Terentium Clementem in l. cum ab uno. de legat. 2. Spieg.

BELLISSIME scribere, apud Vlp. l. 1. quòd leg.

BELLICA captiuitas. Olim in bello capti per hoc seruabantur, fiebantq; capientium serui. §. serui autem. eo. Instit. de iure perso.

BELLVM bifariam accipitur & pro pugna ipsa ut apud Salustium, in eo bello trecenti milites desiderati. Hermog. l. ex hoc iure. in prin. ff. de iustitia & iure. Vlpia. in l. bello amissi. de excusat. mun. & l. ult. de excusat. mun. Et pro eo tempore, quo in militia sumus ita accipitur Inst. de excusat. tut. §. filij autem. l. 1. §. 1. ff. de incend. ruin. nauf. & l. in bello. ff. de capt. & postl. reuer. Aldobrandinus d. §. filij autem. Instit. Bellũ uerò ita rectè definierimus, ut sit legitima defensio, aduersus offensionem imminentem, uel præcedentẽ, ex publica uel priuata causa. ubi enim nulla est læsio iniusta, ibi nulla potest censeri defensio quæ bellum iustificet. Old. Porrò etiam bellum dicitur, quod ex edicto geritur de rebus repetẽdis, aut propulsandorum hominum causa c. iustum. 23. q. 3.

BELLVM iustum habetur, quod denunciatum antè & indictum est. Verius autem est solũ indicendi belli arbitrium esse apud principẽ, id est, Christianorum Imperatorem, aut Regem, si absoluta illa potestate cuncta metiamur, modò ea in commodũ reipub. utatur. Qua de re eleganter tractat sacri imperij baronum per Germaniam doctiss. perillustreque ornamentum Friderichus à Tautenberg. tit. 6. lib. 3. feud. Quamuis & maximè iustum bellũ habeat suas calamitates: quarum meminit Augustinus in de Ciuitate Dei, & Eras. in Chil. Spieg.

BELLVM iustum est, quod propter defensionẽ suam uel suorum, quatenus exigit hostium temeritas, suscipitur. l. ut uim. ff. de Iust. & iure. At dices: ea est definitio defensionis non belli. Certè si defensionem à bello separabis, seditionem efficies, non bellum. Etiam cum Imperator indicit? Etiamsi totus orbis in unum conflatus indicat, aut Pont. Max. Nam Imperator non magis potest bello lædere, quàm alicui rem suam uel uitam sine causa eripere. Rixentur ergo de bello commentatores in sempiternum, non iustificabunt unquam, nisi ex defensione legitima.

BELLORVM septem genera. Ptimum bellum Romanorum contra infideles. De hære. excommunicamus. 2. & dicitur Romanum, quia Romana Ecclesia est caput fidei 24. q. 1. Hæc est fides. Secundũ est iudiciale, quod fit autoritate iudicis habentis merum imperium. De sententia excom. c. dilecto. lib. 6. ff. de rei uend. l. qui restituere. Tertium est præsumptuosum, quod faciunt inobedientes iudici. de pe. di. 6. ad fin. Quartum est licitum, quod fit autoritate iuris, quo ad illum cui conceditur de rest. spo. olim. de sent. excom. si uerò. C. unde in l. j. Quintum temerarium contra illos, qui se iustè defendunt. Sextum uoluntarium, quo moderni principes utuntur. c. noli. 24. q. j. Septimum est iustum & necessarium, quod fit se & sua defendendo. Et in iusto bello morientes salui fiunt, cæteris paribus 23. quæst. 5. omnium uestrum, &c. Si homicidium, & ea caus. q. 8. omni timore. Sed qui sine iussu Principis bellum ducit, tenetur lege Iul. maiest. ff. ad l. Iul. maiest. l. 3. & in Auth. de armis. col. 6. & in Auth. de mandatis Princ. col. 3. Necessitate tamen imminente sufficit licentia magistri officiorum secundum Hostien. C. de Fab. l. fin. lib. 11. De bello uide Archi. in Rosario. 23. quæ. 2. c. iustum. ubi ponit hæc septem genera. Sp.

BELLVM iustum ideo uideri non debet, quòd triduo prius indictum sit, aut etiam, si placet, decennio, nisi sincera conscientia suscipiatur pro tuendis bonis aduersus malos, ac legitima & necessaria ratione ab ijs, quibus Deus commisit gladium. Old. Doctores argutè magis, quàm utiliter disputant de bello. in l. ut uim. de Iust. & iur. ac alijs locis. Sp.

BELLVM autem iniustum dicitur quinq; modis, primò ratione rei, ut si non est de repetendis rebus uel pro defensione patriæ. c. 1. 23. q. 2. Secundò ratione causæ, ut si uoluntariè non necessariò inferatur. Tertiò ex animo quando scilicet fieret ad uindictam. Quartò si non fit authoritate Principis. Quintò ratione personæ puta in persona ecclesiastica cui non licet sanguinem effundere. uide Ias. l. ex hoc iur. ff. de iust. & iure. & Dec. l. ut uim. ff. de iust. & iur. Hostiens. & al. in rubr. de treug. & pac. & 23. quæst. 1. & 2. per totum.

BELLVM etiam hoc tempus dicitur, quo cessatur à prælijs, aut intercedunt induciæ. Sola pax finit bellum. Induciæ dirimunt congressus. Prælium autem est conflictus bellicus. Verùm tempore bellorum, præscriptiones cessant, donec finiatur tumultus. l. ab host. C. quibus non obijcit. long. temp. præscrip. Idem sentiunt Iurisperiti de magna peste. Bar. in l. naturaliter. ff. de usucap. per l. ult. C. de fund. limitroph. lib. 11. Spieg.

BELLVM recuperatorium, quod scilicet ob recuperationem rerum ablatarum infertur. Defensorium uerò, qd' uidelicet necessariæ defensionis gratia, non interuallo, sed ex continenti suscipitur. Verùm hoc non propriè belli nomen meretur, sed potius defensionis censetur facultas, cuilibet omni iure, ipsoque rationis ductu permissa. quandoquidem uim atq; iniuriam propulsare, ius gentium permittit. l. ut uim. ff. de iust. & iur. cum simil. notatis per dictum baronem loco allegato. Bellum offensiuũ, bellum defensiuum, ut uulgò loquuntur, in Barbarorũ schola nata sunt uocabula. Spieg.

BELLE, id est, eleganter & prudenter Nonio ex Plauto, & M. Cicerone. sic in uarijs Digestorum locis legendum censet Augustin. libr. Emend. 1. cap. 9. Locos eos referam. Primus est apud Vlpianum in l. si debitor. 4. §. fina. ibi, bellè quæritur. ff. quib. modis pig. uel hyp. solu. Secundus est apud eundem in l. cæterùm. in prin. ibi non bellè inquilinum. ff. de usu, & habit. Tertius est apud eundem et in l. de pupillo. §. 9. in ipso statim initio. ff. de oper. nou. nunt. Quartus in l. 2. §. unde. ff. de suis & leg. ibi, unde bellè. Quintus in l. 2. §. tractari. in ipso principio. ff. ad S. C. Tertyl. In quibus locis falsò legitur in uulgatis Codicibus pro belle, uelle: cùm in illis Florentiæ legatur bellè. Prat.

BELLVM à duello factum Varro lib. 6. ling. Latin. existimat: quod & Alberico probatur. A' beluis duci Festus lib. 2. putat: quod perpetua sit dissensio beluarum. utrunq; etymon uerum esse potest. Bellũ definire uidetur N. Marcellus, ut sit pugna: hocque differre ait à prælio: Alij à Græcis deductum uolũt, qui βέλος telum uocãt. quasi quod telis geratur Connanus lib. 9. cap. 5. nu. 1.

BELLVM adfectum Ciceroni in Oratione, quã habuit de prouin. consula. id est pene confectũ. Bellum, inquit, adfectum uidemus, & uerè (ut ita dicã) pene confectum. quod A. Gellius lib. 15. ca. 5. Noct. Attic. probat. Prat.

BELLICÆ captiuitatis ea uis fuit, ut seruitutẽ induceret, quod Florentinus, & Marcianus aiunt l. 4. & 5. ff. de stat. hom. & Iustin. probat Instit. de iure pers.

perf.§.serui.Bellicæ huius captiuitatis supersunt reliquiæ quædam. Nam bello captus capientis homo est: & eo iure hodie utimur quodq; exactissimè obseruant tempestatis nostræ milites. Cuius rei tractationem in aliud tempus reijcimus. Prat.

BELLICARVM coronarum genera hæc sunt Gellio & Plinio auctoribus: oualis, naualis, muralis, obsidionalis, castrensis, ciuilis, triũphalis de quibus infrà, Corona.

BELLONARIOS glossæ interpretantur [Greek], Martialis uocat Bellonæ turbam entheatam lib.12. & de eisdem lib.11. Albani sęuis lacerantur brachia cultris. Quum furit ad Phrygios enthea turba modos. Eosdem etiam Bellonarios appellauit Acro in 2. Satyr. Horatij. Bellonarij, inquit, lacertos humerosq; concidunt. Cuiac. obseruatio. lib.11. capite 34. circa finem.

ΒΕΛΟΣ. Eo nomine, inquit Caius, uulgò quidem id significatur, quod ab arcu mittitur: sed nõ minus omne significatur, quod mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, admonet nos Xenophon: nam ita scribit, [Greek]. Et tela simul ferebantur, hastæ, sagittæ, fundæ, tum plurimi lapides. Hæc in l. si caluitur. 233. ff. de uerb. signific. Hotom.

BELVA, siue, si mauis, bellua, immanis fera. Hinc dictam quidã putant, quod sine lumine, id est, mente feratur. Equidem à bellando duci putem, quod perpetuo feræ inter sese pugnant. [Greek] accipitur de eo, qui sciens falsum iurat apud Augustin. ca. homines. 22. quæst.2. Spieg.

BENE in l.1. ff. si cert. pet. accipi putat Alber. pro decens est. ita habent uulgati Codices: in Pand. tamen Floren. aptius legitur è re. Prat.

BENE est, pro commodum est, seu bona ratione Vlp. usurpat exemplo Ciceronis l.1. de reb. cred.

BENE emere apud Ciceronem est carè emere: Sic & Martialis: Adeo bene emit, inquit, imo nõ soluit. Torn. lib.3. aduers. cap.22.

BENE ferre ætatem Cicero dixit quod nondum maturuit, neq; uetustatem sentit Tornebus libro 9. aduers. cap. 4.

BENE gerere rationes, est ita rectè ut nulli querelæ postea locus relictus sit. ita se explicat Scæuola in l. testamento. 18. ff. de fideicom. libert. Prat.

BENE prospexit apud Iustinianum §. cõstitutio. Inst. de usucap. id est rectè, prudenterq;. Prat.

BENE fit, quod bona fide fit Accursio, l. eum, qui iurauit. §. in popularibus. ff. de iureiur. Spieg.

BENE natum apud ueterem Nouellarum interpretem in constit. interpretatur Accursius ingenuũ in constit. 22. §. quod autem prius. & rectè. pro eo in Græco est [Greek]. Prat.

BENE agier inter bonos. uetere Iurisconsultorũ formula M. Ciceroni frequentissima significari quidam aiũt bonos ex fide præstare quæ apertè lingua nuncupata non sunt. quò propendet Pauli responsum. l. quia tantundem. ff. de neg. gest. Prat.

BENE sit, communis uox qua in testamẽtis prędabantur: uide Eras. interpretantem [Greek]. Spieg.

BENEDICERE est laudare, & gratias agere, bene precari quod in dandi, accusatiuumq; casum fertur [Greek]. Significat etiam in ordinem cooptare, & probare & consecrare. & ordinare cap.1. de supplen. neg. prælat. Huius benedictionis effectum tradit Panormitanus in d. c.1. uers. quæro an alium, & uers. præced. Accipitur etiam pro consecratione, & confirmatione nuptiarum de qua in can. feriatim. 32. distinct. Qua in re ita cauit Leo Imper. Nouell. [Greek]. Sp.

BENEDICTIONIS quoq; appellatione heredis institutio continebatur Veteri Testamento. cuius rei exemplum est in cap.27. Genesis, & in Iacobi benedictione. quod & adnotauit Baldus in Proœmio Decretalium. Prat.

BENEFICENTIA Victorio in M. Ciceronem est animi uirtus, & quædam bonitas naturę, qua opibus suis, alios iuuare, & beneficia in homines cõferre delectantur. Alij ea definiunt ut sit exterior charitatis, siue amicitiæ actus. Quidam hoc modo: Est liberalitas, ceu cognatio iustitiæ quæ communicat res non debitas iure præsertim ciuili, quas tamen aliquo modo iure naturæ communicare debemus. Hæ omnes definitiones eodem pertinent. postrema tamen cæteris explicatior ad quam referenda uulgatissima iuris regula, Quod tibi non nocet, & alteri prodest, benignè præstandum est l.2. in prin. ff. solut. matrimon. quæ tamen cum Bartoli ad d. l. 2. distinctione recipienda est: & uide ibidem Iasonem 4. notab. qui [Greek] diluit. Eandem regulam casibus interpretatur And. Alciatus ad d. l.2. uersic. nisi hoc ei. &c. Spieg.

BENEFICIARII Festo sunt milites, qui uacationem habent munerum grauiorum, ut mensores, ueterinarij, fabri, & alij, qui enumerantur l. ult. ff. de in. im. Sed in Nou. Iustin.13. putem significari exploratores & indices, quos ꝓ huius ministerij præmio habeat Prætor plebis immunes. Tertullianus de fuga in persecutione, In matricibus, inquit, beneficiariorum & curiosorum, inter tabernarios & lanios & fures balnearum & aleones cõtinentur: ubi sanè beneficiarios & curiosos non accipiã pro his, qui curã habent cursus publici, ut docui in l.3. de can. larg. tit. & tit. de curiosis: sed ut hoc loco pro delatoribus, à qb & dilatoria curiositas dicitur l.6. ff. de iur. & fact. igno. Cæsari, Plinio, Agathio aliter beneficiarij sunt corpore custodes siue ꝓtectores & buccellarij. Cuiac. in expos. Nou. Iustin.13. in fin.

BENEFICIARIÆ actiones sunt, quas condictiones ex lege interpretes adpellant. de quib. latissimè Bartolus in l.1. ff. de condict. ex leg. Prat.

BENEFICII uerbo plura significantur. Accipitur enim pro priuilegio à principe alicui indulto. l. 3. ff. de constit. prin. l. ex facto. 43. ff. de uulga. & pup. & l. si cui 38. ff. ex quib. cauf. maio. & latissimè interpretandum ait Iauolenus d. l.3. & ipsemet princeps interpretari debet. Huius concedendi causæ multæ sunt. Ætas, sexus, caussæ iustæ ut reipub. caussa absentibus certa conditio: de quibus, paulo inferiùs edisseremus. Sumitur etiã pro largitione aliqua, quæ ciuibus tantùm Rom. concedi solebat ob res pręclare gestas ut ex orat. pro Archia poeta M. Ciceronis liquidò constat. Et in beneficijs, inquit, ad ærarium delatus est. Hotom.

BENEFICIO alicuius pro opera alicuius Vlp. l. ex dãni. 40. §.1. ff. de dam. infect. l. communi. 7. §.8. ff. com. diuid. l. inter omnes 46. ff. de furtis. Hotom.

BENEFICIVM etiam accipitur quandoq; pro gratia exhibita, & merito, benefactoq; in alium collato. Papinianus, Nec uidentur hęc (ait) inter se contraria esse, cum beneficio affici hominẽ, intersit hominis. Iabolenus, Beneficium (inquit) quod à diuina principis indulgentia proficiscitur, quàm plenissimè interpretari debemus. Bonifacius, Decet concessum (ait) à principe beneficium, esse mansurum.

Et mox, Indultum à iure beneficium, nemini est auferendum. Pariter Paulus I.C. & Gregorius pontif. Adiuuari nos, non decipi beneficio oportet. Pleni sunt profectò huius gñis exemplorum libri. At uerò licet tot posſit eſſe beneficij appellatiões, quot sunt munera, & gratiæ à legislatoribus exhibitæ, tamen contracta est huius uocabuli significatio. Nã in profanis, beneficium pro feudo plerunq; usurparunt, in facris uerò, & spiritualibus pro sacerdotio. Idq; frequẽtiùs usitatiusq;, adeo quidem, ut iam uulgus nostrum, per antonomasiam quandam, beneficij nomine, sacerdotia tantummodo intelligat. Cuiuſmodi beneficiũ sic uidetur poſſe nõ malè definiri, ut ius sit percipiẽdi fructus, ex bonis Deo dicatis prouenientes, clerico, propter diuinũ officium, competẽs. Hęc ferè omnia ex paraphrasi D. Io. Corasij in uniuersam sacerdotiorũ materiã, accepim9, cui9 ſcdm caput uidere profuerit, ad exponendã beneficij definitionẽ.

BENEFICIVM, Seneca definiente, est beneuola actio tribuens gaudium, capiensq; tribuendo, in id quod facit pronè & sponte sua parata. c. 6. lib. 1. de beneficijs. Extat hęc definitio in C. Obertus in usib. Feud. tit. in quib. cauſ. feud. amit. Est autem duplex beneficium, publicum & priuatum. Longè præstantiſsimum est publicum, uidelicet eorum qui aut constituunt, aut defendunt, aut retinent resp. Priuatum, cum uidelicet priuatim operæ aut facultates communicantur. Vide elegantem. §. sicut in l. in cõmodato. ff. commodati. & post Iouian. Pontanum nostrũ Philippum de Beneficẽtia lib. 2. Philoſoph. Moralis. Sunt aũt eodem tradẽte c. 18. lib. 3. qui ita distinguãt quædam beneficia eſſe, quædam officia, quędam ministeria. Beneficium eſſe, quod alienus det. alienus est, qui potuit sine reprehensione ceſſare. Officium eſſe, filij uxoris, & earum personarum, quas neceſsitudo suscitat, & ferre opem iubet. Ministerium eſſe serui, quem conditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum quæ præstat, imputet superiori. Spieg.

BENEFICIVM militare uulgò Feudum à fidelitate nuncupant. Vide infrà, Feudum. Prat.

BENEFICIALIS cauſſa dicitur, siue agatur de dignitate uel personatu, officio, prębenda, uel beneficio Archi. in c. si gratiosè & c. si propter. de electio lib. 6. Beneficium hic accipe spirituale. Prat.

BENEFICIARIVS fundus, & beneficiariũ prędium dicuntur Budæo in Forensibus eodem sensu.

BENEFICIARIOS ex eo dictos censuit Vegetius lib. 2. qđ Tribunorũ beneficio promouerentur.

BENEFICIARIVS, qui beneficiũ accipit, Vnde & à ueterib. beneficiarij dicti sunt illi, quos Imperator suo beneficio promouiſſet in militia. Cæsar Com. lib. 1. Petreius uerò nõ deserit ſeſe, armat familiam, cum hac, & Prætoria cohorte, certamẽ init, barbarisq; equitibus paucis beneficiarijs suis. Prat.

BENEFICIARII olim opponebantur municipibus. Nã municipes dicebantur, auctore Festo, lib. 2. qui non uacabant, sed munus Reipub. faciebant. Contrà, beneficiarij appellabantur, qui uacabãt muneris officio. Cùm autem liberalitate quadam concedi cœpiſſent bona, quæ feuda dicimus, translatũ fuit hoc uocabulum ad huiuſmodi conceſsiones aliquantò cõmodius, quàm barbara uox Feudatarius, aut Vasallus. Vaſſus. Et

BENEFICIVM Ecclesiasticũ, id est canonicatus uel præbenda. c. ex multis. §. constitutus. 1. q. 3. & alibi ſæpiſsimè. Beneficij quoq; appellatione dignitates contineri scribit Io. And. c. si propter tua de rescript. lib. 6. per illum textum.

BENEFICIVM Ecclesiasticum nõ potest licitè sine institutione Canonica obtineri cap. 1. de reg. iur. lib. 6. ext. cap. si quis deinceps. 16. quæst. 7. uide Dinum ad d. cap. 1. Prat.

BENEFICIVM seu priuilegiũ personale personam sequitur & extinguitur cum persona c. priuilegium. ubi gl. Din. & Alb. de reg. iur. lib. 6. l. priuilegia quædam. & l. in omnibus causis 68. ff. eodem titulo. Prateius.

BENEFICIA personalia sine die & consule nõ ualent. l. si qua de diu res. Cuiac. in l. 2. de decurionibus lib. 10.

BENEFICII ceſsionis bonorũ ea uis est, ut qui bonis ceſſerit, iudicatus in carcerem non trahatur. atq; ita Alexan. Imp. rescripsit l. 1. C. qui bo. cede. poſſunt. Habet aliud beneficium: quia in id quod facere potest tantùm, condemnandus est §. fi. Instit. de act. ubi uide Fabrum, & Ang. & est textus in l. 4. ff. de ceſsio. bonorum. Prat.

BENEFICIO Nouellę 4. De fideiuſſorib. priùs conueniendus est debitor, siue reus principalis, quã fideiuſſor: idq; Iustin. conceſsit. Nouel. constit. 4. §. 1. Vetere enim iure potestatẽ fuiſſe creditori, reo relicto eligendi fideiuſſores Antoninus Imp. rescripsit l. iure nostro. 5. C. de fideiuſſ. Est & aliud

BENEFICIVM Nouellæ Iustinia. περὶ ἀλληλεγγύων. inductũ: quo, si qui rei promittendi fuerint ut alter pro altero inuicem fideiubeat, si quidem additũ non fuerit, ut unuſquisq; ex his in solidum teneatur, pro portione sua tantũ obligatus est, atq; pro ea tantùm excutiendus. Sed an hoc uerè beneficium, ceu priuilegium dici posſit, alibi dicemus. Prat.

BENEFICIVM hypothecarum mulierib. conceſſum. primùm dotib. insunt hypothecæ beneficio. l. unicæ. §. & ut plenius. C. de rei uxo. act. Secũdò dotis nomine creditoribus, etiam anterioribus, præfertur mulier l. fi. C. qui pot. in pign. hab. Prat.

BENEFICIO legis præfertur posterior creditor, cuius pecunia prædium comparatum est l. licet. 7. Codic. eodem.

BENEFICIVM S.C. Macedoniani actionẽ denegat ei, qui filiofamilias mutuam pecuniam dediſſet, etiam post mortem patris l. 1. ff. ad Senatusconſ. Macedon. Spieg.

BENEFICIVM S.C. Velleiani negat actionem in mulieres, quæ pro alijs interceſſerint. l. 1. ff. ad SC. Velleian.

BENEFICIVM restitutionis in duo capita quidam distribuunt: quorum primum explicatur ex capite minoris ætatis D. & C. de mino. 25. anno. alterũ ex absentia de quo tit. ff. ex qui. cau. maio. His potest metus causa. cuius rei nomine reuocatoriã competere Accur. rectè scripsit ad Vlpi. l. 1. §. quæ onerãdæ. ff. quarer. act. non det. cuius sententiam probat ibidem Bartolus noster. Spieg.

BENEFICIO ob liberorum numerum excuſatur quis à tutela, curàue apud Modestinum l. 2. §. 1. ff. de excuſ. & rescripto Seueri & Antonini l. 1. C. qui nu. lib. A muneribus ciuilibus excuſationem præstat Vlpiano l. 2. §. 1. ff. de uaca. mun. & Constantinus in eandem rem constituit. l. fin. C. de ijs qui num. lib. lib. 10. Ijs quoque, qui multos liberos procreaſſent, à Cæsare præmia multa proposita fuiſſe scribit Dio libro 43. Prat.

BENEFICIVM cedendarum actionum est, per quod postulare poſſunt fideiuſſores, & alij, qui obligati sunt in una obligatione, sibi cedi in alia, contra fideiuſſores, & alios, quibus sunt obligati, alioquin nisi

nisi cedatur eis, possunt recusare solutiones, ff. de solu. l. Stichum aut Pamphilum. §. pen. ubi Bartol. hoc notat. De hoc uide in Spec. tit. de remu. §. finitis. uers. sic. postremò dicendum. De beneficijs & alijs requi re ibidem, §. parum autem. uer. & nota. Cedendarũ autem actionum beneficio, de quo in l. fideiussorib. ubi Paul. Castr. ff. de fideiussor. petimus ut creditor suas nobis cedat actiones: eoq; cogendus est. Prat.

BENEFICIVM epistolæ diui Adriani (de quo fit mentio in §. si plures. Institu. de fideiuss. etiam in l. inter fideiussores. ff. eod. titu.) est, si unus è multis fideiussoribus de toto debito conueniatur, rectè excipiet pro rata parte duntaxat soluenda. quod accipiendum est, si cæteri litis contestatæ tempore soluendo sint d. §. si plures. non igitur fit debiti diuisio ipso iure, sed epistolæ diui Adriani beneficio d. l inter. Prateius.

BENEFICIVM quadrimestre ijs competit qui in actione personali ad solutionem cõdemnati sunt, ut ad ipsam solutionem quatuor mensium habeant dilationem, etiamsi à iudice breuius tempus statutum esset. l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudic. Spiegelius.

BENEFICIVM S.C. Macedoniani competit filijsfamil. parentibusq; eorum, qui pecuniam mutuã accipiunt patribus inuitis uel inscijs. Spieg.

BENEFICIVM restitutionis in integrum duplex est. Alterum minoribus xxv. annis, alterum maioribus ex clausula, (Si qua iusta mihi causa uidebitur) competit. Sp.

BENEFICIVM S.C. Velleiani. Lege, S.C. Velleianum.

BENEMERITA, quando sint specificè exprimenda, in instrumento concessionis remuneratoriæ, petendum est ab interpretibus usuum feud.

BENEVOLVS. Erasmus alicubi scribit, sicut beneuolentia nihil aliud sonat Latinis quàm amor: beneuolus nihil aliud est quàm amicus: & bene uelle, nihil quàm amare: ita maleuolentia sonat odium, maleuolus inim. cum, malè uelle odisse. Iustin. tit. de nuptijs. C. lib. 5. Imperialis beneuolentiæ proprium hoc esse iudicat, ut Dei beneuolentiam imitetur, qui quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere. Spieg.

BENEVOLENTIA, dicitur studium, fauor, amor. sic accipitur in constitutione Iustiniani l Imperialis. in prin. C. de impet. & §. sciendum. Instit. de hę re. qual. & diff. Prat.

BENIGNITAS, ut notissimam significationẽ omittã, æquitatis Epitheton humanitas rigori contrarium est Modestino l. nulla 25. ff. de legib. Prat.

BENIGNAM interpretationem I. C. uocant, quòd non interclusa sit uerborum angustijs, & angulis literarum, nec restrictè ducta, sed ut nostri dicunt largo modo: Cicero laxamentũ legis uocat pro Cluentio. Sic æquitas dicitur benigna & liberalis, quòd plus pręstet ipsa quàm legis uerba cõcedant. Connanus lib. 1. cap. 11. num. 3.

BENIGNVM æquum bonum significat apud Vlpianum l. si fuerit. 5. ff. de leg. 3. quod & Accurs. adnotauit ibidem.

BENIGNE apud Clementem V. pontific. accipitur pro humanè cap. Romani. §. & quòd Ecclesia. de iureiurand. in Clement. Apud Horatium aduerbium est blandè recusantis, perinde ac si diceret excusatum me habeas Tornebus libr. aduersariorum 5. capite 13.

BERGENÆ qui dicantur, quære infrà in uoce Vispelliones.

BERONES Budæo in l. in naue. 31. ff. loca. prioribus adnot. dicuntur sacci, quasi perones, à pera dicti. Sic putat legendum apud Alfenum d. l. in naue. cum in Pandectis Florentinis legatur *berones* rectè. Forcatulus in auiario iuris ciuilis cap. 13. num. 3. berones in d. l. In naue cuppas esse non saccos tradit reiecta Budæi sententia. Idque uidetur uelle dictio a lius. l. 3. C. de ser. fugit. De beronibus loquitur Plin. lib. 36. cap. 14. ubi Hermolaus Peronibus ab re legendum putat.

BERYLLVS, siue (ut in editione Flor. est, ubi V. pro B. more ueterum sæpe ponitur) Veryllus, gemma est in India nascens q à gentis suæ lingua nomẽ habet, uiriditate similis smaragdo, sed cum pallore. cuius meminit Marcianus l. interdum. 16. §. species. ff. de publica. De hac Plin. lib. 37. cap. 5. Isidor. lib. 16. Etymolog. cap. 7. Briss.

BERYTVS. *Βηρυτός*, Berytus, urbs est Syrię Phœnicis, post Sidonem, & haud procul ab Lyci amnis ostijs, omnium eius litoris nundinario mercimonio clarissima (ut testatur Vadianus) & Iustiniani temporibus legũ studijs celeberrima. Vnde Impp. Theodosius & Valentin. AA. eam urbem Metropolitano nomine, ac dignitate exornarunt. Hodie uulgò Barutum uocant. Huius autem meminit Eustachius, qui (ut à Volaterrano citatur) etymi rationem hanc assignat, quòd uerũ ex authoritate Helladij linguæ Phœnicum robur significat, quasi urbs in loco inexpugnabili, ac robusto sita. Item Dionysius:

Καὶ τύρον ὠγυγίην Βηρυτοῦ τ' ... ἐρατεινήν,
Βύβλον τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ...,
... ὕδασι ...,
Καὶ ... ,
... . Anch.

BERYTIENSIS colonia. Augusti beneficijs gratiosa, & (ut diuus Hadrianus in quadam oratione ait) Augustiana Colonia dicta, autor Vlpian. l. 1. de censibus. Spieg.

BES ueteribus des Varroni, lib. 5. Ling. dempto triente. Festo lib. 2. quòd bis triens sit. Bessis unciæ octo sunt. Assis partem esse Volusius Mætianus lib. distributi assis docet, notam eius indicans. Prat.

BESSEM precij pro octaua precij parte dixit Vlpianus l. si uero. 12. §. contrario. ff. manda. Veteres enim Romani omne totum in uncias 12. diuidebant. Hinc & ex

BESSE socium eleganter dixit Proculus l. societatem. 76. ff. pro socio. Prat.

BESSIVM usurarum mentio fit in l. eos. 26. §. super usurarum. C. de usuris. Sunt autem usuræ besses, cum acceptis centum, post annum octo præstantur, aut menstrui denarij singuli, si sors 150. fit, ut rectè scribit Antonius Augustinus lib. 2. cap. 10. Emendationum. Prat. Adde Brechæum l. usura. ff. de uerb. & rerum signif.

BESTIÆ dicuntur, quæ natura feræ sunt Vlpia. l. 1. §. in bestijs. ff. si quadrup. paup. fec. di. ueluti, ursi, leones, Pantheræ. Gaio l. 2. ff. ad leg. Aquil. Bestias, inquit Vlpianus l. 1. §. bestias. ff. de postul. accipere debemus ex feritate magis, quàm ex animalis genere. Bestiarum numero Elephantos, & camelos contineri, ideoq; nec mancipi esse idem ait. in Epito. tit. 19. in prin. *Μιξοθηριώδης* bestia dicitur homo, qui non facit, quæ hominem, rationalem creaturam decent, ut adnotat Accurs. ad Nouel. 1. *περὶ ...* ex Boetio in lib. de Consolat. Spieg.

BESTIARII dicebantur qui ludis publicis in amphitheatro cum bestijs pugnabant Ciceroni pro Sextio,& in Vatinium.& Senecæ libr.2. de benefic. cap.19.& Epist.1.lib.10.& Tertull.in Apologet. cap. 42. Spiegelius.

BESTIIS obijci apud Modestinum l.pen. ff. ad leg.Pompei.de parricid. durius, seueriusq; est. Qui enim bestijs objiciebantur ad stipitem adligabantur, ut ex Fl.Vopisco in Aureliano liquido constat. Mnesteus (inquit) posteà surrectus ad stipitem bestijs obiectus est.

BESTIIS subijci dixit Marcianus l.3. §. penult. ff. ad leg.Cornel.de sicar.eodem ferè sensu. Hæc legis Corneliæ de sicarijs, & ueneficijs erat, auctore eodem.

ad BESTIAS datum pœnę seruum censuit Macer.l.quod ad statum.12. ff.de pœn. hac pœna puniebatur qui nummos aureos culerat.Vlpian.l.quicunque.8.ff.de fal. De hoc pœnæ genere Gellius lib.5. cap.14. Dio ita damnatos τοὺς τοῖς θηρίοις ἐν καταδίκαις δεδομένους dicit lib.58.

ad BESTIAS damnari dicebâtur, qui in hoc damnabantur,ut bestijs subijcerentur.l.6.ff.ad leg.Iul. pecul.l.8.in fin.ff.de testament. l.25. §. si quis planè. ff.de adquir.hæred.l.31. ff.de pœn. §.pœnæ.Institut. quib.mod.ius pat.pot.& apud Tertull.lib.1. ad Scapul.& Gellium lib.5. cap.14.Hoc autem supplicium Prudentius sic explicat,

Sanguinis humani spectacula publicus edit
Consessus,legesq; iubent,uenale parari
Supplicium,quo membra hominum discerpta cruentis
Morsibus oblectent hilarem de funere plebem.

Inde ad bestias dari in l.12. ff.de pœ.l.8. ff.ad l.Corn. de fals.& l.1.ff.de ueteran. Dio ita damnatos τοὺς τοῖς θηρίοις ἐν καταδίκαις δεδομένους, dicit lib.58. Et ad bestias pronuntiari apud Tertul.in lib. de resurrectio. carn. Cæterum qui bestijs obijciebantur,ad stipitem alligabantur,ut ex Vopisco in Aureliano, & ex Passionibus Martyrum liquet. Briss.

ad BESTIAS etiam dari dicebantur, qui citra damnationem cum bestijs depugnandi causa in harenam intromittebantur.l.11.§.1.& §.ultim. ff.de leg. Corn.de sicar.l.4.ff.de accusatio.l.1. ff.de ædili.ed. l. 3.§.lege Iulian.ff.de testibus. & hos bestiarios Latini appellant: quo uerbo Seneca utitur libr.2. de benefic.cap.xix.& Epist.1.libro 10. & Tertullian.in Apologet. cap.42. Erant etiam qui operas suas ut cum bestijs pugnarent,locabant. l. 1. §. qui operas. ff. ad Tertyll. Brisson.

B I

BIARCHI in Leonis Imp. constitutione l.3. C. de agent.in rebus.& l.ult.C.de off.præfect. præt. Afric. officiales uictui præfecti,qui in rebus militant. horum meminit Hiero. ad Paumachium aduers. Io. Hierosoly. Erant ex schola agentium in rebus.uide Alciat.ad d.l.3.

BIARCHVS autẽ dicitur is,qui præest uitæ curandæ aut uictui. Deducitur à uocabulo βίος, quod uitam & uictum significat, appellatur communiter uiuendarius,Drosæus in Methodo iuris.

BIARCHIA, eorum munus in Cõstantini Imp. rescripto l.1.C.de offic.mag.offic. Briss.

BIBLIOTHECAE adpellatione & armaria,& loci,quibus libri collocati sunt, & ipsos libros significari, Nerua apud Vlpianum scribit l. librorum. 52. § sed si bibliothecam.ff.de lega.3.idq; pro rei conceptione accipiendum idem Nerua ait. Eius sententiã probat Festus lib.2.adijciens id & Gręcis & Latinis receptum.Ex Neruæ sententia bibliothecam pro libris,eorúmue numero apud Labeonẽ l. Labeo. 50. ff.de contrah.empt.accipiendam putem. Apud Vlpianum uerò l.quæsitum.§.instructo.ff.instr. instru. leg.armaria significat.Prat.

BIBLIOTHECARIVS dicitur, qui librorum curam gerit,quiq; bibliothecæ præest: sic accipiendum existimem in c.Adrianus. *le premier.*63.distinct. tametsi glossema ibidem & Alberic. Archidiaconũ sequutus Cancellarium interpretentur.Prat.

BIBLIVS, a,um,à Biblo oppido quoq; Phœnices,de quo Strabo, Plinius,Mela. Est & in eadẽ prouincia, Palæbiblos,id est,antiqua biblos.Bibliorum meminit Iezechiel propheta cap.26.& 27.Iustin.lib. 10.Cod.tit.qui est de municipib.& originarijs.Cum te Biblium origine, incolam aũt Berytium esse proponas.Vtraque enim Syriæ Phœnices est ciuitas,& altera alteri finitima est.Nebr.

BIBLIA liber,ἀπὸ τοῦ βίου περιβάλλεσθαι quod in ipsum hominum uitæ reijciantur,Aut ἀπὸ τοῦ βίου,uiuo,quod libris homines immortales efficiantur.

BICESSIS à duobus decussibus diciturVarroni lib. 4.Linguæ.

BICIPITEM,quod incomparatum est,posse dici Varro apud Nonium aperuit. In spem(inquit)adducebar non plus soluturos,quàm uellem: iniquus equestri ordini iudicia tradidit ac bicipitem ciuitatem fecit discordiarum ciuilium fontem.Prat.

BICLINIVM, locus ubi duo lecti erant. Plaut. in Bacchidibus.

Animaduortite Mnesilochu,& tu Pistoclere iam facito
In biclinio cum amica sua uterq; accubitum eatis.

Verbum iunctum esse scribit Fab.lib.1.cap.5.

BIDELLI Alciat.lib.7.Parerg.cap.22. sunt gymnasiorum custodes ex Lucillio.Prat.

BIDENS apud Vlpianum l. in instrumento. ff. de instruc.instrumen. leg. instrumentum fossorium rusticum Græcis δικέλλα Polluci libro 1. Onomastic. cap.12. περὶ ὀργάνων γεωργικῶν ὀνομάτων. Bidentes ait Higinus apud Gellium lib.16.cap.6. ut alias ἐτυμολογίας omittam, hinc dictas putat, quòd duos dentes altiores haberent.Prat.

BIDENTAL Festo libro 2. dicebant quoddam templum,quòd in eo bidentibus hostijs sacrificaretur. Prateius.

BIDVVM quandoq; pro die uno quandoq; pro duobus interpretari solet Vlpiano. l. 3. §. minorem. ff.de minor.

BIDVVM. De die notandum, biduum interdũ pro uno die computari l.3. §. minorem. de minor. & ideò ei, qui natus est bissexto, priore uel posteriore die. Supputatur autem biduum in dinumeratione annorum & mensium: pro duobus uerò in enumeratione dierum.Brechæus l. cum bissextus. ff.de uerbor.& rer. signific.

BIDVVM hac formula, *illud facito in diebus* intelligi Iauolenus scribit l.inter.217.§.1.ff.de uerb.sign.Ex quo textu collegi, dies,numero multitudinis nõ adiecto numero biduum significare.Reliqua de biduo pete ab Eustathio lib. περὶ χρονικῶν διαστημάτων. tit. περὶ δύο ἡμερῶν. Prat.

BIFVRCIVM terminum adpellãt Sarmatę, qui tres petras circa se habens trifinium demonstrat in lib.de limitib.auct.uariorũ.Illius nota est B. Prat.

BIGAMVS dicitur qui diuersis temporibus, & successiuè duas legitimas habuit uxores Hostien.c. aperiat.per illum text.31.q.1.c.si quis.& c.cognoscamus.34. dist. interpretatione qui corruptam,uel uiduam

duam duxit, can. feriatim 32. distinc. uel qui pollicitã uirginitatem uiolauit cap. quotquot. 27. quæst. 1. ubi etiam proprius, & primus significatus apertè declaratur. De Bigamis extat titulus libro 1. Decretalium tit. 21. ubi uide Panorm. & Felin. & alios pontificios.

Hinc

BIGAMIA dicitur irregularitas ex defectu prouenìens Sacramenti.

BIGAMIA, quæ uariè contrahitur. Primò quando qs duas habuit uxores, quas cognouit. Secundò quando diuersis temporib. habuit duas, uel plures unam de facto, aliam de iure. Tertiò quando plures habet eodem tempore, & eas cognouit. Quartò qñ contrahit cũ uidua ab alio uiro cognita: secus si uirgo mansisset. Quintò quando contrahit cum corrupta à quocunq; siue scienter, siue ignoranter & eam cognoscit. Sextò quando cognouit uxorem sciẽter uel ignoranter postquam ab alio corrupta est. Septimò quando quis in sacro ordine cõstitutus, uel post factam professionem religionis de facto contrahit cum corrupta. Prat. De hoc uide etiam quid annotarit Tiraq. in 1. l. connub. gl. 1. par. 1. nu. 45.

BIGENERA animalia dicuntur, ex diuerso genere nata. ut leopardus, ex leone & panthera: cicursus, ex apro & scropha domestica: mulus, ex equa & asino: hinnus, ex equo & asina. Sp.

BILAMNÆ apud Vitalem de limitib. agrorum.

BILINGUEM bestiam Plautus serpentem dixit. Et notat uerbum Latinum Fallaciloquentiã Virgil. Tyriosq; bilingues Cam.

BIGATOS nummos à notis bigarũ dictos putat Zas. in catal. leg. antiq.

BIMA die, id est, duobus annis Vlpiano l. 3. ff. de ann. lega. sic eodem sensu

BIMAM æstimationem, id est in biennium siue pro biennio Pompon. dixit l. si usufructus. 6. ff. de usufruct. legat.

BIMUS dicitur, qui annorum duorum ætatem habet. Hinc nuces bimas Cato cap. 17. Rei rustic. dixit. Hinc

BIMATUS ætas annorum duorũ pro quo Græcis *διετία* dicitur, καὶ *διετὲς*, ut in Euang. Matth. de Herode pueros bimulos necari iubẽte c. 2. καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. Prat.

BINI, idem significat quod duo. Sic in prætoris uerbis apud Iul. in fin. l. 1. de his qui not. infa. Quiue suo nomine, non iussu eius in cuius potestate est, eiúsue nomine, quem, quámue in potestate habet, bina sponsalia, binasq; nuptias eodem tempore constitutas habuerit. Spieg.

BINA sponsalia constituere, est unam duob. spõdere, ut utriusque sit uxor, & sic quod uulgò dici solet, una filia duos generos facere. §. si quis alie. nom. l. quid ergo si non. ff. de his qui not. infam. ubi Bald. monuit, ut leges, quæ de binis sponsalibus loquuntur, diligenter notemus. Nam ex his argumentũ sumi, quod non posit quis eligi ad multas Ecclesias. Ætiologiam addit: Nam electum fieri sponsum Ecclesię. Nunc ô Balde unius humeris imponũtur tres aut quatuor episcopatus cum aliquot abbatijs annexis. Id quo colore excuses, quamuis acutissimi ingenij cognomen tuleris, haud scio si quem unquam inueneris. Spieg.

BINIONES apud Hegesippum lib. 5. auri maioris formæ duplicisq; æstimationis ut formas binarias in Alexandro dixit Lampridius Torneb. lib. 18. cap. 30. aduersar.

BINOMIUS Festo lib. 2. cui geminũ est nomẽ, ut Numa Pompilius.

BINUBUM rectè appellat uetus interpres §. qa uerò hactenus. de nuptijs in Nouel. qui ad secundas nuptias conuolauit. Nam in Græco ita est. τὸ δὲ πάλαι τὸ δευτερογαμήσαντος γενὸς, &c.

BIREMES naues à Romanis dictas ait L. Baisis in libel. de re nauali, quæ binis remis agebantur.

BESSALEM appellatione tigni contineri ait Theophilus in tit. de rer. diuis. id pessulum interpretãtur, malè. Est enim idem prorsus quod testa. l. 1. ff. de tig. iunc. siue later, ut in Basilicis ad l. fistulam. ff. de seruit. urb. præd. ex figlino opere ἀπὸ βησσάλων. & in glossis Laterculum βήσσαλον καὶ τεγάτια: & apud Charisium, besalia. Cuiacius Obseruat. libro nono, capit. 26. ferè sub fin.

BIS de duobus actibus dicitur l. seruos. Cod. ad leg. Iul. de ui. idq; siue in legibus, testamentis, pactis, & stipulationibus. sic eodẽ sensu ponitur apud Paulum l. ueluti in fin. ff. de edend. & Vlpian. l. cum plures. in fin. ff. de reb. auct. iud. posid. Prat.

BIS ACTIO EADEM DE RE NE ESTO. Hoc inquit Fabius libr. 7. cap. 7. ex iure obscuro est, queri enim solet an hoc ad actorem, an ad actionem referatur. Ad hanc legem pertinet uulgatissima antiqui iuris regula cuius meminit Gaius l. 57. ff. de diuers. reg. iuris antiq. Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.

BIS credere quid sit explicat Marcianus l. creditor. 12. ff. qui pot. in pig. his uerb. Si idẽ bis, id est, ante secundum, & post eum crediderit, in priore pecunia potior est secundo, in posteriore tertius est. Pra.

BISPELLIO, idem, opinor, qui uersipellis, id est ueterator, planus, πανοῦργος. Marcell. l. 72. §. 4. ff. de solutionibus. Num ergo & si bispellionem, aut alias turpem dederit hominem, idem sit? Vlpianus l. 31. ff. de euict. Si ita quis stipulanti spondeat, sanum esse, furem non esse, bispellionem non esse, & cætera, inutilis stipulatio quibusdam uidetur. ubi tamen **VISPELLIONEM** errore in Florentinis libris peruulgato legitur. Item ut apud Metianum in l. 7. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. Quid enim si morbo adplicitus, Alexandriam iussus fuit adire? uel nomen Vispellionis testatoris ferre? **BISPELLIONIS** enim legendum utrobiq; arbitramur. quo nomine hominem duarum pellium significari constat. Eius autem appellationis origo in Arcadarum fabula posita est, quam Plinius libro 8. cap. 28. exponit: Ij certos homines stagnum quoddam transmissos in lupos transfigurari tradũt, & post annos nouem eo in habitu confectos, idem stagnum remeantes, pristinum habitum recipere. unde Versipelles dicti. & apud Fabium, Eandem recipere uestem. Ad hanc fabulam allusit sine dubio Persius Sat. 5. his uersib.

Sin tu cum fueris nostræ paulo antè farinæ,
Pelliculam ueterem retines, & fronte politus,
Astutam uapido seruas sub pectore uulpem:
Quæ dederas suprà repeto, funemq; reduco.

Bispellionem igitur seruum eundem dici puto, qui & Versipellis: id est perfidiosum, fallacem, fraudulentum. Alij tamen **VESPILLONEM**, alij **VESPERTILIONEM**: alio etiam alij modo legendum putant. quorum omnium coniecturis, si Bipellio legeretur, scripturam Florentini codicis anteponeremus. Nam quod quidem ad Vespillionis nomẽ attinet, cum & Libitinarios, & Vespillones, & Pollinctores, liberos homines fuisse constet, aut certè seruos publicos: difficile est eorum sequi sententiã,

qui in istis omnibus Pandectarũ locis uocem illam reponendam existimarunt. Hot.

BISEXTVM in l. cum bisextum. ff. de uerb. sig. & l. 3. §. minorem. ff. de minorib. diem significat qui quarto quoq; anno intercalatur. Bisextus, inquit Isidorus libro 6. cap. 17. est post quatuor annos unus dies adiectus. Crescit enim per singulos mẽses quarta pars assis, At ubi quarto anno assem compleuerit, bissextilem annum facit. Id biduum pro uno habere, posterioremq; diem Kalendarum intercalari Vlpianus scribit d. §. minorem. quod & pontifex probat c. quæsiuit. §. 1. de uerb. sig. uide Alcia. ad d. l. cum bisextum. quo in genere quæ subsequuntur non inepte ex Oldend. adieci.

BISEXTVS quasi bis sextus dicitur, quia duobus continuis diebus bis dicimus. sexto Kalendas Martias, duos dies pro uno computantes d. §. minorem. Romani enim ex distributione Numæ Pompilij, ad Lunæ cursum, sicut Græci, annum computabant: intercalantes totum mensem more Græcorũ teste Macrobio lib. 1. Saturnalium cap. 13. Hinc Cato & Quint. Mutius Iurisconsulti, rectè appellarunt ad ditium mensem d. l. cùm bisextum quoniam intercalabant eum, hoc est, uocato populo Pontifices interponebant, ut annus ad cursum Lunæ quadraret. Deinde uerò, confusis intercalationibus uitio Pontificum, qui aliàs superstitione, aliàs gratia, quo magis proferrent uel imminuerent publicanis annorũ dies, adeò turbabantur tempora, ut neque messium feriæ æstati, neq; uindemiarum autumno competerent. Tranquillus in Iulio Cæsare cap. 40. Quapropter, Iulius Cæsar conuersus ad ordinandum Reipublicæ statum, non iam ex cursu Lunæ, quę paulò minus mense in Zodiaci circuitione consumit: sed ad rationem solis qui 365. diebus & quadrante cursum suum conficiens, ad signum, à quo digressus fuit, reuertitur, totidem diebus annum constare uoluit. Vide Dionem lib. 43. de hoc differentem. Et ne quadrans deficiens errorem supputandi temporis ingereret, statuit, ut quarto quoq; anno pontifices unũ diem intercalarent, eodem tempore, quo antea mensis intercalari solebat, hoc est, ante quinq; ultimos dies Februarij: idq; bisextum appellauit, quia intercalato die bis sexto Kalendas Martij dicitur. Hæc Oldendorp. ex G. Budæo ad d. l. cum bisextum. 98. quem consule. Prat.

BIS credere idem dicitur, qui ante secundum, & post eum crediderit. autor Martian. in l. creditor. qui pot. in pig. hab. Spieg.

BIS, duum actuum est, nec sæpius fieri, ut uerbũ iterum accipiendum est. autor Pau. l. ueluti. in fin. de edendo. Spieg.

BIS factum, etiam frequenter, sæpe, & multũ factum interdum accipitur. Vide Zas. in l. sæpe. ff. de re. iud. Spieg.

BISSEXTVS, siue Bisextus dicitur, quòd bis sexto Kalendas dicamus. Vide suprà, Annus bisextilis. Bart. in l. 3. ff. de minor. Alcia. in l. cum bisextus. de uerb. sign. Spieg.

BISSVS lini species in India nascens. iam uerò & Ægypto ex arbore lanicium quoddam fit, ex quo uestem factam lineam magis dixeris: quàm laneam. Sola enim crassitudine à linea differre autor est Pollux. A bysso tenuissimo, & precioso lino byssina uestis, ut à croco crocatula dicta, penè ut aurum fulgens. Spiegelius.

ΒΙΘΥΝΙΑΡΧΙΑ apud Modestinum l. καὶ ἀπὸ. §. 6. ἔθνους. ff. de excus. Bithyniæ sacerdotium, siue præfectura dicitur Anton. Augusti. interprete lib. sing. ad eundem. Est autem Bithynia prouincia Asiæ minoris Solino, & Seruio. Hanc memorant Honorius, & Theodos. l. 2. Codic. de immu. ne. conced. libro decimo. Codic.

ΒΙΟΚΩΛΥΤΑΙ apud Iustinianum Nouell. 8. §. τοὺς ... & Nouell. 145. dicuntur, Iuliano Patritio in Epitom. interprete, qui uiolentias prohibent. Prat. Fuit quondam specialis quidam dux Βιοκωλύτης, qui imperium habuit in Phrygia utraq; & Pisidia & Lycaonia & Lydia, quæ prouinciæ erant Asianæ diœceseos. Cuiacius in expositio. Nouell. Iustinian. viij. sub fin.

BIVIRÆ à Hieronymo uocitantur, quæ bis nubunt, alij multinubas uocant.

B L

BLADVM Accursio in l. triticum. 94. ff. de uerb. oblig. generale nomen est ad omne quod in area teritur. cuius sententiam probat Bart. in l. 1. §. de eo opere. ff. de aqu. pluu. arcend. Hac uoce usus est Romanus Pontifex in cap. ex multiplici. de decimis. in antiq. legumina hac uoce non contineri liquidò cõstat. Vnde si lege municipali uetatur blada prouincia exportari, legumina exportans non multabitur, neq; tenetur. Sane in eo genere regionis consuetudo loquendi inspicienda est, & statuentium mens. Prateius.

BLADA, pro frumentis, inter ea uocabula, quæ usu quodam, sed nimiùm quàm corrupto, ex Italica lingua sunt desumpta, habenturq; uulgò pro Latinis, ut Allodium, cuius uerbi mentio fit in cap. 1. de allodijs in usibus feud. uide suprà Alaudium. Appreciari, pro æstimare: Mediare, pro componere, aut pacificare: Appropriare, pro uindicare: Campus, pro exercitu: Liga, pro fœdere: Treuga, pro inducijs: Manutenere, pro tueri, ac sustentare: Saisare, uel Sachisare, pro extorquere, aut per uim auferre: Importat, pro interest, seu refert: Perpetuare, pro cõtinuare: Fortalitium, pro arce, seu munitionibus. Succursus, pro suppetijs, aut supplemento: Cõtentare, pro eo, quod sit contentum reddere: Assecurare, & contutare, pro eo quod sit sibi tuto ac diligenter prouidere, siue munire: Basse, pro humiliter, summisse, aut in imo: Partialitas, pro factione, aut studio partium quorum aliquot crebrò apud interpretes occurrũt, purè loquuturo omnino uitanda. Monuit id eruditissimus Insulanus. Verum Bladi appellatione quid ueniat, Bar. explicat in l. 1. §. eo opere. ff. de aqua plu. arc. Spieg. ex Old.

BLÆSVS uide infrà Blesus.

BLANDIRI pro decipi, falli posuit Vlpi. l. 3. §. si parens. in fin. ff. de administ. tut. Eodem & sensu Alexander l. blanditus. 12. C. de fideiuss. Dicimur & blandiri uitijs nostris dum ea excusamus aut attenuam⁹ Philelp lib. 2. conuiual. serm. Spieg.

BLANDITIAS potentum & potestatem ęquiparat Accursius l. unic. C. si rector prouinc. in glo. in uerb. pignora. Spieg.

BLASPHEMARE βλασφημεῖν est conuitijs incessere, obtrectare, impiè de Deo loqui, & creaturæ adscribere, quod Deo conuenit, uel ab eo remouere, quod illi conuenit, ut Ambrosius ait. Verbum est Demostheni & Platoni familiare. Vnde βλάσφημοι dicuntur qui per caput Dei aliáue membra iurant. Nouell. Constit. 77. §. ... & c. si quis per capillũ. 22. q. 1. ubi de pœna blasphemiæ.

BLA-

BLASPHEMATVR uerbū Domini uel cū contemnitur Dei prima sententia, & pro nihilo ducitur, uel cū Christi infamatur Euāgeliū Hieronymo in Epistolam Pauli ad Titum,& c.cum caput.33. q.5. Blasphemare ad homines quoq; referri posse existimat Bartolus in l.itē apud.§.ait Pretor.ff.de in iur.quo significari ait optare malum in futuro.Prat.

ΒΛΑΣΦΗΜΙΑ eiusmodi infamatio.Porrò quæ blasphemia deuitāda sit,docet his uerbis Tertullianus Iuriscos. in lib.de idololatria. Si quis nostrū ad iustā blasphemiā ethnicā deducat, aut fraude, aut iniuria, aut cōtumelia aliaue materia digna querelæ, in qua nomē meritò pcutitur,ut meritò irascatur & Dominus.

BLATTA purpuræ genus, quæ in lana est l. 1. C. quæ res uend.nō possunt:& apud Cassiodo. li.1. Variarū Epistol. Cùm blatta, quā singulis annis nostro cubiculo dare consueuisti.Lampridius in Heliogabalo.Parauerat(inquit) igitur funes,blatta & serico & cocco intortos. Quo loco Baptista Egnatius adnotat blattam esse purpuram ex Indico cōchylio tactā. Sic quod Eutropius dicit in Nerone retibus aureis piscabatur, quæ blatteis funibus extrahebat Suetonius ita piscatus est reti aurato, purpura coctoq; funibus nexis.Connanus lib.7.cap.7.Spieg.Hot.

BLATTASERICA in constitutione Theodosij,& Valentiniani l.ulti. C.Th.de murilegul. quo loco uestem intelligas. Nam & Vopiscus in Aureliano Pallium blattosericum dixit.

BLATERARE Festo lib.2 est stulte, & percupide loqui,quod à Græco βλὰξ originem ducit,quā uoce fatui,& stolidi significantur. Sed & camelos cū uoces edunt,blaterare dicimus.Bud. Blaterones Gellio, locutulei,linguaces.

BLATERARE etiā Nonio est per mendacia confingere ex Afranio in Augure. Quid est nunc te blaterare,atque obloqui?

BLATIRE apud Tertullianum Iuriscos.in lib.de pallio. uetus uerbum, quo inaniter, & incondite loqui significauit,quod & Marcellus docuit. Prat.

ΒΛΑΣΤΗ apud Platonem in lib.περὶ νόμων. est incrementum & fœtus ἀπὸ τοῦ βλαστᾶν Prat.

ΒΛΑΣΤΟΣ Theophrasto in lib. de caus. plātarum germen,ramulus.Prat.

BLENNOS,stultos esse Plautus indicat apud Festum lib.2,qui ait,Stulti,stolidi,fatui,fungi, bardi,blēni,buccones.Prat. Cæterum Turnebus lib. aduers.3. cap.10. Blēnos uocari ait ut mucosos,id est βλεννώδεις. & ante eum Camerarius idem sensit.

BLÆSVS apud Vlpianū l.idē O filius. §.fin.ff. de ædil.edict. qui aliquā literam exprimere nō possunt, quales sunt qui labdacismum patientes literam L pronuntiare nequeunt.Græcis ψελλὸς dicitur. Spieg.

BLITVM N. Marcello olus leue a saporis stupore adpellatum putat Festus lib.2.Prat.

B O

BOA,uel,ut quibusdam placet, boua, serpens est aquatilis,quem Græci ὕδρον uocant,à quo icti obturgescunt. Crurum quoq; tumor uiæ labore collectus Boa,siue Boua adpellatur.

BOARIVM forum Romæ, quód ibi boues uenderentur Festo lib.2.

BOBIANVS,Magone,& Vegoia auctoribus,oppidū.iter populo debetur pedibus 10.lege Iulia est deductū, termini rotundi sunt adpositi.Finitur testimonio arcarum,riparum, sepulturarum,congeriarū,carbunculorum,riuorum,superciliorum,& limitum.

BODONES apud I.Paulum lib.3.Sentent.tit.22. uicem præstant terminorum, aut ipsi termini: quos qui conuulserit,siquidem seruus est,in metallum dānatur, humiliores in opus publicum, honestiores in insulam relegantur.Prat.

BODONES siue Borones uicem terminorum præstant. Vox est mēsorum,uel eorum, qui de agrorum & limitum conditionibus scripserunt. Cuia.lib. 5.Recept.Sent.Iul.Paul.tit. 22.

BODVM apud Hygenum flumen est quod ex ueterum finibus est.

BOETHI in l.boethos.4. C.de tabula.lib.10.dicūtur adiutores,Iuliano Patritio Antecessore interprete in Nou.35. quam Latinam esse aiunt quidā. Dicuntur aūt ἀπὸ τοῦ βοηθεῖν Horum uaria genera esse constat. Quidam enim erāt adiuuæ Logistarum d.l.boethos. in princ.& in Basilicis li. 54. Alij erant adiuuæ Quæstoris,de quibus edisseritur in d. Nouella 35. Erant & officiorum,& Palatinorum l.3. C.de diuers. offic. lib. 12.Quidam erant adiutores Numerariorum in Zenonis constitutione l.nulli.10.C.de numera.lib.12.

BOIAE Festo lib.2.genus uinculorū tam ligneæ, quàm ferreæ dicuntur.Prat.

BOIGVS ager eodem auctore,qui fuit Boiorum Gallorum.Is autem est in Gallia citra Alpes,quæ Togata dicitur, in qua sunt Mediolanenses. Boij sunt quos Borbonios uocamus, Mediolanenses, Gallis M... lans en Bourbonnois.

BOLETARIVM apud Martialē uasis nomē,quo & alijs obsonijs q̃ boletis seruiebat Tor.li.15.ad.c.20.

BOMBILARE apum est græcis βομβεῖν.

BOMBYCINAE uestis meminêre Paulus lib.3. Senten.tit.6.& Vlpianus l.uestis.25.§.1.ff. de aur.arg. mund.lib.19.c.22.Bombycinas uestes dictas à bōbyce uermiculo constat.Is enim longissima fila ex se generat, quorum textura bombicinum dicitur. Bōbycum telam prima retorquere,rursusq; retexere inuenit in Co mulier Pamphila. Briss. Adde Nebriss. & ea quæ annotauit Baysius cap.5. de re uestiaria hæc facientia.Spiegel.

BOMBYX,Tertulliano in lib.de Pallio,uermiculi genus est, quæ per aerem aliquādo aranearū more scopis idonius distendit,dehinc deuorat, mox æquè reddere perinde ac si necaueris animata iam stamine aluo. De bombycibus,ita I.Pollux lib.7.c.17.τὰ δὲ (inquit) τὰ βομβύκων ... De bōbyce Coa uide Pliniū lib. 11.c.23.Br. His adde etiā Tiraq.in 3.l.cōnub.gl.1.par.3.

BONA intelliguntur cuiusque,quæ deducto ære alieno supersunt,ut ait Paul. in l.subsignatū.de uerb. sig.Idq; ex sermonis proprietate. nam ex mēte disponentis, aliter quandoq; accipitur, cum aliàs aliquid absurdum induceretur l.si quis seruum. §.fin. de leg. 2.African. Bonorum appellatio, inquit sicut hæreditatis,uniuersitatem quandam, ac ius successionis:& non singulas res demonstrat. eod.tit. Vide infra in uerbo Bonorum.

BONA Festo lib.2. id est Substantia rerum dicta sunt quod bonis digna sint, quod & Græcorum Senario probari uidetur

ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ διδοῖ θεός Prat.

BONA ἀκληρονόμητα,quorum nullus hæres est legitimus in l.1.C.de bon.uac.li.10.& fisci rationibus uindicantur d l.1.idq; ex lege Iulia.l.quidam.96.§. quoties.ff.de leg.1.Cuiacius l.penult. de præpos. suc. cubic.lib.12.& idem in l. quamuis.ff.de usurp. & usuca.

BONA adespota Græco uerbo dici putat Budæus in Forensibus uacantia,& quæ Galli appellant Espaues.Prat.

BONA aduentitia dicuntur,quæ alia ex re, caus-

 saue

ſaue quam patris filijsfamiliàs quæruntur. Vt rectè colligit Accurſius in l.cum oportet.in prin. C.de bo. quæ lib.per illum tex. Strictius igitur accepit Alciat. ad l.quod dicitur 130. ff.de uerbor. ſignif. exiſtimans illud aduētitium dici quod filius propter merita ſua acquiſiuit. Ea ineptiſsimè ita definiebat quidam,quę acceſsione quadam, & præter ſpem nobis contingunt. quæ definitio etiam profectitijs congruit. uide infra Peculium. Prat.

BONA caduca in iure dicuntur, quæ deficiente eo cui iure ciuili debebātur,in alium ceciderunt. ueluti cum lex ei dotem adimit, qui contra eius interdictum uxorem in prouincia ſua ducit, eamque fiſco attribuit. Caduca dos dicitur à Paulo l. ſi quis 38. ff. de ritu nupt. Quemadmodum Caduca glans in lege XII. dicebatur, quæ deficiente eo qui legat ex arbore decidit. l. ſylua. 30. de uerbor. ſignificat. Hinc ille Craſsi iocus in lib. de orat. 3. Noſtra eſt inquam omnis iſta prudentiæ, doctrinæq; poſſeſsio, in quam homines quaſi caducam atque uacuam abundantes otio, nobis occupatis inuolauerunt. Hinc ille alter Ciceronis in C. Antonium Philip. X. Quem niſi in uia Caducæ hæreditates retardaſſent, uolaſſe eum, non iter feciſſe diceres. Caducas hæreditates facetè dixit pro iacentes, quæ ipſi abſenti relictæ, necdum ab eo aditæ atque acquiſitæ fuerant. Facetè inquam locutus eſt, non uerè aut propriè. Nam Caducum autore Vlpian. propriè dicitur quod quis ſibi teſtamento relictum ita ut iure ciuili capere poſsit, aliqua ex cauſa non ceperit, quaſi ab eo ceciderit: ueluti ſi legatarius poſt mortem teſtatoris ante tabulas apertas deceſſerit. Hæc ille cap. inſt. xvij. Iuſtinianus autem l.1. C. de caduc. toll. tribus modis ea quæ teſtamento relicta ſunt deficere demonſtrat: Si quid pro non ſcripto habeatur, ſi in cauſa caduci. Aut ſi quid caducū ſit. Pro non ſcripto ducitur, quod ab initio defecit. Vt cum mortuo legatum hæreditáſue defertur. In cauſa caduci eſt, quod poſt teſtamētum ante teſtatoris mortem deficit: ueluti ſi legatarius teſtatore uiuo moriatur: caducum eſt quod mortuo teſtatore ante tabulas apertas deficit: ueluti ſi tum legatarius moriatur. Atque hæc quidem ſubtiliter à Iuriſconſultis ita diſputantur: Cùm alioqui caduca omnia dicantur, quæ illis exciderunt, quibus iure ciuili debebantur. Veluti cum Lex Papia Poppæa iubet ut quæ ad orbos ex teſtamentis perueniunt, eorum pars decima fiſco attribueretur, pars illa caduca dicitur. Vnde illud Iuuen. de uxore, quæ marito liberos ex adulterio pariebat.

Iura parentis habes: propter me ſcriberis hæres.
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum. Hot.

BONA ciuitatis abuſiuè publica dicta fuiſſe ſcribit Vlpianus l.bona 15. & l.ſeq. & ſeq. ff.de uerbor. ſignificat. Prat.

BONA commiſſa eſſe Reipub. aut in commiſſum cadere ob Vectigalia non ſoluta l.commiſſa. ff.de public. ſicuti dicimus pœnam commiſſam, hoc eſt in pœnam partem incidiſſe l.4. §.Cato. l.5. §. ultim. ff. de uerbor. obligat.

BONA ciuium publicare, eſt illa in publicum è priuata poſſeſsione redigere. Spieg.

BONA de Eccleſiæ menſa tunc facta dicuntur, quando per officiales ad hoc poteſtatem habentes ſunt deſcriptæ in l.1. aliarum poſſeſsionum de menſa, uel ſunt declarata eſſe de menſa ita Bartol. l. final. C. de bon. uacant. li. 10. Cuius ſententiam probant Ioannes de Platea & Angel. ad d.l.fin. Sed & de mēſa ſunt quæ Archiepiſcopus, uel alius prælatus ad manus ſuas tenuit, & in proprium uſum excepit, uel expendit, nec alijs infeudauit, idq; Pontifex Celeſtinus decreuit c.ut ſuper de reb. eccleſ. ali. Prat.

BONA deficere dici quidam autumant, non ſolum cum nulla extant. Sed etiamſi aliqua extarent, quæ in remotis eſſent collocata. Prat.

BONA fide, hoc eſt citra ullum figmentum facere, dicebant antiqui, cum fieri aliquid non perfunctoriè, nec translatiuè, id eſt uulgariter, ſed accuratè & enixè & totoperè intelligi uolebant. Ex Bud. in Annot. ad l. emptorem. de act. empt. Sp.

Itaque BONA fide poſsidere dicitur, qui ignorat rem alienam eſſe. l. 3. ff. ad l. Fab. de plagia. & è contrario mala fide poſsidet. qui conſcius ad ſe non pertinere poſsidet, Quod & Conſtantin. lib. j. Epit. titul. 3. oſtendit *καλῇ πίστει* ait *κατέχει, τουτέστιν ὁ μὴ εἰδὼς ὅτι ἀλλότριον τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἀπατώμενος, καὶ νομίζων δικαίως κατέχειν αὐτὸ ὁ κακῇ πίστει τουτέστιν ὅστις γινώσκων τὸ πρᾶγμα.*

Generaliter autem, qui à quolibet rem emit, quam putat ipſius eſſe, bona fide emit: At qui ſine tutoris auctoritate à pupillo emit: uel eo auctore, quē ſcit tutorē non eſſe, non uidetur bona fide emere. l.27. ff. de contr. emp. Aliter atq; ſi deceptus falſo tutore auctore emerit. l.15. §. qui à pupillo. ff. de publicia. Bona fide planè emere nō uidetur, qui ſciēs ab eo emit, quē Prætor ut ſuſpectum hæredem deminuere uetuit. l. 7. §. qui ſciens. ff. pro emptore. At qui à procuratore licet minoris diſtrahente, quàm res uendi potuiſſet, emit, mala fide emere non uidetur, niſi fraudē participauerit. d.l.7. §. pen. Qui contra denunciationē à domino factam emit, bona fide non emit. l. 17. C. de rei uind. In S.C. de petit. hæred. bonæ fidei poſſeſſor accipitur, qui ſe hæredem exiſtimans hæreditatem poſſedit: Malæ uerò fidei poſſeſſor is, qui ſciens ad ſe nō pertinere poſſedit. Ex quo autem ſciuit quis à ſe hæreditatem peti, ex eo tempore incepit malæ fidei poſſeſſor eſſe, ſiue ei denuntiatū eſt, ſiue ſine denuntiatione reſciuit. l.22. §. petitam. ff. de petit. hęred. Itaque ſtatim poſt motā hæreditatis controuerſiam in mala fide poſſeſſor conſtituitur. Enimuerò bona fide poſſidet, qui auctore prætore uel iudice cōparauit. l.180. ff. de diuerſ. reg. l.11. ff. de adquir. poſ. Et, ut paucis cōplectar, bonæ fidei emptor eſſe uidetur, qui aut ignorauit eam rē alienam eſſe: aut eū, qui uendidit, ius putauit uendendi habere, puta procuratorē aut tutorē eſſe. l.110. ff. de uerb. ſig. Cæterùm bona fide non poſſidet, qui exiſtimat non licere ſibi per leges uſucapere. l.32. §. 1. ff. de uſucapionib. Sed nec bonæ fidei poſſeſſor uidetur qui tacitū fideicōmiſſum in fraudem legis ſuſcepit. l.18. ff. de his quæ ut indig. Ac ne ille quidem uel ante illatam controuerſiā bonæ fidei poſſeſſor habetur, qui inultā defuncti necē omiſerit. l. 1. C. de his quæ ut indig. niſi ſi deceptus ignorantia facti fuerit. l.17. ff. eo. tit. Malæ fidei itē poſſeſſor eſt, qui ab hærede poſt motā controuerſiam quæſtionis illatæ non ignarus comparauit. l.2. C. de pet. hær. Bonæ fidei certè poſſeſſor eſſe quis deſinit, ex quo cognouit rē alienā eſſe. l. 48. ff. de adquir. rer. dom. Omnes poſſeſſores poſt litē conteſtatā malæ fidei eſſe intelligūtur. l.28. §. etiā. ff. de pet. hær. l. 45. ff. de rei uind. Eodē autē ſenſu quo poſsideri & emi res bona fide interpretati ſumus, etiam bona fide ſeruire nobis ſerui uel liberi homines dicuntur, quos alienos uel liberos ignoramus. l.19. l.23. ff. de adquir. rerum domi. l. 19. ff. de pact. & aliàs ſæpe. Dicimus porrò & bonæ fidei emptorem, & bona fide emptorem, ut in l.7. in fin. ff. de publicia. l. 8. ff. pro empto. l. 13. §. ult. ff. de minorib. l.1. §. cùm prædium. ff. de pignoribus. l.4. §. auctoris. ff. de doli except. Vt & bona fide poſſeſſorem. l.9.

§.ſed

§.sed non vti.D.de adquir.rer. do.l.2.C.si maior fact. alien.l.18.ff.de petitio. hered.l.11.l.12.l.13.ff. de noxa-lib.& bona fide dominum in l.12.in fi.ff.de liber.cauſ.

BONA fides,eſt ſincera conſcientia, Vnumquenque certò excuſans de ignorantia rei alienæ, quã uel tradit alij, uel accipit ab alio. Nemo ſanè conſcientiã ſuam,uelut mille teſtes,fallere poteſt,ſi utcunque aduerſario, uel iudici imponat. Eadem ratione mala fides,eſt læſa conſcientia,quæ accuſat & conuincit aliquem,non ignorare rem alienam eſſe, quam per fraudẽ uel tradit,uel accipit. Quare bona fides dolo fraudiq; aduerſatur,l.iij.in fin.ff.pro Socio.& contractus bonæ fidei dicti. §. Actionum autem.Inſtit.de Actiõ. l.conſenſum.ff.de Action.& oblig. Sp. Corraſius lib. 4.Miſcel.c.2.nu.14.

BONA fides, pro æquitate accipitur in l. ſi fideiuſſor.§.quædam.ff. mandati. & in d.l. conſenſum.& ſimilib.Sp.

BONA fides et integra fides dicitur l.1.C. de ſuffrag.et ſyncera l.2.c.ſi prop.pub.pens.et inde l. 10. C. de diſ.pig. bona fide ſynceriter. Hæc in contractibus bonæ fidei maximè exigitur l. 5.C.de reſcind. uend. Exigitur et in ſtrictis ſed in ijs maximè. Cuiac.obſeruat.lib.8.cap 10.

BONA fides aliàs contraria eſt fraudi dolo, aſtutijs,malitiæ.l.3.in fi.ff.pro ſoc.l.58.ff.de diuerſ.reg.Itaque bona fide, eſt citra fraudẽ ſine dolo, ſine captione cuiuſquam. Eaq; ut plurimum opponuntur inter ſe,Bona fide,& Dolo malo,uel Per fraudem.l.35.ff.loca.l.22 ff.de manu.teſt.l.2.ff.de ſeparatio.l.12.§.1.ff.de liber.cauſa.l.9.ff.quæ in fraud.credit.l.27.ff.ad Velleia.Vnde in l. 68.ff. de cõtrah.empt. Proculus bonam fidem præſtare interpretatur, ut dolus malus abſit. Bona fide & non in fraudem alicuius.l. 34.ff. de procuratorib. Bona fide, id eſt,citra calumniam, & non tergiuerſandi animo.l.7.§.planè. ff.de pet.hæred. Ex bona fide rões reddere, ſine fallaci aliqua diſsimulatiõe.l.45. §. ꝓcurator.ff.de ꝓcuratorib. Modeſtin.in l.6.§.ul.ff.de excuſ.tut.μὴ συναπατία,ἀλλ᾽ ἐν καλῇ πίστει.

BONA fides aliàs æquũ & bonũ ſignificat. l.1.§.1. ff.de act.emp.l.45.§.1.ff.loca. Hinc bonę fidei iudicia ſeu cõtractus.l.5.ff.de in lit.iur.l.7.ff.quod cert.lo.l.3. §.in hac.ff.cõmod.l.36.ff.de pecu.l.3.§.in bonę.l.32.§. in bonæ.ff.de uſur. l.57.ff.de oblig. & actio.l.22. ff. de donatio.l.6.ff.quod cũ eo.l.3.§.qa adſidua. ff.de ædilic.ed.l.84.§.qui ſeruũ.& l.108. §.cũ quid.de leg.1. Et iudicia bonę fidei l.ult.ff.de fideiuſſorib.tut.quæ ſcilicet ex bona fide oriuntur atq; deſcendũt. l.57. ff. de contrah.empt.l.2.ff.de procur.Paul.lib.ij. Sentẽt.tit. xvij.l.7.§.ſed & ſi nõ ignoramus.C.de rei ux.act.quæ in æquũ & bonum cõcepta ſunt.l.8.ff.de cap. min. In his enim iudicijs alter alteri obligatur de eo quod alterũ alteri ex bona fide, id eſt, ex æquo & bono præſtare oportet.l.2.& l.5.ff.de oblig.& actio.liberaq; poteſtas permittitur iudici ex bono & æquo æſtimandi quantũ actori præſtetur: cuius tantumdẽ in illis iudicijs officiũ ualet, quantũ in ſtipulatione nominatim eius rei facta interrogatio.§.in bonæ. Inſt.de act.l. 7. ff.de neg.geſt. Hanc poteſtatẽ nanciſcebatur iudex, cũ in formula à Prętore additũ erat,EX FIDE BONA, VEL QVANTVM AEQVIVS MELIVS, quod inſeri ſolitũ formulis.Cic.lib.iij. Officior. declarat, cùm ſine lege uindicari dolũ ait iudicijs, quibus ex fide bona agitur, reliquorũ aũt iudiciorũ hęc uerba maximè excellere, in arbitrio Rei uxoriæ, MELIVS AEQVIVS, in fiducia, VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET. Quorũ poſtremorũ uerborũ etiã lib. vij. Epiſt. ad Trebat. meminit. Plenius uerò eodẽ loco illa refert, VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, ET SINE FRAVDATIONE. Idẽ in Orat.pro Roſc.Cõ. Arbitrũ ita ſumi ſolitũ in bonæ fidei iudicijs oſtẽdir, QVANTVM AEQVIVS ET MELIVS SIT DARI. Et in iij. Offic. QVOD DARE FACERE OPORTERET EX FIDE BONA, ut & Valer. li.viij.tit.ij. indicat. Hac ratione bonæ fidei adiectiõe tẽperandã actionẽ dixit Vlp.in l.12.ff.de dolo.Sic uerbũ ex bona fide in l.54.ff.loca.& l.51.ff.de ædilic.ed.l. 31.in fi.ff.depoſ.l.1.ff.de æſtimat.accipiendũ eſt. Sic & illud eiuſdẽ Cicero.lib.vj.Epiſt. ad Attic.accipiendũ eſt. Ego tñ habeo ἰσοδυναμοῦσαν ex Q. Mucij P. F. edicto Aſiatico exceptionẽ, extra quã ſi ita negotiũ geſtũ eſt,ut eo ſtari non oporteat ex fide bona. Proinde abeſſe à bonæ fidei iudicijs quã maximè dolus malitiaq; omnino debet,etiã ſi cõuenerit, ne dolus præſtetur. Nã huiuſmodi conuẽtio bonæ fidei contraria eſt.l. 23 .ff.de diuerſ.reg.iur.Doli quoq; exceptio pręſtatioq; & bona fides his iudicijs ineſt.l.21. ff.ſol. matrimonio.l.84.§.qui ſeruũ.ff.de leg.lib.1.l.152.in fin.ff. de diuerſ.reg.Sed & pacti exceptio his ineſt.l.3. ff. de reſcin.uend.In his iudicijs ſemper ad ęquũ & bonum interpretatio redigitur. Non recipiũt itaq; eam præſtationẽ,quæ contra bonos mores deſideratur. l.5.ff. de uſur. Sed nec cõuentionẽ aliquã iniquã admittũt. l.11.§.ult.ff.de actio.emp. Bonæ fidei ratione fructus in his iudicijs pręſtãtur.l.21.ff.de hęred.uen. Quę moris ſunt & cõſuetudinis in his iudicijs ueniunt. l.31. §. quia adſidua.ff.de ædilic.ed. Conſenſu maximè hæc iudicia ſuſtinentur.l.117.ff.de diuerſ.reg.iur.

BONA fides legem contractus ſeruari expoſcit.l. 13.ff.com.præd.l.2.in fi.ff.de adm.rer.ad ciuit.Bona fides exigit ut quod cõuenit fiat.l.21. ff.loca. nec quicquã magis bonæ fidei congruit,q̃ id præſtari, qđ inter cõtrahẽtes actũ eſt.l.11.ff.de actio. empt. Ex bona fide eſt eũ,cũ quo negotiũ geritur,non decipi. l.51. ff. de ædilic.ed. Contra bonã fidẽ eſt uſuras deſiderare temporis ante moram ab eo qui beneficium in re aliena ſuſcipienda pręſtitit.l.24.in fi.ff.depoſ.Bona fides exigit, ut arbitrium tale præſtetur, quale uiro bono conuenit l.24. ff.loca. Fides bona non patitur, ut qui ſuum negotium quaſi meum geſsit, me obliget. l. 6.§.ſed ſi quis ita.ff.de neg.geſt.

BONA gratia diſſoluere matrimonium, Marcus Vertranius Maurus de iure liberorũ lib. ſingular. ca. 5. Capta, inquit, uxore maritus degens in ciuitate, poſt tempus legitimum licentiam habuit ad alias migrare nuptias, ait Iulianus, ita tamen ut diſſolutũ matrimonium bona gratia, id eſt, communi cõſenſu tam uiri, quàm mulieris, & unanimi uoluntate uideatur, dum ſibi unuſquiſq; ius ſuum habeat imminutũ. Br.

BONA gratia diſſolui olim matrimoniũ dicebatur, quod nullius ex coniugibus culpa, & ſine animi ſui ira & offenſa, ſed uel conſenſu mutuo, uel iuſta aliqua & rationali ex cauſa ſoluebatur. l.32.§.ſi diuortiũ. ff.de don.int.uir.l.14.ff.qui & à quib.ut eueniebat, cũ propter ſacerdotiũ, uel ſterilitatẽ, uel ſenectutẽ, aut ualetudinem, aut militiam ſatis cõmodè retineri matrimoniũ non poterat: uel cùm marito capto ab hoſtibus, & quinquẽnio à tempore captiuitatis elapſo, mulier ad alias nuptias migrabat. His enim cauſis matrimonium bona fide diſſolui intelligebatur. l. 60. & l. 61.& l.63. ff. de donat.int.uir. l.6. ff. de diuort. Iuſtinia. Nouel. Conſtit. xxij. διαλύεται δὲ ἐν ζωῇ συμβαλλόντων γάμος, ὁ μὲν κατὰ συμφωνίαν ἅπασιν ὢν δηλονότι. Bona gratia καλῶς λύεται. Idem Nouel. cxvij. κἂν ἢ Bona gratia, διαλυθῆναι συμβαίη τὸν γάμον Iuſtinus ſimiliter Nouella.ij.

BO-

BONA gratia. Appellatio est certæ speciei solutionis matrimonij, cuius Iustinian. meminit in nobili illa Constitutione, cui uerior titulus, De his qui nuptias iterant. Vulgò de nuptijs allegatur. Plauto locutio familiaris est, Bonam gratiam habere pro eo quod nos dicimus, zů güten danck annemen. Sp.

BONA hæreditaria partimur, non diuidimus. Spiegelius.

BONA in ipsis possessionibus, Fortunas in fructibus eorum, uocamus. Pedianus.

BONA lex, à mala, nulla alia, nisi naturæ norma diuidi potest. Arist. lib. Politicorũ 3. Qui legẽ, ait, ciuitati dominari uolunt, hi uidẽtur Deũ ac leges dominari uelle. Qui uerò hominẽ uolunt dominari, hi beluã præficiũt. Legẽ accipi uult, pro naturali ratiõe diuinitus indita, ex qua ducatur certa uiuendi forma. Per hominem intelligit solam authoritatẽ humanã, qua sic placeat, sic receptum sit. Sp.

BONA memoria. Vide, Memoria.

BONA nomina, nonnunquã mala fieri, si nunquã interpelles, ait Alphius fœnerator apud Colum. Ille nomina, iureconsultorum more, debitores uocat: & interpellare, subinde creditum reposcere. Sp.

BONA nostra dicere nondũ possumus, quę nondum competunt. Vt scribit Paulus l. substitutio. ff. de acq. rerum domi. Prat.

BONA pars, pro magna parte: quod tamen non est perpetuum. Nam interdum pro ea, quæ alioquin non uideatur contemnenda, accipitur. Id antè monuit Insulanus. Spieg.

BONA paterna præsumuntur cõmunia inter fratres. l. siue possidetis. C. de prob. arg. l. si necessarias. §. pen. ff. de pignor. act. Sp.

BONA paterna, quæ à patre profecta sunt, & cõmunia inter fratres præsumuntur. l. siue possidetis. C. de probat. Prat.

BONA prędia Pediano dicuntur quæ satisdationibus sunt obnoxia. Prat.

BONA prædia uno nomine dicuntur, bona satisdationibus obnoxia. Pedian.

BONA rapta sic accipiemus, etiã si una res ex bonis rapta sit Vlp. l. Prætor. 2. §. bona rapta. ui bono. rapt. & deturba. Prat.

BONA rapta etiam accipimus, una re rapta. l. ij. §. uel cuius. ff. ui bon. rapt.

BONA sequestrata, hoc est, cõsensu partiũ uel iudicis decreto apud sequestrẽ deposita, nec ab actore, nec à reo possidentur. l. libertus. ff. de stat. hom. Sp.

BONA uacãtia dicuntur, eadẽ quæ & caduca, nimirũ quę illius fuerũt, cuius hęres nullus est. l. 1. C. de bon. uacant. hæc aũt olim quidẽ publicabãtur: sicut Vlp. c. Inst. xviij. significat. nũc uerò cõfiscãtur, & quadriennij tẽpus ijs nũciandis pręscribitur. l. intra quatuor, 10. ff. de diuers. temp. & l. quãuis, 18. ff. de usuca. Vacãtia aũt dici quæ & Caduca, patet ex l. ult. C. Th. de bon. uacant. & l. 2. cum alijs complur. tit. seq. Hot.

BONAE fidei uerbũ uariè sumitur. Interdũ enim bonam fidem in animi scientia ponimus, cum uidelicet quis rem eam, quã possidet, suam esse existimat. Sic in l. 136. ff. de diuers. reg. iur. l. 24. ff. de usucapionibus & alijs innumerabilib. locis. Bris. Cæterũ bona fides quæ requiritur in eo, qui usucapturus est, debet iusta opinione niti, ut bona causa fuerit cur putarit rẽ suã esse, nec putaret modo, sed etiã crederet. Ideoque nõ satis est bona opiniõe esse, nisi fides adsit, hoc est rei tanquã exploratę & cõprobatæ fiducia. Quare qui fundũ meũ me absente occupat, existimãs uacantẽ & relictũ, quia scit alienũ, id est suũ nõ esse, dicitur in mala fide esse, etiãsi nõ mala mente, maloue animo id faciat, quaobrẽ nõ capiet usu quantũuis lõgo Connanus lib. 3. c. 13. Varias aũt significationes huius uerbi eruditè exposuit Duarenus ad titulum de in litem iurando: in uerbis Et in bonæ fidei iudicijs.

BONAE fidei nõ cõuenit abnegare id, quod acceperis. l. 11. ff. depos. Vt nec eo pacto stari, quod alteri captiosum sit. l. 7. ff. de rescin. uend. Aduersus bonam fidem mandatum est, si meretrici pecuniã credi mandes. l. 12. §. si adulescens. ff. manda. Bona deniq; fides quæ in his contractibus exigitur, æquitatem summã desiderat. l. 31. ff. depos.

BONAE fidei actiones. nõ quòd ulla sit actio malæ fidei, quoniã in omnib. negocijs exigitur bona fides. C. de act. & oblig. sed ideo dictę sunt, quòd iudex in cognitione potest habere rationẽ earum quoq; rerum, quarum inter contrahentes nulla mentio facta est. §. in bonæ fidei. Instit. de action. Iulian. in l. consensu. in fin. ff. de action. & oblig. Sp.

BONAE fidei contractus. Vide Contractus bonæ fidei.

BONAE fidei cõtraria est mala fides. l. 1. C. de rescind. uend. Idẽ ualet quod dolus malus. l. 1. C. de longi tẽp. prescr. Hoc sensu bona fides in omnib contractib. desideratur. l. 4. C. de obli. & act. Abesse enim ab omnib. contractib. fraus & dolus debet. Mala aũt fide significat astutè, callido cõsilio, malitiosè, dolosè. Sic in l. 5. §. ult. ff. de auct. tut. nõ mala fide, sed simpliciter: quo loci etiã nõ bona fide emere tutorẽ Vlp. scribit, qui rẽ pupilli per interpositã personam emit. Bonam fidem adgnoscere in l. 9. §. sicut. ff. de adm. tut. Bonã fidem præstare. l. 18. ff. de neg. gest. Briss.

BONAE fidei emptor Modestino l. bonę fidei 109. ff. de uer. sig. esse uidetur, qui ignorauit eã rẽ alienam esse. aut putauit eũ qui uẽdidit, ius uendendi habere puta Procuratorem aut Tutorem esse. Prat.

BONAE fidei emptor definitur in l. bonæ fidei, de uerb. sig. l. qui à quolibet, de contr. emp. l. ult. pro emptore. Ergò is malæ fidei emptor est, qui scit rẽ alienã esse, aut eum, qui uendit, ius uendendi nõ habere, & ut breue id faciã, quisquis contra legũ interdicta mercatur. Si quis igitur à luxurioso & dissoluto adolescẽte, & protinus meretrici daturo sciẽs emerit, malæ fidei emptor est. Nec. n. ab eo emere debuit, & in societate quodãmodo facti turpis uersari. Nã turpis est uẽditionis causa, & quasi tacito iure alienatio ea interdicta est. Cuia. in l. si quis cũ sciret. ff. pro emptore. Corras. lib. 2. Miscellan. cap. 8. nu. 7.

BONAE fidei homo, cui res tutò creditur, uel qui rem sibi creditam fideliter seruat.

BONAE fidei homo, qui non habet in se dolum. l. iij. C. de peric. & com. rei uen.

BONAE fidei autem iudicia à Iustinia. enumerãtur in §. actiones. Inst. de action. l. 2. C. de rer. permut. l. ult. C. de petit. hæred. quibus aduersantur stricta iudicia, uel stricti iuris actiones.

BONAE fidei possessor esse uidetur, qui rem possidet non suam, quam tamen suam esse putat: & eum qui uendidit, ius uendendi habuisse, puta procuratorem, ac tutorem fuisse. Cõtrà uerò, malæ fidei possessorem esse dicimus, qui nec rem suã possidet, & eam scit suam non esse. Itaq; bonæ fidei possessor usucapit. malæ non item.

BONAE literæ sunt, quarum finis ad quæstum non pertinet, & quæ uiam ad philosophiam muniũt. Nam sine eis, iuris ciuilis cognitio, tanquam firmissimo præsidio destituta, consistere nequit. His certè debemus ueteres iurisconsult. de quibus extat Laurentij

rentij Vallæ iudicium, & Budæi, in Epitome nostra. infrà relatum. Spieg.

BONAM fidé agnoscere, elegáter dictũ à Iurisćõ sul. in l. quoties tutor. §. sicut autem. de Administ. tut.

BONAM fidem præstare, nil est aliud, quàm sine dolo & fraude uersari. Bona fides enim, ut suo relatum est loco, contraria dolo & fraudi est. l. iiij. in fin. ff. pro Socio. Inde dicitur, homo bonæ fidei, qui nihil dolo facit. l. iij. iunct. glo. C. de peric. & commod. rei commendit. Spieg.

BONI censentur ij, Viues inquit, lib. de Anima. iij. qui pridie sunt officio suo perfuncti, erga Deum, patriam, parentes, principem, herum, amicos, liberos, necessarios, ꝓpinquos, familiares, socios, ciues, peregrinos. quæ officiorum ratio in humano genere patet latissimè: quando, ut rectè est à M. Tullio scriptum, nullæ uitæ pars seu publica seu priuata carere potest officio. Habentur pro uiris bonis, qui quã plurimis profuerunt, prosunt, proderunt. nam qui nobis, aut ijs quos habemus beneuolentia coniunctos profuit, eum ritè fungi suo officio ducimus, & bonum esse uirum. Sp.

BONI consulere cum genitiuo. Vlp. in l. generaliter. de Decurionib. Vt qui clementiorem sententiam passus est, ob id quòd ad tempus relegatur, boni consulere debeat humanitatis sententiæ, nec Decurionatum accipiat. Per genitiuũ, quasi græco more dixit: id est, existimare, clementer secum à iudicibus actũ esse in animaduersione criminis, Vide Budæum in Annot. poster. Boni ducere, apud Tertullianum subinde reperire est. Vide Annot. Rhenanã. in lib. 5. ad uersus Marcion. Sp.

BONI æqui notitia Iuris consultum significat uerum & utilem l. i. in princ. de iust: & iure ff. Prat.

BONI & æqui ars est collectio politicorum præceptorum, ad dijudicandas incidentium negotiorũ circumstantias, ût iustũ in his ab iniusto rectè discernatur. l. 1. in Princ. ff. de iust. & iure Horum autẽ præceptorum capita sunt hæc. Honestè uiuere alterum nõ lædere ius suum cuiq; tribuere Vlpia. l. institui. §. 2. ff. eod. tit.

BONI magistratus patrum nomine censentur, Et hoc uerissimũ est, inquit Oldend. de Magistratu patriæ ac natalis soli, cuius filij quoq; uidemur. Vnde Vlpian in l. i. §. & generaliter ff. de Ventr. in possess. mit. Qui etsi, inquit, non tantum parenti, cuius esse dicitur, uerum etiam reipub. nascitur. Et Pomponius inter iuris gentium exẽpla refert. ut parentib. & patriæ pareamus, in l. ueluti. ff. de Iustic. & iur. Spieg.

BONI rhetoris quæ partes sint in casu in integr. restitut. indicat Marcellus in fin. l. pen. ff. eod. tit. Sp.

BONI VIRI appellatio in iure nostro emphasin habet. Nam is bonus uir dicitur, qui nullius fraudis conscius, uerum honestatis iudicium in qualibet re sequitur. Vnde Iudex breuius definiri non potest, quàm quòd bonum uirum esse dicas. Prat.

BONI VIRI appellatione iudicem contineri ex Venuleio liquet. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. ex eodem l. uir bonus. ff. iudic. sol. & l. 58. §. l. ff. locat. Spieg.

BONI VIRI arbitratu aliméta relicta ꝓ modo dotis intelligi scribit Papinianus l. cùm uiuis. §. final. ff. de ali. & cib. leg. Prat.

BONI uiri arbitratu, est recto animi iudicio absq; prauis adfectib. ex bono & æquo aliquid decernere, obseruata ratione ne quis lædatur. l. si libertus ita iurauerit. ff. de oper. liber. l. si quis arbitratu. ff. de uerb. obl. l. non cogendum. in prin. ff. de procurator.

BONI uiri arbitratu frui. l. si fundi. in prin. ff. de usufructu.

BONI uiri arbitrio legatum accipi, quod in alterius arbitriũ collocatũ est. Vlp. scribit l. 1. ff. de leg. 2. Pr.

BONI VIRI arbitratum pro positione patrimonij accipiendum ait l. 5. de ann. leg.

BONI igitur uiri arbitratum ad æquitatem reducendum, & ex æquo & bono regulandum constat. d. l. si libertus iurauerit. & ita accipi debet in l. unic. ff. de rip. muni.

BONI uiri officiũ est, exemplo Sexti Aelij, in publicum edere, quod publicè profuturum crediderit. §. augescente ciuitate. l. ij. de Orig. iur. Spieg.

BONIS cedere. Bonis cedere uerbũ iuris est, & significat bona sua creditoribus, improbè æs alienũ à nobis contendẽtibus permittere, Galli autem uocant, *fa re bancque route*. Id autem plerũq; euenit in fraudem creditorum. Improbi enim debitores decipiendo plerunque contrahunt debita, tandémque cum uident se à creditoribus in uincula deiiciendos, dicere solent se non habere unde soluant, & sua (quæ clã & dolo transtulerunt, occultarúntque) illis permittere. Ita debita creditoribus persoluentes postmodum multò ditiores quàm antea unquam efficiuntur. Ast cùm graue sit fallere fidem (quæ iustitiæ fundamentum est, ut ait Cicero (& actum fuerit de humano cõmercio, si nulla fidei habeatur ratio, & si non sit aliquid quod pertimescãt improbi debitores, lex XII. TABVL. capitis pœnam in debitores pecuniarios, uel ex confessione sua, uel aliis legitimis probationibus conuictos per actorem, & condemnatos per iudicem, qui intra tempus ad soluendum non satisfecissent, constituit. Quæ pœna (ut ait Sextus Cæcilius iureconsultus) eo consilio denuntiata est, ne unquã ad eam perueniretur. Vincti itáque plures fuerunt, quia uinculorum pœnam mali homines contemnũt. Nemo autẽ fuisse dissectus legitur, eò quòd hæc pœnæ sæuitia contemni impunè non potuit: ut quoque scribit Riualius. Anchora.

BONIS cedebatur non in iure tantum, Sed etiã extra ius per nuncium & per Epistolam cap. ult. de cess. bo. Erat enim moris ut rei qui soluendo non essent Legis Iuliæ de bonis cedendis beneficium implorarent eoq; impetrato omnibus suis bonis ęs alienum in iure professi creditoribus cederent bonorũ siue (ut est apud Varronẽ) bonã copiã eiurátes, c. 4. C. qui bo. cedere pos. Eoq; ꝑtinet illud Senecæ de benef. li. 6. Si quis patriæ meæ pecuniã credat, nõ dicã me illius debitorem nec ex hoc æs alienum profitebor aut candidatus aut reus. Et tum quidem obseruari etiam solet Vt creditores solo uenditionis remedio indemnitati suæ consulerent. Siquidem bona diuidere non poterant propria auctoritate nec etiam iure dominij detinere d. cap. 4. Extra ius bonis ad eum modum cedebatur quem sic Apolog. 2 descripsit Apuleius: Pater eius pluribus creditorib. defœneratus maluit retinere pecuniã quã pudorẽ. Nã cũ undiq; uersum tabulis flagitaretur, & quasi insanus ab hominibus obuijs teneretur, Flax inquit negat se posse dissoluere, annulos aureos, & omnia dignitatis insignia abijcit, cũ creditorib. depascitur. Hæc Apuleius, satis indicans in omni bonorum cessione, uerbũ, hoc est nudã uolũtatis professionẽ sufficere, &c. Ræuardus l. cuius effectus. ff. de reg. iur. &c.

BONIS conditionibus seruum uenditum, ut accipiendũ sit, ostẽdit Iurisc. in l. conditioni. de ædil. ed.

BONIS interdicere quid sit uide infra bonorum interdictio. Spieg.

BO-

BONA gratia. Appellatio est certæ speciei solutionis matrimonij, cuius Iustinian. meminit in nobili illa Constitutione, cui uerior titulus, De his qui nuptias iterant. Vulgò de nuptijs allegatur. Plauto locutio familiaris est, Bonam gratiam habere pro eo quod nos dicimus, zů gůten danck annemen. Sp.

BONA hæreditaria partimur, non diuidimus. Spiegelius.

BONA in ipsis possessionibus, Fortunas in fructibus eorum, uocamus. Pedianus.

BONA lex, à mala, nulla alia, nisi naturæ norma diuidi potest. Arist. lib. Politicorũ 3. Qui legẽ, ait, ciuitati dominari uolunt, hi uidẽtur Deũ ac leges dominari uelle. Qui uerò hominẽ uolunt dominari, hi beluá præficiũt. Legẽ accipi uult, pro naturali ratiõe diuinitus indita, ex qua ducatur certa uiuendi forma. Per hominem intelligit solam authoritatẽ humanã, qua sic placeat, sic receptum sit. Sp.

BONA memoria. Vide, Memoria.

BONA nomina, nonnunquá mala fieri, si nunquã interpelles, ait Alphius fœnerator apud Colum. Ille nomina, iureconsultorum more, debitores uocat: & interpellare, subinde creditum reposcere. Sp.

BONA nostra dicere nondũ possumus, quę nondum competunt. Vt scribit Paulus l. substitutio. ff. de acq. rerum domi. Prat.

BONA pars, pro magna parte: quod tamen non est perpetuum. Nam interdum pro ea, quæ alioquin non uideatur contemnenda, accipitur. Id antè monuit Insulanus. Spieg.

BONA paterna præsumuntur cõmunia inter fratres. l. siue possidetis. C. de prob. arg. l. si necessarias. §. pen. ff. de pignor. act. Sp.

BONA paterna, quæ à patre profecta sunt, & cõmunia inter fratres præsumuntur. l. siue possidetis. C. de probat. Prat.

BONA prędia Pediano dicuntur quæ satisdationibus sunt obnoxia. Prat.

BONA prædia uno nomine dicuntur, bona satisdationibus obnoxia. Pedian.

BONA rapta sic accipiemus, etiá si una res ex bonis rapta sit Vlp. l. Prætor. 2. §. bona rapta. ui bono. rapt. & deturba. Prat.

BONA rapta etiam accipimus, una re rapta. l. ij. §. uel cuius. ff. ui bon. rapt.

BONA sequestrata, hoc est, cõsensu partiũ uel iudicis decreto apud sequestrẽ deposita, nec ab actore, nec à reo possidentur. l. libertus. ff. de stat. hom. Sp.

BONA uacátia dicuntur, eadẽ quæ & caduca, nimirũ quę illius fuerũt, cuius hęres nullus est. l. 1. C. de bon. uacant. hæc aũt olim quidẽ publicabãtur: sicut Vlp. c. Inst. xviij. significat. nũc uerò cõfiscátur, & quadriennij tẽpus ijs nũciandis pręscribitur. l. intra quatuor, 10. ff. de diuers. temp. & l. quáuis, 18. ff. de usuca. Vacátia aũt dici quæ & Caduca, patet ex l. ult. C. Th. de bon. uacant. & l. 2. cum alijs complur. tit. seq. Hot.

BONAE fidei uerbũ uariè sumitur. Interdũ enim bonam fidem in animi scientia ponimus, cùm uidelicet quis rem eam, quá possidet, suam esse existimat. Sic in l. 136. ff. de diuers. reg. iur. l. 24. ff. de usucapionibus & alijs innumerabilib. locis. Bris. Cæterũ bona fides quæ requiritur in eo, qui usucapturus est, debet iusta opinione niti, ut bona causa fuerit cur putarit rẽ suã esse, nec putaret modo, sed etiá crederet. Ideoque nõ satis est bona opiniõe esse, nisi fides adsit, hoc est rei tanquá exploratę & cõprobatæ fiducia. Quare qui fundũ meũ me absente occupat, existimás uacantẽ & relictũ, quia scit alienũ, id est suũ nõ esse, dicitur in mala fide esse, etiásì nõ mala mente, malóue animo id faciat, quáobrẽ nõ capiet usu quantũuis lõgo Connanus lib. 3. c. 13. Varias aũt significationes huius uerbi eruditè exposuit Duarenus ad titulum de in litem iurando: in uerbis Et in bonæ fidei iudicijs.

BONAE fidei nõ cõuenit abnegare id, quod acceperis. l. 11. ff. depos. Vt nec eo pacto stari, quod alteri captiosum sit. l. 7. ff. de rescin. uend. Aduersus bonam fidem mandatum est, si meretrici pecuniá credi mandes. l. 12. §. si adulescens. ff. manda. Bona deniq; fides quæ in his contractibus exigitur, æquitatem summã desiderat. l. 31. ff. depos.

BONAE fidei actiones. nõ quòd ulla sit actio malæ fidei, quoniá in omnib. negocijs exigitur bona fides. C. de act. & oblig. sed ideo dictę sunt, quòd iudex in cognitione potest habere rationẽ earum quoq; rerum, quarum inter contrahentes nulla mentio facta est. §. in bonæ fidei. Instit. de action. Iulian. in l. consensu. in fin. ff. de action. & oblig. Sp.

BONAE fidei contractus. Vide Contractus bonæ fidei.

BONAE fidei cõtraria est mala fides. l. 1. C. de rescind. uend. Idẽ ualet quod dolus malus. l. 1. C. de longi tẽp. prescr. Hoc sensu bona fides in omnib contractib. desideratur. l. 4. C. de obli. & act. Abesse enim ab omnib. contractib. fraus & dolus debet. Mala aũt fide significat astutẽ, callido cõsilio, malitiosẽ, dolosè. Sic in l. 5. §. ult. ff. de auct. tut. nõ mala fide, sed simpliciter: quo loci etiá nõ bona fide emere tutorẽ Vlp. scribit, qui rẽ pupilli per interpositá personam emit. Bonam fidem adgnoscere in l. 9. §. sicut. ff. de adm. tut. Boná fidem præstare. l. 18. ff. de neg. gest. Briss.

BONAE fidei emptor Modestino l. bonę fidei 109. ff. de uer. sig. esse uidetur, qui ignorauit eá rẽ alienam esse. aut putauit eũ qui uẽdidit, ius uendendi habere puta Procuratorem aut Tutorem esse. Prat.

BONAE fidei emptor definitur in l. bonæ fidei, de uerb. sig. l. qui à quolibet, de contr. emp. l. ult. pro emptore. Ergò is malæ fidei emptor est, qui scit rẽ alienã esse, aut eum, qui uendit, ius uendendi nõ habere, & ut breue id faciá, quisquis contra legũ interdicta mercatur. Si quis igitur à luxurioso & dissoluto adolescẽte, & protinus meretrici daturo sciẽs emerit, malæ fidei emptor est. Nec. n. ab eo emere debuit, & in societate quodãmodo facti turpis uersari. Ná turpis est uẽditionis causa, & quasi tacito iure alienatio ea interdicta est. Cuia. in l. si quis cũ sciret. ff. pro emptore. Corras. lib. 2. Miscellan. cap. 8. nu. 7.

BONAE fidei homo, cui res tutò creditur, uel qui rem sibi creditam fideliter seruat.

BONAE fidei homo, qui non habet in se dolum. l. iij. C. de peric. & com. rei uen.

BONAE fidei autem iudicia à Iustinia. enumerãtur in §. actiones. Inst. de action. l. 2. C. de rer. permut. l. ult. C. de petit. hæred. quibus aduersantur stricta iudicia, uel stricti iuris actiones.

BONAE fidei possessor esse uidetur, qui rem possidet non suam, quam tamen suam esse putat: & eum qui uendidit, ius uendendi habuisse, puta procuratorem, ac tutorem fuisse. Cõtrà uerò, malæ fidei possessorem esse dicimus, qui nec rem suá possidet, & eam scit suam non esse. Itaq; bonæ fidei possessor usucapit. malæ non item.

BONAE literæ sunt, quarum finis ad quæstum non pertinet, & quæ uiam ad philosophiam muniũt. Nam sine eis, iuris ciuilis cognitio, tanquam firmissimo præsidio destituta, consistere nequit. His certè debemus ueteres iurisconsult. de quibus extat Laurentij

rentij Vallæ iudicium,& Budæi, in Epitome nostra. infrà relatum. Spieg.

BONAM fidē agnoscere, elegāter dictū à Iurisc̄o sul. in l. quoties tutor. §. sicut autem. de Administ. tut.

BONAM fidem præstare, nil est aliud, quàm sine dolo & fraude uersari. Bona fides enim, ut suo relatum est loco, contraria dolo & fraudi est. l. iiij. in fin. ff. pro Socio. Inde dicitur, homo bonæ fidei, qui nihil dolo facit. l. iij. iunct. glo. C. de peric. & commod. rei commendit. Spieg.

BONI censentur ij, Viues inquit, lib. de Anima. iij. qui pridie sunt officio suo perfuncti, erga Deum, patriam, parentes, principem, herum, amicos, liberos, necessarios, ꝓpinquos, familiares, socios, ciues, peregrinos. quæ officiorum ratio in humano genere patet latissimè: quando, ut rectè est à M. Tullio scriptum, nullæ uitæ pars seu publica seu priuata carere potest officio. Habentur pro uiris bonis, qui quā plurimis profuerunt, prosunt, proderunt. nam qui nobis, aut ijs quos habemus beneuolentia coniunctos profuit, eum ritè fungi suo officio ducimus, & bonum esse uirum. Sp.

BONI consulere cum genitiuo. Vlp. in l. generaliter. de Decurionib. Vt qui clementiorem sententiam passus est, ob id quòd ad tempus relegatur, boni consulere debeat humanitatis sententiæ, nec Decurionatum accipiat. Per genitiuū, quasi græco more dixit: id est, existimare, clementer secum à iudicibus actū esse in animaduersione criminis, Vide Budæum in Annot. poster. Boni ducere, apud Tertullianum subinde reperire est. Vide Annot. Rhenanā in lib. 5. ad uersus Marcion. Sp.

BONI æqui notitia Iuris consultum, significat uerum & utilem l. i. in princ. de iust. & iure ff. Prat.

BONI & æqui ars est collectio politicorum præceptorum, ad dijudicandas incidentium negotiorū circumstantias, ùt iustū in his ab iniusto rectè discernatur. l. i. in Princ. ff. de iust. & iure Horum autē præceptorum capita sunt hæc. Honestè uiuere alterum nō lædere ius suum cuiq; tribuere Vlpia. l. institui. §. 1. ff. eod. tit.

BONI magistratus patrum nomine censentur, Et hoc uerissimū est, inquit Oldend. de Magistratu patriæ ac natalis soli, cuius filij quoq; uidemur. Vnde Vlpian in l. i. §. & generaliter ff. de Ventr. in possess. mit. Qui etsi, inquit, non tantum parenti, cuius esse dicitur, uerum etiam reipub. nascitur. Et Pomponius inter iuris gentium exēpla refert. ut parentib. & patriæ pareamus, in l. ueluti. ff. de Iustic. & iur. Spieg.

BONI rhetoris quæ partes sint in casu in integr. restitut. indicat Marcellus in fin. l. pen. ff. eod. tit. Sp.

BONI VIRI appellatio in iure nostro emphasin habet. Nam is bonus uir dicitur, qui nullius fraudis conscius, uerum honestatis iudicium in qualibet re sequitur. Vnde Iudex breuius definiri non potest, quàm quòd bonum uirum esse dicas. Prat.

BONI VIRI appellatione iudicem contineri ex Venuleio liquet. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. ex eodem l. uir bonus. ff. iudic. sol. & l. 58. §. l. ff. locat. Spieg.

BONI VIRI arbitratu alimēta relicta ꝓ modo dotis intelligi scribit Papinianus l. cùm uiuis. §. final. ff. de ali. & cib. leg. Prat.

BONI uiri arbitratu, est recto animi iudicio absq; prauis adfectib. ex bono & æquo aliquid decernere, obseruata ratione ne quis lædatur. l. si libertus ita iurauerit. ff. de oper. liber. l. si quis arbitratu. ff. de uerb. obl. l. non cogendum. in prin. ff. de procurator.

BONI uiri arbitratu frui. l. si fundi. in prin. ff. de usufructu.

BONI uiri arbitrio legatum accipi, quod in alterius arbitriū collocatū est. Vlp. scribit l. 1. ff. de leg. 2. Pr.

BONI VIRI arbitratum pro positione patrimonij accipiendum ait l. 5. de ann. leg.

BONI igitur uiri arbitratum ad æquitatem reducendum, & ex æquo & bono regulandum constat. d. l. si libertus iurauerit. & ita accipi debet in l. unic. ff. de rip. muni.

BONI uiri officiū est, exemplo Sexti Aelij, in publicum edere, quod publicè profuturum crediderit. §. augescente ciuitate. l. ij. de Orig. iur. Spieg.

BONIS cedere. Bonis cedere uerbū iuris est, & significat bona sua creditoribus, improbè æs alienū à nobis contendētibus permittere, Galli autem uocant, *fa re bancque route.* Id autem plerūq; euenit in fraudem creditorum. Improbi enim debitores decipiendo plerunque contrahunt debita, tandémque cum uident se à creditoribus in uincula deiiciendos, dicere solent se non habere unde soluant, & sua (quæ clā & dolo transtulerunt, occultarūntque) illis permittere. Ita debita creditoribus persoluentes postmodum multò ditiores quàm antea unquam efficiuntur. Ast cùm graue sit fallere fidem (quæ iustitiæ fundamentum est, ut ait Cicero (& actum fuerit de humano cōmercio, si nulla fidei habeatur ratio, & si non sit aliquid quod pertimescāt improbi debitores, lex XII. TABVL. capitis pœnam in debitores pecuniarios, uel ex confessione sua, uel aliis legitimis probationibus conuictos per actorem, & condemnatos per iudicem, qui intra tempus ad soluendum non satisfecissent, constituit. Quæ pœna (ut ait Sextus Cæcilius iureconsultus) eo consilio denuntiata est, ne unquā ad eam perueniretur. Vincti itàque plures fuerunt, quia uinculorum pœnam mali homines contemnūt. Nemo autē fuisse dissectus legitur, eò quòd hæc pœnæ sæuitia contemni impunè non potuit: ut quoquē scribit Riualius. Anchora.

BONIS cedebatur non in iure tantum, Sed etiā extra ius per nuncium & per Epistolam cap. ult. de cess. bo. Erat enim moris ut rei qui soluendo non essent Legis Iuliæ de bonis cedendis beneficium implorarent eoq; impetrato omnibus suis bonis æs alienum in iure professi creditoribus cederent bonorū siue (ut est apud Varronē) bonā copiā eiurātes, c. 4. C. qui bo. cedere pos. Eoq; ꝑtinet illud Senecæ de benef. li. 6. Si quis patriæ meæ pecuniā credat, nō dicā me illius debitorem nec ex hoc æs alienum profitebor aut candidatus aut reus. Et tum quidem obseruari etiam solet Vt creditores solo uenditionis remedio indemnitati suæ consulerent. Siquidem bona diuidere non poterant propria auctoritate nec etiam iure dominij detinere d. cap. 4. Extra ius bonis ad eum modum cedebatur quem sic Apolog. 2 descripsit Apuleius: Pater eius pluribus creditorib. defœneratus maluit retinere pecuniā quā pudorē. Nā cū undiq; uersum tabulis flagitaretur, & quasi insanus ab hominibus obuijs teneretur, Flax inquit negat se posse dissoluere, annulos aureos, & omnia dignitatis insignia abijcit, cū creditorib. depascitur. Hæc Apuleius, satis indicans in omni bonorum cessione, uerbū, hoc est nudā uolūtatis professionē sufficere, &c. Ræuardus l. cuius effectus. ff. de reg. iur. &c.

BONIS conditionibus seruum uenditum, ut accipiendū sit, ostēdit Iurisc. in l. conditioni. de ædil. ed.

BONIS interdicere quid sit uide infra bonorum interdictio. Spieg.

BO-

BONIS publicatis non ueniunt iura & actiones & sic nomina debitorum, quando statutum utitur uerbo possessiuo, puta bona sua, quia iura personalia non possidentur: ita sing. Bal. in l.i. circa prin. de statu hominum. & pro sing. not. Ang. Aret. in maleficijs. in uerb. & eius bona publicamus. in ij. col. uers. quæro quis iudicium possit, &c. Et in pulchro casu sequitur D. Alex. cons. xxxj. uiso titulo quæst. col. penult. uers. confirmo per ea. lib. 1. & consil. xlv. habita super his. col. iij. uers. primo enim considero. eod. lib. Quid autem in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, an ueniant nomina debitorũ? Bald. sing. consuluit quòd non. in consil. ccxxxij. super infrascriptis dubijs in ij. dub. in ij. lib. quod alibi se non legisse testatur. & approbat D. Ias. in l. stipulatio hoc modo concep. a in ult. uerbis. ff. de uerb. obl. ubi refert se per hoc consuluisse, quod in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium, ubicunque existentium, non ueniant nomina debitorum. de quo infrà latius in uerb. Nomina. Et ulterius dicit in proposito Bal. in c.1. §. sciendum est. uers. extrà quærit. in tit. de feudi cognit. quòd ea quæ non sunt corporalia, sed incorporalia, non dicuntur propriè mobilia, nec immobilia, quod dictum latè reassumit D. Alex. consil. xxv. uiso themate & statutis. col. ultim. uers. & quòd ea. lib. 1. Cotta in memoral.

BONIS uiris præsentibus. l. si pater. §. quædam. ff. de fideicom. libert.

In BONIS esse, aliud est quàm ex bonis. Nam in bonis id esse dicitur, quod dominij nostri uel quasi dominij est: Ex bonis uerò quidquid ex substãtia nostra est, etiamsi commodatum tãtùm, uel depositum, uel pigneratum sit. l. 2. §. in hac. ff. ui bon. rapt.

In BONIS autem habere olim dicebantur, qui pleno iure, id est, ex iure Quiritium domini facti non erant: puta quibus neq; mancipata res, neq; in iure cessa, nec statuto ad usucapionem tẽpore ab his possessa erat, ut Vlpian. in Instit. tit. j. & tit. xix. & tit. xxij. explicat: & Theophil. in Institutio. tit. ex quib. caus. manumitt. lic. qui eleganter ficto uocabulo hos Bonitarios dominos appellat. Latiùs autem & generalius dicimus, In bonis esse, quod in patrimonio nostro aliqua ratione est. l. 1. ff. de rer. diuisio. l. 25. §. non solum. ff. quæ in fraudem credit. Ita res per uim alienata in bonis esse dicitur eius, qui uim passus est. l. 9. §. licet. ff. quod met. cau. & seruus domino non defendente ductus, in bonis eius esse qui duxit. l. 2. §. ult. ff. si ex nox. causa. In bonis etiam uenditoris res uendita est, antequàm ab eo emptori tradita sit. l. 8. §. si debitor. ff. quib. mod. pig. §. cùm autem. Inst. de emptio. & uend. In bonis autem nostris computantur nõ solùm quæ dominij nostri sunt, sed & quæ bona fide à nobis possidentur, uel superficiaria sunt. Æquè si quid in actionibus, persecutionibus, petitionibusq; est, bonis adnumeratur. l. 49. ff. de uerb. signif. l. ult. ff. de usufru. leg. Princeps itaque bona concedendo, uidetur obligationes concedere. l. 21. ff. de uerb. signif. Et actiones quidem siue legitimæ, siue honorariæ, siue ciuiles, siue pœnales, in bonis ponuntur: exceptis popularibus & iniuriarum actionibus, quæ nisi demum lite contestata, in bonis esse non creduntur. l. 32. ff. ad l. Falcid. l. 28. ff. de iniur. l. 12. ff. de uerb. signif. l. penult. ff. de popularib. actio. Lite planè contestata, cùm & ad hæredes transmittantur, & propriè eius fiant, qui instituit, bonis adgregantur. Dos etiam in bonis mariti esse dicitur constante matrimonio. l. 21. §. Idem respõdit. ff. ad municipal. l. 7. §. si res. & l. 75. ff. de iure dot. Denique rem in bonis nostris habere intelligimur, quotiens possidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandam eam actionem habemus. l. 82. ff. de adquir. rer. dom. Substitutio quę non dum competit, hæreditas item non adita extra bona sunt. l. 42. ff. de adquir. rer. dom. l. 63. ff. ad l. Falcid. In bonis etiam nostris non est, quod euincitur. l. 151. ff. de diuers. reg. iur. Seruitutes nec in bonis sunt, nec extra bona. l. 1. ff. de usufr. leg. Briss. & Corrasius lib. 5. Miscell. cap. 14. nu. 8.

In BONIS etiam esse dicitur, qui in eorum possessionem missus est. l. penult. ff. ut leg. nom. Sic & apud Cicero. lib. xiij. Epist. ad Attilium. Eius frater Catinæ nuper mortuus est: nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuersiã eum habiturũ. Et est hodie in bonis, id est, bona tenet ac possidet. Bris.

In BONIS uim passi dicitur esse res, quæ ui alienata fuit l. metum 9. §. licet. ff. quod metus caus. Prat.

In BONIS eius qui ducit, seruus non defendente domino ductus. l. 2. §. fin. ff. si ex nox. caus. ag. Prat. Æs denique alienum in bonis non est. Quod & significat Quintil. in Declamatio. cclxxiij. Bona, inquies, sunt, ut opinor, ea, quæ detractis alienis deprehensa sunt. Finge alium creditorem fuisse eius, quem deprehendisti. Non dubium est, quin quamuis ad te bona pertinerent adulteri, recepturus tamen suum creditor fuerit. Concludamus ergo naturaliter id bonorũ cuiusque esse intelligi, quod æri alieno superest. l. 11. ff. de iure fisci. Ciuiliter bona uniuersitatem successionis significant qua in ius demortui succeditur, suscipiturq; eius rei commodum & incommodum. l. 3. ff. de bonor. possess. l. 14. §. ult. ff. ad Trebellia. Vt cùm bonorum possessionem dicimus, idem hic ualet bonorum appellatio quod & hereditatis, iusq; successionis nõ etiã singulas res demonstrat. l. 208. ff. de uerb. signif. Est enim iuris magis, quã corporis possessio. l. 3. §. 1. ff. de bonor. possess. Eaq; de causa bonorum possessio iuris nomen esse dicitur sicut & hereditatis. l. 119. ff. de uerb. signif.

BONITAS, ut docet. Alciat in l. iij. de Reb. cred. quædam qualitas est, quæ rem ipsam non immutat: unde à substantia non parum differt. l. ubi autem. ff. de Verb. oblig. Spieg.

BONO genere natus, id est bona familia, uel ut uulgus dicit, bona domo. Spieg.

BONORVM appellatione hæ res comprehensę uidentur, quarum proprietas ad hæredem pertinet, Vlpiano l. is cui. l. 5. §. bonorũ. ff. ut in poss. leg. uel fid.

BONORVM appellatione nomina continentur. l. bonorum 49. Hoc tamẽ cùm Bartoli distinctione recipiẽdum putem in l. Princeps. ff. de uerb. sign. Vbi uide Alberic. & Alciat. Prat.

BONORVM appellatione uenit emphiteosis. ita sing. Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. in pen. Car. uers. clvj. quæritur utrum filius. & in sing. q. consuluit Bal. consil. cclxxxiiij. pręmissis uerbis cuiusdam statuti. in j. lib. item ueniũt bona feudalia, secundum Andr. de Iser. sing. in c. j. ad fin. de capitaneo, qui cur. uend. scripsi de utroque infrà in uerb. Emphiteosis. Cotta in memoral.

BONORVM appellatio fructus nõ cõtinet Paulo. l. si quis bonorum 23. ff. de leg. 1. Nisi mora intercesserit. Prateius.

BONORVM appellatione & prædia, & mancipia, & supellex, & kalendarium continentur. l. 37. ff. de usuf. leg. Sed enim bonorum appellatio aut naturalis est, aut ciuilis. Naturaliter ex eo bona dicuntur, quòd beent, id est, beatos faciant. l. 49. ff. de uerb. signif. Vnde & beatos latini appellant diuites atq; locuple-

cupletes. Plaut. in Pœnulo, Bonam ego quàm beatá esse primò dici mauolo. Seneca lib. iij. controuersia. Insolens malum est beata uxor, cùm immensum pondus auri orba attulerit, cùm pecunia arcas nostras onerauerit, quid aliud quàm beatæ seruiemus? Idem lib. iij. Epist. de Sabino diuite homine. Nunquam, ait, uidi hominem beatum indecentius. Secundùm hæc bona propriè dici non possunt, quæ plus incommodi, quàm cōmodi habēt. l. 83. ff. de uerb. sign. Proinde bona intelligūtur cuiusq; quę subducto ęre alieno superſunt. l. 39. §. 1. ff. de uerb. sig. l. 72. ff. de iure dot. l. 2. §. 1. ff. de collatio. bon. Eaq; ratione bona ab hæreditate separantur. l. 81. ff. de legat. 3. l. 16. §. 1. ff. ad Treb. Multū que interest, hereditatis, an bonorum usus fructus legetur. Vsufructu enim bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendum est. l. 69. ff. ad l. Falcid. l. ult. ff. de usufr. leg. At hereditatis appellatio etiā onera continet. Bonorum etiam parte legata funeris impensa manumissorumq; pretiū, aliter atque si hereditatis pars legata sit, ex medio deducitur. l. 8. §. ul. cū l. seq. ff. de leg. lib. ij. l. 104. §. ult. ff. de legat. lib. j. Brison

Adde quod hac naturali bonorū significatione factum est, ut tria eorum genera ponerētur, quibus cōprehenditur, quidquid commoditatem aliquam affert hominibus. Sunt enim quædam bona animi, ijs proposita philosophis, quorum est de moribus disputatio: alia sunt corporis, quæ medicos spectāt & physicos: alia fortunæ, in quibus tanquam in sua materia q̄ tractet, uersatur ista iuris ciuilis cognitio, ꝓpterea quòd in his præcipuum iustitię munus constitutum est. suntq; ciuiliter bona, quas etiam fortunas nominamus, quandoq; fortunam numero singulari, quasi in Vnius fortunæ posita arbitrio. Scæuola de statu liberis. l. Sticho, ad finem. Cum penè totam fortunam in nominibus haberet. & Liuius tertia decade Castra plena omnis fortunę publicę priuatæq; reliquit. Græcis οὐσία dicitur, Vnde Latini substantiam uerterūt. Vlpia. de iniurijs. l. lex Cornelia pro modo substantiæ accusatæ personæ, æstimatione iudicis precium constituitur. Quo uerbo Quintilianus usus est: Tull. facultates dixisset. Atq; hęc est bonorum ciuilis appellatio. ex qua Iuuenalis dixit Vetulæ uesica beatæ, id est diuitis. Connanus. lib. 3. cap. 2. nu. 9.

In edicto, quo in bonorum possessionem legatarios Prætor mittit, bonorum appellatione non ex tātùm res quarum proprietas ad heredes pertinet continentur, sed & agri uectigales, & quæ pignori data sunt, & quæ bona fide possidentur. l. 5. §. bonorum. ff. ut in poss. leg. Planè in his uerbis prætoris, Si dolo malo eius qui liber esse iussus erit, post mortem domini, ante aditam hereditatem in bonis, quæ eius fuerunt, qui eum liberum esse iusserit, factum esse dicetur, quominus ex his bonis ad hæredem perueniet, plenius bonorum causam pro utilitate omni accipimus, ut & pigneratæ res & commodatæ & alienæ bona fide possessæ comprehendātur. l. 1. in prin. & §. hęc actio. ff. si quis test. li.

BONORVM emptor olim dicebatur, qui cū debitoris damnati bona auctione uendenda essent, solea omnia bona per auersionem coemebat: ut, si facultas ferret, in solidū omnibus satisfaceret: dein si quid reliqui esset, sibi haberet. quòd si diffidebat ne paria facere posset, tum antequam emeret, cum creditoribus decidebat. itaq; ad emptionem accedebat. §. 1. De success. sublat. l. imperatores, 60. ff. de pact. l. 4. C. de bon. auct. iudic. l. Aufidius, 29. ff. quibus ex causs. in poss. Hot.

BONORVM interdictio per prætorem fit moribus, aliquando lege fieri dicitur, sed cæpit à moribus primum, deinde trāslata est in 12. tab. l. 1. ff. de cur. fur. M. Tullius in Cato. Maiore, Vt quemadmodum, inquit, nostro more rem malè gerentibus patrijs bonis interdici solet. Fit autem his uerbis. Quando tua bona paterna auitaq; nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re, commercioque interdico. Citatur Paul. autor libro sent. siue Factorum iij. Antea legebatur, habita quæ pro auitaque. Sic in l. priuilegio. C de decurio. Vbi pro assuetus, ueteres libri habent, habitus, id est, auitus rectissimè. Hic enim est legis sensus. Auo decurione, patre milite, uel patre decurione, auo milite natum, curiam utrobiq; sequi potius, quàm militiam. Sic Cic. de Senect. Arbitror te audire Scipio hospes tuus habitus Masinissa. Scriptum est enim antiquo more, habitus pro auitus: quod nec Gaza, qui [illegible] uertit, nec cæteri interpretes intellexerunt. Sic Valerius lib. 6. cap. liberè dicta, aut facta, de eodem Scipione loquens, Recens, inquit, ipsius uictoria Numantina, & patris Macedonica, deuictæ Carthaginis spolia habita, ac duorum regum Syphacis & Persei ante triumphales currus catenæ, ceruices totius tūc fori clauserūt. Sic Tullij est inscripta oratio pro Cluētio. Habito, id est, Auito, ut Flor. est scriptum in l. Cicero. ff. de pœn. Habitus enim, si penult. corripias, nomen Romanum non est. Cuia. recep. sent. Iul. Paul. lib. 3. tit. 4. §. moribus per prætorem.

BONORVM possesio: & Possessio bonorū longè lateq; distant. Nam illa sonat significatq; ius: ut ex definitione ipsius liquidò constat. quā inferius paulò subijciā. Hæc uerò facti est. Ita Bald. & Angel. Inst. de bon. pos. in prin. adducūt pro hac l. 1. §. adipiscimur, & §. si uir. ff. de acqu. pos. Est & alia differētia, quod illa ad bonorum uniuersitatē id est uniuersi Iuris successionem pertinet, atq; in perpetuum decernitur, ut infrà patet. Hæc causa rei seruandæ, atq; ita ad tempus constituitur, ut apparet ex uerbis Callistrati l. quāuis. 13. ff. ut in possess. leg. Conuerso tamen ordine possessionem bonorum (quæ iuris est) dixit Macer. l. 4. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdictio. Subtilem hunc uerborum ordinem & structuram nō obseruauit Paulus l. in honorarijs 35. ff. de oblig. & actio. Illæ inquit rei persecutionem continent, quibus persequimur, quod ex patrimonio nobis abest. ut cum agimus cū bonorū possessore debitoris nostri. Bonorū aūt possessio quæ C. Harmenopulo [illegible] dicitur à Iurisconsultis simpliciter nonnunquā Possessio appellatur l. scriptus. ff. de Carb. edict. & l. cū pater §. Titio. ff. de leg. 2. In Macri tn̄ responso d. l. 4. de offic. eius cui manda. de ea, quæ facti est, accipiendum putem. Nam eā facto ipso decernit iudex ut eā accipiat hęres. Scio Alciatum differentiam ordinis improbare. l. 1. in fin. C. qui admitti. Prat.

BONORVM possessio, pro iure ipso hæreditario accipitur, quod cum prætoris decreto acquiritur: ut tametsi res ipsas hæreditarias possideamus, bonorum tamen possessionem, id est ius ipsum, à iudice impetrare nobis necessarium sit. nihilque ab ea hæreditate differt, nisi quòd solo animo hæreditas aditur: bonorum possessio ut acquisita uideatur, ius dicentis officium requirit. Nec est duntaxat ius persequendi, retinendique patrimonij, sed & rei cuiusque, cum is moritur, cuius fuit. l. iij. de bon. poss. Vide Alciatum lib. quarto Paradox. & suprà, Aditio hæreditatis. Spieg.

BONORVM possessionem definit Vlpianus l. 3. §. bonorum. ff. de bono. possess. ius persequendi. reti-

nendiq; patrimonij, siue rei, quæ cuiusque cum moritur fuerit. Alciatus hanc definitionem explicat in rubr. C. qui admitt. A' C. Harmeno lib. 1. tit. 3. διακατοχὴ appellatur. Prat.

BONORVM possessio hoc tēpore appellari potest Ceremonia illa, quá ex statutis adhibent succedentes ab intestato, uel ex testamento, dum testamēta post morté recitantur publicè apud magistratum, dum bona immobilia adsignátur hæredi, & describūtur in publicis monumētis. Vide Bart. l. 2. C. de testa. Ad bonorū possessionē item pertinent ordinationes statutariæ, scilicet, ne quis hęres admittatur, nisi probatione prius, saltē per duos testes audita, de gradu cognationis proximo, & si quæ sunt similes. Prat.

BONORVM possessionis introducendæ causa fuit, ut ius ciuile percipiendarum hæreditatum angustissimis finibus per legem XII. Tabularum cōstitutum, Prætor ex æquo, & bono dilataret, scilicet hoc agens, ne quis sine successore moreretur, qui saltem hæredis loco esset bonorum possessor. §. adhuc autē. Institut. de bonor. possess. §. 1. Institut. quibus ex caus. manu. non licet. l. Et quia. ff. de interrogat. in iur. faciend. quæ ratio dilatādæ successionis tantùm apud ueteres ualuit, ut Prætor non solùm emendandi, ac supplendi, uerumetiam confirmandi seu adiuuandi iuris ciuilis gratia, concederet bonorum possessionē etiam illis, qui uel ex testamento, uel ab intestato, legitimè succedere poterant, cœpitq; paulatim decretum successionis apud iudicem à quibuslibet hære. peti, sicut & hodie in multis locis obseruari uidemus. Instit. de bon. poss. in princip. l. ult. C. qui admitti ad bono. possess. ubi uide Alciat.

BONORVM possessiones etiam hodie in multis casibus prosunt, ut tradit gl. magistr. in l. certum est. C. unde legit. inter quos nota, quod licet quis sit exclusus a iure adeundi spacio xxx. annorū, quòd ignorāti currit, quia est continuū, ut l. 3. in fi. C. de præscri. xxx. annorum: tamen si à die scientiæ dantur cētum dies, si est de transuersalib. uel si est de liberis, habet annum de iure prætorio, ad petendam bonorū possessionem l. 1. §. largius. ff. de success. edicto. & l. ij. & l. pen. §. ult. ff. quis ord. in bon. pos. seruata sing. declarat Bal. in rub. C. qui admi. in vj. q. qui in hac materia melius & singularius loquutus est, quàm aliquis alius, secundum Paul. de Cast. in l. ult. in ult. col. in prin. C. unde leg. & in l. quamdiu. C. qui adm. ubi etiam reputat sing. & perpetua memoria dignum. & hac caut. instruit agnatos, qui per ignorantiam exclusi sunt, Bar. Cepol. caut. ccxliij. nota auream. Cotta in memor.

BONORVM possessio etiā elapso termino peti pōt & talis petitio producit effectū, ut quis uideatur gerere se pro hærede, & efficitur hæres de iure ciuili, quod perpetuū est. ita sing. Bal. in l. puberem. circa fi. C. de iur. del. & pro sing. caut. commendat Bar. Veronens. pro eo qui esset exclusus de iure prætorio, caut. cclix. quæ incip. Bal. singulariter, iunctis his quæ in simili scripsi inf. in uerb. Iuri adeundi. Cotta.

BONORVM possessio, & hæreditas adeo affinia sunt, ut sæpe confundatur appellationis discrimen. l. 3. .j. de bon. poss. l. hæreditatis. de uerb. sig. l. ult. C. qui admitti. Cæterùm ubi agitur de acquir. hæred. & ratione succedendi, non parum interesse uidetur inter hæredem, & bonorū possessorem: Primum nemo inuitus fit bonorū possessor d. l. 3. §. inuito. quia uidelicet suorū & necessariorū nomina siue qualitates nō nisi ad hæredes pertinent. Rursus bonorum possessionē potest filius agnoscere, etiā inscio patre l. 1. C. qui admitti. At hæreditatē adire nequit nisi eo prius iubēte l. si quis mihi bona. §. iussum de acquir. hæred. Præterea hæreditas solo animo aditur l. pro hærede. ff. de acquir. hæred. At bonorum possessiones, saltem hæc iure à prætore peti debebant. Nā ut prætoris edictū proximo deferat bonorū possessionē, non tamen omnino acquirit. Ad hæc per procuratorem peti potest bonorū possessio l. 2. §. acquirere. ff. de bon. poss. At non hæreditas adiri l. Paulus. ff. de acquir. hæred. postremo hæreditatis adeundæ tempus est 30. annorum, & id quidem continuum, quod etiam ignoranti currit l. licet C. de iure delib. Agnoscendæ uerò bonorum possessionis tempus est utile, liberis quidem unius anni, cognatis uerò centum dierum: nec currit ignoranti Bald. Instit. de bon. possess. Dare bonorum possessionē est Iurisdictionis siue imperij mixti l. imperium ff. de iurisdict. omn. iud. Dat eam prętor in urbe, præses in prouincia, non duumuiri l. ea quæ. ff. ad municipalem. A præfecto urbi bon. possessionis datę exemplum est apud Valerium lib. 7. cap. de testamentis, quæ rescissa sunt. Refert .n. exhæredato patri à filio in adoptionē dato G. Calpurniū pręf. urbis rescisso filij testamento ab intestato bon. possessionē dedisse. quod certè nō eo quidē apud me nouū est, quia ob exhæredationē patris rescissum fuerit testamentū filij in adoptionē dati, quādoquidē & is filius uicissim, si exhęredatus fuisset, de inofficioso testamēto patris iure experiri potuisset: sed quia præfectū urbi ait bonorum possessionem dedisse. Hoc enim iuris auctoritate caret. Cuia. obseruat lib. 4. cap. 15.

Porro uerò uariæ sunt diuisiones possessionis bonorum, quas obiter subijciemus. Nam initio alia est contra tabulas, alia secundum tabulas.

BONORVM uerò possessio cōtra tabulas appellatur, quæ cōtra testamentū, contra lignū, contra uoluntatem defuncti competit: qualis est quæ filio emācipato patronoque pręterito datur. l. 6. §. 1. ff. de bon. pos. l. 19. ff. de contr. tab. Hæc à Græcis Iureconsultis ἐναντίωσις τῶν διαθηκῶν dicitur. Alia secundùm tabulas, & secundùm uoluntatem, quàm Prætor omnibus iure scriptis hęredibus pollicetur. §. sunt autem. Inst. de bon. possess. ff. l. 6. §. 1. Et hæ facto in scriptis testamento competunt: Aut si sine scriptis testamentum conditum est, secundùm nuncupationem, uel contra nūcupationem bonorum possessio datur. l. ult. C. de bonor. pos. sec. tab. l. 1. C. de bon. pos. contra tabul. liberti. l. ult. C. de codicill. Alię etiam ab intestato ius habētibus legitimum uel etiam non habentibus propter capitis deminutionem dantur: quæ enumerantur in §. & primo. cum seq. §§. Instit. de bonor. possess. & lib. xxxviij. Pandectar. Briss.

BONORVM possessio contra tab. quāuis reducat rem funditus ad causam intestati in suo, tamen in emancipato hoc indistinctè nō procederet. Istam differentiā considerat sing. solus Bal. in l. ult. in pen. col. uers. iuxta hoc quæritur. C. unde leg. & pro sing. commēdat eam ff. Ias. in l. ij. col. xiij. uers. redeo ad primā. C. de contra tab. & est memoria dignum, pro declaratione iurium quæ dicunt, quòd bonorum possessio contra tabulas competens filio præterito, non impedit hæreditatem adiri de iure ciuili. nam intelliguntur procedere in emancipato tantum: secus in suo, per prædicta. quod bene nota.

BONORVM possessio secundum tabulas est ordinaria ex testamento. Et dicitur esse ex testamento secūdum Azo. non quia iuuatur ex uoluntate defuncti, sed quia non habet locum, nisi existēte testamento, & datur scriptis hæredibus, & eis deficientibus uocantur substituti. Et inde substitutis deficientibus

bus uocantur substituti eis. Petuntur autem ex originalibus tabulis tantùm, non exemplo. Item si fiat quæstio de tabulis, debet probari cuiuscunque intentio per septem testes,& non per duos tantùm, secundum Azon. licet quidam dixerunt contrarium. Si autem testator non facit testamentum in scriptis, sed in uerbis uel nuncupatione rerum uel hominum, datur bonorum possessio secundũ nuncupationem testamenti. Old.

BONORVM possessio contra tabulas, quam Prætor liberis pollicetur secundum Spec. in tractatu de libel. tit. de testam. §. Sequitur uidere. ubi dicit: Est & alia bonorum possessio contra Tabulas, quæ datur filio uel nepoti præterito contra testamentum patris uel aui, qui filium uel nepotem in testamento suo, uel uita præterijt, & talium in tabulis, si filio uel nepoti legauit, ipse tamen legatum non agnouit, & secundum Azon. in summ. eod. tit. Defertur liberis naturalibus & legitimis tãtùm, puta adoptiuis. Item natis & nascituris. Item emancipatis præcipuè, & his qui erant in potestate defuncti, & datur ex illis, ex quibus potuit aut hęreditas, aut bonorum possessio peti de iure communi. Datur autem à patre naturali, & in adoptione non habet locum hæc bonorum possessio, nisi instituantur ab eo hæredes, & alius eis committat edictum. Item alia est bonorum possessio contra tabulas secundũ Specul. ibidem, quæ datur patri uel matri, auo uel patruo, si sint præteriti ex testamento filij uel nepotis emancipati gratis & sine pecunia, cum quo non est factum pactũ, ne pater uel auus inquietaret sua iudicia, nec receptum est ab eo, quantum satis est, qui etiam nec miles, nec in militia discessit. Vide latius eum ibi. Olden.

Secundo, quædam bonorum possessio est ordinaria, aut extraordinaria.

BONORVM possessiones extraordinarię, sunt duæ, ex testamẽto scilicet, secundũ tabulas, & cõtra tabulas. Et quatuor ab intestato, scilicet bonorũ possessio unde liberi: bonorũ possessio unde cognati: bonorũ possessio unde agnati: & bonorũ possessio unde uir & uxor, quarũ descriptiones subijcientur. Olden. Et hanc intellige in l. 3. §. ult. de Carb. edicto.

BONORVM possessio extraordinaria dicitur duobus modis, uel quia non est stabilita certa parte edicti, scilicet ex testamento tantùm, uel ab intestato tantùm, sed ut uaga, quandoque ex testamento, quandoque ab intestato defertur, & competit tantùm his, qui uocantur ex nouis legibus. Vt ecce mater alijs in testamento institutis, postea in puerperio decessit, & filium, quem gestabat in utero, præterijt. Præsumitur enim filius hic institutus, & habet bonorum possessionem secundum tabulas, & septimam partem extraordinariam. Cuius bonum est exemplum secundum legem Corneliam, tam ex testamento, quàm ab intestato, quæ fingit eum, qui moritur in captiuitate, decessisse ipsa hora captiuitatis. Et ideo quilibet potest ei noua lege Cornelia ex testamento, & ab intestato succedere. Vt Institut. de bonor. possess. §. Sunt etiam. Dicitur autem extraordinaria possessio, quia ius non tribuit, ut Carboniano, & quæ datur uentri, & quæ datur gratia litis agnoscendæ. Vnde & extraordinaria datur sine causæ cognitione, quæ in ordinarijs, quia omne ius tribuit quantum est.

Tertia bonorum possessionis diuisio est, quia

BONORVM possessio quædam Edictalis. l. 30. §. 1. ff. de adquir. hæredit. l. 1. §. 1. ff. si tabulæ test. null. ext. quæ edicto defertur. Quædã uerò est quæ decreto petitur, quæ cognitionem pro tribunali, decretumque desiderat & exposcit. l. 2. §. dies. cum sequen. ff. quis ordo in bonor. possess. l. 2. §. si quis ex liberis. ff. ad Tertyllia. quæ decretalis dicitur. l. 1. §. decretalis. ff. de success. ed. Edictalis bonorum possessio quocunque die peti & de plano dari potest. Decretalis non nisi de tribunali. Decreta enim tribunal exigunt. Edictalis ordinaria est. Decretalis non item. l. filium. §. si quis contra. ff. de leg. præst. l. 3. §. ult. ff. de Carb. ed. Cuia. Not. ad lib. 3. Instit. de bonorum possessionibus, super uerbo, dies utiles. Forcatulus tamen in sua Necyomantia dialogo 11. cum alijs existimat, unam esse bonorum possessionem quæ semel edictalis fit, cum prætor eam ex edicto suo defert, l. 1. §. sed etsi. ff. si tabul. testam. null. extab. l. cum quidam. §. idemque. ff. de adquir. hæred. Eadem uerò bonorũ possessio decretalis mox uocetur, cum prætor decretum interposuit ut l. fin. C. qui admitti l. 1. §. decretalis de success. ed. plura apud eundem.

Quarta bonorũ possessionis diuisio esse potest, quia, &c.

BONORVM possessio aut cum re datur. Aut sine re. Vlpian. d. tit. 28. Cum re inquit. Si is, qui accepit, cum effectu bona retineat. Sine re, cum alius iure Ciuili euincere hæreditatem possit, uelut si suus intestato sit. Brisson. Est etiam aliud Bonorum possessionis genus quod intestati bonorum possessio Vlpiano nominatur. d. tit. 28. quam per septem gradus dari ibidem scribit, quos recenset. Primus est VNDE LIBERI & hanc ordinariam uocat Vlpian. d. §. missum. Hæc bonorum possessio quibus competat, quæue sit eius potestas explicatur ff. si tab. test. nullæ exstab. C. unde liberi, & d. l. §. Sũt autem. Secundus gradus VNDE LEGITIMI de quo ff. & C. Vnde legitimi. & Tertius. VNDE COGNATI. Reliquos uide in d. §. sunt autem lib. 38. ff. & 6. C. Brisson. Visis ergo bonorum possessionis diuisionibus nonnullas eius species obiter explicabimus: inter quas prima est Carboniana bonorum possessio, qua impubes bonorũ corporalium possessionem adipiscitur, non secus ac si ei nulla cõtrouersia status mota esset. toto tit. de Carbonia. edict. &c. Puberi non datur bonorum possessio Carboniana l. 3. §. puberi. ff. de Carb. edict. At si duobus impuberibus fiat controuersia, & unus pubuerit, alter non pubuerit, propter impuberem puberis controuersia differtur, d. l. 3. §. ibidem Iulianus. Quod hæc sententia non ita obseruari ostendit, cum ab initio puberi simul & impuberi fit controuersia: nec enim propter impuberem puberis controuersia differtur. Igitur duobus impuberibus datur Carboniana, & quãdiu uel unus impubes est, in alterius persona Carboniana pubertate nõ finitur. At si puberi & impuberi controuersia fiat, impuberi Carboniana datur, non etiam puberi, propter impuberis fratris personam. Cuiac. recept. Senten. Iul. Paul. libr. tertio titul. 1.

BONORVM possessio Carboniana, & quæ datur uentris nomine, an habeat locum in bonis feudalibus desijt dubitari: quia Bal. singulariter tenuit quòd sic. in cap. 1. col. 4. uersic. quęro nunquid an agnatus uel filius. & ideo mortuo patre si infanti moueatur quæstio de statu, debet talis quæstio differri, & interim mitti in possessionẽ feudorum, per Carbonianum edictum: & eodem modo mulier uentris

nomine.& hoc dictum Bald.sequitur ff. Alexan.in l. 1.ad fi C.de Carbo.edic.ubi etiam Decius in i.col.& pro sing.ff.Ias. in præludijs feudorum. col.xiij. uersic.an autem uasallus. & in rub. C. de Carbo. edict. in ultim. uers.& est memoria dignum pro extensione illorum titulorum. s.ff. &.Codic. de Carbo.edic. & de uentre in possesionem mittendo. & sequitur Curtius in tractat.feudali. in iij. parte. in vij. quæst. ubi Aluarot.citat. & tractat etiam Felin. in d. cap.2. in ult.car.uers.item quærit Bal.Cotta.

BONORVM possesio ex edicto Diui Adriani tollendo, datur alicui uolenti succedere in bonis alicuius ex testamento, in quo institutus, uel inscriptus est,ex eo quòd ostendit testamentum non cancellatum, nec abolitum nec in aliqua parte sua abrasum l.fi.C.de edic.di.Adr.toll.Et datur uolenti succedere ab intestato secundum Rof.quod probat secunda pars rubri.quæ dicit quemadmodũ scriptus heres in possesionem mittatur. sed ratio Rof. dicit cõtra.in sum.Hoc tamen notandum secundũ Spec. de bonorum possesione, quòd bonorum possesiones olim fuerunt utiles,sed hodie sunt inutiles,præterquàm in quinq; casibus.Primus,quando uiuo testatore posthumus præteritus decesit,quasi uideatur testamẽtum ruptum iuris scrupulositate nimiáque subtilitate, cùm nihilominus heres scriptus ex isto testamento petit bonorum possesionem, ut in l.posthumus.ff.de iniuſ.rup.& irrit.test. secũdus est in l. filios.eo.tit.tertius Insti. qui. mo. test. infir.§. 2. quartus in l.ut scriptus heres.ff.de bon.pos.secund. tab.quintus in l.Æquissimum.§.2.eo.ti.& l.filiis.C. de inoff.test.

BONORVM possesio ex successorio edicto his datur,qui hæredes quidem non sunt sed hæredis loco constituuntur Prætoris beneficio Vlpiano d.tit. 28.§.hi quibus. Et uide C. & ff. de Success. edict. in Successorio edicto cessante aut deficiẽte primo gradu sequens admittitur l.1 C.eo.Prat.

BONORVM possesio litis ordinandæ gratia dicitur quæ in hoc accipitur ut institui & ordinari iudiciũ posit.l.Papinianus.§.in princ. ff.de inoffic. Testam. Contrarium tamen sentit Goneanus Var. lect.lib.2.cap.6.ubi existimat,eã bonorum possesionem emancipatis liberis necessariam fuisse qui à parentibus exhæredes scripti erant.

BONORVM possesio nomine uentris datur mulieri prægnanti in bonis mariti, in quibus secundum dignitatem suam sibi & familiæ suæ alimenta constituuntur.l.1.ff.de uent.in possesſ.mitt. Prat.

BONORVM possesionis ordinẽ explicat Modestinus l.1.ff.quis ordo in bo.pos.serue. Prat.

BONORVM possesio septima, ex pluribus bonorum possesionibus,quæ aliàs erant in usu redacta, est res ad sex ordinarias.§.decima.Inst. de Bon. poss. est tamen addita septima,quã Iustinianus hic appellat Extraordinariam, quæ ita appellatur,non ea ratione,qua Carboniana bonorum possesio:uel uentris nomine. quòd scilicet non tribuat ius:nam imò ius tribuit ut reliquæ ordinariæ.sed quia est uaga,& nõ stabilita certa parte edicti,ut notat hic glos super uerbo & extraordin. & gloss.in l.fin.C. unde legit.Doctiss.Iuriscõs.Nic.Bellon. cap. xv.lib.j.Supput.unde excerpsi hæc:Iuuenes,inquit, cũ difficultate percipiunt, quæ nam sit hæc bonorum possesio,& quommodo,& quando competat. Sp.De bonorum possesione unde decem personę Corrasius lib.6.Miscel.cap.9.Schard.

BONORVM possessor,licet propriè hęres non est,tamen cum omnino hæredi surrogatus sit,quælibet dispositio de hærede uerba faciens, eum quoque comprehendet.l.in conditionib.§.si patronus. de Condit.& demonst.Sp.

BONORVM possessores, Vlpianus inquit, in omnibus uice hæredum habentur,li.ij.de Bon.pos. sess.Spieg.

BONORVM possessor, cui ad exemplum hæredis bona defuncti iure prætorio decernuntur: aliud possessor bonorum, qui rem aliquam posidet. arg.l.j.C.Quor.bon.ex Apello. Quamuis Alciatus monuit alicubi, uulgarem hanc Doctorum differentiam à ueritate abesse.Spiegel.Quemadmodum iure ciuili hæredes: Sic iure prætorio bonorum possessores appellabantur possessores hæreditatis.cap. 3.§.1.de bo. posseſ. Ræuardus. l. Prætor bonorum. ff.de regul.iur.

BONVM in sacris literis tripliciter intelligitur, Primùm pro eo quod est conditum & ordinatum à Deo. Huiusmodi sunt omnia, quæ uocantur bona naturæ. Nam omnes creaturæ destinatæ sunt ad aliquem usum & conuersationem naturæ. Secundo bonum significat ἀδιάφορον, id est concessum lege Dei. Ita bonum intelligitur cum inquit Apostol. Bonum est homini non comedere carnem. Hic bonum opponitur prohibito. Tertiò bonum significat actiones uirtutis, quas Deus præcipit, seu ueros cultus Dei, & quidem præceptos à Deo, utapud Prophetam, Hoc est bonum ambulare coram Deo,& timere Deum. Hæc quòd multum lucis inferant partim antè dictis, partim & dicendis in hac editione lubuit adscribere.Spieg.

BONVM in philosophia generaliter significat, quod est conueniens naturæ. Et est duplex, Bonum naturale, & bonum morale. Naturale, est res conueniens ad conseruationem naturę,seu nata ad bonum usum, ut cibus,potus,bona ualetudo,opes, imperia. Sic appellatio boni continet res dubias. Morale,quod est in actionibus conueniens naturę, iudicio mentis. Hoc modo appellatio boni intellecta, tantum significat honestum. tale bonum sola uirtus est:cui opponitur uitium seu turpitudo,quę, teste Philippo, uocatur malum in genere morum, seu malum culpæ. Deinde bonum utile est res naturæ conueniens ad corporis conseruationem,quę est expetenda propter aliud, scilicet usus causa: ut bona ualetudo, uita, opes, &c. Bonum suaue est cognatum utili: significat enim id quod ideo expetitur, quia affert sensui aut animo iucundos motus. Hæc duo scilicet utile & suaue uocantur ἀδιάφορα, quod attinet ad genus morum. Quanquam igitur non sunt bona moraliter,tamen sunt natura res bonæ ad usus aliquos expetendos natæ. Oppositum est malum pœnæ,ut uulgò loquuntur.Spieg.

BONVM accepisse uidetur Accursius eam æquitatem, quæ ex ancipiti hinc atque inde inclinantis animi motu præualet,& scriptis mandari potest, qualis est usucapionis materia: & apud Ciceronem Ius, quod Iupiter sanxit, ut omnia quæ reipublicæ salutaria essent,legitima & iusta haberentur.ut

BONVM etiam id significet, quod in quacunque ciuitate utile est, tametsi non semper cum æquitate concordet : uideturque græcè δίκαιον dictum, ut Grammatici attestantur, παρὰ τὸ δίχα εἶναι, quòd ex duabus partibus secernat, quid præualere debeat.ex Alciat.Spiegel.

BONVM item, est iuris ipsius temperatio atque emendatio : quæ fit ex prudentia Iudicis accõmodan-

modantis se actioni causæ, & flectentis legem ad causam, non causam ad legem. Hoc bonum solet etiam bonum & æquum nominari: ut ostendit exemplis Lud. Viues, uir immortalitate dignus, in planè diuinis Commentarijs, quibus illustrauit Ciuitatem Dei, apud diuum August. Cicero æquum bonum, in Bruto sine copula dixit. Sp.

BONVM pro commodo. Iuxta illud Cassij iureconsulti dictum apud Ciceronem, Cui bono fuerit, eum fecisse credendum. Declarat hoc eleganter Alciatus cap. xvj. Secundi Parerg. Sp.

BONVM & æquum Aristot. lib. v. Ethicorum tanquam differētia ponit. Sic Accurs. aliud bonum esse censet, aliud æquum, narrans Iurisconsulti hæc uerba, in l. prima. de Iust. & iur. nec satis explicat, Budæo teste, qui ea de re latè differit, traditque: cùm æquum & bonum dicimus, absolutè bonitatem æquitatemque significari, & iuris medullam, germanam que iusticiam, quam censendo assequi, non cuiusuis sit iurisperiti. Spiegel. Planè æquum & bonum, seu æquum bonum (interdum enim sine copula legitur) exactam quandam probitatem significat, secundum quam, locis, personis, rebus & temporibus conueniēter aptatam, nulloque scripto perpenso arbitramur, & statuimus. l. si & me. ff. de reb. cred. l. si quid uenditor. ff. de ædil. edict. l. in ijs. ff. de cond. & demon. l. consensu. ff. de actio. & oblig. Hinc opponitur strictum ius, hoc est, callida & superstitiosa uerborum & præscripti legis interpretatio, quam, si neglecto bono & æquo, sequeremur: ex summo illo iure, summam crucem & iniuriam faceremus. Tumque potissimum ad bonum & æquū recurrimus, cum scripti & uolūtatis est quæstio: frequentissima sanè inter Iurisconsul. ut in se non minima iuris pars pendere uideatur, quemadmodum Quintil. lib. 7. Orat. Institut. scriptum reliquit. Corrasius lib. 2. Miscellan. cap. 18. Idem in §. in bonæ fidei in uerbis ex bono & æquo. Inst. de act.

BONVM ac æquū impetrare, est, Budæo exponente, ius suum obtinere, rem suam recipere: idq; exemplis demonstrat in Annot. prior. Sp.

BONVM significat utile: unde bonum publicum pro utilitate publica in l. 1. ff. de usucapionib. Bonum autem & æquum in libris nostris coniungi solent. l. prima. & l. penulti. ff. de iustit. & iure. l. 34. ff. de oblig. & action. l. 65. §. quod ob rem. & l. 66. ff. de cond. indeb. l. 2. §. si quis tamē. in fin. ff. si quis cautionibus. l. 15. §. 1. ff. de minorib. l. 32. ff. si cert. pet. & aliàs sæpe. Sic, nec melius nec æquius, in l. penult. §. ult. ff. solut. matrim. l. 82. in fin. ff. de solutionib. Ridiculi autem sunt, qui bonum ab æquo separant. Hæc enim indiuulsa in iure ciuili hærent, in quo quidquid utile est, idem æquum habetur, propterea quod ad ciuium utilitatem omne ius referendum est, ut & ipsa iuris ciuilis à Cicero. in Topic. tradita definitio docet. Itaque Horat. utilitatem iusti & æqui matrem scitè appellauit. Brisson. Vide tamen & Corrasium lib. 2. Miscell. cap. 18. nu. 2.

Quo BONVM est, pro quæ utilitas est, Iureconsultis propria locutio. l. 13. in fin. ff. ad Velleia. l. 13. §. denique. ff. de usufruct. l. 3. §. si quis ex liberis. & l. 10. §. liberi. ff. de cont. tab. l. 93. ff. de solutionib. Sic & Cassianum illud tritissimum. Cui bono, Priscia. lib. ult. interpretatur cuius gratia, cuius commodo, ad quod bonum: Refertur à Cicero. in Oratio. pro Milo. & in oratio. pro Rosc. Amer. & ij. in Anto. oratio.

BONVM nomen facere, hoc est idoneum, & soluendo reputare eum, quem quis admisit sibi debitorē delegari. l. inter causas. §. abesse. ff. Mandat. Sp.

BONVM & frugi seruum intelligunt Iurisconss. apud quos frequens est hæc locutio, utilem & necessarium. Beroal.

BONVS uir, iudex & definitur & appellatur, atque eo sensu accipi debet. d. l. uir bonus. cū alijs legibus supra citatis.

BONVS uir non tantùm iudex, sed & quiuis alius uir iustus, æquus, innocens & prudens, considerat usq; paterfa. accipiendus est. l. 3. §. tametsi. ff. de arbitr. l. penult. ff. de usufr. quemad. cau. l. 16. in fi. ff. de usu & habit. l. 47. §. si Sticho. de fideicom. libert. l. 58. §. 1. ff. loca. l. ult. C. de aliment. pup. præst. l. 45. ff. de procuratorib. l. 5. §. 1. ff. ut legat. seu fideicom. Horat. lib. 1. Epistolar.

—Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges iuraq; seruat:
Quo multæ, magnæq; secantur iudice causæ,
Quo responsore, & quo causæ teste tenentur.

Quilibet itaque minimè astutus & fallax, sed integræ uitæ & existimationis, idoneusq; & diligēs paterfa. uir bonus appellatur. pro eodemque, uirum bonum & bonum patremfa. nostri auctores dicunt. l. 9. §. sed si lapidicinas. l. 17. §. ult. & l. 19. §. sed & si uestimentorum. ff. de usufr. l. 20. §. 1. ff. de oper. libert. l. 13. ff. de annu. leg. iudicemq; uiri boni & innocentis officio fungi debere dicūt. l. 4. ff. fam. ercis. Vnde ad iudicē id est, ad uirum bonum in l. 137. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. Et ita arbitratus uiri boni in libris nostris intelligendus est, qui omnibus ferè stipulationibus comprehendi solebat. l. 17. & l. 12. ff. iudic. sol. l. 21. §. siue autē. ff. de oper. noui nunt. l. 51. ff. sol. matr. & l. 12. §. & cuius. ff. de dam. inf. & l. 4. C. de restitutio. milit. & aliàs ubicunq; hoc uerbum occurrit. Briss.

BONVM etiam uirum interpretamur eum, qui alteri facit, quod sibi fieri uellet ex sentētia Vlpiani l. 1. in med. ff. de solut. quod & lex diuina iubet Matt. 7. *πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται* Sp.

BONVS uir, & arbitratus boni uiri in iure Ciuili & *πολιτικῶς* sic intelligendus est. Bonus uir est, qui ductu naturæ, infallibile iudiciū conscientiæ sequitur, semotis affectibus alterutrius partis. Nam arbitratus boni uiri utiq; definiēdus est, ut deseruiat foro hoc est respectu controuersiæ, quā benè ac rectè dijudicet. Alioquin si bonū uirū definias absolutè, scilicet, qui honestè uiuat, alterū nō lædat, ius suum cuiq; tribuat, bona quidē, sed generalior, & ab usu forēsi remotior erit definitio. Sic boni uiri mentionē facit Labeo secundū supradictā rationem in l. insulam uno precio §. 1. ff. locati. Et Iustinianus ipse tali modo definit arbitratū iudicis, qui certè bonus uir & dici & esse debet. Nou. 17. Mandata principis. §. *ἴσως δὲ* Prat.

BONVS uir dicitur uir ad definiendā rē aliquā perplexā & dubiā, incertamq; aut naturę benefi cio, aut artificij cōmendatione, aut etiā negotiatiōis lōgo usu experimētoq; peritus & idoneus. Quiq; examinādarū & discutiendarū accepti, expensiq; rationū peritus est: Is etiā uir bonus rationibus audiēdis dici pōt, &c. de quo uide latius Ræuardum l. generaliter probandum est. ff. de reg. iur.

BONVS sanè Martinus in auxilio, sed carus in precio. Apophthegma priscorū Frāconū. uide Capella.

BORBONIANI, siue ut alijs placet, Borboritę, in l. Arriani, & l. cognouimus. & l. pen. C. de hæret. sunt hæretici, qui (ut ait Philastrius in Catalogo hæreticorū) uitijs implicati seculi, & malis cōcupiscentijs

tijs seruientes iudiciū non sperarunt futurū, sed potius carnalem seculi concupiscentiā fundarunt. Br.

BOSTRA in Leonis constit. l. 4. C. de natur. lib. (sic enim ibidem nō nostrę, sed Bostræ legendum) ciuitas Arabiæ Marcellino lib. 14. & de ea uide Strabonem lib. 16. Prat. Meminit etiam supradictæ cōst. Leonis Cuia. Not. ad lib. in Instit. de nupt. in fin.

BOTONTINI sunt Fausto & Valerio autoribus, in libr. de limitib. monticelli de terra, quorum etiam meminit Hygenus. lib. de limit. const.

BOTRVS græca uox. Nam & Græcis βότρυς dicitur, significatq; uuam racemum: quo sensu accipitur in can. Cum omne. §. illud uerò: de consecrat. dist. 2. Prat. Botrus expressus significat uuarū grana. d. §. illud uerò. eo. tit. Prat.

BOVES ARATORII. Quibus utimur ad agrorum culturam. Hos mactari & immolari uetuit Solon ut docui lib. 2. ueter. Iurisp. ad ll. Solon. alioquin capitale erat, & uide Ælium lib. 5. uariæ historiæ, & Plinium lib. 8. c. 45. Hos pignori capi uetuit Constātinus l. executores. C. quæ res pign. oblig. poss. Sanxit & Constantinus, ne boues aratorij etiā deficientibus ijs, qui cursui publico destinati sunt, ab ijs, qui iter faciunt, abstrahantur l. 1. C. Theod. de cursu publico, quod & ad uecturam bellicorum impedimentorum, & tormentorum æneorum produci potest. Boues aratorios instrumenta fundi esse F. Aretinus respondit consi. 158. incip. longa est. num. 18. Prat. Erat autem Bos olim etiam numisma Atticum bouis nota percussum, didrachmū alio nomine dictū. Ab eo numismate notū est apud Græcos prouerbium βοῦς ἐπὶ γλώττης βέβηκε. Bos super linguā situs est uel firmatus: contra eos usurpatum qui aut pecuniæ auro ramento loquendi libertatē perdiderunt, aut mulctæ irrogandæ metu, quæ dicenda sunt, reticent. Brechæus l. armorum. ff. de uerb. & rer. signif.

BOVES magis armentorum, quàm iumentorū genere adpellantur. Pompo. l. Boues. 8. ff. de uerb. significat. quod & Vlpianus probat l. Ædiles. 38. §. iumentorum. ff. de ædil. edict. Prat.

BOVES cerebrosi, dicuntur contumaces, ut homines à peruerso cerebro, qui à nemine persuaderi possunt Colum. lib. 2.

BOS cornupetens, uitiosus l. bouem. ff. de ædilit. edicto.

ΒΟΥΛΗ. Polluce li. 8. Onomast. auctore, ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου, γερουσία ... οἱ βουλευταί. Porrò usu peritorū effectū fuit, ut pro Senatu acciperetur, idq; Antonius libr. sing. ad Modestinum adnotauit. Hinc

ΒΟΥΛΕΥΤΑΙ apud Modestinum l. περὶ οἱ μὲν 22. ff. de tuto. & curat. dat. ab. sunt decuriones, Anto. Aug. ibidem interprete: cuius uersionem probant I. Cuiacius ad l. 1. ff. de excu. & G. Bud. ad l. solent. ff. de offic. Procos. & leg.

ΒΟΛΤΗΣ bulbulcus, uide Gellium de hac dictione differentem lib. 2. cap. 21. Prat.

B R

ΒΡΑΒΕΙΟΝ brabium (Sic enim dici scribitque debere Erasmus adnotauit) uictoriæ præmium. Brabium, coronā æternitatis appellat Tertullianus in li. ad Martyres. An id debeatur dño equi priùs id ad tingētis, excusso tñ iam insessore, Bartolus declarat in l. 1. §. item adquirimus. uers. extra gl. ff. de acq. pos. Et deberi τὸ βραβεῖον argumento est quod dicit Paulus l. 1. §. per eū. ff. de acq. pos. & Vlp. l. 1. §. quæsitū. ff. de aq. quot. & æstiua. Sed Pauli Castrēsis diuersum aientis sententiā ueriorē putem. Vide tñ Panorm. in c. Ioseph. & ibi in addit. de uerb. signif. in antiq. Hinc

ΒΡΑΒΕΥΤΑΙ, hi qui fuerint ex I. Polluce lib. 3. Onom. c. 30. cuius hæc uerba sunt τοῖς δὲ γυμνικοῖς ἀγῶσι ... βραβευτὰς ... ἀθλοθέτας ... Hos certaminis præmium uictoribus Beatus Rhenanus in adnot. ad Tertullianum docet. Vlpianus noster l. 4. ff. de ijs minot. infr. certaminum designatores, βραβευτὰς adpellari scribit Moschopulus ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων βραβεῖς καὶ βραβευταὶ οἱ διανεμοντες τοῦ ἀγῶνος οἱ τὰ ἆθλα ... ἀφ' ὁ βραβεύειν τὸ ἆθλον Bris.

BRACARII in l. unica de excus. artif. li. 10. C. artificum genus, in Basilicis βρακάριοι Accursius dictos putat à longis brachijs Theutonicorum, uel Toreutariorum: quæ interpretatio non congruit, ut ex serie constitutionis liquet.

BRANCA lupi in termino, siue petra naturali arborem peregrinam significare ait Latinus V. P. Togatus. Est autem branca pars ima pedis abscisi, ut ex eodem Latino constat.

BRANCA ursi, eodem auctore, in termino, siue petra naturali lucum significat.

BRACTEARII in d. l. uni. C. de exc. arti. li. 10. q Græcis πεταλουργοί dicūtur qui aurū malleis tusum, & ad quāuis tenuitatē ductile rebus inaurandis inducūt, idq; Budæus in priorib. in Pand. adnotat. Iulius Firmicus eos bracteatores lib. 8. ca. 19. adpellat. Br.

BRACTEARII qui dicantur Budęus exposuit rectè. Bracteatores à Firmico dicuntur. Cuiac. in l. 1. in fi. C. de excusat. artific. lib. 10.

ΒΡΕΝΤΗΣΙΟΝ Brentisium pro Brundusio poni apud Scæuolam l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de uerb. sig. Alcia. & I. Cuiacius aiunt. Porrò Brundusium, Stephano, urbs Calabrię ad mare Adriaticum sita. Brundusium quidam Poetæ breuitatis caussa Brendam dixerunt Festo lib. 2.

BRENTESIVM Græco nomine dicitur pro Brūdusio. rectè Græci βρεντήσιον dicunt. Quidā poetæ breuitatis causa, auctore Festo, etiā Brendā dixerūt. Cuia. in l. 122. ff. de uerb. obl. §. Callimachus.

ΒΡΕΦΟΤΡΟΦΕΙΟΝ in l. illud. 16. & l. sancimus. 18. C. de sacr. sanct. eccles. locus, domúsue ubi infantes, recentesq; partus expositi, aut egentibus parentibus nati alebantur. βρέφος enim infantem, fœtumq; recens editum significat apud classicos rerū scriptores. παρὰ τὸ φέβω τὸ φέρω κατὰ μετάθεσιν. Prat.

BREVE Festo li. 2. à Gręco descēdit qđ est βραχύ.

BREVE tēpus in l. cū antiquitas. uers. si tū. C. de testa. horā, uel etiā minus accipere debemus ꝓ rei necessitate. Aliquādo triginta dies sonat. in l. in contractib. §. 1. iūcto. §. 2. C. de nō nu. pecu. & ibi hoc adnotat Accursius. Quādoq; ponitur ꝓ paucis dieb. c. cum Bertholdus. de sen. & re iudic. Interdū accipitur ꝓ anno gl. in c. ꝓterea. extr. de æta. & qualit. Pr.

BREVE tempus etiam pro uita hominis accipitur gloss. in cap. quid ergo. 11. q. 3. Nam & homo breui tempore uiuit.

BREVE testatum, dicitur scriptum, quod summam rei continet, testium aliquando, nedum tabellionis subscriptione confirmatum sit, cuius exemplum extat in c. 1. uers. si enim quid sit inuestitura in usibus feud. De hoc uide Baldum ibi.

BREVIS, Breues, & Breuia, passim in iure nostro reperias, quæ ita definiuntur à Zonara in Concilio Carthaginēsi βρέβιον, ὃ ἐπιτομὸ λέγεται, καὶ σύντομος γραφή, id est compendiaria scriptura. Ananias Alex. 6. βρέβια ταῦτα ὁ ... ἐν οἷς αἱ γράφονται τὰ ἐν ἑκάστῳ πρὸ ... Eo sensu accipiuntur in l. inter. 5. C. de cōuen. fisci debit. lib. 10. & l. excellētia. C. de erog. mil. ann. Scio Budæum ad tit. de offic. præfect. prętorio. inter-

interpretari commentariolos summam rerum continentes & à Gallis adpellari Borderelles, Breuiū meminit Constantinus Imp. l. 1. C. de exact. trib. lib. 10. Lampridius in Alex. Notariū qui falsum causæ breuem in consilio Imperatorum retulisset, &c. Prat.

Brevis, Breues, Breuia, Breuicula chartulæ sunt siue libelli breues. Zanoras in Carth. concilio. [Greek] Ana. Alexiade 6. [Greek] Eandem uocem Iulianus retinuit in epistolis Græcis ad commune Iudæorum. [Greek] & paulo pòst [Greek] Et est frequens in libris Basilikōn, dum rationes, uolumina, uel corpora rationum significantur, quæ quidem per se solam fidem non faciunt, l. instrumenta, l. exemplo. C. de probat. & ideò non potest fiscus ex breuiarijs confiscati rationibus quenquam conuenire quasi confiscari debitorem & hoc lex inter chartulas. C. de conueniendis fisci debitoribus lib. 10. constituit. Aliàs uerò breuitas Chirographi non minuit fidem l. si aliquem C. de donat. Cuiacius l. inter chartulas. C. de conue. fisci debito. lib. 10.

Breves, quadrimestria in l. 1. C. de apoch. public. lib. 10. & l. penult. C. de cano. larg. tit. eod. lib. qui de singulis pensionibus à Chartularijs conficiebantur. Cassiodorus Epistol. libr. 12. Expensarum fidelem notitiam quaternis mensibus comprehensam ad scrinia nostra dirigere maturabis, ut totius erroris caligine detersa rationibus publicis ueritas elucescat. Prateius.

Breves quadrimenstrui sunt, qui de singulis pensionibus conficiuntur à Chartularijs, & ad officium Palatinum aut præfect. prætorio transmittuntur, l. 1. C. de apochis public. & descript. curial. lib. 10. Constat enim tribus pensionibus anni cuiusq; indictiones solui, l. ult. C. de anno. & tribut. lib. eod. l. 15. & 16. eod. tit. Cassiodorus sæpè: ut trina, inquit, illatione deuotus possessor suam compleat functionē. Et inde singularum pensionum breues quadrimenstrui sunt. Idem Cassiodorus 12. Expensarum fidelē notitiam quaternis mensibus comprehēsam, ad scrinia nostra dirigere maturabis, ut totius erroris caligine detersa, rationibus publicis ueritas elucescat. quæ Cassiodori uerba Accursius usurpauit in l. 1. Maiorianus Nou. de ind. rel. Quadrimenstruis illationibus annuæ functionis celebretur exactio. Cuiac. in proœmio, d. tit. de apochis publicis & descriptionibus curialib. lib. 10.

Breviariæ rationes apud Scæuolam l. ult. ff. de pecul. lega. dicuntur in epitomen & compendiū contractæ. Suetonius in Galba cap. 12. breuiarium rationum dixit.

Breviarium, opus concisum, Græcè fœminino genere [Greek]: tum etiam libellum eum non ineleganter accipimus, quem ærarij Principis, statum generalem adpellant, quo Princeps statuit, quam summam ministerio omni aulico expēsam ferri placeat. Prateius.

Breviatores in Nouell. [Greek] §. [Greek] dicuntur breuium scriptores. Aldricus apud Accursium ibidem interpretatur rectè qui breuiationes scribunt.

Breviatores etiam sunt officiales in curia Romana, qui rescripta eiusdem curiæ & scribunt, & dictant.

Brevilo qva substitutio, Vide Substitutio Breuiloqua.

Brevi manu dixit Vlpia. l. licet. 43. §. quoties. ff. de iur. dot. quod ita interpretantur quidā per compendium circuitu uitato. Circuitu uitato, aiunt, rectè. Breui manu acceptionis exemplum ponit Vlp. l. singularia. ff. si cert. pet. & l. 3. §. fin ff. de dona. int. uir. & uxo. Diuersum dixisse uidetur Iauolenus l. pecuniam. 79. ff. de solut. dum ait manu longa possessionem traditam.

Breves tabellæ exiguæ appellantur, in quib. & nomina debitorum & priuata quæq; negotia adnotantur. l. ult. de conueniend. fisc. debit. lib. 10. C. l. 1. de excus. artific. eo. libr. C. l. 1. de exactio. tribut. eo. l. 1. de apoch. publ eo. l. pen. in fin. C. de cano. largit. tit. eo. Lamprid. in Alex. Notarium, qui falsum causæ breuē in consilio Imperatorio retulisset, &c. Bris.

Breviariæ rationes in l. ult. ff. de pecul. lega. Suetonius Breuiarium rationum dixit in Galba capit. 12. Brisson.

Breves causæ Baldo in auth. nisi breues. C. de senten. ex breuic. recit. dicuntur, quæ inter homines paruæ conditiones agitari solent. Prat.

Brevis numero unius dixit uetus interpres in Nouell. de nupt. §. secundum occasionem, pro libello, ut rectè interpretatur Aldricus ibidem apud Accurs. pro quo in Nouella Græca est [Greek]. Prat.

Breviculum breuem scripturam interpretatur Alberic. quod uerbum à breui ductum putat Alciat. lib. 1. Dispun. c. 21. Qua uoce motus Bud. in l. ult. ff. de Senato. legendum autumat lib. 7. C. Iustin. tit. 44. de sententijs ex breuiculo recitandis. Cùm ex. C. Theod. lib. 4. tit. 15. ex tit. & l. 1. C. Th. eo. periculo legendum facilè credat Alciat. ubi suprà. Cæterum Alciatum redarguit Ferrandus Adduensis lib. 2. explicationum. cap. 13. atq; ostendit breuiculum legendum non periculum cum sub toto isto titulo nihil aliud tractetur, quàm de sententijs ex libello recitādis: ut breuiculum sit nomen diminutum à breui ut rectè Alb putat, quę dictio pro libello accipitur l. ul. de conuen. fisc. debit. lib. 10.

Brevissimi loculi, repositoria in quibus monilia magnum patrimonium æquantia seruātur, annotauit Rhenan. in lib. Tertull. de habitu muliebri. Spiegelius.

Brocardicvm, uocabulum est barbarum, in nostro eleganti Iure ciuili: relinquendum igitur barbaris.

Brocardica materia dicitur, quæ est contrariarum opinionum rationibus inuoluta.

Broncitatem dentium Latini stridorem dixerunt annotante Camerario. Quibusdam tamē brocitatem hanc esse placet.

Brvchvs [Greek] genus uermis è locustarum genere, herbas, & arborum frondes erodens. Huius meminit Hieronymus in Malach. cap. 3. & c. reuertimini. 16. quæst. 1.

Brvtiani dicebantur qui coacti erant seruitia exhibere pro eo, quòd bello secūdo Punico post cladem Cannensem ad Hannibalem defecissent. Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 2. cap. 27. Fest. lib. 2. Gellius lib. x. c. 3. Et præter hos Crinitus de honesta discipl. cap. 7. lib. 1.

Brvtvm dicitur quod longissimè à sensu abest. quo sensu passim in iure Ciuili & pontificio reperitur. Brutum obtusum & hebes significat Marcello.

Brvtvm etiam grauem antiqui dixere Festo lib. 1. Prat.

B V

BV, *vè*, quamuis per se nihil significat, magnis tamen & amplis rebus præponi solebat Festo lib. 2.

BVA & pappa Varroni puerorũ potus & cibus.

BVBALINA pro Babylonica falsò ab Oldendorp. & Spieg. legitur in l. argumento sunt. 25. ff. de aur. & arg. leg. Babylonica Florentiæ legitur: quam lectionem confirmat ibidem Baifius. Babylonicarũ pellium meminit Marcianus l. fin. §. species. ff. de publicanis, & uectigalibus. Prat.

BVBINARE Festo libr. 2. est menstruo mulierũ inquinari, ex Lucilio.

BVBEVM, siue Bubleũ Festo eo. libr. uini quoddam genus est.

BVBILE locus ubi boues stabulantur, sicuti equile ubi equi col. lib. 1. rei rust. cap. 6.

BVBVLCVS Varroni li. 4. Ling. est quasi temo inter boues. Bubulcũ accipi posse rectè scribit Paulus l. cum de lanionis. 18. §. de bubulco. ff. de instru. instru. lega. & eum qui bobus arat, & qui boues aratores pascit.

BVCCELLARII in cõstitutione Leonis & Anthemij Impp. l. fi. C. ad leg. Iul. de ui. pub. Suidæ sunt *ἑλληνογαλάται* Gallogræci. is etiam *βουκελλαρίων χώραν γαλλογραικῶν* esse ait. Erant & Alciato libr. 2. Dispunctor. cap. 2. equites in exercitu Romano, quibus magister militum per Orientem præerat: aliiq; iuniores, alij seniores erant. Existimariq; posse scribit eos milites, postquàm missionem accepissent, latrocinari, & rapto uiuere. Sed fortasse gentis uitium hoc fuit. Vnde eos latrones interpretatur Albericus. Sed tu hic adde quæ Torneb. lib. 24. aduers. cap. 16. ex Mauritij nescio cuius macrocolis tradit: scribentis buccellarios esse armatos Zabis C. sic ille armaturam loricarum prope talarium appellat, & manicis ferreis, contatos quosdam & sagittarios, & hos in magno honore fuisse, quod in agmine ante Imperatorẽ exercitus equitarent, & post sequerentur: Ac fuisse equites illos Gallogræcos locus Suidæ hic allegatus innuere uidetur.

BVCCELLAS dari dixit Tertullianus Iuriscos. lib. de monogamia, pro panibus quos ministri ecclesiæ mulieribus dabant domum perferendos. Hinc

BVCCELLATVM genus panis bis cocti in l. 1. C. de erog. milit. ann. lib. 12. Ammianus Marcellinus lib. 18. frumentum ad usus diuturnitatem excoctum ita adpellari scribit, quo milites pasci in castris solebant. Spartianus in Pescennino. Idem pistores sequi expeditionem prohibuit, buccellato iubẽs milites, & omnes contentos esse. Paulinus, & Theras. in Epistol. Augustin. 36. De buccellato Christianæ expeditionis, in cuius pcinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinq; tibi misimus. Vnde non ineptè Buccellatum expeditionalem annonam interpretantur, à Græcis *δίπυρος, καὶ ξηρὸς ἄρτος*, & *παξαμάδιον* dicitur. Briss.

BVCCETA interdum idem quod boum buccolorumq; grex, interdum autem bucceta pro pascua ubi boues multi uersantur & pro armenta buccera capitur, Ioan. Bap. comment. in Epist. Sidon. Apoll. ad Domitium lib. 2.

BVCCINA Festo libr. 2. quam nos adpellamus: Græci buchianon à similitudine soni dicunt: est cornu recuruum, quod more tubæ inflatur. Ouid.

—caua buccina sumitur illi
Tortilis in latum. Hinc

BVCCINATOR apud Tarruntinum Paternũ l. fin. ff. de iur. immun. qui buccina canit in exercitu, aut preconijs publicis, aut cùm in militem animaduertitur, ut ex Vegetio lib. 2. cap. 22. liquet. Briss.

BVCCINVM, genus conchiliorum est, ex quibus purpureus color inducitur. Vlpian. de leg. tert. l. si cui. Purpuræ appellatione, omnis generis purpuram contineri puto: sed coccum non continebitur, Buccinum autem & Ianthinum continebitur. Neb.

BVCCONES homines sunt tardi. alij interpretantur esse *νωχελεῖς* Torne. lib. 17. aduers. cap. 21. hos Camerarius ut & bucculentos à bucca, id est ore dictos putat: sicut à labijs Labiones.

BVCERVM pecus de bubus dici Festus scribit.

BVCCVLÆ apud Tarruntinum Paternum l. fi. ff. de iur. immunit. & in Valentin. & Val. & Gratiani constitut. l. 1. C. Theod. de Fabric. quid sint, nondum planè constat: buccarum tegumentum interpretantur quidam. Alij instrumentum esse, in quo succula inditur, catapultis exercendis parata, autumant. In lexico ædis beati Germani buccula uertitur *παραγναθίς*. Bucculam Tornebus libro 9. aduersariorum, cap. 16. per diminutionem à bucca dictam putat. Atque inde buccularios dictos qui galeas faciunt, ex ea galearum parte, quæ buccula dicitur imposito nomine.

BVFO, rana terrestris uenenata Vergil. 1. Georg.
Inuentusq; cauis bufo, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt.

BVFONES in cap. unico. de uita & honest. cler. interpretatur Ioan. Andr. histriones, uulgareq; Tuscorum esse ait. Prat.

BVLEVTAS in ciuitatibus Græciæ & Asiæ, Senatores & decuriones Spiegelius fuisse existimat, confusa utriusq; dictionis proprietate: Rectius autem Antonius Augustinus libr. singulari ad Modestinum Decuriones *βουλευτὰς* esse tradit. Sic enim Iustinianus cum duas cõstitutiones de eadem re Grecè & Latinè scripsisset, altera decuriones, altera *βουλευτὰς* appellat: l. 2. §. cætera. Cod. de uet. iur. enucl. & Plinius ad Traianum de buleutis Bithyniæ scribit, cui Traianus de decurionibus rescribit: Senatores uerò à Modestino *συγκλητικοί* dicuntur cap. 15. de excusat. l. Spadonem. de excusat. Subscribit sententiæ Augustini Cuiacius l. 1. ff. de excusat. differentiam inter decuriones & senatores eruens ex l. 15. ff. eod. tit. & l. *οἱ μὲν βουλευταὶ* de inter. & curat. datis coniuncto. §. 1. d. l. 15. Non tamen Antonius inficiandum arbitratur curiam & Senatorum & decurionum fuisse. Cum enim decuriones, ut Pomponius ait l. pupillus. §. decuriones. de uerborum signific. ex eo dicti sint, quod initio cum coloniæ deducerentur, decima pars colonorum consilij publici gratia conscribi solita sit, & nihil decuriones in colonijs aut Municipijs à Senatoribus Romanis differrent Institut. Nouell. 38. mirandum non est, si in simili re similibus nominibus uterentur. Sed & eadem ratione sunt ex Græcis, qui *βουλευτὰς* Senatores appellent, & *τὴν βουλὴν* Senatum Augustin. præallegato loco.

BVLGA, nota etiamnum aulicis uox: quam Festus indicat fuisse Gallorum, qui folliculos, aut crumenas, aut sacculos scorteos, hoc est, è pellibus factos, olim appellabant Bulgas. Spieg.

BVLLA. Quas uulgus bullas, semidocti supplicationes, docti supplices libellos uocant, quæ & breues dicuntur. Forsan rectè appellare possemus diplomata, quanquam nec illud omiserim, literas apostolicas plumbeo signo munitas, in quibus Romanorum pontificum decreta continentur, non ineptè bullas appellari, quando *βουλή*, id est, bule, Græcis

cis dicitur & consilium, & locus in quo consultatur. Sed nos, more nostro, mutata e in a, bulla dicimus, ut sit à musice musica, ac uocabulum per duplex ll perperam scribentes minùs elegans reddimus. Bulla enim gemino ll. est propriè tumor ille inanis, qui uisitur in aquis, momento temporis enascens, simul & euanescens. Ex quo prouerbialiter apud Varr. dicitur, homo bulla. Anch.

BVLLA aurea Festo, insigne erat puerorum prętextatorum, quæ dependebat eis à pectore, ut significaret eam ætatem alterius consilio regendam, dicta autem à Græco sermone βόλη, quod consilium dicitur Latinè: uel quia eam corporis partem contingat, id est, pectus, in quo naturale manet consilium. Hęc ille, quod autem esset insigne puerorum Plutarchi testimonio in Romulo probatur φορεῖν, inquit, τοὺς παῖδας αὐτῶν τὴν καλουμένην βοῦλλαν ἀπὸ τοῦ σχήματος. Bullę aureæ commeminere alio sensu Pontifices clemen. unic. in fin. de iureiur. & ca. præsentium. §. testes. de testibus lib. 6. Prat. uide ;. Prætexta toga.

BVLLARI, uerbum barbarum: quo tamen Accursiani utuntur, pro eo quòd Imp. Constantinus, in l. si quis in metallum. C. de pœnis. translatè, nec omnino ineleganter dixit, in facie scribere. Bulla itê pro diplomate, uox est barbara: quum Latinè sit tumor ille inanis, qui uisitur in aquis, momento temporis enascens, simul & euanescens.

BVBAS iudicat, prouerbio dicitur, ubi lis in longum profertur, nec unquá explicatur. qui mos nunc est, teste Erasmo, perditissimis aduocatis nostri temporis: ut subinde nouam reperiant causam producendæ litis, quo plus nummorum extorqueant à litigatoribus. Spieg.

BVPRESTIS, siue, ut in Pand. Flor. est, Bubrestis, apud Marcianum l. 3. §. alio S.C. ff. ad legem Cornel. de sicar. animal uenenatum, rarum in Italia, scarabeo longipedi similimum, bouem inter herbas fallit maximè, unde & nomē habet παρὰ τὸ πρήθειν τὰς βοῦς. Paulus Æginera lib. 5. ex Dioscoride libr. 2. Plin. lib. 30. cap. 4. Cotta in Memoral.

BVRA Varroni quid sit ex eius uerbis disces. libro 4. Ling.

BVRA à bubus, alij à curuo curuum uocant. Est autem temo ille longus aratri, qui inter boues protensus est: à Marone uocatur buris: Torneb. lib. aduersar. 2 :. cap. 29.

BVRDO, partus est ex equo & asina: sicut ediuerso mulus, ex asino & equa. Vlpia. de lega. 3. in l. item legato. in princ. ubi ait: Item iumenta, uel lectica, uel sella, uel burdones. item mancipia alia, &c. Nebr. Spieg. Hinc Cuiac. obseru. lib. 11. c. 16. approbat uersionem eorum, qui, in d. l. item legato, Burdones interpretantur mulos. eodem namq; sensu ad l. qui duos, eod. tit. ita Græci scribunt: τῷ λεγάτῳ τῶν βορδωνίων καὶ αἱ μύλαι περιέχονται. Et Hieronymus in translatione secundi Regum, ut tollam onus duorum burdonum. Et eosdem esse mannos opinor, cum uulgo & glossæ antiquæ, & Acro & Porphyrio mânos, burdos, & buricos appellari dicant. Paulinus ad Senecam, Macro & uiliore asellis burico sedentem. Hieronymus ad Pammachiū de obitu Paulinæ, utrúmque nomen copulauit his uerbis: Feruētes buricos mannos. Et idem in Ecclesiasten cap. 10. Dignitate (inquit) perflati uias publicas mannib. terant, quos uulgò buricos appellant. Imitatus est Horatianum illud, Appiam mannis terit, sed mannibus dixit, pro mannis, eadem licentia, qua Lucanus fastibus pro fastis. Cæterum longè aliter hodiè legitur illo Hieronymi loco, nempè hoc modo, Dignitate per flagitia publica sublimentur, quos uulgò lubricos appellant. quibus uerbis nihil est deprauatius. Cuiacius suprà d. loco.

BVRGI, quorum mentio in constit. Paul. Orosius lib. 7. Crebra, inquit, per limitem habitacula cōstituta, Burgos uulgò uocant. Hinc in tit. C. de fund. rei. priuatæ. Eum qui collegio, uel curiæ, uel burgis, cæterisq; corporibus seruierit. And. Altham. uir eruditus, præcipuusq; Germaniæ illustrator, à Græco pyrgo uocabulum deductum putat. Colligitq; haud absurdè ab hac uoce, eos qui in castellis, munitionibus & turritis mœnijs habitant, Burger, quòd ciues significat, quasi dicas Pyrgios: & Burggraf. appellatum præfectum atque Comitem arcis & castri. constans autem est opinio, à Burgis, Burgūdiones Germaniæ populos esse dictos. At Rhenanus noster uetustius nomen arbitratur, quàm quod primum Cæsaris, Tyberijq; ætate natum sit: à Burgijs, hoc est, castellis limitum. Quam opinionem secutus Orosius, innumeros, qui subscriberent, reperit. Horum ueteres sedes, priusquam per Germaniam in Sequanos commigrarūt, quicquid de illis cùm proditu dignū, tum circa statum eorum, plerosq; etiam magni nominis uiros latuisse, res ipsa manifestat, primus omnium idem Rhenanus Herculeo planè labore monstrauit, áperuitq; simul uiam studiosis rerū indagandæ, patefaciendæq; uetustatis: cuius inter primos, quos eruditio summa commendat, nostra ætate celebris uiri memoria posteris præcipuè celebranda, sacrosanctaq; habenda est. Spieg. Sed non est illud omittendum, quæ dicuntur castra in l. 4. C. de offic. iudic. milit. & l. curæ. C. de offic. mag. offic. burgos appellari in §. in Sardinia. l. 2. C. de offic. præf. præt. Afr. Vergetius lib. 4. Castellum paruum burgum uocant. Paulus in Valentin. Crebra per limitem habitacula constituta burgos uulgò uocant, l. pen. C. de fund. rei priuat. Sunt igitur & burgi siue castra, & clusuriæ in limitib. Cuia. obser. lib. 3. c. 14. in fin. Pith. lib. aduer. 1. cap. 14. Hinc

BVRGARII, de quibus lib. 7. C. Th. nondum typis excuso, à burgis.

BVRGVNDIONES qđ Burgis expulsi à Romanis adpellati sunt. Prat.

BVRRHVS, homo dicitur, qui pransus cibo & potione rubet. Spieg. Camerarius autem annotat, quosdam burrhos dici uoluisse quibus buccæ euberent. deducta uerò uox uidetur à Græca πυῤῥὸς & πυῤῥὸν, quarum utraq; ruffum significat.

BVSTA facientem, pro combustore defunctorū corporum, sed perperam, Albericus intellexit. Nec enim I. C. eo loco quem citat, busta, sed iusta facientem, dixit. Vide Seruium Æn. xj. & Oldend. explicantem hæc uerba lege XII. Tab. Rogum bustúmue nouum. Spieg.

BVSTVM in XII. Tabul. Græcis τύμβον monumentum & sepulchrum uidetur interpretari Cicer. lib. 2. de legibus. cui uidetur consentire Festus Pompeius lib. 2. Bustum, ait, propriè dicitur locus, in quo mortuus est combustus, & sepultus: diciturq; bustū quasi bene ustum, ubi uerò combustus quis tantùm modo, alibi uerò est sepultus, is locus ab urendo ustrina uocatur, sed modò bustum eò quòd sepelitur, sepulchra uocamus. Hæc Festus. uerba legis XII. Tabul. hæc sunt: HERVM, BVSTVMVE NE VSVCAPITO. hanc ex Solonis legibus accepisse Decemuiros constat ex M. Cicero. lib. 2 de legibus. Lex Solonis hæc est ἡρῷον, ὁ τύμβον μὴ χρόνῳ λαμβάνειν.

Vtranq;

Vtramq; legem explicui lib.2.& 4.Veteris Iurisprudentiæ.Porrò autem Græcam uocem τύμβος usu retinuere Galli. Nam & sepulchri operculum Tumbã Tombe uocant:sepulchrum ipsum Tombeau. Eo sensu, quo apud M.Ciceronem 2.de legibus,sumit Imp. Iulianus.l.pergit.5. C.de sepul.uiola.Quidam etiam legunt in l.2.in fin.ff.de in ius uocan.In Pandect.tamé Florentinis est iusta.rectiùs.

BVSTVARIÆ mœchæ apud Martialem dicuntur uulgaria & diololaria scortilla, inter busta atque monumenta penè in propatulo prostantia Torneb. lib.aduers.13.cap.19.

BOYTTEIS interpretantur Basilica, serias nouo uocabulo, quo etiam Hetrusci hodie utuntur. Nicetas dixit βούτζια & interpretatur ἴσως δοχεῖα. Veteres etiam glossæ dogas exponũt βούτζας,quod quidem dogarum nomen à Græcis raptum uidetur,quibus δοχεῖα uel δόχμια sunt,quæ capacitati alicui parata sunt, & capacitates ipsæ uel mensuræ,ut in Aureliano Vopisci:Facta est ratio dogæ cuparum, nauium, doga nõ uas,sed capacitatem significat. Cupas autem βούτζας μεγάλας exponunt ueteres glossæ:easdemq; uocari à quibusdam gaulos. Idem buttarum & buticellarum nomen in ueteri instrumento apochæ siue plenariæ securitatis legi, quod ligni membrana scriptum extat in bibliotheca Regis. Scriptum fuit Rauennæ Imp.Dn.Iustiniano.PP.Aug.anno 38. P.C.Basili,anno 23.Id.Iul.Indict.12.& eo Germanus V. S. subdiaconus,tutor Stephani H. P. profitetur se à Germana Cl.F. accepisse quod pro tertia portione hæreditatis ex testamento, quod collicti ei competebat in rebus mobilibus & immobilibus, quarũ notitia pro fessioni subijcitur,& inter cætera mobilia numerantur buttæ & buticellæ granariæ. Cuiac.obseruat.lib. 9.cap.26.in prin.

B Y

BYRRHI in l.1. ad finem. C.Th.de habi. quo uti opor.int.urb.& apud Vopisc.in Carino,tegmen capitis seruorum erat ex d.l.1. Imperatorum constitutio omnibus, præterquam militum seruis Byrris uti permittit & cucullis.Cuius exceptionis hanc ego rationem ultrò refero, quod milites quoque domini Byrris passim uterentur. Nam Burros,seu Byrros, fuisse arbitror uestis genus aliquantũ uilioris & pilis hirsutæ,qualem etiam Endromidé Martialis describit. Paulus monachus Cyprianum byrro indutum fuisse refert,cum ad supplicium duceretur:Pontius Cypriani ipsius Diaconus, qui eius agonem sanè quàm eleganter descripsit,in actis lacernum byrrum appellat. Sic memini ueterem Persij Flacci interpretem lacernam byrrum interpretari, & adijcere, pallium esse fimbriatum,quo soli quondam milites uterentur. Ausonius Drepanio:

At nos illepidum, rudem libellum
Burrus quisquilias, ineptiasq;.

In uersibus quoq; nondum (quod sciam) editis qui in ueteri libro Euceriæ tribuuntur, ita scriptum reperi, *Nobilis horribili iungatur purpura burræ,*
Nectatur plumbo fulgida gemma graui.

Burræ appellationem nos hodieq; aliqua ex parte retinere uidemur. Beri honestiorum & Palatinorũ uestes erant, sericeæ, ut à uiris doctissimis notatum est. Vnde ego Beros Attrebaticos & Canusinos à Capitolino dictos arbitror in Carino, non Byrros: ut & à Valerio Martiale, libro primo Epigrammatum,dum ait:

Nec desunt tibi Bera Glauiana.

Pithœus in subseciuis.

BYSSICVM opus apud Martia. l.fin. §.species. ff.de publican.pro aliquo ex bysso confecto,tametsi per υ (quod y nota est in Græcorũ libris) scribatur.

BYSSINAM uestem dixit Apuleius libro 11. Asini Aurei.

BYSSVM lini genus esse apud Indos candidissimi,& mollissimi Isidor. tit.19. Etymol. cap.27.& Iulius Pollux lib.7.cap.17.scribunt. Huius uerba subijciam καὶ λίνον δὲ ἰνδικὸν ἡ βύσσος λίνον τι ἀλλ' ... Byssum pleriq; interpretantur linum tenue, rufum, coloremq; auri imitans,& splendorem atq; fulgoré: reperitur & in pinna marina mollissimæ lanuginis tenuissimæq; & delicatissimæ Tornebus lib.19. aduersar.cap.25.

BYSSINAM uestem Iudæis sacerdotibus familiarem fuisse Ioseph. libro 6. Belli Iudaici ostendit. Prateius.

BYSSINVM opus in l.ultim.§.species.ff.de publican. ut byssina uestis apud Apuleium libro 11. de Asino aur. Ceterùm byssum lini genus esse apud Indos,candidissimi & mollissimi. Pollux libr.7. Onomast.cap. xvij.& Isidor. libro xix. Etymolog. capite xxvij. scribunt. In Ægypto quoque byssum quàm maximè natum ex capit. xxvij. Ezechielis,Hieronymique commentarijs intelligimus. Plinius lib.xix. capit.1. etiam circa Elim in Achaia genitum significat his uerbis: Ergo huic lino principatus toto in orbe. Proximus byssino, mulierum maximè delicijs circa Elim in Achaia genito. Quaternis denarijs scripula eius permutata quondam, ut auri reperio. Byssinam quoque uestem Iudæis sacerdotibus familiarem fuisse,Iosipp.libro 6.belli Iudaici ostendit. Brissonius.

BYTHINI apud Persas erant qui, cum adorare uoluerunt, summa montium conscendere soliti, & sine templis Iouem Papam salutare. Brechæus in l. Tabernæ.ff.de uerb.& rer.sign.

C

C, CONDEMNATIONIS nota erat, quæ in publicis iudicijs dabatur in tabella scripta, idque Asconius in iij. Verrin. significat: ideoque rectè tristem eam adpellauit M.Cicer. pro Milone.

C, litera inuersa apud Volusium Mætianum in libello de assis distrib. nota sicilici.

Erat & nota prænominum, ut C. Cassij C. Caligulę.

C, etiam inuersum Caiam mulierem significare scribit M.Fabius lib.1.cap.7.

C, etiam Caium sonat eodem auctore.

C scripta G pronuntiatur ut in Gneo uidemus.

C in G mutatur Fabio teste lib.1. cap.19. ut & docui in Consuet.Marchiæ tit.*des donations & dots*.§.308. Marchiani enim dicunt *logres* quod uetus interpres Nouell.adpellat lucra nuptialia. Nam C & G mutua est ἐναλλαγή & O pro V, sæpe ueteres pronuntiasse constat. C in G mutari significauit Varro libro 4. in uerbo, Gladius qui à clade ducitur. Prat.

C, pro Q, in antiquis libris scribi cœptum refert Petrus Victorius in primum Epist.ad Atticum: docetq; earum literarum usum sępe confundi.unde ex sterculino sterquillinium factum est: ueterem tamé orthographiam Pand. Florentinæ retinuerunt in l. si quando.17.§.fin.ff.si seruit. uindic.& l.fundi. § fundo.ff. de actio.empt.quo scribendi genere usos fuisse M. Catonem & Terentium Petrus Victorius admonuit.

CCCIↃↃↃ ∞ centum millium notam esse idē docet. Prat.

C, litera Gaius notatur, quæ inuersa Ↄ mulierem declarat: quia tam Caias esse uocitatas, quàm Caios, etiam ex nuptialibus sacris apparet. Fabius lib. 1. cap. 7. Hotom.

CABALA diuinæ legis interpretatio quam Moses ab ipso Deo accepit, idem est apud Hebræos, qđ apud nos scientia secretior, ob eam scilicet rationem, quod illam doctrinam non per literarum monumenta, sed ordinarijs reuelationum successionibus alter ab altero, quasi hereditario iure susciperet. Crinitus de honesta disciplina libro uigesimoquinto, capite 3.

CABALLVS, ab equo eo distat: quòd caballus ferè nunquã sine derisione dicitur: equus uerò semper de apto & probato. Pomp. de Fund. instr. l. si ita. Caballos, ait, qui in pristinis essent: tanquam dicat, malos. Nebriss.

CABALLATIO, in Constitutionibus munus alendi equos publicos, à caballis dicta: Festum autorem habet Alciatus. Vnde apparet & exemplaria in hoc uariare. Adi Rhodiginum, capit. xxiiij. libr. xxj. Spiegelius.

CABALLARII, Iulio Firmico auctore dicũtur, qui sub equi cœlestis sydere nascuntur.

CABALLOS pro equis dixit Pomponius l. si ita. 15. ff. de instrum. instru. q; leg. quo etiam sensu usus est & Lucillius lib. 2. apud N. Marcellum.

Succussatoris tetri, tardiq; caballi.

CABVS, frumentaria mensura. Hinc

CABÆSI dicuntur, qui expleri nequeunt. Prat.

CACABVS, olla grandior, siue illa sit ex argilla, stanno, argento, uel alia quacunq; re metallica. Pompon. de Aur. & argen. leg. l. & si. Certè, ait, si cacabos argenteos habebat, uel miliarium argẽteum, id est, uas ad coquendum milium. Nebr. Cacabos & patinas inter culinaria uasa adscribit Paulus, in l. cum de lanionis. ff. de fund. instru. Sunt & alia eius generis uasa apud Latinos. Aula, siue olla, ad pultem & olera coquenda, uel quod prouerbio manifestum fit, celebrata Catullo, Ipsa olera olla legit. Annumerantur & ista, lebes, ahenum, tripus, patella, frixorium, craticula, mortarium, & pastillum. Spieg.

CACCABVS, uas in quo pulmentarium coquitur, ut Paulus definit l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de instru. instr. q; lega. quo etiam significatu usus est collega eiusdem Vlpi. l. cum aurum. 19. §. si cui escarium. ff. de aur. argentoq; leg. Varro lib. 4. Ling. dicit cacabum uas fuisse in quo cibus coquebatur, quem à cibo ductum ait. Pauli definitio, ut specialior, ita uerior semper mihi uisa fuit. κάκκαβοι inter uasa coquinaria connumerat I. Pollux libr. x. cap. xxiiij. Onomasticon. Prat.

ΚΑΚΙΑ, in l. 2. ff. qui pet. tut. uitium, non malitiam, significat Cicer. libro 3. de finibus & 4. Tusculanar. quæstion.

CACVLA Festo lib. 3. seruus militis ex Plauto. dictum ait à Græco κάλον, quòd fustibus clauisq; ligneis ad tutelam dominorum armari soliti essent. Hinc

CACVLATVM, id est, seruitium. Prat.

ΚΑΚΟΗΘΕΙΑ apud Paulum l. & quantum. ff. de ædil. edict. uitium est, malignitatem, malam consuetudinem significans. ulcera mammarum Dioscoridi lib. 3. cap. 16. & ad animum transferri potest.

CADAVER. Nam à cadendo ductum rectè putat Tertullianus lib. de resurrect. carnis. De cadaueribus extat titulus lib. 48. ff. de cadaueribus punitorum, quæ ab Vlpiano, Marciano & Paulo Iurisconss. adpellantur corpora ff. eo. l. 1. 2. & 3. Ergo

CADERE dicimus corpus in terram per mortẽ Tertull. lib. 5. aduersus. Marcionem.

CADERE commodè, pro contingere, euenire. Oldendorp.

CADERE in commissum apud Marcianum l. fi. in prin. ff. de publ. dicitur cuius dominium fisco acquiritur ob crimen l. commissa. ff. eo. porrò quando de crimine accipere debeas, disces ex dict. l. fi. & l. cotem. ff. eo. Prat.

CADERE. Hoc uerbum multas egregias & uenustas translationes habet: quas refert Oldendorp. in Isagogico. Primò, cadere pro Republica, hoc est, occidi, mori. Secundò, cadere commodè, pro contingere, euenire. Tertiò, cadere in suspicionem, in deliberationem, pro incidere, uenire. Quartò, alijs uarijs modis usurpatur. Sic namq; cadere causa &c.

CADERE caussa, antiquis dicebatur pro eo, qđ nunc dicimus caussam, litemue perdere apud Papinianum l. Stichum. 96. §. penult. ff. de solut. & l. Titio centum. §. fin. ff. de condit. & demonst. & Paulum l. in fraudem. 45. §. neq; instrumenta. ff. de iur. fisc. ita explicat Iustinianus Impe. in §. si quis agens. Institu. de actionib. Porrò modos quibus caussa cadimus, recenset & declarat idem Imperator. d. §. si quis. uer sic. plus autem. Sunt autem hi, res, tempus, locus, caussa: & Paulus libro 1. Senten. recept. titulo 10. ubi pro re, summam, pro caussa qualitatem dixit, ubi Auianus caussa cadere, ait, est caussam perdere. Sic eodem sensu, diuerso tamen modo, Hotomann. Autor quoq; ad Herennium lib. 1. scribit eum causa cadere qui non quemadmodum oportet egerit. Testatur etiam Quintilianus libro septimo, capite quarto. Si ab actore uno uerbo erratum sit, tota eum cecidisse causa uideri.

CADERE dominio eadem forma dictũ est qua cadere causa & cadere actione. Ferret. tit. de ui bonorum raptorum.

CADERE formula dixêre ueteres: quod eueniebat, cùm quis non ut oportuerat, actionem instituisset. In omnibus ferè causis, (ait Fabius) in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæ sunt quæstiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore agere liceat. Suetonius in Claudio. Nec semper præscripta legum secutus, duritiem lenitatemq; multarum ex æquo & bono moderatus est. Nam & ijs qui apud priuatos iudices formula excidissent, restituit actiones. Quo ex loco patet Cadere formula in stricti tantum iudicij actionibus usurpari solutum. Causa uero cadere in omnibus. Hot. Porrò tametsi iuris formulas amputari iusserit Constantinus Imperator l. unic. C. de formul. & impetr. subl. quotidianus tamen forensis usus in exceptionibus reuocasse uidetur, non formulas quidem sed hæc excipiendi genera an huic, aut apud hunc & dicuntur,

Fines non recipiendi à practicis. Prat.

CADAT uerbum in legibus, constitutionibus, edictis, sententijs intelligitur non ipso iure. ita rectè explicat Accursius in l. 2. §. quòd si actor. C. de iureiur pro. calum. dan. quod probat Nouel. *[Greek text, illegible]*. Accursij etiam sententiã probat Bernardus cap. fin. §. pœna. extra. de iuram. calum. Vide tamen Felinum in cap. ex tenore. extr. de rescript. Prat.

CADE-

CADERE in casum in l.pen.de delatorib. lib.10. C. Hinc Caduca bona generaliter appellantur, quæ ex aliqua causa in fiscum cadunt. l.3.ff. de his, quæ in test.delent.l.9.& l.20.ff.de S.C. Silan. l.2. in fin.ff.si quis aliq.test.prohib.l.30.de petitio.& ult. dat.in C. Th.Vnde in Lexico Latinogræco ædis B.Germani Parisiensis Caducū definitur τὸ χωροῦν εἰς τὸν φίσκον. Sic Caducæ hæreditates apud Cicero.x.Orat. in Anto. Isidor.lib.5.Etymolog.c.25. Caduca, ait, inde dicuntur, quia eis hęredes ceciderunt. Caduca etiam legata, quæ à legatarijs ceciderant, dicebantur. Nam ut Vlp.in Instit.tit.17.scribit. Quod quis sibi relictum ita ut iure ciuili capere possit, aliqua deinde ex causa non ceperit, propriè id Caducum appellatur, quia is uidelicet ceciderit ab eo. Iustiniano interprete Caduca ea legata olim accipiebantur, quæ post mortē testatoris ante apertas testamenti tabulas mortuo legatario deficiebant: Quasi caduca uerò, aut in causa caduci erant ea, quę uiuis testatoribus deficiebāt, uel quòd legatarij præmorerentur, uel quòd conditio sub qua relicta essent, uiuo adhuc testatore deficeret. l.un.§. & cum triplici. C.de caduc.toll.§. Quintius autem. Epist.de confirmatio. ff. Addamus hic & hæc ex relatione Symmachi apud Ambros. lib. 5. Epist. sumpta uerba: Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus casus facit caducas? Eodemq; modo caduca dos uocabatur, quæ illicito matrimonio contracto in fiscum cogebatur. l. 38.§.pen. & l.61.ff.de ritu nup. Et apud Vlp.in Instit. tit.16. Inde caducaria lex Iulia dicitur, quæ caducorum ius introduxit, apud eundem Vlpian. in Instit. tit.28. Briss.

CADERE in suspicionem, in deliberationē, pro incidere, uenire. Cic. Old.

CADERE animos, uultus, uerba: pro frangi, perire, debilitari. Old.

CADERE in potestatem, pro redigi, ut Institut. quib.mod.ius patr.pot.soluit.§.1. Old.

ΚΑΔΙΣΚΟΣ, siue καδίσκος suffragiorū urna, seu amphora Fuerunt autem duo apud ueteres cadisci, in quos calculos mittebant iudices: alterum ἔσχατον, siue καταδικαζόμενον & hunc adpellabant κύριον, in quē condemnationis, alterum ἄκυρον, in quem absolutionis calculos proijciebant. Hęc, καδίσκος ἐλέου, id est, misericordiæ, uocabatur, in quem εἰς ὕστερον mittebātur, altera θανάτου, hoc est, mortis erat, priore loco sita, uide I.Polluc.lib.8. Onomast. περὶ σκευῶν δικαστ. & Bud. in comment.ling. Græcæ. Old.

CADENS de cœlo aqua, pluuia adpellatur; Vlpiano l.1.§.1.ff.de aq.& aq.plu.Pra.

CADVCVM dicitur, nō quod cecidit, sed quod facile casurum est, ruinamq; minatur. Vnde & paries caducus, & glans caduca. Alciatus de uerb.sign.

CADVCA bona, quæ ex aliqua caussa in fiscum cadunt l.proximè.3.ff.de ijs, quæ in testa. del. l.cum fisco.9.ff.ad S.C. Sillan. l.30. C.Th.de pet.& ult.dat. Vnde in lexico Latino Græco, quod extat in æde Beati Germani ad Parisios, Caducū definitur τὸ χωροῦν εἰς τὸν φίσκον. uide suprà Bona caduca. Prat.

CADVCA auspicia Festo lib 3. dicebāt ueteres, cùm aliquid in templo excidit, ueluti uirga è manu.

CADVCAS hęreditates uidetur definijsse Isidorus lib.5.Etymol.c.25. quæ hæredibus ceciderūt. Cicer.in 10.in Ant.Philippica. Prat.

CADVCVM aperta uoce adpellari constituit Iustinian.l.unic.§.& cum triplici. C. de cad. toll. quod relictum erat, mortuo testatore, deficiebat. Vlpi.uerò tit.17. Epito.caducum adpellari scribit quod quis sibi ex testamento relictum, ita ut iure ciuili capere possit, aliqua ex causa non ceperit. Prat. Adde Forcat.obseru.in dial.87.in Necyom.

CADVCA dos, quę illicito matrimonio contracto, in fiscum cogitur l.si quis.§.penul.& l dote.61.ff. de ritu nupt.

CADVCA aqua I.Frontino lib.2. de aquæduct. quæ uel ex lacu abundat, aut ex castellis effluit, aut ex manationibus fistularum. Prat.

CADVCA glans quæ ex arbore cecidit l. silua.§. glans.ff.de uerb.sign. Et

CADVCA oliua apud Columellam lib.12. c.49.

CADVCVM. Nomen certè hoc iampridem in libris ueterum legum, & ore I. C. peculiari quadam significatione fuit: ut cum glandem caducam, uel aquam caducam uocabant. Et apud Ciceronem lib. 3. de Oratore, Crassus uocat possessionem caducam & uacuam, Et Cicero Philippica 10. uocat hæreditates caducas. Sed in lege Papia, propria quædam & singularis huius uerbi uis atq; notio est: quam quidem Vlpianus noster in titulis ita describit, ut alius interpres nunc quærendus non sit. Quod quis (inquit) sibi testamento relictum, ita ut iure ciuili capere possit, aliqua ex causa non cœperit, caducum appellatur, ueluti ceciderit ab eo: uerbi gratia: si cœlibi, uel Latino Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centū: uel cœlebs legi paruerit: uel Latinus ius Quiritum consecutus sit: aut si ex parte hæres scriptus, uel legatarius ante apertas tabulas decesserit, uel peregrinus factus sit. His uerbis Vlpianus totam hanc de caducis legem Papiam breuiter perstringit. Iustinianus uerò l.una.C.de caduc.tol. antiquæ locutionis significationem & proprietatem diligentius exponit. Ait, Veteres ea quæ testamento relicta ab initio non consistebant, ueluti quæ legabantur ei, qui iam tum in rebus humanis non erat, dixisse, pro nō scriptis haberi. Quę post testamentum factum, uiuo adhuc testatore deficerent, ueluti quia legatarius, uel hæres intereà moreretur: ea, in causa caduci esse. Caduca uerò specialiter appellata esse, quæ iam mortuó testatore primum deficiebant, ueluti si post eius mortē legatarius, uel hæres moreretur ante aditam hæreditatem. Sed quæ in caussa caduci esse alioqui dicebantur, poterant etiam dici caduca, & æquè ad hanc legem Papiam pertinent: non tamen ea quę pro non scriptis habentur. Certè in hac lege propriè caducum appellatur, quod quis communi quidē iure ciuili capere potuisset, sed ex aliqua singulari causa per legem Papiam capere prohibetur: & eo ueluti excidit, quod recidit ad fiscum. Est & alia generalior in hoc argumento significatio huius uerbi; quum omnia bona uacantia, quæ in fiscum recidunt, appellantur caduca. l.3. de ijs quæ in testium delat. l.9. Ad S.C.Silan. l.20. de pet.hæred. Certè & lege Iulia bona uacantia ad fiscum pertinere: & legibus caducarijs (sic enim etiam appellantur) bona ad fiscum deferri, legimus in Pandectis. l.96. §.1. de legat. lib.1. l. 4.de fideicom.libert. Apud Cassiodorū Rex Theodericus, qui in Italia imperabat, paulo ante tempora nostri Iustiniani: Caduca (inquit) bona fisco nostro competere, legum cauta decreuerunt. Caduca ille etiam uocat bona uacantia, cum quis mortuus esset sine hæredibus, uel testamentarijs uel legitimis. In Codice Iustiniani & Theodosij sæpè etiam legimus uacantia pro caducis, & caduca pro uacantibus. Balduinus.

CADVCARIA lex apud Vlpia. tit.28. Epitom. uide inf. Lex.

CADVCA hæreditas, eadē ratione dicitur, qua caducum legatum, quod ad fiscum defertur, uel sub stitutum. Quoniam uerò iucundum erat substituto, legatum caducum accipere, quasi rem minimè speratam: ideò Iuuenalis, dulce dixit legatum, quasi scilicet lucrum abruptum. Old.

CADVCVM ex lege Papia, legatum erat, relictū sub conditione, qua deficiente, uel uiuo, uel mortuo testatore cadebat, & redibat uel ad testatorem uiuū, uel ad substitutū eo mortuo. Vnde titulus est in C. Iustin. de tol. caducis. Old.

CADVCVM: In illis fragmentis, quæ circumferuntur Vlpiani nomine tit. 7. dicitur, quod quis sibi testamento relictum, ita ut iure ciuili capere possit, aliqua deinde ex causa non ceperit, propriè caducū appellari, quia is uidelicet ceciderit ab eo. Quanquam & generalius caducum etiam appellabatur, quod quis ab initio capere non potuerat ex testamento. Balduinus tit. de Ademptione legatorum.

CADVCEATORES Fest. lib. 3. dicuntur legati pacem petentes à caduceo quem manu gestabant, utuntur hodie spintere, quæ armilla dicitur Budæo l. sanctum. ff. de re. diui.

CADVCEOS Græci Cerycia dicunt apud Marcia. l. sanctum. 8. ff. de rerum diui. Est autem κηρύκειον, ut Pollux auctor est libro viij. τὸ δὲ κηρύκειον φόρημα τῶν κηρύκων.

CADVCEVM, & hastam simul mittere, est permittere, ut pro arbitrio quis uel bellum ineat, uel pacem amplexetur. Caduceum uerò esse pacis insigne, caduceatorum nomen demonstrat. Sic enim uocantur, qui ad pacem significandam mittuntur. Spieg. Adde Gell. lib. x. ca. 27.

CADVS apud Vlpianum l. sed si. 15. §. proprietatis. ff. de usufr. & Proculum l. penul. ff. de uino, tritic. uas uinarium Polluci lib. x. cap. xx. urnas tres capit. Palæmon apud Ant. August. lib. 2. Emend. ca. 11. amphoram Atticam adpellari scribit. Alciat. lib. 4. disp. c. 21. dicit cadum congiorū decem capacem ex Dioscoride libro 5.

CADVS uocabulum Græcum est, ἀπὸ τοῦ χάδειν, quod capacem esse significat: quamuis Plinius eo utatur, sed non nisi, ut aptè doctiss. Georg. Agricola monuit, ubi uel Græca transfert, uel de Græcis uinis loquitur. Extat & apud Proculum l. penul. de uino leg. Illud uerum esse puto, cui uinum cum uasis legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus uina diffusa seruamus, legatos esse. Sp.

CAECAM diem, & cæca testimonia uocant I. C. quę scripto perhibentur absentibus. cuius rei exempla pete ex l. ad personas. ff. de iureiur. & alibi. Nam cæca sunt, non tantum quæ non uident, sed & quæ non uidentur, & absunt. Vide Erasmum exponentē parœmiam, Cæca dies.

CAECA uestigia pro insidioso, & latenti, & occulto malo. Vergil. apud Nonium.

Cæca regens filo uestigia, &c. Old.

CAECVS paries, qui fenestras non habet: cuius meminit Paul. in l. eos. 4. ff. de seruit. si lectionem C. Harmenopuli sequamur, qui pro pariete communi, ut est in Pand. Flor. legit, τυφλὸν τοῖχον. Sed Florentinā probo: quod & ipsa res docet. Non tamē eo inficias parietem, qui fenestras non habet cæcum dici. quo sensu ita scribit Vergil. lib. 5. Æneid.

Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;
Mille uijs habuisse dolum. Sic

CAECVM cubiculum, quod fenestram non habet, dixit Varro lib. 8. ling. Lat. Prat.

CAECVLTARE Festo lib. 3. est cæcos imitari.

CAECVM uallum Festo lib. eodē, dicitur in quo præacuti pali terræ adfixi, herbis uel frondibus occuluntur: qua analogia cæca testimonia, id est occulta dici putem.

CAECITAS, morbus est partis corporis Vlpiano l. 1. §. sed sciendum. ff. de ædil. edict. Prat.

CAECVM definire uidetur Vlpianus l. 1. §. secundo loco. uers. casum. ff. de postul. utrisq; luminibus orbatum.

CAECVS tametsi à postulãdo repellatur d. uersic. casum. iudicandi tamen officio fungi eum idem Vlpianus credit l. 6. ff. de iudic. Sed hoc accipiendū putat Bartolus, si postquam iudex erat, cæcitas superuenerit. Testamentum tamen facere non potest. §. cæcus autem. Institut. quibus non est permiss. fac. testa. Prat.

CAECVS μεταφορικῶς est qui supernę contemplationis lucē ignorat, qui præsentis uitæ tenebris pressus dum lucem uenturam nequaquam diligēdo conspicit, quò gressus operis dirigat, nescit. ca. hinc etenim. 49. distin.

CAECVM animal adpellat Hieronymus, in Malach. c. ult. 49. dist. indoctum rectè. Nam & hoc ad animum transtulit M. Cicero pro Sex. Roscio. Pra.

CAECVM etiam pro improuido ueteres dixisse Nonius ait.

CAEDEM, ait Festus lib. 3. putant ex Græco dici, quod apud illos κτείνειν, interficere significat.

CAEDERE à cædendo ductum putat idem. Pr.

CAEDERE secundum Paul. in l. cędere. in prin. ff. arb. furtim cæsarum. est non solum succidere, sed etiam ferire cædendi causa, & uulnerare aut ferire ex parte l. 5. & 7. §. etiamsi. ff. d. tit. arb. fur. cæs. non etiam secare. Ictibus enim (teste Cuiacio Obseru. lib. 9. cap. 12. circa med.) cædimus, ferris secamus, non cędimus. Cingere est deglabrare, & reliqua. Sūt qui Stringere reponendum putent. Stringere enim idē est quod percutere. & ideo strictores appellat Cato, eos qui fructus oliuarum feriunt. Modio inquit, oleario assiduos homines quinquaginta pbeto, duas partes strictorum præbeto. Plin. Oliuantibus lex antiquissima fuit, oleam ne stringito. Sed Alciatus noster existimat legendum Deglubere, hoc est excorticare, & librum detrahere. propriè significat folliculum excutere, & fabas sua nudare siliqua. inde à Catullo in obscœnū sensum trahitur. & ab Apuleio: apud quem Photis ait, se solitam uiuos homines deglubere. Tiberius etiam Cæsar, auctore Tranquill. Boni, inquit, pastoris est pecus tondere, non deglubere. quod adagij uice hodie usurpatur, in Collectaneis prouerbiorum. Possemus etiam legere Deglabrare, hoc est glabrum reddere. quid hoc sit, satis superq; notum puto ex Plauto & alijs, maximeq; Nonio, dum inquit: Legitur quòd ludis præsulis pueri essent glabri ac depiles, propter ætatem, quos antiqui ludios appellabant. & propriè glabescere est, sine pilis aut capillis, aut plumis fieri. Cotta.

CAEDITITIAE tabernæ in uia Appia, à domini nomine uocari cœptæ sunt. Pra.

CAEDVA sylua, dicitur quod illius arbores licitum est scindere, siue lignorum, siue materiæ causa. Nam sylua nunquam dicitur nisi de arboribus. Plin. Cæcilius in Epistolis. Cæduæ, inquit, syluæ cū monte ipso descendunt &c. Nebriss. Sylua cædua est ut quidam putant, quæ in hoc habetur ut cędatur. Seruius eam esse, quę succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus

dicibus nascitur. Si diffinitionem Seruij ex scripto accipias, nulla erit sylua non cædua, nisi quæ nunquam cæsa est: Si ex Sententia, aliud uidetur uelle, Syluam succisam dum renascitur cęduam appellari. Dicitur autem nasci, quousq; ad perfectam suam magnitudinem peruenerit, quá ferè quinquaginta annis consequitur. Sed quádiu Sylua ex opinione Seruij dici possit cædua, dubitari potest. Nam uidetur eó usq; nascentem uideri Syluam, dum ad summum suæ Altitudinis peruenerit, in quo regionis tamen mos obseruandus est, ná apud nos quæ triginta sunt annorum nemora pro non cæduis habentur. Connanus lib. 4. c. 1. nu. 5. & 6.

CAEDVAE arbores in l. fructus. §. si fundum. ff. sol. mat. eodem sensu accipiuntur. Prat.

CAELARE, uel ut in Flor. Pand. celare sine diphthongo significat insculpere l. cum aurú. 19. §. insecti. 4. ff. de aur. & arg. lega. Prat.

CAELATI uerbo contineri, quod cælari cœpit d. §. insecti. quod ad multa produci posse uarijs Iuris ciuilis articulis constat. Prat.

CAELATVRA, sculptura, sculpturæ opificium Paulo l. ex argento. ff. de condict. furti. Prat.

CAELEBS Festo lib. 3. dictus, quòd dignam cęlo uitam agat. cui conuenit Isidori etymon. Cælebs, inquit hic, quasi cælo beatus, quod & diuus Hieron. probat. Cælebs est, qui uxorem non habet, quæue uirum: dicitur autem cælebs tàm qui caruit semper uxore, quàm qui nunc caret. Not. rubr. C. de infirm. pœn. cælibatus. Spieg. Hinc

CAELIBATVS uita sine uiro, aut uxore, ἀγαμία. Huius pœnæ legib. Papia & Poppea inductæ infirmantur ab Imppp. l. 1. & 2. C. de infir. pœ. cælib. Pr.

CAELIBES, quasi cælites, quòd onere grauissimo uacét, Fabio lib. 1. c. 6. Festi, Isidor. & Fabij sententiam probat Paulus Apostolus in Epist. Prat.

CAELVM uariè accipi constat. Quandoq; significat Dei domicilium N. Marcello ex Virgilio. & ita definijsse uidetur Christus Seruator noster apud Euangel. Matth. c. 5. his uerbis, *Μὴ ὀμόσαι ὅλως μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ.* Prat.

CAELOS igitur loca supera merito adpellat Varro libr. 4. Analog. Cælum ductum putat Atl. Gallus quod est cælatum, Varro autem à Chao. Hinc cauú, & hinc cœlum. Prat.

CAELVM duobus modis dici Varro ibidé scribit, & pars eius summú ubi stellæ, & id quod Pacuuius demóstrat, cùm dicit: Hoc uide circum, supraq; quod complexu terram continet. Prat.

CAELVM etiam pro aere dixerunt ueteres N. Marcello, & I. C. l. 1. ff. de adq. rer. dom. l. fin. §. penult. ff. quod ui aut clam. l. si apes. ff. de furt. l. 1. ff. de seruit. urb. præd. l. si cuius. 13. §. si tamen. ff. de usufr. Eodem sensu accipi apud Ciceronem libro 2. de Nat. Deor. ubi de cœlo crasso loquitur. Sic apud Virgilium lib. 1. Georgic.

— uar ios cæli prædicere mores.

Cæli, inquit Seruius, id est aeris.

CAELVM pro aere etiam posuit Vlpia. l. 1. §. 1. ff. de cloacis. Prat.

CAELVM propriè, ut definit Iustinus Philosophus Martyr in lib. exposit. fidei. q. 5. est summa pars totius mundi, & in quæst. à gent. quæst. 63.

CAELI in diuina scriptura aut sunt, qui per se & essentia cœli sunt, ueluti primum cælum, aut aeris spacia. Hinc

CAELESTIA auguria uocabant antiqui Festo tit. 3. cùm fulminat, aut tonat. Sic

CAELESTIA Mandata, præcepta Decalogi rectè adpellabimus. Antè enim quàm Dominus eloqueretur, tonauit Exodi 19. *ἐγένετο δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γενηθέντος πρὸς ὄρθρον ἐγίνοντο φωναὶ, ἀστραπαὶ, καὶ νεφέλη γνοφώδης ἐπ' ὄρους Σινᾶ.* Prat.

CAELESTE oraculum in l. iubemus nullá. 10. C. de sacrosanct. eccles. sumitur pro indulgétia principis uiua uoce concessa Alciato ibidem. Ideo auté cœleste dixere Impp. quasi è cœlo dimanent principis mandata, ut innuit Iustinianus in Nouellis sæpissimè. Prat.

CAELESTIS aqua, pluuia dicitur l. 1. §. 1. ff. de aq. & aq. plu. cadit enim de cœlo. Prat.

CAELICOLAE dici cœpti sunt, qui cœlú quasi Deum colunt Azoni in Sum. C. de Iudæis. De his l. 2. & l. Cœlicolarum. C. eo. & l. 75. C. Th. eo. Prat.

CAELITVS impetrare in l. 2. C. de Castrens. & minist. lib. 12. id est à principe, ut rectè interpretatur Accursius: cuius sententiam probat Ioá. Platæus, & nouissimè l. Cuiac. ibid. Prat.

CAEMENTA, uel ut in Pand. Flor. Cementa apud Vlpianum l. redemptores. ff. de rei uind. sunt lapides rudes, & informes, quibus utuntur ad farturas operum. Budæo. l. sicuti. §. competit. ff. si seruit. uindicet. & l. qui domum. ff. loca. Vide Vitruuium lib. 2. cap. 8. Hinc

CAEMENTITIA fundaméta dixit Iauolenus l. qui domú. ff. loca. quæ cæmentis inferciuntur, &

CAEMENTITIVS riuus apud Vlpianum ex Seruio & Labeone l. 3. §. Seruius. ff. de riuis. Prat.

CAEMENTVM dicitur à cædendo, nec est, qd' uulgus putat, ædificij fundamentú, sed sunt lapides, ut ait Nonius, quibus ædificia consurgunt, citatque Sisennam in 4. histor. Formidine, inquit, oppressis quod humilem cæmentis iustum oppidi murú sciebat. Vitru. lib. 1. Saxa quadrata siue silex, siue cæmentum, siue coctus later. Vlp. lib. 41. tit. de riuis l. Seruius. Si riuum cæmétitium uelit facere, audiendú esse. hic pro lapidibus quadratis posuit. Nebris.

CAERA prima testamenti, est institutio Alc. lib. 4. Paresg. c. 6. uel Horatij testimonio Sat. lib. 2.

Sic tamen ut limis rapias, quid prima secundo
Cera uelit uersu. Prat.

Nam ueteribus institutio caput, & fundamentum testamenti erat. §. ante hæredis. Insti. de legat. Sed hoc emendasse se Iustinianus ait d. §. ante hæredis. & uide Cera.

CAEREMONIAE sunt externi in sacris ritus moresq; cap. non est. §. his itaq;. & ibi gl. 6. distinc. & 16. q. 7. ca. in noua. & Exod. 12. cap. 45. distinct. c. qui syncera. & uide Lyturgiam Iacobi fratris Domini, & Dionys. cælest. Hierarch. ca. 7. August. Epistol. 59. ad Paulinum. Cæremoniarum caussa unde dicta sit, docet Festus lib. 3.

CAEREVM, quod quidem adiectiuú est, ex cæra aliquando factum: ut Cærea candela, ad differentiam eius quæ fit ex seuo, seu alio pingui. ut Cærea mella, apud Sedulium: Cærea gemmatis flauescunt mella canistris. Cæreus uerò substantiuum, funale significat, à funiculis cæreis, quem in Saturnalibus solebant humiliores potentioribus præferre, cú candelis pauperes, locupletes cæreis uterētur. Martial. Hic tibi nocturnos pręstabit cæreus ignes. nam aras Saturnias prisci excolebant accensis luminibus. inde mos per Saturnalia missitádis cęreis cœpit. Quidam cæreos non ob aliud inter Saturnalia munera mitti putant, nisi quod sub Saturno à tenebrosa uita quasi ad lucem & bonarum artium scientiam sumus euoca-

uocati. propterea lege Publicia cautum fuit, ut solis ditioribus cærei misitarétur. Veteres autem (ut etiam ætate nostra nobiliores consueuerunt) reponebant ad domus usum in penore, quæ ad medicamenta erant necessaria, ut laser, & similia. item cærea: & de his potuit sentire I.C. quòd etiam à penoris nomine ueniant. Cotta.

CAERITES tabulæ quę essent ex subiectis Gellij uerbis lib.16. cap.13. disces. Primos autem municipes sine suffragij iure Cærites esse factos accepim9, concessumq; illis, ut ciuitatis Romanæ honorem caperent, sed negotijs tamen atq; oneribus uacarent pro sacris bello Gallico receptis, custoditisq;. Hinc

CÆRITES tabulæ adpellatæ uice uersa, in quas Censores referri iubebant, quos notæ causa suffragijs priuabant. Pedianus in diuinat. Qui plebeius erat in Cæritũ tabulas referebatur, & ærarius fiebat, ac per hoc non erat in albo centuriæ suæ. Prat.

CAESALIS lapis finalis erat & Tiburtinus dicebatur, ut aiebat Dolabella lib. de limitib.

CAESA definit Vlpianus arbores cæsas, & carbones l. fundi. §. si ruta. ff. de actio. empt. In rutis cæsis non esse ea, quæ terra non tenentur, quæq; opere structili, tectorioue nõ continentur, scribit Quintus Mutius. l. in rutis. ff. de uerborum signification. Verba in lege uenditionis dici refert Varro libro 8. Ling. Prat.

CAESAR, inquit Festus lib.3. quod est Iuliorum cognomen, à Cæsarie dictus est, quòd scilicet cum Cæsarie natus est. Prat.

CAESARIS nomen Imperatorib. Roma. inductum, à cæso matris utero, dixit Accursius in pręfat. inst. in dictione Imperator. & in hoc à quibusdã scio lis damnatur, cùm tamen ante glossatorem hoc scripserit Seruius, interpres Vergilij, & magni nominis Grãmaticus. & quamuis ignorauerit Accursius Cęsaris nomen ante Imperatores primum inditum Scipioni Affricano, ab elephanto in prælio occiso, qui lingua Maurorum cæsa dicitur: uel quia mortua matre, cæso uentre sit natus: uel cum magnis crinibus sit utero matris effusus: uel quòd oculos cæsios habuerit, ut scribunt Plin. Solin. & alij: non tamen tantopere redarguendus fuit, cùm inter ipsos Grammaticos super hoc sit controuersia. Neq; etiam uerum est, quòd ipsi scribunt, Iulium Cæsarem dictatorem primum ita appellatum à cæso elephanto. quia hoc falsum esse apparet ex his quæ ex Plin. & Solin. supe rius retuli, & aliàs scripsit Phil. Beroal. eorum præceptor, in suis contra Seruium Annot. Notatur etiam Accur. quòd in præfa. Digest. in dictione Permutantes, ex commodo fabulam cõfinxerit, dum Iustinianus, uel illius epistolæ auctores referũt, apud Hom. Glauc. & Diom. inter se dissimilia permutantes, hoc uersu qui in omnib. cod. desideratur, ex sexta Iliad. rhapsodia, ut retulit Ang. Pol. in suis Miscel. Centuria 1. cap 93. licet aliqui sibi, & quidem impudenter ascribant. χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων Latinè ita sonat, Aurea pro æratis, centenaq; dona nouenis. Historia autem. uel potius fabula apud Hom. est talis: Glaucus Troianus uir fortis, & Diomed. Græcus, cum circa Troiam simul armati obuiam facti sibi inuicem essent cominus pugnaturi, ex genere amicitiam & antiquum hospitiũ inuiolatumq; didicerũt. ob idq; à pugna cessantes, prior Diomed. Glaucum alloquitur in hæc uerba. Heus Glauce qn arma inuicem permutamus, ut omnib. his notum sit, quòd inter nos non mortis timor, sed auitum hospitium pugnam diremit. Itaq; accepta dataq; inuicẽ fide, Glaucus arma sua ex auro fabricata, & centum bobus extimata, cum ferreis Diomedis armis, nouem tantum bobus extimatis permutauit. Cuius permutationis meminit Paul. in l.1. de contra. emp. citans Hom. car. ex 6. Iliad. in hanc sententiam.

Iuppiter hic rapuit sensum de pectore Glauci,
Qui aurea Tidydæ mutauerit arma uic sim,
Pro factis ex ær. boueisq; ualentia centum,
Pro his quæ fuerant bubus pendenda nouenis.

Græca uerò carmina Homeri si quis desiderat, retulimus in priorib. Memoral. in dict. Emendi. Cotta.

CÆSARES omnes in uniuersum adpellati sunt. Hoc tamen nomen Imperatoribus designatis, & futuris imperij successoribus tribui solebat. Vnde ab Augusto Cæsar separatur à Constantino A. Imper. in l. & si excepta. ibi, in comitatu meo uel Cęsaris. C. de malefic. & mathem. & apud Spartianum, Capito. & Lampridium, & sæpe in inscriptionibus constitu. C. Sic potest accipi in l. fiscus. §. fin. ff. de iure fisci. Alij Cæsarem dictum putant à cęso in Africa Elephante. Brisson.

CAESARIANA prædia dixit Callistratus l. ult. ff. de offic. procur. Cæs. quæ ad Cæsarem pertinerẽt.

CÆSARES ideo diuos adpellatos credidit antiquitas, quòd post mortem inter diuos referrentur. Alciatus uerò in l. ad instructiones. C. de sacr. sanct. Eccl. diuos ideo dici, quòd imperium à Deo sit constitutum: cuius sententia uera est ὁ γὰρ (ait Apostol. Roman.13.) ἔστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ θεοῦ. quod & Iustinianus fatetur Nouell. 6. in princip. Μέγιστα τὰ ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ δῶρα θεοῦ παρὰ τῆς ἄνωθεν δεδομένα φιλανθρωπίας ἱερωσύνη τε καὶ βασιλεία.

CAESARIANI, & Cæsarienses dicuntur officiales procuratoris Cæsaris qui & Catholiciani dicuntur l. prohibitum. & l. defensionis. C. de iure fisc. lib. x. & l. penult. §. fin. C. de bonis proscript. Cæsarianos in actu duntaxat constitutos Constantinus Imper. rescripsit l.1. Cod. Th. de Cæsarianis lib. x. Vnde eos, executores nuntios fiscales interpretatur Alci. l. fin. C. de pact. Prat.

CAESARIENSIS aduocatio in d. l. fin. aduocati sunt ipsius, scilicet Cęsaris, Accursio interprete, Alciatus uerò ibidem aduocatos Cæsareæ ciuitatis, quæ Cappadociæ metropolis est, interpretatur rectè. Prateius.

CAESARES, Viues ait, cõsueuit Romanus sermo cognominare eos, qui uel cæso matris utero, uel cum cæsarie nascerẽtur, uel oculis essent cæsijs. Addunt quidam, de elephanto in Africa occiso, quẽ indigenæ Cæsarem uocant. eamq; ob causam, cognomen hoc primùm auo Dictatoris contigisse. Sed qui hęc tradunt, ignorare uidentur, quòd non sola illius progenies ex Iulijs hoc cognomen habuit, sed & alij, & ante eum multi, & cum eo gentiles illius plerique. Vide .i. Iulius. Spieg.

CAESONES adpellantur exsecti ex matris utero Festo lib.3. & huiusmodi matrem filium habere scribit Vlp. l. etiam ea. 141. ff. de uerb. sig. uide tamen ibidem Alciatum. Prat.

ΚΑΙΡΙΚΑΙ horæ Alciato l. 2. §. cuiusq;. ff. de uerb. sign. dicuntur temporales, & uulgares. Prat.

CAETERA absolutè, pro quantum ad cætera, ponitur. Cætera cognitionis differre apud Scæuolam. l. intra. ff. de minorib. Spieg.

CAETERORVM & reliquorum appellatione etiam omnia continentur l. cæterorum. ff. de uerbo. sig. &c. dictio inducit repetitionem omnium dictorum in præcedenti, ut in l. Gallus. §. idem credendũ.

Vbi est doctrina Bart.ff.de lib.& posth.& in c.miseri cordes &c.de regulis iur.in 6.

CAIN fratricidæ & patriarchæ impiorũ fit mentio in 9.Constit.Iusiurand.quod præst.sol. Quidam signum illud quod illi Dominus imposuit, Genes.4. tremorem intelligunt.quos constit. sequitur. Tu,si placet,uide B.Chrysost.hom.19.in Gen.& Ambros. in cap.ult.lib.2.de Cain & Abel.Caini hęretici,Cain & Iudam honorabant:autor D.August. Iudæ quoq; meminit hæc constit.in fin.quum ait: Habeboq; par tem cum Iuda, & lepram Hiezi, & tremorem Cain. Spiegelius.

CAINANOS hæreticos dictos putat Isidorus libr.8.cap.5.Etymolog.quòd Cain fratricidam adorassent & c.quidam.23.quæst.3.quod & ante dixerat Tertullianus Iuriscons.in lib. de præscript. aduersus hęreticos.Magnificant enim,ait, Cain quasi ex quadam potenti uirtute conceptum,quæ in ipso operata sit. Prat.

CAIVS Seius pronepos meus hæres mihi esto ex semisse bonorum meorum, excepta domo mea & paterna, in quibus habito, cum omnibus quæ ibi sunt,quę omnia scias ad portionem hęreditatis,quá tibi dedi non pertinere. Vide Paul. de legat.2.l.Caius Seius.Spieg.

CAIO Seio illud & illud hæres meus dato, & te Sei rogo, fideiq; tuæ mando, uti ea omnia quæ scripta sunt reddas sine ulla mora,& reddas ipse.Habes sententiam Marcelli in l. Lucius Titius, cum duos. legat.1.Spieg.

CAIVS, Caia, nomina in matrimonijs quæ per coemptionem fierent, usitata: Vbi tu Caius, & ego Caia.quib.uerbis, ut Plutarchus scribit, quasi paciscitur sibi commune cum uiro dominium, & par imperiũ domi:ac si diceret,Vbi tu es familiæ princeps ac dominus:ecce ego adsum familiæ princeps & domina.Quod Cicero facetè exagitans in Muręniana, Quia inquit,alicuius libris exempli caussa id nomẽ inuenerunt, putarant omnes mulieres, quæ coemptionem facerent Caias uocari.Valerius Max. Cæterum, inquit, Caia usu super omnes celebrata est: fertur enim Caiam Cæciliam, Tarquinij Prisci Regis uxorem,optimam lanificam fuisse. & ideo institutum fuit,ut nouæ nuptæ ante ianuam mariti interrogatæ quęnam uocarentur, Caiam esse se dicerent. Hotomannus & Corrasius lib.Miscellan.5.capit.14. numero 4.

CALAMISTRI Varroni libr.4.Ling.quòd his calefactis in cinere capillus ornatur: ptinere potest ad ea,quæ recenset Vlpianus l.argum. §. ornamentorum. ff.de aur.arg.mund. Prat.

CALAMITAS grando, quòd calamos comminuat,Donato interprete.Budęus l.ex conducto.§.1. ff.loca. Connanus lib.7.c.11.nu.13. Accurs.à cadẽdo dictam putat: Translato uocabulo miseriam & ærumnam significare certum est, siue improbitatẽ, si ad culpam eius referas: Sic Terentius nostri fundi calámitas inquit.

CALAMITOSA tempestas apud Vlpianum d. l.ex conducto.§.1.eodem sensu. Prat.

CALAMITAS etiam damnum significat συμφορὰν,apud Pompon.l.fi.ff. de admin. tut. & Paulum l.si ab arbitro.ff.qui satisd.cogant.

CALAMITATEM fortuitam dixit Vlpia.l.2.§. pen.ff.si quis caut. Prat.

CALAMITAS, status mutatio §.è cõtrario.instit.de ingenuis. Hinc

CALAMITOSI apud Callistratum l.obseruandum.ff.de offic.præsid.rei delati,ęrumnosi,malis calamitatibus prægrauati Nonio. Prat.

CALAMVS apud Martianum in l.ult.§.species. ff.de publicanis. quid significet,dubitari consueuit. & ideo sunt qui putant Callais posse reponi,qui,inter lapides preciosos à Plinio enumeratur, saphiro similis.quę lectio satis placet,quia conuenit alijs rebus ibi per I.C.enumeratis. Si tamen nihil uelles immutare, Calamus etiam accipi potest in hoc loco pro arbore aromatica,quæ etiam in usu erat ad murrhina conficienda: à calami eius similitudine, quo utimur ad scribendum,simulans gustu casſiam, de qua etiam in eodem loco meminit I.C.de calamo D.Hierony.in Exod. Sume tibi aromata calami ducentos quinquaginta siclos, cassiæ quingentos siclos pondere sanctuarij. Nascitur in India,ut scribit Plinius, refert etiam idem Plinius in pen.lib.Calamum lapidem preciosum esse,unum ex generibus aetitis.hócque magis uidetur conuenire uerbis Iureconsſ. Hic multæ aliæ mendæ possent castigari, in d. l.ult.quas ideo omitto,quia de eis latè Philipp. Beroal.in comment.Tranquil. Cotta in Memor.

CALANTICA est tegmen muliebre,quod capiti innectitur.Mar.Tull.in Clodium. Túne cum uincirentur pedes fascijs, quum Calanticam capiti accommodares.Ex Nonio Vlpia.in l.25. §.4. ff.de aur. argent. Ornamentorum hæc,uittæ,mitræ, semimitræ,calantica.Florentini tamen Calautica. Hotom. Calautica. Et est uerbum Latinum,Græcè autẽ κρήδεμνον appellatur. Homer. in decimoquinto Odysseæ canit, Inonem, siue Leucotheam deam cridemnon Vlysſi naufrago accommodasse, ad euadendũ maris periculum. Ausonius poeta in Periocha Homerica, quod ille cridemnon dixit, calanticam interpretatur. uerba Ausonij apposui, quæ sunt hæc: Ino calanticam capiti suo demptam natanti accommodat,cuius ille sustentatu ad Phæacum littus euasit. Cotta in Memoralibus. Lexicon quod extat in æde Beati Germani, referente Prateio definit ἀπὸ δεσμοῦ. Brissonius. De Calauticis Seruius Honoratus sic inquit: Mitræ fœminarum sunt,quas calauticas dicunt. Inde Decalauticare Lucillio,id est, calauticam detrahere apud Nonium in uerbo Depeculassere. Cuiacius Obseruatio.libro 10.capite xvij. circa finem.

CALARI Gellio lib.15.c.27. est conuocari ἀπὸ τοῦ καλεῖν. Prat.

CALASSIS Festo libro 3. tunicæ genus, quod Græci καλάσιριν uocant. Alij dicunt nodum esse tunicæ muliebris, quæ connexa circa ceruicem tunicæ submittitur.

CALATA Comitia L.Fenestellæ lib. 2.cap.7.dicta quòd per lictorem curiatim calari, id est, uocari solerent.

CALATA comitia apud antiquos esse ait Labeo apud Gellium libro 15. capite xxvij. quæ pro collegio,aut regis sacrorum,aut Flaminum inaugurandorum caussa fierent. Ea autem in duo genera diuidebantur, curiata uidelicet & centuriata, de quibus Dionysius Halycarnasseus,& Liuius in primo ab urb. cond. scripserunt, &c. Nebriss. Calata comitia dicebantur,cum in comitium populus uocaretur,id est, in eum locum in quo solebat conuenire,à coeundo dictum, & καλεῖν Græcis uocare significat, quod Gellius in hunc modum exponit. His inquit comitijs quæ Calata appellari diximus, & sacrorum detestatio, & testamenta fieri solebant. Connanus libro nono,capite primo, nume.quarto.

Erat

Erat & olim testamenti genus, quod Calatis Comitijs adpellabatur Iustiniano Imp. Institut. de testa. ordin. in princ. Hoc quî fieret, docet Græcus interpres Theophilus: cuius uerba huc non transcribo. studiosissimo enim cuiq; obuia sunt. Καλεῖν autē uerbum Græcum esse constat quod conuocare sonat Gellio d. ca. 27.

ΚΑΛΑΘΟΙ, Græcum esse uerbum Festus lib. 3. & Seruius ecloga 3. Vergilij adnotant. pro quo Latini qualos, & quasillos dixerunt, qualos instrumentum fundi cogendi causa paratum Vlpianus scribit l. in instrumento. 8. §. cogendi. ff. de instrum. & instru. ubi eos esse uindemiatorios ait. Vas uimineum Porphyrioni quod & Ouid. lib. 4. Fastorum probat.

Hæc implet calathos lento de uimine nexos. Prat.

CALATHOS Gynæcij uasis cōnumerat Iulius Pollux lib. 10. c. 29. Si quis horum formam uidere uelit, Marcellinum consulat. Prat.

CALATIO Varroni lib. 4. de curia Calabra loquenti.

CALATORES Festo lib. 3. quòd semper uocari possent ob necessitatem seruitutis. Prat.

CALBEOS, armillas dicebant antiqui, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob uirtutem milites donabantur, Fest. lib. 3. Prat.

CALCARIA, est fornax, ubi calx ex coctis lapidibus conficitur: unde Plin. in hist. natu. scribit. Oliuas cinere ex calcarijs lætari. Imperator in tit. de pœnis. l. aut damnum. pro fodina posuit lapidū, ex quibus igni resolutis calx ipsa conficitur: nam de damnatis ad metallum loquitur: sunt autē in genere metalli. Nam quod Accursius dicit, calcariam esse opus calcandi terram, etiam pueri, qui nondum ætate lauantur, intelligunt esse perinane. Nebr.

CALCEARIVM, siue, ut in Pand. Flor. est, Calciarium apud Vlpianum l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transact. & l. diarijs. ff. de alim & ciba. leg. non calceum unum, sed quantum calceorum usui satis erat significat: id quod pro personæ cōditione accipi debet, quod & Vlpiani uerba utrobique indicant, quæ non transcribam. Sic etiam accipi debet apud Suetonium in Vespas. Prat.

CALCEATVS apud Paulum l. 3. §. sciendum. ff. de offic. præfecti Vigil. quo sensu accipi debeat, non liquet Prateio. Hoc à Græcis interpretibus petendum censent. cum huius interpretatio ab Accursio, Bartolo, Baldo & reliquis eiusmodi interpretib. prętermissa sit: ob idq; cōiectura diuinari caligatū. Cęterum sciendum est Varia fuisse calceorum genera. de quibus Pollux & Volaterranus in Philologia lib. 27. Erant enim Lintei calcei quos pedulia appellatos esse docet Cornelius Fronto. Similiter quoq; Calcei lunati quos patritijs in usu apud Romanos fuisse Plutarchus refert Problemate 75. Erant & Calcei mullei alutati, de quibus M. Cato libr. 7. Originum. Qui magistratum cœpissent, calceos mulleos alutatos, cæteri perones: De quibus latius Maioragius lib. 3. Miscellan. capit. 3. Proinde quod ait Vlpianus, calceatum debere præfectum uigilum coerrare. capit. 3. §. 3. de offic. præfect. uig. illud ad perones, non autem ad mulleolos trahendum uidetur. tum quod magistratus iste curulis nō sit (qui curulis magistratus solus inter magistratus reliquos, uti mulleis solet, ut ex Catone probatum est) tum etiam quod intempesta nocte per niues, per glaciē, & imbres præfectus uigilum coerraret: siquidem Mulleoli ex alutis, hoc est, mollioribus pellibus facti, lunulatiq; pręfecto uigilium coerranti nulla ratione conueniebant. Quamuis interim dubium non sit, quin inter magistratuum & ciuium priuatorum perones fuerit nonnihil discriminis. Ræuardus Variorum libro 1. capite viij.

CALCEM pro fine, terminoq; alicuius officij dixere Honorius & Theodosius l. palatinos. C. de palat. sacr. largit. lib. 12. Prat.

CALCES, Festo lib. 3. ampullæ plumbeæ.

CALCITRO ait Gellius lib. 4. cap. 2. ex Labeone dicitur uitiosus equus, qui calce percutit, aut petit Vlpiano interprete in l. 1. §. 1. & 2. ff. si quad. pau. fecisse dic.

CALCITROSVS eodem sensu dixit Vlpianus d. l. 1. §. 1.

CALCVLARE, hoc est, ad calculū uocare, uel rationem facere cum aliquo. Quod ad calculum ponere dicimus. Oldend.

CALCVLATORES à Calculis, id est, minutis lapillis dictos putat Isidorus, qui rationibus conficiendis adhiberentur Anto. Aug. l. σπαλεκτα. ff. de excus. quo sensu accipitur in l. ut iurisiurandi. §. dabitur. ff. de oper. liber. & l. oratione. C. de profes. & medic. lib. x. à Græcis ἀναψηφισταί. d. l. σπαλεκτα. Prat.

CALCVLVS uarie pro re accipi in iure nostro solet quandoq; pro calculis, & computatione l. uni. C. de erro. calcul. l. si sponsus. §. si quis rogatus. in fi. ff. de do. int. uir. & ux. & l. quod priuilegiū. ff. depos. ita explicat & Macer. l. 1. §. 1. ff. quæ sent. sine appell. Azo in Summ. C. de erro. calcu. Hinc

CALCVLOS publicos publicas rationes, & fiscum interpretamur in Zenonis constit. l. unic. C. ut omnes iud. tam ciuil. Calculū pro re pecuniaria accipi quidam putant in l. Sabinus. ff. de dolo. Equidē pro computatione accipiendū putem, cuius rei nomine defunctus calculator tenebatur: quia dolosè computasset, ut lex titulo suo congruat. Prat.

CALCVLVS etiam translatitiè pro tabella iudicis & sententia accipitur, l. si actor. C. de appel. l. 4. C. de auct. præs. l. rem non nouam. in prin. C. de iud. & c per tuas. ext. de adpel. ψῆφος, eodem sensu Græcis dicitur l. ἀδίκως χρέ. ff. de excus. Calculis enim apud ueteres ferebant iudices sententias, albis absoluebant, nigris condemnabant. Azo in Summa de erro. calc. C. dicit accipi in d. l. rem non. pro cognitione caussæ, quod pleriq; probant. Equidem pro sententia accipiendum putem cum Anto. August. Hinc calculos æquare dixit Bud. pro distribuere sententias in numerum parem.

CALCVLVM pro puncto posuit G. Budæus in Forensibus. Hinc ponere calculum, id est ad punctū aduertere quo significatu accipitur l. fori. in fin. ff. de ijs qui no. infa. ut res ipsa docet, non autem computationem ibi significat, ut Accurs. autumat. Prat.

CALCVLVM etiam pro expensarum articulo G. Budæus in Forensib. dixit.

CALCVLIS seu lapillis ferebant antiquitus iudices sententias, albis scilicet absoluētes, nigris condemnantes. Inde dictum est: Calculum addere. **Loben mit stimmen.** Olden.

CALCVLVM reducere, hoc est, mutare sententiam. **Eins anderen zu raht werden.** Old.

CALCVLVM proponerę seu porrigere, hoc est censendi potestatem facere, & in consilium mittere, cum processus in eo statu est, ut iudicari possit Bud. l. 2. ff. de orig. iur. **Den Richtern zulassen vrtheil: außsprechen/** id quod uulgo dicimus **zu recht setzen.** Id in iudicio fit per litis contestationem. Quod nota. Oldendorpius.

CALCVLVS pro re pecuniaria & nummaria in l.6.in fin.ff.de his qui not.infa.l.29.ff.de dolo.Calculus uerò pro computatione. in l.11.§.si duos. ff.ad l. Falcid.l.1.ff.quæ sentent.sine appel.l.5. §. si rogatus. ff. de donat.int.uir.l.8.ff.depos. Vnde Calculatores. l.7.§.rescriptum.ff.de operis libert.l.4. C.de profes-sorib.l.10.quos tabularios appellatos ostendit. l.1. §. ludi.ff.de extra.cog.ψηφιστὰς appellat Modest. in l. 15.ff.de munerib.& hono.Martial.lib. x. Epigr. Nec Calculator,nec notarius uelox.August.lib.2.contra Acad.Quibus duobus repertis nata est illa librariorum & calculonum professio uelut quædam Grammaticæ infantia.ubi,nisi mendosus est locus, calculones pro calculatoribus posuit.

CALDARIA cella Vitruuio lib.5. cap.10. locus sub hypocausto.Bud.l.si quis mihi.ff.manda. Et

CALDARIVM Ahenū ex quo aqua calida hauritur,eisdem auctoribus. Prat.

CALENDARIORVM & Iduariorum corpora dicta arbitror in ueteri inscriptione, quæ ab Appiano inter cæteras relata est.Habebant enim ciuitates,ut & priuati, Calendaria sua, ex quibus qui fœnori ponebant & collocabant, Kalendarij & curatores Kalendarij,qui relegebant, Iduarij,ut opinor,dicebantur.Interdum autem etiam in lege solebat adijci,ut Idibus demum solueretur. Exemplum est apud Catonem in lege Oleæ pendentis. Ponderibus modijsq; domini datum iri(sic legendum ut significet Datum iri)primę cotulas duas.Dies argento ex Kalend. Nouembr. Mens. 10. Oleæ legendæ faciundæq; quæ locata est. Et si emptor locarit,Idibus soluito. Cuius rei æquitas manifesta est. Proferam & aliud exemplum non satis uulgo notum. Vectigalia P. R. mense Martio Redemptoribus & Publicanis locari solita Macrob. lib.1. Saturnal.tradit,& uerum est. Solebant & eodem mense,priuati agros suos colonis locare. Sed non fuit idem omnino solutioni pręstitutus dies. Nam horum ferè pensiones Kalen. Martijs inferri à colonis debebāt. At uectigalium locationes in Idus Martias ita conferebantur, ut exinde redemptor frui inciperet,& proximis quibusque Idibus Mart. conductionis precium solueret.Itaque Cæsar cum Insulæ Cretæ cotorias locaret, legem ita dixerat. NE QVIS PRAETER REDEMPTOREM POST IDVS MARTIAS COTEM EX INSVLA CRETA FODITO, NEVE EXIMITO, NEVE AVEHITO. Sic enim apud Alphenum Varum(qui Cæsaris Dictatoris,& Augusti temporibus uixisse uidetur)auehendi uerbum reponendum restituendumq; arbitror,ne quo tota propositę quęstionis dubitatio pendeat.Quod bona nostrorū uenia παρρησίως dixisse liceat. Pitheus lib.Aduers.2.cap.4.

CALENDARIVM, liber erat rationū,non quarumcunq;,sed earum quæ ad fœnus pertinebant, & in quo debitorum nomina scribebantur. Dictum, quòd primo cuiusq; mensis die,hoc est,Calendis pecuniæ dabantur fœnori, & exigebantur cum usura. Scæuola de Fun. instr.l.nepoti.Legauerat, ait, prædia ut structa sunt cum uino,grano, Calēdario.Item Aphr.de leg.tert. l.qui filium. Certa prædia nepoti per fidei commissum dederat, excepto Calendario. Adde l.nomen.eod.tit.Nebr. Accedit Budæus, Calendaria,inquiens, dicebantur tabulæ, ab obseruatione singulorum mensium:ut Diaria,à singulorum dierum ratione obseruata. cuius exempla sunt tam apud I. C.quàm apud alios. Quoniam uerò fœneratores diligentius faciebant huiusmodi tabulas,ideo factum est, ut Calendarium in iure pro negotiatione nominum faciendorum accipiatur. Vlpian. Calendarij quoq; curatio & quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus:Itaq; ipsæ pecunię si adhuc Calendario,id est, nominibus faciendis destinatæ essent, fideicommisso cedere solent. Sp.

CALENDÆ quintæ. Vlpianus l.prima de uerb. oblig. Si quis interrogatus, intra Calendas quintas dabis? responderit, Dabo Idibus, non obligabitur. non enim sic respondit, ut interrogatus est. Verba hæc, Alciatus inquit, maiores nostri hactenus de quinque diebus ante Calendas eius mensis, de quo ageretur,interpretati sunt: existimantes,opinor,idē esse, Promittis intra quintas Calendas, uel quinto Calendas? cui sententiæ ratio Latini sermonis repugnat. Quapropter ea appellatione potius de quinq; mensibus est accipiendum. Qui modus loquēdi ex fœneratorum consuetudine ortus uideri potest. l.lecta.ff.si certum petatur. qui solebant in singulas Calendas mutuum dare. Vnde & Calendarium,pro libro rationum, in quo fœneratores nomina debitorum describebant.l.pen.eod.tit. cum similibus,quæ Nebriss.& Alciat.cap.23.secundi Parerg.indicarunt. Spiegelius.

CALENDARVM Martiarum, ex quibus olim ut plurimum locationes incipiebant, pensionesque inferebantur,fit mētio in l.58.ff. de usufr.l.19. de exactionib.in C.Th. Constat autem eum diem festū mulieribus fuisse:eoq; munera ijs mitti solita, ut ex l.31. §.si uir uxori.ff. de donat.inter uir.& uxo.colligitur. quod & Budæus notauit. Cui addo Martial. lib.5. Epigr.carmen,quo Martias Kalend.Saturnal. fœminarum appellat. Idem & Acron in odam octauā lib. 3.od.Horat.& Solinus cap.2.significant.

CALENDARIVM, librum fœnebris pecuniæ creditæ significat,in quo nomina scribebantur. l.penult.ff.si cer.petat.l.ult.ff.de pecul.l.88. ff.de leg.lib. 2.l. 6.ff.de instr.uel instrum.l.39.§.negligentiæ. ff.de admi.tut.l.3.C.de compens.l.40.§.seruus.ff.de statu lib.l.23.de pecul.leg. Seneca lib.13.Epist. Diuitem illum putas quia in omnibus prouincijs arat. quia magnus ei Kalendarij liber uoluitur. Hoc autem nomē ex eo descendit,quòd in Kalendas ueteres fœnerari solerent: Et ideo Kalendarum nomine libris suis præposito,quæ deinde nomina fecissent subscribere solebant. Vnde Martial.lib.8.Epigr.

Superba densis arca palleat nummis,
Centum explicentur paginæ Kalendarum.

Ouid.lib.2.de Remed.Amor.

Qui Puteal Ianumq; timent,celeresq; Kalendas,
Torqueat hunc æris mutua summa sui.

Vbi celeres Kalēdas uocat, quòd uoto & desiderio debitorum celerius redeant,& usurarum incrementum adferant. Hinc

CALENDARIVM exercere, id est, eius generis negotiationem exercere, ut pecunias colloces,ac fœneres usuris in singulas Calendas,id est,in singulos menses ad exactionem constitutis Donellus de usuris.l.33.§.1.& l.39.§. legauerat. ff. de leg. lib. 3. In Kalendariū conuersa pecunia dicitur, quæ nominibus & fœnore occupata est.l.39.§. negligentiæ. ff.de adm.tut.Kalendario destinatæ pecuniæ,id est, nominibus faciendis.l. 62.ff.de legat.lib.3.

CALENDARII curatio in l.ult.ff.de muner. & hon.Cęterū cū qs Kalendariū alicui pstari uult non nomina duntaxat debitorū,sed & pecuniā, si qua ab his exacta eidem Kalendario destinata fuerit. d.l.62.

CALE-

CALERE iudicia, est iudicia exercere, idque magna diligentia apud M. Ciceronem.

CALICATA ædificia calce polita Festo lib. 3.

CALIENDRVM operimentum capitis significat, à Græco κάλυμμα duci uidetur. Vsurpatur & ab Arnobio, falciculæ, claues, caliendra, fomites, talaria: & à Flacco, altum Saganæ caliendrum: apud quem sunt qui appositítiam comam interpretētur, ut annotauit Adrianus Turnebus lib. 7. aduersariorum. cap. 20.

CALIGA, militare calciamentum, ex qua C. Cæsar Germanici filius cognomen puer induit, ut Tacitus lib. 1. & Suetonius scribunt. & uide Sabell. ad Sueto. in Caligula, erat autem gregariorum militū calciamentum Anto. August. lib. singu. ad Modestinum. l. ἐν μέρει in princ. ff. de excus. Hinc

CALIGATA militia in d. l. ἐν μέρει Et

CALIGATI milites, uiliores, & obscuriores significantur, quod & ex serie contextus Vlpiani l. 2. in princip. ff. de iis, qui not. infa. & l. à Caligato. C. de nupt. liquidò cōstat. Porrò in d. l. à caligato. pro protectoris, legendum adfirmare ausim præfecti cohortis per seriē d. l. 2. Caligatos, uiliores & obscuriores interptatur Nouella, qui. mo. nat. effic. legit. §. quisquis. (quæ Græcè non extat.) ex uersione interpretis ueteris. Sic accipi potest in l. omne 6. . exploratores. ff. de re milit. & l. de militibus. 9. ff. de custod. & exhib. reo. Prat.

CALIGATVS dicitur à caliga hoc est, tibiali siue ocrea, quod erat crurum armatura, de qua Tranquil. in uita Caij Cæsaris. Caligula inqt, cognominatus, est quia manipulari habitu est inter milites educatus. de milite igitur caligato, hoc est manipulari siue infimæ conditionis, dixit Iuuenalis Cum duo crura habeas offendere tot caligatos. Quintil. in declamationib. parere caligatum tribuno lex iubet: & paulo post. Commendem tibi ordinem caligati militis. Vlpia. in tit. de ijs qui not. infam. &c. Item de custodia & exhi. reo. l. de militib. & de re milit. l. omne delictum Nebriss.

CALIGAE, in materia odiosa, uestis appellatione non comprehenduntur, secundum decisionem Tholosanæ capellæ. Proinde si alia uestimenta clerici capti congruant ordini clericali, nihil oberunt ei caligæ bipartitæ, aut diuersorum colorum, quo minus ad iudicem Ecclesiasticum remittatur. Spieg.

CALIGATVM, pro caliga, hoc est, tegumento tibiarū militari indutum, simpliciter Iurisc. accipit, in l. iij. de Offic. præf. uig. Apud priscos Romanos, caligæ clauis ferreis suffigebātur: cuiusm odi hodie Græci milites, die Stradiotēn (ut ipse Veneta expeditione uidi) gestant, & alij de Turcis quoque tradunt. Spieg.

CALIM Festo lib. 3. antiqui dicebant pro clam ut nis, pro nobis, sam pro suam, im pro eum. Hęc Festus. Sed & am pro eā legimus in Pand. Florentinis.

CALIPTRA auctore eodem, uestimēti genus, quo capita operiebant ueteres. Prat.

CALIX diatretus apud Vlpianū l. si seruus. 27. §. si calicem. ff. ad leg. Aq. tornatilis, & pertusus, torno factus. Budęo uas est, quo bibimus: quod & Iulij Pollucis testimonio probatur lib. 6. ca. 6. & Varrōnis lib. 4. Ling. Huius hęc uerba sunt: Calix à caldo, quod in eo calida puls adponebatur, & calidum in eo bibebant, quod & Festus probat lib. 3. Calicem non tantum pro uase, sed & pro ea tantum uasis parte, quæ humoris capax est, probatissimos auctores dixisse refert L. Baifius in libell. de Vasculis. Prat.

CALIX etiam μεταφορικῶς pro potu sacrosanctissimi sanguinis CHRISTI Seruatoris nostri accipitur Tertulliano li. de Corona militis. Calicis, aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram anxiè patimur. & Cypriano in Epistola ad Cæcilium fratrem c. scriptura, de consecra. distinct. 2. Prat.

CALLAINVS pro lapide pretioso apud Marcianum l. interdum. §. species. ff. de publican. in Pandect. Flo. Tu τὰ καλλαΐνα cōsule. Nam ibi quidam Callinnum legunt. Prat.

CALLIVM nomine saltus intelliguntur ubi pecora pascere solent. Nam in saltib. sunt calles, à callo pedis pecudum appellati: Torneb. aduers. lib. 3. cap. 9. idem eōdem lib. ca. 12.

CALLIBVS in Iustinia. Constitutione l. cum antiquitas. in fi. C. de testā. dicitur cuius usu animus concaluit M. Ciceroni uafer, astutus. Hinc.

CALLIDVM commentum, eodem sensu dixit Papinianus l. ob hæc. 20 ff. de iis, qui not. infa Et

CALLIDVM consilium Vlpianus l sed &, ut in Pand. Flor. aliàs l eum, qui, ut in uulg. Codic. § prætor ait. Hinc

CALLIDITAS in l 1. § dolum ff. de dol malo. fallacia, & machinatio: quam iustitiæ contrariam M. Cicero scribit lib. 1. Offic. Astutiam excogitatam uidetur adpellare Zeno l unic. C. ut om. iud tam ciuil. quàm criminal. Eodem sensu ui detur accepisse Vlpianus l. 1. in princ ff si quis omis cau. testam. Eā tacendo fieri scribit Accursius in d §. dolum Equidem etiam facto uerba subsecuto cōmitti putem. l. 1. & l. 6 & l fi. ff. si quis omiss. caus test. Prat.

CALLIDITAS tacendo, fallacia dicendo admittitur. Lege prin. Aut de Testibus. & infrà, Fallaciæ Spigel.

CALLIDO commento uideris accusationis instigator fuisse. hæc uerba sententiæ Præsidis prouinciæ, Papin. explicat, in l ob hæc uerba. ff. de His qui not. infam. Spieg.

CALLIDO consilio uendere. in l eum qui à furioso. §. Prætor ait. de Publiciana. Cic. ad Atticum, Cal lidius inire consilium Sp.

CALLIDVS rerum Iudex, pro prudēti & intelligenti rerum æstimatore. Sp.

CALON cuius meminit Vlpianus in l. sed etsi quibus in princ. ff. de usufru. significat lignum quo etiam nomine serui militum castra sequentes appellati sunt, quia militib. ligna subministrent, Vel quia clauas ligneas gerunt: uel, ut inquit Porphyr. à caladis, quia eo die cibaria accipiebāt: uel secundum Acronem, à calendo id est, uocando, quia ad ministeria uocentur. Horatius Hunc perminxerunt calones atq; caballi. De his sæpe Cæsar in ij. lib. belli Gallici, & in. 1. C. belli ciuilis. & Liui. ubiq;. Hinc etiam calones dicti sunt calcei ex ligno, quibus humiliores etiam hodie utuntur. Ex his apparet an rectè in huius uocabuli interpretatione senserit Accursius in l. sed & si quid. la. 1. in prin. sup. allegata. Licet in codicibus impressis Calum legatur, Nisi fortè in illo iurisconsulti loco, Quallum legere malimus, de cuius significatione scripsi inferius in dict. Vinitor. In illa etiam l. dum fit mentio de librario sunt qui intelligunt de seruo, qui in partiendis pensis præficitur, de quo meminit Cato. Mihi tamē magis placet, ut intelligamus de illo, qui libros trāscribit, de quo sæpe Cicero. horum enim artificiū dignius erat, & ideo apud Vlpianum in prædicto loco uidetur abuti proprietate, & hoc magis conuenit exemplis Iure consulti, &c. Cotta in Memoralib.

CALOR irati animi impetum, & quemlibet efferuescentem motum, inconsultámque mentis cómotionem significat apud Paulum l.3. ff. de diuort. l.quicquid.ff.de diuer. reg.iur. antiq. Marcianum l. 1.§.quæri.ff.ad Turpill.l.lex.§.fi.ff. ad le. Iul.rep.l. 2. C.de abol & alibi sæpissimè.Prat.

CALPAR uerbum antiquum dolium significat N.Marcello. Varro, Quia,inquit,antè,quá nomē dolij prolatum,cum etiam id genus uasorum calpar diceretur id unde calpar adpellatur. Calpar uinum nouum,quod ex dolio demitur.sacrificij caussa, antè quàm gustetur Festo lib.3. qui subiicit calpar fictilis uasis genus esse.Prat.

CALPHVRNIAE,ceu improbissimæ fœminę fit mentio in l.j.de Postul.tametsi, ut Alciatus indicat,antiquorum codicum lectio in eius nomine uacillat:unde ipse arbitratur de C.Affrania intelligendum cap.xxxvij.lib.j. Parerg.Sp.

CALVMNIA est malitiosa, & mendax infamatio Nonio. eáque est Marciani sententia l.1.§.1.ff. ad S C.Turpill. Est & callida, & malitiosa iuris interp̄tatio auctore M.Cicer.lib.1.Officiorum,cuiusmodi interpretes plerosque nostra tempestate uidimus. Calumnia est etiam, cùm quis ex certa scientia, & dolo iniustè agit, aut excipit, Azo in Summa. C. de iura.propt.calum.dand. Sic accipitur in l.1.§.per calumniam.ff. si mulier uent.nomi. in possess.calum.& l.2.in princip.C.de iureiur.propt.calum.dan.Iurare enim ea constitutione iubentur & actor & reus, ne calumniandi animo litem aut intendant, aut excipiant. Vtinam eo iure uteremur. Sed & ea constitutio & caussarum patronos,& reliquos pragmaticos tenet,cuiusmodi permultos nostra tulit ætas. Significat & calumnia calliditatem apud M. Tullium libr. 2.de Republica,ut Marcellus refert,ut Carneadi respondeatis qui sæpe optimas caussas ingenij calũnia ludificari solet. Calumnia etiam pro accusatione accipi uidetur in Arcadij,& Honorij constitutione l.sancimus.C. de pœn.sed quæ calumniosè instituta esset,ut ibidem Accursius docuit. Nam præsumitur calumniosè quis propinquum accusare, qui eum dicit in propinquum deliquisse. d. l. sancimus ex uerbis & sentent. Sic accipiendam calumniá putem in l.2. C. de censib. & censito. libr. 11. quamuis quidam autument,pro pœna ibidem accipi.Prat.

Hinc uerbũ Calumniari, quod est per moras & frustrationes negocium differre, uel per fraudem alios litib.uexare. Quod & cauillari dicitur: utrumque ab antiquo uerbo caluo hoc est, decipio: quo usi post Plautũ Gellius, & Caius in l. si caluitur. de Verb. sig. licet uulgò legatur, calumnietur. Tracta est autem à caluis metaphora,qui eos frustrantur, à quib. per capillos prehendi uidentur. Hinc & calũniator. De quo uide l.j.ff.ad Turp.l.athletas.§. calũ. ff.de his qui not.inf. Spieg.

CALVMNIA quoque pro delicto accipitur,hoc est pro eo actu, quem calumniandi caussa quis facit l.auxilium.ff.de mino. &c calumniam. ext. de pœnis,ut Albericus existimat. Ego uerò pro iniuste instituta actione, uel obiecta exceptione accipiendá ibi calumniam putem, quod uerba temerè litiganti um,ibidem posita indicant.Hinc

CALVMNIARI, quod est falsa crimina intendere.l.1.§.calumniari.ff.ad S C. Tupil. à uerbo Caluor.quo usi sunt Decemuiri in lege XII.Tabu. cuius uerba hæc sunt: Si caluitur,pedèmue struit,manum endo iacito,quam legem Gaius explicat l.si caluitur.ff.de uerb.sig. & Festus lib. 18. Alciatus interpretatur ibidem, id est frustratur. metaphora à caluis ducta. quod & Nonius probat. Vnde Gaius in d.l.si caluitur ductos existimat.Prat.

CALVITVR, inquit Marcellus, est frustratur: tractum à caluis inimicis quod sunt omnibus frustratui.Plau. in Casina. Nam ubi domi sola sum, sopor manus caluitur. Pacuuius in Hœd. Sétio pater te uocis calui similitudine,sed quid conspicio? nam lactans caluitur ætas. Complura Nonius exempla protulit, ex quibus Caij responsum facilè intelligatur in l.233. de uerb.signif. Si caluitur & moretur,& frustretur:ut si caluitur uerba sint legis duodecim, quá interpretatur:cœtera,sua:id est glossæ & interpretationis. Erat auté in lege Si caluitur pedemúe astruit manum endo iacito &c.Hot.

CALVMNIAM ferre apud Ciceronem in epistolis ad Cœlium est, calumniosum quid & astutum dolosumq; excogitare & afferre, & obtinere fortasse ut annotat.Torneb.lib.aduers.5.cap.ult.

CALVMNIAE species tractat elegáter Marcellus in l.1.in prin.ff.ad Senatusconsult. Turpil.Old.

CALVMNIATORES,qui per fraudem & frustrationem alios uexarent. Calumniator etiam est qui non debitum petit l. pen.ff. ne quis eum, qui in ius uo.& qui temere controuersiam mouet l. cui necessitas.39.§,1.ff de libe.caus.Sic calumnia in d.c.calumniam.de pœnis accipienda est.

CALVMNIANTES interdum accipiēdi sunt lata illa significatione quam docet Caius, ut nō eos modo intelligamus qui falsa crimina intendunt,sed omnes qui alijs improbè facessunt negotium Theophilus uertit Sycophantas. Balduin. in procem. Instit.& in gl l.1.uerbo calumniari ff. ad Turpill.

CALVMNIATOR ita demum notatur, si fuerit calumniæ causa damnatus. Neque enim sufficit calumniatũ. Vlp.in l. Athletas.ff.de his qui not.infã

CALVMNIOSVS est,qui sciens, prudénsque negotium alicui comparat,Paulus libro 1.recept.Sēten.titulo 5.is pro qualitate admissi puniendus est Paulo ibidem.prat.

Per Calumniam petere dicitur, qui uexandi alicuius gratia petit l.post quàm 43.ff.de here.petit.

Per Calumniá satis petere, uel per Calumniam desiderare,ut cautio interponatur, dicitur,qui nullo iure,sed uexandi aduersarij causa cautionem postulat l.3.§.1.ff.ut in pos.leg.l.1.§.fi.&l.Paulus.8.ff.de prætor.stipul.Prat.

CALVMNIAE actio olim absolutis reis aduersus improbos litigatores, eósq;, qui temere petierát, dabatur.§.hæc autem. ubi Theophil.Græcus interpres.Institu.de pœn.tem. litig. Sed hæc in desuetudinem abiit.

De Calumnia iurare,est iureiurando promittere se non uexandi animo aliquid facere l. qui bona.13. §.qui damni.ff.dē dam.infect.l.3.C quemad.testam. ape.l.cum plures.ff.de reb.auct.iudic.pos.& alibi sæpe.& C.de iureiur.propt.calum.dand. Prat.

CALVMNIAE pœná & aduersus calumniatores procedendi modos explicat Bartol.l.1. C.de calumniato.& l.1.ff.ad S C.Turp.Olim autem calumniatorum & delatorum fronti stigmata inusta & inscripta fuisse ex Plinij panegyrico notum est: cuius uerba sunt neq; ut antea exanguem illam & ferreá frondem necquicquam conuulnerandam præbeát punctis,& notas suas rideant,sed spectent paria dáno præmia. Vide Torneb.lib.aduers.8.cap.22.

CALVMNIOSA crimina, quæ falso delata sunt & data opera. Vlp. in l.illicitas, de offic.Præsid Néue,

ue ait defensores eorum calũniosis criminibus insectentur innocentes. Spieg.

CALVMNIOSA potestas aduersarij apud Caium in l. si idem. §. ij. de iurisd. omn. iud intelligenda, quũ reconuenit quẽ aduersarius, qui per moras & frustrationes (**mit vmbziehen vnd verlengeren**) negotiũ differt recõueniendo, uel per fraudẽ primũ actorẽ litibus uexat. nã calũniari in iure ciuili, est ferè rem morari, frustrari, teste Hegendorphino. Sp.

CALX. uox hæc ueterũ testimonio, siue cæmentum significet, siue pedis partẽ extremam, fœminini generis est: ut quorũdam Grammaticorũ iuniorũ distinctio locũ non habeat. Ab eo quod est calx, & exustis lapidibus fit, Calcarius, qui calcẽ coquit: & Calcatoriũ, locus ubi calx coquitur: qui calcaria quoq; dicitur, teste Vlpiano in l. ait dominũ. §. in calcariam. ff. de pœn. Calx uerò pro extrema pedis parte, à calcãdo. Vnde calcaneum, & calcar, & calceus, qui è corio fit animantis: & calcearium, quo pes tegitur, apud Vlpian l. diarijs. de alimẽt. leg. Calx pro fine, per metaphorã, in l. Palatinos. C. de Pal. sacro. larg. lib. xij. ut apud Ciceronem de Senectute. Sp.

CAMARA, & Camuri boues à curuatione ex Græco καμαρὰ Camar dicitur fornix, arcus, testudo Budæo l. sed addes. ff. loca. Prat.

CAMBIO, elegãs & antiquũ uerbum, quod Alciatus annotauit lib. 1. παρέργ ca. 45. id ferè significat quod permuto. Vnde Campsor Latinè dictus. Nostri uerò uocem cambij inde deducunt, quę, eodem admonente, Latina non est. Id autem ea uoce intelligunt, quod & ἀλλαγὴν Græci, id est, ut Pollux lib. 7. Onomast. ca. 30. ait, ἀργυρίου ἀλλαγήν. Vnde Lagium alij dicunt, deductionem uidelicet quandam, quam sibi Trapezitæ retinent, uel ob mercedem suam, uel quia sua tantum interfit, pecuniam, quam permutationis uice exhibent, potius retinere, ob monetę uarietatem. Hinc eodem significatu Olden.

CAMBIVM, & Cambij literæ pro quibus ita præsumitur, ut executio concedi possit Alciato respons. 333. Harum usus frequens est inter Lugdunẽses negotiatores.

CAMBIVM etiã aliud permutationis genus est scilicet rei ad rẽ ut c. si quis fecerit. quo tẽp. mil. inuest. in usib. feud. uerbum Iurisconsul. ueteribus incognitũ, sed interpretum, & uulgi usu receptissimum, & uide P. Rebuffiũ in tractatu de chirograph. recognitione. Prat. Charisius apud Priscianũ lib. 10. c. 2. eoq; ult. cambio ἀμείβομαι, quod permuto est, posuit, & eius preteritum campsi, quod ἀπὸ τοῦ κάμψαι, ἰνκαμψα Græco esse uidetur. Vnde & campso quoque apud Ennium lib. x. Leucaten campsant, id est, permutãt, Vnde item campsores uulgò collybistas atque trapezitas siue mensarios aut etiam numularios uocamus. De quibus apud Alciat. lib. 1. parergon. ca. 46. Hoc aũt Cambij uerbo, pro permutatione usæ sunt consuetudines feudorum, in c. 1. §. si quis dominus, tit. quo temp. mil. & in c. 1. §. cum autẽ, tit. de contro. inuesti. quo in loco Bal. col. 1. hoc dicit tãtum interesse inter cambiũ & permutationẽ, quod hęc ꝓpriẽ est speciei ad speciem: illud aũt speciei quoq; ad genus, puta ad frumentũ & tũc (inquit) est cõtract⁹ innominat⁹. Tiraq. in tract. *le ret. aict lignagier* §. 30. gl. 1.

CAMELASIA, Camelorũ curatio & præfectura: nisi fortè CAMELARIA legendũ sit à Camelarijs, ut Argentaria, Sagaria, ab Argentarijs & Sagarijs. Camelarij nanq; qui camelorum curã habent, dicuntur, quorum duo sunt genera, alterum bactrianum, quod unũ tantum habet tuber. Alterũ Arabicum, quod duo tubera in dorso habet: eosdẽ & dromedarios ob uelocitatem cursus uocant. Nebriss. Arcad. l. ult. §. 1. ff. de mun. & hon. Camelasia quoque similiter personale munus est: nam ratione habita & alimentorum & camelorum, certa pecunia camelarijs dari debet, ut solo corporis ministerio obligentur. Budæus tamen Camelelasia, καμηλελασία legendum putat. Hotomannus. Adde Cuiac. obseruat. lib. 9. cap. 9. in prin.

CAMELI, de quibus multa Plinius, iumentorum operam præstant l. ij. §. j. ff. ad legem. Aquil. Camelum usurpant quidam literis nil mutatis, genere tantum diuerso, pro anchorario fune. Vt illud Euangelicum (quanquam de animante intelligere maluit diuus Hieronymus) Camelum facilius est per foramen acus intrare, quàm diuitem in regna cœlorum. Sed doctissimi grammatici malunt scribere Gamilos. Spieg.

CAMELA apud Ouidium in fastis quoddam poculum est quo in sacris uti solebant.

Dum licet apposita, ueluti cratere camela,
Lac mundum potes, purpureamq; sapam.

CAMELLAE uirgines sunt apud Festum mutatione γ in c. γαμήλιοι θεοί Torneb. lib. aduer. 3. cap. 11.

CAMELORVM naturã quasi mistã esse, ideóque iumentorum, & bestiarum numero contineri Gaius scribit l. 3. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Eos, ut ait Plini⁹ libr. 8. cap. 18. inter armenta pascit Oriens. Horum genera duo constituit. Omnes iumentorũ uice dorso fungi idem Plinius refert. Prat.

CAMERA, feudistis est locus, in quem thesaurus recolligitur: Cauena uerò, in qua frumẽtum, uinum, oleum, & huiusmodi cætera reseruantur. Zas. quæ res in feud. dar. pos. Albericus tamen utrunq; pro eodem poni scribit c. 1. de notis feudorũ. quod uidetur probari d. c. 1. Oldend.

CAMERA etiam principis ærariũ, in quod multa inferuntur, significat c. 1. §. si quis uerò. de pace ten. & iur. fir. in usib. feud. Scriniũ uidetur interpretari Accursius in rub. de proxi. sac. scrini. lib. 12. C.

CAMERA etiam uulgato Gallorum usu pars ędium, in qua priuata agimus, quo significatu accipitur in cap. qua fronte. extr. de adpellat.

CAMERA est fornix, siue arcus ædificium sulciens, tectumq; deuexum & incuruatum. Prat.

CAMERATA arca arcuata, & confornicata, uehiculum contectũ: qualia sunt hodie corio tecta Budæo, quibus matronæ gestari solent, & ualetudinarij. Vlp. in l sed addes. §. si inquilinus. 5. ff. loca. Pand. tamen Flor. pro camerata habent æratam, quod rectius putem & menti Vlpiani consentaneum.

CAMINVS. uide infra Heliocaminus.

CAMILLOS sacerdotum ministros fuisse, quibus lactucæ esus fortasse pręscribebatur tradit. Torneb. lib. aduers. 10. cap. 20.

CAMPAGVS Regius, caliga fuit ex Rubricatis pellibus purpurea sub posterioribus Impp. ut Liutprand. scribit lib. 3. de rebus per Europam gest. cap. ix. Quod & ex Zonaræ & Nicetæ pluribus locis ꝓbari potest. In ueterib. sanè notis ad Iuliani patricij Nouellas campacos scriptum est, non campagos. Vt autem Impp. soli purpureis, ita Consules aureis, patricij sericeis caligis in publico utebantur. Id ego duobus Cassiodori locis breuiter conficiam, qui in excusis exẽplaribus ualde corrupti sunt. Sed emẽdatiores hic adscribã. Sic igitur lib. vj. In formula Cõsulatus scripsit. Pinge uastos humeros uario colore palmatæ, ualidã manũ uictoriali scipione nobilita, lares

lares proprios etiā calceis auratis egredere, sellā cu rulē ꝑ sua magnitudine multis gradib. enisus ascen de. Apud eundē lib. vij. In codicillis patriciatus ad Tolum, Athlaricus de auo suo Theoderico ab Imp. Cōstātinopolitano patricio facto ita loquitur. Huic illa diues Græcia quæ multū gloriosissimo dño auo nostro debuit, gratificata persoluit. Velauit humeros fortes chlamydū uestis, pinxit suras sericis calceus iste Romanus, & dignanter uisus est accipere, quod se cognoscebat accipere per honorem. Ita plane habet uetus liber. Pitheus Aduers. lib. 1. cap. 16.

CAMPANA, notum instrumentum. Albericus indicat, olim in Vrbe magna contētione certatum, liceātne Dominicanis plures habere cāpanas: nec minore studio, impendio aūt multo maximo, per sodalitium ordinis, ut uocant, Humiliatorū, aduersus nescio quos Monachos, qui priores, ut ipse ait, deberent pulsare Matutinum, anxiè quæsitum. atq; post diuturnā litem, operamq; & impensam egregiè perditam, graui profectò sententia causam decisam tandem uidelicet, quòd qui primò surgeret, primò pulsare deberet. Habes quod rideas. Spieg.

CAMPANI, qui Campaniā Italiæ regionē habitant, sic dictam quòd campestris sit. Vlpia. in l. metū autem. quod met. caus. §. sed ex facto, Cùm Cāpani, ait, metu cuidam illato, extorsissent cautionem pollicitationis, &c. Oden. de his idem, &c. ut in textu. de his idem Vlpianus. l. 1. ff. ad Municipal. qui Cāpaniam non regionē, sed ciuitatē adpellasse uidetur, de qua Plinius li. 3. c. 5. & Campani uini meminit idē l. ubi. 75. ff. de uerb. obl. & Campanus ager, qui circa Capuam est Hygeno lib. de limit. constit. Prat.

CAMPE uerò significat brucū, siue erucā: à flexura, quæ Græcis dicitur καμπή. Quę uerò sint Pityocāpę, docet Plin. in xxiij. lib. Vsus sapæ cōtra cāntharidas, buprestin, pinorū erucas, quas pityocāpas uocāt, salamandras, & cōtra uenenata mordētia. idē li. xxix. de cantharidib. scribēs inquit: Vis earū adurere corpus, cristas obducere. eadē pityocāpis picea nascētib. Hæc admonēt nos, mēdosa esse uerba Marcelli in l. iij. §. adiectio. tit. ad l. Corne. de sic. & etiā animaduertit Philip. Beroal. licet quidā alij subtraxerint. Proinde castiga pityocāpas, ubi inuenies pituocarpas. Scribit etiā Colum. lib. xij. Bestiolas quæ à nobis appellantur erucæ, Græcis cāpe nominātur. Idem in lib. de hortorum cultu refert, has bestiolas occidere homines, & si mulier quę in menstruis est, solutis crinibus, & nudo pede, ter circū areolas horti ducatur, moriuntur. Carmen Colum. est hoc:

Volu tur ad terram distorto corpore campe.

De his uermiculis meminit & Palladius in primo libro rei rusticæ: Campas (inquiens) nonnulli ficulneo cinere prosequuntur.

CAMPVS, est ampla planicies siue in urbe, siue extra urbem: & regio campestris, quæ montes non habet. Spieg.

CAMPI Martij (qui priusquam Marti cōsecraretur, Tyberinus, autore Gellio, dicebatur: sicut Tyberis Martius, ut testis est Papinius lib. ij. Syl.) meminit Iurisconsf. in l. sed & Celsus. de contrah. empt. Spieg.

CAMPSORES. Lege, Argentarius.

CAMPSORIS & Bancharij, sanè barbara à Iurisperitis usurpata nomina, quæ Iurisconsulti nostri non agnoscunt. Spieg.

CAMVM, de quo meminit Vlp. in l. si quis uinū, tit. de uino, tritico, oleoq; leg. Camū potio est, q̄ fit ex hordeo & alijs frugib. secundū Dioscoridē uocatur, fucca: Arabes uero foca. & est ceruisiæ species, ut etiā scribit Simon Genuēsis. Camus in alio significatu ꝑ freni genere etiā accipitur: ita dictus quia breuis sit. χαμὸς enim breuis dicitur. de quo diuus Hieron. Dauidis Psal. xxxj. In chamo & freno maxillas eorū constringe. Nisi potius fuerint septuaginta duo interpretes, quorū psalteriū per horas cātatur, ut quidā contendūt. Et de Camo in hac significatione pro specie ceruisiæ, nō memini me legere apud Latinos, p̄terquā in hoc loco Vlpiani, proinde obseruatione dignū. Cotta in Memor. Cuia. obser. li. 11. c. 30. Camū lorā esse dicit. Namq; Cælius Apitius ita uidetur scripsisse li. 3. Camū uel defrutum imitatur, qd' Romani lorā uocant. Et id forsitan qd' Dioscoridi Curmi. Zytho enim proximè iungitur.

ΚΑΝΑ Festo lib. 3. Græcis idem est, quod Latini Canistra dicunt, quid sit uide supra Calathi.

CANABIS herba traditur, ex cuius cortice funes torquentur. Plin. li. xix. Deinde utilissima, inqt, funib. canabis, seritur à Fauonio. & paulopost: Ipsa canabis uellitur post uindemiā, ac decorticata purgatur. Differt à lino cādore & tenuitate. Persius Satyr. v. *Tun' mare transil as tibi torta canabe fulto.* Palladius tamen canabum dixit. Hoc, inquit, tempore canabū seris. Hinc canabinus adiectiuum, quod ex canabe conficitur. Columella lib. vij. Canabinisq; funibus cornua iuuencorum ligato. Consimilis menda legitur in c. licet ad regimen. extrà de crimine falsi.

CANABVLA apud Hygenū in li. de limitib. cōst. termini genus est, cuius formā eleganter expresit.

CANALIS apud Vlpianū l. funes. 15. ff. de act. empt. est lignum cauatū ad cannæ, unde ducitur N dempta similitudinē quò aqua confluit in uijs. Pra.

CANALIS aūt à canna, detracta N litera, est lignū ad cānæ similitudinē cauatū per quod aqua cōfluit, in uijs lapide stratis, Ein kennel oder kbenn. Old.

CANALICOLAE forēses. hões pauperes, dicti qđ circa canales fori cōsisterēt, Fest. auctor est lib. 3.

CANALES instrumēto cōtineri, & ad aquas salientes necessarios Vlpianus scribit l. quæsitū. §. canales. & §. fistula. ff. de fun. instru. & instru. leg. Prat.

CANCELLARE, est scripta trāsuersis ueluti cācellis, seu lineis expungere, illinire. Vlp. de his quæ in testam. del. l. cācellauerat quis testamentū, uel induxerat. Et ibidē, l. proxima, Si omnē scripturā cancellasset. Itē de probationib. Si chirographū cancellatū fuerit. Vnde officium Cancellarij est, rescripta, uel responsa Imperatoris, & mādata inspicere, & malè scripta cācellare: bene uerò scripta, signaculo suo obsigillare. Quāuis quidā Cancellarij nomē nō putant reperiri apud probatos autores: nisi qđ Fl. Vopiscus scribit, à Carino Imperatore factū esse præfectū Vrbis, unū ex Cancellarijs suis. At Dn. Oldendorpio hæc uox adeò probatur, ut ad Cancellarium Hessiæ in epistola, de ea sic scripserit.

CANCELLARII nomen, non satis uideri festiuum, ad designandam tāti muneris defunctionē, multi nostro seculo, & quidem non indocti præceptores, tradiderunt, quippe quòd cancellandi opera, quæ haud dubiè istam appellationē genuit, uulgaris propemodum existimari soleat. Proinde censent, rectius appellandum esse nomophylacē, seu legis præsidium: Iuris asylum: morū institutorumque aram: æqui boni columen: oculum principis emissitium: aut alio id genus sublimiore uerbo. Equidem libenter fatebor, non ista solùm, sed & clariora deberi huic excelso muneri encomia, ex quo non minima publicæ salutis ratio dependet, quòd item id autoritatis esse oportet, cui omnes magistratus

stratus honorum suorum fasces submittere non indignentur. Veruntamé id mihi uicissim donabunt omnes boni uiri: hoc tempore nullam omninò reperiri uocem, & ne quidem inter eas, quas recensui, qua significátius exprimi possit magistratus iste salutaris, quam ut Cācellariatus appelletur, ab expungēdi functione. Id autem quacunq; ratione initio acciderit, nihil moror: cū nūc sit appositissima significatio, utpote per quá hac tēpestate oēs omniū Principum Cancellarij suarum partium admoneantur maximè. Siquidē in Republica nostra, si quis diligenter rationem ineat, nullo magis opus est munere, quàm Cancellarij, scilicet qui uerso stylo multa cancellet ex ijs, quæ parum prudenter introducta sunt, & ita quidem recepta, ut non á quolibet homine sine piaculo mutari posse uideantur. In eo potissimùm genere discerni potest sublime Cancellarij munus, ab alijs uulgaribus, utique non contemnendis bonorum uirorum Consilijs. Olden.

CANCELLARIVS in l.3. & l.nemo. C. de assess. & domestic. scriba, ut ex inscriptione marmori insculpta, quæ Romæ extat T. Aproniani V.C. urbi præfecti conijcere possum, cum notarium rectè interpretatus est Accursius in d.l.3. Erant enim cancellarij tunc temporis, qui preces supplicesque libellos omniaq; scripta, quibus princeps subscribere nolebat, cancellabant, id est ductis cancellatim lineis uitiabant & inducebant, fortasse è notariorum numero. Torneb. lib. 11. aduers. cap. 25. In Gallia aút eò celsitudinis, ac dignitatis euectū translatúue esse cōstat, ut Præfecti Prætorio instar sit & Nomophylax cēseatur, ut scribit Budæus in Priorib. ad Pand. adnot. altiùs eius dignitatis originem repetens. Tu illum consulito.

CANCELLARII partes hæ sunt, & munus, Videat (inquit Budæus) ut nulla principis cōstitutio, nulla sanctio, nullum diploma, nullū rescriptū, nulli codicilli regij, non é republ. atq; etiá é dignitate reipublicæ principatiq;, exeant cuius cēsuræ, aut stylo acta sua eximi nunquá uoluit Principū maiestas. is Principis præsentis uicarius, &, eo peregrè profecto, Interrex quodá modo censendus est. Hunc igitur rerū omniū cognitione omni doctrinarū, uirtutumq; genere instructissimū, & ornatissimum, &, ut uno uerbo dicá, ἐγκυκλοπαιδείαν absoluisse, ingenioq; ad omnia uersatili, omnia in numerato habere eū oportere necessario fatendū est. quid? quod res ipsa docet id respublica exigit. Licet aút & Old. & Budæus speciose de officio Cancellarij dicát, à uero tñ ipsorū sentētia esse uidetur Cancellarios à cācellando, id est actis cancellatim lineis perducēdo, dictos existimantiū. Ná ut à Cancellis potius dicantur, uel hæc una maximè ratio suadere potest, quod eorū ferè temporū scriptores à cācellis & cācellos agere dicūt Cancellariū significātes. Cassiodor. li. ij. Inst. Diuinar. & humanar. script. de Marcellino Illyriciano cuius hodieq; deflorata extát. Is (inquit) adhuc patritij Iustiniani fertur egisse cācellos. Sed meliore cōditione deuotus, à tēpore Theodosij principis, usq; ad fores Imperij triūphalis Augusti Iustiniani opus suū, Dño iuuante, perduxit. Idē li. xij. Var. for. Sic n. propriè nostros cācellos agitis, si læsorū impia claustra soluatis. Erricus monach. li. vj. de uita Germani.

Volusianus erat præcelso nomine quidam
Vrbis patricio toti dilectus & urbi,
Atq; à cancellis prisco de more minister.

Sed rē totam bellè & accuratè conficiet Cassiodori P.P. locus ex lib. xj. uar. in Cancellariatus codicillis Hoc igitur (inquit) laudabile præiudiciū, sententiá gratiosam, militiam domesticam á xij. indictione cācellorum tibi decus attribuit, ut consistorij nostri secreta fideli integritate custodias. Per te præsentandus accedat: per te nostris auribus desiderium supplicis innotescat: iussa nostra sine studio uenalitatis expedias: omniaq; sic geras, ut nostram possis commendare iustitiam. Actus enim tui, iudicis opinio est. Et sicut penetrale domus, de foribus potest congruenter intelligi, sic mens præsulis, de te probatur agnosci. Nec iniuria. Quia talem unusquisque ad responsa sua uidetur eligere, qualem se cunctis decreuerit æstimari. Et paulo post. Respice quo nomine nuncuperis, latere non potest, quod inter cancellos egeris, Tenes quippè lucidas fores, claustra patentia, fenestratas ianuas. Et quamuis studiosè claudas, necesse est, ut te cunctis aperias. Nam si foris steteris, meis emendaris obtutibus. Si intus ingrediaris, obseruantium non potes declinare conspectus. Adscripsi locum latius, cum quód cancellariorum, de quibus agimus conditionem plenè contineat, tum quód in uulgatis libris ad finem corruptus sit. Pitheus aduers. libr. 2. cap. 12. Adde Adrianum Tornebum aduersar. lib. undecimo. cap. 25.

CANCELLARIA, quid sit pluribus docet Budæus in Forensibus. officinam & conuentum adpellans, & iuris æquitatisque promptuarium, & oraculum, & Iustitiam ipsam, summi iuris emendatricem. Porrò á Cancello ducitur

CANCELLATIO, quá diuidendi, & adsignandi agri formam esse Siculus Flaccus scribit libr. de Condit. agrorum. Prat.

CANCELLVM numero unius dixit Vlpianus l. nam & si. 9. ff. quod ui aut clàm. Petronius etiam arbiter eodem numero ea uoce usus est, existimans cancellum murum esse cœnaculorum, seu quorumlibet ædificiorum ora ab iniuria lapsus ibi incedentis defendens. Prat.

CANCELLI per diminutionē dicti, olim Cancri dicebantur Festo lib. 3. Prat.

CANCELLI, ligna sunt inter se modicis interuallis in transuersum connexa, quibus tribunalia, scenæ, & fenestræ muniri consueuerunt. Cicero in Verrem. Circundati cancellis uidentur in sua prouincia. Idem primo de Orat. forensibus cācellis circumscriptam sentētiam. Vtrunq; per translationē. Sed propriè Sidonius lib. 1. de turba satellitū Theodorici Regis. Exclusa, inquit, Velis, inclusa cācellis. Canticor. cap. 2. Hieron. interprete: Respiciens, inquit, per cancellos, id est per foramina cācellorum. Nebriss. Huiusmodi quoque fenestræ Clatratæ dicuntur Vlpianus de leg. 1. l. cætera. 41. §. item hoc. Item de fund. instr. l. quæsitum. cancellos quoq; instrumento contineri puto. Oldendorp.

CANCELLOS per translationem adpellat G. Budæus in Forensib. locum ubi aduocati stantes caussas agunt. Galli uocant *le barreau*. Stantes dixi. Nam dum caussas agunt, stare debent, iudex uerò sedere. idque Valentinianus & Valens constituerūt l. quisquis. 6. in fin. C. de postul. Prat.

CANDELABRA, supellectili legata, deberi Paulus scribit l. 3. in prin. ff. de supel. leg. dicta autem sunt Festo lib. 3. quòd in eis candelæ figantur. Prat.

CANDELABRO sigillum inclusum uindicari non posse, sed ut excludatur, ad exhibendum agi, idem Paulus ait l. Gemma. ff. ad exhib. Sed &

CANDELABRO uēdito, sigillum ei inclusum seruandū nō esse putē ex sentētia Solonianæ legis, quam

quam explicui lib.2.Iurisp.ueteris.Legis uerba hæc sunt apud Diogenem Laertium: δακτυλιογλύφῳ μὴ ἐξεῖναι σφραγῖδα φυλάττειν τοῦ πραθέντος δακτυλίου Hoc ad candelabrum produci posse argumento est quòd Paulus idem ius constituat in utroque, nempe anulo, & candelabro.dict.l.Gemma.Prat.

CANDELA accensa utuntur in auctionibus ut tandiu liceri,pretiumq; augere posfis, quamdiu durat, & donec unà cum lumine consumpta fuerit & tunc meliorẽ conditionem adferenti addicatur res: argumento ab electione petito, cuius formæ & solennitatis commeminit pontifex in Decretali epistola.c.cùm ueteri.de electione in antiq.Prat.

CANDIDATI Romæ dicebantur, qui Consulatum,ut ait L.Fenestella libr.2.cap.7.uel alium magistratum,ut alijs placet,petebant:dicti,quòd uestibus candidis induti essent & translatitiè aliarum rerum petitores dici cœpti sunt. Hinc candidatos restitutionis dixit Tertullianus libr.2. aduersus Marcionem.Prat.

CANDIDATOS principis adpellat Vlpiánus l.unic.ff.de offic.Quæstoris.qui libris solis principalibus in Senatu legendis uacabant.tamẽ L. Fenest. epistolis legẽdis uacasse in eandem rem scribit lib. 2.c.3.unde li. Iurisprud.Mediæ.1.cap.3.literis pro libris legendum admonui. Nam & à classicis rerum scriptoribus didici Imperatores cum extra urbem in expeditione essent,solitos fuisse ad Senatum literas mittere. Sed Florentinam lectionem confirmat quod ijs uerbis in Augusto Sueto.Trãquillus, Etiã, inquit, totos libros in Senatu recitauit. Prat. & Aldobrandinus in procem.Inst.in uerbo Exquæstori.

CANI, pluraliter tantum, capilli albi in capitib. senum.Hos interdum uenire ante tempus, Alberic. citans uulgatum Boethij uersiculum,indicat: Intẽpestiui funduntur uertice cani.

CANICIES, pro ipsa senectute in §.si uerò aliqui.Aut.de Quæstore.Hac sensuit Imp. caniciei deferendum, nimirum quod gloria senum habeatur. Vide Alber.Spieg.

CANIS pecudum numero non continetur Gaio l.2. ff.ad leg. Aq. sed nec inter feras bestias est, ut ex Gaio colligere potes. Canis impudicus dicitur Episcopus, qui nec regiminis in se rationẽ habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen correxit,ut dicit August.ca.qui nec regiminis.2.q.7.Prat.

CANIS quãdo pro uinculo usurpetur uide infrà in dictione collare.

CANON Græcè, regula Latinè. c. Canon. Distinct.3.Canonibus soluere, Legibus soluere, Gratiam canonis facere,Gratiam legis facere,pro dispẽsare,vom gesatz ledigenn.Bud.l.princeps.ff.de legibus. Oldendorp.

CANON etiam dicitur omnis ecclesiastica constitutio Panorm.& alij Pontificij in cap.1.de constitut.in antiq.sic accipi debet in l.priuilegia.C.de sac. sanc.eccles. & ibi uide Bart. & Bald. disputantes legibus,an canonibus standũ,& docui in tabulas Bartoli. Prat.

CANON in Constitutionibus Imperatorijs anniuersariam pensitationem, collationem & præstationem significat l.fin. C.de collat.fund.patrimo. li. 11.l.2. C.de præd.Tamia.eo. li.l.fi.C.de diuers.præd. eod.lib.l.1. C.de indict.libr.10.text.qui canonem definit l.unic.C.de colla.donat.eod.lib.l.3. C. quæ res uend.non poss.Briss.

CANON uarij generis est,idq; ex subiectis liquidò constabit. Erat igitur

CANON aurarius l.priuatę.10.C.de excus.mu. lib.10. Et

CANON delegationis d.l.priuatæ.

CANON emphyteuticus l. fin. §. necessitatem. C.de iur.emphyt.Prat.

CANON frumentarius urbis Romæ. Rubr. C. de cano.fru.urb. Rom.lib. 11. Lamprid. in Heliogaballo. Iusserat, inquit, & canonem Pop. Romani unius anni meretricibus,lenonibus, & exoletis intra muratis dari,extramuratis alio promisso, cum eo tẽpore iuxta prouisionem Seueri, & Traiani septem annorum frumentarius esset.Prat.

CANON Telonei, quod ratione mensæ publicanorum,penditur. cuius meminit Casſiodorus li. 5.Variar.ad Ampelium. Telonei quin etiam canonem nulla faciatis usurpatione confundi.Prat.

CANON glebæ apud Sidonium Apollinarẽ li. 6.Epist.ad Papam Censoriũ,qui ratione glebæ præstatur. Quem si domesticis fidei deputata humanitate foueatis, id est, ut debitum glebæ canonem non petatis, tantum lucelli præstitum sibi,&c.Prat.

CANON largitionalium titulorum 4.rubr.C.de canone larg. tit. lib. x. est qui ex more infertur thesauris,uel ærario priuato.l.1.C.eod.

CANON metallicus l.2.C.de metall.lib.11.

CANON uestium l.1.C.de milit.ueste lib.12.

CANON urbanus l.nauiculario.C.Th.de nauicula.est & urbicarius l.2. C. de cano.fru. urb. Rom. lib.11.Est & alius in edicto 13.Iustiniani.Prat.

CANONICA pensitatio l.2. C.de luc. aduocator.lib.12.

CANONICA illatio,cuius meminere Imperatores Honor.& Theod.in l. placet. C. de sacrosanc. eccles. est ordinarium munus, quod habet certam præstationem lege impositam,ad cuius solutionem etiam ecclesia tenetur.

CANONICI equi l.3. C. Th. de equorum conlat. disces qui sint ex l.1.2.& 3.eod.tit.C.Th.Prat.

CANONICI & rituales libri,sunt Decreta priscorum sacerdotum, quibus doctrina iuris Pontificij constare debet. Tusanus. Vide & Festum in uerbo,Rituales.Spieg.

CANONICATVS appellatur titulus regularis Sacerdotij in Ecclesia: Vnde Canonici dicũtur. Et differt à prębenda,quæ reditus habet annuos ex tali titulo.Itaq; qui utrũq; habet, is Canonicus prębendarius dicitur.lxx. Distinct. cap. sanctorum canonum.Spieg.

CANONIZO, non est quod uulgò putant, in cœlitum numerum referre, sed ad regulam examinare.κανὼν enim,latinè regula dicitur. Vnde Canonibus soluere (quorum conditores magis probi, quàm docti fuere,ut ait Alc.c.xxiij.lib.ij. Dispũct.) pro dispensare dicendum est:quod &,ut docet Budæus,Gratiã canonis,legisq; facere,dici potest. Sp.

CANONICARII in collit.Anastasij quæ Græca est l.fin. C.de exact. trib. lib. 10. & Iustiniani Nouell.2.§.πρόσθεν τοίνυν.& alibi dicuntur, qui canones exigebant.

CANONICARII etiam sunt palatini, qui mittuntur in prouincias ex scrinio canonum ad exigẽdos solennes titulos fiscales,& mittuntur uel à Comite domorũ,aut præposito sacri cubiculi Nou.30. uel à comite priuatarum,ut est in formula comitiuę priuatarum Cassiodori, canonicarios dirigis. Scriniarij dicuntur No. 134.147. De his Nou.Maioriani de indul.rel. Cuia.in expositio.No.Iusti.128.post pr.

CANONIA,ut Panormitanus definit cap.cùm M.Fer-

M.Ferrarienſ.extr.de cōſtit.in antiq.eſt ius ſpirituale proueniens eoipſo,quod aliquis recipitur in canonicum.& ibi quid diſtet à præbenda. uide infr. Præbenda. Canonia eſt nomen tituli,& iuris. & uide Innoc.in dicto cap.cum M.Ferrarienſ.Prat.

CANONICA inſtitutio in c.beneficium.de reg. iuris.lib.6.eſt legitima collatio beneficij, ſecundum eccleſiaſticorum decretorum regulas:ut ex glo.Dino & Alberico liquet. Eodem ſenſu

CANONICA præſcriptio, & Canonicè procedere dicimus paſsim in iure pontificio.Prat.

CANONICA monitio qñ citatio interuenit cū tribus monitionibus, uel una pro omnibus peremptoria. c.conſtitutionem.de ſent.excom.lib.6.

CANONICA portio,eſt quæ à Canone deputatur eccleſia parochiali de relictis à parochiano. uide text.& doctores in c.in noſtra.extr.de ſepult.Prat.

CANONVM quidam ſunt latæ ſententiæ, quidam ferendæ ille uerbo innodatus:hic futuro, innodetur.gloſ.in uerb.innodetur.in c.quicunque. §.inhibemus.de hæret.lib.6.

CANON.Aſconius Pædianus tributorum genera facit tria: Canonem,ut in portorijs & uectigalib. Oblationem,ut in uini diſtractione:Indictionē,quæ uulgò dicitur talea, Latinè itē collatio ſeu collecta, ut apud Ciceronem.Is uero tria hæc penſitationum genera his uerbis complexus eſt. Sic enim: inquit, de Sicilia loquens, Quando illa frumentū,quod deberet, ad diē nō dedit: ecce Canonem. Quando id, quod opus eſſe putaret,non ultro pollicita eſt: ecce Oblationē.Quādo id qđ imperaretur,recuſauit:ecce Indictionē. Hęc ille. Cęterùm,taleā nūmariā ſunt, qui ex T.Liuij lib.8.clarigationē appellari putēt.Huiuſmodi aūt tributis quū Childericus IIII. Francorū rex libidinoſus & omnis generis luxui addictus populum aliquandiu uexaſſet, quo faſtū & pellices maximè foueret, tandē ob inſolentiā expellitur,Anno à CHRISTO 461,regni uerò ſui tertio,pretium ſtultitiæ ferens. Erant & canones chronici, in quib. temporū ratio tractabatur. Apud Spartianū ita legimus: Rei frumentariæ, quam minimā repererat, ita conſuluit,ut excedens ipſe uita ſeptem annorum canonem relinqueret.In Heliogabalo canō dicitur fructuarius,pro alimētis in tot annos paratis. Omnino uidetur canon id frumentū, quod in uſum cadit annuum, uel quod annis conficitur ſingulis. Hæc ferè omnia Cælius Rhodiginus,& Budæus.

CANONICVS.Sacerdotes,qui in tēplis pręſertim cathedralib. anni tēpore ſacris operā darēt, hos Græcè canonicos, hoc eſt, regulares uocamus, ut qui ritè inſtituti cæteris uiuendi normam præberēt. Hi uerò canonicatum adepti,ſuffragium,ſeu (ut dicunt)uocem,non habent in capitulo, niſi poſt decimum ſeptimum annum.Anchor.

CANTHARIDES inter uenenata animalia enumerātur à Marciano l.3.§.alio S C. ff. ad l.Cornel. unde & Cantharidis uenena dixit Tertullianus Iuriſconſ.in lib.aduerſ.Marcionē.utriuſq; ſententiā probat Plinius libr.29.c.4. ad fin. his uerbis, Cantharidas diximus. ſed & in his magna quæſtio: quoniam ipſæ uenena ſunt potæ ueſicæ cum cruciatu præcipuo.Sunt autē Cantharides uermes terreni uirides, auri colorē ſuperlucentes in ſummitate ramorū fraxini,aut oliuæ naſcentes.Tranſlatitiè pro uenenata potione ex cantharidibus confecta ſumitur in d.§.alio S C.& à M. Cicerone lib. 9. Epiſt. Gaius Carbo, accuſante L.Craſſo,cātharidas ſumpſiſſe dicitur.Br.

CANTHARI apud Vlpianū l.cætera.41.§.item hoc.ff.de leg.1.ſunt ludicræ quædam effigies & figuræ,per quos aquę ſaliunt.Auſonius in epiſtola Edillij 17. Harum uerticularum uarijs coagmentis ſimulantur,ſpecies mille formarū,Elephantus belua, aut aper beſtia,aut ager uolans,& mirmilo in armis ſubſidens,uenator & latrans canis.Quin & turris,& Cātharus, & alia huiuſmodi innumerabilium figurarū, quæ alij alio ſcientiùs uariegant.Hinc optima ratione cantharos,perſonas, ex quarū roſtris aqua ſalire ſolet,adpellat idem Vlpian.l.fundi.§.caſtella.ff.de actio.emp.Iulius uerò Pollux lib.6.Onomaſ. cap.16. Poculi ſpeciem κάνθαρον eſſe ſcribit.Briſſ.

CANTHARIS,ſcarabæi quędam ſpecies oblōgioris maculas rubras tranſuerſarias habens. Hiſpanè in Bœtica mea cubiculas uocant, alijs in locis Abadeios: in quo falluntur tēpeſtatis noſtræ medici, pro cantharidibus utentes quibuſdam uermiculis ad muſcarum ſimilitudinem. Plin.lib.18. Eſt, inquit, cantharis dictus ſcarabeus paruus.Galenus prætereà de medicina ſimplici:cantharidū, inquit,ſiue ſcarabeorum. Nam cantharus eſt ſcarabeus, cantharis uerò ſcarabei habens effigiem Marcel.ad l. Corn. de Sic.& uenef.l.eiuſdem.Et quod quis,ait,luſtramenti cauſa dederit cantharidas.Nebriſſ.

CANTHARVS, non figlini modò nomen eſt à figulo ductum artifice, ſed & nauigij, ſpecies. Quin apud Antiphanem,Coſmarion,id eſt, ornamentulū muliebre Cantharus dicitur.

CANTHARVS etiam uas erat, quo utebantur in ſacris liberi patris,habens anſas,atq; ut ait Acron, patulum erat. Virgil.in Bucol.

Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Plin.lib.33. Cantharus potaſſe exemplo liberi patris traditur. Eſt præterea Cantharus illud aquæ cōceptaculum, unde ſalientes aquæ erumpunt. Paulus de leg. primo.l.cætera. Canthari, ait, per quos aquæ ſaliunt. Nebriſſ. Nor. text. & Alc. hanc dictionem in ſyllaba aſpiratione priuant: & Alciato dubitum eſt, quid hoc loco ſibi uelint canthari: niſi accipias pro uaſis aquarum, quibus epiſtomia adduntur, unde aqua exit: ideoque ſalientes dicti Latinis autoribus. Idem indicat, græcè legi poſſe καταῤῥοι.ut generaliter intelligatur omne inſtrumentum unde aqua defluit.Spiegel.

CANTHERIVS Feſto,lib.3. equus cui teſticuli (amputantur.

CANTOR dictus eſt,quia uocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte muſica. Præcentor,& Succentor.Præcentor eſt, qui uocem pręmittit in cantu.Succentor,qui uoce ſubſequēter canēdo reſpondet. Concentor aūt dicitur,qui cōſonat,& concinit.c.cleros.xxj diſtinct.Io.Bello.

CANTABRVM pro labarū uexilli appellatio, ut Minutius Felix,ſigna ipſa & cātabra & uexilla caſtrorū:& inde ſigniferi & cātabrarij.l.2.C.Th. de collegiatis: quib.adiungūtur uitutiarij & Nemeſiaci & collegiati.Et collegiati forſitan illo loco,qui Tertulliani libro de ſpectaculis, agonū collegiarij miniſtri. At lib.xj.C.tit.j. Nul.lic.in fre.equeſtr.ſel.Cuia.Obſeruat.lib.undec.cap.20.poſt prin.

CAPAX, ut notam uulgò ſignificationē præteruolitem,inhabilem ſignificat,ut apertè colligitur ex Vlpiano.l.1.§.non autem.in fi.ff.de exercitor.Huius uerba hæc ſunt, Vt ecce ſunt naues quæ Brundeſiū à Caſsiopa, uel à Dyrrachio uectores traijciunt, ad onera inhabiles.Adijcit.Itē quędā fluuij capaces,ad mare non ſufficientes. Sed ea ſignificatio ad factum refertur.Sed & inhabilitas illa ad ius pertinet. Nam capax dicitur ille,cui relinqui iure poteſt,quicúmue

testamenti factio (ut loquuntur interpretes) pasiua est, quiue capere quid potest. Prat.

CAPEDO, uas uinarium L. Baifio ad l. cum aurum. 19. §. argento. ff. de aur. & argen. leg. uide apud eundem Baifium, qui Plutarchum citat. Prat.

CAPELLA. Verus amicus noster eruditissim⁹ ille, à Diuo Francisco Ioan. Camers, scribit in Commentario in Tabulam Cebetis, quod qui nostro seculo capellam pro ædicula, sacell oue usurpant, nedum non ineptè, sed ne friuolè quidem loqui existimandi sunt, quòd ea uoce præter cæteros Clemens secundus post Petrum Rom. ecclesi. episcopus usus fuerit, cuius uerba referuntur in c. non fuit. ext. de Iur. patronat. De Capellis tota fermè causa xvj. Decretorum scripta est. Tit. item xxxvij. lib. iij. Decret. de Capellis monachorum & aliorum religiosorum inscriptus extat. Testatur itidem, ueterū plures Capellæ nomē in hac significatione usurpasse. Noster autem Rhenanus nouè tradit, & quidem bellè, Capellæ uocem Francis ueterib. deberi, qui in Gallijs regnū constituerunt, & Germanica lingua sunt usi. Occasionem nouæ uocis ex annotatione codicis cuiusdam peruetusti hanc fuisse narrat diuus Martinus Ludouico regi, illi (barbara pronunciatione Clodouæus nominatur) qui fidem Christianam ex Frācis primus suscepit, à Remigio tinctus, adeò ob seruatus fuit, ut pleraque bella ope eius diui ex uoto confecerit, quorum minimum nō est illud aduersum Visigothos gestum. Extat Apophthegma relatum annalibus Francorum: Bonus sanè Martinus in auxilio, sed carus in precio. Frequenter igitur pręsentissimum Martini numen experti, tādem Cucullum, qui Frācis & Germanis Cappa atq; Capula dicitur per diminutionē, de illius pallio nacti, Capellā sancti Martini nominabant sua lingua, Sant Martens Kappel. Hancq; nō solum domi ceu rem sacrā colebant, uerumetiam secum in militiam ferebant tot nationum uictores Franci. Locus in castris, ubi seruabatur tentoriolo obduci solitus, & temporaria structura exornari, magnę erat uenerationi uniuersis, quem uocitabāt das Kappel / figuratè pro continente contentum usurpantes. Vnde factum est, ut quibusuis postea Sacellis id nomen tribueretur. In Actis Concilij Triburiensis recentius habiti, citante Gratiano legimus: Sicubi à Nortmānis & Sclauis, ab Vngaris, & malis Christianis, seu qualicunque modo ecclesiæ fuerint incensæ & combustæ, in Capellis cum tabula consecrata missas iterū celebrari permittimus (de Consecrat. distin. j. c. cōcedimus) ubi interpres: Fortè capellæ non erant, inquit, olim ecclesiæ, cum antiquitus dicerentur Capellę, tuguria caprarum pellibus tecta. audis perbellam etymologiam. Ab illa sua Capella reges Francorum sacrificium priuatū cum his nūc militiæ, quod frequenter admodum eueniebat, nunc peregrè uersantibus tum ob ardua subinde negocia, non liceret semper interesse publicis Missis, Capellanum nominabant, & Archicapellanum, uel quod principis esset Capellanus, uel quòd cæteris præesset, nihil Grāmaticorum præceptionem curantes, qua græca cū Latinis componi prohibent, ne dicam cum barbaris. Archicapellanorum officium fuit etiam, tabulas atque imperiales annotationes recognoscere, quas omnes latinè perscribi mos erat (quarum plerasq; autographas magna uoluptate uidi, quum in Augustali curia sacris Scrinijs præpositum agerem) & est penes Rhenanum exemplum literarū Ludouici regis, qui Caroli magni pronepos fuit, sic subscriptū: Ernustus Cācellarius ad uicem Theotmari Archicapellani recognouit. Et alterum Othonis 1. Augusti cum hac subscriptione: Vuilligisus Cancellarius uice Roberti Archicapellani notaui. Dignitas enim esse cœperat. Et hunc titulum sub posterioribus Cęsarib. diu Archiepiscopi Electores retinuerunt, donec ab officio in Archicancellarium mutatus est. Et habet nunc hunc titulum Abbas Fuldēsis ut sit Archicapellanus Augustæ

CAPELLAE Bernardo iuris Pōtificij glossulario c. concedimus. de cōsecr. distinc. 1. dicuntur Oratoria non consecrata. Papias ductam putat Capellam, quasi capiens λαόν, idest, populum, uel laudem. de Capellis uide d. c. cōcedimus. & 16. q. 2. per totū. & c. peruenit & seq. ead. caus. q. 1. & ext. de capel. monach. & ibi doctor.

CAPERE, ut Vlpianus scribit l. aliud. 71. ff. de uerb. sign. est cum effectu. quod & Accursius docet l. cum ei. 42. ff. de leg. 2. Effectum autem acquisitionis duraturæ accipi oportere rectè putat A. Alciatus. Hinc optimè colligit Vlpianus in d. l. aliud. in hæc uerba. ideo non uidetur quis capere, quod erit restituturus. idem in l. non uidetur. 52. ff. de diuers. reg. iur. ubi Phil. Decius. Sed huic reclamat Iauolenus l. cum ei. ff. de leg. 2. Cum ei, ait, qui partem capiebat, legatum esset, ut alij restitueret, placuit solidum capere posse. Accursius in l. cum ei. hanc ἀντινομίαν diluens scribit in d. l. cum ei. impropriè accipi. Nam qui tantum erogat quantum accepit capere quid non uidetur Paulo l. ciuitatibus. 122. in fi. ff. de leg. 1. καταχρηστικῶς etiā accipitur apud Pomponium. l. 1. §. 1. ff. de fideius. tuto. ubi Accurs. interpretatur, accipit, uel aufert: cuius interpretationem probat Alciatus in d. l. aliud. ibi fortè legi potest, rapit, nam Iurisconsl. statim subiicit, *Non quidem crimine caret*. Prat.

CAPERE etiam accipitur pro capi facere, & iubere in cap. cum Episcopus. de offic. ordin. libr. 6. & ita explicat ibi Ioan. Andr. Nam ut idem ait, Episcopus ipse non debet aliquem tenere, aut præhendere. Sunt qui dicant, capere, poni, pro sua auctoritate propria capere: quorum sententiam probat Andreas Alciatus ad dictam l. aliud. Prat.

CEPISSE etiam is intelligendus est, quāuis alij adquisiuit, Paulus auctor in l. cepisse. ff. de uerb. sig.

CAPERE ex testamento non posse apud Vlpianum l. cum autem. 23. §. fina. ff. de ædil. edict. is dicitur cui testamenti factio pasiua (ut doctores loquuntur) non est, & cui aliquid relinqui pōt, ut sibi quærat. Eodem sensu accipitur in l. fin. ff. de leg. 1. & l. in fraudem 10. ff. de iis, quę ut indignis. & l. in tempus. ff. de heredib. instituend. & l. si Titio. ff. de legatis 2. Capere, id est capacem & habilem esse ad quęrendum. l. si is, qui. 11. ff. de uulg. l. qui non militabat. §. fin. ff. de heredib⁹ instituēd. l. 3. ff. de iure fisci. Prat.

CAPERE etiam usu adquirere significat. l. 48. §. 1. ff. de adquir. rer. do. l. 21 & l. 23. ff. de usucapio. l. 2. §. cùm Stichum. ff. pro empto. l. 12. ff. de damn. inf. Ita dominium capere in l. 15. § Iulianus. ff. de dā. infec. Et in suum dominium capere in l. 5. ff eod. tit Ita tēpore capere, & possessione capere Iureconsulti dicunt. l. 10. § 1. l. 13. §. 1 ff. de usucapio. l. 3. in fi. ff. de adq. poss. Hinc dominij Capio in l. 18. ff de damno infecto, & usucapio, id est, dominij adquisitio per usum seu possessionem. Et mortis causa capio, quo nomine ea liberalitas, quæ morte alicuius obuenit nec proprium nomē habet, significatur. tit. de mort. causa donationib. & capionib. Quidquid enim propter mortem alicuius capitur, mortis causa capi dicitur, exce-

exceptis his capiendi figuris quę ꝓprio nomine appellãtur.l.8.& l.18.& l.21.& l.31.ff.de mort.cau.don.l.54.ff.de cõdit.& demõst. Vsucapere ergo nihil est aliud, quàm usu adquirere & usu suum facere.l.82.§.1.ff. de legat.lib.j. Dicitur & pignoris capio, sed alio atque usucapio, sensu.l.15.§. si super.ff.de re iud. Vlt. de distrahend.pignorib.in C.Th.

CAPERLATA possessio cuiusdam fundi possessionis nomen esse Accursius interpretatur in l. Aurelia. ff.de lib.leg.quod & A.August.lib.3.Eméd. cap.7.probat. Alciat. lib.6.cap.23. parerg.cum prolatis reposuit: alij caprelatum, alij capellatum. Sed Accursij lectio est uerissima Prat.

CAPI interdum significat fraudari & decipi.l.31. ff.ex.quib.caus.maio.l.3.§. ergo.l.12.§. ex facto & §. sciendum.ff. de minorib. Inde uerba illa edicti Prætorij, ET SI QVID DOLO MALO CAPTVS FRAVDATVSQVE EST.l.36.ff.de pecul.l.1.§.filiumfa.ff. depos. Cic. iij. Officior. Nam quanti uerba illa, VTI NE PROPTER TE FIDEMVE TVAM CAPTVS FRAVDATVSVE SIM. Non capitur, qui ius publicum sequitur.l.116.§.1.ff.de diuers.reg.iur. Non capitur minor.emendo rem sibi pernecessariam,licet mortalē. l.11.§.sciẽdum.ff. de minorib. Inde Captio pro fraudatione, deceptione, damno, & fallacia accipitur.l.1.ff.de in integ.rest.l.44.ff.ad l.Aquil.l.1.ff.de minorib.l.penult.in fi.de uacat.muner.l.3.ff. de collat.bo. l.22.§.sicut.ff.manda.l 14. in fi.ff. de probatio.l.200. ff.de diuers.reg.l. 66.§.1.ff. ad Trebellia. Et Captiosum,fallax atque damnosum.l.41.ff.de usucapio.14. §.aliquando.ff.quod met.causa:unde Captiosa & lucrosa contrariè referuntur in l.6.§. si quid cum pupillo.ff.quæ in fraud.credit.

CAPI etiam uirgo Vestalis dicebatur, quæ in sacerdotium Vestalium legebatur. Vlpia.Instit. tit.x. Gel.lib.j.cap.xij.Ambrosius lib.v. Epist. uix septem Vestales capiuntur puellæ.

CAPI quoque dicebatur arbiter, qui à litigatoribus sumebatur.Plautus Truculento,Ibo domum ego:tecum bellator arbitrũ æquom ceperim.Terent. Heautontimor. Vicini nostri hic ambigunt de finibus.Me cepere arbitrum.

CEPISSE planè uidetur quis, quamuis alij adquisiuit.l.140. ff. de uerbor. signific. Capere autem ex testamento uel capere legatum, hereditatem, fideicommissum, est sibi adquirere.l.24. in fi.ff. de ædilic ed.l.ult.ff.de leg. 1.l.10.ff. de his quæ ut indig.l. 62.ff.de heredib.instit.l.11.ff.de uulg.l.7.de legat.lib. ij. Sic solidum capere non posse dicuntur,qui totius quod relinquitur capaces non sunt.l.72.& l.78.ff.de heredib. instit.l.6.ff. de uulg. & pupill Sic & in l.27. ff.de probatio.l.3.ff. de iure fisc. Capienti ius in l.2.§. item diui fratres.ff.de iure fisc. Et apud Iuuenal. Sat. Si Capiendi ius nullum uxori. Capere ex testamento nihil uidetur,qui tantum erogat, quantum accepit l.122 in fi.ff.de leg.lib j.

NON uidetur cepisse qui per exceptionem à petitione remouetur.l.13.ff. de diuers.reg.iur.In edicto de Calumniatorib.& aliàs quoq;, pecuniam cepisse uidetur, qui obligatione liberatus est.l.2.ff. de calũniatorib. Quò referenda est l.115.ff.de diuers.reg.iur. Vt ex inscriptione apparet. Eodem modo Paul.in l. 22.§. ult. ff. ad l. Falcid.eum cui liberatio legata est, quamuis soluẽdo nõ esset,capere uideri ait,eò quod liberetur. Quinetiam, si donaturus mihi mortis causa debitorem suum creditori meo delegauerit, tantam pecuniam capere uidebor, quanta a creditore fuero liberatus.l.18.§.j.ff. de donat.caus.mort.

CAPITALIS aduersarius,& hostis,q uel mortem uel existimationem alterius petit. Aldobrand. de excusat.tut.§.Item si propter.

CAPITALIS pœna appellatur, per quam è ciuitate caput eximitur uel morte, uel deportatione. Capitalis enim pœna est, quæ mortem uel amissionem ciuitatis continet.l.103.ff.de uerb.sig. Capitalia quoque ea iudicia dicuntur, ex quibus pœna mors aut exilium est,hoc est,aquæ & ignis interdictio.l.2. ff.de public.iud.l.33.§.publicè.ff. de procurat. Et sic in Edicto prætoris, quo rei capitalis damnatis bonorum possessio denegatur. Rei capitalis damnatus, Africano interprete, intelligitur is, cui pœna mors uel aquæ & ignis interdictio sit, uel, ut Vlpia. ait, ex qua causa damnato uel mors uel etiam ciuitatis amissio, uel seruitus cõtingit. l.13. ff. de bon.possess.l.2. ff. de pœn. Sic & in l.4.ff. si quis cautio. & in ea parte edicti qua à bonorũ possessione liberti patronus repellitur qui eum capitis accusauerit. Capitis accusasse existimatur is, qui tali iudicio appetit, cuius pœna aut ultimum supplicium habet,aut exilium,quod sit uice deportationis, ubi ciuitas amittitur.l.14.§. is demum.ff. de bon.libert.l.10.ff. de iure patro. Et ita in l.33.§. pen.de fideic. libert.l.10.§. si liberta.ff. de in ius uoc.l. 5. §. siquis à liberti.ff. de liber.adgn. & l.22.ff.de his,quę ut indig.l.ult.ff.de bõ. lib.hæc uerba interpretanda sunt. Capitis ergo pœna est bestijs obijci uel alias similes pœnas pati, uel animaduerti.l. 11. §. ult. ff. de pœn. Capitalem quoque fraudem admisisse in edicto Aedilium Curuliũ accipimus eum, qui tale aliquid admiserit, propter quod capite puniendus sit.l.1. & l.23. §. excipitur.ff. de ædilic edict. Eodemq; modo Capitalem sententiam in l.22.§.1 ff.de leg.lib.3.interpretor. Et ita iudicia capitis & famę Cic. lib.ix. Epist.ad Pæt. separantur. Latinè tamen loquentibus omnis causa existimationis capitalis dicitur.l.103. ff de uerbor. signifi. Vt ex oratio. Cicero.pro Quintio apparet. Et ita capitali crimine damnatum accipere possumus in l.1. §.remouet.ff.de postul. qui eo crimine damnat⁹ sit, cuius pœna existimationem minuit. Brisson.& Corrasius Miscell.lib.3.cap.17.nu.13.

CAPITAL facinus capitale & capitis pœna luẽdum significat auctore Festo. Sic in l.6.§. si quis cõmilitonem.ff. de re milit. & l. ult.ff. de termino mo. Brisson Plautus in Menech. Nunquam Aedepol fugiet,tametsi capital fecerit. & in Mercatore. Mulier alienata est abs te. Ch. Eutyche capital facis. Eut. Quí? Ch. Quia æqualē & sodalē ciuē liberũ enecas. Eu. Ne dij sirint. Ch. Demisisti gladium in gulam, iã cadam. Quibus addi poterit illud Lucilij apud Nonium. Facile deridemur, scimus capital esse irascier. Eadem forma puto ueteres dixisse, Virginal, fæminal,puteal,& sic deinceps. Sic enim alibi scribit Prudentius: Intactum ab omni crimine uirginal. Et Apuleius in Apologia prima. Sed enim, inquit, femina nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta confugit. Et idcirco ijs assentiri nequeo, qui pro capitale dictũ per Apocopen Capital existimãt. Ræuard.lib.uario.3.cap.19.

CAPITALES homines dicimus flagitiosos & facinorosos & qui in necem ac perniciem bonorum grauiter incumbunt: quiq; ob admissa delicta mortis pœna digni sunt. Cicero Philipp.5. Idem in C. Verrem act.4. Hoc erat etiam capitalior, quòd idem pecuniam his qui ab isto aliquid mercabantur fænori dabat Hinc & capitale odium, quod caput &

Vitá alterius petit. Sic capitalis morbus & capitale uitiũ. Quod Lauren. Vallē.li.4.elegáter adnotauit.

CAPITALES inimicitiæ sunt, cùm quis ab aliquo capite dissidet.l.13.ff.de procuratorib.§.inimicitię.Instit.de excus.tutor. Moris autem erat apud Romanos ut si quę graues inter eos inciderent simultates, amicitias solenni modo renunciarent, & inimicitias testibus pręsentib.profiterentur.Quæ inimicitię sic denunciatę capitales dicebantur, eò quòd sanguinem spirarent ex professo iuxta Arnobij illud ad uersus gentes lib.2. Assumerent ex corporibus causas quibus feræ fierent, & immanes simultates atq; inimicitias gererent.de hoc more luculenter Ręuardus lib.5.Variorum cap.15. Quæ uerò sint capitales inimicitiæ, cēsendæ iudicis discretioni relinquitur. Sunt enim aliqui casus expresſi à legib. & à doctorib.communi consensu comprobati. At erũt quàm plurimi in quibus pro conditione personarum, locorũ & facti æstimabit æquus iudex capitales uel non. Aldebrand.d.§.Item si propterea.

CAPITATIO species tributi, cuius meminere l.ult.§.penul.ff.de munerib.& hono.l.8.C. de sacros. eccles.l.11.& l.16.C.de episc.& cler.l.ult.de annon.& tribut.lib.x.C.l.2.de immunit.conce.in C. Theo.l.j. de colon.fugitiu.eo. Hoc autem uerbum dupliciter accipi animaduerti. Interdum enim capitis tributũ significat, ut in l.un.de capitatio.ciu. lib.xj. C. l.un. de colon.Thracēsib.l.1.ne rusticani ad ullum obseq. eo.lib. Quo etiam sensu capita dicta inuenio in Panegyrico Flauiensium Constantino Imp. dicto. in quo ita est.Septem milia capitum remisisti quartam amplius partem nostrorum censuum. Sequitur paulò post: Certè & tum liberi parentes suos cariores habent & mariti coniuges non grauatè tuentur, & parentes adultorum nõ pœnitet filiorum, quorum onera sibi remissa lætantur. Quæ uerba perspicuè probant collatum pro singulis personarum capitibus, id tributum fuisse, de cuius remissione Constantino gratias agunt. Quamquam si quis iugorum uel capitum releuationem illic intelligi magis probet, non ualde refragabor. Eodem enim sensu capita releuata Impp.dicunt in l.6.de conlatio.donat.in C.Theo. in qua illam qua de egimus capitationem, humanam uocant.

Aliàs CAPITATIO annonariá pro mensura agrorum functionem, indictamq; possessionibus pro iugorum & capitum quibus coluntur, & arantur numero, collationem designat.l.9.C.de actio.empt.l.1. de imponen.lucrat.descriptio.in C.Theo.l.4.de indulgent.debit.in eo. C.l. ulti.sine censu uel reliq.eo. l.15.de anno. & tribut. in eo.C.l. ult. de patrocin uicor.eo. Saluianus Masſil.lib.v.de pręsente dei iudic. Vt cùm possessio ab his abscesserit, Capitatio non discedat. Huius uerò appellationis ratio ea mihi reddi posse uidetur, quòd iumenta Capita uocarentur, ut ex Ammia.Marcellino infrà comprobabo, quorum iugo uno quantum arari terræ poterat, id sub iugationis appellatione in descriptionem ueniebat, tributariæq; functioni subijciebatur. Inde Capita & Iuga, Capitationem & Iugationem in eadem oratione tamquam parem uim habeant poni uideas.l.9. de agricol.& censit.lib.x.C.l.6 de extraord. munerib.in C.Theo.l.11. de exactionib.l.6. de conlatio. donat.l. 1.& l.2.de protostas.in eo.C.Dicitur & iunctim Iugorum Capitatio in l.1. de immunit.concessa. in C.Th, & ζυγοκέφαλον à Iustinian.Nouell.xvij.Eam certè collationem pro numero iugorum, uel capitum, quæ quisque possidebat, factam dilucidè ostendit l. ulti. .C.de immunit.nem.conce.lib.x.

In CAPITA diuidere, id est, in uiriles: & ut Iustinia. Nouell.cxviij.interpretatur, κατὰ τὸν τῶν προσώπων ἀριθμόν: sic uidelicet, ut æquales partes quisque ferat, & tot fiant partes, quot personæ sunt. §. pen. Instit.de hæred.quæ ab intest.§.hoc etiam. Instit.de legit.agn.succ.l. 2. §. 1. D. de suis & legit. Cui opponitur In Stirpes diuidere. l.penul.C. de legit.hered. & apud Gaium lib.ij. Institutio.tit. viij. & Paul. lib. iij. Sent.tit.ij. pro stirpibus non pro uirilibus portionibus, ut in.l.2.C.de suis & legit.Briss.

CAPITA etiam gregis pro singulis corporibus. l.1.§.ult.l.2. & l.3.ff. de rei uindic.l.76. & l.77.ff. de usufr.l.13.ff. de pignorib.l.10.§. si serui.ff. de iure dot. Brissonius.

CAPITA etiá erant ipsi ordines succedendi. Sic primum caput erat Vnde liberi. Secũdum unde Agnati. Tertium unde cognati, &c. Balduin. tit. de legitima agnatorum successione.

CAPITE & fortunis cauere est, quod uulgus fo rēsium obligare se, sua bona, & corpus. Brechæus l. licet.ff.de uerb.& rer.signif.

CAPITIS accusationem Cuia.in tractatu V. ad Africa.post prin. definit esse eá cuius pœna est mors uel magna capitis diminutio l. eũ patronum de iur. pat.l.qui cum.§.is demum.ff.de bon.lib.

CAPITE minui dicuntur, qui statum mutant. Nec enim aliud esse capitis minutionem, quàm mutationem status indicant l.2. ff. de in integ restit.l.1. ff.de cap.minut.& l.9.§.ult ff.de minorib.coniuncta cum § maxima.Instit.de cap.dem Et Iustinia. Instit. de cap.dem. & Paul. lib.1.Sẽt.tit.vij. Et Boeth.in Topic. Proinde seruus cùm manumittitur, capite non minuitur, quia seruus nullum ius statumq; habet.l. 3.§.ult.cum l seq.ff. de cap. min. Tribus uerò modis capitis minutio contigit. Aut enim libertatem ciuitatemq; simul amittimus. Et hæc est maxima seu magna capitis deminutio. Aut ciuitatem tantùm, libertate retenta, amittimus. Quæ capitis minutio media seu minor appellatur. Aut libertate & ciuitate salua familia duntaxat mutatur, quæ minima capitis minutio est l.ult.ff. de cap.min.Instit. de cap.dem.l.penult.& ult. C. de usufr. Quamobrem triplex capitis minutio ab Ausonio inter triadas ponitur. Vnde Festus.lib.iiij. Deminutus capite appellabatur, qui ciuitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui liber alteri mancipio datus est, & qui in hostium potestatem uenit, & cui aqua igniq; interdictum est. Sic Liuius lib. xxij. Liberi atq; incolumes desiderate patriam: desiderate dum patria est, dum ciues eius estis. Serò nunc desideratis deminuti capite, abalienati iure ciuium.Briss.

CAPITA officij in l.2. C. de proxim. sacr. scrin. libr.xij. Sic appellabantur primates officij, & qui in officio primos gradus tenebant. Quemadmodum in ordine castrensi milites quidem Capita scholarũ uocabantur, ut ex Ammia. Marcellino libro xxv. liquet. Et Vegetius etiam denis militibus præpositos caput contubernij uocatos scribit libr.ij. cap. viij. & cap. xiij. Bris.

CETERVM magna capitis deminutione plerũque etiam mediam iureconsulti comprehendunt. l. 1.§.si filius.ff.de suis & legit.l.1.§. capitis.ff.ad Tertyllia.l. 1. ff. de usufr. leg. Itaq; & Boethio Deportatio maxima Capitis minutio est, quæ alijs media est. Quinetiam duas tantum capitis minutiones ponit Vlpian.in l.1.§. si filius. ff. de suis & legit. magnam & minorem.

CA-

CAPITIVM, de quo Vlpian. meminit in l. uestis.§. muliebria.ff. de aur. & arg. leg. est tegmen capitis, à capite nominatum: uel secundum aliquos à capio, quód capiat, id est comprehédat pectus. Varro de Vita patr. Tunicas, nec capitia, nec strophia. Cor.

CAPITOLIVM ex eo dictum ait D. Halycarnassæus, quòd caput illic inuentum est, ideoque caput Italiæ est. Ibi uaria fuisse auditoria constituta docentium constat. l. unic. C. de studi. liber. urb. Rom. libr. 11. Templum erat Iouis in cliuo Tarpeio ascensu (ut puta) difficile. Hinc conditiones conceptæ quæ in faciendo consistunt, uel non faciendo l. si iam. 11. & l. Mutianę. 7. ff de cõditione & demonstratione. Antea tempore Legum Decemuiralium Arx Tarpeia adpellabatur. ait lex, QVI FALSVM TESTIMONIVM DIXERIT, SAXO TARPEIO DEIICITOR. Quod pœnæ genus iure optimo abrogatum est, imò & uetitum l. si diutino. §. fin. de pœn. Prat.

CAPITV, uerbum quî accipi debeat in rubric. C. de annat. & capitul. & l. 1. ff. eodem tit. quam lectionem mendosam quidam autumant, & capitibus. alij capitatione reponunt non animaduertentes, Capitu, eadem ratione qua significatu quarta nominum declinatione, & scribatu l. 1. ff. de muneribus & honoribus, efferri. Non tamen nego, quin & capitibus legi possit & significat iumentorum pabula, ut suprà docui in uerbo, capita. Prat. dubitat.

CAPITVLARII capitum exactores, Symmacho 11. Epistol. qui & Cephalæotæ dici cæpti sunt l. fin. C. The. de patroc. uicor. qui & liturgi. d. l. fi. & de capitularijs. l. 2. C. de priuil. eo. qui in sac. pala. milit. Sunt & capitularij seu capitulares Magistratus publici qui in ciuitate capitulata, leges statuunt, aut emendant, & de capitalibus causis cum iudice regio pari iure quærunt. l. Neratius. ff. de uerbor. & rerum significat. Brechæus.

CAPITVLARII horreorum, & tabernariorũ apud Cassiodo. in lib. uariarum.

CAPITVLENSES apud Paulum l. fi. ff de censibus, populi sunt Italiæ à Capitulo oppido cuius commeminit Plin. lib. 3. cap. 5. Illis tributum capitis remissum fuit d. l. final.

CAPITVLVM nõ solùm paruum caput sonat, ut est apud Terentium: quod & notat Panorm. in c. capitulum. extrà de rescript. sed & ponitur ut distinguat unam materiam ab alia, & sic dicuntur capitula Decretalium. Nam quælibet Decretalis per se capitulũ dicitur. quo sensu accipitur in cap. quod in dubijs. & c. inter alia. de sentent. excommunicat. Quandoque ponitur pro loco ubi Canonici congregantur, qua significatione accipi ait Panormitanus in cap. in caussis. de electionib. Sed uerius est & rei magis congruum, ut accipiatur pro ipso canonicorum collegio, pro ipsis canonicis congregatis. sic accipitur in dicto cap. capitulum Prat. Adde Brechæum l. Neratius. ff. de uerb. & rer. signif.

CAPITVLVM interdum significat themonariam functionem l. 15. & l. 18. C. Theod. de extraord. siue sordid. mun. Sic accipi & legi debet in l. maximarum. 12. C. de excusatione muner. Eadem functio Capitularia appellatur l. 14. C. Theodos. de extraordinarijs, siue sordid. muner. à Capite ducuntur. Prat.

CAPITVLARES, id est libri statutorum eorũ capitula continẽtes gl. in auth. cassa. C. de sacros. ecc.

Ita CAPITVLI functioné accipe in l. 15. & l. 18. eod. tit. in C. Theod. In Lexico quoque B. Germani tributum capitulare inuenitur & Græcè redditur τιμονιακὸς φόρος. Atque inde Capitularij qui & Temonarij in l. 2. C. de priuileg. eor. qui in sacr. pal. lib. xij. Et Capitularij horreorum ac tabernariorum apud Cassiodor. lib. x. Variar. Epistol. ad Senatores & populum. Ex quibus perspicuum fit emendandum esse Symmachum, apud quem lib. ij. Epist. cccij. Capitulani pro Capitularij scribitur. Briss. Illud uidendum, quæ sit uis ac potestas eorum uerborum, quæ in quibusdam impressis libris subijciuntur fini. l. 1. C. de offic. præf. præto. Afr. in hunc modum, Pro annonis & capitu Præfecti prætorio per totam Africã auri libras centum, & quæ sequuntur. quæ quia huic loco non cõueniunt, & prolixiora sunt quàm ut huc adscribi debeant, à me omittentur. Videndum item quis sit sensus Rubricæ De annonis & capitu administrantium lib. 1. C. & l. un. eod. tit. cuius uerba in ueteribus codicibus ita uti retuli scripta sunt. Equidem diu multumq; hæsitaui (fatendum est enim) quis esset huius uerbi intellectus. Quod cùm mendosum esse semper suspicatus essem, ad extremum id ita esse cùm ex l. 6. de erogatio. milit. anno. lib. xij. C. in qua annonas & capita milites ex horreis consequi Impp. constituunt, tum ex Nouellis Iustinia. intellexi: in quibus non semel αἰνώνας καὶ κάπιτα, αἰνώνων καὶ καπίτων scriptum offendi: in Nouell. viij. Nouell. xxiiij. & Nouell. xxv. & Edicto xiij. ex quibus, rectoribus prouinciarum in annonas & capita certam summam præstitam apparet. Quo fit, ut in superioribus locis credam legendum esse, Pro annonis & capitibus Præfecti prætorio, &c. & De annonis & capitibus administrantium: ut Annonarum nomine ea significentur, quæ ipsis rectoribus pro uictu suo, Capitum uerò ea, quæ pro pabulo iumentorum eis præstabantur. Constat enim, fœnum & paleam, & quæ ad pabula necessaria erant, administrãtibus prębita fuisse: Idque Treuellius Pollio in Claudio, & Vopiscus in Aureliano indicant. Adiuuat nostram sententiam Marcellinus, qui lib. uigesimoprimo ita scribit: Interrogatus ex arte quid haberet cõpendij, respondit uicenas annonas, totidemque pabula iumentorum, quæ uocãtur capita. Vnde Impp. in l. 8. de erogatio. milit. anno. lib. xij. C. fœnum militibus iustis capitibus præstandum statuunt. Sic mihi uideor obscurissimorum uerborum significationem in densissimis tenebris, quibus nemo dum lucem aliquam prætulit, diuino beneficio adsecutus. Nunc ad primam huius sermonis originem tãquam ex diuerticulo in uiam redeamus. Briss.

CAPSA, Cysta, quod in se res repositas, recondităsue capiat. Hinc

CAPSARII, qui mercede, seruanda in balneis uestimenta suscipiunt, ita definit Paulus l. 3. §. fi. ff. de officio Præfect. Vig. quam definitionem probat Epiphanius libr. 2. in hæc uerba, πρῶτον γάρ φασι τὰς τοιούτας τὰς αὐτῶν ἱματίων ... Prat.

CAPSARII etiam dicuntur Vlpiano, qui libros portant l. si collactaneus. 13. ff. de manumiss. uindict. quo sensu accipitur apud Suetonium in Nerone ca. 36. Constat, ait, quosdam cum pædagogis, & capsarijs uno prandio pariter necatos. Eòdem pertinet quod ait Iuuenalis Satyra 10.

Quisquis adhuc uno partam colit asse Mineruam,
Quem sequitur custos angustæ uernula capsæ. Nebriss.

CAPSARII etiam in quam significationem ferri debeant apud Tarruntinum Paternum l. fina. ff. de iure immu. nondum mihi planè constat: superiorib.

duabus non continentur. neque enim in his tributa censenda est munerum grauiorum uacatio: neque pro capsarum artificibus accipi ibidé potest, ut quidam Lexicographi autumant. Nam illic non subiecisset Iurisco. & artificibus. Tu consule τὰ βαναυσικὰ in eum Paterni locum. Prat.

CAPSOLDVM Saliceto, & Alciato l. priuilegia. C. de sacrosanctis ecclesijs. quòd de solido, id est, integro carpatur Collybus, κόλλυβος rectius adpellatur, detrimentumq; pecuniæ significat. Aristophanis interpres ἀλλαγὴ ... esse ait. alij dicũt pecuniam esse, quę Nummulario datur pro pecunia commutanda. Prat.

CAPTARE propriè dicitur, qui dolis & illectamentis quibusdá, lucrum alterius gratia aucupatur. Vnde Martialis Ruffum captatorẽ incessens, ait

Dum me captares, mittebas munera nobis
Postquam cepisti, das mihi Rufe nihil.

Corrasius Miscell lib. 5. cap. 13. Hinc

CAPTARE aliquem à ueteribus dicebátur, qui simulato obsequio munusculisue eius suprema iudicia aucupabantur. Plin. lib. ij. Epist. Regulus, qui speraret aliquid ex nouis tabulis, quia nuper captare eũ ceperat, medicos hortari, rogare, quoquomodo spiritum homini. Idem lib. iiij. Epist. Mancipatum (ita uulgo ex moribus hominis loquebantur) fœda & insolita parentibus indulgentiæ simulatione captabat. Martialis lib. vj. Epigram.

Scis te captari: scis hunc, qui captat, auarum,
Et scis quid captet, quid, Mariane, uelit.
Tu tamen hunc tabulis hæredem, stulte, supremis
Scribis: & esse tuo uis, furiose, loco.
Munera magna quidem misit: sed misit in hamo.
Et piscatorem piscis amare potest?

Eodemque sensu Captare testamentum latini auctores dicunt. Seneca lib. vj. de benefic. An ut Arruntium & Aterium & cæteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas habere eadem, quæ designatores, & libitinarios uota? Quintilian. Declamatio. ult. Neque auia captare eius testamentum fas putauit, cui destinauerat suum. Plin. libr. xx. cap. xiiij. Et paulo ante Iulium Vindicem adsertorem illum à Nerone libertatis captatione testamenti sic lenocinatum. Erant uerò Romæ qui senes orbos ac locupletes obsequio demereri studebant, ut ex eorum testamentis aliquid ferrent, quique etiam palam consignatis tabulis eos hæredes faciebant, quo ad eandem liberalitatem iamiam morituros prouocarent. Cuiusmodi captatoria officia ridet Lucianus in Dialogis mortuorum his uerbis, ... ait, ...

CAPTARE etiam hæreditaté uel legatũ nostri dicunt. l. 1. ff. si quis aliquem test. proh. l. 25. C. de trãsactionib. pro eo, quod est artificiose eniti, & structis technis, ut eam etiam pręter defuncti uoluntaté cõparemus l. 1. unde Captatoriæ Institutiones hæ nominantur, quæ alienæ liberalitatis exprimendæ eliciẽdæq; causa fiunt. l. 70. & l. 71. & l. 81. ff. de hæredib. instit. l. 64. ff. de leg. lib. 1. l. 11. C. de test. milit. quales sunt hæ, QVA EX PARTE ME TITIVS HEREDEM SCRIPTVM IN TABVLIS SVIS RECITAVERIT, EX EA PARTE HERES ESTO. l. 1. ff. de his quæ pro non script. hab. Briss. & Corras. d. loco. Sic & uotum captandæ mortis, in iure nostro dicitur, ardens illud desiderium, quo flagrant iniqui homines, ex alterius morte lucrum sperantes, ut illius uitæ insidias parent, l. de fideicõmisso C. de transact. Corrasius Miscell. lib. 5. cap. 13. nu. 5.

Cæterùm Captatoriæ non sunt eæ scripturæ, quę affectionibus mutuis expressæ elicitæq; sunt. d. l. 71. de hæred. instit. Vnde in Nouell. Valentinia. tit. iiij. de Leonino & coniuge qui se testamento in eodem codice scripto uicissim hæredes instituerant, sic aiunt: Quoniã nec captatoriũ dici potest, cùm duorũ fuerit similis affectus & simplex religio testamenta condentium. Brisson.

CAPTATORIA institutio dicitur, quæ mutuæ institutionis captandæ & quasi aucupandæ causa facta est. cuiusmodi est hæc in l. 20. in fin. ff. de condit. instit. Titius si me hæredem instituet, hæres esto: aut hæc, Qua ex parte me Titius hæredem scriptũ in tabulis suis recitauerit, ex ea parte hæres esto. l. 1. ff. de his quæ pro non script. Quare si de institutione iam facta testator loquatur, non erit captatoria. ueluti si dicat, Qua ex parte Titius me hæredem instituit, ex ea parte Mæuius hæres esto: illa institutio captatoria non est, quia in præteritum, non in futurum institutio collata est. ait Paulus in l. 71. & 29. ff. de hæred. instit. Papinianus in l. 70. eod. Captatorias institutiones, inquit, non eas Senatus improbauit, quę mutuis affectionibus iudicia prouocauerunt: sed quarum conditio confertur ad secretum alienæ uoluntatis. Hot. Adde Connanum lib. 10. cap. 6. nũ. 5. Corras. lib. Miscell. 5. cap. 13. Adde Forcatulũ in cupid. Iurisperit. cap. 6. nu. 3.

CAPTARI non debent uerba iuris, hoc est, in alienum sensum pertrahi. l. penul. ff. ad exhibendum. Paul. Spiegel.

CAPTIO apud Vlp. in l. si uerò plures. ff. de his qui Dei. cer. Interdum tamen, quo sine captione actoris fiat, oportebit prætorem, &c. Hinc captiosus, pro fraudulento & fallace: à captione, hoc est, deceptione. Hac uoce Cic. utitur. Sed & captiosa ab alijs usurpari, Alciat. refert. Spieg.

CAPTIO, id est, deceptio. l. si fundo. ff. de actio. empt. Hanc in contractibus, insidias uerò extra eos fieri receptum est. l. 1. ff. de minoribus. Captio item pro captatione honorum. l. magistratus. ff. de mun. & honor. cum simil. Sed & pro captura usurpatur, Alberico indicante.

CAPTIOSI articuli dicuntur, qui ita concœpti sunt, ut siue confitearis, siue neges, semper tibi incõmodo cessurum sit. exemplo l. qui iurasse. §. si patar. ff. de iureiur. His autem articulis reus conuentus, non tenetur respondere, quoniam nemini laqueus est inijciendus. xxvij. q. j. de uiduis. ij. Spieg.

CAPTIOSA conditio dicitur ea, cum sub ea pignus in solutum daretur. Martianus l. 16. §. ulti. de pignoribus.

CAPTIOSAM liberalitatem, interpretatio prudentium fregit, ut ait Vlpian. in l. cum Aquiliana. ff. de transact.

CAPTIVITAS bellica. olim in bello capti per hoc seruabantur, fiebantq; capientium serui. §. serui aũt eo. Inst. de iur. person. Et quanquã hodie sit abolita seruitus talis, qualis olim apud gẽtes fuit, tñ aliquã eius imaginẽ etiam nũc in bellica captiuitate obseruant tenacissimè: uidelicet ut captus censeatur sub discrimine honoris & famæ, quasi proprius homo uictoris: nec nisi manumissus redit ad libertatẽ. annotauit alicubi Dn. Oldend. Spieg.

CAPTIVVS à capio dictus, significat eum, qui bello captus est l. 4. iuncta. l. 5. §. captiuus. ff. de captiuis & postliminio reuers. & §. serui. Institut. de iure perso-

personarum. quo sensu accipitur apud Gell. lib. 7. capit. 18. Vergil. lib. 9. Æneid.

Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captiuosq; dabit, suaq; omnibus arma.

Sic quoq; sumitur in diuorum Seueri, & Antonini rescripto l. 1. C. de postliminio reuers. Hinc in eundē sensum Captiuitas l. fin. C. eodem. & d. §. serui. Prat. Captiuum intellige ciuem Romanum ab hostib. captum, qui beneficio legis Corneliæ fingitur aut nūquam fuisse captus, si redeat, aut si apud hostes moriatur eodem quo captus est momento decessisse. Connanus lib. 9. cap. 4. num. 7.

CAPTVS Festo libr. 3. dicitur locus ad legitimè sacrificandum constitutus: ut & suprà de Vestali lecta, in uerbo, Capi, diximus. Prat.

CAPVA, urbs Campaniæ, olim nobilis, quę Hannibalem fatigatum uictorijs, luxu atq; otio perdidit. Cicero ait eam superborum quondam domum fuisse. Eius in exemplis mentio fit à Iurecoss. Nihil ferè hodie præter umbram nominis retinet, Falco nominata. Spieg.

CAPVT propriè dicitur quodcunq; in recensione numerum efficit: quod dialectici indiuiduum appellant. Hinc in armentis ac gregibus, quot bestiæ sunt, tot capita numerantur. l. 1. §. ultim. & l. iij. ff. de rei uindic. l. xiij. ff. de pignorib. Vnde in locum demortuorum alia substituere, apud Vlpian. l. viij. & l. 70. ff. de usufruc. quo eodem modo Vlpian. in l. pronunciatum 195. ff. de uerborum signific. ita scripsit: Et cum paterfamil. moritur, quotquot capita ei subiecta fuerint, singulas familias incipiūt habere. Hinc Tributum capitis dicitur à nostris, quod in singulas personas imperatur. l. iij. & ulti. ff. de censibus. Hinc censa dicuntur ciuium capita, quum à Censoribus in lustris condendis, eorum nomina in tabulas publicas relata sunt. Hinc apud Papinianum l. xj. §. ij. ff. de bonorum possess. qui se arrogandum dat, cum capite fortunas quoque suas in aliam domum ac familiam transferre dicitur, id est cum sua persona, ut uulgus loquitur. Hinc diuisio in capita, cui opponitur ea quæ in stirpes dicitur, de qua sub IN explicabimus. Hinc quum ordinis alicuius quoddam ius est proprium ac præcipuū, si quis ex illo ordine moueatur in quo caput siue numerum obtinebat, capite minutus dicetur: id est iure illo quod illius ordinis erat proprium, priuatus ac deminutus. quomodo fortunis diminutus Latinè dicitur, qui ijs priuatus ac spoliatus est. Hinc capitis deminutio apud Iurisconsultos. Nam in eò tractatu Caput, sine dubio ius significat, ex eo alicui quæsitum, quòd caput siue locum in ordine aliquo, cuius erat illud ius, obtinet. Qua de causa Paulus in l. 3. in fin. ff. de ca. minut. seruum capite minui negat: quia nullum, inquit, ius habet. Exempli causa, liberis hominibus, qui nondū tamen tribum obtinent, facultas est (quæ & libertas appellatur) quidlibet faciendi. quare qui in eum ordinem (sic enim Cicero loquitur) coaptatur, caput iam habere dicitur. unde seruus qui ꝑ libertate precium persoluit, precium pro capite soluere dicitur apud Plautum & I.C. frequentissimè, id est ut liceat illi caput in ordine libertorū, minutus dicetur l. ult. ff. de capit. minut. Eadem est ratio in ciuibus, quorū est ius multiplex, proprium ac singulare, ut nexorū, hæreditatum, usucapionū. Nam si quis ciuitate priuetur, ueluti per aquæ & ignis interdictionem, capite, id est iure ciuitatis diminutus dicetur. d. l. ult. & apud Iustin. §. 1. de ca. dimin. Eadem præterea eorū ratio qui in aliqua familia caput obtinent. Familiam autem duobus modis intelligimus: primùm uniuersam aliquam agnationem, ut Tulliorum: deinde cuiusq; patrisfa. domum, ut M. Tullij. ex l. 195. §. 1. ff. de uerb. sig. Nam ijs quidem qui eiusdem gentis siue agnationis sunt, ut omnibus Tullijs, iura certa competunt: ueluti legitimarum hæreditatū, tutelarū &c. item ut ijs qui filijfa. sunt, ueluti iura sui. Quòd si uel paterfa. aliquis, ut Clodius, arrogandum se dederit: uel filiusfa. emancipetur: capite, id est eo iure quod ille in gente & agnatione Clodiorum, hic in patrisfamilia obtinebat, minuetur. eoq; neq; Clodius Gentilis dicetur, ut ait Cicero in Top. neq; tutelas habebit legitimas, quæ agnatis debentur. l. 6. ff. de cap. minut. & apud Iusti. §. ult. de legit. agnat. tut. neq; emancipatus sui hæredis ius obtinebit: ut ait idem in §. 4. de exhære. lib. ut dubium nemini esse posit, quin si consuetudo tulisset, etiā Senatores qui Senatu mouentur, & Equites quib. equus publicus adimitur, & uerò etiam seruuli, qui manumissione uel alienatione de familia tolluntur, capite minuti rectè dicerentur: ius enim in ordine suo eorum unusquisque quamuis exiguum obtinebat. Itaque Paulus d. l. iij. Seruile caput appellat, id est, partem unam seruilis familiæ: quomodo bouem, aut ouem, unum in grege caput, id est partem unam gregis dicimus. Verū ut alijs in rebus innumeris, cōmunis appellatio ad certas species restringitur, ac reuocatur: sic in hoc tractatu capitis appellatio ad eos tres ordines hominum, scilicet liberorum, ciuium & familiarum contracta est. Hotom.

CAPVT ex Græco ductum idem Festus ibidem scriptum reliquit: quòd illi interdum κάρα dicūt, idq; per apocopen pro κάρηνον. Sophocles ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα. Varia, & multiplex est huius uerbi acceptio. Primū quidem caput, quia principale hominis membrum, & rationis sedes est, à Platone in Timæo diuinissimum adpellatur: ideoq; συνεκδοχικῶς, pro toto homine ponitur. & sic pro persona apud Paulum l. 2. ff. de public. iud. l. 3. ff. de capit. minut. l. 7. uersic. ex nouis. in fin. ff. eodem. & Papinianum l. penultima. §. testamento. ff. de bonorum possessio. secundum tabulas. Eodem sensu κεφαλὴ Gręcis, ut apud Lucianum ἐν τῷ περὶ κεφαλῆς τὸ καινὸν ἤγαγε. Sic etiam accipitur in eo quod uulgò traditur, Noxam caput sequi. l. 2. ff. si ex noxali caussa ag. l. rem mihi. ff. commodati. l. 1. in fine. ff. de priuat. delict. quod explicat Paulus l. quod dicitur. ff. de furt. idq; etiam expressit Pindarus Olymp. Ode 1.

— ἀμφὶ δ' ἀνὰ κεφαλᾷ
θαμινὰ πανάγυριν. Prat.

CAPVT anni pro initio accipi adnotat Accurs. l. 1. C. quando dies legat. ced. Bartolus tract. de insula. §. quod frequenter. num. 5. per dictam l. 1. ubi falsò citatur l. 1. C. de adimend. legat. pro quando dies legati cedat. Prat.

CAPVT mōtis adpellat Bartolus ubi supra partem superiorem eleuatum est. Caput rei etiam uocat, per quam in illam rem ingredimur. Prat.

CAPVT prouinciæ dicitur ciuitas honorabilior Bart. d. §. quod frequenter accidit. per l. inter claras. in prin. C. de summa Trinit. Prat.

CAPVT contubernij apud Vegetium lib. 2. cap. 8. denis militibus præpositos significat.

in CAPVT alicuius interrogari Arcadius l. de minore. §. potest. ff. de quæstionib. torqueri Vlpian. l. 1. §. seruum. ff. eodem. aiunt, & testimonium dicere idem dixit l. qui cum. 14. §. is demum. ff. de bon. lib. pro in personam. Prat.

CAPVT quoq; initium significat in ea formula à Capite rationem reddere, id est, ab ipso actus gesti initio l. atquin. 19. §. 1. ff. de negotijs gest. Originem aquæ primam sonat l. aquam. 16. ff. quemadm. seruit. amitt. l. seruitus. 9. ff. de seruit. rustic. quod & Vlpianus his uerbis l. 1. §. caput. ff. de aqua quotidiana & æsti. explicat. Caput aquæ illud est, unde aqua nascitur. Connanus lib. 4. cap. 9. nu. 7. Vitruuius lib. 7. c. 1. Tum deprimendus est puteus in eo loco, & si erit caput aquæ inuentum, plures sunt circa fodiendi. Siculus Flaccus libro de conditione agror. Quidam, ait, enim riui ab origine, id est, à capite donec in mari defluant, fines possessionibus præstant. Sæpissimè hoc uerbo in eundem sensum utitur I. Frontinus. libro 1. de aquæductib. Prat.

CAPVT rationum, eam caram partem, quæ ad instruendum aliquem pertinet, significat, uelut summa l. argentarius. §. 1. ff. de edendo. Accursius ibi à capite, id est, cum die & consule, quæ sunt in capite, interpretatur. quod ineptum est. Bartol. adpellat particulam illam seiunctã, quæ ad rem pertinet, & quã de agitur. quod & uerissimum est, uulgo capitulum uocatur: quo sensu sæpè κεφάλαιον apud Græcos reperias. Sic eodem sensu Caput mandatorũ dixit Marcianus l. diuus. 6. ff. de custo. reorum. & caput Edicti Varro lib. 5. Linguæ. Prat.

CAPVT etiã pro persona sæpissimè posuit Plautus primùm quidem in Persa, ut des mihi nummos sexcentos, quos pro capite pendam. Idem in Pseudolo, Actu 1. Tu autem, qui pro capite argentum mihi iam iamq; sæpè numeras. Seneca Epist. 1. lib. 11. Eripe te hac seruitute, quam extremæ quoq; conditionis mancipia, & in his sordibus nata exuere conantur, peculium suũ, quod comparauerunt capite fraudato, pro capite numerant.

CARBO, non tantum pruna extincta, sed dicitur etiam cum est ignitus. l. seruitutes. ff. de seruitut. l. fundum. de act. empt. Quę Carbonum appellatione ueniant, docet Iuriscos. in l. carbonum. ff. de uerbor. sig. item in l. ligni. & l. pali. de leg. 3. Carbone notare, id est damnare: cui contrarium est, Creta notare. De quo Eras. in Chiliad. Carbonariam substantiuè, est negotium carbonarium exercere. Spieg.

CARBONVM appellatione ligna ad eos coquẽdos conficiendosq; non contineri Vlpianus ait l. ligni. 55. §. si lignum. ff. de legat. 3. repetita in l. carbonum. 167. ff. de uerborum significatio. Sed nec titiones, & alia ligna cocta carboni non adnumeranda ibidem scribit idem. Quid igitur est Carbo? tum dicitur, cùm pruna extincta est. Græcis ἄνθραξ. Huius meminere Papinianus l. 4. §. modum. ff. de seruitut. tit. gen. & Vlpianus l. fundi. 17. §. si ruta. ff. de action. empti. Briss.

CARBONIS præbitio olim in sordidis muneribus numerabatur. l. 15. & l. 18. de extraor. muner. in C. Th. ex quibus emendanda est. l. 11. de excus. mun. lib. 10. clausula in hunc modum: Carbonis quoq; nisi eum quem moneta solenniter uel fabricatio secũdum ueterem morem poscit armorum, ab huiusmodi uiris præbitio desistat. l. 167. de uerb. sig. quæ excerpta est ex l. 53. in fi. ff. de leg. lib. 3. Briss.

CARBONIBVS olim defossis ueteres quidam populi agrorum fines distinguebant, propterea qđ res nulla durabilior, magisq; perpetua sit, quàm carbones sub terra defossi. Balduinus tit. de officio iudicis, &c.

Ex edicto CARBONIANO datur bonorũ possessio decretalis contra tabulas, uel intestati, & non nunquam secundum tabulas impuberibus liberis, quibus sit controuersia status, id est, qui negantur esse liberi, & quibus etiam fit controuersia bonorũ paternorum. Datur interim perinde, ac si nulla eis controuersia fieret, dilata utraq; cõtrouersia in tempus pubertatis. Pubertate finitur: & ideò à Græcis dicitur ἡ μέχρι τῆς ἥβης διακατοχή. Et uis carbonianę possessionis hæc est, ut solus possideat, nisi aduersarius etiam ex liberis sit, ut alatur interim, ut exerceat actiones, ut res persequatur à possessoribus alijs, qui hæreditatis uel status controuersiam non faciunt, ut ei conferatur, uidelicet si aduersario satis dederit. Cuiac. tract. 4. ad Africa. fol. 64. circa med.

CARBONIANA bonorum possessio datur, si pupillo fiat quæstio de hæreditate paterna, & de statu. Si de alterutro tantùm quæratur, Carbonianæ non est, sed quæstio status differtur in tẽpus pubertatis ex constitutionibus, nõ ex edicto: Quęstio autem hæreditatis statim explicanda est l. 1. §. si quis filium, l. 3. §. quamuis. de carb. edict. Cuiac. d. tracta. 4. ad Afric. fol. 65. post prin.

CARBONIANVM. Titulus est, de Carboniano edicto, cuius ipsius edicti author (quantum assequor) fuit Cneus Carbo, homo summa authoritate in republica, & partes Marianas secutus. Hoc autẽ edictum inuenit, ut consuleretur impuberi, siue masculo, siue fœminæ, dummodo ex uirili sexu descendat, cui de statu moueretur quæstio. Et is eo edicto bonorum corporalium possessionẽ adipiscitur, non secus ac si ei nulla status cõtrouersia mota esset. Vel uti an filius huius, uel istius sit, ut quando negatur, bona, quæ petit, patris fuisse. Illud sciendum ijs demum generaliter Carbonianum competere, quibus contra tabulas bonorum possessio competit, ijs uero non competere, qui repelluntur à contra tabulas bonorum possessione. Anch.

CARCER ait Seruius lib. 1. & 5. Æneidos estum decunq; exire prohibemur: sic dictus Varoni quasi arcer ab arcendo, quod Vlpianus probat l. aut damnum. 8. §. solent. ff. de pœn. Carcer, ait, ad continendos homines haberi debet. Carcerem etiam pro palæstra interpretari sic ait Tertullianus lib. ad Martyres. Bartolus tamen in tractat. de Carceribus. Carcer, ait, est locus securus, & horribilis repertus non ad pœnam, sed ad delinquentium uel debitorum custodiam. Prat.

CARCER bifariam intelligitur: publicus & priuatus. Publicus carcer est, quem magistratus habet ad continendos homines, non ad puniendos. & in hunc sensum accipitur in l. 1. & tot. tit. C. de custodia reo. & l. carceri. ff. eod. Priuatus carcer est, quem habent nulla potestate legitima præditi, uim illicitam exercentes priuatim, cuiusmodi plures uisi sunt anno Domini 1562. Et talis, sub pœna ultimi supplicij, interdictus est omnibus, in l. unic. C. de priuat. carceribus. & l. succurritur. ff. ex quibus causis maior. Porrò qui uideantur incidere in l. unic. C. de priuat. carcer. docet eleganti distinctione Bar. l. capit. quinto. ff. de adulter. quem omnino uide. Verum esse cũ, qui in carcere clausus est, non uideri neq; uinctum, neque in uinculis esse, nisi corpori eius uincula sint adhibita, dicit Vlpianus in l. uerum est. ff. de uerbor. signific. Oldendorp. Adde Brechæum l. uerum est, in tit. de uerbor. & rerum signific. ubi carcere clausus non dicitur esse in uinculis neq; uinctus.

CARCERIS quoq; alia diuisio est. Nam quidã est ad custodiam, alius ad pœnam. De primo C. tot. tit. de custod. reor. & l. viij. ff. eodem. & dicto §. solẽt.

De

De secundo quidam textum esse aiunt in l. 2. C. de exactione tributorum libr. 10. Equidem de loco custodiæ causa facto accipiendum putem quod & docemur eadem l. secunda ibi, & in usu hominum instituta custodia. Nec moueor eo textu dicente, Carcer pœnalium, Carcer est hominum noxiorum, ad eos, scilicet, custodiendos. Pontificijs tamen Carcerem, pœnæ esse liquet cap. quamuis. de pœnis lib. 6. & Clementina 1. §. duro. de hæreticis. Prat.

CARCER. Carcer, ceris, locus, in quo seruantur noxij, uel undecunque quis exire prohibetur, quasi coarcer, à coercendo, ut docet Varro: quòd uincti in eo custoditi prohibentur exire. Atq; hoc sensu in singulari accipitur. Carceres uerò numero plurali, sunt currentium equorum repagula, uel funes, qui equis ad metam currere uolentibus, opponuntur. Cicero tamen utrunq; indifferenter posuit. Hinc autem μεταφορικῶς carceres pro principio, metam pro fine ponimus. Carceris autem genera ueteribus tria fuisse inuenio: unum quo immodesti, parumq; exculti compellerentur, ut noctu a doctis condocefierent, bonarumq; artium professoribus, quæ ad bonos mores, & uitæ modum pertinerent. Alterum, quo alieno ære impliciti, & qui carceris tædio ab inita uitæ petulantia absterrendi sunt, detinerētur. Tertium, quo immanibus præsignes flagitijs, cælo & hominum cœtu indigni, uitijs necnon uitæ turpitudine defamatissimi, ac propediem plectendi, tenebrisque & pædori addicendi, intruduntur. Itaq;, Cicero meritò carcerem scribit in Lucium Catilinam uindicem nefariorum, ac manifestorum scelerum maiores nostros esse uoluisse, Et Titus Liuius Ancium Marcium refert, ingenti incremento rebus auctis (quum in tanta multitudine hominum, discrimine rectè an perperam facti confuso, clandestina facinora fierent) carcerem ad terrorem increscentis audaciæ, media urbe imminentem, foro ædificasse. Verùm, carcer iure ciuili pœnæ loco non est, sed custodiæ. Est tamen iure Pontificio duplex: alter custodiæ, alter pœnæ. Anchora. Hodie in praxi tres species carceris ponuntur: prima in qua delinquentes arctè custodiuntur: secunda est quando apparitoribus conceduntur domi custodiendi, quæ custodia honestioribus & nobilibus diuitibus concedi solet: tertia quando ciuitas pro carcere datur uel *La suyte du conseil*. Apud Messenios Carcer, Thesaurus nomine, locus sub terra fuit quadrato saxo, tam immanis ac sęuus, ut neque uentum neq; auram acciperet: quales hodie multi sunt: Romani barathrum dixere, quod non minus quosdam torquere soleat quàm infernus. gloss. in l. in seruo. ff. de pœnis. Appius decemuir carcerem quem constituit domicilium plebis nuncupauit, quod plebs ibi custodiri soleat: nobiles autem & diuites, ut dixi, apud apparitores & liberas custodias appellabant, cum uiri magnæ ęstimationis non in uincula coniecti essent, sed domi apud ciues custodiebantur. Cæl. Rhod. libro nono, capite trigesimoquarto, text. in l. miles agrum. §. eius fugam. ff. de re milit. ubi ait: eius fugam qui cum sub custodia uel in carcere esset, discessit, in numero desertorum non computandam. Et hic carcer dicitur interdum custodia militaris, l. sed etsi quis. §. illud. ff. si quis cautionibus. Rebuff. uide infrà in uerbo custodia, & uerbo uincula, & uerbo Commentariensis. ubi plura de hac re.

CARCERATICUM, merces quæ datur carceris custodib. l. diuus. §. pannicularia, ibi ut putà Carceraticum. ff. de bonis damnatorum. quam lectionē improbat G. Haloander, & pro eo Charisticum reposuit. Vtramq; lectionem reijcit Pand. Flor. editio & pro eo legit Chartiaticum idq; rectissimè. uide j. Chartiaticum. Prat.

CARCERATICUM, in commen. ad tit. de uerborum significat. Alciatus accipit pro illa mercede, quàm militibus, qui custodiæ carcerum pręsunt, humanitatis causa magistratus largiuntur. Verùm Haloandri nostri editio id uerbi haud agnoscit in §. pànicularia. l. diuus. ff. de bonis damnat. sed genuinū, nempe Charisticon, quòd ob gratiam alicui datur. Est enim dictum à Charitibus, id est, Gratijs. Suidas, ut Alciatus refert, χαρίσιον, seu χαριστήριον interpretatur munusculum, quod illi rependimus, à quo maiora nos accepimus. Vide Charisticon. Spieg.]

ΚΑΡΔΑΞ, saltatio obscœna, & comica. Bud. in l. athletas. de his qui not. infam. Sp.

CARDAMOMUM apud Marcianum l. fina. §. species. ff. de publican. & uectigal. fruticis genus ammomo simile, semine oblongo Plinio libro duodecimo, capite undecimo, qui huius genera recenset. & uide Isidorum libro 17. cap. 9. & Dioscoridem libro 1. Briss.

CARDINALES, in Pontificio iure dictos opinatur Alciat. exemplo ciuilium magistratuum. In libro Officiorum Theodosij Cardinales appellantur Præfecti prætorio Asianæ diœcesios, & Præfectus Aphricæ, quòd maiores cęteris essent. Nam teste Sipontino, Cardinalis, & Cardineus, pręcipuum significat. Minimè errare uidentur, qui nomen Cardinalis, diui Hieronymi ætate fuisse ignotū tradunt. Certè hoc Cardinalium genus non erat, etiamsi demus nomen fuisse. Sed & adhuc sub iudice lis est, quo tempore, quo fonte sit ortus Cardinalium ordo. Pontificum libelli, teste Roterod. indicant tum institutos, quum orbis agnoscens Rom. eccles. totius Reipub. Christianæ Principem, eò conflueret, si quid extitisset, quod eruditorum consilium requireret. Ad id muneris electi sunt duodecim Card. uiri, doctrina, moribus & linguarum peritia instructi, qui nunc uocantur Pœnitentiarij, penes quos hęret functio. Nomen & dignitas penes alios est, quæ nūc regum æquatur altitudini. Sp.

CARDINALES à Cardine ducti sunt, quia sicut Cardine regitur hostium, ita ecclesia bono eorū consilio, not. in cap. sacrosancta. ad fin. 21. distinctio. & Archidiac. in capit. ubi periculum. §. hoc sacro. de elect. lib. 6. ubi explicat eorum officium. Cardinalem pro episcopo interpretatur gloss. in cap. relatio. 21. quæst. 1. Maiorem autem dignitatem non habēt, quàm episcopus, Bartol. l. 1. §. si quis. uersic. simile uidemus. ff. de appel. Prat.

CARDINALATUS quo iure inductus, & de eorum præstantia A. Barbatius tractatu de Cardinalium præstantia docet. Cardinales etiam olim Consiliarij adpellabātur Romano in sermone post consilia. capit. Ecclesiasticis. 12. quæstione secunda. Prateius.

CARDINEM uocat Hygenus libr. de limitibus constit. limitem à meridiano, ad Septentrionem. Pr.

CARDO rei in eo uertitur, pro eo quod est, ex hoc tota res pendet. Cardo causæ, perinde est, ac si dicas, Ius per hoc, uel illud pono: ac si ex dilemmate arguatur, an fateatur, uel neget pars aduersa. Atque hic litium cardo, aut summam totius litis constituere est. Bud. in l. 2. de orig. iur. Sp.

CARENA aliàs Carentena dicitur à carētia hominum uel cibariorum. Nam per quadraginta dies ieiu-

ieiunant in pane, & aqua, & includuntur in aliquo secreto loco iuxta Ecclesiam, ubi non habent consortium hominum. ut no. Bernard. in cap. accepisti. de sponsa duor. & est uulgare Italicorum. adde cap. accusasti. de accu. & simile no. glo. in cap. 2. de spons. Oldendorpius.

CARENDI nomen, triste Cicero appellat. 1. Tuscul. quo loco declarat etiam quid significet.

CARERE culpa, pro eo quod est, nó delinquere. Sp.

CARICÆ apud Proculú inter dulcia numerantur l. fin. §. cui dulcia. ff. de trit. uin. & oleo leg. ficus siccas significant ex Plinio. Harum singularum nucibus, uiginti folijs Rutæ, granis aliquot iuniperi, aceto, & grano salis mistarum ea uis est, ut pestem auertant, ut ab eruditissimo medico mihi amiciss. accepi, quo remedij genere utebar, cum hæc scriberé. Nam tum pestis inualescebat Lugduni anno 1564. quod Deus O.M. auertat. Sunt etiam Caricæ siue Cariotæ palmarum fructus prædulces, qui in clientum officio & feudorum consuetudine, non paruú usum antiquitus præstitere: nam fructum palmæ cliens patrono offerebat, in recognitionem annuá, quam faciebat ipso anni limine, id est Calendis Ianuarijs, quibus & magistratus inire moris erat, l. Publius. ff. de conditioni. & demonstratio. Martialis in Xenijs:

Aurea porrigitur Iani cariota Calendis
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

Et idem alibi de phiala Ruffi loquens, quam tam tenuem esse dicit, quàm erat Bractea, qua cliens cariotam inaurabat

Hoc linitur sputo Iani cariota Calendis
Quam fert cum paruo sordidus asse cliens.

Forcat. in penu Iuris ciuilis cap. 17.

CAREUM est genus aromatis myropolis cognitum, nobis uero incognitú, quippe quod peregrinú sit &c. Vide Galenú ad Paternianú cap. de careo. Vtitur eo quoq; Apitius de re coquinaria. Paulus lib. 33. Digestorum tit. de penu. leg. l. non omne. Sed quod quidam negauerunt piper ligusticum careum, & laser, eiusmodi in penu non esse, improbatú est. Nebr.

CARINA in l. Minicius. ff. de rei uind. pars ea nauis est, quam aluum, aut uentrem adpellant. Sic accipitur in l. quod in rerum. §. fin. ff. de leg. 1. Connanus lib. 3. cap. 6. nu. 2.

CARINA, infima trabs, qua nauis fundatur. Pôponius in fin. l. quod in rerum natura. de leg. 1. Etsi nauem legauero, & specialiter eam adscripsero, eáq; per partes totam refecero, carina eadem manente, nihilominus recté à legatario uindicabitur. Spieg.

CARINARIOS Turnebus aduersariorum lib. 14. cap. 5. eos esse putat, qui cerino colore pannú inficiunt. Nam cera Doricé καρὸς dicitur, quę alijs Gręcorum linguis κηρὸς uocatur. Hæc Turnebus loco præalleg.

CARINANTES Festo lib. 3. probra obiectantes, à carina dicti, quæ infima pars nauis est, sic illi sortis infimæ.

CARNIFICIS loco habebatur auctore eodé, qui se ut moreretur, uulnerasset. Prat.

CARNIFICIS, hoc est, eius qui in reos animaduertit, & eius item, qui reos in carcere custodit, officium uitandum esse dicit Aristoteles lib. Politic. 6. quód huiusmodi homines improbi esse soleant. Cēsoria lege cauebatur, ut nemo carnifex ciuis Romanus esset. Spieg.

CARPENTARII in l. fin. ff. de iure immunitatis. & l. unic. C. de excus. artif. in Basilic. ὀχηματοποιοὶ qui ὀχήματα τῶν παρθένων faciunt, id est, clientelas, quæ Latiné Carpenta dici possunt. Carpentarius specialè nomen esse Isidorus scribit libro 19. capit. 19. Hotomannus carpentarium carpentorum artificem dici tradit.

CARPENTUM carri genus est, in quo mulieres primum apud Romanos gestabantur, postea tamen factum ut ex Liuio lib. 1. ab urbe: & in 2. de bello Macedonico didicimus, ut bello etiá carpentorú 10 usus esset. Plané carpentum non à carro, ut quidam putant deductum est, sed à Carmente Euandri matre quasi Carmentum. Vnde in 1. Fast. Ouid.

Nam prius Ausonias matres carpenta uehebant
Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor.

Corrasius lib. Miscell. 3. cap. 20. nu. 19.

ΚΑΡΠΙΣΜΟΙ, apud Clementem Alexan. lib. 5. τῶν καρπῶν, id est manuum porrectiones. καρπὸς enim cauum manuum, & uolam significat eidem & Aristoteli libro 1. de animalibus 1. iunctura καρπὸς ἄρθρον χειρὸς 20 καὶ βραχίονος. Prat.

CARPASUM apud Marcianum l. fin. §. species. ff. de publica. planta est, ex qua succus medicamentis utilis exprimitur, cuius comminimit Galen. lib. 1. de Compos. & ὀπὸν καρπάσου. Dioscorid. lib. 6. cap. 14. Paulus Ægyneta Carpesiam uocat. Prat.

CARPOCRATIANI l. Arrianis. C. de hæreticis. hæretici dicti à Carpocrate, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, & de utroq; sexu progenitum c. quidam autem. 24. quæst. 3. uide Philastrium 30 Brixiensem Episcopum in hæreseon catalogo. Pra.

CARPUSCULUM, siue, ut alij legunt, Carpisculum, definitore Fl. Vopisco in Aureliano calciamenti genus est. Hanc etiam uocem reperi in Epigrammate lapidi antiquissimo insculpto, quod Viennæ Allobrogum, ad diui Mauricij ædem extat. Prateius.

CARERE impetratis in l. pen. C. si contra ius, id est, non frui beneficio literarum à principe obtentarum: quod pragmatici Galli dicunt, *estre debouté de l'ef-* 40 *fect des lettres Royaux obtenues.* eodem sensu accipitur in cap. 1. de schismatic. Prat.

CARERE crimine falsi in diui Antonini rescripto l. unic. C. ne tut. uel cura. uectig. conduc. est immunis esse falsitatis, & uacare eo scelere. Prat.

CARREUM & Classer, qd significét apud Paul. in l. non omne. ff. de pen. lega. reuocabatur in dubiú inter quosdá ex collegis. Cum forté Paulum Petrasanctam iuuenem memoria nostra doctissimum, familiaremq; meú, qui nunc in collegio Mediolanensi 50 excellit, prætereuntem conspeximus: is à nobis salutatus rogatusq; uti de sentétia, deq; rõe horú nominum nos doceret. Classer, inquit, ipse apud Latinos equidem nó memini me legisse. sed lasser succus est lasserpitij, magnificus in usu & medicamẽtis, de quo Plin. & ita affirmabat legendum esse. Putabat etiá legi posse Carynon, quod quidem oleum est é nucib. iuglandibus confectum, alopecijs utile, tarditatiq; auriú infusum. Cæterum sapore graui. Vnde nobis esculentis nó ita admiscetur, sed in lucernis funicu-60 lum nutrit ardentem: sicut & illud, qd ex lini semine exprimitur, ad alendum tñ in usu apud aliquos etiá hodie est, non solum in medicamentis. huius meminit Plin. lib. 23. c. 5. siue mauis Carynium, ut aliqui cótendunt. Hæc uir ille impensé doctus, subitaria dictione effatus, à nobis recessit. Me autem petente illico allatus est Plinij codex, is in 6. capite, libro xix. Ab his, inquit, proximum dicetur auctoritate clarissimum lasserpitium, quod Gręci σίλφιον uocant, in

Cyrenaica prouincia repertum, cuius succus uocatur Lasser. Magnificum in usu, medicaméti sq́; & ad pondus argentei denarij pensum, multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniá publicani, qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. Vnus omnino caulis nostra repertus memoria, Neroni principi missus est. In reliquis, de natura & genere lasserpitij, lege Plin. quæ omnia de uerbo ad uerbum sibi adscribit Sipōtinus pontifex in suis in Martial. Commentarijs ad finem 26. Epigrammatis. Lasser itaq; ut dixi, à Græcis Silphion dicitur. Hæc inter herbas primam obtinet gloriam. Vnde Ampeliotæ, quæ Aphricæ gens est, Delphis silphij: caulem sacratum suspenderunt. auctor Alexandrides. Huius herbæ meminit pluribus uerbis Aristophanis interpres in Pluto, ubi poeta sic. τὸν πλοῦτον τὸν αὐτὸν καὶ τὸν βάττου σίλφιον. ipsumque Plutum, ipsumq́; Batti silphion. Negat sycophanta se quieturum, etiamsi Plutus ipse, qui diuitiarum deus ipse est, uel lasserpitium, quod preciosissimum est, sibi detur. Hinc nata parœmia apud Græcos, βάττου σίλφιον, ut per Roterodamum Chiliad. 2. Adagio. 114. Huius etiam uocabuli Lasser meminit Martial. in l. ult. §. species. ff. de publica. & Catul. Lasserpiciferis iacet Cyrenis. In eo tamen, quod Paulus noster putabat Carynon legendum, mihi cum eo in totum non conuenit, quia nimium esset diuertere à communi lectione, quæ uera est, ut infr. subijciam. Aliqui codices Cæreum, quod quidem adiectiuum est, ex cæra aliquando factum: ut cærea candela, ad differentiam eius, quæ fit ex seuo, seu alio pingui: ut Cærea mella, apud Sedulium. Cærea gemmatis flauescunt mella canistris. Cęreus uero substantiuum, funale significat, à funiculis cæreis, quem in Saturnalibus solebant humiliorib. potentiores præferre, cum candelis pauperes, locupletes cæreis uterētur Martial. Hic tibi nocturnos præstabit cæreus ignes. Nam aras Saturnias prisci excolebant accensis luminibus. inde mos per Saturnalia missitandis cœpit. Quidam cæreos non ob aliud inter Saturnalia munera mitti putant, nisi quod sub Saturno à tenebrosa uita quasi ad lucem, & bonarum artium scientiam sumus euocati. Propterea lege Publicia cautū fuit, ut solis ditioribus cærei missitarentur. Veteres autem (ut etiam etate nostra nobiliores consueuerūt) reponebant ad domus usum in penore, quæ ad medicamenta erant necessaria, ut lasser & similia. item cærea: & de his potuit sentire I.C. quo etiam à penoris nomine ueniant. Vel si nihil placet mutare, possumus dicere (ut etiam placet Alciato nostro) Carreum dictum à Carris, unde aduehitur: quo in loco fieri nundinas, scribit Plin. in 12. lib. c. 18. quibus cōmercia odoratarum arborum exercebantur, quæ nundinæ postea agi cœperunt apud Characem. Carræ autem de quibus hic Plin. loquitur, non hæ sunt, quæ in Mesopotamia Crassi clade nobiles dicuntur, sed oppidum in ipso rubri ęquoris littore, ut Mela Pompon. & Græcos Stephanus scribit, sicuti nec p Characem quidam oppidum illud intelligunt, quod in Persia est inter Tigrim & Eulæū fluuios: sed potius illud quod itidem in Parthia est, cuius quodam in loco Ptolemæus meminerit. Igitur Carreum potuit Iureconsultus appellasse, odoris illud genus, quod à Carris ueniebat. Quod si tibi gratię non est, potest elisa copula legere. Aut ligustrum carreum, aut carreum lasser. Quamuis sint, qui assarum, cuius prædicti lib. c. 13. Plin. meminit, legant, non lasser: quod nō reprobo, sed nec addito. Cares etiā populi sunt insulani, quos Stra. Mela. Plin. Ptolemæus Asiæ contribuunt. eos Minos nauali prælio uicit. de quibus Virgil. Hinc Lelegas, Carasq́; Sagittiferosq́; Gelonos. Meminit & Valerius Max. in 1. Quid autē sit Lygusticum, in hoc loco I.C. haud facile reperies. & ideo arbitror dictionem eradendam esse, & eius loco lingustrum reponendū. Quid id sit, ostēdit Plin. 12. lib. c. 35. huiusmodi uerbis. Cyprus in Ægypto est arbor, ziziphi folijs, semine coriandri, flore candido, odorato, coquitur hoc in oleo, premiturq́; postea, quod Cyprus uocatur. preciū ei in libras quinque: optimum habetur è Canopia, in ripis Nili nata. secundum Ascalonæ Iudeæ. tertium Cypro Insula odoris suauitate. Quidam hanc esse dicunt arborē, quæ in Italia Lingustrum uocetur. Hæc Plin. cui nō dissidet Dioscorides, qui ubi de odoribus mentionem facit, inter eos illud numerat. Sunt tamen qui è lingustron literam elidant. Cotta in memor.

CARNIFEX populi Roman. non modò ciuis Roman. non erat, sed ne in urbe quidem domiciliū habebat. Cicero pro C. Rabirio perduell. Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quàm in eius concione carnifex consisteret, quem non modò foro, sed etiam cœlo hoc ac spiritu Censoriæ leges, ac urbis domicilio carere uoluerunt. Venit autem in mentem ex Plauti Pseudulo, suspicari eum extra portam Metiam domicilium habuisse.

P. Iam hic ero: uerùm extra portam Metiam currendum est prius.

C. Quid eò? P. lanios inde accersam duo cum tintinnabulis,

Eadē duo greges uirgarū inde ulmearū adegero,
Vt hodie ad litationem huic suppetat satis Ioui.
In malam crucem istic ibit Iuppiter lenonius.

Crux autem non erat, sed ponebatur in campo Martio, ut ex illa eadem oratione intelligitur. Et cum damnatus collo in furcam inserto uirgis ad necem cæsus esset, tum unco gutturi eius impacto à carnifice extra urbem trahebatur. Iuuenalis,

Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latum media sulcum deducit arena.

Propertius,

Et bene cùm fixum mento discusserit uncum,
Nil erit hoc: rostro te premet ansa suo.

CARPOCRATIANI in l. 5. Cod. de hæretic. & Manich. Hæretici fuere à Carpocrate ita uocati, qui Christum hominem duntaxat fuisse, & ex semine Ioseph carnaliter progenitum instar reliquorum hominum adserebat: quemadmodum Philastrius Brixiensis Episcopus in hæreseon Catal. & Isidor. lib. 8. Etymol. cap. 5. scribunt. Briss.

CARPASVM in l. ultim. §. species. ff. de public. Planta est ex qua succus medicamentis utilis exprimebatur, cuius Dioscorides libro 6. & Galenus lib. 1. de Compositione medicament. meminere, & ὀπὸν καρπάσιον uocant. Briss.

CARROTIVM dictio est barbara, & significat currum illum, in quo constituebatur uexillum publicum, cum in aciem eundum erat. & hoc expressit apud nos Accurs. in l. omnis definitio. ff. de regu. iur. dum inquit. Sed stet firmus regulæ, uelut Bononiensis carrotio, licet aliqui capiantur de eius custodibus. Et hæc gloss. in hoc singu. est secundum D. Alexand. consilio lxxij. incip. Inspecto diligenter, colum. 4. uersicul. & istam opinionem. in 1. libr. Et Andr. Sicul. in tractat. de præst. Cardina. in 1. quæst. primæ partis, in 5. column. uersicul. opinion. Hocq; curr⁹ genus post Gotthos deletos potissimū

Reipub

Reipub. Mediol. in usu fuit, ut in nostris annalib. in multis locis relatum est. Putoq; à carro dictum, de quo Cæsar. Inter carros impedimentaque prælium commiserunt. & Aul. Hirtius: Pompeius, inquit, ea die per uiarum angustias, carra complura, multosq; lanistas retraxit. Cotta in memor.

CARRVCA paruum carrum significat, quatuor rotas habentem. Habuerūt autem ueteres carrucas in delitijs, unde disputat Scæuola, an sub mundi mulie bris, & omnis ornamenti legato, carruca dormitoria, cum mulis qua uxor semper sit usa contineatur l. uxori 2. ff. de aur. & arg. leg. Spartianus Alex. Seuerum Imperatorem Senatoribus omnibus Romæ permisisse refert, ut carrucas argenteas haberēt, dignitatis Romanæ interesse existimans, ut ijs tantæ urbis Senatores uectarentur. Neronem pręterea Cæsarem legimus, nunquam minus mille carrucis iter fecisse, longo semper agmine impedimentorum præcedente Corrasius lib. Miscell. 3. cap. 20. Cotta in memor. Carrucæ mentio etiam fit l. si cuius. in fin. ff. de usuf. l. in commodato. §. penult. ff. com. & apud Paulum lib. 3. senten. tit. 6. §. pen. Plin. lib. 33. c. 1.

CARRVCIS stabulum uacans, in fin. l. si cuius. de usufructu. Sp.

CARRVCHARIVS in l. item quæritur. in prin. ff. loca. qui & cisiarius dicitur, qui Carrucham agit.

CARRVLI l. cum duobus. 52. §. si quis ex socijs. ff. pro socio. qui quid uehunt, ut ex eo textu liquet. Prateius.

CARRVM, siue carrus & carruca, plaustra sunt oneraria, hoc est, comparata ad ferendum tantū onera. Cæsar in primo comment. Iumentorum, inquit, & carrorum quàm maximum numerū coemere. In commentario quoq; Hispaniensi: per uiarum angustias carra complura. Martial. O iucunda Couine solitudo carruca magis essedoque gratum. Consultus lib. 39. tit. De donatio. l. si id. Vel grex, ait, uel carrū, uel carruca. Item Scæuola tit. de auro & argen. lega. l. uxori. An carruca dormitoria debeatur &c. Nebr.

CARTHAGO. I.C. Modestin. Si usus fructus, ait, ciuitati legetur, & aratrum in ea ducatur, ut passa est Carthago: ciuitas esse desinit. ideoque quasi morte desinit habere usumfructum. Mirum autem posteris seculis reflorere eam principum Romanorum beneficentia potuisse, quę sic diruta, sic disiecta uastataque fuit, ut omnis muralis lapis in puluerem comminutus sit. Spieg.

ΚΑΡΦΟΣ, Plutarchus de sera numinis uindicta appellat, quod festucam, fœnum aridum, & lignum quoduis tenue & siccū significat, buchetam lingua nostra uel brindellam uocamus. Connanus lib. 2. capit. 4. num. 3.

CASA à cauatione, ductā putat Festus lib. 3. quæ lectū pastorale Statio appellatur Vergil. in Alexide,

Atq; humiles habitare casas, & figere ceruos

& apud Scæuolam l. uxorem 41. §. fœlicissimo. ff. de leg. pro domuncula uidentur posuisse Iustini. §. littorum. Institut. de rerum diuis. & Pomponius l. pen. ff. de usufruct.

CASÆ literarum quæ fuerint ex libro Variorū auctorum de limitibus disces & quid casales, & Casale quorū uerba huc trāscribere nimis longū esset.

CASARIA Festo, quæ casam custodit. Prat.

CASELLÆ sunt granaria, in quibus fructus cōponuntur, sic accipi potest in cap. casellas. 12. q. 2.

CASCVM Festo lib. 3. id est, antiquū, quod Varro probat libro sexto. Linguæ. ex Ennio Manilius: Cascum duxisse cascam non mirabile est, quoniam canoras conficiebant nuptias. Prateius.

CASEARIAM tabernam, siue, ut in Pand. Flor. est) Casiariam, id est pro e, ut sæpe, posito dixit Aristo apud Vlpianum l. sicut. §. Aristo. ff. si seruit. uend. in qua Casei fumigari solent. ut d. §. Aristo. lectio indicat & ex Columellæ lib. 7. cap. 8. liquido constat, & ex Plinio lib. 21. cap. 42. ubi de Caseorum diuersitate loquitur. Falso igitur Haloander, rasoriam utrobiq; reposuit in d. §. Aristo. Non tamen reijciēda est Accursij interpretatio Casseariam, in qua fiunt casei, adpellantis: tametsi ad Aristonis locū minimè pertineat. Sed & Casseariam tabernā, locum ubi casei uæneunt rectè quid adpellet. Prat.

CASELLÆ sunt granaria, in quib. fructus componuntur. ff. de iud. l. 1. Dicitur quasi cellula granorum. Oldend.

CASITO uel Cassito frequentatiuum à Caso, frequentatiuo uerbi Cado. Paulus de seruit. urb. prędior. l. seruitutes. §. si seruitus stillicidij imposita sit, non licet domino seruientis areæ ibi ædificare, ubi cassitare cœpit stillicidium. Festo Casabundus, crebrò cadens est. Olden.

CASSARI dicitur sententia, quæ tenet gl. in ca. accedēs. *le premier* in uerbo. cassanimas. ext. ut lit. nō contest. Cassamus, uerbum etiam cassatum denuntiamus. quo sensu accipi ait Bernardus glossularius in d. c. accedens 1. sed ineptè, alioquin frustra ibidem statim subiecisset pontifex, imò cassas denuntiauimus. Non tamē nego, quin & Cassare cassum denuntiare significet. in c. cum dilectus. ad fi. & ibi glo. ext. de elect. & ele. potest. Quod autem ea, quæ ipso iure nulla sunt, infirmari debeant, & cassari, liquido constat ex Nouell. 7. §. ἐπειδὴ. ibi, ἀλλὰ καὶ τὸ γενόμενον ἄκυρον, &c. & adnotat Accursius in l. & eleganter. in uer. si in hoc ipso. ff. de dolo. Prat.

CASSATIO aliquando ad factionem fertur gl. in c. proposuit ext. de concess. præben. & an ad actū nullum Fel. c. ex parte. de testib. Prat.

CASSIANI, Sabiniani, Proculiani, dicti sunt q Cassij, Sabini, & Proculi sectam institutionemq; secuti sunt: de quibus quę Pomponius scribit in l. 2. ff. de origin. iur. ad summam hæc sunt. Fuit Q. Tubero publici priuatiq; iuris doctissimus. eius duo fuere discipuli, Ateius Capito. & Antistius Labeo: quorū alter magistri præceptis adhærescens, alter ingenij fiducia pleraq; innouans, dissidium quoddam in iuris ciuilis disciplinam inuexerunt. nam quum Ateio Massurius Sabinus, Labeoni Nerua pater successisset, acceptam à magistris discordiam uehemēter auxerunt. quam postea eorum discipuli, Sabini quidē Cassius, Neruæ autem Proculus eò perduxerunt, ut duæ iam tum familiæ contrariæ ex eorum nominibus appellatæ ac propagatæ sint. nam qui Cassiū sequebantur, Cassiani: qui Proculum, Proculiani dici cœpêre. pòst secuti sunt Cassium quidem Cælius Sabinus, Proculum uerò Pegasus: unde Sabinianorum & Pegasianorum nomina. Quorum dissensionibus ac præceptionibus contrarijs imbuti postea I.C. Iauolenus, Neratius, Iulianus, & cęteri, quorum ex scriptis compositi sunt ij quib. nunc utimur Pandectarum libri, mirificas concertationes, ut Iustinianus testatur, in hanc legum disciplinā importarunt. Hotomannus.

CASSIANI uel qui ex schola C. Cassij, uel qui eius sectæ erant, & qui C. Cassij opiniones sectabantur. ut docet A. August. lib. 1. Emend. c. 5. & lib. 3. c. 4. De ijs Pomponius l. secunda ad finem. ff. de origine iur. Prateius.

CASSIA uia à Cassio strata. Festo libro 3. & uide infrà Via. Prat.

CASSIOPA ciuitas & promontorium est Epiri, Strabone, Ptolemæo, Plinio atq; alijs autoribus. Vlpia. 12. lib. Digest. tit. de exercitatoria actione. l.1. Sunt, inquit, naues quæ à Brundusio, uel à Cassiopa, uel à Durachio uectores traijciunt. Nebr.

CASTALDIA, gubernatio dicitur, qua domini res gubernantur. Castaldi, gubernatores, uel uicedomini. Zas. de feud. degenerant. Itaq; erat Castaldio non absimilis procuratori, & actori possessionũ domini, cuius fit mentio in l. ult. Cod. quod cum eo, qui in aliena pot. est. Secundum Aluarot. & glo. erat uelut œconomus quidam, cui res dominica gubernanda committebatur, instar œconomi Ecclesiastici. argum. l. iubemus nulli. C. de sacros. Eccl. Old.

CASTALDVM in Leg. Lombard. l.1. de acqui. acto. re. gl. in c. unic. §. si uerò. de feud. guar. in usibus feud. interpretatur eum, cui res domini committuntur. quam interpretationem probat Iacob. Beluisius ibidem. Eo etiam nomine procuratores contineri liquet indicante Alberico. Illo, & eodem sensu sumitur Castaldio Beluisio d. §. si uerò. Prat.

CASTALDIÆ feudum, quod datur castaldo castri, ut in cap. 1. de feud. guard. & castald. in usib. feu. & ibi gloss. in uerbo Castaldi. Ioan. Bello. Etymol.

CASTE uiuere dicitur, quæ legitimè nubit Nouell. 8. §. ἀπολείπει. quod & Bart. noster rectè docuit l. fi. uers. sed quia. C. de indic. uid. toll. ait Imp. d. §. ἀπολείπει, ὅτι δεῖ τὸν σώφρονα γάμον ἢ καὶ ἀσέλγειαν καθιστάναι. Hoc ad eum tractatum pertinet quo differitur, An legatum mulieri, si castè uixerit, præstari debeat. qđ Bar. placet d. l. fin. Paulo Castrensi displicuit. Tu expende. §. ἀπολείπει. Prat.

CASTELLANI Andreæ Isernio dicuntur hodie qui anteà dicebantur castaldi, idq; ex consuetudine utentium & usu loquentium. Porro in Gallia Castellanos adpellamus Castrorum siue Castellorum præfectos, & iudices, Sed & subalternos & inferiores iudices, ut subindicat Budæus in forensib. Castellanus, etiam dicitur Castri dominus, siue possessor Alber. ex Hostiensi ca. ad audientiam. de præscript. & uide paulò inferius de hac uoce. Prat.

CASTELLVM, ut notissimam significationem prætermittam, accipere debemus, aquæ receptaculum, quod aquam publicam suscipit, Vlpiano l. 1. §. ait prætor. ff. de aqua quotid. & æsti. & Labeoni l. fistulas. 78. ff. de contrahenda emptione. Id ueteribus diuidiculum adpellabatur Festo lib. 4. quod nunc, inquit, castellum est ex quo à riuo communi aquam quisq; ducit. Hesychius, κάστελλος, ait, ἔρυμα εἰς ὃ ἄνω καὶ κάτω φέρεται, καὶ μερίζεται τὸ ὕδωρ. Sic accipi debet apud Paulum l. fistulam. 19. ff. de seruit. urb. prędiorũ. & Vlpianum l. 2. ff. commu. præd. & l. cætera. §. item hoc prohibetur. ff. de lega. 1. & l. 3. de aquæductu. lib. 11. C. de Castellis. uide I. Frontinum de aquæ duct. & Vitruuium lib. 8. cap. 7. Agrippa, ait Plinius libro 36. cap. 15. ad fin. castella 130. fecit. Porro Castella ut plurimum plumbea erant, ut ex l. si uenditor. 38. §. firmus. & l. fundi. §. castella. ff. de actio. empti. Hæc conceptacula adpellant Imppp. in l. 2. C. Th. de aquæ ductu. Scio G. Budæum in prioribus adnotat. ad d. §. Castella. permulta ex Classicis rerum scriptoribus prodidisse: cuius uerba huc non transfero, utpote quæ cuiuis studioso sint obuia. Cæterum

CASTELLVM etiam inuenitur in alio significatu magis noto, locumq; denotat mœnibus clausum, munitumq;. Sueton. Scæua, inquit, excusso oculo, transfixus femore, & humero centum & uiginti ictibus scuto perforato, custodiam commissi castelli obtinuit. Corrasius Miscel. lib. 6. cap. x. Hinc

CASTELLANI appellantur, huius loci incolæ: quemadmodum ab oppido oppidani nomen sortiti sunt, & à uico uicini. Hodie autem quædam praua consuetudo inoleuit apud nonnullos, appellantes arcium præfectos & custodes, castellanos, quod tamen nunquã apud idoneos auctores memini me legisse, licet interpretes nostri hanc consuetudinem amplectãtur. & in pulchra quæstione cõsuluit Cor. consil. 206. uiso. in 6. col. in 3. lib. & de his nominibus plura D. Feli. in ca. Rodulph. col. 15. uersic. cæterum. de rescript. Cotta.

CASTELLENSE municipiũ quid sit, Festus, & Valerius in lib. de limitibus docuerant, sed id iniuria temporum perijt. Prat.

CASTIGARE est non solùm fustibus punire, & emendare l. 3. §. 1. ff. de officio præfec. Vig. & l. si duo. §. fin. ff. de iureiur. sed & flagellis per l. sed sicut. ff. de usufruct. Sed & ad alia pœnarum genera pertinet, ut disces ex cap. quia pleriq;. de officio ordinar. lib. 6. & c. si clericos. de sent. excom. eod. lib. & utrobique gl. & Dd. Prat.

CASTIGATIO leuis quî accipienda sit apud Vlpianum l. sed & si quemcunq;. §. fi. ff. ad leg. Aquil. repetita in l. item quæritur. §. item Iulianus. ff. loc. Bald. docere nititur, ad d. §. fin. appellatq; moderatam: quod latè explicat. Prat.

CASTIGATIONEM modicam apud Vlpianum in l. magistratibus. ff. de iurisdict. uarij uariè interpretantur. Accursius ibidem adpellat coercitionem, sine qua iurisdictio esse non potest, quod Bart. improbat, dicitq; eam expediri officio iudicis nobili: esseq; meri. Baldus autem scribit ibidem eam habere locum in leuibus delictis quæ corpus non tangat. Alciatus in l. imperium. num. 144. ff. de iurisdic. Modica, inquit, castigatio, debet intelligi de ea, quæ uenit accessoriè ad iurisdictionem, quæ iurisdictionis est, uel, ait, debet intelligi de aliqua coercitione, quæ corpus non lædat. & hæc Baldo consentit.

CASTRARE apud Marcianum l. 3. §. item qui auctor. ff. ad leg. Corn. de sicar. est uirilia, seu genitalia amputare, & excindere. l. lege Cornelia. in fin. ff. ad l. Iul. de ui priu. & l. si seruus seruum. ff. ad l. Aquil. Plin. lib. 18. cap. xxxij. & lib. 6. cap. 26. Aldobran. Inst. de adopt. §. sed & illud.

CASTRATI dicuntur, quib. uirilia excisa sunt, & ut ait Theophilus §. sed & illud. Institut. de adopt. ἐφ' ὧν γέγονεν ἐκτομὴ τῶν γεννητικῶν μορίων. Horum meminit Vlpianus l. sed est quæsitum. ff. de lib. & posthumis. l. si serua. xxxix. §. fin. ff. de iure dot. Solebant enim mangones pueros castrare, quo pretiosiores facerent l. si seruus. xxvij. §. & si puerum. ff. ad leg. Aquil. quod & ex M. Fabio lib. 5 cap. 12. Instit. Orato. apertissimè indicat his uerbis: Mancipiorum negotiatores formæ puerorum, uirilitate excisa, lenocinãtur, & post paulò. Libidinem iuuet ipsum effœminati sexus mendacium: nunquam tamen hoc cõtinget malis moribus regnum, ut si qua pretiosiora fecit, fecerit & bona. Porro homines castrari Senatusconsul. & diui Hadriani edicto uetitum est l. lege. iiij. §. ulti. & l. is, qui seruum. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Brisson. Eadem quoque pœna tenetur medicus castrans, & chirurgus etiamsi ille castrans consenserit. Imò consentientem eadem pœna plecti uult. l. leg. Cornelia. ff. eodem. ubi etiam bona castrati uult publicari fisco: etiamsi preciosiorem eum reddiderit, nihilominus

minus iniuriarum tenetur castrans.l.si seruus seruũ. §.sed etsi puerum.ff.ad l.Aquil.glos.in cap. legentes. xxiij.quæst.5. quia hi castrati utilitatem amittunt.l. lege Cornelia. .plane.ff.de sicar.Publicè autem interest integros habere homines, qui ciuitatem libe- hominibus legitimè repleant.l.1.ff.sol.matr.Rebuff.

CASTRATI propriè dicuntur quibus penis ipse cum testiculis est excisus. Vnde uidetur castratio translata ad arbores, cum interradũtur & disraduntur Columella in 4. Hoc potest interradi: & disradi: quod opus rustici castrationem uocant, Plinius deputationem, Cato interputationem appellat. Conn. lib.2.c.15.nu.9. Castrare quoq; ad animum refertur. Et per translationem castratam Rempub. dixit Cicero lib.3.de Oratore.

CASTRATVS posthumum instituere non potest.l.sed est quæsitũ.ff.de hęred.instit.quia certũ est hunc generare non posse, cum facto hominis ꝓrsus impotens factus sit: & in certis amplius locus nõ est coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de uerb.oblig.

CASTRENSES ministri adpellantur, ut ex Lãpridio in Alex.colligas. De quibus Tertullia.in hæc uerba scribit. Est & alia militia regiarum familiarũ. Nam & Castrenses adpellantur, &c.

CASTRENSIS ordo is ueteribus erat, ut miles Centurionis, Centurio Tribuni, Tribunus Legati, Legatus Consulis, Magister equitum Dictatoris pareret imperio. Budæus d.l.2.de orig.iur. ex T. Liuio.lib.8. Olden.

CASTRENSIANI sunt ministeriani aulici, ut colligitur ex rubrica de Castrens.& minister.libr. xij. Cod. qui sacro Imperatoris ministerio deputati sunt l.4.C.eo. Prat.

CASTRENSIANI & ministeriani (ut D. Vuesenbecius in Oeconomia Iuris, ostendit) pars regiæ familiæ est, seruitijs & ministerijs principis interioribus, in aula & castris deuota, ut pręgustatores, pincernæ, & mẽsæ cubitoq; principis inseruiẽtes. Vues.

CASTRENSE iugerum quadratum habet perticas 288. pedes autem quadratos 28.800. id est, per latus unum perticas.18. quę in quatuor latera faciũt perticas 72. ex Festo, & Valerio lib.de limitib.Briss.

CASTRENSIS peculij, Castrensiumq; bonorum esse intelligitur, quidquid in militia quæsitum, uel occasione militiæ obuenit. Castrense peculium, ut Macer definit l.castrense.11. ff. de castrens.pecul. quod à parentibus, uel cognatis in militia agenti donatum est, uel quod ipse filiusfamilias in militia adquisiuit, quod nisi militaret, acquisiturus nõ fuisset. Macri sententiam probat Paulus lib.3. Sent. tit.4. nisi quòd pro agenti, Paulus posuit, proficiscẽti: quod tamen secundum Alex. Imp. distinctione accipiendum est l.4.C.fam.ercis.& uide Bartol. l.1.§. nec castrense.ff.de collat. Castrensis quoq; peculij esse dicitur quod à palatinis conscio principe & in eius ꝓpè conspectu quæritur, ut diuus Cõstantinus rescripsit l.unic.C.de cast.om pala pecul. Et

CASTRENSE æs alienũ, in Castris cõtractum ex quo & Castrenses creditores l.1.§.si filijsfam. ff.de separat.& uide ꝟ.Peculium. Briss.

CASTRENSIS sacri palatij sub dispositiõe sua habebat pædagogia, ministeriales quoq; dñicos, & curam palatinorum. Huius meminere Honorius, & Theod.l.unic.qui à præbit.tiro.exc. C. Th. & l.38.C. Th.de decur.Briss.

CASTRENSI corona donabatur, qui primus hostium castra propugnando, introisset, cui insigne erat ex auro uallũ Festus li.3. & Gellius li.5. c.6.Pra.

CASTRVM numero unius, notissimæ est significationis. Castra uerò numero multitudinis locum significant, ubi milites tentoria figunt: quo sensu accipitur apud Modestinum l.4.§.emansor. ff.de re mil. Porro horum genera multa erant. quædam erant prætoria de quibus Tacitus lib.1. Annalium de Tyberio loquens. Dispersas per urbem cohortes in una castra conduxit Tyberius. Alia erant Vrbana. l.si maritus.15.§.legis.ff.ad legem Iuliã de adul. Alia Vigilum, siue Vigilium d.§.legis. Prat.

CASTRVM à uilla discernit Bart.in l.1.§.siue autem.ff.de oper.nou. nunc. Castra pluraliter tantum locus est, ubi milites tentoria figunt, à castri similitudine, quòd fossa, uallo q; quasi muro circumdari solet. Modestinus: Emansor est, qui diu uagatus, ad castra regreditur.lib.3.de re milit. Spieg.

CASTVM & periurum, Cicero cõtraria esse notat, pro Q. Roscio Comœdo. Spieg.

CASVS à Iurisconsultis dici consueuit pro controuersia quæ nata est, quasi quæ acciderit, & casu contigerit. Cicero uerò Causam appellat. ut Verrina 111. Tantum quòd hominem non nominat: causam quidem totam perscribit. Item, Nusquam enim scribis, neq; tu aliud quicquam edicto amplecteris, nisi eam causam, pro qua pecuniam acceperas. Hinc Seneca in prologo Declamat. Declamat autem Cicero, non quales Controuersias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur: quas Theseis uocabant. Controuersias nos dicimus. Cicero Causas uocabat. Hot.

CASVM in iure uariè accipi constat. Quandoq; facti species proposita, quodq; in disputationẽ incidit. sic accipitur apud Iulianum l.neq; leges.ff.de legibus. quòdue casu accidit. Casum, id est, negligentiam explicuit Gaius l.qui ædes.ff.de incen. ruin.& naufrag. Casus quod inopinatò euenit, aut contingit.§.thesauros Instit.de rer. diuis. ubi Accursius ita definit. Casus, inquit, est inopinatus rei euentus ex diuersis causis proueniens ob aliud. Prat.

CASVM fortuitum diffinisse, uidetur Vlpianus, quem nullum consilium humanum præuidere potest l.secunda.§.si eo tempore.ff.de admin.rer.ad ciuit.pertin.& cui humana infirmitate resisti non possit idem ait l.1. .is quoq;.ff.de obligat. & actio. quod diuorum principum rescripto iuuatur l. in iudicio. xxxviij. C. loca. eius generis sunt mors, latronum, hostiumue incursus, piratarum insidię, naufragium, incendium, fugæ seruorum. ait Gaius l.in rebus.18. ff. commo. rem explicans. His adijcias uim aquarum, insolitam uentorum uehementiam, ruinam, labem, effracturam, rapinam, tumultus l.contractus. xxiij.ff.de diuersis regulis iuris antiqu.& alibi sępe. & hi adpellantur Casus maiores. Adpellatur & huiusmodi casus uis maior. uide infrà Vis maior. Exempla sæpius in iure Ciuili reperias quàm quod transcribi debeant. Eosdem casum, & fortunam adpellat Vlpianus l.1.§.si magistratus.ff.de magistratibus conueniendis. Vnde rectè casum dixit Festus lib.3. quod fortuito hominibus accidit. Diuersa est Casus acceptio apud Marcellum l.quia in eum 16.ff.ad legem Aquiliam. quia in eum (ait) casum res deuenit, à quo incipere non potest, & apud Scæuolam l. Gallus.§.ille casus.ff.de liber.& postu. Prat.& Bris.

CASVM ꝓ amissione dixit uetus interpres Nouella 22. §.mitioris. quæ etenim amittuntur, cadere dicuntur, pro quo Iustinianus ipse, ἀποβάλλειν [illegible] dixerat. Prat.

CASVS Maiores hos esse dicemus, quibus resisti

sti non possit ut Paulus inquit, Balduinus tit. quib. modis re contrahitur, &c.

CASVS repentinos esse aiunt, si mulier enitens iam moriatur. l. si mater. C. de inoffic. test.

CASVM pro Casu, hoc est, uocabulorum forma, qua in aliam cadunt effigiem, etiam in iure nostro poni, demonstrat Albericus: quàm rectè, ipse uiderit. Constat autem, I. C. figuratè uti composito pro simplici. l. uerbũ reddendi. de uerb. sig. & contrà simplici pro composito. gl. fin. rubr. sol. matr. ubi Bart. & Iason. Quod & attestatur Appellus. Tempus itẽ pro tempore. l. uerbũ erit. Numero plurali pro singulari l. non est sine libertis: & è contra singulari pro plurali. l. in usu iuris. de uerb. sig. Spieg.

CASV maiore, non negligẽtia perdere. in l. ueluti. ff. de edend.

CASVRVM, interdum, pro euenturum.

CATABOLENSES in rubr. C. Th. de Pisto. & Catabol. lib. 14. tit. 4. & eo. tt. l. 9. quo sensu accipi debeat nondum planè satis constat. nisi dicamus eos fuisse, qui panes exercitui præstarent ἀπὸ τοῦ καταβάλλεσθαι uel καταβάλλειν, id est, soluere Bud. in poster. adnot. Catabolenses alio sensu accepisse Cassiodorũ subiecta eius uerba lib. 3. Variarum epist. ad Festum. V. I. Patritium declarant. Atq; ideo magnitudini tuę pręsenti admonitione declaramus, ut marmora quę de domo Pinciana constat esse deposita, ad Rauennatem urbẽ per Catabolenses uestra ordinatione dirigantur. Eodẽ sensu accipiẽdi sunt apud eundẽ li. 4. Variarũ ad Godiscaleum Saionẽ. ubi pro, Catabulnẽsis, legendũ, Catabolẽsis rectè censuit B. Briss. Briss.

ΚΑΤΑΒΟΛΗ, constitutio, & solutio, & præstatio, uerbum iuris est. Hinc καταβολαὶ τῶν προσόδων, redituum præstationes dicuntur Aristoteli. 2. Oeconom. & sæpe in Nou. Iustin. 128. §. ἐπειδ. & alijs §§.

CATACLITA apud Tertul. sunt accubita, quibus ad accũbendũ utebantur, ea molli pluma implebantur, ut ex Heliogabali uita notum Torneb. lib. 7. aduers. cap. 20.

CATACLYSMVS diluuium apud Tertullian. lib. 4. contra Marcionem:

Reddidit ergo Deus gratis peccata paterna
In cataclysmo enecás pariter cũ prole parentes &c.

CATADROMVS apud Labeonẽ in l. si seruus. 54. ff. de act. empt. quibusdã significat descensum ex grue machina. Verior semper mihi uisa est explicatio eorum, qui funem extentũ ex edito loco in inferiorem demissum existimant. quod & Labeonis uerba significãt d. l. si seruus. 54. Verissima igitur est huius loci lectio uel inuito G. Budæo ad Labeonem, tametsi non sim nescius locum significare, in quo decurri soleat Sueton. in Nerone cap. 11. Prat.

CATADROMVS, interpretatur decursus, ait Nebr. Nam καταδραμεῖν, est decurro. Decursio aũt per catadromũ non sine periculo erat: quod & I. C. significat, de act. empt. l. si seruus tuus. Eum, inquit, fuisse seruũ, qui per catadromũ descendere, aut in cloacã demitti solitus esset. Alexandro Neapolitano est & Catadromus, in quo agitabantur equites præcipiti cursu. ἀπὸ τοῦ δρόμου, per quẽ seruus currẽdo, uel in cloacam se demittẽdo nimirũ uitę periculũ adibat. Gen. dier. lib. 3. ca. 13. Alciato probabile uidetur, Catadromum nomẽ sumpsisse γεράνιον, i. gruum machinã, qua architecti saxa ingẽtia subleuãt: de qua apud Vitruuium. Attamẽ Catadromi uocabulũ, de quo mirãda cecinit, id est, uaticinatus est Accursius, Latinè decursoriũ ad uerbũ transferri potest. Budæo teste in Annot. prior. Sp. Dromos. n. cursum significat. Tranquill. in Nerone, nobilissimus eques Romanus elephanto supersedens, per Catadromũ decucurrit, id est, per stadium, in quo equites decurrere solebant, imaginario prælio, ut sæpe fit.

CATALOGI uox ridiculè apud Albericum exponitur. Hac significatur nobis oratio, siue sermo, alicuius rei ordinem ac dispositionem continens.

CATAMIDIARI significat omnib. deridẽdos exponi. à uerbo Græco μυδιᾶν, quod ridere significat. Connan. lib. 9. c. 4. num. 11.

CATAMITI pueri meritorij sunt. Catamitũ pro Ganymede dictũ fuisse etiã Festus testatur. Hoc nomine eum nominat Arnobius κατ' ἀντονομασίαν. Prudentius de Ioue Compressu immundo miserum afficiens catamitum. Id poeta optimus nominat scilicet Rapti Ganymedis honores. Hic est ille sensus puersus, hæc illa cupiditas ignominiosa, hoc illud desiderium impurũ de quo Romanis loquitur D. Apostol. ἡ ἀτιμία ... Nomẽ etiã ipsum ἀπὸ τῶν μηδῶν per ablationem literæ factum uidetur. Nam Latinè Cõcubinus dicitur. Geor. Fabr. in cõment. ad poetas Christianos. copiose Maioragius lib. 2. Miscell. cap. 3.

CATAPHRYGES apud Isidorũ 8. Etymol. lib. hæreticorum genus quibus nomen à Phrygia prouincia inditũ ait. Hi adserebant aduentum Spiritus sancti non in apostolos, sed in se traditum. Prat.

ΚΑΤΑΠΛΟΥΣ, portus ad quẽ plurimũ appelli solet. Vlp. l. 4. §. 4. ff. de off. procõs. Ingressum etiã hoc eum obseruare oportet, ut per eam partẽ prouinciã ingrediatur, per quã ingredi moris est: & quas Gręcia ἐπιδημίας appellat, siue κατάπλουν obseruare, in quã primùm ciuitatem ueniat, uel applicet. magni. n. faciẽt prouinciales, seruari sibi consuetudinẽ istam, & huiusmodi prærogatiuas. Hot. Sic apud Martialẽ cataplus est nauigatio & appulsus. Cũ tibi Niliacus portet chrystalla cataplus Torn. lib. aduer. 10. c. 23.

ΚΑΤΑ ΠΟΔΑΣ, ijsdẽ uestigijs subsequẽdis, quasi dicas, ad pedes, eorumq; uestigia. Iustin. de compos. Digest. §. 17. Nisi tantũ si uelit eas in Gręcam uocem trãsformare sub eodẽ ordine, eaq; cõsequentia, sub qua & uoces Romanæ positæ sunt: hoc quod Gręci κατὰ πόδα dicũt. hæc ille. Cicero aũt Ad uerbũ hoc appellat. Xenoph. de Venatione, ... κατὰ πόδας ... uenãdus nõ ijsdẽ uestigijs insequẽdis, ut lepus. Plato lib. de Legib. 11. ... κατὰ πόδα ... : h. e. Post præcepta de adulteratione, proximè sequitur ut de caupo natione præcipiamus. Hotom.

CATARACTA est uehemens aquæ decursio qualis Anienis, Rheni, & quorundã torrentiũ cõspicitur, cum de altis montib. in planũ fluuij pręcipitãtur. Prosper cõtra ingratos Candida sunt, & scripta manẽt, quę de cataractis Æterni fontis fluxère, undante meatu. Aquæ ubi è Cataractis, aut è charadris colliguntur, is locus ... dicitur: De huiusmodi cataractis meminit Plin. lib. 5. c. 9. de Nilo flumine.

CATARACTAE idem dicuntur portæ ex funibus aut cathenis pendentes, quæ attolli & demitti possunt, cuiusmodi in portis urbiũ uidemus, ad hostium irruptionẽ accommodatas: harũ Liuius in posteriorib. libris aliquoties meminit Germanicis uulgo dicuntur Schoßgatter/ alibi aũt Schießporten/ Sunt & in ædib. cataractæ, quib. apertis quę in superiore loco sunt deijcimus aut effundimus deorsum, quę Germanicè dicuntur Bandel: Ad harũ cataractarũ similitudinẽ in cœlo cataractæ dicuntur: in sacris ut ibi, Rupti sunt oẽs fontes abyssi magnę, & cataractę cœli apertę sunt, hoc est fenestræ aerij cœli. sicut interpre-

terpretatur Rhodig.lib.22.c.24. Sic & Esai.24.cataractæ de excelso nominantur. In bonã uerò partem Malach.3. de salutari & larga pluuia: & 2.Reg.cap.7. Quacunq; uerò significatione cataractæ accipiatur, dictæ sunt à uerbo Græco καταράττω quod inter cætera significat cum impetu decido.

CATASTA, locus ubi serui uenales exponebantur ἀπὸ τοῦ καταστῆναι. Erat & Catasta machina lignea longa, & magna compedis forma, qua serui uincti tenebantur Plin.lib.nat.hist.35.ca.18. Interdum etiam tortorum instrumentum.

CATASTRVM, quod Extimum est barbaris, iurisperitis appellatur. ea uoce utitur Andr.Alc. reg.1. præsumpt.10. Et

CATASTRVM uidetur appellare Bartolus in l.forma.§.si cũ ego.ff.de censib. librũ, quo tributa, & census æstimari solẽt in §.si cum ueniã d.l.forma. ipsam æstimationẽ Alc.reg.1.præsump.x.& l.in suis.ff. de lib.& posth.æstimũ uocat, Vlp.d.§.si cum ego. pfessionem.in §.si cum ueniam.causam addictã. Prat.

καθαίρεσις genus est pœnarum ecclesiasticarũ. Duo .n.sunt gñra pœnarũ ecclesiasticarũ, nempe ἀφορισμὸς qua puniũtur plebei & monachi, & καθαίρεσις, i. regradatio, siue ordine motio, q̃ episcoporũ & clericorũ est ppria.& ita No.42.regradãtur.episcopi qdã hæretici, qui negabant in Iesu Christo, Dño & Seruatore nostro duas naturas distinctè confitendas esse: diuinam.n.humanã absorbuisse.& fit istius Nouellę mẽtio ab historicis multis, & in actis quintę synodi Cõstantinopolitanæ, q̃ eosdẽ episcopos reprobauit & condemnauit. Cuiac.in expos.d.Nou.Iustin.42.

CATECHISMVS: siue Catechesis institutio, à uerbo κατηχεῖν tum in sacris literis, tum & in primitiua ecclesia ualde usitato. Vtitur.n.eo scriptura Luc. 1.Act.18 & 21.Rom.2.2.Cor.14.Gal.6. Et in decreto aliquoties inuenitur: c.ante baptismũ de consecrat. dist.4.c.catechismi de consecrat.dist.4.ubi decernitur à sacerdotib.uniuscuiusq; ecclesiæ fieri posse catechismos. Significat aũt aliquando simplicẽ narrationem, sed tñ crebrius inculcatã ut actorũ 21. ut sciant nihil eorum esse uerũ, quæ de te κατήχηνται audiuerunt. Aliquãdo aũt plenioré institutionẽ, præsertim in elementis religionis Christianę, & quidem talem, quæ fiat uiua uoce, atq; adeo subinde reposcẽte præceptore, aut doctore ab auditore ea, q̃ antea illi tradiderat. Venit aũt à κατὰ & ἠχῶ quasi dicas personare, aut circũsonare, quod talem institutionem necesse est, summa fide & assiduitate tradere. Cicero id pulchre Latina uoce initio officiorum expressisse uidetur cum ait. utile esse tuas aures, talibus uocibus undiq; circumsonari. Cœlius Rhodig.lib.x. c.1. κατηχεῖν interpretatur imbuere, & ἠχεῖν sonare. Et hinc libri, qui elementa Christianismi continent, Catechismi plerunq; appellari consueuere: Nam sic in Clemẽtis Alexandrini pædagog.lib.2.pulcherrimæ sapientię, quæ ex prouerbijs Salomonis discitur, principia doctrinæ uocantur κατήχησις, i. talis institutio, quæ per auditum iuuentuti inculcatur. Talis etiam fuit libellus Ioannis Hierosolymitani episcopi, quem Xystus Betuleius, in comment.suis ad prefationẽ Lactantij in Bibliotheca Augustana repositum seruari scribit. Est igitur Catechismus elementaris institutio Christianæ religionis, uiua uoce tradita, ita ut subinde cõcionator reposcat dictata ab auditore: Catechizare uerbo Latinè utitur Tertullia.lib.de corona militis. Idq; uetus uersio semel tantum expressit Gal.5.κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Qui catechizatur uerbo, communicet catechizanti in omnibus bonis. Hinc

CATECHISTÆ, qui mox baptizandis fidei arcana, mysteriaq; uoce uiua reserarẽt, eosq; docerẽt. Cælius Rhodig.lib.x.cap.1. lectionum antiquarum. Siquidem olim (ut annotauit Erasmus in præfatione diui Lucæ) qui baptismatis erãt candidati, ijs tradebantur fidei Christianæ mysteria, sed uiua uoce, sine scripto, quemadmodum priscis illis Theologis mos erat, apud Ægyptios, & apud Gallos Druidib. Id autem erat initiari mysterijs: Spiegelius hic.

ΚΑΤΗΧΟΥΜΕΝΟΙ qui eo modo religionis initijs & elementis imbuebantur, Venantius Fortunatus lib.10.de diuo Martino

Denuq; cum extincto catechumenus ore iaceret
Se super extendens, effugat arma necis.

Et rursus de Tetradio.

Tetradius pariter catechumenum esse meretur.

Hi κατηχούμενοι uocabant & νεοφώτιστοι, ipse uerò Clemẽs γαλακτοφάγους Homerico uocabulo, παιδίων νηπίων Paulina phrasi appellat, respiciens ad illud 1. Corinth. c.3. ubi σαρκικοὺς καὶ νηπίους infantes fidei, cęterum πνευματικοὺς τελείους appellat eos qui progressiones notabiles in sapientia Christi fecerunt: horum cibum βρῶμα, illorũ γάλα nominans. Catechumeni autem dicebãtur, Budæo autore non tantum quod adhuc religionis elementis imbuerentur, sed & quod nondum ad sacra spectanda introducerentur, uerum mysterijs uiua uoce percipiendis occuparentur: Idq;, ut Connan. lib.8.commen. iuris ciuilis cap.5.credit, ne eorũ mysteria, si scripto traderentur, efferrentur in uulgũ, haberentq; autoritatis minus. Sanè in concilio Arausicensi, quod sub Leone I. pontifice Romano celebratum est, hoc decretum legitur factum: placuit Catechumenis nõ legi Euangelium, quod Lucas subindicat in principio historiæ suæ dum ait, decreui rem totam ab ipsius quasi incunabulis tibi diligẽter explicare ô Theophile, ut perfectè pleneque erudiri possis in ijs περὶ ὧν κατηχήθης. Docebantur autem primum ea Apostolorum placita, quorum primum est, Credo in Deum patrem omnipotentem &c. Dein iurabant magno iureiurando in nomen Christi qui ἰχθύς uocatur secundo de consec.dist.4. Idq; ut rectius intelligatur, sciendum est quatuor olim ordines in ecclesia primitiua fuisse, primum Catechumenorum, secundum Energumenorũ, tertium Desertorum, & postremum pœnitẽtium, quibus quidem in Ecclesia sacris precibus, cantionibus, & concionibus adesse licebat, sed cum ijs finitis Sacerdos consecrationis mysteriũ ordiretur, tunc Diaconus ter, (ut Rhenanus admirabilis eruditionis uir ad Volzium Exabbatem scribit) exerta uoce clamabat, Ite Catechumeni, Missa est. Idq; apud Latinos imitatione Græcorum, à quibus mysteria religionis accepta sunt, obseruatum: qui abeundi uerbo utebantur, ubi Latini Missam, pro dimissione usurpabant. Qua de re fusius inferius, in dictione Missæ uocabulum. Porrò hunc clamandi morem rectè declarat Germanus Archiepiscopus ille Constantinopolitanus in historia Ecclesiastica, siue mystica theoria, cuius uerba Rhenan.in alia quadam ad eundem Volzium epist. scripta, sic uertit Latinè: Catechumeni egrediuntur tanquam non initiati sacro Baptismate, & mysterijs Christi, de quibus dicit Dominus: Quoniam alias etiã oues habeo, quæ non sunt de isto ouili. Leo Tuscus interpres Liturgiæ Chrysostomicæ, utpote in Græcia olim uersatus, rectius Erasmo, cui, ut arbitror, Leonina uersio incognita fuit, percepit dimissionem Catechumenorũ per uerba diaconi eos abire iu-

re iubentis, μή τις τῶν κατηχουμένων, hoc est, nullus Catechumenorum (subauditur) remaneat. Et tertiā exclamationem, ὅσοι πιστοί ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. Id est, Quotquot estis fideles, etiam atq; etiam in pace Dominū rogemus. Nam Catechumeni iam exierant, & preces pro illis etiam ab illis ipsis erant antea factæ. Spieg.

CATENA, uinculum ferreum in constitutione Gratiani & Val. & Theod. l. fi. C. de abolit. ad incorporea tamen referri constat. unde Legum catenas dixit M. Cicero in Sextiana in d. tamen l. fi. ad omne uinculorum genus catenę uerbum pertinere eorundem Imppp. sententia significatur. Prat.

CATHEDRA notioris significationis est, quàm quod huc referri debeat. Quia uerò iudices & Doctores solent in cathedra sedentes docere ac iudicare, idq; adeò receptum est, ut lege fiant irritæ sententiæ à non sedente iudice latæ: Ideo etiam in sacris mentio fit Cathedræ in figurata quadam significatione ut Psalm. 1. Beatus uir qui in cathedra pestilentiæ non sedit, &c. Sedere namq; prouerbio dicebatur qui malam docebat doctrinam, quæ uelut morbus quidam per hominum pectora peruadit: ut tradit Polyd. Virg. adagior. sacror. 233. Idq; rectè: Nam & Christus ipse Matth. 23. Scribas & Pharisæos audiendos esse scribit cum sedent in cathedra Mosis, i. doctrinam eius tradunt ac legunt, non cum sedent in cathedra pestilentiæ aut derisorum: Et sic hanc uocem accipiendam esse tradit Hilarius Psal. 138. inquiens. Cum igitur doctrina Pharisæorū ob id probabilis esse docetur, quia ipsi in Moysis cathedra sederunt, doctrina necessario significatur in cathedra. Ex hoc more est, quod Episcopis postea in Ecclesia cathedræ sunt attributæ, & quod tempus functionis, sessionis spacium est dictum, ut, Hic aut ille Episcopus sedit tot annis &c. Adde Brechæum l. Neratius. ff. de uerb. & rer. sig. nu. 21. Schard.

CATHEDRAM collocare in cap. luminoso. 18. q. 2. est iudicia exercere ut ibi explicare uidetur glossa, uel (ut ait Albericus Rosatius) iurisdictionē exercere, & explicare, quod ibi significare uisus est pontifex si, uel, particula explicationis nota sit. Prat.

CATHEDRATICI appellatione in c. conquerente. de offic. ordin. in antiq. continetur quod clerici episcopo suo annuatim cathedralis honoris causa pendunt. quod & synodaticum quibusdam adpellatur. Eius autē nomine duos solidos pendi, eadem decretali expressum est d. c. conquerēte. quod & decretū fuisse Gratianus refert. ca. placuit. 10. q. 3. Estq; subiectionis, uel obedientiæ symbolum. uerti autem debent in templi restitutionem, uel (ut cum alijs loquar) in ecclesiæ reparationem d. c. placuit. Prat.

CATERVAM, extra militiam rectius nostri pro turba, seu conuentu hominum, quam societatem interpretarentur. Sp.

CATHETVS apud Gaium, & Theod. in lib. de limitibus, Græcum uerbū, quo normalis linea Censorino apud Bud. in priorib. significatur. Prat.

ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΝ Theophilus criminationem, siue iudicium, & accusationem interpretantur. Et apud Latinos frequens est in hac significatione uerbū criminis. ut apud Cic. Quærat non solum, quemadmodum nostro crimini, uerum etiā quo pacto suæ confessioni possit mederi. Sic Vlpianus ait Accusatorē cauere debere, perseueraturos se in crimine usq; ad sententiam. Balduinus tit. de suspectis tutorib. uel curatoribus, &c.

CATILLVS Paulo l. cùm de lanionis. 18. §. cum de uillico. ff. de fund. instruct. dicitur superior, pars molæ. F. Marius Grapaldus inferiorē esse autumat, auctorem nullum aut rationem adducens. à Paulo igitur, cui ne quisquam alius dissentit, facilè non discedas. Old. Adde Forcat. in penu iuris Ciuilis. c. 6.

CATINVM à capiendo dictum uasa, ubi pultē, uel iurulenti quid ponebant, adpellari solita Varro lib. 4. ling. Lat. scribit. Siculosq; dixisse κάτινον, ubi assa ponebant.

CATHOLICA Ecclesia, id est uniuersalis ideo dicitur, quia non duas aut tres inuenire liceat, sed quòd uniuersorum electorū Dei numerus in Christo unitus & coadunatus per fidei uinculum in unā coeat societatem, atq; in unum Dei populum, cuius CHRISTVS Dominus noster, dux sit & princeps. Extra huius Ecclesiæ contubernium nullam esse salutem, Scriptura pronunciat in formula Iuramenti Magistratum Nouell. iusiuran. quod præst. sol. extat hæc clausula, Et quod cum sanctissima Dei Catholica & Apostolica Ecclesia cōmunionem habeo. Et ita dici Catholicam ecclesiam testatur Irenęus lib. 1. contra Valentinianos c. 3. cum inquit: Ecclesia in uniuersum mundum disseminata, fidem ab Apostolis acceptā diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans, & similiter credit, uidelicet quasi unam animam habens, & unū cor, & consonantèr hæc prędicat & docet & tradit, quasi unum possidēs os. Nā etsi in mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamē uirtus traditionis una atq; eadem est. Ibidē paulo pòst. Et neq; hæ, quæ in Germania sunt fundatæ Ecclesiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt, neq; hæ, quę in Celtis sunt, neq; hæ, quæ in Oriente, neq; hæ, quę in Ægypto, neq; hæ, quæ in Libya, neq; hæ, quę in medio mundi sunt constitutæ. Sed sicut sol creaturæ Dei in uniuerso mundo unus & idem est, sic & lumen: prædicatio ueritatis ubiq; lucet, & illuminat omnes homines. Cuiꝰ uerba, quasi de uerbo ad uerbum repetit Epiphanius contra hæreses lib. 1. tomo 2. Quid uerò Catholicum sit habendum, & quis Catholici nomine censendus, Vincentius Lyrenensis tradit. In ipsa (inquiens) Catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ubiq;, qđ semper, quod ab omnibus creditum est. Hoc enim uerè & propriè Catholicum est. Hoc ita demum fit, si uniuersalitatem, antiquitatem & consensionē sequamur. Si tale quid emergat, ubi istorum nihil reperitur, hoc repudiat, scilicet ecclesia, &c. Hinc & sic posteà definit Catholicum, Qui stabilis in fide permanet, & quidquid uniuersaliter antiquitus Catholicam ecclesiam tenuisse cognouerit, id solum tenendum, credendumq; decernit. Quid uerò in illo consensu sit quoque spectandum, docet etiam idem auctor, dicens: Eorum duntaxat Patrū sententiæ conferendæ sunt, qui in fide & communione Catholica, sanctè, sapienter, constanter uiuentes, docentes & permanentes, uel mori in Christo fideliter, uel occidi propter Christum fœliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est, ut quidquid uel omnes, uel plures uno eodemque sensu manifestè, frequenter, perseueranter, ueluti quodam consentiente sibi Magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certo, ratoq; habeatur, &c. Schard.

CATHOLICVM aliqui existimant esse idem quod Christianum, seu pium, dicentes, Ille est homo catholicus. Cæterum Catholicus idem est quod uniuersalis, communis. Insulanus id rectè monuit. Sic enim in prima Rubr. C. Catholica fides, pro uni-

Hermogenianum d.l.6.legi posset: sed Cauere cautionem figuratè dixit. apud quem Cauere, promittere per stipulationem sonat.

CAVERE dupla in l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædilit. actio. uide infrà Dupla. Prat.

CAVERE idoneè dicimur satisdato, aut pignoribus, sed & si promittendi fides nobis habeatur siue satisdatione. ita explicat Vlpianus noster l.4. §. addici. ff de fideicommi s. liber. pro quo Modestinus in l. Septitia. 10. ff. de pollicit. ἀσφαλισάμενοι ἀξιοχρέως dixit in eundem sensum. ἀσφαλίσασθαι enim cauere & tutum facere sonat. Sic accipi (ut suprà) debet in l. sed & hæ §. defendere. ff. de procur. & l. fideicommissa. §. si heres. ff. de legat 3. Prat.

CAVERE lege apud Papinianum l. si uenditor. 6. §. si quid emptor. ff. de seruis exportandis. est pacto nominatim aliquid exprimere & ꝓmittere. Prat.

CAVERE obsidibus apud Cæsarē lib.7. de bell. Gallico nō procul ab initio. Et quoniam (inquit) in præsentia obsidibus cauere &c. qua formula obsides & dare & exigere significari, sed sub diuersa significatione Gulielmus Budæus existimat dicta l. si sciente. eodem titulo. Sic

CAVERE prędibus, formula uetere dixit Vlpianus in l si quis putans 6. §. si damni. C. communi diuidundo, pro cauere fideiussoribus, & pignoribus. Cauebatur tamen prædibus & prædiis populo ut T. Liuij testimonio liquet Si qui bus (ait) argentum in præsentia deesset, dandam ex ærario pecuniam mutuam prædibusque ac prædiis cauendum populo censerent. Hæc Liuius lib.22. Prat.

CAVERE rectè dicimus per satisdationem, aut pignoribus datis Pomponio, ita apud Vlpianum explicante l.1. §. iubet autem. Sic

CAVERE satisdato apud Pomponium l. is, cui. 31. ff. ad leg. Falcid. id est, cum satisdatione, ut explicare uidetur diuus Antoninus l 2. C. de usur. legat. & Vlpianus l nisi. 11. ff. de rei uind. Prat.

CAVERE, est etiam cautionem extorquere in l. cùm postulassem .44. §. fin. ff. de damno infec. Sic apud Ciceronem in Bruto in hæc uerba, At uerò, inquam, tibi ego, Brute, non soluam, nisi prius à te cauero &c.

CAVERE etiam dicitur, qui fideiubet, ut ex Pauli uerbis liquet l. cum, pro quo. ff. de in ius uoc. & l. Lucius. 46. §. Paulus 4. ff de admini. tut. & apud Terētium Varronem lib. linguæ Latinæ 5. ac pro se alterum dare, à quo cauere &c. Prat.

CAVERE dicimur per stipulationem si inter præsentes actum est Paulo l. Titia.134. §. pen. ff. de uerbo. oblig. & l.1. C. de contrah. stipu. quo sensu accipi debet apud Celsum l. tres fratres. ff de pact. quo loco Accursius interpretatur, cauerunt, hoc est, promiserūt. quod per stipulationem intelligendum est d. §. penulti. Cauet igitur qui interrogatus promittit dicta l.1 & dicto §. penulti. Prat.

CAVERE tamen nudè promittere significare, non autem fideiussionis dationem eo uerbo contineri Iustinianus constituit l.3. C. de uerbo. signif. Sanè si lex uel testator, cōtrahensue satisdationem aut fideiussionem adiecerit, tum aut dandum satis, aut fideiussores adhibendos liquet. Cauere igitur nuda promissione accipi debere ait Mela apud Vlpianū. l.2. §. sed si dubitetur. ff. de iudic. Prat.

CAVET quoque qui confitetur Accursio l. maritus. 52. ff. sol. matri. cui⁹ explicationem probat Albericus. Quod si secūdum tractat. C. de dot. caut nō nu. (ut par est) accipias, est scripto nō acceptam dotem promittere l.1. C. eo. Prat.

CAVERE est nominatim exprimere, uel expressim quid statuere, ut apud Paulū l.1. ff. de leg. Rhod. de iact. & alibi sæpe. Sunt qui putent uerbum Prat.

CAVERE apud Vlpianum l. si ut certo. §. quinimo ff. commo. & Paulum l. in commodato. 17 §.3. ff. eodem. significare chirographo se obligare. Quod uerum adfirmare ausim: cùm literis obligemur ut Instit. de lite. obliga. & alib. Hinc natæ ueteribus iuris auctoribus formulæ,

CAVERE ab aliquo apud Vlpianum l. si sciente. ff. ad leg. Pomp. de parricid. Ab sese cauere apud M. Ciceronem in 3. Verrina. Epicratem conueniunt, demonstrant id quod sciebat &c. ab sese caueat, quemadmodum (hoc est Budæo ad d.l. si sciente. interprete) ab aliquo cautionem exigat. &c. Prat.

CAVERE testamento, pro prouidere, nequid præter uoluntatem fiat. Oldend.

CAVILLARI uariè accipi ex subiectis liquet. Tertulliano in li. de Corona Militis ꝓ cauere à quo ducitur. Aut (inquit) omnibus modis cauillādum, ne quid aduersus Deum committatur. Cauillari etiam (ut Vlpia. ex Iuliano refert l. natura. 177. ff. de uerbo. signi.) est ab euidēter ueris per breuissimas mutationes disputationem ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducere. Alios huius uerbi significatus recenset A. Alciat⁹ in d.l. natura. quandoq; enim significat calumniosè agere. Cauillari est irridere, ut ex Festo lib.3. constat. Cauillari etiam dicitur qui falsa, ut suam sententiam tueatur, prodit sciens. Cauillari Alciato l. si caluitur. ff. de uerborum significationibus, sonat decipere. Prat. Adde Brechæum l. Natura. ff. de uerb. signif. in prin.

CAVILLARI in l.1. ff. de regu. Catonia. sumitur pro scienter falsum dicere. ita Accursius in d.l.1.

CAVILLARI etiam fraudare. & frustrari sonat l. si caluitur. ff. de uerborum significationibus. sic accipi debet in l.2. §. tractare. ff. ad S C. Tertyl. Hinc

CAVILLATIO, quam ex Iuliano diffinit Vlpianus in d.l. natura. his uerbis: Natura cauillationis, quam Græci σωρείτην adpellant, hæc est, ut ab euidenter ueris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quę euidenter falsa sunt, perducatur. Reperitur in l. ea est natura. ff. de diuers. regu. iur. antiq. unde autē dicta sit cauillatio, ex Gaio disces d.l. si caluitur 232. ff. de uerborum significationibus, cuius hæc uerba sunt. Si caluitur & moretur, & frustretur. inde & calumniatores adpellati sunt: quia per fraudem & frustrationem alios uexarent litibus. inde & cauillatio dicta est. Sic accipi potest in l. Titia. 85. ff. de conditione & demonstra. Prat.

CAVILLATIO Festo lib.3. est iocosa calūniatio

CAVILLATIO in Decretali pontificis Honorij Epistola. c. penul. de iudic. in antiq. significat fraudem, & frustrationem, & id quod Galli uocant *Surprinse*: qua sæpissimè utuntur pragmatici uafri, & impostores. Prat.

CAVILLATIO, pro argumēto sophistico à Iurisconss. usurpatur, quo ab euidenter ueris, per breuissimas mutationes, ad ea quæ euidenter falsa sunt perducimur. l. natura cauillationis. de Ver. sig. l. ea est. de reg. iur. Græcis sophisma est. Sp.

CAVILLATIO, iocosa calumniatio: & cauillari, iocari est. Vlp. de Verb. sig. l. natura cauillationis. Item de Reg. Iur. Ea, inquit, est natura cauillationis, quam Græci σκῶμμα uocant. Nebriss.

CAVILLATIO propriè est, quando ab euidenter ueris, transitur ad euidenter falsa, per quandam uer-

uerborum inuolutionem, uel sophistriam. c. uenerabiles. de Iud. Sp.

CAVLA teste Seruio (ut refert Bapt. in cōmen. epist. Sidon. Apoll. ad Eutropiū) est munimentum & septum ouium, Græcum est nomen addita c. illi enim αὐλὰς uocant animalium receptacula. Secus Pomp. autumat, ita scribēs. Caulę à cauo dictę. antiquitus enim ante usum tectorum oues in antris ducebant. Lucius similiter Apollinaris posuit caulam patrio casu pro caprili & ouili. Inquit autem. Insurgit speluncæ qua margines montanæ desinunt, turris ardua, caula firma, solidis cratib. oculi stabulatione commoda, turrim nūcupauit Apuleius firmam caulæ, hoc est firmamentis atq; munimentis, quibus utimur ad caulam obarmandam et fulciendam stabilitam fuisse, hoc est, craticijs lōgurijs, fistucato, accerato, & id genus reliquis rusticanis instrumentis. Posses intelligere quoq; firmam caulę nuncupari munitam colle, naturali situs ęditi facie Seruio subscribente in libro Georgicon secundo in eiusce carminis interpretamēto: Quin et caudicibus sectis: Antiquos caulem dixisse, pro eo quod neoterici dicunt collem, quemadmodum aulam pro ollam, aurum pro orum, aurichalcū pro orichalcum, plaustrū pro plostrū, & id genus plurima, palam est. Et posses intelligere firmā caulę, fultā pedib. arborū durioribus. & durabiliorib. siue caule, hoc est robore, sarmēto sirpaceo ad ouile instrumentū dexterrimo.

CAVMA, καῦμα calor, siue incēdium Vlp. de Leg. j. l. cum res. Si fundus, ait, caumate perierit. Atq; alibi: Prædia, ait, quę caumate perierunt. Atque adhuc alibi: Si caumate, aliòue casu pars fundi perierit quibus in locis casma pro caumate legitur. Chasma nāque per ch: aspiratum aliud significat: hoc est coeli hiatum siue recessum. Autores sunt, Aristoteles in Meteorologicis Plinius in. 2. nat hist. Seneca in primo natur. quęstionū Seruius lib. 9. Æneidos. Nebr.

CAVPO is accipiendus est Vlpiano l. 1 §. caupones. ff. naut. caupo. stab. qui cauponam exercet. Græcis κάπηλος. eduliorum & uini uenditor, & uiatores in caupona manere patitur Gaio l. nauta. 5. ff. eodē titu. Sed & eius institorem ea adpellatione contineri idē Vlpianus ait d. §. caupones. Hoc speciali significatu accepisse uisus est Martialis hoc pentametro.

Non potes, ut cuperes uendere caupo merum. Prat.

CAVPO, à uerbo cauponor, dicitur tabernarius, hoc est, esculentorum, potulentorúmque etiam uēditor, sed propriè qui uinum uēdit: sic caupona mulier uendens uinum, & locus in quo uinum uenditur. Hinc Vlpianus, in l. j. §. qui sint igitur nau. caup. stab. ff. Caupones (inquit) & stabularios æquè eos accipimus, qui cauponam uel stabulum exercent, institoresue eorum. Caius in l. nauta. eo. tit. ff. Caupo, ait, mercedē accipit, ut uiatores in caupona manere patiatur. Cauponationis autem nomen latiùs patere apud Græcos ex Platone deprehēdi potest, ubi, de legibus tractans, docet cauponationem oēm in ciuitate nō nocendi gratia, sed cōtrà omnino naturaliter, adinuentā esse. libro siue dialogo xj. Anch.

CAVPONA, locus ubi uinum, & edulia uendūtur, uulgò Taberna. sic accipitur in l. nauta. 5. suprà cita. Eam ueteribus coponam à copiis dictam Festus lib. 3. putat. Quædam exemplaria habent à cupis. quæ lectio uerior uidetur. Cupæ enim uasa uinaria sunt Vlpiano l. 3. ff. de trit. uino Prat. Adde pec kium comment. l. ait prætor. §. caupones. in tit. nautæ, caupo. stabular.

CAVPONIA taberna apud Paulum l. 13. ff. de instru. uel instru. leg. uide infrà Taberna.

CAVPONA & negotiatiōis nomē esse idē ait d. l. 13.

CAVSSA (sic enim non causa scribendum censet M Fabius lib 1. cap. 7. refert adiiciens M. Ciceronem & Virgiliū ita scripsisse) uerbum πολύσημον est. Primùm enim significat negotium, contractum & obligationem l. certi cōdictio. 9. in princip. ff. si cert. pet. l. obligari §. pupill9. ff. de auctor. tut l. & uno. 18. ff. de acceptilat. & l. 9. §. 1. ff. de tribut. pro contractu sumitur in §. unde in iis causis. Instit. de auct. tut. Nec ad contractus tantùm, sed & ad omnes obligationes, etiam ex delicto descendentes. pertinet. Sic accipitur apud Gaium l. creditorum ff. de uerb. sig. ergo & ad quasi contractus ut ibidem notat A. Alciatus. Prat. Id autē discriminis inter causam et negotium credit esse Quintil. lib. 3. quod causam ὑπόθεσιν. negotium περίστασιν intelligamus, id est Thema seu propositum et circumstantias.

CAVSSA etiam uerbo lis significatur Paulo lib. 1. Sentent. titul. 10. quod & Iustinianus in §. si quis agens. Instit. de actio. expressit, interpretatus caussa cadere, hoc est rem amittere sic sumitur in l. 1. C. de reb. credi. quam tamē Gręcam esse quidam referūt. eodem uerbo in eandem significationem utuntur Pragmatici Galli. Hanc appellant Græci δίκην quo uerbo in eum significatum utitur. sæpissimè M. Cicero & Seneca in prolo. 30. Declama. Prat.

CAVSSAM à lite separasse, distinxisséue uidentur Impp. in l. caussas. 16. C. de transact. & Pontifices in c. forus. extra de uerbo. signif. in antiq. de quo Albericus in d. l. caussas. Caussam à lite etiam separat Arcadius l. 1 §. adhiberi. ff. de testi. ex quo putē caussam à lite ita distingui, ut illa generale uerbū sit, quo & capitalia & ciuilia cōtineantur. litis uerò appellatione ciuiles tantū actiones comprehendantur. cui rei etiam indicio est l. litis. ff. de uerbo. signif. Hinc disputatur, an caussa & actio eadem sint, ab Accursio in §. 1. Instit. de actio. & ibidem ab Angel. & Iasone & aliis. Caussam generale uerbum esse tradit Barto. d. l. caussas. Caussa tamen in d. l. caussas, sumitur pro hypothesi. uel negotio, ex quo lis nata est. Prat.

CAVSSAM pro re ponit Vlpianus in l. iurisgentiū. 6. sed & si in alium. & §. sed cùm nulla. ff. de pact. quod autē dicimus rem accipe dandam, tradēdam, faciendámue per d. §. sed & si in alium. Sic accipitur in titul. ff. de cond. cau. da. & C. eo. & tit. de. condict. ob turp. cau. & titu. de condict. sine caussa. Prat.

CAVSSA etiā sumi solet pro titulo debiti, actionis, dominij, possessionis l. priuilegia. 16. ff. de priuileg. credit. l. 2. §. ex plurimis. ff. de adq. possess.

CAVSSA significat ius & conditionē rei: ueluti ne usucapta sit, item fœtum & partum, & partus partum, omnē deniq; rei utilitatem. Itaq; intelligendus est titulus, de fructib. & omni caussa. Vnde illud Pauli in l. cum fundus, 31. ff. si cert. petat. Cum fundus petitus est, post iudicium acceptum caussa omnis restituēda est: id est, omne quod habiturus esset actor, si litis contestandæ tempore solutus fuisset. Itē in l. præterea, 20. ff. de rei uendic. Nec enim sufficit corpus ipsum restitui, sed opus est, ut & caussa rei restituatur: id est ut omne habeat petitor, quod habiturus foret, si eo tempore, quo iudiciū accipiebatur, restitutus ille homo fuisset. Sic accipitur in l. Iulianus, 9. §. quantū, ff. ad exhib. §. 4. De offic. iud. l. 2. l. 3. l. 8. ff. de usur. l. 4. §. unde, 6. l. 1. §. hāc actionē, ff. depos. l. 7. C. ad exhib. Quare cū dicim9 seruitutes oēs caussas habere perpetuas, l. foramen, 28. ff. de seruit. urb. sic intelligendum est: earū ius atq; conditionē hāc esse opor-

oportere, ut ijs perpetuò assiduéq; uti liceat. Hot.

CAVSSA, forma, modus, ratio. Paul⁹ l. 44. ff. de oblig. & act. Obligationũ ferè quatuor caussæ sunt: aut enim dies in his est, aut cõditio, & cęt. id est, Obligationum concipiendarũ forma est quadruplex. Idem l. 85. De uerb. oblig. In executione obligationis sciendũ est quatuor caussas esse: id est, executionis formam ac rationem esse quadruplicem. Hot.

CAVSSA, in l. 1. ff. de obligat. & act. quasi pro negocio usurpatur. ubi Cai⁹ scribit obligationes nasci aut ex cõtractu, aut ex maleficio, aut ex uarijs caussarum figuris. quod sic intelligo: Ex iure quodam à puro cõtractu, puroq; maleficio secreto, per seq; ac propriè constante: ex uarijs causſis, quæ neq; contractus, neq; maleficia sunt, sed illorum affines. Hot.

CAVSSÆ fauorabiles sunt quatuor. scilicet, de libertate, matrimonio, dote & testamẽto. c. duobus. de re iud. & de caussa notat Panor. in cle. dudũ. de sepult. super uerbo causſis, & Io. And. in c. cùm dilecti. de accu. Oldend.

CAVSSAE omniũ rerũ sunt quatuor: Efficiẽs, à qua fit: Materia, ex qua fit: Forma, per quã est: Finis, propter quem fit. Bris.

CAVSSAE uerbũ plerunque per ἀναλογίαν supprimi scribit A. Augusti. lib. 2. Emen. ca. 1. apud Alfenũ l. cum quęreretur. §. ulti. ff. de leg. 3. uersi. topiarium enim. exempla reliqua sępiùs fient obuia, quã quod dici scribique debeant. Bris.

CAVSSAE adpellatione cõprææhenditur omne commodũ, omnisque utilitas, quæ ex re percipi potest. ita uidetur explicare Vlpianus in l. Iulianus. 9. §. penul. & fi. ff. ad exhib. & l. 5. ff. si ususfru. petat. eo itaque uerbo partũ contineri ait. Sic accipitur in titulo. ff. de usur. & fructib. &. causſis. Gaius igitur rectè exponit caussa, id est, omne quod habitur⁹ esset actor, si quo tẽpore iudiciũ accipiebatur, res restituta fuisset l. præterea. 20. ff. de rei uindic. Quasi dicas id omne, quod in causam uenit, ut sit causa pro eo, qđ iudicio cõtinetur l. cũ fundus. ff. si cer. pet. l. 2. ff. de usur. quam expositionem probat Paulus ad cõdictionem producẽs in l. cum fundus. 31. ff. si cert. pet. Rectè quoque fœtum, & partũ caussam adpellat Papinianus l. equis. 8. ff. de usur. Caussa igitur à Fructibus separatur à Iustiniano §. si ad exhibẽdum Instit. de offic. iudic. & antè ab Vlpiano l. Iulian⁹. 17. §. idẽ Iulian⁹. ff. de rei uind. sed & ab usuris separatur. Bris.

CAVSSAE appellatiõe apud Paulũ l. obligationum. 44. ff. de obligat. & actio. formam quandam, & speciem contineri aiunt quidam, in l. in executione. 85 ff. de uerbo. obliga. ut obligatio in diem sub conditione, modo, & accesſione. Bris.

CAVSSA etiã, ut M. Cicero lib. de fato diffinit, est quæ id efficit, cuius est caussa, ut uulnus mortis, cruditas morbi &c. Sic accipiẽda est apud Vlpianũ l. 1. in princip. ff. deposit. Incẽdium tumultus, ruina, naufragium caussæ sunt deponẽdi d. l. 1. Hinc Caussa efficiens, formalis, & finalis: de quibus infrà. Vnde nõ immerito Donatus in 2. Æneid. causſã esse dicit propter quã quid fit. Sic accipi debet in l. cũ antiquitas. 28. C. de test. μεταφορικῶς pro dilatione sumi potest. Nã caussæ ibi enumeratæ dilationẽ pariũt. Bris.

CAVSSAM pro ratione sumi interpretãtur Alberic. & Decius apud Paulũ. l. 1. ff. de diuersis regul. iur. legentes ibi, coniunctionẽ. cũ Pand. Floren. habeat coniectionẽ. Alciatus lib. 5. παρέργ. cap. 1. poni ibidẽ cẽset pro maxima propositione, unde ducitur argumentũ. Coniectionem caussæ, cõtrouersiæ argumentum, & summam interpretari uidetur F. Duarenus lib. Disput. cap. 46. Coniicere enim est summatim exponere. quod placet. Bris.

CAVSSAM pro querela poni apud Iustinianũ l. si quis filium. 34. C. de inoffic. testa. quidam aiunt, quod & Accursius ibidẽ putat. Caussam tñ à querela separare uidetur Imperator. Sed de hoc alibi. Bri.

CAVSSA plus petere & plus re petere eo nomine differũt quod qui plus re petit, petat aliquod omnino indebitum, Sed q nititur obligatione generis uel disiunctiua, sicut qlibet species obligatione generis. Sed hic petit plus causa. Neq; enim qđ simpliciter petit simpliciter debetur. Sed potest debitor aliã rẽ eligere quã præstet. Balduin⁹ ad tit. de actio.

CAVSAM dicere itẽ est, quod Gręci tũ ἀγωνίζεσθαι, tũ ἀπολογεῖσθαι dicunt, hoc est iudiciũ subire, & culpam, fraudesq; iudiciorũ suorũ, actorũque præstare, Budęus in l. ult. ff. de Senator.

CAVSSAM dicere ex uinculis, id est, interim dũ quęstio criminis peragitur, in carcere uinctum esse. Ex Bud. Sp.

CAVSA efficiens est eius, ex quo res ipsa fluit. ut Ius ciuili, tutelæ: Testator, testamentariæ: lex, legitimę: & magistrat⁹, datiuę: ius Gentiũ, emptionis, locatiõis, mutui, cõmodati, depositi, &c. Ius ciuile, stipulatiõis, cõtract⁹ emphyteutici, &c. Ex Apelio. Sp.

CAVSA extraordinaria. Quære, Extraordinarius reus.

CAVSA & factum interdum pro eodem usurpantur, l. plurimum. ff. de iur. & facti ignor. l. si ex plagis. §. in cliuo. ad Leg. Aquil.

CAVSA ius respicit, Occasio factum. Causa dominij quæ proxima sit, item quæ remota, Glo. explicat in l. possidere. §. ueteres. ff. de acquir. poss.

CAVSA magna. Quære, Magna causa.

CAVSA mediante. Nouum enim non est quod cum aliquid absolutè non liceat, mediante tñ causa rectè fieri possit. Sic libera persona, quòd aliàs absurdũ fuerit, uendicatur. l. 1. §. 1. ff. de rei uend. Lege, Vendicare liberam personam. Sp. Causę soluendi matrimonij bona gratia quatuor sunt, uidelicet, Debilitas, monachisinus, seruitus, & captiuitas. Cuia. in expositio. No. Iust. 22. fol. 49. circa med. (si. Sp.

CAVSA obligationis, cõtractus, delictũ, & quasi.

CAVSAM obtinere, est causam uincere.

CAVSA propria. Quære, Propria causa.

CAVSAM publicam sustinere, est in oculis conspectuq; omnium exponere. Sp. (Spieg.

CAVSAM recipere, est eã suscipere defendẽdã.

CAVSAM rhetores esse maximã propositionẽ definiũt, à qua argumentũ deducitur. sic à Paulo accipi in l. j. de reg. iuris cẽset Alciat. c. j li. v. Parerg. Sp.

CAVSA sontica. Vide, Sonticus morbus.

CAVSA superior, quæ iure cõmuni fundata est: uel ius apparentius. Cuius cõtrarium est, Causa inferior. Vide Bud. in l. poster. de orig. iur.

CAVSA, uerbum generale est, quod comprehẽdit principiũ negocij, cũ proponitur, & cũ quis deliberat, & proponit ut litiget. Cum uerò discutitur, iudiciũ est: quod accipitur non solum cũ ipsum factũ discutitur, sed etiã tractatur ea, quę præparatoria dicimus ipsius discusſiõis. At ubi iudicatũ fuerit, dicitur facta iusticia: quia tũ ius unicuiq; est redditũ. Alc. lib. ij. Dispunct. cap. xxiiij. Vlpiano, causa factũ est unde obligatio oritur, quod Rhetores αἴτιον uocant. Idem in l. ix. ff. si cert. pet. Vtraq; trãslatiuè, dicitur omnis actio, quã in senatu, uel in foro habemus. Et Causidici, patroni, q in causis, iudicijsq; uersantur, ubi lites & cõtrouersię, id est, causę iudiciales agũtur. Prętere-a,

ea, causa dicitur id, ex quo, uel per qđ, uel à quo, uel ꝓpter quod aliquid fit. Differtq; hoc à ratiõe, quòd causa est impulsus ipse ad aliqđ agendũ: ratio uerò, ordo gerendorũ ex causa uenientium. Vide, Lis. Sp.

CAVSARVM tria genera esse, notũ est: Demonstratiuum, Deliberatiuum, (quod & Concionale appellatur) & Iudiciale. Ex ijs tamen propriè causa dicitur, quæ iudicialis est. Vnde causam pro lite & controuersia ponimus. Quáuis nõnulli ita distinguũt, ut controuersiá, seu litẽ dici uelint postquá contestatũ est: causam autem, & ante & post contestationem.

CAVSÆ definitionem, quam refert Glos. in rub. ff. de condit. & demon. Bart. improbat: qui ait, causam esse quid præteritum, uel instans, quo quis impellitur ad aliquid disponendũ. Sp.

CAVSSA in tit. de condict. caus. dati caus. non secuta. Sic enim legendum, teste Dn. Old. ut infrà in uoce Datum exponemus, pro ratione futurę rei accipitur propter quam datum est. Facit huc quod in uerbo, Ob rem datur, relatum est. Sp.

CAVSA, speciali significatione ꝓ ea ratione finali accipitur, quæ mouet aliquẽ ad faciendũ, aut etiá nõ faciendũ. Omnia. n. denomináda sunt à fine, ob quem fiunt. Sic accipitur in l. aut facta. §. causa. ff. de pœn. Causa, est ratio quædá secundũ iustitiá cõmutatiuá efficax, ut obligationẽ pariat: scilicet quia ab uno ad aliũ transfertur aliquid. Eo modo accipitur causa in l. iurisgentiũ. ff. de pact. & in tit. ff. de condic. caus. dat. caus. non secut. Causa cognita à Prætore quid est? Respõdeo, ut iusticiá eorũ, quę ꝓponũtur, examinet. Quid est iustitia causarũ ꝓpositarum? An ueræ sint, in facto & in iure, quarũ nomine petentib. subueniatur. Modest. in l. 3 ff. de in integ. restit. Old.

CAVSA cognita, pro examinare iustitiá causæ, hoc est, an ueritas subsit. Old.

CAVSÆ cognitio, est deliberatio iudicis, ex assertione Actoris & cõtradictione aduersarij solenniter facta: ad inuestigandá ueritatẽ causarũ, in quib. ius est depositũ. d. l. iij. ff. de in integ. rest. iũcta l. si plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. Valde aũt hallucinatus est Bart. in d. l. 3. distinguẽs iustitiá à ueritate causarum: motus uerbis Modestini, scilicet inquiẽtis, ut iustitiá earũ causarũ examinet, an ueræ sint Ná iustitiæ & ęquitatis cognitio nihil aliud est, q̃ nosse ueritatẽ facti & circumstantiarũ. d. §. in cliuo. Itaq; hæc uerba Modestini, AN VERAE SINT, declarant præcedentia, adeoq; definiunt. Old.

CAVSAM inauditá Plin. Iunior li epist. 6. ad Arrianũ ait spatiosam esse, & q̃ longiorẽ habeat tractatũ, q̃ quę cũ patiẽtia iudicis dicta est. Apuleius li. 10. ut, inqt, ritè & more maiorũ iudicio reddito, & utrinque secus allegationib. examinatis, ciuiliter sentẽtia ꝓmeretur ne ad instar Barbaricæ feritatis & tyránicæ potentiæ dánaretur aliquis inauditus. Ex magna uerò urgẽteq; ratione dánatur inauditus, si cõcurrát ea quæ habẽtur, in l. si quis filio. §. hi aũt. ff. de iniust. testa. Primò si crimẽ sit atrox & notoriũ. Secundò, si morá res commodè nõ patiatur, quia timetur, ne eripiatur reus, dũ amplius inquiritur. Tertiò, si iudex, summũ habeat imperiũ, qui superiorẽ p̃ter principẽ nullũ agnoscat, ut pręses, procõsul. Quartò, si reo nõ aliá ob causam infensus sit, q̃ detestatione facinoris, nec sub prætextu facinoris priuatas inimicitias uindicet pœná festinádo d. §. hi aũt & l. fi. C. de malefic. Deniq; & punito reo, præses certiorem principem faciat, ut ibi dicitur: adeo suspecta est causa inaudita. Forc. Dial. 81. Necyomant.

CAVSAM inauditá T. Liuius, Tullius & alij, Indictá uocát. Vnde indicta causa dánari, inqt Budæus, .i. per cõtumaciá, ut nunc loquimur, ita Budæus in l. 2. ff. de orig. iur. bonus certè grámaticus, sed qui nimiũ aliqñ sibi placuit accõmodando antiqua uerba, morib. præsentib. ná causa indicta siue inaudita, nun quá q̃s iure dánatur. l. 1. ff. de requir. reis. ꝑ contumaciá aũt aliquis iustissimè cõdẽnatur. l. absentẽ. §. 1. ff. de pœn. Præterea & qui præsens in iudicio erit, indicta causa dánabitur, si allegationes eius p̃tor nõ audiat, ut dixit Forcat. in exẽplo Apuleij, & est tex. in l. minor aũt. §. 10. ff de minor 25. an. ubi si princeps sentẽtiam dixerit in minorem, solet, sed rarò, restituere, si minor causam non dictam alleget, uel ab Aduocatis se proditum queratur. Forcat. ibid. num. 3.

CAVSSÆ appellatione q̃stionẽ cõtineri putant quidá apud Marcellũ. l. pen. §. Priscianus. ff. de ijs, q̃ in testa. delent. Nec fortè ineptè. Ná ibi dubitabatur, nũ inductis heredũ nominibus, libertates, & legata deberẽtur. hac de re quærebatur, & cõtrouersum erat inter quosdam aduocatos apud Imperatorẽ. Pr.

CAVSSAM apud Marcellũ in l. rerũ. 30. in fi. ff. de usurpat. & usucap. Bar. qualitatẽ, alij naturá interpretátur. cõditionẽ dicerẽ, q̃ omnia eõdẽ ꝑtinent. Prat.

CAVSSAM pro gratia, & fauore dixisse uidetur Martianus l. qui exceptionem. 40. ff. de condict. indeb. quod uerba ibidem subiecta ostendunt.

CAVSSAM, id est, hereditatem explicat Imperator in §. igitur in pupillari. Instit. de pupill. substi.

CAVSSAM in libris Decretorũ accipit Gratianus ꝓ eo, qđ ὑπόθεσιν Gręci, Latini argumentũ & ex quo eliciũtur quæstiones unde de rebus disputatur. ὑπόθεσιν, quá caussam uocat, p̃texuit. hinc quęstiones discutiendas eliciens ut colligi potest ex distinctio. 101. & princip. primæ caussæ quæstione prima. Prat.

CAVSSA bona in l. petitor. in fin. ff. de lib. legat. qua litigando aduersarium iustè & legitimè uincimus. Hinc contraria est mala caussa d. l. petitor.

CAVSSAM bonorum, utilitatem interpretatur Vlpianus in l. 1. §. hæc actio. uers. plenius. ff. si quis testa. lib. & sic accipitur apud eundẽ Vlpianum in l. in conuentionalibus. 52. §. fi. ff. de uerb. oblig. Prat.

CAVSSA caduci apud Iustinianum in l. unic. C. de cadu. tollen. dicitur cùm quid sub conditione relictum erat deficiebat, uel is cui relictũ erat, uiuo testatore moriebatur. Vide suprà Caducum. Prat.

CAVSSA capitis apud Ciceronẽ dicitur ea, quę priuata est, sed infamiæ periculũ habet. Vt cum pro Quintio orat. ait se caput eius, famá, fortunasq; defendere. Pro Q. Roscio tamen, priuata demũ iudicia summæ existimatiõis dicit ꝓpè esse capitis. Et apud Iurisconsultos Modestinus l. licet de uerb. sign. ait: Licet capitalis, Latinè loquentib. omnis causa existimatiõis uideatur: tñ appellatio capitalis, mortis uel amissionis ciuitatis intelligenda est. Fran. Baldui. in Catechesi iuris ciuil. cap. 5.

CAVSSA cõdictionis apud Papinianũ l. pupilli. 96. §. fi. ff. de solut. est ipsum indebitum, ob quod cõdictioni, id est, repetitioni locus foret. Prat.

CAVSSAM dotis apud Pomponiũ l. 1. ff. solut. matrim. uariè interpretatur Accurs. nẽpe, actionem, dotẽ, conditionẽ habitudinẽmue, titulũ cõtractũmue iudiciũ, uel instantiá, & matrimoniũ. singulas acceptiones ꝓbat Bart. & Alciat. exponit caussam hoc est subiectũ, & materiá, quasdá expositiones Accursij sequi uisus, & ante eũ Bal. Brissonius secundá explicationem sequitur. Equidem singulas posse ferri ego putem. Idem dicas in l. 1. ff. de iure dotium. Prat.

CAVSSAM edicti edictũ ipsum sonat apud Vlp. l. si

l.si pater.5.ff.unde lib. Equidē Caussam ibidē accipiē dū putē id, qđ impulit Prætorē ad ita edicendū. Pr.

CAVSSA facti in l.tutor.10.ff.de tut.& curat dat. ab ijs non factum ipsum, ut quidam autumnant, sed id, cuius caussa quid fit. Caussa dati tutoris in locum alterius erat absentia, factum ipsum, datio tutoris in specie d.l.tutor. Prat.

CAVSSA fideicommisi in Papiniani responsis l.3.§.nonnunquam. ff. de usur. significat quibusdam fideicommissum. Equidem pro conditione, & iure fideicommisi accipi debere putem. Tibi hoc ipsum cogitandum relinquo. Prat.

CAVSSA fiscalis, uel diuinæ domus. Causa fiscalis, id est, causa ærarij Cęsaris, uel diuinę domus, hoc est, patrimonij Imperatoris. fiscus enim aliquando ponitur pro sacculo, in quo pecuniæ publicæ reponuntur: unde fiscum aliquando pro ærario, maximè tamen Imperatoris, accipimus: à quo fiscalis. Sic intelligi debet 36.titulus lib.5. Codic. per hæc alioquin clarus, atque explicatus satis. Anchora.

CAVSSAM ususfructus apud Paulum in l. si seruitute.10. ff. usufruct. queadmodum caue. equidem pro lite, quę huius nomine mota est, accipi putem: quod & subiecta ibi uerba ostendunt. Prat.

CAVSSA minima Accursio in §. illud etiā in gl. in uerb. minimis. in aut. de appel. & int. quæ tēp. quę minor est decem librarum auri. Dicerem quæ non excedit decem aureos. Caussa etiā minima appellatur duorū, quinquaginta, centum aureorum Accursio. in §. si tibi. de manda. princip. in auth. Prat.

CAVSSAE maiores in cap.1. de translatione Episco. dicuntur quæ reseruata sunt sedi Apostolicæ, suntq; meri imperij. Panor. in d.c.1.no.4. Prat.

CAVSSARVM quædā est caussa caussans, quędam caussa caussata Baldus l.1.C. per quas personas. Tu eum uideto. Item quædam est remota, quædam propinqua, uide gl. in l. possidere. §. ueteres. ff. de acquirenda possessione. Item quædam est impulsiua, quædam finalis Bart. in extrauag. ad reprimend. in. Item quædam ciuilis, quædam criminalis, quædam mixta c. tuas. extra de procurat. Prat.

CAVSSARVM, inquit M. Tullius ex Chrisippo in libro de Fato aliæ sunt perfectæ, & principales: aliæ adiuuantes, & proximæ. Prat.

CAVSSAM perpetuam habere apud Paulum in l. foramen.28.ff. de seruit. urba. in seruitutibus dicitur, quòd cōtinenter his uti posses, ut aqua quę cœlo decidit. quod accipe aptitudine per l.1. §. quod autem. ff. de aqua quot. & æstiua. Caussa perpetua naturalis etiam dicitur in d.l. foramen. Prat.

CAVSSARVM quædā publica, q̄dā priuata. ita distribuit Hom. Odys.2. quod ad ius nostrū pertinet. πρήξιν δ' ἄλλην τινὰ δήμιον, &c.

CAVSSARIA missio, quæ propter ualetudinē laboribus militiæ soluit. l.3. §. missionū. ff. de his qui not. infa. uel, ut Macer definit, Caussaria missio est. cū quis uitio animi uel corporis minus idoneus militiæ renuntiatur. l.13. §. missionū. ff. de re milit. l. 26. ff. de milit. test. l.1. C. de excus. ueter. Vnde Causarij milites apud Liu. lib. vij. Et apud Spartia. in Hadria. ualetudinis scilicet causa missi. Veteres sic loquebantur, Quibus morbus causa est, ut apud Cicero lib. 2. Rhet. ad Heren. & apud Liuium sæpe. Briss.

CAVSSARII dicūtur, qui propter ualetudinē, aut senectam dimissi. Causa. n. Latinis uitiū est, Græcis αἰτία Sic Caussarię animi partes, id est, uitiosę. Pr.

CAVSIDICI sordidi, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores aduocati recrearentur. Vide Pedian. Spieg.

CAVSIFICARI, est iura allegare, & in iure disceptare. Vide Bud. Spieg.

CAVSIDICI in constitut. Valentiniani & Valētis l. quisquis. 6. C. de postulan. sunt aduocati, caussarū patroni, qui & Togati dicuntur, qui in foro caussas dicunt. Sic & in l.1. C. The. de decurionibus.

CAVSSIDICINA causidicorum munus apud Ammianum libro 30. ut refert Iacob. Cuiacius lib. 4. Obseruationum. c. 40.

CAVSSAE cognitio. Caussam cognoscere, Vide infrà, Cognoscere, Cognitio. Prat.

CAVSSA cadere, in XII. Tabul. est rem amittere, Iustino in §. si quis agens. Institutionibus de actionibus. Cadendi autem caussa modos recenset, & explicat Paulus lib.1. Sont. tit. 10. Rei autem adpellatione apud Iustinianum lis significatur. uide infrà Res. Huius formulæ commeminit M. Cicero lib. 1. de Oratore. Verba Tullij frequentius fient obuia, quàm quòd referri debeant. Prat. Apud ueteres tamen, ut obseruauit Tornebus, causa cadere, plus petere erat: ut qui apud Ciceronem plus petit, quàm lex in duod. tab. permittebat. Cicero, cum Hipseus maxima uoce pluribus uerbis à M. Crasso prætore contenderet, ut ei quem defendebat, causa cadere liceret, id est, ut plus ei liceret petere, quàm in duod. tab. lege permissum erat. Rursum Cn. autem Octauius homo consularis non minus longa oratione recusaret, ne aduersarius caderet, id est ne aduersario plus petere liceret, quàm quod esset in actione. Hęc Tornebus aduersariorum lib. 25. cap. 34.

In CAVSSA ius positum dixit Alfenus in l. si ex plagis 52. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. pro eo quod uulgus factum ipsum, interpretatur ibidem Accursius, Ius, ait in caussa positum, hoc est, ut is teneatur, qui caussam mortis præbuit. Prat.

CAVSSAM dicere, est litigare. Caussam agere dicitur orator & aduocatus, Varroni lib. 4. Ling.

CAVSSAM in uinculis dicere apud Papinianū l.2 ff. de custod. reo. significat, ut carceratus suas defensiōes ꝑponat dū criminis quæstio peragitur. Pr.

CAVSSAM dicere Budæo in prioribus est iudicium subire, & culpas fraudesq; iudiciorū præstare. Græci κρίνεσθαι, περὶ δίκης ἰέναι dicunt. Prat.

In eadem CAVSSA esse formula frequens Iurisconsult. qua significatur idem iuris esse in utraq; specie. utriusq; eadem est conditio. Prat.

CAVSSARVM figuræ in l.1. in prin. ff. de obligatio. & acti. uariè explicantur ab Accursio in d.l.1. Bartolus obligationes ex quasi cōtractu interpretatur, cuius sententiam quidam ex nouissimis Lexicographis probare uidetur tacito auctore. Alij pro negotio quouis accipiunt. Prat.

CAVSSA iuris apud Papinianū l. cū pater. 77. §. fidei tuæ. ff. de leg. 2. ut quibusdā placet, significat dispositionē, & uoluntatē iuris, & testatoris. Equidem caussam à uoluntate separari putē & Caussam ibidem, hoc est occasionem ad ita fidei committēdum.

CAVSSA legati apud Iulianū in l. quæsitum. 9. §. duobus. ff. de leg. 1. ius ipsum legati significat.

CAVSSA nouationis in l. 4. in fin. ff. de usur. significat ius, conditionem, & naturā nouationis Pra.

CAVSSA obligationum in l. quamuis. 40. ff. ad S C. Trebel. Accursio significat ipsas obligationes. Ego conuentionem, & contractū obligationū caussam esse putem. Sic accipitur in l. ex Prætorio. ff. de diuersis regulis iuris. Prat.

CAVSSA ordinis in l. ex cōsensu. §. fi. ff. de appel. pro

pro ipsomet ordine ponitur ut quibusdā placet. Pr.

CAVSSA pecuniæ in l. Publia. §. fin. ff. depositi. pro obligatione ipsa quibusdam accipi uidetur. Prat.

CAVSSA perpetua, uide infrà, Caussam perpetuam habere.

CAVSSA iusta sæpissimè iure Ciuili, & Pontificio, quæ iuris auctores, iudicésue mouet, uel quę ius tribuit, quáue dominium acquiritur. Ad primam referuntur, bellum, litigium, peregrinatio, paupertas, temporis qualitas. Ad alterum emptio, permutatio, donatio. utrunque significatum negotia & res aperient. pro secundo est tex. l. nunquam nuda. ff. de acquiren. rerum dominio. Prat.

CAVSSAM possessionis in l. 1. C. per quas personas nobis acqui. in uarias significationes tulere uarij. Accursius ibidem significare ait dominium, uel usucapiendi conditionem. Quod & Baldus refert. Bartolus ad dictam l. 1. pro possessione ipsa accepisse uisus est. quæ acceptio iuuari uidetur Pauli respōso l. 1. §. per procuratorē. ff. de acquirenda possessione. Hanc expositionem probant quidam ex recentioribus. Baldus tamen reijcit subijciens Nicolaum Maturellium pro re ipsa, quæ possideri potest, sume re Bartoli sententia iuuatur etiam ex diui Seueri cōstitutione. l. 1. C. de acquirenda possessione. quæ Seuerina explicatur à Iustiniano. in §. ex his itaque. Institut. per quas person. ex quo explicabis l. 1. C. per quas person. Prat.

CAVSSAM tamē possessionis emptionem esse didici ex Iuliano l. non solum. 33. §. quod uulgò. ff. de usurpa. & usuc. Titulus itaq; (ut sic loquar) est possessionis caussa. uide infrà possessionis caussa. Possessionis igitur causā pro re, & negotio interpretabimur.

CAVSSA possessionis in cap. 1 & tot. tit. extr. de caussa possessio. & proprieta. est ipsa lis, quæ de possessione uentilatur coram iudice, eodem sensu accipitur ibidem Caussa proprietatis. Prat.

CAVSSAM propriā eam esse Vlpianus ait l. 1. §. in propria. 8. ff. qñ appellan. sit. cuius emolumētum, uel damnum ad aliquem suo nomine pertinet.

CAVSSAM testamenti codicillos adpellare uidetur Vlpianus. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhib. Apud Papinianum in l. tutores. 39. §. hæres. ff. de admini. tuto. pro iure, conditione, & specie testamēti accipiendum id uerbum putem. Sic accipiendum crediderim in l. 1. in princip. ff. si quis omis. caus. testamen. licet ibi accipi posset, de his, quæ testamēto cauta sunt. & ibidem paulo pòst, Caussa pro conditione accipi debet. Prat.

CAVSSA lucratiua est, quā accipiēti nihil abest, ueluti in legato, & donato l. 5. ff. de usucapio. Onerosa propter quam quid accipienti abest, ut in empto, uendito, locato, conducto, permutato, & similibus.

CAVSSA indicta damnati dicuntur, qui caussa non cognita condēnati sunt Budæo in l. 2. ff. de cust. reo. ut & est apud Curtium lib. 8. Eo quoq; sensu dixit Marcianus l. 1. in princ. ff. de requi. reis. Prat.

CAVSSA inaudita damnari, quod & æquitas & Senatus apud Tacitum libro 18. & pontifex maximus cap. 1. extr. de caus. possessio. & proprieta. uetāt. Vide quæ hac de re scripsi ad leges Draconis libr. 1. Veter. Iurisprudentiæ. Prat.

CAVSSAM subscribere in M. Ciceronis Cluentiana significat sentētiæ caussam adsignare. Budæus ad l. fin. ff. de priua. delict. interpretatur. Video (ait) igitur, iudices animaduertisse censores in iudices quosdam, illius consilij Iuniani, cùm istā ipsam caussam subscriberent. Prat.

In CAVSSAM descendere apud M. Ciceronem lib. 1. Epist. ad Attic. cap. 1. est Budęo interprete liti se adiungere, quod usu receptum passim obseruaui dū caussas agerem apud meos Marchianos. Prat.

CAVSSAE formulas uarias Budęum conflasse, ac congessisse in Forensibus scio, quas prudēs prætereo. Vtpote quæ de suo maiore ex parte excogitatæ, confictæúe essent. Prat.

CAVSSOR, aris, est caussam rei gestæ afferre, siue excusationem. Quintilianus: Ne caussanti pupillo sic tutor irascatur. Virgil. in Bucol.

Caussando nostros in longum ducis amores

Vlpia. lib. 40. tit. de fideicommiss. lib. l. generaliter. Neq; enim caussari debere quo minus illi relictum sit. Nebriss.

CAVTELA, à Cautus, hæc uox omnino barbara non est, ut quidē existimauerūt: utitur ea Ammian. Marcell. l. 14. tametsi elegātius Captionem dicamus, teste Alciato. Cautelas iuris summa ratione improbat Budæus. Illis namq; imputandum est, quòd sanctissimum olim iuris studium uidemus ab antiquo illo ueroq; degenerasse. Spieg. Prat.

CAVTELA pro Cautione legitur in l. 15. §. ult. de procuratorib. l. 14. ff. depos. l. 21. ff. de iudic. l. 6. ff. de pign. act. Quod tamen uerbum Triboniani magis q̃ Iurisconsultorum phrasim sapit: & uereor, ne ab illo secundum ius potestatis suæ, ex quibus id uerbum comprehenditur, clausulæ sint insertæ. Sic enim ille loquitur, ut apparet ex §. si uerò aliqua. Instit. de satisdationib. Briss.

CAVTERIA instrumenta sunt inustoria, quib. bituminationes, & fortiores quęque conglutinationes concoquuntur. & de his intellexit Iureconsul. in l. pictores. ff. de fund. instructo. quamuis apud eū Cautoria mendosè legatur. Cauterijs etiam utuntur in remedijs medici, quibus morbi alioquin insanabiles inuruntur. Hinc illud notum Diui Hieron. prouerbium, Putridę carnes ferro curātur & cauterio. Inde cauteriata conscientia à Paulo apostolo, in epist. ad Timotheum dicitur, quasi cauterio notata: qualem in his cernimus, quos hypocritas nominamus. Cauteres etiam à Palladio nominantur, eosq; habendos esse in instrumēto rustico præcipit. Cauterijs igitur utuntur pictores, ad inurendam picturam: quæ encaustice appellat. καυτὴρ enim Græci ustū nuncupāt. Plin. lib. Natur. historiæ xxxv. cap. xxiij. ubi etiā quæ rit, quis primus pingere ac picturam inurere excogitauerit. & cap. xxxv. Et de hac pictura intellexit Ouid. illo hemistichio, Tabulasq; colorib. uris. Opus quoq; ita pictum, encaustū dicitur. Martial. Epigr. 1.

Encaustus Phaeton tabula tibi pictus in hac est.

Plin. Figulinum opus encausto pinxit. Hoc autem genus picturæ primus Nicia in usu habuit. hinc uulgus, atramentū librariū hodie encaustum appellat.

CAVTERIA apud Marcianum l. item pictoris. 17. ff. de instru. instrumen. legat. dicta sunt pictoris instrumenta, quibus bituminationes & fortiores quęque conglutinationes concoquuntur maximé in ea pictura quæ ἐγκαυστικὴ adpellatur. ἐγκαυστικὴ enim pingendi ratio est, quę inustaria dicitur. Prat. Tornebus lib. aduers. 8. cap. 9. Cauteria esse scribit, quibus pictores olim ceris pingentes picturam tabularum inurerent.

CAVTERIVM, instrumētum est chirurgicum, ad inurendum uulnera. Est & instrumentum pictorium, quo utuntur in ea pictura quæ dicitur Encaustice. Caustum autem latinè ustile est. Vnde Caustica medicamenta, quæ causticam uim habent, id est usti-

ustiuam. Martianus de Fund. instr. l. item pictoris. Peniculi, ait, & cauteria, & conchæ. Sp.

CAVTI dicuntur, qui uident ne à recto delabantur, neue ab alijs decipiantur. Itaque duplex dolus habetur: & bonus, qui cautorum est, quo fraudem, malasq; artes repellant: & malus, per quē ad iniqua, captiosaq; qui peruerso sunt ingenio, impelluntur. Prior prudentiæ comes, sequitur iusticiā: posterior subdolorū est, atq; fallacium, fraudis satelles, ad suas tantum utilitates omnia referens, id est, omnem ciuilis societatis conseruandæ rationem euertens. Ex Pontano. Spieg.

CAVTIONIS appellatione nuda repromissio significatur. l. 3. C. de uerb. signific. l. 49. ff. sol. mat. l. 5. §. si codicem. ff. commod. l. 134. §. idem respondit. ff. de uerb. oblig. Hoc, nisi adiunctum uerbum, uel rei conditio ac qualitas aliud postulet. Nam cùm dicitur Cauendum idoneè uel rectè, uel satisdato, uel cum satisdatione, fideiussoribus uel pignoribus cauendum est. l. 1. §. caueri. & §. iubet. ff. de coll. bon. l. 35. §. defendere. ff. de procurator. l. 11. §. si heres rogatus. ff. de legat. lib. iij. l. 31. ff. ad l. Falcid. l. 2. C. de usur. legat. l. 11. ff. de rei uindic. l. 2. & l. 3. C. de magistr. conuen. Itaq; in constitutione D. Marci, qua libertatum bona addici iubentur ei, qui idoneè creditoribus cauerit de solido cuique soluendo. l. 2. ff. de fideic. lib. Instit. de eo cui libert. causa bona add. in princ. Idoneè, ait Vlpia. est utique satisdato uel pignoribus datis. Sed etsi ei promittenti fides habita sit sine satisdatione, idoneè cautum uidebitur. l. 4. §. addici. ff. de fideic. lib. Briss. Duo igitur cautionum sunt genera, quibus pro eo, quod debemus creditorib9 nostris, idoneè caueri solet. Nam aut reis cauetur id est fideiussorib9, aut pignoribus l. 1. §. Iubet. de collat. bon. l. 4 §. additi, de fideicom. libert. Fideiussores appellamus appromissores, qui ꝑ eo, qui aliquid debet, idē promittunt, & fide sua esse iubent uerbis, eoq; modo pro aliena obligatione se reos faciunt Inst. de fideiuss. Pignus autem res omnis est pro debito obligata §. itē Seruiana Inst. de act. Donellus de pignor. & hypothec. Schar.

Atque ita idoneam cautionem interpretabimur in l. 50. ff. de man. test. ut & in l. 4. §. 1 ff. de adm. rer. ad ciuit. & l. 1. §. pen. ff. quor. leg. proinde si mādato adiectum sit, ut idonea cautio à debitore exigatur, nō uidebitur cōditioni paritum, si neque fideiussor, neque pignora accepta sint. l. 59. §. ulti. ff. māda. Bris.

CAVTIO generaliter omnis scriptura appellatur, qua cui prospicitur siue obligationis siue liberationis probandę causa emittatur pro Chirographo in l. 40. ff. si cert. pet. l. penul. §. ulti. ff. ad l. Falcid. l. 27. ff. depos. l. 15. §. ff. quod dicitur. & l. 20. l. de pignorib. l. 47. ff. de pact. l. 10. §. ult. de eden. Bris.

CAVTIONIS nomine, uel ἀσφαλείας non esse fideiussionis interpretandum, nisi hoc specialiter, uel in Græcis, uel in Latinis uerbis scriptum fuerit, nisi enim uel generaliter de satisdatione, uel fideiussione specialiter sit nominatū, cautione, uel ἀσφαλείας minimè fideiussionem, sed nudā promissionem significari. Hæc Iustinianus l. sancimus. C. de uerborum significa. cui addas, nisi aliud res tulerit, exegeritue, quod & Baldus Perusinus rectissimè animaduertit d. l. 3. quem uideas. Prat.

CAVTIONIS tamen uerbo promissionem cōtineri putat Alciatus l. qui pecuniam. nu. 34. ff. si certum petatur. Eo etiā uerbo simplicē confessionem significari idem ibidē scribit, quod & Albericus docet citans l. Lucius. ff. de manumi. test. Equidem putem pro promissione rem pupilli saluam fore accipi. Prat.

CAVTIO etiam in l. ita autem. §. Iulianus (aliàs est lex. in uulg. cod. in c. quidam decedens.) ff. de administra. tuto. significat formulam & uerborum conceptionē G. Budæo interprete in l. si sciente. ad leg. Pomp. de parric. uel iussum testatoris. Prat.

CAVTIO, quæ Græcis ἀσφάλεια dicitur uulgò securitas, quo sensu accipitur apud Pomponiū l. plus cautionis. 25. ff. de diuersis regulis iuris antiqu. Plus (ait) cautionis est in re, quàm in persona. uti Accursius & P. Decius interpretantur cautionem, securitatem. Hanc Iustinianus Nouella constit. 17. §. ἐπειδὴ adpellat ἀσφάλειαν, uetus interpres uertit Cautelā. hoc uerbo usi sunt Vlpian9 l. si defunctus. 15. in fine. ff. de procurator. & l. si debitori. ff. de iudic. Gaius l. si plures. 14. ff. depositi. & Pomponius l. quamuis. 6. ff. de pigne. actio. uerùm cautelam pro cautione à Tribuniano, & collegis repositam quidā existimat, quod & mihi uerisimile semper uisum est. Veterum enim iuris auctorum scripta immutasse, & truncasse eos constat, ut docui in libris Mediæ Iurisprudentiæ. Prat.

CAVTIO, pro tabulis in quibus contractum negocium perscriptū est. Paulus in l. lecta, 40. ff. si cert. petat. Lecta est in auditorio Papiniani cautio huiusmodi: Lucius Titius, & cęt. Cicero Verrina III. Etenim qua stultitia fuissem, si quam diem qui istum excipiendum redemerunt, in cautione uiderunt, cū ita cauerent, si post Kalend. Ianuar. in consilium iretur: in eam diem ego, cum potuissem uitare, incidissem. Item pro Domo: Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, & cęt. Seneca libro de Benefic. VII. Video isthic diplomata & syngraphas & cautiones, uana habendi simulachra. Hinc Vlpianus in l. 5. § 6 ff. commod. Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographum: debitorem tuum cauere iusseris, &c. Et in l. in commod. 17. §. 3. Digest. eod. l. 4. Digest. quæ res pign. oblig. poss. l. 3. Digest. famil. erciscl. l. 2. C. de non num. pecun. l. penult. §. ult. Digest. ad leg. Falcid. Cauetur ergo creditorib9 illo modo: cauetur prætere a pignoribus. ut l. ult. §. si legatarius, Digest. quor. legat. l. 18. §. pen. ff. de pig. act. Cauetur etiam prædibus & prædijs: id est. fideiussoribus & hypothecis. ut apud Ciceronē Verrina III. Prædibus & prædijs populo cautum est. Et apud Liuium libro XXII. Animaduertendum est autem, eum cui fideiussores dantur, dici propriè Cauere. Vnde illud Ciceronis in Bruto, At uero tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem petiturum. Vlpianus l. si rem, 9. §. 3. ff. de pigner. act. Satisfactum autem accipimus, quēadmodum uoluit creditor: siue alijs pignoribus sibi caueri uoluit, & cęt. Sic Cai9 l. 1. ff. qui satisd. cog. Satisdare dicimur aduersario nostro qui pro eo quod à nobis petijt, ita cauit, ut eum hoc nomine securū faciamus. Atque hæc quidē propria significatio est.

CAVTIONIS uerbo instrumenta, tabulas, syngraphas, & chirographa contineri subiecta legum capita demonstrant. l. si quæ sunt. 5. ff. famil. ercisc. l. lecta. 40. ff. si certum pet. l. penult. §. fi. ff. ad leg. Falc. l. Lucius. 27. ff. depos. l. cum conuenit. 20. ff. de pigno. & alibi sæpissime, ut in l. emptor. 47. §. Lucius. Sic γράμμα Lucæ 16. Chartulam liberationis, ineptis Quietantiam sonat. Erasmus uertit cautionem. Pra.

CAVTIONIS adpellatione instrumentum significari apud Scæuolam in d. l. emptor in princ. cēsuit ibidē Accursius. Equidē pro nuda ꝑmissione

solent, ac perperam deserere sacrosanctam iudicij censuram, simul etiam aduersarium frustrari. Itaq; ex delicto proficiscitur. Nam suadebat publica utilitas, ut aliquo cautionis ueluti repagulo constricti, adessent rei conuenti. Old.

CAVTIONES prætoriæ dicuntur, quoniam formam à Prætore acceperunt. Old.

CAVTIONEM iuratoriam, (cuius forensis usus frequentissimus est) diffinit Iustinianus §. sed hodie. Insti. de satisdat. promissionem cum iureiurando. Græcis appellatur ἐξωμοσία, ut refert idem Theophilus, uel (ut ex Iustiniano liquet Nou. 17 §. ἐὰν δὲ καί τινες) διωμοσία. ait enim, ἐὰν δὲ καί τινες διωμόσαντο &c. quod ita uertit Iulianus Patritius, Si qui iurati promiserint. Iudicialia hæc esse nomina scribit Iulius Pollux lib. 8. Onomastic. cap. 1. περὶ δικαστικῶν ὀνομάτων. in hęc uerba, διωμοσία δὲ ἡ παρ' ἑκατέρων ὅρκος ἐξωμοσία δὲ ὅταν τις ὁ προσκληθεὶς ... ἄλλου τινὰ μαρτυρίαν ... ὁ ἀδύνατον φάσκων ἐξομνύεται αὐτὸς ὁ δι' ἑτέρων. Iuratoriæ cautionis meminit Leo Imp. l. unic. C. ut omnes iudic. & Zeno l. pen. de dignita. lib. 12. C. qua quis suæ fidei committitur, ut idē ait, qui in l. fin. C. de princip. ag. in reb. lib. 12. adiuratoriam cautionem adpellat. De cautione iuratoria accipienda est l. penultima C. de testib. iubens sacramento committi. Prat.

CAVTIONES iudiciales ideo dici putant Dd. sed falso, quasi iure ciuili essent introductæ: Prætorias uerò, quòd à Pretore traxissent originem. Quo, teste Dn. Oldēd. nihil absurdius. Nam iudiciales recensentur uelut species prætoriarum, in l. j. in prin. ff. de prætor. stipul. Erroris causā ipse demōstrat Sp.

CAVTIO iudicio sisti, uocatur, si quis non possideat immobilia bona, ut is cogatur satisdare, hoc est, fideiussoribus idoneis cauere, se permansurum in iudicio usq; in finem litis. Vide, Sistere. Spieg.

CAVTIONEM iudicatā solui petit actor à reo conuento. nec hodie potest exigi, quàm ab eo qui alieno nomine caussam defendit. nam olim qui conueniebatur suo uel alieno nomine, is ex legitima causa suspicionis cauebat iudicatum solui. l. qui pro prio nomine. in prin. & §. in alium. C. de Proc. Instit. de Satisdat. l. si uerò. & l. j. C. eod. tit. Sp.

CAVTIO qua legatarius cauet hæredi, est illa, qua legatarius satisdat hæredi, ut si Falcidia locum habeat, quod amplius nomine legati receperit, quā ratio legis Falcidiæ patitur, id hæredi restituat. Old.

CAVTIO Mutiana est, qua legatarius cui quid sub conditione non faciendi legatum est, id se nunquam facturum promittit: à Q. Mutio Iurisconsult. instituta. Cùm enim de illius cōditionis euentu nunquam ante legatarij mortem constare posset: ac propterea ipse testatoris beneficio per totum uitæ suæ tempus carere cogeretur: necessariò Q. Mutius eā cautionem in usum induxit. Quo uerbo quamuis nuda promissio uulgò contineatur, l. 1. ff. qui satisd. cog. uidetur tamen etiam satisdatio in hoc genere intelligēda esse. partim quia in l. hoc genus, 106. & l. cū sub hac, 67. ff. de condit. & demonst. Sadisdatio disertè appellatur: partim quia in legatis grauioribus, probabile est fideiussionem interpositam fuisse. Itaque Iustinianus Nouell. XXII. ubi copiosè de hac Mutiana cautione loquitur, interdum etiam iusiurādum & hypothecam exquirit. Illius autem ea uis est, ut stipulatione commissa, qui contrà fecerit, uel rem cum fructibus, uel quanti ea res est, restituat. l. cum sub hac, 67. l. hæres, 79. § 2. ff. eod. Etsi autem de legatis à Mutio concepta sit, ad hæreditates tamen transferri potest. Itaq; Vlpianus in l. 7. ff. eod. Mutianæ, inquit, cautionis utilitas consistit in conditionibus, quæ in non faciendo sunt conceptæ: utputa, Si in Capitolium non ascenderit: Si Stichum non manumiserit. nec solum in legatis placuit, uerùm in hæreditatibus quoq; idem remediū admissum est. Hot.

CAVTIONEM moratoriam apud Papinianū l. cum possessor. 5. §. fi. ff. de censibus. eo sensu accipiendam putem, quo moratoria præscriptio apud Diocletianū, & Maximia. in l. 2. C. de precibus Imp. offerend. Galli literas Quinquennales uocant aut anni dilationem, quas in tributis & censibus admitti uetat d. §. fin. De his Quinquennalibus uide Cinum, Baldum & alios in d. l. 2. incip. quoties. Guid. Papam in quæst. 97. & 109. Prat.

CAVTIO non numeratæ pecuniæ dicitur chirographum debitoris, quo sibi creditam pecuniam scribit, quæ tamen numerata non fuit l. 1. de cautiō. & non numerat. pec. C. Greg. & l. 1. 3. 4. 8. C. de non nu. pec. Huc pertinet titulus. C. de dot. caut. & non num. pecu. Prat.

CAVTIONEM nudam accipere debemus in l. 2. §. sed si dubitetur. ff. de iudic. simplicem promissionem per l. sancimus. C. de uerbo. sig. quæue sine satisdatione fit d. §. sed si dubitetur. Quando autem huic locus sit, glossa in l. pen. ff. de hereditat. pet. & Alciat. in l. siquis stipulatus sit Stichum. in fin. ff. de uerborum obligatio docent. Prat.

CAVTIO nudo pacto cùm quis tantum fidei de me habet, ut nuda promissione sit cōtētus. Prat.

CAVTIO de opere demoliendo, quam præstat ille quandoq; cui nunciatur opus nouum, scilicet, quod ipsum opus demoliatur, si constiterit eum iniustè ædificasse. Old.

CAVTIONES prętorię. Omnes cautiones quoniam aliquam formam à Prætore acceperunt, uno nomine appellātur Prætoriæ. Vnde Vlp. in l. in Conuentionalibus, in princ. ff. de Verb. oblig. Enimuero, inquit, Prætoriæ stipulationes legem accipiunt ex mente Prætoris, qui eas proposuit. Et generaliter quicquid in iudicijs tractabatur, Prætorium dictum est. Vide Prætoris cognitio. Spieg.

CAVTIO de rato, est, cùm defensor alterius promittit dominum ratum habiturum id quod suo nomine egerit: ne si fortè iudicio uinceretur, reuersus dominus rem qua de actum est, suam esse peteret. l. seruum, 33. in fi. ff. de procurat. Hot.

CAVTIO rati danda est, cùm de mandato dubitatur. C. de procu. l. j. Et dicitur illa securitas, quæ requiritur à procuratore actoris pro domino. cuius nomine agit, quòd ratum habebit omne illud, quod in iudicio per illum factum fuerit. Vnde cauere de rato, uel satisdare, est procuratorem actoris promittere uelle perseuerare usque ad finem litis. Olden.

CAVTIONEM rem ratam haberi, petunt mutuo à sese, actor à defensore rei, & reus à postulatore actoris, scilicet cum non satis constat de mandato. Nam hoc casu, qui alieno nomine infert alicui litē, uel suscipit, is debet cauere, dominum rem ratā habiturum, hoc est, comprobaturum ea quæ procurator fecerit: nec reclamaturum expresse, uel tacitè. §. sin autē per Procuratorem. Instit. de Satisdat. l. Paulus respondit. ff. Rem rat. haber. Spieg.

CAVTIO saluo pudore. Lege, Pudor.

CAVTIO subrepta aut corrupta. ad fi. l. Argentarius, ff. de Edend.

CAVTIO solita apud Vlpianum l. diuus Pius. 5. ff.

5.ff.de petit.heredit.qua possessor hereditatis cauet rem pendenti non alienare.Prat.

CAVTIO de usufructu,in qua de duobus cauetur, scilicet, quòd usufructuarius re non malè utatur, & quòd etiam usufructu finito restituat, quod ex re ipsa superextat.Old.

CAVTIONVM genera recenset Speculator uariis in locis,quos in indice reperiesin uerbo,Cautio.ea huc transferre uanisimi esset operis: studiosissimo enim cuique obuia sunt.Prat.

CAVTVM(ut refert Paulus l. habere.188. ff. de uerborum significatio.)intelligitur siue personis siue rebus cautũ sit,hoc est, fideiussoribus uel pignoribus datis. Sed hoc responsum pugnare uidetur cũ l.sancimus.C.eodem Hanc ἀντινομίαν,non satis conciliat A. Alciatus in d.l.habere.§.cautũ.Tu rem exactius perspice.Prat.

CAVTIONALES stipulationes instar actionũ habere dixit Vlpianus l.1.ff.de præto.stipul. intercedunt autẽ ut sit noua actio. Huius generis sunt dãni infecti stipulatio, rem pupilli saluam fore,ac nonnunquam de rato stipulatio: dicũturq; cautionales quòd tantum cautionales sint, nõ etiam iudiciales. Duarenus l.5.§.1.ff.de uerb.obl.

CAVTIONEM extorqueri apud Vlpianum in l.idem si cum exceptione.§. pro eo autem. ff. quod met.caus. est compelli à iudice ut caueatur satisdato,aut pignoribus,uide ibi interpretes.Prat.

CAVTVS dicitur is qui sibi et aliis cauere consulereq; potest, ne quid in Ciuitatis leges moresq; peccetur, Aut uerò hoc loco Vlpianus cautum esse dicit tum, cum siue rebus,id est pignoribus siue personis,id est legitimis atq; idoneis fideiussorib9,cautum est.Brecheus l. cautũ ff.de uerb. et rer.sign.n.2.

C E

CECTERIA, Theodosio & Neuterio auctoribus,dicitur souea rotunda.Prat.

CECTORIA lacunam esse ex subiectis eorundem uerbis ex lib. de limitibus V. Casa, quæ per V. nomen habet fines grandes habens super se finem mittit,ut in colle cum meridiano requiras qui terminus constitutus,& ipsa pedatura pergens per limitẽ orientalem qui uenit in sextam cum & pertrãsit ibidem facit quadrifinium,quem locum subter significabimus:ab austro lapides natiuos,quod est exsoluti cectoriales in Epitecticum adsignauimus, & in ipso lapide decisa est, & flumen transit, & lacunam, quę est subter uiam,& per lacunam limes excurrẽs, finalis, qui ex ipso loco mittit usque ad terminum & in longitudine LXX. hoc est Cectorio ecclesiæ cius.similiter pedatura accepit templum eorum uiuos,hæc fecerũt: aquam proximam inuenies in fundo suprascripto. Hactenus Theodosius, & Neuterius,quos diligentisimè consideres uelim.Prat.

CECTORIALES lapides qui sunt, ex superioribus facilè poteris discere.Prat.

CEDENS censetur extranei loco. l. si cum emptore.in princ.ff.de Pact.l.ij.§.cum quis debitori.ff. de Hæred.uel actionibus uendit.Spieg.

CEDERE,uerbi latisima significatio est.Cedere abire è loco. Hinc Cedere foro, & cedere urbi apud Iuriscõs.& M.Ciceronem.

CEDERE Nonio Marcello, secundum consuetudinem significat abire superatum, & uictori locum dare.

CEDERE, succedere sonat, ut apud Virgilium libro 12.Æneidos,

Cesserit Ausonio si fors uictoria Turno.

CESSERIT,id est,pro uoto & optato euenerit.

CEDERE,etiam obsequi Nonio significat.Prat.

CEDERE pro soluere Vlpiano dictum putant quidam in l.non solùm.33.§.si mihi.ff.de usurp. & usuc. Equidem pro ius possesionis transferre apud eundem accipi crediderim.Prat.

CEDERE etiam est constituere apud Paulum l. fin.ff.commu.præd. in princ.de seruitute loquentẽ.

CEDERE quoque renuntiare significat in clemen.unic. de renuntiat. quod uerum uideri potest si uera sit regula uulgò prodita,Leges debent intelligi secundum titulos,sub quibus positæ conlocatæue sunt. quæ regula colligitur ex l.Imperator.in fin. ff.de in diem addict.Eodem etiam sensu sumitur Cedere in c.quàm periculosum.7. quæstio.1. nisi dicas ibi pro ius suum transferre accipi.Cedere autem siue pro constituere,siue renuntiare accipias, ἀμφοτέρως intelligas, oportet. qui enim seruitutem constituunt,rebusue suis renuntiant, easue abdicant iure suo abire creduntur.

CEDERE uerbi significatus reliquos ex subiectis formulis accipe.Prat.

CEDERE intercesioni Budæo l. 2. de origine iuris, est admittere oppositionem, nec procedere ultrà.Vnde sublata intercesione, quod nunc dicimus,Non obstante oppositione.Old.

CEDERE actionibus, pro præstare dixere Gaius l.patri.27.§.1.ff. de minoribus. Paulus l. ut tantũ. 14.§.penulti.ff.de seruit. Vlpianus in l. quod si 3.§.idem Labeo.in fin. ff.de in rem uers.& pasim alibi in quibus locis pro actionibus uulgata exemplaria habent actiones.Sed lectio Florentina ut rei aptior,ita uenustior semper uisa fuit. Prat.

Inter Cedere actiones & mandare differentiam quandam subesse refert Accursius l.1.C. de oblig.& actio.Bartolus ibi dem existimauit(quod ad cedentem,uel mandantem adtinet)nullam esse:sed respectu eius, cui ceditur, esse. Equidem hoc discriminis subesse putem: Cesione actiones transferri, idque Iustinianus constituit l.fi.in princip. C. de iure dot. mandato non item l.3.C.de nouat.Prat.

CEDERE bonis est profiteri uoluntate se deserere bona sua creditoribus.hoc colligitur ex l.in omni.6.& l.1 & tot tit.C.qui bonis cedere possunt.Professionem deffinitioni Azonis in Summa C.eodem tit.addidi.eam enim solam sufficere Theodosius dixit dicta l.in omni. Hoc autem beneficium concesit lex Iulia: quod titulo 18. libro 4. C. The. edocemur,& Diocletiani & Maximiani constitutione l.4. C.qui bonis ced.possunt.Prat.

CEDERE diem Iurisconsulti dicunt, cum certi temporis pars effluit. ueluti cùm quis Kalend. Ianuar.die stipulatus est,sibi proximis Kal.dari:uel cũ in locatione dies operi faciundo præstituta est Kalen.Feb.triduo quatriduòue exacto, rectè tres quatuórue dies cesisse dicentur. qua de caussa Vlpian. in l.213.ff.de uerb.sig.Cedere diem,inquit,significat incipere deberi pecuniam.Similiter si quis ita fit hæres institutus, Cernito in diebus centum, quibus scierit poteritq;:quot dies effluxerint,ex quo scierit atq; poterit,tot illi dies cedere rectè dicentur:at quibus nescierit,non dicentur:neq; enim illi computãtur.Sic in libris nostris dies legatorum cedere dicũtur,cùm pars aliqua legitimi temporis, quo illa legatarijs quæsita sunt,effluxit: sub tit. Quando dies legat. ced. Positum igitur illud sit, quod ex superioribus constat,diem tum dici cedere,cùm præstituti alicuius temporis pars effluxit. Vbi uerò præstitutum

tum tẽpus nullum eſt, dici nullo modo poſſe. Quod cum ita ſit, uehementer equidem mirari me fateor, tantopere uſque adhuc celebratam illam ſubtilitatem fuiſſe, quam in d. l. cedere, ſub Vlpiani nomine legimus: quæ mihi ſanè frigida atque inſulſa uidetur: neque ex Vlpiani ingenio, ſed ex Triboniani potius audacia emanaſſe: Vbi purè quis ſtipulatus fuerit, inquit, & ceſſit, & uenit dies. Quòd ſi pro CESSIT, legeremus ABIIT, nihil obtuſius dici poſſet: cùm tamen eadem utriuſque uis ac ſignificatio ſit. Quòd autem ſequitur, VBI in diem quis ſtipulatus eſt, ceſſit dies, ſed nondum uenit: quàm acutum hoc uidetur? & tamen pro CESSIT legendum potius eſſet CEDIT. neque enim omnes adhuc ceſſerunt: ſed quotidie abeunt. Illud autem poſtremũ, VBI ſub cõditione, neq; ceſſit, neq; uenit dies: ecquonã, quæſo argumẽto dictũ eſt? cum abire dies non poſſit, ubi nulla eſt. nam in puris & conditionalibus, quæ poteſt ratio abeũtium dierum ſubduci, cùm dies nulla ſit? an non hoc eſſet, ſine numeris Arithmeticam facere? at in ſtipulationibus in diem, dierum numerus computatur: & rectè dicitur, Vnus & alter, item Tertius aut quartus dies abijt. quanquam etiam in his ipſis diem quæ uenit, cum ea quæ cedit comparare, & in ea re argutum uideri uelle, nunquam mihi Vlpiani eruditione dignum uiſum eſt. Quare ut iſtas Triboniani ineptias omittamus, & ad penſum noſtrum reuertamur, CEDERE operæ eadem ſignificatione dicuntur, qua cedere legata. præciſa enim utrobique locutio eſt: quæ plena ſic effertur, Cedere dies, quibus operæ aut legata debebantur. Vnde illud Vlpiani l. ſi quis, 13. ff. de oper. lib. Iudicium de operis tunc locum habet, cùm operæ præterierint. Præterire autem non poſſunt, antequam incipiant cedere: & incipiunt, poſtquam fuerint indictæ. Et l. quoties, 24. ff. eod. Operæ in ſtipulationem deductæ, ex die ſtipulationis cedunt: at eæ quas patronus à liberto poſtulat, confeſtim non cedunt, ſed poſtquam indictæ ſunt. id eſt: quia ſtipulationes operarum tacitè ac ui ipſa præſtitutum tempus habent, atque in diem conceptæ ſunt, diebus tribus quatuórue ſine præſtatione operarum elapſis rectè dicemus, tot dies aduerſus libertum à ſtipulatione facta ceſſiſſe. Quæ uerò operæ ſine ſtipulatione debentur, earum dies non ante indictionem cedunt: quippe cum tempus earum præſtandarum non ante indictionem præſtitutum fuerit. Hotomannus.

CEDERE dies legatorum dicitur, ex quo ea debentur l. 3. & tot. tit. ff. quan. di. leg. ced. Sic accipitur in l. penult. & final. C. eodem titu. quod ita explicat Theophilus in §. peculium. Institut. de legat. περὶ χρεῶν δὲ τὰ λεγάτα, ἐπειδὰν κατενεχθῇ ἐν ὑμῖν, καταφερῆ δὲ ἐστιν ὁ τοῦ ἀγωγῆς ἀφωσις ἄρχεσθαι δὲ ἐπὶ μὲν τῶν πάντων. à morte teſtatoris ὄντων μετὰ θάνατον τοῦ διαθεμένου ἐπὶ δὲ τῶν ἀφετικῶν μετὰ τὴν ἐισέλευσιν τοῦ κληρονόμου Briſſ.

CEDERE foro apud Vlpianum l. ſi hominem. 7. §. quoties. ff. depoſ. dicebantur argentarij, ut ibidem refert Budæus in prioribus, cùm Tabernis, id eſt, menſis ſuis cedentes, quæ in foro Romano erant, aliò habitatum migrabant. Vulgus id uocat facere Banquam ruptam. Id autem eleganter expreſſit Iuuenalis Satyra 11.

Hi plerumq; gradus, conducta pecunia Romæ,
Et coram dominis conſumitur inde ubi paulum,
Neſcio quid ſupereſt, & pallet fœnoris auctor
Qui uertêre ſolum Baias & ad oſtia currunt.
Cedere nanq; foro iam non eſt deterius, quàm
Eſquilias à feruenti migrare Suburra. Prat. Adde Torneb. aduerſar. lib. 16. cap. 5.

CEDERE hauſtum, & Cedere iter dixit Vlpianus l. 3. ff. de ſeruit. ruſtic. pro conſtituere, & transferre ius aquæ hauriendæ, & eundi, ut l. per fundum. in princip. ff. eod. & ſeruitutem Cedere eodem ſenſu dixit Paulus l. nemo. 39. ff. de ſeruit. urb. Prat.

CEDERE foro, debitores dicuntur, qui ſolum uertunt qui iudicio prouocati latitãt, qui ne per procuratorem quidem, ad ius fori reſpondẽt. Ræuardus l. cuius effectus. ff. de regul. iuris.

CEDERE interceſsioni, eſt cedere prouocationi, id eſt, non procedere ultrà, & admittere oppoſitionem. Et ſublata interceſsione dicimus, quod nunc, non obſtante oppoſitione, uocant. Bud. in l. ij. de orig. iur. Spiegel.

CEDERE incipiunt operæ, poſtquam fuerunt indictæ, hoc eſt deberi l. ſi quis 13. §. iudiciũ. ff. de oper. lib. Sic accipitur in l. hæ operæ. 23. & l. interdum. 34. ff. eodem. Diuerſum eſt in operis in ſtipulationẽ deductis l. quoties. ff. eodem. Briſſ.

CEDERE legibus apud M. Ciceronem in Miloniana, eſt parere condemnationi pœnæ ſecundum leges inlatæ. Verba Ciceronis hæc ſunt, Siue Milo morte patriam liberare uoluiſſet, non dubitaturum fortem uirum, quin cum ſuo periculo ſalutem Reipublic. adtuliſſet, cederet æquo animo legibus. Id quod ad cauſſas ciuiles produxit, & iudicatum facere interpretatus eſt Oldendorpius. Prat.

CEDERE nomina eſt debita transferre ex l. Iulianus. ff. de petit. hæredit. unde infrà Ceſsio nominum. Prateius.

CEDERE poſſeſsionem, uel uſumfructum, uel ius, eſt alteri poſſeſsionem, uel uſum, uel ius tradere. Idem in tit. de leg. 2. l & ſimiliter. Si uſumfructũ, inquit, mortis cauſa ceſſero. Et in tit. de acqui. poſſeſſ. l. ſæpè. Nebriſſenſis.

CEDERE tempora dicuntur apud Paulum l. 1. ff. de iur. & fact. igno. & Gaium in l. annus. 6. ff. de calumn. & Vlpianum l. 4. ff. de adulterijs quæ currunt, & computantur. Prat.

CEDERE tutela in inſtit. Vlpiani tit. 11. abire à tutela, & ipſam deponere apud acta. & in alium eius adminiſtrationẽ transferre: quale ſępe uidi apud iudices Lugduneos. Porrò illud legitimis licere, teſtamẽto datis tutorib. non itẽ, idẽ Vlpianus ait. Hinc

CEDERE teſtibus, eſt teſtibus conuinci.

CEDERE uita, ultrò ad mortem accedere, ſibi mortem conſciſcere. Cedere legibus, ultrò exilium acceptare, ne leges uiolare uideatur, ſi in urbe poſt cõmiſſũ facinus mãſerit. Sic Cedere fortunę, eſt ſuccũbere Bud. in l. ſi hominẽ. §. quoties. ff. depoſiti. Sp.

CELARE pro abſcondere notæ ſignificationis eſt, falſi ſpeciem eſſe, & ad legem Corneliam de falſis, pertinere Paulus ait l. qui teſtamentũ. 2. ff. de falſ. & l. inſtrumentorum. §. Paulus. ff. eo. ſcribit: ubi Bartolus hoc adnotat, rectè quidem. Prat.

CELARE dicitur etiã is, qui res amouit, ut colligitur ex l. ſi concubina. §. res amotas. ff. rer. amot.

CÆLARE per æ diphthõgũ, uid. ſup. Cęlare. Pr.

CELARE fugitiuũ in l. 1. ff. de fugit. ut diffinit Accurſius, eſt quod uelis ignorare eum, ad quẽ ea res pertinet, alicuius cõmodi ſui cauſſa. Sed addes dolo malo per l. doli. in princ. ff. de ſeruo corrupto. Prat.

CELARE uenditorẽ, ſic accipiendum rectè putat Vlpianus l. 1. §. 1. ff. de ſeru. corrup. nõ ſolùm ſi nõ admonuit, ſed & ſi negauit ſeruitutem deberi. Prat.

ΚΕΛΛΑΡΙΑ inter uaſa, quæ dulcedines & cõfectiones,

nes,& sapores ad comedendum continent, posuit I. Pollux libro 6. Onomast. cap. 12. Prat.

CELATIM pro occultè & abscōditè posuit Sisenna in historiis, referéte Gellio lib. 12. cap. 15. Prat.

CELEBERRIMVS apud Hermogenianum l. si res pupillaris. 50. ff. de admin. tut. dicitur populi iudicio & testimonio diuitiis clarissimus, & famigeratissimus. Prat.

CELEBRARE diuisionem in l. unic. de iis, qui se def. lib. 10. C. est in populi frequentiorem diuidere. Prat.

CELEBRARE uéditionem, est uendere l. 1. C. de comm. rerum alien.

CELEBRIS ciuitatis adpellatione apud Vlpianum in l. si in aliam. (sic incipit in Pandect. Florent. in uulg. si in aliquam.) ff. de offic. Proconsf. continetur ea, quæ ab hominibus frequentatur. Prat.

CELEBS dicitur, qui non uult contrahere matrimonium. Et hic secundum Azonem fortè orbus dicebatur, quia sine matrimonio & sine liberis erat. Et illi olim non poterát causa mortis donare, quod hodie per leges corrigitur, ut patet C. de infirmandis pœnis celibatus & orbitatus. Dicitur autem celebs, quasi celo beatus, quia talis est secūdū Isi. qualia sunt lumina in celo, quæ absq; cōnubijs sunt Old.

CELERES, quorum commeminit Pomponius l. 2. §. quod ad Magistratus. & §. populo. ff. de orig. iur. dicebantur equites ueteribus d. §. quod ad magistratus. quod & Festus libro 3. & L. Fenestella lib. 2. cap. 2. probant. Eos Romuli comites uidetur adpellasse Plutarchus in eo. Delecti enim erant ad eius corporis custodiam, ut idem & D. Halycarnasseus referūt, à celeritate & uelocitate dicti, ut iidem & Fenestella scripserunt: in quorum sententiam pedibus iuit Zasius in d. §. quod ad magistratus. Tametsi à Celere Remi interfectore ductos putet Festus lib. 3. quod & Ouidiū confirmasse in libro Fastorum scribit Fenestella. Trecentos eos fuisse Halycarnassæus, & Festus prodiderunt. Vnde Galli Celeres uocare possunt, quos adpellant, *Le Corps de garde du Roy.* Græcis σωματοφύλακες dicti. Erant celeres in exercitu propugnatores protectoresq;, ac multa in certaminib. corrigebát, primi pugná capessétes, & ultimi prælio excedétes, ubi cápus esset, equestri pugnæ idoneus equites, & ubi asper inuiusq; equis locus esset pedites: Corrasius lib. 1. Miscell. cap. 10.

CELERITAS, id est, uelocitas actionum, id est actorum, apud Vlpianum l. 3. §. sed si debitoré. ff. de donatio. inter uirum & uxorem. in eum sensum, ut unum statim sequatur aliud. Prat.

CELERITATEM tamen desiderare apud eundé in l. 1. ff. de dam. infe. significat negotium diebus omnibus etiam festis absq; ulla dilatione excutere. Est igitur Celeritas dilationi contraria d. l. 1. Hinc

CELERITER pro statim, illico, & sine ulla dilatione in l. ne quis. ff. de custod. reo. Et eodem sensu

CELERRIME in Iustiniani cōstitutione l. si quis C. deposi. Quod tamen dicunt leges celeriter, arbitrio iudicis relinqui, inque eius esse potestate, sententiā Vlpiani exprimitur l. 1. in fin. ff. de iure delib. Ex eo uerbo, Celerrimé, colligit Bartolus depositi caussam summariam esse in d. l. si quis. Et

CELERRIMVS finis, hoc est non moratorius, & absque ulla dilatione in l. 1. §. fin. C. de ueter. iur. enuclean. quæ constitutio ad confirmationem Digestorum pertinet, ut docet eius ἐπιγραφὴ. Prat.

CELLA, quód ibi celemus, quæ occulta esse uolumus, appellata est. l. iij. de Offic. præfe. uigil. l. quis sit fugitiuus. §. apud Cælium scriptum est. Capit aūt significationem, ut illi adiectiua iunguntur: ut, Cella uinaria. penaria, olearia, mellaria. Sp.

CELLAM penuariam dixit Vlpianus in l. 3. ff. de penu leg. At contrà Caper cella (inquit) penaria nō penuaria dicendū. Et ueteres glossę penaria cella & prōptuariū ταμεῖον. Cuia. obs. li. 10. c. 26. post prin.

CELLARIVS, qui cellæ penuariæ præpositus est. sic accipi debet in l. nominatim. 24. ff. de manumis. test. Sic fortè accipitur in l. hac sanctiōe. 12. de diuers. offic. li. 12. C. ab ijs pberi solebat cibus, & potio.

CELLARIVM apud Scæuolam in l. uxoré. 41. §. 1 ff. de leg. 3. pro loco qui diętæ iungebatur. quid sit diæta, uide infrà suo loco. Prat.

CELLARIA numero multitudinis aliter sumi uidetur iu l. fi. C. Theodos. de offic. omn. iud, quo loco annonis cōparantur. Eodem sensu sumitur apud Sulpitium Seuer. lib. 2. histor. sacræ. Quadringenti (inquit) & aliquantò amplius Occidentales Episcopi Ariminū cōuenére: quibus omnibus annonas, & Cellaria dare Imperator præcipit. Vnde &

CELLARIENSES species in l. penul. C. Theod. de indulg. debito. Briss.

CELLARITÆ apud Cassiodorū in li. uar. epist.

CELLARIVS in c. dilecto. de præb. in antiq. (tametsi Albericus Cellariū legi malit) administrator quidam rerum ecclesiasticarum. Cælius tamen Rhodiginus existimat eam uocé barbaram, & poni pro Cellario: idq; lib. 14. cap. 8. tradit. Prat.

CELLARIVS ab Vlpiano in l. quæsitum, 12. §. si in aliqua. ff. de instruct. & instrum. interpretatur, seruus ideo præpositus ut rationes saluæ sint. Qua de re nusquam me legisse memini: & cúm in antiquis libris Cellarius legatur, haud scio an ita rectius eo loco reponeretur: is seruus intelligatur de quo Plautus & Columella mentioné faciunt, quiq; præpositus erat ut cellæ rationes saluæ essent. de quo etiam legitur apud Caiū in l. nominatim. 24. ff. de manum. testam. & l. uxoré, 41. §. 1. ff. de leg. 3. Hot.

CELLARII dicti, qui penui asseruando præessent. In C. Theod. Cellarium neutro genere, pro collatione prouincialium accipitur: cum eo nomine, attestatur Alciatus, Comites uel præsides puinciæ, ut cellam suam instruant, annonamq; suam augeát, aliquid extorquét: eadem ratione uox deducta, qua Cerarium apud Cicer. in Verr. cum prætextu ceræ, uel sigilli aliquid corraditur. Spieg.

CELLARIVM, locus à reponendis, celandisq; esculentis, poculentisq;, dictus. Iurisconsf. de leg. iij. Cellarium, ait, iunctum eidem diætæ. Sp.

CELLA à celando ducta locum significat, ubi quid condebatur, repositoriū Græcis ἀποθήκη, in qua res esculentæ & poculétæ reponi solent. Ex epithetis, & adpositis, siue (si màlis) adiectiuis significationem sumit. unde

CELLAM oleariā & uinariā dixit Vlpianus l si habitatio. §. fin. ff. de usu. & hab. Adde etiā Forcat. in suo penu iuris Ciuilis. c. 24. de Cella. Schar. Et

CELLAM penuariam idem dixit l. 3. §. siue auté. ff. de penu lega. pro repositorio eorum, quæ esui, potuiq; sunt. Et

CELLÆ promæ pro sepulchris posuit Tertullianus in lib. de resurrectione carnis. Nam, ait, cúm legimus, Populus meus introite in cellas promas, quātulum, donec ira mea prætereat. Sepulchra erūt cellæ promæ, in quibus paulisper requiescere habebūt, qui in finibus seculi sub ultima ira per Antichristū im excesserint. Prat.

CEL-

CELLA etiam ad alias res pertinet, pro loco, in quo reponimus quæ occulta esse uolumus l. 3. ff. de offic. præfect. Vig. & l. quis sit fugitiuus. §. apud Cælium. ff. de ædil. edict. Prat.

CELLA etiam, interprete Pontifice Maximo in c. priuilegium. de uerb. signif. lib. 6. dicuntur loca secreta, & solitaria, quæ ab hominum separata conuictu sunt ad contemplandum, & Deo uacandum. de his accipi debere c. qui uerè. 16. q. 1. rectè putat gl. in d. c. priuilegium. Hinc

CELLVLA. 18. q. 2. c. cellulas. & c. seq. Eod. sens.

CELLVLARIVM uidetur interpretari Vlpia. l. quæsitum. 12. §. si aliqua. ff. de instruct. instrum. leg. ubi uulgaria exemplaria habent Cellarium: quã lectionem ueriorem putant quidam antecessores nostræ tempestatis. Equidẽ à Florentina discedere nõ ausim. Hinc Marcellinus Celsos iudices dixit lib. 28. & sic fortasse celsi Rhamnes magni sunt equites, aliisq; ditiores & potentiores Torn. lib. adu. 3. c. 11. &c.

CELSVS, ait Festus, ex Græco κέλης eques dictꝰ, significat aũt [illegible], sublimẽ, excellentẽmue. Hinc

CELSIORES, doctores legum dicti sunt in l. 2. C. de offic. diuers. iud. ut ibi interpretatur Accursiꝰ: alibi honoratos appellat constitutio l. 3. C. eo. Eorũ enim iudicio iudices proueuntur d. l. 2. Iuris igitur peritorũ iudicio, & examine iudices futuri probandi sunt. Illi meritò patres adpellantur, cùm à iudicibus fratres uocari uetentur d. l. 2. Prat.

COELIBES uocati sunt quasi cœlites, quod dignam cœlo uitã ducant. Cœlibatus, quo uerbo Hieronymus utitur, appellatur status hominis absq; copula uxoria uitam agentis. Adde quod dicimus thorum cœlibem & uitam cœlibem actam in cœlibatu. Ioan. Bapt. comment. in Epist. Sidon. Apolli. ad Desiderat. lib. 2.

COENACVLVM. Cœnacula loca sunt altiora domus, ad quæ scalis aut cochleis ascenditur. Hæc autem incolebant tenuiores & inquilini. Inde Cœnacularius Vlpiano in l. solitum. ff. de pign. actio. Videtur, inquit, tacitè & cum domino ædium hoc conuenisse, ut nõ pactio cœnacularij proficiat domino, sed sua propria. Cœnacularium item facere dicebãtur, qui domos totas conductas, per singula cœnacula inquilinis, locabant, ut inde quæstum facerent pluris in summam locando, quomodo Budæo teste accipitur in l. si uerò. ff. de his qui deiec. Ita enim cœnaculariam facere, ut argentariam & furnariã: apud Vlpian. exercere cœnaculariam legimus. Spieg.

CENOTAPHION, Κενοτάφιον, ut Florentin. diffinit l. monumentum. 42. ff. de relig. est monumentũ memoriæ causa factum, in quod neq; corpus, neq; reliquiæ illatæ sunt. quam diffinitionem probat Suidas his uerbis, Κενοτάφια, inquit, τινὰ ὅσαν [illegible] παρὰ μὲν κενοταφεῖον. adeò, ut tumulum inanẽ rectè adpellauerit lib. 3. Æneid. Vergil.

> *— manesq; uocabat*
> *Hectoreum ad tumulum, uiridi quem cespite inanem,*
> *Et geminas, causam lacrymis, sacrauerat aras.*

Suetonius in Claudio cap. 1. honorarium tumulum uocauit. Differentiam subesse inter sepulchrum, & cenotaphium idem Florẽtinus scribit d. l. monumentum. In sepulchrum corpus, aut reliquiæ illatæ sunt, in cenotaphium non item: quod & Lampridius in Alexandro significauit, Cenotaphiũ, inquit, in Gallia, Romæ sepulchrum amplissimum meruit. Prat. & Brisson.

CENOTAPHIVM religiosum esse Virgilij testimonio Marciano placuit l. in tantũ. §. fin. ff. de rer. diu. Virgilij locum suprà retulimus. Sed diuos fratres contrà rescripsisse Vlpianus refert l. sed contrà. ff. de rer. diuis. Dein Vlpian. lib. 11. de religiosis &c. l. uel quæ. Si cenotaphium, inquit, sit, uenire dicendũ est. & ĵ. l. monumentum. Monumentum, inquit, memoriæ causa factum, quod Græcè cenotaphium dicitur: & tunc scribitur per e simplicem. Nam per æ diphthongum significat cænotaphium nouũ sepulchrum quale fuit illud, in quo saluator noster fuit sepultus, de quo in Euangelio. Sed per œ diphthongũ cœnotaphium significat commune multorũ sepulchrum, quod Græcè Polyandron quoq; dicitur. Taphos nanq; sepulchrum interpretatur. Cenos autẽ sine diphthõgo uacuus. Cœnos per œ diphthongũ significat commune. Nebr. Alciat. lib. Parerg. x. c. 12. Cenotaphium ob geminas aras sacrum fuisse coniectat, quia & aræ sacræ dicuntur à poeta, non tumulus: cum nemo priuatus sacrum facere possit l. in tantum. §. sacræ. ff. de rer. diu. Porcat. dialog. 1. Necyomantiæ. Schard.

CENSERE Budæus in l. 1. ante finem de Iust. & iur. pro æstimari, in precio esse, laudari, interpretaꝛ. Sicq; intelligendũ putat l. C. cum dicit feras bestias, istius iuris peritia censeri, id est, admirationi nobis sunt. Nam & Cicero pro Archia poeta (ut eum Budæus uir doctiss. allegat) dicendi facultatem ex poetarum lectione censeri dicebat. Et hæc quidem sententia Budæi Spiegelio placuit: sed & si uerbũ censeri capiatur in ea significatione quomodo isti loco congruet? Absurdũ. n. uidetur dicere cætera animalia à iurisperitia, uel propter iurisperitiam preciũ ac æstimationẽ mereri ac laudari. In ea fere significatione usus est hoc uerbo Claudianus loquens de Serena regina:

> *Nec laude uirorum*
> *Censeri contenta fuit, nisi matribus æque*
> *Vicerit:*

Quod tamen uerbum ibi potius ad iudicium quàm ad laudem referendũ uidetur. Quare aptius Theophilus qui locum istum ita uertit ἐγὼ μὲν γὰρ ὁ μόνον ἄνθρωποι ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν τοῖς τιμῶσι τὸν νόμον τὸν νόμον ἀναγεγραμμένα. Quasi dictum sit, non homines, sed cætera quoq; animalia ascribi & referri, siue recenseri inter ea quæ hanc legem obseruant eiusq; motu impelluntur. Nam apud Latinos per translationem censeri dicuntur, quæ in aliquẽ ordinẽ & numerum redigũtur, & in eum quasi censum ascribuntur. Balduin. ibid. Ferrand. Adduens. explic. lib. 1. c. 3. reiecta Budæi interpretatione existimat censeri exponendum ꝓ regi: gubernari. Nam huic expositioni cõueniunt Inst. Theoph. & pulchrè hac elocutione usus est Modest. in l. liberi, si quid in fraudẽ patr. Liberi patroni, quanquã & ipsi in plerisq; causis manumissoris iure censentur, tamẽ libertũ paternum literis suis assignare non poterũt, & Alex. 3. in c. recolentes. de statu monac. Si enim relictis originalib. ordinis institutis ad cõia uolueritis aliorum monasteriorum iura diuertere, oportebit uos communi iure censeri, quia dignũ est, ut qui similẽ cum alijs uitã suscipiunt, similem sentiant in legib. disciplinã. Et Cœlestin. 3. in ca. cum in tua. de deci. Et non debeat una eademq; Ecclesia diuerso iure censeri. Quod genus dicendi passim reperias in iure Pontific. talem etiã elocutionem continet. c. unic. de feu. non hab. prop. natu. feu. licet propriã feudi naturã non habeat, iure tñ feudi censebitur, ut ex his causis ipsum amittat, quibus & uerum feudum. Porro uerò censeri, pro ascribi, numerari, ut superius ex Balduino notauimus, usurpari nouum non est. Sic Iuuen. Satyr. 8.

> *Stemmata quid faciunt, quid prodest Pontice longo*

Sanguine censeri?—

Eiusq; elocutionis multa quoq; exempla reperiuntur in iure Pontificio, ut exempli gratia, in c. in quibusdam de Decimis. In quibusdam regionibus quędam permistæ sunt gentes, quæ secũdum suos ritus decimas de more non soluunt, quamuis censeantur nomine Christiano. & in c. præterea quoniã. de iur. pat. seu quocunq; alio nomine censeantur. Vsus est & Liuius lib. 7. Plebs contra fremit, quid se uiuere, quid in parte ciuium censeri, si quod duorum hominum uirtute L. Sextij ac C. Licinij uirtute partũ sit, id obtinere uniuersi non possint. Vide etiam Forcat. in suo Auiario c. 2. num. 1. Vbi censeri accipit pro eo, quod est, in eodem numero esse, & similiter uti ductu iuris naturalis ut bruta ipsa, atq; duci solẽt homines l. liberi. ff. de assig. libe. Habet autem Censendi uerbum multas & uarias significationes ut proditũ est à Latinæ linguę architectis. Quippe Censere nõnunquam iubere est. Cic. lib. 1. Offic. Semper cũ Gręcis Latina coniunxi, neq; id in philosophia solũ, sed in dicendi exercitatione: idem tibi (inquit) censeo faciendum, id est, iubeo. Est etiam censere, deliberare, & sententiam suam dicere. Vnde dicebant, Senatus censuit, populus decreuit, &c. Bud. in annot. ad leg. poster. de orig. iur. scripsit, Censere id esse quod nunc opinari dicũt ἰσάγειν ψῆφον: & προσθεῖναι ψῆφον censendi potestatem facere & calculum proponere apud Demosthen. Censere præterea idem est quod succensere apud Varronem. Ne uobis, inquit, censeam, si ad me referretis. Censere item est τιμᾶσθαι καὶ τιμᾶν, mulctare, corrigere, & nota afficere. Brechæus l. censere. ff. de uerb. & rer. sig. Schar.

CENSERE Iabolenus de uerb. sig. Censere, est constituere, & præcipere. Vnde etiam dicere solemus, Censeo ut hoc facias, & Senatum aliquid censuisse. Vnde Censoris nomen uidetur esse tractum. Pro arbitrari quoq; ponitur. Vnde Censores dicti, ad quorum censionem, id est, arbitrium censeretur populus. Hinc & Censiti, quorum res est destinata certa quadam sententia, & per eam in classem suam redacti. Qui etiam Opicensi, id est, opibus censiti dicebantur: & Capitecẽsi, qui nullo, aut paruo ęre censebantur. In C. Iustin. lib. 11. tit. est, de agric. & censit. Et j. in quibus caus. colon. cap. cens. dom. accus. poss. Pomp. de acqu. rer. dom. l. ergo. Censitorum, inquit, uice fungitur. Sed & operari significat, quod uulgò uocant, hoc est, in sententiam suam, explicata ratione approbare audientibus teste Bud. in l. ult. de Senator. Propriè tamen est, sententiam suam exponere, & constituere, quod est præcipere. Nam Senatus quod iussu populi censuerat, omnino obseruandum erat, annotauit Alc. de uerb. sig. Et censeri prædia dicuntur, quæ censum præbent. Est & censeri, in censum conscribi. ut C. in quib. cau. pig. tacit. contrah. l. 1. Spiegelius.

CENSERE territorium, pro imperare censum territorio, l. 1. C. in quib. cau. ius pig. & l. omne territorium. de cens. lib. x. Spieg.

CENSERE, in uarias ferri significationes Festus lib. 3. scribit, quandoq; (inquit) significat putare. quod & Nonius probat, idq; exemplis Cassius histor. lib. 6. Censuit sese Regem Porsennam occidere. Nunc (ait idem Festus) suadere. Nunc decernere. Censere Iauoleno l. censeri. 3. (sic enim incipit in editione Florentina ubi I, pro E, ut & alibi passim, ponitur) ff. de uerb. sig. est constituere, & pręcipere. unde etiã dicere solemus, Censeo hoc facias, & senatũ aliquid censuisse. inde Censoris nomen uidetur esse tractũ.

Censere etiam pro consulere in S C. quod Imperatoris Hadriani est l. item. 20. §. pridie. ff. de petit. hęred. positum, ait, interpretaturq; Vlpianus l. sed & si. §. consuluit. ff. eod. Censeri etiam pro in pretio haberi, & auctoritate ualere dixit Papin. l. ult. ff. de suis & legit. uel (ut expressius loquar) eandem uim habere. Prateius.

CENSERI priuilegio dixit Vlpianus l. 1. §. qui ex duobus. ff. ad municip. pro munerum functione eximi. non ineptè tamen interpretaberis priuilegio dignari, & decorari. Aldobr. Inst. de iure natur. gent. & ciuili. §. 1. Censeatur priuilegio pro nitatur, aut fulciatur Vlpianum dixisse existimat. Aliter hoc uerbo usus est Papin. in l. ult. ff. de suis & legit. Priuatorum enim cautiones legum autoritate non censeri, id est autoritatem non assequi, ut & Cicero pro Archia. Quod ex his studijs hæc quoq; censetur oratio & facultas &c. Prat. Schard.

CENSERE Marcello significat succensere, Varro in Captiuo prçlio, Ne uobis censeam, si ad me referretis. Prat.

CENSERE autem pro cõsulere accipi suprà diximus, pro quo hodie dici, Opinari Budęus non semel & in priorib. ad Pandectas, & in Forensibus scripsit. pro quo Græci ψῆφον ἰσάγειν. Prat.

CENSERE etiam apud Vlpianum l. ætatẽ. 3. ff. de censib. est capita, id est personas, & iugera & bona describere. quo sensu accipi debet in l. omne territorium. de censib. lib. 11. C quæ explicatio ex Luca Euangeliographo c. 2. ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐξῆλθε δόγμα παρὰ καίσαρος αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Qua in re diligenter personæ, & res discutiendæ & inspiciendæ sunt, ne prægrauentur per l. 11. C. de censitorib. in C. Theo. Censendi hoc sensu formam expressit d. l. omne territorium. Prat.

CENSI, Alciat. lib. 1. Parerg. ca. 14. dicuntur, qui speciali priuilegio in fœderatis, uel Latinę conditionis populi ciues Romani erant. Prat.

CENSIO, inquit Festus lib. 3. æstimatio, siue (si malis) descriptio æstimatoria. Prat.

CENSIONEM bubulam Plautus festiuè uocauit uerbera lori bubuli cuius censura in seruos animaduertitur. ut de eo testatur Torn. adu. lib. 24. c. 23.

CENSIO hastaria, auctore eodẽ, dicebatur, cùm militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, quòd hastas daret. Prat.

CENSIONEM facere dicebatur Censor, cùm multam equiti inrogabat. Prat.

CENSITIONEM pro censu dixit Ælius Spartianus in Pescennio Nigro. Vos, ait, terras uestras leuari censitione uultis, ego uerò etiam aerem uestrũ censere uellem. Vbi censere pro censum ex aere exigere, & aeri imponere accipi putem. Prat.

CENSITI, Agricolæ & coloni reuera & iure ipso ijdem sunt. Sed origine & constituendi modo differunt, unde diuersa sibi nomina inuenerũt. Agricolæ dicuntur ea ratione, qua agrum colunt & in eam rem ascripti glebæ atq; addicti sunt: Vnde ascriptitij nominantur. Qua uerò ratione pensionem pendunt annuam, coloni appellantur, propriè tamẽ ij qui parte fructuum aliquota colunt agros, similes partiarijs colonis. Sin id precio, & pecuniæ pensione faciunt aut parte fructuum certa & constituta, censiti nuncupantur, similes conductoribus alienarum ædium aut uillarum, qui mercede habitant in alieno. Hinc est quod inquilini quandoque uocentur. Sunt enim Inquilini non ut uult Festus, qui eundem colunt locum & focum, sed qui in priuato & conducto habitant,

tant, siue in urbe siue in agro, ut scribit Valla. Sueto. in Nero. Connan. lib. 2. c. x. num. 3.

CENSITI dicuntur censibus obnoxij, à quibus census exigitur. sic accipitur in tit. de agricol. & cen sit. lib. 11. C. Iidem tributarij dicuntur in l. seruos. 6. C. eodem. & l. 2. C. si uag. mancip. pet. Dicuntur & capite Censiti à Iuliano Patritio in Nouel. Prat.

CENSITORVM nomen deprauatum est in l. 6. de censuum adscriptitio. in Cod. Theo. in qua censorum & peræquatorum officia, pro, censitorũ cum uitio scriptum est. Quod mendum etiam sequentis Rubricæ inscriptio prodit, quę de censitorib. & peræquatoribus inscribitur. Briss.

CENSITOR est qui cēsum agit, & percipit prę stationem tributorum coloni, & pignoris iure uendit prædium, si census nō soluitur, ut ff. de cens. l. forma. §. illa. & l. cùm possessor. §. cùm pro pecunia. ff. eodem. Sic accipitur in rubr. C. de censib. & censit. lib. 11. Oldend.

CENSITOR. Censitores in tit. de censib. & censitor. lib. 11. Cod. dicuntur censuum impositores. In titulo uerò de Censibus Digest. censitores intelliguntur ij, qui recipiunt pręsentationes collectorum coloni. l. forma. §. illam æquitatem. & l. cum possessor. §. pro pecunia. ff. eod. tit. Anch.

CENSITVS. In titulo de agricolis & censitis, lib. 11. C. censiti dicuntur, quorum agris census impositus est, ut interpretatur Hegēdorphinus in Exegesi. Et de ijs nonnihil singulariter (licet de colonis quidem omnibus) tractatur eo titulo, Ne respublica sua pensitatione defraudetur. Anch.

CENSORES, à censendo dicti, quòd uitā, moresq; nostros examinant, & de eis inquirunt: census item rationem ducunt, professionem curant, & pro meritis hos de albo eximunt, illos deligunt. Hinc & præfecti dicti morum, magistri ueteris disciplinæ, & seueritatis. Horum uestigia nostris temporibus æmulantur, quos uulgò Heroldos uocamus, si tamen uerè utantur suo munere: qui & fœcialium officio funguntur, dum bella solennibus uerbis indicunt. Vide Alciat. in de Magist. & Zasium in l. 2. ff. de orig. iur. Præterea sunt Censores, à censu æris, hoc est, pecuniæ dicti, quia censum tollunt. Sunt & iudices. Nam censura, iudiciũ est. Vnde senatum aliquid censuisse dicimus. l. censeri. ff. de uerborum significatio. Spiegelius.

CENSORES, Festo lib. 3. dicuntur, quòd quisque rem suam tanti æstimare solitus sit, quantum illi censuerint. Hos census agendi gratia constitutos Pomponius scribit l. 2. §. post deinde. ff. de orig. iur. quod & L. Fenestella probat cap. 17. ubi fortè pro habendo legendum est, agendo. Eos rerum, & bonorũ æstimatores prout quisq; ciuis profiteretur, interpretatur Zasius ad d. l. 2. §. post deinde. Ii nō tantùm rerum, sed & morum æstimatores erant, & disciplinæ magistri, ut ex M. Ciceronis Oratione pro Cluētio liquet. Hos regendis moribus ciuitatis quinto quoq; anno creari solitos scribit Asconius in Ciceronis Diuinationem. Senatu etiam motis notas adscribendi, & inurendi ius fuisse ait T. Liuius Decad. 4. lib. 9. Censorum officia, numerum, tempus ponit Cic. lib. 3. de legib. Prat.

CENSORIÆ animaduersiones apud M. Tulliũ in Cluentiana, & Censoriæ notæ passim, & Censoria seueritas apud Gellium lib. 4. ca. xx. & Censoria subscriptio apud Ciceronem in Cluentiana, & Censoria iudicia passim apud M. Ciceronem, Censoria uirgula apud M. Fabium lib. 1. c. 2. Prat.

CENSORES his literis scribi solitos ex Gellio constat Censſ. Prat.

CENSORES autem, quanquam initiò bonorũ essent æstimatores: posteriore tamen tempore cœperunt etiam magistri morũ esse, multò maiore fructu, quàm cùm pecunias corraderent. Plutarchus in Æmylio, Censura, inquit, maximæ omnium magistratuum reuerentiæ est, plurimæque potestatis, cùm alijs rebus, tum ad morum emendationē. Nam senatores è senatu remouere potest: equitib. equos adimere, ex plebeijs ærarios facere, notare infamia, censum agere, lustrum condere. Erant autem duo censores, qui quinto quoq; anno creabantur. Hoc tempore nullus in republica magistratus magis desiderari uidetur, quàm censoris, cuius tamen ne umbra quidem extat. Olden.

CENSVALIS dicitur is qui censoribus assistit, præstò est, famulatur, inseruit.

CENSVRA Censoris munus, & dignitas, Gellio d. cap. 20. sic accipitur apud Plinium librò 14. capit. 4. Catonum, ait, ille primus triumpho, & censura super cætera insignis, &c. & Liuium lib. 4. V. C. alios magistratus annuos esse, quinquennalem censuram grauem esse. Sumitur pro seueritate, correctione, & decreto, & lege Plin. in Panegyricò. Nam uita principis, censura est, eaq; perpetua: ad eam dirigimur. ad hanc conuertimur. Pro decreto accipitur in Decretali Pontificis Maximi Epist. cap. 1. in fi. extr. qui cler. uel uouentes. & in ca. decætero. de testibus. in antiq. Prat.

CENSVRÆ appellatione cōtinetur excommunicatio c. 2. de exceptionib. lib. 6. sed & interdictum, & suspensio, ut explicat Pontifex Maximus c. quærenti. extr. de uerborum signific. cuius rei causa glossematarius ibidem adnotat, Censuram generale nomen esse, ubi explicatur quid sit Censura ecclesiastica. Prateius.

CENSVS. Census us, ut in literis humaniorib9, ita quoque in iure nostro non una in significationē accipitur. Nomine census quicquid fortunarũ quis habet, continetur. Vnde Iuuenal. Satyr. 3.

Protinus ad censum, de moribus ultima fiet
Quæstio —

Sumi etiam solet pro toto cuiusque patrimōnio, ut Census equestris uel Senatorius & pro ipsa descriptione patrimonij quod denumeramentum uulgo appellant Gal. *Denombrement*, ut cum quis in censum referre uel deferre bona sua dicitur. Igitur Latium antiquum primum donatum fuit iure ciuitatis Romanæ, deinde Italia iure Latino ubi ciuitates liberę erant non tributariæ. Inde deductæ sunt Coloniæ in prouincias quasdam uel remunerandorum ueteranorum gratia expulsis ingratis colonis, uel ob infrequentiam locorum, quæ ciuitates legibus Romanis utebantur, ut municipia contrà suis legib. & moribus. Deinde cœperunt quædam prouinciæ deuinctæ esse iure Coloniarũ, censeri honoris tantum causa. Aliæ etiam iure Italico donatæ sūnt, id est, factæ immunes à tributis sicut ipsa Italia. Seilerus ex lectu ris Duar. nondũ impressis tt. 15. lib. 50. Pād. de cēsib. Olim quidem Census erat recognitio ciuiũ per capita, & quantum quisq; habet in bonis quod quinto quoq; anno fiebat à censoribus, teste Pomponio Læto, de Magistratib. Rōm. cap. 21. Itaq;, census id quoque dici cœpit, quæ numerata pecunia principi per capita soluitur, siue per focos. Census etiam est id, quo agri censuales esse declarātur. Gallicè dicimus, *cens & seruis*. Huiusmodi census persecutio inhæret in

in toto,& in qualibet parte fundi censualis.Itē,census est præstatio tributi,annuáue pensio,quæ de rerum immobilium prouentis datur, quomodo accipitūr C.in tt.sine sensu & reliq.fund.comparari non posse.& not.1.q.3. quæsitum. Et hæc in quo differat à tributo,ponit Bartolus in l.1.de public.& uectig.& Io.And.In quo autem à pensione,notat gl. in Clem. 1.de suppl.neglig.prælat.in uerbo,Pensiones. Censum autem primus omnium Seruius Tullius rex instituit,rem (ueluti Liuius ait) saluberrimam toto futuro imperio, ex quo belli, pacisq; munia non uiritim,ut antè, sed pro possessione pecuniarum, ciues obirent. Anchora.

CENSVS est personarum, rerumq; descriptio. sic sumitur apud Pomponium l. 2. §. post deinde.ff. de origine iuris. Personarum quidem cùm ciues singuli in sua tribu,classe,centuria,nomina sua,uxorū, liberorum,libertorum,seruorumq; suorum,item cuiusq; ætatem,& quam urbis regionē habitarent,profiterētur. Bonorum uerò,cùm ijdem patresfamiliâs prædia sua cùm urbana,tum rustica,seruorum,pecudumq; numerum, fundorum instrumenta, supellectilem,pecuniæ deniq; numerum profitebantur. qđ & Dionysius Halycarnassæus lib.4. & T.Liuius lib. 1.7.& 39.scribunt. Prat.

CENSVS quoq; nomine, substantia, bona, fortunæq; comprehenduntur Ciceroni in Oratio. pro Q. Roscio,Quem tu,ait,si ex cēsu spectas, Ciuis Romanus est: Vlpiano l.cogi.16. in prin. ff.ad S.C.Trebellianum.Iustiniano l.de creationibus. C,de episc. audien. Prat.

CENSVM pro pecunia distracta accipit gl. in c. 1.de in integ.restit.pro pensione tamen,quę prouentibus soluitur accipi ibidem uerius putem. quod & Angelus Clauasius in Summa,in uerbo Census,ait: sicq; accipi debere scribit in c.quæsitum.1.q.3.Sic sumi solet tot.titu.extr.de censib. unde nec immeritò, sed μεταφορικῶς reditum, siue prouentum appellāt interpretes censum, tametsi à Doctoribus malè usurpatum putet Oldend.Prat.

CENSVM ita diffinit Theophilus in §.fin.Instit. de libertinis κῆνσός ἐστι χάρτης, ὅτε λέγεται, ἔνθα ῥωμαῖοι ἀπεγράφοντο τὰς ἑαυτῶν περιουσίας διὰ τὸ ἐν καιρῷ πολέμου κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ἑκάστου οὐσίας εἰσφέρειν. Est igitur Census tabula,siue charta,in qua Romani scribebant suas facultates.quo sensu accipitur apud Q. M. Scæuolam l.quæ quisque. 64.ff.de acquir.rerum domin. Marcellum l.census.10. ff. de probationib. & alibi sæpè. & Cassiodorum libro 3.Variar. Epistol.penul.cuius hæc uerba sunt, Augusti siquidem temporibus Orbis Romanus agris diuisus, censuq; descriptus est. Prateius.

CENSVS crimen apud Hermogenianū in l. uix certis. ff.de iudi. accipere debemus fraudati census crimen per l. 1.C.de quęstionib.atq; ita explicat Accurs.in d. l.uix certis. Prat.

CENSVS nouus dici potest, qui in fundatione ipsius ecclesiæ impositus non est, gl.in cap.significauit. de censib.in antiq.Prat.

CENSVS passiuus apud Tertullianum in libro de Monogamia,significat infinitum,uagum,& liberum censum, ut apud eum interpretatur B. Rhenanus. Prat.

CENSVS lustralis ab Vlpiano in Institutis dicitur à lustri spatio ut si quinquennalis census diceretur, quo lustrabantur ciues quinto quoq; anno: sic appellatus ad discrimen census equestris, Senatorij aut eius census qui in prouincijs agebatur Torneb. libro Aduersariorum 7.cap.xxj.

CENSVI censendo agri propriè adpellātur,qui & emi,& uenire iure ciuili possunt,Festo lib.3. cuius rei exemplū extat apud M. Ciceronem in Oratione pro L.Flacco.Illud,ait,quęro,sint'ne ista prædia censui censendo? habeát ius ciuile? sint,nécne sint mancipi? subsignari apud ærarium,apud Censorem possunt? in qua tribu deniq; ista prædia censuisti? Et apud eundem in eadem. Censum xxx. millia pecunię numeratæ,& Censum mancipia legimus.Prat.

CENSVM agere, peculiare uerbum est historicis pro recensere, uel capita uel patrimonia profiteri,ut adnotat Zasius l.2.§.post deinde.ff. de orig.iur. Titus Liuius lib.4.scribit, Papyrium & Semproniū censui agendo à populo præfectos. Old.

CENSVM agere,est describere & æstimare subditos profitentes & capita,& patrimonia sua iuratò. Sic accipe apud Gellium lib.4.c.xx. Old.

CENSV manumitti olim dicebatur, qui lustrali censu Romæ iussu dominorū inter ciues Romanos censum profitebātur, ut auctor est Vlpianus noster in Epit.tit.1. Sic etiam legendum adfirmare ausim apud Gaium lib.1.Instit.tt.1.cuius hæc uerba sunt: Ciues Romani sunt,qui his tribus modis, id est testamento,aut Censu,aut ante Consulem fuerint manumissi.ubi pro Censu legitur in quibusdam exemplaribus in Ecclesia. Prat.

à CENSV ducuntur Censuarij in l. si quis intra. 7.C.de bonis proscript.qui censum pendere debēt, qui censibus obnoxij sint: pro qua uoce Censuarij in C.Th.eod.tit.legitur Casarij. unde in quibusdam exemplaribus manuscriptis C.Iustin.legitur:sed Casarij uerior omnibus lectio est. Censuarij in Gallia uocantur qui nostræ ditionis sunt, qui in singula iugera eius agri quem colunt censum annuum nobis pendunt Connan.lib.2.cap.10.nu.3.

CENSVALES,qui dicūtur Tabelliones,& scribæ, & librarij censualis ministerij. sic accipi debent in l.2.& 4.C.de prin.ag.in reb.li.12.& in rub.de Tab. scribis,logographis & Censualibus lib.11.C. Sic & apud Capitolinum in Gordianis. Senatusconsultum tacitum,inquit fieret ita ut non scribæ, non serui publici, non censuales illis actibus interessent. & apud Symmachum in Epistolis.Argenti, ait,publici ratio, quòd censualibus editores munerum contulerunt. & in Nouell.17. Censualis adparitio, pro magistri Census adparitoribus,qui elogia intimant.sic sumitur in Iustini constitutione l. consulta. C. de testam. Brissonius.

CENSVALIS contractus est,cùm quis ius,qđ in re habet,siue directum,siue utile dominium,alienat prorsus in aliū,pro certa pecunia, puta pro centum,& præterea constituto annuo censu. Sed per emphyteuticarium contractum non transfertur omne ius in Emphyteutam.l.1.C.de iure emphyt.ubi uide Doctores. Old.

Legati ad CENSVS accipiendos,apud Hermogenianum l.1.ff.de mun.& honoribus (ubi in editione Florentina lege scribatus pro scribitus) pro censualibus,de quibus suprà in Nou.17. §.ἀλλ' ἐν ubi κηνσίτορας eos adpellat Iustinianus.Iulianus & uetus interpres uerterunt Censuales:uide Accursium, in §.coges.in auth. de man.princ. Prat.

CENSVALES equi in l. comperimus. 19. C.de cursu public. lib.12. sed uerius est ut ibidē legas Cursualium,hoc est,cursui destinatorum,ut & docet ἡ γραφὴ & rubric. illius tractatus, cui rei etiam indicio est quod his uerbis scribit Cassiodorus lib.5.Variarum

rum epistol.ad Mammillam. Qui suprà, inquit, eui-ctionum numerum Cursuales equos usurpare præsumunt. Prateius.

CENSVALIS forma quæ sit, adparet ex l.4. ff. de censibus. ut agri nomen, ciuitatis, & pagi referantur in censum.

CENSVALIA munera l.2.C.de priuile.eorum qui, in sac.palat.milit.lib.12. Prat.

CENSVALE officium in l.testamenta.18. C.de testam.exponit Alexander Imol.ibid. Censuum magistrū: cuius expositio iuuatur noua Iustiniani constitutione.44. §.[illegible] Prat.

CENSVALIS professio in l. censualis.7. C. de dona.& l.omnes.3.sine cens.uel reliq.C.Th.Briss.

CENSVALES paginæ l.fi. C.Theod.sine cens. uel reliq.

CENSVALES libri l.4.de agric.& censit.lib.11. C.qui sint ex eo loco disces apertè.Prat.

CENTENA, ordo est, & dignitas, & gradus promotionis in schola agentium in rebus l.1. de Cæsarianis. C.Th.& l.1.C.Th.de murileg.l.5. C.Theo. de Decurionibus & alibi passim in eo.C. Hinc

CENTENARII dicebantur, qui eum gradū in schola tenebant l.1. C.de lucris aduoc. lib.12. l.4. C. de ag. in reb, eo.lib.& l.1.de exact.tribut.lib.10. C.& alibi passim. Porrò qui centuriones ueteribus dicebantur, eos suis temporibus Centenarios, dici solitos refert Vegetius lib.2.cap.13. Briss.

CENTENARIÆ cœnæ Festo lib.3.dicebantur, in quibus lege Licinia non plus centussibus, præter terra nata, impendebatur, id est, centum assibus, qui erant breues nummi ex ære. Prat.

CENTENA pondo, inquit idem, dicebant antiqui referentes ad libras. Prat.

CENTENARII liberti in lege Papia dicebantur qui centum millium sestertiorum rem habebant l.si libertus. ff. de iur.patro.& §.posteà.Instit.de succeſſ.liber.Iustinianus tamē legem Papiam interpretatus Centenarios libertos uocat eos, qui centū aureos habebant.Prat.

CENTENARII dicūtur à nostris, qui centum millia H-S. in bonis habent, ut scribit Imper. §.2. de succeſſ.lib. qui, ut ait Asconius, more ueterum Censi dicebantur. De centenarijs Vlpia.frequenter in l.16.ff.de iur.patron.& sub tit.ad leg.Falci. qua de causa Suidas, [illegible], inquit, [illegible]. Quod autem apud Imp.§.seq. legitur Centum millia H-S, centenis aureis comprehendi, falsum est. non enim centeni, sed milleni aurei siue solidi centum sestertium millia conficiunt. quapropter aut hallucinatū esse Tribonianum, aut locum corruptum in Institu. comment.docuimus. Vide Aureus. Hot.

CENTENARIÆ cœnæ dictæ: à centenis sestertijs. Tertull.in Apolog.contra gentiles: quæ parciores erāt: de qua re latius Crinitus de honesta discip. lib.14.cap.6.

CENTESIMA. Centesima usura ideo sic dicta est, quòd quolibet mense centesimum nummū mereat, id est, duodenos asses annuos, in qua est opinione Budæus in annot.ad Pand. Alij uerò credunt ideo dici centesimam, quòd centesimo mense sortē æquaret. Quæ opinio fuit Accursij, & quorundam, qui hunc secuti sunt. Eaq; opinio recidit in eandem cum priore. Vtputa in centum aureos in singulos menses, unus aureus, id est cētesima pars, usura centesima est: Eadem centesimo mense æquat sortem: Cum enim centum mensibus unoquoq; mense unus aureus præstitus fuerit, efficietur ad extremum summa centum aureorum, quæ principalis sors fuerat. Quod autem dicimus centesimam esse partē sortis in singulos menses, ac non in singulos annos, referri debet ad morem, & rationem ueterum in fœnerandis pecunijs, & promittendis constituendisque usuris, sicut à Budæo annotatū est in annot.ad Pād. Vsuras enim in singulos menses stipulari solebant, non in singulos annos ut indicat l. lecta. si cert.pet. Horat.lib.1.Serm.Satyr.3.

— Paulum deliquit amicus
Odisti & fugis, ut Drusonem debitor æris.
Qui nisi cum tristes misero uenere Calendæ, &c.

Ex quo Calendarium dictum est liber rationū, à Calendis &c. Centesimę autem duorum generū erant. Aliquę enim perpetuo fœnorē ducebantur, & duodenos quotannis nummos merebant. Alterę centesimæ cum renouatione fœnoris anniuersaria ducebantur, quas usuras usurarum appellāt. Vtrarumq; meminit Cicero, & harum maximè in quadā ad Attic.epist.lib.5.sub uerbo Gręco anatocismo. Interim (inquit) cum id edicto translatitio centesimas mē obseruaturum haberem cum anatocismo anniuersario, ille ex syngrapha postulat sibi ius dici. Illarum uerò meminit Plinius ad Traianū, his uerbis, Pecuniæ publicę uereor ne otiosè iaceāt. nam & prædiorum comparandorum aut nulla aut rarissima occasio est: nec inueniuntur, qui uelint debere reipublicæ, præsertim duobus assibus, quanti à priuatis mutuantur. Duodenos nummos appellat duodenos asses. Est ergò ex fœneratorū consuetudine is loquendi modus Iurisconsultis, Centesimis Calendis dare spondes? Item, dictio, calendaria, qua solet Iurisconsultus uti, cum fœneratorum rationes describit, & qua etiam utimur, appellantes libros rationum, calendaria. Et eo modo loquendi, Centesimis calēdis dare spondes? ea ratione stipulationes concipiebantur, quòd calendis fœnora exigebantur. Centesimę autem calendæ octo annos, & menses quatuor complectuntur, ut Alciatus singulariter monuit, cap.23. Parerg. Non tamen hinc id genus usurę appellatum centesima, dictum est, quòd centesimo mense explēret sortem (tametsi id quoq; uerum esset) sed quòd pro centum librarum sorte singulis mensibus librā unam usuram pareret, hoc est, duodecim libras singulis annis. Iudicent interim uiri docti de ijs, quibus non omnes unà conuenere, & astipulati sunt. Anchora.

CENTESIMVS lapis pro miliario accipitur in l.propter litem.21.§.licet.ff.de excus.& §.qui autē excusare.Instit.eod.tit.atq; ita uidetur explicare Vlpianus l.1.§.1.ff.de offic.præfect.urb.& Theophi.ad §.qui autem excusare. Prat.

CENTESIMAE Kalendæ apud Paulū in l.centesimis.46.ff.de uerb.obl.dicūtur centesimus mensis Andr.Alciato & I. Cuiacio interpretibus in d.l. centesimis.quidam centum annos interpretabātur, quos reprehendit idem Alciatus libro 2.Parerg. capite xxiij. Prat.

CENTESIMARE apud Iulium Capitolinum in Opil. Macrinum, militare uerbum esse ait Egnatius ad illum. Milites enim ubi quid grauius admisissent, sæpe decimus quisq;, interdum centesimus extremo supplicio adficiebatur. Verbum hoc Centesimare Macrini proprium scribit Capitolinus, cùm se dementem dixisset. Prat.

CENTESIMVS annus finis uitæ longæui hominis est, ait Caius l.56.ff.de usufruct. Hotomann. Festus autor est.

CEN-

CENTIES aureorũ, præcisa locutione pro Centies centena millia aureorum. Celsus l.88. de uerb. sign. Tantum quisq; pecuniæ reliquit, quantum ex bonis eius refici potest. sic dicimus Centies aureorum habere: qui tantum in prædijs, cæterisq; similibus rebus habet. Paul. l.97. ff. de lega. & fid. lib.32. Pone, inquit, in condito centies aureorum esse, quæ in usum sumi solerent. Sic Decies sestertium, pro Decies centena millia H-S. ut in Verrinas demonstrauimus. Hotoman.

CENTIES in l.97. in fin. ff. de legat. lib.3. & l.88. ff. de uerb. sign. Centies centena millia significat, ut millies in l.4. §.1. de statulib. Millies centena millia, quemadmodum Anto. August. lib.2. Emend. c.6. notauit. Sic quod Martial. lib.5. Epigr. ait, de Apicio, cùm bis tricenties uentri dedisset, superesseque sibi centies duntaxat cogitaret, uenenum bibisse, hoc idem Dio libr.57. referens ait, *διακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας* ei superfuisse. Nam 25. myriades ualent decies: quas si decies multiplicaris, habebis 250. myriades, pro eo quod Latini Centies uocant. Briss.

CENTIENS pro centies in Pandectis Florentinis sæpè reperimus. quo in genere scire oportere admonuit Augustinus lib.2. cap.6. Emend. ueteres inter E & S. posuisse N. ut molliùs proferrent. Hinc sæpe in P. Fl. thensaurum, & uicensimum & cæt. legimus. Prateius.

CENTIES aureorum in l. propemodũ. in Pand. Flor. incipit tantum. 88. ff. de uerb. signific. legitur in eadem editione, non Centiens, ut falsò G. Haloander existimat, neq; Centum. ut in Vulgaris libris habetur. compendiario dicendi genere significantur centies centena millia aureorum G. Haloandro interprete, cuius interpretationem probat Anton. Augustin. lib.2. cap.6. Prat.

CENTONARII, de quibus in l.1. & 2. C. Th. de Centonarijs, & Dendrophoris. Prat.

CENTONES, uela sunt ex pilis caprarum, siue panni crassiores, ex lana diuersorum colorum consuta. Meminit eorum Vlpianus l. quæsitum. 12. §. si domus. ff. de fund. instru. Alex. Neapolit. lib. Genial. dierum. Dixere autẽ, inquit, centones ex uillis grossioribus sagula intexta uilioribus pannis, quibus domorum tecta, tabulata, aut ligneæ machinæ militares, aduersus incẽdia, si ignis maior uis ingruat, muniuntur. Vide in Chiliad. Erasmicis, Farcire centones. Oldendorpius.

CENTONES instrumẽto domus cõtineri, scribit Vlpi. in l. quæsitum est. §. si domus. ff. de fund. instru. cuius uerba ita castiganda sunt: dicunturq; stragula quædam grossiora, uillis passim pendentibus, quibus lecti uilissimarum personarum sternuntur. conficiuntur ex pannis diuersorum colorum in unum consutis, coagmentatisq;. ex his tabernacula, omnisq; castrensis supellex pluuioso tempore uelatur. à uillorum multitudine nomen assumpsit. Cato lib.1. de Re rust. centonem posuit pro instrumẽto rustico: hoc est, pro interiore uestimento, quod super subucula superindui solet, bõbyce inserta. Tres inquit, centones pueris, sex culcitras, nouem stragula. In hoc significatu etiam legimus apud Macro. Saturnalium lib.1. c.5. cuius facetissimam fabulam subscripsi. Tremellius Scropha cognominatus est euentu tali. Tremellius cũ familia atq; libertis in uilla erat. Serui eius, cùm de uicino scropha erraret, surreptã conficiũt: uicinus aduocatis custodibus, omnia circunuenit, ne quà hæc efferri posset: isq; ad dominũ appellat, restitui sibi pecudẽ. Tremellius, qui ex uilico rem comperisset, scrophæ cadauer sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat: quęstionem uicino permittit. cùm uentum est ad cubiculũ, uerba iurationis concipit. nullam esse in uilla sua scropham, nisi illa, inquit, quę in centonibus iacet. lectulum mõstrat. Ea facetissima iuratio, Tremellio Scrophæ nomen dedit. Centones docet Cato fieri ex uestimentis familiæ ueteribus, cùm ait: Quotiẽscunq; tunicam aut saga familiæ dabis, prius ueterem accipito, unde centones fiant. Eodem modo cento apud Iuuenal. accipitur pro uestitu famulari, crasso & sordido: sic scribentem,

Intrauit calidum ueteri centone lupanar.

Cento etiam secundum aliquos accipitur proue lo laneo, quod lana aut tomento consertum sit, ut ictus nullos patiatur. cuius usus in re militari apud ueteres fuit frequentissimus, ad incendium quoq; arcendum. Hinc præcipit Vegetius lib 4. Turres & uineas, quæ machinæ sunt militares centonibus etiam, aut crudis corijs extrinsecus operiendas, communiendásue, ne immisso igne concrementur. Cæsar quoq; commentario belli ciuilis Pompeiani II. refert, in oppugnatione Massiliæ turrim lateritiam à suis structã fuisse, cui centones insuper iniecerũt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis latericium discuterent. Idem Cæsar paulo pòst, in musculi structura, quæ & ipsa machina oppugnatoria est, ait, Coria inducta fuisse, eaq; centonibus contecta, ne igni aut lapidib. corrumperentur. Idem belli Pompeiani lib.3. refert omnes ferè milites aut ex centonibus, aut ex corijs tunicas aut tegmenta fecisse, quibus tela uitarent. Cento præterea opusculum est, structum ex uarijs diuersisq; carminibus, cuius structura ita solidatur, ut docet Auson. poeta, uidelicet ut coeant aut cæsi duo uersus: aut unus, & sequens cum medio. nam duos iunctim locare, ineptum est. ita ipse centonem formauit nuptialem, consutum ex filis Maroniani poematis. unde Homerocentones, & Vergiliocentones: quales fecit Proba Falconia. tales fecisse sese refert diuus Hieron. in prologo ueteris testamenti, signare uolens opuscula contexta ex Homeri Vergilijq; carminibus, transducta accommodataq; ad sensum conditoris. Venit autem a *κέντρον* uerbo Græco. id *ἀπὸ τοῦ κεντεῖν*, quod inserere est, deducitur, r literæ abiectione. hac ratione etiam Digestorum libros Centrones appellamus. Propterea damnandus est Sipontinus, qui in suis Commentarijs à centum deduci centonem existimauerit. Cotta.

CENTVM anni, finis uitæ longęui hominis l. an ususfructus. ff. de usufruct. Vide j. Vita. Ræuar. l. semper. ff. de reg. iur.

CENTVM, quæ in arca habeo apud Vlpianum l.1. §. adeò. ff. de dot. prælegata. ad rei ueritatem pertinent. eamq; spectant atq; ideo si nihil sit, nihil debebitur.

CENTVMVIRI, iudices quidam erant, uel Ouidio teste lib.3. de Ponto,

Vtq; fui solitus, sedissem forsitan unus
De centum iudex in tua uerba uiris.

non autem magistratus. De quibus ita Festus lib.3. Nam cùm (ait) essent Romæ triginta & quinque tribus (quæ & curiæ dictæ sunt) terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri adpellati sunt: & licet quinque ampliùs, quàm centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centum uiri sunt dicti, quos commemorant Paulus in l. qui repudiantis. 17. ff. de inoff. testam. & Iustinianus l. fi. C. de

C. de lib. præterit. De quibus autem rebus ij cognoscerent ex M. Ciceronis lib. 1. de Oratore, ex legum capitibus superiùs præcisis, ex M. Fabio lib. 4. cap. 1. paulo ante finem disces: quorum uerba huc nō transcribam, studiosissimo enim cuiq; obuia sunt.

CENTVMVIRALE IVDICIVM.

Erant olim dies conuentus, quibus hastam centumuiralem sic uidentur coegisse decemuiri, ut ius haberent centumuiros conuocandi. Idq; auctor ad Pisonem expressit eleganter his uersib.

Seu trepidos ad uera decem citat hasta uirorum,
Et firmare iubet centeno iudice causam.

Et hoc nimirum illud etiam est, quod scripsit Plinius Epist. lib. 6. consilijs quatuor conscribi solere centūuiros. Plinij uerba sunt hæc: Femina splendidè nata, nupta prætorio uiro, exhęredata ab octogenario patre, intra undecim dies, quam ille nouercā ei captus amore induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centū & octoginta (tot n. quatuor cōsilijs cōscribuntur) ingens utrinq; aduocatorum, & numerosa subsellia præstantiū corona, latissimū iudiciū, multiplici circulo ambibat. Ex quo loco probari liquidò potest, centūuiros sic à decemuiris olim cogi solitos, ut ab ijs conscriberentur quatuor consilijs, cōscriptiq; & simul congregati, in consilia quatuor distribuerētur. De quib. cōsilijs sentire uisus est Sueton. sic in Domitiano scribēs. Ambitiosas centūuirorum sententias rescidit: recuperatores, ne se persuasorijs assertionibus accōmodarent, identidē admonuit; nummario iudices cū suo quéq; cōsilio notauit. Haud dubiè per iudices nummarios centūuiros intelligens, deq; centumuirorū consilijs quatuor planè sentiēs. Postquam aūt centumuiri in quatuor cōsilia distributi essent, tunc eos in Basilica Iulia unà cum decēuiris quatuor adscēdisse diuersa tribunalia, ex Quintiliano constat, qui sic lib. 12. Inst. orat. ca. 5. scribit: Certè cum in Basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor aūt iudicia, ut moris est, cogerentur, atq; omnia clamorib. fremerent, & auditū, & intellectum, & quòd agentib. cæteris contumelio-sum fuit, laudatū quoq; ex quatuor tribunalibus me mini. Ex quo loco probari etiā potest, hæc quatuor iudicia in uno eodemq; loco sic olim exerceri cōsueuisse, ut qui primo tribunali diceret, facilè à reliquis exaudiretur. De una. n. eademq; causa, quatuor hæc centumuirorū tribunalia, simul uno tēpore cognoscebāt, & iudicabāt in uno loco. Idq; ex Valerio Maximo tam est perspicuū, ut nullis amplioribus opus habeat argumentis. Sic. n. de milite quodam. lib. 7. c. 7. scribit. Cum improbissimis. n. hæredib. de paternis bonis apud centumuiros contendit, omnibusq; non solum consilijs, sed etiam sententijs superior discessit. Idq; etiam illud est, quod de diuisis tribunalibus, uarijsq; iudicū sententijs Papin. scribit, ca. 76. de leg. Nec alio referri potest quod sic ad Cottam scripsit Ouid. lib. 3. de Pōto. Vtq; fui solitus, sedissem forsitan unus De centum iudex in tua uerba uiris. Hinc etiā est, quod centumuirale iudicium fuerit olim appellatum iudicium quadruplex. Plinius epist. lib. 4. Proximè cùm apud centumuiros in quadruplici iudicio dixissem, subit recordatio egisse me iuuenem æquè in quadruplici. Ecce nō ait in quatuor iudicijs se Plinius dixisse, sed in iudicio quadruplici, hoc est, in eo iudicio, quod ex quatuor consilijs, ex quatuor diuersis tribunalib. constabat. Erat etiā prętor, qui centumuiralibus prēsidebat, cuius meminit idem Plin. epist. lib. 5. sic Rufo suo scribens: Hoc facto Nepotis commotus prætor, qui centumuiralib. prēsidebat, deliberaturus, an sequeretur exemplum inopinatum, nobis ocium dedit. Hunc prætorē fuisse prętorem urbanum, ex eo est euidentissimum, qđ urbanus Prætor apud centūuiros faceret postulantibus litigandi potestatē, ut ex Valerio dilucidè probatum est suo loco. Non est uerisimile alium prætorem fecisse postulantibus huiusmodi potestatē, quā eum qui iudicijs centumuiralibus præsidebat. Cæterum in præsidēdo, illud etiam obseruasse uisus est prætor, ut medius sederet inter iudicū consilia quatuor. Sic, ni fallor, ut à dextra parte duo posita essēt diuersa tribunalia; & totidem à parte sinistra. Eoq; non dubium est, quin respexerit Quintilianus, cum partes centumuirale in duas hastas diuisas esse scriberet Instit. orat. lib. 5. c. 2. Illud enim sic esse uidetur intelligendum, ut hastæ in omnib. iudicijs centumuiralibus, duę, hoc est, una centūuiralis, & altera prętoria siue decemuiralis, ponerētur. Huc etiam uisus est Marcellus respexisse, cum ita scriberet: Si pars iudicantiū, de inofficioso testamento, contra testamētum, pars secundum id sententiam dederit, quod interdū fieri solet, humanius erit sequi eius partis sententiam, quæ secundum testamentum pronūciauit. c. x. de inoffic. testamen. Sic enim hic Marcelli locus accipiendus est: Si pars una centumuiralium (hoc est, duo consilia) contra testamentum; & altera pars (hoc est, duo alia consilia) secundum testamentum pronunciauerint, quia pares sententiæ sunt, quid faciendum esset, dubitabatur; & tandem fuisse uidetur definitum, sequendam esse eius partis sententiā, quæ secundum testamentum pronunciauit. Certè quia sic Epist. lib. 11. Seneca scribit: Reus sententijs paribus absoluitur, & semper quidquid dubium est, humanitas inclinat in melius. Porrò hæc duo consilia centumuiralia, quibus secundum testamentum pronunciatur uisus est consilia duplicia Quinctilianus appellasse. Sic enim lib. 11. cap. 1. scribit: Succurret etiam si apud alios iudices agetur, ut in secunda assertione, aut in centumuiralibus iudicijs duplicibus parte uicta. Per duplicia enim iudicia duo illa centumuirorum consilia intelligit Fabius, quibus altera pars uicta est, nondum re controuersa, ad alia duo consilia translata. Ea profectò ratione, qua sic Æneid. lib. 1. scripsit Virgil.

— Et duplices tendens ad sidera palmas
Talia uoce refert. —

Admonet enim Seruius Duplices pro Duas, in hoc loco secundum morem antiquum positum esse. Et hinc etiā intelligimus, quo sensu ad præiudicia partes traxerit centumuiralium idem Quinctilianus in d. cap. 2. Quandoquidem enim tertio modo præiudicium dicatur, cum de eadem causa pronunciatum est, certè absurdum non est, ad hanc præiudicij speciem causas trahere centumuirales. de ijs enim quatuor iudicijs diuersis solet pronunciari. Cæterum si formam iudiciorum centumuiralium cōsideres, magis eam ad publicorū, quam ad priuatorū iudiciorū ordinem intelliges inclinare. Eaq; ratione à priuatis iudicijs causas centūuirales uisus est Plin. distinxisse Epist. lib. 6 Interuenit, inquit, acribus illis, & erectis frequens necessitas computandi, ac penè calculos tabulamq; poscendi, ut repentè in priuati iudicij formam, centumuirale uertatur. Et Quinctilianus lib. 5. c. x. Proprium est, inquit, illud causæ, quod Amphictyones iudicant, ut alia apud centumuiros, alia apud Iudicem priuatum in ijsdem quæstionib. ratio sit. Nec id etiam ignorasse uisus est Iustinianus cum ita scribit. Magnitudo & auctoritas centumuiralis

ralis iudicij non patiebatur per alios tramites uiam hæreditatis petitionis infringi. c.fin. C. de petit. hæred. Per magnitudinem haud dubiè magnificam intelligens centumuiralis iudicij formam. Ad quá formam referri etiam debet, quod sic Cicero pro Cecinna scribit: Ornatè & copiosè L. Crassus eloquẽtissimus, paulo antè quàm nos in forum uenimus, iudicio centumuirali hanc sententiam defendit: & facilè, cum contra eum prudentissimus homo, Q. Mutius diceret. Nec aliò referendum est quod ad hunc modum Quinctilianus scribit lib. 4. c. 1. Quibusdam in iudicijs maximeq́; capitalibus, ut apud centumuiros, ipsi iudices exigũt solicitas & accuratas actiones, contemniq́; se, nisi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt, nec doceri tantum, sed etiam delectari uolunt. De quibus autem rebus centumuiri iudicauerint, optimè explicat Cicero de Orat. lib. 1. Nam uolitare, inquit, in foro, hærere in iure, ac prætorum in tribunalibus, iudicia priuata magnarũ rerum obire, in quibus sæpè non de facto, sed de ęquitate & iure certetur, iactare se in caussis centumuiralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilium iura uersentur, cum omnino quid suum, quid alienum, quare denique ciuis an peregrinus, seruus an liber quispiá sit, ignoret, insignis est impudentiæ. Hactenus Cicero. De inofficioso testamento, deque alijs hæreditarijs controuersijs centumuiros cognouisse, præter Cicer. & Iustinianum, testatur etiam expressè Scæuola capit. 13. & 17. de inofficioso testamento. Eóque non dubium est, quin respexerit diuus Hieronymus cum sic scriberet Epistol. lib. 2. Liberatus & mundus à periculo, & hæreditariæ uel centumuirales caussæ de Barathro erutæ, quod hic forum negligens se ad Ecclesiam transtulit. Hunc enim locum sic arbitror intelligendum esse, quasi sic scripsisset Hieronymus. Hæreditariæ, uel aliæ centumuirales caussæ. Certè quia sic scriptum apud Iulium Paulum reperi Sentent. libro quinto, titulo 16. Iudex tutelaris, itemque centumuiri, si aliter de rebus hæreditarijs, uel de fide generis instrui non possunt, poterũt de seruis hæreditarijs habere quæstionem. Accedit huc etiam quod sic libro septimo, cap. quinto, Quintilianus scribit: Sed nonnunquam etiá reus hic totius summam constituet, si exhæredatum à se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quòd is meretricem amauerit. Nam omnis hîc quæst. an huic delicto pater debuerit ignoscere, & centumuiri tribuere debeant ueniam. Idem Quinctilianus sic etiam libr. 5. capit. duodecimo scribit: Vt cum apud centumuiros, post alia quæritur, uter dignior hæreditate sit. Et hęc quidem hactenus de iudicijs centumuiralibus. Nihil aliud nunc reliquum est, quàm ut de ueteri sententiarum pronunciatione pauca dicamus. Ræuard. pro tribunal. lib. singul. capite uigesimo. His modò dictis consentit etiam Cuiac. Obseruatio. libro decimo, capite uigesimo, circa med. dum inquit: Querela inofficiosi testamenti, siue (qđ idem est) petitio hæreditatis de inofficioso, Centũuirale iudicium dicitur in libris nostris, & hastæ iudicium Valerio Maximo duobus locis, & quadruplex uel duplex iudiciũ Plinio & Quintiliano. Nam (ut ijdem declarant) diuidebantur centumuiri in consilia & tribunalia modò duo, modò quatuor. Et hoc est, quod proponitur in l. quum filius. ff. de lega. 2. diuisis tribunalibus actũ querela inofficiosi testamenti. Quo genere interdum eueniebat, ut duobus consilijs (constabat unumquodq́; pari iudicum numero) uinceret actor, & totidem uinceretur, & uerò ita sententijs paribus eius partis si duplex iudicium centumuirale fuerit, uel earum partium si quadruplex, sententia præualet, quæ tuetur defuncti uoluntatem. Hoc enim humanius esse ait, l. si pars. ff. de inofficioso testamento. quæ partem iudicantium dicit, ut partes centumuiralium, Quintilianus lib. 5. Hæc Cuiac. in s̄. allega. loco.

CENTVMVIRALE iudicium pro inofficiosi testamenti querela accipitur in l. Titia 13. ff. de inofficioso testamento. & in l. prætor. xxx. de lib. leg. & l. fin. Cod. de petit. hæredita. Vsucapiones quoque, tutelæ gentilitatis, agnationes, alluuiones, circumluuiones, nexus, mancipia, parietes, lumina, stillicidiaque ad Centumuiralia iudicia pertinere ex M. Cicerone libro primo, de Oratore liquet. Centumuiros autem, hasta in foro posita, iudicasse constat. qua de caussa hastæ præfuisse dicuntur. Centumuiralia igitur iudicia Festo libro tertio, quæ Centumuiri iudicabant, à quibus ita dici scribit. Prat. & Brissonius.

CENTVMVIRALE iudicium, centum quinq́; uirorum erat. l. Titi. §. primo. ff. de inofficioso testament. His hasta erigebatur, ut scirent iudicandi tempus. Sicuti nostro seculo Sculterus uulgò, solenni baculo, ueluti hastula, manibus prætento, iudicij autoritatem asserere solet. Zas. in l. 2. ff. de orig. iur. Dictum est à Centumuiris (non autem à Senatoribus, qui Romæ centum erant, rempublicamq́; curabãt, non dantes operam iudicandis controuersijs priuatorum.) Nam cum essent Romæ xxxv. tribus, quæ & curiæ sunt uocatę, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum: qui centũuiri appellati sunt. Et licet quinq́; amplius quàm centum fuerint, tamẽ quo facilius nominarentur, centumuiri dicti sunt. Bud. Sic septuaginta interpretes dicti sunt, quum tamen duo & septuaginta essent, teste D. Augustino, lib. de Ciuit. Dei 18. ca. 43. Vide Bud. in l. 2. ff. de orig. iur. & Old. Class. 5. action. 5. Spieg.

CENTVRIA, inquit idem eodem libro, in agris significat ducenta iugera, de qua ita Varro libro 4. Ling. Lat. Centuria primò à centum iugeribus dicta, pòst duplicata idem nomen retinuit ut tribus multiplicatæ idem nomen tenent. & Siculus Flaccus in libr. de conditio. agr. Centurijs, ait, quarum mentionem nunc facimus, uocabulum datum est ex eo, cùm antiqui Romanorum agrum ex hoste captum uictori populo per bina iugera partiti sunt, centenis hominibus ducenta iugera dederunt, & ex hoc facto Centuria iustè adpellata est. Sic sumitur in l. omnes. 10. C. Theodos. de anno. & tributis & in Nouella Iustiniani 128. in princip. In hoc significatu Centuriarum modum docet Hygenus lib. de limitibus constitu. earundem inscriptiones Siculus Flaccus libro de conditio. agrorum. Hinc ex eodem sensu

CENTVRIATIO apud Siculum Flaccum diuisionis forma.

CENTVRIA uerò in re militari, auctore Festo lib. 3. centum homines significat. Prat.

CENTVRIO apud Macrum l. milites agrum. §. inreuerens. ff. de re milit. & in rub. C. Th. de centur. qui centum militib. præerat, idq́; ex Euangelio Matthæi manifestissimum. à quo *ἑκατόνταρχος* dicitur. *ἔχων ὑπ' ἐμαυτῷ στρατιώτας.* Prat.

CEN-

Centuriones primorum ordinũ sunt centurio primi pili, primus princeps, primus hastatus, quorum maior erat dignitas in legione Torneb. lib. 3. aduers. cap. 3.

Centurionum insigne erat uitis, quam manu gestabant, ut ex Plinio didici lib. 14. cap. 1. in fi. cuius rei & commeminit Alex. ab Alex. Genialiũ dier. lib. 6. c. 8. & Macer d. §. in reuerens. ibi, qui uitem tenuit, id est, centurionis munere functus sit. Habebãt & corpus, quod deserere non licebat l. unic. C. The. de Centurio. Hinc

Centuriata Comitia Festo lib. 3. quia Pop. Rom. per centum turmas (quidam pro turmis Centurias legunt) diuisus erat. Et

Centuriata lex, uide ĩ. Lex. Prat.

Centuriatus ager in ducena iugera definitus Festo lib. 3. quia Romulus centenis ciuibus ducena iugera tribuit. Prat.

Centuriatum etiam exercitum dixit Varro lib. 5. Ling. Lat. Prat.

Centurio Primipili dicitur qui & primipilarius Ant. August. ad Modest. de excus. tut.

Centyrionem pro Centurione posuit editio Florentina in l. inter socerum. §. conuenit. ff. de pact. dot. & l. centyrio. ff. de uulga. idq; more ueterũ, qui & y pro u, usi sunt. Sed & ὑ ψιλὸν u, hac figura uidimus sæpe in Diogene Laertio in lib. Decret. quæ est forma, u Latinorum. Nam & ueteres Syllam, & Sullam dixerunt. Prat.

Centussis ait Varro lib. 4. Ling. Latin. quo maius æris uocabulum non est. Bud. in Forens. hoc uerbo asses, centum asses significari scribit. Prat.

Cera notissimo significatu (significat enim qđ, melle ex fauis expresso, superest) sumitur in c. unic. de offic. custod. in antiq. Prat.

Cera etiam pro Epistolis & pugillarib. sæpissimè ueteribus accipitur. Iuuenalis,

Nonne libet medio ceras implere capaces?

Hinc profectæ formulæ Cera prima, Secunda, ima. Suet. in Cæsare Q. Pædium (inquit) ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera. hoc est in extrema parte testamenti. Hinc

Ceratæ tabulæ pro codicillis, & pugillaribus ponuntur, ut adnotat Viglius in §. nihil autem. Inst. de testa. ordi. Veteres enim ceratis tabulis usos scribit Anto. Aug. lib. sing. ad Modest. l. si duas. §. si uerò. ff. de excusat. Prat.

Ceræ tabellæ, ut ait Alex. ab Alexã. lib. 2. c. 30. Gen. dier. cera illitæ, in quib. monumenta literis nõnunquam mandabantur. aliquãdo duplices, plerunque triplices, aut quintuplices colore diuersę & paulo pòst. In triplicibus epistolas, in quintuplicib. honores & magistratus, in duplicib. si quid esset arcanum, & subticendum interioresq; animi notas magis adnotabant. Prat.

Cereales à Cerere dicti, constituti ædiles duo, qui frumento præessent, quorum creandorum auctor fuit Ca. Iulius Cæsar, ut Pompon. de orig. iuris. Maffeus. Vide ĩ. in uerbo Ædiles.

Ceramium, amphora Attica Ant. Aug. lib. 2. c. 11. capit autem urnas tres. Prat.

Cerætes in põderib. oboli pars media est, habens siliquam, & semis, sicut in ea re testis est Isidorus lib. 16. c. 24. Etym. Prat.

Κεράτιον, nummi genus, quod sex obolos, seu folles ualebat, cuius mentio fit in Nouella. Iustiniani constit. 59. §. *διδόσθω*. Iulianus Patritius uertit siliquas & Leonis Nou. 83. in fine. Harmenopulus in legibus agrarijs *ὑπερέχειν ὑπὲρ αὐτοῦ ὁμολόγησιν κεράτιον ἕν, τὸ γοῦν φολλεῖς δώδεκα*. Prat.

Κερατισμὸν adpellant Græci quod Cassiodorus Siliquaticũ. Est autem id quod in nundinis exigitur ob uenditionem proponendam. Prat.

Ceraunium in l. fin. ꝯ. species. ff. de public. & uectigal. gemmæ genus, ab eo nomen habens, quòd non alibi quàm in loco ictui fulminis proximo inuenia tur. Feminino genere dixit Plinius lib. 37. cap. 9. idq; candidum esse ait. Lampridius in Heliogabalo, Parauerat (inquit) & in ceraunei s, & hyacinthis & in smaragdis uenena quib. se interimeret, si quid grauius immineret. Ceraunia coruscare dixit Tertullianus lib. de habitu Muliebri. non procul ab initio. habet enim intus stellam coruscantem, ut ait Zeno. Brisson.

Cercuri Naues sunt grandes in Asia & celeres, quib. merces uehuntur. Gell. lib. x. c. 25.

Cerdo, qui & Lucrio dicitur. Est enim artifex sordidus, qui artes illiberales quæstus gratia exercet, quales sunt ueteramentarij (ut Sueto. appellat) consutores. Olden.

Cerebrosi boues, contumaces, ut homines à peruerso cerebro, qui toti suo consilio hęrent, & iracundiæ obtemperant, & à nemine persuaderi possunt. Columella lib. 2. Old.

Cerno à creando dictum putat Varro libro 5. Ling. Lat. ab eo, quòd cùm quid creatum est, tũc deniq; uideri ait. Cernere in uarios ferri significat⁹ scribit Non. pro uidere accipitur apud Publ. Vergilium lib. 3. Æneid.

Ceraunum adstantes nequicquam lumine toruo.

Sic sumitur in c. nisi cum. uers. nec putes. extr. de renuntiatio. in anti. Prat.

Cernere, iterum disponere. Lucillius Satyr. libro quinto.

Postquam præsidium castris educere creuit.

Cernere, dimittere. unde uitam cernere dixit Varro in didascalo. Prat.

Cernere est iudicare, Pacuuius in armorum iudicio. Et æquum, inquit, & rectum est quid postulas, iurati cernant.

Cernere sonat etiã, eodẽ auctore audire. Pr.

Cernere etiam Varroni lib. 6. Ling. Lat. significat constituere. Vnde dicebant ueteres cernere hęreditatem, id est, se hæredem constituere, ut Varro interpretatur. quo sensu accipitur in l. 1. C. Gregor. de patr. potestat. Prat. Adde Forcat. Obseruat. in dial. 87. Necyom.

Cernere est uerba cretionis dicere ut interpretatur Vlpianus Epitom. tit. 22. Cum me Mæuius hæredem instituerit, eam hæreditatem adeo, cernòque. Brisson.

Cernere, & pro hærede se gerere quî inter se se dissideant, disces ex eodem titul. xxij. §. si sub imperfectam.

Cernere hæreditatem l. 1. de patr. potestat. in C. Greg. frequens Ciceroni & alijs bonis auctorib. locutio. Lexicon B. Germani interpretatur *προσέχεσθαι τῇ κληρονομίᾳ*. Vlpi. uerò in Instit. tit. 22. Cernere est uerba cretionis dicere ad hunc modum, Cum me Mæuius hæredem instituerit, eam hæreditatẽ adeo cernoq;. Varro lib. 7. de Ling. Lat. illud Plauti interpretans, Hanc mihi amicam esse creui, id est, constitui. Itaq; hæres cùm constituit se hæredem esse, dicitur cernere: & cùm hoc fecerit, creuisse. At idem auctor lib. 5. de Ling. Lat. Verbum Cernito quod in testamentis adscribi solebat, sic interpretatur, Facito ui-

to uideant te hæredem esse. Itaq; ait, In Cretione iubent adhibere testes. Cretio autem, ut Vlpia. eo quo dixi loco, definit, erat certorum dierum spatium, qđ dabatur hæredi instituto ad deliberandum, utrùm expediret ei hæreditatem adire, nécne. Isidor. lib. 5. Etymol. cap. 24. Cretio, ait, est certus numerus dierum, in quo institutus hæres aut adit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberũ est illi ultrà capiendæ hæreditatis ius. Cretio appellatur quasi decretio: Cernere enim decernere & cõstituere significat. Nam ita dicitur, Ille hæres mihi esto, cernitoq; intra dies tot. Sic accipito Cretionem in l. 17. Cod. de iure delib. & in tit. de Cretio. lib. 4. C. Theod. & in l. 1. & 2. de bonis maternis. in eod. Cod. Brisson. Adde Fran. Balduin. Catechesin Iur. ciuil. cap. 3. de rebus.

CERNERE in l. fin. in fin. C. de Iudæis. ponitur pro intelligere & scire μεταφορικῶς, quorum uerborũ frequens est usus in eandem rem in pœnis, scilicet, irrogandis. Prat.

CERNVVS dicitur Curuus, procumbens, in stiuam prociduus & pronus, quasi quod terram cernat. Vergil. libro x. Æneidos:

— Electoq; incumbit cernuus armo.

Lucilius, Modò sursum modò deorsum tanquã collum cernui. Cernuum cespitatorem equũ Maro uocat, si Seruio credimus qui alio nomine suffosus appellatur. Ioan. Bapt. comment. in Epist. Sidon. Apollin. ad Eutropium lib. 1. Tornebus autem Aduersariorum lib. 17. cap. 21. affirmat, quod Cernuus calciamenti genus sit apud Festum, addit tamen, quod in eo uix pelluceat huius uocis uestigium: ita ut de eo fortasse contra Grammaticorũ sententiam uersum illum Lucilij accipere liceat, Cernuus extẽplo plantas conuestit honestas: nonnulli cernuum soccũ interpretantur, sine solo ligulatum. Cernuare erat labente uestigio in pronũ ire, & sæpe etiã labi: quo genere lusũs consualib. uti solebant per pelles unctas currẽtes. In Lexico antiquo cernuus & cernulus exponitur petaurista, & cernuere κυβιστᾶν. Torneb. loco suprà allegato.

CEROFERARII sunt Græcis Acolyti cap. cleros. non procul à fine 21. distinct. & c. si quid post. §. deseruientes. 33. dist. utrobiq; eorum officium explicatur. Prat.

CERTA dies. Vide, Dies certa.

CERTA inquisitio, qua specialiter expressa solẽnia cõtinentur, l. libellorũ. ubi Bart. de accus. Spieg.

CERTA institutio hæredis dicitur, cum testator nominatim, uel indubitato signo eum expressit. l. iubemus. C. de testamen. l. quoties. §. si quis nomen de hær. inst. Et exhæredatio certa quæ nominatim facta est, l. 2. de lib. & posth. Sp.

CERTA mulier de mariti morte dicitur, quę certo nuncio intellexit eum perisse. Aut. hodie. C. de repudijs, c. in præsentia. de sponsal. Sp.

CERTAM legem in rem afferre, quod uulgus dicit, Allegare legem in proprijs terminis. Ad Heren. lib. 1. Hic certa lex in rem nulla affertur, & tamẽ multæ afferuntur, è quibus ratiocinatio nascitur. Hot.

CERTAE pecuniæ actio apud Senecam libr. 3. Benefic. cap. 7. Et

CERTA pecunia credita M. Fabio lib. 4. c. 2. Satis, ait, est dixisse certam pecuniam peto ex stipulatione, & Scæuolæ l. fin. §. Lucius. in prin. ff. de cond. indeb. Prat.

CERTA stipulatio dicitur cum ex ipsa pronunciatione apparet quid, quale, quantũ sit quod stipulamur, incerta ubi hæc tria non concurrunt. Certa exempla sunt Aurei x. fundus Tusculan. homo Stichus: Nam cum quis Stichum stipulatur aut fundũ Tusculanũ, satis perspicuum est ex pronunciatione qualis quantaq; res sit, tametsi nec qualitas rei nec quantitas aliter exprimatur. Lubi autem non apparet. ff. de uerb. oblig.

CERTA & arbitraria inter se opponuntur, Plautus Amphitruone, Hoc quidem profectò certũ est, non arbitrarium. Et Pœnulo, Nunc pol ego quidem perij certo, aut arbitrario. Cuiac. ad Africa. tractat. 3. fol. 28. circa med.

CERTAE & solennes actiones, certis formulis comprehensæ, adstrictæq; l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iur. Sic in eundem sensum. Prat.

CERTA uerba in §. procurator. Instit. de ijs per quos agere pos. id est præscripta, concepta, & solennia. & ut Theophilus ibidem uertit ῥητά, hoc est formalia: & certa forma cõcepta. Certa uerba dixit M. Cicer. lib. 2. de nat. Deor. pro solitis, & solennib. Pra.

CERTARE in l. quod certatũ. C. de postum. hæredib. instit. & l. cum quidam. C. de legat. est inter se contendere & controuertere & inuicẽ de re aliqua disputare. Sic sumitur apud Virg. Ecloga. 5.

Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas. Prat.

CERTARE cum usuris fructib. prædiorũ dicuntur, quorum uectigalia uix usuris soluendis paria esse possunt. Ciceroni in orat. 2. in L. Catilinam. Neq; enim isti, qui possessiones habẽt, alia ratione ulla salui esse possunt. quòd si maturius facere uoluissent, neq; (id, quod est stultissimum) certare cum usuris fructibus prædiorum. Conuenerant enim cum fœneratoribus, ut eorum prædiorum, quę pignori pro sorte & usuris acceperant, fructus pro usuris colligerent. Cuiusmodi pacti mentio fit in l. 1. §. pacto. ff. de pignor. & l. Caius Seius. ff. de pignor. act. Eueniebat autem, ut quoniam usuræ, siue simplices, siue in sortem redactæ longè maiores essent, quàm ut eas prędiorum fructus æquare possent. Catilinarij semper in annum elapsum debitores manerent. Ob eamq; caussam ex sequentis anni fructibus sumendum esset, unde fructus usuris pares esse possent, quasique cum ijs comparari atque contendere. Quod ideo stultissimum affirmat, quoniam ad extremum omnes sequentium annorum fructus prioribus annis debebantur. itaq; proprietas ipsa ære alieno onusta creditoribus addicebatur. Vendi igitur prædia & possessiones oportebat, ut in specie illa nobili, de qua Vlpianus scribit in l. magis puto. Vbi usurarum modus, carendum esse ęre alieno suadet, ideoq; uendere, quàm obligare satius erat. Quod tamen Catilinarij quoniam amore possessionum tenebantur, facere nolebant. Hotomannus de usuris lib. 1. cap. 2. circa finem.

CERTAMEN de quo infrà in l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. lega. significat ludos & spectacula, & conflictus. Sic sumitur in l. 3. Cod. de spectacul. li. 11. Prateius.

CERTAMEN etiam μεταφορικῶς sumitur pro iudicio contradicto in quo confligunt litigatores in §. si uerò altera. in authent. de nupt. constit. 22. ita uertit ibi uetus interpres, pro quo Iustinianus dixerat τῶν ἀγώνων. Prat.

CERTAMEN, pro ludo, in quo est contentio: ubi etiam uictori ab agonotheta præmium proponitur. Scæuola de annu. leg. l. liberto. Certamina, inquit, sub nomine ipsius celebrarẽtur, id est, ludi. Nebriss. Sic eo. tit. l. pen. apud Marcellum aientem, cum erat

erat pecunia certa reipublicæ Sardianorum relicta per quadriennium certaminis Chrysantiani. Quære, Sardiani. Sp.

CERTAMEN Chrysantianũ, ab aureo flore præmio uictoris nuncupatum: ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, id est, ab auro, & ἄνθος flore. Huius ludi meminit Iuriscos. in l. pe. ff. de ann. leg. Dn. Budæus certaminum ludorum & agonum antiquorum quædam nomina explicat, nõ modò lucẽ inferentia ad l. athletas. ff. de his qui not. infam. sed & ad alia multa & Pandectarum & codicis Iustiniani. Alexander item Neapo. c. 8. lib. 5. Quibus adde Valturium c. 12. lib. 12. de re militari, & Rhodigin. cap. 30. lib. 13. Sp.

CERTAMINVM genera quatuor fuisse apud Græcos, quibus ἀγῶνες dicebantur, scribit Budeus in priorib. adnot. in Pandect. Nemæa, Pythia, Isthmia, Olympia, quæ & sacra certamina adpellantur eodẽ auctore. Hæc explicat Alex. ab Alex. lib. 5. c. 8. ad cognitionem multarum legum Digesto. & Cod. De ijs Cælius Rhodig. lib. 13. c. 30. De sacris Certaminib. loquitur Pollux. lib. 3. c. 30. Prat.

CERTAMEN publicum apud Vlp. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. dicitur, Accursio interprete, quòd publicæ lætitiæ gratia fieret, uel quòd populo exhiberetur. Prat.

CERTAMEN Circense in l. eos qui. de spectac. lib. 11. C. accipiũt Græci interpretes pro equestri conflictu. & uide ĩ. in uerb. Circenses. Prat.

CERTATIO, pro cognitione extrema accipi putant quidam in legibus, quas refert M. Cicer. lib. 3. de legibus, Multæ pœnæ certatio esto. Prat.

CERTIORARE pro certiorem facere, non semel dixit Vlpianus l. si fideiussor. 29. ff. mandati. & l. 2. ff. de actio. empt. l. 1. in fi. ff. de eo, qui pro tutor. sed id uerbum à Triboniano pro uenustiori alio repositum putem. tametsi sciam Alciatum existimasse Certiorare eadem ratione ductum, quâ Meliorascere apud L. Columellam. Prat.

CERTIFICO. Pro hoc uerbo, ceu reprobato, pleriq; ponunt, certum, aut certiorẽ facere, seu reddere: licet etiam eum certiorem facere dicimur, qui alioqn nihil certi à nobis habuerit: atq; sic obtineat frequentior usus scribendi, tamẽ aliter à Cicer. positum, lib. 9. Epist. fam. Insulanus obseruauit. Spieg.

CERTIORO, as, uerbo hoc Iuriscoss. utuntur: quod apud eos qui purè loquuntur, in usu non est. Vlp. de eo qui pro tut. l. 1. Sed necessarios, inquit, pupilli non certiorauit. Idem quoq; lib. 7. tit. mandati, l. si fideiussor. Cum certiorare, ait, non fecit. Certifico uerò, & certificatio, nusquam quod meminerim, legitur, nisi in tit. de excus. Honores, inquit, & immunitates certificauit scribens. Item de pign. & hypot. l. cum tabernam. quæ est Scæuolæ lib. xx. ff. non certificationem inquit, sed suppositionem à me accipere. Nebr. Verùm Alciato uidetur uerbum certiorare, pro eo quod est, certiorem facere, eadem ratione deductum, qua & ueteres meliorare dixerunt. unde L. Columel. meliorascere. Spieg.

CERTIS annis præstitum, non modò de pluribus, longoq; tempore dicitur, sed etiam quod triennio præstitum est. Cætera huc pertinẽtia, uide apud Alc. in l. si certis annis. C. de pact. Sp.

CERTIS oneribus destinatum patrimonium, apud Vlpian. l. si fideicommissum. §. quid tamen. ff. de iudicijs. Spieg.

CERTI limites, cum finibus adiectũ est, qui duo uicini proximi sunt. l. forma. de censib. Spieg.

CERTI anni in constitutione Imppp. l. si certis annis. C. de pactis. dicuntur Accursio ibidẽ pauciores tribus. Bartolus & Baldus longum tempus interpretantur. Alciatus in Bartoli & Baldi sententiá pedibus it, tametsi alioquin pro triennio accipi credat. Accursij sententia iuuari uidetur l. 1. C. de fideicommiss. & cap. 1. de præscriptio. in antiq. Ni dicas utrobiq; iure speciali triennium præstitutum. quod magis est. Nam in l. 1. C. de fideicommiss. alimentorum. in d. c. 1. de præscript. fidei Christianæ fauor uersatur. Prat.

CERTIOREM confessionem falsæ uidetur opposuisse Vlpianus l. 1. §. si quis ultrò. ff. de quæstion. licet quidam putent ibidem pro uerisimili accipiendam: uerius tamen est ut pro ueris argumentis confirmata sumatur. Prat.

CERTO certius, pro uerissimo, prouerbiali uoce Iuriscoss. usurpant. in l. testamento. 2. de test. l. ait Prætor. §. si non mulier. Quæ in fraud. credit. l. stipulatio. §. sunt autem. de uerb. oblig. Sp.

CERTVM quid sit, Sex. Pedius docet. l. 3. si cert. pet. Videtur autem à cernendo dictum. Ab eo deinde & certare factum, quo magis nunc utimur, ut lactare, spectare, & multis alijs. Nam ueteres cernendi uerbum, non rarò usurpãt: quale est illud Ennij, qđ refert Cicero, Ferro non auro cernamus. Curt. lib. 1. ἀνατρῶν. c. 12. Vide Ias. in l. certum. ff. si cert. pet. & Fel. in c. 1. de sum. trinit.

CERTVM uariè apud Iuriscoss. accipi pro re, ad Alciatum in rerum summis obseruaui, aientem eam uocem nunc latius, nunc angustius secundum subiectam materiam declarari, id refert in l. certum. ff. si cert pet. Prat.

IN stipulationum uerò tractatu, Certum accipitur quod ex ipsa pronuntiatione, quid quale quantumq; sit apparet: ueluti aurei decem, fundus Tusculanus. l. 74. ff. de uerb. sign. Itaq; hæ stipulationes, in quas huiusmodi res deductæ sunt, Certæ appellantur. contrà ubi non apparet quale quantumq; est in stipulatione, incerta est stipulatio. l. 75. eo. tit. Certũ, in actione si certũ petetur, pro certa pecunia numerata accipimus. de quo latius Ræuar. l. quatenus cuiusq; intersit. ff. de reg. iur. De ea enim hæc actio cõparata est. l. 1. ff. de condict. trit. l. 1. ff. de interrogat. in iur. fac. Inde actio certæ pecuniæ apud Senec. lib. 3. de benefic. c. 7. & certa pecunia credita. Quintil. lib. 4. ca. 2. Satis est dixisse, Certam pecuniam creditam peto ex stipulatione. Et alio eiusdem capitis loco. Nam quid in plerisq; iudicijs priuatis de re certa credita, locato & conducto, interdictis habere loci potest? Et lib. 8. c. 3. Te non pudeat certam creditam pecuniam periodis postulare. Cic. pro Rosc. Com. Adnumerasse sese negat, expẽsum tulisse non dicit, quũ tabulas non recitat: Reliquum est, ut stipulatũ se dicat. Preterea enim quemadmodũ certam pecuniam petere possit, non reperio. & in l. ulti. §. Lucius. ff. de condict. indeb. & l. 7. §. ult. de contr. empt. Briss.

CERTVM autem est id demum, quod in oculos cadit, & demonstrari cerniq; potest. Sic Certus locus, qui pro diuiso possidetur, in l. 1. ff. de euict. l. 6. ff. de seruit. l. 4. ff. pro empt. l. 8. ff. de rei uind. Et ita Certa pars & pro indiuiso opponuntur. d. l. 1. & l. 25. ff. quib. mod. ususfr. amitt. & l. 1. §. hoc interdictum. ff. uti posid. l. 35. ff. de seruit. urb. Pars enim pro indiuiso incerta est, cùm oculis demonstrari nõ possit, nec certis regionibus descripta sit, intellectuq; & animo non diuisione corporum secernatur. l. 5. ff. de stipul. ser. l. 66. §. 1. ff. de legat. lib. 2. l. 5. §. si duobus. ff. commod. Brisson.

CERTVM per naturam dupliciter aliquid dicitur, ex causa scilicet & re ipsa. Ex causa puta, si mater uterum gerat: quoniam non concepti nasci non possunt. Ea notitia, q ex causa nascitur, si unus tantum conceptus, certum est per rerum naturam unū esse nasciturum. atq; hæc notitia de futuris est. l. sed & si restituatur. in fi. ubi quis ag. uel conuen. Reipsa uerò certum est quid nunc agat rex: licet mihi ignotum sit. Ferret. tt. de uerb. oblig.

CERTVM etiam illud dicitur, quod tempore stipulationis in aliquo certo loco est, ueluti uinum, oleum, triticum, quod in horreo est, dare spondes? Incertum ergo est quod nondum natum est l. ubi aūt. 75. §. illud dubitationem. ff. de uerb. obl. Prat.

CERTVM etiam dicitur, quod clarum, manifestumq; est, Alciat. in d. l. certum. Sic accipitur in c. de capitulis. x. distin. Quandoq; accipitur pro eo, quod dicimus uerū, constare. l. si filius. ff. de ritu nupt. Sūt tamen qui certum ibidem pro uerisimili accipiant. Prateius. Adde Forcat. obseruat. in 42. dialog. Necyomantiæ.

CERTVM est (quod ad certi condictionem adtinet) cuius species uel quantitas, quæ in obligatione uersatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quæ nominis uice fungatur, qualis, quantaq; sit, citra omnem ambiguitatē ostenditur. Nam & Pedius lib. 1. de stipulationibus, nihil referre ait, proprio nomine res adpelletur, an digito ostendatur, an uocabulis quibusdam demonstretur, quatenus mutua uice res fungantur, quæ tantundem præstant. l. certū. ff. si cert. pet. & cert. cond. Old.

CERTVM quoque dicitur, quod licet incertum nunc est, tamen dubium nō est, posse certificari. arg. l. quidam relegatus. de reb. dub. Vnde Bartolus docet, & certum dici posse, quod licet incertum appareat, signo tamen indubitabili potest esse certum. Signum autem indubitabile illud intelligendū, quando fallere non potest. Sp.

CERTVM corpus propriè I.C. appellant, quod dialectici Indiuiduum: Incertum uerò, quod illi genus. qua de causa inter se opponuntur, in l. 1. §. nō solùm. ff. ad leg. Falcid. Hot.

CERTVS homo, ueluti Stichus, Dama, Pamphilus dicitur ad differentiam hominis in genere. l. Noratius. ff. de condi. indeb. Huic opponitur homo incertus l. hæredes. 25. §. si incerto. ff. famil. ercisc. Prat.

CERTVM ius in constitutione Alex. Imp. l. 2. C. de solut. sumitur pro claro & aperto. Certū ius, hoc est, expressa & aperta lege cautum. Prat.

CERTVM ius uerò apud Pomponiū l. 2. in principio de orig. iur. dicitur scriptū, ut colligitur ex §. exactis. d. l. 2. Sic

CERTVS locus in l. locus. ff. de acq. poss. & l. 4. ff. pro empt. dicitur qui pro diuiso possidetur, quæ interpretatio comprobatur l. 1. ff. de euict. & l. Pomponius. 8. ff. de rei uindi. Alciatus ad d. l. locus. certū locum ita diffinit qui certis finibus sit compræhensus. quæ diffinitio iuuatur d. l. Pomponius. 8. In eundem sensum dicitur. Prat.

CERTVM uel incertum contractum Accursius ferè intelligit de certo uel incerto, quod in contractum, uel obligationem deductum: quemadmodū & alibi certa, uel incerta stipulatio (l. stipulationum quædam. de uerb. oblig.) dicitur, uel stipulatio certi incertiue. l. si pœnam. l. liber homo. §. ult. de uer. obl. l. 4. de usuris. Cū certi contractus (meo iudicio) potius illi dici possint, qui nominati appellantur; scilicet quòd certum ac proprium nomen cōtractus habeant. l. iurisgentium. de pactis. Incerti autē qui uulgo innominati dicuntur, eo quòd proprio nō appellentur nomine. Nō enim illis locis, de eo quod in obligationem deductū est, sed de ipsa causa, contractu uel obligatione I. C. loqui uidentur. Sic & actio præscriptis uerbis, uel in factum, incertum iudiciū, uel incerti ciuilis actio uel condictio dicitur. l. si conueniri. comm. diu. l. pe. depositi. l. 6. 16. præscrip. uerb. l. 19. in fi. de precario. l. 9. 22. in fin. C. de donat. hoc est (ut ego arbitror) incerti contractus, uel negotij actio, iudicium uel condictio, tunc enim locū habēt, cum incertum est, quo nomine contractū negotiū propriè appellandū sit. Idem in condictione incerti. Nam & illa tunc datur, cum nominatæ illæ, & specialiter introductę condictiones, propriè locū non habent: sed negocium subiectū ad similitudinē illarum ita accedit, ut condictionem dari æquum sit. l. 22. in fi. l. 40. §. 1. de condict. indeb. l. 12. in fi. de cond. furt. l. 5. & 8. de act. empt. §. incertam. Dicitur tamen quandoq; & incerti agi, cum ob quantitatem non expressam ad interesse tantum datur actio, sed de eo illis legibus non agitur. l. ulti. si quis in ius uoc. non ierit. l. 68. de uerb. obl. l. 2. præt. stip. Langebecius in annot. nouis. aliquot legum cap. 36.

CERTVS hæres, ut adire possit, dicitur, qui probabiliter, uehementi quadā opinione, credit sibi delatam hæreditatem. l. Pannonius Auitus. §. 1. de acq. hæred. exitusq; ostendit eū rectè sensisse. gl. l. si quis extraneus. in fi. eo. tit. Spieg.

CERTVS homo dicitur, cuius qualitas definita est: nam de quantitate non laboratur: qualitas autē aut nomine ostenditur, aut demonstratione. nomine: ut Pamphilus, Dauus: demonstratione, ut si digito notemus: ueluti cùm dicimus, Hūc hominē meū esse aio. uel natione: ut Syrus, aut Phryx, aut Lydus: uel loco, ut frumentū, quod in illo horreo est: uestis, quę in illa arca est: aut alia quadam nota, ut filius Areseusę. l. Quintus, x. ff. de aur. arg. l. planè, 34. §. 2. l. cū res, 47. §. 1. l. sed si, 51. l. si seruus, 108. §. qui quinque. ff. de leg. 1. Cōtrà uerò Incertus homo dicitur, cuius qualitas definita non est: ueluti cum in genere testator scripsit, Hominem illi do lego. l. ubi autem, 75. ff. de uerb. oblig. & l. cum incertus. 13. ff. de leg. 1. l. hæredes, 25. §. si incerto. ff. famil. ercisc. neq; enim quali significetur, intelligitur.

CERTVM uinum aut frumentum dicitur, cuius & qualitas & quantitas apparet: Incertum, cùm aut neutra, aut alterutra tantùm definita est: ueluti si qs dicat, uini amphoras centum, uel etiam, uini Campani amphoras centum: Incertum dicit, propterea qđ quantitatem tantùm exprimit, qualitatē prætermittit. Campani enim uini multa genera sunt. Quòd si adijciat, Optimi: tum qualitatem expresserit. sed si Boni diceret, nequaquam. bono enim aliud est melius. Quinetiam

CERTVM dicit, qui uinū quod in apotheca est, at triticum quod in horreo est, dicit. hoc enim idem est ac si diceret, quale quantūq; in illa apotheca, aut illo horreo est: quæ omnia traduntur in l. stipulationum, 74. & l. seq. l. triticum, 94. ff. de uerb. obl.

CERVI præter notam significationem apud ueteres dicūtur serui & fugitiui à celeritate ut ex Sexto Pompeio docet Petrus Crinitus de honesta discipl. lib. 19. c. 8. Sunt & furcæ lignæue cornuta ad similitudinem ceruorum cornuum apud Liu. lib. 44. & Cæsarem lib. 6. de bello Gallico cum inquit, post eas aggerem & Vallum 12. pedum extruxit, huic loricam pinnasq; adiecit grandibus ceruis.

CERVICAL, ueluti Ceruicis sustẽtaculũ, quod nos uulgò *aureillet, & coussinet*, uocamus. Nam & id uestis nomine continetur: ut tradit Iurisconsultus in l. argumẽto §. ceruicalia. ff. de aur. & arg. leg. Eius meminit & Plin. lib. 20. c. item 20. & lib. 28. c. 4. Iuuenalis Sat. 6. & Martialis lib. 14. Epigra. 146. & quisquis is est, qui Ezechielẽ traduxit, c. 13. ubi inquit, his qui faciunt ceruicalia, sub capite uniuersæ ætatis ad capiendas animas. Et iterum non multò post: Dirum pam ceruicalia uestra, super quæ uos colligitis animas. Græci id uocant *προσκεφάλαιον* qua uoce usus est D. Marcus ca. 5. ubi interpres uertit. Ceruical. Idem autem esse Ceruical & Puluinum, ex eo patet, quod dicemus infrà in puluillo & ex d. cap 13. Ezechielis. De hoc autem est illud Martialis Apophoreton lib. 14. Epigram. 146.

Tinge caput nardi folio ceruical olebit:
Perdidit unguentum cum coma, pluma tenet.

Vt annotauit Tiraquellus in l. connub. 3. gl. 1. parte 3.

CERVICALIA, uestis nomine contineri Vlp. scribit in l. 25. §. 1. ff. de aur. arg. qd' si ad muliebrẽ mũdũ ea pertinẽt, significari putarẽ eo nomine q̃ Græci *περιτραχήλια* nominãt, quæ Iul. Pollux in mundo muliebri recenset. sin uirilia sunt, ea dici putarem quæ frigoris uitandi caussa ceruici circũdantur. Hot. Adde quæ sup. dicuntur in dictione Aquiminarium.

CERVICEM erigere, est Imp. Constantio, in eũ cui gratitudo debetur irreuerentem esse. l. ij. C. de libertate & liber. eor. Notum, durę ceruicis hominem dici, quasi indomabilem, more ferocium boum, quique ceruice erecta & rigida contumaciam quãdam præ se ferat, tanquam nemini ceruicem inclinare uolens. Bartnyfi 3. c. nisi cum pridem. §. propter militiam de renunc. Spiegel.

CERVICOSVS ponitur, p̃ duro & inexorabili.

CERVISA, ceruisia, uel ceruisium, potio est ex hordeo, siue tritico, siue ex pane cõcinnata. & est feri quam sacræ literæ ex hebræo sermone interpretãtur siceram, & idem quod Zithum. sicera uerò, Hieron. ait, est omnis potio, quæ potest inebriare, præter uinum. Vlpia. lib. 33. Dig. De tritico & uino legato. l. si quis: Nec camum, inquit, nec ceruisa continebitur. Et paulo ante. Certe Zithum quod in quibusdam prouincijs ex tritico uel ex hordeo, uel ex pane conficitur. Strabo lib. 27. in descriptione Ægypti scribit, commune illis populis esse poculum, & fieri modis uarijs. Appellatur autem à Græcis Zithũ, ab interprete Ceruisum. Nebriss. Vlpian. de trit. & uin. leg. si quis. Certè ceruisium, quod ex tritico, uel ex hordeo, uel ex pane conficitur, Græcè *ζῦθον* Plinius: Ex ijsdem fiunt & potus. zythum in Ægypto. celia & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera in Gallia. Quo loco melius quidam Cereuisiam legunt, teste Ste. Robert. Est locus in cap xxv. lib. xxij. Porrò idem Vlpian. citata l. simili modo, inquit, nec curmi, nec ceruisia continebitur. subaudi, uini appellatione. Spiegel.

CERYCIA sunt insignia quæ legati ferre solebãt, nequis eos uiolaret. Sic sumitur in l. sanctũ. ff. de rer. diuis. quod & I. Pollux lib. 8. Onomastic. his uerbis docet *κηρύκειον φέρειν ἐν τῷ πρεσβεύειν* Non igitur ornamento tantum erant, ut putat Alexander Genial. dierum lib. 4. sed & tuitioni d. l. sanctum. Prat. Hicq; obiter admonendi sumus, sinceriorem esse hanc eius loci lectionem, quàm sit illa Alexandri Neapolitani, qui legendum putat *ἱκετηρίαν*, intelligẽs opinor, ramum oleæ lana obuolutum: sed eum non conuenisse nisi supplici uel deprecatrici legationi, ostendit ipsius uocis significatio, &c. Balduin. §. sanctæ quoque res. Instit. de rer. diuis.

CESSARE pro frustrari & moram facere solutioni. l. antepen. ff. de leg. lib. 1. l. 41 §. 1. ff. de usur. l. 15. ff. de alim. leg. l. 38. ff. de minor. Vlp. ad interpretationem rescripti. Imp. Anto. quo in p̃pria quoq; hæredis bona legatarij mitti iubentur, si post sex menses, q̃ Prætor aditus est, in solutione cessatum fuerit. Cessatum non uideri ait, si pupillus tutorẽ non habeat, nec curatorẽ furiosus, uel adolescens cum frustratio his personis indefensis nocere non debeat. l. 5. §. Imperator. & §. cessatum. ff. ut in poss. leg. Briss.

CESSARE partẽ dixit Iauolenus l. Mæuio. 41. ff. de leg. 2. pro deficere & cessantium, id est deficientium partes eodem sensu Paulus l. diuus. 7. ff. si cui plus, quàm per leg. Falc. Sic Romanus Pontifex

CESSANTE caussa, cessat effectus, id est, deficiente, & sublata c. cùm cessante. extra de adpel. & uide A. Tiraquell. tracta Cessante caussa. Prat.

CESSANTEM quoq; demonstrationem apud Papinianum accipere debemus, pro deficiente probatione l. cùm ex pluribus. 97. ff. de solut. Prat.

CESSARE edictum dixit Vlpianus l. quòd si. 2. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. pro eo, quod est locũ non habere, & ad eum casum non pertinere. Prat.

CESSARE libertatem, Et

CESSARE addictionem apud Vlpianum l. ergo. 4. §. si in fraudem. & §. si bona, ff. de fideicomm. libert. accipi oportet, hoc est non ualere, & ei actui locum non esse.

CESSARE, pro ociosum & inutile esse, sæpius occurrit etiam apud Iurisconsultos nostros. Quod interpretes barbarè exponunt, modò pro nullum esse, modò pro non competere. Scæuola eleganter dixit in l. diuortio facto. negoc. gest. Præterire denique aliquid temporis debebit, quo cessasse uideatur. Itẽ cessare dicuntur, quæ non sunt extincta, & quæ redire possunt. Sic dicimus, cessare obligationem, sed nõ esse extinctam. Vide Zasium in tract. substit. cap. iij. & glos. fin. l. propter. ff. solut. matr. Sp.

CESSARE impropriè pro nunquam fuisse. Papin. l. 97. ff. de solut. Quum ex plurib. causis debitor pecuniam soluit, utriusq; demonstratione cessante, id est, sine ulla demonstratione. Hot.

CESSARE suo periculo non negligentem esse. l. 1 de administ. tut.

CESSATIO, interdum cõtumaciæ imputatur. l. is cui. §. cessatum. ff. ut in possess. leg. Alber.

CESSICIA tutela, quæ in iure cessa est.

CESSICVS tutor, cui in iure tutela cessa est eidẽ Vlpia. in Epitome, à uerbo Cedere ducitur. Prat.

CESSIM ire in l. si ex plagis. §. in cliuo ff. ad legem Aqui. est retro redire ex interpretatione Alpheni eius legis auctoris. quod & Accursius rectè intellexit. Eo dicendi genere usus est Iustinus lib. 2. Aut si hoc parum tritum extat, uos, commisso prælio, ite cessim, inhibete remos, & à bello discedite. Prat.

CESSIM, pro locum dare regrediendo, & retro cedendo. Iurisc. ad leg. Aquil. Interim superius plaustrum cessim ire cœpit. Spieg.

CESSIO p̃priè & iuris & actionis trãsactio: nã per cessionẽ iura & actionis in eũ cui cessit transferuntur, quia sicut in uenditione, uel quolibet titulo alienatiõis rei corporalis necessaria est traditio quãtum ad dominij translationem: ita ad translationem rei incorporalis, scilicet iuris, & actionis utimur cessione, quæ reputatur pro traditione. Nebriss.

CESSIO secundũ Isid. li. 6. Ety. est rei cõcessio,

sicut est illud Rut.4.cedo iuri propinquitatis. Nam cedere dicimur quasi cōcedere, utpote ea q̄ propria sunt. nā aliena non cōcedim9 sed restituim9 Nebris.

CEDERE etiam dicitur qui contra ueritatem alteri consensit: & apud Cic. cessit auctoritati uiri, id est potius paruit. Nebris.

CESSIO est utilis dominij translatio, & sic con seq̄tur alienatio. Bal. in c.j.p quos fiat inuest. Rebuf.

CESSIO nō est exactio: unde si uxor relicta sit usufructuaria donec dotē exegerit, si uxor cesserit actionem super dote, nō perdit legatū ususfructus, quia nō uidetur exegisse, cum ut dixi cessio non sit exactio. Bart. in auth. hoc locum. in fin. Cod. si secun do nups. mul. secus ubi cessionarius exegerit. Alex. in l. amplius. in fin. ff. rem rat. hab. Rebuff.

CESSIO, in iudicio tali forma cōtingebat. Accipiens rem, adito magistratu, Hác ego rem, inquiebat, ex iure Quiritum meam esse aio. Deinde iudex ex huiusmodi uindicatione interrogabat cedētem: an contra uindicaret? Quo negante, aut tacente, rē uindicāti addixit, eaq; uocabatur legis actio. Boet.

CESSIONIS bonorum beneficiū introduxit lex Iulia. Beneficium est quia etiamsi qui cedunt bo nis, bonorum uéditionem patiantur l. debitores C. ex quib. inf. irrog. l.3. & l.5. ff. de cess. bon. l.2. & 4. qui bon. ced. poss. tamen infames ex ea causa non fiunt: quia non inuitis illis uenditio fit. Non tamen caret hæc res suggillatione aliqua No.4. propterea quod decoquunt creditoribus. cuius generis homines Adrianus in amphitheatro catamidiari iubebat, ut ple risq; locis hodiè fit in foro: & Boœtijs fuisse eandē legem Nicolaus apud Stobæum auctor est cap. 42. Lex Roscia cùm cauisset ut equites in 14. ordinibus sederent, exceperat decoctores. Et hanc omnem cō tumeliam pati cedendo bonis decoctores cogebātur metu carceris & uinculorum & uerberum: quæ supplicia proposita erant ijs qui creditoribus suis sa tis non facerent l. j. & ult. C. qui bo. ced. pos. l. j. C. Theod. eod tit. Verum eos qui non suo sed fortunæ uitio decoxerunt No. 135. Iustinianus liberat tam supplicijs quàm cessiōis necessitate, dummodò iu rent se pares non esse soluendo, id est, si eiurent bonam copiam. Quod congruit antiquo iuri. Quum enim ex 12. tab. olim debitores creditoribus necterētur & addicerentur, id antiqua lege sublatum fuit relata à M. Varrone, & liberati sunt qui bonā copiā eiurassent, ne essent nexi, sicut d. No. 135. qui eiurant bonam copiam id est se non esse soluendo liberantur carcere cruciatuq; omni corporis, immò & cessionis ignominia. Sed creditorib9 pro extremo subsidio datur ius quantum potuerint bonorum debitoris conquirendi & uindicandi & conueniendi etiam debitores debitoris. Cuia. in expositio. d. No. Iustin. 135. Videte Vuesenb. in parat. tit. de cessione bonorum.

CESSIONARIVS dicitur ille, in quem transfusa est obligatio, uel nomen, & debet certiorare debitorem, quod nomen eius in ipsum transfusum sit, ipsum notificando, uel ostendendo instrumentum, & legendo, & copiam si uelit habere, dando, ut l. nomen. quę res pig. oblig. po. C. aliàs alteri soluere pos set debitum, non credens se obligatum cessionario. C. de obli. & actio. per Bartolum. Prat.

CESSIONARIVM cui ex iusta causa cessio fit, posse uocari creditorem Dd. asserunt in l.1. ff. si cert. pet. & plenè Reb. in schol. priuil. 177. Reb.

CESSIONIS bonorū effectus hic est maxim9, quòd qui uoluerit cedere bonis, is nō possit detrudi in carcerē, aut si ductus fuerit, debeat dimitti. l. j. C. Qui bonis ced. poss.

CESSIONIS bonorū & dationis bonorū in solutū differentia ponitur in l.4. Cod. q bon. ced. poss. facta enim cessione bonorū, nō possunt creditores bona proprria auctoritate tenere iure dominij; sec9 si data fuerint bona in solutū. Est, & illa differentia, quod cessio bonorū quodámodo est iniuriosa Nouel.3.4. & 135. licet ipso quidē iure nullā irroget infamiā. l.11. Cod. ex quib. caus. inf. irrog. l. ult. Cod. qui bo. ced. pos. datio bonorū in solutū iniuriosa nō est, sed benignior, ac per eam perinde ac cessione bonorum uitabitur carcer. Cuia. ad. Nouel. 4.

CESSIM ire, est retrò ire, referre pedē, *se tirer en arriere, reculer*, l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. ibi, interim superius plaustrū cessim ire cępit, & in fin. ibi, & ideo plaustrum cessim redijsset.

CESVRATIM .i. succinctè breuiter per Cesurę cōmata partes & interordinia libelli. Cesuratū uas appellatur cessim orificiatū. Ioan. Bapt. cōment. in Epist. Sidon Apollin. ad Claudianum lib.4.

ΚΕΣΤΟΣ significat sponsæ zonā nuptialem. Old.

CETEROQVIN, alioquin. Vlpian. l.29. ff. de iure fisc. Sed enim hæc pœna magis est, ut aduersus ipsum locū habeat, qui delatorē redemit. ceteroquin aduersus hæredē eius transire nō debet. Idē l.25. §.4. ff. de hæred. inst. Intelligēdū erit rerū Italicarū significatione eas cōtineri, quas perpetuò quis ibi habuerit, atq; ita disposuit, ut perpetuò haberet. ceteroqn si tempore, quo transtulit in alium locum, &c. Hot.

CETERORVM, & reliquorū adpellatione omnes cōtineri M. Terētius Clemēs in l. cū optio. 17. ff. de opt. leg. & Marcellus apud Vlpianū l. ceterorū. ff. de uerb. sign. ideoq; inclusionis notā esse cōstat. Excludit etiā plerūque ueluti apud Vlpianum l. non solum. §. quæritur. ff. de procurat. Singulari quoq; numero apud eūdē l.2. ff. de iis quę in test. delēt. excludit. cōpēdiosè in Tabellionū tabulis, instrumētisue interiecta his notis &c. hęc uox, cōpræhēdit omnia, quæ sunt de natura cōtractus, uel rei, super qua adponitur Bartol. in l. Gallus. §. idē credendū. ff. de lib. & postu. Huius locutionis uim latissimè explicant Iason, & Alciatus ibidem, quos cōsulas uelim. Prat.

CETERA cognitionis dixit Scęuola l. intra utile.19 ff. de minoribus. pro omnibus, quæ ad caussæ restitutionis in integrū cognitionē pertinerent. Sic eodem sensu dixit idem Cetera negotij. Sic

CETERA uēditionis dixit Vlpianus l. magis puto.5. §. si pupillus. ff. de rebus eorum. omnibus, quæ uenditorem facere præstare oportet, & omnia iudicij l. in caussæ. ff. de procurato. Prat.

CETERVM aduersandi nota est, & accipitur p sed, in cōstit. Alexan. Imp. l.1. C. si aduers. rē iud. Prat.

Vox CETERVM plerūque absurdi nota est & significat, Alioquin. l.8. §.1. de minorib. l.5. §.1. ff. de alienat. iud. mut. l.15. §. posteaquam. ff. de dam. inf. l.12. §.1. in fi. de pact. dot. l.15. §.1. ff. quod ui aut clam. l.15. §. sed si emptor. ff. de re iud. l.17. §. si iussu. ff. de iniur. l.63. §. hæc ita. ff. de furt. l.2. §. idem Nerua. ff. ne quid in loco pub. l.3. §. hoc autem. ff. de liber. exhib. l.5. §. maximè. ff. de Carbo. ed. l.32. in fi. ff. de recept. qui arbitr. l.49. ff. famil. ercisc. l.5. §. meminisse. ff. de oper. no. nunt Sic & apud Tertullia. in lib. ij. aduers. Marcio. illo loco. Ceterū nō esset anima nec spiritus. Et lib. ij. ad uxor. Sanctificatur enim infidelis uir à fide li uxore, & infidelis uxor à fideli uiro. Ceterū immūdi essent filij uestri. Hoc, ne leue uideatur, Accursiū ualde torsit in interpretatione l. 5. ff. iud. sol. quę huius

ius uocis ui percepta nō obscurū sensum habet. Cōtra etiā Alioquin pro Ceterùm ponitur in l.91. ff. de legat.iij.l.1.C.de pact.conuent.l.42.ff.de adq.hered. Notauit Gouea.lib.j.Var.lect.cap.j. Briss.

C H

CHALARE uerbum à Græco χαλᾶν deducitur, atque hoc uerbū hodie nautis familiare est, qui chalare uelum dicunt. Chalare enim laxare & dimittere est. Hinc etiam chalatorij funes sunt, quibus antemna & attollitur & demittitur. Vt annotauit Torneb. aduersariorum lib.24.cap.15. Schard.

CHALDÆI, Assyriorū magi ex gentis uocabulo dicuntur, qui diuturna obseruatione siderum sciētiam putantur effecisse, ut prædici posset quid cui euenturum, & ex quo quisq; fato natus esset: quorū professio ab imperatoribus damnatur, quum aiunt: Chaldæi ac magi, & cæteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem uulgus appellat. Sileat omnibus perpetuò diuinandi curiositas, quam ultore gladio uindicandam constituerunt: ut liquet ex l. nemo C. de malefic. & mathemat. Sp. Secundum interpretationem B. Hieronymi in c.2. Daniel dicuntur γενεθλιαλόγοι, qui futura ex natiuitatibus prædicūt, quo sensu accipi debet apud Spartianum, cuius hæc uerba sunt, uel uates, uel Chaldæos consuluisset, qđ & Plutarchus in Galba adnotauit. Prat. Hi & Arioli & planetarij dicebantur, ut annotauit Petrus Crinitus de honesta disciplina lib.8.cap.9. Schard.

ΧΑΜΟΘΕΝ, apud H Modestinum l.ἀλλὰ μὴν.§. χρὴ δὲ [illegible] ff. de excus. Ant. Augustinus lib. singulari ad Modest. supplicìter. Iac. Cuiacius de plano uertit. A. Augustini sententia potior uisa est. Nec moueor Græcorum interpretatione, qui interpretantur. χαμόθεν ἤ ἀπὸ [illegible] hoc est de plano, qua de re fusius disputo libr. 1. Enucleat. Non tamen eo inficias, quin. Prat.

ΧΑΜΑΙΔΙΚΑΣΤΑΙ pedaneos iudices significent, quorum commeminit Iustinianus constitut.60.§.[illegible] & uide Alciat. lib.1.[illegible].cap.41. Prat.

CHARISTIA, p annona graui, seu difficili, malè sumitur. Est enim in hac significatione Italici uerius quàm Latini sermonis. χαριστία quidem Græcis sonat gratiā, seu decentiā, nobis Anmut. Sic gratiosus dicitur, ein Anmutiger mensch. Nec gratiosus princeps, ut Barbaris in ore est, beneficum, hoc est, ein Gnedigen fursten significat. Fateor hoc Grāmaticū esse relinquendū: sed huc impegerunt, ut in sexcentis eiusmodi magni utriusque Iuris Interpretes, quos huius ergò nullis cōtumelijs insectandos, Alc. alicubi rectissimè cēsuit. Siquidē, ut & attigimus in Epistola nūcupatoria huic nostræ lucubrationi præfixa, uitia illa temporū fuerunt, non hominum. Æquissimum esset, humanioris literaturæ professores, sic cæcutientes interpretes, in uerborum Latinorū sensu tolerare, nec tam durè cū eis agere, quod quidam Grammatici fecerunt (testatur Alciatus) qui tamen interim sibi licere permittunt, de significatione uerborum Iuris ciuilis errare. Spieg.

CHARISTICON, pro remuneratione apud Callistratū. in l. diuus Adrian. de bon. dam. Sed debent ad ea seruari, quæ iure præsidū solent erogari: utputa Charisticon quibusdam officialibus, &c.

CHARACTER, figura uel signū, uel forma expressa literarum præcipuè. Vlp. de testamen. l. ad testium. Dum tamen inquit, habuerit χαρακτῆρα Cicero ad Brutum in oratore: In omni re difficillimum est formam, quæ character Græcè dicitur, exponere. Sed & styli gen9 character ab autorib. dicitur. Nebr.

ΧΑΡΩΝΙΑΚΟΣ dicitur libertus Orcinus à Charōte inferorum portitore. Balduin. tit. de sing. rebus per Fideicommissum relictis.

CHARTA, est pagina scriptioni apta, ex quacunque materia illa sit, siue ex plūbo, siue ex cortice, siue ex linteis, siue ex papyro, siue ex corio, quæ dicitur Mēbrana. Vlp. de leg. iij. l. librorū. Librorum, inquit, appellatione omnia uolumina continentur, siue in charta, siue in mēbrana sint, siue in quauis materia. Neq; enim mēbrana excluditur à chartę appellatione, cū charta membrana appellatur. Idem quoq; ibi: Si quis, inquit, chartas legauerit puras, mēbranæ nō continebuntur. q.d. nisi addatur charta membrana. Idem de bon. pos. sec. tab. l. chartæ appellatione. Etiā ad nouam chartam refertur. Sp.

CHARTÆ appellatio & ad nouam chartam refertur & ad deleticiam. l. 4. ff. de bon. possess. sec. tab. Chartis autem legatis neq; libri iam facti, neque cœpti scribi, neq; mēbranę, neq; ceteræ ad scribēdū materię debētur. l. 52. §. qđ tñ. & l. 76. ff. de leg. li. iij. Bris.

CHARTARVM genera & quo fierēt modo, explicat Plin. li. 13. c. 12. Sed Adrian. Torneb. to. 1. li. aduersar. 7. c. 2. hunc Plinij locū eruditè emēdat. Quò melius ergo quilibet hanc Tornebi emēdationē cognoscere posset, totum eius caput de chartis scriptū, de uerbo ad uerbum hic inserēdum esse putaui, cuius tenor talis est. DE CHARTIS quæ è papyro fiebāt disserēs Plinius, primā dicit olim fuisse hieraticā, è qua religiosi tantū sacriq; libri scriberentur, eamq; ab adulatione Augusti nomen accepisse: secundam Liuiam, ab eius coniuge, ut in tertium locū descenderit hieratice, quæ olim prima erat. Hic nescio quid inquinatum esse, libidine emendatorum in bonos scriptores semper grassante, fideliusq; existimo, quod in antiquis exēplaribus reperi, quæ ablutione Augusti nomen acceperit. Augusta enim & regia charta, candidior erat, quàm hieratica, ut & Liuiana. Nam hieratica subcolorata erat ut scribit Isidorus, abluendo igitur candorem chartæ acquirebant. erat & amphitheatrica & Mēphitica, cuius Lucanus meminit, Conficitur bibula Memphitis charta papyro: erat & Saitica, ab oppido Sai. & Teneotitica à loco quodam Alexandriæ: & Fanniana, ab interpolatore nomen habēs: sed & Corneliana, à Cornelio Gallo, qui Ægypto præfuerat, nomen adepta est. Erat & Emporeutica (sic enim in Plinio emendandum arbitror) ea mercatorum usui seruiebat, & inuolucris & integumentis mercium dicabatur, scripturę inutilis. Texuntur inquit Plinius, omnes tabulæ madentes Nili aqua, emendo, texuntur omnes tabula madente Nili aqua. Quis huic emendationi auctor? non solum libri ueteres, sed etiam Romana editio. nam in tabula chartæ ponebantur, in qua turbida Nili aqua glutinabantur: hodieque quæ è concerpto comminutoque linteo chartæ conficiuntur, earum plagulæ ope glutini cohærescunt, proinde mox etiam lego, cum primo supina tabulæ scheda allinitur, & resegminibus utrinq; amputatis, cuius emendationis, quammultos ueteres libros testes laudare possumus: qui etiam uno consensu, transuersa, deinde crates peragit, ostendūt. Illud etiam sic emēdo, lituræ metum afferebat ex auersis, & alias indecoro uisu per trāslucida, pellucebat enim ob tenuitatem illa charta, & si quid in auersa scriptum fuisset, metus erat liturę. Nihilo secius quod mox sequitur, in pristinā restitui integritatē posse reor, igitur secūdo corio statumina facta sunt, è primo subtemina. Chartā, inquit, Claudius duplicauit, & tanquā bilicē fecit, eiusq; tanquā stamen fecit è secundo papyri libro,

libro, è primo corio subtemè. lego etiã infra, sed omnia secũda, lentiginosæ aũt maculæ oculis in Charta deprehendũtur, fungosæ temæ litera fundẽte se: sed pro fungo in ueterib. libris iunco lego, nam & ante, extremum papyri sirpo simile dixit, id est iũco. Hæc ille. Adde Isidorum lib.6.cap.10.

CHARTAM deleticiã cuius meminit d.l.4. Græci uocant παλίμψηστον Cic.li.7. Epistol. Epist. Accepi à te. huius & commeminit Martialis.

Esse puta certus, quamuis membrana uocetur
Delebis quoties scripta nouare uoles.

ΧΑΡΤΟΦΥΛΑΚΙΟΝ in c.1. extr. de ꝓba. dicitur scriniũ ubi chartę reponũtur. uide Suidã. Corra. li.1. Misc.

ΧΑΡΤΟΠΡΑΤΑΙ Chartopratæ, in tit. de Colleg. & Chartopra. & Numul. lib.11. C. sunt Chartarũ quę ex prouincijs in urbẽ transmittũtur, susceptores, & uẽditores. In basilicis eo. ti. περὶ συναλλάκτων ἢ χαλκοπρατῶν. repone χαρτοπρατῶν. Corrasius præallegato loco.

ΧΑΡΤΟΠΡΑΤΙΑ, Chartarum uẽditio l. unica. C. de colleg. & chartopratis lib.11.

CHARTAE epistolares, Chartæ ad ratiũculam uel ad logiarium paratæ. l.3.§. ult. de penu leg. Alias chartarũ differẽtias Plinius lib. xiij. c. xij. exequitur, & Isidor. lib. vj. Etymolog. c. x. Et post hos eleganter Torneb. lib. aduers. 7. c. 2. Hinc Chartularij, quos de cohortalibus officijs largitionales titulos retractasse ait. l.3. de cano. largitio. lib. x. C. Iustinia. Nou. viij. Chartularios tres τ͂ ἐπὶ τῶν κουβουκλίων τοῖς συμβόλοις ὑπηρετουμένους ponit. Briss.

CHARTA opistographa ab ὄπισθεν. i. retro & γραφὴ qđ est scriptura. Charta itaq; q̃ etiã in tergo scripta fuisset, opistographa fuit appellata, & qui tã à facie, q̃ à tergo exarabant, in opistographo scripsisse dicebãtur. & libelli qui utraq; pagina, & aduersa, & auersa scripti sunt minutis literis, & lituris pleni, Opistographi dicũtur. And. Alciatus dispunct. li.2. c. ult. opistographos aduersaria, seu tabulas tumultuariæ confictas dici putauit sed malè. Corrasius lib. Miscel. c.18.

CHARTVLARII in rub. de numer. actu. Chartul. lib.12. C & l. nulli. 10. in fin. C. eod. & l.3. de cano. largit. titul. lib.10. C. dicũtur, qui de cohortalibus officijs uniuscuiusq; prouincię largitionales titulos retractãt. De ijs accipi debet l.1.§. illi quoq;. de prępos. ag. in reb. lib.12. C. Hos Cõmentarienses dictos scribit auctor Etymologici. Chartulariorum frequens mẽtio fit in Notitia Nouellę 8. Porrò Zonaras posterioribus temporibus Chartulariũ τῶν τ͂ βασιλικῶν ἰπποφορβίων ἐπιστάτην adpellatum Tomo 3. Annalium in Leone Isauro scribit. At in Leone eũ, qui huic muneri præficiebatur ἀρχιστάτορα uocatum scribit. Briss.

CHARTVLARIVS cubiculi, quem Græci τὸν ἐπὶ κοιτῶνος uocabant, constitutiones subscribebat, ut no. Constitut. Manuelis cuius commeminit I. Cuiacius l.2. C. de pet. bo. subl. lib.10. Prat.

CHARTIATICVM in l. diuus. ff. de bonis damnat. quod pro charta officialibus præstabatur. Sic enim legitur in Pandect. Florẽti. Sic & emendati uulgati Codices ueteres in quibusdam ueterum Carciaticum: quod, addita aspiratione & reposito elementulo, t, pro c. facillimè emendasset A. Alciatus libr.1. παρέργ. ca.40. si mentem Callistrati intellexisset: qua ignorata, uarias lectiones excogitauit & modò Carceraticum, modò χαρτιατικὸν legit. Florentinam lectionem confirmant Zonaræ uerba subiecta ἀπαιτοῦσι δὲ καὶ περὶ τοῦ χαρτιατικοῦ ὅτι τῷ ὑπομνήματι δύο κεράτια Prat.

CHASMA Χάσμα. quo uerbo terræ hiatũ significamus: eo usus est Vlpianus l. cùm res 47.§. fi. ff. de eg. 1. & alij Iuriscoss. in Pãdect. sæpe χασμάτιον adpellat Aristoteles lib.2. de Mũdo τ͂ ἢ σεισμῶν οἱ μὲν χασματίαι λέγονται. De hoc terræ hiatu loquitur Plinius li.2. c 82. Seneca li.1. Nat. Quæst. Chasma uocat cum aliquod cœli spacium descedit, & flammam dehiscens, uelut in abdito ostentat. Prat.

CHELYNIAE in l. si §. species. ff. de publica. & uectig. gemmam esse Indicæ testudinis oculo similem putem ex Plinio lib.37. cap 10. Prat

ΧΕΡΥΔΡΑ propriè terræ ruina, siue fissura, quam aqua pluuia, torrens, aut terræmotus efficit. Sp.

CHILIARCHI, mille uiris præfecti, hoc est decem Centurionib. Bud. in l. posteriore. de orig. iur.

CHILONES & Cylones ac Cillones qui dicantur, & quo pacto inter se differant, Sextus Põpeius ex Verrianis cõmentarijs sic refert. Chilones enim, inquit, eiusmodi homines appellati, qui maioribus labris sunt: hoc est, qui Labeones aut Labieni à nostris dici possunt. T. autem Lucretius labrosos nominat, Vnde illud.

Simula, Sylena Satyr est labrosa philema.

CYLONES uerò sine ulla q̃dẽ aspiratione, idẽ Põpeius eos appellat, q̃ frõte ꝓminẽtiori sunt, & quasi extante: nã Cillones duplici ll. aliud omnino significat: etsi ridiculè quidã in hoc aberrare uideãtur. Cũ enim Crispum Sallustium Cicero in gregem Cillonum, sacrilegorum atq; impudicorum cõnumeret, nihil aliud intellexit quàm cynædum hominem, ac turpiter ceuentem. Quoniam Cillere apud ueteres motitare, atq; agitare est: quod & Seruius atq; Higinius testantur: Vnde Cillones dicti, qui pudore uendito ceuentes se effœminant. Nam & Leneus Pompeij libertus, cum Satyras contra eundem Sallustiũ scriberet, non modò illum Popinonem ac Lurconem satyricè appellauit, sed etiam λάσταυρον quasi meretriculam & scortum, ut annotauit Petrus Crinitus lib.7. cap.9.

ΧΕΙΡΕΜΒΟΛΟΝ. Vlp in l.1. naut. caup. stab. Quamquam ipse uel nauicularius, uel magister id faciat, quòd Græci χειρέμβολον appellant. Significat hęc uox manus immissionem, ut Alciatus in Parergis refert, qui arbitratur χειρέμβολον à Iureconsult. hic dici signum, quod magister in prora sedens dat, quum nautis imperat, ut aliquid faciant, seu aliquem recipiant, uel non recipiant. Verum cum hæc uox à se nusquam alibi lecta sit, admonet amplius quærendum. Sp.

CHIROGRAPHVM. χειρόγραφον. priuata cautio manu alicuius uel scripta, uel subscripta. itaq; generale nomẽ est, ad omnes eiusmodi cautiones pertinens. l. pen. ff. de testa. & sæpe apud Cicero. & alios ueteres. fecit aũt consuetudo, ut chirographũ propriè appelletur συμβόλαιον γραμματεῖον, ut ait Hesychius: id est, cautio ad cõtractus pertinẽs: & ꝓpriè libellus quo quis pecuniã se debere scripsit. Itaq; Asconius in Verrinã III. Inter syngraphas & cætera chirographa hoc interest, quòd in cæteris, tantùm q̃ gesta sunt scribi solẽt: in syngraphis etiã cõtra fidẽ ueritatis pactio uenit, & non numerata pecunia, aut nõ integrè numerata, ꝓ tẽporaria uoluntate hominũ scribi solent, more institutoq; Græcorũ. & cęterę tabulæ ab una parte seruari solẽt: syngraphæ, signatę utriusq; manu, utriq; parti seruandæ tradũtur. hæc ille. & uide Ræuardum l. quatenus. ff. de reg. iur. Hinc

CHIROGRAPHVM inane dicitur, quum id quod debitum, persolutum. Vlpianus l. 18. ff. de solut. Solutione chirographo inani facto, & pignoribus liberatis nihilominus creditor ut instrumẽta ad eũ contractũ pertinentia ab alio quã debitore exhibeantur, agere potest. Idem l. 41. ff. ad leg. Aquil. Verunta-

tuntamen in herede uel legatario diuersum: quibus testamenta, penè chirographa sunt: id est, cautiones debitarum pecuniarum. loquitur de eo qui testamẽtum deleuerit. Idem l. 5. §. 6. ff. commod. Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographum debitorem tuum cauere feceris, & cet ubi tamen CHIROGRAPHO legendum potius arbitrarer. Hot.

CHIROGRAPHARIVS creditor dicitur, qui sibi chirographo cauit. Paulus l. 38. §. 1. ff. de priuileg. cred. Respublica creditrix omnibus chirographarijs creditoribus præfertur. Opponuntur autem ijs qui Hypothecarij dicuntur. l. cùm tibi, 10. C. qui pot. in pign. & l. 4. & 6. C. de priuil. credit. Hinc

CHIROGRAPHARIVS debitor, qui sua manu cautionẽ creditori dedit. in l. pen. C. de nouat. Et

CHIROGRAPHARIA pecunia, quæ sine pignore per chirographum solum debetur. tit. Cod. etiam ob chirog. pecun. Hot. Adde Fran. Baldui. catechesin iur. Ciui. cap. 4.

CHIROGRAPHO legato, uẽditòue nõ solùm tabulas, sed & debitum, & nomen legata, uenditáue intelligi rectè scribit Vlpianus l. seruum filij. §. eum, qui chirographum. ff. de leg. 1. Prat.

CHIROGRAPHARIA instrumenta l. fi. C. si certum pet. tabulæ, quibus continentur huiusmodi cautiones. Prat.

CHIROGRAPHARIA actio dicitur, quæ ex chirographo nascitur. Prat.

CHIRONOMI mimi, qui taciti ueluti præscriptis motibus & nutib. cum manuum gesticulatione saltabant: unde &

CHIRONOMIA saltatio gesticulatrix dicta Corras. Miscell. lib. 4. cap. 24. nu. 14.

CHIRVRGVS, medicus uulnerarius, à manuũ operatione ita uocatus: quem nõ rarò medicum absolutè Iurisc̃os. appellant.

CHIRVRGIA ipsa ars, quæ à Græcis chirurgice dicta est, clericis interdicta. c. sententiam. ext. Ne cle. uel mon. Sp.

ΧΛΑΙΝΑ Latinis læna, militaris uestis genus Baiso ex Plutarcho in Numa περὶ γὰρ ἂς ἱματίων ἡ βασιλικὰς χλαίνας Prat.

CHLAMYS, inter puerilia uestimenta recensetur ab Vlpiano, in uulgatissima l. uestis. de aur. & arg. leg. Suidas autor est, Numam primum Romanorum regem chlamyde usum esse, cùm legationem Isaurorũ excepisset, rationẽmq; eorum habitus percepisset. Vide Baysiũ in d. l. uestis. latè disputãtẽ. Old.

CHOENIX, quæ & maior libra apud Athenienses uocabatur, fuit mẽsura tritici quantum quisque uno die comederet: pẽdebat eorum drachmas 150. hoc est. 7 & 20. uncias Græcas, nostra autem mensura sesquilibram. Eius Chœnicis dimidium, drachmarum 75. libra, seu libella dicebatur, cuius fit mentio in l. iudices. C. de episcop. aud. qua iubent Impp. Honor. & Theodosius duas libellas, id est, Chœnicem uictualis substantiæ, custoditis præstari, quod etiã olim fieri solitum, ostendit Pythagoræ symbolum, Chœnici ne insideas. Cuius explicationem pete ex Chiliad. Erasmi. & ca. 17 lib. 1 Parerg. Alciat. Hac uoce Libra, seu libella Paulus utitur in l. seruis urbanis de legat. 3. quum ait, quòd maximè ex libellis, familiæ item cibariis deprehendi poterit. Accursius pro albis panib. inscitè exponit. Old.

CHOMATA. χώματα, quid sint, interpretatur Vlpianus de extraordi. crimin. l. saccularij. Chomata, inquit, sunt aggeres, qui solent aquam Niliacam cõtinere. χῶμα, autem Græcè dicitur agger, terra adgesta, cumulus terræ, uel lapidum. Old. Est autem agger, ut inquit Seruius in illud Virg. 10. Æneid. Atq; ipsis prælia miscent Aggeribus. terra illa, quæ facto uallo propius ponitur. Vnde tit. est apud iurisconsultos de aggeribus Nili non rumpendis. Illi aggeres propriè dicuntur χώματα græcè. Nebriss.

CHORAGROS Græcum est uerbum, Theodosio, & Neuterio auctoribus in lib. de limitib. quo uilla significatur ἀπὸ τῆς χώρας & ἀγροῦ. Prat.

CHORAVLES dicitur q tripudij fistulatos modulos staticulorũ moderationib. effert. Ptolemæus ultimus auletes choraules. Fuit Choraulistria fœmina Propertio. Dictio fusanea à choro ueniẽs & αὐλὸς hoc est tibia, tibijs idoneũ calamum & tibialem uocant auleticon. Ioan. Bapt. commẽt. in epist. Sidon. Apollin. ad Agricolam lib. 1.

ΧΩΡΕΠΙΣΚΟΠΟΣ in Græca cõstit. C. de episc. & cler. & ca. Chorepiscopi. 78. distinct. dicitur, qui ab urbis episcopo certo uico, uel pago præficitur. unde à Papia regionarius uocatur. Fuêre huiusmodi multi, ecclesia nascẽte, posteà sublati, idq; Damasus pontifex significauit in epistolis d. c. Chorepiscopi. sic enim ibidẽ scribendum, non correpiscopi. Prat.

CHOMATA dicũtur aggeres, qui quidẽ solẽt aquã Niloticã cõtinere l. saccularij ff de extraord. cri.

CHORTALE, à chorte, qđ in chorte nutritũ.

CHORVS, pro cõgregatione. Id & Alc. adnotauit. Celsus: Si chorus, inquit, aut familia legatur, perinde est, quasi singuli homines legati sint, ead. l. de legat. iij. Si ridere libet, Accursiũ super hac uoce uideas, quę est ei musicũ instrumẽtũ. Spieg.

CHORVM apud Africanũ l. cũ eiusdẽ. 34. ff. de ędil. edict. & Celsum l. si chorus. 79. ff. legat. 3. & in comœdiis Aristophanis maximè in Pluto accipere debemus Cœtũ, siue multitudinẽ canentiũ. Nã multorũ uocibus, & concentu cõstat. Sic eodẽ sensu

CHORVM clericorũ psallentiũ dicimus. Chorus μετωνυμικῶς locum significat qui psallẽtes cõtinet in Decretalibus Pontificũ Epistolis cap. dilectus. extr. de præben. & dignitat. in antiq. Prat.

ΧΡΗΜΑΤΩΝ, adpellatione Iurisc̃õsultis tã mobilia, seque mouẽtia quã immobilia cõtinẽtur. pro rebus hereditariis accepisse uis est Solõ apud Demosthenẽ, in ea, quę κατὰ στεφάνου ψευδομαρτυρ. β est, oratione, περὶ τῶν χρημάτων. Huius quidẽ uerbi significatio ita est latissima ut pecunię Latinis. ut docẽt passim Iurisc̃os. potissimũ ff. de uerb. signifi. l. 178 & l. 222. περὶ τῶν χρημάτων I. Pollux li. 3. c. 10. & li. 9. Arist. li. 4. Eth. ait. χρήματα λέγομεν πάντα, ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται, & Socrates apud Xenoph. li. 1. Oecon. coniungit. χρήματα καὶ κτήματα. Significãs ea omnia q̃ ad uitã tuendam conducũt & quib probè uti possumus. Nã & id χρῆσθαι significat. Balduin. tit. de action. §. itẽ Seruiana. Prat. Vide Connanũ li. 4. c. 3. nu. 12. χρήματα aũt sunt ὄντα, κτήματα, βοσκήματα, cẽsus deniq; & facultates, opes, bona, & fortunæ, id est, τὰ ἐν ἀγαθοῖς ὄντα, τὰ ἴδια, παρὰ τὸ χρῆσθαι ἀεὶ, ut docet Xenophõ in principio Oeconomicῶν. Cæterũ pecuniæ uocabulo, exactiore quidẽ, & ꝓprio significato cõtinentur ea omnia, q̃ põdere, numero, mẽsuràue constãt, ut ex Paulo Iurecõs. docemur in l. 2. §. fi. ff. de reb. cred. si cer. pet. l. talis. ff. de leg. 1. l. cùm stipulamur supra hoc tit. l. qsquis de leg. 3 l. in illa stipulatione per te §. item in stipulatione. ff. de uerb. oblig. Brechæus l. pecunię in tit. de uerb. & rer. signific.

ΧΡΗΜΑΤΙΣΜΟΝ prænomen interpretatur Theophilus in §. si quis in nomine. Instit. de legat. qua de re consule Anto. Aug. lib. 3. Emendat. cap. 8. Prat.

ΧΡΙΣΜΑ. unctionem significat, quod conficitur ex oleo & Balsamo.c.unico.§.ad exhibendum auté. extra de sacra unctio. quo uerbo usus est B.Ioãnes. Epist.1.c.2. καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε, &c.Prat.

ΧΡΗΣΙΣ, id est, usus. Vlpia.sed si χρῆσις, ait, sit relicta, an usus sit, uidendum.l si habitatio.§.1.ff. de usu, & habitat. Significat tamen & utilitatem, ut etiam usus Latinis ex quo utile & utilitas dicũtur. Et apud illos χρήστης tá creditor quàm debitor appellatur præsertim fœneratitius. Vt ego quidem conijcio. Propterea quòd & à creditore utilitatem ex mutuo capit debitor & à debitore ex usuris creditor. Connanus lib.4.cap.5.numero 5.

ΧΡΥΣΕΑ χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Hoc Carmine Homeri lib.6. Illiad. περμυτατὰς, usus est Iustinianus in Proœmio Digest. incip. omnem. in fin. quo permutationem inæqualem significat. quod & M. Cicero libro 6.Epist. ad Atticum epist.1. indicat his uerbis. Habes ad omnia non ut postulasti χρύσεα χαλκείων, sed paria paribus respondemus, & Gellius lib. 2.ca.23.satis apertè ostendit, disparitaté notãs.Prat.

CHRYSOLITHI inter gemmas perlucidas recẽsentur ab Vlpiano l. cùm aurum.§. perueniamus. ff.de aur. & arg.leg. eam esse colore aureo translucidam ait Plinius lib.37.cap.9. Hanc commemorat Isidorus lib.16.Etymol. ca.14.Prat.

ΧΡΥΣΑΜΜΟΣ, uide suprà in uerbo Balluca Prat.

CHRYSAMOS Græcè dicitur, quam, ut ait Plinius, Hispani balucam appellant, de qua satis multa scripsimꝰ in uerbo baluca, dicta à chrysos siue Chrysion, quod est aurum. Iustiniani codicis lib. 11. tit. de metallarijs Octonos, inqt, scrupulos in baluca, quæ Græcè Chrysamos dicitur. Accursius non minus in Chrysami delirat interpretatione quàm supra fecerat in baluca. Chrysamos, inquit, Græcè: Latinè utilitas, ut sit chrysamos, id est, in utilitate publica: cum tantum distet chrysamos à chresimos quod interpretatur utilitas, quantũ Thais ab Hermione. Illud nanque per y, hoc per eta scribitur. Nebriss.

CHRISTIANORVM adpellatione Episcopos contineri in l. Christianos. C. episcop.aud. & l.fin.C. de postlim.reuer. Azo & Accursius in d.l. Christianos, scripsere. Nisi dicas pro cœtu Christifidelium accipi, quibus pro captiuorum redemptione hoc officium pietatis incumbit. Prior [illegible]men interpretatio potior uisa est. iuuatur Nouel[illegible] Iustiniani constit. 131.§. ἐν [illegible].

CHRISTIANORVM du[illegible] sunt genera: est autem unum genus quod mãcipatum diuino officio, & deditum cõtemplationi & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit: ut sunt clerici, id est, sorte electi: cleros enim Grecè Latinè sors. Aliud uerò est genus Christianorũ, ut sunt laici: laos enim Græcè est populus Latinè.c.duo sunt genera. XII.q.1.Io.Bello.Etymol.

CHRISTIANVS rectè utitur ad persequendũ ius suum scriptis legibus, quia lex est creatura & ordinatio Dei, id est, conseruatio ciuilis iustitiæ. Nam politicus status est Dei opus, etiamsi personæ sint impiæ, & abutantur tali ordinatione. Paul. Roma.13. Non est potestas, nisi à Deo. Et Psal.81. Ego dixi, dij estis, hoc est, gerentes officia diuina quæ sunt, conseruare iustitiam, & iudicia, defendere innocentes, punire delicta, militiam legitimam exercere ad defendendũ bonos. Christiani auté dicũtur à CHRISTO l.1.C.de summa Trinit. Old.

CHRESTVM & Chrestianos, nõ Christum aut Christianos ueteres gentiles, ueri nominis ignoratione dixisse non dubito. Id me unus Tertulliani locus in Apologetico docuit. Si nominis (inquit) odium est, quis nominis reatus? quæ accusatio uocabulorum? nisi si aut barbarum sonat aliqua uox nominis, aut infaustum, aut maledicum, aut impudicum, Sed & cum perperam Christianus (sic ex sequentibus scribendum arbitror, ut & apud Tacit lib. xv.) pronunciatur à uobis (nam nec nominis certa est notitia apud uos) de suauitate uel benignitate compositum est. Oditur itaq; in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. Hactenus Tertulliani uerba, ex quibus sanè quod proposui cõfectum credo. Χρηστὸς enim suauem, facilem & benignum significat Pitheus lib. Aduersar.2.cap.3.

CHRISTIANVS actiones sibi competentes, uelut instrumenta exigendi debiti, exercere potest secundum iuris præscriptum, modò semper ambiat concordiam bona fide. Old.

CHRISTI nomen, inquit Augustinus, à chrismate dictum est. χρῖσμα autem Grecè, Latinè unctio nuncupatur. Ideo autem nos unxit, quia luctatores contra diabolum fecit. Tractat. xxxiij. in Io. Quum hoc ipsum CHRISTVS humanæ naturæ uocabulum est, neque enim iuxta diuinam naturam fuit a[illegible]ctus gratia: ne secundum corpus quidem unquam fuit unctus, sed secundum animam. Sp.

CHRONICA, corum. dicuntur ea quæ de temporibus scribuntur. Porrò Chroninicis libris & sua fides adhibenda est. qua de re extat commendata Felini commentatio in cap.ij.de Rescrip.

CHRYSOLITHI in l.21.§.penult.ff.de auro, argen. Auro similis gemma est cum marino colore adfinitatem quamdam habens, quã Aethiopia gignit. Auctores sunt Plinius libro ulti.cap.ix. Isidorus lib. xvj.Etymolog.cap.xiiij.Bris.

CHRYSOMA, uas in qu[illegible] aurũ infundebatur, unde & nomen sumpsit. ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ id est, ab auro. Aliàs Balluca uocatur, Plautus in Bacchid. Opus est Chryso chrysale. Alciatus in l. balluca. C. de Metallarijs, lib.xj.Sp.

CHRYSVLCA aqua uulgó Aqua fortis, cuius ui aurum à quocunque metallo deduci scribit Alciatus lib.3. Parergõn capite 11. cuiusmodi ars Vlpiani temporibus inuenta non erat, ut ex eiusdem responso colligit idem Alciatus quod extat l. idem Pomponius.5.§.1. uers.sed si deduci.ff.de rei uindic.Prat.

C I

CIBARIORVM adpellatione neq; habitationem, neque calciarium, neque uestiarium contineri Vlpianus rectè scribit l. diariis.21.ff.de alim. & cib. ideoque de cibo tantùm accipienda putat. & uide infrà, Cibus. Eam quoque significationem uidetur indicasse Varro libro 4.Ling Lat.Prat.

CIBARIA mandare quid sit non facilè dixeris, nisi obseruaueris serui actoris siue dispensatoris officium fuisse reliquis seruis inusitata quædam per Canonem certum stipendia, certosq; frumenti modos in singulos menses præstare: cumq; morem ex Saluiano, Terentio, Donato & Plauto euidẽtissimè demonstrauimus uariorum lib.5.Ræuard. l. nõ uult hæres esse.ff.de reg.iur.

CIBARIVS panis, qualis est pastorum & rusticorum. Cibaria nanq; minus delicata esse arbitrantur quidam: quamuis cibus etiam delicatis, autore Donato, præbeatur. Cibarium autem pané antiqui intellexerunt nigriorem, à quo furfur excretum nõ esset: sicut similagineum albicantissimum, qui ex solo flore constat. Cibi uero appellatione, potum quoque

que cōtineri, dubium non est. Adi Archid. c.in quibusdam.de Conse.dist.ij.Sp.

CIBARIVM. Cibariū substātiué, non significat locū,ubi reponuntur cibi,sed ipsum cibū.ut,cibaria præstet eis. Itaq; , p alimēto accipiēdū est apud Afraniū in l. mortuo. ff. de stat. lib. Adiectiuè autē cibariū dicitur, quod ad cibū pertinet. Hinc cibarius panis,id est,panis nigrior,à quo furfur excretū non est:sicut similagineus albicantissimus,q ex solo flore cōstat. Cicero,lib.1.Tuscul. Cui cū(inquit) peregrinanti in Ægyptū, comitibus nō securis,cibarius in capsa panis datus esset, nihil uisum illo pane iucūdius.Itē,cibariū uinū, hoc est, uinū ignobile: potus meus uinum cibariū. Sic translatiuè cibarius homo dicitur sordidus, & plebeius, id quod frequens bonorum authorum docebit lectio.Anchora

CIBILLAM à cibo duci rectè cēset Varro li.4. Ling.Lati.eamq; escariā dici: pri9 erat quadrata,postea rotūda facta.quo fit ut apud Festū cibillinę non cillibinæ legēdū adfirmare ausim. quæ omnia cōfirmāt Vlpiani interpretationē d.l. diariis. ut nō immeritò cibaria à uestiariis separarint Scęuola l.Gaio.13. ff.de alim.& cibar.leg.&Paulus l.Lucius.12.ff.eo.In alimētis diuersum Modestino placuit l.4.ff.eo.Prat.

CIBILA,est mēsa escaria,à cibo dicta.cylibantū uerò,mensa uinaria à poculo cylice, calice dicta,M. Varr.autore.Sp.

CIBORIA, in poculorum nomenclatura refertur. Quæ & Scythia nuncupari posse, nonulli putarunt,quòd angustiora in imo sint.Sp.

CIBVM à uictu sic separat Donatus, ut cibus sit, qui etiā delicatis prębetur. Vict9 uerò in paruis aridisq; alimonijs sit constitutus. Cōstat Gen.j. quod nullū cibi gen9 permissum est pręter fruges terrę,& arborum fœtus. Atque hic pastus erat homini cum cæteris animantib.communis. nec interim de uino ulla mentio.Spieg.

CICATRICEM in notæ adpellatione contineri ait Vlpianus l.1.§.fi.ff. de fugit.quod & uidetur obseruasse Baldus(cuius loco Bartolū citant Lexicographi)in l. si quis metallum. C. de pœn.eam igitur euidētē rectè adpellat idē Vlpian9 l. quęritur.9.li.ff. de ędilit.edicto.remanet enim uulnere sanato.Prat.

CICVTA:hæc herba est uenenosa, quæ crescit usque ad duo cubita. semine tantum & foliis in usu est, ad refrigerādum: secundum Plin. In alio tamen significatu usus est Vergi.Bucol.ij.illo carmine,

Est mihi disparibus septem compacta cicutis

Fistula.— uolens describere spacium inter cānarum nodos:ut Seruius interpretatur.Cotta.

CICATRIX, hoc est, signum quod ex uulnere remanet, ad agnoscendum hominē. fidē facit.Vide Bart.in l. si quis in metallum. C. de pœnis.& de Fabricen.lib.xj.Sp.

CIDARIS,Persis,& Armenijs Regibus insigne erat,cærulea scilicet fascia,albo distincta uel tiara,a mictusq;purpureus. quadrangulari figura. Interdū Cādys.Alex.de Alex.Gen.dier.lib.1.cap.28.Sp.

CIDONIVM malum,idem est quod Cotoneū. Hinc uinum cidonium , ex eius mali succo cōfectū. Vlpian.de Vin.& trit leg.l.si quis. Cidonia,inquit,si qua alia sunt uina,quę nō ex uinea fiūt.Nebriss.Sp.

CIERE dicitur,qui nominat.

CIHIAMELLVS,siliqua siluatica dicitur Theodosio,& Neuterio auctorib. in lib.de Limitib.Prat.

CILICIA uela instrumēti esse Cassius apud Vlpianū l.quæsitū.12.§.si dom9.ff.de fund.instruc.texta de pilis in castrorū, nautarūq; usum scribit Asconius. sic & accipienda sunt in l.fundi.§.quæ tabulæ. ff.de actio. empt. Sic dicta quòd in Cilicia(sic autē legēdum , ut & Flor.l.1.in fi.ff.de cēsib.)eorum usus ortus esset.De his, accipiendum Vergilij uersum li. 3.Georgic. Seruius admonuit

Nec minus intereà barbas incanaque menta,

Cinyphij tondent hirci setasque comantis

Vsum in castrorum & miseris uelamina nautis

CILICII termini à Cilicio Saturnino Cēturione legiōis 27.dicti in li.deLimitib.uariorū aucto.Pr.

CILICIVM uestimētū è pilis hircorū & caprarū textū,cap.qui sanctus.de pœnit.distinc.1.&de pœn. distinct.3.c. Achab Rex. quod pœnitētiū erat ad.cc. Sic autē uertit B. Hieronymus ut refert Gratianus. Idē B.Hieronymus in Esaiam:Cilicina tunica habitus fiet prophetantis populi delicta plangentis, pro quo 70.interpretes σάκκον ex Hebræo dixère Prat.

CILICIVM propriè dicitur textū ex lana caprina,ad usum maxime tentoriorū siue castrorū. Vnde Cilicina saga fiebant ad pluuias arcendas. Exod. c. 26.Facies,inquit, & saga cilicina undecim ad operiēdum tectū tabernaculi. Vegetius quoq; lib.4.de re militari,saga cilicina prætendi præcipit,ad excludēdos impetus sagittarum. Vlpia.lib.3.dig.tit.de fundo instructo.l.instrumenta. Vela, inquit, cilicina instrumenta esse Cassius ait,quæ ideo parantur,ne ædificia uento laborent.Nebriss.

CILO Græcis est προχείλης, Latinis chilo est labeo.Caper.Cilo est angusto capite, cui hoc contigit in partu: Chilo dicitur modum labiorū excedēs. In plerisq; subscriptionib. Constitutionū Codicis scribitur,Cōsul Fabius Chilo,malè,& in l.1. ff. de off. pf. urb.l.ult.ff.de off.pr.uig.rectius Fabius Cilo ut in ueteri inscriptione Λ.φάβιον κίλωνα,τὸν λαμπρότατον ἔπαρχον Ῥώμης.& alijs plerisq; Cuia. Obser.lib.10 cap.26.

ΚΕΙΜΗΛΙΑ Theophilus in §.sacras.Institut.de rerum diuis. interpretatur , res sacras , & donaria ritè ad ministerium Dei dedicata.cuiusmodi uasa & uestes sunt, & similia pretio magno habita, ut est in l. sancimus.C.de sacrosanctis eccles. Sunt qui putent κειμήλιον numero uni9 munus,multitudinis uerò mobilia pretiosa significare.

CEIMELIARCHAE uel κειμηλιάρχαι in l.fi.C.de bo. auct.iud.pos.qui Cimelijs curandis præsunt.

CEIMELIARCHION ędē sacrā interpretatur Iustinianus l. litibus.C.de agricol.& cēsit.libr.11.uel potius locum in ecclesia ubi κειμήλια reponūtur per d.l.fin.Huius meminit Alciatus lib. 9. παρέργ.cap.7.

CINGERE arborē,uetustè pro deglabrare,siue delibrare:ut ait Paulus in l. cædere,5.ff.arb.furt.cæsa. qua significatione usurpat hoc uerbū Vlpian9 in l.furtim,7.§.2.eo.ut enim stringere (teste Cuia.obser. lib.9.cap.12.post princ.)pro destringere,ita cingere pro discingere, ζωννύειν ἀντὶ τοῦ ἀποζωννύειν accipimus: quod arbores necare si fiat in orbē Plinius scribit 17.cap.24. Idq; est propriè cingere in orbem decorticare. Siue aūt,quis suis manibus cingit,siue dū imperat seruo arbores cingi,subsecari,cædi, idē est. Alfenus l.in lege,29.ff.locat. Redemptor syluam ne cædito,nèue cingito,nèue deurito.Hot.

CINGERE præterea notissimæ significationis est,à quo significatu ducitur participiale nomen Pr.

CINCTVS,a, um, quo usus est Marcellus in l. Titius.25.ff.de milit.testa.quod de eo milite accipiēdum putem,qui tribunatui,aut muneri alicui præficitur,d.l.25.in princ.Sed & ad alios qui alicui alij ad ministrationi præsunt,ueluti in cōstitutione Theodosij & Valētiniani Impp. l.2.C.ut dignit. ord.seru.

lib.12.quo loco pro cunctis,legendum Cinctis,ut & res ipsa docet & uetera exemplaria admonet. Quia uero milites nullam gestandi ensis habent opportunitatem,nisi accingátur,ideo accinctos,succinctos, cinctosq; pro hominibus armatis & militiæ studiosis dicimus, atq; adeo pro omnibus qui sunt alicuius uirtutis & industriæ. Connanus lib.9. c.5. nu.8. Moris fuit antiquis ut togati ciues Romani essent in militia:sed prælium inituri, præcingerétur.Inde Festamenta in procinctu,quemadmodum Plutarchus in Coriolano testatur. sed eo more sublato,cingulū mansit perpetuò. unde qui ab Imperatore ignominia afficiebantur,plerunque discingebátur.qua pœna usum Marcellum Liuius lib.7. testatur: Augustū uerò,Suetonius.Hot.

CINCTUTI,pro uiris militarib. & quasi ad militiam accinctis dicuntur. Cótra discincti ad pugnā imbecilles atq; imparati accipiuntur.Sp. Tornebus lib.aduersar.9.cap.31. Per ciuitates Cethegos intelligit ueteres. Nam ueteres cinctu uti loco tunicę solebant, qui ætate Horatij exoleuerat, eratque uestis infra pectus corpus comprehendens similis subligaculo Græce ζῶμα & ζώσμα. ut autem cinctus erat uirorum sic cincticulus puerorum.

CINGULUM translatitiè sumi pro administratione in iure nequisquam omnniū addubitat, quin & pro dignitate ipsa l.2. C.ut dignita.ord.ser.libr.12. & l.omnes. C.de meta.& Epide.eo.lib. Sed & pro dignitatis titulo accipi solet l.fi. C. de præpos.sac. cubic.lib.12.Prat.

CINGULUM depositum, administrationē positam & finitam interpretari oportet in l.2.C.ubi de ratiocin.agi oport.Prat.

CINGULI præscriptionem, exceptionem fori declinatoriam ob priuilegium accipere debemus l. fin.de adpa.mag.milit.lib.12.C.Prat.

CINGULUM. Nemo est in politioribus literis uersatus,qui,quid significet cingulum,ignoret. Cingulū hominis cinctorium dicitur,Græcis ζώνη. Aliàs cinctura à cingendo dicta; unde & uulgare nomen prodiit, *une ceincture*. Cingulum uerò mulierum erat (inquit Varro) *une troussoire*. Vergilius de Pethesilea:

Aurea subnectens exertæ cingula mammæ.

Latiore significatione ponitur cingulum, pro eo quod dicimus, *un collier de leurier*. Vnde Varro, de re rustica. ca.9.12. Cingulum circa collum ex corio firmo cum clauiculis capitatis. Item, pro eo,quod appellamus *une cengle de cheual*. pro qua significatione legatur cingula æ,qua cinguntur iumenta, de remed. am. Ouidius,

Et noua uelocem cingula lædat equum.

Cingulum etiam pro annulo quandoque ponitur, quod digitum circuit. Quò fit ut cingulum titulum dignitatis interpretentur,ut in nouel.ut omnes obed. iudic.prouinc. §.arripiat.& C.de præposit sac. cubi. l. ult. eod.li. nec non etiam administrationem. ut in Nouel.ut liceat matri & auię §.quia uerò quidam.& C.ut dignitat. ordo seruet.l.2.li.xij.l.omnes.de Met. & Epid. Anchora.

CINNAMOMUM in l. ult.§.species. ff. de publican. Nascitur in Indiæ & Aethiopiæ regionibus, frutice breui, duorū tantùm cubitorum, colore subnigro uel cinereo, tenuissimis uirgulis, cortice in modum cannę rotundo & gracili.ut Dioscorid. lib. 1.& Plin.li. 12.c.19.& Isidorus li.17.c.7. scribūt. Briss.

CIPPUS columna dicitur,quæ cum inscriptione ad conseruandam alicuius rei memoriā erigi solet,Græcis στήλη cuiusmodi etiam in defunctorū monumentis erigi consueuêre, de quo accipiendus est Horatius li.1.Sermon. Satyra 8.

Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum

Hic dabat: heredes monumentum ne sequerentur.

Pontificiis uerò trūcum significat, aut lignum inornatū perforatum in modum capsæ: in quo pecuniæ oblatæ,donatæue ecclesijs reponebantur. Clement. exiui.§.quocirca quæstus. de uerborū significa.ubi. gloss.Prat.

CIRCA ad locū referri putat Isidorus, quod & Proculi testimonio comprobatur in l.Rutilia Polla. ff.de contrah.empt.Prat.

CIRCEIENSIS,e,nomē possessiuū gentile,ab eo qđ est Circeij,orū,oppido Italiæ in Latio ueteri, atq; promótoriū eiusdē nominis,quondā insula, ut inquit Plini9 autoritate Homeri, uasto mari circūdata. Hic Circe uenefica illa decātatissima regnasse dicitur,quo tēpore Vlysses orbē perrabat.Hinc Plini9 de Ostreis cādidiora inqt Circeiensib. Liuius: Circeiēsum quidā cogniti & coloni à Velitris. Paul. lib.22.Dig.ti.de iuris & fact.ignor.l.regula est.Ad opus,inquit aquæ duct9 Reipub Circeiēsiū, Nebriss. Vide etiā Ræuard. Vario.lib.3.cap.13.

CIRCENSES quasi circuēses dictos putat Cassiodorus lib.3. uariarū ad Faustū,propterea quod apud antiquitatē rudē, quæ necdū spectacula in ornatū deduxerat fabricarū,inter enses,& flumina locis uirētibus agerētur. Certaminis Curulis genus erat, quod cōmemorat Alexād.Neapol.li.5.Genial. Dier.c.8.de horū solēnnis Gellius lib.3.ca.10. Hinc

CIRCENSES equi apud Hermogenianum l.1. ff. de muner. & honor. & Circēses ludi.in l.ciuitatibus.ff.de legat.1.Prat.

CIRCITER ad tēpus solū pertinere, Prisc. existimauit. Cōtrà Valla(quod uerius est,nec latuit etiam interpretes nostros) ad numerum frequenti9 refertur. Adi Card.de Offic.ord.vj.& Specul.de Disput.& alleg.§.iiij. Spieg.

CIRCITORES Vlpiano in l. cuicunque. §. in princ.ff.de instito.dicuntur quibus lintearij,uel uestiarij dant uestem circumferendam & distrahendā. In re uerò militari adpellantur Vegetio libr.3. ca.8. de re milit. qui uigilias circumibant, & si qua emersisset culpa, renuntiabant. Tribuni, inquit, eligunt, qui uigilias circumeunt,ut renuntient,si qua emerserit culpa, quos circitores adpellant: nunc militiæ factus est gradus.Bris.

CIRCITORES à Triumuiris,aut à pręfecto uigilum constituti, urbem noctu circumibant, ad extinguenda incendia, & arcendos fures. Hos Veget. circuitores appellat. Sed & uariè apud Vlp.in l. quicunque. de Instit.act.& Modestinum in l.si duos. de Excusat.tut. capiūtur. Horum meminit & Pyrrhus de Milit off.Sp.

CIRCULATORES Paulo l.ult.ff.de extraord. crimin. qui serpentes proponunt, & circunferunt. Hoc uerbo utuntur M. Cicero in Epistol.& Seneca in lib. Beneficiorum, illos Græci uocant ἀγύρτας, καὶ ὀχλαγωγούς. Prat.

CIRCULATORES, circūforanei sunt, qui publicè offucias quasdam & pręstigia faciunt, ut uideantur deuorare gladios, araneos, & serpentes. Paulus de Extraord.crimini.l.Circulatores qui serpentes circumferunt,& proponuut,si cui ob eorum motum damnum datum est. Nebriss.

CIRCUMCIDERE, est circum,uel per circuítum incidere & amputare. Ad legem Corn. de sic. circumcidere Iudæis filiós suos tantum, Rescripto diui

diui Pij permittitur, ut nō in eiusdē religionis hominē, qui hoc fecerit, castrātis pœna irrogetur. Spieg.

CIRCVMCIDERE apud Modestinum l. circūcidere. ff. ad l. Cor. de sicar. & apud Paulum libro 5. Sentent. titul 22. significat per circulum incidere & amputare quod & summus Nomotheta DEVS æternus iusserat Genesis capite 17. formam ibidē docens καὶ περιτμηθήσεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν Quam rem Paulus Apostolus Galat. 5. Lucas acto. 15. Tertullianus li. aduers. Iudæos & lib. 5. aduersus Marcionē explicant, & extra de Baptism. & eius effe. c. 1. Pr.

CIRCVMCIRCA, non id quod Accursius existimauit, sed omni ex parte, significat. Sp.

CIRCVMDVCERE, per translationē pro delere & abrogare, Budæus exempla Iuriscons. producit. Est autem decipere, dolisq; petere. ut in l. cum prælatis ff. de Iud. Sp.

CIRCVMDVCERE edictum, apud Vlp. in l. & post edictum. de Iudic. Sp.

CIRCVMDVCERE, inducere, delere. Hinc Circunduci caussa dicitur cùm ob id quia deserta est, eius nomen ex caussarum albo eximitur. Paulus l. 45. ff. de re iud. Acta apud se habita, si partes consentiāt, & iudex hoc permiserit, potest iubere ea die circumduci. Vlpianus l. 73. §. 1. ff. de iudic. Tum circumducēdum erit edictū peremptorium, neq; caussa cognoscetur, &c. Sic in l. 27. §. 1. ff. de liber. caus. l. 6. C. quomod. & quand. Hot.

CIRCVMDVCERE est fraude obrepere, & obtegere Tertulliano lib. de pœnitent. in med. Prat.

CIRCVMDVCERE est inducere, & tollere & ad nihilum ponere l. & post edictum. ff. de iudiciis. & l. acta. ff. de re iud. Prat.

CIRCVMDVCI cognitionem apud Vlpianū l. diui fratres. 27. §. 1. ff. de lib. caus. cancellari interpretatur Accursius rectè. Galli pragmatici dicunt mettre au neant. Sic eodem sensu Prat.

CIRCVMFERRI pro circuiri apud Plautū est purgari & lustrari, propterea quod qui lustrāt, eum quē lustrāt, sæpe aliquid circūferētes circūeunt, Vnde & lustrare circuire est. Torn. lib. ad. 4. c. 15. Schar.

CIRCVMFLVENS amnis insulam facit l. ergo. ff. de acq. rer domin. Prat.

CIRCVMFORANEOS medicos, qui ad fora properarent uertit Antonius Augustinus libr. singulari ad H. Modestinū l. καὶ ἄν, ibi, περιοδευταὶ ff. de excusa. M. Ciceronem in Cluentiana imitatus. Pharmacopola, ait, circumforaneus qui properaret, cui fora multa restarēt, &c. περιοδευταὶ Circuitores uerterat interpres uetus: cuius sentētiam probat I. Cuiacius ad dict. l. καὶ ἄν, aitque Circumforaneorum adpellatione uilitatē significari. Equidem A. Augustinum rectè uertisse putem, quod & citato M. Ciceronis exemplo cōprobatur. Circunforaneos [illegible]tos putat Isidorus quod in modū rotæ circūferatur. Pr.

CIRCVMLINIVM, ius pdiorū, inqt Fest9 Hot.

CIRCVMLVVIO, inquit Festus, est ius quoddā prędiorū: ubi fortasse, Prędiatoriū legi debet. Est aūt Circūluuio, cū parte aliqua diuisum flumē, agrū alicuius ita ambit, ut inferi9 unitū illū in insulæ formā redigat. l. adeò, 7. §. quod si ff. de acq rer do. Hot.

CIRCVMSCRIBERE plerunq; fallere significat, ut apud Græcos περιγράφειν Paulus l. exceptiones, 7. §. 1. de exception. Si quis fideiusserit pro minore uigintiquinque annis circumscripto. Plerunque autem in minoribus hoc uerbum usurpatur. Cicero lib. offic. III. Circunscriptio adolescentum lege Letoria uindicata est. Pro Cluēt. Cùm omnis ab his fraus, omnes insidię, circumscriptionesq; adolescētium nascerētur. Sic in l. 10. §. 1. & l. 17. ff. de minorib. l. 17. ff. de dolo. Hot.

CIRCVMSCRIBERE, est causam fraudib. cauillationibusq; in iudicio exornare, ut obtineas & uincas aduersarium. Ambrosius in Luca cap. iiij. utitur diabolus testimonijs scripturarum, nō ut doceat sed ut circumscribat & fallat. Idem ad Constinum: Nec quisquam aut uiduam spernat, aut circumscribat pupillū. & ibidem: Quid circumscribitur frater? fraudatur mercenarius? Inde circunscriptio. Idem Ambrosius ad Irenæū: Omnia plena fraudis, plena circumscriptionis: Et circumscriptor, oris. Iuuenalis: Pupillum in iura uocantem. Circumscriptorē Iulian. lib. 44. l. exceptiones. tit: de except. Aut pro minore, ait, uigintiquinq; annis circumscripto. Nebrissensis. Sp.

CIRCVMSCRIBERE Senatū dixit Tullius, ꝓ priuare auctoritate, ut elegāter adnotauit Beat. Rhenanus ad Tertullian. in lib. de patientia. Prat.

CIRCVMSCRIBERE etiā abrogare & oblitterare frequens hoc significatu uerbū Iurisconſ. & classicis auctorib. Cicero in finib. Circumscriptis igitur ijs sententijs quas modo posui, &c. Prat.

CIRCVMSCRIPTOREM colubrū, hoc est deceptorem appellat Tertullianus. Prat.

CIRCVMSCRIPTVS nō uidetur, qui usus est iure communi [illegible] non uidetur circumscriptus. C. de in integ. rest. Spieg.

CIRCVMSCRIPTVS dicitur, q dolo alteri9 decipitur l. item exigit. 16. ff. de dolo mal. l. si ex caussa. 9. §. 1. ff. de minor. Porrò autem is circumscriptus nō uidetur, qui iure communi est usus: idque Zeno Imperator constituit l. fi. C. de in integ. restitut. Prat.

CIRCVMSTANTIA alicuius loci intelligitur per 30. pedes, ut dicit Bart. in l. item apud Labeonē. §. conuitium. ff. de iniur. Old.

CIRCVMSTANTIAE, quæ in iure uariāt omnia, ut ęquitas inde colligatur, septē sunt: Causa, quare aliquid factū sit. Persona, quis & cum quo fecerit. Loc9. ubi factū sit Tēpus, quādo factū sit. Quātitas, magnūne, an exile sit. Qualitas, quomodo factū sit. Euetus, an metu, ui, errore, dolo, culpa, casu fortuito factū sit. Claudius Saturninus in l. aut facta. ff. de pœnis. Secūdū istas enim circūstātiarū species, æqtas iubet ius summū uel intēdi, uel remitti. Old.

CIRCVMSTANTIAS dictas quidam putāt. quæ in unaquaq; controuersia, quæri solent: & quasi quæstionem circumstant. Has diligenter adtendēdas suadet I. Chrysosto. Homil. 10. in Matth. & 23. q. 8. c. occidit. Circumstantiam uidetur definire Angelus Clauasius in dictione Circunstantia, quæ circunstat actum quasi extrinsecus extra actus substātiam consideratum. Oldēdorpius uerò sic definit. Prat.

CIRCVMSTANTIAE sunt notæ rerū, & personarū cōmunes & externæ, ex quibus ęstimatur iuris definitio, nō solū in pœnis delictorū. uerūetiā in omnibus cōtractibus & humanarum functionum negotiis. Old.

CIRCVMVENIRE eodem sensu quo circumscribere, hoc est, decipere accipitur l. in causa. 16. §. penul. ff. de mino. idque l. 1 §. dolum. ff. de dolo mal. Sunt etiam qui putent circumuenire quem posse sine dolo. Prat. unde illi propriè circumuenti dicūtur quos grassatores quasi ex insidijs adoriuntur. Cęsar in commentario Hispaniensi: Cum undiq; se circūueniri animaduertisset. Ambros. in illud Euāg. Reddite quę sunt Dei, deo. Nec interest. apud Deum, u-

trum ui aut circumuentione res alienas occupet.

CIRCVS apud Macrum l.3. ff. de operib. public. locus erat muris septus, in quo curialia munera celebrabantur. Vergil. lib. 5. Æneid.

—— mediaque in ualle theatri

Circus erat &c.

Hinc in inscriptione quadã (Cuiacio attestante Obseruat. lib. 10. cap. 37. sub fin.) dicitur Traianus commoda tribuum etiam locorum adiectione amplificasse quod propriè ad l. patronus ff. de leg. 3. pertinere uidetur. Et de illa locorum adiectione Plinius in Panegyrico: populo inquit locorum qũinq; millia adiecisti, Intelligit autẽ circi loca. Hæc Cuia. d. libro Obseruat. 10. Duci autem circum à circuitu putat Cassiodorus li. 3. Epist. ad Faustum. A circo ductum putat Tertullianus libro de Spectacul. Prat.

CIS pro INTRA nõnunquam usurpatur, ut uidere est apud Plautum in Mostel. ubi Cis paucas tẽpestates, pro intra breue tempus positum est: Vt & in Truculento, cis paucos dies. Sed & cis pellam in Amphitryone dixit, pro repellam, quod qui repellitur, citra regredi cogitur non ultra progredi permittitur. Simile est illud Næuij, sed quasi amnis cis rapit. Turnebus aduersariorum lib. 19. cap. 13.

CISIARIVS, à cisio, quòd uehiculi genus est, cuiusmodi nunc Hungari utũtur trijugi dictus, hoc est, ipsius cisij auriga & moderator. Vlp. Locat. Si cisiarius dum cæteros transire contendit, cisium euertit. Sic à Beroal. citatur hic locus in Cõ. Philip. Cicer & Haloander consentit. Itaq; Glossæ nomine, id est, Carrucarius in contextum irrepsit. Sp.

CISIVM, genus uehiculi biroti. Ein Karch. A' quo cisiarij, qui cisium regunt. Furleut. Vlp. ff. locat. & conduct. Sp.

CISTA hoc est capsa Græcum uerbum uasis genus ad uestes reponendas, idque Vlpianus expressit l. 1. §. si cista. ff depositi. quod & Iulij Pollucis testimonio comprobatur li. 7. ca. 19. ὡς ἂν καλεῖσθαι τὰς ἐσθῆτας ταύτας, χηλοὶ μὲν καθ' Ὅμηρον, κιβώτια καὶ κιβωτοί, καὶ κίσται. Cistam etiam commemorat idem lib. 10. cap. 6. Prat.

CISTERNA inde dicitur Festo lib. 3. quòd sit cis, idest, infra terram. Nam cisterna non habet perpetuam causam, nec uiuam aquam, sed locus est ad colligẽdam aquam pluuiam aptus, imbribusque cõcipitur l. 1. §. hoc interdictum. ff. de font. Olden.

CISTERNAM quoque aquæ, & uini dixit Vlpianus l. uulgaris 21. §. sed si de naui. ff. de furtis. pro loco effosso ad uini æquæue custodiam. Prat.

CISTOPHORI sunt numismatum species, de quib⁹ meminit Liu. lib. vij. belli Macedonici. & Cic. ad Atticum lib. xj. his uerbis: Ego in cistophoro in Asia habeo ad sextertiũm bis & uicies. & reliqua. & Festus Pomp. dum inquit Euboicum talentum numero Græco septem millium & quingentorum cistophororũ est, nostro quatuor milliũ denariorum. Fortè ita appellati, quia in eis imprimeretur imago alicuius cistã ferẽtis: ueluti & nos Ambrosinos uocamus id nũmi genus, in quo diuus Ambrosius impressus est. Et de his secundũ aliquos intellexit Papin. Iurecõs. in l. Publia. §. Titius. ff. depositi. licet ei⁹ uerba in plerisq; libris mẽdosa circũferãtur. Sed hęc lectio Alciato displicet, Dispunc. j. c. xviij. asserenti, quos Throphimati, legendũ esse. Proinde glossator noster ibi ingenuè fassus est, se nõ intelligere Legitur etiã apud Suidã Cistophorus prò cistiphero, & cistarũ baiulo. Cistas præterea in sacris Cereris, teste Macrobio, habuerunt antiqui, quas portabãt sacerdotes, nominatæ à Græcis κανηφόροι, quasi dicas cistipheras, siue cistilatrices. Gręci. n. dicunt κανᾶ, quæ nos canistra; & per diminutionẽ canistella. Et de his sacrificalibus cistis inquit Catul.

Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,

Orgia quæ frustra cupiunt audire prophani. & Tib.

Et leuis occultis conscia cista sacris. Meminit & Plin. in xxxvj. lib. c. v. ubi etiã Hermol. Barbarus. Propterea nõ esset fortè malũ referre ad nũmos, in quibus signata erat figura sacerdotis Cereris cũ cista, & inde cistophoros appellatos. Ego tamẽ magis ꝓbarẽ in loco illo Iurecõs. cistophororũ, ut sit genitiu⁹ pluralis, quia in singulari nõ multũ cõuenit cũ præcedẽtibus: uel cistophoros. Et ideo nõ absurdè Iuli⁹ Pollux in expositione Homerici carminis, quod apud nos retulit Paul. in l. j. ff. de cõtrah emp. putauit, boues apud Poetã ibi intelligi posse pro nũmis, in quibus bouis effigies impressa cõspiciębatur. quę tamẽ expositio, iudicio meo, nõ potest cõuenire carm. ibi per Sabinũ primo loco relatis. Et ultra Pollucẽ, hoc etiã colligi potest ex his quę in Publicola scribit Plutarch. & in xxxvj. Naturalis Historiæ Plin. quos opportunè retuli infrà in dict. Peculium. Cotta.

CISTOPHORI. Sunt qui in l. Pub. §. Titius. ff. Depositi. cistophoros putẽt reponẽdos. ubi mẽdose legãtur modò Costrophinati. Cistophorũ fuisse legimus quatuor miliũ & quingẽtorũ denariũ: sicuti & Rhodiũ talẽtũ dici opinãtur cistophorũ ab insigni ferentis cistã: sicut coronati modò uocãtur nũmi, à coronę imagine. Ex cap. ij. lib. x. Lect. antiq. Rhodigini. Sp. Adrianus Tornebus lib. 3. ad. cap. 5. ex Festo tradit parũ abfuisse quin denarius Romanus duplo superaret æstimationẽ cistophori Asianorũ nũmi, sic appellati, quòd in eo cistiferi essent sculpti, qui sacrorũ mysticorũ cistis inclusorũ arcana ut in Cybelæ mysterijs, Bacchi orgijs, Cereris initijs. Quatuor enim denarij septẽ cistophoros cũ semisse ualebãt.

CITA hereditas in libris Legum Romanarũ dicebatur diuisa ut ex Festo lib. 5. & Seruio Grammatico liquet, & uide infrà Erctum. Prat.

CITARE ut quidã bene admonuere, est per pręconẽ uocare. l. 7. ff. de in integ. restit. l. 73. ff. de iudic. l. 10. ff. de public. iud. l. 20. ff. de testib. Liuius lib. j. Patres in Curiã per pręconẽ ad Tarquiniũ citari iussit. Valer. Maximus. lib. ij. cap. iiij. Præco lecto nomine Salinatoris, citandum id sibi esset nécne, hæsitauit. Quintilia. lib. vj. c. v. In publicis certe iudicijs uox illa pręconis pręter patronos, ipsum, qui egerit, citat. Sueton. in Tiber. cap. ij. Citatum pro tribunali uoce præconis conuitiatorem rapi iussit. Cõprobatur & ex Plutarcho, qui quod latini citare, hoc ἀνακηρύττεσθαι τῷ κήρυκι dixit in Gracchi uita. Sed tamen & edicto citatus quis dicitur. l. 15. §. diuus. ff. de iure fisc. l. 1. §. scientes. C. de adsert. toll. Citare libello apud Plautum in Gurgulio. Bris. Vide Duarenum lib. j. disputat. anniuers. cap. 7.

CITATIO, in ius uocatio, uel inuitatio. Est aũt Iuris naturalis, & necessaria ad processum iudicij, nisi præsens fortè fortuna in iudicio aduersarius, ad cõmotionem iudicis uolens suscipiat iudiciũ, & respondeat. Si uerò allegat, se non esse citatũ, tunc non potest cogi, ut respõdeat inuitus, sed est uocandus solẽniter in aliud tempus. Ita docet Bart. in l. j. ff. de in Ius uoc. probatus ab alijs, Old. teste. Sp.

CITATIONVM genera duo excogitarunt interpretes: quędã. n. uerbalis est, quã præco uel uoce, uel edicto quẽ uocat in ius. Realis quæ fit, cũ persona præhẽditur, & in ius ducitur, trahitúrue & in carceres cõiicitur, quæ personę pręhẽsio, & captio

ὠιδαρχθέων adpellatur li.8. cap. περὶ διαιτητῶν ἰσονόμων. utriusque generis cómeminere Accursius & Bartolus & alij in l.consentaneú.C.quomo.& quando iudex.Sanè species quasdam cómemorat Bartolus in tract. quibus casib.citatio non ualet.Prat.

CITATIONVM alia genera cóstituit Io.Imbertus in libr. foréśiú Institutionú. Vnú priuatú, quod personæ,domiciliòue fieri solet.Alterú quod publicè fit per compita sono tubæ,quod ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι adpellauit Plutarch⁹ inGracchi uita:uel edictis cópitatim,uel ecclesię ualuis. Clé.1.de iudic.5.Prat.

CITATIO, quam ita diffinire uidetur A.Alciatus rubri.C.de in ius uoc.ut sit actionú instituendarum principium,quæ diffinitio cóprobatur.§.omnium.Instit. de pœn. temer.litig. Sed & aliter diffiniri potest ut sit in ius uocatio per l.1.ff. de in i⁹ uoc. Ná, cùm quis de aliquo conqueritur, & querimonia sua coram iudice deposita, iudex emisso citationis edicto,ad eius instantiam uocat,uel inuitat illum ad se, in quem agere desiderat, qui conquestus est.Sed enim si in edicto iudex,uel prętor adiiciat hanc clausulam : Si in die præscripto non ueneris, quasi contumax condemnaberis,uel reputaberis.tunc edictú olim dicebatur peremptoriú. Hodie autem sufficit, quòd dicatur:Citamus talem peréptoriè.Et est quadruplex modus citandi, secundum Guil. de Mont. Lau.Primus, per nuntiú literis citatoriis.Secundus per præconem. Tertius per edictum ualuis ecclesię adfixum,uel per compita.Cle.1.de iudi. Quartus fit ex iuris dispositione.Item quædam citatio fit ad monitionem iudicis.c.consuluit.de offic.deleg.Item citationis sunt tres actus: prim⁹ est pręceptú de in ius uocando.cùm iudex iubet nuntio,ut citetur re⁹. Secundus denuntiatio,cùm nuntius denuntiat citato, ut ueniat.Tertius relatio, cúm nuntius refert iudici se talé in tali loco citasse. Additur etiam quartus,scilicet comparitio citati : & quando citatus teneatur cóparere,& si non comparet,mulctetur, not.per docto.in c. præterea. de dila.& de illis actib⁹ uide c. fi. de feriis. Et nota, quód citatio est de iure naturali,ut in Clé.pastoralis.de re iudica. Citat⁹ ad locú morbosum,seu ubi aer est pestilés,uel corrupt⁹,nó tenetur ire,cú saluti hominú sit ratio adhibenda. l. recusare. §.si quis alio.ff.ad Trebel.& ibi per Bartolum & docto.nec citat⁹ peremptoriè potest dici cótumax ante libelli oblationé.l.si finita.§.si plures.ff.de dam.infecto.Porró citationis scopus hic est, ut citatus iudicio sistat,inque iudicium ueniat Alciato in rub.C.de in ius uocan.Old.

CITATIOR aqua apud Vlpianum l.1 §. 2.ff. de aqua & aqua plu.a[illegible].uehementiori æquiparatur.In uulgarib.exemplaribus est citior, quam rapidiorem interpretantur Albericus,Oldend.& Spieg. Prat.

CITO in ueteri interpretatione Nouell.mandata princip.§.sed & suscipientes. exponit Accursius, hoc est, triginta dies.Prat.

CITRA in uarios ferri significatus subiecta demonstrát. Accipitur aliquando pro sine l.final.ff.de publi.iudic.& l.ut fit.31.ff.ꝓ socio. & alibi sæpe eadé significatione. Prat. olim cis dixisse ueteres docet Connanus lib.6.cap.3.nu.13.

CITRA exceptionis,restrictionisue notá esse césent, Accursio duce,Bartol⁹,Baldus,& alij in l.tráśigere.C.de tráśactionibus.& Alciat libro 5.Paradox. capit.9.Idé tamé Alciatus in d.l.tráśigere.eá uocé,citra, ꝓ sine, accipiédá putat: cuius expositioné,tacito auctore, probat B.Brissonius libro 3. de uerború significatione. An utraq; interpretatio ferri possit, expéde diligentissimè.Sumitur etiá ꝓ præter l.ultima.ff. de calumniat. ibi, & citra pretij æstimationé. Quandoq; sumitur quibusdá priuatiuè, seu negatiuè l.si filia.§.Papinian⁹.(aliàs est lex incipiés si uni.) ff.familię ercíscúdę. Significat etiá aduersatiuè,& accipitur pro cótrà l.seruus. ff. de nouat.Verius tamé est ut ibidé sumatur pro sine.Prat.

CITRA, præpositiua particula opponitur ultra, in l.si filia.ff. Fam. ercis. uim priuatiõis habet, & etiá interdú negationis. Pro sine & aliter etiá accipi, sicut apud idoneos autores indicat Albericus locis citatis. Nobis sat erit, Vlpianú adducere, qui in l.ij. de his qui not.infá. Nó tamé ait,si citra indignationé principis successor ei datus sit.Interpretes aút annotát, eá plerúq; exclusiuá esse. Vnde si quid quod rescripto iubetur fieri citra Cal. Martias, in ipsis calédis est factú, nó ualere cóstat. Annotatú est & pro ante usurpari,in c.dilecto. ext. de Test.quéadmodú Suetonius in Augusto, tit. de Spectaculis dixit.Citra spectaculú dies,hoc est, ante dies dicatos,ex more,spectaculis. Vide Bero.ibi.Sp.

CITREÆ mensæ,id est ex citri materia,celebrátur apud auctores, & fuerút in táto precio,ut cú aliquádo uiri obiecissent fęminis nimios sumpt⁹,quos in coemédis margaritis faciebát:& uos,inquiút,mésis citreis utimini. Sed cú apud omnes cóstet, citrú arborem & mala citrea esse, quæ posteà cœpta sunt cognominari mala rácia, quorú materia neq; firma neq; odorata, neq; quicquá habés quod laudabile sit,suspicor aliquid erroris subesse circa has arbores iam inde ex antiquitate contractum, ut citrú uidelicet pro cedro accipiatur, hoc est alerze,cú præsertim arbor illa syluestris sit, copioseq; proueniat in monte Atláte. Vnde Martialis de mensa citrea dixit: Accipe fœlices Atlantia munera syluas: & aliubi:cú possint Libycas sustinuisse trabes. Paul.lib. 19. Digestor. de actione empt.& uendit.l.si sterilis. Veluti si mensas quasi citreas emat,quæ non sint. Nebriss.

CIVES, omnes liberi dicuntur, qui in Imperio Rom. cómunione ciuilium rerú, bello & pace sunt participes. Zas.in l.ij.ff.de Orig.iur.

CIVES boni dicútur,qui reipublicę studiosi sunt etiamsi improbi sint homines. nam bonus ciuis, & bonus homo, eodem modo non dicuntur.ut docet Aristot.lib.Politic.tertio. Qui uerò boni uiri uiri dicátur,quorú frequés fit à Iuriscons.mentio,ex Cicerone petendú est.Sp.

CIVIS meus, ciuis tuus dicitur, pro cóciui, qué barbari uocant compatriotam.

CIVIS Rom.cur diuus Paulus apostolus appellatus sit, not.x.dist. c.Si in adiutoriú c.fundamenta. §.ult.de Elect.lib.vj.Sp.

CIVES Romani erát,quibus ius ciuitatis cócessum fuerat. Vide Alciat.cap.xxi.lib.ij.Dispun.de horú priuilegijs cap.xiiij.libro j. Parerg Sunt auté Romani ciues omnes effecti,qui in orbe Romano sunt, cóstitutione diui Adriani.l.qui in orbe.de Statu homin.Colligútq; ꝓpterea Iurisperiti,ius patrię potestatis, quod ciuiú tantú Romanorú erat, ad omnes Christianos pertinere. Vide Libertorum.Sp.

CIVILE bellú l.unica.C.de Cad.tol.Alber.

CIVILE esse,ꝓ pertinere ad officiú ciuis,uel ciuilis moris esse apud Imp. Alexádrú. C. de Furtis.l. ciuile est quod à te aduersarius tu⁹ exigit,ut rei quá apud te fuisse fateris,exhibeas uenditoré.ná à tráseunte & ignoto te emisse, dicere nó cóuenit, uolenti euitare alienam bono uiro suspicionem Sp.

Ciuile id proprium dici nemo ambigit, quod ciuiú,

aut ciuitatis est: hinc studia institutaque ciuilia, hoc est, ad ciuium societatem, ciuitatisq; statum pertinētia: quo sensu mores ciuiles, ciuiliterq; quid fieri à Cicerone dictum. lib. 1. Offic. Cum autem ciuitatis status tuendi ratio id imprimis exposcat, ne quid contra ea, quæ publicæ utilitatis sint, fiat: quod eiuscemodi esset, id ciuile inde uocari inualuit: contrà quod aduersus utilitatem publicam fieret, ciuiliq; societati exitiosum foret, inciuile dictum est. Hinc frequentes illæ in iure uoces, ut Alexander, in l. ciuile. C. de furtis: Ciuile quid eum facere, qui ab eo, qui rem suam possidet, aut authorem exhibeat, à quo eam habet, exigit: quia si hoc solum à transeunte, cuius nomen ignoretur, emptam fuisse sufficeret dici, interuertēdarum propriarum cuiusque rerum occasio maxima præberetur, quod ciuitati perniciosum esset. Ciuiliter itaque facit, qui contra nititur, suam nempe publicamque utilitatem simul tuetur. Inciuilem autem rem à Seuero l. inciuilem. C. de furt. facere dictus est, qui rem meam furto mihi oblatam, à fure emptam retinet, nec prius restituere uult, quàm pretium illi fuerit à me persolutum. Cum publicè utile sit, alienarum rerum interceptoribus præcludi uiam qua rerum ablatarum pretium consequantur, & pecunia inde refecta facilius effugiant. Quod fiet si cum ab alijs, quàm notis, & spectatæ fidei hominibus emere, nemini tutū erit, cautè quisque ita negotiari cogatur. Item & medici, qui infirmitatem consulto protrahentis, aut etiam augentis, quo ægri loculos exhauriat, quidue aliud corradat, inciuile factum dicitur, ut exemplo id in ciuitate haud dubiè perniciosum esse cōstat. l. medicus. ff. de uar. & extraord. cog. Ioh. Rob. lib. Sent. 3. cap. 11.

CIVILE negocium, hoc est iure ciuili receptū. l. unica, in princip. de extra cognit. Albericus.

CIVILIS dies incipit à media nocte, in sequentemq; mediam noctem finit. l. more. de Fer. Sp.

CIVILIS interruptio. Lege Interruptio.

CIVILIS possessio est, quæ sola animi destinatione & solennitate quadam constat, etiamsi corpus non interueniat.

CIVILIS ratio naturalia iura corrumpere non potest, ut ait Caius, l. eas. ff. de capit. minut. Sp.

CIVILITAS, quasi ciuilis mos, qui & urbanitas dicitur. Sic annotante interprete, ciuile pro urbano & elegante, in l. ciuile. C. de furt. Sp.

CIVIS dictus est, quòd in unum coeat cœtum, & sub legibus uiuat politicis, ut ex M. Cicerone constat Oldendorp.

CIVIVM quoque adpellatione continentur in priuilegijs, & similibus actibus ciuitatis, & suburbiorum incolæ, Alciato l. urbis. 2. ff de uerborum significatione. & ante eum Alexandro Imolæo rubric. ff. soluto matrimonio. Prat.

CIVES origine, manumissione, adlectione, & adoptione fieri diui Principes rescripserunt l. ciues. C. de incolis. lib. 10. Prat.

CIVES Romani sunt Vlpiano in Epitom. tit. 1. liberti qui uindicta, censu aut testamento, nullo iure impediēte manumissi sint. quod & Iustinianus probat. Institut. de libertinis. §. fin. Prat.

CIVES Romanos eos adpellat Vlpianus l. in orbe. ff. de statu homi. qui in orbe Romano sunt, idque diuus Antoninus cōstituit. Vide Alciatum lib. 2. Dispunctionum, cap. 21. Prat.

CIVILIS actio, hoc est, præscriptis uerbis Vlpiano l. solent. ff de præscript. uerb. Prat.

CIVILES etiam actiones ex legitimis & ciuilibus causis descendentes ad differentiam earum, quas prætor ex sua iurisdictione comparatas habet §. sed istæ. Institut. de actionib. l. ult. ff. de constit. pecun. Prateius.

CIVILES res in Theodosij & Valentiniani constitution. l. 2. C. de petit. bonorū subla. lib. 10. hoc est, ad publicum pertinentes uel etiam ad ciuitatem & Rempublicam: cuiusmodi sunt opera publica l. si aliquando. C. de operib. public. Prat.

CIVILE pro iusto, æquo, legitimo accipi solet. l. ciuile. C. de furt. & l. cum in fundo. 78. §. sed & si non sit. ff. de iure dot. E diuerso Inciuile, inhonestum, illicitum, iniquum & contra iuris ordinem l. inciuile. C. de rei uindic. & alibi sæpe. Prat.

CIVILE ius nulla alia ratiōe differt ab eo quod gētium dicitur, quam quod unum ciuium suorum: alterum omnium commune est hominum utrumq; eorum utilitatem quibus imperat spectās, & eo uim omnē institutorū suorum dirigens tanquā ad suum finē. Atq; etiā utriusq; origo eadē licet ius gentiū sit paulo antiquius. Vt refert Tullius pro P. Sestio his uerbis. Quis uestrum iudices ignorat ita naturā rerum tulisse, ut quodam tempore homines &c. Connanus lib. 1. cap. 7. num. 1.

CIVILE Ius, est ius proprium cuiusque ciuitatis. l. 6. l. 9. ff. de iustit. & iu. Et ut Paul. ait, quod omnibus, aut pluribus in quaque ciuitate utile est. l. pe. ff. de eo. tit. uel ut Cic. in Topic. æquitas constituta his qui eiusdē ciuitatis sunt ad suum obtinendū. Paulò plenius id definit Vlpia. in l. 6. ff. de iustit. & iu. Secundum quæ ius id quod Romana ciuitas ex legib. senatusconsultis, plebiscitis, principum constitutionibus, Prætorum Ædiliumq; edictis, ac prudētium responsis usa est, Ciuile appellatur. l. 7. & l. 9. ff. de iustit. & iur. §. ius aūt. Inst. de iur. natur. quasi ꝓprium ciuitatis Romanæ. l. 1. ff. de adquir. rer. do. Hoc tñ cōmune iuris ciuilis nomē suū fecit ac propriū ea pars iuris, quæ ex prudentiū interpretatione legib. adhibita constabat, quæq; sine scripto in sola prudentiū auctoritate cōsistebat. l. 2. §. his legibus. & §. deinde cū esset. ff. de orig. iur. l. 74. ff. de hæred. inst. Appellatū est etiā ius Ciuile Papirianū, quod à Sex. Papirio in ordinem compositū fuit. d. l. 2 in prin. de orig. iu. l. 144. ff. de uerb. signif. & apud Macrob. lib. iij. c. ij. Notat & Asco. in iiij. Verrin. Ius Ciuile à Cicero. pro priuato iure usurpatum. Interdum Iuris ciuilis appellatione lex xij. Tab. demonstratur, ut in l. 1. ff. de tut. Instit. de usucapio. in prin. l. ult. de bon. eorum, qui sibi ante sent. cōiuncta l. 220. ff. de uerb. sig. l. 10. C. de iur. delib. Plerumq; uerò ius ciuile à prętorio separatur. Et ita uidere est hæc uerba Ciuili & Prætorio iure opponi l. 17. ff. de castr. pec. §. sed istæ. Instit. de actio. & Instit. de obligatio. §. 1. l. 1. §. ult. l. 3. §. 1. ff. de constit. pec. l. 23. ff. de testamēt. l. 5. C. de pact. l. 14. ff. de testib. Ideoq; & Ciuiles actiones ex legitimis & ciuilibus causis descendentes accipimus ad differentiam earum, quas Prætor ex sua iurisdictione cōparatas habet. §. sed istæ. Instit. de actio. l. ult. ff. de constit. pec. l. 15. ff. de præsc. uerb. & Ciuiles quoq; obligatiōes ab honorarijs distinguimus, easq; ciuiles appellamus, quæ aut legib. cōstitutæ, aut certo iure ciuili cōprobatę sunt. §. 1. Inst. de obligatio. l. 5. de ꝓscr. uerbis. Br.

CIVILIS possessio, iusta & legitima possessio, q̄ opinione domini tenetur, & in iure cōsistit, ad usucapionēq; proficit. l. 2. §. 1. ff. pro hærede. l. 24. ff. de adq. poss. l. 3. §. ult. ff. ad exhib. l. 10. C. de adq. poss. Quam q habēt, ciuiliter possidere dicūtur. l. 7. in prin. ff. ad exhib. l. 1. §. deijcitur. ff. de ui & ui arm. id est ex iure ciuili,

ciuili, ut in l.38.§.hæc quoq; stipulatio. ff. de uerb.obligat. Brissonius.

CIVILIA uerba, q̃ & legitima, & directa, & imperatiua appellantur. l.7.ff.de uulg. & pup. Vlpia. in Inst.tt.de fideic. Fideicommissum est, quod non ciuilibus uerbis, sed precatiuè relinquitur, id est, nõ directò & imperatiuis, sed p̃carijs & inflexis uerbis. Bri.

CIVILITER aliàs est, rectè, legitimè, & ex iuris ciuilis regulis. l.28.§.si quis eo.in fi. ff. de lib. & post. l.2.in fi.ff.de adq.poss. Briss.

CIVILITER secundum iuris ciuilis rationem. l.134.ff.de uerb.sig. Briss.

CIVILITER interdum criminali persecutioni opponitur. l.37.ff.de iniur. l.ult.ff.de furt. l.28. §.qui ob inimicitias.ff.de pœn. Briss.

CIVILITER, eo modo, eaq; formula quam IC. excogitarunt & tradiderunt. Hinc Pompo.in l.pen. ff. de solut. scribit uerborum obligationem ciuiliter per acceptilationem tolli, non rei naturam ac substãtiam: id est, consensum & pactum spectans: sed modum ac formam aduentitiam. quum Vlp.in l.8. in fi. ff. de accept. apertè dicat Acceptilationem esse iurisgentium: quatenus scilicet, pactum conuentum, id est substantiam ipsius actus consideramus. ut acceptilationis materia sit iurisgentium, forma uerò iuris ciuilis. Hotom.

CIVILITER annum non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus. Nam naturaliter ultimus dies integer anno accedere deberet, & præterea quadrans, hoc est, sex horæ. Ex Alc. Sp.

CIVILITER interdum significat, i. Ciuili iure, ut cum dicimus ciuiliter quem obligari l.1. §. hæc actio.ff.si mens.fals.mod. dix. l.1.§.si quis ita.ff. de uer. obli. Exempla frequentiora sunt, quàm quòd referri debeant. Aliquando sonat rectè, legitimè, & ex iuris ciuilis regulis. l.filius, 28. §.si quis eo.in fi. ff. de lib.& postu.& l.2.in fi.ff. de acq.poss. Quandoq; significat, scd̃m iuris ciuilis rõem l. anniculus.134. ff. de uerbo. sig. quam interpretationem probat Alciatus, & ante eum Albericus Rosatius ibidem. Non tamen improbandam putem expositionem Accursij d.l.134. explicantis ciuiliter, i. scd̃m consuetudinem ciuium, & loquelam per l.anniculus.132.ff.eo.tt. Prat.

CIVILITER agit, qui quod sua priuatim interest, persequitur. Criminaliter, qui publicum l.unic. C.quando ciui.act. crim.præiud. & l.fi. C.de fals. Ciuiliter criminali persecutioni opponitur l. fin. ff. de furt.& l.constitutionib.37.ff.de iniur. Prat. Nam ad maleficia iudicanda, quib. magnopere publica tranquillitas turbatur, uariæ sunt pœnæ legibus, & iure ciuili constitutæ, de quibus sub tit. de pœn. & alibi. Et quia accusatio ad eam rẽ ualdè est necessaria, ut testatur Cic.in oratio.pro Roscio Amer. permissum est, non solum ei, cui nocitũ fuerit: sed interdũ etiam cuiuis e populo nocentem hominẽ deferre & accusare. §.1.Inst. de publ.iud. Estq; huius accusationis finis & scopus, ut Reip. quam Leges uiolando nõ mediocriter offendit, pœnas debitas persoluat, non ut accusatori quicq̃ præstet. l.licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. & uect. Quisquis aũt ita accusatur, criminaliter dicitur conueniri. Nec quicquam referre puto, corporalis ne sit, an pecuniaria pœna, qua eius audacia coerceatur. not.in l.3.de sepulch.uiolat. d.§.in summa. Sed cum hac criminis executione, Reipubl. tantum consulatur, non etiã accusatori, grauiter forsasis læso: proditæ sunt priuatæ quoq; & forenses actiones, quę ad priuatum ipsius agentis commodũ intendantur: ut Furti actio, ui bonorum raptorũ, Legis Aquiliæ iniuriarum, & similes, quæ ciuiles, non criminales dicuntur, propterea quod humanius, atque ciuem decet, tũc agatur. l.1.ff.de incen.rui. nauf. l.ulti.de priu. deli. l.ulti.de furt. l.ultim. C.de iniur.& Quan.ciuil. act.crim.præiud. Dicuntur etiam pecuniariæ huiusmodi causæ, quod agens ad pecuniariũ propriumq; commodum principaliter respiciat. l.1. ff.de testi. l.interroga. C.de quæsti. l.properandum. C.de iud. In criminali autem iudicio hoc potissimũ spectatur, ut admissum publicæ utilitatis caussa in exemplũ uindicetur, tametsi eius rei gratia plerũq; pecuniaria sequatur condemnatio. d.§.quod illicitè. Duaren.lib.1.anniuers. disputat.cap.35.

CIVILITER acquiri dicuntur quæ iuris ministerio uerbis, sine aliquo corporali facto acquirũtur l.ea, quæ.53.ff. de acq.rer.dom. & eodem sensu etiam ciuiliter resolui dicitur obligatio apud Pomp. l.pen. ff. de solut.

CIVICVM munus pro ciuili accipitur in l.4. C. de fabricens. lib.11. ubi falsò legitur ciui commanere pro ciuico muneri. Prat.

CIVITATIS appellatione non ueniunt suburbia, sed id solum quod murorũ ambitu terminatur. tex.est arguendo à speciali, in c.si ciuitas. de sententia excom.lib.6.& hoc nisi dispositio reddatur elusoria, quia ueniũt etiam suburbia. d.c. si ciuitas. ubi est text.sing. & melior de iure, ad hoc ut latè attestatur D.Ias.in l.cum quidam.in fin.ff.de lib.& posthu. Et ideo decidit sing. Bal.in c.significauit.in ul.col. uers. pone, episcopus. de rescr. Quòd si episcopus excommunicauit omnes leprosos stãtes in ciuitate, nisi recedant de ciuitate infrà octo dies, & aliquis exiuit & reclusit se in quodam hospitali posito in suburbijs, talis non euitat excommunicationem: quia sicut propter salutem animarum interdicta ciuitate, interdicuntur etiam suburbia, ne sententia excommunicationis sit elusoria. d. cap. si ciuitas. eodem modo propter salutem corporis, ne edictum circumueniatur. Et hoc dictum Bal. pro sing. citat. ff. Felin. in cap. Rodulph. col.3. uersic. limit. dupliciter. de rescrip. ubi latè tractat, quando appellatione ciuitatis ueniãt suburbia. Cotta.

CIVIVM appellatione an ueniant oppidani, uel Comitatenses, est notab. decisio Bald. in Authent.& omnino. in pen.col. uers. sed hic dubitatur. C. ne uxor pro marito. de qua latè scribit D.Fel.in c.Rodolphus. in 9.col. uers. faciunt etiam. extr. de rescriptis. cum his quæ referam inf. in uerb. Represaliæ. Sed quid de spurijs? Bald. sing. consuluit. eos in statutis non comprehendi: quia propriè ciues non sunt. ita in pulchra quæstione statuti Mediol. cõcludit Bald. cons.267. ad euidentiam pręmitto. in ult. col. in 1. lib. quod consilium repetitum inuenio in ult. lib. consil. 457. Nunquid autem habitatores Venetiarum sint ciues, uel insulani, est sing. consilium Bal. num.437. quidam emerunt. in 1.lib. cum his quæ scripsi infr. in uerbo Venetiæ. Cotta.

CIVITAS est multitudo seu unitas ciuium, in hoc collecta, ut iure societatis uiuat optimo c. si ciuitas. de sent. exc. lib.6. Zasius l.2. ff. de orig.iur. Cicer. in Somn.Scip. in ciuitate, & ubiuis locorum, necessariò requiritur, in primis uerbum Dei: deinde magistratus, qui administret rempublicã: id quod gentes quoq;, quamuis Christum seruatorem nostrum ignorarent, lumine tamen naturali aliquo modo cognouerunt. Ideoq; intra exempla iuris publici referuntur sacerdotes, & magistratus. in l.1.§.1. ff. de iust. & iur. Hac ratione

CIVITAS adpellari sæpe solet ἐκκλησία, hoc est, cœtus, uel congregatio, non qualiscunq; sed conciliata in unam societatem communionemq; fidei, & sacramentorum. unde Apostolus ad Cor. Ecclesiæ Dei, inquit, quæ est Corinth. Et Coloss. 1. pro corpore ipsius ait, quod est Ecclesia. Old.

CIVITATIS adpellatio aliàs accipitur pro iure ciuium ac libertate, qua ciues utuntur. Vnde dicebantur olim ciuitate Romana donari, quorũ exẽpla cõmemorat multa Cicero pro L. Cornelio Balbo. Item comprænhenduntur horti. arg. ff. de procu. l. præsens. Item ciuitatis nomine non comprænhenduntur diœceses, nec è contrario. cap. Rodulphus. & ibi gl. ext. de rescrip. Vocatur autem propriè ciuitas, quæ habet episcopum, ut 80. distinc. in illis. & c. seq. Ciuitas quoq; potest adpellari etiã, quæ Episcopum non habet Alciato in c. perniciosam. de offic. iudic. ord. Old. Sunt autem Ciuitatis partes nouem. Vna est agricolæ, qui circa alimenta uersantur. Secunda opifices, qui uersantur circa artes aut necessarias, aut ad delicias, aut uoluptates, aut ad ornatum pertinentes. Tertia cauponaria, ementium uendentiumq; mercatoria & numularia. Quarta mercenarij. Quinta propulsatores belli. Sexta hi qui ius dicunt atq; decernunt. Septima opulenti atq; diuites, qui onera Reipub. sustinere ualent. de quib. Iustin. instit. de his qui sui uel alie. iur. sunt, §. dominorum. Octaua publicis magistratib. fungentes. Nona consultores, & ius in controuersijs assignantes. Respublica illius multitudinis ordinatio est atq; gubernatio. Drosæus in methodo iur.

CIVITAS etiam solet usurpari pro mœnijs dũtaxat, & ædificijs. Sicut etiam ecclesiæ significatio ad paucos ordines redigitur, adeoq; ad templũ materiale, in tit. C. de sacros. eccl. & de his, qui ad eccle. confug. in rubr. Old.

CIVITAS quandoq; non pro loco, sed pro ciuibus accipitur, ut cum quis ciuitati, uel ciuib. aliquid mandat. l. si quando. C. de bon. uac. lib. x. Alc. de uer. sign. in l. 2. Dicitur etiam Ciuitas ius ciuium. Vnde Ciuitate donare, est, Das Burgrecht entpfahen.

CIVITAS in tribus consistit, in sapiẽtia eorum qui Remp. administrant: in militum fortitudine in cæterorum ciuium temperantia. hisq; perfectè constituta censetur ciuitas, quòd cuique parti sua uirtus attribuatur. Attamen quæ superest Iustitia, non illa otiosa est aut inutilis, sed per omnes alias diffusa implicat eas arctissimo æquitatis & concordiæ uinculo, facitq; ut sibi illæ consentiant: quæ consensio iustitia uocatur. Connanus lib. 1. c. 2. nu. 8.

CIVITAS sine legibus, est corpus sine anima, ut ait Cicero. Quocirca multum eleganter Aristot. in Ethicis: Ideo, inquit, non concedimus ut homo imperet, sed ratio. Nam homo hoc sibi tribuit, & fit tyrannus. Ex Pomponio, l. 2. ff. de orig. iur. animaduertere licet, Pop. Rom. uiginti uix annis potuisse sine certo iure uiuere, quin leges à Græcis peterẽtur. Cætera Old. in citatam legem scribens. Sp.

CIVITATIS fex. Socr. lege sanciuit, ut nec parua sit ciuitas, nec magna, sed una & sufficiẽs. Quamobrem Cicero eleganter, aduentitiam illam ociosorum hominum multitudinem, appellat fecem ciuitatis, ut quæ nulli prosit, multos autẽ oneret: monuit id ante me Dn. Old.

CIVITATEM appello quemcunq; populũ ijsdem legibus & moribus gubernatum. Conna. lib. 1. cap. 7. num. 1. Idem ibidem ciuitatem Aristoteli dictã fuisse refert gentium uirorumq; in uita perfecta, seque ipsa contenta communionem. Nonio inter ciuitatem & urbem hoc interest: ciuitas dicuntur incolæ: urbs autem complectitur ipsa ædificia. Adde quæ doctè annotauit Oldendorpius in l. 2. ff. de origin. iuris. Sp.

CIVITATES fœderatæ. Vide, Fœderati.

C L

CLABVLA uehiculi genus. Hinc

CLABVLARIS cursus in Leonis constitutione l. cursum, 22. de cursu public. lib. 12. C. Vulgata exemplaria habent ambularem, quæ lectio iuuari potest l. iudicib. 9. C. eo. Sunt qui malint caballarem apud Luitprandum in sui temporis historia. Quænã lectionum uerior sit, iudicent peritiores.

CLADEM quidam à calamis comminuẽdis dictam existimant: atq; ideo pro calamitate accipiunt in l. 1. C. de iur. emphyt. quasi clàm data sit, ut Papias scribit. Prat.

CLAM, Priscianus lib. 14. Clam, inquit, magis aduerbium est, cum nec localem habeat significationem, quam plerunq; præpositiones possidẽt, & qualitatem demonstret, quæ in aduerbijs inueniri solet: & diminuatur, quod nulla præpositio habet, ut clanculum: & possit etiam absq; casu proferri: ut bona apertè facit, mala autem clam, &c.

CLAM à Clauibus duci putat Festus lib. 3. quòd his, quæ celare uolumus, claudimus. Prat.

CLAM facere uidetur Cassio apud Vlpianum l. 3. §. fin. ff. quod ui, aut clam. qui celauit aduersarium, neq; ei denuntiauit: si modo timeat eius controuersiam, aut debuit timere. Et Aristo apud eundẽ ibid.

CLAM quoq; facere eum putat, qui celandi animo eum, quem prohibiturum intelligeret, & id existimat, aut existimare debet se prohibitum iri. Seruius etiam apud Venuleium l. 4. ff. eo. tit. putat eum

CLAM facere, qui existimare debet sibi controuersiam futuram: aut etiam (Vlpianus ait l. 5. ff. eo.) qui aliter fecit, quàm denuntiauit, uel decepto facit eo, ad quem pertinet non facere, uel cõsultò tum denuntiat aduersario cùm eum scit posse prohibere, uel tam serò pronuntiat, ut abire (in Pandect. Flor. Vbire.) prohibiturus priùs, quàm fiat, non possit. Clàm quoque fecisse uidetur, qui post denuntiationem in certum diem, & horam, fecit d. l. 5. §. 1. Prat.

CLAM facere censetur is, qui celauit aduersariũ, neq; ei denuntiauit se opus facturum, quia existimauit eum controuersiam facturum, si resciret, aut certè id existimare debuit, ne melioris conditionis sint stulti, quàm periti. Aut si denunciauit quidem se opus facturum: sed aliter fecit, quàm denunciauit, uel consultò tunc denuntiauit aduersario, cùm eum sciret non posse prohibere. Vel tam serò denunciat, ut obuiare prohibiturus prius, quàm fiat, non possit: aut denique si alio modo decepit eum, ad quem pertinuit, opus non fieri. Debebat enim diem & horam denunciatione complecti, & ubi, & quod opus facturus esset. Neque quidem perfusoriè, aut obscurè dicere, aut denunciare, neque tam artare aduersarium, ut intra diem occurrere ad prohibendum non posset. Et si fortè non sit, cui denunciet, neque dolo malo factum, ne sit, amicis, aut procuratori, aut ad domum denunciandum est. l. iij. §. ultim. l. seruus etiam. l. & qui aliter. in princip. Et §. 1. ff. quod ui aut clam. & ff. de acquirend. uel amit. possess. l. clam possidere. Vlpia. Clam possidere, inquit, eum dicimus, qui furtiuè ingressus est possessionem, eo ignorante, quem sibi controuersiam facturum suspicabatur, & ne faceret, timebat. Pomp. ibi. Old.

In interdicto Quod ui aut clam, Clam uidetur facere, qui celauit aduersarium, neq; ei denunciauit. Si modò timuit eius controuersiam, aut debuit timere. l.iij.§.ultim.ff.quod ui aut clam. Clam etenim facit, qui existimare debet sibi controuersiam futuram.l.iiij.ff.eodem tit. Aliàs Vlpian.definit, Clam factum uideri, quod quis cùm cõtrouersiam haberet, habiturúmue se putaret, fecit. l.73. §.ui factum. ff.de diuers.reg.iur. Briss.

CLAM possidere eum dicit Vlpianus l.clàm possidere. 6.de adquir. possess. qui furtiuè ingressus est possessionem, eo ignorante, quem sibi controuersiam facturum suspicabatur, & ne faceret timebat. Brissonius.

CLAM etiam possidere uideri Paulus ait libr.5. Sent.tit.6.hæredem eius, qui precariam possessionē tenebat, si in ea manserit. Ita

CLAM ab aliquo possidere accipimus in interdicto Vti possidetis l.1.ff.uti possid.& l.penul.ff.pro suo. Eodem modo

CLAM ab aliquo ducere aquam dixit Vlpianus l.1.ff.de aqua quotid.& æstiua. Prat.

CLAM uti cum diffinit Vlpian.l.3.in prin. & §.1. ff. de itinere actuque priuato. qui prohibitus utitur, uel qui, prohibito eo, cui id ius utendo cõseruabat, utitur. Prat.

CLAM etiam pro in obscuro poni uidetur in l. 1.in prin.ff.de furtis. Prat.

CLAM ferre sententiā, est notam in urnam mittere: Palàm uerò, est ore pronuntiare. Lege Ciceronem de Legibus tertio. Ternas autem notas singulis iudicibus dabat is, qui causæ præerat: scilicet, A. C. N L. de quib.supra monuimus. Sp.

CLAMORE quomodo præstetur auxilium IC. ostendit. l.1.3.excusatur.ad S.C.Sil.

CLANDESTINVS, na, num, à clam particula deriuatur, notamq; habet significationem, neq; ob aliam causam hoc in loco posuimus, nisi quòd uulgo accentu barbaro ab omnibus profertur, hoc est, accentu in antepenultima, cum penultimam habeat longam, & iuxta regulas Latinæ linguæ in eadem accẽtus debeat collocari. Quod uerò penultima sit longa, probatur carmine Manilij in primo Astronomicōn dicentis: Et clandestinis surgentia fraudibus arma. Sillius quoque Italicus in libris Punicorum: Ceu clandestino traheretur fœdere bellum. Nebr.

CLANDESTINAM electionem adpellat Bernardus in cap. quia propter.§.fin.in gl.fin.de electionib. in antiq. quæ singulariter fit & occultè per occulta conuenticula. Prat.

CLANDESTINVM factum uitio magis personali, quàm reali adscribi putat obseruatè Alberic. Rosatius in l.quare. (in Pandect.Flor. incipit, quam rem) ff.de usurp.& usucap. Spieg.

CLANDESTINA desponsatio, clandestinum coniugium, & clandestinum matrimonium, quæ occultò contrahuntur per cap.2. extr. de clandest. despons. Prat.

CLANDESTINAM possessionem interpretari debemus in l.si de eo. §.ult.ff.de adquir.poss. iniustam per l.7.§.inter prædones.ff.commu.diuid. & à quibus causis non possit separari, docet Sal.Iulian. d.l.si de eo.§.fin. Prat.

CLARA persona in libris iuris Ciuilis intelligitur Senatoris, uel uxoris eius. ita explicat Gaius l. curator. 5.ff.de curat.furios. Clarissimi igitur uiri Senatores accipiendi sunt, uel Senatorio honore donati l.deferre.ff.de adulterijs.l.speciosus.ff.de uerb. sign.& Nouella 18.& alibi sæpissimè. Proconsules etiam clarissimi uiri adpellabantur l.1. C. si ex fals.instrum. Prouinciarum quoq; præsides, & rectores l. raptores.C.de episc.& cler.& magistri census l.fina. C.de iure emphyteot.& aduocati l.1.C.de aduocat. diuers. iudic. quod de rabulis minimè accipiendum est. Brissonius.

CLARA quoq; dignitas sic accipienda est l.fina. C.quod met.caus. Clarissimi autē uiri his notis VV. CC. significabantur. Prat.

CLARIGATIONEM accipere debem⁹ apud Titum Liuium libro viij.pro eo quod τὴν ἐνεχυρασμὸν Imperator Iustinianus in Nouel.52.uocat, uetus interpres Pignerationes uertit, Bartolus in Tractatib. Repræsalias adpellat cuius rei caussa tractatum fecit. de quibus in cap.unic.de iniurijs. libro vj. Prat. & Tornebus aduersariorum lib.21.cap.1. Adde Brechæum l.facere. titul.de uerborum & rerum significationibus.

CLARISSIMARVM fœminarum nomine Senatorum filiæ, nisi quæ uiros clariss. sortitæ sunt, nō habentur. tamdiu igitur clarissima fœmina erit, quādiu Senatori nupta est, uel clarissimo: aut separata ab eo alij inferioris dignitatis nō nupsit. l.8.ff.de Senatoribus.l.22.§.1.ad munic.Hot.

CLARIVS face meridiana. C. de probat.l.sciant cuncti. ut apud Ciceronem, Clariora luce consilia, inuect. in Catil.3.& Clariora sole, lib.1. de Fin. Sp.

CLARISSIMATVS dignitatem nō fuisse inferiorem spectabilitate putem l. peculiari.5.C.de proximis sacrorum scriniorum.libr.xij. tametsi quidam contrà scripserit. Prat.

CLARISSIMOS tamē à Spectabilibus distinguit l.unica.C.de annonis, & capit.Itemque ab Illustribus l.1. Cod. ubi Senat.uel Clariss. Prat. Inter Clarissimos nominantur comites & tribuni in Nouel.71.ut in eiusdem exposit.per Cuia.uidere licet.

CLARISSIMATVS, dignitatis uocabulum, de quo Alciatus capit.iiij. libr.Dispunction.3. Porrò quibus Clarissimatus dignitas collata erat, consi dendi, ingrediendique secretarium licentia contribuebatur l.peculiarij. de proxi.sacr.scrin. lib.xij. C. Prat. & Spieg.

CLARISSIMAE mulieres appellātur clarissimis nuptæ l.fœminæ. Sed & Senatorum filiæ ibidē. ff.de Senatoribus. uide C.de tutorib.& curat. clarissimarum personarum. Spieg.

CLASSICI in l.unica.C.de classic. lib.10. & C. Th. eod. l.unica. milites sunt deputati nauibus amnicis purgandorum fluminum, & aliarum necessitatum gratia. Hinc

CLASSIS Seleucena Orontis d.l.unic. Prat.

CLASSICI. In tit.de Classicis. Classici dicūtur homines destinati ad classes, id est, naues ducendas. Classici etiam dicuntur apud bonos authores non omnes, qui in classibus sunt, sed primæ tantùm classis homines, qui centum millia æris aut ampliùs censi erant: quod apparet ex Liuio de Seruio Tull. loquente. Vnde per metaphoram, classici testes dicuntur Budæo, in l.ult. de pign. act. qui signandis testamentis adhibebātur, hoc est, primę classis homines, quasi primæ authoritatis, & idonei ueritatis sponsores. Porrò, classici appellantur præcones, qui tuba uel cornu iussu magistratuum, ex arce, uel circū muros, populum ad comitium uocabant, dicti à calando. id est, uocando, siue à clangore. Anchora. Ade Francisc. Balduin. in Catechesi Iuris Ciuilis, capite tertio.

CLAS-

Classis, quam Græci τὸ ναυτικὸν uocant, quidam, sed barbarè, Armatam, ius postliminij habet: de quo tractat Marcell. in l.2. de capt. & postlim. reuers. Vlpian. in l.omnia. de bonorum possess. ex testamen. milit. Item nauarchos, inquit, & trierarchos classium, iure militari posse testari, nulla dubitatio est. Spiegelius.

Clathri cancelli, & oppositiones hostiorũ, uel Acrone admonente super illud Horatij de arte poetica. Obiectos caueæ ualuit si frangere clathros. Hinc clathrare quod est, clathris munire & claudere. Clathratam autẽ fenestram Plautus in mil.glor. uocat, quæ clathris hoc est lignis transuersis occluditur. Corrasius lib.3. Miscellaneorum, capite 14. numero sexto.

Clavarius officij nomẽ est, quo adpellatus est Suetonij pater, ab eo quòd præfectus fuerit donatiuo Imperatorio inter milites distribuendo. Tacitus, Seditiosæ, ait, militum uoces Clauarium terrebant. Prat.

Clavarium apud Tacitum nomen donatiui cuiusdam esse uidetur. Tornebus lib. Aduersar.4. cap.7. putat esse donatiuum uelut in clauos caligarum militarium. Nam militum caligæ clauis suffixæ erant.

Clavatæ uestes, de quibus sentire uidetur Vlpianus in l.cùm aurum.§.1.uersicu.idem Pomponius.de auro & argento legat. sunt, quæ clauos aureos, nos Flores appellamus, habent, ut docet Scholium Bapt.Egnatij in Vopiscum in Aureliano. Baifius aũt uir doctissimus, id quod res est, apertè monstrat, Vlpianum, ut diuersa, clauos aureos, & insitas picturas accepisse, in l.uestis. ff.eo. & uide ĩ. Vestis. Oldendorpius.

Clavdia aqua. Appium Claudium (cuius fit mentio in l.2.ff.de orig.iur.) omnium primum ex agro Lucullano arcuato opere deduxisse aquam, à Frontino traditur: qui nouem solum aquas suo tempore in urbem fluxisse sic commemorat. Nunc autem in urbem influunt Appia, Anio uetus, Martia, Tepula, Iulia, Virgo, Alsietina, quæ eadem uocatur Augusta, Claudia, Anio nouus quæ autem fuerint istæ aquæ, & unde, quotq; passuum milibus, uel sub terram, uel arcubus ducerentur, pluribus uerbis ipsemet recenset. Sp.

Clavdio Hieronymiano clarissimo uiro ab Vmbrio primo l. quæsitum.ff.de fund. instr.

Clavdvs, a I.C. inter morbosos numeratur. l.item claudus.ff.de ædil.edict. De claudo, quare sit salacior cęteris, causam reddit Aristoteles in Problemat. Spiegelius.

Clavi, apud Vlpianum l.cum aurũm.19. §.1. & l.uestis.23.§.1.ff.de auro & argen. legat.in uestib. dicuntur (ut ex Varrone refert Stephanus) nodi, & globuli purpurei, aureiue in modũ claui texti in uestibus Senatorum. πλατυσήμους pro dignitate Senatoria accipi solent. Prat.

Clavi aurei uel argentei, quos fœminæ nostrę solent uestib.suis assuere, de quib.in l.uestis.in prin. ff. de auro & arg.leg.& ibidem l.etsi non sint, etiã in prin.& in l.argum. §. item fibulæ, qui primus est. Et apud Varronem de Analogia lib.1. cuius hæc uerba sunt: Si quis tunicam in usu ita consuat, ut altera plagula sit angustis clauis, altera latis: utraq; pars carebit analogia. Hinc Mantilia cocco clauata apud Ælium Lampridium in Alexandro Seuero. In alia aũt significatione accipitur clauus in l.qui clauum.ff.de ædil.edict.& Plinium auunculum lib.xx. cap. item, xx.& Plin. iuniorem lib.1. Episto.51. & aliter quoq; in l.qui naufragium.§.S.C.ff.de incend.rui.naufrag. & alibi sæpe apud alios autores, ut annotauit Tiraq. in 3.l.connub.gl.1.parte 3.

Clavicarii, siue Clauicularij in l.uni. C.de excus.artif.libr.x. sunt, Clauium artifices, Gallis dicuntur *Serreuriers*. Clauicularij etiam dicuntur ianitores carceribus præpositi, à clauibus gerendis, siue etiam Clauicarij, Græci interpretes ad l.carceri.8.ff. de custodia reorum. ὁ δεσμοφύλαξ ἐν λέγεται τῶν ... Huius commeminit Iul. Firmicus libr.3. Matheseos, cap.6. Prat.

Clavi trabales apud Horatium sunt grandes claui, quibus trabes configuntur. Torneb.lib.aduer. 9.capite xiiij.

Clavis. Nota est lippis atq; tonsoribus (ut ita dicam) clauis significatio. Quam ob causam, hanc prætermittendam esse ducimus. Est autem lib.12. C. titul.de prætorib.& honor.præt.&c. in quo de claui fit mentio, cùm tamen nihil dicatur in toto contextu, nisi me fallant iuris Codices recens cum elegantibus typis impressi. Tamen Alciatus ad dictum titulum, de prætoribus & honor. præt. &c. Clauem (inquit) dari credendum est prætoribus, quoniã ea signum liberę potestatis, & dominij in rebus acquisiti: quod utiq; nec nostri I.C. prætermisere.

Clavos & latos & angustos fuisse ex Varron. lib.8.Ling. Budæo l.si.ff.de Senator. L.Baifio.d.l.uestis.quos uideas. Prat.

Clavsos, Vlpianus ꝓ uinctis accipit. Si modò ita uincti sint, ut omni modo erumpere non possint.l.si quis in graui.§.subuenitur.ad Sila.ff. Old.

Clavsvlas adpellant Cõsulti iuris Ciuilis, & pontificij edictorum, stipulationũ, testamentorũ, rescriptorumq; particulas l.quædam.9.ff.de eden.l. 3.ff.quod met.cau.l.iudicatum.6.& l.cum quærebatur.13.ff.iudicatũ sol.l.sed etiam.31. ff.de legat.1. & c. causam, quæ.de rescrip. Prat.

Clavsvlarvm genera, et formae.

Ex Ivre Civili.

Clavsvla, de dolo, in l.& per iusiurandũ. §. eum, qui.ff.de acceptilationib. l.doli.119. ff. de uerb. oblig. Clausulam de dolo adpellant eam stipulationis partem, quâ dolum malum abesse, abfuturumq; esse, uel si quid in ea re dolo malo factum sit, comprehenditur, uel ita, Cui rei dolus malus aberit l.ex ea parte.121.ff.de uerb.oblig.l.hæc uerba.69. ff. de uerborum sign. Prat.

Clavsvla, Ob rem non defensam, dicitur, quâ in iudicatum solui stipulatione, re non defensa, quanti ea res erit, promittitur. l.3.§.fin.ff.iudic.solui. Eadem, De re defendenda, uocatur l.iudicatum. 6. ff. iud.sol.ubi etiam ponitur Clausula, De re iudicatâ. Scio interpretes alia ferè innumera clausularum genera efformasse, inq; eam rem libros edidisse qui extant. Est &

Clavsvla codicillaris. uide ĩ. Codicilli. Prat.

Clavsvlas alias efformarũt notarij, de quibus satis disputatum fuit à me in Theoria Notariorum Gallica.

Ex Ivre Pontificio.

Clavsvla, Antè ferri, quid operetur, collige ex cap. tibi, qui.de rescript.libro 6. & cap. quamuis. eodem titul.

Clavsvlam, Quidam alij, ad plures, quàm tres, aut quatuor trahi non posse Decretali Epistola cautum

cautum est.c.cùm in multis.de rescr.lib.6.& ibi uide Ioan.Andr. Prat.

CLAVSVLA, Nisi pro alio scripserimus, quî accipienda in rescriptis ad beneficia docet gl.in c.duobus super.eo.tt.lib.6.ubi uide Doctores.

CLAVSVLAS uarias commemorat Specul. tt. de rescr.præsen.§.ratione formæ. Prat.

CLAVSVLÆ prægnantes iuris interpretib. hæ sunt, Plenitudo ptãtis, Motus proprius, Certa scientia, de quibus suis locis. Earum ea uis est, ut in contrarium nemo audiatur, quòd semper præsumatur iustitia, excludatur omnis ignorantia, & error & defectus solennitatum in rescriptis. Obseruandũ, has clausulas principum sententijs interijci nõ debere: quòd hic iustitia nulli cedat, ut quæ in principũ sententijs prælucere debeat. l.fi.C.de legib. & l.omniũ. C.de testam. Prat.

CLAVSVRAS uel Clusuras Impp. appellãt custodias limitum, &, ut Suidas interpretatur, ὀχυρώματα τὴν διάβασιν. Meminit l.2.§.in Sardinia.C.de off. præf.præto.Afr.l.4.C.de offic.mag.offic.l.ult.C.de offic.mag.milit.cuius emendatio Iac.Cuia.debetur, qui de hoc uerbo loca quædam auctorũ notat.lib.3. obseru.c.24. Quibus addam uideri apud Luitprandum duob.locis hoc uerbum corruptum. Sic enim lib.1.c.2.legitur. Quibusdam nanq; difficilimis separata à nobis erat interpositionibus, quas Clusas nominat uulgus. Et lib.5.c.8. Præceperat enim rex clausarum custodibus, ne quempiã transire permitterẽt, nisi qui prius quis esset diligenti inuestigatione inquirerent. Quib.in locis, scdm Suidæ interpretationem, clusurarum rectiùs legeretur, nisi uitio temporum concisum fuisse hoc uerbum dicamus. Briss.

CLAVSTRI adpellatione significatur id quo quid clauditur l.fundo.ff.de actio.empt.l.librorum. in fin.ff.de actio.empt. Sic portarum Claustra rectè dixit Virg.lib.7.Æneid. Prat.

CLAVSTRVM, impropriè est cœnobium, siue monasteriũ: ut impura sunt, quantum ad latinitatẽ attinet, Canonistarũ ferè omnia. Sed I.C.id est, quo aliquid clauditur, atq; quælibet clausura. l. fundi.ff. de actio.empt.l.librorum.in fi.de legat.3. Sp.

CLAVVLAREM cursum scripti codices habẽt in l.pen.C.de cursu pub.libr.12. ubi uulgò impressi, Ambularẽ. De cuius lectionis fide cùm dubitarẽ, in mentem uenit etiam apud Ammian. Marcellinum hoc uerbũ me legendo notasse. Sic enim apud eum lib.20.scriptum est, Iulianus contemplans rationabiles querelas, cum familijs eos ad Orientem proficisci præcepit, clauularis cursus potestate pmissa. Nec tñ rectum esse hoc uerbum præstare ausim, cùm unde profectum sit ignorem. Ac fortè, qui Caballarem cursum in Clauularem transijsse contendat, non fallatur. Nam & Caballicationes, & Caballicatas apud Luitprandum in histor.suor.tempor.legimus & καβαλλικεύειν ἀντὶ τῷ ἱππεύειν. Actuarius in lib. περὶ σωφυσιολογίας Italicam linguam secutus dixit. Sed hæc doctiorib.dijudicanda relinquere satius fuerit. Bris.

CLAVVS, morbi genus est in similitudinem tuberculi, coloris albi, rotunda specie, fitq; utplurimũ in plantis, digitisq; pedum maximè. Celsus lib.5.de clauo, eiusq; curatione multa ponit: Clauus, inquit, nonnunquã etiam alibi, sed in pedib. maximè nascitur, sed præcipuè ex cõtuso, à Græcis helos dicitur, ut apud Galen.lib.x.& 11.de medicina simplici. Hoc morbo perijt Sillius Italicus, ut autor est Plin. Cęcilius in epistolis. Nebr. Vlp.de ædilitio edic.l.qui clauum, 7.lib.12. Qui clauum itaq; habet, morbosus est. de hoc Celsus lib.5.à Græcis ἧλος dicitur. Old.

CLEMENTIA, quæ liberum arbitrium habet, non sub formula, sed ex æquo & bono iudicat, autor Seneca. Sp.

CLEMENTIA solius est principis, aut eorũ magistratuum, qui parem habent cum principe in iudicando potestatem, ut olim Senatus Romanus ut refert ex authoritate Plinij Secundi libr.4. Epistolarũ Fr.Connan.lib.1.ca.11.num.9.

CLEPSIDRÆ Madimulæ uitreę turbinacea figura fistulatæ collo perquam angusto, unde foraminum fistulatim, guttatimq; delabebatur aqua, metiens horas & momenta tradita oratori causam peroranti, quod Epigrammaticus innuit ita canens: Sed tu clepsydras ingenti uoce petisti quatuor. Io.Bapt. comm.in epist.Sid.Apoll.ad Domicium.lib.11.

ΚΛΗΡΟΥ adpellatione significatur hæreditas in legib. Solonis, quas explicui lib.2.Veteris Iurisprudentiæ. κλῆρον etiam sortem accipere debemus c.cleros.21.dist. In Nouella tamen Martiani, quæ extat in Cod.Iustin.l.generali.13.de sacros.eccle.sumitur pro collegio, & corpore clericorum. Sic etiam accipiendum putem in d.can.cleros. Hinc

ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙ heredes à sortibus dicti, quòd ueteres maximè soliti sint uti in hæreditate diuidunda sortibus. Balduin.tit.de legat.

CLERICI, quo gñrali uerbo significantur oẽs, qui diuino cultui ministeria religionis impendunt, ut Constantin.Imp.l.2.C.Th.de epis.& cler.diffinit: cuius diffinitionem probat Isidor.lib 7.Etym.ca.12. & d.can.cleros.aiens Clericos nuncupari oẽs, qui in ecclesia Christi deseruiũt. eorum ordines gradatim recenset: Ostiarius, Psalmista, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopꝰ, de quibus etiam fit mentio in l.presbyteros. 6.C.de episc. & cler. Porrò hęc Clericorum genera constituta fuisse initio nascentis ecclesiæ ex Epistola S. Ignatij ad Antiochẽses liquet: cuius hæc uerba sunt, ἀσπάζομαι ὑποδιακόνους ἀναγνώστας, ψάλτας, πυλωροὺς τοὺς κοπιῶντας, ἐξορκιστὰς ὁμολογητάς. Prat.

CLERICVS. Clerici appellantur, qui Christianæ religionis sacris initiantur, etiam ab ipsa usq; nascentis ecclesiæ infantia, inquit Alciat.lib.5. Parerg. Dicti clerici à Græco κλῆρος, id est, sors. Solebant .n. per sortem deligi clerici c.cleros, 21.dist. Quę electio Pontificum iure non est approbata: c.fi.de sortileg. quòd certo scilicet indicio promoueri debeamꝰ. Authent.ut clerici, qui recedunt, &c. Sed quid de uestibus, gemmis, & annulis, quos hodie deferunt Ecclesiastici? Certè Ludouicus Pius Imp. Aug.24.rex, Anno Christi 830, regni uerò sui 16.synodum habuit, in qua uanitates uestium, luxusq; gemmarũ, & auri, & argẽti nimia pompa ecclesiasticis interdicta sunt, ut scribit author Chronici de regib.Francorũ. Idq; meritò quidem factũ est. Etenim non uestis tenera (úti est apud D.Hieronymum) clericũ facit, aut sacerdotem, sed castã mentis intentio, humanę proprietatis retinentissima, quæq; peccatorum proluuium prætextu nullo exemptũ, purgatumq; eat. Cęlius Rhodig.lect.antiq.lib.7.c.13. Sed nunc ea est ætas, ut multos clericos luxu perditos ferat, qui bona, q̃ ad uictũ sibi, ecclesiæq; deseruientib. subministrare debent, quodq; superest, Christi pauperib. elargiri, c.fin.ubi gl.& Panor.de pecul.cler. profundãt impudicis mulieribus, atq; de ijs testentur, ac disponãt pro animi libidine, ita ut creditu facillimũ sit, eos de altari non modò uiuere, sed & luxuriari, contrà quàm permissum sit, c.1.48.dist. Anch.

CLI.

CLIBANVS, thoracem, quo pectus tegitur, significat. Leo Imperator in libr. de bellico adparatu, cap. 6. Armabant autem, inquit, Ioan. Checo interprete, catafractum equitem undiq;, tum ipsum, tum equum, etiam loricis, id est galeis, clibanis, id est thoracibus, paramerijs, id est machæris. & alibi, & passim apud classicos auctores reperitur hoc uerbum. A quo

CLIBANARII ducti sunt. Sunt autem equites catafracti. Hos commemorant Imppp. in l. annonas. 9. C. Theo. de annon. ciuit. & Notitia Imperij, & Vegetius libro iij. cap. 6. & Lampridius in Alexandro. Brissonius.

CLIENTES passim in libris Digestorũ, & Codicis Iustiniani liberi homines dicebantur, qui se in alicuius potentioris ductum adplicarent, ut eius patrocinio defenderentur in capite & fortunis, uicissimq; ipsi patronos suos omni obseruantia colerẽt, atq; obsequio. Vnde etiam à colẽdo clientes dictos putat Conna. lib. 2. c. 7. num. 1. quem uide ibi latius. & Ræuardum ad l. in testamentis. ff. de reg. iur. Hæc comprobantur ex l. non dubito. 7. ff. de capt. & postlim. & Plutarcho in Romulo ἐκάλει δὲ τὸν, inquit, ... ut meritò Suscepti dici cœperint Seruio in 6. Æneid. Saluianus libr. 5. de gubernat. Dei. Quærunt auxilia & patrocinia maiorum. Nihil susceptis tribuunt, sed sibi.

CLIENTES libertis comparasse uidetur Vlpia. l. si uerò. 5. §. 1. ff. de ijs. qui deiec. uel effud. Prat.

CLIENTIVM originem ex Romuli legib. descendisse docet D. Halycarnassæus lib. 2. ubi & quæ patronorum & clientum officia scribit. Porrò legis uerba, ut ego interpretor libro 3. ueter. Iurisprud. ad leg. Romuli, hæc sunt, PLEBEII, QVEM SIBI EX PATRITIIS PATRONVM VOLENT, ELIGVNTO. De clientibus etiam edisserit Gell. lib. 5. cap. 13. Prat.

CLIENTEM, nunc uasallum uel fidelem uocamus, quasi colentem dominũ dicebant, ut ab eo defenderetur, & qui uicissim dignitatem domini tutaretur propter beneficium. Vide ỹ. Vasallum. Old.

CLIENTELA, est obsequium ipsum, quod homagium uocant, & seruitium pro beneficio præstandum. Moris enim fuit apud antiquos, ut prouinciales & socij populi Romani, in clientelam sese darẽt, uel toti senatui, uel certis procerib. Romanis, quos patronos sibi adoptabant priuatim: ut docet G. Budæus in priorib. adnot. ad Pandect. Quæ necessitudo id ferebat, ut clientes perpetua patronorũ protectione defenderentur, ac ipsi uicissim eos omni obsequio colerent. Ex his cogitationibus tutandæ uitæ, ac fortunarum omnium, ueluti scintillis quibusdam, cœpit initium beneficiariæ consuetudinis, quę aucta est multum, propter continuam bellorum molestiam. Oldend. Accipitur etiam pro patrocinio, & protectione l. 1. C. ut nemo ad suum patron. lib. 11. in Basil. lib. uocatur ... l. 2. C. eod. Prat.

CLIPEI adpellatione continetur & scutum, & eius imago l. si uero. 5. §. si id quod positum. ff. de ijs, qui deiecer. uel effud. Porrò unde clipei nomen habuerint, docet Plinius libr. 35. cap. 3. cuius uerba utpote obuia cuiuis studiosissimo huc transcribere minimè placuit. Cæterum in d. l. 5. §. si id quod positũ. ff. de his qui deiec. imaginem pictam significat. Eaq; huius uerbi significatio à Cornelio Fronto. & à Sosipatro adnotata est. Cuius ego ex bonis auctorib. alia prompta exempla subieci. Tacit. in Domitia. cap. ult. Scalas etiam inferri clipeosq; & imagines eius coram detrahi, & ibidem solo adfigi iuberet. Plinius libro xxxv. cap. 3. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatũ est, continebantur imagines. Clypeum porrò, inquit Pompeius, ob rotunditatem ueteres corium bouis appellarunt, in quo Romanorũ fœdus cum Gabijs foret descriptum: Tarquinio Romanum Imperium regente. Subit autem inde Clypei formam fuisse propè rotundam: unde & Clypeodes gemma apud priscos nobilis, etsi de forma quidam dissentiunt. Dictum uero à cluendo Clypeum, multis uideo persuasum, quod apud ueteres pugnare significat: alij à calatura ipsa affirmant, id est ἀπὸ τῆς γλυφῆς quod in Clypeis imagines forent. Caius certè Plinius, uir in bonis disciplinis acri iudicio, ab ipsis imaginibus dictũ refert, qualibus in Troiano bello pugnatum sit: non autem à cluendo ut peruersa subtilitas Grammaticorum uoluit. A Clypeis uerò deductum est uerbũ Clypeare, pro eo quod est Clypeo se protegere: ut apud poetam Pacuuium lectũ est. De quo & Varro Terentius ad Marcum Ciceronem retulit. Pacuuianum esse uerbum Clypeare: qua figura & à Cinna dictum est Galeare. Ita enim Pacuuius in Hermione fabula. Crinitus lib. 6. cap. 3. de honest. discip. Liu. lib. 48. Et duodecim Clypea ærata ab Ædilibus curulibus P. Claudio & Ser. Sulpitio, Galbæ sunt posita. Trebellius Pollio in Claudio, Illi clypeus aureus, uel, ut Grammatici loquuntur, Clypeum aureum Senatus totius iudicio in Romanæ Curia collocatum est. Briss. Etsi autem Clypei appellatione contineatur scutũ, tamen animaduertenda sunt uerba Liuij lib. 8. cum inquit, Clypeis antea Romani sunt usi, deinde postquam facti sunt, stipendiarij scuta pro clypeis fecere ubi apertè clypeus à scuto distinguitur. Sed & lib. 1. primæ classi imperatum esse scribit clypeum cum galea, secundę pro clypeo scutum. ubi Dionysius Halicarnassæus pro clypeo ἀσπίδα Græcè scribit, pro scuto θυρεόν. Igitur clypeus rotundus erat, ut Virgilio autore intelligi potest, qui prægrandem Cyclopis oculum comparat clypeo Argolico, oculi autem figura rotunda est. Scutum formæ oblongæ, maiusq; clypeo. Maro Scutis protecti corpora longis. Hinc & θυρεὸν Græci uocant, quod referat similitudinem foriũ, quæ longiores quàm latiores esse solent. Torn. lib. 11. aduers. c. 27. Alc. lib. Parerg. 5. c. 13. Bartoli tractatum de insignib. ludẽs: nouitium inuentum esse putat insignia in antiquitatis nobilitatisq; testimoniũ clypeis insebrere. Cæterum manifesto errore. Nam Zenodotus prodidit. Adrastum Argiuorum regem oraculo monitum, ut apro & Leoni filias in matrimonium locaret: is Polymei Thebano, & Tydeo Calydonio eas despondit: quia in clypeo alter apri, alter Leonis habebat effigiẽ. Diodorus Siculus lib. 6. meminit Gallos braccatos in scutis, animaliũ æreas formas paulo eminẽtiores tulisse antiquitus, tum ornatus, tum defensionis gratia. Quintil. libr. 6. cap. 4. de imagine Galli in scuto Cimbrico loquitur, Forca. in Cupidine Iurisperito cap. ult.

ΚΑΝΤΕΥΕΙΝ, id est, antestari & testimonium denuntiare: Bud. dicit esse, in annotat. ex Iulio Pollu. lib. 8. Quo loco existimat ipse Bud. in publicis tantũ iudicijs licuisse testimoniũ denuntiare, h. e. inuitum euocari ad remotũ & longinquũ tribunal. Brechæ.

CLIVIA, ut ait Festus libr. 3. auspicia dicebant, q̃ aliquid fieri prohibebant. omnia enim difficilia Cliuia uocabant. Vnde

CLIVI, loca ardua eidem. Sic sumitur apud Alfenum

num l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. & l. seruitutes. §. si domo. ff. de seruit. urb. Capitolinus cliuus in d. §. in cliuo, ut Alexander ab Alexan. libr. 2. c. 18. Genial. dierum scribit, ex quo ad æqua urbis ex Capitolio descensus patuit. Cliui igitur sumuntur pro loco celso, & sublimi, ut colligitur ex d. §. si domo. non autem pro fossis terræ ut falsò autumarũt Alber. & Olden. Prat.

CLIVOSA dicuntur loca in sublime surgentia & opponuntur planis l. 2. §. deteriorem. ff. ne quid in loc. pub. cliuus enim montis latus est. Vnde Decliuis, ex monte descendens: Accliuis, ad monté ascendens. Vlp. l. prætor. Ne quid in loco. Vix cùm plana fuerit, sic cliuosa fiat. Spieg.

CLOACALE flumen dixit Cato apud Festum lib. 3. pro cloacarum omnium conluuie. Prat.

CLOACARIVM tributum quod cloacarũ purgandarum caussa inferebatur l. si pendentes. 27. §. si quid cloacarij. ff. de usufru. & l. cùm seruus. 39. §. hæres. ff. de leg. 1. Briss.

CLOACINA dea quæ Cloacis præerat. eam in cloaca repertam consecrarat Tacius.

FORMVLAE.

CLOACAM ducere l. 1. §. hoc amplius. ff. de clo.

CLOACAM facere, & immittere d. §. hoc amplius. & §. seq.

CLOACA. Cloaca locus est cauus, per quẽ colluuies quædam fluit. l. 1. §. cloaca. ff. de cloacis. Et huius appellatione, & tubus & fistula continentur. d. l. 1. §. cloaca. ff. eod. Dicta cloaca (ut inquit Festus) à uerbo cloacare, id est, inquinare, siue etiã à colluendo, quasi colluacæ. Est uerò duplex, priuata scilicet, & publica. Publicæ cloacæ dicebantur ueluti illæ, quæ Romæ erant profusis sumptibus, & magna mole, ingentiq; altitudine depressæ structuræ, per quas septem annos defluebant, secũ rapientes omnia purgamenta urbis, ad quas seruus demissus, uix sine noxa per catadromum currere, uel cloacas descẽdere poterat, ut scribit Alexander ab Alex. Genial. dierũ. lib. 3. c. 14. Inde cloacarius dicebatur, qui cloacæ curam habet, & cloacarium, quod reipublicæ ob cloacarum purgationem impenditur. Vlpian. de usufr. l. si pendentes. Si quid (ait) cloacarij nomine debeatur, uel si quid ob formam aquęductus, qui per agrũ transit, pendatur, ad onus fructuarij pertinebit. Est ergò in Pand. lib. 43. tit. 23. de cloacis tt. qui inter Prętoris interdicta numerat, quo Prætor curat, ut cloacæ purgentur, & reficiantur, cum utrunq; & ad salubritatem ciuitatum, & ad tutelã pertineat. nam & cęlum pestilens, & ruinas minantur cloacarũ immunditiæ, item si non reficiantur. l. 1. §. 1. eod. tt. ff. Anch.

CLVDERE, pro claudere, & clusum ꝑ clausum in Pand. Flor. sæpius reperies, quàm quod loca pręcidi debeant, quod & Bar. Briss. lib. singulari Parer. indicat. Cludere uerbo usus est Nigidius apud Gellium lib. 12. c. 14. uerbum uetus esse Anto. Aug. lib. 1. Emen. c. 2. admonuit, quo & usus est Vlp. l. tabernæ. ff. de uerb. sig. & Hygenus lib. de limitib. constit. Anguli centurias cludunt. Hinc

CLVSARES anguli eidem in eodem loco.

CLVSARIVM latus, ipse explicat, quid sit. Pra.

CLVSVRAE in l. 2. §. in Sardinia. & l. curę. C. de offic. mag. officiorum (sic enim utrobiq; non, clausuræ, legendum) siue, ut uult Suidas Clisuræ, sunt aũt τὰ ὀχυρώματα τ͂ διαβάσεων. Clusuras tamen dixit Cassiodorus lib. 2. Varia. ad Faustum præfectum præt. & uide Procopium de ædificijs Iustiniani lib. 3. Prat. Imperatores Romani habuerũt in limitib. τὰ ὀχυρώματα, quæ ipsi Clusuras appellant: de quo uerbo Doctor meus plures auctorum locos annotauit. Posteriorũ temporum, scriptores, ut Luitprãdus, Ado, Sigibertus, cæteriq; eius ferè ordinis, Clausas, Clusas, & interpositiones uocant. Id primum ab Hadriano instiutum uidetur, de quo Ælius Spartianus sic scribit: Per ea tempora, & aliàs frequẽter, in plurimis locis, in quibus Barbari non fluminibus, sed limitibus diuiduntur, stipitibus magnis in modũ muralis sæpis funditùs iactis atq; cõnexis Barbaros separauit. Hæ Clusæ propugnaculis quibusdam munitæ fuerunt, quæ castra & castella dicuntur, unde & castellanus miles alicubi nuncupatur. Herodianus lib. 6. τρατόπεδα ϰ̀ τὰ φρέρια appellat. & pauló antè τὰ ἐπικείμενα τρατόπεδα ταῖς ὄχθαις τ͂ ποταμῶν. Dicuntur & Burgi, à quibus olim Burgundiones dictos Paulus monachus, Luitprandus Diaconus, & Isodorus Episcopus tradiderunt. Pitheus lib. 1. aduers. cã. 14.

ΚΛΥΣΤΗΡ, siue clyster propter adfinitatem υ, antiqua figura, ν, ita scribi solitum u sępe apud Laertiũ. lauamen sonat. Apud Vlpianum tamen l. item si obstetrix. §. 1. ff. ad leg. Aquil. accipitur pro instrumẽto, quod ad proluenda uentris incrementa sedi inseritur, quoq; intestinorum lauamẽtum aluo inijcitur. In Pandectis tamen Florent. legitur cristere. Prat. & Briss. Adde quod aliud est enema, quàm clyster uel clysterium illud, id quod inijcitur: hoc instrumentũ quod inijcitꝛ per translationem sic dictum, à clysterio quod Græci foramen uocant in naui per quod emittitur sentina. Torn. lib. 3 aduers. c. 5.

C O

COACTA cõiugia, tam legibus Cæsareis, quàm Pontificum Constit. improbata sunt, quæ liberis citra eorum assensum à parentibus uel rata habentur, uel imperantur à magistratu.

COACTA uoluntas, stricta, iuris ratione est uoluntas. l. si mulier. §. pen. quod met. cau. Sp.

COARCTARE, astringere est: contrarium dilatare. Imp. sanctè censuit, coarctandos, uel ut alij legunt, coartandos iuueniles calores, in l. cum non solum. §. filijs autem. C. de bon. quæ libr. An uerò coarctandi uerbo, etiam maior ueniat animaduersio, Hostiensis edisserit. Alberic. id non negat. arg. in l. si quid. ff. de offic. Proconsl. Certè uerbi proprietas repugnare uidetur. Sp.

COACTI homines qualiter accipi debeant, exponit Vlp. in l. 2. ui bon. rapt. Sp.

COACTILIA, I. C. ut Bap. Egnat. in annotat. apud Spartianum monuit, numero multitudinis dici uidentur pelles, seu lora, quibus inuoluuntur, alligantúrue uestimenta, quæ omnia instrumẽti uiatorij sint. Horum autem Vlpi. in l. uestis. de aur. & arg. leg. in hæc uerba meminit: Argumento etiam sunt nationes quædam, ueluti Sarmatarum, quæ pellib. tegantur. Aristot. etiam coactilia uesti cedere ait, & tegumenta subselliorum huic legato cedere: quę tegumenta Paulus de supell. Leg. Cathedraria uidetur appellasse. Sed & ipse Paulus eadem parte (puta l. de tapetis) coactiliorum uidetur meminisse, cum hæc addat uerba: Sed dicendum est potius instrumenti uiatorij ea esse, sicut pelles, quibus inuoluuntur uestimenta, loraque quibus hæ pelles constringi solent. A cogendo autem, id est, astringendo, coarctandoq;, coactilia dixere. Hactenus Baptista. Sp. Ita Spiegelius. Quem Prateius in subscriptis reprehendit.

COACTILIA apud Vlp. l. argumento. 25. §. Aristo. l. ff. de aur. & arg. lega. uesti cedũt. & erãt ex lanis

per se coactis & subcoactis facta uestimenta, uel tegmenta. Gallis dicūtur *Feltra*. Quod & libelli de reb. bellic. ad Theod. testimonio iuuatur. Hoc enim uestimenti genus, quod de coactili ad mensuram, & tu telam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis timoris sollicitudo solertia magistra composuit. Falsa igitur est B. Egnatij interpretatio in Spartianū in Pertinace, existimantis dici pelles, seu lora, quibus alligantur uestimenta, in quem errorē prolapsi sunt Oldendorpius, & Spiegelius. cuius quidem nos prę monuerat Lazarius Baifius ad d. §. Aristo. Neq; coactilitiam, uel coactiliariam, sed coctilitiam legendū putat apud Spartianum in Pertinace, testimonio Vlpiani fretus l. ligni. in fi. ff. de leg. 3. de ligno cocto disputantis. Prat.

COACTORES sunt, qui modico precio mala nomina comparant. Die verlorn schulden an sich bringen. Qua de re aliquanto latius differit Alcia. in Parerg. lib. 1. ca. 24. ubi ex Acrone docet, Coactores esse argentariorum, qui ceu diuites, summam rerum possidēt, mercenarios: q & Collectarij dicūtur. Sp.

COACTORES olim in auctionibus dicebātur quasi quæstores quidam, qui ab ijs quibus singulæ res in auctione attributę fuerant, precium exigebāt: quasi collectores, quia pecunias cogebant, i. colligebant. Scæuola in l. 40. §. 5. de statu lib. Argentarius coactor, cùm penè totam fortunam in nominib. haberet, seruis actorib. libertatem ita dedit. Horat. lib. Serm. 1. Nec timuit, sibi ne uitio quis uerteret, olim Si præco paruas, aut, ut fuit ipse, coactor Mercedes sequerer. ubi Acron, Præcones dicebātur, qui stabāt ad hastam: nunciabant enim precia oblata. Coactores autem mercenarij eorum, qui habebant argentariam. Sunt aūt Argentarij, qui habent summam rerū uenalium. Argentariū dicimus eum qui habet summam diuitiarum, à quo accipiunt forani. Coactor, q exigit numos à circumforanis. Aliter, Coactores dicuntur argentarij in auctionibus, qui pecunias cogunt. ipsi sunt coūectarij. Hæc Acron. De his quoq; Cluentianæ locus quem subijciā, intelligendus est. Quidam ex amicis Sassię recordatus est, se nuper in auctione quadam uidisse, in rebus minutis aduncā ex omni parte dentatam & tortuosam uenire serrulam, qua illud potuisse ita circūsecari uideretur. ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea serrula ad Stratonem peruenisse. Alij uerò in ea pro Posthumo coactores appellantur, ut in Commentarijs exposuimus. Hotom.

COACTIO ipsum colligēdi munus Suetonio, de Vespasiani patre. Coactiones (ait) argentarias factitauit. Sumitur etiam pro compulsione, quæ uoluntati contraria est. Huius genera duo sunt

COACTIO absoluta, cui resisti non possit, ut cū quis ui trahitur, compellitúrue ut quid faciat: quo casu omni modo excusatur. de hac accipiendus est can. presbyteros. 50. dist. c. constat. 1. q. 1. Et

COACTIO conditionalis, quæ metum cruciatus, uel aliquid graue minatur, quæ si excusat à tanto, non tamen à toto. c. sacris. & c. cum dilectus. extra quod metus caus.

COADVNATÆ summæ. Paulus: Cumulū, inquit, debiti & ad plures summas referimus: si uni fortè multæ summæ centum aureorum debeantur, alij uero una summa aureorum quinquaginta. Nam in hunc casum spectabimus summas plures, quia illæ excedunt in unam summam coadunatæ. Sp.

COALERE, apud Venuleium. l. fi. Quod ui, aut clam, non est, radices emittere, ut Alb. indicat, sed co hærere, concrescere. Impp. in l. per omnes. C. de defens. ciuit. Non sinant crimina impunita coalere. Sp.

COALESCERE dicuntur arbores, plantæ, crustáue agri, & uites quæ in fundum radices immittūt & quasi unitatem cum terra faciunt l. idem Pompo. 5. §. pen. ff. de rei uind. l. qua ratione. 9. ff. de acqu. rer. dom. l. hoc amplius. §. Alfenus. ff. de dam. infect. l. fi. ff. quod ui, aut clàm. Sic semina cum terra coalescere dixit Varro lib. 4. Ling. Lat. Concham coalescere dixit Vlp. l. cum aurum. §. fin. ff. de aur. arg. lega. pro concrescere. Prat.

COALLVERE (ut est in uulg. Codicib. in l. ergo. 30. ff. de acqu. rer. dom. significat per alluuionem aliquid augere Nebrissensi, quem probant Oldend. & Spiegelius. quo tamen loco Accursius pro coalluendo, legit alluuio. in Pand. tamen Florent. legitur colluendo. rectiùs. quo uerbo utuntur & classici rerum scriptores.

COANGVSTARE legem. Cicer. de Legibus 3. Atq; hæc lex, inquit, dilatata, in ordinem cunctū coangustari etiam pōtest. Sp.

COCCINA uestimenta dicuntur ea, quæ infecta sunt cocco, id est, frutice illo fullonio, cui adhærent grana, quibus fit color ille lanarum præcipuus, cuius copia summa in ea parte Hispaniæ, quæ Tudertania adpellatur. Vide Strabo. lib. 3. Sunt, ut Baifius l. uestis. ff. de aur. & arg. testatur, qui putant cocco abundare Germaniam, esseq; id, quod cramesinū uulgò dicimus. Vlp. in l. si cui lana. de leg. 3. non placet coccum contineri purpuræ adpellatione. Paulus in l. quæsitum. eo. coccum, quod proprio nomine adpellatur, quin uersicolorib. cederet, nemo dubitauit. Quid uerò debeat promittēs optimū, explicat I. C. in l. si quid uenditor. §. 1. ff. de ædil. edic. Old.

COCCVM quod proprio nomine appellaretur, quin uersicolorib. cederet, nemo dubitauit: quin minus porrò coratinum, aut insignum, aut mellinū suo nomine, quàm coccū purpurāue designatur. ita memoriæ scriptum reliquit Paul. in l. quæsitum. §. illud fortassis. de leg. 3. cuius uerba superioribus dieb. in dubium reuocabantur. Propterea hæc adnotare, ab re uisum non est. nam Accursius ne uerbum quidē. & puto uerba hęc sic castiganda. Quin minus porrò crocinum, aut oenanthinum, aut mellinum, suo nomine, & reliqua. Crocinus enim adiectiuum, idē est quod croceus, & luteum colorem significat. Croceꝰ aūt color est, qui uulgò gialdus appellatur. Idem color etiam flammeus dicitur. Plin. 21. lib. Lutei coloris uideo honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. Crocinū prætere a unguentum est, ex croco trito, & uino, præcipuè dulci, confectum: quo Romani non solum ad usum corporis, sed etiam pulpita spargebant. Propertius, Pulpita solennes non oluere crocos.

Possemus etiam legere coccinum, ut ueniat à cocco. Coccum enim rubens gramen est in maxima laude, uulgò granum dicitur laudatissimū, nascitur circa Emeritam Lusitaniæ ciuitatē, ut in 9. tradit Plin. Coccinus uerò pen. correpta, color est purpureus, quo panni inficiebantur. de quo D. Hier. inquit: Filiæ Israel flete super Saul, qui uestiebat uos coccino. Hic color exuberantiam quandam aut splendorem ruboris ostēdit: qui & spadicus, & phœniceus, & roseus uocatur. De uestib. coccineis meminit Martial.

Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ
Vis dare quæ meruit munera, mitte togam.

Oenanthe etiam inter colorum genera numeratur à Plin. à flore eiusdē nominis, ex uua lambruscæ uitis.

uitis. ſimulq; colligitur, cum optimè olet, ſiccaturq; in umbra ſubſtrato linteo, atq; in cados conditur. dicta eſt autem à Græcis nominibus. nam οἶνος dicitur uinum, & τὸ ἄνθος flos, quaſi uini flos, οι in œ diphthõgum Latinam conuerſa. Tamen D. Hierony. contra Iouinianum accepit pro quodam odoramenti genere, cùm dixit: Amomum Cyphi, oenanthe, muſcus, & peregrini muris pellicula. & ideo oenanthinũ unguentum appellatur, quod ex oenanthe, id eſt, flore lambruſcæ ſit compoſitum. Si tamen magis placeret communis lectio, Inſignum, deme aduerſatiuam aut, & intelligas de coccino inſigni, id eſt, excellenti, Verg. Georg. 3.

Nec mihi diſpliceat maculis inſignis, & albo,

Idem Æneid. 4. Oſtroq; inſignis & auro

Stat ſonipes. Liuius lib. 1. ab Vrbe condita: Flaminem Iouis aſsiduum ſacerdotẽ creauit, inſigniq; ueſte & curruli regia ſella adornauit. Vlpia. in l. 1. de cenſib. Imperator noſter ob egregiã in remp. imperiumq; Romanum inſignem fidem, Italicum ius dedit. Sunt tamen qui Hyſginũ legant. is color eſt hyacintho ſimilis. inde apud Lucianum & Suidã ὑσγινο-βαφὴς, id eſt ueſtis hyſgino tincta: de quo etiam ſcripſi infr. in uerb. Purpuræ. Melinus aũt color in floribus luteum ſignificat. Id ex Dioſcoride & Plinio euidentiſsimũ eſſe, ſcribit Hermolaus Barbarus. Melinum etiam pro candido accipitur, à Melo inſula teſte Plin. Vitruu. Plutarch. & cæteris, denotatque pigmentum candidum, quod ibi fiebat laudatiſsimũ. Plaut. in Moſtel. Neq; ceruſiam, neq; melinum oportet attingere. Quidam autem melinum colorem uolunt eſſe medium inter album & fuſcum, qui dicitur giluus. Fit autem, ut alij ſentiunt, ex ſtruteo. Cotoneum enim per excellentiam μῆλον, hoc eſt melũ uocamus: à quo fit melinum. Cotta.

COCCVM in l. 70. §. pen. & §. ulti. & l. 78. §. coccum. ff. de legat. lib. 3. Plin. lib. 9. cap. 41. de tingenda purpura loquens: Quin ait, & terrena miſcere, coccoq; tinctum Tyrio tingere ut fieret iſginum. Coccum Galatiæ rubens granũ, ut dicemus in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniæ in maxima laude eſt. Meminit & lib. 16. cap. 8. Sed & lib. 22. cap. 2. Atq; ut ſileamus, ait, Galatiæ, Africæ, Luſitaniç granis coccum Imperatorijs dicatum paludamentis, tranſalpina Gallia Tyrium atq; conchylium tingit. Iſginum porrò, cuius Plinius meminit, etiam in purpureis numeratur in d. l. 78. §. coccum. de legat. iij. Briſſonius.

COCCVM purpurç adpellatione non contineri ſcribit Vlpianus l. ſi cui lana. §. purpuræ. ff. de leg. 3. Significat autem, id quod uulgò uocamus granũ ut rectè putat L. Baifius in libel. de coloribus. c. 8. de quo & Plin. lib. 21. cap. 8.

COCCVM, eſt granum quod in quiſquilia inuenitur frutice, grana Hiſpani appellant, unde purpura adulteratur. Plin. lib. 9. Coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Hiſpaniæ in laude eſt. Idem lib. 16. Quercus dotes ilex ſolo prouocat cocco. Granum hoc, primoq; ceu ſcapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis, cuſculium uocant: penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniæ donat. Vlp. lib. 23. Digeſt. qui eſt de legat. 3. l. ſi cui. Purpura, inquit, & coccum quia nihil natiui coloris ſunt, contineri arbitror. Quod Accurſius exponens, neſcio quas nugas affert: Coccum, inquit, bis tinctum in conſtructione tabernaculi, erat quidẽ pannus ſericeus duorum colorum, & uidetur extra uiridis, & intra ruber. Nebriſſenſ.

COCINATORIVM inſtrumentũ pro coquinario ſumi conſtat in l. cui aurum. 19. §. ſi cui eſcariũ. ff. de aur. & arg. leg. Nam C & Q ſæpè confundi liquet ex P. Victorij explicationibus ad M. Ciceronẽ. Plin. lib. 33. c. 11. uaſa coquinaria dixit à uerbo Coquinari. Sic eodem ſenſu Prat.

COCTIATORIA uaſa apud Paulum in l. 6. ff. de pen. leg. legi uidetur pro Cocinatoria, id eſt, Coquinatoria. nam C pro Q frequenter in antiquis libris reperiri notum eſt. Vaſa autem Coquinatoria eadem eſſe palàm eſt, quç Plinius Coquinaria nominat in lib. 33. c. 11. à uerbo Coquinari, quo Plautus eſt uſus: item ut hoc à Coquina. Meam coniecturã uulgata lectio confirmat, in qua legimus Concinnatoria: & Accurſij gloſſa, qui ſi legiſſet Concinnatoria, nunquam ita interpretatus eſſet, id eſt, deputata ad coquendum. Sed omnem Vlpianus dubitationem adimit, apud quem in l. 19. §. 5. ff. de aur. & arg. ſic planè legitur. Hot.

COCTILICIAM tabernam, Lazarus Baifius uir impenſe doctus, eam intelligit, in qua coquebantur ligna, ne fumum facerent: quorum meminit Vlpian. in l. ligni appellatio. de leg. 3. de uerb. ſignif. his uerbis: Sed & titiones, & alia ligna cocta ne fumum faciant. A' Martiale autem ligna Acapna dicuntur. Spiegelius.

COCVLA, uaſa ænea, coctionibus apta.

COCVS, uiliſsimum antiquis mancipium & æſtimatione & uſu in precio eſſe, & quod miniſteriũ fuerat, ars haberi cœpta, luxuriæ peregrinæ origine primum inuecta in urbem, Cn. Manlio Volſone de Aſiaticis triumphante. Ioan. Andr. ſentit cocum qui cibos delicatiores parat, & officium habere, & artẽ. citat text. in c. ne tales de conſecrat. diſtin. v. Bald. & Roman. coco imperatoris, tum Pont. Max. dignitatem tribuunt. Vide item gl. ſuper hac uoce in l. legatis ſeruis. §. ſi ex officio. ff. de legat. 3. Sp.

CODEX dicitur in arboribus & fruticibus id, quod à radice craſsius ſupra terram aſſurgit, ex quo tabulas antiqui faciebant, hiſq; cera illitis ſtylo ſcribebant, poſtea ſolis earum corticibus, tenuioribúſque tunicis nulla cera adhibita, pro membranis uſi ſunt, unde nomen libri, cuius eadem origo eſt, quæ codicis, ab arborum corporibus & interioribus earum corticulis utrũq;. has enim materias prima hominum ætas habuit ad ſcriptionem literarum. Inde Codex accepti & expenſi dicitur Ciceroni liber domeſticarum rationum, quod inſtar eſſet tabularum quo etiam modo fiebant memoriales libelli. Suet. in Iulio &c. Conna. lib. 9. c. 6. nu. 1.

CODICES, ut Varr. lib. 3. de uita Pop. Ro. apud Nonium ſcribit, antiqui plures tabulas cõiunctas dicebant. Senec. lib. de Breu. uitæ. Hoc quoq;, ait quçrentibus remittamus, quis Romanis primus perſuaſit nauem conſcendere. Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipſum adpellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos uocabatur. Vnde tabulæ Codices dicuntur. Sic ſumuntur in l. 3. §. 1. ff. de tab. exhib. & l. libror. 52. ff. de leg. Prat. & Briſſ.

CODICES etiam pro teſtamentaria ſcriptura dixere Iuſtinianus §. ſed & unum. Inſtit. de teſta. ordin. & Iuuenalis,

—— Nam codice ſæuo
Heredes uetat eſſe ſuos.

CODICES item adpellat Leo Imperator l. 3. de agent. in reb. lib. 12. C. tabulas continentes notitiam dignitatum & adminiſtrationum ciuilium, uel militarium & mandatorum principalium, & promotio-

num, & consuetudinum, quod & Marianus docet. Erant & Codices argentariorum, scripturæ, quibus eorum rationes continerentur l. quædam. 9. §. pen. ff. de edend. Erant & nummulariorum. Fiebant autem ex membranis, chartis, ebore, aliàue materia, ut constat ex dict. l. librorum. Hinc constitutionum Imperatoriarum uolumina Codices adpellati sunt. Porrò ante Iustinianum tres erãt: Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus: quos commemorat Iustinianus l. unic. C. de no. Cod. fac. & l. unica. C. de Iustin. Cod. confir. & Isidorus lib. 5. Etymol. Gregoriani Codicis commeminit B. August. lib. 2. de adul. coniug. Hinc

CODICILLI κατὰ μείωσιν, qui cerati erant d. l. librorum. in eundem sensum. In iure tamen nostro frequentius accipiuntur, ut à Theophilo diffiniuntur [illegible]. Quo sensu accipiuntur D. C. & Instit. de codicillis. Theophili diffinitionem probat Harmenopulus lib. 5. cap. 7.

CODICILLVS, aliàs accipitur pro diplomate, seu literis principalibus, ut in l. administrantes. in prin. ff. de excus. tut. l. iudices. C. de dignit. lib. 12. Sueton. in Claud. c. 29. Suppositos aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos: unde Lampridius, codicillarem potestatem appellauit: Nominat Imperiales codicillos Iustin. §. filiusfamiliàs. Instit. de pat. potestat. aliàs pro paruis literis, à priuato ad amicum scriptis. Sulp. ad Cicer. Puer Acidini mihi obuiam uenit cum codicillis. Old.

CODICILLVS intelligitur pro sententia uoluntatis ultimæ quam sine iusta testamenti solennitate permissum est, ob impedimenti necessitatẽ, scribere. Semper enim leges, quoad possunt, uolunt accommodari usibus hominum: & præsertim ultimis uoluntatibus latissimè propagandis, impensè fauẽt, ut unusquisq; pro re nata habeat occasionem nõ admodum difficilem testandę uoluntatis nunquã redituræ. Codicillorum autem usum primus introduxit L. Lentulus Inst. de codicil. Old.

CODICILLOS, & scriptis & sine scriptis fieri constat ex l. ult. C. de bonis lib. Codicillos Iustin. in Nou. constit. 81. appellat σύμβολα. Balduin. tit. quibus mod. ius pat. pot. solu.

CODICILLORVM uerò utilitas non est obscura. Nam si quis oblitus fuerit nescio cuius rei in testamento nõ descriptæ, uel si uereatur, ne per obliuionem aliquid prætereat, is potest ante uel post testamentum scribere codicillos. Idq; est, quod Paul. in l. conficiuntur. in prin. ff. de iur. codicil. tradit, codicillos confici quatuor modis, quos ibidem declarat. Aut enim in futurum confirmantur, aut in prę teritum, aut per fideicommissum testamẽto facto, aut sine testamento. Old.

CODICILLI & testamenta differunt, quod codicilli etiam plures relinqui possunt, & omnes rati ac firmi, nisi quatenus essent contrarij. Testamenta autem plura nemo ita relinquere poterit. Semper enim posteriori rumpitur prius, etiamsi utrunq; maximè conueniat. Nempe testamenta plenam continent dispositionem bonorum & uniuersitatis. Codicilli autem plærunq; sunt rerum singulariũ. Balduinus tit. de codicillis.

CODICILLOS confirmatos testamento accipere debemus in l. sed etiam. 31. ff. de leg. 1. l. uxorem. 41. §. codicillis. ff. de leg. 3. Sic etiam intelligendi sunt codicilli ad testamentum facti l. cum hi. 8. §. hęc oratio. ff. de transac. & l. post legatum. §. principale. ff. de his, quæ ut indig. & Codicilli ad testamentum pertinentes in Alexan. cõstitutione l. 1. C. de codicil. Prat.

CODICILLI & testamẽta diuersa sunt l. si idẽ. C. de codic. Ideoq; codicillis factis, non autem testamento, intestato quis decessisse dici meritò poterit. l. 4. C. eod.

CODICILLARIS clausulæ ui legata cõseruari, rupto præteritione posthumi testamento constat l. si quis eum. §. sed & si. ff. de iur. codic. Bart. post Dinum in l. 1. ff. eo. uers. quinto quæro, atq; ita respõdit F. Aretinus consi. 93. nu. 5. Sic consului, censuiq; anno 1565. mense Nouembri.

CODICILLARIS quoq; clausula inducit nouam conditionem similis respectu uenientiũ ab intestato Alcia. l. 1. ff. de leg. 1. ergo si uenientes iure intestati restituere debent glo. in l. eam, quam. C. de fideicom. igitur & ui clausulæ codicillaris conseruantur fideicommissa d. §. sed & si. G. Bened. in c. Raimutius. uerb. in eodem testamento relinquens. nu. 242. de testam. quæ sententia uera est tametsi quidam aduocati contra senserint. Prat.

CODICILLVS. Varias habet codicillus significationes. Accipitur codicillus pro literis breuib9, hoc est, epistolis, ut sunt, quę à priuato ad amicũ scribuntur. Sulpitius ad Ciceronem, Puer Archidiui mihi obuiam uenit cum codicillis. Accipitur aliàs pro diplomate, seu literis principalib. ut in l. administrãtes. in prin. ff. de excus. tut. Hæc est etiam uulgata codicillorum notio, præter quam, eos etiam apud Catonem obseruauimus pro arborum putaminib. accipi. Vi (ait) codicillos oleaginos in aceruo sub dio motas facito. Codicillus uerò I. C. est scriptura, uel litera, in qua testator suam figurat uoluntatẽ, & nulla indigens solennitate, sed solùm testatoris uoluntate, qualicunq; pronunciatione, expressa §. codicillos. Instit. de codicil. Codicillum ergo ex Theophilo in §. 1. de cod. Inst. 2. dicere possumus, eorum, quæ in testamento testatoris uoluntati desunt, supplementum. Huius enim beneficio subuenitur uoluntatib. defunctorum, ob deficientem uerborum legaliũ solennitatem, solenniũmue necessitatem. Declarat autem Iustinian. Inst. eod. tit. qua ratione, & à quo codicillus, seu codicilli (sic enim numero plurali frequẽtiùs uocantur) cœperint, idẽ monuit, & quidem nõ uulgariter, nos hodie magis uti codicillis, quã testamentis. Imò confudêre usum codicillorum & testamenti absque ulla necessitate, prætextu clausulæ, Si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum. Quod utiq; contra mentem iuris fit, pessimo errore (ut inquit Spiegel.) fit. Necessitati enim (ait) illa deseruire debet illa clausula, nõ temeritati. Nec sunt confundendæ huiusmodi formulæ. Cuiac. in tractatu suo 2. ad Africa. fol. 16. sub fi. Codicillũ definit esse intestati uoluntatẽ uel testamenti sequelam minus solennem, ut ibi uidere est per eum.

COELIACI dicuntur fluxu uentris laborãtes, qui à Latinis aluini dicuntur. Nam cœlia Græcè, Latinè interpretatur aluus. Consistit autem morbus ille in uentriculi porta, quæ à Gręcis pyloros dicitur. Ex Cornel. Celso lib. 4. I. C. in tt. de ædil. edic. Nebr.

COELICOLA. In tt. de Iud. & cœlicol. Cœlicolæ dicuntur Christiani. Atq; illic Iustinianus imperator iubet, ac imperat, ut Iudæi in contractibus leges Christianorum sequantur, coram iudicib. Christianis litigent, &c. Verùm, Dagobertus XI. rex (ut legitur in Chronicis de regibus Francorum) Iudæos omnes, qui Christianismum profiteri nollent, Frãcia expulit, anno à Christo 639. Anch.

COB-

COELUM duobus modis dici refert M. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Nam in primis cœlum dicitur cœli pars summa, ubi stellæ & aeris plaga, tenero terrá complexu continês. Et quidem Ælius non tam cœlum à cœlando quàm cœlare à cœlo deductum esse putat. Cœlum alij ita uocatum censent, quod sit cœlatum impressumq; uarijs signis, & distinctum sculptumq;. Hinc præclari illi uersus Varronis,

Mundus domus est maxima rerum
Quam quinq; altitonæ fragmine zonæ
Cingunt, per quam limbus pictus bis sex signis
Stellimicantibus, altus in obliquo æthere, Lunæ
Bigas acceptat.

Alijs cœlum dicitur ut κοῖλον. Cæterum ubi scribitur à Varrone, Ego magis puto à chao cauum, quæ scriptura mirifice mihi probatur, in antiquis libris reperio à chao couum, ut librarius fortasse cohum scribere uoluerit. Nam ut ait Festus, Cohum poetæ cœlum uocauerunt. Itidem in antiquissimo libr. Cl. V. Herrici Memmij ita scriptum reperi, coitus est quo cœlum continetur. Vnde Ennius. Vix solum complere coum terroribus cœli. Hæc Torneb. aduersar. lib. 20. cap. 29.

COELUM pro aere Vlpianus dixit id quod & Hebręis usitatum esse scribit Balduin. tt. de Iure nat. gent. & ciuili.

CODONOPHORI, id est, tintinabula gestantes, Latinè dicuntur anteambulones, & ferales pręcones, ut annotauit Brechæus l. cùm in testamento. in tit. de uerb. & rer. sign. nu. x.

COEMITERIUM, Latinè dicitur Dormitoriū, locus ubi mortuorum corpora cōduntur. Sic dictū, quòd hęc mors corporis temporaria sit, simusq; omnes resurrecturi. Non inscitè à quibusdā dictū est Sepulchretum: quo & Catullus utitur. Promptū è Thesauro linguæ Latinæ Steph. Roberti. Sp. Vel

COEMITERIUM interpretatur Dormitoriū, dictum à Cœmomæ, quod est dormio, non cimiterium, quemadmodum uulgus nunc loquitur. Conditoria uerò, siue sepulchreta mortuorum in nostra religione dicūtur cœmiteria, id est, dormitoria, quoniam propter spem resurrectionis, mortuos consueuit dormientes appellare, & eosdem dormire in domino Nebr. Errant igitur iuris pōtificij interpretes Geminianus, Abbas & alij, q̄ inde sic dicta existimāt quòd cinis in eis mortuorum tegatur. Maioragius lib. 2. Miscel. c. 19. De Etymologia hui9 dictionis. Vide latius Brechæū l. Tabernæ. ff. de uerb. & rer. sign.

COEMPTIO, solennis matrimoniorū contrahendorum ritus erat, cuius Cicer. lib. 1. de Orat. & in oratio. pro Flacco & pro Murena meminit, & Seru. in 2. Georg. & in 8. Æneid. & Isidor. lib. 5. ca. 24. Boethius in Topica, Coemptio, ait, certis solennitatibus peragebatur, & sese in coemendo (sic enim lego) inuicem interrogabant: uir ita, an sibi mulier materfa. esse uellet: illa respondebat uelle. Item mulier interrogabat, an uir sibi paterfam. esse uellet: ille respondebat uelle: itaq; mulier uiri conueniebat in manū, & uocabantur hæ nuptiæ per coemptionem. Et erat mulier materfa. uiro loco filiæ. Quamobrem & suorum hæredum loco habebatur, ut Vlpi. in Instit. tit. 22. tradit, & in ius, manum, potestatemq; uiri cū capite fortunas suas transferebat, ut Cice. in Topic. ostendit. Coemptor uerò apud Vlpi. in Inst. tit. 11. fiduciarius pater dicitur: quoniā cum patre naturali unà emit. Briss. Adde Conna. lib. 8. c. 3. nu. 2.

COEMPTIO etiā ad adoptiones ptinebat, ut colligit̄ ex Epit. Vlp. tt. 11. §. qui liberum. Vnde &

COEMPTOR pater qui pater naturalis dictus est d. §. qui liberum. Prat.

COENACULA cœperunt, cùm deuentum est ad altitudinem ædificiorum, quę olim contignationis unius: & conducebantur ab inquilinis & tenuioribus. unde pars superior Cœnaculum dici cępit, ad quam scalis ascendebatur, hinc dictum quòd illic ueteres cœnabant. Huius meminit Paulus l. 3. §. fi. ff. de offic. Præfec. Vigil. l. 1. §. si filiusfa. ff. de ijs qui deiec. uel effud. Vnde cœnacularius dicitur, in cœnaculo habitans. l. solutum. §. solutam. in fi. ff. de pig. act. Sic apud Plautum uocatur pauper histrio inquiens, In superiore qui habito cœnaculo, se enim pauperculum dicit qui habitet in superiore domus cœnaculo ad tegulas, non in inferiore in prima contignatione, sed in suprema: Et cœnaculariá exercere is dicitur qui domos totas conductas, per singula cœnacula inquilinis locat, quæstū inde faciens, pluris in summam locando. l. si uerò. §. sed si quis. ff. de his, qui deiecer. uel effud. Old.

COENATIO uerò potentiorum Bud. erat cœnandi locus, quum ad cœnaculum scalis ascenderetur, uel cochleis. Vitruuius lib. 6. Cum enim aucto, inquit, mirum in modum Romano populo, necesse fuisset in cœnaculis habitari (nam anteá, cum per urbis laxitatem licebat, unius tantum contignationis erant ædificia) ad ædificiorum altitudines deuentum, & ædium frequentiam. Bud. l. si cuius. ff. de usufruct. Oldend.

COENATORIA Q. Muti9 appellat Pallia, quę domi noctu, id est sub cœnę tempus sumebant. Vnde Martial. *Pugnorum reus, ebriæq; noctis*
Cœnatoria mittat aduocato.

Et quamuis essent ista pallia uiris & fœminis promiscua, ut ex Tacito Baifius docet, & ex Vlp. l. uestis, illo titulo: non tamen ita communia, quin distincta essent sua uiris, sua mulierib. pallia. Cæterū quosdā senatores muliebrib. usos cœnatorijs, noctu & domi, non ita ualde mirabitur, quisquis sciet Caligulā Imperatorem, nō modo uirili, sed ne humano quidem habitu palam usum fuisse, ut scribit Suetonius. Sępe depictas gemmatasq; indutus penulas inquit, manuleatus & armillatus in publicum processit, nonnunquam socco muliebri, &c. Conna. lib. 6. c. 3. nu. 2.

COENA recta, hoc est legitimū conuiuiū. Sportulæ loco erat apud antiquos liberaliores: sordidi tantum sportulam præbebant, teste Budæo. Sp.

COENA terrestris Plauto in captiuis dicitur: ex oleribus & heluellis constans quia ea terra nascuntur: Erat aūt pauperum & plebeiorum Torne. lib. 1. aduersar. cap. 22.

COENA uiatica apud eundem est cœna aduentitia. Nā peregrè redeuntes solebant cōuiuio excipere amici Saluos, inq̄t, cū pegrè aduenis, cœna detur.

COERCENDIS. Calepin9 multas uidetur adferre significationes uerbi coerceo, es, sed quæ ferè in idem recidunt. Primùm enim coercere significat restringere. Cicer. in Lęlio. Quam serpentē multiplici lapsu, & erratico ferro amputans, coercet ars agricolarum. Item refrenare, continere: ut quando dicimus coercere aquā, hoc est, cōtinere, sic, ne defluat, uel dilabatur l. 1. §. pen. ff. de fonte. Lactantius lib. 3. Illud satis est ad coercendum furiosi hominis errorē. Item colligere siue simul stringere. Ouid. lib. 1. Met.

Vitta coercebat positos sine lege capillos.

Item compellere. Cicero lib. 3. ad Herennium. Prudentiæ partibus utemur in dicendo, si cōmoda cum incommodis conferemus, quum alterum sequi, al-

terum uitare coercemur. Itē punire, castigare. Quomodo accipi uidetur ff. & C. in tt. ad leg. Iul. de adulter. coerc. & stupro. Hinc coercio, siue coercitio, (uox Liuiana, & ueterum Iuriscos. in exemplaribus uetustioribus, quæ Haloander secutus est) dicitur castigatio, punitio. Modica quidem coercio dicitur castigatio, quam simplex iurisdictio ab imperio mutuatur, cuius solius est omnis coercio. Quare, quicquid coercionis est, supra modicam castigationem, meri imperij est. de hoc fusiùs Salomon. in l. j. si quis ius dic. Anchora.

COERCIO modica, dicitur castigatio quā simplex iurisdictio ab Imperio mutuatur, cuius solius est omnis coercio. Quidquid igitur coercionis est supra modicam castigationem, meri imperij est. De quo fusius Salom. in l. 1. si quis ius dic. Sp.

COERCERE aquam, est continere sic, ne defluat, nec dilabatur. l. 1. §. pen. ff. de fonte. Old.

COERCERE arbores, est ramos constringere, & circuncidere, ne eius umbra uicino prędio noceret l. 1. §. deinde. ff. de arboribus cæden. Hinc

COERCITIO, animaduersio pecuniaria, siue in corpus, punitio, & castigatio. Huius uaria genera sunt. quædam enim Capitalis l. hæc stipulatio. 200. ff. de uerb. sign. quæ ad corporis punitionem pertinet, & habet publicam exercitionem. Quædam uerò est modica apud Paulum l. fin. ff. de offic. eius, cui mand. ad mistum imperiū pertinens, quæ & ipsa pecuniaria est pignoris capione iudicibus concessa, ne iurisdictio inutilis esset. Est & leuis coercitio apud Vlpian. l. prætor. 7. §. præterea. ff. de iniur. & l. nō solùm. §. quanquam. ff. eo. qua significatur leuis pulsatio, & emendatio, ut ipse Vlpianus interpretatur. in d. §. præterea. Prat.

COERRARE calciatus dicitur præfectus Vigilum apud Paulum l. 3. §. sciendum. ff. de offic. præfe. Vigil. cum huc illuc uicatim diuagatur, idq; cum aliquo comitatu, & noctu. Florentina lectio quæ, Calciatum, habet, defendi potest aduersus coniecturam legentis Falciatum ex M. Cicer. lib. 1. de Natur. deorum. cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cū calceolis. Calcei indumentum pedum erant quos noctu induebant diligentius citiùsue coerrādi causa. Prateius.

COAESTIMARE est simul, & cum aliqua alia causa æstimare, ut cum uarijs ex caussis mea interest quid factum fuisse uel non factum. Huius significationis exemplum posuit Celsus l. inficiando. 67. §. 1. ff. de furt. Cęterorum & reliquorum appellatione, etiam omnes continentur. Connanus lib. 6. cap. 7. num. 4. Prat.

COETVS in lege XII. Tabu. & apud Martial. l. qui cœtum. ff. de sicar. accipitur pro hominum conuentu, & congregatione à coeundo, Isido. lib. 6. c. 18. Etymol. auctore Virgil. primo Æneid. Et cœtu cinxere polum. Vnde in Decret. dist. 15. Qui cœtū fecerit, ut inquit Seneca in declam. capitulo est, id est, dignus morte. Nebr. Vlpianus turbæ cōparans l. prætor. 4. §. 1. ff. ui bonor. rapt. hominum multitudinem diffinit, adijciens decem, aut quindecim homines cœtum, ut & turbam, facere. & uide Bartolum dict. §. 1. Prateius.

COGERE in ordinē, id est, ut uulgò loquimur, inquit Budæus ad l. diuus. ff. de offic. præsid. suo statu & conditione continere esse cogendum. Huic opponitur, Eximere numero Budæo. Olden.

COGERE homines pro conscribere colligerēue, apud Vlp. in l. 2. §. dolo. ui bon. rapt. Old.

COGI fructuarium posse rectè colere. l. si fundi in prin. ff. de usufructu. Sp.

COGITARE, non est, ut Alberic. adnotat, quasi simul agitare, sed dubitare, & ueluti in mora esse cōsilij explicandi. Nonius. Cogitare, est dubitare: Deliberare, confirmare. Sp.

COGITATIONES innoxiæ dicuntur, q̄ malè euentuq; contrario cadunt, easq; putant neq; criminosas, neq; culpæ affines esse. Etenim non semper euentus rei spectandus, sed consultatio est. Sp.

COGNATIONIS nomē, ait Paul. à Græca uoce dictum uidetur. συγγενεῖς enim illi uocāt, quos nos Cognatos appellamus. Agnati sunt per patrē cognati ex eadem familia: qui aūt per fœminas coniungūtur, Cognati tantum nominantur. Inter agnatos igitur & cognatos hoc interest, quod inter gen⁹ & speciem. nam qui est agnatus, & cognatus est. non utique autem qui cognatus est, & agnatus est. l. x. §. j. ff. de grad. & adfin. Hotom.

COGNATI, ait Modestinus, ab eo dici putātur, quòd quasi unà cōiterue nati, uel ab eodē orti, progenitiue sint, l. 4. §. j ff. de grad. & adfin. Hotom.

COGNATI, inquit Vlp. appellati sunt, quasi ex uno nati, aut, ut Labeo ait, quasi cōe nascendi initiū habuerint. l. 1. ff. unde cognati. Hot.

COGNATIO est ius quoddā inter certas personas, quæ natura uel legis fictione inter se cognatę sunt, institutum. eius enim duæ sunt species: Naturalis & Ciuilis. l. 17. §. 1. ff. de adopt. Naturalis cognatio est, communio sanguinis quam habēt ij inter se, qui ex eodem progenitore orti, quasi riuuli ex eodē fonte deducti dimanarunt. Ciuilis autem, quæ per adoptionem contrahitur, non sanguinis, sed iuris communio est. l. 4. §. 1. ff. de gradibus. quę sic fortasse non incommodè definiri poterit, ut dicatur esse cōmunio eiusdem iuris quod habent ij inter se, qui naturaliter cognati sunt, per adoptionem cōtracta. sed quoniam ea non uera, sed ficta & adumbrata cognatio est, ideò definiri neq; à nobis solet, neq; uerò satis absolutè potest. Hot.

COGNATI propriè dicūtur, quasi cum aliquo nati. l. j. ff. unde cognat. quare non immeritò dubitabatur an nepos post aui mortem conceptus, auo cognatus esset. Iulianus tamen in l. 8. ff. de suis & legit. Nam quòd in consuetudine, inquit, nepotes cognati appellantur, etiā eorum post quorū mortem concepti sunt, non propriè, sed per abusionē, uel potius ἀναφορικῶς accidit: id est, relatione ad uitam aui facta. Nam quod Alciatus lib. disp. primo disputat, his posterius uerbis Iulianum dixisse: Generis uerbū per abusionē dici de specie, uideamus ne satis cautè dictum sit. quū ad argumentū quod ex definitione uocabuli sumi posset, Iulianus hæc referat: neq; horum uerborū additio faciat, ut genus in specie κατ' ἀναφορὰν ponatur, sed uerè per abusionem id dicatur: concinnius tamen per relationem ad aui uitæ tempus factam. Et eadem ratione Vlpia. in l. 7. ff. de senat. disputat eum qui posteaquam pater senatu motus est concipitur, senatoris filium non esse. Hot.

COGNATOS in consuetudine etiam nepotes eorum, post quorum mortem concepti sunt appellari non propriè sed per abusionem, uel potiùs ἀναφορικῶς accidere scribit Iulianus l. itē Prætor. 8. ff. de suis, & legit. hær. Prat. Porrò inter

COGNATOS, & agnatos hoc interesse Paulus lib. 4. Sent. tit. 8. ait, quòd in adgnatis etiam cognati continentur. Inter cognatos uerò agnati non compræhenduntur.

COGNATIONIS substantiam bifariam apud Romanos intelligi tradit Modestinus l. nō facilè.§. cognationis. ff. de grad. & adfinib. Quædam enim iure Ciuili, quædam naturali connectuntur. nōnunquam utroq; iure cōcurrente & ciuili & naturali copulatur cognatio. Singula hæc genera explicat Modestinus in d.§. cognationis. cuius uerba huc transcribere uanissimi esset operis. Ad ciuilem cognationem pertinet & Spiritualis, qua de extat titulus, De cognatione spirituali in Antiq. & 6. Decretalium, q. bus locis explicantur eius uis, eiúsq; contrahendæ genera. Cognatio autem, quæ ciuilis, siue legitima Modestino dicta est, legalis pōtifici Maximo dicitur c.unic. de cogna.leg.in Antiq.Prat.

COGNATIONEM etiam inter uulgò quæsitos consistere Gaius l.2. ff. und. cogna. Sed & inter seruos, quæ Seruilis dicitur l. adoptiuus. ff. de ritu nup. & Inst. de serui. cogn.

COGNATIONI legatum, cognatis deberi scribit Vlpianus l.si cognatis 19. ff. de reb. dubijs. Prat.

COGNATIO multifariam diuiditur, ut colligitur ex l. cognationum. ff. de Var. & extr. cog. Iuxta Theophilum partitur in tria: in parentes, in liberos, & in propinquos, qui ex transuerso ueniunt. Et parentens quidem sunt, qui nos genuerunt: ueluti pater, mater, auus, auia, & q supra hos sunt. Liberi uerò, qui ex nobis gignuntur: ueluti filius, filia, nepos, neptis, & qui infra hos sunt. Ex transuerso propinqui sunt, qui neq; nos genuerūt, neq; à nobis gignūtur, sed stirpem suam & radicem nobiscum habent communem: ueluti frater, soror, patruus, uel auūculus, amita, uel matertera, consobrinus, consobrina, & qui ex his descendunt. Sp. Idem etiam sentit Cuia. in expositio. Iusti. 118. dum inquit: cognatio triplex est ut ait No. 89. Diuiditur enim in parentes et liberos qui in recta linea constituūtur, & eos q sunt ex transuerso siue à latere in agnatos & cognatos. Sed & parentes ipsi ac liberi diuidi possunt in agnatos & cognatos. nā pater filiofa. est agnat9, filio emācipato cognatus: mater quæ conuenit in manū uiri filio est cognata non agnata: nepos ex filiofa. auo est agnatus, nepos ex filiafa. cognatus: filius suus patri agnatus, filius emācipatus, cognatus. Cuia. in supra adducto loco.

COGNATIO spiritualis, est propinquitas uel attinentia, quæ prouenit ex sacramenti datione uel ad sacramentum requirendum, attestatione, uel attentione. Vnde ex cognatione spirituali, quæ in baptismo contrahitur, nouem propinquitates nascuntur. Prima filiatio inter sacerdotem baptizantem, & baptizatum. Secunda, compaternitas inter Sacerdotem, & patrem baptizati. Tertia, commaternitas inter eundem & matrem baptizati. Quarta, inter filios sacerdotis & baptizatū, scilicet fraternitas. xxx. q.j. homines. & quæst. iij. ita diligere. Quinta filiatio inter baptizatum & suscipientem ex baptismo. Sexta, filiatio inter eundem & uxorem suscipientis. Septima, fraternitas inter baptizatū & filios suscipientis. Octaua, compaternitas inter suscipiētē & patrē suscepti. Nona, cōmaternitas inter eūdē & matrem pueri. xxx. q. iij. per totum. Spieg.

COGNITIONIS uerbum, in Principū rescriptis strictè poni, Iason docuit, in l. cū ꝓlatis. ff. de Re iudic. proindeq; excludi sententiam in eis: cęterùm à lege prolatum, includit eam. Albericus adnotauit, iudicem exequendo cognoscere. Sp.

COGNITIONIS nomē q̄a generale est ad ea plærunq; iudicia refertur quę extra ordinem habētur. Connanus lib.1.cap.16.nu 4.

COGNITIONES sunt causarum, ut cùm dicimus, Senatus Romani cognitionem, certæ legi non fuisse obnoxiam. Id ante nos monuit Rhenanus noster in Senecæ ludū. Sp. adde Ræuard. l. ubi lex duorum. ff. de reg. iur.

COGNITIO causæ quandoq; pro eius exercitatione ponitur, citra tamē diffinitionis fastigium Dicuntur & illæ causæ cognitionis esse, quæ non iuris ordinarij sunt, sed cognitioni Principis reseruātur: quā ille per auditores suos extra ordinem absq; ullis processuum ambagibus cōfestim desinit. ex Alc. Parerg. Spieg.

COGNITIO ipsius feudi, pertinet ad dominiū, & partes Curiæ. Sed ea quę incidunt circa feudum, iudicari possunt apud ordinariū. c.j. apud quem uel quos cont. & c.j. de Cōtro. inter dom. & alium, & ex parte. de For. compet. Sp.

COGNITIO Prætoria, Religio iudicis, Officiū iudicis. l.1. ff. de rei uendicat. l. ff. si usufruct. peta. Vbi requiritur cognitio: ibi de modo, de causa, & de persona quærēdum, ut intelligas quid reuera sit cognitio, & quantum absint, à cognitione, qui scripta tātùm legūt. l. cùm hi quibus. §. uult igitur oratio. ff. de transact. Oldend. Vide latius Brechæum l Notionem, in tit de uerb. & rer. signif.

COGNITIO, quod in diuersas significationes ferri peritorum usu receptū est. Passim in libris C. pro negotij examine, discussione, & quęstione l.1. ff. de officio Asses. l. cognitio. 4. ff. de offic. eius cui mādat. est iurisdict. & alibi sæpè. Prat.

COGNITIONVM genera passim hæc in iure reperias. Prætoria. l.1. §. per hanc. ff. de rei uind. Extraordinaria. ff. de extraor. cognit. quæ recensentur in l.1. ff. eo. Est & alia cognitionū diuisio à Callistrato tradita l. penu. ff. eo. de honoribus, siue muneribus, de re pecuniaria, aut de existimatione, aut de capitali crimine. Porrò ubi caussæ cognitio est, ibi Prætor, ibi tribunal desideratur l.2.§. dies. ff. quis ordo in bo. pos. & l. ubicunq;. ff. de diuers. reg. iur. quā explicant P. Decius, & nouissimè P. Faber, idq; eruditissimè. Prat.

COGNITIO, pro instantia (ut nunc uocant) accipitur apud Papin. l. pen. ff. de suspe. tutor. ut Barto. docet. Oldend.

COGNITIONEM pro accusatione poni putat Alber. in l. si ea, quæ. C. qui accus. non pos. Equidem pro negotij examine, discussione, & quęstione accipi putem. Prat.

COGNITIONVM summariarū exēpla uaria colligit Iac. Rebuffius: & in eandem rem libellum euulgabo σὺν θεῷ.

COGNITIONALITER, hoc est, utraq; parte præsente & audita in l. fi. C. de legib. Prat.

COGNITIO etiā sumitur pro susceptione caussæ alienæ, & defensione l. nemo. 6. C. de cognit. & ꝓcurat. Hinc.

COGNITOR, quem ita Festus li. 3. diffinit, qui litē alterius suscipit corām ab eo, cui datus est, quod probat Anianus. C. Theodosi. interpres. titul. de cogni. & procurat his uerbis: Cognitor is est cui sine mandato caussam agendam præsens, præsente iudice, litigator iniūgit. Hunc à procuratore separat Paulus lib.1. Sent. tit.2. & 3. & tit. C. Th. de cognit. & ꝓcurat. tametsi utrunque litis ministrum adpellent diui principes l. ultim. C. Th. eod. Prat. Hinc cognitura apud Suetoniū in Vitellio pro procuratione: Tor. lib. adu. 5. cap. 1.

COGNITOREM apud Prudētiū accipere debemꝰ ꝓ iudice q de negotio, caussâue disceptat, eâue cognoscit. Hic tū cognitor ꝓnūtiauit, Claudatur infans carcere. Eodem sensu accipitur cognoscens in l.1.§.calum niatoribus. ff. ad SC.Turpill. Prat. Licet ea tātum inter procuratores iudiciales & cognitores, à Budæo, in l.moris. ff.de pœnis exinde ex Alciato lib.2.parer. cap.5. tradita fuerit distinctio, qua procuratores dictos uolunt, qui absentium causam ex mandato susciperent: cognitores autem eos, qui sine mandato præsentium causam tuerētur. idq; Festi Pompeij, Asconijq; auctoritate comprobare existiment, quod Festus hunc cognitorem esse dicat, q alterius litem suscipit corā ab eo cum datus est: Procuratorem autem eum, qui absentis nomine auctor fit. Sic autem Ascon. in Diuin. in Verrem. Qui defendit alterum in iudicio, inquit, aut patronus dicitur, si orator est: aut Aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiā suam commodat amico: aut procurator, si negocium suscipit: aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur ut suam. Sic tamē iudico, nō acu rem eos attigisse. Quamuis enim & hoc quoq; diuersos primū Cognitores à Procuratoribus fuisse agnoscamus, quod procuratores absentium omnino nomine litē exequerentur, tametsi absentes uocati in iudicio nunquam adfuissent: Cognitores autem non aliter fierent, quàm si dominus in Iudicio pręsens constituisset illum, qui postea absentis quoque causam exequeretur: Altera tamen suberat præcipua magis, qua cùm procuratores & litem cōtestarentur, & eam quoq; peragerent, id suo ipsi nomine agerent: qua ratione eos penè dominos, & alieni iuris uicarios Ciceronem in oratio. pro Cecinna uocasse diximus. Eodemq; spectat, quod dictum est à Festo, eos authores factos, & ab Asconio eos negocium suscepisse, non autem simpliciter nouisse, aut persecutos fuisse, aut fouisse: cum cognitores non suo, sed mandantis nomine litem exequerētur. Ac, ut fuerit illud primum inter eos discrimē, quo à præsente magis cognitor, quàm procurator constituebatur, tandem eius rei nulla haberi cæpit ratio, ut leuioris, cū Authore Modestino literæ scriptæ, ab eoque adprobatæ, quibus significet, illum à se procuratorem cōstitutum, idem operētur, ac si præsens procuratorem constituisset. l.si procuratorem. ff.de procuratorib. ut & Paulus Sent. lib.j. tit. de curat. & cognitor. procurationem mandari posse ait, & à præsente & absēte, & apud acta, uel alio loco: quasi quo id loco fiat, nihil intersit, & tamen idem cognitorū à procuratoribus distinctionē seruat. Non ergo istā, sed illam alteram præcipuam existimamus differentiam fuisse, idq; ex illo Ciceronis loco patet: Quo refert (in orat. pro Q. Roscio Comœdo) obiectū Roscio fuisse à Fannio, quòd in ea lite, quā aduersus Q. Flauium ob interfectum Panurgū mouisset, is Fannium cognitorē dedisset, qui uadimonia inde obijsset, ac demum post litem cum Fannio cognitore cōtestatam, sine eo de damno & iniuria cum Flauio decidisset. Ac paulo post subijcit, neminem alteri petere posse, nisi qui cognitor sit factus, cum tamen alioqui constet, tam ipsam partem, quàm eius procuratorem, rectè per se litigare, ut supra dictum est. Ioh. Rob. lib. sentent. 2. cap. 1.

COGNITIONEM causæ Iustinianus uocat, causę dictionē Nouel. de plebe. p̄toribus. §. Quoniā igitur nos omnia. Constit. xiij. Causæ, quę summam desiderant celeritatem, sine scriptis expediri debēt. Nouel. Vt præsid. absq; ulla datio. §. Secundum ueteres. Constit. viij. Nam homines, propter minimas causas, magnis fatigari dispendijs non oportet: ut forsan totius litis æstimatio, ad sumptus iudiciales non sufficiat. Nouell. de appellationibus. §. Illud etiam in tertio capite. Constit. xxiij. Viles enim personæ ex non scripta perficere possunt id, in quo alioquin scripturæ solennitas exigitur. Nouell. de liberis quomodo eos oporteat. §. Quisquis autem in abiecta. Cōstit. lxxiiij. Inter uiles & obscuros uiros reputantur, milites armati, & agricolæ. Ibidem. Ac uult Iustinianus, omnes controuersias præcisis ambagib. ad finem decurrere. Nou. de litigios. & de cautione. §. Porrò cùm omnes controuersias. Constit. cxij. Oldend.

COGNITIONIS summariæ exemplum longè pulcherrimum est in l. iij. §. Causæ cognit. & §. seq. ff. de Car. edic. Quo ex loco nostri magistratus argui possunt perniciosissimi erroris, quòd pro tribunalib. hodie obmutescunt planè, tantùm admittētes causidicorum blaterationes aut uolumina. Nam Vlp. ibi. Hoc enim, inquit, diligētissimè Prætori examinandum est, an expediat pupillo repræsentari cognitionem, an potius differri in tempus pubertatis, & maximè inquiri hoc à cognatis, matre, tutoribúsque pupilli debet. Audis? inquirere debet, diligentissimè examinandum est. Oldend.

COGNITOR est, cui sine mandato scripti causa committitur apud iudicem præsentem à litigatore præsente, ut nunc loquimur, apud acta constitutus. Budęus sic describit cognitorem, Qui presentis causam nouit, & sic tuetur ut suam. Nam cognitor est familiarissimus defensor. Oldend.

COGNOMEN dici, quod nomini additur, ut refert A. Augustinus li. 3. c. 8. sic accipi debet l. si quis in nomine. C. de testam. & §. si quis in nomine. Instit de leg. Porrò

COGNOMINVM genera duo constituit idē Augustinus ibidem ex M. Varrone li. 2. de re Rustica. unum familiæ. ut Annij, Tauri, Statilij & adsignificant. Alterum cognominis genus, est, quod ob aliquam rem additur, & hoc (ut ait Theophilus ad d. §. si quis in nomine) ἀπὸ ψόγου, ἢ ἀπὸ ἐπαίνου λαμβάνεται. Prateius.

COGNOMINES (Festo libr. 3.) qui eiusdem sunt nominis.

COGNOSCERE instrumenta apud Vlpi. in l. cognoscere. 56. ff. de uerb. signific. est ipsa relegere, & recognoscere. Old.

COGNOSCERE simpliciter dicitur iudex, qui de causa quærit, & disceptat litigatorésque audit, idque pro tribunali l. 1. ff. de constit. princip. l. quod si Ephesi. §. interdum. ff. de eo, quod cert. loco. Suetonius in Claud. Cognoscens quondam in Augusti foro, uictúsque nidore prandij quod in Maxima æde Martis Salijs adparabatur, deserto tribunali adscendit ad Sacerdotes. Bris.

COGNOSCERE ex interdicto in rescripto Valeriani, & Gallieni l. 2. C. de interdict. est quærere de caussa, & examinare eam in causa interdict. Prat.

COGNOSCERE quoque tutelæ apud Vlpiā. l. 2. ff. ubi pupil. educ. deb. pro eo accipitur, quod de actione tutelæ disceptare, & in ea actione litigantes audire.

COGNOSCERE igitur ad iurisdictionem pertinet, significās negotium excutere, & examinare, & de eo ius dicere. l. 3. §. cognoscit. ff. de offic. præfect. Vigil. l. 2. ff. de re iudica. Prat.

COGNOSCERE uidetur posuisse uetus interpres

pres in §.interdicimus.in auth. de non alien pro recipere, pro quo Iustinia. Imp. γεγώνειν. dixerat, quæ interpretatio recipi posse uidetur ex ijs, quæ in eodem §.dicuntur. Prat.

COGNOSCERE dicitur etiã, qui stuprat aut comprimit mulierem. Sic sumitur toto tit.de eo,qui cogno.consan.uxo.extrà.quo sensu eodem uerb.usus est Papinian⁹ l.mulierẽ.14.ff.de ijs quæ ut indig.

Causa cognita, hoc significat re cognita, examinata, & ex utraque parte audita, & uocatis his, quorũ interest. Nam causæ cognitio tunc interuenit, cum de negotio præsente utraque parte & audita, uocatãue disceptatur.l.13.§.1.ff de minorib.l.ult.C. de legib.l.¶.§.ubi decretum.de off.præsid.l.73.ff.de diuers.reg.iur.l.un. C. si aduers. dot. Vnde in l.3.C.de quæstio. cùm cognitionaliter audisset, id est, utraq; parte presente & audita cognouisset.l.ult.§.illud.C. de temp.appell.Briss.

Vbicunq; autem causæ cognitio est, ibi Prætor, ibi tribunal desideratur.l.2.§.dies.ff.quis ordo in bo. poss.l.106.ff. de diuers.reg l.3.§. si causa.ff. de bono. poss. Nam, ut Impp.aiunt cognitio causæ non interpellatione planaria, sed cõsidente magis iudice colligitur.l.4.C de dilatio. Illud etiam obseruare possumus, in his quę causa cognita fiunt, semper Prætorẽ interuenire.l.8.§.uult igitur.ff.de trãsa.l.3.ff.de resti. in integ.l.13.§.1.l.44.& l.45. de minor.l.22.in fi ff.de re iud.l. 2.§.sed si dubitetur.l.28.§. sed & si dies.ff. de iud.l. 9.§.ult.de arbi.l.15.ff.de bo.auct.iud.l.27.§.hęc aũt. ff. de procuratorib. Cognoscere instrumẽta est relegere, recognoscere.l.56.ff.de uerb.signif.quæ ut ex inscriptione apparet, pertinet ad quæstionem.l. 15.ff.de reb.auct.iud.Briss.

COGNITAM stupro dixit Papinia.in l.14.ff.de his quę ut indig. eam, cum qua stuprum factum est. Catullus uerò Epigr. lvj. Vnis senibus cognitas feminas uocat, quę unũ expertæ uirum fuerant.Briss.

COHÆRARIVS is est accipendus qui quasi uicarius magistratui adhæreat, quiq; fiduciariam habeat operam, quasi adiunctus, ceu legatus consuli adhęret. Oldendorp.

COHAERERE, eiusdem ferè significationis, cuius est Adhæreo. Sic solo ædificia, nõ autem aceruũ hærere dicimus.l qa aceruus.ff.quòd ui aut clã.Sp.

COHAERES, qui simul hæres institutus est Vlpian. Si ego, ait ex parte me dicam hæredem, cohæres autem meus possideat hęreditatem.l.j si pars hęred.pet. Notandum autem, quòd cum cohærede nõ contrahimus, sed incidimus in eum. l. hæredes.§.si unus.ff.Famil.ercisc.Sp.

COHEREDIS quoque adpellatione fideicommissarium contineri cõstat l.pater filium.§.fi.de leg. 3.l.Lucius.93.§.fi.ff.eo.tit.Prat.

COHAERES, qui simul hæres institutus est. Vlpianus Si ego, ait, ex parte me dicam hęredẽ, cohæres autẽ meus possideat hęreditatem l.1.Si pars hæred.pet. Notandum autem, quod cum cohærede nõ contrahimus sed incidimus in eum. l. Hæredes. §.si unus.ff.Famil.ercisc.Oldend.

COHORS Varroni uariè pro re spectatur li.4. Ling.Lat.In uilla enim cohors dicitur quod ex pluribus tectis coniungitur. In re militari, quod ex manipulis copulatur, & in hoc significatu quot militibus cõstet apud Romanos & Gręcos docet Alexã. ab Alex.li.6.c.13. Genial. dier. recensens cohortium genera. ab eo petenda censeo. nam id ad institutum nostrum non pertinet, & uide eundem lib.1.c.5. Genialium dierum & alibi. De cohortibus uide I.Cuiacium in lib.Obseruationum.Prat.

COHORS alia milliaria quę M D.pedites, equites uerò cxxxij. habet. alia quingentaria, quæ ex D. L.peditibus, equitibus uerò lxvj. cõstabat. Alex.de Alex.Gen.dier.lib.j cap.v.Sp.

COHORS à cohortando, quod cohortari se ad pugnã soleat, multitudo certa militum. Ein schar/ Ein bestimpte zal Kriegs volcks. Sp.

COHORS prætoria. hęc erat apud antiquos quę cõsuli, aut prætori in prouincia præsto semper erat, quasiq; latus eius cingebat. Cuius cohortis, præfectus pretori⁹ dicebatur. Bud.in Annot.prior. meminit eius Iurisc.in l.ij. de Offic. præf.uig. tum alijs locis fit mentio huius dictionis.Sp.

COHORTALES dicti, quòd in domestica militia alicuius cohortis sint, teste Alciato. Meminit & horum Iustin.in Aut. de defensorib.ciuit.§. deinde. Accursiani qui putabant tit. de Coartalibus lib. xij. rectè inscriptum, uolunt ex eo dictos, quòd coartati sint curiæ, cum ex locis eiusdem tractatus liqueat cohortales à cohorte dici, quasi cohorti obnoxios, teste Budæo in Annot. poster. ubi indicat cohortales à cohorte sic dictos, ut Curiales à curia, & tribules à tribu, & de alijs quoque cohortem dici probat exemplis. Qui autem hic cohortales, & in l. si cohortalis cohortalini dicuntur, ijdem sunt, ut opinatur, cum ijs qui apparitores in multis superiorib. titulis. appellantur. Spieg.

COHORTALIVM nomine intelligendos arbitratur Fr. Connanus omnes qui tãquam accessiones & adminicula quædam sunt cæterarum dignitatum. Cohortales autem militiæ aut certè plereq; earum seruiendi necessitate astringebãt non ipsos cohortales modò, sed etiam eorum liberos ut notatur in tractatu qui est de Fabricensibus & Murilegulis qui de numero erant Cohortalium similes ijs qui curiales dicuntur & quos adscriptitios Colonos uocamus. Quod uerum fuisse non puto in omnibus alijs cohortalibus sed eam necessitatem durasse tanto tempore quanto se obligauerant ad seruiendũ. ut Bastagiarij. Connanus lib. 4. cap.15. nu.2.

ΚΟΙΝΟΝ in l.si de ui.37.de iudic.ff.& l. qui cœtu. 5.ff.de ui public. & l.1.ff. de adpel.& l. ἐὰν δὲ 6.ff. de excus.interpretatur A. Aug.ad d.l.6.cõmune, & uniuersitatem, Gallis adpellatur *une communauté* à quib⁹ retinetur nomen illud *Commune*.Prat.

ΚΟΙΝΩΝΙΑ, forense uerbum est I. Polluci lib.9. Onomastic. societas, & communio. Prat.

ΚΟΙΝΟΠΡΑΞΙΑ apud Iustinianum Institution.de action.in princip. (sic enim ueteres libr.& Theophilus ibidem legunt, tametsi & uerbo κοινωνίας utatur idem Theophilus.) Latinè Societas dicitur. κοινωνίαν adpellat C.Harmenopul⁹ li.3.ca 10. & 11. Συνίσταται δὲ (inquit idẽ) κοινωνία πράγμασι, ῥήμασι, καὶ δι' ἀγγέλου Hinc ΚΟΙΝΩΝΙΚΑ χρήματα dixit Demosthenes apud Pollucẽ, eadẽ inter forẽsia recensentẽ eodẽ loco.Pr.

ΚΟΙΝΟΒΙΟΝ uitæ fortunarumque communitas siue societas, uerbumque Romanum A.Gellius li.1. c.9.in fi. scriptum reliquit. Iustinianus pro loco in quo monachi habitant accepit in Nouel.5.§.συνίστασθαι quod uerbum retinuit uetus interpres. Iulianus uertit Monasteria. Eodem uerbo in eundem sensum utitur Pontifex Maximus. c. cùm dilectus. extra. de consuetud.Prat.

COINQVINO, Ioan.Iouian.Pontanus uir doctissimus indicat priscæ ætatis autores non coinquinare, sed conquinare dixisse, sicuti conuenire & conferre: ac temporum ruditate effectũ esse, ut pro

co

eo quod erat conquino, dictum sit coinquino. Sp.

COIRE, apud priscos uerbum criminosum erat. Lege enim Cornelia constituta erat accusatio aduersus eos, qui accusationes condemnationesq; coierant. Verba legis extát in Orat. Cic. pro Aulo Cluét. Pœna legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accusationem innocentiū coierint. l. 1. in prin. ad leg. Corn. de falsis. Sp. Adde Connanum lib. 7. cap. 13. nu. 8.

COIRE in bonam partem, per tot. tit. pro socio.

COIRE in accusationem alicuius, pro subscribere alicuius accusationi, ut Bud. exponit. Cæterùm, coitio in malam etiam partem accipitur, pro coniuratione, & conspiratione. Diuus Cæs. Maximil. suppullulantem nullam sinebat uires accipere: ut erat optimus magister refrænádi eius autores nunquam non alio ex capite coercitos. Sp.

COIRE in matrimoniū, hoc est conuenire, & cōsentire. l. in testaméto. 31. ff. de condit. & demonst. Et

COIRE societatem l. 1. & 4. ff. pro socio. Et

COIRE negotiationem l. cum duobus. 52. §. quidam. ff. pro socio.

COIRE in alienā litē dicūtur, qui de commodo litis cōmunicando paciscūtur sic, ut quicquid ex cōdemnatione in rem unius inter eos communicetur l. ex Senatusconsulto. 6. ff. de ui priua. Briss.

COIRE pro consentire, & in unam sententiam decurrere, ut in tit. ff. de quibus rebus ad eund. iud. eatur. Et sæpè alibi in materia societatis. Old.

COIRE cum furib. l. 1. in prin. ff. nau. caup. stab.

COLERE fide dominica is dicitur qui periculo dñi colit: Vt fideiussor appellatur qui obligationem alienam fide sua esse iussit, hoc est periculo suo, ut si reus soluédo non sit, id à se præstare teneatur. Connanus lib. 2. cap 10. nu. 2.

COLERE fundum qui promisit, quid eo nomine præstandum sit, explicat Iuriscos. in l. cum quæreretur. §. prædijs. de leg. iij. Sp.

COLERE nummis dicitur, qui singulis annis prę̄stat pecuniā pro fructibus. hoc est, ut ea persoluta oēs fructus pcipiat, Ein Meyer Paulus: Constat, inquit, colonū, qui nūmis colit, cū eo qui fructus stātes furto surripuerit, actur ū furti. l. si apes. de furt. Sp.

COLESEVM, uocē nihili, apud Alberi. expunge, reponeq; Colosus, quæ moles est par turrib. Sp.

COLLACTANEVS, qui eiusdem mammis est nutritus. apud Martianum, de manumis uind. l. si collactaneus. Sp. Hunc eundem & antiqui collacteum dixerunt ut Iuuenalis, Quid dicam notæ collactea mammæ?

COLLARE est uinculi siue tormenti genus hodie frequēs, quod collo reorum injicitur ignominiæ aut pœnæ causa, idq; significatur l. 7. ff. ad l. Iul. de ui publica his uerbis: Aut quid in collum iniecerit ut torqueatur. Pœna est seruilis, uel (ut ita dixerim) canina. Nam hoc genere canes uinciri solent, qua de causa hoc etiam genus uinculi, auctore Festo, interdum canis appellatur. & forsitan Plautus in Casina hoc sensu dixit: deos quęso tu ut quidem hodie canem & furcam feras. Nisi uerius est animal significari, cuius æquè ac gestatio furcæ fuerit ignominiosa, ut in historia Friderici ab Ottone conscripta, legimus ueterem consuetudinem pro lege esse apud Sueuos & Francos, incendiariū aut prædonē, si nobilis sit, antequam morte plectatur, ignominię causa canem ferre de comitatu in proximum comitatum, quod ita Guntherus exprimit Ligurini lib. 5.

Quippe uetus mos est ibi, ut si quis rege remoto
Sanguine uel flamma, uel seditionis apertæ,
Turbine seu crebris regnum uexare rapinis
Audeat, ante grauem quam fuso sanguine pœnam
Excipiat, si liber erit, de more uetusto
Impositum scapulis ad contigui comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre:
Sin alius sellam.—

Et ne his quoq; locis canē accipiamus pro uinculo, sed magis ꝑ animali, facit qđ sequitur apud eundē:

—: unus dispendia pœnæ
Ille Palatinæ custos celeberrimus aulæ
Non potuit uitare comes, cunctisq; uidendus
Portauit scapulis passus plus mille latrantem.

At uerò uerbis illis l. 7. nō collare aut catulum tantū significari puto, sed quidquid pœnę causa collo Romani ciuis injicitur, ut de sporta sabulo plena suppeditat exemplum. Cuia. obser. lib. 11. cap. 22. in prin.

COLLARIA æ, uinculum quo constringuntur colla malefactorum: apud Plautum in Captiuis. Nonius neutro genere profert Collare, ad infamiam magis & pœnam, quàm custodiam pertinens. Vide Alciat. in l. uerum est. de uerb. sig. Vide, uinculorum genera. Spieg.

COLLATAE nuptiæ dicuntur quæ de facto celebratæ sunt, quantum ad ipsorum uotum quæque ductione factæ sunt: ut conferre signa, conferre capita dicimus, id est, coniungere, & quasi in unum adducere. Tunc enim nuptię conferuntur cum mulier domum uiri adducitur & in unum eūdemq; larem coniunguntur: Connanus lib. 8. cap. 2. num. 2. Duarenus conferuntur nuptiæ (inquit) id est differuntur. Sic enim accipitur hoc uerbum apud Iureconsultos. l. cum soluendæ: de distract. pig.

COLLATERALES dicuntur, qui se adringūt, uel sibi adtinent transuersaliter per lineam collateralem, non per lineam rectam ascendentem uel descēdentem, ut consanguinei, uel consimiles. hoc uerbo sæpe usus est Io. Andreas in declaratiōe arboris adfinitat. Gaius ex transuerso, siue à latere uocat l. 1. ff. de gradibus & adfinibus. Dicuntur etiam collaterales generaliter, omnes æqualiter, quasi lateribus cōsidentes. Oldendorp.

COLLATIO bonorum (de qua tractatus duo sunt in libris nostris) est contributio certæ partis bonorum inter fratres, propter paternæ successionis rationem à Prætore instituta. nam cùm Prætor contra ius ciuile emancipatos, una cum suis ad paternam hæreditatem admisisset, sui autem bona omnia à se quæsita confusa cum hæreditate paterna haberent: emācipati uerò quæ extra familiam quæsierant, seorsim sibi asseruarent: iniquum uidebatur suos conferre, emancipatos autem nihil conferre, sed auferre tantum. quare Prætor edixit, ut emancipati uolentes ad participandam patris hæreditatem accedere, tantam partem è suis bonis conferrent, quantam ex hæreditate auferrent: non singuli, sed omnes simul. quippe cùm omnes emancipati unius locum obtineant. Itaque si duo sint sui, duo emancipati, quamuis emācipati singuli ex hæreditate quadrantem auferant, tamen ex suis bonis non singuli, sed ambo quadrantem conferent. Conferuntur autem antiquo iure Aduentitia & Profectitia: hodie ex Iustin. constitutione, Profectitia tantum. l. ult. C. de collat. Emancipati inter se nihil conferunt. nam cùm alter alteri nihil auferat nō ipsorum caussa simpliciter, sed propter suorū rationem & respectū, Prętor collationem instituit. l. si emācipati. C. eod. l. 1. & pass. ff. eo. Hot. Iason uim huius uocis in iure nostro uariè usurpatam pulchrè ostendit. in Rub. C. de collat.

lat. Generaliter autem accipitur collatio, ut in tit. de collat. bonor. ff. pro communicatione, quasi in commune lationem. In iure autem Canonico collatio accipitur pro gratuita quadam beneficij uacantis assignatione, ab habente potestatem domino clerico legitime facta. Non enim fieri debet precibus, pactionibus, præmio, pretio, obsequijs, aliaq; humana gratia. c. Moses. 8. q. 1. Alioquin simonia contraheretur, qua collatio ipso iure nulla redditur. c. ordinatiões. Pan. c. cum clerici de pact. Debet item fieri purè collatio, non sub conditione. cap. 2. de elect. in 6. Præter hæc, fieri debet de patroni cõsensu, si beneficium sit patronatum. c. illud. de iur. patro. c. decernimus. 16. q. 7. Et quia clancularia collatio suspitione nõ caret, c. 7. §. 1. ut eccle. benefi. ita ut licet mero iure defendatur, l. non minorem. C. de transact. alijs tamen accedentibus adminiculis infirmari possit. Panor. c. 1. de clandest. despons. Tutius est non in occulto conferre beneficium. c. quia propter. §. fi. de elect. sed corã testibus, licet alioqui stetur omnino literis authentico sigillo annotatis, ut scribit, & plura alia Io. Corrasius in paraphrasi sua, in materiam benefic. Anch.

COLLATIO ad cognoscendas res commodissima. Verissima enim omnium Philosophorum diffinitio est, nullum esse commodiorem modum ad cognoscẽdas rerum differentias, & ex his proinde res ipsas, quàm si inuicem conferãtur. Sic enim quæ iuxta se ponuntur (ut dici solet) magis elucescunt. Sæpe item, quę prima fronte diuersa cuipiam, aut inter se pugnare uidentur, ea si conferas per singulas causarum circumstantias: aut nulla erit in effectu diuersitas, aut talis, quæ conciliari potest. l. Cùm unus in princ. ff. de aliment. & ciba. legat. Quamobrem prudentissimi legislatores, cùm de grauioribus rebus dubitassent, in utram statuendæ uiderentur sententiam, semper ad conferendi formulam confugere solebant. Vnde Nouellis Iustiniani constitutionibus etiam collationis nomen inditũ reor, quòd ueteres ibi leges conferat, & eas aliqua ex parte mutet. Old.

COLLATORES qui conferunt tributa, ut in Authent. de collatoribus collatione nona. Io. Bello. Etymol.

COLLECTA apud Ciceronem lib. 2. de oratore uidetur esse pecunia quæ exigitur: posset & eo nomine censeri collatio, quæ à conuiuis in cœnam aut prandium confertur siue pecuniaria, siue penuaria sit Torneb. lib. aduers. 3. cap. 6.

COLLECTARIUS in constitutione Honorij & Theod. l. penult. C. si cert. pet. & apud M. Cice. in lib. de Orator. accipiẽdus est Suidæ ἀργυραμοιβὸς, ὁ τὸ νόμισμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλαττόμενος & ῥαπίζων. Alcia. lib. 4. Dispunct. c. 22. uertit argentarium, & campsorem recte. Reijcienda igitur est Accurs. & Alberi. interpretatio existimantium Collectarium eum dici, qui eũdem mecum petit honorem. sed nec ita in locis ab eis citatis legitur, ut putant. Prat.

COLLECTARII, in iure coactores dicuntur, qui in auctionibus reliqua publicanorum solent emere, quæ illi uel ob grauiores curas, uel ob debitorum procrastinationem nequierunt exigere. l. quisquis. C. si cert. pet. Vide, Argentarij. & quæ adieci Comment. nono in Ligurinum. Sp.

COLLECTUM per Satyram, pro non seruato ordine, dicitur prouerbiali schemate: à Satyra lãce, ex uarijs ferculis nullo ordine collatis cõposita. Sp.

COLLEGAE primùm dicuntur magistratus, qui eiusdem sunt potestatis. l. 173. ff. de uerb. sign. ab eo, quod unà lecti sint, ut Varro lib. v. de lingua lat. scribit. Sed & contutores concuratorésue Collegæ appellantur. l. 14. & l. 46. §. cum testamento. ff. de admin. tut. l. 2. C. eo. tit. l. 5. ff. de suspect. tutorib. l. 3. C. de probatio. l. 7. ff. rem pup. sal. fo. l. 4. C. de magistrat. conueniend. Et qui eadem legatione funguntur. l. 2. C. de legationib. lib. x. Quinimmo & cohæredes collegæ dicuntur. l. 101. ff. de solutio. necnon hi quoque qui ex eodem collegio sunt. l. 41. §. ult. & l. 42. & l. ult. ff. de excus. tut. l. ult. C. de hęred. decur. qui ab Impp. collegiati appellantur. l. penult. C. de commerc. in l. un. de collegiat. lib. xj. C. l. 9. C. de sacr. eccl. Quibus tamen postremis duobus in locis propriam quandam significationem hoc uerbum habet: quam Isidorum assecutum esse præstare non ausim, qui lib. ix. Etymol. cap. iiij. Collegiatos idcirco dictos ait, quòd eorum collegio custodiisq; deputarentur, qui facinus aliquod commiserant: fuisseq; hoc sordidissimũ genus hominum patre incerto progenitum. Et ideo maximis oneribus in municipijs subijciebantur, ut ex multis Theodosiani Codicis locis liquet. Briss. Prætores etiam collegæ Consulum sunt, non quod sint pari imperio (maius enim est imperium consulis & superior magistratus l. 4. ff. de receptis: siue maior Festo est Consul) sed quod ijsdem auspicijs creẽtur, & inter se quasi collegæ auspicia turbare aut retinere possint, & quod ita rogentur prætores, ut collegæ Consulum sint, quodq; quasi participato magistratu se inuicem collegas soleant appellare. Plinius in panegyrico, Consul pleraq; ad prætores remittebat, atq; ita ut collegas uocaret. M. Tullius 9. ad Atticum, prætores ita rogantur, ut collegæ consulũ sint. Neq; tamen hoc sensu Sabinus scripsit, collegam à magistratu tutorem dari posse, l. ubi. ff. de tut. & cur. da. alioquin posset à prætore Consul dari, quod est falsum. Sed collegam accepit pro eo, qui pari imperio esset, l. collegarum. ff. de uerb. sig. Cuia. in expositio. No. Iustin. 13. ante fin.

COLLEGIA, quæ & sodalitates dicuntur, siue conuentus certorum hominum artem aliquam certam factitãtium: ut pistorum, nauiculariorum, item eorum qui uectigalia, aurifodinas, argentifodinas, ceteraue huiusmodi munia exercent. l. 1. ff. quod cuiusque. uniuers. l. 1. & pass. ff. de colleg. Ea collegia à rege Numa instituta esse scribit Plutarch. in eius uita, Valerius lib. 1. & Plin. lib. 34. cap. 1. deq; ijs Cic. in eo pro domo, & in Sextiana mentionem facit. Hot.

COLLEGIUM autem à colligendo dictum tradit gl. in c. 1. extr de usu. in uerb. collegium. Vnde collegas dicimus eos, qui simul habitant, quasi unà se colligant gl. in l. 1. ff. quod cuiusq; uniuers. quæ etiam M. Varronis sententia est. Eam tamen non satis probat Alciatus, qui ab eligendo collegas dictos, quasi in idem munus coelectos, mauult, & qui eiusdẽ sunt potestatis, ut scribit Vlpianus in l. collegarum. ff. de uerb. sign. quo συνάρχοντας Græci appellãt, Brechęus l. Neratius in tit. de uerb. & rerum signif. in prin.

COLLEGIUM siue Corpus dicitur societas quædam hominum ita contracta, ut ex pluribus personis ueluti una persona & unũ corpus fiat l. 1. Quod cuiusq; uniuersitat. Nam quæ collegij uel corporis alicuius sunt, singulorum hominum nõ sunt ex quibus id coalescit ne pro parte quidem l. in tantum §. uniuersitatis ff. de rer. diuis. Et ideo non agunt communi diuidundo aut pro Socio inter se earũ rerum nomine quæ collegij sunt, nec eas partiri ac diuidere possunt, nisi collegio dissoluto l. 3. Res enim huiusmodi communes sunt eis non ut singulis sed ut uniuersis. Collegium personam quandam esse imaginamur

mur ex pluribus personis conflatã l. Mortuo ff. de fideiusso. Qu ę à multitudine collegarum differat. Itaq; mortuis quibusdam collegis & alijs in eorum locum substitutis idem collegium semper manet l. proponebatur ff. de iudicijs & ob delictum collegij non temere plectuntur singuli sed collegium ipsum potius. Notatur in auth. facta §. ult. ff. de pœnis. l Si usufructus ff. quib. mod. ususfruct. amittat. Ad Collegium autem constituẽdum tres personæ sufficiũt l. Neratius de Verbor. signif. Et possunt collegæ seu sodales pactionem quam uolunt, sibi ferre, dummodo ne quid de publica lege corrumpant, ut lex Decemuiralis, quam interpretatur Caius, permittit l. ult. Sed animaduertendum est omnia huiusmodi corpora collegiaq; ueterib9 suspecta fuisse propter cõiurationem in corpus & alia quædam incommoda. Vnde fit ut nullum collegium iure Romano licitũ sit, nisi specialiter permissum fuerit l. 3. ff. de Colleg. & corpor. & l. 1. quod cuiusq; uniuersitat. l. 2. ff. de extraord. crim. Proinde qui illicitum collegium usurpauerint, puniuntur extra ordinem ad exemplum scilicet l. Iuliæ de ui publica l. 2. ff. de colleg. & corpor. Notandum est igitur ex hac dictione Collegia, Corpora, & sodalitia alia esse licita quæ mandatis, constitutionibus & Senatusconsultis permittũtur, qualia sunt Collegia in Academijs literatorum hominum & Cõpaniæ seu sodalitia negotiatorũ & artificum, quæ lege regia reformata sunt à Francisco Anno millesimo quingẽtesimo tricesimo nono. Alia esse illicita sodalitia de quib. lex Licinia & aliæ perlatæ fuerunt. Vt uidere est in Orationibus Ciceronis de ambitu pro Sylla, pro Plãcio, pro Murena. Præterea notãdum est, sodales legem sibi & pactionem quam uolũt posse ferre, modò legi publicæ cõtraria non sit, & sodalitium sit permissum, quod ex lege Solonis trãslatum est in Romanos. Deinde notandum est collegium illicitũ extra ordinem coerceri: quinimò ea pęna punitur qua Crimen læsæ maiestatis l. 2. ff. de colleg. & corpor. quod est argumento publicas accusationes cõcurerre cum accusationibus extraordinarijs l. hæc uerba. ad legem Iuliam de adult. & stupra l. sepulchri. t. de sepulchro uiol. Seilerus ex Lecturis Duareni nondum impressis tit. 22. lib. 47. Pand. de colleg. & corpor.

COLLEGIVM illicitum & reprobatũ intelligitur, quod nulla lege inuenitur approbatum. l. j. ff. Quod cuius. uniuers. nom. & l. iij. §. in summa. ff. de Colleg. illic. quam quod pleriq; scripserunt, maiorẽ ad id numerum necesse esse. Sp.

COLLEGIVM, corpus, uniuersitas, cõuentus, idem sæpe significant, Innocent, c. j. de elect.

COLLEGIA, uel corpora iure permissa sunt l. pen. §. quibusdam. ff. de iur. immunitat. Bart. in l. j. ff. Quod cuiusq; uniuersi. nom. Sp.

COLLEGIVM tres faciunt. l. 83. ff. de uerb. signific. Collegium ut scribit Neratius Priscus tit. de uerb. significat. l. Neratius. à tribus fieri potest, quũ plures uideantur in collegio contineri. Sed cũ duo tantum sint consules atq; alter alterum collegam appellat, nonne dicemus collegium consulũ? quandoquidem collegium & collega cõiugata sunt. Numa Põpilius instituit collegium tibicinũ, aurificũ, architectorũ, tinctorũ, coriariorũ fabrorũ & figulorũ. Erit itaq; collegium illorum qui sunt eiusdem ordinis & professionis, ut Papinia. lib. 27. tit. de excusatio. l. qui in collegio pistorum sunt, à tutela excusantur. Item lib. 47. Dig. de colleg. illicitis sæpe. Nebriss. Collegia autẽ uel licita sunt, uel illicita. Licita collegia, quibus coeũdi ius, quæ uel legibus, uel senatusconsultis, uel principalibus constitutionibus comprobata sunt, ueluti fabrorum, pistorum, nauicula riorum, publicanorum, & aliorum id genus. l. 1. & l. 3. ff. de colleg. l. 1. ff. quod cuiusque uniuersit. l. ult. de excus. tut. l. 19. C. de pœn. illicita uerò, quę sine legis, senatus, principis ue auctoritate constituta sunt. l. 1. in fi. ff. de off. præf. urbi. Vide quæ de hac re lib. j. Selectar. Antiqui. dixi. Bris.

COLLEGATARII sunt, quibus coniunctim legatum est. l. 10. ff. de usufr. accr. l. 34. §. si duobus. de leg. lib. j. §. si eadem res Instit. de leg Bris.

COLLEGIATI artifices, ut Alc. cap. fin. li. j. Parerg. scribit dicuntur, quòd in collegia, seu decanias distincti essent. Hi ut alicui muneri diligentius deseruirent, uaria priuilegia consequebantur. erantq; ex ipsius urbis fæce, ut idem testatur, interq; eos maximè illi numerosi, quos in Nouellis Iustin. Lecticarios, seu Decanos appellat: ad hos cura libitinæ pertinebat, id est, exequias, sepulturamq; defunctorum procurandi, pheretra, lecticasue ferendi. Varius autem eorũ fuit numerus, donec Iustinianus mille & centum ergasteria, solum illis attribuit, quæ ad maiorem Ecclesiam pertinerẽt, immunitateq; fruerentur. l. iiij. l. qui sub prætextu. C. de Sacrosan. eccl. Cæteros uerò munifices esse iussit, neq; hoc nomine excusari. Vide quæ idem adnotauit cap. xxvj. lib. ij. iam dicti operis. Spieg. Plura de collegiatis uide apud Cuia. obseruat. lib. undec. c. 20. & quære suprà in dictione Cantabrum.

COLLES intelligũtur homines inferioris sitæ. C. de sum. trinit. l. fi. in prin. super uerb. Collis. Old.

COLLIBERTVS, siue conlibertus ab eodem patrono libertate donatus, qui cum alio est libertus l. cum pater. §. uolo. ff. de leg. 2. & l. ulti. ff. ut lega. no. cau. & alibi sæpissimè. Prat.

COLLISVM argentum facto non cõtineri: sed infecto, & fracto comparari Vlpianus rectè putat. ff. de aur. & argent. leg. l. Quintus. 2. §. cui aurum. Prat.

COLLOCARE, siue (ut sępè in Florẽ. P. & classicis scriptoribus reperias) conlocare, est addicere ei, qui licitatione uicerit l. quod autem. 11. ff. de in di. adiect. Tu de huius uerbi significatione propria uide Varronem lib. 4. Ling. Lati. ubi de uerbo Locare, agit. Prat.

COLLOCARE nominibus dixit Proculus l. si ita. 86. ff. de leg. 3. est deponere penes aliquem uelut mutuò, qui huius pecunię caussa obligabitur, fortisque reddẽdæ fœnus, usurásue pensurus l. uxori. 24. ff. de usu, & usufru. lega. eodem sensu dicunt Iurisconsulti. Collocare in nomina, & Collocare, [illegible] quam significationem probasse uidetur Traianus Plinio scribens li. 10. Nõ aliud remedium dispicio, quàm ut quantitas usurarum minuatur, quò facilius pecunię publicæ collocentur. de genere collocandarum pecuniarum loquitur M. Cicero lib. 3 Officio.

COLLOCARE nuptã pronubis ascribitur earum enim officium erat nouam nuptã in lecto collocare unde Catullus scripsit.

— Vos unis senibus bonae
Cognitae bene feminae Collocate puellulam & Terent.
Deinde illam in lecto illae collocant.

COLLOCARE nuptias propriè dixit Imp. Gordia. l. 1. C. de indic. uidui. toll. ex notatione M. Varr. li. 4. Ling. Lati.

COLLOCARE etiam sumitur Pontificijs pro instituere, & beneficiũ cõferre c. ad decorem. extr. de institutioni. & uide infrà institutio. Prat.

COL-

COLLVCTATIO est conflictus, ita accipitur in l. qua actione §. si in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. Io. Bello. Etymol.

COLLVDERE dicuntur qui lusoriè, non ex animo caussam agunt, & translatitiè accusandi munere defunguntur ei sponte lite cedentes. l. & eleganter. 7. §. si dolo. ff. de dolo mal. l. nisi. 3. ff. de adul. l. 1. §. præuaricatorem. ff. ad SC. Turpil. Prat.

COLLVDERE etiam ex alijs causis dicimus, atque ideò ad ciuiles caussas pertinet hoc uerbum l. sed addes. 19 ff. loc.

COLLVSORIE agere etiam eodem sensu dixit Vlpianus l. si seruus. 50. §. 1. ff. de leg. 1. ubi tamen Pandectæ Floren. habent lusoriè. Prat.

COLLVSIO siue conlusio est latens, & fraudulenta conuentio. per quam alter in iudicio superari se permittit, qua interueniente aliquando delicta remanent impunita, uel etiam committuntur l. 1. & 2. & tot. tit. ff. de collus. deteg. l. si suspecta. ff. de inoff. testa. & alibi sæpissimè, & secundum Azonem in Summa. C. de collu. deteg. fit per procuratorem & aduocatum causarum, qui se in lite superari patiũtur. Sed & per principales personas in similibus, tã in ciuili causa, quàm in spirituali c. audiuimus. extra de collus. detegen. in ciuilibus autem secundum Azonem fit impunè, nisi in hoc casu, putà si me agente cum alio, tãquam ipse esset seruus meus, uel libertus, passus sum eum pronuntiari ingenuum, confitendo cõtra me in iudicio eum ingenuum esse, & hoc ideò, ne per tales ita degeneres inquinaretur amplissimus ordo Senatorum &c. Oldend.

COLLYBVS uerbum Græcum Polluci li. 3. c. 9. interpretanti ἀργυρίου ἀλλαγήν, Budęus ad l. ulti. ff. de pign. act. significantius uim uerbi exprimit his uerbis, Collybus est id detrimentum pecuniæ, quod in ratiocinijs emptionem auri adpellant, & uulgò Cãbium dicitur, cùm pecunia ad exteras nationes exportanda est, & apud nũmularios alijs numis commutanda, ut si argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quędam pecuniæ abrogata, & antiquata aut quouis modo repudiabilia in alia prouincia alio quo genere permutanda sint rato, & recepto, & promulgato in ea prouincia, id enim quod ex pecunia apud nummularium decedit, & uelut perit, Collybus adpellatur. Hæc ille.

COLLYRIVM κωλλύριον παρὰ τὸ κωλύειν τὸ ῥεῖν: id est, quod fluxum impediat, ac sistat: medicamẽtum est ad oculos pertinens. Imp. §. 22. de rer. diuis. Aut ex suis & alienis medicamentis emplastrum aut collyrium. De collyrijs Corn. Celsus copiose lib. 6. cap. 6. Paulus l. 18. §. 6. de inst. uel inst. In instrumẽto medici esse collyria & emplastra, & cætera eius generis Cassius scribit. Hot.

COLOBA in l. 1. C. Th. de habit. quo uti oport. uestimenti genus dicta putat Isidorus lib. Etymolo. 19. ca 22. quòd oblonga essent & sine manicis. Dissimilia fortè non erant ei uestimẽti generi quem Galli uocant Reistre.

COLOBVM, siue Colobium honestioris uestis genus fuisse Impp. constitutio indicat, quæ est de habitu quo intra urbem Romã licet esse. Seruius quoque Colobijs antiquos usos, seruos autem, neq; colobia, neq; calceos habuisse scribit. Memini & in Epistola quadam pij Ro. Episcopi ad Iustum Viennensem, quæ Auiti uersibus subiecta est, Episcopalis colobij mẽtionem fieri: Quod cum sine manicis fuisse Isidorus testetur, fortasse & illa tunica pectoralis, de qua Maras Christiani nominis Diaconus sub Gallo tortus est, colobij formã habuit. Pitheus lib. Aduersar. 1. cap. 16.

COLONARIVM ius (uetere interprete diffinitore in §. lex itaque. in auth. de nõ alienã. aut permut. cõst. 7.) est ueluti si domũ ualentẽ cẽtũ solidos, & præstãtẽ pensionẽ solidos decẽ accipiat ab ecclesia, & det pro ea solidos cẽtũ seu ampliùs, aut certè minus & quasi iã de propria aggrauat se dare singulis annis quasi personis solidos tres, iste adpellatur κωλωνικόν. &c. Old. Interdũ autẽ colonariũ ius dicitur cõditio coloni: aliàs merces emphyteutica, quoniã emphyteusis ex lõga cõductione cõstat. idẽ Old.

COLONIAS inde dictas putat Siculus Flac. in lib. de cõdit. agro. quòd in municipia miserint colonos. quod & Aggenus probat, aitq; adpellatas ab agrorũ noua dedicatiõe culturæ. Vnde nõ immeritò

COLONIAM pro prędio quod sub colono possideatur, ab eõue cola. ur dixêre Iurisconsulti Paulus in l. si in lege. §. colonus. ff. de loca. Scæuola in l. Seiæ. 20. § prædia. ff. de instr. instrumentoque lega. Erant autẽ Coloniæ, cũ coloni aliquem in locum deducebantur, aut Veteribus incolis adscribebãtur, uel ueteribus colonis noui addebantur. Hæ duorũ erant generũ, quędã Latinę, quędã Italicę. Latinis ius erat ciuitatis & suffragij & magistratus capiẽdi: si in sua colonia magistratũ gessissent. Idẽ ius colonijs transpadanis dedit, quãuis colonos in ijs non collocasset Pompeius Strabo. Proinde scribit ad Atticum Cicero: Quoniam uidetur in suffragijs multũ posse Gallia. Italicis autẽ colonijs ius ciuitatis & suffragij nullũ erat, sed qui in colonias illas deducebantur, ius ciuitatis omnino quidem amittebant, immunes tamẽ erant, nec tributum aut stipendium pendebant. Itaque extra Italiã colonię iuris Italici immunes erant, cum prouinciarum solum tributarium, & stipendiarium esset. Tandem tamẽ paulo ante Strabonis ætatem tota Italia ciuitate donata est: & deniq; Antonini Imperatoris tempore, quicũq; ex orbe Romano esset, ut Iurisconsulti scribunt. Municipia urbes erãt iure ciuitatis Romanæ donatæ, in quas si coloni deducerentur, in coloniæ conditionem transibant, & cũ antè sui iuris essent, legem à deductore coloniæ accipiebant. Hinc ueretur Cicero ne Rullus municipia Campaniæ colonis occupet. Eodem modo coloniæ in ius municipij transibant, uel beneficio senatus uel eius qui coloniam deducebat, ut ex legis uerbis, quæ recitaui apparet. Puteolos coloniam fuisse scribit Liuius, scribit & Paterculus: paulo ante cõsulatũ Ciceronis in municipij cõditionẽ mutati fuerant, ut ex his uerbis orationis secundæ in Rullũ apparet: Puteolos uerò qui nunc in sua potestate sunt, suo iure, libertateq; utuntur, totos nouo populo atq; aduẽtitijs copijs occupabunt. pro Celio: Nã quod est obiectũ municipibus esse adolescẽtẽ non probatũ suis: nemini unquã præsenti Puteolani maiores honores habuerũt. Itaq; quod tãtopere se hæsitare Asconius cõfitetur, quid sit quod coloniã Placẽtiã Cicero in Pisonẽ municipiũ appellarit, hinc nullo negotio solui diluiq; potest. Tornebus lib. Aduers. 1. cap. 11. Cæterum quæ fora, quæ conciliabula, quæ præfecturæ fuerint, uide infra suis locis.

COLONAM pro loco agricolationis accipi apud Paulum l. quæro. §. ulti. ff. locat. falsò putat Oldendorpius. cũ pro persona sumi liquidò cõstet ex ipso contextu, idq; Bartolus sentit rectè. falsissimè igitur ibidẽ legit Coloniam I. Spiegelius pro loco agricolationis. Prat.

COLONI propriè dicuntur, qui agrũ certa pecunia

cunia cōductū colunt, autore Columella lib.j. unde in iure appellātur nūmis colētes. l. si apes. ff. de Furt. Sicut olim omnes usquam habitātes, dicebātur generaliter coloni: ut apud Poetam, Tyrij tenuere coloni. Ita nūc colonos uulgò referimus solùm ad culturā agrorū. Sp.

COLONI seu rustici, proprij iuris uulgo dicuntur Freibauren/ quorum multi ciues sunt coloni in oppidis. Fuisse aūt & olim tales colonos, aut nō per omnia dissimiles, qui proprio colerēt iure, liquet ex l. hi plures. §. fine quibus C. de Agricol. & censit. Itē ex tit. Nouell. ut null. mutu. agricol. Et null. credent agricol. Obseruauit Oldendop. Sp. uide supra in dictione Censiti

COLONI, qui suis nūmis colunt, quíque pecuniā numerata conducunt l. si apes. ff. de furt. & d. §. uis maior.

COLONI interdū pro cōductorib⁹ prædiorū ad fiscū pertinentiū accipiūtur in constit. Alexand. l. coloni. 8. C. de excus. tut. Iidem

COLONI Cęsaris adpellātur l. fi. ff. de offic pro cu. Cęsar.

COLONI prędiorū fisci l. ult. §. 1. ff. ad municip.

COLONI etiā dicebātur, qui in Colonias dedu cebātur. Vnde Colon⁹ à municipe, & colonia à municipio separatur l. libertus. §. error. ff. ad municip. l. eius, qui. 27. §. 1. ff. eod. Paul. lib. 4. Sent. tit. 6. & huius differentiæ commeminere Gellius lib. 16. cap. 13. & Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10.

COLONI olim generaliter dicebātur omnes usquā habitātes, ut apud Virgilium: *Tyrij tenuere coloni.* Nunc uerò colonos uulgò referimus solùm ad culturā agrorū, prædijq; rustici cōductorē & cultorem significat: ut enim ædiū inquilinus, ita agrorū colonus dicitur. ita hos separat Marcian. l. res pignoris. 37. ff de acq. poss. in libro tamē Codicis 11. coloni terræ adscriptos significant. Prat. & Old.

COLONORVM uaria genera constituit Azo. Sed ea ueriùs dignosces ex lib. 11 Codicis. Horum igitur alij uocātur coloni cōditionales, alij coloni inquilini, alij originarij, alij partiarij, alij coloni simpliciter nuncupati.

COLONI cōditionales dicūtur, quasi ex sua cōditione prędium uel agrū colere debētes, & secūdū Ioā. de Plat. sic cōstituūtur, quòd primo in scriptis, uel sine scriptis perpetuo iure colonos se esse in fundo promittūt, ut postea per uiginti annos in fundo permaneant. Et licet quidā putēt hos esse adscriptitios cōditionales, tamē secūdū Ioannē malè putant, quia Colonus temporis transcursu potest liberari, adscriptitius uerò minimé, ut C. de agri. & cēsi. l. cū scimus. lib. 11. require suprà, Adscriptitius. Prat.

COLONI dominici dicebātur, q colebāt agros imperatoris, ut C. de prędi. & omnibus re. li. 11. Old.

COLONI Illyrici, aliàs Illyriciani, de Illyrico, id est, Sclauonia dicuntur, & habetur in l. cùm quærebatur. C. unde ui. ubi dicitur: inter Illyricianā aduocationē. gloss. 1. inter aduocatos de Illyrico. C. de colo. Illyrici. libr. 11. l. unica. Oldend.

COLONVS originarius secūdū Ioannē dicitur coloni cōditionalis fili⁹, ex eo quòd originaliter cōditioni colonariæ subiectus est. nec refert, secundū Ioannē, siue in solo fuerit natus, siue extra solū. quia tanquā originarius ad terrā illā reducendus est, quā pater suscepit colendam. uide l. originarios. C. de agri. & censit. lib. 11 Olden.

COLONI Palæstini sunt liberi: tamen terrā dimittere non possunt. Prat.

COLONI partiarij secundū quosdā dicuntur illi, qui terram colunt pro parte dimidia, uel tertia, secundū sterilitatem terrarum, & secūdum Ioannem nullum ius habent, statim fructibus à solo separatis. Et ille dicitur propriè partiarius, qui conducit rē rusticam pro cōmuni damno & commodo. Et cōpetit contra eum actio pro socio. Old.

COLONVS partiarios fructus cū domino diuidit l. si merces. 25. §. uis maior. ff. de loca. *μερίτης* Iustiniano dicitur in lib. legū rusticarū tit. 2. quē libellū epitomæ suæ subijcit C. Harmenopulus.

COLONVS simpliciter secūdum Ioannem dicitur, qui sub certa annua mercede in pecunia numerata prædia colēda accipit. Nā secundū eum non esset locatio sine pecunia. ff. depo. l. 1. §. si quis seruū.

Nota uerò differētiā inter colonos & inquilinos. Primum enim: colonus in agro, inquilinus in ædib⁹ regulariter & speciali significatione intelligitur. l. Re pignoris. ff. de acquir. poss. Deinde ea quæ in prædia urbana sunt illata, pignori esse credūtur, etiā ignorante domino. In rusticis uerò prædijs non aliter obligātur, quā si sciēte domino fuerint illatæ res coloni. Quo sensu conciliantur. l. Eo iure utimur. ff. In quib. caus. pig. uel Hypoth. tacit. cōtrah. Et. l. Certi iuris. C. de locat. & conduct. Deniq; si inquilinus conductā domū uel eius partē rursus alij locauerit, quòd fieri potest, nisi aliud conuenerit. l. Nemo prohibetur. C. Locat. tūc res sequētis cōductoris domino sunt obligatæ. l. Solutū. §. solutā. ff. de pignorat. act. Sin aūt colonus locauerit alij fundū cōductum: res posterioris cōductoris, domino non obligātur, nec competit Seruiana: sed fructus in caussa pignoris manent. l. si in lege. §. Si colonus. ff. locat. Olden.

COLONVS propriè dicitur, qui rusticam rem conducit nūmis, & competit contra eum actio præscriptis uerbis, siue in factum.

COLONVS superficiarius est, qui areā conducit ea conditione, ut sibi liceat in ea ædificare, & domum tollere cùm uoluerit. Oldend.

COLONARIVS cōtract⁹, quo hodie apud rusticos nostros nihil est frequētius, cū quis ut liceat sibi habere semper agrū, obligat se ac hæredes suos, ad certā pecuniā uel speciē, uel utrūq; quotānis soluendū. Certè nihil aliud est: Old. inquit, q̄ Emphyteusis, non illa quidē in Codice descripta, sed quam exēplo illius politia uelut utilē recepit. Fit autē mentio huiusmodi cōtract⁹ in Nou. de Nō aliē. aut permut. rebus. probatq; Bartoli dictū: Quod multę cōuētiones de colēdis agris appellētur quidē diuersis nominib. res tū sit eadē. in l. si finita. §. si de uectiga. lib. ff. de damn. infect. & l. j. C. de iur. emphyt. Spieg.

COLONIÆ Germanię, cuius meminim⁹ in dictione Agrippinenses, inter clarissimas Imperij nostri urbes, ab Oldēdorpio rectè adnumeratur: inter cæterasq; laudes eius recēset, quòd Coloniensis Academia, quatuor fratres, atq; iā nūc ætate florida iuuenes, paucis annis in iure doctores exhibuerit. & certè, ut ait, doctissimos. Exēplū medi⁹ fidi⁹ dignū, ut literis cōmēdetur: quale ne Valeri⁹ quidē habuit, cū illustriū uirorum catalogum recenseret. Sp.

COLOPHONEM causæ ponere, est dissentiēdi inter partes finē facere, & ultimū calculū, ac toti⁹ rei definitiuū adijcere. *κολοφὼν*, uertex est, & finis capitis. Budæus in l. ult. de Senator Sic Colophonem addere, est ultimū & potētissimū suffragium adijcere, quasiq; ultimā manū imponere, post quam nihil ultra hæsitandum sit. Sp.

COLOR, id est ornamētū orationis, nō est respiciendus,

ciẽdus, ſed ueritas. Qua de re nõ ineleganter Speculator pluribus agit tit. de aduoc §.vj.cũ ſequen.Sp.

COLOR, ut & titulus quęſitus, in l. Sulpitius.ff. de dõ. inter uir. & uxor. pro uitioſa, fraudulẽta, nec ſincera donatione intelligẽdus eſt: nec interpretes ignorarũt, Colorẽ quęſitũ, uſquã in malã ſonare partẽ, pro pretextu ſcilicet apud Mart.l.ij. de Inoffic. teſta. Igitur color quęſitus dicitur, cũ id quod uerè agimus, ſimulatione aliqua obtegimus, ſiue fraudãdę legis gratia, ſiue alia ex cauſa id fiat: ſolentq; hoc loquẽdi modo Iuriſcõſulti plerũq; uti metaphora, ut Alc. opinatur, à rhetorib. accepta, qui uerborũ coloribus ueritatem plerunq; offuſcant. Sp.

COLVMBARIVM, Vlp. in l. Põponius ſcribit. ff. Fam. erciſc. Idẽ Pomp. inquit, ait, & colũbas, quæ emitti ſolẽt de colũbario, uenire in familiæ erciſcũdæ iudiciũ. Colũbariũ & columbaria, propriè eſt locus ubi habitãt colũbę agreſtes: nã domeſticarũ periſtereones uocamus. Eſt & colũbariũ, loculamentũ in periſterotrophio, ſingulis columbarum parib. præparatum. Spieg.

COLVM niuariũ, uas quo ueteres iniecta niue uinũ colabãt, id eſt, trãſmittebãt: partim ut alſius biberẽt, partim etiã ut liquidius. Põpon. l.21.ff. de aur. & arg. In argẽto potorio etiã id quod ad præparationem bibẽdi cõparatũ eſt, ueluti colũ niuarium, & urceoli. Martialis de colo niuario, in Apophor. Setinos, moneo, noſtra niue frange triẽtes. Pauperiore mero tingere lina potes. Et de ſacco niuario, Attenuare niues norũt & lintea noſtra. Frigidior colo nõ ſalit unda tuo. Hot.

COLVM pro Coſtũ legi puto apud Põponiũ in l.21.§.1.ff. de aur. arg. leg. Vide Coſtum. Hot.

COLVMNAS inde dici ſcribit Feſtꝰ libr.3. quòd culmina ſuſtineãt. ſic accipit eas Vlpianus in l. ſicut. 8.§.1.ff. ſi ſerui. uindi. Prat.

COLVMNARII in epiſtolis Cęlij apud Ciceronẽ ſunt homines uiliſsimi, obærati & decoctores, qui ſæpe ad columnã Mœniã in ius uocabãtur, quã intelligit Cicero pro Seſtio ſcribẽs, ęris alieni in fronto ad columnã adhæreſcere. Torneb. lib. 12 aduerſ. cap.17 Alciatus lib. 4. parergω c.18. apud Ciceronẽ perperã Herculeo freto legendũ putat. uoluit enim Cicero, propter æris alieni magnitudinẽ quod contraxerat gurges ac uorago patrimonij, cuiq; ſoluendo ne pluriũ exhauſtæ fortunæ eſſent ſatis, non ſolũ ut olim ad principum columnas, ueluti perfugium quoddã aduerſus creditores, uerũ etiã ad Clodij tribunatũ, in eiuſq; fidẽ hoſtẽ cõfugiſſe. De iiſdẽ colũnis ac debitorũ perfugio loquitur Vlpianus. l. Eum qui ff. de priuil. cred. Pertinet huc etiã illa tribunorũ plebis hiſtoria cuiꝰ meminit Valerius lib.6.c.4.

COMAGENA in l.23.ff. de auro, argent. unguẽti genus, quod quale ſit, ex Plinij uerbis a me ſubiectis facilè intelligi poteſt. Sic autem ille libro x. cap. xxiij. de anſeribus tractãs, ſcribit. Aliud repperit Syriæ pars, quæ Comagene uocatur. Adipẽ eorũ in uaſe æreo cũ cinnamo niue multa obrutũ ac gelido rigore maceratum ad uſum præclari medicaminis, quod ex gẽte dicitur Comagenũ. Idẽ libr. xxix. cap. iij. Fit ex adipe anſerũ, alioquin celeberrimi uſus eſt ad hoc in Comagene Syriæ parte cũ cinnamo, caſſia, pipere albo, herba quę Comagene uocatur, obrutis niue uaſis odore iucũdiſsimo utiliſsimũ ad perfrictiones, cõuulſiones, cęcos ac ſubitos dolores, unguentũq; pariter & medicamẽtũ eſt. Briſ. Adde Forcatulum in ſuo Auiario cap.15.

COMBINÆ dicuntur duplomata ſiue codicilli, qui dãtur curſu publico utentibus ut l. Cuiacius ſcribit. l. continuis. §. cum ita. ff. de uerb. oblig Prat.

COMBINATIONIS uerbo alio ſenſu uſus eſt Bartolus in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acq. poſſeſ. quo uerbo actionum concurſum, & coniunctionẽ petitorij, & poſſeſſorij ſignificauit, nõ, ut Alciatus putat ἀξιώματα, & quod duobus uerbis Planudes, uno dixit expreſsitue Bartolus. ait ille

Hæc breuitas ſenſus fecit coniungere binos.

Bartolus coniunctionem duorum, Combinationẽ adpellauit. Porrò petitorij & poſſeſſorij Combinationes ſeptẽ recẽſuit. & explicat Bartolus: quo in genere uidendos Berengarij Fernandi & Ioã. Coraſij præceptorum meorum conſultiſsimorum cõmẽtarios in d.§. nihil commune. relinquo. Prat.

COMBDERE beneficia, per trãſlationẽ, eſt beneficiorum obliuiſci. Old.

COMITES Phœnices, Syriæ Auguſtæ, Eufratẽſis, Arabiæ, Thebaidos, Pentapoleos, Libyæ Pentapoleos, utriuſq; Armeniæ, utriuſq; Ponti, Scythiæ, Myſiæ primę & ſecũdę, Daciæ, Pannoniæ, Aegypti, Pamphyliæ, Iſauriæ, Lycaoniæ & Piſidiæ. Briſ.

Erãt autẽ diuerſi: Comitiuarũ gradus. Nã & primi ordinis, & ſecũdi, & tertij Comites, Comitiuãs que inuenimus l.1.C. de aduocat. diuerſ. iud. l.6. C. de principibus agẽt. in reb. lib. xij. l.1. C. de Comitib. & tribũ ſcholar. lib. xij. l. ulti. C. de numerar. libr. xij. l.9. de ſuarijs urb. Rom. in Cod. Theod. & apud Caſſiodor. in libris Variar. non rarò. Ex quo mẽdũ eluã, quod Vegetij impreſſos omnes codices occupauit, in quibus libro ij. capit. ix. ita paſsim ſcriptũ eſt, Prorius autẽ Iudex erat præfectus legionis, habẽs cõmunẽ primi ordinis dignitatẽ. Cũ tamẽ legendũ ſit, Comitiuã primi ordinis, ut ſcripti codices & Modeſti. Epitoma docent.

COMITATENSES legiones in l.7. C. de palatin. ſacrar. largit. libro xij. quæ comitatui principis conceſſæ ſunt: quæ ſub diſpoſitione Magiſtrorũ militũ in Notitia Imperij Roma. ponũtur. Sic & Comitatẽſes numeros in l.14. C. de re milit. & uexillatio. Comitatẽſes accipere oportet in l.1. de bonis milit. in Cod. The. & in Notitia ſupra dicta aliquotiẽs Br.

COMITEM (ait Vlpianus l. item apud Labeonem.15.§. comitẽ. ff. de iniurijs.) accipere debemus eum, qui comitetur & ſequatur. Labeo apud Vlpianum ita diffiniebat eum, qui frequẽtandi cuiuſque cauſſa ut ſequeretur deſtinatus in publico, priuatóue abductus fuerit. Pædagogos inter comites eſſe idem Labeo ait apud Vlpianum d.§. comitem. Vnde in libris Pandectarum, ſeu Digeſtorum

COMITES adpellari cœpti ſunt, qui procõſules, Præſides, Procuratores in prouincias euntes comitabãtur, & in officio eorũ erãt. l. Senatuſconſulto. ff. de offi. præſid. l. adminiſtrantes. ff. de excuſat. tut. l. diẽ functo. 4. ff. de offi. adſeſ. Suetoniꝰ in Iulio c.42. Sanxit, (ait) ne quis Senatoris filius, niſi contubernalis, aut Comes magiſtratus peregre proficiſceretur. Hotom.

COMITES procõſulũ erãt duplices, munerum ſcilicet & tutelarũ l. legato ff. de uacat. muner. Horũ autẽ comitũ alios dabat princeps uel Senatus legatis, alios uerò ipſi legati eligebant. de prioribus agitur in l. abeſſe. ff. ex quib. cauſ. maior. ubi reip. cauſa abeſſe uidẽtur comites legati Cęſaris, qui in ærariũ et in cõmẽtariũ principis relati ſunt. nã princeps ſcribebat in ſuo cõmentario ueluti diario & libro rationum, Talẽ præſidẽ prefeci Myſiæ, taleſq; ei dedi comites, & ex ęrario tot ſalarij nomine aſsignaui, ni

mirum comites ex publico salariū capiebant l. fi. ff. de off. ass. & fiscus siue ærariū habebat cōmētarium, in quo nomina Comitū describerētur. cui qui præerat dicebatur cōmētariēsis. l. in fraudem. §. quoties ff. de iure fisci. De posterioribus Comitibus à legato electis agitur in l. solet. §. sicut. ff. de off. procons. & apud Ciceronem in epist. ad Q. Fratrem, qui tum Asiæ præerat: Atque inquit, inter eos, quos tibi comites & adiutores dedit ipsa Respub. his finibus præstabis, quos antè præscripsi: quos uerò aut ex domesticis coniunctionibus, aut ex necessarijs apparitoribus tecum esse uoluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent, horum non modo facta sed etiam dicta præstanda nobis sunt. hoc Tullianum cōfirmatur l. 1. ff. ad l. Iul. repet. ibi, uel cum ex cohorte. Prætores autē tanquā præsides gubernasse antiquitus prouincias certissimū est. l. 5. §. constituti. ff. de orig. iur. l. eum qui. ff. de iurisd. om. iud. For cat. in dial. 62. Necyomant.

COMITIBUS cōmemorat Cicer. actione 4. in Verrem, præfectos, scribas, præcones, medicos. Iustinianus uerò sub titu. de offic. adses. Cōsiliarios, & adsessores legatorum & procōsulum. Plinius lib. 9. cap. 30. de Comite Proconsulis loquitur. Prat.

COMITUM in Cōstitutionib⁹ Impp. recētiorū uaria pro administratione nomina inueniuntur: Pr.

COMES rerū priuatarū in l. 3. C. de bonis uac. li. 10. & l. ulti. C. de petit. bo. subl. eo. li. & Nouell 7. Valētin. gubernator erat priuatę substātię principis. id que per curā Rationaliū. ita uidetur diffinijsse Cassiodorus li. 6. in Formulis. Interpretes Græci li. 6. τ̃ βασιλικῶν ita diffiniunt τ̃ κόμητα τ̃ ἰδικῶν κτήσεων τὸν τὴν φροντίδα τ̃ πραγμάτων τῶν ἀφορισμένων εἰς τὰς ἰδίας χρείας τ̃ βασιλέως Strabo autē de eo sic scribit ἄλλος τις ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος ὃς τ̃ ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι. Vnde uidētur comites rerū priuatarū fuisse, q uacātia bona fisci nomine occupabant.

COMES sacrarū largitionū, cuius frequēs mētio fit in ἐπιγραφαῖς uariarū cōstitutionū C. Iusti. & Theodo. sed & in ipsis is erat, q liberalitatis & donorū curam gerebat, ut docet Cassiodorus lib. 9. de Comitiua sacrarū largitionū. Hui⁹ nulla fuit inter priuatos iurisdictio, sed tantum pecuniæ fisci, quę, liberalitati principi suppeteret, cura erat demandata. Connanus lib. 4. cap. 14. nu. 6.

COMITEM sacri patrimonij in titul. de officio Comit. sac. patrimo. C. accipere debemus eum, qui patrimoniū sacrū principis curat, cuique id ideo creditum erat pro subleuandis patrimoniorū fortunis, ut Cassiodorus lib. 6. in Formulis scribit. Bris.

COMES sacri cōsistorij in §. 1. C. de no. C. fac. & l. 4. C. de aduo. diuers. iud. ubi inter spectabiles ponūtur. idē & Cōsistorianus dicitur l. 2. C. de comitib. cōsistor. li. 12. eū procōsulib. æquāt Anthemi⁹, & Honorius l. 1. C. eo. idē primi ordinis dicebatur, ut ex Cassiodoro colligitur li. 6. Varia. Nō sum tñ nescius, qn & comitiua primi ordinis magistro scrinij deputata fuerit, ut idem Cassiodorus ibidem scribit: sed alijs, ut ex uarijs titulis lib. 12. C. patet. Vnde & Comitiua cōsistoriana in l. quicunq;. C. de procurat. Quid sit Comitiua, quidue sit Cōsistoriū, uide s. suis locis.

COMES sacri palatij. l. unic. C. de comit. & archia. sac. palat. li. 12. huius cōmeminit Cassiodorus lib. 6. Varia. in Formula Archiatrorum. Bris.

COMES militū in l. 1. C. de off. Vicarij, & l. nemo. 6. C. de adsesso. Porrò comites rei milita. in partibus Orientis duo erant: per Ægyptum unus, per Isauriam alter.

COMES cōmerciorum l. uni. de ann. & cap. C. l. 2. C. quæ res uend. non pos. qui negotiationes curabat: commmerciisue præerat, cuiue licebat cōparare sericū à barbaris d. l. 2. Connan⁹ lib. 8. cap. 7. nu. 1.

COMES domesticorū in l. restituendæ. 6. C. de aduo. diuers. iudi. l. neminē. 64. C. de decurio. li. 10. l. uni. C. Th. qui à præbit. tyro. duos ponit Notitia Impe. unum equitum d. l. neminem, & peditum. Vide Ammia. Marcellinū lib. 20. & 31. Bris.

COMES Siliquatariorum apud Cassiod. lib. 2. Varia. qui ponderib⁹ specierū inlatarū præerat, sed & mensuris, ne quid culpæ admitteretur. Bris.

COMES scholarum in l. 3. C. de offic. mag. offic. extat & titulus de comitib. & tribunis schola. lib. 12. C. horum ordo à Cōstantino inuentus fuit Eusebio li. 4. de Constātini uita. Is epulis Imperatoris intererat, ut eius purpuram adoraret. Bris.

COMES sacrę uestis in l. unica. C. Th. q à præbit. tyronū. Comes uestiarij in Notitia appellatur Bris.

COMES sacri stabuli, dicitur qui equorum præstationi præerat l. 29. C. Theo. de ann. & trib. l. 3. de equo. coll. C. Th. qui canonici equi dicebātur. Hunc Gallis dici *Escuier* putat Iac. Cuiacius in Cōmētarijs ad l. uni. de comitib. schola. li. 12. C. negātq; eā adpellationē ad Conestabilē pertinere, aitq; uocem merè Frācicā atq; in Notitia officiorū Cōstantinopo. dici κομιτάτον τ̃ μεγάλων φραγγων. Contrà uidetur sensisse B. Brisonius li. 3. de uerb. signi. ex Ammono Monach. lib. 3. ca. 70. cuius hæc uerba sunt: Lēdegisilus regalium præpositus equorū, quē uulgo Conestabilem uocāt. Rhegino monachus li. 2. Annaliū. Eodē anno Buchardū Comitē stabuli sui (quod corruptè Constabulū adpellamus) cū classe misit Corsicā. Eam dignitatem fuisse in pretio ex A. Marcellino liquet de Valentiniano loquente, qui Valētē fratrē stabulo cū tribunatus dignitate præfecit. Bris.

COMES fœderatorū apud Zonarā Tomo 3. Analium in Tiberio. Bris.

COMES excubitorum apud eundem in Iustino Curopat.

COMES Archiatrorū l. unic. qui à præbit. tiro. C. Th. de quorū dignitate scribit Cassiodorus lib. 6. Variar. eā illiusq; munus, & officium explicās. Bris.

COMES ęrarij in d. l. unica & l. fin. C. de suscept. libro 10. præpositus erat thesaurorum.

COMES dispositionū in d. l. unic.

COMES metalloum in inscriptione l. 1. C. de metallarijs. eum fuisse in Illyrico constat ex Notitia imperij.

COMITES auri, Comites formarum, riparum & aluei Tiberis portuū: quos omnes recenset Cassiodorus. & extāt uarij tituli lib. 1. & 12. C. Brissoni⁹.

COMITES matronarum. Moris fuisse, ut sine comite matersamilias, aut matrona non prodiret in publicum, & idcirco non leuem iniuriam eisdem fieri ab ijs, qui comites earum abducunt, testatur Vlpia. cap 15. .11. & 12. cap. 10. & 9. de iniurijs. Ad quem morem respexisse uisus est Plautus in Amphitruone, ubi Alcumenam sic alloquentē facit. Valeas tibi, habeas res tuas, reddas meas: Iubes ire mihi comites? IV. Sanan' es? Al. Si nō iubes Ibo egomet, comitem pudicitiam duxero. Hieronymus ad Demetriadem Virginem: graues feminæ & maximē uiduæ ac Virgines, tibi comites eligantur, quarū probata est conuersatio, sermo moderatus, sancta uerecundia. Et paulo post: Mores enim & studia dominarū, plerunq; ex ancillarum & comitum moribus iudicantur. Ræuard. Varior. lib. 4. cap. 17.

COMI-

COMITES per prouincias constituti.l. 3. C.de off.præsid. quales erãt comites Illyrici, Hispaniarũ, Tingitaniæ,Britanniæ,Italiæ,Argentoratensis,litoris Saxonici.Et Comes Oriẽtis qui V.C.& SP.uocatur.l.3.C.de aduoc.diuers.iudic.l.3. C.de cano.largit.tt. lib.x.l.un.de clasic.lib.xj.l.29. & l.32. C.de appellat.l.2.in fi.de aduoc. diuers.iud.l. ulti.C. de modo mult. Cui suberant Palęstina utraque,Phœnicia, Syria utraque, Cilicia utraque, Cyprus, Osrhoena, Mesopotamia,Isauria,Arabia,Item comes Africæ apud Augustin. epistola lxx. & in Notitia Occidẽtis, sub cuius dispositione erant præpositi limitum oræ Africanæ.Comites etiam tres sunt Iustinianei,Pacatianæ uidelicet Phrygiæ,Galatiæ primæ,& Isauriæ, Nouel.Constit. viij.& Nouel.xxiiij.& Nou. xxvij.Idem Iustinianus Comitem Armeniæ sustulit. l. ult. C.de off.magist.milit. Briss.

COMITVM ut uaria sunt genera, ita uarij sunt ordines: genera suprà recensuimus. Ordines ponit Eusebius li. 4. de Cõstantini uita: κομήτων ἡ ὁ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦτο, ὁ δ' δευτέρου, ὁ δ' τρίτου,&c.Prat.

COMES morum Theodos.& Valenti. Impp.dicitur,qui de caussis ciuilibus, & criminalibus coloni,& inquilini domorũ Principis cognoscebat l.fin. C.ubi caus.fisca.Prat.

COMES horreorum,cuius & mentio est in l.unic. C. de pistorib. lib.11. pistrini Principis curator fuit,habuitq; mancipia quędam purgãdis horreis ascripta,coquendóque pani Principis.Oldend.

COMES Palatinus dicitur,qui curã gerebat pręcipuam,ut remissorum notariorum & iudicum negligentiam argueret,& à Prouincialibus tributa exigeret, & consueta deposceret,ita quòd non in prouincialibus,sed præcipuè iussus est, ut iudicibus, & eorũ officialib⁹ pcepto immineret & superesset.Ol.

COMES Palatinus spurios legitimat. Alciatus post alios in Rub.ff.de li.& postumis. sed & arrogationi auctoritatem interponere eum posse docet Viglius.§.adoptiui.Instit. de exhered.libero.Prat.

COMITIVM,locus est,in quem populus suffragiorum causa conueniebat.Pro actu ipso,pluraliter tantũ, comitia ueteres dicebãt. Differt autẽ Comitiũ,& Concilium.Etenim dum comitia calabantur, id est conuocabantur, totus populus per cornicinẽ adesse iubebatur.Concilium autẽ est,quum à magistratib.iudicij causa congregatur. Vigl. in tit. Instit. de Test. ord. Comitiorũ genera quatuor, Romæ erant,ædilitia,prætoria,tribunitia,& consularia: quibus postea addita cẽsoria, & quæstoria Alex.de Alexand.lib.iiij.Genial.dier.c.iij.Spiegel.

COMITIORVM rationem uniuersam accuratè tradidit doctissim⁹ uir Bap. Egnat.hactenus & ignoratam, & inuolutam errore. Sic enim de se ait: Nos uerò primi (ut opinor) centuriatis comitijs leges quoq; ferri: nos tributis, plebeios magistratus, demãdari:nos, quid tributa à curiatis distent, quæ alij magno errore eadem esse putarunt:nos curiatis comitijs & legibus rem militarem tandem,& auspicia procurata reteximus.Spieg.

ΚΩΜΗΤΑΣ, in Nouell.38.§.κωμήτας,uertit Haloander comitianos. quam uersionem reprobat I. Cuiacius in l.uni.nõ licere hab.metroco.C.mauultq; uertere uicanos, quod rectius putem. Nam ducitur ἀπὸ τῆς κώμης.Prat.

COMITIANI dicuntur comitum officiales,ut idem Cuiacius scripsit ad d.l.unicam.Prat.

COMITATENSES dicuntur quicunq; de comitatu sunt. quos tamen omnes palatinos dictos arbitror, ut ostẽdi uidetur ex Cõstantini Imperatoris de castrensi omnium palat. pecul. Connanus lib. 4. cap.15.nu.4.

COMITATENSES milites.l.ult.§.pro limitaneis.C.de offi.pręfect.pręto Afric.qui comitatui cõcessi sunt,ut aiunt Arcadius & Honorius l.nemo miles.de re milit.libr.12.C. Comitatenses legiones. uide infrà,Legiones.

COMITER cõseruare maiestatẽ, hoc fœderib⁹ compræhendi solebat, ut intelligeretur is populus superior, cuius maiestas comiter seruari iubebatur l.nõ dubito.7.ff.de capti. & postli. reuer.ubi falsò in uulgat.lib. legitur communiter. meminit & M.Cic. in Orat.pro Cornel.Balbo. Primũ, ait, uerbi genus hoc conseruandi,imperantis est,nõ precantis, deinde cùm alterius populi maiestas cõseruari iubetur, de altero iubetur, de altero siletur, certè ille populus in superiori conditione caussáque ponitur.Prat.

ΚΩΜΗΝ Aristoteles uocat ex multis familijs, quę primo cõstituta est hominum societatem,non quotidiani sed diuturni usus causa. Posteriores Latini pagũ uocauerunt uerbo græco.Nam lingua Dorica παγαὶ fontes appellantur. Eiusdem enim uicinitatis homines eodem modo utebantur.Connanus.

COMITATVS sacer.l.milites 12.§.ignominiosa.ff. de re milit. ubi est Imperator. Comitatus (ut scribit Andr. Alciat.l.pupillus.239.?. territorium.ff. de uerb.signi.)propriè de Imperatoria aula dicitur. sed quia tempore Caroli magni,regnantibusque Berengarijs & Othonibus, ad singulas ciuitates regendas aliquis comes mittebatur,cœpit territoriũ (quoniam illi comes pręerat) Comitatum dici.etiam pro comitijs dixit Varro libr.4.Ling.Latin.Prat.

COMITIA à simul itando dicta conuẽtus sunt populi ad eligendos magistratus.At cõs. censentur, cum populi pars cõuenit. unde comitia consularia prætoria,Tribunitia, Aedilitia & deniq; omniũ magistratuum creandorum,nuncupabãtur istæ populi coitiones. Cæterum tres differentię comitiorũ fuerant.Nam quædã calata, quædam curiata, quædam centuriata uocabantur.Calata comitia pro collegio Pontificijs habebantur, inaugurandi Regis uel Flaminis caussa:alioquin semper in foro.Curiata ex curijs,hoc est,tribubus constabant. Erãt autem Romę tribus initio tres: tandẽ cœperunt esse triginta quinque,manente tamen nomine,ut de centurijs agrorũ dicit Columella lib.6. Ex his enim pro conditione census & ætatis,per lictorem conuocabantur.Centuriata deniq; comitia erant, cũ per singulas centurias calculus unus pro suffragio ferebatur. Sic enim ciues ob multitudinẽ centenario numero distribuebantur in creandis consulibus.Oldend.

COMITIORVM genera Gelli⁹ libr.15,cap.27. & Alexand.ab Alexan.in libr.Genial.dier.uarijs locis posuêre.& Varro de Ling.Latina.Prat.

COMITIALES dies Festo libr.3. adpellabant, cùm in comitio conueniebant,à coeũdo id est,simul ueniendo.

COMITIALIS morb⁹ apud Iauolenum l.qui tertiana.ff.de ędil edi.& Vlpianum l.1.ff.de auct.tut. dicebatur ἐπιληψία, καὶ ἱερὰ νόσος Aristoteli in Problem.qui cùm totius corporis conuulsione principes cerebri operationes tollit,toto cerebro,uel duobus eius uentriculis adfectis.Prat.

COMMATA falsò apud Vlpianum l. in Ægypto.10.ff.de extraordin.criminib.cùm chomata uerbo Gręco legi debeat,ut & Florẽt.Pandect. quod & eruditè indicat Budæus in eum locũ. Chomata diffinit

finit Vlpianus ibidem, aggeres, qui aquā Niloticam continere solent. χῶμα enim aggerem, humum aggestam, & obstructionē significat, ut & lexicographus Græcus docet, adijciens & ripam eo uerbo significari. Honorius, & Theodos. Impp. uerterant in eādem rem, uallum l. unic. C. Theod. de Nili aggeribus non rumpen. & l. uni. C. eod. sed & aggeres, ut in rubr. C. eo. Quod autem subijcit Budęus eodem loco ad fin. rectè legi, Commata, hoc est, aquarū emissaria, & incilia, falsum est. frustrà enim adiecisset Vlpianus in d. l. in Ægypto. diacopi, uerbum etiam Gręcum, quo significantur meatus intercisi, per quos effluebat Nili aqua in arua remotiora. duobus enim uerbis idē exprimeret, præter contráue morem. Prat.

COMMEARE, est animo redeundi abire. Vlpianus l. 1. in fi. princip. ff. de ijs, qui deiec. uel effud. Publicè enim utile est, ait, sine metu & periculo per itinera commeari. Oldend.

COMMEATALIS miles dicitur, qui in stipendij partem accipit alimenta ex commeatu, id est, ex alimento publico. C. de offic. præfect. præt. Aphrican. l. in nomine. 2. Nullum audeat duces, uel tribuni commeatalem de ipsis dirimere, ne, dum sibi lucrū student conficere, incustoditas nostras relinquant prouincias. & infra: Non de commeatibus militum, aut de eorum stipēdijs lucrum facere. Commeatus enim in priori significatione accipitur pro cibarijs atque alimentis exercitus, &c. Nebriss. & Ferret. de testam. ordinand.

COMMEATVM uariè pro re accipi constat ex subiectis. Significat tēpus quo quis ire & redire possit l. 1. ff. de re milit. & alibi sæpe ut l. 2. §. fi. ff. ad municipal. & apud classicos auctores. Sic accipitur apud Paulum l. qui commeatus. 9. ff. de re milit. Prat.

COMMEATVM etiā interpretatur I. Cuiacius abeundi licentiam. Sicque accipi ait in Constantini constit. l. 1. C. de cōmea. lib. 12. rectè. Hinc

COMMEATVM petere apud Varronem lib. 5. Ling. Lat. Et

COMMEATVM accipere eodem sensu quibusdam l. miles 34. ff. ex quib. caus. ma.

COMMEATVM dare, Et

COMMEATVM impetrare, hoc est licentiam morādi, ubi uoluerit l. filij. 22. §. pe. ff. ad municip. Pr.

COMMEATVS etiam accipitur pro spacio ad eundum, & agendum l. 2. §. deinde. ff. ne quid in loc. publ. At in §. hoc interdictum 14. d. l. 2. sumitur pro ipso iure eundi, agendiue. Prat.

COMMEATVS autem in l. fin. C. de commea. lib. 12. interpretarer τὰ γράμματα τῆς ἀφίσεως. ut & interpretatur Gregorius Nazianzen. his uerbis: [Greek illegible] Prat.

COMMEATVS. Commeatus aliquando accipitur pro licentia siue quod dicitur saluoconducto, quē dat Imperator militi, præpositus inferiori, eundi quò uelit, ad præscriptum diem reuersurus. Vnde peculiaris titulus, De cōmeatu. lib. 12. C. Martian9, l. relegati. ff. de pœnis. Nemo potest (inquit) commeatum remeatúue dare exuli, nisi Imperator, ex aliqua causa. Item Modestinus, in l. desertorem. ff. de re militari. Si ad diē (ait) cōmeatus quis nō ueniat, perinde in eū statuendū est, ac si emansisset, uel deseruisset pro numero tēporis, facta priùs copia docēdi, nū fortè casib. quibusdā detētus sit, ꝑpter quos uenia dignus uideatur. Sic Cicero, ad Herē. Ille qui ad diē cōmeatus nō uenit, quòd eū aquæ interclusissent. Aliquādo accipitur ꝓ cibarijs ad alimoniā exercitus, & reip. aut multitudinis alicuius, uel etiā priuatim. Cicero, ꝓ lege Manilia. Iā cōmeatu & priuato & publico ꝓhibebamur. Salust. in bello Catil. Si uincim9, omnia nobis tuta erunt, cōmeatus abundè. Aliquando accipitur cōmeatus ꝓ trāsitu multitudinis. Vnde Apuleius, li. 6. Sed cuneatim stipato cōmeatu, difficultates transabiremus. Anchora.

COMMENDAM diffinit gl. in uerb. Cōmendare in ca. nemo deinceps. de elect. lib. 6. ecclesiæ custodiam alicui cōmissam. cui diffinitioni necessariò adijciunda putem hæc, in tempus gratiā euidentis necessitatis & utilitatis. idq́; docuit textus in d. c. nemo deinceps. ubi scribit Io. Andreas

COMMENDARVM genera duo esse: nā (ait) quædam est in titulum, quædam in custodiam.

COMMENDAM titulum esse canonicum, scribit eadem gloss. Prat.

COMMENDARE (ut Papinianus ait) nihil aliud est, quàm deponere l. Lucius 24. ff. deposit. qđ Vlpianus probat l. commendare. 186. ff. de uerb. sig. Sic accipitur apud Paulū l. Publia. in princ. 26. ff. depositi. & alibi sæpe. Vnde

COMMENDARE corpus dicit Vlp. l. & si quis. § impensa. ff. de relig. & sump. fu. pro tēporis caussa deponere, donec iustæ sepulturæ corpus tradatur: sic uidetur explicare Paulus l. si qs. n. eo. tit. ff. Quod & nos docuit libellus Seuero Imp. datus. Oppressus necessitate corpora eorū fictili sarcophago cōmendauerim, donec is locus, quē emerā ædificaretur. Reijciēda igitur est F. Duareni lectio existimantis in d. §. impēsa. legi posse cōdendū, ꝓ, cōmendandū. Prat. Adde Brechæum l. commendare, in tit. de uerb. & rer. signific.

COMMENDARE cēsendus est & Roma. Pont. Sacerdotia, cū administratorē generalē alicuius opulenti tēpli aliquē cōstituit, censeturq́; is liberā habere procurationē, modo nimirū reperto, quo, teste Alciato l. cōmendare. ff. de uerb. sign. citra ius irreuocabilis tituli, ex sacrorū fructib. [Greek illegible] luxuriatur. Sed & cōmendat etiam, qui custodiā mandat, ut idem adnotauit, enarrans d. l. commendare. Old.

COMMENDATARIVS, dicitur nudus minister. eadem l. Lucius. Old.

COMMENDATITIÆ literæ sunt dimissoriæ, quibus clericus dimittitur & absoluitur à potestate sui Episcopi, in quibus perhibetur de uita & ordinibus illius testimonium. Olden.

COMMENDANDI uerbo relinqui libertatem non uideri Diocletianus, & Maximianus rescripserunt l. ex uerbo. C. de fideicom. libert. Prat.

COMMENDARE etiam ad homines refertur apud Vlpianum l. si uerò nō 12. §. cum quidā. ff. manda. significat quasi charū cōmittere fidei, ut & apud Terent. in Eunuch. Act. 4. Sce 2.

Ch. Eÿ o ne tuæ commendo, & committo fidei.

Id dicit more & instituto Atheniensiū, apud quos qui ciues nō erāt, sed inquilini patronū aliquē sibi optabant. quod προστάτην νέμειν dicebant, qui autem patronum non habebat, in ius eo nomine uocabatur, appellabaturq́; istud iudicium ἀπροστασίου δίκη. Turneb. aduersar. lib. 12. cap. 10. Hinc

COMMENDARE si cum datiuo iungatur, significat committo: si uerò accusatiuo, cum Apud, uel ablatiuo, cum In, significat, laudare. ut in l. si uerò non remunerandi. §. cùm quidam. ff. mandati. Significat quoque deponere. l. commendare. de uerbor. significat. Oldend.

COMMENDATITIÆ literæ l. pen. ff. de acq. rer.

rer. do. & apud Macrob. lib. 2. ca. 4. Accipe, ait, commendatitias: quia illic neminem nosti. Prat.

COMMENTARIENSES apud antiquos dicebantur, qui in commentarium custodias referebant, & librum custodiarum singulis quibusq; dieb. conficiebant, ut apud nos memoriæ tradidit Vlp. in l. diuus Adr. ff. de bonis dam. nam ita apud eum scribendum est: non ut in quibusdam uulgatis codicibus, commentanenses. Appellari etiam possunt hi, ad quos receptarum personarum custodia obseruatioq; pertinebat. ut inquit Imperator in l. pen. C. de cust. reorum. nomen sortiti, secundum Accurs. quia comitari debent eum, qué custodiunt: uel quia Cómentarium locus erat, ubi captiui retinebantur. Tamen magis placet, ut dicamus nomen inditum esse à scribendis commentarijs. Cotta.

COMMENTARIENSES etiam adpellari cœpti sunt, quorum manu acta subnotabantur, quoties apud fiscum agitur l. in fraudem, 45. §. quoties. ff. de iur. fisc. Erant & in legionibus commentarienses, ut ex Imperij notitia adparet. Prat.

COMMENTARII dicuntur libri, in quib. res non latè, neq; diffusè, sed sub quodam compendio uerborum, & quasi per capita explicatur: ut de commentarijs Numæ apud Liuium lib. 1. & ideo Cicero in Bruto: Non est (inquit) oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius. Seneca Declam. 3. Sine commentario nunquam dixit Seuerus Cassius, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Modestinus quoq; noster in l. abesse. (secundum ueram lectionem) tit. quibus ex caus. maio. Ad ærarium, inquit, delati, aut in commentarium principis relati sunt. Cœlius ad Ciceronem scribens, Epist. fam. lib. 8. Commentarium rerum urbanarum primū dedi. Hac ratione Cæsaris commentarios uocamus, quasi in illis scribendæ historiæ materiam per compendiosa capita nobis reliquerit. Sic Traianus ad Plinium dedisse me ius trium liberorum Suetonio. Tranquillo ea conditione qua assueui, referri in Cōmentarios meos iussi, ubi interpres. Nos in diurnalem & rationalē (subaudi librum) in quem princeps acta sua refert interpretandum ducimus. In alia significatione magis nota, commentaria etiam interpretum dicuntur: ut Seruij, Donati, & aliorum. & de commentariensib. meminit etiam Bald. consil. 229. j. dub. in ulti. dub. in 1. lib. Cotta.

COMMENTARIVS, liber est, quem sibi quisque priuatim facere consueuit, quasi quoddam memoriæ promptuariū eorum quæ agimus: id est, diarium & ephemeris actionum nostrarum, Registrum uulgò uocatum. Budæus.

COMMENTATIONES, à comminiscendo dictæ, fallaciamque confingendo, teste Donato, Alciat. ut eleganter, ita uerè posteriorum iuris interpretum nimis longas illas futilesque ac parum sibi constantes lucubrationes alicubi commentationes uocat: & quidem propriè, easdemq; liberè agnoscit plus detrimenti iuri nostro attulisse, quàm auxilij: ut de doctoribus, inquiens, dici posit, quod prouerbio trito de medicis traditur, Me multitudo perdit medentium. Sp.

COMMENTA, pro scriptis apud Ciceronem in Bruto.

COMMENTITIVM, idem quod fictitium. Cicero 1. de Orat. Vt si in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur.

COMMENTITIVM ius. Paulus, in l. si pœna. ff. de pœ. uocat nouum & recens excogitatum, hoc est, non translatum, non aliunde sumptum, nulloq; exemplo institutum, sed uelut fictitium. Accursius à Commentis Iurisprudentum esse dixit, ignorans significationem eius uocis, teste Budæo in poster. Annotat. Sp.

COMMENTVM, fictio est: à Comminiscor. Papinianus: Socer, inquit, cum nurum adulterij accusaturum se libellis præsidiatis testatus fuisset, maluit ab accusatione desistere, & lucrū ex dote magis petere. Quæritur, an eiusmodi commentū eius admitti existimes? Item Marcellus de Iure fisci. l. res quæ. Dignum fuisse puniri pro tam turpi, tamq; inuidioso commento. Item Vlpianus de Rebus eorum qui sub tut. l. quamuis. Tam callidum commentum in exemplum coercere debeat. Nebriss.

COMMENTARIVM, pro protocollo, seu rotula tabellionum accipi posse, & referre in commentaria, pro protocollare, demonstrat Insulanus ex Cicerone. Sp.

COMMENTVM dicitur fictio rei, quæ non est Varroni libro 5. Lingu. Latin. Sic accipiendum putem in l. ob hæc uerba. ff. de ijs, qui not. infam. & l. ij. Cod. de rebus alien. non alien. & alibi sæpè. Vnde non ineptè

COMMENTVM pro fraude posuit Pontifex Maximus ca. peruenit. 1. iuncta ibi gl. ext. de testibus cogen. Hinc

COMMENTITIVM ius apud Paulum in l. si pœna. xx. ff. de pœn. interpretatur G. Budæus ibidē nouum, & recens excogitatum, hoc est non translatitium, & aliunde desumptum. ex Sueton. in Claud. cap. 11. Prateius.

COMMENTITIAM uenditionem in l. 2. C. si aduers. uend. interpretatur Accurs. cōmentitiè compositam. cum pupillum lędunt, hoc est (ut significantiùs rem aperiam) fictè coloreq; quæsito. Prat.

COMMERCIVM apud Hermogenianum l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. putat Accursius pro permutatione accipi. quod & Baldus probat. Alciatus contrà sentit, existimatq; eo uerbo omnes contractus, etiam innominatos contineri. Nō it tamen inficias quin expositio Accursij defendi posit.

COMMERCIVM uerbum generis est ad omnes contractus pertinens, in quibus merx, unde ductum est: Itaq; nobis esse commercium alicuius rei dicimus quam contrahendo acquirere possumus. Ferret. tit. de legatis.

COMMERCIVM earum rerum non esse dicitur, quæ usibus hominū dominioq; subijci, & in obligationem deduci alienariq; & adquiri nō possunt. l. 34. §. ult. de leg. lib. 1. l. 6. & l. 34. §. omniū. ff. de contr. empt. & l. 1. §. 1. ff. quæ res pig. l. ult. ff. de act. empt. qđ ex l. 83. §. sacram. de uerb. oblig. & ex §. 1. Inst. de inut. stip. colligi potest, ubi Theoph. ἀσυμφώνου, ait, ὄψιν ὁ τῶ Ἀιώνα διαπωλεῖσθαι... Briss.

COMMERCIVM non habere alicuius rei dicitur qui eius habendæ capax non est. l. 34. ff. de uerb. oblig. d. §. 1. de inutil. stip. cui posidendi ius non est. l. 40. ff. de leg. lib. 1. l. 49. §. pen. de leg. lib. 3. Vlp. in Instit. tit. 19. Commercium interpretatur emendi uendendiq; inuicem ius. Commercio redempta, id est, pretio dato hostibus uendentibus, & iure commercij, ut l. x. l. xj. l. xij. l. xiij. l. xv. l. xvj. l. xvij. C. de postli. reuers. l. vj. ff. eo. tit. Briss.

COMMILITIVM apud Tryph. l. de hæreditate. 19. ff. de castr. pecul. interpretatur Alciatus lib. 4. Disp. c. 17. militum commercium, & facultatē ipsam,

ceu ius, quo unà militant. F. Hotoman. in Commentarijs Iuris, societatem interpretatur militiæ, quã inter se milites habent. Hotomãni sententiam probat Prat. sed ante eum, Budæus commilitium exposuerat societatem militarem, & contubernalem amicitiam: idque secutus erat Corrasius libro 2. Miscellaneorum, capite iiij. commilitium enim intelligimus cùm simul militare ceperunt d. l. de hæreditate. Prateius.

COMMINATIONES sunt minæ iudicis, quę uim rei iudicatæ non habent, ut patet per titulũ. C. commina. epist. Io. Bell. Etymol.

COMMINISCI, ait Varro dictũ à con, & mente. cum finguntur in mente, quæ non sunt. Sic accipi debet l. 1. in fin. princip. ff. de eo, per quem fact. erit. Prateius.

COMMINVS in Honor. & Theodos. constitutione l. 3. C. de fruct. & li. exp. accipi debet pro in pręsentia, ubi comminus pro tota die falsò interpretatur Accursius. Quo uerò significatu accepêre ijdem Impp. eodem accepit & Iustinianus l. si imperialis. C. de nuptijs. Prat.

COMMINVS, è propinquo sumitur apud Tertullianum de carne Christi. Accedant, ait, cõminus ad congressum. Vnde & pro statim uel ad manus accipitur uel præsenti pecunia l. si quasi. ff. de pignor. act. Prateius.

COMMINVS, cõtinuò, sine intermissione. Venuleius l. 137. ff. de uerb. oblig. Continuus actus stipulantis & promittentis esse debet, ut tamẽ aliquod momentum naturæ interuenire possit, & cõminus respondere stipulanti oportet. Idem l. 3. de pignoribus. Pompon. l. 3. ff. de pign. act. Si quasi recepturus à debitore tuo comminus pecuniam, reddidisti ei pignus. Vergil. lib. 1. Georg.

Quid dicam iacto qui semine comminus arua
Insequitur?— Hot.

COMMISSA res hac significatione elegantius dicitur, quòd publicanorum & uectigalium est proprium, quia non soluto uectigali merces dicũtur cecidisse in commissum uel cõmissæ publicanis, id est, ipso iure eorũ factæ. Connan. lib. 4. c. 18. nu. 8.

COMMISSA dicuntur in iure, & In cõmissum cadere, quæ fisco propterea debentur, quia quid factum aut non factum est. Veluti si quis apud publicanos professus non est. l. ult & pass. ff. de publ. Vlpian. l. cõmissa. 14. eod. Quod commissum est, inquit, statim desinit eius esse, qui crimen contraxit: dominiumq; rei uectigali acquiritur. Connan. lib. 7. cap. 9. num. 4. Hinc

COMMISSA pœna dicitur quæ debetur. l. 4. §. Cato. & l. seq. & pass. ff. de uerb. oblig. item sub tit. de recep. arb. & apud Quintil. lib. 7. c. 5. Cice. Verrina 5. & in Cluent. l. Lucius. ff. de act. empt. Hinc

COMMISSA condemnatio à Iustiniano dicitur. §. sed hæc quidem. Inst. de act. cum eius condemnatio incurritur ut uulgo dicimus. Hotom.

COMMISSA stipulatio, cum id quod per eam promissum est, debetur. passim sub tit. de uerb. obl. ac cum effectũ sortitur, nempe quoniam casus contigit, quo promissio dari debeat executioni. Hotomann. Item

COMMISSA obligatio, l. 1. §. ult. ff. de stipul. seruorum. Item

COMMISSA deuotio capitis à Cicerone in ea pro Domo: cum se uoti reum fateretur, & caput deuotum deberet. Hot. Sic commissam hæreditatem palæstræ Cicero dixit accusationis libr. 2. quem alij quartum faciunt, cum eam in eum casum incidisse significaret, quo ad palęstram pertineret, nempe q̃d hæres Heraclius cum testamento damnatus esset in palæstra statuas ponere, non tamen eas à palæstritis posuisse diceretur. Hot. §. sed hæc quidem. Instit. de actio. & hinc Asconio Commissa dicuntur, quæ contra testatoris uoluntatem facta aut non facta, ab hærede, mulcta aliqua pœnaq; plectuntur.

COMMISSARIVS dicitur cui aliquid gerendum committitur, ut dicit Iacob. de Arena in tracta. de commissarijs. & facit l. 1. ff. de off. præsid. Scha.

COMMISSVM iudicium dicebatur, lite contestata, nimirum cum iudices dati, susceptumq; iudicium à litigatoribus esset, pręterea iudex per narrationem negotij causam audire cepisset: sumpta à re militari trãslatione, in qua bellum commissum, pro eo quod uulgo apertum atq; inceptum, elegãter ponimus. Cicero in oratione pro Sext. Rosc. Lõgo (inquit) interuallo, iudicium hoc primum cõmittitur. Hot. §. 1. Inst. de act. Sic

COMMISSORIA lex in emptionibus est, cum res ea conditione uenit, ut non soluto, dicta die precio, res sit inempta, in pignoribus autem, ut nisi definito tempore soluatur debitum, pignus sit creditoris. Connan. lib. 4. c. 18. num. 8. Vide l. Æmylius. ff. de min. &c. & t. t. ff. de lege commissoria.

COMMISSVM est delictum non solutæ pensitationis, dictum à Committo. Nam committere inter alia significata, pro delinquere, & in peiorem partem aliquid facere accipitur. Vnde Cicero: Nõ committas, inquit, ut dicendum sit: non putaram. Et Triphoninus in l. auxilium. in fin. ff. de minoribus. Et non fit, ait, ætatis excusatio aduersus præcepta legũ ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit. Itaque qui non soluto uectigali, Rempublicam sua pensitatione defraudat, multum sanè delinquit, & meritò res, quarum nomine aliquid soluendũ erat, amittit. Ideò in commissum, uel in causam commissi dicuntur incidere. l. commissa. ff. de publica. & uectigali. Oldend.

COMMITTENDI uerbum inter alia pro initiare à Romanis nonnunquã usurpatum fuisse Nonius Marcellus author est, proferens Virgil. uers.

Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Ræuard. l. in omnibus obligationib. ff. de reg. iur.

COMMITTERE uero uerbum quãm uariam significationem habeat multa exempla nos docent, & ostendit Curtius lib. 2. εἰκανῶν c. 48.

COMMITTERE, uulgo cõfiscare dicitur. Pau. de negoc. gest. Si periculum erat, ne prædia in publicum committerentur. in l. Herennius. de euict. Spie.

COMMITTERE contra legem, uulgo dicitur, Peccare in legem. Spieg.

COMMITTIMVS, inquit Donatus, quæ cum magno periculo uolumus esse seruata. Caius in l. ultim. ff. quod quisq; iur. in pœnam ipsius edicti committere dixit. Sp.

COMMITTERE in legem uẽditionis, est quid facere quo contra ueniatur pacto uenditioni adiecto. sic accipias in l. fin. ff. de leg. commiss. Eodem ferè sensu Imperatores in Legem committere dixerunt, id est, in placita principum. l. non dubium. C. de ll. & constit.

COMMITTERE in Pro socio, actione apud Paulum l. actione. §. Labeo. ff. pro socio. Prat.

COMMITTERE etiam & edictum dicitur qui ei locũ facit. Sic accipitur in l. 3. §. si quis ex liberis. ff. de bonorum possess. cont. tabul. & alibi sæpissimè. Et sic

Et sic Cælius Calcagninus lib.13.epist.ad Barbuleiũ I.C. placuit committi edictum illic loci esse nil aliud quàm uigere edictum ac pollere, aduersus uoluntatem testatoris, & edictum ab eo committi, quod uti beneficio edicti posit. Curt.li.2.ἀνεγνῶν. Eodẽ sensu

COMMITTERE stipulationem dixit Papinia. l.Stichum. 95.ff.de solut. Prat.

COMMITTI stipulatio dicitur, cuius conditio existit, uel cum aduersus eam factum quid esse dicitur l.stipulatio ista.38. §.quæsitum. ff.de uerb. oblig. & alibi sæpisimè.

COMMITTI etiam pœna dicitur cùm incurritur l.4. ff.de uerb.oblig.§. Cato. Hot.§.sed hæc quidem.Instit.de act.

COMMITTI etiam merces & prædia dicũtur, qui in publicum cadũt l.uir uxori.17. §. mulier. ff.ad S.C. Velleia.& uide ĩ.§.committere etiam.1.

COMMITTERE quoq; animalia dicũtur, quoties inter se configunt l. 1. §. cum arietes. ff. si quad. paup.fec.dic. Budæus & Oldendorp. committere hic pro irritare seu prouocare accipiũt. Sic apud Romanos gladiatorum paria commissa leguntur: Græci id uocant συμβάλλειν sicuti commisiones συμβολαί. Sed maiorum animalium commisionem eleganter describit Virg. Æneid.12.& Georg.lib.3.

COMMODA ex tribu pro liberalitatib. & emolumentis, quæ à tribu obueniunt. l. patronus. ff. de legat.3.Prat.

COMMODA Primipili in l.pater 23. ff.de adim. leg.& Commoda Primipilatus in l.1. C.de Primipil. lib.12.dicuntur salaria, quæ ei præstantur. Græcis dicuntur, τὰ λόγῳ παραμυθίας παρεχόμενα. Eodem sensu

COMMODA ueteranorum dixit Suetonius in Nerone cap.32.

COMMODA in re militari dicebantur, uel munera, uel prœmia uel agri deniq; qui dabantur militibus. Ouid. Romule militib. scisti dare commoda solus. Et iterum: Hæc mihi si dederis commoda miles ero. Torneb.lib.5.aduers.c.5.

COMMODA sacra sunt, quæ ex sacris certaminibus proueniunt, nonnulli ἀθλητικὰ uocant. Cuia. in exposit.No.Iustin.53.fol.75.

COMMODARE in edicto Prętoris in l.1.ff.commod. iuncta l.2.ff.si cert.pet. est rem utendã dare, ut eadem restituatur, finito usu, in quem data fuit. Pra.

COMMODARE pro mutuò dare posuisse uidentur Imppp. in l.2.C.de ijs, qui ex pub. ratio. mu. pecu. lib.x. nisi accipientem dicas eandem speciem, idémue aurum redditurum. Satior, & potior uisa est prior interpretatio, ut primus articulus illius l.2.& rubrica docent. Prat.

COMMODARE etiam dixerunt Valentinian. & Valens Impp.l.fundi.4.de fund.patrim.libr.11. C. pro ἐμφυτευτικῶς cedere, iureq; dominij tradere. Prat.

COMMODARE, est alicuius rei usum ad tempus concedere. Commodare argentum & triticum, impropriè dicimus, pro eo qđ est, mutuò dare. Nam propriè commodamus uestes, libros, uasa, equos, & similia, quæ eadem reddũtur. Mutuò autem damus ea, pro quibus alia redduntur eiusdem generis: ut nummos, frumentum, uinum, oleum, & ferè cętera, quæ numero uel mensura dari solent, ut est Iurisconsultorum sententia. Sp.

COMMODATVM mutuo similimũ est ac propè idem. Et certè idem omnino, Si contrahentium animum uoluntatemq; consideremus, quę non alia est in mutuante quàm in cõmodante. Sed diuersitas naturæ rerum in quibus uersatur uterq; contractus, diuersum ius in ipsis constituit. Mutuum namque earum rerum est, quæ quòd pondere constant, numero uel mensura, functionem recipiunt in genere suo, adeo ut nihil intersit creditoris, suum illud ipsum quod dedit recipiat an tantundem. Cęterarum autem rerum, quibus integris uti licet & commoditatem aliquam nobis elicere alia ratio instituta est, ut ijs frueretur sanè debitor, tum eas ipsas nobis restitueret. Connanus libro septimo, capite tertio, numero primo.

COMMODATVM. Commodatum cõtractus est Iurisgentium, nominatus, bonæ fidei, quo res aliena nobis utenda sine mercede datur ad certum tempus. Huius definitionis uerba singula sunt nobis hic ordine explicanda. Commodatum igitur (ut à capite incipiamus) Iurisgentium contractum esse diximus, ex hoc enim iure omnes pene contractus introducti sunt.§.ius autem gentiũ. de iur.nat.gent. & ciuil.Instit.1. Diximus & contractum nominatũ esse ex Vlpiano in l.Iurisgentium. in princ. de pact. ff.transit enim in aliud quàm conuentionis nomen. l.j.in fin.de pactis.ff. Addidimus [bonę fidei] ex mente Vlpiani.in l.iij.§.in hac actione. commod. ff. Addidimus & [quo res aliena nobis utenda datur] nam res quæ commodatur, nõ ita datur, ut eius cui commodatur, fiat: quo fit, ut qui commodatum accipit, re obligetur, deq; ea ipsa re restituenda teneatur. §. item is.quibus mod.re.contrah.oblig.Institu.3. Adiunximus etiam [sine mercede] commodata enim res tunc propriè intelligitur, si nulla mercede accepta uel constituta, res utenda data sit, alioqui mercede interueniente, locatus usus rei uidetur. commodatum enim gratuitum esse debet. d.§. item is. in fine. Adiunximus postremò [ad certum tempus] neque enim in perpetuum cõmodari res potest, cùm restitui debeat. Modum autem finemq; commodati præscribere eius est, qui beneficium tribuit, cum uerò id fecit, id est, postquam commodauit, tunc finem præscribere, & retroagere, atque intempestiuè usum commodatæ rei auferre non potest. Anchora. Adde Brechæum, l.Labeo. in titul. de uerborum & rerum oblig.

COMMODATI natura est, ut gratuitò detur usus rei: alioqui mercede interueniente locatio erit, uel contractus innominatus. l.si ut certò. §.nunc uidendum.ff.commodati. §.item is cui. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. Old.

COMMODVM notisimæ significationis fertur. Commodum bonorum possessionis in l.sed & si. 5. ff.de bonor.possess. cont. tabul. dixit Iulianus, quòd Paulus adpellauit beneficium l.iiij.§.fin. ff.eo. titul. Prat.

Hæc uerba, CVM COMMODVM ERIT, ita interpretatur Sulpitius apud Labeonem.l.auus.79. ff.de iur.dot.cum primum sine turpitudine, & infamia dari posit. Proculus, cum sine incommodo poterit. l.nepos. cxxv. Digest. de uerborum significat. Apud Paulum l.si dies.xxj. ff.quando dies leg. ced. significare uidetur Accursio utilitatem B.Brissonio uoluntatem, id est, si uoluerit. Equidem accipi eo sensu putem, quo commodè apud Varronem lib.6. Ling. Latin. cuius hæc uerba sunt: Igitur de originibus uerborum multa qui dixerit commodè, potius boni consulendum, &c. pro aptè, & rectè & legitimè, legibus moribúsue consentientibus. Sulpitij sanè, & Proculi interpretationes tametsi diuersæ, recipiendæ tamen sunt. Verba enim pro re accipienda inter omnes conuenit. Prat.

COM-

COMMODVM Falcidiæ, quartæ loco est apud Hermogenianum l. si hæres. 9. ff. ad leg. Falc. Sic

COMMODVM Senatusconsulti apud Vlpianum. l. 5. §. si quis rogatus. ad fin. ff. de donatio. inter uir. & uxor. Prat.

COMMODVM possessionis consistit & in percipiendis fructibus rei possessæ, & in euitando possessionis onere. Vnde dici solet: Cum obscura sunt utriusq; iura, pro possidente iudicandum esse. §. retinendæ. Inst. de interdict. Sp.

COMMONEFACERE, idem quod admonere. l. consentaneum. C. quomodo & quando iud.

COMMONITORIVM in l. unic. C. de suffrag. adnotationem & scripturam conuentionis significat. Commonitorium etiam Suidas interpretatur ἐντολὴν στρατηγικὴν ἀνεγκλημάτων ἐκ χώρας. Cuiusmodi Commonitorij formula proponitur apud Cassiod. lib. 7. Variar. Et ita apud B. August. Epist. cxxix. & clviij. hoc uerbum accipiendum est. Vincen. Lirinensis in lib. aduersus profa. nouatio. Me uerò subleuandæ recordationis uel potius obliuionis meæ gratia commonitoriū mihimet parasse suffecerit. Symmachus etiam Monitoriū pro eodem usurpare uidetur. Briss. Cuiac. in exposit. Nouel. Iustin. 8. commonitoria interpretatur σύμβολα.

COMMORIENTES in l. cum hic status. §. si ambo, de donat. inter uir. & uxo. ijdem sunt, qui pariter mortui in l. quod de pariter, de reb. dub. appellantur, ut testatur inscriptio ueteris cuiusdam tabulæ Plauti, Cōmorientes, translata ex Græca Diphili συναποθνήσκοντες. Et eodem modo l lorus 2. Brutus (inquit) in acie cum Arunte filio Superbi commortuus est. Cuiac. in tract. 4. ad Africa. fol. 55. in prin.

COMMOVERE limites & terminos loco mouere est. Sic in l. Mamilia, Qui termini hac lege statuti erunt, ne quis quem eorum eijcito, neue commoueto sciens dolo malo. si quis aduersus ea fecerit, in singulos terminos, quos eiecerit, locóue mouerit, HS. xxv. dare damnas esto. Tertull. in lib. de præscript. aduers. hæret. Qua potestate Apelles limites meos commoues? Briss.

COMMVNE dicitur qđ oés ligat. Inde lex Cōmune præceptum appellatur in l. 1 ff. de legib. Hinc & cōe ius quod dupliciter accipi notandum est. Aut enim respectu proprij iuris quod quæq; ciuitas sibi constituit, Cōe ius dicitur, & ius gentium significat, quo oēs populi utuntur, quod omnib. inter se gentibus cōe est. l. 1. §. ult. l. ix. ff. de iustit. & iu. Quod & idcirco κοινὸν νόμιμον ab Aristot. appellatur. Aut Commune ius respectu singularis dicimus, eoq; ius publicum significamus, quo oēs eiusdem ciuitatis ciues reguntur æquabiliter in oēs descriptum. l. 21. & l. 26. & l. 35. ff de milit. test. l. 8. ff. de cond. & dem. l. 7. ff. de iniusto, rup. Et ita Constantinus lib. 1. tt. 6. κοινὰς νομοθεσίας, τουτέστι τὰς κοινὰς καὶ χρησίμους παντὶ ἀναγκαίας interpretatur. Hoc modo communi iuri priuilegium opponitur in l. 15. ff de uulg. & pup. & iure communi & militari, uel proprio aduersa fiunt in l. 8. §. si miles. ff. de iure codicil. & in tt. de test. milit. D. & C. passim, & apud Paul. lib. 3 Sent. tit. 4. Communi etiam iure & creditoris iure uendere separantur in l. 59. §. creditor. ff. manda. Communi enim iure uendere, est cæterorum uenditorum more, qui de euictione tenentur, uendere. Iure uerò creditoris, est sine euictionis præstatione promissioneq; uendere. Briss.

COMMVNE est quod oés uulgo probarunt huiusmodi ut maioribus natu assurgatur, ut supplicum misereatur. Connan. lib. 1. c. 15. nu. 6.

COMMVNIVM nomine Martian9 publica intelligit quæ tamen Iustinianus distinxit. Nam quicquid cōe est, publicū item est nec interest quod ad usum attinet inter cōe & publicum iure gentiū, quia utriusq; usus Communis est omnium gentium: Sed communium proprietas nullius est. fitq; accipiētis. Publicorum autem proprietas est aut uniuersitatis aut singulorum. Connan. lib. 3. c. 2. nu. 2. Interdum in iure etiam nostro commune pro Republ. accipitur. ut l. si de ui. ff. de iudicijs. idq; ad imitationem Græcorum qui sæpius in neutro genere τὸ κοινὸν dicunt pro Repub. ut Herodotus in Erato: περὶ τὸν κοινὸν τῶν [illegible]: placuitq; hæc Græcanica phrasis Tullio, qui ut eam exprimeret dixit commune Maliadum pro Repub. Maliadum. Balduinus.

COMMVNIA omnium esse dicuntur, quæ in commune patent, omnibusq; exposita sunt: qualia sunt, aer, aqua profluens, & mare & litora maris & lapilli, & gemmæ, cæteraq;, quæ in litore inuenimus. l. 2. & l. 3. ff. de rer. diuisio. Instit. eo. tit. in prin. Quæ à publicis quid distent ex litorum & riparum comparatione intelligitur: Quod publicorū licet usus publicus sit, in dñio tamen ea sunt populi alicuius ciuitatisue, nec occupanti conceduntur, ut bene antiquus interpres Ioannes sensit. l. 14. ff. de adq. rer. do. Brissonius.

COMMVNE à Publico differt. Cōmune enim propriè dicitur illud, quod occupanti conceditur, ut mare, maris litora, l. quædam. ff. de rer. diuis. Publicum uerò est, cum usus publicè multis competit, sed occupari non potest, ut sunt portus, flumina, & reliqua de quibus. ff. in tit. ne quid in loc. public. & ne quid in flum. publ. Negotium facessere uidetur, quod in d. l. quædam. aqua fluminum communis uocatur, cum constet flumina esse publica. §. flumina. Instit. de rerum diuisio. Præterea in §. & quidem. Instit. eod. littora communia sunt, at in §. littorum, publica nuncupantur. Verum enimuerò scitu dignum est, commune à publico perinde differre, atq; à nobis præscriptum est. Sed illud prætermittendum nō est, nihil esse publicum, quod & commune nihil habeat: nihilq; esse commune, quod non aliquid publicum habeat, ueluti paria inuicem faciat. Vt ecce, flumen publicum est, sed usus fluminis æquè communis est ut maris. l. penult. ff. de fluminibus. Vtar ergò liberè aqua fluminis, sed non ut aliquid ædificare moliri ue possim, & scitè in l. quædam. ff. de rerum diuis. dictum est, aquam profluentem esse communem, quasi innuat aliter in alueo & ripis iudicandum fore, quia eorum proprietas non fiet occupantis. Forcat. in dialog. lxxxiij. Necyomant. Vide Vuesenbec. in §. flumina. Instit. de rerum diuis. eleganter hæc explicantem.

COMMVNE est quod ad plures pertinet. l. 46. ff. de ritu nup. Communia autem quædam sunt pro diuiso, quorum secretæ ac distinctæ partes sunt, oculisq; cerni ac demonstrari possunt: Quædam pro indiuiso, quæ nullis dum factis partibus communiter possidentur, non diuisione corporum, sed iuris intellectu. l. 94. ff. de solutio. l. xxv. ad fin. ff. de uerb. signific. l. viij. & l. xxix. ff. de adqui. rer. dom. l. viij. ff. de rei uind. l. penult. ff. pro suc l. 7. C. comm. utr. iud. In oratione Seueri de rebus eorum, qui sub tutela, uel cura sunt sine decreto non alienandis hæc uerba, Si communis res erit, sic accipere debemus, si pro indiuiso communis erit. Cęterùm si pro diuiso communis sit, cessante oratione decreto locus erit. l. 1. & l. 5. §. ult. ff. de rebus eorum. Briss.

COM-

COMMVNITER gestum à societate differt, quoniam etiam agi communiter citra societatẽ potest.l.31. & l.32.& l.33.ff.pro soc. Communis enim res uel cũ societate est, ueluti inter eos, qui pariter eandem rem emerunt: uel sine societate inter eos, quibus eadem res testamento legata est.l.2. ff. commu. diuidund.

COMMVNIS usus loquendi, proprietate potentior est.l.anniculus.l.in usu. de uerb.sig. Tametsi quod ex prudentum consuetudine obtinuit, nõ dubitandum, propter eorum autoritatem, propriè dici. Vide Vsus uulgatus. Spieg.

COMMVNICANTVR, pro conferuntur, seu, ut uulgò dicunt, communes fiunt, apud Paulum in l.1. pro socio. In societate omnium bonorum, omnes res, quæ coeuntium sunt, continuò communicantur. Spiegelius.

COMMVNICATIO rerum fungibilium, quia nihil aliud est quàm relatio, ideò præceptor noster Zasius (quem illustris Baro à Tautenbergo alicubi commendat, ob ueterem & bene fundatam peritiã, ac etiam anxiè diligentis censuram amplectitur) genus unum, & genera tria in rebus fungibilibus esse dixit. Quod Apellus candidissimus cõmendat, ceu admodum uerè & probè dictum si ad diuersitatem retuleris categoriarum. Spieg.

COMMVNIO rerum, hoc est, ut res ita unius sint, sicut alterius, post Aristot. improbatur, & à Iurecoss. statuentibus legitimam rerum & dominiorum diuisionem ut unusquisq; suum habeat, sitq; sua sorte contentus. Siquidem naturale iudicium facilè sentit, fieri nõ posse, ut homines insatiabili quadam cupiditate corrupti, fruantur communiter omnib. rebus. Fac.l.ex hoc iure.ff. de Iust.& iur. Vide Old. in diuin.tab.Præcept.7. Spieg.

COMMVNIS opinio habet autoritatem, non tam quia multorum est, quàm quòd ratione nititur: alioqui fugienda est. Quære, Opinio communis.

COMMVNIS prudentia. Lege, Prudentia communis. Sp.

COMMVNIS sensus ea ferè complectitur, quæ iuri naturali ascribuntur: id est, Budæo interprete, quæ natura docuisse nos creditur. Spieg.

COMMVNIS usus est, in cuius obseruantiã omnes consentiunt, unde tam citò conualescere nequit, hoc est, citra decennium. Is quàm uariè accipiatur, docent iuris interpretes. Spieg.

COMMVNIO alia est publica & naturalis. Cuius fit mentio in l.2.ff.de rer. diuis.& in §.& quidem. Instit.eod. tit. Vbi quædam naturali iure communia sunt omnium. Talis publica & naturalis communio in paucis admodum rebus uix potest retineri, nec admittit iudicium diuisionis, quia in simplicitate naturali manet. Old.

COMMVNIO alia est priuata & ciuilis, umbrã quandam referens naturalis illius cõmunionis. Hęc admittit diuisionem de rebus priuatis, & dominio nostro subiectis. etiam uniuersitatis. Imò, requirit necessariò iudicium diuisorium, quoniam communio etiam inter paucos parit discordiam. l.in re communi.ff.de ser.urb.præd.l.cum pater. §.dulcissimis. ff.de leg.2. Vnde satis admonemur, quàm non fuerat possibile, absolutam illam & simplicem retinere communionem omnium rerum, ut nonnulli phanatici somniant. Old.

COMMVNIONEM rerum omnium pugnare cum naturali, diuinoque iure Exodi capit.xx. ΟΥ ΚΛΕΨΕΙΣ, hoc est, FVRTVM NON FACIES, nobis ostenditur. Nam si omnes res nobis secundũ naturam essent communes, hoc est, ita unius sicut alterius, non posset committi furtum cõtra naturam, quia concederentur iure occupanti, ut etiam nunc habemus quasdam res communes, quę furtum non admittunt, quoniam furtum committitur duntaxat in rebus alienis uel alieni iuris clam domino l.1. ff. de fur. Statuitur igitur legitima rerum & dominiorum diuisio, idq; iure gentium l.ex hoc iure.ff.de iustit.& iur.ut unusquisq; suum habeat, sitq; sua sorte cõtentus, quod Aristoteles eleganter, ac omnes Romani I. C. probant, reiecta Platonis falsissima opinione. Oldend.

COMMVNI diuidundo iudicium est, quod inter eos redditur, qui rem quam ex alia atq; hæreditaria caussa communem habent, diuidi, simulque quod alterum alteri ex bono & æquo prestare oportet, dari fieri postulant. ex quo intelligitur, præcipuam huiusce iudicij caussam esse, diuisionem: aut potius suæ cuiusque partis demonstrationem. qua ex parte realis potius, quàm personalis hæc actio est, quippe qua non dari nobis quod alterius est, sed quod nostrum est demõstrari petimus. at uerò qua ex parte petimus, Quicquid ex bona fide te mihi dare facere oportet, tum personalis actio est, non ad diuisionem, sed ad præstationem pertinens.l.2. & 3. ff. commu.diuid. Hot.

COMPACTVM in constitutione diuorum Seueri & Antonini l.3. C.de execut. rei iudic. structam collato in unum consilio machinationem sonat. Liuius lib.6. Vrb.Cond. Vt multo (ait) uerisimilius fit compacto eam rem, & communi fraude patritiorũ actam. Compactum à cum & pacisci, conuentio, ut quis fraudetur. Prat.

COMPARARE idem quod emere. l. cum ipse tutor.& l.inuitum. C.de contrah.emptio.Ioan.Bell. Etymolog.

COMPARATIONIS uerbo coemptio significatur in l.1.C.ut nemi.lic.in coempt.lib.10. & l.1. & fin.C.de quibus mun.eo.lib.lib.57.Βασιλικῶν, adpellatur Συνώνη.l.secunda.Codic.ut nemini lic.in coempt. Prateius.

COMPARATIONEM etiam in l.1.ff.priuileg. cred.uel (ut est in Pan.Flor.) l.cum bona.16.ff.de rebus auctorita.iud.pos.accipere debemus, æquiparationem. Sed & Comparationem pro præparatione & formatione positam adnotat B.Rhenanus à Tertulliano in libro Aduersar. Valentinianos. Prat.

COMPARATIO aliàs accipitur strictius, cûm aliquod factum, quod per seipsum non sit probandum, ex eo, cuius id causa factum est, defenditur. Vt ecce: Si impuberi moueatur controuersia status: periculosum est, eam statim repræsentari plena cognitione. Et rursus: multò periculosius esse potest, differri in tempus pubertatis. l.tertia. §. duæ autem.ff.de Carbonia.edict. Item: Impunitum relinqui facinus, iniquum est. At longè iniquius fuerit, innocentem ob quaslibet suspiciones damnari. l. absentem. in princip. ff. de poen. Eiusmodi comparationes sunt frequentes in iure, in quibus id, qđ minimum habet iniquitatis, eligendum est. l. quoties nihil. ff. de regulis iuris. Qua ratione Dauid maluit non facere, quod iurauerat, quàm iuramentum suum, fuso hominis sanguine, adimplere. 1.Regum xxv. & cap.quod Dauid.xxij.quæst.iiij. Ex his comparationibus natum est prouerbium, Lupum auribus tenere, quoties nullus sine periculo patet exitus. Oldend.

COM-

COMPARATIO aliàs laxius aliquãto in iuris disciplina, est unius rei ad alteram, secundum maius aut minus, aut secundum æqualitatem facta collatio. Ea autem est tripartita: Aut enim maiorum ad minora, aut minorum ad maiora, aut parium inter se fit comparatio. Oldend.

COMPARATIO literarum, ultimum subsidiũ indagandæ ueritatis, quoties neq; testes, neque tabellio produci possunt, ut ueritatem scripturæ, cuius controuersia uertitur, attestentur. Fit autẽ, cum ex aliqua scriptura, seu instrumento minimè gentiũ suspecto, character literarum agnoscitur, utrum omnibus numeris sit similitudo inter utrunq;, an non. Spiegelius.

COMPARATIVVM nomen naturam suã seruat, & positiuo confertur, & de eadem specie intelligitur. Quapropter cum lex uerberantem mulcta. x. aureorum afficeret, uulnerãtem maiore, arbitrio iudicis responsum est, non posse iudicem aliam, quàm pecuniariam pœnam pro uulnere indicere. Comparatiuum enim, maiore, ratione mulctæ collationem facit, l. ubi. de uerb. obl. ex Alcia. Sp.

COMPARATIVVM, & superlatiuũ haud perpetuò naturam suam seruare, demonstrant Doctores in l. cùm pater. §. libertis. §. rogo. de legat. 2. Albe. citatis locis indicat, & comparatiuum assumere uim positiui, & uicissim, hunc naturam Comparatiui. Oldendorp. quod Nerua. ubi Zasius. ff. depositi. ut apud Vergil.

Tristior & lacrymis oculos suffusa nitentes.

nec immeritò: nam comparatiuo significationẽ positiui inesse adnotat Alciat. l. ubi autem. in prin. ff. de uerb. oblig. Prat.

COMPASCVVS ager (ut ait M. Cicero in Topic.) in quo ius est cõpascere. Cõpascere (inquit illic Boethius) est simul cum uicino pascere. Sic & Festus hoc in genere scripsit, Compascuus ager, relictus ad pascendum cõmuniter uicinis. Isidorus autẽ lib. 15. Etymol. c. 13. tradit appellari agrum qui à diuisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter uicinis.

COMPASCVA Siculo Flacco in lib. de condit. agro. genus sunt quasi subseciuorum, siue loca, quæ proximi quique uicini, id est, qui ea contingunt pascua. Prateius.

COMPEDES, uinculum est, quo pedes irretiri solent. Dicitur Compeditus homo, & Compeditus, absolutè. §. sed pœnæ. Inst. de iniur. & §. ult. de oblig. quæ ex delict. nasc. Old.

COMPEDITVM adpellat Theophil. eum, qui in uinculis est, qui uilissimo comparatur. Prat.

COMPENDIVM est breue, & utile. Host. in c. fin. ext. de dol. & contum. in antiq. Prat.

COMPENDIVM temporis l. debere §. fin. ff. de cast. pecul. Et

COMPENDIVM itineris dixit Modest. l. eundem. 16. ff. de legationib. Et

COMPENDIVM edictorum pro peremptorio edicto posuit Vlpianus l. nonnunquam. in fin. ff. de iudic. Prat.

COMPENDII etiam uerbo lucrum significari existimant interpretes l. duo societatem. 71. §. duo. ff. pro socio. l. 3. ff. de calum. l. Iulianus. ff. si quis omissa caus. test. & alibi sæpe in Pandect. l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. x. l. cum uirum. 16. C. de fideicom. In cita. §. duob. Iuriscos. lucrum à compendio separat. aliud igitur significat. Est igitur id, quod quærimus parsimonia. In alijs aũt locis *πλεονεξίας*, pro lucro accipi putem. Quod uerbum à uetere æris pensandi ritu deriuant Festus lib. 4. & Varro. lib. 4. ling. Latin. Huic opponitur Dispendium l. actione. 65. §. item qui. ff. pro socio.

COMPENDIARIA pro breui itinere ponitur in l. 4. ff. de itin. actuq; priuato. ubi, uia, eleganter supprimitur, ut & apud Nonium Varro, Hoc, inquit, dico compendiaria sine ulla sollicitudine, ac molestia dicendi posse perueniri ad eandem uoluptatẽ. Prat.

COMPENDIOSA, hæc dictio significat substitutionem, quæ sub cõditione mortis alia multa complectitur tempora, seu longum tempus, quod dicitur post puberem ætatem. Et dicitur ideò compendiosa, quia sub uerborum compendio plura complectitur tempora, & quandoque plures substitutiones facit. l. Mæuius. §. duorum. ibi, orationis compendio. ff. de leg. 2. & l. precibus. C. de impu. & ali. substit. Et hoc prout adaptatur illud significatum, quia potest ad alia adaptari, ut aliter significet, prout uerbum cui adaptaretur, significare dictaret. Old. de hoc uide latius Forcat. dial. 24. Necyom.

COMPENSATIO. Compenso uerbum, id est, quasi simul pondero, retribuo. Valerius Maximus, Tarditatemque supplicij grauitate compensat. Inde Iurisconsultis compensatio est debiti & crediti inter se contributio. l. j. ff. de compensat. Zasio in §. iij. bonæ fidei. Institut. de actio. est debiti ad debitum, hinc inde in uim solutionis comparatio. Verbi gratia, Titius debet mihi decem, & ego ei quinque aureos. Si ego decem aureos à Titio peto, quinque, quos ei debeo, compensare coget, & sic potero alios quinque aureos exigere. Habetque locum compensatio in omnibus actionibus, siue in rem, siue in personam sint, excepta depositi actione, cum aliquid compensationis nomine opponi iniquum credidit Imperator, ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis exactione fraudetur. d. §. in bo. fidei. Sed & in delictis locum habet compensatio. paria enim delicta, ut inquit Papinianus in uiro. solut. matrimon. mutua pensatione dissoluuntur. Hoc autem nomine compensatio necessaria est, quia nostra interest potiùs non soluere, quàm solutum repetere. l. 3. o ff. eod.

COMPENSATIO quandoque etiam sumitur pro deductione & retentione l. in restituenda. C. de hæred. peti. l. fructus. 7. §. ob donationes. & l. rei iudicatæ. 15. §. 1. ff. solut. matrimonio. Hanc retentionem adpellant Vlpianus in Institut. titul. 6. de dotibus. & Iustinianus l. unic. §. taceat. C. de rei uxo. act.

COMPENSATIO ita definitur à Modestino Iurisconsul. in l. 1. ff. de compensatio. est debiti & crediti inuicem inter se, scilicet contrahentes contributio: liquidi autem ad liquidum fit compensatio. l. fi. C. de compensat. Io. Bello. Etymol.

COMPERENDINATI rei dicũtur, qui in criminalibus è custodia dimissi fide sua, suæ ipsius custodiæ commissi, ut aut urbem carceris loco iusti habeant, aut aliquam priuatam domum, ut interdum fit ex personarum dignitate, & genere caussarum. Budæ. in l. poster. de origin. iur. ff. idem in Forensibus. Oldendorp.

COMPERENDINATIO, est utrisque litigatoribus inuicem sibi denũtiatio in perendinũ diem. Budæus in d. l. fin. ex Asconio. Oldendorp. Asconius autem ita definijt quod sit utriusq; partis recitatio, id est (ut interpretatur Torneb. lib. 1. c. 3.) cum partes iterum à præcone citantur ut adsint, qui prore actione citati fuerant.

COMPE-

COMPERENDINVS dies erat, ut interpretatur Ræuardus lib. sing. protribunalium ca.9. dies in ius uocationi, dicendoq; uadimonio destinatus.

COMPERENDINATIO diffinitur in quodā lexico ... id est, trium dierum dilatio. unde non immeritò

COMPERENDINATAM rem, iudiciū in tertium diem constitutum Festus lib.16. diffinierit. Pra.

COMPERENDINATORES, qui nouā subinde causam comminiscuntur, quo negocium proferant. Sp.

COMPERTVS stupri, furti, sacrilegij: pro in stupro, furto, sacrilegio deprehensus. Compertum esse, & exploratum esse, idem est quod, scire per inuestigationem. Sp.

COMPETENS Iudex, i. congruus & ad quem cognitio pertinet. l. pen. ff. de iurisdict. om. iud. l. 2. ff. si quis in ius uoc. l. 28. ff. de re iudic. l. sed & eæ. ff. de procur. & alijs innumerabilibus locis: ex quibus unum duntaxat insuper adnotabo, in quo competēs appellationi iudex dicitur. Is est in l. pen. ff. de iudic. sol. usuræ quæ competierint in l. 47. §. Lucius. ff. de pact. & l. 31. ff. de usur. l. 59. §. 1. ff. de re iud l. 3. C. de sent. quæ sine cert. quant. & l. 78. hæredū. ff. ad Trebellia. Sic & in l. 40. in fin. ff. si cer. pet. Paul. ait, quod competit usurarum nomine. Ideoq; eodem loco, Solutioni competentē mentiam numerū dixit. Competentes usuras Imp. in l. 1. C. si maior. fact. alien. & omne quod usurarum nomine competebat. Paul. l. xj. ff. de usur. Briss.

COMPETENS cautela in l. 21. ff. de iud. Briss.

COMPETENS pœna, congrua, & secundū delictum inflicta l. 3. C. de lucr. aduoc. Prat.

COMPETENS tribunal, apud quod ius fuit de ea re cognosci, l. sed & hæ. §. 1. ff. de procurat. Eodem sensu

COMPETENS forum ex rubric. de for. compet. Prateius.

COMPETENTES usuræ, in l. 1. C. si maior fact. alien. congruæ, & legitimæ, legeq; definitæ. Prat.

COMPETENTER, pro eo quod est, idoneè c. grauis. de restit. spolia. in antiq. sic accipitur apud Vlpian. solut. matrim. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. Quatenus, inquit, & filio & patri competenter consulatur. Oldend.

COMPETIT uerbum Iuriscoss. frequens, & familiare. Inde

COMPETERE libertates dicuntur, quæ ex testamento, aliáue caussa contingunt l. Papinianus. in fin. ff. de inoffic. testam. Et

COMPETIT actio, quę lege data est, uel ex cōtractu descendit. Sic

COMPETERE certi condictionem dicimus. l. cert. condict. ff si cert. pet. Prat.

COMPETITOREM apud Vlpianum l. generaliter. §. spurios. ff de decurio eum, qui cum aliquo eundem magistratum, & officium, & honorem petit. Prateius.

COMPILARE, est facto impetu in quempiam grassari: quod propriè latronum est. Aliquando accipitur pro eo, quod est, aliorum scripta & inuenta furari. Paul. ad l. Iuliam pecul. l. sacrilegi. Sunt, inquit, sacrilegi, qui publica sacra compilauerint. Nebrissensis.

COMPILATORES, sunt improbi spoliatores, ne pilum (telum intellige) quidem relinquentes in spoliatorum corpore. Tametsi alij à pilis, id est, uillis dictos putent: quibus, ut Alciatus notauit, syllaba repugnat. Tornebus libro iij. aduers. cap. x. à Gręco Æolico ... quod furē significat deductū censet, qui ... ab Hesiodo uocatur. sed Æolum est aspirationes in tenues mutare. Transfertur & ad alios: ut haud iniuria dixeris etiam Cōpilatores, qui uel nomina, uel testimonia bonorum autorum induxerint. Quemadmodum Festo, Compilare hæreditatem, est fraudare, diripere. Neq; tamen rectè dixeris, Compilauit libros, aut pecunias. Probè autē iuxta Roterod. Compilauit scrinia mea. Compilant serui dominis, heymlich abtragen. Vsum uerbi huius interpres non percepit. Spieg.

COMPINGERE apud Vlpianum l. qui res. §. aream. ff. de solut. est componere, & cōiungere. quo sensu accipitur & apud Virgilium,

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula. — Prat.

COMPINGERE est res diuersas in unum coagmentare atq; conglutinare. Vnde est illud Iob. c. x. Hieronymo interprete. Ossibus & neruis cōpegisti me. Celsus lib. 6. Tenuissimis minutissimisq; ossiculis caput compingeret. Paul. lib. 46. Dig. de solutio. l. qui res. Si nauem, inquit, eisdem tabulis compegerit. Nebrissens.

COMPITVM, Albericus (inquit) locus est, ubi plures uiæ concurrunt. melius Seruius Virgilianus interpres: Compita (ait) id est, per quadriuia, quæ Compita appellantur ab eo, quòd multæ uiæ in unā conuenunt. Quia uero in compitis laribus sacrū anniuersarium fiebat, Compitalia dicta, dies ei sacrificio status. Quod & ante monuit doctissimus uir Sigismundus Geeler. Spieg. Varro lib. 5. de Ling. Lat. ad M. Tull. Ciceronem, Compitalia (inquit) dies attributus Laribus, ut alibi, ideo ubi uiæ competunt, tum in compitis sacrificatur. Quotannis is dies concipitur. Quid est, quod ait Varro, ut alibi? Hoc enim obscurum esse uideo. Sic uerò interpretor ut significet, Compitalia dicta à compitis siue compitoriū uijs, in quibus Compitalibus sacrificabatur quód & Macrobius ad ludos refert. Vt alibi, scilicet, sacrificetur, id est, quamuis & alibi quàm in compitis Compitalibus sacrificetur, nempe in foco. M. Cato de re Rustica, Rem diuinam nisi Compitalibus in compito aut in foco ne faciat. Martial. lib. 5. Curt. lib. 1. ... capite ix.

COMPLANATA domus, id est, destructa, & solo æquata. Sp.

COMPLERE promissum, id est, præstare quod promiseris. Sp.

COMPLESSE annos pubertatis intelligitur non qui ad supremum usq; momentū peruenit, sed qui attigerit ultimum diem. Conna. lib. 9. c. 4. nu. 9.

COMPLEXVS in l. triplici. ff. de uerb. sign. est compræhensio cùm unā clausula cōplectitur, ueluti & nomina & res. qua de re uide ꝟ. Coniuncti. Prat.

COMPLVRIVM adpellatione quatuor cōplures ue cōtineri liquet ex l. is, qui cōplures. ff. de leg. 2.

COMPLVRIENS pro sæpe apud Catonē poni scribit Festus lib. 6. Prat.

COMPLVRES qui dicantur, uide Bar. in l. 1. C. si rector prouinciæ. Old.

COMPLVVIVM, ut ait Festus lib. 9. quo de diuersis tectis aqua pluuia in eundem locum, cōfluit. In Vitruuio compluuium etiam est ea pars tecti in cauædio quæ pluuiam deijcit, ut cum ijsdem rationibus trabes & compluuia collocantur Torneb. lib. x. aduers. cap. 17.

COMPONERE, est multas res apta quadā cohæren-

A

hærentia, & uelut harmonia simul ponere, coniungere, & de rebus suis disponere in l.2. Cod. de exhib. reis. Sic dicimus componi carmina, leges, ædificia, orationes. Vnde pulchra admodũ Metaphora, componere censemur lites, pro concordare, ad bonas cõditiones pacisci. quo sensu accipitur compositio. c.2. de testibus. libro 6. & Compositò, aduerbialiter, hoc est, ex pacto, cuius oppositum est, Non ex composito. Brissonius.

COMPONERE, etiam significat, constituere, ut in l.2. §. postea ne diutius. ff. de orig. iur. quo loco compositas actiones pro institutis quibusdam agẽdi formis accipere debemus. Ergo, actiones iure ciuili inductæ sunt. pro Bartolo contra Zasium docui lib.1. Enucleationum.

COMPONERE æquè propriè significat in unum redigere ab alijs facta, ut l.2 ff. de orig. iuris ibi. Sed quod leges sine ordine latas in unum composuit. Et primò inuenire & facere ut eodẽ loco Pomponius usus est cum inquit componere genera agẽdi. & Cicero ad Atticum, Commentarium consulatus mei Græcè compositum misi ad te. Aldobran. in procem. institu. ibi, tam à nobis promulgatis quàm compositis.

COMPOSITIO est conuentio quædã per reũ cum præside facta ex causa lite pendente, de dubio criminis statu, de soluendo fisco, certam pecuniarũ summam ad effectũ redimendi uexationes litis. Probantur hæc omnia in l. ab accusatione. l. desistit. & l. seq. ff. ad S. C. Turpill. §. quia uerò. Auth. de defens. ciuit. c. fin. de transact.

COMPOS mentis, id est, competẽtis animi, uel animi sani: uel potius, qui est in potestate mẽtis, cui (ut ait Cicero) regnum totius animi a natura tributum est. Compoti contrarium est, qui animum non habet in sua potestate, sed fertur affectuum arbitrio. l. 4. C. de curat. furios. Sp.

COMPRÆDES Festo libro iij. eiusdem rei Populo sponsores.

COMPROMITTERE in arbitrum dicuntur, qui arbitri sententiæ staturos se hinc inde sub pœna promittunt. l. sed si. 9. ff. de arbit. Briss.

COMPROMISSVM est simultanea illa partium promisio, quæ sua sponte ad alicuius boni uiri arbitrium suam remittunt controuersiam. Quod frequentissimè fit addita per stipulationem pœna, si eius arbitrio paritum non sit, tametsi quandoq; sine adiectione pœnæ fiat, l. diem proferre. §. fin. ff. de recept. arb. Corras. lib.4. Miscell. cap.18.

COMPROMISSVM, ad similitudinem iudiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet l.1. ff. de recep. arb. Vocantur enim litigatores in ius, offertur libellus, dantur dilationes, recipiuntur testes, instrumenta, dicitur sententia in compromisso, sicut in iudicio. Old. quod de ijs accipi oportet, quando ex compromisso ad arbitrum itum est l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Prat.

COMPROMISSI diem proferre. Hæc clausula nullam aliam dat arbitro facultatem, quàm diem prorogandi. Et ideò conditionẽ primi compromissi neq; minuere neq; mutare potest. l. Labeo ait. §. hæc autem clausula. ff. eo. tit. Diem autem arbiter proferre uel præsens, uel per nuncium, uel per epistolã potest. l. diem proferre. in prin. ff. eo. tit. Prolato die, cautio primi compromissi non absimilis iterũ præstanda est d. l. Labeo ait. §. fi. & l. seq. Arbiter ita sumptus ex compromisso, ut & diem referre (in Pan. Fl. proferre) possit, hoc est, retrò ferre, breuiorem statuendo ad disceptationem finiendam: hoc quidem facere potest inuitis seu contradicentibus litigatoribus: proferre autem non potest, nisi cõsentiant. l. arbiter ita. ff. de recept. arbit. Licet non ualeat sententia arbitri, potest tamen prolatio diei ualere. l. Labeo. in prin. ff. eod. tit. prorogatio diei non fit conuentione partium in compromisso, nisi sequatur iussus arbitri. l. non distinguemus. §. dies compromissi. ff. eod. tit. Oldendorp.

ex COMPROMISSO non nascitur exceptio, sed pœnæ petitio. l.2. ff. de recept. arb. Si in compromisso fuerit adiecta pœna, nõ est opus stipulatione, aut fideiussoribus. Si stipulatio, uel cautio fideiussoria interuenerit, non est necessaria pœna ad producendam actionem. Barto. in l. diem proferre. §. fin. ff. eo. tt. Ex compromisso per pactum nudum cõfecto, adiecta pœna: competit certi condictio, siue certa sit summa, siue incerta in id, quod interest. arg. l. fi. ff. si quis in ius uocat. non ierit. Ex compromisso per stipulationem cõfecto cum pœna, nascitur actio ex stipulatu, si incerta fuerit summa: uel certi cõdictio, si certa fuerit. Inst. de uerb. oblig. in prin. & §. fin. Vbi sine pœna simpliciter sententiæ stari, per stipulationem promissum est, ibi competit incerti actio, hoc est, ex stipulatu. Cùm in compromisso neq; pœna, neq; stipulatio fuerit subiecta, tunc si litigatores subscripserint sententię, hoc est, expressè in eam cõsenserint, uel tacitè, id est, intra decem dies non contradixerint: & actio in factum nascitur, & exceptio pacti. l. ne in arbitris. §. si quis autem. & l. pen. C. de recept. arbit. Oldend.

in COMPROMISSIS pœna utrũ sit certa, an incerta, utputa quanti ea res erit, nihil interest. l. nõ autem. ff. eo. tt. non distinguitur item, minor an maior sit pœna, quàm res, de qua agitur. l. nõ distinguemus. in prin. ff. eod. tit. pœna compromissa accipitur non solum nummaria, uerùm etiam alia res uice pœnæ promissa. l. litigatores ierunt. §.1. ff. eod. tt. Item si res apud arbitrum depositæ sunt, uel quantitas certa, eo pacto, ut ei daret, qui uicisset, uel ut eam daret, si non pareretur sententiæ. Item si ambo debitores paciscantur, ne petat, quod sibi debetur, qui sententiæ non paruerit. l. litigatores ierunt. §. quid ergo. & §. interdum. ff. eo. tit. Old.

in COMPROMISSIS stipulatio sub hac conditione tacita committitur: Si sine dolo malo stipulantis factum sit. l. ita demum. in prin. ff. de recept. arbit. iunct. l. conditiones extrinsecus. ff. de condit. & demon. Oldend.

in COMPROMISSO si adijciatur: Si quid dolo in ea re factum sit: ex stipulatu conueniri, qui dolo fecit, potest. Quòd si huiusmodi clausula adscripta non est, tunc de dolo actio, uel exceptio locum habebit. d. l. ita demum. Old.

si COMPROMITTAT mulier alieno nomine, non erit pœna compromissa propter intercessionẽ. l. nõ distinguemus. §. si mulier. ff. de recept. arb. Old.

COMPROMISSARIVS iudex, ex compromisso sumptus l. cum lege. ff. de arb. l. pen. C. de pact. l. fin. C. de testib. per l. penult. ff. de iud. uel ad quem ex compromisso itum est d. l. societatem. l. 76. uel (ut Suidas diffinit) [Greek text illegible] Prateius.

COMPVLSORIALES literæ dicuntur, à cõpellendo. Iudex enim appellationis, quoniam superior est, compellere solet ad hoc inferiorem iudicẽ, à quo appellatũ est ut acta edat cũ refutatorijs l. à proconsulib. C. de appel. l. unic. ff. de libel. dimiss. Old.

COM-

COMPVTARE in §.item tria.in fin. Inst.de excus.tut.pro ἄνευ, accepit ibidem Theophilus, quasi dicas accipitur, intelligitur, censenda est. tutela pluriũ liberorũ una existimanda est, ἰκανὰ (ut ait Theophilus) καὶ μία ἐπιτροπεία. non tamen inficias eo, quin, pro connumerari accipi possit. Prateius.

COMPVTARE pro purum facere accipere uidetur T. Varro lib.5.Ling. Prateius.

COMPVTATIO in Gordiani Imp. constitutione l.instar.C.de iur.fisc. lib.x. Accurs. pro rationum traditione poni credit, ubi Albericus pro traditione legit redditione. Barto. I. Platæus, & Odofredus ibidem pro rationum subductione, & ad calculum reuocatione accipiunt, & uerius, quam Galli uocant *Compte* & uerbum, computatio, non ad eum qui reddit, sed eũ, qui eas subducit & (ut uulgo loquimur) Computum facit, referri debere res ipsa docet. Prat.

CON, particula, nunquam præponitur uerbis, quæ composita sunt ex præpositione In. Nemo, teste Iouiano Pontano, unquam dixit Coinuenio, coinhæreo, coinhabito, coindoleo, coinfero, aut aliud huiusmodi. Quamuis coinquino dixerint. Extat apud Imp. in fin. memorabilis l.si quenquam. C.de episc.& cler. Quære, Coinquino. Spieg.

CONATVM accipere debemus, ad quid faciendum tentationem, & periculum, nisum, & experientiam, Græcis πεῖραν, Gallis *effort à faire quelque chose*, qui tamen effectum non habuit. Sic accipi debet in l.1. in fin.ff. quod quisq; iur. Disputatum est uarijs iuris articulis, an puniendus esset. Regulariter definitur non puniri. Ex caussis diuersum ius receptum scio. quo in genere librum scripsit Felinus Sandæus, quẽ subiecit Titulo de appella. Eam rem ab eo petas uelim, adhibito iudicio.

CONATVS puniri oportet in his quæ faciliter trahuntur ad perniciosa exempla. Nam à corrũpente iam (quantum ipse potuit) perfecta res est. §. sed & si credat. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. l.si quis seruo. C.de furt.& seru. corrupt. Alioqui in alijs delictis, quæ externum factum requirũt, quid obest simplex conatus? l.1.ff. quod quisq; iur. Oldend.

CONCAMBRATIO, uel (ut in Pandec. Flor.) concamaratio in l.si cui ædes.31.ff.de leg.3. structuræ genus, arcuato opere constans Budæo ex Vitruuio lib.6.cap.ult.

CONCEDERE generale uerbum esse, uimque secundum naturam contractus, cui adiungitur, accipere scribit Baldus ad l.non ambigitur.in fin.ff.de legibus. cui rei contestem habet Prat.

CONCEDERE pro dare accipi apud Scæuolã l.uxorem.§.1.ff.de leg.3. itaq; ab eodem apertissimè explicatur ibidem & à Baldo d.l.nõ ambigitur. quo uerbo dominij translatio significatur ex sentẽtia eiusdem Baldi existimantis hoc ita, si caussa subesset, ut in legato domus. caussa enim (ait) apta erat ad dominij translationem: alioquin cõmittere significat. Eo quoq; uerbo dominij translatio nõ significatur, cum usufructuarius rem, in qua utendi fruendi ius habet, alteri fruendum concedit l.arboribus.§.usufructuarius ff.de usufr. Prateius.

CONCEDERE pro remittere dixerunt Impp. l.omnium.C.de uectig.& commiss. Prat.

CONCEDERE in fatum pro mori accipitur in l.3.C.de iur.delib.Prat.

CONCESSIONE generali non continentur ea, quæ quis non esset uerisimiliter concessurus c.in generali.de reg.iur.lib.6.ubi uide gl.& Dinum.Pra.

CONCEDERE, est exercitiũ duntaxat permittere. sic uidetur accipi. in l.2. ff.de iurisdict. Nachgeben. Oldend.

CONCEDERE, pro permittere, temporarium est, Cedere, perpetuum. gl. in uerb. portionibus l.ad eum.ff.de donation. Old.

CONCHA apud Vlpianum l. cum aurum. 19. §. pen.ff.de auro, & arg.leg. non est Margaritę species, ut putat ibidẽ Accursius, sed beliuæ marinæ genus, quæ margaritas parit, ut docet Plin.lib.9.c.35. Conchamq; celerrimè crescere ait eod.libr.cap.36. Plinij uerba non refero, ut pote quæ obuia studiosissimo cuique sint.

CONCHAE etiam aliud significant Marciano l.item pictoris.ff.de fund. instru. Accipitur enim ibidem pro uasculo pictorio, & testa conchæ. Prat.

CONCHYLIVM in l.sacri.6.C.de diuers.rescr. & l.si quis.6.C.de murileg. lib.11.& l.4.C.de uestib. holouer.eo. libr. piscis genus ex cuius succo inficiebantur uestimenta. Prat.

CONCHYLII & conchæ eandem esse materiã, sed temperamento differre scribit Plin. lib.9.cap.36. Ex conchylij humore quid tingi Cassiodorus cẽsuit lib.1. Varia. Epist.2.ad Theonem. Prat.

ΚΟΓΧΥΛΙΑΙΣ, lapidem esse docet I. Pollux Onoma.lib.7.cap.xxix.

CONCHYLIA à murice separat l.si quis.C.murileg. Sunt tamen qui dicunt muricem, & conchylium idem esse, sed muricem Latinum, κογχύλιον Græcum esse. Hinc

CONCHYLILEGVLOS, qui cõchylia legũt, passim reperias, quos κογχυλευτάς, Iustinian. in Nouellis uocat.

CONCEPTIONEM à formulis separat Paulus noster in lib. Sententiarum l.actio.47. ff.de neg. gest.& pro institutione, & compositione, & expressione posuisse uidetur.

CONCEPTAE in bonum, & æquum actiones apud Gaium l.eas.8. ff.de capit. minut. sunt quæ ex bona fide descendunt, quæue bonæ sunt fidei, cuius modi est actio de dote.

CONCEPTIO formularum non obseruatur, apud Paul.in l. actio.de neg.gest. Spieg.

CONCEPTIO iuramenti, inquit Iurisconsult. in l.Iusiurandum.de iureiur. si de qualitate eius fuerit inter partes dubitatum, in arbitrio iudicantis est. Et paulum infrà: Ideò si quid tale inciderit, officio iudicis conceptio huiusmodi iurisiurandi terminetur. Hæc uerba interpres explicat. Sed Budæus in prior. Annotat. ea Accursium neutrobi intellexisse indicat. Spiegelius.

CONCEPTAE in rem stipulationes dicuntur, quæ nullius certæ personæ factum comprehendũt, sed scriptæ.l.5.ff.usufruct. quemad.cau. l.x. ff.ut legat.nom. Concepta pœnæ nomine actio in l.9.§.ultim.ff.de reb.auct.iud.

CONCEPTI actio. Concepti actio tunc datur, conceptumque furtum dicitur, cum apud aliquem testibus præsentibus furtiua res quæsita, & inuenta fit. Nam in eum propria actio constituta est, quamuis fur non sit, quę appellatur concepti.§.conceptũ. de obligat. quæ ex delict. nasc. Institut.4. Cæterùm, hæc actio in desuetudinem abijt, cum enim requisitio rei furtiuæ hodie secundum ueterem obseruationem non fiat, meritò ex consequentia etiam præfata actio ab usu communi recessit, cum manifestum sit, quòd omnes, qui rem furtiuam susceperint, & celauerint, furti nec manifesti obnoxij sunt. §. sed hæ act. de oblig. quæ ex delict. nasc. Inst.4. Anch.

CONCEPTA in dolum actio, dicitur in factum l. huius actio... 9. ff. quod falsi tut. auct. Eodem sensu accipitur apud Iul. Paul. lib. 5. Sentent. tit. 7. Prat.

CONCEPTVM furtum. Furtum per lancem & licium conceptum, nihil aliud esse suspicor, quàm illud furtum, quod conceptum simpliciter à prudentibus uiris est appellatum. Lance, inquit Festus, & licio, apud antiquos dicebatur, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemq; ante oculos tenebat, propter matrum familiæ, aut uirginum præsentiam. Vnde manifestum satis est, lancem liciumque nihil aut adiecisse, aut substantiæ concepti furti detraxisse, sed nudam duntaxat furti inuestigandi rationem denotasse. Moris enim Decemuirorum temporibus fuisse uidetur, ut si quis in alicuius ædibus furtum uellet quærere, illud faceret nudus, licio cinctus, & lacem ante oculos tenens, iuratusq; Deos, legum custodes, sese reperiendi spe furtum quærere. Et nunc quidem alter ille apud quem furtum quærebatur, domum suam ei qui furtum quærebat aperire, & in obsignatis, & non obsignatis locis liberam furti inquirendi potestatem facere cogebatur. Quem morem primum à Græcis usurpatum, deinde in Romanam Rempub. olim inuectum fuisse, si quis fortè satis sibi non persuaserit, inueniet Platonis de legibus librum duodecimum, in quo id ita perspicuè traditur, ut omné auctor diuinus cum Festo, Gellio, alijsq; Latinis auctoribus collatus, dubitationis mihi scrupulū penitus exemerit. Igitur si conceptum furtum aliud nullum dici possit, quàm furtum quæsitum & inuentum, auctore Paulo, Sententiarum libro 2. tit. xxxj. & Iustiniano in §. conceptum. Institut. de oblig. quæ ex delict. nascunt. consequi rectè uidetur, aliud quoq; nullum dici posse, furtum per lancem & licium conceptum, quàm furtum per lancem & licium quæsitum & inuentum. Et quia nulla temporibus Decemuirorum furta quæri sine lance & licio in domo aliena poterant, ideo quoque nulla fuisse ijsdem temporibus uidentur concepta furta, quæ non per lancem & licium concepta dicerentur. At posteà quàm, furtorum quæstiones, hoc est, inquisitiones cum lance & licio euanuissent, ut est apud Gellium lib. 16. cap. x. tunc furta, quæ per lancem & licium concepta dicebantur, appellari concepta simpliciter cœperunt. Et ita quidem amplius nihil in effectu furti nomine per lancem & licium concepti Decemuiri sunt complexi, quàm pretores & Iurisconsulti per furtū conceptum intellexerunt. Idque mirum in modum confirmat idem Gellius. Ræuard. in ll. XII. Tab. lib. singul. de furt. cap. xxvj.

CONCEPTVM furtum (ut Iustinianus diffinit in §. conceptum. Institut. de oblig. quæ ex delict. nascunt.) cum apud aliquem, testibus præsentibus, furtiua res quæsita inuēta sit, quam diffinitionem sumpsit ex lib. 2. Sentent. Pauli titu. xxxj. cui adiecit, Testibus præsentibus. Prat.

CONCEPTAE feriæ Varroni lib. 5. Ling. indictæ, & lege, aut principe præscriptæ. Prat.

CONCEPTIS uerbis iurare, id est, dictatis à deferente iuramentum. Bud. d. l. iusiurandum. Idem appellatur, præire uerba iurisiurandi. Prat.

CONCEPTIS uerbis peierare, est inexpiabili periurio sese contaminare. Bud. in l. Iusiurandum & ad pecunias. ff eod.

CONCESSIO libellaria. Vide, Libellaria concessio. Item condictus dies, qui ferè est idem quod status, hoc est, destinatus, defixus, & statutus per cōmune dictum. nam condictum in commune dictū, uel simul dictum dicitur, quasi decretum & constitutum, Pylade teste. Sp.

CONCESSIO ad uitā facta dicitur perpetua. Verùm ea intelligenda in rebus maximi momēn. In his autem quæ ad minima pertinent non æquè. Brechæus l. Neratius ff. de uerb. & rer. sign.

CONCHYLIVM in l. 6. C. de diuers. rescript. l. iiij. C. de uestib. olober. piscis genus, ex cuius incisa concha colligitur succus tingēdis uestibus olim expetitus. Ex eo enim inficiebatur purpura. Latinè Murex dicitur. Vide Plinium libro ix. capit. xxxv. & Cassiodor. libro j. Variar. Epistol. 2. & Isidor. lib. xix. Etymolog. capit. xxviij. Legebantur uerò in Tyro Phœniciæ metropoli præcipuè huiusinodi pisces etiam esus non ingrati. Vnde Guilelmus Tyrensis Pontif. lib. xiij. Belli sacri, cap. 1. de Tyro agens, Hæc, ait, & tritici & conchylij & pretiosi muricis inuentrix, egregio purpuram colore primo insigniuit. Vnde & præcipua inter eas etiam hodie urbis trahens nuncupationem Tyria dicitur. Briss.

CONCILIABVLVM à municipio colonia, oppido, præfectura, uico, castello separatur apud Paul. libro iiij. Sentent. titu. vj. ut & in lege Mamilia. Quæ colonia hac lege deducta quòdue municipiū, præfectura, forum, conciliabulum, constitutum erit. Apud Liuium etiam fora & conciliabula non semel disiunguntur lib. 4. & libro xxv. & libro xxxix. Frontinus in lib. de limitib. agror. Sed ut ad hoc reuertamur, hoc conciliabulum fuisse fertur: posteà in municipij ius relatum. Et aliàs. Sunt autem loca publica coloniarum, ubi prius fuere conciliabula & postea sunt in municipij ius relata. Conciliabula porrò Festus libro iij. interpretatur loca, ubi in concilium conuenitur. Isidorus libro xv. Etymolog. capit. ij. Pagi apta sunt ædificijs loca inter agros habitantibus. Hæc & conciliabula appellata à conuentu & societate multorum in unum. Gellius lib. j. capit. vij. orationem Gracchi circum conciliabula dictam citat. Relinquitur igitur, Conciliabula conuentum hominum in agris esse, qui nec municipij, nec coloniæ, nec præfecturæ iure censeatur. Briss. Vide etiam Torneb. lib. aduers. 1. cap. 11.

CONCILIARI significat amore cōiungi, amare nuptias, matrimonium cōtrahere in oratione Antonini l. iij. ff. de donat. inter uir. & uxor. Sed & contractis nuptijs, si dissenserint uir & uxor, & posteà in mutuam gratiam redierint, conciliari ueteribus dicebantur, idque mulierum plerunque operâ fiebat. Vnde

CONCILIATIO mutui per consumptionem dicitur, quum res uerè ad accipientem translata, ab eo statim in necessitatem suam uertitur, uel ex interuallo consumitur. Proinde quæ Doctores de natura cooperante, & non cooperante mutuo ciuili congerunt, mera somnia sunt, ut instaurator iuris Old. rectè monet.

CONCILIATVS, aliquando pro empto accipitur. ut apud Terent. in Eunucho, Prodi malè conciliate. pro, magno empte. Omnis enim conuentio Conciliatio appellatur, ut docet Donatus. Spieg.

CONCILIVM, quod Græci σύνοδον appellant, est legitima uirorum ex diuersis locis & prouincijs idoneorum, propter id quod in Repub. passim controuertitur, nomine totius Reipub. ab eo cuius interest, uocata congregatio, modis quibus oportet, ac conuenit hoc ipsum, de quo controuertitur decisura, uel de ipso saltem consultura. Particulas huius defi-

definitionis pulchrè declarat Frid. Nausea lib.1.Rer. Concil. Sp.

CONCILIVM præbere Paulus dixit, quemadmodum Cicero dare Senatum, ad Q. Fratrem Tyrijs est Senatus datus frequens. Eius autè erat concilium uel Senatum præbere, qui ipsum dimittere poterat. Is autem erat qui concilio præerat: Conna. lib.2. cap.4.num.3.

CONCILIVM, conuentus populi, non à consilio siue à consensu, ut Festus existimat: sed à concalando, hoc est, conuocando populum in unum locum. Spiegelius.

CONCILII nomen tractū est ex more Romano: tempore enim quo agebantur causæ, conueniebant omnes in unum, & communi intentione tractabant: unde & concilium à communi intentione dictum est, quasi concidium, d in l literam transeunte: uel Concilium dictum est à communi intentione, eò quòd in unum dirigant omnem mentis intuitum. Cilia etenim oculorum sunt: Vnde qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia non consentiunt in unum. capit. canones. xv. distinct. Ioan. Bell. Etymolog.

CONCINNARE, est rem effictis mendacijs, omnibus lenocinijs perpolire. sicuti is qui unguentis delibutus, madenti coma & capillo composito conspicitur. Hinc Vitiligator appellatur. Græcè ἐραστὴς δικῶν, quasi sectator litium. Vide, Redemptor causarum. Est item concinnare, aptè componere. Hinc Concinnatorius, a, um, res ad concinnandum apta. Paul. de pen. leg. l. instrumentum. Vasa, inquit, concinnatoria instrumento non cōtinentur. Quod antè Nebriss. monuit. Sp. Aliàs concinnare accipitur sine uitio pro aptè aliquid componere. Vnde concinnatoria quæ concinnationi deseruiunt. Oldendorp. Adde Forcat. in penu Iuris ciuilis in capit. de uasis penuarijs.

CONCINNATORES litium, quorum Vlpianus meminit de offic. procons. Alexander Neapolitanus interpretatur eos, qui nouas lites simulatis captionibus & cauillis improbis in longū ducere moliuntur, cum eis iure agere nō liceret. Corrasius Miscellan. libro I. cap. iiij. num. ij. idq; ante eum docuerat Spiegelius.

CONCIO legitima dicebatur apud Romā. quæ fixa statàq; erat: atque hæc ter in mense fiebat. Budæus in l. ult. de Senat. Sp.

CONCIONEM habere, uide cum populo agere. Hotomannus.

CONCIO non tantùm locum & suggestum unde uerba facimus: sed etiam cœtum populi, & orationem quæ habetur ad populum significat. Conna. lib.1. cap.2. num.6.

CONCIPERE iusiurandum, quid sit, ex uerbis Taciti intelligere possumus, libro 2. Referuntur illa à Budæo in Annotatio. prioribus. & l. iusiurandum. de iureiuran. Sp.

CONCIPERE actionem in bonum. Papinian. de Sep. uiol. Dixi eum rectè ea actione experiri, quę in bonum & æquum concepta est, id est, Budæo exponente, qua actione qui experitur, ita intèdere petitionem potest, ut non ultrà petat, quàm quod prçstari & æquum & bonum est. Obseruandum autem, quòd Scæuola Concipiendi uerbum, tota lege Gallus, pro formare usurpauit, nec à proprio significato recesit. Vnde sunt qui parum probant, quod gl. concipi, pro intelligi, & Dynus pro elici, siue cōprehendi interpretentur. Spieg.

CONCLAVE, locus in domo secretior. Ideo posuimus hoc in loco quia in proferēdo accētu plerìq; omnes peccant. cum enim in penultima collocari debeat, in tertia à fine ponunt. Horat. 2. Serui. Currere per totum pauidi conclaue. Clauis namq; primam producit. Vlpia. de Vent. inspic. l. in quo, inquit, conclaui mulier paritura erit. Item Neratius, de dam. infect. l. quod Cornelius. Conclaue inquit, binarum ædium. Nebriss.

CONCIPERE, certis uerbis aliquid comprehendere. Vnde Concipere iusiurandum, est certam iurisiurandi formulam præscribere. l. xxxiiij. §. si de qualit. & §. penult. ff. de iureiurand. Cicer. de offic. 3. Quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur iure nostro, id non facere periurium est. Idem pro Cluent. Africanus quòd esset censor, & in equitum censu C. Licinius sacerdos prodisset, clara uoce dixit se scire, illum uerbis conceptis peierasse. Vide Tornebum lib. Aduersar. iij. cap. x. Hinc Concipere stipulationem apud Vlpianum in l. 61. l. 71. l. 115. ff. de uerborum oblig. & l. 99. stipulatori liberum fuit uerba latè concipere. Hinc concipere uadimonium apud Cicero. libr. ad Q. Frat. 2. Trebatium, inquit, quòd ad se miserim, persalsè & humaniter etiam gratias mihi agit. negat enim in tanta multitudine eorum qui unà essent, quenquam fuisse qui uadimonium concipere posset. Hinc

CONCIPERE libellos appellatorios, apud Vlpian. l. 1. in fin. ff. de appel. Hot.

CONCRATITIVS paries dicitur paries confertus ex crate lignea, qui debilis erat, & formidolosus. & ideo Vitruuius in secundo desiderabat, cratitios parietes nunquam inuētos esse. quantum enim celeritate & loci laxamento prosunt, tanto maiori & communi sunt calamitati: quòd ad incendia, uti faces, sunt parati. de his tract. Vlpian. in l. cum duob. §. item Mela scribit. ff. pro socio. quamuis apud eum congratitium mendosè scriptum sit. & hęc etiam hodie apud rusticos in usu sunt: uulgus graditiam appellat. Hincque mendam in Pandectis factam puto. Cotta.

CONCVBINA, est mulier quæ consuetudinis, non matrimonij caussa retinetur, argum. l. xxxiiij. ff. de adulter.

CONCVBINA dicebatur ea, quam quis nō mariti animo, sed concubitus tantùm caussa sine stupri tamen crimine, flagitioue, domi habebat. Dixi, Non mariti animo, quia concubinam ex sola animi destinatione æstimandam esse, Paulus scribit in l. iiij. ff. de concubin. quin & Papinianus in l. donationes, xiij. ff. de donat. respondit, si quæratur, an maritalis honor & affectio intercesserit, personis comparatis, uitæ coniunctione, perpendendum esse: neq; enim tabulas facere matrimonium. & apud eundem in l. cum tabulis, xvj. ff. de his quæ ut indign. mentio fit Cassiani uiri clarissimi, qui mulierem ingenuā, pleno honore dilexerat, cuius tamen filia ex eo concubinatu suscepta, uulgò quæsita dicitur. Neque satis fuisset dicere SINE NVPTIIS. nam in mulieris honestæ liberæ consuetudine, quamuis nuptiæ celebratæ non fuerint, tamen non concubinatus, sed nuptiæ intelligendæ sunt, ut ait Paulus l. in liberæ, xxiiij. ff. de ritu nupt. Dixi, SINE STVPRI CRIMINE. quoniam Vlpian. in l. 1. ff. de concubin. scribit, eas demum sine metu criminis in concubinatū haberi posse, in quas stuprum non committitur: ueluti si ingenuam mulierem honesto loco natam, & quæ corpore quæstum non fecisset, sine testatione

in concubinam duxisset. tunc enim stuprum non committitur, d.l.iij. de concub. Dixi, SINE FLAGITIO: ut illud significarem quod Vlpianus in l. 1. scribit: Nefariam esse coniunctionem, si quæ patris concubina fuit, in filij aut nepotis concubinatũ sese tradat, aut ex contrario. quippe cũ genus quoddam incestus esse hoc uideatur. Apparet ergo legibus permissum concubinatum fuisse, ac proinde impune concubinam habere licuisse, d.l.3.ff. de concubin. Et l. cum tabulis, 16.ff. de his quæ ut indign. ubi Papinianus ait, in ea quæ se in alterius quàm patroni concubinatum dabat, stuprum non cõmitti, quin & Massurius in l.144.ff. de uerb.sign. scribit eam quę cum uxor non sit, cum aliquo tamen uiuit, uero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. Tametsi Marcellus scribat, eam quæ se in alteriꝰ quàm Patroni concubinatum dedit, matrisfamiliâs honestatem non retinere, l. probrũ, 41.ff. de rit.nupt. Sed quæri uideo, an & mariti concubinam habere possent. quod uulgò ab omnibus negatur propter l. 1. C. de concub. ubi Constantinus Imperator id uetat. At ego eius ipsius legis argumento adducor ut credam, ante Constantinum id licuisse. Cur enim id tum ille prohibuisset, nisi quia licebat? Verùm ut ea de re paulo fusius explicemus: Primum omniũ exemplum eius rei habemus apud Ciceronem in libr. de Orat.1. ubi loquitur de eo, qui uxorem in Hispania reliquerat, Romæq; alteram duxerat, neq; nuncium priori miserat. quia si iudicaretur certis quibusdam uerbis nõ nouis nuptijs fieri cum superiore diuortium, in concubinæ locum eam duxisse uidebatur. quę dubitatio tamen posterioribus legibus sublata est, ex l. nullum, 7.ff. de diuor. & l. eum qui. C. de adult. Sed utcunq; sit, apparet olim ei qui uxorẽ habebat, licuisse alteram mulierem in concubinam ducere. Tametsi Constantini lege id postea uetitũ sit: & uerò etiam Iustiniani in l. ultima, C. commun. de manumiss. apud quem locum illum: Hominib. enim uxores habentibus, cõcubinas habere, nec antiqua iura, nec nostra concedũt: de lege Imperatoris Constantini intelligendũ censeo: quod & interpreti Accursio placuisse uideo. Quid? quod Marcianus in l. 3.ff. de concub. scribit, adulterium per concubinam non committi: qua de re dubitari non poterat, nisi in eo, qui uxorem haberet. Itaq; sic infert, Nam quia concubinatus per leges nomen assumpsit, extra legis pœnam est. itaq; stipulatione pœnæ caueri de ea re uidemus in l.121.§.1. de uerb.oblig. Mulier ab eo cuius in matrimonium conueniebat, stipulata fuerat ducenta, si cõcubinæ, tempore matrimonij, consuetudinem repetisset. Obijcitur lex ultima, in fin. ff. de diuor. ubi scribit Vlpia. patronum qui libertam suam in matrimonio habebat, si concubinam adhibeat, renunciasse matrimonio uideri. Quid tum postea quasi uerò eo ipso quòd concubina adducatur, cum uxore diuortium fiat. Quid ergo est? Dico Vlpiani disputationem suis finibus coercendam esse. loquitur enim de patrono, qui tantisper in matrimonio libertam habere iudicatur, quamdiu alienum ab ea animum non ostenderit. Vbicunq; inquit, uel tenuis intellectus uideri potest, nolentis nuptam, dicendum est diuortium esse factum. Ex quo intelligitur in libertarum diuortio, neq; uerborum formulam, neq; septem testium contestationẽ requiri, sed leuissimam duntaxat abalienati animi significationem sufficere: ueluti si quam aliã appetierit, uel concubinam adhibuerit. Mouet me Paulus lib. Senten. 2. his uerbis: Eo tempore quo quis uxorẽ habet, concubinam habere non potest. Concubina igitur ab uxore solo delicto separatur. Sed uideamus ne quid operis noui nobis aut Annianus aut alius aliquis eo in loco molitus sit: & posterior sententia demõstret, eum sine negatione legendum esse. Quid enim uox IGITVR significat? aut quis sensus eo ex loco idoneus põt elici, siue SOLO DELICTO, siue SOLO DELECTV legemus? At hoc modo sensus erit aptissimus. Qui uxorem habet, potest & concubinam adiungere: uxorem uerò non potest. Quid igitur interest inter uxorem & cõcubinam adiungere? Quid inquam interest utrum uxorem aliquis an concubinam adiungat? Nihil omnino, inquit: pręter hoc unum, quòd in uxore adiungẽda delictum est: in cõcubina uerò, nequaquã. Quod ergo ait, CONCVBINA IGITVR, sic intelligatur: Adiuncta igitur concubina, ab uxore adiuncta solo delicto separatur. Alioqui falsum esset delictum esse, si quis concubinam habeat: uti superius docuimꝰ. Quòd si cui SOLO DELECTV legendum placet, non repugnabo, & sensum hunc aptissimum ostendam: quòd solus delectus siue animi destinatio, discernit uxoris adiunctionem ab adiunctione concubinæ. nã ut ex l.4. dictum est, Concubina sola animi destinatione æstimatur. Verùm hæc quidem hactenus. Nũc illud adijciamus, concubinarũ alias libertas, alias ingenuas, alias seruas fuisse. Libertę aũt inuitis suis patronis in concubinatum alijs se dare non poterant, l.1. de concub. Quòd si qua in patroni sui cõcubinatu erat, quęsitum est, an alteri dare se in matrimoniũ prohibeatur. nam initium dictæ l.1. ita scriptũ est, ut pugnare inter se uideatur: adeò ut quidam priorem partem adulterinam esse disputent: ego uerò ex lege ultima, ff. de diuort. uocem Alteri non de extraneo, sed de altero patrono intelligendam puto. Quod autem ad ingenuarum cõcubinatum attinet, quatuor tantùm casibus eum permitti reperio: si ea obscuro loco nata sit, si corpore quęstum fecerit, si testatio ea de re interposita sit, si mulier adulterij crimine damnata sit, l.1. & 3. de concub. Ancillæ autem utrũ concubinæ fuerint, quęri potest: cùm satis constet, ancillarum omniũ usum suis dñis licitum permissumque fuisse. sed tamen & ancillas concubinas fuisse uideo in l. pen. ff. de reb. aut iud. l. deniq; 8. ff. de pignor. & l. ult. C. cõia, de manu. Sequitur ut aliquot inter uxorem & concubinam differentias exponamus. Prima igitur hæc esto. Quòd uxor iustorum liberorũ quęrendorum causa, &, ut ait Demosthe. τῶν παιδοποιΐας γνησίων: cõcubina uerò, uoluptatis aut cultus corporis duntaxat asciscitur. Nam corporis cultũ in ijs pono, quæ uel quinquagenariæ, uel sexagenariæ sunt: quas haberi concubinas posse, patet ex l.1.ff. de concub. Ex quo ipso secũda differentia intelligitur. Quòd in uxore ex lege Pappia Poppea spectatur ætas: in concubina, modò annis 12. sit maior, non spectatur. Tertiam differentiam Paul. in l. ulti. demonstrat: ubi ait, Prouincialem magistratum posse ex sua prouincia cõcubinam habere: cum in uxore aliud sit iuris. l. si quis officium, 38. de rit.nupt. Quarta differentia est, quòd cùm donationes in uxorem non ualeant. l.1. & passim, de don.int.uir. eæ tamen quæ in concubinam collatę sunt, reuocari non possunt: nec si matrimonium inter eosdem fuerit contractum, ad irritum recidit, quod antè iure ualeat. l. donationes, 31. ff. de don. l. si prædia, 58. de don.int.uir. Quinta etiã apparet ex eo quòd uxor forum domiciliumq; mariti sequitur, l. exigere. ff. de iud. concubina uerò, nequaquam. l. de iure, 37. in fin. ff. ad municip. Hotom.

CONCVBINA, uide Pellicem. Hot.

CONCVBINATVS non est coniunctio iusta, at matrimonium: nec concubina est iusta uxor. Ex cócubinatu nati liberi non sunt iusti, & in potestate patris. Deniq; est in cócubinatu uitiú aliquod, & liberi ex eo suscepti degeneres sunt, l.ul. C. de nat. lib. i. nothi & obliqui. Statius, obliquúq; à patre genus: ubi Lactatius, Quia fuerat, inquit, patris mei noth9. Obliquú ergo dicit ex concubina progenitú: ut Lucanus, Obliquú maculat qui sanguine regnú. Cuiac. in expositio No. Iusti. 18. in prin. fol. 44.

CONCVLCATIO. Vide, Perissologia.

CONCVPISCENTIA, est tam bonarú quàm malarum rerum appetitus. Sp.

CONCVRATORES qui simul curam administrant. l. 19. ff. de adm. tut l. 3. §. quæri potest. ff. de suspect. tutorib. Sic Cótutor. l. 5. ff. de suspect. tut. l. 14. l. 44. §. 1 l. 32. §. ult. l. 54. ff. de adm. tut. Et cófideiussor. l. 10. ff. de fideiussorib. Et Corneus in l. 3. §. nunc de effectu. ff. de liber. leg. Briss.

CONCVRSV partes fieri dicútur in legatis, cú testator duobus pluribúsue legatarijs rem eandem ita legauit, ut ijs nó distinctè ac separatim partes certas attribueret, sed potius rem solidá relinquere uideretur, l. coniunctim, 80. ff. de legat. tertio. Verum cùm utrinq; uterq; ad rei, puta fundi, alicuius possessionem acquirendam accedit, ubi ad medium perue nerunt, & cócurrerunt: quo in loco obuij inter se facti sunt, ibi partis quisq; suæ fines constituunt. ut Sallustij uerbis utar: qui in Iugurthino similem quandam finium inter Carthaginenses & Cirenenses rationem institutam scribit. Hi legatarij, re coniuncti dicuntur: alij quorum partes ab initio factę sunt, uerbis coniuncti. l. re coniuncti, 89. ff. de lega. tertio. l. triplici, ff. de uerb. signific. Hot. Connanus lib. animad. 1. ad l. re coniuncti concursu partes fieri existimat, non quod ea conflictu actionú utroq; totú uindicante inter eos res scindatur, sed quod nisi aliter parté suá petat is qui petijt partè & accepit totum habeat, l. plenè. §. si coniunctim. ff. de legat. 3. ubi partes cócursu facere dicútur ij quorum alteri in primis tabulis, alteri in secundis eadem res legatur, quos simul petere non posse constat. Schard.

CONCVRSVS, sępius de personis, quàm de rebus inanimatis dicitur. Exemplum prioris extat in l. idemq;. ff. qui pot. in pign. hab. posterioris in §. fin. Insti. si quad. paup. fec. dic. Sp.

CONCVSSIO dicitur, quasi commotio totius animi ob aliquam imminentem uiolentiá. Porrò cócutio, à con & quatio, mutatis in compositione literis, significat propriè, totú moueo inijciendo terrorè. Alberic. Concussio, est crimen inquit, cum quid officialis, à subditis per metum extorquet, aut nó facit iustitiá, nisi pecunia recepta: uel aliquid ultra salarium debitum extorquet: uel cú quis accusat, uel ab accusatione desistit propter pecuniá. Sanè quod contra leg. Iul. repet. turpiter datum est iudici, cuius & manus & oculos innocétes esse oportet, nulla usucapione adquiritur illi, uel hæredibus eius. Idem dicendum est de uenditionibus aut locationibus, pluris, minorisue eo nomine factis: quoniam irritæ sunt, nec ullo tempore confirmantur. l. quod cótra. ff. ad leg. Iul. repet. l. bonæ fidei. in princ. de acq. rer. dom. Quare autem leges tam uehementer execrentur corruptum animi iudicium in magistratib. elegáter tractat Iustinian. in Aut. ut iud. sine quoq. suffrag. §. considerauimus. Spieg.

CONCVSSIO sordida. l. 1. §. qui autem. in fin. ff. de calumniat. Alberic.

CONCVSSIONIS rei sunt pœnaq; legis Corneliæ teneri iubétur, qui in accusationé innocentiú coierint. l. ij. de cócuss. Verba autem eodem in loco, scilicet Quiúe ob denunciandú, uel nó denunciandum testimoniú acceperint, ab Accursio intellecta non esse, minus mirum est, cum etiam à paucis percipiantur. Ea Budæus explicat. Sp

CONCVTERE dicitur qui percellit ac perturbat aliquem iniecto terrore, & terrorem Cicero ait esse metú concutientem. lib 3. Tuscul. quæst. Hinc,

CONCVSSIONIS crimé quotiés aliquid terrore potestatis illicitè extorquetur & aufertur: ut cú qs iudicij, aut magistrat9, alicuiusue potestatis q̃ habet, alióue tenore pecuniá alicui extorquet l. 1. & 2. ff. de cócuss. c. militare. 23. q. 1. Sed & qui ad aliud qd, puta ad contrahendas nuptias l. 1. C. si qua pręd. dig. ad emendú, uendendú, cedendum. l. principali. b. ubi Dd. ff. si cert. pet. l. pen. C. de his quæ ui met. caus. t. t. C. de contr. iud. iure aut terrore potestatis inuitú cogit, concutere uidetur, ut & tú, cum ultra constitutú salarium imperiosè aliquid exigitur, Ias. in §. quadrupli. nu. 3. Instit. de act. cap. quoniá. dist. 8. c. militari. 23. q. 1 Spec. de execut. §. 1. nu. 5. & de recus. §. fi. nu. 18. Item quod per euidenté calumniam specie trásactionis extorquetur, in concussionem cadit. l. 1. §. ult. ff. de calumniat. Prat. Vvesenb.

CONDEMNATVS, certam quantitatem l. fideiussor. 45. ff. de fideiuss. certam pecuniam l. post mortem. 5. ff. quan. ex fact. tut. quibus locis eleganter per ἔλλειψιν supprimitur in, uel ad, quæ uulgatis codicibus interiecerunt, qui elegans hoc dicendi genus non norunt. Vocum autem multarum ἔλλειψιν, uideas in Pandectarum, seu Digestorum libris.

CONDEMNARE, pro condemnationem aduersus aliquem obtinere, & (ut Iurisconſ. loquuntur) iudicatum debitorem facere l. 2. ff. de admi. tut. l. furti. 6. §. mandati. ff. de ijs, qui not. infam. Cicero pro Roscio Com. hunc per iudicem condemnabis. Prat. Pertinet hoc uerbum non minus ad decem aureos, quàm ad deditionem noxæ. Eodem sensu

CONDEMNATIONEM facere dixit Gordianus l. quamuis. 8. C. de pigno. Prat.

CONDEMNARI summæ, pro, in summam accipere debemus apud Pomponium l. sed hoc ita. 22. ff. de re iudic. & pecuniæ dixit Paulus l. si ita. 39. ff. de oper. libert. Prat.

CONDEMNARE sponsionis apud M. Ciceronem in Orat. pro Cecinna pro eo, quod dicimus ob sponsionem factam.

CONDEMNARE reliquo l. 1. ff. de arb. furt. cæsa. Prateius.

In his uerbis edicti p̃torij quod sub tit. de re iud. exponitur CONDEMNATVS VT PECVNIAM SOLVAT. Condemnatú accipere debebus eú, q rite códěnatus est, ut senteția ualeat. Cęterú si qua ratione sentétia nullius mométi sit, cóndemnationis nomen non tenet. l. 4 §. condemnatú. ff. de re iud. Aliás quoq; traditur damnatú quem ita uideri, si damnatio teneat. l. 2. ult. ff. de pœn. Briss.

CONDICERE, est simul dicere: nam Festus libro tertio, Condictum interpretatur, simul dictum. Ergo Condicere, est diem locumq; communi consensu constituere, quo quid fiat. Hinc

CONDICERE alicui cœnam Cicero & Suetonius dixerunt, non pro inuitare ad cœnam, quem admodum uulgó placere uideo: sed pro indicere cœnam, & denunciare se affuturum. Crassus (inquit il-

le ad Lentulum scribens) ut quasi testata Pop. Rom. esset nostra gratia, penè à meis laribus, in prouinciam est profectus. Nam cùm mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. Suetonius in Tiberio, Sext. Claudio libidinoso ac prodigo, seni cœnam ea lege cōdixit, ne quid ex consuetudine immutaret, aut demeret. Sed in libris Iurisconsultorū, Condictio est (ut ibidē Festus scribit) in diē certū eius rei, qua de agitur denunciatio. Moris enim fuisse, ut iudicio à Prætore cōstituto diē ex suo cōmodo litigatores sumerent, quo in iudicium uenirēt, uetera illa demonstrant apud Plautū in Curculione, & Gelliū lib. 16. cap. 3. Si status condictúsue dies cū hoste. Sed multo planius loc⁹ ille in Oratio. pro Comœdo rem omnē explicat: Quid enim factū est? uenisti domū ultrò Roscij: quod temerè cōmisisses in iudiciū ut denunciares, rogasti ut ignosceret, te adfuturū negasti: deberi tibi ex societate nihil clamitasti. quo in loco Denunciare dixit Cicero, quod Iustinianus hoc loco Cōdicere. Sed hoc nemo neq; planius, neq; elegātius exponit Asconio, qui Verrina III. sic scribit: Cōperendinatio est, ab utrisq; litigatoribus, inuicē sibi denunciatio in perendinū diē. namq; cùm in rē aliquā agerēt litigatores, & pœna se sacramēti peterēt, poscebāt iudicē: qui dabatur post tertiū diem (sic enim legendū puto, nō Trigesimū) quo dato, deinde inter se in perendinū diē, ut ad iudiciū uenirēt, renunciabāt. Hęc Asconius. Eodemq; notæ illæ pertinent, apud Valeriū Probum, I. D. T. S. P. In diē tertiū, siue perendinū. quā formulam in Muræniana Cicero exagitat. Eōdem etiam illud Macrobij lib. 1. cap. 16. pertinet. Comperendini dies dicuntur, quibus uadimonium licet dicere: Stati, qui iudicij causa, cum peregrino instituuntur. Hot.

CONDICERE, pro simul dicere, ut fit in pactionib. Pōpo. l. 66. de cōtrah. empt. In cōtrahēdo fundo etiāsi quædā non condicantur, præstanda sunt. Hot.

CONDICERE accipitur pro repetere l. 4. §. res pignori. ff. si cert. pet. & alibi sæpissimè. Hinc

CONDICTIO, quā actionē in personā κατὰ χ[illegible], significari scribit Imp. Iustinianus d. §. adpellamus. Propriè tamen significat denuntiationem in diem certum eius rei, quæ agitur Festo lib. 3. Prat.

CONDICTUM est, quod in cōmuni est dictū.

CONDICTIO semper est dicta actio in psonā. l. actionū. 25. ff. de oblig. & act. sicut & nunc eā significationē retinet. Hoc tantū interest, quòd solennis olim obseruabatur, quę nostris quoq; temporibus est cōuenientissima per l. quidā. ff. de ser. urb. Theoph. in §. adpellamus. Inst. de excep dēptis uerborū formulis: ut, cū qs personaliter esset obligat⁹, tū is solebat admoneri, denūciato die, quo aut soluendū, aut in iudicio sistēdū illi esset. Old. Cōmeminēre & hui⁹ rei Accurs. Angel. & Ias. d. §. adpellamus. Hodie uerò hæc curiosa solennitas non adhibetur, rem tamen ipsam imitari debemus, non solùm præcepto humano, sed etiam diuino. Old.

CONDICTIO, & Vindicatio, ad rei recuperationem pertinent Gaio in l. si pignore. §. cum furti. ff. de furtis. Oldend.

CONDICTIO certi quæ cōpetit ex omni causa, & omni obligatione, ex qua aliquid certū petitur: siue ex certo contractu, siue ex incerto, siue ex lege Aquilia agatur, siue suo nomine, siue hæreditario obligetur. Vlp. l. certi. ff. si cer. pet. cond. Vnde manifestū est, qđ ista cōdictio cōcurrit cū actiōe mādati, depositi, & cæteris, ubi qđ certū petitur. Et ideo secundū diuersitatē causarū, nūc re, nūc uerbis, nūc literis, nunc consensu contrahitur, nunc etiā ex contractu, nunc ex quasi cōtractu, nunc ex delicto cōpetit: imputata tamen pecunia, sola illa competit. Oldend.

CONDICTIONES in iure nostro uariæ memorantur. Quædam enim adpellatur

CONDICTIO ex lege, & hæc secundū Azonē eo. tit. locum habet, quoties ex noua lege descendit obligatio, nec in eadem lege cautum est, quo genere actionum experiatur, quæ pro uarietate caussarum, nunc ex contractu, nunc ex delicto nascitur, & sic non statuitur uel cauetur, qua actione agatur. uide l 1. ff. de cond. ex lege. Old.

CONDICTIO furtiua competit domino rei cōtra furem, eiusq; successores ad ipsam rē persequendā, uel æstimationē eius, quanti plurimi fuerit postquàm ablata fuit, eò quòd fur semper est & fuit in mora. Oldend.

CONDICTIONES naturales, id est, quas æquitatis naturalis ratione iurisconsulti introduxerunt, quatuor ferè sunt: Indebiti, ob rē dati, sine causa de bene depensis, ad imitationem cōdictionis ex mutuo. Cuia. ad Africa. tract. 2. in prin.

CONDICTIO indebiti competit ei, qui per errorē indebitam pecuniā soluit alicui, credēs ei teneri, cùm nō teneatur, uel cùm à procuratore suo soluta esset ipso ignorante. Est ergo cōdictio indebiti secundum Azonem in summ. eo. ti. post quàm soluta indebita repetuntur, siue per ignorantiam facti etiā non probabilem, ut qua errauit quis in facto suo, siue per ignorantiā iuris talia indebita soluantur, quia ignorantia iuris non debet alicui nocere in damno uitando, ut ff. de iu. & fac. igno. l. iuris ignorantia. uide tot. tit. l. de condi. indeb. C. & ff. Old.

CONDICTIO liberationis competit ei, qui quod omnino non debuit, promisit. Old.

CONDICTIO ob causam datorum, secundum Azo. eo. tit. cōpetit & locū habet, ubicunq; duo contractus innominati interueniunt, scilicet, do ut des, facio ut facias. In illo autē contractu innominato, scilicet do ut des, datur actio de dolo. Et prout alij dicunt, tunc cōpetit ad rem petēdam, quæ ob causam honestā, utpotè in caussam futurā uel præteritā data est, caussa non secuta. Potest enim cōdici caussa non secuta, si pœnituerit dantem, re integra. Si uerò dedisti decem, ut Bononiam irem, & aliquid quod erogaui ad profectionem, exprimam, habes condictionem, ita tamen, ut præstetur mihi indemnitas. Quia autē ex obligatione, quæ re contrahitur, & non consensu, perficitur hæc condictio, minima est, quia res ad aliquem profecta sine consensu utriusque contra eundem assensum petitur & repetitur. Oldendorp. Adpellatur autem condictio caussa dati (sic enim, Non data, legendum Paulus docet l. 5. uersi. in hac. ff. de præscriptis uerb.) quā datum caussa, ea non sequuta, repetitur tot. tit. ff. de condi. cau. da. caus. non sequut. & C. de condict. ob caus. dat.

CONDICTIO ob causam. Hanc cōdictionem parit res apud alium constituta, siue ab initio siue iam, siue postea peruenit ad eum ex iusta causa, postea ad instantiam redijt. Vt Chirographum apud creditorem debitor post debiti solutionem recipit. Sed hanc condictionem ob causam putant quidam ex contractu prouenire, quia non competit, nisi alij contractus præcedant. Alij ex quasi contractu credunt descendere, ad similitudinem condictionis indebiti, quia qui ob causam condicit actori, primum contractum dissoluit. Oldendorp.

CONDICTIO dati ob turpem caussam est per quam

quam repetimus ea, quæ dedimus alteri, caussa non secuta, ob quam data sunt, si turpitudo tantũ ex parte accipientis uersetur. Alioquin si ex parte dantis & accipientis, repeti non potest, quia in pari caussa turpitudinis potior est conditio possidentis. c. in pari. de reg. iu. lib. 6. & secundum Azonem eo. tit. ponitur exemplum: Ego dedi tibi ut sacrilegium non faceres, ab hoc enim debuisti abstinere nullo tibi dato. Et ideò etiam caussa secuta possum petere, quod tibi dedi. uide ff. de cõd. ob tur. cau. Oldend.

CONDICTIO sine caussa competit, quando aliquid primò ex iusta caussa est apud alterũ, sed postea per aliquem effectum esse non debet. Verbi gratia, Mutuasti mihi centum, feci tibi instrumentum, in quo confessus me tibi teneri, soluo tibi. modò instrumentum obligatorium est apud te sine caussa, per quam repetam ipsum. Cõpetit ergo condictio sine causa, finita caussa, ex qua res ad aliquem peruenit ex cõtractu, qui iá finitus est, unde uidetur descẽdere, nec inde q̃d expirauit adhuc caussam subsistẽdi habere. Itẽ si sine caussa penes te res est, quam nõ habes per contractũ, & ita nec ex contractu, nec ex maleficio es obligatus mihi. Etiá locũ habet, ubicũque sine causa aliq̃d, q̃d apud te est, mea interest, me habere. qua de re extat tit. de condic. sine caus. Old.

CONDICTIO Triticiaria, siue Triticiana. Veteres Tritici appellatione intellexerunt opes terræ, cũ omnes consisterent in pecoribus & culturis terræ. & uide infrà Triticum. Hinc dicta Triticiaria condictio, quia omnes res nobis debitæ, siue certæ sint, siue incertæ, siue immobiles sint, siue soli, siue corporales, siue incorporales, ut Iura, Vsusfructus, Seruitutes rusticæ, uel urbanæ, petuntur, excepta pecunia numerata, quæ cùm certa debetur, habet suam condictionem. l. 1. ff. de condict. Trit. Oldend.

Sunt & alia Cõdictionũ genera, quę passim in iure nostro reperias, putà cõdictio ex l. omnimodo. & l. scim⁹. C. de inof. testa. & l. si quãdo. C. de testibus.

CONDICTIO autem uel certi est, uel incerti. Certi condictio ex omni causa competit, ex qua certum petitur. l. 9. & l. 24. ff. si cer. pet. l. 28. §. exceptio. ff. de iureiur. l. 17. in fin. ff. de exercitor. l. 17. §. penult. ff. rer. amot. Institut. quibus mod. re contr. obligat. & de uerbor. obligat. in princip. Condictio incerti ex diuerso ex omni causa datur, ex qua incertum petitur. Hac condictione & liberationes, & cautiones, & iura prædiorum, & ea quorum incerta æstimatio est, condicuntur. l. 2. §. aliud. ff. de donatio l. 3. ff. de cõdict. sine causa. l. 5. & l. 8. ff. de actio. emp. l. 46. §. 1. ff. de iur. dot. l. 12. ff. de nouatio. l. 22. in fi. l. 40. §. pen. ff. de cõdict. indeb. l. 35. ff. de seruit. urb. l. 16. §. Põpon. ff. de minorib. l. 5. §. 1. ff. de usuf. ear rer. l. 12. in fi. ff. de cõd. furt. l. un. C de erro. calc. l. 3. C. de postul.

CONDICTIO certi est stricta cõdictio triticaria arbitraria. Cuia. tract. 2. ad Afri. fol. 27. fere sub. fi.

CONDICTIO ex scriptura, Instit. de liter. obli. est ex qua obligatio nascitur. Prat.

CONDITA appellabãt species & copias publicas in horreis seruandi causa repositas. tit. de condi. in publ. horr. Capitolin. in Gordianis: Cuius uiri tãta in Republ. dispositio fuit, ut nulla esset unquá ciuitas limitanea potior, & quæ posset exercitum populi Ro. ac principem terre, quæ totius anni in aceto, frumento, & larido atq; hordeo, & paleis, condita non haberet. Symmach. libr. j. Epist. xix. Cùm clementia uestra meminisset carrucę faciendæ impendium de sacrò ærario esse decretum: censuit, ut eius argentum publicis cõditis redderetur. Idem Epist. xxxiiij. de frumento & oleo annonario agens. Cui⁹ rei V. C. præf. annonæ partium suarum diligens executor, Prætorianę amplissimę prefecturæ, ut ipse adserit, dudũ fecit indicium. missis de more breuibus, quę angustias patefacerent conditorum. Marcellin. libr. xxix. A prouincialibus cõmeatũ exercitui prohibuit dari messes & condita hostiũ, uirtutis nostrorum horrea esse fiducia memorans speciosa. Bris.

CONDICTITIA lex, quæ ab Imperatore nominatur. §. Tripli. Instit. de act. eadem est cum condictione ex lege. Nam quoties ex constitutionibus actio datur, neq; tamen nomẽ actioni imponitur, generaliter condictionẽ ex lege nominamus l. unica. ff. de condit. ex lege. Interdum autem præcisè. dicitur nomine actionis non adiecto l. Si duo §. Item Iulianus ff. de iureiur. interdum autem nomine adiecto l. Si quis certum. ff si cert. pet. Ideoque pro condictione Theophilus ubique Condictitiam uertere consueuit. Quid autem sit ex lege Condictio, siue condictitia actio ex l. unica ff. de condictione ex lege intelligi potest. Hotom.

CONDITIO, siue (ut in Pand. Flor.) Cõdicio uariè à uarijs diffinitur. Cõditio, ait Accursius rub. ff. de condit. & demon. est suspensio, cuius de futuro defectus, uel cõfirmatio pendet. quá diffinitionẽ Azo in Summ. C. de condit. insert. probat. apud quem consummatio, pro confirmatio legitur. Bar. l. 1 ff. de cõdi. & demon. reijcit eá diffinitionem, datq; aliá in hæc uerba. Cõditio est quidá futurus euẽtus in quẽ dispositio suspẽditur. Conditio aũt túc uim suspendendi habet, cum in futurum tempus cõfertur, quæ in præsens tempus, aut etiam in præteritum nõ suspendit aut moratur obligationẽ l. Conditio in præteritum ff. de uerb. oblig. l. si ita stipulatus fuero. ff. eod. Alciatus l. debitori. C. de pact. ait esse qualitatẽ, qua quid cõdi, id est fieri actum est. Hotomãnus, Cõditio, inquit, est lex negotio adposita, unde euentus pẽdet. Equidem Bartoli diffinitionẽ ueram putem l. unic. §. sin autem aliquid sub condi. C. de cadu. tol. iuncta l. cũ ad præsens. 37. ff. si cert. pet. Euentui subijcit d. §. sin autem aliquid. & potestatiuas, & fortuitas & mixtas. Lex uerò, in facto. ff. de condi. & demõstra. in euentu ponit, quæ obtingunt, id est fortuitæ sunt. Ideóq; ita diffinere tẽtabam: Conditio est lex adposita hominum actibus, eos suspendens. Prat.

CONDITIONVM uariæ sunt diuisiones. Iustinianus d. l. unica §. sin autem aliquid. diducit in Casuales, potestatiuas & mixtas, quarũ euentus ex fortuna, hominum uoluntate, uel utroque pẽdet. Prat.

CONDITIONVM (ait Paulus lib. 3 Sentent. tit. 4.) duo sunt genera: aut enim possibilis est, aut impossibilis. Possibilis est, quæ per rerum naturam admitti potest: impossibilis non potest. Quarum altera ex euentu expectatur, altera submouetur, & uide Vigliũ §. impossibilis. Instit. de hered. instit. Prat.

CONDITIONES uel in præsens, uel in præteritum, uel in futurum cõferuntur. Sed eæ demũ potestatẽ conditionum obtinent, id est in euentum aliquem negotium suspendunt, quæ in futurum conferũtur l. cũ ad prę̨sens. & l. itaque. ff. de reb. cred. Quæ conferuntur in futurũ aliæ in casum, & euentũ incertum, aliæ in arbitriũ conferuntur. Illas Casuales, has potestatiuas adpellat Iustinian⁹ d. §. sin aũt aliquid. Quæ in arbitrio nostro sitæ sunt, promiscuas uocat Paulus l. si iam facta. §. 1. ff. de condi. & dem. Prat.

CONDITIONES prætereà facti esse dicũtur, quæ in facto consistunt, quæ in faciendo uersantur, ad differentiam earum quæ in dando consistunt l. si

cui

cui purè.§.1.ff.ad Trebel.l.seruus.ff.de solutio. Quędam uerò conditiones iuris sunt, id est ex iure ueniūt l.multùm.21.ff.de condi.& demonstra.Prat.

CONDITIONVM insuper alia uoluntaria, alia casualis. illa q̃ uolūtatis est, totā obligationē suspēdit usq; dū perficiatur. Quæ uerò casualis est aut necessaria, obligationis tātummodo effectū prorogat, uis obligationis atq; adeo ipsa obligatio statim perficitur, &c. Conna.lib.4.cap.17.nu.7.

CONDITIO dicitur, cū quid in casum incertū, qui potest tēdere ad esse, & ad nō esse, cōfertur. Ferr. Instit.de Verbor.obligat. Spiegel.

CONDITIO quoque pro Côiunctione sponsaliorū & nuptiarū & pro eo quod uulgo dicimus *Party* in l.ult.ff. de sponsalib.l. 19. & l.36. ff. de ritu nupt. l.ult. ff.de ꝓxenetic.l.65.ff.de iudic.l.18.C.de nupt. Sueto.in Iulio cap. xxviij. Octauiani sororis suæ neptē, quæ Marcello nupta erat, cōditione ei detulit. Idē in Augusto cap.lxix. Dimissam Scriboniā, quę liberiùs doluisset nimiā potentiā pellicis, cōditiones quęsitas per amicos, qui matresfa. & adultæ ætatis uirgines nudarēt. Sic & apud eūdē auctorēin Claudio cap.xxvj. & in Galba cap. v. accipiendū est. Seneca lib.iij.Cōtrouers. Cōditionē nuptiarū illi inuētam cū alio nullo modo posset. Festus lib iij. Cōuenta, ait, Conditio dicebatur, cū primus sermo de nuptijs & earū cōditione habebatur. Vtitur hoc quoque uerbo in hoc significato Plut.in Truculē.& Aulular. Et Liu.lib.ab Vrb.cond.iij. Et Plin.lib.j.Epist. ad Iuniū Mauricium. Itaque & in renūtiatione sponsaliorū hæc uerba probata esse Gaius scribit, CONDITIONE TVA NON VTOR l.2.ff.de sponsalib.Bris.

CONDITIO etiā pactionē & cōuentionē significat & quod Gręci dicūt *συνθήκην*. Cic. Topic. Si quęratur à naturā ne sit ius, an ab alia quasi conditione, & pactione hominum. Nā & lex *κοινὴ συνθήκη πόλεως* à Demosth. definitur.l.2.ff.de legib. Atque inde fortè qui pactiones & instrumēta cōscribebāt, Cōditionales sunt appellati. Sic enim appellātur in l.11. C.q. potio.in pign.& l.7.de iur.fis.lib.x.C.l.2.de stud liberalib.urb.Ro.C.Th.l ult.de pōderatorib.in eo Quā quā alia hui⁹ uerbi origo esse uideatur. Nā & eo Tertullia.in aliū sensum utitur in lib.de Idololatr. Opera, ait, & Cōditionalis erā. Nemo duobus dominis seruire potest. Vnde fortè Cōditionarij cēsiti & adscripti, uel familiares appellātur in ca.nō cōfidat.distinctio.5 Et apud Yuonē Carnotensem in Epist. ad Paschalē Papā, qua rogat eū Cōditionarios de familia Carnotēsis Comitis exciperet è priuilegio quod Carnotēsi Ecclesię de nō admittēdis Cōditionarijs dederat. Cōditiones etiā testiū dictā quasi cōdictiones dici Isidor.lib 5. Etymol. cap.24. scribit. Bris.

CONDITIO in Iure pro MODO capitur, quòd ferè in multis cōueniāt l.1. C. de ijs quæ sub mod. ꝓ modo autē capitur, cū sæpè tū euidēter in l. debitori.C.de pact.l.quoniā C.de rer.permut.tamē, mod⁹ fit per, VT, cōditio per, SI, & in multis nō parū discrepant, ut liquet in gl.rub.ff. de cond.& demonstr. Nūc adde superiorib. si placet. l.si post. §.ijsdē. ff.qñ dies leg.ced. ubi cōditionē pro modo accipit Vlpianus, nisi nos decipit Accursius. Isdē autē diebus, id est ijsdē cōditionibus, inqt, hæredi præstabitur legatū, quib⁹ legatario præstabatur. Cōditionib⁹, id est, Modis, ait glossa, quia cū hic agatur de hærede legatarij, ad quē legatū cū ijsdē cōditionib⁹ deuenit, nō possunt esse uerę cōditiones, sed modi, quia cōditiones ad hæredes nō trāsmittuntur d.l. si post.§. sed si sub.ff.eod.l.unic.§. sin autē. C. de cad.tollend. Forcat.in suo Auiario cap.8.

CONDITIO adscribi dicitur & inijci.l. 14. §.1. ff.de adq.hered.l.12. ff. de man.test.l. 6. & l. 96.ff de legat.lib.j. Et dari.l.35.§.1.ff.de adq.hered.& inseri.l. 11.ff.de legat.lib.ij pendere etiam & suspendi, & existere, & impleri, & euenire conditionem dicimus. Et è contrario deficere & extingui in l.2.§.si quis seruum.ff.de here.instit.Bris.

CONDITIO, à demōstratione hoc differt, quòd demonstratio plerunq; factam rem ostendit, conditio futuram.l. Si nominatim.ff.eod.Sp.& ut pleniùs dicamus. Conditio in liberam legatarij uolūtatem aut in euentū rei futuræ incertum confertur. ut, Si hoc feceris, Si nauis ex Asia uenerit, &c. Demōstratio autē factam rem ostendit, non quemadmodum conditio futuram ut, Fundum Tusculanum, quem Seius mihi dedit do lego.l. Stichū.6.ff. de leg.j. Vuesenb. Placet etiam de hac differentia adscribere quę Doctissimus Cuiacius doctissimè lib.2. obser. cap. 39. scripsit. Multum à Demonstratione Conditio distat. Demonstratio in pręsens, Conditio in futurum, tēpus cōfertur. Hæc omnimodo existat necesse est. ut legatum debeatur, illa, etiamsi uera nō sit, attamē debetur. Et ideo nō frustrà quæritur in l.6.ff. de leg. j. utrum hęc uerba, Stichum, qui meus erit, cum moriar, demonstrationem an conditionem faciant. Labeo autem ea pro Demonstratione accipit, l.5.§.j.ff. de leg.j.l.nuper.§. ult. ff. de leg.3. Trebatius contrà, pro Cōditione: nec putat quicquam interesse, ita legetur Qui meus erit: an, Si meus erit. Ideoq; si tempore mortis in totum aut pro parte seruus alienus fuerit, ex sentētia Labeonis totus debetur, ex sentētia Trebatij non debetur, nisi quatenus eo tempore defuncti fuerit. Obtinuit autem sententia Trebatij ut in illa l.5.& l.nuper.traditur. Cuia.d.loc.

CONDITIO libertatis leuissima ea intelligenda est, quæ ad libertatem perducit, quamuis natura grauior & durior sit l.In facto.ff.eo.Sp.

CONDITIO seruitutis, id est status, fortuna l. ult.§.fi.de Aedil.edic. Variè autem usurpatur. Est enim conditio idem quod modus, ratio, lex, pactio, pactum, fortuna, status, locus, ius, causa. Sp. Pro meliore conditione haberi debet quicquid ad utilitatem uenditoris pertinet. Conna.lib.7.cap.9.nu.8.

CONDITIONEM hanc, Si cœlum digito nō tetigeris, imposibilem, negatiuam Commentatores appellant, in l.in illa.de Verb. oblig. cum rectiùs (Alc. ait) necessariam conditionem dicerent, quæ pro pura habetur. Nisi fortè de eo cœlo, de quo oxymorum, ridiculum ænigma confinxit Virgilius: Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Treis pateat cœli spaciū nō amplius ulnas. Quid hoc in loco significet cœlū, explicat Alc.ca.18.li.1.Parerg. Sp.

CONDITIONES quærere, adulteræ, infames que fœminæ sibi dicebantur, quę homines bene mētulatos sibi adsciscerēt, magnis etiam inuitatos præmijs. Egnat.in Capitolinum, & Lampridium annotauit. Viues autem, Coditio, inquit, in fœminis est coniugium, unde quærere conditionem, & inuenire conditionem filiæ. Hinc apud iurisconsultos in uerbis repudij erant & illa, Conditione tua non utar. Spieg.

CONDITIONEM remittere. Oppo. Conditionem manere alicui. l. ei qui furti. ff. de Furt. Oldendorpius.

CONDITIONIBVS stare, est tenere pacta: cui contrarium, à conditionibus fugere.

CON-

CONDITIONALIS, cui conditio adiecta est: conditionalis stipulatio, aut legatum. l. 44. ff. De uerbor. obligation. & sub tit. Digest. de cond. & demonstrat. Item

CONDITIONALITER, pro sub conditione l. quæ res. ff. de uerbor. obligation. & passim in lib. nostris. Hotoman.

CONDITOR, qui aliquid cõponit, uel rei alicu ius autor, ut, conditor legum.

CONDITORIVM, id est, sepulchrum. Catanæus ostendit exempla Comment. vj. Plinian. epist. Spiegel.

CONDITVRA, quod ferculis, alijsque esculentis condiendi gratia adhibetur. Vlpian. de Trit. & uino leg. l. si quis. Quod potius conditura loco fuit. Nebriss.

CONDITVM, pro abscondito, id est, quod abscondité seruatur in aliquo loco. Paul. diuersam autem esse caussam eorum, quę in cõdito essent. Item pauló suprà in themate, Si quæ in cõdito habuerat pater familiâs. l. Ofidius quidá. de Legat. iij. Cõditũ uerò dicitur, quod seruari potest sine læsura. Sp.

CONDOCTI dicũtur Comici, q fabulã q̃ acturi sunt, unà fideliter edidicerũt, gestumq; agere sciũt. Oportet enim histriones peritos esse, & tabulam quam acturi sunt simul edidicisse, antequam in proscenium prodeant, ut refert Torneb. aduersar. libr. 15. capit. 6.

CONDVCERE dicitur is, qui precium accipit pro re aliqua facienda: quod Redimere etiá dicitur ex Budæo. Vlpianus: Si qui seruum docendum con duxerit. l. item quæritur. 13. §. si quis seruum. ff. locat. & alibi sæpissimè Sic & apud alios Iurisconsultos reperies. sic accipitur in l. 2. ff. ad leg. Rho. de iac.

Conducit qui dat, sed qui locat accipit illud. Oldend.

CONDVCERE numo uno, donationis instar inducit, ait Vlp. l. si quis. ij. ff. Locati. Est autem, teste Old. prouerbiale secundum ueteres, sicut nunc dicimus, fragmento panis uel pomi locare aut uendere: significantes donationem potius esse, quàm aliũ contractum. Spieg.

CONDVCI etiam & locari nũmi dicuntur, qui fœnore occupantur. Horat.

Omnia conductis Coemens obsonia nummis.

Id est fœnore sumtis, inquit Acron. Conducuntur enim quasi nummis pro quibus merces soluitur. Et quemadmodum in emptione dixi, ueteres emptionum uẽditionumq; appellationibus promiscuè usos, idem est in locatione & Conductione ut Caius scribit de action. empt. quod credo opinionem Laurentio Vallæ iniecisse, ut putaret locare sepulturam faciendam, ut dicatur tàm is qui dat quàm qui susci pit faciendam, cuius tamen nullum adhuc exemplũ memini me legere, nec scio an apud Latinos authores reperiri possit ut rectè notauit Budęus: nisi forte apud Labe. cap. ultimo ad legem Rhod. in penult. themate, si modo nõ sunt mendosi codices, quod facilè crediderim. Et cum scribit Caius ueteres locationis & conductionis appellatione usos fuisse promiscuè, satis ostendit, iam hoc à consuetudine Latini sermonis recessisse, atq; ita posteriores locutos fuisse, ut ista distinguerẽt. dicereturq; locare qui dat rẽ utendam, Conducere autem qui pro rei usu & fructu quem accipit dat in precij loco pensionem certam uel nummorum uel fructuum. Ille dicitur nummis colere aut cõducere, hic partibus; unde partiarius colonus. Ita locatur opus faciendum cui mandatur eius constructio & procuratio, quiq; eam suscipit non gratis, sed & mercede & precio. Ipse autẽ cõductor dicitur quoniã eius ductu tota cõstructio peragitur. Hic igitur conductor appellatur qui dux est, & ut uulgo loquimur Magister operis: qui q̃d alienis & ipse operis utitur emptis & conductis, ad id quod suscepit efficiendũ uocatus est redemptor: quasi opus quod locatori suo debet à mercenarijs redimat. Nam si quis sua solius opera faciendum ali quid conducat nõ rectè ni fallor, redemptor operis uocabitur &c. Conna. lib. 7. cap. xi. nu. 1.

CONDVCIT, in tertijs personis, pro utile est, notius quàm ut exemplis probari debeat. Spieg.

CONFARRATIO sacrificij solennis genus erat, quo utebantur ueteres Romani in coniunctione uiri, & uxoris, cuius commeminisse uidetur Vlpianus in Epitome tit, 9. Farre (ait cõuenitur in manum certis uerbis & testibus 10. præsentibus. Eam solis pontificibus conuenisse scribit Boethius in Topic. in loco à genere: qua de re adeũdi sunt, Alexãd. ab Alex. li. 2. Genial. & Bar. Brissonius lib. sing. de ritu nupt. confarrationem Romæ omissam scribit Tacitus libro 4. Annalium. Prat. uide latius Connanum lib. 8 cap. 3. nu. 2.

CONFERRE, à Con, & Fero, quasi simul portare, multa significat, propter uarias conferendi caussas. Quare ex eo, quod adiungitur, solet uis huius uerbi lectoribus apparere. Olden.

CONFERRE manus, conferre signa. Wider einander streiten. Old.

CONFERRE pedem, antiqui eleganti Metaphora dicebant pro eo, quod est propius accedere ad caussam: Cuius oppositum est, Fugere scopũ con trouersię, sicut nunc ferè litigatores faciunt in iudicijs. Cicero pro Plancio: Non possum pedem cõferre, ut aiunt, aut propius accedere. Commentatores uenire ad punctũ caussæ dicunt. Näher zu der sach kommen. Spieg.

CONFERRE in arbitriũ alicuius l. 1. ff. de leg. 2.

CONFERRE in aliquod tempus, hoc est, differre l. quæsitum ff. de sponsal. Prat.

CONFERRE, cõparare l. ubi falsi. ff. de fals. Dicimus enim, cõfero te illi, aut cum illo. Hieronymus in procem. Paralip. Quẽdam, ait auctorem, qui apud Hebræos in admirationibus habebatur, assumpsi, & contuli cum eo à uertice (ut aiunt) usque ad extremum unguem: & sic confirmatus, ausus sum facere, quod iubebatis.

CONFERRE in pauca, accipimus pro concludere breuiter, quæ diffusius sunt dicta. Plaut. Nunc uerba in pauca conferam. Olden.

CONFERRE Pontificios canones legibus Romanis sic oportet: Primùm, retinẽda semper est breuitas, ne quid mediocritatem excedat. Deinde, in locis ex iure collatis perpendi oportet autorem, & illius consilium, hoc est, quis, ob quam caussam, cui, qua de re, & quando statuerit tale ius. In his enim cõ sistũt & aperiuntur tibi statim circumstantiæ negotiorum, quæ cùm diuersæ sint: nihil est mirandum, si de quibusdam speciebus uarient ius ciuile & canonicum. Tũ ex collatione sic facta apparebit tibi lux quædam mirabilis, ad inuestigandam similium negotiorũ ęquitatem, siue in scholis, siue in iudicijs, siue in consultationibus uerseris. Porrò hæc est exercitatio, quam inculcare oportet studiosæ iuuentuti: nõ ad altercationẽ fori, sed ad cõcilianda iuris præcepta, quæ eódẽ pertinẽt tandẽ. Nam, si bene circũspicias, multò certè rarior inter ius ciuile & canonicũ est ἀντινομία, q̃ uociferãtur quotidie in tribunalib.

Diffe-

Differētias tamen permultas inter ius Ciuile,& Pōtificium constituit Barto. tractatu in eam rem edito quem uideas,uelim.Olden.

CONFERRE,in commune,& medium redigere significat toto titu.ff.& C.de collat.bono.& ff. de dot.collat.Vnde

COLLATIO bonorū & dotis ubi suprà. Est &

COLLATIO tributorum, & uectigalium,aliarumque functionum,hoc est præbitio l.ultim.§. patrimoniorum.in fi.de muneribus & honor.Sic accipitur in l. in honoribus. §. qui muneris. ff. de uacat. mu. eodē sensu accipitur in rubr. C. de collat. fund. patr.lib.11.& C.de collat.fund.fiscal.eod.lib.Et

COLLATORES in Nouell.128. interpretibus Iuliano Patritio & Irnerio, quos ὑπολογεῖς Græco uocabulo adpellauit Iustinianus in d Nouella.Brisso.

CONFERRE apud Venuleium l. si uir. 6.ff. ad leg. Falc. pro impendere positū aiunt Accursius, & Albericus. equidem pro contribuere accipi putem.

CONFERRE apud Pontificios significat concedere. c.eam te. extrà, de rescript.ibi, præbendam sibi conferre deberent.Prat.

CONFERRE,transferre significat. l. confessionibus.ff.de interrog. actio.

CONFERRE pacta in l. fi.C. de ferijs.est de paciscendo colloqui.Prat.

CONFERRE rem in arbitrium alicuius. Et cōferre in aliquod tempus, Beymgeben/Verziehen. Vlpianus ff.de sponsalib. Quęsitum est,inquit,apud Iulianum, an spōsalia sint ante duodecimū annum, si fuerint nuptiæ collatæ, hoc est,dilatæ in id tempus ætatis:non, sicut Accursius comminiscitur, re uera celebratæ.Old.

CONFERO beneficium,Confero honorē,Cōfero in te culpam, Ich thū gūts/ Ich gebe ehr/ Ich gebe dir die schult.Oldend.

CONFERRE dotem, uel alia bona, wider eins bringen. Vt C. de collat.bon.& ff.eod.tit.Hic titulus, inquit Vlpianus,manifestam habet ęquitatē.Quum enim Prętor ad bonorū possessionem contra tabulas emancipatos admittat, participesq; faciat cum his,qui sunt in potestate,bonorum paternorum:cōsequens esse credidit, ut sua quoque bona in mediū conferant,qui appetant paterna.Old.

CONFESSIONEM Quintilianus Decla. 314. accipiendam ait qualemcunque contra se pronuntiationem suam.pronuntiantis sententiam diffinire uidetur Paulus l.1. ff.de confessis.Bris.

CONFESSIO etiam in No.Iusti.1.sumitur pro cautione,Græcorum imitatione qui ὁμολογίαν dicūt, ut in l.quū de indebito ff.de probat. Cuia.in expositio.d.No.Iusti.8.fol.undec.circa med.

CONFESSIO non nocet absentibus nec uocatis.l.certum.§.si quis absente. ff.de confess.quod declara,ut per Barto.d.§. si quis abs.& restringe ut per Barth.Socinū in Tract.Fallen.reg.63.Olden.

CONFESSIO corā notario facta, habetur pro scriptura in fideiusione, iudicio sisti, l. penultima. C.de fideiussoribus.

CONFESSIO erronea, nullius est momenti.l. 2. C.de fals.caus.adiect.legat.l.si obligatum.C.de solutionibus.l.error C.de iuris & facti ignorantia.

CONFESSIO Extraiudicialis, quæ fit apud probos & fide dignos homines extra iudiciū. Hæc in plerisq; casibus suū adfert robur,ad probandā intentionem actoris.Vide Bart.in l. generaliter. C. de Non num.pec.Sp.

CONFESSIO facta in uno iudicio, fidē facit in alio, inter easdem personas.Ioan.Andre.& alij, in c. per inquisitionem.De electione.Et in c.2.de ord.cognitio. Antoni. de Butri.in c. cū dilectus.De capell. Monacho.Bald. Alciat.& alij in l.2.C. de edend.per leges,quas citant,Prat.

CONFESSIO coram notario facta, habetur pro scriptura in fideiusione, iudicio sisti. l. pen. C. de fideiuss.

CONFESSORIA actio cui opponitur Negatoria,dicitur,quasi adsertoria iuris & seruitutis: Cuius uindicandæ gratia cōfitemur, intendimus apud Iudicē.Habet enim hic uerbum istud, CONFITERI,emphasin, & uehementiorem, pro subiecta materia, significationem, quàm alibi. Daturque ei qui seruitutē sibi deberi intendit l.2.§.1.ff.si ser.uind.Cōcipitur autem uerbis adfirmatiuis. Plerunque tamē negatiuis l.4.§.fi.

CONFESSORIA etiam datur in lege Aquilia de damno dato aduersus confitentem l. inde Neratius.23.§.fi.& l.proinde.§.1.ff.ad leg.Aquil. Sic quoque adpellatur ea actio,quæ ex alicuius ad interrogata respōsione cōpetit l.fin.ff.de interrog.actio. Bri.

CONFESSI,ut ait Varro lib.5.Ling.Lat.qui fati id,quod ab eis quęsitum est.Prat.

CONFESSVS Iurisconsulto uidetur, qui monitus tacet.l.de ętate.§.nihil interest.§ qui tacuit.de interr.act.Oldendorp.

CONFESSA res pro clara, manifesta, & extra cōtrouersiam posita.Spieg.

CONFESTIM uariè pro re,hoc est,subiecta materia accipitur.aliquando, ubi primum potuit, hoc est,Prætoris copiam habuit Vlpiano l 2.§.cōfestim. ff.ad SC.Orfit.Aliquando sumitur interpretatio ex testatoris uolūtate, ut significet statim à morte instituti.l.cum pater §.ab instituto.ff. de leg.2.Interdum pro decē dierum spatio l.promissor.§.1.ff.de cōsti.pecu. Plerūque pro modico interuallo temporis,scilicet pro tanto,quāto iudex pro tribunali sederit l.diuus.ff.de in integ. restit. Quandoque sine ullo temporis interuallo.l.ita uulneratus.ff. ad leg. Aquil.sic accipitur, interprete Vlpiano in l. 3. §. cum igitur.ff. de ui & ui arm.

CONFESTIM, hoc est, intra quatuor menses. Sic interpretatur Bart. in l. Presbyteros. C. de Episcop.& clericis.Olden.

CONFICERE rationes apud Vlpianum l.1.§. officio.ff. de tute. & rat.distrah. est in libro scribere rationes actus,& administrationis.Prat.

CONFIDEIVSSORES in l.fideiussoris autē. & l.uidelicet.ff.de Pact.

CONFIDENTIAM esse uitij,nec Arch.ignorauit.c.j.circa fin.de Elect. lib.vj. Fidētia semper est laudis. Confidens autem,mala consuetudine loquēdi,in uitio ponitur: ductum uerbum à confidendo, quod laudis est.Insulanus idē indicat,quo loco Cicero secutus est consuetudinem.Sp.

CONFINATI, qui ad loca assignata accedere noluerunt, non propterea in crimen læsæ maiestatis incidunt.ita signanter Bal consi.cclxxj.quæritur utrum hi qui indignationem, in ij.lib.Seq. Dec.cōsi. cccex. in causa mota,Mediolani.col.ult.lib.v. Cot.

CONFINES agri dicuntur qui ijsdē se finibus adtingūt.l.4.§.non solùm.ff.fin.reg. Eodem sensu

CONFINIA prędia dixit Paulus.l. qui duo 29. ff.de seruit.rustico.præd.

CONFINII appellatione significatur, quo se possessores adtingūt. l.2.§.1.uer.pręterea.ff. de aqua, & aq.plu.arc.l.Patronus.§.1.ff.de leg.3. Cōfiniū porrò non

nō intelligitur, si uia publica interuenit. l.4.§.fi.ff.fi. reg. Cōfines à uicinis separat Paulus d.l.4. quòd illi de rusticis, hi de Vrbanis prędijs dicuntur. Trifiniū etiam ueteres adpellabāt eum locum, in quem tres possessores adtingebant, sicut in ea re testis Siculus Flaccus libr. de conditio. agro. Bris.

CONFINIA dicuntur ea, quæ adeò sibi proxima sunt, ut nullus medius paries interponatur. sed urbana parietib. distingui consueuerunt. Et ideò, ubi non possunt dirimi fines, occasione cōtrouersiarū finitimorum, permittitur iudiciū finium regundorum, id est, dirimendorum, uel separandorū, quo casu opus est, ut ex alterius prædio alij adiudicandū sit, & is cui adiudicatur, pro eo, quod ei adiudicatur, certa pecunia cōdemnandus est. Actio enim finium regundorum habet locum in rusticis prædijs tantùm, in urbanis autem prædijs locum habere nō potest, quia urbana prædia sibi non sunt confinia, sed magis dicuntur uicina. ff. Fin. regun. l. iiij. §. Hoc iudicium. Oldendorp.

CONFIRMARE est alicui iuri, uel facto firmitatem præstare. Hinc

CONFIRMATIO, quæ est iuris priùs habiti corroboratio. ca. inter dilectos. de fid. instrum. Prat.

CONFIRMATIO dicitur etiā quādo superior cōfirmat factum inferioris, & de infirmo firmum facit. Qui enim Confirmat aliquid, is nō cēsetur dare. l. & quia. ff. de iurisdict. Paulus l. si donatæ. §. si sponsus. ff. de dona. inter uir. & uxo. Quia, inquit tunc factam donationem confirmare uidetur, non inchoare nouam. Ex innouatione priuilegij, nouū ius non adquiritur, sed antiquum (si quod habet) conseruatur. c. cùm dilecta. §. nuper autē. de cōfir. util. uel inutil. & dist 12. c. præceptis. Qui declarat, nihil dat, sed datum significat. l. hæredes palam. §. si quid post. in fi. ff. de testam. Sic accipi debet toto titul. de confir. util. uel inutil. Oldend.

CONFIRMATIO etiā manuū impositionem significat. c. 1. iuncto ca. Spiritus sanctus. de pœnit. di stinct. 5. ubi docetur quænam sit eius uis. Prat.

CONFIRMATIO fit duob. modis: aut in forma cōmuni: aut ex certa scientia. In forma communi confirmare dicitur princeps, quando simpliciter absq; aliqua causæ cognitione cōfirmat. & hæc nullum ius tribuit. Ex certa sciētia dicitur confirmatio, quando fit cum causæ cognitione: & ista facit ius. ita eleganter declarat Bal post Cyn. in l. ex uerbis. ad fi. ubi alij sequūtur. C. de don. inter uir. & uxor. & cōmendat Decius latè circa hoc insistens, in rub. de cōfirm. utili uel inut. in iij. quæst. post And. Sic. inter cōsilia Alex. consil. cxxiij. scripsit ecclesiast col. vij. ad fin. & seq. in iiij. lib. & Aret. consilio viij, abunde. col. j. & ij. Alio etiam modo dicitur cōfirmatio ex certa scientia, uidelicet quando tenor priuilegii de uerbo ad uerbum inseritur in cōfirmatione. ita Specul. in tit. de instr. edit. §. nūc autē. uers. itē opponitur. seq. Aret. cōs. xv. reuerēdissime pater. col. ij. uers. præterea certa scientia. & est doctrina memoriæ commendanda, ad declarationē terminorū. Et ista confirmatio ex certa scientia quàuis det robur, nō tamen extēditur ad id quod in eo nō includebatur, secundū Bald. sing. in l. iij. in fi. C. si adu. rem iudicat. quem in pulchra quæstione reassumit Corn. cons. ix incip. attētis narratis. in ul. col. in iij. lib. & moderni in l. more. ff. de iur. om. iu. Nisi addita esset clausula, ex certa scientia: quo casu non solùm dat robur actui confirmato, sed etiam illum extendit. ita sing. Bal. in ca. pe. col. ult. uersi. quæro ergo. extra de cōstit. & pro sing. multū notat & sequitur D. Ias. in d. l. more. in vij col. uersi. limita singulariter. ff. de iur. om. iud. & seq. Alex. consi. cxxvij. uiso. col. pe. uers. nec prædictis. lib. iiij. Alia uerò simplex confirmatio nullum uigorem tribuit, ut etiā in pulchro casu consuluit D. Ziliolus inter cōsilia Bald. consil. cxxxv. articulus. in ulti. col. in iij. lib. & declarat D. Francis de Cur. in repetitio. l. admonēdi. col. xxij. uersi. quid in priuilegijs. ff. de iureiurādo. post And. Sicul. in loco pręallegato. Cot.

CONFIRMATOREM Venditionis uocat Iulianus & uetus interpres, ut M. Tullius pro Cluētio confirmatorem pecuniæ, auctorem secundum l. 4. ff. de euict. ut auctorem pecunię. l. si literas C. mand. Auctor primus est uēditor ipse. Cuia. in expositio. No. Iusti. 4. in fin.

CONFIRMARE apud Callistratū. l. 3. ff. de testib. nō adseuerare, ut putat Oldēdorpius, sed pro simul probare accipitur. falsò apud Oldendorpium in Lexico legitur, conformare ut & apud Spiegeliū. Cōfirmare apud Paulum l. & quia. ff. de orig. iur. significat approbare, & ualidius, & perfectius efficere, ut explicat ibidem Bartol.

CONFISCARI etiā ad personas refertur l. si tutor. § penult. ff. de tut. ubi tamen, confiscatus accipi debet pro eo, cuius bona confiscata sunt, & in ærariū Principis coacta. Suetonius in Caligula. Prętereuntes (inquit) duos equites locupletes sine mora corripi, cōfiscariq; iussit. Bris.

CONFISCARI est fisco applicari, uel in fiscū cogi. l. fi. ff. de bo. eor. qui sib. mor. l. 4. C. de re mil. Suetonius in Domit. Confiscabātur, ait, alienissimę hæreditates, uel existēte uno, qui diceret audisse se, &c. Vnde fiscus est regius saccus, in quem reducuntur bona damnatorum, & proscriptorum. Vnde dicitur: facta est omniū bonorū cōfiscatio. Et casus in quib. possunt bona alicuius confiscari post mortem suam, uide gl. in l. fin. C. ad legem Iuliam maiestatis. Et qualiter formabitur sententia, est glo. institu. de hęredi. quæ ab intesta. § per contrarium. Old. Primi uero qui per calumnias & iniquas interpretationes multa fisco in Imperatoris gratiam uēdicarunt fuere Palphurius & Armillatus. Vnde Iuuen. Stayr. 4.

Si quid Palphurio, si credimus Armillato
Quidquid conspicuum, pulchrumq; ex æquore toto est
R s fisci est, ubicunq; natat.

Corras. Miscel. lib. 6. cap. 19.

CONFISCARE. Ascō. Quia maior summa est pecuniæ publicæ, q̄ priuatę, factū est, ut Fiscus ꝓ pecunia, & inde Cōfiscare dicatur. Inuenitur hoc uerbum & ad homines trāslatū apud idoneos autores. Quàuis, Insulano teste, à quibusdā deuitatur, potius scribentibus, in ærarium publicū redigere, uel fisco applicare: tametsi Plin. in Panegyrico ad Traianum, distinguit Aerarium & Fiscū Cic. usus est uerbo publicare, pro confiscare. exempla idem in Obser. suis indicat. Catanæus non negat interdū confundi, monens tamen: Viderint, inquit, qui crediderunt ærarium & fiscum idem esse. Sp.

CONFITERI. Donatus in Adelph. Terēt. cōfiteri & indicare ita distinguit: Indicat, inq̄t, is q de se uolēs aliq̄d & de alijs ēt ꝓdit. Sed cōfitetur, q de se tantū, & qui inuitus. Interpretes tā ad eā q̄ à uolente fit, quàm quę per tormēta exquiritur cōfessionē, referunt. Vide Glo. in l. seruos. C. ad leg. Iul. de Vi super uerbo, Cōfessionibus. Porrò obseruarunt eruditiores nonnulli uerbū Confiteri à Cicerone alijsque frequentius ita usurpari, ut dicant confiteri de scelere, non scelus: quemadmodum accusare, defendere

dere, damnare, de furto, de repetundis, de ambitu, dicimus. Sp.

CONFLAGES Festo lib. 3. loca dicūtur, in quæ undique cōfluunt uenti. Sp.

CONFLARE æs alienum, translatitiè pro contrahere debitum, facereque se debitorem alienę pecuniæ. Oldend.

CONFLARE propriè est ęs ad informem massam reducere: non autem in signatam pecuniam redigere, ut Oliuerius & Ascēsius Valerij interpretes existimarunt, in loco infra citato. quod Suetonius apertè demonstrat, qui scribit Augustum argenteas statuas olim sibi positas conflauisse omnes, ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit. Prętereа id etiam probatur ex Iusti. uerbis in ea Cōsti. [Greek] Vasa superuacanea inuenta, uel alijs sacris locis ijs indigentibus uendere uel conflare & similiter uendere. Accedit quòd uerbum χωνεύειν, quod usurpat Iusti. apud Græcos pariter est, metallum fundere & liquidū efficere, non autem pecuniam signare, ut in Græcis scriptoribus, ac præcipuè in septuaginta interpretibus sæpe legitur. Exempli gratia in cap. 26. [Greek] & c. 22. [Greek] Scribit Sozomenus, ut habetur historiæ tripartitæ lib. 5. cap. 37. Cyrillum Hierosolymorū Pontificem, cum uehemens penuria eam prouinciam inuasisset ut populi inopiam subleuaret, uasa sacrataque uela uendidisse. Legitur etiam eiusdem historię lib. 11. cap. 16. Acacium Amidę pontificem sacra uasa conflauisse, quo Persas captiuos à Romanis redimeret: Dicebat enim Deum non indigere huiusmodi uasis, qui neq; biberet, neq; comederet. Tradit quoque Victor de persecutione Vādalorum lib. 1. Carthaginensem Pontificem, ut captiuos à Vandalis & à Mauris liberaret, omnia uasa aurea & argentea uēdidisse. Nec absq; talibus necessitatibus res sacræ alienari debent, quemadmodū C. Marius & Cn. Carbo fecisse leguntur, quos cum Sylla dissidentes, refert Valerius Maximus lib. 7. cap. 6. aurea atq; argētea templorum ornamenta conflauisse. Ferrand. lib. 2. explicationum. in l. sancimus nemini. C. de sacrosanct. Eccles. cap. 1.

CONFLATAE arbores, pro ruptis. in l. fluminum. §. item apud. ff. de Dam. inf. Sp.

CONFLATVM uas, id est, compositum. instit. de Rer. diuis. §. ex aliena. Sp.

CONFLVENS, est alueus, in quem duo pluraúe flumina conueniunt. Sp.

CONFOEDASTI, apud ueteres dicebantur fœdere cōiuncti, Bundtgnoss. n Vide Festum. Sp.

CONFRATER, nihili uox est: pro eaq; dicendum, frater uel consors. Insulan. monuit. Sp.

CONFRINGERE nauim, id est, naufragium facere. Sp.

CONFORMARE, pro asseuerare. l. testiū. ff. de Testib. De hoc uerbo uide quę referuntur à Glos. in l. & quia. ff. de Iurisdict. om. iud. Bart. pro conseruare, idem uerbum exponit in Extrau. de Treuga. c. primo. Spieg.

CONFVGAM interpretamur eum, qui ad asylum & ecclesiam confugit l. præsenti. 5. C. de ijs, qui ad eccles. confug. l. si qua 22. C. de episc. & cler. Prat.

CONFVNDERE, id est, cōmiscere. §. si duorū. Instit. de Rer. diuis. ut confundi pro cōmisceri, apud Iuriscōs. Quorū exempla Alber. indicat. Sp.

CONFVNDENDVM dolo malo argentū curare. uide Paulū in l. iiij. ff. de Rei uendic. Sp.

CONFVNDI id dicimus, quod alij ita cōmisceatur, ut separari & diduci non possit, aut certè difficilis sit eius separatio. l. 3. §. fi. & l. seq. ff. de re. uindic. & §. si duorū. Instit. de rer. diuis. Bris.

CONFVNDI obligatio dicitur, quoties in eandē personā & creditoris & debitoris ius deuenit, id est, cū uel debitor creditori, uel creditor debitori hęres existit. l. debitori. 50. ff. de fideius. l. licet. C. ad leg. Fal. & alibi sæpissimè. Fit etiam debiti confusio, quando alter cōreorum debendi alteri hæres est. l. si duo. 93 ff. de solu.

CONFVNDVNTVR seruitutes, quādo utriusque prædij & quod seruit, & cui seruitus debetur, idem dominus fit. l. 1. ff. quemad. seruit. amitt. Cōfundi etiā eas totiēs dixit Iauole. l. cū seruitus. 15. ff. eo. quotiēs uti ea is, ad quem pertinet, non potest: ut in proposita ibid. specie.

CONFVNDI dicitur ususfructus, cū fructuarius proprietatem adsecutus est l. 4. ff. usufr. quemadmo. cau. l. si fructuarium. 6. ff. de manu. uind. Sic &

CONFVNDI actiones dicūtur quæ miscentur inter se l. qui seruum. 34. §. fin. ff. de oblig. & actio. Accursius tamen ibidem explicat confundi, & misceri, hoc est tolli. Tu rem expende.

CONFVSA, quo distent à commistis, Glos. disserit in l. si frumentum. §. idem scribit, si ex melle. in fin. ff. de Rei uendicat. Alber.

CONGIARIVM, sportula erat quam diurnā cibi nomine, comitibus, anteambulonibus, asseclis, stipatoribusq; suis, potentiores ciues distribuebāt. Cōgium, uini mensura, sextarios sex capiens. Paul. de Fund. instru. l. tabernę. Vnde, inquit, areæ, & cōgiaria, sextaria. Nebr. Vide & Donariū, & Peristeuma. Congiarium, est, etiam donū quod Princeps priuatim dat alicui. Spieg.

CONGIARIA inter cauponiæ tabernæ instrumēta recēset Paulus l. tabernę ff. de instr. instr. leg. Græcis χὸς Polluci lib. 10. c. 20. inter uasa uinaria cōnumerāti. Cōgiariū autem est uas cōgij unius, hoc est, sextariorum senum capax: mensurę igitur genus est Fabio lib. 6. cap. 4. & uide Anto. Aug. lib. 1. cap. 11. Prat.

CONGIARII quoq; uerbo cōtinetur munus, qd Imperator populo dabat. Alex. ab Alex. li. 5. c. 24. Principales etiam liberalitates in l. patronus. ff. de lega 3. cōgiaria interpretatur Cuia. uel auctoribus glossis antiquis, quæ congiarium scribunt in legibus liberalitatem appellari his uerbis: cōgiarium [Greek]. Cuia. obseruat. lib. 10 cap. 37. in fin.

CONGLVTINATI libri apud Vlp. item malleati & ornati, de Legat. iij. Sp.

CONGRESSVS & congressio, sunt infra consuetudinem assiduam, & minus quiddam quàm familiarritatē sonāt. Exemplum habes apud Insulanū è Cicerone petitum. Sp.

CONIECTIONEM caussæ in l. 1. ff. de diuers. reg. iur. explicat illatiuè Asconius caussæ in breue coactionē. quod enim per species singulas obseruatū erat in breue cogit regula, quod ex XII. Tab. descēdit. Harmenopulus lib. 6 legit συνάθροισις id est, coniunctio, ut & Io. Placentinus indicante Accurs. in d. l. 1. Prat. Cōiectio autē causę quid sit, declarat Asconius, Quū inquit, in rē aliquā agerent litigatores, & pęna se sacramēti peterēt, poscebāt iudicē: qui dabatur post trigesimū diē (legēdū autē & corrigēdū arbitror, Post tertiū diē) quo dato, deinde inter se perēdinū diē ut ad iudiciū uenirēt denūciabant. quo quū esset uentū, antequam causa ageretur, quasi per iudicē rē exponebāt. quod ipsum dicebatur Caussæ conie-

cōiectio, quæ fit caussę suę in breue coactio. hęc ille. Cōiectionē aūt nō pro Cōiectu, sed ꝓ Coniectura dictā opinor: item ut Quæstio apud eundē pro Quęstura, quasi unde de tota disceptatione iudex conijciēdi facultatē habeat. ut ergo Caussæ cōiectio rem strictim & angustè cōtinet: sic Regula id quod iuris est, breuiter summatimq; cōplectitur. Hinc illud apud Gelliū lib. 5. cap. 10. Et quū ad iudices conijciēdę cōsistēdęq; caussę gratia uenisset: & quę sequuntur. Et apud Afraniū, ut Nō. Marcellꝰ refert: caussam conijcere apud te uolo: ambo adestis: profuturos arbitror. Hotom. Vide & Duarenū lib. 1. Anniuers. disputat. cap. 46. & Turneb. aduersar. lib. 17. cap. 15. &c.

CONIECTVRA. Hac exquirimus, sit nè in rerū uniuersitate res ea, de cuius natura quæritur. deinde quæ eius origo, causa ac immutatio: ut, sit nē Ius gentiū, quæ eius origo, qua causa à iure naturali dissentiat. toto tit. ff. & Instit. de Iustic. & Iur. Habetur aūt cōiectura (quatenꝰ ad forēsem usum attinet, potissimū in his quæ clādestina sunt) potior, quā stricta uerborū significatio habetur. l. cum proponebatur. de Leg. ij. Vide l. cōtinuus. §. cū ita ff. de Verb. oblig. & l. apud antiquos. C. de Furtis. Quibus uerò ex causis assumatur, colligit Alciatus mox ab initio Commentariorum de Verb. sig. Sp.

CONIVGATA ut scribit M. Cicero in Topic. dicūtur quę sunt ex uerbis eiusdē generis, id est, quę ab uno orta, uariè commutantur, hoc est in diuersas uocabulorū species inflectuntur: ut, iustitia, iustus, iustè, iustū, iustitiarius. Old. Hæc uerborū coniugatio Græcis συζυγία dicitur, ex qua huiusmodi est argumētum, auctore M. Tullio. Si cōpascuus ager est: ius est compascere. Hęres succedit in uniuersum ius defuncti. l. cùm hęres. ff. de diuers. & tēpo. præscript. Itaq; hęreditas est successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit. l. hæreditas. ff. de reg. iur. Sed hoc argumentum probatione indigere scribit M. Fabius lib. 5. Instit. Orato. cap. 10. Prat. & Old.

CONIVGES Isidoro lib. 9. Etymolog. capitul. 7. uerius adpellātur à prima despōsationis fide, quāuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus, quam explicationem refert diuus Augustinus libr. de bono coniug. & uide cap. coniuges. ca. coniunx, & ca. priusquàm. 27. q. 2. Coniunctio igitur animorum nō corporum spectatur. Nuptias enim non cōcubitu sed cōsensu fieri Vlpianus ait l. nuptias. ff. de diuers. regu. iur. Sed &

CONIVGES adpellantur, qui non liberorum procreandorum, sed continentiæ caussa conueniūt. c. ultimo. 32. q. 2. Vbi pro incontinentiæ, legendum continentiæ, ut & Albericus rectè legerat. Prat.

CONIVNCTAE tabernæ adpellatione contineri putat Albericus eas, quarū una superior, alia inferior est: non putem tamen significationem latissimam à S. Iuliano l. 1. ff. de seruitu. leg. perstrictā. Coniunctam itaque tabernam ita accipiendā existimarim, quæ simul iunctæ sint, quæue una contignatione coniunguntur.

CONIVNCTI re uidentur hæredes uel legatarij, uel usufructuarij: cùm duobus eadem res separatim relicta est, idque re ipsa non uerbis appareat eos iungi ad communicandam, partibúsque ex concursu ęstimandis: ueluti, Titio fundū talem do lego. Sēpronio eundem fundū relinquo. l. coniūctim. & l. re coniuncti. ff. de leg. 3. ijdem etiam disiuncti uocātur. l. unic. §. sin autem disiunctim. C. de cadu. tol. Bart. d. l. re coniuncti. 4. oppos. Old.

CONIVNCTI uerbis, non etiam re censentur, qui eadem oratione partibus factis coniunguntur: ut, Titio & Seio ęquis partibus fundū Titianum do, lego d. l. re coniuncti. Old.

CONIVNCTI re & uerbis sunt, quos & nominum & rei complexus iungit: ut, Lucio & Seio fundum Sempronianum, do, lego l. triplici modo. ff. de uerb. signi. Old.

CONIVNCTIONVM Aut, Vel, Siue, Ve, ac similium, certum est eam censeri potestatem, ut sensum orationis disiungāt. Quemadmodum Coniunctiones, Et, Ac, Quoque At, Que, Atque, regulariter copulant. Et eam quidem significationem uerborum naturalis ratio suppeditat, quia ad hoc sunt inuentæ coniunctiones, ut aliquid copuletur cum alio, aut disiungatur ab alio. Institut. de leg. §. si eadē res. Verùm in iure talis uerborum significatio nonnunquam inuertitur ex re. idque mens proferentis, uel rerum qualitas, uel alia ratio extrinsecꝰ urgens suadet, tractat eleganter Vlp. ff. de uerb. signi. Sæpe ita comparatum est, inquit, ut coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro coniunctis, interdum soluta pro separatis. Nam cùm dicitur apud ueteres, Adgnatorum gentiliúmque: pro separatione accipitur. At cùm dicitur, Super pecuniæ tutelæue suæ: tutor separatim sine pecunia dari non potest. Et cùm dicimus, Quod dedi aut donaui, utraq; continemus. Cùm uerò dicimus, Quod eū dare facere oportet: quoduis eorum sufficit probare. Cùm uerò dixit prætor, Si donum, munus, operas redemerit: si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse. Ex re ergo pro cōiunctis habentur. Et si quædam imposita sunt cætera non desiderabuntur. Verba item, Ope Consilio, aliàs ex sententia coniungentium, aliàs separantium accipienda sunt: sed uerius est separatim accipienda. Rationem ibidem adfert Vlpianus. & uide l. qui seruo. ff. de fur. & l. proinde. ff. de cond. furt. Olden.

CONIVNCTIONEM enim nonnunquam pro disiunctione accipi, Labeo ait, ut in illa stipulatione, Mihi herediq; meo, te heredémq; tuum. Paulus in l. Coniunctionem. ff. de uerb. signi. Olden.

CONIVNCTIONIS disiunctiuę effectus uariè intelligitur, & dignoscitur, ut ex subiectis adparebit, aliàs ex adiectis intelligitur clausulis. l. plerunque interest. §. fina. ff. de iur. do. Siquidem fuerit adiectum, utrum mulier uelit, ipsa eliget. Aliàs uerò ex ipso contextu orationis effectum separandi non difficulter intelligimus: scilicet perpendentes quid disiungat. Aliàs disiungit, ut relinquatur arbitrium eligendi. l. 1. §. expilatores. ff. de effractoribus. In opus publicum uel perpetuum, uel temporarium. l. quicunque. C. de seru. fugiti. Eum cum alio pari, uel uiginti solidis reddat. Aliàs coniunctio disiunctiua nō separat, sed coniungit l. Lucius 85. ff. de hæredibus instituendis: Aut (quod abominor) prius morietur, quàm meam hæreditatem adierit, aut filium filiámue ex se natum. Paulus l. si quis. ff. de aur. argē. mūd. Si quis, inquit, ita legauerit, Vxori meæ mundum, ornamenta, seu quæ eius caussa paraui, do, lego: placet omnia deberi. sicuti cùm ita legatur, Titio uina quæ in urbe habeo, seu in portu, do, lego. Hoc enim uerbum, scilicet SEV, ampliandi legati gratia positum est. l. Quintus Mutius. ff. eod. titul. Planè si ita legatum fuerit, Vasa, aut uestimenta, aut quæ uxoris causa parata sunt, tunc æquè erit uera Quintij Mutij sententia. l. generaliter. C. de institu. & substitu. Si filius uel filia intestatus uel intestata, uel etiam sine liberis, uel sine nuptijs discesserit. Olden.

CONIVNCTIO disiunctiua aliàs disiungit actionem, obligationem, conditionem uel solutionẽ. l. plerunque interest. §. fin. ff. de iur. dot. Verùm conuenerit, ut aut ęstimatio, aut res præstentur. l. si quis ita stipulatus fuerit. ff. de uerb. oblig. At si sic, Dabis, si nauis uenerit, aut Titius consul factus sit? sufficit unum factum. Et contrà: Dabis, Si nauis non uenerit, aut Titius consul factus non sit? sufficit unũ non factum esse. l. cùm illud aut illud legatur. Enumeratio plurium rerũ disiunctiuo modo comprehensa, plura legata non facit. ff. quando dies legato. l. si ita quis stipuletur. ff de uerborum obligat. Siue nauis ex Asia uenerit, siue Titius consul factus fuerit, utra prius conditio extiterit, stipulatio committitur. Aliàs disiungit, ut unicuique ius proprium dispartiat, diuersis casibus. l. ubicunque reus. ff. de fideiuss. Aut iure, aut exceptione liberandum. l. sed & si decesserit. ff. de bono. poss. cont. tabu. Secundum tabulas, uel contra tabulas. l. 3. C. de condic. ob caus. Vel ut donatori, uel eius hæredi. Aliàs disiungit, ut in unoquoque idem ius locũ habeat, licet diuersa sint. Nouel. de Ecclesiast. diuers. cap. 5. Siquis cum diuina. Constit. 123. Legis uigorem uel transgressus fuerit, uel nõ uindicauerit. l. 1. ff. ad l. Põpe. de parrici. Patronam occiderit, cuiúsue dolo malo id factum erit. l. 1. in prin. ff. ad leg. Cornel. de falsis. Acceperit, pactúsue fuerit. Aliàs neque disiungit, neq; coniungit, propter aliquam extrinsecus accedentem rationem. l. fin. ff. de uerbor. obligat. cũ mihi aut Titio stipulor: dicitur aliam quidem rem in personam meam, aliã in Titij designari non posse, ueluti mihi decem, aut Titio hominem. l. si ita stipulatus. ff. eod. ti. si ita stipulatus fuero, decem aut quindecim dabis: decem debentur. Item si ita, post annum aut biennium dabis: post biennium debentur. Olden.

CONIVNCTIONES aliæ iustę sunt & licitę: aliæ licitæ, non iustæ. Iustæ & licitæ sunt, quæ legitimæ sunt & iuri ciuili congruæ, ut sunt nuptiæ. Licitæ non iustæ quæ permittuntur tacito ciuili iure ut est Concubinatus &c. Rursus ex coniunctionibus licitis, aliæ licitę sunt & honestę simul, aliæ licitæ quidem sed non honestæ. &c. Rẹuardus l. Semper in cõiunctionibus ff. de Reg. Iuris.

CONIVNCTIM hęredes institui, aut coniunctim legari, hoc est, totam hæreditatem, & tota legata esse singulis data, partes autem concursu fieri. l. coniunctim. ff. de legat. 3. Olden.

CONIVNCTIM plures conditiones hæredi datę si sint: omnib. parendum est, quia unius loco habentur. Sed si, disiunctim sint: cuilibet l. si hęredi plures. ff de condi. institutio. Olden.

CONIVNX, & coniugium, à communi iugo dicuntur: metaphora ducta à bubus, eodem assuetis iugo, quos posteaquam concordes reddidit assuetudo, commodè ferunt iugum. hæc Erasmus. Et Laur. Abstemius in de Obscuris erroribus sentit Græcorum exemplo potius à coniugo, quàm cõiungo, Cõiunx deriuatum esse, & n literam in extrema nominatiui syllaba non habeat. Spieg.

CONLVCARE Festo lib. 3. dicebant, cùm profanę siluæ rami deciderentur officientes lumini. lib. uerò 16. scribit, Conlucare est succisis arboribus locum implere luce. Comparatum olim fuit edictum, De conlucandis arboribus. extat in eam rem Prætoris edictum l. 1. in princip ff. de arbo. cæd. Sublucare uerò dicebant, eodem Festo auctore, ramos supputare, & uelut subtus lucem mittere. quo uerbo usus est Paulus lib. 5. Sentent. titu. 6. quò pertinere uidetur alterum Prætoris edictum, quod extat l. 1. §. deinde. 4. Veteres edixerũt, De sublucandis arboribus. Brissonius

CONNEXA uocantur, quę licet inter se diuersa, iunguntur tamen ad aliquem iuris effectum, Vel priuato hominis arbitratu, uel publica legis authoritate. nec refert utrum connexa nuncupemus, an cõmixta, uel coniuncta Oldendop.

CONNIVENTIA, est patientia accõmodantium, ac uidere se dissimulantium. Pro consensu accipi in l. quisquis. C. de postul. putant Albericus, Spieg. & Oldendorpius post Accursium in d. l. quisquis. Equidem priore significatione accipiendum existimarim, quod & ipsa indicant uerba. Sp.

CONNIVENTIBVS oculis prouerbialiter dixit Vlpianus l. 4. ff. de manumiss. titu. gene. hoc est per dissimulationẽ, quod prouerbialibus connumerat Alciatus lib. 4. de uerb. signific. Sp.

CONNVBIVM, id legitimi matrimonij, inquit Seruius. Diuus Paulus connubij honorabilis nomine, innuit thorum immaculatum, hoc est, ut ipse ille corporum contactus, qui uitari non potest (ut uere cũdè dixit magnus noster Erasmus) sit castissimus. nam quidquid pertinet ad abominandas libidinum species, nec maritus ius habet ab uxore petendi, nec uxor tenetur obsequij lege. Spieg.

CONNVBIVM, inquit Vlpianus in Epitome tit. 5. est uxoris iure habẽdæ facultas, ubi inter quos ius esset, docet. Hoc etiam explicat alibi Brissonius. LEX quoq; XII. Tabul. prohibebat patritios cum plebeijs connubia cõtrahere, sicut in ea re testis est Halycarnass.

CONQVIRAT, uariè in iure nostro pro re accipi solet, apud Vlpianum l. congruit. ff. de offi. pręsid. significat diligenter quærere & inuestigare. Sic eodem sensu apud M. Ciceronem in 5. Verrina Quum undique homines nequissimos conquisisset. Significat etiam coercere Festo. Theodosius uerò, & Valẽtinianus Impp. l. 8. Cod. Th de legit. hæred. posuerunt pro acquirere, sicque in C. Iustinianeo. l. mater. C. ad Senatuscon. Tertu. ex C. Th. exscripta legendum, ut & manuscripti Codices habent. Prat.

CONSANARE pro sanũ effici, dixit Vlpianus l. idem Ofilius. 10. ff. de ædili. edict. in quibusdã exẽplaribus legitur consolidauerit: Consonandi tamen uerbo usus est Columella lib. 4. cap. 14. Prat.

CONSANGVINEI fratres dicuntur de uno patre nati, ut Caius lib. ij. Instit. tit. viij. definit. Generaliùs Cassius in l. 1. §. consanguineos. ff. de suis & legit. qui sanguine inter se connexi sunt. Consanguinitatis enim iura à patre oriuntur. l. 4. ff. unde cogn. Nec refert eadẽ ne matre. an ex diuersis geniti sint. l. 3. C. de legit. tut. l. 1. l. 3. & l. 6. & l. 14. C. de legit. her. l. 1. C. ad S. C. Orphitia. l. 5. C. comm. de successio. Id quod Iustinia. sentit. in Instit. de legit. adgn. succ. ubi Theophil. οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς τυχόντες ἀδελφοὶ ἡμῖν καὶ παρὰ λέγονται κονσαγγουίνεοι, ἀλλήλοις δὲ ὅμαιμοι. Sic cõsanguineũ interpretor in l. 1. §. ult. & l. 2. §. si sit consanguinea. l. 6. & l. ff. ad Tertyllian. l. 2. ff. de lib. adgn. Briss.

Hinc Cõsanguinitas fraternitatem, ut ita dicam, significat. l. 4. ff. unde cogn. l. 44. ff. de adoptio. l. 13. C. de probatio. §. ceterum. § hoc etiam. Instit. de legit. adgn. succ. l. 1. 2. 3. 6. C. de legit. her. Briss.

CONSANGVINITAS à cõ, quod est simul, uel unitũ, & sanguine, quasi sanguinis unitas & est uinculũ psonarũ ab eodẽ stipite descendentiũ carnali ꝓpagatione contractũ: de qua in tit. de cõsang. & affin. extra. Vel alio modo definitur per Doct.

Consan-

Consanguinitas est attinentia personarũ ex eo proueniens, quòd una descendit ab altera, uel ambæ ab eadem. Io. Bell. Etymol. Est enim consanguinitas species agnationis, id est, fraternitas, §. uulgo. Instit. de success. cog. neque uerò soli auctores nostri, sed etiam alij cum Græci tum Latini hanc uerbi proprietatem obseruant, Sophocles in Aiace, τὸ μανέντος ξύναιμον id est, Aiacis furiosi fratrem Teucrum. Et Virgilius Statiusque cõsanguineum leti soporem, quem Homerus κασίγνητον, Anneus Seneca, & Valerius Flaccus fratrem: Frater duræ languidæ mortis, Somne fratri simillime leto. Idem Statius xj. Stat consanguineum campo scelus unius ingens, Bellum uteri. Et 3. consanguineo gliscis regnare superbus, Exule, id est, fratre. Claudianus de statuis fratrum: Nam cõsanguineos eadem quum forma figuret. Et de consulatu fratrum: ô consanguineis felix auctoribus annus. Et de Ioue & Iunone fratribus: Te consanguineo recipit post fulmina fessum, Iuno sinu. Cuiac. Obseru. lib. 11. cap. 26. circa fin.

CONSANGVINITATIS autem iura inter se habent etiam post mortem, uel captiuitatem patris editi, sed & adoptiui cum naturalibus. l. ult. ff. unde legit. l. 1. §. ult. ff. de suis & legit. l. 7. ff. ad Tertyllian. & Institut. de legit. adgn. succ. §. 1. Briss.

CONSCIENTIAM quidem uocamus uulgo, animum sibi conscium, rectè an secus, haud interest: est enim τῶν μέσων. Nec tamen nõ Latinè. Vnde apud Fabium Quintilianum ex uetere uerbo, Consciẽtia mille testium uim habet. Cæterum animaduerti nõnunquam conscientiam à Iurisconsultis accipi pro scientia alieni flagitij. Sex. Cæcilius. Siquidem ipse hæres accusaretur, quoniam certus esse debeat, se falsum non fecisse, rectè adibit hæreditatem. Sin autem alius arguetur, citra conscientiam eius non potest adire: quasi dubitet, uerum esse testamentum. l. cum falsum. de acquir. hæred. Domitius Vlpian. Sufficit, qui cum ipso, qui occisus dicitur, fuerũt, & qui suspicione cædis, aut conscientiæ attingi uidebuntur, de his quæstionẽ haberi. l. 1. §. in Villa. ad Syllan. Ita & T. Liuius lib. 3. Consilia inde non publica, sed in priuato, seductaq; à plurium cõscientia habuere. Sed & Corn. Tacitus lib. 5. Liberti unius conscientia utebatur. Ac rursus lib. 12. Prouisam iam sibi medici conscientiam adhibet. Curt. lib. 2. ἀνατῶν c. 25.

CONSCIENTIA est tacitum animi, infallibileque facti nostri iudicium à communi iustitiæ formula, quam Deus insculpsit omnibus hominibus productum, per quod aut accusatur res mala, aut defenditur bona. Itaque conscientia res est simplicissima, quæ diuidi non potest in uno atque eodem homine, ut rectissimè sit dictum in c. literas. de resti. spol. Qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. Item, Conscientia mille testes. Oldendor. Corras. Miscell. lib. 4. cap. 20.

CONSCIENTIAM synceram nisi adhibeat iudex, non potest causam secundum æquitatem definire, etiam si mille testes, totidemque uideat ob oculos instrumenta. Conscientia enim certa est, non fallitur. At in probationibus sæpe uel error, uel dolus uersatur, sicut experientia, heu nimis frequens, nos docet. Oldendorp.

CONSCIENTIAM diffinit Papias cognitionem cordis sui ipsius. Prat.

CONSCIENTIA, inquit Apostolus, est in gentibus factum accusans uel defendens. Est igitur lex. quasi dicat: Conscientia cuilibet indicat, num bene, an malè fecerit, etiam homini planè agresti & indocto. Sed tale iudiciũ non potest fieri in consciẽtia sine aliqua formula legis, quæ indicet in corde hominis esse iustum, aut iniquũ id quod fecit. Ergo est in homine Lex, quã etsi nusquã ex scripto legit, habet tamen à Deo insculptam ad formandos mores. Conscium criminis eum dicimus, qui aut commisit ipse, aut qui committenti adsensit, non quo sciente & cognoscente perpetratum est. neque enim testes, quibus præsentib. & scientib. aliquid factum est dicuntur esse conscij. Sed qui ope & consilio, & uoluntate adfuerũt. Connanus lib. 4. c. 16. nu. 6. Old.

CONSCRIPTI Festo lib. 3. dicebantur, qui ex equestri ordine patribus adscribebantur, ut numerus Senatorum expleretur. Prat.

CONSCRIPTI patres, uide infrà, Patres conscripti.

CONSCRIPTIONEM pro inuẽtario accipi, ait Archid. in c. sicubi. 12. q. 5. ex quo textu obseruandum, inuentarium breue esse debere. Sp.

CONSECRARE in l si quãdo. 3. C. de bon. uac. est mancipare, & addicere quod ad res refertur. Significat etiã Deo dicare, & ad personas refertur 24. q. 1. c. pudenda. quo uerbo usus est & Iulianus Patritius in uersione Nouellæ 6. cuius loco uerbo χειροτονῶσαι usus est Iustinianus eadem Nouell. quo manuũ impositionem significauit. Hoc enim modo Episcopos cõsecrari cœptos fuisse docet nos liber qui ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ inscriptus est. Prat.

CONSECRATÆ etiam μεγαρειανὰ dicuntur ædes quæ Imperatori dicantur, quę palatiũ dicuntur. l. unic. C. de pala. & domib. dominic. lib. 11. Prat.

CONSENSISSE in iudicem intelligũtur qui scientes se eius iurisdictioni subiectos non esse, ei se subijciunt. l. 2. ff. de iudic. quod si putent eius esse iurisdictionem, & se subiecerint, consensisse intelligendi non sunt, cum errantis nullus sit consensus. d. l. 2. & l. si per errorem. ff. de iurisdict. om. iud. Consensisse nonnunquam & is accipiendus est, qui expressis uerbis, & nominatim id testatus est. In eadem caussa est & is, qui non contradicit. l. 2. §. uoluntatem. ff. sol. matr. Brisson.

CONSENSISSE etiã intelligendus is est, qui euidẽter dissentit. l. in sponsalib. §. 1. ff. de sponsal.

CONSENSVS dicitur cum duorum uoluntates in unum concurrunt, utroque approbante & sciente. Conna. lib. 6. cap. 1. numer. 4. Imo consensus propriè non dicitur nisi qui uerbis expressus est l. 2. §. uoluntatem. ff. sol. mat. c. fin. de iudicijs in 6. Et in specie Philip. Dec. in rubric. C. de pactis Corras. libr. 6. capit. 16.

CONSENSVS liber non est, qui alieno pendet ab arbitrio. c. super eo. de condit. appos. Old.

CONSENSVS est quadruplex, scilicet negligentiæ, consilij, cooperationis, & auctoritatis, seu defensionis. Et primò & secundò consentiẽns minus punitur, quàm faciens, tertiò æqualiter, quartò uerò plus. Vnde

Consensus spernit, suadet, iubet atq; tuetur,
Hic minus, ille minus luit, hic æqualiter, hic plus.

De hoc glo. optima in c. 1. de offic. deleg. super uer. Pari pœna. Spieg.

CONSENSVM metiri oportet in delictis ex ope & cõsilio, ut nemo ope uideatur fecisse, nisi & cõsiliũ malignũ habuerit, nec consiliũ habuisse noceat, nisi & factũ secutũ fuerit. §. ope & consilio. Instit. de oblig. quæ ex delic. nasc. l. qui seruo. ff. de furt. & l. sæpe ita computatum. §. si. ff. de uerb. signif. Olden.

CONSENTIENTES in aliquam rem ex consensu

sensu obligari necessariò ex uoluntate nostra uidemur.l.obligamur.ff.de actionib.& obligat.Olden.

CONSENTIRE, est in unam sententiá occurrere.l.1.§.conuentionis.ff.de pactis.sic accipitur in l. consensu.ff.de actio.& obliga. Spieg.

CONSENTIRE in iudicem quando dicantur collitigatores, disputat Bartolus & cęteri in l.si conuenerit.ff.de iurisdict.omnium iudic. ac post lõgam disputationem omnes ferè in hoc conueniunt, in iudicem consentire bifariam, partim litem contestando, partim proponendo exceptiones declinatorias: sic enim apud Bartolum in d.l.si conuenerit. legendum est, non dilatorias in uersicul. & sic duobus, ut ex ipsomet liquet: sicq; legisse uidetur apud eũ Baldus in d.l. si conuenerit. Quod ad litis contestationem adtinet, rationem adferebat Rob. Irlandus Scotus præceptor meus, quia partium consensus post litis contestationem transit in contractum l.3. §. idem scribit.ff.de pecul.Spieg.

CONSENTIRE iurisdictioni uidẽtur, qui sciũt se non esse subiectos iurisdictioni eius, & in eum cõsentiunt.l.2.ff.de iudic.Sp.

CONSEQVI propriè est, quod barbari dicunt à propè sequi. Vlp. in l. 1. de separat. Consequuturi, pro adepturi, ut alij, usurpat Sp.

CONSEQVI & amittere cõtraria sunt.Cõsequi enim adipisci significat l.si seruũ.33.ff.ad leg.Aquil.

CONSEQVENS dicimus, quod ex aliquo sequitur illatiuè, & argumentãdo ita sumitur in l.si uerò plures. §.hoc edictum. ff. de ijs, qui deiec.uel effud. Nam ex toto partem concludimus, qui ex loco deijcere uetat, ergo & ex partibus loci. Prat.

CONSEQVENS apud Iulianum. l. de quibus. ff.de legib. quidam interpretantur, hoc est, simile & conforme, ut & accipi aiunt in §.est & aliud.uers.sed nos.Instit.de don.Quod ad uers.sed nos.adtinet, cõsequens ibi pro consonum, & conforme accipi putem, pro quo Theophilus ibi uertit σύμφωνα, In responso uero Iuliani consequens accipiendum existimarim, quod interpretatione ex consuetudine inferri posset, & argumentando. quo sensu accipitur in l. si uerò plures.tametsi non negauerim ꝓ conueniẽs, & rationi consentaneum poni. Eodem sensu

CONSEQVENTIAS hæreditatum dixit Vlpianus l.3.in princip.ff.de leg.hæred.hoc modo, Huius hæres es.Sequitur igitur, ut eiusdem tutor sis iure quodam naturæ, ut eum sequantur onera, qui cõmoda habiturus est.

CONSEQVENTIAM uerborum dixit Iustinianus l.fin. C.de hæred.instit.pro gradatim, & ordine: ueluti, Plotius mihi heres esto, Sempronius Plotij hæres esto.Nam Sempronius in totum, partemq; Plotij uocatus intelligitur. Prat.

CONSEQVENS in l eos qui.4.in fi.ff.de capti. quidam putat pro conueniens & rationi & æquitati consentaneum accipi.Equidem pro eo quod ex aliquo infertur, accipi debere arbitror, quod magis subtili iure, quàm ęquitate receptum est.propositio est: Hostibus deditus, reuersus à nobis receptus nõ est. Ergo ciuitatem adipisci non potest. hoc est consequens, & conclusio. Sic accipi potest in l. sanè. ff. de iur.dot. Prat.

CONSERERE manum à bello ad iudicia translata locutio est. Nam ex iure manum consertum uocare in uindicijs ueteribus dicebant. Cuius rei Varro lib.v.de ling.Lat.meminit.Cic.lib.vij. Epistol.ad Attic.ad Trebat.Hos uersus Ennij refert,

Non ex iure manum consertum, sed mage ferro

Rem repetunt, regnumq; petunt, uadunt solida ui.

Item lib.1.de Orat.Multisq; præessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manũ consertum uocarent, quòd in alienas possessiones tam temere irruisses. Nam ubiq;, contra exemplariũ impressorum fidem, manum consertum legendum est.

CONSERVVS l.9.§.1.ff.de pecul.l.25.§.Pedius. ff.de ædilic.ed. Briss.

CONSERVABVS pro Contubernalibus.in l. 27.§.adfini.ff.de instr.uel instr.Eadem forma & Consoceros dixit Vlpian in l. 32. §. proinde si duo. ff. de donat.int.uir. Briss.

CONSERVATOR est iudex datus ad defendendũ aliquos à manifestis iniurijs, iudiciali ordine non utẽs.hanc diffinitionẽ tradit Io. Andreas in c.si. uersic.notandum, de officio deleg.lib.6.& probatur extra eod.tt.& lib.c.1. qualis est Lutetiæ Parisiorum Conseruator priuilegiorũ scholariũ. Est & alius cõseruator priuilegiorum nundinarũ Lugduni. Quæ, qualisue sit eius iurisdictio, & in quos extẽdatur, huc referre instituti nostri nõ est. Apud eũ syngrapharũ agnitiones, & literæ cambij uersantur, Huius commeminit Bartolus in l. si fideiussor.§.quædã.ff.manda.ex quo obseruatissimè colligit in curia mercatorũ debere iudicari ex bono & æquo. Tales etiã sunt, qui aliquibus (ut à manifestis iniurijs & uiolentijs tueantur eosdem) plerunq; a sede Apostolica conceduntur. Et deputari non possunt, nisi Episcopi, uel eorũ superiores, aut abbates, seu dignitates, uel personatus in Cathedralibus, uel collegiatis Ecclesijs obtinẽtes: & uices suas alijs cõmittere non possunt, nisi hoc eis cõpetierit ex beneficio literarum, & personis tantum, quæ superius sunt expressæ: ut in c.si. de offic.delegat.lib.vj.Io.Bell.Etymol.

CONSIGNARE in l.creditor.20. C.de pig.tit. gene.&l.acceptam.C.de usuris.significat obsignare, & deponere in manibus. quod uerbum in eundem sensum retinuerunt Pragmatici Galli, dicunt enim *Consigner l'argent, ou autre chose, & mettre entre les mains du Greffier, ou d'vn tiers.*

CONSIGNARI tabulæ, instrumentaq; dicuntur, quæ anuli impressione signantur.l.ult.ff.de dot. præleg.l. pe.ff.de donat.inter uir & uxo.Cicero pro Quintio, Tabulæ, inquit, maximè signis hominum nobilium consignantur. Hinc eodem sensu

CONSIGNATIO tabularũ, & instrumentorũ dicitur.l.1.§.1 ff. de fals.& l.instrumẽtorum.§.1.ff.eo.

CONSIGNARE legem, est pactionem scripto redigere.l.Iulianus.§.idem Iulianus.ff.de actio.emp. & uendit.

CONSIGNARE testationes, pro subsignare dixit Vlpianus l.moris.§.1.ff.de pœ.Briss.

CONSIGNARE autem (ut ad primum significatum redeamus) non uidetur qui consignatum readsumit glo.in d.l.acceptam.C.de usur. Boetius lib. 1.Quæst.q.23. Briss.

CONSILIVM pro conuentu iudicum in l.1.ff. de off.consul.l.2.ff.de off. eius cui mand. est iurisd.l. 27 ff.de manu.test.& passim in tit. de manum. uind. l.1.& ult.C.de uind.libert. l.2.& 3. C.si aduers. libert. Theoph.in §.eadem. Instit.quib.ex caus.manu. non lic. Consilium ait esse [Greek, illegible]. Idem subijcit, quod & ab Vlpian.in Instit.tit.j. traditur, Romæ in consiliũ adhibitos quinq; senatores, & quinq; equites Romanos: in Prouincia uerò uiginti recupatores ciues Romanos, apud quos causam probare minor xx. annis

nis seruum manumittens ex l. Ælia Sentia cogebatur. Briss. Vide etiam Aldobr. d. §. eadem. ubi Theophili sententiam improbat.

CONSILIVM prębere, exercereq́; dicitur Prętor, uel consul qui consiliũ cogit. l. j. ff. de officio consul. & l. 2. ff. de officio eius cui mandat. est iurisdic. & alibi sæpe. (Eodem sensu accipitur apud Vlpianum in Epit. tit. 1. §. eadem lege.) Qui uero aduocantur in consilium adhiberi, in consilio esse, in consilium adsidere dicuntur. Plin. lib. 6. Epist. ad Maximum. Adhibitus, ait, in consilium à Præfecto urbi audiui ex diuerso agentes summæ spei adolescentes. In consilio esse Celsus. l. pater. 29. ff. de leg. 2. in consilium adsidere, Papin. l. si. ff. de offic. assess. dixère. Sp. & Old.

CONSILIVM exerceri. Die cognitionum, uel solet Prætor consilium exercere, uel solet præbere consilium. Erat & alius dies cognitionum in quem edicebatur concilium, id est, conuentus. In consiliũ prętoris adhibetur Romæ quinq; senatores, & quinque equites Romani, auctore Theophilo, & in fragmentis Vlpiano tit. 1. Cùm prætor cognitionum die de causis adhibito consilio cognoscebat, tunc exercuisse consilium rectè uideri potest. ca. 2. de off. eius cui mand. est iurisd. Proinde si reus postulationũ die desiderio actoris contradiceret, uel diem ad sui defensionem postularet; sic in diem cognitionũ res deferebatur, ut tamen actio edita, actis postulationum insereretur. Scribas enim fuisse, qui notis acta Pręsidum scribebant, testatus est Modest. cap. 32. Ex quibus causis maiores. Eoq́; pertinet illud Senec. epist. lib. 14. Quid loquar uerborum notas, quibus quamuis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus sequitur. Ræuard. protribunal. lib. Sing. cap. ix. quem uide hic. Sic

CONSILIVM præbere. Fuisse uidetur certus quidam cognitionum dies, quo minori manumittere uolenti, & alijs omnibus, qui quid sine sententia consilij prohibentur facere, quique in integrum desiderant restitui, consilium Prætor prębere solet. Minor annis uiginti lege Ælia Sentia, manumittere sine consilio prohibetur. cap. 4. §. 2. de manum. uind. §. eadem. Institut. quibus ex causis manu. non licet. Et idcirco præbere consilium dicebatur minori prætor manumittere uolenti, cùm sedens pro tribunali, adhibitis quinque senatoribus, & totidem equitibus Romanis cognoscit, an causę manumissionum, quas annis uiginti minor allegat iustæ sint, & non ex luxuria potius, hoc est, prodigalitate proficiscantur, quàm ex affectu. capit. unic. in princip. de offic. consil. cap. 5. 6. & 16. de manum. uind. cap. xxvij. de manumiss. test. Theophilus in d. §. eadem. Et tunc quidem, si prætori, & toti consilio causæ uiderentur iustæ, apud se minori uindicta seruum manumittendi faciebat prætor de consilij sententia potestatem: uindictaq́; eius qui manumittendus erat, capiti imposita, hæc solennia uerba pronunciabat: AIO TE LIBERVM MORE QVIRITIVM: Et statim peracta manumissione, in acta nomen manumissi referebatur, ut est à me dilucidè probatum Variorum lib. iiij. cap. ix. Quibus etiam consentaneum est illud Cornuti in Persium: Vindicta est uirga Prætoris, qua manumittendi à Prætore in capite pulsantur: ideo sic dicta, quia eos uindicat libertati. Eoq́; pertinet quod sic rescripsit Imperator Gordianus: Et si minor uiginti annis, ut allegas, constituta, seruum tuum ab eo circunscripta, in concilio manumisisti, tamen uindictę impositio, qua libertas iusta munitur, ne obtentu quidem ætatis rescindi potest. c. 2. C. si aduers. lib. Per concilium conuentum intelligit Imperator Prouincialem. In prouincijs enim extremo concilij siue cōuentus die præbebat præses aut proconsul consilium, auctore Theophilo. Et sic quidem differunt, In concilio & apud consilium manumittere, quod à nemine est animaduersum. Rȩuard. lib. Protrib. Sing. cap. 12.

CONSILIVM, uel à consulendo, uel qđ in unã sententiam plurium mentes consiliant, & tandē expensis rationibus cōueniant, ad statuendum id, qđ rectum est. sed à silendo credibilius dictum putatur, quo maximè inuenitur Festo lib. 3. Sp.

CONSILIVM accipitur plerunq; pro quadam congregatione ad aliquid cū deliberatione tractandum deputata. Cic. pro Rosc. Qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem: ex Senatu in hoc consilium delecti estis, propter securitatem. Oldend.

CONSILIVM ante factum inire oportet: non autem posteà causari ignorantiam, nisi præter opinionem quid emergat fortuitò. Nou. de hær. & Falc. §. sed neq; illis. Constit. 1. Nam nemo redargui potest quòd futurum non præuiderit. Nou. de his qui nup. ite. §. duo igitur huic. Const. 22. Bene autem uniuersa geruntur, & cōpetenter: si principium fiat decēs, & amabile Deo. Nou. Quomodo oport. episc. §. sancimus igitur. Constit. 6. Olden.

CONSILII plenioris effectus, est correctio errorum, & restitutio in melius. Nou. de his qui nupt. ite. uetust. planè. Constit. 22. Multa autem quæ uidentur iusta, si pleniore consilio perlustrentur, erūt corrigenda. d. §. uetustas. Euentu enim temporis edocemur. ibi. §. per causam uerò necessariam. Rerũ experiētia docet certò, quid sit damnosum, quid utile. Nou. de appel. in prin. Const. 23. Infinitatem rei eijcere, medicina est optima. Nou. Vt determi. sit numer. cler. § ex omni igitur. Etiam magnus ille Papinianus aliquando non satis definiuit medendi rationem in negotijs. Nou. Vt credit. primùm aggred. §. cæterum si fideiussor. Constit. 4. Oldendorp.

CONSILIVM & iudicium non ita multum differunt. Nam uenerandæ antiquitati consulere fuit iudicare, hoc est, de utili & honesto decernere. Vnde S. C. nomē traxit. Et nunc quoq; si quid interest, hoc fuerit, quòd in iudicijs contentiosa, in consilijs uerò uoluntaria iurisdictio exercetur. l. 2. ff. de offic. procon. Iudicia item apertè tractantur, consilia autē plerunq; semotis arbitris. Alioqui effectus utrorũq; eodem tendit. Vnde adsessores quoq; iudiciorũ, dicuntur consiliarij. l. consiliarijs. & l. ulti. ff. de adsess. Quid autem iudex potest consulere utilius atq; honestius, quàm ut dissentientes redeãt in concordiã, quam Deus amat? Sæpe enim progressu litis, & controuertentes ipsi, & eorum cognatio ad perpetua rapitur odia, quæ interdum & uitæ & bonorũ dispendio exercentur. Old.

de CONSILII sentētia pronuntiatũ dicebatur, quod ex eorum qui in consilium adhibebantur, sententia statuebatur. ut apud Cicer. sæpe & Apuleium Apolog. 1. Quæ uerba his notis D. C. S. scribi solita Valerius probus est auctor. Sic causa cum consilio cognita eodem sensu dicebant ueteres. Briss.

CONSILIVM in rub. C. de uind. & apud consilium manu. i. pro conuentu. tametsi Azo in Sum. eo. tit. pro loco illo, in quo celebratur, uel exercetur iurisdictio uoluntaria: cuius sententiam probat Albericus, licet Accurs. l. 1. C. eo. dicat poni pro præsidentibus in consilio. Prateius.

CONSILIVM pro deliberatione posuisse uidetur

tur Alexāder Imp.l.1.C.qui,& aduerſ. quos in integ. & aliquid faciendi,uel non,excogitata ratio. Cice.1. de Inuent.Conſilium etiam pro corpore & collegio accipitur.l.fin.C.de naufr.lib.11. Prat.

CONSILIVM etiam ſæpiſsimè in libris I.C. ſumi ſolet pro ſuaſione & hortatu.§.tua tantum. Inſti. mand.l. conſilij.ff.de diuerſ.regul.iur.l.ſæpè.53.ff.de uerb.ſig. & alibi ſæpiſsimè,quo ſenſu rectè Theoph. d.§.tua tantùm, adpellatur συμβουλὴ ἀπὸ τοῦ συμβουλεύειν. Itaq; à mandato differt.d.§.tua tantum. Prat.

CONSILIARII ſunt iudicum comites, & adſeſſores qui iudicibus adſident.l.pen. ff.de offic. adſeſſ.& l.conſiliarios. C.eo.Prat. Græci conſiliarios uocant συμβούλους, quod Haloander malè uertit collaboratores: rectè uetus interpres,conſiliarios: & ita innumeris locis adſeſſores ſiue conſiliarios Græci modò συμβούλους, modò παρέδρους, συνέδρους, συγκαθέδρους uocant,Latini etiam participes l.1.C.ſi rector prouinc. uel ad eum pert.l.1.C.de contr.iud.l.2.C.Th.de inc. nup. Plautus Milite: ſocium tuorum conſiliorum & participem conſiliarium. Et conſiliatores: ut filium Dei ſalutem certiſsimam hominum Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, quem Sibylla σύμβουλον uocat,Lactātius cōſiliatorem interpretatur 2.& 4.Plin.4.Epiſt. In gerendis honoribus conſiliator & rector.& ſæpè in tranſlatione ueteris teſtamenti. In l.12.C.Thc. de lega.à conſiliantibus:ut Horatius, conſiliantibus diuis. Cuiac.in Nou.Iuſtin.119.circa med.

CONSISTERE nonnunquā eſt in iudicio ſtare aduerſus aliquē. l.1. C. qui pet.tut. l.uix certis.53. ff.de iud.& alibi ſepe.D.& C.Briſſ.Aliquando idem eſt quod conquieſcere ut apud Cicer.conſiſtere,inquit,eius animum ſine furore ac amentia nō ſinunt.

CONSISTORIVM, cuius meminēre Imppp. l.fi. C.de offic. diuerſ.& l.1.de comit. conſiſt. diffinit Suidas συνέδριον, καὶ τὸ οἴκημα ἐν ᾧ οἱ ἐκ τῆς συγκλήτου βουλεύονται, in quo legatos & quoſcunq; ſe adeūtes princeps admittit & audit, & de cauſis cognoſcit,inquirentibus & deſpicientibus conſiſtorianis , ut ait Ammianus Marcellinus lib.15. Ex quibus locis adparet conſiſtorium ad Principis συνέδριον referri. quod & colligitur ex Nouel.23.§.ad hoc ſancimus. Sed & ad iudices ad eōſue quibus iuris dicendi poteſtas eſt,referri poteſt.cap.Romana.de appel.lib.6. Quibus igitur nulla iuris dicendi poteſtas à lege,uel principe conceſſa eſt: quiue principes non ſunt. Conſiſtorium habere non dicuntur. Briſſ.

CONSISTORIANI.Titul.eſt lib.12.C.de comitibus conſiſtorianis, ubi C. Hegendorphinus in exegeſi ſua docet,qui ij dicerentur, De comitib.conſiſtorianis(inquit)id eſt, de comitibus cōſiſtorij Cæſaris. Conſiſtoria autem dicuntur archiua Cæſarea, & Imperatoria Palatinæ domus,quæ etiam uocātur Auguſtalia. Anch.

CONSOBRINI, Conſobrinæ,propriè q quæue ex duabus ſororibus propagantur, quaſi cōſororini.l.1.§.4.& l.ult.§.eod.gradu.ff.de gradib. & adfinib.§.4.Inſt.de gradib.cogna.Paul.lib.4.Sent.tit.x. Non.Marc.c.ult.lib.de propr.ſerm.Obtinuit tamen & patrueles quoq; fratres, id eſt, ex fratribus natos, & amitinos,id eſt,ex fratre & ſorore genitos cōmuni conſobrinorum nomine appellari.d.l.ulti.§.eodē gradu.& §.1.Inſt.de legit.adgn.ſucc.l.1.C.unde legit. Idq; per abuſionem fieri Theophil.ibidē dicit: κυρίως γὰρ κωνσοβρῖνοι λέγονται οἱ ἐκ δύο ἀδελφῶν τεχθέντες. Cōſobrina.l.ult.ff.de ſenatorib.l.77.§.cum exiſtimaret. ff.de leg.lib.2.l.27.§.hæres. ff.ad Trebell.l.23.& l.24. ff.de conditio.inſtit.l.3.C.de his quæ ut indig.Briſſ.

CONSOBRINI & Amitini ſic differunt: qui duobus ex fratribus naſcuntur, Patrueles : qui duabus ex ſororibus,Conſobrini: ex fratre & ſorore,Amitini inter ſe nominantur.l.ult.§.4.ff.de gradib.Vbi Paulus ait hos omnes à pleriſq;,uelut à Trebatio, generali nomine Conſobrinos appellari.Nonius autem in extremo ſic ſcribit, Amitini fratrum maris & fœminæ filij,Conſobrini ex duabus editi ſororibus, quaſi Conſororini. Quod autem Paulus illa l.ult.§. 8.ſcribit,ſororum fratrumque meorum nepotes nepteſq; conſobrinos eſſe: obſcurum uidetur. nam illi non Conſobrini,ſed Sobrini appellantur.Reſpōdetur autem Paulum ita ſenſiſſe, ut qui inter ſe ſobrini ſunt, leui abuſione dici inuicem poſsint Conſobrini: ueluti ſi qui inter ſe fratres ſunt,ſe Confratres appellarent. Hotoman.

CONSOCERI dicuntur,ait Theoph. quorū alterius filia,alterius filio nupſiſſet.§.9.de nup. Vtitur Vlp.l.32.§.proinde.ff.de don.inter uir. Hot.

CONSOLIDATIO eſt proprietatis cum uſufructu coniunctio.Imp. §.2.de uſufr. Vel ex contrario: ſi uſufructuarius proprietatē rei acquiſierit: quę res conſolidatio appellatur. Hinc fructuarius proprietatem acquirens, conſolidare dicitur, l.3. & l.6. ff.de uſufr.accreſ. Hinc apud Iauol.l.à libert.35. ff.de bon.libert.ſolida proprietas dicitur, in qua uſuſfructus ineſt: itemq; apud Paulum l.Sempronius,26.§. 1.de uſufr. leg.Hot.Regula Fabri eſt Gallici I.C. clari in primis & ſummæ authoritatis. Ea quæ iure conſolidationis accedunt,non eadem eſſe in cauſa, qua id cui miſcentur; ſed alio iure haberi, & propriam quandam, & ſui generis eſſe ſpeciem.§. ſi cui.Inſt.de leg. Conſolidationem Vlpianus & cæteri, ut apparet,ex eo uocarunt(l.idem.de uſufr.acc.)quod quę à ſolido iam diuulſa erant, iterum ſe ſolido iungant, & uelut in unum redeant. Ea figura, qua alibi (ſed audaciore) lectum eſt, Coadunare: pro eo quod eſt, in unum cōferre, uel miſcere. l.ſi plures.de pact.Sed uidendum,ne nō tam uerum ſit iſtud, quàm pleriq; id mangonizando uulgarunt.Et promptum eſt,contradicere in primis: Nā reſponſum à Iulio Paulo eſt, l.4.de iure do.Id quod iure conſolidationis doti acceſſit,non aliam dotem uideri, ſed dotis augmentū eſſe. Non etiam legem & cauſam, res quęq; in eo traditam.cui accedit, ſeruat,& ſequitur,ut ait Scæuola l.quidam.de iure dot.Deniq; non primus cōtractus & ipſa origo,ita rem in totam in agēdis rebus informat, & uelut inficit, ut nulla ſit propria eius ratio, quod deinde ex lege initio accepta, aut iuris conſtitutione rem geſtam ſequitur. l. ſi procurator.mand. Quippe nec nouū uideri poteſt, aut aliud,cuius origo ex uetere, aut eadem cauſa ducitur. l. cum filius. §.hæres.de leg.2. Nec mutant, quę Fabrum mouēre, ſed planè pro nobis faciunt, ſi rectè intelligantur. l. Mæuius.§.fundo.de leg.2.& d.§.ſi cui. Sed ea quę dicta ſunt,ita recipi poſſunt, ſi aliqua differentia eſt rerum,ut conſtitui poſsit, utra alteram perimat, & in ſe transferat. Nec enim anxiam,uel obſcuram habet diſputationem,an tanquam ſublata obligatione,cui minus uiriū aut fauoris: ea quæ extracta erant è ſolido,iam confuſa & ſolido mixta,in unū redeant: ſicut & quædam alia cauſæ potentiori iuncta, uim ſuam amittūt. At ubi eadē ac par eſt duarū obligationum poteſtas, non uidentur eæ inter ſe miſceri: cū dicere non poſsis,quare hæc magis quam illa, alteram conſumat.l.ſi reus.de duob.reis. Ita & hīc τὸ ἰσάζειν,ut multa alia,conſolidationem impedit.l.cum enim. de ſtipul.ſer. Curt.lib.2. εἰκαστῶν,cap.46.

CON-

CONSORS, eiusdem sortis & conditionis est, ut ait Bald. in l. dudum. C. de contrah. empt. & significat domini participem. uide Alciat. l. proximi. ff. de uerb. signif. sed pro subiecta materia aliter atq; aliter [Greek] accipitur. In d. l. dudum. sumitur pro dominij participibus. Ij etiam quibus talis communis est res consortes adpellantur. Tit. notus est in Iustiniani Codice, de Consort. eiusdem lit. Spieg. Vide Ræuard. l. in ambiguis. §. quoties. ff. de reg. iur.

CONSORTES accipiuntur quandoq; in iure pro agnatis, uel ijs qui dñij participes sunt. Vid. Bal. in l. dudum. in fin. C. de contrah. empt. Sp.

CONSORTIUM quasi eiusdem sortis, hoc est, fortunæ, & conditionis in omni re & negocio. l. j. ff. de rit. nupt. l. ult. C. de seruis fugitiuis. Old.

CONSORTIO cómunio l. 96. §. 3. ff. de solut.

CONSPIRATIO est quædam fraudulēta con fœderatio facta in præiudiciū alicuius personæ, uel dignitatis. Hanc, quia ferè nunquā non dolosa censetur, ideò seuerè lex iubet uindicari. Sed & Imp. Adrian. priuatim quoq; statuit, uindicari scelus aduersariorum, quibus opprimitur litigantis innocentia. l. uiuus. ff. de re iud. Old.

CONSPONSORES à Cicerone dicūtur, qui à I.C. correi debendi: id est, qui eiusdem obligationis sunt debitores. Cic. ad Attic. lib. 12. Tamen uelim des operam, ut inuestiges ex conspōsorum tabulis, sit'ne ita. Idem Leptæ, De tuo negocio quòd sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit. Connan. lib. 6. cap. 5. nu. 1.

CONSPONSOS antiqui dicebāt fide mutua colligatos. Festus. Hot.

CONSTAFOLARIOS, dictione ex Latino, siue Gallico, & Germanico conflata, hodieq; constofeleros uocāt Germani, præsertim qui ad Rhenum habitant, assessores iudicij, decuriones, Die Constofler, olim à Stafolo Comitis, hoc est, iudicis fiscalis, quæ uox Germanis gradum significat. Sic enim illi tribunal iudiciarium innuebāt, à gradibus, per quos ad id ascenditur, quando solent editiore loco sedere iudices. Et erant olim sub Francis omnes prouinciæ Comitum, qui Germanis Graphiones dicūtur, hoc est, iudicum fiscalium districtibus distinctæ. Vnde & tribunal Prætoris uocarunt Staffelsteyn. In antiquissimis priuilegijs Nouientensis Abbatię, quam Ethico Germaniæ primæ dux, non procul Selestadio, assentiente uxore sua Bertsuinde, constituit, legimus, Vnde sol dirre hof han zweine staffelsteyne/ vnde eynen stok. Deprauatus locus est, in impressis Ripuariorum legibus, titulo, de Intertiatione, in his uerbis: Si autem extra regnum supra (80. subaudi, noctes) ad Regis stans polum, uel ad eum locum ubi Mallum est, autorem suum in pręsenti habeat. Tu pro stans polum, scribe, Stapfolum. Rursum inferius titulo, de re proprisa: Si quis caballum, hominē, uel quamlibet rem in uia propriserit, aut rem secutus fuerit, per tres Marcas ipsam ostendat, & sic postea ad regis stabulum. Vbi legi debet, ad regis Stafolum. Recensuimus autem eius Legis sinceriorem lectionem ex Codice Vormaciensi manuscripto. nā impressus libellus hic omnino corruptus est, habēs in titulo, de Reprobis, cum debeat esse, de re proprisa. Quo uocabulo, malè Latino, res aliena in proprietatem uindicata, intelligitur, id quod in bello captis rebus euenire solet. Siquidem Gallicus sermo Prisum nominat, quod belli iure publicatum est, & deprædationi obnoxium: quasi dicas, prehensum, siue prensum. Ex Rhenanicis obseruationibus. Sp.

CONSTANS, pro graui. in l obseruandum, de offic. præsid. pro firmo, in definitione iustitiæ. Instit. de iustit. & iur. Sp.

CONSTARE dicitur testamentum, quod infirmari non potest. Cum dandi casui iungitur, est constantem esse & perseuerantem. Significat & manifestum esse & clarum: ut, Constat de eius innocentia: id est, manifesta est. & apud Vlpi. alimenta cum uita finiri. l. cum hi. §. modus. de transact. quoq; cum sim. 10 Item, Constat inter omnes, id est, nemo negat. Sp.

CONSTAT, id est, manifestum est, uel nemine in speciem admonente. Quando enim I. C. dicunt, Constat, tunc semper habent aliquam regulam naturæ præ oculis. Old.

CONSTITUERE, aliàs cōuenire significat, & conueniendo obligare se ad id, quod iam debitū est. Theoph, [Greek] dixit. Demosthenes in orat. contra Theocrinem [Greek]. Latius aūt patet, quàm fideiubere: primùm quod pmissum sit, ut aliud pro 20 debito constituatur. l. 1. §. an potest. ff. de constit. pec. Cùm sit diuersum in fideiussione. l. si ita. ff. de fideiuss. Deinde quod non solùm pro alio, sed pro seipso quis rectè constituat. §. de constituta. Inst. de act. Fideiussor uero non nisi pro alio intercedit. Inst. de fideiuss. in prin. Deniq;, constitutum nudo duntaxat pacto fit, nulla stipulatione interposita. d. §. de constituta. secus est in fideiussione. Old. Debitum autem oportet esse, quod constituitur, non quidem in personam: id est, non ab eo præcisè qui cōstituit, sed (ut 30 ait Vlpianus) in rem, id est, generaliter, siue ab illo, siue ab alio. l. cum qui. §. 2. ff. de constit. pec. Nam ut idem ait in l. hactenus eod. hactenus constitutū ualebit, si quod constituitur, debitum sit: Et hasce quidem differentias recenset. Duarenus l. 5. §. satis acceptio. ff. de uerb. oblig.

CONSTITUERE aliàs, est formare & bonam dispositionem adhibere. Et sic constituta iudicia rectius dicuntur, quàm processus iuris. Old.

CONSTITUERE est consistere & constare. l. 40 39. ff. de excus. tut.

CONSTITUERE cum parte statuere & deliberare. Alcia. l. bonæ. C. de pact. Sp.

CONSTITUERE disceptationē, id sonat, qđ uulgus dicit Accordare scripturas. Sp.

CONSTITUERE iudicium uel quæstionem, in publicis duntaxat iudicijs, dicitur Quæsitor, qui iudicum reiectione utrinq; facta, certos constituit iudices, qui sibi iurati in consilio adsint, & secum cognoscant: in priuatis uerò iudicijs, quum Prætor ur 50 banus iudici aut Recuperatoribus à litigatorib. acceptis, potestatem de causa cognoscendi & iudicandi facit. Cicero pro Cecin. Qui igitur conuenit, quę causa fuerit ad constituendum iudicium, eandē morā esse ad iudicandum. Vel sic,

CONSTITUERE iudicium Prętor in priuatis causis dicitur, quum agendi potestatē litigatoribus: iudicandi uerò iudicibus sumptis permittebat. Hot.

CONSTITUERE rem Cicero in eadē oratione pro Cęcin. dixit: quod ante dixerat: constituere 60 iudicium: alibi autem Constituere quæstionem dicere consueuit.

CONSTITUERE in re præsenti, deliberare itē cum re præsenti, dicebatur, cum quid statui, transigiq; non posse, nisi in loco ipso significabāt. ut fit hodie in his actionibus, à quibus interdicta retinendæ possessionis auspicari solemus, & in huiusmodi rebus alijs, quæ non nisi in locis ipsis explicari solent. Teutonicè, Auff den augenschein gehn. Spieg.

CON-

CONSTITVERE quæstionem, est decernere ut iudicetur.

CONSTITVERE seruitutem non est simpliciter cedere, sed re ipsa imponere. Cõstituuntur enim per patientiam, uel traditionem. l.13.§.1. ff. de Pub. id est, si inducatur quis in prædium, uel eum, is qui cedit, seruitute uti patiatur. l.3. ff. de usufr. l.1. in fi. ff. de seruit. rust. patientia aũt illa pro traditione habetur, ut colligunt interpretes ex l. pen. ff. de seruit. qui enim seruitutem debet, pati debet. l. quoties. 15. ff. eo. tit. quæ quidem patientia est de natura seruitutis. d. l. quoties. ergo patientia habetur pro constitutione d. l. quoties. ut aliàs disputãdo tentaui, Tolosæ 1542. Brissonius.

CONSTITVTVS usus fructus tunc dicitur, cũ iam quis uti frui potest. l. unica. §. dies. ff. quãdo dies legati cedit. Igitur

CONSTITVTVS non dicitur ante aditam hæreditatem, uel antè, quàm dies cesserit. Cæteroquin

CONSTITVTÆ seruitutes dicuntur, quæ pactionibus, stipulationibus, legatisue iam impositæ sunt. l. x. ff. si seruit. uind. Briss.

CONSTITVTIONES diuales, hoc est, Imperatoriç. Censentur enim Imperatores diui, non quidem apud nos falsa diuinitatis opinione (sicut apud gentes olim) sed quia oẽs magistratus sunt ordinatio Dei, & Imperator est summus magistratus. Old.

CONSTITVTIO iudicij controuersia quædã est ante litem contestatam, præcedens iudiciũ, uulgò dicunt exceptiones dilatorias impedientes processum. Cicero in Partitionib. Atq; etiam, inquit, ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio: cùm aut, sit ne actio illi qui agit, aut iàm ne sit, aũt num iam esse desierit, aut illàne lege, illis uerbis sit actio, quæritur. Oldendorp.

CONSTITVTIONVM aliæ generales sunt, aliæ personales. Generales sunt, quæ ad omnes pertinent: Personales uerò sunt, in quibus propter certæ personæ rationem, à iure cõi recessum est: quæ & Priuilegia appellantur. Hæc ex d. l. 1. & 3. & l. 3. C. de legib. & §. quod Principi, de iur. nat. Hot.

CONSTITVTIO. Quod principi placuit legis habet uigorem. cùm lege Regia quę de imperio eius lata est, populus ei, & in eum omne imperium suum & ptãtem contulerit. Quodcunq; igitur Imperator per epistolam & subscriptionem statuit, uel cognoscens decreuit, uel de plano interlocutus est, uel edicto præcepit, legem esse constat. Hæc sunt quas constitutiones uulgò appellamus. Planè ex ijs quædam sunt personales, quędam uerò generales: personales sunt, quæ nec ad exemplum trahuntur, quoniam nõ hoc princeps uult. Nam quod alicui ob meritum indulsit, uel si quam pœnam irrogauit, uel si cui sine exemplo subuenit, personam non transgreditur. Aliàs aũt, cum generales sint, oẽs proculdubio tenent l. 1. de constit. princ. ff. §. sed & quod. de iur. nat. gent. & ciuil. Inst. 1. Cæterùm, constituere uerbũ latiùs patere quàm fideiubere Oldend. indicat. Anch.

CONSTITVTIONVM sunt quatuor uirtutes l. legis uirtus. ff. de legib. Vnde

Quatuor ex uerbis uirtutes collige legis,
Permittit, punit, imperat, atq; uetat.

Nam permittit, ut uir fortis petat præmium: Punit scelera & delicta. Imperat & præcipit, ut statuta Canonica seruentur, ut clerici regulare propositum, & honestum habitum deferentes, continenter & castè studeant uiuere: Prohibet clericos secularibus immisceri negotijs. Et constitutio consulit, quæ uirtus potest comprehendi sub prima: nam qui consulit, satis permittit. Old.

CONSTITVTORIA siue Constitutitia actio dicitur, quæ in eum qui se soluturũ constituerit, datur, his ferè uerbis: Si appareat Mæuium Titio pecuniam constituisse, eamq; pecuniam cum constituebatur, debitam fuisse, neq; Męuius aut soluat, aut faciat id quod constituit: ac per actorem non steterit quo minus fieret quod cõstitutum est, tum Mæuius damnetur. l. 16. 17. 18. ff. de constit. pec. Hot. Hinc

CONSTITVTOR, qui pro alio se soluturum promittit, uel aliqua facturum, & alterius in se transfert uel suscipit obligationem. Old.

CONSTO, constas, constiti, constitum & constatum, constitutum & constatutum: constare in sententia, & constare in factum. Old.

CONSTITVTVM, uocabulũ ad ius ciuile pertinens. Et significat diem tempusq; communi consensu indictum, quo se aliqui in loco certo ac constituto sistant. Cicero in Orat. pro Cælio, Quum sit ijs confitendum, nunquam se ne congressu quidem & constituto cœpisse de tantis iniurijs experiri. Et in epist. ad Attic. lib. 11. epist. 1. Atq; eo die cogitabam in Anagnino, postero autem die in Tusculano, ibi unũ diem v. Cal. Igitur ad constitutũ. Et eleganter transtulit in epist. ad Marium, Si quod cõstitutum habes cum podagra, fac in alium diem differas. Varro de re Rust. lib. 2. Scrofam enim mane salutaui, quum alius eum salutasset, alius conuitiatus esset, qui tam serò uenisset ad constitutum. Hot.

CONSTITVTVM pignus quibusdam appellare libuit quod aliàs tacitum dicitur. l. eo iure. §. 1. Ex quib. cau. pig. uel hypoth. tac. con. l. unic. §. 1. C. de rei uxor. act. Sic enim & seruitutes iure constitutas dicimus, cum ab his separare uolumus, quæ natura quodam modo rei & lege imponuntur. l. hoc iure. §. ductus de aq. quotid. & æstiu. l. 1. §. ulti. de damn. infect. Donellus de pignor.

CONSTITVTVM tempus pro biennio quod lege XII. Tab. usucapioni amittendisq; non utẽdo seruitutibus, ut ex Paulo lib. Sent. liquet, præstitutũ est in l. 4. ff. pro suo. & l. 34. §. ult. ff. de seruit. rust. l. 2. ff. de diuers. temp. præscr. l. 12. §. idem tract. ff. de usufruct. l. 22. ff. quib. mod. usus fruct. amitt. l. x. ff. de ui & ui arm. l. 17. ff. de aq. & aq. plu. l. 27. § pen. ff. de noxal. act. Sic & statutum tempus accipe in l. 6. & l. 32. ff. de seruit. urb. l. 7. ff. quemadm. seruit. amitt. l. 66. § pen. ff. de contr. empt. l. 1. & l. 3. C. si quis ignor. rem mino. l. 2. C. si maior fact. quod & legitimũ & solenne aliàs appellatur. Briss.

CONSTITVTVM tempus. l. 95. §. quod uulgo. in fi. ff. de solut. quod ad restitutionem in integrũ petendam legibus præscriptum est, ut & in l. 9. §. si minor. ff. de iureiur. olim quidem post legitimam ætatem impletam annus utilis, hodie quadriennium continuum. l. ult. C. de temporib. in integ. Briss.

CONSTITVTVM tempus in l. 63. §. ulti. ff. de adq. rer. do. pro anno, ut patet ex l. ult. C. de iure domin. impetr. Briss.

CONSTITVTVM tempus ætatis in l. 62. in fi. ff. de rit. nupt. interpretare ex l. 66. cod. tit. l. 7. ff. ad l. Iul. de adult. & l. 6. C. de interd. matr.

CONSTITVTI dies in l. 7. ff. de re iud. qui iudicatis ex l. XII. Tab. uel constitutionib. principũ indulgentur. Ita constitutum iudicatis tempus intelligo in l. 2. ff. de diuers. temp. & statutum spatium post condemnationem. l. ult. C. de execut. rei iud. de quo uide l. ult. §. ult. C. de usur. rei iud. Briss.

CONSTITVTAM partem in l. iij. ff. si quis à par. man. opinor intelligi quæ patronis lege Papia præstituta est. Briss.

CONSTITVTVM tempus in l.xix. C.de transactio. olim annus, hodie biennium. l. unic. C.de dolo. Constituta appellatoria tempora in l.5. in fi. ff.de appell. recip. interpretare ex l.1.§.biduum.& §.quod in sententijs.ff.quando appell.sit. Constitutum tempus in l.8.ff.de capt. quinquennium accipe ex l.6.ff. de diuort. Briss.

CONSTITVTVM ius l.25.ff.de don. int.uir. l. 1.ff.rer. amotar.l.94.ff.de condi.& dem.l.xx.§.is cui seruus. ff.de statuliber.l.1.§.item cùm contra. ff.quæ sentent.sine appellat.l.22. C.de usur. Et apud Gelli. lib.12.cap.13.

CONSTITVTA tempora in §.qui autem. Inst. de excus. tut. quinquaginta dies intellige tutorib. datis ex Marci constitutione, præstitutos ad excusationis causas contestandas.l.16.l.38.ff.de excusat. tuto. Brissonius.

ad CONSTITVTVM ueterib. significabat condicto & cõstituto ad ius experiundum die. Cic. pro Cæcinna: Qui ad constitutum iuris experiundi gratia uenissent. Idem pro Cælio. Cùm sit his confitendum nunquam se ne congressu quidem & cõstituto cœpisse de tantis iniurijs experiri. Quò alludit idem auctor in Epistol. ad Marium libro vij. Si quod habes constitutum cum podagra, fac in alium diem differas. Varro lib.2.de re Rust.cap.5. Cùm alius eum salutasset, alius conuiciatus esset, qui tam serò uenisset ad constitutum. Briss.

CONSVETVDO iuris pars est, quæ fortasse ita non incommodè definietur: Ius quod usu diuturno & maiorum moribus sine ullis literis constitutũ, non minus quàm quod scriptum est, usurpatur. l.32. & seq. ff.de legib. Vsus enim diuturnitas eius iuris firmamentum est. Diuturnitas autem ex maiorum moribus repetẽda est. arg. l. more maiorum, 15. ff. de iurisd.om.iud.l.1.§.1.de offic.eius cui mandat. l.pœna, 9.ff.de parricid. Quare cùm maiores propriè dicantur usq; ad tritauum, l. x. ff. de affin. & gradib. sequitur ut minimum centum annorum spaciũ requiratur: nimirum ut singuli gradus plena pubertate alios superent. Itaq; apud Liuium lib.xxvij. Prætor contendebat Flamines ius in senatũ introeundi nõ utendo amisisse: quia nec patrum nec auorũ memoria quisquam id ius usurpasset. Hot.

CONSVETVDO legem imitatur. §.ex nõ scripto. Insti.de iure nat.gent.& ciuili legem imitari dixit, id est, tantundem præstare, & quasi legem repræsentare. Aldobr. ibidem: Sebastian.Med.in suo tract. de definit.par.2.nu.9. dicit Consuetudinem esse ius quoddam moribus institutũ, quod pro lege suscipitur cum deficit lex, c.consuetudo.1. distin.

CONSVL. Cum expulsi essent reges Romę, qui regnârunt annos ducẽtos & quadraginta, uel, ut alij tradunt, ducentesimo quadragesimo secundo constituti sunt duo, penes quos summum ius esset, regię potestatis exemplo. unde de ijs sic scriptum reperitur in XII. Tabulis. Regio imperio duo sunto, iiq; præeundo, indicando, consulendo, prætores, iudices, consules appellantor. Ij itaque ab eo quòd plurimum reipublicæ consulerent, seu (ut ait Fenestella, de magist. Roman.cap.de consulibus.) quòd consulere reipublicæ deberent, & secundum Varronẽ, quòd senatum, populumque consulerent (ut inde lex uel Senatusconſ. fieret) consules appellati sunt. Ne tamen ipsi per omnia regiam potestatẽ sibi uendicarent, quando eo tempore nulli adhuc principes erant, nullæ extabant leges, neque adhuc scriptę ullis certis libris custodiebantur, illis annuum imperium datum est, & lata lege cautum est, ut ab eis prouocatio esset, neque etiam possent in caput ciuis Romani animaduertere, nisi iussu populi. Vt enim Plutarchus in uita Ciceronis ait, quando consuli mandabantur, ne quid detrimenti respublica pateretur, summam potestatem consul habebat, non aliàs, ita ut sine iussu populi, & reiecta prouocatione, quæ ab eis fieri solebat, ipsi Coss. in facinorosos homines animaduertebant. Quamobrem, cum è coniuratione Catilinæ tota respublica titubaret, nutaretq;, & M. Tullio Ciceroni consuli hæc potestas data esset, senatus decreto Lentulum, Cethegum, & alios coniurationis Catilinariæ participes per triumuiros interfecit. Quos alioquin interficere non poterat sine iussu populi, quandoquidem consulibus solùm relinquebatur, ut coercere possent, & in uincula publica duci iuberent. Quod & scribit Pomponius Lætus, de magistratu Roman.cap.xv. Inde erat, quòd duodecim lictores cum fascibus (id est, uirgis, & laqueis) consules præcederent, à quibus, iuxta mandatũ ipsorum, malefactores, seu rebelles, ligarentur (unde etiam lictores dicti sunt, teste ipso Pomponio Lęto, ibidem capit.2.) & si opus foret, sanguineis uirgis cęderentur. Et huiusmodi lictores, quem consules prǽhendi iussissent, præsto erant ad apprehendendum, & uenientes consulibus obuiam de equo descendere iubebant. Ita hic magistratus nemini (præsertim in bello) parebat, sed eius mandata omnes seruabant. Quòd si quis irreuerens miles esset, non tantùm à tribuno, uel centurione, sed etiam à principe, hoc est, consule, coercebatur. Quia autem Kalendis Ianuarijs annus apud Romanos incipiebat, ut scribit Riuallius, libro 2. histor.iur.ciuil. Ideo tunc ipsi consules procreati magistratum inibant, ut Marcellus ostendit, in l.Pub. Mæuius. de condit. & demonstrat. & ex Plutarcho in uita Marij colligitur. Consulatus tamen (teste Liuio) interdùm Idibus Martijs initus est. Hinc ergò titul. in Nouella, de consulibus. Vbi licet colligere quanta fuerit ipsa cõsulis dignitas. Maximè uerò consulum nomen ad millesimum plùs minùs annum progressum, cum Romanorum imperio effloruisse. Primi autem consules, post exactos reges, fuère L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus. Brutus quidem (ut loco citato scribit idem Fenestella) cum collega egit, ut penes alterum duntaxat fasces forent, ne si penes utrunque populus conspexisset, duplicatum terrorẽ ex uno ad duos reges quereretur. Quo autem tempore consules cœperunt nõ esse annui, & qui essent maiores, qui minores, indicat Alciatus Dionis authoritate, lib.5.Parerg. Anch.

CONSVLARES fœminas intelligimus consularium uxores. l.1.ff.de Senat. id est, qui consulatum gesserunt. l.3.§.ult.ff.de arbit. Briss.

CONSVLARES uiæ, publicæ, & Prætoriæ, & βασιλικαί. l.2.§.uiarum.ff.ne quid in loc.pub. Brisson. Sunt enim consulares (teste Cuiacio in exposition. Nouell.Iustinian.52.) uel exconsules, id est, qui consulatum ordinarium gesserũt, uel honorarij cõsules.

CONSVLARES quidam prouinciarum, rectores. l. unica. ut omnes iudic. l.unica, de officio Comit. sacr.patr. qui in Orientis partibus xv. erant. ita accipere debemus τὰς ἀρχὰς ὑπατικὰς. Nouell.viij.& Consulares Campaniæ.l.xij.de pœnis. C.Theodos. Oldendorpius.

CON-

CONSVLES duo constituti sunt, penes quos summum ius uti esset, lege rogatum est. Dicti ab eo, quòd plurimum reipub. consulerent. Qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi uendicarent, lege lata factum est, ut ab eis prouocatio esset, neue possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi: solum relictum est illis, ut coercere possent, & in uincula publica duci iuberent. Pompon. l. necessarium. ff. de orig. iur. Old.

CONSVLES olim solebant missilia spargere in uulgus. §. penult. Institut. de rerum diuision. & ob id quamcunque sparsionem posteriores arbitror ὑπατείαν appellasse. Cedrinus duob. locis ἐρρίφη ὑπατείαν ... Martianus l. 2. C. de cōsul. constituit ne quid deinde consules in populum spargerent, sed certam duntaxat summam expenderent in formarum reparationem: cuius cōstitutionis meminit Iustinianus in Nouell. 105. sed eam non probat, quia missilia iactare in uulgus, & sportulas populo dare consulib. uolentibus permittit, ad certum modum tamen, & septies tantum in anno: I. Initio magistratus Kal. Ianuar. quibus & prætores & consules inire magistratum solebant, l. Publius. ff. de cond. & demonstr. l. pridie. ff. de ferijs. II. Circensib. ludis, quos Mappæ appellatione designat, cuius rationem Georgius Cedrinus exposuit, & Cassiodorus ad Faustū præf. prætorio. III. Theatrica uenatione. IIII. In spectaculo quod μονομάχιον dicebatur. Extat epigramma Leonis Philosophi εἰς τὸ μονομάχιον. Edebat in eo pancarpum & ferarum uenatio. V. Munificentiæ exhibitio fit ludis scenicis, quos πόρνας uocari refert, à productione meretricum in scenam. VI. Iterum ludis circensib. VII. Tempore depositi magistratus.

CONSVLES grauissima rōe dicti sunt à consulendo, ut officij sui ipsa quoq; ui nominis admonerentur, quippe consulendi causa sese uelut patres electos esse pro regibus. Old.

CONSVLENDI mos olim & frequens & optimus fuit. Sic Aristo magna laude consultus fuit à Celso iuris peritissimo. l. iuris gentium. §. sed & si. ff. de pact. Quemadmodum Seruius Q. Mutium consuluit, in l. 2. §. Seruius autem. ff. de orig. iur. Olden.

CONSVLTARE, est frequenti opera consiliū inire. Oldendorp.

CONSVLTATIO, hoc est, cùm caussa in uarias partes expenditur, ut quod optimum est appareat, succurritur nostræ cæcitati & inconstantiæ. Quando quidem rectissimè dictum est, Hominem inconstantissimum animal esse. Roman. 4. Ephes. 2. Genes. 6. Psalm. 115. Omnis homo mendax. l. 2. C. de uet. iur. enucl. Hoc uerbo usi sunt iuris auctores in l. 11. §. ex facto. ff. de minor. l. 1. §. 1. ff. de appell. l. 2. C. de legibus. Oldend.

CONSVLTANDIS rebus oportet ad plenum prospicere. Non autem partem absoluere, partem erroribus implicitam relinquere, quę difficilioribus adhuc controuersijs materiam præbitura sit. Nouel. ut si plures filij non sint. §. quòd si minus agat. Constit. 18. Oldend.

in CONSVLTATIONIBVS non tantùm Imperij proceres & summi magistratus, sed etiam totus Senatus conuenito. Proponuntor quoq; in medio sancta Euangelia. Et quæ ordinis decreto placuerunt, referuntor ad maiestatem Imperatoriā. Nouel. de Consultationib. Constit. 62. Oldend.

CONSVLTVS, adiectiuum, significat scientē, & peritum, à quo iure consilium petas. Liuius I ab Vrbe condita libro. Consultissimus iuris, ut illa quis quàm ætate esse poterat. Significat etiam interrogatus. l. deniq;. §. si quis. ff. de minor. Old.

CONSVMMARE est inchoatum perficere l. si in aliquam. ff. de offic. proconſ. Sp.

CONSVMI actiones dicuntur, quæ tolluntur, pereunt, extinguūtur. l. 28. §. exceptio. ff. de iureiur. & alibi sæpissimè.

CONSVMPTI nummi uidentur, qui alijs permutati, uel ita mixti sunt, ut discerni nō possint. uel aliàs sunt expensi. l. 13. l. 19. §. ult. ff. si cert. pet. Briss.

CONTEMNERE, & despicere, eo distāt: quòd despicere est grauius, quàm contemnere. Paratus soluere, etiam si non offerat, contemnere non censetur. Vide Archid. & Io. Andr. in ca. 1. Extra, de sent. excomm. lib. 6. Sp.

CONTEMPTIBILIS uideri, apud Vlpia. in l. nec quicquam est. de offic. proconſ.

CONTEMPLATIO personarum habēda est, hoc est, cuius uitæ sint, utrum frugi, an sesquioris. Adi Vlpian. in celebri l. cum hi. §. sed & personarum. ff. de transact. Sp.

CONTEMPLATIO, uox familiaris Vlpiano, quod uel ex l. item si cum putaui. ff. de negot. gest. constat. Sp.

CONTENTVS qui continet quod animo satisfacit. l. si rem alienam. §. omnis. ff. de pignorat. actio. l. stipulationum aliæ. §. satisacceptio. ff. de uerborum oblig. l. à diuo Pio. § si pignore. ff. de re iudic. Vel dicitur contentus qui eo peruenerit, quò cōtendebat: Hot. §. 1. Inst de act.

CONTESTARI significat testibus adhibitis aliquid declarare ac profiteri. l. 1. ff. quod iussu. Vnde contestatio pro testatione. l. xx. . ultim. ff. de testam. & apud Paul. lib. 2. Sent. titu. xiiij. Et Contestatò aduerbium. l. 1. §. Iulianus. ff. de lib. adgn. Ita Cicer. lib. iij. Epistol. ad App. Contestari deos dixit. Hinc & lis contestari dicta est cùm iudicium accipiebatur, ex eo quòd litigaturi eos qui tum aderant, testes faciebant, ut est à Festo libro iij. proditum. Brisson. Dicitur autem contestari litem actor cum reo, non reus cum actore, l. si à me fuerit. ff. de iud. Cuiac. Obseru. lib. 9. cap. 21. post princ.

CONTESTATA autem lis tunc uidetur, cùm iudex per narrationem negotij causam audire cœperit. l. 1. C. de lit. contest. Contestari autem non actiua tantùm, sed & passiua significationę dicimus. l. 1. in fin. ff. de ferijs. l. 3. §. si is cuius. ff. de sepul. uiol. l. 16. ff. offic. præsid. l. xxij. §. eo autem tempore. ff. sol. matrimon. l. 3. C. de nouatio. Sic Contestatum iudicium. l. vij. §. 1. ff. de petit. hæred. l. 19. ff. solut. matr. Et contestatam litem ex actione dicunt. l. 37. ff. de neg. gest. Briss. & Sp.

CONTESTATIO litis est eius rei, de qua controuersia est apud Iudicem ex utraque parte facta narratio testibus præsentibus. Hoc genere res in iudicium deducitur, & litis nomen accipit. Nec enim propriè lis est, antequam contestetur, sed controuersia l. xxv. §. si antè. ff. de petit. hæred. Cuiac. d. lib. obseruat. 9. cap. 21. in prin.

CONTEXTVS testamenti. l. 75. ff. de legat. lib. iij. Contextu autem uno testamentum fieri debere dicitur, id est, nullo alieno actu intermixto. l. xxj. §. ultim. ff. de testament. Contextu ædificiorum unita domus in l. xv. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infec. Contextum rationum dixit Pompon. in l. 110. ff. de conditio. & demonstrat. Contextum etiam appellatur quod in tela est nondum pertextum uel detextum. l. xxij. ff. de auro arg. Et sic Contexta accipe in l. 70. §. uer-

§.uersicoloribus.ff.de legat.3. Brissonius.

CONTIGNATIO (in l.36.ff.de seruit.urb. Vitruuius lib.2.cap.9.Plin.lib.35.cap.13.) dicitur uel lignorum, uel tignorum, uel aliarum rerum coniunctio. Et quandoq; dicitur tegmen. Vnde duæ ædes dicuntur esse sub una contignatione, hoc est, sub uno & eodem tegmine. Briss. Vel

CONTIGNATIO, est trabium coassatio ad tabulata cœnaculaq; construenda. Plin.lib.35. Sesquipedalis paries non amplius, qui unam contignationem sustinet Liuius libro 21.ab urb. cond. Boneni in tertiam contignationem sua sponte scandisse refert. Papin. lib.8.de seruitut.urb. prædio.l.binas quis. Binas, inquit, quis ædes habebat una contignatione tectas. Nebriss.

CONTINENTES prouincias accipere debemus, quæ Italiæ coniunctæ sunt, ut Galliam & Prouinciam.l.99.ff.de uerb.sig. Prat.

CONTINENTIA urbi, pro suburbijs accipiũtur, quòd cum ipsa urbe se teneant, contiguaq; sint. l.2.l.139.l.154.ff.de uerb.sign. Notandum, Qui extra continentia urbis est, abesse. Cæterùm usq; ad continentia, non abesse uidebitur. Inter continentia urbis uicos uult intelligi Vlpian. in l.collegarum.ff.de uerb.sign. Sp.

CONTINENS etiam plerunq; pro continuus, hoc est, continuatus accipitur. Cice.1.Tuscul.quæst. Continentem orationem audire malo. Celsus lib.3. Et multò magis, si continentes febres sine remissione sunt. Triphonius lib.27.de Excusat.L.Titius. Testamento, inquit, Romæ concepto, ut in continentibus. Nebriss.

CONTINVA possessio dicitur, non solùm quæ penes unum, atq; eundem semper est, uerùm etiam quæ ab uno ad alium legitimè translata fuerit. Old.

CONTINVI dies utilib. opponuntur l.1.§.dies. ff.de lib.agnosc. Briss.

CONTINVVM tempus, quod nulla eorum dierum, quib. experiundi potestas non fuit, subductione facta, currit, & ignorantibus quoq; cedit l.8.ff.de ijs, qui not.infa.l.31.ff.de adult.§.qui excusare. Instit. de excus.tut. ubi Theophil. ἄρα, αἰτ γ, ἐμβὼν χρόνον, &c. Brissonius.

CONTINVA prædia, id est, contigua, & uicina, seq; inuicem contingentia.l.31.ff.de seruit.rustic.l.7. in fin.ff.comm.præd. Brisson.

CONTINVVS actus l.137.ff.de uerb.oblig.sine aliquo longo interuallo, & aliquo actu cõtrario obligationi. Briss.

CONTORQVERE Ciceroni est oratione non recta, sed tortuosa uti, quo genere solebant plerunq; suas contexere argumentationes Stoici.

CONTRA, pro Ex diuerso Paulus in l.hæredes eius.§.contrà, si promissor.ff.familiæ ercisc. Vlp.in l. Celsus ait.in prin.ff.de recep.contrà, ait, ubi duntaxat dari iussit. Sp.

CONTRA, id est, in conspectu l.uenditor. ff.cõmunia prædiorum.

CONTRA Ius partium pronuntiare, uocatur, cùm in sententia non exprimitur aliquid contra leges, sed tamen si ad factum & causam exigatur, tum apparet iniquitas. Sp.

CONTRA bonos mores, frequens in iure formula, quâ publicam honestatem lædi, significamus. Contra bonos mores dicitur, quod uel flagitiosum est uel ad flagitium pellicit Conn.lib.5.c.11.nu.2.Sp.

CONTRA legem facit, qui id facit, quod lex prohibet l.29.ff.de uerb.sign. Contra edictum facit, qui prætore uetante facit l.103.ff.de reg. iur. Contra constitutiones iudicatur, cùm de iure constitutionis, nõ de iure litigatoris pronuntiatur l.1.§.item cum contra.ff.quæ sent.sine appel. Briss.

CONTRACTVS, & conuentio. Conuentionis uerbum generale est, ad omnia pertinẽs, de quibus negotij contrahendi transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt. Nam sicuti conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in unum colliguntur & ueniunt, ita qui ex diuersis animi motibus in unũ consentiunt, in unam sententiam decurrunt.l.1.§.couentionis. ff. de pactis. Adeo autem conuentionis nomẽ generale est, ut dicat Pedianus, nullum esse contractum, nullam obligationẽ, quæ non habeat in se conuentionẽ, siue re, siue uerbis fiat. Nam & stipulatio, quæ uerbis fit, nisi habeat consensum, nulla est.l.1.de pact. ff. Conuentionum autem aliæ actiones pariũt, aliæ exceptiones dũtaxat.l.iuris gen. ff.eo. Conuentiones eæ actiones pariunt, in quibus subest causa, quæ, ut plurimũ, in suo nomine non stant, sed transeunt in proprium nomẽ contractus: ut, emptio, uenditio, locatio, conductio, societas, commodatũ, depositum, & cæteri similes contractus d.l. iuris gentium. Ex quibus apparet, contractum esse conuentionem, in qua subest causa, quæq; actionem parit. Contractus enim est, ut inquit Vlpianus in l.Labeo. la / cond. .§.j.de uerb.signif.ff.ultro citroq; obligatio, quàm Græci συνάλλαγμα uocant. Cõuentiones uerò eæ exceptiones pariunt, in quibus nulla subest causa. cum enim nulla subest causa pręter conuentionẽ, hîc constat, non posse constitui obligationem, igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionẽ, d.l.iuris gent.§.1.nisi uestiatur traditione, uel stipulatione, tunc enim etiam actionem parit. Anch.

CONTRACTVS à contrahendo dicitur, Gręcis significantiùs συνάλλαγμα uocatur, continetq; omne pactum. Qua uoce Aristoteles utitur Ethico. lib. 5.contrahere ergo dicitur, quasi cõtrà, uicissim, mutuò aliquid agere ad obligationem. Quò respiciens Labeo, adserit contractum esse ultro citroq; obligationem, in l.Labeo.ff.de uerb.sig. Oldendorpius.

CONTRACTVS causa efficiens est Ius gentiũ, hoc est, naturale, seu diuinum. Naturæ enim præceptum est: diligendum esse proximũ: Quia Deus nos dilexit. Et pater misericors ideò nos creauit, ut in cognitione illius fratres censeremur omnes, hancq; momentaneam uitam honestè transigeremus. Ergo benefaciendum est maximè, nocendum minimè fratri.§.iuris præcepta.Instit.de iustit.& iur.l.ut uim.ff. eodem tit. Non possumus autem commodius alteri benefacere, quàm si communicemus aliquid rerum nostrarum, uel officiorum. Rursus communicatio, nisi haberet modum iure præscriptum, nunquá expleret adfectus hominum insatiabiles. Quare modos adhibere oportuit, & ordines quosdam in transferendis rebus, ut mutua quædam seruaretur utilitatis ratio, ne alter ab altero nimis grauaretur. Et hæ sunt contractuũ formulæ, per quas exercemus mutuæ charitatis officia, in pace & tranquillitate. Item est alia regula naturæ: Omnes res sunt à Deo gratia hominum creatæ.§. is uerò ad quem. Instit.de rer.diuis. Omnia, inquit Dauid, subiecisti subpedib.eius. Iam cùm distincta sint rerũ dominia: fit ut id, quod nostrum est, inuitis nobis auferri non liceat. l.id qđ nostrum.ff.de reg.iur. Opus ergo fuit alijs quibusdam medijs, ad introducendam mutuam omnium rerum & operarum communicationẽ, sine ullo grauamine. Tales autem sunt contractus nominati & inno-

CONTRAHERE in loco, & conferre solutionem in locum, longè differunt. l. cum qui. §. 1. ff. de constit. pec. Sp.

CONTRAHENTIBVS licere inuicem se circumuenire, dixere Vlpianus l. in causæ. 16. ff. de min. & Paulus l. item si. §. fin. ff. locati. quod accipiendum putat illic Bartolus, si dolus absit, nec ultra dimidiũ iusti pretij factum sit. Panormit. in cap. nauiganti. de usuris in antiq. hoc clariùs explicat, ut tum demum circumuenire liceat, cùm circumscriptio re ipsa interuenit: ex proposito diuersum esse. quæ sententia uera est. Accursius tamen in l. semper in conuentionibus. ff. de diuers. reg. iur. antiq. hoc non congruere uiro bono scribit. Philippus Decius inter scientes hoc concessit, in d. l. semper. Tu rem expende, & uide eundem P. Decium in l. pen. C. de pactis. & Salic. in authen. adhæc. C. de usuris. & Ioan. Imol. cap. 1. de empt. & uend. Prat.

CONTRAHENDARVM rerum genera sunt tria. Aut enim uerbis id fit, aut re, aut consensu. Connanus lib. 7. cap. 1. nu. 1.

CONTRAHENTIVM deceptio iure ciuili toleratur, usq; ad dimidium iusti precij. l. in causę. §. idē Pomponius. ff. de minorib. Erant autem olim periti rerum æstimandarum inter cõtrahentes, quos Summarios adpellabant. Nou. de hortulanis. §. ipsam uerò olerum æstimationem. Const. 64. Old.

CONTRAHERE uerbum uariè & pro rei argumento accipitur. Dicimus enim aliquando rem totam paucis contrahere: & neruorum contractionē, id est συνάγειν Sed propriè à Iureconsultis nostris cõtrahere est commercia exercere, permutare περὶ τὸ συναλλάττειν. Cicer. libro 3. offic. Tollendum (inquit) est igitur ex rebus contrahēdis omne mendacium: non licitatorem uenditor, nec qui cõtra liceatur emptor apponet: uterque si ad loquendum uenerit nō plus quàm semel eloquatur. Quo loco ipse Cicero scribit dolum malum in uendendis & permutandis rebus semper abesse debere. Ab hoc igitur uerbo cõtrahere, id est συναλλάττειν, Contractus descendit, quē Græci συνάλλαγμα uocant, ueluti emptio, uenditio, locatio &c. Brechæus l. Labeo. in titul. de uerborum & rerum signific.

CONTRAHERE alicui, pro cum aliquo. Vlpianus l. 8. §. x. ff. ad S. C. Vell. Si quum essem tibi contracturus, mulier interuenerit, ut cum ipsa potius contraham. Hotom.

CONTRARIA iudicia. Vide actiones directæ. Hotomannus.

CONTRARIETAS iuris est, quoties ex eodē in specie facto repugnantes sunt definitiones pręceptorum, quarum alteram inspecta ratione boni & ęqui oportet esse falsam. Talis contrarietas, quia ualde nocet humanæ societati, semper fugiēda est. Constit. ff. 3. §. contrarium. Old.

CONTRARIVM, seu ἀντινομίαν, hoc est, Legum repugnantiam, nullam putat Iustinianus in Pandectarum libris inuenire, si quis subtili animo diuersitatis rationem excutiat. Nam semper est aliquid, secundum quod liceat dissonantiam conciliare. Constitu. ff. 3. §. Contrarium autem. Budæus contrà nititur probare. quæ soluit Zasius. Olden.

CONTRARIVM iudiciũ tutelæ dicitur, quando tutori sunt sumptus & expensæ reficiendæ. Vlpianus §. l. furti. de his, qui not. infam. Contrario iudicio damnatus, ait, non erit infamis. Sp.

CONTRARIORVM eadem est disciplina l. 1. ff. de ijs, qui sunt sui. Sed, quandoquidem plurimi refert, quomodo disciplinam accipias, sic distingue: Aut intelligimus contrariorum eandem esse disciplinam, id est, cognitionem, & erit uera propositio. Nam cognito uno ex contrarijs, cognoscemus & aliud contrarium. l. ex duobus. in princip. & l. sequ. in fin. de uulgar. substit. l. 1. in princip. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iuris. Aut referimus eam propositionem ad iuris sanctiones, ut sit contrariorum eadem sanctio, uel ordinatio. Et tunc, cùm in utroque est eadem ratio, erit eadem iuris definitio. Cùm autem apparet diuersa ratio, erit quoque diuersa diffinitio. Ibi autem plerunque par ratio est, ubi ambo contraria sese mutuò respiciunt, & ex sese nascuntur sub corruptionis modo, hoc est, ut cùm alterum contrariorum nascitur, alterum perimatur, ueluti, retinere, & amittere: obligare, & liberare: contrahere, & distrahere: testamentum facere, & testamentum reuocare: nunciare nouum opus, & remittere. In his enim & similibus eadem est iuris dispositio, ut quod in uno statuitur, censeatur etiam in alio statutũ. Vt ecce: In obligatione dispositum est, eam tēpore produci nō posse. l. si certis annis. C. de pactis. Ergo nec tempus perimere potest obligationem. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de oblig. & act. Sic quando contractus fuit bonę fidei, eius quoque resolutio erit bonæ fidei. l. ab emptione. ff. de pact. l. nihil tam naturale. ff. de diuers. reg. iur. Old.

CONTRECTARE est loco mouere. atq; ita in quæstione, de furtis uerbum accipiendum ostendit l. 5. §. si rem. ff. de acq. poss. & alibi sæpè. ut autem furtum contrectatione committitur, ita purgatur, si res reponatur l. 40. ff. de statulib. Briss.

CONTRIBVTIO est collatio, ut fit mercium pro iactu. l. 1. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Prat.

CONTROVERSIA est certarum personarum de re propria contentio, & dicitur ante litem contestatam. l. sed & si lege. ff. de petit. hæred. Spieg.

CONTROVERSIA aquæ in l. fluminum. §. item seruus. ff. de damno infecto. dicitur uis & impetus. Prateius.

CONTROVERSIAM possessionis facere is uidetur, qui prohibet aliquem uti possessione sua naturali. l. si duo. §. hoc interdictum sufficit. ff. uti possidetis. Spiegelius.

CONTVBERNALES à taberna dicti. l. inde. ff. de uerb. & rer. sign.

CONTVBERNALES, pro seruorum coniugibus, & natis, instructo fundo continentur. l. quæsitũ. §. si instructum. ff. de fund. instru. Sp.

CONTVBERNALES in re militari dicuntur commilitones qui in ijsdem tabernaculis, seu tentorijs militant. l. rem. §. 1. ff. Commod. Sp.

CONTVBERNALIS seruus pro domestico. l. ult. de aur. & arg. leg. Old.

CONTVBERNIVM primùm militum dicitur à tabernaculis militarib. l. 5. §. à barbaris. ff. de re milit. & apud Suet. in Iulio, c. 2. Briss.

CONTVBERNIVM etiam seruile cōnubium significat Paul. lib. 2. Sent. tit. xx. l. 14. §. seruiles. ff. de ritu nupt. l. 49. de manumiss. testam. Adde l. cum ancillis. C. de incest. nupt. Nouell. de nupt. §. si uero ab initio. Sed hodie quantum ad nuptias attinet nulla differentia est inter nuptias liberorum & seruorum c. 1. de coniug. ser. Briss.

CONTVBERNIVM generaliùs accipitur in §. quibus connumerari. Instit. de hæred. quæ ab intest. Briss.

CONTVMACIA euidens, quæ & manifesta. & contra

contrahitur, si reus dicat se non compariturum, aut obtemperaturum. Prat. &

CONTVMACIA præsumpta, eademq; & dubia; cùm reus ad domum citatur, uel in ualuis ecclesiæ non comparet. Eadem &

CONTVMACIA, inobedientiam significat, & propriè contemptum potiorum: & est delictū persōnale, personam sequens inobediētis. Vnde fit, quod procuratores, tutores, uel curatores, si non obtemperauerint iudici, ipsi tenentur, non dominus, pupillus, uel adolescens. l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Old.

CONTVMAX est, qui tribus edictis propositis, uel uno pro tribus, quod uulgò Peremptorium appellatur, literis euocatus uel denuntiationibus conuentus, præsentiam sui facere cōtemnit. l. contumacia. de re iud. Cęterùm, qui ad maius tribunal euocatus est, si litem inchoatam deseruit, contumax nō uidetur. l. 54. ff. de re iud. Sp.

CONTVMAX non dicitur, qui citatus à iudice non comparuit, quia timebat ire ad iudicem, etiā ex leui causa. ita sing. Bal. in l. deberi. uers. item considera. C. de fideicom. liber. quod dictū pro aureo commendat Aret. in l. 2. in 2. not. C. de Carbon. edi. ubi etiam D. Ias. in 3. not. & latè tradit de ueritate Do. Ias. in l. unica. §. ult. in pen. col. per unam glo. sing. ibi. ff. si quis ius dic. non obtemp. & D. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in x. col. uersic. & dicit quòd licet. ff. de uerb. oblig. Quid autem in eo qui monitus fuit à iudice? est sing. dictum Ang. ubi dixit, quòd simplex iudicis iussus habet uim peremptorij, & constituit iussum in uera contumacia, adeo quòd non poterit appellare si non comparuerit. ita sing. Ang. per gl. sing. ibi. in l. 2. C. quomodo & quando iud. ante fi. & retuli j. in uerb. Peremptorij uim. Cotta.

CONTVMAX item dicitur, qui uocanti in ius non obtemperauit. Contumaces autem non uidentur, nisi qui cùm obedire deberent, non obsequuntur: id est, qui ad iurisdictionem eius, cui negant obsequi, pertinent. d. l. contumacia. Cæterùm, Contumacem per annum ius suum amittere, Doctores tradiderunt, idque in simplicis contumaciæ pœnam. contra mentem §. ultimi. in noua Iustiniani Constitut. C. de Assert. tol. ut latius declarat Alciat. cap. 17. libro iij. Parerg. Obseruandum tamen, Contumacē esse citationi, & non obtemperare ius dicenti, diuersa esse. Sp.

CONTVMAX etiam est qui omnino nō respōdit in iure interrogatus. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio.

CONTVMELIA à contemnendo dicitur. Vlp. l. 1. ff. de iniur. & famos. libell. quod & Seneca probat lib. de Tranquil. uitæ. 11. Prat.

CONTVRBO, as, præter uulgatam significantiam, etiam decoquo, siue fidem frango, nec creditori uolo, aut possum satisfacere, denotat, Alphen de In rem uer. l. quidam fundum: Postea, inquit, conturbauerat qui boues uendiderat. Idem de Instit. act. l. quicunq;. Si quis pistor seruum suum solitus fuit ad certum mittere locum, ad panem uendendum, deinde conturbauerit. Nebris. Cui enim non sunt soluendo, neq; se extricare nominibus possunt, & ære alieno, illi conturbant, nec enim eorum rationes explicari & expediri possunt. Huius contrarium est expedire rationes Torneb. lib. aduers. cap. 15. Propriè tamen de seruis dicitur, qui cum rationibus dominicis paria non faciunt. ut in l. quidam. de In rem uers. Sic plena locutio est, Conturbare rationes, conturbare fortunas, ut monuit Bud. in l. quicunq;. §. sequ. de Instit. act. Sed & conturbare debitores dici possunt, qui commiscent & confundunt ea quæ bonis omnibus debent, ut ea non dissoluantur nisi uniuersis, aut ne uniuersis quidē. Solent namq; hi, qui creditoribus satisfacere non possunt, id beneficij ab Imperatore impetrare, ut quinquennio toto à creditoribus appellari nō posint. Id Germani uulgò Quinquernel appellant. Sp.

CONTVSA uasa. Vlp. Quemadmodum si uinū esset effusum, uel uasis contusis, uel qua alia ex causa. l. 1. in prin. ff. de peric. & commod. rei uend. Spieg.

CONTVTOR. C. de contrar. iud. tut. l. 1. & de in litem dan. l. 1. Sp.

CONVBIVM, ut Vlp. in Institu. tit. 5. definit, est uxoris iure ducendæ facultas. Isidor. lib. x. Etymol. ca. ult. Conubium, ait, dicitur, cùm æquales nuptijs coeunt: ut puta ciues Romani pari utriq; dignitate. Conubium autem nō est, cùm ciuis Romanus cum Latina iungitur. Cicer. Topic. Si mulier cùm fuisset nupta cum eo, cui conubij ius non esset, nuntium remisit, quoniam qui nati sunt, patrem non sequūtur, pro liberis manere nihil oportet. Vbi Boeth. Non omnibus, inquit, erat conubium cum Romanis, nec erant nuptiæ iure contractæ, quæ non aut inter ciuem Romanum ciuemq; Romanam inibantur, aut cui princeps populusue ciuitatem, uel conubiū permisisset: eo scilicet modo, ut in potestatem parentū liberi redigerentur. Sic Hernicis datum, Anagninis ademptum conubium Liuius lib. 9. narrat. Conubium pro nubendi potestate in l. 45. §. hoc caput. ff. de ritu nupt. l. ult. ff. de diuort. l. 1. ff. de concubin. Quibus omnibus in locis Conubium unico n. scribitur in P. Flor. & in ueteri meo C. l. 1. C. de incest. nupt. l. 1. C. de interd. matr. Et in Lexico B. Germani Conubium ἐπιγαμία. Briss.

CONVASARE, sicuti Marcellus & Donat⁹ celeratim & strictim interpretantur, est furtim omnia colligere, Terentius in Phormione: Aliquid conuasassem, atq; hinc me ego conijcerē protin⁹ in pedes.

CONVENIRE, propriè est debitorem appellare. Et sic interdum sumitur. Caius l. 41. ff. de hær. petit. Si quo tempore conueniebatur possessor hæreditatis, pauciores res posidebat, deinde aliarū quoque rerum possessionem assumpsit, eas quoq; uictus restituere debebit. Hot.

CONVENIRE in manum dicebatur materfamilias, quæ in matrimonium certis solennitatibus adhibitis coibat. Cicer. Topic. Genus est uxor. eius duæ formæ: una matrumfamiliarum, hæ sunt, quæ in manum conuenerunt: Altera earum, quæ tantum modo uxores habentur. Vlpian. in Institut. tit. 9. Farre conuenitur in manum certis uerbis & testibus x. præsentibus. Idem tit. xj. Conuentionis in manum meminit. Vide Boeth. in Cicer. Topic. & Seruium in 1. Georgic. Sic Conuenire in l. 17. ff. de concubin. & l. 15. ff. de ritu nupt. & l. 121. §. 1. ff. de uerb. obliga. & apud Apul. lib. 6. de Asino aur. Hic ecce Psyche conuenit in manum Cupidinis, & nascitur illis maturo partu filia. Brissonius.

CONVENIRE in matrimoniū dicitur mulier quæ nubit. Papinian. l. 121. §. 1. ff. de uerb. obliga. Mulier ab eo in cuius matrimonium conueniebat, stipulata fuerat ducenta, si cōcubinæ, tempore matrimonij, consuetudinem repetisset. Idem l. 15. ff. de ritu nupt. Nec in matrimonium conuenire nouercam eius, qui priuignæ maritus fuit. Gellius lib. xviij. capit. vij. Matronam esse quæ in matrimonium cum ui-

ro conuenisset: matremfa. quæ non in matrimoniũ tantùm, sed etiam in manum mancipiumque mariti uenisset. Paulus autem in l.134.ff.de uerb.oblig. Coire in matrimonium, pro Conuenire dixit. Hot.

CONVENAE dicuntur, qui è diuersis mixti nationibus, in unam coaluerunt ciuitatem. qualis est origo Venetorum. Sp.

CONVENIRE aliquem, pro uocare in ius.

CONVENIRI interdicto, nihil est aliud, quàm quod comparente iam aduersario, postulatorem petere: ut summatim cognoscatur mandatum iudicis uigorosum & exequendum esse. Hæc uerba Iurisconsult. Conueniri interdicto, etiam magnæ existimationis uires non intellexisse, Olden. scribit. Sp.

CONVENIRE etiam in ius uocare significat. Et inde Conuentio in l.45.ff.de rei uindic.l.7. C. de præscript.30. Briss.

CONVENIRE testato in l.x.§.si quis particeps. ff.quæ in fr.cred.l.122.§.cohæredes. ff. de uerborum obligat. Briss.

CONVENIT, absolutè ponitur, pro eo quod pacto firmatum est. Sp.

CONVENTA tacita, pro, quædam pacta tacito consensu contracta. Sp.

CONVENTIO iusta dicitur in l.tale pactum.§. qui prouocauit. ff. de pact. conuentio uera, non iniqua, non iniusta, non improbata sicuti iusta defensio.in l.miles.§.defuncto. ff.ad.l.Iul.de adult. Corrasius lib.1. Miscell.cap.j.num.7.

CONVENTIO legitima, ut ait Paulus, est, quæ aliqua lege confirmatur: & ideò interdum ex pacto actio nascitur, uel tollitur, quoties lege, uel Senatusconsulto adiuuatur. Sp.

CONVENTIO publica est, quæ fit per Principem, aut quoties inter duces belli quædam paciscũtur. l.conuentionum.ff.de pact. Sp.

CONVENTIONALES stipulationes sunt, quæ ex cõuentione reorum fiunt, quarum totidem sunt genera, quot penè dixerint rerum contrahendarũ. Nam & ob ipsam uerborum obligationem fiunt, & pendent ex negotio contracto.l.stipulationum aliæ. ff.de uerb.oblig. Old.

CONVENTIONALES stipulationes differũt à prętorijs, quia in conuentionalibus contractui formam contrahentes dant, nec à forma contractui data recedimus. Prætoriæ stipulationes benigniùs accipiuntur, & ex mente prætoris qui eas proposuit l. in prætorijs.ff.de prætor. stip. Duaren.l. in conuentionalibus. ff. de uerb.oblig.

CONVENTIONIS uerbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi, transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt. Nam ut conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in unum colliguntur, & ueniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in unum consentiunt, id est, in unã sententiam concurrũt. Adeò autem Conuentionis nomen generale est, ut eleganter dicat Pędius, nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conuentionem, siue re, siue uerbis fiat. Sp. Vide latius Fr. Connanum lib.5.cap.1.nu.9. & Fran. Balduin. in sua Catechesi iuris ciuil.cap.4.

CONVENTICULUM, pro illicita congregatione iurisperiti usurpant. Sic & apud bonos autores reperies. Rarius enim bonam accipitur in partem. Vide Frideric. Nauf. libr. Conciliarium rerum primo, latius explicantem hoc uocabulum: qui nulla circuitione usus, quid de nostri seculi congregationibus senserit, inibi liberè indicauit. Iason argu. l. de quæstione. C. de pact. censet, crimine hæreseos notari eos, qui uiuente Põtifice, de Pontificatu conuenticulam faciunt. Alciatus potius læsæ maiestatis credit. Vide eum in citata l. omnium scitissimè per eum explicata. Sp.

CONVENTIS stare, est conuenta seruare. Spiegelius.

CONVENTUM Theophil. in §. eadem. Institu. quibus ex caus. manumitt. non lic. definit *μέρος χρόνου πρὸς κατάλυσιν δικῶν ἀποτεταγμένον, ἐν ᾧ ἔστι δικαστὰς καὶ εἰς δεσπόταις συνιέναι ἐν ταῖς ἐπαρχίαις*. Sic conuentum agere apud Cæs. lib.6. de bello Gall. & Cicer.7. in Verr. Liuium lib.38. Meminit & idem Theophil. in princ. tit. de successionibus sublat. Vide quæ præterea diximus in uerbo Forum. Briss.

CONVENTUS quatuor modis intelligitur. Primò, cum quemlibet hominem ab aliquo conuentũ esse dicimus. Secundò, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum, contracta in unum locum. Tertiò, cum aliquis in locum frequentiæ hominum, supplicationis, aut gratulationis causa colligitur. Quartò, cum à magistratib. iudicij causa populus congregatur. Hæc ex Festo. Sp.

CONVENTUS amicabilis, id est, cõpromissũ.

CONVERSATIO æqualis pro consuetudine familiari, l.obseruandum.ff. de offic. præsid. Prat.

CONVERSATIO, habitatio. Vlpian. l.12.§.1.ff. de relig. & sumpt. Senatusconsulto cauetur, ne usus sepulchrorũ permutationibus polluatur: id est, ne sepulchrum aliæ conuersationis usum accipiat, hoc est, ne quis aliam ob caussam quàm sepulchri & religionis ibi habitet, aut uersetur: ut ex edicti uerbis intelligitur, quæ idem Vlpian. refert in l.iij. ff. de sepul. uiol. Hotom.

CONVERSUS dicitur omnis ecclesiastica persona ca.duo.12.quæst.1. Prat.

CONVICIUM, est contumelia petulantius iactata. Cicero pro Cælio, Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam: quæ, si petulantius iactetur, conuicium: si facetius, urbanitas nominatur. Hotomannus.

CONVICIUM à concitatione uel cõuentu uenit, hoc est à collatione uocum in unum, quasi conuocium. l.item apud.§.conuicium.ff. de iniur. & in §. ex his, eadem l. ex his apparet non omne maledictũ cõuicium esse, sed illud solum quod cum uociferatione dictum est. Valla Etymologiã falsam dicit, & à uitio uel à uito potius deduci uult, quàm à uoce, à conuitando'ue, quo uerbo usum neminem eruditorum scimus. Deinde titubat, & modo cum t, modo cum c, scribi uult conuicium. deinde cum reprehensionem etymi ineptam & curiosam intelligat, negat conuicium à maledicto differre. Nos, primo loco, conuicium à uoce deductum esse ostendemus non à uitio ut ante Vallam Nonius Marcellus frustra putauit. quia ratio syllabæ hoc detegit, quæ enim in uitio, breuis est, in conuicio longa deprehenditur: à conuito autem quis conuitium deduxerit, cùm sit uerbum barbarum & imperitè nouatum? sed à uoce, potius expẽsa ratione syllabæ tam in uoce quàm in conuicio. Ouid. in libello ad Pisonem

Sic & Aëdonia superantur uoce cicadæ
Stridula cum rapido faciunt conuicia soli.

Huc accedit illud Martial. de liberto suo, ad cãdidũ:

Lis erit, ingenti faciet conuicia uoce,
Esse pudor uetuit fortia uerba mihi.

Festus Pompeius hanc probat etymologiam, sed addit à uicis quoq; deduci potuisse, ubi primum facta

fuerunt conuicia. Parui tamē refert etiamsi Valla nō obtineat. Postea negat ipse conuicium semper cum uociteratione fieri, & ideo dicit nihil aliud esse quā quodlibet maledictum contumeliosum. Sed in uersic. ex his, maledictum à conuicio discernitur, & merito quidem, intelligere debuerat grammaticus, edictum prætoris hic interpretari, quod sic erat propositum: Qui aduersus bonos mores conuicium fecisse dicetur, in eum iudicium dabo. l. item apud. §. ait prætor ne quid. Quare cum separatim de conuicio uerba faceret, commodè separatur significatio conuicij à maledicto & quauis cōtumelia. quia tunc nō largè sed propriè capitur conuicium iuxta suum etymum. ubi est uociferatio & collatio uocis, nō quod prætor neget conuicium alicubi pro maledicto simplici accipi. Et usus est Vlpi. in l. illud. ff. de app. & l. 3. ff. de lib. & posth. & l. quæ oia. §. j. ff. de procur. & non Vlpi. solū, sed & Cicero in orat. pro Murena & alibi.

CONVICIUM etiam in bona parte plerunque usurpatur, neq; (ut Valla putat) semper contumeliosum est. Seneca in Medea

Festa dicax fundat conuicia Fescenninus
Soluat turba iocos.

Martial. lib. 7. Epigr. de reditu Domitiani

Festa coronatus ludet conuicia miles.

Quintilianus Tryphoni amico: Efflagitasti quotidiano conuicio. Cic. lib. 12. Deturbatus est meo iustissimo ac honestissimo conuicio. Idem dixit lib. 4. Academicarum quæstionum. Quod si uerū est, ut est longè uerissimum, à uoce uenit, uerbo medio, non à uitando, uel, uitio, quæ semper in malum sonant. merito prætor consultissimus d §. ait prætor. conuicium aduersus bonos mores factum ulciscitur, ut dubiū ancipitis uerbi tolleret.

CONVICIUM, inquit Vlp. dicitur, uel à concitatione, uel à conuentu: hoc est, à collatione uocum. quum enim in unum cōplures uoces conferuntur, conuicium appellatur, quasi conuocium. l. 15. §. 3. ff. de iniur. Rectè Vlpian. etsi à Laurentio Valla reprehendatur, qui Conuiciū à uitio non à uocibus deductum putat. nam Cic. in orat. pro Sextio Vlpian. tuetur, cùm ita de P. Clodio loquif. Et is qui antea cantorum conuicio conciones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum uocib. eijciebatur. Clodij enim cantores per ridiculum appellat eos, quos ille data opera ad suas conciones euocabat, ut sibi apud populum concionanti pro consuetudine acclamarēt: Benè & præclarè, bellè & festiuè. quem morem populi R. fuisse nemo nescit ex lib. de orat. 3. ex Quintiliano, & nōnullis orationibus Ciceronis. Manutius autem doctiss. eius orationis interpres, Sextianę locum sic interpretatur, quasi Clodius cantores adhibuisset, qui modulatis uocib. populi oblectandi causa concionantis uocem subsequerentur. de quo more fateor me nihil adhuc legisse: tametsi Gracchi eburneolam fistulam meminerim, quā longè alio pertinuisse constat. Similiter

CONVICIUM pro strepitu & uocum multitudine Cic. usurpat in ea pro Archia: Quia, inquit, suppeditat nobis ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures cōuicio defessæ cōquiescāt. Hot.

CONVICIUM. Quod Vlpianus scribit, cum in unum complures uoces conferuntur, conuiciū appellari, quasi conuocium, cap. 15. §. 2. de iniur. id perpetuo uerum non est. Nam is qui aliquem reprehendit, etiamsi in unum uoces complures conferantur, rectè nihilominus conuicium facere dicitur. Quo sensu conuicium facere C. Iunio iudici quæstionis, pro Cluentio Auito. & pro Quintio, sustinere quotidianum alicuius conuicium, scripsisse uisus est Cicero. Nec est etiam omne conuicium iniustum, aut inhonestum. Nam posse alicui conuicium iustè honesteq; fieri, ostendit Plinius, cum sic lib. 6. Epist. scribit. Proinde etiam atque etiam rogo, ut mihi semper eadem simplicitate, quo cessare uideor (nunquā enim cessabo) conuicium facias. Ostēdit idipsum Cicero, sic Cornificio scribens epist. fam. lib. 12. Meo iustissimo honestissimoq; conuicio, te tuam dignitatē summa tua uirtute tenuisse, prouinciæq; honoribus amplissimis affectum, uehementer gaudeo. Hinc quod Vlpianus & Paulus scribunt iudici ab appellatoribus cōuicium fieri non oportere (alioquin eos, qui conuiciantur, infamia notari plectiq;, diuos fratres uoluisse. cap. xlij. de iniur. & cap. 8. de appel.) illud de ijs esse accipiendum rectè uidetur, qui sententias iudicū reprehendunt, eorumq; pronunciationi contradicunt. Huiusmodi enim homines plecti solere, docet euidenter Apuleius in 1. Apol. ubi de Sicinio Æmiliano loquitur. Ræuar. Varior. lib. 1. c. 3.

CONVICIUM non tantum præsenti, uerū absenti quoq; fieri posse Labeo scribit. Proinde si quis ad domum tuam peruenit te absente, conuicium factum esse dicitur. Item si ad stationem, uel tabernam uentum sit, probari oportere. Fecisse conuicium nō tam is qui uociferatus est, uerum is quoq;, qui concitauit ad uociferationē alios, uel qui submisit, ut uociferetur: non tamen omne maledictum conuicium est, sed id solum, quod cum uociferatione dictū est: & siue unus, siue plures dixerunt, conuicium est, qd in cœtu dictum est. Quod autem nec in cœtu, nec uociferatione dicitur, conuicium non propriè dicitur, sed infamandi causa dictum est, ait Vlpian. de iniurijs. Maffeus.

CONVICIUM aduersus bonos mores accipimus, in unum collatam uociferationem, quæ bonis moribus improbatur, & ad infamiā alicuius spectat. l. 15. §. cui prætor. ff. de iniur. Hot.

CONVIVA, qui ad conuiuiū uocatus est. Conuiuator, qui ad conuiuium inuitat: uel qui conuiuiū facit & apparat. Conuictor, qui concedit & bibit nobiscum familiariter.

CONVIVIUM. Cicero, Bene inquit, maiores nostri accubationem epularum, quòd amicorum uitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarūt. Paul. l. fi. de Aleator. quod in cōuiuio inquit, uescēdi causa ponitur, in eā rē familia ludere pmittitur. Sp.

CONVOTI, Festo dicūtur, ijsdē uotis obligati.

COOPTARE, est eligere inter pares, aut fere pares. autore Valla.

CONUS à Syro Luciano in Lexiphane (ut refert Io. Bapt. in comment. Epist. Sidon. Apoll. ad Domitium lib. 2.) pro capitio acuminato capitur. Conus galeæ quoq; dicitur, quē lingua uernacula nec impropriè pinnaciū uocamus, quippe quemadmodum fieri consueuit priscis galeatis capitibus super insigentibus struthi pinnulas, quod Plinius annotauit, qui struthius Latinè & struthio camelus & passer marinus appelletur, quod nos indicātes Camænali elegiaco sic lusimus: Blandimicās quod pluma tegit quę insigne marini, passeris externo munus ab orbe uenit. De cono galearum Ausonius: Arma inter conosq; truces furtoque nocentes Sauromatas. Seruius lib. 3. Conus est curuatura, quę in galea prominet, super quam cristæ sunt. Vergilius & conū insignis galeæ cristasq; comantes. Conus dicitur fructus cupressi, & ipsa *κωνοειδὴς* est. Nam à rotunditate in

in acumen leuatur. Coniferas, cypatissos Vergilius appellat. Capite conificans Quintiliano uidetur idem significare quod arietans & frontē fronte percutiens, ut satiati agni ludunt, blandeq; coniscantur. Vbi coniscāt, pro eo quod est conificans intelligit: ni, quod autumo, inibi legendum sit coniscāt: Conos cupressinos in pecorum medela Columella adhibet li. 6. Est & conus musicꝰ. Boetius in musica: Si conū, quē turbonē uocāt, q́s diligēter extornet.

COOPTARE Senatum Tullius dicit cum supspletur nouis Senatoribus: ad quam rē optimi quiq; optantur & leguntur. Connanus lib. 2. cap. 15. nu. 1.

COPIAE, sunt cibaria quæ publicè præbentur. Papinianus l. ob negocium, 20. ff. de compensat. Ob negocium copiarū expeditionis tempore mandatū curatorē condemnatum, &c. Valerius lib. v. ca. 1. Ob uiam illi P. Corneliū Scipionem Quæstorē Capuā misit, censuitq; ut ei domus Romæ quamoptima cōduceretur: & copię non solum ipsi, sed etiam comitibus eius publicè præberentur. Plin. in Panegyr Emit fiscus quicquid uidetur emere. inde copiæ, inde annona. Hot. Alciatus pro mercimonijs earū rerū, q̃ ad uictū pertinent, & ad exercitum deferuntur, usurpat. eumq; sequitur Spiegel. Cæterum prior est ꝓbabilior de qua Duarenus li. 1. in Anniuers. disp. c. 26. Et hinc Porphyrioni apud Horatium dicuntur copiarij, qui aliàs dicuntur parochi, præstātes annonā siue commeatum Reipub. causa iter facientibus.

COPIOSVM patrimonium, pro locuplete accipiendum. Tenui contrarium. Sp.

ΚΟΤΤΑΒΙΣΙΣ, conuiualis ludus erat apud Gręcos, cum residuū potus in æneas phialas iactarēt: q́ si sonātior creperet, se ab amica redamari, & mutuo affectu teneri putabāt. Vide Alex. li. Genial dier. iij.

COPVLATIVA oratio, a nostris appellatur oratio coniuncta, ad cuius ueritatem requiritur utrāque partem ueram esse: Disiunctiua, ad cuius ueritatem requiritur alteram partem esse uerā. not. in l. si plures. ff. de condit. instit. & §. pen. institu. de hęred. instituē. & in l. si q́s ita, de uerb. obl. Io. Bell. Etymol.

COPVLATIVAM coniunctionē duobus modis accipi, Dn. Alciat. obseruauit ex ꝓbatissimis grāmaticorū: uidelicet quandoque sensu singulari, quādoq; sensū composito. Singulariter accipitur, cum dicimus, Cæsar & Pompeius fuerunt cōsules: non enim simul fuerunt, sed diuersis temporibus: Cæsar cum Bibulo. Pompeius cū M. Crasso. Cōposito sensu accipitur, si dixero, Duo & tres cōficiunt quinq;: nec enim alteruter illorum numerorum quinq; conficit, sed ita demum, si coniuncti sint. Sp.

COPVLATIVAS particulas, &, que, cū, Paul. in l. triplici. de uer. sig. articulos more Gręco nominat.

COQVINATORIVM, uel potius coquinariū, ut legit Haloander, instrumētum apud Pomp. in l. & si nō sunt. ff. de Aur. & arg. leg. in fi. §. Infecti aūt Sp.

CORACINVM colorem Iurisconsult. nominat in l. quæsitum. §. cocum. ff. de leg. 1. nec Crocinum legendum sit, quod habet Nor. editio, Alcia. nigrum interpretatur in Parerg. quo loco colores explicat: & dicitur παρὰ τὸ κόρακος quasi dicas coruinus: color niger: ut ex Strabone intelligitur, qui lib. 12. de nigerrimo pecorū Laodicensium colore loquens, τὴν κόρακα χρόαν appellat.

CORAM factum, ex natura rei plerunque illud non uidetur, cui intelligentia non accesserit: cū qui animo non adest, abesse uidetur. l. diem. §. coram. ff. de arbit. uide Alciatum in l. coram Titio. de uerborū significatione. Spiegelius.

CORAM Titio aliquid facere iussus non uidetur præsente eo fecisse, nisi is intelligat. Itaq; si furiosus, aut infans sit, aut dormiat, nō uidetur coram eo fecisse, scire autem, non etiam uelle is debet: nam etiam inuito eo rectè fit, quod iussum est, ut ait Florētinus de uerb. signif. l. Corā Titio. & uide Maffæum. Adde Brechęū l. Coram Titio ff. de uerb. & rer. sign.

CORBIS, licet communi uocabulo uas sit uimineum, Græcè Cophinus appellatum: propriè tamen Corbis est, quo messes excipiuntur. Vlpia. de Fund. instruc. l. Instrumenta. Instrumenta, inquit, cogendi fructus: quemadmodum torcularia, corbes, falces messoriæ, falces fœnariæ. Nebriss.

ΚΟΡΙΝΘΙΑΖΕΣΘΑΙ ueteribus Vulgato ioco dicebantur qui scortationibus indulgerent, apud Stephanum de urbibus, autoritate Aristophanis. ut refert Tiraquellus in 15 l. connub. gl. 1. parte 15. nu. 34.

CORINTHIVM æs, & uasa Corinthia, ab ære Corinthio dicta, quod Corintho urbe Achaiæ Romanis euersa, & incensa, ex uarijs sit metallis conflatum. Plin. de ære Corinthiaco: Casus, inquit, hoc miscuit, Corintho cum caperetur incēsa. Sed autor ostendit opifices nobiles Corinthiorum uasorum corinthi excidium præcessisse. Martial. Consuluit nares an oleret æra Corinthon. Iabolenus Priscus de legat. 3. l. hæres &c. Proculus uerò rectè ait si æneæ quidē sint abaces: si aūt Corinthiæ non deberi. Accurs. Corinthiæ id est, de uili materia, puta palea uel herba palustri exponit. putans preciosiora esse uasa ænea, quā uasa Corinthia. Atq; ita lectionem cum sensu ꝑturbat. Erit igitur ordo & literæ sensus talis. Proculus uerò rectè ait, subaudi abaces deberi, quia uasa Corinthia erant in tanto precio, ut una libra permutaretur aliquando quingentis. Aequitas itaque legis in hoc consistit, quòd abaces ex uiliori materia debētur, ex ꝓcisiori tamē nō debentur. Nebris.

CORNICVLARII, adiutores Principis custodiæ, uel officialis uocabātur. Accursius, Accēsi, inq̄t, dicebātur attributi decurionib. h. e. ministri eorum: quasi ad cēsum additi. Quos nūc Cōmentarięses, & Cornicularios adpellant. Dicitur autem Cornicularius in bello, Accensus decurionis. In Palatina militia Cornicularij accipiuntur pro Accēsis Primiscriniorum, uel Principis proximorum. Alciatus in l. 2. corniculario. C. de prox. sacr. scrin. libr. 12. Cassiodorus tamen scribit libro 11. Varia. Cornicularios dici officiales, qui ꝑsunt cornibꝰ secretarij. quod uerius puto. & uide l. 1. de apparit. Præfect. Præto. li. 12. Sp.

CORNICVLARIVS. Vt planè innotescat huius dictionis significatio, præmittā, corniculū fuisse ornamēti genus quo donabātur milites ab Imperatoribus pro re bene gesta. Liuius enim lib. 10 scribit Papyriū consulē equites omnes ob insignem in bellis operam donasse corniculis, armillisq; argenteis: tanq̃ cornicula sint inter donaria ornamēta militaria. Hinc cornicularius, qui donabatur, uel qui militabat corniculo. Et hic in bello dicebatur Accensus decurionis. Vnde Accursius. Accensi, inquit, dicebātur attributi decurionib. hoc est, ministri eorū, quasi ad cēsum additi, quos nūc cōmentarienses, & cornicularios appellant. In Palatina. n. militia, cornicularius accipitur ꝓ accēso primi scriniorū, uel principis ꝓximorū, testāte Alciat. in l. 2. C. de ꝓx. sacr. scri. li. 12. Hic uerò Accursij opinionē reprehēdit suppressa ratiōe in tit. De cohortalibus, & principū cornicularijs. li. 12. C. Vbi, inq̄t, q́a in huius dictiōis cornicularij significatu Accurs. hic fallitur, intellige cornicularios, i. adiutorès principis, custodiæ, uel officialis

Cæterum quidquid dicāt alij, uerisſima uidetur ſententia Tornebi lib.5.aduerſ.c.10 qui cornicularium dictū putat qđ Corniculo Tribuni militū pſit. Nā ut in exercitu & acie dicitur cornu, ita in cohortib. tribunorū militū corniculū, & forte in ordinib. cēturionū.

CORNICUM oculos cōfigere, prouerbium eſt de ijs dici ſolitum, qui acutos & ingenioſos & cautos homines tamen in fraudem inducunt. Sumptū à cornicibus, quòd aues ſint cautiſsimæ, & facile inſidias prouidētes. Hinc Cn. Flauius qui formulas cautis Iuriſconſultis ademit, cornicum oculos confixiſſe dicitur. Hotom.

CORNVARII in l.fin.ff. de iure immunitat. uel qui cornua conficiunt, uel cornicines, qui cornu canunt, quos Æneatores à priſcis dictos Feſtus ſcribit lib.1. Paternus à Tubarijs eos ſeparat, ut & Cornicines à Tubicinibus. Veget.lib.2.cap.22. Briſſ.

COROLLARIVM, id quod præter debitū additum eſt, tanquam auctuarium ſuperpondiumque, id eſt ultra pondus, menſuramq; adiectum. Sp.

COROLLARIÆ autem corollæ erāt, è lamina ærea uel argentea tenui inaurata: Græci ἐπιτηφανώματα uocabāt, ut annotauit Turnebus aduerſariorum lib.18.capit.29.

CORONA, qua reges inueſtiuntur, tropum habet, cuius perpetuò meminiſſe debēt erga ſubditos, ſicut beneficiarij erga dominos inueſtituræ ceremonialis. Certè non carent iſtæ ceremoniæ allegoria, & myſterio ciuili. Quod cùm Iuriſperiti neque ſcribendo, neque docendo explicent in ſcholis: fit, ut non aliter in foro quoque utantur huiuſmodi ſolennitatibus, quàm ſimiæ & pſittaci uſu quodam inanimato ſolent mores humanos imitari. Olden.

CORONA clericorum eſt in ſignū regni quod in Chriſto expectatur. c. duo ſunt genera xij. q.j. Et nota quod rex Romanorū coronatur triplici corona. prima eſt ferrea, quam recipit ab Epiſcopo Colonienſi in Aquiſgrano eiuſdem diœceſis: ferrea autē fortitudinē deſignat, qua uincere debet rebelles. ſecunda eſt argentea, quam ingreſſus Italiam recipit à Mediolanēſi archiepiſcopo in uilla Modicen. ſi eiuſdem diœceſis: tamen hodie recipit illam Mediolani, in Eccleſia ſancti Ambroſij. argentum autem deſignās munditiam & claritatem, ſignificat ipſum principem talem eſſe debere: tertia eſt de puro auro, qua coronatur per Papam in Eccleſia ſancti Petri, ad altare ſancti Mauricij, & deſignat aurum, quod omnibus metallis, excellentius eſt, ipſum Imperatorem alijs regibus & principibus in potentatu & iuſtitia excellentiorem eſſe debere. gloſſ. ueſtigijs. cle. unic. de iureiurand. Ioan. Bello. Etymol. Corona plectilis quę ex herbis odoratis plectitur, non cōſeritur, neq; ſuitur. Torneb. lib. 2. aduerſ. cap. 30. Corona uænibant olim mancipia coronata, eratque corona ſignum captiuorum uænalium. Vnde illud Catonis. Vt populus potius ob rem bene geſtam coronatus ſupplicatum eat, quàm re mala geſta coronatus uæneat, &c. Balduinus tit. de iure perſonarum.

CORONARVM genera, & differētias pſequitur. Tertullianus lib. de Corona milit. Gell. lib. 5. c. 6. Pr.

CORONÆ menſarum l. 19. 2. perueniamus. ff. de aur. & arg. leg. quas conuiuijs adhiberi ſolitas antiquorum teſtimonijs liquet. Briſſ.

CORONÆ ſacræ, quę Athletis in certaminibus ſacris præſtantur l. 40. ff. de re iudic. Briſſ.

CORONARIVM aurum in Rubri. de auro Coron. C. & l. 15. C. Theod. de legat. Seruius lib. 8. Æneidos ita adpellatum tradit quod à uictis gentibus dabatur, quod propter conceſſam uitam illis impoſitū erat. & uide Lampridium in Alexādro. & Ammian. Marcellinum lib. 25. Briſſ.

CORPORATI qui ſunt ex corpore collegij, uel ciuitatis l. fin. C. de nauicul. lib. 11. l. unic. C. de priuil. corporat. urb. Rom. l. unica C. de Alexandr. primat. Quæ eſſent eorum munera docet Symmach. Epiſtol. libr. 1. Epiſtol. 13.

CORPORALIS occupatio eſt nuda & ſine iure detentio. Connanus lib. 3. cap. 10. nu. 8. Briſſ.

CORPORALIS poſſeſsio, quæ corpore tenetur. Corporaliter autem poſsidet, qui poſſeſsioni incumbit l. 24. & l. 25. §. fin. ff. de acqui. poſſ. l. 40. §. fin. ff. de pignor. actio. Prat.

CORPORALES res ſunt, quæ tangi poſſunt, ueluti fundus, homo, ueſtis, aurum, argentum, & aliæ res id genus. l. 1. §. hæ autem. ff. de rer. diuiſio. Caius lib. 1. Inſtit. tit. j. Tangi enim, ut Lucretius ait, niſi corpus nulla poteſt res. Incorporales itaq; res ſunt, quæ tangi non poſſunt, quæ in iure conſiſtunt, ut hæreditas, obligatio, ſeruitus. Briſſ.

CORPORALITER iurare, Vide iurare corporaliter.

CORPORATI, collegæ, qui eiuſdem ſocietatis ſunt & corporis, Impp. l. non plures 4. ff. de ſacroſ. eccleſ. & Impp. l. qui ſub. 8. eod. tit. Hoto.

CORPORE & animo poſſeſsioni incūbere, Iuriſperiti dicunt, quia poſſeſsio nō tantum corpore, ſed animo etiam retinetur: & hoc uerbo Impp. Diocleт. & Maxim. uſi ſunt in l. conſentaneum. C. Quomodo & quando Iudex ſent. prof. deb. Spieg. Adde Connan. lib. 3. cap. 10. nu. 8.

CORPVS meum uxori meæ uolo tradi ſepeliēdū in fundo illo, & monumentū extrui uſq; ad quadringentos aureos. Scæuol. ad propoſitionem reſpondet in l. Titius hæredes. de leg. iij. Sp.

CORPVS poſitum, pro ſepultum apud Scæuolam in §. cibaria. l. fin. ff. de alimen. & cib. legat. Huius uerbi uſus latè patet, uarieq;, quē fideliter tradit Robertus Stephanus. Oldend.

CORPVS, pro collegijs & uniuerſitatibus à Iuriſconſ. accipitur, ut Calliſtratus de excuſat. l. nō tantùm. Item Pomp. de uſucap. l. rerum. Corporum, inquit, tria genera ſunt: Vnum quod continetur uno ſpiritu, & Græcè ἡνωμένον ſυμφυὲς uocatur, ut homo, lignum, lapis: Alterum, quod ex contingentibus ſe, hoc eſt, eſt pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod συνημμένον uocatur: ut ædificium, nauis, armarium. Tertium: quod ex diſtantibus capitibus conſtat, ut corpora plura non ſoluta, ſed uni nomini ſubiecta, ueluti populus, legio, grex. l. 24. §. item ea. ff. de rei uend. & uide Senecam lib. 17. Epiſto. & Plutarch. in præceptis connub. Oldend.

CORPVS menſorum frumenti l. 10. §. 1. ff. de uacat. mune. Sic Corpus Fabrorum l. pen. §. quibuſdā. ff. de iure immu. Corpus nauiculariorum l. 2. §. licet. ff. eod. Corpus patrimonij l. 25. §. quod autem. ff. de petit. hæredit. Prat.

CORPVS matrimonij. l. 20. ff. quod met. cau. l. 25. §. quod autem. ff. de hæred. pet. l. 74. & l. 77. §. dulciſsimus. ff. de lega. lib. 2. l. 9. §. ſi quis ius ignorans. ff. de iur. & fac. igno. l. 23. & l. 25. ff. de aliment. leg. Briſſ.

CORPORA: ut Epiphanius annotat in libro cui titulus eſt ἀγκυρωτὸς ueteres uocarunt conſuetudine quadam ſeruos. Et ſic apud Athenæum lib. 5. cap. 8. ex Moſchione accipi tradit Maioragius lib. 1. Miſcel. cap. 12. circa finem.

CORPORE uitiatus. Corpore uitiatos, Græcis

περιχυμένοι dicimus, qui cæci, uel mãci, uel claudi, nati factiue sunt, aut aliud huiusmodi uitiũ patiuntur. Calepinus. Corpore autẽ uitiati significanter dicũtur, qui propria uolũtate abscisi sunt, c. pœnitẽtes. 55. distinct. ut qui pudenda ultro sibi execuerunt, licèt credentes obsequium pręstare Deo, significauit. de corpo. uitiat. c. his q. 55. dist. aut iusto etiã timore superati. c. maritũ. 33. dist. Sunt enim sui ipsorũ huiusmodi homines homicidæ: c. si qs absciderit. 55. dist. non quia iam mors secuta sit, sed quia uiriliũ sectione mortis periculum conflari putatur. c. fi. 87. dist. Nec Matthæi locus 19. Eunuchos esse dicens, qui se castrauerunt propter regnum cælorum, de iis accipiendus est, qui uerenda sibi ipsis amputant (maledictum enim hoc) sed de ijs qui cõtinẽtes sunt, õbque Christi amorem, Veneris affectũ deuitant. Hæc ferè omnia Ioannes Corasius Anchor.

CORRADERE pecunias, est undecunq; illas eruscare, atque conquirere. Vlpian. de Bon. damn. l. diuus. Plerunq;, inquit, corrasas pecunias, præsides ad fiscum transmiserunt. Sp.

CORRASI nũmi. l. statuliberos. ff. de statulib.

CORRECTIO legum, hoc est, emendatio, mutatio, fugiẽda est. Quoniã, ut monuit prudẽtiæ iuris scientissimus Oldend. semper quo ad fieri potest cõciliandæ sunt leges, perspectis rationibus earum: ut posteriores determinẽt potius, quã extẽdant, aut restringãt. Aristoteles lib ij. Politicor. etiã si quid incõmodi habeãt, receptas leges nõ esse mutãdas cẽsuit. Et Vlp. in l. ij. de Cõstit. Princip. In rebus inquit, nouis cõstituendis, euidẽs esse utilitas debet. Legem aũt correctã allegare, dissimulata lege corrigẽte, pœna falsi est, scelus reputatũ. Bartol. in l. omnes populi. & in l. ult. ff. ad Leg. Cornel. de Fals. Adde quoque Nouel. Vt cum de Appel. cog. in prin. Sp.

CORRECTORES, pro rectoribus & gubernatoribus, apud Hermogenianum in l. de omnibus. ff. de Offic. præsid. Sp.

CORREI sunt eiusdẽ obligationis debitores, quos Cicero in epistola ad Atticum Consponsores uocat. Connan. lib. 6. cap. 5. nu. 1.

CORRELATIVA aliàs relata, aliàs ad aliqd dicta, censentur ea, quæ secũdũ hoc ipsum quod sunt, aliorũ prorsus dicũtur, hoc est, quæ nisi possunt ad aliud referri, nõ existũt in rerũ natura. Sunt & correlatiua, quæ propter mutuã inter se cõsiderationẽ cõtrarij effectus circa eandẽ rẽ, dicũtur cõtraria relata: ueluti acquirere & amittere, Obligari & liberari, Cõtrahere & distrahere. Oldendorp.

CORREPTIO, magis ad uerba, quàm ad uerbera refertur.

CORRIGI dicuntur, quę praua & dura sunt, cũ in melius emendantur, reformãtur, aut interpretatione molliũtur l. 7. ff. de iust. & iu. l. 79. ff. pro socio. Græci ἐπανορθοῦν dicunt. Bris.

CORRIVALES sunt, qui ex eodem riuo simul aquantur. Et per traslationem, qui eandẽ amicã habent cõmunem. Vlpian. de Aqua æstiu. l. j. Corriuales, inquit, id est, qui per eundem riuum aquam deducunt. Spieg.

CORROBORATVS, pro egressus annos pubertatis, qui uir esse cœpit, apud Ciceronẽ obseruauit Paul. Manut. homo nec negligẽs, nec indoct. Sp.

CORRVMPERE seruũ, est bonum seruum facere malum, siue malum deteriorẽ. l. j. ff. de Seruo corrupto. Verũ corrũpere uirginẽ, est uitiare. l. si qs aliquid. ff. de Pœnis. Siquidem corrumpere, tam ad animum, quàm ad corpus refertur. l. si seruus seruũ. ad Leg. Aquil. Spieg. ex Old.

CORRVMPERE uirginem, est uitiare. l. si quis aliquid. ff. de Pænis. Siquidem corrumpere uerbum tã ad animum, quàm ad corpus refertur. l. si seruus seruum. ad Leg. Aquil. Sp. ex Olden.

CORRVMPERE, est infringere auferendo efficaciam, ut in nihilum redigatur. Sic accipitur in l. stipulationes non diuidũtur. in pr. ff. de uerb. oblig. Et in l. Pro parte. ff. de seruitutibus. Sp.

CORRVPISSE (quod ad leg. Aquil. adtinet) uidetur, qui uinum spurcauit, uel effudit, uel acetũ fecit, uel alio modo uitiauit l. 27. §. inquit lex. cum §. seq. ff. ad leg. Aq. Item si frumẽto harenam, aut quid aliud immiscuit, cuius difficilis separatio sit, quasi de corrupto agetur d. l. 27. §. si quis uestimenta. Bris.

CORRVPISSE etiam intelligitur tabulas, qui eas interleuerit. l. 42. ff. ad legẽ Aquil. l. 35. ff. de dol. mal. Bris.

CORRVPTELA, est peruersa consuetudo sacris canonibus inimica c. cum uenerabilis. de cõsuetud. in uol. Greg. c. ad decorẽ. de uit. & honest. cleric.

CORRVPTORES testamentorum, aut aliarũ scripturarum, pœna falsi tenentur, non solùm si corruperint: uerum etiã si resignauerint & legerint per iniuriam, uel si aduersario legendas prodiderint. l. 1. §. is qui. depos. l. qui testamentum. Et l. Paulus respõdit. ff. ad l. Cor. de fals. l. eũ qui. C. eodem titulo. Sp.

CORRVMPI dicuntur stipulationes, legata, libertates, quæ aliqua ratione uitiantur, & intercidũt l. 11. ff. de seruitut. l. 30. §. diuus. ff. de fideicõmis. li. Br.

C. P. nota est in extremo præfat. Instit. Constantinopolin significans. ff. C P. hoc est datum Constantinopoli & alibi sæpissimè. Prat.

CORRICEVM locus ubi puellæ sese exercere & ludere solitæ essent: Torneb. lib. aduers. 10. cap. 10.

COSTVM l. fin. §. species. ff. de publicanis. Radix est herbæ in India, Arabia, Syria, nascẽtis iucundi odoris Dioscoridi Plin. lib. 12. ca. 12. Isidor. lib. 17. cap. 9.

COSTVM, Marcian. in l. ult. §. 5. ff. de publican. inter species ad uectigal pertinẽtes recenset, de quo Plin. lib. 12. cap. 12. sic scribit. Radix & foliũ Indis est maximo precio. Radix costi gustu feruens, odore eximio, frutice aliàs inutili. Et lib. 22. ca. 24. Odorum caussa, unguentorumq; & deliciarum, si placet etiã superstitionis gratia emũtur, quoniam thure supplicamus & costo. Quum autẽ hoc Marciani & Plinij locos cum illo Pomponij confero, ubi odorum unguentorumq; meminit in l. 21. §. 1. ff. de aur. & arg. uenio in suspicionem, pro Colum, cuius uerbi sensus eo quidem loco fortasse nullus est, reponẽdum esse Costũ, de quo tñ iudiciũ doctioribus relinquo. Hot.

COTIDIE per c, & nõ quotidie p q. debere scribi Quintil. est auctor. lib. 1. de orat. instit. Victorinus quoq; in libro de Orthographia cotidie per c. literã debere scribi ostẽdit. Adnotarunt & hoc Angel. Politianus & Laurẽt. Abstemius & Ludouicus Bonogninus in annotationibus suis &c. Nebriss.

COTORIA, uena est unde cotes exciduntur. Alphen. in l. Cæsar. de Publi. Cum insulæ Cretæ cotorias locaret, legem dixerat. Sp.

C. P. Nota est, Cõstantinopolim significans, ut in extremo Institut. præfationis. ff. C. P. id est, Datum Constantinopoli. & alibi frequenter. Hot.

CRABATTVS, κράβαττος lectulus meridiano idoneus l. 20. §. 8. ff. de fund. instru. Prat.

CRATER nomẽ qdẽ generale est. Sed maximè proprium & aptũ ad ea uasa omnia, quibus ea quæ fluunt

fluunt, aut infunduntur, continentur & quasi retinentur. Κρατὴρ enim ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, quod tenere & capere significat. Fuit & cucumella genus uasculi curui, quod ut arbitror à forma Cucumeris nomen suum inuenit, ad eundem usum ad quem & labra & crateres paratū. Connanus lib. 4. cap. 10. nu. 5. adde Turnebum latiùs hanc dictionem explicantem libro aduersar. 21. cap. 13. &c.

CRATITIVS paries, qui rectis cratibus, tum alijs transuersis illos pressè circumplicantibus l. si fratres. ff. pro socio. Vitruu. lib. 2. cap. 8. Prat.

CRASSESCERE. Vide, Meliorescere.

CREARE frequēs uerbum apud Iuriscos. à quo dicimus creare magistratū, pro cōstituere. Propriè significat, gignere uel generare, uel producere. Theologi omnes magno cōsensu creare uocant, aliquid de nihilo facere. hoc modo nihil aliud quàm Deus potest creare. Disputant tamē uane, an potētia hæc creandi posit communicari creaturę, de quo multa Thomas: cuius argumēta nititur infirmare Scotus, ut sua confirmet: quæ labefactare conatur Occam, ut sua figat: at illa quoq; Petrus Aliacens. lege Viuem. in cap. xviij. lib. xviij. de Ciuitate Dei. Spigel.

CREDENDI appellatio generalis est: ait Vlpiā. in l. 1 ff. de reb. cred. Nā cuicunq; rei assentiamur alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc cōtractu, credere dicimur. Hæc ille. Siue ergo pecuniā aliasq; res, quæ non in specie, sed in genere redduntur: siue quid aliud, cuius solutio speciem, id est indiuiduum ipsum creditū exigat (ut in deposito & pignore) alterius fidei committamus, rectè credere dicimur. quod ipsum intelligitur ex l. sequenti, §. 3. & l. 10. 15. 19. & alijs. Aliud autē esse credere, aliud in creditum ire, mihi quidē animaduertisse uideor ex eadem l. 2. ubi Paulus ait, Mutui dationem in ijs rebus consistere, quæ pondere, numero, mensura cōsistūt: quoniam eorum datione possumus in creditum ire, quia functionem in suo genere recipiunt. In ceteris autem rebus ideo in creditū ire non posse, quia functionem in [illegible] specie non recipiunt. Vt significare uideatur Mutuum dare, idem esse quod in creditū ire: ijsdemq; in rebus poni hoc utrūq; uerbum: in ijs autem, in quibus Depositum, aut Pignus, aut Commodatum exercetur, Iri in creditum non posse. Quā differentiam qui unquam exposuerit, inueni adhuc neminem. Sed profectò nisi uera esset, perridiculè Paulus dixisset, Credendi uerbum ad Cōmodatum aut Pignus non pertinere: quod cōtrà duobus post uersibus ipse idem affirmat, & in lege proxima Vlp. disertè confirmarat. ut illud omittam, quòd ineptissimè alioqui superiùs dixisset, Mutui dationem in pondere, numero & mensura consistere, quoniā creditum in ijsdem consistit. quod apertissimè cōtinuò pernegans, Creditum, inquit, cōsistit extra eas res, quę pondere, numero, mensura continentur. ut duę uidelicet species sub credendi uerbo subijciantur, Mutui datio, siue in creditum itio: & altera quæ generis sui nomen retinens, appellatur Creditum Et profectò ita est, ut Iurisconsulti tum demū hoc uerbum In creditum eundi usurpent, quum res accipiētis facta est. ueluti Alfenus qui sine cōtrouersia omniū eorum, quorū ex scriptis Pandectarum libri maximè cōpositi sunt, optimè ac latinissimè loquutus est Is igitur in l. 31. ff. locati, Rerum, inquit, locatarū duo sunt genera: ut aut idem redderetur, sicuti quū uestimenta fulloni curanda locarentur: aut eiusdē generis redderetur, ueluti quū argentū pusulatū fabro daretur, ut uasa fierēt: aut aurū, ut anuli: ex superiore caussa, rē domini manere: ex posteriore, in creditū iri. Atq; hoc ipsum est quod Paulus dicebat, ijs rebus in creditū iri, quę functionē in suo genere recipiunt. Africanus l. 19. in fin. ad S. C. Vell. An uerò, inquit, perinde habendū sit, ac si initiò ego pecuniam mulieri credidissem, ac rursus tu mihi in creditum isses. Vlpian. in l. 5. §. 8. De trib. act. Sed si dedi mercē meā uēdendā, & extat, uideamus ne iniquū sit in tributū me uocari. & siquidē in creditum ei abijt, tributio locū habebit. enimuerò si non abijt, quia res uenditæ non desinunt esse meæ, quāuis uendidero, nisi ęre soluto, &c. Deniq; idē alijs locis obseruatū reperies: ut apud Vlpian. l. 3. §. 1. ad S. C. Maced. & Męcianū, l. 65. §. ult. ad S. C. Trebell. Hot.

CREDITOR ut quis dicatur, satis, quòd fidē alterius secutus sit, uel uerè, uel legis interpretatione. l. qui in fraudē. §. ex omni. qui & à quib. manu. Oldē.

CREDITORES peculiares, qui in peculiū credidissent. Vlpianus in l. his consequenter. §. si filius fam. ff. famili. ercisc. Olden.

CREDITORES eos accipere debemus, quialiquā actionem uel ciuilem habent (sic tamen, ne exceptione submoueantur) uel honorariam, uel in factum, Vlpianus l. is cui. ff. de action. & obligat. Oldē. Propriè tamē creditores sunt, qui pecuniam mutuā dederunt tàm Græcis, quàm latinis: et similiter, qui eis respōdēt debitores sunt qui ex causa crediti debent l. incendiū C. si cert. pet. sed porrigitur utrorūque appellatio etiā ad alios cōtractus l. 11. ff. de uerb. sig. l. omnē ff. de iud. ita & toti No. Iustin. quartæ locus est nō tantū in mutuo, uerū etiā in alijs cōtractibus, quibus fideiussores aut mādatores accesserūt, aut rei cōstitutæ pecunię. unde uenditionis emptionis cōtractu si agatur de euictiōe, priùs cōueniēdus est uēditor q̄ βεβαιωτήν, id est, is q s spōdet pro uēditore euictiōis nomine. Cuia. in expositio. No. Iusti. 4. infi.

CREDITOR autem is est, qui exceptione perpetua submoueri non potest. Qui autem temporalē exceptionem timet, similis est conditionali creditori. Paulus l. creditor. ff. de uerb. sig. Oldend. Hinc

CREDITORVM appellatione nō illi tantū accipiūtur, qui pecuniā mutuā dederūt, sed & hi quibus ex quacūq; actione uel persecutione, uel iure ciuili, uel ordinario, uel extraordinario, purè, uel in diem, uel sub cōdicione debetur, modò non perpetua aliqua exceptione summoueri possint. l 10 l. 11. l. 15. ff. de uerb. sign l 4. ff. de separatio. Nouel. Cōstit. iiij. ad fi. §. ult. Proinde & si cui ex delicto debeatur, creditoris loco accipietur: sed ex populari planè causa ante litis cōtestationē rectè dicetur creditoris loco nō esse. l. 12. ff. de uerb. signific. Maritus ex promissione dotis, creditoris quoq; loco habetur. l. 25. §. 1. in fi. ff. qui potio. in pign. l. 41. ff. de re iud. l. 19. ff. de oblig. & actio. Et ex diuerso uxor dotē repetens in creditoribus numeratur. l. 31. ff. sol. matr. Is cui sub cōdicione legatū est, pēdente cōdicione nō est creditor, sed tūc demū, cū ea extiterit: aliter atque si sub cōdicione stipulatus est. nā & hic pēdēte cōdicione creditor est. l. 42. ff. de oblig. & actio. l. 27. ff. qui & a quib. l. 54. ff. de uerb. signif. §. ex cōdicionali. Instit. de uerb. oblig. Planè quibus natura dumtaxat debetur, creditorū loco nō sunt, quia petitionē nō habēt. l. 10. in fi. ff. de uerbor. signif. Creditiq; appellatio eā tātū pecuniā demonstrat quæ peti potest, nō etiā eā quæ petitionē quidē nō habet: solutione autē facta repeti nō potest. l. 94. §. ult. ff. de solutio. Bris.

Sed hęc generalis CREDITI appellatio nōnunq̄ adstringitur ad mutuā pecuniā significādā. Vt ecce quod

quod S. C. Macedoniano cōstitutum est, filiofa. credi non licere, nō ad uerba, sed ad numerationē referēdum est. Sola enim mutui datio prohibetur, cùm cetera negotia rectè cum filijsfa. contrahantur. l. 4. §. ult. ff. ad Macedo. Sic & in l. 24, §. pen. l. 27. §. 1. ff. de minorib. Et ita in creditū ire in l. 19. §. cum haberes. ff. ad Velleia. l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. l. 65. §. ult. ff. ad Trebellia. Brif.

CREDITOREM absoluere, liberare creditorē, dimittere creditorē Alciato, pro eo quod est, soluto debito dimittere creditorem qui stante ultrò citròque obligatione quodammodo ligatus uidetur. l. & in contraria. ff. de usur. Olden.

CREDITVM significat usuras, de quib⁹ fidem habere dicebatur creditor quod eas suo tēpore non exegisset sors ipsa non tam credita quàm usuris occupata & locata erat. Itaq; credendi uerbum quanquàm generale sit, magis tamen mutuationibus istis congruit, quàm cæteris cōtractibus. Connanus lib. 7. c. 1, numero. 2.

CREDITVM à mutuo differt, quo genus à specie. Nam creditum consistit etiam extra eas res, quę pondere, numero, mēsura continentur. Item mutuū non potest esse, nisi proficiscatur pecunia: Creditū autem fit interdū, etiam si nihil proficiscatur, ueluti si post nuptias dos promittatur. Paul. l. mutuum. ff. si cer. pet.

In CREDITVM pecuniam accipere, pro accipere mutuo uelut suam fœnerare Opp. mandatu domini sumere & fœnerare. Vlpia. in l. si remunerandi. §. apud Iulianum. ff. mandat. Oldend. In creditum ire, est mutuum aut promutuum cōtrahere. promutuum contrahit, qui uice debitoris se reum creditori cōstituit. Cuia. tract. 4. ad Africa. fol. 43. post prin.

CREDENTIA est assertoria epistola, quam uulgò certificationem uocamus, cū superior magistratus fidem facit pro subdito, uel etiam pro alio. Sp.

CREDENTIARIVM nominant barbari eum, qui fit à dapib. prægustandis: quem peculiari nomine Sueton. in uita Claudij, uocat prægustatorē. Qui ad principum mensas minutatim, suo more, edulia conscindunt: qui mos apud Italos ubique est uulgaris. Structorum nomine uocari posse, censuit Insulanus. Spiegel.

In CREDITVM ire ex caussa emptionis, uel alio simili cōtractu dicitur l. 3. §. is autē. ff. ad SC. Maced.

In CREDITVM abire idem significat, quod aliàs dicitur fidem emptoris sequi, & fidē habere de pretio. l. 31. ff. loca. Prat. In creditum ire Paulus dicit pro eo, quod est dare mutuo quod fieri non potest nisi de ijs rebus quæ functionem recipiunt in genere suo. Vide Connanum lib. 7. cap. 1. nu. 2.

In CREDITVM ire dicitur, cum rei dominium in accipientem sequitur. Prat.

In CREDITVM possidere est in Crediti uicem, & locū possidere. l. 15. §. si pignora. ff. de re iudic Pr.

In CREDITVM aūt possidere, dicitur in omnē pecuniā, quæ debita est. uel etiam dicitur, quod in creditum possidere idē sit, quod iure dominij possidere, quia in creditum ire sæpè dominij translationem significat. l. in naue ff. locat. & item uerbum possidere. l. Rutilia ff. de cont. empt. & Imperator dicit Iure dñij possidere, in tract. pig. Iudicial. l. 1. & fi. ff. de iur. dom. impet. C. sic sentire uideť Vlp. in l. à D. Pio, §. si pigno. ff. si re iudi. si malit se ipsum aliter explicet

Compedes quas ipse fecit, ipsus ut gestet faber.

Vt loquitur parœmia.

In CREDITO esse argētum dicitur, quod in nominibus est l. 27. §. argento. ff. de auro & arg. Prat.

CREDITI adpellatio eam tātùm pecuniam demonstrat, quæ peti potest, non etiam eam, quæ petitionem quidem non habet, solutione autem facta, repeti pecunia non potest l. 94. §. fi. ff. de solut. Prat.

CREDITI quoq; adpellatio ad mutuam tantū pecuniam restringitur, putà in Macedoniano. Prat.

CREDVLVS, qui faciliter credit: id autē ex rei nunciatæ & nunciātis qualitate deprehendendum est. l. j. §. dolum autem. & lex hoc edicto. §. etsi stipulator. ff. De eo per quem fact. erit. Sp.

CREMIA, hoc est, ligna ad cremandum præ cęteris apta, Vnde & plerisq; dicta uidentur. Sunt aūt surculi tenues ac aridi, qui facile comburuntur. l. ligni ff. de leg. 3. Columell. lib. 12. c. 19. unde & cremiales arbores dictę. Alij gremia & gremiales legūt, censentq; sic dici, quòd à rusticis gremio deferri soleát. Duaren. l. Fructus 7. §. Si fundum ff. solu mat. Posterior Etymologia Cōnano displicet, & prima ꝓbatur lib. 4. cap. 1. nu. 7. Adde Brechæum l. Carbonum in tit. de uerborum & rerum obligat.

CREPIDA. Id genus calciamentum appellantur crepidæ quod Græci κρηπῖδας uocant, eiusq; calciamenti sutores crepidarij sunt dicti. Sempronius Asellio in lib. rerū gestarū 14. Crepidarium, inquit, cultellū rogauit, à crepidario sutore. Gellius lib. 13. c. 20. Adde Tiraquell. 3. l. connub. gl. 1. parte 1. nu. 27.

CRETIFODINAE l. 9. §. sed si. ff. de usufr. l. 13. §. inde est. ff. eo. l. 77. ff. de uerb. signific.

CRETA dicitur terra tenax. Ita accipitur in l. si cretæ. ff. de furt. Io. Bell. Etymol.

CRETAE FODINA dicta est, unde creta effoditur. Sed cū multa sint Cretę gñra Cymolia, Sarda, Vmbrica, saxea, argētaria, figula, de Cymolia Creta intelligendum est dixisse iurisconsultum libro 27. ff. tit. de reb. eorum qui. l. sed si. Caius lib. 39. de publicanis & uectig. l. sed & ij. Est autem Creta Cymolia, qua utuntur in lanificio pannarij, ad lanæ duritiem molliendam. Nebriss.

CRETATAE crepidæ id est candidæ ut fascias cretatas ad Atticum dixit Cicero. Torneb. lib. 7. capit. 20. aduers.

CRETIO, quam ita diffinit Vlpianus eod. titulo. Cretio, ait, est certorum dierū spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrùm expediat ei adire hereditatem. quam Vlpiani diffinitionē probat Isidorus lib. 5. Etymolog. cap. 24. his uerbis: Cretio, inquit, est certus dierū numerus in quo institutus heres aut adit hereditatem, aut finito tēpore Cretionis excluditur, nec liberum est ei, ultrà hereditatis ius capiendæ. Cretionum solennitatis meminit cōstitutio l. unic. C. The. de cretione & bonorum possesioni. & l. 2. C. The. de mater. bonis. Cretionibus, pro curationibus in c. ius Quiritum. 1. distinc reponēdum putem. quod & res, & uerba indicant quæ ex Isidoro lib. 5. Etymolog. transcripta à Gratiano fuere. Cretionum solennitates sustulerūt Imppp. cōstitutiones l. 1. C. The. de mater. bon. l. cretionum. C. de iure delib. Cretiones in genera duo constituit idem Vlpianus d. tit. 22. §. cretio autem. in uulgarem, & continuam. Prat.

CRETIO aut uulgaris dicitur, aut cōtinua. Vulgaris, in qua adijciuntur hæc uerba, Quibus scieris, poterisq;. Continua, in qua non adijciuntur. Vlp. c. Instit. XXII. Hot.

CRIMEN, à delicto siue maleficio Iurisconsulti perspicuitatis studio plerunq; sic distinguūt, ut Criminis nomine capitalis fraus intelligatur, quibus Respubli.

Respublica læditur, ueluti cædes, falsitas, adulteriũ. Delicti uerò, priuata noxia, qua priuatim quisq; læditur, ueluti furtum, iniuria, & cet. Vlpianus l. 17. §. 16. ff. de ædilit. edict. Noxas accipere debemus priuatas, hoc est eas, quæcunque committuntur ex delictis, non publicis criminibus. Hinc titulus est, De priuatis delictis, lib. Digest. 47. & apud Iustin. tit. De obligat. quæ ex delict. & item quæ quasi delicto nascuntur, lib. Inst. 4. Nonnunquã tamen Crimina, eáque priuata nominantur. Vlp. l. 1. §. 1. ff. de pœn. Generaliter placet in legibus publicorum iudiciorum, uel priuatorum criminũ qui extra ordinẽ cognoscunt Præfecti uel Præsides, ut eis qui pœnam pecuniariam egẽtes eludunt, coercitionem extraordinariam inducant. Hot.

CRIMEN, pro criminatione. Vlpia. l. 7. ff. de accusat. Caueant itaq; singuli quod crimen objiciant, & præterea perseueraturos se in crimine usq; ad sententiã. Priori uerbo delictum, posteriori accusatio significatur. Paulus l. 109. ff. de reg. iur. Nullum crimẽ patitur is qui non prohibet, quum prohiberi nõ potest. Macer l. 2. ff. de concuss. Sed si ideo pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus sit, &c. Sic l. 3. C. de calumniat. l. 109. ff. de reg. iur. l. 21. ff. de senat. Silan. Sic

CRIMEN suspecti, id est criminatio, accusatio. Vlpian. l. 1. §. 1. ff. de susp. tut. Sciendũ est suspecti crimen ex lege XII. tab. descendere. Id uero quomodo intelligendum sit multi quęrunt cum crimen à lege descendere non possit. At respõsio facilis est: uerba legis 12. tabularum hæc erãt: Suspecti tutores remouentor. Decreuit igitur lex, quod hoc crimen esset, ideoq; ex lege 12. tabularũ delictum esse cognoscimus. Si enim lex non esset, nec delictũ fuisset, seu saltem fuisset seu saltẽ fuisse nõ cognouissemus. Sed cum legis uirtus sit uetare ac punire delicta. l. Legis uirtus ff. de legib. merito dicitur hoc crimen ex l. 12. tabularum descẽdere. Aldobrandinus §. sciendum. Instit. de suspect. tut.

CRIMEN maiestatis. Maiestatis crimen, ut Vlpianus eleganter diffinit, est illud quod aduersus populum Romanum, uel aduersus securitatẽ eius, cõmittitur, quo per legem Iuliam maiestatis tenetur, q in bellis cesserit, aut arcẽ tenuerit, aut ea castra cõcesserit, & qui iniussu principis bellum gesserit, delectúmue habuerit, exercitúmque comparauerit, quiue, quum ei in prouincia successum esset, exercitum successori non tradiderit, aut alijs modis (plures enim sunt, ut apud Iuriscõ. nostros sub titul. De lege Iulia maiestat. apparet) maiestatem publicam læserit: Et eius criminis rei, secundum Honorij & Arcadij constitutionem, bonis omnib. fisco addictis, gladio puniri solẽt. id quod uoluit lex XII. Tabul. quæ sic habet, Qui hostes cõcitauerit, quiue opera hosti tradiderit, pœnam capitis dato. Eam uerò legẽ lex ipsa Iulia maiestatis deinde ampliauit, nec immeritò. Est enim crimẽ adeò atrox, ut in quæstionibus lęsæ maiestatis Papinianus dixerit, debere etiam mulieres audiri. Nam & Lucij Catilinę coniurationem Iulia mulier, secundum eum, detexit, & Marcũ Tullium Cos. in iudicium eius instruxit.

CRIMEN læsæ maiestatis est, ubicũque quis cõtra principẽ uel urbem aliquid molitur, aut qui profugit ad hostes, uel illos iuuat qualicunque causa, scilicet, armis, consilio, uel pecunia: uel qui subiectas prouincias nititur facere rebelles, uel seditiones aut bella mouet in ciuitate, uel qui prælatum, magistratum uel principem occidit, uel qui contra latus eius militat, uel arma fert & occupat contra rempublicã. Et idem dicitur crimen perduellionis, id est, hostile, nam perduelles dicuntur hostes. Secus si committatur hoc crimen non contra rempublicam, quia tunc non dicitur perduellionis, sed simpliciter læsæ maiestatis. Et nota: Non subditus crimen lęsæ maiestatis nõ cõmittit, ut in §. rursus. in cle pastoralis. de re iud. ubi rex Sicilię Robertus non eo modo subfuit Henrico Imperatori, ut crimen læsæ maiestatis in eum commiserit. Old.

CRIMEN deriuare. Lege, Deriuare crimen.

CRIMEN domesticum ac uernaculum Cicero appellat, quod intra parietes admissum, nõdum peruenit in publicũ rumorẽ. In Actione in Verrẽ v. Sp.

CRIMEN expilatæ hæreditatis, quia adhuc dominus non adest, alioquin furtum esset: ut quod in hostico est prædam agere, sit in suo dilabentibus dominis compilare. Ex Alciato. Sp.

CRIMEN importare, appetere iudicio, pro accusare. l. qui cum maior. ff. de Bon. lib.

CRIMEN militare est quod solis militibus capitale est, cæteris uero ciuibus aut impune omninò, aut non tã graue. Vt arma amittere uel alienare, uallum transcendere, per murũ castra ingredi & si quæ sunt eius generis Connan. lib. 9. cap. 5. nu. 6.

CRIMINA, in quibus impunitas dabatur indici (id est, ei qui eius facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat) sunt maiestatis & proditionis.

CRIMINA publica recẽsentur in l. j. ff. de Publ. Iud. Pontificium ius, unumquodq; crimẽ publicum censet. Spieg.

CRIMINA legitima, id est quorum iudicium lege aliqua Publicorum iudiciorum, est constitutum. Vlp. l. 3. §. 1. ff. de crim. stell. Pœna autem stellionatus nulla legitima est, quum nec legitimum crimen sit. Solent autem ex hoc extra ordinem plecti. Hot.

CRIMINALITER usurpauit Vlpian. in l. meminisse. quæ est postrema. tit. de Furtis. Scæuola autẽ criminale dixit in l. ij. de Appellatio. recip. quod est contra nobiles Grammaticos, qui à crimine, criminosum, non criminale deflectunt. Sp. Hinc

CRIMINALIA iudicia, uide Iudiciorum alia Criminalia. Hot.

CRI[illegible]A in l. 21. §. 1. ff de aur. & argen. leg. lilium rubens. Moscopulus [illegible] Falsò apud Vlpianum legit Oldendorpius Crinalia.

CRINALE ornamẽtum capitis est ad fingendũ capillos ne turbentur euagẽturq; Ouid. 3. Metam.

Nec torques collo, nec habens crinale capillos,

Idem in 5. Virgil. 11. Æneid.

[illegible] longæ tegmine pallæ. Vlpia. l. 34. de auro & arg. leg. l. argumẽto. &c. Philippus Beroaldus non legit Crinales, sed fasciæ crurales peduleisq;: quasi fasciæ sint crurum pedumq; munimẽta quædam. Nebriss.

CRINAM Pompon. in l. 21. §. 1. ff. de aur. arg. numerat inter ea unguẽta, quæ ualetudinis caussa sunt parata. nisi fortè CRINONIA legendum sit, ut sit oleum ex lilio confectum, & odoramentis conditũ. nam Crinonis Plin. lib. 21. cap. 5. meminit, quod liliũ rubens appellat. Hot.

τὸ ΚΡΙΝΟΜΕΝΟΝ est disceptatio, quæ scilicet ex rationis & firmamenti conflictione & quasi concursu exoritur Vt annotauit Brechæus l. litis in tit. de uerb. & rer. oblig.

CROCINVM (Iuxta Haloandri editionẽ) pro coracino legẽdum in l. Quæsitum. §. Coccum. de legat.

gat iij. Vide Alc.c.j.lib.Parerg.2. Olden.

CROCOTIA uestes delicatæ fuerunt, ut indicat uetus prouerbiū γαλῆ κρόκωτον id est. feli crocotō quo utimur cum indignis honor exhibetur. Suidas autem κρόκωτόν τι ἔνδυμα κυκλωτόν, id est, uestimentum orbiculatum. Et hinc Crocotularij, aut, ut alij legunt, Crocotarij, infectores huiusmodi uestiū, dicti Plauto in Aulularia. Nonius Marcellus à croco hęc dicta putat. Hinc Hercules κροκωτοφόρος appellatus, quod Omphalę seruiens habitu muliebri crocoton gestaret, ut annotauit Tiraquellus in 3.l. connub.gl.1.parte 3.nu.27.

CROCVPHANTIA, opinor esse ornaméta uillosa, quę sub reticulis contexta per eorum plagulas apparēt. id enim origo uocabuli κροκύφαντος, declarat. Vlpian. in l.25.§.4.ff.de aur.arg. Ornamentorum hæc, inquit: uittæ, mitræ, semimitræ, reticula, crocuphantia. Alciatus autem & alij eruditi homines alio uocabulo cōquirendo mirabiliter exercentur. Hot. Aliqui scribunt Crocotia: sunt qui malint Crocota, seu crocotula, à flore. nā à croco, fit croceus, ut superius dixi: à quo Crocotulę uestes. Plautus Pathagiatam caltulam, aut crocotulam: Næuius in Lycur. Palatis pathagijs crocotis malachis mortualibus Dicūtur etiam crocotæ uestes, tunicæ infectæ croco colore: quæ quidem uestes delicatæ sunt & feminiles. Propterea optimo epitheto mollicinā crocotā nuncupauit Næuius in Pedio, dum inquit: Mollicinam, crocotam, chiridotam, richam, richinum. Suidas etiam pro uestimento orbiculato eam nominat. Hinc crocotarij dicuntur, huiusmodi uestium infectores. Plaut. Qui incedunt infectores crocotarij. & de his uestib. asserūt Iurecōs. hic sensisse Cottā in memor.

CRVCIATVS uocatur, inquit diuus Augustinus, ubi dolores acerrimi exagitāt. A cruce nominatus. pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus manibusq; confixi, producta morte necabātur. Non enim crucifigi hoc, erat occidi, sed diu uiuebatur in cruce. non quia longior uita eligebatur, sed quia mors ipsa protēdebatur, nē dolor citius finiretur. Spieg.

CRVDAE uuæ, maturis opponuntur. l. si seruus seruum. §. oliuam. ff. ad Legem Aquiliam. Ab hac uerò dictione dicitur crudelitas. Estq; crudelis propriè qui crudam carnem aut crudum hominem deuorat, sicut leones, ursi, lupi, deuorant homines. Et eam crudelitatem imitātur Anthropophagi, qui ab hac crudelitate quia homines uorant appellationē acceperunt.

CRVENTA spectacula sublata. Vide tit. de Gladiat.toll.C.lib.xj.

CRVCIARII, qui tolluntur in crucem, hoc est furcam: qui & Patibulati dicuntur Supplicij huius, quod, ut ex Seneca cōstat, nō fuit unius generis, Vlpianus meminit: Callistrat. item de Pœnis.l. capitalium. Summum inquit, suppliciū esse uidetur, ad furcam damnatio, item uiui cōcrematio. Sed furca tūc non erat, ut hodie peculiare furum supplicium, sed latronū & homicidarū.§.famosos latrones.l.ea. Sp.

CRVRA equi frangere.l. ult. ff ad legē Aquiliā.

CRVRVLES, quod Beroaldus Maior elegans uocabulum dicit, reponendum idem putat apud Vlpianum in l.argumento. de Aur.& arg.leg. nam pro eo uulgati Codices habent, Fasciæ crinales. Crurules autem, & Pedules Vlp. appellat, à crurib. scilicet & pedibus uestiēdis. Sp.

CRVSTVARII, à crustis: quarum mētio apud Paulum in l.pediculis.de Aur. & arg.leg. dicti, quorum artificio uasa crustis illigabantur. Huiuscemodi crustarum meminit Iuuenalis Satyra quinta. Sp.

CRVSTA fœminino genere fragmētū est quoddam tenue, uel lapidis, uel ligni, uel uitri, uel alterius modi eorū, quæ non comeduntur. Vergil.3.Georg. Concrescūnt subitæ, currenti in flumine crustæ. Crustū uerò & crusta neutro genere dicimus, de his quæ esui sunt Verg.7. Æneidos

Fatales crusti, patulis nec parcere quadris.

Et Horat. per diminutionem in Satyris

Vt pueris olim dant crustula blandi doctores.

Illis porro crustis, parietes ad uoluptatem & ornatū operiūtur l. Impensæ §. fin. ff. de uerb.sig. Corras. lib. 4.cap.16.nu.7.

CRVSTA agri in l. 9. §. Alfenus. ff. de dam.inf. Crustæ marmoreæ in l.17. §. quæ tabulæ. ff. de act. emp. quæ scilicet parietibus opere tectorio inducebātur. Quintilia. Declamat.ix. Nō me aurata laquearia, nec radiātes marmore columnæ, nec graues crustæ fecerint immemorem fragilitatis Cassiod.lib.j. Variar. Discolorea crusta marmorum gratissima picturarum uarietate texatur. Isidor. lib.xix. Etymol. cap.xiij. Crustæ, ait, tabulæ sunt marmoris. Vnde & Marmorati parietes & Crustati dicuntur: ubi & Marmora secandi in crustas rationem explicat. Inde Incrustationes in l.13.in fi.ff. de seruit.urb. l.79. in fi.ff. de uerb.signifi.

CRVSTAE etiam aureæ in l.32.ff.de auro arg. ΚΡΥΤΑΙ, Vlpian.l si duo.3.§.sed si supra ff. uti poss. uide Alciat lib.2.prætermiss.Prat. Hinc incrustare parieti, pauimēto, aut alteri operi crustam adiungere, inducere, & applicare. Corras.d.loco.

CRVX, seruorum, non ciuium erat supplicium. Vnde serui fugitiui, qui crucē meruerūt, Cruciferi dicti sunt: & in signum ignominię, crucis signum in ueste ferebant. Iuxta quod scriptū est, Morte turpissima condēnemus eum Crux autem modò in pœnis reorum non est apud Romanos. Vbi enim Domini crux honorata est, putatū est, quòd & reus honoraretur, si crucifigeretur. Autor Augustin9 Tract. xxxvj. in Ioan. Sp.

C V

CVBILE. Quære. Lectulus.

CVBICVLARII, qui cubiculo, uel ad limina assident. Alphenus hos numerat inter eos, quos usus sui causa paterfamiliâs habet. ad finem. l. in censoria. ff. de Verb.sig. Sp.

CVBICVLVM loc9 in quo cubile, id est lectus, in quo cubetur, sternitur. Vlpian. in l. cum fuerit. de Condit. & demonst. Quamuis ait, nondum in cubiculum mariti uenerit. Nuptias enim non concubitus, sed consensus facit. Sp.

CVBICVLVM Principis, dicitur sacrum. C. de Præposit. sac. cubic. lib. xij. Sp.

CVBICVLARIVS l. 65. de leg.3. & l.203. ff. de uerb.sign. quid sit, docent nouissimi interpretes in Codic. quos secretarios secretorum uulgò adpellamus. Cubiculo præpositum Xiphilinus πρόκοιτον, uocat. Cubicularij, i. secretarij No.8.24.26.27. sunt chartarij, ut ait Iuliani Patritij interpres, quē uideas.

CVBITAL brachiale, seu tegumentum brachiorum. Græcis περιβραχιόνιον appellatum sicuti fasciolæ sunt crurum. Tornebus lib. aduers.7.cap.10.

CVBITVS Nili.l.1. de Nili aggerib in C.Th. Incremēta.n. exūdantis Nili cubitis metiri Ægyptij solebāt, ut Plin.li.5.c.9. & li.36.c.7. & Nicephor.lib.7. cap.46. significant. Philostratus in Dionysio Milesio. Καὶ τοῖς μὲν ἀναβιώσκεσθαι δοκεῖ τὸ γῆρας, οἱ δὲ πρὸς πήχεις διαπο-

φῶς τῶν γνώσεων ὁ σοφὸς τὸ Νίλου ἀναβάσεως Eratq; adeò apud Memphium in Serapidis tẽplo mensura è sculpto saxo constructa, inscriptis per interualla cubitalibus lineis, per quam Nili incrementa indigenis indicabantur: quemadmodum Heliodor. histor. Aethiop. lib. ix. ostendit. Quam mensuram à paganorũ templis ad Christianorum ædem Cõstantinus transtulit. Postea inde demptam, Iulianus Serapidi restituit. teste Nicephoro lib. x. histor. ecclesi. cap. iiij. Br.

CVCVLLVS, tegmẽtum capitis, & propriè papyraceũ: quanquã & ex alia materia fiat. A' quo Cucullatus, hoc est cucullo opert⁹ dicitur: quales sunt monachi, & qui uulgò uocantur Fratres ordinũ mẽdicantium, & quos Picus Iunior facticiæ religionis nomine cõplectitur. de quibus Politianus in præfatione, quã in Menæchmos Plauti fecit, hæc dixit: Hi sunt præcipuè quidã clamosi, leues, cucullati, lignipedes, cincti funibus. Vnde Bardocucullus genus est uestis cucullatę, à Bardis Gallorum gente, quod hoc præcipuè genere uestis uteretur. Cæterum Viatores olim cultores & uinitores sero colentes appellare cucullos in desidei opprobrium solitos annotat Torneb. lib. aduers. 2. cap. j. ex Plinio & Ausonio.

CVCVMA, quid sit apud Iureconsultos in l. prima. §. diuus. ff. ad l. Corne. de sic. plurib. modis declaratur, uariando lectionem. nam aliqui reponũt Cultro, alij Cucunia. Sunt etiam qui Cucurnia scribendum contendant: quibus Bart. noster astipulatur, intelligens de quadã freni parte. & ante eum declarauit glossator in l. unica. C. nulli licere in frenis & equestribus sellis. libro decimo. Sed hanc Accur. & Bartolom. sententiã reprobat Alciat. in Annotationibus suis in hos libros C. in rub. nulli licere in frenis equestrib. Nihilominus uera lectio est Cucuma uel cucumella: & est uasis coquinatorij genus, ad calefaciendum aquam, quod ex ęre & ex terra factum est. de quo etiã Martial. & Petronius Arbiter, quos in Miscellaneis citat Angel. Politian⁹ Cẽturia xxx. dum nititur ostendere apud Martialẽ singulare uerbum nõ esse cucumam: quod alij suspicabantur. De cucumis meminit diuus Ambrosius: Dij, inquit, tui aut ænei sunt, ex quibus cucumæ melius fiunt ad usum hominum. ubi pro uase æneo uidetur posuisse. Spie. Vtitur idem uoce Marcellus libris de Medicamentis sæpissimè, ut testatur Cuia. obseruat. lib. 10. cap. 15. in fin. Petronius Arbiter in Satyr. Frangitur ergo, inquit, ceruix cucumæ, ignemq; ualescentem restinguit. Idẽ: Incincta quadrato pallio cucumam ingẽtem foco apposuit. Martial. Cucumam fecit Otacilius. ubi pro fornace uidetur positũ Nebriss. Budæus autem existimat in d. l. j. esse genus baculi ferrati, ut & alijs quibusdam uidetur esse genus uerberis cuiusdam. A cucuma fit cucumella, quo nomine usus est apud nos Alphenus Iureconsultus, in l. si quando. §. primo. ff. si ser. uen. dũ inquit, Et terreas cucumellas. ita enim legendum est: non ut mendosi codices habent, & teneras & cucumellas. ex terra enim rubra à figulis cucumas fieri, & alia uascula quę testarum nomine significamus, primus Dibutades inuenit. Cotta in memoralib. ex Forcat. Necyomãt. dialog. 27. num. 6. ubi uide omnino.

CVCVMA, uidetur esse genus ædificij, tugurij pauperis. Ambros. pro uase quodam æreo uidetur posuisse. Vnde Cucumellam inter uasa posuit Vlpianus tit. Si seruitus uẽd. l. si quãdo. Seius inquit, si syluã secuisset, in qua labra & crateras & cucumellas positas haberet. Pro genere uerberis cuiusdam posuit Martian⁹, ad l. Corn. de sic. lib. j. Si claua, inquit, per cusserit, aut cucuma. Petronius Arbiter pro fornace uidetur posuisse. Nebr.

CVCVMAM, genus baculi ferrati Budæus existimat. Polit. licet in Miscell. indicat uocem esse inuẽtu rarã, tamen hęc extat apud Martian. in l j ad Leg. Corn. de sic. Bap. Pius, ait esse genus uasis, in l. si quãdo. §. cum in domo. Si seruit. uend. Cucumellas perperam exponit Interpres cucurbitas esse, seu pepones, quos uulgus melones uocat. Olden.

CVCVMIS. ornamentum ex aurichalco in modum lancis factum, quod habenis affigitur lorisúe, quæ ab armis pendent, atq; pectore equorum. Aliàs pro uase apud Martialem, Petronium Arbitrum, & Iureconsultos positum. uide Alciat. in Rubr. C. Nulli licere in frenis equest. lib. xj.

CVCVRBITARE dicitur uasallus, qui domini uxorem adulterat, uel ad crimen istud saltem sollicitat, turpiter tentat, affectat: item filiam, neptem, nurum, aut sororẽ eius polluit, Zasius de Feud. priuat. Mariti cucurbitati solẽt duci Parisijs per ciuitatem ab uxore retrogradi super asinum, præcone clamante: Qui sic faciet, sic accipiet. Neuizan⁹ in Syl. nupt. Spieg.

CVDONES apud Silium Italicum sunt galeæ pelliceæ: uerba sunt Silij, caput his cudone ferino Stat cautum. notat Tornebus lib. aduersar. j. cap. 17.

CVI uoles, quid sibi uelint hæc uerba, Iurisc. ostẽdit in l. si mandauero. §. si tibi. Mandati.

CVILIBET relictum ex familia, quomodo recipiendum: lege, Relictum cuilibet ex familia.

CVIVSLIBET conditionis: hæc addita uerba in principis constitutione, edicto, decreto, lege, seu quauis alia dispositione, dignissimos quosque regulariter cõprehendit. Oldend.

CVLCITRAE, generali nomine uocari possunt, omne stragulum: in quo aliquid quiescendi gratia inculcatum sit. Paulus l. iij. de supel. leg. Culcitrę, toralia, mappa, uillosa, &c Sp.

CVLCITRAE autẽ lectis imponũtur, culcitris instragula, quibus incubant homines operimentis obducti. Torneb. lib ad. 7. cap. 22. Adde Tiraquellũ in 3. l. connub. gl. 1. parte 3. nu. 27.

CVLLEVS ut docet Fulgentius saccus è lino, uel canabi, uel corio factus, ab occulendo id est claudendo dictus. Cullei aũt tam uinarij quàm frumentarij sunt. l. 17. in fi. ff. de ann. leg. l. ult. §. ult. ff. de pign. actio. l. 3. in fi. ff. de trit. uino, & ol. l. 12. §. 1. ff. de instr. & instrum. Fest. lib. iij. Culleola dicta à similitudine culleorum, quibus uinum siue oleum cõtinetur. Quod & ex Cato. de re rust. cap. cliiij. apparet. Hinc etiam cululli pocula per dimiuntionẽ elata. etsi enim culleus primam producit, tamen ut assolet in diminutione corripit ut mãma mamilla. Acron autẽ, quòd putat fuisse fictiles pontificum calices culullos, quibus & Vestales uirgines uterentur, ueretur Tornebus lib. aduers. 9. cap. 13. ne culullos pro capeduncu lis acceperit. Culleus preterea est mensura uiginti amphorarum capax si Plinio credimus. Imo urnas &c. Adde Forcat. in penu Iuris Ciuilis capit. 25. Vrna xl. capiebat auctore Columella lib. iij. de re Rustica cap. iij. Plin. libr. xviij. cap. xxxj. Sæpenumero septenos culleos singula iugera hoc est, amphoras centenas quadragenas musti dedere. Priscianus in libro de ponderibus.

Est & bis decies quem conficit amphora nostra,
Culleus, hac nulla est maior mensura liquoris.

CVLLEVM Isidor. lib. 5. Etymolog. ca. xxvij. definit utrem ex corio factum, in quo parricidæ cum simia

simia & gallo & serpente inclusi in mare præcipitabátur, ut in l. 9. ff. de l. Pomp. de parricid. & l. 4. quor. appell. nō recipiũt. in C. Th. & apud Cicero. j. Rhet. ad Heren. traditur Theophilus etiam ἀσκῷ βλαπ uocat in §. alia deinde. Instit. de public. iudic. Briss. Et hinc patet error eorũ, qui folliculũ lupinũ apud Ciceronē Rhet. j. ad Herennium poni pro culeo parricidæ contendunt, quod falsum esse colligitur ex lib. 2. Ciceronis de inuentione, ex quo trãsportata sunt illa ad Herennium: Quis enim nō intelligit folliculo solum os parricidę inuolutum esse, quasi quodam tegumento ex lupina pelle confecto: ut hoc modo uelato capite in carcerem cõtectus duceretur, moxq; culeo cõparato insueretur: Hęc pœna parricidarum secundum aliquos à Pompeio Magno cõstituta est, & ideo lex Pompeia dicitur. Originē autem sortita est à Tarquinio, Romanorum rege, qui, ut libro primo scribit Valerius Max. Marcum Tullium Duumuirum, quod librũ secreta ciuilium sacrorũ continētem custodiæ suæ commissum, corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutũ in mare abijci iussit. Idq; supplicij gen⁹ nō multo post parricidis lege irrogatũ est. Iustissimè quidem. Quia pari uindicta parentum ac deorum uiolatio expianda est. De hoc supplicio intellexit Iuuenalis taxãs Neronē ueluti multi plici parricidiorum pœna dignissimum, dum inquit.

Cuius supplicio non debuit una parari
Simia, nec serpens unus, nec culeus unus.

Cotta in memoral. Maiorag. Miscell. lib. 4. cap. 8.

CVLINÆ, (ut ait Aggenus Vrbicus) loca sunt publica inopũ funeribus destinata. Festus uerò lib. 3. sub finem ait Culinam dictum fuisse locum, in quo epulæ in funere comburerentur. Maioragius lib. 2. cap. 19. Miscell.

CVLMEN propriè tegminis ex culminibus facti cacumen signat. ut annotauit Drosæus in methodo iuris.

CVLPA est læsio per imprudentiam alteri illata, quę alioquin humanitus euitari potuisset. Culpa, inquit Donatus, est eius, qui nesciens aliquem læsit. Inspiciamus hanc diffinitionem:

CVLPA est læsio. Læsionem accipimus loco generis. Nã & dolus malus, & omnia planè maleficia ad lædendum solent destinari, ideóque uelut res nociuæ ab humana societate reijciuntur. Nisi enim sequatur læsio, non consideratur dolus. l. si quis in pigno. in fin. ff. de pign. act. ideò quoque lęsionis adpositissimè fit mentio in diffinitione, quia in cognitione, doli, culpæ, periculi, diligentiæ, semper oportet obseruare relationem quãdam ad alium. Nam & iustitia uirtus, & iniustitia, uitium, in hoc maximè discernũtur, quòd semper ad aliũ referri uolũt, ut l. Iustitia est. ff. de iusti. & iur. Quare deuiatio uel declinatio non admodũ huc pertinēt. Additũ est autem in diffinitione, per imprudentiã illata. Hinc adparet differētia inter culpã & dolũ. Culpa enim est ex segnitie animi, uel rusticitate, uel inertia, uel simplicitate: quæ semper habent comitē imprudentiã. l. 3. §. ult. ff. de suspect. tutorib. Dolus uerò nascitur ex maliotiosa destinatione animi contemnētis omnem honestatem atque prudentiam, cum proposito lædendi. Sequitur in diffinitione, quæ alioquin humanit⁹ euitari potuisset. Per hoc discernitur culpa à casu fortuito. Culpa enim propter incuriositatem reprehensibilis est, & obligat lædētem: quia potuisset adhibita quadam diligentia prouidere, ne damnum cõtingeret. At casus fortuiti supra omnē hominis prouidentiam plerũque incidunt, ueluti, mors, fuga hominis nō custoditi, rapina, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, ruinæ, naufragia, impetus prædonum. l. contractus. ff. de reg. iur. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. nihil enim hîc est, quod in homine reprehendatur, cùm supra cuiussibet prudentiam sint, & fato potius eueniant. l. cùm duobus. §. damna. ff. pro socio. Et propterea, si dolus uel culpa præcedens occasionem det huiusmodi nocumentis, non censentur casus fortuiti. l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœn. l. si seruus seruũ. §. si fornicarius. ff. ad l. Aquil. l. qui petitorio. §. 1. ff. de rei uēd. l. eum qui. §. an pater. ff. de fur. Inst. quib. mo. re cõtrab. obl. §. itē is cui. Ol.

CVLPA est deuiatio à legis dispositione, secundum Pet. Oldend.

CVLPA est deuiatio ab eo quod bonũ est, quod per diligentiam hominis potuit prouideri, secundũ Barto. in l. quod Nerua. ff. deposit. Oldend.

CVLPÆ quinque species tractant interpretes, uidelicet, latissimam latiorem, latam, leuem & leuissimam. secundum Bartol. in l. quòd Nerua. ff. depo. sed certé, ex huiusmodi gradibus maioris aut minoris culpæ non possunt cõstitui diuersæ species: iux. l. fin. ff. de instr. uel instru. leg. l. is cui. ff. quemadmodum serui. amitt. Et ne quidem possunt omnes culpæ gradus certis definitionib. explicari, qa cēsendò magis, quàm disputando percipiuntur. Omnium enim æstimatio arbitrio iudicis committitur l. Semper §. Culpam. ff. quod Vi aut clam, quem ante omnia diligenter æstimare oportet, qualitatem & conditionem personę, de qua agitur l. Eius §. fin. ff. de oper. libert. Quare Vdalricus Zasius. li. j. Resp. singul. cap. 2. reiecta interpretum sententia totam hanc culparum materiam aliter tractat. Culpam in duas duntaxat species diuidens, in latam & leuem, tametsi nõ improbet, leuem, & leuissimam, distinctis nominib⁹ usurpare dum non ad speciem referãtur. Latam, duplicem facit: Ignauiæ, quæ à dolo abest: & uersutiæ quæ dolo est ꝓxima. d. l. quod Nerua. l. mulier. §. sed enim ff. ad Trebellianum. & l. si constante. §. si maritus. ff. solut. mat. Culpam ignauiæ esse dicit, quæ supinam & crassam negligentiam, refert, quam ignaui & socordes homines in tractãdis negotijs adhibēt. l. nec supina. & l. Regula. §. sed facti. ff. de iuris & fact. ignorant. l. latæ culpæ. ff. de uerbo. sig. Nec dicas ex Bart. eiusmodi desidiam fatuis & mente captis conuenire: nã cùm de culpis tractamus, inquit Zasius, consequens est, nos de eo hominum genere loqui, in quos rationem, licet crassam habentes, qualitas culpæ cadere potest: furiosos autem, & fatuos, utpote rationis expertes, à culpa seclusos esse, neminem clã esse puto. l. diuus. ff. de offic. præsid. l. sed etsi quęcunq; §. 1. ff. ad l. Aquil. l. fin. ff. de administ. tutorum. Clem. 1. de homici. Culpã uerò uersutiæ Zasius esse dicit, qui cum in rebus suis prouidi sint & diligētes, alienas tamen res affectata quadam negligentia, & improuidentia malignè, uel negligunt, uel dissimulant. l. si fideiussor. in princ. ff. mandat. Verũ nec hæc Zasij traditio arridere potest, ut latã imprimis culpã in duo genera distinguamus, cum hoc nec lege, nec ratione probetur. Et leges de lata culpa in singulari numero ubiq; uerba faciant. Deniq; quoniam culpa qua de agimus, ab imprudente, non etiam à sciente committitur, quamuis lata, l. latæ culpæ. ff. de uerborum sig. ut meritò explodēda sit culpa illa uersutię, quam comminiscitur Zasius, quæ propriè dolus dici debet. l. ea quæ §. fin. ff. de contrah. empt. Sed & tota eius distinctio, commentita est, cum nusquam

culpam sub his nominibus, ignauiæ & uersutię legamus. Quare Iureconsultis recentioribus aliter hæc culparum tractatio instituēda esse uisa est. Ij itaque culpam dupliciter accipiūt in genere & in specie. Id quod nō est nouum in iure nostro ut de adoptione legimus l.2.ff.de adopt.de legitima hęred.l 3.§.de illo ff.pro socio.l.lege ff.de uerb. sign. Cum similibus. Culpa in genere considerata delictum includit & quodcunq; actum illicitū l. Si seruum §.1.ff.de uerb. obligat. deinde in specie ut à dolo uero separata est: Quam quidē ita definit Corrasius lib.4. Miscel.cap. 1.ut sit imprudentia qua homines circa res alienas uel negligunt quod fieri oportet, uel faciunt quod omitti debet. Hæc uerò duob.capitibus ab ipsis circumscribitur, ut aliàs culpa dicatur latior, aliàs leuior:l. Cum res §.Culpa.ff.de legat.1.

CVLPA latior, est læsio, tam reprehensibilis & iniusta, ut secundum commuuē sensum non possit excusari. Vt si quis faciendo, aut prætermittēdo nō intelligat, quod omnes intelligunt. l. cedere diem.§. fin.l.latæ culpæ. ff. de uerb.significa. aut si quis non ad eum modum curet res alienas, quo proprias solet.l.quòd Nerua.ff.depo. Hic enim tanta est fraudis suspicio, ut talis incuriositas rectè cēseatur dolo cōparanda, uel proxima, uel etiam dolus ipse. Nam hæ phrases effectu iuris inspecto non differūt.l.1.§. hæc actio ff.si mens. fals.mod.dixe.l.mulier.§.sed enim si quis.ff ad SC.Trebel. quare Vlpia. in l.1.§. non autē aliàs.ff.si is qui test.lib.esse iuss.erit. Sed culpa, inqt, dolo proxima dolū repręsentat. Quanquā.n.secundum rerū naturā, similia, non propriè sint eadē res, ciuili tñ ratione nihil prohibet, alte. ū pdicari de altero, propter eosdem ferè iuris effectus. Adpellatione enim doli mali regulariter lata culpa continetur l.3. §.ex hoc edicto.ff.naut.caupo.stab. Quia, inquit Vlpianus, in locato & conducto culpa, in deposito dolus duntaxat præstatur.l.1.§.si quis seruum.ff.deposi. Et hoc fefellit Bartolum se frustra torquentem in l quod Nerua.ff. eod. tit. quemadmodum arbitri pronunciatio est sententia. Sunt tamen certi casus in quibus lata culpa dolo nō comparetur, quos hic ascribere nimis prolixum foret, eos uide apud Corrasium lib.4.c.2.Miscellan. Nam neq; propter culpā actio de dolo datur, neq; ob culpā in litem iuratur, neq; ob negligentiam remotus à tutela infamiam incurrit. Postremò in criminibus dolus à culpa separatur. Goueanus ad l.si mēsor. ff.si mens.fals.mod. Et ex his intelligi potest definitio Martiani l. in actione.ff.de in lit.iuran. sed in his omnib.inquientis, ob dolum solum in litem iuratur, non etiam ob culpā: scilicet leuiorem. Alioquin ob latiorē iurari, uerius est, iuxta l.2. C.de in li.iuran. Vbi autem dolus pro ipso facto accipitur: ibi lata culpa, pro dolo, per iuris interpretationem non intelligitur.l. in lege Cornelia.ff.ad l.Corneliam de sicar. Pro facto autem accipi, est ipsum factum per sese tam turpe censeri, ut puniatur, ut propriè conueniat illius diffinitioni. Cōstat autem distare definitiones doli & culpæ. Old.

CVLPÆ latiori adnumeratur ignorātia iuris cōmunis, nisi ob ætatem, sexum, uel rusticitatem excusetur.l.regula est.in prin.& §.si quis ius ignorans.ff. de iuris & facti igno. Sciant (inquit Paulus) ignorātiam facti, non iuris prodesse, nec stultis solere succurri, sed errantib. sed tum adpellatione doli non cōtinetur.l.sed etsi lege.§.scire autem.ff.de peti.hered. Nihil his refragatur l. à procuratore C. māda. A procuratore dolum & omnem culpam præstari, quasi uniuersale, Omnem, de tribus saltem accipiendum sit.l.Neratius. ff. de uerb.sign. nam non solùm tres aut quinque, sed infinitos culpæ gradus significant Imperatores. Summatim, de culpa teneri procuratorem, Vlpian. dicit in l.si procuratorem.§. proinde. ff.mandati. Oldendor. Latioris autem culpæ nomine cur I.C. latam intelligat d.l. quod Nerua, Corrasius lib.4.Miscell.cap.j.nu.14. hanc putat esse rationem qua comparatiuū pro positiuo, ut Grammatici docent concinnè non uno in loco ponitur.lege minus, lege uerbum amplius, &.l.si a te stipulatus ff. de uerb.signif.c.consilium.de celeb.miss.c. auaritię. de elect.in 5.ut apud Virgil.1.Aeneid. Atq; illum tales iactātem pectore curas, Tristior & lacrymis oculos suffusa nitētes, Alloquitur Venus. Stat illic, Tristior comparatiuum pro positiuo. Quando enim tristis est Venus, ut tristior nunc dici possit: nec dubiū igitur, quin ex uerisimili loquentis mente dictio latior, uim cōparationis amittat. Pro positiuo, inquit Quintilianus, comparatiuo uulgo utimur, ut si quis infirmiorem se dicat. Nec præterea absurdum uideri debet, latioris culpæ uerbo, latam intelligi: cum & grauiorem eam, simili comparatiuo usus, Modestinus quandoq; dixerit.l.homo liber.ff.de acquir.rer. domin. Corrasius lib.4.cap.1.nu.15.

CVLPA leuior, est incuriositas, uel negligentia, quam alij plerunq; homines in rebus suis solent euitare. Id enim peccatur duntaxat leui culpa, quòd non tam diligens fuit, sicut alius quispiam circumspectior fuisset.l. si cùm uenderet. in fi.& l seq.ff.de pigno.actio.l.si putator.ff.ad leg. Aquil. culpam autem esse, ait, Paulus, cùm quod diligenter prouideri potuerat, non esset prouisum, aut tunc denuntiatū esset, cùm periculum euitari non posset. Dicta est autem leuis, non, quòd aliquando non grande damnū adferat, sed quòd nulla planè coniectura colligi potest animus mali cōscius. Ideóque defectus ille, non omnino semper excusetur: leuior tamen existimari solet, etiamsi magnum sit damnum. Argu.l. hi.ff.de calumniato. Et quemadmodum in dolo & latiore culpa mens hominis inspicitur: ita & in culpa leuiore simplicitatis habetur ratio: Fraudis interpretatio (inquit Papinianus) semper in iure ciuili, non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur. Simplicitatem autem adpello generaliter omnem animi segnitiem, uel rusticitatem, uel inertiā. l. 3.§.fi. ff.de suspec.tutori. Proinde nullum certius est argumentum animi simplicis ac minimè mali, unde culpa processit, quàm si in proprijs rebus nihilo soleat esse diligentior, ac fuerit in alienis.l. mulier.§. sed fi.ff.ad SC. Trebellia. Sed si ait, Vlpianus, cùm distrahere deberet, non fecit lata culpa, nec leui, & rebus suis consueta negligentia: huiusmodi rei rationem reddet Quo loco non distinguitur duplex lata culpa, ut quidam opinantur, sed leuis culpa describitur. Imperitia quoque leuiori culpa adnumeratur, si modum non excedat.l. imperitia. ff. de regul. iur. l.idem iuris est.ff.ad leg. Aquil.l.si quis id, quod. §.doli mali ff de iurisdi. l. 1.§. fin. ff de eden.l.3.§ ulti ff.de suspect.tuto. Illud & notandum est, quod lex nonnunquam, aut hominum conuentio, ultra innocentiam à culpa, requirit etiam diligentiam, uel custodiam alicuius. Et in hoc discerni solent huiusmodi adpellationes: ut alia censeatur diligentia, uel custodia, quæ nominatim exigitur: alia, quæ facit ad materiam culpæ leuioris.l.1.§. sæpe euenit. ff. depos. l.contractus.ff. de regu.iuris.l.cùm res.§.culpa.ff.de lega.1.l.si ut certo. § nunc uidendum est. & §. seq ff. commodat.l. si cùm uenderet.§. fin. ff. de pignorat. act.

act. & l. nauta & caupo. ff. naut. caup. stabul. l. hæredes eius. §. non tantum. ff. famil. ercisc. Ea enim diligentia uel custodia, quæ seorsum & nominatim debetur, ad exactissimam boni patrisfamiliâs consuetudinem exigitur, ut adparet ex d. §. non tantùm. Et euidentius ex l. si cùm uenderet. §. fin. & l. seq. ff. de pignor. actio. Verba enim Vlpiani, *Venit, & custodia*, Paulus sic interpretatur, quæ diligens paterfamiliâs in suis rebus præstare solet. Ex prædictis omnibus obseruandum, cùm adpellatione doli mali regulariter compræhendatur latior culpa: consequens est, adpellationem culpæ nô ad latam, sed ad leuem culpam pertinere. l. si mora. ff. solut. matrimon. l. in uenditione. §. de tēpore. ff. de reb. iudicis auctorita. possid. Vnde culp.

CVLPAM qui simpliciter dicit, de leui loqui intelligendum eum P. Faber scribit in l. contractus. ff. de diuers. reg. iuris. quæ à Græcis ἀμέλεια, adpellatur. Eum consule de culpæ generibus eruditè differentem. Adde autem & Corrasium Miscellaneorum lib. 4. cap. 1. & Ræuardum allegata l. contractus. ff. de regul. iuris. Vide etiam latissimè Curtium εἰκότων lib. 2. cap. 28. in princip.

CVLPA uxoris uel mariti diuortium factum solutúmue matrimonium dicitur, cùm alteruter dissidij causam præstitit ob mores, uerbi gratia, improbatos. l. 9. §. nunc uidendum. in fi. ff. de minorib. l. 38 l. 44. & l. 45. ff. solut. matr. l. 19. ff. de uerbor. obligat. l. 11. §. ult. ff. de adulter. l. 91. §. pen. ff. de cōdicio. & dem. C. de repud. l. un. §. sileat. C. de rei ux. act. & apud Vlpia. in institut. tit. vj. Cic. Topic. Si uiri culpa factum est diuortium, & si mulier nuntium remisit, tamen pro liberis manere nihil oportet. Terentius Hecyra, Act. iij. Sce. v. Neque culpa hoc euenisse dissidium mea. Esseq; hoc uerbum iuris Seruius in iij. Aeneid. adnotat. Brisson.

CVLPA autem uxoris diremptæ nuptiæ uidentur, si illa furenti nuntium remiserit, si modò furor ferendus non sit his qui circa eam sunt. l. 22. §. si maritus. cum seq. ff. sol. matr. Briss.

Articulus CVM, copulā significat. l. 142. ff. de uerbor. signific. Itaque si quis Titio cum Seio se legare dixerit, Vtrique legasse intelligitur, sicut utrumque legatur, cùm fundus cum domo legatur. l. 112. §. si ita legatum. ff. de leg. libr j. Cæterùm cum quis Titio cū Seio legat, sine altero alter ad legatum admittitur. Nā & cùm Prætor dicit VENTREM CVM LIBERIS IN POSSESSIONEM ESSE IVBEBO, & si non sint liberi, uenter in possessionem mittetur. l. 121. ff. de leg. li. 1. l. 13. in fi. ff. de manum. test. l. 31. ff. de statu liber. Hęc uerba, CVM QVATVORDECIM ANNORVM ERIT FACTVS, & si quatuordecim annorum erit factus, eandem condicionem habent. Sed posteriori scriptura per condicionem tempus, priori per tempus condicio demōstratur. l. 22. ff. quando dies leg. ced. l. 49. in princ. & §. 1. ff. de leg. lib. 1. Briss.

CVM particula, ita coniungendi uim habet, ut tñ non semper indiuiduè ac necessariò cōiungat. Itaq; etsi cùm ita legatum est, Titio cum Seio do lego: utrisq; legatum intelligitur: sicut utrunq; legatū est, cùm fundus cū domo legatus est. l. si qs, 112. §. 1. ff. de legat. 1. tñ poterit alter sine altero ad legatū admitti. l. si quis, 21. eod. tit. argumento edicti, VENTREM cum liberis in possessionē esse iubebo: nam etsi non sint liberi, uenter in possessionem mittetur. d. l. si quis, & l. si ita, 13. in fin. ff. de manum. test. Item ut in illo, Stichus cum rationes dederit cum cōtubernali sua, liber esto. l. si seruo, 31. ff. de statu lib. Hot.

CVM pręposítio ad personas principales non cohęrentes posita, copulat: sicut particula, Et l. Titię. §. nihil. de Leg. Primo. l. si qs inq̄lino. eo. tit. cū sim. Sp.

CVM QVE. Vide, Quicunque.

CVM commodissimum erit, ut accipiendum sit, exponitur in l. auus. §. pater. ff. de iur. dot. Oldend.

CVM dare potuerit, pro, Cum dederit. l. statu liberos. §. si quis acceperit libertatē. ff. de statu libe. l. qui ædes. de incend. ruin. nauf.

CVM instrumento fundus legatus, exponitur. l. j. ff. de fund. instr. l. 2. cum ibi not. C. de uerb. sig.

CVM iustæ ætatis factus fuerit, cum perfectæ ætatis fuerit, cum adoleuerit, de annis xiiij. completis intelliguntur. Albericus locos indicat. Cum ad legitimū statū peruenerint, an uerba hęc conditionē inducāt, not. in l. ex his uerbis. C. quan. di. leg. ced. Sp.

CVM nupserit lego, ut intelligatur, uide in l. si legatum. ff. de condit. & demonstr.

CVM omni causa. Quoties lex utitur his uerbis, accipiendum est quasi dicat: Quicquid caussam traxerit quouis modo ex re aliqua. Ex Old.

CVM oportuerit, &, Si oportuerit, eandē significationem habent. l. quodcunq;. ff. de uerb. oblig.

CVM populo agere (q̄ uerba legis sunt xij. Tab.) est rogare quid populum quod suffragio suo, uel iubeat, uel uetet: unde Rogatio, pro lege dicta: Concionem autē habere, est uerba facere ad populum, sine ulla rogatione. Gell. lib. 13. cap. 14.

CVM Patrib. autem agere, est ad senatum referre. Vide Bud. in Annot. post. Sp.

CVM omnib. quæ domi sunt, quo sensu hæc uerba ueniant accipienda, declarat Iurisconsi. in l. Seius in princ. cum inibi not. C. de leg. 2.

CVM uoluerit, ad tempus uitæ extenditur, teste Vlpiano in l. fideicommiss. §. sic fideicommissum. de legat. iij. Spieg.

CVM is in tutelam suam peruenerit. Item, in suam tutelam & suam potestatem. Item, cum sui iuris fuerit factus. Item, cum ad pubertatem peruenerit. Item, & si cum suæ ætatis fuerit factus, uel legitimæ factus, cum iustæ ætatis factus, uel cum maturæ ætatis sit, uel cum adoleuerit. Vide Vlp. in l. cum filio familiâs. de legat. iij. Sp.

CVM ita legatur, Illi hoc amplius fundum illum cum omnibus rebus, quæ in eodem fundo erunt: mancipia quoq; contineri, Modestinus respondit. l. omnia. de legat. ij. Sp.

CVM morietur ipse seruus. Vide Africanum de legat. 1. l. si à pluribus hæredibus.

CVM pater moreretur: uide Vlpianum hæc exponentem uerba in l. fideicommiss. §. si filio. de legat. iij. Spiegel.

CVM IMPERIO esse dicebatur apud antiquos, cui nominatim à populo dabatur imperium. Cum potestate esse dicebatur, de eo qui à populo alicui negocio præficiebatur. Festus. Ita distinguuntur imperium & potestas, l. 7. & 10. ff. de ui pub. Hot.

CVM SACCO adire, est postulare ut sibi euestigio, atque eodem temporis puncto pecunia soluatur. Paulus l. 105. ff. de solut. Quod dicimus in eo hærede qui fideiussori testatoris, id quod ante aditam hæreditatem ab eo solutum est, debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est. nec enim cum sacco adire debet. Alciatus autem, fortasse ut noui aliquid afferre uideretur, ad hæredem hoc refert, quasi hæreditatem cum sacco adire non debeat. Hot.

CVMERA apud Horatiũ in epistolis uas est uel uimineũ, uel fictile reponẽdis frugib. idoneũ Græcis κυψέλη Torneb. lib. aduers. 5 cap 13.

CVMVLATIO, est ius persequendi multis actionibus in uno, atque eodem iudicio editis, gratia minuẽdarum litium permissa l. si idem cum eodem. in princip. ff. de iurisd. l. fin. C. de annali exceptione. Quemadmodũ enim cumulus debiti, uocatur coadunatio multarum summarum: ita cumulus actionum est editio plurium actionum. l. maiorem. & l. sequent. §. Cumulum. ff. de pactis. Oldend.

CVMVLATIO actionum, sicut etiam recõuentio, cum præiudicijs, & toto iudiciorum processu est introducta propter compendium litigandi, scilicet, ut apud eundem iudicem, eodemq; tempore simul disceptentur ea, quæ alioquin multiplicatis sumptibus & molestijs seorsum expedienda forent. Et ideò commentatores rectè dicunt: Cumulationem permitti semper, nisi fuerit nominatim prohibita in iure l. si idem cum eodem. ff. de iurisdict. omn. Old.

CVMVLVS patrimonij l. 3. ff. ubi pupil. edu.

CVMVLVS æris alieni. l. 4. ff. ad S. C. Trebel. Pr.

CVMVLVS debiti, pro augmento, apud Vlpianũ in l. si plures. & Papinia. in l. maiorem. de pactis.

CVNABVLA, pro primis rudimentis, apud Aurelium, in l. amica. §. his cunabulis. de offic. præf. præt. §. cumque in procemio Instit. Erasmus citat Aurelij uerba in explicatione paroemiæ, Ab incunabulis. Notum Vergilij hemistichium, Gentis cunabula nostræ. Similiter & crepundia, pro prima ætate accipiuntur. Spiegelius. Sunt autem Cunabula propriè fasciæ & panni, quibus pueri in cunis inuoluuntur, inuolucraque eorum uno uerbo lanea & lintea. Torneb. aduersar. lib. 9. ca. 10. Sic Iustinianus has institutiones appellat prima legum cunabula. Theophilus uertit, προοίμια. Et Pōponius scribit Sextum Aelium ueterem Iurisconsultum scripsisse librum, qui cōtinebat iuris cunabula. Ac ne putemus hanc esse infrequentem metaphoram, Iustinianus prima urbis Romæ cunabula, & prima fideicōmissorũ cunabula dicit. Aurelius quoq; appellat cunabula pfectorũ Prætorio, &c. Balduin. in pœmio Instit.

CVNCTI uocabulum, ad singula quæ ratio nominis complectitur, generatim refertur. l. cunctos populos. C. de sum. trin. l. sciant cuncti. de probat. Hoc autem ab omnibus distat, quod hoc quidem omnes, sed coniunctos & congregatos: illud uerò cōtinet etiãsi sint in diuersis locis: si Festo credim⁹. Sp.

CVNEI peditum sunt globi, ut uexillationes equitum turmæ. Atque ita hæc uerba distinguenda sunt in l. 1. de bonis milit in C. Th. Vegetius li. 3. c. 29. Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ iuncta cũ acie primo angustior, deinde latior procedit, & aduersariorum ordines rumpit. Idem lib. 1. cap. 26. Tertiò præcipiendum est, ut quadratam aciem repentè constituant: quo facto in trigonum, quem cuneum uocant, acies ipsa mutanda est. Ammia. Marcellin. lib. 31. Congregatosq; in cuneos sensim progrediẽs Gotthorũ optimatem Farnobium cum uastatorijs globis uacantem licentiùs occupauit. Et postea: Vesperaq; intẽdente Gotthorũ uastatorijs cuneis prope flumẽ Hebrũ subitò uisis. Quibus in locis promiscuè globos & cuneos ab eo auctore appellari cernimus. Globos autem etiã Drungos (non ut uulgò legitur, Drumos uel Grumos) uocitatos Veget. lib. 3. scribit. Qua de re aliàs plura, ne extra calcem (quod aiunt) sermo decurrens lectori fastidiũ pariat. Briss.

CVNICVLVS pro canali in l. Proculus. ff. de damn. infect. l. supra iter. de aq. plu. arc. Vlp. in l. Seruius autem de Riuis, Cuniculum uocat foramẽ sub terra occultum. Festus protulit genere neutro. Spiegel. ex Oldendorp.

CVNIRE, Lege, Inquino.

CVPIDI, pro amantibus eleganter apud Vlpia. in fin l. 1. de ædil. edic.

CVPIDITAS, hoc est, studium discẽdi, optima ratio uiuẽdi est. l. apud Iulianum. de fideicom. libert. Et Cupidus nihil à Studioso differt, Grammaticorum placito. Spiegel.

CVPPA, & cuppula, uasa sunt uinaria, in quib. uina cōduntur. l. Lucius. ff. de legat. 3. Itẽ Vlp. de fund. instr. l. instrumenta. Cuppas exponit, uasa uinaria lapidea, uel de terra facta, at constant ex lignis. Itẽ de leg. 3. l. cuius. Vasa, inquit, uinaria, id est, cuppæ, & dolia, quæ in cella fixa sunt. De Cuppula Iureconsf. de trit. & uin. leg. l. si cui. in Cuppis, inquit, siue Cuppulis. Nebriss. Simplici p. Iouian. Pont. lib. j. de Aspirat. effert hanc uocem, cum ait: Sunt autem cupæ uasa uinaria maiora ex ligno, quas satis impropriè multi Vegetes uocãt. Vocari autem cupas id genus uasa, Lucanus ostendit, cum ait: Namq; ratem uacuæ sustentant undiq; cupæ. Cupis enim naues impositæ, sustinentur in mari, cum ipsarum latera carinæq; resarciuntur. Dictæ autem fuere à priscis Caupæ, à Cauo: inde caupones dicti, à caupis. Spie. Tu dic, quòd cupæ dicuntur uasa uinaria maiora, quæ uulgò uegetes appellantur: ut etiam innuit Festus, & Cæsar commentario belli Pomp. ij. dum inquit: Cupas tæda ac pice refertas incendunt. Luc. illo carmine,

Namq; ratem uacuæ sustentant undiq; cupæ.

Cupis enim naues in mari sustinentur, cum ipsarum latera & carinæ resarciuntur: a priscis dictæ caupæ, à cauo: & hinc caupones Decupa, qui uinum minuatim uẽdit. Cicero: Vinum à decupa & propola quotidie sumit. De cupis meminit etiam Vlp. in l. quæsitum est. §. 1. eod. tit. enumeratque inter ea instrumenta, quæ exportandorum fructuum causa parantur. & in l. 3. §. pen. de uino trit. oleoq; leg. & Alph. in l. in naue Sauphelli. §. ult. secundum ueram lectionem. ff locati. Cupa etiam uasculi genus est, quod nomen sumpsit à cauponibus, qui eo in poculis utebantur. Næuius. Qui duas cupas mero plenas exhausit. Cotta: Supra dictis de cupis adstipulatur etiam Cuiac. Obseruat. lib. 9. cap. 26. dum ait, cupas βύτινας μεγάλας exponi à ueterib. glossis: easdemq; à quibusdam uocari gaulos. Quid autem Græci βύτινας nominẽt, quære inf. in dictione βύτινας.

CVPRESSVS. Cupressus arbor est (uti docuit Plin.) natu morosa, fructu etiã superuacua est, baccis torua, folio amara, odore uiolẽta, ac ne umbra q; dẽ gratiosa. de cuius uirtute, & potẽtia uidere est inter cæteros Dioscoridẽ li. 1. c. 86. Hanc aũt arborem Impp. Arcadius & Honorius uetãrunt excidi, neq; uendi per Ægyptum, quòd huiusmodi arbores (ut inquit gl. in tit. De cupressis. lib. 11. Cod.) continerẽt aggeres tenentes aquã Nili, quæ opportunis temporibus spargitur per agros, cum in Ægypto nõ pluat. Anchor. Adde Forcat. dial. 1. Necyoman.

CVRA, pro onere, siue prouincia alicui delegata. Sic Iurisconsf. in l. 1. de offic. præf. urbi. curam carnis ad illum spectare dicit. Salomonius interpretans hanc legem, uers. Et ideo forum suarium sub ipsius cura est Verbum, inquit, curæ hic pro sollicitudine, imperio, & iurisdictione intelligo, quia in magistratibus sic accipi solet. Spieg.

CVRA ædiũ sacrarũ. l. 1. ff. ne quid in loco sacro.

CV-

Cvrare, pro operam dare, in l. congruet. sic enim Haloandri editio habet, de off. præsid.

Cvrate agros accendere, apud Vlpianum, in l. Iuliano. de Leg. 3. apparet Accursium, quòd uariat lectionem, non satis intellexisse: nimirum neglectis bonis autoribus, qui de re rustica perquàm eleganter scripsere. Sp.

Cvrator. Generali uocabulo is dicitur curator, qui rebus aliquibus curandis gerendisue præficitur. Hinc Suetonio in Cal. dicitur curator munerum ac uenationum. Frontino curator aquarum, & Catulus à Gellio, per translationem, curator restituendi capitolij. Curator igitur in iure est, qui rebus uel adulti, uel decoctoris, aut furiosi, curãdis gerendisq; præponitur, & secũdariò personis. Itaq;, officium curatoris in administratione negotiorũ constat, adeò, ut administratio bonorum minoris, curatoris autoritatem requirat. Datur aũt curator & gñraliter, sine ulla præfinitione, & specialiter, ad certã causam: ut, cum minor agens, uel conuentus, curatorẽ acceperit, ut causam suam suscipiat, ac sibi in iudicio auxilietur, utq; pro se cũ aduersario litiget. Si quis aũt obligatũ sibi minorem, uel res eius habuerit, is prorsus ad eius curationẽ non accedat, ne quidem si uel lex ipsa uocet. Quod enim pro se ille non agat, qui & de se quod uult, statuerit, & potestatem rerũ aduersarij est consecutus? Propterea enim & illud sancitũ est, ut si manifestissimè constet, eum, qui curator cõstituitur, iuribus minoris teneri, neq; ille curator fit: ne qñ aut Calendariũ surripiat, aut alias ꝓbationes, quæ ad manũ sint, supprimat, & curatio minori rerũ suarum perniciem adferat. l. omnia. in Auth. ut qui obligat. &c. col. 6. Anch.

Cvrator bonorum, qui ad distrahẽda uel gerenda bona absentis, uel eius, cui hæres non existit, uel qui apud hostes est, uel cum scripti hæredes deliberant à Prætore datur. l. 48. ff. de adm. tut. l. 5. §. ult. de Carb. ed. l. 13. & 9. ff. de cur. fur. l. 9. §. his uerbis. & l. 22. ff. de reb. auct. iud. l. 1. in fi. ff. de muner. & honor. l. 2. ff. de ferijs. tit. de curato. bon. dan. l. 15. ff. ex quib. cau. maio. l. 22. §. si curator. ff. manda. l. 90. ff. de solut. l. 22. ff. de minorib. Græcè ἐπιμελητὴς uocari scribitur in l. 46. §. 1. ff. de adm. tut. Briss.

Cvrator est, qui post pueritiam, sequentem iuuat ætatem adolescentiæ, aduersus multarum rerum pericula egentẽ adhuc auxilio. Item dicitur & is, qui per totã hominis ætatẽ subuenit incidentibus multifariam defectib. Datur enim principaliter causis, & rebus: in consequentiã tamen etiam personis. Iulianus in l. consilio. ff. de curatorib. furios. l. D. Marcus. ff. de off. præs. Vnde fit, quòd appellatione tutoris aliquando contineatur curator, ut in l. 2. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Et in l. pater. §. conditionum uerba. ff. de condit. & demonst. Old.

Cvratvrvm se promittens, ut alius det decem, fideiussorem dando locupletem liberabitur. l. ult. §. ult. de reb. cred. Cura enim ab eo tantum exigitur, quæ scilicet non nudis & inanibus uerbis, sed re & facto aliquo ostendatur. l. illa stipulatio decẽ &c. & ibi Duaren. ff. de uerb. oblig.

Cvra Palatij. Dignitatis nomen in aula Cõstantinopolitana. l. 1. C. de comitibus & trib. schol. lib. 12. Quod & ex Ammia. Marcellino cùm aliàs sæpe, tum lib. 31. facile intelligitur. Tribunus, ait, Equitius, cui tunc erat cura palatij credita. Meminit & Gregorius Turonensis lib. 2. histor. c. 8. Zonaras κουροπαλάτην uocat. Sic enim Annal. tomo 3. in Iustino scribit. οὗτος δὲ τὸ γένος τυγχάνων Ἰλλυριὸς, Κουροπαλάτης περὶ τὰ βασίλεια τελούμενος. Idem in Leone Isauro. τὴν ἐγχείρησιν τοῦ Ἀρτεμίδου ἀρχὴν συνώμοσιν, Κουροπαλάτην αὐτὸν ἐτίμησε. Et in Stauracio. ἐκβάλλει δὲ τῷ Κουροπαλάτῃ Μιχαήλ. Vnde Excura palatij eàdem figura, qua Exconsule & Excomite apud Marcellinum lib. 22. legimus. Briss.

Cvratores multiplicis generis libris nostris memorantur. Sunt enim adolescentium, furiosorum, prodigorum, mutorum, surdorum, dementium, fatuorum, debiliumq; personarum, & eorũ, qui rebus suis superesse non possunt. ff. & C. de curat. fur. & Inst. de curat. l. 1. §. ult. & l. 2. 3. 4. & 5. ff. de postul. Horum munus cura & curatio adpellatur sub tit. de reb. eorum qui sub tutel. curàue sunt. Hinc

Cvrationis iudicium l. 11. ff. de aucto. tuto. ceu actio administratæ curæ l. 4. C. de transact. Prat.

Cvrationem restituere eadem forma, qua & tutelam dixit Pau. l. 32. ff. de minor. id est, curæ administratæ rationem reddere. Prat.

Cvratio, siue Curatela, est potestas administrandi bona eius, qui uel ob ætatem, uel ob mentis corporisue uitium præesse rebus suis non potest. Inter Tutelam autem & Curationẽ hoc interest, quòd Tutela est potestas in capite libero, id est in persona pupilli: Curatio uerò, nisi illa furiosi sit, rei & causæ datur. Tutor inuito & ignoranti datur: Curator inuito adolescenti non datur. Tutela anno XIIII. finitur: Curatio anno XXV.

Cvrator alius est Legitimus, alius Honorarius. Legitimus dicitur, qui datus est ijs, quibus lex XII. Tab. dari iubet: nimirum furiosis & prodigis. Honorarius dicitur, qui à Prætore datur ei, qui nuper pubes factus, idoneè sua negotia gerere non potest: item surdis, mutis, perpetuo morbo affectis. l. 1. & pass. ff. de curat. fur. l. 48. de admi. tut. l. 1. §. ult. ff. de mun. & hon. l. 14. §. pen. ff. de solut.

Cvratores operum l. 7. ff. de offic. proconf. l. 2. §. 1. ff. de oper. publ. quib. scilicet extruendorũ reficiendorùmue ædificiorum cura mandatur l. 1. §. hi quoq;. & l. ult. ff. de mun. & hon.

Cvratores corporum l. penult. in fin. ff. de colleg. Prat.

Cvrator municipum l. 5. §. hæc uerba. ff. quod ui, aut clàm.

Cvrator reipubl. l. fin. ff. de offic. adsess. l. 37. ff. de pact. Vlpianus librum singularem scripsit de offic. cura. reipu. qui & curator ciuitatis Græcè λογιστὴς, ut est in l. 3. C. de mod. mult. Prat. Fit horum & mentio l. Lucius. §. Sempronij. ff. de admi. tut. horũ uerò curæ incumbebat, ut annona undiq; in usum ciuitatis deferretur, cuius rei causa Athenienses olim decemuiros creauerunt. Corrasius lib. 3. Miscel. cap. 6. num. 14. Sed & ad officinã curatorum Reip. spectabat ut dirutæ domus extruerentur à dominis, testis est Iulius Paulus cap. xlvj. de damn. infect. Ideoque si quas uiderent ædes in ciuitatibus ruinosas solent illi adire Præsidem, & postulare, ut deformitati auxilium ferret, tum Præses euocari iubebat ædificij dominum, eiq; refectionem imperabat, & tandem aduersus detrectantem decernebat Reipubl. curatori competens remedium. Eoque remedio impetrato ædificium ruinosum publico sumptu reficiebat curator Reipub. & si dominus post opus refectum intra quatuor menses sortem cum usuris non persolueret, eius dominio priuabatur, & iure ædificiũ Respub. distrahebat d. c. 46. Et hoc quidem illud competens remedium est, quo deformitati auxilium ferebatur a D. Marco. introductum. Ræuar. l. domum suam. ff. de reg. iur.

CVRATOR Cæſaris, pro procuratore l. fi. ff. de offic. procu. Cæſ. l. 5. ff. de iur. fiſc. Prat.

CVRATORES frumenti, & olei emendi, quos σιτώνας, & ἐλαιώνας adpellant l. fin. ff. de mun. & honor. Prateius.

CVRATER Kalēdarij. l. fi. §. itē reſcripſerunt. ff. de adm. rer. ad ciuit. perti. l. 1. C. Th. de cur. Kal.

CVRATOR diuinæ uel dominicæ domus. l. fin. C. de quadrie. præſcr. Nou. Iuſtin. conſtit. 1.

CVRATOR uentris dicitur, qui uiduæ mulieri grauidæ relictę cibum, potum, ueſtitum, tectum pro facultatibus defuncti, & pro dignitate eius atq; mulieris ex defuncti bonis præbeat. l. 1. §. 14. & 15. ff. de uent. in poſſ. mitt. l. penul. §. etſi. ff. de ritu nupt. l. 8. ff. de cura. fur. l. 48. de admin. tut.

CVRAX, pro diligenti & ſolicito. Caius l. 18. ff. de ædil. edict. Si conſtantem, aut laborioſum, aut curacem, uigilacem eſſe aut ex frugalitate ſua peculiū acquirentem affirmauerit.

CVRCVMA Heſychius Camū, quod genus eſt ornamenti equeſtris, uilius freno, freni tamen uel ocreæ uice interpretatur his uerbis, ἐν κημῷ ἐν κρηπῖδι. Cuiac. obſer. lib. 11. c. xx. circà fin.

CVRIA & ſenatorum, & decurionum dicitur. l. 3. ff. quod cuiuſq; uniuerſ. l. 38. §. iudicis. ff. de pœnis. Adde Ferret. tit. de nuptijs.

CVRIAE adpellātur triginta partes in quas Romulus traditur populum Romanum diuiſiſſe, quoniam tunc reipublicæ curam per ſententias earum partium expediebat. Nunc ferè pro loco accipitur, in quo magiſtratus haberi ſolet. l. 2. in prin. ff. de origin. iur. Oldendorp.

CVRIALIS. Curiales dicuntur eiuſdem curiæ homines. hoc modo accipitur C. in tit. de curialibus urb. Romæ. item C. in titul. ſi curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit. Item curiales dicūtur officio, curiæúe iudicum obnoxij. l. præſcript. & ibi gl. C. de præſcrip. xxx. uel xl. annorum. Quos autem aulicos dicebant priores in philologiæ nuptijs, Martianus peruulgato nunc uocabulo etiam curiales nūcupat, teſte Cæl. Rhodig. lib. 12. c. 5. Anch.

CVRIAE, & Curiatæ leges. Initio ciuitatis Romanæ populus ſine certa lege, ſine iure certo primū agere inſtituit, omniaq; manu regis gubernabātur. Poſtea, aucta ad aliquem modum ciuitate, ipſe Romulus traditur populum in triginta partes diuiſiſſe, quas partes curias appellarit, propterea quòd tunc reipublicæ curam per ſententias earum partiū expediebat. Et ita leges quaſdam & ipſe curiatas ad populum tulit, tulerunt & ſequentes reges, quę omnes conſcriptæ extant in lib. Sexti Papyrij. l. 2. in prin. de orig. iur. ff. Anch.

CVRIAE Dominicales, in pagis & uillis ſunt, q̄ uetuſtatis uelut umbram referunt. Zaſius in l. 2. ff. de origin. iuris.

CVRIAE familiarium. Lege, Curia.

CVRIALES, ſub Romanis Principibus erāt ex decurionibus ſeu principalibus ciuitatū, & qui munera omnia ſuſtinere cogebantur, & ab alijs tributa exigere: quorum conditio cœpit peſsima exiſtimari, quia à præſidibus, exactoribusq; tributorum plerunq; inquietabantur, cogebanturq; de ſuo tenuiorum onera ſubire: & ideo prohibita eis erat prædiorum alienatio, ne ſolum euerterent, euitandorū munerum cauſa. Ex Alc. Parer. Sp. Olim uerò cum aliquod oppidum incolis eſſet deſtitutum, Triumuiri Colonias eò deducebant, & decimum quenq; conſilio ſiue Curiæ adſcribebant: unde dictos eſſe Decuriones ſcribit Pomponius: Fuitq; is uetus legendorum primò Curialium mos. Sed cum deinde multi fugerent Curialia munera, & collaberētur curiæ hominum penuria. Theodoſius ſtatuit naturales liberos curijs ciuitatum deditos, fieri legitimos, ut hoc præmio plures allicerentur ad Remp. Sic enim propter aliorum penuriam neceſſe fuit Spurios recipere, quod fieri rectè poſſe grauiter olim reſponderat Vlp. Bald. §. aliquando autem Inſt. de nup. Adde his notata ab Aldobr. ad tit. de nuptijs. §. aliquando aūt.

CVRIA olim adpellata eſt pars populi ex diuiſione Romuli, qui primus Romanorum populū in triginta partes propterea diſtribuit, ut per eas commodè rogaret ſententias ſingulorum, ſicq; reipubl. curam talibus ſententijs expediret. Vnde uides, curam dediſſe honeſtiſsimam adpellationē curię: quia partes populi dicentes ſententias de ſalute reipublicæ, adpellabantur curiæ, & inde Curiatę leges. d. l. 2. in princ. Oldend.

CVRIAS à cura dictas eſſe, ueluti per quas publica ſalus curaretur, non ſine magna rōe Pompon. admonet. Siquidem cura, ſolicitudo eſt, & anxietas animi, quaſi cor edens. Et profectò tali conatu atq; diligentia rempublicam iuuare oportet. Old.

CVRIA autem, aliàs ſignificat ordines hominū, qui curant, ut in d. l. 2. aliàs locum, in quo curabātur res diuinæ, uel humanæ. Nam & curia ſacerdotum, & curia ſenatus erat, ſicut Hoſtilia. Inde Curiales, ſeu curiones, ad curiam pertinentes. Curius maximus, cuius auctoritate curiones regebantur. Curiata lex à curiatis comitijs. Curionatus, ipſe magiſtratus. Iſta enim omnia ſignificantiſsimam habent deriuationem à cura, ſcilicet quæ ad publicam utilitatē pertinet. Hoc tempore dicimus curiā Romani Pontificis, Imperatoris, aliorumq; principum, quòd ibi frequentiam hominum uerſari uidemus. Cæterùm, uim & poteſtatem uerbi, hoc eſt, rem ipſam quam ſignificat, nemo animaduertit: & propterea curiarum maieſtas in leuiſsimos uſus paulatim eſt perducta. C. ſi curialis relicta ciuitate, rus habitare maluerit. Oldendorpius.

CVRIALITAS quàm barbarè dicitur, tam inepte neceſsitati opponitur ab interpretibus, dum docent hoc aut illud procedere de curialitate: nec rarò etiam contra apertum textum, præcepta legum torquentes ad arbitrariam licentiam. Sp.

CVRIARVM ius pro Curarum uulgò cum uitio legitur in l. 2. C. de apparitoribus præfect. prætor. lib. xij. quemadmodum etiam Curiæ pro Curę perperam ſcribitur in l. 2. C. de executorib. & exactoribus lib. xij. At in l. 1. C. de offic. magiſt. offic. rectè Ad curas agendas & curſum exeant. ut & in l. 2. C. de curioſ. lib. xij. in Curis agendis & euectionibus publici curſus inſpiciendis. Vnde Curioſorum nomē deſcendit, qui curis agēdis & curſus publici inſpectioni deſeruiebant. d. l. 2. C. de curioſ. l. 13. C. de curſu publ. Hos quoq; crimina iudicibus nuntiaſſe l. 1. C. de curioſ. indicat. Briſſonius.

CVRIATAE leges, à Curiatis comitijs dictæ ſunt, id eſt, tributim coactis. Centuriatæ uerò, à centuriatis comitijs, id eſt, centuriatim, ex cenſu & ætate diſtributis. Atq; hæc maioris autoritatis erant. Budæus in l. poſt. de orig. iur.

CVRIONES, Lege, Curia. & uide Corraſ. libro Miſcell. 1. cap. x. num. 4.

CVRIOSI appellantur, non qui ubi delicta fierent denunciabant, ut ſentit Accurſius: ſed qui commiſſa in curia Principis, uel in comitatu Pręſidū per omnes

omnes prouincias referrent ad præfectos: unde & nomen sumpsere. Alciat. in Rubr. C. de curios. & stationar. lib. 12. Porro qui in Codice Iustiniani curiosi uocantur eorum, ut apud Suidam refertur, in uita Iohan. Chrysost. mentio erat his uerbis, ἐκκλησίας ... Tornebus lib. Aduersariorum 2. cap. xiij. Ræuardus lib. Aduersar. 4. cap. u. Variorum.

CVRIOSI erant, qui passim delicta in re militari commissa nuntiabant. Scotus ad Theodosium, scribit in officio magistri officiorum esse curiosum unũ cursus publici: quales sunt magistri cursorum, Post meyster/uocabulo maioribus nostris ignoto, appellati. Nam hi nobis primùm sub Cęsare Maximiliano innotuerunt. Memoria namq; patrum neglectam eiusmodi cursorum, quos & nos uoce Gallica Postas uocamus, cõsuetudinem, Vicecomitum Mediolan. Ducum familia renouauit. Spieg.

CVRIOSITAS est paralysis, ac tabes, renudatioq; rerum non efferendarum, ut refert Plutarchus in lib. cui titulus est, de uitãda curiositate. Hinc Paulus 1. ad Timoth. 5. garrulitatis & curiositatis uitium in mulieribus iungit, cùm dicit uerbosæ ac curiosæ, loquentes quę non oportet. Quem locum enarrans Chrysostomus, asserit curiositatem impudentię singulari; potissimum esse argumentum. Cui adstipulatur quod ipse Plutarchus in eodem lib. de Curiositate scribit, Adulterium esse curiositatem alienæ uoluptatis. Tiraquellus in ix. l. connub. glossa prima. parte nona.

CVRIOSVS in bonam partem, pro ualde diligente, apud Vlp. §. pen. l. 3. de In rem uers. Spieg.

CVRAGENDARII pro eodem sumuntur l. 1. C. Th. de curiosis. Prat.

CVRMI, ex maceratis & coactis frugib. potus. Vlpia. in l. si quis. ff. de Tritic. & uin. leg. Igitur & acetum, ait, quod uini numero paterfamilias habuit, & zythum & curmi, &c. quæ pro hominum affectione atq; numero uini habebuntur. Old.

CVROTROPHIVM, κουροτροφεῖον, domus alẽdis pueris destinata. κοῦρος enim puerum significat. Vtitur Iustin. l. illud, 16. C. de sacros. Differt autem à Brephotrophio, βρεφοτροφεῖον: quòd in hoc infantes recentesq; partus aut expositi, aut parentib. egentib. nati alebantur: in illo, pueri grandiusculi, qui nondum labore suo uictum sibi parare poterant. Hot.

CVRRICVLVM temporis, id est, exitus, in Cõstit. ut Alber. indicat: quemadmodum apud Ciceronem, Curriculum uitæ, legitur. Sp.

CVRSOR propriè est, qui pedibus celeriter literas defert. Paulus in l. seruis urbanis. de Leg. iij. Cursores in familia recenset. Interdum Viator appellatur, hoc est, Apparitor, qui lites in ius uocandis denunciat: uulgus suo, hoc est, barbaro more, Pedellus uocat. Spieg.

CVRSVS exhibitio, pro rationum relatio, quasi totius procurationis ac muneris sui discursus, siue διαδρομή edatur. Constantin. l. 4. C. de episc. & cler. ubi quum initio dixisset, Officiales rationales, si exhibitione cursus, seu primipili necessitate neglecta: mox infert, Si uerò obnoxij ratiocinijs uel necessitatibus non sint. Hotom.

CVRTEM, pro Corte, solent dicere barbari, si ędes uillaticas putent. Aliqui credunt Cortem dici, quòd circa illam coerceatur pecus. Insulanus.

CVRVI. l. 3. ff. de ædil. edict. Sp.

CVRVLES ædiles dicti à curuli. Erat enim curule, uel curulis, sedes ex ebore qua maiores magistratus utebantur in curru, quo honoris gratia in curiã uehi solebãt. De his ędil. est tit. ff. de ędil. edic. Sp.

CVSO frequentatiuum est à cudo, Ich schmide. Inde componitur accuso, are, Verklagen. Est autem, Olden. teste, pulchra metaphora. Nam accusare est apud causari, aliquẽ peccasse. Ergo quasi malleo ad incudem accuditur frequentia quadam deferẽdi ac probandi criminis, qui accusatur redigendus in aliã uiuendi aut moriendi formam. Spieg.

CVSTOS ecclesiæ is dicitur, cui ea, quę ecclesię competunt custodienda traduntur, & committuntur tex. in c. 1. de offic. custod. ubi, & in c. 2. extr. eod. exponitur qualenam sit eius officiũ, & munus. Prat.

CVSTODIA, idem significare uidetur, quod uincula: prior tamen uox non nisi publicam complectitur, posterior & publicam & priuatam. l. uinculorũ. de uerb. sig. Magistratus aũt ex qualibet leuissima suspicione, eum quem nocentem arbitratur, in carcerem ducere potest. Bal. in l. nullus. C. de exhib. reis. Accipitur etiam custodia pro carcere publico l. 9. ff. quibus ex cau. maior. in l. ad Commentariensem. C. de custod. reor. quoniam in illum rei, non pœnę causa, sed custodiendi mittuntur. Sed & custodia nõ rarò pro ipso in carcerem coniecto usurpatur. l. 12. ff. de publ. iud. & apud Tranquil. in Tiberio, & Tertullianum in Apolog. cap. 44. Old.

CVSTODIRE diligenter, pro uincire accipiendum in l. 1. ff. de fug. adnotarunt & alij. Porrò ad custodiendi rationem, quam Dd. obscurè tractãt, pertinet rem cõseruare sumptib. l. Iulianus. §. præterea. ff. de act. emp. l. domum. C. de rei uend. Old.

CVSTODIA reorum alia publica est, alia militaris, alia libera, alia fideiussoribus commissa. Publica custodia carcer publicus est. Militaris cum reus militi custodiendus traditur. De custodia fideiussoribus commissa, sic scribit Symmachus Episto. lib. 1. Statui ut Felix uadibus, qui Fulgentio nõ essent cogniti, traderetur. Cæterum libera tunc appellari custodia solet, quum præses, aut proconsul in prouincijs, uel Consul Romę sibi, aut alicui magistratui, senatoriue reum committit. Id enim fieri solere, docet eleganter Tacitus Annal. lib. 5. Et quia incusabatur, inquit, facilè toleraturus exilium, delecta Lesbo insula nobili, & amœna, retrahitur in urbem, custoditurque domibus magistratuum. Eoque pertinet, quod in Coniurat. Catil. sic scribit Salustius. Senatus decreuit uti abdicato magistratu Lentulus itemque cæteri in liberis custodijs haberentur. Itaq; Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Qu. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius Marc. Crasso Ceparius, (nam & is paulo antè ex fuga retractus erat) Cn. Terentio senatori traduntur. Nec aliò respexisse uisus est Sidonius Apollinaris, Epistol. libro primo, de quodam Arnando, ad hunc modum scribens: In capitolio custodiebatur à Flauio Asellio hospite, comite sacrarum largitionum, qui adhuc in eo semifumantem præfecturæ nuper extortæ dignitatem uenerabatur. Et hoc nimirum illud est, quod sic Vlpianus scribit. De custodia reorum Proconsul æstimare solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, uel fideiussoribus committenda, uel etiam sibi. capit. primo, de Custod. reorum. Cæterum hanc custodiarum diuersitatem ante reorum confessionem obseruari duntaxat consueuisse, ex Venuleio Saturnino constat, qui reum confessum donec de eo pronuncietur, in uincula publica conijciendum esse, libro 2. de publicis iudicijs testatus est, capit. 5. d. tit.

d.tit. Auctor est etiam expressè Scæuola, reum confessum, ob solam confessionẽ cõnijci in uincula consueuisse, cap.4. circa fin. ad l.Iul. maiest. Igitur ante confessionem æstimare proconsul solet, an militi, fideiussoribus, uel sibi committenda reatus tempore persona sit. Post confessionem uero huiusmodi, nullus est deliberationi locus, etiã si publica, quæ in reatu est, persona fuerit. Idq; dilucidè satis demonstrat Apollinaris, qui de eodem illo Aruando, quẽ in Capitolio ante confessionem Flauio Asellio custodiendum fuisse traditum dixerat, confesso hunc in modum scribit. Confestim priuilegijs geminę præfecturæ, quam per quinquennium repetitis fascibus rexerat, exauctoratus, & plebeiæ non additus, sed redditus, publico carceri adiudicatus est. Huic planè consentaneum est, quod scripsit Hexameron lib.iij. Diuus Ambrosius, præconum clamore, clarum honoribus ac potestatibus præminentem uirum in carcerem rapi. Verba eius hæc sunt. Est etiam qui dudum ubertate affluens copiarum, liberalitatis fama per ora uolitans singulorum, clarus honoribus præminens potestatibus, tribunalib. celsus, solio sublimis, beatus populis æstimatus, dum præconum clamore deducitur, subita conuersione in eum carcerẽ rapitur, quo alios ipse detruserat, & inter reos suos, imminentis pœnæ deflet ærumnam. Porro in nonnullis prouincijs fuisse morem, ut per publicos seruos rei custodirẽtur, auctor est Imperator Traianus, qui sic Plinio scribit: Perseueremus in ea consuetudine, quæ isti prouinciæ est, ut per publicos seruos custodiantur. Ræuard. Vario. lib.3. cap.12.

CVSTODES, obseruatores, qui actiones notant, animaduertunt, quasiq; speculantur. Vlpia. l.3. ff. de admin. tut. de honorarijs tutoribus loquẽs, Dati sunt enim quasi obseruatores actus eius & custodes. Nam Custodes erant propriè iuuenum, ut ex Cicerone Seruius declarat, quibus ad militiam euntibus anno primo Rectores darentur. Qua ex consuetudine Maro scripsit Custodẽ ad sese comitemq; impubis Iuli. Epytidem uocat &c. Torneb. lib. Adu. 7. cap.3. Vnde & qui quempiã obseruat, ne quid suffuretur, Custos appellatur. Cic. Verr.7. Quod ubi isti nunciatum est (loquitur de Verre, & naue prædonum capta) statim Quæstori Legatoq; suo custodes misit complures, ut omnia sibi integra quamprimũ exhiberentur. Hi si rationes quoq; perscriberent atque conficerent, ἀντιγραφεῖς à Græcis dicebãtur. Hot.

CVSTODIÆ, pro ijs qui in custodia sunt rei qui custodiuntur aut in carcere aut à militibus seruantur: Modest. l.12. ff. de publ. iud. Custodias auditurũ, tam clarissimos uiros, quàm patronos causarum adhibere debere. Item l.12. ff. de cust. & exhib. l.6. ff. offic. proconf. l.18. §. pen. ff. de quęst. l. pen. ff. de ser. Sic Seneca quemadmodum eadem cathena & custodiam & militem copulat. Torneb. lib. aduers. 5. cap. 8. Hotomannus.

CVTIS, innatum corpori amiculum & cooperimentum. Festus uoci tribuit originem Græcam. Plinius ait: Cutis ipsa sensu caret, maximè uerò in capite. Vbicunq; per se, ac sine carne est, uulnerata non coit ut in buccis, cilioq;. Sp.

C Y

CYATHVS, uasculum, quo prisci potus sui mensuram metiri soliti fuisse uidentur, quod serui quidã ad cyathos stare uel esse dicerentur, ut serui ad limina, & ad pedes. Pocillatores ab Apuleio appellantur. Spiegelius.

ΚΥΒΙΣΤΗΤΗΡΕΣ, Græcis urinatores, hoc est, natantes sub aquis sunt, qui se sub aquas capite mergunt à κυβιστᾶν, quod in caput ferri, deuoluiq; significat. Bud. in l.2. §.2. ad l. Rhod. de iact. Sp.

CYCLADES. Insulæ sunt Cyclades (ut Plinius testatur) in Ionio mari, quarum prima Andrus cum oppido, quam ob aquarum abundantiam Aristoteles Hydrussam appellatam ait, & aliæ plurimæ, quæ latè apud eundem recensentur. Dictæ Cyclades, qđ in Cycli formam disponantur. Nam à promontorio Cerasto, circa Delum in orbem sitæ sunt. Harũ meminit Ic. in l. ἀξίωσις. ff. ad l. Rhod. de iact. & Peck. ibid.

CYCLICVS scriptor qui dicatur interpretatur Tornebus aduers. lib. 19. cap. 9. in hunc modum uerba faciens. Ego (inquit) censerem epicum poetam rhapsodũ significari. nam rhapsodi uersus heroicos scenæ & theatro dabant, qui fortasse ut uersus dithyrambicorum à choro κυκλίῳ uocato, cantabantur, ex quo & cyclij uocabantur ab Horatio Cyclici. Fidem huius rei facit epigramma Græcũ, in quo scribitur.

Τοὺς κυκλίους τούτους, τοὺς αὐτὰρ ἔπειτα λέγοντας
Μισῶ, λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.
Καὶ διὰ τοῦτ' ἐλέγοις προσέχω πλέον. οὐδὲν ἔχω γὰρ
Παρθενίου κλέπτειν ἢ πάλι Καλλιμάχου.

Hæc annotauit Torneb. aduers. lib. & cap. sup. alleg.

CYDONIVM, κυδώνιον, Plinius Coloneum appellari Latinè scribit. Et Macrob. lib.7. ca.6. Nec hoc prætereo, inquit, quòd ex fructibus arborũ illi sunt frigidiores, quorum succus imitatur uini saporem: ut mala seu simplicia, seu granata, seu cydonia, quæ cotonea uocat Cato. Vlpian. in l.9. ff. de tritic. uin. & ol. Cydonium uinum appellat ex malis cotoneis confectum: Cydoniũ, inquit, & si qua alia sunt, quæ non ex uinea fiunt, uini appellatione non continebuntur. Hotom.

CYDONEVM in l.9. ff. de tritico uino. id uini genus, quantum conijcio, significat quod Dioscor. lib.5. κυδωνίτην οἶνον uocat: inde scilicet quòd ex malis cotoneis in musti metreta maceratis cõficitur. Briss.

CYLINDRI, lapilli teretes & oblongi, cylindrorum instar. de quibus Plinius lib. xxxviij. cap.v. Paulus in l.xxxij. §. ult. ff. de aur. arg. Quum quædam ornamentum mamillarum ex cylindris trigintaquatuor legasset, &c. Hot.

CYLINDRI erant gemmarum siue smaragdorum species quædam à forma uocatæ. de quibus Plinius lib.37. cap.5. scribit. Postremi crystallis ferè similes, hi capillamenta habent sordesq;, alioquin euanidi, quæ sunt omnium uitia. Inde mirè gaudent longitudine eorum, solosq; gemmarum esse prędicant, qui carere auro malint, & ob id perforatos elephantorum setis religant, & alios conuenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, umbilicis statim ex auro capita comprehendentibus, ideoque Cylindros ex his facere malũt, quàm gemmas, quoniam est summa cõmendatio in longitudine. Fiebãt pariter ex chrysoprasio, ut idem Plin. attestatur, eo. lib. c.8. Facit etiã eorum mentionem Iuuen. Satyr.2. Tu nube, atq; tace, donant arcana Cylindros: Erant Cylindri longi & teretes, qualis lapis ad areã ęquandam, de quo Virg. Georg. lib.1. Area cum primis ingenti æquáda Cylindro. Ferrand. lib. Explicat.1. in l. pediculis. §. ultim. cap.38.

CYMATILIS uestis dicitur, quæ cærulei coloris est. Sunt qui undulatam intelligant apud Plautũ, quæ nobis Schamlott est, quod tamen Dn. Baysius non probare uidetur. Sp.

CYMBIVM, poculi quoddã genus, ad similitudinem cymbæ factum. Paulus de Auro & arg. leg. l. pedi-

pediculis.Öld. Vide autem prę cęteris Crinitum de honesta discipl.lib.19.cap.11.

CYMBIA,inquit,argentea, crustis aureis illigata. Nebriss.

CYNOSARGES.Lege,Gymnici agones.

CYNICVS, Alberico, suæ ætatis autores secutus est Tribaldus reprehensibilis. Dicti sunt aũt Cynici, uel à Cynosarge gymnasio, ubi uersabatur Antisthenes, princeps philosophorum Cynicæ sectæ, uel à κύνας (canes) quasi canini: quia essent in cauillis, castigationibusq́; more canum mordaces cõtra uitia. Eras.noster refert alicubi: Apud priscos, inquiens, aliquis cœpit pallio semitectus cum baculo obambulare, ac mẽdicato uiuere, & obuijs malè dicere: adeò non defuerunt qui institutũ hoc sequerẽtur, ut hinc orta sit philosophorũ familia, q̃ cynicorũ dicitur. Sp.

CYNICA cœna uitã traducere dicuntur Petronio Arbitro, qui miserè uiuunt, ut siliquis & leguminibus, quiq́; uilissimis cibarijs se tolerãt, atq́; sustentant. Nam talis erat Cynicorũ philosophorũ uictus ut è Luciano docet Torn.lib.adu.1.c.19.

D

D LITERA, in fin. præfat. Instit. significat Datũ. Sed & decimo, ut ádnot. P.Victorius in Cic. & dedico in antiquis inscriptionibus, quæ in lapidib. hodie Lugduni uisuntur S.A.D. sub ascia dedicauit.

DABO, uerbum solenne, ciuile & directum, Palemoni in stipulationibus Dabis? Dabo.

DACIAE prouinciæ, quæ nunc Vualachia post Mœsias, fit mentio in l.fin.ad finem.C.de diuers. off. & appar. Hæc sub Gallieno Imp. amissa est, & pòst à Gotthis Scãdia, & Germanici Oceani remotissimis insulis egressis, occupata. Est aũt longè ab ea, quam non rectè hodie Daciam uocant: cùm sit Dania adpellanda, uulgò dicta Dannemarc, ad Cimbricam Chersonesum. Imp. eam diuidit in Mediterraneã & Ripensem, in Authent.de Eccles.tit.§.1. Prat.

DACTYLIOTHECA, annulorum capsula. Δακτύλιος enim annulus est, θήκη, capsula, siue arcula, ubi quid reconditur. Vlpia.l.52.§.7.ff.de leg.& fid.lib.32. Idem Pompon. in dactyliotheca legata tractat: & ait annulos quoq́; contineri, non solùm thecam quę annulorum causa parata sit. Et Paulus l.53. Annulis legatis dactyliothecæ non cedunt. Plin.lib.37.cap.1. Gemmas plures, quod peregrino appellãt nomine Dactyliothecam, primus omnium habuit Romę priuignus Syllæ Scaurus. Celsus l.67.ff.de furt. Nec refert in digito habeat annulũ, an dactyliotheca, quem quũ deposito teneret, habere pro suo destinauerit: id est, in digito, an in dactyliotheca. Briss.

ΔΑΗΡ Græcis, est mariti frater, Latinis Leuir: qđ & Alciatus probat. At mariti soror, Galos, à nobis, ut Rhodigi.ait, Glos dici potest. Idẽ Alciatus, quin & alij, obseruarunt, haud rectè ab Accursio, Læuirũ uxoris fratrem, quasi læuum uirum acceptum: quũ Læuir, solùm sit mariti frater. l.Iurisconsult.& l.non facilè.ff.de gradibus & adfinibus. Prat.

DALMATICA est uestis, qua modò utuntur omnes diaconi ex consuetudine in solennitatibus, ut 70.dist.de ieiunio. Antiquitus tamen sine concessiõne Papę, nec episcopis, nec Diaconis licebãt uti hac ueste. distinct.21.c.omnis filius. Prat.

DAMIVRGI qui & Demiurgi apud Dorienses, inquit Hesychius, dicuntur ij, qui publica negotia resq́; ciuitatis administrant, qui similes sunt ijs, qui ab Atheniensibus Demarchi uocantur, id est, tribuni. Peloponnesij autem Dorici sunt generis quo factum est ut Damiurgi Doricè Liuius diceret. Ἐπιδημιουργοὺς appellat Thucyd.lib.1. τούς τε ἐπιδημιουργοὺς ἐκπέμπειν. ubi annotant ἐπὶ redundare & demiurgos esse phylarchos, sed uerius putat esse Torneb.aduers. lib.14. c.11.quod & Liuius & Hesychius scripsere.

DAMNARI indicta caussa dicuntur, qui ad iudicem uocati non affuerunt, absentesq́; sententiã passi sunt. Vide Budæum in annot.poster.

DAMNARE multæ Budæo in Forensib. est condemnare ad multam. Prat.

DAMNAS, apud Iuriscons. uox peculiaris. Marcell. in l.damnas esto.de usufruct.lega.id est, damnatus, per syncopen. Alij tamen damnes legunt, ea ratione, qua & copes dicitur copiosus. Sed Alcia. ueterem lectionem magis probat, quæ & uerior est, atq́; ita habent Pand.Flo. Huc non respiciens Nebris. monuit pro hac uoce ubiq́; reponendũ, damnatus. Meminit & eius uocis (ut attestatur Alciat.c.1.lib.2. Parerg.) Agrecius Grammaticus, Iurisconsultorũ uerbum illud esse asserens. Ea uoce utebantur ueteres, cum quasi pœnæ causa quem damnabant ut in S.C. cuius commeminit I. Frontinus lib.2.de aquæ duct. & uide M. Fabium lib.7.c.pen. Prat.

DAMNATVS dicitur hæres, à quo ita legatum est, Hæres damnas esto dare. l.4.§.ult.l.35.l.36.§.ult. & aliàs passim.ff.de leg.lib.1.l.26.§.adeò.ff.de cond. indeb.l.14.& l.15.ff.de usufr. leg. l.5.ff.de act.empt.l.44.§.si duo.ff.famil.ercisc.l.7.§.1.ff.de annu. leg.cum alijs multis, quæ cuiq́; in promptu sunt. Quod legati genus, damnationis, uel per damnationem appellabatur.§.1.Instit. de leg. Vlpia.in Instit.tit.24. Gaius lib.2.Institut.tit.5. Illius autem legatorum formulæ, Damnas esto, non in libris tantùm consultorũ, quorum exempla huc adferre miseræ esset, & nimiũ sollicitæ diligentiæ, sed & apud Quintil.lib.7.c.penul.fit mentio. Illud notatu dignum est, uerbum Damnas etiam numero multitudinis de pluribus hæredib. dici, ut in l.122.§.1.ff.de leg. lib.1. Lucius Titius & Gaius Seius Publio Męuio decem dare damnas sunto. Sic & in l.34.§.1.ff.de leg.lib.3. Viginti dare damnas sunto sine dolo malo. Briss.

DAMNAS sit, pro, damnatus sit. l.82.ff.de conditio.& demon. Quo de genere etiam Agrætius in lib. de orthograph. hæc tradit. Vnde & in iure Damnas istius, & istud esto legatum dicitur, hoc est soluendo esto, quod solui omnibus modis necesse est, & si res aliena legetur. Inuenio & huius uerbi in legib. usum fuisse, ut in lege Mamilia, Colonis municipibusq́;, in quorum agro id factũ erit, dare damnas esto: Et ad fi. Neuè quis, cui ob eam rem hac lege damnas esto. In illo quoq́; S.C. quod est apud Frontin.lib.2. de aquęductib. Si quis aduersus ea commisisset, in singulas res in dena millia damnas esset. Et in ea lege, quæ eodem loco recensetur, Reficere, restituere, ędificare, ponere, demoliri damnas esto. Briss.

DAMNATI uoti sunt, qui ad obseruationẽ uoti obligati sunt, non qui soluerint, Alc. de uerb.sign.

DAMNATI ad ferrum qui dicãtur, explicat Alciat.cap.23.lib.1.Parerg. ipse eos intelligit, quos alibi lex ad gladium damnatos ait. Sp.

DAMNATI in metallum. Damnabantur quidã in metallum: alij in opus metalli: Inter quos nulla erat prorsus differentia, nisi uinculorum. Ii enim qui in metallum damnabantur grauiorib. uinculis premebantur, & aufugientes grauiori pœna plectebantur. Quam rem omnem fusius explicat Vlpi. in l.aut damnum.§.est pœna.ff.de pœn.

DAM-

DAMNATIO, & damnum ab ademptione, & quasi diminutione patrimonij dicta sunt. l. 3. ff. de damno infecto.

DAMNATVS, qui non prouocauit. Cæterùm si prouocet, nondum damnatus uidetur. Damnatus enim ille est, ubi damnatio tenuit. l. 2. ff. de pœnis.

DAMNO, uerbum notæ significationis. Genitiuo aliquando, aliquando ablatiuo iungitur. sed uariè. Genitiuo, eius rei propter quã quis damnatur: ut sceleris, ambitus, indulgentiæ, iniuriarum, maiestatis. Iungitur etiam genitiuo significanti pœnam. ut, damnari dupli, quadrupli. Ablatiuo itidem pœnæ: ut, damnati capite. Sp.

DAMNO, præter notam significationem, etiam est obligo. de diuort. l. si filius. Damnandum, inquit, eum, quanti mulier litem iurauerit. Item de Leg. j. l. cum filio. Hæredem, inquit, mihi dare damnauerit. Hinc Damnatus, pro obligatus legitur. Nebriss.

DAMNO imputatur commodum amissum. l. j. §. damnum. l. 2. §. meritò. Ne quid in loc. publ. Alber.

DAMNO litis puniri, siue damnum litis facere, quid sit, ceu obscurum, & sicut omne multiplex dubium est, uariè exponit glo. in l. contumacia. ff. de re iudic. Sp.

DAMNVM diuiditur in iniuriam, & pauperiẽ. l. 1. Si quadr. paup. fec. dic. Sp.

DAMNVM quo distet à lucro cessante, aduersus Baldi sententiam, explicat Alc. enarrans l. cum prætor. de uerb. sig. Sp.

DAMNVM, & damnatio, ab ademptione, & quasi diminutione patrimonij dicta sunt. Paulus l. 3. de damn. infect. Sp.

DAMNVM ab ademptione, & quasi deminutione patrimonij dicitur. l. 3. ff. de damno infect. Quamobrem & qui clam surripit & qui ui rapit, damnum dat: sed illud damnum non fit iniuria, quia hoc non est plerunq; propositum damnum inferentis, ut te damno afficiat. sed ut te locupletet damno suo. Qui autem seruum, iumentúmue tuũ aut uulnerauit aut occidit, damnum & iniuriam tuam cogitauit. Quamobrem Paul. l. qui seruum. de actio. & oblig. Qui seruum inquit alienũ iniuriose uerberat, ex uno facto incidit & in Aquiliam & in actionem iniuriarũ. Iniuria enim ex affectu fit, damnum ex culpa. Ferret. de lege Aquilia. Quintilian. Declamatio. cccxx. Damnatum definit Amissionem bonorum, quæ habuerimus, qui hoc ibidem tradit damnationem ex eo dictam esse, quòd plerisq; criminibus pecuniæ imponeretur. Proinde nemo damnum facit, nisi cui de suo aliquid deminuitur & deperit: aliudq; est damnum facere, aliud lucro prohiberi. l. xxvj. ff. de damno infect. Aliud lucrum extorqueri, aliud damnum infligi. l. 6. §. simili modo. ff. quæ in fraud. cred. Damnum planè accipit & is, cuius ædium luminibus officitur. l. xxv. ff. de damno infect. Sed & quod ad interdictum attinet, quo Prætor, ne quid in loco publico fiat, néue quid in eum locum immittatur, qua ex re quid illi damni detur, interdicit. Damnum pati uidetur, qui commodum amittit, quod ex publico cõsequebatur, quale quale sit, ueluti si prospectus, aut aditus deterior angustiórue fiat. l. 2. in prin. & §. merito. ff. ne quid in loco publ. Briss.

DAMNVM tribus modis fit, datúrue uel abs nobis ipsis uel ab animalibus seruisue nostris, uel abs rebus inanimatis. Cum à nobis datur, pertinet ad legem Aquiliam. Quod abs seruis uel animalibus nostris, ad noxale iudicium & actionem de pauperie quadrupedis. Quod abs rebus inanimatis datur naturaliter, non uenit in aliquod iudicium. Si earum uitio, ueluti ædium uitiosarum ruina: si quidem damni infecti nomine prius cautum fuerit, in solidum id præstabitur. Si nulla talis stipulatio interuenerit, interdum ex causa conceditur, ut quasi re integra petatur, aut damnum præstari, aut rem pro noxa relinqui: ut si Reipubl. causa absens non potuit tempestiuè mihi prospicere, ut ante ruinam caueretur l. 9. de damno infect. Sed commune ius est ut dominus alioqui non teneatur, ne noxali quidem iudicio. l. 6. de damn. infect. l. 5. §. ideo. l. 29. §. si nauis. Ad leg. Aquil. Nam & etsi culpa quædam esse uideatur, non sufficere ædes ruinosas, quæ alteri nocere possunt: tamen si uicinus non postulet, eius periculo non tenemur ultrò occurrere. Franc. Balduin. in sua Catechesi iur. ciuil. cap. 5.

DAMNVM in societate non intelligitur, nisi omni lucro deducto. l. xxx. ff. pro soc.

DAMNA fatalia, quæ imprudentibus accidunt. l. 2. in fin. ff. de peric. & commo. l. 52. §. damna. ff. pro soc. Briss.

DAMNVM infectum est, damnum nondum factum quod futurum ueremur. l. 2. ff. de damno infecto. Brissonius.

DAMNI infecti promittere, & damni infecti mitti in ædes Iureconsulti dicunt, subaudientes, nomine, uel, causa. l. 15. §. si damni. ff. ex quibus causis maior. & tit. de damn. infect. Cicer. Topic. At si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debebit præstare quod fornix uitij fecerit. ubi Boeth. Damni infecti promissionem esse scribit, quotiens qui promittit, si quod damnum uitio suo contigerit, sua restitutione esse pensandum. Briss.

Sine DAMNO, id est, sine deminutione, & ut Theophil. interpretatur, δίχα πάσης ζημίας. in §. at ex contrario. Institut. quibus alien. lic. l. xxv. C. de adm. tut. l. ult. §. penult. C. de rebus auct. iud. At in l. xxiij. §. seruum. ff. de fideicommiss. libert. Citra damnum uoluntatis, id est, citra offensam uoluntatis testatoris. Brissonius.

DAMNVM iniuria datum dicitur, non solum si dolo, sed & si culpa sine dolo detur. Semper enim quod non iure factum est, iniuria appellatur: ac ut damnum sarciatur iustissimũ est. ut annotauit Fran. Balduin. in Catechesi iur. ciuil.

DAMNVM iniuria datum, in l. Aquilia accipimus, quod cum damno iniuriam attulerit. l. 49. §. 1. ff. ad l. Aquil. Vel, ut Iustinianus, damnum culpa facientis datum Institut. de iniur. in prin. &, ut Theophil. interpretatur, ζημίαν ἀδίκως γενομένην. Ita damnum iniuria in l. 1. ff. ad l. Aquil. & l. 1. ff. de iniur. Et damnũ iniuriæ, in l. xxxj. ff. de furt. Vnde damni iniuriæ act. in l. 9. §. ult. ff. de tut. & rat. distr. l. 30. ff. ad l. Falci. l. 18. in fin. ff. solu. matri. l. 57. in fin. ff. loca. l. 27. §. si quis. de manu. & l. 32. ff. ad l. Aquil. l. 37. ff. de donat. int. uir. l. 51. ff. de fur. l. 11. in fin. ff. de edend. l. 6. §. ulti. ff. nautæ, caupo. l. 111. §. ult. de diuers. reg. l. 3. ff. de ferijs. §. at aduersus. Instit. de pœna tem. litig. quæ aliàs damni iniuria actio. d. l. 6. §. 1. ff. nautæ, caupo. & apud Ciceron. in Orat. pro Quint. Rosc. Com. Et damni iniuria dati apud Quintil. Declamat. ccclxxxv. Et damni per iniuriam dati actio, apud eundem aut alium Quintil. in tit. Declamatio pro paupere contra diuitẽ. Vnde damni iniuria agi in l. 7. §. est & alia. ff. quod ui aut clam. l. 23. ff. de furt. l. 28. §. colonus. ff. de iureiur. l. 29. §. item Labeo. ff. ad l. Aquil. Et damni iniuria argui. l. 24. §. ult. ff. de liber. causa. Et damni iniuria teneri. l. 27. §. si furnum. & §. Proculus. & §. si calicẽ. & l. 45. in

in fi.ff.ad l.Aquil. Et damni iniuria conueniri.l.28. §.colonus.ff.de iureiur. Aliàs damni iniuriæ agi.l.14. in fi.ff.de præscr.uerb.l.2.§.pen.ui bono.rapt.l.27.§. Proculus.& §.si calicem.& l.41.ff.ad l.Aquil.l.54.ff. de adq.rer.dom.& l.31.ff.de furt. Briss.

DAMNVM sine iniuria facietis datum, uocatur pauperies l.1.in prin.ff.si quadr.paup.fec.dic.

DAMNVM dedisse uidetur; qui causam damni dandi præbuit l.4.§.pen.ff.ui bon.rapt. Prat.

DAMNVM facere, dare l.151.ff.de diuer.reg.iur.

DAMNI species est intertritura & intertrimentum. Nam ea quæ trita sunt inter se, deminui quoque solent, & minoris esse pretij.l.ultim.ff.de pignera. action.

DAMNVM quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non alijs imputari. de reg.iur. lib.6. l. quod quis ex sua culpa.ff.eod.tit. Prat.

DAMNVM is dat, qui iubet dare. l.169. ff. de diuers.regulis iuris.

DAMNVM nemo facit, nisi qui id fecit, quod facere ius non habet.ff.eod.tit.l.169.

DAMNVM uidetur esse possessori, quòd sibi nõ prospexerit cautione.l.quòd si possessor. ff.de petit. hæredit.

DAMNI infecti promissio est, quoties quis promittit, si quod damnum uitio suo contigerit, sua restitutione pensandum esse, Boethius ait in Topicis Ciceronis.

DAMNVM infectum, est damnum nondum factum, quod tamen futurum ueremur. l.2. ff.de damno infecto, ut cum ędificium alicuius ruinam minatur ædificio uel prædio alterius uicini. tunc enim ædificij istius, uel prædij dominus à domino ædificij ruinam minantis petere potest, ut sibi caueat nomine damni infecti, quæ stipulatio continebit totũ interesse illius uicini. ff.eo.tit.l.stipulatione.& l.sed etsi conditione. & l.damni infecti. Et damnum pateris, quando rebus tuis aliquid decrescit, non quãdo accrescit. Quando autem lucrum amittis, damnum non pateris. Etiam quoddam damnum, siue interesse est circa rẽ, ut si subtraxisti mihi instrumenta, quibus possessio firmatur, teneris mihi ad damnum, qđ contingit propter ablationem instrumentorum. Et quoddam damnum est extra rem. uide l.unic. C.de sentent. quæ pro eo, quod interest. Prat. Adde Fran. Balduin. Catech.iur.ciu.c.5.

DAMNARE & reprobare differunt. Nam damnare est rem sine remedio subleuandi tormentis seu ignominiæ sententialiter deputare: reprobare uerò est rem rationibus euidentib. ream facere. Istam differentiam assignat Pan.in c. damnamus.in l.notabili.de sum.tri.& fid. cathol.Prat.

DAMNI, siue Eius quod interest, tres sunt species. prima eius quod neq; à lege, neq; ex partiũ conuentione definitum est, ideoq; probandum, & quantumcunq; erit (ex regula tamen l.unic. C. sent. quæ pro eo quod) adiudicandũ. quæ quidem prima species generis sui nomẽ retinet, & appellatur: Id quod interest. Altera autem species eius est, de cuius summa integra, & quantumcunque futura est, inter partes conuenit, quæ in Iure appellatur Pœna. l. ultim. ff.de prætor.stipul.8.§.2.ff.ratam rem haber. Tertia species eius est, de cuius summa non integra, nec quantacunque ad extremum esse potest, sed quanta sit per singulos menses, ipso iure definitum est, sic ut quamuis pluris uel minoris intersit, sola tamen ea summa præstetur. ut patet ex l.ultim. ff. de peric. & comm.rei uend. Et hæc à nobis, quoniam ex usus diuturnitate pendet, Vsura, siue Interusurium appellatur. Hotomannus.

ΔΑΝΕΙΖΕΣΘΑΙ, pro mutuo accipere, Scæuola l. 34.§.1.ff.de pign.& hypoth. δανεισάμενος παρὰ σε δανείσματα τριακόσια, ... &c. Quum abs te quingẽtos denarios mutuatus essem, rogaui te, &c. Scæuola l.88.§.25.ff.de leg.& fid.lib.31. βούλομαι ... πωλεῖσθαι ... δανείζεσθαι κατ' αὐτῶν ... &c. Volo autem ædes meas à meis hæredibus neq; uendi, neq; mutuam pecuniam sub earum pignore accipi. quòd si quis eam quam in ipsis habet partem uelit uendere, aut sub eius partis pignore mutuum accipere. Nam κατ' αὐτῶ, significat quod uulgus dicit, Super eo. Quod iccirco admonui, ne quis hominis eruditi auctoritate permotus crederet hoc loco δανείζεσθαι positum pro Pignori opponere. Sequitur enim: ἐξουσίαν ἐχέτω πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ, καὶ δανείζεσθαι περὶ αὐτοῦ. id est, Potestatem habeat uendendi suo cohæredi, aut mutuam pecuniã ab eodem sumendi. Hot.

DAPHNE. Extat titulus, De cupressis ex luco Daphnes &c.lib.xj.C.quem, ut plerosque alios, nobis Alciatus, historiarum scientissimus, restituit. Itaque, Daphne est amœnum in Syria suburbanum iuxta Antiochiam LXXX. stadiorum ambitu, ut ait Strabo. In hoc loco Antiochensium conuentus agitabatur, ut idem Strab. Fuit autem hic lucus à Cneo Pompeio magno consecratus Eusebio autore. Est quoque Antiochiæ porta Daphnitica, de qua Hieronymus in uita Ignatij &c. Iustin. lib. Codic. ii. de cupressis Luco Daphnensis. l.si quis autem Daphnensis Luci &c. Nebriss. Dictum à Daphne Ladonis filia, ut nonnulli uolunt: uel ab eo, quòd illic erant (authore Ausonio) spectatissimę lauri, quę δαφνίδες Gręcis dicuntur. Addit Philostratus alibi insolitas in eo nasci cupressos in memoriam Cyparissi, quem Apollo dilexit, cui ille lucus est sacer. Eius meminerunt præter eos, qui ab Alciato citantur, Diuus Chrysostomus contra Gentiles, Amm. Marcell. ad finem libri deciminoni.

DARDANARII dicuntur, qui annonam mercésue coemptas tantisper supprimunt, dum carius eas uendendi occasio se offerat: à Dardano, ut quidam aiunt, mago nominati. Vide Vlpian. l.6. ff. de extraord.crimin.& l.37.ff.de pœn. Iulius Pollux σιτοκαπήλους & σιτωνεῖσθαι, hoc genus hominum appellari scribit. nam Propolas eos nominat, quos Iurisconsulti Proxenetas. Dardanarius autem nõ malè Thales ille sapiens appellari potuisset, qui olearũ inopiam prouidẽs, omnes coemit, & anno insequenti uendidit: ut scribit Aristoteles. siquidem eum quęstum turpissimum factitare uoluisset. Hotom. Adde Forcat.in penu iur.ciu.c.28.

DARDANARII. Tornebus aduersar.libr.9.capit.17. Dardanarios dici putat eos, qui annonam onerant & premũt, quòd eorum tanquam maleficijs & uenenis magicis crederent annonam auerti in ipsorum horrea & in metiendo mensuram imminui, eiusq; modo subtrahi: aut quòd ad contumeliam & probrum magos eos increparent, Dardanarios uocantes, cum esset odiosissimum magiæ & infame uocabulum. Certè Dardanarij à Dardano habere nomen uidentur, quem magum fuisse constat. Tertull. ut ipsis iam uocabulis utar, quibus auctrix opinionum istarũ magica sonat: ostentantes, & Typhon & Dardanus & Damigeron & Nectabis & Berenice. Sed & Dardaniæ Columellæ magicæ sunt,

At si nulla ualet medicina repellere pestem,
Dardaniæ ueniant artes.

Dardanius etiam ab Apuleio inter insignes magos nominatur. Vt autem arcarius, buccularius, tignarius dicitur, quæ formatio in multis artificum uocabulis obseruať, ita, ut in opificio & artificio aliquo, Dardanarius eadem proportione dicitur. Nec uerò in annona tantùm, sed & in alijs mercibus dardanarij eodem Iurisconsulto auctore dicebantur. Qui se in aliena cœnacula dirigunt furandi animo diætarij uocantur, quòd cœnaculum diæta etiam non malè uocari posßit cum in diæta sit. Hæc annotauit Tornebus loco supra citato. Sed lubet etiam hic doctiss. D. Cuiacij explicationem huius uocis adscribere: ex cap. 19. lib. 10. obserua. Dardanarij (inquit) ijdem sunt & Pantapolæ & Seplasiarij, si glossis ueterũ credimus, quæ & Seplasiarios, & Dardanarios Pantapolas exponũt, & Pantometabolos: quo genere hominum nihil est fraudulentius, nihil iniquius in one randa annona mercium quarumlibet, & ideo uarijs Constitutionibus fraudes, calliditates, stellionatus eorum coercentur, non etiam genus omne improbatur negociationis huiusmodi. Nam & Reipub. utiles sunt, & urbe aliquando eiecti quum fuissent, reuocantur. Nouel. Valentiniani, de Pantapolis ad urbem Romam reuocandis, his uerbis: Græcos negociatores quos Pantapolas dicunt, in quibus manifestum est maximam inesse multitudinem, magnamq́ in emendis uendendisq; mercibus diligentiam, ulterius non patimur sacræ urbis habitatione secludi, licet eos dissensio, & maximè inuidia tabernariorũ quam uenerabilis Romę utilitas à negotiatione submouerit. Idcirco hoc edicto singuli uniuersiq; cognoscant pantapolis ad urbem Romam redeũdi negotiandiq; licentiam restitutam, ut cura peruigili ubertas populo ministretur. Hæc Valent. Sed si fortè uel mensuras & pondera falsarint, uel legibus constituta pretia excesserint, uel undiq; coemptas merces suppresserint, dum ex raritate caritatẽ affectant, hi constitutionibus coercentur. l. in dardanarios. ff. de pœnis. l. annonam. ff. de extr. crim. & specialiter crimine stellionatus. l. 3. §. ult. ff. de crim. stell. Et de omni eo genere hominum qui ex annonæ caritate lucrum sperant, minusq́ue uberem annonam expectant, ut eo demum tempore quam diu horreo flagellarunt promant, eleganter Gregor. Nazianzenus in funebri oratione Basilij magni: *Τηροῦσι τοὺς καιροὺς, καὶ τὰ πραγματεύονται τὰς ἐνδείας καὶ γεωργοῦσι τὰς συμφοράς.* & adijcit, *τὸ χόρτασμα οἱ σιτῶναι καὶ σιτοκάπηλοι,* ut in alia oratione ad patrem. *οἱ σιτῶναι καὶ σιτοκάπηλοι καὶ τηροῦντες τὰς τῶν καιρῶν ἀνωμαλίας.* Hi sunt Dardanarij qui his artibus attentant, onerant, uexant annonam, ut loquitur Vlpianus, & Martialis,

Hic ubi Roma suas aurea uexat opes.

ut Varro, Incendunt, & excandefaciunt: ut Lampridius, uastant: Quum annonam, inquit, uastarent hi qui tunc Rempub. gerebant, etiam inopia ingẽs Romæ exorta est, quum fruges nõ deessent. ut Plinius, Flagellant, quod est premunt. Deniq; uastat, flagellat, uexat, annoná propriè qui supprimit quiue non uendit iusto pretio. Salomon, *ὁ συνέχων σῖτον, δήμῳ κατάρατος.* Populo, inquit, detestabilis est qui supprimit annonam. Cuiac. obs. x. cap. xix.

DARE, id est credere. l. ult. ff. comm. præd. & l. si unus. §. fi. ff. de seruit. rustic.

DAT qui permutat, uel compensat l. dedisse. ff. de uerb. sign. Prat.

DARE pro damnare ad bestias, in metallum, exilium. l. 8. seruos. l. 17. l. 23. l. 28. l. 34. ff. de pœn. & apud Firmic. lib. 3. Mathes. cap. 5. Prat.

DARE, adsignare l. quæ pater. ff. famil. ercisc.

DARE, hoc est, soluere l. creditor. §. cum de sorte. ff. de solut. Prat.

DARE nuptui, collocare in matrimonium. Inst. de lega. §. legari.

DARE, est delegare l. si ita. ff. de offic. præsidis. Prateius.

DARE intelligendus est qui remittit l. generaliter. ff. de calumniat. Prat.

DARE, id est dare uelle l. stipulatus sum Dami. ff. de uerb. oblig.

DARE, præstare. l. 40. §. Pamphilo. de statulib.

Quod te mihi DARE, facere oportere uerba, licet coniuncta uideantur, sic tamen accipienda sunt, ut quoduis eorum probare sufficiat l. 53. ff. de uerb. significatio.

DARI etiam uacua possessio dicitur l. xxxij. ff. de arbitr.

DARE sententiam l. 28. ff. de re iud. id est ferre.

DARE, id est, commodare in l. si ut certo. §. nunc uidendum. ff. commod. & pro tradere. l. si tibi. ff. de præscript. uerb. Prat.

DARE, propriè est dominium transferre. §. sicitaque, 14. de actionibus. Itaque stipulationes de dando conceptæ hanc uim habent, ut dominium stipulatoris efficiatur. l. ubi autem, 75. in fin. ff. de uerbor. oblig. l. si ita, xxv. ff. de cont. empt. neq; enim uidentur data, quæ eo tẽpore quo dantur accipientis non fiunt. l. non uidentur, 167. de reg. iur. Hoto. Aliàs deniq; dare uidetur qui restituit l. statu liber. §. si quis seruum. ff. de statu liber. l. si seruus. in princip. ff. de ædil. edict. Oldend.

DARE facere, uetus fuit formula actionis in personam: qua id quod aliqua de causa debebatur, peti solebat: siue id in dando siue in faciendo constaret. l. actionum, 25. ff. de oblig. & act. soluta enim pro separatis in ea formula accipiũtur. l. sæpe, 53. ff. de uerb. sig. hoc est, ut alterutrum tantum debeatur. Vsurpatur in l. ult. ff. comm. præd. l. 18. §. 1. ff. de acceptil. l. 13. ff. de inoff. test. Cicero lib. 3. offic. Itaq; Calphurnius arbitrum illum adegit. Quidquid sibi dare facere oporteret ex fide bona. Hot. Simili modo legimus re agere, inducta illata, uti frui &c.

DARE uindicias Secundum seruitutẽ, ab libertate in seruitutem, Cõtra libertatem: locutiones ueteribus usurpatę pro Decernere eum quo de agitur tantisper seruum esse. Liuius lib. 3. Iudicem te ab libertate in seruitutem uindicias non dedisse. Item, Vindiciásne ab libertate in seruitutem dederit. Asconius in Cornelianam, Quis fuerat ille ex Decem uiris, qui contra libertatem uindicias dederit. Contrà, Hotomannus.

DARE in arte notariatus dupliciter capitur, propriè scilicet & impropriè. Propriè, quando res data transit in dominium accipientis, ut in instrumentis, in quibus agitur de rerum alienatione, & dominij translatione, in quibus transfertur dominium, si tradens erat dominus, aliàs non. Vnde dare propriè est accipientis facere. Aliter enim non datur, nisi sic detur, ut in ipsum, cui datur, statim dominiũ transferatur. Impropriè capitur in instrumentis emphyteuticis, & feudi, & locationis, ubi ille, qui locat, uel concedit, licet dare dicatur, non tamen dominiũ transfert. Et est differentia inter dare, donare, & tradere. Nam tradere dicitur, qui solùm possessionem transfert, & non dominium. De hoc notata xxiij. quæ:

quæstione sexta, §. ultimo. Oldendorpius.

DARE non solum intelligendum esse censet Iabolenus in l. si mulier. ff. de cond. caus. dat. & Vlpia. cum de eo, quod uenditori datur, ut puta precium usuræ: sed etiam si quid emptionis causa erogatum erit l. debet. ff. de ædil. edict. Tamen Spec. tit. de emptio. & uend. tradit uerbum dare, quandoq; impropriè in instrumentis & contractuum perscriptionibus poni, quandoque etiam propriè: ueluti cum res data sit accipientis & de uera alienatione ac dominij translatione agitur: si modo tradens dominus erat. l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. Impropriè autem quandocunq; solus usus, soláue possessio rei datur: cuiusmodi est contractus Emphyteuseos, locationis & rei in clientela positæ seu in feudum datæ. In his etenim id genus concessionis contractibus & tabulis, dominium minimè transferri solet. Qua de re in contractu emptionis, dedit pro tradidit καταχρηστικῶς, & ex improprio scriptum censet Barto. in l. fin. ff. de condit. ob causam & in l. ex empto. ad principium. ff. de actio. empt. &c. Brechæus l. dedisse intelligendus est. tit. de uerb. & rer. sign.

DARE item alienare est & dominium transferre ut habetur in l. nemo rem suam. & l. ubi autem apparet. §. fin. ff. de uerb. oblig. Tamen qui rem pro re alia quam dare tenebatur commutauit uel compensauit, aut sibi accepto latū est, id dedisse censetur. Paulus in l. uel permutauit. ff. de liber. caus. Vnde si mulier nuptura ei, qui centum dare debebat, cum eo ita pacta est, pro centum quæ mihi debes, fundus Hussejanus doti tibi erit: secundum id quod placuit rem pro re solui posse, & liberatio contigit, & centum in dotem erunt. Sic respondit Paulus in l. si ei. ff. de iur. dot. &c. Brechæus ibid.

DARE, simpliciter pronunciatum, denotat dominij translationem. Instit. de actio. §. sic itaq; discretis. l. ubi autem. §. fin. ff. de uerb. oblig. Old.

DARE cum adiuncto uariat significationem: dare mutuo, dare hypothecæ. l. & quæ nondū. in prin. ff. de pignor. Oldend.

DARE impropriè dicitur, qui surrepta restituit. l. statuliberos. §. si quis seruum. de statulib. Pro restituere autem interpretantur in l. si seruus. de ædil. edict. Oldend.

DARE actionem & iudicia prætor dicebatur, cū actori potestatem agendi faciens, eum ad intendendam actionem admittebat, quod Cicero pro Cæcinna ait. Etenim si prætor is qui iudicia dat, nunquam petitori præstituit, qua actione uti eum uelit & act. 3. in Verrem. Si quis (inquit) eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum, quidquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum, ipsi autem nullius rei actionem sese daturū. Iudices quoq; litigatoribus dabat, nonnunquam ex centum uiris quibus prætor præerat, sæpissime tamen ex priuatis in quos litigatores consenserant. l. 2. §. 1. ff. de iudic. l. ex consensu. ff. de appellat. Corrasius Miscellan. lib. iij. capit. xviij.

DARE beneficium, pro rem gratam facere, dictū eleganter in l. Neratius consultus. de regulis iuris. Oldendorpius.

DARE pro facere positum à Iurisconsult. in l. si quis ab alio. ff. de re iud. singulariter obseruauit Zasius noster, & si magna sit differentia inter dare, & facere, ut ipse in §. sequent eadem lege docet. Sed sic dici in re magna, Donatus in Adelphis monuit. Oldendorpius.

DARE ferias, pro obseruare, apud Vlpianum id l. si in aliquam. de offic. proconsulis. Olden.

DARE iusiurandum dicitur etiam, qui ui, uel amens promittit. §. sicut ergo. iuncta gloss. in Auth. ut iud. sine quo. suffrag. Sic Cæsar libro primo Gallic. Hac ratione adducti, inter se fidem & iusiurandum dant. Oldendorpius.

DARE nomen, est curare nomen inscribendum. Arrianus in l. iij. de re militar. Qui post desertionem, inquit, in aliam militiam nomen dederunt, legiue se passi sunt. Budæus interpretatur, ad delectum sese exhibere. Olden.

DARE sententiam, pro, dicere & ferre. l. 28. ff. de re iud. l. 56. §. 1. ff. de euict. Et dare simpliciter eodem sensu, ut in l. 27. in fin. ff. de liber. cau. Contra libertatem dabit, id est, sententiam feret. Tacit. lib. 4. Ita secundum Messenos datum, id est, pro Messenis pronuntiatum. Suet. in Claud. c. xv. Absentibus secundum præsentes dabat facillimè nullo delectu. Plin. lib. 7. Epist. ad Macrin. Finem cognitioni quęstio imposuit, quæ secundum reos dedit. Hæc autem locutio imminuta & concisa est. Plenè enim sic enuntiatur; Secundum aliquem litem dare: quam locutionem in pronuntiationibus usitatam ex Valer. Max. lib. 3. cap. 3. & Seneca in præfatio. lib. 7. Declamatio. aliàs docui. Cicero pro Quint. Rosc. Scauri tabulas poscebamus. nunc tuas, C. Fanni Chęrea, solius postulamus. quominus secundum eas lis detur, non recusamus. Lucan. lib. 3. secundum Æmathiam lis tanta datur. Briss.

DARI in metallum, ad bestias, ad opus publicū, in exilium, in ludum uenatoriū dicuntur, qui in eas pœnas damnantur. l. 8. §. seruos. l. 17. l. 23. l. 28. in prin. & §. 8. ut generaliter. l. 34. ff. de pœn. l. 4. ff. de interd. & releg. l. 29. ff. de excus. tut. l. 3. C. si penden. appel. & apud Firmicum lib. 3. Mathes. cap. 5.

DATIVI tutores dicebantur, auctore Vlpia. in Institut. titul. xj. qui testamento dati erant. Datiuos tamen & testamentarios tutores separat Modestin. in l. 7. ff. rem pup. salu. fore. Quemadmodum datiuā tutelam à testamentaria & legitima Iustinianus separat in l. 40. C. de episc. & cler. Datiuosq; idem Imper. in l. ult. C. de legit. tut. accipit, qui à iudice dantur. Brissonius.

DATV IRI pro datū iri dixit I. C. l. stipulatio ista, habere licere. §. si quis insulam. ff. de uerb. oblig. qua de re uide Ant. August. lib. 2. Emend. c. 2.

DATVM, substantiuum, in titu. de condict. caus. dati, qui uulgò citatur sic: De cōditione ob causam, confusa loquendi phrasi ac proprietate, nec absque studiosorum detrimento. Præterea legendum de Condictione causa dati, causa non secuta: non autem, Causa data, nullo cohærente sensu. Sic Celsus in l. ultima, eodem titulo, obligationem dati uocat. Olden. Vide Cuiacium & Vuesenbecium in Paratitlis hoc ipso titulo.

DATVS iudex, id est, delegatus. Nam in iure ciuili, ut Zasius ait, in l. duo iudices. ff. de re iudic. rarò inuenies uerbum Delegati, pro Iudice, sed frequenter uerbum Dati, ut Iudex datus, in l. iudex. de iudi. in l. à iudice. & l. apertissimi. C. eodem in l. 2. ibi, cui iurisdictio data est in l. & quia. in princip. de iurisd. omn. iud. Propriè iudex datus dicitur, cui respectu unius causæ, uel articuli tantùm mandata cognitio est, & præter eam nihil habet. A recentioribus Cæsaribus Pedaneus appellatus. Old.

D E

DE, præpositio auget in deposito l. 1. ff. deposit. Anton. Augustinus lib. Emend. iij. cap. vij. Quando-

que significat è, uel, ex, l. lecta. ff. si cert. pet. Interdũ, pro, uel propter. Adde Gellium libro sexto, cap. 16. Prateius.

De, pro à, l. si is qui rem. §. fin. ff. de furt. cum sim. Sic & Cic. usurpat.

De domo, pro ex domo, apud Paulum in princ. l. lecta. ff. de rebus credit. sic & Terentius usurpauit, Clamat de uia, id est, è uia. Pauli uerba, quæ sic habent, Lucius Titius scripsi, me accepisse à Publio Męuio quindecim mutua numerata mihi de domo: secundum Alciat. significant, tam quod domi numeratum, quàm quod ex domo ad eum missum est, siue per ipsum patremfamil. siue per eius seruos, aut institores. Spieg.

De, interdum pro, uel propter significat. Vlpian. Vel si quid ex eo quod egerit, ad eum peruenerit, dolóue eius malo, uel culpa eius factum sit, quo minus perueniret, hisdem de rebus reddi, id est, propter hasdem res reddi, uel pro his rebus rectè pręstari. ut in l. aliud. de uerborum significat. Vide Budæũ in l. redhibere. de ædil. edict. Hæc item præpositio quandoque in malam partem accipitur. ut desperatus, demens, dedecet, deformis, degener. Alciat. libro 4. de uerborum signific.

De eadem familia, über einen leyst. Sp.

Dealbatores, item Deauratores. libro x. Cod. ab Impp. inter artifices recensentur, qui munerum immunitate donati sunt. Sp.

Deambulandi ius, hoc est, spaciandi. Vlpi. Præter habitationem autem, ait, quam habet, cui usus datus est, deambulandi quoq; & gestandi ius habebit. l. plenum. §. 1. ff. de usu & habit. Spieg.

Debere, uerbum, ad omnes omnino actiones referendum est. l. pecuniæ. §. hoc uerbum. de uerb. signific. Id tamen ad subsequentes tantum species referri oportere, scilicet ciuilem, prætoriam, aut fideicommissariam persecutionem quamplurimi existimant. Vix enim in rem actioni debendi uerbum competit. Neq; enim res mea mihi deberi potest, sicuti apparet ex l. Quintus Mutius. §. argẽto. & l. scribit. ff. de aur. & argen. leg. Id tamen uim habere obligationis palàm est ex l. 1. §. 1. ff. de act. empt. uenditor si cum sciret deberi seruitutem celauit. & l. si domus. ff. de ser. rustic. pręd. Adde Vuesenb. in tit. de action. in Instit. in prin. super uerbo Deberi.

Debere defunctus non dicitur, sed debuisse. Interpretes citant textum singularem & unicũ, quo id colligunt. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de uerbor. oblig. Oldendorpius.

Debet, hoc uerbum importat necessitatem l. 1. in princip. ff. de eden. Io. Bello. Etymolog.

Deberi propriè id tantum intelligitur, quod peti, & ab inuito exigi potest l. 108. ff. de uerb. signif. Martial. lib. 2. Epigr.

Debet enim si quis soluere iure potest.

M. tamen Cicero in Paradoxis, Quoniam (inquit) nihil quisquam debet, nisi quod est turpe non reddere, seruus nec debere, nec illi deberi intelligitur l. 41. ff. de pecul. Prat.

Debiles personæ qui propter infirmitatẽ, uel perpetuo aliquo morbo rebus suis superesse nõ possunt. inter eas fœminæ & pupilli connumerantur in l. ne quicquam. §. obseruare. ff. de offic. proconsulis. alibi Imperator miserabiles nuncupat C. quando nup. inter pup. lib. 5. Prat.

Debiti facere gratiam, pro remittere. Old.

Debiti instar habet id, quod officio iudicis ad sequi possum ab inuito aduersario, imò & ipsum officium à iudice debetur postulanti secundum ius, & si negauerit, tenetur iniuriarum. l. 1. §. permittitur autem. in fin. ff. de aqu. quot. & æst. Old.

Debitor propriè is dicitur, cui nulla competit exceptio: strictè autem accipitur, ut is sit, à quo inuito exigere possimus, hoc est, extorquere, ut rectè Accursius interpretatus est. l. debitor. de uerbor. signific. Olden.

Debitor hæreditarius, qui ante aditam hæreditatem dedit damnum, uel aliquam rem de hęreditate subripuit, autoribus Paulo & Caio. ff. de petit. hæred. Olden.

Debitor putatiuus, qui putat se debitorem, uero debitori opponitur. Vide l. qui se debere. de cond. caus. dat. cuius intellectum nec interpres, nec Bart. satis assecuti sunt, ut ex Zasianis intellect. euidenter patet. Old.

Debitores rerumpublicarum accipere debemus, qui ex administratione reipublicæ reliquantur. l. rescripto. ff. de minor. & honor. Old.

Debita portio, quæ liberis ex substantia paterna iure ciuili debetur. l. 8. §. unde. ff. de inoff. nimirũ quarta pars successionis, quæ ab intestato obtigisset. Appellatur & Debitum bonorum subsidium. l. 2. & l. 5. C. de inoff. donatio. Deberi autem parentũ hæreditas liberis intelligitur, liberorum uerò parentibus non æquè, propter uotum parentum & naturalem erga filios caritatem. l. 15. ff. de inoff. test. l. ult. ff. de bon. damnato. l. 7. in fin. ff. unde liber. l. 50. ff. de bon. liber. Brissonius.

Debita etiam patronis portio, quæ patronis ex l. Papia relinqui debet. l. 114. §. 1. de legat. lib. 1. l. 28. ff. de legat. lib. 2. l. 1. §. penult. ff. si cui plus quàm per l. Falcid. l. xx. ff. de donatio. l. 60. ff. ad Trebellia. Instit. de succ. lib. l. xix. §. j. de condict. & demonst. l. 25. l. 41. l. 44. ff. de bon. libert. l. 6. §. si patronus. ff. si quis in cau. test. Briss.

Debitu iri, uetustè pro Debitum iri. Vlpianus l. 1. §. 3. de dot. præleg. Et mulierem agentem ex testamento cauere debere, defensu iri hæredem aduersus maritum. ergo maritus item debebit cauere, aduersus mulierem defensu iri, si prior agat. Et §. sequenti, Non aliàs eum legatum consecuturũ, quàm si cauerit hæredes aduersus mulierem defensu iri. Item apud eundem l. xj. §. xvij. ff. de legat. & fid. libro xxxij. & l. xiiij. de noxal. actio. & l. x. & xxxvij. de rebus cred. Hotom.

Debitum. Personæ uel res alicuius, non possunt detineri propter delictum alterius. Id autem Iustinianus appellat Oppignorationes: uulgus Repręsalia. Nouell. Ne personæ uel rei uel auri. Constitut. 52. Et Nouell. de uicarijs, seu locum tenentibus. §. cùm uero contigerit. Constitut. cxxxiiij. Mutuum dans agricolæ, terram eius tenere nõ potest ex quacunque conuentione. Nouell. Ne quis mutuo dans agrico. Constitut. xxxij. xxxiij. xxxiiij. Quæ constitutiones ad diuersos præsides sunt promulgatæ. Oldendorpius.

Debitum solutum dicitur, quum est res perfectè creditoris facta. Sic debitor fundi, alteri pignorati, dando fundum, non satis facit, nisi pignoris obligatione sublata. l. si rem meam. ff. de solut. Sp.

Deblaterare, est garrire, nugari: Plautus in Aulularia, Vbi es tu q̃ deblaterasti uicinis omnib.

Decanus. Modestinus in singulari lib. quem de rei milit. uocabulis fecit, Decani (inquit) erant decem militibus præpositi, qui nunc caput contubernij uocantur. Idem etiam testatur Flauius Renatus

natus libro secundo, eodem modo dicti, quo centenarij, & ducenarij. Quos uerò Græca constitutione xliij. item alia lix. in Nouellis Iustinianus lecticarios, seu decanos appellat, ad hos cura libitinæ pertinebat, id est, exequias, sepulturámq; defunctorum procurandi, pheretra, lecticásue ferendi. Varius autem fuit eorum numerus, donec Iustinianus mille & centum ergasteria solùm illis attribuit, quę ad maiorem Ecclesiam pertinerent, immunitateque fruerentur, cęteros uerò munifices esse iussit, neque hoc nomine excusari, quod ex libro 1. Parerg. Alciati capit. 50. referendum hìc duxi, ut aliquæ leges, quæ sunt sub rubrica, De sacrosanctis Eccles. meliùs intelligantur. Cæterùm, apud Ecclesiasticos dignitatis nomen est Decanatus, uulgò *doyenné*. Anch.

DECAPROTI, & Decaprotia, Decemprimi & Decemprimatus. Vide Decemprimi. Hot.

DECEDERE, est propriè à mandata functione discedere, ut consules ex prouincia decedere solebant. Adde Brechæum l. hæreditas. in titu. de uerb. & rerum signific.

DECEDERE iure suo, est non summo iure agere, aliquid sui condonare comiter. Vulgò dicũt Pręterire ius.

DECEDERE officio, non est ab officio recedere, sed est, contrà quàm decet, atque officiosum est, aliquid agere. Olden.

DECEDERE, pro mori, tanquam de gubernatione corporis cedere. Eo enim modo per se dicimus, Decessit, quo Defunctus est, ut subintelligatur uita. Oldendorpius.

DECEDERE possessione, Decedere iure suo, uel de iure suo. Vlpianus in l. his cõsequenter. §. sed & cùm munus. ff. fam. ercisc. Old.

DECEM aut quindecim hæres dato, secundum Pompon. pro eo est, ac si decem sola legata sint. in l. si ita relictum. §. fin. ff. de leg. 2. Old.

DECEM & octo annos plenæ pubertati Modestinus adseruit, in l. arrogato. de adopt. Old.

DECEMPEDA, regula est seu pertica decem pedum, qua fabricæ mensura colligitur. Old. Hinc

DECEMPEDATOR qui eo mensuræ genere demetitur Ciceroni in Philipp.

DECEMPRIMI, qui & *Δεκάπρωτοι* plerunq; nominantur, erant Decemuiri ex Decurionum ordine constituti, qui tributorum exactioni ita præerãt, ut si qua detrimenta fiscus defunctorum culpa contraheret, ipsi suis sumptibus resarcirent. eorum nanque administratio nequaquam in Reipubl. gubernatione ciuitateque regenda ac defendenda uersabatur, sed potius in sumptibus Reipubl. caussa faciendis. Illa autem munera Iurisconsulti Personarum, hæc uerò Patrimonij appellant. Hermogen. l. 1. ff. de mun. & honor. Patrimonij sunt munera rei uehicularis, item nauicularis, decemprimatus. Arcadius autem in l. xviij. §. iij. eiusdem tractat. Decaproti, & Icosaproti tributa exigentes, & corporale ministerium gerunt, & pro omnibus defunctorum fiscalia detrimenta resarciunt. Cicero pro Sext. Roscio, Itaque Decurionum decretum statim fit, ut Decemprimi proficiscantur ad L. Syllam. Hot.

DECEMPRIMATVS, Decemprimorum munus. Hermogenianus l. j. ff. de mun. & honor. Patrimonij sunt munera rei uehicularis, item nauicularis, Decemprimatus. Hot.

DECEMVIRI. Pomponius in l. necessarium. ff. de origin. iur. Et cùm placuisset (inquit) leges quoque ferri: latum est ad populum, ut omnes magistratus se abdicarent: & decemuiri constituti sunt anno uno. Hi cùm magistratum prorogarent sibi, & rem iniuriose tractarent, neque uellent deinceps suffice re magistratus, ut ipsi & factio sua perpetuò rempublicam occupatam retinerent: nimia atq; aspera dominatione eò rempublicam perduxerunt, ut exercitus à republica secederet. Old.

DECEMVIRI. Suspicor uiros illos decẽ, quos prætor urbanus in consilium diebus cognitionum adhibebat, DECEMVIROS STLITIBVS IVDICANDIS appellatos fuisse. Nimirum sub Augusto decem, si Dioni credimus, senatores; sub Antoninis & Alexandro, quinque senatores & equites Romanos totidem. In consilium (inquit Vlpianus in fragment.) adhibentur Romæ quinque Senatores, & quinq; equites Romani. Fuisse autẽ hos quinque senatores & equites quinq;, non assessores, aut consiliarios prætoris urbani, sed iudices, ex eodem Vlpiano est euidentissimum, qui sic lib. 2. ad legem Æliam Sentiam scribit: Illud in causis probãdis meminisse iudices oportet, ut non ex luxuria, sed ex defectu descendentes causas probent. ca. 16. de manumiss. uind. In hoc enim loco de ijs quinq; senatoribus, & quinq; Romanis equitibus quos in consiliũ adhibebat prætor, Vlpianum sensisse, tam ex eo constat, quòd hic de causis probandis agatur, quæ probatio apud consilium fieri solet; quàm quod ad legẽ Æliam Sentiam hoc Vlpiani responsum pertineat; qua legẽ minor uiginti annis nõ nisi causa apud consilium probata manumittere potuit. Idq; mirum in modum Antonini rescripto quodam confirmatur, cuius hæc sunt uerba. Eorum qui apud consiliũ manumittuntur, post causam à iudicibus probatam, & manumissione secutam, non solet status in dubium reuocari, si dicantur falsa demonstratione liberati, cap. 1. C. de uind. & apud cons. ma. Eoq; sensu consilium accepisse uisus est, etiam Valerius lib. 2. c. 5. sic de Q. Metello scribens: Nam quid plus honoris tribui potuit consuli, quàm est datum reo Metello? qui cum causam repetundarum diceret, tabulæq; eius ab accusatore expostulatæ, & ad nomen inspiciendum circa iudicium ferrentur, totum consilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de ea re q̃ in his relata erat, uideretur dubitasse. Non in tabulis, sed in uita Q. Metelli argumenta sincerè administratæ prouinciæ legenda sibi iudices crediderunt, indignum rati, integritatem tanti uiri exigua cera, & paucis literis perpendi. Hęc Valerius, consilium expressè iudices interpretans, non assessores, non consiliarios. Igitur oportet, inquit Vlpian9, iudices, hoc est, quinq; senatores, & quinq; Romanos equites, in caussis ijs, quas minor allegat ad consiliũ manumittere desiderans, probandis, meminisse, ut non ex luxuria, hoc est, prodigalitate, sed ex affectu descendentes causas probent. d. c. 16. Et hæc, nisi fallor, uerissima est huius loci sententia. Igitur illi, per quos exercebat & præbebat consilium prætor, quinq; senatores, & equites Romani, non assessores erant, nõ consiliarij, sed iudices. Et quia Decemuiri Stlitibus iudicandis, aliud nihil, quam decem iudices significant, idcirco probabiliter etiam dici posse, & uerisimili coniectura liquidum uidetur, illos quinq; senatores & quinq; equites, decemuiros olim Stlitibus iudicandis appellatos fuisse. Idq; eo etiam uideri potest uerisimilius, quod Romę decem hi iudices, & in ꝓuincijs uiginti recuperatores, certi fuerint & perpetui, non ex senatorio & equestri ordine sortiti, aut sine sorte arbitratu prætoris Romæ; & in prouincijs

cijs præſidis arbitrio ex conuentu mercatorum, ut quibuſdam perſuaſum eſt, ſingulis cognitionum die bus electi. Auctor eſt enim Vlpia. eum cui mandata eſt iuriſdictio, conſilium exercere non poſſe. cap. 2. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Quibus uerbis nō prohibetur is, qui mandatam exercet iuriſdictionem uiros aliquot prudentes in ſuum conſilium adhibere (id ſiquidem fieri ſolere ex Ciceronis Quinctiana eſt euidētiſsimum) ſed illos ipſos uiginti certos recuperatores in prouincijs, & Romæ certos quinque ſenatores illos, & equites quinque, quibus exercere aut præbere præſes & prætor conſilium ſolebant, is cui mandata eſt iuriſdictio conuocare prohibetur, & cum ijs tanquam præſes, tanquam prætor tribunal adſcendere. Hoc enim eſſe conſilium exercere, docet Apuleius, ſic in Apologetic. ij. ſcribens. Teſtor te Claudi Maxime, uoſque qui in conſilio eſtis, uoſque etiam qui tribunal mecum adſiſtitis. Et præter Apuleium docet idipſum etiam euidentiſsimè Liuius de decem legatis: de quorum ſententia L. Æmilius Paulus imperator res Macedonicas componeret, diſſerens lib. 45. ad hunc modum. Ipſe (L. Paulum intelligit) ubi dies uenit, quo adeſſe Amphipoli denos principes ciuitatum iuſſerat, literaſque omnes, quæ ubique depoſitæ eſſent, & pecuniam regiam conferri, cum decem legatis circunfuſa omni multitudine Macedonum in tribunali conſedit. Aſſuetis regio Imperio tamen nouum formam terribilem prębuit tribunal, ſummotior aditus, prę co, accenſus, inſueta omnia oculis auribuſque, quæ uel ſocios, nedum hoſtes terrere poſſent. Silentio per præconem facto, Paulus Latinè quæ ſenatui, quæ ſibi ex conſilij ſententia uiſa eſſent, pronuntiauit: ea Cn. Octauius Prætor (nam & ipſe aderat) interpretata ſermone Græco referebat. Hæc Liuius. Et ſanè decem illos uigintique uiros, quos in conſilio Prætores & præſides habebant, certos fuiſſe teſtatur manifeſtè Cicero, ſic in Verrem actio. iiij. ſcribens. In conſilio habebat homines honeſtos è conuentu Syracuſano, qui Sacerdotis quoque in conſilio fuerant. Idem Cicero ſic etiam in eadem Verrina ſcribit: Illud negare poſſes, aut nunc negabis te conſilio tuo dimiſſo, uiris primarijs qui in conſilio C. Sacerdotis fuerant, tibi ſolebant eſſe remotis, de re iudicata iudicaſſe? teque eum quem C. Sacerdos adhibito conſilio cauſſa cognita abſoluiſſet, eundem remoto conſilio, cauſa cognita abſoluiſſet, eundem remoto conſilio cauſa incognita condemnaſſet? Proinde decem illos quos habebat in conſilio Prætor, iudices dignitatis aliquod, honoriſque nomen ſpeciale olim adeptos fuiſſe, & appellari DECEMVIROS STLITIBVS IVDICANDIS conſueuiſſe, omnino ſit mihi uerisimile. Certè uel ob id etiam maximè, quod uiginti illi quos in ſuum conſilium pręſides adhibebant iudices, honoris gratia RECVPERATORES PEREGRINI appellarentur, Auctore Theophilo. Et ſic quidem tales fuiſſe Romæ uidentur decemuiri ſtlitibus iudicandis, quales in prouincijs erant Peregrini recuperatores. Expoſui paucis quidnam de decemuiris Stlitibus iudicandis ſentiam. Sed ita expoſui, ut interim in hac re, quemadmodum & in cæteris, quæ à nobis proferuntur rebus omnibus, ſuum unicuique liberum & integrum iudicium relinquam. Ræuard. Protribunal. libro Sing. capit. xviij. Adde Cuiacium Obſeruat. libro iij. capit. xxxij. ubi hoc etiam annotat Decemuiros litibus iudicandis datos, etiam fuiſſe STLITIBVS IVDICANDIS olim nominatos: ut ex S. Pompeio & Valerio Probo liquet.

DECEPTIONEM, circumuentionem & aliud genus in contractu Emption. & uendit. non intelligi oportet pro fraudulento uenditoris conſilio, qđ uehementer damnatur: & ſi interueniat, reddit contractum bonæ fidei nullum. l. ex empto. §. is qui uinum. ff. de action. empt. l. ſi dolo. Cod. de reſcinden. uendit. Verùm exaudiri debet deceptio, ut Dominus Oldendorpius ait, quæ re ipſa contingit ex incuria contrahentium. Nam uenditoris uotum eſt, precio uendere plurimo. Emptoris autem minimo emere. l. ſi uoluntate. Codic. de contrahen. emptio. Vide quæſo eum Claſſ. IIII. Actio. I. ubi ſcite confutat fanaticorum uoces calumniantium leges docere mendacium in Publ. deceptionem in uenditione: dolum diſsimulare in compenſatione, rixas in iudicijs. Spiegel.

DECERNERE prętor dicebatur, cum cauſa cognita citra negotij diffinitionem, autoritatem ſuam permittendo, iubendo, uetando alioue modo interponebat l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. proconſ. ut cum bonorum poſſeſsionem dabat, cauere poſsidereq́; iubebat, & in poſſeſsionem mittebat, aut reſtituebat in integrum. Hæc enim ſolo prætoris imperio expediebantur, eadem poteſtate magiſtratibus municipalibus denegata. l. ea quæ. ff. de municip. Corraſius Miſcellaneorum libro tertio, capit. xviij.

DECERNERE quæſtionem, pro eo, quod nūc dicimus, ordinare, ut fiat informatio, & ut cōtra delinquentes procedatur.

DECERPERE eſt aliquid ex aliqua re detrahere, ut uuas ex uite, aut ex arbore. Hinc

DECERPERE oliuam immaturam. l. ſi ſeruus. §. oliuam. ff. ad leg. Aquil.

DECESSIO, id eſt, diminutio. Vlpian. Hæreditas nomen iuris eſt, quod & acceſsionem & deceſſionem in ſe recipit. Dicimus enim Latinè hoc mihi decedit, quemadmodum è diuerſo hoc mihi accedit. Brechæus l. pecuniæ uerbū. §. hæreditas. de uerbor. & rer. ſignific.

DECESSIO, damnum: Acceſsio, lucrum. l. ſi quis putans. §. ſi quid poſt. ff. comm. diu. Alb.

DECESSOR eſt cui è prouincia abeūti ſucceſſor mittebatur. Vlpianus l. iiij. de offic. proconſ. Rectè autem & ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit, ſignificetq́; qua die fines ſit ingreſſurus. Spie.

DECESSOR, in iure canonico nūcupatur, qui prædeceſſoris locum obtinet: & qui huius erat locū ſortitus, Anteceſſor dicebatur.

DECET, propriè conueniens eſt, referturq́; tam ad animum, quàm ad corpus, atq; extrema. Falluntur, qui apud Iuriſcoſs. hoc uerbum pro oportere interpretantur. Nam magis quod officij ſit quàm neceſsitatem ſignat. Sp.

DECIDERE, eſt cum creditore ſuper debito tranſigere. Scæuola de Adminiſtrat. & peric. tut. l. cùm hæreditas. Cum pleriſque, inquit, creditoribus ita decidit. & infrà: Cum pleriſque creditoribus ita deciderunt.

DECIDERE, eſt litem conſenſu mutuo dirimere: quod tranſigere plerunq; Iuriſconſulti uocant. Exempla refert Bud. ex Vlp. tit. de furt. Old.

DECIDERE damnum, pro tranſigere de damno. Vlpia. l. 46. §. 3. ff. de furt. Si quis eorum pro fure damnum deciderit, dici oportet, ſolummodo actionem ſibi competentem amiſiſſe eum. Item, Si proponas communem ſeruum ſurreptum, & alium ex do-

minis

minis pro fure damnum decidisse; qui non decidit, habebit furti actionem. Item apud African. l. 61. §. 1. eod. l. 7. de condict. furt. l. 9. §. nunc uidendum, de minoribus. Hotoman.

DECIES, præcisa locutione, pro Decies centena millia: quod in Verrinas demonstrauimus. Papinian. l. 77. §. 2. ff. de cond. & demonst. Quum uxori mandatum esset, ut moriens filiæ communi decies restitueret, &c. Hotoman.

DECIMA. Secundum Hostiensem in Summa De decimis. §. 1. Decima est omnium bonorum mobilium licitè quæsitorum pars decima. Et hæc diuina constitutione debita, Deoq; danda est. ut colligitur c. 1. c. parochianos. c. non est. c. tua nobis. §. uerū. & c. cū nō sit ab homine. ext. de deci. primit. & obla. Est itaq;, attenta uocabuli deriuatione, decima pars decima, nō uigesima, siue soluantur decem, siue duodecim, siue etiam uiginti: siquidem omnia secundū communem usum loquendi appellantur decimę, ut latiùs probant utriusque iuris interpretes in lectuis & responsis. Varia autem apud ueteres decimarum genera fuerunt. Nam apud Babylonios, omnium quę inferebantur decimæ soluendę erant: ut auctor Aristoteles lib. 2. œconomicorum. Thao Ægyptiorum rex, decimam cōsilio Glabriæ Atheniensis exegit. Scribit Appianus decimam partē fructuum reipublicæ, solitam pendi, pro uectigali eorum agrorū, qui deserti ad culturam redigerentur. Siculi Romanis decimam frumenti soluebant. Ab his, qui metalla effodiebant, decima exigebatur. l. cuncti. C. de metallarijs. Decimam ueteres dijs uouebant. l. 2. ff. de pollicitationib. Fuit decima Herculanea. Alteriꝰ decimæ meminit Suetonius Tranquillus in Caligula. Sunt alia pleraq; decimarum genera, de quibus alibi dicetur. Cæterum secundū Hostiensem in Summa Decimarum tres sunt species, scilicet quædam personales, quæ debentur ex opere personali, ut ex artificio, scientia, militia, negotiatione &c. quædam prædiales, quæ proueniūt ex prædijs, ut uinum, bladum, fructus arborum, &c. Tales enim dandæ sunt illi Ecclesiæ, in cuius Parochia sita sunt prædia. De deci. ad Apostolicæ. Etiam decimas prędiales tenētur soluere Iudæi. cap. De terris. eodem titulo. Item debent solui de diuersis seminibus unius agri, non tantùm de uno, si fuerint successiuè seminata. c. Ex parte Canonicorum. eodem titulo. Etiam Cistertiēses & alij, qui nullo gaudent priuilegio, dare tenentur decimas de terris de nouo acquisitis, licet eas proprijs manibus excolant. c. Nuper. eo. tit. Quædā sunt decimæ mixtæ, secundum Hostien. ibidem. Et possunt dici hæ de quibus dubitatur utrum sint prædiales uel personales, ut de agnis & fœtibus aliorū animalium, quæ sunt in pascuis, & gregatim pascuntur. Oldendorpius.

DECIPERE, Genericum est. Nam decipit, qui imponit, qui fallit, qui defraudat, qui uerba dat, qui in errorem inducit. Vide §. j. l. j. ff. de Dolo. Old.

DECISIO, transactio dicitur. in eodem significatu Paul. ad Leg. Falc. l. si hæres. Si hæres, inquit, cū creditoribus deciderit, ne solidum solueret: & ob eā decisionem factum sit, ut aliquid retineret. Pro lege quoq; Imperatoris accipitur. l. Veteris. C. de contrah. & cōmit. stip. & de emē. Iustin. Cod. in prin. super uerbo, Decisiones. & §. Vnde quæsitum. Inst. de Nupt. Verū ea Imperatoris lex intelligitur, qua partium altercationes diremptæ sunt. Pragmatica uerò sanctio licet uulgò dicatur, quam Princeps extra corpus iuris ciuilis promulgarit, uerius tamen priuilegium uocatur, non quòd priuatis hominibus, sed uel corpori alicuius uniuersitatis, uel ei qui officio benè functus est, confertur, hoc est, quæ ob causam publicam, aut communem negotiorum functionē, in speciale quoddam priuilegium impertitur. Old.

DECLAVARE est clauas amputare. Nam clauas & claulas in hac significatione posuerunt. Palladius, Claua seri commodius est, quæ sit manubrij crassitudine, longitudine cubitali. Varro, ut sit de tenero ramo ex utraq; parte ęqualiter præcisum, quas alij clauolas alij taleas appellant. ut annotauit Turnebus aduersariorum lib. 53. cap. 19.

DECLARARE, ad facta frequentiùs, quàm ad dicta pertinere, Valla demonstrat, lib. j. Nostri docent, eum, qui uel addit, uel diminuit quippiam, non declarare, sed potius noui quid facere. Old.

DECLINARE, pro eo quod est, euitare, usurpatur elegāter. Cicero in officijs: Declinetque ea, quæ ei nocitura uideātur. Itaque quoties aliquem discrimine quàm minimo à periculo abfuisse significabimus, corpore declinatum malum dicemus. Ex Erasmi Chiliadibus. Spiegel.

DECLINARE sententiam, est paulatim illam infirmare, & ideò nisi sententia declinetur, rebus iudicatis stabitur. Sp.

DECOCTORES, teste Budęo, dicti sunt id genus fermè hominum, qui Asoti dicuntur uerbo Gręco. id est, luxu & ganeæ studio perditi: & Latinè Nequam, uerbo significantissimo: eorumq; uitium Asotia & Nequitia, quam Gellius luxum & Propinationem interpretatur. His olim Romæ certus locus in spectaculis assignatus erat, ut insignes omnibus essent, etiamsi infortunio aliquo, non nequitia decoxissent. Accipiuntur & pro his, qui depeculantur pecuniam publicam. lege quilibet. C. de Decur. lib. x. Spiegelius.

DECOLLARE, pro auferre caput, interpretes nostri usurpant, non absque exemplo. Nam Sueton. in Caligula. Miles, inquit, decollandi artifex, quibuscunque è custodia capita amputabit. Hoc ideo monui, quòd eruditi quidam ab ea significatione abhorrentes, pro collo deponere solum usurpandum existimant. Sp.

DECOLOR is dicitur, ex cuius ore color defluxit, & exanguis relictus est: atque idcirco pro deformi capitur, & nigro. Discolor autem non modò pro uario sumitur, sed si quid eundem colorem uelut radios quosdam diffundit. Concolorem, eiusdem esse coloris, nemo ignorat. Versicolorem uerò, ut autem sæpe dicimus, quòd è diuersis partibus spectanti non eundem offert coloris lepōrem. Hęc ex Thyles. quòd & diligenter colorum materiam tractauerit, & eiusmodi uoces apud ipsos quoque iurecōss. recurrant. Alciatus Vallæ sententiam refellens, scribit, ex origine uocabuli eam rem esse uersicolorem, cuius color in alium uersus sit, & non quæ uariorum colorum sit. Sp.

DECOLORARI, pro infamia notari, per translationem. in lege. eum qui probabilem. Cod. de Episc. & cler. Sp.

DECOQVERE, est uorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certè fidem suam per inopiam non liberare. Vide Bud. in Annot. ad leg. si hominem. §. quoties ff. Depositi. & Alc. in lege. si aliquid. C. de suscept. Præpos. & Arcar. libro. x. Spiegelius.

DECRESCERE peculium, pro diminui. l. peculium. ff. de Pecul.

DECRESCENDI Ius quid uocent Dd. uide Ius decrescendi &c.

DECRETALIS bonorum possessio, quæ facti est, & Extraordinaria uulgò uocatur: ideo dicta est, quòd potissimum à decreto pendeat, suamq; substãtiam accipiat. id monuit, & quidem notabiliter, Alciatus, enarrans l. delata. de Verb. sig. Sp.

DECRETALIS epistola est constitutio Pontificis, ad alicuius consultationẽ promulgata ut dicit Rubr. de const. num. 31.

DECRETA priuata Cæsaris dicuntur, quæ nõ publico decreto, ut inter exempla referãtur, sed priuati iuris causa statuta esse uidentur. Vide Alex. ab Alexand. cap. xxiij. lib. vj. Sp.

DECRETA senatus, à cõsultis sic distinguũtur secundum aliquos: quòd decretum dicant, Particulam quandam esse senatusconsulti: ut cum prouincia alicui decernitur: tãquam decreta sint specialia, consulta generalia. Et ita quidem ex Ælio Gallo distinguit Festus quem refert Connanus lib. 1. cap. 14. numero. 5.

DECRETORII dies sunt, de quibus hæc libro 3. Firmicus: Sane extra ceteros climateras, etiam septenni anni & nouenni, per omne uitæ tempus multiplicata ratione currẽtes, naturali quadam & latenti ratione uarijs hominem periculorum discriminibus semper afficiunt. unde 63. annus, quia utriusque numeri summam pariter excipit, Androdas appellatus est. nouies enim septem anni sexaginta tres conficiũt, & rursus septem nouẽ simili modo 63. annos efficiũt. Quia itaq; utriusq; numeri curs⁹ in hoc anni æquata ratione spacio concurrit, grande semper periculi discrimen imponit. Si enim septenni & nouenni anni qui hebdomatici à Græcis & eneatici appellantur, grandia pericula hominibus semper indicunt, quid facient 63. anni, qui utriusq; numeri multiplicatã & inuicem sibi obligatam efficiũt summam? Hac ex causa ab Ægyptijs Androdas dictus est, quòd omnem uiri substantiam frangat ac debilitet. Ioan. Bapt. in comment. Epist. Sidon. Apollin. ad Lampridium. lib. VIII.

DECRETVM autem & generis olim & speciei nomen fuit. Quidquid enim pronuntiat ius dicens Prætor, genere quodam decretum appellatur. Eoq; sensu tunc decreta esse accipiẽda, cum à prętore decreta latinè iubẽtur interponi, alio loco docuimus. Tertullia. in lib. de habitu mulieb. Qua constantia inquit, tribunal illud adscẽdimus, decreturi aduersus eos quorum munera appetimus? Seneca in Medea.

Cr. Vox constituto sera decreto uenit.
Me. Qui statuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.

Erat etiam decretum nomen speciei, cùm uidelicet edita de plano, aut die postulationum cõtrouersia, in diem cognitionum hac intentione differtur, ut ea cum consilio examinata, certam accipiat iustamque definitionem. Ea nimirum ratione, qua principum sententiæ, quæ in causarum cognitionibus de consilio consularium uirorum proferebantur, appellari decreta solent. Id quod hæc epigraphe manifestum facit, Paulus Imperialium sentẽtiarum in cognitionibus prolatarum, siue decretorum, ex libris sex libro primo cap. ult De iure patro. cap. 41. Famil. ercis. cap ult. de hæred. instit. Idq; illud esse omnino uidetur, quod sic Asconius scribit in Verrinam secundam. Sunt autem instituta Prætorum, in decretis interponendis dijudicandisque causis. Et hoc sensu decretum prætoris, præsidis, aut proconsulis accepisse uisus est etiam his uerbis Vlpianus. Vbi decretum necessariũ est, per libellum id expedire Proconsul non potest. quæ enim caussæ cognitionem desiderant, per libellum non expediuntur cap. 9. §. 1. de offic. Proconf. cap. 71. de reg. iur. Haud dubiè per decretũ exactam sedulamq; caussæ apud Prætorẽ adhibito consilio disquisitionem intelligens, & caussæ cognitionem ad prætoris tribunal referẽs. Quid enim aliud est, quòd sic ab eodẽ Vlpiano inuenimus alio loco scriptũ? Si caussa, inquit, cognita bonorum possessio detur, non alibi dabitur quàm pro tribunali: quia neq; decretũ de plano interponi, neq; caussa cognita bonorum possessio alibi quàm pro tribunali dari potest. cap. 2. §. De bon. poss. Ræuard. protrib. lib. sing. cap. 8.

DECRETVM, apud iuriscõss. propriè est deliberatio iudicis cum causæ cognitione, ad mixtum imperium pertinẽs. l. ne quicquam. §. ubi de Offic. Procons. Et est id quod placitũ aliàs latinè dicitur. Græcè δόγμα καὶ ψήφισμα, καὶ ἀρεστὸν dicitur, autor. Bud. At propriè & specialius dicitur, quum iudices autoritatem suam interponunt, & maximè in iurisdictione uoluntaria. ut in alienatione bonorum minoris, in transactione alimentorum, & in bonorum possessione. Albutius pro Alciato. Quo uerò à lege distet, infrà patebit in dictione, Lex. Sp.

DECRETVM, siue edictũ primum, in cõtumacem solet expediri, ut is tædio ductus, sui copiam in iudicio tandẽ faciat, ius ipsius contumacis non perimens. l. iij. in fin. de Acquir. poss.

DECRETVM secundũ, constituit eum bonorũ possessorem, quę ex primo decreto detinebat, incolumi hactenus contumacis iure. Vide c. j. ext. de eo qui mitti. in posses. Bar. tractat materiã primi & secũdi Decreti in l. si finita. §. Iulian. ff. de dam. infec. Sp.

DECRETVM magistratus, non ideo habet autoritatẽ, quòd magistratus dixerit: sed quòd secundum ius & rationẽ decreuerit. l. penult. ff. de Iustic. & iur. Spiegelius.

DECRETVM prætoris exaudiri non posse, apud Vlp. in l. j. de Postul. Spieg.

D. C. S. De consilij sentẽtia. Auctor Val. Probus, apud quem tamen Consulis mendosè legitur, pro CONSILII. Cicero Verrina 7. Cũ consilio caussam Mamertinorũ cognoscit, & de consilij sentẽtia Mamertinis se frumentũ non imperare pronunciat. Harũ autẽ ignoratio notarũ errorẽ apud Vlpianum peperit in l. un. ff. de off. cõsul. ubi sic legitur. Cũ ipse sit, qui ex senatuscõsulto consilij caussam examinat: pro EX SENTENTIA CONSILII. Hot.

DECVMANI agri dicuntur ex quorum fructibus pars decima Pop. Rom. solueretur, ut idem ipse Cicero in eodẽ loco paulò inferius testatur his uerbis: L. Octauio & C. Cottę consulib. Senatus permisit ut uini & olei decumas, & frugũ minutarũ, quas ante te quæstores in Sicilia uendere cõsueßent, Romæ uenderent, legemq; his rebus quam ipsis uideretur edicerent. &c. Decumas, decimam partem intelligit. &c. Brechæus l. Inter Publica. ff. de uerborũ & rerum significat.

DECVMANVS limes, qui fit ab Ortu Solis ad occasum Festo li. 4. Aggenus Vrbic. lib. de limitibus agro. & Hygen. Prat.

DECVMANVS dicitur ager, ex cuius fructib. pars decima soluitur Brechæus.

DECVMBERE, & ualetudine impediri, & mori significat. Prioris est exemplũ in l. ij. si quis caut. posterioris in ij. Tuscul.

DE-

DECVRIÆ tribus & ciuitas pro loco iure, & hominibus ponuntur teste Connano. lib. 1. cap. 2. numero. 6.

DECVRIO. Decurionum alij urbani, alij municipales erant. Vrbani præerant turmę, quæ constabat ex duob9 & triginta equitibus. Qua significatione in titulo, De hæreditate decurionum, lib. 6. Cód. sumi prorsus arbitror unà cũ Hegẽdorphino. in Exegesi. Municipales erant, qui Romæ senatores, ut scribit Valla lib. Elegant. 6. cap. 32. Nam qui in senatu & consilijs reipublicæ municipales esse poterant, decuriones erãt. De horum autẽ officio, ac dignitate, extat titulus in Pandect. Ad municipalem. & lib. 1. Cod. alius De magistratibus municipalibus. Meminit aũt de huiusmodi decurionibus Cicero pro Sextio, Qua de causa & tum conuentus ille Capuę huic P. Sextio apud me maximas gratias egit, & hoc tempore beneficium, fidẽmque hominis testimonio declarant, periculum deprecantur suo decreto. Recita (quæso) P. Sexti, quid decuriones Capuæ egerint? Decuriones quoque in titulo, De silentiarijs & decurionibus eorum. lib. xij. Cod. dicuntur primarij Cæsarum, hoc est, principum consiliarij, ut Hegendorphinus post Alciatum annotat in Exege. sua titulorum C. Anchora.

DECVRIONES generaliter appellari cœperũt Principes seu capita cuiuslibet ordinis. Et ordo ipse Decuria uocabatur: ut Decuria iudicum, Decuria scribarum, Decuria cubiculariorum. Inde Decurionatus. Oldendorp.

DECVRIONES quidam dictos aiunt ex eo, quod initio cùm coloniæ deducerẽtur decima pars eorum qui deducerentur, cõsilij publici gratia cõscribi solita sit l. Pupillus. §. decuriones. ff. de uerb. signi. Et de his est tit. de decurio. & eorũ filijs. in dig. Io. Bell. Etymol. Decurionatus autem non fuit magistratus Principis sed Municipalis, quare nec militijs annumerari poterat. ut ait Connanus lib. 4. cap. 15. nu. 1. Vide de his & suprà in uerbo βουλευτής.

DECVRSORIVM est, quod uulgò Torneamẽtum dicitur.

DECVSSIS denarius uocabatur. Ex quo (ait Budæus) intelligere debemus denarium fuisse argẽteum & denis assibus ualuisse. Quòd etiã ex Vitruuio, libro tertio, capitulo primo uidere est. Nostri autem (inquit) primo decem fecerũt antiquum numerum, & in denario denos æreos asses constituerunt: & ea re compositio nummi ad hodiernũ diẽ, denarij nomen retinet &c. Brechæus l. Etiam nummos. ff. de rerum & uerborum signif.

DEDECVS, ignominia, quæ ex turpiter gestis nascitur. Vlp. in l. in eadẽ causa. Qui ita alligati sunt, ut sine dedecore non possint in publicum apparere. Spiegelius.

DEDECVS publicum, accipe infamiam publicam, remũe omnibus modis infamem & perniciosam. Spieg.

DEDICARE, & Dicare propriè est dicendo deferre, ac obsequio dare alicui numini, ac in perpetuum cõstituere. C. de sacrosanct. eccl. aut ingressi. In pontificio iure pro cõsecrare: quemadmodũ & à Plinio in Epistola usurpatur: tametsi ex M. T. pro Domo sua, ubi quid intersit inter cõsecrare & dedicare, colligi potest. Fiebat autẽ dedicatio templi, aut per cõsulẽ, aut imperatorem, prę euntibus uerbis Pont. maximi. Ex Catanæo. Sp.

DEDISSE intelligendus est etiam is, qui permutauit, uel compensauit. l. dedisse. ff. de uerbor. significat. Spiegel.

DEDITITIA libertas. Alciatus, Parado. 1. c 14. Dedititij (inquit) populi, cum in Romanorum fidẽ concessissent, rebellibus animis ab eis desciuerunt, quos deinde superatos, adeo humanè Romani tractãrunt, ut & uitam illis seruarent, & imaginariam quãdã libertatẽ relinquerẽt, sed tamen infamię labe aspersam, lege lata, ut ad uerã libertatẽ, Romanęque ciuitatis iura peruenire nunquã possent. Quales uidentur fuisse Gabij, unde & Gabius ager apud Marcũ Varronẽ. Itaque, in Institutionib. titul. De libert. Dedititij serui erant, qui ex obsidione se dederũt in potestatẽ uictoris. Eorũ autẽ alij libertini, alij peregrini dicebãtur, de quibus suo loco tractemus. Hinc uerò dedititia libertas dicta est, qua quis ita cõsequebatur libertatẽ, ut toto uitæ tẽpore seruituti suę obnoxius esset, & morte demũ ab ea liberabatur. Cuiusmodi cõditionẽ libertinorũ tollit lex unica C. De dedit. libert. toll. uolens quòd eo modo sint liberti, quo simpliciter manumissi, & ab eis nõ differãt. De ijs alibi quoque Alciatus meminit, nẽpe lib. Disput. 2. cap. 21. & habetur nõ inelegans caput apud Angelum Politianum. Miscellaneo. Anchor.

DEDITITII sunt, qui post admissa crimina supplicijs subditi, & publicè pro criminibus cæsi sunt, aut in quorũ facie, uel corpore quęcũq; indicia, aut igne, aut ferro impressa sunt ita, ut deleri nõ possint. hi si manumissi sunt, Dedititij adpellãtur Gaio libr. 1. Instit. titul. 1. Reliqua uide apud ipsum authorem Connanum lib. 2. cap. 6. numer. 2. item libr. & capit. eodem, numero 4.

DEDVCERE, aliàs pro demere aliquid de summa pecuniarũ uel rerũ. l. Pater. ff. de iur. dot. Inde dicimus, expensas uel ęs alienũ deduci. l. Si à domino. §. fi. & seq. ff. de petit. hæred. l. Fundus qui. ff. Famil. hercis. l. Venisse. ff. de uerb. signif. Old.

DEDVCERE aliàs, pro redigere. l. j. ff. Arbo. furt. cæsar. Old.

DEDVCERE item, pro perducere: ut, cõtrouersiam ad exitum deducere. l. fin. ff. de Procurat. Deducere ad adgnatos. Old.

DEDVCERE riuos, idẽ est quod siccare riuos. ut annotauit Forcat. in dial. 86. Necyoman.

DEDVCTARVM expensarum nomine cõprehenduntur fructus. l. Si à domino. §. finali. & l. seq. ff. de petit. hæredita. Hæ nullo casu intercipiuntur. l. Fundus, qui famil. herciscun. Old.

DEDVCTIO, significat nonnunquam absolutè dispẽdium, imminutionem rerum, Ein abgang. Titius magnam patitur fortunarum deductionem.

DEDVCTIO aliàs imminutio est etiam iusta causa, fortè Ein abzug Old.

DEDVCTO ære alienó, non hoc ipsum solùm, hoc est, pecunia, sed quæuis onera ueniunt accipienda. Vide Alciatum in l. uenisse. de uerborum significationibus.

D. E. R. I. C. notę quibus in Senatusconsultis scribendis utebantur, pro De ea re ita censuerunt. Vt apud Gellium libro 4. cap. 6. Quod C. Iulius L. filius Pontif. nunciauit in sacrario in regia hastas Martias mouisse, D. E. R. I. C. ut M. Antonius Consul hostijs maioribus Ioui & Marti procuraret. item apud Vlp. l. item, 20. §. Præter, 6. ff. de hæred. pet. De qua re ita censuerunt. Idem in l. 2. ff. ad Sen. Velleian. Quod M. Silanus, & cætera. uerba fecerunt, & cætera, quid de ea re fieri oporteret: de ea re ita censuerunt.

fuerunt.ubi tamen CONSVLVERVNT imperiti librarij C.literá interpretati sunt. Gell.lib 15. cap. 2. Quod uerba facta sunt de Philosophis & Rhetoribus, De ea re ita censuerūt. Sic in epistola Cælij ad Cic.lib.8. Quod M. Marcellus Cos. V.F. prouincijs Consularibus D.E.R.I.C. uti L. Paulus, &c. Et eadé epistola rursus aliquoties. Scribebatur etiam ita, D.E.R.V.I.C. De ea re uniuersi ita censuerunt. Hot.

DEESSE, pro deserere, id est, nō defendere, sicut adesse pro defendere sæpe dici, nō ignorant qui in probæ Latinitatis autoribus uersati sunt, in quibus & iurisconsulti nostri suas tenent non infimas. Spiegelius.

DEESSE significat ad iudicium nō adesse l. 55. ff. de euict. & apud Suetonium in Caligula. Inde

DEESSE per cōtumaciam l. 13. §. unde tractari. ff. de mino. Et

DEESSE cognitioni l. 27. §. 1. ff. de lib. cauf. Prat.

DEFECTÆ senectutis homo, apud Vlp. l. arboribus. §. de illo. ff. de Vsufr.

DEFECTI ætate, qui propemodū consumpti sunt, Mit denen es gar nach auß ist / apud Vlpian. in l. si quis ingrauescente. ad SC. Silan. Sp.

DEFENDERE, est id facere, quod dominus in litem faceret, & cauere idoneè. Nec debet durior cōditio procuratoris fieri, quàm est domini: prærerquam in satisdando. Vlpian. in l. sed & eæ. ff. de procurato. Olden.

DEFENDERE uiri boni arbitratu, aliud nihil est, quàm satisdare. cap. 5. §. 3. iudicat. solui. Ræuar. l. Qui rem alienam. ff. de reg. iur.

DEFENDERE tum prohibere & propulsare est, tum Conseruare & tueri ut defendere iniuriam est reijcere à se & expellere. At dicitur etiam defendere dignitatem suam qui eam cōseruat & obtinet. Connanus. lib. 7. cap. 14. n. 8.

DEFENDERE inculpatè, quid sit, pulchrè colligit ex uerbis Bart. in l. Vt uim. Salomonius. Adde quæ idem Bart. docet in l. Furem nocturnum: de sicar. Oldendorp.

DEFENDI autem uidetur, qui per absentiam suam in nullo deteriorem causam aduersarij facit. l. Prætor ait. ff. Quibus ex causis in possession. eatur. Oldendorpius.

DEFENSIO, pro excusatione apud Iurisconsultos in l. Si reip. de usur. Hæc & in capitalibus iudicijs dáda est. l. Seruum quoque. §. Publicè. ff. de Procuratoribus. Item pro exceptione usurpatur. l. j. C. de iur. & fac. ignor. l. siquidem. de exceptionibus. Oldendorpius.

DEFENSIO quot modis sumatur, uide Bar. in l. Liberto. in fin. ff. de negot. gest. Quando aliquid dicatur fieri ad defensionem, Vide eundem in l. j. C. Vnde ui. Oldendorp.

DEFENSIO illicita dicitur, quum offensio licita cēsetur. Bald. text. singularis est in l. Si seruus. C. de his, qui ad Eccl. confug. l. Si pignus. §. Si furem. de furt. Oldendorp.

DEFENSIO plena accipietur, ut ait Vlpianus in fin. d. l. Item ait prætor, si & iudicium non detrectetur, & iudicatum solui satisdetur. Old.

DEFENSIO moderata uel tutela inculpata, q̄ sit, in specie definiri nō pōt, nisi ex ipsius belli circunstantijs hoc est ex p̄sona uim uel iniuriā inferētis, ex persona itē defendētis, ex causa belli, ex re cōtrouersa, ex loco, ex tempore, & cæteris huiusmodi argumentis. l. Si quid uēditor. ff. de ædil. edic. l. In his quę extra. ff. de condit & dem. Cæterum generaliter definiri potest, moderatam defensionem, & legitimam belli formam tribus modis intelligi. Primum ne temere ad arma properetur, h. e. sine magna necessitate ac deliberatione: deinde, ne modus q̄ ad propulsādam uim uel iniuriam sufficit, excedatur. Cur enim occidatur, q̄ capi poterat? Tertiò ne uictoria trahatur ad insolentiam. Multi enim bello rectius utūtur, quàm uictoria. Oldend.

10 DEFENSIO est instantis, imminentisúe offensionis propulsatio. Vbi hæc cessat, non est quod propulsari queat, ab offensione enim omnis defensionis pendet ratio. Vide Salomonium in l. Vt uim. de iustitia & iure. Quo uerò iure defensio nitatur, Bartolus explicat in eadem l. Et quàm uariè accipienda sit, refert ipse in l. De pupillo. §. j. & fin. ff. de Oper. no. nunc. Olden.

DEFENSOR. In iure uaria est defensoris significatio. Defensor accipitur quandoque pro tutore 20 uel curatore. l. j. qui petant. tutor. Quandoque accipitur pro eo, qui absque mandato, cum sola satisdatione alterum in iudicio defendit, atque tuetur. ut est in l. minor. cum duabus proximè sequentibus. ff. de procurator. Qua in significatione defensor à procuratore non usquequaque uidetur distare. Itaque, Arcadius, sing. li. de muner. ciuil. Defensores quoque (inquit) quos Greci σύνδικοι appellant, laborem personalis muneris aggrediuntur. De propria autē syndici significatione dicemus suo loco. Quare, il-30 luc (lector) si uis, recurrito. Anchor.

DEFENSOR idoneus non est minor uiginti-quinque annis, in quibus causis in integrum restitui potest. l Minor. ff. de Procuratoribus. Vide Paulum ibidem, l. Neque fœmina. Old.

DEFENSORES ciuitatum non ex Decurionibus, sed ex alijs municipibus seu ciuibus eligebantur olim tres, qui curarent, ne tenuiores à nobilibus læderentur. l. ij. & iij. C. de Defensor. ciuitat. Quorū munus seu administrandi forma describitur in l. In 40 Defensoribus. C. eodem titulo. Old. & Sp. Ideo paterna uoce defensores uocati, ut parentis uicem plebi exhiberent, l. utili. l. defensores 2. & in defensoribus C. de defens. ciuitat. §. j. de defensor. ciuitat. col. 3. & alibi defensores plebis nuncupati l. unicā C. de offic. Iudic. Alexand. Iudicabant de pecuniarijs causis usq; ad trecentos aureos, de leuioribus quoque criminib. cognoscebant, eadem competenti castigatione tradentes, cum tamen hoc ante magistratibus municipalibus non licuisset, l. Magistratus. ff. de Iu-50 risd. om. iudic. deprehēsos in maioribus criminibus in carcerem detrudebant, mittebantq; ad prouinciæ præsidem d. l. utili. l. per omnes l. defensores 3. C. de defens. ciuitat. denique apud defensores ciuitatum, testamētorum, & donationum insinuationes, & quiquid aliud erat monumentorum proprium agebatur. §. Iusiurandum. de defens. ciuit. coll. 3. Coras. Miscell. libr. 3. capit. 6. Quomodo uiri clariores ciuitatis cogerentur suscipere defensoris munus, ineptè & ridiculè exponit Accurs. dum ait nobilio-60 res cogi solitos in circulum, duosque ex eis perscrutari cæterorum bonitatem: quæ somniasse potius, quàm diuinasse uidetur. Nam cum oporteret eos ἀμοιβαδὸν hoc munere fungi, quód Gregorius Haliander dixit per uices, non inquirebatur singulorum præstantia, quia necesse erat ut omnes suo tempore id munus obirent. Neque sententia mea Tiraquellus, uir certè doctissimus hunc locum per-

percepit, qui in lib. de iure primog. q. 19. tradit hic intelligendum esse de illo circulo, de quo scribit Caius institutionum suarum lib. 1. tit. 2. & quem Ausonius Gallus orbem teretem appellauit, & de quo mentionem facit Felinus in c. cũ dilecta. de rescrip. & Cardi. Alexand. in C. Nicolao. de appellat. quia in eis circulis ita nomina scribebantur, ut dignosci non posset, quis prius, quisue posterius nominatus esset, hic uero κατὰ κύκλον dixit Iustinianus, id est, eo ordine, ut quis non cogatur iterum esse defensor, donec alij quoq; defensores non fuerint, ut ex subsequentibus apparet. Magistratus qui hoc modo creabatur περιοδικὰ πολιτεύματα Demosthenes uocauit, quos Budæus circulares Magistratus dixit. Non omitto, interpretem in constit. de defensor. ciuit. §. interim, & infrà sub eod. tit. in §. si qua uerò εὐγενεστέρους nobiliores exponere, cũ de grauioribus & dignioribus uiris Iustinian. intelligat. Hęc enim dictio id significat, ut cõstat ex scriptorib. Gręcis, quòd etiam Suidas & Budæus docent, & in Magistratibus nõ minus hominũ dignitas & integritas, quàm nobilitas est exspectando. Ferran. lib. 2. explicatio. in Constit. de Defens. ciuit. §. interim. cap. 37.

DEFERRE se dicitur, qui quod ei tacitè, & in fraudem legis relictum est, capere se non posse profitetur l. 1. l. 3. §. fin. l. 15. l. 16. ff. de iure fisc. Prat.

DEFERRE, pro in censum deferre, & deducere l. 4. §. in seruis. ff. de cẽsib. Senec. lib. 1. de Benefi. Nec illis fraudi est, si quid in censum detulerint. Prat.

DEFERRI dicitur hereditas, quam adeundo cõsequi possumus. l. 151. ff. de uerb. signific. Eodẽ modo

DEFERRI bonorum possessio dicitur, quam agnoscẽdo acquirere possumus. l. 1. §. decretalis. ff. de succes. edi. l. 8. ff. de collat. bo. Sic

DEFERRI legatum. Et

DEFERRI actionem dicimus. l. 64. §. dabit. ff. solut. matr.

DEFERRE aliquem, est eum accusare. Cicer. in Orat. pro Q. Ligario. Nouum crimen C. Cæsar, & ante hunc diẽ inauditum, propinquus meus ad te Q. Tubero detulit. Q. Ligarium in Aphrica fuisse &c. Quintil. In tormentis pauper diuitem detuli reum. Id Graeci dicunt ἀπογράφειν δίκην, ἐπάγειν, φέρειν, quibus nostrum deferre (ait Budæus in Comment. linguę Græcæ) uidetur respondere. Brechæus l. indicasse reum ff. de uerborum & rerum signif. Sed deferre alicui, est grates & reuerentiam ei exhibere. ff. de accus. l. libellorum. Et sic dicimus: Plus Deo deferendum est, quàm homini. De sentent. excommun. c. relatum. 11. quęstio. 3. quisquis metu. & c. Iulianus. Different tamen Deferre, & Accusare in hoc, quia Deferre fit reo absente, sed accusare fit reo præsente. Oldendorp. & Prat.

DEFERRE appellationem, in iure Pontificio idem est, quod, admittere appellationem. Vide Archid. ext. de appel. cum appellat. lib. vj. Old.

DEFERRE hæreditatem, deferre iusiurandum, deferre iudicium, notę & frequentes apud iuriscons. loquutiones. Old.

DEFERRE causam ad patronum dicitur cliẽs, quum eum consulit, & ei controuersiæ ordinem, argumentumq; exponit. Den handel anzeygen. Old.

DEFERRE iuramentum, est aliquem arctare, uel astringere ad iurandum, & quandoq; defertur à iure, quandoque à iudice, quandoque à parte, quandoque etiam delatio à parte parti defertur. de omnibus his nota. C. de iureiur. l. j. Potest autem ipsum deferre maior xv. annis. Etiam minor ipsum deferre non prohibetur, dum saltem conditio sua peior nõ fiat, sed si lædatur, restituitur. De iureiu. l. Nam postea. §. Sed si minor. Etiam paterfamilias, non filiusfamilias. C. de iureiurando. l. Nec filius. Item liber, non seruus. ff. eod. titulo. l. Multò magis. aliàs, Quantò magis. in fine. Item compos mẽtis, non prodigus, nec consimiles, ut l. Tutor. §. Prodigus. ff. eo. tit. & hoc in rebus quæ ad eos pertinent. Si autem administrationem adijt tanquàm procurator: licet ei iuramentum deferre in trib. casibus, scilicet, si specialem habeat administrationẽ, si in rem suam sit datus, & si generalem & liberam habeat administrationem. ut ff. de iureiur. l. Iusiurandum. §. Si tibi. & l. sequenti. Et Episcopus habet hanc administrationẽ, quò ad ea, quæ alienari possunt. Cui autem deferatur, dicẽdum est secundum Hosti. quòd à parte parti defertur, quod uocatur, secundum eundem, iuramentum uoluntarium, uel extraiudiciale. Verùm aliud est necessarium & iudiciale, scilicet, quando iudex parti defert, ut C. de iureiur. l. iij. §. Bonæ fidei. Vide de hac materia Hostien. in tit. de iureiu. sub §. De iuramento assertorio. quasi per totum. Old.

DEFERRE in ærarium, item deferre in principis commentarium, quid sit, Budæus explicat in l. Abesse. de minoribus. Old.

DEFERRE nomen, propriè non est accusare, sed apud magistratum uel iudicem de aliquo crimine ante accusationẽ denunciare, Angeben, & alium in capitis discrimen rapere. Old.

DEFERRE reum, idem est, quod postulare, & ut cognitionem suscipiat petere. l. Deferre. de iur. Fisc. Quomodo autem id fiat, docet Alciatus in l. Indicasse. Oldendorp.

DEFICERE dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desciscunt, & in hostium numerum se conferunt: sed & hi, quos senatus lata lege hostes iudicauit: uel relegati, utiq; usque adeò, ut ciuitatem amittant. Autor Paul. in l. v. de Cap. minu. Spieg.

DEFICERE bona. Vide suprà, Bona deficere dicuntur. & Zas. ad fin. l. commodis. de Re iud.

DEFICERE dicuntur, qui animam agunt. l. 8. §. hostes. ff. de pœnis. l. 32. §. si ambo. ff. de donatio. inter uir.

DEFICI quem conditione dicimus l. 8. l. 74. ff. de cond. & demonst. Prat.

DEFICERE, & hi dicuntur, qui hereditatem omittunt, uel ante agnitam aditàmque eam decedũt. l. 5. ff. de uulg. l. 78. ff. ad leg. Falc. Ita

DEFICIENTIVM partes interpretare. l. 53. in fi. ff. de acq. here. & l. unica. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. toll.

DEFICERE ipsa quoque pars dicitur l. 31. ff. de condi. & demonst. quæ & aliàs cessare, & uacare dicitur. Prat.

DEFINIRE in iure ciuili generaliter, & summatim quid statuere. l. 4. §. puto. ff. de hered. institu. l. 5. §. concessa. ff. de don. int. uirum & uxo. Prat. Est aũt definire, non tantùm quid res sit, explicare, sed etiam quoq; omnia, quæ ad rem aliquam pertinent, determinare, unde dicitur in regula iuris, omnem in iure definitionem periculosam esse, & leges passim Diffinitiones appellantur. De quo uocabulo uide latiùs per Leonardum in commentario Oeconomicorũ Aristotelis. Drosæus in methodo Iuris.

DEFINITIO, est earum rerum quæ sunt eius rei propriæ quam definire uolumus breuis & circũscripta quędam explicatio. Bud. in l. prima de iust. & iur. uel

DEFI.

DEFINITIO est oratio substantiam cuiusq; rei significans. Accurs. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. Io. Bell. Etymol.

DEFINITIO propriè dicitur, quæ constat ex genere & differentijs. Vide Bart. in l. j. ff. de Testam. Multa autem sunt definitionũ genera, quę Boethius breuiter & elegáter libro tertio in Topica Ciceron. exponit. Obseruandum autem, quòd finitio nominis pręcedit definitionem rei. Neq; enim probè definieris canem, nisi primùm constitueris, an de anima li, siue terrestri, siue marino, an uerò de cœlesti loquaris. Glos. l. quoties. de Verb. obligat. Vt res exẽplo pateat, Quæris an publicana actio detur aduersus eum, qui pro hærede possidet: ab initio perstringendum erit tibi, quid hac loquendi formula, pro hęrede possidere, intelligi uelis. Sed nec id prætereundum quod & Viglius animaduertit, nõ uulgus modò, sed & doctos plerosque uiros, non distinguere definitionem à diffinitione, sed librariorum errore iam olim ista cõfusa esse. Salomonius: Considera, inquit, definitionis esse explicare quid est: Etymologiæ uerò, rationem nominis exponere. Porrò, uelu ti aliud est nomen, & aliud res ipsa quæ nominatur: sic alia cognitio nominis, & alia rei nominatæ. Hinc à nostris non recipitur passim ab etymologia syllogismus, sed uix negatiuè: & tunc cum ab essentia traducitur rei quæ nominatur, ut Iuris uocabulũ è Iustitiæ uisceribus ductum. Sp.

DEFINITIO pro regula accipitur interdũ, ut in illa uulgata regula, Omnis definitio in Iure ciuili periculosa est: quod uel titulus demonstrat. l. 10. ff. de auro & arg. leg. l. 3. §. 1. ff. de hęred. instit. sic regula Catoniana etiã dicitur definire. Neq; enim tam est difficile, rem aliquam in Iure ciuili exactè definire, quàm est rarum, regulam ex legibus colligere, quæ nulla in parte infirmari queat. Adde Vigl. Instit. de Test. ord. & uide Budæum in Annot. Quamuis hoc ipsum quoq; Accursius declarauit. Spieg. Nec id uidetur ignorasse Prosper Aquitanicus qui in epistola quadã de libero arbitrio sic scribit: Ad defensionem alicuius definitionis ea promenda sunt, quæ alteri intellectui, à quo uidetur definitio dissonare non cedant, & eã regulam cui sunt aptata non deserant.

DEFLORARE uirginem Archidiaco. cap. unico. de depons. impub. libro 6. Prat.

DEFORMARE, pro deturpare apud iuriscons. Ne deformetur urbs ruinis. l. ulti. Ne quid in loc. publ. Spigelius.

DEFORMATI fructus, qui delapsis florib. iam formati existunt.

DEFORMATVM item, modò pro informato, ut apud Quintilianum: & pro eo quod deforme & infame, ex puchro & honesto factum sit, à M. Tullio dici, obseruatum est.

DEFORMITAS corporalis, plerunq; inuisa, non adeò in nostro attenditur, atq; in Pontificio iure. l. ex hac lege. ff. Si quis pau. fec. dic. Caius in l. fin. ff. de His qui deiec. Cicatricum autem & deformitatis nulla fit æstimatio, quia liberum corpus nullam recipit æstimationem. Cæterum ædificiorum deformitati auxilium præbendum esse, Vlp. indicat. l. præses prouinciæ. de Offic. præsid. Spieg.

DEFRAVDARE genium apud Terentium dicitur auarus, qui meritis eũ & debitis bonis priuat, ut tradit Connanus lib. 5. cap. 5. nu. 1.

DEFRVTVM mustum est decoctum & despumatum, ut Palladius & Plin. lib. xiiij. cap. ix. scribũt. Varro de uita pop. Ro. lib. 1. ut est apud. Non. Sapam appellant, quod de musto ad mediam partem decoxerant. Defrutum, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferuefaciendo. Vtriusque meminit l. 12. §. si in aliqua. ff. de instr. & instrum. Defruti uero & passi meminit l. 9. & l. ult. §. ultim. ff. de tritico, uino. Passum autem eodem Varrone interprete nominabant ueteres, si in uindemia uuam diutius coctam legerent, eamq; passi essent in sole aduri. Nam & passum quò ex sicciore uua est, & defrutum quo magis incoctum est, eò est ualentius, teste Celso lib. 11. medicin. cap. xvij. Planè Victorinus in lib. de Orthograph. defructũ scribendum docet, propterea quòd defruendo & coquendo fiat tale: quod defrudetur, id est, fraudetur coctura & minuatur. Briss. Adde Forcatulum in penu Iuris Ciuilis cap 8.

DEFVNCTORIE, Perfunctoriè, Et translatiuè, uel translatitiè, pro eodem accipiũtur, hoc est, frigidè, nõ satis bona fide. nec ex animo. l. ij. ff. Ad S. C. Tertu. l. Aut qui. ff. Quod ui aut clã. Translatiuè, pro uulgari & nõ accurata diligentia. Oppos. Bona fide, Optima fide, hoc est, Citra omnem prorsus simulationem. l. j. C. Qui mune. tute. se excus. Non defunctoriè, hoc est, non quæsito prætextu ad euitandum iustæ tutelæ munus. Accursius ineptè accipit pro Transitoriè.

DEFVNCTORIE tutelam suscipere is dicitur qui data opera se alicuius tutorem simulat cum tutor non sit, eamq; dicis causa ad hoc administrat, ut hac simulatione à noua tutela excusetur. Diciturq; defunctoriè suscipere tutelam ea ratione qua matrẽ cœrceri scripsit Vlpianus quę filijs tutores petijt defunctoriè data opera. ca. 2. §. 16. de S. C. Tert. Ferret. l. in Ambiguis. §. non est nouum. ff. de reg. iur. Old.

DEFVNCTVS. Quære, Fungi. & ibidem Vita defunctus. Spieg.

DEFVNGI, est explicari negocio aliquo, finemque ei imponere. Vlp. de Act. empt. Emptorẽ noxali iudicio condemnatum ex empto actione id tantum consequi, quanti minimo defungi potuit. Hinc defunctos fato, id est, solutos & exemptos, nec ultra ulli fato obnoxios. Defunctũ itẽ, ut adnotauit Bud. more Græcorũ, pro cadauere intelligimus substantiuè. Cætera apud eum in l. emptorem. tit. eodem. Defungi etiam dicimus, non toto conatu, non magnopere aliquid curare, sed tepidè & instrenuè, & eo tantum animo, ut officio functi esse uideamur, & quatenus satis sit ad uitandam reprehensionem, aut emerendam ueniam. Defungi autem quanti minimè quis possit, uide ff. de Act. empt. l. ex empto. Sp.

DEGENER, qui maiorum suorum moribus nõ respõdet, ut colligitur ex textu & Gloss. in Auth. de Non alien. §. nunc ergo.

DEGLABRARE. Paul. in l. cędere. Arbor. furt. cæsa. Cingere est, inquit, deglabrare. Bud. hanc legẽ corruptam esse putat: indicatq; ex compendio Gręco, quomodo hic locus legẽdus sit. Haloander à ueteri lectione non recedit. Itaque Paulus deglabrare translatè pro corticem eximere posuisse uidetur: quod propriè à simplicis uerbi significatione, & quidem magis usitati, nihil distat. Spieg.

DEGLVBERE, est detrahere pellem. Tiberius Cæsar, autore Suetonio, admonitus ab amicis, ut prouincialibus augeret uectigalia: rescripsit, Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. hoc est, nihil reliqui facere. Tondẽt autem, qui ita spoliant, ut sortem relinquant, unde res possit crescere: quũ cute detracta, nihil extet quod deinde possit auferre. Spiegelius.

DEGLV-

Degradatio idem quod depositio à gradibus, uel ordinibus ecclesiasticis. Et est duplex: Quędam uerbalis, quæ est à proprio Episcopo assistente in degradatione clericorum in sacris constitutorum ordinibus certo Episcoporum numero definito canonibus facienda. Poterit autem Episcopus in huiusmodi degradatione uti uerbis aliquibus, ad terrorem illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolata, dicente presbytero, hæc uel similia uerba in remotione, Auferimus tibi uestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali priuamus: ut in capit. degradatio. de pœnis. lib. 6. Quædam actualis, siue solennis cœlestis militiæ militis, id est, clerici degradatio, fit ut exauthorisatio eius, qui militiæ deseruit armatæ, cui militaria detrahuntur insignia, sicq; à militia remotus castris eijcitur, priuatus consortio & priuilegio militari. Clerico igitur degradando Episcopus singula, siue sint uestes, calix, liber, seu quæuis alia, quæ illi iuxta morem ordinandorum in sua ordinatione ab Episcopo fuerint tradita seu collata, singulariter aufert, & raditur caput illius, siue tonditur. Ioann. Bello. Etymologiā.

Degustare, idē quod gustare. Vide Vlpianum in l. j. in prin. & §. 1. l. si quis uina. in prin. ff. de peric. & commod. rei uendit. ubi pulchrè distinguit, de rebus degustationem exigentibus. Spieg.

Deiecisti, uerbum refertur ad personam eius qui deiecit nec pertinet ad eum, cuius familia deiecit. Ibidem.

Deiecisse uidetur tam qui suis manibus expulit, quàm qui mandauit, uel iussit, ut aliquis deijceretur Ibidem. Prat.

Deiecisse locatorem colonus uidetur, qui ei cui locator possessionem uendidit, possessionem non tradidit: nisi probabili caussa ductus id fecerit l. 12. ff. de ui & ui arma. Prat.

Deiectum & effusum intelligitur, quod pendens decidit uel effusum est, etiamsi nemo deiecerit uel effuderit, non tantùm in ciuitatib. & uicis, sed etiam ruri in quibuscunq; uijs l. 1. §. quod si suspenderetur l. penul. ff. de his qui deiec. uel effud. Oldend.

Deierare pro falso iurare accipitur in c. in literis. de testib. & c. literas. de præsumpt. extra.

Deiicere, est ex eminentiore loco aliquid demittere, quod noceat aut statim, aut aliquo temporis interuallo. Sic accipitur in titulo ff. de his, qui deiecerint uel effud. Olden.

Deiicitur in interdicto, Vnde ui, id est expellitur is, qui possidet: siue naturaliter, siue ciuiliter possideat. Vlpian. in l. 1. ff. de ui & ui armata. Prat.

Deinde postea. Cicero etiam de claris oratoribus usus est postea deinceps. Verba sunt Martiani in l. ex seruorum. ff. de statu homi. Aldobrand.

Delator. Multis modis accipitur in iure delator. Primùm, pro denuntiatore tantùm posuit Papinianus in l. intra. de diuers. tempor. præscript. Qua in significatione, uel parùm diuersa delatorem accepit Constantinus Harmenopolus libro primo epitomes iuris, titulo quinto. Μηνυτὴς (inquit) λέγεται ὁ αἴτιος καὶ αἴτιος γνωρισμοῦ τινος ὑποθέσεως, ἀγνοουμένης ἢ πρότερον, φανερωθείσης δὲ ὕστερον παρ' αὐτοῦ, id est, delator dicitur author ac causa prodendi alicuius negotij, uel rei, quæ antè incognita, ab eo postea detegitur ac indicatur. Atq; in titulo, de iur. fisci, propria delatoris significatione utitur sæpe. Delator enim est, qui inuidia producit alios. cap. delatori. 5. q. 6. Delator etiam pro occulto accusatore, & calumniatore accipitur. Memorabilis Domitiani uox, apud Suetonium. Princeps, qui delatores non castigat, irritat. Præterea, delator dicitur, qui bona, quę confiscanda sunt, defert & denũtiat. ut in titu. de delatorib. lib. 10. Cod. De qua uoce uidere licet Plutarchum in Solone. Et ij pro delationis præmio quartam partem in bonis delatorum consequebantur. Quadruplatores dicebantur, teste Plaut. in Persa. Cæterum, aliæ sunt delatoris significationes, quas, quia Grammaticorum planè sunt, prudens omitto. Anchor. & uide infr. in uerbo Quadruplatores.

Delatoria curiositas, pro maxima diligentia interpretatur. Gloss. in l. nec supina. ff. de iur. & fact. ignorant. Oldend.

Delatum est, quod adeundo consequi possumus. Hinc delata hæreditas. Dicitur autem propriè delata hæreditas, uel bonorum possessio, quando quis remoto quolibet impedimento, potest eam adire, uel agnoscere. Bald. in l. potuit C. de iure deliber. Singularitèr obseruauit Nic. Bellonus Iurisconsultissimus, Delatam hæreditatem dici respectu hæreditatis, non personæ hæreditatis. Qua de re disserit diligenter, nec inutiliter capit. xvj. lib. Supput. ij. Spiegel. Triplici autem iure deferri hæreditas dicitur. Aut enim defertur ex testamento, iure ciuili: aut ab intestato ad suos, ex lege duodecim Tabul. aut iure honorario, id est bonorum possessione, ut amplissimè traditur in tit. de hæreditatibus ab intesta. Insti. & l. qui autem. §. 1. ff. quæ in fraud. credit. Brechæus l. delata. in tit. de uerb. & rer. signif.

Delegare, in l. Nesennius. ff. de re iud. est alium debitorem loco sui substituere. ut, si tibi sim in aliqua summa obligatus, dico ad debitorem meum quod te soluat: & sic debitor substituitur, ut soluat alteri creditori loco delegantis. Ita est text. in l. delegare. ff. de nouat. & del. Inde ueniunt iudices delegati, id est suppositi & suffecti à principe, uel iudice ordinario, ut loco principis audiant causas. Ex Zasio. Spieg. Qui delegat id uidetur dare, quod sibi debetur, sufficitque debitum subsistere, etiamsi debitor ipsius soluendo non est. At si conuentus iudicio sit absolutus, neque reus, neque confideiussor liberatur, quoniam res inter alios acta ius non facit, &c. Vide Connanum lib. 6. cap. 7. num. 12. Inter Delatum & acquisitum legatum quid intersit, ostendit Cuiacius Obseruat. 3. cap. 11. ubi ita ait: Multum interest inter delatum & acquisitum legatum, neque his nominibus unquam autores nostri iuris abutuntur. Delatum legatum nondum acquisitum est. Defertur ipso iure adita hæreditate. Acquiritur autem agnitione. l. ei qui ita. ff. de cond. instit. l. cum uerò. in fin. ff. de fideic. libert. non ipso iure post aditam hæreditatem, licet agnitio retrò agat ad diem aditæ hæreditatis. l. seruum filij. §. 1. l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. Delatum legatum repudiari potest: acquisitum repudiari non potest. l. §. decretalis. ff. de success. ed. & per hanc differentiam conciliatur pugna l. legatum. de leg. 1. & l. Titia. §. Lucia. de leg. 2. dè delato loquitur l. legatum. de acquisito. §. Lucia. Vide Cuiacium dicto loco fusius hác antinomiam explicantem.

Delegatam pecuniā Paulus dixit, pro decreta, constituta, ac assignata. in l. 2. ad leg. Iul. pecul. Et delegatæ iurisdictionis uocabulo usus est Papin. in l. 1. de offic. eius cui mand. est iurisdictio, ut Bud. monuit in posteriorib. Annotationib. Mihi magis placet editio Haloandrina, quæ habet, Delatam. Sp.

Delegationes indictionis tributariæ in l. 3. de anno. & tribut. lib. 10. & l. 1. & l. ult. de indictionib.

nib.eo.lib.l.ult.de cano.largitio.l. 23. C. de decurionib.eo.lib.l.7.C.de off.rect. prouinc. l.1. & l.4. C. de modo mult.l.9.l.11.de excusatio.muner.lib.10.C.Iustinia. Nouel. 128. Διατυπώσεις uocat συμφωνίας τὸ ἐνδόσιμον ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ ὅπερ πάντα ὑπὲρ ἑκάστου ἰούγου ἢ ἰουλίου ἢ κεντουρίου ἢ ἄλλου τινὸς δημοσίου ὀφείλεται, τοῦτο μὲν ἐν εἴδει, τοῦτο δὲ ἐν χρυσίῳ, δημοσίων ἐπιγραφῶν ἐπικειμένων. Briss.

Delegatus dicitur, cui causa committitur terminanda, uel exequenda, uices delegantis repręsentans: & in Iurisdictione nihil propriũ habens. l.1. ff.de officio eius cui mand.est iurisdict. Is tñ cui causam aliquam princeps delegat omnem uerò, in Nouel. de litig. plenam in causa delegata iurisdictioné habet: adeò ut etiam iudices dare possit l. unic. qui pro sua iurisdict. Goueanus l.2. de iurisdict. Id tamen minus propriè. uix enim est ut quis eius rei notionem habere uideatur, de qua cognoscere nisi iussus non potest & de qua iudex constitutus non est. lib. 2. de iurisdict. cap.1. idem. Quo uerò delegatus distet à uicario, hoc est, ut interpretes barbarè dicunt, à Vicê gerente, seu Locumtenente, Barto. indicat in l.1. & sequenti. C. de his qui uicem alt. ger. Vide Iudex. Porrò teste Dn. Olden. quia delegatorum iudicum usus non intelligitur, admodum perniciosus est. Tãtisper enim, inquit, disputatur de potestate delegantis, de forma delegationis, de persona delegati, donec litigatores cum causa dispereant. Sp.

Delegatus iudex is est, qui iurisdictionem non suo iure, sed alieno beneficio habet. Horum delegatorum alij quidem à fortuna seu culmine imperiali dati, alij simplici appellatione principis delegati, quidam ex sacra iussione dati, quidam pedanei ui de Cantiunc. cap.2. de Officio iudic. lib 2. Spieg.

Deleri uel interlinire. Vlpian. Si unus rationes hæreditarias deleuerit, uel interleuerit. Quære, Interlinere.

Deliaca supellex, in qua erant triclinia, & lecti cum pedibus, & fulcris ex ære Deliaco factis. Vide Bays. Spieg.

Delibari latinè dicuntur quæ minuuntur. Hinc,

Delibatio hæreditatis legatum esse dicitur in l.116. ff. de legat. lib.1. quod testator ex eo quod uniuersum hæredis foret, aliquid decerpit, deminuit & subducit. Ex diuerso illibatus quadrans in l.20. §. Papinianus. ff. fam. ercisc. integrum & non imminutum legatis. Briss. Adde Iacob. Ræuard. l. ius nostrum. ff. de reg. iur.

Deliberandi ius, quod à Prætore hæredi concessum est ad statuendum, utrùm hæres esse uelit, an non, toto tit. ff. de iur. delib. l.26. ff. de contrah. emption Prateius.

Deliberare, est factum diligenter tractare, & mente prouoluere l. Aristo. ff. de iure delib. siue cõsilium aliquid faciendi, uel non faciendi capere. uide Budæ. in prio. adnot. ad Pand. Dicitur à libella quâ quid perpenditur Festo. lib.4. Prat.

Deliberatio est prouida causæ circumspectio, cum qua ratio totum agit, & furor sibi nihil uendicat. Centum autem dies sunt commodum deliberandi tempus. l.2. ff. de iure deliberand. Old.

Delibrare, quod est librum, hoc est, corticem arbori detrahere. lege suprà, in uerbo Cingere arborem, & in uerbo, Deglabrare. Nebriss.

Delicatus debitor est, quasi luxui consecratus. quod enim nunc dedicatum, prius delicatũ dixere. Vlpi. de pig. act. in fin. l. si seruos. Igitur hæc, inquit, à iudice erunt despicienda, ut neque delicatus debitor, neq; onerosus creditor audiatur. Spieg.

Deliciae lib.15. Cod. Theodos. sub titulo de aquæductu, deriuationes uocantur ac sulci aquarij. inde

Deliciares tegulæ apud Catonem de re rustica cap.14. uidentur appellari tegulę quædã maiores, quæ in tectis influentem aquã excipiunt, deorsumq; liciunt, & perducunt, eumq; præstant deducendis pluuijs in tectis usum, quem in agro elices. Maioragius lib.3. Miscel. cap.8.

Deliciatum tignum Festus interpretatur, quod à culmine ad tegulas angulares infimas uersus fastigiatum collocatur. Maioragius ubi sup.

Delictum generale uerbũ est quo quid prętermissum significatur ex Festo lib.4. B. Augustinus definit declinationé à bono, quâ bonum prætermittitur: & quid à crimine distet collige ex glos. in auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi oportet. Prat.

Delicta priuata ideò sic dicuntur, quia horum delictorum publica accusatio non est, sed priuata & forẽsis. Verum quidé est extra ordiné nonnunquã animaduerti in fures, ut dicitur in l. ult. tit. de priuatis delictis. Et sub hoc quidem titulo regulæ quasi generales traduntur, quæ pertinẽt ad omnia delicta priuata. Prima est, pœnalibus actionib. hæredes non teneri. l.1. eo. tit. Sed aliquãdo rei persecutoria actio nascitur ex maleficio, ut cõdictio furtiua, quę transit etiã in hæredé. Idé dicitur in §. non aũt. Instit. de perpet. & temp. act. Idé etiã in C. sub tit. ex del. def. in q. hær. con. Ex quo loco colligenda est exceptio huius regulæ, nisi lis cõtestata sit cũ defuncto. Tunc enim actio quantũlibet pœnalis trãsit ad hæredé. Pręterea hoc etiã accipiendũ est, nisi quid ad hæredes ex eo maleficio peruenerit d. tit. C. Quãuis in hæredé non transeat actio furti, ut in hæredem detur, datur tamé hæredi. Excipitur actio iniuriarũ, quæ hæredi non cõpetit, propterea quod odiosa sit. Secunda regula est. Plures actiões ex maleficio descẽdentes possunt cõcurrere. ut dicitur in l. nunquam. d. tit. de priuatis delictis. Et in d. l. nunquã. hoc tit. Re ostendit I. C. differentiã inter actioné l. Aquiliæ & iniuriarum, qui surreptum seruum flagellauit tenebitur furti, deinde iniuriarũ, non ité l. Aquilię, quia damnum iniuria datũ non est, sed tñ contumelia quædam est & iniuria: & propterea serui dominus iniuriarũ actione agit. Tertiò notandũ est, si ex maleficijs quis uelit experiri criminaliter & extraordinariè, eum cogendũ esse in crimen subscribere l.3. d. tit. de priuat. delict. Notanda uero hic est diuisio iudicij criminalis in iudiciũ ciuile & criminale. Agere ciuiliter dicitur qui prosequitur id quod ad cõmodum suũ spectat, siue pœnã siue ré familiaré persequatur. Criminaliter agere dicitur, qui uindictæ publicę causa agit, nec refert an pecuniaria sit pœna uel non. Non enim condemnationé spectamus, sed scopũ, propter quẽ hæc actio instituitur. Quidã existimarunt omnia iudicia, quæ pecuniariã habent condemnationé ciuilia esse. Hinc crediderunt l. Iuliæ de ambitu iudiciũ ciuile esse, quod perabsurdũ est. Refertur enim inter publica iudicia licet tantùm sit pecuniaria condemnatio. Nulla accusatio est publica, sed tñ etiã extra ordiné puniuntur priuata delicta, quia moribus nostris etiã domestica furta capitalia sunt. licet criminaliter agere permittatur delictorũ priuatorũ nomine, non puto tñ accusationé publicã esse. Quamuis hoc certi iuris non sit, ego tamen ita existimo id posse colligi ex tit. de publ. iudic. 1. & in princip. Institut. eodem tit. &c. Seilerus ex lecturis Duareni nondum impressis

presfis sub d.titul. de priuatis delictis.

DELICTVM pro stultitia poni, ait Albericus in l.cum mancipium.ff.de ædilit.edict.Prat.

DELICTA fiunt, aut proposito, aut impetu, aut casu. proposito delinquunt latrones, qui factionem habent. Impetu autem cum per ebrietatem ad manus, uel ad ferrum uenitur. Casu uerò, cum in uenádo telum in feram immissum hominem interficit. Maffeus.

DELINEAMENTA nouercalia, apud Iuriscóf. in l iiij.de inoff. testam.Interpres nouercales blanditias exponit. Cic.1. de Finib. Qui blanditijs præsentium uoluptatum deliniti, atque corrupti. Spieg.

DELITESCERE, idem quod simplex ipsum, quod est latere. Id quoq; scholium indicat in l.j.de Fugit.Spieg.

DELPHI, orum, ciuitas est Phocidis, ad montis Parnasi radices posita, ubi Apollo solitus erat responsa dare: Sed quemadmodũ ait Iuuenalis, nũc cessant oracula Delphis.tit.de censib.Nebriss.

DELPHICÆ mensæ à Delphis urbe Apollini sacra dictæ sunt, & erant ex ære, quas ueteres Cortinas uocabant. Plinius lib.34. Ex ære, inquit, factitauerunt cortinas tripodum, nomine Dephicas. Cic. sexta in Verrem. Martial. argentum atque aurum non simplex Delphica portat. Florentin.tit.de supel lect.legata.l.id est,&c. Nebr. De hac dictione ita scribit Cuiacius Obseruat. 10. c. 13. Supellectile legata Paul.in.l.3. ff. de sup.legata contineri ait Delphicas &c. Delphica (qua uoce etiã in receptis sentẽtijs idẽ Paul. utitur,) abaci sunt quibus uina ministrãtur, nõ (ut legitur in Basilicis) οἱ τὰς φιάλας ἔχοντες ἀγγεῖα licet & hi inter uasa ponantur à Plinio.33. cap.11. Placet enim magis glossarum ueterum interpretatio, Abaci, Delphicũ ministeriũ, ut Iuuenalis, qua sanè uidetur his Iuuenalis locus significari.

Ornamentum Abaci nec non & paruulus infra,
Cantharus & recubans sub eodem marmore Chiron.

Marmoreã enim Delphicã fuisse Porphyrio scribit Cic. 4. in Verrẽ. Mẽsas Delphicas è marmore. Mart.

——Aurum non simplex Delphica portat.

Agretius. In Delphica (inquit) cõparia uasa semper sunt. Hæc Cuia. di.lo.

DELPHICA uasa sunt, quorum nulla mutata forma, uarius & multiplex usus est. Namq; ita erant facta, ut duplici facie, diuersis usibus inseruirẽt: nũc poculorum uicem præstantia, nunc clypeorum usum: tã elaboratę artis Delphi uasa habebant. Alex. de Alex. Genial.dier.libro j.cap.xix.

DELVBRA, id est, templa. Lex xij. Tab. Cõstructa à Patribus delubra habento. Hodie uerò Dei tẽpla habemus, ut ad audiendum uerbum eius, populus Christianus statis temporib. conueniat: suntq; donata multis priuilegijs. Quò pertinent TT. Iuris de sacrosanct. eccles. de Immuni. Eccl. & alij id genus. Itẽ, interdicta prætorum.ff. Ne quid in loc.sac. Nam Ecclesiæ uerbo ibi pro templo utuntur imperatores, populariter loquentes, ut sæpè alibi, teste Oldend. Spieg. Est tamen inter delubrum ac templum nõnihil discriminis. Sunt enim templa (inquit Ascon.Pędianus) singulorum Dijs attributorum locorum: delubra multarum ædium sub uno tecto à diluuio pluuiæ munitarum Alij delubra dicunt esse ea templa in quibus nunc sunt delibera corporum abluendorum more Dodonæi Iouis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris, lebetes tripodesq; uisuntur. Sunt etiam qui delubra lignea delibrata, id est decoriata pro simulachris deorum, more ueterum posita existimẽt. sed perperam. Nos uero Christiani templa omnia, uulgo Ecclesias appellamus, ut Ecclesiæ uocabulum etiam locum ipsum significet, in quem conuenitur diuini cultus gratia, qui & Basilica, teste Alciato, appellatur: siue quod loca publica, Basilica Græci uocent, siue quòd domus Principis Basilica id est regia dicatur: quæ significationes diuinis quoque templis conueniunt. Brechæus l. Inde tabernacula ff. de uerborum & rerum signific.

DEMAGOGI, apud Athenienses uocabantur duces quidam uulgi, popularem auram concionibus aucupantes, homines populariter factiosi. Bud. in l.uenditor. Com.præd.Sp.

DEMENSVM quid sit, exponit Donatus in Phormionem. Eius uocabuli ratio facit ad intelligẽtiam l.si quis uenditor. de Aedil.edict. Dicitur & Dimẽsum, Bapt. Egnat.in Spartian.annotãti, σιτομέτριον à Græcis dictum. Sp. Brodæus lib. Miscell.2. cap.15 annotat, quaternos olim frumenti modios quolibet mẽse seruos à dominis suis accipere solitos, idque demensum appellatum esse: uerum à dimetiendo non à mẽse. Plaut. Nunc argumentum uobis demẽsum dabo. Et in Sticho Vos meministis quot Calendis petere demensum cibum.

DEMENTES sunt mente capti, qui propriè loquẽdo, à furiosis diuersi sunt. Ideoque ab his separãtur. l.2.ff.de inoff. test. l.27.§. coram. ff. de recep. qui arbit. §. furiosi. Instit. de curatorib. Et furor à dementia in l.6.ff.de cur.fur. l.8.§.1.ff.de tut.dat.l.ult.§.1. C. de adm.tut. Græci Iureconsulti ita distinguunt, ut furiosos μαινομένους dementes ἀνοήτους dicant. Est autẽ dementia, ut Cic.iij.Tuscul. Quęstio. scribit, affectio lumine mentis carens, cùm non integra mens est & sana, tuetur tamen mediocritatem officiorum & uitæ communem cultum atque usitatum. Hæc propria uerbi significatio, quæ latiùs plerumque porrigitur, ut cum furore dementia confundatur. Quintilia. Declamatio.cccxlviij. Dementia est ablatus rerum omnium intellectus. Bris.

DEMENTEM ac mente captũ à furioso differre constat. ubi enim quis in rabiem quandam aut furorem agitur, atq; huc & illuc temerè fertur, furiosus est. Vbi uerò mens abest, ea amentia, dementia, & insania fatuitas dicta est. Isque mente captus dicitur amens, demens, insanus & fatuus, id quod Cicero lib.3. Tuscul.quæstio. exprimit, dum inquit: Itaque non est scriptum si Insanus, sed si furiosus esse incipit. Stultitiam enim censuerunt, id est inconstantiam sanitate uacantem, posse tamen tueri mediocritatẽ officiorum, & uitæ communem cultum atque usitatum. Furorem autem rati sunt mentis ad omnia cæcitatem: quod uel atra bili uel iracundia grauiori, uel timore, uel dolore commota mente sæpe contingit. Mente captus is dicitur, qui suæ mentis compos non est, & cuius mens ex eius potestate abijt. ut inquit Festus: quam differentiam doctores nostri probant, ijque maximè ab effectis cognoscuntur. l. Ob quæ uitia ff. de Aedil. edic. Hi igitur ex lege Lectoria (ut Capitolinus inquit) ad exemplum furiosi curatores accipiunt. Syluest. Aldobrand.

DEMENS est & is, qui nescit exprimere quod uelit, aut nolit c. pastoralis. de cleri. ægrot. li.6. & ibi bonus textus & glossa. Prat.

DEMERVERIT. Vlpia. Proinde etsi ita sit, ait, fidei

fidei commissum relictum, illi si demeruerit, omnimodo fideicommissum debebitur si modò meritũ, quasi apud uirum bonum collocare fidei commissarius potuit. l. fidei commissa. §. quanquam autem. ff. de legat. iij. Spiegel.

DEMIGRARE, ut & simplex Migrare, est domicilium mutare, & aliò se ad habitandum conferre, relicta priore habitatiõe. ff. de Migran. per tot. & Cod. de iur. fiscal. l. certa pecunia. libro decimo. Spiegelius.

DEMINVI uetabo. His uerbis Prætor non tantum alienationem impedit, uerum etiam actiones exerceri nõ patitur. Vlp. l. ait prætor. ff. de iur. delib.

DEMINVO, is, & deminutio, onis, non diminuo, & diminutio, ut passim legitur in libris Digestorũ, debere scribi Ludouicus Bonogninus in Pandectis Florentinorum. Nebriss.

DEMINVTVS capite, qui ciuitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus & qui in hostium potestatem uenit, & cui aqua & igni interdictum est. Nebriss.

DEMOCRATICI sunt, qui populari instituto uiuentes, dignitatem in libertate constituunt. δημοκρατία principatus populi. Oligarchici, qui paucorum statu gaudentes, dignitatem partim in censu & facultatibus ponunt, partim in generis nobilitate. ὀλιγαρχία status reipubl. à paucis administratus. Aristocratici uerò dicuntur, qui optimatum statum fouentes, uirtute dignitatem metiuntur. ἀριστοκρατία, optimatium principatus, status, gubernatio: quando optimates Rempub tractant. Huic contraria δημοκρατία Bud. in l. ius ciuile. de iust. & iur. Clarius, ut omnia, apud Oldendorp. sic habent, aut plures, aut omnes. Si unus, & ille bonus, Monarchia, seu regnum censetur: si malus, tyrannus: si uerò plures regnant, & boni, Aristocratia est: si mali, Ochlocratia: si denique omnes imperant, & bene, Democratia, hoc est, popularis principatus dicitur: si malè, Seditio. Spiegel.

DEMOLITIO, molitioni opponitur. l. stipulatio. ff. de oper. nou. nun. Siquidem demoliri, est extructa diruere, Moliri, ædificare est. Vlpian. titul. de usufruct. l. hæres. Antequam usufruct. prohibuerit, demolierit. Et demolitus passiuè. ut in titul. de usucap. l. eum qui. Spieg.

DEMOLIRI sepulchra, crimen est læsæ maiestatis, nec excusat ullus titulus. Vide C. de sepulch. uiol. per tot. Spiegel.

DEMONSTRATIO est quædam ex instantibus, uel præteritis accidentibus noticia, quo magis dispositio sit liquida, adhibita rei, quæ est in facto & non quæ est in fieri. Vide Bart. in l. demonstratio. ff. eod. inducitur demonstratio per relatiuum iunctum uerbo præteriti, uel pręsentis temporis. §. proxima. instit. de legatis, item per adiectiua significantia officium uel artificium, uel aliquid aliud propter quod res nominata sit magis certa l. si nominatim ff. de cond. & demon de alijs, uide Bart. d. l. demonstratio. Aliam definitionẽ tradidit Azo, & gl. dictis locis.

DEMONSTRATIO, à causa & conditione multum distat. l. 75. §. 1. & l. 96. ff. de legat. lib. 1. Demonstratio plerumque factam rem ostendit, Conditio futuram. l. 34. in fin. ff. de conditio. & demon. id est, Demonstratio, in præsens uel præteritũ, Conditio in futurum tempus confertur, ut ex l. 85. ff. de legat. iij. patet, Theophilus in §. huic proxima. Institut. de legat. hæc duo ita distinguit, δημονστρατιόν τὴν [illegible] Hæc oratio, STICHVM QVI MEVS EST, demonstrandi causa posita intelligitur. At si ita concipiatur, STICHVM QVI MEVS ERIT, pro conditione accipitur. l. 6. ff. de legat. libr. 1. Demonstratio quoque est si ita dicam, VESTEM PVRPVREAM, QVÆ VXORIS CAVSA PARATA EST. CENTVM, QVOS MIHI DEBET. STICHVM, QVEM DE TITIO EMI. FVNDVM TVSCVLANVM QVI MIHI A TITIO DONATVS EST. FVNDVM QVEM ILLA MIHI DOTI DEDIT. l. 10. ff. de auro, argent. l. 26. ff. de libér. leg. l. 76. §. hæres. ff. de legat. lib. 2. l. 17. & l. 40. §. qui dotalem. ff. de conditio. & demon. Briss.

DEMONSTRATIO uice nominis fungitur. l. 34. ff. de conditio. & dem. l. 6. ff. si cer. pet. l. 6. in fin. ff. de rei uind. Briss.

DEMONSTRATÆ rei, quidquid adijcitur satis demonstratæ, frustra est. l. 1. in fin. de dot. releg.

DEMORIRI mancipia apud Vlp. l. uerum. §. si locupleti. uers. Sed hæc res. ff. de minoribus. Sp.

DEMORTVÆ arbores. Paul. ff. de usufructu: Agri, inquit, usufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ substituendæ sunt. Sp.

DENA, idem quod decẽ: Bis dena, uiginti. Qui dena absolutè pro uiginti accipiunt, id idoneis probent autoribus. Iulianus de legat. j. l. si quis testamento. Nullam, ait, hæc uerba recipiunt ambiguitatem: ut Dena dixisse uideatur, qui Decem dixit. Sp.

DENI, denæ, dena, nomen est dimidium distributiuum, quale illud bini, binæ, bina, & similia, cuiusmodi nomina Accursius solitus est exponere in bis tantum, cum reuera significent cuilibet tantum, quod latuit Bartolum. Is enim exponens legem quę habetur de legat. 3. Si quis testamento Titio & Seio decem dari iusserit. Nullam recipiunt hæc uerba ambiguitatem, ut dena dixisse uideatur, qui decem dixit: putauit per dena uiginti intelligi. Ait nanq; Qui reliquit decem, nõ uidetur relinquere uiginti. Nam cum inter decem & dena illa sit differentia inter oratores obseruata, quod decem numerum simplicẽ, hoc est, decem unitates significet, dena uero cuilibet decem, erat sensus legis: quod qui Titio & Seio legauit decem, non legauit dena, id est, cuilibet decem, sed decem simpliciter, hoc est, cuilibet quinq;. in tit. de uerb. oblig. l. si ita. Accursius dena pro decem interpretatus est. Idem de annuis legatis. l. si legatum. exponens illud, Si legatum fortè sit relictum annua, bina, trina die, fortè triginta dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adiectum æquis pensionibus, dena pro decem interpretatus est, cum dena nõ simpliciter decem, sed per singulos annos decem significet. Nebriss. Adde Forcat. in dial. 20. Necyoman. num. 5.

DENARIVS inde nomen traxit, quia primò decem asses ualebat. Apud D. Matthæum quoque in parabola de conductis in uineam cap. xx. drachma ualebat decimam partem coronati: quanta & hodie ferè diurnæ operæ merces esse solet. Lege Georgium Agricolam libro quarto, uirum & doctum, & disertum, mirè abstrusissimam ponderum mensurarumque rationem aperientem. Adi item Alexandrum Neapolit. libro quarto. Spiegel. Vide Connanum lib. 10. cap. 6. num. 10.

DENEGARE, est sedulò negare se aliquid fecisse, aut sibi quid creditum esse.

DENE-

Denegari non debet ius iustè deprecantibus, teste Vlp. in l.ij. de his qui sui uel alieni iuris. Spiegelius.

Denicales feriæ, cum hominis mortis causa familia purgabatur. Siquidem priuatæ erant, sicut Parentalium feriæ publicæ. Cicero lib. secundo de legibus. Nec uerò (inquit) tam Denicales, quæ à nece appellatę sunt, quia residentur mortui, quàm cæterorum cœlestium quieti dies, ferię nominarentur, nisi maiores eos qui ex hac uita migrassent, in deorum numero esse uoluissent: eas in eos dies conferre ius, quibus nec ipsius neq; publicæ feriæ sint. totaque huius iuris Compositio pontificalis, magnam religionem, cæremoniamque declarat. Possumus itaque & nos quidem Christiani his temporibus, secundum Mensis Nouembris diem, quo residentur mortui, id est mortuis feriamur, parentalia latinè appellare, seu etiam denicales, id est Festū defunctorum: qui dies ferè est ultimus anni finis. Dicemus quoq; Feralia. Ouid. 2. Fastorum.

Hanc, quia iussa ferunt, dixere feralia lucem.

Vltima placandis manibus illa dies. Brechæus l. appellatione parentis. ff. de uerborum & rerum signif.

Denique, inquit Donatus, ad finem dictorum ponitur postremò. Sic apud Iurisconſ. in l. si filius famil. Si certum pet. cum similibus.

Denotare pro infamare, ignominia notare. Pompon. eleganter usurpauit, Turpia inquiens, legata, quæ denotandi magis legatarij gratia scribuntur, odio scribentis pro non scriptis habentur. de Legat. j. Spieg.

Denunciatio quid sit, latissimè explicat Alciat. in l. detestatio, de Verborum significatione, qua non aliam copiosius enarrauit, quum paucis, sex scilicet tantùm uerbis constet. Sp.

Denunciare, in mala re dicitur: ut adulterium, furtum, inimicitias, periculum, bellum. Est autem indicere, prænunciare, & ut ita dicam, præsignificare. Obseruandum autem, quòd Denunciare testimonium, non est testificari, ut uulgò existimatur: sed est homini diem dicere ferendo testimonio, hoc est, ad iudicium euocare ferendi gratia testimonij, & euocare inuitum ad remotum longinquumque tribunal: in publicis tantummodo iudicijs, quorum prætextu hominib. domi occupatis faciliter hoc modo adferebatur damnum. Et propterea huius calumniæ specialiter fit mentio l. j. §. j. ff. ad l. Cornel. de fals. Ex Budęo Spieg. Est etiam denunciare crimen in iudicium ad publicam uindictam deducere, siue id fiat per priuatum siue per officialem, ut iudex tali denuntiatione habita, postea de illo crimine inquirat: prout hodie uulgo definitur. Maranta de ord. iudic. parte 6. de denuntiatione. Quę in hoc ab accusatione differt, quòd hęc absque libello inscriptionis non admittitur l. Libellorum, ff. de accusat. l. 3. C. de his qui accus. non poss. denunciatio tamen citra inscriptionis uinculum recipitur, nec denuntiator facit partem in iudicio ut declarat Salycetus l. Ea quidem. in princip. C. de accusat. Ea autem Magistratibus olim fieri consueuit, per certos homines, quibus id munus publicè mandatum fuerat, ne grauiora facinora, deficientibus fortè accusatoribus impunita manerent. hi dicebantur Stationarij siue Irenarchæ. l. Ea quidem C. de accusat. l. j. §. Quies. ff. de off. præf. urb. l. diuus Adrianus. de custod. reor. l. j. C. de curios. & stat. Quo argumento & procuratoribus, quos uulgo regios seu fiscales uocamus, hæc inscribendi necessitas remitti debet, hocque iure utimur. Duarenus disputat. Anniuers. lib. 1. cap. 38.

Denunciatio ab accusatione differt. Nam accusatio citra inscriptionem ullam recipitur, Denunciatio autem magistratibus olim fieri consueuit per homines certos quibus id publicè mandatum fuerat, ne grauiora facinora deficientibus forte accusatoribus impunita manerent l. ea quidem. C. de appellat. l. ab accusatione §. nunciatores ad S C Turpill. Sibilerus ex Lecturis Duareni nondum impressis tit. 2. lib. 48. Pan. de accusationibus.

Denunciatio, ciuilis interpellatio, siue admonitio olim obseruabatur: quæ debitoribus in personam solenniter fiebat, antequam conuenirentur apud iudicem. Siquidem agens aduersario huiuscemodi denunciabat, TALI DIE ADSIS MECVM DISCEPTATVRVS. A qua denunciatione licet hodie recessum sit. condictionis tamen nomen pro personali retentum est actione, ut monuit Theophilus in §. appellamus, Instit. de Action. Vnde condictiones, appellatæ sunt Actiones personales. Condicere enim, ut suprà dictum est, prisca lingua denunciare significat. Spieg. ex Oldendorpio. Corrasius lib. 4. Miscell. cap. 7.

Denuo, id est, rursus, de integro. l. cum prior. ff. de Distr. pig. lege j. de Aduoc. diuers. iud.

Dei appellatio, quaquam apud Christianos non est ulli mortalium, uel per iocum communicanda, neque omnino tam insignis, tamque fœda adulatio est in mores nostros recipienda. tamen quomodo fieri possit, ut usus sit huius adagij, Homo homini Deus, ostendit Roterodamus. Spieg.

Deo immortali, apud Martianum ad leg. Iul. pecul. Sed etsi donatum Deo immortali abstulerit, peculatus pœna tenetur. Nam & gentes Deum intelligebant conditorem omnium rerum, cui sit obediendum, qui sit inuocandus: & id quidem lumine naturali, prorsus ignaræ gratiæ Euangelicæ. Cicero de Legibus, De ipsis quidem, inquit, hominibus nulla gens est, neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non (etiam si ignoret qualem habere Deum deceat) tamen habendum sciat. Igitur, iuxta Old. ualde ad rem dixit Pomp. in l. ut uim. ff. de Iust. & iur. cum inter exempla Iuris naturalis (nā sic ibi intelligi debet Ius gentium) referret religionem erga Deum Sp.

Depactus, inquit Vlpianus, dicitur turpiter pactus. l. 3. §. 1. ff. de calumniat. quasi uerò non & Depacisci aliquis honestè possit. sed edictum de Calumniatoribus Vlpianus interpretabatur. præterea, quod ad illius excusationem plurimum ualet, Syrus, non Romanus erat. Depacisci, est pactione transigere: inquit Donatus in illum Terentij locum Phorm. Iam depacisci morte cupio. Cicero Verr. 5. Equidem Romanum scitote biduum cibo tectoque prohibitum: biduum Leontinis in foro custodijs Apronij retentum atque seruatum: neque antè dimissum quàm ad conditiones eius depactus est. Idem pro S. Roscio Amer. Cum illo contra hos inire consilia, horum consilia illi enunciare, cum illo partem suam depacisci, hisce aliqua fretum hora semper omnes aditus ad Syllam intercludere. Item de Inuentione lib. 2. Quidam Imperator cùm ab hostibus circumsideretur, neque effugere ullo modo posset, depactus est cum eo, ut arma & impedimenta relinqueret, milites educeret. Hot. Adde Forcat. in Dial. 57. Necyomant num. 4.

Depecisci (sic enim ubique, & non Depacisci

pacisci legendum) significat pactionem facere. A Iurisconss. quidem in malam partem usurpatur, ut ex Alciato suprà exposuimus. Sp.

DEPECTUS participium, ab eo quod est Depeciscor, quod significat, turpiter pacisci. Vlpian. de calumniat. l. & generaliter. Hoc, inquit, edicto tenetur, qui depectus est. Hinc depector, apud Apuleium in oratione pro magia: Est, inquit, litium depector, omnium falsorum commentator. Aliàs autem non depectus, sed Dispectus legitur in Norico exemplari. Nebriss.

DEPENDERE, pro præstare, soluere, in l. iij. §. in his. ff. de usur. Spieg. Significat autem dependere non simpliciter pendere, sed periculum alicuius rei præstare, & omne detrimentum, quod in re aliqua sit quasi pœnam. Cicer. libr. primo epist. famil. dependendum tibi est, quidquid pro illo spopondisti id est, etiamsi quid non consequaris ab eo, si quid ipse non præstet, id tibi præstandum & suscipiendũ est. Idem libro primo ad Atticum Abiurare satius est quàm dependere, id est, quàm confessionis periculum subire. Ita Iureconsl. in l. 4. §. post litem. ff. fin. regund. depẽdere fructus dixit de ijs, in quibus præstandis periculum agitur rei, id est ijs, qui percepti non sunt, percipi tamen potuerunt: à quibus dependendis debitor immunis est. Donellus de fructibus.

DEPERDITUM, inquit Caius, intelligitur, quod in rerum natura esse desijt: Deminutum uerò, quod usucaptum est, & ob id de hæreditate exijt. Spiegel.

DE PLANO, id est, ex æquo loco: ueluti unde magistratus in tribunal, quod editiore in loco positum erat, conscendebant. Itaque De plano & Pro tribunali opponuntur. Vlpianus l. 3. §. 6. ff. de de bonor. possess. Si caussa cognita bonorum possessio detur, nõ alibi dabitur, quàm pro tribunali. quia neque decretum de plano interponi, neque caussa cognita bonorum possessio alibi quàm pro tribunali dari potest. Item l. 2. §. primo. ff. quis ord. in bon. Sed non sessionum dies numerabuntur: si modò ea sit bonorum possessio, quæ de plano peti potuit. quid si ea quę caussæ cognitionem pro tribunali desiderat, uel quæ decretum exposcit? Similiter in l. 1. §. quarto. ff. ad S. C. Turpil. & l. 18. in fin. ff. de quæst. & l. 9. §. 3. ff. de offic. proconsl. Huc autem alludens Seneca lib. De Clement. 1. Hæc tamen, inquit, magnanimitas in bona fortuna latiorem locũ habet, meliusque in tribunali quàm in plano cognoscitur. Sueton. de Tiberio: Siquidem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat, iudicesque aut è plano, aut è Quæstoris tribunali, legum & religionis admonebat. Hinc illæ notæ, V. D. P. R. L. P. Vnde de plano rectè legi posit. Hotomannus. Connanus libro primo, capit. 16. numero 5. Hoc mihi uidetur, inquit Vlpianus dicere. Non solum quæ cognoscens, & pro tribunali princeps decreuerit, sed etiam quæ de plano, & quasi aliud agens, uim legis obtinere. Nam quum hoc eximium sibi fore putarent, si non cogerentur ius pro tribunali dicere, ut cæteri magistratus, aut quia fortasse publicis negotijs impediti, uix satis otium tribunalibus & forensibus iudicijs suppeditare possent, solebant domi & foris ubicunque sui potestatem fecissent, de plano ius reddere postulatoribus, quod nimirum in uia nonnunquam facere cogebantur quoties appellarentur aut adirentur. Alioqui potuissent audire quod quædam anicula Imperatori Adriano dixit, cum illum in uia de iure suo postulasset negassetque ille sibi tum otium esse. Noli ergo inquit illa, imperare. Quod ipse & æquo animo tulit, & illam leniter audiuit. Itaque Principum hæ cognitiones, quę de plano, id est æquato loco habebantur, minus aliquantò solennes erant, quàm quæ cum caussæ cognitione auditis utrinque rationibus exercebātur. Iccirco Vlpianus appellat eas interlocutiones, quod eas Princeps quasi inter aliud agendum & loquendum decerneret, aut ipsum interloquentibus respõderet. Latini enim interloqui dixerunt, pro eo, quod est loquentem interpellare, & alterius sermonem interrumpere. Terentius. Siccine me interloquere, & cætera.

DEPONERE, transferre. l. si sponsus sponsæ. §. si maritus. de don. int. uir. & ux. Ex Apello. Sp.

DEPONERE imperium, pro cessare ab officio. Vlpian. Proconsul, inquit, portam Romæ ingressus, deponit imperium. Sp.

DEPONERE est custodiendam rem dare tot. tit. ff. & C. depositi.

DEPONERE antiquis significabat abalienare à se & abijcere, ut not Non. Marcellus. Vnde Plautus: ut me deponat uino eam affectat uiam. hinc depositum pro abiecto & desperato, & quod pro derelicto habetur Cicer. 3. in Verrem. Itaq; mihi uideor magnam & prope depositam Reip. partẽ suscepisse. hoc est, inquit Ascon. depositæ salutis. Sic & Virgilius.

Ille ut depositi proferret fata parentis.

Quem locum explicans Seruius, depositi id est desperati. Nam consuetudo erat apud antiquos, ut desperati ante ianuas suas collocarentur, uel ut extremum spiritum redderent terræ, uel ut possent à trãseuntibus forte curari, qui aliquando simili laborauerunt morbo. Hinc illa: deponere curam, solicitudinem, magistratum, officium, pro eo quod est exuere se cura, solicitudine, magistratu, officio. Quia uerò plærunq; res nostras deponimus & abijcimus non perdendi animo, sed conseruandi gratia, easque sic à nobis dimittimus, ut alij tradamus & cõmittamus, ideo factum est, ut deponere idẽ significet quod credere & committere. & depositum quod alicuius fidei est, & diligentiæ creditũ, quod proprium est huius loci. Vlpian. Depositum est quod custodiendum alicui datum est: dictum ex eo quod ponitur. Præpositio enim de auget positum, ut ostendat totum eius fideicommissum quod ad custodiam rei. Hoc est non solum apud amicum rem nostram ponimus, sed deponimus & dimittimus à nobis, ut apud eum collocemus, & curam eius atque custodiam à nobis ad illum transferimus, & in ea conseruanda, operæ & industriæ nostræ uicariam eius fidem supponimus, in quo similimum est mandato. Nam ut hic res nostras alienæ fidei tradimus conseruandas, sic in illo negotiorum nostrorum curationem & administrationem alijs mandamus & committimus. Itaque iudicia Fiduciæ esse dicuntur ea, quæ sunt societatis & tutelæ. Cicero pro Roscio Comœdo. Si qua enim sunt priuata iudicia maximæ existimationis, & penè dicam capitis, tria hæc sunt, Fiduciæ tutelæ, societatis. Æquè enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere, quæ continet uitam humanam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & socium fallere, qui se in negotio coniunxit. Fiducię nomine mandatum & depositũ notauit quod in ijs præcipuè de rebus nostris, fidei credimus alienæ. Nam ut plurimum non mandat quisquam nisi amico: neque rem suam deponit nisi apud eum quem

quem fidelem putat. In socio & tutore eadem fidei ratio, sed non tanta, quod certa lege constituuntur ipsi, nec postea liberum est eos reuocare, Sed & tutor inuitus fit plerunq;. At reuocādi mandati quandocunq; libuerit & depositi repetendi potestas est cuique: ut hæc ab eius qui suscepit probitate & fide maximè pendeant: & tamen ipsum depositum multò magis: Propterea quod reuocato mandato, nihil iam contra potest is moliri, qui mandatum susceperat, ut summè cupiat: repetenti depositum non statim reddit is qui acceperat, si callidè uersari uelit & à fide recedere: Quare idem Tullius in oratione pro A. Cecinna fiducię nomen soli deposito tribuit. Qui per tutelam inquit, aut societatem, aut rem mandatam aut fiduciæ rationem fraudauit quempiam. Et Vlpian. l. certi, si certum petatur: Fiduciariam hæreditatem appellat, quæ fidei hæredum committitur, & quasi custodienda traditur ad tempus, ut eam alij postea restituant quæ communiter à Iureconsultis uocatur Fideicommissaria. Mandatum ergo & depositum similima in hoc quidem sunt, quod & summæ fiduciæ & utrunque, & eius tantum gratia fiunt, qui mandat aut deponit. Cæterum hoc differunt quod depositum re contrahitur: Mandatum solo consensu & illius fides in conseruando cernitur, huius autem in agendo. Qui depositum suscepit, tenetur tantum ut rem sibi creditam custodiat diligenter cui mandatum est aliquid, etiam ut faciat, & operam atque industriam suam præstet alieno negotio, ut Vlpianus hoc primo cap. duobus aut tribus exemplis ostendit &c. Hæc Connanus libro 7. capit. 4. numero 1. & 2. &c.

DEPONERE est demoliri, & ad aream redigere, & solo æquare l. 23. in fin. ff. de usucap. l. 8. ff. si seruit. uind. l. 83. §. sacram. ff. de uerb. oblig. Prat.

DEPONERE, ædificium deprimere significat l. 6. ff. si seruit. uindicet. l. 17. ff. de seruit. urban. prædio. Prateius.

DEPORTATOS eos accipere debemus, quibus princeps insulas annotauit, uel de quibus deportandis scripsit: l. 1. §. hi quibus. ff. de legat. 3. & hi fideicommissum relinquere non possunt, quia nec testamentum faciendi ius habent. Cæterum priusquam factum præsidis princeps comprobet, nondū quis amisisse ciuitatem uideatur. Proinde si ante decessisset, ciuis iam decessisse uidetur, & fideicōmissum, quod ante reliquerat, quam sententiam pateretur, ualebit. Sed si post sententiam antequam Imperator comprobet, ualebit quod factum est, quia certum statum usq; adhuc habuit Maffeus. Sunt autem ij, quibus aqua & igni interdictum. d. l. 1. §. hi quibus. ff. eod. Cuiusce rei pulcherrimum habemus exemplum de M. Tullio Cicerone, cui Clodius Tribunus plebis diem apud populum dixit, quòd ciues sine iussu populi Romani contra leges necasset, & deinde ob id factum Clodius de exilio Ciceronis rogationem ad populum tulit, ut infra quadraginta ab Italia milliaria ipsi Tullio aqua & igni interdictum esset, ut recipientis eum bona publicarentur, isq; exularet, & ne quis de Cicerone reducendo ad Senatū referret, ne quis decerneret, ne quis disputaret, aut loqueretur, aut pedib. iret, scribendòue adesset. Meritò itaq;, deportatum mortui loco haberi, Paul. I. C. scribit: l. 4. §. si deportatus. de bon. libert. & deportatio interdum ultimum supplicium & mors cēsetur. §. publicorum. Inst. de publ. iud. §. cum autem. Instit. quib. mod. ius pat. potest. sol. Est aūt deportatio ipsa (ciuium Romanorū pœna, quæ successit in locum aquæ & ignis interdictionis) perpetua in exiliū siue insulam condemnatio, quasi circumfinitio, quòd ei, qui damnatus est, certo spatio circumscribitur pœnæ perpetuò pendendæ locus. l. inter pœnas. ff. de interd. & releg. Et hac quidē puniuntur depeculato res ærarij publici, uel pecuniæ sacræ, l. pecul. pœn. l. peculatus crimen. ff. ad l. Iul. pecul. & huiusmodi de famatissimi sceleratissimiq; homines, qui, quia acerbitas puniendi maleficij plerunq; disciplina est bene beateq; uiuendi, non iam deportantur, sed uel laqueo, uel gladio feriuntur. Anch.

DEPORTATI à relegatis differunt. Nam Relegatio pœna capitalis non est, nec proprie exiliū dicitur. l. 2. ff. de publ. iud. l. edicto. de bon. poss. l. 2. de pœnis. l. licet capitalis. de uerb. sig. Vnde Ouid. ad Aug.

Quippe relegatus non exul dicor in illo,
Parcaq; fortunæ sunt tibi uerba meæ.

DEPORTATI uerè exules sunt, qui carent ciuitate, ideoq; modo Apolides, modo peregrini dici solent. l. quidam. ff. de pœnis. l. 1. C. de hæred. instit. l. sed si hac. ff. de in ius uoc. Exilij tamē appellatio nōnunquam latius patet, pro relegatione scilicet quæ salua ciuitate contingit. l. sed & si quis. ff. si quis caut. l. exiliū. ff. de interd. & releg. ut apud Cic. in orat. pro Cecin. & eundē Ouid. cum ita librū suū alloquitur:

Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse,
Infœlix habitum temporis huius habe.

Duaren. lib. 1. disput. anniuers. c. 37. Porro uero quid inter Deportationem, Exilium & Relegationem intersit, latius discutit Io. Rober. lib. 4. sent. c. 11. Petrus Crinitus de honest. discip. lib. 22. c. 5.

DEPORTATVS olim ciuitatē non amittebat, neq; ullus alius nisi uolens. Ideo qui uel deportabatur, uel huiusmodi pœnis afficiebatur, nō prius amittebat ciuitatem Romanam, q̄ ipse sciens uolensq; in alia ciuitate nomē suū profiteretur, & ut hoc facere cogerentur, eos qui deportabātur olim, nō lata lege priuarūt ciuitate, sed ijs aqua & igni interdicebant: ut hūm præsidio spoliati, cogerētur, ut dixi, nomen suū profiteri, & alterius ciuitatis ciues effici: quo casu noluerūt Romani hīes duarū ciuitatū, Romanæ scilicet & alterius ciues esse. Vnde quadā quasi renūtiatione iuris ciuitatis interueniēte, ciuitatē hoc modo amittebāt. Quæ oīa sumuntur ex Cic. in orat. pro domo sua, ad pōtifices. Ciuitatē (inquit Cic.) nemo unquā ullo populi iussu amittet inuitus. Qui ciues Romani in Colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterāt Latini, qui non erant autores facti, nomenq; dederant: Qui erāt rerum capitaliū condemnati, nō prius hanc ciuitatē amittebant, quā erant in eam ciuitatē recepti, quò uertendi, hoc est mutandi soli causa uenerant: Id aūt ut esset faciundū, non ademptione ciuitatis, sed tecti, aquæ & ignis interdictione faciebant. Hæc ille. At postea sub Romanis principib. occupata Romanorū libertate sublat⁹ est ille circuitus, statutumq;, ut absq; alia tecti, aquæ & ignis interdictione q lege uel iudicio deportatus erat statim ciuitatē amitteret. & hoc est quod dixit Vlpian. in l. 2. ff. de pœn. Constat postquam deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis successit, non prius amittere quem ciuitatem quàm princeps deportandum eum in Insulam statuerit. Præsidem enim deportare non posse nulla dubitatio est. & alibi Vlpianus in l. prima. ff. de legat. iij. Ij inquit quibus aqua & igni interdictum est, id est deportati, fideicommissum relinquere non possunt. & idem in l. iij. Digest. ad leg. Iul. peculatus. Peculatus pœnam aquæ & ignis interdictionē, in quam hodie successit

deportatio, continet. Et Iustinianus in §. deportatio tamen. Nouella de nupt. Deportatio tamen (inquit) in quam migrauit & antiqua ignis & aquæ interdictio. Successit enim deportatio in locum interdictionis prædictæ: Quia circũscripta interdictione tanquam minus necessaria priuabantur ciuitate ipsa Sentẽtia, quod testatur idem Vlp. in d.l.2.ff. de pœnis, ibi. Sed præfectus urbis ius habet deportãdi, statimq; post sententiam præfecti amisisse ciuitatem uidetur. Quod clarius ostendunt Theophili uerba: Simulatq; sententia lecta fuerit, lex ei & ciuitatem & bona adimit, & ciuitate Romana exutus, fit peregrinus. Syluester. Aldobran. tit. quib. mod. ius patr. potest. solui. uerbo Ciuitatem amittit &c.

DEPOSITARIVS est, apud quem res aliqua deponitur custodienda: & ita sumitur in Auth. Sed iam. C. depositi. Et differt à sequestro: quia Depositarius ad hoc præcisè tenetur, ut depositori rem restituat, tenetur etiam maximam diligentiã adhibere. Sed sequester neutri litigantium tenetur præcisè rem restituere, sed indeterminatè illi qui uicerit. Oldendorpius. Differt &

DEPOSITVM à sequestro in alijs: Primo, licet deponere tam unus quàm plures possint: attamen apud sequestrum non nisi plures deponere solent. Nam tunc id fit, cum aliqua res in iudicium deducitur. Vnus autem secum non controuertit. Secundo: In sequestro unusquisq; insolidum uidetur deposuisse. Sed, cum plures communem rem simpliciter deponunt, quilibet pro sua parte censetur deponere. Tertio: Rei depositæ proprietas & possessio apud deponentem. In sequestrum autẽ possessio aliquando transfertur, ut is custodiendo possideat. Id enim agitur ea depositione, ut neutrius possessionis id tẽpus procedat. l. licet. ff. eodem titu. A' sequestro autem, sequestrariam actionem uocat Pomponius in l. si in Asia. §. cum in sequestro. ff. eo. tit.

DEPOSITVM est, quod custodiendum alicui datum est: dictum ex eo, quòd ponitur. Præpositio enim De, auget positum, ut ostendat, totum fidei eius commissum, quod ad custodiam rei pertinet. l.1. ff. deposit. Old. Cum dominium rei nostræ damus perpetuò donatio est, cum ad tempus, ut ipsa uel similis reddatur, mutuum dicitur: Cum usum eius, commodatum: cum operam nostram, mandatum: cum diligentiam nostram, in re alterius conseruanda, depositum nominatur. Connanus libro 5. capit. 2. numero 2.

Est & DEPOSITVM iudiciale, cùm res ea, de qua cõtrouersia est, apud officium uel ubi iudex statuerit, deponitur. l.16. in fi. ff. de off. præsid. l.7. §. ult. ff. qui satisd. cog. l.21. §. ult. ff. de appellatio. l.7. ff. depos. l.1. §. pen. ff. de liber. exhib. l.11. §. penult. ff. ad exhib. Brissonius.

DEPOSITIO μεταφορικῶς, apud Põtificios amotio facti sine solennitate c. degradatio. de pœnis. lib. 6. & hæc dicitur simplex depositio Abbat. Quibus autem ex causis fiat depositio, docet glossa magna in fin. cap. 1. 15. quæst. 8. Prat.

DE possessione deijcere, ex sermone Iurisconsultorum in uulgi sermonem abijt, pro eo quod est, famam cuipiam eripere, quam in omnium consensu obtinuerit: aut adimere quidpiam, quod suo quasi iure tenere uideatur. Nam ius semp fauet possidenti, ne quis ui quempiam deijceret. Ex Chiliad. Eras. Spiegelius.

DEPRECATIO de qua Tryphoninus l. tres tutores. in prin. ff. de admi. tut. l. auxilium. ff. de minor. est, ut definit M. Cicero, in qua nõ defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Prat.

DEPRECATOR, qui reum ad impunitatem exposcit, & reatu eximit. Vulgus intercessorem appellat. Spieg.

DEPRECARI, est precibus rogare, & summisse obtestari ne quid fiat: multum autem longeq; distat à recusare, ut docet Alex. Neapol. c.14. lib.4. Sp. Idq; satis ostendit l. fideiussores magistratuum. §.1. ff. de fideiuss. ubi clarè ostenditur deprecari idem esse, quod uehementer & obnixè precari. Etenim precabantur suppliciter apud Iul. Paul. fideiussores, ut ne lecta subscriptione fideiusionis, in usuras condemnarentur. Animaduerti ipse uariè uerbum deprecari, ab authorib. probatissimis accipi. Nam Aul. Gell. lib. Noct. Attic. 6. ca.16. deprecari, abominari, uel detestari esse dixit. Vnde deprecor supplicium, idem Gell. dictum ait, quasi detestor & execror. quem taxat Lauren. Valla lib.6. ca.24. existimatq; deprecari nihil aliud esse, quàm dicto, uel facto recusare. Idque authoritate Ouidij de Ponto probat.

Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

Quare non ineptè, ut ait, dixeris Bucephalũ, qui præter unum Alexandrum, omnem alium recusabat sessorem: deprecari alios sessores, præter regẽ. Sed Vallam multis uerbis ijsdemq; elegãtissimis ridet Alex. ab Alex. lib. Genial. dier. 3. c.14. pluribusq; ueterum authoritatibus probat, nos ineptè, absurde, & barbarè loqui, si deprecari, ꝓ recusare dixerimus. tandemque ostendit, ueterem, probabilemq; sensum esse, ut deprecari idem sit, quod suppliciter, & precibus exposcere, ne quid fiat quod uitare cupimus, & cõtendimus ne eueniat. Mortem ergo, inquit Ouidius, deprecatur, non simpliciter recusans mortem, sed suppliciter exposcens, ne mors contingat inter tot truces immanesq; hñes. Vnde deprecari distare multũ longeq; à recusare, probat: quippe deprecari est precibus rogare, & summissè obtestari ne quid fiat. Recusare uerò iure & manu contendere, & quadã mentis uecordia minaciter magis quàm precibus, deposcere. Cic. lib.2. Tusc. De Anaxarcho, inquit, Democritoq; cogitetur, qui cũ in manu Cyri, Nicocreontis incidisset, nullum genus supplicij deprecatus est, neque recusauit. Et Cęsar in Comment. lib.5. Hedui nec deprecandi, nec recusandi causa, legatos ad Cęsarem mittere uolebant. Quibus liquet deprecari, idem esse, quod precibus eniti & rogare, ne quid fiat, seu eueniat tale, quòd tu nolles euenire, & futurum detestaris. Vt & ille plenius prosequitur, cui ipse assentior. Existimoque deprecari esse idem, quod precibus auertere, & depellere malum quod impẽdet. Vnde Cice. in 7. Verr. deprecari periculum dixit, id est, precari ne eueniret. Illi inquit, ad deprecandum periculum proferebant, alij purpuram Tyriam, thus alij, atq; odores. Dixit quoq; deprecari auaritiæ crimina. Nunc uero, ait in Verr. quid faciat Hortẽsius? auaritiæne crimina frugalitatis laudib. deprecetur? Hoc est, depellẽtne & orabit, ut ne auarus existimetur, sed magis frugalis. Dixit item deprecari exiliũ, & fugam, hoc est, precib. orare, ne exul esse, fugamq; facere cogeretur, cum inquit sibi nõ incolumẽ fortunam, sed exiliũ & fugam deprecaretur esse coactũ, ut uita sese ipse priuaret. Et ꝓ Plancio, deprecatorẽ fortunarũ appellauit eũ, q precib. deposcebat, ne fortunę sibi suę adnumerent, hoc est, ne condẽnaretur, & bonis publicatis in exiliũ iret. Et ꝓ Sylla Multorũ, inqt, hic uitã est à L. Sylla deprecatus, h. e. precib. impetra-

petrauit, ut multis L. Sylla ignosceret. Hic color ille Rhetoricus, qui deprecatio dicitur, cum & peccasse, & consulto peccasse se reus fatetur, & tamen ut ignoscatur postulat. Hoc aût colore usus est Trypho. in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. Hunc porro Cicero ita definit, Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur, ut & annotauit Antonius Augustinus lib. 3. Emendationum capit. vij.

DEPRECARI iustè. Institut. de his qui sui uel alieni iuris sunt. l. 2. ff. eo. Sp.

DEPRECIATVM, quod modò uiliori precio habetur. Paulus ad legem Aquiliam ad finem. l. proinde. Sed & eius, ait, ratio haberi debet, quo cætera corpora depreciata sunt. Sp.

DEPREHENDERE aliquem, est quod barbari dicunt, capere in ipso facto, ita ut nec fugere, nec inficiari possit, ut deprehendi in adulterio. l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nupt. Sp.

DEPREHENSI dicuntur, qui effugere nequeunt, uel uitare cum maximè cupiant, aut è re incommodè nata se explicare & subducere. Vide Bud. in l. quod ait lex. ad l. Iul. de adult. Sp.

DEPRESSA nauis, pro mersa. l. si nauis aduersa. & l. cum depressa. ff. ad leg. Rhod. de iactu.

DEPRIMERE uitem, dicitur qui eam in terrá deductam defodit, ut anno insequẽti renouetur. Cato de re rust. cap. 32. Arbores facito uti bene maritæ sint, uitesq; uti satis multæ afferantur, & sicubi opus erit, de arbore deijciantur, & in terram deprimátur, & biennio pòst præcidito ueteres. Venuleius l. si uitem 22. ff. quod ui aut clàm. Si uitem meam ex fundo meo in fundum tuum depresseris, eaq; in fundo tuo coaluerit, utile est interdictum: Radices quæ in fundo meo sint, tuas fieri, quia his accessiones sint. Sic aût locum restitui, quum omnibus in libris Deprehenderis legatur. Hotom.

DEPROPERARE, ut apud Plau. pro ualde properare, in l. unic. in fi. de oper. nou. nunt. & l. 2. §. sed quia diuinæ. de ueter. iur. enucl. Spiegel.

DEPVBER, qui ad annos pubertatis nõ potuit peruenire.

DEPVLSIO. Vide Intentio.

DEPVGNARE feram, quę regioni nocet, apud Vlpianum in l. prima. §. sed si quis operas. ff. de postul. Spiegel.

DEPVTATI in l. fi. C. de seru fugi. à Iuliano Patritio Nou. 85. statuti. De quibus ita Iustin. Nou. de armis, Ἀλλ' ἵνα ἐν ἀριθμοῖς σὺν καταλεγομένοις τῷ πατρικίῳ ... Planè Leo Imp. in libel. de bellico adparatu ait, Qui antiquis temporib. δεποτάτοι, suis temporibus σκρίβωνες dicebantur. Prat.

DEPVTATI domesticorum, equitum, & peditum in Notitia imperij Romani.

DEPVTATI sacræ uestis l. vij. C. de palat. sacr. largit. Prateius.

DERECTARII, qui domos alienas furandi animo introeunt. Vlp. l. 7. de extraor. crimin. Item, Qui Directarij appellantur, hoc est, hi qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plus quàm fures puniendi sunt. Paulus libro Sentent. 5. cap. 4. Quoties quis pulsatur, uel cuius domus introitur ab ijs qui uulgò Directarij appellantur. Vtitur & Vlp. in l. 1. ff. de effractoribus. Hotoman. Dicti autem sunt Directarij à dirigendo, ut Petrus Crinitus lib. 17. cap. 8. de honesta discipl. annotauit, quod in alienam domũ se dirigere perinde sit, atq; ingredi. Eosdem uero esse directarios quidam dixerunt qui τοιχωρύχοι à Græcis uocantur, uerbo etiam Vopisco usurpato.

DERELICTVM dicitur illud, quod caret possessore, uel quod in nullius est possessione. ut Instit. de re. diui. §. hoc amplius. circa fin. Olden.

DERELICTVM. Vide §. qua ratio. Insti. de rer. diuis. Authent. de nupt. §. sed multo. C. de infant. expos. l. 2. & pro derelicto. per totum. Quo distet derelictum à deperdito, indicat Iabol. in l. interdum. de acquir. possess. Olden.

Pro DERELICTO habetur, quod dominus ea mente abijcit, ut in numero rerum suarũ esse nolit, quodq; omnimodo à se reijcit, & ita deserit, ut eius dominiũ ad se pertinere nolit. l. 36. ff. de stipul. seru. §. pen. Instit. de rer. diuis. l. 6. & l. 7. §. ult. & l. 15. §. non autem statim. ff. de dam. infe. l. 38. ff. de noxalib. l. ult. ff. de euict. l. 2. §. unde Ofilius. cum §. sequ. ff. ne quid in loco pub. l. 5. ff. quæ in fraud. credit. l. 58. ff. de adq. rer. dom. l. 44. §. qui alienum. & §. si quis sponte. ff. de furt. Quo genere loquendi & Cice. lib. Epist. 1. lib. 8. ad Attic. usus est. Et Iustin. Nou. 22. καὶ κατὰ τὴν ὑποστάσιν pro derelicto τίθεσθαι ἑαυτῶν ... Merces porrò ex naue iactæ derelictæ non uidentur. l. 7. ff. pro derelict. Non enim potest uideri id pro derelicto habitum quod salutis causa interim dimissum est. l. 21. §. 1. ff. de adq. poss. l. 9. §. ult. ff. de adq. rer. do. sed nec pro derelicto habetur seruus, quem dominus in capitali causa reum factum non defendit. l. 9. ff. de public. iudic. Briss. & Connan. lib. 3. c. 3. nu. 3.

DERIDERE sententiam pro improbare, seu opinionem confutare, apud Vlpia. in l. sed an ultrò. in tit. de neg. gest.

DERISORIVM magis, quàm utile legatum, apud Vlp. in l. si domus. de leg. 1. Ibidem in princ. simpliciter legare. Sp.

DERIVATA uocantur, quæ aliàs coniugata dicuntur, quasi more riuulorũ ab uno fonte deducta, ut à iustitia sunt, iustus, iustè, iustitiarius, iustificare. Oldendorpius.

DERIVARE crimẽ, est deflectere ab eo ad quẽ pertineat, ad eum ad quem non pertineat.

DEROGARE est diminuere, uel in parte tollere, uel detrahere. ut ff. de uerb. sig. l. derogare. & differt ab abrogare. ibid. Old.

DEROGARE est propriè quũ quid ex lege uetere quo minus fiat, sancitur lege noua. Derogare ergo detrahere est. Festus. Hot.

DEROGATORIÆ clausulæ nõ tollunt ea quæ Concilijs generalibus sunt constituta. Alcia. in l. nullus. de Sum. trin. Sp.

DEROGATVR legi, cum pars detrahitur: Abrogatur uerò legi, cum prorsus tollitur. lege Alci. in comment. de uerb. sign.

DESCENDERE, pro nasci, oriri, apud Vlpianum cæteros. Hinc à nobis nati descendentium nomine ueniunt, qui cum ascendentibus rectam lineã constituunt: de qua uulgatum illud, Nullos ascẽdentes inter se posse connubium contrahere. Quare si Adam hodie superstes esset, non posset ducere uxorem. pro gl. in l. nuptiæ. ff. de ritu nupt. Inst. de nupt. §. inter eas. Sp.

DESCENDERE in causam, est se adiũgere causæ, sich der sach annemmen/anhängig machen.

DESCRIBERE, propriè est, quod barbarè uulgò dicitur, Copiare. Caius in l. si quæ sunt. ff. fam. ercisc. Cæteris ait, descriptum & recognitũ faciat. Sp.

DESCRIPTIO bonorũ, quomodo licitè fiat, Bar. pulchrè tradit in l. mandatum. ff. de requir. reis. in l. defensionis. C. de iur. fisc. lib. x. Sp.

DESCRI-

DESCRIPTIO, Commentatoribus Iuris ciuilis appellatur, q̃ dialecticis definitio est ab accidentibus. ut, leo est animal quadrupes, uillosum, pedatim incedens, ut ait Plin. Vide Apellum ca. j. de definitione. tit. Quintum definiendi genus. Sp.

DESCRIPTIO, subnotatio, cognitio, dispunctio rationum, instrumentorúmue differunt. Describimus ea, quorum exemplum accipimus. Subnotamus, cum quasi Inuentarium conficimus. l. fin. C. de bon. aut. iud. poss. Adscribimusq́; quot corpora instrumentorum sint, & de qua re. Cognoscimus, cum ea legimus atq; relegimus. Qui enim rationes recognoscit, uerum est, eum ipsas cognoscere: sicut qui reddit, dat: qui repetit, petit. Barto. in rubr. sol. matr. Dispungit rationes, qui data & accepta confert, excutitq; & examinat. Vnde & dispunctio, pro diligenti percontatione, examinationeq; accipitur. l. si statu lib. pœnæ. in fin. ff. de statu lib. ex Alc. Sp.

DESCRIPTIO fit adscripto collatorum nomine & collationis modo. l. 1. C. de apoch. publ. lib. x. A Græcis appellatur ἀπογραφή. Lucæ c. 2. de Christi natiuitate loquenti. Prat.

DESECARE segetem, pro incidere, apud I. C. in l. si seru. seruum. §. oliuam. ad l. Aquil.

DESERERE propriè militũ est, qui relinquunt locum in acie, aut sine comitatu discedũt ex castris. Hinc desertor & desertio: de quibus sępe in li. ff. Nebriss. Bart. an idem desero & derelinquo significent, excutit in l. qui agros. C. de om. agr. desert. Sp.

DESERERE uadimonium, dicitur, qui se ad uadimonium & condictum diem non sistit. Vide Vas. Hotomannus.

DESERTA promissio, contempta, nõ obseruata. Vlpi. l. 4. §. 2. ff. si quis cautionib. Quæsitum est an possit cõueniri, ne ulla exceptio in promissione deserta iudicio sistendi causa facta obijciatur: & ait Atilicinus conuentionem istam non ualere. Paulus in l. seq. Contemptam appellat. Et sensus est, An ualeat conuentio, ne si promissio facta causa sistendi iudicio deseratur, & negligatur, ulla exceptio excusatio que afferatur. Alciatus autem in Parergis DISERTA emendat. sanè quàm, ut ipsius utar uerbo, parergos. Doctioribus tamen iudicium relinquo. Per desertam promissionem, desertum accipitur uadimonium: Quod ab eo mirum est intellectum non fuisse, qui ex deserta promissione disertam studuit facere. Sed frustrà. Idipsum enim quod hic de promissione deserta traditur, ad desertum uadimonium refert expressè Seneca de benef. lib. 4. cap. penult. Ait enim uadimonium promittimus, tamen deseritur, non in omnes datur actio, deserentem uis maior excusat. Ræuard. l. quæ propter necessitatem. ff. de regulis iuris.

DESERTAM causam Iureconf. composita uoce Eremodicium uocant. l. & si sine dolo de minor. l. quum quærebatur. ff. de iud. solui. item l. properandum. C. de iudi. Dicitur autem deserta causa, quum altera parte absente fertur sentẽtia. Hinc prouerbiali schemate, Vincere deserta causa, est uincere nullo contrà pugnante. Adi Eras. in Chiliad. Sp.

DESERTOR est, qui per prolixum tempus euagatus, reducitur. l. desertorem. §. 3. ff. de re milita. Ab effectu. Olden.

DESERTOR accusationis, in priuatis criminibus, punitur arbitrio iudicis, pro qualitate admissi. l. si quis repetere. §. si stellionatus. Et l. & in priuatis. ff. ad S. C. Turpil. Olden.

DESERTVM, pro neglecto. C. de agric. & censit. l. quisquis. libro undecimo. Sp.

DESERTVS locus quis intelligatur, uide extr. de uerb. sig. c. ueniens. §. illum locum desertum.

DESIDERARE actionem, dare actionem. l. si uerò plures. §. hæc autem actio. ff. de his qui deiec.

DESIDERARE in iure aliquid postulare, & ut uulgò loquimur, Requirere. l. 3. §. solent. ff. de tab. exhib. l. 30. ff. de procuratorib. l. 32. ff. de adopt. l. 5. §. pe. ff. iud. sol. l. 21. §. 1. ff. de inoff. l. ult. C. de eden. l. 32. ff. de rei uind. l. 13. §. ult. ff. de minor. l. 4. §. pen. de dam. inf. l. 48. ff. de iur. fis. l. 41. §. hoc S C. ff. de leg. lib. j. Et aliàs sæpe desiderare interdictum, id est, à prætore petere. l. 40. ff. de procuratorib. Et desiderare pręiudiciũ in l. ult. ff. si libert. ingen. Desiderare per interdictũ. l. 1. §. 1. ff. de uent. insp. Briss.

DESIDERATI milites, secundum consuetudinem deperditi, uel qui perierunt: uel secundum rationem, ut Valturius refert, quòd absentium rerum, nec dum inuentarum, sint desiderium. Spieg. Hinc

DESIDERIA pro libellis, postulationibus, precibus, & ut crassiùs dicam, ac pinguiùs, requestis. l. 4. §. ingressus. l. 9. §. obseruare. ff. de off. proconf. l. 1. ff. de postul. l. 11. ff. de off. præsid. l. 15. ff. de in ius uoc. l. 52. §. ult. ff. de pact. l. 3. ff. de appel. recep. l. 22. ff. de hered. pet. l. 5. §. 1. ff. de lib. adgn. l. 86. §. ulti. ff. de diuers. reg. l. 3. C. de postul. l. 2. C. de erro. aduocato. Suet. in Augusto cap. 53. promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam ioco corripuerit, quòd sic sibi libellum porrigeret quasi elephanto stipem. Symmachus in Epistolis. Principem in hac parte degentem uaria omniũ desideria uel necessitates sequuntur. Brissonius.

DESIDERO, præter notam significationẽ, notat & deficere. In quo sensu accepit IC. in tit. si liber. ingen. esse dic. l. quoties. Siue officium, inquit, desideretur, id est, deficiat in eo, qui debet obsequi & obtemperare. Nebriss. & Old.

DESIGNATORES, curatores funerum dicitur, qui ludis funebrib. apud antiquos præerant, & multitudinem retinebant, ob eam causam quòd in his ludis fiant noua & spectanda. Seneca: An tu Arruntium, & Aterium, & cæteros qui captandorum testamentorũ artẽ professi sunt, non putas eadẽ habere q̃ designatores & libitinarios uota? Illi quorum merces optant, nesciunt: hi familiarissimum quemq; ex quo propter amicitiam rei plurimum est, mori cupiunt. Vlp. IC. in l. athletas. in prin. de his qui not. infa. Designatores, inquit, quos Greci βραβευτὰς appellãt, artem ludicram non facere, Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exerceãt. Et sanè locus iste à principe hodie non pro modico beneficio datur. Accursius uerò noster eos designatores esse intellexit, qui disponunt loca, uel homines, ubi debeant sedere. Corras. lib. Miscell. 4. c. 24. Designatores dici uult qui Gymnicis ludis præficiebantur, ut spectatores in officio continerẽt, compositeq; reprimerent, locũ & ordinẽ unicuiq; præscribẽtes: sic dicti, quod designent, & ordinent spectatores. Idq; terrore uirgarum quas lictores deferebant. Plautus in prologo Pœnuli. Inde cõstat, perperam sentire, qui autumant, Designatores tantũ pompæ funebri pręfici, cum & cuicunq; pompæ præsint, locum & ordinem incedendi unicuiq; designantes, Romæ in collegio Cardinalium hodie magistri ceremoniarũ appellantur. & in hoc significatu usus est Plaut. in prologo Pœn. dum inquit: Neu designator præteriens obambulet, neu sessum ducat dũ histrio in scena fiet.

Aliquan-

Aliquando designare significat decernere, deputare, constituere, deligere. Salust. in prima historia: Catilina, inquit, nihilominus in proximum annum cõsulatum petebat, sperans si designatus foret, facilè se ex uoluntate Antonio usurum. Colum. lib. iij. Ipsum autem aruũ quod seminario designaueris, planum & succosum sit. Cotta.

DESIGNATVS episcopus. Vulgus coadiutorem appellat. Refert Erasmus, Dauidem episcopum Traiectensem, uirum doctum & cordatum, suadentibus quibusdam ut propter ætatem ingrauescentẽ, pateretur adiungi sibi designatum episcopũ: dixisse, sese Diui Antonij exemplo commoueri, quo minus id facere uellet. Nam hunc negligi cœpisse, simul atque successisset Rochus recentior diuus. Sp.

DESIGNATVS prætor, id est, electus. in l. Barbarius. ff. de offic. præt. Electus est in Cæsarem, duxit in uxorem, ambo ista non arrident doctiorib. teste Insulano. Meliora hæc, Electus, siue designatus est Cæsar, duxit uxorẽ, uel Vlpiani testimonio. Sp.

DESINERE uerbum significat eius rei, quã habuimus, priuationẽ, aut eius, quod incœpimus, negotij cessationem: Estq; quod solemus dicere, priuatio præsupponit habitũ. Hoc Græci καταλύειν. ut πλεῖν καταλέλυκα nauigare desij apud Demosthenem. Idem quoq; significat quod παύομαι. ut παύομαι τῆς ἀρχιδίας ταύτης, cesso ab hoc negotio, & quiesco: id est, hoc desino negotium Virgil. lib. 4. Æneid.

Desine meq; tuis incendere, teq; querelis &c.

Brechæus l. desinere autem. ff. de uerb. & rer. sig.

DESINERE in perpetuum, nõ ad tempus, quo quis reuerti possit, referendum est: autor Pompon. in l. fi. de assig. libert. Sic in l. si is qui. §. quod dicitur. de iur. dot. Sp.

DESINERE abesse res tunc uidetur, cùm sic redijt in potestatem, ne amittere eius possessionẽ possimus ob hoc, quòd furto primũ subtracta est. l. mulieris. ff. de uerb. sign. Old.

DESINIT esse soluẽdo, cui uel insignis calamitas, uel magna inopia accessit. autor Paulus in l. si arbitro. Qui satisd. cog. Vide & Triph. in §. quod autem dicitur desijsse. l. tres tutores. de administr. tut. Spiegelius.

DESIISSE Reipub. causa abesse quis dicatur, indicat Vlpianus in l. si cui. §. tamdiu. ff. ex quib. causis maior. Sp.

DESIISSE nõ uidetur, quod nec incepit. l. 96. ff. de conditio. & demon. Desinere tamen pertinere usumfructum, quod ad stipulationem qua cauet fructuarius se restiturum rem tum ususfructus ad eum pertinere desinet, accipimus, etiã si nec cœperit pertinere, cùm legatus esset. l. 1. in prin. & l. 3. §. 1. ff. usufr. quemad. cau. Desinit abesse res cùm sic redit in potestatem nostram, ne amittere eius possessionem possimus ob hoc quòd furto pridem subtracta est. l. 15. ff. de uerb. sign. Briss.

DESISTERE, est de negotio abstinere, qđ calumniandi aĩo instituerat, ait Vlp. Terent. in Phorm. dixit, desistere litibus, hoc est renuntiare. Planè si qs cognita rei ueritate, suum negotium deseruit, noles in lite improba perseuerare, quam calumniæ causa non instituerat, is destitisse non uidetur. l. destitisse. ff. ubi quis ager. Spieg.

DESIIT possidere, sic accipere debemus, desijt habere facultatem restituendi. l. j. ff. quorum legat. Oldendorpius.

DESPERATI homines, idoneis autorib. sunt, de quibus nulla est spes. Nostri Interpretes absolutè usurpant, pro consciscentibus sibi mortem: de quorum bonis Cod. & ff. tractant uulgati tituli, Azo in Summa.

DESPERATIO, ægritudo sine ulla rerum meliorum expectatione, Cicero autor iiij. Tuscul. Vide §. feudis. l. unicè. ff. de port. quæ liber. damn. conced. Oldendorpius.

DESPONSATIO. Despondere est promittere, quod ad nuptias propriè pertinet, & ad eum præcipuè cuius interest locare mulierem uiro, siue uiris mulieri. Terent.

Nam aliam pater ei desponderat, gnatam Chremetis.

Idem significat desponsare: nam desponso, as, à despondeo fit. Vnde desponsatio, mentio & promissio futurarum nuptiarum. Quomodo accipitur lib. iiij. Decretalium. in tit. de clandestina desponsatione. item lib. eod. Earundem, & Sexti, in tit. de desponsatione impuberum. Despondeo autem, siue desponso, ex de & spondeo componitur. Spondeo uerò à sponte fit, quod ueteres pro dico usurpabant, quia, qui spondet, spontè, id est, uoluntariè, dicit, unde respondeo factum est, quod est posteriore loco dico. Postea uerò spondere cœptũ est usurpari pro sponte promittere, unde qui puellam spondet, sponsor: q spondetur puella, sponsa: cui spõdetur, sponsus: qua rogatur pecunia dotis à sponso, sponsio, hoc est, promissio, appellatur. Et dies qua puella promittitur, sponsalis, & sponsalia, mentio, & promissio futurarum nuptiarum. Vide, Sponsalia. Anch.

ΔΕΣΠΟΤΕΙΑΝ γυμνὴν Iustinianus in Nouella sua Constit. 18. uocat nudam proprietatem. Balduin. tit. de usufructu.

DESTINATA uel parata ad aliquam rem, factum uel qualitatem rei, non habentur pro absolutis, unde in l. 1. in fin. C. ad Sylleian. nihil dicitur esse actum, cum aliquid superest ad agendũ. Vide elegãtem textum in l. ligni. §. si lignum. ff. de leg. 2. Sp.

DESTINATVM habere, pro deliberare, apud Triphon. in fin. l. tres tutores. de administra. tut. Pro deputare & assignare Pompon. usurpauit in l. quod in rerum. de legat. 1. Quam fundo Titiano destinaret. Et infrà, Cum nostra destinatione fundorum nõmina & domus, non natura constituantur. Vlpian. pro parare & constituere, quum ait: Aut si quis destinet domicilium transferre alter eorum. in l. cum hi. §. causa. ff. de transac. Idem in l. unde Neratius. ad Legem Aquil. de quo inquit, quęstionem habere destinaueram. Sp.

DESTITISSE à lite contestata is uidetur, non qui distulit, sed qui liti renuntiauit in totũ, ut ait Vlpianus l. destitisse. ff. de minorib. Sp.

DESTITVTVM testamentum, pro deserto. §. cum autem. Instit. de hær. quæ ab intest. defer.

DESTRVERE matrimonia, testes.

DESVETVDO non est simpliciter mala, sed cõtraria, aut diuersa cõsuetudo. Fieri autem potest, ait Insulanus, ut desuetudo sit bona & laudabilis. citat locum de Numa Pompilio apud Liu. lib. 1. ab Vrbe condita. nostris uox hæc est, & morem suum intermittere, & legem abolere. l. de quib. in fin. ff. de legibus. l. 1. §. 1. de interrog. act. Spieg.

DESVETVDO & Consuetudo differunt secũdum Bartol. in l. de quibus. ff. de legib. super uerbo Desuetudinem. Nam Consuetudo est, quando fit contra legem per ipsam consuetudinem: sed Desuetudo est, quando non utimur aliqua lege in iure posita. de hoc no. in prooemio. insti. in fin. & in gl. præalleg. Oldend.

DESVE-

DESVETVDO ut uolunt, nihil aliud est, quàm Consuetudo contraria antecedenti consuetudini uel legi: quod si ita est, ut consuetudo, sic & desuetudo non sola patientia uel negligentia inducetur, sed contrarijs factis & rebus. At ego ista nugis simillima esse iudico. Nam desuetum esse dicitur quod desijt esse in usu &c. Connanus lib.1.c.x.num.9. Non autē desuetudinis hæc est uis ut legem tollat; sed tantum ut obscuret, quemadmodum refert Balduinus institut. in proœmio &c.

DESTRINGI in plures aduersarios. l. 28. §. ulti. ff. de pecul. ex qua delibata est l. 2. ff. de exercitor. p distrahi. Et ita in l. 3. ff. de aliment. leg. Tametsi codices uarient, & in l. 16. ff. iud. sol. l. xx. ff. de procuratorib. l. 25. ex quib. caus. maior. Briss. Hinc

DESTRICTE' in l. 15. ff. de arbitr. & l. 7. §. quæsitum. ff. de minorib. l. 13. ff. de procurator. l. 1. §. cùm quis latrones. ff. de quæstio. & apud Tertullianum sæpissime. Brisson.

DESVLTOR in l. xx. ff. de præscrip. uerb. ab eo dictus, auctore Isidor. lib. 18. cap. 39. quod cùm ad finem cursus uenerat, desiliebat, & de equo in equū transiliebat. Hunc scitè Manilius tribus uersibus depingit lib. 5. Astonomic.

Necnon, ut, alterno desultor sidere dorso
Quadrupedum & stabilis poterit defigere plantas,
Per quos uadit equos: ludet per terga uolantum. Briss.

DESVLTOR, qui in ludis Circēsibus ex equo in alterum subinde mira pernicitate desiliebat. Vlp. de Præscr. uerb. Apud Labeonem, inquit, quæritur, Si tibi equos uenales experiēdos dedero, ut si in triduo displicuissent, redderes, tuq; desultor in his cucurreris, & uiceris, deinde emere nolueris, an sit aduersus te ex uendito actio? Rhodiginus notat aliud oīno desultorem uideri, aliud desultorium equum. Nam illud, inquit, ad hominem utiq; spectat equos alentem: dicentemq; qui dicantur Desultorij, citat M. Terentium lib. 2. & Liuium lib. ab Vrb. cond. 3. & 20. Quin & eum qui certat, rectè desultorem dixeris: quod comprobat secundum eum Vlpianus, ijs uerbis, quæ iam citauimus. Sp. Adde Forcat. in suo Cupid. Iurisper. cap. 20. num. 8.

DETEGERE. patefacere. Paulus de Condit. indeb. l. in summa. §. 1. Sin autem euidēs calumnia detegitur, & transactio imperfecta est, & repetitio dabitur. Hoc Pauli dictum meritò Baldus effert, memoriq; mente tenendum exclamat. Nam hoc, tametsi transactio stricti iuris habetur, mox aperto dolo corruit. So der betrug an tag kompt. Hoc enim propriè detegere significat. Vnde Detecta fraus, Detecta coniuratio. Sp.

DETEGERE improbitatem. l. transactionē. C. de transaction.

DETEGERE iniquitatem sententiæ. l. 1. §. 1. ff. si pend. appel. mors interu.

DETENTATIO, est insistentia corporalis non dominij causa, sed ratione alterius effectus uel iuris, quod ei dentur. Vnde plures fundum detinere possunt ad consequendum effectum eis debitum, & si spolientur uel turbentur, interdicta eis dantur, non tamen aliter, quàm ratione iuris quod habent, non ratione rei quæ detinetur. Ita pulchrè declarat Zas. in l. possidere. §. ex contrario. ff. de acq. poss. Sp.

DETERIOREM uiā fieri in Interdicto, de Via publica, accipimus, si usus eius ad commeandum, id est, eundum agendum, corrumpatur. l. 2. §. ait prætor. & §. deteriorem. ff. ne quid in loc. publ. Prat.

DETERIOR statio, nauigationisq; iter deterius fieri dicitur, si usus eius corrumpatur, uel quoquo modo impediatur ut difficilior cursus, aut minor, aut rapacior fiat, aut in totum auferatur. l. 1. §. 1. & §. deteriorem. ff. de fluminib. Prat.

DETERIOREM causam facit usuarij, proprietarius, etiam in meliorem statum re commutata l. fi. ff. de usu, & habit.

DETERIOREM seruum facit, qui fugam suaserit, aut furtum, quiq; alios mores corpúsue corruperit l. 1. §. fin. ff. de seruo corrup. Paul. lib. 1. Senten. tit. xiij. Prateius.

DETERIORES res fieri dicuntur, quæ depretiantur.

DETERIOREM caussam possessionis fieri qd sit, explicat l. 9. in princip. & §. præterea. ff. de bonor. auct. iudic. poss.

DETERIVS ius prædij fit, amissis non utendo seruitutibus l. 6. l. 7. ff. de fund. do. Prat.

DETERIORES sunt, qui detrahendo aliorum uitam corrumpunt, & substantias diripiunt c. deteriores. 16. quæst. 1. Prat.

DETERMINARE pro certò exprimere, definire, seu describere, accipitur in l. fin. ff. de iust. & iur. Quem locum, inquit Paulus, determinare hoc modo possumus, id est, definere & quasi terminis proprijs distinguere Olden.

DETERRERE, à proposito auertere. Vlpia. de ædil. edict. in l. quòd si nolit. §. qui mancipia. Plerunque enim natio serui, aut prouocat, aut deterret emptorem. Spiegel.

DETESTARI, est absenti denuntiare, testibus adhibitis, ut l. subsignatum. §. 2. ff. de uerb. signif. & l. seq. adde Brechæum in l. attestari. ff. de uerb. & rerū sig. Aliter autem detestari est facta alicuius abrenuntiare, spernere, uel abominari, seu non approbare, uel est exarari, uel describi res aliquas, & eas, quæ, quales, & quantæ sunt, scripto comprehendi. ut ff. l. præalleg. Hinc

DETESTATIO est denuntiatio facta cum testatione. Vlp. in l. detestatio. ff. de uerb. sig. Old.

DETESTATIO etiam auctore Festo lib. 13. dicebatur, cùm Deus testis in deteriorem partem uocabatur. Inuenitur & apud Gellium Detestatio sacrorum lib. x. cap. 27. Briss.

DETEXTA lana dicitur, cum perfecta est, & à textrinis instrumentis detrahi potest. Sp. Vlpianus in l. uestimentum de aur. & arg. leg. detextum appellare uidetur, ut nullam differentiam inter detextum & pertextum constituat. Nam ut idem alio loco ait, præpositio de auget in deposito. l. 1. ff. depos. eritiaque utrumq; consummatum, quod ad textrinam attinet, etsi nondum desectum. Antonius Augustinus lib. 3. Emendat. cap. 7.

DETINERE, pro occupare etiam de eo dici solent, qui possidet bona fide. per textum l. apud antiquos. C. de Furt. Detinere aut occupare aut corpore possidere dicitur.

DETRAETIO alieni, hoc est, ablatio & furtum rei alienæ. Apud medicos uox hæc inanitionem prauorum humorum denotat.

DETRACTOR, qui famæ alicuius derogare nititur, huic Pontificio iure nō patet facilis aditus, uel ad accusandum, uel ad testimonium ferendum.

DETRACTOR est non solum qui detrahit, sed & qui detrahentes audit c. ex merito. 6. quæst. 1. & c. non solùm. 11. quæst. 3.

DETRAHERE legatis, est deminuere l. fin. ff. de adimen. leg.

DETRE-

DETRECTARE, est uitare, fugitare, auersari l. qui cum uno. ff. de re milit. Vnde dicitur cum detrectatione, uel sine detrectatione quispiam abesse, qui occasionem quæsierit, uel nō quæsierit, causæ dictionis euitandæ, in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. ad legem Iuliam de adulter.

DETRIMENTUM à Detritu, quòd ea quæ trita, minoris pretij. Intertrimentum ab eo quòd duo, quæ inter se trita, & deminuta. Varro, & in cap. 2. de constitut. Prat.

DETRUDERE l. 4. ff. de usucap. uerbo utebantur Prætores in interdicto, Vnde ui. M. Cicer. in Orat. pro A. Cecinna.

DETRUDI in monasterium cap. si quis Episcopus. 50. distinct.

DETRUSUM, Impp. in l. quicunq; residentibus C. de Episc. & cler. intelligunt quem idonei autores Exautoratum, Canonistæ crebrius Depositum appellant: quibus & Detrudi in monasterium, perpetuò illic includi est, pœnitētiæ, ut aiunt, agendę causa, ob perpetrata crimina, maximè publica, siue, ut ipsi loquūtur, notoria, populumq; Dei offendentia. Sic Chronica attestantur, Zachariæ papæ autoritate, Hulderichum (qui ab externis rerum scriptorib. corruptè Chilpericus nominatur, & postremus fuit è Merouingica familia Francorum rex) detonsum, in S. Emeranni monasterium apud Reginisburgū, Auentino indicante, detrusum, nulla cuiusquā querela, sed nō sine admiratione, ut alibi ex Aemilio relatum à nobis est in Ligurin. Sp.

DETURBARE est possessione deijcere.

DEVERTICULUM fluminis l. 45. ff. de usucapion. l. 7. ff. de diuer. & temp. pręscrip. & apud I. Frontinum lib. de aquæductib.

DEVESTIRE, feudalium placitorum conditoribus adimere significat. in princ. tit. 7. de Nat. feud. Apuleius lib. 3. pro ueste exuere usurpauit.

DEVIRGINATA ancilla, apud Paulum in l. ultim. de offic. præsid. pro deflorata, constuprataq;, & quæ uirginitatem exuit. ut ait Beroal. iij. comment. ad fin. Spiegelius.

DEVOLUTAE res, Angefallen Erbgütter. l. 1. C. de bon. matern. Spieg.

DEVOLUTUM feudum, Ein lehen so dem Lehenherren heymgefallen / quasi retrò deuolutum.

DEVOTAE gentes, quæ olim Romano populo parebant. l. alligatis. C. de uectig. & commiss.

DEVOTI, qui professi uulgò uocantur. Religiosus & deuotus olim in malam partem solum, at hodie solum in bonam. Alcia. in rub. de uerb. sig. Spieg.

DEUS, nomen principaliter in eo est, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia, quod à parte uirtutem & naturam trinæ singularitatis denuntiat. Secundo uerò in loco, & ut ita dixerim, abusiuè, Deos dicit Scriptura etiam illos ad quos sermo Dei fit. sicut confirmat Saluator in Euangelijs. Sed & cœlestes uirtutes sub hoc nomine appellari uidētur, dum dicitur: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deus dijudicat. Tertio uerò in loco iam non abusiuè, sed falsò, dij gentium dæmones appellantur, quum dicitur: Omnes dij gentium, dęmonia. Hæc Origines in Cantica. nominis etymologiā ex probatis autoribus indicauimus, enarrantes Prudentianum hymnum de CHRISTI miraculis. Alberici prorsus ridicula est, ut & multæ aliæ nimirum è Papia, & similibus autoribus petitæ. Paulo antè citauimus Iuriscos. Martiani locum, quo Dei immortalis meminit singulariter, ut & Vlpia. in tit. de iure iur. Dei enim notio est æternitatis & immortalitatis, αἰὲν ἐόντος καὶ αἰὲν γενέτου, iuxta Homerum. Vide Oldendorpium in diuin. tab. præcept. 1. Spieg.

DEUS quid Numæ Pompilio significarit, refert Connanus lib. 1. cap. 12. num. 3. &c. Prat.

DEO & iustitia nihil maius est, sine quibus nihil commodè geri potest. Nouell. de hæredibus in princip. Constitut. clxiiij. Bene autem uniuersa geruntur, & competenter, si rei principium fiat decens & 10 amabile Deo. Nouell. quom. oport. Episcop. §. sancimus igitur. Constitut. vj. Omnia igitur sunt ita sancienda: ne Deo debitus honor detrahatur. Nouell. Vt sine ullo impedimento. §. hæc igitur lex ad tuendam. Constitut. xciiij. Omnes enim legislationes bonæ ex Deo pendere, ac eò respicere debent, hoc est, Deus sit earum principium simul, & medium, atque finis. Nouell. de mulieribus fide hæretic. in principio. Constitution. cix. Execrabilia uerba, & iuramenta ad blasphemiam in Deum pertinētia sup- 20 plicio sunt punienda. Nouel. Vt qui contra naturam luxurian. §. insuper quia ultra. Constitut. lxxvij.

Omnes sunt cohortandi, ut Dei timorem in animo concipiant, & eius implorent benignitatem. Nouell. Vt qui contra naturam luxurian. in prin. Constitut. lxxvij. Oldend.

DEUS solus, & ad imitationem eius Imperator cum reliquis magistratibus, gubernare potest multas & undiq; perplexas humanarum rerum conditiones. Nou. Vt omnes prouin. magistra. §. hanc nos 30 legem. Constit. lxviij. Oldendorpius.

DEUS Hebræis אלהים Græcis ΘΕΟΣ, ut est ἀόρατος ita nec eius uirtutes, καὶ δύναμις mente concipi lingua, scriptisue exprimi possunt. Huius uocis tractationem Theologis relinquo. Prat.

DEUS dedit. cap. tanta, de simo. Et

DEODATUS. cap. 3. extra eod. tit.

DEUNX, duæ partes ex tribus cum quarta, hoc est, unciæ undecim ait Theophilus §. viij. Institut. de hæred. institu.

40 DEXTANS, duę partes è tribus cum sexta, unciæ decem. Theoph. ibid. Prat.

DEXTRA, leuáq; l. 1. C. de aquæductu. lib. xj. qd sit facilè intelliges d. l. 1. lectione. Prat.

D I

DIABATHRARII, coriarij. Nam Diabathra, ut Pompon. scribit, Gręcarum solearum est species. Plaut. in Aulular. Sedentarij sutores, Diabathrarij. Capiuntur etiam pro gradibus pensilibus, seu scalis. ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, quod est ascendere. Hinc Anaba- 50 thra. Iuuen. Satyr. 7. Alciat. C. de excusat. artif. lib. 10. Adde Torneb. aduers. lib. 23. cap. 17.

ΔΙΑΒΑΤΡΟΙ sunt stationarij cohortales, & officiales præsidum, uel correctorum Ia. Cuiac. l. 1. C. de cohor. lib. 12.

DIABOLE, Latinis est criminatio, cum reo nihil sciente, nedum ad contradicendum nō admisso, soli delatori fides adhibetur. Fuere, ut indicat Alcia. qui hanc uocem reponendam existimauerunt in l. natura. de uerb. sig. sed refragante sensu. Spieg.

60 DIABOLUS, Erasmo delatorem, aut calumniatorem significare uidetur: à uerbo διαβάλλειν, quod est deferre, traducere, siue infamem reddere, Budęo autem aduersarium. Sp.

DIACATHAROTIA, id muneris est, cum Imperator priuatis fundis concedit, ut purgentur. διακαθαίρειν enim idem est quòd purgo. purgatio ipsa καθαρμὸς καὶ καθαρμοὶ dicitur. Alciat. in l. quicunq;. C. de omn. agror. desert. lib. xj.

Diacatochia in l. quicunq. C. de omni agr. desert. lib. 11. hoc est possessionis ius & titulus.

Diaconus, uox Græca, simpliciter quemcunque ministrum significat. Posteà, ut Act. 4. habetur delecti sunt certi homines in Ecclesia, qui non propriæ doctrinæ & institutionis, sed pauperum & redituum, ac rerum ad uictum pauperum & ministrorũ spectantium curam haberent, qui propriè hoc nomine appellati sunt: quales illi septem in Actis fuerunt. Sed nec illi sese intra illas metas ministerij uictus cõtinuerunt. Quare posteà, & nũc quoq; in nostris Ecclesijs, Diaconi sunt dicti inferioris ordinis doctores. Habuerunt aũt olim & Diaconissas, ad eandem externarum rerũ curam delectas: qualis Phebe fuit, Cenchræorum ministra: & de qualium delectu Paulus 1. Tim. 5. clarè præcipit.

Diaconi, id est ministri. Miratur Erasm9, Diaconem quis primus dixerit. Arguit & Budęus erroris, qui diacones à diaconibus dicunt, quasi Diacon in recto, ut Dracon & Solon dicatur. Græci Diaconium sacrarium dicunt, uel secretarium, ubi dominica contineantur uasa. Sed & Diaconi gradum legimus in canonicis Decretis. Vnde diaconica uocantur loca, & decanica. C. de episc. audien. quæ ab Ecclesiasticis uidentur diuersa. Spieg.

Diaconatus est dignitas capit. post acceptum. 51. distinct.

Diacopi παρὰ τὸ διακόπτειν, incisa, siue incilia, id est, aditus in aggerib. Nili patefacti, per quos in arua influere aqua possit l. pen. ff. de extraor. crimi.

Diadema regium tam Romanis, quàm exteris gentibus, candidam fasciam esse cõstat: quod insigne à Libero patre inuentum, Plin. notauit. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. 1. c. 18.

Diaeta in hortis habitationẽ significat amœnitatis & uoluptatis causa extructam. l. 43. §. 1. ff. de leg. lib. 1. l. 13. §. ult. ff. de usufruct. l. pen. §. ult. ff. de donat. int. uir. Meminit & Plin. lib. Epist. & Lamprid. in Heliogab. qui zætas appellat more Græcorum qui δια in ζα sæpe commutant, ut ζάβολος pro διάβολος apud Ecclesiasticos scriptores & maximè Paulinum. Diætæ etiam in ædibus pro cœnaculis. l. 13. §. sed si ædium. ff. de usufruct. l. 32. ff. de donatio. l. 13. §. illud. ff. de acceptilatio. l. 1. §. hoc autem. ff. de SC. Silania. l. 41. §. in testamento. l. 34. ff. de usufruct. leg. Diætæ hypocaustæ in l. 55. §. lignis. ff. de legat. lib. 3. Briss. Erat autem diæta cœnaculum natura, uel arte calefactum, in quo hyeme ad solem, æstate ad umbram cœnabatur. l. ligni. §. lignis. ff. de uerb. sign. Corras. lib. 3. cap. 14. Miscell. Alio modo Cœnatio apud Latinos nuncupatur. & dictæ sunt à conuersatione, & uictu, apud Græcos: διαιτάομαι enim significat uiuo, & conuersor & ideo Tullius Epistolar. famil. lib. 1. ad Lentulum: Ego quidem ut debeo, inquit, & ut tute mihi pręcepisti, & me diæta utilitasq; cogit, me ad eius rationes adiungo. Quidam ætate nostra clarissimi, dietas existimant diætas, quòd in eis per diem edatur: hancq; interpretationem fulciunt auctoritate Varronis. tamen cùm nunquam à Varrone hoc traditũ legam, fides sit penes eos. nec eo inficias, huius etiã sententiæ fuisse Accurs. in l. æquissimum. §. si tamen. ff. de usufruct. Apud antiquos in hortis ædificari diętas consuetum erat, ut tradit Vitruu.

Diaeta quoq; uocatur uictus, & ideo in Adagiorum collectaneis, Alia uita, alia diæta. & medicinæ pars Diætetica nuncupatur, quę uictu medetur.

Diaeta etiam dicitur iter unius diei, ut legitur in c. nonnulli. de rescript. & in c. quamuis. §. 1. de offi. ordin. lib. 6. & secundum iuris ciuilis cõstitutiones, uicena milia passuum in singulos dies dinumerantur, teste Iureconsulto in l. 3. de uerb. signif. & in l. 1. si quis cautio. licet aliter diuidant singulæ quæq; regiones, ut not. in d. cap. nonnulli. & in præallega. l. 1. per Bar. & Doctores. Cotta.

Diaeta apud Gręcos etiam est locus iudiciorum in quem conueniunt arbitri & tunc deriuatur à uerbo διαιτᾶν quod est iudico ut arbiter. Hinc

ΔΙΑΙΤΗΤΑΙ arbitri apud Atheniẽses partim sorte, partim electione electi num. 44. Illos sexagesimũ annum excessisse oportebat, & non infimæ esse notæ, sed insigni probitate uiros. Sic uero adibatur. Actor & reus ex cõposito quosuis deligebãt ex eo numero, ea lege, ut si lis apud illos cõtestata incepta q; esset, necesse esset, ut & apud Romanos, illic terminari, alioqui mulctabatur qui illorum sententię nõ paruisset. Succurrebatur uerò læso, duplici remedio. Nam & illic iudicij causam reddebant, & ex appellatione poterat adiri δικαστὴς iudex ciuilis, causæq; succurrere. Hæc Demosthenis sententia est ex oratione κατὰ μειδίου. Vide & Pollucem.

Diaetarii fures qui ex diætis aliquid surripuissent, ut quidam legunt in l. munerum. ff. de effractoribus.

Diaetarii serui inde dicti quod in diętam mẽsas ornare, & mensis ministrare solerent. l. 12. §. idem respondit. ff. de inst. & instrum. Cæterùm in l. ait prętor. ff. nautæ, caupo. stabular. & c. Dietarij intelliguntur ij, qui cibum seu mercedem in dies recipiunt, & custodiæ causa uno aut altero tantum die naui pręponuntur. ut annotauit Peckius in suis comment. d. l. ait prætor. ff. eod.

Diaetae ἀκριβεῖς, id est uictus exquisitus, perfectus & accuratus, definiẽs, status, circumscriptus qualitate, quãtitate, tempore & modo. Brechæus l. iusta interpretatione. ff. de uerb. & rer. sig.

Diaetarii qui in nauib. custodiæ causa præponuntur. l. 1. §. & sunt quidam. ff. nautæ, caup. Briss.

Diarivm, calendarium, quo singulorum dierum ratio obseruata continetur, Græcè Ephemerides uocantur. Olden.

Diariis, uel cibarijs relictis, neq; habitationẽ, neq; uestiariũ, neq; calciariũ deberi palam est: quoniam de cibo tantum testator sensit, Vlp. de aliment. & cibar. legatis. Maff.

Diarivm ueteres appellabant qđ hodie Galli Iornale. Mos nanq; apud antiquos erat, ut nõ tantum ea, quæ ad publicum pertinebant in acta referrentur, sed ut quisq; domesticam totius uitæ suæ rationem, diebus singulis adnotaret. Maximi semper duxit Pop. Rom. & id quidem ad suam dignitatem pertinere existimauit, res præclaras annalibus mandare: quotidianas autẽ & domesticas diurnis actis & cæt. De quib. uide Brechæum l. Labeo. ff. de uerbor. & rer. sig. Adde Forcat. in penu Iuris ciuil. c. 3.

Diastolae, dicuntur rationum correctores seu distinctores: uel, quod magis erit gratiæ, diuisores. διαστέλλω enim est diuido, ac distinguo. Inde diastolæ dicta. Alciat. C. de tab.

ΔΙΑΤΑΓΜΑΤΑ Græcè uocantur & à Cicerone definiuntur esse ea edicta, quæ prætores urbis, uel peregrini uel Æ. diles Curules iura dixere. Dionysius iussa ac uetita Magistratuum. Proponebantur enim publicè in Alba tabula: Quod iccirco Albũ dicitur: apud Græcos λεύκωμα. Connan. lib. 1. c. 15. num. 1. & c.

Diathetvm, genus uidetur poculi. Iurisc. ad l. Aquil. l. si seruus. Si calicem, inquit, diathetum facien-

faciendum dedisti. Iustin. quoq; libr. x. l. 1. Artifices, inquit, diathetarij. Nebr.

DIATHYRON. Lege Prothyron.

DIATRETARII, sunt qui intarsiatũ (quod uocant) faciunt: à Græca præpositione διὰ καὶ τορεὺς. Inde apud Vlpianum in l. si seruus. §. si calicem. ad l. Aquil. calix diatretus. Sanè hi artifices possunt tornatores dici. quoniã διατορεῖν, torno laborare significat. Et τορεὺς, tessellatus dicitur. Possunt & Diatrocharij dici, quod rotas, pilasq; ligneas faciunt, & carros: nã idipsum significat τροχὸς. Inde τροχηλατεῖν uerbum. Alc. C. de excus. artif. lib. x.

DIATRETUS calix, uas erat torno politũ. Alexan. de Alex. Genial. dier. lib. v. cap. 17.

DIATURBI, Græcè διαιτροφεῖς, custodes nauis sunt, qui non precio conducti, sed solo uictu nauem custodiebant. Vox est composita ἀπὸ τῆς διαίτης, id est, à uictu: καὶ τηρεῖν, quod custodem notat. Alciat. in l. j. ff. naut. caup. stab.

DIAULUS, duo sunt stadia: Drithalb hundert passus.

DIBAPHA Tyriæ. Vide Purpura.

DICARCHEA cognomentũ Puteolis fuit, qđ illic iustitia summopere & obseruanter colebatur. Dicarcheam quoq; Silius appellat. Puluis ex collibus Puteolanis ubi nascebatur, euehebatur Romã, optimum & accommodatissimum molibus in mari solidandis, quippe cornescebat & lapidescebat in aqua, huius rei sunt testes, Plinius, Tranquillus, cæteri. Io. Bapt. commẽt. in Panegyr. Sidon. Apoll. ad August.

ΔΙΚΑΣΤΗΣ Iudex, dictus quasi διχαστὴς, qđ duobus inter se dissidentibus & diuisis medius est quasi honorarius quidam arbiter constitutus ut ei qui plus iusto accepit auferat, quod addẽdum sit ei qui minus. Connan. lib. 1. c. 2. nu. 5.

ΔΙΚΗ apud Græcos septem significat, Ius, actionem, causam, iudicium, pœnam, libellum forensem, & Deam iudiciorum, filiam Iouis: cui Deæ pro symbolo uirginitas ascribitur, quia iustitia debet esse uirgo, casta & incorrupta, quæ non nouit patrem neq; matrem. ueritatem nouit unicam, personam nõ accipit, Deum imitatur qui potius infima mundi elegit, ut cõfunderet fortia qui pauperes Apostolos in suã cooptauit familiam, & diuites superbos reliquit. Atqui sola Dei iustitia uirgo dici potest, hominum uerò iustitia meretrix speciosa, apud quam,

Dat ueniam coruis, uexat censura columbas.

Apud quam

Curia pauperibus clausa est: dat census honores
Census amicitias, pauper ubiq; iacet.

Vt annotauit Tabo et. in topico militię & leg. discip.

DICE, dea, iudiciorum præses dicitur. Δίκη, ius significat. ob id Græcè dicta, quòd lites & contentiones dirimat. Hinc dicastes, iudex, litium diremptor. Et Dicaspolos, qui circa reddenda iura uersatur. Itẽ quas Græci Dicas uocabant, eas Romani Latinè actiones, causas, seu iudicia dixerũt. Vide Bud. in annot. ad l. 1. de Iust. & iur.

DICERE dominum mentiri. in l. quæ omnia. ff. de procurat. Sp.

DICERE ius, est, cum iudex de iure & æquo faciendo sententiã fert, ac ꝓmulgat. Vrtheyl eröffnen.

DICERE mendacium, & mentiri, quo differant, declarant Nonius & Gellius.

DICERE mulctam, uerbũ est antiqui iuris, quo utitur I. C. in l. ne quis. de custod. reor. Item Alexander Impera. C. de mod. mulc. Vide Budæum in annot. poster. Sp.

DICERE sententiam existimatur arbiter, quum ea mente quid pronunciat, ut secundum id discedere litigatores à tota controuersia uelit, ut tradit Paulus l. qualem. ff. de recept.

DICERE pro testimonio, eodem autore, uulgò dicitur nunc Deponere. Sp.

DICERE dotem in antiquorum libris, est certis uerbis nulla interrogatione præcedente promittere. Cuiusmodi dictione has duntaxat personas, Mulierem uidelicet debitoremq; eius, parentẽ item uirilis sexus obligari olim potuisse Vlp. Instit. tit. 6. Et Gaius in lib. 2. Instit. tit. 9. scribunt. Quibus etiam solis dotis dictionem tribui animaduertere est, ut in l. ult. de incest. nupt. C. Th. & apud Terent. Heautont. Act. 5. Scen. 5. & Afranium Fratrijs referente Nonio, & Ciceronem pro Flacco, & Plin. lib. 6. Epist. ad Caluinam. & Sex. Aurel. Victor in Neron. Qua de causa Dictio dotis à promissione stipulationeq; separat. l. ult. de dotibus. in C. Th. & apud Vlpi. in Instit. tit. 6. & titul. 11. Briss.

DICERE uindicias pro dare & adiudicare. l. 2. §. initium. ff. de orig. iur. Liuius lib. 3. Inuidiæ proximus, quòd in urbe fuerat, cùm iniustæ uindiciæ dicerentur. At in tit. Si mensor falsum modum dixerit, Dicere renuntiare significat. Briss.

Inofficiosum uerò testamentum dicere, arguere & accusare est. l. 5. §. qui accusauit. ff. de his quæ ut indig. l. 6. ff. de inoffi. testam. hoc est allegare quare exhæredari, uel prȩteriri non debuerit, interprete Marcello in l. 3. ff. de inoffic. testam. Briss.

Eodem modo DICERE ruptum, uel irritum falsum testamentũ. l. 8. §. si quis irritum. ff. de inoff. test. l. 15. ff. de his, quæ ut indig. l. 5 ff. de hæred. petit. l. 3. ff. de l. Corn. de fals. l. 19. ff. de bon. libert. Hæc sic nonnunquam nostri auctores exprimunt. Dicere de inofficioso testamento. l. 9. §. 1. ff. de dolo. l. 2. l. 10. §. penult. ff. de contra tab. l. 132. ff. de uerb. oblig. & Dicere de falso testamento. l. 18. ff. de accusatio. Briss.

DICIS causa factũ dicitur, quod uitandi iudicij, & tegendi criminis gratia factum est. Itaq; ijdẽ Græci aliud loquendi genus repererunt, quod etiam ea compræhenderet, quæ non criminis, sed uituperationis & malæ hominum existimationis uitãdæ gratia fit, ἀφοσιοῦνται uel ὁσίας ἕνεκα ποιοῦσί τι. hoc est ad uerbum, pietatis & sanctitatis causa facere aliquid. Latini perfunctoriè aut defunctoriè & leui brachio dicunt, non uerè neq; ex animo & ut not. Budæus ἕνεκα τοῦ ἀμέμπτου καὶ ἀνυπαιτίου, hactenus ut repræhensione careat qui fecerit uno uerbo ἀφοσιοῦσθαι dicũt. Modestin. l. 2. qui petant tuto. non solum si non petierit eum qui admitti, sed & si pietatis gratia petierit eum qui dimitti poterat apud Modest qui tractatum illum Græcè scripsit, est ὁσίας χάριν. Idem l. scire oportet. Ideoq; si reprȩsentauerit quis se solum, non permanserit autem: apud eundem est ἀφοσιώσεως χάριν. In quo utroq; uetus interpres falsus est expositione. Ibi enim uertere debuit, si defunctoriè petierit: hic autem si defunctoriè adsit solum, neque permaneat. ut Ant. Augustinus elegantissimè tradidit. Posset & dicis causa id factum dici, quia fugiendi iudicij gratia fit tantum & ut dicitur pro forma. Gręci enim sic loquuntur κατὰ δίκην, uel δίκην per Syncopen quod Latini instar & in modum. Sal. in Catil. Cum domos atq; uillas uideas in modum urbium ædificatas. Et Cicero: Instar mortis putant, id est magnitudine par atque æquale. Δίκη enim ius significat, quod æquale est & rerum omnium modus & mensura. Vnde hunc loquendi modum Græcos puto in consuetu-

dinem sui sermonis adduxisse. Ac ne quis miretur, dicis nomen in usu fuisse Latinis, ijdem ab eodem uerbo dicam finxerunt. unde illa, dicam alicui impingere aut scribere. Illo Terentius utitur, hoc Tullius non semel in orationibus contra Verrê. & item dicas sortiri, quod credo audentius tum fecit, quod Siculorũ causam ageret Græcorum hominũ. Nam alibi eum his uerbis & loquendi genere usum non memini. Fuit enim in eo diligentissimus Cicero, ne unquã uerba Græca Latino sermoni insereret. Connanus libro vij. capit. iij. numero iij. Duarenus libro disputat. anniuers. 1. cap. 47. Corrasius libro Miscell. 4. cap. 8. num. 6. Curtius ἀνατῶν libro j. capit. xxxv. Varro antiquam esse locutionem scribit, & eadẽ ab origine deductam ut uerbum Dico: indidemque illud uetus manasse, In manipulis castrensibus dicibus. Quod si ita est, coniecturam facere licebit Dicis casum esse à recto Dex declinatum, ut sit Dex, Dicis, ex Dico: item ut Iudex, iudicis, à iudico, & Index, indicis, ab indico: Lex, legis, à lego: Dux, ducis, à Duco. Nam si iuncto uerbo Iudex, auctore Varrone, dicitur qui ius dicit, uerisimile est uoce simplici similiter eum qui dicit, Dicem appellatum. Præterea idem Varro lib. de Analog. iij. docet ex numero multitudinis uocem singularem cognosci posse. Videmus enim, inquit, ex his uerbis Trabes, Duces: de extrema syllaba E literam exclusam: & ideo in singulari factum esse Trabs, Dux. Quare si Manipuli castrenses dices quidam appellantur, perspicuum est, opinor, uel Dix in singulari fuisse: uel (quod uerisimilius uidetur) Dex, item ut Iudex & Index. Hęc de uocis origine, quam ego Varronis auctoritate uictus, Latinam quàm Græcam esse malo: tametsi olim aliter senserim. Nunc de locutionis sententia, quæ sanè coniecturam nostram adiuuat. Omnes enim uno ore consentiunt, Dicis caussa id fieri quod alia nulla de caussa fit, nisi ut factum esse dicatur: ut quum scribit Caius in l. 4. ff. commod. sæpe enim ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia numerationis loco intercedát. ueluti in nexis ac mancipijs, quum ære libram percutiebat Manceps, idq; æs dabat ei à quo mancipium accipiebat quasi precij loco, inquit Caius: numus ille dicis tantùm causa tradebatur, quum alibi pecunia numeraretur. itemque in omnibus adumbratis siue imaginarijs contractibus quibus uno numo emptio perficiebatur. num⁹ enim aliam nullã ob caussam tradebatur, nisi ut qui ei contractui quasi testis ac spectator interesset, dicere ac testari posset pecuniam fuisse traditam. Sic quum Vlpianus scribit in l. prima. ff. ad S. C. Syllan. Excusantur serui qui auxilium tulerunt sine dolo malo. nam si finxerit quis auxiliũ ferre, uel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum illi proderit: quum inquam sic scribit Vlpianus, hoc significat, Si non animo domini defendendi, sed tantum propter Dicem, id est, propter eum qui aderat ac dicere poterat seruum conatum esse suum dominum defendere: hæc simulatio nihil illi proderit. utuntur Cicero Verr. 6. & Plin. lib. 22. Hot.

DICIS causa. In Lexico Germaniensis ædis Dicis causa, & dicis gratia ita redduntur εἵνεκα χάριν λέγειν χάριν, ὡς παρὰ γαΐῳ τῷ νομικῷ. Ego id uerbum corruptũ esse existimo in quodam Orationis, quam pro domo sua Cicero habuit, loco, in quo ita est: Quid si quis similis istius, neque enim iam deerunt, qui imitari uelint aliquem mei dissimilem, cui Respub. non tantum debeat, per uim afflixerit domum eius, per pontificem dedicarit, id uos ista auctoritate constituetis, ratum esse oportere dicis quem repperit pontificem. Quæ uerba nullum sensum habent idoneũ. Vnde coniectura ducor, ut suspicer scriptum fuisse, Dicis causa repperit pontificem. Huius uerbi uim sic Dio libro 57. expresit, τὸ ἀρχαῖον ὅσιον ἕνεκα ὥστε ... λόγῳ γίγνεσθαι. Briss. Et hanc eandem sententiam sequitur Pitheus libro aduersar. subseciu. 2. cap. 8. At Forcatulus in suæ Necyomantiæ dialogo septimo, ditis gratia legendũ existimat, pro eo quod est manifesta & publica demonstratione, allegans. l. sæpe. ff. commod. & Apuleiũ in libro de Philosophia: Plinium libro xxviij. capit 2. ubi ditis causa interpretatur pro eo, quod est publice & pro populo &c. Vide latius eundem ibi.

DICTARE actionem. Paulus in l. non distinguemus. §. illud. in princip. ff. de recept. arbitr. eodẽ sensu, quo Terentius impingere dicam, appellauit. Idem in l si seruus depositus. in fin. ff. de nox. action. Iudicium dictare uocat. Tranquillus, intendere formulam dixit. uulgò nuncupamus instituere actionem. Porrò dictata dicuntur quæ alio præeunte uerba scribi consueuere (Barbari, pronunciare ad pennam dicunt) ita & quæ natura nobis excipientibus suggerit, dictare dicitur. Testis est Catanæus, doctissimus grammaticus, qui dictare apud Plinium libro Epistol. 2. exponit, componere, suggerere: indicatq; ex libro quinto. Epist. Senecæ colligi posse, quo differat à Dicere. Tum dictata sunt, inquit, quæ ludimagister de aliquo autore pueris tradit interpretamenta, ut prædiscant, eademque ipsi post paululum ita reddant, ut tradita sunt. quod & Catanęus Ciceronis testimonio probat. Obseruanda autem pulchra metaphora apud Pomponium in l. 2. ff. de orig. iur. §. nouissimè. Nam sicut dictari censetur ea, quæ non nostro adfectus, sed alio pręeunte uerba scribimus: ita & quæ uicissitudo rerum, uolente Deo, suggerit, ea excipimus, & uolentes nolentes sequimur, quia natura dictat. Apud Barbaros dictare rationẽ, facere computum, dicitur. Sp.

DICTARE testamenta, pro suo arbitrio disponere. l. dictantibus. C. de testamen.

DICTAT ratio. Valla in Raud. Ita & ratio loqui tur, quod nos scribendum putamus: & ratio dictat, quòd in alterum effundamus. Solet in Principũ rescriptis, quibus cognitio delegatur, clausula haud infrequens inseri, Prout ratio dictat, iurisque ordo requirit. Spieg.

DICTATOR, à dictando nomẽ traxit: quòd potestate sua finita, futuros solus ipse dictaret magistratus, id est, eligeret. Zasius in l. 2. ff. de orig. iur. Græci αἰσυμνήτην uocant. Alex. de Alex. lib. 4. Genial. dierũ capit. 22. Sp. Hic summam potestatem habebat, hoc est, per omnia regiam dominationem, solo nomine excepto. Eamque ob rem dictator dicebatur magister ciuium, autore Varrone. Et per imitationem antiquitatis haud dubiè factum est, ut primarij inter Decuriones nostros, iam nunc quoque magistri ciuium appellentur, Burgermeyster. Oldend. De his uero ita Pompon. Dictatores proditi sunt, à quibus neque prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduersio data est: nam cum populo Romano aucto, crebra bella orirentur: & quædam acriora à finitimis inferrentur, interdum re exigente, placuit maioris dignitatis Magistratum constitui, hunc Magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat ultra sextum mensem retineri: & his dictatoribus magistri equitum iungebantur. Sic quomodo Regibus tribuni celerum, quod officium ferè tale erat,

le erat, quale hodie præfectorum pretorio: Magistratus tamen habebantur legitimi, ut Pomponius de origin. iuris. Maffeus.

DICTATVRA erat extraordinarius & summ9 magistratus, ad quem non nisi in maximo periculo, uelut ad sacram anchoram & ultimum remedium, confugiebatur. In hunc enim quicquid Romanæ ditionis esset, transfundi cõsueuit: adeò ut non alij magistratus interim essent. Qua ratione, & duę secures præcedentibus lictoribus, & cętera regia insignia illis attribui solebant. Olden.

DICTA, sponsa, pacta. Nonius, Inter speratã, inquit, dictam, pactam, & sponsam, hoc interest: quòd uirgo postquam petitur, sperata dicitur; dehinc promissa dicta, uel pacta. ex Bud. Spieg.

DICTA facta, eleganti combinatione dicimus, significantes oẽm prorsus rem gestam inter aliquos.

DICTVM à promisso Vlpian. eleganter discernit, in l. sciendum. de ædil. edict. Dictum, inquit, à promisso sic discernitur: Dictum accipimus, quod uerbotenus pronunciatum est, nudoq; sermone fungitur. Promissum autem potest referri & ad nudam promissionem siue pollicitationem, uel ad sponsionem. l. sciendum tamen est. ff. de ędilit. edict. In summa, Vox hæc omnem complectitur sermonem. Sp. Vide uberius Connanum lib. 5. cap. 1. num. xj. Huic adde Brechæum l. commendare. in tit. de uerbor. & rerum significatio.

DICTVAE sunt columnæ ecclesiæ, in quibus imagines patrum in suo catalogo ponũtur, uel sunt tabulæ, in quibus quid scribitur, uel pingitur. Prat.

DIDRAGMA ualet duos denarios. Archidiac. cap. magnum. 11. quæst. 1.

DIDVCERE est diuidere, & distinguere Instit. de oblig. quo uerbo utuntur & classici auctores.

DIENSES, Macedoniæ populi l. si. ff. de censib.

DIEM more Romano incipere à media nocte, inquit Paulus. Quare id autem à Romanis seruatũ fuerit, dubitat Plutarchus in Romanis quæstionib9, cuius uerba quoniã Latinè recitat Catellanus Cotta non referam. Multas ille quidem rationes adducit, sed prima uerisimilior mihi uidetur, népe id Romanos fecisse, propterea quod more militari uiuebant. Nam plurima in bello noctu fieri necesse, quo sole oriente manus conseri possint, quandoquidem ut Chiloni Myson dixisse fertur, præparatos rem aggredi, non agentes præparari oportet. Quam etiam opinionem approbat Cælius Rhod. lib. 11. cap. 1. Nihilominus aliam fortassis ob caussam factũ est, quæ mihi dum hæc scriberem in mentem uenit. Cũ enim dies id spacium dicatur, quo sol omnium stellarum inerrantium celerrimus suum cursum conficit, non illum quidem proprium, qui est ab occidente ad orientem contra cœli motum, quo annos metimur, sed illum uiolentum, quo rapitur ab oriente ad occidentem, ideo crediderim Romanos ea hora diem incepisse, quoniam tunc sol incipit nobis propinquior fieri. Quocirca tradidit M. Varro in lib. Rerum Romanarum, quem de dieb. scripsit, ut etiã asserit Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 3. c. 2. Romanos sacra nocturna, si ante mediam noctem facta fuissent, diei præcedenti, si post, diei sequenti tribuisse, & idẽ seruasse in auspicijs, ac Tribunos, quos à Roma nullum diem abesse licebat, si post mediam noctem extra urbẽ profecti fuissent, & ante mediam sequentem reuersi, nõ uideri unũ diem abfuisse, atq; ea de causa dicere solitum Q. Mutium I C. lege non esse usurpatam mulierem, quæ cum Cal. Ian. apud uirum causa matrimonij esse cœpisset, ante diem quartum Cal. Ianuarias sequentes usurpatum isset, non enim posse impleri trinoctium, quòd abesse à uiro usurpandi causa ex 12. tabulis deberet, quoniam tertiæ noctis posteriores sex horæ, alterius anni essét, qui inciperet ex Calendis. Idem Varro scripsit Athenienses diem incipere ab occasu solis, Babylonios ab ortu, Vmbros à meridie, quę præter Gellium recitat Macrob. Satur. lib. 1. cap. 3. & Plinius lib. 1. cap. 77. & Isidorus Etymologia. lib. 5. cap. 30. Addit Plinius morem Romanorum seruatum fuisse ab Ægyptijs, & ab Hipparcho, atq; omne uulgus incepisse diem ab ortu solis. Accurs. & Odofredus loco Vmbrorum nominant Arabes, de quibus apud Veteres nulla mẽtio. Hunc diẽ à Romanis uocatum fuisse ciuilem, aiunt Gellius & Macrob. quòd etiam tradidit Censorinus in lib. de Natali die. Quamobrem Cotta repræhendit Accur. & Ias. quoniam spacium 24 horarum diem naturalẽ appellarunt & tempus illud, quo solẽ conspicimus, diem artificialem dixêre: cum tamẽ nulla reprehensione digni uideantur. Nam istam diuisionem usurparunt Mathematici omnes, quæ etiam probatur à Sypontino. Isidorus autem diem Ciuilem uocauit legitimum. Duodecim diei partes à Babylonijs Gręcos didicisse, narrat Herodotus in Euterpe. at Fabi9 Victorinus in Rhetorica Cicer. id ait inuentũ fuisse Mercurij Trismegisti. Dies autem nõ dicitur à splendore siue claritate, quemadmodum Ioan. And. & Iason opinati sunt, sed ἀπὸ τοῦ Διὸς, id est, à Ioue, ut Varro & Festus scripsere. Hinc ipse Iupiter Diespiter, id est diei pater uocatus fuit, Horat. carm. lib. 1.

— Namq; Diespiter Igni corrusco nubila diuidens
Plerunq; per purum tonantes Egit equos, uolucremq; currum.

Et Cretenses Δία τὴν ἡμέραν, hoc est, Iouem diem appellarunt, ut est apud Macrob. Satur. lib. 1. cap. 15. & singuli dies à Dijs nomina sumpsere, ut notat Isidorus in eod. lib. Quin etiã Æthiopes diem coluisse dicuntur, & diei simulachrum ab Antiocho Epiphane factũ proditur ab Athenæo. Ferrand. lib. Explicatio. 1. in l. More Romano. de ferijs.

DIES, apud uarias gentes uariè accipiebatur. Nã apud Romanos, à media nocte ad mediam noctẽ sequentẽ, finiebatur, ut in l. more. ff. de feri. More Romano, inquit Paulus, Dies à media nocte incipit, & sequẽtis noctis media parte finitur. Ita quicquid in ijs uigintiquatuor horis, i. duabus dimidiatis noctibus, & luce media actum est, perinde est, quasi quali bet hora lucis actũ esset. Apud Ægyptios simili modo obseruabatur. Apud Atheniẽses totũ id tẽpus qđ ab occasu ad occasum est, dies habebatur. Nunc ab ortu ad occasum solis, uulgò nuncupamus diẽ, more uetustissimo, quo dies primùm in duodecim horas est diuisus. Vnde Christus seruator noster, Io. 11. Nonne, inquit, duodecim sunt horæ diei? Et Gen. 1. Et diuisit lucẽ à tenebris, appellauitq; lucẽ diem, & tenebras noctẽ. Quò respexit Proculus in l. hæc uerba. ff. de uerb. sign. Disiunctiuũ est (inquit) ueluti cũ dicimus, Aut dies, aut nox est: quorũ posito altero, necesse est tolli alterũ. Et Claudius Satur. in l. aut facta. ff. de pœn. Tẽpus (ait) discernit emansorẽ à fugitiuo: & effractorẽ uel furẽ diurnũ, à nocturno. Dies præterea accipitur pro tẽpore interminato, idq; fœmineo gñre, ut Longa dies nihil nõ in aliã transfert faciẽ. Vnde est ista locutio: Promittis annua, bima, trima die, hoc est, tẽpore unius, duorũ, triũ annorũ, dare decẽ? Vlp. in l. 3. ff. de annu. leg. Dies igitur in iure ciuili intelligẽdus secundum subiectam materiã. Nam cùm aliquid tractatur, quod aliam rõem in luce,

ce, aliam in tenebris habet, antiquissima, & uulgaris diei appellatio retinenda est. Sin autem quæratur de cõtinuo temporis successu, sequi oportet Romanam institutionẽ, ut in materia præscriptionũ. Nam tempus ita noctu procedit, ac die, ad complendam usucapionem. Vlp. in l. in usucap. & l. seq. ff. de usucapio. Ideoq;, inquit, qui hora sexta diei Kalendarũ Ianuariarum possidere cœperit, hora sexta noctis pridie Kalendas Ianuarias implet usucapionem.

DIEM D. Basilius Magnus in hexaemero dixit illum esse aerem, quem Sol illuminet, cùm est in eo dimidio globo, qui super terram est collocatus, Aristoteles autẽ scripsit esse Solis excursum ab oriente in occasum. Variè autem diei Etymon autores classici discutiunt. Quidam enim dixerunt ἀπὸ τοῦ Διὸς diem dictum, quod Iupiter diei sit dominus & rector. Alij uerò quod Dei opus sit, dici existimant. Nonnulli à dio tractum uolunt, quod lumen sub cœlo esse dicimus. Vt sub dio esse id est, sub tegmine cœli. Sed M. Varro diem ex Deo dictum asserit. Græci ἡμέραν appellant, quam nos diem, propterea quod (ut author est Plato) ἱμείρουσι, id est lumen è tenebris emicuit hominibus summopere desiderantibus ac cõgratulantibus. Qua de causa prius ueteres (ait ipse Plato ἱμέραν scripserũt. Posteritas autem ἑμέραν, ac tandem ἡμέραν, nonnulli uero quasi ἥμερον, id est mansuetam dici crediderunt. Dies item diuersis appellationibus à rerum effectis cognominarunt ueteres. Nam quosdam nominabant intercisos alios status, profestos, festos, quos Plutarchus ἀποφράδας dicit. Quemadmodum à Suida αἱ πρὸς πράξεις ἀνεπιτήδειαι ad actiones minimè idonei & conuenientes, Præliares, Communicarios, Pandiculares, nundinarũ, intercalares, lustricos, & quos medici κρισίμους καὶ κριτικὰς appellant, id est decretorios & iudicatorios: & iustos à decemuiris qui numero triginta dabantur iudicatis cõfessis æris & debitæ conquirendę pecuniæ causa, quá dissoluerẽt. Eratq; ueluti quoddam iustitium, id est iuris inter eos cessatio quædam: quibus diebus nihil cũ his iure agi posset, ut testatur Gellius lib. 20. Magnum quoq; diem appellamus, qui finem longis laboribus imponit. Quod Alciatus latius dixit lib. 8. Parerg. & lib. 4. Brechæus L. Vrbis appellatio. §. Cuiusq; diei. tit. de Verborum & rerum signif.

DIES, ob commoditatem hominum, à nocte distinguitur in duodecim horas, quotiescunq; de his rebus tractatur, ad quas necessaria est lux, ut si quis operas diurnas ꝓmiserit, Non enim noctu eas præstare tenetur, & ne quidẽ potest sine alterna requie. Quamobrem magno errore appellant hunc diem artificialẽ, credo ꝓpter horologiũ arte factũ. Alioquin accedit nõ minus ad naturam, quàm dies naturalis. Dixit enim DEVS, Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem. Gen. 1. Olden.

DIES quidam sunt naturales, quidã ciuiles. Dies naturalis est tempus ab exoriente sole ad solis occasum, cuius contrarium est nox ab occasu ad solis ortum. Dies uerò ciuilis, tempus, quod fit uno cœli circum actu. quo dies uerus & nox continetur. Sic accipitur in d. l. more Romano. qua de re uide Censorinũ li. 19. de die naturali. Prat. Adde Aul. Gel. l. 3. c. 2.

DIEM actionis cedere dicitur, cũ id quod in pactum deductum est, cœpit deberi: etiamsi nondum agi possit, ut quod debetur, pręstetur. Diem uerò uenire, est, qñ res incipit perfectè deberi, obligatione, actioneq; efficaciter & uerè orta. Vide Alciatũ. Sp.

DIEM actionis exire. l. ait prætor. §. hi planè. ff. Ex quib. caus. maior. Sp.

DIEM actionis exisse, pro finitum esse tempus actioni præscriptum. Paul. in l. sciendum. ff. ex quib. caus. maior. Sp.

DIEM compromissi proferre. Hæc clausula nullam aliam arbitro dat facultatem, quàm diem prorogandi: & ideo conditionem primi compromissi, neque minuere, neque mutare potest. l. Labeo ait. ff. de Recep. Sp.

DIES diffisus. Decemuiri eum diem diffindi dicebant, qui differebatur. Nec dubium est, quin hanc legem de diffindendo die à Numa Rege desumpserint. Nam certa quædam uitia enumerasse uisus est Numa, quibus si iudex, uel alteruter ex litigatorib. impeditus esset, dies iudicij diffinderetur. Eiusq; legis particulam, quæ apud Festum lib. 16. mendosissima extat, omnino mihi persuasit Iacobus Cuiacius acutissimus interpres, sic esse restituendam: Si quid horum fuit uitium iudici, arbitróue, reóue, dies diffisus esto. In exemplaribus impressis pro Diffisus, legitur, Diffensus, erroris non admodum obscura origine, siquidem ueteres ita scribere solebant, Diffeisus, pro Diffisus: quod cum non perciperẽt imperiti librarij, diffeisus loco, diffensus posuerunt. Dies autem ita diffindi solet ex lege 12. tabularum, ut si morbo sontico actor, uel reus impeditus esset, morbum in iure allegari per amicum curaret: tunc prętor excusatione cognita, quia Decemuiri ob morbum sonticum uolebant diem iudicij diffisum esse: in diffindendo die, hac formula utebatur: Hic dies diffisus esto. ut auctor est Acron in Horatiũ. Ergo uocatus in ius, in morbo esset opus iumẽto, niue morbo sontico, dies iudicij diffisus esset, statim in ius seq actorem cogebatur: eiq; nõ sequenti, præsentibus antestatis, actor iudiciũ denũciabat. Ræuard. in ll. 12 tab. lib. singul. cap. 5. de in ius uocand. Vide Corras. Epistolar. Quæst. cap. 33.

DIFFISVS dies dici putatur idẽ q ꝓlatus, in l. 27. & l. 33. D. de recept. q arb. id est, quũ negociũ qđ certa die cõfici debuit, in diẽ alterũ reijcitur. Vlp. l. 2. §. 2. D. Si qs cautionib. Lex 12 tab. si iudex, uel alteruter ex litigatorib. morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffisum. Sic enim legitur in Pand. Flor. Budæus Diffusum legendũ putat: itẽ ut apud Gelliũ lib. 14. cap. 2. & Liuium lib. 9. legitur. A quo equidẽ non abhorreo: quũ diffundi aliũ in diem negocium dici possit, item ut uinum, quod ex dolio in aliud uas transfunditur. Hot.

DIEM suum obire apud Vlpianum in prin. l. si filia nupta. ff. Famil. ercisc. Sp.

DIEM referre, Den tag ansagen. Diem proferre, Den tag weiter strecken. Papinianus ff. de recept. arbit. inquit, Ita sumptus ex cõpromisso, ut & diem referre possit: hoc quidem facere potest: proferre autem contradicentibus litigatoribus, non potest. Sp.

DIES fasti, quibus fari prętori licebat tria uerba, Do, Dico, Addico. his cõtrarij nefasti. & uide Macr. lib. 1. Saturn. cap. 15. Corras. lib. Miscell. 3. cap. 18.

DIES alij sunt continui, aut utiles. Vtiles qui & olim Fasti hoc est quibus agendi potestas est l. 1. D. de diuer. temp. præscriptio. l. miles. §. quædam. D. de adulterijs l. iure. C. eo. Prat.

DIES aliquando causa finiendæ obligationis adijcitur, ut in l. Ex empto. §. Denique. ff. de actio. empt. Si quis, inquit Vlp. ea conditione seruum uendiderit, ut intra triginta dies duplũ, postea ne quid præstaretur. Olden.

In DIEM differri: Sub cõditione cõtrahi dicitur negotium. l. j. §. Item mandatum. ff. Mandat. Olden.

DIEM cedere, diem procedere. l. si plures. ff. de bonor.possess. Olden.

DIEM abire.l.j.§.quod si in lite. ff.si quid in frau. patro. Oldend.

DIES atri dicebantur, quibus legiones educere, aut acies cum hostibus committere, uel quicquam reipubl.agere religio nõ finit. Alex.de Alex. Genial. dier.li.2.c.5.adde Crinitũ li.19.c.12.de honest.discip.

DIES condictus. Lege, Condicere.

DIES Domini. Lege, Iudicium humanum.

DIES feriatus, quo feriæ agũtur, hoc est quo à forensib.negotijs datur uacatio. Paul.in fin. l.ij. si quis in ius uoc.non uenit. Remittit, ait, prætor pœnã, puta quia dies feriatus fuit. & in tit.de ferijs. Spieg.

DIES festi continebant ferias publicas & priuatas, ludos, epulas, & sacrificia deorũ. Dies profesti. Vide suo loco. Spieg.

DIES incertus, conditio est. Vide Bart.in l. si pecuniam.§. fin. de leg.ij.

DIES autem incertus uariè accipitur. Interdum incertus est omnimodo cum omnimodo incertum est, nõ modò qñ fiet, sed etiã an aliqñ fiet. Hic cũ die certo nihil habet cõmune, sed pro cõditione haberi solet. Sic accipimus quod Papinianus ait l. 24. dies. ff. de condit. & dem. Diem incertũ conditionẽ in testamẽto facere. Paulus l. si dies. quand. dies leg. ced. Si (inquit) dies certus sit, statim cedit, quamuis non dum uenerit. At si incertus, ueluti cum MAGISTRATVM INIERIT, CVM ALIQVID FECERIT, nisi temporis conditio obtingit, neque res pertinere, neque dies legati cedere potest. Hinc etiam descendit discrimen, quod Vlpianus l. stipulatio ista habere §. inter. de uerb. obl. notat inter diẽ certam & incertam & huius formulam eãdem propè esse, quæ conditionis est. Nam diei incertæ formulam proponit, SI ALIQVID FIAT, aut CVM ALIQVID FIET. Apertius etiam Pomponius l. si Titio, quando dies lega. ced. Nihil interest (inquit) utrum scribatur, cum quatuordecim annorum factus erit, uel si annorum quatuordecim factus erit. Priore enim scriptura per tempus conditio demonstratur: sequente per conditionem tempus, utrobiq; autem eandem conditionem esse. Aliquando etiam incertus dies dicitur, cum certũ quidem est factum iri aliquando, nec dubitatur an fiet, sed incertum est quando fiet, &c. Fran. Balduinus in comment. de condit.

DIES iudicij diffisus, apud Vlp.in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis caution. Vide paulo pòst, Diffindere diem.

DIES legitimi uocantur, quos nunc dilationes ordinarias appellant. ait Budæus in Annotat. prioribus.

DIES legitimi secundum Asconium uiginti, qui dabantur ad accusandum: totidemque defensori ad respondendum. Dierum iudicialium, id est, certorũ meminit quoq; Capitolin. in M. Ant. Philos. Spieg.

DIES mortis incertus. Vlp. de Cond. & demõstr. l.j. Dies autem incertus est, cum ita scribitur: Hæres meus cum morietur, decem dato. Nam diem incertum habet mors eius.

DIES religiosi dicuntur tristi omine infames impeditique in quibus & res diuinas facere, & rem quampiam nouam exordiri, temperãdum est: quos multitudo imperitorum prauè & perperam Nefastos appellant. ut annotauit Aulus Gellius in lib. noct. Attic. 4. capit. 9.

DIES sanctificationibus deputati, feriæ in Iure dicuntur: de quibus lege Oldendorp. in xij. Tab. tit. j. cap. iiij. Spieg.

DIES sessionum, quibus sedet iudex pro tribunali. Vlpianus in l. ij. §. j. ff. quis ord. in bon. poss. seruet.

DIES sessionum erant & appellabantur, quibus prætor pro tribunali sedebat. l. 2. §. dies. Quis ordo. in bono. possess. quod quidam erat necesse in ijs caussis, quæ causæ cognitionem decretumq; desiderabant, neque de plano poterant experiri: cuius generis erat, restitutio in integrum. Sed non dicebantur tamen dies utiles, nisi si quis etiam nunc potuerit restitutionem postulare. Quid enim, si quis eo tempore in uinculis fuisset, nec ab hostibus captus, uel absens Reip. caussa? Si uerò caussa fuisset, quæ per libellum de plano institui poterat: etsi non esset dies sessionis, immo uero, etsi esset feriatus, tamen inter utiles numerabatur, si alioqui Prætor sui copiã faciebat: neque & qui quid persequi uolebat, alio modo non impediebatur. l. 11. §. sexaginta. Ad l. Iul. de adult. Cum igitur in ea tota distinctione multũ esset difficultatis, & annus utilis interdum hac ratione decennium fieret, sicuti Iustinianus indicat in d. l. una. C. de ann. except. Constantino Iustinianóque displicuit illa (ut ita dicam) utilitas incerti temporis: & uisum est, potius definiendum esse certum aliquod tempus. Sed Constantinus locorum differentiam iniecit, Iustinianus sustulit. Neque uerò in omnibus causis sublatus est usus temporis utilis. Nam in multis adhuc locis Pandectarum & Codicis mentio utilis anni, dierumque utilium rectè fit. Sed in restitutionibus saltem in integrum, pro tempore utili continuum est substitutum. Balduinus.

DIES solutionis, sicuti summa pars est stipulationis. l. j. ff. de edend.

DIES sigillarij. Vide, Sigillaria.

DIES stati, ordinarij sunt. Budæus in dictis Annot. Spieg.

DIES uentosus, siquidem Paul. ait, die uentoso id fecit, culpæ reus est, l. qui occidit ad Leg. Aquil. §. in hac actione. Spieg.

DIES continui sunt συνεχεῖς, καὶ διηνεκεῖς hoc est, non interrupti, sed connexi, cohærentes, tam utiles, quàm (ut sic loquar) inutiles l. 2. ff. de colluf. deteg. l. 24. ff. ad S.C. Velleia. Prat.

DIES alia certa, alia incerta. Certa cuius tempus certum, ac definitum est, ut Kal. Iulij Incerta (ut ait Paulus l. si dies. ff. quando dies leg. ced.) cuius tempus incertum est, ut, Cum in sua familia nupserit. Sic l. 1. ff. de cond. & demõstrat. & hic dies habet uim cõditionis. Hot. Instit. de act. 6. 1.

DIEI cuiusque maior pars est septem horarum primarum diei l. 2. ubi Alciat. ff. de uerb. sign. Vergilius autem dixit Diei meliorem partem esse, quę meridiem antecedit.

DIEM cedere aliud est quàm uenire l. cedere diem. ff. de uerborum significat. Cedere enim dies significat incipere deberi pecuniam. Venire autem significat uenisse eum diem, quo pecunia peti possit. Connanus libro quarto, capitulo octauo, numero sexto. Vide Curtium libr. ἀπορῶν primo, capit. 31. ubi latißimè.

DIFFERVNT hæc, In diem, Ex die, Ad diem. l. 1. §. penult. quando dies leg. usufr. l. 9. §. ult. & l. 34. ff. de hær. instit. l. 4. ff. de seruitutib. l. 9. §. plane. ff. usufr. queãdmodũ cau. l. 14. ff. ut leg. nom. cau. l. 1. §. 1. ff. qb. mod. usufr am. l. 4. . si ex die de fideic. libert. l. ult. in fin. ff. de adsign. libert. Ex die promitti dicitur,

ce, aliam in tenebris habet, antiquissima, & uulgaris diei appellatio retinenda est. Sin autem quæratur de cõtinuo temporis successu, sequi oportet Romanam institutionẽ, ut in materia præscriptionũ. Nam tempus ita noctu procedit, ac die, ad complendam usucapionem. Vlp. in l. in usucap. & l. seq. ff. de usucapio. Ideoq;, inquit, qui hora sexta diei Kalendarũ Ianuariarum possidere cœperit, hora sexta noctis pridie Kalendas Ianuarias implet usucapionem.

DIEM D. Basilius Magnus in hexaemero dixit illum esse aerem, quem Sol illuminet, cùm est in eo dimidio globo, qui super terram est collocatus, Aristoteles autẽ scripsit esse Solis excursum ab oriente in occasum. Variè autem diei Etymon autores classici discutiunt. Quidam enim dixerunt ἀπὸ τοῦ Διὸς diem dictum, quod Iupiter diei sit dominus & rector. Alij uerò quod Dei opus sit, dici existimant. Nonnulli à dio tractum uolunt, quod lumen sub cœlo esse dicimus. Vt sub dio esse id est, sub tegmine cœli. Sed M. Varro diem ex Deo dictum asserit. Græci ἡμέραν appellant, quam nos diem, propterea quod (ut author est Plato) ἱμείρουσι, id est lumen è tenebris emicuit hominibus summopere desiderantibus ac cõgratulantibus. Qua de causa prius ueteres (ait ipse Plato ἱμέραν scripserũt. Posteritas autem ἑμέραν, ac tandem ἡμέραν, nonnulli uero quasi ἡμέραν, id est mansuetam dici crediderunt. Dies item diuersis appellationibus à rerum effectis cognominarunt ueteres. Nam quosdam nominabant intercisos alios status, profestos, festos, quos Plutarchus ἀποφράδας dicit. Quemadmodum à Suida Αἱ πρὸς πράξεις ἀνεπιτήδειοι ad actiones minimè idonei & conuenientes, Præliares, Communicarios, Pandiculares, nundinarũ, intercalares, lustricos, & quos medici κρισίμους καὶ κριτικὰς appellant, id est decretorios & iudicatorios: & iustos à decemuiris qui numero triginta dabantur iudicatis cõfessi æris & debitæ conquirendæ pecuniæ causa, quá dissoluerẽt. Eratq; ueluti quoddam iustitium, id est iuris inter eos cessatio quædam: quibus diebus nihil cũ his iure agi posset, ut testatur Gellius lib. 20. Magnum quoq; diem appellamus, qui finem longis laboribus imponit. Quod Alciatus latius dixit lib. 8. Parerg. & lib. 4. Brechæus L. Vrbis appellatio. §. Cuiusq; diei. tit. de Verborum & rerum signif.

DIES, ob commoditatem hominum, à nocte distinguitur in duodecim horas, quotiescunq; de his rebus tractatur, ad quas necessaria est lux, ut si quis operas diurnas ꝓmiserit, Non enim noctu eas præstare tenetur, & ne quidẽ potest sine alterna requie. Quamobrem magno errore appellant hunc diem artificialẽ, credo ꝓpter horologiũ arte factũ. Alioquin accedit nõ minus ad naturam, quàm dies naturalis. Dixit enim DEVS, Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem. Gen. 1. Olden.

DIES quidam sunt naturales, quidã ciuiles. Dies naturalis est tempus ab exoriente sole ad solis occasum, cuius contrarium est nox ab occasu ad solis ortum. Dies uerò ciuilis, tempus, quod fit uno cœli circum actu. quo dies uerus & nox continetur. Sic accipitur in d. l. more Romano. qua de re uide Censorinũ li. 19. de die naturali. Prat. Adde Aul. Gel. l. 3. c. 2.

DIEM actionis cedere dicitur, cũ id quod in pactum deductum est, cœpit deberi: etiamsi nondum agi possit, ut quod debetur, prestetur. Diem uerò uenire, est, qñ res incipit perfectè deberi, obligatione, actioneq; efficaciter & uerè orta. Vide Alciatũ. Sp.

DIEM actionis exire. l. ait prætor. §. hi planè. ff. Ex quib. caus. maior. Sp.

DIEM actionis exisse, pro finitum esse tempus actioni præscriptum. Paul. in l. sciendum. ff. ex quib. caus. maior. Sp.

DIEM compromissi proferre. Hæc clausula nullam aliam arbitro dat facultatem, quàm diem prorogandi: & ideo conditionem primi compromissi, neque minuere, neque mutare potest. l. Labeo ait. ff. de Recep. Sp.

DIES diffisus. Decemuiri eum diem diffindi dicebant, qui differebatur. Nec dubium est, quin hanc legem de diffindendo die à Numa Rege desumpserint. Nam certa quædam uitia enumerasse uisus est Numa, quibus si iudex, uel alteruter ex litigatorib. impeditus esset, dies iudicij diffinderetur. Eiusq; legis particulam, quæ apud Festum lib. 16. mendosissima extat, omnino mihi persuasit Iacobus Cuiacius acutissimus interpres, sic esse restituendam: Si quid horum fuit uitium iudici, arbitróue, reóue, dies diffisus esto. In exemplaribus impressis pro Diffisus, legitur, Diffensus, erroris non admodum obscura origine, siquidem ueteres ita scribere solebant, Diffeisus, pro Diffisus: quod cum non perciperẽt imperiti librarij, diffeisus loco, diffensus posuerũt. Dies autem ita diffindi solet ex lege 12. tabularum, ut si morbo sontico actor, uel reus impeditus esset, morbum in iure allegari per amicum curaret: tunc pretor excusatione cognita, quia Decemuiri ob morbum sonticum uolebant diem iudicij diffisum esse: in diffindendo die, hac formula utebatur: Hic dies diffisus esto. ut auctor est Acron in Horatiũ. Ergo uocatus in ius, in morbo esset opus iumẽto, niue morbo sontico, dies iudicij diffisus esset, statim in ius seq actorem cogebatur: eiq; nõ sequenti, præsentibus antestatis, actor iudiciũ denũciabat. Ræuard. in ll. 12 tab. lib. singul. cap. 5. de in ius uocand. Vide Corras. Epistolar. Quæst. cap. 33.

DIFFISVS dies dici putatur idẽ q ꝓlatus, in l. 27. & l. 33. D. de recept. q arb. id est, quũ negociũ qđ certa die cõfici debuit, in diẽ alterũ reijcitur. Vlp. l. 2. §. 2. D. Si qs cautionib. Lex 12 tab. si iudex, uel alteruter ex litigatorib. morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffisum. Sic enim legitur in Pand. Flor. Budæus Diffusum legendũ putat: itẽ ut apud Gelliũ lib. 14. cap. 2. & Liuium lib. 9. legitur. A quo equidẽ non abhorreo: quũ diffundi aliũ in diem negocium dici possit, item ut uinum, quod ex dolio in aliud uas transfunditur. Hot.

DIEM suum obire apud Vlpianum in prin. l. si filia nupta. ff. Famil. ercisc. Sp.

DIEM referre, Den tag ansagen. Diem proferre, Den tag weiter strecken. Papinianus ff. de recept. arbit. inquit, Ita sumptus ex cõpromisso, ut & diem referre possit: hoc quidem facere potest: proferre autem contradicentibus litigatoribus, non potest. Sp.

DIES fasti, quibus fari pretori licebat tria uerba, Do, Dico, Addico. his cõtrarij nefasti. & uide Macr. lib. 1. Saturn. cap. 15. Corras. lib. Miscell. 3. cap. 18.

DIES alij sunt continui, aut utiles. Vtiles qui & olim Fasti hoc est quibus agendi potestas est l. 1. D. de diuer. temp. præscriptio. l. miles. §. quædam. D. de adulterijs l. iure. C. eo. Prat.

DIES aliquando causa finiendæ obligationis adijcitur, ut in l. Ex empto. §. Denique. ff. de actio. empt. Si quis, inquit Vlp. ea conditione seruum uendiderit, ut intra triginta dies duplũ, postea ne quid præstaretur. Olden.

In DIEM differri: Sub cõditione cõtrahi dicitur negotium. l. j. §. Item mandatum. ff. Mandat. Olden.

DIEM

DIEM cedere, diem procedere. l. si plures. ff. de bonor.possess. Olden.

DIEM abire. l. j. §. quod si in lite. ff. si quid in frau. patro. Oldend.

DIES atri dicebantur, quibus legiones educere, aut acies cum hostibus committere, uel quicquam reipubl. agere religio nō finit. Alex. de Alex. Genial. dier. li. 2. c. 5. adde Crinitū li. 19. c. 12. de honest. discip.

DIES condictus. Lege, Condicere.

DIES Domini. Lege, Iudicium humanum.

DIES feriatus, quo feriæ agūtur, hoc est quo à forensib. negotijs datur uacatio. Paul. in fin. l. ij. si quis in ius uoc. non uenit. Remittit, ait, prætor pœná, puta quia dies feriatus fuit. & in tit. de ferijs. Spieg.

DIES festi continebant ferias publicas & priuatas, ludos, epulas, & sacrificia deorū. Dies profesti. Vide suo loco. Spieg.

DIES incertus, conditio est. Vide Bart. in l. si pecuniam. §. fin. de leg. ij.

DIES autem incertus uariè accipitur. Interdum incertus est omnimodo cum omnimodo incertum est, nō modò qñ fiet, sed etiá an aliqñ fiet. Hic cū die certo nihil habet cōmune, sed pro cōditione haberi solet. Sic accipimus quod Papinianus ait l. 24. dies. ff. de condit. & dem. Diem incertū conditionē in testamēto facere. Paulus l. si dies. quand. dies leg. ced. Si (inquit) dies certus sit, statim cedit, quamuis non dum uenerit. At si incertus, ueluti cum MAGISTRATVM INIERIT, CVM ALIQVID FECERIT, nisi temporis conditio obtingit, neque res pertinere, neque dies legati cedere potest. Hinc etiam descendit discrimen, quod Vlpianus l. stipulatio ista habere §. inter. de uerb. obl. notat inter diē certam & incertam & huius formulam eádem propè esse, quæ conditionis est. Nam diei incertæ formulam proponit, SI ALIQVID FIAT, aut CVM ALIQVID FIET. Apertius etiam Pomponius l. si Titio, quando dies lega. ced. Nihil interest (inquit) utrum scribatur, cum quatuordecim annorum factus erit, uel si annorum quatuordecim factus erit. Priore enim scriptura per tempus conditio demonstratur: sequente per conditionem tempus, utrobiq; autem eandem conditionem esse. Aliquando etiam incertus dies dicitur, cum certū quidem est factum iri aliquando, nec dubitatur an fiet, sed incertum est quando fiet, &c. Fran. Balduinus in comment. de condit.

DIES iudicij diffisus, apud Vlp. in l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis caution. Vide paulo pòst, Diffindere diem.

DIES legitimi uocantur, quos nunc dilationes ordinarias appellant. ait Budæus in Annotat. prioribus.

DIES legitimi secundum Asconium uiginti, qui dabantur ad accusandum: totidemque defensori ad respondendum. Dierum iudicialium, id est, certorū meminit quoq; Capitolin. in M. Ant. Philos. Spieg.

DIES mortis incertus. Vlp. de Cond. & demōstr. l. j. Dies autem incertus est, cum ita scribitur: Hæres meus cum morietur, decem dato. Nam diem incertum habet mors eius.

DIES religiosi dicuntur tristi omine infames impeditique in quibus & res diuinas facere, & rem quampiam nouam exordiri, temperádum est: quos multitudo imperitorum praué & perperam Nefastos appellant. ut annotauit Aulus Gellius in lib. noct. Attic. 4. capit. 9.

DIES sanctificationibus deputati, feriæ in Iure dicuntur: de quibus lege Oldendorp. in xij. Tab. tit. j. cap. iiij. Spieg.

DIES sessionum, quibus sedet iudex pro tribunali. Vlpianus in l. ij. §. j. ff. quis ord. in bon. poss. seruet.

DIES sessionum erant & appellabantur, quibus prætor pro tribunali sedebat. l. 2. ... dies. Quis ordo. in bono. possess. quod quidam erat necesse in ijs caussis, quæ causæ, cognitionem decretumq; desiderabant, neque de plano poterant experiri: cuius generis erat, restitutio in integrum. Sed non dicebantur tamen dies utiles, nisi si quis etiam nunc potuerit restitutionem postulare. Quid enim, si quis eo tempore in uinculis fuisset, nec ab hostibus captus, uel absens Reip. caussa? Si uerò caussa fuisset, quæ per libellum de plano institui poterat: etsi non esset dies sessionis, immo uero, etsi esset feriatus, tamen inter utiles numerabatur, si alioqui Prætor sui copiá faciebat: neque & qui quid persequi uolebat, alio modo non impediebatur. l. 11. §. sexaginta. Ad l. Iul. de adult. Cum igitur in ea tota distinctione multū esset difficultatis, & annus utilis interdum hac ratione decennium fieret, sicuti Iustinianus indicat in d. l. una. C. de ann. except. Constantino Iustinianóque displicuit illa (ut ita dicam) utilitas incerti temporis: & uisum est, potius definiendum esse certum aliquod tempus. Sed Constantinus locorum differentiam iniecit, Iustinianus sustulit. Neque uerò in omnibus caussis sublatus est usus temporis utilis. Nam in multis adhuc locis Pandectarum & Codicis mentio utilis anni, dierumque utilium rectè fit. Sed in restitutionibus saltem in integrum, pro tempore utili continuum est substitutum. Balduinus.

DIES solutionis, sicuti summa pars est stipulationis. l. j. ff. de edend.

DIES sigillarij. Vide, Sigillaria.

DIES stati, ordinarij sunt. Budæus in dictis Annot. Spieg.

DIES uentosus, siquidem Paul. ait, die uentoso id fecit, culpæ reus est, l. qui occidit ad Leg. Aquil. §. in hac actione. Spieg.

DIES continui sunt συνεχεῖς, καὶ διηνεκεῖς hoc est, non interrupti, sed connexi, cohærentes, tam utiles, quàm (ut sic loquar) inutiles l. 2. ff. de collus. deteg. l. 24. ff. ad S. C. Velleia. Prat.

DIES alia certa, alia incerta. Certa cuius tempus certum, ac definitum est, ut Kal. Iulij Incerta (ut ait Paulus l. si dies. ff. quando dies leg. ced.) cuius tempus incertum est, ut, Cum in sua familia nupserit. Sic l. 1. ff. de cond. & demōstrat. & hic dies habet uim cōditionis. Hot. Instit. de act. §. 1.

DIEI cuiusque maior pars est septem horarum primarum diei l. 2. ubi Alciat. ff. de uerb. sign. Vergilius autem dixit Diei meliorem partem esse, quę meridiem antecedit.

DIEM cedere aliud est quàm uenire l. cedere diem. ff. de uerborum significat. Cedere enim dies significat incipere deberi pecuniam. Venire autem significat uenisse eum diem, quo pecunia peti possit. Connanus libro quarto, capitulo octauo, numero sexto. Vide Curtium libr. ἀναγνῶν primo, capit. 31. ubi latissimè.

DIFFERVNT hæc, In diem, Ex die, Ad diem. l. 1. §. penult. quando dies leg. ususfr. l. 9. §. ult. & l. 14. ff. de hær. instit. l. 4 ff. de seruitutib. l. 9 §. plane. ff. ususfr. quéadmodū cau. l. 14. ff. ut leg. nom. cau. l. 1. §. 1. ff. qb. mod. ususfr am. l. 4. . si ex die de fideic. libert. l. ult. in fin. ff. de adsign. libert. Ex die promitti dicitur,

cùm ex die incipit obligatio. Ad diem, cùm in diem ita confertur, ut die finiatur: ueluti VSQVE AD KALENDAS MARTIAS DARE SPONDES? l.44.ff.de obligat.& actio. Similiter ex die & ad diem constitui dicuntur seruitutes, quæ ita constituuntur, ut uel à tempore incipiant, uel tempore finiantur. Ad diem tamen, pro In diem in l.77.ff. de uerb.oblig.& in l.5 ff.de peric.& comm. ad diem, id est, sua die. Bris.

DIES intercisi erant, quasi dijs & hominibus cõmunes. Nam quibusdã horis fas erat Ius dicere, quibusdam uerò nefas erat, ut cùm hostiæ cæderentur. Ouidius in Fastis:

Nec toto perstare die sua iura putaris.
Qui iam fastus erit, mane nefastus erat.

DIES profesti, rebus tum publicis tum priuatis destinabantur. Qua ratione horum dierum alij erãt fasti, in quibus Prætori licebat solennia hæc uerba fari: do, dico, addico: alij Comitiales, quibus cum populo rectè agebatur: alij Comperendini, quibus uadimonium dicere permittebatur, hoc est, sponsionẽ decernere, iudicio sisti: alij Stati, quos iudicij causa cum hoste instituebant: alij Præliares, quibus repetere res, uel lacessere hostem licebat. Olden.

DIFFAMARI, in bonam aliquando partem accipitur. Augustinus de ciuitate Dei, libro 3. Romanum imperium tam longè lateq; non potuisset augeri, & tam grandi gloria diffamari. In malam uerò partem frequentius reperitur usurpatum, pro eo ferè, quod est infamare, siue id iure, siue iniuria fiat. Iure, cùm dicimus, actionem & sententiam infamare. Iniuria, cùm sceleratus aliquis dilacerat famam proximi, ductus ad hoc prauo quodam adfectu, sicut in l. Diffamari. C. de ingen. manu. Nã diffamare, est per diuersas partes famam diuulgare, uitiorum facta cõmemoratione. Hieronymus: Si Origenem, inquit, nunquam secutus sum, frustra infamare me cupitis. Oldendorpius.

DIFFAMATOR iniustus delinquit, occidit hominem, furatur nomen, improbo lædit testimonio. Oldendorpius.

DIFFERENTIA, est qualitas discriminãs, dissimilitudinesq; inducẽs, p quas discernitur hoc ab illo. Salo. in l. Gallus. de Lib. & posth. Bart. Latomus, Differentia, inquit, & proprium, re idem sunt: sed appellatur differentia, quod rẽ certa proprietate à cæteris distinguit: propriũ, quod uni soli cõuenit. Sp.

DIFFERENTIA, est quædam peculiaris nota: quæ diuidit & separat ea, quæ sunt sub eodem genere posita, certamq; cum genere speciem constituit. Taboetius in topico militiæ for. & lega. discip.

DIFFERENTIA est quædam qualitas addita generi, internam discriminans cuiusq; rei naturam, & inducens specierum uarias dissimilitudines, id est, faciens unam rem ab alia differre, ut rationale facit hominem distare à brutis & separat eum à cæteris animantibus. Taboetius ibid.

DIFFICILE dicitur quandoq; quod nullo modo fit. ij.q.vj. biduũ uer. sed aduersus. & gloss. fin. de test. cap. præsentium exponit, nõ de facili, id est, nullo modo. Adde quod difficile interdum exponitur, id est, rarò, ut ff. de Leg.iij. Seio. & l. Hæres meus. §. Vxori. Aliquando difficile, id est nunquam. j. q.j. Si quis neq; &c. Principatus & ibi not. Aliquando difficile exponitur, id est, laboriosum, in Auth. Vt hi q ob. se. ha. por. res mi. §. Quoniã aũt. Aliquando, uix. lxvij. distin. Quantulibet. & ibi not. Itẽ qualiter difficile & facile intelligitur, uide de hær. instit. l. Seuer⁹.

DIFFICILE & impossibile propemodum non distant. Vlpian. Famil ercisc. si familię ercisc undę, inquit, uel communi diuid. iudiciũ agatur, & diuisio tã difficilis sit, ut penè impossibilis esse uideatur. Sp.

DIFFICVLTAS pro incommodatione apud Paul. in l. ij. §. ex his. de Verb. obligationib. sed nõ facit, inquit, inutilem stipulationem difficultas præstationis. Spieg.

DIFFICVLTAS magna, ferè fortuito casui æquiparatur. l. non dubium. in fin. ff. de Legat. iij Publicas difficultates, probi autores accipiunt pro penuria rei nummariæ.

DIFFIDATIONEM uulgus uocat Denunciationem cum hostibus factam, antè quàm committatur bellum: quæ non minus quàm trium dierum tẽpus complecti debeat. Vnde est Tit. De diffidat. Ol.

DIFFINDERE diem, est differre in sequẽtem, qui nec religiosus, nec fastus est, sed iudicialis etiam partibus, sine exceptione morbi sontici. author Alciat. de Verbo. sig. Nebrissensis ait, Diffindere diem, & diei diffisio, significat diem interscissum, intercapedinatum, ac proinde dilatum. Spieg.

DIFFINITIO. Vide, Definitio. Monet autem doctissimus uir Anton. August. libr. 4. Emendationum cap. 9. definitionem esse scribendum non diffinitionem.

DIFFISIONES, id est, prorogationes, & dilationes G. Budæus legit diffundi. Equidem à Pand. Florẽtinarũ lectione minimè discedendũ putẽ. Pra.

DIFFVNDERE diem, olim dicebatur id, quod nos continuare terminum usq; in diem crastinum, nuncupamus. Tria autem erant de differendis iudicijs, pronunciandi genera. Aut diffundebatur dies, id est, in posterum diem reijciebatur: aut cõperendinabatur, hoc est in tertium diem differebatur: aut deniq; iudex pronunciabat sibi nõ liquere, quę Ampliatio uocabatur. Vlp. in l. si demeris. de Recept. arbit. Old. Vide & Ampliatio. Spieg.

DIFFVNDVNTVR uina propriè, quæ postea quam defecata sunt in dolijs, conduntur, trãsuasanturq; Iulian l. cum quæritur. de Legat. iij. Nam si uina diffudisset, habiturus usui. Itẽ Proculus de Trit. & uin. leg. Cũ uinum, inquit, quod in amphoris, seu cadis diffusum est. Nebrissensis.

DIFFVSA, diuersis disiunctisq; in locis sita Paulus l. decreto, 24. ff. de admin. tut. Quotiesq; uel diffusa negocia sint, aut dignitas, uel ętas, aut ualetudo tutoris id postulet. Imp. l. testamento, 11. C. de excusat. tut. Sed propter latè diffusum patrimonium, an tibi adiungi aliquos curatores oporteat. Item l. 3. C. In quib. causs. tut. hab. Propter latè diffusum, id est, in diuersis locis constitutum patrimonium adiungi aliquos curatores, &c. Hot.

DIGAMVS, idẽ qui & Bigamus, is habetur, qui corruptam uel insciens duxerit, sed Pontificia solũ constitutione: qua & à sacerdotio arcetur. qua de re latius disserit Erasmus noster in Annot. ad Paulum, item ad Iouinianum. & in de Ratione Christiani matri. Propriè autem Digamus, qui secundam uxorem duxit. Fuere apud Ethnicos graues authores, qui uel nullam uel semel ducendam uxorem esse putarunt, nec iterum naufragium faciendum. Lege Codrum sermone quarto, Neuizanum prodigiosum allegatorem. E nostris, secundas nuptias Tertull. damnauit: cuius dogma ab orthodoxis patribus rescissum est, à quibus standũ nobis est: ut antè Rhenan⁹ noster prudẽter admonuit. Extat in Nouel. Constitut. bene longa, de his qui nuptias iterant. Spieg.

DIGESTVM opus pandectarũ iuris ciuilis uocari non probat Insulanus, magis autem si cõgestio appellaretur. cuius nomine Cicero alicubi intellexisse uidetur prolixum opus. Spiegel. Cęterum digestorum nomen in iuris ciuilis scientiæ libris nouum non fuisse, hinc facilè ostendi potest, quòd Saluius Iulianus nonaginta nouem libros Digestorum scripsit. Alphenus libros. xl. P. Iubentius Celsus libros xxxix. Vlpius Marcellus xxxj. Serbidius Scæuola. xl. Herennius autem Modestinus libros. xij. Pandectarum scripsit. Huius uero inscriptionis rationem affert idem Iustinianus in Epistola sua ad senatum, & omnes populos, quæ hodie secunda est in tit. de uet. iur. enucl. Nomen (inquit) libris imposuimus Digestorum, seu pandectarũ, quia omnes disputationes ac decisiones in se habent legitimas, & quod undiq; fuit collectum, hoc in sinus suos receperunt. Est enim propriè digerere, ordinare diuidendo, quo uerbo usus est Cicero, cum egit de iure ciuili tractando libro de Oratore. cum, inquit, si quis omne ius Ciuile in genera digerat, quæ perpauca sunt. Et in Verrem: Habeo & istius patris eius accepti tabulas, quas diligentissimè legi, atq; digessi.

DIGESTORVM liber ideo duplici ff signatur, quòd Græci Pandectas per π cum accẽtu circũflexo notabant, sub quibus & Digestorum libri cõprehensi sunt, unde facili litura π. in ff. Latinè inoleuit. Alciat. lib. iij. Dispunct. cap. xvj. Haloander (cui utinam, ut constituerat, respondere licuisset & Vallæ & cæterorũ calumnijs, quibus tam Iurecoss. ueteres, quàm ipsum Iustinianum conuicijs impetunt) non negat, nulla iniuria nostrorum hominum imperitiam accusari, qui caput aliquod ex Digestorũ opere in testimonium adducentes, legis uerbo, & gemino ff utuntur, cum ex monumentis antiquissimorum Codicum constet, Latinos ψ τοῖς πανδέκταις simpliciter huic ℓ, uel huic ℓ notæ, qua operis nomen significabant (unde & supina librariorum negligentia irrepsit, ut hodie ff scribãtur) titulum, nudumq; capitis principium hunc in modum adiecisse, Dig. uel ℓ uel ℓ de Action. empt. Iulian. Græcos uerò frequentius operis nomen omisisse titulum, caput, ac uersum, quem θεμάτιον illi, quasi nouam facti speciem siue casum, nostri ineptè Paragraphum appellarunt, per numeros tantum indicasse, hoc modo, β. ιδ. α. π. β. α. ι. θ. ια. id quod fragmenta quædam de Pignorib. de Successione ab intestato. de Peculio Grecè scripta, quæ ipse dum uiueret habuit, antiquissima, testari possunt. Sp. Alciatũ refert & sequitur etiam Corrasius Miscellaneorum lib. 5. cap. 15. numero 6. Quamuis autem hæc ad aliquam coniecturam faciendam sufficiant, ea tamen magis grauis illius & ingeniosi uiri egregiam perspicaciam, quã ueritatem olere putat Aldobrandinus in proœm. Inst. ibi post libros quinquagin. Cattellanus Cotta in opere suo, quod Memoralia inscripsit, in uerbo Pandectæ dicit ita scribi, quasi dicas factæ fuerunt, quæ ratio est nimis generalis, quia idem de omnibus libris dici posset. Laurentius Valla in Raudensem tradit illam notam esse Δ literam Græcam, quod mihi nequaquam placet, cum Digestum sit nomen Latinum, & Græci suum proprium habeant. Author illius historiæ, qui Fasciculus temporum inscribitur, ubi de Iustiniano loquitur, ait, Olim consuetudinem fuisse, ut Digesta per D & G. scriberentur, quę literæ, ut ipse refert, duplici f. similes uidebantur. At Ferrando Adduensi libro. 1. cap. 1. explicationum alia ratio probabilior est, etiam omnibus magis satisfacturam opinatur. Putat n. duplici l antiquos usos fuisse, quod duplici f est longè simillimum. Nec sanè in alio differũt, nisi quod duo l paulo inferius linea coniunguntur. Verum quid in causa sit, cur duplici l uterentur, id est, quòd quinquaginta libros significare uolebant. Nam l quinquagenarium numerum significat, ut Valerius Probus docet. & Pandectæ quinquaginta libris cõtinentur. Vel etiam libros legum intelligebant, uel fortassis, & melius leges tantum: nanq; ex eodem Probo constat, leges scribi solitas per duplex l. Porro quibus notis Digestorum libri significarentur ex Eustathio Græco interprete in lib. περὶ χρόνων διαστημάτων disces. Is enim in hunc modum Digestorum loca præcidit ὡς β' ιγ τ̃ Διγ. τ. γ unde nec immerito Iurisconsultissimi nostri temporis maiusculo elemẽto D. digestorum libros significát, idq; rectè Praterij iudicio.

DIGITVS apud Iurisconsultum in l. Lucius, de seruit. rust præd. quid significet, Accursium ignorasse, commentum eius ostendit. Digitus autem hic modulus aquarius, siue fistula digitaria intelligendus est, per quem aquæ fluxus diuiduntur, perinde ac parietum prominentiæ per pedes diuidi solent. l. si quando. ff. Si seruit. uendic. Idem Budæus annotauit, & Olden. Nebr. ait: Digitus aquæ, sexta decima pars pedis, uncia uerò duodecima. Spieg.

DIGITO summo tangere, apud Iustinianum in fin. Instit. ridiculè interpretantur, uel pro digniori, ut Alberic. indicat, uel pro longiori digito, ut Accursius putat. Est enim summo, seu extremo digito attingere, breuiter siue leuiter tangere. ut explicat Erasmus Cent. ix. Chiliad. j.

DIGITVM tollere, significat se esse redemptorem. Idem digito liceri. In emptione enim antiquitus post licitationem digitus leuabatur, significans quenquã emptioni allubescere. Bud.

DIGITVS est pars minima agrestium mensurarum: inde uncia habet digitos tres: ut est in lib. uar. auct. De limitib. Paulus l. 37. ff. de seruit. rustic. δίδωμι καὶ χαρίζομαί σοι δακτύλιον ὕδατος. Do concedoq; tibi digitum aquæ: id est, tubulum qui digitum unum sit latus, Hot. Est autem digitus ut conuenit sextadecima pars pedis uncia duodecima. Quemadmodum autem inter unciam & digitũ diuersitas. Ita & ipsius digiti simplex obseruatio non est. Nam alius uocatur quadratus, aliꝰ rotũdus: Quadratus tribus quartisdecimis suo rotundo maior. Rotundus tribus, undecimis suo quadrato minor est. Scilicet quia anguli deteruntur. Connanus lib. 4. cap. 10. numero. 2.

DIGNATIO est, quod Græci ἀξίωμα dicunt, id est, dignitas & amplitudo, propter honores gestos, aut magistratum: uel propter oris morumq́ue maiestatem: qualis in Pompeio fuit. Cicero alicubi personam & dignitatem pro eodem posuit, id est, pro autoritate quæsita, nominisq́ue amplitudine. Vnde apparet, Accursium dignitatem exposuisse pro decurionatu, in l. Imperatoris. de Decur. Spieg.

DIGNITAS, honor est alicui propter merita, specialiter principis, uel legis beneficio impensus. Bart. l. j de Dig.

DIGNITATVM genera quatuor postremorũ Impatorũ ætas fecit. Alij nãq; perfectissimi, clarissimi alij, supiores Spectabiles, supremi Illustres appellabãtur. Perfectissimatus dignitas prima erat, ad q̃ cuiuis nisi qui sordida conditione esset, aditus patebat: ut ex lib. C. XII. ti. 33. intelligitur. Clarissimatus aũt dignitatẽ inferiorẽ spectabilitate fuisse Theodosius l. 5. de px. sacror. lib. C. 10. demõstrat: Li quoq; in quos

quos hanc clarissimatus conferimus dignitatem, cũ spectabilibus etiam habere sese reuerentiam recognoscant. Itaq; Clarissimi à Spectabilibus distinguuntur l.un.C.de annon.& cap.item ut ab Illustribus in l.1.C.ubi Senat. uel clariss. Quicunq; non illustri, inquit Constantinus, sed clarissima tantum dignitate præditus, &c. itemq; Nouella Cõst. LXXI. Spectabiles porrò Magistratus erant, ut Proconsules, Augustales, Comites orientis, sicuti constat ex l. 32.C.de appel.& Nouell.cõst. VII.& XX.extremis. Illustribus autem eos inferiores fuisse, Imperatores d. l. 32. demonstrant. ubi appellari à Spectabilium sententijs ad illustres personas iubent. quod idem ex l.36.eiusd.tit.cognoscitur. Hac Illustris nota maior nulla est. Nam etsi Cõsules & Patricij superiores essent illustribus, nulla tamen ijs nota dignitatis attribui solebat. Itaq; Iustinianus eos hoc modo significat, Qui supra illustres sunt: uti cõstat ex l.26. de C. usur. & l.26.C. de adpellat. & §.9. De iniur Illustres aũt eos fuisse qui sentẽtiæ in senatu dicẽdæ ius haberent, in l.ult.ff.de senat. non Vlpianus, meo iudicio, sed Tribonianus tradit: quod alibi quoq; diximus. Hos uerò postremorum Impp. ætate fuisse dignitatum gradus, qui antea non erant, uel hinc licet intelligatur, quod ait Vlpianus in l.8.De senat. fœminam tantisper dici clarissimam, dum senatori uel clarissimo nupta est. Sed & Lampridius in Seuero, Præfectis prætorio suis, inquit, senatoriam addidit dignitatem, ut uiri clarissimi & essent, & dicerẽtur: quod antea uel raro fuerat, uel omnino non fuerat. Vlpia. l.100. De uerb. sig. Speciosas personas accipere debemus clarissimas personas utriusq; sexus, item eorum quæ ornamentis senatorijs utuntur. Ex quibus uerbis clarissimos & speciosos siue spectabiles eosdem Vlpiani tempore dici consuesse nemo non uidet. Hotomannus.

DIGNITAS est etiam administratio rerum Ecclesiasticarũ cum Iurisdictione Abb.c. de multa.nu. 21.de pręb.gl.c.quia.de cleri.non res.Host.in summa de præb.nu.2.Rota decis.133.Cardin. Clem. auditor nu.9. de rescr. Zacharias in addit. ad Abb. in Rubr. de præb.col.2.

DIGNITATIS appellatione beneficia simplicia continentur c.si forte.de elect.Prat.

DIGNVM in §.disponat.in auth.de nupt.hoc est secundum leges. Prat.

DIGNVS esse fundus, uel seruus. 15. uerbi gratia aureis dicitur, qui tot aureos ualet l.28.§. si ex decem.l.31.§ si duo. ff. de don.inter uirum & uxo.l. 19. 65.& 88.ff.ad leg.Falcid.Prat.

DIGRESSVS est, cum quis à proposito argumento discedit. Græcè παρέκβασις Iureconsf. Excessꝰ. Ita ingressus, est, qui Gręcis ἐμβασις. Alc.in l.in bonę. C.de Pact.

DII cur iudices dicti, pulchrè medius fidius ostẽdit Aretius in Enarrat.in Euang. Ioann. Sp.

DIIVDICARE inter. Apud Labeonem: Et precium seruare, donec inter nos dijudicaretur.l.si oleum tuum.de Dolo.Sic Cicero in Tusc. Vtrum igitur inter has sententias dijudicare malimus. Admonẽt eruditi, Dijudicare controuersiam, uideri id significare, quod Appunctare barbarè dicitur. Nobis fortè est Erorteren. Sp.

DILACERARE, translatè significat, dilapidare, disperdere: quod prodigorum propriè est. l.j.ff. de Curat.fur.Spieg.

DILARGIRI, deuersis dare.

DILAPIDARE, propriè lapides auferre est. Iurisconsultus pro prodigere, disperdere usurpat in.§. pen.l.uerum.ff.de Minor.cum ait: Melior est caussa, secundum Pomponium, eius qui accepit & dilapidauit, uel perdidit scilicet pecuniam. Capniõ in scenicis Progymnasmatis olim à nobis enarratis Scena ij, Actus j. Dilapidat argẽtum suum tam prodigè, quàm si leues essent aristæ. Spieg.

DILATIO, est tempus, quod indulgetur actori, uel reo ad faciendum aliquid in re iudiciaria: uoluerunt enim optimi legis latores dilationes neque ipsius iudicis arbitrio prorsus, neque partium affectibus relinquere. patet in rub.de ferijs. Si quidem homines secundum naturam corruptam sunt faciles ad litigandum. l. si unus.§. & principaliter. ff. de recept.arbit. Nihil autem humanæ societati perniciosius est, quàm lites nimium differri.l.quidam existimauerunt.ff.si certum petatur. Hinc Paulus in l. more Romano.ff.de ferijs & dilatio.tam curiosè describit diem, à media nocte ad mediam noctem, ne quid temporis perdatur ad expediendas lites. Olden.

DILATIO, est temporis in caussa prorogatio, Hostiensis in Summa. qui eius genera recenset. Sustineri iudiciuum.l.diuus Pius.§.fin.ff.de pet.hered. Differe iudicium: Expectare iudicium: Moram fieri caussæ.l. si quis libertatem.ff.eo. tit. Impediri caussam. ibi. In tempus extrahere negotium. Oppo. Iudicium statim explicare. l. de bonis. in prin. & §. ita demum.ff. de Carbo.edict.non pœnæ festinatione, sed præueniendi periculi caussa properare licet.l.si quis filio.§. quid tamen.ff. de iniust. rupt. irrit.facto testa. Oldendorpius.

DILATORIA exceptio est, quæ differt actionem. Vlpianus l.2.ff.de except.& præscript. Olden.

DILATORIÆ autem seu tẽporales exceptiones, sunt quæ non semper locum habent, sed euitari possunt.l.3.§.temporales ff.de except. qualis est pacti, conuenti temporalis id est, ne forte intra quinquennium petatur. Et hę quidem ante litem contestatam proponi debent: propterea quod cum is qui hanc proponit, diutius se litigare nolle indicat, iudicij constitutionem ingressus, pugnare secum censebitur: quare indignus erit, qui pòstea admittatur l.si quidem C.de except.l.exceptionem C.de prob.Ias. in l.ita demum. quo loco sedecim limitationes tradit.C.de proc. Eas exceptiones Rhetorici translationes uocant, ut annotauit Brechæus in l. uerbum oportet §.uerbo actionis in tit.de uerb. & rer.signif.

DILEMMA, argumentum est, quod utrinque aduersarium capit, à δὶς, ἢ λαμβάνω capio, seu cõuinco. Aliàs, Syllogismus cornutus, Iurecoss. familiaris. Nam ex contradictorijs.concludit. Spigel.

DILIGENS, pro studioso, quòd eorum quæ amamus, sumus studiosi. Inst. in fi. de suspect. tut. Enimuerò tutor, uel curator, quamuis pauper sit, fidelis tamen & diligens, remouendus non est, quasi suspectus. Diligentia in causis defendendis quantum ualeat, latè explicat M. Tul.lib. de Oratore secũdo. Ea una, ut colligit, uirtute, omnes uirtutes reliquæ continentur. Sp.

DILIGENTIA, est quæ culpæ è regione respondet, l. si cùm, 68. ff. de cont. empt. Ea autem triplex est, Infima, mediocris & summa. Infimæ respondet è regione culpa lata: mediocri, culpa leuis: summæ, culpa leuissima. Hot.

DILIGENTIAE pars est cauere damni infecti ædium nomine, quarum custodia debetur l. 38. ff. de

de action.emption.

DILIGENS custodia, exactior quàm in suis rebus l.5.§.custodiam.ff.commod Prat.

DILIGENS iuris Ciuilis l. 17. ff. de iur. patro. Quintil Declam. 262. Prat.

DILIGENTER aduerbium accipi debet pro subiecta materia apud Corsetũ in singul.in litera.D.

DILIGO te ut illum, ergo diligo illũ: haud probam illationem esse, Albericus monuit.

DILVCIDE, apertè, manifestè disertè. Mit vß-getrucktẽn wortten.l. si quis iusiurãd.C. de Iureiur. l.generaliter.de Non num.pec.Sp.

DILVDIA dicuntur interualla & intermissiones ludendi, ut apud Horatium, Diludia posco. Turnebus aduersar.lib.55.cap.5.

DILVERE crimen, propriè reorum est, hoc est, infirmare, dissoluere, refutare obiectas criminationes. Spieg.

DIMIDIAM operam præstitisse nõ dicetur, nec diurnæ mercedis dimidium meritò consequetur, q à meridie ad occasum opus faciet.l.ij. de uerb. sig.

DIMIDIVM, est pars dimidiati altera.nã quod in duas partes diuisum est, dicitur Dimidiatum. Minus dimidium, pro dimidio minus, apud Ciceronẽ Budæus obseruauit.

DIMINVERE alienare plerumque significat, ueluti cùm Prætor intra tempus ad deliberandum heredi datum eum diminuere uetat, non tantùm alienationem impedit, sed & actiones exerceri non patitur.l.7.ff.de iure delib.l.26.ff.de contr.empt. Sic cùm suspectum heredem deminuere uetat.l.7.§.qui sciẽs.ff.pro empto hoc prohibet ex hereditarijs bonis eum quicquam alienare l. 31. in fi.ff. de reb.auct. iud. In Senatusconsult.de petitio.hereditatis, Diminutum accipitur quod usucaptum est.& ob id de hereditate exijt.l.20.§.ait senatus.& l.21.ff.de hered.petit. Deminuendi causa transigere in l. 46. . ult. ff. de adm. tut. Deminutio in l. 10. ff. de curat.furi. Deminui capite quid sit, exposui libro superiore. Briss.

DIMINVTIO est præexistentis, rei particularis remotio, uel interitus salua rei forma.l. ex mille de euict.l.quod sæpè.§. in his, de contr.empt. Dd.c. 3.de consecr.eccl.uel alt.

DIMINVTIO, seu mauis, ut Haloander continenter legit, Deminutio capitis, apud Iuriscos.est status immutatio, ut suprà dictum est. Antiqui tamẽ Oratores, de capite diminuere, & de capite demere dicebant. De capite minutis, apud Haloand. est tit. pro, de Cap.dimin.Sp.

DIMINVTVM. Vide, Deperditum.

DIMISSVM accipere debemus militem caligatum, uel si quis alius usq; ad centurionem, uel præfectu u cohortis, uel alæ, uel legionis dimissus est.l. Quod ait.ff.de his qui not.infam.Sp.

DIMISSORIÆ literę, inquit Iuriscõs.sunt, quę uulgò Apostoli dicuntur: quòd per eas causa ad eũ qui appellatus est, mittitur. Spieg.

DIMITTERE uxorẽ, pro repudiare. Sic dimissa è matrimonio, pro repudiata. Sp.

DIMITTERE Vxorem pro repudiare, remittere, reijcere: ueniam abeundi dare: quod Græcis ἀπολύειν dicitur, & ἀπολύσαι ut in Euangel. Matthæi 19.capit. εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. Quo loco Erasmus Roterod. ἀπολύσαι pro repudiare siue abijcere cẽset positum: quod alioquin etiam dimittere dicunt: & hoc uerbum à Tranquillo in Tyberio Cæsare pro repudiare positum. Dubium, inquit, uxorisne tædio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultrà perferre posset, &c. Brechæus lege. diuortium in tit. de uerb. & rer. significat.

DIMITTO, pro relinquo, ad ultimas uolũtates pertinet. Aut de Eccl. tit. 9. si quis uni sanctorum. Spiegelius.

DIMITTERE creditorẽ, satisfacere, sic ut amplius molestus non sit. Vlpian.l.ait Prætor, 10.ff.quę in fraud.cred. Ceterùm si creditores dimisit, & alios sortitus est: siquidem dimissis prioribus quos fraudare uoluit.etc.Itẽ in l.quęris, 28.ff.de pact. dotal.l.1. De distr.pign.l.16. ff qui pot. in pign.l.3. in fin.ff. de separat.Hotoman.

DIMITTERE debitorem, iudicio absoluere. Vlpian.l.4.ff.de decret.ab ord.fac. Ambitiosa decreta decurionum rescindi debent, siue aliquem debitorem dimiserint, siue largiti sunt. Hoto.

DIOBOLARES testes eleganter Budæus appellat leues, quos ipsos inopia ipsa refellit, quos fames magis, quàm fama commouere creditur: quomodo & antiqui Diobolares meretrices dixerunt. Vide Fest. Spieg.

DIOECESES appellabantur, administrationes multarum simul prouinciarum, quæ in unum coactæ per præfectos prætorio & eorum uicarios regebantur.l.un. C. ut omnes iud.l.3. de collatio.equor.in C.The.l.34.de nauicular.eo. Veluti, sub pręfectura Prætoriana Orientis quinque erant diœceses, Oriẽs, Aegyptus, Asiana, Põtica, Thracia: quemadmodum ex l. un.C. ut nemo ad suum patrocin.& l.5.C.de temporib.& reparat.appell.& l.2.C. de milit ueste.lib.xij.& l.1.C.de comitib.& l.10 C. de numerarijs.l.6.C.de fund.patrimonialib.l.97.de decurionibus. in C. Theod. & ex Notitia Imperij Ro. liquet. Quarum diœcesium una quæque plures prouincias complectebatur. Oriẽtis quidem certè diœcesis xv. prouincias cõtinebat, Aegyptiaca uerò vj. Asiana x. Põtica totidem, Thracia vj. Pręfecturę uero Prætorianæ Illyrici diœceses duæ suberant, Macedonia & Dacia: quarum illa prouincias sex, hæc quinque capiebat Bris.

DIOECESIS. Alciatus in l.notionem §.continentes.ff.de uerb. sign. scribit diœcesim pro prouincia usurpari in iure Pontificum. sed testis, quo ille utitur, eum prodit, nempe Pelagius Pontifex, in can. scitote. vj.q.iij.ubi Prouinciam uocat, quæ habet decem, uel undecim ciuitates & unum Regem, & totidem sub se minores magistratus, & unum metropolitanum, aliosq; coadiutores X. uel XI. Episcopos. Quod si quilibet Episcopus præest uni diœcesi, ut uerè præest: item si plures Episcopi in una prouincia sunt. can. si quis Episcopus. ead quæst. Ergo in Prouincia plures diœceses sunt, contra Alciatum. Prætereà, si cui, rescripto Pontificis sacerdotium in diœcesi assignatum est, non habebit ubique in toto Prouincia. cap. quamuis de præbend.lib.6. Dicam insuper ingenuè, Pelagium religiosum quidem hominem bullatis diplomatis componendis aptiorem fuisse, quàm definiendæ prouinciæ. Quotusquisque enim tam stupidus est, ut in qualibet prouincia Regẽ esse & 10 uel. 11. ciuitates uideat? In Gallia unus est Rex, unus in Britannia, uariæ prouinciæ. Planè prouincias uetustas limitum & sæpe opinio hominum distinguit. dummodo una sit ciuitas præ ceteris excellens, & 5. 6. 7. uel plures ciuitates, uel municipia. Quondam Germania unica prouincia fuit, deinde in duas diuisa, & duobus commissa præsidibus. l. tertia. ff. de offic. assess. Diœcesis quæ sub pro-

prouincia cōprehenditur, Græca uox est, quæ procurationem, seu dispēsationem significat, quia intra prouinciam uastam & amplam procuratores erant diœcesibus præpositi. Cic. 13. Epistol. lib. Pub. Seruilio scribit: Ex prouincia mea Ciliciēsi, cui scis τρεῖς διοικήσεις Asiaticas attributas fuisse, nullo sum usus familiarius, quàm Androne. Alciatus in l. pupillus. §. territorium. pro se citat. l. 1. C. de priuat. carc. Vbi legitur Ægyptiaca diœcesis. cum certum sit Ægyptum esse prouinciam. sed nihil ei confert adiumenti. nam aliud est dicere Ægyptum diœcesim, aliud Ægyptiacam diœcesim: quia si cētum essent diœceses in Ægypto, omnes uocabuntur Ægyptiacæ: sicut omnes diœceses Asiæ, Asiaticæ, ut dixi ex Cicerone, cum sit una prouincia Asia. l. fin. de cens. ff. non prout est tertia pars orbis. Hæc differentia seruatur in l. fin. de fund. patrim. lib. 11. C. ibi. in quacunq; diœcesi, uel in quacunq; prouincia. Sed Iustinianus non seruauit. in l. Deo nobis. §. fin. C. de episc. & cleric. ibi, antistites Aphricanæ diœceseos, siue aliarum prouinciarum. si modo dictio alius, semper repetit similia. sed non repetit. in l. argumento. §. margarita. ff. de aur. & arg. margarita, uel qui alij lapides. cū margarita non sit lapis. l. etsi non. §. margaritas. ff. eod. sed est lapillis similis. sic diœcesis prouinciæ. Ita excusari potest abusio Iustiniani. Forcatulus Necyomantiæ dialog. 61. numero 3. & sequen.

DIOECESIS, gubernatio, siue dispositio. Diœcetes, gubernator, siue procurator, Iustin. de episc. audien. l. archigecontes, & diœcetæ: à διοικέω guberno. Nebr. Sensum huius l. Accursius minimè est assecutus, ut indicat in Dispunct. Alc. Hæc uox in Iure ciuili pro ꝓuincia assumitur. l. j. de priuat. carc. Sed in patrum Decretis, solet ad Episcoporum munus deflecti. Non enim in primitiua Ecclesia Episcopi iudicia exercebant, sed sacra administrabant, curabantq;: unde meritò diœcesis, id est, procuratio, distributioq; in eis propriè locum sibi uendicabat. Sicut ergo Territorium dicitur, quatenus iudex ius terrendi habet: sic Diœcesis dicitur, quatenus Episcopus ius administrandi sacra habet. Pronuncietur autem penultima syllaba breui. Siquidem Græci sic scribunt, διοίκησις Cochlæus sentit, Diœcesis, & diocesis utrūq; rectè dici: nec ullo errore falli, qui Diocesis nomine utuntur. Spieg.

DIOECESANI locorum, sunt Episcopi, & eorum superiores cle. unic. de suppl. negl. prælat. Archiepiscopus tamen nō est diœcesanus, sed episcopus. c. in apibus. 7. q. 1.

DIOECESANVS dicitur qui habet domicilīū in diœcesi. glos. in c. statutum. §. multis. de rescriptis lib. 6. & uide Bartol. in consi. incip. ciuitati Camerini. Prat.

DIOECESANVS à Pontificijs propriè appellatur Episcopꝰ & nō alius quàuis de iure speciali in loco ordinariū habeat. Differt igitur ab Ordinario. Quòd Ordinarius is est, qui ordinariam iurisdictionem habet, Diœcesanus autem qui Diœcesi præest, quod soli Episcopo cōuenit. Panormit. ind. cap. Cū olim. Qua ratione potest Episcopus passim in omni sua Diœcesi iudicare, neq; statam aliquam iuris dicundi sedem habet, ut cap. cum Episcopus de offi. ordin. lib. 6. Sed eius officialis aut Vicarius non itē, quippe cui tribunalis locus præstitutus sit: nisi forsan in comitatu Episcopi. Tunc enim ibi pro tribunali sedet, ubi episcopus adest. Quod sensit Zasius in l. ius pluribus ff. de iustit. & iur. Brechæus l. Prouinciales. ff. de uerborum & rerum signific.

DIOMEDIS & Glauci permutationis meminit Iustin. in prœmio Pādectarū his uerbis: Nostris temporib. talis legum inuenta est permutatio, qualē apud patrem Homerum omnis uirtutis, Glaucus & Diomedes inter se faciunt dissimilia permutantes. Quorum uerborum sensum, cum Interpres, antiquitatis imperitus, minimè assequeretur, fabulam insulsissimam non ex authoribus, sed è somnijs attulit. Significat autem Imp. ut Eras. in Chiliad. exponit, pro relictis, inutilibus, ac fastidiendis uoluminibus, recepta tum meliora, tum breuiora, hoc est, permutationem factam uehementer inæqualem. Spiegel.

DIORTHOTICVM Ius, dicitur quasi emendatiuū, quod in commercijs uersatur. Bud. in l. Ius ciuile. de Iust. & iur. Sp. Connanus item lib. 5. cap. 1. numero tertio.

DIPLOMA, παρὰ τὸ διπλοῦσθαι, id est, duplicari: literę magistratuum, quibus alicunde exeundi potestas datur. Modest. l. 27. §. 2. ff. ad leg. Cornel. de fals. Qui se pro milite gessit, uel illicitis insignibus usus est, uel falso diplomate uias ommeauit, pro admissi qualitate grauissimè puniendus est. Cicero ad Atticum libro decimo. De diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitij insimularem. Ego autē, quia scripseras te proficisci cogitare (etenim audieram nemini aliter licere) eo te habere censebam, & quia pueris diploma sumpseras: id est literas à Magistratu aliquo, quibus tibi ac pueris M. & Q. Ciceronum filijs ex Italia discedendi potestas daretur. Hot.

DIPLOMA præterea sumitur pro literis quæ à Principe impetratæ sunt, ut equis publicis dispositis uti liceat. Priuatis enim absq; principis diplomate cursus publicus olim non permittebatur. l. nullis. C. de curs. public. cuiꝰ moris meminit Plinius libro decimo Epist. ad Traianum, cum plerisq; alijs. Venuleius l. 137. §. 2. ff. de uerbor. obligat. Vt qui Ephesi daturum se spoponderit, neq; diplomate diebus ac noctibus, & omni tempestate contempta iter continuari cogatur. Et paulo pòst, Quod si diplomate usus, aut felici nauigatione, maturius quàm quisque peruenerit Ephesum, id est, dupla, siue altera tanta celeritate uulgò utuntur. Vbiq; tamen DVPLOMATE uitiosè legitur. est enim originis Græcæ, à uerbo διπλόω ut antè dixi. Plautus Syngraphum appellat. nam in Capteiueis Ægio sic loquitur,

Sequere me, uiaticum ut dem à trapezita tibi
Eadem opera à Pretore sumam syngraphum. TYTID.
Quem syngraphum? ÆGIO,
Quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire huic ut liceat domum.

DIPOLOS terra, quæ est bis arata. apud Rhodiginum Spiegel.

DIRECTA in iure dicuntur, quę simplicia sunt, atque ita per se constant, ut aliunde non adiuuentur. Hinc

DIRECTA in testamentis dicuntur, quæ rectà à testatore in eum quo de agitur, nulla alterius opera interposita, &, ut uulgus loquitur, immeditè trāseunt. ueluti, si quis dicat, Dauus liber esto: post eius mortem Dauus, ui solius testamenti & sine cuiusquam alterius opera libertatem obtinebit, & mortui libertus habebitur. At si ita dicat, Rogo te hæres, ut Dauo libertatem impertias, quia Dauus hæredis opera in libertate consequenda indiget, iccirco non directò, sed per obliquum à testatore libertatem accepisse dicetur: & libertus non mortui, sed hæredis habebitur. Hinc

DIRECTA libertas dicitur, quę à testatore ipso datur,

datur, nō autem per obliquam fideicommissi uiam, & quasi per anfractum. Libertas enim fideicommissaria deflexisse uidetur à testatore ad legatarium, & à legatario in libertum. Imp. §. 3. de singul. reb. per fid. Directa, inquit, libertas tunc dari uidetur, quum non ab alio seruum manumitti rogat, sed uelut ex suo testamento libertatem ei competere uult. Sic in l. prima, §. in quibus. ff. si cui plus quàm. l. secunda, §. 1. ff. de iur. codicil. l. 12. ff. si quis omiss. l. un. C. de leg. Fus. Canin. Hinc

DIRECTA institutio, & Precaria opponuntur in l. quærebatur, 19. de test. milit. item: Hot.

DIRECTO & per fideicommissum l. libertates, 16. ff. de fideic. libert. Hot. Hinc actionum aliæ

DIRECTAE appellantur, quarum scilicet formulam is qui agit directò ac simpliciter ex uerbis legis usurpare potest: aliæ utiles, quæ non ex simplicibus uerbis legis, sed ex æquo & bono utilitatis caussa contra iuris summi seueritatem conceduntur. l. qua actionem, 7. §. 3. & l. item si, 9. §. 1. & 2. ff. ad leg. Aquil. §. cæterùm, 9. Instit. eod. tit. l. actionis, 37. ff. de oblig. & act. l. actio, 47. ff. de neg. gest. Hinc

DIRECTAE actiones contrarijs opponuntur: de quibus diximus sub uoce ACTIO directa. Hot.

DIRECTARII, uide Derectarij. Hot.

DIRIMERE, propriè componere est inter se cōcertantes, Entscheid n. Iurecōs. pro dissoluere, separare usurpant. Paul. de Repub. l. j. Dirimitur matrimonium morte, diuortio, captiuitate. Sp.

DIRIMERE actionem, pro interrūpere, & in alium diem reijcere eius exitū, Budæus exponit. For tè id quòd nobis est, der handel ist entschlagen.

DIRIMERE controuersiam, pro dijudicare, uel illo Ouidiano carmine noto, Res est arbitrio non dirimenda meo.

DIRIMERE litem, apud Cicer. pro dissoluere, & decidere interpretatur Budæus.

DIRIMERE tempus, & diffindere, uel diffindere diem, cognata sunt uerba. de quib. Bud. in Annot. prior. latius.

DISCEDERE ab emptione, apud Iurisconſ. in l. j. de in diem addict.

DISCEDERE à consuetudine Ciceroni, quod Iurisper. in desuetudinem abire.

DISCEDERE ab officio, Barbari dicunt, non facere suum debitum. (censere.

DISCEDERE in diuersa, est in senatu diuersa

DISCEDERE à persona, id est, immutare personam. Modestin. de usufr. l. Titio. Vsusfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus uidelicet collatus, quo à persona sua discedere incipit. Sp.

DISCEPTARE, est ambigere contendereq́; ut in iudicio fieri solet. Hinc Disceptatio, accusatoris & patroni contentio: & Disceptator pro iudice & arbitro à Iurisco. accipitur, qui litem & controuersiā dirimit & componit. l. iij. ff. de recept. Pro dijudicare, cognoscere, apud Cic. quum ait lex, Bella disceptando, accipiendum. Spieg.

DISCEPTARE, idē reipsa significat, quod disputare aliquam rem in omnem partem, quò magis tandem uerum cognoscatur, Mit streitigen worten erklären.

DISCEPTARE, frequentatiuum est à dissepio, ire. Von einandern zäunen Siquidē actionum remedijs unusquisq; ius suum retinet, uelut sæpe ab alieno distinctum. Inde separari lites, pulchra metaphora dicuntur, hoc est, dirimi, tolli è medio, tribuendo unicuiq; quod suum est: autore Dn. Oldend.

DISCEPTARE pro arbitrari, iudicare, erkennē, vrtheylen. Inde disceptator, & disceptare cōtrouersias, itē, libera disceptatio, id est cognitio, quæ secundum conscientiam fit. Sp.

DISCEPTATIO, caussa, lis, contentio, controuersia. Paul. l. Nesennius, de negoc gest. Hæc disceptatio, ait, in factum constitit. Sic enim legendum, & non ut uulgata lectio habet In facto consistit. Sp

DISCEPTATOR, q iudicis arbitriue munere fungitur. Vlp. l. 3. §. 1. ff. de arbitr. Quoniā nō deberēt decipi, qui eū quasi uirū bonū disceptatorē inter se elegerūt. Cic. ad Sulpitiū li. 13. epist. 27. Vt omnibus in rebus, & quæ in aliquam controuersiam uocarentur, te arbitro. &, quod commodo tuo fieri posset, tē disceptatore uterentur.

DISCEPTO uerbū, notā significationē habet. Cæterùm disceptatorē non eū uocamus qui litigat, sed iudicē uel arbitrum, qui de re cognoscit. Asinius Pollio. lib. 5. cap. ult. Si Cæsar ex omnib. mortalibus, qui sint ac fuerint, posset huic caussæ disceptator legi, nō quisquā te potius nobis optandus fuit. Domitius. Vlp. l. 3. §. fi. de arb. Non debent decipi, qui cum quasi uirum bonum, disceptatorē inter se legerunt. Curt. lib. Aduers. 2. cap. xxvij.

DISCERE ꝓpriè est, rē ignotā assequi quod uel meditando fit uel alio docente. Pomponius Iurisconſ. discendi studiū, unam optimam uiuendi rationem existimabat, eamq́; in octauū & septuagesimū ætatis annū ꝑduxit. Memor memorabilis illius uocis, quā dixisse fertur Saluius Iulianus, cognomēto Seuerus origine Mediolanen. Iurisperit. κἂν γὰρ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ τάφῳ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην id est, Haloā. uertente, Etsi alterum pedem in tumulo haberem, nō pigeret aliquid addiscere. Extat apud Pomponiū in l. apud Iulia. de fideicom. libert. Sp.

DISCESSIO fieri dicebatur, cùm in diuersas sentētias senatores ibant. Vtuntur hoc uerbo Cic. li. j. Epist. ad Lentulum & Philipp. iiij. & v. Plin. li. ij. Epist. ad Arria. & lib. viij. Epist. ad Aristo. Sueto. in Tiber. cap. xxxj. Et Tacit. lib v. & lib. xiiij. Gellius lib. iij. cap. xviij. & lib. xiiij. cap. vij. Briss.

DISCIDIVM pro diuortio & repudio in l. 8. ff. de captiu. & post. l. 11. §. ult. ff. de adulter. & apud Martial. lib. x. Epigram. De ea, quæ à marito prætore designato sumptuum futurorum metu diuerterat, Discidium, ait, non est hoc, Proculeia lucrum est. Briss.

DISCI, orbes argentei. Disci duo apud Iuriscōs. tit. Depositi.

DISCINCTI nominātur qui sunt molles, ignaui & militiæ inhabiles Persius.

Non pudet ad morem discincti uiuere Nattæ.

Et Liu. li. 7. belli Punici, Districtis gladijs discinctos destituit. Vide uberius Connanum. lib. 9. ca. 5. nu. 8.

DISCIPLINA in discipulo, Doctrina in magistro. Est enim propriè eruditio, quā à præceptore discipulus accipit. l. si pendētes. §. si serui. de usufr. Sp.

DISCIPLINAM docere, prisca locutio. De qua uide Oldēdorpiana scholia in leg. xij. Tab. cap. vj. titul. j. Porrò disciplina ciuilis, pædagogia est ad Christum. Gal. iij. Sp.

DISCIPLINA publica. l. 1. ff. de offi. præf. præt. & communis. l. 6. de re milit. Et militaris. l. penult. de ferijs, quæ in l. 12. & l. 13. ff. de re milit. exaudienda est. Et Castrorum. l. 19. §. filius. ff. de captiu. Et spectaculorum. l. 1. §. quies. ff. de off. præf. urbi. Briss.

DISCIPLINAE traditus seruus. l. 78. ff. de legalij. qui datus est instituendus. Briss.

DISCIPLINA Papiæ est rerum quarumcunq; scien-

scientia. Archidiaco 1. distinctione c. consuetudo. in uerbo Disciplina. Prat.

DISCIPVLI quales sunt in scholis instituti, tales sunt postea magistratus, tales iudices, tales causidici. Nunquam igitur rectè ius exercetur in foro, nisi rectè tradatur in scholis, id est, certa, & compēdiosa ratione.

DISCIPVLOS generali uocabulo non tantū, sed & scholasticos appellatos, qui Iuri operam nauabant, ex Græcorum epigrammatis ait se obseruasse noster Haloand. Eos autē ab omni iniuria defendere debet magistratus ciuilis, episcopus, & Legum professores uniuscuiusq; loci. Constit. ff. ij. §. & hæc omnia. Spiegelius.

DISCOBOLI. Lege, Athletarum nomine.

DISCOLOR uestis, quæ & uaria, hoc est, diuersis colorib. consuta. Diuisam nunc omnes uocant, ait Bayf. Spiegel.

DISCRETAE gentes, pro distinctæ. apud Hermogen. l. ex hoc Iure. de Iust. & iure. Sp.

DISCRETIO, differentia l. fi. in princ. C. de sacrosan. eccles.

DISCRETVM, distinctum. l. discretis. C. qui testa. face. pos.

DISCRETIONES, diuisiones patrimoniorū inter consortes Festo lib. 4.

DISCRIMEN à discerno uenit, quod aliâs diuido signat. Si à priori deducas, certamen & periculum significabit: si à posteriori, diuisionem ac differentiam Drosæus in methodo Iuris.

DISCVSSIONES apud Firmicū lib. iiij. Mathes. cap. xiij. Etiam Iustinianus Nouell. cxlviij. Discussiones uocat q̃ διαίτας ἀναγραφὴν ἀνάγουσι κατ' ἑκάστην τῶν ὑπερεχόντων ἐν τῷ δημοσίῳ λαβόντων. Bris.

DISCVSSO periculo, pro sublato, apud Papin. in l. nihil. de naut. fœn.

DISCVSSOR in l. penul. C. quor. appell. non recip. Rubr. de discussorib. & aliâs in tribus postremis Codicis libris persæpe. In Lexico B. Germani uertitur λογιστής. Et certè in censuum descriptione uersatos discussores non dubiū est. Meminit & Cassiodor. libro iiij. Variar. Epist. ad Faustum. Errorq; est in hoc uerbo apud eundem auctorem lib. ix. Variar. Epist. ad uniuersos prouinciales Syrac. ciuit. Nā ibi discursoribus, pro discussoribus legitur. Bris.

DISCVTI matrimonium. apud Paulum in l. 2. de don. inter uir. & uxor. pro disturbare, dissoluere.

DISERTVS idē quod eloquēs, disertissimus, idem quod eloquentissimus. l. petitionem uirorum disertissimorū. C. de Aduoc. diuers. iud. & l. petitiones. C. de Aduocat. diuers. iudic. Io. Bello. Etymol. Sed Cicero disertum ab eloquente separat, inquiēs, eum esse disertum, qui potest satis acutè atq; dilucidè apud mediocres homines ex quadam communi opinione dicere. Eloquētē uerò, qui mirabilius atq; magnificentius augere potest, atq; ornare quę uult, omnesq; omniū rerū, quę ad dicēdū pertinent, fontes animo atq; memoria continet. Drosæus in methodo Iuris.

DISIVNCTI in iure Ciuili appellantur qui re, non uerbis cōniuncti sunt.

DISIVNCTOS Iustinianus appellat eos qui non uno uerborum complexu coniuncti sunt, etiāsi propter eiusdē rei Cōmunionē, re coniuncti uideātur, & à nostris Iurisconsultis aliquando eo nomine appellentur coniuncti. Balduin. tit. de legatis.

DISIVNCTIO secundū Ciceronem est, cum eorū de quibus dicimus aut utrūq; aut unūquodq; certo cōcluditur uerbo. In summa, disiūctio est quæ deiungit sensum & uerba, ut tradit Bartolus in l. 1. ff. de condictionibus & demonstrationibus. Aliquando tamē uerba deiūgit tantū, sed sensum non deiungit: ut aut domū aut habitationē dabis: uerba deiuncta sunt, ut quæ sint diuersa, sed sensus idē nec deiūctus Brechę. l. Hęc uerba. de uerborū & rerū signif.

DISIVNCTIONEM ex contrarijs Cicero uocat propositionē, q̃ uocant de disiuncto extremo cuius partes sunt termini cōtradictorij. Aut uiuet Hermachus, aut nō uiuet. Horū duorū necessariū est alterū esse: cum omne (ut ait Cicero) quod ita disiunctum sit quasi aut etiam, aut non, non modo uerum sit, sed etiam necessarium. Idem ibidem. &c.

DISIVNCTIM relictum quod duobus separatim & diuersis rationibus relictum est. §. si eadē res. Instit. de legat.

DISIVNCTIVO modo, seu disiūctim relinqui dicitur quod sub alternatione relinqtur l. 25. ff. quando dies leg. ced.

DISIVNCTIVA conditio quæ sub disiunctione concipitur l. 63. ff. de uerb. signif. Bris.

DISIVNCTA pro coniunctis sæpe ponuntur l. 53. ff. de uerb. significa. Bris.

DISIVNCTIVVM est ueluti cū dicimus: Aut dies est, aut nox: quorū posito altero, necesse est tolli alterum. Item sublato altero, poni alterum. Ita similī figuratione uerbū potest esse subdisiunctiuū. Subdisiunctiuorū autē duo sunt genera: unū qñ ex præpositis finibus, ita non potest utrunq; esse, ut possit neutrū esse, ueluti cū dicim⁹, aut sedet, aut ambulat. Nā ut nemo potest simul utrūq; facere, ita aliquis potest neutrum, ueluti is qui accūbit: alterius generis est, quādo ex præpositis finibus ita non potest neutrū esse, ut possit utrūq; esse: omne animal aut facit, aut patitur: Nullū est enim qđ nec faciat, nec patiatur: aut potest simul & facere & pati, ut Proculus de uerb. sig. Maffe⁹. cui adde l. & ille aut ille. de uer. sig.

DISORTIONES autore Festo dicuntur diuisiones Patrimoniorū inter Cōsortes. Solētq; ita fieri disortiones, ut imprimis coercerētur cōmune Patrimoniū, ac deinde cieretur. Id enim his uerbis ERCTVM citūq; legū Ro. tabulis contineri, & in ijs erctum à Coercēdo, citū à Ciēdo dictū esse testatur idem Festus. Eoq; accedere uidetur illud Seruij in 8. Aeneid. ut est in iure Ercto nō cito, id est patrimonio uel hæreditate coercita nō diuisa. Ita enim arbitror eū locū ex Festo Supplendū esse. Siquidē antē coerceri subductis examinatisq; singulorū cōsortiū rationib⁹ hęreditatē oportebat, quā ea cieretur, hoc est in certas iustasq; portiones diuideretur. Rębuar. l. in Ambiguis. §. quoties ęquitatē. ff. de reg. iur.

DISPENDIA dicūtur damna & detrimēta ut dispēdia litium. c. dispēdia. de rescript. lib. 6. Et dispēdiosa dicitur litiū prorogatio, id est, dānosa Cle. dispendiosam. de iudic.

DISPENSATOR seruus appellatur, qui familiæ rationes dispēsat, peculijq; administrationē habet. l. 51. l. 62. ff. de solutio. l. 1. in fi. prin. ff. de auro, argent. l. 66. l. 203. ff. de uerbor. signific. Marc⁹ Tullius in Hortensio, referente Nonio in uerbo Æra: Quid tu, inquam, soles, cùm rationem à dispensatore accipis (sic enim legendum censeo). Si ęra singula probasti, summā quæ ex his confecta sit, nō probare? Quintilia. lib. vj. cap. iiij. Dispensatori, qui cùm ad reliqua non responderet, dicebat subinde, Non comedi. Ita & idem seu quis alius est Quintilia. Declamatio. cccliij, Dispensatorē supra rationes positum esse ait.

ait. Sueto. in Vespasiano: Admonēte dispensatore quemadmodū summā rationibus uellet inferri, &c. per Dispēsatores itaq; olim nomina faciebāt, ut apparet ex l.ult.§.si inter.ff.de uerb.oblig. Idē Quintilia. Declamatio.cccxlv. Satisfit uobis o diuites hoc uestras dispēsare fortunas, quòd p dispēsatores fœneratis. Vnde Theophil. in §. rectè. Institut.manda. Dipsēsatorē definit [Greek] Dispēsatores uerò dictos, quib9 pecuniarū administratio credita esset, ipsa nominis notatio arguit, quā ab antiquo pendēdę pecunię modo Varro libro 4.Ling.Lat. Pomp & Isido. ducunt. Ideoq; qui principū pecunias curāt, thesaurorúmq; administrationē gerūt in Cōstitutionib9 Dispensatores appellātur l.1. C.si aduers. fiscū. & C.The. de his qui cū dispens.contrah. Bris.

DISPENSATIO apud Pontificios (sic à Specul.in tit. de Dispēsationib9 definitur.) est iuris prouida relaxatio, seu necessitate pensata. Vel sic. Est rigoris iuris per eū, ad quē spectat, canonicè facta relaxatio c.nisi rigor.1.q.7. κατα χρηστικῶς, plerūq; accipitur pro iuris declaratione, ut in c. Quintauallis extra. de iureiuran. Ioan. Andreas significare etiā scribit quādā cōmunē mensurationem ad singula. & uide Hostiensem in Summa. Prat.

DISPOSITIONVM scriniū quoddā memoratur in l.3.& l.4.& l.11. C. de proxim. sacr. scrin. lib. xij. Et Dispositionum comes in l.8.C.eod.tit. Vnde emēdādā esse l.4.eod.tit. succurri: in qua comitiuā primi dispositionū pro Comitiua primam disposi tionum, legitur. Bris.

DISPOSITIONEM generalē esse uolunt Inno.Host.& Panor. quæ in toto genere: Specialē autem, quæ in una specie uerificatur. Sp.

DISPOSITIVE narrata quæ dicantur, uide in dictione, Enunciatiuè. Sp.

DISPVNGERE, est expūgere, seu trāsuerso calamo rationē cancellare. de Verb. sig.l. cognoscere. Dispūgere, inquit, est cōferre accepta & data: & ex ea collatione (ut ait Accurs.) cācellare quod est red ditū. Hinc Dispūctio, ipsa rationis cācellatura. Vlp. l.cū plures, de Bon. aut. Iudic. poss. An recognitio, inquit, & dispūctio cōcedēda sit creditori. Nebriss.

DISPVNGERE rationes, est cōputū, ut uulgò dicitur, examinare. Papinian. de uerb.signif. Dispūgere, est cōferre accepta & data. Itē alibi: Percūctandas atq; examinādas ratiōes, & dispūgēdas atq; discutiēdas. Et iterū alibi: Vtrū semel, an etiā sępius recognitio & dispunctio concedenda sit creditori. Budæus. Spiegelius.

DISPVTARE, à dis, & puto, are, quasi uerborū agitatione prorsus purū facere. Propriè enim disputare est Purū facere per translationē aūt rē aliquam hinc inde collectis rationibus agitare, ut ueritas tandem cognoscatur Oldend.

DISPVTARE rationē cū aliquo, Rechenschafft erleuteren. Quod & deputare rationē dicim9. Plaut. in Aulul. dixit: Aes petitur, putatur ratio cū argētario. Vbi disputata est ratio cū argentario, etiam plus ipsus debet argentario. Oldend.

DISPVTANDVM est sobriè in utranq; partē, quasi conferendo alicuius rei sententias: ut Marcellus in l.j.§. Accusationem.ff. Ad Senatusc. Turpilia. Vpian.in l.j.§. Quæsitū est.ff. Quor.legato. Olden.

DISPVTATIONEM fori accipit Pomponi9 in l.ij.ff.de orig.iur. pro adplicatione legū ad cōmoditatē reipublicæ, cuius negotia in foro tractari solēt. Dicimus enim in foro disputare, sicut, Vti foro, Deseruire foro. Olden.

DISPVTATIONES moderatè exercitij uice adhiberi debent, more ueteris scholæ Socraticę. Sic enim obseruabatur, ut cùm alter dixisset, quod uellet, alter cōtradiceret modestè: in hoc tantùm differentes, quò magis inuestigaretur ueritas, & diuersa simul collata, facilius intelligerentur.

DISPVTATIO autem doctorū immodica quātum noceat, ex ipso usu forēsi colligere licet: quum non ob aliam causam lites fiant immortales, quàm quòd quilibet causidicus calumniæ suæ patrociniū facilè adsequitur ex repugnantib. eorum sententijs. Vnde Speculat. in Tit. de except.§. Viso quando excepti. refert, Vbertum dicere solitum fuisse: Non est bonus aduocatus, qui patitur intra decem annos litem contestari cū tutore uel curatore. O impudens uerbum. Oldendorp.

DISQVISITIONEM uocabant antiqui iudicium per opiniones (ut nunc loquimur) cum opinionem uel sententiam omnes rogantur. Budæ. in l. poster. de orig.iur. Sp.

DISSERERE, ait Alciat9, nihil aliud est, quàm clarè & specialiter sententiam suam exprimere Sp.

DISSIDIVM, inter uirum & uxorem diuortiū est. Terent. in Andria, ualeant, qui inter nos disidia quærunt. Idem in Hecyra. Nihil mali est, quod sit dissidio dignum. Adde Brechęum l.inter diuortium.in tit. de uerb. & rer. signific. Papin. ad l. Iul. de adul.l. miles. Quære, inquit, an causam disidij præstitisse uidear. Nebriss. Sp.

DISSIMVLARE pro conniuere, in l.diuus.de offi.pręsid. aliter dixit Paulus, Dissimulare de sua cōditione in l.4. quibus ad libert. proclama.nō lic. Sp.

DISSIPARE ædificiū pro disturbare & demoliri l.3.§.pen.ff de incend.ruina.

DISSOLVTA negligentia l.29.ff.mand. quę aliàs supina, & lata. Cicero Dissolutum hominem in re familiari uocat negligentem, & parum circunspectum, solicitúmque patremfamiliàs. Bris.

DISSOLVTIO est, quæ coniunctionibus uerborum è medio sublatis, partib. separatis effertur, hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obtempera legibus. Sp.

DISSOLVI nauis dicitur, cùm tabulę refigun tur, & resoluūtur l.88.ff. de leg.3.l.83.§. sacrum.ff. de uerborum obligationibus. Et

DISSOLVI ornamentum.l.10.§.si massæ.ff. quibus modis usufr. amitta. Bris.

DISSORS disimilis sortis. Augustin. in Grammatic.

DISTRAHO propriè, diuersè traho, diuido. Terentius,

Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, abs te ut distrahar. Virgilius, lib.6.

—Turbatis distractus equis—

Per translationem ponitur pro eo, quod est, uendere, aut auctioni exponere. Atque hoc sensu manifestè usurpat Vlpianus in l. cū ij.§. si uni.ff. de transact. Si uni (inquit) pluribúsue fundus ad alimenta fuerit relictus, uelintue eum distrahere, necesse est prętorem de eius distractione, & transactione arbitrari. Præterea, Suetonius Tranquillus, in uita Vespasiani. Sola est, in quo meritò culpetur pecuniæ cupiditas. Non enim contentus omissa sub Galba uectigalia renouasse, noua & grauia addidisse, & auxisse tributa prouincijs, nonnullis & duplicasse, negociationes quoque uel priuato pudendas, propalàm exercuit, coemendo quædam tātùm, ut pluris postea distraheret. Ita sanè hoc modo accipitur uerbū distrahoff.

ho ff. & C. in titulo, De distractione pignorum, & C. in titulo, De patrib⁹, qui filios suos distraxerũt. Qui titulus est è Romulo, qui filium à patre uendi posse primùm lege constituit, quam legem deinde uiri de cẽ post exactos reges (ut Dionysius Halic. scribit) lib. 11 in XII. Tabulis cum alijs legibus conscripserunt, hoc pacto, Vendẽdi filium patri potestas esto. tametsi Numa Pompilius eam priùs emendauerat, ne in filio, qui patre approbante uxorem duxerat, locum haberet. Hæc uerò postmodum à Diocletiano & Maximiano imperatorib. sublata est, disponentibus, nullo contractus genere alienari posse filium. Verùm, propter nimiam paupertatem, uictusq; egestatem postea Cõstantini lege rursus permissum est patri uendere filium. Anch.

DISTRAHERE rationes sub tit de actione rationib. distrah. pro eo dicitur, quod est accusare fraudem uel culpam tutoris, qui rẽ ex bonis pupilli abstulit, nec proinde retulit in rationes. Vlpianus dispunctionem uocat ipsam rationis cancellaturam in l. Cum plures ff. de bon. auth. iud. possid. Olden.

DISTRAHERE societatẽ l. 63. ff. pro socio. matrimonium l. 2 ff. de diuort. negotiũ l. 4. § is quoque. ff. de obligat. & act. pro dissoluere, & tollere.

DISTRAHERE controuersias, hoc est, dirimere, & decidere. Cicero pro Cecinna, Omnia iudicia aut distrahendarum cõtrouersiarum, aut puniendorum maleficiorum caussa reperta esse. Eodem uerbo in eũdẽ sensum utitur Sueto. in Iulio c. 78. Prat.

DISTRACTIO ponitur pro diuortio, in Authen. de nupt. §. nuptias. & ibi in glo ff. de diuort. & repud. l. 2. & uide C. & ff. de distra pig. & C. de iure delib l. 1. uide suprà Destringere. Sp.

DISTRACTORES argenti Iustinianus nominauit eos quos alij mensarios & argentarios, nummularios, & à commutandis pecunijs Collibystas ἀργυραμοιβοὺς & item ἀργυρογνώμονας uocant, quòd pecuniam spectent an proba sit an legitima & locabilis, & cuius pretij. Distrahere enim uẽdere est, & hi quasi uendunt pecuniam, cum pro eius spectatione & permutatione aliquid lucelli accipiãt qui Collybus dicitur. Connanus lib. 4. cap. 15. nu. 5.

DISTRACTVS apud Doctores pro resolutione cuiuscunque contractus ponitur. Sp.

DISTRIBVERE est suum cuique tribuere l. 1. ff. famil. ercisc.

DISTRIBVTIO quotidiana Pontificijs significat id, quod prẽstatur his qui horis certis intersunt diuinis c. 2. §. 1. de ætate & qual. in Clem. c. unic. de cleric. nõ resid. lib. 6. & c. licet uobis. de prẽbẽd. Prat.

DISTRICTE pro prorsus, omnino, profectò, sic res se habet l. 7. §. 5. ff. de minor. aliquãdo significat præcisè, præfractè, restrictè, religiosè l. 13. ff. de procur. Prat.

DISTRICTE, hoc est, ualde stringẽdo ac minitando: metaphora scilicet à gladiatoribus tracta, qui cõtra aduersarium suum ensem stringunt, id est, nudant. Spiegelius.

DISTRICTVS uocabulum, autore Alciato, apud antiquorum neminem reperitur. Spiegelius in Ligurinum annotans refert quatuor nomina eiusdem intellectus. Territorium: Comitatum, districtum, & Diœcesim. Verùm quàm rectè, uiderit ille. Districtus enim est, locus iurisdictione munitus, intra quem homines distringuntur. & dicitur à distringendo, sicut territorium, à terrendo, ut habetur in c. ubi periculum §. porro iuncta gloss. in uerb. territorio. de elect. in 6. & not. Abb. in consil. 20. nu. 2. uolu. 1. Et Corne. in consilio 187 uol. 4. & secundũ Felin. in c. Rodulphus. nũ. 41. de rescript. Districtus est laicorum & clericorum, sed diœcesis clericorum tantum, & ubicunque quis distringendi, siue terrendi habet potestatẽ, ille locus dicitur de districtu, sine territorio, ut refert Deci. in consil. 14. nu. 7 uol. 4. & in l. fi. nu. 19. ff. de iurisd. om. iud. Vel districtus, ut uult. Aret. in cons. 77 n. 4. propriè est dfiuum uel territoriũ ciuitati in subiectionẽ accedens ultra fines simul cũ ciuitate statutos, intra quos, quidqd est, uocatur district⁹ uel territoriũ. l. si pupill⁹. §. territoriũ. ff. de uer sig. & quicqd de nouo ciuitati accrescit, dicitur districtus, nisi sub ciuitatis nomine cõcedatur, ut p Cyn. & Bal. in l etiã. C. de iur. dot. & district⁹ est illud, quod à ciuitate actualiter distringitur, ut per Zaba in cle. 2. §. sanè. nu. 6. de electio. Et districtus aliquando ponitur pro territorio loci uel agrorum. & pro iurisdictione, & idem est quod comitatus secundum Pari. de Put. in uerb. districtus. de uerb. sig. & districtus & potestas idem est, ut uoluit glos. in 6. rursus. in uers. potestate. Instit. de actio. & Pari. de Put. in c. 3. num. 7. de fin. seu uel & secũdum Bald. in consil 499 nu. 5. uol. 4. Districtus tripliciter accipitur, uidelicet cõuentionalis, qñ castrũ, p se regit & se alicui ciuitati, ob sui corporis tutelam submittit, sine tamen Principis preiudicio, ut in l. est receptum. ff. de iurisdic. omni. iudic. & districtus priuilegiatus dicitur, quando princeps alicui ciuitati castrum cõcessit ad districtum. ut in l. humanum. C. de legi. & præscriptus districtus dicitur, quando Imperium & iurisdictio præscribitur in ipso castro. l. uiros, iuncta gl. in uersi. omittit. C. de diuers. officiali. lib. 12. & c. cũ contingat. in fin. iunct. gloss. in uersi. uel consuetudine. de foro cõmpet. uel ut dicit Bal. consil. 429. ad euidentiam pra mittendum uol. 1. Districtus est territoriũ. cui iurisdictio inest, & à comitatu differt. quia comitatus propriè est ciuitatum, & districtus est dominorum uel secundum Geminia. in c. quoniam ut cler. uel mona. in 6. districtus compræhenditur sub appellatione terrarum domini, & ut traditur per Fely. in d. c. Rodulphus, nu. 13. Districtus dicitur propriè loquẽdo spacium aquẽ, seu latitudo iurisdictione munita, & sic districtus erit in mari, ut uoluit Cẽpol. in tract. de seruit. rust prẽd. in tit. de mari. nu. 26. Et Lauren Calc. in consil. 90 in fi. Et districtus dicitur non solum in terra & mari, sed in cœlo & aere, ut uoluerũt Bald. in cons. 420. uerba Principis. nu. 1. & Cẽpol in d. tit. de mari. nu. 24. Et Paris de Put. in c. 3. nu. 6. de fini. seu & termini in cœlo & aere fuere positi tempore Alexandri Papẽ VI. inter Lusitanos siue Portugalenses, & Castellanos. diuidendo insulas Indiæ tunc nouiter repertas per lineas graduum cœli, & quicquid reperiebatur à parte orientali erat Portugalensiũ, & a parte occidentali erat Castellanorũ.

DITIO, imperium. Phocas in usu tantum in ablatiuo & accusatiuo ditionẽ putat: nos tamen, ait Catanæus, plerumq; in genitiuo notauimus, prẽsertim apud Iureconsultos. Spieg.

DITIO, à Dico deriuatur, & potestatem significat, seu facultatem. Zas. in l. ij. ff. de Orig. Iur. Et ita usurpat. Iustinian⁹. §. utrunq; Instit in proœmio Pompon. in l. 2. §. Capta deinde Sardinia. ff. de orig. iur. Virg. 1. Æneidos.

Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

DIV ponitur pro biennio. ff. de re iud. l. fin. & ff. loca. l. cum domini. Quandoque ponitur pro tribus mensib. 14. dist. Lectis in glo. Aliquando pro decem. Inst. de lit. obli. §. pen. & ff. qui & à qui. l. si cùm fideicom-

commissaria.§.Aristot.Donellus de usuris. & cætera. Ponitur etiam alijs modis, ut ibi not. Aliquando pro triennio.ff.de usucap.l.1.& l.quamuis aduersus. Aliquando ponitur pro anno.ff. de successo.edict.l. 2.§. largius. & §. quibus. Aliquando momentum significat.C.de acquir.possess.l.2.item quando diu fieri intelligatur, uide ext. de elect. quia propter. & c. Offerri. de libel.obla. Prat.

DIVALES constitutiones. Inst.de Hæred.quæ ab intest.

DIVALIA consulta. C. de Testam.l.diualia.

DIVAE memoriæ. Instit. de Vsucap.

DIVARICARE est, à recto deflectere, idq; propriè cum quis rectis pedibus stare nequit, sed diductis & uariè discretis. unde diuaricata ligna architecturæ professores dicunt, id est refracta, quæ Gallis sunt *Cheurons brisez*. Brechæus in l. præuaricatores ff. de uerb.& rer.signifi.

DIVERSA sunt, quorum diffinitio non est eadem, seu quorum substantia non est eadem. Conuertuntur hęc l.j.de Dol.Gloss.in l.omnis definitio. de Regul.Iur.Sp.

DIVERSA illa dicuntur, quæ origine & corruptione sunt diuersa. l.si mihi eodé tempore. de Seruit. rust. præd. l. si domus tua. de Seru. urb. præd. Bald.in l.ex hoc iure.de Iust.& Iur.Sp.

DIVERSORVM iudicum. De officio diuersorum iudicum (qui titulus est 49. lib. 1. Cod.) id est, de officio diuersæ conditionis iudicum, uel clarius, de diuersis iudicum officijs. Quorum est primum, ne matremfamilias in publicum protrahât. Nisi fortassis pro fiscalibus, uel priuatis debitis in ius uocetur. Nam tunc etiam materfamilias iudicem adibit. Deinde officium iudicum est, uiris magni nominis honorem debitum habere. Postremò caueant iudices, ne magni subsellij uiros in subscriptionib. fratres nominent. Hegendorphinus in Exegesi ad supradictum titulum. Anchor.

DIVERSORIVM Accursius in l.3. ff. In quib9 causs.pigno.rectè sic interpretatur, Statio in qua diuersi generis merces afferuntur. Alijs locis Diuersorium est mercenarium hospitiũ, quò ex itinere aliquátisper commorandi caussa diuertimus non habitandi: unde illud Cicer.in Caton. Ex ista uita sic discedo tanquam ex hospitio: non tanquam ex domo. cómorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Et libro Famil. VI. Nam & uilla & amœnitas illa commorationis est, non diuersorij. Hot.& Donellus de pign.

DIVERTERE, nuncium remittere, Dirimere matrimonium, Repudiare uxorem, Nuncium mittere, Matrimonium soluere. l. Si mulier. ff. Solu. matrimonio. l. Prospexit. ff. Qui & à quibus manu. l. Si cũ dotem. §. Si maritus Et §. seq. ff. eo. tit. Sp. Adde Brechæum l. Inter diuortium in tit. de uerb. & rer. signif. nu. 2.

DIVI fratres, quorum in iure Ciuili sæpissimè fit métio, fuerunt, Marcus Aelius Antoninus, & Verus Cómodus. Marcus enim Antoninus eximię doctrinæ ac probitatis princeps, hunc Commodum fratrem suum ex adoptione Pij Antonini principis, imperij consortem fecit, & primi omnium imperatorũ, bini regnare cœperunt Anno salutis 163. quos deinde multi sunt imitati, adeò, ut terni nonnunquam imperarent. Sed Marcus, Commodo non multò pòst mortuo, cum filio Commodo imperauit, homine pessimi ingenij, & omnibus incommodo. Oldendorpius.

DIVI Iurisconsf. adpellantur Imperatores, qui post obitum in deos relati erant ea *ἀποθεώσεως* solennitate, quam Herodianus lib.3. describit. post quam & templa eis construi, ac sacerdotes & sodales creari, & ludi fieri omnésque diui honores decerni solebât. Ex Tacito. Sueton. Spartiano, Capitolino didici. Papias uerò scribit eò diuos uocari quòd sint quasi cælestes, quam uerbi notationem admittere, & pium, & Christianum magis est. Nam qui iustitiã colunt, diui rectè adpellantur ita ut qui eos contemnat, Deum censeatur contemnere Rom.13. Item ego dixi dij estis & filij excelsi omnes. Olim Imperatores diuos appellabant, nescientes tamen rationem, quare id facerent. Oldendorp.

DIVIDERE, pro partiri, ut cum Iurisconsf. inquit, de Verb. obl. Stipulationes non diuiduntur. Loquitur enim non de diuisione, sed partitione, atque earum rerum quæ partitionem non recipiunt: quales sunt res imperfectæ, usus, habitatio, iter, actus, prospectus, stillicidium, quasi dominium, quas perstringit Bart. in l.iij. §. ex pluribus. in fin. de Acquir.possess. Quod & Apellus indicat. Spieg.

DIVIDERE, pecuniamq; inter se partiri. Martianus l.collegia.ff.de Colle.& corporibus. Sed permittitur eis, inquit, pecunias communes (si quas habét) diuidere, pecuniamq; inter se partiri. Spieg. fol.151.in charteta.

DIVIDERE. Ad diuisionem singulorum ciuiũ legare Paulus dixit, quod alio modo ciuitatibus in distributionem relinquere Martianus dixit. l.117. de leg.1. cum etenim quis ciuibus quid legasset, singulæ tribus suos legitimos diuisores habebant, qui id partirentur, idque Asconius scripsit in hũc Ciceronis locum, act.2.in C. Verrem. unum illud ex hominibus certis, ex quibus omnia comperi, reperiebá, fiscos complures cum pecunia Siciliensi à quodam Senatore ad equitem Romanum esse translatos: ex his, quasi decem fiscos ad Senatorem illum relictos esse comitiorum meorum nomine, diuisores omnium tribuum noctu ad istũ uocatos. Eoq; sensu diuisores etiam uisus est accepisse idem Cicero, quum sic Epist.lib.1.ad Atticum scriberet: Consul autem ille deterioris histrionis similis suscepisse negocium dicitur, & domi diuisores habere: sed senatusconsulta duo iam facta sunt odiosa, quòd in consulem facta putantur, & Domitio postulante: unum, ut apud magistratus inquiri liceret, alterum, cuiusmodi diuisores haberent contra Rempub. His addatur illud Suetonij in Augusto. C. Octauius pater à Principio ætatis, & re & existimatione magna fuit: ut mirer equidem hunc quoq; à nonnullis argentarium, atq; etiam inter diuisores, operásq; campestres proditum. Hæc Suetonius haud dubiè per operas campestres, eos intellligens, qui calatis in campum Martium comitijs, aliquo ministerio publico fungebantur. Diuisores pecuniam populo uiritim diuidebát, singuli in sua tribu, & alio nomine magistri curiarũ appellantur, ut idem Ascon. auctor est. De quibus sic loquitur in Aulularia Plautinus Euclio.

Nam noster nostræ qui est magister curiæ,
Diuidere argenti dixit nummos in uiros.
Id si ego relinquo, & non peto, omnes illico
Me suspicentur credo habere aurum domi.
Nam non est uerisimile hominem pauperem
Pauxillum paruum facere quin nummum petat.
Et paulò pòst—*Neq; quisquam curialium*
Venit, neq; magister quem diuidere argentum
Oportuit—

De huiusmodi ciuium diuisionibus sentire uisus est Cornelius Tacitus Annaliũ lib. 1. cum ita scriberet: Cęterum Tiberius nomine Germanici tricenos plebi sestertios uiritim dedit, seq; collegam consulatui eius destinauit, Ræuard. uario.lib. 2. cap. 16. Fuerunt autem hæ diuisiones, sportulæ, pecuniæ, oleũ, crustum, uinum, aliáq; id genus nec absimilia, quæ testatores collegijs & sodalitatibus, militijsq; negotiatorum & artificum, item Decurionibus, populoque interdum, die natalis, quę uiuentibus fuerat celeberrima atq; honorata, parentaliorumq; tempore singulis annis dari testamento cauebant. l. cum quidam. 23. ff de annuis leg. Harum diuisionum etiã meminit Paulus Iuriscõsultus in eisdem pandectis, sub tit. de legatis. 1. l. 125. Huiusmodi diuisiones à uiuentibus etiam lætitiæ gratia dari consueuisse, non est ambigendum. Dabāt antiqui diuisiones nedum Decurionibus, ut cognoscitur ex pridem relata inscriptione, sed etiam eorum liberis, inter cætera Diuisiones panis & uini. Maioragius Miscel. lib. 2. cap. 2.

DIVIDERE sententiã. Asconius, Quum aliquis in dicenda sentẽtia duas plurésue res complectitur, eæ si non omnes probantur, postulatur ut diuidat, id est, ut de rebus singulis referatur. Sextus Pompeius, Numera Senatum, ait qui uis Senator Consuli, quum impedimento uult esse quominus faciat S. C. postulatq; ut aut res quæ afferantur, diuidantur: aut simul consulantur, aut si tot non sint senatores, quo numero liceat scribi S. C. expectetur. Vide in Appẽdice cap. De senatu, & S. C. Old.

DIVIDVVM est, quod diuidi potest in partes aliquo effectu iuris separatas. Indiuiduum est, quod diuidi non potest in partes, quolibet iuris effectu separatas. Hæc descriptio deducitur à causa finali, seu ab effectu diuisionis. Nã uerbũ diuidere, in hac materia accipitur politicꝰs & ciuiliter, ut negotijs hominum deseruiat: scilicet, quoties occurrit quæstio, utrum aliquid adquiri, uel retineri, uel alienari possit pro parte: an uerò non nisi totius commerciũ admittat, Siue quęratur de rebus corporalibus, siue de rebus incorporalibus, Siue item de obligatione, uel actione, aut solutione diuidenda, uel nõ diuidenda. In his enim totum ius consistit, & per consequẽs totus effectꝰ diuidui & indiuidui. l. fi. ff. de leg. l. j. ff. de stat. hominum. iuncto titul. Institut. de rebus corporalibus & incorporalib.

DIVIDVVM Romani legislatores significare solẽt his aut similibus uerbis: PARTIVM PRÆSTATIONEM RECIPERE, l. ij. in prin. ff. de uerbor. oblig. A' SINGVLIS HÆREDIBVS DIVISIM CONSEQVI: PRO PARTE PETI: ADMITTI PARTIS EXECVTIONEM. l. In executione. ff eod. titu. Pro parte adquirj: Pro parte retineri: Pro parte remitti. l. Pro parte. ff. de seruitutib. l. Vnus ex socijs. ff. de seruitut. pręd. rustico. A communione decedere, scilicet rerũ particularium. ut in titulis ff. & C. Communi diuidundo. Familiam herciscere, hoc est, hæreditatem diuidere, seu rerum uniuersitatem, ut in titulis ff. & C. Famil. Hercisc. Ad significandum uerò indiuiduum has appellationes accommodant Iurisconsulti: Partium pręstationem non recipere: Nisi totum detur stipulationi satis non fieri: In solidũ teneri. l ij. in princ. Et §. j. ff. de uerb. oblig. Ab omnibus Hæredibus committi pœnam. In solidum peccari. ut in l. Eadem. §. Cato. ff. eodem titu. Diuisim non præstari: In solidũ agi: totum dari. d. l. In executione. Ex his atque id genus alijs appellationibus intelligi potest, quomodo in hac materia sit accipiendum diuiduum & indiuiduum, nempe quod diuidi potest, uel diuidi non potest in partes, iuris effectu separatas. Old.

DIVIDVVM & indiuiduum duplici ratione dicitur: Natura, uidelicet & lege. Natura, id diuiduum appello, quod hominis facto in partes discretas, separatasque, secari & diuidi potest, ut fundus, homo, uestis, & aliæ denique res corporales innumerabiles. l. 1. §. quædam. ff. de rer. diuis. l. si quis duas. §. si quis partem. ff. com. prædio. & l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de legat. 1. In homine tamen cæterisque rebus animatis, Ias. & posteriores in l. 2. §. & harum. ff. de uerborum obligat. hoc non admittunt, quòd earum rerum diuisio subiectum omnino corrũpat. l. rerum mixtura. ff. de usucap. cap. afferte. de præsump. Sed eorum sententiam ipse non facilè probauerim, si quidem hac ratione attenta, ex corporeis rebus paucissimæ essent, quę sectionem admitterẽt. Nam & nauis, uestis, liber, hisque similes, in partes præsertim minutas sine subiecti destructione separari nequeunt, illud scio hominem, mulum, cæteráque animantia, in partes commodè diuidi non posse. §. eadem. in fin. de offic. iudic. in Instit. Verum hęc commoditas, uel incommoditas, in diuiduo secundum naturam minime attenditur, sed id consideratur duntaxat, an res corporea sit, atq; ita actualiter diuidi possit. d. §. quædã. & d. §. si quis partem. quòd & in hominẽ ipsum cadere probat dict. c. afferte. de præsum. Quibus cõfirmatur prima doctrina, in hac materia omnes res corporales natura diuiduæ sunt. d. l. quòd in rerum. §. si quis post. ff. de lega. 1. à qua solum punctum excipit Petr. Bellaperticen. qui tam paruus est, ut tametsi corporeus sit, partes non recipiat. Est enim punctus, aut si mauis pũctum, ut Mathematici docent, quod ob incomprehensibilem sui breuitatem, in partes diuidi non potest, nec ipsum pars aliqua, sed tantũmodo signũ esse dicatur, protractũ, ut Euclides scribit, lineã conficiẽs. Verũ hoc exemplum non mihi ualde uidetur ad rem pertinere, Siquidẽ punctum licet ex se facta corpora, non tñ ipsum corpus sit. Eo cõstat ineptos esse, & ridiculos ex recentioribus quosdã, licet alioqui multæ auctoritatis, qui in l. 4. §. Cato. ff. de uerb. oblig. scriptũ reliquerunt, punctum nonnunquam diuidi, ueluti cum adeò magnus, ut in partes deduci & secari possit. Bartol. uerba in eum sensum contorquentes, dum in l. si cui. hoc tit. tradit res omnes in uniuersum, ex philosophorum sententia, in infinitas partes diuisibiles esse, Punctus. n. est, ut dixi, q ob incõprehensibilẽ sui breuitatẽ, nec longus, nec latus, nec altus, dici potest. quocirca si aliquam habeat magnitudinem, iam puncti nomen amittit. Præterea rebus corporeis, ut dixi, non annumeratur. Cognito uno ex contrarijs, reliquum (ut dici solet) facilè perspicitur. l. 1. ff. de his qui sunt sui. Proinde cognito quid sit diuiduum natura non difficulter intelligemus, eadem naturà induiduum dici, quod hominis facto, & naturaliter in partes separatas ad oculum diuidi non potest. d. l. 2. §. & harum. & l. non amplius. §. bonorum. ff. de leg. 1. Cuius generis sunt res omnes incorporales, quæ cum neque tangi, neque uideri possint. l. 1. §. de rer. diuis. §. incorporales, de reb. corpor. in Instit. hominis operas in partes, quæ ad oculum demonstrentur, separari nequeunt. l. hęredes. §. an ea. ff. familiæ ercis. Ideoq; seruitutes, de quibus agimus, licet corpori diuiduo accedant. l. seruitutes. 4. hoc titulo. Ipsæ tamen diuisionem natura præsertim, non admittunt, ut hic dicto §. & harum.

harum. d.§.an ea. d.l.stipulationes non diuiduntur. & l.fideicommissa.§.pen.ff.de leg.3. Lege diuiduum dupliciter consideratur, uel respectu diuisionis corporeæ,uel intellectualis, quatenus ad sectionem corporalem rem ipsam referimus, illud lege diuiduum dici censeo, quòd cōmodè,& sine damno diuidi potest.Per contrariumq; indiuiduū, quod nō nisi cum incōmodio sectionem admittit.l.nō amplius. §.cum bonorū.alleg.§.eadem.in fin.de offic.iud.in Inst.Homo itaq; in hac consideratione indiuiduus est,cæteraq; animantia quæ uno spiritu continentur. Bal.in c.quanto.de iud.quando non nisi cum destructione subiecti diuidi possit.l.rerum mixtura. ff. de usucap. nec membrū offendi, quin toti corpori uis fiat. l.uulgaris.in prin. ff.de furt.l.1.§.item quæritur.ff.de aqua quotid.& æsti. Respectu uero diuisionis in intellectu consistētis, Diuiduum lege dicitur, quod in partes plures indiuisas,& intellectuales utilitatis gratia dissecatur.l.seruus cōmunis.ff.de stipul.seruor. l.locus.ff.de acquir.poss. Quod fit plerunq; per quotas, seu partes,quas quotitatiuas uocant,ut tertiā,quartam,dimidiam,& similes. Pulchrè Fulgos. in l.1. §.si pecunia. ff.depos. Qua ratione,homo lege quoq; diuiduus existimatur. l.si stipulatus. §.1. ff de solut. l.in executione.§. pro parte. ff. de uerbor.oblig. possunt quippe duo domini eiusdem serui esse, ita ut singuli dimidiam partem pro indiuiso habeant. d. l. seruus communis. Dixi sanè: Vtilitatis gratia,quia distributionem illam partis intellectualis proportionabilē commoditatem adferre oportet, hoc est,tantum utilitatis respectu partis, quantum totum in suo toto. dicta l.in executione. §.secunda. Hinc liquet iura & actiones lege diuidi inter hęredes, tam actiuè,quàm passiuè pro portionibus hæreditarijs. l. pacto successorum. Codic. de pactis.l. prima. C.si cert. pet. l. pro hæreditarijs. Cod.de hæred.act. Quod magis considerato effectu admiserim, quàm iure ipso. l.ea quæ. Cod.famil. ercifcun. Ponderando prima illius constitutionis uerba : Hæc quæ in nominibus. Non enim dixit nomina diuidi, sed ea quæ sunt in nominibus:cum ius in se nullam recipiat diuisionem. l. 1. §.ff.de rer. diuis. Ex his intelligis quoq;,indiuiduum ad sectionem intellectualem, relatū illud esse, quod in partes pro indiuiso conscindi non potest,ut in seruitutibus , quas diuisionem non recipere manifestū est.l.stipulat.non diuiduntur.& l. 2.§.& harum. ff.de uerb.oblig.l.fideicōmissa.§.pen.ff.de leg.3. l.pro parte.hoc tit.& hic.adeò ut nec per legem quidē eas diuidi posse,Iul.Paul.dicat.l.hæredes.§.an ea. ff.famil. ercisc.cuius rei rationem attingemus infra. Hæc ad substantiam obligationis, & rerum in ea deductarū pertinet,in eius aūt executione, hoc est,circa rei debitæ petitionem & solutionem, quatuor casus I.C. considerari uolunt, quas accuratè prosequitur Vlp. per totam l.in executione, alleg. nōnunquam enim euenit,ut talis res in obligationem ueniat,quam creditor pro parte petere, itidemq; præstari pro parte à debitore possit, ueluti si promissa sit pecunia certa, seu quātitas.d.l. 2.§. & harum. & d.l.in executione.§. 2. Hoc est,quòd dicere solemus,quātitatis obligationem diuiduam,de qua regula ad societatem scripsimus in d.l. stipul. non diuiduntur. Interdū,& secundo,cōtingit omnino diuersum, ut aliquid debeatur, quòd nec pro parte peti , nec pro parte solui possit, ut Seruitutes,operæ, & facta. d.l.stipul.& hic. l. liberius qui soluendo. ff.de oper. liber. Quare si opus testator fieri iusserit,hæredes singuli,inquit Vlp.in solidum tenentur. d.l.in executione.§.2.& d.l.fideicōmissa.§.pen.ff.de leg.3. Quæ omnia de seruitutibus facti & operis in d. l. stipulationes , plenissimè sum exequutus.Quandoq; uerò nonnihil pro parte peti potest,quòd in solutione sectionē non admittit.etenim solui nisi totum,nequit,sicut in stipulatione generis & alternatiua.d.l.in executione.§.pro parte.alioqui,ut Vlpia.ait, in diuersis rebus rectè partes soluerētur,quod debitor facere nō potest, ne creditor debitum non consequatur, indeq; enata celebris illa regula , obligatio solutione indiuidua est , si contingere ex ea potest, in diuersis rebus solutionē fieri.Quam Io.Imol.in l.supra iter. §. officium. ff.de aq. plu.arc.declarat, procedere in obligatione ex hominis dispositione fluente,ut in alternatiua,& generis. d.§.pro parte. secus in ea, quæ descendit ex dispositione legis, ut in causa noxali, in qua cum lex constituerit, dominum dando, uel seruum, qui damnū intulit pro noxa,uel litis æstimationem liberari.tot.tt. ff.C.& in Inst. de nox.act.l. miles.§.x.ff. de re iud. poterit dominus partem in pecunia,partem in serui dominio præstare. Hoc enim minus habet iniquitatis, ne nimis prægrauetur innocens dominus ex maleficio serui.l.quoties nihil. ff.de regul.iur.& uulgo dici solet,mitiùs agi cum lege,quàm cum homine.l.Celsus.ff.recep.arb. Hoc tametsi Alex.Iaso.& posteriores recipiant,nunquam ipse probaui,cum uerū non sit, dominū pręstando partem in quantitate,partem in seruo,liberari.d.§.officium.ubi Bart. & l.si seruus communis.ff.de nox.act.l.si cum uno. ff.si ex noxali causa agatur.l.& tantū. §.si seruus.ff.de seru.corrup. Ideoq; nec præcipua eorū doctrina defendi potest asserentiū,in obligatione ex dispositione legis fluente,in diuersis rebus partes rectè solui. Nā & obligationem, rem tradi,ea potissimum ratione indiuiduā esse constat,ne solutionē in diuersis rebus fieri contingat.Bart.in d.l.stipulationes non diuiduntur.3.q. Cum enim sit obligatio facti, in qua lex disponit succedere obligationem in id quod interest. l.si quis ab alio.§. final.ff.de re iudic.parte fundi exsoluta posset pars,quę superest,in pecunia numerata præstari,quod est absurdū. d. §.pro parte. quam rem paulo plenius in d.l.stipulationes, attigimus. Accedere deniq; potest,ut ad solidum agi debeat,adferatq; nihilominus solutio partis liberationem,ueluti inquit Vlp.in d.l. in executione.§.insolidum. si contra hæredes uenditoris agere uelim,ut me defendant contra Titiū,qui fundum uenditum uult à me euincere, hæredib.omnibus, & insolidum denunciare debeo. Si tamen fundum euinci contingat, proportione tantum hæreditaria,singuli tenentur. Hęc multò clarius obscurum hunc tractatum aperiūt,quàm commentitia illa doctorum diuisio dicentium , Diuiduum & indiuiduū lege,considerari tripliciter, contractu , petitione, & solutione. Quædam enim sunt omnino,hoc est, tribus istis respectibus, diuidua,ut obligatio quantitatis,quę pro parte deduci in contractū,pro parte peti,& pro parte solui potest.d.§.& harum. Quædam omnino indiuidua , ut seruitus , quæ nec per partes in contractū uenire,nec pro parte peti, nec pro parte præstari potest,ut hic,& l.pro parte.hoc tit.d.l.hæredes.§.an ea.ff.fam.ercisc.cum uulg. Aliqua,inquiunt,sunt contractu diuidua , petitione uerò & solutione indiuidua,ut facta,quæ principiò pro parte in contractum deduci possunt. l.secunda. §. prætereà. ff.de aqu.pluu. arc.l.locus.ff.de acquir.possess. Postquam autem super his semel cōtractum est, per partes,neque peti,neq; præstari possunt. d. l stipulationes.& d.l.in executione.§.secūda. Deniq; quædā di-

cuntur & contractu,& obligatione diuidua, quæ tamen in solutione sectionem nõ admittunt,ut ea quę si pro parte præstantur,uel proportionabilem commoditatem non adferunt, quia non tantum utilitatis pars respectu partis affert,quantum totum,respectu totius.d.§.2. uel in diuersis rebus solutionem fieri contingere potest. d. §. pro parte. Corrasius in l. uiæ. ff.de seruit.

DIVINA loca.l.1.ff. de interdict.

DIVINAS domus, id est, Imperatorias, Alciatus interpretatur in l. ad instructiones. Cod. de sacr. sanct.Eccles. Spieg.

DIVINÆ tabulæ,hoc est,decem præcepta superiori ætate relegatæ prorsus erant à scholis Iurisperitorum,admissis potius immensis Baldi & aliorum commentarijs. Videbatur enim ad Theologos pertinere, nec quicquam conferre ad Iurisprudentiam Decalogus, quum tamen acerrimi iudicij uir Old. uerè indicarit fontem iudiciorum & actionum esse viij.præceptum. Sp.

DIVINATIO est iudicium, quo duo pluresúe, qui se præponi in accusando uolunt, de accusatione sibi deferenda contendunt. ex eo autem deductum nomen putamus, quòd quum in hoc iudicio iudices non de præterito,sed de futuro statuant, uter sit rectius accusaturus (quod totum opinabile est,coniecturaque nititur) diuinare dicantur,eorumq; iudicium opinabilis diuinatio. Vlpianus l.15. ff. de accusat. Si plures existant, qui eundem in publicis iudicijs accusare uolũt, iudex eligere debet eum qui accuset, caussa scilicet cognita, æstimatis accusatorum personis, uel de dignitate, uel ex eo quod interest, uel ætate,uel moribus, uel alia iusta de caussa. Hoc in publicis iudicijs. In popularibus autem Prætor eligebat idoneiorem: inquit Paulus in l.2. ff. de popul.act. Vide Fab.libro iij.cap.x.& libr.vij. capit.iiij. Gellium lib.2.cap.4. Hot. Vide & Duarenum lib.disputat.anniuers.1.cap.36.

DIVINOS autem honores sibi cum uindicarẽt Imperatores,eò factum est,ut diuinæ domus & constitutiones, Cæsarum domus & constitutiones appellentur ut & alia multa.Prat.

DIVINVM ius, quòd ad Dei cultum pertinet. Hinc nuptias diuini iuris communicationem definit Modestinus l.1. ff. de ritu nupt. quòd uir & uxor eorundem sacrorum participes essent l. 4. C. de crimi.expil. hæred. & Iurisprudentia Diuinarum rerũ scientia definitur l.x.ff. de iust.& iur.Prat.

DIVINI iuris esse dicũtur res sacræ & religiosę. l.1.ff.de rer.diuis. Sic Diuinas res interpretatur Vlp. l.1.ff. de interdict. Quæ definitio à Gotthis interpolata est apud Gaium lib. Inst.2.tit.1.Prat.

DIVISIO,est uel totius in partes,uel generis in species fissio. est enim duplex. Vna fit in partes,altera in species. Prior appellatur Partitio, & est totius integralis siue legalis in partes. Posterior diuisio,totius scilicet uniuersalis, siue prædicatiui in species. gloss.l.recta de uerb.signific.Ex Apello. Sed clarius hæc,docendi gratia,distinguuntur. ut diuisio sit generis in formas. ut,animal diuiditur in hominem,auem,asinum & piscem. Nam genus hæc omnia in se complectens,quasi totum quoddam:cui quæ subiecta sunt, ueluti membra sunt. Vnde & Cicero fatetur,species,quas ipse maluit appellare formas, interdum & partes uocari. Partitio uerò,quum totum siue (ut quidam appellare malunt) integrum diuiditur in suas partes,uelut in membra,tum in corporalibus, tum ijs quæ intellectu tantum percipiuntur. ut cum corpus hominis diuiditur in caput, humeros,brachia,thoracem,uentrem,ilia,crura,& pedes: aut domus in tectum, fundamentum, aut parietes. Hæc sensu percipiuntur. Rationis sunt illa: Ius diuiditur in legem,morem, & æquitatem. Si rempublicam diuidas in monarchiá,democratiam,oligarchiam, & aristocratiam,diuisio erit, qua totũ in formas diducitur. At si rempublicá diuidas in patres,equestrem ordinem,& populum,partitio erit. In summa tamen, omnis diuisio aut est substantiæ in substantias: ut,animalis in hominé,& cætera bruta.aut substantiæ in accidentia: ut,animalium aliud bipes, aliud quadrupes, aliud pedibus carens. aut accidentium in substantias: ut si uolatilia diuidas in aquilá, noctuam,& alias species. aut accidentis in accidentia: ut,eruditorum alius ex se doctus est,alius à præceptoribus institutus. Sp.

DIVORTII quæ sit etymologia, inter auctores non est parua dissensio, existimante Paulo Iurisconsulto in l.inter diuortium.ff.de uerb.signific. dictum ideo quòd in diuersas partes eant,qui discedũt, io in l.2.ff.de diuortijs.à diuersitate mentium, alijs à diuertendo,quibusdam uerò per translationé, à diuortio aquarum rerumq; similium, cum propria uoce rem hanc exprimente careamus. quæ fuit Ciceronis sententia lib.3. de oratore. qui cum sit testis omni exceptione maior, ut alios refellá me maximè cogit,præsertim Caium,cum diuortio non admodum structura & sono diuersitas affinis sit, & longius quá par sit Etymon petatur. Idem Cicero lib.citato, doctrinarum diuortia dixit, In Epistolis uerò ad Atticum, aquarum diuortia. Iul. Frõtinus in cap. de qualitate agrorum,aquarum diuergia. Virgilius similiter aquarum diuortia,& uiarum. Lucanus fluminũ & maris, Gratius uero poeta in libello de Venatione,morborum in canibus diuortia. Vnde nõ immerito Nonius diuortium, rerum omnium separationem dixisse uideri possit. Hebræi,penes quos uetustissima diuortium habet initia,ut Deut.c.24.perspicitur,nomen Diuortij à uerbo quod scindere sonat, deducunt; libellumq; abscissionis dicunt (Marcus Euág. c. x. *βιβλίον ἀποστασίου*, Matthæi uerò interpretes *ἀποστάσιον*, quasi abscissionale nuncupant) quòd uiri & uxoris nexum, coniugationemq;, in perpetuum abscindat ac dirimat.Maiorag.lib.2.Miscell.c.15. Inter diuortium autem & repudiũ hoc interest, quòd repudiari etiam futurum matrimonium potest: non rectè autem sponsa diuertisse dicitur, quod diuortium ex eo dictum est, quòd in diuersas partes eunt, qui discedunt. Illud quoque hic reticendum non uidetur, in diuortijs solennia fuisse uerba, quibus antiqui uterentur. Caius l.2.ff.de diuortijs.In repudijs autem id est, renunciatione, comprobata sunt hæc uerba: TVAS RES TIBI HABETO. Itẽ hæc: TVAS RES TIBI AGITO. In sponsalibus quoque discutiendis, placuit renunciationem interuenire oportere, in qua re hæc uerba probata sunt: CONDITIONE TVA NON VTAR. Hæc Caius. Quo in loco sciendum est,priora illa renunciationis uerba,fuisse magis in usu, cum Cicero, Plautus,Martialis, atq; Apuleius in eadem formula uerbum habendi,non autem agendi ponát. Cicero Philipp.2. Munam illam suam,suas res sibi habere iussit ex duodecim Tabulis. Apud Plautum matrona à marito diuertens ait: TIBI HABETO RES TVAS. Martialis:

Mense nono Iani ueterem Proculeia maritum
Deseris,atq; iubes res sibi habere suas.

Apu-

Apuleius lib.5.de Asino aureo. Confestim, inquit, thoro meo diuorte, tibiq; res tuas habeto. Maiorag. dicto cap.15. Adde Forcat.in suo cupid.iurisperit.ca pit.15.num.3.& seq.

DIVORTIVM. Hæc de diuortio definitio Gofredi & Hostiensis, in summa. §.1.de diuortijs. uidetur præferenda reliquis. Diuortium (inquiunt) est inter uirum & mulierem legitime facta separatio. Dicitur autem (legitimè) eò quod quos Deus coniunxit, homo non separet, ui scilicet, & absque ratione. Non enim homo separat, quos pœna damnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat. 33. quæst. 2.cap.solet.& de consan.& affinitat.ca.de infid. Moses tamen primus diuortij author fuit, Deut. ca.24. Ille enim (authore D.Hieronymo) uidens Iudæorũ alios auaritia, alios molestia domestica, alios libidine commotos, suas uxores iniuria, & morte aliquando afficere, quò sibi integrum foret nouas ducere uxores, aut iuniores, pulchriores, ditioresue, ut domesticæ quieti consuleret, facultatem illis dedit diuortij faciendi cum priorib.uxoribus, ea tamen conditione, ut uir daret uxori ita reiectæ libellum diuortij, in quo (teste Iosepho Iudaicæ antiq. 4.) in hanc ferme sententiam scriptum esset, Promitto me non repetiturum te, quò sic mulier posset cuiuis rursum nubere. Et hinc factum est (sicuti ego arbitror) ut olim Romani in repudijs, id est, renuntiationibus, usitatissimi habuerint moris uerba ea: Res tuas tibi habeto, Tuas res tibi agito. Nec illa reijcerentur, Cõditione tua non utar: sicuti tit. de diuort. adnotârũt Iuriscon. Quia uerò repudij meminimus, intelligendum hîc est, repudij rationem non mutuam fuisse apud Heb.neq; olim apud Rom. Cauisse enim Romulum lege satis cõstat (si Plutarcho credimus) no mulieri uirum, in cuius manu, mancipioq; causa foret, relinquere fas esset. Et quanquam uiro liceret repudiare, Romanis tamen ipsis uxorem dimittere, ueteris non fuit instituti, nec probatum est, nisi in liberorum ueneficio, aut in adulterio (cuius solius gratia diuortium minimè respuendũ Christus sanxit Matthæi c.5.& 19.) foret deprehensa, aut nisi claues subiecisset. Quòd si quis aliter repudiasset, eius opum uxori portionem dari, reliquum Cereri esse sacrum idem Romulus iussit. Præterea, & eos qui ab uxore diuerterent, sacra dijs inferis obire. Itaque, uiro tantùm diuertere licebat, quin & zelotypiæ illius medeti uxor cogebatur, exemplo uel fœdissimo, nec citra horrorem. Tùnc & dicebatur uxori nuntius remitti. Cicero enim, epist.1.ad Att. Vxori (inquit) Cęsarem nuntium remisisse. Causas autem, & formulas diuortij uarias fuisse certum est, uti uidere est apud Platonem, dialog.11.de legib. & Alexandrum ab Alexandro. lib.4. cap.8. Vna est sterilitas, cuius gratia Sp. Carbilius Romanorum primus uxorem fertur dimisisse, ac, diuertẽtibus matrimonijs, quasi ansam præbuisse, quam secutus est Sulpitius Gallus, misso repudij nuntio, quòd in caput uestem deducere animaduertisset. Idem fecit Pub. Sempronius, quòd eius uxor ludos funebres spectasset. Quã ob causam, diuortium, seu repudium (utrunq; enim confunditur. Nam horum uerborum significatio differẽtiam habet excogitatam à Iurisconsultis. Quod uero ad effectum attinet, utrorumq; eadem uis est, ac potestas) olim ex multis, atq; non ita grauibus, causis admittebatur. Sed hodie non nisi ex una causa, nimirum, adulterij. Quod & sancti Episcopi, & iustissimi Cæsares intellexerunt etiam de casibus criminum, quæ maiora sunt, & habẽtur, minusq; tolerabilia maritis omnibus, quàm sit omne adulterium: ut si conantibus quibusdam contra principem conscia, id marito suo non manifestârit, si homicida sit, uenefica, insidiatrix uitæ mariti deprehensa, furax, blasphema in Deum, & perpetua irritatrix mariti, ac omnino implacabilis. Quemadmodum & inter alias causas à Cæsaribus Christianissimis l.in consensu C.de repud. enumerantur, præter adulterij crimen, homicidium, ueneficium, falsarij crimen, sepulchrorum effractura, sacrilegium, latrocinium, plagiarij crimen, & huiusmodi quædã alia, quæ adulterio (cuius meminit Dominus exempli gratia, ut inde atrociora æstimemus crimina, de quibus tamen ecclesiæ iudicio standum est magis, quàm proprio) uel æquiparantur, uel multùm excolunt in crimine, & ob quæ etiam mulieri, quemadmodum & uiro, repudij auxilio uti necessariò permittitur libertas, seq; uicissim dimittere. Sunt uerò, qui dimittere opinentur haud satis huic accommodum re uerbum. Nam exercitũ (inquiũt) dimittimus, sicuti dimittitur senatus, concio, amicus, digredi uolens. Verùm, qui hoc sentiũt, producuntq;, falli manifestissimũ est ex Tranquillo, qui in Cæsare dimissam ab eo Cossulam tradit. Abijcere in hoc usu non reformidat D.Hilarius, neque Hieronymus abijcere uti uidetur, quippe qui eiectã mulierem intelligat, quæ a marito uiuente eijciatur. Non prætereunda interim est Pauli sententia: ex 2. Instit. lib.tit.de dotibus. Si diuortium (inquit) citra mulieris culpã obtigisset, integra repetebatur dos, quòd si ab uxore quid delictum foret, in liberorum singulos ab marito sexta dotis retinebatur portio, usq; ad dimidiam modò dotis partem. Commeminit quoq; & Boetius, Romanæ (inquit) ciuitatis iure in parentum arbitrio retinentur liberi, usq; dum mancipatione soluantur tertia. Ergò, si diuortiũ foret factum mulieris uitio, dotis parte pro liberorum mulctabatur numero. Anch. [illegible]

DIVORTIA Itinerum, dixit Liuius libro xliiij.

DIVORTIA Isid.lib.xv. Etym.cap.ult. sunt flexus uiarum hoc est uiæ in diuersa tendentes. Verg. libro ix. Æneid.

Abijciunt equites sese ad diuortia nota.

Eadem diuerticula dici cepta sunt. Briss.

DIVORTIA aquarum dixit Virgilius, cum ex eodem capite in diuersas partes fluunt. Vnde diuortium non proprie in sponsalib. usurpatur quia sponsi nunquam in unum tanquam caput aut iugum cõuenerunt Paulus l.cxcj. de uerborum significat. ut refert Connanus lib.8.cap.& numero citato.

DIVORTIONALE. Erasmus in cap.5.Matth. uertit diuortionale ad uerbum *τὸ ἀποστάσιον*, hoc est, inquit, libellum diuortij, & capite Matthæi 19.uertit libellum repudij. Quamobrem nihil fermè discriminis uidetur inter utrunque ponere: quod Iurisconsultis sæpe quoque accidit. Papinianus in l.uiro atque uxore.ff.soluto matrimonio. Et in Nouellis Iustinian. Constitut.cxvij. sub titul. de diuers. capitul. & solutio.matrimo. Brechæus l.inter diuortium.in tit.de uerb.& rer signif.circa medium.

DIVOS olim Imperatores appellabant, nescientes tamen rationem quare id facerẽt. Nos uerò Deo autore, possumus dicere Diuos Imperatores etiam dum uiuunt, quia in administranda sacrosancta iustitia, Dei ministerium agunt, ut qui eos cõtemnat, Deum censeatur contemnere, Roman.xiij. Item, Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Quam ob causam cùm Ioas coronaretur in templo, tradebatur ei lex Domini in manus. 2. Paralip.23. Quem morem in

in hodiernum diem rectè imitantur Christiani. Dauid enim beatos pronuntiat eos, qui meditantur in lege domini die ac nocte, Psalm. 1. Proinde meritò Diuos fratres dixerimus Carolum V. A. Et Ferdinandum C. Optimos Maximosque Principes nostros. Vnde diligētissimus Latinæ linguæ interpres A. Calepinus: Cùm autem dicimus, inquit, Diuam fœminam, intelligimus eam, quæ sua uirtute diuinitatem meretur. Sic dicimus Diuos Imperatores, etiam dum sunt in uita. Old.

DIVRNVM petere Seneca lib. 2. Controuers. dixit pro eo, quod panem mendicare. ut solent facere apud nos quidam inertis atq; ignauæ uitæ homines quos tanquam insulsos & ad nullam rem utiles Bliteos appellamus, qui de alieno, eoq; emendicato in diem uiuunt. Connanus lib. 8. cap. 11. nu. 6.

DIVTVRNA cōsuetudo pro iure & lege in his quæ ex non scripto descendūt obseruari solet. l. diuturna. de legib. quam uerò ibi diuturnam appellauit Vlpianus: longam dixit Hermogenianus in l. sed & ea. eodem tractatu: receptumq; est, ut decem anni diuturnos constituant mores, maximè si contradicto aliquando iudicio confirmati fuerint. l. cum de consuetudine. de leg. Cæterum cum mores & consuetudinem nominauerint prudentes, constat ex unica actione mores non introduci. Ferret. de iure nat. gent. & ciuili. Diuturnum autem significat longum quoddam tempus, non certum aut definitum, sed pro rei conditione cui iungitur modo longius modo breuius, quod hoc uno exemplo Ciceronis ostendi potest de Senectute. Nihil mihi diuturnum uidetur in quo est aliquid extremum. Connanus libro 1. cap. x. num. 6.

DIVTVRNVM tempus, & Diuturna possessio ad decennium referuntur, inter præsentes, uiginti uerò inter absentes: idque uulgò obtinuit l. prima. ff. de aqua, & aqu. plu. arcen. l. decima. ff. si serui. uindic. Spiegelius.

DIVTVRNVM quid sit, explicatur in l. diuturna. ff. de leg. & Instit. de iure nat. §. ex non scripto. Albericus hoc aliquantò contractius esse putat longo tempore, tametsi uideatur idem significare tempus. citat. §. emansor. l. 2. de re milit. Sp.

DIXI. Asconius, Moris fuit, quum satis uisum esset fluxisse uerborum, hanc sibi necessitatem finiendæ orationis imponere, ut dicerent ad ultimum, Dixi: quod etiam ab utraque parte oratione consumpta, ut in consiliū dimitterentur, Prętor soleret pronunciare Dixerunt. Hæc ille. Vbi tamen Præco corrigendum esse docui in Notis in Ascon. quam meā sententiam Fabius adiuuat, libro undecimo, Iudex in priuatis, Præco in publicis dicere de caussa iubet. Nam ut initiò pronuntiabat Dicite, sic in extremo Dixerunt. Hotoman.

D O

DO, dico, addico. Omnis prętorū iurisdictio q̄ modo esset in iudicijs his trib. uerbis notabatur: Quorū primum dandi iudicis significabat potestatem, Secundum iuris dicendi, & ferendæ sententiæ. Tertiū iudicati faciendi & exequendi. Connanus libro vij. cap. ix. numero v.

DO, dico, addico: uerba sunt, quibus uniuersa Prætoris Iurisdictio continebatur. de quibus Ouidius libro Fast. 2.

Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur:
Fastus erit per quem, lege licebit agi.

Dabat enim iudices, Recuperatores, arbitros: dabat iudicia, actiones, exceptiones: dabat possessionem. Dicebat ius, dicebat multam, dicebat uiam in uindiciarum litibus: Addicebat in cessionibus, in bonis controuersis, in uindicijs. Itaq; in legibus antiquis finium regundorum apud Higynū ita legitur: Deq; ea re curatoris qui hac lege erit, iurisdictio, recuperatorumque datio, addictio esto. Si curator hac lege non erit, tunc quicunque magistratus in ea colonia iuridicundo præerit, de ea re iurisdictio, iudicisque datio, addictio esto. Cicero Verrina III. Domus erat plena. noua iura, noua decreta, noua iudicia petebantur. mihi det possessionem, mihi ne adimat, in me iudicium ne det, mihi bona addicat. Item Simul in iure dicendo bonorum possessionumque contra omnium instituta addictio & condonatio. Varro libro de Lingua 5. Dies fasti, per quos Prætoribus omnia uerba sine piaculo licet fari: contrarij horum nefasti: per quos dies, nefas fari Pretorē: Do, dico, addico. itaque non potest agi. necesse est enim aliquo eorum uti uerbo, cum lege quid peragitur. Hotomannus.

DO lego. Iabole. de Statulib. l. Stichum. Titio do lego. Paul. l. 1. ad leg. Falcidiam. Easq; res quibusque dare legare uolet. Nō plus significat, do lego, quam si do solùm, uel lego dixisset. Sp.

DOARIVM Gallis quid sit ex hoc loco Balduini patet. Sed præter emolumentū cōiugalis societatis, siue communionis, tribuitur uxori superstiti, ususfructus certæ portionis bonorum mariti, quod Doarium dicimus &c. Balduin. §. fuerat antea. instit. de actionibus.

DOCERE disciplinam. Vide tit. de Duobus sacerd. generibus in leg. XII. Tab.

DOCILIS, qui natura aptus doceri. c. qui Episcopus 23. dist. Io. Bello. Etymol.

DOCTORES legum, magistros appellari, adnotatum est etiam ab Alciato diligentissimo: putátque generaliter magistri nomine contineri Baccalaureos, Licentiatos, Doctores. Sicut enim athletæ tribus coronis, more Græciæ antiquo, insigniri debebant. l. j. de Athl. ita in agone literario tres sunt distincti gradus. Notandum autem, quòd Doctores liberalium artium, & medicinā professos, ciuitate Romana donauit Diuus Cæsar. Hanc à principio parcissimè populus Romanus dabat: lapsis deinde temporibus, latius hoc ius propagatum est, ut ostendit tit. de Censibus. Sp.

DOCTORVM in iure promotio, in usu esse cœpit circa annos Imperij Lotharij August. Saxonis, qui mandauit publicè in scholis tractari Romanas leges: quas quum doctissimos quosque (quemadmodum in re noua fieri solet) amplecti uiderent monachi, Scripturæ autem sacræ cognitionem frigescere & contemni, præ studio Iurisconsultorum: & ipsi quoque Theologicum studium auspicari cœperūt, atq; exemplo Iurisconsultorum, disputationes scholasticas de rebus sacris instituerunt. Mox quum & apud illos doctorū numerus augeretur, editæ sunt Constitutiones de Promotione, de numero annorum: & sancitum est, ut de diuinis differentes, non modò recepta scholæ decreta sequerentur, sed & uocabulis uterentur, & loquēdi formulis in ea schola natis. Qua uerò factum id sit ratione, pulchrè Rhenanus noster recēset in Ann. ad Tertullianum. Spiegelius.

DOCVMENTA. Documenta dicuntur literæ publicæ. c. quoniam contra. ex. de prob. Propriè sūt documenta sunt id, quod nos docet (documentum .n. formatur à p̄terito docui, uerbi doceo, sicut à monui

nui monumentum) siue ex quo quid docemur: Salustius, in bello Catilinario. Quarum rerum ego maximè hæc documenta habui, quòd in bello sæpius uindicatum est in eos, qui contra imperium in hostẽ pugnauerant. Anchora.

DODRANS, duæ partes è tribus cum duodecima ualet uncias nouem, ut Theophilus scribit. §. hæreditas. Instit. de hæred. instit. Sp.

DOGMA est lex docens scientiam fidei, & est uera doctrina & omnium scientiarum uiaticum c. qui fine 26. q. 2. gl. c. satis 96 dicit. Dicitur autem dogma ἀπὸ τοῦ δοκῶ id est puto, censeo, existimo. Latinè placitum, decretum. Drosæus in methodo Iuris.

ΔΟΓΜΑ, in l. 2. D. ad S. C. Velleian. Decretũ, & Senatusconsultum significat, pro quo Modestinus in l. ... D. de excus. ψήφισμα, dixit. Sp.

DOLABRVM, per quod ignis uel flamma in tignis recepta, quasi dolando abraditur, ne progrediatur l. 3. D. de off. præfect. uigil. Olden.

DOLARE, fabrorum uerbum, cum materiæ cõplanatur asperitas. Vnde Iuriscõs. in l. ferri. de Verb. sig. Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat qui tigna dolarent, sed omnes qui ædificarent Spieg.

DOLIVM, uas fictile est, uino atq; alijs rebus cõdendis aptissimum. Vlpian. de Fun. instruct. l. instrumenta. Dolia, inquit, licet defossa non sint, & cuppę. Idem de Aur. & arg. leg. l. dolia fictilia, quibus terra adfecta est. Hinc doliarius, qui facit dolia. Et Doliarius, a, um, quod ad dolia pertinet. Paul. de Fund. instruct. l. tabernæ. Doliaria inquit, uasa, & ancones. Itẽ l. si uinũ. Ex doliare, inquit, uinũ emeris, Nebriss.

DOLIVM, uas grande quo uinum reconditur. Dolia singula, in l. j. §. j. ff. de Peric. & com. rei uend. l. dolia. de contrahen. empt. Scribunt Iurisconss. uino legato cum uasis, dolia legata non sunt: quia scilicet ea mente uinum in dolia condimus, ut ex his postea in amphoras, uel cados diffundamus. Ex hoc est uinum, quod passim diffusum nominatur, & doliare, quod dolijs plerunque in multos annos adseruatur ex quib. solebat minutatim uendi, uide latius Connanum lib. 7. cap. 10. num. 2.

DOLIA etiam Vlpian. tradente, in alium usum, quàm uini habetur: ut si tritico, uel pecunia impleantur. Adfert exempla Alciat. in Comment. ad l. uinaria uasa. de Verb. sig. Sp.

DOLIARIVM, non locus ubi dolia, sed uas ipsum amplissimum & capacissimum: apud Caium in l. 35. §. 6. D. de contr. empt. Sed & si ex doliario pars uini uenierit, ueluti metretæ centum, uerissimum est antequam admetiatur, omne periculum ad uenditorem pertinere. Hot. Cæterùm doliarium, ut pleraq; in arium nomina, repositoriũ significat, in quo dolia reponuntur. l. Vxorem. §. in testamento. ff. de legat. 3.

DOLONEM Romani uocauerunt genus breuioris ferri acuta cuspide, qua præcipuè grassatores utebantur. Nam & Plutarchus in Tyberio, dolona esse ait ξιφίδιον κεκρυμμένον. Iosephus lib. 20. antiquit. Iudaic. de sicarijs uerba facturus ait, à Romanis sicas uocari gladiolos instar acinacis Persici incuruos. Balduin. tit. de publicis iudicijs.

DOLON, est aut flagellum, intra cuius uirgam latet pugio: aut, secundum Varronem, ingens contus cum ferro breuissimo. Dolones autem à fallendo dicti sunt: quòd decipiant ferro, cum speciem præferant ligni. Hæc Seruius Æneidos libro 7. Vtitur autem hac uoce Alfenus in l. si ex plagis, 52. §. 1. D. ad leg. Aq. Ille flagello quod in manu habebat, in quo dolo inerat, uerberare tabernarium cœperat. Sic enim eum corrigendum esse locum, ubi antea DOLOR legebatur, iampridem eruditi uiri animaduerterunt. mihi quoque uideor simile mendum animaduertisse in l. 1. §. 2. D. si quadrup. ubi Vlpianus sic scribit: Et generaliter hæc actio locum habet quoties contra naturam fera mota pauperiem dedit ideoq; si equus dolore concitatus, calce petierit, cessare istam actionem. sed eum qui equum percusserit, aut uulnerauerit, in factum magis quàm lege Aquilia teneri. nam DOLONE legendum esse, meo iudicio uerba hæc ostendunt. Sueton. in Claudio: Reperti & equestris ordinis duo in publico, cũ dolone, ac uenatorio cultro. Hesychius, δόλωνες, inquit, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα.

DOLVS alius bonus est, ueluti quo à medentibus falli ægros, non tamen decipi, Lucretius poeta testatur: inquit Donatus in Eunuchum. alius malus, qui decipiendi tantum caussa paratus est. Itaque Festus. Hot.

DOLVM bonum ueteres etiam dicebant, & pro solertia accipiebant, maximè si aduersus hostem latronemue quis machinetur. ita inquit Vlpian. in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. & consuluit Corneus consil. 53. in hac consultatione. in secunda col. in secundo libro. & consilio 6. in præsenti. colum. 5. circa fin. libro 3. Propterea And. de Isernia summus Feudista, in cap. 1. §. publici latrones. in fin. de pace tenenda, & eius uiolatoribus. commendat egregium factum Caroli Magni. Is cùm intellexisset patrem & filium accusatos de maleficio, nolle aliquid etiam adhibitis quæstionibus confiteri: probato quod alter eorum uerè homicidium perpetrauerat, iussit ambos suspendi. Ideo pater, cùm iam ad supplicium ducti, uideret nullam redemptionis spem, delictum fassus est: & ita filium liberauit. & subdit Isernia, Carolum fecisse, prout legitur de Salomone 3. Regum cap. 3. & in c. afferte mihi gladium. de præsumpt. de mulieribus inuicem certantibus de filio. & hunc Caroli dolum pro pulchro refert Andreas Siculus in cõmento l. cum acutissimi. colum. xxiiij. uersicu. nec obstat dum dicebatur. C. de fideicommiss. commendat etiam Do. Iason in repetitione l. si is qui pro emptore. in 50. col. ad fin. & seq. de usucap. dicens esse ualdè notandum ad gl. in l. ultim. ubi Bart. ff. de sicarijs. quæ uult, quòd si non apparet cuius ictu quis perierit, quòd omnes teneantur. Tamen hæc gloss. declaratur procedere, ut solùm teneatur pœna arbitraria, non mortis, secundum D. Alexand. consilio xv. uiso processu. in iij. col. uersic. & respondet. libro primo. cum his quæ scripsi infrà in uerbo, Mortuus qui. & hæc Caroli cautela non procedit inter extraneos, si uerum est illud uulgatum, Solatium est miseris socios habere pœnarum. Cotta.

DOLVS malus. Gallus ille Aquilius, qui primus de dolo malo formulas protulit, dolum malum definiuit, cum esset aliud actum, aliud simulatum: Eáque definitio Marco Ciceroni in tantum placuit, ut scriberet offic. libro tertio, hoc quidem ab Aquilio collega suo sane luculenter dictum esse, & ab homine perito definiendi: adeo quidem ut adijcere non sit ueritus idem Cicero, omnes aliud agentes, aliud simulantes, improbos & malitiosos esse. Eodẽ tempore habuit & alium collegam Gallus Aquilius in hac sua doli mali definitione, paululum Cicerone perspicaciorem. Is erat Seruius Sulpitius, admirabili quadam & incredibili, ac penè diuina in legibus interpretandis, æquitate explicanda, scientia prædi-

prædit⁹, ipso Cicerone teste Philippica nona. Is Seruius Sulpitius animaduertēs, definitioni, quam primus excogitauerat de dolo malo Gallus Aquilius, latens quoddam subesse uitium, quod nec ab Aquilio ipso nec etiam à Cicerone deprehensum, facilè rem definitam subuertere poterat: uir prudens & amici & collegæ honori consulens: non in eam acerbius quid meditatus est, sed eam adiecta quadam necessaria clausula aduersus quorundam derisorū peruicaciam muniuit. Considerans enim Seruius, longo rerum usu exercitatissimus posse & sine simulatione id agi, ut quis circumueniatur, posse & sine dolo malo aliud agi, aliud simulari, ac per hoc definitionem Galli omnino subuerti posse: dolum malū machinationem esse quandā scripsit, alterius decipiendi causa. Ea enim uera est & absoluta doli mali definitio, quam tamen honore & singulari quadam erga amicum beneuolentia, ijs uerbis temperauit, quibus in dolo definiendo Gallus Aquilius usus erat: interim non ignorans, ea uerba esse superuacanea, nec aliqua ratione ad ipsam definitionis substantiā pertinere. Quod cum tandem deprehendisset Antistius Labeo, pro ea qua præditus erat plurimarū rerum innouandarum auiditate (teste Pomponio) id facere non dubitauit, quod amico parcens Seruius attentare non fuerat ausus: nimirum definitioni doli mali à Seruio traditæ, detrahens ea uerba quibus integra Galli definitio antea concepta fuerat, & sic in effectu non Seruij, sed solam Galli definitionē reprehendens, & abolendam censens: eaq; uera sententia est capitis 1. §.1. de dolo malo. Hæc cum non animaduertissent recentiores quidam interpretes, persuadere conati sunt hæc uerba Machinationem alterius decipiendi causa, quæ Seruio tribuit Vlpia. d.§.1. Supposititia esse, & ex margine sumpta uideri, interim non considerantes ijs quę auferēda esse censent, deletis uerba reliqua non ipsi Seruio, sed Gallo Aquilio potius tribui debuisse. Siquidem eorum uerborum tam manifestus est author Gallus Aquilius ut putidæ & intolerabilis negligentiæ insimulandus ueniat Vlpianus: si id ascribere Seruio non dubitauerit, quod omnes norunt soli Gallo acceptum ferendum esse. Hæc Ræuar. l. contractus quidam. ff. de reg. iur. Et hinc apparet quàm inutilis sit interpretum distinctio inter dolum uerum, & dolū præsumptum. Nam omnis calliditas, ad lædendum alterum cōtra ius adhibita, est uerè dolus malus. Et omnis dolus malus est pſumptus, quia non nisi pręsumptione, & indicijs, probari potest. d. l. 1. §. dolum malum. l. dolum. C. de dolo malo. Quamobrem I.C. promiscuè uti solēt his uerbis, dolo facere uidetur, &, dolus est. l. si procuratorem. ff. mandati. Dolo autem, inquit Vlpianus, facere uidetur. Et, l. dolus est. ibid. Dolus est, ait, si quis nolit persequi, quod persequi potest. De qua doli ueri & præsumpti differētia non nulla etiam annotauit Corrasius lib. 4. Miscell. cap. 1. Simili leuitate disputant: utrum dolus sit crimen: cùm utiq; non possint inficiari, dolū esse fontē omnium planè criminum: imò sine quo crimen censeri non soleat. l. 1. C. ad l. Corneliam de sicar. Ideoq; IC. dolum malum appellant crimen. l. j. ff. de fideiussorib. tutor. l. item exigit. ff. de dol. mal. l. j. §. planè si ex dolo. ff. de tutel. & rationibus distrah. l. omne crimen. in prin. ff. de re milit. Oldend.

DOLVS & fraus an differant, frustra quæritur, cùm extent apertæ sanctiones. l. hęc uerba cui rei. ff. de uerb. signific. l. fraudis interpretatio. ff. de reg. iur. Quidquid enim non est ex bona fide, id necessariò uenit ex mala fide. Mala aūt fides est dolus & fraus. l. si dolo. C. de rescin. uendit. Sunt tamē qui hoc modo distinguant, dolum fieri, alterum circumueniendi causa. Fraudem propriè dici, etiamsi decipiendi consilium non adfuerit, sed is, qui deceptus est, à seipso, uel ex euentu fraudatus sit. Dolum item in faciendo, fraudem in uerbis dicunt, à φράζειν, quod est loqui. Alciat. de uerb. sign. Dolum etiam clàm, fraudem palàm committi uolunt. §. dolo. l. iurisgentium. ff. de pactis. Olden. Adde Brechęum l. aliud in tit. de uerb. & rer. signific.

DOLVS & Culpa sæpissime ponuntur pro eodem nam Culpa nomen generis est quod continet quicquid dolosè peccatū est & malitiosè ut cum dicimus nihil in uita nobis præstādum esse præter culpam. At qui partitè & distinctè loqui uolunt, dolum sceleri tribuunt. Culpam uerò imprudentiæ. Ille ut uerbis Bartoli utamur in faciendo est, hæc non in faciendo. Donatus ad illud Terentij in Hecyra: Non mea opera, neq; pol culpa euenit. Opera est inquit si scientes læserimus, Culpa, si nescientes, quorum alterum sceleris, alterum stultitię est. Connanus lib. 7. cap. 4. num. 7. & uide supra in dictione Culpæ.

DOLI mali species sunt, Calumnia, Præuaricatio, Tergiuersatio, Cauillatio. Calumniari, est falsa crimina intendere. Præuaricari, uera abscondere. Tergiuersari, in uniuersum ab accusatione desistere. §. j. in prin. Et §. j. ff. Ad S.C. Turpil. l. j. ff. De præuaricato. l. Si caluitur in prin. ff. de uerb. signif. Cauillari, est falsis disputationib. imponere. Iulianus, Ea, inqt, est natura cauillationis, quam Græci σώριτμα appellant, ut ab euidēter ueris, per breuissimas mutationes, disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur. l. Ea est natura. ff. de regul. iur. Exemplum est in l. Qui quadringenta. in prin. ff. ad l. Falc. Old.

DOLVS malus sæpe procedit ad aliquod maleficium nominatum, ueluti, furtum, homicidium, periurium, falsum. Aliquando producit factum criminosum, quod tamen speciali nomine non est significatum. Et ideò dicitur Stellionatus. Vt extant Tit. de criminibus nominatis. & probatur l. j. ff. Stelliona. Plerunq; uerò dolus affert læsionem, nullo tamē facto, quod criminaliter accusari possit, sicut in commercijs hominum, alijsq; modis fieri solet. Et tunc retinet doli appellationem. ut in Tit. ff. de dol. mal. &, de dol. mal. & met. except. Old.

DOLI mali effectus sunt: I. Omnis dolus malus legitimis probatus iudicijs, est famosus, uel saltem quasi infamiam apud bonos uiros irrogat. l. 1. ff. de his qui notan. infam. de dolo, ait Iulianus, & fraude suo nomine damnatus, pactúsúe erit. l. pen. C. de interdict. matri. inter pupill. & tutor. Et sic accipienda est lex 2. ff. stelliona. II. Contractus bonæ fidei per dolum præcedentem, ipso iure uitiatur. l. & eleganter. in prin. ff. de dol. mal. l. bona fides. ff. deposit. Stricti uerò iuris, per exceptionem rescinditur. l. pen. C. de inutilibus stipul. III. Dolus malus facit cessarē quodcunq; priuilegium. l. 2. §. uerba itaq;. ff. ad S.C. Velleian. Fraus enim nemini debet patrocinari, imò punienda est. l. uerum est. §. tempus autem. ff. pro socio. l. transactione. C. de transact. IIII. Nullum mali genus est, quod maiorem humanæ societati pestē inferat, quàm dolus malus. Cicero lib. offic. 1. Semper autem, inquit, in fide, quid senseris, non quid dixeris, cogitandum. Et paulò pòst: Cùm autem duobus modis, id est, aut ui, aut fraude fiat iniuria: fraus quasi uulpeculæ, uis leonis uidetur. Vtrunq; alienissimum ab homine, sed fraus odio digna maiore. Totius

tius iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui tum, cùm maximè fallunt, id agunt, ut uiri boni esse uideantur. Olden.

DOLI capaces, Pontificio iure censentur septennio maiores: nostro iure, masculi, decē annos, ac sex menses nati: fœminæ, quibus ad nouem ætatis annos semestre accessit. l. impuberem. ff. de furt. l. 1. & ibi per gloss. fin. C. de donat. l. pupillum. ff. de nouat. cum simil. Spieg.

DOLI clausula, pars illa stipulationis, qua dolū abesse abfuturumq; comprehēdimus. l. 22. l. 53. l. 119. l. 121. l. 135. §. ult. ff. de uerbor. oblig. Complectitur autem quidquid contra bonam fidem & æquitatem fit. Dolo enim facit qui contra bonum & æquū aliquid facit. l. qui æquitate. de except. dol. Quæ tamen specialiter excepta sunt hac clausula non continentur. l. 22. §. si in stipulationē. ff. rem rat. haberi. Huius mentio fit l. 4. §. in stipulatione. ff. de doli except. l. 22. in fin. ff. de re iud. l. 1. in princip. & l. 3. ff. si cui plus quàm per l. Falcid. l. xix. ff. iudic. solui. & l. 45. ff. de hæred. petit. l. xxxj. ff. de recept. qui arbitr. Quæ & clausula de Dolo malo appellatur in l. xiij. §. illud. de acceptilatio. l. xxj. §. habet. ff. de nou. oper. nunt. l. xix. ff. rat. rem hab. l. 6. ff. iudic. solui. Et doli stipulatio, in l. 121. in fin. ff. de uerb. obligat. Cæterùm in l. xxx. ff. de pecul. doli clausula appellatur adiectio illa, quæ actioni de peculio additur, ET SI QVID DOLO MALO DOMINI ACTOR CAPTVS FRAVDATVSVE EST. l. xxxvj. in fin. ff. eo. tt. Etsi aūt doli clausula generalis est, & ea complectitur, quæ contra bonam fidem fiunt: tamen Iulianus in l. stipulationes commodissimum. ff. de uer. oblig. consulit, ut ea non simus contenti, qđ magnam incertitudinem continet. Itaq; consultius est ea nominatim exprimere, quæcunq; specialiter comprǣhendi possunt, deinde subijcere doli clausulam quæ incertos casus generaliter complectatur. l. doli. 119. ff. de uerborum obligat.

DOMESTICA furta uocāt, quę serui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarij his apud quos degunt, subripiunt. l. respiciendum. ff. de pœnis. Sp.

DOMESTICAE personæ, recensentur coniuges, siue pro marito uxor, siue pro uxore maritus testis esse uelit: item cōcubinæ, itē homines liberi, qui operas suas nobis mercede locant, quiq; alia ex caussa ob imperium nostrum, possunt à fide diuerti: maximeq; ij qui à manib. ac pedib. nobis sunt, aliaq; uiliora officia sustinent l. idonei. ff. de testib. Sp.

DOMESTICI, qui ex eadem domo sunt, & nobiscum habitant. Vide C. de his qui ad eccl. confug. l. pręsenti. §. sanè. & ibi in gl. & ad Syll. l. 2. Bar. & Bal. in l. respiciendum. §. furta. ff. de pœnis. Sp.

DOMESTICI iudices. Lege, Assessores dicuntur. Sp. Dicuntur etiam domestici qui cum ipsis iudicibus habitāt, uulgò Cancellarios, grapharios uocamus. Drosæus in methodo iuris.

DOMESTICVS princeps. Vide, Silentiarius.

DOMESTICVS testis, ubi qs ipse sese laudat, quasi domi testem habeat, non aliunde adductum. Huic autem testium generi quàm minima fides haberi solet, ac legibus ceu suspecti reijciūtur. De test. Paulus ait, Testes quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit. Imper. l. 2. eodem titu. Etiam, inquiunt, iure ciuili domestici testimonij fides improbatur. Eras. in Chiliad. indicat, Ciceronē alicubi domesticos testes appellasse, propinquā cognatione iunctos. Sp. ex Oldend.

DOMESTICVM aūt testem non tantum eum dici, qui in eadem domo habitet, sed & qui eiusdem familiæ, gentis, & agnationis sit, tradit Duarenus libro j. anniuers. disp. cap. xxviij. Sic apud Virgil. domus Assaraci pro gentilibus eiusdem & agnatis accipitur: Ac idem cùm eo sentit Connanus: lib. ix. cap. 3. nu. 4. Domesticum testimonium dictum scribens ab ijs qui sunt ex familia. Theophil. τὴν δὲ οἰκειακὴν μαρτυρίαν οὐκ ἐκ τῆς συγγενείας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἑνώσεως τῆς ὑποταγῆς λαμβάνομεν, id est, domesticum testimonium non ex consanguinitate, sed ex unitate subiectionis accipimus, id est, ratione subiectionis qua unum efficiuntur. Huiusmodi testem qui de domo accusatoris producitur, Cicero mutum accusatorem uocat in oratione pro Rosc. Amer. Græcis οἰκοθεν ὁ μάρτυς dici solet: Adde Brechæum l. serui. in tit. de uerb. & rerum signific. numero 4.

DOMESTICI in rubric. & l. prima & secunda. C. de domestic. & protecto. sunt milites protectores corporis. Suidas Δομέστικοι ἐν τοῖς Ῥωμαίων, ἐκαλοῦντο κατὰ Ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται. Briss.

DOMESTICI equites, & pedites in notitia Imperij Romani ponuntur & l. si. Cod. de domestic. & protect. libro xij.

DOMESTICI & protectores. & dicta l. primā, & secunda. & Domesticus protector. apud Marcellinum libro xviij. Brisson.

DOMESTICORVM schola erat cui Comes præerat Marcellino lib. xxj. & xxvj. Trebellius Pollio in Numeriano.

DOMESTICVS scholarum Niceph. lib. 7. hist. eccl. c. 18. Zonar. tom. 3. Annal. Briss.

ΔΟΜΕΣΤΙΚΟΣ μέγας, in aula Constantinopolitana, ut docet Guliel. Tyriensis pontifex lib. 2. belli sacri capit. 5. de Alexio loquens. Hic à Domino Nicephoro qui tunc in sceptris agens principabatur, plurimum honorat⁹, & Megadomestici dignitate (quē nos maiorem Senescshallū appellare cōsueuimus) fungitur officio. Briss.

DOMESTICVM fun⁹, familiare l. 2. ff. de in ius uoc. l. 4. ff. si quis caut. Prat.

DOMICILIVM, est domus possessio in ea ciuitate, in qua ciuis censetur, & sæpius commoratur. ff. ad municip. per totum. Sp.

DOMICILIVM ibi quis habere intelligitur, ubi larem, rerumq; ac fortunarum summam quis constituit l. 7. C. de incol. lib. 7. Sic interpretabimur in l. xix. §. j. & l. 50. ad fin. ff. de iudic. Planè sola domus possessio, quæ in aliena ciuitate comparatur, domicilium non facit l. 17. §. sola. ff. ad municipalem. Sed nec domicilium quis ibi habere intelligitur, ubi studiorum caussa habitat, nisi, decem annis transactis, eo loco sibi sedes constituerit l. 5. §. domum. ff. de iniurijs l. 2. C. de incol. lib. x. Briss.

DOMICILIVM ibi uidetur miles habere ubi meret, si nihil in patria possideat l. xxiij. in fine. ff. ad municip. Prateius.

DOMICILIVM in urbe retinent Senatores, etiam ubicunq; morandi potestatem impetrauerint l. 22. §. senatores. ff. ad munic. Prat.

DOMICILIVM amissi mariti sequitur uidua quæ se alijs nuptijs non iunxit d. l. 22.

DOMICILIVM necessarium d. l. 22.

DOMICILIVM & in domo propria, & conducta habere possumus l. j. §. domum. ff. de iniur. Prat.

DOMICILIVM ferre d. l. 22. §. municipes, est constituere, & transferre. Prat.

DOMICILIVM non nuda contestatione, sed re, & facto transfertur l. xx. ff. ad municip. Prat.

I DOMI-

DOMINA sanctißima, scio te de amicis meis curaturam, ne quid his desit, ueruntamen & Marco dari octingenta. Scæuola respondet in l. Titia hærede. ff. de ann. legat. Sp.

DOMINA uxor. Quære, Vxorem appellat.

DOMINATIO, Triphonius de condict. indeb. l. si quod. ut enim libertas, ait, naturali iure continetur, & dominatio ex gentiũ iure introducta est, &c. Notum dominatum & dominationem in eadem re dici. Asperæ dominationis quis sit exitus, memorabile habet exemplum in l. secunda. ff. de origin. iur. §. & cum placuisset. Spieg.

DOMINATIONES scribere oportet in l. ulti. C. de censitorib. & peræquatorib. ubi nunc donationes uulgò legitur. Quod uitium scripti codices cum impresso Theodosiano consentientes, arguunt. Porrò in ea l. Tribonianus quatuor menses ad duos ab Honorio & Theodosio tributos, addidit. Briss.

DOMINIA antiqui appellarunt conuiuia, non omnia, ut putat Marcellus, sed quę domi celebrabãtur, & dominus is erat, qui cõuiuium exhibebat, aut fortasse is apud quem conuiuiũ celebrabatur. Nam Lucilius Satyr. 3. Primum dominia atq; sodalitia omnia tolluntur, dominia uidetur distinguere à sodalitijs, quòd illa domi à priuatis, hæc publicis & solennibus in locis à sodalitatibus, aut magistratibus prębeantur. Connanus libro x. cap. v. numero vij. Sic & eodem loco idem, dominium, de quo inferius, dictũ putat à domo, quia non fuerit olim amplius latiusq; dominium, quàm quod domus, habitationisq; nostræ finibus contineretur: & quasi qui domui pręsit, eiusq; imperium obtineat, cum ei familiam omnem parere oporteat, is uerè dominus sit, tanquã domus moderator atq; imperator. Sic enim idem penè has dictiones referre indicat Cicero, cum dominos rerum omnium, & moderatores ait esse Deos, lib. 2. de legibus. Et animum, ut Dominum atq; Imperatorẽ obedienti corpori à Deo præfectum, in libr. de uniuers. Comprobantur ea Vlpiani definitione. in l. pronunciatio. ff. de uerb. sign. qua hunc patremfamil. esse finit, qui in domo dominium habet, hoc est, præeminentiam, inquit illic Alciatus, aut si Latinius mauis, moderandi arbitrium & potestatem. Quo fit, ut cum absolutè dominij mentio fit, ad domus dominum apud antiquiores illos authores referri comperias, ut in eo, quod à Cicerone lib. Offic. dicitur, non domo dominum ornandum, sed magis domino domum ornandam esse. Inde quoque dominandi imperandique actus, dominatio dictus est. Tametsi in eã partem sępius trahatur, ut nimiam potentiam, duriusque & grauius imperium, ac sępius tyrannidem designet. Dominatus autem dictio utrunque significat, tam dominationis actum illum, quàm Imperãdi, dominandique potestatem: quæ eo sensu à Cicerone sumitur, ut id significet, quod ex Vlpiano dominij uocem propriè significare diximus. Cum autem inter regni & ciuitatis administrationem, & familiæ moderandæ rationem similitudo tanta sit, ut Plato hæc multitudine tantum, & paucitate differre existimauerit, non specie, quod tamen Aristoteles refellere conetur libro j. Pol. effectum, ut qui imperandi ius in ciuitate haberent, & quibus populi subessent, domini dicerẽtur. Sic Romanos rerum dominos uocat Virgil. sic dominum Æneam: ac tandem frequens adeò ea dominij uox in principibus compellandis esse cœpit, ut non alia appellatione eos affari posterioribus temporibus licuerit, ut ubiq; Plinius nepos Traianum dominum uocat, nec tamen ea præfatione addita Plinius auunculus Vespasianũ alloquitur. Sic Antonium dominum uocatum refert Marcellus in l. ultim. ff. de his quæ in testam. del. & Volusius Metianus, κύριε βασιλεῦ. Vnde dominiũ significat illud ius, quo rem facimus nostram, nobisque propriam. Possessio in detentione & occupatione rei spectatur. Illud in iure, quod habemus de ipsa ut uolumus liberè disponendi, positum est: hæc in iure rei & detẽtione magis uersatur: ipsa quidem dominio prior & antiquior, si rerum originem aspicias, sed iuris ordine authoritateq; posterior. Initio enim generis humani à possessione ortũ est ius dominij, ut quicunque in uacua uenissent, sola occupatione constituebantur domini rerum locorumque, quos primi cepissent. Iureconsulti ergo Dominium sic definiunt: Ius de re aliqua corporali, plenè ac liberè disponendi, extrà quàm si quid lege prohibeatur. In qua definitione ius disponendi, idcirco dicitur, quia licet pignus uel hypotheca, Ius in rem sit. l. pignoris. de pignor. quia tamen creditor disponere non potest de re pignorata, non rectè Dominus appellatur. l. pignus. Cod. de pignor. act. Dicitur, plenè, ac liberè, quoniam tametsi Tutor & Curator, aliæq; similes personę, procurationem habeant & dispositionem alienarum rerum. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de fur. plenam tamen & liberam non habẽt (l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt.) quod dominorum proprium est. l. in re mandata. Cod. mandati. Dicitur, de re corporali, quia quamuis is, qui seruitutem habet, de ea pro arbitrio disponere nõ prohibeatur, dominus tamen non est, cum traditio, qua dominium acquiritur, in res incorporales non cadat. l. seruus. §. incorporales. ff. de acquir. rerum dom. Extrema definitionis uerba, propter eos dominos adiecta sunt, quibus bonorum administratione Lex interdicit, & alios huiusmodi. l. is cui bonis. ff. de uerborum obligat. & Institut. quibus alien. non licet. libro secũdo. Dominium uulgo partiũtur Accursiani in directum & utile: quæ uerba ab ipsis conficta sunt, nec apud ueteres usquam leguntur. Sed ut rem ipsam percipiamus, quam hac nouitate uerborum exprimere & docere uoluerunt, sciendum est, Ius quoddam aliquando reperiri dominio proximum, quale est exempli caussa, Ius Emphyteuticum, propter quod datur actio in rem utilis, sicut directa ob uerum dominium competit. §. nanque. Instit. de actio. l. prima. ff. si ager uect. uel emphyt. l. prima. ff. de superficiebus. Et quia per abusionem hoc ius nonnunquam simpliciter Dominium appellatur l. possessores. C. de fund. pat. ne unius atque eiusdem rei duo insolidũ Domini esse dicantur, contra rationem iuris. l. si ut certo. §. si duobus. ff. commod. duplex constituerunt Dominium, quorum unum Directum, ab actione directa, quæ pro eo datur: alterũ utile, pro quo uidelicet, utilis actio competit, appellarunt. nota. in l. si quis ui. §. differentia. de acquirenda possessione. Sed & aliàs in iure inueniri dominij species, indicat Alciatus in Parergis. Quoddam enim dominium est κατὰ ἐλπίδα, id est, in spe. ut cum in l. in suis. de liber. & posthum. filiusfamiliàs rerum paternarum dominus uocatur: unde & Sui hæredes dicuntur, tanquam sibijpsis succedant. erant enim uiuente quoque patre domini. Aliud est dominium, quod κατὰ πρόληψιν. id est, per anticipationem dicere possumus: ut cum mulier rei suæ in dotem traditæ domina dicitur. l. in rebus. C. de iure dot. Aliud est dominium, quod uidua habet, quam maritus relictis liberis, decedens, in testamen

to iussit esse dominam usufructuariam, administratricem (dominium enim illud [Greek], & imaginarium est) eam solùm in domo præeminentiam consecuta, quam uiuente marito habebat: ideoq; ad alimenta tantum contrahitur: est igitur & hoc dominium [Greek]. Aliud est, quod summum, seu maius dominiū uocant: quædā scilicet maiestas, cuius obseruationem fœderati supremo Principi, uel reipublicæ debent. l. nō dubito. de Capt. & postlim. reu. Effectus autem maioris dominij, quos non paucos referunt, ab interpretibus petendi sunt. Spieg.

DOMINIVM item diuiditur in id quod Iure gentium acquiritur, & in id quod Iure ciuili. Prius autem sine possessione acquiri non potest, posterius potest maximè. l. à Titio. in fin. de Furt. l. cum hæredes. in princip. de acquiren. possess. l. facta. ad Senatusconsult. Trebell. l. prima. de bonorum possess. §. j. Institut. de acquis. per adrog. & tit. proximè seq. cum simil. ex Apello. Spieg. Vide de his latè differentem Connan. lib. 3. cap. 3. comment. iur. ciuil.

DOMINIVM aliud est naturale, aliud ciuile. Naturale est, quod gentium omnium cōmune est: hoc est, quod ijs modis acquiritur, quibus gentes omnes in acquirendis rebus utuntur: Ciuile est, quod ciuium Romanorum proprium est, qua de causa iuris Quiritium appellatur. Constat autem tribus modis: mancipatione, usucapione, in iure cessione: uti docet Vlpian. cap. Institut. 1. quanquam à Iustiniano sublata illa differentia est: l. unic. C. de nud. iur. Quirit. l. un. C. de usucap. transf. Vide IN BONIS. Cum autem naturaliter acquiritur dominiū necesse est illud à possessione incipere siue ea occupetur, siue alio tradente aut uolente accipiatur. l. j. ff. de acquir. possess. Ciuiliter autem acquiritur uel ipso iure absq; traditione, aut possessionis apprehensione aut ullo temporis adminiculo, ut lege XII. Tabularum dominium rei legatæ statim à morte testatoris directò in legatarium rei hæreditariæ directò in hæredē ab adita hæreditate transit absq; adeptione possessionis. Vel non ipso iure, sed alio præterea adminiculo accedente, puta temporis continuatæ possessionis, & iusti tituli ut in usucapione, aut longi temporis capione. Contius lib. 1. disput. c. 8.

DOMINIVM apud Romanos duplex erat, teste Theophilo, Naturale & legitimū: Naturale illud erat, quod in bonis est: unde bonitarius dominus dicitur: legitimum autem, quod iure Quiritū competit, & appellatur Dominus iure Quiritario. Itaq;, inquit, si quis utrunq; dominium habebat, dicebatur pleno, id est, perfecto iure dominus; quoniam haberet & quod à lege, & quod à natura datur, dominiū. Hoc idem, sed explicatius, traditur in illa Epitome Vlpian. eo ipso tit. de libertis: Qui tantum, inquit, in bonis, non etiam ex iure Quiritum, seruum habet, manumittendo, Latinum facit. In bonis tantum alicuius seruus est, uelut hoc modo, si ciuis Rom. à ciue Rom. seruum emerit, isq; traditus ei sit, neque tamen mancipatus est, neq; in iure cessus, neq; ab ipso anno possessus sit. Nam quamdiu horum quid fiat, is seruus in bonis quidem emptoris est: ex iure autem Quiritum uenditoris est. Ea enim fuêre solēnia quærendi dominij iure Rom. quibus prætermissis aut neglectis, iure communi gentium omniū, quod naturale uocat, non iure ciuili quæsitum dicebatur dominium. Idcirco talis dominus seruo, quem manumittebat, ciuitatem dare non poterat, quia iure ciuitatis nō erat serui domin9, id est, ut loquitur Theophilus, pleno perfectoq; iure, quòd necesse fuit. Hic Paul. l. 3. de manumiss. Seruus pignori datus, etiamsi debitor locuples sit, manumitti non potest. Datum seruum intelligit, qui traditus est creditori: quia traditio quasi naturale dominium transfert à debitore, qui tradidit ad creditorē, qui suscepit, & iure aliquo suo suscepit. Itaq; respondetur aliud in eo seruo, qui generaliter est obligatus. l. xxix. Caius: Qui & à quibus ma. liberi non fiunt. Generaliter pignori datus seruus, sine dubio pleno iure est debitoris, & iustam libertatem ab eo consequi potest, si lex Ælia Sentia non impedit libertatem, id est, si soluēdo est, nec ob id creditores uideantur fraudari. Quia tamen Caius in generaliter obligato loquitur, probabile est in specialiter obligato secus esse, tametsi conuentione tantum id fiat sine ulla traditione. Et caussa diuersitatis erit, quod specialis obligatio certum ius tribuit creditori, quo uidetur præscripta lex esse debitori, ne seruū manumittat, alienet, aut quid in eo faciat, qđ creditoris iuri deroget. Connanus lib. 2. cap. 6. nu. 9. Aldobran. ad Inst. §. libertinorum autem status. Institut. de libertinis.

DOMINIVM & possesio differunt: nam præter ea quæ superius attigimus, Vlpianus in l. si quid ui. ff. de acqu. uel amitt. poss. Differentiam hanc esse ait inter dominium & possesionem: quod dominiū quandoq; nobis inuitis remanet: quū possesio statim recedat, cum id constituerimus. eiusq; rei ponit exemplum in eo, qui ea mente rem dat alicui, ut sibi postea restituatur: tradit eo animo ut proprietatem eius possesionemq; amittat, non perpetuò, sed ad tempus: ideoq; perdit omnino possesionem, & uerè perdit, quum possesio plurimum facti habeat: dominium tamen retinet: quia id ad tempus ex pacto perdi non potest. Quare qui accepit, interim uerè possessor est; non tamen est uerè dominus: sed quasi dominus re utitur, post tempus dominium ipso iure fit eius qui dederat, quoniam interim retinuerat: nam si amisisset, post diem restitutioni adiectam nō esset dominus; nisi ex noua causa restitueretur sibi, & ante restitutionem remaneret semper dominus is cui tradita res erat, quantumcunq; longo tempore eam retineret; sic enim constituendum est in hac specie, eum cui traditio facta est ad tempus, perpetuo tamen possessorem fore, nec lapsu temporis adiecti desinere esse: nisi noua traditione pristinum dominium suæ possesioni restituat: & dominus perpetuo possesionem amisit, nec eam nisi noua apprehensione recuperat: quia possesio ad tempus perdi non potest: idemq; in dominio: quia res nostræ tempore certo non possunt desinere esse nostræ, quemadmodum in omni obligatione dixit Paul. l. obligationum. de actionib. Connan. lib. 3. c. 9. num. 2.

Secundò, DOMINIVM à possesione in eo differt: quod ex una tantum causa domini esse possumus: possessores uerò etiam ex pluribus. nam quòd nostrum est, nullo modo magis nostrū fieri potest: etsi res mea mihi, aut legetur, aut donetur, aut uendatur, inutile erit legatum, inutilis donatio & uenditio. At quod pro hærede posideo, nihil uetat pro emptore posidere, ut si una causa non ualeat, per alteram mihi consulatur. Paul. ex illo c. 3. Ex pluribus causis posidere eandem rem possumus, ut quidam putant: & eum qui usuceperit, & pro emptore, & pro suo posidere. Sic enim etsi ei qui pro emptore posidebat, hæres sim; eandē rem & pro emptore, & pro hærede posideo. Nec enim sicut dominium nō potest nisi ex una causa contingere, ita & posidere ex una duntaxat causa possumus. Possesio enim ista conside-

consideratur per se, & à dominio separatim, ut initio diximus: & tanquam detentio quædam eius rei, quæ nostra non est, sed quam aut putamus esse, aut debere esse nostrã. ut rem quam emi, possideo quasi meam, etiamsi non sit. nec enim sequitur, emi eam bona fide, ergo mea est: sed ex eo benè concluditur, eam me iustè possidere. Et nil uetat, eandem pro hærede ut detineam, & utroque titulo eam possideam, ut utrauis caussa uera reperietur, per eam mihi quæratur. neque hoc mirum, cum possessio ista sit quodammodo sua ui & natura, non rei nostræ necessariò, sed nobis debitæ. Satis est enim, mihi deberi, ex iusto titulo, ut iustè possideam. Connanus libro iij. capit. 10. numero j.

DOMINIVM & proprietatem: Frãciscus Duarenus lib. disputat. anniuersar. j. cap. xvij. eadem esse existimat, si propriè dominium accipiatur, cum ueteres Iureconsulti promiscue his uerbis uti soleant: l. si procurator. l. cum in corpus. ff. de acquir. rerum dom. Cæterum Ioannes Robertus libro iij. Sententiarum capit. 18. prolixe ostendit proprietatis longe aliam quàm dominij significationem esse. nimirum ut ius, quo plenè & perfectè res mea est, proprietas absolutè dicatur; id ita tamen secerni possit, ut ius utendi à nuda proprietate seiungatur: quod quamdiu competit, dominandi ius aliquod tribuit. Qua ratione cum de dominio proprietatis ratione competente, quid dictum intelligi iuris authores uolũt, dominium proprietatis sæpius uocant, quo eo intelligamus, nõ de quouis usufructus forte ratione tantum competente dominandi iure agi, sed de pleno & perfecto, quasi diuersum aliquod sit à proprietatis dominio, ususfructus dominium iuxta l. si ita legatus. ff. de usu & habitat. l. uti frui. ff. si ususfruc. pet. l. proprietatis dominium. C. de probatio. de quo latius Robertus præallegato loco.

DOMINIVM non modò corporalium, sed & incorporalium rerum dicitur. nam ususfruct. dominium dicitur in l. iij. ff. si ususfruct. petat. & generaliter seruitutum in l. semper. xv. §. hoc interdicto. ff. quod ui aut clam.

DOMINII ius impetrare dicuntur creditores, qui à principe impetrant ut pignora quorũ emptor repertus est nullus, sibi addicta dominij iure possidere liceat. l. 1. & pass. Cod. de iur. dom. impet. l. 5. §. si fundus. ff. de rebus eorum. Hoto.

DOMINVS fit is, cui traditur, ex causa emptionis, donationis, dotis, mutui legati, hæreditatis, solutionis, transactionis, sententiæ, uel similibus. l. traditionibus. C. de pactis. l. nunquam nuda. de acquir. rer. dom. Domini autem appellatio, à domo deducitur. δεσπότης. proprium Græci uocant, & à domo deriuant. Vigl. in tit. Institut. de hæred. qual. & differ. ad eosq; extenditur, qui rei alicuius proprietatem habent, etiamsi ususfructus alienus sit. Vlpian. Domini, abusiuè dicuntur filijfamiliàs, & cæteri liberi, qui in potestate sunt, & usufructuarij. Sp.

DOMINVS litis, apud Neratium in l. si procurator. ff. si quis caut. Sp.

DOMINVLVS forma diminutiua apud Sceuolam iuxta Noric. text. in l. uxorem. §. testamento. j. de legatis iij. Spieg.

DOMINVS simpliciter appellatur in Iure ciuili is, qui quoquo tempore usu cœpit. l. si finita. §. Iulianus. de damno infect. dn. Erasmo conditionis nomen Dominus est, non honoris: tyrannicum, non magnificum: Barbaricum, non Romanum. Nam & lenonem, ait, cui mancipia sint, dominum rectè dixeris. Quamuis non solum recentiores quidã (quos libẽter sequimur) haud uulgari eruditione præstantes, sed etiam ueteres honoris causa Dominum aliquem dicere solebãt. ut cum Nesennius ad Paulum scribens. l. Nesennius. ad leg. Falcid. Ex facto, inquit, Domine, talis species incidit. Sic & mariti uxores suas, & maritos illæ quandoq; appellant. Sic & Plin. Traianum Dominum, eadem scilicet consuetudine: cuius & Martialis quoque & Seneca meminerunt. certè apud Græcos κύριος frequenter honoris uocabulum est, δεσπότης non item: quemadmodum apud Latinos Herus dominij uocabulũ est potius, quàm honoris. Spiegelius.

DOMINVS usufructuarius dicitur qui nec alienare rem nec mutare, aut deteriorem facere potest. Connan. lib. 4. cap. 3. num. 11.

DOMINICAE res appellantur res Cæsarum, tit. ne rei dominicæ, uel templor. C. Et sic Dominici coloni in l. 7. C. ubi causæ fiscal. Imperatores enim Domini appellabantur. l. 3. ff. de his, quæ in test. del. l. penult. ff. de lege Rhod. Idq; sibi nomẽ primus uindicasse Caligula diademate capiti imposito dicitur, ut est à Sex. Aurel. traditum. Augustus certè ut insolens nomen hoc semper reiecit Tertulliano teste c. 34. Apolog. Amplexus uerò est ac libens Domitia. Cui hoc titulo Martialis sæpe adsentatur. Briss.

DOMINICVM ueteres & nascentis Ecclesiæ Christiani, quòd nos templum, appellabant. Nam & Domini nomen apud eos paulò frequentius erat, quàm Christi, secundum Apostolicum morẽ & Euangelicæ historiæ modum. Qua ratione, cum Domini uocabulum semper illis esset in ore, ipsa ideo loca, in quibus orationis Eucharistiæq; ergo coibant, Dominicum dicebãt, seu quod ea ipsa loca in honorem Domini Dei sacrata erant, unde Ruffinus Aquileiensis lib. x. eccl. histor. c. 4. Si hæc (inquit) ita esse credis, surge, & sequere me ad Dominicũ, i. ad templum, & fidei signaculum suscipe. Brechæus l. tabernæ. in tit. de uerb. & rer. sign.

DOMVS unicuiq; existimari debet, ubi sedes & tabulas habet, suarumq; rerum constitutionẽ fecit. l. 203. ff. de uerb. sign. Briss.

DOMVM, accipere debemus non proprietatem domus, sed domicilium: quare siue in propria domo quis habitauerit, siue in conducta, uel gratis, siue hospitio receptus domus eius intelligitur. l. lex Corn. §. domum. ff. de iureiur. & appellatione domus omnis habitatio continebitur. §. si tamen. eadem l. Ioan. Bello. Etymolog.

DOMVS, quandoq; familia est: ut apud Paulum tota domus pro gente una tota (ein gantz gschlecht) l. ulti. de offic. præsid. per μετωνυμίαν tanquam continens pro cõtento ponitur: ut accipiatur pro his, qui unà habitant. Alc. de uerb. sign. Veruntamen Domũ non dici quæ adhuc contecta non sit, plerique senserunt. l. 1. §. deinde. de don. ut suprà dictum est. Negat Cic. in oratione pro Domo sua, quicquam sanctius, quicquam omni religione munitius, quàm sit domus uniuscuiusq; ciuium. & quæ sequuntur. Pau. in l. sed & si is de In ius uoc. arbitror ad hunc Ciceronis locum respexisse. Vbi tamen, inquit, de domo sua nemo extrahi debet: quia, ut Caius eo tt. dixit in l. plerisq; domus tutissimum cuiq; refugiũ atq; receptaculum sit. proinde qui domum alienam ingreditur inuito habitatore, uim inferre uidetur. Hegendorp. has leges eleganter explicat. Sp.

DOMVS cœnaculariæ ab Insulis differũt, quod domus sunt habitationum ædificia, coniuncta proximis

ximis & uicinis domorum parietibus, ut uiciniam numerosam, & frequenti habitatore stipatam efficiant. Τὸ πλῆθος τῶν ἐπιδημησάντων συνοικία Budæo teste, in comment. linguæ Græcæ. Brechæus l. urbana familia. ff. de uerb. & rer. sig.

DOMVM meam cum horto applicitò libertis meis concedi uolo. & alio capite: Fortunio liberto meo ex domo mea, quam libertis meis dedi diætam, in qua habitabam: item cellarium iunctum eidem diætæ, ab hęrede meo concedi uolo. l. uxorem. de legatis iij. Spiegelius.

DOMVM, quæq; mea ibi erũt, cum moriar, Proculus exponit in l. si ita. de legat. 3. Sp.

DOMO instructa, supellectilem legatam, non etiam uina accipimus: quia domus uinis instructa, intelligi non potest: autor Pompon. l. si ita testamento. ff. de fund. instru. Sp.

De DOMO, pro, ex domo, apud Paulũ, in prim. l. lecta. ff. de reb. credit. Sic & Terentius usurpauit: Clamat de uia, id est, è uia. Pauli uerba quæ sic habent: Lucius Titius scripsi, me accepisse à Publio Mæuio, quindecim mutua numerata mihi de domo, secundum Alciat. significant, tam quod domi numeratum, quàm quod ex domo ad eum missum est, siue per ipsum patremfamil. siue per eius seruos, aut institores. Spiegelius.

DONA Caius lib. 2. Inst. appellat quæ post mortem hæredis relinquuntur, ut sunt fideicom. Connanus lib. x. cap. 7. num. j.

DONARE ad processus, id est, ut eo donatarius utatur, in pompa, uel cum in Principis est comitatu. id enim significat processus in l. nam & Imperator. ff. de donat. inter uir. & uxo. teste Alciat. libro 3. de uerborum signific. unde & alibi dicitur l. prima. C. de Senten. pass. cum processisset, Imperator salutatus est. Propriè namq; dicitur procedere, qui pompa quadam procedit in publicum: ueluti si sponsus procedat aut sponsa. quod Virgilius dicit, Tandem progreditur. Sp.

DONARIA, dona sunt. Pau. lib. xlix. de re milit. l. qui excubias. donarium pro donatiuo posuit. Item C. de sacr. sanct. eccles. l. sancimus. Vasa, uel uestem, ait, cæteraq; donaria. Nebriss.

DONARIVM, largitio est Imperatoris in milites: quę eadem in populum facta: Congiarium dicitur. Bud. in l. penult. de re milit Olim Imperatorum dona amplissima erant ut scribit Plinius lib. 18. Nat. hist. cap. 3. quantum quis uno die plurimum circum arauisset. Alciatus autem tradit, quidquid præcipuũ alicui datur, sicut dos, ita & donariũ dici potest. quo sensu recentiores autores, quos nominat cap. xiij. lib. 4. Parerg. arbitraturq; & autorem opusculi, qd inscribitur Cato, sic accepisse: licet corruptè ꝑ Donario, legatur Denarium: & uersu sequente, Optat habere, pro Captat habere. Cætera apud eum capit. xiij. lib. iiij. Parerg. Sp.

DONATIO. Donatio dicta est à dono, quasi doni datio, tracta à Græcis: nam ij dicunt Δῶρον καὶ δωρεὰ δοῦναι. l. senatus. §. 1. de mor. cau. donat. ff. Donationum autem duæ sunt species: alia enim pura siue propria, alia conditionalis est. Pura donatio est, cum quis ea mente dat, ut statim uelit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reuerti, & propter nullam aliam causam facit, quàm ut liberalitatem, & munificentiam exerceat. Hæc propriè donatio appellatur. l. j. de don. ff. (donari enim illud propriè uidetur, quod nullo cogente iure conceditur. l. donari. de reg. iur. ff.) quæ si fuerit perfecta, temerè reuocari non potest: perficitur autem, cum donator suam uoluntatẽ scriptis, aut sine scriptis manifestauerit. §. aliæ autem. de donat. Instit. 2. Sciendum est tamen, quòd etsi plenissima sit huiuscemodi donatio, si tamen ingrati existãt homines, in quos beneficium collatum est, donatores licentiam habent, certis ex causis eam reuocare, ne illi, qui suas res in alios contulerint, ab ijs quandam patiantur iniuriam, uel iacturam. d. §. aliæ autẽ. Ingratitudinis autem causas plenissimè recenset imperator Iustinianus. in l. fin. de reuoc. don. C. Donatio conditionalis est, cum quis ea mente dat, ut tunc demum accipiẽtis fiat, cum aliquid secutum fuerit. ea enim non propriè donatio appellabitur, sed totũ donatio sub conditione est. Item, cum ipse ea mente dat, ut statim quidem fiat accipientis, si tamen aliqd factum fuerit, aut non fuerit, uelit ad se reuerti, ea nõ propriè est donatio, sed totum donatio dicitur, quæ sub conditione soluatur. d. l. j. de don. ff. Eius rursus donationis, quæ sub conditione fit, alia mortis causa, alia non mortis causa fit: quæ nõ mortis causa fit, reuocatur, si conuentioni, donationi impositæ, non stetur. De ijs est titul. lib. 8. C. titul. 55. de donationibus, quæ sub modo, uel sub conditione, uel ex certo tempore conficiuntur. Anch.

DONATIO significat liberalem promissionem donandi. Promissionem dico. Nam re semel præstita cessat hoc beneficiũ: adeo, ut etiamsi forte postea res ad donatorem redijsset, non sit ei locus, sed condemnetur donator in solidum, nempe ut quiuis alius rei alienæ possessor. Dico etiam liberalem esse debere promissionem: quia hoc beneficium tribui uideatur liberalitati: hęcq; demum uera sit donatio, ut intelligas non idem temerè tribui ei, qui conueniretur ex causa remunerationis promissę: quia nec ea uera donatio dicenda sit, sed potius quædam permutatio &c. Balduin. tit. de actionib. &c.

DONATIO causa mortis. Mortis autem causa donatio est, quæ propter mortis fit suspitionẽ, cum quis ita donat, ut si quid humanitus ei cõtigisset, haberet is, qui accepit: sin autẽ superuixisset is, qui donauit, reciperet, uel si eum donationis pœnituisset, aut prior decesserit is, cui donatũ est. Et in summa, mortis causa donatio est, cum magis se quis uelit habere, quàm eum, cui donat: magisq; eum, cui donat, quàm hæredem suum. §. j. de donat. Institut. 2. l. j. de mor. cau. donat. ff. Mortis autem causa donare licet, non tantùm infirmæ ualetudinis causa, sed periculi etiam propinquæ mortis, uel ab hoste, uel à prædonibus, uel ab hominis potẽtis crudelitate, aut odio, aut nauigationis ineundæ, aut per loca insidiosa ituro, aut ætate fesso. hæc enim omnia instans periculũ demonstrãt. l. mortis causa. *la premiere*. cum tribus ll. sequen. de mor. cau. dona. ff. Sed & mortis causa capimus, non tunc solùm, cum quis suæ mortis causa nobis donat, sed & si propter alterius mortem id faciat: ueluti, si quis filio, uel fratre suo moriente, donet Mæuio ea conditionẽ, ut si conualuerit alteruter eorum, reddatur sibi res, si discesserit, maneat apud Mæuium. l. mortis cau. *la quatriesme*. de mor. cau. donat. ff. Eę mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactæ sunt per omnia. d. §. 1. de donat. Institut. 2. Ex ijs, quæ diximus, apparet, mortis causa donationẽ tribus casibus reuocari: si pristinæ incolumitati restitutus sit, qui donauit. si eum donationis pœnituerit, & si prior decesserit is, cui donatum sit. ibidem. Anchora.

DONATIONES causa mortis, & legatum differunt. Primum, hæ donationes ineuntur ut contractus-

ctus, duorum nempe consensu: & si donatur absenti uel ignoranti, magis iudicatur fideicommissum. Legatum uerò & absenti & ignoranti relinqui, atq; etiam acquiri dubium non est. Si conferas horũ confirmationem, nihil habent simile. Nam legata pendent ab hæreditatis aditione. At non etiam hæ donationes: utpote quæ non morantur uim testamenti. Vnde & cum is, qui testamentum iniuria impugnauit, repellatur à legato, ut indignus: nõ repellitur tamen à mortis causa donatione. Præterea Filiusfamiliâs, saltem patre consentiente, potest mortis causa donare: At legare nullo modo põt, sicuti nec testari. Postremo si quis in annos singulos mortis causa pecuniã stipulatus sit, nõ est ei similis, cui in annos singulos legata est. Nam legata plura intelliguntur. Stipulatio hæc una est: Magna autẽ huius discriminis uis est. Et qui existimant noua Iustiniani cõstitutione sublatas esse differentias, quæ in Pandectis sparsim commemorãtur inter legata & donationes causa mortis, & has habere omnes omnino effectus ultimæ uoluntatis: tamen postremum hoc discrimen quod dixi, sublatum non esse fatentur, quia præter donationem causa mortis stipulatio interposita sit, & constitutio Iustiniani loquatur de effectu donationis non etiam stipulationis. Balduinus institut. titul. de Donationibus.

DONATIONEM autem ueteres propriè appellabant, ubi ipsa quoq; rei traditio datioq; accesserat. Nam & Cicero in Topicis scribit, donationem non posse intelligi absq; acceptione. Quinimo Paulus noster l. 35. .j. de donat. cau. mortis ait, donationem exemplo Græcorum dictam esse, à dono & datione. Plin. lib. 35. scribit, Græcos antiquos δῶρον appellasse palmum: & ideo δῶρα uocasse munera, quia manu darentur. Itaq; & nonnulli argutè putant, in superiori Pauli loco pro Dono legendum esse Doro. Sed iam quæritur de donatione quodãmodo imperfecta: hoc est, quæ in promissione cõsistit, & quã traditio nondum impleuit. Martialis eleganter aliquando lusit hoc Epigrammate:

Si donare uocas promittere, nec dare, Cai.
Vincam te donis, muneribusq; meis.

Sed ne quis ita cuiquam illudere posset, placuit Iurisconsultis, stipulatione saltẽ, sicuti traditione, confirmari donationem: hoc est, si quis donandi caussa stipulanti promiserit, omnino teneri & obligari ut det. Ex nuda uerò pollicitatione aliquem teneri, ius Quiritum non erat. Non enim agi ex nudo pacto patiebatur. Sanè cum Seuerus Imp. statuisset, donationes inter uirum & uxorem morte confirmari: Papinianus iudicauit id tantum intelligi, de donationibus rerũ, hoc est, quæ traditione perfectæ sunt: neq; putauit, si stipulanti uxori maritus donare promisisset, posse hæredem mariti conueniri. l. 23. de don. inter uir. & uxor. Sed paulo post uidetur aliter placuisse: propterea q; Tribonianus illam Papiniani annotationem rectè expunxisset. Nam Vlpianus refert, Antonini, qui Seueri filius fuit, orationem de confirmandis donationibus, pertinere ad omnes donationes: ut uel ipso iure res fiant eius cui donatæ sunt, uel obligatio sit ciuilis. l. 32. de donat. int. uir. & uxo. Ciuilem uocat obligationem, ex stipulatione donãdi causa facta: sicuti & alibi ait, si stipulata fuerit mulier annum dari, morte mariti ex Senatusconsulto confirmari talem donationem. l. 33. de donat. int. uir. & uxo. Porro Cæsares qui secuti sunt, non omnino contenti fuisse uidentur stipulatione, ut ex donatione, hoc est, donandi promissione obligatio ciuilis esset. Nam Constantinus metuens, ne falsæ donationes eius generis cõfingerentur, aliam cautionẽ adhiberi uoluisse uidetur: hoc est, donationes interueniente (ut loquitur) actorum testificatione confici. l. lata. C. de donat. Sed Theodosius postea expresit, etsi sine scripto donatum quid fuerit, posse quod geritur, adhibitis alijs idoneis documentis comprobari. l. in extraneos. C. de donat. Quid noster Iustinianus? Ille actorum obseruationem non omnino reijcit, præsertim ubi magna est donatio: sed stipulationem hîc non esse necessariam statuit. Itaq; ex nudo etiam pacto donationis obligationẽ contrahi significat: & donationem quodammodo refert inter contractus iurisgentiũ, qui propriũ nomen habẽt, & ex sola conuentione tribuũt actionem. Itaq; & in Institut. Ad exemplum (inquit) uenditionis nostra cõstitutio donationes in se habere necessitatem traditionis uoluit. Non est omnino perpetua hæc comparatio uenditionis & donationis. Nam uenditor tantũ tradere tenetur, neq; de euictione tenetur, quãdiu emptori habere licet. Qui dare debet, dominium debet transferre. Quanquam alioqui qui donando tradit, ne quidem re euicta teneatur. Balduin.

DONATIO inter uirum & uxorem. Donationes inter uirum & uxorẽ prohibitas esse certissimi iuris est l. j. de don. int. uir. & ux. ff. l. si res. de iur. doc. ff. Eius aũt rei uariæ à Iurisconsultis reddũtur rationes. Primo .n. loco hoc receptũ est, ne mutuo amore sese spoliarent, donationibus non temperantes, & profusa erga se liberalitate utentes. Secũdò, ne esset eis studiũ liberos potius educãdi. Tertiò, quia sæpe futurum esset, ut distraherẽtur matrimonia, si nõ daret is, qui posset, atq; ea ratione euenturum, ut uenalia matrimonia essent. Quartò, maiores nostri inter uirũ & uxorem donationes prohibuerunt, amorem, honestũ solis animis æstimantes, famæ etiã cõiunctorum consulentes, ne concordia pretio conciliari uideretur. Quintò, ne melior in paupertatẽ decederet, deterior ditior fieret. l. j. 2. 3. in prin. de don. inter uir. & ux. ff. Quòd aũt dicimus donationes inter uirum & uxorem prohibitas esse, uerum intelligendum est, matrimonio constante. donatio enim inter uirum & uxorem facta, morte eius, qui donauit, procul dubio, tanquam testamento, confirmatur. l. cum hic status. de don. int. uir. & ux. ff. Sed & regulariter inter uirum & uxorem mortis causa donationes receptæ sunt. l. si eum. §. fin. ff. eo. Anch.

DONATIO inter uiuos proprio nomine dicitur, quæ neq; mortis neq; nuptiarũ, sed à uiuente in uiuentem solius liberalitatis causa fit. l. 1. ff. de don. l. senatus. 35. de mor. caus. solaq; uoluntatis testatione sic perficitur, ut traditionis necessitatẽ afferat, publicis literis consignari, nisi quingẽtos aureos superet, non debeat: ab ingrato tamen repeti certis de causis possit. d. l. eo. l. 35. & pẽ. C eo. l. ult. C. de reu. dõ. Hot.

DONATIO immodica, seu immẽsa. Quære Immodica donatio. Spieg.

DONATIO mera, quæ uenit ex mera liberalitate donantis, nec habet ullam aliam causam. Connanus lib. 5. cap. 9. num. 6.

DONATIO mortis dicitur, quum fit ab ægroto ea mente, ut si cõualuerit, uel si eum donationis pœnituerit, uel si prior decesserit is cui donatur, tũ uelit donator rem ad se reuerti. Spieg.

DONATIONES inofficiosæ censentur cũ parentes bona sua sic exhauriunt donationib. dum uiuunt, aliâs stultitia, aliâs malignitate, ut nihil sit inde ad liberos peruenturum. Spieg.

DONA-

DONATIO onerosa dicitur, cum donans reuocat donationem propter ingratitudinem. Zasius. §. item si quis. Institut. de Action. Sp.

DONATARIVS cui quid dono datur, præsenti uel absenti. l. etiam. l. absenti. ff. de Donation. l. nec ambigi. C. eod. tit. Obseruandum autem, geri negocium cum donatario obligatoriũ. Obligatur enim, teste Dn. Oldend. ad gratitudinem autore omnium maximo, hoc est, natura ipsa & Deo. Sp.

DONATIO ante nuptias, quã eandẽ sponsalitiam appellamus, olim fuit ea, quam sponsi & sponsæ inter se conferebant. tam enim à sponsa in sponsum, quàm à sponso in sponsam exercetur. Sed Iustiniani lege hæc donatio nomen mutauit, & propter nuptias appellata est: quo niã cõstante matrimonio tum fieri, tũ augeri potest. l. ult. C. eo. si tamen ante nuptias cõstituatur, suũ ac proprium nomen ac ius retinet, uocaturq́; sponsalitia largitio. at si post nuptias, à Iustiniano propter nuptias appellatur. Græcè autẽ ἀντιφερνή: propterea quòd à marito uicissim in gratiam dotis tribuitur: nec simplex donatio sit, qualis est ea quæ inter uirum & uxorem prohibita est: sed propter dotis donationẽ, & ipsarum nuptiarum affectionem, ut idem scribit. Hot.

DONATIO honoris caussa, est quã uxor marito ad honorem ac dignitatem aliquam consequendã facit. Caius l. 42. ff. de donat. int. uir. Nuper ex indulgentia principis Antonini recepta est alia causa donationis, quam dicimus honoris causa. ut ecce si uxor uiro Laticlauij petendi gratia donet, uel ut equestris ordinis fiat, uel ludorum gratia. Hot.

DONATIO propter nuptias est, quã facit sponsus, uel aliquis nomine eius, sponsæ, uel alteri nomine sponsæ. Hæc uno uerbo Græcis dicitur ἀντιφερνή, quasi contrà uel mutua donatio. Vulgò hanc donationem propter nuptias, dotem uiri nuncupamus, cùm æqualis sit in iure doti mulieris.

DONATIO propter nuptias autem olim dicebatur propterea, quòd eo duntaxat tempore sponsus exercebat liberalitatẽ in sponsam, idque dupliciter: aliàs simplici, perpetua, & irreuocabili munificẽtia, non adiecta nuptiarum cõditione: aliàs ea mente, ut nõ secutis nuptijs, res donata redderetur l. 1. ff. de donatio. Sed ab eo iure primùm discessit Constãtinus. ut omnes huiusmodi donationes haberent in se conditionẽ, ut nõ sequente matrimonio, restituerentur semper à uiuo nolente cõtrahere: Mortuo autem eo, respiciendum esset, osculone, an sine osculo contigisset liberalitas. l. cùm ueterum. & l. seq. C. de don. ante nupt. Deinde Iustin. cõstituit, ut nõ solùm ante, sed & post nuptias fieret donatio matrimonij gratia: ideòque propter nuptias eam appellauit, nomine rebus consequente. §. est & aliud. Instit. de donatio. l cũ multæ. in prin. C. de don. ante nupt. Sic & dos est donatio ob caussam nuptiarũ l. 1. ff. de donat.

DONATIO propter nuptias accipitur pro liberalitate, quam uir confert ad onera matrimonij, ante uel post nuptias. §. est & aliud. Instit. de donat. Hanc Iustinianus uult esse specialẽ cõtractum, ab alijs donationib. separatũ. Nou. ut spons. larg. in prin.

DONATIO ꝓpter nuptias appellať uulgò id, qđ soluto matrimonio, apud coniugem manet superstitem ad uitam eius. Sic enim mariti futuri donare solent uxoribus, uel ex pacto concedere bona, quæ habeant dum uiuunt, aut certam pro eis pecuniam, ut post mortem earum redeant ad heredes donantis. Idque inter nobiles est frequentissimũ. Vxores quoque uicissim ita solent ante matrimonium, uel parẽtes earũ paciscẽdo permittere, ut maritus superstes, quoad uixerit, aliquid habeat, uidelicet, in casum soluti sine liberis matrimonij. Et hoc apud plerosque nuncupatur Dotalitium uoce domi eorum nata.

DONATIO propter nuptias intelligitur etiam pro omni lucro dotali, quod coniunx superstes sibi paciscitur in bonis primũ morituri, siue sit maritus, siue uxor. Quod quib9 modis fiat, tractatur ff. & C. de pactis dotalibus. & l. fœminæ. Codic. de secundis nuptijs. Nouella de nuptijs. §. si uerò expectet. Et huiusmodi liberalitates quandoquidem uel ex mutua coniugum pactione, uel ex beneficio Legis proficiscũtur, dicta propriè sunt lucra dotalia utrinque. Vsu autem uulgari confunduntur sub appellatione donationis propter nuptias.

DONATIO propter nuptias in diuersa nomina pro regionibus, & prouincijs abijt, quorum nomenclaturam huc recensere uanissimi esset operis. Hoc te interpretes & forensis usus docebunt.

DONVM & munus differre inter se, Vlpia. quidem & Marcianus scribunt in l. inter, 194. & l. munus, 214. De uerb. sig. sed eorum differentiam ita obscurè exponunt, ut pugnantia loqui uideantur. nam Paulus donũ esse genus ait, mun9 speciẽ: cõtrà Marcianus in hoc genus: in illo, speciẽ cõstituit. Aliud sanẽ esse donũ, aliud munus, illud argumẽto est, quòd uetustissima lex Cincia nõ præcisẽ de donis aut de muneribus, sed cõiunctim de donis & munerib. scripta est: Ne quis ob caussam orandã donũ munúsue caperet. Itẽ lex Iulia repetundarũ: Ne Vrbani magistratus plus doni, muneris in anno accipiant, quam quod sit aureorũ centũ. l. 6. illo tit. itẽ lex Iulia Pappia: Ne quis donũ, munus, operas præter eas, &c. dare, facere, præstare cogatur. l. qui libertinus, 37. ff. de oper. lib. l. ult. ff. de lib. cẽs. d. l. sæpe, 53. de uerb. sign. Itẽ in mandatis Principũ: Ne procõsules donũ, munúsue capiãt. l. Solẽt, 6. ff. de offic. procõs. Sic Plaut. in Cistell. Inde in amicitiã insinuauit cum matre, & mecũ simul: blanditijs, muneribus, donis. Et Cic. in Cluentiana: Tantum donis datis muneribus perfecerat. Et pro Archia, quod quasi deorũ aliquo dono atq; munere cõmendati nobis esse uideantur. Itẽ in l. plebiscito, 18. ff. de. offic. præsid. & l. Campanus, 47. ff. de oper. lib. Videndũ igitur remota aliorũ auctoritate, quid inter donũ ac munus intersit. nã Seruius quidem Virgilij interpres, donũ propriè superiorũ deorũ esse ait: Munus uerò inferiorũ. Donatus aũt in Teren. Donũ propriè deorũ: Munus hominum. Quod cùm ita sit, plus esse certè donũ uoluerũt, quã munus. qua de caussa etiã in superioribus exẽplis ferè semper priore loco collocatur. ut nõ incõmodè fortasse dicere possimus: Donũ esse maiorũ rerum: munus uerò minorũ. nã Pompo. in l. sed si, 31. §. si uir. ff. de dona. int. uir. Si uir, inquit, uxori munus immodicũ Kalend. Martijs aut natali die dedisset, donatio est. Itaq; & regna & regiones & oppida & prædia ceterasq́; res immobiles dono dari, passim legim9: munera dari, legisse me nõ memini. quin & absentes res donari rectè dicũtur: munera aũt mitti, & pręsentia offerri. l. munus, 18. ff. de uerb. sign. qua de causa fortasse Gallica lingua nostra Pręsentia nominamus, quę præsenti in manus dantur. Rectè ergo Vlp. donum quasi genus facit: munus, speciem: propterea quòd quę muneri dantur, dona omnia sunt: at non contrà. Atque hæc quidem generatim de rebus omnibus dicta sint. nam quod Vlpian. eo loco scribit, sanè non uniuersè dictum arbitror: sed propriè ac præcipuè de libertorum in patronos grati animi

significatione. Donum, inquit, genus est: munus aũt donum cum caussa: ut puta natalitium, nuptalitiũ. Significat enim eã munera quæ liberi patronis eorũmue liberis aut coniugibus, natali nuptiarũmue die dabant. Nunc ad Marciani disputationem accedẽdũ est: qui in d.l.214. munus à dono ita distinguit, ut illud dicat esse necessarium: hoc uerò uolũtariũ, siue spontaneum. quod quidem facile intellectu est, si modò munera pro ijs oneribꝰ intelligamus, à quibus qui liberi sunt, immunes appellantur. d. l. munus, 18. eod. tit. quanquam in eo genere disputationis munera cum donis cõtẽdere, nulla ratio est. Sed quoquo modò se res habeat, quidnam tamen illud est, quod mox subiungit: Non quodcunque munus, id & donum accipi: at quod donum fuerit, id munus rectè dicitur? namq; adeò inter se pugnant, ut alterum sit necessarium, alterum uoluntarium, difficile dictu est, ea generis inter se ac speciei uicem præstare posse: præsertim aũt si id quod necessariũ est, genus facere uelimus. Videndũ igitur, num multo uerior & certior sit Pauli sententia, qui donum genus constituit, eiusque duas species facit: quarũ altera in generis sui nomine consistit, altera munus appellatur. Quod si ita est, considerandum etiam uidetur, ecquid particula NON suo loco mota sit & in alienum translata, quasi ita rectius legatur: Sed in summa, in hoc uentum est, ut quodcunque munus, id & donum accipiatur: at non quod donum fuerit, id etiam munus rectè dicatur. De quo tamen nihil affirmo: ueteris codicis auctoritatem expecto: iudicium eruditioribus uiris integrum relinquo. Hot. Adde Connanum lib.5. cap.9. nu.2. & uide infrà in uerbo Munus.

DORMIRE cum aliqua, est adulterium cum ea committere c. qui dormierit. 27. q. 2.

DORMIT præscriptio, uel tempus non currit, sed quiescit passim apud interpretes. Prat.

DORMIENTES pro cessatoribus, incurijs, & negligentiùs sua agentibus. Iuxta uulgatum illud: Vigilanti, & non dormienti ius ciuile scriptum est l. pupillus. in fin. ff. quę in fraud. cred. cum similibus. Vigilantes autem accipimus, qui suarum rerum satagunt. Prat.

DOTIS significatio uaria est: Nam & dotes animi, corporisq; uulgo dicimus, & dotes prædiorum non semel uocant iurescõsulti nostri l. 2. de instruct. leg. l. amissi de fideiussor. Duarenus de dotib. cap.1. Et Plinius ulmum uite dotatam dixit, & Cicero artem indotatam uerborum dote locupletare. Connanus. libr. 8. capit 8. Dicta ab eo quod dabatur. Nam & Acron. interpres Horatij dotem definit esse donũ puellarum nubentium.

DOS est, quod datur à muliere marito. l. si rẽ æstimatam. ff. de Iur. dot. uel ab eius patre, uel extraneo. ut in §. accedit. l. unica. C. de Rei uxor. act. Bartol. uult Dotem esse proprium patrimonium mulieris: quem uide in Rubric. ff. Solut. matr. propriè autem dos dicitur ut ait Varro, quod nuptiarum causa datur. nam ipsa sine matrimonio esse non potest. l. 3. ff. de iure dot. Et ubicunque matrimonij nomen non est, nec dos esse potest. l. 48. ff. de iure dot. Donatio uerò propter nuptias, est, quam facit sponsus, uel aliquis nomine eius sponsæ, uel alteri nomine sponsæ. Illa redit ad uxorẽ, uel eius hæredes: hæc ad maritum, uel eius hęredes. Dicta Græcè ἀντίφερνα, quasi contra, uel mutuã donatio. Vulgo hanc donationem propter nuptias Dotem uiri nuncupamus: cũ æqualis sit in Iure dóti mulieris, Ein widergob. ex Oldend. Copia. Spieg.

DOS est propriũ patrimonium mulieris. l. iij. §. ergo etiã. ff. de Minorib. l. meũ. ff. de relig. & sumpt. fun. Vide Azon. in Summa. Bart. in Rubr. Solut. matr. Quod propterea marito datur à parente, uel ab extraneo, ut onera matrimonij sustineat. l. j. l. Dotis fructus. & l. Res in dotẽ. ff. de iur. dot. Ein heymsteur/Mitgab/Brautschatz: quasi mulieris thesaurus, ad uitæ necessitatem conseruandus. Sp.

DOS legitimæ restituta mulieri aut patri soluto matrimonio, nõ plus dicetur dos, sed nominabitur patrimonium mulieris: sicut hæreditas adita, postquam est adita, non plus dicitur hæreditas, sed patrimoniũ hæredis. l. sed si plures. §. filiæ. ff. de Vulg. Dos autem nondum restituta, quamuis matrimonium sit solutum, rectè dicetur Dos per text. in l. j. §. taceat. C. de Rei uxor. act. Sp.

DOS communis l. 22. §. 1. ff. solut. matri.

DOS per præceptionem legata, hoc est, ante captionem, in l. fundus. ff. famil. ercisc. Prat.

DOTI respondet donatio propter nuptias. Eadem enim caussa, ut uitam commodè transigant, uel maritus, uel illius nomine alius eam confert. Vnde Græcis dicta est ἀντίφερνα. quasi contra uel mutua donatio. Prat.

DOTIUM caussa l. 1. ff. Solut. matri. quæ sit uide Barto. Alciat. in d. l. 1. & uide suprà Caussa. Prat.

DOTATAS esse fœminas, ad sobolẽ procreandam, replendámque liberis ciuitatem, maximè est necessarium. ibidem. Prat.

DOS non est ius uniuersale, ut cum Bartolo Iason & alij cauillantur, quorum sententia non potest ullo colore defendi: subscribendum itaque Baldo & ijs qui rectè sequuntur eum. Dn. Zasius Dotem esse ius incorporale haud negat, id est quandam qualitatem legalem, quoddam ius, quod intellectu colligitur, quod uersatur circa corpora dotalia. Sp.

DOS certa, quæ secundum patrimonium promittentis, & conditionem eius cui promissa est, accipienda. l. si cum ea. C. de Dot. promiss. l. cum post. §. gener. ff. de Iur. dot. Sp.

DOS profectitia Vlpiano est, quæ à patre, uel parẽte proficiscitur, de bonis eius, uel facto eius: Siue igitur parens dedit dotem siue procurator eius, siue iussit aliẽnũ dare, siue cum quis dedisset negotium eius gerens, parens ratum habuit, profectitia dos l. profectitia ff. de iure dot. In summa parentis nomen dotẽ profectitiam facit d. l. profectitia. §. si pater pro filia. Aduentitia uerò dos illa est, quam nemo ex paternis bonis, sed quispiã extraneus alicunde dedit: ut ex Iuliani uerbis colligitur. Sp.

DOS per præceptionem legata, hoc est, ante captionẽ in l. fundꝰ. ff. Famil. ercisc. Quere, Præceptio.

DOS promissa. Disceptãt Dd. an dos promissa dicatur dos, quasi sit ibi determinatio diminuẽs: & an in statuto ueniat nomine dotis ea, quæ nec dum tradita est, sed promissa. Est Zasio inuestigatio utilissima, quem uide in tit. Sol. matr. Spieg.

DOTEM opinatam latinè dici posse putat Duarenus l. Si cum dotem §. Si mulier. ff. sol. matr. quam uulgo putatiuam uocant.

DOTEM legari, uel pro dote legari, nõ differũt. ff. de Dot. releg. l. cum quis. §. sed si non dos. & l. cum scriptum. Spiegel.

DOTEM paruã Dn. Alc. accipit, quæ si amissa sit, ex hæreditatis rata portiõe resarciri filiæ ualeat. magnã, quæ nõ ualeat, adeò ut collatio circa nullam uersetur spem ex patris impersuasibilitate: sic enim legen-

legendum idem, & quidem rectè, monet: non autē illam speciē, ut uulgata habet translatio. In Aut. collat. vij. paulo ante finem.

DOTIS causa, pro ipsa dote nominatur in l. j. ff. Sol. matrimō. Vt annotauit Zasius: Ex isto textu colligo, aiēs, dotis causam nominari hîc ipsam dotem, uel negociū, naturā, uel cōditionē dotis: nā ita sumi causam pro negocio, apud rhetores uulgatum est. Nec temerè dotis causa præcipua dicitur, quod ad mulieres pertineat, quæ solent ciuitatē replere ciuibus, liberis. Hoc est quod dicit Iustinian. in Aut. de nupt. in prin. Artificiosam immortalitatē induci pro creatione prolis. Accedit elegans text. in l. liberorū in fin. ff. de Verb. sig. Item text. in l. j. §. & generaliter. nec nō §. fi. ff. de Ventr. in possess. mitt. Spiegel.

DOTALE prædium, etiam nomen retinet soluto matrimonio. ff. de Fund. dot. Dotale autem prædium non solum intelligimus, cum iam marito eius dominium quæsitum est. l. dotale. §. dotale. eod. sed etiā destinatū. l. dotale prędiū, cuius. ibid. Sp. ex Ol.

DOTALES res esse uidentur, quæ dotali pecunia emptæ sunt. l. cū uir & uxor. §. pen. ff. de iur. dot. Spieg. ex Oldendorp.

DOTALIVM bona, & Dotales fundi, hoc est, ad dotē spectantes, & in quibus dos mulieris collocatur, uel quos uir accepit pro dote mulieris. Spieg.

DOTALIVM seruorum & ancillarum sæpe meminere Iurisconss. Sunt autem, ut uerbum ipsum prodit, quos uxor cum dote ad maritum attulit. Recepticius Dotali opponitur, quem uxor sibi propriū retinet, neq; doti dat. Sp.

DOTALIS autem fundus intelligitur, siue cū mulieris nomine quis uiro dederit, siue cum à uiro sibi debitum ipsa mulier doti promiserit &c. l. 14. §. si fundum. ff. de fun.

DOTES prædiorum, quas Græci προῖκας dicunt l. 2. §. fi. & alibi sæpe. ff. de inst. & instru. leg. Columel. lib. 4. uineas cum sua dote, id est, cum pedamentis, & uiminibus. Plinius lib. 1. Epistol. ubi Græco uerbo utūtur Impp. l. 7. C. Thе. de pisto. & l. 7. C. de bonis proscripto. in C. Iustiniani legitur apothece Apothecis. Prat. & Connanus lib. 4. cap. 1. nu. 4.

DOTALITIVM, id est, donatio ꝑpter nuptias uel res paraphernales, id est, ultra dotem datæ, dicto c. ex parte. de for. compet. c. nuper. de donat. int. uirum & uxor. Præceptor meus Berengarius Fernandus Antecessor Tolosæ accipiendum tradebat, Dotalitium, quod mulieri datur, de quo in c. plerūque. de donat. inter uir. & uxo ubi glos. interpretatur donationem propter nuptias. Id per adulterium perdit mulier. d. c. plerūque. Prat. Corrasius Miscellan. iuris lib. 3. cap. j. lucrum nuptiale interpretatur. Idq; à Iureconsultis additamentum l. Inter socerum. §. cum inter ff. de pactis dotal. A Tholosatibus agensamentum appellari scribit.

DOERIVM est dotis augmentum, ut dicebat idem Præceptor meus idq; ex parte dotis. Guido Papæus quæst. 524. pro eodem ponit Dotalitium & doeriū. & uide quæst. quingentesimāuigesimāquintā, & 249. Ex quo collige Pragmaticos Gallos plerunq; hoc uocabulo abuti: pro dote enim accipiunt & potissimum Notarij imperiti. Prat.

D R

DRACHMAM, & Denarium, idem non esse, docet Agricola lib. iiij. Quanquam mensurarum & ponderū ratio uix definiri, explicari ue satis potest, propter uariam eorundem dimensionem. Quod & Alexand. Neapol. existimat, apud quem extat lib. ij. elegans Caput, omnino Iuris cādidato legēdū. quo explicat, quibus finibus, quaque mensura iter, actus, aut uia constent. Sp.

DRACHMA auri, id est, oboli sex, tāti est in pręsentia propter temporum nostrorum paupertatem, quanti olim oboli octo. ut Budæus docet lib ij. de Asse. Hæc uox, ut neutro genere rapinam, manipulum, donariumque significat: Drama uerò eiusdem generis rei est repræsentatio ut communiter fit in fabulis. Vnde Dramaticum opus, uel poema, in quo solæ personæ agunt, absque poetæ interlocutione. Spiegelius.

DROMI, Latinè cursus dicūtur. Vnde Catadromus. Vide suprà, Athletarum nomine. & in uoce Catadromus.

DROMONES dicuntur, qui pręerant nauibus, ad seruandum traiectum maris, in hoc rei publicæ militantes, & maris transitum tenentes, uel tuentes. C. de Officio præfecti prætorio Africæ. l. ij. Vnde etiam adhuc eorundem naues nomine uulgari Dromones appellantur. Sp.

DROMONARII, huiusmodi nauium exercitores Cassiodo. lib. 4. Variarum ad Venenatum. Prat.

DROMONES nauigij quoddam genus cuius fit mentio in l. ulti. C. de offic. præf. prætor. Afr. Isidor. lib. xix. Etymolog. cap. j. Longæ naues sunt, ait, quas Dromones uocamus dictę eo quòd longiores sint ceteris. Cuius contrarius Musculus curtum nauigiū. Procopius quoque nauigia longa ab eo quòd celerrimè excurrerent, Dromonas appellata sua ætate scribit. Cursum enim δρόμον Græci dicunt. Cassiodor. lib. v. Variar. Epistol. ad Abundātium, Decreuimus mille interim Dromones fabricādos adsumere, qui & frusis nauibus, si necesse fuerit, obuiare. Zonaras Tomo iij. in Mauritio: [illegible] Idem in Iustiniano Rhinotmeto: [illegible] Huiusmodi uerò nauium exercitores Dromonarij uocantur. Et ita apud Cassiodor. libro iiij. Variar. Epistol. ad Venenatū, & in inscriptione Epistol. ad Dromonar. lib. ij. Variar. emendandum hoc uerbum censeo. Brissonius.

D R

DVAS ædes habere apud Vlp. in prin. l. si quis. ff. commun. præd. Spiegel.

DVAE res, non sunt fructus, & fundus, sed una. l. fin. §. pen. ff. Quæ in fraud. credit. l. j. §. si duæ res. Quorum legatorum.

DVBIA causa dicitur, quæ (ut uoce utamur forensi) semiplenè probata est. Glos. est celebris in l. admonendi. ff. de Iureiur. porrò in dubijs interpretandis, ad mitiora deflectendum esse, Schola nostra omnino recepit.

DVBITARE quid sit, Bart. docet in l. admonendi. de Iureiur. Adde l. Licinius. de Fideicom. libert.

DVBITATIO est motus indifferens, ad utranque partem ex æqualitate, rationum contrariarum prouenienś, ad quam Iudex perducitur per negationem, qua re sit dubia. gl. l. fi. C. qui. ad liber. proclam. non licet. Felin. c. super de test. cogend. Baldus lege fin. d. prob.

DVBIVM est, de quo inter sapientes dubitatur. l. inutilis. ff. de Acceptilat. Arg. l. unicæ, & quidem perquam elegātis. Nihil innouan. appellatio. pend. Spiegelius.

DVBIVM argentum, de cuius pondere uel bonitate dubitari potest. Sp.

DVBIVS

DVBIVS euentus litis, ex Scæuola dici solet. l. quod deberetur.ff.de pec.apudq; Iurecos. ferè pro uerbij loco usurpatur,apertißimamque habet significationem,ut ait Alciat.Sp.

DVBIVS hęres,dum deliberat,utrum adeat nec ne hæreditatem.

DVCATOR. l. 28. §. si nauis alteram. ff. ad l. Aquil.quod uerbum & in Lexico B. Germani notatum reperi: in quo ita est.Ducatores, ἡγοί, ἡγεμόνες, ... Brisson.

DVCATVS, pro regione cui Dux dominatur apud Feudorum conditores. Extat exemplum huius significationis apud Suet. in Nerone. Lampridius autor est,Heliogabalum illaudatum Imperatorem olim uēdidisse Ducatus,&officia Palatina. Tertullianus nouè usurpauit Ducationem proDucatu: & Ducatiorem,pro Duce, Rhenano annotante in libro de Coron.milit.Spiegel.

DVCENA,ut &centena, gradus dignitatis promotionisue in schola agentium in rebus. l.ult. C. de agentib.in reb.l.5.C.de principib.agent.in reb.l.1.de murilegul.in C.Theod.l.1.de Cæsarianis. in eo C.l. 5.de decurionib. in eod. C. Ex quibus patet ducenā non ducenariam legi oportere in l. 1. Cod. de offic. magistr. offic. quamquam impreßi codices hoc uitio laborent.Briss. Inde

DVCENARII qui ducenam gerunt & ducentis scholaribus præsunt. l.3. C. de agentib.in reb.l.1. C. de lucris aduocator. l. 1. C. de exactorib. tributor.l.9.de exactionib.in C.Th.Cyprianus lib 1.Epistol.iiij.Neq; ut ille superbierit,sublatusq; fuerit mūdanis dignitatibus Ducenarius potius quàm Episcopus uocari uolens.Meminit & huius muneris Nicephorus lib.vj.Hist.Ecclesiast. cap. xxx. In Notitia quoque crebrò in officio rectorum prouinciarum principem de schola agentium in rebus Ducenariū recenseri inuenias.Cæterùm & in re militari, Ducenarius interprete Vegetio lib.ij.cap. viij. dicebatur, qui duas centurias,id est, ducentos homines ducebat in acie secunda.Briss.

DVCENARII iudices erant, qui de leuioribus rebus pronunciabant.Dicti à censu ducentorum sestertiorum.Ducenarij quoq;, ut alij tradunt, capiuntur pro exactoribus publicanisue.Ducenaria enim nomen uectigalis est,sicut Centesima, Quinquagesima. Reperitur etiā id nomē in alio significatu apud Veget.lib ii.Vbi primus,inquit, hastatus, duas centurias,id est CC. homines ducebat in acie secunda: quē nunc Ducenarium uocant.Scotus adTheodos. Imp. in schola agētiū tradit fuisse ducenarios,qui in præfectorū officio in prouincijs fiebant officij principes:eratq; eis potestas principalis, clementiæ adorandæ. Alc.in l.matriculā. C. de Agentibus in rebus. lib.12. Astipulatur Rhenani scholiū apud Eusebianā historiam,cap.26.lib.7.Spieg.ex Oldend.

DVCERE funus.uide,Funus familiare.

DVCERE in matrimonium. Fœmina sola nubere dicitur,uir autem ducere in matrimonium,ducere in uxorem, habere uxorem, & habere in matrimonio. Spieg.

DVCERE pugnum, cædere pugno. Paulus l.4. ff. de iniur. Si cùm seruo meo pugnum ducere uellem,in proximo te stantem inuitus percusserim: iniuriarum non teneor Hot. Sic Plaustra ducuntur: Quia ducere est propriè manuducentis. Virgil.

— En ipse capellas

Protinus æger ago, hanc etiam uix Tityre duco.

Agi enim armenta dicuntur à bubulco qui ponè sequitur.Trahi aūt ab eo qui præcedit. Connan.lib 4. cap.11.num.1. Duarenus lib.1.disputat.anniuers.c.15. Aliàs ducere est iudicare,existimare:Propriè autem ducuntur uolētes,trahuntur nolentes. Seneca.Fata uolentem ducunt,nolentem trahunt. O d.

DVCES partium,id est, factionū, Cæs.Maximil. Rädel fürer uocare solebat. Nunquam non illis grauis, sed mox in delictum deprecantes clementior: tulit autem omnium ægerrimè detectos, paucis an-10 nis ante excessum suum,Contra fœderatæ coniurationis autores. Spieg.

DVCI uxor dicebatur, quæ ex patris domo, in mariti domum eo ritu,quem infrà describam,deducebatur. Primùm augurijs captatis, factisq; sacrificijs,ignem & aquam attingebant: uti Varro scribit, & Festus, & Plutarchus in Problem. quòd generationis causa in calore & humore posita sit: eiusq; rei uestigium est in l. penult. ff. de donat. inter uir. ubi Scæuola significat aquæ & ignis adhibitione nupti-20 as celebrari. Tunc nupta uir e sinu matris dicis causa rapiebat.aut si ea non erat,ex proxima neceßitudine,quòd,ut ait Festus,ea res feliciter Romulo cesserat. pòst flameo amiciebatur nuptæ nouæ caput, ominis boni causa:quòd eo aßiduè utebatur Flaminica, id est Flaminis uxor, cui non licebat facere diuortium. Hinc nuptam & Varro & Seruius appellatam tradunt,quòd ei caput uelabatur. Ita deducebatur nupta à prętextatis tribus, quorum unus pręibat facem tenens spineam. E spina autem ea fax e-30 rat, quoniam idem fecerant pastores qui Sabinas rapuerant: uti Plinius libro XVI. testatur. & præibat fax, quòd non nisi uesperis exortu nubentes in uiri deducebantur domum. Duo reliqui manu nuptæ brachia sustinebant, puerorumq; & puellarum cantibus inter se respondentium ea deductio celebrabatur. O`hymen hymenæe,hymen,ô hymenæe. Plutarchus quinque fuisse faces scribit, quòd is numerus maximè nuptijs conueniret. Cùm autem ad mariti limen uentum erat, tum postes oleo inungebat 40 nupta,eosq; laneis uittis ornabat: unde uxorum nomen Varroni,& Seruio,& Festo,quasi Vnxores. Limen autem attingere, religio erat: ne, ut Varro putat, à sacrilegio inchoarent, si depositurę uirginitatem calcarent rem Vestæ, id est numini castißimo uiolatam. Ingrediente illa,Talaßio uoce magna clamabatur ea de caussa,quæ ex primo Liuij omnibus nota est. Plautus, Sensim super attolle limen pedes noua nupta. Catulus, Transfer omine cum bono limen aureolos pedes,rasilemq; subi forem. Cùm au-50 tem in cubiculum deducta esset, prætextati brachia mittebant,ac discedebant: pronubæ, bonæ fœminę, quæ semel nupserant, eam in lecto geniali collocabant. sic enim lectus uocabatur, qui nuptijs sternebatur in honorem genij: unde & appellabatur,ut ait Festus. Tum maritus pueris nuces spargebat, ut Iouis omine (quod Varro scribit) matrimonium celebraretur, & nupta matrona esset sicut Iuno: quia nuces in Iouis tutela erant. Rapi etiam solebat fax prætextati qui præluxerat, ab utriusque amicis, ne 60 aut uxor eam sub lecto uiri ea nocte poneret: aut uir in sepulchro comburendam curaret: quo utroque mors propinqua alterius captari putabatur. Neque prætermittendum quod Festus scribit, Cingulo nouam nuptam præcingi, quod uir in lecto soluebat, factum ex lana ouis: ut sicut illa in glomos sublata coniuncta inter se sit, sic uir suus secum cinctus uinctusque esset. Hoc Herculano nodo uinctum uir soluit, ominis gratia, ut sic ille felix sit in suscipien-

suscipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui septuaginta liberos reliquit. & paulo infrà, Cinxiæ item Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptijs, quòd initio coniugij, solutio erat cinguli, quo noua nupta erat cincta. Hæc Festus. Atque hæc quidem antiqui. pòst uerò institutum est, ut etiã absentis uiri domũ duci uxor posset. Pomponius l. mulierem, 5. ff. de ritu nupt. mulierem absenti per literas eius, uel per nuncium posse nubere placet, si in domum eius deduceretur. eam uerò quæ abesset, ex literis uel nuncio suo duci à marito suo nõ posse. deductione enim opus esse in mariti, non in uxoris domum. Quod eleganter Paulus libro Sentent. undecimo, sic complexus est, Vir absens uxorem ducere potest, fœmina absens ducere non potest: quippe quę deduci nõ potest. deductione igitur omnino opus est. Domus enim uiri, matrimonij domicilium ait Pomponius dicta l. mulierem. & l ceterùm. §. mulieri, ff. de usu & habitatio. l. cùm in te, C. de donat. inter uir. & uxor. Augustinus lib. De ciuit. Dei VI. ca. IX. Sed domũ ducenda est quæ nubit. adhibetur Deus Domiducus. sic enim eum Deum qui ei solenni deductioni præerat, appellabant. Scæuola l. Seia, 66. de donat. inter uir. Seia Sempronio quum certa die nuptura esset, antequã domum deduceretur, donauit tot aureos. item, Virgini in hortos deductæ ante diem tertium quàm ibi nuptiæ fierent, quum in separata diæta ab eo essent, die nuptiarum prius quàm ad eũ trãsiret, obtulit decem aureos dono. Hot.

DVCI & ferri separantur in l. un. ff. si quis in ius uoc. non ier. l. 57. ff. de euictio. hoc ad ea quæ anima carent, illud ad se mouentia pertinet Itaque Duci de seruis usurpatur. l. 2. §. ult. ff. si ex nox. causa. l. 36. ff. de procuratorib. l. 26. §. si absente. l. 31. ff. de noxalib. l. 30. ff. de liber. cau. & de iumentis. l. 13. ff. de seruitutib. Duci etiã, in ius duci est, in titulo edicti prætorij, Qui neque ducantur, neque sequantur: cuius sit mentio in inscriptio. l. 48. ff. de uerbor. signific. Quod & produci dicitur. l. penult. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius uocat. ui ex. l. 4. ff. ad leg. Iul. de ui priuat. Quintilia. etiam in ius educere dixit lib. vij. cap. viij. Briss.

DVCI serui dicebantur, qui noxæ nomine dediti in aliorum dominium transibant l. 2. ff. si ex nox. caus. agat. l. quod ait. 3. ff. de noxal. Hinc

DVCI in causis liberalibus dicebantur, contra quos uindicię in seruitutem datę fuerunt l. duobus. 30. ff. de lib. caus. Hinc.

DVCENDIS de liberis Prætoris interdictum l. 3. ff. de lib. exhib. l. 1. ff. utrub. Hinc

DVCI obærati dicebantur, qui addicti creditoribus in seruitutem fuerant in XII. Tab. Prat.

DVCTVS aquæ autore Vitruuio lib. 8. de archi tect. cap. 7. fiunt generibus tribus: Riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, aut tubulis fictilib. Palladius lib. 9. de re rustica. addit quartum genus, uidelicet canales ligneos.

DVELLVM dicitur bellum, quo duabus partibus de uictoria contẽdentibus dimicatur. Vnde cõstat in significatione rei errare eos, qui duorum duntaxat bellum existimauêre, cum sit quoque multorũ, & ipsorũ exercituũ. Alioqui nõ diceretur à Plauto, Duellum inter Thebanos, & Teleboas. Præterea, non succineretur ab Horatio. lib. 1. epistol.

Græcia barbariæ lento collisa duello,
Stultorum regum, & populorum continet æstus.

Quandoq; uerò duellum accipi pro duorum certamine (quod singulare appellamus) palàm est ex titul. De cleric. pugnãtib. in duello lib. 5 Decret. Cõstat aũt duellorũ certamina fuisse frequentia, quemadmodum colligit Oldendorpius in leges XII. Tabul. ex constitutione de pace tenen. necnõ, quemadmodũ uidère est, ex quodam rescripto Philippi regis dudum cõcesso, à Guidone Papę ad uerbum expresso in suis decisionib. quæst. 617. Maxime uerò tẽpore Friderici Imperatoris 1. cognomento Ænobarbi fuêre frequentia, ad inuestigandam rerum gestarum etiam priuatim ueritatẽ, aut etiã ad purgationẽ inducendã: ita uidelicet, ut qui se sic probaturũ, pur gaturũue aliquid obtulerit, & uicerit, probasse credatur: si nõ uicerit, in probatione defecisse putetur. Verũ, huiusmodi certamina sanguinolenta, & Vlpiani tempore Romanorũ legibus nondũ damnata, l. qua actione. § si quis in colluctation. ff. ad leg. Aquiliam. omnino uetantur. cap monomachiã 2. qu. 4. c. 1. ext. de purgat. toto titulo de cleric. pugnãt. & l unica de gladiatorib. lib. 11. Cod. Cæterũ, de materia duelli, uidere licet (præter Ioannẽ Fabrum, de hęredit. quæ ab intestato deferũtur) Guidonẽ Papę, amplissimè eã tractantẽ in suis decisionibus Delphinalib. quæstione 617. cũ sex quæstionibus sequentibus. Anchor. Frequẽtabatur adhuc duellũ tẽpore Frid. 1. Ab illo autẽ prisco more pugnãdi, sunt istæ phrases, pro eo, qđ est, criminaliter accusare. Itẽ, hoc est, ad discrimen uitæ solenniter prouocare. Hodie duellũ prohibetur cũ omnibus id genus cruentis hominũ spectaculis, in l. 1. C. de gladiator. c. 1. de purga. uulg. & 2 q. 5. c. Monomachiam. Sp.

DVELLA fuit tricesima sexta pars assis, continuitq; duas sextulas. Cicero tamen duas sextulas, quã duellã dicere maluit in oratione pro Cecinna. Balduin. instit. de hæredib. instit.

DVITAS apud Labeonẽ, quẽ refert Iabolenus in l. malũ. §. uiduã. ff. de uerborũ signific. ea dicitur, quã nostri tẽporis Philosophi dualitatem, & Græci *δυάδα* uocant Hinc uidua appellata est, à Ve priuatiua particula, quasi Vedua, hoc est sine duobus, cum sola uiuat absque matrimonio, in quo duo sunt, uir & mulier. Macrobius tamen scribit, Ethruscorũ lingua Iduare esse idẽ quòd diuidere: unde uidua, quasi ualdè idua, id est ualdè diuisa. aut uidua, à uiro diuisa. Et ita castigandus est locus Iurecõsulti in pręal legato §. uiduam. apud quem legitur, Viduam dictã esse sine uiduitate: sed scribendum est, sine Duitate.

DVLCIA inter ea numerantur, quæ mensis secundis apponebantur: cuiusmodi sunt ea quæ recẽsentur à Proculo in l. fi. §. cui dulcia. de Tritic. & uin. leg. Spiegelius.

DVLCIARIVS panis, quàuis admixtione mellis fiat: tamẽ quodcũq; genus placẽtę dulcioris, delicationsq; nihil uetat Panẽ dulciariũ uocari. Et putat Angelus Politian. Marzopane genus lautioris edulij apud Italos, rectè Panem dulciarium uocari posse. Idque monuit Insulan. Sp.

DVLCISSIMIS filijs meis. l. cum pater. §. dulcissimis. de Leg. iij. Sp.

DVLCISSIMIS fratribus meis, auunculis autem tuis, quæcunque mihi supersunt in Pamphylia, Lycia, uel ubicunque de maternis bonis concedi uolo, ne quam cum his controuersiam habeas. Sensum indicat horum uerborum Iuriscons. in l. cum pater filios. §. dulcissimis. de Legat. ij. Spieg.

DVM, particula eam significationẽ habet quam donec & quàndiu. Pompon. Hoc, inquit, sermone, dũ nupta erit, primę nuptię significãtur: unde ,ppriè hęc uerba interpretãtur, donec, seu quãdiu erit nupta.'

Cæte-

Cætera Alciat.in l.boues de uerbor.significat.

DVM nupta erit. His uerbis propriæ nuptiæ intelliguntur.l.bonos.§.hoc sermone. ff.de uerborum significat.Spiegel.

DVNTAXAT, idem significat, quod solum. Huius particulæ uim ostendit Bart.in l.cum ita. ff.de cõdit.& demon. Non duntaxat, pro non solum, apud Paulum: Cum tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus præponatur.l.cum plures. de administr.tutor. Spiegelius.

DVO sunt multa.Instit.de iur. pers in fin. in Aut. de depos.& de nunc.inq.ibi. cum multa. Bart in l.j. ad Syll.Sic ex actu uno, seu ex duabus uicibus consuetudo fit,id est,assuetudo facti. l.nemo. in fi. C. de Episc.aud.Spiegel.

DVO Augusti quando primùm facti, Capitol refert in M.Antonino Philosopho.Tres item simul Augustos legimus apud Amm.Marcellinum.In hoc tamen,inquit,negocio, Valentinianus morem institutum antiquitus supergressus, non Cæsares, sed Augustos germanum nuncupauit, & filium, beneuolẽ satis. Nec enim quisquam ante hac asciuit sibi pari potestate collegam,præter Principem Marcum, qui Verum adoptiuum fratrem absque diminutione aliqua maiestatis Imperatoriæ,socium fecit.Spieg.

DVODECIM, loquendi compendio appellabantur Leges xij.Tabul. ut colligitur ex Ciceron. li. ij.de Oratore.Spieg.

DVO uel plures rei stipulandi sunt, qui ab uno uel à pluribus eandem rem uel pecuniam, ex uno eodemq; contractu,suo nomine, singuli in solidum & in partem uirilẽ stipulati sunt. Vel,apud quos cõmune stipulati ius est.ut l.si rem.§.ult.ff. de donat.

DVO uel plures rei promittendi, qui eandẽ rem uel pecuniam ex eadem causa singuli in solidum & in partem uirilem, suo nomine uni uel pluribus stipulantibus promiserũt.l.inter eos.ff.de fideiuss.Cuiacius in Parat.in C.lib.9.tit.39.Vide & Vuesenb. in Instit.& ff.ad hunc titul.

DVPLA,pro Duplum.unde Duplæ cautio:cùm emptor stipulabatur à uenditore duplum precium rei,si ea euinceretur. quod in preciosarum rerũ uenditionibus fieri solebat. l.48. l. 56. ff. de euict. l. 11. §. quia,ff.de act.empt.l.20.in fine,ff.de lib.caus.l.48.ad leg. Falcid. Varro libro De re rust. secundo, cap.10. Si res mancipio nõ datur, dupla promitti solet: aut, si ita pacti,simpla Vlpian.in l.qui erat,49.ff. fam. erciscun. Hos demũ uenditores ad duplæ cautionem compelli scribit,qui sponte sua distrahunt.cæterùm qui officio distrahentis funguntur, nõ debere astringi.uide Euictio.Hot.

DVPLAE stipulatio olim fuit frequentissima, ad reprimendam uenditorum temeritatem.l.iiij.§.si is, qui. ff.de uerb. oblig. Sic & Vlpian. dicit duplari pœnam,in l.qui tabulas.in princ.ff. de furt.Sp. Subauditur autem quantitas siue æstimatio, ut sit stipulatio quantitatis duplæ, æstimationisue eius rei,quę distracta est, unde quod duplum dicimus, duplum dici plærisq; in locis legimus l. uindicantem 17.ff. de euict.Donellus eod.tit. Vid. Vuesenb.in Parat.tit.de euiction.& dupl.stip.

DVPLI appellatione, interdum quadruplũ continetur.l.inter eos.§.quod diximus.ff.de furt.Sp.

DVPLICARI,apud Vlpian.in l. qui tabulas. ff. de furt.Spieg.

DVPLICATIO,est allegatio quæ datur reo ad firmandam replicationem actoris. §. rursum. Instit. de replicat. Spieg.

DVPLICIA iudicia sunt, famil. ercisc. com. diuid.fin regund. quia par utriusq; litigatoris in his cõditio est,nec quisquam præcipuè reus, uel actor intelliguntur, sed unusquisque tam rei, quàm actoris partes sustinet.

DVPLICIA interdicta appellantur, in quibus ita par utriusque litigatoris conditio est, ut uterque tam actoris,quàm rei partes obtineat:ueluti Vti possidetis,& Vtrubi:in quibus non unus solus postulat, sed ambo copulati in ius ueniunt, & inuicem apud Prætorem aliquid postulant.l.2. ff.de interd. §. pen. Instit.eod.tit.Hot.

DVPLICIA testamẽta. Vt quæ sint duplicia testamenta,intelligatur, sciendum est, eos, qui alieno iuri subiecti sunt, testamenti faciendi ius non habere: adeo quidem, ut quamuis parentes eis permiserint,nihilo magis iure testari possint. §. j. quib. non est permiss.fac.testa.Instit.2. Præterea,testamentum facere non possunt impuberes: quia nullum eorum animi iudicium est.§.præterea.quib non est permiss. fac testam.Instit.2. Si qui ergò parentes filios in potestate habeant, iiq; impuberes sint, (utrunq; enim requiritur)moribus institutum est,ut cum eius ętatis filij sint, in qua sibi testamentum facere non possunt,parentes eis faciant.§.j.de pupill. substit. Instit. 2. Cæterum liberis suis testamentum nemo facere potest,nisi & sibi faciat. Nam pupillare testamẽtum pars & sequela est paterni testamenti: adeo ut si patris testamentum non ualeat, nec filij quidem ualebit §.liberis autem.de pupill.subst.Institut. 2. Ex ijs, quæ diximus, apparet, quando duplicia sint testamenta, tunc scilicet, cum pater, qui filium impuberem in potestate habet, testamento suo facto, etiam filio impuberi testamentum facit:siue eum hęredem instituerit,siue (nihil enim interest.§.non solum. de pupill.substit.Instit.2.)exhæredârit. Eius rei hoc sit exemplum. Primus,cum filium Secundum impuberem in potestate haberet,ita testatus est,Filius meus Secundus impubes mihi hæres esto: quòd si Secundus filius meus impubes, antequá pubes factus sit, decesserit, Titius ei hæres esto. Cum dixit, Filius meus Secundus impubes mihi hæres esto, ecce patris testamentum. cum uerò addidit,quòd si Secundus filius meus impubes, antequá pubes factus sit, decesserit, Titius ei hæres esto, ecce filij testamentum. Nihil enim intererit si in suo testamento pater filium exhæredem fecerit:hoc modo, Filium meum Secundum impuberem exhæredem esse iubeo: Titium autem hæredem facio, ecce patris testamentũ, quòd si filius meus Secundus impubes, quem exhæredem esse iussi, intra pubertatis annos decesserit, Caius ei hæres esto, ecce filij testamentum, & sic uno contextu duo testamenta, patris & filij. Igitur in pupillari substitutione,secũdum præfatum modum ordinata, duo quodammodo sunt testamenta, alterum patris,alterum filij,tanquam si ipse filius sibi hæredem instituisset.§.igitur.de pupill.substit. Instit. 2. (quodammodo) adiecimus,quia proprius est, ut unum sit testamentum, sed duarum causarum, id est, duarum hæreditatum. d.§.igitur. Porrò, unum esse testamentum,uel eo argumento ostẽditur,quòd solùm septem testes adhibeantur, cum si duo fuissent testamenta, quatuordecim adhibendi fuerint. Theophilus in dic.§.igitur.& l.patris & filij.de uulg.& pupil.subst. ff. De duplicibus ijs testamentis fit à Marcello sub titulo, Ad legem Falcidiam, mentio.l.in duplicibus.Anchor.

DVPLICIARII milites dicti, quib. ob uirtutẽ dupli-

duplicia cibaria dabantur. Germani nunc, quib. duplicia stipẽdia pendũtur, Doppelsoldner uocãt. Sp.

DVPLICITER, Vlp. in l. ij. in fi. de manum. testam. pro utraq; parte, siue, ut Azo exponit, pro utroque gradu uenustè accepit. Sp.

DVPLIO, uerbum XII. Tab. quo duplex uel pecuniæ, uel capitis mulcta iniungitur alicui: quemadmodum Talionis, talis pœnæ dicebatur condemnatio, cuius aliquis aliũ affecerat. Verba legis hęc sunt: Frugem aratro quæsitam furtim noctu si pauerit, secuerit'ue pubes suspensus Cereri necator: impubes uerberator noxiamq; duplionem præstato. Hãc explicui lib. 4. Veteris Iurisprudentiæ l. 71. Sp.

DVPLO, uerbum à duo, teste Perotto: usus est eo Paulus in l. in hoc iudicium. de Ser. corrup. inquiens, quia omne damnum duplatur. Sp.

DVPLVM, bis tantum. Cato de Re rust. Maiores enim nostri sic habuere, & ita in Legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. id est ut bis tantum reddat, quantum furatus est. Iurisconsf. in duplum, triplum, quadruplum, substantiuè quoq; usurpant, exemplo Ciceronis. Sp. Forcatulus etiam Necyomantiæ dial. 44. nu. 1. Duplum uocat rei cuiusq; æstimationem, & tantundem, ita ut in duplo insit simplum l. non est, C. de rescind. uend.

DVPLVM stipulari, hoc est, ut precium emptori in duplo reddatur, si res fuerit euicta. l. 72. ff. de contrah. empt. l. 31. §. quia assidua. ff. de ædi. edict. C. Harmenopul. uocat τίμημα ἐς τὸ διπλοῦν.

DVPONDIVM siue dipondium (inquit Mecianus) sedecim sescunciæ efficiunt, hoc est, uiginti quatuor unciæ. Appellarunt autem ueteres dupondium à duobus ponderibus: Pendebat enim duos asses seu librales nummos. Olim itaq; iuuenes legalibus primum studijs initiati contemptim appellabantur Dupondij, quòd uix duobus assibus æstimarentur. Balduin. Instit. de hæredib. instit. Adde Turnebum aduersariorum lib. 8. cap. 19. tom. 1. Ad Cuiacium Obseruat. 12. c. 40. & lib. 7. c. 33.

DVPONDII iuuenes, studijs tantũ initiati, infimæ classis auditores in scholis nostris: à dupondio nummo, quasi duobus assibus æstimarentur, seu à pondere Dupondio: quod & Stater dicitur, & Tetrachmon. sunt enim adhuc modici ualoris: Pupilli uulgò dicuntur, quẽmadmodum rudes Christianismi, Paruuli, & Infantes appellantur. Sed id uocabulum Iustinian. in Procemio Pãdect. §. & primo quidẽ anno. reiecit, pro Dupondijs, Iustinianeos nouos nuncupandos censens. Spieg.

DVPONDIVS quid sit, explicat Vigl. in enarratione. §. & si plures. Instit. de Hæred. inst. rectè inibi refellens Accursij dogma, existimantis hodie ad Dupondium transitum non fieri, nisi clarè de mente testatoris cõstet. uide Georgium Agricolam. Sp.

DVRACINAE uuæ, & Duracina persica, quæ comestibilia, & matura sunt. Gręcè τρύφιμος. Iurecõs. de Verbor. sig. l. Qui fundum, inquit, uẽdit, pomumque excepit, ficus, nuces & uuas duracinas. Nebr. de his & Alciatus pulchrè in l. qui fundum. de Verb. sig. Sp. Adde Brechæum in l. qui fundum in tit. de uerb. & rer. signif.

DVRA Lex, & quæ non facilè fertur, & quæ immitis intelligitur. Sicut apud Ciceronem, duriores legum conditores. Recentiores Iuris Ciuilis Interpretes differunt latè in l. omnes populi. ff. de Iust. & iur. An durior Lex seruanda sit. Spiegel.

DVRIOR conditio, pro difficilior: ut si quis deteriorẽ habeat potronũ. Glos. §. final. l. generaliter. ff. de fideicommiss. libert. Sic durior aduersarius in l. j. C. de alien. iudic. mutan. caus. fac. Sp.

DVRANTE matrimonio, pro constãte: contrarium, Soluto matrimonio. Donatus ait, Durare uerbum, perferendis malis conuenire. Spiegel.

DVRARE, pro in tẽpus cõsistere, apud Vlpian. in l. j. de Pœnis. Si in cõditione priore durasset. Sp.

DVVMVIRI olim erant, qui carcerũ curam habebant, qui publica locabant, & negotia Reipublicę gerebant: ac interim his publicis functionibus satis superq; distenti, neq; de mulctis, neq; de emancipationibus se intromittebãt: sicut nec defensores ciuitatũ. l. j. ff. Si quis ius dicent. nõ obtempe. l. j. de emãci. libe. Erat autem maximus inter honores municipales hic duumuiralis magistratus: & propterea fascibus utebantur. l. j. ff. de alb. scriben. l. Duumuirũ. C. de decurio. lib. x. Et carceris curam certè maximã in ciuitatibus habebãt. l. Si quis uxori. §. Si fugitiuũ. ff. de furt. Creabantur autem ex decurionibus, non ex plebeijs. l. Honorem. §. Is qui. ff. de decurio. l. Itẽ eorum. §. j. ff. Quod cuiuf. uniuers. Olden.

DVVMVIRI. Horũ alij quos sępe populus creauit, nec ante obitum mutare decebat, ab omniq; urbano munere & belli cura immunes erant, & sacras ædes dedicabant, & obsecrationes expiationesq; ad placandas auertendasq; Deorum iras, tum alia quę dam procurabant, quorum meminit Alexander capite xvj. libro iij. Genial. dier. Alij Municipiorum, & alij Nauales dicebãtur: & alij Capitales, qui perduellionis diem ad populum dicerent, & in facinorosos animaduerterent, à principio Originũ creati. Vlpianus l. unica. Si quis ius dicenti: meminit Duumuirorum Municipalium, non illorum qui Romæ olim criminalia tractabãt, teste Liuio libro primo. Et quamuis in Latinis municipijs, ceu primi magno in honore haberentur, deerat illis tamen potestas mulctandi. Vnde non poterant Iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio. ut ait Vlpianus loco iam citato. Commentatores non animaduertũt, quisnam hoc loco Duũuirorũ magistrat9 esset. Zasius noster putat duũuiros hodie rectè dici tribunos plebis. Oldend. aũt arbitratur, Tribunos successisse apud nos loco defensorum ciuitatis. Et Duumuiros nũc, Magistros ciuiũ uulgò dici, seu Cõsules. Quin & Duũuiratum fuisse magistratum municipalem, testantur Paul. tit. de Actionib. & Vlpian. de Dam. inf. Sp.

DVVMVIRI nauales, quib9 naualiũ pop. Rom. quoties instrui classem, uel refici oportebat, utq; naualibus socijs implerentur, commeatuq; & armamẽtis instruerentur, negocium dabatur: nec non aquęductuum deriuandarumq; aquarum, colonięq; deducendæ qui curam agerent, quiq; id muneris exequerentur, sæpe Duumuiros fuisse constat. Sp.

DVVMVIRI QVINQVENNALES ideò sunt cognominati, quòd creabantur in integrũ quinquennium, cẽsus tributiq; causa, uel potius quibus Iuris dicendi causa in quinquennium ob spectatam uirtutem is honos mãdabatur: cum alijs annuus esset, Turnebus aduersar. lib. XI. cap. 10. tomo primo.

DVX. Feudistis Vasallus dignitatis est. uide ducum origo, & Lege, Comes. Dux autem, Princeps, & Comes communi genere leguntur. Itaque barbara sunt, Ducissa, Principissa Comitissa. Spieg.

DVX, a ducendo exercitu dictus est. Ideò enim dux dicitur, quòd præcedit, & sequentem ducit. Virgilius, *Dux fœmina facti.* Vnde ducere bellum, pro gerere, idem dixit: *Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina.* Prat.

DVX, à ducendo, qui exercitui præest, & sequentem eum ducit contra hostes. Is consularibus insignibus utebatur. Vnde Ducatus, aliàs regio, cui dux dominatur, aliàs ipsa ducis dignitas, præfectura, & imperium militare iam nunc dicitur. Vlpianus in l.2. in princi. ff. de his qui notant. infam. Prat.

DVX Tripolitanæ & Byzacenæ prouinciæ & Mauritaniæ, & Numidiæ l. fi. C. de offic. præf. præto. Sic

DVX Rhœtici apud Vopiscum in Bonoso. Et

DVX limitis Scythici, Illyriciani, Thracij, Orientalis apud eundem in Aureliano. Prat.

τῇ ΔΥΝΑΜΕΙ quod Sabinus ait. l. aduersus. de arbitris, id est, quod uulgo dicimus, in effectu, siue ut Pedius dixit, quod tantundem præstet. l. incertum. si cert. pet. aut etiam ut Marcellus, ui ipsa, l. qui x. §. Stichum. de solut. Scilicet cum potestas & exitus rei, quæ agitur, id habet in recessu, quod specie & prima, ut dicitur, fronte, non uidetur agi. Sic, qui à fideiussore petit, τῇ δυνάμει à reo petere dictus est. Nec aliter, quod ita pignori datur, ut nulla superſit spes luendi, uel tenuis. τῇ δυνάμει alienari, uidetur Bald. l. uoluntas. C. de fideicōmiſ. Ita qui pro se filium uadē aut obsidē dedit, τῇ δυνάμει ipsum in uinculis esse, existimari oportet. Mar. So. conſ. 53. Et cuius mandato, uel iussu alius soluit, τῇ δυνάμει ipse soluisse intelligendus est. Curt. lib. Aduerſ. 1. cap. 19.

ΔΥΝΑΜΙΣ uerò & ἐξουσία inter se differunt. Est enim δύναμις simpliciter facultas & uirtus: sed ἐξουσία id est potestas, ius & autoritatē significat. Brechęus in l. Potestatis uerbo. ff. de uerb. & rer. signif. nu. 4.

E

E PRO, i, ueteribus sæpe positum fuisse cōstat, quod & M. Fabius lib. 1. cap. 4. docet: unde in Pand. Flor. intelleguntur, intellegi pro, intelliguntur, intelligi: ut & B. Brisson. lib. Parerg. adnotat. Prat.

E, uocula plerunque exclusionis nota est c. 1. de renuntia.

Econtrario, pro uicissim, uice uersa. l. 11. §. 1. ff. de duo. reis. Prat.

EA mente, apud Vlpianum de furt. pro uoluntate. & non, ut uulgus solet, pro intentione accipiendū est. Accursius in l. codicillis. de legat. 2. eadē uerba in Scæuolæ responso, haud simpliciter, hoc est, pro animo, aut sentētia, sed pro pacto intellexit. Sp.

EA & Eadem aduerbia loci, idest, per eandē uiā.

EADEM sunt, quorum substantia est eadem. Vide Bald. in l. neque leges. ff. de Legib. & l. ea quæ. C. de Cōdit. indebit. Quæ origine & corruptione sunt diuersa, eadē non sunt, ait Salomonius, l. Gallus. Sp.

EADEM per eadem, est semper eadem inculcare: quo uitio notantur à uiris non illaudatis recentiores Scholiastæ, qui additiones tantum accumulant. Lege Castilion. Sp.

EADEM opera, pro eo facto: quod, sermonis prisci ignari, non animaduertere, qui nec Operæ, antiquis quid fuerint, satis intellexisse uidētur. Sp.

EADEM res non debet diuerso iure censeri. l. j. de Rer. permut.

EANVS ἑανὸς uestis splendida & subtilis apud Hom. lib. 14. Ilia. ἀμφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιον ἑανὸν ἕσαθ' ὅν οἱ Ἀθήνη ἔξυσ' ἀσκήσασα, τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά. Et in Hymno ueneris, loquēs de ornatu ipsius, ἀμβροσίῳ ἑανῷ τό γά οἱ τεθυώμενον ἦεν. Tiraqu. in 3. l. connub. gl. 1. parte 3.

EATENVS, uariè poni docet Bartol. in prin. l. j. de Oper. nou. nun. Porrò Eatenus dicitur quis posse facere, quatenus ex fructib. superest, deductis alimentis. l. qui bonis. ff. de Cess. bon. l. Imperator. ad S.C. Trebell. Spieg.

E B

EBLANDITAE preces, significant testimonia blandis precibus impetrata.

EBORARII, inter artifices qui à Principib. uocationem munerum obtinent, numerantur in l. prio re. C. de Excusat. artif. lib. x. Sp.

EBOREVM, quod ex ebore est. Pomponius in l. ij. de Orig. iur. Placuit, publica autoritate decem constitui uiros, per quos peterentur Leges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus: quas in tabulas eboreas perscriptas, pro Rostris composuerunt. Sic legit Haloander. Vulgatus textus: Vt ciuitas fundaretur Legib. quas in tabulis eburneis præscriptas, pro Rostris, & cætera, Zasius obseruauit traditum à Dionysio & Liuio, fuisse in ęs incisas. Sed & fœdera Latinorum in columnam æneam incisa esse post Rostra, Cicero autor est in Orat. pro Corn. Balbo. Sp.

EBRII uel ipsis ethnicis adeò exosi fuere, ut Cēsores, tanquā indignos, qui honores & publica munera gererent, Senatu mouerent, notaq; & ignominia perstringerent. Et Pittacus temulentos, si quid deliquissent, duplici pœna puniri curauit: ut formidine supplicij, à uino promptius abstinerent. Quanquam Iure nostro pœna minuitur: quòd in ebrio dolus abesse putetur. l. omne delictum. ff. de Re militari. & l. respiciendum. de Pœnis. Spieg.

E C

ΕΚΒΟΛΗ, eiectam denotat. Quod uerbum reponendum est in l. iij. de Incend. ruin. naufr. Inde etiā Eiectitiam suem Græci ἐκβολάδα appellāt, Athenæo autore. Alc. in l. iubemus. C. de Naui, non excuſ. lib. xj Spiegelius.

ECBOLIA, medicamenta quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero enectis. quæ & Phthoria dicuntur. Vlpianus: Si mulierem, inquit, uisceribus suis uim intulisse (per eiusmodi intelligēdum medicamenta) quo partum abigeret, constiterit. eam in exilium Præses prouinciæ exiget. ad l. Corn. de Sicar. Quod tamen hodie apud nos capitale est. Vim inferre, hoc est, quod uulgo dicimus, Zwang vnd drang thun. Sp.

ΕΚΔΙΚΟΣ. Lege, Syndicos. & cap. v. lib. j. Parergon Alciat. Spieg.

ECCE, pro uides, etiam de re non repentina, neque noua dicitur. Exemplum habes apud Caium in l. j. Quod cuiuſ. uniuerſ. nom. Sp. non raro tamen aliquod singulare momentum habet. excitat enim attentionem, & rem eximiam monstrat. Crebro igitur rem uel nouam, & mirabilem, uel etiam desiderabilem ac exspectatam significat, maximè in sacris. Isa. 12. & Isaiæ 7. Math. 21. Ecce Hebræis crebro indicat promptitudinem alicuius, parati ad obediēdum, & ueluti se ipsum in alterius obsequium offerentis ac dedentis. Luc. 1. Hebręor. 10. Isai. 6. 2. Sam. 15. Aliquādo affirmationem & certitudinem significat, Genes. 1. ibidem. 16.

ECCLESIAE confugium haud dubiè deductum est à primis parentibus. Nam & Moses post reditum in tribus ciuitatibus ab eo conditis ædes cōstituit, ad quas, qui hominem non ex proposito occidissēt, cōfugiētes tuti essent, neq; inde extrahi possent, ut est apud Iosephum lib. IIII. Nepotes etiam Herculis timentes, quos auus uiuens uexauerat, misericor-

ſericordiæ templum Athenis conſtituerunt, ut Plutarchus in uita Theſei teſtatur, & Statius lib. ij. Thebaidos. Quod & Romulum feciſſe Romę Liuius lib. 1. & Dionyſius lib. 2. tradiderunt. Dictę enim ſunt ſacræ ædes illæ, ad quas confugientes tuti erant, aſyla. de quib. ſuprà. Cæterum Carolus Magnus (ut teſtatur Molinæus) decreto à ſe edito menſe Martio, Anno XI, regni ſui duobus & uiginti annis, ante adeptum Imperium. c. viij. ſtatuit homicidas, aut cæteros reos qui legibus mori debent, et ſi ſi ad Eccleſiam confugerint, non habere immunitatem, quod trecentis circiter annis ante eum ſtatuerat Iuſtinianus Magnus in Nouella. De honore autem Eccleſię habēdo, & quomodo ſe quis in ea gerere debeat, uide omnino textum in c. decet. & in c. Cum Eccleſia. de Immunit. Eccleſ. lib. 6.

ECCLESIA collegiata dicitur eſſe, quæ multis continetur ſodalibus ſeu Canonicis in unum collectis, rectorem & ſuperiorem unum habentibus, qui eorum omniū ſit caput, ipſi uerò membra. Glo. in c. ſtatutū. In uerb. collegiatas. de elect. & elec. pot. Brechæus l. Neratius. ff. de uerb. & rerum ſignificat.

ECCLESIAM ſuprà in uoce ciuitatis diximus appellari poſſe ciuitatem, hoc eſt, cœlum uel congregationem, non qualemcunq;, ſed cōciliatam in unā ſocietatem communionemq; fidei & Sacramentorum. fuit autem id nomē celebre etiam Ethnicis. Siquidem ut ait Eraſmus Græcis eſt, quod latinis concio, hoc eſt populus euocatus ad audiendum de Reipub. negotijs. Nam qui multitudinem ad nugas conuocant, ἀγύρται circulatores, & circumforanei uocantur, qui aduerſus rempub. ſeditioſi nominantur. Vtitur hac uoce Æſchines cōtra Cteſiphontem inquiēs τὴ ἐπιοῦσῃ ἡμέρᾳ κύκλος ὁ τὰς γνώμας ἐπιψηφίζων ἐν ἐκκλησίᾳ ... ἀπομετρουμένου. ἐκκλησίαν γὰρ ... τὰς ... συγκαλοῦσιν ἀλλὰ καὶ ... χρημάτων τῶν ...: Et Athenis olim duplices habuerunt conuentus Eccleſias & Agoras, ac plerunq; nomen Eccleſiæ ſignificauit conuentū totius populi ordinatum ac per ſuos ordines euocatū: contra autem ἀγορὰ confuſam promiſcuamq; cōgregationem. Sumpſerunt ergo Apoſtoli iſtud melius nomen ad ſignificandam Eccleſiam, ut oſtenderent politiam populi Dei eſſe quidem democraticam, ſed tamen non confuſam uerum ordinatā: ut quę habeat ſuum regem Chriſtum, & ſuam Ariſtocratiam doctorum ac præcipuorum membrorum, quem ordinem ut harmoniam etiam Paulus Rom. 12. & 1. Corinth. 12. ac Epheſ. 4. deſcribit. Dicitur autē Eccleſia ab ἐκκαλεῖν id eſt Euocare. Nam ut olim populus euocabatur ad audienda & cognoſcēda publica negotia: Sic electi è tenebris impij mundi in admirabilem lucem ueritatis miniſterio Euangelij euocātur, ſicut Apoſtolus Chriſtianos per Euangelium è mūdo euocatos appellare ſolet κλητοὺς ἁγίους, hoc eſt, uocatos ſanctos. Euocantur enim ex impiorum congregationibus, & congregantur in ouile Chriſti per Euangelium. hæc piorum congregatio in ueteri teſtamēto uocabatur Kehal Edonai id eſt, coetus & Eccleſia dei. Hinc Apoſtolus Eccleſiam 1. Timoth. 3. uocat domum dei uiuentis, columnā & baſim ueritatis. & 2. Theſſal. 2. templū dei & Epheſ. 5. Sponſam Chriſti. Neq; uero ſolum huiuſmodi conuentus fidelium atq; piorum, ſed & locus in quem conueniebatur Græcis dicitur ἐκκλησία. Atque pro utroque ſignificatu paſſim ſumitur in decretis Canonicis. Notabiliter pro loco ipſo C. in titul. de ijs qui ad Eccleſias confugiunt ut autem Alciatus ſcribit in Rubr. C. de ſacroſ. Eccleſ. locꝰ ipſe appellatur βασιλικὰ ſiue quod loca publica Græci βασιλικὰ uocāt, ſiue quòd domus principis baſilica id eſt regia dicitur. quæ ſignificationes etiam diuinis templis conueniunt. Vnde Baſilicæ nomen pro templo ipſo in quo confluunt Chriſtiani. Hinc

ΕΚΚΛΗΤΟΙ quidam dicebantur ad certas conſultationes deſtinati. Xenophō. Hellen. 1. ἐπειδὴ προσῆλθον ἐπὶ τοὺς ἐκκλήτους τῶν Λακεδαιμονίων τε καὶ τῶν συμμάχων, id ad conſilium Lacedæmoniorum & ſociorum.

ECCLESIASTERIVM Vitruuius libro ſeptimo capitulo ſexto tradit eſſe ualde paruum theatrum, in quo ſcena apud Alabandanos ab Apaturio concinnata fuit, ut refert Brechæus l. Inde Tabernacula. ff. de uerborum & rerum ſignificat.

ECLOGARII HOMINES dicuntur eruditi qui olim quicquid ferè legebant librorum, ex ijs excerpebant breuiarium quoddam. Sic eclogæ repe-riuntur è Diodoro, è Polybio, è Creſia, è Theophraſto, è Strabone, unde & poemata imitata, eclogæ uocantur: ut Bucolica Maronis è Theocrito, ac proinde etiam ſine imitatione poematia, quod imitatorū breuitatē & ſimilitudinē habeāt: ſed & loci inſignes ἐκλογαὶ, dicuntur, quòd excerpi notariq; potiſſimum ſoleant, ut in uita Æſchyli αἱ ἐκλογαὶ μὲν παρ' αὐτῷ τὶ ... διαφέρουσι. ..., ut annotauit Turnebus aduerſariorum lib. 9. cap. 55.

ΕΧΕΙΡΟΝ munitum & ſecurum ſignificat. Connan. lib. 4. cap. 13. nu. 1.

ΕΚΤΑΓΗ delegatio, ſiue diſpoſitio Præfecti prætorio in l. fi. C. de exact. trib. lib. 11. Prat.

ECONVERSO. Eſt & in uſibus feud. titul. Quæ fuit cauſ. ben. amit. in princip. Melius cenſent mutua uice, uiciſſim, uice uerſa, ſeparatim ijs duobus uerbis poſitis. Sp.

ECONTRA, quod in Placitis Feudalib. c. unico. de Inueſt. in marit. fac. & in Pontificio Iure frequentius ponitur: ſed nemo neſcit, utraq; modica rei Latinę puritate tradita, Latinum eſſe negant, ſed hęc illius uice potius, è diuerſo, aut contra, dicendū. Sp.

ECONTRARIO, pro uiciſſim, uice uerſa: apud Papinian. l. 11. §. 1. ff. de duobus reis conſt. Hot.

ΕΚΤΙΝΕΙΝ τὰ τῆς κηδεμονίας, curationis nomine ſatisfacere, rationes referre, reliqua ſoluere. Modeſt. l. 49. ff. locat. οἱ ἐπίτροποι γενόμενοι πρὶν ἐκτεῖσαι τὰ τῆς κηδεμονίας μισθοῦσθαι κωλύονται ... Tutores facti prius quàm procurationis ſuæ nomine ſatisfecerint, prohibentur aliquid à Cæſare cōductū habere. Hot.

ΕΚΥΡΟΣ, ſocer, ſicut ſocrus ἑκυρὰ, ut Modeſt. ſcribit de Grad. quo exemplo & aliqui ex antiquis, annotāte Alc. ſoceram pronunciauerunt, non ſocrum. Sp.

ΕΚΔΙΚΟΙ, ſyndici ſunt, & curatores Reip. Alc. in l. præſes. C. de Tranſac.

ECVLEVS eſt genus tormenti ad modum crucis diſpoſitum. C. de male. & math. l. Etſi excepta. in fin. de hoc xxiij. q. j. c. j. per Arch. Quidam ardentem laminam eſſe tradūt, qua homines cruciabiliter torquētur. Alij ab equo diminuto uocabulo, materiam quandam in equi formam aiūt, in quam coijciebantur rei. de quo in l. etſi excepta. C. de malefic. & mathemat. Io. Bello. Etymol.

E D

EDEATRAE, qui præſunt regijs epulis. fortè Truchſeſſen nunc à nobis appellati. Hos Nicolaus Zyegler, Dynaſtes Barri Elſatienſis (qui celebri nomine apud diuum Maximilianum inter primos præfectus Sacro ſcrinio rerū Germanicarum, in noſtra lingua meruit audire, Tullius Cicero, tametſi Rom.

omnino, q. mirari posſis, ignarus eſſet) olim *Tragæſſea* uocatos exiſtimauit. Spieg.

EDERE, in actione ex Edicto de Edendo, eſt copiam deſcribendi facere, uel exemplar complecti & dare, uel dictare, hoc eſt, ſic dicere ut alter ſcribendo excipiat, uel proferre ſcriptum ut legatur: aut denique quouis alio modo inſinuare ſentẽtiam ſcripturæ, cuius tenor deſideratur. l. j. §. 1. & l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium, ff. de Eden. Budæus, Edere, inquit, apud Iuriſconſultos, quod nũc per ſcriptum dare, uel per declarationem dicunt. Spiegel. Antequam autem in ius uentum eſſet, reo actionem edere actorem olim cogi non ſolere, ex his Plauti uerſibus in Perſa probari poteſt:

Age, ambula in ius leno. D. quid me in ius uocas? S A.
Illic dicam apud prætorem, ſed ego in ius uoco.

Quamuis alioquin copiam actionis deſcribendæ, reo antequam in ius ueniret, actor nonnunquam faceret, ut proinde reus deliberaret, utrum cedere, an contendere ultrà deberet. & ſi contendendum putaret, ueniret inſtructus, cognita actione qua conueniretur. cap. 1. de edend. Quam quidem editionis rationem Terentius eleganter his expreſsit uerſibus in Adelphis:

—Quidiſſi ego tibi illam nolo uendere,
Coges me? Æ. S. Minimè. S. Namq; id metui.
Æ. S. Neq; uenundam cenſeo,
Quæ libera eſt: nam ego illam liberali aſſero cauſa manu.
Nunc uide utrum uis argentum accipere, an cauſam meditari tuam,
Delibera hoc dum ego redeo leno.

Fuerunt autem edendarum actionum quinq; rationes diuerſæ. Prima fuit, ſi quis diceret qua actione agere uellet: ſecunda, ſi eius quá allegabat actionis deſcribendę actor reo faceret copiam: tertia, ſi actor ſuam intẽtionem in libello eſſet complexus, & eam ſic offerret aduerſario: quarta, ſi ex libello eá aduerſario dictaret: quinta, ſi aduerſarium ſuum actor ad album produceret, demonſtraretque, quid dictaturus eſſet, uel id dicendo quo uti uellet, d. c. 1. Quod autem ad quintam hanc editionis ſpeciem attinet, ea profectò non talem habet ſententiam, qualem habere plerique putant. Ræuard. Protrib. lib. ſing. cap. 4. Adde Forcat. in ſuo Cupid. Iuriſperito cap. 17.

EDERE exemplum in aliquem, eſt ſupplicio afficere, & in eum animaduertere. Gellius lib. vj. cap. xiiij. docet, cur exẽpla pro grauiſsimis ſupplicijs, ab antiquis dicta ſint. Spieg.

EDERE Iuſiurandum, pro, in medium afferre.

EDERE Leges, hoc eſt, conſcribere & ſtatuere, uel imponere.

EDERE nomina, hodie dicimus eos, qui prouocatores apud Acta Curiæ præſentari dicũtur. Quod & nomen dare uocatur. ut dare nomen militiæ. l. iij. de re milit.

EDERE reo, pro cõtra reum. ut Cicero in Orat. pro Planco. Spieg.

EDERE, pro naſci apud Triphoninum, in l. Areſcuſa. Incipiente igitur partu, exiſtens conditio efficit, ut ex libera edatur, qui poſtea naſcitur. Vulgati Codices pro Edatur, habent Naſcatur. Sed Haloandri textus, quẽ ubiq; ſequimur, dubio procul archetypo magis reſpondet. Spieg.

EDERE. Miratur Fr. Syluius, quæ ſit opinio huius ętatis hominum uel doctiſsimorum, ut ædere cũ æ diphthongo prima ſyllaba ſcribant: quum præpoſitio E, unde id uerbum compoſitum eſt, neq; in cõpoſitione, neq; extra hanc diphthongũ recipiat. Sp.

EDERE diem eſt uel dictare, uel tradere libellũ, uel codicem proferre. l. 6. §. 6. ff. de edendo. Hot.

EDERE iudicium, ſiue actionem, eſt profiteri & enunciare qua actione uſuri ſimus. Iulianus l. 22. §. 4. ff. rem rat. hab. Si procurator iudicium de hæreditate ediderit, deinde dominus fundũ petierit. Sic l. 2. ff. pro donat. l. 4. §. mandaui, ff. de doli except. l. accipientis, 15. ff. de auct. tut. Idq; non ſolum ſimpliciter, ſed ita ut aduerſarius ante litis conteſtationem & iudex poſt litem conteſtatam intelligant, quo nam iure perſequendi actor intendat ſibi aliquid deberi l. edita C. de ed. l. Pomponius in fin. ff. de neg. geſt. l. ut fundus. ff. com. diuid.

EDERE operas dicitur libertus, pro dare, præſtare, præbere operas. Vlpianus l. 9. ff. de oper. lib. Proprietas earum & in edentis perſona, & in eius cui eduntur, conſiſtit. Iauolenus l. 21 Operæ loco edi debent, ubi patronus moratur, ſumptu & uectura patroni. Hotoman.

EDI etiá interdictũ dicitur l. 8. §. ex hoc interdicto. ff. de precar. l. 3. ff. de interdic. l. 1. §. annus. ff. de ui & ui arm. l. ult. in fi. ff. quor. legator. Editá quoq; formulá dixit Plin. li. 9. c. lix. & Quintil. Declamatio. 13.

EDERE patrimonium. l. 1. §. ſi quis ſeruus. ff. de off. pręf. ur. l. 9. ff. de tutel. ut Edere cẽſum apud Plin. lib. x. Epiſtol. Nomen. l. 1. ff. de off. conſ. l. 1. ff. qui pet. tut. l. 2. C. eo. tit. l. 2. §. ſi mater. ff. ad S. C. Tertyllia. Exemplum litterarũ. l. pen. ff. de appell. recip. l. ult. ff. qñ appell. ſit. Librũ. l. 46. § tutor. ff. de adm. tut. mandatorẽ. l. 2. § diuus ff. de iure fiſ. Crimina: apud Paul. lib. 5. Sent. tit. xviij. Briſſ. Itẽ, edere Labeo ait, qui ad uerſaria ſua ad albũ produci demonſtret, q̃d dictaturus eſt, uel id dicẽdo, quo uti uelit. d. l. 1. §. 1. ff. eo. Hoc exponit Alciatus, lib. 2. Diſpunct. cap. ult. & παρέρ. lib. 8. c. 7. & bene de eo qui aduerſarium ſuum, hoc eſt tabulas tumultuarias rationũ ſuarum profert & edit, ut ex eis oſtendat, quá actionẽ dictare uelit, aut qua ſumma cũ reo iure cõſiſtere. Notũ eſt enim ex Cicerone & alijs, aduerſaria ſumi pro tabulis tumultuarijs: quod uerbũ etiá rectè opinor ſingulari numero dici, quanquam Duareno non placeat, libr. 1. Diſp. anniuer. c. 13. qui exiſtimat, ꝓducere aduerſariũ ſuũ, hoc eſt, reũ cui formulá actor uelit intẽdere, rectiùs intelligi: quæ opinio noua eſt, & non contẽnenda. Præterea. Budęus, in priorib. Annotat. Edere (inq̃t) apud Iuriſcõſultos, quod nunc per ſcriptũ dare, uel declarationẽ dicũt. Tractatur aũt in dicto titulo, de edend. triplex editio, ſcilicet inſtrumẽtorũ, rationũ, & actionis. Sed ratio editur in principio, cætera in proceſſu cauſæ, ut dicit gloſa illic ſuper Rubricam. Anchora.

EDI ratio ita intelligitur, ſi à capite edatur. Nam ratio (teſte Caio in l. argentarius d. tit.) niſi à capite inſpiciatur, intelligi non poteſt, ſcilicet ut non totũ cuiq; codicem rationum, totasq; membranas inſpiciendi deſcribendiq; poteſtas fiat: ſed ut ea ſola pars rationum, quæ ad inſtruendum aliquem pertineat, inſpiciatur & deſcribatur. Spieg.

EDICERE, propriè denunciare eſt, ut quid fiat, aut nõ fiat: τὰ γὰρ ἐπιτάγματα καὶ τὰς διαγραφὰς τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ἐδίκτα οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν inquit lib. v. Dionyſ. hoc eſt: Præcepta enim ac præſcripta rerum iuſtarũ atq; iniuſtarũ, Edicta Romani appellant. Quãquam

EDICENDI uerbo in Prætorijs quidem legibus ſubeſſe uideatur uis prædicẽdi, & in poſterũ denũciandi. unde illud Cic. in li. de finib. 11. Eſt enim tibi

tibi Prętori designato edicendum, quæ sis obseruaturus in iure dicendo.

EDICERE, est decernere aliquid iure magistratus, siue id iubendo fiat, siue uetando, quid refert? Quare Bartolus non rectè potest reprehendi, quòd dixit, edictum esse genus, interdictum uerò speciẽ deseruiens materiæ, in l.j.ff. de Nou. oper. nunc. ex D.Oldendorp. Sp.

EDICERE, uel indicere Senatum, est extra constitutum tempus ob negocia incidentia repentè Senatores conuocare. Hinc edictus, indictusue Senatus. Bud. in Annot. prior. Sp.

EDICI concilium ut refert Gellius ex Sententia Lælij Felicis dicitur cum non uniuersus populus, sed aliqua pars iubetur adesse. Connanus lib.1. cap.13.nu.6.

EDICO. Donatus in Hecyra Terent. Inter Edico & Interdico hoc interest, quòd Edicimus quod fieri iubemus: Interdicimus, quod fieri uetamus. Edicimus uni generi hominum, Interdicimus diuersis. itaq; Prætoris Edicta, & Interdicta dicũtur. Quæ distinctio, ut Alciat. ait, non sat uera est, cum sub Rubr. de interdictis quędam sint, quę fieri non prohibent, ut Restitutoria, Exhibitoria. Spieg.

EDICTA Cicero definit esse, quæ Prætores urbis uel peregrini uel Aediles Curules iura dixere. Dionysius iussa & uetita magistratuum (quæ Greci διατάγματα uocant) proponebantur publicè in alba tabula, quod idcirco Album dicitur, apud Græcos λεύκωμα. Connan lib.1. cap.15. nu.1.

EDICTA Iulia quæ ab Augusto necẽ auunculi uindicaturo contra eius percussores proposita fuere, ut historici tradiderũt. Corras. lib.2. cap.1. Miscel.

EDICTA, ut Halycarnas. lib. v. scribit, Romani appellabant τὰς τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων διαγραφὰς Nam ut scirent ciues quod ius de quaq; rè magistratus dicturi essent, seq; præmunirent, edicta proponebant. l.2.§.eodem tempore.ff.de orig iur. Proconsules etiam & Pręsides in prouincijs, edicta eiusmodi proscribebant, quæ Prouincialia appellabantur ad differẽtiam urbanorum. Patet hoc ex Cicero. lib vj. Epist. ad Atticum. epistol.j. & ex Verrinis. Ad edictũ autẽ tam prouinciale quam urbicum, Gaius Commentarios scripsit. Eaq; causa est, cur in edictorum interpretatione proconsulis sæpe mentionẽ faciat, ut in l.1 ff. de alienat. iud. mut. l 27. ff. de dolo. l.27.§. 1.ff. de minorib. l.1.ff. quod cum eo. l.1.§. pen. ff. quod cuiusq; uniuersit. l.68.ff. pro soc. cũ alijs, quę ab Anto. August. lib. j. Emendat. cap. v. notatur. Sunt & edicta principum. l.8.ff. de quæstionib. l.13. ff. de iure fisc. l.15.ff. ad l. Corn. de fals. l.1. ff. de constit. princip. Rubr. de Edicto Diui Hadr. toll. §. sed & quod principi. Institut. de iure natur. ubi Theoph. edictum, ait, dici πᾶν ὅπερ δὴ ἐκεῖνος φόνους κινεῖται ἰδίαν ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν τῶν ὑπηκόων συντάξιν καὶ λαττίναμαν. Bris.

EDICTUM ab Interdictus q.d differat tradit Bartolus in l.1.ff. de no. oper. nunc. eo nimirũ edictũ ab interdicto differre, quo genus à spęcie: qppe edictũ generis nomen esse arg. §. constat. de iur. nat. gent. & ciuil. Instit. Interdictum uero speciei, quasi edictum in id diuidatur, quod speciali uocabulo edictum dicitur, & interdictum: nõ secus quàm adoptio, in adoptionem specialiter dictã & arrogationem. l.2. ff. de adoption. & cognatio in cognationem alteram, & agnationem. l. Iurisconsultus. ff. de grad. cogn. interdictum autem ab illa edicti altera specie eo differat, quod hoc inter duos dicatur: quod uerò ex suo officio Prætor facit, edictum sit. Hãc autem Bartoli sententiam reijcit Alciatus lib.3. parer. cap.15. ea ratione, quod quidquid edicat, ad duos pertineat, actorẽ nempe & reum: Interdictum autem propriè sit, quo prętor aliquid iubet, uel uetat, non perpetuo, sed ad tẽpus, donec pleniore iudicio de iure petitoris quæratur, quasi id interim dictum, interdictum inde nũcupatum sit: & interdicere nihil aliud sit, quàm interim dicere, quod ab eodem alibi quoq; assertum. in l. pecuniæ uerbum. §. ult. ff. de uerb. signif. & ab alijs quoq; comprobatum. Ioã. Corras. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acquir. poss. confirmat Ciceronis auctoritate lib 2 Rhet. ad Heren. Sed quo loco interdicere apud Ciceronem legit Alciatus, comperi legi interim dicere. Alijs uisum est, hoc edicta ab interdictis differre, quod edicta generalia essent, interdicta uerò personalia. Quibus omnibus probabiliorem ueriorem q; Bartoli sententiam illam iudico, nõ quidem usquequaq;, uerum in eo saltẽ, quod hęc nõ secus, quàm genus à specie differre dixit. Sic enim altius id omne exquirens constituo, edicerẽ id omne significare, quod iubendo, uetando, aliterue decernendo & pronunciando publica authoritate effertur: quasi edicere id generaliter significet, publicè pronunciare, & particula, e, uerbo dicendi, quod generale est, adiecta, generalem quoq; simplicis sui significationem, aliquatenus retinens id tantum operetur, quo non quod ubiq; & quomodocũque dicitur, id edicendi uerbo propriè significetur, sed id tantum, quod aliter quàm priuato sermone proferre cupientes, publicè efferre, aut quasi publicè effari uolumus, ut apud Ciceronem in lib. de legib. Suade igitur, inquit, istam ipsam legem, ut ego possim edicere, hoc est, publice eam proponere & efferre. Idem alio loco lib. offic. Edictum, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. & Plinius in Panegyrico: Adsuescat, inquit, imperator cum imperio calculum ponere: sic exeat, sic redeat, tãquam rationem redditurus, edicat quid absumpserit: ita fiet, ut non absumat, quod pudeat dicere. Quod & alijs infinitis locis passim occurrentibus patebit, ut in consimilibus uerborum aliorum compositis particulam illã eandem uim operari comperiemus, ut quod emittitur, designet, non quod priuato loco cõtinetur: qua ratione non inscitè, licet concisè à Laurentio Vallensi lib.5. Elegant. dictum uidetur, Edicere esse magistratuum, Regumúe. Nam quod etiam de ijs, quæ priuati decernunt, & priuatim dicunt, id quoque uerbum dici solet: sic metaphoricòs tum ad id trãsferri agnoscemus, quod quasi auctoritate publica sanciatur, in primis ratum esse uolunt. Sic Callicles apud Plautum in Truculento, uerum ab ancillis extorquere uolens.

Edico prius, inquit, ne duplices habeatis
Linguas, ne ego bilingues uos necem.

Et apud Terentium in Heautontimo. Sostrata Chremetem alloquens. primum hoc te oro, inquit, ne quid credas me aduersus tuũ edictum facere esse ausam. Idem Terent. in Hecyr. Ibo intro atq; edicam seruis, ne quoquam efferri sinant. Inde adeò incertũ edicti uocabulũ uocat Theodosius. l.3. C. de legib. illicq; legem sic latam, ut generaliter ad omnes pertineat, uim edicti obtinere constituit: quo effectum existimem, ut cum non in priuati tantùm cuiusquã negotio aliquid princeps definit, sed eo consilio aliquid statuit, ut generalis ea lex ad omnes pertineat, edictali lege se id sancire profiteatur, quo illud ab eo fieri intelligam9. l. hac edictali. C. de secun. nupt. l.2. C. ubi quis decu. uel cohor. l.2. & 3. C. de. sent. ex

breui. recit. Quod à Prætoris edicti perpetui forma manasse iudico, cū alioqui & quę inter priuatos quiuis magistrat⁹ anteà ꝓnunciaret, edicta uocata fuisse, innumeri apud ꝓbatos auctores, imprimisq; Cicer. in orat. pro Quint. & act. 2. in Verr. loci testētur. Hinc edictū aduersus absentē impetrari, edictū circunduci, passim in iure dicitur. l. edictū. & l. post edictū. cū l. seq. ff. de iudic. Sic & interdicta edicta quoq; nonnunquā uocātur, specie tū generis nomine designata. l. 1. ff. ne uis fiat ei qui in poss. Interdicere aūt nō aliud ꝓpriè significat, quā ꝓhibere, tex. in l. 1. circa fi. & l. 2. ff. de cloac. l. 1. ff. de migr. l. 1. in princ. ff. de fontib. Hinc aquæ & ignis, atq; etiā cuiuscunq; alterius certæ rei interdictio uocata est. l. posthumus. ff. de inoff. l. ult. ff. de iniur. Et qđ bonis interdici ꝓdigo dicim⁹, q̄ ne bona administret, ꝓhibetur. l. is cui. ff. uerb. obl. l. is cui. ff. de testa. l. 1. & l. Iulianus. & l. & mulier. & l. ult. ff. de cur. fur. Sic effectū, ut cū Prætorū omnia penè decreta edictaq;, q̄ ad possessionis separatū à ꝓprietate iudiciū pertinerēt, ꝓhibitionis formula cōcipi re ita exposcēte, usitatius esse cœpisset, ea speciali uocabulo interdicta uocata, specialē illā appellationē retinuerint. Vnde nōnullos existimasse refert Iustinianus, in §. summa. de interd. in Instit. Illa tantū interdicta ꝓpriè uocari, quæ prohibitoria sint, quasi id quod alia uerbis alijs cōcepta, interdicta uocata fuerūt, per extensionē tantum posterioribus temporibus, ꝓpter aliās id suadentes cōmuniones & similitudines inualuerit, ut idem Indicat. Quod ab eo imprimis ꝓfluxerit, quod illa quę prius prohibēdo edixisset Prætor, possessionis tantūm iudicia cōtingerent: alia uerò quæ rerū usu exigentē adijcerentur, licet directò non ꝓhiberet, quia his iuberet Prætor: attamē cōsimiliter ad possessorij tantū iudicij disceptationē pertinerēt, ac illis iubentibus, eorū formulis inesset, & ꝓhibitio quædā. Sic enim, cum iubet aliquid fieri prætor, ex cōsequentia uetat quoq;, ne contra, quā iusserit, fiat: Veluti cū interdicto de liberis exhibendis, liberos exhiberi iubet, uetat quoq; in consequentiā uim fieri liberos suos exhibitos deducere uolenti. l. 1. iunct. l. 3. ff. de liber. exhi. Quod & in alijs consimilib. obseruare possumus. in l. 1. in prin. ff. de clo. ut è contrario in interdicto ꝓhibitorio, ne quid in loco publico, ex consequentiā quoq; factū immissum restitui iubet. l. 2. §. prætor. ff. ne quid in loc. pub. Ac ut id nonnullis prohibitorijs haud adeò perspicuè accommodare possimus, illud certè cōstat obtinuisse ea prætorū decreta, in quib. de sola possessiōe ageretur, interdicta fuisse uocata, uerū originē uocabuli à ꝓhibendi formula, uerbiq; illius significatione cœpisse. Itaq; interdicta sic rectè cū Iustiniano finiem⁹. Esse formulas atq; cōceptiones uerborū, quib. Prętor aut iubebat aliq̄d fieri, aut ꝓhibebat, cū inter duos de sola possessione, aut quasi possessiōe ageretur. §. 1. de interdictis. in Inst. Et q̄a illæ uerborū cōceptiōes, q̄b. ꝓhibet Prętor, ad duos regulariter referrētur, eū nēpe, cui ꝓhibet ne aduersus illū alterū q̄d agat, q̄ ut dixi, primū interdicta eo ꝓprio nomine cōstituta sint, qđ in alijs quoq; restitutorijs & exhibitorijs cōsimiliter obtinere obseruatū esset, eoq; hæc insuper cū illis cōuenire, ꝓter id qđ in omnib. ut dixi, de possessionis tantū contentione ageretur, ad duos nēpe interdictorū omniū formulā quācunq; referri, nō absonā eā allusionē accōmodari posse existimatū est, q̄a interdictū quoduis inter duos q̄d in eo dictū sit, id ea uoce, nec aliud q̄ qđ istiusmodi esset, significari intelligeremus, ut & hac quoq; parte interdictis omnib. inter se cōueniret, cui quadraret interdicti nō quidē Etymologia, sed quasi allusio quædā, ac ueluti παρονομασία siue agnominatio, haud illis absimilis, quib. testamentū mētis testationē, donationē doni dationē, nouationē nouā obligationē dicim⁹ esse, cū magis à testando, donādo, nouādo deducta sint. §. 1. de testa. in Inst. illicq; Viglius. l. Senatus. §. donatio. ff. de don. caus. mort. l. 1. ff. de nouat. Illas aūt in interdictis formulas & uerborū cōceptiōes, ad iudices pedaneos relatas nō fuisse, ex multis etiānunc extantib. si q̄s eas accuratius expēdat, manifestè patebit. l. 1. & 3. ff. de lib. exhib. l. 1. ff. de lib. hom. exhib. l. 2. ff. de precar. & l. 1. in prin. ff. de ui & ui arm. l. 2. in prin. ff. ne quid in loco publ. l. 1. ff. de tab. exhib. l. 1. ff. ne uis fiat ei q̄ in possess. ac cęteris quoq; omnib. quorū licet formulæ minime iuri nostro sint insertæ, ex interpretatione tñ prudentū, ac earū formularū intercisis nōnullis clausulis existimare possumus, ad eū eōsue dirigi sermonē, quos uel uim, uel quid aliud facere uetet, aut ut quid ab his agatur iubeat, nō aūt ad pedaneū iudicē. Illud quidē agnosco interdictū iudici pedaneo, ueluti regulæ loco fuisse, à qua in cōtrouersia dijudicāda recedere ei minimè liceret. Sed tñ ꝓter generaliter concepta interdicta hæc in singulis possessorij iudicijs mādatæ cuiusque caussæ cognitionis formulam interuenire oportuit. Nā eas quę extāt interdictorū cōceptiones, ex quib. quales reliquæ oēs fuerint, cōijcere possis, quis personales asserere ausit? cū clarius significari nō potuerit, hoc earū ita concipiendarū & sanciendarū fuisse ꝓpositū, ut in omnib. illiusmodi cōtrouersijs obtinerēt. & q̄d sequi nos oporteat, ꝓscriberēt. Tametsi id simul & nos agnoscam⁹, ius experiundi in possessorio iudicio, qđ nobis à ꝓtore conceditur, interdictū fuisse uocatū, cuius cōcessionis caussa illius cognitionis mandatū addi à Prætore solitū esset. Quo etiā diuersa sunt ab edictis generalia illa interdicta, cū ius experiundi edicto delatū actio uocetur, sed tñ nonnunquā, & qđ ex interdicto cōpetit indirectū, actio et dici cōsueuit. l. 1. §. hæc actio. ff. ne uis fiat ei qui in poss. l. 3. §. hæc actio. ff. de ui & ui arm. Cur aūt rarius actio uocetur, subobscurius expressit Vlpian. in l. 1. uers. Interdictum aūt. ff. uti possidetis, nēpe qđ actio nonnunquā ultro possessori detur, h. e. nulla in id actio ꝓdita sit, ut tueatur quis se, sed tantū ut q̄d q̄sq; ꝓsequatur. est. n. ius persequendi. §. 1. de actio. in Inst. Itaq; possessori qui tuitione tantū & defensione egeret, nulla actione opus esse potest, sed tantū auxilio aliquo ab illo tñ diuerso, in possessione tuendus est, qđ ex interdicto cōpetens, meritò inde aliud, quā actionis nomē assumpsit, nēpe interdicti, qđ tñ in multis ad ꝓsecutionē cōpetat, in eoq; actionis tū nomen rectè adsciscat, ut sup. dictū est. Quod si q̄s personalia inde interdicta asserere mauult, hic cōfusè nimis loquetur, in ea distinxerit. Quo magis toto, qđ aiūt, cœlo aberrabit, si ea tantū ratione, qua ꝓsonalia sint, ab edictis illa secernere uolet. Nā ad eūdē quoq; modū, q̄ in singulis cōtrouersijs Prętor iudici mādasset, edicta quoq; Veteres uocasse cōstat, q̄ cōsimili rōe ꝓsonalia quoq; erāt. At quē non puderet inde edicta ꝓsonalia esse generaliter aut indefinitè loquēdo colligere, aut eo, quasi nō alia, quā ꝓsonalia sint, à cæteris nō personalib. diuersa cōstituere? Superiorib. aūt & id corollarij loco addi pōt, quo illud imprimis cōprobatur, æquè generalia interdicta, ut edicta fuisse, qđ cōsimiliter utraq; à pretore in albo iurisdictionis ꝑpetuæ eā cōscripta publicè gñraliterq; ꝓposita fuerūt. l. 1. C. de interdictis. l. si q̄s id qđ. & l. si familia. ff. de iurisdict. omn. iud. Ioan. Rob. lib. Sent. 3. cap. 19.

EDI-

EDICTVM prætorium uel honorarium appellatur, quod ab ijs qui sunt in aliquo honore positi, institutum est, non à populo aut plebe, ut leges & plebiscita. Pap. de Iust. & iure. cap. 6. Ius Prætorium est quod Prætores introduxerunt, adiuuandi uel supplendi uel corrigendi iuris ciuilis gratia. propter utilitatem publicam quo & honorarium dicitur ab honore prætorum sic nominatum. Nam & ipsum ius honorarium quasi uiua uox est iuris ciuilis. Prætorium uocatur eadem ratione, quia Prætor dicebatur quicunq; magistratus, quod iure & exercitu præiret. inquit Varro: unde illud Lucretij: Ergo Prætorum est ante præire. Vide latius Connanum, libro j. capit. xv. numero j.

EDICTVM aliud est perpetuum, aliud temporale. Perpetuum est, quod Iurisdictionis perpetuæ causa proponi dicitur in l. 7. ff. de iurisdict. nimirum edictum illud quod Prætores magistratu inito proponebant, quo ciuibus denunciabant, quemadmodum anno suo ius dicturi essent. Temporale uerò, quod etiam Peculiare dicere possumus, est quod certi negocij oborti causa proponitur, ut illud Verris, Vt Cal. Decemb. adsit Sthenius Syracusis. item Ne quis frumentum ex area tolleret, &c. Exoritur, inqt Cice. peculiare edictum repentinum, &c. item illud quod citatorium ac peremptorium appellamus, in l. 68. & aliquot insequentibus, ff. de iud. De superiore sic loquitur Asconius in Cornelianæ argumẽto: Aliam, inquit, legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen inuitis tulit, ut Prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent, quæ res tum gratiam ambitiosis Prætoribus qui uarie ius dicere assueuerant, sustulit. Sic enim locum interpretor, nõ quò in horas (ut quidã scribit, quem alij secuti sunt uiri doctiss.) edicta sua Prætores mutaret. sed quòd ex edictis suis ius non dicerent. Cuius rei Verres à Cicerone quoq; lib. Acc. primo accusatur: Tum uerò, inquit, in magistratu contra illud edictum suum sine ulla religione decernebat. Neq; enim id factum usquam reperietur, ut quis plura edicta perpetua proposuerit. Hot. uide & Corra. lib. 4. Misc. c. 6. n. 4. & 6.

EDICTVM perpetuum etiam alia significatione dicitur, quod unum ac simplex in omnes annos, atq; in perpetuum compositum est. Nam Prætores olim arbitratu suo edicta, quæ leges erãt annuæ, scribebant. id eorum honori tribuebatur, ut in annum suum ius constituerent. Itaq; quo edicto superioris anni Prætor usus erat, insequens ferè non utebatur. alioqui eius edictum Translatitium dicebatur. Sed postea diminuta cum illa populi Rom. magistratuũ quoq; potestate: constitutum est, ut Edictum unum componeretur, ex quo Edicto omnes in posterum tempus Prætores perpetuò ius dicerent: quod iccirco perpetuum est appellatum. Huius rei auctorem fuisse D. Adrianum Iustinianus in l. 2. C. de uet. iure enucl. testatur. Edicti uerò scriptorem C. Saluium Iulianum. Quum & ipse Iulianus, ait, legum & edicti perpetui subtilissimus conditor, &c. item, Et hoc non ipse solus, sed & Diuus Adrianus in compositione edicti, &c. idem tradit præterea in l. 10. Codic. de condi. indebi. Eutropius libro ix. Post eum Saluius Iulianus Rempublicam inuasit, uir nobilis & peritissimus, nepos Saluij Iuliani, qui sub diuo Adriano perpetuum composuit edictum. Ex his igitur, quæ inter illud superius edictum perpetuum, & hoc posterius differentia sit, facile intellectu est. quũ illud ob eam causam sic dicatur, quòd in uniuersum Præturæ unius tempus ualeat: quum temporalia, in partem duntaxat, ueluti mensem unum aut alterum uim habeant: hoc uerò, ad omnes omnium Prætorũ iurisdictiones pertineat: quum antea quotannis noua ferè edicta proponerentur. Ac de hoc ipso intelligendum est quod Hermogenia. scribit l. 2. ff. de statu hom. De cæteris post, Edicti perpetui ordinem secuti, & his proximos atq; coniunctos applicantes titulos, ut res patitur, dicemus. Item in l. ulti. in fin. ff. de appel. recip. l. 5. ff. de extraord. crimin. l. 21. ff. de lib. con. Hot. de his uide Connan. lib. 1. c. 15. nu. 2. & Forcat. Necyomant. dial. x. num. v.

Alia erant edicta, quæ prout res inciderat, proponebantur, & ad singulas causas è re nata adcõmodabantur: qualia erant ea, quibus aliquem euocabat, & adesse iubebat Prætor. l. 68. l. 71. l. 72. l. 73. l. 75. ff. de iud. l. ult. ff. ubi pupill. educ. deb. l. 2. §. senatus. l. 15. §. senatus. l. 42. in fi. ff. de iure fisc. l. 20. §. præter hæc. in fi. ff. de petit. hær. l. 1. §. 1. ff. de requir. re. l. 7. §. ult. ff. de suspect. tut. l. 3. C. qui accus. non poss. l. 26. §. euocari. ff. de fideic. lib. l. 53. ff. de re iud. l. 2. §. quid ergo. ff. ad SC. Tertyl. l. 2. C. ubi in rem act. l. 5. ff. de pœn. l. 51. de decurio. lib. x. C. Et apud Paul. lib. 5. Sent. tit. 5. Iustinian. Nouel. Constit. cxij. [Greek text, illegible] Brissonius.

EDICTALES dicebantur, & hoc nomine decorabantur, qui annum unum in legum studio uersati, alterum etiam adiungebãt: ducta scilicet appellatione ab Edicto, cui cognoscendo tum operam nauant. Imp. in epist. ad Antecessores. §. 3. In secundo autem anno, per quẽ ex edicto eis nomen antea positum, & à nobis probatur, &c. Hot.

EDICTALES bonorum possessiones dicebantur, quæ ex Prætoris edicto sine causæ cognitione de plano dabantur: cum aliæ quæ Decretales uocabantur, causa cum consilio cognita pro tribunali decernerentur. l. 1. §. 1. ff. si tab. testam. l. cùm quidam, 30. §. 1. ff. de acquir. hæred. Hot.

EDICTORVM aliud monitoriũ, aliud conuentionale, aliud citatorium, aliud peremptorium. De quibus uide l. ad Peremptoriam, cum seq. iunct. glo.

EDICTVM, ab edicendo, si rei significationem spectemus, ideo dictum est, ut scirent ciues, quòd ius de qua re quisq; Magistratus dicturus esset. l. 2. §. eodem tempore. ff. de orig. iur.

EDICTVM, Bart. diligens Interpres, nil intentatum relinquens, innuit, quo differat à Rescripto, in l. postquam. §. Imperator. ff. quor. leg. Sp.

EDICTVM circumducere, est delere & abrogare. Sic Vlpian. usus est in l. & post edictum. de iud.

EDICTVM fraudatoriũ, actio est reuocatoria. Zas. §. item si quis. Insti. de actio. Sp.

EDICTVM peremptorium. Vide, Perimere Legatum.

EDICTVM successorium ex communi Doctorum sententia sic definiri solet: ut sit edictũ quo excluso uno ius ad alium transit, qui priore non excluso hæres non fuisset glossa ultim. in l. prima. Cod. de success. ed. Differt autem à iure accrescẽdi quia hoc omnino necessarium est. l. prima & secunda. ff. de acquiren. hæred. Illud uero uoluntarium. l. prima. post princip. ff. de success. edict. Item in iure accrescendi pars cohæredis deficientis transmittitur ad cohæredem, in edicto uero successorio trãsmittitur ad eum qui nullo modo est cohæres. Brodæus.

EDICTVM translatitium dicebatur, quod prętores qui præturam inibant, ex edictis prætorũ, qui iam magistratu suo functi erant, optime constitutis, in sua edicta transferebant. Cicero in Verrem actione III. Sed in re (inquit) tam usitata, satis est ostendere oẽs ante me ita ius dixisse, & hoc uetus edictũ translatitiumq́ꝫ esse. Aldobr. §. prætorũ quoq́ꝫ. Inst. de iure nat. gent. & ciuili. Adde Fr. Balduin. Catechesin iur. ciuil. 7. cap. 1.

EDICTVM unum pro omnibus. Vide Iurifcon. in not. l. nonnunquam autem. ff. ubi quis ager. Sp.

EDITIO actionis, ꝓpriè præparatoria est. Bart. in l. insulam. de uerb. obl. Edimus enim actionem, ut reus cognoscat, deliberetq́ꝫ, an iudicium accipere ue lit. l. j. in prin. ff. de eden. quum eatenus impunè pœnitere possit. l. si reus pacatus. de procur. Sp.

EDITIO etiam emissionem significat. ut editio librorum. Aliter pro creatione magistratuum, & illa promulgatione dignitatis, quæ communibus oĩum uocibus ac suffragijs decernitur.

EDITIONEM exigere officio iudicis, est iudicem inuocandũ esse ut decernat, & mandet exhibitionem scripti, causa summatim cognita, & delato iuramento exigenti, quod non calumniæ causa postulet iuxta l. si quis ex argentarijs. §. exigitur. ff. de edend.

EDITITIVS iudex, quem altera pars elegit. Ex Cicer. pro Planco satis intelligimus in crimine ambitus tantum esse iudices edititios. Spieg.

EDITVS bouis, pro stercore, quo in quibusdam regionibus utuntur: ab edendo, seu extra mittendo dictus Iurifcon. tit. de legatis. in l. ligni appellatione. In quibusdam prouincijs editu boum ad hanc rem utuntur. Nebriss.

EDOCERE, pro diligenter docere. **Eigentlich barthun.** l. hac consultissima. C. de testam.

EDVCARE, idem est quod alimenta præstare. l. fin. de alimen. & cibar. leg. Vbi pupillus educari debeat, pulchre Iurifcoss. toto hoc titul. ostendunt, & Impp. C. eod. Sp.

EDVCATIO, & alimenta legata, nomina sunt exæquata, l. fin. de alim. leg. Sp.

EDVCATOR, patris & matris nomine etiam comprehenditur, ut rectè colligit Alciat. ex uerbis l. j. ff. de obseq. Spieg.

EDVLIVM, inquit Valla, est, quidquid edimus, aut quicquid ad prandium cœnamq́ꝫ, edendi gratia nobis apponitur, & sumimus. Interpretantur hanc uocem, suo more, pro comestione apud Iurifcõ. in l. solet. in fin. de offic. proconf. quamuis eam paterno casu protulerit, ab antiquo nominatiuo plurali, Edulia: quo uocabulo cõtinebantur omnia quę ad esum pertinebant. posterior ætas u in i mutauit. Sp.

E F

EFFECTVS. Sunt qui putant effectum, & officium in animi habitibus esse proprijssimam differẽtiam. ut, quemadmodum differentia hominis est, rationale. ita sit differentia ipsius iustitię, suum cuique tribuere: ipsius temperantiæ, frugaliter uiuere: Legis uirtus, siue officium, est imperare, uetare, punire, permittere. l. legis uirtus. de legibus. Sp.

EFFECTVS, participium, in l. nulla. C. de procur. Effectus dominus litis. Instit. de act. §. namq́ꝫ. Et nec dum eius rei dominus effectus est.

EFFECTVS legis naturę. Vid. Lex naturę. in fi.

EFFECTV, re ipsa, & (ut uulgus loquitur) de facto. Paulus l. is qui, 15. ff. de legat. præstand. quia effectu fratris aufert partem dimidiã. & l. 5. in fin. ff. commod. Verùm in uehiculo cõmodato pro parte quidem effectu me usum habere. item l. 5. §. 1. ff. quod cũ eo. l. j. §. qui minorem. ff. ut legat. nom. cau. l. si habitatio, 10. ff. de usu & habit. l. 14. in fin. ff. commun. diuidund. Hotomannus.

EFFERRE, uerbum est funeribus accommodatum, quæ propriè efferri dicuntur. Feretrũ uerò deferre, propinquioribus uirilis sexus, olim munus dabatur. Itaq́ꝫ filij, parentes, fratres, sorores, elatos funere deferebant: nonnunquam serui libertate donati. Vide Riuallium lib. Hist. iur. ciuil. 2. & Alexandrũ Neapolitanum. Spiegel.

EFFERVESCERE, significat ardore animi excitari, aut cum homo ita excandescit: contrariũ est, Deferuescere. Vlpian. in l. quis sit fugitiuus. §. idem ait. de ædil. edict. Si autem in hoc tantum latuisset, quoad iracundia dominorũ efferuesceret. Hoc ideo adscripsi, quòd Accursius Efferuescceret, id est, humiliaret, interpretatus est. Sp.

EFFICAX dicitur unaquæq́ꝫ res, cum nihil illi deest, quod natura eius ferat, ueluti cõditio hoc habet natura, ut suspensam obligationem teneat, neq́ꝫ antequam existat, nasci patiatur actionem. Ea ergo si fungatur munere hoc suo naturali efficax erit. Qđ si nõ impediat ortum actionis, uerum repellat eam per exceptionẽ inefficax est. Ferret. tit. de actionib.

EFFICERE, denotat perfectionem. In l. Barbarius. ff. de offic. præt. Effecisset, pro efficere potuisset, accipiunt. Et ea supplerio in iure nostro non est noua. Zasius ait, interpretans uerbum, Peterentur, in §. postea. l. 2. de origin. iur. id est, petitæ & allatæ scriberentur. Sic & Accurf. in l. eum qui. 2. §. si à te, de uerbor. obligat. ubi text. dicit, rectè fundi usufructum petam, exponit gloss. petendo fundum, consequar usufructum. Sed & Iurifconf. in l. Labeo. de statuliber. uerbum Videbitur exponit, id est, uideri potuerit, dicens in lege XII. Tabul. uerbum Nocet sic accipi. Et alibi gloss. in l. si rem æstimatam. ff. de iure dot. exponit uerbum Dederit, id est, dare conuenerit. Et in gloss. l. 2. Cod. de fide instrum. uerbum Retractas, id est, retractare intendis: multaq́ꝫ id genus similia inuenias. Sp.

EFFICERE uicem, pro æquè prodesse, & locó alicuius esse.

EFFIGIARE uerbo nunc crebrius utitur Cæsarea Cancellaria in Diplomatis, quæ à Principe super Natalium restitutione, hoc est, Nobilitatione, ut ait Budæus in prior. annot. impetrantur. Tametsi apud idoneos Latinitatis autores, uix putant reperiri Effigiare: ꝓ quo malint, delineare, exprimere characteribus, depingere, aut effingere, idq́ꝫ pro rei ipsius natura, de qua loqui uolueris. Prudentius, qui inter Christianos uetustus uideri potest, grauissimꝰ certè autor, hoc uerbum non respuit. Et Gellium dixisse, fœtum ineffigiatum, Insulanus obseruauit. Sp.

EFFIGIES antiquitatis in XII. Tabulis extat. Huius cognitio non modò suauis est atq́ꝫ delectat, sed etiam Iuris ciuilis studioso mirè prodest, Budęo monitore. Spieg.

EFFODERE ossa, uel eruere l. 8. ff. de reli. l. ulti. ff. de sep. uiola.

EFFODERE terminos, est lapides finium caussa positos auellere, & eijcere l. j. C. de accus. & Paul. lib. 5. Sentent. tit. 22.

EFFRACTORES plerunq́ꝫ dicuntur, qui ui fores parietésue diripiendi expilandiq́ꝫ causa perstringũt. interdũ etiã, q̃ ut è carcere effugiãt, parietes eiꝰ perfodiunt. ut sub tit. de effract. & expil. Item l. 3. §. 1. ff. de

ff. de offi. præf. uigil. l. aut facta. 16. §. têpus. ff. de pœn. Cic. in Vatin. Licet impunè per me parietes in adolescentia perfoderis, uicinos compilaris. Hot.

EFFRACTORES autem quidam nocturni, & hi atrociores; quidam diurni. l. ult. ff. eo.

EFFRACTVRA, pro uiolenta disruptione, & ubi fiat plerunq; in l. 3. de offic. præfect. uigil. Paulus memorat. Spieg.

EFFRAENATI sunt, qui nullis legibus, nulla ui honestatis cohiberi possunt. Sp.

EFFVSORES, qui patrimonium, peculiúmue temerè & largè expendunt, dissipantq;, Zerstrewer Guttel. Verbum fuit admodum familiare diuo Cæs. Imp. Aug. Frid. iij. Sp.

EFFVSVM. Vide Viciare uinum.

E G

EGERE dicitur, secundum Bart. qui non habet unde se alat. Festo est uelut exgens, cui ne gens quidem sit reliqua.

EGERERE, eijcere ex aliquo loco l. 25. l. 53. §. si sulphurariæ. ff. de furt. Prat.

ΕΓΓΕΙΟΣ, usura terrestris menstrua in legibus. Nauticalibus. Prateius.

EGESTAS ferè in mala re dicitur, quæ scilicet ad maleficium hominem impellit. Propriè tamē est, alicuius rei opus habere. Tryphoni. in l. bona fides. Depositi. censuit, nec iniquè, malè meritum, publicè ut alijs exemplo ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debere. Sp.

ΕΓΚΥΚΛΙΑ, id est Circularia, Græci, quorum sedulus est plerunq; imitator Horatius, appellare solent ea, quæ uulgaria sunt & obuia, quæq; omnibus patent. Torneb. aduers. lib. 19. cap. 9.

EGO possessor ero effectus, apud Vlpianum in l. & si fortè. §. 1. ff. si seruit. uindic. Sp.

EGREDI xx. annos. Paul. in l. ulti. de condit. & Vlpian. in fin. l. j. de constit. prin. personam non egreditur, translatè usurparunt. Quo enim, uel ad quod non egredimur pedibus?

EGREGIAE personæ, uide text. & Doctores l. ad egregias. ff. de iureiur.

EGREGIARVM autem personarum exempla sunt: maiores magistratus: Doctores, & alij quibus iuris autoritate dignitas inest Barto. l. 1. C. de aduoc. diuers. iud. Quinimo Ias. d. l. ad egregias. secutus dominicum in proœmio sexti, idē respondit de eo, qui ad professionem maioris disciplinæ designatus sit, quem uulgo Licentiatū dicunt: Old. de iure singul.

EGREGIATVS, dignitas l. 1. C. Th. de murileg.

E I

EI ius dicitur, cui quid per sententiam adiudicatur: aduersus autē eum, cui quid abiudicatur: quod uulgò dicunt, Caussam obtinere, & succumbere in causa. Vlp. Est, inquit, receptū, ut possit ei & aduersus eum ius dici. de iurisdict. om. iud. Sp.

ΕΙΣΔΕΚΤΙΚΑ hominij siue homagij symbola Cuiac. lib. 8. obseru. cap. 14. Prat.

EIECTA uocantur, quæ uel leuandæ nauis gratia mari committuntur, donec fors ea saluata restituat: uel quæ incendij causa sub dium emittuntur, priori domino qui ea abiecit, restituenda. ut qui anno ea possidere interim non destitit: ut uulgatis legibus sub tit. ad leg. Rhod. de iactu. & de acquir. rer. dom. constat. Sp. Adde Peckium comment. l. 3. §. nō solum. ff. de incend. rui. naufrag.

EIECTVS, pro naufragium passo. ut apud Terentium in Andr.

EIECTA nauis, hoc est, quod Græci aiunt ἐποκείλαι, id est, in uadū eiecta illisaq;. l. quo naufragio. ff. de incend. ruin. naufrag. quæ & Deiecta l. 7. ff. de leg. Rhod. Briss.

EIICERE, uerbum est ad immaturum partum accommodatum. Vnde eiecti partus, pro abacti. Eiecti item, & eiectitij, pro abortiui, dicuntur. Vlp. in l. si seruus seruum. §. si quis de manu. ad l. Aquil. Si mulier, inqt, uel equa ictu à te percussa eiecerit. Sp. Adde Peck. cōmen. l. 3. §. non solū. ff. de incen. rui. naufr.

EIICIMVS quempiam, antequam sit ingressus. Deijcimus uerò iam ingressum, h. e. deturbam⁹. Sp.

ΕΙΝΑΤΕΡΕΣ aut ἰανατέρες (ait Modest.) apud Græcos dicuntur, duorum fratrū uxores: quod uno uersu ait Modestin. idem Homerus significat,

ἤ πῃ ἐς γαλόων, ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων.

Siue alicubi in glorium, aut inaterum speciosis peplis. l. 4. §. 4. ff. de grad. & adfin.

ΕΙΡΚΤΗ uerbum, carcerem & uincula significat. Connanus lib. 2. cap. 6. nu. 5.

ΕΙΡΗΝΟΔΙΚΑΙ. Vide Fœcialis.

ΕΙΡΚΤΗ carcerem simul & uincula significat ab εἴργω quod est in carcerem conijcio, quasi ἔργω, id est, contineo, & uincio. Vnde uincti & Ergastularij serui dicuntur (Budæo teste in comment. linguæ Græcæ) ἀργμένοι καὶ ἀρχθέντες, qui etiam ergastula appellantur, ut custodia ἐν τῇ φυλακῇ καὶ ἐν εἱρκτῇ, qui carceribus continentur. Itaq; ergastularij, qui uincti in opus publicum ob crimen aliquod admissum damnati erant, dicebantur in uincula publica cōiecti, cum tamen carceribus occlusi non essent: Et cum dominis suis reddebantur, uincti reddebantur. Alexāder Imper. l. seruus. C. de pœnis. Brechæus l. uerum est. ff. de uerb. & rer. sign.

ΕΙΣΙΕΝΑΙ δίκην, causam agere. Paulus l. 48. de iudic. τὰς ἄρχοντας ἐν ᾧ ἄρχουσιν ἐνιαυτῷ μήτε αὐτοὺς δίκην ἰδίαν, μήτε ἀπολογεῖσθαι, μήτε φεύγοντας. Magistratus quo anno cū imperio sunt, neq; propriam agere causam siue agēdo, siue defendendo, &c. Demosth. περὶ τιμωρίας [illegible] id est, & Reus factus, causam hanc uiolatarū legum apud uos dixi: & sum absolutus. Hot.

EIVRARE bonam copiam, est iurare sibi copiā non esse æris alieni dissoluendi: Cice. lib. 9. Epist. ad Pætum. Tu autem quod mihi bonam copiā eiures, nihil est. Tum enim cùm rem habebas, quæstiunculis te faciebam attentiorem. Quo ego loco adductus restituendū hoc in Varrone uerbū credo, quod unius literæ ademptione omnem sensus gratiam perdidit: Ait ille lib. 6. de Ling. Lat. Liber qui operas suas in seruitute pro pecunia, quam debeat, dat, dum solueret, nexus uocatur. Hoc C. Popilio rogāte, Sylla Dictatore sublatum, ne fieret, & omnes, qui bonam copiam iurarent, ne essent nexi dissoluti. Quod multò planius erit, si, eiurarent, legas, ut sit sensus, si iureiurando negarent sibi facultatē dari, eo se ære liberandi. Adiuuat nos Festus lib. 5. qui Eiurationem significare ait, nō posse id, quod desideretur, præstari. Briss.

EIVRAT, qui iurat quod desideratur à se præstari non posse, ait Sex. Pompeius. Ex quo Eiurādi uerbum apud Varronem & Ciceronē à doctissimis hominibus iure repositum est. Puto & apud Hieronymum reponendum in lib. de Monogamia ad Gerontiam, unde eum uiri summi, nescio quo iure exturbant, contra ueterum librorum, quam ipsius proferunt, fidem Hierophantia (inquit) apud Athenas eiurat uirum, & æterna debilitate fit castus. Hoc quid clarius, quid rectius? Sed illi non satis oculatè eiurat, legunt. Sic & Tertull. à quo Hieron. multa sæpe mutua-

mutuatur, & commercium, & patrem matremq; eiu rare dixit. Apud eundem Tertul. in exhortatione ad castitatem, ueterem scripturā retineo, atq; ita lego. Cum aūt Deus summus tantum, Satanas, ad perficiendum prouocatio est nostra, immo subfusio pigrissimorum ad continentiam Deo exhibendā, qua diabolo qui antistant, nunc uirginitate, nunc uiduitate periurant &c. Periurare dicit, quia Diabolo iurant, non Deo. Apud eundem auctorem in Apologe. ubi de Socrate loquitur deierandi uerbum simpliciter accipio; ut apud Terentiū Donatus. Dęmonas (inquit paulo pōst Tertul.) id est, Genios adiurare consueuimus, ut illos de hominibus exigamus. Non deierare, ut illis honorē diuinitatis cōferamus. Adiurare, est exorcizare; ut & exorcistas Latinè adiurātes uerti Isid. scribit. Posteriores coniurare dixerūt non tam aptè. Sex. Pōp. Obiurare est iureiurādo obstringere. Præiurare est præire uerbis cōceptis iurantib. Itaq; piurationes facere dicūtur ij, q ante alios cōceptis uerbis iurāt, post quos in eadē uerba iurātes tātummodo dicūt, idē in me. Pitheus lib. aduer. 2. c. 8.

EIVLATVS, rationis ploratus expers.

EIS QVE mancipijs, quę suprā legaui, cibarij nomine ab hæredib. meis præstari uolo, quæ me uiuo accipiebant. Explicat hoc thema Scæuol. in l. à filio. §. testator. ff. de alim. lega. Spiegelius.

EIVS uitæ adolescens, ut merito bonis ei interdici debeat. in l. patri. ff. de minor. Sp.

EIVSMODI homo, id est, talis generis uel eiusdem modi. l. fin. ff. de offic. præsid. Sp.

E L

ΕΛΑΙΩΝΗΣ, curator oleo coemendo. Arcad. l. ultim. ff. de mun. & hon. Cura quoq; emendi frumēti, olei. nam harum specierum curatores quos σιτώνας & ἐλαιώνας appellant, creari moris est. Hot.

ELÆMPORIA, id est, olei publicè coemendi cura. Iurisconf. in l. fin. §. patrimoniorum. de mun. & hon. Elæmporia & Osprionia (hoc est, leguminum comparandorū cura) apud Alexandrinos patrimonij munus existimatur. Sp.

ELATI sui securitate, apud Impp. in l. nullus. C. de Iudæis. ut apud idoneos autores, elatus arrogantia, superbia, insolentia: & efferri iracundia, odio, dolore, lætitia. Sp.

ELECTIO. Nihil est aliud electio, quàm idoneę personæ, ad dignitatem ecclesiæ uacantem, solennis euocatio. c. cum in cunctis. in prin. de elect. ca. 1. & 2. de concess. præb. c. Osius. §. fin. 61. dist. Aliter autem electio accipitur apud Aristot. lib. 3. de moribus. c. 2. Solenniter autem in Episcopatibus, Abbatijs, & alijs prælaturis (quæ mortuo pastore uiduatæ dicuntur) triplici uia fieri potest electio, per scrutinium uidelicet, compromissum & inspirationē. ca. quia propter. de elect. Rursus inspirationis uia fit dupliciter: Per inspirationem ueram, quæ fit Deo optimo Maximo miraculose reuelante. c. statuimus. §. fi. 61. dist. & per quasi inspirationem, cum electores nullo tractatu præcedente, omnes uno ore in unum consentiunt. d. ca. quia propter. Sed ut scribit D. Corrasius in paraphrasi sacerdotiorum ca. 3. neutrum hodie in usu esse, argumento est, quòd Columba quæ spiritū sanctum afferre solebat, iamdiu enecata sit, quòd & Canonistæ dicunt. c. qualiter. de elect. In electionib. uerò inferiorum dignitatum, hoc tantum est solenne, ut singulorum consensus, in communi, id est, collegialiter, præstetur. c. in Genes. §. j. de elect. ca. sicut. eo. tt. in 6. Nam & in quibuscunq; actibus collegij, & uniuersitatis perpetuum est, ut singulos separatim consentire non satis sit, sed conuocati communiter consensum præstare debent. l. 2. de decur. lib. x. gl. c. cum omnes. de constit. Quæ maiore ex parte sumpta sunt è Io. Corras. ne quem gloria fraudem. Anch.

ELECTRVM. Vlp. auctor est, Electrum auri appellatione non contineri. c. 4. de legat. 1. Id quo sensu accipiendum sit, optimè aduersus Hermogenem docet Tertull. Nam & testam, inquit, licet ex argilla confectam, iam non argillam uocas, sed testam: & electrum licet ex auro & argento fœderatum, nec argentum tamen, nec aurum appellabo, sed electrum. à cuius habitu quid diuertit, pariter & à uocatu eius recedit appellatione, sicut & conditionis proprietate. Huic addendum est illud eiusdem Tertulliani aduersus Praxeam. Si enim sermo ex trāsfiguratione, & demutatione substantiæ caro factus est, una iam erat substantia Iesus ex duabus, ex carne & spiritu mixtura quædam, ut Electrum ex auro & argento, & incipit nec aurum esse, id est, spiritus, nec argentum, id est caro, dum alterum altero mutatur, & tertium quid efficitur. Electrū igitur quia ab auri & argenti recessit habitu, ideo nec auri potest, nec argenti nomine comprehendi. Et hoc nimirum illud est, quod dixit Vlpianus, rerum uocabula immutabilia esse. d. cap. 4. Quod enim ex auro & argento fœderatum est, proprium habet uocabulum, & electrum, non aurum, non argentū. Eoq; sensu electreos nummos appellasse uideri potest Lampridius in Alexandro: Alexandri habitu, inquit nummos plurimos figurauit, & quidē electreos aliquantos, sed plurimos tamen aureos. Est & aliud genus Electri, de quo scribit ad hunc modum Diuus Ambrosius Hexaemerō lib. 2. cap. 15. Quid autem tibi referam, quòd Electrū lacryma uirgulti sit, & in tantæ materiæ soliditatem lacryma durescat? Nec leuibus id asseritur testimonijs, quando folia, & minutissimæ surculorū portiones, aut exigua quædam animantium genera in electro sæpe reperiantur, quæ uidetur, cum adhuc gutta esset mollior, recepisse, & solidata tenuisse. Hæc Ambrosius. Et de hoc quidem electri genere accuratissimè disputaturus est doctiss. medicus Guilielmus Pantinus, in ijs commentarijs, quos in C. Plinij naturalem historiam meditatur. Ræuard. Vario. lib. 1. capit. 19. Apparet itaque ex hisce Electrum bifariam intelligi. Nam & succinum est, & aurum quinta parte sui argentum.

ELECTRI Sardensis tanquā memorabilis meminit Sophocles in Antigone: sed in qua significatione quærunt ibidem interpretes.

ELECTRI nomen duobus modis accipi Pausanias lib. 1. Eliacor. docet. τὸ δὲ ἤλεκτρον τοῦτο, ait, ὃ τῷ Αὐγούστῳ πεποίηται τὴν εἰκόνα, ὅσον μὲν αὐτόματον ἐν τῇ ψάμμῳ τοῦ Ἠριδανοῦ εὑρίσκεται, σπανίζεται τὰ μάλιστα. καὶ ἄλλο ἤλεκτρον ἀναμεμιγμένον ἐστὶν ἀργύρῳ χρυσός. In hanc posteriorem sententiam electrū usurpatur in l. 7. §. uoluntas. ff. de adquir. rer. do. §. si duorū. Inst. de rer. diuis. l. 4. ff. de lega. lib. 1. Plin. lib. 33. ca. 4. Vbicunq; quinta argenti portio est, electrum uocatur. Scrobes eæ reperiuntur in Caria. Fit & cura Electrum argento addito. Seruius in 8. Æneid. Secundum Plinium, ait, tria sunt Electri genera: Vnum ex arboribus, quod succinum dicitur: & est lachryma defluens ex arbore glessaria in insulis Germaniæ septentrionalibus, quas glessarias, siue Electridos dicunt; quæ deinde congelascens, in lapidis duritiem uertitur. Virgil. in Bucol. Pinguia corticibus sudēt Electra myricæ. Nebriss. Aliud, quod naturaliter inuenitur: Tertium, quod fit de tribus partibus auri

&

& una argenti. Quas partes etiam si naturâ resoluas, inuenies. Quæ postrema uerba ab eo mutuatus est Isidor. lib. xv. Etym. c. xxiij. Idemq; Plin. lib. 9. ca. 40. Sicut testudines tingere, argentum auro confundere, ut electra fiant, addere æra, ut Corinthia. Tertull. lib. aduers. Praxeá: Vna erat substantia Iesus ex duabus, ex carne & spiritu mixtura quædam: ut electrũ ex auro, & argento: & incipit nec aurum esse, id est spiritus, neq; argentum, id est caro, dum alterum altero mutatur, & tertiũ quid efficitur. Hinc Electrei nummi apud Lamprid. in Alex. Planè electrum etiã succinum significat, ut in illo Martialis uersu,

Cortecibus duris lucere electra feruntur.

Eoque sensu Electrina uasa accipi possunt in l. 32. §. Neratius. ff. de aur. arg. Briss. Adde Forcat. Necyom. dial. xxxviij. num. 3.

ELECTRI appellatione, quid Vlpian. intellexerit. l. 4. ff. de leg. 1. quæri cõsueuit. Et eo aurum intelligi, cui quinta argenti pars admixta est, tradit Ioan. Rob. lib. 1. Sent. cap. 16. Nam quod Alc. lib 7. Parerg. cap. 4. id refert ad aliam significationem, qua electrũ succinum quoque significat, probabile non est: tum quod in hac significatione nusquam comperiam id sumptum à Iureconsf. econtrario uerò in illa significatione sæpius usurpatum. in l. adeò. §. uoluntas. ff. de acq. rer. do. & l. pediculis. §. Neratius. & §. si duorum. de rer. diuis. in Institu. tum etiam, quod nullum penè stultius exemplum ab Vlpiano propositũ alio qui dici posit. in d. l. 4. Itaq; id addere non debuisset, cum stultius quid proferre se illic testetur. In hac itaque specie non ualet legatum, licet Electrum proximum sit auro. Aliud tamen, si fortè ea, quæ diximus, accederent, nempe consueuisse testatorem auri appellatione Electrũ quoq; suum complecti. arg. l. si quis uinum. & d. §. quid tamen.

ELECTORES, quorum iam non solum usus, sed & autoritas ac dignitas in imperio amplissima est, ab eligẽdo Imperatore dictos esse cõstat de quorum tñ institutione, uariãt docti: ut uidere est ex Onuphrij Pãnunij & Simo. Schardij cõtrarijs scriptis.

ELEMENTA legalis scientiæ Accursius in proœmio Instit. malè exponit quòd quemadmodũ singula ex ui quatuor elementorum gubernantur, ut ille inquit, ita hic liber omnia iura cõplectatur. Nam Iustinian. illic prima elementa appellauit, id est, principia totius legitimæ scientiæ, prout fusius explicat hanc sententiam idem Iustin. in l. 2. C. de uetere iure enucl in uersic. Mandauimus. Plinio autore Elementa dicta sunt quasi eleuaméta, eò quod ex ipsis cætera originẽ sumãt, initia uidelicet & fundaméta creaturarum. Hac translatione usus est Cicero in Topicis. His igitur locis (inquit) qui sunt expositi ad omne argumentũ reperiendũ, tanquã elemẽtis quibusdam significatio & demonstratio datur. Dictæ sunt enim literæ elementa, quod sint orationis principia quædam, ex quibus primũ syllabæ, ex syllabis dictiones, ex dictionib. orationes conficiantur. Sic & Paulus ad Gal. 4. Elementa uocat prima rudimenta religionis, & præsertim illa externarum cæremoniarũ, quibus Iudæi ueluti pueri quidam in prima legis pædagogia imbuebãtur: ut sunt obseruationes temporum, locorum, uestium, ciborũ, sacrificiorum, rituũ & cæremoniarum. Vocat aũt ea egena elementa, qđ non afferrent gratiam, spiritum sanctum, consolationem, pacem cordis, aut ulla uera bona, quæ per solũ Euangelium & Christum contingunt.

ELICES sulci sunt aquarij, qui in segetib. fiunt, per quos aqua collecta educitur è liris. Vlp. l. 1. §. Labeo. ff. de aqu. & aqu. plu. arcen. sulcos aquarios, qui hinc Elices adpellantur, si quis faciat, aquæ pluuiæ arcendæ, eum teneri. Haloander sic habet: qui Græcis ὀλκοὶ λάκκοι adpellantur: quemadmodum & Alciatus quandoq; legendum existimauit. Nunc in Parergis indicans nihil immutandum, idq; auctoritate L. Columellæ, cuius uerba adducit lib. 2. de re rustica, cap. 8. & lib. 11. cap. 2. Arbitramur tamen Elices propriè dici, capita fontium, & scaturigines. Vnde Aquilices Callistrato qui artem hanc exercent, sciuntq;, quo modo aquæ elici possint. Alciatus rectè sententiam mutauit. nam Pandec. Flor. habent ἕλικες, quæ lectio retinenda est uel peritorum consensu. Prat. Dicitur autem & Helix quoddam machinamenti genus quod primus inueniens Archimedes præclarus est habitus: Elix autem dicta est à circumuolutione, uel à uerbo ἑλκω, id est, traho de quo latius Maioragius lib. 2. Miscell. cap. 10.

ELIDERE in specie Pauli l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. non omnino tolli, sed & inutile, & inefficax effici accipi debere docui lib. 4 mediæ Iurisprud. Senten. c. 3. quod eiusdem Pauli uerba ostendunt ibidem, non quidem ipso iure & replicatione exceptio elidetur, quod & Iustinianus A. probat §. præterea. Inst. de actio. pacto conuento obligationes non omnino dissoluuntur. Zasius uerò lib. 1. Respõs. cum 5. & Fortunius Garsias in repet. d. §. pactus ne peteret. omnino tolli falsò contrà senserunt, cùm ex uerbis I. Pauli contrarium sit uerius. Docuit id ante Prat. Corrasius Miscell. lib. 2. cap. 16. Sed elidere esse idem quod perimere, & enecare testatur autoritas Virgilij cum inquit Geminosq; premens eliserit angues: & Suetonius in Cæsare sæpe præ turba elisi & exanimati sunt: sic in iure Canonico ꝓbationes elidi, i. tolli dicũtur. c. quoniã. §. si uero ut lit. nõ cõtest.

ELENCHI in l. 24. §. ult. ff. de aur. argen. Plinius de Margaritis agens lib. 9. cap. 35. Et procerioribus sua gratia est Elenchos appellant fastigiata longitudine alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes. Hos digitis suspendere, & binos aut ternos auribus, fœminarum gloria est. Briss.

ELENCHVS, lapillus est ex genere margaritarum Paul. de aur. & arg. leg. l. pediculis. Item cum inaures, in quibus duæ margaritæ elenchi, & smaragdi duo, legasset, & postea elenchos detraxisset. Nebr. In lib. quẽ de Vasculis Bayfius edidit, collegit è Plinij uerbis, cylindros & elẽchos in eo differre: quòd elenchi sint fastigiatæ longitudinis, cylindri uerò ꝓceritatis, æqualiter orbiculatæ. Sp.

ELENCHOS non esse gemmas, sed margaritas docet etiam Plin. qui lib. 9. cap. 35. de Margaritis loquens, sic inquit, summa laus coloris est exalumina-tos uocari, & proceribus sua gratia est, Elenchos appellant fastigiata longitudine alabastrorum, figura in pleniorem orbem desinentes, hos digitis suspendere, ac binos & ternos auribus fœminarum gloria est. Ostendit quoq; Iuuenalis Satyr. 16. Elenchos non esse gemmas, qui prius gemmarum, postea elenchorum mentionem facit:

Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
Cum uirides gemmas collo circundedit, & quum
Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Ferr. Explic. lib. 1. in l. pediculis. §. ult. eod. cap. 38.

ELEPHAS, maximum animalium terrestrium, iumenti operam præstat, continetur q; primo capite l. Aquiliæ. Caius autor l. 2. ad leg. Aquil. Spieg.

ELEVARE fidem testiũ, & refutare testes, quid sit, in annot. Bud. docet. Quàm uero eleganter hoc uerbo

uerbo ueteres usi sint, pluribus ostendit Beroaldus apud Propertium. Sp.

ELIGIMVS re ipsa, quod prius mente optauimus: quapropter promiscuè optio electioq; assumitur. autor Alc. Omnis aūt Electio, actus est uoluntarius. ut Aristot. docuit 3. Ethic. colligiturq; ex l. Gallus. §. & quid si tantum. Est autem Electio de multis. l. quod in hæredem. §. eligere. de tribut. l. plerunq;. §. fin. de iur. dot. Vide Salom. in l. Gallus. Sp.

ELIMATVM, id est, expolitū. Nam Polire uerbum, propriè pro limare ponitur. Et Expolire nihil à poliēdi significatione differt: nisi fortè aliquid perfectioris artis habere uelis. Sic uerbum Elimatum, accipiendum in §. sed cum perspeximus. l. 2. Cod. de uet. iure. nucl. Sp.

ELOGIVM, testificatio de certo homine: ut de inquisitione criminum alicuius rei, quæ ad magistratum cuius ea de re notio est, mitti solet. Modestinus l. tertia. ff. de re milit. Desertorem auditum ad suum ducem cum elogio præses mittit. Martianus l. 6. ff. de cust. re. Non oēs ex fide bona elogia scribere cōpertum est. item, Irenarchæ quum apprehenderint latrones, interrogēt eos de socijs & receptatoribus, & interrogationes literis inclusas atque obsignatas ad cognitionem magistratus mittāt. Igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi sunt. Hot.

ELOGIVM, oratio de re quapiam data opera, id est ob nullam aliam rem, perscripta. Vlpian. l. 38. §. 2. ff. de ædil. edict. Idcirco elogium huic edicto subiectum est, cuius uerba hæc sunt, &c. id est de industria, ut de pecore nominatim caueretur, hæc clausula subiecta est. Vlpianus propriè usurpauit. nam Elogium cùm in bonam partem accipitur, est testificatio de homine certo, ei uni propria, neq; alteri conueniens. ut illud de Attilio Calatino, Vno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse uirum. Hotoman.

ELOGIVM in malam partem notatio quædam (sic enim notationes Censoriæ dicebantur) exhæredationis causam perstringens. Africanus l. 14. §. 2. ff. de lib. & posth. Non enim uideri quasi filium exhæredatum esse, quum elogium pater quum filium exhæredaret, proposuisset. id est exhæredationis causam. Sic in l. 1. §. idem ait. ff. de Carbo. edi. l. 9. C. de suis & legi. Cic. in Cluentiana: Vnum est etiam quod maxime me cōturbat: quòd elogiū recitasti de testamento Cn. Egnatij patris hominis honestiss. iccirco se exhæredasse filium, quòd is ob Oppianici damnationē pecuniam accepisset. Quint. lib. 7. c. 4. Sed nonnunquam etiam reus hic totius summam cōstituit, si exhæredatum à se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quòd is meretricem amauerit. Hot.

ELOGII munus eius, qui annonæ rationē procurat. λόγος enim rationalis, ratiocinatórue à Græcis dicitur. Hinc Alogistes, & Analogos, qui rationes reddere non tenetur. Modest. in l. quidam. de administr. tut. Vide Alciat. in tit. de Frument. Alex. lib. xj. C. Old. in Actio. 2. class. 4. Sp.

ELOQVENTIA, est bene & rectè loquendi scientia. Vnde Eloquens, qui in dicendi ratione perfectus est. Pomponius l. secunda. de origin. iuris. §. ab ijs profecti. Sed plus inquit, eloquētiæ, quàm studio iuris operam dedit. & in §. ab hoc plurimi ad fin. Ex his, ait Trebatius, peritior Cassellio, Cassel, Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Offilius utroq; doctior. Iuris Ciuilis scientiam, decere cultum sermonis, modò illi non præcurrat, ostendimus in Compendio Tyrocinij. Spieg.

ELVDERE, est finem ludo imponere. Ex Donato, interprete Terentij. Sp.

ELVERE propriè est lauare, & ita lauando purgare ut sordes omnino tollantur & deleantur. Vnde terrarū eluuiones Ciceroni dicuntur, cum aquarum inundationibus terræ immerguntur & tanquā absorbentur. Itaq; eluuio cursim & uno ferè continuoq; impetu fit: Alluuio sensim & conatu, nec certo perpetuoq; accedit aut decedit cuius incrementum latens & obscurum non facilè animaduerti potest. nisi postquā est magna aliqua ex parte factum, Connan. lib. 3. cap. 5. num. 1.

ELVGERE, luctum deponere, uel finem lugendi facere. l. j. ff. de infamibus. Die Klagkleyder hinweg legen. Solet autem uir elugeri propter turbationem sanguinis. Vnde Pomponius eam, quę intra legitimū tempus partum edidit, putat uel statim posse nuptum collocare. l. liberorum. d. tit. Sp. Vide Budęum copiose tractantē de Emblematis in d. l. tigni. His aūt uasa pura opponuntur, h. e. nō cęlata, quorū meminit Iuriscos. in l. si in rem. ff. de rei uind. Sp.

ELVSCARE uetus uerbum est, cuius habetur mentio in XII. Tab. & significat luscum facere. sicut & uerbū Eluscificare, significat, luce priuare: quod ultimum non est assequutus Nonius Marcell. qui exponit elucificare, id est lucidare, auctore Laberio. q. ita intellexit, secundū eum: dum inquit, Volo elucificare exitum ætatis meæ. & ita etiam Laberiū intelligit Sipontinus in suis in Latinam linguam cōmentarijs, super 24. Epigr. Si quis ades longis rem, &c. tamen tacito (ut moris sui est) Nonio à quo didicerat. Nam (quod eorum pace dixerim) Elucificare apud Laberium accipitur in alio intellectu, neq; significat lucidare, aut clarificare, prout putant ipsi: sed quod est totum contrarium, luce priuare. Quidam enim diues auarus apud Laberium deplorat asotiā, & popinationem filij, aitq; uelle Democriti exēplo se luminibus oculorum priuare, ne uideat filium nequitia & luxu patrimonium dissipantē. Laberij carmina si quis desiderat, citat A. Gellius: apud quē tamen lucificare inuenies, pro elucificare, & malè. & ita etiam uerbū elucificare, quod significat luce priuare, exponit Ambrosius Calepinus in suo Dictionario. & Philippus Beroaldus, uir sæculi nostri diligentissimus, in suis in Apuleium comment. Et scdm ista debet declarari Vlpi. in l. sed etsi. §. si magister. titulo, ad l. Aquiliam. dum refert Iulianum scribere, Aquilia teneri eū qui eluscauerit in disciplina discipulum. Licet quidam mendam putātes, tentauerint textum nitidum deprauare. Cotta. Hinc

ELVSCATIO, actio ipsa priuādi altero oculo. Vlpianus de ædilit. edict. l. item Ofilius. Eluscationem eam quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil uidet. Qui id dixerint, nō sunt audiendi, qa nulla freti auctoritate id dicant. in d. l. item Ofilius in Pand. Flo. legit luscitationem Falsò, Haloāder Nuscitationem. Prat. & Sp.

ELVSORIVM Prætoris imperium esse nō debet. l. si prætor. ff. de iud. & l. ult. Nequid in loc. publ. hoc est, uanum.

E M

EMANCIPARE Festo lib. 5. dicebantur qui patris potestate exibant, ut passim in libris nostris. Vnde Mancipare & emancipare prędia, fundosq;, Plin. lib. 7. Epist. ad Caninium. Vide ĩ. mancipare & adde Connanum lib. 2. cap. 14. nu. 4.

EMANCIPATIONEM ueteres omnib. contractibus, qualescunq; illi tandē fuerint, adhibebāt. Idq;

Idq; eam ob causam, quia nulla res tantam facit controuersiam, quàm illæ alienationes. Vt igitur constaret de alienatione, illam solennitaté introduxerunt. Nos hodie illud negotiũ per arram cõficimus. Old.

EMANCIPATIO similitudinem uenditionis habebat, hoc modo: Naturalis pater filium suũ alij fiduciario patri mancipabat, hoc est, in manum tradebat: à quo uice mutua duos numos, quasi in similitudinem precij accipiebat, & iterũ eos fiduciario patri tradebat. Quod scdò & tertiò fiebat coram septé testibus. Et tali superstitioso circuitu, filius exibat patriam ptãtem, ut in lib. Inst. 1. Gaius tradit. Old.

EMANCIPATIO etiam pro abdicatione iusta sumitur: ut ait Balduin. tit. de adopt.

EMANCIPATIO est patriæ potestatis relaxatio utriusq; & patris & filij interueniente consensu coràm Iudice. Azo in summ. C. eo. in prin. §. pręterea Inst. quib. mod. ius patr. pot. soluitur.

EMANCIPATIONIS formulam disces, ex libro 1. Instit. Gaij. Oldend.

EMANCIPARE agrum, est alienare è mãcipio id est, dominio & possessione sua emittere, & alteri possidendum tradere.

EMANSOR, inquit Modest. in l. desertorem. de re milit. est, qui diu uagatus ad castra reuertitur: eoque distat à desertore. Quemadmodum & erro dicitur seruus, qui eo quoq; animo errat, ut in tempus reuertatur: sicut fugitiuus, qui nõ habet animum reuertendi. Nebr. Vide ꝟ. Erro.

EMASCVLARE, est castrare, hoc est, mascula uirilitate uiduare: in qua significatione est & Euirare, apud bonos autores. Sanè quod id fieret, edicto uetitum est. l. j. C. de Eunuch. & publicum iudicium ex lege Cornelia constitutum. Sp.

EMBAMMA condimentũ ad obsonia paranda, ut docet Columella, dum inquit: Hoc sinapi ad embammata nõ solùm idoneo, sed etiá specioso uteris. & ideo quæsiuit Vlp. in l. si quis uinum. de uino, trit. oleoq; leg. si acetum quis legasset, an embamma contineatur: & putat contineri: quia aceti numero fuit. apud quem tamen emblema mendosè legitur. Sunt etiam qui embammata accipiát immersiones, quando intingimus uel panem, uel obsoniũ in uasculis repletis re liquida. & à Græco uerbo ἐμβάπτειν deduci uidetur, quod est immergere & intingere. & hæc opinio uisa est postea placere Alexand. Genial. dierum lib. 5. c. 11. Sunt etiam qui embamma putent dici acetum coagulatum, quòd uino diffusum, aut aqua, aceti saporem facit. & propterea in legato aceti continebitur embamma, quoniam eiusdem saporis est. Cotta. Adde Forcatulum in suo penu iuris ciu. c. xx.

EMBATEVTICI iuris appellatione, ceu generali, cuius meminit Vlpia. in l. 3. §. fin. de reb. eor. qui sub tut. Alciato tradẽte, ad ius intelligi potest, quod & quandam detentionem respicit, & rei possidendę facultatem, tametsi proprietas uera ad alium pertineat. Quale est ius superficiarij, uel eius qui fundũ uectigalem possideat, uel perpetuarij. l. bonorũ. de uerb. sign. l. fin. de superfic. l. j. si ager uectigalis. Erũt fortè, quibus magis arridebit, Ius Embateuticon intelligere, quod uulgo Pedagiũ, Wegzoll: quod alioqui ad Regalia solet pertinere. Sed Alciatus eam interpretationem magis probat, quæ in Etymologico magno est, ubi ille Grãmaticus, ἐμβατεία, inquit, quæ nunc & ἐμβαδεία dicitur, id ius quod creditor in bonis debitoris sibi pignoratis retinuit, propria autoritate ea ingrediendi. Spieg.

EMBLEMATA appellantur, opera quæ ex tessellis structa sunt, quale est musceatum in parietib. seu pauimentis, & tarseatum in lignis. ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, quod est intérsero, uocitata. Accipiuntur etiam pro sigillis ex auro uel argẽto, uasis impressis, illigatisq;. Cicero in actio. 5. de signis taxat Verrem, quòd emblematum uim coaceruauerit, quæ omnia uasis Siculorum cælatis impudenter abstulerat. Plin. lib. 34. Vlysses, inquit, & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium surripientes. Lucil.

Arte pauimento atq; emblemate uermiculato.

Quem citat Cicero, dum inquit: Nullũ nisi loco positum, & tanquam in uermiculato emblemate (ut ait Lucilius) structum uerbum uideres. & de his apud nos intellexit Paul. Iureconsultus in l. pediculis. §. 1. ff. de auro & argen. legat. Meminit Vlp. in l. Quintus Mutius. §. cui aurum. eod. tit. Cotta.

EMBOLA in l. x. C. de sacros. Eccl. l. ult. de nauibus non excus. lib. x. C. publicarum specierũ copiarumq; seu annonarum transuectioné significat, quæ quotannis in Ægypto nauibus illatæ Constantinopolim deferebantur. ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλεσθαι τὰς ναῦς τὸν σῖτον, ut Iustin. in Edicto 13. his uerbis indicat: πᾶσαν γίνεσθαι πρόνοιαν τοῦ τὴν ἐκ αἰτίας ἐμβολὴν σῖτον καὶ ἀπαιτεῖσθαι καὶ κατὰ τὰς νενομισμένας ... [illegible] Idem in eodem loco ἐμβολὴν εὐτυχεστάτην uocat. Briss.

EMBOLA, rostra sunt nauium. Significat & alia præter hoc. de quibus Hermol. in Corollario Pliniano. Alciat.

ΕΜΒΟΛΙΣΜΟΣ Græcè, nobis intercalatio. Si quidem Macrobio tradente, Intercalare, interserere est: quod uerbum in §. minorem. l. iij. de minoribus. Accurs. ut Budæus ait, inscitè, de medio tollere, interpretatus est: cum sit non eximere, sed interserere, interponereque. Nebrissens.

ΕΜΒΟΛΟΣ, nauis uelocissima Æschil. uide Adnotationes in leges Rhodias. Prat.

ΕΜΒΡΥΟΝ in legibus Solonis apud Galenũ τὸ ἔμβρυον τὸ κατὰ γαστρὸς. & in lib. περὶ φιλοσόφου ἱστορίας, significat infantem in utero. uide quę ad leges Solonis scripsi in libr. Veteris Iurisp. 2. Prat.

EMENDARE est mendum, id est errorem tollere l. actorum. ff. de re iud.

EMENDARE, corrigere, titulis C. de emend. propinq. & de emend. ser. Prat.

EMENDA uerbum Gallicũ, Latinis multa, uel mulcta Græcis ζημία, dicitur. de uerbo Gallico text. in cap. quamuis. de offic. ord. lib. 6. de Latino tot. titul. C. de mod. mult. l. si qua. ff. de uerb. sig. De Græco in legibus Solonis, quæ extant apud Demosth. orat. & Plutarch. & D. Laertium in eod. & ueterem nostram Iurisprud. lib. 2. Prat.

EMENDARE nihil aliud est, quàm mendum litura tollere, Alc. in l. edita. C. de eden. salua remanente substantia. l. actorum. ff. de re iudi. significat enim corrigere & castigare: de quo plura d. tit. de eden.

EMENDATORES apud Athenienses erát χρεῶν, id est, debitorum exactores: & rationũ magistri: apud quos quòd causa obitæ perperam legationis dici solebat, quam Græci παραπρεσβείαν uocant, inde εὔθυνοι sunt nominati.

EMENDATIO, modò pro prauorum morum, & uitiosè admissorũ castigatione usurpatur. ut T T. C. satis notis: modò pro mutatione, seu libelli uariatione: de qua Interpretes dissérunt in l. edita. C. de eden.

eden. Alcia. hic omnino uidendus est ijs, qui ad forũ animum appulere. Emendatio etiam est, qua singula, prout ipsa res postulat, dirigimus, æstimantes uniuersorum scriptorum sententiam diuersam: uel correctio eorum, quę per scripturam, dictionémue fiũt: autore Diomede. Tradunt optimum esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponantur, ut ad ea post interdum, uelut noua atque aliena, redeamus. Spiegelius.

EMENDICARE, more mendicantium aliquid petere. C. de accus. Impp. Singuli aiunt, uniuersique iudices cognoscant, in publicis criminib. non oportere emendicatis uti suffragijs Decretorum. Sp.

EMENDICATA suffragia appellantur, quæ leuiter causam adiuuant. ut potentiũ commendationes, & ciuitatum in alicuius honorem decreta, ut ait Alciat. ubi mendicata suffragia refert inter prouerbia Iureconsult. Spiegel.

EMERE antiquis ꝓ accipere ponebatur, ut scribit Festus: Vnde redemptores, qui tametsi conductores sint alicuius operis faciendi, quia tamen confecto opere pecunias accipiebant, redemptores uocati sunt, & emptorum nomine designati. Emo igitur: quotiescunq; aliquid ἐμὸν, id est meum facio siue rei dominium acquiram, siue usum, aut aliam quamcunq; eius commoditatē: Vnde fortasis Origo uerbi. Connan. lib. 7. c. 6. nu. j. Idem Connan. lib. 7. ca. 5. nu. 1. Sic inquit: Origo emendi uendendiq; à permutationibus cœpit, ut scribit Paul. de contrah. empt. 1. cap. Olim enim (inquit) non ita erat nummus, neq; aliud merx aliud precium uocabatur: sed unusquisque secundum necessitatem temporum ac rerũ utilibus inutilia permutabat: quoniã plerunq; euenit, ut quod alteri superest, alteri desit &c. uide eundem Connan. latius de orig. emen. lib. 7. cap. 5. num. 6. & infrà quære Emptio.

EMERE rem necessariam, licet mortalē. §. sciendum. in fin. l. uerum. ff. de minor. Sp.

EMERGENS quæstio, & incidens differunt. Emergens est, q̃ extrinsecus addit, & nihil habet commune cum negocio principali, & tantũ processum respicit, & tendit ad ipsum impediendum: ut testem admittendum, uel non. Incidēs est, quæ respicit merita causę, & habuit ortũ ante litem contestatã, ut exceptio transactionis, pacti & compensationis. Differentia euidens inter quæstionē emergentem & incidentem potest haberi per hunc uersum. Incidēs perimit, emergens quæstio differt. gl. in c. j. de ord. cogn. Et uide gloss. in l. quod iussit. ff. de re iudic. Iohan. Bello. Etymologic.

EMERITA stipendia dicuntur, q̃ peracta sunt, quum iam milites misionem ut ueterani impetrauerunt. Emerita, numero tantum multitudinis etiã sunt præmia ueteranorum, ut ex Modestini uerbis colligitur in l. desertorem. de re milit. Sp.

EMERITA & Emeritēsis colonia ciuitas est Lusitanię nominatissima, Augusta cognominata: Nam ut scribit Dion, deuictis Cantabris & Asturibus: eã urbem illis qui supra ætatem essent, emeritis, Augustus habitandam concessit. Vnde urbs appellata Emerita Augusta, ex nomine conditorum & Augusti. Paul. lib. 50. Digest. tit. de censib. An Lusitania, inqt, Pacenses & Emeritenses. Nebr.

EMERITI dicuntur milites, qui sunt exautorati, hoc est, militiæ sacramento soluti, quibusque iam donatiuum est solutum. Modestin. iam dicta l. Si expleto, inquit, tempore militiæ redeat ueteranus, restituatur, & emerita accipiat. Nebr.

EMICARE, pro excellere, apud Iustinianum in §. hæc omnia. l. 2. de uet. iur. enucl. ubi de Triboniano suo loquitur. Spieg.

EMIGRARE dicuntur qui ante finitum conductionis tempus habitationem derelinquunt l. 28. §. 1. ff. loca. & alibi sæpissime. Prat.

EMINET, qui cæteris pręstat. Vnde eminentissimus Tribonianus Institu. Quibus alien. licet. §. sed hoc etiam. Et Eminentia tua, in §. fin. Auth. de alien. & emphy. Eminentia formæ, in Aut. de rapt. mulier. in prin. & potestatũ eminentiæ. C. de apparat. præf. urb. l. j. lib. xij. Sp.

EMISENI, populi in Emissena regione Syriæ. Paul. de cens. Imperator noster Antonius ciuitatem Emisenorum coloniam iuris Italici fecit. Nebr.

EMISSAM manũ, Modest. usurpat in l. quidã. de prob. pro cautione manufacta, Alc. obseruauit. Sp.

EMISSARII uocantur cōciliatores, atq; internuncij furtorum eorum, quæ à magistratibus committuntur. autor est Asconius. Ponitur & pro calumniatore & uexatore summisso & subornato ab inimicis. Spiegelius.

EMOLOGARE uerbũ, nec Latinitas, nec Græcismus agnoscit. Interpretes pro confirmare, uel laudare usurpant. Homologare, propius ad suam, quæ Gręca est, originem accedit. Vide Bart. in l. cum antea. C. de arbit. lege, Homologare. Sp.

EMOLVMENTVM, utilitas est: opponiturq; Detrimento, sed quam, ut nonnullis, nec absurdè uisum est, ex opera & labore, & quasi molimine nostro assequimur. Interpretes Emolumēta etiam pro bonis absolutè, interdũ pro salarijs accipiunt. §. qđ si delinquentes. Aut. de Mand. Princ. C. de præfect. præt Aphr. l. j. §. quæ uerò emolumenta. l. iudices. de ann. & trib. Spieg.

EMPHRACTÆ naues appellantur, quæ undiqs clausæ sunt, à uerbo Græco ἐμφράττω, quod significat obtũdo, occludoq;. Plin tradit hasce naues a Tasijs inuentas esse. De his sæpe Liu. Cæsar, & cæteri, & apud nos Vlp. in l. j. §. sed si ut certis. tit. de exercitoria actio. licet apud eum emphatæ mendose adscriptũ sit. Sunt tamen qui putent legendum embatæ, à uerbo ἐμβαίνω deductum, quod significat nauem cōscendo. Alij embolatæ, id est rostratæ, quod non placet, nisi apud Imperatorem in l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccle. quo in loco ingresio itineris interpretari debet. Quidam etiam epibatæ: ut intelligamus de his quæ uectoribus traijciendis aptæ sunt. Hæ apud nos Actuariæ appellantur, quia remis tantummodo compelluntur. uulgus scyphum, uel gundulam appellat. & de his sensit glossator noster in loco illo Vlpiani. Ex diuerso quædã etiam naues sunt quæ aphracta dicuntur, & ista aperta quidem & intecta sunt: de quibus Cicero ad Attic. inquit, Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucupati eramus. Ex his palàm fit, mendosa esse uerba apud M. Tulliũ in eo uolumine quod suprà citauimus. Nam ubi legitur acta Rhodiorum, tu lege aphracta. & de hoc nauigij genere intelligas, prout etiã aliàs meminit Beroald. si rectè memini. Cotta. Embatas uulgare uerbum, aut nauticum esse, putat Bud. Epibatas autem & milites classiarios dicit, h. e. milites in nauibus morentes, & pro uectorib. apud Græcos accipi tradit. Reijcienda aũt est & Nebriss. & Bud. diuinatoria lectio, retinendaq; est Florentina, in qua est ἐπιβατηγοί. Sunt aũt ἐπιβατηγοὶ naues uectorum ductrices ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς ἐπιβάτας. Hæc ex Ant. Aug. lib. 4. cap. 16. Prat.

EMPHYTEVSIS, cōtractus est à Zenone Imp. primùm

primùm nominatus, cùm ager ea lege fruendus datur, ut quandiu merces soluatur, nunquam ad dominum redeat. l. 1. C. de im. emphy. ubi Zeno ait ius emphyteuticarium neq; conductionis, neq; alienationis esse titulis adijciendum: sed hoc ius tertium esse ab utriusq; memoratorum cótractuum societate separatum, conceptionemq; ac definitionem habere propriam. Huius autem originem contractus uocabulum ipsum demonstrat. nam ἐμφυτεύειν conserere est: ut facilè appareat, tum illum usurpari cœptum, cùm agri deserti atq; inculti non facile colonum reperiebant: qui cùm impendium magnum in illorum culturam & consitionem, atq; (ut nunc loquimur) meliorationem fecissent, ab ijs discedere cogerétur. Institutum igitur, ut non ad tempus, sed in perpetuum, uel certè ad tempus longissimum illi agri locarentur: ea lege ut quandiu merces solueretur, tádiu uel certè usq; ad longissimum illud tempus retinerentur. Ex quo facile intellectu est, quid ab Emptione, quid item à Conductione cõtractus hic differat. nam cùm omnium istorum sex sint partes, in duarũ quidem personarum & rei tradendæ ratione nihil à superioribus differt. in mercede auté, locationi quidem similis est. emptioni uerò dissimilis, in qua non pluribus & incertis summis, sed una & certa preciũ persoluitur. In consensu autem à locatione hoc differt, quòd illic res ad tempus, hic ferè in perpetuum traditur. à uenditione uerò, quòd per eam res semel tradita purè alienatur: hic uerò sub cõditione, si merces ppetuò soluatur. In iure rursus ab utraq; ita discrepat, quòd in locatione rei periculum ad solũ locatorem pertinet: in uenditione, ad solum emptoré. hic uerò permistè ad utrunq; pertinet. nam si res tota intereat, periculum ad dominũ spectat: sin ex parte, tantùm ad colonum. Hot.

EMPHYTEVSIS, ἐμφύτευσις: παρὰ τὸ ἐμφυτεύειν, quod inserere est: genus est locationis, quo inculti ac deserti agri colono alicui ea lege in perpetuũ locantur, ut quandiu præstituta merces soluatur, nunquam ad dominum reuertatur, & nisi quid aliud cõuenerit, totius rei interitus ad dominum pertineat, partis uerò ad ipsum colonum. l. j. C. de iure emphy. Impp. aũt hoc ius modo Emphyteuticarium, modò Perpetuarium appellant: ut §. 2. de loc. & cond. & l. j. C. de offic. conf. sacr. palat. Hot.

EMPHYTEVTICVS canon. Iustinianus primo Codicis, de sacrosanct. eccles. Qui emphyteuticum canonem per biennium nõ soluerit, repelli potest. In eodem titulo perpetuarium Ius dicitur Emphyteuticarium. Spieg.

EMPHYTEVTICVM ius. Quod ad l. 2. C. de iur. emphyt. attinet, constat, ius ἐμφυτευτικόν, uel ἐμβατευτικόν, ut Vlpi. uocat, & antiquissimum, & ueterib. Iurisconsultis notum fuit. l. 3. de reb. eor. & in tit. si ager uectig. Ac primùm quidem pop. Rom. agros ab hoste captos, ea conditione colendos dedit: postea & in orbe Rom. priuatus quisq; hoc exemplũ est sequutus. Quia uerò dubitabatur, an locationi, an uerò uenditioni annumeraretur talis ἐμφύτευσις: tandé Zeno Imp. statuit, propriã esse speciẽ cõtractus, cuius ea lex esset, ut fatale damnũ totius rei Dñs sustineret, emphyteuta uero dánum partis. Balduinus.

EMPHYTEVTICARIVS uerbum aliàs adiectiuè accipitur, ut in tit. ff. si ager uectig. uel emphyt. aliàs substantiuè, pro eo, qui habet ius emphyteuticum: ut in l. j. C. de iur. emphyt. Old.

EMPHYTEVTICA actio. Vide, Actio Emphyteutica.

EMPHRACTA, nauigia dicuntur quæ sunt tecta, à uerbo Græco Emphratto, quod est tego, siue claudo: sicut econtrario aphracta dicuntur, quæ nõ sunt tecta, sed aperta. De quibus Cicero ad Atticũ: Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucupaturi eramus. Vlp. lib. 14. Dig. de exercitatoç. a act. l. j. Quædã, inquit, sunt naues onerariæ, quædã emphractæ, nõ emphatæ. ut pleriq; oẽs codices habét. Nebr.

EMPLASTRVM, nũc uulgò unguentũ dicitur, Ein salb. Nec quod doctis est Cataplasma, Ein pflaster, significat: tametsi communem sequutus errore, qui Germanicè uertit Institu. Iustin. sic reddidit hoc uocabulum, in §. cum ex aliena. de rer. diuis. Sp. Adde Gellium lib. xvj. cap. vij.

ΕΜΠΟΝΗΜΑ Græcis significat quicquid laboris, industriæ, operæ & studij positum est in cultura agri. Connan. lib. 7. cap. 12. num. 8.

EMPONEMA Græcis, quæ melioratio nostris dicitur. Et est ius quod Emphyteuta adquirit. Primùm enim sic cœpit contractus Emphyteuticus, ut sterilia tantum concederentur, in meliorem statum plantationibus reddenda. Extat uox apud Iustin. in l. ult. C. de iur. emphyt. Sp.

EMPONEMATA. Huius uerbi Græci uim expendere, operæprecium est. Propriè auté significat ea quæ elaborata sunt ad fundum uel excolendum, uel conserendum: quæ quidem etiã requirebat ipsa conditio appellatioq; emphyteuseos. Ea itaq; cum necessariò fiant, & impendantur ex lege & natura ipsius contractus, facilè amittuntur cum re & iure principali. Sed si Emphyteuta ultro fecisset & impendisset, quod nullo modo debebat, ueluti si sumptuosum aliquod ædificium in fundo extruxisset, id ego temerè non ascripserim ἐμπονήμασι: quasi emphyteuta ne eo quidem nomine quicquam petere, si expellatur, & pensionum quoq; debitarũ ratione conueniatur, possit. Quod nostri interpretes uulgo nõ satis discernere uidentur: quanquam & ueteres Iurisconsulti, nobis cur ita sentiamus, argumentũ præbeant. l. penul. locat. Balduinus.

EMPTIO. Emptio contractus est notissimus, tritissimusq;. Origo autem emendi, uendendiq; à permutationibus cœpit. olim enim non ita erat numus, neq; aliud merx, aliud precium uocabatur, sed unusquisq; secundum necessitatem temporũ & rerum, utilibus inutilia permutabat, quando plerunq; euenit, ut quod alteri superest, alteri desit. Sed quia non semper, nec facilè concurrebat, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, inuicem ego haberem, quod tu accipere uelles, electa materia est, cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret. ea materia forma publica percussa, usum dominiumq; nõ tam ex substantia præbet, quàm ex quantitate: nec ultrà merx utrunq; est, sed alterum precium uocatur l. j. de contrah. empt. ff. Est ergò emptio contractus iurisgentium nominatus, quiq; consensu perficitur, quo res aliena nobis certo precio datur. Definitionis huius uerba si explicauerimus, liquidò apparebit, quæ sit emptionis natura. Emptionem contractum iurisgentium esse diximus ex mente Pauli. in d. l. j. §. fin. de contrahen. empt. ff. ex hoc enim iure omnes pene cõtractus introducti sunt. §. ius autem gent. de iur. nat. gent. & ciuil. Instit. 1. Diximus & ex Vlpian. in l. j. §. fin. & in l. iurisgen. ff. de pact. emptionem contractum nominatũ esse. transit enim in proprium contractus nomen. Addidimus ex Paulo in l. j. §. fin. de contrahend. empt. ff. [qui consensu perficitur]

citur] in uenditionibus enim & emptionibus cōsensum debere intercedere, palàm est. Cæterùm, siue in ipsa emptione dissentiant, siue in precio, siue in aliquo alio, emptio imperfecta est. l. in uenditionibus. de contrahend. empt. ff. Addidimus & [quo res aliena] quod enim meum est, ampliùs meum fieri nō potest. §. si cui fundus. de legat. Institut. 2. & regulariter suæ rei emptio non ualet, siue sciens, siue ignorans emit. l. suæ rei. de contrahend. empt. ff. Adiunximus & [certo precio] precium enim constitui oportet. nam nulla emptio sine precio esse potest, sed & certum precium esse debet. §. precium. de empt. & uendit. Institut. 3. Item, precium (omissis antiquis quæstionibus) in numerata pecunia consistere debet. §. item precium. de empt. & uendit. Institutio. 3. Adhibuimus postremò [nobis datur] cum enim in emptione dominium transferatur, meritò hoc uerbo utimur, quod dominij translationem importat. §. sic itaque discretis. de actio. Institut. 4. Illud non omittendum, quod diximus, emptionem consensu perfici, uerum esse in emptionibus & uenditionibus, q̄ sine scriptura consistunt. In ijs autem quæ scriptura conficiuntur, nō aliter perfectam esse uenditionem & emptionem constitutum est, nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta, uel manu propria cōtrahentium, uel ab alio quidem scripta, a contrahentibus autem subscripta, etsi per tabellionem fiunt, nisi & complexiones acceperint, & fuerint partibus absoluta. Donec enim aliquid deest ex ijs, & pœnitentiæ locus est, & potest emptor & uenditor sine pœna recedere ab emptione & uenditione. §. 1. de empt. & uend. Inst. 3. Anch. Adde Forcat. Necyomantiæ dial. 48. nu. 1. & seq.

EMPTIO & uenditio est cōtractus bonæ fidei, inter quos iure ciuili licet factus, de re certa certo precio, in perpetuum domini iure obtinenda. Ita ratio hæc rerum acquirendarum à Mancipatione discernitur: quæ non contractus est, sed actus, ut uulgò loquimur, id est legis actio. Rursus à locatione distinguitur, quia res conducta neq; iure domini, neque in perpetuum obtinetur. Hot.

EMPTIO à conductione differt. Conductio est quoties materia, in qua aliquid præstatur, in eodem statu eiusdem manet: Quoties uerò & mutatur & alienatur, emptio magis quā locatio intelligi debet. Si res pereat, perit emptori, at non æquè conductori. Denique emptioni fit satis, si res semel tradatur, nec amplius ex empto agi potest eo nomine. At ex conducto sæpius agi potest, ut res tradatur, nempe quoties ea frui non licet, neq; enim unico statim actu impleri potest totum negotium. Balduin. tit. de locat. & conduct.

EMPTIO & permutatio sic differunt. I. in emptione res pro numis datur. in permutatione, res p̄ re, uel numus pro numo. uel, ut certius loquamur, precium pro precio: ut equus cum boue, uel numus Gallicus cum Italico. II. In emptione ex sola conuentione nascitur obligatio: in permutatione ex rei traditione tantùm. III. In illa uenditor tenetur tantùm ad possessionem præstandam: in hac rei dominium transfertur. IIII. Illa rei alienatæ traditione potest consistere: hæc uerò nequaquam. V. Ex illa uenditor una tenetur actione, nimirum eius quod interest: in hac, qui rem accepit duabus tenetur actionibus: aut condictione, aut petitione eius quod interest. l. 1. ff. de rer. permut. Hot.

EMPTIONIS uerbo lex XII. Tabularum alienationem omnem complexa est, ait Pompo. l. statuliberi, 29. in fin. ff. de statulib. Ego uerò animaduerti Varronem in lib. de re Rustic. plerunque hac in re uerbum illud usurpasse. ut libro ij. cap. x. In emptionibus dominum legitimum sex ferè res perficiunt. pro In acquisitionibus. Item cap. viij. Sequitur quartum de emptione. Fit alterius, cùm à priore domino secundò traditum est. Hot.

EMPTIONIS & uēditionis uerbis ueteres p̄miscuè utebantur: ait Caius in l. xix. ff. de act. empt. & uendit. Quod ego interpretor in locationibus & conductionibus. quia hæc Caius scribit ad Titulum de publicanis: quod magnopere attendendum puto. nunquam enim reperietur, opinor, eum qui pecuniam pro re sibi uendita numerat, uenditorē ab antiquis esse dictum. Conductores autem operum aut uectigalium, Redemptores ab antiquis appellatos esse, nemo est qui nesciat. Itaq; eundem Caium scripsisse in lege insequenti facilè mihi persuadeo: ubi non Idem est: sed Id est, legendum puto: ut quod in commentario suo scripserat, planius interpretaretur. id est, in locatione & conductione. Venditionis autem & emptionis exemplum ex Verrin. III. proferemus. Vbi illa consuetudo in bonis (prædibus, prædijsq;) uendendis, omnium Consulum, Censorum, Quæstorum denique ut optima conditione sit is, cuia res sit, cuium periculum? id est, Vbi est consuetudo illa uetus in operibus locādis, ut is qui conduxit, alijs omnibus anteponatur? Sic enim locum illum in commentarijs explicauimus. aliter atq; Asconius, aut Bud. aut alij: fateor. sed lector locū animaduertat, & in hac controuersia suum iudicium interponat nam adhuc qui meā causam improbaret, reperi neminem Hot. Huic adde Fran. Baldui. comment. in l. XII. Tab c. 34.

EMPTIO imaginaria dicitur, quæ simulatur, cū in ueritate non sit emptio. Zas. §. item si quis. Institutio. de action.

EMPTIO spei est ueluti cum alea luditur, quod fit cum captus piscium uel auium uel missilium emitur. emptio enim cōtrahitur etiamsi nihil inciderit. Emitur enim euentus rei, qui in captu piscium aut auium, aut missilium fortuitus est. Connanus lib. 7. cap. 6. numero 7.

EMPTIO uxoris, quibus olim solennitatibus peragebatur, refert Alciatus, enarrans l. pronunciatum. de uerborum sign. Sp.

EMPTOR, non solum qui precio emit, sed etiam si quis uel permutauit, uel compensauit, accipiēdus est. l. sciendum. §. pen. ff. de ædil. edict. l. fin. Ex quib. caus. in poss. Cætera apud Alber. Sp.

EMPTOR familiæ, sicut alia uetusta, in usu esse desijt. meminit eius Iustinian. in §. accessit. Instit. de test. ord. Spiegel.

EMPTOREM pro uenditore, locatorē pro conductore, creditū pro debito quandoq; poni, & quandoque uice uersa poni, obseruatum est ab Accursio l. 2. ad Leg. Rhod. Laur. Valla lib. j. Eleg. & nuper ab Alciato lib. 5. Parerg. Sp.

EMPTORI quid redhibitorio iudicio præstare uenditor debeat, doctè diffusiusq; aliquanto explicat Alex. Neapol. cap. j. libri 6. Sp.

EMPTVM & paratum hoc differūt, quòd in empto paratum inest: in parato non continuò emptum continetur. l. 47. §. 1. ff. de leg. & fid. lib. 32. Paratum ergo generis nomen est: Emptum speciei. l. 45. 46. 47. 49. 78. eod. Hotom.

EMPTVM rogare, pro emere. Id admonuit Alciat. in Parerg. Sp.

ENAR-

E N

ENARGIA, per a, euidentiam & rerum repræsentationem, & ut Cicer. inquit, lustrationem, Energia autem per e, scriptum in secunda syllaba, efficientiam significat. Bud. in annot. prior. Sp.

ENCARPA. Tornebus encarpa apud Vitruuiũ lib. 4. existimat esse ornamenta capituli columnarũ palmites aut ramos cum suo fructu habentia: aut etiam arbusculas fructuosas, quæ uocantur ἀνάδρα, ἐγκαρπα à Grecis, aut frondibus & ramis implexos innexosq; fructus, sunt & ἐγκαρπα Hesychio segetes triticeæ sectæ messæq;. Torn. aduer. lib. 11. ca. 4.

ENCAVSTVM cur dicatur librarium atramentum, Rhodigin. indicat cap. xxxj. libr. vij. Vide C. de rescript. & prag. sanct. Sp. Encaustum in l. 6. C. de diuers. rescript. l. 4. de extraord. munerib. in C. Theod. In quo uerbo error est in l. j. §. j. C. de collegiat. Nam ubi uulgò In cautis breuibus, legitur, scripti codices Encaustis breuibus dilucidè habent. Sed & in l. ix. C. de agricol. & censit. lib. xj. ubi Encauterijs quidã codices, alij Eucterijs, scriptum habent, crediderim Encaustis potius legendum esse. Encaustum autem sacrum ex muricis seu conchylij cruore compositũ. d. l. 6. C. de diuers. rescrip. docet. Et inde memini me in Epitome quadã Chronicorũ Vuerueronis Leodiensis monachi legere, Palæologum Constantinopolitanum Imperatorem Romæ in æde S. Spiritus Ecclesiæ Romanę obedientiam, subiectionemq; iureiurando pollicitum. Idq; syngrapha conchylij sanguine à se subscripta testatum reliquisse, quæ in archiuis adseruatur. Briss.

ENCAENIA Erasmus apud Euangelistam uerbum uerbo reddens interpretatur Initialia: Græcis aũt dicuntur ab innouando siue initiando. Alber. uocis Encæniorũ etymologiã adfert plane Hugonicã ꝙ animi causa retulit Erasmus in annot. c. x. Ioan.

ENCAENIA, quasi renouationes dicas, aut instaurationes. Fuit solennis quędam festiuitas, quam Iudæi die 25. Nouemb. obseruarunt. Significat autẽ uocabulũ renouationẽ, seu dedicationẽ Alij putant hoc festũ initium sumpsisse à tempore Iudæ Machabæi, qui tẽplo insigni uirtute recuperato, dedicationem eo die maxima lætitia fecit: ac deinceps cõibus suffragijs statuit, ut eo die quotannis ἐγκαινία, seu recordatio istius dedicationis, ac mirandæ recuperationis templi perageretur. 1. Machab 4. Alij festũ esse antiquius asserũt, nempe qđ à reditu ex Babylone, templi fundamẽtis iactis, celebratũ sit, die 24. Nouemb. Zach. 2. Tempus. n. perpulchrè coincidit. Sed utut sese res habeat, planum est, lætissimum fuisse festum, in quo beneficia Dei de instaurato tẽplo, & cõseruato ministerio, deniq; etiã de patefacta & defensa doctrina cœlesti, prædicata sunt. Obseruat hoc festum una cum Iudæis Christus, ut Ioan. 10. scriptum est. Hinc translata est uox ad consecrationẽ templorum: quæ cultui diuino dedicantur. Vide Tornebũ aduers. lib. 12. cap. 11. in fin.

ENCHIRIDIA Gręcis, qui nobis à pugno Pugillares dicuntur. Ex lib. 4. Alciati, de uerb. sig. Sp.

ENCOMION, carmen in uictoris laudem editum ad immortalitatem, quo ipsius res gestæ magnificæ, illustri præconio canebantur: qđ & Epinicion uocant, id est, præmium & celebritas pro habita uictoria. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. 1. c. 22.

ENDIADIS, est quædam figura, gloss. ait super uerbo Placitum & consensus. in .j. l. j. ff. de pact. nec explicat. Est autem, dum substantiuum in adiectiuũ resoluitur: Dicitur Endyadis cum diuersa in unam rediguntur conuenientiam ut semissem patrimonij & portionis eius. l. Lucius Titius. §. Caio Seio. ff. ad S. C. Trebellian. hoc est semissem patrimonij in portiones diuisi. Oldend.

ENDO procinctu, in procinctu. significat autem quum ex castris in prælium exitum est: procinctos quasi præcinctos, atq; expeditos. nã apud antiquos togis incincti pugnasse dicuntur. Festus. Hot.

EN ἔργῳ, id est, in re ipsa. Vlpia. l. quod ait. Ad leg. Iul. de adult. Et hoc est quod Solon & Draco dicũt, ἐν ἔργῳ. Hanc lectionem ut ueram probat Alc. nec ab ea recedendum admonet: tametsi altera è Luciano sit magis elegans & erudita. Sp.

EN πλάτει, locutio est Iurisconsultis familiaris, idẽ significans quod laxè, non angustè, neq; pressè. nam ut ait Hesychius, πλατεῖα τὰ ἐν πλάτει κείμενα μεγάλα. id est, πλατεῖα dicuntur pascua longè lateq; patentia. Ex quibus patet deductam locutionem ex ijs qui nõ in aliquo angulo & angusto loco, sed in campis latè patentibus uersantur. Labeo l. xxviij ff. de probat. Nũ aliquis meminerit quo die aut quo Consule factum sit, sed num hoc aliquo modo probari possit, quãdo id opus factum sit. & hoc ita quod Græci dicere solent ἐν πλάτει. potest enim hoc memoria non teneri intra annum puta L. aut LX. factum. Sic enim eum legendum esse locum in obseruationibus demõstrauit Iulianus l. xiij. ff. de solut. Ratum autẽ habere dominus debet, quum primùm certior factus est. sed hoc ἐν πλάτει, & cum quodam spacio temporis accipi debet. Vlpianus l. xij. §. ij. ff. ratam rem hab. Hoc autem ἐν πλάτει accipiendũ, & cum quodam spacio temporis nec minimo nec maximo. Et rursus l. iij. ff. de cond. tritic. Vt si quis diceret, Hoc tempus accipiendum est in campo, non in angulo: id est longum, nõ breue. Est enim à tempore ad locum translatio. Et similima locutio est apud eosdẽ Iurisconsultos παραπατεῖν, de qua suo loco dicturi sumus. Vide infrà in P. litera. Hotoman.

ENODE, quod sine difficultate est.

ENOΩ dicitur ad uerbum unio, ex quo ἐνωμένον uocat. Pomponi9 omne corpus quod perpetuo opere unum & continuatum est, Conna. lib. 3. c. 14. num. 6.

ENORME damnum, pro immodico prægrandiq́ue usurpatur: id censuræ iudicis relinquitur, Interpretum calculo.

ENORMITATEM stipendiorum, dixit Spartianus, pro nimia largitate. Sp.

ENOPKOI ἀναβολαὶ & ὑπερθεσίαι dicuntur Budæo teste illæ dilationes, quæ propter sonticum morbum aliãmue iustam & legitimã causam iureiurando postulabantur, & impetrabantur &c. Brechęus l. Morbus sonticus. de uerb. & rer. sig.

ENTHECA, uocabulum in Decretis Canonicis eadem penè significatione ponitur, qua apotheca, & horreum, uidelicet pro loco, gazæq; repositorio. annotauit Beroaldus. Extat & apud Iurecoss. nempe Vlp. in §. fin. l. Iuniano. al. Iulianus. & Papinian. in l. 2. de Fund. instr. Dotes prædiorum, inquiens, quæ Græco uocabulo Enthecæ appellantur. Alcia. aliter legit. Haloãder noster Græcè doctissimus nihil mutauit. Spieg. ἐνθῆκαι appellantur, cum non instructa legantur, à legatario non præstantur. Connanus libro 4. cap. j. num. 4.

ENDROMIS, Hyemalis & uillosa uestis est. Libro quartodecimo Epigram. Martialis. Pauperis est munus sed non est pauperis usus, hanc tibi pro togula mittimus Endromida. Io. Bapt. comment. In Epist. Sidon. Apollin. ad Domitium. lib. 2.

ENTHRONISTICA, pro Intronisticis supponendum apud Iustin.in Constit.de sanctiss.episc. §.si quis autem episcoporum. Sunt auté Cathedralia, ut nunc uulgo dicuntur, à Græca uoce ἐνθρονίζειν, quod est in sedem ponere. Barbari dicunt installare, quod & Coclæus indicat. Sp.

ENTHYMEMA est oratio in qua nō omnibus permissis ante positis festinata infertur cōclusio, & ex uniuersali concluditur particulariter, seu minus uniuersaliter, & dicitur syllogismus imperfectus. Sebast.Med. in tract.de definit.parte 2.

ENVBERE nihil aliud erat, quàm è patris domo transire, patriaque sacra relinquere. Hinc illæ uoces consulum sup.lib.4.connubio patrum cum plebeijs concessō ignorari non posse, qui natus sit, cuius sanguinis, quorū sacrorum sit, dimidius patrū sit, dimidius plebis. Et huc IC.respiciētes, matrimoniū dixere cōionem humanorū & sacrorū. l. aduersus. C. de crimine expil.hæred. Et plebeia uxor per matrimonium nobilitatem adipiscitur, sicut è contrario, nobilis si nubat plebeio, eam amittit, ac transit ad plebē. Id itaq; minime Hispale metuendū esse, ius emptionis concessum ei tribuit &c.

ENVCLEO. Enucleare per translationem, pro declarare, & explanare, ut in tit. C. de ueter.iure enucleando. Itaq; illic enucleando, id est exponendo, & in certum librorum ordinem redigendo. Anch.

ENVMERARI pro recenseri, in l. fin.C.de præscript.annor. Terentius aliter usus est.

ENVNCIARE consilia. Lege, Consilia enunciare. Spiegelius.

ENVNCIATIVE, uel narratiuè deduci dicitur, cum simpliciter aliqua res, sine mysterio, sine pōdere, sine momento deducitur. ut cum dico, Peto a Titio, qui est hæres Seij, ista uerba, Qui est hæres, enunciatiua sunt. Vnde etiam si non est hęres Seij, tamen procedit libellus. Casus est, ut aiunt, in terminis. in l. qui familiæ. quem tex. ut singularem, secundū præceptorem meum Zasium oēs Doctores exclamāt. ff.fam. ercisc. Dispositiuè autem narrata, uim habent & obligandi, & disponendi causam: adeò, ut ea quæ medullas respiciunt, mutari, emendariue nequeant, maximè si pro reo faciant. Per text. elegantem in l. cùm precum. C. de lib.caus. Sp.

ENVNCIATVM Ciceroni est, quod Dialectici Propositionem uocant. Sp.

ENIXAE preces, hoc est diligentiores, quę cum maiori studio fieri solēt. Papin. in l. cum pater filios. ff.de leg.2.in fin.§.filius matrem. Nam, ait, enixæ uoluntatis preces ad omnem successionis speciem porrectæ uidebantur. Sp.

E O

EO, pro intantum, etiam reperire est apud Canonistas.

EO, pro propterea. Paulus de Constit.pec. Non minuetur peculium, eo quòd ex ea causa obstrictus esse cœperit. l. id quod sub conditione. Sp.

EO amplius. Hæc uerba & addunt & repetūt, ut Interpretes demonstrant. l.si seruus. §. si quis ita. de legat 1. & l.si sit. eod. cum similibus. Sp.

EODEM tempore facta intelliguntur, quę distāt modicè. Spiegel.

EO ipso. Verbo hoc Barbati⁹ tradit denotari Canonem latæ sententiæ: citatq; l.fin.§.si postquā.uer. Eo ipso quòd inuentarium fecit. C. de iur.delib. Sp.

EO loci, pro in eo statu. Vlpia.de iud.l.sed & si Si ea res, quæ per fideicōmissum relicta est, eò loci sit, dicendum est, non debere præscribi. Sp.

EO loci, pro eo loco, uel in loco, apud eundem, de nou.oper.nunciat.l.de pupillo. Qui eo loci operantur. l.cum aliter.ad S.C.Syll. Quicunq; eò loci faciunt, unde uocem exaudire potuerant. Idem pro tunc, eò loci usurpat, in l.hęres.de iud. Defendere se eo loci debebit. Sp.

EO minus. l.j. Qui test.fac.poss. tum alijs locis.

EO nomine, quo contrahitur, actionem esse dandam, Iuriscons. exponunt tit.de Instit.act.

EO potius, pro eo amplius, uel ea maximè ratione. Sic colligitur, Alb.ait, ex l.item ait prætor. §. hoc autem.ff.ex quib.caus.maior. Sp.

EOVSQVE, pro intantùm. §.illud quæsitū. Inst. de rerum diuis.

E P

EPANGELIA dicitur, quum quis accusatur, quòd præter leges concionetur, aut rempublicā capessat. Ex Cœlio. Sp.

EPHESVS, metropolis Asiæ est, quæ propriè minor dicitur, ad quam Proconsuli necessitas imposita erat per mare applicare, teste Vlpiano in l. 4. de offic.proconsul. Spieg.

EPHEMERIDAE. Fuerunt qui libros suos inscripsiuerūt hoc titulo Ephemeris. In Ephemeride Cæsarem Seruius aduocat. Ephemerides sunt tabulæ, in quibus singulorū dierum accepta & erogata perscribebantur. Propertius: Forte iacent duras intèr ephemeridas. De his & Naso in amorib. ἐφήμερος Grecè cottidianus. Ioan.Bapt commen.in Epist.Sidon. Apollin.ad Burgundionem.lib.ix.

EPHIPPIVM. Lege, Parephippius.

EPIBATAE, milites dicuntur nauib. impositi, non ut remos ducant, sed ut stent ad pugnam parati. Latinè Classiarij. Bud.in l.j.de recept.arbit.

EPIBATAI naues, in dictione Mesonautæ explicantur: & ibidem, quid sit Epibates. Sp.

EPIBATHROI naues exdem quæ uectoriæ, id est uectorū ductrices: iuncto nomine ex ἐπιβάτης, id est, uector, & ἄγω duco. Vlpian.l.1. §.5. ff.de exercit. act. Quædam enim naues onerariæ: quædam, ut ipsi dicunt, ἐπιβατηγοὶ sunt: & plerosq; mandare scio ne uectores recipiant, & sic ut certa regione & certo mari negocietur.

EPICAIA, indeq; uerbum Epicaizare, uocabula sunt insulsa, quamuis protrita. Nam, ut docet Budæus potius Epijcia, & Epijcizare dicēdum est. Sp. Corrasius lib.2.Miscell.cap 8.

EPICOPI dicuntur remis appositi & gubernaculis: uelut Epibatæ Atticis, sunt in nauibus depugnantes. Quanquàm & qui aliena iter naui faciunt, sic dicantur quoque: quos Homerus item Emporos uocat. Spiegelius.

EPIDEMIAI, uiæ tritæ & peruulgatæ, p quas plerunq; ad urbem aditur. ex δῆμος, id est populus composito nomine. Vlpian.l.4.§.4.ff.de offic.proconsul. Ingressum etiam hoc eum obseruare oportet, ut per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est. & quas Græcia ἐπιδημίας appellat, siue κατάπλουν obseruare.

EPIDEMETICVS. Epidemetici, inquit Accursius ad tit.de metatis, & epidemetic.lib.12.C.dicuntur, qui supra milites sunt constituti, metientes, siue dimetiētes militibus hospitia: ab ἐπὶ, quod est supra, & metis, id est, metatis, quasi, de ijs, qui supra milites dimetiuntur, atq; diuersis diuersa assignant hospitia. Alij ab ἐπιδημία deducunt nomine Greco, significante

cante plerunq; aduentum in urbē,& accessum ad ciuitatē aliquā. Quę postrema deductio magis placet. Solēt enim epidemetici priùs, quàm milites, petere ciuitatem,ad ipsa hospitia singulis assignanda. Meritò itaque Cælius Rhodiginus, lib.7. ca.14. Epidemeticos (ait) sunt, qui forriarios modò à Gallis opinentur dici. Cæterùm, Iustinianus in Authent. Vt nulli iudicum.epidemetica uidetur accepisse pro collatione pecuniæ, quam milites à ciuibus extorquebant, ne in eorum domibus hospitarentur, id quod etiam alicubi probat Alciatus. Anchara.

EPIGONI uocantur ex secundis concepti nuptijs: sicut Progoni intelliguntur, qui ex primis. quāquam eo item uocabulo maiores accipi uidetur, uelut minores uocantur Apogoni. ex Rhod. Sp.

ΕΠΙΕΙΚΕΣ ęquum & bonum est. Interdum ipsa ęquitas. Hinc uerbum, ἐπιεικίζειν, ex fide bona, ex ęquo & bono statuere, ex bono & ęquo arbitrari, censere, æstimare, constituere. Hinc contractus bonæ fidei, hoc est, æquitatis, non stricti iuris. Sp.

ΕΠΙΕΙΚΕΣ æquum & bonū est Aristoteli lib. Moralium v. non quidem simplex æquitas, sed id quod à legis latoribus est emissum: de quo tamen si interrogati fuissent, suadente eadem æquitate, idem constituissent. Sic uidetur Iureconsf. bonum & æquum accepisse in l. seruum. de Verb. oblig. Quod Budęus indicat. Interdum tamen ipsa æquitas est.

ΕΠΙΕΙΚΕΙΑ, hoc est, conuenientia, Latinis æquitas dicitur. Quare Aristoteles sæpe uocat æqualitatem. Nomē enim factum est ab ἐπί quod est iuxta, & εἰκός, conueniēs, adsimilatum, ab εἴκω, adsimilor. Porrò æquitas seu ęqualitas retinet in humana societate proportionem rerum omnium iustam, hoc est, statuit aptum locis, temporibus, personis. Prat.

ΕΠΙΚΙΝΔΥΝΟΝ nauticum creditum, quod est periculo creditoris de quo in l. 122. §. Callimachus. ff. de uerborum obligatio. Prat.

ΕΠΙΜΕΤΡΟΝ, frumenti quinquagesima, hordei quadragesima, uini, lardi, uicesima. l. 15. C. Th. de suscept. Prat.

ΕΠΙ παντὶ τρόπῳ usurpatum est, apud Paulum in l. 29. ff. qui test. fac. pro Quacunq; ratione & modo fieri poterit. scribit enim Paulus, scripturā ad testamentum paratam, uim testamenti non habere: nisi hęc ei uerba defunctus subscripserit, Hoc testamētum quacunq; ratione poterit, ratum esse uolo. Hot.

ΕΠΙΣΑΚΤΟΙ milites euocati l. 2. C. ut nemi. lice. à coempt. forte aduentitij & externi. Prat.

ΕΠΙΜΕΛΗΤΑΙ qua uoce Paul. in l. Lucius Titius, de Administ. tut. usus est, iuxta Haloandri editionē, generaliter significat curatorem ut apud Demosthenem κατὰ μειδίου ... Apud Athenienses decem erant hoc nomine, qui ēporijs præsiderent, curarentq; in usum ciuitatis triticum deferri. Vide Alciatum cap. xxix. lib. Parerg. ij. Spieg. Hi autem dicebantur ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου. Nec uero solum curabant frumentum deferri, sed & de rerum precio statuebant, ut non uendentium arbitrio, sed iusto tantum precio distraherentur. ad hæc, ne uiciosas loco legitimarum merces exponerent.

EPINICIA, à nobis cantica solennia, obsecrationesque ob partam uictoriam dici possunt ex Budæo. Spiegelius.

EPIRHEDIVM currum significat, quod uocabulum Romani Fabro autore ex duob. peregrinis suum fecerunt, ἐπὶ præpositione Græca, & rheda dictione Gallica. Vsus est ea Iuuenalis Satyra. 8. Corras. lib. 3. Miscell. cap. 16.

EPISCOPVS, olim in nouo Testamento fuit cōmune nomē presbyteris, ut ex Philippensi prima apparet: ubi salutat Paulus eius Ecclesiæ episcopos & diaconos, plures hoc nomine honorans. Sic & Actorum 20. dicit ad concionatores Ephesios: Attendite uobis & uniuerso gregi, cui uos spiritus Sanctus præfecit Episcopos. Testatur & Hieronymus in quadam Epistola ad Rusticum, olim eosdem fuisse sacerdotes & Episcopos: Sed in remedium schismatis, unum quendam è numero sacerdotum delectum esse, qui esset, & uocaretur Episcopus. uox alio qui uetus est: nam & Homerus Hectorem uocat Episcopum ciuitatis. Videtur autem hæc appellatio uenire ab Hebræa metaphora צפה Zophe, Speculator. ut, Fili hominis Speculatorem te posui &c. Ezechielis 33. Atq; hinc fuit primus gradus monarchiæ pontificiæ, ut unus reliquis presbyteris ac collegis præficeretur. Inde progressum est ad hoc regnum ad Archiepiscopos, metropolitanos, primates, patriarchas, & tandem ad summos pontifices.

EPISCOPI, & Ephori Græcis sunt, quibus nō solum oculis lustrandi potestas, sed etiam prouidentia & cognitio mandata est: à qua significatione Episcopi Antistites dicuntur: quod uocabulum si Latinè transferre quis uelit, nō uerius Speculatorem, ut Budæus censet, quàm inspectatorem uocarit. Fit mentio Corepiscorum in decretis Canonicis. dist. lxviij. cap. quamuis. & seq. quos opinatur Erasm. uicorum ac pagorum sacerdotes appellatos: scribendumque Chorepiscopos, quòd χώρα Græcis interdū rus aut agrum declaret. In Epitoma autem Canonum Constantini Harmenopuli ex octauo decreto Synodi Antiochenæ χωρεπίσκοποι interpretātur ἔφοροι ... Dicitur autem Episcopus ἀπὸ τοῦ ἐπὶ quod est suprà, καὶ σκοπεῖν quod est intēdere. Inde Episcopus qui super intēdit. Drosæus in l. methodo Iuris. Apud Athenienses olim Episcopi erant ad quos delectus prouinciarūq; negocia, ut Ciceronis uerbis utar, referebātur. In singulis enim prouincijs hi uelut rerum arbitri constituti, perquirebant de his quæ ad Iurisdictionem, publicas iniurias, litesq; spectabant, si quis illos adire uellet ac sententiam ferebant, cui non secus ac si à principe magistratu lata fuisset, parebatur. uocabantur uerò etiam ἁρμοσταί aptatores, & φύλακες, id est custodes, atq; ἔφοροι præfecti. ἐφορᾶν enim & ἐπισκοπεῖν. est speculari, disponere. Nomine ephori us⁹ est Cicero Quęst. Tuscul. 1. Ic. in l. Munerum, uoce Episcopi l. de mun. & hon. ubi Episcopi intelliguntur Ædiles Cereales, qui ut ait Arcadius ibid. præerant pani & cæteris uenalibus rebus quæ ciuitatum populis quotidianum uictum suggerant.

ΕΠΙΣΚΟΠΟΙ τῆς χώρας: dicebantur apud Athenienses adolescentes qui ex Ephebis excesserant. Nam priusquam ipsi τῶν κλήρων ἄρχειν id est rei hæreditariæ & bonorum suorum possessionem haberent, biennio cogebantur circuire uicinas regiones hoc est à decimooctauo anno, usque ad uigesimum. Ideoque appellabantur περίπολοι id est circumitores, ὁδοῦ ob uiam & peregrinationē in qua uersabātur: ἐπίσκοποι τῆς χώρας regionis, inspectores, non ueluti magistratus, sed ut cùm ingrueret necessitas essent regionum, uiarum, & locorum periti. Postellus de magistr. Athenien. cap. 18.

ΕΠΙΣΤΑΛΜΑ, id est, commissio Principis, per mandati subscriptionem facta. Alciat. in leg. pactum.

ctum. Cod. de pactis.

ΕΠΙΣΤΑΘΜΙΩΝ appellatione intelligimus significari præfecturas mansionum siue statiuorum. Nam ἐπίσταθμοι appellabantur quos Galli uocant Fauriers. Sed hic opinor melius cũ diphtongo legi ἐπισταθμείων ut significetur necessitas illa militis hospitio recipiendi, à qua liberãtur artium professores. quod Imp. Constantinus statuit & Theodosius, & ante utrunque Vespasianus, Adrianusq; suis rescriptis significarunt. Balduin. tit. de excusat. tut. uel cur.

ΕΠΙΣΤΑΘΜΙΑ munus recipiẽdi hospitis Budæ. l. fin. ff. de mu. & hon. Ant. Aug. lib. sing. ad Modestinum. Hesychius, uocat ὑποδοχὴν ξένων. Prat.

ΕΠΙΣΤΕΛΛΕΙΝ & ἀποστέλλειν differunt inter se. Nã ἐπιστέλλειν est literas mittere, ἀποστέλλειν emittere cũ mãdatis aliquem significat, ut notauit Erasmus Roterod. in Iohan. cap. 1. & in Matthæ. c. 2.

EPISTOLA, uocabulum origine Græcum nemini non latinorum notum. ut latini ab elementorũ multitudine literas, ita Græci ab emittẽdo epistolas nominauere. ἐπιστέλλειν enim mitto significat: sic ἀγγέλλειν nũcio. Vnde apostolus nuncius. Ab epistola diminutiuum Epistoliũ. Catull. Conscriptum hoc lacrymis mittit epistoliũ. Et quia στέλλειν non modò mitto significat, sed etiam orno, inde stola corporis ornamẽtum, teste Io. Petr. Valla interprete Plautino. Extant de ratione eas conscribendi, libelli uulgati, elegantes. At non æquè nota, quę uis Epistolæ, quæ fides ei adhibenda, requirat ne etiam signum mittentis, diem & consulem, tum pleraque alia quæ in considerationem Epistolaris rei ueniunt, nec inutiliter à nostris Interpretibus differendo deducta sunt in l. nuda. ff. de Donat. in l. Lucius. de Fideiuss. ubi inuestigatur, quam uim obligandi habeant, quæ uulgò uocantur literæ Credentiales, in l. cum tabernam. §. idem quæsijt. de Pig. l. public. Depositi. C. de Proba. l. non epistolis. Aut. si contractus. C. de Fid. instr. d. l. cum tabernam. §. j. An literæ commendatitiæ obligent in l. fin. C. de Pig. act. Magister practicæ tit. de Actore. uers. itẽ repellitur credere. Est uerò Epistola absentib. id, quod sermo præsentibus: imò qui mittit alteri literas, intelligitur præsens præsenti loqui. Bartol. in l. nuda. de Donat. Astipulatur l. si per procuratorem. ibi, uelut præsentis. de Procurat. Spigel. Omnem scripturam, qua absentem alloquimur, & alicuius rei certiorem facimus, Epistolam rectè uocari, cuique notissimum est: quasi uoluntatis nostrę significatio scripto emissa, ab ἐπιστέλλω, hoc est, significo & emitto, sic dicta sit. Et cũ id omne ad eum modum epistola significare solemus, quod absentem scire, aut testatum illi esse uolumus: tũ ea in primis, quæ fieri mandamus & præcipimus, & quæ nos facturos recipimus, ac ueluti scripto nostro cauemus. Hinc effectũ, ut quemadmodum in cæteris plerisq; per enallagen id, quod aliquid continet, pro contento sumitur, & contentum significat: puta Calendarium, nomina debitorum in Calendario conscripta: & mensa nummularia, ea, quæ mensæ rationum occasione debentur: & Chirographũ, non tabulas, sed debitum eo testatum. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. ff. de legat. 1. l. qui chirographum. &. l. qui filium. ff. de legat. 2. Et è conuerso contentum nonnunquam pro continente sumitur, ut pacti & stipulationis appellatione, ipsum pactionis & stipulationis instrumentum significamus. l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. l. j. circa fin. ff. de eden. Sicque Cicero usus uidetur, cum dixit in part. Oratorijs: Scriptorum aliud publicum, aliud priuatum: Publicum, lex, Senatuscõsultum, fœdus. Priuatum, tabulæ, pactum conuentum, Stipulatio. Similiter, Epistolæ, uel literarum etiam appellatione, Promissionem, uel cautionem, epistola literisúe contentam intelligimus, & è conuerso cautionis siue stipulationis, aut etiam mandati appellatione, ipsam, quæ ea continet, epistolam: sed ita tamen, ut non quæuis cautio, epistola dici possit, sed ea tantum, quæ in epistolæ modum sit concepta. Ex qua frequentiore cautionum epistolæ modo conscribendarum formula, quibus antiqui absentes cautiores, & certiores cõsensus sui facere uolebãt, illud profluxit, ut & inter præsentes quoque nonnunquam in modum Epistolæ conciperetur cautio, neque prẹter rem id, cum ea mente ita conscriberetur, ut illi posteà absfuturo id perpetuo epistola significatura, eiusque rei fidem factura esset. Ita ne tum quidem hæc aliter epistola diceretur, quàm si epistolę formam seruaret, hoc est, si cum non reipsa ad eum, qui tum abesset quasi ad absentem tamen conscripta, dirigeretur sermo. Neque quicquam interfuisse existimo, an salutatio illi scripto pponeretur, ut in l. ult. in fin. ff. mand. l. Lucius. & l. publia. §. ult. ff. depos. l. Lucius. ff. de seruit. rust. l. Lucius. & l. ad eum. ff. de don. l. 1. C. de contrah. & commi. stip. l. ult. ff. de const. pecu. l. Titius. ff. de pignor. act. an uerò minimè, ut frequentius eam omitti comperiemus. Est enim leuicula sanè hæc epistolæ dignoscendæ ratio à salutatione præmissa, cum ipsum Aristotelem legamus ad Philippum scribentem, in fine tantum adiecisse, τὰ δ' ἄλλα ὑγίαινε & in Euripidis Epistolis, nullam aut in fronte, aut in calce extare testatur Budæus in Comment. græcæ ling. Illud porro alienius, quod nonnulli colligunt, quascunque cautionum scripturas, inde Epistolas dictas fuisse, quia cautionibus istiusmodi salutationes præmitti solerent, aut etiam quia alia insuper ratione, ad instar literarum, quæ absentibus mittuntur, eas concipi inualuisset. Sic enim & quascunque mandatorum & donationum scripturas licebit Epistolas, & literas uocare, quia sæpissimè literis mandatum donatioque concluderetur, l. si procurator. ff. de procurat. l. si mandato. §. penul. l. si creditor. §. 1. & §. pen. l. si uerò non remunerãdi. §. cum quidam. & l. pen. ff. mand. l. Lucius. ff. de fidei. l. Lucius. l. ad eum. ff. de do. l. ea quæ. ff. de donat. inter uir. & uxor. Quin & quascunque constitutiones Imperatorum, & quæcunque Iurisconsultorum responsa, epistolæ uocabulo donabimus, quando ad instar epistolæ. frequentissimè conscribi solerent l. interdũ in prin. & §. 1. & pen. ff. de public. l. Sulpit. ff. de don. inter uir. & uxor. l. Attilicinus. ff. de pact. dot. l. Domitius. ff. de test. l. procur. ff. de iur. dot. Imò uero magis existimandum, cum aliter, quàm in epistolæ modum, cautiones cõscribi possint, sic nempe, ut qui conscribit, non quasi ad absentem sermonem dirigat, sed absolute, & impersonaliter loquatur (cuius rei exempla, ex infinitis locis proferri possunt). l. lecta. ff. si cert. pet. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. & l. plurib. ff. de uerb. obligat. d. §. quod ferè. l. tutor. in fin. ff. de usur. eo casu cautionem non rectè epistolã posse uocari, nec illis cautionibus solitas prẹmitti salutationes. Nam alioqui id à uerbis subiectis alienissimum esset. Quod si ad absentem, aut quasi absentem referatur sermo, epistolam id tum rectè uocari agnoscam. Ioh. Rob. lib. Sent. 4. cap. 20. Duaren. disputat. anniuers. lib. 1. cap. 45.

EPI-

EPISTOLA, pro cautione. Scæuola l. ulti. ff. de pecun. constit. L. Titius Seiorum debitor decessit: hi persuaserunt P. Mæuio quòd hæreditas ad eum pertineret: & fecerunt, ut epistolam in eos exponat debitorem se esse quasi hæredem patrui sui confitétem. qui & addidit epistolæ suæ, quod in rationes suas, & cætera. Marcellus l. 34. ff. de pig. act. Petijt à creditore, ut fundum certo precio emptum haberet: & quum impetrasset, epistolam qua se uendidisse fundum creditori significaret, emisit. Sic l. emptor, 47. ff. de pact. l. ult. ff. de institut. l. 24. l. 26. l. 28. ff. depos. l. 34. ff. de pign. act. Hot.

EPISTOLAE Principum, quæ & Rescripta Principum appellantur, dicebantur quibus illi uel ad postulata præsentium, uel ad magistratuum absentium consultationes respondebant. l. 1. ff. de constitut. princip. Exemplum extat in l. sed addes, 19. §. 8. ff. locat. l. Diui fratres, 17. ff. de iur. patron. l. 3. ff. de testibus. l. debitoribus, 17. ff. de re iudic. Hot.

EPISTOLA diui Adriani fideiussoribus amica, non extat: sententia tamen eius habetur. in l. fin. C. de constit. pec. §. si plures. Instit. de fideiussor. Lege, Beneficium epistolæ diui Adriani. Spieg.

EPISTOLA falsa uel inanis reperta. l. quidam. ff. de dolo.

EPISTOLA Ioannis Rom. pont. eius nominis xj. quæ sub titulo de Summa trinitate, in Iustiniani Codice sita est, suspecta multis doctis. uiris habetur. contrà Alciatus de ea non uult hæsitãdum esse. cap. xxxiij. lib iij. Parerg. Spieg.

EPISTOLA sibi aliquem cohæredem cauere, apud Vlpian. ff. de pactis.

EPISTOLAM emittere. Scæuola in l. alimenta. ff. de alimen. legat. Epistola etiam, inquit, emissa ad ordinem ciuitatis unde oriunda erat.

EPISTOLARES uiri deuoti, apud Iustin in l. fin. §. in his autem. C. de tem. appell. Opinor horum referre speciem, qui nunc apud Consilia (ut uulgò uocant) Iusticiæ, in summorum aula Principum actis scribendis præpositi sunt, Die hofrhats Secretarien. Spiegel. Oldendorpius autem per eos Cancellarios intelligi existimat l. j. ff. de offic. assess.

EPISTOMIVM, foramen est, per quod aqua defluit ex concha, labro, uel cratere. Vlpian. l. fundi. de act. empt. Castella plumbea, opercula puteorum, epistomata. Nebriss. Hic non tantum, sed & alibi deprehenditur Nebriss. uulgatos sequutus esse Codices. Nor. tex. Putealia habet. & hæc uerba, Opercula puteorum, Budæus existimat in textum addita epistomia. Alciatus, ut est in Nor. quoque textu, citat in Parergis, quam ait uulgò uocari spinas. Budæus uerò in Annot. ad d. l. ἐπιστόμιον inquit, Græcum est, quasi oris obturaculum dicas. Hoc ad hauriendum, ad quotidianum usum uinum in hypogeis utimur, Fontem appellantes. Spiegel. Contra quem sic Hotomannus:

EPISTOMIA, ἐπιστόμια, non sunt foramina, per quæ aqua effluit, ut Alexandrinus putauit: nam ab ἐπιστομίζειν confictum uocabulum apparet, quod significat os claudere, siue obturare. unde ἐπιστόμια claustra siue obturamenta canalium. Paulus libro Sent. 3. capitulo nono. Instrumento balneatorio legato, balneator ipse & scamna, & podia, fistulæ, miliaria, epistomia, rotæ aquariæ continentur. Vbi tamen aut AQVIMINALIA legendum putarem: aut FAMILIARIA EPISTOMIA, id est fistulis applumbata: ut de Epitonijs in l. 17. §. quinto. ff. de action. empt. Hotomannus.

EPISTOMION Græca dictio est, à uerbo ἐπιστομίζω, quod suffreno & contineo interpretatur. De epistomijs meminit Vlpian. in l. fundi. §. ult. ff. de act. empt. apud quem in codicibus impressis, ita scriptũ legitur: Et castella plumbea, puta opercula puteorum, ephitonea, fistula applumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non sint affixa, ædium esse constat. Sed in hoc loco mendam esse, nullus recti consilij inficiabitur. quis enim adeò fatuus, dubitasset puteos ædium esse? Præterea Iureconsultus puteos, non putea debuisset dicere. Iuuenal. Satyr. tertia: Hortulus hic, puteusq; breuis. Item malè adiecisset illud, Quamuis non sint affixa: quæ uerba si rectè componantur, generaliter ad supradicta poterũt referri. Et ideo sunt qui putent ita legendum esse. Castella plumbea, putealia, id est opercula puteorum, epistomia. ita ut fortasse uerba illa expositiua, id est opercula puteorum, sint ex margine in textum inserta. uel etiam fuerit Iureconsulti expositio, prout etiam de eadem re uidemus in l. Iulianus, in fin. iuncta l. sequenti, eodem titul. Epistomium ergò in hoc loco Iureconsulti significat ferreum instrumentum, quo aquæ murmurantes emittuntur. talia uidemus in fontibus manu fabrefactis, in quibus sunt huiusce modi linguæ plures, prominentes, quibus ora salientium & fistularum clauduntur aperiunturq́;, prout usus poposcit. nam pertusa sunt, & uertuntur in utranque partem. uulgus Galletum uocat. & etiam hodie utimur, cum manus illotas mundamus: ut docet Varro de re rust. libro tertio. Epistomijs (inquit) ad unumquemque actum sic ut influat in couiuium. Seneca ad Lucilium: Nisi aquam argẽtea epistomia effuderint, & adhuc plebeias fistulas loquor. De his etiam Vitruuius lib. x. Singulis canalibus singula epistomia inclusa sunt, manubrijs ferreis collacata, quæ manibus cum torqueantur ex arca patefaciunt nares in canales. Cotta.

EPITHESIS. Vlpian. l. Lex Cornelia, in fin. de iniur. Eadem pœna ex S. C. tenetur is, qui epithesim, aliudúe quid, siue scripturam in notam aliquorum produxerit. Est Epithesis inscriptio quædam appositítia, in contumeliam fraudemúe alicuius facta. Spiegel.

EPITHECA Græcis est, quod dos Romanis. Vnde prædiorum epithecæ apud Iuris prudentes, quas Papinianus impositiones interpretatur: quam uis pro epithecis, uiciosè legitur eotici, ut & apud Vlpianum. Lege capit. xiij. lib. xxij. Lection. antiq. Rhodigin. Spiegel.

EPITIMIA, apud Modestinum in l. scire. de tut. & curat. Sic enim legẽdum. Nam Interpres, ut Scholium Haloandri indicat, Græcam uocem reliquit: quam Alciat. exponit pro illæbe facta nominis bono risque sui fama, Vnuermeylt nachteylig an seinem glympff vnnd eeren. Accursius Etymio legit, & uoluntatem testatoris interpretatur. Sed mentem Iurisconsult non satis percepit, quam idem eleganter explicat lib. Parerg. ij. Spieg.

EPITHYMIA interpretatur conscientia, uel desiderium. & in hoc significatu legitur apud Modestinum in l. scire oportet. §. j. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Cotta.

EPITIMIVM est suspensio unius septimanæ, uel est quædam increpatio uel genus pœnæ, secundum Ioh. Andr. in gloss. 21. q. 4. omnis iactura.

EPITOGIVM, uestis superior clerici, gl. Clem. 2. de

2. de uita, & hon. cleric. Prat.

EPITOME, es, uel Epitoma, atis, breuariũ interpretatur, ubi scilicet res in compendium rediguntur. Vlpian. l. an inutilis. de acceptil. Epitomat, inquit, liber Labeonis. Nebriss. At Budæus in l. qui leuandæ. ff. ad Leg. Rhod. de Iact. annotat inualuisse peruersa consuetudine, ut Epitoma neutro genere dicatur. Id autem nec analogia, nec usu, nec autoritate doctorum defendi posse: errore uerò eorum inductum esse, qui epitoma, ut epithema & anathema, & similia dici putauerunt. Spieg.

EPITOME, epitomes, secundum aliquos fœminini generis, penult. producta, opus concisum dicitur, uel compẽdium, quod breuiarium à nostris interpretatur, ut apud Sueton. quem retuli inferius in dictione Penoris. Consuetudo uerò hodie Epitoma, sicut & glossema, & thema, & diploma, & chrisma, in neutro profert. & ideo dicunt, L. Florum Romanarum rerum epitoma scripsisse, & Iustinum Trogi, & Ausonium Homeri Periocha. Qualia etiam apud nos composuit Caius ex Hermogeniano, & Volusius Metianus, ut refert Iulianus in l. qui leuandæ. ff. ad l. Rhod. de iac. licet Metiani nomen in Martianum deprauetur à scriptoribus. in aliquibus tamen codicibus impressis uerba illa apud Iulianum desiderantur, scilicet libro epitomatum seu epitomarum, ut protulit Politianus, & aliqui contendunt. Cotta.

EPITONIA, ἐπιτόνια, ab ἐπιτείνεσθαι, id est intendi, sunt instrumenta quibus funes intenduntur. qualia plerisque in Germaniæ locis cernuntur, rota instructa, & puteis applumbata eo ordine ut terni & quaterni simul aquam eodem ex puteo haurire possint, funiculo per rotam demisso. Vlpianus l. 17. §. 5. ff. de action. empti. Castella plumbea, putea, opercula puteorum epitonia fistulis applumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non sint affixa, ædium esse constat. Hotom.

ΕΠΙΤΡΟΠΟΙ Curatores apud Dionem. Sed & tutorem passim in lib. excusatio. Modestini significat. Prateius.

EPOCHE. Vide Cuiacium Obser. 14. cap. 1.

ΕΠΩΝΥΜΟΝ. cognomen apud Iustinianum. Nouell. 78. quo uerbo utitur & Plutarch. Vide Anto. Augusti. lib. 3. cap. 8.

EPVLONES. Lege, Septemuiri.

EPVLVM, conuiuium est numerosis ciuibus exhibitum, uel in honorem deorum, uel ostentationem magnificentiæ, aut in funere parentali. Gell. lib. 12. Solenni die epulum Ioui libaret: atque ob id sacrificiũ Senatus in capitolio epularetur. Horat. 2. Serm. Gladiatorum dare centũ Dãnati populo paria, atque epulum arbitrio. Arrius Iuriscõs. de Leg. in quadam, l. ad munus. Vel si epulum, inquit, relictum fuerit. Nebriss.

E Q

EQVESTRIS dignitas. Vide l. 1. C. de equest. dig. lib. xij. Ea inter patres & plebem fuit. Seuerus Imperator cõsueuit equestrem ordinem appellare, Senatorum seminarium. iudicandi ius aliquãdo habuit, unde Equites iudices appellati. Deinde autoritas nominis uario seditionum euentu substitit circa publicanos lege Roscia ius sedendi in quarto decimo gradu theatri habebant. Et quia gerendorum annulorum autoritatem tenuerunt, illustres ab Historicis appellati, olim sexcenti numero fuere. lege Catanæum in prin. Comment. v. Spieg.

EQVESTRIS facultas, census equitum Romanorum, qui quadringentis millibus nummum (nam idem id est) constabat. lege Catanæum Comment. j. Budæum in l. ult. ff. de Senat.

EQVOS publicos appellabant (ut est apud Ammianum Marcellinum & Procopium lib 2. belli Persici) Veredos: alias æris nõ multi: Quales sunt quos nostri hoc tempore postas, & equos postæ uocant. Vnde & Cursus publicus aut fiscalis dictus, cum ab Imperatoribus certis locis & mãsionibus equi præceleres destinabantur: quibus non utebantur, nisi facultate impetrata, quam uocant tractatoriam, &c. Brechæus. l. bona ciuitatis. ff. de uerborum & rerum significationibus.

EQVI appellatione non continetur pullus. l. sed addes. §. si quis mulierem. ff. Locati.

EQVIS legatis, equæ etiam continentur, ut Martian. de legat. 3. Maffeus.

EQVI agminales qui agmen exercitus sequuntur: ad conuehenda impedimenta. Gallici *les bagages*. l. final. §. patrimoniorum. 2. ff. de muneribus & honoribus. Rebuff.

EQVICOLI Vmbriæ populus, in quarta regione Italiæ, quæ hodie ducatus Spoletanus appellatur, & Marsis finitimꝰ inter Sãnites & Pelignos, &c.

EQVILE, stabulum ubi equi concluduntur. Varro lib. j. de re rust. cap. 2.

EQVIBIIS mula, quæ equum appetit, ut creditur.

EQVIMEIITVM, merces quę datur pro admissura equi. Spieg.

EQVIMVLGVS Victitans mulctu & equi sanguine, pulteque miliacea hisce condita, Maro. Et lac concretum cum sanguine potat equino. Ioannes Baptist. comment. Epist. Sidon. Apollin. ad Probum. lib. IIII.

EQVISO, domitor equorum, uulgo Parafrenarius. tametsi prisci equiõnes uocabant omnes, quibus alicuius rei regimen committebatur. Spieg.

EQVITABILIS locus, in quo facilè equi inambulare possint. Steph. Rob.

EQVITARII, qui equitijs præsunt uel curant, quibus affines uel Mulomedici habentur, dicit Cœlius.

EQVITES cur dicti, quæq; ad eos pertinent, latè, docteq; explicat Alex. Neapolit. lib. 2. cap. 29. Attigit etiam Alciat. enarrans l. plebs est. de uerb. sign. Budæus item in d. l. ult. de Senat. Spiegel.

EQVITEM etiam appellamus eum, qui uel asino, uel mulo, uel camelo insidet, nedum equo: monuit & antè Apel. Beatus Augustinus cap. iij. lib. de Ciuit. Dei. Eques ait, non homo & equus, sed solus homo est. At Gellius, Marcellus, Macrobius & Seruius, docent equitem pro equo accipi, testimonio tum Ennij, tum Virgilij. Macrobius, omnes, ait, antiqui scriptores, ut hominem equo insidentem: ita & equum quum portaret hominem, equitem uocarunt: & equitare non hominem tantum, sed & equũ quoque dixerunt. Spiegel.

EQVITES medij inter patres & plebem interiecti cum essent, tamen in plebe censebantur: donec Cicero ut scribit Plinius, eum ordinem à quo prouectus erat cum esset Consul Senatui conciliauit, & usque eo uires eius & dignitatem auxit, ut tertium quiddam factum sit corpus ciuitatis ceptumque est separatim Senatui populoq; Romano adijci, dixeruntque S. P. Q. R. E. E. Senatus populusq; Rom. & equi-

equites: ut non pro dignitate secūdi, sed post populum ultimi, quia nouissimè adiecti essent. Conna.li. 1. capit.13. numero 5.

EQVITES aurati, quos nos Ritter appellamus, & per errorem uulgò Milites uocant: in Equitum Romanorum successere locum. de quibus lib. xij. C. de Equ.dig. Nam ut olim Romani EQ. aureis annulis à plebe, sic nostri iam aureis, à reliqua nobilitate; calcaribus distinguūtur. Vulgaris nobilitas aurum nunc usurpat, postquam uirtus in precio desijt esse, qua una præstare oportuit. Adde quæ de his pulchrè scripsit Viglius in Rubric. Institut. de Testam. milit. Spiegel.

EQVITIVM, equorum armentum. Vlpianus: Equitij usu legato, uidendum, an & domare possit, & ad uehendum sub iugo uti. Equitiarij, equorū moderatores. Differt autem Equitij legatum, à legato equorum. l. equis. ff. de Vsur. §. si grex. Instit. de Legat. l. plenum. §. equitij. ff. de usu & habit. Sp.

EQVITIVM, equorum mandra est, seu armentum equinum. Inde Equitiarius dictus armenti custos: quasi præfectus equitij Firmicus Maternus refert, equitiarium futurum, qui natus fuit oriente Cētauro. Equitij meminit Vlp. in l. plenus. §. equitij u. su. ff. de usu. & habit. & in l. j. ad fin ff. de rei uend. alio uocabulo Polia appellatur Vlpia. in l. ædiles aiunt. §. ult. ff. de ædil. edic. Cotta.

EQVVLI, id est parui equi, in pecudum fructu. Instit. de Rer. diuis. eum qui. §. item si iumenta. ibi, quorum sequela erat equulus. ff. de furt. Sic equula apud Varron. Nemo est tam negligens, qui summa diligentia eligat asinum qui faciat equulam.

EQVO publico transuehi quid sit, uide infra in uerbo Transuehi.

EQVVS publicus autem erat, quo equites Romani merebant, eis à Censore assignari solitus. Quid autem fuerit equus publicus, parum compertum est. Varro in libris de lingua Latina: Equū publicum mille assarium uocat, quibus uerbis, ut Sigonius lib. 2. de antiquo iure Quiritium putat, stipēdium fortasse aliquod, uel alendi, uel emendi equi caussa de publico constitutum significat. Plinius libro 33. equum publicum, equum militarem uocauit, cum de ordine equestri uerba faceret: Annuli, inquit, planè medium ordinē tertiumq; plebi & patribus inseruere, & quod anteà militares equi nomē dederant, hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Item equitum nomen subtitit in turmis equorum publicorum. Intelligit enim equites primum, ab equis publicis, post à censu iudices dictos

EQVVS pro animali satis cognito. l. idē Pōponius. §. idem scribit, si equus huius equum, meam prægnantem fecerit, non esse tuum, sed meum quod natum est. ff. de rei uendicat.

EQVVS militaris. l. officium. ff. de Re milit.

E R

E R E, id est, ex utilitate, uel ex præsenti materia, ut Alciatus exponit. Apud Haloand. sic incipit, l. j. ff. Si cert. pet. quū receptior lectio habeat, Bene est. quam & ipse Alciat. probat. Sp.

E Repub. id est, pro Reipub. utilitate, uel in commodum Reipub.

ERANIA pecunia quid, & corruptè hactenus herosa apud Iurisconsultum in l. creditor. de Solut. lectum esse, Alciat. ostendit elegāti cap. xxv. lib. Dispunct. ij. Catanæus apud Plinium secundū, uocem Eranos, interpretatur Exactores collationum: dicēs sic Pollucem, Athenæum, & eos secutum Hamonium interpretari. Sp.

ERASI, quos uulgò extra statū positos dicimus. Die weer eeren oder ämpter entsetzt sind. Ex Budæo & Catanæo. Plinius in Panegyrico: Datum est ijs, inquit, qui post edictum tuum, in locum erasorū sub diti fuerant, æquatiq; sunt cæteris, illi etiam quibus non erat promissum: id est, Budæo exponente, Delectorum è numero eorum qui accipiebant congiarium. Spiegelius.

ERCISCERE, pro diuidere, ex Festo notū est, Iudicium de hæreditate inter cohæredes diuidenda cur id nominis obtinuerit, pluribus docet Riual. in xij. Tab. interpretatione. Sp.

ERCISCI, uerbum antiquum est, & significat Sex. Pomp. diuidere: fortè ab arceo, es, deriuatum: quod in diuisione hæreditatis altera, uel utraq; pars ab altera arceatur, id est, separetur. Hinc dicunt Iouem Ercium, quòd arceat a nobis mala. Zas. §. quædam Instit. de Actionibus. Accedit Pontanus, lib. j. de Aspirat. quum ait, At Erciscundus, quā uocem apud Iurisconsul. sæpius reperies, quem alio nomine penetralem Romani uocabant, aspiratione caret. Ercium enim antiqua dictio, unde Erciscundum dici uolunt, à coercendo tracta est. Vnde Iouem Ercium puto dici, quòd male crederetur arcere. Alij ab ἑρκίον quod intersepire & diuidere significat, deduci contendunt: ideoque aspirandum dicunt. His Oldendorp. subscribit. Accursius uocis huius uim ignorauit. Spiegel.

ERETAI sunt remiges Thucyd. ἐρέται καὶ ναῦται.

ERECTVM patrimonium, nondum diuisum. Festus libro v. Erectum, quod fit inter consortes, ut in libris legum Romanarum legitur. Erectum à coercendo dictum: unde & Erciscundæ, & Ercisci. Citum autem uocatum est à ciendo. Ad hunc locum illud Seruij pertinet libro Æneid. VIII. Donatus inquit hoc loco contra metrum sentit dicens, Citę, diuisæ: ut est in iure, Erecto, nō cito: id est patrimonio uel hæreditate non diuisa. Hæc illi. Mirum autem uidetur mihi, nisi apud utrunque ERCTVM non ERECTVM legendum sit. ut Erctum dicatur, quia cùm hæreditas diuisa est, alter ab alterius parte arceatur. Hotomannus.

EREMODICIVM, ἐρημοδίκιον. desertum iudiciū: ut origo uocabuli demonstrat Itaque ἐρημοδίκιον Hesychius μονομερῆ δίκην interpretatur, id est iudicium: ex uno litigatore constans. sed quod idem addit cū reus absens damnatur ad nostrū eremodicium non pertinet: quod non modò ad rei, sed & ad actoris absentiam Iurisconsulti referunt. nam de actoris absentia locus est apertissimus in l. septima, in fin. ff. de minoribus. Itē & in eremodicijs minori subuenitur, inquit Vlpianus. constat autem omnis ætatis hominibus restaurationem eremodicij præstari, si se doceant ex iusta caussa abfuisse. De rei uerò absentia idem sic loquitur in l. 13. ff. iudic. sol. Quum quærebatur, si interposita iudicatum solui stipulatione, quū quis rem non defenderet, postea ex eremodicio sententiam esset passus, an ob rem iudicatam clausula committatur. Et Imper. in l. 11. ff. de iudic. Sin autem reus adfuerit, & similis eius processerit requisitio, quemadmodū pro persona actoris diximus etiam absente eo eremodicium contrahatur. Item aliquanto pòst, Quum autem eremodicium uentilatur, siue pro actore, siue pro reo, examinatio caussæ sine ullo obstaculo celebratur. Hot.

EREMODICIVM (nam & Romani Iurisconsulti hac Græca uoce utūtur) propriè appellatur, cū post

post obitum uadimonium, iudicium iam cæptū deseritur. Sic Papinianus meminit desertæ litis, quę in iudicium deducta erat. l. 31. §. litem. De negoc. gest. & Paulus litis desertæ, quæ contestata erat. l. ii. Iud. sol. sicuti & Vlpia. uocat desertam promissionem iudicij sistendi causa, cum de uadimonio deserto loquitur. l. 4. §. quęsitum. Si quis cautionib. Siue autem actor, siue reus desereret iudicium iam cœptum, dicebatur eremodicium, sicuti Iustinianus in proposita constitutione significat, & Iurisconsulti antea notauerant. l. 7. §. ult. De minor. l. 13. Iud. sol. Peragebatur autem eremodicium, sed μονομερῶς, hoc est, ab altera tantum parte. Sic enim & Græci & Latini Iurisconsulti etiam locuti sunt, & fieri solebat, ut eremodicij pœna esset damnum litis, hoc est, qui iudiciū deseruisset, caussa caderet: & desertor damnaretur, nisi si ex causa daretur restitutio, & desertæ litis instauratio. l. 7. §. ult. De minor. l. 1. C. ex quib. caus. maio. l. 13. Iud. sol. l. ult. Ad S. C. Trebel. Balduinus.

ERRMODICII exemplum, Paulus in l. ultima, ff. ad S. C. Trebell. proponit, ubi Polycrates, quum eius aduersarius Phœbus μονομερῶς egisset, uict9 est. Nam ut scribit Hesychius, Ἐρήμη, μονομερὴς δίκη ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ ἀντίδικος ἐπὶ τῶν κρίσεων ἀπαντᾷ. Ereme, inquit, est iudicium una ex parte constans, quum reus qui se non stitit in iudicio, condemnatur. Hot. huius nominis meminit Iureconsultus in l. & si fine. §. ultim. seu in l. ait prætor. ad fi. ff. de minor. apud quem mendosè Hermoditium legitur. de Eremodicio Imperator in l. properandum. §. sin autem reus. ubi Accursius, C. de iudicijs. Dica tamē recipitur etiam apud Latinos. Terētius in Phormione. Si tu illam attigeris secus quàm dignum est liberam, dicam tibi impingam grandem. Tullius: Scribitur Heraclio dica. Euclio apud Plautum in Aulul. Ad pretorem hercle te rapiam, & tibi scribam dicā. Et propterea eremodicium dicitur iudicium illud, cum aliquid reo absente cognoscitur, & solo actore præsente, causa uentilatur. & idem postea nobiscū sentire uisus est Alexander Genialium libro quarto, capite, xv. Cot.

ERGASTERIA ἐργαστήρια, Officinæ fabrorum atque opificum: itemq; tabernæ in quibus merces uenduntur. Imper. l. si cohortalis, 12. C. de cohort. Qui diuersarum rerū negociationibus detinentur, trapezitas scilicet, uel gemmarum, argentiq; & uestium uenditores, apothecarios etiam, ceterosq; institores aliarum mercium, quibuscūque ergaste s adhærētes. Sic l. 2. C. de episcop. & cleric. l. secunda C. de met. & epidim. l. nona, C. de operibus publ. l. uigesimasexta, §. illos. C. de usur. Hot. uel

ERGASTERIVM est locus ubi aliqui operantur, ut docet Suidas. cuius sæpe facit mentionem Iustinianus in Consti. περὶ τῶν ἐργαστηρίων [illegible] non unde ait Accur. dictum, sed ἀπὸ ἐργάζεσθαι, id est, alicui operi incumbere quod uocabulum est Terentianum, sicut affirmat Hesychius, & apud Demosth. in Orat. κατὰ νεαίρας ἐπ' ἐργαστηρίῳ καθῆσθαι mulier dicitur, quæ publicè toto corpore se prostituit, quod notauit quoq; Budæus in linguæ Græcę Commentarijs. Ferran. lib. 2. explicat. in l. Rem non nouam. De iud. capit. 7.

ERGASTVLVS, qui & Ergastularius, custos carceris. Quamuis & Ergastulum pro eo est reperire, qui damnatus fodit. Plinius: Coli rura ergastulis, pessimum est ut quicquid agitur à desperantibus. Ergastulum, inquit Bud. locus in quo mancipia deteriora in uinculis opus facere cogebantur, ut metallarij serui solent. Pompon. Iurisconf. Quiue domi erant uincti, quiue in ergastulo custodiebantur. Sp.

ERGOLABI ij dicuntur, qui opus aliquod faciendum conducūt, ut Suidas ait. Quos Teleclides Comicus ἐργολάβους uocauit teste Polluce, qui ἐργολάβας siue ἐργολαβοῦντας eos omnes dici putat, quorū contrarios Xenophon ἐκδιδόντας nominauit. Est enim ἐργολαβεῖν rem perficiendam suscipere, ut inde lucrū quis faciat. hos conductores, latini redemptores uocant, & Cicero nonnunquam sequestres appellat. Xenophō εἴ τις ἀνδριάντα ἐργολαβοίη μὴ [illegible] [illegible]. Huius uerbi uim pulchrè expressit Aesopus ἐν τῷ ἐπιμυθίῳ τοῦ [illegible] loquens de mulieribus ad funera conductis, ait enim ἐν ἀνοίᾳ ἀλλοτρίας συμφορὰς ἐργολαβεῖν, quod interpres malè explicat. Quare malè uidentur notasse San. Pagninus, & nonnulli alij ἐργολαβεῖν: esse operam elocare cum quis possit operam locare, nec opus aliquod perficiendum cōducere, nec omnes redemptores operam suam elocent, quando quidem non omnes redemptores sunt artifices. Plato lib. 2. πολιτειῶν ἐργολάβους inter artifices minime necessarios enumerat. Hoc nomen apud Oratores in malam partē capitur. Demosthenes, κατὰ [illegible] [illegible] μήτι συνηρωτῇ μηδείς, καὶ ἄλλαν ἔχειν ἐργολαβῇ καὶ καλυφθῇ τὰ τοῦ πλήθους. Ita etiam sequester à Ciceron. nonnunquam in malam partem accipi solet, ut pro Cluentio, cuius tu tribus uenditorem & corruptorem, & sequestrum Plaucium fuisse clamitas. Verum dupliciter contingere potest, ut aliqui opus faciendum redimant. Nam aliquando sunt ipsi artifices, sed alij, qui postea artificibus id opus minori precio perficiendum locant. de quibus Imperator hic intelligere uidetur, cum ipsos ab artificibus distinguat. Quamuis etiam de utraq; specie possit intelligi, si nomen artificis referas tantum ad eos, qui operas suas ex die in diem aliquo precio pacto locant. Quod ego uerius arbitror, Etenim licet artifex aliquod opus faciendum conducat, non tanquam artifex, sed tanquā redemptor id efficiet. Ferr. lib. 2. Explication. in l. de Monop. & conuen. cap. 9.

ERGOLABI qui sint ita Cuiacius explicat: Sæpè potentiores alienas actiones suscipiunt, & intendunt quasi suas, præstantq; hoc modo causis alienis patrocinium, suum nomen accommodantes, uel gratia uel mercede: rursus mercede modò data, modò accepta. Mercede data, ut si quis actionem alienā, pecunia redimat, eius q actione tenetur lacessendi, uexandi, ulciscendi gratia. quod est odiosum & inuidiosum, ideoq; solet emptio nominum stricti us accipi l. penult. Cod. mand. est enim plærunq; calumniæ & uexationis emptio, quàm iuris: & ἐργολαβία mera. Harmenopulus. ἐργολάβος ἐστὶν ὁ χρήματα διδοὺς ἐπὶ τῷ ἐκχωρηθέντα ἀγαγεῖν. Mercede accepta, ut si quis alienam litem agēdam suscipiat quasi suam, sub pactione tertiæ, uel quartæ, uel dimidiæ partis: quod leges uetant. l. 20. Cod. mand. l. litem. Cod. de procur. l. quinta. Cod. de post. l. sumptas. ff. de pactis l. j. §. si cui cautum. ff. de extra. cognit. Idemq; est ἐργολαβεῖν. Zoranas Chalced. Sinod. cap. 12. ἐργολαβεῖν καὶ παρὰ τοῖς νόμοις [illegible] ἐστιν: ἐργολαβεῖν δὲ ἐστι τὸ ἀλλοτρίας [illegible] πράγματα [illegible] [illegible] ἢ διὰ κέρδος. uel si bona aliena aut agricolas alienos defendēdos suscipiat mercede certa: quod etiam leges uetant. l. 1. & 2. Cod. ut nemo ad suum patrocinium suscip. ui. & est ἐργολαβεῖν. ut No. Tiberij de diuin domib. [illegible] ἀλλοτρίας ἐκ ἐργολαβεῖν, καὶ προστασίαν αὐτοῖς ἀπονέμειν. & Nou. Iustin. 17. τοὺς ἑτέρων βίους ἐργολαβεῖν, id est aliorum bona patrocinio suo defendēda redimere. Cuia. Obser. VIII. cap. 31.

ER-

ERGO correptum significat idem, quod Græcis ἕνεκα: productum idem quod χάριν, gratia: cùm scilicet gratia intelligitur pro caussa, ut uirtutis ergò. Hinc Vergilius lib. 6. Æneid.

—illius ergò
Venimus & magnos Erebi tranauimus amnes.

ERGO, uerbo in eum significatum usa est lex XII. Tabu. uerba legis hæc sunt, QVI CORONAM PARIT, PECVNIAVE EIVS VIRTVTIS ERGO IPSI MORTVO, PARENTIBVSQ. EIVS, DVM INTVS POSITVS ESSET, FORIS VE FERRETVR SINE FRAVDE IMPOSITA ESTO. Hác ex XII. Tabu. legibus ait Plinius lib. 21. cap. 3. eandem explicui lib. 4. Veteris Iurisprud. lib. 4. lege. 45. Prat.

ERIPERE, est de manibus auferre per raptum. Eximere, quoquo modo auferre. Pompon. autor l. sed eximendi. Ne quis eum, qui in ius uoc. Spiegelius. ex Oldendorpio.

ERIT, interdum præteritũ tempus demonstrat. l. uerbum erit. de Verb. signifi. ut si in testamento dictum sit, Quod in codicillis scriptum erit, uel quod quibusq; tabulis reliquero, ualere uolo. intelligentur hæc uerba, Cũ moriar, quodcunq; codicillis uel tabulis reperietur scriptum, siue ante testamentum scriptæ sint tabulæ, siue post. Spiegelius. uide Gellium lib. 17. cap. 7.

EROGARE, impendere, distribuere. Paulus in l. ciuitatib. de leg. j. nihil ex testamento uidetur capere, qui tantum erogat, quantum accipit.

EROGARE per partes, in l. quædam. ff. de Edēdo', apud Apuleium pro ualde rogare. Pijs, inquit, precibus erogatus, Erbetten. Sed Exrogare, est ex lege uetere aliquid eximere per nouam legem, tradente Festo. Spiegelius.

EROGATIONEM in honorem filij facere, apud Scæuolam l. fin. ff. de petit. hæredit. Sp.

EROGATORII, qui ultimam uoluntatem exequi debent, non possunt alijs uices suas mandare: secundum Baldum notab. in l. nulli. in secunda col. de episcop. & cler. ubi dicit, in practica seruari. sequitur Alex. in l. si stipulat9. in princip. in ultim. col. de uer. oblig. & Felinus in c. ultimo. colum. penul. de offic. deleg. ubi Baldus & alij per Felinum relati limitãt. procedit in executore dato ab homine: secus si à lege uel canone daretur, ut in episcopo. iuxta ea quæ latè refert Baldus in repetit. l. primæ. in penult. col. de leg. ij. Cotta.

ERRANDI facilitas cognata est hominib9 propter corruptæ naturæ fragilitatem. Old.

ERRANS circa caussam facti, in ipso quoq; facto errasse uidetur. l. si posthumus. in fi. ff. de liber. & posthu. Spiegelius.

ERRANS, dubitans, ignorans, titubans, quibus modis distent, tradit Bartol. in l. qui testamento. ff. de testam.

ERRARE est aliud pro alio putare. Azo in Summa. C. de iuris & fact. igno. unde Errantis nullus est consensus. Spiegelius.

ERRARE etiam eum existimat P. Faber in l. id, quod nostrũ. 11. ff. de diuers. regul. iuris. qui metuit, Quoniam, ait, in metu inest ignorantia l. item si cum exceptione. §. in hac actione. ff. quod met. caussa, quod recipi potest propter cessantem uoluntatem, quoniam metuentis nulla est uoluntas. Sed mouet quod scribit Paulus l. si mulier. 21. §. si metu. ff. quod met. caus. nempe coactũ uelle. Voluntas coacta, uolũtas sit necne, docẽt Doctores in d. §. si metu. Prat.

ERRATVM est, quod consultò admissum non est, minusq; quam uitium significat. Idem etiã quod mendum, error denotat.

ERRONES, uagabundi serui & fugitiui. nobis Störtzer. sic. n. interpretatur Vlpian. titul. de Ser. fugit. Quanquã Arrianus de Re milit. l. qui cũ uelit. erronis crimen in seruo leuius esse, quàm fugitiuo. Inde Labeo pusillum fugitiuum erronem apppellat: ut ex diuerso, magnum erronẽ. In summa, Erro est, Catanæo etiam diligentissimo & doctissimo Grammatico iudicante, qui non equidẽ fugit, sed frequenter sine causa uagatur: & temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad dominum redit. §. erronẽ. l. quis sit fugitiuus. ff. de Aedilitio edicto. Hinc Columella erronẽ apũ ducem censet, detractis alis uelut quadã compede, domi retinendũ. Spieg. ex Oldendorp. Porrò P. Nigidius Errones etiam stellas, quas alij erraticas, appellat, ut testis est Gellius lib. 3. noct. Attic. cap. 10.

ERROR est existimatio, qua approbatur uerum esse, quod falsum est: uel falsum esse, quod uerũ est: uel certũ esse, quod incertum est: aut contrà.

ERROR, pro uagatione apud Vlp. cum de seruo corrupto loquens, Aut amator existeret, ait, uel errori, uel malis artibus esset deditus. in fin. l. j. de Ser. cor. Interpres non intellexit hunc locum, ut expositio eius declarat. Spieg.

ERROR & Dubitatio paria sunt. Doct. in l. fin. C. de Cõdict. indeb. l. fin. §. si autẽ nescius & dubitãs. C. de Furtis. A Celso tamẽ in l. quod non ratione. ff. de legibus. error accipitur pro uago alicuius lusus incepto, quod certã æqui & boni rationẽ nõ habet. Nam Errare inter alia significata, ponitur pro uagari & discurrere: sicut & Coerrare apud Iurisconſ. de Offic. præfec. uigil. Spieg.

ERROR & ignorantia promiscuè accipiuntur in iure, & idem uitium in specie significant. l. Iuris ignorantia non prodest. & l. seq. ff. de iur. & fact. ign. l. Error facti. C. eo. tit.

ERROR procedit ad actionẽ, dicti uel facti falsam: Ignorantia potest etiã intra animũ latere, nec progredi ad actionẽ externã. Et ex his collige, quomodo intelligendus sit titulus ff. de iur. & fact. ignorãt. hoc est, politicæ, ut ignorãtia semper habeat comitem errorem. Oldend.

ERROR computationis circa prouocationem corrigitur. Verbum est Macri, in l. j. Quę sent. sine appellat. rescind. Spieg.

ERROR iuris, à iudice contingit uel per thesim, id est, generali decisione, generalibus uerbis. uel per hypothesim, id est, per indiuiduum: cum personæ & causæ nominantur. Theticus ipso iure nullus est: Hypotheticus, siue supposititius, licet sit iniustus, tamen non est nullus. Ita tractantur in l. ij. C. Quand. prouoc. nõ est nec. & in l. j. post princ. ff. Quę sent. sine appel. rescin. Obserua, quòd & Error iuris, facti nomen recipit. Quatenus enim error, ius est: factũ autem, quod in alio quàm ueritate ipsa consistit. Sp.

ERROR iuris bifariam considerari potest. Aut enim erratur in iure constituto: aut erratur in iure, quod quis in suo habet negotio. l. j. §. j. ff. Quæ sententent sine appellat. rescin. Sp.

ERROR tripartito in iure solet considerari Aretinus Inst. de usucap. §. Error. Et in primis ut sit tenor iniustus, quando quis nulla aduersarij calliditate inductus in facto proprio errat cuius exemplum est in d. §. Error. Huic contrarius est error iustus, cũ quis in facto quidem proprio errat, sed aduersarij

technis circumscriptus, quia uidelicet rem notam non habuerit, ut si forte procurator meus cui emendam rem mãdaueram, persuaserit se mihi emisse, egoq; illius fidem secutus rem ipsam præscribere uelim. Eius exemplum est in l. de ætate §. Interdum. & §. qui iusto ff. de interrog. in iur. Est & tertius error quem ipsi iustissimum uocauerunt, ut est error facti alieni, hisq. omnibus iustissimam patrocinij causam prebere solet. Decius in l. qui in alteri9 ff. de reg. Iur.

ERVBESCIMVS, id est, pudore afficimur, cũ quid sine lege dicimus. In Aut. de Trient. & sem. §. consideramus. Spieg.

ERVDERARE, est repurgare, rudesq;, hoc est, comminuta fragmenta dirutorum ædificiorum auferre. Spiegelius.

ERVERE, pro detegere apud Vlpianũ in. §. sed si seruus. l. inde Neratius. ad Leg. Aquilam.

ΕΡΥΚΤΗΡΕΣ appellantur quidam manumissi uel liberti apud Lacedæmonios. de quibus uide Athenæum lib. 6. ut refert Balduin. tit. de libertinis.

E S

ESCVLENTVM, quod edi potest. Modestinus de Offic. præs. Nisi esculentũ, poculentumúe, quod intra dies proximos prodigatur. Spieg.

ESQVILIAE. Æsquilias duos urbis mõtes esse, ex Varrone docemur. Celebrior tamen pars Esquilinus mõs dictus est, uel ab auium excubijs ut apud Ouid. 1. Fastor. legimus. uel ab aucupibus, quòd eo loco quisquilijs proiectis auibus illuderent, hic ex urbis collibus sol9 duplici iugo & aggere munitur, cum reliqui singulis contenti sint. Ex quibus alter Cespius nuncupatur, alter Oppius. Qua de re uide Marlianum lib. 1. & lib. 5. cap 9 Alex. ab Alexãd. lib. 6. cap. 11. Nostra autem tempestate Esquiliæ incipiunt à templo S. Petri, ad Vincula. & protenduntur usq; ad Ecclesiam S Crucis, inde ad Thermas, Diocletianas, includitq; Ecclesiam S. Mariæ Maioris, & S. Praxedis.

ESSE, cum genitiuo positum, aliquãdo nec ineleganter significat pertinere, uel officium, & partes esse alicuius. Pedianus, de alien. iud. caus. l. nõ solum Hæc, inquit, actio in id quod interest competit. Proinde si res nõ fuit petitoris, id est, ut rectè Glos. exponit, ad eum non pertinuit, cessat iudicium. Alia uulgata sunt. Sed & Esse, pro uenire, uel uẽdi, apud Iurisconss. opinor me legisse. Sp.

ESSE, ad ueritatem referri, Paul. demonstrat. l. hæc uerba. de Verb. sig. Sp. Et præsentis temporis demonstrationem continet l. Scribit. §. Idem scribit. ff. de aur & arg. leg.

ESSE, pro esse fingi intelligendum, ubi substantiuè ueritas demonstrari nequit, Baldi doctrina est, Interpretum calculo probata. in l. quæ fortuitis. ff. de pignor. act. Spieg.

ESSE cum aliquo testamenti factionem id est, talem esse, qui potest institui. Instit. Quibus non est permiss. fac. testam. §. testamenti autem. & Instit. de hæred. qualit. & differ §. in extraneis. Spieg.

ESSE, pro manere, in l. si patronus. ff de Cõcub. tum alijs locis. Sic Cic. ad Atticum: Tu quidem & amice & prudenter suades, ut in ijs locis sim potissimum, quoad audiamus hæc quæ cõmota sunt, quorsum euadant. Spieg.

ESSE in possessione, & possidere, diuersa sunt. l. si quis autem. §. j. de Acquir. poss. l. Prætor ait. §. cum. de dam. inf.

ESSE talẽ, & haberi pro tali, diuersa sunt. l. mercis. & ibi Gloss. de Verb. sig. Bartolus in l. maritus. ij. §. legis Iuliæ. ff. de Adult. Sp.

ESSE in uita, est inter superstites adnumerari. Nã Esse quoq;, pro uiuere elegãter usurpatur. Cicero: Nec enim dum ero, angar ulla re.

ESSEDARIVS: qui essedam regit. uehiculi id genus est, apud Belgas repertum.

ESSEDARII. Horum meminit Cæsar lib. 4. de bello Gall. quod genus equitum sit, & quomodo pugnent, ita describit. Genus hoc ex essedis pugnæ, primo per omnes partes obequitant, & tela conijciũt, atq; ipso errore equorum, & strepitu rotarum ordines plerunq; perturbant, & cum se inter equitũ turmas insinuare uolunt, & ex essedis dissiliunt, & pedites præliantur &c. uide apud Cæsarem.

ESSENTIALIA rei dicuntur, quæ ab ea cuius sunt separari nequeunt. Salom. in l. Gallus. Sp.

ESSENTIAE nomen à plerisq; deuitatur, quãlibet sit frequens in ore theologorũ, ac philosophorum. pro eoq; habent Græcè οὐσίαν qua uoce alicubi Vlp. est usus. Sed enim si Macrobius bonus autor dicendi haberi potest, hic etiam in Somnio Scipionis, essentiæ nomine est usus. Donatus Grammaticus deriuat à uerbo Sum, hæc Gerundia, essendi essendo, essendum. Verum doctissimi quiq; hanc deriuationẽ non probant. Vide Obseruat. Insulanicas. Sp.

EST. non solum præsens tempus, sed etiam præteritum complectitur. l. uerbũ erit. de Verb. sig. quãuis propriè præsens notat, demonstrationemq; continet. l. inter uestẽ. §. item scribit. ff. de aur. & argent. leg. Vide Gellium lib. xvij. cap. vij. & Alciat. in dicta lege erit. Spiegelius.

ESTO aduocatus iuuenis, & medic9, senex: prouerbiale est, cuius rationem singulariter explicat Alciat. cap. xxj lib. x. Parerg. Sp.

EST rationis. Hic modus dicẽdi apud Iurisconss. frequens reperitur. Martianus de hæred. instit. Quę rea fuerat eiusdẽ criminis postulata rationis est: pariter de bonis eorum, qui ante sententiam mortem sibi consciuerint. Vlpian. Quando dies Legatorum, quæstionis est. & idem de Fideicom. libert. Papiniã. de Collat. dot. Paulus de Aqua plu. arc. dixit Cõsuetudinis est. & de Verb. obligat. Dubitationis est. Modest. de Donat. Summæ æquitatis est. Sp.

E T

ET coniunctio aliquando implicat, ut etiam annotauit Zasius in l. 1. ff. de iurisdictione omniũ iud. ex doctoribus in eandem l. ibi & possessionem dare & in bonorum possessionem mittere Sed tamen Et, nũquam diuersa copulat ut not. Accursius in rubr. de iur. & fact. ignor. Et Felin. Sand. in cap. Gregorius procem. decret. Brechæus lege Alienationis uerbum. §. Oratio.

ET, pro, id est, in §. sed istæ. ibi, cùm dicitur, & si quæ sint similes. Instit. de act. Hui9 particulæ uis propria est, ut coniungat. l. ea tamen adiectio. de leg. 3. tametsi hoc non sit perpetuum. Est enim, ubi ET pro VEL, disiungit: & alijs modis accepta, cùm dispositionem, tum sententiã uariat, ut latissimè prosequitur Albe. attigit Bart l. 1. de pact. l. nonsolum. ff solut. mat. Aliquãdo sumitur, pro, VEL l sæpe. ff. de uerb. signifi. Aliquando ordinis nota est l. Gallus. §. 1. ubi Docto. ff. de lib. & posth. Aliquando pro etiam ut l. 1 C. de no. Cod. cõp. Quãdoq; ponitur pro quia l. fi. C. de cur. fur. Interdũ subauditur l. si abrogator §. 1. ff. de adoptio. Prateius ex Spiegel.

ET à te Seia peto, ut quidquid ad te ex hæreditate mea peruenerit, exceptis his quæ tibi suprà legaui, reliquũ omne reddas & restituas Mæuiæ infanti dul-

dulcissimæ, à qua Seia satis exigi ueto: cum sciã, eam potius rem acturam, quàm detrimento futuram. Vide Scæuolã in l. uxorem. §. fin. de Legat. iij. Sp.

Et domus eam partem, in qua morari consueuimus. Scæuola declarat, de Legat. iij. l. uxori suæ in prius. Spiegelius.

Et peracto quinquennio cum eius ususfructus esse desierit, tunc eum fundum illi & illi libertis dari uolo. l. uxori usumfructum. ff. de Vsu & usufruct. Spiegelius.

Et cætera. Sunt qui plurimũ referre putent, extensim hæc clausula scripta sit, an præscriptis notis, &c. Quod Alc. ridiculum arbitratur, refertq; dictionem Cætera, deductam à Græco καὶ ἕτερα, id est, & alia. Et ideo cum abbreuiationis causa apponitur, eius uirtute censeri alia repetita, quę ex natura & cõsuetudine actus requirebantur. Spieg. De hoc uide latius Tiraquellum in tract. de Iure Constit. possessorij parte tertia 31. nu. 2. 5. & 10. &c.

ΕΤΑΙΡΑΣ Græci amicas uocant, quæcunque scilicet scortilla, etiam ignobilia. Concubinæ nomen paulò honestius olim Amicę, ut quę extra Legis pœnam & sine metu criminis habebantur. Meretrices uerò, quæ palàm & pluribus se accepta pecunia miscent. Alciat. de Verb. sig. Vide suprà, Concubinæ appellatio.

Etesiae uenti appellantur, qui certo tempore anni, cum Canis oritur, ex alia atq; alia parte cœli spirant, ut annotauit Gellius lib. 2 cap. 21.

Ethologi, morum sunt effictores, affectuumque cuiuscunque personæ. Bud. in Annot. pr. Alias Ethopœi. Hinc Ethopœia, morum alienorum imitatio.

Etiam, particula consentientis est. Iuriscõs. de Verb oblig. l. j. Et responderit: Quidni? etiam Nebrissensis. Est etiam particula ampliatiua l. Extraneum Cod. de uulgari.

Etiamnum, pro adhuc. Vlp. tit Arb. furt. cæs. l. item Etiamnum reponi potest. Nebr. Aliqua exemplaria, etiã nunc habẽt, suffragante textu Nor. quod significat, pro usq; nunc, usq; ad istud tẽpus. Etiamnũ, ponitur pro usq; tunc, uel usq; ad id tempus. Sp.

Etymologia, uerborum est explicatio, id est, qua de causa quæque essent ita nominata. ut ait Cicero j. Acad. Si propriè uocem hanc, Dn. Oldẽd. ait, latinitate uolueris donare ueriloquium appellabis. Cicero in Topicis, à notatione nuncupat. Aristoteles Symbolum dicit. Etymologia non uerbi solũ, sed etiam rei de qua quæritur, ueram interpretationem sequitur. Quamobrem species finitionis censenda est merito. Cæterùm cum naturã suam seruat Etymologia, argumẽtum ab ea affirmatiuè sumptũ, ualere negãt. Negatiuè uero efficax esse, quia à quo remouetur genus, ab eo & quælibet species remouetur. Exempli causa: Fur à ferẽdo, id est, contrectãdo dicitur: uerum erit, si dicamus, Res non fuit contrectata, igitur in ea furtum factum non est, & id pro regula proditum est: quæ tamen non procedit, cum ratio uocabuli aliud inducit, ut exẽplis demonstrat Alc. in l. taberna. de Verb. sig. Spieg. Confundunt Iuris interpretes Etymologiam & Allusionẽ, & pro eodem ferè omnes ponunt, cum tamen inter se longè lateq; distent. Nam Etymologia, ut dictum est, propriè est, cum explicatur, qua de causa quæq; ita sint nominata Allusio uero ad substantiam rei nullo modo respicit, sed ad uocis similitudinem tantum refertur. Imo si pressius linguæ latinæ proprietatem inspicere uelimus, neutrum significat allusio. Nã propriè & significanter alludere dicimur cum unũ proloquimur, aliò latenter sententiam referentes &c. Quando autem argumẽtum ab allusione ducere liceat inextricabiliter interpretes disputãt in l. 1. ff. de acquir. possess. Corras. lib. 3. cap. 22. Miscell. Etymologia quę à Cicerone in Topicis modo notatio, modo ueriloquium ab Aristotele appellatur σύμβολον, quod latinè eodem Cicerone teste, est nota uel ut quibusdam alijs placet, signum, indiciũ, quando ad ueram uerbi interpretationem, uocẽ traducimus &c. Brecheus l. Tugurij ff. de uerborum & rerum significat. Adde Forcatulum Necyomantiæ dial. 73. in prin.

E V

Evacvatoria in formulis Marculphi. pro quo apocha. l. plures. C. de fid. instr. & rub. li. 10. C. de apoch. & securitas l. 1. C. eo. in Nouel. 130. Re cauta. August. li. de Cura pro mort. ubi esset recautum, quo illa cautio uacuata fuerit, indicauit. Prat. Adde Cuiacium ad lib. x. Cod. tit. 22. de apochis publ. & descript. curial.

Evadere. uerbum Vado, cum compositis dici solet in re iniusta, aut difficili. ut, Vadimus immixti Danais haud numine nostro. Inde Donat. Euadere dicit esse, per obstantiã & difficultatẽ uenire. Sp.

Evagari, non est idem quod uagari. Contractius enim est, diu uagari in Emãsore, quàm per prolixum tempus euagari: quod est Desertoris. Vide Modest. in l. desertorem. de Re milit. Spieg.

Evanescit actio, id est, intercidit. in §. j. l. cũ fundus. Si cert. pet. Item Euanescere actionem autoritate Iuris, remitti actionem uolũtate domini. l. qui iniuriæ. §. si seruus. ff. de Furt. Spieg.

Evangelivm, pro præmio accipi, quod dari solet lætum adferenti nuncium, & noster Zas. alicubi indicauit. Propriè autem Græcè sonat, bonum nuncium. At non pro quocunq; bono nũcio ipsum accepit Christus, sed pro nuncio redemptionis & salutis nostrę æternę, quo per Apostolos exhilarauit & impleuit orbẽ terrarũ, Quidã citant è l falsus creditor. ff. de Furt. hęc uerba: Quid ergo, si quæ Græci Euangelia dicũt, petãt? Sunt tamẽ, qui hoc loco μήνυτρα legendũ existimãt, hoc est, indiciũ, uel præmiũ. Haloander neutrũ agnoscens, legit ἕυρετρα interpretaturq; inuentionis præmia. Spiegel. uid. Bud. in annot. priorib. in ff. de offic. prefecti Præto. & in posterior. h. tit. Al. lib. 2. prætermiss. hoc ipso titulo.

Evangelistarvm, Euangeliorũq; meminit Imp. in Authent. Iusiurand. quod pręst. ab his. Bald. docuit in c. post translationẽ. ext. de Renunc. Euangelium recipere interpretationẽ, nõ quidẽ singularẽ, & sectariã, sed quæ ad cõmunẽ sententiã Ecclesiasticæ traditionis accedit. Hæc est enim ipsissima rectæ intelligentiæ scripturarum amussis, secundum Pighium iiij. cap. lib. j. Hierarch. Ecclesiast. Sp.

Evcharistia. Polydorus Virgilius, Polydor. Virgilius de inuentorib. rer. lib. 5. lib. 5. Eucharistia (inquit) Græcis gratiarũ actionẽ significat, sicuti Euangeliũ bonũ nuncium. Latini missam uocant uulgari appellatione. Verũ, dominica solennia ueteres uocasse, Tertullianus testis esse potest. De huius quidem sacramenti laudibus, & præconijs amplissimis, atque prærogatiuis præcipuis, est optimus textus in Clem. unica De reliq. & uenerat. sanctorũ. & idipsum sacramentum Eucharistiæ, quòd possit per priorem conuentus prædicatorũ conferri suo religioso extra terminos sui cõuentus, probat, atq; multis ostendit iuribus Guido Pape, quæst. 502. licet uideatur contrarium per Clemen. primam, De priui. &

ui. & excessibus prælatorum. Anch.

EVCHARISTICON liber ubi gratiæ redduntur, siue pro amici incolumitate Deo reduci, & sospitatori, seu quod pro suscepto beneficio gratæ gratiç referūtur, qualis est apud Papinianum hoc titul. Silua. εὐχαριστεῖν est uerbū Græcū, quod denotat gratias agere, εὐχαριστία gratitudo & gratiarū actio, strue sacrificali parata &c. Ioan. Bap. comment. penegyryc. ad Faustum.

ΕΥΓΕΝΗΣ ὁ ἀπὸ τῶν πλειόνων ἐλεύθερος. The. Institu. 1. tit. de ingenuis & Harmenopul⁹ li. 1. tit. ultimo. Pr.

EVCHETAE. l. 5. C. de hæret. Heretici fuēre, de quorum prauo dogmate uidendus est Nicephorus lib. 11. ca. 14. historiæ ecclesiast. Bris.

EVCTERIA, loci in quibus orationes, actáque prouinciarum continētur. Alciat. in l. immunitatis. C. de Agricolis & censitis lib. 11. Sp.

EVECTIO literas, diplomata, & exhibitionem cursus publici significat. l. 1. C. de numerarijs. l. 3. l. 4. l. 6. l. 9. l. penul. l. ulti. C. de cursu publ. l. 2. C. de commeatu. Itaque mendosa est scriptura l. 2. C. de curios. libr. xij. in qua Euictionibus, pro, Euectionibus legitur. B. Augustin. Epistol. lv. Zenobius magister memoriæ factus est & misit nobis euectionem cum annonis. Sulpitius Seuer. libro ij. Histor. sacr. Hilarius quartum iam exilij annum in Phrygia agēs, inter reliquos Episcopos per uicarium ac pręsidem data euectionis copia adesse compellitur. Symmach. libro ij. Epistol. cclxj. Tibi igitur hoc munus iniungo, ut de impetratis euectionibus in adminiculum Præto riæ functionis habitum mentis meæ apud eum plenius exequaris. Bris.

EVENIT impersonale, pro ita cecidit.

EVENIET, pro cōtinget. Vlpian. §. j. l. j. de Seru. corrup. Eueniet, ut duobus actio serui corrupti cōpetat: quod est absurdum. Sic etiam accipitur in. §. est & aliud genus. uers. sed primus. Institut. de Don. Spiegelius.

EVENTVM Cicer. in Rhetoricis, cuiuscūq; negotij finem diffinit, à quo sæpenumero res iudicantur: quo nihil iniquius est. siquidem euentum in manu stultorum uersari, magni autores tradiderunt, tametsi spectandus ille est. ut Imp. cēsuit in Aut. facta. §. euentus. de Pœnis, l. non nouū. C. de Iud. & Euentus declarat l. ordinata. ff. de Lib. caus. Si euentum fraus habuerit, in l. ait Prætor. ff. Quæ in fraud. cred. pro eo quod est, si fraude actum fuerit. Nam ut Lucretij testatur carmen, Euentum dici poterit, quodcunque erit actum. Spieg.

EVENTVM ęxpectare. lege pen. in fin. Cod. de Procurat.

EVENTVS autē, in Iure nostro multa complectitur, metum siue uim, errorem, dolum, culpam & casum fortuitum. Vide Apellū cap. vij. de Circumstantijs. Spiegel.

EVENTVS mortalitatis, pro casu mortis apud Vlp. de Offic. præsid. l. illicitas. §. pen. Cataneus ante nos, in Commentario in Plinianas epistolas, admonuit Iurisconsul. frequenter usurpare mortalitatē, pro morte. Vide & Mortalitate. Sp.

EVERRIATOR dicitur, qui accepta hæreditate, iure iusta facere defuncto debet. quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbauerit, suo capite luat. Vide Festum. Spiegelius.

EVERRICVLVM, & Verriculum, rete est piscatorium, à uerrēda aqua sic appellatū. Vlp. in l. iniuriarū. de Iniurijs. Si quis me prohibeat in mari piscari, uel euerriculū (quod Græcè σαγήνη dicitur) ducere. Spiegelius.

EVERSIO totius domus. Paul. in l. ult. de Offic. Præsid.

EVERSOR, pro prodigo, nepote, dissoluto, qui patrimonium suum profundit. Caius libro Instit. 1. tit. 8. Sub curatore sunt minores ætate, maiores euersores, insani. qui euersores aut insani sunt, omni tempore uitæ suæ sub curatore esse iubentur. Hot.

EVERTERE patrimonium domini, eleganter dictum ab Vlp. in l. j. si fam. furt. fec. dic. pro spoliare dominum patrimonio. Idem uenuste quoq; euertere usurpat pro destruere, in fi. §. pen. l. ij. si quis caut. Spiegelius.

EVESTIGIO, pro continuò, siue statim. Scęuola in l. diuortio fact. de Neg. gest. Non, inquit, euestigio in officio deliquit. Nebriss. Alberic. indicat esse præpositionem cum casu, reclamante ueterum scriptura. Spiegel.

EVICTA hæreditate, legata reddi. Vide Caiū l. quòd si possessor. ff. de Petit. hæred. Sp.

EVICTIO, est eius rei quam aduersarius legitimo iure acquisierat, per iudicem recuperatio. l. non tamen, 24. ff. de euict. quòd ut intelligamus, illud scire oportet, olim moris fuisse, ut si res nō Quiritium, sed gentium iure abalienaretur, is qui eam acquirebat, duplam, aut simplam stipularetur sibi ab actore dari, si ea sibi iudicio adimeretur. quemadmodum Varro lib. De re rust. secūdo, cap. decimo, significat. cùm autem mancipio res uenierat, tum iudicij periculum præstabat is qui eam uendiderat: uti posteri⁹ in uoce Mancipium ex Cicerone & Plauto docebimus. Itáque Varronis locus intelligendus est, cùm ait, Si mancipio non datur: id est, si res non acquiratur per ius Quiritium, hoc est per mancipationem & nexum. nam si mancipio res erat data, aut usucapta, aut in iure cessa, nunquam euinci poterat, id est iudicio à possessore auferri. Hot.

EVICTIONIS autem nomine uel ex consuetudine regionis caueri oportebat, l. si fundus, 6. eod. uel secundum id quod inter partes conuenerat. l. 4. & l. emptori, 37. Plerunque autem per stipulationē simplæ cauetur: hoc est, ut euicta re simplum uenditor emptori restituat. l. euicta, 6. & l. euicta, 70. eod. ubi Paulus ait, euicta re, ex empro actio non ad precium duntaxat recipiēdum, sed ad id quod interest, competit. aut uerò cauetur per stipulationē duplæ, hoc est ut euicta re uenditor ad duplum præstandū obligetur. l. uindicantem, 17. quę stipulatio duplę nō de quauis re, sed de ea quæ alicuius precij sit interponitur. si margarita fortè, aut ornamenta preciosa, uel uestis serica, uel quid aliud non contemptibile ueniat. l. emptori, 37. eod. quinetiam & triplum & quadruplum stipulari possumus, l. si dictum, 56. eod. at in dubio semper simplæ stipulatio interposita iudicatur. l. 60. eod. ubi Iauol. ait si in uenditione dictū non sit, quantum uenditorem pro euictione prę̄stare oporteat, nihil uenditor præstabit præter simplā, euictionis nomine: & ex natura ex empto actionis, hoc quod interest. Commissa autem stipulatio dicitur, cùm aut res petitori restituta est, aut damnatus est litis æstimatione, aut possessor ab emptore conuētus, absolutus est. l. euicta, 16. §. 1. l. si serues, 21. eod. sed perpetuò necesse est, ut maturè uenditori denūcietur dictatum esse iudiciū, cuicuimodi illud sit. l. si mancipium, 34. §. 1. & l si rem quam, 29. §. 2. l. emptori, 37. Iam uerò aduersus uenditorem triplex datur actio: ex empto, ex duplæ stipulatu, & simplæ. l. hoc iure, 27. neque interest, utrum emptor ex stipulatione,

ne, aut empto aduersus auctorē primùm agat.l. sed etsi 18. ubicunque autem ex stipulatione agi potest, ibi tum empti, tum etiam præscriptis uerbis rectè agitur: at non ex contrario. Illud insuper addendum est, Duplam hoc in loco non bonitatis rei, sed precij conuenti accipiendam esse: l. cùm fundus, 4 8. l. si fundo, 51. ff. eod. ad eamq; non satisdationem exigi, sed simplicem repromissionē sufficere. l. si dictum, 56. eod. Hotoman.

EVIDENS, propriè quod apertum est, & semper apparet. l. ea quæ. ff. de Contrahen. empt. Vnde uulgatum illud, Quod in euidenti est, nulla potest tergiuersatione celari: nec indiget, quod manifestū est, probatione. Siquidem plus esse Euidens quam Manifestum, traditū est. Impp. in l. quoniam sororē. C. de Iure delib. Manifestum atq; euidens est, inquiunt, antequam pro hærede gereret, uel bonorū possessionem admitteret. De Euidenti, uide ff. ad exhibend. l. iij. & de Aedil. edict. l. quæritur. §. ult. Sp.

EVIDENS utilitas apud Vlpianum l. ij. de Constit. Princip. sic intelligenda est meliore interprete Dn. Olden. ut retineatur Ius naturæ, quod lex. aut consuetudo, nisi corrigeretur, paulatim esset corruptura. Spiegel.

EVIDENTIA, Cicer. in Acad. Propterea quod nihil clarius ἐνεργείας ut Græci: perspicuitatem, aut euidētiam nos, si placet, nominemus, fabricemusq;, si opus erit, uerba. Sp.

EVIDENTIA facti, inter species probandi uersatur. **Die that bewetsen** ut cū qui sensu corporeo coram percipitur. Si quis enim asserat, uulnus atrox esse, & mox indicet locū, certè hæc probatio non potest reuocari in dubium. Paul. in l. uulneris. de Iniur. & in l. si corruptione. Fin. reg. Spieg.

EVIDENTIAM facti, & Notorium exæquant Canonistæ. c. ult. Ext. de Restit. spoliat. c. euidentia. de Accusat.

EVIDENTEM uolūtatem testatoris uocat Vlpian. in l. licet Imperator. de Leg. j. quæ ex argumentis & interpretationibus uerborum colligitur. Sp.

EVIDENTER probatur, hoc est, apertè, perspicuè. C. de Testam. l. non codicillum.

EVIDENTIVS. l. in suis. ff. de Lib. & posthumis.

EVIDENTISSIMA ratione constitutum, in §. sed hoc. Instit. Quibus alien. lic. apud Plinium reperies. & Ratio euidens & Argumētum euidēs. Sp.

EVINCERE, ut uerbi uis & ratio facile indicat, est aliquid uincendo ab aliquo auferre & consequi, unde in disputando, atq; omni orationis contentione, quod ui argumentorum ac dicendo ab aduersario extorquemus, ut concedat, euincere ab illo dicimur. Eoq; modo, sub tit. de euict. accipitur. Sed quoniam id uerbum iuridicum est, & in contentionibus ciuiū inter ipsos de rebus, negotijsq; omnibus, quæ iure suscipiuntur, hæc unica uincēdi ratio est, si iure iudicioq; agamus: eo fit, ut euincere in iure sit, rē nō quouis modo, sed per iudicē auferre & auocare ab emptore. Vincere deniq; iudicio rem illius nō esse, de qua quæritur l. Non tamen 24. l. Si mancipium §. 1. ff. hoc. tit. Donellus de euiction.

EVINCI hereditas dicitur per inofficiosi querelam, cum ab herede scripto auocatur l. 21. §. fin. ff. de inoffic. testamen. Bris. Sic

EVINCI per bonorum possessionem l. 6. in fin. ff. si pars hered. pet. Bris.

EVINCI in l. quod euincitur. 190. ff. de reg. iur. id est, euinci potest aliqua ratione. Prat.

EVINCERE, pro uendicare. Cels. Quod euincitur, in bonis non est.

EVLABES, negociorum susceptorē significat. ut est apud Suidam. monuit Alc. in tit. C. de Præpos. labor. lib. xij.

EVM qui prouinciæ præest, adire potes. Is existimabit, quid sit partiū suarū. Harū clausularū sensum explicāt Iulian⁹, & Callistratus, de Offic. Præsid. Sp.

EVNOMIA, recta Iuris Legumq; constitutio. εὔνομοι populi dicuntur, qui recta legū, institutorūq; ratione utūtur. Bud. in Annot. prior.

EVNOMIA duplex est. Vna quidem recta Iuris constitutio. Altera uerò, rectè Iuri constituto, obtēperatio. Neq; enim satis est, bene institutā positāq; esse rationē Reipubl. nisi & hoc omnib. persuasum sit, institutioni tali omnino parendum esse. Bud. in eisd. Annot. Spieg.

EVNVCHI propriè dicuntur lectorū custodes, & cubicularij, non spadones: quamuis barbari Reges id muneris hisce molliculis ferè iniungere soliti sunt: unde & Eunuchi Spadones dici cœpere. Quære, Spado propriè. Itē Spadonum genera. Sp.

EVNVCHVM aliquando putant per catachresin significare potentem aulicum, etiam nō exectū, sicut Ionathas uersor Chalde⁹ intelligit fuisse Ebed metoch Aethiopem. Ieremiæ 38. qui Ieremiā ex puteo, aut carcere extrahi curauit. Talis fortè fuit etiā Candaces reginæ Aethiopum Eunuchus. Act. octauo. Non igitur semper castratū, sed sæpe officiū tantū significat. Christus Math. 19. triplices eunuchos facit, natos ab hominibus, castratos, & qui semet ipsos castrauerunt propter regnum Dei: id est, quos eo dono Deus ornauit, illiq; eo libenter utuntur, ut tanto liberius & expeditius uerā religionē promouere possint, sicut Paulus tādem fecisse uidetur. De Eunuchorū usu Maioragius ex Gregorio Nazianzeno in Monodia in Basilij uitam, lib. 2. cap. 5.

EVNVCHAS etiam Andramites Lydorum rex mulieres fecit hisque loco uirorū Eunuchorum usus est, ut refert Athenæus li. 12. Dipnosoph. cap. 4. Maioragius lib. 2. Miscell. cap. 6.

EVNVCHORVM, alij sunt spadones, alij castrati, alij thlibiæ: Spadones quidem sunt, qui propter morbum aliquem, aut frigiditatem testiculorū liberis operam dare non possunt, sed eo sublato liberos suscipere possunt. Thlibiæ uerò sunt, quibus uel à nutrice, uel à matre fortuitò testiculi contriti fuēre. Castrati autem quibus execta sunt membra uirilia. Qua etiam diuisione usus est, Constantinus Harmenop. lib. 2. cap. περὶ γάμων. Videtur quoq; eā tradere Suidas in uerbo σπάδων. Hinc apparet inepte Accur. & Ang. Aret. putasse castratos esse castè natos. & male Accur. sub tit. de ædilt. edict. tradidisse spadonem esse unius testiculi uirum. Patet etiam falsam esse distinctionem factam ab Anton. But. in c. ex parte, de corp. uitia. qui retulit spadonem ita esse factum, castratum autem sic ortum. Atq; Alcia. perperam notasse, in l. spadonē. de uerb. sig. omnes Eunuchos appellari posse castratos, uerum hæc distinctio uidetur esse contra d. l. Spadonùm. & l. si serua. De iur. dot. & l. 4. ad l. Cor. de sica. in quibus sub nomine Spadonum thlibiæ & thlasię cōpręhenduntur Sed responderi potest hoc nomē dupliciter accipi, ut adoptio & cognatio capi solent: Nam aliquando capitur pro specie, ut hic, aliquando tāquam genus, ut ibi. Sed in illo genere non continentur castrati, ut insulsè tradidit Sypōtinus. Quum ergo ait Imperator, qui generare nō possunt, intelligendū est hoc tempore, propter aliquē morbū. Sed fieri potest, ut aliquan-

aliquando gignat eo cessante. Spadones aut nequaquá uidentur posse dici ab euulsis testiculis, ut existimarunt Bapt.Pius, & alij: Ná qui propriè Spadones uocátur, testiculis non carét, licet, ppter aliquod impedimentú generare nequeát. Sic etiá surculos, q nihil attulerint, spadones appellari scribit Colum.li. 3. Scio Quintilianú lib.5. & Galenú in interpretatione sententiarum Hippocratis eos quoq; uocasse spadones, quib. excisi sint testiculi. Sed id minus ,ppriè. Tales enim sunt castrati, quod etiá confirmatur autoritate Iuuenalis Saty.10.

—nullus ephebum.

Deformem sæua castrauit in arte Tyrannus.

Ferrand. libro secundo, Explicat. in §. sedet illud. de adop.capit.19.

EVOCARE sacra, est expugnatores sacrilegij nomine exoluere. Vlpian. in l.sacrileg. de rer. diuis. Et solent, inquit, qui liberare eum locum religione uolunt, sacra inde euocare. Quæ res ut olim sit fieri solita, Macrobius & Liuius exponunt. Spieg.

EVOCATIONES quomodo fieri solitæ. Si reus sic latitaret, ut nullam actori secum agendi faceret potestatem, solebat actor die postulationum prætoris auxilium implorare, qui prætor audita & cognita caussa reum euocari ad sui defensionem iubebat. cap.28. de fideicommiss lib. Fiebant autem euocationes nonnunquá solis denúciationibus, interdú literis, interdú etiá edictis. c.26. circa fi. de fideic. lib. Sic, ni fallor, ut si latitás denunciationib. euocari posset, nec literis, nec edictis opus esset: sin minus, interdú literis interdú edictis euocaretur. cap. 3. de pœnis. Literis quidem si Roma abesset, edictis uero, si sic in urbe latitaret, ut aditum ad se nullum præstaret Iubebat igitur prætor reum euocari postulationú die, iubebat etiam rei latitantis bona possideri, proscribi, & proscripta tandem distrahi die cognitionum. c.75. §.1. de iud. Possidebátur quidé dies triginta, ,pscribebátur uerò ac distrahebantur post trigesimum diem. Sic enim scripsit pro P. Quintio M. Cicero: Iubet P. Quinctiú sponsionem cum Sexto Næuio facere. Si bona sua ex edicto P. Burrieni prętoris dies 30. possessa non essent. Proscriptiones autem sic solitas olim fieri, ut ad ædes condemnati debitoris tabulæ figerentur, cunctisq; eius bonis suspenderétur libelli, docet eleganter Seneca de benef. lib.4. Spondeo, inquit, pro iudicato, & suspensum amici bonis libellú deijcio, creditoribus eius me obligaturus: ut possim seruare proscriptum, ipse proscriptionis periculum subeo. Et Cicero pro P. Quinctio & Ræuard. Protrib. singul. cap.3.

EVOCARI, pro uocari apud Vlpian. de fideicom. libert. in l. cum uerò is. §. euocari autem à Prætore oportet eos, qui fideicommissariam libertatem debent: cæterùm nisi fuerint euocati, cessat Rubrianum S.C. proinde denunciationibus & edictis, literisque euocandi sunt. Et Cicero usurpauit alicubi Euocare, pro Vocare. Vnde haud scio quàm rectè monuerint quidam, ex adductis Vlpiani uerbis, colligi discrimen inter Euocari, atque Vocari. Apud gestarum rerum scriptores Euocati accipiendi sunt, non qui iusti milites sunt, sed qui repentina aliqua necessitate ex agris in bellum tumultuarie & uocantur, & coguntur. Vnde & auxiliares dicti, quod subito conuocarentur, ad opem Reipublicæ ferendam. Ea militia, Catanæo teste, dicitur Euocatio. Spiegel. Dicti Euocati quasi extraordinarij & tumultuarij in necessitate adiutores. Oldendorp.

EVOCATI milites, siue *ἀνάκλητοι* appellati sunt Veterani, quos post patris cædem exciuit Augustus ex Calitia & Casilino, quorum fuit certum corpus, ferentium uites Centurionum more, ut Dio scribit. 55. Vites *ῥάβδους* uocat, ut & autores Basilicorum ad l. milites. §. irreuerens. ff. de re milit. Eusebius VII. *τιμὸ τις ἐν τοῖς παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα ὃ τὸς τυχόντας ἑκάστω ἑκατοντάρχης* & ita Titiminum quem uellens Paterculus G. Cassij euocatum, Dio 47. & Valerius 11. Centurionem, uocant in l. ultim. Cod. qui mil. poss. Cuiac. obseruat. lib.7. cap.x.

ΕΥΘΥΔΙΚΕΙΝ dicebatur apud Græcos qui nulla exceptione utebatur, sed recta uia pedem cum actore conferebat, actionemque ipsam plena recusatione propulsabat: teste Balduino ad titulum de exceptionibus.

ΕΥΘΥΣ enim significat confestim, inlico, statim lib.60. *Βασιλικ.* titul.17. cap.9. *εὐθὺς ὁ μὲν τοι κατὰ Αυρίας* Theodorus Hermopolit. l.12. ff. quod met. caus. Prat.

ΕΥΠΑΤΡΙΔΑΙ apud Athenienses non dissimiles erant ijs quos Romani Patritios uocabant, nobiliores scilicet & à primis illis patribus & senatoribus, quos instituerat Romulus, oriundos. Balduin. Tit. de iur. natural. Gent. & ciuil. &c.

ΕΥΤΕΛΕΣΤΑΤΗ apud Theophil. in §. item tria. Instit. de excu. tut. alij tenuissimam, alij opulentam interpretantur. Tu expende rem ipsam. Prat.

EVVLSAE arbores à iuris autoribus appellantur ui & tempestate uentorum deiectæ atq; euersæ. de quibus in l. arboribus & l. Proculus. ff. de usuf.

EVVLGARE, est palàm uulgo aliquid facere. Liuius ad finem lib.ix. Decad.j. de C. Flauio, Cn. F. scriba loquens, Ciuile, inquit, Ius repositum in penetralibus pontificum euulgauit. Sp.

E X

EX, particula, ut uarijs uerbis iungitur, ita & uariæ est significationis. Propriè autem innuit caussam proximam, & immediatam. l. j. §. ex incendijs. de Incend. ruin. naufr. Significat item Ex præpositio, causam per se, & non per accidens. l. eo tempore. §. fin. ff. de procur. Adi Bart. in l. Prætor. §. j. ff. de bon. aut. iud. possid. ac plerisque alijs locis. Alber. collegit non inutiliter aliquot alias huius particulæ significationes. Sp.

EX, pro propter l. 2. §. 2. ff. de incend. ruin. naufra. pro ab, uel à, l.2. in fi. C. si in caus. iud. pig. cap. sit. pro, &, & tunc excludit l.2. ff. de itin. actuque priuat. Sic Cicero in epist. Veteré ex literis tuis amplexus sum, id est, propter literas tuas: & Ex tua uoluntate, reique publicæ commodo cuncta fient, id est secundum id quod Reipub. uidebatur expedire. Connanus lib.5. cap.2. numer.7. Aliquando significat inter. cap. dudum cap. 3.4. q.6. aliquando contra c. ex his 35. q.1 Aliquãdo inclusionis nota est l. quod dicitur. ff. de impens. in reb. dota. fact. quandoque exclusionis. l. quæsitum. §. idem Celsus. ff de fund. instructo. Ex, quandoque significat ortum l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Prat.

EX quoque dictio, dignitatum magistratuúmque adiecta functionem finitam, præteritam significat. Pro qua Græci *ἀπὸ* habent. Anton. August. lib. 3. Emend. cap.3.

EX ABVNDANTI stipulationem interponere apud Vlp. l. v. eod. Spieg.

EX ABVNDANTI, pro abundanter, apud Papin. in l. causam. de manumiss. Vide Glos. in l. si pupilli. §. item si procuratori. ff. de negoc. gest. Spieg.

EXACTA dicuntur, quæ perfecta sunt & quib. ultima manus adposita est, & quasi omnib. numeris abso-

absolutã: Sic Martial. lib. 4. ut docto placeas Apollinari: Nil exactius eruditiusq; &c. Aliàs sunt exacta, quæ iam præterierunt. Paul. in priori significato de act. & oblig. l. ij. Exactissima, inquit, diligentia. Nebr.

EXACTA pecunia intelligitur, quæ psoluta est. siue enim uolens, siue inuitus debitor dederit, nõ est dubium, dici eum soluisse. Ex Alc. Spieg.

EXACTIONEM, quæ passim imponitur. Barbari nominant talias, collectas, procurationes, præstantias, aufflag/bett/steur/schatzung. Tributũ aũt uno nomine debet appellari. ut exemplis Insulan. in obseru. ostendit. Quòd uerò à Iurisconsf. Exactio etiã nominatur Angaria, Græca uox est, significans exactionem siue coactionem: quod à Nebr. indicatũ est suprà. Sed tamen Parangariæ nomẽ repudiatur: qđ Iurisconsulti quodam suo more dicũt, pro derelicto habere, causam uidelicet, ius, aut litem intelligẽtes. Spieg. Hinc Exactor ab exigendo, id est, petendo dicitur. Vnde Exactores tributorum nominantur, petẽdis tributis destinati, ut in rub. C. de exact. trib. libr. x. Et Exactio idẽ est, quod petitio. Ioã. Bell. Ety.

EX aduerso, pro è diuerso, & contrà: frequentius tamen apud Canonistas.

EXAEDIFICARE, pro absoluere ædificationẽ.

EXAESTVARE est feruere. Io. in cle. dudum. in uerbo Exæstuanti. de sepul. Io. Bello. Etym.

EXAGOGICA uectigalia. Ex Cicerone liquet pro lege Manilia, uectigalium tria fuisse genera: ex agricolatione: mercibus exportatis, uel importatis, unde exagogica dicebantur & isagogica: deniq; ex agris pascuis. Primum decimas coplectitur, sequens portorium, postremò nomen fit scriptura. Ex Cœlio. Spiegelius.

EXAGONIA dicuntur quæ ad causam nõ pertinent, uelut extra certamen.

EXAGGERARE, est accumulare. Agger enim, terra est accumulata. Vlpian. de itin. act. priu. l. unde, Aut deprimat, aut exaggeret iter. Nebr.

EXAGIVM trutinam significat & certæ ponderationis genus est Ioan. Cuiacio in l. fin. Cod. de sua-rijs, & suscept. uini. Prat.

EXAMEN, noua apum soboles, quam parentes ex suis aluearibus, ad nouas quærendas sedes exire cogunt. §. examen. Instit. de rer. diuis. l. naturalem. §. examen. ff. de acquir. rer. domi. Translatè pro quacunque nouæ prolis multitudine instar apum accipitur. Metaphoricè autem à nostris Interpretibus modò, nec absurdè, pro iudicij inuestigatione: modò pro scrutinio, & ut barbarè dicunt, depositione testium. Spiegel.

EX animi sententia iurare ueteres dicebant, pro syncerè, liquidò & ex animo, ac sine dolo malo. Liuius libro xxij. Ex animi mei sententia iuro, ut ego Rempubl. non deseram, neq; alium ciuem deserere patiar. Cicero Academ. II. Quam rationem etiam maiorum comprobat diligentia, qui primùm iurare ex animi sui sententia quenq; uoluerunt, deinde ita teneri si sciens falleret. Hot.

EXANGELVS. Cœlio citante Angelum esse scribit Ammonius eum, qui extrinsecus quippiam nunciat. Spiegel.

EXANGELVS, qui quæ intus fiunt, extimis promit, quem Dyangelum uocat Thucydides: Autangelus, qui ex se nunciat, non ab alio missus. Sp.

EXANGVES uocitãtur mortui, h. e. sine sanguine: uti & exanimes, i. sine anima. Virg. lib. 2. Æneid.

— Corpusq; exangue sepulchro
Reddidit Hectoreum. —

Nec minor in castris luctus, Rh[illegible] repertio
Exangui, — Et lib. xj.
Labitur exanguis.

Nam ut scribit Lactantius, aut (ut alij uocant) Lactatius, Statij interpres in libro 6. Thebaidos, sanguis propria uidetur esse animi possessio, unde exangues mortuos dicimus, ut annotauit Tyraquell. l. xv. connub. glo. j. parte xv. num. 18.

EXARARE est delere, ductũ ex more aratri ducendi dirutis urbibus l. 4. §. 4. ff. fin. regun. Cicer. lib. de legibus 2. Quum multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt, quale euenisse Lugduni uidimus anno 1562. Prat.

EXARCHIATRI, qui archiatri dignitate functi sunt: in l. 6. C. de profes. & med. lib. x. Hot.

EXARGENTARE, in pecuniã redigere significat. Ex Alciat. Sp.

EXARMARE, quod uerbum Accursius inscitè interpretatur in l. 2. ad legem Rhodiam de iact. §. j. ea forma dicitur, qua excalciare, hoc est, armis despoliare, ut malo, rostro, antemna, carchesio, clauo, pede, anchora, & reliquis. Hac uoce etiã usus est Cæsar in commen. & metaphoricè Plin. secundus exarmare dixit, pro debilitare & infirmare. Ex Bud. Sp.

EXARVIT flumen, id est, exiccatum est. l. j. ff. de flum. Sic Cicer. Exaruerunt amnes. in Pisonem. Sp.

EXARVIT patrimonium donationibus, pro exhaustum est. in Aut. de inoffic. don. & C. eod. l. si mates. & l. fin.

ΕΞΑΡΤΕΙΑΣ, adpellatione nihil aliud contineri putat C. Harmenopulus, lib. 2. titu. x. quàm [Greek], quæ est [Greek], instrumenta ad tutelam & conseruationem nauis necessaria, Latinis armamenta. l. 3. §. armamenta. ff. ad leg. Rhod. Prat.

EXASPERARE, asperius facere. Iurisc. in l. interpretatur. Exasperandæ non sunt pœnæ. Sp.

EX asse hæres. Vide As.

EXAVDIRE, pro perfectè audire. Vlpia. de surdo loquens in l. j. de postul. Nec enim erat, ait, permittendum ei postulare, qui decretum Prætoris exaudire non poterat. Spieg.

EXAVCTORANTVR, qui soluũtur stipẽdio, nec tamen dimittuntur, sed habẽtur sub uexillo, nõ sub aquila, aut signis legionis, neque iam legionarij sunt, retinentur tamẽ donec emerita soluantur, aut agri assignentur. Missio uerò ijs datur, qui penitùs dimittuntur. Tornebus libro iij. Aduersariorum capite tertio.

EXAVCTORARE, insignia militaria detrahere. l. 4. § non omnis. ff. de re milit. l. 29. ff. de lib. caus. Vlpian. l. 2. §. 2. ff. de his qui not. infam. Sed & si eum exauctorauerit, id est, insignia militaria extraxerit, inter infames efficit, licet non addidisset ignominiæ caussa se eum exauctorasse. hæc ille. Auctorare milites, est sacramento ac stipendio adstringere: opinor, quòd quas res quis auctione emisset (qui Auctor, ut alibi diximus, appellabatur) eæ Auctoratæ dicerentur, quasi auctori addictæ atque obligatę. Liuius eleganter transtulit libro xxxvij. Nec fides antè Pisistrato facta est, quàm coram nuncio eius Polyxenidas sua manu scripsit, se ea quæ pollicitus erat facturum: signoque suo impressas tabulas misit. Eo uerò pignore uelut auctoratum sibi proditorem ratus est. neq; enim eum qui sub Rege uiueret, commissurum fuisse, ut aduersus semetipsum indicia manu sua testata daret. Auctoratum puto dictum, quasi addictum & planè obligatum. hinc Auctoramentũ, non ipsa Auctoratio, sed finis auctorationis: id est,

 obliga-

obligatio. Cicero lib. de offic. primo. Illiberales autē & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorū operæ, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum seruitutis. id est, ut nummus in auctione datus rem auctoris facit: sic merces operario promissa, ipsum conductoris quodammodo seruum ac mancipium efficit. Sic Auctorati gladiatores dicuntur, cum mercede conducti sunt. Asinius libro Epist. decimo: Ob Fadium quendam militem Pompeianum, quia cùm depressus in ludū bis gratis depugnasset, auctorari sese nolebat, & ad populum confugerat, &c. Hotom.

EXAVGVRARE est tēpla profana facere: quēadmodum Inaugurare est ea augurijs sanctiora reddere, ut Liuius lib. j. histor. ostendit. & annotat Gyraldus historiæ Deorum syntagmate 17. cap. j.

EX bono & æquo facere, elegantius quàm quod uulgò dicitur, In bona fide & æquitate. Iulianus de Contractibus bonæ fidei loquens, In ijs, ait, alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet: id est, Budæo expositore, nō de eo solùm quod cautum est: quod etiam ex bona fide dicitur alibi ab eodem. quod & ille annotauit.

EX bonis peruenire, apud Papinianum, de usur. in 3. §. cum Pollidius. Ex bonis meis, hoc est, ex substantia mea. Sic exponit Vlp. in l. 2. §. 2. in hac actione. ui bon. rapt. Spieg.

EX bonis, & in bonis differunt. nam in bonis esse propriè dicuntur ea, quæ situ & positione intra rē aliquam nostram cōtinentur: ex bonis uerò, quæ *foris*, id est naturaliter sunt extra rem: sed tamen ad eā pertinēt. ut aliud est annulum esse in dactyliotheca, aliud ex dactyliotheca. Itaque decē quæ in arca mea sunt, in bonis meis esse dicuntur: at quæ Titio dedi mutuo, ex bonis. item usus fructus quem alieno in prædio habeo, in bonis meis non est. sed ex bonis. Paulus l. ff. de usufruc. leg. Nec usus, nec usus fructus itineris, actus, uiæ, aquæductus, legari potest: quia seruitus seruitutis esse non potest. nec erit utile ex Senatusconsulto, quo cauetur, ut omnium quæ in bonis sint, usus fructus legari possit: quia id neq; ex bonis, neque extra bona sit. Iustinianus §. 2. de ui bonor. rapt. Sanè in hac actione non utique expectatur, rem in bonis actoris esse. nam siue in bonis sit, siue non, si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quæ igitur quasi manu non tenentur, sed consequi per actionem possumus, ea ex bonis nostris dicuntur: at quæ iam intra ditionem ac fines nostros sunt, in bonis. unde seruus iussu Prætoris abductus, in bonis nostris esse dicitur. l. secunda. in fine. ff. si ex noxal. cau. & l. xxvj. in fin. de noxal. act. Atque hæc quidem, uti superius dicebamus, propria huius uocis ratio est. Impropriè autem in bonis nostris omnia dicuntur esse quæ in patrimonio nostro sunt l. j. ff. de rerum diuis. l. ult. §. non solùm. ff. quæ in fraud. cred. & generaliter rem in bonis nostris habere intelligimur, quoties possidentes exceptionem aut amittentes, ad recuperandam eam actionem habemus. l. 52. ff. de acquirend. rerum domin. unde & res per uim alienata in bonis eius est q uim passus est. l. ix. §. vj. ff. quod met. caus. & uendita res in bonis uenditoris esse dicitur usquedum emptori tradita sit. l. sicut, viij. §. si debitor, ff. quibus modis pign. uel hypothec. Denique quicquid in actionibus, petitionibus, persecutionibusq; est, bonis adnumeratur. l. bonorum, 49. ff. de uerb. sig. Hot.

EXCANDESCERE, non est fortiter acclamare, ut indicat Scholium, in l. obseruandum, de offic. præs. sed uehementius commoueri & irasci, quod ira uelut ignis animū incendat. Callistratus loco iam citato, de Ius reddente, loquens. Sed &, inquit, & in cognoscendo neq; excādescere aduersus eos, quos malos putat, neq; precibus calamitosorum illachrymari oportet. Spieg.

EX causa hæreditaria diuersum esse, id est, propter hæreditatem. not. in l. j. qui absenti. §. final. ff. de acquirend. possess.

EXCEDERE, propriè exire est. Sed à Paulo, in l. 3. de offic. præsid. glo. accipit pro decedere, hoc est, se abdicare administratione. Sp.

EXCEPTIONIS uerbum interdum generaliter accipitur, ut omnem omnino defensionem contineat Faber ad rubr. de except. siue ea replicatio, siue duplicatio, siue triplicatio, siue quadruplicatio sit. Interdum uero proprie & tunc Exceptio &c.

EXCEPTIO (ait Vlpia.) dicta est quasi quædā exclusio, quæ interponi actioni cuiusq; rei solet ad excludendum id quod in intentionem condemnationémue deductum est. l. 2. ff. de except. Excludendum autem dixit, pro Eijciendum, & amputandum. nam Excipere ꝓpriè detrahere est: indeq; dicta Exceptio est, quòd partem aliquā de uniuerso actoris iure detrahat. Quapropter eius formula usitata hæc erat, Extra quam: uel Nisi si. uel Si non. quasi defensor aliqua ex parte ueram esse actoris intentionē fateretur, sed tamen cū exceptione. Qua de causa Paulus in l. exceptio, 22. ff. eod. formulam hanc Si non, quę tota conditionalis est, significās, ita scribit: Hot. Idem tamen in §. præiudiciales. Inst. de act. exceptionem dictam putat quod excipiat, id est amputet, excindatq; ab eo quod in intentionem deductum est. l. 2. de exceptio.

EXCEPTIO pro pactione. Exceptiones nō solum appellari solent defensiones, quibus actorū excluduntur intentiones, sed interdum pactiones etiā exceptiones significant. Quo sensu excipiendi uerbo usus est Horat. serm. lib. 2. Sat. 3.

— Mentem nisi litigiosus
Exciperet Dominus.

De eo enim loquitur Horatius, qui cū emptore pactus fuerat, mentem mancipij sanam non præstare. Sic excipere seruum sine peculio, uisus est eo planè sensu Vlpianus accepisse, quo diceremus, pacisci cū emptore de quodā hæreditario seruo sine peculio, uniuersa hæreditate uendita retinēdo. cap. 2. §. x. de hæred. uel act. uend. Idem Vlpia. d. cap. 2. §. 11. Et hæc quidem si uera sunt, nunc opinor intelligimus, & rectè & uerè pactiones illas, quibus imminuitur legitima conuentio, exceptiones his uerbis Vlpianū appellasse: Adeo autem bonæ fidei iudicijs exceptiones posteà factæ insunt. cap. 7. §. adeò. de pactis. Eoque sensu exceptionis uocabulo usus est etiam Modestinus in cap. 39. de act. empt. & præter Modestinum Pomponius in cap. xxxij. de usufruct. Proinde uidendum est, an rectè uir quidam acutissimus pro Exceptiones reponendum esse Depectiones apud Vlpianum arbitratus sit. in d. §. adeo. Ræuar. Varior. libro 2. cap. 13.

EXCEPTIO est cōditio, quæ modò eximit reū damnatione: modò minuit damnationem. Hotom. Conditio aūt dicitur, quia sub conditione concipiebatur. Qua ratione & Fideicommissum conditionale, & adductionem in diem Cęsares etiam appellant conditionem. Balduin. tit. de exceptionib.

EXCEPTIONES annales, atq; mistas, quas iuris pontificij Commentatores induxere, nos modò perpe-

perpetuis, modò temporalib. adcõmodamus, ut Ferrarius noster attestatur, enarrans tit. de excep. in Instit. Vbi etiam perspicua (ut assolet) breuitate, quod tamen paucis cõcessum est, indicat usum, siue, ut uulgò dicunt, praxim exceptionum. Sp.

EXCEPTIO Anomala, commentitia. Vide Anomalam. Spieg.

EXCEPTIO anomala est, quæ nõ sequitur normam aliarum, quia potest opponi ante litis contestationem, & post, & in litis contestatione, ut exceptio excõicationis, & aliæ, scilicet, de quibus dubitatur, an sint perpetuæ, an temporales, ut exceptio matrimonij, & exceptio non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis, ut not. Instit. de except. §. appellantur. & plures aliæ secundum Hostiens. & Specul. eodem tit. ut exceptio quæ competit fideiussorib. ex Epist. diui Adriani contra creditores, ut not. Inst. de fideiuss. §. si plures. Olden.

EXCEPTIONES dilatoriæ sunt, quæ differũt duntaxat persecutionem actoris, nec semper locum habent: ideoq́; possunt ab eo euitari. Vt, pacti conuenti temporalis: id est, ne fortè intra quinquenniũ agatur. Nam eo tempore finito, non obstat agenti: Huc pertinent exceptiones procuratoriæ. l. 3. C. ad S.C. Velleia. Dilatorias exceptiones rursus non inutiliter diuidens glossa. c. exceptionem. de exceptionibus, Alia (inquit) est declinatoria iudicij, alia est declinatoria solutionis. Declinatoria iudicij triplex est: Aut enim proponitur contra iudicem: & illa propriè dicitur recusatoria iudicis; aut cõtra rescriptũ, aut contra impetrantem. Inter quas primo loco proponenda est recusatio iudicis: arg. ca. quoniam contra falsam. de probatio. Quia ad eam reuerti non potest, qui aliàs exceptiones proponit. l. si arbitro. ff. qui satisd. cogant. Dilatoria solutionis, hoc est, quæ differt id, quod actor sibi petit à reo conuento solui: ante litem quidem contestatam proponi debet: Verum probari post fundatam actoris intentionem. l. exceptionem. C. de probatio. l. si quidem. C. de exceptionib. cap. cum Ioannes. de fide instru. Vtilis hæc est diuisio, propter ordinem proponendarum exceptionum. Oldendorp.

EXCEPTIO doli mali conceditur ei, qui cùm dolo malo inductus, stipulanti promisisset, iure ciuili obligatus erat. Eius formula hæc erat, Nisi dolo malo inductum eum stipulanti promisisse appareat. l. j. & pass. ff. de doli & met. except. Hot.

EXCEPTIONIS doli duæ uidentur esse species. Prior est, quæ principaliter ex ipso contractu datur, ueluti quia dolo me induxeris ut promitterẽ. Hecq́; condemnato inurit infamiam, & quia odiosior est: si quis debitor ea tutus exceptione, ultrò soluat, non repetit. Altera est quæ non ab initio nascitur, ex ipso contractu, sed magis ex quodam facto postea subsecuto: ueluti si pactus non petere ante Calendas, nihilominus ante eum diem petas. Et hæc quidem exceptio conuenit cum exceptionib. in factum: nec ullam iuris continet infamiam, estq́; fauorabilior: ut si quis cùm ea tutus esset, per errorem ultrò soluerit, possit condicere. Balduin. tit. de exceptionib.

EXCEPTIO excussionis. Vide infrà Excussionis beneficium.

EXCEPTIO in factum conceditur ei qui errore inductus stipulanti promiserat, & iure ciuili contra æquum & bonum obligatus fuerat. Extra quam eum iusto errore inductum stipulanti spopondisse appareat. ut l. Iulianus, 7. ff. de doli except. Hot.

EXCEPTIO Iurisiurãdi permittitur ei qui actore Iusiurandum deferente iurauit ei se nihil debere. Nisi appareat eum deferente actore iurasse, se nihil debere. l. 3. & 4. ff. de iureiur. Item ei datur, qui petitore deferente, suam esse rem qua de in iure agebatur, iurauit. l. sed & si possessori, ff. eod. Nisi appareat eum petitore deferente, rem suam esse iurasse. Hot.

EXCEPTIONES intentionis uocant, quãdo actor planè nullum ius persequendi habet, de facto tantum mouens litem. Tunc enim exceptio actionẽ uel ius non inueniens: factum duntaxat intentionis excludit. l. nec intentio. C. de transact. gl. l. 2. ff. de exceptionib. Exempla sunt in tit. ff. quar. rer. actio non dat. Oldendorp.

EXCEPTIO litis pendẽtis tum competit, cum actor mutat plane iudicium contra iuris ordinationem. prohibitũ enim est, ne reus in uno iudicio conuentus trahatur ad aliud tribunal ob eandem causam antea, quàm dicta sit à priore iudice sententia. l. ubi ceptum. l. si quis postea. ff. de iudicijs.

EXCEPTIO autem continentiæ non diuidendæ locum habet, quãdo actor non prorsus uult mutare, sed diuidere iudicium dũtaxat calliditate quadam: Oldendorp.

EXCEPTIO non numeratæ pecuniæ, conceditur ei qui quasi statim credituro stipulanti spopondit, iureq́; ciuili obligatus est. Nisi non numeratam fuisse pecuniam appareat. Est autem instituto Iustiniani biennis facta. l. in contractibus. C. de non numerat. pecun. Hotoman.

EXCEPTIO Nouationis competit debitori liberato, si creditor uel hæres eius aduersus eum agat dissimulata nouatione: de hac t. t. de nouat. & deleg.

EXCEPTIONE omni maiores testes, quorum fides nulla ex causa legitima põt eleuari, & qui communi hominum opinione reputãtur boni uiri. Quibus uero suspicionis exceptio rectè opponatur, tradunt Iurisconsulti, in l. 2. & 3. de test. Vide & infrà, Testes omni exceptione maiores. Sp.

EXCEPTIO obscura nullius est momenti. l. j. §. Labeo scribit. ff. de fluminib. l. Titię textores. in prin. ff. de legat. 1. Bartol. in l. j. ff. de exceptionib. Obscurè excipere, est nihil excipere arg. l. de ætate. §. nihil interest. C. de interrog. Exceptum nõ censetur in contractu id, quod non adparet. l. in lege fundi. ff. de cõtrah. empt. Conuentio, ne ulla exceptio objiciatur, nihil prodest, nisi specialiter exprimantur omnia. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautionibus. l. si quis mihi bona fide. §. iussus eius. ff. de acquir. hæredit. Sub obtentu exceptionis non debet mora fieri, in detrimentum alterius. l. si qui libertatem. §. cùm quidam. ff. de petition. hæredit. Sicut intendens incompetentem actionem succumbit. l. j. §. ideò autẽ, ff. si mens. fal. mod. dixer. Ita etiam qui ineptam exceptionem opponit. l. 2. §. 1. ff. de dol. mal. & met. exceptio. l. j. §. Labeo scribit. ff. de fluminibus. Bart. in l. j. ff. de except. Olden.

EXCEPTIO pacti conuenti, est quæ aduersus actionem opponitur, per quam aliquid à nobis petitur, quod nos quidem præstaturos promisimus: sed postea inter nos ne id peteretur conuenisse affirmamus. uti docet Imper. §. 2. de excep. Hot.

EXCEPTIO pacti conuenti conceditur ei debitori, quo cum creditor de non petendo pactus erat, & qui tamen nihilo minus iure ciuili obligatus manebat. l. iurisgentium. ff. de pact. Nisi creditorem de non petendo pactum fuisse appareat. Hot.

EXCEPTIO pronunciationis affinis est exceptioni rei iudicatæ de qua in l. pen. C. de arbit.

EXCE-

EXCEPTIONES perpetuę dictæ, quod ut sem per locum habent, ita in nulla litis parte euitari poterunt: queq; rem de qua agitur, hoc est, causam principalem perimunt: unde etiam peremptoriæ appellantur. Qualis est exceptio doli mali, rei iudicatæ, iurisiurandi, pacti conuenti de non petendo perpetui, & id genus exceptiones agentibus, nunquam non obstantes. Oldend.

EXCEPTIO pręfestinationis dicitur, cum quis ante tempus petit. Inter dilatorias connumeratur: unde mox à primo limite, id est ante litem contestatam, est obijcienda. Sp. ex Oldend.

EXCEPTIO præiudicij competit pro incommodo quo grauaretur reus conuentus, si iudicium aduersus eum dictatum procederet. l. per minorem. ff. de iud. l. cum status. C. de ord. cog. l. fundum & l. fundi. ff. de except. l. ut debitum. C. de act. hæred. Aliàs autem ista exceptio nominatur. Ordinis peruersi, hoc est, quando ordo causarum interuertitur. Primum inducendo eam quæ postremo loco disceptari deberet. Oldend.

EXCEPTIO præposterationis, genus est præiudicialium actionum earum, quę ita se contingunt, quòd sequēs iudicium premitur per sententiā prioris iudicij, hoc est, iudicium quod sequitur, est accessorium ad causam q̃ primò est mota, ita quòd utræq; causæ sese contingunt. Exempli gratia. Ego peto à te, quod diuidas hæreditatem: tu contrà contendis, quòd non sim hæres: quomodo ergo meam diuides hæreditatem? Ecce hic sunt duo iudicia, scilicet diuisorium hæreditatis, & an sim hæres. Ista duo iudicia se contingunt, quia non potest diuidi hæreditas, nisi cū hærede. Ergò prius est, quòd declaretur hoc iudicium, an sim hæres, uel non: qua sententia lata, tunc præiudicatur alteri petitioni, quia si sum iudicatus hæres, meritò mecū diuides: si iudicatus sum non esse heres, rectè nihil diuides mecum. Extat hic casus in l. ij. Fam. ercisc. & dicitur Exceptio, uel præiudicium præposterationis: & primū est genus præiudicialium ratione contingentię. Vide Bar. in l. fundum. ff. de Except. & præscript. Sp.

EXCEPTIONES Peremptoriæ intentionem persequentis semper perimunt, ideoq; semper obstant, nec possunt euitari ab aduersario, quales censentur, Doli mali, Rei iudicatæ, pacti conuenti perpetui: id est, ne omnino pecunia petatur. Si quid itē contra leges factum esse dicetur. Vtpote, si res dotalis inuita muliere sit alienata. Instit. Quibus alienar. licet, uel non. in prin. Vel, si mulier pro alio fideiusserit. l. 3. C. ad Senatusconf. Velleian. Old.

EXCEPTIO procuratoria, inquit Vlp. est exceptio qua reus dicit non licere procuratorio nomine agi: nec prorsus litem inficiatur, sed personam euitat. l. 2. §. 3. ff. de except. Hot.

EXCEPTIO quod metus caussa datur ei, qui cum metu adductus stipulanti promisisset, iure quidem ciuili obligatus erat, prætori tamen propter iniquitatem & asperitatē iuris ciuilis, dignus hoc præsidio uidetur. l. j. & pass. ff. de dol. mal. & met. Si non metu inductum stipulanti promisisse appareat. Hot.

EXCEPTIO reuocandi domum conceditur legatis, hoc est, qui in causis publicis aliquo missi sunt. possunt enim si cōueniantur reuocare domum, hoc est, petere ut causa remittat̃ ad iudicē loci in quo domiciliū habēt, ne interim à publicis expeditionib. distrahātur. l. 2. §. legatur. ff. de iud. c. ult. de for. cōpet.

EXCEPTIO rei iudicatæ cōceditur ei, qui cùm in iudicio eiusdem rei quę nunc ab se iterum petitur causam obtinuerit, denuò tamen in ius uocatus est. Nisi rem illam qua de agitur iudicatā esse appareat. l. j. & pass. ff. de except. rei iud.

EXCEPTIO Spolij competit spoliato, si deiector ipse, uel mandās, aut ratam habens detectionē, uel horū uniuersalis successor agat ex qualibet causa ciuili uel criminali aduersus deiectum uel eius hæredem c. fin. de ord. cognit. l. j. §. hoc interdictum & hæredi. ff. de ui & ui arm. Id uero tantum hæc exceptio præstat reo conuento, ut respondere non teneatur actori antequam restituerit ereptam rem, idque pronunciabit iudex. c. 2. de ordine cognit. Old.

EXCEPTIO simulationis de qua infra in uerbo simulatio.

EXCEPTIO rei uenditę, & traditę ei obijcitur, qui rem à se uenditam, & traditam uindicat, atq; petit. toto titul. ff. de except. rei uendit. l. 50. ff. de actio. empt. Porrò apud Iurisconsulti frequens est hæc locutio. Prat.

EXCEPTIONES tēporales sunt, quæ ad tempus solum nocent: quare cum actionem in tempus deferre soleant, etiam dilatoriæ uocantur apud Innocentium, tractatu de Exception. Vt est pacti conuenti temporalis. Item iudicis incompetentis, & ea quæ aduersus procuratorem competit. sicuti Iurisconsul. in l. exceptiones. de Excep. & post eum Iustin. exponit. Spec.

EXCEPTIONVM FORMVLAE.

EXTRA quàm si quid ita factum sit, uti lege fieri licuit l. j. §. Labeo. ff. de fluminib.

EXTRA, quàm in reum capitis pręiudicium fiat Cic. lib. 2. de Inuentio.

Si non ui, non clàm, non precario feceris l. si uitē. ff. quod ui, aut clàm.

Si in ea re nihil dolo malo actoris factum sit. l. 2. ff. de dol. ma. met. excep.

Si in ea re, qua de agitur, præiudicium hæreditati non fiat. l. j. ff. famil. ercisc.

Si in ea re nihil metus causa factum erit. l. 4. §. ult. ff. de dol. except.

Si non uoluntate creditoris fundus uenerat. l. sicut. ff. quib. mo. pignus. Prat.

EXCEPTAE personæ l. 5. §. fin. & l. 15. & l. xx. ff. de leg. præstan. intelleguntur parentes, liberi, uxor, nurus, cui dotis nomine legatur. l. 1. ff. eo. l. 1. Cod. de contra tab. apud Vlpian. in Epit. tit. 1. Prat.

EXCEPTAS personas accipere debemus cognatos, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licebat. Vlpian. in eo. lib. tit. pen. Prat.

EXCEPTOS in l. 7. ff. ad leg. Iul. repet. accipi oportet consobrinos, propiorisue gradus cognatos. Prateius.

EXCEPTO eo, apud Pau. in l. cui rectè. ff. de nou.

EXCEPTO quòd, pro præterquam quòd.

EXCEPTOR, pro librario, hoc est, qui aliquid describit, apud Vlpian. §. fin. l. sed addes. Locati. Vulgus perperam scriptores dicit, quos librarios dicere deberet: cū scriptores sint ipsi autores, conditoresq; librorum. Quod Beroaldus in Suet. Domitianū adnotauit. Describere & exscribere, propriè est exempla transferre, quod pertinet ad librarios. Sed & hi pro custodibus librorū, ac etiam pro ijs, qui libros rationum curant, accipi Catanæus indicat côment. quarto in Plinian. epist. Proinde qui ab ascitis ad penetralia rationem, auff die Rathkammer, nuncupantur hodie Buchhalter/haud absurde librarij posse uidentur uocari. Sp.

EXCEPTORES in scriniorum officijs ponuntur

tur l. 5. l. 12. C. de proximis sacror. scrinior. lib. 12. l. 5. l. 7. & l. ult. C. de palat. sacrar. largitionum. l. ult. §. hoc quoq;. C. de re milit. l. ult. C. de castrensi peculio. l. 5. C. de numerarijs. Briss.

EXCESSVS, pro errato, noxa, maleficio, facinore admisso, apud Canonistas & barbaros ponitur.

EXCESSVS uocabulum apud Marcellum in l. iam dubitari non potest. de hæred. instit. nō satis intellectum à nostris doctoribus, Alciatus in Parergis monuit: quod uidētur ueteres pro digressione quadam accipere, uel cum quis altius rem petit, uel cū capta occasione obiter extra argumentū aliquid dicitur. Spiegelius.

EXCETRA. Singularis in hac uoce Emphasis inest. Significat nanq; eum ita illecebris meretricijs irretitum, ut etsi Ebutius absit, amor tamen minime extinguatur, sed semper uisa Hispala, magis magisq; inflammetur, & adaugeatur. Excetra enim dicta est hydra lernæa, quòd uno cæso capite tria excrescebant Plaut. in Persa,

Nam cū leone & excetra, & cum apro Ætolico, cū auib. Stymphalicis, cum Antæo deluctari malim, quā amore etc.

EXCIPERE, pro suscipere, in §. hoc amplius. Inst. de rer. diuis. Cum missilia iactāt in uulgus, ignorant quòd eorum quisq; sit excepturus. Huius uerbi & uarius & elegans est usus. A' nostris & pro nominatim cauere, Eigentlich außtrucken/außdingen/ usurpatur. In emptionibus eo iure utimur, quo I lex præscripsit: alij enim plura, alij pauciora, excipiunt. De alijs Alber. Spieg.

EXCIPERE actionē. Oppositum, Securū esse. Gaius in l. non solùm. ff. de noxal. act. Nam absurdū, inquit, uideretur, eos quidem, qui bona fide possiderent, excipere actionē: prædones uerò securos esse. Sp.

EXCIPERE, pro accipere l. 2. C. de prædijs & omn. reb. nauic. lib. 11. Prat.

EXCIPERE excepta exponere l. & elegāter. ff. de dolo mal. Aliquādo significat deducere. l. furiosi. ff. de peti. hær. Quandoq; recipere l. 3. ff. de seru. urb. præd. Plerunq; conuenire. ff. locat. l. sed addes. Prat.

EXCIPI nominatim, id est, poni separatim. l. ob quæ uitia. §. animi. ff. de ædil. edict. Prat.

EXCLVDERE gallinæ uel aues dicuntur, cum incubando pullum emittunt ac procreant: quod & excudere dicitur.

EXCLVDI tempore, est impediri, ne quis quid possit agere propter tempus. Papin. ad S. C. Turpil. l. quærebatur, an hi, qui ab accusatione tempore exclusi essent, in S. C. Turpilij inciderēt. Et subdit: Qui præscriptione tēporis exclusi, causam adulterij perferre non potuerūt. Idem de decurio. l. spurij. Si præscriptione temporis exclusus fuerit, non tenebitur. Sic apud Paul. in l. si proponas. de inoffic. testam. Iulian. in l. si libertus. de bon. libert. & Pompon. l. si tamen. de ædil. edict. Sp.

EXCLVSIO, est exceptio. l. 2. de excep.

EX cohorte Prætoris, dicuntur prouerbiali sermone, qui ad omnem nutum delegantur, ad hoc, aut ad illud exequendum, Fluxhand anschlagen Ministri Prætorum non egent alia excusatione, quàm ut dicant, se quod fecerunt, illorū iussu fecisse: ut iam in prætorē sit actio, nō in ministros. Ex Chilia. Eras. Sp.

EXCOMMVNICATIO, est extra communionem Ecclesiæ separatio. Vel cēsura ecclesiastica excludens aliquem à communione fidelium. 11. quæst. 3. cap. nihil. Prat.

EXCOMMVNICATIONVM gñra duo sunt: Maior & minor. c. pen. de sent. excom. Prat.

EXCOMMVNICATIONIS uerbo utraque continetur. d. c. pen. aliquādo minor tantum. c. cum non ab homine. extra de iud. Prat.

EXCOMMVNICATIO minor quì à maiore differat, docet Felin. Sand. in c. 2. de except.

EXCOMMVNICATIO ecclesiastica (quę certè contemnenda non est, si fuerit iusta, quoniā Christo auctore constat) contumaciæ pœna est maxima. Matth. 18. Apostol. 2. Thess. 3. & 1. Cor. 5. Cum huiusmodi, inquit, ne cibum quidem capiatis, Apud Hebræos olim aposynagogi dicebantur, quasi synagoga exacti, & extorres propter contumaciā suam, uitandi ab omnibus, donec resipiscerent. Old.

EXCOMMVNICATOS nunc uocamus, quibus humanitatis ius uicissitudoq; officiorum interdicitur. Et sicut, quos maiore execratione multandos esse ecclesiastica auctoritas censuit, anathema adpellāt, ex eo, quòd in cippis exposita est eorū detestatio, & proscripta: sic rebelles imperatoriæ censuræ, denuò excommunicari solēt Banno, ut utar uerbo uulgari, duplicato. Quam pœnam Romani olim interdictionem ignis & aquę nuncupabant, mutuatam à Græcis, apud quos Draco Legislator, cum de cædibus ferret Legem Atheniensibus, statuit hominem homicidam, aqua ablutoria, libationibus, crateribus, sacris, & foro arceri. Draconis lex extat apud Demosthen. περὶ φόνου. quam ideo tulit, quò magis terribile pestilensq; scelus uideretur, hominem alterum alterius interemptorē esse. Hæc pœna erat proxima capitis supplicio, cum usus ignis & aquę interdiceretur, sine quibus nec ortus hominis, nec uitæ progressus constare possit: quare & in nuptijs utebantur, & Scæuola aquæ & ignis solennitatē pro nuptijs dixit in l. pen. D. de donat. inter uir. & uxo. Draconis legē explicaui lib. 1. Veter. Iurisprudētiæ. Old.

EX Composito, idem significat quod Composito. quasi dicas, dedita opera, & ut conuenerat inter eos: ut subaudiri uideatur alius datiuus (negotio) nempe, ex composito negotio. Gem anschlag nach handlen. Ex disposito, in similem usum dixisse Macrobium, Insulanus obseruauit. Spieg.

EXCONSVL dicitur, qui perfunctus est Consulatu, non qui Consulatum dimiserit. Sicut Exquæstor, qui perfunctus est Quæstura. Imp. in Procemio C. Thoman. inquit, Quæstorē sacri palatij & Exconsulem. Nebriss. Vide infra in uoce Exquæstor & ibi notatos autores.

EX continenti in l. 7. §. 1. ff. de pact. hoc est, coniunctè, ac continuè. Nam cōtinere significat intra se tenere. Id autem fit cum paciscentes in eadem adhuc tractatione contrahendi persistunt, nec ad aliud negotiū processerūt. l. si ex duobus. in prin. ff. de duob. reis constit. l. continuus. in prin. ff. de uerb. oblig. aliquando his uerbis, Excontinenti, triduum significatur, uel, ut ait Albericus, pro intra triduum accipitur l. 2. C. de erro. calculi. Prat.

EXCONTRARIO, Paul. in emptionibus. Scimus, ait, quòd præstare uenditor debeat quidq; ex contrario emptor. Ex compromisso sumptus. l. pen. ff. de Iudicijs. Sp.

EXCRESCERE, & decrescere aqua dicitur, l. j. in prin. de Aqua pluuiar. Alberic.

EXCVBIAE, pro uigilijs rectè intelliguntur, in l. j. de Official. præfect. uigil. Sunt enim & diurnæ. Vnde opinor hanc uocē apud Paulū absolutè poni in l. qui excubias. de Re milit. Vigiliæ enim tantummodo sunt nocturnæ, si Vallæ credimus.

EXCVBICVLARII, q cubicularij munere functi

cti sunt. Impp. l. 13. de excus. lib. C. x. Maximarum culmina dignitatum consistoriani quoq; comites, notarij etiam nostri, & cubicularij oēs atq; excubicularij ab omnibus sordidis muneribus uindicentur. Hot.

EXCULCATORES dicũtur ij, qui scilicet missilia, & lapides, & glandes exculcant & ejiciunt. In Romani Imperij commentario exculcatores seniores appellantur. ut refert Torneb. aduers. lib. 24. c. 12.

EXCURIATI, exterminatiq; apud Varr. M. Q. Tulliumq; leguntur uocabulis sanè probis, pro ijs, qui curia & terminis exacti sunt. Sp.

Et quod EXCURRIT in l. 26. §. fi. ff. depos. significat, & aliquot præterea summulas, uel denarios, q̃ formula B. August. frequens est. hanc formulam rectè exposuit G. Bud. in d. §. fin. his uerbis: Prat.

EXCURRERE id dicitur, quod ordinem, modúmue, id est, mensuram & numerũ egreditur. Prat.

EXCUSARE, propriè est obiectũ crimen diluere. Translatè tamen, in iure nostro, est causam afferre, per quam steterit, quò minus factum est, quod fieri, uel agi, præstariue debuit. Veluti, si latrones, aut flumina impedimento fuerunt, ne ad diem à iudice dictum adesse possem. Excusare item propriè dicitur, qui excusat eum, qui ipse nec in ius uenire, nec aliũ mittere potest, in c. dilecti. de dolo, & contum. Id q̃d fermè contingit in iudicijs criminalibus, ubi procurator nonnunquam admittitur, non ut uerè interueniat l. pen. ff. de publi. iud. sed magis, ut reum pro innocentia atq; absentia sua excuset. l. seruum. §. publicè. ff. de procur. & Bar. in Constit. ad reprimendum, quom. in cri. læs. maiest. Sp.

EXCUSSATUS pro Excussus. Paul. l. 46. §. 6. ff. de admin. tut. Non prius ad eos reuerti pupillus potest, quàm omnes tutores excussati fuerint. Hot.

EXCUSSIO, diligens inquisitio est, ac detectio rerum, bonorumq́; principalis debitoris, per iudicé usq; ad peram (ut uocant) & sacculum, id est, nouissimum quadrantem effecta. Bart. in tracta. de excussione pign. colum. 1.

EXCUSSIONIS beneficium, quod & Nouæ Constitutionis Imp. Iustiniani dicitur ideo, & quidé meritò appellatur, quòd bona debitoris, ad quẽ ea res principaliter pertinet, principiò sint excutiẽda: experiundumq́;, an spes sit cõsequendi ab eo debiti. Priusquã fideiussores conueniantur à creditoribus, atq; compertum sit principalem debitoré non posse soluere in solidum: Nouella: ut creditor primum aggred. princip. debit. Old.

EXCUSSIS proprijs facultatibus l. plures. §. 1. de administr. tut.

EXCUTERE diligenter rationem. l. Titia. §. fin. de manumiss. testam.

EXCUTERE aliquem est facultates eius discutere, & inquirere, ut sciatur, an sit soluendo l. 2. ff. si quis omiss. caus. testa. l. 1. §. si inter. ff. de magistr. conue. l. 1. C. de reuoc. ijs, quæ in frau. cred. At in l. 46. §. cum testamento. ff. de admin. tut. ubi uulgo, excussi, qui Pand. Flor. descripserunt excussati, scripserunt: ducti uocum similitudine, quod in archetypo excusati scriptum esset.

EXCUTERE uires alicuius l. 12. ff. manda. pro inquirere in fortunas eius, ut Annæus Seneca libr. 1. de Benefic. loquitur. Briss.

EXCUTERE impensam, id est, supputare, quanti sint impensæ. l. 60. §. mandaui. ff. loca. Briss.

EXCUTERE, id est, exigere. l. cũ plures. §. mandaui. ff. loc. Alber. Tu rem expende. Prat.

ΕΞΕΒΡΑΣΘΗ, Vlp. l. 3. §. 5. ff. de incend. ruin. naufr. dici scribit de naue ejectã, à uerbo ἐκβράζειν, quod eijcere, & expellere significat. Hinc Hesychius ἐξβρασθὲν, ait, ἐκβληθὲν, ἀπερριμμένον Hot.

EXECRABILE, hoc est, detestandum & abominandum delictum, si seruus suum dominum uendat. l. moueor. C. si seru. export.

EXECRANDA præda. l. ne piscatores. ff. de incend. ruin. naufrag.

EXECRARI lites, pro abhorrere à iudiciali strepitu. in l. item si res. ff. de alien. iud. mut. caus. Hæc enim, inquit Vlp. uerecundia & cogitatio eius, qui lites execratur, non est uituperanda. Sp.

EXECUTIO, id est, actio iudicati, quã tertius, quod mirari possis, impedire potest, ratione interesse quod prætendit. Et dicitur uulgò iste casus contractionis: qui & causa emergens appellatur. ut Zas. indicauit. Spiegel.

EXECUTIO, id est criminalis accusatio. Ita enim utimur executionis uerbo: nec rarò executio apud Latinos significat ultionem. Certè in publicis iudicijs accusator nõ modo ultionem persequitur, sed tantum nõ exequitur. Nam is est, qui litem peragit, & cui acceptã ferre debeamus delicti uindictã. Nam & sine accusatore periculum est, ne multa lateant impunita scelera. Cæterum si quis tantum indicarit delictum commissum: cum iudex ipse tum litem peragat rectius ei potius quam iudici tribuetur executionis gratia &c. Balduin. tit. de publ. iudicijs.

EXECUTIO, id est, nuntiandi potestas l. de pupillo. in prin. ff. de oper. nou. nun.

EXECUTIO defensio c. defensionis. 87. distin.

EXECUTIO sententiæ est mixti imperij l. iubere caueri. ff. de iurisdict. Prat.

EXECUTIO quandoq; ponitur pro solutione l. centum Capuæ. ff. de eo, quod cert. loc. Prat.

EXECUTIO de re iudicata dicitur l. qui pro tribunali. ff. de re iud. de sententiæ executione fusissimè Bart. l. si miles. ff. eo. tit. Prat.

EXECUTIO plus est, quàm cognitio Alberico l. à D. Pio. ff. de re iud. Prat.

EXECUTIO obligationis à Iureconsultis plerunq; accipitur pro petitione, exactione & solutione. l. si minor. 66. ff. de uerb. oblig. l. quidam. 132. eod. l. centum. de eo quod certo loco. Duarenus l. in executione. 85. ff. de uerb. oblig.

EXECUTIONIS uocabulum etiam hoc modo definiri potest, quòd uidelicet Executio sit satisfactio quædam, quæ fiat per condemnatum, opera & ministerio publici executoris pro sententiæ iam latæ obseruatione. Et probari potest hæc definitio ex l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. & l. 2. & fin. C. de cust. re. Bal. auth. sed nouo. C. de seruis fugit.

EXECUTIO sentẽtiæ, nunc officio iudicis, nũc actione in factum fieri dicitur. l. intra. de re iud. ubi Bart. quandoq; & utili actione. l. fin. eod. Sp.

EXECUTORES ultimarum uoluntatum legitimi sunt, quibus à lege tribuitur potestas ultimæ uoluntatis defendendæ, quo minus interuertatur, aut procrastinetur. Hos & rectè dici Publicos conseruatores ultimarum uoluntatũ: quales sunt omnes boni magistratus, præsertim in caussis pijs Episcopi, Old. indicat in singulari ea de re quàm exactè scripto tractatu. Sp.

EXECUTORES, testamẽtarij sunt, quos testatores ipsi deputarunt, ad exequendã uoluntatis suæ postremam ordinationem. Et horum alij uniuersales, alij uerò particulares uulgò dicuntur. Vniuersales quidem executores sunt, quando testator nullos

scripsit

scripsit hæredes in speciem, sed pauperes Christi instituit hæredes generaliter: uel aliquem locum piũ: uel si uniuersa bona sua iussit per tales testamentarios distribui pauperibus, non instituendo hęredes. Et huiusmodi executores habent nomẽ hæredis, & censentur omnibus modis hæredes. l. id quod pauperib. & l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. Particulares uero executores sunt, qui simul cũ alijs hęredib. in testamento scribuntur. Frequenter enim fieri solet, ut testatores institutis hæredib. deputent nihilominus aliquos ad executionem rerum suarũ, quas in uarias causas relinquunt: fortè dubitantes de fide hæredis, ut in l. alio hærede. de alim. & cibar. legat. Quære Testamentarius. Sp. ex Old.

EXECVTORES ultimarum uoluntatum eadem ratione qua publici iudicum ministri dicti sunt (de qua mox infra) quoniam iussa testatorum ad amussim exequentur. Sæpe appellantur fideicõmissarij apud Bart. Item distributores, dispensatores, apud Speculatorem. Quæ omnia tendunt eodẽ. Modo tamen memineris longam esse differẽtiam inter fideicommissarios, de quibus tractatur in tit. ff. & C. de fideicommiss. ac illos quorum munus nunc frequentatur in nostra Germania. Vsus autem introduxit, ut compendio quodam loquendi dicamus istos executores ultimarum uoluntatum uno uerbo Testamentarios. Quæ phrasis, perperam recepta est. Quamuis enim & lege XII. Tabul. dicebantur olim duodecim ut quæ omnibus notæ essent: & in nouo quoq; Christi testamento, duodecim intelliguntur Apostoli, qui tot erant: longè tamen alia illius appellationis est ratio. Sp. ex Old.

EXECVTORES negociorum dicuntur, ut opinor, uiatores, qui quæ ad iudicium constituendum, exercendum & exequendum pertinebant, agebant. l. ult. ff. de testib. l. xiij. & l. ult. ff. de iudic. l. xv. C. de testib. l. cum clericis, xxv. C. de episc. & cleric. §. tripli. de actionibus. Hotom.

EXECVTOR dicitur & is qui de certo articulo cognoscit c. super quæstionum. Extra de offic. delegati. Prateius.

EXECVTORIS adpellatione continetur delegatus cap. si quis contra. de for. compet. Prat.

EXEDRA Græcum uocabulum est: à sediũ frequentia, & sedendi cõmoditate nomen accepit, quibus etiã hodie utuntur ecclesiæ & canonici in claustris: uulgo capitulum, seu chorus dicitur. Apud antiquos exedræ in usu erant, eorumq; studijs delectabantur. collocabantur enim in tribus porticibus (ut in quinto scribit Vitruu.) exedræ spaciosæ, habẽtes sedes, in quib. philosophi rhetoresq; sedentes disputabant. De his Cicer. in 3. de orat. Tunc debita opera quiescentibus alijs, in eam iam exedram uenisse, in qua Crassus posito lectulo requieuisset. idem in primo lib. de Natu. deor. Offendi (inquit) eum sedentẽ in exedra, & cum C. Velleio senatore disputantẽ. diuus Hieron. ad Eustoch. Si quis cœperit ægrotare, transferatur ad exedram latiorem, & tanto senũ ministerio confoueatur, ut nec delicias urbiũ, nec matris quærat affectum. Vitru. in 7. Peristylijs (inquit) aut exedris, aut cæteris huiusmodi locis, quò sol & luna possit radios suos immittere. Et secundum ista intellige Iureconsultũ in l. si uero plures. post principium. ff. de his qui deiec. uel effud. licet glossator noster ibi exedram pro fenestra intellexerit. Neq; audiendi sunt quidam alij, qui mutata antiqua lectione uocabulum barbarum reposuerunt. Neq; etiam prætereo quod Alex. Genial. v. c. xj. hoc in loco exedram putat non sedem ab Vlpiano, sed cubiculũ designari, columnis fultum, & epistylijs, plurib. excisis spacijs, quibus prospectus in uiam erat. Cotta.

EXEDRA, inquit Iul. Pollux lib. 1. c. 9. ἐξέδρα. ἵνα συγκάθηνται. Budæus ubi supra de exhedræ usu satis superq; edisserit, reiecta explicatione Accursij. Prat.

EXEGISSE dicitur, cui per delegationem satis factum est: cum delegationem uice solutionis habere, receptũ sit. l. quamuis. §. interdum. ad Vell. Sp.

EXEMPLAR principalem scripturã esse, exemplum uerò, quod inde descriptum sit, rectè Barto. in l. Sempronius Proculo. ff. de legat. 2. dicit. Paul. in l. 2. ff. de fid. instrum. Authenticum uocat, quod uulgo dicunt Originale. Et exemplum pro iudice accipit. Nusquam autem reperias eo modo Copiam dici. Plinius alicubi exemplum appellat exemplariũ. Semper enim memento, bonos authores non obseruare differentiam inter exemplar & exemplum. Sp.

EXEMPLAR significat idem quod exemplũ, id est, quod ex aliquo scripto transscribitur. Cic. ad Atticum lib. 4. Vrgebat ab eo, cui misi, & nõ habebã exemplar. Et Plancus Cic. lib. x. Exemplar eius chirographi Titio misi. & C. Asinius Pollio eod. lib. Ex literis, quas Pansæ misi, cognosces omnia. nã tibi earũ exemplar misi. Horatius quoq; de Arte poetic. Vos exemplaria Græca Nocturna uersate manu, uersate diurna. Pariter Suetonius de claris Grãmaticis, multaq; exemplaria contracta emendare ac distinguere & adnotare curauit. Non me prȩterit Sex. Pompeiũ Festum scribere exemplar esse id, ex quo sumitur exemplum, quod etiam tradit Laur. Val. Elegan. lib. 6. Verum nõ intelligunt de scriptura, sed de exemplo proposito ad imitandum, sicut usus est Cicero pro Cecinn. Falcula exemplar antiquę religionis. quanquam Cicero etiam in eadẽ significatione exemplũ accipiat, ut patet ex oratione pro L. Muræna, sicuti Valla notauit. At in hac lege legitur exemplarij non exemplaris: Quamobrẽ hæc quæstio superuacanea uideri potest, quanquam fortassis exemplaris legendum, cum nusquã apud bonos scriptores Exemplarium legatur. Licet Valla & Nicolaꝰ Perottus apud Plin. lib. 6. c. 28. ita legant. Iuba, qui uidetur diligentissimè prosecutus hæc, omisit in hoc tractatu, nisi exemplariũ uitiosum est Berenicem alterã, quæ Panchrysos cognominata est. Vbi nunc legitur. nisi si exemplarium uitium est. Vsurpauit etiã hanc dictionẽ loco exempli seu exemplaris, qui Iustiniani cõstitutiones Latinas reddidit, sub tit. ut nul. mut. agri. Ex quibus manifestè apparet, etiamsi in hac lege Exemplarij legendũ sit, ut Pand. quoq; Flor. habent, nõ rectè accipi pro prima scriptura ad differentiã exẽpli. Quare interpretandũ duxerim exemplarij causa, id est, ut testator secũ exemplar habere possit. Et quãuis hæ binæ tabulæ forent ambæ originales, ut eas Barto. appellat, non tamen dicuntur exemplaria ad exempli differentiã, ut Doct. notant. Nam Scæuola dixit exemplarij causa, quoniã utræq; tabulæ sunt alterarum tabularum exemplar. Est enim plerunq; necessarium, ut plura sint exemplaria propter innumerabiles causas, ut ait Imp. Inst. de testam. ord. §. sed & unum. Ferran. explic. lib. j. in l. Sempronius. cap. 33.

EXEMPLVM Cic. uocat, quod ad similitudinẽ alterius uerbotenus descriptum est: Ex literis, inquiens, quarũ ad me exemplum misisti, Epist. lib. 3. Vlp. in l. cæteræ. ff. fam. ercis. Hæredem enim, inquit, exemplũ debere dare: tabulas uerò authenticas ipsum tenere, aut in ædem deponere. l. 2. & l. 11. ff. de eden. Barbari Copiam adpellant. Old.

EXEMPLVM item solet dici, quod sequamur aut uitemus. Exemplar, ex quo simile faciamus, auctore Festo lib. 5. Sed sæpe confunduntur: ut pertineat utrumq; ad factũ, quo doceamur. Cic. pro Mur. Domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. Et rursus: Ad imitandum uero tam mihi propositum exemplar illud est, quàm tibi. Bart. etiam in l. Sempronius. ff. de leg. 2. aliam differentiam constituebat, quòd exemplar est scriptura principalis, exemplum scriptura inde sumpta. Quod aút ad exemplar adtinet, probatur ex Festo. exemplum uerò pro uulgato, copia, sumitur l. 2. ff. de eden. l. fin. ff. quádo adpel. & alibi sæpisimè. In eundem sensum utuntur Iurisconsſ. Olden.

EXEMPLARII uerbo l. 47. ff. de leg. 2. l. 10. ff. quemad. testa. aper.

EXEMPLVM præterea accipitur ꝓ pœna grauiore, quæ cæteris fit documento ad emendationẽ. Claudius Saturninus in l. aut facta. ff. de pœnis. Nõnunquam, ait, euenit, ut aliquorum maleficiorũ supplicia exacerbentur: quoties nimium multis personis grassantibus, exemplo opus sit. Hinc, exemplum in aliquem fieri. Old.

EXEMPLVM quoq; appellat Cicero id, quod rem uenditurus ostẽdit emptori, ut ex particula, totius qualitatem æstimet. Ein prob/oder muster. Sp.

EXEMPLVM deniq; accipitur, non aút exemplar, pro specie argumentationis: cùm probatur aliquid ex simili facto, cum citatione auctoris, sicut tractat. l. nõ possunt. ff. de legibus. Vnde prohibita sunt exempla iudiciorum priuatorum. l. nemo Iudex. C. de senten. & interlocu. omnium iud. Cùm non exẽplis, inquit Iustinianus, sed legibus iudicandum est. Hanc tamen restringit Bart. Socin. in Tract. Fallentiarum tribus limitationibus, quas tibi perlustrandas relinquo. Prat.

Ad EXEMPLVM trahere, id est ut Paulus interpretatur, ad consequentias producere. Balduin. tit. de iure nat. gent. & ciuil.

EXEMPLVM pro consequentijs ponitur in l. j. ff. de constit. principum l. 14. ff. de legib. Briss.

EXEMPLO perniciosissimũ, pessimúmue: Et

EXEMPLI iniqui res l. 14. ff. de legat. 2. l. 47. ff. de iudic. Sic

EXEMPLO malo, & pessimo l. 1. ad SC. Maced. l. 33. ff. de re iud. & his uerbis: Briss.

EXEMPLO, & ad exemplum utilis actio significatur l. 13. §. si procurator. ff. de act. empt. l. 16. & l. penult. ff. de institor. aliàs nudam similitùdinem significant illa uerba l. 27. in fi. ff. de donat. l. 7. ff. de instit. l. 6. C. de inofficio. dona. Briss.

EXEMPLARIS substitutio, uide ℑ. Substitutio.

EXEMPTA actio dicitur quæ intendi posse desijt l. sed & si. §. actio. ff. ex quib. caus. maio.

EXEMPTILE dicitur quod eximi potest l. arg. §. pen. ff. de aur. & argent. leg.

EXEMPTIO est quędam libertas, qua exẽptus eripitur uel liberatur ab ordinarij iurisdic. gl. c. cum olim de priuil. Decius consſ. 113. & consſ. 152. Dominicus cap. si papa. de priuileg. 6.

EXEMPTIO apud Pontificios est ubi aliqua conuentualis ecclesia canonicorum secularium, uel regularium, monachorum, uel monialium immediatè subest Papæ. Prat.

EXEMPTIONVM genera duo sunt: uniuersalis, quę cum uniuersitate iuris ad Papam spectat, ita, ut nec metropolitano, uel diœcesano nihil iuris maneat in eadem. Particularis quæ pro parte certis casibus ab eorum iurisdictione eximit. uide c. cùm personæ. ubi interpretes. de priuileg. lib. 6. Prat.

EXEMPTVS dies, pro adempto, & denegato.

EX empto uerba aliquando pro contractu emptionis accipiuntur l. ædiles aiunt. ff. de ædil. edict. Quandoq; pro actione illa ciuili l. iustisimè. §. proponitur. ff. illo tit. Prat.

EX eo uino, quod in illo fundo nascetur, hæres meus amphoras decem quotannis in annos singulos dato, Iuriscos. elucidat. ff. de tut. & uin. Sp.

EXEQVI, pro ulcisci. Institu. in fin. de his qui sui uel alien. iur. sunt. Sic & à Plinio iuniore usurpatum est. Catanæus enim interpres, executos, id est, ultos exponit. Epist. 4. lib. 3. Spieg. Aliàs significat declarare. Cicero Varroni: Occultiora habeo, quæ uix uerbis exequi possum. Aliàs accipitur pro agere iudicati formula in factum, uel officio iudicis. l. intra. & lege fin. ff. de re iud. Vnde Zas. teste Olden. executionem rectè accipit pro actione iudicati, quam tertius possit impedire pro suo interesse, idq; mirabile reputat, ut paulo antè diximus. Aliàs deniq; exequi denotat perficere, ad finẽ perducere, vollziehen/vollenden. Hinc sunt executores publici iudicum ministri, quorum officiũ est, ut mandata & sententias ad effectum perducant. l. executorem. C. de execut. rei iud. Vbi Accursius tractat quasdã more suo, hoc est, admodum frigidè, huius uerbi significationes. Sp.

EXEQVI translatitiè, est transferre pœnam in leuiorem communemq; modum, qui ad illud delicti genus non multum pertineat. Vlpianus in l. prima. ff. de iur. patro. Sp.

EXEQVI mortem. Lege, Mortem exequi.

EXEQVIAE sunt funeris celebratio dũ corpus effertur, sicuti funus pompa exequiarum est, Bustũ postquam cadauer crematum est, quasi bene ustum Corras. lib. 1. Miscell. cap. 13.

EXEQVI, pro punire. Exequi sub titulo, est pertractare. Vlpian. in l. j. §. hoc edicto. ff. de postuland. Oldendorpius.

EXERCERE, est lucrum facere, ut in tit. ff. de exercit. actio. Et profecto in omni re, etiam literaria, nulla est ad lucrum commodior uia, quàm exercendi, & frequenter tractandi.

EXERCERE consilium, das gericht oder hoffgericht besetzen/beruffen/versamlen/ quod quia potestatis est, der überhand geburt/ mandata Iurisdictione non transit: & idcirco Vlp. de iurisdict. scribit eum qui iudicare iubet, magistratum esse oportere. Vide Consilium exercere. Sp.

EXERCERE feras, Triphonius l. usufructuarium. ff. de usufruct. Si uiuarijs, ait, inclusæ feræ in ea possessione custodiebantur, quádo ususfructus cœpit: non exercere eas fructuarius potest, non occidere. Spiegelius.

EXERCERE, uarias pro adiũcto uerbo recipit significationes. Dicimus enim

EXERCERE argentariam. Inde

EXERCITORES argentariæ mensæ l. 4. ff. de edend.

EXERCERE nauem l. j. §. fi. & l. 4. ff. de exercit.

EXERCERE pecunias l. 35. in fine. ff. de hæred. instit. Et

EXERCERE fœnus l. 49. ff. de admi. tut. Prat.

EXERCERE uectigalia l. 6. §. decur. ff. de decur. l. fin. ff. de ui public. Cic. pro lege Manil. Quo, ait, tandem animo existimatis, aut eos, qui uobis uectigalia pensitant, aut eos, qui exercent, atq; exigũt? Cauponam, stabulum l. 5. in fin. ff. de oblig. & act. l. 1. §. caupones.

pones.ff.naut.caup.stab. Feras, id est agitare l.62.§.1. ff.de usufruct. Possessiones l.12.ff.de instru. instrum. leg.& Varro lib.1.de re rustic.c.2. Prat.

EXERCERI etiam dicitur possessio, id est, coli fundus. quo sensu sumitur apud Verg.in lib.Georg.

EXERCERE figlinas, harenarias, & argentifodinas l.15.§.inde quæsitum. ff.de usufruc. Pistrinum. ff.de excus.tut. Litem, id est, persequi l.32.§. item si. ff.de arbit.l.4.C.de reb.cred. Inde

Fideiussor de EXERCENDA lite l.8.§.post litē. ff.de fideiuss. Sic

EXERCERE prouocationem l.2.§.ei quoq;. ff. de iudicijs. Causas adpellationis l.4.C.mand. Excusationis l.pen.ff.de excus.tut. Prat.

EXERCET cognitionem, qui eam persequitur l.j.ff.si liber.ingen.

EXERCERE, punire c.non omnis.5.q.5.

EXERCERE, petere l.ut uerborū. C.qui admit. uel aperire uiam petenti.

EXERCERE quæstionem, pro torquere, & tortura afficere.

EXERCITOREM dicimus eum, ad quem obuentiones & reditus nauis omnes perueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauim per auersionem, recepto in se omni lucro & damno, conduxerit, uel ad tempus, uel in perpetuū.l.j.§.exercitorem.ff.de exercit. Nec refert, qui exercet, masculus sit, an mulier, paterfamiliâs, an filiusfamiliâs, an seruus. Sed si pupillus nauem exercet, exigitur tutoris auctoritas. Prateius.

EXERCITOR ab institore in hoc tantū differt quod hic terrestri negociationi, ille maritimę prępositus sit.l.j.& l.institor.ff.de institoria.

EXERCITUS, Vlpianus: Exercitum dicimus, non unam cohortem, neq; unam alam, sed numeros multos militum &c.l.2.de his, qui not.infam. exercitus autem nomē ab exercitatione traxit.l.j.ff.de militari testamento.Sp.

EXERCITIO quæstionum publicarum l.j.ff. de offic.eius, cui mand.l.200.ff.de uerb.sig. Suet. in Iulio cap.11. Et

EXERCITIO iudicij l.15.ff.ut legati seu fideicommissi nomine caueatur.Prat.

EXERO, id est, emitto, ita accipitur in l.fi.C.qui admit. Ioan.Bello. Etymol.

EX facili, pro facilè.

EX facto cōsultus, apud Vlp.in l.3.§.j.ff.de mino.

EXHAUSTA pars in l.6.§.si patronus.ff.si quis omissa causa testamenti, & in tit.ad legem Falc.ff.dicitur, quæ legatis absumpta est. Briss.

EXHEDRA, ἐξέδρα, propriè conclaue, in quo sellæ positæ sunt complures colloquendi causa. Vlpia. l.5.§.2.ff.de his qui deiec.uel effud. Oportebit Prætorem æquitate motum in eum potius dare actionem, ex cuius cubiculo uel exhedra deiectum est: licet plures in eodem cœnaculo habitent. Cicero lib. 5.de Finibus, & in orat.de prouin.Cons.pro conclaui ubi philosophi sedentes disputarent, usurpat.in libro de orat.3. Crassum lectulo in exhedra positum dormientem facit. Hotom.

EXHAEREDARE propriè est, eum qui ipso iure hæres designatus erat, ab hæreditate remouere. Itaq; uerbū hoc in suis tantùm hæredib. usurpatur: in extraneis, res inepta est: inquit Paul.in l.quidam, 132.ff.de uerb.oblig. Animaduerti tamen impropriè & abusiuè uerbum hoc etiam ad eos transferri qui præteriti sunt: non tantùm filios, uerumetiam agnatos: in eo loco lib.1.de orat. quem olim aliorum quorundam auctoritate adductus, corruptum arbitrabar. Res delata est ad Centumuiros, cùm miles domum reuenisset, egissetq; lege in hæreditatē paternā testamento exhæres filius: id est, præteritus. Sic in Philip.orat.2. fratrem ad quem, utpote proximum agnatum hæreditas pertinebat, exhæredatum legimus, pro silentio prætermissum: & eo silentio quasi exclusum ac deiectum de spe certa & explorata quā habebat. Igitur, inquit, fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. Sic Cornificius lib. ad Herennium 4. Hæreditas aliqua obuenit? non potest dici: sed etiā à necessarijs omnibus exhęredatus est. Sic in Cluentiana: P. Ælij testamento propinquus exhæredatus cùm esset, hæres hic alienior institutus est. Hot.

EXHAEREDATIO. Qui filiū in potestate habet, curare debet, ut eum hæredem instituat, uel exhæredem eum nominatim faciat, alioquin, si eum silentio præterierit, inutiliter testabitur, adeo quidē, ut si uiuo patre filius mortuus sit, nemo hæres ex eo testamento existere possit: quia scilicet ab initio nō constiterit testamentum.§.j.de exhær.liber. Instit.2. l.tutor cætera.de liber. & posthumis. ff. Filij autem exhæredatio ut ualeat, multa requiruntur. Primò enim, nominatim fieri exhæredatio debet. d.§.j. quid autem sit exhæredare nominatim, ex Vlpiano in l.j. & in l.2.& in l.3. de liber. & posthum. ff. uidere licebit. Secundò, purè exhæredatio fieri debet.d.l.3.§. purè. Tertiò, à toto gradu, non à certa hæredum persona exhæredatio fieri debet. d.l.3.§.filius. Quartò, exhæredatio ab uniuersa hęreditate, non à certa parte hæreditatis, uel à fundo hæreditario, uel alia re singulari fieri debet.l.cùm quidam.de liber. & posthum.ff. Ex eo, quod in principio diximus, apparet, matri necesse non esse, ut filios, quos nō uult sibi hæredes esse, exhæredet, ea enim filios in potestate nō habet: itaque regulariter, matris præteritio pro exhæredatione.§.fin.de exhær.liber. Instit. 2. apparet, & patrem posse filium emancipatum, cum è manu eius exierit, prætereundo, uel inter cæteros exhæredare.§.emancipatos. Instit.eod. Cæterùm, & quod diximus, patrem debere filiū, quem in potestate habet, aut hæredem instituere, aut nominatim exhæredare, uerum est in masculis, filias enim, etiam quas in potestate habebat, exhæredare nominatim nō tenebatur pater.§.j.Instit.eod. l.maximum uitium.de liber.præter.C. Et hæc quidem olim. Hodie uerò, parentes tenentur liberos, siue masculos, siue fœminas, siue eos in potestate habeant, siue emancipati sint, aut hæredes instituere, aut nominatim exhęredare.§.sed hæc quidem.de exhær.lib.Instit.2.d.l.maximum uitium.de liber.pręter.C. Sed & parentibus non aliàs licet, liberos in testamēto suo silentio pręterire, aut exhæredes facere, nisi fortè ingrati comprobentur, & eas ingratitudinis causas parentes nominatim in suo descripserint testamento. quas plenissime ex Imperatore, in §.aliud quoq; capitulum. ut cum de appell.cognosc. in Auth. col.9. uidere licebit. Illud autem non omittendum, exhæredationem, non adita hæreditate ex testamento, nullius esse momenti.l.penult.§.sed cum.de bonor.poss.cont. tab.ff. Anchora.

EXHAEREDATIO, legis implet uoluntatem: Præteritio secus. Illa solidat testamentum: ista infirmat: Illa lege permittitur. ista prohibetur. Salom. in l.Gallus.ff.de liber.& posthu.Sp.

EXHAEREDATUS, hæreditate ritè priuatus. Non enim quæuis exhæredatio summouet filium à cōtra tabulas possessione, sed quę ritè facta. ut apud

 Vlpia.

Vlpianum de bon. possess. Vnde filijs querela sæpe est de inoff. testa. Prat.

EXHAEREDATIONIS formula duplex est, aut nominatim, aut inter cæteros, Instit. de exhære. libe. & ff. de libe. & posthu.

EXHAEREDARE inter cæteros, id est generaliter, & ut ait Theoph. ἰσχυρῶς Balduin. tit. de exhæred.

EXHAEREDATIO aût quædam notæ & iniuriæ causa fit, quædam non notæ, sed bono consilio l. 18. ff. de lib. & posth. l. 12. §. si quis. & l. 47. ff. de bo. lib. Inde

EXHAEREDATIONIS nota l. penulti. ff. de bon. poss. cont. tab. Prat.

EXHAEREDATVS filius uidetur, nō tantùm si ita dixerit pater, Filius exheres esto, sed & si ita: Ille filius meus alienus meæ substantiæ esto. l. 3. C. de lib. præter. Quinetiam à matre, militéue præteriti pro exhæredatis habentur l. 47. §. fin. ff. de bon. lib. Prat.

EXHIBERE, est facere in publico apud magistratum potestatem uidendæ & apprehēdendæ rei, ut actor copiam eius habens, possit exequi actione, quā destinauit. l. 2. ff. ad exhib. & Caius in l. plus est. ff. de uerb. sig. Exhibere, inquit, est præsentiam corporis præbere. Vsus autem exhibitionis latissimè patet. Et propriè ad res mobiles pertinet, Zu zeygen fahrende hab. Transfertur tamen & ad res incorporales: ut, exhibere negotium, hoc est, molestiam. Exhibere amicitiam: Exhibere doctrinam. Adde Brechæum l. plus est. in tit. de uerborum & rerum sign. Oldendorpius.

EXHIBERE minus est quàm Restituere, inquit Gaius. Nam Exhibere est præsentiam corporis præbere: Restituere, est etiam possessorem facere, fructusq; reddere. pleraq; præterea restitutionis uerbo continentur. l. 22. ff. de uerb. sig. Hot.

EXHIBERE ait Vlpianus, est in eadē causa præstare, in qua fuit cum iudicium acciperetur ut quis copiam rei habens, possit actionem exequi, quā destinauit: in nulla causa quam intendit læsa, quamuis non de restituendo sed ad exhibendum agatur. Proinde si post litem contestatam usucaptum exhibeat, nō uidetur exhibuisse, cum petitor intentionē suam perdiderit &c. Balduin. tit. de offic. iud.

EXHIBET, inquit Labeo, qui præstat eius de quo agitur præsentiam. nam etiam qui sistit, præstat eius de quo agitur præsentiam, nec tamen eum exhibet. & qui mutum, aut furiosum, aut infantem exhibet, non potest uideri eius præstare præsentiam: nemo enim ex eo genere præsens satis aptè appellari potest. l. 246. ff. de uerb. sig. Hot.

EXHIBERE in interdicto de lib. hom. exhib. est, ut ait Vlpia. in publicum producere, & uidendi tangendiq; hominis facultatem præbere. propriè autē exhibere est extra secretū habere. l. 3. §. 7. ff. de hom. lib. exhib. Hotom.

EXHIBERE in tractatu de tabulis exhibendis, hoc est, inquit Vlpian. materiæ ipsius apprehendendæ copiam facere. l. 3. §. 5. ff. de tab. exhib. Hot.

EXHIBERE actionem, mandare actionem, cedere actionem alicui. l. qui iniurię. §. qui alienis. ff. de furt. Dicimus etiam cedere actioni, transferre actionem ad aliquem. Caius in l. quod sæpe arra. §. si res uendita. ff. de contrahen. empt. Spieg. Vide Cuiac. obseruat. x. cap. 14.

EXHIBERE rem dicitur, qui in præsentiam affert. Alciat. de uerbo. signific. Restituere uerò generalius uerbum est, quod etiam ad fructus refertur. Ibidem. Sed & usus exhibitionis, latissimè patet, ut ostendit in de action. ad exhiben. Old. & propriè ad res mobiles pertinet. Transfertur tamē & ad res incorporales, ut exhibere negotium, hoc est, molestiā: exhibere amicitiam, exhibere doctrinam. Sp.

EXHIBERI, pro per gratiam relaxari, in l. ad bestias. ff. de pœnis. nec rectè interpretari, nec inde colligi posse alleuationem pœnæ, ostendit Alc. cap. 28. Secundi Parerg. Sp.

EXHIBERE, aliàs est educare, alere, nutrire. l. 34. ff. de neg. gest. l. 1. §. 1. ff. de off. præf. urb. l. 5. in princip. & §. si quis à liberto. ff. de lib. adgn. l. 5. ff. de naut. fœn. l. 11. ff. de exhib. l. 1. §. si pupillis. ff. de tutel. & rat. l. 10. §. si domum. l. pen. & l. ultim. ff. de in rem uerso. l. 42. §. usura. ff. solut. matrim. l. 10. in fin. ff. de alim. leg. l. 17. ff. de doli except. Inde Exhibitio pro alimentis in l. xxvj. §. ulti. ff. quando dies leg. ced. l. 1. §. non autem. ff. de exercit. l. ult. §. si inter. ff. manda. l. penulti. ff. de acquir. hæred. l. xviij. §. item cùm fundus. ff. de instru. uel instru. l. 69. §. in domum. ff. de iur. dot. Plenius Exhibere cibum & potum in l. 1. §. 1. ff. de muneribus. Vtitur & hoc uerbo in hanc sententiam Tertull. in lib. de Idolola. Briss. Vide & Duarenū. l. in insulam. §. usuras. ff. sol. matrim. & uide plura de huius uerbi significatione, & exemplis apud P. Rebuffum in l. xxij. ff. de uerb. & rer. sig.

EXHIBITIO, pro degustatione, apud Vlp. in l. 3. de opt. uel elect. legat.

EXHIBITIONIS necessitate teneri, apud Impp. in l. exhibitionis. C. ad exhib.

EXHIBITIONIS, & deductionis onus l. 3. & l. 5. C. de aduoc. diuer. iud. Forte exhibendarum angariarum munus significatur l. unica. C. sumptus iniunct. muneris ad om. colleg. pertinere.

EXHIBITORIA interdicta, quib. liber homo, qui ab alio inuitus detinetur exhiberi cogitur. l. j. ff. de lib. hom. exhib. Exhibere aût ibi est in publico copiam facere. l. 3. ff. de lib. hom. exhib.

EXIGI dicuntur debitores, cùm ab his pecunia petitur. l. 15. l. 25. ff. de liber. leg. l. 16. C. ad leg. Falcid. tit. quando fiscus debit. l. 44. in fin. ff. solu. mat. Briss. Verbum porrò Exactæ pecuniæ non solùm ad solutionem referendum, uerumetiam ad delegationem Vlpian. libro xxxij. ad edict. scripsit. l. 187. ff. de uerb. signific. Briss.

EXIGI etiam mancipia quis dicitur in l. 5. C. de seru. fugit. eadem forma qua exigi portorium apud Gell. lib. xv. cap. 14. Briss.

EXACTORES in l. 2. & 3. de conuenien. fis. debit. lib. x. & l. j. de his qui ex pub. rat. eod. dicebātur, quibus exigenda fiscalia nomina mandata erāt, quī ad tributorum, & fiscalium debitorum exactionem destinati erant. Quo in significato sæpius hoc uerbum reperitur apud Saluian. Massil. in libr. de uero Dei iudicio. Δημοσίους πράκτορας ἤτοι ἀπαιτητὰς Iustin. appellat in Nouell. 17. Briss.

EXIGO, desidero, ut des, fideicommissum ualet: sed & ita, uolo hæreditatē meam Titij esse: scio hæreditatē meā restiturū te Titio. Neratius autor. Sp.

EXIGERE, uariè accipi, monuit Alciat. propriè tamen exegisse dicitur, qui id recepit, quod instituta actione petebat: unde exigere ab inuito accipitur. Spieg. Vide Rebuff. ad l. uerbum exactæ. ff. de uerb. & rer. signific.

EXIGERE, ab ex & ago, pro eijcere, expellere, außtreiben. l. 2. §. quod ad magistratus. ff. de orig. iur. Aliàs debitum petere. ut, exigere pecuniam. Et exactores, qui exigunt. C. de exactor. tribut. Old.

EXIGVA res. Vide, Res exigua.

EXI-

EXIGVA summa, pro modica. l. final. ff. de præt. stipul.

EXIGVIOR ES nummi, apud Vlpia. in l. nummis. de leg. 3. & exiguius legatum, in fin. l. si ita sit ad scriptum. de leg. j. sicut exiguissima legata, dixit Plinius secundus. Sp.

EXILIVM, ab ex & solum fictum esse uerbum, Festus, Nonius & Seruius significant his uerbis: Solum significat locum. hinc exules dicuntur, solo patriæ suæ pulsi. Item, Exules dicuntur extra solum. Item, Exul, quasi trans solum missus, aut extra solum uagus. Item, Exulat, id est extra solum suum habitat. Quicunq; ergo siue sua sponte, siue pœnæ, ignominiæúe causa extra solum suum habitant, Exules dicuntur. quorum tamen tria genera reperio. nam alij Interdicti, alij Relegati, alij Deportati nominantur: quod illa inscriptio declarat in lib. Pandect. 48. De interdictis, relegatis & deportatis. Interdicti dicuntur, quibus interdictum est certi loci aditu commercioq;. ueluti si quis Roma abesse iubeatur à consule: ut L. Lamia eques Rom. quem (ut scribit Cicero in Orat. pro Sextio) P. Gabinius consul iusserat ab urbe abesse millia passuum ducenta. Item si cui à præside prouinciæ, ueluti Siciliæ, aditu suæ prouinciæ interdicatur. Cuius rei exempla suppeditant in l. 7. §. 4. 5. & 6. ff. eod. Relegatorum autem duo genera sunt. alij namq; propriè Relegati dicuntur, cùm in locum aliquem ab hominibus amicis, & notis remotum amandantur: ut Ouid. qui in Pontum abire iussus est: qua de causa ita scribit,

Arua relegatum iussisti uisere Ponti.

Cicer. lib. de offic. 3. Criminabatur etiam quòd Titũ filium qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegasset, & ruri habitare iussisset. Alij uerò impropriè relegati dicuntur, qui non modò non amandantur alio, sed certum in locum quodammodo includuntur: & quasi circumscribuntur. ut cùm præses damnat aliquem ne domo sua prodeat: in l. ult. ff. eo. qđ fecisse Verres dicitur à Cicerone, Verrina 4. qui iudicem illum qui secundum Heracliũ iudicarat, in senatu esse, locisq; & commodis publicis uti uetuit. Item cùm quis patria excedere uetatur, iubetúrue certis in uicis morari: qua de re loquitur Vlp. in l. 7. §. solet. eo. eaq; est, meo iudicio, q̃ Martianus latam fugam appellat in l. 5. eo. Vbi ait latam fugam esse cum omnibus locis interdicitur præter certum locum. Nam latam fugam Græcus homo dixit, non facultatem liberè ubiq; uagandi, uno loco excepto, significans: sed φυγὴν potius demonstrãs, id est, exilium ab omnibus locis pręterquam ab uno: quasi dicas, hominem ab omnibus locis pręterquam ab uno aliquo fugatum. sic enim Græcè nonnunquam nostri loquuntur, ut notauimus in l. j. ff. de sponsal. Sponsalia esse mentionem, pro μνηστείαν. Apparet igitur neq; corruptum illum esse locum, ut Budæus & alij existimant, & hanc latam fugam ex aduerso respondere Interdictioni. siquidẽ Interdictio dicitur, quum quis certi loci aditu, lata fuga uerò cùm certi loci exitu prohibitus est. quod paucis hisce annis apud Allobroges usurpari uidi, cum decreto Senatus pistor quidã urbe sua exire per uniuersum uitæ suæ tempus est prohibitus. quam multam Exilij nomine rectè à Iurisconsultis appellari, locus quem ex orat. Cicer. pro Sextio subijciam, ostendit: Idemq; tu, cum his atq; huiusmodi consilijs, ac facinoribus nomine C. Cæsaris clementissimi, atq; optimi uiri, scelere uerò atq; audacia tua M. Bibulũ foro, curia, templis, locis publicis omnibus expulisses, inclusum domi contineres: cumq; non maiestate imperij, nõ iure legum, sed ianuæ præsidio, & parietum custodijs consulis uita tegeretur, miserísne uiatorẽ, qui M. Bibulum domo ui extraheret, ut id quod in priuatis semper est seruatum, id te Tribuno pleb Consuli domus exilium esse non posset. Deportati porrò dicebantur, qui ciuitate sua multati, uincti (ut uerisimile est) neruo, aut compedibus, in nauim aliquam imponebantur, seruisq; publicis ut eum in insulã transferrent, tradebantur: idq; atrocissimum exilij genus erat, quod (ut modò dixi) ius omne ciuitatis & agnationis adimebat. l. 6. ff. eo. l. 4. ff. de gradib. l. sunt quidam, 17. ff. de pœn. & l j. ff. de hæred. inst. Itaq; neque capere quicquam ex testamento ciuis R. deportati poterant, neq; ius ullum in sua pristina ciuitate retinebant. l. eius qui, 8. ff. de testa. l. si pater, 9. C. de sent. pass. Deniq; mortuorum loco habebãtur. §. cum autem. Quib. mod. ius pat. l. Gallus. ff. de lib. & posthu. Hinc illud Iulij Cæsaris edictum apud Suetonium: Desinant, inquit, ultrà quærere, mihiq;, qui compertum habeo, credant: aut quidẽ uetustissima naui impositos quocũq; uento in quascunq; terras iubebo auehi. Sic Terent. in Phormione, Tantàne affectum hominem quenquam esse audacia? Nonne hoc publicitùs scelus hinc deportarier in solas terras? id est, in solitudinem, ut ait Donatus. Triplex igitur inter Deportationem & Relegationẽ differentia. Deportati ciuitatem amittunt. d. l. 6. de interdict. Relegati uerò retinent. l. 7. §. 1. eo. ubi Vlp. ait, siue ad tempus, siue in perpetuum quis fuerit relegatus, & ciuitatem Romanam retinet, & testamenti factionẽ non amittit: quod idem traditur in d. l. 8. de testam. & l. 4. De interd. ubi Vlp. ait, relegatum in potestate sua liberos retinere: quia & alia iura sua omnia retinet. Altera differentia est, quòd Deportati perpetuo exilio damnantur: Relegati uerò, sępe ad tempus, d. l. 7. §. j. de interdict. Tertia, quòd deportati, ut uerbi uis declarat, seruis publicis traduntur uincti, ut eos in nauim impositos in solas terras transferãt: ut loquitur Terent. Relegati uerò exire iubentur his uerbis, Illum prouincia illa, insulisq; eis relego, excedereque debebit intra illum diem. d. l. 7. §. his qui, eod. Atque hæc quidẽ ita propriè ac subtiliter disputantur. Verùm intelligendum est, pinguius plerunq; nos istis uti uerbis, ut qui interdicti propriè sunt, relegati dicantur. Itaq; Gallus Ælius Relegatos apud Festum ita definit, quibus ignominiæ, aut pœnæ causa necesse est ab urbe Roma, aliòue quo loco abesse, lege, senatúsue consulto, aut edicto magistratuum. Sic Vlp. in d. l. 7. §. his qui, scribit eis qui relegantur, ita magistratus fari solitos, Te illa prouincia exire iubeo. Sic de L. Lamia Cicero loquens in ea pro Sextio, Eum, inquit, in cõcione relegauit, edixitq; ut ab urbe abesset millia passuum ducenta. Maximè uerò uerbum exilij confunditur atq; permiscetur. Cum enim generale sit (ut suprà diximus) tamẽ ad deportationis speciẽ plerunq; & quasi propriè reuocatur, & à Relegatione remouetur. ut in l. 2. ff. de pœn. Capitalia, inquit, iudicia sunt, in quibus pœna mors, aut exiliũ est: hoc est, aquæ & ignis interdictio. per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. nam cætera, non exilia, sed relegationes propriè dicuntur: tunc enim ciuitas retinetur. In eandẽ sententiã Oui. lib. Trist. 2.

Adde quòd edictum quamuis immite minaxq;,
Attamen in pœnæ nomine lene fuit.
Quippe relegatus, non exul, dicor in illo
Parcaq; fortunæ sunt ibi uerba meæ. Item,
Nec mea concessa est alijs fortuna, nec exul

Tu dicti uerbis nominor ipse tui.
Vita relegatum iussisti uiuere Ponti,
Et Scythicum profuga findere puppe fretum.

Item Trist. 5.

Ipse relegati, non exulis utitur in me
Nomine: tuta suo iudice caussa mea est.

Nomen igitur exilij, quod generale est, pleruñq; ad speciem Deportationis ita contrahitur, ut de ea sola intelligatur. Martianus autem in d.l.5. de interdict. ad solam interdictionem & relegationem cõtraxit. Vbi cum dixisset, exilium esse triplex, tamen duplex duntaxat ponit: speciemque pro genere constituit. quemadmodum ex ijs quæ superius dicta sunt, facile intellectu est. Atq; hæc quidem de exilio: cuius in Pandectis mentio fit, satis multa. nunc illud scire oportet, stante Repub. dissimilimam fuisse rationem exilij, quàm postremis temporibus fuerit. Nam (ut Cic. scribit in orat. pro Cecin.) exilium non supplicium erat, sed perfugiũ, portusq; supplicij: nam qui uolebant pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, solum uertebant: hoc est sedem ac locum mutabant. Itaq; nulla, inquit, in lege nostra reperietur, ut apud cæteras ciuitates, maleficium ullum exilio esse multatũ. sed cum homines uincula ignominiásque uitant, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad aram, in exilium: qui si in ciuitate legis uim subire uellent, non prius ciuitatem quàm uitã amitterent, quia nolunt, non adimitur his ciuitas, sed ab his relinquitur atq; deponitur. Sic Cæsar in oratione de coniuratis apud Sallustium, Eodem illo tempore maiores nostri Græciæ morem imitati, uerberibus animaduertebant in ciues: de condemnatis summum supplicium sumebant. Post autẽ lex Porcia, aliæq; leges paratæ sunt, quibus legibus exilium damnatis permissum est. Et paulo superius, An quia lex Porcia, ac aliæ item leges condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exiliũ permitti iubent? Et Polyb. in eandem sententiã, lib. 6. itemq; Cic. in orat. p domo sua. Scire aũt illud oportet, moris tum fuisse, ut quibus ciuitas lege adimeretur, ijs non exiliũ nominatim irrogaretur, sed aqua & igni interdiceretur: quod in Commentarijs orationis, pro Cecinna iam pridem docuimus: & superius sub uerbo, Aqua & igni, ut dubitare nemo possit, quin cùm exilio damnatum aliquem per id tempus legimus, de aquæ & ignis interdictione intelligendum id sit. Sed quæri uideo de C. Verre, de Fabricio & alijs, qui cum rei lege aliqua publicorum iudiciorum facti essent, seseq; damnatum iri uiderent, sua sponte ciuitatem relinquebant, utrúmne exilium illud appellandum sit: & si exilium esset, utrum legitimum, an uoluntarium? Respondemus autem nostra quidem sentẽtia, uerissimum istud exilium fuisse, nec uoluntarium appellandum, sed & legitimum, & coactum, & necessariũ. legitimum, quia leges quibus erant rei facti, ciuitatẽ ijs adimebant. itaque absentes condemnabantur: ut in Verrinam 2. iampridem docuimus. Coactum autem ac necessarium, quia non sponte ac libenter discedebant, sed quoniã fore uidebant, ut paucis pòst diebus damnati ciuitatẽ relinquere cogerentur. Malebant igitur absentes, quàm presentes eam infamiã subire. Hotom. Vide Francis. Duaren. lib. 1. anniuers. disput. cap. 37. Ioannem Robertum Aureliũ sentent. lib. 4. cap. xj. Adde Peckium l. 4. §. diuus. num. 7. ff. de incen. ruin. naufrag.

Ex illo dolio amphoras decem, & si non decem, sed pauciores inueniri possunt: non extinguitur legatum, sed hoc tantum modo accipit quod inuenitur, ait Paul. in l. si quis seruum. de leg. 2. Spieg.

Ex iure manu consertum uocari, prisci Iurecons. dicebant aliquem, cui lis intendebatur. Metaphora sumpta à bellis, in quibus manus conserere dicuntur, qui cominus confligunt. Autor Varro lib. de lingua Latina 2. Spieg.

Eximere diem, est prolongare. ut, Cato diem dicendo eximebat, id est, prælonga oratione, censendi tempus consumebat de industria. Sic eximere actionem dixit Vlpia. cum per dilationem effectum est, ut iam agi lege non posset. Vide suprà, Actio exempta.

Eximere & Eripere in tractatu Ne quis in ius uocatum ui eximat, hoc differunt, quòd Eripere est de manibus auferre per raptum: Eximere, quoquo modo auferre. l. quarta. ff. ne quis eum qui in ius. Hotomannus.

Eximere noxæ, est criminis admissi gratiam facere, hoc est, ut scribit Budæus remissionem dare. Brecheus l. aliud est fraus. §. inter mulctam. ff. de uerborum & rerum signific.

Eximi de reis dicitur, cuius nomen cùm ipse in reos relatus esset, deletum est. l. hi tamen, 11. in fin. ff. de accusat. l. si interueniente, xij. ff. ad Senatuscons. Turpillia. ubi Vlpianus abolitione interueniente de reis eximi aliquem scribit. Cicero etiam Verrina IIII. significat accusatore absente id fieri: Quo tempore, inquit, omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam caussam, ne tu ex reis eximerere, si ego ad diem non affuissem. Et Pedianus in Cornelian. Postero die cùm P. Cassius assedisset, & citati accusatores non adessent, exemptum nomẽ est de reis Cornelij. Hot.

Eximius Imperator. Martian. in Authent. de Consul. §. j.

Exinanire, ab ex & inanire, eleganter accipitur, pro attenuare, seu minoris efficere. Prat.

Exinanire legatis, donationibus hoc est, euacuare, attenuare, & ad nihilum patrimoniũ redigere, l. j. & 3. C. de inoffic. donat. Sp.

Exinanitio, euacuatio ca. ad apostolicam. de re iud. lib. 6. ubi Archid. Prat.

Ex integro agere, idem quod de integro significat.

Exire de potestate parentum, à Iurecons. dicitur emancipare: à qua sermonis formula exisse è potestate dicuntur, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia. Lege Tullium libro Tusculan. quæst. iij. Spiegelius.

Exisse è potestate dicebãtur, qui à mente excidissent, & qui spreta ratione, cupiditatum arbitrio, præcipites ferebantur. Formula sermonis detorta uidetur, ut ait Erasmus, à Iureconsultis: apud quos filij ex iustis nuptijs procreati, dicuntur esse in potestate parentum: nisi emancipentur, aut nisi pater moriatur. Rursus emancipati dicuntur exisse de potestate parentum. Sp.

Existere, propriè ab existendo dicitur: Sistitur autem, quod firmum & immutabile. Cicero de offic. lib. 2. Vt tyranni existerent, & optimates opprimerentur. Hinc

Existere conditio, propriè dicitur, quando mora amplius dilui non potest. Ex capit. ix. libro iij. Parerg. Alciat.

Existere, operari est, & efficere: qui est signatus modus loquendi elegantiæ Iurisconsultorũ dignus, monuit Zasius in Gloss. nouis. ad l. in ratione. ff. ad leg. Falcid. Sp.

EXISTERE dies, cõditio dicitur noto sensu. Existere etiã heredes, id est, apparere. Quod uerbũ de suis propriè usurpatur, qui emergunt, apparentque sui, & nascuntur, nõ fiunt heredes. l. 14. ff. de suis & legit. l. 11. ff. de lib. & post Adde l. Si pater filium. ff. de uulg. & pupill. ubi Goueanus annotauit Existere propriũ uerbũ eorũ esse, qui sine ullo facto, mortuis parentibus, statim hęredes fiunt. Extranei uerò existere heredes dicuntur, cum hereditatem adiere: Cuius rei crebriora in libris nostris sunt, quã ut adscribi debeant, exempla. Bris.

EXISTIMATIO, est dignitatis illęsæ status, legibus ac moribꝰ cõprobatus: quæ ex delicto nostro autoritate Legũ, aut minuitur, aut consumitur. Autor Callistr. l. cognitionũ. de Extraor. cog. Sp.

EXISTIMATIO aliàs pro fama accipitur: quia scilicet fama ex uulgi iudicio & existimatione nascitur. l. Testium. ff. de testibus.

EXISTIMATIO est aliàs arbitratus & iudicium. Nã existimatio ab æstimatione proficiscitur. Cũ rebus ęstimatis, hoc est, perpẽsis & excussis, postea iudicamus & arbitramur.

EXISTIMATIONEM conseruare. Vlpi. in l. quid ergo. ff. de his qui not. infam. Pœna grauior ultra legẽ imposita, existimationem conseruat, &c. Sp.

EXISTIMATIONIS caussa, (sic enim legi debet in l. si in duab. 104. ff. de diuers. reg. iur. non ut in uulgaribus æstimationis) quæ ad fam am pertinet, quæue infamiæ notam inurit P. Decio, & Pet. Fabro interpretibus.

EXISTIMATIONEM lædere, & notare l. 2. ff. de ijs qui notan. infa. & alibi conseruare l. 13. §. praetor. ff. de ijs, qui no. infa. purgare. l. 1. ff. de iniur. Prat.

EXISTIMATIONE integra, & illæsa. l. 25. de procur. ff. Quod H. Modestino dicitur *μείζονος ἀτιμίας* l. 21. ff. de tutor. dat. Prat.

EX Legibus uerbum, quomodo intelligendũ, Alciatus explicat in l. nominis rei. de Verb. sig. Et re uera si unquã peccatũ est in hoc, nunc peccatur maximè non à Iurisperitis tantũ, sed à principibus, magistratibus, regibus, pontificibus, sacrificis, theologis quoq;. Proinde nulli non, ut uulgò dicitur, facultati, crebrius inculcanda est ea sententia, quæ habetur C. de Legibus Nulli dubiũ, in legẽ committere eũ, qui uerba legis amplexus, contra legis nititur uoluntatem. Spiegel. Adde Forcat. Necyomantiæ dial. 64. numer. 4.

EX more, pro, secundum consuetudinem.

EX natis gregem supplere, id est, in locum capitũ defunctorum uel inutilium alia submittere, ut dicũt Vlpianus & Pomponius. l. uetus. & seq. ff. de Vsufructu. Spiegelius.

EX nobis Descendẽtes dicũtur: ut Nos, ex Ascẽdentibus. Aut. de Hær. & Falc. §. primũ utiq;. Alber.

EX nunc uerbum & includit, & excludit ca. frequens. de restit. spol. in 6. Si hæc uerba adponantur in sententia excommunicationis, non est necesse adijcere, prout ex tunc Clem. 1. de sepult. nam trahitur ad diem conditionis. Innoc. c. pręterea. de adpellat. Prat.

EX nũc prout Ex tũc & Ex tũc prout ex nũc, frequẽs Pragmaticis formula, quã significatur extremitatẽ tẽporis trahi ad initiũ, & finẽ trahi ad extremitatem. Accursio l. 1. C. de edendo. Bartol. l. ita stipulatus. *La grande*. de uerb. oblig. Bar. l. de pupillo. §. si plurium. ff. de no. op. nuntiat. Sp.

EX non scripto, sine libello interpretatur Albericus in §. si tibi studium. de mãdat. princip. in authẽt. Aliter sumitur in §. ex non scripto. Institut. de iure natu. genti. & ciuili. Prat.

EX officio ad artificiũ transire, declaratur à Martian. de Leg. iij. legatis seruis. Sp.

EXOLERE, ꝓ deficere, ac uetustate quadã euanescere, familiare uerbũ Iureconsul. l. 2. §. Exactis ff. de orig. iuris. ubi Oldendorp.

EXORBITANTIA, Zas. interpretatur, quę sunt extra limitanea, quæ sunt irregularia, quę sunt enormata, & propemodũ absurda. De his ualde notabilis doctrina, per Ang. iactatur in l. quique. §. parentes. ff. de In ius uoc. Quod quantũcunq; sint exorbitantia aliqua, tamẽ propter honestatis rationẽ fit extensio etiã ad casum impropriũ. Sanè egregia limitatio ad id, quod per manus traditur, in exorbitantibꝰ non fieri extensionem. Spieg.

EXORCIZARE uerbum esse uulgi Vlpian. in l. 1. ff. de uar. & extraordin. scribit. A quo Exorcistæ. Iul. Firmic. lib. iij. Mathes. cap. ix. Faciet Exorcistas, & qui laborantes dęmonum incursione homines aptis remedijs liberent. Augustin. in lib. de Beata uita de spiritu immundo agens, uel ille, ait, qui extrinsecus inuadit acumen sensusq; cõturbat, & quẽdam hominibus infert furorem: Cui excludendo qui pręsunt, manum imponere uel Exorcizare dicũtur, hoc est, per diuina eum adiurando expellere. Cui muneri in ecclesia qui præerant, Exorcistæ uocabantur. l. 6. C. de episc. & cler. l. 121. de decurionib in C. Th. Isidor. lib. viij. Etymolog. cap. xij. Exorcistæ ex Græco in Latinum adiurantes uocantur. Inuocant enim super catechumenos uel super eos, qui habent spiritũ immundum, nomen domini Iesu adiurantes, per eũ ut egrediatur ab eis. Bris.

EXORCISARE. Vlpianus l. 1. ff. de extraord. cognit. Non tamen si incantauit, si imprecatus est, si, ut uulgari uerbo impostorum utar, exorcisauit. non sunt ista medicinæ genera, tametsi sint qui hos sibi profuisse cum prædicatione affirmẽt. hæc ille. *ἐξορκίζειν* est abiurare, & execrari. Talium imprecationum quibus morbi expelli credebãtur, meminit Plinius lib. 28. cap. 2. Lucas etiã in Actionibus Apostol. cap. 19. de præstigiatoribus quibusdam cõmemorat, qui se dæmonas posse pronunciato Christi nomine profligare profitebãtur: quos *ἐξορκιστὰς* appellat. Mentio fit in l. 6. C. de epis. & cler. Hot.

EX ordine, uice aduerbij fungitur.

EX parte, idem quod partim significat, & uice aduerbij ponitur. Canonistæ aliter, & ut pleraque alia, barbarè usurpant.

EXPATRITIVS, qui patritiatum deposuit. Zeno l. 3. C. de senat. uel patrit. Quoties uiro fortè patritio, uel expatritio, uel ei quẽ Prętorianę, & cet. Hot.

EXPECTARE mortem patris significat etiam ualde auidè expectare ut est apud Fabium lib. 9. ca. 3. & notum est illud è poeta. Filius ante diẽ patrios inquirit in annos. Balduinus de hære. quali. & diffe.

EXPEDIRE, pro absoluere. Caius de Iureiur. Maximũ remediũ expediẽdarum litium in usum uenit iurisiurãdi religio. in tertijs personis hoc est, impersonaliter, pro utile est, usurpa͂r Instit. de his qui sunt sui uel alien. iur. §. sed & maior. Expedit reip. ne quis re sua malè utatur.

EXPEDIRE propriè est pedem retentũ liberare, quod impeditus is dicatur qui pedes habet ita alligatos, ut progredi nequeat, hinc ad multa alia transfertur, ut expedire negotia: & expeditũ q̃cquid prõptum est & paratũ. Connanus lib. 9. cap. 5. nu. 9.

EXPEDIENDA de plano sunt quæ proconsul

habet.l.nec quicquã.de offic.procons. Quam expeditionẽ,qui eandẽ cũ summaria cognitione faciunt, res diuersas cõfundunt, nec acute satis distinguunt quæ secerni debent. Id enim pro constanti & certo habeo, Esse ubi & summatim de caussa cognosci posſit, cũ tamen de plano res expediri nequeat. Et quid est ergo, de plano expedire? Nẽpe iudice pro Tribunali more maiorũ ad ius dicendũ non sedẽte: Ex eo significatione sumpta, quod Planũ pro terra, seu solo nõnunquã dici soleat. ut apud Ouidiũ Nasonem: Qui cadit in plano, sic cadit, ut tacta surgere posſit humo? Apud Domitium Vlpianũ.l.sed etsi.§.1.de inst. Proscribere palã sic accipim9 claris literis, ut de plano rectè legi posſit. & apud Corneliũ Frontonẽ. Cadimus in planõ, decidit aliqd ex alto. Hinc Sueto.Tranquill.in Tiberio Cæsare: Si quem reorũ (inquit) elabi gratia rumor esset, subitus aderat. Iudicesq; aut ẽ plano, aut ẽ Quæsitoris tribunali, legũ & religionis, & noxiæ de qua cognoscerent, admonebat. T. Liuius lib.x. Quia ægrè successerãt ex plano in muros. & L. Florus lib.4. Qui fiduciã timens, in quos se recipiebant. Castra sua, sed quæ in plano erãt habitare & incolere iussit. Curt.li.3.ἀνατῶν.c.41.

EXPEDIRE per libellũ. Moris fuisse, ut quid à principe desideraturi, principẽ etiam præsentẽ scripto adirẽt, auctor est Tacit. Annaliũ lib.4. eiusq; moris meminit Callistratus. Ait enim Diuũ Hadrianũ aditum fuisse per libellum à Iulio Tarẽtio.cap.33.De re iudic. Vlpian. etiam de quodã scribit, qui se fecisse procuratorẽ libello principi dato professus est. cap. 21.Rem rat. hab. Hunc morẽ ab ijs quoq; obseruatũ fuisse, qui quid à prætore aut prꝭside, aduersario nullo in ius uocato, postulabãt expressẽ testatus est Iulius Paul. ca.15. de in ius uoc. Et tunc si talis res per libellũ peteretur, quæ prolixiorẽ nullã requireret caussæ cognitionẽ, statim per libellũ, etiã de plano expediebatur. Idq; illud esse omnino uidetur quod Sueton. sic de Nerone scribit: In iurisdictione postulatoribus, nisi sequenti die ac per libellos non temerè respõdit. Eos haud dubiè libellos intelligens, quibus adiri Principes moris erat. Igitur ad illud qđ à principe, uel à præside libello petebatur, per libellũ respõdebatur: & sic per cõsequens expeditio postulationis fieri etiã per libellum subscriptione solebat. cap.29.de l. Cor. de falsis. Si autẽ res quæ per libellũ petebatur, talis esset, ut opus haberet decreto, tunc ea neq; de plano, neq; per libellũ poterat expediri, sed in diem cognitionũ differebatur: qui dies cognitionũ, decreti dies appellatur. c. 28.in Prin.de Excusat.Ræuard.protrib.lib.Sing.cap.8.

EXPEDITIO, propriè profectio cũ expeditis militibus. Sallust. Iugurth. Marius interea exercitu in hybernaculis cõposito, cum expeditis cohortib9 & parte equitatus proficiscitur in loca sola. Et paulo pôst, de eodem loquẽs, Pauidi sine decore ad Syllam profugiũt, quẽ Consul in expeditionẽ proficiscens Proprętorẽ reliquerat. Imp. tamen. pro castris posuit in princ.tit. De milit.test. ubi testamentorum leges nõ exigit ab ijs qui in expeditionibus occupati sunt. nam in §.4. Quatenus, inquit, militant, & in castris degunt. Hotoman.

EXPEDITVM, Vlpianus in l.cõtra.§.si si filius. de pactis, uenustè accipit, pro certo, explanato, declarato, deciso, Quod & ipsum non est expeditum. Idem in l.2.rem pup.sal.fore.nõ expeditam emptionem, pro difficili, & ea quæ citò fieri non potest. Sic expeditisſimũ, ꝓ certisſimo & indubitato, Gaius dixit in l.in uenditione.§.fin.de bon.aut.iud.poss.Pr.

EXPELLERE & Repellere, nõ debet intelligi de armis priuatis, & de facto, sed de publica executione, & de iure, teste Iustiniano in prooemio Institut. qui ait, Sed etiã per legitimos tramites calumniantiũ iniquitates expellat. Vnde quidã Docto. falsò tradunt in certis speciebus permitti priuatim expellendi facultatem. Prat.

EXPELLERE è patrimonio, Ciceroni est, paterna hæreditate excludere. Idem dixit, Expulsam à matrimonio filiam. Sp.

EXPENDENDVM reditum patrimonij utiliter monuit Vlp. in l. Ius alimentorũ. Vbi pup.educ. deb. sic scilicet, ut semp aliqđ ex reditu supersit. Sp.

EXPENSA in rationibus ab antiquo appẽdendarũ pecuniarũ more dicta Plin.lib.xxxiij.c.iij. scribit. Inde Expensare in l.41.§.libertatẽ.ff. de fideicõmiss.lib. quod aliàs Expẽsum ferre dicitur. Plin.li.ij. c. vij. Huic omnia expẽsa, huic omnia ferẽtur accepta, & in tota ratione mortaliũ sola utrãq; paginã facit ferre pro imputare & attribuere.l. 22. §. penul.ff. ad Treb.l.10.ff.de supp.leg.l. 24.ff.q̃ in fraud.credit. l 13.ff.q potio.in pign. Bris.adde Conna.li.9.c.1.n.5.

EXPENSAE. Nemo qui ultra substãtię suæ modũ sumptus facit, æquo animo ferendus. Nouell. Vt determi. sit numer.cler.§.ex omni igitur.Cõstitut.3. non oportet undique ad sumptus posſesſiones conquirere, (Nam id insatiabili cuidã auaritiæ simul, & impietati proximum est) sed ex moderatis facultatibus sumptum temperare.ibid.Prat.

EXPENSÆ sumpt9 sunt uolũtarij: & nõ necessarij. Impensæ uerò sunt vtiles, & necessariæ.

EXPENSÆ debẽtur uarijs ex causis: aliàs ex uictoria totius caussę, de quib9 tractatur in l. properãdũ.§.sin aũt alterutra.C.de iudic.& in c.calumniam. de poenis. Aliàs ex cõtumacia aduersarij. Quarũ fit mẽtio in l.sancimus.C.de iudi.& in c.delecti. de dolo & cõtumac. Aliàs ex culpa aduersarij, q ꝓcessum caussę differt, ut est cõstitutũ in l.nõ ignoretis.C. de fructi.& liti. expens.& in cap.finẽ litib.de dol.& cõtuma. Aliàs ex temeritate eius, q aliũ sine actione in ius traxerit, ut in l.eũ quẽ temerè.in princip. de iud. cap.1.de dol.& contum.libro 6.Prat.

EXPENSVM ferre, est scribere se pecuniam dedisse. Vlpianus ad SC.Trebellia.l. mulier. Dicendũ est potiùs, fructibus hoc expensum ferẽdum, quàm fideicõmisso. Obseruandum autẽ, quòd non solùm de pecunia, sed etiam de alijs operibus dicitur. Marcel.ad leg.Iul.repetund.l.lex Iulia. Illud quoque caueтur, ne expensum ferat opus publicũ faciendum, frumentũ publicè dandũ, præbendũ, adprehendendũ, sarta tecta tuẽda, antè quã perfecta, probata, præstita lege erunt. Iauol. de supel.leg.l.qui uestem communem omnem, & res plurium generum supellectili ferre solitus erat. Sceuola, quæ in fraud.l.pupillus. Creditores negligentiæ expẽsum ferre debent. Sp. Adde Forcat. in suo Auiario Iuris Ciui. cap.2.nu.5.

EXPENSVM ferre dixit Plinius lib. 2.c.7. Ferre, pro imputare, & attribuere.l.22.§. penultim.ff.ad S C.Trebellian.Prat.

EXPERIRI & periculũ facere etiamnũ latinis pro eodem dicitur & periculum pro experientia, experientia pro periculo lib.7.cap.xj.nu.7.

EXPERIRI, uel Experiri ius (utrunq; enim dicitur) lege agere est. inde deducto uerbo, quòd qui rem aliquã iudicio petũt, ij quod iuris se habere ad eam rem petendam arbitrãtur, id ad iudices tentandi & experiundi caussa exponunt. Liuius libr. 50. Prætor, inquit, L. Petilio dixit, sese eos libros in ignẽ con-

cõiecturum esse. prius quàm id faceret, se ei permittere, uti, si qđ seu ius seu auxiliū se habere ad eos libros repetēdos existimaret, experiretur: id integra sua gratia facturū. Paul. l. 1. ff. de in ius uoc. In ius uocare, est iuris experiundi caussa uocare. Vlp. ex Prætoris edicto in l. 4. ff. ui bon. rapt. In eū in anno, quo primū de ea re experiundi potestas fuerit, in duplū, & cet. Sic l. 3. §. hæc pœna, ff. quod quisq; iur. l. 1. de diuers. temp. act. Hot.

EXPERIENS, p experto l. ex aula. C. de priuil. eo. qui in sac. palat. milit. Prat.

EXPERIENTIA est cognitio quędā nullo docente, per usum contingens. Et in hoc distat ab arte, quæ certis traditur præceptis. Oldendorp.

EXPERIRI intra parietes, Ciceroni est, permittere rē disceptandā inter amicos citra iudiciū, & extra cancellos forenses: uulgus Amicabilem ingredi compositionem appellat. Sp.

EXPERIVNDI potestatem habere quid sit, exponitur in l. 1. ff. de diuers. tēp. & l. 55. ff. de ædilc. ed. Quod pertinet ad interpretationem. l. 6. ff. de calumniato. l. 1. ff. quando act. de pecul. l. 1. & l. 10. ff. quæ in fraud. cred. l. 1. ff. uti possid. Iuris experiundi gratia dixit Paul. in l. 1. ff. de in ius uoc. ut & Cicer. pro Cęcinna: Homines inermes, qui ad cōstitutū iuris experiundi gratia uenissent, id est, ut de iure suo experirentur, disceptarent. Bris.

EX PERSONA mora fieri dicitur in l. Mora ff. de usur. cū per debitorē fit, quò minus soluat. Quod tunc accidit, cum interpellatus nō soluit, quibus in causis moneri illum oporteat. Nam qui paratus fuit soluere, si à se peteretur, nihil facere uidetur, quo minus eo tempore, quo creditor postulet, soluat. Donellus de mora.

EXPERTES, qui nullā rerum experientiam habent. C. de Tutor. & cur. illustr. pers.

EXPERTVS, hoc est, experiētia doctus & prudens factus. Huic credere oportet l. dist. c. ut constitueretur.

EXPETERE ius alicuius, pro curare, ut alicui fiat ius, & ius suum obtineat.

EXPIGMARE & Expigmatio pro fucare & fucatio capitur apud Cyprianum in lib. de habitu uirginum. licet uulgò ibi legatur Expugnare & Expugnatio, quæ uerba non quadrāt sententiæ. Tiraquellus in 3. l. connub. gl. 1. parte 1.

EXPILARE, furtiuè fraudare. Inde apud Iurisconss. titulus est, De crimine expilatæ hereditatis. Et qui alienam hereditatem expilauerit, extraordinariè solet coerceri. Prāt.

EXPILATA hereditatis crimen proprio nomine notatum est, cū in furti appellationē nō caderet, quod in re hereditaria committi non intellegitur. l. 2. §. 1. ff. expil. hered. l. 17. C. de furt. l. 3. C. famil. ercisc. l. 3. §. nunc uideamus. ff. de suspect. tutor. Quamobrē in l. 21. ff. de adquir. hered. ita scriptum est, rem hereditariam quasi subripiens, uel expilans. Expilare uerò hereditatē, id est, spoliare dixit Scæuola in l. 40. ff. de statuliber. Et ita Expilatam hereditatem accipimus in l. 23. ff. de fideicommissa. libert. Et expilatę hereditatis postulare in l. 33. ff. de negotijs gest. toto titul. de crimine expilatæ hered. l. 7. in fin. ff. ad Turpillia. l. 3. §. nunc uideamus. ff. de suspect. tutorib. Expilatio hereditatis furtum improbius appellatur. l. 12. C. de his qui notant. infamia. Bris.

EXPILATORES, sunt Asconio, atrociores fures q ne pilū quidē relinquunt in corpore spoliatorum. Vide suprà, Compilatores. In Iure nostro propriè hoc uocabulo notantur, qui ex reb. uacantis hęreditatis aliquid surripiunt. ut ff. & C. eod. Vlpianus de Effrac. l. j. Expilatores, inquit qui sunt atrociores fures, hoc est, λωποδύται, id est, qui uestibus homines exuunt. ut Haloander interpretatus est. Budęus legit συλαγωγεῖ. uel συλητὴ indicans hoc furtū uocari improbius, in l. si te expilasse. C. ex quib. caus. infam. irrog. Cicero in prætura urbana improbissimum appellauit. Alciatus, apparet eos dici expilatores, qui uiatoribus noctu pallia & uestes diripiunt. Sp.

EXPIRAT, Mart. §. fin. l. j. de requir. reis. Nā & si intra annū mortuus sit, criminis causa expirat & perit. Trāslatè, pro decidit & transfluit. Sic & libertas expirare dicitur, quæ in declinatione est. Sp.

EXPLANARVNT, id est, interpretati sunt, & exposuerūt, apud Iusti. in Aut. Quē. oporteat episc. §. j. Hoc autem futurū esse credimus, si sacrarum regularum obseruatio custodiatur, quam iusti & laudandi, & adorandi inspectores & ministri Dei uerbi tradiderunt Apostoli, & sancti patres custodierunt & explanauerunt. Hinc explanator, qui interpretatur & exponit. Cicero j. de Diuin. Sunt enim explanatores, ut grammatici poetarum. Sp.

EXPLICARI, id est, decidi res non potest citra adiudicationes & cōdemnationes. autor Paulus de procur. l. licet. §. si plures. Sp.

EXPLICARE pecuniā, quod Græci περιϊστάναι, Latini Curare. Callistratus l. 31. ff. de re iudic. Si qui tamen per contumaciam magis, quàm quia non possint explicare pecuniam, differāt solutionem. id est, In promptu non habeant. Hor.

EXPLICATIO, est allegatio infirmās supplicationem. Et est pro actore contra reū. Replicatio, allegatio est contra exceptionem. Supplicatio uerò, allegatio est, quæ replicationē infirmat, & reum adiuuat, Spiegelius.

EXPLICITE, non est distinctè & apertè, ut Canonistæ usurpāt, hoc enim explicatè significat, sed expeditius & celerius denotat.

EXPLICITO, hoc est, absoluto, apud Vlp. ad C. S. Trebell. Explicito tractatu, qui ad fidei commissa singularum rerum pertinet, transeamus nunc ád interpretationem S. C. Trebelliani. Hoc S. C. factum est, eod. referente, temporibus Neronis, octauo Cal. Septemb. Anneo Seneca, & Trebellio Maionio, Coss. Spieg.

EXPLORATA fides, p pspecta & certò cognita, apud Aureliū, in l. unica. de Offic. pręf. pręt. Sp.

EXPLORATORES, qui secreta nunciant hostibus, proditores sunt, & capitis pœnas luunt. Arrianus in l. omne delictum. de Re milit.

EXPLOSA pristina fictione. Instit. de Fideicō. hæred. §. sed quia. Alber.

EXPLOSIS ridiculis ambagib. l. ult. C. de Legib. & Constit. Alberic.

EXPLOSIS atque reiectis præscriptionib. l. j. C. de Consort. eius d. lit. Alberic.

EXPOLIATI, Zasius inquit, elegāti figura dicuntur, qui sunt priuati, qui iacturam in bonis passi sunt. Ita Iurisc. in l. j. ff. de Don. int. uir. & ux. dicit, donationē esse prohibitam inter cōiuges, ne se mutuo amore spoliarēt. Sic in l. ij. de Bon. dam. Is qui detruditur in carcerem propter crimen, non debet spoliari bonis antequam feratur sententia Spoliari, id est, priuari. Et quod Iustin. in. §. compensationes, Instit. de Act. dicit, Expoliatum bonis, Iurisc. in l. fin. ad fin. de His quæ in fraudem. dicit, Exutum bonis: ut paria sint, Exui bonis, & Expoliari bonis, id est, iacturam

ćturam bonorum pati. Vnde interpretes dicti. §. cõpensationes, uerbi Expoliatus elegantiam nõ intelligẽtes, alienum, ridiculum, & plane impium, ut Zasij utar uerbo, sensum inuexerunt. Sp.

EXPOLIATORES. Lege, Atrociores fures.

EXPONERE cautionem epistolamq; dicimus pro cauere & emittere epistolam. l.25. ad fi. ff. de probatio. l. ult. ff. de constit. pec. l. 8. §. procuratorem. ff. de ꝓcuratorib. l.43. in fi. ff. de adm. tut. l.7. §. & illud. C. de præscrip. 30. ann. §. sin autem per procuratorẽ. Instit. de satisdat. Exponere filium. l.29. ff. de manumiss. testamento. l.16. C. de nupt. Et Expositus filius in l.1. §. si quis nesciat. ff. de iur. & fact. ignor. Bris.

EXPONI dicuntur infantes, serui, liberti, & languidi, si sine cura dimittuntur, uel eis alimenta negãtur à parẽtibus, à dominis uel à patronis. Vt in c. unico de infant. & languid. Exponere enim aliqui solent relegati pietatis officio infantes uel languidos ante Ecclesias, ut eos alij miseratione moti colligãt. lxxxvij. distin. Si expositus. Sp.

EXPORTARE, Verschicken. Martian. Exportandus ab Italia, si uenerit, in prouincia morari potest. l. ij. de Export.

EXPOSCERE, & Deposcere, est dedendũ aliquem ad pœnam petere.

EXPOSTVLARE summissim, seruorum est erga dominos: qui apertè conqueri nõ audent, propter reuerẽtiã. Nec semp est subaccusare, seu appellare aliquẽ de accepta iniuria, uerũ etiã uehementer postulare. Insul. ex Suet. in Aug. exemplũ adfert. Sp.

EXPOSTVLATIO, est aduersus eum quẽ accusamus. Quòd F. Sylu. adnotauit. Expostulationẽ facere, est cum querela apud amicos requirere, & quasi officium amicitiæ in alio desiderare: quia ab eo uiolatum sit. Sp. (dita opera.

EX præparato, uice aduerbij ponitur, id est de-

EX præscripto agere, imperitè aulici dicunt iuxta Instructionem.

EXPRESSA nocent, non expressa nõ nocent. Sententia hæc est apophthegmatica, plus in recessu habẽs, quàm uerba ipsa in fronte præ se ferebant. ut ostendit eleganter Ferrarius in huius Regulę explicatione. Obseruandum tamen, quòd & ea quæ ad aliud expressum referuntur, aut ex necessaria consequentia ueniunt, tanquam expressa iudicantur. l. ait Præt. §. j. l. in summa. in prin. de Re iud. l. asse toto. ff. de Hæred. instit. cum similibus. Hanc elegantem Iuris doctrinam accuratè latè prosequitur Iason in l. Prætor ait. ff. de Oper. nou. nũc. & Abbas in c. olim. extr. de Censib. Alioqui expressum, facit cessare tacitum. l. cùm ex filio. §. filio. ff. de Vulgar. & pupil. substit. Et plerunque fit latior interpretatio in casu expresso quàm tacito.

EXPRESSE, pro manifestè & apertè.

EXPRESSIM, disertè, nominatim. Paul9 l. 98. §.3. ff. de solut. Quod ita potest admitti, si hoc ipsum expressim agebatur. Hot.

EXPRESSVM, tribus modis. Primũ quod uerbis generalibus exprimitur: Secundo, quod uerbis specialibus. Tertio, quod singulariter, & proprio nomine exprimitur, secũdum doctrinam Bart. in l.1. ff. de uulg. & pup. substit. Io. Bello. Etymol.

EXPRIMERE, inter alia etiã hoc significat, ui & necessitate impetrare & auferre. ut enim extorquere, sic exprimere dicitur, quasi manibus pressis auferre, & extundere. Sp.

EXPROBRARE, pro pudore afficere. Sic Plin. Iunior: Etiam mala emptio semper ingrata, eo quòd exprobrare domino stultitiam uidetur. Sp.

EXPROMISSOR dicitur, qui pro alio nouandi animo promittit. l. ulti. ff. ad Macedon. l. si mulier. 22. ff. ad Velleian. l. septima, §. quarto, ff. de dol. mal. l. quarta, §. primo, ff. de re iudic. l. quarta, ff. de condict. causs. dat. l. qui libertinus, 37. ff. de oper. libert. Itaque differt Expromissor à Fideiussore, siue Adpromissore. nam ille solus obligatur: hic cũ alio. ille reus principalis est: hic accessorius. Illũ qui dat, liberatur: hũc uerò qui dat, obligatus manet. l. ut res, quinquagesimatertia, ff. de contrahen. empt. l. quod si. 10. ff. de pign. act. l. quod seruus, 56. ff. de pecul. l.5. §. si pater, ff. de iur. dot. Hot. Adde Cuia. ad l. elegãter. §. seruus pactionis ff. de dolo malo. Conna. li.6. c.6. nu.2. & n.91.

EXPROMITTENDI autem uerbum propriũ est Iure consultorum, ab ipsis docẽdi gratia factum & inuẽtum, cui nullum magis respondet, quã quod illi dicunt recipere, quod plus aliquando significat, quã polliceri uel promittere cum in alieni facti obligationẽ ueniunt: Connanus præallegato loco.

EXPVGNATVR nauis, cũ spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut pertunditur, aut uela conciduntur, aut anchoræ inuoluũtur de mari. Callistratus autor, de incend. ruin. nauf. Sp. Porro & tunc nauis expugnari dicitur, cum prælium aduersus nauẽ susceptũ est, de quo latius Peckius l. 3. §. Deinde ait prætor. ff. eod.

EXPVNGERE, Bud. ait, est punctis circunducere & tollere, & quasi rem iam confectam eximere è codice. Hermogen. de Diuers. temp. præsc. Reipublicæ rationes subscriptę & expũctæ aduersus eum, qdẽ q administrauerit, ultra uiginti: aduersus uerò hæredẽ ultra decẽ annos retractari nõ possunt. Sp.

EXPVNCTI. Vide Punctum. ad fin. Spieg.

EXPVNCTVS miles dicitur, qui è numeris exẽptus est, & ære dirutus. Bud.

EXPVRGARE, idem quod, se uitio aliquo purgare. Et expurgationem habere, pro se purgare, accipitur. Spiegel.

EXQVAESTOR, Quæstorius, qui Quæstura est functus. Hoc ex Iustiniani Præfatione Græca cũ Latina collata intelligitur. quarũ in hac sic legitur, Quæ omnia confecta sunt per uirum excelsum necnon prudentissimum magistrum, Exquæstorẽ & ex cõsulẽ Tribonianum: in altera uerò hoc modo, ἅπερ ἅπαντα συντέθειται καὶ ἐκπεπόνηται καλῶς τι, καὶ τῦ παρ' ὑμῶν καλουμένου ἀξίως παρὰ τῷ Τριβωνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ καὶ σοφωτάτῳ μαγίστρῳ καὶ ἀπὸ κυαιστόρων τῶν ἡμετέρων βασιλειῶν, καὶ ὑπάτων. Hot. & ita quidẽ ante alios id interpretatus est Crinitus de honesta disciplina lib. 10. cap. 12. Eumq; secutus Ferretus in prooemio Instit. Exquęstores & exconsules interpretans, qui olim quæstores consulesue fuerint. Aldobrandinus aũt in d. ꝓœmio Quæstorẽ & Exquæstorẽ eundẽ esse putat. Nã quẽ exquæstorẽ in d. proœmio uocat, & in inscriptiõe epistolæ sub titulo 16. Codicis de uetere iure enucleando in eisdẽ duab. epistolis modò Quęstorẽ, modò exquæstorẽ appellat eodẽ tẽpore. Itẽ titulus est de quęstorib. lib. 12. subsequitur aũt statim constitutio de his qui exquæsturæ honore uiguerint. ubi exquesturæ honor quæstoris appellatur. Adde quod Exquęsturæ munus separatum nõ legitur. uide & Alciatũ lib. 4. disp. cap. 3. ubi Exquæstorẽ Tribonianũ dictũ putat, quasi qui ante omnes quæstores, & alios omnes magistratus aulę Iustiniani fuerit. ex enim particula est non priuantis tantum sed & augentis.

EXQVIRERE, id est, inter se cõsultãdo inuestigare: quod est uniuersalis Cõcilij proprium. Spieg.

EX-

EXROGARE. Vide, Erogare.

EXSCRIBERE, est & exemplum sumere, & scriptum perficere.

Ex secto uentre extractus. Vlpian. l. posthumus. de inoff. testam. Sp.

Ex seminario, id est, stirpitus. Sic Vlpianus interpretatur in l. uitē. §. quod si quis. arb. furt. cæs. Sp.

Ex superiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licet. in suo enim alicui hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat.

Ex syngrapha agere, obsignatis tabellis agere: pro eo quod est, rigidè, parumq; ciuiliter, sed uelut ex obligatione. Sunt formæ, ut ait Eras. à Iuriscons. ductæ, uersæ in prouerbium. Sp.

Ex tempore, id est, causa temporis, seruiēdo tempori, ut uulgo dicūt, secundum exigentiā temporis.

Ex tempore dicere, id est, citra præmeditationem: & apud Persium, ex tempore uiuere, id est, citra solicitudinem futurorum. Hanc uitam ceu felicissimam probauit Christus: ut quam & ipse semper secutus sit, & Apostolis sequendam proposuerit. Ex Eras. Spiegel.

EXTA. Extorū usus olim in sacrificijs frequens erat apud Græcos. Nam in sacrificijs primum hostię partem adolebant, & exta coquebant, eisq; uescebātur, deinde ex alijs uisceribus postea epulabātur, id quod ex Homero facilè perspici potest, ita scribēte:

Νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσί.

nam quincuplex illud ueru craticulæ simile tenebāt exta torrentes. sequitur enim mox

Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο

quo quidem significat exta tum cocta fuisse, & comesa esse, cum coxæ in deorum aris urebantur. Reliqua postea uiscera assabant ad reliquam dapem: Homer.

Μίστυλλόν τ' ἄρα τἆλλα καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν

In Herculis sacro idem Liuius declarat à Romanis fieri solitum cui græco ritu res diuina fiebat, his uerbis, Forte ita euenit, ut Potitij ad tempus præstò essent, ijsq; exta adponerentur, Pinarij extis adesis, ad cæteram uenirent dapem. hæc tamen Maro de eodem Herculis sacro loquens confudit, non tam ut reor uoluntate, quàm Carminis lege, qua coacti interdum poetæ res & tempora non satis distinguūt: Sed adscribamus eius uersus.

Vescitur Æneas simul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.

Cum autem extorum mentionem fecit Maro, hoc ipso participes sacrificij intellexit & significauit: nā qui à sacris arcebantur, ijs de extis gustare nefas erat, ut homicidis: Aristophanes *ἐν ἱεροῖσιν ἐχθ τεθνεῶν τῶν χερνίβων σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι* Et Turnebus exta à Marone ideo appellata esse lustralia putat, uel quod primus Hercules post Caci cædem ad aram maximam, facto sacro se purgauerit & lustrauerit: uel potius quod cum omnia, nos sacra lustrent & purgent extorum esu id maximè consequimur & sacrificiorum participes sumus à quibus impij arcentur. Turnebus aduers. lib. 7. cap. 13.

EXTANTES fructus: in l. certū. C. de rei uend. intelliguntur nondum cōsumpti. Eaq; sententia recepta est: Donellus de fructib. extātes interpretatur pendentes adhuc & qui à solo nondū sint separati, quàm rectè uiderit ille.

EXTENDERE legē, est eam ampliare ad non expressa. Vnde uulgata doctrina est, in fauorabilib. extensionē fieri oportere, si sit idoneitas rationis. l. illud. C. de Sacrosanct. eccl. Bar. in l. si cōstante in prima parte, in noua quæst. sol. mat. Sed & interdū uerba in extentā, & de stricta significatione in latā laxari posse, Gloss. monuit, in Auth. Vt hi qui oblig. post. prin. uerb. ad curationē. & ibi Ang. Sic & nostra appellamus, in quibus ius aliquod habemus. Gloss. & Bald. in l. ij. ad prin. de orig. iur. Gloss. in l. si & me & Titiū. si cert. pet. in l. j. ad fin. & ibi Alber. de eo quod cert. loco. Vide suprà, Exorbitantia.

EXTERMINARE, est qđ nos uocamus, **Versbannen**/ id est, extra Bannū eijcere. Quam uocē, ut Rhenanus noster attestatur in Annot. ad Tertullianū, Ansegisus Abbas, Francicarū Legū, quas de Germanico sermone in Latinū uertit, Forbānire reddidit. Vnde Forbāniti legibus Longobardorum & Alemanorum, & reliquarum gentium nominis Germanici. Vsus est eadem uoce Imp. Fridericus ij. in Constit. Regni Neapol. lib. ij. tit. ij. ubi interpres minimè contēnendus, quo Foroiudicati, à Forobannitis distent, haud inscitè demonstrauit. Sp.

EXTERNAE res dicūtur non tantum bona fortunæ, sed etiam quæ domesticæ non sunt: quas Forenses appellat Cicero. Sp.

EXTERVS religionis, pro alieno à religione, Impp. usurparunt in l. nemo. C. de Iudæis. Spieg.

EXTORRES, exules sunt: quasi extra terrā eiecti. Alc. in l. nemo clericus. C. de sum. trin. & fid. cath.

EXTORRIS etiā transfertur ad alia: ut extorrē fieri sacri ministerij dicitur, id est, à sacro ministerio priuatū & eiectū. c. ita dns. xxix. dist. Io. Bel. Etymol.

EXTRA, pro præter. l. diximus. ff. de excus. tut. Alberic. Sic apud Ciceronem in prima inuect. in Catilin. tum alijs locis per Syluium adductis. Sp.

EXTRANEVS, in materia dotis, dicitur omnis ille, qui non est paterfamil. uirilis sexus, & qui non habet filium in potestate: solo eius parente excepto, omnes alij dicuntur Extranei. Vide Zasium in §. fuerat. Inst. de action. Sp. & Briss.

EXTRANEI etiam sui dici possunt ratione delicti. Gloss. est probata, in l. iij. ff. de offic. Præsid. ubi dicitur, Præsidem etiam aduersus extraneos imperium habere, si malefecerint: licet aliàs in suæ tantū prouinciæ homines habeat. Sp.

EXTRANEOS hęredes, Viglio teste, melius definiuit Tribonian. in §. cæteri. Inst. de hęred. qualit. ꝗ posteriore Institutionū libro Caius. Variè aūt Extraneus dicitur: interdū respectu eius qui in potestate est, interdū filij, interdum uel agnati, uel propinqui. Vide Bald. in l. si emancipati. C. de Collationib. Sp.

EXTRANEI hæredes intelliguntur quicumq; testatoris iuri subiecti nō sunt. §. cæteri. Inst. de hęre. qual. Gaius certè imperfectius li. ij. Inst. tit. iij. Extraneos hæredes definit, qui nullo ꝓpinquitatis gradu testatori iungūtur, sed eos ꝓ arbitrio suo quisq; hæredes scribit. Nā & emācipati ꝓ extraneis habētur, licet naturali uinculo contineantur. Appellantur & Extrarij hæredes. l. 36. ff. de bon. libert. l. 78. §. pen. ff. de leg. lib. ij. Extraneus etiam hæres Exter uocatur. l. 84. ff. de adq. hær. Planè exter hæres in l. 69. §. ult. ff. de leg. lib. ij. & l. 114. §. cùm pater. de leg. lib. j. intelligitur qui ex nomine defuncti non est. Briss.

EXTRANEI à suis hęredibus aliquot notis dissident. Illi enim adeūt, hi sese immiscēt: illi repudiāt, hi abstinent characteremq; suitatis impressum uix à se abdicare possunt. glossa in §. Extraneis. Instit. de legat. isti contra repudiatione sic hæredis nomen exuunt ut hæredes nunquam fuisse uideantur. Hoc tamen utrisq; commune est, quòd si semel hæreditatem adierint, nunquam aditæ hæreditatis pœnitere illis liceat, nisi uel militię fauor l. scimus C. de iure de lib.

lib. aut minoris ætatis priuilegium id suaserit, l.1.ff. de min. aut grande æs alienum quod hæredem latere poterat, post aditam hæreditatem emerserit d. §. Extraneis. uersic. Sciendum est tamen.

EXTRANEVS postumus apud Iustinia. tit. de legat. & alienus idem ualét. Extraneusq; accipitur, qui suus testatori heres non est, uel inter suos non est nasciturus. Et ita Theoph. in tit. de bonor. possessio. ἀλλότριος. ait, ... At in l.6. ff. de uent. in possess. mitt. extraneus paulò generalius accipitur, qui nullo cognationis uinculo testatori iunctus est. Bris.

EXTRA ordinem fieri dicuntur, quæ legitimo & usitato ordine nó obseruato fiunt. Sic diuus Claudius consulibus, eam autoritatem dedit, ut pupillis extra ordinem, hoc est non seruato ordine agnatorum legitimo, de quo l.3.§.j. de legit. tutel. ex agnatis tutores eligere possent, ad functionem huiusmodi maxime idoneos. Sic tamen, ut proximiores, si quidem satis essent idonei, seruato iuris antiqui ordine tutores essent, sui uero inter agnatos magis inuenirentur proximioribus idonei, illi tutelam administrarét: Simili ratione. IC. in l. sed etsi §. si feriæ ff. Ex quibus caussis maior. ferias extra ordinem indictas uocauit, hoc est non obseruato aliquo statarum solenniumq; feriarum ordine. Rȩuardus lib.1. uariorũ cap.10. Et rursus lib.5. cap.19. unde & infra in uerbo feriæ. Hinc

EXTRAORDINARIAE cognitiones dicebátur, quas Prætores Præsidesq; præter usitatá officij sui consuetudinem suscipiebant. l. 1. & pass. ff. de extraord. cognit. l.2. ff. ex quib. cau. maior. l.1. §. est auté, ff. de exerc. act. Hinc

EXTRAORDINARIAE persecutiones: apud Vlp. in l. pecuniæ, 178. ff. de uer. signif. ueluti fideicómissorum, & si quæ aliæ sunt quæ non habent iuris ordinarij executionem, id est, in quib. formularũ cóceptio nó usurpatur. l. actio, ff. de neg. gest. & apud Vlp. Insti. cap. 25. Hinc.

EXTRAORDINARIVM auxiliũ restitutionis in integrũ appellatur. l. in caussæ, 16. ff. de minor. propterea quod tota ex Prætoris cognitione pendebat, neq; ulla certa actione postulari poterat. l. quod si, 24. in fi. ff. eod. Hinc

EXTRAORDINARIA actio ea dicitur, quæ loco interdicti datur, propterea quòd interdictis agẽdi ritus sublatus est. tot. tit. de interdict. siue extra ord. act. quȩ pro his compet. Hinc

EXTRAORDINARIA pœna in §. in summa, 9. de iniur. cuius arbitrium officio iudicis permittitur. l. ult. C. eod. l. qui iniuriarum 43. l. ult. ff. eod. Hot.

EXTRAORDINARIA pœna Corporis aut saltem æstimationis in Iure ciuili intelligitur. Et cũ de maleficijs criminaliter agitur, extra ordinem agi dicitur, quod uidelicet tum negligatur solennis ille iudiciorum ordo. Potest autem & extraordinaria pœna certa esse, & legitima ordinariaq;. Sic enim sacrilegij pœna certa est, uidelicet capitis, & tamé appellatur extraordinaria, quia criminalis est. Rursus termini moti certa, iureq; statuta pœna est: & tamé extraordinem hoc maleficium puniri dicitur. Balduin. titul. de Iniurijs.

EXTRAORDINARIA crimina dicũtur, quæ non lege aliqua publicorum iudiciorũ, sed extra ordinem magistratus imperio ac potestate exercẽtur. Vnde legitima crimina extraordinarijs opponũtur ab Vlpiano l.3. ff. de crim. stell. Idé in l. ult. ff. de priu. delic. Si quis actionem quæ ex maleficijs oritur, uelit exequi: siquidem pecuniariter agere uelit, ad ius ordinarium remittendus erit, nec cogendus erit in crimen subscribere. enimuerò si extra ordinem eius rei pœnam exerceri uelit, túc subscribere eum in crimen oportebit. Idé in l. ult. ff. de furt. Meminisse oportebit, túc furti plerunq; crimine aliter agi, & eũ qui agit in crimen subscribere: non quasi publicum sit iudicium, sed quia uisum est temeritaté agentiũ etiam extraordinaria animaduersione coercẽdam. Et in eandem sententiam Paul. l.9. §.3. ff. de publi. uectig. Vlpian. l.1. in princ. ff. de incend. nauf. & rui. l.3. §.1. de crim. stell. & alibi persæpe. Hinc titulus lib. Pand. XLVII. De extraord. criminib. Hinc illa extraordinaria quæstio nobilis in Milonem constituta: cuius rei quæ ratio fuerit, explicandum hoc loco uidetur. Nam quum essent leges, essent quæstiones ordinariæ de cæde, uel de ui, quibus sui Prȩtores, siue Quæsitores præerát, quibusq; reus postulari Milo poterat: Pompeius tamen Consul creatus legem de ui promulgauit, qua nominatim cȩdem in Appia uia factam comprehendit: in qua id quoque scriptũ erat, ut Quæsitor suffragio Populi crearetur: creatusq; est Cn. Domitius Ahenobarbus, apud quẽ Milonis caussa extra ordinem acta dicitur, quod non ueteribus legibus apud suum Prȩtorem, sed noua lege data opera perlata, apud certum Prȩtorem, id est de industria creatum, acta sit. quæ quidem lex pœnã grauiorem, & formam iudiciorum breuiorem damnato constituebat, quàm illa uetus & usitata: sicuti docet Asconius. quinetiam quas tabellas alijs legibus Quæsitores ipsi suis iudicibus dabant, eas non Domitius Quȩsitor, sed Pompeius Cósul distribuit. Itaq; nouum iudicium Cicero illud appellat: & obscurè Pompeij factum accusans, Quantum, inquit, luctum in hac urbe fuisse à nostris patribus accepimus, quum P. Africano domi suæ quiescenti illa nocturna uis esset allata? quis tum nó gemuit? quis nó arsit dolore? Nũ igitur ulla quæstio de Africani morte lata est? certè nulla. quid ita? quia non alio facinore clari homines, alio obscuri necantur. id est, Qua lege pœna constituta est in eos qui cædem fecerint, ea lege quicunq; siue clarum, siue obscurum hominem interfecerit, tenetur: neq; noua lex, nouum iudicium, noua pœna extra ordinem statuẽda est. Sua enim cuique crimini ordinaria perpetuaq; quæstio lege constituta erat, ut ait idem in Bruto: perpetuæque ob eam caussam quæstiones dicebantur quia forma ijs per leges publicorum iudiciorum præscripta atq; constituta perpetuò seruabatur: nec quemadmodum antea fiebat, ut quodq; crimen admittebatur, Quæsitor nouus nouaq; iudicij forma constituebatur. Quod siquando tamen contingeret, tum uerò extra ordinem dicebantur agi iudicia, quia scilicet contra usitatum iudiciorum ordinem ac rationem exercebantur: ut tum in Milonis caussa factum esse constat. Nam si Milo apud eum Prætorem, qui de ui iudicium eo anno exercebat, accusatus fuisset, neq; nouus Quȩsitor constitutus: utrum tádem ordinarium, an extraordinarium illud iudiciũ fuisset? Quare assentiri doctissimo uiro non possum, qui Milonis iudicium, iccirco quòd erat de ui, extra ordiné factum fuisse tradit: & illud Tuccij de quo scribit ad Ciceronem Cælius lib.8. ep.8. propterea extra ordinem habitum fuisse, quia de ui reus esset factus. Ordinariam enim fuisse de ui quæstionem, suumq;, itẽ ut alias, Prætorem certum habuisse, constat ex locis innumeris. Caussam tamen cur hoc Tuccij iudiciũ extra ordinem exerceretur, aliam à Milonis iudicio fuisse,

fuisse, locus epistolę perspicuè demõstrat. quũ id iudicium prætermissis alijs de ui reis omnibus, quam uis prius factis, primo quoque tempore factum esse testatur: neq; de Quæstore nouo creato mentionẽ ullam faciat. Cuius rei quæ ratio fuerit, ut uerè dicã, coniectura assequi non possum. neq; enim Lutatia lege, quę quotidie, festis etiã (ut ait Cicero pro Cælio) ludorumq; diebus de ui iudicium exerceri iubebat, sed & Plautia, & post ludorũ dies acta caussa est. nisi fortè dicamus, quemadmodum in quæstione inter sicarios parricidij crimen extra ordinem ac primo quoq; tempore in iudicium uocabatur, ut constat ex libro de Inuent. 2. (parricidij enim crimen iudicij de sicarijs partem fuisse, Rosciana oratio declarat) eo dem modo in quęstione de ui Plautia lege cõstituta, crimina quędã fuisse, de quibus propter atrocitatem ordine reorum neglecto statim iudicandũ esset. In quibus, si suspicioni locus est, uis ingenuis allata non postrema fuit. Quare quum Semproniũ hominem & cognomento & colore Rufum, ἀφρυνὰν Cęlius mel ac delicias Ciceronis appellet (quo uerbo, ut satis constat, obscœnitas plerunq; cõtinetur) si Vestorio Tuccium uim attulisse diceremus, ob eã que caussam lege Plautia extra ordinem à Sempronio esse accusatum, totũ illum locum hoc modo interpretari non incõmodè possemus: ut Cęlius Tuccij patronus, uerbum de crimine Tuccij, quod inficiari fortasse nõ poterat, nullũ faceret: sed ipsius Sẽpronij notam infamiam in iudicio cõmemoraret, exponeretq; eum ipsum aliquãdo id pro beneficio dedisse, quod in maximi flagitij loco Tuccio poneret: quodque Vestorius in maximis iniurijs numeraret. Et quoniã rumor quoque aliquis, falsus fortasse, in ore tamen hominum uersatus erat (qua de caussa ueterem fabulam appellat) Rufum hunc Ciceroni aliquando in delicijs fuisse, iocãs Cælius subiungit, se quoq; Ciceronis & illius fabulæ ueteris apud iudices mentionem fecisse: ut isto modo elusus Sempronius, calumniam magno plausu tulerit, qui non animo flagitij uindicandi, sed ut præsentis anni Prætorem effugeret, ausus esset accusatorem suum eius criminis reum facere, cuius ipse iampridem omniũ hominum sermone damnatus esset. Hot.

Extraordinariae persecutiones appellantur, quarum cognitio ad ipsum prætorem pertinebat, ueluti de fideicõmissis. l. 178. §. actionis. ff. de uerbor. signific. Non enim per formulam fideicommissa iure ordinario, sed apud proprium prætorem petebantur, ut Vlpia. in Institut. scribit & indicat l. 84. in fi. ff. de hered. instit. l. 4. ad fi. ff. quib. ad libert. procl. l. 78. §. penult. ff. de legat. lib. iij. l. 29. ff. de usufruct. leg. l. 41. ff. bon. libert. l. 45. ff. de actio. emp. & l. 2. §. capta deinde. ff. de orig. iur. l. 2. C. qui potio. in pig. l. 1. C. si aduers. libert. Bris.

Extraordinarium remedium, Alc. officium iudicis interpretatur, in d. l. cũ filius familias. Si cert. pet. & cap. x. lib. j. Paradox. contendit, eadem esse remedia, officium iudicis, utilem actionem, atq; actionem in factum. Sp.

Extra ordinem cogi quis dicitur, pignoribus captis uel multæ dictione l. 1. ff. de admi. tuto.

Extra ordinem præses uel Iudex cognoscere dicitur, cũ uia ordinaria actio nõ intenditur, sed per uiam supplicationis, quod Galli dicunt uenire per requestam. Nam cum aliquid tanquam ex transuerso superuenit, ad quod actionis legitimę potestas dirigi non potest, libellum supplicem offerunt iudici, ut de eo ex æquitate statuat, ut annotauit Franc. Cõnanus lib. 7. comment. cap. 24. Hinc extraordinariũ iudicium dicitur, quod officio iudicis implorato cõstituitur. quoties ex æquitate alicui succurrendum est, quia remedium ordinarium desit. Petr. Peckius l. utilitatem §. est autem, ff. de exercit. act.

Extraordinarium commodum l. 239. §. munus. ff. de uerborum sig. Prat.

Extraordinaria munera l. unica. de uaca. publicorum mun. lib. 10. Et

Extraordinariae indictiones l. fi. C. de mu. patri. libro 10. quæ extra ordinem imperantur l. 6. ff. de uac. mu. quæ non à lege, SC. uel constitutione principum, sed ex improuiso per magistratus iniungũtur l. 8. §. qui muneris. ff. de uac. mu. Bris.

Extravagantes, aliquot sanctiones Principum sunt: dictæ, quod sint extra librorum iuris ciuilis contextum frequentatæ. qualis est constitutio Lotharij Saxonis, de Feud. nõ alien. & diui Friderici, de pace tenenda. & de Sacramen. puber. spõtè factis non retract. Itẽ de priuilegijs Ecclesiæ, Friderici Imp. eius nominis secundi. Item de Maiestate læsa: deq; Rebellibus edictũ Henrici septimi: & rursus de Pace Constantiæ. duorum Friderici Impp. & Henrici Romanorũ Regis vj. cũ nõnullis alijs Principum sanctionibus publicis, iuris libris, necdũ adiunctis, sed quæ in Archiuis Imperij in reip. usum cõseruantur, ut monuit Ferrar. Sp.

Extrema pueritia, ꝑ extrema parte pueritię.

Extremitas Aggenno Vrbico est finitima linea, quæ interuenit, aut per iter publicũ quod trãscendi non potest. Prat.

Extremo mortis tẽpore dicitur cõstitutus, & sic in extremis laborare, omnis ille qui ex illa infirmitate in qua constitutus est, moritur, absque sanis interuallis: licet multis diebus superuixerit. ita singulariter Bal. in c. j. col. ult. uers. pone statuto, extrà de pactis. ubi infert, ad statutum requirens præsentiam duorum consanguineorum, in contractu illius qui in extremis laborat. & ad hoc citat textum sing. in l. alumne. §. ultimo. ff. de annuis legat. Sed debuit allegare de alimentis legat. quem textum etiã pro singulari ad hoc allegat D. Iason in l. prima. §. j. col. iij. uersi. quis autem. ff. si quis ius dic. non obtemper. & in l. si quis posthumos. § si filium. colum. penultima, post principiũ. ff. de liber. & posthumis. & utrobique etiam sequitur hanc decisionem Baldus, quam pro singulari ad hoc commendat in l. j. col. v. uersic. adde in quantum. C. de sacrosan. ecclesiis. in lectura Patauina. & approbat etiã D. Feli. in c. pastoralis §. pręterea. in ult. col. uers. signa. gl. extr. de offi. ordi. ubi multa de constituto in extremis, post Barbat. in cap. Rainutius. in prima charta, de testament. Cottta in memoral.

Extremum in iurisdictione, est decernere aliquid, iubere, uel addicere. quippe sicut citatio ad præparationem pertinet, ita decretum ad extremã executionẽ. Proinde puniri potest is, qui præcepto iudicis in quacunq; parte iudicij non obtemperauerit. Dd. q̃a nõ ꝑceperũt uim uocabuli extremi in edicto, Si quis ius dicen. nõ obtemp. eorum ingenia, ut ait Zasius, egregiè defecerunt: quem uide hic, & lib. j. Singular. intellect. Item Hegendorph. eadem. l. unica. & Old. Class. j. Action. ij. Sp.

Extricare, est quod intricatum est expedire atq; resoluere, siue enodare. Vlp. ad Leg. Aquil. l. si seruus seruum. Si cũ margaritas, inquit, maritus dedisset in usum extricatas, easq; inuito, uel inscio uiro perforasset. Extricatas dixit, pro solutas, & nõ per-

perforatas, neq; in lineã redactas, Nebr. Aliter: Extricare, est dépto cortice expolire. Sic Vlpian. Sunt extricati uniones, qui ex rudi & natiuo habitu arte gemmarij politi sunt. Sic item margaritæ extricatæ, ab eo appellatæ: quas Accursius, margaritarum naturã ignorans, ab inuicem separatas, interpretatus est, teste Budæo. Spieg.

EXTRINSECVS, id est, extra naturã rei. l. fluminum. §. uitiũ. ff. de Dam. infect. Aliter sumitur C. de Bon. quæ libert. l. cum oportet. in prin. &. §. sub hac. Alberic.

EXTRVITVR, instruitur, fabricatur, armatur nauis. Paul. l. qui naué. Marcel. l. quód quis nauem. de Priuil. cred. Spieg.

EXTVNC, ex illa hora, & temporis momento: sicut Exnunc dicitur, pro, ex hoc tempore & hora. De clausula hac Exnũc, prout extũc, suprà dictũ est.

EXTVNDERE. Vide, Exprimere.

EXTVRBARE, id est, ui eijcere. Est Ciceroni exturbare à ciuitate, quod uulgò dicunt, facere ciuẽ multari exilio, *Verbannen*. Sp.

EXVEHERE. Celsus scribit: Si quis merces, quas exuehendas conduxit, in horreo posuit, cum conductore ad exhibẽdum agi posse, teste Vlpiano. l. v. ff. ad exhiben. Sp.

Ex uirili sexu, seu per uirilem sexum, & per lineã uirilem descendentes differũt. Nam primo casu etiã fœmina ex filio, uel nepote nata continebitur, secũdo non continebitur. Non enim per lineam descendit, nisi qui in linea est. Recentiores interpretes, in l. Gallus. ff. de Liberis & postum. Spieg.

EXVL, qui à solo eiectus est. Translatè, nec omnino ineptè dicitur, in. l. iubemus. C. de Testã. Exul fiat à Republica falsitas. Lege, Profugus. Sp.

EXVSTIS ædibus, nec areæ nec cæmentorũ usumfructum deberi, Iulianus tradit, teste Vlp. in l. re peri. rei mutatione, ff. Quib. mod. ususfruct. amittat. Spiegelius.

F

F LITERA sola adiecto punctulo, nõ solùm filium, sed & fratrem significat Ciceroni in Bruto. Festiuitate, ait, igitur & facetijs, inquam, C. Iulius L. F. ubi F. litera fratrẽ denotat. Nam, teste Pediano in Oratione pro Scauro, Is C. Iulius habuit fratrẽ L. Iulium. Alio Ciceronis loco F. filiũ significare obseruauit P. Victorius. Q. F. tibi Sal. dic. Prat.

FABER tignarius intelligitur omnis qui ædificat. quia in Lege xij. Tab. Tigni appellatione omnis materia unde domus confici potest, continetur. l. tigni. de Verb. signif. In specie tamen accipi uidetur pro lignario, seu materiario tantum, qualem græci τέκτονα uocant: cuius uocis meminit Papinian. l. pen. de Via publ. dum licitũ esse tectioni tradit, trochos, id est, rotas extra ergasterium proponere. Sp. Adde Brechæũ l. fert §. Fabros in tit. de uerb. & rer. signif.

FABIANA formula, à Fabio dicta: ad eorum reuerentiam pertinens, quæ in fraudem patroni alienata sunt. Spieg.

FABRE, pro artificiosè: ut à fabris esse uideatur. Sic apud Plautum, Hoc factum est fabrè. Sed iam ab usu recessit: magis enim utimur alio aduerbio, Adfabrè. Spiegelius.

FABRI dicuntur, manu artificium aliquod faciẽtes: estque generale nomen: unde ex adiectione soler distingui. ut cum dicimus, faber lignarius, faber murarius, faber aurarius, & similia. Ex Alciato. Sp.

FABRICARE latinis idem quod facere significat: unde fabriles operæ quæ sunt in faciendo & in quibus factum ipsum attenditur non edentis aut eius cui eduntur persona, nec uero Causa cur eduntur inquiritur. uide infra operæ fabriles. & Connanum lib. 2. cap. 8.

FABRICA, generale nomen est in Aut. de Armis. Sed in Constitutionib. specialiter accipitur pro armorum factione. Vnde & Fabricẽses dicti: in quẽ sensum & fabricæ Cremonensis, teste Alciato, meminit Marcellinus libro xv. Nec est fabrica, pro quo à Canonistis ponitur, licet error hic apud uulgus per uicerit: sed propriè latinis donat quorumcunque fabrorum officium. Sp.

FABRICA item, pars est architecturæ, quæ à Vitruuio sic definitur: Fabrica est continuata ac trita usus meditatio, quę manibus perficitur. Sp.

FABRICA apud pontificios pro structura, sic sumitur. 12. q. 1. c. futuram. quem citat Albericus in Lexico apud quem falsò legitur statuta pro structura. Fabricæ autem in imperio Romano præcipuæ 19. erant, uidelicet in Illyrico 6. in Italia 5. in Gallijs 8. Erantque sub dispositione magistri Officiorum, quemadmodum Notitia Imperij testatur. Prat. Adde his Cuia. in l. 4. C. de agentibus in rebus lib. 12.

FABRICENSES in impp. Constitutionibus appellantur, qui in sacris fabricis arma cudebant. Iustiniana. Nouel. lxxxv. *συνάδειν τὸ δὲ ἱκανοποιίας ἔργον μηδένα μὲν ἰδιώτην ἐργάζεσθαι· μόνοις δὲ λοιπὸν τὰ ὅπλα κατασκευάζειν τοῖς ἐν ταῖς δημοσίαις καταλεγομένοις, ὁπλοποιίαις ὁ τοῖς λεγομένοις φαβρικησίοις.* Bris. Porrò Frabricenses, qui & deputati dicebantur l. ult. C. de ser. fugit. sunt, qui arma fabricant in publicis officinis. In eorum corpus curiales asumi nõ possunt l. 4. c. de Fabric. lib. xj. assumpti retrahuntur in curiam. At fabricenses, qui curiæ obnoxij non sunt, ne ad leue quidem munus publicum uocari possũt. Cuia. in l. frabricenses C. de decurionibus & filijs eorum & c. libr. 10. & lege 1. de fabricensib. C. lib. 11.

FABRILES operæ. Vide infrà, Operæ fabriles. & l. pen. de Præsc. uerb. l. frabriles de Oper. libert. lege, si fortem. C. de Condit. indeb. Albericus.

FABRORVM collegia ea de causa instituta, ut quoties in urbe aliquod incendium excitaretur, ad illud compescendum accurrerent. Eorum instrumẽta Vlp. connumerat in l. quæsitum. de Fund. instru. Spiegelius.

FABRORVM præfectos, quorum multa est mẽtio apud autores in l. diuus. ff. de Bonis damnat. eos esse censet Bud. quos Commentariẽsis, qui dicitur, adiutores sibi sumpsit ad custodias obseruandas regendasque. Spieg.

FABVLA, res passim uulgata, etiamsi uera sit, à fando dicta. Cantiuncula nõ absurdè apud Iustinianum explicat pro commenticijs traditionibus, seu doctrina adulterina: quemadmodum & Paulus in l. antiqui. Si pars hæredit. pet. accepisse uidetur. ubi dicit: Ideo multa de huiusmodi re, tam uaria & incredibilia tradiderũt, ut fabulis annumerarẽtur, hoc est fabulari narrationi, in qua multa falsa & minimè uera, referuntur. Atqui uox hæc latina respondet duabus Græcis uocibus: alteri quæ est μῦθος alteri quæ est δρᾶμα. Iam ut μῦθος Græcis anceps est ad cõfictã fabulam, quales sunt apologi, & ad serium uerumq; sermonem, itidem apud latinos est fabula. Vnde & à fabulandi uerbo non abhorret Euangeliũ. & Hieronymus exponens epistolæ ad Philemonem cap. j. histo-

historiam Dalilę & Sampsonis, fabulam appellat. Vide Erasm in supputat. Err. Beddaicor. Sp.

FAC ita esse, Item, finge, uel da, latinè dicitur pro eo, quod Sophistæ, & uulgus Interpretum frequenter usurpant, Pone casum: quod planè barbarum est, teste Tillino. Sp.

FACERE uerbum, omnem omnino faciendi caussam complectitur: dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi, l. uerbum, 218. ff. de uerbor. significat. item reddendi l. 175. eod. tit. Hinc facere posse uel non posse, passim in iure ciuili, pro Soluendo esse uel non esse. §. penult. de actionib. l. 3. de constitut. pecu. l. 4. §. 1. & pass. ff. de re iudic. l. 21. §. 1. ff. rer. amot. Hotoman.

FACERE uidetur, qui iubet & mandat. l. in condemnatione. ff. de regul. iur. Alber.

FACERE, quandoque pro dare interpretamur. l. si hæres. de leg. j. Sp.

FACERE, plus est quàm pronũciare. l. si tamen, §. ei qui seruum. ff. de Aedil. edict. Alberic.

FACERE, pro laudare, Plin. Iunior posuit: tam latè patet id uerbum, multorum locum explēs. Sed nos quæ ad nostrum institutum propius accedunt, duntaxat adnotanda duximus.

FACERE item est numerare. Vnde paria fecisse dicitur, qui pecuniam quam accepit, numerauit, & id quod debet reddit. ex Alciato. Spiegel.

FACERE denique pro soluere accipitur. l. sunt qui. de re iud. & l. ult. C. de rebus credit. Spiegel.

FACERE, id est, solicitare intelligimus, ut cum paciscimur. Ne seruum facias furem, aut fugitiuum: id est, ne ad furtum fugámue sollicites. Sp.

FACERE etiam accipitur, per quem non stat, quo minus fiat. l. uter ex fratribus. ff. de cōdit. instit.

FACERE, procreare etiam significat, in l. cùm satis. de Agric. lib. xj. Sp.

FACERE, Bart. interpretans l. naturalis. §. j. ff. de præsc. uerb. an non facere, sit facere, pulchrè differit.

FACERE, aliud est quàm reficere. l. iij. §. penul. ff. de itin. actuque priu. l. j. §. j. de Via publ. refic. Interpretes tamen apud Iurisconsf. hoc uerbum pro reficere accipiunt, ut in l. si seruus seruum. §. si calicem. ad Leg. Aquil. l. Mutius. de rei uend. l. j. de Mort. inf.

FACERE æqui boni, apud Ciceronem, Terentium, & Liuium ferè est, quod Iurisconsf. dixit, Boni cōsulere, in l. generaliter. ff. de Decurionib. quod quid sit, docet ibi Budæus. Sp.

FACERE certiorem. Vide Certifico.

FACERE cœnaculariam. Lege, Cœnaculum. ibidem, Cœnaculariam exercens.

FACERE contumeliam. Apud ueteres & Ciceronis ætate superiores pro eo, quod præsens ætas afficere contumelia dicit, receptum fuit: ab usu tamen cotidiani sermonis remotum iam Ciceronis ætate. Spiegel.

FACERE damnum, pro periclitari, & damnum & incommodum ex re aliqua accipere. l. Proculus. ff. de damn. infect.

FACERE exemplum in Dauum, pro eo quod est, ita punire Dauum, ut sit alijs exemplo. l. Proculus. de dam. inf. Spieg.

FACERE fraudem creditoribus, ex interpretatione legis, ultra uim uerbi intelligitur, qui seruitutes per negligentiam amittit, uel rem pro derelicto habet. l. iiij. ff. quæ in fraud. cred. Sp.

FACERE fraudem legi, & contra legem facere differunt. Cōtra legē facit, qui id facit, quod lex prohibet. In fraudem legis facit qui saluis uerbis legis, sententiam eius circumuenit. Fraus enim legi fit ubi id fit, quod fieri noluit, fieri autē nō uetuit. Et quod distat uerbum ab intellectu, hoc distat fraus ab eo quod contra legem fit. Connanus lib. 5. cap. 5. nu. 2.

FACERE hæredem dicitur is, qui moritur: cum testamento facto, eius res in alienam potestatem redeunt. Attamen, Facere hæredem, pro relinquere hæredem, usitatius est. Sp.

FACERE impreßionem, idem quod facere impetum, nempe insultare. de quo apud Feudistas.

FACERE inducias, quod uulgò, ut omnia barbarè dicunt, facere treugas. Metaphoricè pro spacij aliquid dare, donec quidpiam fiat.

FACERE ad inuidiam alicuius, est aliquid facere, quod pudorem ei incutiat, & ob quod factū contemnatur, l. nec quicquam. §. sed etsi quis. ff. de offic. procons. ubi Accursius non intellexit. Deinde in §. hæc autem l. item apud. ff. de iniur. subdit Vlpianus, ob carmen famosum aliquem teneri iniuriarum, ut l. unic. C. de famos. libell. Cato in Originibus testatur morem apud maiores huius epularum fuisse, ut qui accumberent, ad tibias summorum uirorum laudes canerent. Citat locum Cicero lib. 4. Tuscul. quæst. sed res in uitium uersa est: cœperunt poetæ carminibus onerare pudorem alienum, & l. duodecim tab. sanxerūt, ne in alicuius inuidiam carmen fieret, aut fustigaretur. Horatius:

——Quin etiam lex
Pœnaq; lata malo quæ nollet carmine quenquam
Describi, uertere modum formidine fustis,
Ad bene dicendum delectandumq; poetæ.

Proinde deceptus est Corn. Tacitus lib. primo, qui scripsit primum omnium Augustum de famosis libellis cognitionem tractasse, commotum Cassij Seueri libidine, qui uiros & fœminas illustres procacibus scriptis diffamauerat, cum lex XII. tab. longè ante Augustum, de ea re cauisset, teste M. Tullio, post utrunq;, Senatus consulta & leges idem cauerunt, & ut refert Paulus lib. 5. Receptarum sententiarum prohibitæ satyræ sunt, & epigrammata contumeliosa, uel *ἐπίθεσις*, id est impositio l. lex Cornelia. §. fi. ff. de iniurijs, Forcat. Necyomantiæ dial. 58. nu. 4.

FACERE iudicem, id est iudicium, alicujus rei ad aliquem deferre.

FACERE iudicatum, iudicis sententiæ parêre. Verbum ex XII. tab. Ni iudicatum faxit, secum ducito. Celsus l. 42. ff. si cert. petat. At si iudicatum fecerit Titius, nihil ultrà Seius tenebitur. Cicero pro Flacco, Itaque Recuperatores contra istum rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt. quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Scæuola l. 45. ff. de fideiuss. An cum hærede uenditoris ante diem quo iudicatum facere cōpelleretur, agere posset. Hot.

FACERE mecum, pro mecum sentire, & meæ esse opinionis, aut mihi fauere.

FACERE nauim, pro ædificare nauim.

FACERE negocium, præter notam significationem, est etiam accusare, deferre. Sp.

FACERE nomen cum uineis, hoc est, facere supputationem reditus uinearum.

FACERE nomen, est in tabulas referre aliquid alicui deberi. Vlpianus l. 2. ff. de proxen. Si proxeneta interuenerit faciendi nominis, quasi mandator non tenetur. quia hic monstrat magis nomen quàm mandat, tametsi laudet nomen. Seneca in principio libri primi, Non eligimus dignos quibus tribua-

mus: sed nomina facturi, diligenter in patrimonium & uasa debitoris inquirimus. Idem libro secundo, Quidam uolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores aduocari, nec chirographū dari. Item libro tertio, Vtinā nulla stipulatio emptorem uenditori obligaret: nec pacta conuentaq; impressis signis custodirētur. fides potius illa seruaret, & æquum colens animus. Adhibētur ab utraq; parte testes. Ille per tabulas plurium nomina interpositis pararijs facit. Ille non est interrogatione contentus, nisi rem manu sua tenuit. O turpē humani generis fraudis ac nequitiæ publicæ confessionem. annulis nostris plus quàm animis creditur. in quid isti uiri ornati adhibiti sunt? in quid imprimunt signa? uide Nomen, & Nomina facere. Hot.

FACERE non oportere, quam ea uerba habeant significationem, Alciat. lucidius exponit post Vlpianum, de Verbor. signif. Sp.

FACERE occasionem, pro dare. Sp.

FACERE oportere, absq; negatione, colligitur ex uerbis Vlp. in l. facere oportere. de Verb. signif. ut ibidem Alciatus declarat. Sp.

FACERE palàm, quod Barbari notificare dicūt. Spiegelius.

FACERE paria non est uerbum Hispanicum, ut Accursius dixit, sed usitatū latinis autorib. quos citat Budæus. Scæuola de Statulib. l. fin. §. argētarius. Paria facere interpretatur, reddere iustas rationes, & totum debitum soluere. Callistratus in l. semper. §. cōductores. de Iur. immunit. accipit paria fisco fecisse, pro satis fecisse, & satis dedisse. Alciatus in lib. rationū ait, ab una pagina acceptum describitur, ab alia expensum: unde Paria facere dicitur, qui tantū accepit, quantum expendit. Sp.

FACERE partem cōiuncto, id est efficere, ut partiarius remaneat, nec totum accipiat. E diuerso, collega tunc alteri coniuncto partem non facit, quādo eo à parte sua excluso collega, legatū ex utrisq; partibus recipit. Et hoc est quod uulgò ex regula affirmatiua dicitur, Qui ad partem admittitur, partē coniuncto facit: id est, id efficit, ut coniunctus non plus parte sua recipiat. Sic ex regula negatiua: Qui ad partem non admittitur, partem alteri nō facit: id est, non impedit eum, quin totum accipiat. Quando uero coniuncti partem collegæ faciant, quādo non faciant, leges mirificè uariant: quas tamen doctè præceptor noster Zasius in Intellectib. suis explicat. Sp.

FACERE potestatem iudicandi, uetus modus loquendi: ex quo, ut Alciatus tradit, satis apparet uerum esse, quòd iudicium scilicet à litis contestatione incipiat. Qua de re latius disserit in Rubr. C. de In Ius uoc. Spieg.

FACERE promissa, pro stare conuentis. Simile ferè est illud, Verba ad rem conferre.

FACERE remissionem. Vlpianus l. j. Qād. appellan. sit. An uerò à remissione quam præses fecerit, appellatio sit interponenda.

FACERE reum, idem est quod accusare, & indicare. l. si ueris. C. de Fid. instrumen. Dargeben/Angeben Spiegelius.

FACERE rapinam, apud Scæuolam de Legat. ij. l. pen. §. matre.

FACERE sponsionem dicimur, cùm alius aliū fore uictorem affirmat. Martian. l. iij. de Aleat. Quibus sponsionem facere licet. Sp.

FACERE securitatem, quod barbari Assecurare dicunt.

FACERE stipendia, idem quod militare, & stipēdiarios, hoc est, milites stipēdijs ꝓpositis colligere.

FACERE sumptum, quod aliàs facere expensas, uel expendere dicitur.

FACERE suspectum tutorem, est detegere, & iudici approbare suspicionis causas, leg. ij. Cod. de Vsufruct. pupil.

FACERE syngraphas, est uulgò obligationes, schedulas, & signa dare, Bekantnuß und schult zedel geben.

FACERE totum, pro tūm omnem habere. Vlpianus l. 35. §. 3. ff. de hæred. instit. Rerum autem Italicarum uel prouincialium significatione quæ res accipiendæ sint, uidendum est. & facit quidem totum uoluntas defuncti. nam quid senserit spectandum est. Hotomannus.

FACERE tyrocinium, & ponere rudimentum, latinè dicitur id, quod uernacula lingua, caput operis facere dicunt, Die erst prob thun/ id est, initium opificij: cum opifices specimen artis edentes, magisterio decorantur. Budæus. Sp.

FACIES προσώπου & operis, & ædificij & locorum & patrimonij l. 32. §. itèm respondit. l. 55. §. quòd autem ff. de admi. tut. l. 1. §. opus. ff. de no. op. nunc. l. 9. §. si inquilinus. ff. loca. l. fi. ff. de termi. mo. Bris.

FACILITAS. τὴν ἀιδῶ Ammianus Marcellinus lib. 22. ἐξ ἀπειρηκότος stultum uult dictū uideri, ut Pontum ἄξενον ut noctem, εὐφρόνην: & quædam alia. Sed aliter res habet. nam quia grauitas, constantiaq; uitæ, prudentem uirum maximè decet, iccirco eum, qui leuis & inconstans (quod stulti proprium est) esset, ἀιδῶ à facilitate morum uocarunt. unde & imprudentiam, uulgo εὐηθείαν titulo facilitatis notauim⁹. l. si is à quo. ut in possess. leg. eat. Facilitati (inquimus) suæ expēsum ferat. Curt. lib. 1. [illegible] c. 40.

FACTA transacta omnia: Prouerbiale est, teste Donato apud Terent. in id negocij de quo nihil superest ad agendum. Indicauit & Erasmus hæc uerba solennia esse apud iurisprudentes, tum alios cōplures melioris notæ scriptores. Sp. Hæres in factū succedit. Verbi gratia. Scripsi & confessus sum centum aureos me Titio Nigro debere: quos illi aut Meuio Pulchro ad Nonas Decembres soluam. Mortuus est pulcher, an rectè hæredi soluam? Nequaquam. l. cum quis. de uerb. oblig Nec enim aliud Pulcher, quam solutioni adiectus est: soluere autē plus facti continet quam iuris. Item testator sic cauit. Fabio Iusto executionem omnium rerum committo. Diem obijt Iustus. Quid hæres? nū eas res exequi, tanquam & sibi commissas, potest? Non opinor. Nā & in executione plus facti uersatur quā iuris. Quid ergo est? dicet aliquis: hæ obligationes, Ædes fulcire, fabulam pingere, uiam munire, aut si qua similis est, hæredem non sequuntur? Neq; quin sequantur, dubium est. Atqui in facto cōsistunt. Sed sciendum est, sicut & aliàs dixi, supra lib. 1. cap. 3. non simplici modo intelligendum esse quod dicimus, Facti rem aliquam esse. Etenim, ut aliud in præsens non confecter, Facta aliàs à Dando distingui solent, quo intellectu, huius obligationis potestas, ædes fulcire in facto consistit: alias à iure. Quod ergo dicimus, Facta ad hæredem non transire, id illam significationem habet, ut ea duntaxat, quæ iuris habentur, in hæredem intelligantur transfundi. Quod genus sunt illa, in quib. affectus ab utraq; parte contrahentiū cōcurrūt, ut Priscus uoluit. l. in omnib. de actio. & obl. & ultro citroq; ut Labeo dixit, in obligationem cōsensum est. l. 1. ab eo. 2. de uerb. sig. Igitur hæ obligationes, Agrum polire, uillam tegere, & quæ his similes, quam-

quamuis in factū, qua dandi potestas abest, desināt, cum tñ in eas ab utraq; parte consensum sit, merito & hæredē tenent, & hæredi prosunt. Quoniā & parti iam ante excessum, ius quæsitū fuit. At soluendi exequendiq; facultas, in eo genere rerum, quas supra posui, ἀσυναλλάκτως contingit: & ideo, donec aliqua συναλλάγματος (ut Arist. ait. l. iurisgētium. §. 2. de pact.) species uel imago, qua ultro citroq; tāquam in obligationē cōsensum esse intelligatur, accedat: tota res intra terminos facti se continet, nec quicquā ad hæredem iuris transmittit. Idq; ex regula Q. Mutij. l. 1. §. pe. si quis test. lib. qua traditū est, nihil aliud posse in hæredē transfundi, quàm id quod hæreditas sit. Porrò quę facti aut animi sunt, hęreditatis non esse. Cur. lib. 2. ἀπορ. cap. 3.

FACERE negociū, impedire, cogere, quod propriè Barbarè dicitur, dare ad faciendum. In ein handel füren.

FACTI esse censentur, quæ alterius tantùm partis uoluntati innituntur. Glos. §. ex conditionali. de uerbor. obligat. Hinc est, quòd animi declaratio, ex regula ad hæredes non pertinet. l. inter. §. Stichum. ff. de uerb. obligat. Sp.

FACTI in iure ciuili multiplex & uarius est sensus. Aliàs factū à dando distinguunt. Velut in eo qd' Celsus & Tubero putant, si factū promittas, nec facias iusta æstimatione facti ad id quod mea intersit te teneri. l. stipul. non diui. de uerb. ob. In dandi obligatione enim, non idē placuit. Est ubi & alia sit facti caussa quàm omissi, siue non facti, & leuior quidē est eius, qui omisit culpa, quàm eius, qui facto peccauit. Facere quoq; & pati non eodē loco habentur, magisque facto aliquo, quæ cuiusq; sit mens, qui animus ac uoluntas, quàm patiētia probatur, ut Decius ait. l. non uult. de reg. iur. Et cuius prædiū uel fundus uicino seruit, patientiam quidem præstare debet, & quidquid stipulationi illi, per te non fieri, inest. Cæterum ut opus muniat, uel aliud quid faciat, cogi nō potest. l. quoties. 1 de seruit. Quid? quòd & facta à dictis plurimum distant, ut uetere uerbo testatum est? Ita & eius qui contra, quàm contestatione sua cauisse se putabat, quid egit: non contestationem, sed facta spectanda esse, non absurdè placet. Etenim quid uerba (ut inquit Cicero) curem, cum facta uideam? Hinc Paulus l. Paulus Ros. rem rat. hab. Non uerbis duntaxat rem ratam haberi posse respondit, sed etiā actu. Quin etiam, sunt quædam animi magis quàm facti uel actus. Tametsi quodam genere, & animus ad factum pertinet. Interdum & contra Ius ponitur factum: nec ignorantia iuris & facti eodem loco ponuntur: & grauior est facti quæstio, quàm iuris. Est tandem, & ubi cum natura pugnet. Exemplum dat illa quæstio: Bonæ fidei emptor, an & quos fructus ex ea re suos faciat, quam à non domino emit: nam aliud in ijs qui cura, opera & facto hominum nati sint: aliud in ijs qui natura, nullo cogente, & sponte nascantur uisum est: de quo latius infra lib. 2. cap. 42. Curt. lib. 1. ἀπορ. cap. 3.

FACTI esse dicuntur, quæ non in iure aliquo ciuili, id est aliquo ex iuris Quiritium inuentis atque institutis, sed in facto duntaxat posita sunt. Iuris ciuilis instituta dico, ueluti, Capitis diminutionem, postliminium, tutorum curatorúmue auctoritatem, & quæ sunt in eodem genere. exempli caussa, Possessio dicitur esse facti, non iuris: ac propterea possessio interrupta negatur postliminio restitui posse: quippe cùm possessio in facto consistat. l. denique, decimanona, ff. ex quibus caus. maior. Hac etiam de caussa Hæreditas negatur possessionem habere, in l. prima. §. Scæuola, ff. si quis test. lib. quia scilicet Hæreditas ius est, neque facere quicquam intelligitur. Item possessio dicitur posse à pupillo intelligente etiam sine tutoris auctoritate acquiri, atque adeò amitti. l. prima, §. primo, & l. possessionem, 29. ff. de acquir. poss. Similiter Habitatio dicitur esse facti, in l. penult. ff. de cap. min. atque ob eam caussam Habitationis legatum per capitis diminutionem non perimi. ac nimirum hoc illud est, quod ait Paulus in dicta l. prima, §. secundo, de acquir. possess. res facti infirmari iure ciuili non posse. quemadmodum enim ex eo iure non constant, sic nec ab eo euerti, neque restitui possunt. Similiter solutio, uenditio, traditio, facti magis esse dicuntur, quàm iuris, l. 7. ff. de curat. fur. Hot.

FACTI ignorantia. Ignorantia facti est, ut si me fugiat eum obijsse mortem, qui cognatione mihi iunctus fuit: aut non fugit me, eum mortem obijsse, cæterùm, uel intestatum obijsse, uel me hæredem institutum latet. l. prima, ff. de iur. & fac. ignoran. Et hic error facti, siue huiusmodi ignorantia, neque maribus, neque fœminis, in damnis, uel compēdijs obest. l. error facti. ff. d. titu. Quinimo, facti ignorantia nulli nocet, l. regula est. ff. eo. etiam qui suum persequitur. Hæc enim excusat (quod èxplica secundum ea, quæ clarè hic ostenduntur) & præsumitur, l. si pro suo & l. ueriùs. de probat. ff. nisi quoties disquisitio diligens initio actus esset necessaria: ut cum aliquis defert, aut denuntiat alium de crimine, uel in dignitatis gradu locat. Bald. in l. prima, ad Macedon. cap. gloss. in cap. innotuit. de elect. Planè ignorantia probatur per iuramentum, cap. pastoralis. de except. glo. in uer. ignorantiam. in cap. innotuit. de elect. text. in cap. si uerò ij, de sent. excomm. Panorm. in cap. quia diuersitatem. de concess. præb. gl. in uer. doceatq; in l. si cui. §. j. de accusat. cū sit sita in animo & hominis cōscientia. gl. in §. alię. de act. Inst.

FACTI euidentiam. Lege, Euidentia facti.

FACTIONIS significatio aliàs honesta est ut factio testamenti, licet admonēte Viglio factionē cum testamenti adiectione apud bonos autores nō facilè reperias: Aliàs inhonesta ut l. 2. §. Et cū placuisset. ff. de origine iuris. Accipitur. n. pro diuisione seu cōspiratione in diuersa studia, cū aliqui se principes in ciuitate faciūt quos aliqui sequātur. Factiones, inquit Liuius fuêre, eruntq; populis plurib. maiori exitio, quā bella, quā fames, quā morbi. Hinc factiosi sunt dicti qui amāt factionem hoc est discordiam & seditionem. Oldendorp.

FACTIONES faciendi Cicero in Topic. cui testamenti factio nulla esset, id ēst facultas. Factio non modo faciendi, sed & capiendi facultatem ex testamento significat. l. filiusfa 16. de testa. Prat.

FACTIONES publicanorum. l. 12. ff. de publican. Factio latronum l. 11. §. pen. de pen. Prat.

FACTIONES, agitatorū in cōtrarias partes diuisos greges accipe in l. 1. de equis curulib. in Cod. Theod. quod & Festus lib. vj. Erant aūt hæ pannorū colorib. Prasino scilicet, Veneto & purpureo distinctæ factiones Suet. in Domitiano c. 7. Duas circēsibus Græcorū factiones aurati, purpureiq; panni ad quatuor pristinas addidit. Vnde colligitur nō duas solū, sed quatuor & eo plures factiōes aurigarū Romę fuisse, cōtra q̄ pleriq; sentiāt. Quod & Xiphilin. in Nerone notat. Idē Suet. in Vitellio: Quosdam & de plebe ob id ipsum, quòd Venetæ factiōi clarè maledixerāt interemit. Sic & Venetanā factionem inter-

pretabimur in inscriptione, quæ Danij est in Hispania. Et prasinam factionem apud eumdem Sueton. in Caligula cap.lv. Capitolinus in lib. de Rebus gestis Gordianor. Equos singulos Cappadoces 100. permittentib. Imperatorib. factionibus diuisit. Bris.

Hinc FACTIONARII in l.ult. de equis curulibus.in C. Theod. Et factionum domini. Sueton.in Nerone cap.v. Quærentibus dominis factionum re præsentanda præmia in posterũ sanxit. Et cap.xxij. Ne dominis quidem factionum dignantibus nisi ad totius diei cursum greges ducere. Lamprid. in Cõmodo. Circenses multos addidit ex libidine potius, quàm religione, ut factionum dominos ditaret. Huius autem pannorum & colorũ diuersitatis qua aurigæ discernebantur rationem explicat Isidor. libr. xviij. Etymolog. cap. xxxiij. Bris. Vide Turnebum lib.aduersariorum undecimo, cap.11.

FACTITARE, est frequenter facere l.Fulcinius §.si quis §.latitare ff.quib.ex cau.in possess.eatur.

FACTOR, non significat eum qui gerendis negocijs præest, sed qui uel uinum, uel oleum facit, aut aliud simile. Spieg.

FACTORES, uerbo nondum recepto à latinitatis professoribus, uocamus eos, qui rem alicuius priuatam administant. Hos ueluti indecores à perfectissimatus dignitate repellit lex, & simul tanquã immemores libertatis & generis notat.l.j. C. de Perfect. dign.libr.xij.l.si quis procurat.C. de Decur. Ex Alciato. Spiegelius.

FACTORES, pro criminum auctores. Macer l. 7.ff. de cust.& exhib. Solent præsides prouinciarum in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, ubi factores agere dicuntur. Hot.

FACTVM, idem nostris quod casus, species, sine cuius recta noticia impossibile fuerit certam iuris & actionis rationem colligere: quippe quòd in causa & facto ius esse positum Iulianus respondit, & exemplo declarat in l. si ex plagis.§.in cliuo ad Leg. Aquil.& Vlp. in l. cum duobus. in princ. Pro socio. Quomodo autem factum rectè discernas, non temere inueneris alibi atq; apud iurisperitiss. Old. in de Formula inuestig.action. prudẽter ille admonet, ut cognita facti specie quid ius de eo statuat, consulamus Iuriscõsultos & imperatores, nõ repertoria. Sp.

FACTVM substantiuè, res gesta, ein that handlung. Paul. in l. si familia. de Iurisdict. Quemadmodum, inquit, & cum plures serui iniuriam fecerunt: uel damna dederũt, plura facta sunt nõ (ut in furto) unum. Alciat.ostendit hoc loco Iuriscos. uerba Doctores non rectè percepisse, cap.xvj. Paradox.ij. Sp.

FACTVM, uel simplex, uel multiplex est: ueniuntque in eius consideratione circumstantię rerũ, personarum, temporis: unde non unam, aut alterã eius partem, sed totum expẽdere oportet.l. bona fides.ff. Depositi. Itẽ dicitur, quod est redditum. Põp. Faciendi uerbo, reddendi causa etiam continetur, & quod nõ factũ cõprehẽdit.l.ij §.itẽ si in facto.& l. ubi autẽ.§.qui id quod in faciendo.de Verb.oblig.Sp.

FACTVM in pactis uersatur, in stipulationibus ius continetur, autor Paulus in.l.si unus ex argẽtarijs.§.pactus.ff. de Pactis.Sp.

FACTVM quod non durat, factum non intelligitur.l si pro patre.§.uersum. & ibi Glos.cũ multis concord.ff. de In rem uers.Sp.

FACTVM iuri opponi solet.l.38.§.hi qui sunt.ff. de uerbor.obligation.l.41.ff. de pecul.l.27.§.pactus. ff. de pact.l.5.ff. de seruitutib.urb. Facti itaq; quæstio iuris quæstioni aduersat. Et facti quęstio ea est, quæ in facto uersatur & consistit.l.25.ff. de neg. gest.l.16. ff. de statu hom.l.ult. ff. de iureiur. l. 12.§. ulti. ff. qui potio.in pign.l.47.ff. de donatio.int. uir. l. 1. ff. quæ res pign.l.2.§.ult.de donatio. Voluntatis quæstio, facti est.l.3.ff. de auro, arg.leg.8.§.si debitori.ff. quibus mod.pign.l.41.l.94.ff. de uerb.obligat.lege 122.ff. de uerb.signif.Bris.

FACTVM in §.si res legata.Institu. de lega.interpretatur ibidem Accursius, moram. Theophilus dolum. Crederem etiam de culpa accipi posse. Tu textum illum lege, & perlege. Prat.

In FACTVM actiones ex edictis Prætorum oriuntur.l.3.§.ex hoc edicto.ff.nautę, caupo.l.penult. §.1.ff.ne quis eum, qui in ius.l.2.ff. de eo per quem factum erit.l.12.ff. de in ius uoc.§.pœnales.Instit. de actionib.l.13.l.14.ff. de liber. cau. Datur etiam supplẽdarum actionum causa, quæ legibus proditæ sunt.l. 1.l.11.& passim sub tit. de præscript.uerb.l.13.§. interdum.l.9.§.si tibi decem.ff.ad exhibend.l. 6.§. si quis in communem.ff.comm.diuid.l. 10. ff. de noxalib.l. 53.§.si quis asinum.l.68.§. si tu Titium.ff. de furt.l.7. §.idem Labeo.l.6.ff. de rescinden.uẽd.l.23.§.itẽ quæcunq;.l.44.l.52.ff. de rei uindicatione. Interdum autem loco actionis de dolo in factum actio redditur. l.12.ff. de dolo.l.11.ff. de minorib.l 1.C. de iure dot.l.3. C.an seruꝰ ex suo facto.l.5.C. de dolo.l.50.in fi.ff. de furt. Quemadmodum in factum exceptio nonnunquam, doli exceptionis uicẽ sustinet.l.2.§.& generaliter.l.4.§.aduersus. ff. de doli excep.& alijs superiore libro citatis locis. Et replicatio in factum.l. 28.C. de transf.l.14.ff. de fideiussor.l.15.ff.ad l.Falc.Bris.

FACTVM umbraticum dicitur, quod in nihilũ recidit: ut si iudex acta deneget appellationem prosecuturo. Spiegel.

FACTVM, & gestum, κατὰ χρηστικῶς, nihil distant. Caius l.licet int.de Verb.signif.

FACTVS ex fraude, & mendacio, id est, fraudulentus omnino & mendax, qui nihil in se habet præter fraudem & mendacium, tanquam ex his corpore & animo constet. Ex Syluio. Sp.

FACTVM notare, pro pœna infamiæ notare, teste Bald.in l. quid ergo.§. quum autem factum. ff. de Infamibus. Spieg.

FACILITAS conueniendi. Vlp. Qui satisdar. cog. l. ij. Fideiussor locuples iubetur dari, non tantum in facultatibus, sed etiam ex conueniendi facilitate. Spieg.

FACVL ut annotãt Grammatici pro facile antique ponitur, ut uidere est ex Lucilio cũ inquit Heu facul est homini inuentu bona fæmina nusquã. Cui & proximum est illud Pacuuij: Haud facul fæmina inuentu bona. Tiraquell.in 9.l.connub.

FACVLTAS est libera quædam & plena potestas rerumq; pro arbitrio gerendarum facilitas, nullis aliunde impedimentis interturbata Nam & Festus facultatem interpretatur quasi facilitatem & à gręcis Iuris-interpretibus dicitur εὐχέρεια &c. Balduinus tit. de iure personarum.

FACVLTAS est personæ commodum incommodumq;, non rerum, quæ promittuntur. Venuleius in l. Continuus.ff. de uerborum obligatiõe. Old.

FACVLTAS, pro facili potestate.l. si quis posthumus.ff. de Lib.& posth.cum similibus.

FACVLTATEM dare, hoc est, autoritatem & licentiam quam uocant.

FACVLTATEM restituendi rem habere, ferè idem est quod possidere.lege j.§.quod ait pretor. ff. Quor.legat.

FA-

FACVLTATIBVS lapsi. Vide Labi in hęresim.

FACVLTATES in plurali tantū, sunt diuitiæ, opes. Vlp. sed facilē, inquit iudici uoluntatis cōiectu ram fore, cęteris patris facultatib. examinatis. l. quę-situm. §. sed & ipse Papin. ff. de fun. instr. Sp.

FACVNDIA, facultas disserēdi cum gratia. Gel. Hanc lex exigit in Doctoribus & Magistris. l. magi-stros. C. de professs. & mag. lib. x. & de profess. qui in urbe Constant. l. unic. lib. 11.

FACVNDIA canina ueterib. dicebatur, quæ fo-rensi oblatratione āduocatorū, omnia fora perstre-pebat. Quam Plato rapinæ accipitrū assimilabat. Hi n. philodoci, nō tantū tondere cliētes, sed deglube-re, & totos uorare cupiunt. refert Zas. in l. 2. ff. de ori-gine iuris. Spiegelius.

FAENVS in P. Floren. semper scribitur, etsi à fœ tu pecuniæ, id uerbum Varro, & alij deriuent. Vide-tur enim à forte usura gigni, unde & à Græcis τόκος & renouatio usurarum ἀνατοκισμός. Gell. lib. 16. ca. 12. fœneratores qui fœnus exercēt, fœnebris pecunia, quæ sub usuris creditur. l. 34. ff. si cert. pet. l. 16. C. eo. tit. l. 9. ff. de usur. l. 3. C. eo. tit. l. 1. de his qui cum dispēs. contrax. in C. Th. l. 13. C. ad Velleia. Briss.

FAIDAM, uocem origine Teutonicam, Alberic. indicat in iure Longobardorum. modò pro iniuria: ut l. si caballus, tit. de paupere. Modò pro hostilitate, ipse in inimicitiam uocat. ut l. in omnib. tit. de Plag. liber. hom. usurpari. Accedit Comitum Germaniæ undequaq; doctiss. Hermannus Nuenarius, qui ob-seruauit ex Constit. Caroli Magni ad leg. Salicā adie ctis c. 4. appellari Faidosum, qui hostis est publicus. Faid enim bellum significat. Spieg.

FALCARII sunt qui falce metūt, à qua & dicti: quo nomine apud Ciceronem in Catilin. v. coniura-ti intelliguntur: propterea quòd ciuitatem omnem, adeoq; ipsa urbis ædificia tanquam falce metere, id est, ferro, ignique omnia uastaturi essent. ut exponit Syl. eius orat. interpres.

FALCES sunt messoriæ, putatoriæ, & fœnariæ: quæ Dumariæ aliàs uocantur. Messoriæ frumento-rum sunt: putatoriæ, uitium: fœnarię, qua fœnum se catur. Dumarijs spinæ, uepresq; cæduntur. Vlpi. de fund. instr. l. instrumenta. Falces inquit, messorię, fœ nariæ, putatoriæ. Nebris. Est & falx uinitoria, quam elegāter describit Palladius lib. 4. Falces item armo-rum genera, murorum oppugnationi apta, referun-tur. Sp. Vide Torneb. aduers. lib. 7. cap. 22. & 23.

FALCIDIA dici potest hæreditatis quarta, quæ debetur iure institutionis uel hæreditario, secundū dispositionē legis Falcidij Iurisc. l. j. cū gl. ff. ad l. Falc.

FALCIDIA. Duplex est Falcidia, una hęreditatis, altera bonorum restitutioni subiectorū. In illam ea tantùm imputantur, quæ sunt ex hæreditario iure. In hanc imputantur omnia, quę sunt ex bonis resti-tutioni subiectis, quoquo titulo capiantur. Neutrā in Falcidiam imputantur, quæ à cohærede iure prę-legati accipiūtur, l. in quartam, ad l. Falcid. compen-santur tamen quotiēs uice mutua præstare cohæres cohæredi tenetur. Cuia. ad l. 78. ff. de hæredib. instit.

FALCIDIAM pacto remitti posse affirmat Cu-iac. in l. pactum. ff. de pacto, ducto argumento à te-stamento ad pactum.

FALCIDIAE ratio quib. deductis ineatur? De-ducto ære alieno & si quid est aliud æris alieni loco, deducta funeris aut monumenti necessarij impēsa, deductis libertatibus, deductis deorum donis, & ge neraliter deductis his omnibus, quæ Falcidiam non patiuntur, & quæ extra bona defuncti esse cēsentur, id quod superest pro dodrante & quadrante diuidi-tur inter hæredem & legatarios. Quod diximus de deorū donis Paulus scribit lib. 4. sent. de S. C. Pegas. ut idem uideatur non improbabiliter in l. 1. §. ad mu nicipum. ff. ad l. Falcid. scripsisse. Cuiac. Not. ad lib. 2. Inst. de lege Falcidia, in fine.

FALLA, ueteres dixerunt pro fallacia, Vnde for tassis barbari Fæloniam, quasi Falloniam appellant. Oldendorpius.

FALLACIA simulationi annexa est: calliditas ad ingenium refertur: machinatio, ex pręcogitata a-liqua inuētione, manuq; & arte conficitur: impostu-ra ab impostoribus, id est, deceptoribus, quos & Pla nos uocant. Alciat. de uerb. sig. Sp.

FALLACIAM item accipi pro cauillatione, si-ue sophistico argumento, Dialecticis est notissimū: eisq; uulgò Amphibologia dicitur. Nā apud Aristot. Græcè legitur ἀμφιβολία. Exemplum habes in §. pen. l. librorum. de leg. 3. de qua nostri Iurisconsulti, sub rubrica, de reb. dub. pleraq; attigere. Alber. latius, & in §. librorum. & in l. 5. C. de iud. & in l. quoties. ff. de uerb. oblig. De ea quę ab Accidente dicitur, in §. fin. l. debitor. de leg. 2. & in l. uendicatio. & l. quæ de to-ta. §. incertè. ff. de rei uendic. fit mentio, & ab Alberi-co eius etiam cui à figura dictionis nomen est. Bar-tol. leuiter attigit priorem, in l. iij. §. & incerta. de ac-quiren. possess. Castrensis aliquanto diffusius & cla-rius. Sed & de cauillationibus, quæ per locos à com positione & diuisione fiunt, tractatur in d. l. quoties. & per Albericum in l. ubi fideiussor. ff. de solut. Nec non de ea, quæ ab eo, quod est secundum quid, ad id quod simpliciter dicitur, in l. dictum. §. in stipulatio-ne. ff. de euict. Spieg.

FALLACITER incusare. In Constit. Principū sub tit. de abolit. & de calumniat. Sic Cicer. lib. offic. 3. Ratio hæc postulat, ne quid insidiose, ne quid simu latè, ne quid fallaciter. Sp.

FALLERE fidem, est contra quàm dictum, con uentumúe est facere. Vlp. de Const. pec. l. 1. Hoc edi-cto Prætor fauet naturali ęquitati, q. cōstituta & con sensu facta custodit: quoniā graue est, fidem fallere: tametsi si quis re fallit, impropriè fallere dicitur.

FALLERE promissum, pro non implere. Sp.

FALLONIA, aliàs Felonia, est culpa, iniuria, pro pter quam Vasallus amittit feudum. Et est quę respi cit dominum, scilicet, quando tribus uicibus citatus legitimè, fidelitatem præstare noluerit, ut in usibus feudorum, quæ sit prima causa beneficij amittendi cap. 1. Est & alia causa, quando infeudauit alia legē quam ipse habet, uel talem uasallum, qui feudum de seruire non potest. Quædam uerò est culpa, uel fal-lonia, quæ non respicit dominum, scilicet, quando Vasallus interfecit fratrem, uel filium suum, uel filiū fratris, uel aliud crimen commisit, quod parricidij appellatione continetur. Et plures alias fallonias tā respicientes dominos, quàm alios, propter quos feu dum amittitur, not. Hostiens. in summa de feud. C. quibus mod. feud. amitt. Sp.

FALSA sententia, non est sententia, nec indiget beneficio restitutionis: quia nihil magis cōtrarium est ueritati, quàm falsitas. l. ignitis. ff. de except. At censenda est falsa sententia, ex falsis uel testibus, uel instrumentis lata. Quia nunquam potest dici res iu-dicata, quæ ex falsis iudicata est. Sp.

FALSARIVS, qui decipiendi gratia, scripta pu-blica falsificat. Vide Spec. tit. de crim. fal. per tot. Ob seruandum autem, quòd grauius delinquit is, qui li-teras falsificat, quàm is qui falsis literis utitur. Sp.

FALSARII & aliorum quorundam pœna. Falsario incisos digitorũ neruos Alexandri decreto Lampridius, Claudij præcisas manus Sueton. scribit. Idẽ Galbam nummulario, nõ ex fide uersanti pecunias, manus amputasse, mensæq; eius affixisse. & Iustin. No. 17. exactori, non ex legis præscripto apochã conficienti, manus abscindendæ ius dari præsidib. prouinciarum. & No. 42. eandem pœnã indicit scriptori librorum hæreticorũ. Constantinus lenoni & persuasori iubet liquido plumbo meatus oris claudi l. j. C. Th. de rapt. uirg. quæ pœna etiã olim in usu fuit. Horat. Nec seuerus uncus abest liquidúmue plumbum. Et ex No. quadam Leonis & Constantini periuro lingua præciditur. Sed de omni hoc genere pœnarum eleganter Galenus 7. de Hippocratis & Platonis placitis, ijs uerbis: ἀδίκως γὰρ τοῖς παισὶν ἐς τὰς ἀμαρτανόντας ἐπιτίμας καταδικάζοντας, τῶν μὲν ἀποδιδρασκόντων τὰ σκέλη καίοντας τε καὶ κατακόπτοντας ὁ παίοντας, τῶν δὲ κλεπτόντων τὰς χεῖρας ὥσπερ γε καὶ τὸν γαστριμάργον τὴν γαστέρα, καὶ τὸν φλυαρούντων τὴν γλῶτταν, ἁπλῶς δ' ὅπερ ἐκεῖνο κολάζοντας τὰ μέλη, δι' ὧν ἐξήμαρτεν ταῖς μοχθηρὰς ἐνεργείας. Cuiac. lib. obs. 7. c. 13.

FALSI crimẽ dicitur propriè quod utilitatis priuatæ causa factum est, de quo ciuiliter & criminaliter agi potest. Connanus lib. 5. cap. 7. num. 4.

FALSI, uel quasi falsi pœna, deportatio est, & omnium bonorum publicatio. Sp.

FALSI propriè ad delictum pertinẽtis exempla sunt apud Iulianum in l. 2. ff. ad leg. Corn. de fals.

FALSITAS nihil aliud est, quàm uerborum imitatio, iuxta genuinam lectionem in Aut. de instrum. aut in prin. collat. 6. respondet. Noric. edit. Constit. lxxiij. Spiegelius.

FALSITAS uerbis, an facto committatur nihil refert: utrobiq; enim dolus est proximũ lædens contra ueritatem. Quod diligenter nota. l. si seruus non sit unius. ff. de interrog. in iur. faciend. Sp.

FALSITATIS ad esse tria requiruntur, scilicet mutatio ueritatis, dolus, & quod alteri sit nocitum. Quorum si alterum deficit, falsitas non est punibilis, iuxta no. per Hostiẽs. Azo. & Tancre. in suis summis. & per text. in l. quid sit falsum. ff. ad leg. Cornel. de fals. & l. nec exemplum. eod. titul. C. & l. Damus. C. eod. Pet. de Anchar. com. xxiij. & Paulus de Cast. consilio xlix. Spiegel.

FALSO parentes instimulari apud Marcellum l. 3. ff. de inoffic. testam. Sp.

FALSO aduerbium, quod uero contrarium est. Imp. Philippus luminibus captum curatorem haberi debere, falso tibi persuasum est. l. 3. C. Qui dari tutor. poss. & Imper. Claudius de diuer. rescript. Falso asseueratur, autoritatem rescriptorum, reuoluto spacio anni, obtinere firmitatẽ suam non oportere. Sp.

FALSO negationem additã in l. legatus. de off. proconsl. atq; ob id Accursiũ se miserabiliter torquere, Politianus indicat in Miscel. Sp.

FALSUM, est immutatio ueritatis cũ dolo. Aut. de instr. ex caus. in prin. Vt hæc uox uariè accipitur, ita & uariè committitur falsum. Quod pulchrè declarat Bart. in l. quid sit falsum. ff. ad l. Corn. de fals. & in l. nec exemplum. l. damus. C. eod.

FALSUM esse dicit Paulus Iurisconsl. si quis chirographum alterius imitetur, aut libellum, aut rationem intercidat, aut describat.

FALSUM uocatur etiam id quod suspectum est, in l. iubemus. C. de falsis. l. Paulus respondit.

FALSUM committit, qui rem duobus uendit. l. qui duobus. ff. de leg. Corn. de fals. Breuiter, quicq̃d non est uerum, potest dici falsum, etiamsi non procedat ex mendacio alicuius, uel fraude. l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dub. l. si quid perfectum. ff. de solution. Spieg.

FALSUM committitur, quod ad leg. Iuliam adtinet, si quis chirographum, aut libellum, uel rationes intercidat uel describat, non etiamsi aliàs in computatione, uel ratione mentiatur l. 23. ff. de fals. Falsum autem ea lege coercetur, quod in testamentis admittitur. Eadem tamen pœna etiam uindicantur cętera falsa ex Senatusconsultis, principumq; constitutionibus. Nam & qui in rationibus, tabulis, cereisue instrumentis uel aliqua re, siue consignatione falsum fecerint, perinde atq; falsarij puniuntur, & hoc quasi falsum dicitur l. fin. §. fin. ff. de fals. Prat.

FALSUM testamentum, quod uerè non est factum: illegitimum testamentum, quod non iure factum est. Spieg.

FALSUM, non est iniuriæ uerbum, si ad ius refertur, non ad factum. Sic Iabolenus sententiam Labeonis quasi iniustam reijciens: Quod falsum (inq̃t) puto in l. pen. ff. de iniur. Old.

FALSUM testimonium, in diuinis Tabulis non tantum accipiendum est, ut uulgò solet, quod in iudicio solum feratur: uerumetiam omnis uox lędens proximum, omnisq; prædura, & summi iuris interpretatio, refragante æquitate, intelligẽda est, falsum testimoniũ esse in natura: quæ & sic præcepit, Estote misericordes. ut pulchrè declarat capit. j. de uerb. sign. teste Oldend. Sp.

FALSUM accipitur tribus modis. I. Quidquid non est uerum, potest dici falsum, etiam si non procedat ex mendacio alicuius, uel fraude. l. si is, qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dubijs. l. si quid perfectũ. ff. de solut. II. Falsum accipitur pro immutatione ueri fraudulenta. Quo modo omnia mendacia rectè uocantur, falsa. Vt Nou. de instrum. & fid. in pr. III. Est crimen graue, quod appellatur falsum: quoties animi dolum sequitur facti executio ad peruertendam ueritatem, & simulandum id quod non est, ut describit. l. quid sit falsum. ff. ad l. Cornel. de falsis. Vnde Falso aduerbium, quod uero contrarium est. Imperator Philip. in l. 3. C. qui dar. tut. poss. Luminibus, inquit, captum curatorem habere debere, falso tibi persuasum est. Sp.

FALSUM procuratorem, pro non uero procuratore accipimus l. 3. §. fin. ff. rem rat. hab. Interdum & pro eo, qui mala mente & intercipiẽdi animo ꝓcuratorem se simulat, accipimus. Quemadmodum & falsum creditorem dicimus eum, qui se dolo simulat creditorem l. 43. in princ. & l. 75. ff. de furtis. l. 18. ff. de solut. Brisson.

FALSUS procurator dicitur, qui se liti offert, id est, qui sine mandato agit: & contra hunc datur sententia iudicati, id est, sententia contra eum exequitur passiuè. Textus memori mente tenendus in l. Plautius. j. respons. ff. de procur. Sp.

FALSUS Rumor non solet obesse. l. fin. ff. de hęred. instit.

FALSUS tutor à Paulo interpretatur, qui uerè tutor non est: uel datus est, sed perperam & inutiliter, ut qui habenti alium tutorem datus est. §. interdum. Instit. de Curat. Sp.

FALX messoria, est qua frumẽtum metitur. Falx putatoria, qua uites aliæq; arbores putãtur. Falx fœnaria, qua fœnum secatur, quæ dumaria quoq; dicitur, qua etiam spinæ uepresq; cæduntur. Vlp. de fundo instructo. l. instrumenta &c. Nebr.

FAMA, siue existimatio hominis, est dignitatis il-

læsæ

læsæ status,legibus ac moribus comprobatus: quæ ut ex delicto nostro, autoritate legũ uel minuatur, uel consumatur,docet Callistratus in l.pen. de Var. & extraord. cog.Spieg.

FAMA item,inquit Bartolus, est communis opinio,uoce manifestata,& suspicione proueniens. Rumorem uerò communem non esse opinionẽ, sed uariam quandam susurrationem, minus ipsa fama efficacẽ, ferè apud nostrates receptius est. Sed ueteres non adeò multum differre famã à rumore existimauerunt. Archid. 35.q.6.si duo. Sunt autem idem: præter quàm quòd alterum Latinum est, alterum è Græco,teste Valla. Callistratus in l.3.de Testibus: Aliàs, inquit,numerus testium,aliàs dignitas & autoritas, aliàs ueluti consentiens fama confirmat rei de qua quæritur fidem. Itaq; inconstans fama,improbisq́;, uel etiam ignotis autoribus exorta,nullam adijcit fidem,quantumuis inuulgata: quamuis coniecturam facit,quia fallax est rumor. Paul.in l.fin.de hered.instit. Quia falsus rumor non solet abesse. Nostri famã inter species non plenæ probationis retulerũt. Plura de ea commentatus est Bart. in l.de minore.§.& plurium.ff. de quæst. Sed & fama pro existimatione usurpatur, & nomine. Sic incolumi eum fama dicimus, cui integrum est nomen, & illæsa existimatio: quam qui negligit, Decreta Pontificia crudelẽ pronunciant.xij.q.j.c.nolo.Sp.

FAMA constans ea accipienda est, quæ nec improbis autoribus,nec etiam ignotis exoritur. Hæc testimonio fidem adijcit.l.3.ff.de testibus. Alioqui fama quantumuis inuulgata,non probat satis,sed coniecturam facit: quia sæpè fallax est rumor.l.ult. ff. de hæred.instit. Spieg.

FAMA differt à rumore: quia rumor est ab incerto,fama autem à certo procedit auctore. Item fama procedit à maiori parte uiciniæ,rumor à minori.nolo. And. cap.nostra.uers.ad gradum.de coha. cler.& plus est fama, quàm clamor. quia plurimorum est fama,clamor paucorum.no.Fel.in c.qualiter & quando.2.in prin.de accu. Old.

FAMÆ probandæ modum docet Bar.l.de minore.§.plurimum.ff.de quæst. Prat.

FAMES omnium suppliciorum ultimum. Et sententia cautionibus apud ueteres celebrata,teste Platone. Miserrimum mortis genus fame mori. Sumpta autem est ex Homero Odysseæ μ.

Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν. Id est
Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis,
At periisse fame,res una miserrima longè est.

FAMILIA Aristoteli lib.1. de Republ.dicebatur prima hominum societas,quasi in diem, & quotidiani usus causa constituta: in qua qui degebant non ciues, sed cõuictores & contubernales dici poterant, ut Charondas & Epimenides scribunt. Atq; in hac Familia nulli alij erant quàm uir & uxor, atq; ex his procreati liberi. Seruorũ enim nulla ipsis adiumenta, postea socium laboris bouem asciuerũt, cuius opera ad arandos agros uterentur. Quod hoc uersu notauit Hesiodus,cum ait:

Sit domus imprimis,uxorq́;,& taurus arator.

Connanus lib.j. cap.4.num.4.

FAMILIA propriè de seruis dicitur,unde Theophilus uertit *πάντας τοὺς οἰκέτας*. Balduin.tit.de lege Fusia Caninia.tollenda.

FAMILIAE appellatio interdum ad res, interdum ad personas refertur. Ad res relata pro hæreditate & substantia bonorum ponitur.l.ulti.in fi.C.de uerb.sig.ut in illis XII.tab.uerbis, Proximus adgnatus familiam habeto. Hoc sensu familiæ ercíscundæ actio accipienda est, quæ hæredibus de diuidẽda hæreditate competit.§.quædam actiones. Instit.de act. Eademque est huius uerbi uis in illo Terentij uersu Heautontimor. *Decem dierum uix mihi est fam. lia.*

Hinc familiæ emptor, qui imaginaria uenditione à testatore hæreditatem emebat, ut est ab Vlp.in Inst. tit.de testam. & à Iustin. quoq; in suis Inst. sub eo.tit. traditum. Quintil. Declamatione 308. Non dixerim ego testamentum, cui libripens, & emptor familiæ, & cætera iuri necessaria deerunt. Sic enim locus ille corrigendus est. Sueton.in Nerone cap.4. Ex hoc Domitius nascitur, quem emptorem familiæ pecuniæq; in testamento Augusti fuisse mox uulgò notatum est. Ita familiæ mancipationem apud eundem Vlp.intellege tit.28. Briss.& Corras.lib.5.c.12.nu.6.

Ad personas uerò cùm refertur, interdum corpus significat, quod aut iure proprio ipsorum, aut communi cognationis nomine continetur. Iure proprio familiam dicimus plures personas, quæ sunt sub unius potestate, aut natura, aut iure subiectæ. Hac enim appellatione non serui modò, sed & liberi, qui in potestate nostra sunt, continentur.l.40.§.familiæ. l.195.§.j.ff.de uerb. sig.l.23.ff.de adopt.Briss.

Hinc Patresfam. matresfa. filijfam. dicuntur.ff. de his sunt q sui,uel al.l.11.ff.de liber.& posth. Sic in ædilitio edicto familiæ appellatione & filijsfam. & omnes,qui in seruitio sunt, liberi quoq; homines bona fide seruientes,demonstrantur. l.25. §.1. l.31. §. idem Pædius.ff.de ædilit. ed. Eodemq; modo in edicto Vi bonorum raptorum familiæ nomen eos, qui in ministerio sunt,continere dicitur, etiamsi liberi esse proponantur, uel alieni bona fide nobis seruientes. l. 2. §.familiæ.ff.ui bon.raptor. Eadem fit & in interdicto Vnde ui familiæ interpretatio.d.l.195.§.pen.de uerborum signif.l.j.§. familiæ.ff.de ui arm. Vbi etiam familiæ appellatione duos seruos contineri Paul. lib. 5.senté. De hoc uide etiam Cuiac.lib.5.recept.sent. Iul. Pauli tit.6.de interdictis.§.non tantum.tit.7.scribit. Hoc amplius, Vlp.in d.l.j. & si unus seruus deiecerit,familiam uideri deiecisse ait. Quanquam aliàs unicum seruum familiæ appellatione contineri negetur,ac nec duo quidem familiam facere dicantur. l.40.§.ult.ff.de uerb.sign. Quæ legum nostrarũ discordia ita optimè Ciceronis interuentu sedabitur, si quemadmodum ille in orat. pro Cæcin. scribit, dixerimus ex ui quidẽ Latini sermonis in uno seruulo familiæ nomen non contineri, familiam ex seruis pluribus constare. Cæterùm rõem iuris interdictiq; uim & Prætorum uoluntatẽ facere, ut & si unus seruus deiecerit, familia intellegatur deiecisse. Non enim alia causa est æquitatis in uno seruo & in plurib. Bris.

Planè in edicto de Publicanis familia corpus qddam significat paratum uectigalis causa. d. l.195. de uerb.sign. nec ad seruos modò publicanorum pertinet,uerumetiam ad quoscunq;, qui publicanis in eo uectigali ministrãt, siue serui, siue liberi sint, siue bona fide, siue mala fide possideantur.l.j.§.familiæ.& l. 12.ff.de publican. Briss. Ita cum militi princeps concedit,ut suam familiam ducat, familiæ appellatione continentur coniunx, liberi, serui castrensis peculij, non adscriptitij. Cuiac. in l.quicunq; militum,de re milita. Cod.libro xij.

FAMILIAE nomine bona intelliguntur, ut in XII.Tabul. Proximus agnatus familiam habeto, id est, hæreditatem quod notat Paulus l.pronunciatio. Connanus lib.9.cap.j.num.4.

FAMI-

FAMILIAM seruilem accipimus & in tit. Si famil. furtum fecisse d.l.9.ff.de iurisdict. l.32. ff. ad leg. Aquil.l.32.ff.de dolo.l.5.ff.de pet.hæred. Briss.

FAMILIAM publicam in l.1.ff.de offi.præf.uig. interpretamur seruos publicos, qui præsto ædilibus aderant: quales etiam curatoribus aquarum adfuisse Frontin.lib.2.de Aquæduct.ostendit. Ita familiam in urbanam & rusticā diuidimus. l.3. ff. de penu leg. l.67.ff.de leg.lib.3.l.166.ff.de uerb.sign. Quamobrē in hoc ueterum clementiam & humanitatē laudandam Seneca lib.6. Epist. scribit, quòd omnem inuidiam dominis, omnem contumeliam seruis detrahētes, patres potius quàm dominos familiàs, appellarint, & seruos familiares. Quod in Mimis ad sua usque tempora mansisse scribit. Familiarem planè filiū dicit & Plaut. in Asinar. qui ex familia sit: Et familiares in constitutionibus recentiorum Impp. seruilia ministeria præstantes intelleguntur. l.ulti. circa fin. C. de his, qui ad eccles. conf.l.penult. Cod. qui accus. poss. Brissonius.

Est igitur una Familia, ad quam omnes stirpes referuntur, & illa gentis nomine appellari consueuit. Sunt etiam aliæ, quæ ex stirpibus constant. Quot enim unius gentis diuersæ stirpes sunt, totidē diuersæ eiusdem gentis familiæ sunt. Idq; liquidò demonstrat in Nerone Suetonius. Ex gente Domitia, inqt, duæ familię claruerunt, Caluinorum, & Ænobarborum. Et hinc quidem intelligimus, quid sibi uoluerit Vlpianus cum ita scriberet: Nam etsi patrefamiliàs mortuo, singuli singulas familias habent: tamen omnes qui sub unius potestate fuerunt, rectè eiusdē familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt. d. cap. 195. Sensus enim est, quamuis duce & principe generis mortuo, singuli qui in eius potestate fuerunt, separatas & proprias domos, stirpes siue familias habeant, quia tamen ex eadem domo & gente proditi sunt, rectè eiusdem familiæ appellabuntur. Ex quo loco manifestò constat, non ad cognomen solum, ut existimauit doctissimus Sigonius, sed ad nomen etiam, hoc est, tam ad gentem quàm ad stirpem referri familiam posse. Omnes igitur qui eiusdem nominis sunt, eiusdem quoq; familiæ sunt, non stirpium, sed gentis siue generis respectu; respectu uerò stirpiū, quot diuersæ stirpes sunt, tot diuersæ familiæ sunt, non quidem nomine, sed cognomine. Idq; mihi uoluisse uisus est Suetonius, cum sic de Galba scriberet: Imagines & elogia uniuersi generis exequi longum est, familiæ breuiter attingam. Qui primus Sulpitiorum cognomen Galbę tulit, cur aut unde traxerit ambigitur. Huic etiam consentaneum est quod idem Suetonius sic in Tyberio de Claudio Druso scribit: Drusus hostium duce cominus trucidato, sibi posterisque suis cognomen inuenit. Discedit autem omnis familia patrefamiliàs mortuo in liberos, consanguineos & agnatos. Ræuard. Variorum libro 5. capit.j. Alciatus in l.Pronunciatio Sermonis.§.Familiæ appellatio & in l.sequenti. tit.de uerborum & rerum significatione: atque etiam in tractatione de eo, quod interest, familiam à famulando dictam existimat, & à famulitio. Festus Pompon. à uoce Osca famul, tradit deriuatum uerbum Familiæ, quę apud illos seruum significat. Brechæus uerò à fama dictum putat, cùm nomen alicuius gentis & generis, diuturna fama latè in stirpes peruulgatum est. Brechæus d.l.Pronuntiatio Sermonis.§.familiæ appellatio. tit. de uerb.& rerum significat.

FAMILIAE appellatione & ipse princeps familiæ continetur: feminarum uerò liberi in familia earum non sunt, quoniam qui nascuntur, patris non matris familiam sequuntur. l. 195. ff. de uerb. significatio. Et hoc est, quod in d.l.195. in fin. dicitur, Mulierem familię suæ & caput & finem esse. Secundùm hanc, quam suprà exposuimus, significationem, familiare funus interpretabimur domesticum funus. lege 2. in fine. ff. de in ius uoc. lege 4.§. præterea. ff. si quis cautio. Brissonius.

Communi iure familiam dicimus omniū adgnatorum, qui ex eadem domo & gente proditi sunt. d. l.195. ut eiusdem familię rectè dicantur, qui eiusdem nominis sunt. Ac proinde patroni & liberti, & omnes propinqui ad fideicommissum, quod familiæ relinquitur, inuitati intelleguntur. l. ulti. C. de uerbor. significat. Etenim cùm fideicommissum familiæ relinquitur, ad eius petitionem admittuntur, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo moreretur: quo in numero & liberti & filij quoque postea emancipati habentur. leg. 32. in fin. l.69. §.ult. l.77.§. cùm inter. ff. de legat. lib.2. l.114. §. cùm pater. ff. de legat. libro 1. Briss.

Hoc modo familiaria sepulchra dicimus, quę quis sibi familiæq; suæ constituit. l. 5. ff. de relig. in quæ tamen hæredes, etiamsi extranei sint, inferri possunt. l. 6. l. 4. & l.13. C. de relig. adfines & cognati non item, nisi hæredes scripti sint. l. 8. & l.14. C. eod. tit. Briss.

FAMILIARIS res, publicæ opponitur. l. 7. §. si paciscar. ff. de pact. l. 4. ff. de pub. iud. priuatam enim & familiarem pro eodem dici liquet ex d. §. si paciscar. cum l.77. §. pacta. ff. eod. Briss.

FAMILIA legata, singuli homines continentur: autor Iurisconf. in l. si chorus. Item familiæ appellatione continentur etiam, qui à testatore nō sunt nominati iuxta Bart. Extat elegans thema apud eundem Iurisconf. in l. is qui. ff. de legat. 3. Sp.

FAMILIA urbana & rustica non loco, sed genere distinguūtur. Potest enim aliquis dispensator nō esse urbanorum seruorum numero, ueluti is qui rusticarum rerū rationes dispenset, ibiq; habitet & tamen multum abest à uillico. Conna. lib. 4. c. x. nu. 7.

FAMILIARICA uestiméta sunt, quę ad familiā uestiendam parata sunt. l. 23. in fi. ff. de aur. arg. Sic familiaricas sellas dixit Varro lib. 1. de re rust. c. 13. Bris.

FAMOSAE actiones dicuntur, quę iustam ignominiam irrogant iustè condemnatis, sunt hæ, Furti, Bonorum raptorum, Iniuriarū, de dolo malo. Item Tutelæ, Mandati, Depositi, scilicet Directa, nō contraria. Item pro Socio, quæ cùm utrinq; directa sit, ultro citroq; damnatum infamia notat. Et generaliter omnium publicorum iudiciorum accusationes. §. ex quibusdam. Instit. de pœnis tem. litig. l. j. de his qui not. infam. Sp.

FAMOSA iudicia, quæ infamiam irrogant damnatis. l. 7. ff. de iniur. l. j. & 12. ff. de dolo. l. j. ff. de postu.

FAMOSA causa l. 7. ff. de solut.

FAMOSI homines infamia notati. l. 2. §. ult. ff. de not. infam. l.13. ff. de accusat. l. 7. ff. ad leg. Iul. maiest. quales sunt, qui artem ludicrā lenociniumue faciūt, uel propter præmium in scenam descendunt, aut calumniæ causa publico iudicio sunt damnati. l. 4. ff. de accusatio. Sic famosa mulier in l. 2. §. si mulier. ff. ad Tertyllia. Briss.

FAMOSI latrones, i. nobiles & insignes, in l. 28. §. pen. ff. de pœn. cum l.16. ff. de appel. recip. Briss.

FAMOSO iudicio condemnatus, per in integrū restitutionem infamia eximitur. Lege §. pen. l. j. ff. de postulan. Spieg.

FAMOSVM non tam esse malæ, quàm multæ fa mæ. Vide infrà, Famosum. Sp.

FAMOSVM, uocabulum medium, in malam ta men partem frequentius. Imp. cum laude utitur in §. iura quoq;. Auth. iusiur. quod præst. ab his qui ad min. susc. Secus Iurecoss. Nam apud eos legimus, famosos fures, latrones, mulieres, pro infamibus, improbiorib. impudicis. l. 3. §. j. de offic. præf. uig. l. neq; famosi. ad leg. Iul. maiest. l. capitalium. §. famosis. & l. fin. de pœnis. Vide Alb. in l. sacrilegi pœnam. §. fi. Peculatus item, famosum crimen. Sp.

FAMOSVS libellus. Famosus libellus quid sit, ostendit Imperator. l. unica. C. de fam. libel. Est autē famosus libellus, charta proiecta, habens in se cōtra quempiam criminationes. Et si quis hunc siue obsignatum, siue non obsignatū reperit, & protinus nō rumpit, aut igne consumit, subijcitur pœnæ, qua teneretur libelli author. hoc est, in eum capitaliter animaduertitur. d. l. unica. C. eo. Etiam ut ad sanctionē huiusmodi historiam non ineptā subnectamus, prętereundum minus est Augustum principem omniū de famosis libellis cognitionem legis specie maiestatis tractauisse commotū Cassij Seueri libidine, qua uiros, fœminasq; illustres procacib. factis diffamauerat, ut author est Cælius Rhodig. lib. 15. ca. 25. Adde Fran. Balduin. comment. in leg. XII. Tab. c. 9.

FAMVLITIVM aulicum Spartianus appellat, famulos omnes Imperatorios, quos Iustin. Ministeriales domus, & hospitij & palatij uocat. Pyrrhus de Rom. magistrat. Spieg.

FAMVLVS à seruo hoc distat, quòd hic in dominio nostro, ille uerò non est. Ex Alc. Sp.

FANATICI, propriè sacerdotes, qui furore correpti in fanis oracula fundebant. ut apud Verg. lib. Æneid. 6. & Lucan. lib. 5. Iuuen. Sat. 2.

Et crine senex fanaticus albo,
Sacrorum antistes.

Ii porrò furore illo affecti caput iactare, & comas excutientes rotare solebant: ut ait Fabius lib. 11. cap. 3. ex quo qui atræ bilis abundantia caput iactant, Fanatici quoq; appellantur ab Vlpiano, in l. 1. §. 5. ff. de ædil. edict. Si seruus, inquit, inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilo minus sanus uideretur. Quod paulo pòst appellat, Circa fana bacchari. Lamprid. in Heliogab. Iactauit autem caput inter præcisos fanaticos, & genitalia sibi deuinxit. Hotom.

FANVM alij dictum putant à Faunis dijs, qui diuina oracula, ut Martianus Capella ait, edere solebant. Vel à Fauno, qui auctore Probo, primus horū locorum conditor fuit, teste quoq; Martiano libr. 7. cap. 6. Topograph.

FAR apud Vlp. in Inst. tit. 9. significat frumēti genus, ut admonuit Seru. apud Virg. lib. j. Georg. Prat.

FARI, nihil aliud est, quā ferre, id est, loqui. Tametsi Varroni fatur is, qui primus significabilem uocē ore emittit, nullo ordine uerborum seruato. Vnde pueri antequam id faciant, infantes dicuntur. Loquitur autem is, qui suo loco unumquodq; uerbum sciens ponit. Vlpian. in l. 2. Rempub. salu. fore. Si pupillus absens sit, inquit, uel fari non possit. Sp.

FARRAGO, per metaphorā accipitur pro quacunq; commistione. Iuuen. in x. Sat. Quidquid agūt homines, uotum, timor, ira, uoluptas, Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli. Sp.

FAS ad Deum, Iustum ad hominē referri uolunt. Maro, Fas & iura sinunt: id est, diuina & humana iura permittunt. Spieg.

FAS propriè est, ut Isidoro placet, Lex diuina, à fato, & fatum à fando dictum quasi dictū & iussum Dei. Connanus lib. 1. cap. 2. num. 4.

FAS ac nefas omne miscere, apud Pomponium in §. & cum placuisset. l. 2. ff. de orig. iur. illic enim fas iudicis officio fungi, audire controuertentes. Nefas erat supponere actorem calumniosum: iudicare item contra possessorem nondum conuictum, contra l. ordinata. §. sed si quis actiones. Digest. de Liberal. caus. Spiegelius.

FASCES, fasciculi erant uirgarū, intra quas uirgas securis obligata erat, ita ut ferrum in summo fasce extaret. Hos fasces lictores magistratibus præferebant. Vnde

FASCIVM nomine, dignitas magistratus & honos significatur. Vlpian. autor est, Proconsules non amplius quàm sex fascibus uti: quod inscitè Accursius pro sex mensibus exponit: quum Proconsulare imperium fuerit annuum, in secundumq; interdum & tertium prorogaretur. Proconsul autem sex tantum lictores, id est, uiatores, qui fasces præferebant, non duodecim habet: ut meminerit, iustum Consulem se non esse. Obseruandum, quòd fasces submittere dicuntur, qui de iure suo concedunt, ac legitimam potestatem ultrò ad priuatam mediocritatem demittunt. Vide Bud. in l. proconsules. ff. de offic. procos. Alciat. in rub. de consul. & non spargen. pec. lib. 12. & Eras. in Chil. Sp. Hi quidem fasces uirgarū quos præferebant lictores magistratuum Roman. l. proconsules. ff. de offic. proconf. ex betula arbore fiebant, teste Plinio. Candida est materia, leui uirgarum atque eximia tenuitate. in Gallia passim nascitur. Sed Plautus in Asinaria, fasces ulmeos etiā fuisse dicit, quibus rei uapularent. Vbi, inquit, sæpè ad languorem dua duritia dederis octo. Validos lictores, ulmeis affectos lentis uirgis. Fasces pro dignitate accipimus. Tullius in Bruto: Et cum tibi ætas nostra iam cederet, fascesq; summitteret. dixit summittere fasces, ut summittere principatum. l. digna. C. de legibus. Forcat. Necyom. dial. 34. nu. 4.

FASCIAE crurales, pedulesque in l. xxvij. in fine. ff. de auro argento. inter ornamenta muliebria ponuntur. Quæ uerba rectè in Pandectis Florentinis ita scripta sunt, cùm malè quidam crurales in crinales transformare studuerint. Sed Florentina lectio probanda & retinenda est. Nam ueteres crura atque pedes fascijs uincire & obuoluere solebant: maximeq; mulieres. Quod M. Tullius his uerbis, quæ & à Nonio Marc. relata sunt, quibus Clodium ut mulierarium insectatur, docet. Tu, ait, cùm uincirentur pedes fascijs, cùm calanticam capiti adcommodares. Eius rei Plinius quoque libro vj. Histor. natur. cap. 2. indicium facit, narrans mures Carboni fascias quibus in calceis utebatur, arrosisse. Et hæ erant pedules fasciæ. Nam pedule interprete Cornelio Frontone in libello de Nominum & uerborū differentijs dicitur, quod sub pedibus præstat utilitatem. Hoc amplius & crura fascijs uestiri olim solita Quintilianus libro ij. capite iij. non obscurè significat, & Valerius Maximus libro vij. cap. 2. qui Pompeium candida fascia crus obligatū habuisse refert. Quinetiam fascijs puellarum ac matronarū pectus tegi papillasq; comprimi, consueuisse Isidor. lib. xx. cap. 32. scribit, & innumeri Poetarum loci comprobant. Alciatus lib. j. præt. Brisson. & Maiorag. libr. iij. Miscellan. cap. iij.

FASCIIS in calciatu usos esse priscos, indicat Plinius in viij. scribens mures arrosisse Carboni Impera-

peratori fascias, quibus in calciatu utebatur: quod dirum fuit ostēsum. Valer. Maximus in 6. lib. loqués de Cn. Lentulo Marcellino consule, inquit: Cui candida fascia crus alligatum habenti. Has eleganti uocabulo Vlpi. appellat crurules, & pedules, in l. argumento. in prin. ff. de aur. & arg. leg. secundum lectionem antiquam, à cruribus scilicet, & pedib. uestiendis. Sed si mauis fascias crinales, ut pleriq; codices habent, referenda sunt ad uittas & criniū tegumenta. Hinc nota sunt illa uerba: Fasciam solue, quantū mali sub illa latet. Ponitur etiam quandoq; Fascia ꝑ nube, in modum fasciæ cœlum percurrente. de qua Iuuen. Nil fascia nigra minatur. Fascię etiam dicūtur zonæ, siue plagę. Martian. Capell. in lib. de Geomet. Orbis terræ in quinq; zonas, siue melius fascias dico, pro rerum diuersitate discernitur. Cotta.

FASCINVM deflectunt à fando, quod profatis uerbulis quibusdam, magico susurramine in hominis caput ex locuto, strigosum, macerrimū & exuccum, qua uiribus qua pinguitie reddebant, in quem linguam paricidalem intorquebant. Amulletum fascini crediderunt exbaccare coronam, quod uel Maro in Bucolico ludicro significat; Baccare frontem cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. Seruius interpretatus est, malam dici fascinatoriam, nocendi, scilicet, studio. Oculus quoq; fascinabat, Vergil. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. In Africa familias quasdam effascinantum Isigonus & Memphodorus tradunt, quarum laudatione intereunt probata, arescunt arbores, emoriuntur infantes, esse & eiusdem generis in Tribadis & Illyris adijcit Isigonus, qui uisu quoq; effascinēt, interimātq;, quos diutius intueantur, iratis præcipuè oculis, qđ eorum malum facilius sentire puberes, notabilius esse, quod pupillas binas in oculis singulis habeāt, huius generis fœminas in Scythia quæ uocātur Bythia prodit Apollonides, Philarchus & in Ponto Thibiorum genus multosq; alios eiusdem naturę, quorum notas tradit in altero oculo geminā pupillam, in altero equi effigiem. Fascinum quod fascinationē ab ortis auerruncet & amoliatur priapus genitale mutinum uocitamus. Poeta in obsceno carmine: Soles sacrum reuinctus pampino caput ruber sedere, cum rubente fascino. Idem prædicabere fascino pedali: Horat. in Epodo. Illiterati num minus nerui rigēt? minúsue languet fascinum? Porphirio sic interpretatur: Æquè pro uirili parte posuit, quoniam præfascinandis rebus hæc membri deformitas apponi solet. Scribit Augustinus in libr. de ciu. Dei. In liberalibus super scapum fascini plostello deuecti solitam sedere matronam optimatem eundemq; coli, ut fascinationem auerruncet. Io. Bapt. comment. in Epist. Sid. Apollin. ad Domitium lib. 2. Adde Tornebum aduersar. lib. ix. cap. 28.

FASTI dies dicuntur, quibus diuina humanaq; agere licebat. nā & in eis feriæ inerant: Nefasti, quos ominosos antiquitas putabat: quidam ex nostris Ægyptios, uel Reiectitios nominant. Fasti etiam libri dicuntur, quibus totius anni fit descriptio, & causæ festiuitatum explicantur. Vulgus Calēdaria uocat: quo tamen uocabulo libros Debitorum appellant Iurisconss. Zasius in l. secunda. ff. de orig. iuris. Vide, Profesti dies. Spieg.

FASTIGIVM attollere, est augere nomen, existimationemq; gentis suæ. uulgus Statum appellat. Nammen vnd stammen erheben.

FATALE apud Papin. in l. 3. de fund. instru. accipiendum pro eo, quod per fatum, hoc est, mortē esse desijt. Vnde impertinenter annotatiuncula gl. adiecta est, de fatalibus appellationibus sentiens. Propriè uerò, quicquid nobis debetur ex fato, siue bonum, siue malum. Spieg.

FATALE damnum, Vlpi. in l. 3. §. 1. ff. naut. caup. appellat, quod hominis prudentia præcaueri ac prouideri nō poterat: quale est naufragij, latrocinij, aut piratarum. Idem l. 2. §. 2. ff. pro socio. Damna quæ imprudentibus accidunt, hoc est, damna fatalia, socij non cogentur præstare. Sic l. 3. ff. de instru. uel inst. l. secunda. Cod. de condict. furt. l. v. §. quod uerò, ff. commod. Hotoman.

FATALIS dies secundū Az. in Sum. C. de temp. appel. dicitur spaciū temporis, infra quod appellans debet appellationem persequi. l. xxxj. C. de appellation. l. 2. C. de temp. appellatio. & quidem olim quatuor dies fatales concedebantur, quorum primus erat spacium sex mensium, & hoc sic appellatum fuit à sententia clarissimi uiri, uel spectabilis uiri, uel delegati à Principe. Secundi aūt dies fatales sunt spacium triginta & unius dierum. Tertij & quarti sunt similiter totidem, si saltē facta fuerit appellatio à delegato, uel spectabili, uel clarissimo uiro, prout habetur in l. 2. C. de tempor. appel. Hodie autem ex ordine unus tantùm Fatalis dies est, id est annus unicus. Sed si iusta causa intercesserit, alius annus indulgetur, & ita erit secundus dies Fatalis, quo transacto, lite non contestata, rata manet sentētia, ut in Authentica, Ei qui appel. in d. tit. de temp. adpell. Dicebātur autem Fatales dies, quia in eis fatū, id est, terminus causæ imponitur, uel mors accidit causæ & uide l. 2. C. ubi Senat. uel clariss. Oldend.

FATALITAS in l. prima. Cod. de iur. emphyt. pro fortuito casu.

FATALITER quid fieri, pro diuinæ uoluntatis præstituta serie accidere, pulchrè interpretatus est Alciatus super his Vlpiani uerbis: Deq; id quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet. in l. quæreret aliquis, de uerb. sign.

FATIDICI à fato & dico, ut dicuntur: ita à fando quoq; Vates appellati sunt, quasi Fates. Nam utrique decreta Deorum exponebant, quæ rursus sacerdotes enarrare consueuerunt crassius, ut rectè intelligerentur, pro re nata, cùm Senatus faciendum aliquid aut intermittendum decreuisset. Old.

FATO facere. Vlpia. in l. 2. de Condit. & demon. in fin. Nam si fato fecerit, non uidetur obtemperasse uoluntati. Nimirum pro eo, quod casu, siue suo quis nutu facit, insciens alienæ uel uoluntatis, uel conditionis, quæ illi alioqui utiliter si sciuisset, implenda erat. Sic Cice. 2. in Verrem: Nam hoc Verrem dicere aiebant, te non fato, ut cęteros, ex uestra familia, sed opera tua Consulem factum. Sp.

FATVM, pro casu calamitatis. Modestinus: Alterum fati infelicitas excusat. l. infans. ad Leg. Cornel. de Sicarijs.

FATVM, pro fine causæ. l. properandum. §. hoc autem. Alberic.

FATVITAS, pro simplicitate, ac animi puritate usurpatur à Canonistis. c. pen. ext. Quod met. caus. à Iurisconsl. uerò pro imprudentia. Sp.

FATVOS insulsos interpretatur Donat. in Eunuch. Terentiana, Seru. in 7. Æneid. inconsideratè loquentes, à Fatua Fauni uxore, quæ hoc nomen à fando, id est, uaticinando sortita est. quemadmodū & Isidorus, libr. x. Etymol. probat. quod & Iustinus lib. 43. tradidit. Fauno, ait, fuit uxor nomine Fatua, quæ adsiduè diuino spiritu impleta uelut per furorē futura

futura præmonebat: unde adhuc qui inspirari solét, fatuari dicuntur. Fatuos igitur commotioris animi homines in libris nostris interpretabimur, qui tales sint, ut meritò eis curator constituatur. l. 2. ff. de postul. l. 21. ff. de reb. auctoritate iudicis. Briss.

FATVVM, Caius l. 2. de postul. non pro mente capto, ut sentit Interpres, sed pro simplici, hoc est, inepto & parum idoneo ad res administrandas usur pat. Sic Impp. Carol. Ludouici Germanici regis F. Simplex dictus, & quòd rebus suis, publicisq; super esse non posset, abrogato Imperio, ei iuxta Caij sententiam, datus est curator, Carolomanni Baioariæ & Italiæ Regis F. nomine Arnolfus, nobili exemplo fratris filius, patruo. Spieg.

FAVERE, est bene precari alicui, siue alicui⁹ cōmodum & laudem tueri. Vlpia. Quod enim bonum est eis fauere, ut partem faciát, nihil habituri. l. si post mortem. §. liberi. de bon. poss. cont. tab. Sp.

FAVERE linguis. Hoc uerbum (inquit Erasm⁹) non ut pleriq; existimant, à fauore trahitur: sed imperatur silentium, ut ritè peragi sacrum possit, nulla uoce mala obstrepente.

FAVERE aūt linguis non tantum est tacere, qđ & olim pascere linguam dicebatur, uerum etiam fausta loqui, id est εὐφημεῖν. ut annotauit Torneb. lib. aduersar. 5. cap. ix.

FAVERE naturali æquitati. l. j. in prin. ff. de Constitut. pecu.

FAVORABILE non est, ut uulgò putant, fauore dignum, sed quod plenum fauoris apud omnes. Interdum etiam, à quo fauorem accipimus, significat. Sic Interpretibus priori ratione, dictę fauorabiles causæ, quæ propemodū hæ sunt: Causa testamenti, matrimonij, dotis, legitimationis, pupilli, ecclesię, item uiduarum, & aliarum miserabilium personarū, quæ numerantur infrà. Sp.

FAVORABILIS. Oppon. Infauorabilis. l. doté dedit. ff. de Collat. bonor. Old.

FAVORABILIS iudex. Irroborauit, ait Beroaldus, consuetudo corrupta, ut fauorabilem eum uulgò appellitent, qui fauorem præbet & opitulatur: cū è contrario ab his qui purè & Latinè locuti, fauorabilis dicatur is, qui gratiosus est, & impetrabilis, ac fauoris plenus apud cunctos mortales. Sp.

FAVORABILIORES rei potius, quàm actores habentur l. 125. ff. de diuers. reg. iur. quod in dubio Accursius accipit & hoc probare mihi uisus est Accursius & in pari causa turpitudinis & in dilationibus. Petrus Faber V. C. in d. l. 125. hoc accipit non ex mero strictoq; iure, sed ex bono, & æquo humanitate quadam, misericordia, fauore, benignitate, & ut Aristides loquitur in Panathenaico διὰ τὴν ἀληθινὴν ταύτην φιλανθρωπίαν. Prat.

FAVORABILITER rescribere, apud Martianum in l. diuus Pius, de manumiss. testam. Paul. in fi. l. pupillus. de adquir. uel amitt. hæred. Hoc enim, inquit, fauorabiliter ei præstatur. Sp.

FAVORIS quoties mentionem facit lex, non oportet accipere uagum aliquem atq; procliuem hominis affectum, qui sæpe solet errare in delectu honesti: sed intelligenda est utilitas quædam adeò coniuncta iustitię, ut fauor nihil aliud censeri posit, quá ipsum ius. Siquidem ius à causa finali inspectum, nihil aliud est, nisi honestæ utilitatis dispésatio, ad trásigendam hanc uitam ciuiliter secundum uoluntaté Dei. Vtilitas rursus fauorem in se cōplectitur. Nam fauere, est commodum, seu utilitatem alicuius tueri ex animo. Idq; grauissimè tradit Vlpianus in l. 1. §. 1. ff. de iustit. & iur. Sunt enim, inquit, quædam publicè utilia, quædá priuatim: ac si diceret, Cùm duplex sit honesta utilitas in hominum societate, consequitur duplex esse ius eam dispensans. Old.

FAVSTINAE Augustæ Papinian. meminit in l. quod principi. de leg. 2.

FAX accusationis, id est, autor & incitamentum, & ut Nonius loquitur, suscitabulum. Catanęus comment. 4. Epist. cui initium est, Causam per hos dies: exponit, facem, pro uehementi causa. Sp.

F E

FEBRICVLAM leuem, quam medici Ephemerim, id est, Diariam nominant, iustum impedimentū præbere, nostri negant: tametsi Cicero censuit, assiduam febriculam, quæ & nimio labore euenit, esse satis molestam. Spieg.

FEBRIS. Seruius Febrem à feruore dici ait. Iulian. in l. quæsitum. de re iud. definit, febrem esse motum corporis contra naturam. Sed eam medici non probant, quòd omni morbo conueniat. At Iurisconsult. per antonomasiam definisse uidetur: quòd maior, impetuosior, & feruétior sit motus febriū, quàm in alijs morbis. Itaq; eius definitio est legalis, id est, ut Zasius docuit, theorica. Vide eum d. l. enarrátem. Spiegelius.

FEBRIS tertiana, sontici morbi nomine contineri, hoc est, annumerari potest inter eos morbos, qui cadunt sub iusti impedimēti rationem. l. qui tertiana. de ædil. edict. ubi Iurisconsf. dicit, non inter sanos censeri, qui tertiana laborant. Hoc quartanæ nō tribuitur, quæ excusatorem requirit. ut in d. l. quæsitum. Bart. tradit. Sp.

FECEM ciuitatis eleganter adpellat Cicero, aduentitiam illam otiosorum hominum multitudinē, ut quæ nulli prosit, multos autem oneret. Old.

FECI, quia prętor uel iudex iussit: hęc excusatio quamuis generalis, modò probata sit, adeò sufficit, ut si fuerit replicatum, Iniustè iussit, rectè duplicabitur, Non fuit meū uelut priuati hominis hoc disputare, sufficit mihi esse iussum l. mulier. ff. de legatis commissis. Obseruandum tamen hìc sufficere iussum iudicis ad excusationem doli, & ad euitandum damnum, etiamsi iniustus sit, non autem ad lucrum, ne in hoc fallaris. Sp.

FECIALES à Numa primū instituti sunt, è nobilissimis familijs delecti, qui eo munere per omne uitæ tempus fungerentur. Dionysius libr. 2. eorum procurationem septem in partes describit. I. Vt uiderent ne populus Rom. ulli fœderatę ciuita[illegible] bellū inferret. II. Vt ab exteris nationibus res init[illegible] ademptas, repeterent. III. Vt postulata facere recusantibus bellum indicerent. IV. De iniuria contra fœdus illata cognoscerent, & qui noxam nocuisset, dederent. V. De legatorum iniurijs cognoscerét, & ut fœderum conditiones seruarentur, uiderent. VI. Pacem facerent: eam quę minus rectè facta esset, rescinderent. VII. De eo quod Imperator cōtra iusiurandum fecisset, cognoscerent. Varro de uita popu. Ro. Itaq; bella & tardè & nulla licentia suscipiebant: qđ bellum, nullum nisi pium, putabant geri oportere: & prius quàm indicerent bellum ijs, à quibus iniurias factas sciebant, Feciales legatos repetitum mittebant quatuor, quos Oratores uocabant. Si cuius legati uiolati essent, quid fecissent, quamuis nobiles essent, ut dederentur ciuitati statuerunt: Fecialesq; xx. qui de his rebus cognoscerent, iudicarent & statuerent, constituerunt. Hotoman. Dionysius eos dici Græcè putat ἀφωσιάτας, sumpto ab Equicolis exemplo,

emplo, apud quos, ut Valerius scribit, primus Sertor Resius ius Feciale instituit. Meminit eorundem Varro libro 3. Sextus Pompeius Feciales inquit à faciendo sunt dicti; apud hos enim belli pacisq; faciendæ ius est. Munera eorum præcipua Dionysius describit, Et Cicero lib. j. de legib. Quot eorum fuerint, ambigit Tornebus in annotationibus suis ad dictum Ciceronis locum. Fuisse autem eorum collegium, ex Liuio cognosci potest, qui libro 36. scribit: Consul inde M. Acilius ex SC. ad collegium Fecialium retulit, ipsi ne utiq; regi Antiocho bellum indiceretur. Porrò unus horum Fecialium pater patratus dicebatur, cuius munus erat, cum pax aut fœdus faciundæ essent, uerba facere.

FECISSE dolo malo, qualiter quis dicatur, exponitur à Iurisconsult in l. j. §. j. de Eo per quem fact. fuer. l. rectissimè. de liber. caus. l. j. §. fecisse. de hæred. uel act. uend.

FECISSE fideliter, Callistrato uidetur, qui cum portionem retinere potuisset, totum restituit. l. libertatem. Quæ in fraud. creditor. Sp.

FELICES arbores, Cato dixit, quæ fructum ferunt, infelices, quę non ferunt. Plinius auctor est, infelices existimari, damnatasq; religione, quæ neque seruntur unquam, neq; fructum ferunt. At Veranius de uerbis Pontificalib. Felices (inquit) arbores putantur, quercus, æsculus, ilex, sapimus, fagus, corylus, sorbus, ficus, alba, pyrus, malus, uitis, prunus. De quo latius Cælius lib. x. cap. 7. lectio. antiq. Brodęus lib. 4. Miscell. cap. 6. Sic Torneb. lib. 4. cap. 3. Infelicem arborem intelligit, stipitem & furcā, de qua fontes suspenduntur. Neque enim ulla arbor, aut ullum lignum infelicius est. Et ita istud Liuianum intelligendum: I lictor colliga manus, infelici arbori suspendito.

FELICES dici diuites, Alcia. autor est, non absimili ratione qua Beati dicuntur diuites. Sunt tamē qui felicem minus esse uelint, quam beatum. Sp.

FELONIA, Barbara uox Feudistarum: dicitur delictum, noxia, perfidia Vasalli erga dominū suum. Hæc nec expresso pacto remitti potest: quòd Vasallus eo ad delinquendum inuitaretur, contra l. conuenire. ff. de pact. dot. cum uulg. Vide Bald. in l. j. de rerum diuis. & Zasium de feudi priuatione, parte x. Spieg. Vide suprà Fallonia.

FELONIAM contra dominum exercere, feudū amittere idem quod Latini dicunt prædiū committere ut in tit. de publ. & uectigal.

F[illegible]NEBRIS pecunia quę sit, uide C. de naut. f[illegible]. Intelligitur aút ea quæ est sub usuris credita, ut l[illegible]. loquitur. l. 48. §. Quint. Mut. Scæuol. ff. mand.

FENVS ab eo dictum est, quòd pecuniam pariat increscenti tempore, quasi fetus, aut fetura. nam & Græcè τόκος dicitur, ἀπὸ τοῦ τίκτειν, qđ est párere. Varro lib. 3. de Latino sermone, Fenus autem dictum à fetu, & quasi fetura quadam pecuniæ. nam & Catonem & cæteros antiquiores sine o litera Fenus pronuntiasse cōtendit, ut Fetus & Fecunditas. Hæc Nonius. Alij malunt à fundo: adduntq; rationem hanc, prouentum esse à naturali terræ fructu: posteà uerò ad usuram translatum, non aliter ac si pecunia ex se fructum, quemadmodum terra, producat. Erasmus aút in Prouerbio: A mortuo tributū petere: Fœnus deductū uideri uult à uerbo φέρω, quòd est ferre; qđ hac uoce ueteres non utebātur, nisi de terrę prouentu: quæ ueluti gratissima debitrix ꝑ singulis granis, aliquoties centena reddit. Sp.

FENVS & feneratores, & lex de credita pecunia fenebris, à fetu dicta, quòd crediti numi alios pariāt, ut apud Græcos eadem res τόκος dicitur. Festus. Hotomannus.

FENVS appellatur naturalis terræ fetus, ob quā causam & numorum fetus fenus est uocatum, & de ea re leges fenebres. Festus. Hot.

FENERARE pecuniam dicimur, quum eam ita collocamus, ut quasi à re fecunda, ita ab ea aliquam insuper pecuniam, quasi fetum eius exigamus. Hot. Hinc intelligi initio potest, fœnoris nomine nos intelligere, propriè ac speciatim nomine accepto, lucrum illud, quod quis captat ex nuda pecunia, ueluti cum Mensarij pecuniam mutuo dant, non ut accipienti commodent, sed ut inde lucrum aucupētur, ex quo etiam illorum quæstus Latinè fœnus dicitur. Deinde quæ inter fœnus & usuram differentia sit: Nam primo usuram pro usus precio & æstimatione uulgo accipimus. Quia qui usuram petit, ipsum quodāmodo usum petere uidetur, quippe qui eius remansit, cum autem usum eius repetere nō possit, utpote consumptum, eius petit æstimationē ac precium, ut exemplum extat in l. ult. ff. de peric. & com. rei uend. l. Iulianus. §. ex uendito. ff. de act. empt. At in fœnore contrarium est: quia is qui fœnerat, usum dat necessario, ideoq; eum petere non potest, sed ex ipsis numinum corporibus lucrū captat. Vnde clarè etiam Paulus inquit, usuras non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infligi. l. cum quidam. §. si pupillo. ff. de usuris. II. Fœnus non nisi in mutuo intelligitur, usura uero pro qualibet accessione, ex quacunque causa etiam legitima, utputa uenditionis, traditionis, & similibus, ut l. Iulianus. §. ex uendito. de act. empt. l. curabit. l. fructus. Cod. eodem. l. secunda. Codic. de usuris. uel etiam dotis. l. cum post. §. usuras. ff. de iure dot. uel propter moram in bonæ fidei iudicijs, legatis & fideicommisis. l. qui solidum. de legat. secundo. l. mora. de usuris. III. Eáq; summa differentia est, quod Vsura de damno uitando tantum, fœnus uerò de lucro captando cōtendit: & eo quæstu, quem quis curat & aucupatur ex sola pecunia: ueluti cum quis ob suam causam & lucrum quod ex pecunia captat; mutuum dat. Hoc enim non officium est mutuationis, sed mera fœneratio, ut Cicero 2. de finibus docet: atque consentit cum his, quæ tradidit Paulus d. l. cum quidam &c. Sed usura etiam plerunque pro fœnore usurpatur, ac nomen generis obtinet. Cuius quidem generis, quoniā certa aliqua species est, quę nunquam cum suo genere cōfunditur, & fœnus appellatur alia quoq; eius à generis nomine exprimitur, quam uidelicet usuram nominamus.

FENERATIO est occupatio pecuniæ, ad quæstum aliquem ex numis creditis, sine ullo creditoris uel impendio, uel labore, uel periculo exigendum, instituta: quæ ob eam caussam à Platone, Aristotele, cæterisque magnis uiris damnata est, quia fructus quæritur ex re quæ natura sua sterilis est. neq; enim numi sua sponte & sine hominis industria fructum ferunt. Præterea Iuris ciuilis axioma est, non alteri cuiquam rem quæstui esse debere, quàm cuius periculo est. l. si is qui, 13. §. 1. ff. commod. Credita autem pecunia non feneratoris, sed solius debitoris periculo est. Inter usuram autem propriè & speciatim sumptam, & fœnerationem hoc interest, quòd illa non ad quęstum faciendum, sed ad id quod interest compensandum instituta est: quoniam ut Paulus scribit, usuræ non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infliguntur. l. cum quidam. §. si

§.si pupillo, ff. de usur. At fœneratio ad lucrum ex nudis numorum corporibus sine ullo labore & periculo faciendum excogitata est. Hot.

FENERATITIA res quæ data est fenori, aut accepta, aut ad fenus pertineat Sp.

FENERATOR, sicut M. Varro in lib. iij. de Sermon. Latino scripsit, à fenore est nominatus. Fenus autem dictum à fetu, & quasi à fetura quadam pecuniæ parientis atque increscentis. Gellius libro xvj. capit. xij. Hotoman.

FENESTRAS immittere in parietem rectè dicimus & usitatè ut tignum immittere: neque nouus est hic loquendi modus. At lumen immitti cur dicatur non tam facile est diuinare, cum fenestris lumen accipiamus potius quàm immittamus, imò uero nullo modo immittimus. Paulus aũt lumẽ pro fenestra ipsa quæ lumẽ immittit accipit. Vt seruitus luminis immittendi sit ius immittendæ fenestræ qua lumen accipiatur &c. Connan. lib. 4. c. x. nu. 13.

FENVS nauticum est, quod pro pecunia traiectitia, id est, quæ trans mare creditoris periculo deportatur, soluitur. ut patet ex tit. de naut. fen. lib. Pandect. 2. Vnde etiam maritima usura nominatur. in l. 6. eo. tit. uide Nautica pecunia. Hot.

FERA natura, pro ferina, hoc est, quę ferarum ritu uel fit, uel se habet. l. naturalem. §. apium. ff. de acquir. rer. dom. Sp.

FERE idem quod plerunq;, & penè semper. l. ser uitutem. ff. de reg. iuris. l. si cum fundum. §. ferè. ff. de contrah. empt. l. uia. & ibi Corras. ff. de seruit.

FERAE bestiæ dictæ, quòd pro naturali desiderio ferantur. Institut. §. feræ igitur bestiæ. de rerum diuisio. Spiegel.

FERAE dicuntur in iure nostro, nõ præcisè, quæ natura feroces sunt: quales sunt ursi, leones, panthere: quæ propriè Bestiæ appellantur, l. j. §. bestias. ff. de postul. & l. 2. ff. ad leg. Aquil. sed generaliter omnes quibus immensa atq; infinita liberè uagandi uis à natura insita est: quales sunt lepores, damæ, cerui: quorum feram esse naturam nemo negat: inquit Caius in l. 5. ff. de acquir. rer. dom. l. 3. §. item feras, de acquir. poss. Itaq; apes, pauones, columbæq; agrestes Feræ appellantur, d. l. 5. de acquir. rer. dom. Generaliter autem Feris mansuetæ opponuntur, quib. scilicet illa liberè & infinitè uagandi uis insita non est: quales sunt quę gregatim pascuntur: ut oues, capræ, boues, equi, muli, asini. d. l. secunda. ad leg. Aquil. itẽ gallinæ, anseresue chortales, l. 5. de acqu. rer. domin. Hot. Vide latius Connan. lib. 3. c. 3. nu. 2.

FERALIS pestis quæ dicatur Constantino. l. 6. C. de malefic. non constat. Festus auctor est, feralia dijs manibus sacrata festa, à ferendis epulis, uel à feriendis pecudibus esse appellata. Scribit etiam Varro Feralia ab inferis & ferendo esse appellata, quod ferant tunc epulas ad sepulchrum, quibus ius est ibi parentare. Indeq; officium quod mortuis impenditur, ferale dici, testis est Apuleius, de asino lib. 1. Vos, inquit, persolutis feralibus officijs luctu & mœrore deformata. Hinc etiam cineres exusti cadaueris, & urnas in quibus cineres, recondebantur, ferales appellatas esse, Tacitus tradidit: Sic enim Annaliũ lib. 2. scribit. Tunc ferales reliquias sinu ferret, incerta ultionis, anxia sui. Et lib. 3. Postquam duobus liberis feralem urnã tenens egressa naui defixit oculos. Habitum illum, quo deos deásue manes apparere persuasum erat, etiam feralem uestem ueteres appellasse, ex eodem Tacito constat, qui sic lib. 13. scribit. In modum furiarum, ueste ferali, crinibus deiectis faces præferebant. Eoq; sensu feralem pestem hoc in loco accepisse Constantinum est ueritimile. Voluit enim maleficos dijs manibus consecrari. Sed quomodo? Sic nimirum, ut eiusmodi pestis, siue interitus eos absumat, cuiusmodi feraliorum tempore pecudes & in officijs feralibus, cadauera mortuorum, cum in ignem posita sunt absumuntur. Indeq; pœna maleficorum dicta feralis pestis, eo modo uideri potest, quo feralem urnam, reliquias, uestesq; ferales, & ferale deniq; officium esse appellatum docuimus. Et sic quidem nihil aliud uoluisse uisus est Cõstantinus, quàm maleficos igne consumendos esse. Et quia de dijs manibus, quibus feralia sacrabantur, accitis arte magica locutus fuerat Constantinus, idcirco ferali peste potius quàm igne dixit huiusmodi homines absumendos esse. Nimirum ut his uerbis malefici ijsdem dijs consecrari intelligerentur, quos artibus suis euocantes sæpius, ut erat opinio, inquietauerant. Pestis igitur feralis, ille dici hoc loco interitus debet, quo quis dijs manibus consecratur: sicut officium ferale dicitur, quod ijsdem dijs exhibetur, cum homini mortuo iusta fiunt. Quamuis interim non ignorem, de supremo quouis supplicio interdum etiam pestem feralẽ accipi posse. Certè quia sic in Octauio scribit M. Minutius Felix: Et hominẽ summo supplicio pro facinore punitum, & crucis ligna feralia, eorum cæremonias fabulatur. Pro morte autem siue interitu pestem ueteres posuisse non ignorat, qui pestiferum fulgur Festũ obseruauit definiuisse, quo mors exiliúmue significari solent. Cic. quoque perniciem, siue interitum reipub. frequenter pestem appellat. Ræuardus Variorum libro 5. capite tertio.

FERVM est (inquit Varro) quod à cicure discretum est, quodque naturali suo impetu fertur & ruit, nullo hominum commercio mansuefactũ, uel imperio domitum &c. Baldui. tit. de rer. diuis. & acquir.

FERE.) Theophilus putat hanc uoculã ociosam esse & superfluam. Inquit enim τὸ fere, ἢ ὅτι σχεδὸν, παρέλκει &c. Balduin. eod. tit.

FERIA. Apud antiquos multa erant feriarum genera, ut uidere est apud Macrob. lib. Saturn. 1. ca. 16. Bud. in annot. ad Pand. & ad satietatem apud Riuallium. lib. 2. de hist. iur. Ciuil. Generaliter autem feria est dies cessationis, & ab operis, & à forẽsibus negotijs, excepta necessitate. Vnde & feria dicitur festiuus dies, quo nihil esse quicquam agendum, curandumq;, sed diuinis tantum rebus uacandum, etiam Plutarch. in Problem. scribit. Dicta feria à feriendis uictimis, nõ uerò, neq; à fando, neq; à foro, qđ uoluerunt, nescio qui nostri iuris interpretes, ne dicã corruptores. Neq; tamen me latet, ferias forensib. negotijs immunitatẽ præstare. l. diuos. ff. de ferijs. Secundum igitur primã deductionis opinionẽ propriè ipsi soli festiui dies feriæ dicũtur, in quib. nimirũ sacrificia fieri solent. Verùm, quia qualibet die cessare debemus à uitijs, inde est, ut arbitror, qđ quælibet dies appellata est antiquis feria, ut dies Solis prima feria, dies Lunæ secũda, Martis tertia, Mercurij quarta, & sic deinceps. De feriarum autem atq; festorum obseruatione extat pręclara (si seruaretur) Impe. Leonis & Anthemij cõstitutio. in l. ult. C. eo. tit. Itaq; extra controuersiam est, partium consensum nihil posse in dies, siue ferias. D. opt. Max. cæterorumq; diuorum natalibus dicatas. Qua de re latiùs differit Bar. in l. j. §. j. ff. eod. Veruntamen cum facilimè & in hoc summi numinis speretur uenia, per quod multorũ salus, & incolumitas speratur. l. prouinc. C. d. tt. eadẽ

constitutione sancitum est, latrones, raptores, homicidas, Isauros, & quos chosiarios uocant, & in quadragesima, & qualicunq; tempore Paschalium dierũ examinari, & quæstionibus subijci. Quæ lex, seu caput, Prouinciarum derogat capiti, Quadraginta. eo. tit. Vbi impp. Valent. Valens & Gratianus inhibent tempore quadragesimæ, omnem cognitionẽ criminalium quæstionum. Ita communis salus, & incolumitas procuranda est, ut quanquam primo dierum Paschalium omnes captiui è custodia dimittuntur, etiam si principalis iussio non præcesserit, nullus tamen horum, quos annumerauimus, liber fit eo die, atq; immunitate gaudet, ut nec sacrilegus, nec adulter, raptor uirginum, sepulchrorum effossor, maleficus, ueneficus, parricida, uiolator monetæ, & qui ex lege Iulia maiestatis contra principẽ, uel rempublicam, tenetur. l. nemo deinceps. C. de epis. audien. Ratio autem est illic, quòd ab huiusmodi sceleratis hominibus, si dimittantur, contaminari potiùs, quàm obseruari gaudia, lætitiamq; communem animaduertimus. Nec obstat ijs, quæ diximus, l. omnes iudices. C. eod. eximens omnes agricolas ab obseruatione feriarum, dierum dominicorum, reliquorumque festorum. Nam necessitatis duntaxat tempore, huiusmodi exceptionem indultam esse ipsis agricolis, intelligendum est. Quod declarat ratio ibidẽ ab Imperatore adiecta. Ruri tamen positi (ait) agrorũ culturæ liberè licenterq; inseruiant, quoniã frequenter euenit, ut non aptiùs alio die frumenta sulcis, aut uineæ scrobibus mandentur, ne occasione momenti pereat commoditas cælesti prouisione cõcessa. Præterea, tali capiti derogat Nouella Cæsaris Leonis, q̃ etiam agricolas à laboribus rusticis cessare debere præcipit. Quod quàm rectè præceptum sit, non modò ex lege diuina apparet, sed & lege XII. Tab. cuius ea sunt uerba, Ferijs iurgia amouento. Easq; in famulis (operib. patratis) habéto. Etiã ne festis dieb. opus fieri debeat, sic Tibull. post hãc legẽ admonet:

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
Et graue, suspenso uomere, cesset opus.
Soluite uincla iugis, nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boues capite.
Omnia sint temerata Deo, non audeat ulla
Lanificum pensis imposuisse manum.

Si quis autem aliquid actitasset, ad urgentẽ uitæ necessitatem respiciens, ueluti si pater familias bouẽ, qui in specus decidisset, adhibitis operis liberasset, aut tecti fractam trabem ab imminenti ruina fulciẽdo uindicasset, ferias non uidetur polluisse. Nam & Vlpian. in l. j. §. sed excipiuntur. & duabus ll. sequ. ff. eo. tt. tractat multas id genus species, quarum quidẽ urgens necessitas non habet ferias (uti dici solet) sicut nec pietatis exercitium ferijs impeditur. Scitè ergò Scæuola interrogatus, quidnam ferijs agi liceret, quod noceret (inquit) prætermissum. Sic Romanus Pontifex non uult & in c. 2. & ult. eo. tit. ligari necessitatem, & pietatem. Qua in re Iudęi, quum planè cæci essent, à Christo reprehenduntur. Luc. 13. & 14. cap. Pudet autem me referre (dum nostros Christianos confero Romanis olim religiosis) quib. delitijs, & uoluptatum ineptijs, dies hodie festos transigamus. Magna proculdubio fuit Romanorum religio, ut ferijs iurgia amouerent, & diuinis operam darẽt. Nunc uerò studium est, eaq; religio, ut dies festos altiss. maiestati dedicatos fœdis uoluptatibus tradãt, omnib. exactionum uexationib. prophanent, tragœdias & iurgia his addant, litigent, pacta illicita cõtrahant, negotiationes exerceant maximopere turpes, & breuiter omne scelus eo potissimũ die patretur. Sed, quid inter surdos frustra canimus? Anch.

FERIAE aliæ sunt repentinæ, aliæ solennes. l. 3. C. de dilationibus. Repentinæ sunt, quas re feliciter gesta Principes indicunt. l. 1. C. de ferijs. Solẽnes uerò, quæ sunt anniuersariæ ac legitimæ. Itaq; feriæ solennes ferijs extra ordinem indictis opponuntur. in l. 26. §. 5. ff. ex quibus caus. maior. ueluti ob res prosperè gestas, & in honorem principis. l. j. C. de ferijs. Hotomannus.

FERIAE nouem dierum erant, quibus in ius uocare non licebat funus ducentem familiare, iustáue mortuo facientem, quod olim fiebat per nouẽ dies, quibus uidetur durasse hæc prohibitio in ius uocandi. Idq; etiam scribit Iustinian. in Nouel. Constit. 115. Pœnicales olim appellabantur Funerales hæ nouẽ dierum ferię. Septem dies cadauer domi deploratũ, octauo efferebatur, nono tumulabatur. Balduin. tit. de pœn. tem. litigantium.

FERIARVM publicarum genera sunt quatuor. aut enim statiuæ sunt, aut conceptiuæ, aut imperatiuæ, aut nundinæ. Et sunt statiuæ uniuersi populi communes, certis & constitutis diebus, ac mensib9: & in fastis, statis obseruationibus adnotatæ. Conceptiuæ sunt, quę quotannis à magistratibus uel sacerdotibus concipiuntur, in dies uel certos, uel etiã incertos: ut sunt Latinæ, Paganalia, Sementinæ, Compitalia. Imperatiuæ sunt, quas Consules uel Prætores pro arbitrio potestatis indicunt. Nundinæ sunt paganorum, id est rusticorum, quibus conueniunt negotijs proprijs, uel mercibus prouisuri. Sunt præterea propriæ feriæ familiarum, ut Claudiæ, uel Æmiliæ: seu Iuliæ, siue Corneliæ: & si quas ferias proprias quæq; familia ex usu domesticę celebritas obseruat. Ex Macrob. lib. 1. cap. 16. Hoto. & Ræuardus lib. 5. Varior. c. 19. ubi interpretatur. l. 26. §. 5. ex quibus causis maiores in integ.

FERIATICI dies, pro Feriati, uel festi. Vlpian. l. 2. ff. de ferijs. D. Marcus effecit, de alijs speciebus Prętorem adiri etiam diebus feriaticis. Appellantur autem sub eo. tt. Feriæ, dies omnes quibus magistratus propter uacationem publicam ius nõ dicit: uelu ti propter messem, aut uindemias, aut depositũ magistratum: ut cum in l. 5. Vlpian. scribit, Pridie Calendas Ianuar. magistratus neq; ius dicere, nec sui potestatem facere consueuerant. Hot.

FERIRE fœdus, quod & percutere dicitur, & inire, hoc est pacem componere. Barbaris Ligam est facere. Spieg.

FERRAMENTA, dicuntur instrumenta ferrea, quibus fabri utuntur: deinde gladios, sicas, lanceas, hastas, pila, aliaq; huius generis tela, uel ferro præfixa significant. Spiegel. Adde Tornebum aduersar. libro 7. cap. xxij.

FERRARIA, absolutè, fodina ex qua ferrum extrahitur.

FERRE, pro accipere. Inde ferre puncta & tribũs pro eo quod est, accipere suffragia. & ferre fructum, id est, accipere, uel percipere, apud Cicer. Sp.

FERRE ad populum, Ferre in concionem, quasi in medium afferre. Vnde ferre legem, uel rogare. Legislator dicitur, & populus dicitur iubere: Plebs autem sciscere legẽ, hoc est statuere, decernere, uerbo, scilicet submissiore, quàm sit iussio, denotans imperium. Vnde lex aliquò pluris æstimabatur, quàm plebis scitum.

FERRE conditionem, quod & offerre dicitur, ut actoris est & superioris.

FERRE iudicem, inquit Budæus, est cuiuscunq; iudicio acquiescere. Sp.

FERRE iudicem alicui, pro iudicio aliquem lacessere, & iudicē offerre. Cice. pro Q. Roscio, Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet: cùm testem producam, reprehendere audebit. Liuius libro 3. Proinde ut ille iterum ac sæpius prouocet, sic se iterum ac sæpius iudicem illi ferre, ni uindicias in seruitutem dederit. Hotoman.

FERRE legem, legem suis imponere, & quasi imperare.

FERRE primas, est primum locum habere.

FERRE quæstionem, est uindicandum facinus iudicibus præbere, & mandare, uel potius ad senatū referre, ut de uindicando scelere extra ordinem S. C. fiat, & in iudicium res deducatur. Ex Bud. Sp.

FERRE sententiam, iudicis est: Senatorum dicere. Spiegelius.

FERRE signa milites dicuntur, cū castra mouēt.

FERRE uentrem, pro prægnantem esse.

FERRI, Caius inquit, propriè dicimus, quæ quis suo corpore baiulat: Portari ea, quæ quis iumento secum ducit: Agi ea, quæ animantia sunt. Sed Alciato teste, nimis propria & subtilis est hæc Iuriscōs. interpretatio: quandoquidē & portari dicitur, quod quis suis humeris fert, ut rectè Valla annotauit. Sp.

FERRO damnati, uel Ad ferrum damnati dicuntur apud Vlp. cap. Inst. 1. & l. 8. ff. de testam. non qui ad bestias damnantur: nam in l. 8. perspicuè hæc separantur: sed qui ut cum gladiatorib. pugnent, damnantur. Itaq; Suetonius de munere gladiatorum loquens in Nerone: Exhibuit, inquit, ad ferrum etiam quadringentos Senatores. Hot.

FERRVM Indicum in l. ult. §. species. ff. de publican. Plinius lib. 34. cap. 14. ex omnibus ferri generibus palmam Serico ferro tribui, Serasq; Indiæ populos id cum uestibus & pellibus suis mittere scribit. Brissonius.

FERREA manus. De manibus ferreis coruisq; nihil dicere necesse est. Vide Bayfium de re nauali de hisce.

FERRVMINARE, est per eandem materiā conglutinare: quemadmodum ferrum ferro adglutinatur, non interueniente alia materia. Pompo. l. quicquid. de acqui. rer. dom. Quicquid, inquit, alieno argento ferruminaueris. Neor.

FERRVMINATIO, hoc differt à Plumbatura: quòd hac, plumbo massa massæ iungitur, ita ut iunctura plumbea cohæreat: illa uero per eandem materiam massa massæ cōfunditur. Vide l. in rem actio. §. item quæcunq;. ff. de reo. uindic. & Bayf. in l. uxori quis legauit. ff. de aur. & arg. leg. Sp.

FERTON. Lege Verton.

FESTA conuiuia, id est, solenniter læta, Impp. ciuibus exhibenda censuerūt. l. 4. C. de Sacrif. pagan.

FESTINANT properare, fine, ut opinor, exemplo. C. de Curs. publ. l. ijs tantummodo. lib. 12.

FESTINARE & Properare idē significare, atq; in eandem rem dici uidentur. Sed M. Cato id differre existimat, eaq; hoc modo diuisa uerba sunt ipsius ex oratione, quam de suis uirtutibus habuit: Aliud est properare, aliud festinare. Qui unum quid maturè transigit, is properat: qui multa simul incipit, neq; perficit, is festinat. Verrius Flaccus, rōem uolens dicere differentiæ huius: Festinat, inquit, à fando dicitur: quoniam isti ignauiores, qui nihil perficere possunt, plus uerborum quàm operæ habent. Sed id nimis coactum atq; absurdum uidetur. Neq; tanti momenti esse potest prima in utroq; uerbo litera, ut ꝓpter eam unam tam diuersa uerba Festinare & Fari, eadem uideri debeant. Commodius aūt propriusq; uisum est: Festinare quasi fessum esse. Nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is iam non properat sed festinat. Gell. lib. 16. noct. Attic. cap. x.

FESTINATIO subita. §. 1. Institut. de oblig. ex quasi cont.

FESTINATIONEM pręcipitem opponit IC. moratoriæ cunctationi, in l. tutor qui repertorium, §. j. in fi. de admin. tut. Secundū Canonem. Qui unū quid maturè transigit, is properat: qui multa simul incipit, neq; perficit, is festinat. Verùm utrorūq; uerborum ratio sub hac significantia proxima est ueritati. Vt sit sæpè animi properare, studiosè ad res aliquas contendentis: Festinare, corpore necessitatibus obsequendi. Sp.

FESTOS dies, hoc est, & feriatos & lætos, cur legū conditores instituerint, Seneca refert, de Tranquillitate uitæ c. fin. Numa statuit, ut quidam essent dies festi, quidā intercisi, reliqui omnes profesti. Vide suprà, Dies festi. & infra Intercisi dies. Sp.

FESTVCA, uirga Prætoria, qua quis fiebat lib. Aliàs uindicta dicebatur.

FESTVCARIAM & ciuilē uim dicebātur tūc, cū qui iurisdictioni pręerant unà cū litigatorib. ex iure in fundū controuersum, dicendarū uindiciarū causa, proficiscebantur: ibiq; manuū facta consertione, quem suum esse fundum actor contendebat, eundē contra uindicabat reus. Ræuard. in ll. XII. Tab. lib. singul. de prisco iure uindic. cap. 6.

ΦΕΥΓΩΝ, in l. properandum. C. de iud. & alijs plurimis constitutionibus significat eum, à quo petitur G. Budæo interprete apud Ant. Aug. lib. 2. Emend. cap. 1. Sic pars fugiens pro reo. Prat.

FEVDVM à fide appellatū genus est clientelæ, quo uel dignitas, uel uectigal, uel prædiū aliquod ea lege alicui datur, ut & ipse, & ipsius posteri atq; hęredes, beneficij auctorem perpetuò agnoscát, & quasi pro patrono colant: eiusq; caput, existimationē, & fortunas tueātur. Illius enim causa & origo hęc fuit, ut uictores cùm gratiam suis ducibus, præfectis, ac militib. pro opera in bellis ac prælijs egregiè nauata referrent, honorib. & fortunis Italorū in illos transferendis: tum etiam certos sibi deuinctos, & tanquā deuotos clientes haberent, quorū opera, bello partam regionē, in posterū, si opus esset, tueri possent: quos sua lingua modò Valuasores, modò Vassalos appellarūt. Vnde tres Feudorum gradus facti sunt, summus, medius, infimus. Summus ordo est principum ac procerū, qui lingua illorū Capitanei regni, Duces, Marchiones, & Comites appellati sunt: & à Rege tum illis honoribus afficiebantur, tum etiam Italiæ oppidis ac uicis, locupletum etiam uictorum arcibus ac uillis donabantur. Quę Feuda quia partē aliquam Regiæ dignitatis obtinebant (qui enim Duces & Marchiones nunc appellātur, Reguli olim fuerunt) iccirco Regalia dicta sunt. Itaq; potestas eis data est cudendæ pecuniæ, creandorū magistratuū, salinarum & fodinarum exercendarū, caducorū, confiscationum, earumq; functionū quæ Angariæ & Parangariæ appellantur: quæ iura uulgò iura Regaliæ (corruptè, ut opinor, pro Regalia) nominantur. Medius ordo eorum fuit feudorum, quę principis illius ordinis proceres, Regis concessu, ea lege alijs inferioris dignitatis hominib. dabant, ut Vassali ipsos secundum regem eius beneficij auctores ac patronos agnoscerent, & pro capite ac fortunis ipsorū, si usus

 ferret

ferret,pugnarent. Quo in numero ij qui uulgò illorũ lingua Barones,ac Maiores Valuasores,siue Vassali appellantur,fuerunt: qui patronos quidem illos agnoscebant,sed tamẽ,ut iam dixi,secundum Regẽ. Infimus ordo eorum fuit,quæ a secundi ordinis Vassalis in priuatos cõferebãtur: siue illi nobiles essent, quam nobilitatem armis pepererant:siue ignobiles: nam utriq; eadem qua superiores iurisiurãdi formula obligabantur: quæ ab Oberto nescio quo,in eo libro, qui uulgò uius Feudorum inscribitur, barbarè & fœdè perscripta,solam hanc habet, quam antea dixi,sententiam: ut cliens patroni sui caput, existimationem,ac fortunas, quoquo modo poterit, contra quemcunq; aduersariũ, solius Regis maiestate excepta,tueatur. Hæc ex 2.nostrarũ obseruatio.lib. Hot. Plura de origine & conditionibus feudorum uide apud Cuiac.lib.8.obseruat.cap.14.& Connan.lib.2. cap.9.numero 6.

FEVDVM quotuplex sit,Iurisperiti feudistæ inconstanter tractant. Nam ex singulis qualitatib.sicubi paulò maiores aut minores uideantur, proprias statim diuisiones constituũt:quasi uerò circunstantiæ faciant nouam speciẽ,contra leg.fi.ff.de fund.instruc.& sic pergũt,adeò ut arborẽ faciant, nõ minus ridiculè, q̃ si ex singulis pactionibus nouas contractuum species reducas in arborẽ. Nos aliquot ad usum fori delineabimus feudorum diuisiones. Old.

FEVDVM, aut propriè,aut impropriè censetur.

FEVDVM propriè est,quod simpliciter, purè,directò conceditur, nulla temporis aut seruitiorũ determinatione.§.penul.& ult. Quid sit inuestitura.Et de concess.recti feud. Item cap.1. quibus mod.feud. constit.potest.

FEVDVM impropriè censetur, quod conditionibus,uel obsequijs nominatim definitis est alligatum,cap.1.De not.feud.& §.fin. De capita. qui curi. uendi. Oldendorpius.

FEVDVM aliud est regale,aliud non regale.

FEVDVM regale est, quod ab Imperatore,uel à Rege conceditur, habens præter simplicem iurisdictionem, dignitatis titulũ, ut Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & cætera id genus honoris beneficia.cap.1.quis dicat.dux.

FEVDVM non Regale,quod nihil dignitatis uel eminẽtiæ adfert,siue a Principe ipso,siue ab inferioribus(ut communiter)concedatur. capite unic.qui feud.dar.possunt. Oldend.

FEVDVM,aut nobile est,aut ignobile.

FEVDVM nobile censetur,quod accipiẽtis personam nobilitat, uel si prius fuit, nobilem ostendit. Vt,cùm ab Imperatore,uel rege conceditur.capit.j. quis dicat.dux.

FEVDVM ignobile est, quod à plebe uel priuatis personis dari solet:nonnulli Burgense uocant. Item, concessum à minoribus, & minimis ualuasoribus,hoc est,plebeis,quasi ad ualuas stantibus: ut interim cognoscas umbram istius uocis.capit.1. de his qui feud.dar.poss. Old.

FEVDVM,aut Ecclesiasticum est,aut seculare.

FEVDVM Ecclesiasticum dicitur, quod uel Ecclesia dat alij: uel ipsa accipit ab alio: uel quod clerico conceditur.c.1.de cler.qui inuest.accep. cap.j.de his qui feud.dar.poss.& §.fin.de capi.Conradi.

FEVDVM seculare, quod à principe, uel ab alio quouis ciuili homine accipitur.c.1.§.Marchio.de his qui feud.dar.poss. Old.

FEVDVM,uel reale est,uel personale.

FEVDVM Reale ad hæred[illegible] regulariter est trãsitorium,tam respectu domini, quàm beneficiarij, ut in c.1.§.cùm uerò Conradus.de,ijs,qui feu.dar.poss. c.j.de duobus fratri.à capita.inuest.& c.1.§.fin.quib. mod.feud.amitt. Nam quilibet censetur suis hęredibus prospicere,l.pactum.ff.de probat.

FEVDVM personale æstimatur bifariã.uno modo, quia non porrigitur ad hęredes accipiẽtis, quanquã dantis successores teneantur: ut est feudũ Guardiæ,quod arcis tuendæ,aut territorij custodiẽdi gratia concessum fuerit, sicut initiò haud dubiè feuda concedi solebant. Est enim Italica uox, *Guarda la gamba*. Item tale est feudum habitationis.cap.feu. habit. de cap.Conrad.cap.unic.de feu.guar. Altero modo censetur feudum personale, quod neque ad dantis, neque ad accipientis hęredes porrigitur,ut soldata. cap.1. quis dicat.dux.Old.

FEVDVM plerunq; est masculinũ, quod ad masculos tantùm pertinet. Quandoq; tamẽ fœmininũ est ex pacto.§.filia.de successio.feud. & §. hoc quoque.de ijs,qui feud. dar. poss. cap.1. de feud. fœm. §. quin etiam.episc.uel Abbat.Old.

FEVDVM,aut est antiquum, aut paternum, aut nouum.

FEVDVM antiquum est, quod maiores adgnationis alicuius supra quartum gradum habuerunt. Paternum,quod parentes usq; ad quartum gradum tenuerũt:ueluti,auus,proauus,abauus,atauus. Nouum uerò, quod cœpit in persona beneficiarij, nec peruenit ad eum ex successione.cap.1. de successio. feud.c.1.de success.frat.& grad.succed. in feu. c.j.de natu.success.feud.c.j.§.nouam. Quot testes sint necessa.& c.j.de frat.de nou.benefic.inuest:Est præterea feudum maternum,quod à fœmina cognationis capite descendit,ut in tit.de benefic.fœm.Old.

FEVDI noui & fraterni natura est, ut uiro decedente sine filijs masculis, feudum reuertatur ad concedentem.text.est in c.1. in prin.de fratribus. de no. ben.inuestit.cum simil.Fallit,si sit feudum cõcessum ab imperatore, & nõ ab inferiore: quia in tali feudo habet locum ius accresc.ita sing.not. Bal.in l.j. §.in j. col.pen.uers.unum scias. C.de cad.toll. cuius uerba pro solennib.citat Do.Alex.consilio xxx. quoniam omne datum.in 3.col.uers.2.dato.lib.1.& in consil.2. lib.5.ubi idem consilium repetitum inuenies. & latiss.de ueritate disputat Ias.in l.re coniuncti. colum. 48.uersic.3.limit.& col.seq. & seq. de leg.3. & sequitur D.Alex.in l.si mihi & Titio.in 3.colu.de uerb.An autem filij fratrum in feudis succedant in stirpes uel capita,Bal.ponit in auth.cessante.colum.1.C.de leg. hæred.& consuluit Alex.consil.55.prospectis his.in 4.libr.& Barb. in consil. immediatè sequenti.& eleganter per Zasium in tract.feud. tit.de feudi successione.uersic.sexta cõclusio.ubi etiam refert decisionem diui Caroli Moderni Imperatoris.circa hoc q̃d in capita succedat secundum opinionem Azo. contra glossam. Cotta.

FEVDVM aliàs diuidi potest, ut regulariter: aliàs diuidi non potest. Feudi,quod diuisionem non admittit(nam sic simul etiam intelligemus exempla reliquorum beneficiorũ,quæ diuidi possunt)exempla sunt: Regnũ,Marchia,Ducatus,Comitatus &c. quæ dignitatem habent.c.j.§.omnes. Si de feud. defunct.controu.fue. int.dom.&adgnat.Vasal.Consti. Imperia.§.præterea ducatus. De prohib.feud.alien. per Frider.Bar. in l.inter tutores.ff.de admin.tuto.l. & ideo.ff.de condict.furt.Panorm.in c.prudentiam. de offic.deleg. Old.

FEVDA domino aperta,itẽ bona mobilia in feudis

dis apertis, quæ non debebantur heredibus, quoniá dominus olim semper recipiebat. Cuius iuris sunt iam núc uestigia in plerisque locis. Olden.

FEVDVM quod domino aperietur, & sic in diē mortis eius, qui nunc habet, fuerit alij cóceſſum, ut post mortem possessoris habeat.

FEVDVM Episcopale, quod Cæsar cócedit ecclesiasticis principibus.

FEVDVM emptū. In feudo empto filia nō succedit, præsertim extátibus adgnatis, secundū cómunē doctorū sententiá, ut probat Andreas de Isernia. ca. unic. §. hoc autem. qui feud. dar. pos. Nisi sit nominatim actū. c. unic. §. filia. de succesſio. feud. & cap. 1. de gradibus succes. in feud. Fráciſ. Curtius consi. 49. incipien. Recolendæ memoriæ. Quod sequitur Albertus Brunus. cósi. 16. incipi. Omnipotētis Dei. &c. Et quanquam in hoc sunt opiniones uarię: tamē nemo dissentit, quin feudum emptum ut omnia præstētur quę pręstari solebant, pro eodem feudo nōdum empto, sicut in præsenti casu: non transeat in fœmineá succesſionem. Quia ibi inuestitura præpōderat emptioni, & semp est attēdenda, ut tractat. Bal. in præfatio. feudor. Vbicunque enim fit mentio feudorum simpliciter, uel heredis: ibi intelligitur feudū rectum & uerum, hoc est, masculinum, cuius fœminę nō sint capaces. Quinimò, in feudis hereditarijs, hoc est, cōcesſis alicui, & heredibus suis, non succedunt fœminæ, ut Baldus & alij notát in ca. unic. in princ. An adgnat. uel fili. defunct. Bar. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liberto. Sicut enim nulla ordinatio testaméti ualet in beneficijs militaribus, seu feudis, ut est text⁹ in c. unic. in princ. de succesſio. feud. & in c. 1. in princ. de prohibit. feud. alien. per Friderich. c. 1. §. donare. Qualit. olim feud. poter. alienar. Et utrobique Bal. etiam consensu domini. Alexan. consi. 15. li. 5. incipi. Visis narratis in themate. Ita domin⁹ feudi nō potest confirmare feudum in filiá, pręiudicio adgnatorum non cōsentiētium, iuxta textum in c. 1. de aliena. feud. patern. ca. 1. §. hoc quoque. de succesſio. feud. & Bal. secúdum Aluarottum utrobique notat, quòd dominus nullam gratiam posſit facere fœminis de succesſione, per quam adgnati excludantur. Adeò, quòd Imperator non uult habere potestatē infringendi iuris beneficiarij. Adducūt interpretes secundū Baldū duas potisſimū rationes. Altera, Quoniam bonæ & naturales consuetudines, quales sunt beneficiariæ, ligant Principem. capi. unic. in fin. qui feud. dar. poss. & ibi gloss. l. fina. C. si cōt. ius uel utili. publ. Altera, quia feudum est cōtractus nominatus, auctore Bartol. in l. iurisgentium. §. quinimò. ff. de pact. Angel. Nouel. ut sponsali. largi. in princip. Sed cōtractus nō uult Princeps in sua potestate esse. l. fi. ff. de constit. Princip. l. fin. C. si contra ius uel util. publie. c. quæ in Ecclesiarum. de constitutio. Ergo Princeps nec feudi consuetudines uult posse infringere.

FEVDVM Castaldiæ, ut interpretantur nostri, cōcedebatur ratione administrationis bonorum & posſesſionum dominicarum. Annotauit idem Baro titulo ij. lib. ij. Feud.

FEVDVM conditionatum, id est, ad certum seruitium adstrictū, uulgò Geſſzlehen nominatur Autor Zas. de Feudis degenerantibus. Sp.

FEVDVM degenerans, quod & non rectum dicitur, intelligitur quod à natura proprij rectiq; feudi recesſit. Recti autem feudi compendiosa natura hæc est, quòd ad hæredes transitorium sit in infinitum. Porrò, quòd ex gratia & gratuito domini beneficio originē sumpserit. Item quòd Vasallus fidelitatis sacraméto ad incerta seruitia obstringatur. Pręterea, quòd sit in

FEVDVM francum, id est, liberum, ita ut nihil pro eo seruitij præstetur. Et quòd Francum liberum dicatur, allegatur tex. in ca. ex literis. j. de sponsalib. Quippe, quòd ad communem uerbi intelligentiam recurratur. Spieg.

FEVDVM ligium dicitur, si conceditur ab Imperatore uel rege, pręstita fidelitate absolutè. & nulli⁹ alterius domini fide conseruata. ita declarat gloss. singularis in Clement. pastoralis. §. rursus. in uerbo. Homoque ligius. de sententia & re iudi. quod alibi in iure scriptum se non reperisse dicit Bal. in l. prima §. primo. colum. penulti. uersicu. si quis inuestitus. C. de cadu. tollen. & pro singu. citat Domi. Alexand. consilio xxx. quoniam omne datum. in prima columna. uersicul. quarto, libro primo. Quod etiam repetitum est in consilio. ij. in ultimo libro: tamen habet concordantem in aliquibus extrauagātibus. cuius uerba reassumit Bald. in consilio cccxcj. ad euidentiam præmittendum est. in primis uerbis. in ij. libr. Et rationes huius dicti, uidelicet quare feudum ligium non posſit nisi uni parēre domino, ponit Bald. in authenti. hoc amplius. colum. j. ad fin. C. de fideicommiſ. Et tale feudum ab alijs differt in multis. inter alia unam singul. fall. tradit Bal. in c. cæterum. in tertia columna. uersiculo, quæro an suprascripta. de iudicijs. quod licet in feudis multi iudices esse posſint & ordinarij sint pares curiæ, tamen in feudo ligio solus princeps potest cognoscere. quia solus potest instituere, & institutum destruere. & est singula. dictum secundum Do Ias. in prælud ijs feudorum, in xxxij. col. uers. quartus effectus. ubi multa de ista materia ponit in vij. diuisione feudorum. & ibi refert aliud singul. dictum Bald. in dict. capi. cęterum. in penulti. columna, uersicul. sed statim. ubi tenuit, quòd in tali feudo, sicut etiam in feudo franco, non est licita pœnitentia, prout in alijs. & hoc dictum Bal. pro singu. citat etiam D. Ias. in viij. diuisione, ad fin. & Mart. Laud. in c. j. in viij. col. qui feu. dar. posſunt. licet in lectura Bald. Sigillum pro si ligium mendose legatur. & idem considerat Bald. consi. cccxxiiij. quæritur utrum Papa. in primo lib.

Et propterea alibi Bal. sing. dicebat in c. inter dilectos. in iij. col. uersic. item scias quòd non est feudum. extrà de fide instru. quod non dicitur feudum ligium, seu francum, nisi hoc nominatim & expresſe in eius concesſione dicatur: quia excedit naturá recti feudi, etiam nobilis. & idē cōcludit D. Alex. in dicto consilio xxx. col. ult. circa fin. ubi de hoc Bal. dicto non fuit memor. quod pro singul. commendat D. Ias. in prælud. feud. in xxxiiij. col. uers. illud diligenter nota. & has differentias, & plures alias latè & sing. ex facto cum incidiſſet, reassumit Bald. consilio cccxcj. ad euidentiam præmittendum est. per totum. in ij lib. vbi eleganter declarat totam materiam feudi ligij: & tria requisita ad hoc ut feudum dici posſit ligium, refert Curt. in tracta. feudo. in prima parte. in viij. quæstione, in quibus tamen prædicta comprehenduntur. Cotta.

FEVDVM Soldatæ, ut per se ignobile est, ita nec propriam habet feudi naturam: quum uel dantis, uel accipientis morte finiatur. Et est quædam annua gratuita præstatio, ut definitur tit. x. lib. ij. Feudorum. Videtur autem Baroni à Taūtenb. Soldatæ uocabulum, etsi iam in aliam significationē degenerauit, ex antiquitatis usu ꝑfluxiſſe. Ná, ut idē adnotauit, secundū Casſiodorū, Vegetiū, & Frontinū, Solidatum

datum in militia appellabant eum, cui stipendia ab imperatore promissa erant. Quum enim popul. Romanus supra ducentos annos (ut Liuius testatur) proprijs impendijs militasset, Anxuro capto, decreuerunt patres, ut stipendium miles acciperet: cui & uestem, & frumentum, ultra pecunias, equiti etiam equum dare solebant. Qui Delecti auctorati dicebantur: temporis uero successu, Matriculati & Solidati. Spiegelius.

Feymer. Lege Barisellæ. Sp.

F I

FIBVLÆ, dicuntur propriè oramenta cinguli ad uestem subligandã: & tam uiriles quàm uxoriæ habētur. Earum mentio est in l. j. C. Nulli licer. in fren. lib. xj. & apud Plinium, & Bayfium. Sp.

FICTIO, est legis aduersus ueritatem in re possibili ex iusta causa dispositio. etenim constat, nunquam extẽdi fictionem ad ea, quæ impossibilia sint. glos. l. talis. de Legat. j. §. minorem. Instit. de Adopt. siue de iure, siue de facto id fieri nequeat. imitatur enim fictio naturam, nec facile lex fictionem aduersus fictionē inducit. l. iij. §. è contrario. ff. de Acquir. possess. Hæc ex j. cap. lib. vj. Parerg. Alciat. Est autem magna differentia inter fictionem & præsumptionē. Quia fictio iuris tantũ operatur, quantũ ueritas: unde nunquam ei dicitur esse contraria. Siquidem ius facit ens de non ente. Præsumptio autem in dubio stat, tametsi eatenus ueritatis habetur comes, quatenus in contrariũ nulla apparet probatio. Vide Glos. & Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. Quod met. causa. Itaque fictio ad solam legē pertinet. Nec enim cõtrahentes fingere possunt, nisi lege permittente. ut in Aquiliana stipulatione, & quibusdam alijs itē casibus, in quibus lex stipulationem fingit, uel hypothecã. Estq; iure ciuili inuenta. Sic Iurisconsultus in l. ij. Pro socio. dominium societate omnium bonorum acquiri, sine traditione per quandam fictionē affirmat, cum textus dicat, creditur. Non autem ob aliud inducitur, nisi ut suppleat id, in quo desiderat̄ facti ueritas, ad hoc, ut ex ea ueri producantur iuris effectus. ut declarat Bar. in l. si is qui pro emptore. de Vsucap. Imitatur autem fictio legis, naturam ipsam. l. adoptio. ff. de Adopt. Vnde sicut naturaliter quis filium ad tẽpus habere non potest, nec sub conditione. ita nec emancipare eum, nec adoptare in diē sub conditione licet. l. si tibi. eod. tit. Sp.

FICTIO priuata in perniciē alterius, teste Old. nihil distat à fraudulenta simulatione. Vlp. in l. cum hi. §. si cum his. ff. de Transact. fingi enim, inquit, lites poterunt, ut transactio etiam citra prætoris fiat autoritatem. Spiegel.

FICTIO. Licèt lex nonnulla interdum fingat, ueluti eum, qui in utero est, perinde acsi in rebus humanis, rerúmque natura esset, custodiri, intelligiq;, quoties de commodis partus quæritur. l. qui in utero est. l. qui in utero sunt. de stat. hom. ff. Nihilominus in ea sum opinione atque hæresi, licèt doctorum communis reclamet calculus, ut existimem, duas duntaxat in iure fictiones esse: legis Corneliæ scilicet, & iuris postliminij. Vt autē intelligamus, quæ legis Corneliæ fictio inducat, sciendum est, iuri naturali omnes homines liberos nasci, seruitutésque iuri naturali esse contrarias, atque de iure gentium introductas, §. ius autem gentiũ. de iu. na. gent. & ci. Instit. 1. ex captiuitate scilicet. §. fi. de iu. person. Instit. 1. Serui enim ex eò appellati sunt, quòd Imperatores captiuos uendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent qui etiam mancipia dicti sunt, eo quòd ab hostibus manu capiantur. §. serui autem. de iur. person. Institut. 1. Ex quibus constat eum, qui ab hostibus captus sit, seruum hostium fieri. §. si ab hosti. qui mo. ius pa. pot. sol. Insti. 1. Sciēdum est secundó, seruos testamentum facere non posse, cum alieno iuri subiecti sint, §. j. qui. nõ est perm. fac. testa. Institut. 2. cumque (quod ad ius ciuile attinet) serui pro nullis habeantur. l. quod attinet. de re. iu. ff. Ex quibus apparet eum, qui ab hostibus captus sit, cum seruus hostium fiat, testamentum facere non posse. Sciendum est tertiò, posteriore testamẽto, quod iure perfectũ sit, superius rumpi. §. posteriore. qui. mo. testa. infir. Instit. 2. nouissima enim testatoris uoluntas seruatur, l. translatio. de adi. lega. ff. expectandáque est mors testatoris, ut effectum habeat testamentum. §. in extraneis. de hæred. qual. & differ. Institut. 2. ambulatoria est enim uoluntas defuncti, usque ad uitæ supremum exitum. l. quod si iterũ. de adimen. legat. ff. Denique testatoris morte confirmatur testamentum. c. cũ morte. de celebra. missa. antiq. His ita præmissis, si quis, post factum legitimè in ciuitate testamentum, captus ab hostibus fuerit, atque apud eos decesserit, procul dubio eius in ciuitate factum infirmatur (summo iure) testamentum. cum ab hostibus captus, seruus eorum factus fuerit, cum serui testamentũ facere non possint, cúmque, ut effectum habeat testamentum, mors testatoris expectetur. Cæterùm, ex æquitate, lex Cornelia fingit eum, qui post factum legitimè in ciuitate testamẽtum, ab hostibus captus est, atque apud eos decessit, eo ipso momento decessisse, quo captus ab hostibus fuit, atq; ita morte eius confirmatum testamentum, perinde acsi nunquam ab hostibus captus fuisset, nunquã in hostium potestatem seruitutémq; redactus fuisset, nunquam ius testamenti faciendi amisisset. l. lege Cornelia. de testa. ff. l. lex Cornelia. de uulga. & pupilla. ff. Rursus, ut intelligamus, quæ fictio iuris postliminij inducat, sciendum est, dictum esse postliminiũ à limine & post. unde eum, qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. nã limina sicut in domo finē quendam faciunt, sic imperij finem esse limen, ueteres uoluerunt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam & terminus: ab eo postliminiũ dictum est, quia ad idem limen reuertebatur, quod amiserat. §. si ab hostib. qui. mo. ius pa. pot. solui. Institut. 1. Est autem postliminium ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituēdæ, inter nos ac liberos populos, regésque, moribus, legibus constitutum. nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellũ, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere: idque naturali æquitate introductũ est, ut qui per iniuriã ab extraneis detinebatur, is, ubi in fines suos redijsset, pristinum ius suũ reciperet. l. postliminium est. de cap. & postliminio reuer. ff. His ita expositis, si quis ab hostib. captus fuerit, cũ seruus hostiũ fiat, cúmque, quod ad ius ciuile attinet, serui pro nullis habeantur, is procul dubio (summo iure) omnia iura, quæ in ciuitate habebat, amittit. Cæterũ, si is ab hostibus redierit, ius postliminij, ex æquitate fingit eum, qui ab hostib. captus fuerat, redijtq;, semper in ciuitate mãsisse, eiq; omnia pristina iura, q̃ ante captiuitatē habebat, restituit, perinde ac nunq̃ captus fuisset, semperq; in ciuitate mansisset. d. §. si ab host. Itaque testamentum, quod ante captiuitatem fecerat, eo reuerso perinde ualet, ac si nunquam captus fuisset. Adde Forcatulum Necyomantiæ dial. 76. numero 7.

FICTUM, absolutè, præsupponitur falsum: aliàs non fingeretur. Præsumptum, habetur loco ueritatis. Spiegelius.

FICTUS Barbaro uocabulo pro emphyteutica pensione, mercedeq; meliorationis accipitur, uideturq; Alciato latinè dici posse, Colonarium. Sp.

FICUS ruminalis, ideo sic dicta, uel quod æstate sub ea pecora frigora captantia, herbasq; uellentia ruminabant, uel à rumine, id est, mamma, quam antiqui rumen dixêre quod sub ea pueri Romulus & Remus Lupę rumina suxerint: unde Ouidius secũdo Fastorum.

Arbor erat, remanent uestigia, quæq; uocatur
Romula nunc ficus, ruminæ ficus erat.

De hac Plinius lib. 15. cap. 18. Plutarchus in Romulo. Tacitus annalium, Publius uictor de regionibus urbis reg. 8. Marlianus lib. 2. cap. 13. Annotatum autem est hanc arborem ruminalem quę in Comitio annis octingentis ac quadraginta & amplius uirens perseuerarat, Nerone imperante, ramalibus emortuis uisam exaruisse. Quod & in prodigium abijt, donec in nouos reuiresceret fœtus. Cælius lib. 11. cap. 12. lectionum antiquarum.

FIDELITAS est iusiurandum, quod à uasallo domino præstatur, cap. unico quid præc. deb. in usibus feud.

FIDES olim à Romanis pro Dea culta est, habuitq; propria templa inde à Numa consecrata, teste August. unde id ortũ sit dubitari queat: siue quia maximus usus ac necessitas fidei in contractibus cõmuniq; uita est: Siue etiam, quia inde à primis parentibus ualde prædicari fidem Theologicam intellexerint, ut quæ nihil non à Deo impetret, nosq; in summam dignitatem ac felicitatem euehat. Omnino Numæ patrum doctrinam non ignotam fuisse etiam ex eo apparet, quia templa sine idolis habuit: & libri eius postea reperti ut ab Ethnica Idololatria plane alieni, teste Liuio exusti sunt. Fides ergo uox Latinis usitata, aliquando aliter in Sacris literis, quã plerunq; in prophanis accipitur. Nam fides Latinis in dicente & agente plærunq; est fidelitas, aut ueracitas in præstandis promissis. cuius Etymologiam Cicero lib. 1. offic. inde deducit, quòd id fiat quod promissum est dictumue ab alio, quasi si ista duo uerba, Fiat dictum, inter sese commixta sint. At in sacris literis plærunq; est in audiente aut patiente illi correspondens affectus, quo credimus dicentis ueracitati aut fidelitati, quod ea quæ promisit præstiturus sit. Rectè ergo dicere possemus, quòd fides Latinis actiuè accipiatur: quia est ueritas in agente, dicente, ac præstante nobis aliqua promissa bona. Contra autem Hebræis passiuè, quia alterius ueracitatem, promissionem ac præstationem bonorum suo assensu, & re etiam ipsa accipit. Nec tamen potest negari uocem Fides πίστις apud Latinos & græcos ueteres eodem plane modo aliquando usurpatam, ut in Sacris literis & Ecclesia: Népe (ut iam diximus) passiúe ut, Aliquid esse maius fide, id est quàm ut credi possit. Ouid. 4. Metamorph. & Virg. 4. Credo equidem, nec uana fides, genus esse Deorum: id est mea hęc fides aut persuasio seu assensus non est uana aut temeraria. Et Liuius. Hæc Romulo regnante sunt domi militiæq; gesta, quorum nihil absonum fidei diuinæ originis, diuinitatisq; post mortem creditę fuit, id est qua creditus est natus fuisse ex Marte. Et hinc doctissimi uiri Laurentius Valla & Budæus, eam quæ in sacris literis more Græcorum fides dicitur, persuasionem potius appellandam esse censuerunt. Laurentius (inquit Budæus) persuasionem propriè uocari posse contendit, quam Latini Christiani fidem, Græci πίστιν appellant: hoc est certam quandam opinionem & Sententiam, quam nobis persuasimus: id quod mihi Laurentius rectè censuisse uidetur, cum à uerbo græco πέπεισμαι id est persuasi mihi, πίστις apud nos dicatur, quam nos fidem dicimus. Hoc autem ex Quintiliano liquet, qui libro quinto sic inquit. Pro certis autem habemus, quæ legibus cauta sunt quæ persuasione, si non omnium hominum, eis tamen ciuitatis aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta sunt. Latinè autem fides in hoc significatu certam deriuationem non habet, sed græcorum imitatione usurpatum est ab antesignanis fidei Christianæ qui aliud uerbum significantius esse nullum existimabant. Hæc illi.

FIDES catholica. Hæc est pietas siue religio nostra, quæ ideo catholica nominatur, quòd non certo alicui populo tradita est, ut Iudaico, sed toti generi humano: nec ullum excludit, omnibus per hãc saluis esse licet, & sine hac nulli: nec religiones in hac sunt suæ cuiq; genti, sicut apud gentiles. Alij enim dij & alio modo apud Romanos colebantur, quàm Græcos: alij apud hos, quàm apud Gallos, Hispanos, Scythas, Indos, Persas. Omnes gẽtes quæ Christum professæ sunt, eundem colunt Deum, & eodem sacrificij genere. Vide ij. l. C. Sum. Trin. & fid. cath. Spiegelius. Quid uero catholicum sit habendum, & quis catholicus censendus uide suprà in dictione catholica Ecclesia: Quibus adde & sententiam Lactantij lib. 4. de uera sapientia cap. 30. circa finem, ubi inquit, Sola igitur Catholica Ecclesia est, quæ uerum cultum retinet. Hic est fons ueritatis hoc est domicilium fidei, hoc templum Dei: Quod si quis non intrauerit, uel à quo si quis exiuerit, à spe uitæ, ac salutis æternæ alienus est. Neminem sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enim de uita & salute, cui nisi cautè ac diligenter consulatur, amissa & extincta erit. Sed tamen quia singuli quiq; cœtus hæreticorum, se potissimũ Christianos, & suam esse Catholicam Ecclesiam putant, sciendum est illam esse ueram, in qua est Confessio & pœnitentia, quæ peccata & uulnera, quibus subiecta est imbecillitas Carnis, salubriter curat. Confessionem intellige, de qua est in priori Canonica Ioannis capite quarto: Omnis Spiritus qui confitetur IESUM CHRISTUM in Carne uenisse ex Deo est: & omnis Spiritus qui non confitetur IESUM CHRISTUM in carne uenisse, ex Deo non est. Hæc est confessio Petri: uerba uitæ æternæ habes, &c. Hæc est autem uita æterna (inquit apud Ioannem salutis autor ad patrẽ suum cœlestem) ut cognoscant te solum Deum uerum, & quem misisti IESUM CHRISTUM. Huic inquam confessioni pœnitentia indiuidua comes adiuncta est. Quanquam non ignoro apud ueteres (Tertulliani nimirum tempore confessionem peccatorum, quæ publicè Deo fit, fuisse in Ecclesia receptam: cuius actum magis exprimi gręco ἐξομολογήσεως uocabulo in lib. de pœnitentia Tertul. testatur eamque prosternendi & humilificandi hominis disciplinam esse ait. Extat etiã Chrysostomi Homilia περὶ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως.

FIDES, pro cautione, in l. sacris. C. de prox. sacr. scrin. lib. xij. Sic dicimus, fide alicuius sumere, id est, non sua, sed aliena cautione. Sp.

FIDES iudici facta dicitur, quando probatum ei est,

est, uera esse quæ affirmata sunt. Hinc Rubrica, de Fide instrumentorum. Sp.

FIDES labefactata, dicitur creditum perditum. Tueri fidem suam, est seruare illæsam famam locupletis debitoris. Et fidem suam liberare, pro eo antiqui dicebát, quod nunc negociatores & coactores, tenere promissum dicunt, & non deesse promisso.

FIDES publica est, quod imperiti Saluum conductum uocant: quem Accursius, malus latinitatis autor, securitatis nomine intellexit. Sp.

FIDES publica in l. 24. §. in bonis. ff. de reb. auct. iudi. possid. *Credit* à Gallis appellatur. Cic. pro leg. Mani. Hæc fides atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, &c. & alibi, Scimus Romę, solutione impedita, fidem concidisse.

FIDES tacita, clàm & tacitè in fraudem legis, fisciue accommodata. l. 13. §. cum ante. ff. de iur. fisci. l. 15. §. pen. ff. ad municip. Vlp. Epito. tit. 25. Et dicitur

FIDES accommodari, & interponi l. 43. §. ult ff. de uulg. l. 10. ff. de ijs, quæ ut indig. & commodari. l. pen. ff. si quid in fraud. patr.

FIDES emptori haberi dicitur etiam sine satisfactione. §. uendita. Instit. de rerum diuisione. l. 19. ff. de contrah. emptione.

FIDES, tuitionem, auxilium, tutelam significabat, unde in fide alicuius esse dicebant olim quod nunc uocant, feudum ab aliquo tenere, & haud dubie à fide nuncupant atq; salutant fidelem uel uasallum, quem clientem olim dicebát. Vnde sic scribũt, Dilecto nostro fideli: Vnserm lieben getrewen.

FIDE dominica agros colunt, qui non pẽsiones certa quantitate, neq; mercede, sed arbitrio domini rationes reddituri colunt. l. 18. §. cùm de uillico. l. 20. §. 1. ff. de instr. instrumentoq; leg.

FIDE alterius pecuniam mutuam sumere, est, dato fideiussore sumere. Cicer. pro Flacco, Hic hercule cornici oculum, ut dicitur: nam hunc Hermippum, hominem eruditum, percussit: eius enim fide sumpsit à Fusijs. Securus Hermippus Tennum proficiscitur, cùm iste sese pecuniam, quam huius fide sumpserat, à discipulis suis diceret Fusijs persolutu-rum. Item in ead. Pecuniam sumpsit mutuam à Sex. Schola, qui tamen reddidit P. Veratij lectissimi hominis fide. Vulgò tamen mendosè scriptum est FIDEI. Hotomannus.

FIDE sua iubere, id est, sponsorem se constituere, & periculum in se recipere. Paul. Si filius familiâs ita stipulatus fuerit: Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse iubes? Vlpianus in l. ubi autem, de uerbor. oblig.

FIDE autem sua promittere, ambigua locutio est, sicut & in uerbo ueritatis spondere. de quorum captu differit pulchrè Al. in l. si quis maior. C. de transact. Spiegel.

FIDEM alicuius secuti tum uerè dicimur, cum ab eo persuasi tantam fidem eius promissis habuimus, ut perniciosum id nobis futurum sit, nisi ea faciat. Connan. lib. 5. cap. 1. nu. 6.

FIDEM suam astringere, locutio elegans apud Papinian. l. procurator, de procurat.

FIDEM suam astringere, uinculum obligationis suscipere. Papinian. in l. procurator, qui pro euictione. ff. de procur. Sp.

FIDEM fallere. Lege, Fallere fidem.

FIDEM frangere. Vlp. in l. sed si hoc lege. ff, de in Ius uoc. Sed si suis, ait, numis emi, & fidem fregi, pro patrono non habebor. Sp.

FIDEM mutare, pactum rescindere, & uiolare promissum.

FIDEM bonam præstare, nil aliud quàm sine dolo & fraude uersari. Bona fides enim, ut suo relatum est loco, contraria dolo & fraudi est. l. iij. in fin. Pro socio. Inde dicitur homo bonæ fidei, qui nihil dolo facit. l. iij. iuncta Gloss. C. de peric. & com. rei uendit. Spieg.

FIDEM licitæ transactionis rumpere apud Hermogenianum in l. pen. de transact.

FIDEM sequi alicuius, eligere aliquem cum quo rem habere, aut negocium nobis esse uelimus, usus est Vlp. in l. j. de reb. cred. Est etiam exemplum in l. ij. C. de bon. aut. iud. possid. Ex. Bud. Sp.

FIDEICOMMISSUM appellatum est, quod nullo uinculo iuris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur continetur. Inst. de fideic. hær. §. 1.

FIDEICOMMISSA dicuntur, quæ fidei hæredis alteri restituenda demandantur: quæ ab fide hæredum licet pendeant, unde & nomen accepere, D. tamen Augustus, ne perfidiæ humanæ locus esset, ad necessitatem iuris ea retraxit. Vide §. in primis. Instit. de fideicomm. hæred. l. j. & C. comm. de legat. Nec ignorandum, fideicommissa non esse, ut uulgô putant, legatis exæquata. Nam licet Vlpian. l. j. de leg. j. scribat, quòd per omnia exæquata sint legata fideicommissis, non tamen è conuerso dicit, fideicommissa legatis exæquari. Vnde Zasius colligebat, quod & ab Alciato pòst legimus probatũ minimè sequi necessariò, ut utraq; eodem iure petantur. Fiunt autem fideicommissa uerbis precarijs erga grauatum: qualia sunt, rogo peto, uolo, mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero, impero. Vnde & nomen illud sumpserunt, quòd in sola fide pudorẽque hæredis consisterent. §. fin. Institut. de singulis rebus per fideicom. relict. Accedit Vlpia. inquiens: Etiam hoc modo, cupio ut des: credo te daturum: fideicommissum est. de legat. j. l. etiam. Spieg.

FIDEICOMMISSARIAE & directæ libertates differunt. Directas enim libertates per legem Aeliam Sentiam in fraudem creditorum datas reuocari, rescripsit Imperator Alexander si consilium fraudis euentus damni sequatur. Sed ad impediendam fideicommissariam libertatem, solum fraudis euentum inspici obtinuit: Quod hæc, quæ ab hærede præstatur, ueluti inter uiuos detur, hæres autem nihil facere tenetur, supra uires hæreditarias, quantumuis sincerum & simplex fuerit testatoris consilium, quia nec is temere intelligitur mandasse, quicquam fieri in fraudem suorum creditorum. Balduinus. tit. quib. ex caus. manumit. &c.

FIDEICOMMISSARIA libertas est illa, quam testator non directè impertit, sed per manumissionem alterius, uel hæredis, uel legatarij, uel donatarij mortis ergò, cuius fidei hoc commisit & credidit.

FIDEICOMMISSARIUS non est hæres defuncti, sed is, de cuius manu hæreditatem accipit: nec defuncto continuatione successionis iungitur. Est enim interpositus hæres: nec ab eo, sed ab hærede directo aut legitimo, relictum sibi fideicommissum capit. Connanus lib. 9. cap. 6. nu. 8.

FIDEICOMMISSARIUS Prætor, qui de fideicommissis ius Romæ dicebat. §. j. Institut. de fideicomm. hæred.

FIDEICOMMISSARIA substitutio. Vide inferius, Substitutio.

FIDEI-

FIDEICOMMISSORVM alia sunt uniuersalia, hoc est, ad hæreditatem spectantia, quibus totũ patrimonium, uel eius partem hæres alij restituere rogatur. Alia rerum singularium, quæ uocantur. nã discrimen olim fuit inter ea: sed sublato eo, per omnia sunt exæquata fideicommissis legata. §. j. Sed nõ usq. Instit. de Leg. Vlpianus l. j. eodem. Item l. j. C. Commun. de Leg. Spieg.

FIDEICOMMISSORVM in codicillis relictorum fauor magnus est, ut omnimodò præstentur ab herede, qui fateatur se rogatum, etiãsi nullus fuerit adhibitus testis, ut inficiator iurare compellatur, ut recusans iurare pro cõfesso habeatur. Cuia. Not. ad li. 2. Instit. de fideicõmissarijs hæreditatib. in fine.

FIDEICOMMISSARIVS uniuersalis, nõ est propriè hæres, ut probant ll. de ea re loquentes uide licet l. si filius familiãs §. 1. ff. quod cum eo, cum dicitur, effectu enim quodammodo hæres est. & l. postu lante. §. sed & in huiusmodi. ff. ad S.C. Trebellia. cum dicitur, nam & quodammodo in partem hæreditatis Senatus recipi uoluit fideicõmissarium, & haberi hæredis loco pro qua parte restituta esset ei hæreditas. & iterum, l. si hæres ab eo, in fi. prin. eo. tit. ibi, hæredis uice fungi eum, cui fideicommissum relictum est. Nam hæ dictiones quodammodo, & haberi loco & uice, sunt improprietatis & fictionis significatiuæ. l. si me in uacuam, & ibi gl. in uerbo nec amittat. ff de acq. possess. & l. in suis. ff. de lib. & posth. & §. sed sui quidem hæredes. & ibi gl. in uerbo, existimantur, In stit. de hære. quali. & diffe. Bart. in l. si is qui pro emptore, col. 4. uers. ad hoc respõdeo, & ibi recẽtiores, ff. de usuc. & in l. 2. ff. ad S.C. Macedon. & in l. si maritus §. legis Iuliæ, q. est primus, post princ. ff. de adult. Bal. Ange. Imo. & recentiores in l. patris & filij. ff. de uulga. & pupil. cũ similib. Et ita scilicet quod fideicommissarius non dicitur propriè hæres, tenuit expressè Bal. in l. 1. col. 4. in 8. oppo. C. qui admit. dum dicit quòd fideicommissarius uniuersalis est similis hæredi, per d. l. si filius familias §. 1. sed id quidem secundum quid, & non simpliciter, ut ibi benè declarat & planius con. 70. concessio fuit facta, col. 5. uersic. propterea istud nomen hæredis. lib. 2. ubi ex hoc consuluit in pulchro casu. & Angel. consi. 135. & Anto. consi. 76. uiso puncto & quæstione, in fi. Imo. in l. qui liberis §. hæc uerba ff. de uulg. & pupil. Raph. Fulgos. in l. qui cũ tutoribus col. 1. ff. de transac. pau. Ca. [illegible] consil. 12. præsens consultatio, col. 2. uersi. præterea item, lib. 2. Alexan. qui alios multos citat, in l. 1. §. de illo, & ibi quoq. Socin. post princip. ff. ad S.C. Trebellia. ipse item Alex. in l. in ratione. §. id uulgo. col. pe. uersic. & appell. hæredis, eod. titu. idem Alex. & Iacob. à S. Geor. in rub. C. de impub. & alijs substitutio. Barb. in repe. l. cum acutissimi. col. 56. uersic. sed an appellatione hæredis. C. de fideicommiss. Soci. in rub. ff. de uulga. & pupil. substitu. col. 2. uersic. prima conclusio sit, & consi. 17. post consilium supra scriptum, col. 2. uersic. restat nunc respondere lib. 2. Iason in rub. ff. de lega. 1. col. ult. uersic. extra gl. posset, & ibi Aymo Crauetta nu. 37. Philip. Dec. cõsi. 55. cuius superscriptio incipit, legitimatio infantis, col. ult. & Chass. cons. 67. nobilis & potẽs, col. 18. nu. 60. & 63. & seq. ut annotauit Tiraquellus in tractatu *Le mort saisit le uif.* declar. undecima numero 10. & 11. parte secunda.

FIDEICOMMISSARIVS hæres appellatur fiduciarius à Iaboleno. sicut Fiduciaria hæreditas ab Vlpiano. Balduinus tit. de fiduciaria tutela. &c.

FIDEICOMMISSARIA hereditas, quam alij restituere heres rogatus est, & Fideicõmissarius is, cui ea hereditas restituitur, qui Trebellianus fideicommissarius appellatur. l. 15. §. 1. ff. ut leg. seu fideicom. nomi. ca. Quo nomine interdũ heres quoque fideicommisso oneratus adpellatur. l. 51. ff. de iudic. Et qui de fideicommissis Romæ ius diceret constitutus prætor, Fideicommissarius dicebatur l. 4. ad fin. ff. qui & à quib. l. 78. §. pen. ff. de leg. 3. Prat.

FIDEICOMMISSARIA uerba. l. 29. ff. ad SC. Trebell. quæ & fideicommissi uerba dicuntur. l. 69. §. final. ff. de lega. 2. l. 12. §. fin. ff. de iniust. rupt. ff. de lega. 2. &. Precaria, uide infrà Precaria. Prat.

FIDEIVBERE est suo periculo fore id, de quo agitur, recipere, quod per stipulationem fit. Cuia. Not. ad lib. 3. Instit. tit. de fideiussorib.

FIDEIVSSIO sola uerborum stipulatione nititur re aut facto non perficitur. Connanus libro 2. cap. 3. numero 5.

FIDEIVSSIO non fit nisi per stipulationem, his uerbis: Fideiubes? Fideiubeo. Qui dicit fideiubeo, fideiussor est. Qui dicit fidepromitto, fidepromissor. Qui spondeo, sponsor. Inde tit. 1. sent. Pauli de fid. & spons. & in tit. 8. Minor in his quæ fideiussit uel fidepromisit uel spopondit. Sed & fideiussor dicitur quocunq. uerbo intercesserit, sicut & sponsor, licet non dixerit spondeo uel fideiubeo, uel fidepromitto l. 7. de uerb. sig. cum igitur scriptum est fideiussisse aliquem, solennis stipulatio interuenisse intelligitur, & quod scriptum est quasi actum, uidetur etiam actum §. ult. de fideiussor. sicut si scriptum sit promisisse aliquem, uidetur solennis stipulatio interuenisse, ut Paulus scribit 5. sent. tit. 7. & §. si scriptum, de inutil. stipul. l. Titia §. pen. ff. de uerb. oblig. l. 1. C. de contr. stip. & tanti momenti est ea scriptura, ut aduersus eam testes non admittantur, si de fide eius nihil dicatur secundum Pauli sententiam lib. 5. tit. de testib. & Græcorum 21. Βασιλικῶν tit. 1. ἔγγραφος μαρτυρία κατὰ ἐγγράφου μαρτυρίας ἰσχύειν οὐ δύναται.

FIDEIVSSOR indemnitatis non potest conueniri ante principalẽ: dato quòd expressè renũciauerit beneficio excussionis. ita sing. Bart. in l. j. per illum textum. C. de conuen. fisci debit. lib. x. & in hoc differt à fideiussore simplici: qui potest renunciando sibi præiudicare, ut concludunt omnes ubiq. & maximè Bal. in auth. præsente. in ult. uerbis. C. de fideiuss. ubi citat hoc dictum Bart. quod pro singul. commendant Aret. & D. Ias. in l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. possum. ad fin. ff. de uer. oblig. post Lud. consilio ccxlj. spectabiles domini. col. ij. & Baldus in l. ex rescripto. col. j. extrà de iureiur. & latè insistit Do. Alex consil. xxix. clarissime. col. viij. lib. vij. Sed quid si talis fideiussor iurauit super renunciatione, uideretur quòd idem esse deberet: cum iuramẽtum debeat regulari secundum naturam contractus, super quo interponitur. l. ult. C. de non num. pec. quæ ad hoc communiter allegatur. Sed ad hoc habes meliorem text. de iure. in l. sed etsi possessori. §. item si iurauero. & ibi D. Ias. in ix. not. ff. de iureiur. & benefacit l. eum qui. §. ult eo. tit. & c. quemadmodum. extrà de iureiur. per quem tex. not. ibi D. Abb. in ij. colum. in vij. not. quòd iuramentum appositum in aliquo contractu, recipit omnes conditiones, & subaußtiones seu limitationes, quas habet ille cõtractus. Imò fortius uoluit singul. Inno. in c. per tuas. col. ij. de arbitris. quòd iuramentum simpliciter præstitum in materia sui natura alternatiua, debet intelligi alternatiuè: quod dictum pro singul. & pulchro commendat D. Ab. in c. ex parte. el. ij. in col. de cle. non resid.

resid.sequitur etiam D.Card. Alex.in c. sicut ex literis.in ij.col.uers.nota.ibi,nisi forte. extra de sponsalibus. Tamen illis non obstantibus, contrarium decidit singul.Bald.in c.ex rescripto. in j.col.ad fi.uers.item quare iurauerunt.extra de iureiur. hocq; operatur iuramenti religio: quod quidem iuramentum seruari debet: modo non uergat in interitum salutis æternæ. ut dicit textus in c. si uero.& in cap.etsi Christus.& in c. causa contingat. cum alijs similibus, de iureiur.& in pulchra quęst. consuluit D. Alex.in consil.lix.uiso instrumento & titulo quæstionis. & consil.cxxv.uisis & consideratis.colum.iiij.uers.sed pręmissis.lib.j.& alibi sępe.& Andr.Sicul. in consi.liij. præclare scripsit Psalmista in viii.col.in ij.lib. & hoc dictum Bal.pro sing.refert & sequitur D.Alex.cõsil. xxxij.in causa executionis.in pen.col.ad fin.lib.iiij. & in l.Marcellus.ff.de fideiuss.& pro singu.etiam citat.D.Ias.in l.ult.in prin.in ij.col.circa medium.ff. si cert.pet.ubi tamen uidetur una cum Do.Alex. tenere contrarium.Cotta.

FIDEIVSSOR propriè dicitur debitor.l.iiij.ff. de sol.Bart.& alij in l.j.ff. si cert.pet. Et hoc procedit etiã in materia correctoria,& pœnali: puta quod debitor pupilli nõ possit esse eius tutor, secundũ quod disponitur in authent. minoris debitor. C. qui dari tutores possunt.nã qui fideiussit pro aliquo uersus pupillum,non poterit eius tutelã suscipere.ita signãter determinat Angel.in authentic. ut hi qui obliga. perh.se hab. res min.ad finem princip. & ibi refert ita ex facto cũ incidisset, iudicatũ. quę decisio est magna,& bene notab.si uera.secũdum Do. Ias.in l.si fideiussor.in prin. in ij.not.de leg j. ubi Aret. in j.simpliciter approbat. sequitur etiam D.Ias. in l.j. in ult. uerbis.si certum petatur.Et propterea solemus dicere,quod fideiubens pro alio dicitur male uti substãtia sua: & præsumitur pauper. ita singul. Angel. in l. in personam.§.j.ff.de pactis.ubi per hoc dicit, cauendum à fideiussorib.Multos enim fideiubẽdo ad inopiam peruenisse,non est in obscuro.& est singul.modus & memoria dignus, ad probandum paupertatẽ alicuius: teste Do. Alexand.in l.si constante. in prin. colum.xj.in fin.ff.solut.matrim. Sed hoc ultimum limitarem,procedere in eo qui solitus est intercedere pro magna summa: secus, si pro parua: quia paruum æs alienum debitoris suspicionem non generat. ita sing.Bald.in auth.sed iã necesse.in j.quæst.C.de donat.ante nupt.quod pro singul.not. Lud.sing.xcvj. dic mihi.Cotta.

FIDEIVSSOR minimè idoneus dicitur is qui alienum sortitur forum Bal. in l. si fideiussor.§.si necessaria.tit. qui satisd.cog. Alex. post Bart.in l.1.ff. Si quis in ius uoca.non ier. & in d.l.Si fideiussor.sed & tradidit Paulus Castrensis in l. Sciendum ff. qui satisda.cogantur.& in l. Si Filius. eod. tit. Eum qui res soli non possidet satisdando nequaquã esse idoneũ. Brechæus l. Habere duobus modis dicitur. §. Cautum.tit.de uerborum & rerum significat.

FIDEIVSSOR & MANDATOR quid sit, & quid inter se differant uide l.1.tit.de oblig. & act.ubi Fideiussor dicitur is, qui alieno nomine obligatur, hoc est, qui sua fide esse iubet quod alter debet. Is dicitur etiam adpromissor in l.1.§.satis acceptio tit. de uerb.oblig.quasi accedens promissioni. Est enim accessoria hæc obligatio non principalis,ut principali obligatione non consistente nec hæc consistat. l. cũ principali de reg.iur.Hinc consequens est neminem per se fideiubere posse l. hæres à debitore §.seruo.8. MANDATOR parum distat à fideiussore, quantũ ad effectum & uim obligandi attinet, sed aliter contrahitur fideiussio,aliter mãdatum. Mandatum semper præcedit obligationem nunquam sequitur l. si uero,§.si post.tit. mãdati. FIDEIVSSOR & precedere & sequi obligationẽ potest §.fideiussor. Inst. de fideiuss.l. 6.7.& 8.Mandatum autem nõ item,adde & l.si ita stipulatus 8. Affinis est utriq; Fideiussori scilicet & Mandatori, is qui se soluturũ constituit. Saltem quod ad effectum attinet si quis constituit pro alio se soluturum,sed constitutum semper sequitur obligationem,quod ex edicto prætoris satis constat tit.de constit.pec.sicut mandatum semper pręcedit.Seilerus ex Lecturis Duareni super tit. de Fideius.& Mandator. nondum impressis.

FIDEIVSSOR dicitur,qui fide ac periculo suo suadet,ut id de quo agitur, fiat: quoniam eius euentum præstat.ut l. Lucius, 24.ff. de fideiuss. Peto des ei numos fide ac periculo meo. Itaq; cũ has passim formulas legimus, Stichum aut decem fide tua iubes? Quantam pecuniam credidero,fide tua esse iubes? Mille modios tritici fide tua esse iubes? Si reus quadraginta non soluerit,fide tua esse iubes? cum in quam has formulas legimus, subauditur perpetuo, Isti credita. nam iubere, pro uelle, suadere, cupere, hic usurpatur: ut ueteres in his locutionibus annotarunt, Iubeo te saluere, Iubeo te bono animo esse. Aliud autem est fide sua iubere, aliud Fide sua promittere. Fide sua reus principalis ꝓmittit, cùm ipse sua sponte spondet: ut medicus apud Plautũ in Menechmis, Sanum futurũ mea ego id promitto fide. Fide aliena promittit, cùm fideiussorem, aut uadem, aut prædem præbet. At fide sua iubet, qui auctor ac suasor est,ut alteri quid credatur. Vnde Fideiussorẽ Donatus definit, auctorem credendi. Ergo Fideiussor & fide sua iubet,& fide sua,non autem aliena promittit: at reus & sua & aliena promittit. Cuiacius ad l.in persona ff. de pactis, dicit fideiussorem in ista lege sumi pro expromissore, quod fortasse alibi nusq̃.

FIDEIVSSORES à correis ita differunt, quod hi suo & proprio morbo laborant, illi uero alieno tenẽtur. Quare fideiussori magis succurrendum censent. uenia namq; digni sunt qui aliena tenẽtur culpa, cuiusmodi sunt Fideiussores pro alieno debito obligati. Argumẽ.l. legem C. de naturalibus liberis. glos.in cap.in nostra. super uerbo inutilẽ, ad finem, extra de procuratoribus &c. Brechæus l. Soceri. de uerborum & rerum significat.

FIDEIVSSOREM autem ueteres Sponsorem appellabant. uti nominatur etiam in l. fideiussores, 68.ff.eod. Varro, Spondet qui dicit sua sponte Spondeo. spondet etiam sponsor qui idem ut faciat obligatur. Itaq; à Cicerone perpetuo appellatur. Scæuola l.creditor, 60.§.1.Mãdati, Quamuis idoneè repromissuram tibi Titiam matrem puellæ dotem sciam, tamen & ipse quo magis conciliem animum tuum domui meæ, fidem meam interponere non dubito. Quare scias quodcunq; ab ea ex hac caussa stipulatus fueris,id me mea fide esse iussisse saluum te habiturum.Hotoman.

FIDEIVSSOR in rem dicitur qui in eo negotio quod ipsi proprium est interposuit suam fidem. Connan.lib.6.cap.5.numero.14.

FIDEIVSSOR conditionalis, qui sub conditione promittit, nomine debitoris continetur. ut docet Bart.in l.si certum petat. Et fideiussorẽ propriè esse debitorem, ferè omnes tradunt: quia iura eum plerunque appellant debitorem. Ex Alciat. in l. j. ff. si cert.pet. Spiegel.

FIDEIVSSOR ob euictionem datus, uulgo auctor secundus nominatur, ut Vlpia. de euict. Maff.

FIDEIVSSOR item dicitur qui pro alio fidem suam obligat, & fide sua, id est periculo suo esse iubet quod alius debet. V. Mādator uerò propriè dicitur cuius mandato cōtrahitur obligatio: Connanus lib. 6. c. 6. nu. 1. Hoc quoq; notandū est inquit idē Cōnanus lib. & cap. citato. nu. 4. Fideiussoris & fideiubendi uocabula Ciceroni ignota esse, pro quib. Spōsoris Consponsoris, Spondendi & adpromittendi uerbis utitur, &c.

FIDELITAS, in feudalibus placitis nihil aliud est, quàm sacramētum illud, quo domino fidem suā obstringit Vasallus: quod plura cōplectitur, ut traditur tit. 5. & seq. lib. 2. Feud. Vide Bart. in laudatis Commentarijs ad Constit. Ad reprimendū. & in l. omnes. C. de annon. & trib. lib. 10. Sp.

FIDEM suam liberare fideiussor dicitur, cū creditoribus satisfacit: uel cautione scilicet, uel fideiussoribus datis. Cicero pro Flacco, Hermippus tamen Fusijs absentibus satisfacit, & fidem suā liberat. Hot.

FIDICVLAE in l. 1. & 2. C. Th. de quęstionib. tormenti genus ab eo dictū Isidorus lib. 5. Etymolog. cap. 27. tradit, quòd eo rei in eculeo ad fidem inueniendam, & eruendam torquentur. Prat.

FIDVCIA, est contractus quo fidem alterius secuti, rem ei aliquam simulandi tantum caussa mancipamus: inde ducta appellatione, quòd nulla alia re, quàm fide ac probitate emptoris freti eam uenditionem interponimus. unde Fiduciarius emptor ille rectè appellabitur: quemadmodum hæres fiduciarius dicitur, cuius fidei suam hæreditatē testator ad tempus tantùm credit. Hoc cùm ita sit, illud iam scire oportet, olim formulam emancipationis hanc fuisse, ut pater filiū suum alicui dicis caussa uēderet, ab eoq; numos aliquot acciperet: ac tū emptor hominē illum sibi uenditum manumitteret. quòd cum iterum ac tertiò factū esset, eueniebat ut ex lege Romuli filius è potestate patris exiret. is autē qui cum manumiserat, patronus eius efficeretur, ac proinde patronatus iure, ipsius intestatò mortui, quasi liberti hæres esset. Cautio igitur à Iurisconsultis inuenta est hæc, ut post duas uenditiones, totidemq; manumissiones, pater ita iam tertiò filiū uenderet, ut sibi uicissim ab emptore reuēderetur: ac tum eum ipse manumitteret, ut eius intestatò morientis hæres esset. quo demū casu cōtracta fiducia dicebatur, quia uicissim à patre accepta fuerat, quasi ultrò citroq; facta. Contrahēdi. n uerbū reciprocationē in se quandā habere testis est Labeo, l. 19. ff. de uerb. sig. Differunt igitur Fiduciā cōtrahere, & Fiduciā interponere. nā fiducia interponitur, cùm semel tātùm atq; ab uno accipitur. ueluti (inquit Boetius) si quis tēpus dubiū timens, amico potentiori fundum mancipet, ut ei cùm tempus suspectū præterierit, reddat. uel cùm pater ille filium suū emptori adumbrato uēdit, confisus ab eo cōtinuò filium suū manumissum iri: uel cùm testator suā hæreditatem alicui ad tempus credit, confisus illam ab eo alteri nominato restitutū iri. At cōtrahi fiducia dicitur, cùm uicissim ac mutuò interponitur. ueluti cùm post tertiā uenditionē adumbratus emptor ita patri suū filium reuendit, ut eum pater continuò manumittat. ut l. 2. §. obijcitur, ff. ad Tertull. nam si contrahere fiduciā nihil aliud esset, quàm interponere: semper contrahenda fiducia emancipatio celebrata fuisset. nunc Iustinian. apertè testatur in Institutionibus, emancipationes non contracta fiducia fieri posse. & si factæ olim fuissent, patrem filio suo intestato successurum non fuisse. §. ult. de legit. agn. success. Nonnulli autem Fiduciam interpretantur legem reuendendi uenditori adhibitam. à quibus iccirco dissentio, primùm quia Fiducia non pactum, sed uerus principalisque contractus est: deinde quia ista ratione nunquam emancipatio non contracta fiducia facta fuisset. Hotom. Cuiacius est in ea opinione, quòd fiducia sit redhibendi aut reuendendi lex uenditioni apposita, ut ibi per eum not. ad 3. lib. Institut. sub tit. de legit. agnatorum successione, circa fin.

FIDVCIAM Cicero lib. 3. Offic. in oratione pro Sext. Rosc. & pro Aulo Cecinna pro deposito: ut in oratione pro L. Flacco pro pignore.

Inter FIDVCIAM & pignus hoc interfuisse Isidorus lib. 5. Etymolog. c. 21. significat, quòd pignus, manente apud debitorem dominio nudā possessionem transferret: per Fiduciam uerò res aliqua mutuæ pecuniæ gratia uel mancipabatur, uel in iure cedebatur. Quum tamen, ut uerbum conueniat, sub ea lege factā fuisse mancipationē necesse sit, ut soluta pecunia redderetur, & restitueretur: eaq; ratione pignus à fiducia separatur apud Cicer. lib. 3. Offic. & aliàs Tertullianus in lib. de Idololatr. pignoribus fiduciari dixit. Prat. Adde Cuia. lib. 2. recept. sent. Iul. Paul. lib. 13.

FIDVCIARIA hæreditas, id est fidei eius cui relicta est commissa, ut eam alteri restituat. Vlpian. l. 9. de reb. cred. Sed etsi ex senatusconsulto agetur, cum petit hæc actio: ueluti si is cui fiduciaria hæreditas restituta est, agere uolet. Hot.

FIDVCIARIA tutela. Fiduciarij tutores, appellantur fratres, quib post mortē parētis singulari fide defertur autoritate iuris, fratrū & sororū in pupillari ætate administratio atq; tuitio. Inst. de fiduciaria tutela. in prin. Olim fiduciari9 pater appellabatur, cui naturalis parens imaginaria uenditione filiū mancipabat, ut ipse deinde eum manumitteret. Fiebatq; is tutor fiduciarius manumissi. Atq; hinc uidetur profecta appellatio fiduciariæ tutelæ, q̃ tribuitur fratri uel patruo impuberis, post mortē parentis, qui eum emācipauit. Sanè olim fiduciam accepisse is dicebatur, cuius fidei res aliqua credebatur, ea lege, ut aliquando redderet mancipanti. Balduinus.

FIDVCIARIVS contractus. Require, Contractus fiduciarius.

FIDVCIARIVS hæres propriè dicitur, qui institutus est cōtēplatione nō uerè p̄teriti, sed quodāmō instituti. l. Seius Saturni. ad Trebel. l. dedit dotē. de col. bo. Sp. Adde Tiraq. *de retract. cōuētionel.* §. 1. gl. 2.

FIDVCIARIVS dicitur is, in quē simulatè aliquid ad tempus ea lege alienatur, ut uel nobis ipsis, uel ei quē nominauimus restituat. Hinc fiduciarius hæres apud Iauol. l. Seius, 46. & l. 67. ff. ad S. C. Trebel. is q hæres simulatè & ad tēpus scriptus est, dum eā hęreditatē alteri uero ac p̄petuo hęredi restituat. Hinc Fiduciaria hęreditas eodē loco, quę fidei illius credita & cōmissa est. Hinc fiduciariā operā legatus Imperatori suo p̄stare dicitur à C. Cæsare, cui imperiū ad tēpus cōmissum est, ut eo exacto Imperatori suo illud restituat. Hinc Fiduciarius pater dicitur is à Caio in Inst. cui pater uerus filiū suū simulatò mancipat, de quo latè Connanus lib. 2. c. 14. n. 4. Quæ cū ita se habeāt, dubiū nemini est, quin Fiduciaria tutela dici deberet ea, q̃ alicui ad tēpus cōmissa esset, atque concredita: & Fiduciarius tutor is, cuius fidem in ea tutela ipsi ad tempus credenda secuti essemus. Verùm consuetudine sermonis à recta uia nominis

Q pau-

paulisper deflexū est: ut in com. Instit. exposuimus.

FIDUCIARIUS seruus, pro Oppigneratus. Paulus lib. Sent. 2. ca. 12. Quicquid creditor per fiduciarium seruum quæsiuit, sortem debiti minuit. Hot.

FIDUCIARIUS pater, antiquo iure nominabatur, qui præter naturalem patrē alius adhibebatur, qui scilicet emptum filium, patri naturali reuendebat emancipandum. Quibus id fiebat solēnitatibus, antiquitatis studiosus (nam illæ sublatæ nunc sunt) petere potest ex primo Gaij Instit. lib. Sp. Corrasius libr. 6. Miscell. cap. 9. Adde Tiraquellum *de retraict. conuentionel* §. 1. gl. 2.

FIGERE propriè est legum. Nam figi leges dicūtur, cum in æs inciduntur: & tunc fixę tolli non poterant, cum promulgatę possent. Refigere autem, est leges iam æri incisas abolere & remouere. Quidam Triboniano iniquiores aiūt illum solitum figere leges precio, atq; refigere. Vide Bernard. Rutilium in uita Tribon. Spieg.

FIGERE tabulam, & refigere. Quære, Tabulam figere.

FIGLINA, officina figuli. Iauolenus l. 25. §. 1. De instr. & inst. Quidā quum in fundo figlinas haberet, figulorum opera maiore parte anni ad opus rusticum utebatur.

FIGLINUM opus, arte figuli perfectū. Paulus l. 19. §. 1. ff. de seruit. urb. pręd. Iuxta cōmunem parietem cameram ex figlino opere factam iure haberi licet. Hotomannus.

FIGMENTUM falsi tituli. leg. si ancillam. C. de Contrah. empt.

FIGURA iudicij, hoc est, processus Iudiciarius.

FIGURATE loqui. Vide infra, Iurisconsulti nonnunquam.

FIGURATUM, contrà quàm uulgò putant, dicitur, quod non simpliciter indicatur, sed subobscurè intelligitur. Spieg.

FIERI, id est, esse & manere l. si rem. ff. de acquir. possess. & alibi sæpissimè. quandoque significat eligi. in auth. de adopt. in princ. Interdum morari. §. sancimus. in auth. de lenonib. aliquādo colligi. l. partis. ff. de præscrip. uerb. significat. Prat.

FIERI dicitur extra iudiciū agere in iudicio l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque uniuers. Prat.

FIERI quid per aliquem quì dicatur. l. quod te. ff. si certū pet. l. si cum dies. ff de arbit. Prat.

FIERI in continenti dicitur, quādo quid fit uno contextu non diuertēdo ad extraneos actus, contrariūmue actū interponendo. Vide cap. quia propter. extrà, de elect. & hoc iudicis arbitrio committi potest. gloss. in cap. an sit. de appellat. & l. continuus. ff. de uerb. oblig. Spieg.

FIERI non uidetur, quod iure non fit. l. 3. §. si liber homo. ff. de condi. caus. data. Sp.

FIERI iniuriā contra bonos mores, quid sit, Paulus exponit l. j. de Extraord. crimin.

FIERI bona fide. Lege, Bona fide. hoc est, citra figmen facere. Spieg.

FIERI patrēfamilias, Der eygen feur vnd rauch uberkommet. Spiegel.

FILIABUS in testamētis ob discrimē sexus, ait Plinius dici cōsueuisse: cùm his tantùm nominibus adijci soleat, quæ numero plurali BS literis terminātur: ut cupiditates, dignitates, uel quę VS, ut anus, manus, senatus, fluctus. Hæc Charisius lib. 1. Hot.

FILIASTER, quo quidā utūtur ꝑ priuigno, nō paruus filius est, sed imitans filiū. Autor Valla lib. j.

FILIATIO ut per doctores in l. 1. de cōdit. & de monstra. per communem nominationē parentū, & quòd natus est in domo mariti commorātis uxori l. filiū. ff. de ijs, qui sunt sui. c. Michael. de fil. presby. Pr.

FILII appellatione, ex proprietate sermonis, nepos non continetur, sed ex interpretatione. qua de re Bart. & Baldus in l. Gallus. §. ut instituens, præconio Salomonij utiliter disserunt. Attingit item aliquot locis Alciatus in elegantiss. Comment. suis, de Verb. sig. & Zasius noster in tractatu Substitutionū, indicat, consuesse ætatem nostram, cum nominat filios, uel liberos addere nepotes, Kind/vnd Kindskinder/ad tollendas cauillationes. Filiorum autem nomine, etiam filiæ continentur: sed non ē contrario, ueniūtq; propriè primi gradus. text. est in l. quod si nepotes. in fin. ff. de Testam. tut. Discrimē inter filios & liberos secundum communem usum & intellectū, in idiotā & laicum illiteratū & indoctū uenire & cadere nō potest. Quod Glossæ dictū in d. l. quòd si nepotes. Bartol. ibidem agnoscit, & in l. liberorū, circa fin. ff. de Verb. sig. Tametsi in ordinationibus, in quibus mens & uoluntas ordinatoris euidēter & manifestè deprehendi, aut declarari nō potest, filiorum appellatione ueniāt etiā nepotes. ut sentit Bart. in d. l. liberorū. & expressius Alexander in Addit. ad Bart. in l. Lucius Titius, qui fratrē habebat testamento. de Hæred. Instit. Sp. ex Old. Etsi autem interpretatione quadam filiorū nomine nepotes & filię ueniant per iura hic allegata: tamē iure ueteri inter filium & filiā, differentiā fuisse constat. Filius enim trina mancipatione de potestate exibat, uti scribit Caius lib. 1. Institutionū. Filia aūt & nepos, & qui deinceps sequūtur, unica mancipatione. l. certum. §. ult. de iniust. testam. Sic enim locus is restituēdus est. In illo item filius à filia & nepote differebat, quod preteritio filij iniustum faciebat testamentum: filiæ uero & nepotis nō itē: uti scribit Vlpianus in Institutionib. sub tit. Qui hæred. instit. poss. Scribit & Imperator lib. 2. Institut. de exhæred. lib. Hodie quoq; à nepote in illo differt filius, quòd filius sub omni conditione non rectè instituitur, nepos autē rectè. l. suus. de hæred. institut. in illo itē, quòd filio in quartā fructus non imputat. l. Iubemus. C. ad Trebell. de quo Goueanus ad l. Cohæredi §. 2. ff. de uulg. & pup.

FILII dicti sunt ab amore quasi φίλοι. liberi quod à Seruis distinguerentur quos in familia similiter ut filios habemus. Connanus lib. x. cap. 1. nu. 2.

FILII ideo liberi dicti sunt ut parentes meminerint, se illis non perpetuò imperaturos. Itaq; cum pater filiam natā xxv. ann. negligit dare nuptui, absq; graui causa potest ipsa liberè, hoc est, sine consensu paterno, matrimoniū contrahere: & oportet nihilominus patrē suppeditare pro facultatibus dotē. Aut. sed si post. C. de Inoffic. testam. Sp. ex Oldend.

FILIUM plæriq; ἀπὸ τοῦ φίλου dictum existimant, quod nullus æquè censeatur amor, ac inter patrem & filium, nullus item esse debeat: unde Cicero ad Atticum στέργειν φυσικὴν ἀνθρώπῳ τὰ τέκνα dixit: id est erga filios genuinam & naturalē beneuolentiā esse: quod Alciato non placet, putatq; potius sermone υἱὸς addito ex more Aeolico digamma. ut fit Ϝυἱς, unde forsan Picardi suum uerbum Fieux, desumpserunt. Ego uero filium à filo deductum magis arbitror, quod sępius filij faciem formamq; patris aut matris referre soleāt, ut Virgil. de Ascanio puero, Astyanactis imaginem referente.

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Nam & filum id aliquando significat, & lineamenta faciei Aulus Gellius li. 14. noctiū Atti. Cōdignè (inquit)

quit) mehercule, & condecorè Chrysippus in librorum qui inscribuntur περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς, primo, Os & oculos Iustitiæ uultumq; eius seueris atq; uenerandis uerborum coloribus depinxit. Facit quippe imaginem iustitiæ, fieriq; solitam esse dicit à pictoribus Rhetoribusq; antiquioribus ad húc fermè modum, forma atq; filo uirginali, aspectu uehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus, neq; humilis, neq; atrocis: sed reuerendę cuiusdam tristitię dignitate &c. Vel dicitur à filo filius, quod ipse ex patre progenitore, ueluti filũ quoddam ducitur Theodoretus li. primo [Greek text] id est. Et secũdum hoc ipsum, atq; etiam semper filium ex patre esse credimus. Quãdoquidem forma est & splendor paternæ substantiæ. Sed de filio Dei intelligit &c. Brechæus l. Filij appellatione. tit. de uerb. & rerũ significat. &c.

FILII naturales secundum Azonem in Sum. C. eodem tit. sunt multiplices. Aliqui sunt naturales & legitimi, ut qui nascuntur per legitimum torum. Alij sunt legitimi tantùm, ut adoptiui. Alij naturales tantùm, ut nati ex concubina unica, & in domo indubitato affectu cõiuncta. Alij neq; naturales neq; legitimi, ut q ex illicito, & dãnato coitu nati sunt. De his omnib. est gl. Instit. de adopt. in princip. & gl. in cap. per uenerabilem. qui fil. sint legi. Et quot modis naturales de soluto cum soluta efficiantur legitimi, patet in c. tanta. qui fil. sint legi. Vbi etiam dicitur, quod filij uulgò nati uel concepti sunt, qui non habent patrem determinatum. Sed (ut Azo dicit) hæc distinctio secundum iura ciuilia Imperatorum datur: & non secundum iura naturalia: quia fortè secundum theologos non est usquequaque uerum, secundum quos matrimonia, seu indiuidua maris & fœminę cõiunctio est de lege naturæ, quia secũdum Aristotel. & Philosophos 1. Politicorum. Naturalis uidetur cõiunctio unius ad unam, & uagus concubitus contra naturam. Oldendorp.

FILIORVM appellatione in feudis, ueniũt omnes descendẽtes usque in infinitum. ita singul. Bald. in c. quæ in ecclesiarum. in penul. colum. uers. sed pone concessum. extrà de constit. quod pro singul. multum commendat Do. Ias. in l. ij. col. lxv. in vj. quæst. C. de iure emph. & tradit Alexand. consil. xvij. ponderatis. in j. dub. in v. li. ubi ponit quid in emph. Cot.

FILIORVM præterea nomen in postumos postumasq; cadit. l. 16. ff de test. tut. §. ult. Institut. qui test. tut. l. 15. in fin. l. 17. ff. de leg. libr. j. l. 164. ff. de uerbor. signific. quæ ad d. l. 17. uel ipsa inscriptione teste referenda est. Bris. Qui insuper filiorum appellatione contineantur, uide Cuia. commen. ad tit. pandectarum de excusatio. fol. 12.

FILIIFAMILIARVM dicuntur, qui in patris potestate sunt. l. 4. de his, qui sunt sui uel al. qui quasi domini uiuis etiam'num patribus existimantur. Vnde ut illi patresfa. ita & ipsi filijfa. appellantur, sola ea nota adiecta, qua genitor ab eo, qui genitus est, distinguatur. l. 11. ff. de liber. & post. Bris.

FILIVS est, qui ex uiro & uxore nascitur. l. filiũ. de his qui sunt sui uel alien. iur. Quam definitionem Alciat. lib. vj. paradox. non admodum probat. Noster Apellus putat Vlp. filium naturalem, non etiam ciuilem, definire uoluisse. Cum regulariter, Lex sit naturaliter potius intelligenda, quàm ciuiliter. l. fin. C. de his qui uen. ætat. impet. Porrò filius esse negatur uulgatissimo tropo, qui degenerat à paternis morib. qui meruit abdicari, & tamen manet naturæ uinculum. Sic episcopũ esse negamus qui indignus est hoc nomine, & tamen manet consecratio. Sic Christianum esse negamus, qui moribus est impijs, & tamen non tollitur baptismus. Sic dicimus uxorem esse desijsse, quæ se miscuit alteri uiro, matrimonij ius adimens sibi. de quo suo loco. Sp.

FILIVS regis potest dici rex uiuente patre. arg. §. cum quidam Cælius. l. cum uerò 15, ff. de Fideicom miss. libertat. adiuncto textu in l. in suis. & ibi Bald. ff. de Liber. & Posthum. Sp.

FILIVM spurium, rescripto Principis legitimũ effectum, uerè legitimum censuerunt Socinus, Decius, Curtiusq;, ut attestatur Alciatus. Nam & aliquem mihi (ait) iustum filium censeri, agnatis uerò meis non censeri, haudquaquam naturæ repugnat: cum satis sit mihi, integrè censeri filium: nihilq; obstat respectu aliorum qui non consenserunt, fictionem Legis nihil operari: huiusmodi enim uarietas magis aliorum personas, quàm ipsius filij respicit. l. in stipulationibus. §. j. de Verbor. oblig. Sp.

FILIVM senatoris accipere debemus, non tantùm eum qui naturalis est, uerùm adoptiuum quoq; neque interierit à quo uel qualiter adoptatus fuerit: nec interest an in senatoria dignitate constitutus eũ susceperit, an ante dignitatem senatoriam. Senatoris filius est & is, quem in adoptionem accepit: quãdiu tamen in familia eius manet. l. 5. & 6. ff. de senator. Hotoman.

FILIPPI nummi genus l. 17. §. cui legatum. ff. de auro & argento leg. ab Horatio lib. Epist. regale numisma adpellantur. Fit & apud Trebellium Pollio. in Claudio, & Vopiscũ in Bonoso, & in Aureliano, & in Probo Philipporum aureorum mentio, qui licet imagine uultus recentiorum principum signati, priscum tamen nomen retinuêre, ut & apud Gallos nummi aurei genus est, quod uulgò uocant *Philippus*. quod æstimatur assibus Gallicis 32. Bris. & Pr.

FINALIS quęstio, quæstio de finibus, finium regundorum iudicium. Papin. l. 11. ff. fin. reg. In finalibus quæstionibus, uetera monumenta, census auctoritas sequenda est. Hot.

FINGI lites posse, extat nobile exemplum apud Vlp. in l. cum hi. §. transactiones ff. de Trãsact.

FINGITVR receptum, quod uerè receptũ non est. Glos. in l. uoluntati. §. creditor. ff. Quib. mod. pig. uel hypothec. soluit. Alberic. Sp.

FINEM sæpe Iuresconsulti pro modo accipiũt, ut est à Fr. Duar. lib. j. Anniuer. disput. notatum. Itaque Fini, &, Ad finem, ad modum & quantitatem significat in l. 19. ff. de compensatio. l. 1. §. pacto. ff. de usur. l. 5. ff. de collat. dot. l. 15. ff. ad leg. Falc. l. 25. ff. de adim. legat. l. 4. §. ulti. ff. de nautic. fœn. l. 42. §. 1. ff. solut. matr. l. 17. in fi. ff. de castr. pecul. l. 26. ff. quando dies legat. cedit. Sic & in l. 66. in fin. ff. de euictionibus. & l. 31. §. si inter. ff. de donation. inter uirum Bris.

FINES denique agrorum termini & limites appellantur. l. 16. §. 1. ff. de usu & habit. l. 18. §. pen. & ult. de adquir. possess. l. 2. §. cùm Stichum. ff. pro emptor. l. 21 ff quæ in fraud. cred. Sic apud Terẽt. Heautont. Vicini nostri hîc ambigunt de finibus. & Cic. 1. Offic. Arbitrum Neopolitanis & Nolanis de finibus datum.

FINES autem ut Agénius Vrbicus notauit, multis documentis seruabantur, terminis, & arboribus notatis, & fossis, & uijs, & riuis, & uepribus, & sæpe normalibus: &, ut comperi aliquibus locis, inter arua marginibus quibusdam tanquam puluinis, sæpe etiam limitibus. Item petras notatas, quæ in finibus

 sunt,

FISCALES res, quę fisci patrimonio sunt quasi propriæ, & priuatæ principis esse dicuntur. l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loc. pub. His autem tuendis constituebantur procuratores, qui & fisci procuratores & aduocati fisci dicebātur in uarijs iuris Ciuilis articulis. Quæ nomina passim Gallia nostra retinuit, *Aduocat, & Procureur fiscal.* de Procuratore fisci accipienda est Antonini Imp. constitutio. l. 1. C. de fisca. usur. Prat.

FISCARII à Firmico dicuntur, qui Fiscum redimunt, & Fisci redemptores sicut & Vectigaliarij qui Vectigalia apud eundem Firmicum. Erunt (inquit) aut Publicani, aut uectigaliarij curiosi &c. Et cursus Fiscalis dicebatur publicus. Similiter & usuræ fiscales quæ Fisco id est Imperatori debentur: ut est in l. 1. de usur. fisc. lib. 10. C. Sic hodie procuratorem Fiscalem dicimus eum cui cura eorum quæ ad regis & Principis iura pertinēt, demādata est &c. Brechæus l. Inter publica tit. de uerborum & rerum significat. Adde Forcat. in suo penu Iuris Ciuilis cap. 25.

FISCVS his uerbis definitur apud Græcos interpretes, κόφινος, ἐν ᾧ ἀποθησαυρίζονται τὰ χρήματα. apud quos & φισκάλια χρήματα pro pecunijs, siue fiscalibus rebus. Prat.

FISCVS est saccus regius, in quem reducūtur, uel cui applicantur bona bannitorum, uel proscriptorum. taliter accipitur ff. Locati. l. Sed ædes. §. Fiscus. Vel est regij uel imperialis thesauri cōgregatio: uel imperialium bonorum collectio: uel priuilegiū: quia fiscꝰ multa habet priuilegia, ut not. Azo in summa. C. de priuileg. fisc. ad quod uide not. C. de iur. fisc. in rubric. Et nota, quòd differentia est inter fiscum & rempubli. sicut inter speciem & genus. Fiscꝰ enim est bursa solùm de cōmodo pecuniario: sed respublica pecunias, honores, præmia, & alia considerat. not. in l. Mancipia. C. de seru. fugi. Oldend.

FISCVS etiam siue fiscina, siue fiscella, textū est ex sparto. Est præterea fiscus, textū, in quod oliuæ tritæ immittuntur, ut torculari expressæ exudēt oleum cū amurca Columell. li. 12. Plinius. lib. 15. Vlp. in tit. locati. l. sed addes. Nebriss.

FISTVCA, instrumēti nomen est, quo figuntur, panguntúrque in terram sublicę, palique. ex Herm. Barb. Spiegel.

FISTVLAE tubi sunt uel canales, per quos aqua ducitur. l. 47. & l. 49. ff. de contrahen. empt. l. 38. §. ulti. ff. de actio. empt. l. 17. ff. seruit. urb. l. 41. §. item hoc prohibetur. ff. de leg. lib. j. l. 13. ff. si seruit. uindic. Dictas autem inde scribit Isidor. lib. xix. cap. x. quòd aquas emitterent, ἀπὸ τοῦ φιλλάω quod mittere est. Olden. à fundendo dictas existimat, quod aqua protinus effusa per eam educitur. Addit ille formas earū pro magnitudine aquæ & capacitate fieri, per quas aquæ modulis certis diuiduntur. Plinius uerò libr. xxxj. cap. vj. Fistulas denūm pedū longitudinis esse legitimum esse ait. Et si quinariæ sint, sexagena pondo pēndere: si octonariæ, centena. si denariæ, centena uicena, ac deinde ad has portiones. Denariæ autem dicuntur, quarū lamina antequā curuetur, digitorū est decē. Sed de tota fistularum differentia, uidendus est Frontin. lib. j. de Aquæductib. Bris.

FISTVLÆ porrò interdum fictiles, ut plurimū uerò plumbeæ fiebant. l. 15. ff. de seruit. rust. l. 6. de Aquæductib. lib. xj. C. Vitruu. li viij. cap. vij. & Pallad. lib ix. cap. xj. Collocabantur autem in riuis. l. 4. §. ult. ff. de aq. cottid. l. 3. §. si quis nouum. ff. de riuis. & salientibus iungebantur. l. 15. ff. de actio. empt. uel castellis. l. 78. ff. de contrah. emp. l. 17. §. epitonia. de action. empt. Bris.

FISTVLA etiam genus morbi in l. 1. §. medicos. ff. de uar. & extraord. Bris.

F L

FLAGELLARE annonam, hoc est, duriorem facere: quod est Dardaniorum, quorum mentionē Iurisconsf. faciunt, hoc est, præmercatorum, qui Hermolao teste Græcè Timiopolæ appellantur.

FLAGITARE, propriè est, uehementer, & uelu ti quadam inflammatione animi petere. Significat etiam, de stupro uehemētiùs instantiusq; appellare. Vlpian. in l. nunquam. de Priu. del. Si quis, inquit, alienam ancillam surripuerit, & flagitauerit, utraque actione tenebitur. Sic apud Ciceronem reperitur, annotante hic Bud. Spieg.

FLAGITANS ancillam, ipsa flagitatione eam corrupit. Nam ut Festus definit flagitare nihil aliud est quàm stuprare. Inter cutem flagitos inquit Festus dicebant antiqui mares, qui stuprum passi aliquando essent. Ræuardus ad legē, Nunquam actiones. ff. de reg. iur.

FLAGITIVM, more militari, dicitur res flagitatione, hoc est, increpatione digna. Nam flagitatio ad strepitum refertur. Ex Donato. Sp.

FLAGITIVM facere, pro peccare, & crimen ac facinus committere. Discriminat tamen à facinore Archid. xxxij. q. vij. c. flagitia. Certum est, non tantū pro turpibus peccatis flagitium accipi, uerùm his etiam, quæ per negligentiam, imprudentiam, obliuionemq; committuntur. Sp.

FLAGRANS crimen dicitur ueterum Iurisconsult. uerbo, in quo quis deprehenditur, an frischer that ergriffen adnotauit Hegend. in l. ictus fustium. ff. de His qui not. infam. Sp.

FLAGRVM, idem quod flagellum, eius diminutiuum: uirga qua cædi consueuerunt serui: sicut liberi fustibus l. Pedius. ff. de Incend. ruin. nauf. Sp.

FLAMINES ex eo dicti sunt, quod filo caput cinctum haberent, quasi Filamines. Et cognominabantur à dijs quibus sacra faciebant, ut Flamen Martialis: Flamen Dialis, hoc est, Iouialis, qualis Iulius Cæsar adolescens adhuc fuit. Plura flaminum genera uide apud Turnebum aduersariorum li. 6. c. 5. Erant Flamines in magna ueneratione, primumq; locum post Regem sacrificulum, in conuiuijs tenebāt. Flaminis itē matrimonium, sola morte soluebatur, non alio diuortij genere. Olden.

FLAMINES olim non nisi ex confarreato matrimonio nati eligebantur, & per confarreationem ducebant uxores. uide supra Cōfarreatio. Item Connanum libro 8. cap. 3. nu. 4.

FLAMMEVM, uestis uel tegmen, quo matronę caput tegunt: ut scribit Nonius Marcellus. Hoc autem amiciebātur nubentes ominis boni causa propterea quod eo assidue utebatur Flaminica id est Flaminis uxor, cui nō licebat facere diuortium. De hoc Lucanus lib. 2. de Martia nubente Catoni, & Iuuenalis Saty. 2. & Plin. lib. 21. cap. 8. Et Martialis li. 11. Epigram. 79. ad Victorem.

Flammea texuntur sponsæ, iam uirga parata est.

Et iterum lib. 12. Epigram. 42.

Præluxere faces, uelarunt flammea uultus.

Et in c. fœminæ 30. q. 5. ubi scribitur, fœminas, cum maritantur, ideo flammeo uelari, ut se nouerint semper maritis suis subditas esse. Sed in nostris codicibus detracta est dictio flammeo. Vulgus autem Itali cum etiamnum Fazollum uocat. uide Erasmum tomo primo pag. 944. in impressione Frobeniana.

Hinc autẽ Flammearij dicti opifices huiusmodi uestium apud Plautum in Aularia.

FLAMMEOLVM diminutiuum apud Iuuenalem Sat.10.

——Sedet illa parato
Flammeolo.——

Hæc annotauit Tiraquell. in 3.l.cõnub gl.1.parte 5.

FLATORES auri apud Pomponium in l.2.§.de inde cum esset, ff. de orig. Iur. uocantur signatores auri. Flare enim inter alia signare dicitur, quoniã æs, argentum, aurum flando, id est calefaciendo signari solet. Hinc flatũ ęs, & flata pecunia, pro signata Old.

FLAVIANA actio ad ea reuocanda pertinet, quæ libertus de bonis diminuit. Vlp. l.j. Si quid in fraudem patroni factum sit.

FLAVIANVM ius ciuile, hinc liber, qui actiones continet. Nam nec Cneus Flauius de suo quidquam adiecit libro. sed cum Appius Claudius proposuisset, & ad formam redegisset has actiones, Cneus Flauius eius scriba, Libertini filius, subreptum librum populo tradidit. Pomponius l. Necessarium de orig. iur.

FLAVII. Vide, Imperatores, quo à Cæsaribus & Augustis distent. Apud Sigebertum legimus, Auctarium Regem, à Longobardis, Flauium appellatum, & ab eo quoq; omnes Longobardorum Reges, Flauios appellatos. Spieg.

FLAVIVS cognominatus est Iustinianus Imperator, non quòd Flauios deuicit, ut Accursius interpretatur, neq; quòd capillos habuerit flauos, quod nusquam legitur, sed quòd fuerit ex gente Flauia, ex qua fuerunt Vespasianus, Titus & Domitianus, de quo Iuuenalis: Dum iam semianimem laceraret Flauius orbem ultimus. Nebriss.

FLAVII. Balduino etiã uidetur hoc quoq; Flauij nimirũ prænomen fuisse Imperatoribus posterioribus ueluti hæreditarium, Sed non satis constat, unde primum fuerit acceptum. Scimus fuisse olim apud Romanos claram Flauiorum familiam, ex qua prodiere Vespasianus, Titus, Domitianus. Fuerat & longe antea quidem Cn. Flauius Appij Cæci scriba, qui Fastos euulgauit. Fuit & Flauius Priscus Iuriscõsultus, discipulus & auditor Seruij. Sed nihil uideo, quod Iustiniano conueniat. Memini certè me legisse in ueteri quodam legum Gothicarum exemplari, Flauij prænomen fuisse commune regibus Gothorum, sicut Romanis erat Cæsaris, Flauiumq; lingua Gothica significare splendidum & excellentem. Quidam hic putant non Flauius legendum esse, sed Slauius. ut sit cognomen à deuictis Slauis. Balduinus in procemio super Institutiones. &c. & Aldobrãdinus nõ admodum ab eo dissentiens, uerius existimat, postremos Imperatores, nomina antiquorum sibi usurpasse, ut unà cum nomine & fœlicitatem & bonitatem eorum uiderentur consecuti.

FLAVISSAE ab antiquis Latinis dicebantur, quos thesauros Græco nomine adpellamus, quod in eos non rude æs, argentumque, sed flata, signataque pecunia conderetur Gellio lib.2.c.12.Hot.

FLOCI nomine intelligitur habitus habens manicas longas, & amplas: Cucullæ uerò nomine habitus longus & amplus sine manicis, ut in Clem. Ne in agro. §. Verum de statu monast.

FLORET respublica, per metaphoram, pro augetur, siue crescit in Nouel. de Natur. liber. & in Nouel. de Donat. à Curial. fact Sp.

FLVCTVS, est maris in unam partem agitatio. Seneca libr quarto Natur. quæst. Sp.

FLVCTVARE, id est, dubitare. xij. dist. c. Illa autem nauicula j.q.iiij.§. His ita.

FLVMEN Varroni lib.4.ling. Latin. quòd fluat, à quo lege ꝑdiorũ, ita scribitur STILLICIDIA, FLVMINAQVE VT ITA FLVANT, CADANTQVE. Inter hæc autem hoc interest, quòd stillicidium dicitur eò, quòd stillatim cadat, flumen, quòd fluat continuè.

FLVMINA à riuis magnitudine discernenda sunt, aut æstimatione circumcolentiũ. Hot. & Prat.

FLVMINVM quædam sunt publica, quædam priuata. Publica perennem aquam habent, Priuata, non, sed æstate arescunt l.1.§. fluminum ff. de fluminibus. Priuatum flumen in d.l.1. torrens appellatur, Græcè χείμαῤῥος quod hyeme tantum fluat, quę græcis χειμῶν dicitur, nec si aliquando æstate, repentina pluuia intereuerit torrens, priuatus esse desinit: sicut è contrario nihilominus flumen est publicum, si aliqua æstate exarescat l.1.§. torrens & §. ripa. ff. eod. Amnes, torrentes, priuata flumina eorũ sunt in quorum prædijs fluunt, neq; quisquam in illis aliquid facit inuito domino l.1.§. hoc interdictum ff. de fluminib. idcircò rectè dictum est, in priuato flumine non esse alluuioni locum, quia per alluuionem, id est, per incrementum latens & sensim factum, ager alterius alteri accrescit. §. præterea, Inst. de rer. diuis. Forcat. Necyomantiæ dial. 84. nu 1.

FLVMEN publicum est, quod perenne est. d.l.1.

FLVMEN priuatum, cui opponitur stillicidiũ, accipiendum est pro cursu uel fluxu aquę, quicquid Accursius comminiscatur. Nam utrumq;, tam stillicidium, quàm flumen, pro re priuata accipitur, ut in l. ultima ff. de seruitutibus. Sp. & Prat.

ΦΛΥΑΡΙΑΣ nomine, quidã tumultuosam petulãtiã, alij seditionem, & turbulẽtas ineptias significari aiunt. I Cuiacius lib.6. cap.6. Obseruatio. carmẽ famosum interpretatur. Prat.

FLVXA fides, instabilis, & citò peritura.

FLVXA uestimenta, amplissima & minimè astricta, quasiq; liberè fluentia. Sp.

F O

FOCARIAS uocat Anton. amicas militũ, quod earũ præcipua cura sit foci, & nulliꝰ præterea rei solicitudinẽ habeãt. Tota enim militũ domꝰ & rei familiaris administratio in ipso foco est, ex quo cibaria cõcoquuntur & parãtur. Connanus lib.5. cap.11. nu. 2. De hoc uide etiã Tiraq. in 10.l.cõnub.gl.1.parte 10.

FOCARII, qui & mediastini dicti sunt à Iurecõsultis, inter species seruorũ numerantur. Vide Alex. Neapolit. libro tertio. Sp.

FODINAE dicuntur loca, quibus quid effoditur. ca. cleros. 21. distinctione. Argẽtifodinę, aurifodinę, cretifodinæ passim in libris iuris Ciuilis. Prat.

FODRVM in ti. 81. de Pace Constan. est annonæ militaris, quod plerisque probatur. Prat.

FOEDERATI, liberi erant, suis tantum legibus relicti, qui tamen populi Romani maiestatem comiter obseruare tenebãtur: ex fœderatisq; ciuitatibus, in delinquentes Romæ animaduerti fas erat. l. non dubito. de Capt. Annotauit Alciat in Parerg. Sp.

FOEDERATI populi, qui dicantur, exponitur in l.7. ff. de captiuis & postlim. Fœderati militum genus ex fœderatis populis conscriptorum in l. fin. C. de loc. Iustinia. Nouell. 117. [Greek text illegible] Suidas φοιδεράτοι ait [Greek text illegible]. Bris.

FOEDVS (ut Grammatici putant) ex eo dictũ est,

est, quòd in paciscendo uictimæ fœdè & crudeliter necabantur: eiusq; mors optabatur ei, qui à pace resilisset. unde Virg. Æneid. ix.

Et cæsa iungebant fœdera porca. Est autem

FOEDVS pactio quædam societatis populi Ro. iussu ritè per Fecialem certis legibus facta & iureiurando firmata. Hotom.

FOEDERIS autem duo tantùm facio genera, Proculum secutus in l. 7. ff. de capt. & postlim. qui alterum appellat æquum amicitiæ causa factum: alterum iniquum, siue impar, cum pactio sit, ut is populus alterius populi maiestatem comiter tueatur. qđ adijcitur (inquit) ut intelligatur, non pari iure utrũque populum esse, sed hũc altero superiorem. quod etiam Cicer. pluribus uerbis in orat. pro Balbo confirmat. Liu. autem lib. 34. eadē ponit genera: & illud prius scribit esse, cũ pares bello æquo fœdere, in pacem atq; amicitiam uenirent. tunc .n. repeti reddiq; per conuentionem res. alterum uerò genus esse ait, cum qui hostes nunquã fuerint, ad amicitiam sociali fœdere iungendam coeunt: eos neq; dicere, neq; accipere leges: id .n. uictoris & uicti esse. Hæc Liuius: qui tamen præter illa duo genera tertium etiam addit, quo bello uictis leges dicuntur. ubi enim omnia ei qui armis plus posset, dedita essent, quæ ex ijs habere uictos, quibus multari eos uelit, ipsius ius atq; arbitrium esse. Sed uideamus, ne pinguior Liuij partitio sit, illa Proculi limatior atque subtilior: quippe cum Dedititij non propriè in fœdere, sed in ditione esse dicantur. unde illud Latinorum de Campanis apud Liuium: Campanorum aliam conditionem esse, qui non fœdere, sed per deditionem in fidem uenissent. Item de Apulis: Ita in societatem eos esse acceptos, ut non æquo fœdere, sed ut in ditione populi Rom. essent. Hot.

FOEDVS pro Fœditas. Paulus l. 3. ff. de rit. nupt. Nec enim honos ei seruatur, quæ se in tantũ fœdus deduxit. Vulgati codices, Scelus. sed hoc modo scripsisse Paulum, facile crederem. Hot.

FOEDVS, à fide deriuant nonnulli: quòd in fœderibus fides interponeretur. Hinc Fœderati: quam uocem apud probatos autores, atq; ipsum Ciceronem non raro inuenias. non autem Confœderati, ut quæ Latina non sit: quod alij admonuere. Sunt aũt Fœderati, non ut Accursius censuit, quibus cum induciæ factæ sunt, ein Anstandt: sed ij cum quibus amicitiam, uulgus nunc intelligẽtiam appellat, societatemq; coimus. Bundtgenossen. Sp.

FOEMINA. Fœminas pleriq; dictas à fœmore aut femine existimãt, quoniam in uenerem sint magis pronæ, cuius sedes in femoribus ponitur. Hinc illud Iuuenalis Satyr. 6.

Callidus & cristæ digitis impressit aliptes,
Ac summum dominæ femur exclamare coegit.

Est enim uuluæ cum femoribus, coxis, & inguinib. quædam cognatio scribente Celso libr. Medicinæ 5. c. 26. Cùm uulua percussa est, dolor inguinibus, coxis & femoribus est. At huic etymologiæ fœminarũ à femine siue femore (ne id subticeamus) reclamat, quòd Fœmina, cum diphthõgo scribitur, ideoq; prima eius producitur: at Femora & Femina sine diphthongo debent scribi, cùm utriusq; prima corripiatur: ut de Femore probat ille uersus Iuuenal. loco supra citato. Et ille quoq; Vergil. lib. x. Æneid.

— Magnumq; femur perstrinxit Achatæ.

Et rursus eodem libro:

— Attollit in ægrum
Se femur & quanquam, &c. —

De femine autem est illud Virg. lib. x. Æneid.

Eripit à femine & trepidanti feruidus instat.

Ita enim legunt ibi Seruius, Sosipater, & Pierius, qui ita dicit legi in Codice Mediceo & antiquis alijs exemplaribus. Quanquam sunt qui ibi legant Femore. Item illud Lucretij lib. 4.

— Ideo fastigia posse
Surarum ac feminum pedibus fundata plicari.

Illud autem inter femora & femina interesse cõstat, ut id in transcursu dicam, quod femora exteriorē siue posteriorem coxarum partem significãt, femina interiorem siue anteriorē, si Vallæ credimus, lib. Elegantiar. 4. c. 57. Hæc annotauit Tyraq. in 9. l. cõnub. gloss. j. parte ix.

FOEMININO uocabulo masculos contineri, exemplo turpissimum est, inquit Iurisc. in l. si ita scriptum. de leg. 2. Veteres enim, cùm aliquem tanquã mollem & effœminatum carpere uellent: fœminino eum uocabulo, irrisionis causa appellabant. Quod iam nunc quoq; fieri uidemus. Old.

FOEMINÆ ab omnibus officijs ciuilib. uel publicis remotæ sunt. Et ideò nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenirē, nec curatores existere. l. fœminæ. ff. de reg. iur. Adeò autē fœminæ non admittuntur in Republica ad functionem uirilium officiorũ: ut Deus in pœnam reputet, si quãdo det effœminatos dominatores. Esa. 3. Et Vlp. l. obseruare. ff. de off. procons. Proficisci autem, inquit, proconsulem melius quidē est sine uxore. Plerunq; etiam ipsius fœminæ aduersus commoda propria inueniatur laborare consiliũ. l. si pater. C. de sponsalib. Old.

FOENVS Latinis idem est quod usura, & à fœtu dicitur, imitatione Græci sermonis τόκος à partu pecuniæ: cum pecunia pecuniam, ueluti fœtũ quendam pariat. τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ. Qui argentum suum nõ dedit ad usuram, apud Psalmographũ regium, id est, qui fœneratus non est: quod etiã Græci τοκογλυφεῖν καὶ δανείζειν dicunt. Brechæus in l. usura, in tit. de uerb. & rer. signific. Adde Curtium [illegible] lib. 3. cap. 29. tomo 1.

FOETAE, absoluto uocabulo dicuntur puerperæ, quæ iam partu absolutæ sunt. Sp.

FOLLIS in l. 82. ff. de conditio. & demonstr. & l. 1. si quis pecun. conflauer. in C. Theod. Crumenam & sacculum pecuniæ significat, ut & Vegetius lib. 2. cap. 20. probat. Deniq;, ait, decem folles hoc est, decē sacci per cohortes singulas ponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquã conferebat, sepulturæ scilicet causa. φόλλις planè θύλακιον interpretatur Suidas. Quomodo accipiendos folles censeo in l. 3. de suarijs. in C. Th. & l. 2. l. 3. quor. appellat. non recip. in eod. C. Indeq; emendandum Constantinum puto, apud quem in legibus Agrarijs tit. 2. φύλλις non semel pro φόλλις scriptum est. Eusebius lib. x. hist. eccl. [illegible] Briss.

FOLLIS nummi genus est l. 2. & 3. C. Th. quor. appell. non recip. sic accipitur apud C. Harmenopulum uel potius Iustinianum in libr. περὶ νόμων γεωργικῶν. tit. 2. [illegible] ubi legendum φόλλις. Prat. Adde Cuiac. in l. 2. de prætor. & hon. præt. Moschopolus obolũ interpretatur.

FOLLERALES dicti sunt, auctore Marcellino in Chronico, quibus suo nomine figuratis placabilē plebi commutationem Anastasius distraxit Iac. Cuiac. ad d. l. 2. C. de præto. & hon. præt. Prat.

FOLIVM pentaspherum & Folium barbaricū l. fin.§.species.ff.de public.Isid.lib.17.Etym.ca.9.foliū dictum ait,quòd sine ulla radice innatans,in Indię litoribus colligatur: quod ligno perforatum siccant Indi atq; reponunt gustu nardū referens.Pentasphe rum autem ab amplitudine adpellari, quidam putāt ea forma,qua & Nardi folium. quoddā Hadrosphe-rum,quoddam à breuitate Microspherum, quoddā à mediocritate Mesospherum denominatū Plinius scribit lib.12.cap.13.natu.hist. Briss.

FOMENTA,sunt medicamenta,dicta à fouēdo, h.e.calefaciendo & recreando.Ouid.Fomentisq; iuuas uulnera nostra tuis. Inde est fomētare,& fomentatio,ut apud cōsultos iuris de leg.3.l.si cui &c.Neb.

FOMITEM frumentarij tituli dicūt Imppp. l.fi. C.de frum.urb. Constantinop. tametsi in corruptis exemplaribus passim legatur, firmiter, pro fomité, ex C.Th. Briss.

FOMES carnis est langor naturę,qui appellatur concupiscentia carnis.15.quæst.1. §. itaq;. & non est peccatum,sed peccati pœna, & dicitur animæ infirmitas, quia accidit animæ ex cōiunctione carnis d. §.itaque.Prat.

FONS à fundendo dicitur, quòd inde aqua fundatur,quam Vlp.l.1.ff.de fonte,uiuam uocat. ex perpetua quadā causa. Quare primùm à cisterna in hoc differt,quæ aquam imbribus collectā continet. Deinde à puteo distat, quòd cùm aqua de terra manat, & usui sese haurientib. præbet,fons dicitur: Vbi uerò in alto & profundo est,ibi puteus appellatur. Vt tū fontis nomen non amittat. Nam omnis puteus, fons est,nō aūt omnis fons puteus.Vnde Columella,fontem putealem dixit lib.de re rust.11.cap.3.Sp.

FONTEM memoriæ Vlpianus l.familiæ.de uerborum signific.uocat propagationē nominis. Connanus lib.8.cap.5.num.1.

FORANEOS, forenses substantiuè, pro extraneis & peregrinis. Cōmentatores,ut pleraq; alia more suo,h.e.sine exemplo probati autoris,usurpant.

FORANEVS. Vide Officialis foraneus.

FORENSIS homo, causidicus, uel qui se in foro exercet.

FORENSES actiones,quæ alibi ciuiles,siue rei familiaris,priuatæ,aut pecuniariæ dicuntur.Vlp.l.1. ff.de incen.nauf.Et quanquam sint de his facinorib. etiam criminum executiones,attamen rectè prætor fecit, qui forenses quoque actiones criminibus istis præposuit.Item in l.1.C.Hot.

FORENSIA instrumenta,quæ dicātur, & quanta eis fides adhibenda not.l.pen. C.de fide. instru.& per Azon.in Summa.C.eod.ἀγοραῖα,Iustinian. in Nouell.de Tabell.

FORENSIS iudex,secularis. c.si clericus laicu. de for.compet.lib.6.inde forum fori, pro foro seculari passim apud interpretes Iuris ciuilis, & pontificij reperias. Prat.

FORESTA est locus ubi feræ inhabitant uel includuntur.in gl.cap.cum dilecti. De donat.aliàs dicitur latum nemus,de his ponit Feli. in c. Rodolph. in 16.col.aliàs 13.uersic.quid autem sit Foresta de re-scri.Et ubi quis habet usum uenādi secundum Ber. de donat.cum dilectus.in gl.1. Sp.

FORERII.Lege,Metatores.

FORINSECVS,idem est quod foris.in Aut. de Eccl.rer.im.alien. §.fin. Vtitur & hoc uocabulo Plinius maior.Sp.

FORMA significat modò faciem cuiusq; rei, modò calidam, ut cum exta quæ dantur, de forma appellantur.Forma autem ut Seruius tradit in 8. Æneidos in eo loco,uersantq; tenaci forcipe massam. Dicitur à foruo,quod calidum significat. ut etiam Nonius Marcellus autumat. Quanquā Christophorus Landinus lib.1.eiusdem operis aliunde deducit. Idcirco princeps Lyricorum (de Latinis loquor)Horatius lib.3. carminum.Ode 13. non ineleganter formam seu pulchritudinem facem appellat,sitq; amoris atq; libidinis uoluptificum. suauissimumq; incitamentum,illectamentum,irritamentū,ut uocat Valerius Maximus lib.3. rerum memorabilium. titulo de Verecundia. ut annotauit Tyraquellus in 2. leg. connub.gl.1. parte 1.

FORMA est,quæ essentiam rei præstat.l.Iulian⁹. §. si quis rem. ad exhib. & quod de substantia dicimus.ut si in testamento desit uoluntas,ut quia furiosus aut impubes testatus est. l.generali. C. de sacrosanct.ecclesi. aut in contractibus deficiat consensus. l.cum Aquiliana.de Transact.Quod & ad materiam protrahendum est. Nam & ea contractui perficiēdo necessaria est,ut res ex uenditoris. preciū ex emptoris parte.l.in uenditionibus.de contrah.empt. §.precium Instit.de empt.Alioqui actus ipsi,si horum aliquid deficiat,omnino pereunt.Sp.

FORMA,facies cuiusq; rei.Ferè enim idem sunt. Vlpia.de Seruit. urb.præd. l. qui luminibus.Sciat se formam ac statum antiquorum ædificiorum custodire debere.Est & in Iure,ubi & regulam & modum significat.

FORMA in plerisq; rebus materiæ præstat.Hinc Labeo & Sabinus dicunt,abesse rem,cum abest forma.Ouid.lib.Transform. 2. Materiam superabat opus.Astipulatur Caius in l.mulieris.de uerb.sig. Plerunq; plus est,in manus precio,quàm in re. Sp.

FORMA quoq;, lignum illud est, quo calcei informantur.Vlpi. ad l.Aquil.l.sed & si.Si forma,inqt, calcei ceruicē percussit.Item tit.Locati.l.item quæritur.Si forma calcei tam uehementer ceruicem percusserit. Nebriss.

FORMA causæ, ordinata series est,rē ad substantiam deducens. Substantia uerò,quæ primam rei essentiam præstat. Solennitas,modus est,seu qualitas quædam rei accidens,qua actus fit solennis. Alciat. cap.15.lib.5.Paradox.

FORMA ac status antiquorum ædificiorū custodien.l.qui luminibus.ff.de seruit.urb.præd.Sp.

FORMA mutui.Vide,Mutui forma.

FORMA pristina.l.si quid.C.de seruit.

FORMAE, pro ordinibus & decurijs quibusdā intelliguntur.l.scrinijs.C.de Palat.12.ex Pyrrho.Sp.

FORMA iuris fiscalis pactis priuatorum conuellenda non est,iuxta Papinianum, in l.inter debitorem.ff.de pact. Sp.

FORMAM Senatusconsulti,quo tempore principes rerū potiebantur,uide in l.item ueniunt. §.preter hæc multa.ff.de petit.hæred.Sp.

FORMA iurisdictionis, pro modo, siue potestate qua ius alicui dicere permittitur. Callistratus l.31. ff.de fals.Aut si plus meruisse uideatur,quàm ex forma iurisdictionis pati possint, ut Imperatori describatur,æstimaturo quatenus coerceri debeat.Hot.

FORMAE nomen latissimè patet. Dicimus formam iuris,legis,edicti, Senatusconsulti. l.7. §. si paciscar.l.42.ff.de pact.l.22.ff.de minorib.l.1. C.de uendit.rer.fisc.l.3.in fin.l.15. C.si cert.pet.l.14.ff.qui satis. cog.l.1. C.de usufruct.l.j. C.de rei uindicat.Et forma absolutè in l.31.ff.de admin.tuto.l.15. C.de sacrosan. Ecclesijs.Dicimus & formam contractus.l.septima, §.ex

§.ex contrario. ff.sol.matr.l.52.ff.de uerb.oblig.Forma prouinciæ.l.7.§.1.ff.de interdict.& releg. Briss.

FORMA censualis.l.4.ff.de censibus.

FORMA agrorum.l.8. ff.ad leg. Iul. pecul.& Sicul. Flacc.& Hygen.sæpe. Quod exposui lib.4.antiquit. Briss.

FORMA etiam aquæductus.l.27.§.§. si quid cloacarij.ff.de usufruct.& aquæ forma in l.39.§.hæres.ff. de leg.lib.1.& in l.3.& l. 6.de aquæduct.lib.11. C.& apud Frontin.in lib.de aquæduct.non semel. Sed & in Itinerario Anton. Nunc nomina aquarum, quę usibus æternæ urbis formarum constructionibus adnectæ sunt, indicemus. Sic aquam formarum apud Cassiodor. lib.3.Variar. Epist.ad Senat.urb. Rom.& formarum curam apud eundem auctorem lib.5.Variar. Epist.ad uniuersos possessor. Harum formarum Comes Romæ posterioribus temporibus constitutus fuit, ut ex Notitia, quo loco de Præfecto urbis Romæ agit, & ex eodem Cassiodor.lib.7. Variar. intellegimus, ubi formula Comitiuæ huius traditur. Ex his efficitur in l.1.ff.de aquæduct.lib.11.C.formarum meatus legendum esse: non, ut alij emendát, forinarum. Nam formas etiam per agros transeuntes eodem modo Vlpian. dixit in d. §. si quid cloacarij. Et tàm sulcum publicarum aquarũ per agros meantium macerijs quibusdam inclusum, quàm ipsam fabricam aquæductus, formam ueteres appellant. Formam quoque calcei legimus in l. 5. in fin. ff. ad leg. Aquil. l. xiij. §. item Iulianus. ff. loca. Et formas in quibus æra fundantur dixit Plinius libro xxxvj. capit.xxij. Brisson.

FORMALE pretium in l.63.in fin.ff.ad leg.Falc. alij formatum & præscriptum à contrahentibus interpretantur. Alij forma censuali definitum, in qua exactissima rerum inibatur æstimatio. Briss.

FORMALIA iustificari dicuntur, quando examinatur, an sit ritè appellatum. de quo. ff. de appell. recip.& C.eod.tit. Hodie, Zasius ait, in bonis consistorijs primò iustificantur formalia, antequam audiatur causa appellationis.in l. præses prouinciæ. ff. de re iudic. Sp.

FORMARE actionem.l.7.§.quinimò.ff.de pact. l.15.ff. de neg.gest. Formari etiam contractus dicitur pacto quod inest, formamq; ac legem & modũ dat. l.x.C.de iure dot. Formare instrumentum, concipere est. l.9.§.solent.ff.de pœn.Briss.

FORMARE punctũ uocat Bartolus cùm in conclusione scopum iuris in unam aut paucas theses reducerent, uel consensu partium, uel autoritate iudicis, ut ad principem referretur, si magna & dubia ad modum esset causa. Si leuior, ad aliquẽ Iurisperitũ. Inde est titulus, Cod.de relationibus. Ex quo multa præclara uetustatis uestigia relucent, ad colligendá æquitatem. Prat.

FORMIDOLOSVS, qui formidat, & qui formidatur.§.si quis.Institut. de pupill.substit. l. fin. C. de iur. delib.

FORMITER iuratur, quando cum causa adiecta, uel cum expresione contractus iuratur. Informiter uerò, cùm causa iuramenti nõ exprimitur Zasio de act.§.item si quis postulat. Instit. de actio. Qd' ut rectè intelligatur, quia Doctores uulgò tũ in explicat.§. item si quis postulante. Instit.de act.tum in l.si duo patroni. §.si quis iurauerit. ff. de iureiur. errant hac in re, aduertendum est, iusiurandum quod Iudiciale dicitur, duplici differentia præstari: Formiter, & Informiter. Formiter iuratur, quando ex causa quę nominatam formam cõtractus aut delicti habet, iuratur: & hoc casu pro iurisiurádi conseruatione, competũt duo remedia. Primum est, quod actio quæ aliàs directa nascitur ex tali contractu, post iuramentum redditur utilis: quod quidem iuramentũ plenam facit fidem utcunq; contractus aut delictũ nõ appareat. Exemplum: peto fundum à Titio quẽ ab eo emi, sicut delata mihi ab ipso iureiurandi cõditione de hoc iuraui &c. Ista dicitur utilis ex contractu: ante iuramentum potuissem agere aduersus Titium directò, sed quia ego, ipso deferẽte, iuraui, ideo conceditur iam mihi utiliter propter sacramentum. Et hoc casu dicor iurasse Formiter: q̃a expressi causam quæ habet nominatam formam cõtractus, nempe emptionis. Et sic de reliquis. Alterum remedium est, Actio in factum ex Iureiurando, & licitum est intendere quam malueris, idque uulgò receptum est, d.§. si quis iurauerit. Informiter uerò iuratur, quando ex aliquo facto sine negotio informi seu innominato, iuratur, quod etsi non habeat propriam actionem, aptum tamen est secundum æquitatem parere obligationẽ: tunc cum nulla sit nominata actio quæ utilis dari possit, locum habet duntaxat hęc actio in factum Iuratoria. Item ex omnibus actionibus Realibus, si iuratum fuerit, nulla præter hanc exerceri potest actio. quemadmodum Oldendorpius tradidit nouiter in suis Classibus. class.j.act.ix.& habentur in l. sed etsi possessori. & in l. si duo patroni.§.si quis iurauerit.ff.de iureiurand. Malè ergò Interpretes Iuris uulgò autumant, Informe iuramentum esse, cum causa iuraméti nulla exprimitur, ut si iurem simpliciter, Titium debere mihi decem: nam tale iuramentum à probo iudice non debet admitti: nisi iurans referat se ad acta iudiciaria. Fefellit autem eos, ut ibidem Oldendorpius ait, Phrasis horum uerborum: Si iurauero te Stichum mihi dare oportere, nõ benè ab ipsis intellecta. Nam Iurisconsulti non hoc uolunt, quasi tam nuda iurandi formula sufficiat: sed quòd totam actionem in Personam cum sua causa tali compendio loquendi significare solent. Informe ergo Iuramentum intellige non quod nullam, sed quod innominatam causam complectatur. facit l. iurisgentium. Digest. de pactis. quia in iudicijs nihil debet admitti sine caussa generali uel speciali. Ita Oldendorpius Class.j.act.ix. Mynsingerus in §.item si quis postulante. à numero xxvj. usq; ad numerum xxx.

FORMVLAS Latini auctores pro actionib. accipiunt, quas ne populus prout uellet, institueret, certas solennesque esse Romani prudentes uoluerunt.l.2.§.his legibus.ff.de orig.iur. Cicer.pro Rosc. Com. Sunt iura, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut in genere actionis erraret. Expressæ sunt enim de unius cuiusq; damno, dolore, incommodo, calamitate publicè à Prætore formulæ, ad quas priuata lis adcommodatur. Quintilia. Declamatio. cclx. Si tolerabile formula errare & in petitione pecuniæ. Sic formulę familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum ab Vlpian. dicuntur in Institu. tit. xix. & uulgaris formula pro actione de peculio in l.42. ff. de furt. Et damni dati formula apud Plin.lib.9.c.59. pro actione damni iniuriæ. De qua & Quintil. Declamatio.13. sentiens, Et tamen, ait, quis indignetur apes formula uindicari? Et formula Fabiana apud Paul.lib.3.Senten.tit.3. Et formula iniuriarum apud Sueton.in Vitell.cap.7.& Senecam lib.6.controuersiar. Formula item ad exhibendum, apud Plin. libro 5. Epistol. ad Tranquill. sit formula Hypothecaria, ad

ad quam Martia.librum singularem scripsit, ut inscriptiones multarum legum testantur. Et formula de dolo malo, apud Cicer.lib.3.offic. Sic formulas accipio apud Quintil.lib.7.ca.4. Sed etiam in formulis, ait, cum pœnariæ sunt actiones, nos ita causam partimur, an commissa sit pœna, an exigi debeat. Sic & à Tacito. in lib. de orator. usurpatur. Eodemq; sensu accipio quod ab Vlpian. in Institu. tit. 25. scribitur, fideicommissa non per formulam peto, id est, ordinario iure per actionem à Prętore datam extra ordinē cognitione prætoria. In ordinarijs enim tantùm iudicijs formularum conceptio spectabatur: in extraordinarijs non item. l. 47. ff. de neg. gest. Hinc & sub formula iudicare dicebantur iudices à Prætore dati, qui formulæ, cancellis adstringebantur. Sic enim ille in lib. 2. de Clement. Clementia, ait, liberum arbitrium habet, non sub formula iudicat. Quintil. lib. 3. c. 11. Priuata quoq; iudicia sępe unum iudicem habere multis & diuersis formulis solent. Ita atrocitatem formularum apud eundem auctorem accipe libr. 7. cap. 1. Et formulam fiduciæ apud Cicer. lib. 7. Epist. ad Trebat. Formularum autem nomen etiam ad alia pertinebat. Nam & stipulationum & testamentorū formulæ uocabantur. Cæterùm qui formulas concipiebant, formularij appellabantur à Quintilian. libro 12. cap. 3. ad fin. Cicero formularum cautorē uocat lib. 1. de oratore. Formula cadere exposui libro 3. Brissonius.

FORMVLAM intēdere, pro dictare actionem, seu dictare iudicium: & formula excidere, pro cadere causa apud Suetonium. Prat.

FORMVLAE iuris, id est, solennitates antiquæ circa actiones, sublatæ sunt tantū ab Impp. Constantio, Theodosio, & Valentiniano, nō ipsa actionis formula: ut quidam existimarūt, & magno quidem suo errore, & litigātium incommodo. Nam si ex facti serie, quantumuis bene narrata, aut nullā, aut ineptā colligas conclusionem, quæ haud rectè, quàm à speciali actionis inuestigatione ꝓficiscitur, totus libellus corruit, ut probat Iason multorum testimonijs, in l. j. ff. de edend. Prat.

FORNACARIVS seruus, & Fornacator: qui ignis in forno siue fornace accendendi curam habet. Nonius, Fornum & Fornaces dicuntur à forno, qđ est calido. unde Forcipes, quòd candens teneant ferrum. Varro de Vita populi Ro. Cocula, quæ coquebat panem, primùm sub cinere, postea in forno: cuius utriusq; uocabulum à Forno ductum, id est, à calore. Vlp. l. 27. §. 5. ff. ad leg. Aquil. Si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormisset, & uilla fuerit exusta. Paul. l. 13. & 14. ff. de inst. uel instr. Instrumento balneario legato continetur & Fornacator. Vtrobiq; tamen Fornicarius & Fornicator legitur, nō rectè: quum à Fornice Fornicator, à Fornace Fornacator declinetur. Hot. Adde Torneb. aduers. lib. 8. c. 9.

FORNACATOR. Paul. de fund. instruct. Instrumento, inquit, balneario legato, etiam balneatorem contineri, Neratius respondit. Continetur autem & fornacator. Est autem idem qui Fornacarius. Sp.

FORNACARIVS, seruus erat idem qui pistrinarius, uel pistor. Vide Budæum in l. si Fornacarius. ad leg. Aquil. Sp.

FORNICARI, nō est propriè stuprum inferre, sed opus aliquod ad speciē fornicis fabrefacere: qđ uocabulum à fornice deriuat Calepinus: sed reclamante Insulano, quòd à uerbis nomina deriuari soleant. Vnde à fornicari uenit fornix. Sp.

FORNICARII, opifices sunt, & propolæ, & institores, qui tabernas à fisco conducunt sub fornicibus, id est, arcub. ut ibi merces suas uenales habeāt. Iurisc ōs. de usur. l. cum quidam. inquit, Fiscus, ex suis contractibus usuras nō dat, sed ipse accipit, ut solet, à fornicarijs, qui tardius pecuniam inferunt. Sp.

FORNICATVM opus dicimus, quod sic cōcameratum, seu ad formam testudinis factum. Id si angulosos recessus habeat, Anaglyphum appellari solet: quam Græci, Budæo teste, in l. si inquilinus. Locati. Cameram uocant. Fornix, arcus, testudo, cognata sunt uocabula, sed tamen nonnihil inter se differentia, ut ibi indicat. Sp.

FORNICATIO est cuiuslibet illiciti coitus genus, qui fit extra uxorem legitimā, specialiter in usu uiduarum, meretricum, uel concubinarum.

FORNICATIO cum meretrice uel concubina, est mortale peccatum, & à iure diuino prohibita, licet quidam uulgares & ignorantes credant oppositum, quod est falsum. ut not. Panorm. in capit. Inter opera. ad fin. de spons. Old.

FORNICARIVS etiam adpellatur l. 23. §. si fornicarius. ff. ad legem Aquil. qui ad fornacem stat. unde quidam ibidem fornacarium legendū putant. At in l. 17. §. fiscus. ff. de usuris. ubi anteà legebatur, fornicarij, Florentini libri habent, Foricarij: quod si rectum est, B. Brissonius putat eos significari, qui foricarum uectigal à fisco conducebant, de quibus Iuuenalis Satyra 3. commeminit:

— Et uerso pollice uulgi
Quemlibet occidunt populariter. Inde reuersi
Conducunt foricas. —

Constat autem urinæ uectigal à Vespasiano Romæ impositum fuisse. Prat.

FORPICEM, cuius meminit cap. unic. §. si quis quinq;. de pac. ten. & eius uiolat. in usibus feud. quì accipias docet Archidiaconus capit. in scriptis. viij. quæst. 1. Prat.

FORTIVS pro, multo magis. in l. 2. in fi. ff. ne quis eum, qui in ius. l. pen. ff. si quis cautio. l. 2. §. item si filijfam. ff. fam. ercisc. l. 3. §. ult. de usu & habit. l. 5. §. si pupillus. ff. de reb. cor. l. 15. §. si negauerint. ff. de adult. l. 3. §. ult. ff. usufruct. quemad. cau. Briss.

FORTVITO, item fortuitu, hoc est, casu, & uulgo dicunt, ex casu fortunæ.

FORTVITVS casus, intelligitur id quod ita accidit, ut hominis consilio, cura, ac diligentia præuideri, aut præcaueri non potuerit. ut satis Vlpian. indicat in l. 2. §. si eo tempore. ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. Obseruandum autem, quòd casus fortuitu, uel natura accidunt, ut maris tēpestas, congelatio, grandinatio, fluminis impetus, aduersa ualetudo, ad hæc mors: quæ ob id Fatum dicitur, ut ait Pyrrhus. uide glo. singularem Aret. in §. j. de Capit. dim. Instit. lib. 1. uel hominis facto contingunt, ut latronum insidiæ, hostium incursus, uis etiam priuata improuisa, iudicis iniuria, uel iniqua sententia, falsa testium depositio atq; testamenti falsificatio. & his similia, quæ Interpretes sparsim indicant. Sp.

FORTVNA, uocabulum medium est: sed cùm fortunam solam dicimus, intelligendus est inopinatus prosperæ cuiuspiam rei euentus. Sic thesaurum, fortunę donū adpellamus. l. si is, qui in aliena. §. communis. ff. de acqu. rer. dom. & §. quòd si seruus. ibid. Fortuna aliud dedit, quàm cui operam dabat. Sp.

FORVM. Seneca author est triplex forū olim Romę fuisse. Sic. n. lib. 2. de ira, adijce (inqt) publica piaria gentiū, circūscriptiones, fraudes, inficiationes, q̃bus tria non sufficiūt fora. Sex uerò modis intelligit forum,

forū, ut tradit Festus, quę uidere licet. Forum aūt ponitur pro territorio cuiusq; iudicis, intra quod potest in facinorosos animaduertere. l. si pupillus. §. territorium. ff. de uerb. signif. Item, forum est locus, ubi ius redditur: seu forum, est exercendarum litium locus. c. forus. ext. de uerb. signific. Forum etiam est, ubi domicilium reus habet, uel ubi habebat tempore cōtractus initi: unde illud est, actorem forum rei sequi. l. 2. C. de iurisdict. om. iudic. l. actor. C. ob in rem act. facit pro hoc l. j. 2. & 3. ff. de bon. autho. iud. possid. Fori appellatione etiam interdum subsellia intelliguntur, hoc est, iudicia publica, quæ exercebantur sub dio, aut certè ex eo loco, unde cælum facilè perspici posit: quod uel Cicero satis indicat pro Rege Deiotaro. Dictum auté est forum (ut M. Varro grauissimus author scribit) lib. j. de Ling. Latin. à ferendo, quòd in eum locum litigantes controuersias deferant, sicuti negotiatores res, quas uendere cupiūt. Non autem dictum est à fando, neq; à Phoroneo rege, ut hanc Isidori sententiam doctè refellit Alciat⁹. cap. 24. secundi dispunct. Cæterùm, ipsemet Isidor. quem Romanus Pontifex sequitur, in d. cap. forus. de uerb. signific. ineptissimè protulit forum in masculino, cum nusquam gentium reperiatur alibi sub hoc genere. Anchor.

FORVM appellat Quintilianus, in quo iudicia publica excercebantur. idq; Isidorus probat in libr. Etymol. cuius transcripsère Pontifices. in ca. forus. de uerb. signific. in antiq. Vnde

FORI ius l. 8. qui satisd. cogan. Et

FORI præscriptiones, quib. iudicis tribunal declinatur. hæ principio litis opponi debent. l. fi. C. de exceptionibus. Prat.

FORVM Boarium, Piscarium, in quo boues uel pisces uæneunt. Quæ omnia, inquit Varro, in unum locum contracta, postquam ędificatus est locus, adpellantur macellum. Prat.

FORVM, Conciliabulum. Liuius per fora & conciliabula, omnia quæ extra urbem erant, maiora & minora oppida, castella & loca intellexisse uidetur, in quibus essent conuentus aliqui iuridici, prout annotat Torneb. lib. 1. aduersar. cap. 11. Aliàs uerò forū locus erat nundinationis & negotiationis, ubi etiā ius dicebatur, ut forum Flaminij, forum Iulij, forum Licinij, de eorum nominibus, qui ea constituēda curarunt. Conciliabula uerò cum loca essent, in quib. ius diceretur, & in concilium ueniretur, tamé foris inferiora erant, interdum tamen in municipij ius ascendebant.

FORVM Suarium in l. 1. de offic. præf. urb. §. cura carnis omnis. Vide hic Budæum. Sp.

FORVM competēs, handtmal/ ein bequemliche ordenlich gerichtsstat. Quasi eo loco se iuri obtēperaturum manu ꝓpria iurauerit. Vnde dicitur, handtmal beweisen/ pro eo quod est, Sein herkomen beweisen. Verba sunt significantissima uenerādæ antiquitatis: nec splendorē uerborū, sed rem curamus.

FORVM neutri generis est: & dictū ab eo, quòd controuersiæ & res uenales illuc ferantur. Isidorus tamen forus dixit: ut legitur in c. forus. de uerb. sig. sed eruditiores forum: ut forum Iulium, forum Cornelium. de quo Prudentius poeta illo uersu:

Sylla forum statuit Cornelius.

Hoc Itali urbem uocitant. hodie tamen Immola uocatur, urbs notissima: licet quidam refragentur, inter quos Blondus, & cum alijs Felin. in cap. significante. in ult. uerbis. de rescript. & in hanc sententiā nostram contra Isidorum uenit Alcia. in libro secundo Dispunct. cap. xxiiij. Cotta. & Oldend.

FORVM agere seu conuentum, quæ locutio in Cic. lib. 3. Epist. famil. & 7. Act. in Verr. frequens est, dicebatur, qui prouinciæ præerat, cūm ciuitates uocabat, & de controuersijs eorū cognoscebat, autore Festo lib. 6. Seruius ad illa Verg. 5. Æneid. uerba: Indicitq; forum, id est, ait, tempus & locum agendorum negotiorum designat, qui conuentus uocatur. Quod uerbum apud Cæsarem & Plin. sæpenumero reperies. Briss.

FORI disputationem Pomponius in nobili illa l. 2. de orig. iur. Old. exponente, accipit, pro applicatione legum ad commoditatē Reipub. cuius negotia in foro tractari solent. Dicimus enim, in foro disputare, sicut uti foro, deseruire foro. Sp.

FORO cedere argentarij, nummularij, mensularijq; dicebantur, qui actum suum deserebant, &, ut uulgò loquimur, Bancham ruptam faciebāt. Ab eo, quod circa forum eorum tabernæ depositæ essent. Sic in l. 7. §. quotiens. ff. depos. & l. ulti. ff. de curator. bon. dan. Et apud Senec. lib. 4. de benefic. ca. 25. Pecuniæ etiam malè creditæ exactio est. Et appellare debitorem ad diem possum, & si foro cesserit, portionem feram. Briss.

FORO interdicere, plus est quàm aduocationibus ut ait Iurisconl. l. moris est. §. 1. ff. de pœn.

FORO te para, hoc est, ad forēses actiones ne imparatus accedas. Nam qui in hac uitæ consuetudine & communi hominum societate aliquantum uersatus est, non ignorat, uix uni ex milibus dari, etiā per sese quietissimo, non quandoq; in foro & ante tribunal, uel pro ipso comparendum sit, uel pro altero intercedendum. Quod si igitur forensium actionū rudis atq; ignarus accedit, non mirum est, si cum molestia damnum etiam atq; dispēdium reportet, tum & fama nonnunquam periclitetur, ut scitè monuit Iustinus Goblerus. Sp.

FORTE, non est nota dubitationis, sed assertionis. c. 2. & ibi gl. ext. de testam. Io. Bello. Etym.

FOSSA est receptaculum aquæ manu factum. l. un. ff. ut in flum. pub. l. un. in fi. ff. de ripa mun. l. j. §. caput. ff. de aqua cottid. l. 26. ff. de dam. infect. Fossæ agrorum siccandorum causa factæ. l. j. §. sed & fossas. & §. ult. & l. 2. §. j. & l. 24. ff. de aq. & aq. plu. Briss.

FOSSATVM pro fossa & uallo in l. 3. §. is qui in exploratione. ff. de re milit. Veget. lib. 4. c. 16. Musculos dicunt maiores machinas quibus protecti bellatores, si lutum obfuerit, aut ciuitatis fossatū, apportatis lapidibus, lignis, ac terra non solùm complent, sed etiam solidāt. Suidas *ἄδιτον τὸ φοσσάτον*. Constantin. lib. 6. Epit. tit. 5. *τοῖς ἐν φοσσάτῳ κλίνοντας ὁ μὲν ἵππον, σφενδόνῃ στρατιώτῃ τιμωρεῖσθαι*. In libello etiam Varior. auctorum de limitib. ita scriptum est: Fossatū decisum, paruum in fine pro termino posuimus. Briss.

FOSSATVM recētiores scriptores uocauerūt castra, quia fossa cingi solebant, Capitolinus in Gordianis, Castra omnia fossato circuibat. Quin & apud Suidam hoc uocabulum reperitur, & apud Leonē Imperatorem. ut annotauit Tornebus aduersarior. lib. 2. cap. xiij.

FOTINIANI l. 5. C. de hære. à Fotino Gallogręcæ Smirnæ episcopo, de quibus in catalogo Hæres. & Isido. lib. 8. Etym. cap. 5. Briss.

FOVEA, pro scrobe ferarum uenandarum causa facta. Paul. ad leg. Aquil. Qui foueas ursorum, ceruorumq; capiendorum causa faciant, si in itinerib. fecerint, eoq; aliquid deciderit, factumq; sit deterius, lege Aquilia obligati sunt. Sp.

F R

FRACES. Lege, Amurca.

FRACTVM, interdum dissolutũ significat, continetur q; sub uerbo Rupisse. l. Marcell. de uerb. sig. l. si seruus seruum. §. inquit Lex. ad leg. Aquil. Sp.

FRAGILE consilium. l. j. ff. de minoribus.

FRAGMENTVM, pars fractæ rei. Vlpia. Alphenum deniq; scribere ait, posse ita agi, ius illi non esse, in suo lapidem cædere, ut in meum fundũ fragmenta cadant. l. autem. §. Aristo. ff. si seruit. uendicet. Sp.

FRAGOR, sonum rei duntaxat fractæ propriè significat: estq; fictitium uerbum à sono. Sp.

FRAMEAE, id est, romphææ. l. 3. §. armis. ff. de ui, & ui armata.

FRAMEA penult. correpta accipitur pro lancea seu hasta, de qua meminit Iuuenal. dum dicit:

Et Martis frameam, & Tyrtæi spicula uatis.

Atq; in lectione Zachariæ Prophetæ cap. 13. Framea, inquit, suscitare super pastorem meum, & super uirũ cohærentem mihi. Et ita debet intelligi locus Vlpiani in l. 3. §. armis. ff. de ui & ui armata. licet aliqui aliter intelligant. Oldend.

FRANCI. Alberic. in hac dictione auspicatur regnum Francicum à Carolo magno, quòd de Romano imperio intelligi non potest. Nam prisci Francorum reges, puri puti Germani, post præstantissimos quosq; imperatores, armis eorum exerciti, etiam toties ab eis repressi, nec uirtuti illorum cedentes, tandem potiti Gallijs Belgica & Celtica, regnare ibi cœperunt. Spieg.

FRATER & soror, in transuersali linea sunt in secundo gradu, iuxta leges Cæsareas: secundum pontificias Constitutiones in primo. Quæ sit huius differentiæ causa, exponunt interpretes. Iuris Cæsarei supputatio ualet adhuc in hæreditatibus ac tutelis: Pontificij iuris, in matrimonio. Sp.

FRATER per utrunq; parentem accipitur, id est aut per matrem tantùm aut per patrem, aut per utrunq;, id est, ex utroq; eodem parente. Sed hic numerum non auget. Paul. in l. Iurisconsultus. ff. de gradibus & adfinibus. Olden.

FRATRES germani dicuntur, ex utroq; parente: consanguinei, ex eodem tantùm patre, nõ etiam eadem matre: uterini contrà, ex eadẽ matre, & duobus patribus.

FRATREM dici, quasi ferè alterum, scilicet patrem, notum est: aut eum qui familiam sustinet: quare & Græcis φράτωρ hoc est, contribulis esse uidetur. etenim qui nascatur, ut patrisfamiliã obtingat. l. fœminæ. ff. de uerb. sig. Cicero fratrem pro sororis marito usurpauit, Pro domo sua, & de respons. Aruspicum. Et hodie fratres dici uidemus eos, quorum alter alterius sororem habuit in matrimonio. Sp.

FRATERNE, id est, ex officio fratrũ, ut fratres facere decet. Fraternè amare, pro eo quod est, tanquam fratrem amare. extat apud Ciceronem in lib. 1. Epist. ad Attic.

FRATRES uocamus, qui eodem patre, uel matre eadem nati sunt: Et tamen, Fratrum filij, qui propriè patrueles uocantur, etiam fratres dicũtur. Velleius Paterculus lib. 2. Circa eadem tempora, inquit duo (sic enim legendum est) Metelli fratres uno die triumphauerunt. Non minus clarum exemplum, & adhuc unicum Fuluij Flacci eius qui Capuam ceperat, filiorum, sed alterius, in adoptionem dati. Nam census Metellorum, patruelium, non germanorum fratrum fuit. Hinc factum, ut apud Accium Plautũ in Pœnulo: alterius patruelium filius, alterũ patruelem, quem Iurisconsulti propiorem sobrino dicunt: uelut patris fratrem, patruum uocet. Curt. lib. 2. ἀναστ. tom. 2. cap. 14.

FRATRES etiam eodem patre geniti dicuntur consanguinei, tum nostris legibus, ut probatur ex l. 1. §. consanguineos. ff. de suis & legit. cum simil. tum alijs scriptoribus, ut probauimus in nostro tractatu retractuum, tit. 1. §. 7. gl. 9. in uerbo *ou lignagier*, nu. 4. incip. his igitur. Ex quo etiam Sophocles huiusmodi fratres sæpè uocat ὁμαίμους, ueluti eiusdem sanguinis, αἷμα enim sanguis est. ut annotauit Tiraq. in 15. l. connub. gloss. 1. part. 15.

FRATRES, Hebræi suo quodã more quoslibet consanguineos & cognationis propinquos appellant, & extra usum nostrum. Nam quis dicat fratres, auunculum, & filium sororis? Scriptura tamẽ etiam huiusmodi cognationes fratres appellat: Nam Abraham & Loth fratres sunt dicti, cum esset Abrahã patruus Loth: Laban & Iacob fratres sunt dicti, cum esset Laban auunculus Iacob. Ex D. Augustino, in capit. 7. Euangelij Ioannis. Sed de ea re doctissimè simul & copiosissimè disseruit D. Hieronymus aduersus Heluidium. Sp.

FRATRES pont. Max. uocantur Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Cardinales: cæteri omnes filij. Quę forma nisi seruata sit, præsumitur rescriptũ falsum. c. quàm graui. de crim. falsi.

FRATRES cõsanguinei. Vide Germani fratres.

FRATRES gemini, non Gemini fratres dicendum: tametsi non minus Latinè dicitur Frater germanus, & germanus frater. Sp.

FRATER patruelis, filius patrui. Fratres patrueles, sororesq; patrueles, dicuntur, qui, quæue duobus ex fratribus progenerantur. ut apud Paulũ traditum est in l. Iurisconsultus. §. eodem gradu. ff. de grad. Spiegel.

FRATRIÆ, duorum fratrum uxores dicuntur. Græcè ἀνατέρες. l. non facilè. ff. de grad. Alciat. in l. si super. C. de transact.

FRATRIS appellatione, Iuriscon. complectitur sororem. l. Lucius & Titia. famil. ercisc. l. Lucius Titius. §. quæsitum. de legat. 3. Sed obseruatu dignum, quod Iac. Butrigarius monuit, communem loquendi usum aduersari. Quanquam fratrum nomen, interpretatione extensiua nepotes cõplectitur. ut annotatum est ab Ioan. And. ad Speculat. de success. ab intest. refragatur tamen communis usus laicorum, secundum quem disponentes regulantur. l. omnib. de uerb. sign. & l. fundi. eod. tit. l. Labeo. de supellleg. cum concordibus legibus. Quinimò & soror fratris nomine quandoq; accipitur, ut apud Modestinum, de pact. Tres, inquit, fratres Titius, Mæuius, & Seia communem hæreditatem inter se diuiserunt. & paulo pòst: Sed postea duo de fratribus, id est, Mæuius & Seia. Spieg.

FRATRVM alij consanguinei sunt, qui scilicet, ut suprà diximus, eodem patre nati sunt, licet diuersas matres habeant: Alij uterini, qui ex eadem matre tantùm nati sunt. l. 27. C. de inoff. l. penul. ad fin. & l. ult. C. de legit. hær. l. 21. C. de excus. tut. Bris. Vberiorem de uarijs fratrum generibus explicationem, uide apud Cuiac. lib. 6. obseru. cap. 17.

FRATRVELIS, matereræ filius Isidoro.

FRATRVELES etiam consobrini Ioan. Cuiac. d. lib. 6. obseru. cap. 17. Sp.

FRAVDARE hæreditate, pro priuare, excludere ab hæreditate semel scriptum. l. 2. ff. de his quæ in testam. delen.

FRAVDATIO & Fides, contraria. Cic. in Catil. Ex hac. n. parte pudor pugnat, illic petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprũ: hinc fides, illinc fraudatio.

FRAVDATIONIS causa latitare. ff. Ex quibus cau. in poss. eat. l. fulcimus. §. hoc edictum. &, Quæ in fraud. cred. l. j. & ij. §. 1. Alberic.

FRAVDATOR, tam qui fraude alienat, quàm qui fraude accipit. l. ait Prætor. §. pen. l. ul. §. fi. ff. Quę in frau. cre. Variè hanc uocem accipi, Glossematarius declarat in l. Imperatores. de Cur. bon. dan. Sp.

FRAVDATORIVM interdictum. Lege, Interdictum fraudatorium.

FRAVDEM admittere. Veteres autem fraudem dixerunt delictum, & quia iure & legibus omni delicto pœna adiuncta est, fraudem etiam nominarunt. l. aliud est fraus. ff. de uerb. signif.

FRAVDEM facit, si quis qđ facere debet non facit. l. in fraudẽ facere, & l. seq. ff. quæ in frau. cred. Sp.

FRAVS multa significat. Est enim aliquãdo deceptio, cum quis uidelicet persuasione falsa in errorem adducitur, à recta ueluti uia deductus. τοῦτ' ἐστὶν ἀπάτη, παρὰ τὸ ἀπατεῖν ἀπατᾶσθαι, ἀπάτη, ὁ ἀπάτη. ἀλλὰ πλανώμενον τοῦ, ἀπάτη. Inde dictus ab ipsis Græcis ἀπατηλὸς deceptor, blandus, pellax, ψυχαγωγὸς, πιθανὸς, ἐπαγωγὸς, qui multum ad persuadendum est potens. Fraus enim non ex euentu, at ex consilio consideratur. l. fraudis. ff. de reg. iur. Significat item Fraus, τὸ κατασκεύασμα καὶ σόφισμα: Vt cum aliud agimus, aliud simulamus & comminiscimur, quod etiam dolum appellant. Vt apud ipsum Ciceronem de Pythio, qui cum hortos suos Caio Cannio equiti Romano uellet uendere, atque eundem Cannium emendi cupiditate magis incenderet piscatores ad se conuocauit, & ab his petiuit, ut ante suos hortulos posterà die piscarentur, unde hortos ipsos longè pluris faceret: cum tamen nulla his piscatio, nulla aquatio esset. Celare itaque emptori, quod uenditorem scire oportuit, fraus & dolus est, & contra bonam fidem ut traditum est ab Vlpiano. l. 1. §. uenditor. ff. de actionib. empti. Quare rectè mihi uidentur Grammatici fraudem, sicut furtum, ἀπὸ τοῦ φέρειν dixisse, quod qui dolo, fraudeq; agunt, alienum auferunt. Detrahunt enim ius alteri, & suum commodum augent alterius incommodo & damno, &c. Brechæus. l. aliud est Fraus. ff. de uerborum & rerum significat.

FRAVS, à ferendo, deceptio quæ alicui infertur. Differt à Pœna, autore Vlpia. quòd fraus sine pœna esse potest: Pœna non sine fraude. Pœna est noxæ uindicta: Fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio. Quando, & per quæ fieri dicatur, disserit fusius Zasius in §. item si quis. Institut. de Actionibus Spec.

FRAVS damnum est, quod uel mala fides aduersarij, uel ipse euentus rerum adfert. Cuia. ad l. iurisgentium, §. sed si fraudandi ff. de pact.

FRAVDIS interpretatio, ut Papinianus ait, semper in iure Ciuili, non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque cõsideratur. Obserua autem quod Olden. monuit, Papinianum eodem respexisse, quò respexit naturalis lex, dum dicit, Non concupisces, Non desiderabis aliena. Sp.

FRAVDIS solius si mentio fiat, intelligendum de ea est, cui dolus inest. Connanus libro 5. capite quinto, numero secundo.

Item, sine fraude est, sine pœna, sine periculo, & impune. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Falci. l. 26. §. hæc clausula. ff. ex quibus cau. maio. l. 32. ff. de iniur. l. 25. ff. de adulter. l. 8. ff. de accusatio. Quod tamen Connanus reprehendit inquiens Fraudem Seruius. lib. 10. Æneid. periculũ interpretatur, nec desunt ex nostris qui interpretationem eius sequuntur. At in iure nusquã fraus pro periculo ponitur, sed ubique pro damno. lib. 5. cap. 5. num. 1.

FRAVS fit legi, senatusconsulto, edicto, constitutioni. Fraudem legi facit, qui saluis legis uerbis sententiam eius circumuenit. Fraus enim legi fit, ubi quod fieri noluit, fieri autem non uetuit, id fit. l. 29. & l. 30. ff. de legib. Exempla sunt in l. 7. in fi. ff. qui & à quibus. l. 63. ff. de condicion. & dem. l. 16. ff. de iur. patr. l. 2. ff. de his qui sunt sui uel alien. l. 7. §. prætor ait. ff. de pact. l. 3. §. pen. & l. 7. in prin. & §. mutui dationẽ. ff. de S.C. Maced. l. 8. §. planè. & l. 29. ff. ad Vell. l. ult. ff. si famil. furt. fec. l. 27. in fi. ff. de prob. Briss.

FRAVDEM capitalem admittere est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit. Veteres enim fraudem pro pœna ponere solebant. l. cum autem. ff. de ædil. edict.

In fraudem legis iurisq; fidem accommodasse dicitur, qui uel id quod relinquitur, uel aliud tacitè promittit se restituturum ei personæ, quæ legibus ex testamento capere non potest, siue Chirographũ eo nomine dederit, siue nuda pollicitatione repromiserit. l. 10. ff. de his quæ ut indig. Et aliàs in tacitis fideicõmissis fraudem legi fieri uideri traditur, quotiens quis neque testamento, neque codicillis rogaretur, sed domestica cautione uel chirographo se obligaret ad præstandum fideicommissum ei, qui capere nõ potest. l. 103. ff. de leg. lib. j. l. 3. ff. de iu. fis. Bris.

FRAVDIS causa adscripta conditio in l. 27. ff. ad leg. Falcid. dicitur, quæ fraudandæ l. Falcidiæ gratia adscripta est. Similiter & in fraudem legis Iuliæ miscellæ fit in l. 64. ff. de cond. & demon. Briss.

In fraudem fisci alienat, qui iam eo crimine damnatus, ex quo publicatio bonorum sequitur, uel futurum prospiciens, ut damnetur, alienat. l. 45. ff. de iur. fisc. Ceterùm si capitis reus filium emancipet ut is hæreditatem adeat, non uidebitur in fraudem fisci factum quod adquisitum non est. l. 26. ff. de iur. fisc. In fraudem fisci adoptio facta uidetur, etiam si non in reatu, sed desperatione rerum per conscientiam metu imminentis accusationis quis adoptet in hoc, ut ex bonis, quæ se amissurum cogitat, portio detrahatur. l. ult. ff. de bon. dam. Prat.

Fit & fraus cõuentioni. l. ult. C. si manc. ita uenier.

FRAVS etiam creditoribus & patronis fit. In fraudem autem creditorum manumittit, qui uel eo tempore, quo manumittit, soluendo non est, uel datis libertatibus desiturus est soluendo esse. leg. 10. ff. qui & à quibus. §. in fraudem. Instit. quibus manumitt. liceat. Briss.

FRAVDEM porrò in alienationibus manumissionibusue, quæ in creditorum patroniue fraudem fiunt, in damno pecuniario accipimus. l. 1. §. & alias. ff. si quid in fraudem pat. Eamq; quod ad libertatum præstitarum causam attinet, & ex consilio & euentu simul æstimamus. l. 80. ff. de diuers. reg. iur. l. 4. §. si quis autem. ff. de fideicommiss. lib. Institut. quibus manumitt. non lic. leg. 15. ff. quæ in fraud. cred. Vtrubiq; uerò in fraudem est, ut Theoph. Instit. quib. manumit. lic. & in §. item si quis in fraud. Instit. de actio. interpretatur, περὶ βλάβην καὶ ἀπάτην καὶ περιγραφὴν τῶν χρεωστῶν. Nõ fraudantur creditores, cùm quid nõ adquiritur à debitorib. sed cùm deminuitur de bon. l. 177. ff. de diuers. reg. iur. l. 6. ff. quæ in fraud. cred. Bris.

Nemo uidetur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt. l. 188. ff. de diuers. reg.

FRAVDATIONIS causa latitat, qui hoc animo latitat, ut fraudet creditores. l. 7. §. 1. & §. sed is qui. ff. quib. ex cau. in poss. l. 50. ff. de pecul.

Inde Fraudator uocatur, qui creditorum fraudandorum consilium init. l. 9. §. sed & si quis. ff. de iure-iur. l. 8. §. si fraudator. & l. ult. in prin. & §. 1. ff. quæ in fraud. credit. Briss.

FRAVDAT uectigal qui merces non profitetur. Vnde fraudati uectigalis crimen. l. 8. ff. de publican. Et fraudare annonam in l. 1. ff. de leg. Iul. de annon. Et fraudati census crimen l. j. C. de quæstionib. Fraudatorium interdictum, quo in fraudem creditorum gesta reuocantur. l. 67. in prin. ff. ad Trebell. l. 96. ff. de solutio. Cuius uerba quædam puto referri in l. 68. ff. pro soc. Briss.

FRAVS euidens. l. j. §. de offic. præf. urb.

FRAVDVLENTVS usurpator, idem qui malæ fidei possessor nihil repetit impēsarum, nihil retinet, imputaturus sibi, quare non abstinuerit ab alieno. l. adeò quidem. §. ex diuerso. l. qua ratione. §. sed non ut literæ. ff. de acquir. rer. dom. Sp.

FRENARE, translatè pro cohibere & continere, apud Ligurinum nostrum alicubi non infeliciter Poetam imitatus, mox ab initio lib. j. in quem nostra extant Scholia. Si quid & in illis, & alijs meis quisquilijs dictum est, quod scitis S. R. E. (cuius summa apud orthodoxos habita semper est autoritas) aduersatur, indictum esto: cuius me, ut & omnium etiā rectè sentientium iudicio subijcio. Sp.

FREQVENS est. Paul. Parere, inquit, exceptioni rei iudicatæ, frequens est: hoc est, non insuetum. l. singulis. de except. rei iud.

FREQVENTEM populum & Senatū dicimus, non cum duo aut tres congregati sunt, sed cum bene multi. Connan. lib. 1. c. x. nu. 6.

FREQVENTER fieri dicitur, quod assiduè fit. ff. de inoff. testam. l. nam & his. de minor. l. & si sine. Quandoq; dicitur fieri freqūēter, quod bis fit. in Auth. de defen. ciuit. ad fin. & ibi not. quandoq; multoties, exponitur, in proœ. decretaliū. §. sanè. Quandoque uoluntariè. C. de usur. pupil. l. 1. quandoq; sæpius. 18. q. 2. non semel habetur hęc dictio extr. ut lit. non contest. quoniam frequenter. Prat.

FREQVENTES ire in alia omnia, pro frequentes dissentire, vngleich einziehen Neq; solum ire in alia omnia, sed & discedere & transire, eodem sensu ueteres dicebant. Sp.

FREQVENTIA, assidua frequentia, quasi nonnullam præbet infamiam. l. item apud §. aliud. ff. de iniur. Spieg.

FREQVENTER fieri dicitur, quod bis etiam térue factum est. Alber.

FREQVENTISSIMA est hęc causa possesionis. in l. fulcinus. §. cum hoc edictum. ff. ex quib. cau. in poss. eat.

FRIBVSCVLVM in l. 32. §. si diuortium. ff. de dona. inter uir. à diuortio separatur, & leue iurgium significat ut ostēdit l. 31. ff. de iure dot. l. 27. ff. de pact. dotalib. Isidorus friuolum uidetur legisse. Sic enim ille lib. 9. Etymol. c. ult. Friuolum est, ait, cùm eo animo separantur coniuges, ut ad se inuicem reuertantur. Nam friuolum est uelut quassæ mentis & fluxæ nec stabilis. Propriè autem friuola uocantur fictilia uasa minimi pretij. Vnde pro leuis pretij supellectile hoc uerbum usurpatur l. 11. §. pen. ff. de pigner. act. Seneca lib. 3. Controuers. Ego illos in friuola inuita ui nostra: quæ illis meam promisi domum, suam eripiam? Briss. Adde Forcatulum in suo Cupidine Iurisperito cap. 15. numero ij.

FRIGIDVS. Frigidi dicuntur, qui ex naturalis caloris defectu coire non possunt. Quomodo accipitur in titulo, De frigidis & malefic. lib. 4. Decretaliū. Aliæ sunt etiam significationes frigidi, quas relinquimus, quòd ad præsens institutum minùs pertinere uideantur. Anchora.

FRITILLVS. Interesse nōnulli putant nihil inter turriculam & fritillum, quibus ueteres utebātur in tesseris lusorijsq; tabulis: nec nostri Grāmatici inter ista distinguunt, neq; internoscendi ullam afferunt notam. Tornebo aūt uidetur fritillus uasculum buxeum longum & teres fuisse, è quo mitterentur tesserę, uel tali in tabulam. Idq; ex eo apparêre dicit, quod apud Senecam cōdemnatur Claudius alea ludere pertuso fritillo, sic enim frustra talos collegisse, cùm semper caderent nullo retenti fundo, uerba esse Senecæ, Tum Æacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo: & iam ceperat fugientes tesseras quęrere & nihil proficere.

Nam quoties missurus erat resonante fritillo,
Vtraq; subducto fugiebat tessera fundo.

Idem & Pyrgū siue turriculā esse, è Martiale cōstare.

Quærit compositos manus improba mittere talos
Si per me misit, nil nisi uota facit.

Hæc annotauit Torneb. aduers. lib. 6. c. 3.

FRIVICVLVM uidetur dictum à frio, ut friuolum, quod facile conteritur & comminuitur. Alij frigusculum legūt, quasi amoris remissionem quandā. Quo ferè in significatu Frigus quādoq; dicitur à Cicerone & Fabio lib. 6. Imperitia rusticitas & rigor & deformitas afferunt interim frigus, qua significatione ψυχρότης dicitur quandoq; à Græcis. Connanus libro 8. cap. xj. num. 9.

FRIVOLA uasa sunt propriè fictilia quassa. Vnde uerba friuola dicta, quæ minus sunt fide subnixa. Iurisc. in l. solutum. §. de pignor. ad hanc uocem pro supellectili tenui & uili accipit: qualis eorum esse solet, qui in cœnaculis habitant, & in celebribus urbibus, in foro friuolario eam uenditant: quod nostrate uulgus, Gympelmarckt appellat. Sp. Sic usus est Satyricus Satyra 5. Et ne te teneant Romanarū nomine rerum Friuola. Hinc friuolarij uocātur qui huiusmodi supellectilem uendunt.

FRONDATOR, & qui arbores amputat, & qui è frondibus manipulos facit, hyemis tempore, ad pastum animalibus offerendos, & qui manibus uitium folia euellit, quo ardor solis uuam maturiorem reddat. Ex Seruio. Sp.

FRONS agri in l. 30. & l. 56. ff. de adqui. rer. dom. μετωπισμὸς dicitur. Quod uerò antiquitus monumētis inscribi solebat, In frontem pedes tot, In longitudinem tot pedes, sepulchrum patere significabat interprete Acro. ad Horat. lib. Hot.

FRONS integra metaphoricè per translationē sumitur pro integra persona, i. non infami, l. 4. ff. de pop. act. Cuiac. ad l. si cui lex. ff. qui testa. fac. poss.

FRVCTVARIVS ager idem qui uectigalis intelligi potest, Insulano teste. Barbari unà cum Italis uulgo uocant censalem agrum, ueluti si diceres, censualem. Nisi fortè quis uelit fructuarium haberi pro agro culto & fertili. Videtur tamen priori interpretationi citius accedendum. Sp.

FRVCTVARIA uilla dicta, quòd in eam fructus deuehantur. Sp.

FRVCTVARIVS, cuius est fructus. Vide Florentinum in l. si alij usus. ff. de usufruct. Sp.

FRVCTVARII iuris esse apud Scæuolam. l. usufru-

sufructuarium.§.si uiuarijs.ff.de usufruct. Sp.

FRVCTVARIVS seruus. Iulianus intelligit eum,in quo quis usumfructum habet, sed alterius est proprietas. Sp.

FRVCTVARIVM, & Vsufructuariū aiunt quidam eosdem esse. Nam utroque significatur is, qui ius utendi fruendi habet. uide l. uti frui. & l. fructuario. ff. usufru. pet. Differunt tamen, quod fructuarius, fructus collectos nondum absumptos aut dissipatos transmittit ad hæredes, usufructuarius uero non. Con.lib.4.c.4. Fructuarius fundus, seruúsue in quo usumfructum habemus. Prat.

FRVCTVS à ferendo dicuntur, quos fundus uel quælibet res fert, uel qui ex qualibet re feruntur. Bart. fructus in l.& ex diuerso. de Rei uendicat. diuidit in ciuiles, & naturales: rursum naturales in nostro ingenio, exercitatione, laboreque ac scientia partos, quos nullo exemplo, ut pleraque alia Doctores uocant, industriales, & naturales. Porrò fructus nomine non tantum quos terra profert. l. fructus. ff. de Rei uendicatio. sed etiam & mercedes, & pensiones continentur. l. prædiorum. de Vsur. l. usuræ. de Petit. hæred. cum concord. apud Albert. Fœtus etiam pecorum & partus & ancillæ ueniunt: ut ibi per eundem indicatur. Vide l. uideamus j. ff. de Vsur. Spie. Adde Peckium. l.1.§.exercitorem. ff. de exercitoria act.

FRVCTVS à fruendo, quod res hæ, quas fundus serit, & quæ in fundo seruntur, fruantur. Connan. lib.4.cap.1.num.2.

FRVCTVS, ut Varro & Donatus scribunt, à fruendo est dictus: & quantum ex Celso & alijs colligi potest, est emolumentum ex fundo. l. item. §.1. de usufr. & ipso corpore natum. l. usura. de uer. sig. quod inde percipi, & ibi renasci possit. l. diuortio. §. si uir. solut. matri. Differt ab usura & pœna. Vsura ab usu dicitur, ut Varroni uisum est. Ea est, lucrū ex cōuentione usus nomine, uel propter admissam in soluendo morá, cum tépore ad sorté accedens. Host. in summa. Pœna à Græcis descendit: Ná illic [Greek] Est autem, sicut ex ijs, quæ Cato & ueteres scribunt, docemur: Certa uel quantitas, uel species, si contra quam cautum est, factū sit, promissa. l.4.§. Cato. de uerb. obl. Quid interest ab eo, quod in rem nostram sit, dictum est: sicut Donatus tradit. Id ego ex Iulio Paulo, & ijs quæ Celsus & Tubero in eam rem scripsere, nihil aliud esse opinor, quam iustam æstimationem eius (l. stipul. non diuid. de uerb. obl.) quod mihi aduersarij facto aut culpa, uel damnum in rebus allatum, uel lucrum quod facturus eram, ademptum est. l. si commissa. rem rat. hab. Quid intersit inter usuram & fructus, paucis ex Domitio Vlpiano docemur. Nam, Rei, fructus: Precij esse usuram. l. itē. §. pe. de petit. hæred. Curt. li j. [Greek] ca 22.

FRVCTVS appellatione interesse quoq; continetur. ff. Si seruit. uend. l. loci corpus. §. in confessoria. & l. si fortè. §. fin. Alberic. Obseruandum etiam, cum agitur in rem, fructuum nomine contineri utilitatem, tam ex fructu, quàm usu prouenientem. l. cū in rem. ff. de Rei uend. Sp. Sæpè fructus pro usufructu ponitur. Cuia. ad l.38.§. si quis ita. ff. de uer. obli.

FRVCTVS dupli, de quibus Paulus scribit li. 5. Sent. tit. 9. ij sunt, qui ab Vlpiano maiores fructus dicuntur in l.6.§. ult. ff. mand. idq; ex XII. Tab. originem duxisse putat Cuiacius lib.5. obseruat. & emendat. capit. xxj.

FRVCTVS intelliguntur, ait Paulus, deductis impensis, quæ quærendorum, cogendorum, conseruandorum eorum gratia fiunt. §. fin. l. si à patre. ff. de petit. hæred. Sp.

FRVCTVS omnis in omni actione definiendus est, deducta impensa: quoniam nulli fructus contingunt sine aliqua hominis cura, & sine aliquibus impensis. l. fructus. ff. Solut. matrim. Sp.

FRVCTVS annui fundi Corneliani, quid hæc uerba uelint, not. in leg. quis ita. Digest. de Vsufruct. & per Azonium in summa. eodem titu. §. constituitur. Alberic. Sp.

FRVCTVS ciuiles sunt, qui iure percipiuntur. Vt sunt salaria, pensiones, eiusmodiq; obuentiones, quarum solet esse eadem causa quæ & naturalium est. Discrimen tamen est in perceptione & acquisitione. Nam in naturalibus inspicimus tempus collectionis. In ciuilibus tempus cessionis, quo deberi incipiunt: nisi fortè debeantur ratione fructuum naturalium, &c. Balduin. tit. de usufru.

FRVCTVVM quidam naturales & quidam industriales ab Accurs. passim appellantur: naturales ij sunt, qui sponte naturæ producuntur, nec eis hominis industria dat initium, ut poma, & ligna de sylua cædua. l. fructus. ff. de usuris. Industriales uerò dicantur, quos tūc citra hominis operá industriámue natura nō proferret, ut segetes & fruges omnes. d. l. fructus. ff. de usur. Forcat. in penu iuris ciuilis. c.18.

FRVCTVS fructuum qui sint, uide l. cùm autem redhibitio. Paragra. cùm redhibetur mancipium. de ædil. edict.

FRVCTVS hominis in operis est, & operę in fructu sunt. l. fruct. & l. præcedente. ff. de oper. ser. Sp.

FRVCTVS pendētes, pars fundi sunt. l. fructus. ff. de rei uindica. cum concord. Cēsentur tamen res mobiles, propter futuram mox perceptioné. de quo Bart. in l. ult. de requi. reis. Sp.

FRVCTVVM uicem usuras obtinere scribit Vlpianus in l. usuræ. ff. de usur. id est, loco fructuum usuras succedere quoniam unius rei duas accessiones petere iniuria est, similiter etiam de fructib. alibi respondit. l. is cui. §. qri poterit. ff. ut in possess. leg. eatur. quod scilicet in uicem usurarum fructus cedát. quin etiam in l. minor 25 annis cui, &c. §.1. ff. de min. specié refert in qua & usuras uicé fructuum, & cōtra fructus uicem usurarum obtinere respondit. Hotomann. de usuris. cap.3. lib.1.

FRVCTVS uerbum interdum ius, interdū corpus significat. l.43. ff. de euict. Ad ius cū refertur, ius utendi fruendi significat. Vsusfructus itaque, an fructus legetur, nihil interest. Nam & fructui usus inest. l.14.§.1. ff. de usu & habit. l.41. ff. de usufru. legat. Fructus quandoq; sine usu constituitur. l.5.§. sed & si usus. ff. usufr. quemad. cau. Cum aūt ad corpus refertur, eos propriè qui ex re ipsa naturaliter enascuntur, fructus complectitur: & ab usuris, pensionibus, cæterisq; obuentionibus separantur. l.19. ff. de hære dit. petit. l.34. ff. de usur. l.39.§. fructus. ff. de legat.3. le.11. ff. de donat. Hæc enim omnia non fructus esse, sed fructuum uicem obtinere dicuntur, di. l.34. & l. 83. ff. de legat.3. cum non natura proueniant, neq; ex ipso corpore, sed iure percipiantur & ex obligatione l.62. ff. de rei uindic. In fructu planè fundi arundo cædua, & silua est. l.40. §. penultim. ff. de contra. emption. Brisson.

FRVCTVS aridi, & liquidi qui, uide in authent. nullum cred. agri col. circa princ. Prat.

FRVCTVS percipere id est à solo separare: perceptiq; dicuntur, qui terra teneri desierunt. l. usufructuarius messem. quib. mod. usufr. amit. Donel. de fr.

FRVCTVM percipi, spica aut fœno cæso, aut uua adempta, aut excussa olea, quamuis nondum tritum frumentum, aut oleum factũ, uel uindemia coacta sit, Labeo ait, teste Paul. in l. si usufructuarius. ff. quib. mod. ususfruct. amitt. Sp.

FRVCTVS percipiendi sunt, quos tam petitor percipere potuisset, quàm possessor. l. si nauis. §. fi. de rei uend. Fructus uero percepti, separati dicuntur à solo. l. pen. eo. tt. Duobus autem modis dicuntur fructus tam percepti, quàm percipiendi. De quibus latè Spec. tit. de Fruc. & interesse. §. j. per tot. adde Bar. in d. l. ex diuerso. §. si petitor. ff. de rei uendic. Sp.

Horum fructuum alij pendentes, alij percepti dicuntur. Pendentes sunt, qui terra adhuc continentur, qui terræ & fundo cohærent. l. 44. ff. de rei uindic. h12. §. Iulianus. l. 27. ff. de usufruct. l. 25. §. non solùm. ff. quæ in fraud. cred.

Appellantur & stantes fructus in l. 7. §. interdum. ff. sol. matr. & l. 26. ff. de furt.

His opponuntur percepti, qui scilicet iam à solo separati sunt. §. is uerò. Inst. de rer. diuis.

FRVCTVS portionis instar obtinet. l. cũ filius. §. dominus. de legat. 2.

FRVCTVS quæruntur, colliguntur, conseruantur. l. si à patre. §. fruct. ff. de petit. hæred.

FRVCTVVM eousq; habenda ratio, quousq; haberetur, si res petita non perisset: id est, ad rei iudicandæ tempus. Vide l. fructus. ff. de rei uend. Sp.

FRVCTVVM autem fundo cohærentiũ alij maturi, alij immaturi dicuntur: tametsi uni sint, non diuersi, hoc est, eadem res. l. fin. §. pen. ff. quæ in fraud. credit Adde gl. in l. fructus. ff. de rei uend. Sp.

FRVCTVS & usus hoc differunt, quòd fructui & usus inest, usui fructus deest. & fructus quidem sine usu esse non potest: usus sine fructu potest. ut si tibi fructus deducto usu legatus sit, inutile sit legatũ. & si usufructu legato fructus adimatur, totum ademptum sit. sed si fructus sine usu, uideatur constitutus qui & ab initio constitui potest. sed si fructu legato usus adimatur, nulla sit ademptio. l. 14. §. 1. ff. de usu & habit. uide Vsus, à fructu. Hot.

FRVGALIS, Maxilla, Vexillum, hæc tria scribit Quintil. euulsa à Latino sermone. Insulanus credit illum ad prisca & abolita tempora respexisse: cum alioquin in receptis habeantur. Quamuis autem Frugalem Grammatici dici negent, frugalitas tamé, frugaliter, & frugalissimus dicitur. Cic. lib. Tusc. quęst. 3. Frugalitas, ut opinor, inquit, à fruge, qua nihil melius è terra oritur. lib. de Finibus 2. Quod bene, id est rectè, frugaliter, honestè. in Verr. 3. Homo autem ordinis sui frugalissimus. Sp.

FRVGALITATIS nomen tanquam ad caput referre uolumus: quod nisi eo nomine uirtutes continerentur, nunquam illud tam peruulgatum esset, ut iam prouerbij locum obtineret, Homines frugi omnia bene facere. Cicero autor lib. Tusc. quæst. 4. Itaq; complexa est fortitudinem, iustitiam, prudentiam, temperantiam. Subindicat idem ex Hugone, nescio quo, Alber. Sp. Adde Brechæum l. frugem. in tit. de uerb. & rer. sign.

FRVGES, Varrone, Donato & Seruio auctorib. inde dictæ, quòd his fruamur. Earum autem duo genera prima Plin. facit lib. 18. c. 7. Frumenta, ut triticũ, hordeum: & legumina, ut faba, & cicer. Itaq; Paulus lib. Sent. 3. Frugibus legatis, inquit, tam legumina, quàm triticum & hordeum continentur. Atq; hæc quidem antiquissima & maximè propria est huius uocis significatio: quæ finibus illis ita restrictè circumscripta est, ut ab alijs rebus omnibus quæ terra gignuntur, distingueretur. nam hæ non Fruges, sed Fructus appellati sunt: ueluti uinum, oleum, & baccæ glandesq; arborum. Hinc illud Ciceronis Verrina 5. Senatus Cõsulibus permisit, ut uini & olei decumas, & frugum minutarum Romę uenderent: legemq; his rebus, quæ ipsis uideretur, edicerẽt. Item lib. offic. 2. Neq; enim frugum fructuumq; reliquorum perceptio sine opera hominum ulla esse potuisset. Hinc Paulus scribit in l. frugẽ. 77. ff. de uerb. sig. à Iuliano eos reprehendi qui dicerent, Fruges omnes esse quib. homo uescatur: neq; enim poma fruges dici, ut nec carnem, aut aues, ferásue. Postea uerò consuetudo loquendi eò progressa est, ut etiá ad omnes fructus terræ quos in alimoniam uertimus, hoc nomen pertineret: unde Frugiferę arbores dictę, ut Priscian. scribit: unde Frugũ copia & inopia, pro ijs omnibus quæ terra gignuntur. Atq; hæc quidem ita se habent. Quod autem Paulus in d. l. 77. scribit, Frugẽ pro reditu appellari, non solùm quod frumentis aut leguminibus, uerum & quod ex uino, syluis cęduis, cretifodinis, lapidicinis capitur: hoc ego, ut uerè dicam, nusquam me alibi legisse memini: ac planè cuiusmodi sit, satis existimare non possum. Hotom. ex Connani lib. 4. cap. 1. nu. 2. & 3. & adde Forcat. in penu Iuris ciuil. cap. 5.

FRVGES, à fruendo dictæ sunt: uel à frumine, quod summa pars gulæ est, per quam cibus in uentrem demittitur. Sunt autem fruges, quibus homo uescitur: præter carnes, & poma. Atq; frugũ duplex genus. Vnum, quod aristã habet, ut frumenta: aliud, quod siliquam, ut legumina. Alc. de uerb. sign. Generaliter fruges dicuntur, quicquid ex fructu terræ in alimoniam uertimus. Sp. Hinc ad bonam Frugem se recipere, & euadere, & ad bonam frugem redireq́ꝫ Budæus diligenter adnotauit. Ideo autem homo frugi dicitur, id est, Frugalis, quòd ex ea uirtute Modestiæ & temperantiæ, quæ frugalitas dicta est, maximos omnium bonorum nostrorum fructus percipimus: Brechæus l. frugem pro reditu. ff. de uerb. & rerum signific. &c.

FRVGI bonę seruus, id est, fructuosus, utilis, necessarius, per quem fit aliquid quo fruamur. Contrarium est nequam. Quintil. lib. j. Quum M. Cælius se esse hominem frugi uult probare, non quia abstinẽs sit, nam id ne mentiri quidem poterat: sed quia utilis multis, i. fructuosus sit, dicit. unde dicta est frugalitas. Frugi plerisq; uidetur esse dictio indeclinabilis: quidam figuratè datiuum esse putãt. ut sit homo frugi, id est, ad frugem, ut ait Prisciamus lib. 4. Qui idem in lib. 5. inclinari dicit, huic frugi, hanc frugem, ab hac fruge. Nam uetustissimi, inquit, Frux, & fruges nominatiuũ protulerant. Igitur frugi homines ignauis opponuntur, hoc est, quib. sua res curæ non est: quemadmodum frugi seruus dicitur, qui domini commodum cordi habet. Alphen. l. si uẽdita insula. de Peric. rei uend. Quamobrem si diligentiã uenditor eam adhibuisset in insula custodienda, quã debent homines frugi & diligentes præstare, si quid accidisset, nihil ad eum pertinebit. Sp.

FRVI idem est quod uesci, à frumine quæ summa pars est gulæ ut annotauit Donatus ad Terent. Connan. lib. 4. cap. 1. num. 2.

FRVIMVR nostris rebus, utimur alienis. Itaque inquit Cicer. lib. 1. Epist. famil. Sic omnib. tuis rebus fruor, ut meis. Et eodem lib. 1. Aulo Trebonio qui in tua prouincia magna negotia & ampla & expedita habet, multos annos utor ualde familiariter &c. Brechæus

chæus l. recte dicimus. nu. 32. tit. de uerb. & rer. sign.

FRVI plus est, quàm Vti. Nam Vti est ad usum & necessitatem uti, Frui est omnem rei fructum commoditatemq; & utilitatem percipere. Itaq; qui fruitur, non ad usum modò cottidianum, sed & ad abusum & ad compendium & quæstum uti potest. Dicimus autem locum fruendum locari & coduci. l. 1. ff. de loco publ. fruend. l. 1. in fin. ff. si ag. uectig. l. 7. §. Papinian. ff. sol. mat. Vitru. lib. 7. c. 8. Non minus etiam Lemno cuius insulæ uectigalia Atheniensib. Senatus P. Q. R. concessit frueda. Festus lib. x. Lacus Lucrinus in uectigalib. primus locatur fruendus ominis gratia. Sic enim illic legendum est. Briss.

FRVMENTA aut cibarijs uillicorum aut seminando fundo legato destinata, instrumenti uicé habent Connan. lib. 4. cap. 1. num. 9.

FRVMENTA in herbis esse censentur, cùm spicis adhuc carent, quę niues possint corrumpere. Labeo in l. fistulas. §. fin. ff. de contrah. emptio. Vlp. in l. frugem. ff. de uerb. sig. Frumentum id esse, quod arista in se teneat rectè Gallum definisse, ait Prat.

FRVMENTARIA machina. Lege, Machina frumentaria.

FRVMENTARIA tessera. Non est quædá mensura frumenti, quæ non alibi, quàm Romæ extet, ut falso traditum est in l. mortuo. ff. de leg. 2. sed signum erat frumentarium, quo exhibito, frumentú à Principe dabatur Popu. Rom. ut hodie quibusdá in locis nummi plumbei, uel ærei, uel quid simile, quod pro symbolo sit, wortzeychen. Ex quo factum est, ut Tessera pro iure percipiendi frumentum accipiatur. autor Budæus in annot. ad l. sed & si susceperit. de iud. Quia autem Romæ tantum tesseræ frumentariæ dari solebant, ideo earum legatum Vlp. hoc censet Romæ tantum, non etiam in prouincia deberi. Spieg.

FRVMENTATIO, labor militum in frumento intra castra præsidiáue congerendo. Macer l. 12. §. 2. ff. de re milit. Officium Tribunorum est, uel eorum qui exercitui præsunt, frumentationibus commilitonum interesse. Hotom.

FRVMENTATORES Latinè dicuntur quos Græci σιτώνας, hoc est, coemendo frumento curatores præpositos. Hæc enim munera erant apud Athenienses, aliasq; ciuitates, quæ frumento importato utebantur. l. munerum ciuilium. §. j. ff. de muneribus & honoribus. Hinc Sitonia, munus dicitur publicæ frumentationis. l. 2. in prin. ff. de uacatio. & excusat. mune. Et Sitonæ administratores ipsi frumentarij, in l. fi. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertinen. Debitorum ex huiusmodi publicis contractibus, fit mentio in l. 3. C. de compensat. Old.

FRVMENTVM, id esse quod arista in se teneat, recte Gallum definisse, Insulanus autor est. l. frugem pro reditu. de uerb. sig. Sanè quamuis frumenti appellatio amplior sit, tamen κατ' ἐξοχὴν de tritico intelligimus: atq; hoc communem loquendi usum in Italia obseruare tradit Alciat. Sp.

FRVMENTI appellatione continetur hordeú, auena, triticum, siligo siue Zea, quæ Longobardico uocabulo spelta ab Accursio uocatur sæpè, secale siue tipha, milium, panicum, milium Indicum, quod melecam Accursius sua lingua uernacula, alij surgú uocant, quod proceritate suas cognatas fruges superet milium & panicum. Cuiac. ad l. 94. de uerb. obl.

FRVMENTO arenam uel aliud miscere, ut difficilis separatio fit. Vide Vlp. ad leg. Aquil.

FRVSTRA esse, quod exitum speratum non habet, quodque non ex sententia euenit, dicitur. Igitur pro nequaquam, incassum, inutiliter, ac si ne ullo rei effectu, sæpè accipitur. Exempla indicat Alberic. Spiegelius.

FRVSTRANDA dilationis causa, latitare nó dicitur, qui presens iudicium subire non compellitur. l. 3. ff. de iudic. Albericus.

FRVSTRARI est trahere moram & tergiuersari. Cuiacius l. 4. de conueniendis fisc. debit. C. lib. x. Et mora ipsa, ipsa illa debitoris dilatio frustratio dicitur. l. hominem. ff. mandati. l. penult. unde ui. Id enim est frustrari aliquem, cum in eo, quod à te expectet, quodq; illi cum opus est, prestare debeas, illum fallas ac destituas, faciasq; ut frustra sit quod expectat Donellus de Mora.

FRVSTRARI tempus, verspätigen, post tépus, hoc est, frustra petere. apud Vlp. in l. sed & si per prætorem. §. actio exempta. quib. caus. maior.

FRVSTRATIM, pro frustra, & minutatim. 13. q. j. §. his ita. not. extr. de præsumpt. c. auditis.

FRVSTRATIONEM, pro fallacia, quæ uulgo fallyeren, mercatorum dicitur, usurpat Papinian. in fin. l. 3. de usur. sed & apud alios autores deceptioné significat. Spiegelius.

FRVSTRATOR quis dicatur, indicat gloss. ut uolunt, singularis, in l. merito. ff. de ui & ui arm. Papinianus de negoc. gest. l. liberto. §. litem. Frustratores amicus ultro egit, causas absentiæ eius allegans, & paulo post: Et hoc uerum est, cum frustrator condemnatus est. Spieg.

F V

FVCARE est tingere & colorare. l. j. C. quæ res uend. non poss. l. ult. C. Theod. de murileg. Cuiac. in l. uellera, de uestibus holoue. & aur. & de tinct. sacr. muri. C. lib. xj.

FVCATVM, pro falso, dissimulato, tecto.

FVCVS herbæ genus, quam Greci φῦκος uocant, tingendis lanis utile. Vnde simpliciter fucum pro colore reperire licet: & fucare pro colorare, maximè si colorem non natiuum, aut genuinum, sed artificiosum, ac uelut adulterinum significemus. l. j. C. quæ res uend. non poss. Sp.

FVCI appellatione in l. ult. §. species. ff. de publican. haud satis scio, an frutex in Creta nascens significetur quem Græci φῦκος θαλάσσιον, Latini fucum marinum uocant: cuius meminere Dioscorid. lib. 4. & Plin. lib. 13. c. 23. & lib. 26. cap. x. Potest enim & fucus muliebris accipi. Briss.

FVCVM facere, pro eo quod est, imposturam facere, & artificiosa dissimulatione deludere. & Sine fuco, pro simpliciter & apertè, frequens est apud bonos autores. qui etiam medicamentum illud, quo cuti superinducto, mulierculæ uitia formę dissimulant, quasiq; personam assumunt, fucum uocant. Vt autem fucus est color arte additus: ita persona, facies est non uera, sed apposititia. Vnde elegánter dictum à Seneca: Vt personam malit, quam faciem: id est, Roter interprete, uideri malit, quam esse. Sp.

FVCVS, color est arte additus. Quamuis Erasmo referente, simpliciter fucum pro colore reperire licet: & fucare, pro colorare. ut in l. 1. C. quæ res uéd. poss. Vide de Consecr. distin. 5. fucare. Quin & colorem pro fuco usurpauit Iulianus, citante Vlpian. ad S. C. Maced. l. item si filiusfamiliás, in princip. Porrò fucum facere, pro eo quod est, imposturam facere, & artificiosa dissimulatione deludere, frequens est apud bonos autores, è quibus profert exempla ipse Erasmus. Spiegel.

FVERIT. Hoc uerbum scriptum in testamentis

(quum & præteritum & futurum tempus respiciat) quomodo accipiendum sit, declarat Bart. in l. hoc articulo. ff. de hæred. inst. Sp.

FVFIDIVS fuit Iurisconsultus, cuius autoritate Paulus utitur in l. Fufidius. ff. de bon. aucto. iud. possid. & Africanus ex eius quæstionum lib. 2. ad legatum ornamentorum pertinentem quandam sententiam refert in l. 5. ff. de aur. & arg. leg. ubi tamen scriptum est Phuphidius pro Fufidius. Forsitan hic ille est Fufidius, quem M. Tullius in Bruto, in aliquo patronorum numero fuisse scribit: ad quem etiam M. Scaurus tres libros de uita sua scripsit, ut & Plinius testatur libr. xxxiij. cap. j. Cuiacius libr. j. Obseruat. capit. nono.

FVGA, est abscessus cum celeritate. Eam Baldus ut nostri dicunt interpretes, magistraliter diuidit in uoluntariam, causariam & ignominiosam. Prior grauat fugientem suspicione magna, non tamen quę iustam fidem mereatur, nondum cognita re ipsa. Aut. si uerò. C. ut omn. iud. tam ciuil. quàm milit. Altera excusationem habet. Non enim omnis qui de loco recedit, pro fugiente habetur. Si quidem causa faciendi non factum inspicitur. l. uerùm. in princip. ff. de furt. Huic contraria, quòd causam non habeat quæ excuset, Ignominiosa dicitur. Sp.

FVGA lata. Quære, Lata fuga.

FVGAM facere uidetur liber homo, pro seruo se gerens. l. quod autem diximus. §. uarijs. ff. de liber. caus. Spiegelius.

FVGA quandoq; pro exilio l. 4. §. ad tempus. ff. de re milit. l. 5. ff. de interd. & releg. Quam significationem & in alijs auctoribus cum Gręcis tum Latinis frequentissimam esse, ait Cuiacius in l. ulti. de ijs qui in exil. dat. uel ord. mot. sunt, C. lib. x. Scribit autem Seruius ueteres properantium iter, fugam adpellasse. Inde fugitiuus. Briss.

FVGA quomodo puniatur, uide eundem Cuiac. obseru. lib. 7. cap. 22.

FVGAM uendere dicebantur, qui seruos in fuga constitutos uendebant. Quod Senatusconsulto, ꝓhibitum erat. Qui uerò absentes seruos uendebant, aut etiam fugitiuos quærere & distrahi mandabant, in Senatusconsultū quasi fugæ uenditores nō committebant. l. 2. ff. ad l. Fab. l. 6. C. eo. l. 35. §. si quis amico. ff. de contr. empt. Briss.

FVGAX, qui propter timiditatem facilè fugit.

FVGERE, pro non intelligere. Quicquid enim non intellexeris, Fugit me, dicis, ait Augustin. tract. xxv. in Ioan. Spieg.

FVGIENS quomodo non morare dicitur, pulchrè ostendit Iuriscōs. in l. Titius. de Ser. ex port. Interdum, sed adiectiuè, pro dubio & in uitium inclinante ponitur. Cicero: Qui uinum fugiens, uendat sciens, debeatne dicere nō necesse putat Diogenes: Antipater, boni uiri existimat. Itaq; fugere in uino, Latinè dicitur, quod uulgò, nō seruari dicimus. Sp.

FVGITARE quæstionem, pro formidare, & fugere tormentum, apud Cic. pro Roscio Amer.

FVGITIVI appellatione Labeoni exfugitiua natus non continetur, teste Vlpian. in l. j. in fine. de fug. Spiegelius.

FVGITIVARII apud antiquos fugitiuorū reprehensores erant: qui eam operam profitebantur, ut fugitiuos inuestigatos reducerent. Iurisconsul. in l. si apud te Locati. Non enim ambo, inquit, pecuniā ego & fugitiuarius deposuimus. Adde Cuiacium obseruat. & emendat. lib. 5. capit. 8. qui post l. si apud te ff. de præscript. uerb. & l. 1. C. Theodos. si uag. pet. manc. adduxit locum ex Floro, lib. 3. dum bello seruili uti capta fuerint prætorum castra, fugatique ciues narrat, ita inquit: Qui per fugitiuarios detrahi debuissent, prætorios duces profugos pręlio ipsi sequebantur. Sic in antiquis exemplaribus legitur, & sic ex suis legit Elias Vinetus uir de bonis literis optimè meritus. Cuiac. suprà alleg. loco. Locus quoque Varroni fugitiuarius dicitur, id est, qui fugę pateat. Dicitur autem Fugitiuarius ea forma, qua thunnarius, de quo Budæus in l. uenditor. ff. commu. prędior. & Anataria quædam aquila apud Pliniū, id est, anatum insectator. Sp.

FVGITIVVM iumentum, aut erronem etiamsi fugiat, aut erret, non dicitur, autor Pomponius in fi. l. Labeo. eodem tit. Sp.

FVGITIVVS non est, qui ad amicū domini cōfugit. l. bouem. §. qui ad amicum. §. qui persuadet. §. si seruus. eo. tit. Obseruandum, quòd fugitiuus seruus etiam dicitur, qui à domino ea mente recedit, ne ad eum redeat, etiamsi mutato consilio ad eum reuertatur. Vide Vlp. in elegantissima l. quis sit fugitiuus. de ædil. edict. Diuiditur autem fugitiuus, ut ex ead. l. patet, in Erronem & Fugitiuum: rursus Erro in Fugitiuum & Erronem. Sanè Triphoninus ostēdit, solam mentem propositumq; fugiendi non sufficere, ut Fugitiuus quis dicatur, nisi & aliquis actus fugæ accesserit. l. fugitiuus de uerb. sig. Sp.

FVGITIVVS quid sit, definit Ofilius: Fugitiuus est, qui extra domini domū fugæ causa, quò se à domino celaret, mansit. Cassius scribit, fugitiuum esse, qui certo proposito dominum relinquat. Item apud Viuianum relatum est, fugitiuum ferè ab affectu animi intelligendum esse, non utiq; à fuga. Vlp. in l. quis sit. de ædil. edict. Prat. Nam eum qui hostem, aut latronem, incendium ruinàmue fugeret, quamuis fugisse uerum sit, non tamen fugitiuum esse. Item nec eum quidem qui à præceptore, cui in disciplinā traditus erat, aufugisset, fugitiuū fuisse, si fortè ideo fugerit, quia immoderatè eo utebatur. Apud Labionē & Cælium quæritur: Si quis in Asylum confugerit, aut eò se conferat, quo solent uenire, qui se uenales postulant, an fugitiuus sit. Ego puto non esse fugitiuum eum, qui fecit id, quod publice facere licere arbitrabatur: Nec eum, qui ad statuam Cęsaris confugit, fugitiuum arbitor: Non enim fugiēdi animo hoc facit: Idem puto & in eum, qui in Asylum uel quod aliò confugit, quia non fugiendi animo hoc facit: Si tamen ante fugit, & posteà se contulit, non ideo magis fugitiuus esse desinit. Item Cælius scribit, placere eum quoq; fugitiuum esse, qui eò se conferat, unde eum dominus recuperare non posit: multo magis illum fugitiuum esse, qui eò se conferat, unde abduci non possit: Maffeus.

FVGITIVORVM notæ & supplicia. Fugitiui compungi solent notis uel literis, quibus persępè dignoscuntur & deprehenduntur l. 2. ff. de fugit. Petronius Arbiter. Notum fugitiuorum epigramma. Quintilian. si quis fugitiuo stigmata scripserit. Clemens Alexandr. 3. παιδαγ. τὴν δραπέτιν στίγματα ἀλέγονται. Solebant & ita pleriq; reorum frontib. notari, ueluti lege Remmia calūniatores, quod tollitur l. si quis. C. de pœn. Boetius de consolatione. Et dixit, ut notas insigniti frontib. pellerentur. Seneca de ira. uaria uinculorum genera, uaria pœnarum, lacerationes membrorū, inscriptiones frontis, & bestiarū immanium cauernę. Solebant & fugitiui pedum amputatione coerceri, atq; adeò qua parte peccassent, eadē multari. l. 3. C. de ser. fug. Cuia. obseruat. lib. 7. c. 13.

FVL-

FVLCIRE, est ueteri operi instituendo remedium adhibere. Vlpian.in l.j.§.si quis ędificium.de Oper.nou.nunc.Spieg.

FVLCIMENTVM, fultura, & sustētaculū: à fulciendo dicta, Vlpian. de Fund.instr.l.quęsitum.Proinde, inquit fulcimenta si qua habeat. item in tit. Si seruit.uendic. Sicuti autē refectio, ait, parietis ad uicinum pertinet, ita & fultura ædificiorum uicini.

FVLCRA sunt, ut docet Seruius, lectorum spondæ, quæ legato lecto contineri ait Vlpian.in fin.l. librorum.de Legat.iij.

FVLLO, qui uestes polit, emaculatq́, non pannarius. Vlpianus de Furt. Fullo, inquit, uel sarcinator, qui polienda, uel sarcienda uestimenta accipit. Vide.§.final.Instit.Mand.

FVLLONICA, dicitur ars & exercitium fullonum, substantiuè nomen ipsum accipiendo. Si artē adijcias, adiectiuum erit. Vlp. pro officina fullonū posuit.in l.iij.de Aqua plu. arc. Nam sententiæ concinnitas ita intelligi cogit, à qua satis absurdè recessit interpres. Spiegelius.

FVLMINIS ictu deusta armamenta. in l. nauis aduersa.ff.ad Leg.Rhod.de iact. Hinc fulminare sententias, id est ferre.c.1.de sent. excommun.lib.vj. Io. Bello. Etymol. Alberic.

FVLTVRA quoque, idem est, quod fulcimentum, &c. Horat. 2. serm. Vlpianus in titulo, si seruitus uendicetur.l.sicuti autem.uide suprà, Fulcimentum. Nebriss.

FVMVS, à furuo, notæ significationis. Vide l.si quis fumo.ff.ad Leg.Aquil. Item dicuntur promissa magnifica quidem, sed inania. Vnde fumos uendere, pro eo quod est, principum beneuolentiam, simulato commendationis officio, per occasionē familiaritatis precio uendere. Adi. Chil.Eras.Spieg.

FVMI, sicut aquæ immissio est. Vide Vlp.in l.sicuti.§. Aristo.ff.Si seruit.uindic.Sp.

FVNAMBVLI Seu Funerepi dicuntur ij homines, qui per funes ambulare soliti sunt grecè σχοινοβάται: qua uoce apud Latinos Terētius Poëta & Messala usi traduntur: ut Apuleium mittamus, qui funerepos homines appellat in oratione ad Seuerianum proconsulē Chartaginis. ut annotauit Crinitus lib. 5.cap.13.de honest.discip.

FVNCTIO nostris est usus, utilitatisúe ipsius effectus & æstimatio, quæ pro alia re fit, ut creditori satisfiat. Paul. in l.ij.§. mutui datio. Quia, inquit, in genere suo functionem recipiunt. Idem in l.precia. ad Leg Falcid.Precia rerum non ex effectu, nec utilitate singulorum, sed cōmuniter funguntur, id est, mutua utilitate pensantur. Sic idē in l.si seruum meum.ad Leg.Aquil.& in l.certum.Si cert.pet. Quatenus mutua uice res fungantur, quæ tantundem præstent.Spiegelius.

FVNCTIONEM res in suo genere recipere Paulus l.2.§. mutui.ff. si cert.pet. quæ ut aliàs idem ipse auctor loquitur mutua uice funguntur, & tantundē præstant l.6.ff.si cert.pet. Defungi pretio.æstimatio neque, pro æstimationem præstare, & exoluere Iuriscōsulti dixêre.l.11.ff.de act.emp.l.1.ff. si famil.furt. fecis.dic.l.37.in fi.ff.ad leg.Aqui. & dotis collatione, noxæ deditione, litis æstimatione, tributione fungi pro eo quod est noxæ dedere, litis æstimationē soluere, & dotem tributáue cōferre l.3.ff.de colla.dot.l. 22.ff. ad muni.Ex quo fit ut intributiones, collationesque & pensitationes publicæ functiones uocentur l.4.C.de dona.l.3.C.de apoch.pub.l.2.C. de iure emph.l.9.& l.13.C.de act.emp.l.unic.C.in quib.cau. Prat.ex Connani lib.7.cap.1.nu. 4.

FVNCTIO publica, quod ratione soli prestetur. l.j.§.hic titulus. ff. de Public. & uictigal. Personalis, quæ ob munus soluitur.l.j.C.de Excusat.mun.Sp.

FVNCTVS uita.l.j.C.Si reus uel acc.mort.fuer. & l.j.de Posthum.hæred.instit. Alberic.

FVNCTIO duobus modis sumitur in iure: Primo functio accipitur pro usu, ut in hoc exemplo, hæ res, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt ut uinum, pecunia & frumentum, in genere suo functionem recipiunt per solutionem magis quam per speciē l.2.§. mutui datio. ff. si cert. pet. Item functio publica pro tributo, quod debetur à quolibet de populo, ut in l.omnes. C. de anno & tribut.lib. x. C. Io.Bello. Etymol.uide inf. fungi res dicuntur & Fungibilis res &c.

FVNDA. Fundā pro retis genere dici non est ita infrequens: sed eo nomine crumenā uocari, id uerò nō passim occurrit. Macrobius cumq; accessisset ad sellā, demissa in fundā pauperē manu paucos denarios protulit, quos principi daret, adiecitq́; εἰ πλείω εἶχον, πλείω ἂν ἐδίδουν sed ut recte à similitudine fundæ qua lapides iactantur nomē habet: ita quoque loculi pecuniarum, quod specie formaque fundam referrent. Turnebus aduersarior. libr.18.cap.2.

FVNDAMENTVM propriè in ædificijs dicitur.

FVNDVS est integrum aliquid, locus est portio fundi: fundus finibus regitur, non locus. fundus ad prædia rustica, locus etiam ad urbana pertinet: inde in §.constituitur Instit.de usufr. in fundo & ædibus. Ad hæc locus est sine uilla fundus cum uilla: Inde inter censorias notas illa recensetur à Plinio, minus arare q̃ uertere: i. minus habere fundi q̃ uillæ. Cuiac. Not. ad lib.2. Instit.tit. de usuc.& long.temp.prescr.

FVNDVS, est definita pars agri, siue culta sit, siue inculta. Presidiū latius patet, & tam de urbano, quàm rustico: nec de solo tantum, sed etiam de ædificio dicitur. Accipitur tamen fundus pro omni eo, quod solo continetur: à fundando dictus, ut in quē aliquid fundari possit. Ager autem est qui colitur, & qui fructuum causa habetur ad usum hominis. ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ id est, à rure. Possessio, usus & præscriptio est agri, cuius proprietas ad nos non pertinet. Prædium tam ad possessionem, quàm ad agrum refertur. Dicitur igitur fundus, & omnis ager, & omne ædificiū, uillæ domusúe, in quas fructus deuehuntur. Aedes, urbana sunt prædia, quæ solo superficieq́; constant. Superficies, omne quod supra faciē terræ est. Area, locus sine ędificio: ab ariditate dictus, ut in ea dictione latius dictum est. Obseruandum autem, fundum non magnitudine, sed destinatione patrisfam. fecerni. Vnde etiā pars fundi, rectè Fundus appellatur.l. planè.§.final. de Legat.j. cū cōcord. Fundi item esse censentur ea, quæ intra se tenet.l.Iulianus. §. ulti.& l.fundi.ff.de Action.emp.Paul. hanc uocem in l. sed si.ff.de Acquir. rer. dom.usurpauit pro uasis potorij fundamento. Et quamuis fundus est quiddam minus quàm ager, Iuriscoss. tamē promiscuè usurpant. Exemplum habes in l. quædam mulier, de Rei uendic.Spiegel.

FVNDVS generis nomē est, & species sub se habet Arbustum uineam, hortum, pratum, aruum uillam. Sic omnes uinea fundus est, non contra.& fundo sublato, nec uinea potest subesse. Connanus lib. 4.cap.3.numero 7.

FVNDVS inqt Iabolenꝰ est omne, quicquid solo con-

continetur, id est Fundamentum eius rei quæ solo fundatur. At M. Varro in lib. de lingua lati. scripsit, Fundum dictum, quòd ager uideatur pecudum ac pecuniæ esse fundamentum, uel quòd fundat quotánis multa. Florentinus autem tradit fundi appellatione omne ædificium, omnemq; agrum cōtineri l. Fundi.infra.&c. Brechæus l. Quæstio est.tit. de uerbo.& rerum significat. &c.

FVNDVS alius seruus dicitur, alius liber. Fundus seru⁹ est qui aliqua seruitute premitur: liber qui nulli est obnoxius, qui etiá optimus maxim⁹ dicitur Paulo de uerb.& rerú significat. Cōna⁹ li.4.c.1. nu.1.

FVNDVS à possessione, uel agro, uel prædio sic distat, inquit Iauolenus. Fundus est omne, quicquid solo tenetur: Ager est, si species fundi ad usum hominis comparatur: Possessio ab agro iuris proprietate distat. quicquid enim apprehédimus, cuius proprietas ad nos nó pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. possessio ergo usus, ager proprietas loci est. Prędium utriusq; suprascriptę generale nomen est. nam & Ager, & Possessio huius appellationis species sunt. l.115 ff. de uerb.sig. Hot.

FVNDI appellatione plena proprietas, id est cū usufructu, significatur. l. eū qui, 56.§ si à te, ff. de uerb. sig. est enim fundus nomé iuris, l. cogi, 16.§. inde quęritur, ff ad Trebel. Hot. Adde Cuia. l. 58. de uerb. obl.

FVNDVS dicitur populus esse rei quá alienat: hoc est auctor, inquit Festus. quibus ex uerbis intelligitur, Fundū fieri populum aliquem tum dici, cùm in re quapiam sua abalienanda est auctor, id est approbator. quod genus dicédi crebrò Cic. usurpat in orat. pro Balbo. Neq; uerò ad populos duntaxat, uerumetiam ad quéuis auctorem referri solitū, argumento est illud Lysitelis adolescentis apud Plautū, qui cum Charmidis absentis filiam à Lesbonico uirginis fratre in uxoré sibi dari pactus esset, ubi reuersum patrem audiuit, ita loquitur: Nunc mihi is propere cōueniendus est, ut quę cum eius filio egi, ei rei fundus pater sit, potior eo. Vide nostrarum Obseruat. lib. 2. cap. 5. Hot.

FVNDVS instructus. Instructus dicitur fundus, qui ea habet instrumenta, sine quibus fundi exercitium inutile esset. Et sunt instruméta fundi ea, quæ fructus quærendi, colligēdique, conseruandiue gratia parata sunt. l. instruméta. de fund. instr. ff. Theophil⁹ in §. si quis ancillis. Institut. de legat. Et sine ijs ipsis exerceri nequiret possessio. Quam ob rem, qui fundum instructum legat, uidetur fundum cum suis instrumentis legasse, adeo, ut si tibi fundum cum instrumento legâro, & pòst fundum uendidero, instrumentū uendicare non possis. l. si cui. de fun. instruct. leg. ff. Insurgit autem non indigna quæstio, quá in cęterarum exéplum adferam. Habebat quis duos fundos, & boues duos in altero fundo manentes, in altero opus facientes, tandem dominus hos fundos cū instruméto legauit duabus diuersis personis, boues auté neutri reliquit: boues ei cedent qui fundum, in quo opus faciebant, consequitur, quando huic soli commodare possunt, & non alteri. non enim secundum legem accessio sunt fundi, in quo degebât, sed alterius in quo opus faciebant. l. cum quidem. ff. de fund. inst. & instru. leg. Hinc itaque est in Pandectis titulus, De fundo instructo, & instrumento legato. Anch. Adde Forcat. Necyomantię dial. 40. nu. 3.

FVNDVS limitrophus. Alciatus illud cum alijs sentit, limitrophos fundos dictos non à limenarchis, sed à limitandis limitibus, quòd tenerentur eorum possessores annonam inde prouenienté ad castra militum ducere, qui in imperij limitibus excubabant aduersus barbaros. Hinc limes Orientalis Vopisco in Saturnino: limes Rheti⁹ (eodem auth.) in Bonoso. Anch. Cuia. fundos limitrophos in Rub. de fund. limitroph. & ter &c. C. lib. 11. & in l. nulli, de fund. patri. C. eod. lib. dici putat, quod inde milites limitanei alantur l. 8. d. tit. de fund. limitroph. non quòd ad milites limitaneos pertineant. At fundi limitanei qui dicuntur, ad milites limitaneos pertinent, itemq; paludes & pascua l. 3. sæpè iam alleg. tit. de fund. limitroph. Fundi autem castellorum ad milites castellanos pertinent l. 2. C. eod. tit. Cuia. in sup. allegat. Rubr. de fundis limitroph. &c.

FVNDI confines. Terentius Clemens in l. si cui centum, de Leg. ij. Sæpe enim, inquit, confines fundos etiam supra iustam æstimationem (höher dan es wert ist) interest nostra acquirere. Sp.

FVNDVM cum instrumento, an fundum & instrumentum, an fundum instructum. Vide l. v. de Instr. & instrum.

FVNDVS Puteolanus, quære, Puteolanos.

FVNDI patrimoniales sunt, qui ad patrimonium principis pertinent. Cuia. in Rubr. de fund. patri. Cod. libr. 11.

FVNDVS seruiens. & dominans. Lege, Prædium seruiens.

FVNDI saltuenses sunt pastioni deputata nemora, qui & patrimoniales sunt l. ult. de fund. patrim. C. lib. 11. Cuia. in Rubr. d. iam. tit. C. de fund. patr.

FVNDITVS. de hoc aduerbio uide Bar. in Aut. decernimus. C. de Sacrosanc.

FVNDI uectigales sunt, qui ciuitatum sunt, & mancipibus ita locantur, ut certum uectigal reipub. pendant. Alciat de Verb. sig. & in Dispunct. libr. iij. cap. iij. Spiegelius.

FVNDVM in Appia cum uillico suo, &c. l. uxorem. §. concubinæ, de Legat. iij.

FVNDVM Cornelianum de nomine meo exire ueto. lege pater filium. § duobus. de legat. iij. Spieg.

FVNDVS Sacer, quem domino sacramenti religione deuinctū natalis habêt. Cōnanus li. 2. c. 9. n. 6.

FVNDVM Trebatianū, &c. fundū Satrianū, &c. dari uolo, Sceuola in l. patron⁹. §. libertis. de leg. Sp.

FVNDI Trebatiani reditus uxori, &c. dari uolo. Vide Scæuolam. ff. de Vsu & usufruct.

FVNDVS, Grund vnd Boden.

FVNDI agonothetici, uocátur in l. penult. de diuersis præd. C. lib. 11. qui deputati erant sumptibus certaminum sacrorum l. iubemus. C. de fund. patri. Prat. Adde Cuia. l. ult. de fund. patrimo. & saltuens. C. lib. 11. qui dicit eos etiam agonophoros nominari l. filia 1. §. 1. ff. de legat. 2.

FVNDORVM genera uide in rub. C. de fun. patrimo. lib. 11. Adde Cuia. ibidem.

FVNERARE, pro sepelire, frequens apud. Vlp.

FVNERRIS uestis. Vide Vlp. l. sed etsi quid. §. & generaliter. ff. de Vsufr.

FVNERARI. Satius est de suo testatorem funerari, quàm alios legata consequi teste Vlpiano, l. at si quis. ff. de Religios.

FVNERARIA siue Funeratitia actio dicitur, quę ob impensas funeris caussa factas cōceditur. l. 20. & 21. & pass. ff. de relig. & sumpt. fun. Hot.

FVNERO, pro funeror, funeri operá do, iusta persoluo. Vlp. l. 14. §. 12. ff. de relig. Si prohibente hęrede funeraueris testatoré. item, Ergo pietatis gratia funerasti. Item Ego tamé nihilominus funeraui. Et §. 14. Qui mandatu alterius funerauit. Hot.

FV-

FUNESTA familia in l.ult.ff.de stip.ser.cuius dominus mortuus est. Scribit autem Varro lib.iiij. de lingua Lat.quamdiu in sepulchrũ defuncti gleba ab iecta non esset, aut os mortui ad familiam expurgandam exceptum esset, tamdiu funestam eam mãsisse. Hinc Cicero lib. ij. de legibus, Neque necesse est edisseri à nobis quis finis sit funestæ familiæ. Septem autem diebus deplorari domi cadauer solebat, octauo die efferebatur, nono tumulabatur. Eæq; erãt denicales feriæ, quarum Cicero in libris de legib. & Festus lib.4. meminere. seq. Bris.

FUNESTA itaq; familia dicebatur, quæ non erat pura: hoc est, quæ funere ueluti polluta, nondũ erat expiata atq; purgata. Purgabatur autẽ, siue pura fiebat iustis factis, & condito humatóq; cadauere. Varro: Si cum Romanus combustus est, os exceptũ ad mortui familiã purgandã humo non est opertũ, ut Pontifices dicunt, quoad inhumatus sit, familia funesta manet. Iam uero, quod humatus non sit, hæredi porcam præcidaneam suscipiendam Telluri & Cereri esse: aliter familiam puram nõ esse Varro scribit. Et Festus ait, præcidaneam porcam uocari, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset: hoc est, glebam, siue humum iniecisset. Et funesta familia non ante desinebat esse, quàm iusta defuncto fecisset hær. Ræuardus l. omnis hæred. ff. de regul. iur.

FUNGI Vallæ dicitur officiũ & munus aliquod obire, unde fungi honoribus & fungi uita, id est gerere honores, uiuere, non ut quidã uolunt, mori. nã eum qui mortuus est, functũ uita cum dicimus hoc significamus, uixisse illum, & iam non amplius uiuere. Connanus lib.7. cap.1. nu.3.

FUNGI res dicuntur, quę officiũ suum pręstant. Sic Vlpian. in Institution. titul. vj. Dotẽ fungi dicit, quæ in matrimonium datur. Et fungi monumentũ in l.43. ff. de rei uindicat. in quod corpus infertur. Et functionem res in suo genere recipere Paulus in l.2. §. mutui. ff. si cert. petat. scribit, quæ, ut aliàs idem ipse auctor loquitur, mutua uice fungũtur, & tãtumdem præstant. l.6. ff. si cert. pet. Nam his rebus, quæ usu consumuntur ac pereunt, quò inter homines cõmunicari possent, ea est tributa natura, ut communi quasi specie cõtineantur, permutationemque in suo genere recipiant, & alterius uicem ac potestatem altera omnimodo expleat. Bris.

FRANCISCUS autem Duarenus li. disputationum anniuers. 1. cap. 14. res cõsistentes in pondere, numero, aut mensura fungi uel functionem recipere interpretatur, cũ dantur ad usum, cum soluuntur &c. sicuti fungi pœna dicatur is qui pœnam patitur. l. In metallũ ff. de pœnis, fungi pignorib. q. dat pignora. l. pretorię ff. de preter. stip. fungi depositione auri qui aurum deponit d. l. pretorię. fungi collatione dotis qui dotem confert, l.3. de collat. dotis, fungi tributione qui tributum soluit pensitatq; reipub. At Franciscus Hottomannus lib. 1. de usuris cap.2. res eiusmodi functionẽ in genere suo potius quã specie recipere d. l.2. interpretatur, quasi pensionẽ siue satisfactionẽ, quæ fit harum rerum debitarum, nõ ipsius speciei fieri, sed generis, propterea quod nõ eadem corpora redduntur, quippe quæ cõsumpta sunt sed tantum eiusdem generis. Quod uero dictũ hoc arbitrantur alij ea re, quia in harum rerum solutione altera res alterius uice fungeretur, id eidem Hotomanno nõ est probabile. Constat enim eo loco Paulum alias res, id est, quę in specie sua functionẽ ac solutionẽ accipiũt, his rebus tanquã contrarias opponere, Nã & cõmodatũ functionẽ recipit eadẽ ipsa specie, quæ cõmodata est reddita, ipsumq; etiã depositũ & pignus, & quædam præterea eiusmodi. Atqui si quis ita Pauli uerba interpretetur, ut illæ res in suo genere alterius uice fungerentur: non poterit ea fieri aliarum rerum comparatio quã hìc Paulum explicare perspicuum est. Alioqui dicendum esset alias res, ueluti cõmodatas & depositas, in specie sua fungi uice alterius. Quo nihil dici potest obtusius. Nã quę res cõmodata, aut deposita redditur, nullo modo fungitur uice, aut sua, aut alterius, neq; in specie, neq; in genere. Cicero lib. Accusationis.3. Quis non maximo se affectũ beneficio putauit, cũ tribus decumis pro una defungeretur? Omnino aũt certũ est cõparationẽ utrarũq; rerũ hic fieri, quemadmodũ his uerbis Paulus indicat quũ ait, In alijs rebus aliud pro alio solui nõ potest. Quoniã in cæteris solui poterat, modo eiusdẽ generis, ut clare significat cũ ait, eas in genere suo functionẽ recipere per solutionẽ, id est, aliud pro alio solui posse: non autẽ in specie, quã ne habere quidẽ dici possunt, sicuti Vlpian. apertè docet, in l. quũ Stichus. ff. de solut. quũ ait, res eiusmodi in cõmuni specie cõtineri: quasi dicat, eas nõ habere speciẽ quandã sibi propriã, ac peculiarẽ, & ab alijs eiusdẽ generis distinctã, sed cũ alijs cõmunẽ. Atqui si fit cõparatio, & aliæ res in suo genere functionẽ, id est, prestationẽ recipiunt, alias res oppositas, in sua specie recipere cõsentaneum est. Atq; hoc scilicet ipsum est, quod uulgo dici solet, in hisce rebus magis quãtitatẽ, id est, uim ac mometũ cogitari, quã corpora. l. Titia. ff. de leg.2. l. si is cui. ff. de solut. Sunt ergo quædã res, quę functionẽ recipiunt per solutionẽ, id est usum solutionis suę pręstãt, in genere magis quã in specie. Quippe quòd hæ res propter naturę similitudinẽ, una quadã & communi specie contineri uideantur, ut Vlpian. ait l. Cũ Stichus. ff. de solut. nec alia quã ponderis, numeri, mensuræue nota in promiscui usus utilitate ab inuicem discernantur, unde etiã pondere, numero & mensura constare dicũtur. Sunt uerò & aliæ quędã res, quæ functionẽ per solutionem recipiunt in specie, hoc est, quæ cũ soluũtur hunc solutionis suę usum præstant, & hanc recipiũt functionẽ, ut eandem, quæ accepta est, speciẽ reddi necesse sit, ne aliàs solutione in eodẽ genere admissa cũ iniuria creditoris aliud pro alio soluatur. Siquidẽ harum rerum nõ una & cõmunis sit species, nec eadem in eodem pondere, numero & mensura utilitas. Atq; ex hoc rerum discrimine, quo in diuersa solutionis functione, seu usu inter se opponuntur, intellectu non difficile est, quæ sit sententia uerborũ Pauli. & quib. in rebus, propter quã caussam mutuũ cõsistat. Nam rerum quæ pondere, numero & mẽsura cõstant, datione rectè in creditum ire possumus, quoniã solutionis usus, quem in genere suo pręstãt, cum mutui fine conuenit, ut uidelicet non ea quæ data est species, nec omnino alia, sed eiusdem generis & qualitatis reddatur. l. 1. §. mutui. ff. de obliga. & act. Quacunq; enim specie eiusdẽ generis soluta creditori satisfit. Et hoc ipsum est, quod in genere suo functionem per solutionem recipere dicuntur, id est, in genere suo solutionis usum præstare. Reliquæ uero res ideo in creditum dari non possunt, quòd earum solutionis usus in specie uersetur, nec aliter creditori sine sua iniuria satisfieri possit, quàm eiusdẽ speciei quæ data est, solutione. Siue igitur eadẽ, siue omnino alia reddatur, utrinq; mutui naturæ contrariũ est, in quo translato & cõcesso rei ad usum dñio, idẽ in gñre, & tantundẽ reddi debet. Hic

qui non usquequaque, sed ex parte tantum mentis errore ducitur, uelut is de quo D. Pius loquitur in l. his qui, 12. ff. de tut. & curat. dat. Itaq; Furiosus à Demente passim distinguitur: ut l. 2. ff. de inoff. testam. l. 6. De curat. fur. l. 8. §. 1. ff. de tut. dat. ab his. l. ult. C. de admin. tut. l. 27. §. coram, ff. de arbit. Sed Cic. Tuscul. disput. III. Dementes, amẽtes, & furiosos eosdem nominat: Stultos uerò, quos Iuriscõsulti demẽtes aut mente captos appellãt: Insanos uero tanquã utrorumq; genus constituit. Sanitatem, inquit, animorũ positam in tranquillitate quadam, cõstantiaq; censebant: his rebus mentẽ uacuam appellarunt insaniã. nec minus illud acutè quòd animi affectionẽ lumine mentis carentẽ nominarunt amentiã, eandẽque dementiam. Et aliquanto pòst, Furorem esse rati sunt mentis ad omnia cæcitatẽ. Ex quibus apparet eandem esse furoris quæ dementiæ definitionẽ: ac propterea eandẽ utranq; rem esse. At de stultitia sic loquitur, Stultitiam enim censuerunt, id est incõstantiam sanitate uacantẽ, posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & uitę communem cultum atque usitatum. Hot. Adde Forcat. Necyomantiæ dialog. 33. numero 5.

FVRIOSVS dicitur, qui est cum rabie & furore euidenti: Mente captus uerò dicitur, cui mens deficit, & qui consilium animi non habet, tamen nullum furorem extrinsecus ostendit. ita eleganter declarat Bal. in l. si furiosi. circa med. C. de nuptijs. & in l. humanitatis. in iij. col. uers. uenio ad quartũ notabile. C. de impub. & al. sub. & ponit D. Ias. in l. furiosum. in j. & ij. col. C. qui testam. face. poss. & ulterius dicit signor Gemin. in c. filij. in pen. not. per illum text. de hæreticis lib. j. quòd ille dicitur non esse sanæ mentis, qui non habet memoriam ordinatam. & hoc putat notab. pro testibus, qui uolunt probare quem esse uel non esse sanæ mentis. quod ultimum non est ausus firmare D. Alex. quia fortè non uidebatur sibi tunc necessarium, in consil. liiij. ad primum breuiter concludo, &c. in ult. uerbis. in j. lib. ubi posuit plures alios modos, per quos furor probari potest. quos latius reassumpsit idem Alex. in l. si cum dotem. §. maritus. in ulti. col. ff. sol. matr. ubi firmauit illud notab. dictum. Gemin. Cotta.

FVRIOSORVM duo genera in libris nostris leguntur: unũ eorũ qui in perpetuo furore sunt, qui (ut ait Macer in l. 14. ff. de off. pręsid.) continua mentis alienatione omni intellectu carent. l. 22. §. si maritus, ff. solut. mat. l. 12. §. natura, ff. de iudic. alterum eorum quorum furor intermissus est, & (ut nostri loquuntur) dilucida habet interualla, siue inducias. d. §. si maritus. & l. 20 §. nec furiosus, ff. de test. l. 6. C. de curat. furios. l. 9. C. qui test. fac. poss.

FVRNARIVS, qui furna exercendo, & coquendo quæstum facit. Vlp. leg. 24. §. 6. ff. de damn. inf. Si furni nomine damni infecti fuerit cautũ, deinde furnarij culpa damnum datum fuerit. Hot.

FVROR, impetus animi sine ratione, dementia. Vlpianus: Si quis caut. in l. ij. §. si non propter ualetudinem: nam qui furore, inquit, impeditus est, ualetudine impeditur. Sp.

FVROR est morbus seu aduersa ualetudo, l. ij. §. Idem est. ff. si quis cautioni.

FVROR dupliciter cõtingit: quãdoq; ex cerebri intẽperie læsa rationis parte præcipua, citra febrim & mania est uel demẽtia. Quod si mancipium demẽtia laborãs pro sano uęnisset, actione ex empto agetur. l. 1. §. interdũ. ff. de æd. edict. Aliquando fit furor ex morbo corporis penetrãte ad animã, ut cõtingit φρενίτιδι in febri d. §. interdũ. Nam si febris furorem cõcitauerit, phrenitis nominatur. Forcat. Necyomãtiæ Dial. 34. numero 7.

FVR quandoq; dicitur, qui hoc crimen affectat, quamuis non perfecerit. Sp.

FVR improbus, raptor dicitur. quia est fure improbior. Vi bon. rapt. in prin. Fur manifestus est. qui cũ re furtiua deprehẽditur, priusquã eò loci rẽ pertulerit quò destinauerat. Sed qui pertulerit quò destinauit, tametsi deprehendatur cum re furtiua, non est manifestus fur. Ex l. iij. & l. v. ff. de Furt. Sp.

FVR nocturnus, hoc est, noctu deprehẽsus, seuerius quam interdiu deprehẽsus punitur. l. iij. ad leg. Aquiliam. Sp. Cuiacius in comment. ad l. 7. & 8. ff. quod metus causa.

FVREM non esse, qui dicit, quod in uenditionibus seruorum sæpe dicitur de animo hominis, propositoque loquitur, at qui furto, noxaque solutum dicit, nemini furti obligatum promittit l. 174. ff. de uerb. sig. Furem ait Tryphonius quis possit dicere etiam eũ, qui nunquam rem alienã, inuito domino, subtraxerit, si modo eius mentis sit, ut occasione data, id commissurus sit l. 225. ff. de uerb. sig. Prat.

FVRTA domestica uocantur, q̃ serui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarij ijs apud quos degunt, surripiunt. autor Marcellus in l. respiciẽdũ. de Pœnis. Spieg.

FVRTA apud ueteres Aegyptios omnia fuisse licita & impunita: Apud Lacedæmonios laudata, refert Gellius lib. xj. c. xviij.

FVRTA per lancem & licium perquirere, si Masurij Sabini liber, quẽ de furtis scripsit, extaret, nulla opus esset dubio procul cõiectura. Nũc igitur quid super hac re sentiat doctiss. Alciatus, cuius sententia mihi magis, quàm Rhodiginj placet. Arbitratur is, consuesse lictores in alienas domos perquisitum ingredi, in primis licio cinctos, ut se iure publico, & tã quam magistratibus obsequentes, non autem propria autoritate alienas domos ingredi ostenderent: licium accingere, & lancem secum ferre, quam oculis obijcerent, ne qua ex parte matrem familiãs, mulieresue conspicari possent. hincq; tracta uidetur appellatio, per lancem & licium rem perquirendi. Ex cap. viij. lib. v. Parerg. Spieg.

FVRTIM arbores cædit, qui clàm cædit. l. Furtim. ff. Arbor. furtim cæsar.

FVRTIVÆ operæ, quæ & succisiuę. Quære Succisiuis operis.

FVRTIVA res, quæ furto surrepta est. Sed & furtum tropo Metonymiæ, pro re furtiua dicitur. ut in l. seruus. ff. de Condit. indeb. Sp.

FVRTIVVM est non solum quod noctu, aut interdiu clã aufertur, sed quidquid alienũ mobile, malo animo, inuito domino contrectatur. §. furtum autem fit. Instit. de Oblig. quæ ex delict. nasc.

FVRTO abesse rem dicũt Iurisconss. quę subrepta est & furto perisse l. 35. ff. de contrah. empt. l. 14. ff. de pericul. & comm. rei uend. Prat.

FVRTORVM genera quatuor recẽset Paulus libro 2. Sentẽt. titul. 31. quæ ad duo Iustinianus. Imp. reduxit. §. 1. Instit. de oblig. quæ ex malef. nasc. Prat.

FVRTVM est contrectatio rei alienæ fraudulosa lucrifaciendi gratia uel ipsius rei uel usus eius, &c. l. 1. ff. de furtis. Inprimis in definitione dicitur contrectatio, quia nec cogitatione, nec uerbo nec scriptura, sed rem contrectando furtum fit l. 1. ff. eod. & l. si quis uxori §. neq; l. inficiando. Id suadet ἔτυμον uerbi cum tam apud Græcos quàm Latinos à ferendo dicatur

furtiua alicui à fure ita datur, ut apud ipsum furem inueniri non posſit. Paulus: Concepti, inquit, actione is tenetur, apud quem furtum quęſitum & inuentum eſt. Oblati, qui rem furtiuam alij obtulit, ne apud ſe inueniretur. Qua de re uide Iuſtinianū Inſtitut. de oblig. quæ ex del. naſc. Sp.

FVRTVM nec manifeſtū eſt, quod poſtea quandocunq; deprehenditur. Nam quod manifeſtum nō eſt, hoc ſcilicet nec manifeſtū eſt, auctore Gaio in l. nec manifeſtum. ff. eo. tit. Dicitur autem nec manifeſtum, ad imitationem legis duodecim tabularū. Olim enim nec pro non dicebant. Sic aliàs ſæpe ueterem loquendi modum retinet poſteritas: ut regundorum, diuidundo, erciſcūdæ. Prat.

FVSIONES ab Vlpiano l. 27. §. 3. de uſufructu eodē ſenſu accipit Rœuard. lib. 3. c. 13. Variorū, quo apud Ambroſiū in Apologia Dauidis c. 8. Eaſq; arbitratur alio nomine intributiones nominari. c. 22. §. 2. Ad municipal. Et pro indictionibus interdū fuſiones poſuiſſe ueteres. primus omniū animaduertit Iac. Cuiacius ex c. 6. C. Th. de indulgent. deb.

FVSIONES in l. 27. §. ſi quid cloacarij. ff. de uſufruct. pro functionibus & illationibus publicis. Hæc huius uerbi ſignificatio mihi ex Lexico Latinogræco ædis B. Germani Pariſ. innotuit, in quo ita eſt, Fuſio χώνευσις, ἀναφορὰ δημοσίων. Fuſiones συντέλειαι, ἀναφοραί. Acceſsit & ex Codice Theodoſ. auctoritas. Nam in l. 5. de indulgent. debit. hæc uerba ponuntur. Vſque in initium fuſionis quintæ uniuerſa reliqua, quæ tā ad arcam ſublimium poteſtatum, quàm ad largitiones pertinent, relaxari præcipimus. Briſſ.

FVSTE percuti, occidi, animaduerti. l. 7. §. 1 ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. occiſorum. ff. de S.C. Silania. l. 8. §. 1. ff. de pœn. Briſſ.

FVSTIBVS item caſtigari, cædi, admoneri Iurecōſulti dicūt. l. 1. §. cū patronus. ff. de off. præf. urb. l. 3. §. 1. & l. ult. ff. de off. præf. uigil. l. 5. C. de not. infam. l. ult. ff. de iniur. l. 7 l. 10. ff. de pœn. Briſſ.

FVSTIVM autem ictus à flagellorum, quæ atrociora ſunt uerbera, caſtigatione ſeparatur. d. l. 7. pleniorq; multo eſt fuſtium, quàm flagellorum pœna. l. ult. ff. de iniur. l 10, ff. de pœn. Ac Fuſtibus quidem liberi duntaxat & hi quidē tenuiores ſubijciebātur, honeſtiores non: ſerui uerò flagellis coercebantur. l. 28. §. nō oēs. ff. de pœn. ut plenius lib. iij. Select. Antiquit. dixi. Fuſtes uerò Iſidor. lib. 5. Etymol. c. 27. ſic interpretatur, quibus iuuenes pro criminibus feriūtur, dictos ab eo quòd præfixi in foſsis ſtēt, quos palos ruſtici uocant. Et cōſtat planè fuſtes ligneos baculos fuiſſe, cum inter arma & tela enumerentur. l. 54. §. furem. ff. de furt. Vlp. in l. 3. §. armis. ff. de ui & ui ar. Arma, inquit, ſunt omnia tela, hoc eſt, & fuſtes & lapides. Et mox: Planè ſi & unus uel alter fuſtē, uel gladium tenuit. Sic fuſtibus repellere, & fuſtibus de fundo præcipitē agere, Cicero pro Cæcinna. & v j. in Verr. dixit. Deniq; quod Eutropius lib. j. de geſt. Rom. cap. 11. Tarquinium Superbum fuſtes excogitaſſe ſcribit, hoc ita Suidas in uerbo τύμπανον, effert πρῶτος εὗρεν ξύλα... Fuſtibus autem & lignis equos publico curſui deputatos, agitari uetāt Impp. in l. 1. de curſu pub. lib. 11. C. Briſſ.

FVSTVARIVM mereri ſic dicebant, ut nunc uulgus, Meritus eſt baſtonatas. Et eſt teſte Marcello, in l. ſeruorum. §. fi. de pœnis, quæ fuſte infligitur maior pœna pecuniaria. Meminit eius uocabuli Seruius Aeneidos ſexto. T. itē Liuius ab Vrbe cōdita, lib. 5. Fuſtuariū, inquit, meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit. Modeſtinus quoq; Iurecōſultus inter pœnas militares fuſtium caſtigationē recēſet. Id ſupplicium eiuſmodi eſt. accepto fuſte, Tribunus uir tantum attingit damnatum: quod ubi eſt factum, omnes qui in caſtris ſunt, cædentes fuſtibus lapidibusq; pleroſq; in ipſis caſtris conficiunt. Vide Rhodig. cap. v. lib. x. Sp.

FVTILIS cauſa, pro uana & leui, etiam à Plinio dicitur.

FVTVRVM indicatiui quo diſtet à Futuro ſubiunctiui, docet gl. in l. 1. §. ſi in emancipato. & §. ſeq. ff. de coll. bon. Alber. Sp.

FVTVRVM opus, & quod nondum factum eſt, & quod fortè non fiet. l. circa prin. ff. de oper. no. nunc. Spieg.

FVTVRVM tempus id regulariter accipimus, quod nec ad pręſens, neque ad pręteritum refertur. Quanquam materia ita ſuadente, præſens pro futuro, & futurū pro præſenti ſumitur. 32. q. 5. ſi Paulus. Ex Alc. Spiegel.

FVTVRVM pro pręterito & præſenti ſimul ponitur. ut l. ſi uxori. ¶. cum ita legatum. ff. de auro & argēto legato. Sic etiam futurum indefinitè poſitum, pro præſenti accipitur apud Latinos authores. Idē A. Gellius noct. Atticarum lib. 1. cap. 7. ex tertio Annali, &c. Quadrigarij. Dum hi (inquit) cōciderētur hoſtium copias ibi occupatas futurum, id eſt eſſe. Ibi uerbum eſt indefinitū quod Gręci ἀπαρέμφατον uocant, &c. Vide hæc latè apud Brechæum l. uerbum erit. ff. de uerbor. & rer. ſignif.

G A

GABELLA, Dacia, Talia, Paſſagium, Pontiuegium, Guidagium & ſimiles uoces, quæ apud Italos ſunt, ſpecies certi tributi & exactionis, nemo ignorat eſſe ab interpretibus è triuio ſermonis Italici collectas. Sp.

GADIBVS habere. Apud Pomponiū in l. ſi mihi & tibi. de legat. j. ad occaſum extra Herculis colūnas, in ipſo Bæticæ prouinciæ capite, ut ait Plinius, Gades inſula ſeptuaginta quinque milium paſſuum longa, & anguſto mari à continente diuiſa. cum uetere oppido, eodem quo inſula nomine, ubi templū ditiſsimum olim ſacratum Herculi: eoq; ſanctius habitum, quod oſſa eius ibi ſita magno accurſu pagani colebant. Spiegel.

GALATIA. hanc regionem, Vadiano noſtro teſte undecunq; doctiſsimo, poſt ingentes illas Alexandri uictorias, & auctas per Aſiā Macedonum uires, Græci inſederunt. quibus poſtea Galli ſe & ipſi magno hominū numero Aſiam ingreſsi coniunxerunt, Gallogręci dicti, gens mixta: & regio quę mox creſcentibus Gallorum rebus Galatia uocata fuit, antea Gallogræcia dicebatur. Sed utriuſq; uocis uſus apud ſcriptores manet: quin & apud Iuriſconſ. l. patronus. §. Sempronio. de legat. iij. Hæc eſt Galatia, quam Petrus præcipuus apoſtolorum epiſtola plena (ut Eraſmus inquit) apoſtolicæ maieſtatis erudijt: quam Paulus peragrauit, & Euangelio ſuo Chriſtum purè docuit. Diuus Hieronymus prologo ſecundi Commentariorum ad Galatas ex Lactātij autoritate tradit Gallos antiquitus à cādore corporis Galatas uocatos: & inde Galatiam prouinciā dictam, in quam Galli uenientes Græcis ſe miſcuerint: & prius quidem Gallogræciam, pòſt autem Galatiam dictam. Nec mirandum arbitratur, inter Gręcam Aſiæ gentem Gallos conſediſſe, cum contra Aſiani Græci in Gallia conſederint. Sp.

cos scriptores. Budæus alicubi pro officinis chalcotyporum usurpauit. Sp. Apud Athenienses autẽ gazophylacium erat locus, ubi seruabatur annona & frumẽtum ut annotauit Postellus cap. 17. de magist. Athenienſium.

G E

Geht vor recht nach. Nostrates uulgò solent dicere, significantes accipiendam esse oblatam pecuniã, uel quam reus confitetur: & deinde cognoscendum de iure creditoris, utrum plus ei debeatur, autore Oldendorpio Iureconsulto hac ætate celeberrimo, imò ut quidam eruditorum ait, altero uelut Papiniano. Spiegelius,

GELV, glaciei nomine cõtinetur. Est enim aqua conferta, à serenitate cœli concreta. autor Aristoteles. Spiegelius.

GEMINA, id est, duo quæ similia sunt quòd magna similitudo sit geminorum, id est, eodẽ partu editorum. Maro: Geminiq; minãtur In cœlum scopuli.

GEMINA soror, pro uterina.

GEMINATA, hoc est, repetita uerba, uoluntatem constantem indicãt. l. balista. ff. ad Trebell. Bald. in l. precibus. C. de Impub. & alijs substit. & in Proœmio Pandect. Spiegel.

GEMINI. Variè hęc uox ponitur. Nam modò pro duobus. ut apud Poetam, Sunt geminæ somni portæ. Modò ꝓ similib. ut apud Plaut. in Menęchm. Et Gemini significant natos uno partu, & eodẽ die: quos alio nomine Gemellos uocant. Virgilius. Modò namque gemellos, Spem gregris. Nec de duob. tantum dicimus Geminos, sed etiam de pluribus. ut Paulus Iurisconsult. in l. antiqui. Si pars hæred. pet. dixit. Sed & Tergeminos senatores cunctos uidimus Oratios. Vide intrà, Ter enixa mulier. & Budæi Annot. ad d. l. antiqui. Spieg.

GEMMA, uocabulum generale, comprehendit propriè quęcũq; nec oblõga, nec perforata sunt. Sp.

GEMMAS Põponius in l. & si nõ. de Aur. & arg. leg. à margaritis distinguit: pariter Curtius: sic uterque Plinius. Apud Seniorem multa de gemmis disseruntur. Spiegelius.

GEMMAS inclusas argento auroq; ait Sab. auro argentóue cedere ei concedit, cuius maior species: quod rectè expressit. Semper enim cum quęrimus quid cui cedat, illud spectamus, quod cui rei ornandi causa adhibetur, ut accessio cedat principali, cedent igitur gemmæ phialis, uel lancibus inclusæ auro argentóue. Sed in coronis mensarum Gemmæ coronis cedẽt. qđ idẽ in Margaritis. Nã si Margaritę auri ornãdi gratia adhibitę sunt, auro cedũt: si cõtra, aurũ margaritis cedit. Põp. de auro & arg. leg. Maff.

GEMMA, secundum Pomp. in l. & si non sunt. §. ulti. de auro & arg. leg. sunt perlucidæ materiæ, quas (ut refert Sabinus in lib. ad Vitellium) Seruius lapillis eo distinguebat, quòd gemmæ essent perlucidæ materiæ, uelut smaragdi, chrysolithi, amethysti: Lapilli autem contrariæ superioribus naturæ, ut Obsidiani, Vientani. Margaritas autem nec gemmis, nec lapillis contineri, satis constitisse, idem Sabinus ait. quia concha apud rubrum mare & crescit, & coalescit. Marrhina autem uasa in gemmis non esse, Cassius scribit. Laurentius Valla in suis in Latinam linguam Elegantijs, dicit (pace horum quatuor Iureconsultorum) hoc falsum esse: & in primis ex Plinij monumentis, qui titulum de gemmis non translucentibus fecit, & marrhina in gemmis enumerat, & omnes lapides preciosos nomine uno (quod tantum Latina lingua habet) gemmas appellat, præter margaritam. Præterea quis non uidet, lapillũ, quod generale nomen omnium paruorum lapidum, sed intellectu preciosorum, idẽ esse quod gemmulã? Nã gemmas etiam accepimus multorum cubitorum inueniri, quas ut lapides, non lapillos appellare possumus: ita cum minutæ fuerint, lapillos appellare debemus. Quod si hi lapides tam grandes, translucidi siue perlucidi non fuerint, quales sunt imperfecti, nunquid uocabimus eos lapillos? Quid hoc ridiculum magis? quod si etiam omnis lapis lucidus gemma est, & parium marmor quod translucidum est, gẽma erit. Postremò reperimus (inquit Valla) eiusdem coloris lapides quosdam permixtim constare ex perlucidis, & non perlucidis: & ita permixtos natura, ut non possis partim appellare gemmam, partim lapillum. Curtius libro viij. cum dixisset, gemmas margaritasque mare littoribus infundi: paulopòst de eiusdem Indis ait, Lapilli ex auribus pendẽt: profectò perlucidi intelligendi sunt. & iterum lib. x. de rege Indo: Pẽdebãt (inquit) ex auribus insignes cãdore & magnitudine lapilli. & Propertius:

Littora natiuis perlucent picta lapillis.

Margaritam uero, siue margaritum, quis negare lapillum possit? quæ semper est pusillus lapis. Equidẽ candidos illos lapillos ex Indi regis auribus pendẽtes, margaritas interpretor. Idẽ Horat. dũ inquit,

Nec magis huic intra niueos uiridesq; lapillos,

de margaritis & smaragdis intellexit. Et ex his reprobantur opiniones Iureconsultorum superius relatæ: hocq; Laurentij inuentum sibi ascribit Pontifex Sipontinus, in suis in Latinam linguam commẽtarijs, tacito auctore, prout sui moris est: qui integra Plinij capita transcribit, gratitudinis nomine suppresso: cum tamen benignum sit (ut etiam in sua prę fatione inquit Plinius) & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris. Cotta. Adde Forcat. in suo Cupidine Iurisperito c. undecimo nu. 7. & seq.

GEMMIS porrò legatis, uasa gemmea debẽtur, l. & si non sunt §. fi. ff. de aur. & arg. sicut & auro legato, aurea: sed in aureis illa ratio est, quòd rursus igni domita ad pristinam & rudem auri massam, facile redeunt, secus in marmore §. illud. ff. de legat. iij. quæ ratio suadet, ne uasa gemmea cedere relictis gemmis oporteat. Cæterum uarietatis rationẽ illam ponendã arbitror inter gemmas, lapidesúe pretiosos, & alios, quale marmor est: quoniam appellationes rerum ex communi usu exaudiri conuenit, maximè in nomine supellectilis. l. Labeo. ff. de supel. leg. sed consensus ueterum, & quidẽ probatissimorum, gẽmam pro uase gemineo usurpauit, sicut & aurũ pro uase aureo, igitur uerborum proprietati seruiendũ, cui comes est testantis sententia l. non aliter. ff. de leg. iij. Martialis lib. 14. de ampulla potoria loquens:

Hac licet in gemma, quæ seruat nomina Cosmi,
Luxuriose bibas si foliata sitis.

Nec est alius auctor, qui in hoc locutionis genere sit frequentior, nec tãtum in generali gemmæ nomine hoc locum habet, sed & in speciali cuiusq;. Forcat. in Cupid. Iurisperito, c. 8.

GEMMÆ, lapilli, margaritę ita distinguuntur in l. cum aurum, 19. in fi. de aur. & arg. Gemmæ sunt pellucidæ materiæ, uelut smaragdi, chrysolithi, amethysti. Lapilli aũt contrarię superioribus naturæ: ut Obsiani, Venientani (fortasse Obsiani, Veiẽtani.) Hot.

GEMMATOS lectos, id est, gemmis distinctos & ornatos, dixit Paulus, in l. iij. de supel. leg. Spieg.

GEMONIÆ scalę, quæ erant in Auentino, in decimatertia regione Vrbis, dicebantur, ad quas corpora

pora damnatorum tracta præcipitabantur. Quod supplicij genus, sublatis Christianorum persecutionibus, in desuetudinem abijsse uidetur. Spieg.

GENEALOGIA, sermo de origine generatiõis.

GENEARCHICVM nouel. Iustiniani 21. & edicto 3. proprium cuiusq; patrimonium. in usib. feudorum, uocantur eiusmodi bona Allodialia c. unic. de allodijs. Prateius.

GENER, maritus est filiæ meæ. l. non facilè. ff. de Grad. affinit. continetur q; eius appellatione sponsus. l. in legibus. ff. de Testibus. & l. seruus. de Gradibus. Porrigiturq; Generi appellatio, ad progenerũ, l. Gallus. §. forsitan. de Lib. & post. Præterea habetur filij loco. l. iij. in fin. C. de Nat. liber. Apud Alciat. legi obseruatum à Iustino lib. xviij. generum pro sororis marito poni. Sicut & Vitichindus noster in historia temporum suorum usurpauit. Sp.

GENER, inquit Seruius, dicitur & qui est, & qui esse uult: sicut etiã maritus. unde est, Quos ego sim toties iam dedignata maritos. item, Et gener auxiliũ Priamo, Phrygibusq; ferebat Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis, Audierat. Et hoc est, quod dicitur in l. 8. ff. de gradib. Generi appellationem etiã ex sponsalibus contrahi. tametsi cum ad ius disputatio reuocatur, aliud obseruatur. l. 1. & l. 8. ff. de his qui not. inf. Hotoman.

GENERI quoq; nomine & neptis, & proneptis tam ex filio, quàm filia editarum, ceterarumque mariti continentur. l. 136. ff. de uerb. sig. & hãc in edicto de postulando interpretationem faciendam admonuit Vlpian. l. 3. ff. de postu. In edicto uerò de infam. notatis de solo filię uiro accipi debet l. 1. & 8. ff. de ijs qui not. infa. Prat.

GENERI & nurus appellatione sponsus & spõsa quoq; continentur. Item soceri & socrus appellatione sponsorum parentes cõtineri uidentur ut Vlpianus de grad. Maff.

GENERA, pro frugibus. Vlpiã. l. 8. §. 16. ff. de trãsact. Si cui non numus ad alimẽta, sed frumentũ atq; oleum & cetera, quæ ad uictum necessaria sunt, fuerint relicta. & paulo pòst, Et neq; diem neq; modum permutauit, sed tantum genus: uel ex cõtrario, si pactus fuerit ut in generibus alimẽta reciperet, quæ in numis ei relicta fuissent Hot.

GENERA corporum tria sunt. Vnum, quod cõtinetur uno spiritu. & Græcè ἡνωμένον uocatur: ut homo, tignum, lapis, & similia. Alterum, quod ex contingentibus se, hoc est ex pluribus inter se cohærentib. constat: quod συνημμένον uocatur: ut ædificiũ, nauis, armariũ. Tertium, quod ex distantibus constat: ut corpora plura nõ soluta, sed uni nomini subiecta: ueluti populus, legio, grex. autor Pomponius in l. rerum mistura. de Vsucap. Spieg.

GENERALE omne obscurũ est: ut omne multiplex dubium. Bald. in l. j. C. de Seru. fugit. Sp.

GENERALE delictum, quod Dd. nominatũ appellant, intelligit Iurisconsultus illud, in l. aliud est fraus. §. inter mulctam. de Ver sig. quod certa appellatione plurima eiusdẽ naturæ crimina cõplecti potest: ut furtum, homicidium, falsum. Sp.

GENERALIA uerba. Si hęc adeò generalia sint, ut citra manifestam calumniam restringi non possint, uerbis ipsis standũ est. l. plurib. de Acceptil. Sp.

GENERALIS cõuentio est, cum sine ulla rerũ notatione, generaliter res omnes obligantur, quas quis habet aut habiturus est l. 1. & l. Et quæ §. 1. de pign. l. 2. C. eod. tit. Donellus de pignorib.

GENERALIS confirmatio, non confirmat nisi iusta. Bald. in l. iij. C. de Precib. Imp. offer. Idem cap. j. Per quos fiat inuest. in Vsibus Feudal. Sp.

GENERALIS lex dicitur, quæ omnes casus, exceptis illicitis & iniustis, comprehendit. Etenim nihil absurdius esse potest, quàm legem iustam ad interpretationẽ iniustã trahere arg. l. penult. ff. ad Exhibend. l. si possessor ex hęreditate. ff. de Petit. hęred. uel talem casum, per quem fieret fraus Legi. l. cũ hi. & ibi Bartol. ff. de Transaction. Sp.

GENERALES actiones dicuntur, quæ cõpetunt ad hoc quod generale, est, diuersas rerum species, adeoq; totas negociationes cõplectens: uti tutela, societas, & alia negotia. Quamuis Vlpian. generalem uocet actionem, quæ de pluribus competit: specialem uerò, quę ad unã duntaxat causam pertinet. l. j. §. item sciendum. de Aqua pluu. arcen. Sp.

GENERALITER dicta, generaliter intelligi debent. l. j. §. generaliter. de Bon. possesso. cõt. Tabulas l. iij. iuncta Glossa. de Offic. Præsid. cum uulgat. comprehenduntq; singulas species, hoc est, in singulis speciebus uerificantur, & per singulas species distribuuntur. l. si chorus, in principio de Legat. iij. ubi dicit textus: Si chorus uel familia legetur, perinde esse, ac si singuli homines essent legati. Sic in l. Męuius. §. duorum, de Legat. secundo, qui legat homines, sub cõpendio uerborũ, cẽsetur singulos legasse. Sp.

GENERALIA iudicia ueluti tutelæ, negotiorũ gestorum, pro socio l. 38. ff. pro socio. Prat.

GENERALI locatione loquentis personam exceptam intelligi regulare est. c. petitio. extr. de iureiur. Hæc tamen regula restringitur uariè. uide in ca. de forma 22. q. 5. Quandoque, loquentis familia continetur. Prateius.

GENERALEM locutionẽ generaliter accipi, regulariter definitur l. pręses. ff de offic. præsid. Diuersum tamen est in uarijs speciebus de quibus per An. Alciatum in Tracta. de uerb. signifi. & uide c. ad nostram. & ibi glos. de iureiur. Prat.

GENERE quodam, obseruatũ est usitatam esse nostris locutionẽ, pro quodãmodo: ut in l. quod seruus, 36. ff. de stip. seru. Nam & hæc genere quodã donatio est. Itẽ in l. Pompo. 44. ff. de acq. rer. dom. Nã genere quodã uenandi id erant nacti. Item in l. quorundã, 51. ff. de acq. pos. Vtrubiq; animi quodam genere Possesio erit æstimãda. Sic in l. 10. ff. pro empt. l. 29. §. qui quæstum, ff. de adulter. Hot.

GENERIS uoce abutitur Tribonian. in §. plebs. Instit. de Iur. natur. & gent. appellãs illud totũ, & speciem partem: id quod teste Apello, primus deprehẽdit Alciatus. Idem accidit passim Ciceroni, præsertim uerò lib. j. de Oratore. Spieg.

GENEROSI dicuntur, teste Raph. Regio, qui à nobilibus genus ducunt. Senecæ est generosus, ad uirtutem bene à natura compositus. Hoc unum, inquit, est intuendum. Alioqui si ad uetera te reuocas, nemo non inde est, ante quod nihil est. A primo mũdi ortu usq; in hoc tempus perduxit nos ex splendidis, sordidisq; alternata series. Nõ facit nobilẽ, atriũ plenum famosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam uixit, nec quod ante nos fuit, nostrum est. Animus facit nobilem, cui ex quacunque conditione supra fortunam licet surgere. Sp.

GENESIS est, quam alij genituram, Cicero sidus natalicium appellat.

GENETHLIACI, dicti Mathematici q à natiuitatis die & hora quos illi Horoscopos uocant, futura prædicũt. Augustini autem temporibus Chaldęi sic nuncupabantur, sicuti scribit ipse libro de doctrina

doctrina Christiana primo, & Confessionum quarto, & in libello de natura Dæmonum. Traditum autē est Genethliacos ex libris, si cœlestium rerum scientia præcinere debeant futura, tria impēsissimē ob seruari oportere. Primum, horam illam initialē, qua se in lucem uitalem è bulga matris prompsit infans: uel quiduis aliud, super quo uaticiniū cōcinnandū, fieri sit cæptum: mox cœli statum, syderumq; positum, ad illam ipsam horam subtiliter applicitum. Postremò quid eiusmodi ratio cœlestis sydereaq; meditetur, agatue, argumentis inerrantibus: ut tradidit Cœlius Rhod. lect. antiq. lib. 12. cap. 10. At eodem autore li. 14. cap. nunc passim Astrologi, uel planetarij uel Mathematici nominantur. Est enim Matheseos duplex species. Alia quidem quatuor sub se liberales artes complectens, alia uerò sacris constitutionibus, tanquam quæ cantamina doceat, prohibita. l. si excepta. Cod. de Malefic. Hanc Alciat pulchre declarat in Annot. in tres posteriores. libr. Spieg.

GENII dicti, quia nobiscum gignātur, uel quòd genitos tueātur. Hos Marcianus Felix pŕtites uocat, quòd actionibus humanis præsint, omnis uero antiquitas cum Hesiodo hominum custodes credidit ita dictos, quoniam à genitura cuiq; associētur, quos à Virgilio etiam manes appellari autumat Seruius. De ijs sic Ammianus hist. lib. 21. Ferunt enim, (inquit) Theologi in lucem editis hominibus cunctis, salua firmitate fatali, huiusmodi quædā uelut actus rectura numina sociari, admodum tamen paucis uisa, quos multiplices auxere uirtutes: idq; & oracula & autores docuerunt præclari, inter quos est etiā Menander Comicus: Cuius iambos, qui desyderantur apud Ammianum ex Eusebio de præparatione Euangelica restituit Adrianus Iunius li. animaduersionum 6. cap. 14.

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται,
Εὐθὺς γενομένῳ μυσταγωγὸς τοῦ βίου. hoc est,
Mortalium cuilibet nato sum
Vitæ custos rectorq; genius iungitur.

Constat autem apud omnes fermè duos unumquemque genios, ut uulgò aiunt, angelos habere, uitæ suæ custodes, alterum bonum, alterum malum. Vide capitulo secundo, quod est de Templ. & Lucis. in Tab. xij. Vlpian. de Iureiur. in l. si duo patroni. §. ubi si quis, ait in re pecuniaria per genium principis peierauerit. Tertullianus item, qui paucis antè annis uita defungitur, quam rerum potiretur Alexāder Imperator, sub quo Vlpiani nomen inclaruit. Citius denique inquit, apud uos per omnes deos, quā per unum genium peierant in Apologetico. cap. xxviij. & in eodem: Atque adeò omnes illi sub ipsa usque impietatis eruptione, & sacra faciebant pro salute Imperatoris, & genium eius deierabant, alij foris, alij intus. Ita denique in ad Scapulam. Sed ijdem ipsi, qui per genios eorum in pridie usque iurauerant. Testis est Alexan. Neapolitan. cap. x. lib. v. Per salutem & genium principis deierare, longè pręstantissimum iusiurandum haberi cœptum, cui nulla ui, nulloq; imperio contraire fas erat. Quod Tiberius Cæsar de se præstari uetuit. Quod etiam de Nerone proditur. D. Rhenanus ab hac per genios Cæsarum deierandi consuetudine existimat natum, postea apud Christianos Principes, ut per salutem Regis, aut liberorum eius iuraretur, quod tamē in legibus Francorum seuerè prohibitum constat. Cæterum Budæus lib. 2. de contemptu rerum fortuitarum scribit genium pro ui naturæ atq; pro ingenio usurpari ab Antistitibus eruditionis nostræ ætatis. Iohannes Riuius in suo de pręsidio angelico libro superstitiosum hoc antiquitatis de binis genijs commentum esse affirmat. licet non dissimulet è uetustis quoque Theologis extitisse, qui binos singulis quibusque, iam inde à natali die, adesse angelos affirmarent, bonum alterum, alterum malum: illum tuendæ uitæ propugnandæque salutis, hunc diuexandi causa additum. Qua de re Origenes aliquoties & in Lucam, & in tertio *περὶ ἀρχῶν* nescio quem de pastoribus librum, aut quem Barnabam citat. Sed hæc forsitan ille ueteres philosophos secutus, qui similia quædā de genijs, quos Dæmonas uocitabant, memoriæ ac literis prodidēre. unde de genio malo Bruti in eiusdē uita Plutarchus: de bono Socratis Plato. Vt autem bonus genius rectè *ἀγαθοδαίμων* Gręcis dicitur, sic ijdem malum *Ἀλάστορα* uocāt. quo nomine uocamus eos, Erasmo teste, quibus incommodorum nostrorum maximam partem acceptam ferimus. Sp.

GENITIVOS pro ablatiuis non raro Iurisc. ponunt. l. 4. §. 1. ff. de adop. plenæ pubertatis pro plena. l. 11. §. ff. de euic. noxæ solutum, pro noxa. Pœnæ adficere, pro pœna l. 13. ff. de sicarijs. Contentus partis pro parte l. 37. §. nuptura. de legat. 3. Tutelæ liberari. l. 50. ff. eod. Plus quartæ l. 11. §. quod uulgò. in fi. ff. ad le. Fal. Mortis caussæ tacitā. l. 15. ff. de manumiss. Bonæ fidei pro bona l. 95. §. quod uulgò ff. de solut. Super pecuniæ l. 53. ff. de uerb. signi. Prat.

GENO pro Gigno. Vlpianus l. 17. §. 1. ff. de legat. & fid. primo: Si qua filia mihi genitur, ei hæres meus centum dato. Idem l. 13. §. ult. ff. de reb. dub. Si quis mihi filius aut filia gènitur, hæres mihi esto. Priscianus libro x. Gigno, genui, pro quo Geno uetustissimi protulerūt. Varro in Andabata, Sed quòd hæc loca aliquid genunt. Hot.

GENTES sunt, quæ à satrapis reguntur, nec prouinciæ formam habent de quibus in l. ult. C. de tempo. appell. siquidem ut est in libris scriptis ita in ea legatur: Armenijs uel gentibus: & l. ult. C. de offic. mag. mil. quę ex eis restituenda est etiam in hunc modum: & gētes Anzitenam uidelicet, Ingilenam, Asthianenam, Sophenam, Sophanenam, in qua est Martyropolis, & quę sequuntur. Cuia. ad constit. ff. Iustiniani de confirmat. Instit.

GENS & Genus, si uim ac naturam uerborum spectemus, idem ualent, neque quicquam differunt. utrunque enim ab antiquo uerbo Geno ductum uidetur. Quod autem in l. 1. ff. de probat. ita legitur: Cū quæritur, gentem uel genus quis haberet, necne: in eo particulam VEL pro SIVE positam arbitror. nam Vlpiani tempore differentiam obseruatam aliquam fuisse, mihi non fit uerisimile. Itaque qua sententia scripsit Liuius lib. 38. P. Scipio Nasica orationem habuit plenam ueris decoribus, non communiter Corneliæ gentis, sed propriè familiæ suæ: eadē sententia Cicero in Bruto ita locutus est, Funebres orationes ipsæ familię quasi ornamenta seruabāt ad usum, si quis eiusdem generis occidisset. Et Sueton. in Galba: Imagines uniuersi generis exequi longū est: familię breuiter attingā. Quibus ex locis intelligi potest, Gentis & Generis nomina pmiscuè usurpari. Quod si non uerborum naturam, sed antiquissimū priscorum Romanorū usum cuius his in rebus summa potestas est, consideremus: differentiā fortasse aliquam reperiemus: ut Gēs ad patritios propriè, Genus autem generaliter quidem & ad illos & ad plebeios, speciatim uerò ad hos duntaxat pertineat.

neat. unde illud P. Decij apud Liuium: Semper ista audita sunt, eadem, uos solos gentem habere. Et illud Ciceronis in 1. de Orat. Cum Marcelli à liberti filio, stirpe: Claudij patritij eiusdem hominis hæreditatem gente ad se redijsse dicerent. Indidem quoque Patres maiorum, & cæt. minorum gentium appellati sunt, qui à Romulo, & Tarquinio Prisco è patritiorum numero lecti in senatū fuerant: quemadmodum Liuius libro 1. testatur.

GENS dicitur quasi genus, à quo & nomen sibi fecit abstractione u literæ. Differunt tamen inter se, quod stirpem & originē genus significat, Gens quasi generum & originum quandam multitudinem.

GENTILES dicti, primùm ut opinor, propriè patritij inter se, qui eodem ex genere prognati essent: unde etiam Gentilitia sacra, & Gentilitia sepulcra. postea tamen Gentiles generaliter ita definiti sunt, Scæuola in Ciceronis Topicis auctore: Qui inter se eodem nomine sunt, ab ingenuis oriundi: quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit: qui capite non sunt deminuti. Hot.

GENTILES Accursius pro cognatis accipi existimauit, nullo autore. Sunt autem ex definitione, Q. Mutij, Gentiles, qui eodem inter se nomine sunt, & qui ab ingenuis oriundi sunt, & quorum maiorū nemo seruitutē seruiuit, & q. capite minuti nō sunt. Sed huic sententiæ repugnat, quòd etiam in seruis iura gentilitatis fuisse, sentit Plin. cap. j. lib. xxxiij. Nisi olim hæc fuisse arbitremur, & ante xij. Tabul. Leg. Itaque Gentiles propriè dictos Rom. patricios inter se, ex gentilitio iure, quod eis tantum competebat: nempe, ut excluso fisco, cuiuslibet cognominis sui hæreditatem gentilitio iure ad se traherent, annotauit Alciat. ut & illud loco iam citato. Gētem scilicet nihil ad sanguinis uinculum pertinuisse: genus uerò, uel stirpem pertinuisse. Papinian. l. prima. de probat. Quoties quæreretur, genus, uel gentem quis haberet, nec ne, eum probare oportere. Sed & Gentilium aliam in iure interpretationē fuisse, indicat: nempe ut quemlibet significet Romano Imperio non subiectum: quia non Lege ciuili, sed iure Gentium uiuit: quo fit, ut perinde sit cum Gentilem dicamus, ac si Barbarum. Spieg.

GENTILIS à græcis ἐθνικὸς dicitur, qui ἐθνιτὸν qui eiusdem gentis esse asseritur. Sed & τὸ ἔθνος Aristoteles in primo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ posuit pro ordine & societate, & genere hominum, seu natione, sicut etiam annotauit Budæus in Commentarijs linguæ græcæ. Vnde fit ut Græcorum imitatione, gentem pro eodem significato usurpemus. Sed proprie gentiles (ut diximus) sunt, quorum nunquam maiores seruitutem seruierunt. Qua ratione, nostrates lingua Vernacula non temere (inquit Budæus in annota.) gentiles homines uocant eos, qui ab ortu nobiles sunt & ex natiuitate, quasi ingenuos (ait) ab origine gentis &c. Brechæus l. sæpe ita compertum est. ff. de uerb. & rer. signific.

GENTILICIVM dicitur, quod ex genere, siue familia est. ut Gentilicia nomina, quæ originem gentis uel familię declarant. ut Spiegelius, Maius: & Gētilitia insignia, quæ Arma uulgò uocantur, quasi armis, militiaq; quæsita, successere in locū, ut Budæus rectè existimare uidetur, maiorum imaginum, unde præcipuè generis nobilitas accipiebatur.

GENTILITAS est iuris ciuilis, refertur que ad agnationis uetustatem ab ipsa agnatione differens sola generis antiquitate: nam agnationem longius quàm à patre sumere non necesse est, Cum gentilitas ab auo usque petenda sit. Connanus libro secundo, capitulo undecimo, numero 1. adde Balduin. comment. in leg. 12. tab. cap. 30.

GENTILITAS nobilium fuit, scilicet eorum qui sui generis imagines proferre poterant. Imaginibus enim, ob insignem uirtutem, ac rerum præclarè gestarum, decora donari solebant. Nemo est qui ignorat, & nostri temporis gentiles, seu nobiles (ut uulgò dicimus) cum agnationis iure de Feudis controuertunt inter se, uel cum domino (dem lehen herren) non habent ferè digniora probandi argumenta, ad ostendendam gentem suam, quàm ea quæ ex imaginibus ac cognomine mutuantur. ut quum dicunt, wir haben einen Schilt vnd Helm. Nunc enim pro imaginibus insignia gentilicia habemus. teste Budæo. Spieg.

GENTILITAS, dictum ius, quod inter se patritij habebant: quod ab agnationum iure diuersum fuisse, & à Centumuiris disceptari solitum, Cicero in 1. de Orat. & Topicis testatur. Hoc enim Agnati à Gentilibus differebant, primùm quod agnati & de patritijs & de plebeijs, & uerò etiam de libertorum posteris dicebantur: Gentiles uerò de patritijs tantum, aut certè nunquam de libertorum posteris. Quod tamen impugnans Fr. Connanus: Falsum est, inquit, quod quidam tradiderunt gentilitatem patriciorum tātum fuisse propriam: imo etiam plebeis fuit sicut & ipsa ingenuitas cōmunis, quod ex hoc uno Suetonij loco facile apparet: Patricia gens Claudia (fuit enim & alia plebeia, nec potentia minor, nec dignitate) orta est in Regillis. Decepti uidentur ex eo fuisse, quod scribit Liuius Romulum centum Senatores creasse, quos maiorum: Brutum alios item centum cōscripsisse, quos minorum gentium appellarunt. Sed hoc nihil urget ut concedendum sit solos patricios gentem habuisse. Nec enim ista eos appellatio secernebat à plebeis, sed ipsos inter se: quòd cum omnes ex ingenuis, & qui gentem haberent, ciuibus electi essent: tamen quos Romulus crearat, patricium honorem prius in suā gentem transtulerant, quàm ij, quos Brutus postea cooptarat. Patriciorum ergo nomen distinxit eos à plebe. Maiorum uel minorum gentium adiectio, ipsos à seipsis: hoc est priores patricios à posterioribus. Gens igitur non patriciorum tantum, sed omnium fuit, modo ingenuorum. & gentiles dicti inter se esse, qui eiusdem gentis erant, qui quoniam eodem nomine appellabantur, ut memoria generis maneret, idcirco gentiles dicuntur, qui similitudine nominis conueniunt. Vt Cicero, Seruium Tullium Regem gentilem suuum uocat, à quo tamen non erat oriundus, &c. Hæc & latiùs Connanus libro secundo, capitulo undecimo, numero primo & secundo. Deinde Agnati dicuntur, qui eiusdem sunt stirpis: Gentiles uerò generaliter, qui eodem ex fonte & capite primum manarunt: quamuis stirpem, & (ut uulgò loquimur) ramum diuersum habeant. unde illa inter Claudios patritios, & Claudios Marcellos plebeios controuersia, cum Marcelli (inquit Cicero) à liberti filio stirpe, Claudij patritij eiusdem hominis hæreditatem gente ad se redijsse dicerent. nónne in ea caussa fuit Oratoribus de toto stirpis & gentilitatis iure dicendum? Quibus ex uerbis patet, idem omnino Stirpem & Agnationem esse: quippe cum paulo antè, quam nunc stirpem appellant, eam agnationem nominarit. item

ut lib.1.de legib. Quod in ciuitatibus, agnationibus familiarum distinguuntur status: id in rerum natura tanto est magnificentius, ut homines Deorum agnatione & gente teneantur. Illam autem Claudiorum controuersiam sic interpretor: quia cùm eius, q Marcelli alicuius libertus erat, filius intestatò decessisset, neq; aut filios aut agnatos ullos haberet, agnati patroni demortui uniuersorum bonorum possessionem ad se pertinere dicebant: Claudij uerò patritij in capita eam hæreditatem inter omnes qui eiusdem gentis essent, diuidendam esse contendebant, ut ipsi quoque in partem uenirent: propterea quòd Marcelli nihilomagis quàm ipsi, eius qui mortuus erat, agnati essent. Scriptum autem in XII. Tab. fuisse, Si paterfam. moritur, familia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq; esto. Gentiles enim eos ex illa Scæuolæ definitione interpretabantur, qui eodem nomine essent. Hotom.

GENEARCHICVM idem qđ allodium. Cuia. obseru.lib.8.c.14.prope finem.

GENVS appellatum esse uniuscuiusq; generationis principium, constat: ut si dicamus Titium à Sempronio genus habere. Ad huius itaque similitudinem dictum est genus, quod de plurib. specie differentibus in eo, quod quid est, prædicatur: ut animal, corpus, actio, possessio. Sicut enim unus est principium multis procreatis, qui continentur uno nomine: ita genus est principiū suis speciebus, quas uno uerbo comprehendit, & addita differentia, sic constituit, quomodo æs accepta forma transit in statuam, uel in aliam rem. Vt ecce: si dicas, animal est, non intelligitur, an hominem uel equū asserere uolueris. Genus enim est, & utrunq; cum pluribus alijs speciebus complectitur. Verùm si differentiam addas, puta rationem, facies speciem: ueluti animal rationale. Ad dignoscendum autem, utrum id, quod proponitur, genus, an uerò species sit: semper respice an de pluribus dici possit. Deinde an horum plurium singula rursus de multis alijs rectè prædicentur, uel nō. Tunc enim, si plures sunt gradus, genus est: Si duntaxat unus, species, quæ de multis indiuiduis & numero discretis prædicatur. Porrò indiuidua unam tantùm, neque ulteriorem sui partitionem admittunt. Sic actio personalis, habet sub se actionem ex contractu. Et quoniam hęc actio ex contractu rursus de multis alijs dici potest: agnoscis actionem personalē esse genus. Verùm actio ex contractu, indiuidua sub se continet, quæ amplius de nullo prædicari possunt: ut est actio ex contractu Caij, actio ex contractu Titij, & cætera. Quam naturam generis & speciei ostendit Iurisconsult. in l.2. in prin.ff.si cert. petat. Hot. De hoc uide etiam Taboetium in topico militiæ for.& legal.discip.

GENERA dicimus, quæ communi quadam ratione comprehenduntur, ueluti, homo est genus singulorum hominū: singuli aūt homines sunt species, q sub eo genere continentur ueluti Stichus & Pamphilus. Has ipse etiam Aristoteles uocat ἔσχατα εἴδη: illa autem [illegible]. Genus non diuiditur, nisi numero, ueluti cum gĝraliter dicimus decem homines, centum homines. species ueluti Stichus, diuiditur in partes pro indiuiso, non pro diuiso. nam Stichum si diuidas in partes pro diuiso, perdas. Partes illæ pro indiuiso intellectu iuris constituuntur, partes pro diuiso corpore & facto ipso, l.5. ff. de stip. ser. Species etiā diuidi potest numero, ueluti Stichus in duos Stichos, uel Pamphilus in duos Pamphilos, cū sunt plures Stichi uel Pamphili: sed & tum Stichus pro genere habetur. Cuia. ad l.54.ff. de uerb. oblig.

GENERIS propinquitas duplex est, quædā naturalis, altera ciuilis, & utraque adhuc tripartita est. Naturalis hæ sunt species, cognatio, agnatio, affinitas. Ciuilis aūt istę: Adoptio, arrogatio, pontificia cōgnatio, quam spiritualem uocant. De unaquaq; specie uide in propria eius classe. & Connanum lib. 8. cap. 5. numer.1.

GENVINA pietas. quáuis corruptè legatur in uulgatis codicib. gemina, pro insita, siue ingenita patris in filiū affectione, uiq; amoris usurpatur ab Vlp. in l.3. de lib. hom. exhib. Vnde scholium interpretis, alioqui ineptum huc minime pertinet. Certè ex eo liquet, ipsum non intellexisse, quid uerè pietas, quid item officium significent. Certè affectum nullum paternum uincere iure nostro euidētissimum est. Alc. fatetur in Parerg. se quandoq; existimasse corruptū hunc locum, & non geminam, sed genuinam pietatem intelligendum: quod & Norica editione cōstat, quasi naturaliter ingenitam dicas, indicans uocē genuinam apud Ciceronem duobus locis hoc sensu legi: in oratione in L. Pison. & in partitionib. Sp.

GEOMETRIA dicitur esse triplex. Pars enim quædam Geometriæ ὀπτικὴ appellatur, quæ ad oculos pertinet. Pars altera quæ ad aures κανονικὴ uocatur, qua Musici in fundamento artis suę utuntur. Vtraque harum spacijs & interuallis linearum & ratione numerorum constat. ὀπτικὴ facit multa demiranda, id genus ut in speculo uno imagines unius rei plures appareant. Item ut speculum in loco certo positum, nihil imaginet, aliorsum translatum faciat imagines. Item si rectius speculum spectes, imago fiat tua eiusmodi, ut caput deorsum uideatur, pedes sursum. Reddit etiam causas ea disciplina, cur istæ quoque uisiones fallant, ut quæ in aqua conspiciuntur, maiora ad oculos fiant: quæ procul āb oculis sunt, minora. Κανονικὴ autem longitudines & altitudines uocis emetitur, longior mensura uocis ῥυθμὸς dicitur, altior μέλος. Est & alia species κανονικῆς, quæ appellatur μετρικὴ per quam syllabarum longarum & breuium, & mediocrium iunctura, & modus congruens cum principijs Geometriæ, auriū mensura examinatur. Sed hæc inquit M. Varro aut omnino non discimus, aut prius desistimus quàm non intelligamus, cur discenda sint. Voluptas autem, inquit, uel utilitas talium disciplinarum in post principijs existit, cum perfectæ absolutæq; sunt: in principijs uerò ipsis ineptæ & insuaues uidentur. Gell. lib.xvj.cap.xviij.

GERARIA. Gerariæ appellatione uenit nauis oneraria: item, infantium gerula, ut annotauit Torneb. aduers. lib.7. cap.6.

GERERE primum facere significat. Inter Gestum tamen & factum subtilis quædam differentia statuitur. l. decimanona. in fine. ff. de uerbor. significatio. l. secunda. ff. de curat. bon. dan. qua tamen neglecta gestum & factum pro eodem ponimus. l. 58. ff. de uerborum signific. Et ita Gestum latissimè accipitur in l. secunda. §. gestum. ff. ad municip. In edicto autem de minoribus uerba hęc QVOD CVM MINORE QVA[illegible] XXV. ANNORVM NATV GESTVM ERIT. Vlpianus sic interpretatur, ut GESTVM accipiatur qualiter qualiter, siue contractus sit, siue quid aliud contigit: proinde siue emit, siue uendidit, siue societatem coijt, siue soluta ei pecunia, & eam perdidit. Inde ei succurretur. l. septima. Digest. de minoribus. ad cuius leg.

S 4 quæ-

quæstionem. d.l.19. pertinuisse inscriptionum similitudo docet. Sed & his edicti, Quæ fraudationis causa gesta erunt, uerbis quæcunq; in fraudem creditorum fecerit quis, cōtinentur, siue alienauerit de suo, siue liberationem debitoribus præstiterit.l.j. ff. quæ in frau.cred. Gestaq; accipimus non solùm ea, quæ contrahens gesserit, uerum etiam si fortè data opera ad iudicium non adfuit, uel litem mori passus est, uel à debitore, ut tempore liberaretur, petere desijt, uel usumfructum, aut seruitutem amisit: & omnino qui aliquid fecit, ut desinat habere quod habet, edicto continetur.l.3.§.j.ff. quæ in fraud.cred. Atq; ex his planum fit uerbum Gesserunt ad testandi ius non pertinere.l.20.ff. de uerb.sig. Dicitur autem Negotium geri actu quodam ad comparandam obligationem interposito.l.33.ff. de condict. indeb.l.j.§.qui mortis.ff. de donatio.l.17.§.sicut.ff. commod.

Itaque ex negotio gesto, hoc est ex contractu uel quasi.l.j.§.cùm seruus.ff. de his qui deiecer. l. ulti. ff. de aleæ lusu.

Nam negotium geri & contrahi pro eodem nostri auctores usurpant. Briss.

GERERE etiam administrare significat. Ita Gerere Rempub. in l.11.ff. de usur. l.5.ff. de leg.lib.3. Gerere bona in l.23.ff. de pecul.leg. Gerere patrimoniū. l.6.C.ad Velleia. Gerere negotia tot.tt. de neg.gest. Et gerere tutelam. Gessisse autem uidetur tutor omnino, si quid pupillare attigit, etiam si modicum. l.5. §.gessisse.ff. de adm. tut. Gessisse quoq; intellegitur & qui per alium tutelam gesit, quiq; alij gerendam tutelam mandauit: sed & qui satis à contutore accepit rem saluam pupillo futuram, eiq; permisit administrationem totius tutelæ.d.l.5. §. quòd si quis. & l. 56.ff. de administ.tut. Briss.

GERERE. Inde sella gestoria, Ein Tragsessel. Cuius in iure fit mentio. Gestamen militare: Gestamen prætorium, quod milites, uel prætores gererent. Resq; tam forenses, quàm extraiudiciales complectitur, ut patet toto titulo de negot.gest.& l. Velleia. §.gestis. ff. quæ in fraud. cred. & l. gesta. de re iudic. Oldendorpius.

GERERE, pro adserere, existimare, Erzeygen. Gerit se pro ciue, hoc est, iure ciuitatis utitur, & talem se exhibet. Gerit se pro hærede, adserit se hæredem, etiamsi non sit.l.pro hærede. ff. de adquir. hær. §.pro hærede autem. Instit. de hæredum qual. & differ. Eleganter scribit Iulianus, Pro hærede gerere, non tam facti, quàm animi esse. Old.

GERERE pro hærede dicitur, qui animo agnoscit successionem, licet nihil attingat hæreditarium. l.gerit ff. de acquiren.hæred. Exempla autem subijciam. ueluti si quis res hæreditarias uendiderit, creditoribus pecuniam dissoluerit, prædia coluerit, uel inhabitarit, uel locarit, & dubium sit utrum fecerit tanquam hæres, an ut extraneus, uel inquilinus, uel animo gerendi negotium alterius hæredis. nam hęc omnia argumenta sunt gerere se aliquem pro hærede, nisi contrarium probetur.l. Iulianus, §.si seruum, ff. de acquiren. hæred. l. secunda. Cod. de posthum. hęred.instit. item si quis unà cum filio hæres erat institutus, & filium adire iussit. at si pater prius adisset, necesse est ut postea filium adire iubeat. l. si ergo, l. seruus, l. si ex sua, ff. eod. præterea si qui bonis se patris abstinuit, per interpositam personam patris bona mercatus sit. uidetur enim per simulationem repudiasse, ob eamq; causam à creditoribus conuenitur, non minus quàm si bonis se paternis immiscuisset. l. si is qui bonis, eod. Hot.

GERERE non pro hærede dicitur, qui ea gessit quæ propria hæredis non sunt: ueluti si egit sepulcri uiolati, uel pecuniam à statulibero implendæ conditionis causa accepit cùm haberet cohæredē. etenim si hæredem haberet, pro hærede gessisse uideretur: quoniam aliter hæreditas ualere non posset, pro cuius implenda conditione pecuniam accepit. Cum enim pecuniam acceperit, uidetur hæres esse uoluisse.l.pro hærede, 8. Papinian. & §.ult. ff. de acquir. hæred. Eadem ratio est, si quis e liberis mortuum intulit in sepulcrum hæreditarium, d.l. pro hærede, & l. si quis non quasi. item si à parentis liberto uel alimenta, uel operas petierit, quæ ad hæredem extraneum non pertinent: ut quia defunctus operas liberis suis stipulatus erat. nam eas operas, non tanquam extranei, sed tanquam sui hæredes postulant. Hot.

GERITIO, pro Gestio. Vlpian. l.14. ff. de relig. Licet ex hoc ipso neq; pro hærede geritio, neq; aditio præsumitur. Hotom.

GERMANIA, dum Romani rerum potirentur, cōstituta erat sub duobus Præsidibus. autor Macer. l.3.ff. de offic. præsi. Eius quidem Iuriscoss. meminerunt, Allemanniæ nusquam. quod hoc nouum, & fortè post eos natum: uel potius ignotius, illud uerò usitatius erat. De utroq; uocabulo eleganter disserit Rhenanus noster. A quo tamen in disputatione de nomine Germanię dissentit Ægidius Tschudius Glaronensis, cui uerior Strabonis sentētia uisa est: Germanos sic dictos existimantis, quòd fratres fuerint Gallorum, ob morum conformitatem. At Hubertus Thomas Leodius, uir impensè eruditus, amicus noster, in eleganti Commentario suo nuper edito, mauult cum Cornelio Tacito ex ueteribus & recentioribus cum Dn. Beato Rhenano, & alijs eruditis nostratis linguæ peritis sentire, quàm cum Strabone, alioqui grauissimo autore: ut uidelicet Germaniæ uocabulum sit merè Teutonicum, ab insigni fortitudine deductum. Nam Ger Man. prorsus uirilē, strenuumque significat. Nec quenquam, inquit Hubertus, moueat hic Dn. Ægidius Tschudius, aliam ex Strabone afferens Germaniæ nominis originem, nisi idem præstet in Allemannis, Nortmannis, Marcomannis, & huiusmodi alijs in Man exeuntibus: quæ quàm plurima sunt, ita ut non possit singularitas in Germaniæ uocabulo allegari, aut suspicari, etsi sit non parua, aut indiligens Strabonis autoritas. Quis enim audiuit Romanos gentibus nomina imposuisse, & non proprio & communi appellasse? Hactenus Huberti uerba retulimus. Rhenani opinio placet Dn. Alciato, apud quem extat de Germania perquam elegans cap. libro Parergōn. 10. Albericus suos ille secutus autores, à germine deducit Germaniam, candidè ei generis nobilitatem adserens præ cæteris nationibus. Porrò si quis hodie uoluerit totius Germaniæ statum diuidere, commodè id fecerit, autore Oldendorp. Romanorum exemplo, qui tres gradus faciebant in Vrbe, scilicet, Senatorium, Equestrem & Plebeium. Sic nos dicemus esse tres ordines per totam Germaniam, uidelicet, Senatorium, hoc est Principum, Magistratuum: Equestrem id est, Vasallorum, nobilium, siue ruri, siue in ciuitatibus: Plebeium, hoc est, reliquorum ciuium, negociatorum, opificum, & rusticorum. Sp.

GERMANICVS Drusi Neronis filius ex iuniore Antonia, Marc. Antonij Triumuiri filia à Tiberio Cæsare patruo adoptatus fuit, quod ab Augusto non alia ratione fuerit adoptatus, quam si ab eo Germanicus adoptaretur. ex Tranquillo.

Et

Et Iustinianus Imperator lib. Instit. primo, sic inquit D. August. non antea Tiberium adoptauit, quàm is Germanicū adoptauerit, ut protinus adoptione facta incipiat Germanicus Augusti nepos. Accursius tanq̄ de personis ignotis & obscuris loquens, quendam nomine Tiberium, & quendā nomine Germanicum appellat, qui quasi nō sit Tiberius qui successit Augusto in principatu, & Germanicus ille, qui p̄terquam ingenij monumenta, quæ adhuc extant, & præterquam quod Gaium Caligulam genuit, & qd' quæsturam per quinquennium administrauit, & qd bis consul fuit, quiq; mortuo Augusto ab omni exercitu Cæsar salutaretur, imperium recusauit, atq; de Germania triumphauit, unde illi cognomentū: quique ad orientem profectus, Armeniæ regem superauit, Cappadociam in prouinciæ formam redegit, atque Antiochiæ obijt, agens ætatis annum quartum & trigesimum. Nebriss.

GERMANI, fratres dicuntur ex utroque parente: Consanguinei, ex eodem tantum patre, nō etiam matre: Vterini contrà, ex eadem matre, & duobus parentibus. Spiegelius.

GERMINA dicuntur uirgulta, quæ de radicib. nascuntur: hinc & germinales arbores apud Paulū. in l. diuortio. §. puto. ff. solut. matr. Modò proba sit lectio, quam Alciat. sequi uidetur. Norembergensis editio Cremiales habet: quę mihi magis arridet. & ut apparet, nec ipsum Accursiū latuit, si orthographiæ peccatum condones. Sp.

ΓΕΡΟΝΤΕΣ à Græcis dicuntur Senes, quòd honore, & præmijs adfici debeant παρὰ τὸ γέρας ἔχειν. Horū tripartitam facit ætatem Galenus libro 5. de tuenda sanitate. Primam autem dicit esse eorum qui ὠμογέροντες dicuntur, uiridi senectute præditi: ob idq; ciuilia negotia obire potentes, quiq; consilio ualent. Hæc senectutis prima pars ab anno quinquagesimo ad sexagesimum perducitur. Secunda exordium facit à sexagesimo & in septuagesimum extenditur. Tertia, quod reliquum ætatis cōficit atq; eorum est qui πέμπελοι dicuntur παρὰ τὸ [illegible], quasi eorum Funebris pompa iam Orco dimittenda sit. Brechæus l. pueri appellatio. tit. de uerborum & rerum sign. &c.

GERONTOCOMIVM γεροντοκομεῖον, locus cu randis senibus paratus. γέρων enim senex Latinè dicitur, & κομεῖν curo. Locum oportet fuisse, quò tenues homines qui affecta ætate uictum sibi suis operis parare amplius non poterant, recipiebātur, & ad reliquum ætatis tempus alebantur. Vtitur Iustin. l. illud, 16. & l. sancimus, 18. C. de sacr. eccl. Hot.

GERVNDIA, à gerenda duplici significatione actiua & passiua, quidam dicta esse existimant: quarum ut participiorum significatio tota ferè ex adiūctorum ui pendet. nam si dixero, liberos hæredes instituendos, uel exhæredandos esse, moriendum esse omnibus: hic quædam colligitur necessitas. at cum dicimus, Inter nauigandum multa animo obseruari pericula, animo occidendi Titium inuasit, in allegādis legibus iudicium & modum adhibendum, in diuidenda hæreditate iudicis maximè ualere officiū: hic nemo dixerit aliquam esse necessitatem. Proinde rectè sentiunt, qui nihil differre arbitrantur, siue titulus inscribatur, de Hæredibus instituendis, siue de Hæredum institutione. Vide Alciat. in rubr. C. de eden. Ias. & Dd. Instit. de actio. item Viglium in rub. Instit. de hæred. instit. Sp.

GERVSIA. Quod Senatus Romæ, hoc fermè fuit γερουσία Spartæ, id est, Lacedæmone. Ipsa quoq; à senib. dicta, qui Græcè γέροντες dicuntur, quæ uox in nonnullis exemplaribus corruptè legitur, in glo. l. archigerontes. C. de episc. aud. Sp. Nomine γερόντων præterea decem κόσμοι apud Cretenses etiam notauit Aristot. Illam uocem ex Græco in Cicerone Senatum uertit Gaza: Postell. ca. 30. de magist. Athen.

GESA Gallorum propriè tela, sicut Sarissæ Macedonum: Germanorum frameæ: sed & fortes uiros dici à Gallis Gesos, à Seruio annotatum est. Gesatas etiam ab ijsdē appellari mercenarios milites Plutarchus auctor est, ut annotat Cælius lib. 21. cap. 18. Lectio. antiq.

GESTA. gloss. in l. 2. ff. de cur. bon. dando. sentit, Acta esse iudicij, hoc est, quæ quoquo modo in iudicio fiunt: Facta, uerbales respicere cōtractus factos extra iudicium: Gesta uerò, quæ sine uerbis fiunt esse censenda. Sed hæc meritò, Alciatus inquit, non recipiuntur: cum ex subiecto argumento, gestum etiā accipiatur, siue ex contractu, siue aliter quid factum sit. ff. de min. Nec dubium est, ex communi loquendi usu, nihil hæc differre: quod Bartol. annotauit, l. j. de offic. proconf. Cæs. Sp.

GESTA fraudationis causa quæ dicantur, indicat Vlp. l. j. & seqq. quæ in fraud. cred.

GESTAM rem, pro actam, Pomponius contra Vallam dixit in l. fin. de his quæ in testam. del. Sp.

GESTVM accipitur, ut Vlp. de minorib. ait qualitercunq;, siue contractus sit, siue quid aliud contingat. Maff. Adde Cuia. ad l. ait prętor, ff. de min. 25. an.

GESTA inter & facta, licet esse uideatur quędam subtilis differentia, attamen nihil inter factum & gestum interest. Caius de uerb. sig. Maff. Adde Brech. l. Labeo, in tit. de uerb. & rer. sign.

GESTANDI ius habere, uide Vlp. in l. plenum, in prin. ff. de usu & habit. Sp.

GESTARI dicebantur ueteres cùm succolātib. seruis ualetudinis, uoluptatisue causa ferebantur l. 12. ff. de usu & habit. l. 7. ff. de manu. uindict. Inde gestatio l. 16. §. j. ff. quod ui, aut clàm. Plin. lib. 26. cap. 3. Quinque res maximè communium auxiliorū, professus: abstinentiam cibi, fricationem corporis, ambulationem, gestationem. Ipsa etiam loca arboribus densis opaca, per quæ gestari solebant, gestationes adpellabantur l. 13. §. fructuarius causam. ff. de usufr. & apud Plin. lib. 1. Epist. ad Caninium Ruf. & libr. 2. ad Gallum. Prateius.

GESTATIONES, loci per quos ueteres ualetudinis causa gestabantur. Vlpianus l. 13. §. 4. ff. de usufruct. Et si fortè uoluptati fuit prædium, uiridaria uel gestationes, uel deambulationes arborib. infructuosis opacas atq; amœnas habens. Vbi tamen Voluptati aut, ut alijs in libris, Voluptarium legendum puto. Vlp. l. 12. §. j. ff. de usu & hab. Pręter habitationē quam habet cui usus datus est, deambulandi quoq; & gestandi ius habebit. Et de hac gestatione locus hic intelligendus est apud Imp. §. 5. de oblig. quæ ex del. Aut si quis equum gestādi causa commodatum sibi longius aliquò duxerit. quod ueteres scripserūt de eo, qui in aciem equum perduxisset. Hot.

GESTATORIVM, appellamus lecticā sellāmue, siue carrucam: denique quodcunq; in quo gestamur. uide Beroald. in comment. ad C. L. Cæs. uitam apud Tranquil. Spieg.

GESTIRE, pro cupere, in l. 1. C. de inoffic. dona. Est tamen propriè, lætitiam animi promere, cū quodam corporis motu. Sp.

GESTOR negociorum, similis est procuratori: nisi quod mandatam à domino procurationem non habet.

habet.sed amicitia fretus rem administrat,bonamq́; fidem agnoſcere debet. Vlpian. de Negoc. geſt.l. iij.ait prætor, ſi quis abſentis negocia geſſerit, iudicium eo nomine dabo.Sp.

GESTORES negociorum triplicis ſunt differentiæ, uidelicet, uoluntarij, qui ultro abſentis res gerunt. Neceſſarij, qui obligatione officij adminiſtrant,ſicut Curatores. Et quaſi neceſſarij (ut ſic dicam) qui ſuſpicione obligationis inani ad gerẽdum accedunt.Quales ſunt liberi homines bona fide ſeruiẽtes, quibus aliquid agendum mandatur.l. At qui natura.§. Si libero, C. de negot.geſt.Item tutores à patre in teſtamento dati poſthumo, qui interim adminiſtrant,nec tandem naſcitur poſthum9.l.Cũ pater.ff.eod.tit.Item hi,qui ſe procuratores opinantur falſo,aut curatores, quũ non ſint, eorumq́; ſucceſſores.l.3.§.Etſi furioſi,ff. Nego.geſt.l. Curatoris.C. eo. tit.l. Quicquid.C. Arbit.tut.Sp.

GESTVS, huius geſtus, pro negocio geſto, acto,adminiſtrato,apud Vlpianum,in l.Item ſi cui pu taui.ff.Neg.geſt.cũ ait.Nec poſsit,quod alij adquiſitum eſt ipſo geſtu, hoc tuum negocium uideri.Sp.

G I

GIBBOSI, qui gibbos habent. Paulus horum meminit in l.3. de Æ.dil. edict. In uulgatis codicibus Gibberoſi ſcriptum eſt. Quanquam grammaticos ſcio annotaſſe,& gibber, gibbera, gibberum, & gibber,gibberis,& hoc gibbere dici:nos tamen Haloandri editionem referimus.Sp.

GIBELINI.Vide Guelphorum.

GIBZI lepra, cuius eſt mentio ceu ſpeciei diræ imprecationis in Nouel.iuſiuran. quod præſtar.ſol. Denotat auaritiam parentũ inficere prolem: & malè acquiſita à maioribus non ſine culpa poſsideri à ſucceſſoribus.uide D.Ambroſium in cap.4.Euang. ſecundum Lucam.Fuit autem ſeruus Eliſæi prophetæ,de quo lege cap.5.Reg.4.

GIGNENDI caſus, propriè denotat proprietatem.l.locum.in prin.ff.de relig. & ſump. fun. & not. in l.Q.Mutius. de aur.& arg.leg. Tametſi communi loquẽdi uſu corrigatur etiam ad facultatem, ſeu ius adminiſtrandi,ſeu poſsidendi.ex Alber.

GIGNERE & Parere, factum & operationem quandam important. Hinc diſpoſitio loquens de filijs ex uiro & uxore natis, niſi in ueris filijs locũ habere poteſt,maximè illis ſuperſtitib. Qua de re pulchrè Bart.diſſerit in l.liberorum,de uerb.ſig.

GILDONIS meminit l.19.C.Theod.de pœnis. & Claudianus in lib.de bello Gildonico. Oroſius libro ultim.l.16.& 19.C.de bonis proſcrip.C.Th.& uide in Notit.ſub diſpoſitione Comit.Rer.Priu. per Occidentem. Prat.

G L

GLADIATOR.Originem & cauſam gladiatorum Capitolinus,genera uerò Budęus refert.in annot.ad l.athletas. de ijs qui nota.infam.Gladiatores autem dicuntur generaliter omnes, qui gladijs pugnant,etiam diſcendi gratia, antequam in lucẽ producuntur.Etiam ſunt,qui hoc literis tradunt,ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas uidere, & uulnera,& ferrum,& nudos inter ſe coeuntes, ne in bello armatos hoſtes timerent,aut uulnera & ſanguinẽ perhorreſcerent.Hinc mos tractus uidetur,ut Imperatores ad bellum proficiſcentes, munus darent gladiatorium. Aſt omnino prohibẽtur in Conſtit.principum.lib.xj.C.de gladiat.tollend. Idq́; merito.Cyprianus enim ad Donatum. Paratur enim, ait, gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet. Anchora.

GLADII pœna.l.j.§.quanquam.ff.de abig.cùm gladio & enſe in aliquem animaduertitur. Aliud enim eſt gladio,aliud ſecuri animaduerti,uel telo,uel fuſte.l.7.§.1.ff.de pœn.Vnde apud Spartia. Antoninus ei,qui ſecuri percuſſerat Papinianũ, Gladio ait, te meum iuſſum exequi oportuit.Briſſ.

Itaque gladij poteſtas ab alijs coercitionibus ſeparatur.l.6.ff.de off.proconſ. ex qua tracta eſt l.70. ff.de diuerſ.reg.Eſt enim gladij poteſtas ius animaduertendi gladio in facinoroſos homines.l.3.ff.de iuriſdic.Et ita gladij ius accipio in l.6.§.qui uniuerſas. ff.de off.præſid. in qua gladij ius omnes prouinciarum rectores habere ſcribitur, quos deportandi ius non habuiſſe conſtat.l.6.ff.de interdict.& releg. Sic & in l.j.ne ſine iuſſu princip.in C.Theo. l.74. de decurionib.in eo.C.Iul.Firmic.lib.3.Matheſ.c.5.Faciet prępotentes,horribiles,duces,& quib.maximi committantur exercitus,qui habeant etiam uitę neciſq́; auctoritatem,& in magnis adminiſtrationibus iuris gladij decernit poteſtatem. Auguſtin. Epiſtol. 61.ad Dulcitium Tribunum. Nec enim gladij ius in eos accepiſti. Briſſonius.

Ad gladium damnari dicuntur, qui ad ludum gladiatorium damnantur.l.25.§.ſi quis planè.ff.de adq. hęred.l.6.§.irritũ fit.ff.de iniuſto.rup.Et apud Paul. lib.5.Sentent.tit.xvij. Capitol. in Macrino.Seruos, qui à dominis fugiſſent, repertos ad gladium ludi deputabat. Briſſ.

GLADIVS, non ſimpliciter pro telo uſurpatur ab Vlpiano,finiente in l.3.de iuriſdict.omn.iud. merum imperium eſſe,habere gladij poteſtatẽ, ſed per Rhetoricam denominationẽ,pro quauis pœna,quę de reo ex delicto aliquo expetitur.Sp.

GLANDARIA ſylua, quæ ſeruatur glandis ferendæ cauſa. Cato autor. Sp.

GLANDEM caducam, quæ ex arbore cecidit, in l.ſyluæ.de uerb.ſign. Caius finit:ſed non,ut adnotauit Alc.ex ſermonis proprietate.quoniã caducus, non qui cecidit, ſed qui facilè caſurus eſt, ruinamq́; minatur,ſignificat.Vnde & Paries caducus.Sp.

GLANDIS autem nomen non tantum ex quercu, ilice, phagóue intelligimus, ſed ex omnibus arboribus fructum.l.1.ff.de gland.leg.l.qui uenenum. §.fin.ff.de uerb.ſig.exemplo Græci ſermonis,inquit ibi Iabolenus, apud quos omnes arborum fructus *ἀκρόδρυα* appellantur, nempe à nomine *δρυὸς* quod quercum ſignificat. Planè ideò glans inter omnes fructus, tam diffuſè uſurpata à maioribus eſt, quod ante Cereris immortale beneficium cibus communis fuit. Auſonius:

Olim communis pecori cibus atq; homini glans.
Antè quidem campis quàm ſpicea ſuppeteret frux.

Tibullus:

O ualeant fruges ne ſint modò rure puellæ.
Glans alat & priſco more bibantur aquæ.
Glans aluit ueteres. ——

Ouidius in Faſtis:

Prima Ceres,homine ad meliora alimenta uocato,
Mutauit glandes utiliore cibo.

Lucretius lib.V.

Glandiferas inter curabant corpora quercus.

Heſiod.*ἐν ἔργοις καὶ ἡμέραις* de hominib.iuſtis loquẽs:

Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον. οὔρεσι δὲ δρῦς.
Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.

Hic in uictum hominum glandes annumerare uidetur,Claudianus in raptu Proſerpinæ:

Vnde datæ populis fruges & glande relicta

Ceſſerit

Cesserit inuentis Dodonia quercus aristis.

Virgil. 1. Georg.

Liber & alma Ceres, uestro si numine tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

Prisci igitur legumlatores glandem hoc potissimũ honore donarunt, ut in memoriã illius prisci & parci uictus, omnium arborum fructus eo nomine censerentur, quos prætor l. 1. ff. de gland. leg. insecutus est Forcat. in penu iuris ciuil. c. 15. Adde Fr. Balduin. in l. XII. Tab. cap. 16. Hanc autem legem XII. Tab. Glandem in alienum fundum procidentem colligere fas esto. Plinius nobis tradidit, lib. 16. ca. 13. cum ea cautum fuisse dicit, ut colligere glandem in alienum fundum procidentem liceret. Prætor deinde suo edicto præcepit, ut tertio quoq; die aliquis glandem, quæ ex fundo suo in agrum alterius caderet, legere & auferre posset. Tit. est lib. Pand. 43. de glãd. legen. Riuallius lib. 2. hæc ferè omnia. Anch.

GLANDATIO est glandiũ collectio, & pastio suum ex glandib. Galli *panage, ou glandée.*

GLAREA, terra est lapillis permixta. Paulus, de aqu. plu. arcen. l. supra iter glarea iniecta. Item de uia publ. l. 1. in uiam terrenam glaream immittere. Prat.

GLAVCINAM Pomponius in l. 21. §. j. ff. de aur. arg. numerat inter ea unguenta quę ualetudinis causa parata sunt. Confectum oportet ex Glaucio, herba quam Plin. lib. xx. cap. xix. syluestrem & erraticã appellat: & in afflatu maris nasci solitam tradit. Nisi fortè Gleucina potius legendum sit. nam Gleucini olei factitij Plinius meminit, eiusq; conficiendi rationem Columella lib. 12. cap. 51. demonstrat. Est aũt oleum mustum, ut Græci uocabuli origo declarat, quod prius quàm oliuæ premantur exprimitur, & simul odoramenta, miscentur. Hot.

GLEBA. Alciatus ad titulum, De Prætorib. lib. 1. Cod. Non facilè reperies, ait, quid hîc significet gleba, clauis, follis, & septem solidorũ functio. Verùm, glebam accipimus cespitem terræ, dictam quòd sit quasi globus l. certo generi. §. si toties. ff. de seruit. rustic. præd. Quoties autem aliquis præturam inibat (intelligo autem militarem) prouinciales ferebant glebam, uel propter auertendam caritatem penuriãmq;, ut memor esset Prætor ita res curare, ut annonæ ratio salua esset, uel etiã, ut ipse in administratione ita se gereret, ut omnes accepisse uiderētur aruum pro gleba. Hæc ferè omnia ab Alciato sumpsimus. Anchora.

GLEBAE professio in l. 12. de annonis & tributis in C. Theodosiano. Glebalis pensio in l. 4. de indulgentijs debitorum, in eodem C. Glebæ canon apud Sidonium Apollinarem libro 6. Epist. ad Censorium papam. Briss. Adde Cuiacium ibidem, qui affirmat, glebam & descriptionem, & collationem, & præstationem, & munus, & canonem, & pensionem uocari, & aurum glebale & aurum oblatitium. Glebale quod pro possessionibus pendatur. Oblatitiũ quod non canonis uel indictionis, sed oblationis genere quodam à senatoribus exigatur, sicut aurũ coronarium à decurionibus, aurargentũ à negotiatoribus, Cuia. d. l. 2. de prætor. & de hon. præt. C. lib. 12.

GLEBA Senatoria. Inter glebam Senatoriam & follem senatoriũ nihil interesse uidetur. Martianus in N. de indul. reliq. Quicq̃d ex titulo Senatorij follis in prouincijs debetur. Sic legendum ex uetustis libris: Sed tamẽ etiam illi senatores, quib. nulla erat possessio duos folles in ærarium inferebant, ut constat ex constitutione quadam Gratiani ad Hypatiũ in C. Th. lib. 6. Cuia. l. 2. de pƺtor. & hon. præt. C. li. 12.

GLEBALE Onus senatorium est. Cuia. in l. ius senatorium, de dignitatib. C. lib. 12.

GLORIA, appellatur consentiens laus bonorũ: Quintil. Gloriæ cupiditas haud improbata ab Imp. Alexandro, in l. 2. C. de his qui spont. mun. lib. x. Melius sentit Erasmus noster alicubi: Quanquam ô superi, inquiens, quod est hoc totum quod uulgò gloriam uocant, nisi nomẽ inanissimum ex paganismo relictum? Quod genus non pauca resederunt apud Christianos, dum immortalitatem appellãt, famam posteris relictam. Sp.

GLORIA uiuere dicitur, qui pro Repu. cecidit. Instit. de excus. tut. §. si in bello. ff. eod. l. bello omissi. & ad leg. Aquil. l. qua actione. §. si quis. Sp.

GLORIOSVS & celebris dicitur, quem Gręci uocant ἔνδοξον: & iactabundus, quem illi uocant ἀλαζόνα. Id ante me Listrius monuit. Sp.

GLOS uiri soror dicitur à Gręco γάλως. l. 4. §. gradus. ff. de gradib. & adfin. Festus Pompeius libro 6. Non. Marcel. lib. de proprietat. sermo. cap. ult. Sed & in Lexico illo, cuius iam compluries mentionem feci, ita est, Glos ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὴ γάλως παρὰ τοῖς πλείοσιν. Vnde ab Ausonio in Monosyl. Polyxena, quæ ad Achillis tumulum mactata est, Andromachæ glos πενθερὰ appellatur: quod soror esset Hectoris, cui Andromacha nupserat. Briss.

ΓΛΩΣΣΑ Latinè lingua dicitur. Glossema, expositio, siue interpretatio. Quintil. Circa glossemata etiam, id est, uoces minus usitatas, nõ ultima eius ꝓfessionis diligẽtia est. His uerbis Fabius innuit, Glossemata uoces esse, quę expositione indigent: non, ut uulgò accipitur, ipsas expositiones. Iac. Butri. in l. j. C. qui pro sua iurisd. tanti fecit Glossæ autoritatem, quòd eam communi opinioni anteponendã statuerit: qđ & Baldo uisum est, in l. hæreditas. C. de poss. tum plerisq; alijs clari nominis interpretib. In contrarium tamen est, quòd quotidie & in scholis & iudicijs Glossas impugnari refelliq; uidemus. Nisi enim uel iure, uel rationib. funditus nitatur, & à textu non dissideat, minimè sequenda. Quod dicere solebat præceptor noster primus Capnion, uir ille incomparabilis. Nam ubi Textus expressi sunt, ibi nulla est dubitatio, nec ad glossam respiciendum: quod & Baldus rectè docuit, in l. ancillæ. C. de furt. Nã doctrina glossę nullam nobis necessitatẽ imponit: quũ sit tantùmodo probabilis, ut dicit Bart. l. 1. ff. si cert. pet. Quod aũt uulgo iactitatur, quòd in iudicando à glossa recedi non debeat: id nõ esse uerum, post Abbatem, Zas. itidem pręceptor noster subinde, nec inutiliter, ꝓ re nata inculcat. Cæterùm, ubi textib. destituimur, tum glossę autoritas minimè contemnenda est. Qua de re latè differit Neuizanus in Sylua nuptiali. Spiegelius.

G N

GNAVVS, melius Nauus scribitur. Nauo enim opponitur ignauum: strenuũ id significat. Rhenan. in annot. ad Liuium, Velleium suum citat. Sp.

GNOSTICI qui & αἰσχροὶ uocãtur, quo pacto, quibusq; sacris dæmonẽ se olim concipere dicerẽt: docet Petrus Crinitus de honesta discip. lib. 7. ca. 4.

G O

GOSSIPPIVM, frutex, de quo Plin. lib. xix. c. j. Superior pars Ægypti in Arabiã uergens, gignit fruticem, quem aliqui gossipion uocant, plures Xylon, & ideo ligna inde facta xylina. Paruulus est, simileq; barbatæ nucis defert fructũ, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ulla sunt eis in candore mollitiaue præferenda.

GRA-

G R

GRADVS inquit Paul.in l.Iurisc.de gradibus dicti sunt ad similitudinem scalarum locorumue procliuium:per quos ita ingredimur ut à proximo in proximum transeamus,idq; nostris generationē significat.Ferret.tit.de gradib.

GRADVS, est unius personę distantis ad aliam, in linea consanguinitatis,uel affinitatis, facta collatio ad communem parentem.l.j. cum seq. §. usq; ad. §.affinitatis. ff.de grad. Concisius iuxta Philippum optimum docendi magistrum. Gradus est interuallum quo cognoscitur, quæ persona stipiti propior. Vide perquàm elegantem, quem ea de re scripsit libellum, ut discas nūc gradus numerare aliter, quàm uetera iura ciuilia tradidere. Sed &

GRADVM pro existimatione, & honoris loco usurpari, notum est. Hinc in gradum reponere, est deiectum restituere. Sp.

GRADVS arctissimi dicuntur esse, primus, & secundus, & tertius. Namq; in primo sunt suprà, pater & mater: infrà, filius & filia. Secundo sunt gradu suprà, auus, auia: infrà, nepos, & neptis: ex transuerso, frater & soror. Tertio gradu sunt suprà, proauus, proauia: infrà, pronepos, proneptis: ex transuerso, fratris, sororisq; filius & filia, & conuenienter patruus & amita, auunculus & matertera. Sp.

GRADVS etiam ordinem successionis significat.l.5.ff.unde cogn.l.1.ff.si tabul.test.l.15. ff. de S.C. Silania. Briss.

GRADVS quoq; in testamentis institutorum & substitutorum dicuntur.l.3. §.filius. & §.sed & inter. ff.de liber.& post.l.37.ff.de hęredib.instit. Sic primo & secūdo, & tertio gradu scriptos hæredes legimus, qui & priore loco hæredes scripti sunt, uel alijs substituti.l.3.§.ult.l.4.& l.5.ff.de iniusto rupt.l.2.§.defertur. ff. de secundis tabul. l. 53. ff.de hæredibus instituendis. Brissonius.

Est & Gradus mensuræ genus pedes duos & semis continens, ut & Isidorus scribit, & in fragmētis, quę libris uariorum auctorum de limitibus subiecta sunt, traditur. At apud Constant.lib.2.Epit. βῆμα traditur habere πήχεις β. ὅπερ πόδας γ. παλαιστὰς ιβ. Hinc Cuiac.ad l.4.§.libertatem, ff.de usurp. & usucap. duplicem facit gradum, simplicem uidelicet, & Geometricum. Simplex, inquit, gradus pedes habet duos semis, uel ut ex Iuliano Ascalonita architecto Constātin.scribit lib. 2. Epitom. τὸ βῆμα ἔχει πόδας β ς. Geometricus uerò gradus, id est, passus siue ὀργυὰ pedes habet quinq; uel, ut alijs placet, pedes sex.

Extra suum gradum moti fines dicuntur, qui loco suo moti sunt.l.ult.ff.de termino moto.

GRADVS etiam in hæredum institutionibus & substitutionibus uocatur locus ex ordine, quo neq; hæreditas defertur. ueluti cum primo, secundo, tertioue gradu scripti hæredes dicuntur:l.3. §.filius, ff. de lib.& post.l.3.§.ult.& l.5.ff.de iniust.rup.l.2.§.defertur, ff.de bon.poss. secund.tabul.l.37.ff.de hæred. instit.Modestin.in l.1.ff.de uulg. & pupill. Hæredes aut instituti dicuntur, aut substituti. Instituti, primo gradu: substituti, secundo, uel tertio. Gradus autem aliud est, aliud locus. nam instituti oēs primo gradu sunt, locum autem singuli obtinent pro ordine scripturæ primum, secundum, tertiū. Gradus igitur ex ordine successionis: locus ex ordine scripturæ numeratur.l.si is qui,55.ff.de hæred.instit.Hot. Adde Cuiac.ad l.55.ff.de hæred.instituen. Forcatulus uerò in Necyom.dialog.23.affirmat nullam differentiā inter locum & gradum seruari, allegando, quod Modestinus in l.1.ff.de uulg. Gradum dixerit, Scæuola Locum, l.Lucius. §.Sempronia. ff.de leg. 2. l.1.C.de edict.diui Hadria.

De Gradu in gradū est successio, cum proximo agnato non adeunte hęreditatem, sequens admittitur, qui est secundo gradu. Interdum utrunq; cōiungimus, ut si quia agnatus primi gradus hęres nō est, admittimus cognatum secundi gradus. Balduin.tit. de legit.agnat.success.&c.

GRADVS ætatum iuxta sententiam Iuriscoss.latè explicat Alcia.interpretans l.pueri appellatio.de uerb.signific.

GRADVS in agone literario tres sunt. Vide suprà, Doctores legum.

GRADVVM consanguinitatis computatio dissimiliter numeratur iure ciuili & Canonico.Insti.de gradib.cogn.Et 35.q.5.c.ad apostoli.cap.quod dilectio.Et c.ult.de consang. & adfin.

GRÆCA mercari fide, id est, numerata pecunia, ubi non uerbis, neq; stipulationibus sed pręsente pecunia res agitur. Sp.

GRAECA religio, pro Paganismo: & Græci pro paganis quando dici cœperint, ostendit Alcia. in Parerg.declarans quędam loca in Nouellis Constitu. cxxxj. de Eccles.titul.

GRAECIAM exoticam Plautus in Menęchmis Græciam peregrinam dixit, intelligēs extra Italiam sitam, ad discrimen oræ illius Italiæ, quę magna Gręcia uocabatur. Sic autem scribitur, Mare superū omne, Græciamq; exoticā, orasq; Italicas omnes. Tornebus aduers.lib.19.cap.13.

GRAECITAS in l.unic.C.de stud.libr.urb.Ro. & Constant.lib.11. pro Græcarum literarū & facundiæ studio, ubi falsò anteà legebatur grauitas.Briss.

GRAECVM uinum inter dulcia numerat Iurisconss.l.ult.ff.de trit.& uin.leg.de ijs post Plinium, lib. 13. Steph.Nigrum multa & uaria uini genera referentem in opere quod de Nimio uitæ luxu inscripsit. Alex.Neapol.c.21.lib.5. annotauit quòd ueteres uinum Græcum semel tantū etiam in lautissimis conuiuijs apponere solebant: primusq; diuus Cæsar triumphalibus cœnis, quatuor uini genera propter instituta maiorum dicitur apposuisse, Falernum, Chium, Lesbium, & Mamertinum.Philelp. lib. Conuiu. j.ostendit, uinum omni ætate perniciosum, eiusq; incommoda refert. Quomodo facias uinum Gręcum, docet M.Cato. Sp.

GRAMMATA. Lege Budæum in Commentar. Linguæ Græcæ.

GRAMMATICI, hoc est, qui Grammaticā docent, an à muneribus excusentur, uide l. si duas.§. Grammatici. ff. de excus.tut. & l. sextumdecimum. §.fin.de uac.mun.Sp. Suidas ait, τὴν γραμματεία καὶ ἀντιγραφία eadem significatione esse, fortasse iam degenerem linguam suo seculo secutus. uocant enim uulgari uoce τὸν γραμματικὸν scribam & antigraphea Græci omnes. Vide Postellum in libr.de Magistr. Athen. capit.decimoquinto.

GRAMMATOPHYLACIVM, ubi tabulæ & instrumenta publica, monumentaq; rerum gestarū, actarumq; asseruantur: quod Tablinum Latinè appellatur. Vlp.in l.moris.de pœnis. Archio fortè uel Grammatophylacio. Sp.

GRANARIA l.94.§.pen.ff.de leg.3.quæ ex tabulis fieri ostendit l.18. ff.de act. empt. stipitibus uel in terra defixis, uel supra terram positis & collocatis. Hoc est, quod horreum frumentarium mobile ex tabulis ligneis factū dicit l.60.ff.de acq.rer.dom.Prat.

Sunt

Sunt etiam interdum granaria loca in horreis tabulis septa ad fruges seruãdas suo cuiq; generi disclusa: atq; ita ab Iaboleno in titulo actionum empti & uenditi usurpatur sic scribente, granaria quæ ex tabulis fieri solent, ita ædium sunt, si & stipites eorum in terra defossi sunt. Eodem etiã modo ab Horatio positum in illo uersu Torneb. recordatur:

Cur tua plus laudas cumeris granaria nostris?

Torneb. aduers. lib. 5. cap. 13.

GRANDAEVVM accipit Albericus, qui annũ 29. uel 30. adtigit not. c. quicunq;. 77. distin. per capi. Episcopus. ead. distinct. Sp.

GRANDE beneficium, pro incõparabili, apud Vlpianum in l. j. de bo. libert. Scilicet ad remunerandum tam grande beneficium, quod in libertos confertur, cùm ex seruitute ad ciuitatem Romanã perducuntur. Indicat uulgatus uersic.

Non bene pro magno libertas uenditur auro.

Libertatem pretio numario non æstimandam. Sp.

GRANDIS commodi l. 4. ff. ex quib. cau. maio.

GRANDIS natu, quinquagenario paulò minor est. Pomponio in l. 2. de orig. iur. ergo Sabino concessum est à Tiberio Cæsare, ut populo respõderet, qui in equestri ordine i[illegible]m grandis natu, & ferè quinquaginta annorum receptus est. Sp.

GRANDICVLI pueri, Canonistis sunt doli capaces. c. 1. extr. de delict. puero. Plau. Grandiculi uoce in Pœnulo usus est: In fundas infundebam grandiculos globos. Spieg.

GRAPHARII sunt tabelliones de quibus prolixe Connan. lib. 2. cap. 2. nu. 2.

GRASSARI dicuntur, qui ex insidijs uiatores impetu gradiendi adoriuntur. Item qui gerendo negotia sensim sub aliquo prætextu contrectant res alienas, ut in l. 3. de suspect. tut. & Instit. eod. tit. §. nouissimè autem. Sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat. Sp.

GRASSATORES, ut ait Callistratus, de pœnis, in l. capitalium. §. omnia admissa. sunt, qui prędæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur, & si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur, utiq; si sæpius, atq; in itineribus hoc admiserũt: cæteri in metallum damnantur, uel in Insulas relegantur. Porrò grassaturam, Iuuen. Satyr. 3. describit dilucidè. Claudianus in l. aut facta. de pœnis. in §. qualitate, inquit, rixæ à grassaturis discerni solent. Vide adnotata in hunc §. per Bud. Sp. Refert Aulus Gellius lib. xj. cap. 2. M. Catonem dixisse, Romanos olim eos grassatores solitos fuisse appellare, qui conuiuijs poeticæ se darent. Aldobr. ad tit. Instit. de suspect. tut. §. ultim.

GRATA breuitas, prouerbiale uerbum perquã elegans, pro eo quod Barbari dicunt, Gaudent breuitate moderni. gl. l. j. ff. quod met. caus. At eadẽ monuit in l. j. ff. si cert. pet. Quod nimis obscurus fio, dũ breuis esse laboro. Sp.

GRATIA. beneficium quod gratis datur nobis: Gratiam autem facere, est ex iure diligentiore aliq́d imminuere. Pompon. l. pen. de iureiur. Labeo etiam absenti & ignoranti iurisiurandi gratiam fieri posse, respondit: Esse uerò in gratia, pro, esse in aliquo munere & reputatione quam uocant. Sp.

GRATIA bona, & mala dicitur. Vide Gell. cap. ix. libro xij.

GRATIAM canonis, legisq; facere, pro dispensare dici posse, Budæus antè monuit in Anno. prior. quod & soluere legibus dicitur. Vlpi. tamen, solutũ esse legibus, accepit pro eo quod est, non teneri. l. princeps. de legibus, & Iulianus l. sequenti. Quomodo & antiqui sæpe usi sunt. ut idem Budæus ibidem citatis ostendit exemplis. Sp.

GRATIAM iurisiurandi facere l. 6. & 32. & 41. ff. de iureiur. est soluere iurisiurandi necessitate: &, ut Paul. lib. 2. Sent. tit. 1. loquitur, remittere necessitatẽ iurisiurandi. At in l. fin. ff. ad munic. significat soluere religione iurisiurandi, &, ut uulgò loquimur, dispensare. Briss. Vide suprà Iurisiurãdi gratiam facere.

GRATIAM facere edicti apud Suetoniũ in Domitian. cap. xiiij. & Gratiam coniurandi in August. cap. xvj. Briss.

GRATIA decipiendi alium falso laudare, apud Caium, l. quod si cum. ff. quod met. cau. Sp.

GRATIFICATVS tutor soluerit. l. si non expedierit. §. si pupillus. ff. de bon. aut. iud. poss. Alber.

GRATIOR prospectus & liber. Vide l. inter seruitutes. ff. de seruit. urb. præd.

GRATIOSA sententia. Vlp. in l. in hęredem. de calumn. Nam constitutum est, ait, turpia lucra ab hęredibus quoq; extorqueri, licet crimina extinguantur: utputa ob falsum testimonium, uel iudici ob gratiosam sententiam datum. Sp.

GRATIOSI dicuntur Latinis, quibus fauetur propenso quodam animi studio. Vlp. in l. j. de censibus. Sed & Berytiensis, inquit, colonia est in eadem prouincia, Augusti beneficijs gratiosa. Hebræis Iochanan, uel ut nos loquimur Ioannes, gratiosum significat, quem Germanicè Huldrich uocamus, ut antè monuit Aretius. Gratiosus item, qui apud multos ualet gratia. Cui tenues opes sunt, gratiosus nõ est. Nam amor & gratia, mouetur opinione & fama liberalitatis. autor Cicer. lib. de offic. 2. Vide suprà, Fauorabilis. Spieg.

GRATIOSISSIMVS aduersarius apud Cic. pro P. Quintio, in prin.

GRATITVDO naturalis, eadem quæ & obligatio, Græcè ἀντίδωρον. Quo uerbo Vlp. utitur in l. sed etsi. §. consuluit. de pet. hæred. Vide Alex. Neapol. à principio lib. 5. pulchrè differentẽ, de naturaliter insita homini gratitudine: pro quo faciunt hæc uerba Iurisconf. in d. §. quamuis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligarunt. Sp.

GRATIS, & precio, cõtraria Cicero indicat pro Roscio Comœdo.

GRATVITA libertas, quæ datur gratis, & sine præmio. in l. j. ff. de libert. & eor. liber. Sp.

GRATVITVM officium, nõ germanum legendum in Aut. iusiur. quod præst. ab his. Sp.

GRATVM eum esse Cic. de orator. docet, si omnia quæ faciat, grata sint, ipse tamen nihil gratiæ causa faciat. quod de Cn. Flauio scriba (cuius Pompon. in l. 2. §. postea cum Appius. de orig. iur. meminit) recipiendum esse non uidetur. Sp.

GRATVS, qui gratiam pro beneficio refert, uel saltem memor est accepti beneficij. Quãuis, ut Donatus attestatur, non cõtinuò, qui memor est, etiam gratus est. Memor enim est, qui apud se meminit: Gratus, qui meruit hoc nomine uocari, dum uicem reddit. Nam multi sunt memores, ingrati tamen. Nostro iure gratus censetur, nisi ꝓbetur ingratus. l. seruus. l. centurio. ff. de manum. test. cum sim. Sp.

GRAVES controuersiæ censentur præiudiciales respectu minorum. Paul. ff. de iudic. Per minorẽ causam (ait) maiori cognitioni pręiudicium fieri nõ oportet, &c. Sic uniuersalis actio præcedit particularem, criminalis ciuilem. l. ult. C. de peti. hæred. & l. ult. C. de ord. cogni. Sp.

GRAVES personæ sunt nostris, quibus adest firmitas ac constantia animi, & in uultu, moribus, uerbis, rebus agendis quædam seueritas. Hostiensis generaliter finit, quæ non sunt infames. l. cum pater. §. rogo. & l. cum quidam. ff. de legat. j. c. unico. extra de scrutin. Vide Panorm. in c. licet. de test. Sp.

GRAVISCANORVM meminit Celsus in l. q̄dam in testamento. de leg. 2. Seruius enarrans illud Poetæ lib. x. Et Pyrgi ueteres, intempestæq; Grauiscæ. Grauiscanum oppidum, inquit, alij tempestum dicunt, uentis & tempestatibus carens: quod nulla potest ratione contingere. Intempestas ergò Grauiscas accipiamus pestilentes. Et secundum Plinium in Naturali historia, & Catonē in Originibus, ut Intempestas intelligas sine temperie, id est, tranquillitate. Nam, ut ait Cato, ideò Grauiscæ dictæ sunt, q̄d grauem aerem sustinent. Sp.

GRAVIA delicta quæ sint, Alber. attigit in l. si qs non dicam. C. de episc. & cler. l. leuia. ff. de accusa. Vt distent ab enormibus & grauissimis, uide C. de custod. reor. aut. sed nouo Iure. Sp.

GRAVIDA est, quę iam grauatur conceptu. Sp.

GRATIOSE expunctæ rationes dicuntur in l. 9. ff. de admin. rer. ad ciuit. quæ bona utriusq; partis gratia, & sine ulla contentione expunctæ sunt. Hot.

GREGARII milites dicuntur ij, qui humiles sunt, & non delecti, quales esse solent qui tumultuariè colliguntur. Dicuntur & gregales, & minores & extraordinarij. Vide Valtur. lib. de re milit. 8. & l. ult. in fin. C. de milit. ueste, lib. 12. Sp.

GRAEMIA, uirgulæ tenues siccæ, aridæq; & ad comburendum aptæ l. 55. §. lignis. ff. de leg. 3.

GREMIALES arbores, quæ surculos illos suppeditant, & unde fasciculi componuntur. apud eundem l. 7. §. 9. sol. mat. Puto autem si arbores cæduæ fuerūt, uel gremiales, dici oportet in fructu cedere. Columella lib. xij. cap. xix. Mustum in uasa defrutaria deferemus, leuiq; primum igne ex tenuibus admodum lignis, quæ Gremia rustici appellant, fornacem incendemus. Hermolaus legendum putat Cremia, quasi à cremando. Hot. ex Connano lib. 4. ca. j. num. 7. Vide supra Cremiales.

GRESSVS, duos pedes, & semissem continet.

GREX, latius patet quàm armentum. Siquidem grex tam maiorum quàm minorum est animalium: Armentum autem maiorum tantū. Sed nota, si grege legato aliqua pecora uiuo testatore mortua essent, in eorumq; locum alia essent substituta, eundē gregem uideri, ut tradit Pomponius de legat. 1. Accipitur item pro multitudine hominum, siue parū honesta, siue honesta, ut apud Cice. Grex philosophorum, Grex latronum, Grex fœneratorum. Verùm quando Grex non intelligatur, uide l. ulti. iuncta gl. ff. quib. mod. ususfruct. amitt. Sp.

GREGEM minor q̄ decem ouium numerus nō facit. Connan. lib. 4. cap. 6. nu. x.

GROMA, est ratio metandi castra, & loca in bello capiendi opportuna. Higinus, R. Volaterrano indicante, de Castris metandis libellum edidit, quem Gromaticon appellauit. Sp.

GROMATICA disciplina, ut ad castrorum metationem pertinet, ita non dubito, quin ad agrorum mensuram pertineat. Sex. Pomp. Groma appellatur genus machinulæ cuiusdam quo regiones agri cuiusque cognosci possunt, quod genus Græci dicunt γνώμονα. Apud Nonium. Gruma scriptum est, quo loco, Gruma (inquit) mensura est quædam, qua flexæ uiæ ad lineam diriguntur, ut est agrimensorū. Apud Cassiodor. lib. 3. Var. ubi de agrorum mensura loquitur, sic lego. Hoc enim per Geometricas figuras, & Gromaticam disciplinam ita diligenter agnoscitur. Vulgo Grammaticam. Gromatis quoq; & Gnomonis nomina in libris de limitibus leguntur. Pitheus lib. aduers. 2. cap. 14.

GRVARII apud Gallos dicūtur à iure gruariæ. Id autem est ius quoddam iurisdictionis, per q̄d delictorum & maleficiorum, quæ in syluis committuntur, ad eum iurisdictio spectat. Legum municipaliū interpretes Gruarios dictos aiunt, à gruibus, quia id animal excubias agit nocturnis temporibus, lapillū pede sustinens, qui lassatis somno decidēs indiligentiam coarguit, ut autor est Plinius libro x. cap. xxiij. Vide Malleralæum in regias syluarum constitutio. articulo xxij.

GRVNDAE & Subgrūdæ partes sunt tecti eminentes longius, ut stiricidiorum iniurijs parietē domus prohibeant. Connanus lib. 4. cap. 9. nu. 4.

GVARDIA. Guardia feudum est, quod constituitur alicui, propter custodiā rei domini constituentis. Vnde Guardianus seu guardio, dicitur ille, cui talis custodia est commissa: ut, quibus castra, & territoria custodiēda traduntur. In usibus feudorum extat titulus, de Feudo guardię. Cęterùm, Guardia ponitur apud Cælium Rhodiginum lect. antiq. lib. 5. c. j. de hist. belli in Venetos gesti. pro quodā uico, qui flumini adiacens, distat Rhodigio septem millibus passuum. Anchora.

GVARDIA, dicitur custodia: & Guardiani, custodes: ut quibus castra, & territoria custodiēda traduntur. & Guarentare, pro defendere, in usibus Feudor. de l. Conrad. c. 1. §. sunt pares. uocabula Longobardica. Spiegel.

GVIDAGIA, quasi pedagia c. super quibusdam. de uerb. sig. Io. And. c. quanquā. de censib. lib. 6. Prat.

GVIDAGIVM est, quod datur alicui pro securo conducto transeundi per terram alicuius cap. de raptoribus. 36. quæst. 3. Prat.

GVNDVLAE, nauigij genus. uide C. Harmenop. libr. 2. Epitom. cap. x. & libell. legum Naualium l. 14. in adnotat. Prat.

GVMMI, uocabuli exotici fit mentio in l. fin. de Pup. sed in Codicibus post Haloandrum editis: quē locum totum & doctissimus uir Ruellius restituisse uidetur pristinæ lectioni. Sp.

GVNETHETICI saltus ij sunt, quos homines quodammodo adscriptitij incolūt, nullam ulterius expectantes mercedem, quàm quæ ex ipso saltu colligitur. γονὸς is locus dicitur, in quo feliciter pullulant proueniuntq; arbores. θὴς autem, mercenarium, seruitutiq; addictum hominem significat, Alc. in l. meminimus. C. de prædijs Tama. lib. xj.

GVRGES, omnis aquarum congeries dicitur. Poeta pro periculo maris usurpauit 1. Æn. Apparēt rari nantes in gurgite uasto. Hoc carmen prouerbij uice protulit Iason in l. re coniuncti de legat. 3. de occupato in materia difficili & latissima, ad quā tamē extricandam pauci Interpretes accesserint, indicauit Alc. lib. 3. de uerb. sign. Sp.

GVSTARE, est breuiter quippiā attingere. Ductum ab ijs qui cibum aut potum tenuiter degustāt, nihil inde in stomachum transmittentes. Canonistæ aiunt, Gustare, est aliud quàm comedere, uel bibere. Spiegelius.

GVTTVR, spiritus causa est, hoc siquidem halitum animantia trahunt redduntq;. Proinde quę pulmone carent, neq; item collum habent. Hinc gutturosus

rosus dicitur Iurecon. & Celso, cuius guttur tanquã spongia quædam intumescit, ita ut hoc malum non morbus, sed uitium sit. Vlpia. de ædil. edict. l. qui clauum. Si quis, inquit, natura gutturosus sit. Sp.

GVTTVRNIVM Festo li. 7. uas ex quo aqua in manus datur: ab eo, quòd propter oris angustiã guttatim fluat. Prat.

GYMNASIA Antonio Augustin. ad l. καὶ δια. §. ὅμοιως δὲ. ff. de excus. spatia quædam ampla, quib. Græci aut palæstra aut cæteris corporis exercitationib. exercebant.

ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΙΑΣ, in d. §. ὅμοιως. Gymnasiorum præfecturas rectè ibidem uertit Ant. Aug. Prat.

GYMNASIARCHAE sunt, qui præsunt exercitio palæstrico cum sumptu aliquo. Hesychius: γυμνασιάρχης ἄρχων τῶ ξυστῶ. Idem ergò est gymnasiarches, & xystarches. Vlpian. in orationem contra Leptinem: γυμνασίαρχός ἐστιν ὁ περιέχων τὸ ἔλαιον τοῖς γυμναζομένοις. γυμνάσιον γὰρ τὴν παλαίστραν ἐκάλουν. Philo in Flaccum ὡς τῶν ὄντων ἐπισημοτάτων φάσκων ἐγκυκλίου καὶ γυμνασιαρχῶν. Cuia. ad l. 6. ff. de excusat.

ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ, apud Anto. Aug. definijsse uisus est M. Cicero qui ei loco præerat. Vlpian. tamen Demosthenis interpres ita ait: γυμνασίαρχός ἐστιν ὁ περιέχων τὸ ἔλαιον τοῖς γυμναζομένοις Hæc in oratione cõtra Leptinem quo loco Gymnasion ita definit. γυμνάσιον γὰρ παλαίστραν ἐκάλουν Prat.

GYMNICI agones dicuntur, quia nudi athletæ ijs ludis exercebantur. Inde Gymnasia, exercitij loca: quæ tria Athenis fuerunt, Lyceon, Academia, & Cynosarges. in Lyceo disputabant inambulantes Peripatetici, qui erant à partibus Aristotelis. In Academia, Platonici. ἀκαδημία, lauacrum dicitur, quod prope erat altero huic gymnasio. Apud Cynosarges pueri nothi exercebãtur, qui nec à patre, nec à matre ciuitatis ius habebant. κυνόσαργες gymnasium. Bud. in l. athletas. de his qui not. infam. Sp.

GYNAECONOMI aut Gynæcocosmi uocabantur, qui de matronarum primum, postea de omnium mulierum ornatu statuebant, ne ulla ipsarum se quicquam indignum ferret, utq; singulæ pro rõe census & facultatum indicerentur. indicta mulcta ei q̃ secus fecisset. Postellus de magist. Athenienf. c. 37.

GYNAECIARIVS. Gynæciarij (opinor) erãt, qui muliebres uestes tingebãt, curabantq;, dicti ἀπὸ τῶν γυναικῶν, id est, à fœmina, quemadmodum exponit C. Hegendorphinus. in Exege. sua. Vel Gynæciarij erant, qui pannos curabãt, & uel peniculo adhuc rudes tergebant, uel forte lanæ nodos incidebant, extrahebantq;: opus, qđ à mulieribus fieri solet Quod si qui uiri fœminis mixti id agebant, à loco dicebantur gynæcia ij. Ale. in l. balluca. C. de metal. lib. 11. Sic generaliùs interpretari magis arridet, & ueritati pximiùs accedere uidetur. Inde gynæcia dicta, ut in l. 2. & 5. C. de murileg. & gynæciaria, l. j. C. de uest. holoueris. loca & stationes, ubi hęc fiunt. Extat autem titul. lib. 11. C. De murilegulis, & gynęciarijs, & procuratorib. gynæcij, & de monetarijs, & bastagiarijs. ad quẽ si glosæ uelis inhęrere, indoctior abibis. Quare, ne tibi pro huiusmodi uocibus consarcinãdus sit dictionarius, si præter ista quid cupias, uide illic Alciatum, & Pyrrhum. Anch. Cuiac. in l. 2. de murileg. & gynæciar. C. lib. xj. dicitur, Gynæciarios esse, qui addicti sunt contexendis conficiendisq; uestib. imperialibus & ministeriorum imperialium.

GYNAECIVM siue Gynæceum dicitur locus ædium secretior in quo solę mulieres habitabant: dictus & ab ipsis mulieribus quas Græci γυναῖκας appellant. Vnde Panthædas Spartanus, cum in Asia obiret legationem, ostentantibus quibusdam murum ualde munitum, latum ac sublimem, fertur dixisse, Νὴ τοὺς θεοὺς ὦ ξένοι, καλὴ γυναικωνῖτις Id est, per Deos o hospites, pulchra Gynæconitis, id est, domus mulierũ. Autor Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. Qui & ipse idem propè dixisse Agidem Archidami filium refert, item Agesilaum illum magnum Lacedæmoniorum regem. De Gynæceo autem Plautus in Mostellaria:

Dare uuls uxorem filio, quantum potest:
Al eam rem facere uult [illegible] uum G[illegible]næceum

Sed & Terentius in Phormione

Vbi in Gynæceum ire o[illegible]cipio &c.

De huiusmodi autem Gynæceis atq; Gynæciarijs fit mentio in l. unusquisque. in princip. Cod. ad leg. Iul. repet. & in Rubri. & iterum in l. 2. 3. 5. & l. si quis ex corpore. C. de mulie. & Gynæ. lib. xj. & libro 1. tit. sequen. de uesti. holo. & in l. ultim. C. de milit. uesti. lib. 12. In quibus locis Gynæcium etiam capitur pro loco secretiore, in quo opera textoria & ista muliebria conficiuntur: & Gynæciarij pro ijs, qui ea muliebria opera conficiunt. Sed & Gynęconitidis mentionem fecit Procopius in Bello Vandalico lib. 3. Vbi satis declarat locum esse secretiorem. Vitruuius autem libr. Architecturæ 6. cap. 10. describit Gynæconitidem, atque etiam Andronitidem, quæ est ea domus pars, in qua uiri sine interpellationibus mulierum uersantur. Vnde & ea faceta responsio Diogenis Cynici apud Laertium, qui cum ex Lacedæmone Athenas reuerteretur, interrogatus unde & quo ueniret ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος (inquit) εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. Id est, ex domo, siue habitatione uirorum in domum mulierũ. Aut ut per μετωνυμίαν Ambrosius uertit, à uiris ad fœminas. Tyraquellus in x. l. connub. gloss. j. parte j.

ΓΥΝΑΙΚΟΚΡΑΤΕΙΑ. dominium uxoriũ. ut sunt Gynæcocratumeni, qui sub uxoris imperio uiuunt. Sunt & populi Plinio, Amazonibus uicini, à quibus cum uicti essent in id obsequij adstringebantur, ut procreandæ soboli inseruirent. refert Bud. in l. ius ciuile. de iust. & iur. Sp.

GYPSVS in Nouell. 142. §. κακώσεως Ægypti insula, de qua uide Stephanum. Prat. Et addit Cuiacius obseruat. lib. viij. cap. 27. quòd sit metallorum ferax, ideoq; damnati in metallum mitti in eam solebãt Iustiniani tempore, & in Procõnesum unam Sporadũ in Propontide, uel etiam deportari, ut cõstat ex Nouel. xxij. & 142. & l. ult. C. de pœn.

H

HABE, & Haue sine h aspiratione pro Aue frequentissimum uerbum in inscriptionibus constitutionum Cod. Th. & Iustiniani, salutandi uerbũ. Habe Marcelline K. N B. Huiusmodi salutationis generis meminêre Eusebius, & Nicephorus, Χαῖρε Ἀρχάν τιμιώτατε ἡμῖν Veteres Habe, aut Haue pro Aue dicebant. Senec. lib. 6. de Benefic. cap. 34. Adde Cuia. obser. lib. j. c. 15. Huic peruenire usque ad distringendam libertatem licet, cuius uulgare, & publicum uerbum promiscuum ignotis, Habe non, nisi suo ordine, emittitur. Hanc scribendi rationem probat M. Fabius libro 1. cap. 10. Multùm est, ait, litteratus qui sine h aspiratione, & producta syllaba salutauit, Auete. Recta est hæc uia: quis negat? sed alia est melior, & magis trita in ἄγρα

uit.l.dominus.C.de adpell. Habe Heraclida charissima nobis: & in inscriptiõe l. si q.s.11.C.de accusa. Habe, Crispine charissime nobis: ubi pro Habe falso legitur liberis.& l.fin.C.Th.ne quid pub.lętit.ubi pro Habetatiano legendum,Habe,Tatiane.

HABEAT,id est,habere possit.in l.si quis sub cõditione.ff.de testam.tut.& l.j.§.ait pretor.de postul. Quandoq; id est,habere poterat.C.de inoffi.testam. l.si quis filium.Notauit Alberic.

HABET,prouerbialiter dicitur, cum obtigit alicui quod expetiuit,aut quo dignus est.Ex Eras.Sp.

HABERE uerbũ est generale, & ad dominij ius & possessionis, atq; etiam ad eum qui detentor est. Habere (inquit Vlp.in l.stipulatio ista,habere licere. §.habere.ff.de uerb.oblig.) dupliciter accipitur. Ná & eum habere dicimus,qui rei dominus est: & eum, qui dominus quidem non est,sed tenet. Deniq; habere rem apud nos depositam solemus dicere. Hoc autem uerbum Habere, cum effectu accipiendũ est, sicut peruenire.Vlp.in l.nomen filiarum. §.fin.supr. hoc tit.Quod quidem an significet dominium, uide Bart.in l.j. .potestatis.ff.de pecu. Brechæus in l.habere.in tit.de uerb.& rer.signif.

HABERE duob. modis dicitur: Altero,iure dominij: altero, obtinere sine interpellatione id, quod quis emerit. Nam & eum habere dicimus qui rei dominus est: & eum,qui dominus quidem non est, sed tenet.Deniq; habere rem apud nos depositam solemus dicere.Vlp.ff.de uerb.sign.& in l.stipulatio ista. §.habere.ff.de uerb.obl.Prat.ex Conna.lib.6.cap.3.

HABERE contractum, conuentionem, & obligationem frequentissimè pro contrahere l.1.C.ne uxor pro mari.l.x.C.si cert.pet.l.21. C.de donat. int. uir.& ux.l 4. C.de re.permut.l.2.C.sine censu,uel reliq.l.6.& 7.C.si quis alteri uel sibi l.fin. C. de instit.l. 8.C.de pact.inter empt. Eodem sensu Prat.

HABERE concilium,quòd uulgò dicitur, Facere congregationem.Sed & consultare signat.

HABERE delectum militum, est quod dicimus Teuton.Mosteren:quòd bonorum & malorum delectus sit,ut mali remittantur,bonorum nomina accipiantur. Spieg.

HABERE,ꝑ detinere,notũ est.ut ff.de re.uend. l.officium.& de ui & ui arm.l.j.§.quod autem.Sp.

HABERE excusatum,pro accipere excusationẽ meam:ut Latina locutio defendi potest Mart. autoritate in secundo.

HABERE febrem tertianam,uel quartanam, Labole.adeò insani esse hominis censet, ut ne ijs quidẽ diebus quib. morbo uacat,rectè sanus dicatur.l.qui tertiana.de ædil.edict. Sp.

HABERE,pro habere debet,interpretatur in l.si uxori.§.cum ita.ff.de aur.& arg.leg.

HABERE eum dicimus, qui utitur, & iure possessionis fruitur,siue ipse opus fecit,siue ex causa cõductionis,uel emptionis:uel legato,uel hæreditate, uel quo alio modo adquisiuit. Vlp.in l.prætor ait.ff. ne quid in loco.Prat. Adde Brechæum l.nomen filiarum.§.habere.

HABERE Licere:hoc est,facultatem semper fore possidendi rem quietẽ, neminemq; superuenturum,qui impediat possidentẽ, uel molestia adficiat. Quorsum enim pertinerent inter mortales uniuersæ omnium contractuum translationes in rebus ipsis,nisi accipiens posset eas retinere, atq; sine molestia in commodum suum conuertere? Cum igitur quis futuram sibi molestiã timet de re promissa:consultum atq; frequens est in usu forensi,ut caueat sibi per hanc stipulationem.l.xj.§.fi.ff.de acti.emp.Prat. Sciendum autem est,eum qui promittit generaliter habere licere, nõ simplex abnutiuum spondere, sed curaturum se,ut habere liceat: l.inter stipulãtem. in prin.ff.de uerb.oblig. Itaq; curare & operã dare debet,ne quis etiam extraneus stipulatorem interpellet ab eoq; rem auferat. Qua in re si frustra diligentiam adhibuerit, euicta re ab extraneo, non tenebit, quia curare tantum,non etiã facere,ut rem obtineat stipulator,obstringitur: de quo latissime Dd.in l.stipulatio ista,habere licere.ff.de uerb. obl.

HABERE,pro cõtinere,in l.ait lex.ff.ad l.Aquil. & l.ex duob.de neg.gest.

HABERE pro derelicto, est ea mente abijcere,q̃ in numero quis rerum suarum esse nolit. §. qua rõe. Instit.de rer.diuis.Sp.

HABERE intentionem dicitur in præiudicijs,q̃ ius habet præferendum in iudicando,modò probauerit id, quod intendit & allegat,siue sit actor, siue reus conuentus. Vnde Vlpian. in l.sed & hæ. §. non solum autem.de procur.uidetur distinguere præiudicium ab actione. Sp.

HABERE rem aliquis, eleganti figura loquendi dicitur,ad quam habet actionem, ut cum dicimus, iste habet centum ex hæreditate,& adhuc ne obulũ quidem accepit ut tradit Zasius in l.ait prætor. §.si iudex.ff.de re iud. Sp.

HABERE in sinu meo. Iurisc. in l.qui testamentum.de proba.dixit,pro,in occulto,& penitus apud me,& in potestate mea. Sp.

HABERE positum. Lege,Positum habeat.

HABERE relatum in rationibus apud Paulũ in l.Publia Mæuia.§.accepi.ff.depositi.Sp.

HABERE quæstionem,pro torquere. Vide tit. in π.de quæstion.Sp.

HABERE in cõcubinatum mulierem, aliud est: aliud item habere in concubinatu. In concubinatũ Martiano ea dicitur haberi mulier quæ ad concumbendum loco iustæ uxoris ducitur: In concubinatu uero cum qua quotidiana consuetudo cuiq; est sine uxoris titulo,sine matrimonio. Ræuar. ad l.nuptias non concubitus.ff.de reg.iur.

HABERE in matrimonio,est habere uxorẽ.Hoc dicendi genere usus est Cicero,& iuris Pontificij interpretes:prolem in matrimonio habere,pro ea quę ex iusta uxore suscepta est,usurpant.Sp.

HABERE in procinctu pro habere in promptu. Connan.lib.9.cap.5.num.8.

HABERE, tenere, possidere: distinguuntur in Aquiliana formula:l.18.ff.de acceptil. Habere igitur propriè ad ius pertinet: Tenere ad factum Possidere ad utrunque.argum.l. possessio,49.§.primo.ff.de acquiren.possess.Nam habere est,iure dominij possidere.l. stipulatio,38.§.habere.ff.de uerborum oblig. l.clxxxviij. de uerbor.signif. qua de causa seruus ibi tenere posse dicitur: habere & possidere,non posse. Hinc SIBI HABETO, solenne uerbum fuit in legatis per uindicationem. Itaq; si seruus stipuletur, sibi habere licere,quia ius his uerbis significatur,stipulatio in serui persona non consistet: sed domino stipulatus uidebitur.l.quod dicitur,130. ff.de uerbo. obl.§.sed cum factum.Inst.de stipul.ser. Item,

HABERE & possidere differunt. habere enim potest Fur nequam:Possidet nemo,nisi qui aut relictæ aut donatæ,aut emptæ rei dominus est. Conna. lib.3.cap.x.num.6.

HABERE ad res incorporales, tenere ad corporales,possidere ad utraq; pertinet. Hot.

HABE-

HABERE tot annos.l.3.C.si mancip.ita fuer.alie. ut manumit.

HABERE tres liberos,propriè aliud est: aliud item Ius trium liberorum. Hoc enim datur & impetrandum est priuilegio principis,ijs,qui carent liberis. Verumtamen & ea quæ tres liberos habet, ius habet liberorum. Iulius Paulus. Ius liberorũ mater habet, quæ tres aut habet aut habuit,aut neq; habet neq; habuit.Habet cui supersunt,habuit quæ amisit: Neq; habet neq; habuit,quæ beneficio principis ius liberorum consecuta est. Ferret. ad Senatusconsult. Tertyllian.

HABERE uadimonium cum aliquo dicitur tam qui uadatus est,quàm qui est obligatus. Sp.

HABERE uenale,significat uendere.

HABERE in uotis, est rem aliquam totis armis concupiscere,optareq;.Habere autem uotum,idem quod uotum facere, uotum nuncupare, uotum fouere, ac uotum suscipere.

HABET quis per alium,quod per se habere non potest. gl.l.imperator.ff.de stat.hom.& gl.fi.l.petendæ.C.de tempor.in integ.restit. Sp.

HABETO res tuas.Verba hæc diuortium ac repudium notant. Vide tit.ff.de diuort.& repud.

HABETVR,& intelligitur,uerba fictioné significant.l.uni.in prin.C.de rei uxor.act.l.prætor. §. siue autem.de oper.nou.nun.Sp.

HABERE tractatum l.32.ff.pro socio. Et

HABITA senteñtia, pro lata, & dicta l.21.ff.de ijs, qui not.infa.

HABEO te pro legitima uxore, an his uerbis sit contractum matrimonium not.in c.ex literis. de matri.contra interd.eccle. ca.neq; illud.§.sed obijcitur. in gloss. xxx. quæst. v.

HABETVR,& intelligitur,uerba,fictioné significant.l.unic. in prin.C.de rei uxor. act.l.prętor.§.siue autem.de oper.nou.nunc.

HABILITER,id est, aptè,commodè l.xx. ff. de aur.& arg.lega. Prat.

HABITANDI causa in caupona esse.l.pen. §.in factum actione.ff.naut.caup. stab.

HABITARE, perpetuum commorari, ad tempus esse, quidam uolunt. Habitare autem dicimus, uel in suo, uel in conducto,uel gratuito. Vnde habitasse non dicitur,qui obiter mansit. hospes uerò paulisper hospitari dicitur. Tantum enim interest inter habitatorem & hospitem,quantum interest inter domicilium habentem, & peregrinantem. Vide l. primã, in pen.respon.de his qui deiec. Dubium tamen non est, eum quoque habitare, qui ad tempus habitat.ead.l.& l.lex Cornelia.§.domum.de iniur. Vide Bartol.in d.l.j.& in l.cum de lanionis. §.Sabinus. ff. de fund.instru.Spieg.

HABITATIO, est ius habitandi in domo aliena: istam definitionem notat gl.in l.j.ff.de usu & habit.Io.Bello.Etym. Adde Cuiac. Not.ad 2.lib.Instit. de usu & habitatione.

HABITATIO. Licet effectu idem pene sit legatum usus & habitationis,l.si habitatio. de usu & habitat. ff.si cui tamen habitatio legata, siue aliquo modo constituta sit, neq; usus uidetur,neq; ususfruct9, sed quasi proprium aliquod ius. §. sed si cui. de usu & habit. Institut.2. Differt ergò ab usu habitatio,quã species à genere.siquidem in habitatione usus est,at non econtra in usu semper habitatio: usus enim etiã in fundo esse potest,§.1.de usu & habit.Instit.eod.habitatio non nisi in ædibus. habitationem autem habentibus, propter rerum utilitatem permissum est, non solùm in ea degere,sed etiam alijs locare.dict.§. sed si cui. Illud sciendum habitationem, cum seruitus etiam personalis sit,glo.& Dd.in l.j. de ser.uit.ff. ijsdem modis constitui,ijsdemque illis modis finiri, quibus ususfructus. Anchora.

HABITATIONE simpliciter legata uxori in domo cum filijs, ueniunt etiam alimenta, ex tacita mente testatoris, cum in obsequio filiorum debeat esse.iuxta l.sed si hoc.in fin.ff.de condi.& demon.ita sing.Bal.in l.ult. in pen.col.uers. sed quid si testator. C.de indic.uid.tol.ubi idem putat, si esset alia persona quam mater,puta amita: quia uenit in compensatione laboris,iuxta l.Seio amico.in prin. ff.de annu. legat.cum similib.quod dictum pro sing.refert & sequitur Crem. not. lxv. testator iussit. ubi ita dicit se in facto allegasse. Addo quod contrarium in hoc(& quidem inaduertenter,iudicio meo)concludit Dn. Alex.cons.lxxij.uiso processu.in ult. col. uers.postremo.in v.lib.ubi consuluit,quòd cum testator disposuisset,quòd quædam sorores suæ in omnem casum uiduitatis & necessitatis possent redire, stare, & habitare in domo testatoris,sine condictione hæredũ, uel alterius personæ: & nihil dixisset de alimentis, quòd non debeatur nisi sola habitatio. quia ex prædictis uidetur malè consultum, & maximè quia testator uidetur considerasse necessitatem: item reditum ad domum primæuam, & sic in pristinum statũ eas reponere uoluisse. Cotta.

HABITATIONIS & aliorum fructuum dissimilis est ratio: fructus enim colliguntur, & ijs collectis postea utimur: Ideo ius percipiendi usus uendi non potest,aut donari,percepti aũt fructus possunt. Habitatio uero in ipsa perceptione cõsumitur, & dũ consumitur percipitur, id est, cum iure suo utitur is cui legata est, eodẽ temporis momento conficitur: Vt non aliter alienari possit,quam si ius eius habendi alienaretur,&c.Conna.lib.4. c.5.nu.5.

HABITATIONIS Feudum degener dicitur, quia personale est,& ad hæredes non transit regulariter. Nec mirum,quum & habitationis legatum ad hæredes non transeat. l. si habitatio. §.ad hæredem. de usu & habit. Sp.

HABITATORVM nomine ueniunt interdum inquilini.l. habitatores.ff.locati.

HABITATOR & Hospes tantum inter se differunt,quantum interest inter domicilium habentem & peregrinanté.l.j.§.7. ff.de his qui effud. uel deiec. Ergo habitator est qui residẽdi animo siue in suo, siue in conducto,siue in gratuito consistit:hospes uerò qui temporis causa tãtisper dum in uiam redeat, aut quiescendi, aut negocij expediendi gratia diuertit & commoratur.Cic.de Seneót. Cõmorandi enim natura diuersorium nobis,non habitãdi dedit. Hot.

HABITVS est corporis qualitas nõ natura, sed industria comparata, maximè pertinens ad gestum siue tristem siue hilarem. Eius rationem præsertim in quæstionibus habendam,Interpretes iuris nostri subinde admonent. Habitudo,membrorum compactionẽ significat,quę & in iure nostro consideratur. Spiegelius.

HABITVS non facit monachum.Huius prouerbij originem ex Græcis corriuatam fontibus, Rhodig.docet c.12.lib. 5.lect.antiq.edit.poster. Quadrat quod refertur in Canonicis decretis distinct.41. Nõ cathedra sacerdotem facit,sed cathedram sacerdos: nec locus hominẽ sanctificat,sed locum homo. Sp.

HABVISSE. Plautus in Rudentib. Miserum,inquit,isthuc uerbum, & pessimum est,habuisse. Perti

net autem & hoc ad figuram prouerbialem, ut Eras. mus noster monuit Sp.

HABVIT, quandoque pro habiturus erat. Instit. de actio. §. si quis agens. Quomodo hoc uerbum ad futurum referatur, disserit Bartolus in l. exterarum. C. de testam. tut. Spieg.

HACTENVS, quatenus. Vlpia. in l. si quis. ff. de pact. Nec enim improbũ ait, & si quis hactenus desideret conueniri, quatenus facultates patiũtur. & de in rem uers. l. si pro patre. Si domini debitor sit seruus, & ab alio mutuatus ei soluerit, hactenus nõ uerterit, quatenus domino debet. cum simil. Sp.

HAEMVS mons l. cum appellatio. C. de appell. sen. Hemimontus secundum Marcellinum lib. 26. & secundum Hilarium in lib. de Synodo aduersus Arrianos, Eminontus, uel ut alij adscripserũt Eminuntus sed perperam pro Æmimõtus, prouincia est Europæ ac Thraciæ. Cuia. obseru. lib. 1. c. 26.

HAERETICOS libros scribentis pœna est amputatio manus, Iustin. No. 42. sicut & exactoris non ex legis præscripto apocham conficientis, ut idẽ Iustin. No. 17. Cuiac. obser. lib. 7. c. 13.

HALTICI. Lege. Athletarum nomine.

HAMA, instrumentum, quod ignium extinguendorum causa habetur: de quo loquitur Paul. in l. nã salutem. §. sciendum est. de off. præf. uigil. In uulgatis codicibus pro hamis, corrupte armis legitur. Sp.

HAMI apud Vlpianũ de fund. instr. l. instrumenta: anuli quidam ferrei, ad multos usus domesticos utiles intelliguntur: puta è quibus equi, mul. & asini deligentur. Canales, inquit, & harpagones, & hamos instrumento contineri constat. Nebr. Qui non animaduertit & hoc loco, hamas legẽdum, ut apud Paul. l. iam citata, adstipulantur Alci. lib. prætermiss. j. & Haloandri editio, absq; tamen spiritu, ut & ibidẽ ille formiones pro phormionib. Satis constat ex Plinij epist. ad Traianum hamam numeratam inter instrumenta ad incendia extinguenda. Interpres uir doctiss. Catanæus annotat hamam inter instrumenta rustica connumeratam a Iul. Polluce: item Suidã fabrile credidisse instrumentum. Sp.

HAMVS autẽ, hami, cum aspiratione instrumentum uncũ est, notæ significationis, ad pisces capiendos: de quo meminit Iurecon. superius eadem lege. in §. acetum. & Apuleius lib. 11. asini aurei: Aliter aucupem cum uisco, aliter piscatorem cum hamo. Ad hoc allusit etiam Carmelitanus poeta. secundæ Parthenices lib. 1. illo carmine, Versosq; per amnem Luctificum trahit hamato per saxa tridente. Hinc antiqui, piscatores hamiotas dixere. Varro: Cohortes, inquit, coquorum atq; hamiotarum, aucupumq; unde hamata munera captatoris decẽter dicta, quæ insidiosa sunt, & hamos imitantur. Plautus tamen in Rud. Hamotas, non hamiotas dixit. Saluete (inquiens) fures maritimi, conchitæ, atq; hamotę, famelica hominum natio. Cotta.

HARENA ꝓ amphitheatro siue pugna ad bestias ad Triphoninum l. fin. de fugit. quoniam interdũ, inqt, aut pecunia interuersa, aut cõmisso aliquo maiore maleficio, ad fugiendã inquisitionẽ, uel iustitiã animaduersionis, in harenam se dare mallent. Sp.

HARENA, ꝓ loco accipi͏̃, in quo pugnabãt gladiatores, qđ harena tenuissimo puluere sterneretur.

HARENOSVS locus l. 24. §. adijcitur. ff. de damno infect.

HARENIFODINAE l. 13. §. inde est quæsitum. de usufruc. ex quibus harena effoditur l. 7. §. si uir. ff. sol. mat. Harenarias uocant Varro lib. 1. de re Rustic. cap. 2. Gaius l. xiij. ff. de publica. Marc. Cicero in Oratione pro Cluent. Harenæ fodiendæ ius l. 6. §. j. ff. de seruit. rustic. Prat.

HARENA aliquando Metaphoricè forũm dicitur: quoniam illic hodie nihilò modestiùs dẽpugnãt actores causarum, quàm in harena olim solebant, sese dilaniare. Seneca: Hoc ita, inquit, habitũ est, scholam quasi ludum esse: forum harenam. Et Plinius, harenam suam adpellat, centumuiralẽ iudiciũ. &, profectò, rectissimè. Sp.

HARIOLVS quis, not. glos. in l. nemo. C. de mal. & mathema.

HARMOSTAE, magistratus apud Lacedæmonios, qui efficiẽdis arcibus, & reficiẽdis ciuitatib. ꝑerant. ἁρμοσταί, quasi prouinciarum constitutores. Budęus annotauit. Vide de his in uoce Episcopi suprà.

HARPAGO telum est in summitate aduncum, quo naues capiuntur. Cæsar commentario Belli ciuilis primo: Antesignanos (inquit) centuriões Cæsar ei classi attribuerat, qui sibi id muneris depoposcerant: hi manus ferreas atq; harpagos parauerãt. nomen sumpsit ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν quod est rapere. Hunc Anacharsis Scytha philosoph. inuenit, ut refert Plin. alio nomine Harpax appellatur. Proinde triuiales ab eo quòd rapax sit, lupum nuncupãt. huius instrumenti meminit etiam apud nos Vlpia. in l. quęsitum est. §. si dominus. ff. de fund. instruct. quo in loco uerba Iureconsult. passim mendosa circumferuntur.

Alij instrumentum putant pluribus uncis munitum, quo uasa & alia complura, quæ in flumine uel in puteis ceciderint, extrahimus. Est & Harpago ferreum instrumentum, eo etiam hodie utimur ad circos uasis uinarijs aptãdos, uulgus Canem appellat.

Puto tamen in loco hoc Vlpia. harpagonas & harpagones legi posse, cum Græca dictio sit. Sed dum subdit, Hamos etiam instrumẽto contineri: castiga, Amas. Sunt autem Amę, sine aspiratione, sarcula, seu fasces messoriæ, quæ à Græco nomen sumpserũt. Id enim significat ἄμη. Harum in collectaneis rei rusticæ plurima est mentio, item & apud Hesiodi interpretes. quantum igitur cõueniat Harpagoni ἄμη, nemo est qui nesciat. Ama etiam uas est, unde diminutiuum fit Amula. ἀμίς quoq; uas est in quo solemus meiere, nostris matula dici potest. ἄμαι etiam placentæ est species: sed hæc nihil ad rem. Cotta.

HARVNDO cædua l. 59. §. fin. ff. de usufruct. l. 7. quod ui aut clàm. l. 3. ff. arb. fur. cæs. scribitur sine H, l. 40. ff. de cont. emp. ut Arundinetum. l. ix. de usufr. & alibi sæpe.

HARVNDINE autem Ægyptios pro ligno uti, & illic, Arundines comburi traditur in l. 55. §. lignorum. ff. de leg. iij.

HARVNDINETVM, unde harundo uitib. fulciendis sumitur l. ix. §. 6. ff. de usufruct. Prat.

HARVSPEX. Haruspices à uictimis in ara aspiciendis dicti sunt. Is enim est haruspex, qui postquã hostia immolata est, inspectis extis futura prædicit, qui & extispex dicitur. Cæterum Hetruscorum peritiam in aruspicina præcipue celebrem extitisse, indicio est, quod Cicerò libro 1. de Diuinatione scribit: Hetruria autem de cœlo tacta, scientissime animaduertit, eademq; interpretatur, quid quibusq; ostendatur monstris atq; portentis &c.

HARVSPEX. Pontanus in de aspirat. lib. 1. Aspiramus, inquit, A in nomine Hara: cum caulam significat, differtq; ab ara, in qua rem diuinam faciebant, non solum tempore, sed etiam aspiratione. deducuntur autem ab eo, quod est Hara, id est auis. Hariolus, Hario-

Hariolor,Haruſpex,Haruſpicium,Haruſpicina,quæ uoces omnes aſpirationem habent. At qui non aſpirant,ab ara uictimarum dictum putant. Sp.

Ab HASTA tabulæ, Ciceroni Philippica 2. dicuntur,tabulæ addictionis,quæ haſtam ſubſequuntur, communiter alij decreti interpoſitionem uocant. Rab. dicto loco.

HASTAE ſubijcere, quod uulgò, Verganden uocant, eſt uendere in auctione,quæ fiebat appoſita haſta. De qua lege Beroaldum quarto in Propertiū Comment. Id genus uenditionis eleganti uocabulo Tertullianus Haſtariū nominauit. Ceterùm ius Haſtæ pulchrè tractat Zaſius in Sholijs in l.j. de Orig. iur. Spiegelius.

HASTA autem non ſolum de auctionibus uenditionibuſq; modo, ſed & de locationibus quæ publice fiunt, dici conſueuit. unde aſſueti haſtæ appellati eleganter, qui eam conducere conſueuerunt, ut annotauit Cælius lib. 12. cap. 17.

HASTAM abijcere, translatè eſt cauſſæ diffidere, & cōtētionē relinquere. das hādels abſtehn Sp.

HASTA ab Aſto dicitur, quòd aſtans ferri ſolet, auto. Var. aſpirationem ad differentiam ſecūdę perſonæ Imperatiui aſta, recipit. Vtuntur iam nunc pleręq; ciuitates haſta, ad ſignificandum tempus liberę emptionis & uēditionis. Et quòd alicubi iudices baculos deferunt, reliquiæ ſunt haſtarij iuris. Old. Eadem autem haſta poſita, præcone quidē publico teſte, qui Reipub. pręerant ut refert Cicero de lege Agrar. & de Oratore. uectigalia populi Romani imperijq; opes ita aliquando proſcripſerūt auctionatiq; ſunt, ut non obſcure uiderentur propè haſta præconis inſectari Cnei Pompeij exercitum, quod uenire iuberent eos ipſos agros, in quibus ille bellum gereret atq; uerſaretur: Ipſam uero haſtam non modo in auctionibus, uenditionibuſq; ſed & in locationibus poni ſolitam admonet Ouidij locus.

Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam,
Et minui magnæ nō ſinet urbis opes: Rabirius d. loc.

Sub haſta autem res uendendi origo inde cepiſſe uidetur Quia haſta ſymbolum fortitudinis erat, eaque principes rerum ſuarum autoritatem tuebantur ac conſeruabāt: ut Homerus teſtatur in Iliade cū canit.

Κούρην ἣν ἄρα μοι γέρας ἔξελον υἷες Ἀχαιῶν
Δουρὶ δ' ἐμῷ κτεάτισσα, πόλιν εὐτείχεα πέρσας.

Quia haſta, armis. bello deniq; quæſita tanti fecerūt ueteres, ut quæ ex hoſtibus caperemus iure gentiū ſtatim noſtra fierent, liberiq; homines bello capti, in ſeruitutem noſtram deducerentur. Hoc igitur inſigni haſtarum titulo, tutiſsimiſq; iuriſgētium inſignibus, pelliciendo emptores, quo pluris licitarentur, ab ēptione nullo periculo deterritos, res bello quęſitas, haſta poſita, omniumq; conſenſu cōfirmata autoritate uendere ceperunt. Sic, ut ſcribit Val. lib. 5. cap. 3. Africani poſterioris quæſtor haſtæ ſubiectos, captiuos uendidit: & Publius Claudius Camerinos ductu auſpicijſq; ſuis captos ſub haſta uēdidit eodē Valerio atteſtante lib. 6. cap. 5. Cumq; principes, ciuium opes commiſſas, proſcriptorumq; bona uendentes, prædā ſuam dicere auderent, inueterauit etiam conſuetudo, proſcriptorum bona haſta poſita uendere, haſtæq; & uoci ſubijcere præconis ut teſtatur Cicero lib. 2. offic. Rabirius loco allegato.

HASTA fiſcalis lege 8. C. de remiſ. pign. & rub. C. de fide & iur. haſt. fiſcal. libr. 10. de hac Tertullian. in Apologetico.

HASTAM Imperij & armorū inſigne fuiſſe Feſtus author eſt, & idcirco obſeruari in prouincijs ſoler, ut proconſules de ciuilibus prouincialium cauſis cognoſcentes pro tribunali haſtam, & in facinoroſos homines animaduertentes nō haſtam, ſed gladium erigerent. Id qđ ex Cypriano primū animaduerti licet, qui ſic Epiſtolarum lib. 2. ſcribit: Seuit inuicem diſcordantium rabies, & inter togas pace rupta forum litibus mugit inſanū, haſta illic & gladiū & carnifex præſtò eſt. Rænardus ad l. Nemo poteſt. ff. de Reg. Iur.

HASTAM mittere. Multis gentibus id ſolenne fuiſſe legitur, ut bellum indicturæ haſtam mitterēt. Sic de Rhodijs id narrat Polybius lib. 4. Scimus pręterea Carthaginenſes cum bellum uellent, Romam haſtam miſiſſe. Cælius lib. 21. cap. 16. lect. antiq.

HASTAM pro auctione poſuiſſe uidētur Impp. l. ſi tempora. C. de fid & iu. haſt.

HASTARVM ſolennitate à fiſco res diſtrahebātur l. 1. & 2. C. The. de admin. rer. pupil. & ſubhaſtatæ res dicuntur quæ ſub haſta uenales propoſitæ ſunt. l. 3. C. de execu. rei iudic. & ſubhaſtatio. l. 16. C. de reſcind. uendit. Quę autem ſub haſta uænibāt res pręconibus proclamantibus uænibant. quos ad haſtā uæniſſe, & oblata pretia nuntiaſſe Acron in Satv. 6. li. 1. Serm. Hor. ſcribit. & Haſta etiamnū in quibuſdā Galliæ partibus uti ſolent præcones & oblata prætia nuntiare. Prat.

HASTAE præeſſe, hoc eſt, forenſibus ac priuatis expeditionibus l. 2. 9. deinde cum placuiſſet. ff. de orig iuris. Romani enim in honorē Romuli, qui ab haſta Quirinus dicebatur: omnia ferè ſolēnia per haſtam ſignificabant. Vnde etiā rebus, quę per auctionem publicè uendebantur, haſta adhiberi conſueuerat. Idque ſub haſta uęnire, & Subhaſtatio dictū eſt.

HASTAE præeſſe, id eſt, centumuirali iudicio, apud Pomponium in l. 2. de Origin. iuris. 5. poſt aliquot deinde annos. Vide Bud. in adnotat. priori. Pr.

HASTA centumuiralis idcirco dicta, quòd Centumuiri haſta in foro poſita, iudicabant.

HASTAM ponere dixit Cicero li. 2. offic. pro eo quod eſt, publicata ciuium bona, auctione uendere cuius uenditionis haſta inſigne erat. quā haſtam ſceleratam & cruentam à Cicerone dictā obſeruamus: quod ſceleratorum opes commiſſas & publicatas, uel bello, uel ſanguine deniq; quæſitas, ſub haſta uænire moris fuerit, Rabirius de haſtarum origine.

HASTAM refrixiſſe Cicero in epiſtola ad Caſſium dixit, cum ciuium bona non publicarētur, nec haſta poſita uoci ſubijcerentur præconis. Rabirius dicto loco.

HASTAE uelitares erant iaculatoriæ, id eſt, quibus eminus iaculabantur, proinde alijs leuiores: de his Ouidius ita ſcribit.

Vixq; petit primo plenum flauentis arenæ,
Nondum calcatæ uelitis haſta ſolum.

HASTAM uelitarē Polybius uidetur γρόσφον appellare, de quo plura Torneb. lib. 14. aduerſar. c. 11.

HAVSTVM, eſſe ius hauriendi aquam è puteo uicini, Iuriſconſ. indicat in l. j. de Ser. ruſt. præd. Porrò hauriendi ius, non hominis, ſed prædij eſt. autore Pomponio in l. ſi mihi. in fin. de Seruit. ruſtic. præd. Adſtipulatur Paulus in l. cum fundus. ff. Commun. prædior. Spiegelius.

HEBDOMAS, gręcis ſpatium dierum ſeptē uocitatur, ſeptenarium Latini ſeptimaniam, quemadmodum uulgus appellant. Hebdomas quemadmodum enneas dicitur, quæ ſpatium nouem dierū continet. Cenſorius appoſite conſignateq; in libro de die natali clarè demōſtrat, quæ ſit Hebdomas & Enneas

neas pariter. eius uerba sunt hæc: Mediũ uerò ex utroq; pmixtũ anno tertio & sexagesimo, quẽ hebdomades octo uel septẽ enneades conficiunt. Decem hebdomades sunt, qb. uitã humanã cõstare dicãt. In prima hebdomade dẽtes hñi cadere, in secũda pubẽ apparère, in tertia barbã nasci, in quarta uires, in qnta maturitatẽ ad stirpẽ relinquendã, in sexta cupiditatib. tẽtari, in septima prudẽtiã linguãq; cõsummari, in octaua eadem manere, in decima hominẽ fieri morti maturum. Ioan. Bap. in cõment. Epist. Sidon. Apollina. ad Vincentium lib. 2.

HELVO, inquit Verrius is est, qui intemperãter bona sua cõsumit, & ab eluendo dicitur, quæ uox aspiratur, ut auiditas magna exprobretur. In Epistolis Ciceronis ubi uulgò excuditur, Heluo nequissimus sextertia M. dabat. Victorius se heluco dicit reperisse in ueteribus libris, quod erit ab eluco ductũ, id est bardo, stupido, allucinatore, languido, addita aspiratione ut in heluone. Helucũ Tertullianus etiã aspirauit, & grauitatẽ capitis uino creatã intellexit, cũ ita scribit: Librũ eundẽ apud Ægyptios Osirin, Harpocration industria hederatum argumentatur, quod hederæ natura sit caput ab heluco defensare. Turneb. aduersar. lib. 21. cap. 12.

H Æ

HAEREDES sunt, qui in ius & locũ defuncti succedũt. l. 9. §. 1. ff. de eden. l. 34. ff. de iudic. l. 43. ff. de diuers. reg. l. 37. ff. de acquir. hęred. Ab eo qđ quasi heri sint, id est domini. §. ult. Instit. de hęred. qualit. l. 1. ff. de succ. ed. licet ab ære id nomen Isidorus lib. ix. Etymol. cap. v. alij etiam ab hærendo contra ueterem scripturæ rationem deducant.

HAEREDEM suũ nasci dicimus, qui post mortem nascitur, quoniã sicut uiuentis nemo est hæres, ita nemo testatori uiuo suus hæres nascitur. Futurũ autem hæredem nasci qui uiuo testatori suus nascitur: quòd futurus pro parentum uoto speratur. arg. l. scripto. ff. unde liberi. Igitur dicitur nasci non suus futurus, quem alius præcedit. Ex Salomon. subtili proprietatis scrutatore, in uulgatiss. l. Gallus. Sp.

HAEREDVM tria sunt genera: necessarij, sui qui & necessarij sunt, extranei siue uoluntarij. Cuiac. ad l. 2. ff. de excusat.

HAEREDES sui & necessarij dicuntur liberi, qui in familia proximum à patrefa. gradum obtinẽt: sui, quia hæreditatem tãquam suam: necessarij, quia iure antiquo retinere cogebantur. l. 11. ff. de lib. & post. l. 57. ff. de acq. hæred. uide sui & necessarij. & ad de Connanum lib. x. cap. 5. nu. 2. 7. & 9. Hot.

HAEREDES extranei dicuntur, quicunq. testatoris iuri subiecti non sunt. Itaq; liberi quoq; nostri qui in potestate nostra nõ sunt, hæredes à nobis instituti extranei hæredes nobis uidentur. ait Imp. §. 3. de hæred. qualit. Hot. Vel sic,

HAEREDES extranei dicuntur, qui in potestate testatoris non sunt: quo in numero patribus quidem, emancipati liberi: matribus uerò, quilibet: patronis autem, serui post institutionem manumissi. l. cæteri, de hęred. qualit. & diff. Dicuntur autem hi etiã hæredes uoluntarij: nam cùm testatoris iuri subiecti nõ sint, arbitrio eorum adeundi repudiandiúe potestas permittitur. Hot.

HAEREDVM necessariorũ & extraneorũ differẽtia hæc est: Necessarij hæredes nõ adeũt, nec adire dicũtur usquã, sed existunt statim l. j. §. qui sunt. ff. si quis omiss. causa test. & habent ius ἀναμαίνων. Extranei heredes fiũt, aditione scilicet, l. filiusfa. ff. ad l. Falcid. Necessarij existunt etiã ignorantes & inuiti. Verũ ut extraneo hęrede scripto, tutelæ & cætera, quæ in testamento scripta sunt statim, atq; hæres adierit, ualẽt, ita necessario hærede scripto fateor tutelas statim atq. is hęres extiterit, quod cõtingit continuò à morte defuncti, ualere: nã & libertates statim ualẽt l. sciendũ de man. test. & substitutio pupillaris l. si filius, qui patri, de uulg. subst. l. filius, de acquir. Ergò & omnia, quæ testamẽto scripta sunt, mortuo testatore, statim ualere incipiũt l. si post mortẽ, de leg. 1. Cæterum aditionis uerbũ etiã ad necessarium hęredem pertinere, & aditionis uerbo mistim, nego & pernego. Cuiac. excusat.

HAEREDES legitimi. Lege, Legitimi hęredes.

HAEREDES foudales, **Lehẽ erbẽ**, ut filij: **Landt erben**, ut filiæ. Profectò eleganter hæc uerba differẽtiam indicant inter masculos & fœminas.

HAEREDES lineę descendẽtis dicũtur **ganerben**, **Die da in rechten blut stam niderwerts geht**. Hi enim prę cæteris omnibus ascendentis lineę, uel ex transuerso hæreditatem accipiunt. **Ganerben** igitur, **das an sie das erb niderwerts gehet**: antiquo Saxonum uerbo. Spieg.

HAEREDES nuncupati à scripto distinguũtur & dicuntur aliquando, qui quidem in testamẽto scripti sunt, sed ab alio quodã scripti, dictante testatore. Idq; etiã significat Suetonius loquẽs de liberis Cleopatræ, qui Antonio nuncupante siue dictãte scripti hęredes in eius testamento erant ab amanuensi uel scriba. Balduin. tit. de militari testam. Porrò his uerbis stipulationis, TE HAEREDEMQVE TVVM DARE SPONDES? & si plures sint hęredes, cõtinẽtur. l. 158. ff. de uerb. signif. Planè si quis ita dixerit. HÆRES MEVS DAMNAS ESTO DARE AVREOS QVINQVE, non quilibet hæres sed oẽs uidentur dãnati, ut unà quinq; dent. Ad oẽs utiq; hęredes ẽtsi plures gradus testamẽto facti sint, ea uerba pertinebũt. l. 44. ff. de leg. lib. ij. l. 98. ff. de legat. lib. iij. Itaq; & qui ita dixit. QVANTVM HAERES MEVS HAEREBIT, TANTVM DATO, pro eo est ac si ita dixisset, Quantũ oẽs hæredes mei habebũt. l. 43. ff. de leg. lib. ij. Quamquã aũt hæredis uerbo iuris tantùm successor demõstratur, quod tamẽ alicui ita datũ fuerit, ut & ad hæredes pertineat, etiam ad legatarium uoluntatis potius, quàm uerborũ ratione trãsferri poterit. l. 219. ff. de uer. sign. Bris.

Pro HAEREDE gerere quemadmodũ Paul. lib. iiij. Sentent. tit. viij. scribit, est destinatione futuri domini aliquid ex hęreditarijs rebus usurpare. Et ideo pro hęrede gerere uidetur, qui fundorũ hęreditariorũ culturas rationesq; disponit, & qui seruis hæreditarijs, iumentis, alijsúe rebus pro domino utitur. Vlpian. quoq; Instit. tit. xxij. Pro hærede, ait, gerit qui rebus hæreditarijs tanquam dominus utitur, ueluti qui auctionem rerum hæreditariarum facit, aut seruis hæreditarijs cibaria mandat. Idẽ lib. lxj. ad edict. Pro hærede gerere eum uideri scribit, qui aliquid facit, quasi hæres: nec hoc tam facti esse quàm animi. Nec enim aliquid hæreditarium attingere satis est, sed hoc amplius eo animo esse debet, qui attingit, ut hæres esse uelit. l. 20. ff. de hæred. instit. Itaque gerit pro hærede, qui animo successionem adgnoscit, licet nihil hæreditarium attingat: ueluti qui re nõ hęreditaria tanquã hæreditaria utitur. l. 21. §. 1. l. 86. in fi. l. 88. ff. de adq. hæred. Denique qui pro domino aliquid facit quod citra ius & nomẽ hæredis facere nõ possit. Quod si sepulchri uiolati egerit, uel operas à liberto paterno petierit filius, nihilomagis pro hęrede gerere intelligitur: quoniã illa etiã in nõ hęredem cadunt

cadunt.l.20.§.penult. & ult. de adq.hered. l. penult. ff. de sepul.uiol. Ita pro hærede gerere accipimus in l.59.§.Titius.ff.de hæred. instit.l.5.ff. de castr. pec.l. 4.& l.5.C.de iure deli.l.4.C.ad Trebellia.Et pro hærede geritionem in l.14.§.plerique.ff. de religiof. Et pro hærede gestio.l.19.C.de iure delib.Iustinia.Nouel.j. [Greek text] Bris.Cuiac. in [Greek] sua, de diuerf. temp. præscript. & term.cap.15.dicit, multo melius ex constitutione Iustiniani hodie esse,ex inuentario se pro hærede gerere,quàm ex deliberatione. Nam ex deliberatione hęres tenetur in solidú creditoribus hæreditarijs, nec Falcidię beneficium habet. Ex inuentario hæres tenetur pro uiribus hæreditatis & Falcidiæ beneficiú habet. Verum contractiora sunt inuentarij, quá deliberationis tempora. Inuentarij sunt trium mēsium, Deliberationis anni uel nouem mēsium, l.ult. §. sed quia C.de iure delib.ubi à principe ann⁹ datur,à cęteris uerò nouem menses.

pro HAEREDE usucapere & pro hærede, possidere quis dicatur annotauit Seilerus ex Lecturis Duareni nondum impressis ff. pro hærede uel possessore: Cuius formalia uerba ad explicandam hanc [Greek] ordine hic recensenda esse putaui. Is (inquit) usucapit pro hærede, qui cum hæres sit reuera rem alienam ut hæreditariam possidet. Hic nota necessarium esse,ut hæres sit quis reuera & non putet se hærede esse. Hinc dicitur in l.ult.h.t. eum qui testamenti factionem non habeat passiuè scilicet, eú nō posse usucapere pro hærede. Aliud infertur ex l.1.quod ex uiui bonis pro hærede nihil usucapi possit &c. Viui enim hæreditas nulla est, ut dicitur in l.1.tit.de hær. uel acq.uend. Aliter tamē accipitur hoc uerbū in petitione hæreditatis. Pro hęrede possidere is dicitur, qui putat se hæredem esse,quamuis non sit,l.pro hærede l.licet,l. regulariter de petit.hær. Notandum tamen est iustam [ ] caussam erroris prodesse ad usucapionem l.non solum §. quod uulgo tit.de usucap. In suis autem hæredibus hæc usucapio locum non habet l.2.C. de usucap. pro hæred. Ratio satis obscura est.Ego puto ideo hoc constitutum esse, quia nō est uerisimile suum hæredem qui dominus est rerum hæreditariarum etiam uiuo testatore,ut dicitur in l. in suis.de lib.& posthu.eum ignorare, an res hæreditaria sit nec ne. In extraneo secus accidit qui multò iustiorem causam habet ignorantiæ quàm suus, & propterea aditio non est necessaria in suis hæredib⁹ quia iam domini sunt.

HAEREDIS porrò appellatio per multas successiones accipitur,nec tantùm ad proximum hęredem,sed & ad ulteriores refertur, ita ut hæredis hæres, & deinceps ea appellatione contineatur. l. 65.l. 170.ff.de uerbor.signific.l.2.ff.de liber. leg. exceptis paucis speciebus,in quibus hæredis appellatio proximum tantùm cōtinet: ut in substitutione impuberi his uerbis facta, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, & in l. Aelia Sentia, & in Edicti Prætorij his uerbis, TVM QVEM EI HEREDEM ESSE OPORTET.l.70.& l.227 ff.de uerbor. significat.l. 8.ff.unde legit. Quinimmò & ita in secundis tabulis facta substitutione, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, IDEM FILIO MEO HERES ESTO :scriptos tantùm hæredes,& qui ex testamento hæredes existerēt,contineri placuit.Et ideo nō tantùm hæredem, sed & patrē, qui per filium: dominū, qui per seruum hæres extiterit,ab hac substitutione repelli, quia hi omnes non ex iudicio ueniunt.l.3. & l.8.ff.de uulg.& pup.l.27.§.qui suspectá.& l.55.§.qui fideicom.in fi.ad Trebellian. Ceterùm, qui semel hęres extiterit, etiam si uiuo pupillo hæres esse desierit,hereditate fortè uel ex causa inofficiosi testamenti, uel ut indigno ablata, ad hæreditatē nihilominus admittetur.l.31.l.43.§.ulti.ff.de uulg.

HAEREDIS appellatione, omnes significari successores,credēdū est.l.hęred. de Verb. sig. Quinetiā Hęres singulariter nominatus, ad post natos porrigitur hęredes.l.tale.§.ult.ff.de pact.Sp.

HAEREDIS nomē,latiore significatione possessorē & fideicōmissariū,& legatariū cōprehendit. Sp.

HAEREDIS appellatio,etiam ultra proximum hæredē extēditur.l.fin.C. de Hęred.instit. Vnde solemus dicere,& quidem Alc.teste,ex sermonis proprietate,hæredis hæredē,testatoris hęredē esse. Sp.

HAEREDI adiectus non potest efficere, ut qui semel hæres extitit,desinat esse hęres.l. Et qui soluēdo.ff.de hæred.instit. Olden.

HAEREDES aut instituti dicuntur, aut substituti.Instituti primo gradu: substituti secūdo uel tertio.l.j.ff.de uulga.& pupill.substit.Oldend.

HAEREDIS institutio aut duplex est, aut simplex. Simplex, ueluti: Lucius Titius hæres esto. Si mihi Lucius Titius hæres non erit, tunc Caius Seius hęres esto.Duplex,ueluti:Filius mihi hęres esto. Si hęres non erit,siue erit, & intra pubertatē decesserit,tunc Caius Seius hæres esto.ib. Old.

HAEREDITARE, uulgare sordidumque uerbum esse monuit Alc.legiq; haud dubiè corruptè in antiquis Codicib.Cicer.lib.ij.ad Atticum.epist.prima: Cum in Sicilia hæreditatem sæpè hæreditasset. Vnde aliqui emendarunt,legentes, ædilitatem sępe dictitasset:uerum cum,quid sit dictitare ædilitatem, non satis cōstat,meritò ille putat,quod minus receditur ab exemplari,si legatur:Cum in Sicilia hæreditate sese ditasset. Spieg.

HAEREDITARIA bona à patre, auo, & proauo, Stand gût. Ea uerò bona immobilia, quæ emimus,dicuntur, Eygen ligende gründe Olden.

HEREDITARIA onera sunt funeris, æris alieni,& legatorum sumptus l.20.§.1.ff.de acq. hæred.l. 2.§.illud tenēdū.& §.siquid publ.ff.de hęre.uen. Br.

HAEREDITARIA sepulchra dicūtur,quę quis sibi hæredibusq; suis cōstituit:uel quod paterfa. iure hæreditario acquisiuit. lege 5. & 6. ff. de relig. & sumpt.Hotomannus.

HAEDITARIAE actiones, in tit.de hęreditar. actio.Cod. accipiendæ sunt quæ ex negotijs cū defuncto gestis,uel ex delictis in hęredes dantur.Quo in numero & legatorum actiones haberi placet,quā uis ab hærede cœperint.l.39.ff.de obligat.& act.Eodemq; modo & hæreditarium æs alienum id etiam intellegitur,de quo cum defuncto agi nō potuit: ueluti si debiti condicio post mortem extitit, uel is se daturū cùm moreretur promiserit, uel si fideiussor pro eo post mortem soluit.l. 7. ff. de rebus auct.iud. possid.Ita hæreditarios creditores accipimus.

HAEREDITARIAE & illæ actiones appellātur, quæ in hæreditate & defuncti bonis sunt.l.1.§.hęc actio.ff.si quid in fraud.patr.l.59.ff. ad Trebellia.l.20. §.cùm prędixerimus.ff.de petit.hęred. Quę uerò ex defuncti persona hęredi dantur,etiā si defuncto nūquam competierunt,hæreditariæ tamen dicentur.l. ut in specie.l.84.ff.ad leg.Falcid.Planè quę patrono ad reuocāda ea, quę in fraudē eius alienata sunt,datur actio, hæreditaria nō est, id est, ex bonis lib. sed ꝓpria patroni.l.1.§.hęc act.ff.si q̄d in fraud.pat. Bris.

HAB-

HAEREDITARIAS res pro ipsa hæreditate posuit Tullius. qđ Galli similiter faciũt, qui res suas immobiles, i. fundos & prædia hæreditagiũ uocant. At Iurisconsulti, qui subtilius ista quæsiuerũt, hæreditatẽ separant à rebus hæreditarijs, eamq; uolunt iuris nomẽ esse, ut eius qui nihil habeat in bonis, hęres esse posit. Connan. lib. 10. cap. 5. nu. 1.

HAEREDITARIVM æs alienum intelligitur (inquit Caius) etiam id de quo cum defuncto agi nõ potuit: ueluti quod is cum moreretur, daturum se promisisset: item quod is qui pro defuncto fideiussit, post mortem eius soluit. l. 7. ff. de rebus auct. ind. Hotoman.

HAEREDITARIVS census, Erbzinß: est emphyteusis, quæ propter canonem datur ad colendũ iure hæreditario, donec non detrectet colonus solutionem. Oldend.

HAEREDITARIVS debitor intelligitur is, qui seruo hæreditario promisit, uel qui ante aditam hæreditatem damnum dedit. Paulus, l. sed uerum. de pet. hæred. Olden.

HAEREDITARIVS seruus uerè dicitur, cùm hæreditas adhuc iacet, à nemine possidetur. Vide Zasium in l. possessio. §. ueteres. ff. de acquirend. uel amit. poss. Oldend.

HAEREDITARIVM feudum, quod à patre & auo procedit, Erbl. hen.

HAEREDITARIVM officiũ in aulis principũ, ut, Erbtruchseß/ Erbmarschalck/ Erbschenck. Old.

HAEREDITAS. Nihil aliud est hæreditas, quã successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit tẽpore mortis. l. nihil aliud. ff. de uer. sig. l. hæreditas. ff. de reg. iur. Similis defihitio apud Ciceronem in Top. in loco à definitione. Quo loco ne fallaris, Iurisconsultus ad uulgarẽ loquendi usum respiciens, ut foro deseruiret, aditionẽ magis hæreditatis, quã ipsam hæreditatem, definit. Nam, cũ hæreditas (ut Oldendorpius, uir impensè doctus, & eloquens in xij. Tab.) sit relatio iuxta æqualitatem & inæqualitatem, ipse definire maluit, iuxta actionem & passionem, ut est aditio. Quam ob rem Vlpianus, in l. pecuniæ. §. hæreditas. ff. d. tit. de uerb. sig. & in l. hæredit. ff. de petit. hæred. Hæreditas, inquit, nomẽ iuris est, quod & accessionem & decessionem in se recipit. Et sine ullo tempore, iuris intellectum habet. Hanc rationem cum Bartolus nõ satis discerneret, in tit. ff. de acquir. hæred. non uidetur exitum inuenire interpretationis suæ admodum curiosæ. Ex qua definitione hæreditatis eliciuntur sequentes conclusiones, scilicet, hæreditatem non nisi successione deferri. rei particularis non esse hæreditatem: ius illud in definitione positum, antè, quàm hæredi quæratur, & quàm diu iacet hæreditas, dici: uiuentis non esse hæreditatem: ibi in definitione. l. hæreditas. & l. j. ff. de hæred. uend. hęreditatem non tantùm proximũ, sed & remotum respicere hęredem: hęreditatem iacentem repræsentare defunctum. Anchor.

HAEREDITAS, ut rectè Cassiodorus scribit in Psalm. 2. & 15. & 77. ab hero dicta est, id est, domino, quod eam iure legitimo dñs possideat. Quod & nos probauimus iam li. 2. Inst. tit. de hæred. qual. & diff. si quis uerò miretur quod quæ in hærede syllaba producitur, ea in hero corripiatur, legat Gelliũ lib. 12. c. 3. Cuia. obser. & emendat. lib. 5. c. 10. in fine.

HAEREDITAS quamuis pro domino habeatur, personã tamen domini ueram non repræsentat. Ræuard ad l. omnia ferè iura. ff. de reg. iur.

HAEREDITAS est pecunia quæ morte alicuius ad quempiã peruenit. nam (ut ait Iustin. sub tit. de reb. corporal.) aliud est hæreditas, aliud res quæ per eam acquiruntur. Hę corpora sunt, illa uerò ius: hæ certa sunt, illa incerta est: hæ per se semper utiles sunt, illa nonnunquã damnosa. Quod Seneca nõ animaduertens lib. de benef. vj. Iuriscõsultorũ, inquit, istæ argutæ ineptiæ sunt, qui hæreditatẽ negant usucapi posse: sed ea quę in hęreditate sunt. tanquã quicquã aliud sit hæreditas, quàm ea quæ in hæreditate sunt. Hotom.

HAEREDITATIS acquirẽdę causa duplex est, Testamentũ & lex: legis causa rursus duplex, Agnatio & patronatus. Scire igitur quis debet, testamẽto an lege sibi deferatur hęreditas: & si lege, agnationis an patronatus iure, l. si is ad quẽ. ff. de acq. hęr. l. pupillus. ff. eod. & si testamẽto, iure institutionis, an iure substitutionis. Cuia. tracta. 1. ad Africa. nu. 5.

HAEREDITAS alia Testamẽtaria est, alia Legitima: id est, quæ sine testamento lege xij tab. alicui defertur. l. qđ aũt, 6. ff. quę in fraud. cred. Interdũ tamen etiam testamentaria hæreditas lege deferri dicitur: ut l. 1. ff. de hæred. petit. l. lege, 130. ff. de uerbor. signific. Hotoman.

HAEREDITAS iacens dicitur, quæ nondũ adita est. l. 1. ff. de success. edict. l. deniq;, 13. §. quęsitum, ff. quod ui aut clàm. l. 5. ff. ut in poss. legat. Hot.

HAEREDITAS defertur, quæ testamento alicui relicta est l. lege, 130. ff. de uerb. sig. Hot.

HAEREDITAS auocatur si testator ut intestatus moreretur incidit tabulas, & hoc approbauerint ij, q ab intestato uenire desiderãt. Conn. li. 9. c. 7. n. 3.

HAEREDITAS aditur, cũ hæres eam se accipere uel dicto, uel facto testatur. §. 6. Inst. de hær. qual. Hot. Est autem adeunda hæreditas intra dies centum. Cuia. obseruat. lib. 3. cap. 6.

HAEREDITAS omittitur, cum hæres excludi se ab ea tempore passus est. Hot.

HAEREDITAS repudiatur, cũ is ad quẽ delata est, adire recusat. repudiantur enim ea tantũ quæ iã delata sunt. l. 1. §. decretalis, ff. de succes. edict. Hot.

HAEREDITAS usucapi non potest. Est enim ius incorporale: atq; hanc etiam fuisse Iurisconsultorum sententiã scribit Seneca lib. 6. de beneficijs. Cuia. in comment. suis ad l. pen. ff. pro emptore.

HAEREDITAS plerunq; diuiditur in duodecim uncias, quæ assis appellatione continetur. l. seruum meum. §. fin. ff. de hæred. instit. Olden.

HAEREDITAS defuncti locum obtinet. l. non minus. in fin. ff. de hæred. institu. Quia creditum est, inquit, hæreditatem dominam esse, & defuncti locũ obtinere. Olden.

HAEREDITAS ex die, uel ad diem non rectè datur: sed uitio temporis sublato manet institutio. ff. de hęredib. instituen. Oldend. Sic etiam Cuiac. dicit: Ex die expressim non rectè dari hæreditatem ueluti post quinquennium quam moriar. Tacitè uerò rectè eam dari l. quotiens § penul. ff. de hęred. instit. l. si mater, ff. de pactis. Cuiacius ad l. 35. ff. de hæredit. instit.

HAEREDITAS fideicommissaria, à fide hęredis, cui committitur, nomen accepit: quæ & fiduciaria appellatur. Spiegel.

HAEREDITAS iusta dicitur, quæ iure legitimo obuenit, id est, cognationis nomine. Hic enim titulus hæredis plenissimus est & omnibus patribus iuris nixus. Ex Budæi Annot. pr. Sp.

HAEREDITAS iusta (ut ait Budęus in annotation.) dicitũ uerè & planè hęreditas q̃ iure legitimo obue-

obuenit, i. cognationis nomine, ὁ κατ᾽ ἀγχιστείαν κλῆρος Græci. n. ius legitimæ successionis ἀγχιστείαν uocant, quod significat etiam ius proximè ad aliquem accedēdi ut ex Plutarcho docet ipse Budęus in Cōmētarijs linguæ græcæ. Et Ἀγχιστείαν iure propinquitatis hæreditatem cernere petereque. Sic igitur iusta hæreditas & legitima idem sunt τοῦ ἐξῆναι ἀγχιστείαν κληρονομία, Brechæus l. lege obuenire. tit. de uerborum & rerum significat. &c.

HAEREDITAS lucrosa, Caius ff. si quis omiss. caus. Testam. Nam liberum, inquit, cuiq; esse debet, etiam lucrosam hæreditatem omittere: quod pulchrè declarat Vlp. in l. quia autem is. §. non simpliciter. eod. tit. Spieg.

HAEREDITAS delata. Vide, Delata hęreditas. & l. is potest. ff. de Acq. hęr. Item ordo deferendę hęreditatis ab intestato sine ullo dolo repudiatę, cuius cognitio ad alia quoq; proderit, tractatur Nouell. de Hęredib. & Falc. §. etsi nemo ali⁹. & seq. Cōstit. j. Sp.

HAEREDITAS communis, quæ ad utrunq; ęqualiter lege ueniebat. Cicero pro Flacco. Sp.

HÆREDITAS sine sacris. Quære, Sine sacris hæreditas.

HÆREDITATE indignus habetur, qui non habet in ea Consentientem defuncti uoluntatem. Connanus lib. 9. cap. 7. numero 2.

HÆREDITATE uenire bona dicuntur, quæ iure hæreditario alicui obueniunt. Cic. de Inuent.

HAEREDITATEM adire dicitur is, qui hæres factus, uel autoritate prætoris, uel qua uoluntate in hæreditatem se intromittit. Sp.

HAEREDITATEM in capita diuidi, nihil aliud est, quàm eam in tot partes, easq; æquales dispesci, quot sunt capita quibus solet deferri. In Stirpes uerò successio diuiditur, quādo liberi parentis sui locū adsumentes, in eam hæreditatis partem duntaxat succedunt, quam parens ubi superstes esset, adsecutus fuisset. Sic dicta, quòd secundum stirpes atq; radices eius domus confertur, & postea in successores ex singulis stirpibus, pro cuiusque portione disijcitur. Vide infrà, In capita succedere. Sp.

HAEREDITATEM creui, pro acquisiui: quæ locutio & apud Ciceronem non est infrequens: qua quidem uulgus iam uti cœpit. Neq; tamen, Vigl. inquit, scio, an quisquā rectè intelligat. Arbitratur is, nō à decernendi significatione dictam Cretionem, sed à cernendo, id est, uidendo: quod Varronē quoque uelle putat, libro quinto de Verb. orig. Sp.

HÆREDITATEM sibi, seq; ei obligare, l. nam & Ser. §. qui negocia. ff. Neg. gest.

HAEREDITATIS procurationem suscipere in prin. l. debitor meus. ff. Negoc. gest. Sp.

HAEREDITATIS aditio, est modus adquirēdi dominium iure ciuili introductus, atq; adeò quędam actio: hæreditas uerò bonorū uniuersitas, quā reliquit post se defunctus. Caius Iurisconsul. in l. nihil aliud, de Verb. sig. aditionē hæreditatis potius, quā ipsam hæreditatem definire uoluit. Nam cum hæreditas sit relatio iuxta æqualitatem & inæqualitatē, ipse definiuit iuxta actionem & passionem. Quod si considerasset Bartol. in Rubr. ff. de Acq. hæred. in ea definitione explicanda tantopere non fuisset anxi⁹. Hoc uidere potuit homo excellenti ingenio atque doctrina Apell⁹, apprimè bonis literis instruct⁹. Sp.

HAEREDIVM, ut Budæus docet, quasi debitū sit id bonum, non aduenticium: dictum, quòd heredem sequeretur. Hoc hodie propriū, quod olim hæredium auitum uocabatur, Sp.

HEREDVM etiam loco habentur adrogator, ad quem per uniuersitatem bona transeunt, & pater filij intestati castrensia bona ueluti peculij iure occupans: Item fiscus ex delicto, uel bona uacātia capiēs: Item pater dominusúe, quibus hereditatis emolumentum & commodū adquiritur. l. 2. §. si defunctus. ff. pro empt. l. 6. ff. de in integr. rest. l. 1. §. sed & si morte. ff. quando act. de pecul. l. 40. ff. ad Trebell. l. 14. ff. de diuers. & temp. Erat olim etiam honorarius successor, Bonorum emptor, qui creditoribus debitoris bona distrahētibus emerat, ut Theophil. in titul. de successio. bonor. exponit. Atque hi omnes nō directas, sed utiles actiones exercebant. Eademq; ratione & qui post abstentionem repudiationemúe à Prætore in integrum restituebantur, ut adirent, hæredes non fiebant, sed utiles tantùm actiones habebāt. l. 7. §. sed quod Papinia. ff. de minorib. l. 21. §. ult. ff. quod met. cau. Bris.

HÆREM Marteá Festus author est antiquos acceptâ hæreditate coluisse, quæ putabatur fuisse una ex Martis Comitibus. Quod ut existimo, de hæreditatum bonorumq; possessione multa bella innascūtur, & multæ bello simillimæ lites & Controuersiæ, Connanus lib. 10. cap. 5. nu. 1. Adde Brechæum l. Hęreditatis in tit. de uerb. & rer. signific.

HAERES, inquit Festus, apud antiquos pro domino ponebatur. Sic Iustin. §. ult. De hære. qualit. & diff. Pro hærede, inquit, gerere, est, pro domino gerere. ueteres enim hæredes pro dominis appellabant. Vtriusq; Plautus auctoritatē cōprobat in Menęchmis, cum Menæchmū peregrinū de palla loquentē facit: Prandi, potaui: atq; abstuli hanc, cuius hæres nunquam erit post hunc diem. Vnde autem hoc uerbum manarit, nō facilè dixerim. nam eos qui ab Herus ductum putant, syllabæ prioris ratio refellit. Et potius ab Era quod terram significat, dictum putarem: unde Herediū apud Varronem, agellus qui hęredem sequebatur. uel cum diphthongo ab Hæreo: quia proprium hoc nomen est, non extraneorum, sed suorum. quod uel hinc licet intelligatur, quia hi soli exhæredantur. optima ratione: cùm filiusfa. eadem in familia & domo hæreat. itaque non Hęredare dicimus, quia suo iuri filius adhærescit: sed exhęredare, quasi conuellere, & dimouere. hæres autem ipso iure filius est, & plurimum relinqui solet. unde suus hæres in iure appellatur, quia non alienam, sed iam quodammodo suam hęreditatē accipit. l. in suis, 11. ff. de lib. & post. ubi Paulus multa in hanc sententiam præclarè: item ut in l. ult. ff. de bon. damnat. quibus ex locis perspicuum est, legem XII. tabularū filijsfa. etiā uiuis patribus paternā hæreditatem addixisse, sic ut hæredes designati merito nominari possint. ac proinde mortuis parētibus non alienam, sed propriam suamq; hæreditatem adipiscantur. nā Vlpian⁹ quoq; sic loquitur in l. 1. §. largius, ff. de success. ed. ubi ait, & liberos parentibus, & parentes liberis succedentes penè ad propria bona uenire. Itaq; Iustinianus domesticos eo quem antè diximus titulo appellat, quasi Vernas hæredes, qui non aliunde acciti, sed domi sint nati. Et Plinius in Panegyr. domesticos hæredes extraneis opponit: illosq; ait bona, non ut aliena & speranda, sed ut sua semperq; possessa capere. quapropter non adire, sed retinere hæreditatem dicuntur. ut l. si patronus, 12. in fi. ff. de bō. libert. quippe qui sine aditione ulla, ipso iure hæredes sint, uerumetiam eos quorum in potestate sunt, sine aditione hæredes faciant: ut l. qui in aliena, 6. §. 3. ff. de acq. hæred. Hot. Cuiacius ad li. 2. Instit. tit. de hero

hæredũ qual. & differ. putat, hęres dici quasi herus, ideoq; in P.Flo.rectè hęres & hęreditas sine diphthõgo scribi affirmat: qđ & in M.Tullij libris P.Victori⁹ adnotauit. Inde in l.si is ad quẽ ff. de acq.hęr.pro domino facere, pro domino administrare. Sunt & qui ab ære hæredem dictum putent, hoc est pecunia nostra. Goueanus l.1. ff.de uulg.& pupill.

HAERES propriè est successor in uniuersum ius, quod defunctus habuit l.hæreditas ff.de reg.iur. Idque siue ex testamento, siue ab intestato ueniat successor, est procul dubio accipiendum, ut annotauit Brechæus in l Nihil.in tit.de uerb.& rerum signif.

HAERES singulariter nominatiuus, extẽditur etiam ad postea natos.l.tale.§.ult.de Pact.

HAERES anomalus, siue successor, is dicitur, qui inuenitur sine certa qualitate. Zas.in Intellectib⁹ citat Glos.in uerbo, successor.§.pen.Instit.de Eo, cui libert.caus.Spieg.

HAERES ab intestato est, qui succedit in ius defuncti sine omni testamento. Instit.de Hæred. quæ ab intest.defer.

HAERES ex asse.uide, As.

HAERES certus.Lege, Certus hęres.

HAERES damnas esto.Lege, Damnas.

HAERES Legatarius.Lege, Legatarius.

HAERES præcipiens, d.m etwas vor andern verschafft ist, dicitur apud Papinianum in l.pecunię sortem.& l.cum unus seq.ff.de Aliment.legat.Sp.

HAERES substitutus uocatur secundus uel tertius, & ita deinceps totus uocatur quoto est adiectus gradu.&c. Connan.lib.10.cap.7.nu.1.

HAERES Testamentarius, ex se notus, Sp.

HAERESIS, nomen Græcum, uenit ab eligendo. Vocarunt autem sic illi philosophorum sectas, quòd unusquisq; sibi aliquod genus disciplinę ac sectæ proprium elegit, cui sese addixit, tanquã suo iudicio maximè probabili cõmodoq;. Vsitatissimè sanè tunc uariæ factiones philosophorum, hæreses à Græcis, & à Latinis sectę, citraq; omnem contumeliam nominabantur. Vtitur hac uoce Græca etiã Cicero in Paradoxis. Non enim fuit ueteribus hoc nomen odiosum, sicut nec secta Latinum. Quin etiam in sacris literis pro indifferenti accipitur. Actor. 15. Surrexerunt quidam ex hæresi pharisæorum. Et Acto.26. Colui Deum secundum exactissimam hęresin, aut sectã nostræ religionis. Actor. 24. Confiteor autem hoc tibi, quod iuxta uiam quam uocant hęresin, colo patriũ Deum. Actor.28. Isti sectę scimus omnes resistere. Reperitur tamen ubi etiam in pessimã partem accipiatur. Tit.3. Hęreticum hominem, post unam & alteram admonitionem deuita. 1. Corinth. 11. Oportet etiam hæreses inter uos esse. Galat.5. Opera carnis sunt, hęreses, inuidiæ, cædes. 2. Pet.2. Inducent exitiales hæreses. Transijt autem ideo uox ista in odiosam significationẽ, quia hæreses sunt reuera humano arbitrio electæ opiniones, ac uię salutis: non dei uoluntate, auctoritate, ac uerbo constitutæ, & humano generi propositæ, quales sunt etiãnum omnes ἐθελοθρησκεῖαι, aut electitij cultus Turcarũ & olim Ethnicorum.

HAERESIS autem ducta ἀπὸ τοῦ αἱρέομαι idest eligo. Inde Hæretici censentur ij, qui à fide Christi catholica discrepant & aliam sectam eligũt. Ac horum hęreticorum quidam maiores dicuntur, qui nominatam hæresim prædicant, ut Manichæi, Arriani, Eutichiani, Samaritani, Ophitę, Donatistę, Priscillianistę: quorum omnium in decretis sectæ atq; origines referũtur. Alij uerò minores appellantur, q̃ hęresim innominatã defendunt. Drosæus in methodo Iuris.

H E

HEBDOMADAE, quas Latini septimanas adpellant, septem dierum intelliguntur secundum cõmunem usum. Aliàs tamẽ de septenario num.quarũ cunque rerum dicuntur. Vnde Leuit. 25. Numerabis quoque tibi, inquit dominus ad Mosen, septem hebdomadas annorum, id est, septies septem annos. Quòd autem Iustinianus in l.2.§.quod cœlesti.C.de uet.iur.enuclean. de numero septenario scribit, qua si naturam, & artẽ numerorum in se contineat, nihil moror, multò minus quod Accursius ibi adijcit de S.Trinitate, & numero quaternario. Vnde credo sumptam distinctionem inter naturalem, & artificialem diem, quam cùm anxiè tractent plerique, nihil planè ad usum forensem respiciunt, quorsum pertineat, nec admodum probari potest. Prat.

HELCIARII sunt, qui onera funibus moliuntur, uel qui naues ducunt, subducũntue, ad officia in uicem adhortantes, ab ἑλκύω, quod est, traho. Bud.in l.1.de recept.arb.

HELIOCAMINVS, solis euaporatio, seu ęstuariũ dicitur ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ καμίνου, id est sole, & camino, quasi dicat solaris caminus. Locus ad quẽ sol hybernus accedens, ipsum euaporat & calefacit. Extat dictio apud Vlpianum, in l, arborem. De seruitut.urbanor.præd.& uide Alex. Neap. lib. 5. Geni. ca.5. Sp. Corras.lib.3.Miscell.cap.14.

HELOTES Lacedęmonijs belli instrumẽta reperisse dicũtur. galeam, gladium, hastam &c. De his uide latius Connanum, lib.2.cap.1.nu.5.

HEMIOLIA, id est, sescupla.c. quoniam l.vij.distinctio.Io.Bello.Etymol.

HEPATICVS, qui hepatis morbo laborat. is inter morosos recensetur l. qui clauum. ff. de ædil. edict.Spiegelius.

HERBARIVS, peritus herbarum, radiseca.

HERBVLAE quæ ligni appellationis continentur apud Vlpian.in l.ligni.§.lignorũ. de legat iij. Extat & apud Ciceronem lib.de Natur.Deo.ij.Sp.

HERCISCO, is.est diuidere: nam herciũ est diuisio. Cic.1.de orat. Qui quibus uerbis hercium fieri oporteat, nescit. Idem Herciscundæ familiæ causam agere non possit. Apul.lib.9.de asino: Neq, herciscũdæ familiæ &c.lib.10.dig.tit.est de fa.hercis. Nebriss.

HERCVLIS nomen cur nothis conueniat, ostẽdit Alciat.cap.iij.lib.iiij.Parerg.

HERE, Accursius in l.j.si cert. pet. pro herile aduerbialiter exponi posse tradit nimis barbarè, ineptèq;. Nam, quod Alciato quoq; in eadem l.annotatum, benè, est, instar nominis habet. ut apud Terentium ponitur. Eamq; receptiorem probat lectionẽ. tametsi ff.Florentinis, E re, id est ex utilitate, uel ex præsenti materia legitur. Spieg.

HEREMITAE ἀπὸ τοῦ ἐρήμου, qui desertis locis seruiendi DEO caussa inhabitant, diciturque religiosa persona gloss.& Doct.in l.2.ff.de in ius uoc. glo.& Doct.in c.qui uerè.16.quæst.1.Prat.

HEREMODICIVM est, siue quis apud priorẽ iudicem, siue apud Iudicem appellationis inchoatã causam deserat. Cuia. in exposit. Iustin. No. 49. de appellat.&c.post princip.

HERI seruus, hodie liber, speciem habet prouerbij: in eo liberto qui aduersus patronũ arrogantius & insolentius sese gerit. Vlp.l.7.§. 2.ff. de iniur. Nec enim ferre prætor debet heri seruum, hodie liberũ conquerentem quòd dominus ei conuicium dixerit, uel quòd leuiter pulsauerit. Hot.

HERIBANNVM est citatio ad delectum. eo nomine, significatur pœna nō obtēperātis edicto. Prat.

HERILIS, domini filius à seruis in Comœdijs frequenter appellatur. Sp.

HERMABA, siue adespota græcis sunt res quas uulgariter espauas nominamus, quæ dominum & assertorem nullum habent. Conn. lib. 3. c. 4. nu. 6.

HERMA, sumitur pro lapide, marmore, statua in sensili. Et Hermes nuncupatæ sunt statuæ quæ dimidiatim ad usq; osphyn effigiabantur, cæterum fusior & inuulgatior uox effecta est, ut pro integris etiam ab fidei receptæ scriptoribus ponatur. Luciano Hermoglyphos pro marmario dicitur & statuario. Suidas autumat, quod plurimum Mercurij statuæ delinearentur inde nomen adeptas. Hermei quadri marmorei & statuis accommodi Ciceroni uocati in Epistolis ad Atticum. Appianus in Libyco similiter Hermes intellexit. Satyrus Poeta: Trūcoq; simillim9 hermæ. Inde trahitur hermopolium officina ubi officinatores statuarum habitant. Galeotus Ciceronem adfert in medium hæc prodētem de sepulchris. Nec hermasos quos uocant licebat imponi. Insolēs uox, & adulterina tollenda, scribēdumq; hermas eos pro uirilibus statuis, quæ ad propagandam defuncti memoriam sepulchris erigebantur. De quibus hęc quoque Marcus Tullius, libro ad Atticum sexto: Hermę tui pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc admodum delectant. Solitas Mineruæ Mercurijq; coniunctas statuas gymnasijs dicari, quas hermathenas Tulli9 indicat his: Quod ad me de hermathena scribis per mihi gratum est, ornamentum academiæ proprium meę, quod & hermes commune omnium & Minerua singulare insigne eius gymnasij. Alibi: Et posita ita belle est, ut totum gymnasiū ἐγκαλέον esse uideatur. Ioa. Bap. in commēt. Epist. Sido. Apollina. ad Apollina. fil. suum lib. IIII.

HERMAPHRODITI, qui Mercurij & Veneris filius fuit, nota est fabula. Hic fuit Androgyn9, id est, utrumque sexum habens, fœminæ scilicet, & masculi. Hinc omnes Androgyni uocātur Hermaphroditi. Paulus de Testibus l. repetundarū. Hermaphroditus an ad testamentū adhiberi possit, qualitas inualescentis sexus ostendit. Idē censuit Vlp. in l. quæritur. de Statu hom. Antiqui, Nebrissensis ait, Hermaphroditos ἀνδρογύνες, hoc est, semiuiros, & semifœminas uocabant. Vlpianus de Liber. & posthum. l. sed est. Hermaphrodit9, inquit, & maximè si in eo uirilia præualebunt. Sp.

HERMOGENIANVS. Qui à nobis Hermogenianus, à Lampridio in Alexādro appellatur Hermogenes, & in Papiniani discipulorum numerum refertur: is epitomarum iuris sex libros scripsit, quos sine ullo auctore quidam Saluij Iuliani librorū epitomas esse comminiscuntur. uerum enim licet Hermogenianus se professus fuerit secutum ordinem edicti ppetui, ordinati scilicet à Saluio Iuliano l. 2. ff. de statu hom. quod Iustinianus etiam noster profitetur, non tamen rectè inde colligas, eum Iuliani Digestorum epitomas cōfecisse. scripsit etiam Hermogenianus fideicommissorum libros, nisi mēdosa est inscriptio l. quam quod ff. ad Trebellia. quod facile adducor ut credam: Nam possint quidem hęc legis uerba Hermogeniani esse aliquo ex ἐπιτομῶν libro. At quæ sequuntur Vlpiani sunt ex lib. 4. fideicommissorum ex quo & præcedentes & sequentes leges cōplures desumptæ sunt, atq; ita eam legem in duas esse diuidendam & scimus & affirmamus. Cuia. obseruat. lib. 2. cap. 27.

HERVS familiare Comicis uocabulum, ab Vlpiano expositum, cū inquit: Legis autem Aquilię actio hero competit, hoc est domino. l. item Mela scribit. §. penult. Spieg.

HETEROPLON, Lege, Amphoteroplon.

HETRVRIA Italiæ prouincia est, ad alteram ripam Tiberis, cū Roma in altera sit, Plinio teste. Huius populi ceteris omnibus obseruantiores erant syderum, & quid quæque prodigia uel portenta significarent, interpretari diligenter solebāt. Proinde Aruspices ex illis peritissimi reputabātur, hoc est, qui aues seu uictimas in ara diligenter inspicientes, uaticinari solebant, & futura prædicere, à quibus Romani fatidici discere solebant.

HETRVSA, prodigia, portenta ad Hetruscos & aruspices, si Senatus iusserit, deferunto, ait Lex xij. Tab. uide in hunc locum, quæ doctè adnotauit Oldendorp. cap. vj. tit. j.

HEXERIS. Hexerim Liuius lib. 29. intelligit sex ordinum nauem: estq; eius crebra mentio apud eundem, ut & lib. 37. Vide Bayfium de re nauali.

H I

HIACINTHVS, & flos est, & gemma. Huius fit mentio in l. unica. C. Non lic. in fren. equ. lib. xj. in ea fulgor uiolaceus dilutus est. autor Plinius. Sp.

HIC, hæc, hoc, & quādo demonstrent, & quē aliū sensum pariant, Bart. explicat in l. j. de Oper. nou. nunc. & in l. Constit. C. & in l. Mæuius. §. duobus. de Leg. ij. & in l. huiusmodi. de Verb. oblig. & copiosius in l. j. §. huius studij. ff. de Iust. & Iur. Spieg.

HINC, haud rectè ad tempus refertur ab Interpretibus, quum aduerbium de loco sit. Eleganter tamen ponitur pro Ex hac causa, iuxta uulgatū illud, Hinc illæ lachrymæ. & pro, ex hac parte. ut in l. fulcimus. ff. Ex quibus caus. in possess. eat. Sp.

HINC inde, pro undecunq; circūquaq;, uox Canonistis familiarior.

HIRENARCHAE, non habet græcè adspirationem. Vide Irenarcha.

HIERAPOLIS nomen est complurium ciuitatū: alia náq; est in Asia propriè dicta, alia in Creta, alia in Theutrania, alia in Syria. unde Hierapolitani sunt appellati, de quib. Iuriscōs. in tit. de aqua cotid. l. 1. ubi legitur, apud Hierapolitanos fieri aquis calidis irrigationem. Itē de pœnis. l. crimen &c. Nebriss.

HIERARCHIAM orthodoxi doctores interpretantur, sacrum illum Principatum, quem Christus instituit. Hunc schismatici & hæretici ab initio semper sibi uendicarunt: unde toties legimus, Christi Ecclesiam per schismata & hæreses esse exagitatam. Vtinam non & æuo hoc nostro. Spieg.

HIERONICAE dicebantur qui in sacris certaminib. uicissent. Donellus de pign.

HIEROGLYPHICAE literæ sacræ. Quo nomine dictæ sunt Aegyptiæ, quæ notis uolucrum, ferarum, aliarumq; rerum prænotatę erant: de quibus extat elegans opusculum Ori Apollinis Niliaci, à cōuictore nostro Trebatio, apud Cōradum Peutingerum V. C. latinitate donatum. Modestino in l. inter eos. Ex quib. caus. maior. Notis scribere, est compēdioso scribendi genere excipiendo uti. Eos qui notis scribunt acta Præsidū Reipub. causa, non abesse, certū est. Sp. Vide Petrum Crinitum de honesta discipl. lib. 7. cap. 2.

HIEROPHYLAX, sacrorum custos. ἱερὸς sacer, φυλάττω, custodio: Latinè Aedituus, uel Aeditimus. Scęuola de Ann. leg. l. annua. Sacerdoti, inquit & hierophylaci, & libertis. Quære, Quisquis mihi hęres erit,

rit, fidei eius cõmitto, ut det ex reditu cœnaculi mei. Sp. Ab his non admodũ dissimiles fuère, Hierophãtę, qui secretiora cuiuscunq; religionis mysteria tractãt, colenda exhibẽt, cæterosq; mysterijs initiãt de quib. uberius Postellus de Magist. Ath. cap. 20. Pet. Crinit. lib. 9. de honesta discipl. cap. 10.

HIEROSIARCHVS is dicitur, qui prępositus rebus sacris fuisset: quasi Princeps sacrorũ. [illegible], quod est, sacrum: [illegible] princeps: quasi rerum & sacerdotij caput. Pontificis Max. proprium esse cõuenit Alexander pro Hierophylace, in iam citata l. Hierosiarcham legit, Gen. Dier. lib. v. c. xvij. Sp.

HILARIA. Turnebus Hilaria putat fuisse Matris deûm ferias, quæ principio ueris celebrabantur maxima populi lætitia, & nobilissima pompa, quouis è populo insignia cuiusq; dignitatis mentiẽte atq; simulante liberè & impunè, ut internosci magistratus à simulatore plerunq; non posset, ut ab Herodiano in Commodo describitur, sed quia in eo tamen Hilariorum nomen desideratur, quod ille non appellauit, suo ex alio scriptore titulo reddendum est. Maximus igitur D. Dionysij interpres de Hilaribus ita scribit, [illegible] Turneb. aduersar. lib. 24. cap. 45.

HIEEAGIVS, Alciato idem est qui armiger.

HIPPAGOGAE naues. hæ aliter Hippagines uocantur, Polybius [illegible] uocat. De quo genere nauigij uide apud Bayfium in libro de re nauali. Tractat etiam de eo Franciscus Robertellus lib. 1. Emendatio. capit. 2.

HIPPOCOMI, stabularij sunt, qui equos curãt. [illegible] enim equum significat, [illegible] nutrio, curo. Alc. in l. quoniam. C. de Curs. pub. lib. xij.

HIPPODROMVS, ubi equi ad cursum incitantur. Vide Postellum de Magist. Athen. lib. 22.

HIPPOCENTAVRVS, est equi stimulator, de quo in Instit. de inut. stipul. in princip. Ioann. Bello. Etymolog.

HIPPONIS Iulianus meminit in l. nauis aduersa tempestate. ad Leg. Rhod. de iact. nimirum eius quod Hipponium Straboni est, Locorum colonia: quam, ut & Plinius dicit, à Romanis Vibonem, deinde Valentiam appellatam. Vrbs adhuc extat, sinumque efficit Hipponiatem. Sunt item duo Hippones in Aphrica, Straboni, Melę, Plinio, Ptolemęo, ab equitibus Græcis dicti: ut Solinus inquit. [illegible] enim equus est Græcè. Alter est enim in sinu Hipponensi citra Carthaginem. Diarrhyton dicitur: quod palustri agro situs, à fluore: Plinius. Huius Episcopus fuit diuus Augustinus. Est alter Hippo regius, ulterius à Regib. inhabitatus. Albericus, Hippones, ait, nomen est loci. Sp.

HIRCIS, & Coloritis, uocabulis nihili sublatis è Præfatione Iustiniani, ad Pandectas, tametsi ea Interpres pro maximè idoneis enarrauit: germana nobis restituit Politianus. Sp.

HIRCVS, fœtor est alarum, quem Plinius alarũ graueolentiam appellat. & aliquãdo uirus est alarũ.

HIRCOSI dicuntur, qui oculos transuersos habent, hoc est, uisu in nasum propenso. Vnde est illud Virgilij Ecloga. III.

Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis.

Alij, inquit Seruius, legunt hirquis. hi sunt oculorum anguli, ut ait Suet. in uicijs corporalibus, sed Forcatulus uulgari literæ applaudendum censet. nam & tragicè aspicere uitium est, [illegible], meminit ille uir optimi iudicij D. Erasmus Chiliade II. refertque ad factum Tragœdiæ: alij non malè ad hircinum aspectum etiam, quia [illegible], hircus est. Vult itaque Vlpian. eum cui os grauè oleat non esse morbosum. Forcat. Necyomantiæ dial. 88. nu. 5.

HIRRIRE idẽ est quod ringere teste Pompeio, quod genus uocis est canis rabiosæ. Ab hirrire hirritus, hoc est stomacho canino rabieq; uehementi succensus. Sic enim scribere malim eo Plautino uersu: Ego isthęc feci uerba ui tua hirrita. Io. Bap. in cõmẽt. Epist. Sido. Apollin. ad Papam Migecium lib. vij.

HIRQVITALLIRE & Hirquitallos ueteres dixisse Põpeius testatur. & appellantur hirquitalli ab hircino olore feculẽto & alis quippe q; sub axi lirũ lacunoso specu & flexili cauitate feculentia illiberali prouematur, unde Catullus, Valle sub alarum trux habitare caper. Ouidius. Nec tentet nares uirq; paterque gregis. Vt Theodorus commodius uerterit in latinum [illegible] Aristotelicam uocem hirquitallire quàm caprire. Ioan. Bap. in commẽt. Epist. Sidon. Apollina. ad Vincentium lib. I.

HISTEROLOGIA, hoc est, conuerso ordine, quandoq; Iurisconsultus utitur. ut cum prius determinat secundam quæstionem, quàm primam. l. iij. §. Labeo. de Incend. Dicitur etiam, Hysteron proteron, Ex Alciato. Sp.

HISTORIA, propriè est earũ rerum, quibus gerendis interfuerit is qui eas narrat. Vnde nomen habet [illegible] quod est uidere. Tradũt nostri, libros & scripturas in publicam custodiam, rerum gestarũ gratia, repositos, integram fidem habere. l. census. ff. de probat. in hoc autem non editos, redigi ad semiplenam probationem Videndi doctores, qui in l. j. de rebus cred scribunt, quid sentiendum sit de uetustis Chronicis, & libris Spieg.

HISTRIONES sunt, qui personam agunt in fabulis. Dicti, ut quidam uolunt, ab Histro flumine: queãdmodum & Daui, quasi Dacij, à Daco fluuio: quia ferè serui erant, qui histrionicam faciebãt. Quidam autẽ ab Hetruria Histriones dictos uolunt: ubi cum Ludiones primum uocarẽtur, quia Thusco uocabulo Hister Ludio uocatur, ideò histriones appellari cœpti sunt. Necesse autem erat, histriones perditissimis fuisse moribus, & deploratæ nequitiæ: cum in ea ciuitate, puta Romana, pro ciuibus non haberentur: cuius erant tam multa millia hominum flagitiosorum & facinorosorum ciues. Itaq; non mirum est illos fuisse notatos infamia. Sp.

HISTRIONEM balneatorẽ facere, abusionis exemplum, relatum ab Vlpiano in l. sed etsi quid. §. j. ff. de usufr. Sp.

H O

HOC amplius, Quem sensum hæc uerba inducant, Bart. explicat in l. si tibi pure. de Leg. iij. & in l. libertis. de condit. & demonstr.

HOC anno. Quid hæc sibi uelint, uide l. qui hoc anno. ff. de uerb. obligat. & l. j. §. quod autem. & §. itẽ quæsitum. ff. de aqu. cotid. Alberic.

HOC est, pro, id est, in l. cũ hi. . si ptor. ff. de trãs.

HOC mihi probatur, Ciceronianũ esse Budæus obseruauit.

HOC

HOC prætextu.in l.apud eú.ff. Si tut.uel cur.pro obtentu siue colore.Spieg.

HODIE, pro quouis tẽpore huius diei:nec differt, nec conditionem inducit, sed præsens tempus respicit.l. liber homo.§.j.ff.de Verb. oblig.l.Prætor. §.præterea. de Iniur. Nec enim differendæ actionis causa dies incertus adiectus esse uidetur, sed idẽ significat quod hoc tempore, hac tempestate, & núc, & ita præsens tempus nullam capiens dilationem l. Hodie ff. de pœnis. Sed quoduis potius huius diei tempus notans l.prętor §.prętereaff.de iureiurãdo. Cicero pro hodie sic diem hodiernum dixit,ut Græci dicũt, τὴν τήμερον ἡμέραν. Canonica decreta,hodiernũ diẽ,donec seculũ durat,intelligũt,xj.q.iij.nolite.Sp.

HODIE,nõ retro.Vlp.in l.furti ff.de his qui not. infam.Quamuis si iniusta appellatio eius uisa sit: hodie notari puto, non retro.Sp.

HODIE,id est post eam legem S.ue Conſ.l.si heres.ff.ad SC.Treb.l.1.§. hodie.ff. si cui plus, quã per leg.Falc.Iuris igitur noui significatiua est. & uide B. Brissonium lib. 1. Select. antiquit. Prat. Adde Cuia. obseruat.lib.8.cap.5.

HODIERNVS.Vide,Modernus.

HOLOBARAE uestes, quæ ob aurum intextũ graues sunt:βαρὺς enim Græcè,grauem significat. Inde apud Homerum βαρεῖαι χεῖρες. Alciatus C. de Vest. holob.lib. xj.

HOLOBRIZÆ uestes, quæ totæ sunt ex obrizo: quod aurũ purissimum est, & quantũuis coctũ, non diminuitur. Alciat. C. de Vest. holob.lib. xj. Adde Turnebum aduersariorum lib.4. cap 18. & Tiraquell.in 4.l.connub.gl.1.parte 1.

HOLOGRAPHA scriptura, testamenta manu ipsius testatoris integrè descripta: unde & nomen sumpsit. ὅλον enim totum significat. Hinc & Holopygium Catullo.Ex Alc.Parerg.Sp.Corrasius lib.1.Miscell.cap.18.numero 5.

HOLOVERÆ uestes in l.4.C.de uestib.holoue. sic enim ibi legẽdũ ẽ Zonara didicimus in 12 Cano. Concil. Gangr. id est holosericæ. Serica enim βηρὸς ueteres dixère nunc Galli v. lours dicunt.Prat.

HOMAGIVM ab ὀμνύω Græco uerbo descendit, id est,Iuro,quia clientes,siue ut sic dicam, uasalli iurant prę̃stare domino siue patrono sex,tutum,honestũ,utile,incolume,facile,possibile,c. unic. de form. fidelit.Forcat.Necyomantiæ dial.8 num.5.

HOMAGII,siue Hominij nexus(uocabula sunt feudistarum) quo distet à iuramento, ut ijdem uocant,fidelitatis, not. in c.Ex diligẽti.De Simonia.& c.Nimis. de iureiur.Spe. de feud.§.Nũc. de Homag. Spiegel.& Oldendorp.

HOMAGIVM est idem quod fidelitas. tamen Spec.eo tit.in lib. de feud. ponit illam differentiam, quòd Homagium est de his,quæ ad temporalia pertinent: & ideò pro spiritualibus indignum est, & à Romanæ Ecclesiæ consuetudine alienum, ut quis Homagium facere compellatur. Lucius Pontifex. De reg.iur. Fidelitas tamen pro spiritualibus præstatur, quia prælati bene præstant fidelitatem, ut in capit. Antiqua. De priuilegijs. uel sic potest describi : Homagium est quædam astrictio seruitutis liberi hominis facta domino per pactionem, uel petitionem , siue stipulationem , promittente libero homine, domino suo fidelitatem, & constituente se hominem uel uasallum suum. Et sic in aliquibus partibus hoc modo ille, qui facit Homagium corã domino suo flectit genua sua tenẽdo manus suas coniunctas simpliciter inter manus domini, iusiurandum de fidelitate præstans, & mutuò se in signum fidelitatis osculantur. Cuius forma ponitur in lib.feud. de no. fi. for. cap. Est & alia f. post rubr.illam, de for. fidelitatis Ad idem facit de iureiur. capit. Ego enim. & lxiij. dist. Cum duo. Et Hostien. ponit eam in sum.de feud.§. Quid sit fidelitas, & qualiter sit facienda.Ex dictis Homagium describi potest secundum formam . Est quando aliquis flexis genibus , iunctis manibus in manus domini positis aliquid promittit, quod pro spiritualibus fieri non debet,de quo uide caput ueniens. de simo. ex diligenti.de excess.præla.graue. de re iud. cap.fi. Spiegelius.& Oldendorp.

HOMAGIVM est multiplex secundum Spec. ubi sup. quoddam est legium, quoddam est non legium, quoddam edictale quoddam decretale &c. de quibus infrà.Spieg. & Old.

HOMAGIVM Decretale est, cùm hæres hominis mei,qui illo feudo ex consuetudine posset infeudari, & per consequens in Homagium succedere: debet infra certum tempus me in dominum agnoscere, & fidelitatem mihi præstare, & ego teneor eum ratione talis feudi in hominem recipere: & in recipiendo uideor sibi ius feudi decernere, propter quod dici potest Homagium decretale: sicut etiam bonorum possessio decretalis: & quòd ius mihi tribuit, sicut & talis bonorum possessio. l. Si nullus sit proximior. Et ideò in curia Franciæ semper recipiuntur fidelitates & homagia alterius saluo iure. Quod autem in Italia & alibi uocatur Vasallitium, in Francia uocatur Homagium &c. etiã dicitur Homagium,cap. Veritatis.de iureiur.Differunt tamen, quia homagium est, quando iuratur alicui fidelitas, nemine excepto : sed Vasallitium superiore excepto, scilicet imperatore. De hoc opt. glo. in uerbo, homoque ligius.cle. Pastoralis. de re iud. ubi etiam dicitur, quod quis non potest esse ligius duorum, sed bene ligius unius,& Vasallus alterius, uel uasallus plurium.& sic homagium dici potest hominis ligium.Sp.& Oldendorp.

HOMAGIVM edictale est,sicut possessio bonorum edictalis.Vnde secundum Spec. ibid. homagiũ edictale siue hæreditarium est, quod quis habet eo ipso,quòd adit hęreditatem hominis mei,personam eius repræsentat,& uidetur hominis homagium subijsse, & tale homagium potest finiri tempore si domino placebit: quia si domino non placeret, non finiretur, etiamsi uasallus uellet bonis feudalibus cedere,imò ageret contra ipsum, ut eum in dominum agnosceret:& hoc ex cõtumelia sua,unde puniri debet,ne inuitus consequatur immunitatem,quod esse non debet.pro quo ff. de negot.gest.l. Sine hæreditaria. Et ideò possum eum cogere, ut subeat Homagium decretale, & etiam quod plus tribuat ei in effectu,quàm edictale.Sp.& Olden.

HOMAGIVM Legium est secundum Specul. ibid.quòd fit Imperatori uel regi,nullius alterius fidelitate salua.Illud autem quod fit alijs, non dicitur legium,quia fit uel iteratur salua imperatoria uel regia fidelitate.Multi enim putant homagium legium esse,quando uasallus mittit manus suas inter manus domini, & sibi homagium facit, & fidelitatem promittit, & ab eo ad osculum recipitur. quod non est uerum:ut etiam ibidem dicit Specul. Sed ut ipse dicit:tunc alij ponunt,quòd duplex est homagiũ. Homagium legium , in quo nullus recipitur, quantum ad uerba, sed quantũ ad mentẽ. Et aliqui,qui supremam & generalem habent autoritatẽ & iurisdictionem,

nem, puta Imperator uel rex intelliguntur excepti, &c. Item ubi ponitur legium suprà & infrà, habent aliqui lagium. Spieg. & Olden.

HOMAGIVM non legium est, quando aliquid excipitur, puta, Facio tibi homagium excepta fidelitate, ad quam domino meo tali legio teneor, uel saluo quòd possum cùm uoluero dominum legium mihi constituere: uel saluo quòd nolo tibi talem iurare. Sed dictum primum est uerius secũdum Spec. licet hoc ultimo designatum communis usus approbet. Et secundum ultimum modum sequitur per totũ, & illo utitur Spec. de homagio legio. Sp. & Old.

HOMICIDIVM propriè est, cum homo cæditur, hoc est, occiditur. à cæde enim deriuatur, ut Alberic. uoluit, citans l. ita uulneratus. in princ. ibi, adhibita manu. ff. ad Legem Aquil. At Dominus in Euangelio, omnem iniquum modum ad nocendum fratri, homicidium appellat: eodẽ teste. Cęterùm, homicidij reus olim adeò abominandus, ut arceretur sacris & foro, quoad iudicium peractũ esset. Hodie patent ijs, quos constat esse in reatu cædis, uel templa uel loca, quæ ius, ut aiunt asyli à Principibus, sed nescio quàm iustè ad hanc criminis speciem impetrarunt. Equidẽ puto, nec sanctiores aras tueri debere, qui prudentes necem humanam admisere: cũ hominem homini insidiari, nefas esse censuerit Florentinus, in l. ut uim. ff. de Iust. & Iur. Sp. Est autem homicidium duplex: uoluntarium & casuale, ut patet ex Rubrica de homicid. calua. & uolunt. extra Io. Bello. Etymol.

HOMINEM pignerari quid sit, doctè explicat Budæus in poster. Annot. improbatq́;, quod iuris Interpretes maluerint Repressalias dicere, quum latinè Pignerationes uocẽtur. c. unic. de iniur. li. vj. Sp.

HOMINES sacros uocarunt antiqui morti destinatos, ut refert Connanus lib. 3. cap. 1. nu. 5.

HOMINES sub fideiussore facti dicũtur Gręco modo q̃ satisdedere iudicio sisti. Cuia. obs. li. 8. c. 30.

HOMINES manus mortuę plurimi in nonnullis Gallię prouincijs, ut in Auernia, Burgũdia, Campania & in agro Rebæsio Meldensis Diœcesis habẽtur, tanta similitudine iuris, adscriptitijs colonis coniuncti, ut propè ijdem esse uideantur. Non enim Serui sunt omnino, sed in territorio domini sunt tãquã alligati, non habentes demigrandi potestatem. Itaq; Serui Corporis & prosecutionis uulgò dicuntur: quod si fugerint, potest eos persequi dominus & capere. Tributum autem isti & nonnullas alias commoditates domino pręstant, in quibus hęc maxima, quod ipsis uita functis sine sobole succedit domin⁹, uel ex toto, uel ex parte. uide de his latè Connanum lib. 2. cap. 10. numero 3.

HOMINIS nomen unum nobis natura dedit. Omnes enim homines appellamur. Iure gentium tria esse hominum genera cœperunt. Sunt enim liberi: & qui ijs opponuntur serui. Est & tertium genus libertinorum, id est eorum qui serui esse desierũt. autor Theophilus. Hominis appellatiõe, Caius ait, tam fœminam, quàm masculum contineri, nõ dubitatur. Quod dictum ad naturam humani generis referendum est. Nam illud constat, ut attestatur Alciatus, cum hominem dicimus, quemcunque contineri, non solum siue masculus, siue fœmina sit, sed siue liber, siue seruus, siue pubes, siue impubes. l. iij. §. j. de Lib. hom. exhibend. Tametsi regulę triuiales affirment esse communis generis, nusquam tamen legitur iunctum cum adiectiuo: neque de muliere separatim quisquam dixerit, Homo pulchra, teste Glareano, uiro undequaque doctissimo. Quod Sulpitius ad Ciceronem scribens, ait, Quoniam homo nata erat: eadem ratione dici poterat, Ea nata erat animal, hoc est conditione mortali. Sed Alciat allata Caij uerba, in suis Camment. ad titul. de Verbor. signif. explicans: Non ait, generis communis, sed commune nomen est, & tam masculum, quàm fœminam continet. idq́; exemplo Græci sermonis, ἄνθρωπος. Nã & Hæbræi Adam, quo nomine terra natum hominẽ significant, ad utrunque sexum referunt. ut habetur apud Mosen: Creauit eos, & benedixit illis, & uocauit nomẽ eorum Adam. Dicitur autẽ Homo, siue ab humo, siue à concordia, ἀπὸ τῆς ὁμονοίας, quòd nullum animal sit socialius. Itaque ubi non est mutua charitas, ac societas amica, ibi non sunt homines. Et hinc apparet, Legem quę de hominibus loquitur, etiam de fœminis accipiendam esse, & quidem propriè. l. j. de Verbor. sign. Quod arbitratur Bartol. etiamsi articulus Quis, præponatur. Verùm Alciatus dubitat, motus exemplo Gręcorum. qui per articulos, ὁ, ἡ, τὸ sexum distinguunt. Attamẽ hominem dici eum qui in utero est, Lex uetat. l. cum inter. de Fid. lib. iubens expectari, postquam natus est, & in terram ceciderit. Quæ uerba uenustè interpretatur Alciatus, in l. hominis. de Verbor. sig. Spieg.

HOMINIS Legatum, orationis compendio singulos homines complectitur. l. Męuius. §. duorum. de Leg. ij. Spiegelius.

HOMINVM appellatione Continẽtur in libris nostris procuratores, custodes, cõductores. Emphyteuticarij, chartularij, l. 4. C. de dignit. l. 1. C. de cond. & proc. præd. Fisc. l. 2. C. de. epis. & cler. l. 1. C. de commer. Cõtinentur & uasalli. Cuia. obseruat. lib. 8. c. 14.

HOMINIVM dixit Helmodius, quod certè uenustius est quã Homagium. Cuia. obseruat. lib. 8. c. 14. & in l Senatorum de dignit. C. lib. 12.

HOMO à Philosophis dialecticè diffinitur, quòd sit substantia uiuẽs, sentiens, animata, rationalis, corporea, mortalis, capax risus, & artium. ut annotauit Taboetius in topico militię for. & legal. discip.

HOMO homini Deus. Homo enim cõditus est, ut cęteros homines pro uirili tueatur, ac iuuet. hinc & illa lex naturæ extitit: Quæ uultis ut uobis faciãt homines, uos quoque facite illis. Antiquitas nihil aliud existimabat esse Deum quàm prodesse mortalibus. Vnde frugum, uini, legum autores, & quicunq; ad uitæ cõmoditatẽ aliquid attulissent, eos pro dijs habebat. Itaque naturali obligatione, tametsi ciuili non debent, pontentium est tueri tenuiores, aduersus iniurias diuitum, largiri egentibus. Vide Eras. in Chiliad. & Melanch. paulo ante fin. ij. Philosoph. Moral. Spiegelius.

HOMO in sacra scriptura apud Hebræos aliter ENOS, aliter Adã appellatur. Sed propriè ENOS eũ esse uolunt, qui recta ratione pręditus, ueri DEI cognitionẽ habeat, quẽ Latini uerum hominem interpretantur, & pium ac religionis amantem. At uerò nomine Adam, uniuersam hominum generationem comprehendunt: & tam uiro quàm fœminæ conuenit ac commune est: quod terra natum significat. Quemadmodum igitur homo apud Latinos propria uerbi significatio masculum simul & fœminam complectitur, sic etiam Adam apud Hebræos ad utrunque sexum commune est nomen, ut uidere est ex C. S. lib. 1. Geneseos. Masculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis: & uocauit nomen eorum, Adam. Cùm Plinius lib. 6. natural. Histo. & Cicero in Tuscula. quæstio. ac reliqui philosophi scripse-

pserunt omnia hominis causa naturam genuisse, intellexerunt tam marem quàm fœminam: quod dubitari non solet. Cic. lib. 1. de legibus, animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilij, quem uocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse assumo, &c. Hanc uocem homo sub utroq; sexu enuntiauit Cicero. Tam est enim capax rationis & consilij mulier quàm uir. Brechæus in l. hominis in tit. de uerb. & rer. signif.

HOMO debilitatus, uel uulneratus. l. nō solum. ff. de Rei uindicat. Homo uerberatus, eod. l. itē si homines tenuis uitę. Iuriscons. in l. illicitas. de Offic. Præsid. eleganter uocat, quib. tenuis est res familiaris, angusta. Spiegel.

HOMO honestioris loci, apud Vlpian. in l. cum hi. §. sanè si is. de Transact.

HOMO in fructu hominis esse non potest. Adi Vlpian. l. uetus. ff. de Vsufruct. Sp.

HOMO prouincialis. uide. §. apud Labeonem. l. hæres. ff. Vbi quis ager. Sp.

HOMO legius uel ligius secundum Spec. ibi. dicitur quasi domino suo ligatus, uel quasi legalitatē continens. Vnde rex Sicilię est homo ligius Romani iudicis, ut in Cle. Pastoralis. de re iud. præal. post medium. in §. rursus. Vbi gl. no. & omnis homo ligius est Vasallus, & non contrà.

HOMOLOGARE, hoc est, confiteri, adsentire. Homologia, confessio, adsensus. l. ne in arbitris. ff. de arbit. corruptè enim emologare legitur pro eo, quod est subscribere arbitri sententiæ, scilicet eam placere subscribenti. Prat.

HOMOLOGARE dictio græca est: apud nos cōfirmare uel laudare, interpretari potest. Quo uerbo utebantur antiqui cum populo aliquid interrogante Senatus auctoritas requirebatur. Senatores enim homologare, id est confirmare dicebantur. Hodie uerò cum arbitri Sententia à partibus acceptatur, homologatum dicimus. De hoc uerbo mētio habetur post auth. decernimus. C. de arbitris. ubi emologare scriptum inuenies nullo sensu. Et ita etiam mēdosè protulit Alber. in dictionario suo in uerbo Emologo & Bald. in tit. de pace Constant. §. sententiæ quoque. Et in consil. 343. Fuit factum. ad fin. in 3. lib. & ubique hodie passim omnes pronunciant. Habetque homologatio effectum, ut laudum uim transactionis per omnia obtineat: ut per Dec. cōsil. 198. & pro tenui in 3. colū. ubi citat Anch. & Io. Bapt. Caccialup. idem tenentes. Cotta.

HOMOVSION, uocabulum, apud Iustinian. in l. iiij. C. de Sum. trinit. cōsubstātiale latinis est: quod in filio Arrius, in spiritu sancto Macedonius negabat. At Nestorius, CHRISTVM filiū Mariæ hominem tantum credidit, superuenisseq; deinde in eum diuinitatem: quibus non minus deteriora prodidit Eutyches, qui Christo diuinam solum naturā asseruit. Quapropter Arrius Nicena, Macedonius Constātinopolitana, Nestorius Ephesia, Eutyches Chalcedonia Synodo condemnati sunt. c. sunt igitur. xv. dist. & xxxiiij. q. iij. c. quidē. Sp. Ad nomē aūt ὁμοούσιον quod attinet, Athanasio teste: non quidem id in noui ac ueteris testamenti uoluminib. inuenitur. Sed res antiqua nouum nomen accepit: non autem uocabulo nouo, nouæ rei uirtus accessit. Disciplinæ enim Ecclesiasticæ moris est, propter hæreticos significantius rerum naturas hoc pacto exprimere, quæ tamen existentium causarum ueritatib. congruant: & quæ magis eadem antiquitus fuisse demonstrent, non ortus insinuent nouitatem: Quod probat ab exemplo nominis (Christianus) cum antea discipuli uocarentur credentes, postea ad plenitudinem nominis exprimendam, & propter differentiam alterius cuiusquam sectarij discipulos Christianos dictos esse: de qua re latius Vigilius Martyr in disputatiōe sua inter Sabellium: Photinum, Arrium, & Athanasium de Christo &c.

HONESTA, ea Bar. interpretatur, in l. j. C. de Dignit. quæ ab honestis communi sententia personis geruntur. Spiegel.

HONESTÆ personæ, item quę uiles sint habendæ, prolixius tradit Alciatus, interpretans. l. mercis appellatione. de Verb. sig. Sp.

HONESTOS pro diuitibus ueteres dixisse, testatur Asconius, referente Cōnano lib. 1. cap. 11. nu. 3.

HONOR pro dignitate apud Caium, in l. nuper. de Donat. int uir. & uxor. Propriè reuerētia est, quā alicui exhibemus in uirtutis testimonium.

HONOR est prærogatiua quædam ex uitæ morumq; probitate, & quādoq; ex fortuna causata. qua quis a uilibus personis, simplicibusq; plebeis distinguitur. Sebast. Med. in tract. de Definit. parte 2.

HONOR pro magistratu ponitur nōnunquam. ut apud Iuuenal. Nunc cū summus honos finito cōputet anno Sportula quid referat. &c. Connan. lib. 1. cap. 15. numero 1.

HONOR pro dono, in l. si mandauero. in prin. ff. Mand. Item pro præmio, & ut uulgò appellant, arra. in l. j. §. proinde. ff. de Var. cognit.

HONOR ciuitatis, quo in ornatu fit⁹ sit, Iuriscōs. ostendit in l. ciuitatibus. in fin. de Leg. j. Sp.

HONOR municipalis, est administratio reipubl. cum dignitatis gradu, siue cū sumptu, siue sine sumptu contingens. l. honor. ff. de Mun. & hon. Sp.

HONOR Pretoris, pro magistratu apud Pomponium, de Orig. iur. l. ij, §. eodem tempore. §. Prætorū quoq;, Inst. de Iur. nat. gēt. Quia magistratui inest dignitas: rursus dignitatem sequitur honor, teste Callistrato. ff. de Muner. & honor. Sp.

HONOR ꝓ honorariū apud Vlp. in l. 6. ff. mādati. Si remunerādi gratia honor interuenerit, erit mādati actio: id est, etsi honorarium aliquod datum fuerit, aut promissum, tamen non locatio erit, sed mandatū: & ex eo mandati actio nascetur. Cic. pro Roscio Amerino: Si nihil, inquit, aliud fecerunt, nisi rē detulerūt, nōnne satisfacit, ijs gratias agi? deniq; ut pliberaliter ageretur, honoris aliqd haberi? Cur tria prędia tātæ pecuniæ statim Capitoni dantur? Hinc

HONORARIA pœna, id est quā prętor introduxit atq; cōstituit. Insti. §. 6. De iniur. Sed pœna qui dē iniuriæ, quę à lege XII. tab. introducta est, in desuetudinē abijt: quā aūt Pretores introduxerūt, quę etiam Honoraria appellatur, in iudicijs frequētatur. Hot. ex Connan lib. 7. cap. 14. nu. 5.

HONORARIA actio à Prætore introducta est, & ab honore prętori delato nomen accepit. Nam cū (ut Pōponius author est. l. 2. supra de orig. iur.) Consules bellis finitimis à iure dicendo, cui præerant, auocarentur, ita ut in Ciuitate iudice aliquo opus esset, qui populi controuersias dirimeret: pactum est ut prætores duo crearentur. Vrbanus primum, qui in urbe tātum & inter ciues Romanos, ius dicebat: peregrin⁹ deinde alius, qui inter extraneos iura reddebat. Et his sanè data est potestas adiuuandi, supplendi atq; corrigendi Ius Ciuile, prout publicè interesse uidebatur l. ius autē ciuile. ff. de iust. & iure. Et hic honos prætori semper habitus est, ut eius edi

ctis pro publico iure uteretur. Quapropter etiam ueluti per ἀντονομασίαν ab honore quo regijs penè in signibus & apparatu fermè cõsulari, Lictoribus sex, sella curruli & trabea, prætores supra cæteros iudices fungebantur, ea autoritas eorũ edictis attributa est, ut ius honorarium dici cœperit, Zasius in d.l.2. atq; dehinc hæc nostra in factum actio honoraria dicta est, quam à prætore introductam esse constat, Peckius comment. l.2.§. honoraria, numero 1. ff. nautæ, caupo. stabular.

HONORARIAE actiones dicuntur, quæ prætoris edicto constitutæ sunt. l.39. ff. de nox. act. l.11. ff. de fideiuss. Hotom.

HONORARIAE obligationes, quas Prætor edicto suo instituit. l. obligamur, 52. ff de obligat. ubi Modestinus ait, iure honorario nos obligari, ex his quæ edicto perpetuo uel magistratu fieri præcipiũtur, uel uetantur. Hot.

HONORARII successores dicuntur, qui & bonorũ possessores. Iustin. §.1. de bonor. poss. Quos autem solus uocat prætor ad hæreditatem, hæredes quidẽ iure non fiunt: nam prætor hæredem facere nõ potest. per legem enim tantùm, uel similem iuris constitutionem hæredes fiunt, ueluti per Senatusc. & constitutiones Principales. sed quũ eis prętor dat bonorum possessionem, loco hæredum constituuntur, & uocantur bonorũ possessores. Vlpian. l.9. §.5. ff. de interr. act. Quæ obtinere debent non solùm in hæredibus, sed etiam in honorarijs successoribus. Sic in l.1.§. non solùm, ff. ut legat. nom. l.10. ff. ad Velleian. l.7. ff. de public. Hot.

HONORARII. Nouella Valentiniani, quæ fuit inscripta, De honoratis, & quis pręferatur in gradu, quinque facit uirorum illustrium gradus. Primus est eorum qui uerè illustrem dignitatem gesserunt, secundus est uacantium præsentium in comitatu principis. Tertius uacantium absentium. Quartus honorariorum præsentium. Quintus honorariorum absentium. Differentiam facit inter uacantes & honorarios, sicut & l. 9. de metat. c. lib. 12. inter eos quibus illustratus sub cingulo, & quibus citra cingulum delatus est, & in integra Nou. Theod. de metatis, quam habemus: Licet inquit uacantis militiæ cingulo utantur, uel honorariæ prærogatiuæ potiantur insignibus. & paulo post: Illustrem dignitatem inter uacantes uel honorarios consecutus. Vacantes ζωνοὶ sunt. Honorarij ἄζωνοι. cum cingulo defertur plerunq; ijs quibus merito antè gestæ administrationis defertur: ut primicerius notariorum peracta administratione fit magister officiorum uacans, primicerius domesticorum tribunus uacans, & ita apud Vegetium uicarios, comites tribunos uacantes accipere oportet, & in Cod. Theodosiano titul. de comit. uacant. & apud Ammianum sæpè libr. 16. 18. 31. Hidem adscriptitij dicuntur. Trebellius in Balista: Gaudens quod eius consilio nullum adscriptitium, id est, uacantem haberet. Lampridius in Alexandro: Ne quem adscriptum, id est, uacantium haberet, ubi uulgò malè uagantium. Dicuntur & allecti. Et inter agentes in prima & secunda constitutione de faciendo & confirmando Codice, & in l. ultim. Cod. Theod de hon. in qua ita est: Ne quis sibi expetat siue imaginarios, siue inter agentes codicillos acceperit, ut ei, qui egerit ratione temporis præferatur. Et in l.5. Cod. de metat. ubi pro iter agens legendum inter agens, uel inter agentes. & in l.1. Cod. de silent. Ab his honorarij siue imaginarij, ut dixi, longè sunt diuersi. Hi nullum cingulum gestant, nullo merito antè gestæ administrationis hunc honorem consequuntur, sed solo codicillorum principalium beneficio l.3. Cod. ubi Senat. uel cla. l.1. Cod. Theodos. qui à præb. tyr. ubi quod ait, uel qui honorariorum est definitio, Nouel. 70. cuius generis etiam pontifices & augures, & quindecim uiros sacris faciendis Seuerum fecisse memoriæ proditum est. Præterea uacantibus datas annonas Lampridius significat, quas nullum honorarium constat habuisse. Itaque uacantes honorarijs optimo iure præferuntur. Non tamen omnibus. His namque qui simili dignitate ornati sunt, proculdubio præferuntur, ueluti præfectorius uacans præfectorio honorario, quæstorius uacans quæstorio honorario. His autem qui ampliori dignitate præditi sunt, non præferuntur, ueluti quæstorius uacans non præfertur præfectorio honorario, comes uacans non præfertur quæstorio uel exmagistro honorario, deniq; uacantes omnibus honorarijs non præferuntur. At administratores omnibus uacantibus, omnibus honorarijs præferuntur. Et illustribus administratoribus adnumerantur uacantes, qui non sunt ociosi, sed ordinariam dignitatem aliquam gerunt, ueluti Germanus magister militum uacans contra Vandalos dux magna classe missus à Theodosio, iam non pro uacante illustri, sed pro administratore habetur. Ducatus ipse est ordinarius, id est, clarissimus uel perfectissimus. Cuiac. l.1. de primicerio & secundicerio, & notarijs, Cod. libro duodecimo.

HONORARII tutores. Qui sint honorarij tutores ex Vlpiano in l.iij.§.j de administr. tuto. ff. ijs uerbis intelligere licet. Si parens uel pater, qui in potestate habet, destinauit testamẽto, quis tutorum tutelã gerat, illũ debere gerere Prætor putauit. meritoq; patris statur uoluntati: qui utique filio rectè prospexit. tantundem Prætor facit & de ijs, quos parens destinauit testamento, aut confirmauit, ut si parens, quem uelit tutelã administrare, declarauerit, ille solus administret. cæteri igitur tutores non admĩnistrabunt, sed erunt ij, quos uulgò honorarios appellamus. nec quisquã putet, ad hos periculũ nullũ redundare. cõstat enim hos quoq;, excussis priùs facultatib. eius, qui gessit, cõueniri oportere. dati sunt enim quasi obseruatores actus eius & custodes: imputabiturq; eis quandoq;, cur, si malè eum conuersari uidebãt, suspectũ nõ fecerint. Assiduè igitur, & rationẽ ab eo exigere eos oportet & solicitè curare, qualiter cõuersetur: & si pecunia sit, q̃ deponi possit, curare ut deponat ad p̃diorũ cõparationẽ. blandiuntur enim sibi, qui putãt honorarios tutores omnino nõ teneri: tenẽtur enim secundũ ea, q̃ sup. ostẽdim9.

HONORARIVM est quod magistratib. aut eorũ ministris soluitur honoris potius quàm necessitatis causa. unde etiã nomẽ habet, nec exigi debet aut peti, sed accipi, si offeratur. Connan. lib. 4. c.15. nu.7. dicitur enim ꝓpriè honorariũ qđ ad honorẽ ptinet.

HONORARIOS ludos appellamus liberalia Aldobrandinus.

HONORARIVM, Budæo Alciatoq; testibus, est præmiũ quod Iurisconsultis datur. l. qui operas suas. ff. locati. Quod tñ hodie priscũ nomen prorsus retinere nõ potest. Non enim iam Honorarium, sed Arbitrariũ iure uocari debet: id quod arbitratu eorum statuitur qui accipiunt, non eorum qui prębẽt. Cicero honorarium arbitrum uocat eum, quẽ pars utraq; summum suæ controuersiæ honoris causa facit iudicem. Cicer. v. Quæst. Tuscul. Sp.

HONO-

HONORARIVM decurionatꝰ, quod datur honoris causa, dum fiunt decuriones. Papinian. de Muneribus & honor. l. æstimationem. Qui pro honore, inquit, pecuniam promisit, si soluere eam cœpit, totam præstare operis inchoati exemplo cogẽdus est. Decurionatus autem secundum Callistratum municipalis honor appellatur. l. honor. eod. tit. Sp.

HONORARIVM donum. Budæo teste, quale hodie principibus suas primùm urbes ingressis porrigi solet. Insignes aliquot Germaniæ nostræ ciuitates, quæ Imperiales uulgò uocantur, non Cæsares modò suos, sed & alios Principes, Duces, Comites, nec non prærogatę cum nobilitatis, tum autoritatis uiros, etiam nationis externæ, frequenter eiusmodi honorarijs excipiunt. Hinc uocabula usurpata, Ein Fürsten schenk/Grafen/Herrn/oder gmein schēk. Sp.

HONORARIVM ius appellamus, quod à Prętoribus constitutum est: quòd (inquit Iustinia.) qui honores gerunt, id est magistratus, auctoritatẽ huic iuri dederunt. §. prætorum. Insti. de iur. nat. l. 7. ff. de iust. & iur. l. 2. §. 5. ff. de orig. iur.

HONORARIVM tumulum Latini idem quod κενοτάφιον Græci appellant, id est, inane sepulchrũ memoriæ causa factum. Conna. lib. 3. c. 1. nu. 4. Hot.

HONORARIVS arbiter dicitur, qui à prætore datur: quòd ab eo qui honorem, id est magistratum gerit, detur. nam ut Procul. scribit l. 76. ff. pro socio, Arbitrorum genera duo sunt. unum eiusmodi ut siue ęquum sit, siue iniquum, parere debeamus. quod obseruatur, quum ex compromisso ad arbitrũ itum est, &c. Hotoman.

HONORATI in l. j. C. de off. ciuil. iud. l. 18. C. de episc. & cler. l. 3. C. de off. diuers. iud. l. 6. C. de postul. rubr. de honorator. uehicul. lib. xj. C. l. j. quib. equor. usus. in C. Th. l. pen. ad leg. Iul. repet. in eod. C. Puto autẽ eos significari, qui sine administratione honorarijs decorabantur codicillis, ut in l. ult. C. ubi senator. Iustin. Nou. lxx. [illegible Greek] Sic in l. 4. 1. de decurionib. in C. Th. Cæteriq;, aiunt Impp. qui sine administratione adumbratarum dignitatum codicillos honorarios meruerint: & in l. 74. eod. tit. Inanes uerò umbras & capsas imagines dignitatum codicillis honorarijs sectantes nihil adiuuari præcipimus. & in l. unic. qui à præbitio. tiron. eod. C. Honorarios uocatos ab antiquitate scribunt, qui sine administratione titulos dignitatum sunt consequuti. Briss.

HONORE pleniore, pro ampliore apud Vlpianum legimus, in l. 5. §. si legata. de legat. præst. Sic idẽ honestiorem titulum in eod. §. dixit, pro eo qui magis decet. Spieg.

HONOREM perdere dicũtur filij, cum eorum parentes iterum nubent. in Aut. de nupt. Alb.

HONORIS causa donatio quæ dicatur, indicat Iurisconsl. in l. nuper. ff. de donat. int. uir. & ux.

HONORIS causa nomino. Id persæpe dicit Cicero; quum uiuum aliquem nominat, in quo aliqua suspicio contumeliæ latere possit. Id etiam de honestissimis hominibus, aut amicissimis dici consueuit: atq; hoc etiam ipsius Ciceronis exemplo. Sp.

HONORIS causa tutor datus non uidetur, quẽ pater à cæteris tutoribus, quibus negotia gerenda mandauit, rationes accipere uoluit. Vlpia. l. 14. §. j. ff. de solut. Sunt quidam tutores qui honorarij appellantur: sunt qui rei notitię gratia dantur: sunt qui ad hoc dãtur, ut gerãt. & hoc uel pater adijcit, ut unus, puta, gerat: uel uoluntate tutorum uni committitur gestus: uel prætor ita decernit. Hot.

HONORIFICVM, quod honore dignum est. arg. l. Iulian. Si quis, omis. caus. test. Sic apud Ciceronem, Plinium Iuniorem, & Martialem. Si quid honorificum pagina nostra sonat. Sp.

HOPIA in l. si. §. species. ff. de publ. quid hoc uerbo significetur planè ignoro. Veneni genus hoc nomine uocari legi, quod ex incisis papauerum capitibus, succo expresso conficitur, de quo Diosco. lib. 4. Plin. lib. xx. c. 18. & lib. 25. cap. x. Briss.

HORA, tempus, hoc est, quamcunq; æternitatis partem, siue annuum, siue diurnum, siue nocturnũ spacium complectens, significat. Obseruandum autem, quòd Paulus Iurisconsult. ponderat horas diei, non numerat: atque uult priores quinque posterioribus septem præualere: propterea quòd ad quoduis negocium conficiendum, a prandio simus ineptiores. Vide Alciat. in l. 2. de uerb. sign. & Apellum. cap. j. in Method. Sp.

HORARVM aquæductum habere, in l. 2. ff. de aq. cotid. & æsti.

HORAS, pro diebus dilatorijs, seu ut hodie uocant, pro dilationibus ordinarijs, à Cicerone accipi, Asconius admonuit: quod & à Budæo in l. si necessarius, de pign. act. annotatum est. C. Scipio Nasica, cuius meminit Pomp. l. 2. de ori. iur. diem certas discreuit in horas, Siquidem ante illum uix uesper erat disiunctus ab ortu: ut Sabell. cecinit. Sp.

HORAE ab antiquis fuere ꝑ deabus cultæ, templaque teste Pausania, in earum honorem à Gentilibus constructa. Qua ratione Hesiodi Scholiastes dixit horas ἀπὸ τοῦ ὁρεύειν dictas, quod & Iouis custodes sint, & hominum obseruare acta soleant. Nam οὖρος custodem significat. Et (ait Etymologicus author) [illegible Greek] Plato in Cratylo testatur horas Attica priscaque uoce appellandas διὰ τὸ ὁρίζειν, quia finiunt hyemis & æstatis tempora, & flatus, & eos fructus, qui ex terra obueniunt. Nam etiam hora hoc temporis punctũ significat, quo omnia consistunt & sunt ἐν τῇ ἀκμῇ, id est, in summo & uigore proprio, Suida authore. unde Galen. libr. ij. de alimentorum facultatibus scribit ὥραν Græcos appellare eam anni partem, & tempus, in cuius medio caniculam, exoriri contingit. Hinc ὡραίως fructus dicunt tempestiuè collectos. Galenus igitur fructum ὡραῖον dixit quod nos fructum maturum, & sua tempestate collectum, τὸν ἐπὶ ἀκμῇ [illegible]. Ad hæc uidetur ὥρα dici à pulchritudine & elegantia. Nam ὡραῖος formosum pulchrumque significat, & ὡραιότης formæ elegantiam. ὥρα (inquit Etymolog.) [illegible Greek] τὸ κάλλος. Qua ratione conijcio horam apud Latinos Iuuentutis Deam dictam, & Quirini uxorem. Quod reliquum est, rectè quidem arbitramur horas à Sole dici, hac mehercule de causa, quod Sol ab Ægyptijs dictus sit ἀπὸ τοῦ τὰς ὥρας κρατεῖν. cuius motu horarum temporumque distinguantur interualla. Vt qui non temporum modo, sed & terrarum etiam, ac syderum cœliq; totius rector sit & moderator: quem ideo adorabant Ægyptij, & cætera. Brechæus l. urbis appellatio. §. cuiusque diei. ff. de uerborum & rerum significationibus. De horæo autem uide quid annotarit Turnebus aduersariorum libro secundo, capite uigesimo tertio, ubi horæum genus salsamenti appellari teste Athenæo affirmat: & addit horæa uocari non à tempestiuitate (quemadmodum quibusdam

primariæ eruditionis hominib. placere uideat) sed à ueris tempore, quòd tùm salsamétum istud fieret, cuius & mentio est apud Plautū in captiuis, horæū, scumbrum, trigona. Torneb. loco prææalleg.

HORNVM annuum prouentū anniq; fruges significat. Columella, Euentus inquit, rebus omnib⁹, uelut horno messis magna fuit. Torneb. aduers. lib. xix. cap. xiij.

HOROLOGIVM, Vlp. in l. quæsitum. §. Papin. Excepto, inquit, horologio æreo, quod non est affixum. Nam & hoc instrumento domus putat cōtineri. Vide Beroal. commen. 3. & 5. in asinum Apul. Sp.

HOROSCOPVS, est inspectio horæ: estque ea pars signiferi, quæ supra nostrum hemisphærium ascendit, cum quid contingit. Sp.

HORREVM, repositorium non solum frugum, frumenti, & uini, sed aliarum quoq; rerum, quæ adseruari consueuerunt. Iuriscon. de fund. instr. l. tabernam. Legauerat, inquit, horreum uinarium cum uino & uasis & instrumento. Et de empt. & uend. Clauibus, ait, traditis, ita mercium in horreis condità rū possessio tradita uidetur, si claues apud horrea traditæ sunt. Item Locati: Dominus horreorum effractis & compilatis horreis, non tenetur. Hinc horrearius, qui præpositus est horrei custodiæ. ut eod. tit. l. cum in plures. Rerum, inquit, custodiam, quam horrearius habet. Item l. Cælius: Cum horreario agendum. Et merces horreaticæ, q̄ in horreis adseruantur, &c. Nebrissensis. Item horreum, quicunq; locus est, ad reponendas merces idoneus. Alciat. in l. pacta nouissimà. C. de pact. Hinc & horrearij dicti, qui ad custodiam in horreis eiusmodi merces recipiunt. Horæū autem qui per simplex r, mel æstiuum ab hora. Nam Græci omnes fructus æstiuos nominant ὡραῖα. quoniam id tempus per excellentiam horam significat. Sp. Adde Forcat. in penu iur. ciuil. c. 15.

HORREVM, Varro non improbabiliter existimat ab hordeo tractum, quòd hordeum & fruméta in eo seruari soleant.

HORTARI magis est quàm monere. Id enim quoddam quasi imperium habet. l. iubemus. C. ad Leg. Iul. repetun.

HORTI amœni, urbani prædij adpellatione continentur, auctore Vlpi. l. urbana prædia. de uerb. sig. nisi plurimùm in reditu sint, id est, principaliter propter rusticos reditus constituti. Sp. Adde Brechæū in l. urbana, in tit. de uerb. & rer. sig.

HORTI olitorij, ab olere, non ab oliuis dicti, ut Accurs. existimauit l. 13. ff. de usufr. & uide l. 198. ff. de uerb. sig. Scholium est Alciati in l. urbana prædia. de uerb. sig. Vlp. in l. si cuius. §. fructuar. ff. de usufru. Vt fortè, ait, hortos olitorios faciat, uel aliud quid, qd ad reditum spectat. Sp.

HORTI Sallustiani Romæ Augusti erant l. 39. §. fin. ff. de leg. Nam Sallustianos hortos ire, peregrinatio & expeditio putabatur. Vopiscus in Aureliano: Displicebat ei cum esset Romæ, habitare in Palatio, ac magis placebat in hortis Sallustij, uel Domitiæ uiuere. Brisson.

HORTVS riguus, uel irriguus, qui iuxta aquam est, uel per quem medium diffluunt riui. Sp.

HORTVS in xij. Tab. idem ualebat, quod uilla, ut Plin. lib. 19. c. 4. est auctor. uide Festum lib. 8. Prat.

HOSPES, tam qui recipit, quàm qui recipitur. Glossa in uerb. uel uectorib. l. j. §. magistri. ff. de exer. act. Vsurpatur item pro homine ignaro eorum quæ aguntur. Spieg.

HOSPITALE, quod est hospitis, siue quod ad hospitē pertinet, Latinis significat. Ecclesiastici suo more utuntur hoc uerbo.

HOSPITATVRA & elemporia apud Alexandrinos, patrimonij munus existimantur. quū quandoq; legissem apud Archadium in l. ult. de muner. & honor. ecce occurrit nobis quidā homo ineptè gloriosus, nebulonis Gelliani frater, qui laudabat, uenditabatq;, tanquam unus esset sub omni cœlo Pandectarum optimus enarrator. Tum fortè ego librū Digestorum sumpsi in manibus, titulo de muneribus & honoribus, in l. ult. §. patrimonium. Propius igitur accedo: & nosti (inquam) frater optime, quid sibi uelit Iureconsl. his uerbis: elemporia & hospitatura apud Alexandrinos, &c. item hæc: Mixta munera decaproticos decaprotiæ, ut Herennius Modestinus & notando & disputando, bene & optima ratione, decreuit. nam decaproticos à prothi tributa exigentes, & corporale ministerium gerunt: & reliqua. Oro ergo te, legas paucula hęc, Iureconsultiq; sententiā & mentem dicas mihi. Tum alijs etiā com plurib. qui ibi aderant, idem desiderantibus, accepit à me librum, inconstantissimo uultu. sed quid dicā? dij boni: non audeo petere ut id credat mihi. pueri in ludo rudes, si eum librum accepissent, nōn hi magis in legendo deridiculi fuissent. Reddidit igitur mihi Pandectas, multis iam uidentibus: &, Adest (inquit) quem dudum expecto. nunc enim mihi ocium non est, statim uobiscum ero. Expedias te (inquam) cito iuuenis, ut possis & nos docere, & propediem forensibus causis præesse. Aliqui codices fide digni, emporia. & ita uidetur sentire glossator noster, dum exponit patrimoniorum susceptores, qui præbent uasa uel domum ubi uinum publicum ponatur. ἐμπόριον enim Græci oppidum appellant, uel alium quemuis locum, in quo fiat mercatus publicus, seu nundinę, & in quem uendendi & emendi causa conueniunt mercatores. Quidam tamen descripserunt, emporium ab emo dictum, quasi emptorium: quod falsum est, quia Græca uox est, qui ἔμπορον mercatorem dicunt, ἐμπορίαν mercatum, ἐμπόριον oppidum siue alium quemuis locum (ut dixi) in quo fiat mercatus. Hinc emporetica charta dicta est, qua merces inuoluūtur à mercatoribus, cum scribendi nullum usum præbeat. Equidem puto Eleamphoria legendum, ut Iurecon. sic appellauerit ea hospitia, ad quæ Alexandrini tendebant, cum peregre ire eos erat opus: quæ idcirco patrimonij loco habebant, quoniā ita inter suos maiores ueteri quodam more erat inductum, ut quoties à patria recedebant, ad amicos hospitaturi tenderent, reddituri uicem si fortè illi quoque amici ad se Alexandriam uenirent. Nam hunc morem fuisse apud antiquos, ostendit Homerus Iliad. lib. 6. apud quē Diomedes Glauco refert, suis maioribus cum illius progenitoribus uetus hospitium atq; necessitudinem intercessisse, muneraq; hospitalia inter ipsos ultro citroque data. Dicta sunt autem eleamphoria, quasi oliuam ferentia. Solebant enim hospitaturi, oliuam in pacis signum ferre: ut est apud Vergil. quando Æneas hospitaturus Euandrū adiuit. Oliua enim arbor est antiquis multum celebrata. Inde Aristoteles inter naturæ miracula, & Pausanias in Atticis, referunt, eam Athenis eodem die quo à Medis combusta est, pullulasse. In Genesi quoque traditur, oliuam à columba ad Noe in arca morantem, latam fuisse, in signum lætitiæ. in Pythijs etiam olea præmium dabatur, ut Plin. & ante eum Archias scribunt. Et dum Iureconsl. subdit, hospitatura: aliqui codices, Hospita. nam hospita

spita dicuntur, quæ facile suscipiunt: unde hospitam terram dicimus. Vergil.

Et pater Anchises, Bellum ô terra hospita portas. Idem:

Puppibus illa prius, patulis hunc hospita plaustris.

Statius Achil.1 Atq; hospita Delos Gentibus. Idem Syluarum 4. ad Marcel. Vbi Ausonio se condidit hospita portu Parthenope. Eodem modo hospita flumina dicuntur, quæ facile transmeari possunt: ut apud Verg. Æneid.3. & Papinium Thebaid.3. Sicut etiam apud Terentium & Apuleium, Hospita dicitur mulier, quæ amicos suscipiat. Posset etiam legi Hospitia. nam domus eorum quę gratis liberaliterq; uenienti hospiti patent, hospitia dicũtur: ut apud Pōp. in l. postliminij ius. ff. de capt. & postlim. reuer. Hinc hospitalem humanitatem dixit Valer. Max. in 1. libr. de Ceretinis loquens. & Paul. Hospitalitatē, inquit, inuicem præuenientes. ut refert glossator noster in l. 1. C. de sacr. sanct. eccl. Liuius per initia primi libri, de Ænea & Antenore: Et uetusti, inquit, iure hospitij. & hoc est, quod innuit Iurecon. idē in loco præallegato, dum refert, quòd cui concessa est immunitas personalium siue ciuilium munerum, non tamē poterit se excusare ab hospite recipiendo. Proinde ædes quæ publicè parantur ad recipiēdos milites, hospitia possunt dici: sicut etiam quę ad egenos, & pauperes, hospitia & hospitalia nuncupantur. quo uerbo usus est Vlp. in l. si uero plures. ff. de his q deiec. uel effud. Nihilominus etiam antiqua & communis lectio teneri potest. Quod autem subdit Iurecon. Mixta munera decaproticos decaproticę, & reliqua: in his etiam menda est. Sed aliter non insisto, quia diligenter restituta est uera lectio per Alciatum nostrũ, in suis annot. in tres Iustin. codicis libros: quæ breui in lucem prodibunt. Cotta.

HOSPITIA olim publicè dari solebant: erātq; quibus hospites recipiendi munus à Repub. imponebatur. l. 3. §. eos milites, l. ult. §. pe. & ult. ff. de mun. & hon. l. x. §. angariarum, ff. de uacat. mun. Hot.

HOSPITIOLA l. 5. §. 1. ff. de ijs qui deiec. Habebant autem ueteres (ut Vitru. lib. 6. c. x. indicat) propria quædam triclinia, & cubicula, quibus aduenientes hospites recipiebant, quæ hospitalia dicebantur. Erant & olim in bene moratis ciuitatib. publica hospitibus destinata loca, quæ Xenodochia, & Xenones adpellabantur. quorum meminit l. 16. & 18. C. de sac. sanct. eccl. l. 31. §. pe. l. 37. C. de episc. & cler. Briss.

HOSPITIO repētino recipi. l. pe. ff. naut. caup.

HOSPITIS recipiendi munus patrimonij fuit. l. 3. §. eos milites. l. ult. §. pe. & ult. ff. de munerib. & honor. l. x. §. angariarũ. ff. de uacat. mun. l. j. C. de episc. & cler. ἐπισταθμίας appellari à Modestin. in l. 6. ff. de excus. tut. Bud. & August. credũt. Cogebantur autem prouinciales hospitio milites officialesq; præsidum per municipia iter facientes excipere, ut ostendit l. 5. §. ne tenues. ff. de officio pręsidis. l. 3. §. eos milites. ff. de munerib. & honorib. Briss.

HOSPITIVM, antiquis domus, quę gratis liberaliterq; uenienti hospiti patebat: unde & pro amicitia frequenter ponitur. Vide Budæum in l. solent. ff. de offic. procons. Sp.

HOSTIA, ab hostis fit: significatq; sacrificium, quod ab ijs fit, qui in hostem pergunt ob uictoriam, id est, pro uictis hostibus.

HOSTIAM nauigauit. in l. nauis. 2. ad leg. Rhōdiā. de iact. Vrbs est Latij, ab Anco Martio extructa, teste Liuio. Militiæ, omniumq; munerum uacationem habuit, præter dies xx. in aduentu Hannibalis, quo Reipubl. subueniretur. Sp.

HOSTIARII serui in l. 12. §. idem respōdit. ff. de instru. instru. q; le. quos more uetere in catena fuisse Suet. in lib. de claris Grammatic. scribit. Prat.

HOSTIARII ecclesiasticum officium l. 6. Cod. de episc. & cleric. quod & B. Ignatius in Epistola ad Antiochenses ostendit ἀσπάζομαι ὑποδιακόνους ἀναγνώστας, ψάλτας, πυλωρὺς &c. Dicti ab eo ut Isidor. lib. 8. cap. 12. scribit, quòd hostijs templi præessent. Tenent claues templi, omnia intus extraq; custodiunt, fideles recipiunt, infideles respuunt. Prat.

HOSTIANAS actiones dixit M. Cic. lib. j. orat.

In HOSTICO absolutè pro hostico loco dixit Vlpian. l. fin. ff. de mili. test. sic in l. un. ff. de bon. poss. ex test. mil. quę phrasis iuuatur Liuij testimonio lib. 6. Romano contrà etiam in hostico morandi, &c. id est, in barbarico, & paganico. Sic Latini auctores loquuntur Græcorum exemplo, qui πολεμίαν simpliciter, γῆν supplentes dicunt. Herodotus ἀπαλλαγῆναι μὲν ἐν τῇ πολεμίῃ διατρίβοντα. Prat.

HOSTES sunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus, cæteri latrunculi uel prędones sunt. l. 118. ff. de uerb. sig. l. 24. ff. de captiu. Itaque non ut ab hostibus capti, ita qui à latronib. detinentur, statum mutant. l. 13. ff. qui testam. fac. l. xix. §. à piratis. ff. de capt. & postli. Quos autem nunc hostes, eos Antiqui perduelles uocabant, hostium appellatione peregrinos significantes, ut Gaius in l. 234. ff. de uerb. sign. Et Varro & Cicero & Festus & alij scribunt ab hostiendo, id est æquando, quòd pari cum ciuibus iure censerentur. A quo uerbo Hostilinæ deæ nomen impositum, quod ei sacra fierent, cùm segetes nouis aristis æquabantur. August. lib. 3. ciuit. Dei, cap. 8. tradit. Brisson. Adde Brechæum l. quos nos. in tit. de uerbor. & rer. signific. & Fran. Balduin. comment. in leg. XII. Tab. cap. 3.

HOSTICOLO in libris Florētinis reperio pro Hostico, id est (ut Varro ait) hostili agro. Vlpia. l. un. ff. de bon. poss. ex test. milit. non dubium est, quin debeant ratæ uoluntates esse eorum, qui in hosticolo suprema iudicia sua quoquo modo ordinassent. Itē si in hosticolo deprehēdantur, & illic decedēt. Hot.

HOSTICVM, pro hostili terra, deß feinds land. Hosticus. n. ca, cum, dicimus, sicut hostilis. Lege Vlpian. in l. prima. in princip. ff. de bon. possess. ex testament milita. Omnes igitur omnino, inquit, qui eius sunt conditionis, ut iure militari testari non possint, si in hostico deprehendantur, & illic decedant: quomodo uelint, & quomodo possint, testabuntur. Oldendorpius.

HOSTILIA lex, qua permissum fuit furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reip. causa abessent. Instit. de his per quos ag. poss.

HOSTILIANAS etiam actiones Cice. lib. 1. de Orato. dixit. Briss.

HOSTILIS locus dicitur ubicunque, etiam si in agro Rom. hostis adest præsentia, ut necesse sit semper esse in procinctu, neq; tutò iam isti queant è castris egredi, sed irruptione repentina hostiũ, aut inopinato eorum aduentu deprehensi coguntur una cum militibus remanere, & idem adire uitæ periculum. Conna. lib. 9. cap. 5. num. x.

HOSTIRE, est, ut ait Nonius, comprimere & recedere. Hinc Hostis. Est & ferire, autore Festo. Est quoque æquare, æquum reddere, Vergleichen: tum compensare, & æquum beneficium rependere. Vnde Redhostire, & Hostimentum, æquamentum, Ein vergleichung.

HOSTIMENTVM, aũt auctore Festo Pōpeio, benefi-

beneficij pensatio est, à prisco uerbo Hostire, & redostire, quod est, paria referre. Hinc prouerbialis sententia, Hostimentum est, opera pro pecunia. Quę ad monet nihil gratuitum esse debere, sed officium beneficio pensandum. Et hostorium pro rutro illo ac bacillo rotundo accipiendum putat P. Crinitus lib. 23. de honesta discipl. quo in mensuris frumenti cumuli exæquantur &c. Brechæus l. hostes hi sunt. ff. de uerb. & rer. sig. Deinde tamen hæc uox Hostis, ut testatur Alc. cœpta est in alium sensum accipi, ut uidelicet perduellem significaret. Nam & perduelles, iure gentium, ęquali causa ad bellum procedere existimabantur. Sic à ueteribus dicti, quia cum illis duellum, id est, bellum esset. l. quos nos. de uerb. signif. Meritò igitur Hostes, publicos inimicos significant. Hostis item, apud antiquos pro peregrino accipiebatur: quòd suis legibus ita uiueret, sicut nos nostris, & ideò par nobis uideretur. Old.

HOSTIS est is, q nobis, aut cui nos publicè bellum decreuimus. l. hostes. ff. de uerb. sig.

HOSTIS, ab hostiendo, id est, æquando: quoniam æquali causa ad bellum procedit, & par nobis uidetur. Oldendorp.

HOSTIS pro aduersario in duodecim Tabulis accipitur. Si status dies sit cum hoste, uenito. Cicero lib. offic. j. Equidem illud etiam, inquit, animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis uocaretur, lenitate uerbi tristitiā rei mitigante. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Appellatus est autem hostis ab hostio, quod est æquo, quoniam peregrini suis, ut nos nostris utentes legibus, pares nobis uidentur. Et quia in conflictu, ex æqua causa pugnam adire solent: Ideò concinna est translatio ad litigatores, qui pari iure de eadem contendunt causa, ut uictoriam cōsequantur: ideoq; uictos & uictores nuncupamus. Olden.

HOSTIS non hostis, dicitur, teste Roterod. qui nulla lacessitus iniuria, tamen quæ sunt hostium facit: aut qui pacis obtentu facit hostilia. Sp.

HOSTIS apud antiquos peregrinus dicebatur: & qui nunc hostis, perduellis. Fest. Hot. ex Connan. quem uide latius lib. 2. c. 4. nu. 1.

HOSTIVM potitus, in hostium potestatem redactus. Vlpia. l. xv. ff. ex quib. cau. maior. Ego autem etiam nomine eius qui hostium potitus est, si curator bonis fuerit constitutus, &c. Idem l. x. de test. mil. Tryphonius l. xij. de capt. & Iulianus cap. 22. eo. Hotomannus.

H V

HVCVSQVE, apud Venuleium, pro, usq; huc. l. si fructuarius. ff. usufruct. quemad. caueat.

HVIVSMODI, uocabulo, quasi simile, & eo modo fieri, uel esse aliquid, significamus. Vlpianus. Et si qua alia sunt huiusmodi ministeria. l. deniq; de pign. Huiuscemodi, idem, sed de quo nullum idoneū exemplum reperitur. Quod ab Alberico indicatur in Vtrubi, uanum est, ut pleraq; alia. Sp.

HVIVS non facio. Vox est prorsus contemnentis unam aliquam rem. Vide Erasmum in Chiliad.

HVIVS esse instituti, & uitæ. apud Vlpia. in l. plenum. §. equitij. ff. de usu & hab. Sp.

HVMANAE leges. Obseruandum singulariter, quòd quæcunq; ad externam uitam decēter & cum commodo proximorum degendam ab hominibus constituuntur, non humanæ, sed diuinę traditiones sunt, dimanantes scilicet ex lege dilectionis mandatorum Dei capite. Vnde Beatus Petrus inquit: Subditi estote omni humanæ constitutioni propter Dominum, siue regi tanquam præcellenti, &c. Humanæ enim huiusmodi leges dicuntur, quòd per homines eduntur, non autem quòd ab hominibus natæ sunt: quare hortatur Petrus ut propter Dominum illis pareamus: si propter Dominum, igitur Dei leges iam existunt. At humanæ traditiones, Aretio teste, intelligendæ, quæ merè hominum inuenta sunt, nullamq; bonam frugem adferunt proximis, sed uel ad placandum Deum citra ueram resipiscentiā, uel pro cupiditatibus alijs sunt constitutæ. Vide eum in xv. cap. Matthæi. Spieg.

HVMANA fragilitas, uita hominum fragilis. Vlpian. in l. illicitas. de offic. præsid. Sicuti medico, inquit, imputari euentus mortalitatis non debet: ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet. prętextu enim humanę fragilitatis delictū decipientis in periculo hominis innoxium esse nō debet. Sp.

HVMANITAS est epitheton Æquitatis egregium. Æquitas enim nuncupatur humanū ius: quia nihil est quod in humanam societatem plus utilitatis conferat, quàm usus boni & æqui. Et contrà: iniquitas dicitur ius inhumanum, autore Vlpia. in l. furti. §. pactūsue. ff. de his, qui notant. infam. Nouel. Nullum credent. agrico. in princip. Inde sunt istæ appellationes passim in iure: Humanius est: Benignius est, & cæteræ id genus. Iustinianus Nouel. De releuatio. tributo. Constit. clxiij. Præstantissima, inquit, inter homines bona sunt iustitia & benignitas: quarum altera æquabiliter suum cuiq; tribuit, neque appetit aliena: altera ad misericordiam decurrit. Vlpi. in l. 1. §. qui operas. ff. ad S. C. Tertullia. Sed humana, ait, interpretatione placuit eum admitti. Aliàs humanum ius appellant, ad differentiam naturalis iuris. Illi ualde aberrant, qui humanas leges opponūt Canonibus Pontificijs, quasi hi nihil habeant humanitatis. Hotomannus.

HVMANITAS, propriè humanam naturam significat. Sic accepisse uidetur Vlp. in l. non tantum. ff. de appel. ubi dicit: Credo enim humanitatis ratione, omnem prouocantē audiri debere. Quod & Paratitlon Bartoli indicat. Ponitur & pro eruditione, ut pluribus Gellius tradit, & pro māsuetudine, summaq; uirtus habetur, qua quo doctior quis est, eo & pollere magis debet. Vnde & prouerbialis extat senarius, ἀνήμερος ὁ παιδεία ἡμέρους ποιεῖ, hoc est, Humaniores reddit eruditio. Citatur ab Alciat. ut l. in responsum. C. de transact. Vbi admonet exemplo Principū Diocle. & Maximiani, qui perquam humaniter Pontio, tametsi is eis nimis concise & imperfectè supplicasset, responderint. Semper modestè à quolibet respondendum. Spiegelius.

HVMANITATIS studia, artes ipsę liberales dicuntur. De quibus Cicero in Orat. pro Murena. Sp.

HVMANITATIS ratio habēda in infirmitate. Vide Vlp. §. fin. l. si cui. ff. ex quib. cau. maior. Sp.

HVMANITATIS tantum gratia sepeliri, in l. uel quæ. ff. de relig. & sumpt. fun.

HVMANITVS, id est, ut solent homines.

HVMANVS, na, num, quod est hominis uel quod ad hominem spectat, ut lex humana. cap. 2. dist. 1. Io. Bello. Etymolog.

HVMANVS sensus legis is dictus est qui æquo bono nititur. Connan. lib. 1. c. 11. nu. 11.

HVMILIS & deploratus. Vlpi. in l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. Quid enim, ait, si humilis & deploratus unus edidit, ut dubitare meritò quis de fide editionis possit? Spieg.

HVMI-

HVMILIS fortis homines, ueluti pauperes, ignobiles, indocti, plebeij, ut Erasmus testatur. Sp.

HVMARE. Plin. ait: Sepelire, est quoquo modo condere: Humare uerò, humo contegere. lib. 7. c. 53. Iabole. ff. comm. præd. l. caueri. Sicut ne illa quidem seruitus ait, consistere potest, ut certus numerus hominum in uno loco humetur. Sp.

HVMERALE ornamenti genus, quod circa humeros ponitur. Scio & eo nomine significari arma, quib. humeri teguntur, Iurisconsulto nostro in l. qui commeatus. §. 1. ff. de re militari. ut testatur Tiraq. in 3. l. connub. gl. j. parte 3.

HVMILIS persona, pro abiecta, pro paupere, pro ignobili ac summissa intelligitur. ut exēplis probat Alber. Tu Bart. adi in l. 2. §. tutor qui repertorium. ff. de suspect. tut. Spieg.

HVMOREM assiduum habere. apud Paulum in l. fistulam. de seru. urb. præd. Sp.

H Y

HYBERNACVLVM, locus hyberno tempore idoneus. sicut hybernacula militū, Statiua per hyemem solemus appellare. Sp.

HYBRIDAE. Quos adulteria gignunt, & incestus hos quidam hybridas uocāt: haud dubiū, quin ἀπὸ τῆς ὕβρεως tanquam ex contumelia iuris aut naturę natos. Propriè enim hybridas dicunt animalia ex cicuri & feri mistura, ut ait Plin. lib. 8. aut ex diuerso, uel impari genere nata: ad homines quoq; translata appellatione. Velut, si quis ex ciue & peregrina, ex patritio & plebeia, ex libero & serua, aut, quæ res propria inspectionis nostræ est, ex cœlibe & uirū habente, uel uxorē: ex profana & initiato sacris nascatur. Sed & ex sorore, uel fratria, nuru, amita, uel priuigna natis, nō quamlibet ea conceptionis labes, ignominię notam inussit: Quare & ipsi non iniuria ad hybridarum classem referri possunt: Nisi quod uerius est, nullum hoc nomē Iure ciuili esse, ut proprius sit. Quicunq; eo sunt ordine, & ea coniūctione nati, ut honeste patrē ciēre non possint, & ipsos spurios esse uocandos, non minus, quam qui uulgo concepti, patrem monstrare non possunt, ut ait Herennius Modestin. l. uulgo. de stat. hom. Curt. lib. 3. ἀνεκτῶν. cap. 8.

HYDROMANTICI dicuntur qui aquarum inspectione diuinant, & Hydromantia est diuinatio per aquam, umbris euocatis & dæmonum præstigijs, c. nec mirum 26. quæst. 5. Forcat. in penu iur. ciu. c. 14.

HYDRAVLOS, organum dicitur extrahendæ à profundo aquæ idoneum. Hinc Hydraulæ, quorū mentio est in l. 5. C. de excus. mun. lib. x. dicti, quib. cura aquæ principalis domus demandabatur. Sp. Adde Torneb. lib. 2. cap. 23.

HYDRAVLAE non habent immunitatem l. hydraulę. de excusa. mune. x. C. id est, qui aquam deferunt in palatium principis, uel custodiunt aquæductum aulæ Imperialis, si Accur. credimus. Verius est hydraulam (qui & hydraules etiam dicitur) fuisse præfectum machinæ hydraulicæ, ubi organa aquæ adiumento, sonitum dulcem reddebant. Hydraulicas describit Vitruuius lib. x. quarum ratiocinatio perdifficilis est, nisi experto, & qui in rem pręsentem uenerit, ut ipse ait. Hydraulaces sunt aquarij sulci & scaturigines. l. j. §. item Sabinus. ff. de aqu. pluu. arcenda. Forcat. in penu iur. ciuil.

HYDROMELI, aqua mulsa, ὕδωρ aqua. nam ex aqua & melle constat. Vlpian. de trit. & uin. leg. l. si quis. Neque ceruisia, inquit, continebitur, neque hydromeli. Nebriss.

HYDROPHYLACAE, curatores aquarum sunt. nam ὕδωρ aquam, φύλαξ custodem significat. Quamobrem Plaut. Phylacam pro carcere, custodiàue posuit. Et Vlpian. Grammatophylacium, in l. moris de pœn. Alciat. in l. decernimus, C. de aquæduct. lib. x. Spieg.

HYPASPISTAE. Cornicularij sunt officiales qui præsunt cornibus Secretarij, ut Cassiodor. scribit lib. 11. Variar. à Græcis appellantur Hypaspistæ. Cuiac. ad l. 2. de prox. sacr. scrin. C. lib. 12.

HYPAETHRA, sunt media spacia q̃ inter porticus adornabantur, ambulationes pulcherrimis pauimentis stratæ: quasi sub aperto sint æthere. Latinis Subdiuales dictæ ambulationes, Plinio Subdialia. Vide Alc. in l. malum nauis. de uerb. sig. & Bud. in l. ex sylua. ff. de usufr. Vlp. De uelis, inquit, quæ in hypæthris extenduntur: item de his quæ sunt circa columnas. Celsus scribit, magis supellectili adnumeranda. l. quæsitum. §. de uelis. ff. de fund. instr. Sp.

HYPERBERICI mensis in Decretis Pontificijs mentio fit xviij. distinct. cap. propter. Quo loco Scholiastes nodum in scirpo quęrit, existimans, eandem esse rationem nostri mensis Octobris, quæ & Græcis. Opinatur tamen Alciatus, Hyperberetæi legendum: quòd sic is mensis, autore Suida, apud Macedones uocetur, sitque ultimus anni apud eos mensis. Vnde

HYPERBERETAEA ab eis dicuntur serotina, tarda, & post collectos demum fructus accidentia. Vide Bapt. Pium, c. 65. in annot. poster. & Alci. c. antepen. libri primi Parerg. Sp.

HYPERBOLE, ut in diuinis scripturis, ita occurrit etiam in iure nostro. ut cum lex probationes luce clariores requirit: uel momento fieri iubet, quod satis est, si nullo extraneo actu interueniente fiat. Iste autem tropus, id est, ut ait D. August. cap. xxj. libro xvj. de Ciuit. Dei, modus locutionis, fit, quando id quod dicitur, longè est amplius quàm quod ex dicto significatur. Sicut Hierem. xx. locus multorum uersuum, quem sacer Hieronymus dictum accipit per hyperbolen. & Daniel 4. & Ecclesiastes x. Volucres cœli auferent uocem tuam. Origenes in 1. cap. Epist. ad Rom. hyperbolen esse ostendit illo uerbo, Quod fides uestra enunciatur in uniuerso mundo. Tum in Euangelio, & alijs sacræ Scripturę libris, est hunc tropum inuenire: quem fieri Augustin. in libr. contra Iulianum 5. docet, ad animos audientiū permouendos. Cætera quæ ad nostrum pertinent magis institutum, uide apud Alciatum lib. de uerb. sig. quarto. Sp. Adde Corrasium lib. 4. Miscell. capit. xj. num. 5. & sequen.

HYPEROCHA, ὑπεροχὴ, exuperantia. Scæuola l. pen. ff. qui pot. in pig. Si post primum contractum tuum, antequam aliam pecuniam tu crederes, eidē debitori Seius credidisset quinquaginta, & hyperocham huius rei quæ tibi pignori data esset, debitor obligasset. Et infrà, Vtrum tibi cederet pignoris hyperocha. id est, Quanti pluris est pignus, quàm debiti summa: quatenus precium pignoris debiti summam exuperat. Hotom. Cuiacius obseru. lib. 4. c. 25. hyperochā id esse dicit, quod plus est in precio fundi, quàm in prioris credito.

HYPOBOLON Constantin. lib. 4. tit. x. scribit esse, τὸ ἐπὶ τῷ προτέρῳ τῆς προικὸς, ὅπερ ἀντὶ δωρεᾶς τῆς γυναικὸς ὁ ἀνὴρ ἀπονέμει παρὰ τὴν αὐτῆς, ὑποβαλλόμενον ἔχον ὑποστικὸν, ἀπὸ τοῦ ὑποβάλλειν quod quandoq; est, ὑπὲρ τινὶ ἰσχυρότερον ἢ πλεῖον ἄλλο τι ἢ ἀδηλότερον ἢ βραχύτερον τίθεται. Eusthathius ὑπόβολον, ait, ὁ μόνον τὸ παρὰ τισὶ ἀλλὰ ἢ τὸ ὑποβαλλόμενον ἔχον ὑποταγῆναι ἐπὶ ἰδιωμάτων τινῶν. Briss.

HYPO-

HYPOBOLICA instrumenta apud Sid. Apol. lib. 7. epist. quanquam sunt qui legant Hyperbolica: alij quidam paraphernica omninò malè. Cuiac. ad tit. Vlpian. 6. de dotibus.

HYPOCAVSTVM, Nebrissensi fornax est in balneo, subdita caldarijs calfaciendis. ab ὑπὸ sub, & καῦμα calor, Vlpia. de leg. 3. l. ligni appellatione. Siue diætarum, siue hypocaustorũ, siue ad calcem. Idem Mandati. l. si quis mihi. Sphæristerium, ait, hypocausta, & quædam ualetudini apta. Aliàs cubiculum dicitur undiq; occlusum, in quod aer non admittitur, sed igne accẽso, feruore atq; æstu uaporat intus, nec foras diffunditur calor. ἀπὸ τ ὑποκαίεσθαι, quod est, succendere. Alex. Genial. dier. lib. 3. c. 14. Sp.

HYPOCAVSTVM locus est ad sudandum, habens sub pauimento locum uacuum, in quo succensus ignis calidos uapores emittit: unde ἀπὸ τῦ ὑποκαίεσθαι id est subtercalefacere ac succendere, est nominatus. excitat mirum in modum sudorem: habetque etiam ab uno latere præfurnium, hoc est paruã fornacem, in qua inclusus ignis partim hypocaustũ calefacit, partim aquas temperat ad lauandum. auctor Plin. Eius meminit Iurecõ. in l. ligni appel. §. 3. de leg. 3. ubi mendosa dictio hypothaustarum reposita est: à Latinis uerò uaporarium appellatur, quia uaporandis cubiculis balneisq; præparatur. Cice. ad Q. Fratrem: Propterea quòd ita erat posita, ut eorum uaporibus, ex quo ignis erumpit, esset sub tectum cubiculi. Idem, In balneis hypocausta in alterum hypodyterij angulum promoui. Erit ergo mens Iureconi. legatis lignis, contineri illud quod paratum est ad balneas calefaciendas, & ad hypocaustum diætarũ, hoc est, ad uaporarium cubiculorum, ut planius explicẽ, quod paratur ad calefacienda uaporandaq; cubilia: qualia apud Germanos hodie frequentantur, stuffas materna lingua uocitantes. & ex his apparet, an Accursius rectè loquutus sit in expositione huius uocabuli, in l. si quis mihi. ff. mandati. ubi hypocaustum pro subterranea statione accepit, quæ æstate bona sit: quæ autẽ sint diætæ, diximus superius opportunè, non repeto. Cotta.

HYPOMNEMATOGRAPHI, commẽtariorum scriptores. ὑπομνήματα enim Commentarij sunt. Cicero Fil. Multum mihi operæ eripitur in scribendis hypomnematis. l. si quis spontaneos. de decurio. C. lib. x. Alciat. Sp.

HYPOCRISIS, proprie simulatio, aut simulata pronũciatio, & actio alienę personæ dici solet. Nam hypocritæ erant olim histriones, qui recitantes comœdias, aut tragœdias, alienas personas, plurimũ q; à sua conditione diuersas, regum, bellatorum, aut amatorum, uel quorumcunq; aliorum exprimebant. Per Metaphoram porro hæc uox transfertur ad insinceros Christianos, siue sint doctores, siue auditores. Dupliciter igitur diuidi hypocrisis & hypocritę possunt: quòd alij sint crassi quidam simulatores, q. lucri tantum, aut honoris gratia pietatem ac studiũ ueræ religionis, externo sermone, actionibus, uestitu, & uarijs gestibus simulant: cum intus in corde re uera sint Epicuræi, sciantq; se nulla cura pietatis affici. Tales erant Pharisæi illi, qui in triuijs & compitis orabant, buccina sonabant distributuri eleemosynam, deformabant faciem, ut uiderentur ieiunare, dilatabant phylacteria, & alijs uestimentis pietatem simulabant, prolixas prec. demurmurabãt, ut sic domus uiduarum exederẽt, & in honore apud uulgus essent. Alij uerò erant, & semper sunt occultiores, & subtiliores hypocritæ, quos tantum Deus, & etiam aliquando spirituales homines dijudicare possunt: qui nec ipsimet suam hypocrisin animaduertere possunt. Nec enim lucrum inde, aut gloriam quærunt, sed ipsam æternam fœlicitatem. Talis fuit ille Phariseus qui cum Publicano in templo orabat, gratias agens Deo ꝓ suis donis: & ille Diues, qui se putabat legem inde à iuuentute seruasse. Item Paulus ipse ante conuersionem. Huiusmodi sunt multi etiam in uera Ecclesia, qui non uerè semetipsos cognoscentes, aut sui ueteris Adami malitiam cernẽtes, nec etiam uerum sensum, aut intellectum pietatis habẽtes, putant se uerè ac ex animo agnoscere, & sincere colere Deum. Altera diuisio hypocrisis & hypocritarũ est, quod alij etiam docent, amplectuntur ac promouẽt hypocrisin: id est, simulatam pietatẽ quales sunt semper seductores, & eorum auditores. De tali doctrinæ, religionisq; hypocrisi, dicit Christus Lucæ 12. Cauete uobis à fermento Pharisæorum, quæ est hypocrisis. Tali sensu omnis falsa doctrina est hypocrisis, speciem, non autem ueritatem pietatis obtinẽs: sicut & Paulus 1. Tim. 4. ostendit. Hac ratione Paulus etiam claudicationem illam Petri Galat. 2. uocat hypocrisin, ac dicit etiam Barnabam in eam esse inductum. Alia porrò hypocrisis est tantum in uita, non etiam in doctrina, seu eorum, qui externa professione ueram doctrinam religionemq; sequuntur.

HYPOSTASIS nomen Græcum crebro in Ecclesia ꝓ persona accipitur, ut uidelicet significet indiuiduum, intelligens, & incommunicabile, ac per sese subsistens, seu ab alio non sustentatum, aut quasi gestatum. In sacris literis aliquoties legitur, sed plerunq; in alijs, ijsq; diuersis significationibus. Vertũt autem fermè semper Substantiam. Tantum Hebr. 1. semel uidetur in illa sua uel natiua, uel etiam principali significatione usurpari. Dicit enim ibi scriptura, quod Christus sit splendor gloriæ, & character, seu expressa imago hypostaseos. id est, substantiæ, aut potius subsistentiæ eius. Vbi necessariò prorsus debet intelligi, referre aut repræsentare ipsam personam patris, non autem eius essentiã, quæ res & uox est communis omnibus tribus personis, utpote coessentialibus, aut consubstantialibus, seu eiusdem prorsus substantiæ, aut essentiæ, uel homousijs. Ineptè enim diceretur repræsentare filius essentiam patris, cum ea sit illi perinde propria aut communis, ut & patri ipsi: cumq; perinde spiritus sanctus posset dici imago essentiæ patris aut filij, & uicissim cum sit eis homousios aut consubstantialis. Alioqui rectissimè ac uerissimè dicitur, quod solus filius repręsentet, aut referat patrem, ac pręcipuè tanquam uiua aptissimaq; imago personam patris: Deinde quia illum uideat, cognoscatque. Sic & inter homines, filij uidentur esse imagines patris, & repræsentare patrem, quod sæpe accidit, expressis non tantum corporis lineamentis ac conditionibus, sed etiam animæ proprietatibus: ut in uoce Filij etiam imago aliquo modo contineatur. Est ergo dignissimum obseruatu, quod celebris ista significatio, aut usurpatio hypostaseos personam denotans, in eodem prorsus usu ac materia etiam in sacris literis à Spiritu sancto usurpata reperiatur, ut tanto minus metuamus esse humanum quodpiam figmentum. Huc facit aliquo modo, quod etiam Hilarius uoce Substantiæ, non rarò pro persona utatur exposita. Cæterum in definitione fidei quæ extat Hebræorum 11. non tam substantiam, quam fiduciam ex natura sermonis significat. Sic enim Polybius uocem hanc pro confidentia accipit, cum scribit Hetruscos confidentia & auda-

audacia Coclitis perculsos. Et uerbum ὑφίστημι propriè & primariè significat audere sub aliquo graui pondere stare, aut irruentem in se molem audere humeris excipere, & expectare. Vt Plutarch. in Demetrio inquit, nemine hostium ὑφισταμένου expectante sed fugientibus & deserentibus ciuitates, & alioqui Græci ὑποστατικὸν eum militem nominant, qui audet aduenientem hostem expectare. Sic & Psalmo 39. ὑπέστημι & ὑπομονὴ simul tanquam eadem cõiunguntur. Καὶ νῦν τίς ἡ ὑπομονή μου; οὐχὶ ὁ κύριος; καὶ ἡ ὑπόστασίς μου παρὰ σοῦ ἐστιν.

HYPOMNEMATA Anton. Augustin. lib. Singulari ad Modestinum l. xiij. §. atque hoc inquit, acta interpretatur quæ barbarus interpres subcommemorationes aut depositiones reddidit, sed illud Theophilus sub titulo tutorum. Hinc

HYPOMNEMATOGRAPHI actorum scribæ in Theodosij constitutione. l. si quos. Cod. de decur. lib. x. ubi Alcia. & apud Strabonem. lib. 17. & Budæum. l. moris. §. solet. ff. de pœnis.

HYPOTHECAM satis constat uocem esse Græcam. ὑποθήκας uocãt etiam Græci præceptiones quasdam. Nam & noster Iustinianus Nouell. constit. 26. ὑποθήκας appellat mandata præsidum. Et Cicero ad Attic. lib. 2. ὑποθήκας (inquit) adfer, quemadmodum me geram. Sed sæpius ad ius pignoris uox ista refertur. Nam & Cic. lib. 13. Epist. Philores (inquit) ὑποθήκας Cluuio dedit, uelim cures, ut de Hypothecis decedat &c. Origo uerbi est ὑποτίθεσθαι quod simpliciter est supponere. Apud Demosthe. simplicius etiam dicitur τίθεσθαι. Nostri id uidentur imitati. Latini sæpe rem pignori oppositam dicunt. Scæuola pignori ponere, c. 38. de legat. 3. Cæsares in Codice constitutionum, supponere pignori. Iustinia. etiam supponere simpliciter dixit. l. ult. C. quę res pigno. obli. pos. Sed & apud Demosthe. bona pignori obligata dicuntur ὑποκείμενα interdũ etiam ἀποτιμήματα, quod res ęstimatæ darentur pignori. ὑπόθεσιν quoq; dicit nõ solum Demosthenes, sed & Iustin. No. const. 72. Et res creditori obnoxias esse, quæ obligatæ pignori sunt, sæpe legimus. Apud Demosth. ἐγγυᾶσθαι dicitur: ut & Martialis ait, agrum pignoratum spondere pro debitore. Obscurius est, cur appelletur ὅρια ἀφωρισμένα Sed aiunt, apud Græcos olim moris fuisse: ut in prædijs oppignoratis erigerentur ὅροι, indices ipsius obligationis. Certè & in libris Iuris Ciuilis, res subsignatæ dicuntur, quæ obligatæ sunt: cap. 5. §. conductores. De iure immun. l. ult. C. de administ. tut. Porro singularis unus in Pandectis locus est, ubi legitur pignoris hyperocha. l. 20. qui pot. in pig. Alij hypothecam legunt. Sed Pandectæ etiam Florentinæ habẽt hyperocham. uideturq; ita appellari secundũ quosdam pignus, in quantum res pluris est, quam priori creditori debeatur. Nam & uox ipsa Græca potest ad talem aliquam significationem accõmodari. Deniq; & ἐνεχυρασμῶν frequens est mẽtio apud Iustinianum in Nou. const. 52. ubi agitur de quadam ueluti pretoria oppignoratione personarum uel rerũ, quibus manus inijcitur, alieni debiti causa. Gręci appellabant ἀνδροληψίαν ut ostẽdit lex Draconis apud Demosthenem in oratione contra Aristocratẽ. Dionysius Halicarn. lib. 7. dicit, ῥύσια κατασχεῖν. Est igitur pignus siue Hypotheca, res omnis creditori pro debito obligata. Quem nexum, & obligationem si spectemus in pignore (quod cum de re obliganda quæritur, facere debemus) inter se ista nihil differunt. Qđ Iustinianus intelligi uoluit in §. item Seruiana. Inst. de actio. Sed ut idem eodẽ loco significat, in ratione & ui nominis, est aliquid, quod intersit. Nam pignus propriè dicimus, cum ita res pignori obligatur, ut simul etiam possessio tradatur creditori: Hypothecã, cum non transit possessio ad creditorem. §. item Seruiana. Inst. de actio. l. si rem. §. propriè. de pignor. act. Idq; nomẽ ipsum satis indicat. Nam pignus sic à pugno dictum est, ut reuera non possit esse pignus, nisi etiam manu capiatur. Vnde pignus rei tantũ mobilis propriè dicetur, si ad proprietatẽ nominis rem expendere uolemus. l. plebs. §. pignus. de uerb. sign. Hypotheca autem ui ipsa suppositionẽ significat: ut sit res obligationi supposita, nihilq; in eo uerbo, nisi suppositio, & nexus intelligatur. Sed hæc, inquam, ita dicuntur, cum ad subtilitatem uerbi, & originem res exigitur. Ad iuris rationem, & obligationem, nihil interest: quia nihilo minus iuris habet is, cui non est tradita possessio, quàm cui est tradita, sed tantundem uterq; ex æquo. Nam & quam rem nõ accepit, uindicare potest, ut habeat, eandemq; necdum acceptam distrahere, si modo conuenerit, ut pignori esset: & quam accepit, amittere potest: ut illi eadẽ uindicatio ad eam persequendã necessaria sit. Eo factũ est usu loquendi iure recepto, ut utrunq; pro eodẽ accipiatur, dicaturq; hypotheca etiam, quę ab initio tradita est, quia non traditio, sed conuentio obligationem fecit: & contra, quæ non est tradita, rectè dicatur pignus, quia iure nihilo minus sit obligata, teneaturq; creditori, quàm si tradita non esset. Qua ex rõe iuris, atq; usu, illud à Martiano dictum est, Inter pignus & hypothecam tantum nominis sonum differre. l. res hypothecæ. de pignor. Est aũt obseruandum, pignoris uerbum, itemq; hypothecæ interdũ pro ipso rei nexu, & obligatione sumi: ut cum quærimus, quib. modis pignus, uel hypotheca cõtrahatur: item quib. modis soluatur. Neq; enim aut illic rem cõtractam, aut hic rem dissolutam intelligimus: sed utrobiq; obligationem pignoris aut cõtractam, aut dissolutam. Frequentius tamẽ rem ipsam significat, quæ nexa est. Cuius generis illa sunt, cum pignus traditum creditori, pignus idoneum, pignus uenditum aut distractum esse dicimus. Qua etiam significatione à nobis definitur: & rectè, cum obligationẽ rei sine re, quæ obligetur, frustra requiramus.

HYPOTHESIS est, quod prisci Iurecoss. Speciem appellant: recentiores, Legis Casum. Vlpia. in l. sed interim. de Donat. int. uir. & ux. Quando igitur retrò non agitur, emergãt uitia, ut Marcel. animaduertit, in specie huiusmodi. Paulus in l. Latinus Largus. de leg. j. Proximè ex facto incidit species talis. Alciat. in l. edita. C. de eden. Hypothesis, ait, determinata facti assertio est, quæstionis, seu causæ modum complectens. Vide eundem cap. 8. libro 1. Parerg. & inferius, Thesis. Budæus obseruauit in Comment. Gręc. ling. Paulum Casus uocabulo commodius usum, quàm utantur hodie nostri: ubi, In hunc casum inquit, ille ancillas substitutas uideri, in quẽ casum fideicom. meruerunt, ita quum contingit fideicom. mereri. Spieg.

HYPOTHESIM ad Thesim transferre, id est, causam ad communẽ locum, siue speciem ad genus transferre. Huius extat insigne exemplum apud Vlpian. in l. pen. de iurisdict. omn. iud. Sp.

HYPOTHETICA propositio. Vide, κατηγορία.

HYSGINVS color, ab Hysge herba: à quo uestes Hysginobaphes, hoc est, ad eius colorem tinctę. Vide post Bays. Ruellium, Masurium, & Thylesium. Hysgini uox extat apud Iuriscon. in l. quæsitum. §. illud fortassis. de leg. 3. Sp.

I A

IACERE aleã, est rem periclitari, fortunæq; arbitrio cõmittere. Vide Chil. Eras. Spieg.

IACERE precia prædiorum, pro uili uendere.ut apud Ciceronem. Sp.

IACERE testes dicimus, qui uim testimonij habere non possunt. Leguleijs ut barbari omnia solẽt, est,non stare dicto. Sp.

IACERE dicitur hæreditas,quandiu sine domino est.l.5.§.satisfactionis.ff.ut in poss.leg.l.15.§.quæsitum.ff.quod ui aut clàm. Eodem sensu bona hæreditaria iacere & uacua sine domino iacere Papinia. & Vlpia.dicunt.l.j.ff.de bonor.possess.furio.l.j.ff.de success.ed. Briss.

IACHINVM, uerbum adulterinum in antiquis exemplaribus apud Vlpian.in l.si cui lana.de leg.iij. expungendum admonuit nobilis Grãmaticus Bap. Plautius, genuinumq; substituit Ianthinum. Quod tamen non admodum placet. Haloander,ut Neb.ex Baysio Ianthinum legit. Vide, Vestimenta ianthina. Spiegelius.

IACTANTER,Iactuose,Iactuosus,quod Barbari usurpant,nusquam leguntur. Quod uerò quidam probant ea ex Cicerone, non Iactuose, neq; Iactuosus in ijs locis,quos adducunt,legi debet,sed Actuose,& actuosus.Spieg.

IACTARE, pro eo quod est, arroganter, uel gloriando commemorare, notum est. Triphon. uidetur usurpare pro, inaniter loqui, in l.fugitiuus. de uerb. sign. Licet id facturum iactauerit. Hinc nostris in ore est, Iactatoria uerba non obligare. l.fin. de hæredibus instit. Sp.

IACTARE, pro concutere, fatigare, uexare. Vlpian.l.1.de ædil.edict.§.apud Iulianum. Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret. Sp.

IACTARE iugum, est incommodè ferre seruitutis necessitatem.

IACTARE pecuniam. in l. cum de indebito. ff. de probat.

IACTARE rectè, in l.si actum.ff.de actio.empt.

IACTAS res accipimus nonnunquam, quæ tempestate maris nauis leuandæ causa eijciuntur, l.xxj. §.1.ff. de acquir.possess.l.penult.ff.pro derelict. l.9.§. fin.ff. de acquir.rer. domin. & ita Iactus in tit.ad leg. Rhod.de iactu.l. 4.§.si iactu.ff.de furt. Seneca.lib.4. Declama. Necessitas est, quæ nauigia iactu exonerat.dicitur & Iactura eodem sensu. l. 2.& 4. ff.de leg. Rhod. de iact. & apud Cicero.lib.iij.Offic. unde [illegible] pro damno cap.locupletari. de reg. iuris libro 6. Hinc & pro amissione accipitur, ut c. ex parte. de alienat. mutand.iud.caus.fact.ibi, pro amissione caussæ. Prat.

IACTATIO, idem quod Iactantia. ut in l.metum. C. quod met. caus. Iactationibus tantum non fit metus. Spieg.

IACTATIONEM, notat Huttenus in Qu.Curtio,ut nouum & insolens uerbum pro Iactãtia. Ego animaduerti & Vlpianũ eo ex Epistola Cæsaris Hadriani ad Pomponium Falconem uti.l.si quis filio.§. eius.de iniust.rupt.test. Idq; non sine exemplo. Nam & Seneca, aut potius apud Senecam Gallio, Non rogaui, inquit, te: dedisti istud iactationi tuæ. Et L.Florus lib.4. Voces quoq; obequitantis exceptæ, altera cruenta, sed docta & ad uictoriã efficax: Miles, faciẽ feri: altera ad iactationem composita: Parce ciuib. quum ipse sequeretur. Videor mihi & apud alios legisse. Quanquam quis dubitet Hadriani rescriptum sequi, quem constat Suetonio Tranquillo usum esse epistolarũ magistro. Curt.lib.j.[illegible].c.49.

IACTVM etiam retis dicimus.l.12.ff.de act.empt. Et iactum simpliciter. Valer.lib.4.c.j. A piscatorib. in Milesia uerriculum trahentibus quidam iactum emerat. Apul.Apolog.j. Eum memoria prodiderũt, cùm animaduertisset à quibusdam piscatorib. euerriculum trahi, fortunam eius iactus emisisse. Suet.in lib.de Clar.Rhetor. βόλον appellauit. Litus ait, ingressi piscatores trahentes rete adiere & petiere bolom quanti emerent. Sic enim legendum censeo non ut uulgò scribitur bolum. Ex hoc rete quoddam piscatorium iaculum est appellatum Isidoro teste. lib.18. Etymol.cap.xxj.

IACTVRA, damnum est, sed uoluntariũ: ut quæ fit in tempestatibus maris, ubi bona proijciuntur.ut in tit.ad l.Rhodiam. Sp.

IACTVRA infamiæ l.fin.C.de sec.nupt.

IACTVRA substantiæ. C. de episcop. aud. l.tam clementis.Spieg.

IACTVRAM debiti pro amissione dixere Impp. l.2.C.ne liceat potentio. Prat.

IACTVS aleæ, fortunæ ludus est magis, quàm artis. Ex Eras.Chiliad.Sp.

IACTVS absolutè, etiã iactũ retis significat. Sp.

IACTVRAM facere, loquendi est modus maximè iacturæ proprius. Sp.

IACVLA Maura dicuntur ea, quibus Mauri qui optimi iaculatores erant, utebantur: Herodian. [illegible] Μαυρουσίων δὲ ἀκοντίσαι ἄριστοι Mauris autem etiam domo proficiscẽtibus iaculis opus erat, ob leones & feras quas Mauritania fert. Hinc etiam Flaccus dixit, tantam esse innocentiæ uim, ut ad tutelam sui non egeat, nec mauris iaculis, nec arcu, quacũq; iter fecerit. Turneb.aduers.lib.16.cap.5.

IACVLA porrò radiantia dicuntur radij solis ut à Lucretio, lucida tela diei, peplũ noctis umbra terræ.Turneb.ibid.

IACVLANS. Vlpia.ad leg.Aquil. Sed etsi, ait, à iaculantibus per lusum seruus fuerit occisus, Aquiliæ locus est.l.item si obstetur.§.fin.Sp.

IACVLATORIVS campus.Ibid. Sed si cum alij in campo iacularẽtur, seruus per eum locũ trãsierit, Aquilia cessat: quia nõ debuit per campum iaculatorium iter intẽpestiuè facere, qui tamen data opera in eum iaculatus est, utiq; Aquilia tenebitur.

IAM, pro præterea, & pro posthac etiam persæpe reperimus positum.Sp.

IAM nunc, quod & nunc iam dicitur, certi temporis, quod præsens est indicationem facit. l.si mortis.ff.de don.caus.mortis.Sp.

IAMTVM, una dictio, qua usus est Papinianus in l. pater instituto. de capt. & postli. reuers. temperamentum tractus facit. Sic & apud Cicer.pro A.Licinio, item pro Cluentio. Glossam uide Zasij in eandem l.Spieg.

IANTHINA in l.j. C.quæ res uendi non pos. Sic enim illic ex scriptis Codicibus legendum est, nõ ut uulgo legitur hiacynthina. Ianthinum enim purpuræ genus fuit uiolaceo colore infectum. Vlp.in l.68. §.ult.ff.de legat.3. Purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri puto. Sed coccum non continebitur: fucinum & ianthinum continebitur. Plin.lib.xx.c.6.uiolas purpureas à Græcis ἴα appellari tradit & ab his ianthinam uestem. Idemq; eiusdem libri cap.8.in uestibus florem commendari tradit purpureum qui in amethysto & uiola est. Anto.

Thiles.

Thilesf.in lib. de colorib. Violaceus qui & Ianthinus. Ex quo Tyrianthinus è purpura, ut nomen indicat, factus, & è uiola. Briss.

IANITRICES Latinis duorum fratrũ uxores appellantur, quas Græci ἐνατέρας uocant. l.4. §.adfines. in fin. ff. de gradib. & adfin. In Lexico Germani sæpius à me iam citato scriptum hoc uerbum ita reperi, Ianitrices αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες αἱ σύνευνοι: Quæ etiã est ἐνατέρων interpretatio apud Hesychiũ. Briss.

IANVA in publicum reiecta quæ fuerit explicat Duaren. lib. disput. anniuers. ca. 32. Cum autem olim bene de Repub. meritis publice decernerentur areę ad exædificandas domos, summus illorũ honor fuit adyti decreto ut fores extra aperirentur, & ianua in publicũ reijceretur. Meminit IC. l.ult. ff. de ser. urb. præd. Ascon. in orat. in Pis. Plin. lib.36. c.15.

IANVARIVS, primus mensium, quem Numa Pompilius à principe deo, hoc est, Iano appellauit: quem primum esse uoluit, tanquã bicipitis Dei mensem, respicientem & prospicientem transacti anni finem, futuriq; principia. Iudæis erat decimus lxxvj. Dist. ieiunium. Libellus circumfertur nomine Berosi Babylonici, qui Ianum dicit fuisse Noam: eum libellum eruditi mera somnia narrare putant, digna profectò commentis anianis. Sp.

IATRIA. dicuntur præmia, quæ medico pręstantur. Alciat. teste. Sp.

I B

IBI, aduerbium in loco. Interdum ad personam referunt. ut in l. ubi cœptum. ff. de iud. Pro tunc, uel tum positum, Accursius existimat, in l. si quis in legatione: eod. tit. Sp.

IBI, ubi. Vlpia. Et sanè, ait, si ibi tondebat, ubi ex consuetudine ludebatur. Sp.

IBI, in interdicto de ui, quemadmodum accipiẽdum sit, exponitur in l.j. §. ibi autẽ. ff. de ui & ui arm. Appellatione eorum, quæ ibi sunt, neque ea, quæ ad tempus uel casu in eo loco sunt, neq; nummi & nomina continentur, sed ea demum quæ, ut perpetuò ibi sint, posita sunt: quæ quanquam ad tempus uel casu absint, non eo minus tamen continentur. l.44. l.67. l.78. § 1 l.89. §.1. de legat. lib.3. Briss.

IBI, id est, in ea re. l.18. ff. rem rat. haber. l.43. ff. de dam. infect.

IBI, pro in leges. l.9. §. pen. ff. de rer. diuis.

IBI, pro in ea causa & specie. l.j. ff. in ius uoc. ut eant. l.35. in fin. ff. de neg. gest. Briss.

IBI, pro illic: & opponitur particulæ Hic. l.4. §. si quis aduentu. ff. ui bon. rap. Briss.

I C

ICON. Sic scribendum. Latinè effigies, imago, & statua membrorum hominis, à pictoribus seu statuarijs ad uiuum expressa. Iconisinos, Seneca lib.15. Epist. ad fin. appellat descriptiones, aitq; uerbum esse publicanorum. Sp.

ICOSAPROTI, uigintiprimi, & Icosaprotia uigintiprimatus not. l. fin. uers. mista. ff. de mune. & honor. Io. Bello. Etymol.

ICTERICVS, qui regio morbo laborat, à colore galguli, quam Græci auem icteron dicunt. Idem & Aurigo dicitur, à colore, quem bilis per omne corpus diffusa gignit. Sp.

ICTVS, percusio ipsa. Vlpia. ad leg. Aquil. Et si quidem apparet, cuius ictu perierit. Item, ictu uno occidit utrunq;. l. quod ait. §. fin. de adult. Adde l.1. de his qui deiec. Obserua autem quòd solus ictus fustium, est grauior quauis pœna pecuniaria. l. seruorum. in fin. ff. de pœn. l. iij. C. de Sport. Vide & Martianum ff. de his qui not. infam. Spieg.

I D

IDEAE Platonicæ, à spectando sunt dictæ, quoniam qui aliquid est acturus, ideam inspicit, ad quã suam actionem aptet. ut pictori, qui de exemplari aliquid pingit, hoc exemplar est Idea. Vide post Senec. Epist.59. Hostien. ext. de Sum. trin. cap. damnamus. sub finem. Sp.

IDEM, non est, quod ab alio separari potest. l. si dominus. ff. de Ser. urban. præd. Adde gloss. in l. hæred. ff. de dolo. Pro simili ponitur, l. si non sortem. §. libertus. ff. de condit. indeb. Et Celsus putat eam esse causam operarum, ut non sint eædem, neq; eiusdem hominis. Sp.

IDEM, etiam dicitur, pristina qualitate, uel quantitate non seruata. l. & an eadem. §.1. ff. de execut. rei iud. l. si seruitutes. de Seru. urba. præd. l. proponebatur. de iudic. Spieg.

IDEM dicere, pro in eadem esse sentẽtia, frequẽs est locutio. Spieg.

IDEM esse, quid fieri tempore licito, uel tempore illicito, si conferatur ad tempus licitum. Bald. tradit, in l. in tempus. ff. de hæred. instit. Sp.

IDEM & unum sunt penè genuina. Sic Tullius: Est mos hominum, ut nolint eundem plurib. rebus excellere, id est unum. Connan. lib.3. c.5. nu.2.

IDEM, & unum, contra l. eum qui. ff. de usucap. potest censeri diuersi iuris, ob diuersam scilicet rationem: quòd Legis dispositione unum sit in obligatione, alterum non sit. per tex. in l. miles. §. decem. ibi. quæ à lege tribuitur. ff. de re iudic. Vide Zasium in eandem. Spieg.

Verbum, ID EST, plerunq; non definiendi gratia, sed exẽpli loco & παραδειγματικῶς ponitur, ut est à Duareno notatum. Patet ex l.7. §. pactorum. ff. de pact. l.8. ff. de uulg. & pup. l. pen. ff. de annu. leg. l.2. ff. de supell. leg. l.3. in fin. ff. de exceptio. l.3. C. ad leg. Iul. de adulter. Sic apud Gaium lib.2. Institut. titu.8. Adgnati sunt per uirilem sexum propinquitate coniuncti, id est, cõsanguinei fratres. Aliàs hoc uerbum διασαφητικὸν est & explicatiuum, ut in l.9. ff. de minoribus. l.3. §. saltus. ff. de adq. possess. l. ix. ff. si seruit. uindic. l. xiij. §. etiam. ff. de pignorib. l.43. ff. de iniur. Interdum etiam idem ualet, quod scilicet. Cuiac. in l.4. §. si uiam. ff de usucapio. l.16. ff. de re iudic. l.j. ff. de legit. tutorib. l. lxviij. in fin. ff. de usufruct. Brisson.

Hæc uerba, Id est, non semper descriptionem aut ὅρον demonstrant, sed sæpe exemplum & speciem. pro eo, quòd dicimus: Quale est ueluti. Tanquam ut Seneca eo utitur: & si quid simile. Vlpian. Et interdum hoc permitti potest, Id est, si grande sit damnum minoris. l. si ex causa. de minor. & rursus Pactum in personam est, quoties ne à persona petam, paciscor. Id est, ne à L. Titio petam. l. iurisgentium. §. pactorũ. de pact. & idem alibi. l. qui liberis. de uulg. Idem est in illis. Hoc est l. si constante. §.4. solu. matrim. Curt. lib.1. ἀνάγνω. cap.23.

IDEO, sicut Idcirco, est particula collectiua siue rationalis. Vide Bar. in l. demonstratio. §. quod autẽ. ff. de condit. & demonstr. Sp.

ID genus, hoc genus, pro eius generis, & huius generis. elocutio elegans, à Beroaldo obseruata: quod ea Plaut. Terent. Ciceroq; sint usi. Sp.

IDIOCHITA Græcè appellãtur scripturæ priuatæ, propria manu confectæ. l. scripturas. C. qui potior. in pig. habean. Io. Bell. Etym.

IDIOGRAPHVM, idem quod Autographum. Spiegelius.

IDIOMA, id est proprietas. Nam unaquæq; lingua sua quædam habet peculiaria.

ΙΔΙΟΚΤΗΤΑΡΙΟΙ, ut aiunt Græci interpretes in l.4.de agric.& censit.lib.11.id est, propriorum bonorum possessores, uide in Basilicis eod.tit.Prat.

IDIOTA, nō tantùm indoctus & illiteratus, sed etiam priuatus,& plebeius dicitur. Auth.quomo.oport.Episc.§.quandoq;.Sp.

IDIPSVM, pro hoc. Pomponius in l.2.de naut. fœn. Spiegelius.

IDONEE, aptè, commodè. Pompon. de damn. infect. Qui magis idoneè reficere parietem uelit. Sic & alibi persæpe reperies: ut & apud Cicer. In iure autem idoneè cauere dicitur, si quis pignoratitia, uel fideiussoria cautione, aut (si illas præstare nequeat) saltem iuratoria cauet. c.j. de dolo & contum. lib.6. iuncta glo. super uerbo Sufficienter. Idoneus largè, dicitur aptus ad omnia & bona & mala, Donato autore. Cui astipulatur Vlpian. in l.2.§.idoneos autem. Ad S.C.Tert. Quilibet autem præsumitur idoneus, sicut & quælibet res bona, nisi diuersum doceatur. Idem in l.cum quidam ita fideicommissum. Papinia. in l.cum pater.§.rogo.de leg.2.l. ult. de libert.agnos. l.si creditores.in fin.de priuil.cred.Sp.

IDONEIOR. Paul. l.2. ff.de popul.actio.si plures, ait, simul agant populari actione, prætor eliget idoneiorem. Sp.

IDONEI promissores plerunq; non tam ex patrimonio & facultatibus, quàm ex fide accipiuntur. l.112.in fin.ff.de uerbor.oblig. Idoneos sane tutores mater petijsse intelligitur, si locupletes & facultatibus licet non moribus idoneos petierit.l.2.§.idoneos.ff.ad SC.Tertyll.

IDONEVS homo aliàs integræ existimationis hominem & minimè probrosum significat. l. 42. ff. de uerb.sig.l.ult.ff.de tab.exhib.Briss.

IDONEVS paries, oneri ferundo aptus.l.7. ff. si ser.uind.l.37.ff.de dam.infect. Item integer & minimè uitiatus paries.l.45.in fin.ff.ad leg.Aquil. Ita aût idoneus iudicatur paries communis, si utrarumque ædium onera iure imposita sustinere possit. l. 36. ff. de dam.infect. Idoneè, pro rectè, in l.13. ff. de actio. empt.l.41.ff.de dam.infect. Briss.

IDONEVS accipitur locuples, & qui soluendo est. Ita idoneum debitorem, tutorem, hæredem, fideiussorem interpretamur.l.14.l.27.§.pen. ff.de minorib.l.42.ff.manda.l.2.ff.de fundo dot.l.9.ff.de tutel.l.9.§.quòd si dies.l.14 l.39.§.tutor.l.45. ff. de admin.tut.l.46.in fin.l.47.ff.de iure fisc.l.5.ff.de separatio.l.antepen.ff.de condic.& dem.l.14.ff.de in diē add.l.19.ff.qui potio.in pign.l.3. ff. de fideiussorib.l. 6.§.planè.ff.de munerib.& hon.l.7.ff.qui satisd.cog. l.9.ff.de public.Briss. Adde Cuia.obser.lib.8.c.30.& Turneb.lib.aduers.3.cap.16.

IDONEVS alienę litis defensor alienęue rei expromissor nemo sine satisdatione habetur. l.3. §.1. ff. de diuers.reg.l.46.§.qui aliū. ff.de procurator. Porrò neq; fœmina, neq; miles, neq; qui Reip. causa abfuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut inuitus iudicium pati non pōt, idone9 defensor intellegit̄.l.54.ff.de procur. Et sic idoneè defendere in l.1.ff.de diuers.temp. Et idoneum defensorē in l.5.ff.de reb.auct.iud. Et idoneū patremfam.accipiemus in l.x.ff.de adm.tut.Briss.

IDVARE, antiquum uerbū, separare significat. unde & Diuidere uerbum, & Idus dicti Macrobio. Vide Alc.in l.malum mauis.§.uiduā.de uerb.sig.Sp.

IDVS, dicuntur diuisiones: unde propriè existimantur dies, qui diuidunt mensem. Diuidunt enim menses, præcipuè Nonas à Calendis. Vide gloss. super uerb. Post Idus Martias.in l. Cæsar. ff.de publ.& uectig. Pridie Idus Mart.in l.item ueniunt. ff.de petit.hæred.l.Titius Seio. & ibi in gloss.de Constitut. pec. Spiegelius.

I E

IECVR, dicitur Græcè τὸ ἧπαρ: unde Hepatici homines, qui iocinoris morbo laborant, appellantur. Vlp.de ædil.edict.l.qui clauam.§.Trebatius ait. Si tamen ex corporis uitio id accidit, ueluti quòd Iecur dolet, morbosus est. Sp.

IEIVNIVM, tempus quo à cibis abstinemus, quod & Ethnici interdum instituerunt, Quadragesimam impropriè significat. Hanc diuinitus consecratam, & Apostolorum ordinatione traditam, Pighius cōtendit: nec eius autorem Telesphorum, sed exactorem fuisse. D. Cæs. Maximil. partitam Quadragesimam, sanctius obseruandam existimabat: eiusque causa scripsit iterum atque iterum ad Lateranum concilium: sed reclamātibus Theologis Cardinalibus non successit res. Ioannes à Lopis, uir clarus & Iurisperitus doctus, in eleganti sua Repetit. l. si pater. C. de hæred. inst. haud absurdè quoq; tutius esse arbitratur, si quadraginta illi dies indicti ad ieiunium, diuiderentur per trimestria, & singulo quoq; trimestri indiceretur ieiunium decem dierum. Sic enim facilè ab omnibus obseruaretur.Sp.

IEIVNIVM est subtractio prandij, & post cœnā cuiuslibet cibi priuatio usque ad diem sequētem, & abstinentia à carnibus & trahentibus sementinā originem à carnibus, ut ab ouis lacte, caseo, cap. denique.4.distin. Goffred. in summa de obseruat.ieiun. & Innoc.in Rubr.eod.

IESVS, est nomen Redemptoris ac Saluatoris nostri Christi, qui Hebraicè IEHOSVA dicitur, Latinè Saluator: uel ut alij uolunt, Seruator. Cuius significationis ratio est apud Matthæum: Hic enim, inquit, saluum faciet populum suum à peccatis suis. Vide in Nouell.Constit.ix.in cuius prin.& fine sanctissimi huius nominis fit mentio. Porrò ex initialibus Rubricis Cod.Pandect.Instit.Auth. tametsi Haloandri editio non agnoscat eas, colligunt Doctores, Imperatorem nostrum Iustinianum fuisse Christianum. Sciendum aût, quòd quāuis à principio fuerit Christianus, tn̄ in hæresim, ut historia prodit, lapsus est, in eaq; mortuus. Proinde parum conuenit Christianū appellari, qui in fide Christiana non permanserit.gl.fin.c.firmiter.de Sum. trin. & fide cath. Præterea dicunt, quod nō possit esse Imperator, uel Rex, nisi sit Christianus. Hoc uerum esse, non credit Zasius: nec usus, ut ipse ait, recipit. quòd de Regib. clareat in his nationibus, ubi Christiani nō sunt. Imperator sit nomen officij: Rex, nomen generis. Reges enim nascuntur, Imperatores creātur. Iulianus, quamuis apostata, præfuit Imperio. Potest tamē Doctorum dictum intelligi, de Imperatore Romano, q̃ defensor & propugnator est, & esse debet Rom. Ecclesiæ, & fidei orthodoxæ.Sp.

I G

IGITVR, particula colligit interdum supradicta illatione, hoc est, ratione confirmat. Vlpi. in l.si procuratorem. §.si ignorantes.ff.mandati. l.diuus. ff.de cust.reor.& sim. Interdum pro deinde ponitur.Inst. de tutel.in prin.Sp.

IGNARVS, uocatur rudis & imperitus, uel indoctus, uel inscius. Ignarum conditionis suę Imper. Constantinus in l.2. C.si ser.aut libert.lib. x. non inelegan-

elegantet usurpauit, ꝑ nesciente statũ natalium. Sp.

IGNAVIAM Iurisconſ. quæ non est stultitia, ut interpretes putarunt, diligentiæ opponunt. Siquidem naui homines, impigri, & diligentes appellantur. Scio tamen ignauiam uulgò pro pusillanimitate accipi. Porrò, Ignauiæ culpam contrahunt, qui ex qualibet leui, uana, iniustàue causa ad res improuidas, temerariàsue aut noxias mouentur, dum dolus absit. exempla sunt in l. 2. §. si publicanus. ff. ui bon. rapt. l. j. in fin. iunct. gloss. ff. de Abig. & fortè. in l. qui rei. §. 1. §. si quis. ff. de bon. eor. qui mort. sibi consciu. cum simil. ex Zasio. Sp.

IGNAVITER, Gloss. in l. fin. C. de episc. & cler. stultè exponit, nimirum satis stultè. Nam lentè & leniter significat, ut apud Cic. secunda Tusc. Sp.

IGNEM ne habeto, & ignem innocentem, hoc est, innoxium habeto, differunt. l. uideamus. §. si hoc in locatione. ff. locat. & conduct. Ignem inferre, Ignẽ inijcere, ibidem in fin. & l. seq. Sp.

IGNEM inferre, **fewr hinein tragen**. Ignem inijcere, **fewr einwerffen**. dicta l. uideamus. in fine. & l. sequenti.

IGNIARIVM est, inquit Bud. quo ignis elicitur: constat silice, è quo ignis atterendo elicitur: & ferro, quo silex atteritur percussu: unde scintillæ decussæ, & in fomite, linteoq; concepto, exceptæ, flammam excitant. Igniarium dare quid sit apud Senecam, libro de benefic. 4. cap. xxxvj. declarat in Chiliad. Erasmus. Spieg.

IGNIS & aqua. Veteres cum ueram Dei creationem non satis perciperent, arbitrabantur his duobus elemẽtis igni & aqua produci omnium animantium uitam. Ideo nuptiarũ fœdera interuentu ignis & aquę celebrabantur, ut testatur Scæuola in l. pen. de Donat. int. uir. & ux. quẽ locum Accursius malè de tæda nuptiali intellexit, quæ alia quadam honoris solennitate solebat nouæ nuptæ præferri. & seruus qui præferebat, dicebatur Prælucens. Vide Bud. in fin. prior. Annotat. eandem pulchrè explicantem. Spieg.

IGNIS & aqua, uide Aqua & ignis: item Interdicere aqua & igni. Et hac ipsa de re Lactantius lib. De orig. errorũ, 2. cap. 20. Substantia ignis, calor est, inquit: aquæ, humor. Rectè igitur Ouid. Quippe, ubi temperiem sumpsere humorq; calorque, Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus. Cumq; sit ignis aquæ pugnax, uapor humidus omnes Res creat: & discors concordia fœtibus apta est. Alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi fœmininum: alterum actiuum, alterum patibile. ideoq; à ueteribus institutũ est, ut sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciantur: quòd fœtus animantium calore, & humore corporentur, atq; animẽtur ad uitam. Cùm enim constet omne animal ex anima & corpore, materia corporis i humore est, animæ in calore. quod ex ouium fœtibus datur scire: quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor fouerit, nec humor potest corporare, nec corpus animare. Exulib. quoq; ignis & aqua interdici solebat. adhuc enim uidebatur nefas, quamuis malos, tamẽ homines, supplicio capitis afficere. Interdicto igitur usu earum rerum. quibus uita constat hominũ, perinde habebatur, ac si esset, qui eam sententiam exceperat, morte multatus: adeò ista duo elemẽta prima sunt habita, ut nec ortus hominis, nec sine his uitam crediderint posse constare. Hæc Lactan. Hot.

IGNOBILITAS, hoc est, obscuritas, humilitas generis, uiris fortibus non est obijcienda.

IGNOMINIA, quasi nominis nota infamia. de qua Seneca ad Albinam. Hinc Ignominiosus, notatus infamia. Item Ignominiæ causa missus. l. ait Prætor. ff. de his qui not. infamia. Spieg. Hinc ignominia dicta, quòd animaduersio illa, seu notæ ascriptio in nomine tantùm uersatur.

IGNOMINIA soluti milites dicti, qui felici prælio, priori culpa correcta, & obliterata memoria dedecoris, in eũ, quo prius erant, gradum restituti, pristinam dignitatem recipiebant. Sp.

IGNOMINIATVS, apud Gellium, pro ignominia affectus. Antiquum & obsoletum.

IGNOMINIOSA missio est, quoties is qui militẽ è castris mittit, addit nominatim ignominiæ causa se mittere. l. 2. ff. qui not. infam. Hot. & Anto. Aug. lib. singulari ad Modestinum. l. 8. §. planè ignominia. ff. de excusat.

IGNORANS Ius naturæ ignorabitur à Deo, lege, & ministro eius Magistratu. 17. dist. ca. pe. in fin. 1. Cor. 14. Ignorans ignorabitur. Prat.

IGNORANTIA est, cum de facto, uel de iure nihil scio, nec inde aliquid suspicor. Lege Azonem in Summa. Spie.

IGNORANTIA duplex, alia iuris, alia facti, ut patet ex Rubr. ff. de iur. & fact. ignor. Ignorantia iuris alia naturalis, alia ciuilis. Facti, alia est eius facti, quod oportuit aliquem scire: alia eius quod non oportuit eum scire: sicut Apostolus ait. 1. Corinth. 10. Si quis infidelium uocauerit uos ad cœnam, quidquid uobis appositum fuerit, comedite, nihil interrogantes. si quis uobis dixerit, hoc idolis immolatũ est, nolite comedere. Ecce, quòd uocatum ad cœnam, non oportuit scire carnes sibi appositas, idolis fuisse immolatas, quod oportuit eũ scire: sicut ignorantia Iudæorum & reliquorum infidelium, qui ea quæ de Christo fuerant prænunciata, adhuc ignorant esse completa. Vnde à Iudæis adhuc exspectatur uenturus. hæc subdistinctio probatur in cap. turbatur. §. notandum. 1. q. 4. Io. Bello. Etym.

IGNORANTIA, Paulus inquit, uel Iuris uel facti est, l. 1. Item, in l. regula est. de iur. & facti ignor. Idem tradidit, Iuris quidem ignorantiam cuique nocere, facti uerò ignorãtiam non nocere. Exemplum pete ex iam citata l. 1. Et uide Philippum lib. 2. Philosoph. Moral. titulo. Quando excusat erratum ignorantia. Spiegel.

IGNORANTIA iuris naturalis, quod ad prima religiõis erga Deum, & charitatis erga proximum, principia pertinet: neminem prorsus excusat, ætatis & mentis compotem. qualia sunt in l. 1. l. 2. & l. Iustitia est. §. 1. ff. de iust. & iur. leg. 1. in prin. ff. quod quisq. iur. l. iure naturæ. ff. de reg. iur.

IGNORANTIA sui perniciosa est, ut ostendit Plato in Legibus suis: Vereor, ne & nunc sint quàm pauci, qui seipsos cognoscant. Plautus tempora sua taxans: Vix, inquit, in foro decimus quisque est, qui ipsus se nouerit. Ad humani, inquit Cicero, ingenij uitium pertinere potest, quando quis per ignorantiam nõ satis intelligit quid faciat, uel dicat: aut contrà, ut si quis nesciat ea, quæ ad se attinent. Vulgò nominatur affectata ignorantia, quæ in facto proprio non excusat. Iuxta Aristotelẽ differũt, Quod peccat ignarus, & quod peccatur propter ignorãtiã. Excusabile est, ubi sola ignorãtia errati causa est: at ubi nõ ignorantia, sed nostra ignauia, aut cupiditas, errati causa est, ibi ignorantia non excusat. Sp.

IGNORANTIA supina, quam Vlpianus censuit minimè ferendam, est factum ignorantis, quod

Accursius ad alienum duntaxat refert: non satis assecutus uim eleganter usurpati à Iureconsf. uocabuli, Supini. Plaustra extant eiusmodi uocum, quas ad eum modum se nudis bonarum literarū Interpres ille rectè aperuisse putauit. Tolerabilis est autem ignorantia facti alieni. l. fin. ff. Pro socio. Sp.

IGNORANTIS & inuiti conditionem meliorem nos facere posse, non deteriorem. leg. soluendo. ff. de Negoc. gest. Sp.

IGNORANTIS domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet. autor Paulus titu. de Procur. Sp.

IGNORARE dicimur, quod scire debemus. l. 2. C. per quas pers. nob. acq. item l. 2. §. 1. C. de Rei uxo. action. Translatum ad personas, est non cognoscere, ac parum exploratum habere. Sp.

IGNORATA, & quæ non sunt, eodem modo iu dicantur. Tam enim absunt à cogitatione nostra, quæ non apparent, & nesciuntur, quàm quæ omnino in rerum natura non subsistunt, Connan. libr. 7. cap. 7. num. 8.

IGNORATIO, ab ignorantia significatione non differt. Sp.

IGNOSCERE, est, quæ iudicas punienda, non punire: autor Seneca li. de Clementia secundo. Pro noxam remittere, Vlpian. usurpat in l. ij. §. utriusque legis reddit rationem. ff. de Noxal. Ignoscere tamen eleganter à Varrone, pro ualde noscere accipitur. Ignoscere omnibus & nulli, æquè crudele censet Seneca. c. ij. lib. j. de Clementia. Sp.

IGNOTI iuris non esse. C. de Reuoc. ijs quæ in fraud. cred. l. ignoti.

IGNOTVS, hoc est, incognitus, non uisus. Iustinian. Non esse autem admittendam excusationem eius, qui hoc solo utitur, quòd ignotus patri pupillorum sit, diui fratres rescripserunt. §. item propter inimicitias. Institutionibus, de excusatione tutorum. Sic ignoti domini, in l. prima, Codice de Thesaur. libro decimo. Spiegelius. Sic Plautus in Trinumo:

Is homo exornetur graphicè peregrinum modum.

IGNOTA facies, id est, quæ non sit uisa: non autem ignotus patri, id est qui patrem nō cognoscit, ut Ang. lo. de Platea: Christophorus & Nautea illic interpretati sunt. Aldobrand.

I L

ILICET, per [illegible] dicitur. Sic iudices de consilio dimittebantur, suprema dicta quum præco pronuntiasset, Ilicet: quod significat Ire licet. Hæc Donatus in Adelphis Terentij. Dicebatur etiam in funeribus consumpto cadauere, & collectis cineribus. unde Vergilius libro 6.

— Dixitq; nouissima uerba.

id est Ilicet: inquit Seruius. nam Vale dicebatur post tumuli quoque peracta solennia. Idem, Varro dicit pyras ideo cupresso circundari propter grauem ustrinæ odorem, ne offendatur populi circunstantis corona, quæ tamdiu stabat, respondens fletibus præficæ, id est, principi planctuum, quamdiu consumpto cadauere, & collectis cineribus diceretur nouissimum uerbum Ilicet, quod Ire licet significat. Hotomannus.

ΗΛΙΚΙΑ, id est, corporis magnitudo in Euangelio Matthæi. Eusebius libro quarto, de uita Constantini. & Dion. libro quinquagesimo quarto, *τοὺς ἐν ἡλικίᾳ* uocat puberes, minores tamen uiginti quinque annis. Prateius. Adde Cuiacium Obseruationum lib. 6. cap. 3.

ILICO, breuitatem temporis notat. lege prima, paragrapho, Cum adijcitur. Digestis de uerborum obligationibus, cum similibus. Sunt qui scribant dupli ci l. Interdum tamen non tempus, sed locum significat. Spiegelius.

ILIENSES, dicti sunt populi ab urbe Ilio, clarissima omnium quæ fuerunt in Asia: uel ex eo, qđ inde profecta est tota Romanorum nobilitas. De quibus Callistratus libro uigesimo septimo Digestorum titulo de excusationibus. leg. non tantum, & cætera. Nebrissensis.

ILLABORATVM, quod sine labore & diligentia factum est.

ILLACRYMARI. Callistratus l. obseruandum. de offic. præsid. Neque precibus calamitosorum illacrymari oportet: id enim non est constantis & recti iudicis. Spieg.

ILLATA, ab Inuectis quo distent, uide legem & si non inducta. Cod. in quibus causis pignus tacit. contrah. Albericus. Varij sunt illationum tituli, uelu ti annonarum, tributorū, uestium, quibus omnibus exigendis præsides prouinciarum uim & auctoritatem suam interponere debent, l. iudices. Codic. de annonis & tributis libr. decimo, l. missi opinatores, C. de exact. tribut. lib. eodem.

ILLAVDATVS, inculpato opponitur. Gellius libro secundo de illo loco Virgiliano loquens, Aut illaudati nescit Busyridis aras. Sed enim inquit, qui in omni re, atque omni tempore laude omni uacat, is illaudatus est, isque omnium pessimus, deterrimusque est. Sicuti omnis priuatio inculpatum facit. Hinc Callistrato in leg. testium, de testibus: Inculpatus testis dictus, qui est exploratæ fidei, ac nulla unquam inconstantia testimonij labefactatæ, & moribus probatissimis, & integræ famæ. Ex Budæo. Spiegelius.

ILLECEBRA, omne blanditiarum genus, quibus allicimur. l. quidam ignauiæ. Codic. de Decur. libro decimo. Spieg.

ILLAEDERE legem, pro infringere & uiolare.

ILLEGITIMORVM, ut utamur uerbo, apud nostros Doctores recepto, alij Incestuosi uocantur: puta ex cognatis procreati. Alij Nefarij: ex descendentibus suscepti. Alij Spurij, qui & Adulterini. ex adulterio nati. Hi nisi à principe, aut huius autoritate, Legitimationis, ut uulgò dicitur, beneficium impetrauerint, à successione parentum non tantum excluduntur. l. si adulterium. in princip. Digest. ad legem Iuliam. de adulterijs. l. quinetiam. Digest. de ritu nupt. & §. ergo omnes. Institut. eodem titul. sed alimentis etiam non censentur digni iure ciuili. Authentic. Quibus modis natur. effic. sui. §. ultim. At hæc, Roman. pontif. iniquum censentes, infantem à Deo creatum fame necari, præstanda constituerūt. cap. cum haberet. de eo qui duxit in uxorem quam per adulter. poll. Spieg.

ILLEXERAT, pro persuaserat, in sententiámue attraxerat. Vlpianus in leg. prima. paragrapho si omnes. de uentre inspiciendo. Vel, ipsa eum illexerat, ut crederet. Sic illices, ueluti suasores, in Plauti Pœnulo, Valla interprete, sunt accipiendi. Propriè tamen inescare est: quod & pellicere etiam dicitur. Spiegelius.

ILLIBATVS quadrans, apud Vlpian. in l. si filia nupta. §. Papinian. ait. ff. famil. ercisc. interpres, illibata ab intactis, in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cleric. hoc putat distare: ut illibata partem, intacta totam

totam respiciant. Apparet tamen pro eodem poni. l. fin. C. In quibus caus. restit. in integ. non est necess. quod & Alberic. noster, teste Old. non indoctus interpres iuris, admonuit. Spieg.

ILLIBERALES & sordidos quæstus, lib. j. offi. censuit Tullius, eorum esse qui in hominum odia incurrūt: ut portitorum, & fœneratorum: itemque eorum, quorum opera, non quorū artes emuntur. Alciatus in l. mercis. de Verb. sig. Sp.

ILLICENTIATVS, improbum uocabulū, extat in c. constitutus. ext. de Procurat.

ILLICITE ædificare id est, hoc qđ dirui constitutiones iubent, autore Vlp.

ILLICITVM, qđ nō licet, & indecens est. Hinc Illicitè aduerbium, familiare Iurisconsf. ac Impp. in Cōst. Vide §. sancimus. in Autēt. de Incest. nupt. Sp.

ILLOTIS manib. negociū aggredi, est imperatum ac non satis instructum accedere. deducta locutione ex Deorum sacris, ad quæ sine præparatione (cuius pars erat manuum ablutio) nefas fuisset accedere. Hesiod. in li. cui tit. est ἔργα καὶ ἡμέραι, Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν. Caius l. 1. ff. de orig. iur. Deinde si in foro caussas dicentib. nefas, ut ita dixerim, uidetur esse, nulla præfatione facta iudici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentib. inconueniēs erit omissis initijs atq; origine nō repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manib. protinus materiam interpretationis tractare. id est, sine præparatione, & præmunitione, atq; anticipata quadam earum rerum cognitione, quę aditum ad iuris cognitionem patefaciunt, uiamq; muniunt. Hot.

ILLVM illius liberū esse uolo. His uerbis seruo libertas adseritur. l. si quis ita scripserit. ff. de Manumiss. testam. Spiegelius.

ILLVMINARE, pro illustrem & insignem facere, positum in l. iij. C. de Nat. lib.

ILLVSIO, id est, derisio. Clem. unic. cū illusio. de renunciatio. Io. Bello. Etymol.

ILLVSTRARE, quod est, lucem & splendorē afferre, magis probatur eruditis, quàm Clarificare: quod hoc non inuentu facile sit apud uetustos autores, præterquam apud Virgil. de Fortuna, Nec quos clarificat, perpetuò fouet. Sp.

ILLVSTRE & obscurū, contraria. Nec ad personam tantum, sed & ad rem refertur, ut apud Ciceronem, Illustre domicilium.

ILLVSTRIS uir, pro magni nominis, ut Eras. Budęus, Alciat. nec enim imagines tantum respicit. Nostris placuit illustrem dici, ut quis mox ad Principis latus admotus est. Quales sub diuo Maximiliano fuere, Matthæus Langus Augustanus, Petrus à Mota Hispanus, Io. Collaureus Kirchensis. Ia. Bannisius Dalmata, Andreas Burgus Mediolanen. Cyprianus à Sernté Tirolensis, Ia. Villingerus Elsatius, Ioann. Rennerus Ehingius, Nicol. Zyeglerus Nordlingiacus, Gabriel Vogdus Campodunius: tū alij multi quos ob merita, Principis clementia euexit. Inter hos enituit Langus, de quo pluribus aliquanto egimus. & in commēt. in Austri ad. Bartolini, & in Scholijs nostris, = xlj. lib. j. Syluianarum Contentionum, siue commentarij, quo Aeneas Syluius cū Antonij Panormitę Alphonsinis dictis & factis, externorum & nostrorum præcipuè Principum confert. Quatenus uero ad dictionē illustris pertinet, uide Angel. in l. j. C. de Præposit. labor. lib. xij. Sp.

ILLVSTRIVM sunt gradus quidam, alij maiores, alij minores Præf. prætorio maior est magistro officiorum, uterq; tamen illustris. Cuiaci. l. ult. de dignitatibus. c. lib. 12. Sunt autem quinq; gradus illustrium, de quibus uide s. in dictione Honorarij.

ILLVSTRIS, titulus est dignitatis. l. 60. l. 61. de decurionib. lib. x. C. l. ult. C. de iniur. Tribuitur hic titulus Præfectis prætorio, Præfectis urbi, Quæstoribus, Magistris militum, Magistris officiorum, Comitibus rerum priuatarum, Comitibus domesticorū, Principibus agentium in rebus. l. 32. C. de appel. l. 2. §. sin autem. C. de tempor. b. appel. l. 6. C. ubi causæ fiscal, l. unica. C. ne rei milit. Comitib. l. 11. C. de adsessorib. l. 8. C. de defensor. ciuit. l. 1. C. de aduoc. diuers. iud. l. ult. de decurionib. lib. x. C. l. ult. de susceptorib. eod. Ita illustrem dignitatem & illustrem administrationem in Constitutionib. interpretabimur l. 32. & l. 36. C. de app. l. 63. & 65. de decur. li. x. C. Et illustrat gradum in l. 11. §. sin autem utraque. C. de iudic. Et illustres personas in l. 26. §. 1. C. de usur. Et illustrē mulierem. l. 5. C. ad Orphitia. Erat autem illustrium dignitas omnibus alijs superior, & omnes alias antecedebat, ut apparet ex Nouell. de appellatio. & intra quæ temp. ad fi. & ex l. un. C. de ratiocin. oper. pub. & ex l. ult. C. de sportul. l. 1. C. ubi senator. Bris.

ILLVVIES, spurciciam, immundiciam, fœtorēque oris notat, apud Trebatium in l. qui clauum. de Aedil. edict. Sic enim legendum, ut admonuit Budæus: non ingluuie, ut antiqui codices habent. Sp.

ILLYRICVM, pro Illiria regione, Epiri contermina: cuius descriptionem pete ex Vadiano, cosmographorum nostrę ętatis principe. Apud alios reperies frequenter positum adiectiuè: pro quo nostri Impp. Illyricianum usurparunt. Sp.

ILLYRICAVVS, id est, de Illyrico, regione Epiri contermina, Italię propinqua. not. in rub. C. de colon. Illyrica. lib. XI. Cod. Io. Bell. Etymol.

ILLYRICVM fuit duplex, orientale & occidentale, quod Beatus Rhenanus obseruauit ad librū de Noticia Romani Imperij. Illyrici orientalis duę sunt diœceses, Dacia & Macedonia. Cuia. ad l. id ab unaquaq;. C. de anno. & tribu. lib. 10.

IMAM ceram appellat Suetonius ultimam partem testamenti, quoniam tabulis ceratis scribebant. Primum autem scribebatur nomen testatoris, deinde hæredum. unde Horatius.

Sic tamen ut limis rapias quid prima secundo
Cera uelit uersu, solus, multisne cohæres.

Primus enim uersus nomē habebat eius qui testabatur, secundus eorum qui instituebantur: Quia initiū erat faciendum ab hęredis institutione. Alioqui etiā legata ante hanc institutionem relicta & data, non ualebant. quod postea à Iustiniano correctum est: ut not. in tit. de legatis. Connan. lib. 10. cap. 7. nu. 1.

I M

IMAGO, est collatio formę cum forma, cūm quadam similitudine. Refertur non tantum ad picturā, & ceram, statuas, & ad ea quæ fiunt ex marmore, ære, argento, & similibus: sed etiam ad notas, quibus ea quæ ediscenda sunt, notamus. Asinius Pollio traditur fuisse autor imaginum scriptorum, in bibliothecis locandorum. Sæpius etiam imago pro nobilitate generis accipi solet. Hinc fumosę imagines, quę à maioribus degenerant, & fermè nihil imaginis eorum habent. Atq; imagines hæ Stemmata uocabantur. Iuxta illud Sat. Stemmata quid faciūt? Vide Budæū in Annot. ij. de Orig. Iur. Socrates cap. xlj. Hist. Tripart. scribit, imaginem CHRISTI fusilem, à Iuliano Augusto de[illegible]ctam. Albericus refert, se anno M. CCC. L. Romæ uidisse Saluatoris imaginem diuinitus

in i tus pictam. Spiegelius.

IMAGO iuris Liuio lib. 50. Emancipatio, quæ uenditionis instar obtinet. Prat.

IMAGINARIA coemptio Nonio fiebat, cũ mulier ad maritum ueniens, asses tres & unum, quẽ manu tenebat, ei dabat uelut emendi caussa. Prat.

IMAGINARIA dicũtur in iure, quę non uerè, sed simulatò & dicis caussa fiunt. Hinc Vlpianus in l.16. De reg. iur. Imaginaria, inquit, uenditio non est precio accedente. Idẽ l.4.§.1.ff. de manum. Si seruus ab ignoto emptus sit, postea autem precium suum obtulerit, dicendum erit non esse audiendum. ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria fieret uẽditio, & per fidem contractus inter emptorem & seruum agatur. Hinc Modestinus l. cõtractus, 54.ff. de oblig. & act. Contractus imaginarij etiam in emptionibus iuris uinculum non obtinent, cùm fides facti simulatur, nõ intercedẽte ueritate. Sic l.55.ff. de cõt. empt. l.1.ff. de quæstion. l. 46. ff. locat. l.10. in fin. ff. de acquiren. possess. l.4.ff. de manu. l.49.ff. de action. empt. Hotoman.

IMAGINARIA uenditio, quæ paruo tempore apud emptorem duratura est. l. iiij. §. si ab ignoto. ff. de Manum. unde autem illa irrepserit, Ferrarius pulchrè ostendit in Comment. ad regul. Iur. Ex quibus satis constat, ipsum esse in eis, qui hodie profitentur apud nos iurisprudentiam, rectè intelligendorũ Legalium textuum optimum magistrum. Equidem minore iam desiderio ipse teneor sanctissimi senis Zasij: quod uidetur pares ei hæc ætas, si modò nõ superiores, reliquisse, qui iuris ciuilis rectè tradendi functionem amplecti uelint, & possint: quo tandem longa die, ille malè receptus docendi modus, unà cum spurca barbarie, ut in cæteris disciplinis iá felici successu contigit, penitus profligetur. Sp.

IMAGINARIA igitur uenditio est, in qua nummorum aliquid, specie pretij numeratur, cùm reuera aliud agatur, quàm ut emptio contrahatur. l.55. ff. de contr. empt. l.1.§. diui fratres. ff. de quæstio. l.20. C. de donat. int. uir. Et apud Paul. lib. ij. Sentent. tit. xxiij. Constantinus lib. iij. Epit. ὑποκριτικὴ ἐστι πρᾶσις, ait, ἡ ἐσχηματισμένη καὶ οὐ καλῶς γινομένη &c, ut mox subdit, ἢ τις ἄλλου πραττομένου συναλλάγματος κατὰ τὸ ἐσχηματισμένον παραλαμβάνεται, κατὰ τὸ φανερὸν ὡς πρᾶγμά τι τις καὶ πρόσχημα ἡ πρᾶσις. Quarum definitionum exẽpla profert, quæ illic uide. Eadem ratione & imaginarias eas locationes uocabimus, de quib. in l.46. ff. loca. l.10. in fi. ff. de adq. possess. Imaginarius & ille emptor dicitur, qui nomẽ dumtaxat alienæ emptioni accommodat, nihil de suo impendens. l.4.§. si ab ignoto. & §. siue autem. ff. de manumissionib. l.10. C. de distract. pign. Imaginarium quoque colonum, subiectum quendam coloni loco, qui re uera non cõduxerat, Hermogenia. dixit in l.49. ff. de actio. empt. Imaginarios nuntios dicunt & Impp. repudia non uerè & ex animo, sed specie tantùm & simulatione missa. l.3. C. de repud. Et Imaginarias apochas in l. 2. de annon. & tribut. in Cod. Th. Brissonius.

IMAGINARIA uenditio. Qualisnam esset hæc imaginaria uenditio, quæ in emancipatione requirebatur, nullus hic tradit. Docet autẽ Caius lib. priore Institutionum his uerbis: Itẽ per emancipationem filij sui iuris efficiuntur: sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit, & sui iuris efficitur. Emancipatio autem, hoc est, manus traditio, quædam similitudo uenditionis est, quia & in emancipationibus præter illum, hoc est, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. ergo iste naturalis pater filium suum fiduciario patri mancipat, hoc est, manu tradit, à quo fiduciario patre naturalis pater unum aut duos nummos, quasi in similitudinem precij accipit: & iterum eum acceptis nummis, fiduciario patri tradit: hoc secundo & tertiò fit, quum fiduciario patri mancipat, ac tradit: & sic de patris potestate exit. Quę tamen emancipatio solebat ante Præsidem fieri: modo ante curiam facienda est, ubi quinq; testes ciues Romani in præsenti erunt, & pro illo qui libripens appellatur, id est, stateram tenens, & qui Antestatus appellatur, alij duo, ut septem testium numerus impleatur. Tamen cum tertiò mancipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei à fiduciario patre mancipetur, & à naturali patre manumittatur: ut si filius ille mortuus fuerit, ei in hæreditate naturalis pater, non fiduciarius succedat. Fœminæ, uel nepotes masculi ex filio una emancipatione de patris uel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur. Libuit autem hæc omnia referre, ut facilius intelligeretur modus emãcipationis. nam alij, qui paucioribus uerbis Caij sententiam tradere conantur, non satis illam docere uidentur, neq; differentiam scribunt inter emancipationem masculorum, & fœminarum, nepotumúe. Theophilus & ipse sub hoc titulo pluribꝰ uerbis hęc eadem repetit, illud etiam addẽs, hanc manumissionem fieri solitam Vindicta. Quod pariter tradere uidetur Iustinianus in l. ult. C. de emancip. lib. & in cõstitutione, quæ digni. & Episco. fil. lib. à pat. pot. quũ ait illam imaginariam uenditionem cum iniuriosis rhapismatis fieri cõsueuisse. nam is, qui uindicta manumittebatur, uirga quadam uindicta appellata, percutiebatur, ut docet Acron in Horat. Serm. lib. 2. Saty. 7. quam percussionem Iustinianus rhapisma dixit, à uerbo ῥαπίζειν, quod est uirga cædere, ut scribit Hesychius, & ῥαπὶς dicitur uirga. Quamobrem iure uideri potest deceptus uetus illius Cõsti. interpres, qui colaphis hanc manumissionem fieri putauit, in quam etiam opinionem induxit Accurs. Bal. Alciat. Haloãdrum, & alios omnes, cum tamẽ nusquam eiusmodi emancipationis mentio fiat, quam etiã Accur. se non legisse testatur. Ferrand. libro 2. Explication. in §. præterea. quibus modis ius pat. pot. sol. capitulo 20.

IMAGINARIUM contractum dicimus, nõ in hoc conflatum, ut legitimus sit, sed quod sub eo quasi prætextu aliud habeatur actum: uulgò cõtractus simulatus uocatur, nullumq; obtinet iuris uinculũ. autor Modest. l. contractus imaginarij. de Action. & obligat. Spiegelius.

IMAGINARIA donatio intelligitur, quę fit accedente precio: quòd hæc ex mera liberalitate proficisci debeat. l.j. cum simil. ff. de Donat. Sp.

IMAGINARIA ordinatio, in Aut. Quom. oport. episc. §. j. Spiegelius.

IMAGINATIONEM, phãtasiam, & uiceuersa hanc imaginationem nominari, & eandem esse functionem, quidam arbitrantur: tametsi phantasia expeditior & liberior imaginatione sit. quòd pulchrè declarat Hispanorum doctiss. Viues libro j. de Anima. Spiegelius.

IMAGINEM remanere, origine rei sublata absurdum est, l.j. in princ. C. de Latin. libert. toll. Monuit & Albericus. Spiegelius.

IMAGINES Fumosę. Fuit etiam Ius imaginum apud antiquos, de quo multa Budæꝰ in Pand. quod aliquo ꝑclarè gesto magistratu & honorib. egregiè fun-

functis donabatur à Senatu. Cic. in Pisonem. obrepsisti ad honores errore hominum, commēdatione fumosarum imaginum. Fumosas appellat bene antiquas: Quibus opponūtur subitæ imagines apud Plinium in Epist. pro rerecenti & nuper exorta nobilitate. Neq; ardentius inquit tu pronepotes, quam ego liberos cupio, quibus uideo à meo tuoq; latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus Ni magis placet, subitas interpretari non diu duraturus. Connan lib. 2. cap. 12. numero 8. De iure imaginum uide infra suo loco. Ius imaginum &c.

IMAGINES Deo noluit fieri Numa. Primū enim principium, mentem inuisibilem, & increatam esse censuit. Proinde in centum & sexaginta annis, in templis Romæ simulachrum corporeum nullum extitisse traditur. Quod & Eusebius in libris de Euāgelica pręparatione, ex sentētia Clementis testatur, opinatus eam legem ex Mosi præceptis emanasse. Ex commentarijs Zasianis ad l. posteriorem, de Orig. Iur. At Christianis diuorum imagines, imitationis, non adorationis exemplo proponuntur. Sp.

IMAGINIS, hoc est, simulacri picti legatum, de tabula accipiendum non est. autor Papinian. in l. si imaginem. de aur. & arg. leg. Sp.

IMAM aurem uellere, ueteres dicebant, admonere: à prisco ritu sumpta figura, quo in ius ducturi quempiam, aurem uellicabant attestantes eum, quē quasi testem meminisse uolebāt. Vide Erasmum in Chiliad. & Alciat. in l. subsignatum. de uerbor. significat. Spiegel.

IMBECILLITAS infantiæ, apud Impp. in l. unica C. si sec. nup. mul. ut apud Cic. ætatis imbecillitas. Refertur & ad spiritū & ad corpus, sicut Imbecillus. Spiegelius.

IMBVTI serui artificijs, apud Vlpianum in l. si seruos pignoratos, de Pignor. action. Notum est, Imbuere, etiam instituere, docere, & formare significare. Inde Imbutum literis & moribus dicimus, pro Instituto. In mala quoque re id uerbum usurpamus. Nā Imbuere scelere, odio, ueneno, sanguine, crudelitate, dicimus. Spiegel.

IMBRICES sunt quadræ fornaceæ coctiles, ex accerato, cretaceoque confecti ad tectum scandulare seriatim tegendum, munimentoq; quàm accommodo imbribus arcendis, à quibus amoliēdis, dicti, ut reor, imbrices. Plinius undecimo lib nat. Hist. Follis utiq; linguā esse scribit imbricatæ asperitudinis. Imbricatum Vitruuius intelligere uidetur morsiūculis denticulatis pectinatim deuinctu, sic scribens libro secundo Incerta uerò cementa alia super alia sedentia inter se imbricata nō speciosam, sed firmiorē, quā reticulata præstant structurā. Io. Bap. in comment. Epist. Sidon. Apollina. ad Domitium. lib. 2.

IMITARI, est simile quid facere: Aemulari exēplum, est paria facere, & æquare. Sp.

IMITARI chirographū, hoc est, adulterare, capitale crimen est. Titus Cęsar profitebatur se maximū falsarium esse potuisse: quòd imitatio huiusmodi erat ei facillima. Cæs. Maximilianus symboli sui imitatorem, Erardum à sylua, post amputatam dextram, ultore gladio puniuit, frequenti Curia apud Laureacum. Spiegelius.

IMMANIA lucra, ut Cicero, immanes pecunias, Martian. dixit, in l. per Illyricū. sic autē legendum apud Alberic. C. de Cohort. li. xij. Sp.

IMMANITAS est, quum iudicio atq; ingenio humano abiecto, ferinū sumitur. Extat elegās Iouiani Pontani libellus de Immanitate: in quem scholia scripsimus. Spiegelius.

IMMATVRVM, olim propriè de fructib. aut frugib. dicitur, cum ante tempus decerpuntur colliguntúrue. Vlpian. Si oliuam, inquit, immaturam decerpserit, uel segetem desecuerit immaturam, uel uuas crudas, Aquilia tenebitur. in l. si seruus seruum. ad Leg. Aquil. Spiegelius.

IMMATVRA mors est, quæ ante extremam senectutem accidit. autore Cicerone in libr. de Senectute. Spiegelius.

IMMATVRA uirgo in l. 25. ff. de iniur. l. 32. §. si quis sponsam. ff. de donat. int. uir. Et apud Paul. lib. j. Sentent. tit. xiij. id est, nondum uiripotens. l. 1. §. impubes. ff. de S. C. Silania. l. 38. §. qui nōdū. ff. de pœn. l. 65. ff. de donat. int. uir. Sueto in Tiber. cap. lxj. Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas esset uirgines strangulari, uitiatæ priùs à carnifice. dein strangulatæ. Quod & Tacit. lib v. narrat. Tertullia. etiam in lib. de uirginib. uelandis immaturè compressam dixit, quæ antequam uiripotens esset, corrupta est. Dicitur autem immatura uirgo ante duodecimum annum, metaphora ducta à fructibus, à quibus & acerbam uirginem eodem sensu dixit Varro Agathone, ut est apud Nonium. Maiores, ait ille, nostri aures uirginis acerbę uenereis uocabulis imbui noluerunt. Huic contraria est matura uirgo & uiripotens ac nubilis. Et, ut Virgilius ait,

Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.

Horatius in 3. Odar.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura uirgo.

Hanc ὡραίαν Græci uocant, Gellius uertit tempestiuam. Immaturam quoque siluam, & oleam dicimus, quæ intempestiuè cæditur. l. 18. ff. quod ui, aut clam. l. 17. §. si oliuā. ff. ad leg. Aquil. l. 48. in fi. ff. de usufr. Br.

IMMENSVM, quod prę magnitudine mensurari non potest. Immenso mercari, immensum preciū, immenso plus, obseruatæ ab eruditis locutiones.

IMMERITA gratia, q̄ nō debetur illi cui refertur.

IMMINVERE maiestatem. Cicero: Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus Pop. Rom. tradidit. Inde læsæ maiestatis, & imminutę autoritatis crimina. de quibus Bud. in prioribus Annot. Sp.

IMMINVERE uirginitatem, pro eo quod est, uitiare uirginem. Sp.

IMMISCERE, uerbum est proprium eorum hęredum, qui sui sunt: cùm hæreditatem suam amplectuntur. Cum enim non aliunde accedant, sed in familia sint, Adire non dicuntur, sed Immiscere. l. impuberibus, 11. & l. cum bonis, 87. ff. de acquir. hæred. l. 3. §. suo, l. 7. §. non solum. ff. de minorib. l. 8. & l. 10. C. de iur. delib. Hot.

IMMISCERE igitur suorum hæredum est, Adire extraneorum: eaq; sententia distinguuntur in l. 6. §. si filius, ff. de bon. lib. l. 7. §. restitutus. ff. de minorib. Hotomannus.

IMMISSVM dicitur, quod ita immittitur, ut in alieno requiesceret. unde & seruitus tigni immittendi nomen sumpsit. Proiectum autem est, quod profectum extra parietem, uel ædificium, nusquam conquiescit: qualia sunt mœniana & suggrunda. Alciatus de uerbor. significat. Connanus lib. 4. cap. 9. numero quarto. Corrasius ad l. si intercedat. numero 2. ff. de seruitut. Dupliciter autem immitti in meum potest. Aut enim directò, aut ex obliquo immittitur. Prior immissio fit uel cōnexim: ut cum trabes, tigna,

tignaq; in parietem, in murum meum immittuntur: aut appensim, seu proiectitiè, dum protecta suggrũda in ædes uicini immittimus. arg. l. malũ. §. inter. de Verb. signif. Ex obliquo immittitur, utpote si ex ædificio meo fornax iuxta parietem tuum posita, fumum emittat, uel fistulæ aquam, aut balnea humorem. de qua immisione Iurisc. disseruit in l. sicuti. §. Aristo. de Oper. nou. nunc. & in l. quidam Hyberus. l. fistulam. ff. de Seruit. urban. præd. Cætera pete ex Zasianis Intellectibus. Sp.

IMMITTERE, pro eo quod uulgo subornare aliquem dicimus. Spieg.

IMMITTERE Fenestras uid. Fenest. immittere.

IMMITTUNTUR etiam quæ non imponuntur: ut cloaca, stillicidiũ, aqua, flumẽ, l. 1. ff. de cloac. l. 1. §. item sciendum, ff. de aq. & aq. pl. l. 8. ff. quemad. seruit. amitt. Hotoman.

IMMO, coniunctio, quæ apud ueteres significabat, prsus, quasi ex infimo. Nũc uerò significat, quin potius. l. Lucius, immo Pamphilus. Vim eius in j. Cõsti. C. Bartolus indicat. Modò corrigit, modò addit, modò copulat, modò continuat. l. immo. de Leg. j. l. Stichus. ff. de Manũ. test. l. immo. ff. de Liber. caus. Vide Albericum. Spieg.

IMMO etiam pro ademptione ponitur in testamentis. Idem dici potest in tutelis, in legatis & in fideicommissis. Cuia. ad Africanum tracta. 4. nu. 53.

IMMOBILIA dicũtur inuadi, mobilia uerò rapi §. penult. Instit. ui bono. rapto. & gl. in l. j. de condit. triticaria.

IMMODICA, seu (ut uocãt) immensa donatio uisa est olim ultra ducentos aureos, deinde usq; ad trecentos permissa: tandẽ ad quingentorum aureorum quantitatem extenditur. l. sancimus. in prin. l. data. l. secũdũ. & l. si quis. in fin. C. de Donation. Sp.

IMMODICO precio uendere, & non uendere, eadem sunt. l. non dubium. in fin. de Legat. iij. Sp.

IMMOLITUS, inædificatus. Verbum hoc usurpatur in lege Peducea de Limitibus, Ne quis eos limites decumanos obsepito, néue quid in eis immolitum, neue quid ibi positum habeto. Item apud Liuium lib. 39. Aquam publicam omnem in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt, & quæ in loca publica inędificata, immolitáue priuati habebát, intra dies 30. demoliti sunt. Ho. uide Inędificata.

IMMORARI, est multum temporis insumere.

IMMORTALITER, pro perpetuò.

IMMUNES & liberæ ciuitates, quæ nullũ uectigal pendunt. Vide l. ult. ff. de Censib.

IMMUNIS, qui nullo fungitur officio, liber ab onere publico, qui uel ætate, uel alio priuilegio pręstare munia non tenetur. Autor Festus. Immunem item uocant Latini, quem ἀσύμβολον Gręci, nempe eũ qui nihil confert ad conuiuium. Sp.

IMMUNIS res. Dubium nõ est, quin res immunes, liberas, & ab omni onere obligationeq; uacuas appellauerint ueteres. Idq; ex Saluiano satis potest intelligi, qui sic de prouidentia Dei lib. 4. scribit. Ecce enim remedia pridẽ nõnullis urbibus data, quid aliud egerunt, quá ut cunctos diuites immunes redderent, miserorum tributa cumularẽt: ut illis demerentur uectigalia, istis ut adderentur noua? Immunibus rebus, res munes contrariæ sunt. Nam cũ sic in Mercatore Plautus scriberet: Dico eius pro meritis gratum me ac munem fore: nonne idem est, ac si dixisset, pro eius meritis illi me obligatum agnosco? Quamobrem, quod de re caussa uectigalis muni scribit Papinianus, hoc rectissimè interpretabimur: Si unus ex plurib. hæredib. rẽ caussa uectigalis munẽ, hoc est, rẽ uectigalis causa, fisco obligatam surripiat, ideo portiões cæteris nõ auferri: quòd dolũ, fraudẽ & furtum unius ex cohæredibus redũdare in aliorum cohæredum perniciem ac detrimentum nõ sit æquum. uerum surripientis portio non dubium est, quin fisco applicetur. Atq; ita quidem mihi uidetur. Ræuard. uarior. lib. 3. cap. 2.

IMMUNITAS, exemptio & uacatio munerum & onerum. Nam munus etiam onus significat, quod cum remittitur, uacationẽ militieq; munerisq; præstat. Connanus lib. 5. cap. 9. nu. 2. Lege elegãtes Tractat. de Vac. & excus. mun. & de Iure immunit. Cum quis olim apud Hebræos duxisset uxorem, donabatur ei immunitas unius anni ab omnib. muneribus. Sicut hodie quoq; pleræq; ciuitates hunc honorem rectè præstãt matrimonio, ut primo anno exemptionem habeat onerum publicorum. Sp.

IMPAR matrimonium Vlpiano F. pho. titu. 16. quum maior quinquagenario minori quinquagenario nubit. Eo alludens Apuleius lib. 6. Asini. aur. Iã faxo, ait, nuptias non impares, sed legi simul, & Iuri ciuili congruas. At Boethius in Topicis impar matrimonium uocat, cũ ciuis Romana peregrino, uel seruo nubit. Prat.

IMPAR matrimonium etiam illud dicitur, cũ is qui adhuc est ad generandum habilis, nubit ei, quæ pariendi tempus excessit aut contrà. Namq; eiusmodi nuptiæ non ualebant. sane quidem impares dicebãtur, & si qui inde nascebantur liberi, matris nõ patris conditionem sequebantur. Idcirco non excusabant à pœna legis Papię, neq; tribuebant ea priuilegia quæ maritis concedebantur. At Iustinianus instituit ut etiam istæ nuptiæ legitimæ essent, & ius mariti præstarent, ex quo iustum fuit, ut si qui prouenirent liberi, quamuis ista hac ætate rarò accidát, legitimi essent. &c. Connanus lib. 8. cap. 1. nu. 6.

IMPATIBILE, quod ferri non potest, siue tolerari. Incompatibile, uox à barbaris ficta.

IMPEDIMENTA, dicũtur sarcinæ, quę necessariæ ad usum uitæ feruntur. ueluti quæ arcis (in Reyßtruhen) muli, aut hippoperis, equi uehũt. Hipporeras Seneca appellat culeum scorteum, quo uestes, aliaq; eiusdem generis in equo uehuntur. Itali uulgò, quos nos sequimur, Vallisiam appellant. Sp.

IMPEDITUS is dicitur, qui pedes habet intricatos & ita alligatos, ut progredi non possit. uide supra Expedire. Connanus lib. 9. cap. 5. nu. 8.

IMPENDIA litis, sunt in litem facti sumptus. l. 46. §. litis. ff. de procuratorib. l. 8. §. ultim. ff. rem rat. hab. Impendia ualetudinis, impendia cibariorum, in curationem ægri exhibitionemúe serui factæ expensæ. l. 45. ff. de usufruct. l. 18. §. possunt. ff. commodat. Bris.

IMPENDIOSUS, qui plus æquo impendit & consumit quàm par est.

IMPENDIUM, Varro De lingua IV. sic exponit: Compendiũ, quod cum compenditur, unà fit. à quo usura quòd in sortem accedebat, impendiũ appellatũ: quæ cum accederet ad sortem, ex usu usura dicta, ut sors quod suum fit sorte. Et lib. 5. Ad hoc pecunia, quæ in fœnore, sors est, impendium quod inter se iungat. Apparet ex his, impendium esse pecuniam quę impenditur alicui ut fructum afferat. Cicero ad Attic. VI. Itaq; ut tutela cogito me abdicare, aut, ut pro Glabrione Scæuola, fœnus & impendiũ recusare. Sic Impendium dicitur quod in agro seritur. Idem in Bruto, Seremus igitur aliquid, táquam in

in inculto & derelicto solo: quod ita diligenter colemus, ut impendijs etiam augere possimus largitaté tui muneris? modò idé noster animus efficere possit quod ager, qui cum multos annos quieuit, uberiores afferre fruges solet. Quæ cùm ita sint, uidendum in illo loco libri De senectute, ecquid aptius legeretur IMPENDIVM, quàm IMPERIVM. Habent enim rationem cum terra, quæ nunquam recusat imperium: nec unquam sine usura reddit quod accepit. Impendium autem Zeno Imp. Græcus ἐμφύτευσιν in Iure ciuili appellauit. Hot. Impendium præter uulgarem significationem usuram (ut iá dictú) significat Varroni & Ciceroni, ut non malè ad l. Titium §. altero ff. de administr. tut. cum usura non cópendium dicitur pupillo præstandum, dixerit quis, Impendium præstandum non compendium. Significatur etiam eo nomine munus, licet personale sit, non patrimoniale, id est, sine ulla gerentis impensa l. 6. ff. de legation. In impendijs legationum, quæ solo ministerio obeuntur. Martialis. Impédijs uitá principis adnumeres. Cuia. obs. lib. undec. c. 36. prope fin.

IMPENSÆ funebres, omne æs alienú excedút. l. penult. ff. de Relig. cum simil. quę ab Alberico citátur. Spiegelius.

IMPENSARVM quædam sunt necessariæ, quędam utiles, quædá uero uoluptuariæ: Necessariæ hę dicuntur, quę habent in se necessitatem impendendi. l. 1. ff. de impens. in res dot. Et, ut Paul. ait, quę si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. l. 79. ff. de uerbor. signific. Quibus ferè uerbis & Vlpia. easdem impensas definiuit Institut. titul. vj. Idé etiam lib. v. Regular. Impensas necessarias esse ait, quibus non factis dos imminuitur: ueluti aggeres facere, flumina auertere, ędificia uetera fulcire, itemq; reficere, arbores in locum mortuarum reponere. l. 14. ff. de impens. in res dot. Cibaria ergo mancipijs dotalibus data, item modica ędificiorum refectio & agrorum cultura, in specie necessariarum impensarum sunt, quamquam his dos ut alijs impensis, quæ extra tutelam necessariam fiunt non minuatur, cùm res dotales uir suo sumptu tueri debeat. l. penult. & ult. ff. de impen. Alia exépla colligi possunt ex l. 1. l. 2. & l. 3. & l. 4. ff. de impés. in res dot. l. 7. §. ult. ff. sol. mat. l. 49. ff. de hæred. petit. l. 8. ff. de pigner. act. Vtiles impensæ sunt, quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem esse non sinant, ex quibus reditus mulieri adquiratur. l. 79. ff. de uerbor. signific. uel, ut Vlpia. in Institutio. ait, quibus non factis quidé deterior dos non fuerit, factis autem fructuosior effecta est: ueluti si olíueta, uineta, arbusta, pastina, stercorationes fiant. l. 14. ff. de impens. in res dot. l. 39. ff. de petit. hæred. l. ult. ff. de pact. dot. Voluptariæ siue uoluptuosæ sunt, quæ speciem duntaxat ornant, nó fructum augét. Quibus omissis neque deterior res fieret, neque factis fructuosior sit: ut sunt uiridia, picturæ, tectoria, balnea. d. l. 79. & l. 14. in fi. ff. de impens. in res dot. Et Vlpia. in Institutio. Et Gaius in l. 39. ff. de petit. hæred. Impensum precium pro magno Liuius dixit. unde & impensè aduerbium Bris.

IMPERANTES quod Alphenus ægrotos uocat: non immerito uideatur nouum: sed eam rationem habuit, quod ægri medicis quodammodo imperant, quos accersiri iubent: quibus omnia uerbis quidem & specie condonant medici, iratos placant, uitæ desperantes consolantur, recusantibus non instant, sed cedunt ad tempus. pòst blanditijs eos alliciunt & nihil non ad eorum gratiam loquuntur aut faciunt. Quod si etiam ista dirigemus ad ueritatem, certè nó alij sunt medici, quam ministri quidam atq; adiutores naturæ, cui omnibus in rebus parere & obedire debent. Deinde cósideratione hoc quoq; dignú est, quod apud Romanos, medicinę qui dabant operam, aut serui erant aut liberti, libertinæq; conditionis homines. ea ars neq; liberalis neq; ingenuo homine digna habebatur. At Mercenariorú omniú hodie apud nos is est loquendi modus, dum significare uolunt, à nemine se uocatos fuisse ad operas: dicant nemo mihi quicquam hodie imperauit. Nonnulli tradunt imperátes dictos esse Alpheno ægros, quasi parentes, quod medicis parere debeant, & eo sensu dictum illud Ciceronis ad Pœtum interpretátur: Nempe ades ad imperandú uel ad parendú potius, Sic enim antiqui loquebantur. At mihi uidetur notare Tullius morem ueterum, qui quem sibi regé creassent, his illum uerbis admonebant officij & diligentiæ suæ ut meminisset, Se non tam ad imperandum uocari quam ad parédum. Paret enim & seruit suis, quisquis est uere rex & regio dignus nomine. Affertur in eandem sentétiam Sallustij locus Iugurtha inquit ubi armis uirisq; & pecunia spoliatus est dum ipse ad imperandum Tisdium uocaretur, rursus cœpit flectere animum suum. Sed ego mendum esse suspicor, legendumq; ita: ad imperatorem Tisdium uocaretur. Aut si nihil de antiqua lectione mutare permittitur, ita locum hunc explanandum esse arbitror. ut uocatus sit Tisdium ad imperádum, id est ut imperaret, & Tisdium regeret ut eo nomine persuaderetur ad ueniendum. quasi non seruiturus sed ibi regnaturus: aut uero ad audiendum & intelligendum, quod sibi erat imperandum &c. Cónanus lib. 2. cap. 8. numero 2.

IMPERANTES in l. 26. ff. de oper. liber. passiuè accipiédum autumat A. Alciat lib. 7. parerg. c. 13. pro ijs qui parét. quod improbat F. Duarenus lib. 1. Disput. c. 54. aitque actionis sensu accipi, qui hac de re disputat fusissimè.

IMPERATOR olim dicebatur etiá post bellú, dux exercitus, re feliciter gesta: scilicet referens hoc honoris nomen, quoniá optimú militiæ suæ exéplú dedisset. Idé obseruabatur ijs, q fœderis feriédi prouinciam utiliter expediuissent. De hoc enim Plinius accipi uult lib. 7. c. 26. dú laudes Pompeij recésens: Toties, ait, imperator, ante quá miles. Cice. Philipp. 4. Faciam igitur, inquit, ut Imperatores, instructa acie, solent, quanquam paratissimos milites ad præliandum uideant, ut eos tamen adhortentur. Nunc uerò nomen Imperatoris translatú est ad significandam sacrosanctam Romani Principis dignitatem, ut in Titulis Iustiniani Cæsaris & nostrorum Principum maximorum. Prat.

IMPERATOR, Pater patriæ, Augustus, Pontifex. Max. à Senatu Populoque Rom. appellabatur. Hic delectum faciebat, milites conscribebat, pecunias colligebat, hostibus bellú indicebat, &c. Alciatus de Magist. Rom. Veteres scriptores honorificétissimè locutos esse de Imperatoribus satis indicat Tertullianus in de Corona Militis, & ad Scapulá. Quin & ætate diui Hieronymi obseruatum est, tantam etiamnú Imperatorú autoritaté fuisse Romæ, ut illorú literis, Oriétis atq; Occidétis Episcopi Romá cótraherétur, ac nó potius Rom. Pontificis: præsertim, cum Costantinus iam Syluestro cessisset Imperium. At pòst, iam prouectioribus rebus Christianis, parcius loquuntur posteriores Scriptores. Pighius, mirus adsertor potestatis Papalis, contendit Imperiú nostrum, quod autoritate Ecclesiastica cœpit in Carolo

rolo magno, magis legitimum esse, quã illud uetus, quod cœpit in Iulio: atque perinde pẽdere ex Rom. Pontificis iudicio: non cõtrà. At moribus nostris receptum est, iam olim Imperatorem uerum fieri, qui Septemuirorum Germaniæ, quos Electores uocamus suffragijs, Cæsar, hoc est, Romanorum Rex designatus est. ut latius apud Ligurinũ indicauimus, libro ij. Huic communi calculo doctores uniuersum orbẽ de iure subijciunt. l. deprecatio. ad Legẽ Rhod. de lactu. Ab eis tamen Alciatus discedit in l. cunctos populos. C. de Sum. trinit. indicans, si quandoq; Imperatores orbis dominos se appellent, id uel per hyperbolen accipiendum esse, uel eorum dictis minimè credendum: quia in causa propria olim nomen Imperatoris, qui causa gerendi belli eligebantur, re bene gesta, consequebantur. adnotauit C. L. Cantiunc. in Procemium Institut. Ciceronis Philipp. ult. & Valtur. aliquanto copiosius. Eratque etiam olim Cæsaris nomen atque dignitas sublimior, quàm imperatoris, ut Leon. Aretinus ostendit. Porrò, de Electorum institutione, lege, si uacat, quę annotauimus ad diction. Librum. Appellantur autẽ Imperatores Augusti, quasi religiosa ueneratione ac obseruatione digni, & bonis augurijs admodum profuturi Romanæ ditioni gubernandæ: sicut ubique in Titulis Iustiniani, & apud Iurisconsultos intelligendum est: non ab augendo, ut Accursius, totius antiquitatis ignarus, comminiscitur, teste Oldendorp. Quo uerò Imperatores à Cæsaribus & Augustis distent, annotauit in Tacitum Alciatus, & noster Rhenanus. Sed obseruandum: eum, quem uetustiores Cæsarẽ dixere, nos Regem: & rursus, quẽ illi Imperatorem, nos Cæsarem compellare. Videtur autem mihi Iustinianus id prænominis retinuisse: quòd hoc quinq; Principes Constantinopolitani, continua serie eum præcedentes, usurpassent: quod uel priuatis licet ut docet Glos. in l. facta. §. si in danda. ff. ad Trebell. & constat per eos, quos citat non paucos autores Neuizanus. Fl. Val. Martianus. Fl. Val. Leon. Fl. Val. Zenon. Fl. Val. Anastasius. Fl. Val. Iustinus, cui nepos ex sorore Iustinianus succeßit. Opinatur & doctißimus undequaq; Alciat. Imperatores Oriẽtis Flauij prænomen solitos sibi addere ob Cõstantini magni memoriam, qui huiusmodi fuit prænomine: uerùm id, ut moris est, ante nomen adscribebant: ut cum dicitur, Flauius Iustinianus Cæsar. Vnde quod sequitur in Iustiniani titulo (quem nobis restituit primus idẽ Alciat.) non Flauius, sed Slauius est, à Slauis barbaris deuictis: quos uerisimile est ueteribus fuisse Basternas. De his populis uide Ioachim. Vadianũ eruditißimum & singulare ætate nostra decus in nunquam satis laudato opere, cui titulus est, Epitome trium terræ partium. Satis autem constat, parentes Iustiniani obscuro loco ortos. Nec ignorandũ, quòd Impp. Ludouicus eius nominis 1. cognomẽto Pius, Henricus primus, Otho itẽ primus, si Alberico credimus, sedulo uenerandę antiquitatis scrutatori, cesserunt priuilegio Romani Pontificis eligendi: quod illi propter Schismaticos, Imperio cõtulerant: quod tamen (ut utar ipsius Alberici uerbis) facere nõ potuerunt in præiudicium Imperij & successorũ. Nec hic tantum uir ille, de Imperatoris autoritate sentit egregriè. Obiter admonendum hic putaui, Ludouicum Regem Germanię, Imperatoris Arnulfi filium, cui in Imperio succeßit, nonnullis alioqui eruditißimis uiris, contra fidem historiæ accipi, qui Veronę captus à Berengario, cęcatusq; fuerit. Siquidem hic Ludouicus Italis solo nomine Augustus, obijt anno Salutis noningentesimo duodecimo. hoc autem Ludouico cognomini, unde error irrepsit (iusta summi Dei uindicta) accidit, filio Bosonis: qui Caroli Calui necessarius fuit. Nam is post defunctum Cæs. Ludouicum, quòd ille maternus eius auus fuisset, adductus spe Italici regni, Augustique nominis, sub annis Imperij Cæs. Chonradi primi Ostrofranci, ex genere masculino Caroli magni, apud Gernanos postremi, in Italiam contra Berengarium transcendit: à quo prælio uictus, uita tamen donatur, ea lege, iureiurando firmata, ut Italicis rebus deinceps temperaret. Sed quum uix ille annum conquiescens, contra iurisiurandi religionem hostis repeteret Italiam, à Berengario iterum captus, luminibus priuatur, anno quarto ab excessu dicti regis Ludouici Augusti: cui Italici Annales imperatoris nomen detrahunt, quòd Rom. Pont. non est diademate cinctus. Sp.

IMPERATOR. apud Iustinianum in Nouellis græcis est αὐτοκράτωρ. Ita aũt posterioribus temporibus Imperator dictus est Princeps Romanus. Olim uerbum erat castrense & militare, quo dux exercitus post aliquam insignem uictoriam donabatur à militibus. ut cum Pompeius in Africa superasset Domitium. Scipio in Hispania reijciens oblatum regis nomen, testatus est, id quod alibi magnum erat, Romæ exosum & intolerabile esse sibiq; maximum uideri nomen Imperatoris. Dion. lib. 33. pluribus uerbis explicat, quomodo Iulio tributa sit appellatio αὐτοκράτορα q̃ & ad successores pertineret, sicut & Cęsaris nomen. Bald. in procemio 5. Institu. Adde Brechæum l. Princeps. in tit. de uerb. & rer. signif. nu. 3.

IMPERATOR patrum loco est his, qui sibijpsis opem ferre nequeunt. Nou. Vt qui se res minor. oblig. §. fin. Const. lxxij. Olden.

IMPERATOREM Deus propterea instituit: ut difficilibus se rebus interponeret, & leges ad naturę uarietatem attemperaret. Nouel. Quomodo instrũ. §. Quoniam uerò. Constit. lxxiij. Olden.

IMPERATOREM litis causa hęredem institui, inuidiosum est. Nec enim calumniæ facultatem ex principali maiestate capi oportet. ff. de hære. inst.

IMPERATOREM nostrum cùm dicit Vlpianus, Antoninum Caracallã intellige, ut ex collatione l. 1. & l. ult. ff. de censib. & l. 1. §. 1. ff. de suis & legit. l. 2. §. ult. ff. ad Tertyl. & l. 3. ff. de don. int. uir. liquet. Sic & in l. 43. ff. de iur. fis. l. 1. & l. 2. ff. de pollic. l. 5. §. 1. ff. de publ. iud. l. 1. §. pen. ff. de calumniatorib. l. 1. §. in honorarijs. ff. de uar. & extr. l. 1. §. hi quibus. ff. de legat. lib. 3. & aliàs semper, ubi Vlpianus, Imperator noster cũ patre suo, ait, Seuerum & Caracallam accipe. Eosdem Impp. Papinia. optimos maximosq; principes suos uocat in l. 16. §. 1. ff. de his quę ut indig. l. 30. ff. de excus. tut. l. ult. ff. de accusatio. coniuncta eum l. 3. ff. de re milit. Idemq; Seuerum solum, optimum maximũq; principem appellat l. 7. & l. 8. ff. de uacat. mun. l. 17. ff. de quæstionib. Bris.

IMPERATOREM, nemo tãtæ est auctoritatis, ut nolentem poßit ad conuocandos Patres, cæterosque proceres coarctare. Nou. de app. §. ad hęc sancimus. Consti. 23. moueri tamen potest. ibid. Old.

IMPERATOREM non pudet suam ipsius legẽ corrigere, nec expectare, dũ ab alijs corrigatur. Nouel. de ijs qui nup. iter. §. uetustas planè. Const. 22. & Nouella. ut frat. fil. succedãt. in prin. Cõsti. 127. Old.

IMPERATORIS non est, liberorum conditionem in seruilem commutare statum. ibid. §. illud etiam quod. Prat.

IMPERATORIS nomen stante Repub. ijs solis

lis tribuebatur, qui, cùm suis auspicijs exercitum ducerent, aliquot hostiũ millia in acie ceciderant. tum enim repentè acclamatione militũ eo nomine decorabantur, lauream q; tum in fascibus, tum in literis quas Romam mittebant, usurpabant. Vt autem perpetuum Imperatoris nomen alicui tribueretur, primùm Iulij Cęsaris exemplo factum est, quem Suetonius scribit Imperatoris prænomen perpetuum, & cognomen Patris patrię à Senatu accepisse. Ex quo intelligi potest, ueterum consuetudinem eo inmutatam fuisse, quòd cùm illi cognominis loco Imperatoris titulum ascriberent, ueluti Cn. Pompeius Imperator, C. Cęsar primo loco, tanquã prænomẽ illud sic usurpauit: IMP. C. IVLIVS CAESAR. Qua de re scripsi copiosè in tit. Institut. Hot.

IMPERATORIS nomẽ præponitur instrumẽto iure Ciuili. Nouel. ut præpon. nom. Imp. bona fide recitauimus in scholijs Ligurianis. li. vj. & ix. quã indignabundè tulerit Rom. sacerdos Adrianus eius nominis quartus, quòd nulla nõ heroica uirtute prçditus Friderichus j. nomen suum Pontificio præposuerat. Constit. diui Cæs. Maximil. quæ anno à nato Seruatore, M D. xx. promulgata est apud Agrippin. Coloniam, & meo iudicio politiore stylo digna fuisset, proximum locum in Nouell. à Constit. de Tabellionib. meretur, disertè præcipit, ne ut hactenus neglectum est, in locis sacri Imperij nomen & annum Augusti, aut Cæsaris in conscribendis instrumentis omittat. Spiegelius.

IMPERAT princeps ciuibus suis, pater liberis, præceptor discentib. tribunus, uel centurio militibus. Seneca lib. j. de Clementia. Sp.

IMPERANDI uerbis quomodo præterea utamur, uide infra Iubere &c.

IMPERFECTVM, nondum absolutum & perfectum. Hinc imperfectum testamentum, pro non iure factum. Paul. de Leg. iij Ex imperfecto testamento, ait, legata uel fideicommissa imperatorem uindicare, inuerecundum est: decet enim tantæ maiestati eas seruare leges, quib. ipse solutus esse uidetur. Sp.

IMPERIA iusta uetus lex statuit, hoc est secundum naturalem rationem uera, & in omnibus Reip. partibus absoluta, receptaque à sapientissimis hominibus communi consensu, quibus proinde uelut bonorum morum ac instituendæ uitę parẽtibus, ciues libenter pareant, non tam metu pœnarum, quã honestatis amore. Hęc omnia. n. sub appellatiõe huius uerbi, Iusta, compræhendit Lex. Interim reijciẽs plenè Tyrannidem, quæ neque diuturna est, neque felicem habet exitum. Veteris illius legis uerba hæc sunt apud Ciceronẽ: IMPERIA IVSTA SVNTO. Hæc lex ad uarios articulos porrigi potest. Oldendorpius. & Prat.

IMPERIALEM fortunam rebus humanis Deus ideò præposuit, ut possit omnia, quæ nouiter cõtingunt, & emẽdare, & componere, & modis ac regulis competentibus tradere. Conib. ff. j. §. sed quæ diuinæ. Prateius.

IMPERII fines nullo mõ cõmodius possunt ꝓpagari, quã si defendantur subditi in libertate iuris sui, si nõ grauentur contra moderatã politię ordinationem. Contràquoque, nulla est amittẽdi imperij perniciosior occasio, quã premere subditos, eripere fortunas eorũ cõmentitio prætextu, miscere fas & nefas. Exemplũ nobis ob oculos posuit Deus Romanam rempub. Illa enim principatum orbis, liberalitate magis, quàm armorũ ui partum tãtisper obtinuit, donec à subditis amari, quã metui maluit. cũ autẽ libertatem eorũ nouis expilationibus grauare cœpisset, cõsilijs Senatus extra iuris formam ad priuatas ambitiones distractis, sublata est maiestas, decusque eius imperij. Prat.

IMPERITI. Cicero appellare solet eos hac uoce, quos uulgus Simplices uocat: nostri tales doli expertes censent. l. si quis id quod. §. & alij. ff. de Iurid. om. iud. Spiegel.

IMPERITIA, Cai⁹ ait culpę annumeratur. Vnde colligunt Interpretes, quòd perinde est, quispiã per imperitiam peccet, aut dedita opera. utrolibet enim pacto culpam contrahit, & pœna fit dignus: ut sic discat quisq; prius officium, aut artem quã exerceat: ne hoc suo intelligere atque exercere faciat, ut nihil tandem intelligat, & temeritatis suæ pœnã rependere lege cogatur. Exemplum habes ad hanc rẽ aptissimũ in l. qua actione. ad fi. l. idẽ Iuris. ff. ad Leg. Aquil. & §. imperitia. Instit. de Leg. Aquil. l. illicitas. §. sicuti medico ff. de Offic. præsid. ubi rhetorico epiphonemate Iuriscos. Quid enim, inquit, tam contrarium est consensui, quàm error, qui imperitiam detegit: hoc est, inscitiam, ignorantiam. Spieg.

IMPERITIA priuatorum, Iurisdictionis formã immutare nõ potest. Vlpia. in l. si filia nupta. in prin. ff. Famil. ercisc. Spiegel.

IMPERIVM generaliter pro magistratu accipitur, ut amittere imperiũ dixit Papinianus, & deponere imperium, Vlpianus. quod Pomponius dixit abdicare sese magistratu. Balduinus tit. de perp. & temp. action.

IMPERIVM, potestas. Hinc cum imperio esse, dicebatur apud antiquos, cui nominatim à Pop. Rom. dabatur imperium. Cũ potestate esse, dicebatur de eo, qui à populo alicui negocio præficiebatur: teste Festo. Quod autem Iuriscõs. de Iurisd. om. iud. Imperium ait, est gladij potestas: hoc non est de fabrili gladio, seu, ut Logici loquuntur, materialiter accipiendum: sed ἀλληγορικῶς, de iure puniendi facinorosos homines. Spieg.

IMPERIVM aliud merum dicitur, aliud mixtũ. Merum Vlp. appellat, quod ad publica iudicia pertinet, ac ꝑinde ꝓpriũ eorũ est, qui ea iudicia exercere possunt, siue in urbe, siue in prouincia: ut Quęsitorũ in urbe, & Præfecti urbi, ac Præfecti prætorio: in prouincijs Præsidum, Proconsulum, Proprætorum. Merum autem iccirco nominatur, quòd à iurisdictione secretum, purum, & uacuum sit: nõ quòd nemo qui merum imperium habeat, iuris etiam dicendi potestatem habere possit. nam in prouincijs quicunque merum habet imperium, is etiam iurisdictionem habet: in urbe uerò Quæsitores rerum capitalium merum habent duntaxat, omnisque iurisdictionis expers. Sed cùm de imperio disputatur, siue de uno aliquo magistratu agatur, siue de diuersis, id quod ad capitalium rerum administrationem pertinet, ab eo quod rerum priuatarum proprium est, secernendũ est. Mixtum autem dicitur, quod ad utrasque res, & capitales scilicet, & priuatas pertinet. hinc Vlpianus Mixtum est, inquit, cui etiam iurisdictio inest: quæ, ut in l. 1. dixerat, ad bonorum possessiones dandas, tutores pupillis, iudices litigatoribus constituẽdos pertinet. Quapropter intelligitur usqueadeò aliud esse imperium, aliud Iurisdictionem, ut neque quicunque imperium habet, Iurisdictionem habeat, neque rursus quicunque iurisdictionem habet, imperiũ habeat. nã quæsitores qui merũ in urbe imperiũ habent, id est rerũ capitalium quęstiones, exercent, ius de priuatis rebus non dicunt. Quęstores autem,

Magistratuum in prouincijs comites (de quorũ officio Vlp. in l. imperium. disputat, ut ex inscriptione licet intelligere) item legati Procõsulum, iurisdictionem rerum priuatarum habent, imperium autẽ propriè nõ habent. cùm enim q̃d imperãt, ueluti cũ possideri iubent, aut pignora capi, alieni potius, quam sui imperij ui ac potestate hoc faciunt: nimirum eius cui summum imperium in prouincia tributum est. Atque hæc quidem ita se habent. Verùm illud simul intelligẽdum est, Iurisdictionis uerbum ab Vlpiano in d.l. imperium, strictè & angustè usurpari, pro ea quæ ad priuatas res duntaxat pertinet: cùm satis constet, etiam ad rerum capitalium iudicia, & omnia denique Magistratuum acta ac decreta pertinere. quod ex uno Asconij loco licebit intelligi. nam ubi de Scauri iudicio repetundarum loquitur, ita scribit: Cato Prętor iudicium, quia æstate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus in forum quoque sic descenderat, iusq; dicebat. Itẽ Colum. lib. 12. Quod nunc scilicet faciunt magistratus, assidua iurisdictione uim legum custodientes. Hot.

IMPERIVM. Sciendum est duo Imperij uerba apud Liuium, aliosq; contineri: potestatem uidelicet exercitũ habendi, & belli gerendi. quod Plutarch9 in Cicero. ubi de hac re loquitur, dixit: στρατιώτας τρέφειν, καὶ πόλεμον ἐκφέρειν ἀνεῖναι, &c.

IMPERIVM minus Prætor, Consul maius habebat, ut Gellius ex Tuditani sententia scribit. Et uerũ est, Prætores iurisdictionem, id est, imperiũ non merũ, iure magistratus exercuisse, licet S.C. Turpill. animaduertendi potestatem de nece domini, specialiter tributam, egissent. Ex Salomon. Sp.

IMPERIVM populare est, cùm summa potestas penes populum seu plebem censetur, nihilque nisi eorum scitu & nomine fieri potest: qualis sæpe fuit Romæ, abdicata prorsus omni patrũ autoritate. Et eo tempore facta fuerunt plebiscita. Hæc species politię fere semp degenerare solet, ut uulgus autoritatẽ suã conferat ad augẽdam potentiã tenuiorũ ciuiũ contra optimates, sub prætextu defendendi: unde tandem seditiones nascũtur, & multa mala. Nostro tempore in rusticis horribile uidimus exemplũ. Aristoteles appellat talem ambitionem imperandi, & corruptum statum, δημοκρατίαν.

IMPERIVM Ammiano Marcell. est cura salutis alienæ. Huius finis est salus, & utilitas, obediẽtia. Vide Platonem in Politicis. Prat.

IMPERIA in Basilicis προστάγματα sunt. Cuia. obseruat lib. 10. cap. 13. post princip.

IMPERTINENTES positiones, aliàs Articuli, aliàs Assertiones, aliàs Capitula, aliàs deniq; Positionales articuli. sic enim id genus scriptum dicitur. c. ult. in prin. c. pręsentiũ. §. testes. de Confess. lib. sexto, c. causam quæ. ij. & c. ex parte. de testibus dicuntur, quorum probatio nihil adiutura sit intentionẽ actoris. Dominicus in d. c. ult. Impertinentes articulos diffinit eos esse, qui ad causam prorsus nihil faciunt: aut si prima fronte utcunq; aliquid facere uideantur, ad ius tamen relati, nullum habent probationis effectum. l. ampliorem. C. de Appell. Sp.

IMPETRABILIS dies, in quo quis quid facilè impetrat & obtinet.

IMPETRATA uenia fieri. Lege, Venia ætatis.

IMPETRARE actionem, quoniam partes eam certis uerbis à Prætore petebant, dicebantur. Interrogabat enim, An sibi ea de re iudicandi potestatem facerent? Ipsiq; se facere respondebant: sicq; iudiciũ accipiebatur, id est, lis contestabatur: deponebãtq; in æde sacra sportulam, in qua pecunia erat, quã qui uicisset, lucrabatur: ea pecunia Sacramentum dicebatur. Inde est apud M. Varronem & Ciceronẽ: Sacramento uincere. Ex Alc. Spieg.

IMPETIGINES, pustulæ pruritu corpus infestantes: quarum genera quatuor Corn. Cels. lib. 5. describit. Hinc Impetiginosus, impetigine affect9. Vlpianus l. 6. §. 1. ff. de ædil. edict. Trebat. ait, impetiginosum morbum non esse, si eo membro, ubi impetigo esset, æquè rectè utatur. Hot.

IMPETVS, inuasio cum tumultu. Hinc Impetũ facere in aliquem, & in bona & fortunas alicuius, pro inuadere, & adoriri.

IMPETVM sustinere. Caius ad L. Aquil. idẽ dicetur, ait, etsi propter infirmitatem sustinere mularũ impetum non potuerit. Sp.

IMPILIA leguntur apud Vlpianum in l. 25. §. 1. ff. de aur. arg. opinor, pro fasciolis quibus mulierum crines alligantur: quasi ad pilos pertinentes. Fasciæ, inq̃t, crurales, pedalesq; & impilia uestis loco sunt: quia partem corporis uestiunt. Varro Testam hanc fasciolam appellat. Hot. Vlpianus in l. argumento ff. de aur. & arg. leg. ait impilia uestis loco esse. Plinius lib. 19. cap. 2. esse laneam naturam, ex qua impilia uestesq; quædam cõficiuntur. sic habent manuscripti: male impressi, mapalia. Impilia uocat, quæ δ. περὶ φυτῶν Theophrastus, ex quo illa sumpsit πίλια. An igitur fasciæ pedules & impilia idem? pedules sic dicũtur, ut pedula auctore Festo, quæ Græci πέδιλα uel πίλια. Cuia. obseruat. & emendat. lib. 5. cap. 11.

IMPIVS est qui nullos omnino deos esse credit, aut de eorum ipsorum quos credit deorum legitimo cultu sciens prudensq; detrahit quæstus sui causa. ut quod superstitiosus timore, impius plærunq; pro lucro suo faciat, &c. Connan. lib. 3. cap. 1. nu. 3.

IMPLERE intentionem, petitionem, exceptionem Iuriscons. est probare quod intendimus, petimus, excipimus, l. 21. C. de rei. uind. l. penult. §. 1. ff. de except. rei iud. l. 19. in princip. ff. de exceptio. &, Implere probationes, d. l. 19. Quinetiam, præcisè plerunque, & imminutè Implere intentionem, uel probationem, l. 1. & 23. C. de probat. l. 5. C. de non nu. pecu. Implere cautionem l. 24. ff. de usufruct. leg. Impleri quoque usucapio dicitur, quæ perficitur l. 12. §. factæ. ff. de captiuis. l. 7. ff. de usucap.

IMPLICITVM libertatis casum, l. fi. ff. si ex nox. caus. aga. adnexum interpretatur illic Accurs. Vide ibi reliquos interpretes. Bris.

IMPLORARI iudicium, & cognitio dicitur, id est, desiderari l. 7. uers. planè. ff. de hæred. petit.

IMPLORARI edictum, id est, beneficium edicti. l. 1. §. fi. ff. ut in poss. lega. Bris.

IMPLERE promissum, quod Barbari dicunt, Tenere suam promissionẽ. Plinius Iunior: Impleui promissum, priorisq; epistolæ fidem exolui.

IMPLICITVS casus libertatis, apud Paulum l. fin. si ex noxal. caus. Sp.

IMPLVVIVM, cohortem, plateam, hypæthriũque, quæ ueteres distinctè dixerunt, unico nomine per translationem Aream appellari posse, doctissimo Alciato uidetur in explicatione l. fundi. de uerb. sig. Spiegelius.

IMPLVVIATVS color, pullo similimus: dict9 uelut fumato stillicidio impluuius: eundem & esse qui Suasus, Insuasusúe uocatus est, Thyles. tradit. Spiegelius.

IMPONERE iniurias, pro facere, dixit Cicero Actione in Verrem sexta. Sp.

IM-

IMPONERE leges, id est, conditiones. ut apud Ciceronem. Spiegel.

IMPONERE plagam, pro eo quod est, facere, idem pro P. Sestio dixit.

IMPONERE tributum dicitur Princeps, quando subditos imperio cogit ad dandas pecunias, tributum, milites, & id genus.

IMPONERE uectigal. Syluius in orationē Cic. pro M. Fonteio, scribit ita usitatum uulgò esse, ut uectigalia noua appellent Impositiones. Sp.

IMPONERE est decipere: unde & deceptores, impostores, & impostura, deceptio Vlpianus digestis de Crimine Stellionatus: Si quis imposturam fecerit aut collusionem in necem alterius, stellionatus potest appellari. Mendum est apud Vlpianū Iureconsultum digestis de uarijs & extraordinarijs cognitionibus: Non tamen si incantauit uel imprecatus est, ut uulgari uerbo inpostorum utar, exorcizauit. Tu scribas uelim impostorum. Martialis.

Hoc fortuna placet, Posthumus imposuit.

Ioan. Bapt. in commēt. Epist. Sidon. Apollina. ad Papam Græcum lib. vij.

IMPORTAT, pro irrogat, infligit, apud Martianum, in l. ictus fustium. ff. de his qui not. infam. Sp.

IMPORTATA, propriè pro inuecta, illata, usurpat Iuriscos. in l. j. de Migr. Sp.

IMPOSSIBILE accipiendū est, quod uel iure uel facto fieri non potest, Baldo. Quære, Difficile est illud. Cuius contrarium est Necessarium. in l. Non quidquid. de Orig. Iur. Hinc argumentatio per locū ab impossibili. De quo uide elegantissima Topica Cl. Cantiunc. Obseruatum scio, Possibile, & impossibile, Ciceroni in usu nō fuisse: quę tamē uerba post modum finxit, aut certè admisit necessitas. Rhodiginus ait, Impossibile non latinum uerbum malè feriatis uidetur: quo tamē utitur Boetius: non reformidat cum Iureconsultis Quintilianus lib. v. Sp.

IMPOSSIBILE est, cui natura uel lex impedimento est, quominus existat. Atque ita impossibilē condicionem definimus, quæ per rerum naturam existere non possit. Paul. lib. iij. Sentēt. tit. iiij. §. si impossibilis. Instit. de inutil. stip. l. 15. ff. de condicio. Instit. quæ interdum Greco uerbo ἀδύνατος appellatur. l. 20. ff. de cōdic. Instit. l. 104. §. 1. ff. de leg. lib. 1. Cui cōtraria est Possibilis condicio. l. 3. ff. de statulib. l. 16. ff. de iniusto, rupt. Sed & quę factu difficilia sunt, pro impossibilibus plerumque haberi Cic. in Partitio. scribit, & probatur ex l. 4. §. puto. ff. de hæred. institut.

IMPOSSIBILE præceptum iudicis habetur, cui pareri per rerum naturam nō possit. l. ult. ff. quæ sent. sine appell. Briss.

IMPOSSIBILITAS duplex est, altera naturę, altera uerò legis. l. si stipuler, ut id fiat. ff. de uerb. obl. Olden. Adde Cuia. in d. l. si stipuler & l. ult. ff. eod.

IMPOSSIBILIS cōditio tribus modis potest dici: primo natura, ut si cœlum digito tetigeris. §. si impossibilis. Instit. de inutil. stipul. item de iure, ut si patrem ab hostibus non redemeris, uel parentē non alueris: quia ea quæ sunt contra bonos mores, nec facere nos posse ius præsumit. l. filius. ff. de condit. inst. Item de facto, ut si montem aureū dederis. gloss. in. §. impossibilis. Instit. de hæred. instit. Est & quędā quarta impossibilitas propter perplexitatem, ut in l. si Titius, & ibi Bart. in summario. ff. de condit. inst. Io. Bello. Etymol.

IMPOSSIBILE, & difficile propemodum nō distant. Vlpianus ff. fami. ercisc. Si familiæ ercisc. inquit, uel communi diuidundo iudicium agatur, & diuisio tam difficilis sit, ut penè impossibilis esse uideatur. Oldendorp.

IMPOSSIBILE dicitur illud, quod per solum principem explicari potest, ut not gl. in l. cōtinuus. §. cùm quis. ff. de uerb. oblig. Panor. in repet. cùm esses. uersi. item quia rerum. de testa. Old.

IMPOSSIBILIS stipulatio dicitur siue ipsa per se sit huius modi, siue conditio ei adiecta. Connanus lib. 6. cap. 4. num. 7.

IMPOSTORES, dicuntur deceptores, & qui fallunt præstigijs quibusdam. ab imponendo, id est, decipiendo, dicti. Vlp. de Aedil. edict. l. Ob quę uitia non gulosos, inquit, nec impostores. Hinc Impostura, deceptio: & Imponere, pro decipere. Idem lib. de Crim. stellion. L. stellionatus. Item si quis imposturas fecerit. Nebriss.

IMPOSTVRA, ab eo dicta, quòd adulterinas merces pro ueris supponat. Vlpian. de Crim. stell. Si quis imposturam fecerit, aut collusionem in necem alterius, Stellionatus potest appellari. Vide suprà, Fallacia. Spiegelius.

IMPOTENS dicitur plerumq; in malam partē, ut nō sit idem quod debilis, & imbecillis: sed qui nō potēs sui, nec suæ potestatis est, Impos apud priscos dicebatur. Spiegelius.

IMPOTENS postulatum, pro improbo, & uiolento accipitur: quod propriè tyrannorum est. Sp.

IMPOTENTIA coeundi est uitium uel defectus naturalis, uel accidentalis, quo quis impeditur alteri carnaliter cōmisceri. Ita accipitur in tit. de frig. & malefic. & imp. coeundi. Io. Bello. Etymol.

IMPOTENTIAE uocabulum, licet ad eos plerunq; referatur, qui sibi nequeunt temperare ab impetu uiolentiaq; animorum, etiam nihilominus pro imbecillitate uolunt quidam à Terentio usurpatum in Adelphis. Iustinianus non permittit, ut uxor statim diuertat à marito propter impotentiam: sed elapso triennio, si nihil emendatum fuerit hoc malum, quoniam uxor reuera non fuit, quæ non cōsensit in uirum impotentem. §. per occasionē quoq; necessaria. in Aut. de Nupt. Dicitur etiā immodica, intolerādaq; potentia: sicut & Impotens tyrannus, & Impotens Fortuna, pro nimium potens. Sp.

IMPRECARI propriè mala dicimur.

IMPRAESENTIARVM. sic legi debere cōiunctim, Catanæus contendit: alij tamen interdum In præsens, & ad præsens. Vlp. ferè semper Impræsentiarum. Nam de Tabul. exhib. Quid enim, inquit, si occultatæ tabulæ postea prolatæ sunt, cur noceat ei qui respōderit, quod impræsentiarum ei uidebatur? Idem: Tempus enim ei dandum est, si non potest impręsentiarum exhibere. Hic autem de tempore alio, quàm præsenti melius intelligitur: Tusano teste, in Annot. ad Budaic. Epist. Sp.

IMPRESSIONEM facere, hoc est, impetum & incursionem facere.

IMPROBA lis in l. 10. ff. de iudic. l. 8. §. meminisse. ff. de inoff. test. Et Improbus litigator. l. 2. §. quòd si actor. C. de iureiur. propt. cal. §. hæc autem. Instit. de pœna tem. litig. Bris.

IMPROBARE testamentum, ratum & firmum non tenere. Contrarium, Approbare. Sp.

IMPROBA merx, uel iniusta, in qua nō est lucrū.

IMPROBE dicere testamētū inofficiosum. Vide Vlp in l. Papin. §. meminisse aūt. ff. de inoffic. test. Sp.

IMPROBE ergo est cōtra bonā fidem. l. 12. ff. de transact. l. 17. ff. de euictio. l. 12. §. ex causa. ff. de interrog. in iur. fac. l. 31. ff. de rei uind. l. 41. ff. de pig. act. Br.

IMPROBE, mala mente. l. 6. §. sed si quis. ff. de negot. gest. Briss.

IMPROBVM testamentum, Ciceroni falsum, & calumnijs plenum. Spieg.

IMPROBVS appellari solet, qui fidem uiolat, nõ ignorãs quantũ deberet soluere c. 51. de re iud. c. 31. de rei uind. Certè qđ in litib. moretur asiduè do lo malo. Festus enim autor est Ordinariũ hominẽ di ci solitum Scurram & improbum, qui asiduè in litibus moraretur. Siq; improbitatis huiusmodi nomine, aut à Censore notatus, aut expressa lege iudiciis que pronuntiatione damnatus esset, non improbus solum, sed etiam intestabilis erat, ut est apud Gelliũ lib. 15. cap. 13. & lib. 7. cap. 18. Eoq; sensu bellum enar rans Iugurthinum sic de Metello scripsit Sallustius: Improbus intestabilisq; uidetur Metellus, postquã de rebus uaccæ actis comperit. Et tunc quidem nec eius recipi, nec ei dici testimonium poterat cap. 26. de testamentis cap. 21. de testibus. Porrò quem Iurisconsulti improbum uocant & intestabilem: eum intestabilem & sacrum appellat Horatius Serm. lib. 2. Sat. 3. his uerbis, Intestabilis & sacer esto: non ignorans hominem malum & improbum ueteribus sacrum dici, quemadmodum à Festo traditum est de uerb. signif. lib. 16. Ræuard. l. Non potest improbus uideri. ff. de Regul. Iuris.

IMPROBVS est, qui bonã fidem nõ adgnoscit, ueluti qui bis idem petit. l. 51. ff. de re iudic. Bris.

IMPROBVS non est, qui ignorat quãtum solue re debeat. l. 100. ff. de diuers. reg. Bris.

IMPROBVS est, qui de uiui hæreditate sollicitus est. l. 2. §. interdum. ff. de uulg. & pup. l. 27. §. à patre. ff. ad Trebellia. Bris.

IMPROLIS dicitur esse ἀφῆλιξ μόνον πολιτικός. Huic congruenter Festus: Improles, qui nõdum est adscriptus in ciuitatem: & Victorinus Afer, Improles, qui nõdum uir est. Cuia. in expositio. No. Iustin. 5. de Monachis circa med.

IMPROPERARE, est crimen, uel aliquid aliud obijcere. Spiegelius.

IMPROVISVM debitum. l. ult. §. j. C. de Iure de lib. Alberic. Spieg.

IMPRVDENS emere dicitur, qui bona fide emit. l. 24. §. 1. ff. de act. empt. l. 20. §. si cum me absente. ff. de neg. gest. l. 38. ff. de rei uind. l. 31. §. 1. ff. si cert. pet. Brissonius.

IMPRVDENS pro ignorante ponitur in l. penult. §. mulier. ff. ad Velleia. Et Damna fatalia imprudentibus accidere dicuntur, id est, nihil tale opinantibus & præter spem ac cogitationem. l. 52. §. damna. ff. pro soc. Briss.

IMPRVDENTIA est quum scisse aliquid is qui arguitur, negat, si Donato credimus enarranti illud Terentij ex Eunucho, Dono mihi dedit imprudens harum rerum omnium. Imprudens per se est, Ignarus per alios. Imprudẽtia eligere, est quod uulgò dicitur per inaduertentiam & inscitiam, quæ non excusat passim, teste Paulo, qui in l. nam & Seruius. §. fin. ff. Negoc. gest. ait: Qui imprudenter aliquem ele gerit ad aliena negocia, is quidquid detrimenti electus negligentia sua fecit, præstat. Sp.

IMPRVDENTIA peccare, Iustinianus de iudi ce qui litem suam fecerit loquens: Et utiq;, inquit, peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiã ideo uidetur quasi ex meleficio teneri. Tit. v. lib. iiij. Instit. in prin. Spieg.

IMPVBEREM appellat Iurisconս. minorẽ xxv. annis: Puberem maiorẽ. l. impuberibus. de Acquir. hæredit. Vtrunque pariter impropriè, teste Apello. Est autem propriè

IMPVBES, uel impuber, qui xiiij. annos non explenit. S. C. Syllaniano torqueri non debet, sed terreri tantum. Veruntamen impuberes ab anno septimo, usq; ad annum sesquiundecimum, proximi censentur infantiæ: similes planè furioso & infanti, quãtum ad delinquẽdi adfectum attinet. Quia huius ætatis pueri, bonum & malũ non adhuc possunt discernere, adeoq; intellectu carent. §. pupillus. Instit. de Inutil. stipul. Ab anno sesquiundecimo, usq; ad annum decimumquartum, impuberes cẽsentur proximi pubertati, & doli capaces: ideoq; & furtum & iniuriam admittere possunt. l. pupillum. in princ. ff. de Reg. Iur. l. impuberem. ff. de Furt. cũ simil. Et hæc ita se habent in masculis. Nam fœminæ intra duode cimum ætatis annum censentur impuberes, nec ma trimoniũ rectè contracturę. instit. de Nupt. in princ. nec testamentum rectè facturæ. §. præterea. Instit. Quibus non est permiss. fac. testam. Attamen impuberis est ministerium, si fortè uel librarius, uel nomẽ clator, uel calculator sit, uel histrio, uel alterius uoluptatis artifex. l. ut iurisiurãdi. §. dabitur. ff. de Oper. li bert. Spigelius.

IMPVDICÆ mulieres sunt siue in lupanari siue in taberna, caupona, aut scena pudori suo non parcant. Cuia. in expositio. No. Iusti. 51. de mulieribus scenicis, in prin.

IMPVLSOR, qui incitat & impellit ad aliquid faciendum.

IMPVNE, sine pœna, sine damno uel periculo. l. qui seruũ mihi ex stipulatu ff. de Verb. oblig. Bald. tex. huius l. singularisimum esse dicit. Spieg.

IMPVNITA iniuria, ob quam nullum sumptũ est supplicium.

IMPVNITAS, licentia, uenia, libertas. Plinius cap. j. libr. xxix. Medicoq; tantùm hominẽ occidisse, impunitas summa est. Sp.

IMPVTANDI uerbum duobus modis accipitur in titul. ad leg. Falcid. Imputari enim primum est in quadrantis computationem uenire. Et ita in Falcidiam imputari id dicimus, quod hæredi ad quartã explendam computatur. l. 19. l. 91. cum alijs multis. ff. ad leg. Falcid. l. 26. ff. de bon. libert. l. 44. ff. de solutio. Interdum in Falcidiã imputari dicitur, quod Falcidiã patitur. l. 1. §. itẽ si ita legatũ. ff. ad l. Falcid. Bris.

IMPVTARE, pro subducere rationem. Vlp. in l. j. §. de seruis quoq;. de Tut. & rat. distrahen. & util. cur caus. act. Præterea, si matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo, imputare non posse: sed est uerius, nõ nisi perquam egenti dedit, imputare eum oportere, de largis facultatib. pupilli. Hoc est, quod uulgo dici tur, deducere in suis rationibus. Sp.

IMVS pes, extrema pars pedis.

I N

IN præpositio locum, situm, & sedem significat: sicut Ex, ortum & initium causamq; rei significat. ut Romanus cum est apud Persas, non in ciuibus, sed ex ciuibus est Romanis: Et res nostra quã nõ possidemus nõ in bonis, sed ex bonis esse dicitur. Sic, cognoui ex literis aut in literis tuis, dici potest utrunque rectè, sed non eodem sensu. In literis cognoscitur, quod in eis est scriptum: ex ipsis cognoscitur, quod ex scripro intelligitur, uel coiectura quadã ex scripto ducitur, ut id neq; in literis habeatur, neque sit extra literas. Et Cicero ad Atticum. ueterem ex literis tuis complexus sum, id est propter literas tuas, & ea, quæ de illo ad me scripsisti. Si dixisset in lite-

literis, hoc uoluisset significare, cum legerem literas tuas, cõplexus sum animo ueterẽ. Idem apud eundẽ Ex eo die Septẽtriones fuere uenti, id est, ex eo die non destiterunt perflare. Et rursus. Futurus sum extra urbẽ, ex Idibus Ianuarijs, significat discessum aliquot dierum suum ab urbe, cuius initium erit ab Idibus Ianuarijs. Si dixisset eo die uenti fuerunt, aut idibus Ianuarijs futurus sum extra urbem, significasset illo die uentum fuisse, aut se abfuturum, &c. Connanus lib. 3. cap. 2. nu. 10.

IN præpositionis elegans usus apud Latinitatis autores. de quo Gellius. Non semper obseruatur in dispositionib. Legalib. De ea plurib. nec omnino ociose Alberic. Vide infrà Licentia. Spieg.

IN dictione uti solent Iurisconsulti, cùm nihil in speciem determinant, ut: Iurare in litem: agere in factum: Vertere in rem. Sicut ex diuerso, cùm determinatam significare uolunt formam, uti solent dictione EX, ut: Ex eo facto actionem nasci. l. 1. ff. de actio. & obligat. Ex lite aliquid probare uel iuramento adserere. Hæc omnia euidẽter adparent, si bene perpendas, ex l. uideamus. in fin. & l. seq. item ex l. tutor rem. ff. de in lit. iurand.

IN acceptum ferre opus publicum faciendum, apud Macrum in l. 7. ff. de leg. Iul. repet. est perscribere in codice operum locatorum, opus illud esse ex lege, id est ex pactione redemptionis locationisque perfectum. Id quod lex Iulia fieri prius uetabat, quàm opus perfectum ac probatum esset. Hot.

INANIS & nulla constituitur actio propter inopiam aduersarij l. 1. ff. de dolo malo. Hinc poeta:

Sexte nihil debes, nil debes Sexte, fatemur.
Debet enim si quis soluere, Sexte, potest.

Item propter exceptionem. l. lecta. §. penul. ff. si cer. pet. l. Stichum §. aditio. ff. de solut. l. si dari stipuler. ff. de uerb. oblig. l. quàuis. §. Marcellus. ff. ad Velle. Cuia. ad l. eleganter. §. quasi nulla actio. ff. de dolo malo.

IN annos singulos, hoc est, pro singulis quibusque annis stare usumfructum, quo modo sit accipiẽdum, Iustinianus explicat in l. ambiguitatem. C. de usufruct. Spieg.

IN annos singulos, quibus in Italia erit, exponit Iurisconsult. in l. Iulianus. §. cum quoque. ff. ex quib. caus. maior. Spieg.

IN annum, in spacium unius anni.

IN assem uendere, idem quod in solidum uendere. Modest. l. 9. ff. quib. mod. pig. Titius Sempronio fundum pignori dedit, & eundem fundum postea C. Seio pignori dedit: atq; ita idem Titius Sempronio & Seio fundum eundem in assem uendidit, quibus pignori antè dederat in solidum singulis. Sic rem soli ex asse possidere, cui opponitur Pro parte, apud Macrum in l. penult. ff. qui satisd. cog. Et in assem creditoribus satisfacere, cui opponitur In aliquid, l. 1. ff. de separat. Hot.

INAVRIS, quod à Græcis dicitur enotion, ornamentum est ex auribus fœminarum dependens. Plaut. in Menæch. Inaures da mihi faciendas, &c. Vlpian. de aur. & argent. legat. l. argumento. Item l. pediculis. Nebriss.

IN autoritate esse alicuius, est ei obtẽperare. Dicitur & in potestate. Cõsules fuerũt in patrũ potestate. Sp.

IN bonis est, quod superest deducto ære alieno. l. 1. ff. de cess. bon. Item in bonis, pro in dominio esse, Iurisconsultus usurpat in l. si idem. ff. pro derel. Sp.

IN bonis meis esse dicuntur, etiam iam raptę res. tex. in l. ij. §. ij. l. in hac actione. uers. si fugitiuus. ff. ui bon. rapt. Et ex hac l. colligitur discrimen inter Ex bonis, & In bonis, iuncta l. rem in bonis, de acquir. rer. dom. Spieg.

IN bonis tantum alicuius seruus est, uelut hoc modo, Si ciuis Romanus à ciue R. seruum emerit, isque traditus ei sit, neq; tamen mancipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. nam quamdiu horum quid fiat, is seruus in bonis quidem emptoris est, ex iure Quiritum autem uenditoris est. Hot.

IN caducum parietem inclinare, quid sit, exponit pulchrè Roterodam. in Chiliadibus.

IN capita, in singulos, singulatim. Liuius libro ij. ab urbe: Extulit eum plebs, sextantibus collocatis in capita. Id est, quisque collocauit sextantem, & cõtulit. Sic apud Iustinianum tit. j. libr. iij. Instit. Conueniens esse uisum est nõ in capita, sed in stirpes hęreditatem diuidi. Itaq; succedere in capita, est pluribus qui sunt eiusdem gradus, hęreditatem in æquales partes dispescẽdam, i. diuidendã competere, Zu gleichem teyl erben. l. post consanguineos. §. hęreditas. ff. de suis & legit. hæred. Imp. in Aut. de hęred. ab intest. uen. §. si uerò neque fratres. uers. si autem plurimi. Sic fratrum filij inter se non aliter, quàm in capita succedere debent. Et hoc suadet æquitas naturalis, ne, qui sunt conditione & gradu pares, ad lucra possessoria impariter nulla iusta ratione uocentur. Qua de re effuse tractat Zasius in Intellectibus & responsis suis, absurdam indicans hanc collectionem: Fratrũ filij patruo extãte, inter se in stirpes succedunt, ergò simpliciter in stirpes succedũt. Nã qualitas succedendi, in antecedente & consequente uariat. Stirpalis enim succesio filiorũ fratrũ cum patruo, ex qualitate priuilegij nititur, quæ in solis fratrũ filijs nõ est recepta. Sic Azo præceptor Accursij, benè & rectè docuit: cuius sentẽtiam discipulus, ut Glossis probauit, ita in responsis, seu consilijs, ab eo discessit. Sed palàm est, & quæstũ & lucra, iudicium sæpe fallere. Imp. noster statuit ꝑ opinione Azonis, Nerelio Procãcellario, Chuõrado Peutingero, Matthia Heldo, Hieronymo Veho, Vuolfgango Brantnero, Nicolao Ribizeno, tũ multis alijs doctis uiris, eiusmodi constit. reuocandam magis, quàm sanciendam nobiscum sentientibus. Suam interim Accursiani, ut communem, mordicus tenebant. Id æquitatis cùm amãtiori, tum patrono strenuo Zasio, quòd & res ipsa erat, ab uno scilicet Accursio, qui sæpe numero labitur, pendere: Constitutionibus interim ęquitate, litera naturaque posthabitis uidebatur esse grauissimum. In stirpes uerò succedere, est liberos parentum suorũ partem hæreditatis adipisci, quam ipsi superstites adsecuti fuissent. Hæc succesio stirpalis, quæ & parentalis uocatur, rectè à melioribus interpretibus iuris esse priuati dicitur. Siquidem Imp. in d. Aut. §. sed & ipsis. manifestè uoluit, quòd fratrum filij nullo alio casu in locum parentum succederent, quàm ubi cum eorum proprijs patruis uocarẽtur. Imp. uerba sic habent: Quandoquidem, inquit fratris & sororis filijs tale priuilegium dederimus, ut in priorum parentum succedentes locum, soli (in tertio constituti gradu) cum his, qui in secundo gradu sunt, ad hæreditatem uocentur. Nam aliàs iure communi à succesione excludebantur. Igitur qui uel consulunt, uel iudicant, pari inter se existentes gradu, cuiusmodi etiam sunt relicti duntaxat nepotes. §. si quis igitur, uers. in hoc enim ordine. Iure proprio tutos, in quacunque succesione, in stirpes succedere debere, non modò contradicunt ueritati, ut Zasius ait, inuictę, apertissimisque texti-

bus fulcitæ, sed etiam naturalem æquitatem tollunt. Dent ergo manus hac in parte Accursiani, & cum Sulpitio Iurisconſ. in gratiã redeãt: hoc eſt, ut ille, ad æquitatẽ omnia perpẽdãt. Vide infrà, Legitima. Sp.

IN Capitolium aſcendere, formula eſt conditionis apud Iuris noſtri cõſultos peruulgata, quam ex triumphãtium more deductam arbitror: quaſi quis dicat, Si triumphans in Capitolium aſcenderit. Cicero Verrina 7. At etiam qui triumphant, eoque diu tius uiuos hoſtium duces ſeruant, ut his per triumphum ductis pulcherrimum ſpectaculum fructumque uictoriæ populus R. percipere poſsit: tamen, quum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, idemque dies & uictoribus imperij, & uictis uitæ finem facit. Atque hæc quidem olim ſic ſcripſeram. Nunc audio me à quibuſdam bonis uiris hac de re accuſari, quaſi conditionem illam quæ libera & poteſtatiua eſt, fortuitam faciam. Lepidos homines: quaſi uerò qua quicque ſententia primùm dictum ſit, eadem ſemper uſurpetur, neque alias ad res transferri poſsit: ut quod de Capitolio, triumphi reſpectu quondam dictum ſit, id poſtea ad quotidianam Capitolij aſcẽſionem traduci nequeat. Hot.

IN caput alterius torqueri, eſt in alterius diſcrimen, uel alterius periculo torqueri. Vlpianus in l. 1. ff. de quæſtionib. Neque ſerui in dominorum, neq; liberti in patronorum caput torqueri debent. quod idem ſcribit in l. 2. 3. & 10. §. poteſt. Cicero autem plane in dominum dixit & in Miloniana, & Cæliana, & in Partit. De noſtrorum, inquit, maiorum inſtitutis: qui cum de ſeruis in dominos quæri noluiſſent, & cet. Hotomannus.

IN caput præcipitari, pro exturbare ædib. (noſtri dicunt, Die Stäg zeygen) uel potius quem funditus perdere eſt: Gar umbſtürtzen. ut de præoberatis dicitur. Spiegelius.

IN cautam deſcendere. Lege, Subſcribere.

INCERTI appellatio duplex. Eſt enim quoddã, quod etſi nobis incertum eſt, in rei tamen ueritate certum eſt. Aliud aũt, quod nõ nobis tãtum, ſed per ſe quoq; ſimiliter eſt incertũ. Prioris exemplum eſt in l. hæc uenditio. §. Huiuſmodi. ff. de contrah. empt. Alterius incerti ſpecies eſt in l. quod tamen §. Pomponius. ff. de arbitris. Vide ſup. in uoce Certum.

INCOLA eſt qui in aliquam regionem domiciliũ ſuum cõtulit. l. pupillus §. incola ff. de uerb. ſignif.

IN commiſſum cadere eſt alicubi aliquid uehendo, uectigal non ſoluere. de quo tractat titu. C. de uectigal. & commiſsis. Prat.

IN commune redimere, uide Iulianum in l. ſi cõmuni. ff. de Seruitute præd ruſti. Sp.

INCONCILIARI eſt idem quod accuſari, inſimulari, in conciliũ uocari. Plautina dictio: quẽadmodũ inforari, apud eundẽ in forũ uocari. cui tamẽ ſubeſt inuerecũdi, nubilis & inprætextati uerbi ſignificatio. Io. Bap. in comment. Epiſt. Sidon. Apollina. ad Rioch. lib. III.

IN conſilium ire dicuntur iudices, cum aut capita conferunt, aut interiore conſilio inſtrumẽta litis percenſere aggrediuntur. Sp.

IN continenti, locutio eſt Iuriſconſultis familiaris: idem ſignificans, quod ſine ulla temporis intermiſsione, è ueſtigio, extemplò, cõtinuò. Vlp. l. 23. §. 2. Quod ait lex, In continenti filiam occidat, ſic erit accipiendum, &c. Scæuola l. 135. §. 2. ff. de uerbor. oblig. Deinde in continenti inter utrunque conuenit, ut intra Calend. & cet. Hot.

IN creditum ire dicitur, non qui rẽ ſuam, ſeu certam ſpeciem uindicat, ſed qui in perſonã agit, ut ſibi ſatis fiat. l. procuratoris. §. pen. de Tribut. tametſi per Prolepſim ſimpliciter pro credere accipiatur plerũque. ut in l. ij. §. mutui. ff. Si cert. ſeruo inuito. §. fi. ad Trebell. Lege, Credere. Adi Oldendorp. explicantẽ l. ij. ff. de Rebus credit. Action. xvij. Claſſ. iiij. Sp. Alphenus l. In naue. ff. locati. duo hæc: in creditum ire, & dominiũ retinere, tãquã cõtraria inter ſe opponit.

IN creditum poſsidere dicitur, qui in poſſeſsionem pignorũ debitoris, ex decreto Prætoris miſſus eſt. l. à diuo. §. ſi pignora. ff. de Re iud. Sp.

IN damno non uerſari, apud Vlp. in fin. l. quæ utiliter. de Negoc. geſt. Sp.

IN diem, & longam dilationem, & ſpacium unius diei tantum notat: quod Accurſius non animaduertit, clara Vlp. uerba, in l. iij. de Procur. futili interpretatione obſcurans. Spieg.

IN diem & ex die: utriusq; enim idem conceptionis ius eſt, ut uult Ferretus. tit. de uerb obligat. uiuere, idem quod, ex tempore uiuere, neq; habita dierũ aut horarum ratione. Eraſm. noſter in Chiliad. ſignificãtiùs interpretatur: ut in diem uiuere, ſit præſentib. rebus contentum uiuere, atque ex parato, minimè ſollicitum de futuris: additque, eiuſmodi uitam ceu feliciſsimam omnium probaſſe Chriſtum. Sp.

IN duplum ire, Cicero in ea pro Flacco dixit, opinor, pro ſponſionem facere alterius tanti, quanti lis eſſet: Frater meus, inquit, decreuit, ut, ſi iudicatũ negaret, in duplum iret. Hot.

IN æquo eſt, dolor amiſſæ rei, & timor amittendæ, autor Seneca, quẽ Lucas à Penna, antiquus celebrique nomine Doctor habuit in parato: Sp.

IN ea cauſſa eſt. h. e. ſic cũ eo habet. l. 3. ff. de inior.

IN ea cauſſa eſt, id eſt, in ea ratione iuris uerſatur. l. 1. §. ſi quis ita ff. de uerb. obli. Old.

IN ea cauſſa eſt, h. e. in ea conditione negotiorum uerſatur. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. Old.

IN eadẽ cauſa eſſe, uerbũ eſt Iuriſcos. Vlp. Si quis quemquam in iudicio ſiſti promiſerit, in eadem cauſa debet ſiſtere: id eſt, in eodem ſtatu, & eadem conditione. Caput eſt l. xj. ſi quis caut. Sic Paul. l. ſeq. Non uidetur in eadem cauſa ſiſti: Quære, Siſtere in eadem cauſa. Spieg.

IN facili, & in difficili eſſe, pro facile uel difficile cognitu atque explicatu. Tryphon. l. in confirmando, 8. ff. de conf. tut Quod in facili eſt, ſi pater proximo mortis tempore non iure tutores ſcripſerit. Scæuola l Gallus, 29. §. ult. ff. de lib. & poſth. Ille caſus in difficili eſt, ſi filium habeas & nepotem, &c. Hot.

IN facto poſitam eſſe quæſtionem iuris, id eſt, ius definiendum eſſe ſecundum circumſtantias facti. l. ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquiliam. Old.

IN factum agere ferè dicimus eum, qui in totam facti ſeriem experitur, nulla ſpecialiter introducta ex facto perſequendi formula. Olden.

IN factum actiones dicuntur generales perſequẽdi formulæ, quaſi cõceptæ in totã ſeriem facti, quod ſpecialem non habet nuncupationem. Old.

IN familia retentus, qui in poteſtate manſit. l. uentre ff. de adquir. uel amit. hæred. Olden.

IN fide alicuius eſſe, idem eſt quod, feudum tenere ab aliquo. Fides enim auxiliũ, & tuitionem ſignificat. Budæus in l. Herennius. de Euict. Sp.

IN folle offerre, apud Calliſtrat. in l. cum ſeruus, de cõdit. & demonſt. accipit Eraſmus pro eo, quod erat, inexploratẽ, inexplicatẽ & confuſẽ: ſicut qui ſyngraphas & pecuniam ſacculo incluſas offert. Sp.

In formula cretionis hæc uerba erant, In centum diebus. quæ sic accipienda sunt, ut centesimus dies contineatur. l. j. §. intra. ff. de success. edict. Prat.

In fraudem fieri dicitur, quod uere inter partes agitur, sed alterius fraudandi causa, ut cum pater alienat bona, filios in legitima portione defraudandi: uel reus, ut lucrum Fisco diminuat. Huiusmodique contractus ipso iure ualent, licet ab eo, in cuius fraudem facti sunt, possint rescindi.

In fraudem autem Legis, quid fieri dicatur, docent Paul. & Vlpia. de legib. Sp.

In fraudem legis facere, adfine est eius, quod est, contra Legem facere, l. contra legem. de legib. Sp.

In fraudem legis Æliæ Sentię, in fraudem creditorum. l. sciendum. ff. de manumiss. testam. Old.

In fructibus quod dicitur, hoc & in pensionib. urbanorum ædificiorum intelligendum erit. l. cùm seruus. de legat. 3. Olden.

In fructu id esse intelligitur, quod ad usum hominis inductum est. neq; enim maturitas naturalis hic spectanda est: sed id tempus, quo magis colono dominóue eum fructum tollere expedit: autor Iabol. l. pen. ff. de usu & usufr. Sp.

In fructu esse hominem, Caius inquit, absurdum uidebatur: cum omnes fructus rerum, natura hominum gratia comparauerit. l. pecudum. de usur. Sp.

In gleba uindicare quid sit, Gell. libro 9. docet, & Bud. in prior. Annot. Sp.

In gradu esse, uox est ad dignitatem pertinens. l. sacrosancta. C. de episc. & cler. Sp.

In hæreditatem legitimam non concurrere. l. filio. ff. de inoffic. testam.

In hypothecis uindicare, est per hypothecariam actionem petere. l. fideiussor. §. Lucius Titius. ff. de rebus dub. ex copia Dn. Old. Sp.

In imaginariam seruilem causam deduci. Vide l. 3. ff. de capit. minut.

In integrum restituo. Boni Prætoris est, potius restituere litē, ut ratio & æquitas postulabit, quàm actionem famosam constituere. ad quam tūc descendendum est, cum remedio locus esse nō potest. Marcellus in l. diuus Antonin. ff. de in integ. restit. Sp.

In Iulij, pro In ædibus Iulij: figura è Græc[illegible]mo nis consuetudinę deriuata. Vlpian. l. 8. in fin. ff. si seruitu. uind. Quum Quintilla cuniculum pergentem in Vrsi Iulij instruxisset, id est, in hortos Iulij. ut alijs in libris legitur. Hot.

In iudicum quinque genibus situm, id est, in alieno arbitrio res est posita. Alludit, ferè nostratis sermonis parœmia, qua significamus, ut quid decidamus, non esse nostræ facultatis. **Es stehet bey den Häuptern.** Sp.

In iure cedi dicuntur, cum trinæ uenditionis solenne, apud Magistratum peragitur, cui uenditioni quia nummus interueniebat, isq; appensus ueterū more, idcirco gen⁹ hoc adoptionis dicitur fieri per æs & libram. Connan. lib. 2. c. 15. nu. 3.

In iure, cum dicūt oratores, quod Budæus haud scit, an perpaucis animaduersum sit, apud Prætorē intelligere debemus. Lege eum in poster. annot. Sp.

In iure nostro sunt nonnullæ declarationes, hoc est, uocum interpretationes potius, quàm definitiones: quas diligenter indicauit doctiss. uir Apellus, In Methodo, ex qua laborem hunc nostrum, ubi uisum fuit operęprecium, & auximus, & ornauimus. Hisce autem declarationibus non longè abludūt, Etymologia, Notatio, & Allusio. Sunt tamen qui inter hæc omnia magnum faciant discrimen: qua de re pleni sunt interpretum libri. Quanquā paruo fructu tam anxios esse libuit: quando tantopere cæcutimus, ut præter unicam hominis definitionem uix aliam ullam reperiamus, quæ ueram suam differentiam contineat. Vide Cantiunc. in Topicis, ubi tractat locum ab Etymologia. Spieg.

In ius uocare, est, iuris experiundi causa uocare. l. j. ff. de in ius uoc. §. ult. Instit. de pœna tem. litig. Vtique enim, inquit, Imp. in primis aduersarius in ius uocandus est, id est, ad eum uocandus, qui ius dicturus sit. C. in l. trib. ff. de iudic. nuncupat. prouocare in iudicium, Olden. teste. Sp. Sed notandum est ius ad prætorem & magistratum duntaxat, illic, non ad datum iudicem qui Pedaneus dicitur, referri. de quare latius Duarenus libro j. disputat. anniuers. cap. 1. Hinc Cuiacius Obseruat. libro x. cap. x. dicit: In ius uocare propriè est ad prætorem uel alium uocare, qui iurisdictioni præsit. l. 2. ff. si quis in ius uocat. nō ier. Eodem sensu dicimus, in iudiciū uocare l. j. l. tutor pro pupillo. ff. de administrat. tut. l. 3. ff. de eo per quem fac. erit &c. l. 2. §. prætor. ff. qui satisda. cog. & cautio iudicio sisti, est ad prætoris sellam sisti, l. prima. ff. si quis in ius uocat. non ierit. Nam & prætor ipse Iudex est ueteri appellatione, ut Liuius scribit 3. & apud Prætorem priusquam iudex detur specialis quodam modo agendi potestas datur, ut Marc. Tullius ait de Inuentione: ut planè duplici iudicio res eadem disceptari uideatur, uno apud Pretorem, altero apud iudicem datum. Cuiacius in dicto suprà loco.

In ius uocati, ut eant, uel satisdent. tit. 5. est 2. Pandect. qui hactenus sic legebatur: In ius uocati ut eāt, aut satis, uel cautum dent. sed malè. Nam solum de satisdatione tractat. Differentiam uerò eorum, qui simpliciter, aut datis fideiussoribus, aut iurato cauere possunt, declarat Tit. 8. eiusdem lib. Sp.

In l. 1. ff. de eden. Politian. uers. eum quoq; edere Labeo ait, ex Pande. Florentinis reposuit, ut habent recentiores Codices. Alci. tamen multo aliter legit, & interpretatur etiam, quem Vlpiani mentē expressisse puto. Vide eum in fin. lib. 2. dispunct. Sp.

In libertate fuisse, sic est accipiendum, ut non se liberum doceat is, qui liberale iudicium patitur, sed in possessione libertatis sine dolo malo fuisse. l. qd autem. ff. de liberali causa. Porrò in Libertate esse, & liberum esse diuersa sunt. In libertate enim sunt, qui se liberos esse putant, ieq; pro liberis gerunt: cùm tamen serui sint l. 7. 10. 11. 12. ff. de lib. caus. quod explicat Quintil. Declam. 3 ; 0. & 342. Sicut diuersa sunt in possessione esse, & possidere. In possessione enim sunt usufructuarius, colonus: & tamen non possident. Brissonius.

In litem iurare, ad litigatores refertur, & respondet æstimationi litis. Nam iurat actor in litem, quando per iuramentum declarat & adserit, quanta pecunia non tantùm sumptus litis, sed etiam totam causam æstimet, cum omnibus damnis. l. uideamus. §. iurare autem. & l. seq. ff. de in lit. iuran. Sp.

In Locum succesisse accipimus, siue per uniuersitatem, siue in rem sit successum. l. j. ff. quod bonorum. Oldendorp.

In longinquo habere, ueluti trans mare, in fin. l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. Sp.

In metallum, & in ministerium metallorum damnati, serui efficiuntur, scilicet pœnæ. l. in metallum. ff. de pœnis.

In morbo consumere, uerbum est creditorū, sentientium debitorem creditam pecuniolam non redditurum,

diturum, nec existimantium operæprecium ob tantillum legibus agere. Senec. lib. de benefic. 4. Quingenti, inquit, denarij sunt, illud, quod dici solet, in morbo consumat. Sp.

IN neruum dare, id est, in nexum de quo Liuius lib. 2. & lib. 7. Vnde Plautus in Pœnulo: Vtinam mihi argentum reddas, priusquam in neruum abducare. In neruum itaq; dare, est obligationis iure ac conditione capi, atq; in ergastulum abduci.

IN neutris esse apud Paul. de legat. 3. Lege Seruis urbanis.

IN obligatione esse aliquid dicitur, cum uinculo obligationis innectitur. In solutione esse dicitur, qđ potest pro re obligata solui, licet iudicialiter, nõ possit peti. Ex Zas. Spieg.

IN omnibus talibus. ff. de rei uendic. l. in rem. §. sed & id. Alberic.

IN ordinem redigere, propriè significat inter uiles numerare, ut docet Priscianus, quasiq; intra classem suam continere, non eximium ducere, honore non eximio dignari. id quod & Liuius tractare uidetur lib. 27. & lib. 43. Tribuni plebis, inquiens, in ordinem redacti pro contemptissimis sunt habiti. Hos Græci Encyclios appellare uidentur, ut annotat Celius lib. 25. c. 18. Huic affine, in ordinem legere, apud Paul. in l. ult. de ueter. Sed ueterani, qui passi sunt se in ordinem legi, muneribus fungi coguntur. Sp.

IN pecuniam ludere. Paul. in l. 2. ff. de Aleatorib. Senatusconsultum, uetuit in pecuniam ludere. præterquam si quis certet disco uel pilo iaciendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando: quod uirtutis causa fiat. Spieg.

IN perpetuum, contrarium habet, in tempus.

IN potestate consistere existimatur, quod in actu non est, sed esse põt. l. aduersus sententiam. ff. de arb. quam Alc. nobis restituit. Vide eum in dispunct. Sp.

IN potestate alicuius quis esse Latinè dicitur, qui paret, & obsequitur uoluntati eius, in cuius potestate est. Connan. lib. 2. c. 7. num. 4.

IN potestate habere, id est, in cura, & administratione. Sic dicitur Episcopus Ecclesiæ fundos habere in potestate. cap. j. de rebus Eccles. non alien. Tutor quoque in pupilli caput potestatem habet, id est autoritatem. Instit. de tut. in princ. Vnde & alibi sua potestate quis fecisse dicitur, quod propria autoritate fecit. Ex Alciat.

IN potestate, manu, mancipioue. Vlpian. titu. 24. Ei qui in potestate, manu, mancipioue est scripti hęredis, sub conditione legari potest. Item, Ei cuius in potestate, manu, mancipioue est hæres scriptus, legari non potest. Potestatem de filiofam. Manum de matrefam. quæ in manum conuenit, Mancipium de seruo intelligit. Hotom.

IN præsens exponit Valla, id est, in præsentiarũ: quod aduerbium, teste Glareano nusquam apud ueteres reperias: quamuis etiam, eodem indicante, Perottus, atque adeò nostra ætas sæpe eo utatur. Vlpi. Cur noceat ei, inquit, qui respondit quod in præsentiarum uidebatur. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. act. Spiegelius.

IN præsentiam, id est, donec sit præsens. Hæc enim est natura præpositionis iunctæ accusatiuo casui. ut cum Virgil. dixit,

— *In lucemq; tulisset.*

id est, usq; ad lucem. Hoc à Seruio animaduersum, Alciat. etiam indicauit. Sp.

IN primis, modò ante omnia, modò pro præcipuè, excellẽter. utriusq; significati exemplum apud Pompo. extat in l. 2. de orig. iur. alterum mox à prin. alterum in §. fuit autem. Sp.

IN procinctu esse, significat id, quod Barbaris, in fieri, hoc est in potentia propinqua.

IN re disceptare, pro iustè iudicare. ca. fraus. §. iudex. extra de uerb. sign.

IN re permittere, pro in possessionem ingredi. l. cum unus. ff. de bon. aut. Iud. poss. Alb. Sp.

IN re præsenti, in ipso opere, h. e. in re ipsa nuntiatio facienda sit. l. de pupillo. ff. de nou. ope. nun. Pra.

IN rẽ præsentẽ uenire, vff den augenschein gehn.

IN rem suam fideiussor. pro reo principali habendus est. l. sed & si fideiussor. ff. de pact. Alb. Sp.

IN rem & in personam, locutiones sunt Iurisconsultis familiares, quarum illa tum utuntur, quum indefinitè ac sine personæ ullius notatione aliquid factum esse significant: hac uerò, quum certa persona definita. ueluti in l. 5. §. 2. ff. de constit. pec. Quod exigimus, ut sit debitum quod constituitur, in rem exactum est: non utiq; ut is cui cõstituitur, creditor sit. Item quum Vlpianus ait, actionem metus causa in rem esse scriptam, nec personam uim facientis coercere, sed aduersus oẽs restitui, l. 9. in fin. ff. quod met. cau. & alibi, hoc est in l. 7. §. 3. ff. de pact. Pactorũ quędam in rem esse, quædam in personam: illa, quoties quis generaliter paciscitur ne petat: hæc, quoties ne à persona petat. Item in l. x. ff. de ope. nou. nun. Operis noui nuntiationem in rem fieri, non in personã. Cicero lib. de inuent. 2. Sin autem non in hominem certum, sed in rem aliquam causa dimouebitur, ut in hac eadem re, &c. Item apud Vlp. in l. 4. §. 29. ff. de dol. except. l. j. §. ult. ff. de interdict. Hot.

IN rem uersum uidetur, siue idipsum, quod seruus accepit, in rem domini cõuerterit: ueluti si triticum accepit, & id ipsum in familiã domini cibariorũ nomine consumpsit: aut si pecuniam à creditore acceptam dominico creditori soluerit. l. quod seruus. ff. de in rem uerso. Olden.

IN rem uersum intelligitur, quicquid necessariò uel utiliter in negotia patris aut domini uersum est, à filiofamiliàs, uel seruo, aut etiam quolibet alio. l. si pro patre. §. uersum aũt. l. seruus si in rem. in prin. ff. de in rem uers. Old. & uide I. uersum in rem.

IN rerum natura dicitur infans esse: conceptus. In rebus uerò humanis, si non editus, saltem uiuens in utero matris. cap. 1. §. 6. in fi. & c. 7. de suis & legit. Quod in rebus humanis est, in rerum quoq; natura est: Non autem quod in rerum natura est, id omne in rebus humanis est. cap. 1. de hæred. uel act. uend. Mortui in rebus humanis non sunt. Ita enim scripsit Epist. lib. x. Seneca. Quamuis fructus operis peracti nullus ad defunctum, exemptumq; rebus humanis pertineat: Ipsa tamen contemplatio futuri operis iuuat. Definũt etiam mortui esse in rerum natura cap. 59. §. 6. de hæred. instit. Quid igitur mirum, eos qui mortui nascuntur, appellari nunquã liberos potuisse? cap. 129. de uerb. sig. Quod igitur Celsus ait, cum qui pręgnantem reliquit uxorem non uideri sine liberis decessisse, id ad eos liberos referendũ est, qui si non in rebus humanis, saltem in rerũ natura sunt. c. 18. quand. dies leg. d. c. 7. Ræuar. l. si quis prægnantem. ff. de reg. iur. In rerum natura quædã sunt, quædam non sunt. Hæc autẽ quæ non sunt, rerum natura complectitur quę animo succurrunt tanquã Centauri, Gigantes, & quicquid aliud falsa cogitatione formatum habere aliquam imaginationem cœpit, quamuis non habeat substantiam. Ræuar. l. bona fides. ff. de regul. iuris.

IN sa-

In sacris manere.l.filiæ. C.de collat. In sacris retineri.l.3. Cod.de bon.mat.In sacris esse. l.secunda. C. de bon.quę lib.in parentum sacris constitui.l.ultim. Cod.de inoffic.testamen.l. ultim. Codic.ad Tertyllia.Iuris autores de filijs qui in familia & potestate patris adhuc sunt, usurpant. Sicuti eos qui per emancipationem aut aliàs exiuerunt è familia & potestate patris, dicunt sacris uinculis exolui.l.prima. C. de off. præt. E' sacris paternis dimitti. l. quidam. Cod.de fideicomm. A sacris paternis absolui.l.de emancipatis. C.de legit.hæred. Duaren.ad titu.solut. matr. sub cap. Quæ sint nuptiæ.

In seruitutem petere.l.in seruitutem. ff.de bon.libert.Alberic.

In sinu meo habui, pro in potestate ac fide mea. apud Scæuolam in l. qui testamentum faciebat. de probat. Quod enim alterius fidei committimus, in sinum deponere dicimur. Vide Erasm.explicantem prouerbium,In sinu gaudere. Sp.

In Solutum dare, pro soluere, apud Paulum in l. 60.ff.de solut. Hotom.

In sortito esse,id est,in incerto & ambiguo,ut inueniri nō posſit. Iure nostro rarum est, ut iudicium per sortes admittatur,nisi cum res adeò perplexa incertaque est, ut alium exitum non habeat. l. si duobus. C.communia.de legat. Vide Alciat. libro 5. Parerg.cap.xxij. Spiegel.

In Stirpes succeditur, quum hæreditas nō in succedentium singula capita & personas, sed in cognationis latera & partes diuiditur. In capita uero,quũ in tot partes secatur, quot succedentiũ capita & personæ reperiuntur:qua de re uide Imp.§.6.de hæred. quæ ab intest. Vide In capita. Hot.

In tabulas referre, id est, scribere in tabulis, & ut dicunt,in Registro.Sylu. Sp.

In Tutelam suam uenire mas dicitur, qui ephebus,id est,pubes esse incipit,anno scilicet ætatis decimoquarto: fœmina uerò uiripotēs appellatur.hoc enim in fœmina, illud in mare ponitur ab Vlpiano in l.5.§.secundo.ff.quibus ex causis in poss.Ait Prætor, Si is pupillus in suam tutelam uenerit, eáue pupilla uiripotēs fuerit,& rectè defendetur, &c. Idem l. 50.ff. de leg.& fid.libro xxxij. Quum filiofamil.ita legatur, Quum is in tutelã suam peruenerit, pubertatis tempus significatur.Cicer.libro de Orat.1. Negaretq; nisi posthumus & natus, & antequã in suam tutelam uenisset, mortuus esset, hæredem eum esse posse. Idem in Bruto, Quum is hoc probare uellet, M.Curium,quum ita hæres institutus esset,si pupillus antè mortuus esset, quàm in suam tutelam uenisset.pupillo non nato hæredem esse non posse.Hot.

In utero qui est,non est pupillus. l.non est. ff. de uerbor. significa. tametsi animal esse uideatur.l.prima.§.proximus. ff. unde cognati. l. negat. de mort. inf. Nam qui in utero est, pro iam nato habetur, qđ de eius commodo tractetur.l.qui in utero. ff. de statu hom.Alberic. Sp.

Inaedificata Liuius dixit auctore Turnebo lib.j.aduers.cap.29. quæ aliquo in loco ædificata sunt. sed cum In loco dixit,significauit ędificia è priuato in publicum procurrētia, & aliquid loci publici occupantia;Plutarcho teste,cuius uerba sunt: ἀνέφηνεν δὲ καὶ κατέβαλλεν ὅσα προσέβαλλόν τινες εἰς τὸ δημόσιον οἰκοδομήματα. Immolita autem sunt, quæ quis uspiam molitus est. Si quis igitur priuatus ante ædes suas in publico podium posuisset, aut mœnianum proiecisset, eum id demoliri & diruere, tollereq; Cato iubebat. Vide Immolitus.

Inane propriè uacuũ significat, μεταφορικῶς uerò quod est sine ui,sine effectu.l.19. ff.de contr.tabu. Sic inanis actio appellatur, quam inopia aduersarij, uel aliqua exceptio ratione eludit & excludit.l.6.ff. de dolo.l.24.ff.de liber.causa.l.24.ff.manda. Paul.libro 2.Sent.tit.15.Stipulatio quoq; inanis,id est,inutilis & inefficax propter exceptionem.l.penul.ff.de condict.ob turp.cau. Inanis etiam stipulatio nullius momenti,ex qua actio non datur. l. 39. ff. de donat. int.uir.l.42.§.pen.ff.solut.matr.& apud Valer.Max. lib.8.cap.2. Eodem modo inanis obligatio in l.8.§. Marcellus.ff.ad Velleia.l.95.§.aliquando.ff.de solutio. Brissonius.

Inanes tabulæ & Inane Chirographum post solutam pecuniam.l.27.ff.de furt.l.ult. ff. ad exhib.l. ult. Si debito persoluto.in C.Theo.Sic & Inanis scriptura & Inanis epistola in l.39. ff. de dolo. l. 12. ff. de probat. Et Inanis cautio nulla secuta numeratione. l.ult.C.si pignor.conuentio. Briss.

Inane nomen hæredis,nudum & sine re.l.3.C. de inoff.don.Briss.

Inargentum, sicut inauratum. hoc est, argento & auro illitum, tectum.

Inarguta sententia. Vlpia.in l.hoc Senatusconsultum.§.si pecunia.quam sententiam & Celsus scripsit, quæ mihi non inarguta uidetur, hoc est, ut uulgo dicunt,ratione fundata.Sp.

Inateres, duorum fratrum uxores Græcis inter se uocantur.Sicuti Aelij,uel etiam Aœlij dicuntur, quibus duę nupserint sorores. Sororis autē meę maritus, nō habet speciale nomen,quo illum appellem:nec uxoris frater. Daer,mariti dicitur frater. At Soror uocatur γάλως,à nobis dici potest Glos.Frater meus,Leuir est uxori meæ. Vide Rhodigi.c.24.libri 28.& Dn.Oldend.in Copia,quo loco nomina Adfinium indicans,pro Inateres,uoce Græca uitiose legitur Inatrices. Spieg.

Inauditum damnari, idē quod,indicta causa damnari.

Inauditus. Vlp.ad Leg.Corn.de sicar.Inauditum filium pater occidere non potest. Accursius imperitè exponit,inauditum,id est,suppositũ. Bud. inauditum filium,hic intelligit ἄκριτον, hoc est reum, iudicio non conuictum, & indicta causa patrem interficere posse. Satis idem admirari nequit Budęus, quod Accursius futilitate,ut ait,mira pręditus,Bartolum uirum ingenij felicis & solidi enarrationum tam absurdarum asseclam post se traxerit. Sp.

Inaugeri causam in l.diui.ad finem.ff.de lib. caus.quî accipiendum,ne quisquã interpretum,(qđ sciam)explicauit. Accur.id intactum reliquit.q hoc non intellexerunt,lectionē immutarunt &,agi causam,reposuerunt.Ia. Cuiac.lib.obseru.6.c.27.inaudire,diuinat legendum.Equidem Florentinam lectionem, quæ temere immutanda non est, retinendam censeo.ut sit sensus, differendam causam & sententiam ob absentiã eius, qui de libertate sua litigabat, & uox,Enim,aduersatiuæ nota erit, ut & alibi passim.Dicam lib.1.Enucleat.c.21.Prat.

Inaures in l.27. ff.de aur.arg.leg. Ab aurium foraminibus ita nuncupatæ ex quibus pretiosi lapilli pendebant,auctore Isidor.lib.19.Etym.c.30.Solebant enim ueteres foratis auribus gemmas,& lapillos inserere. Tertull. in lib.de habitu mulieb.Graciles,ait,aurium cutes Kalendariũ expendũt. Idemq; auctor eodem libro anxiè forari margaritas consuesse,ut pen[d]erent, scribit. Sed & in lib.de Pallio aurem foratu e[ff]eminari quæritur.Plin. quoque lib.ix. cap.

cap.35.de elenchis loquens. Hos, ait, digitis suspendere, & binos ac ternos auribus, feminarũ gloria est. Bris. Idem docet apertè D. Hieron. sic enim in Epist. quadam Demetriadi scribit: Vt taceam de inaurium precijs, candore margaritarum, rubri maris profunda testantium, smaragdorũ uirore, cerauniorũ flammis, hyacinthorum pelago, ad quæ ardent & insaniunt studia matronarum. Idem Hieronymus eleganter de Romanis matronis, in uita B. Marcellæ uiduę Romanæ differens, sic ad uirginem principium scribit: Illæ solent purpurisso & cerussa ora depingere, sericis nitere uestibus, splendere gemmis, aurũ portare ceruicibus, & aurib. perforatis rubri maris preciosissima grana suspendere, fragrare musco mure, maritos ita plangere, ut tandem dominatu eorum se caruisse lætentur. Eoque etiam spectat, quod sic in libro de habitu uirginum Cyprianus scribit. Ræuar. Varior. lib. 1. cap. 4.

INCANTARE, uel uerbis uel rebus adiunctis, aliquid supra naturã moliri. Priscis persuasum erat, prodigiosam inesse uim uocibus incantatorũ: adeò, ut mysticus quoq; Psalmus mentionem faciat uenefici incantantis sapienter. A' nostris Incantatio, hoc est, actus ipse incantandi, inter infames numeratur. Adi Bar. in l. j. C. de malefic. & mathem. Sp.

INCASSVM, id est, sine causa, quasi sine cassib. sine quibus uenatio est inanis. Sp.

INCAVSTO, hoc est, atramento, falsum deprehenditur. Auth. de Fid. instr. §. j. Alber.

INCAVTE factum, pro infecto habetur. l. j. §. j. ff. de his quæ in test. del.

INCAEDVVM, quod non cæditur.

INCENSVS qui dolo non est ꝓfessus bona sua. Is olim ex lege Seruij regis publice uenibat, & uirgis cæsus seruus fiebat, ut testis est Dionysius libro 4. & Cicero pro Cæcinna. Sed & si quis apud censorem non fuisset professus omnia bona sua, contrahere dicebatur grauissimum crimen census fraudati. l. 55. de iudicijs. l. prima. Codice de quæst. quanquam errori ignosceretur, & uenia daretur ad censum emendandum ut indicat Vlpianus l. iiij. §. viij. Digest. de censibus.

INCENDIARIVS. Incendiarij dicũtur, qui ob inimicitias, uel prædæ causa, incenderint. Gallis dicuntur uulgò *boutefeu*. De his, eorumq; pœnis, in 17. titu. lib. 5. Decret. & in l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis. tractatur. Anch.

INCENTIVVM significat appetitum. c. ut clericorum. de uita & hon. cler. Io. Bell. Etymol.

INCERTA in iure appellantur, in quibus nõ apparet quid, quale, quantum. l. ubi autem, 75. ff. de uerborum oblig. Item:

INCERTA dicuntur, quæ non in specie, sed in genere proferuntur: ueluti, Fundus, Homo, Triticũ. l. hæredes. xxv. §. si incerto. ff. fam. erciscun. l. cùm incertus, xiij. ff. de leg. j. l. in ratione, xxx. §. incertæ. ff. ad leg. Falc. Hotom. Hinc

INCERTA Nomina dicuntur esse obligationes scriptæ, quarum solutio certum tempus non continebat. Hoc enim agebat fœnerator, ne tempus solutionis insereretur instrumento, ut tandẽ posset, quoties uellet, petere, & semp immineret debitori, qui, ut se posset à tali onere leuare (nã æris alieni comes est miseria, ut dixit Chilon) cogebatur optare mortem patris. Verùm post Senatuscõs. Macedon. sciant tales creditores, nullum bonum nomen expectata patris morte fieri, quia filiusfamil. non obligatur efficaciter, sed habet exceptionem Macedoniani. Forcat. in Necyomantiæ dialog. xcviij. numero 2.

INCERTA stipulatio est, ubi non apparet quid quale quantumq; est in stipulatione. Quod fusissimè exponitur in l. 75. ff. de uerb. oblig. Adde & l. 68. ff. eo. tit. Atque hinc Incerti actio ex stipulatu datur. l. 4. ff. de usur. Instit. de uerb. oblig. in prin. Incerti actiones etiam condictionesq; illæ omnes appellantur, ex quibus aliquid incertum, & quod neque demonstrari, neq; tangi possit, petitur. l. j. ff. de usufruc. leg. l. 46. §. j. & l. 59. §. ex asse. ff. de iure dot. l. 5. in fi. & l. 8. ff. de actio. empt. l. penul. ff. depos. l. 2. §. aliud. ff. de donat. l. 3. ff. de condict. sine cau. l. 12. ff. de nouatio. l. 22. in fi. l. 40. §. pen. ff. de condict. indeb. l. 16. §. Pomp. ff. de minor. l. 5. §. 1. & l. 8. ff. de usufr. ear. rer. l. 35. ff. de seruit. urb. l. 12. in fi. ff. de condict. furt. l. 75. §. ult. ff. de legat. libr. j. l. 27. in fin. ff. de recep. qui arbitr. l. ult. ff. si quis in ius uoc. non ier. l. 8. §. pen. ff. de liber. leg. Nõnunquam Incerti actio, pro pręscriptis uerbis actione sumitur, ut in l. 6. & l. 16. ff. de præscript. uerb. l. 19. in fin. ff. de precar. l. 23. in fin. ff. commu. diuid. l. 7. ff. de pact. l. 6. C. de rer. permut. Hot.

INCERTA pars, quæ quota sit, nõ apparet: uelu ti quidquid mei iuris in eo fundo est, quidq̃d Titius possidet. l. 3. §. incertam. l. 26. ff. de adquir. poss. l. 32. §. ult. ff. de usucap. Sic & in l. 76. §. j. ff. de rei uindic. l. 11. §. si cùm esset. ff. de interrog. in iur. fac. l. j. §. ultim. ff. si pars hæredit. petatur. l. 8. §. j. ff. commu. diuid. Hot.

INCERTA persona uidetur, quam incertã opinione animo suo testator subijcit: ueluti si quis ita dicit, Quicunque filio meo filiam suam in matrimonium dederit, ei hæres meus illum fundum dato. ait Imp. §. 27. de legat. Hot.

INCERTI quando agi dicatur: uide suprà in uoce Certi contractus.

INCERTI condictio, ibidem.

INCERTI contractus qui dicantur. ibid.

INCERTITVDO, est substantia transactionis: unde post rem iudicatam ea nullius momenti est. l. res iudicata. de reg. iur. Sp.

INCERTITVDO reprobatur, primum in contractibus. l. inter stipulantem. §. inter Stichum. ff. de uerb. obli. l. cum duob. ff. de in diem addict. Deinde in ultimis uoluntatibus. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tur. cum sim. Deniq; in iudicijs nullo modo admittenda est. l. 3. C. de Senten. quæ sin. cert. quant. proferun. l. quid tamen. §. Pompon. ait. ff. de recept. arb. l. idem Pomponius scribit. ff. de rei uendic. Sp.

INCERTVM cõfitetur, qui se illud aut illud debere confitetur. l. 6. §. 1. ff. de confess.

INCERTVM absolutè plerunq; à Iureconsultis usurpatur pro ipsa incertitudine. Sic conditionis incertum. l. 11. ff. de secun. tabul. l. j. C. de pact. Incertum cautionis. l. 16. §. idem quærit. ff. ad Trebel. pro incerto euentu, ut in l. 6. ff. quod falso tut. auct. Incertum rei. l. 11. ff. de hæred. uend. l. 12. ff. de act. empt. Incertũ successionis. l. 14. ff. de transact. Incertum litis. l. xx. C. mandati. Incertum ætatis. l. 49. ff. de fideiussorib. Antiquitatis incertum. l. j. de respons. pruden. in C. Th. Incertum cõtentionis. l. 1. de equis curulib. in C. Th. Et incertum maris apud Tacit. lib. 3. Belli incertum apud eundem lib. 4. Quo ex genere loquendi sunt & illa, Lubricum tutelæ. l. 4. §. cùm Pollidius. ff. de usur. Lubricum ætatis. l. 11. §. si locupleti. ff. de minor. Lubricum linguæ in l. 7. in fi. ff. ad leg. Iul. maiestat. Lubricũ consilij. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib. Bris. Adde Forcat. Necyom. dial. 51. nu. 2.

INCERTVS homo legari promittiue dicitur, q̃ gñraliter & indistinctè legatur, promittiturue. l. xiij. ff. de

ff.de leg.lib.1.l.25.§.si incerto.ff.fam.ercisc.l.3.ff.qui si ne manumiss.Incertas res eodem modo dixit Metianus in genere relictas,l.xxx.§.incertæ.ff.ad l.Falcid. Et Incertum corpus Pompon.in l.85.ff.de legat.lib.iij. Brissonius.

INCERTVS possessor est,qué ignoram⁹.l.39.§.ult.ff.de uerb.sig.Incerta sententia.l.21.§.Pompo.ff.de recep.qui arbit.l.59.ff.de re iud.

INCERTVS contractus in l.1.§.debitum.ff.de constit.pec.l.9.ff.de reb.cred.l.18.ff.de acceptilatio. qui proprium & speciale nomen non habet.Briss.

INCERTVS contractus uocatur ἀνώνυμος, quia nomine uacat.Cuia.ad l.74.ff.de uerb.oblig.

INCESTA, est etiam sine stupro,quæ cupit stuprum,aut.Seneca lib.Declam.6.Sp.

INCESTAS nuptias Iustinian⁹ uocat,quas sanguinis coniunctio prohibet.Inutiles uerò,quæ cum ijs sunt contractæ, cum quibus iure ciuili non licet. Connan.lib.8.cap.6.num.1.

INCESTI filij dicūtur nati ex eo cōcubitu qué uel consanguinitatis uel religionis lex prohibet, ut ex Sorore,consobrina, nouerca, sacra uirgine, &c. Connanus lib.2.cap.16.num.2.

INCESTVS, uel incestum,dicitur id crimē,qđ committitur cum ea, cum qua illicitum alioqui matrimonium fuisset.Notum est,Ciceronem adulteriū & incestum,stuprum sępe appellare.Crimen incesti grauius est adulterio.l.si adulteriū.§.j.uers.duplex. de adulter. Vnde qui incestuosus à nostris dicitur, nec hæres institui potest,nec ei legari potest:quinetiam ab accusatione, & ferendo testimonio repellitur.Vide Abbat.in c.transmissæ.de eo qui cog.consang.ux.suæ.Sp. Olim incesti pœna erat deportatio l.si quis uiduam.ff.de quæst.Cuia.in expo.Nou.Iustin.12.de incest.nup.

INCESTVS idem est quod pollutus & non castus.Vnde Plinius incestas noctes appellat. Dicitur & incestus substantiuè,uel incestum, pro ipso fœdo impudicitiæ crimine, ubi cū ijs rem habemus, quas aut legibus, aut moribus prohibemur habere uxores.Extat in Codice titul.de incest.nup.Et Nou.Iustin.Constit.12. περὶ ἀθεμιτογαμιῶν. Sunt qui incestam coniunctionem dici putant, quæ contracta est ritib. & ceremonijs nuptialibus non adhibitis: quòd Κεστὸς significet Zonā sponsæ nuptialé:Baldui.tit.de nup.

INCESTVM,ut Paul.in l.39.ff.de ritu nup.tradit,committere intelligitur,qui ex his, quas legibus aut moribus prohibetur uxores ducere, aliquā duxerit.Connan.lib.8.c.6.nu.1.Vlpi.quoq; in Institut. tit.5.Si quis eam,ait,quam non licet,uxorem duxerit,incestum matrimonium contrahit. Idem & Gaius Institut.lib.1.tit.5. Sed & Papinian. in l.xxxviij.§.1.ff.de adult.per illicitam matrimonij coniunctionem incestum admitti docet.Quod & uerbi notatio ostendit. Nam,ut Isidor.lib.5.cap.xxvj.& libr.x.tradit, incestum propter illicitam coniunctionem uocatur quasi incastum. Incestum autē committit,qui cognatam uiolat contra fas.l.5.ff.de quæstionib. Cęterum incestum uel iure gentium, uel ciuili committitur. Iure gentium quidem, quotiēs ex gradu ascendentium,uel descendentium uxor ducitur. Iure uerò ciuili,quotiens sola iuris ciuilis obseruatio interuenit,ueluti cùm ex latere eam ducimus, quam uetamur,uel adfinem, quam propter publicam honestatem impedimur.l.ult.ff.de ritu nupt.l.xxxviij.§.j.ff.de adul. Incestum ergo & cum priuigna,nuru,nouerca,socero,committitur. Et quidem iure gentiū, ut Papin.in l.ult.ad fi.ff.de condict.sine cau.scribit. ea quemadmodum existimo ratione, quòd hæ personę inter se parentum liberorumq; loco sint.l.16.ff. solut.matr.§.socrum.Instit.de nupt. Sed etsi concubinam quis habuerit sororis filiam,licet libertinam, incestum committit.l.56.ff.de ritu nupt.Briss.

INCIDENTIS, hoc est,intercidentis quæstionis,& emergentis materia, tractatur utiliter à Bart. in l.j.C.de ordin.iud.& in l.uiro atq; uxore.ff.solut. matr.& Felin.in c.suborta.de re iud.Sp.

INCIDERE,insculpere etiam significat.in l.2.§. sed ne diutius.ff.de orig.iur.l.2.Alb.

INCIDERE in eam ualetudinem, propter quā operæ inutiles fiunt.uide Labeonem l.penultim.de rei uindic. Spiegel.

INCIDERE in captionem.l.j.ff.de in integr.restitution.

INCIDIT sæpe,pro euenit,uel ferè fit. Non qđ prout res incidit: Hæc Vlpiani uerba in l.si quis id. de iurisdict.omn.iud.Accursius non percepit. Sensus est,exponente Hegendorph. Nō si res quæpiam non ita magni momenti est.

INCILE,inquit Vlpianus l.prima,de riuis.locus est depressus ad latus fluminis. Ex eo dictus,quòd incidatur. Inciditur enim lapis, uel terra, unde primùm aqua ex flumine agi possit. Fossæ sunt, p quas aquæ pluuiales deducuntur ex satis. Dioryges à Græcis dictæ. Ein kleynes wassergräblin/dardurch man das wasser auß einem fluß leytet auff ein Wisen oder Acker. Nebriss.

INCISA spes lucri, quæ decidit, & qua frustramur. Spiegelius.

INCISVM dicitur, quod scalpro scriptum aut scalptum est. Spieg.

INCITARE, est adhortari, instigare, extimulare. Hinc incitationes,& incitamentum,quod commouet,incitat,& accendit ad aliquid faciendū. Notum est incitare currentem, pro, ultro promptum adhortari. Spieg.

INCIVILE dicitur, quod iniquum, inusitatum inconueniens est,& contra ius,mores,institutaq; ciuitatis.l.ult.§.pen.ff.quod met.cau.l.15.ff.de procu. l.3.ff.de extr.cognit.l.24.ff.de legib.Inciuiles pœnæ in l.9.§.sunt autem.ff.de pœn. Briss.

INCLINATIONES rerum & temporum dicuntur, quando reipub. constitutio tenorem suum iam non amplius seruat, sed ad mutationem spectare uidetur,ut nunc apud Germanos.Prætereo prudens, quæ astrorum peritissimus Stablus, aliquādo communicabat amicis,de inclinamento Germanici imperij,transferendisq; montibus, ut aiebat, in cor maris. Disputantem audiui Cæs.Maximil.cum Collimitio,de effectu nigrarum stellarum:quibus,quòd abditissimæ sint, nec uulgò satis cognitæ, id nominis inditum. Spieg.

INCLVSA auro gemma.l.gemma.ff.ad exhib.

INCOLA est, quem alioqui peregrinū dicimus, qui in alienam ciuitatem uenit diu habitaturus: nec tamen ius ciuitatis habet nec ciuiles capit honores, tributis pendendis obnoxius, quod tributum μετοίκιον dicitur:nam illi incolæ dicuntur à Grȩcis μέτοικοι frequentius, quàm πάροικοι. Rectè tamen incolam πάροικον uocari Pompon. tradidit:unde in sacro Euangelio Lucæ, σὺ μόνος παροικεῖς ἐν ἱερουσαλὴμ? Tu solus peregrinus es,aut peregrinaris? id est, aduena es,ut Erasmus Roterod.in eundem locum interpretatur. Nam & Incola & aduena eiusdem sunt significationis.D.Lucas in actis Apost.τοὺς παροικοῦντας καὶ ἐπιδημοῦντας aduenas dixisse uidetur.cap.2.qui etiam πάροικοι Budæo

INCVMBERE, pro incubare, id est, obtinere, possidere, conseruare, solidè (ut ij qui rei alicui incubant) tenere. Hinc creditor dicitur

INCVMBERE suo pignori, qui acriter illud cōseruat: ut apud Vlp. l. 55. ff. de furt. Hinc

INCVMBERE possessioni apud Impp. l. 8. Cod. quom. & quan. iud. Hot.

INCVNABVLA, initia, primordia disciplinæ tradendæ, quo uerbo usus est Tertul. lib. de patiētia, his uerbis: Per hæc impatientię tunc infantis quodā modo incunabula. Sic legēdum putem in proœmio Instit. §. cumq; hoc. Nam & illa Theoph. τα πρῶτα τῶν νόμων στοιχεῖα uertit. Prat.

INCVRIA idem est quod negligentia. c. quęsitū. de pœnit. & remiss. Io. Bell. Etym.

INDAGINEM, pro effectu, & proposito indaginis, id est, pro captura accipit Iuriscon. in l. emptorem. §. ult. de act. empt. Sp.

INDEBITVM trifariā accipimus. I. Quod neq; naturali, neq; ciuili iure debetur, hoc est, quod planè non est debitum: aut fuit quandoq; utroq; iure debitum, sed nunc solutione, uel acceptilatione sublata est omnis obligatio, ut tractatur in tit. Instit. quibus modis toll. obligat. Ad hoc genus indebiti pertinet id, quod pendet sub conditione, quæ an impleatur, incertum est: ut, si nauis ex Asia uenerit. Secus est, si talis fuerit conditio, quę omni modo extatura sit. Vt in l. sub conditione. & l. sequenti. ff. de condict. indebit. Ratio est, quia priore casu, propter incertitudinem, ante conditionis euentum nullo modo debetur. l. Græcè. §. ult. ff. de pignoribus. l. si quis reum. §. huic. ff. de libera. legat. Accedit lex, Suffecit. ff. de cōdict. indeb. In posteriore uerò specie, certitudo euentus efficit obligationem puram censeri. l. si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de nouat. Sic & in diem debitor, si ante diem soluat, non potest repetere, quia certum est diem futurum, quo debebitur. l. in diem. ff. de condict. indeb. Huc item pertinet indebitum, quod pupillus, furiosus, uel is cui bonis interdictū est, sine tutoris uel curatoris autoritate soluerit, cū non sit factus locupletior euidenter. Nam his personis iudicio planè carentibus, regulariter locus est repetitioni, cùm nec natura debeant. l. interdum. l. qd' pupillus. ff. eod. tit. l. pupillus. ff. de obligat. & actio. l. more nostro. ff. de acquir. hæred. §. nunc admonendi. Institut. quibus alien. lic. uel non. Verùm si locupletiores facti sint, & in pubertate soluant, non repetunt, quoniam tunc naturaliter obligantur. l. naturaliter. §. ult. & l. sequen. ff. de condict. indeb. Secundum istam distinctionem, ut non obstet, quod Vlpianus dicit, Pupillum sine tutoris autoritate promittentem, naturaliter obligari, in l. prima, in fin. ff. de nouationibus. II. Indebitum est, quod ciuiliter quidem debetur, sed non naturaliter, ueluti, cùm quis scribit se debere, scilicet spe futuræ numerationis, quæ secuta non est, aut si quis pacto uel iureiurādo se liberet, iuxta tit. de litera. oblig. & l. ulti. in principio. ff. de iureiurand. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutio. Et huc referendæ sunt omnes species exceptionum, quæ ad elidendas summi iuris actiones perpetuò obstant ex naturali æquitate. Vlpia. in l. si non sortem. ff. de condictio. indeb. Indebitum autem, inquit, solutum accipitur, non solùm si omnino nō debetur, sed & si per aliquam exceptionem perpetuā peti non poterat. III. Indebitum accipitur, quod naturaliter quidem, sed iure ciuili non debetur: ut inter patrem & filium, ac inter fratres sub eadem paterna potestate, in l. frater à fratre. ff. de condictio. indebit. Item inter dominum & seruum. l. naturaliter. & l. si id, quod. ff. eodem tit. Eodem modo uerus debitor in iudicio absolutus, obligatur adhuc. l. Iulianus. ff. eodem titul. Licet enim absolutus sit, inquit Paulus, natura tamen debitor permanet. Item legatum minus solenne, aut solenne quidem, sed quod per legem Falcidiam minuendū est, naturaliter debetur. Martianus ff. de condict. indeb. Fideicommissum, inquit, in stipulatione deductum, tametsi non debitum fuisset, quia tamen à sciente fidei explendę causa promissum esset, debetur. Old.

INDEBITI solutio promutuum est, si ea soluantur, quorum datione in creditum itur. Cuiac. obseruat. lib. 8. cap. 34.

INDEFINITA capitur pro oratione, cui non præponitur signum uniuersale, uel particulare: & ęquipollet uniuersali. not. Barto. in l. si pluribus. ff. de legat. 3. Io. Bell. Etymolog.

INDEMNATI dicuntur ij, qui causam non dixerunt, id est, qui in iudicium uocati non sunt, etiāsi partis iniustè dederunt. ut apud Ciceronem in oratione pro domo sua. Sp.

INDEMNITATEM repromittere, & de Indemnitate cauere nostri dicunt, hoc est, satisdato, uel simplici & nuda promissione cauere alicui indemnem eum seruatum iri ex eo negotio, quo de agatur. l. 16. §. idem quærit. ff. ad Trebell. l. 8. §. j. ff. ad Velleia. Et sic Indemnitatis cautio in l. xiiij. in fin. ff. ad Trebellian. Indemnitatem præstare. l. pen. ff. de magistr. conu. Brissonius.

INDEMNITATI consuli posse, apud Papinianum in l. fideiussor. neg. gest.

INDEVOTIO, apud Iustinianum in l. si quis argentum. §. ult. C. de donat. Sp.

INDEX, pro tabula quæ præponitur libris, ut & numerum, & ordinem, tam librorum, quàm rerum, per capita indicet. Martialis pro inscriptione, qua unusquisque summatim liber demonstratur, usus est: Et cocco rubeat superb. index. Sp.

INDEX est latiori scriptura breuis subnotatio quædam, nec idem quod exemplum l. 2. de fid. instr. Exemplum enim ex integro describitur totum. Puto etiam Indicem siuè libellum, periculum appellari Nam quod in Apophth. Plutarchus πινάκιον, Æmilius Probus in Epaminonda periculum uocat, ut in tit. C. de sententijs ex periculo recitandis. Cicero. j. de legibus: Qui in isto periculo non ut à poeta ueritatem exigunt, & in frumentaria, pericula magistratuum. & in antiquiss. libro notarum, quem habem⁹, ex ita iungūtur D. P. de periculo, D. L. de libello. Cuiacius obseruationum & emendation. libro quinto, capit. uigesimoquinto.

INDEX, exemplum, authentica scripturę, descriptumq; significat, uulgò *copia* l. fin. ff. quemad. test. aper. l. 2. ff. de fide instr. Paul. lib. 5. Sent. tit. 14.

INDEX ab indicio olim dicebatur, qui crimē aliquod indicasset, detulisset, ut Pedianus ait. & ita sæpissimè à Tito Liuio, Sallustio, Cicerone, Tranquillo & alijs classicis accipitur. Indicasse enim, interprete Vlpiano est, detulisse, arguisse, accusasse, & conuicisse l. 197. ff. de uerborum significat. quæ referenda est ad l 3. & si ex stipulatu. & §. utrum id. ff. ad Senatusconsul. Sillan. Græci in eundem sensum ἐνδεικνύναι ut patet ex l. tertia, ff. de uia public. Est & digitus post pollicem primus. Vide l. 2. ff. de fide instrum. & §. final. Instit. de public. Sp.

INDICARE, idem est quod deferre, id est accusare. Cicer. in Orat. pro Q. Ligario. Nouum crimen

C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum, propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Aphrica fuisse, &c. Quintilianus. in tormentis, pauper, diuitem, detuli reum. Id Græci dicunt ἐμφανῆ, ... quibus nostrum deferre (ait Budæus in Commentar. linguæ Græcæ) uidetur respondere. Est igitur indicare, accusare, ἐμφανίζειν, κατηγορεῖν. Vlpianus in l. Lex Cornelia, sub fin. ff. de iniurijs & famosis libellis. Et ei (inquit qui indicasset, siue liber, siue seruus sit, pro modo substantiæ accusatæ personæ, æstimatione iudicis præmium constituitur, &c. Indicasset, id est, detulisset, seu accusasset. Quanquam & inter plerasq; alias significationes, indicare, sit æstimare & precium rei uenalis statuere: quod Græci τιμᾶν, quod institoris est, & uenditantis merces, ut Budæus eleganter adnotauit in Commenta. linguæ Græcæ, & in adnotationibus in Pandect. Quo loco scribit, indicare esse uerbum uendentis, sicut mercari & liceri emptoris. Indicat igitur uẽditor, id est, τιμᾶται quod uulgo dicunt. Qui bouem uenalem habet, is precium imponit. Cic. lib. 3. offic. Scæuola Publij filius, cùm postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, indicaretur, idque ita uenditor fecisset, dixit se pluris ęstimare. Vlpianus in l. Iulianus §. quod autem diximus, ff. de act. empt. Inter hunc igitur, & eum qui scit, interest. quoniam qui scit, præmonere debuit furem esse: hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem. Quem locum non assecutus, huius uocis significationis omnino nescius. Indicationem autem dixit Vlpian. pro æstimatiõe & probatione, ut nos admonuit ipse Budæus ex Plinij autoritate lib. 22. cap. 14. in quam etiam significationẽ, idem ipse Plin. indicaturam dixit. Hæc est (inquit) fiducia operis, hæc indicatura, id est, precium & æstimatio operis, & quo maximè opus probatur & censetur. Idem Bud. alio loco in l. testium. ff. de testibus. censuit indicare, esse rem simpliciter enunciare: nõ figuratè aut ornatè dicere: & ita interpretatur locũ quendam Quintiliani lib. 2. in hæc uerba scribentis. Nam mihi aliam quandam uidetur habere naturam sermo uulgaris, aliam uiri eloquentis oratio. Cui si res indicare modò satis esset, nihil ultra uerborum proprietatem laboraret. Brechæus l. indicasse. in tit. de uerb. & rer. signific.

INDICARE, æstimare est, precium rei uenalis statuere. Hinc Indicatio, & Indicatura, id est, preciũ, & æstimatio operis. Bud. in l. Iulianus. quod autem diximus, de act. empt.

INDICARE, est precium rei uendendæ statuere. Mercari uerò & liceri est aliquid minus offerre, quàm indicatum sit, donec in precium consentiant emptor & uenditor. Itaq; indicare, uenditoris est: Liceri & mercari, emptoris. Aliter item indicare sumitur. De quo uide, Confiteri. Sp.

INDICARE reum est deferre, arguere, accusare & conuincere. ff. de ma. test.

INDICATIO, promissio, addictio. Vlpia. l. 13. §. 2. de act. empt. Hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem. Loquitur de eo qui seruum uendebat, quem furem esse ignorabat. Nonius, Indicare, promittere. M. Tullius offic. 3. Scæuola cùm postulasset ut sibi fundus cuius emptor erat, semel indicaretur. Hæc Nonius. Indicare igitur uenditoris est, liceri emptoris. Hotom.

INDICATIONEM dixit Vlpi. pro æstimatione & probatione, ut nos admonuit ipse Budæus ex Plinij authoritate lib. 22. capit. 14. In quam etiam significationem idem ipse Plinius indicaturam dixit. Hæc est (inquit) Fiducia operis, hæc indicatura, id est, preciũ & æstimatio operis & quo maximè opus probatur & censetur. Idem Budæus alio loco in l. testium. ff. de testib. censuit indicare, esse rem simpliciter enunciare, non figuratè aut ornatè dicere: & ita interpretatur locum quendam Quintiliani, libr. 2. in hæc uerba scribentis. Nam mihi aliam quandam uidetur habere naturam sermo uulgaris, aliam uiri eloquentis oratio. Cui si res indicare modo satis esset, nihil ultra uerborũ proprietatem laboraret, &c. Brechæus l. indicasse. ff. de uerb. & rer. sig.

INDICERE forum dicitur Magistratus in prouincijs, cùm & locum & tempus designat, quo caussæ in conuentu agantur. Virg. Æneid. 5.

Indicitq; forum, & patribus dat iura uocatis.

ubi Seruius, id est, tempus & locum designat agendorum negotiorum, qui Conuentus uocatur. Indicit autem uerbum iuris est, & per hoc potẽtem uult significare ciuitatem. Hot.

INDICIUM est signum, siue demonstratiuũ domiciliũ delicti, uel alterius rei de quo uel de qua quęritur, & adminiculum probationis. Gandinus in tit. de præsumpt. & indicijs col. 4. Brunus in tract. malef. colum. 1. in sua materia. Felin. cap. quantò. colu. 1. de præsump. quos refert Ægidius Bossius in tractatu crimi. in tit. de indicijs, num. 2.

INDICIUM tàm mercedem præmiumq; quod ad indicandum furem fugitiuũmue datur, quàm ipsum indicationis & delationis factũ significat. Prioris significati exemplum est in l. 4. §. ult. ff. de cõdict. ob turp. cauf. & in l. 15. ff. de præscr. uerb. ubi, Si merces, ait Iurisconf. intercessit ob indicium, hoc est, ut si indicasset adprehensusque esset fugitiuus, certum aliquid daretur. Apul. libr. 6. de Asino aur. Mercuriũ præmiũ inuestigationis Psyches publicè præconio suo edicentem facit in hæc uerba: Si quis à fuga retrahere uel occultam demonstrare poterit fugitiuã regis filiam, conueniat Mercurium prædicatorẽ accepturus indicij nomine ab ipsa Venere septem suauia. Sic Paul. lib. 2. Sent. tit. pen. Ob indicium comprehendendi furis pręmium promissum dixit. Idem Apul. lib. 7. de Asino aur. Indicinæ præmium uocat. Posteriore sensu Vindicem Vitelliorum seruũ coniurationem indicio suo detexisse, ait Pomp. in l. 2. §. initium. ff. de orig. iur. Sic indicium profiteri in l. 24. ff. de fals. l. j. ff. ad leg. Corn. de sica. & alijs locis, quos lib. xv. proferemus. Et Indicia seruorũ in l. 1. §. item. Seuerus & l. 9. §. pen. ff. de quæstio. Indicia pro argumentis in l. 6. C. de dolo. l. 1. C. de testib. l. 19. C. de rei uindic. Brissonius.

INDICERE operas. l. 13. §. indicium. & l. 23. §. j. l. 24. ff. de oper. liber. Indicere munus. l. 5. ff. de iure immunit. Vnde Indictæ collationes. l. 8. §. cui muneris. ff. de uacat. muner.

INDICTA causa damnari dicuntur, qui ad iudicium uocati non affuerunt, absentesq; sententiã passi sunt. Bud. in posterior. annot.

INDICTIO, est denunciatio. Vlpia. de oper. libert. l. libertus. Cui post indictionem, inquit, operarum. Atq; alicubi: Si indictiones temporarię indictę sunt. Nebr. apud Paul. in l. quæro. ff. de usufr. Sp.

INDICTIONES, tributa, siue functiones, quę non personis sed prædijs indicũtur: id est imponuntur. l. Iulianus. 13. §. 5. ff. de act. empt. l. quæro, 28. ff. de usufr. legat. Plin. ad Traianum: Nec nouis indictionibus pressi ad uetera tributa deficiunt. Prædijs aũt (ut dixi) non personis imponebantur: qua de causa eorum nomine quæ non possidentur nõ agnoscuntur.

tur. Nou. 128. uide l. 3. & pass. C. de annon. & tribu. libro x. Adde Cuiac. in rub. tit. de indict. C. lib. x. Hinc

INDICTIONES (ut uidetur) appellatæ sunt, ex quibus annorum ratio constitui cœpta est, Constantino imperante: anno Christi CCCXIII. ante diem 8. Calend. Octobr. quo die uictus Maxentius, religioq; Christiana in libertatem uindicata est. Ergo quasi à primordijs Christianæ libertatis Niceni conuentus auctoritate institutum est, ut sublatis Olympiadibus annorũ ratio ab eo tempore iniretur: sic, ut decimoquinto quoque anno noua esset Indictio: anni autem singuli cuiusq; Indictionis computarentur. quemadmodum ex Codice Theodosiano multis locis intelligitur. Hot. Et hic obseruent studiosi, paria esse hæc tria: Anno quinto, indictione quinta. & fusione quinta. l. 6. C. Theo. de indul. deb. ex quo apparet ratio nominis. Cuiac. in suprà d. rubric. tit. de indict. C. lib. x. Et qualiter posit inueniri indictio, habetur in glos. Indictionis, cap. inter dilectos. de fid. instru. Sic enim faciendum est, Annis domini addas tres, & diuide totum per quindecim, & id quod remanet completa diuisione in numero diuidendo, hoc ostendit indictionem in isto anno. gl. in Authen. ut præpo. no. impe. col. 4. &c. de Iust. C. confir. in fin. Vide latius de hac materia. Spieg.

INDICTIONES extraordinariæ sunt, quæ ad tempus ex improuiso præter morem indicũtur, uel uti angariæ belli tẽpore, aut equi, muli, uerhedi. His parere omnes possessores debent, etiam ecclesiæ. l. neminem. C. de sacr. eccles. & cæteri municipes uel incolæ. l. ult. §. patrimoniorum. ff. de mun. & honor. Cuiac. l. ult. de muner. patrimo. C. lib. x.

INDICTVM, & quod non dictum est, & quod solenniter promulgatum est, significat.

INDIFFERENS. Quære, Medium.

INDIFFERENTER, pro indiscriminatim apud Vlpian. de offic. Quæstor. usurpauit Suetonius pro susq; deq; annotante Erasmo. Sp.

INDIGITARE deos pro eo accipere debemus quod est Indigetem & diuinum comprecando reddere. Nam eos fere dicimus indigetes, ut à multis traditur, qui nullius rei egeant. de qua re latius Petr. Crinitus de honesta discipl. lib. 1. cap. ult.

INDIGNATIO, est oratio per quam cõficitur, ut in aliquem hominẽ magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur. autor Cicero lib. 1. de Inuent. Bart. in comment. ad constit. Qui sint rebelles, circa fin. super his uerbis: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram. Huius, inquit, uerbi nullum effectum inuenio, nisi quatenus uerbum sonat. Quia Imperator indignatus ex hoc facto, non exhibebit se gratiosum. Sp.

INDIGNVS, non semper est reprobus, sed propriè immeritus. Hinc uenit nomen Indignitatis, affine admodum contumeliæ. Notus est tit. in Pand. de his quib. ut indignis leg. auferuntur. Vide Bart. in l. hæreditas. C. de his quib. ut indign. Spieg.

INDIGNI heredes ex his causis habentur, si defuncti mortem ulti non sunt, uel iudicium eius oppugnauerunt, uel id egerunt, ut per negligentiam & culpam suam defunctus moreretur, uel in fraudem fisci fidem accommodauerũt, uel bona uiuentis adhuc alienarunt, uel contra mandata Senatusconsultũue nuptias contraxerunt. l. 8. §. meminisse. ff. de in off. l. 33. ff. de relig. l. 17. §. in tacito. ff. de usur. l. 13. §. eos quasi. & l. 46. ff. de iure fisc. l. 29. §. ult. cum l. seq. ff. de donatio. l. pen. ff. de iure patro. l. pen. ff. de S. C. Silania. tot. tit. de his quæ ut indig. aufer. Et apud Paul. lib. 5. Sentent. tit. 13. l. 22. C. de appellatio. l. 32. §. ult. ff. de donat. int. uir. Briss.

INDISCRETA cautio, quæ absq; causa est. l. cũ indebito. §. fin. ff. de probat. Alb.

INDISCRETE, inordinatè, confusè. l. si qs ad declinandum. §. ubi autem. C. de episc. & cler.

INDISCRETVM, hoc est, maximè coniunctũ: contrarium discreto.

INDISCRETVM, pro nondum decreto, deciso. in Authent. de nupt. §. quia uerò hactenus.

INDISTINCTE scribit. Paul. l. non distinguemus. §. Iulianus. ff. de recept.

INDIVIDVVM, quod diuidi non potest: Indiuisum, quod non est diuisum. Sed hæc indiscriminatim poni, Alberic. indicat, & simul omnes seruitutes esse indiuiduas, excepto usufruc. l. 1. ff. ad leg. Falcid. cum simil. Sp. Item Ræuard. l. ea quæ in partes. ff. de regulis iuris.

INDIVIDVVM quinq; uocibus à Dialecticis addi solet: non quia sit communis uox (prædicatur etenim de una re tantũ) sed quia in definitione speciei eius fit mentio. ut, Tutela testamẽtaria Seij, Dominium directum Caij, obligatio naturalis Pamphili. Vide, Genus pro specie. Spiegelius.

INDIVIDVVM quod Dialectici appellant, id est, quod nec de subiecto ullo dicitur, nec in subiecto ullo inest, ueluti Stichus, aut Pamphilus: id Iurisconsulti uitandę ambiguitatis causa speciem appellant. quo nomine ferè speciem infimam intelligunt. nam indiuiduum nomen in ijs rebus ponunt, quæ neq; naturales, neq; intellectas partes recipiũt: ueluti seruitutes. uti cõstat ex l. 4. & 72. ff. de uerb. oblig. Stichum igitur indiuidui nomine nõ intelligemus: quia diuidi in partes intellectas potest: at uiam, iter, aquęductum, nauem, equum, indiuidua dicimus. ex quo illud Cascelianum, Nauem si diuidis, nec tu nec socius habebitis: apud Macrob. lib. Satur. 2. Hot.

INDOCTI, hoc est, imperiti, qui, quicqd semel insedit animo, nunquam patiuntur reuelli: stupidiores, quam ut ipsi rectè iudicare queant: & ijdem præfractiores, quàm ut alienæ sententiæ uelint accedere: quod quidem hominũ genus omnium extremũ, ac prorsus inutile, meritò iudicauit Hesiodus. Sp.

INDOLES, & specimen uirtutis, hoc est, initia, & plenam interdum uirtutem significat.

INDOTATVS, contrarium dotato. Non cogitur quis indotatam uxorem, hoc est, quæ non adfert dotem, ducere. l. si donaturus. ff. de. Condit. caus. dot. Spiegel.

INDVCERE, præter alia significata, est etiã expungere. & cancellare calamo trãsuerso. Vlp. de his quæ delentur. l. cancellauerat autem quis testamentum, uel induxerat. Item, Si nomina omnia induxerat, ut proponitur. Item, Quæ in testamento legi possunt, ea inconsultò deleta, uel inducta, nihilominus ualent: consultò non ualent. Hinc Inductio, pro abolitione & litura ponitur. Nebriss.

INDVCERE sententiam, aut decretum, uulgò est, ad nihilum ponere. Est enim inducere propriè, ducto per ceras stylo tegere, interlinere, & memoriam scriptorum obliterare. Außtilgen. Bud. in l. ulti. de Senatorib. Vide gl. singularem in l. si quis libertatem. ff. de petit. hæred. & gl. in l. inductum. C. de solut. Spiegelius.

INDVCI in mores aut in ciuitatem & Rempub. dicitur Ciceroni quod semel atq; iterum factum relinquit omnibus imitandi exemplum: At legem inducere nemo dixit, qui Latinè locutus est. Conna-

nus libro 10. capite quarto, numero primo.

INDVCI cognitio dicitur, quæ ex actis tollitur & aboletur. l. 9. ff. de iure fisc. Dicitur & circumduci eodem sensu. l. 27. §. 1. ff. de liber. cau. l. 73. §. 1. ff. de iudic. l. 45. ff. de re iud. Briss.

Vtuntur & Iureconsulti perducẽdi uerbo in hoc fere significato l. 1. ff. de his quæ in test. delent. l. 8. §. sed & cum uoluntate. ff. de secun. tab. l. xx. §. ult. ff. de test. milit. Briss.

INDVCIAE sunt, inquit Varro, pax castrensis paucorum dierum. Item, Induciæ sunt belli feriæ. Hæc Gell. lib. 1. ca. 25. Vbi hoc quoq; adscribit, Inducias sic dictas arbitramur, quasi tu dicas, inde uti iã. Pactum induciarum eiusmodi est, ut in diem certũ non pugnetur, nihilq; incommodi detur: sed ex eo die postea uti iam omnia belli iure agãtur. Quòd dicitur dies certus præfinitus, pactumq; fit, ut ante eũ diẽ ne pugnetur, atq; is dies ubi uenit, inde uti iam pugnetur: idcirco ex ijs quibus dixi uocibus, quasi per quẽdam coitum & copulam, nomẽ Induciarum connexum est. Aurelius autem Opilius in primo librorum, quos Musarũ inscripsit, Induciæ, inquit, dicuntur, quum hostes inter sese utrinq; alteri ad alteros impunè, & sine pugna ineunt. Inde ab eo, inquit, nomen esse factum uidetur, quasi initus atq; introitus. Hotomannus.

INDVCIAE sunt quintuplices: Restitutoriæ, præparatoriæ, citatoriæ, deliberatoriæ, & iudicatoriæ, siue executoriç. Restitutoriæ sunt arbitratoriæ: citatoriæ sunt unius, uel duorum, uel trium mensiũ: præparatoriæ erunt anni, & dimidij, uel unius anni & sex mensium: deliberatoriæ sunt xx. dierum: citatoriæ xxx. dierum: iudicatoriæ quatuor mensium. not. gl. in summa. 3. q. 2. Io. Bell. Etym.

INDVCIAE, inquit Paul. de capt. l. postliminiũ, sunt cum in breue, & in præsenti tempore conuenitur, ne inuicem se lacesserent hostes. Nebr.

INDVCIAE nomen ab eo sumpserunt, quòd in diem ducantur, id est, differãtur: quo tempore à bello & uindicta supersedere æquum est. Aliàs barbarè Treuga. Alciat. in l. cum proponas. j. C. de pact. Præterea quid sint, & unde dicantur Induciæ, Aul. Gell. lib. 1. c. 25. tradit. Has quidam Treugas uocant, quid, & cur ita uocent, ignorantes. Est autẽ Germanorũ militum, qui uel ante Christi natalem in omnib. prçlijs primi nominis fuere, uocabulum: quo fidem illi, seu fiduciam significant, cuius obseruandæ tenacissimi fuerunt. Hodieq; uocantur, Trew/uel Traw. Fides induciarum autem nomen Germanis nunc frequens est, Ein anstande. Autor Paul Volzius. Sp.

INDVCIAE quinquennales, quç debitoribus à Principibus largiri solent, uulgò, Quinquernel appellantur. Sunt qui putant, quod & uerius est, Principem non posse eas solutè cõcedere, id est, sine consensu maioris partis creditorum. Quod & cõsultus in Augustanis Comitijs, respondi atq; obtinui. Sp. De istis inducijs, debitoribus datis, uide etiam Cuiacium obseruat. lib. 2. cap. x. qui existimat, illam cõsuetudinem originem traxisse ex l. uniuersa. C. de præcibus Imp. offer. & l. ult. C. de cess. bon. allegans autoritatem Cassiodor. libr. 2. Variar. qui affirmat, Theodoricum Italicæ, Gotthiæ regem idem obseruasse. uide Cuiac. d. lib. 2. obseruat. cap. x.

INDVLGENTIA. Paul. Is cui alimenta relicta fuerant, in metallum damnatus, indulgentia principis restitutus est. Spieg.

INDVLGENTIA, Latinis est, permisſio, obsequium, & lenitas quædam propensior, siue patrũ in filios, siue quorumuis in alios. Sic reperitur in Cõstitut. & multis legibus. Canonistæ pro uenia usurpãt, tum alijs modis: sed barbarè, ut Dd. Vide Archidia. ext. de pœn. c. ult. lib. 6. Sp.

INDVLGENTIA dicitur etiam relaxatio pœnç quam quis iustè pro culpis proprijs facere debuisset de thesauro Ecclesiæ ad diuinam iustitiam persoluendam sumpta. gl. in extr. de pœnit. & remiss.

INDVLGERE, est clementer & facilè concedere. l. ij. §. ignominiæ causa. ff. de his qui not. infa. Sp.

INDVSIVM quasi intusiũ super quo mox subucula sumitur. Nam Varro lib. 1. de ling. Lat. Intusium uocat, ita scribens, unum quod foris à palàm palla: alterum quod intus, à quo intusium. Plautus in Epidico, Indusiatum uocat substantiuè. ubi tamen Varro intusiatum legit: Nonius Marcellus scribit Indusium esse uestimẽtum, quod corpori intra plurimas uestes adhæret, quasi intusium. Inde autem Indusiarius dictus Plauto, qui huiusmodi indusia conficit, & pueri Indusiati, Apuleio lib. 2. Metamor. ubi plerique legunt inclusiati: ut testatur Tiraqu. in 3. l. connub. gloss. j. part. 3.

INDVSTRIA singularis. l. nulli. §. fin. C. de episcop. & cleric. Donatus scientiam & prouidentiam interpretatur. Etiam pro ingenij, siue artis exercitatione accipitur. Spieg.

INDVSTRIALES fructus. Vide, Fructus industriales. Infirmatus à litigatorib. l. licet. ff. de recept.

INDVSTRIOSVS. Vide, Victoriosus.

INAEDIFICARE, elegans uerbum apud Vlp. de usufruct. cum ait: Sed & si quid inędificauerit, postea neque eum tollere hoc, neque refugere posse. Hoc & Rhenanus apud Liuium restituit. Inædificati lapides. Spieg.

INEPTAS uoluntates defunctorum circa sepulturam: ueluti ut uestes, aut quę alia superuacua ei in funus impendantur, non ualere, Papinianus autor est, teste Martiano in fi. l. seruo alieno. de legat. j. Sp.

INEPTIAE sunt fatuitates. c. qua traditione. 22. distinct. Io. Bello. Etym.

INESSE dicuntur pacta, quæ continentur contractu, quæ legem dant, ueluti quæ in ingressu contractus fiunt. l. 7. §. quinimò. ff. de pact. l. 72. ff. de con trah. empt.

Sic pacti & doli exceptiones bonæ fidei iudicijs inesse dicuntur. l. 3. ff. de rescind. uend. l. 21. ff. soluto matr. quod contineri dicit l. 84. §. qui seruum. ff. de leg. lib. j. Sic doli præstatio & bona fides inesse contractibus. l. 152. in fin. ff. de diuers. regu. iur. Sic Arbitrium boni uiri inesse stipulationi. l. 3. §. si legatarius. ff. si cui plus quàm per leg. Falcid.

INFAMES qui dicantur, cognosce ex l. j. ff. qui not. infam.

INFAMIA non nisi ex delicto irrogatur. l. j. ubi Bartolus, de his qui notantur infamia. Sp.

INFAMIA notari, Nota laborare, Notari, Existimationem lædere, Famosum esse, Vlpian. in l. 2. ff. de his qui notant. infam.

INFAMIA à nota distinguitur in l. 3. §. lege. ff. de testibus. Infames hi sunt, quibus lex infamiam irrogauit. Notati uerò non sunt ipso iure infames, hæret tamen in ijs macula quędam, ut qui iudicio publico rei in uinculis sunt, uel qui ob testimonium dicendum pecuniam accepisse cõuicti, nec damnati sunt, uel qui inter requirendos adnotati sunt. Cuiac. libr. 2. de dignitatib. lib. 12. in princ.

Varijs modis INFAMIA qs notari potest: in primis hominum opinione. Nam is qui apud bonos, & graues

graues uiros malè audit: Infamis dicitur, licet ei iure & legibus nulla irrogetur infamia. l. ob hęc uerba. ff. de his qui not. infam. l. ea. l. uerbum. l. interloquutio. C. ex quibus cauf. irrog. infam. l. honori. ff. de obse. à lib. Itaque eum, qui restitutus est famæ, hac nota adhuc laborare existimo: uerúq; esse, quod ait Plautus in Persa,

Hominum immortalis est infamia,
Etiam tum uiuit, cum esse credas mortuam.

Hinc Claudius Cæsar, cum cuidam notam appositam deprecantibus familiaribus ademisset: Litura tamen (inquit) extat: sentiens, remissa culpa, infamiæ prioris uestigium manere. Hæc infamia, tametsi neminem à postulando repellat, nec tam efficax sit, quàm ea quæ iure irrogatur: effectu tamen non caret. Alterum est genus infamiæ, quæ irrogatur alicui iure ciuili, & si fortè apud bonos uiros non sit grauata eius existimatio. eaque iuris infamia uulgo appellatur, superior uerò facti. Dupliciter autem id contingit: uno modo cum Lex factum ipsum notat, non sententia. l. palàm. §. quæ in adulterio. ff. de rit. nupt. l. Imperator. ff. de his qui not. infa. ut si quis ab exercitu ignominiæ causa dimissus sit: Si artis ludicræ causa in scenam prodierit. Si lenocinium fecerit. Idque prætoris edicto expressum est. l. 1. ff. de his qui not. infam. Aliquando factum, & personam notat non Lex, sed sententia. d. §. quæ in adulterio. Vt is demum hanc notam subeat, qui fecisse iudicatus est, cum in exemplis supra scriptis factum ipsum sufficiat, nec sit necessaria sententia. Cuius rei exempla in Prætoris edicto extant. d. l. j. ff. de his qui not. infa. Quibus addendum est, eum qui iudicio publico damnatur, infamia quoq; notari. l. infamem. ff. de publ. iud. Nam damnatus ex crimine, quod publici iudicij nō est, ita demum notatur: si ex eodem maleficio ciuiliter, & priuato iudicio damnatus, infamis esset. d. l. infamem. Itaq; Stellionatus crimine regulariter dicitur famosum esse, quia publicis iudicijs non annumeratur. Duarenus libro primo, disputat. anniuers. capite xlij.

INFAMIA, bonæ famæ contraria est: poniturq; pro omni turpitudinis, dedecorisq; genere. Duplex est, iuris, & facti.

INFAMATVS à litigatorib. l. licet. ff. de recept.

INFANS, præter communem significationem, etiam eum significat, qui cum sit filius, frater, hæres, tamen administrationē haud consequitur, dum aut pater, aut frater natu maior uiuit: quasi pupillus adhuc sub cura tutoris. Dicitur autē infans, quod fandi non habet copiam in cura administranda, hoc est, sua non refert. Ideo nominatur à nobis propriè Vnmündig: sicut is qui curat res, uocatur Fürmünder/ uel potius Mundbar. Huius habemus præsens exēplum in Cæs. Ferdinando, qui licet sit Philippi Aug. record. Hispaniarum Regis, filius, & Imp. nostri Caroli frater & hæres, si ille, quod Deus auertat, sine liberis decederet: uiuente tamen Carolo fratre natu maiore, perpetuò erit & uocabitur Infans Hispaniarum. Similis mos fuit apud Germanos usque ad nostram ætatem, ut regente ac uiuente patre uel fratre natu maiore, reliqui fratres omnes, seu filij, Infantes essent. Vnde solus pater, uel frater regēs Dominus, uel Herus, cęteri Heruli, uel Domicelli uocabantur. Vulgò qui regebat, ein Herr/ cæteri Jung Herren uocitabantur. Idq; non solum in præclaris familijs, sed uel in urbibus accidit, ubi Prętor aut Cōsul, Dominus, ein Herr: filij eorum, Jung Herren uocati fuere. Constat item, quòd de plerisque dominis familiarum, Comitum, & Baronum, scriptum legitur hoc uocabulum Jungherr. Inde est etiam, quòd tot hodie Iungheri uocantur, & uocari contendunt, qui tamen nobilitatis à genere nihil habēt. Sed & in hoc abusus est, quòd omnes à genere nobiles Iungheri uocantur, & uocari contendunt, cum tamen res administrent ipsi, & sint præ senio cani. Hoc aūt Iungherorum nomen celebrius effectum est, posteaquā omnes sacrifici & monachi cum tota ecclesiæ Rom. familia, Heri & Domini uocitari ambiere. Ex reliquijs Volcianarum Obseruationū. Apud Iurisconss. infans & qui infantiæ proximus est, non multum à furioso distant: quia huiusmodi ætatis pupilli, nullū habent intellectum, ut ait Iustin. in §. pupillus. Instit. de inut. stipul. Spieg.

INFANS seruus, nondum anniculus. Vide Pau. ad fin. l si ego emi. ff. de public. actio. Sp.

INFANS quasi fandi impos intellegitur, qui septem annis minor est. l. 18. C. de iure delib. l. j. §. sufficit. ff. de administra. tut. Infantes Theophil. in §. pupillus. Institut. de inutilibus stipul. ait, dici τοὺς ἔτι ἐσθλὰ ... [Greek partly illegible] Infantem ἄφαντον interpretatur Constantin. libro 6. Epitom. titul. 6. Eoq; modo Infantis ætas exaudienda est in l. 55. ff. de usufruc. Proximos uerò infantiæ Theophil. in supra dicto loco accipit [Greek illegible] Infantilis uestis in l. xxv. §. muliebri. ff. de aur. argen. Adde Cuiacium in πραγματείᾳ sua de diuers. tempo. præscript. & termi. qui ad hoc allegat l. 14. ff. de spons. & addit Anagnosten non fieri ante annos octo. Nouel. 123.

INFANS expositus à Græcis appellatur ἀπερρίμμενος ad l. 2. ff. qui sine man. ad lib. per. ideoque apud Harmenopulum lib. 1. tit. ult. perperàm ἀπερρίμενος definitur esse furiosus & demens: nam certè furor non liberat seruitute. Non possunt etiam expositorum educatores, eorum dominium sibi uindicare. l. ult. C. de infa. exp. & de ijs qui sang. nut. accept. ubi infantes recens nati, sanguinolenti uocantur, ut l. 2. C. de pat. qui fil. dist. Donatus in Andriam, à matre sanguinolentum non pulchrum, sed scitum pronunciat. Iuuenalis, A m tre rubentem. Prudentius cōtra Symmachum, Quos sanguinolentos edendi mos iuuat. Cuiac. in expositio. Nouell. Iustinian. 153. de infantibus expositis, in fin.

INFANTIA, primus ætatis gradus, est intra annum septimum. Recte autem infans dicitur, quasi nullis idoneus officijs: quia consilio prorsus caret, ac primæuæ innocentiæ. quia Deus ab initio creauit hominem, exemplum nobis refert. Quamobrem etiam nullius delicti culpam admittit. l. infans. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Sp.

INFAVSTAS uoces iactare. l. prima. ff. de his quibus ut indig.

INFECTA emptio. l. 2. ff. de rescin. uend.

INFECTOR, qui lanas inficit & imbuit aliquo colore.

INFECTVM argentū, pro nō cælato, aut signato.

INFERIOR, pro ultimo. l. si neutri. ff. de priuil. credit. Alber.

INFERIORA prædia, quę sui natura profluentem aquam excipiunt. l. j. §. sed si uicinus. ff. de aqua pluu. arcen. Spieg.

INFERRE mortuum, pro sepelire, uulgò notū est. Quod fit, cum terra conditur corpus. l. diui fratres. ff. de relig. & sumptib. funer. Sp.

INFERRE pœnam l. 12. ff. de manumiss. Reliqua l. 4. C. de ma. testa. Pensiones l. 58. ff. de usufruct. Pecuniam

cuniam rationibus l.38.ff.de neg.gest.Portionem ui rilem l.101.ff.de solut.uectig.l.7.ff.de public.Prat.

INFERRE reliqua.l.40.§.seruus testamento. ff. de statutib.l.4.C.de testam.manum.

INFERRI pensiones.l.58.ff.de usufruct.Briss.

INFERRE pecuniam rationibus. l.38. ff.de neg. gest.l.32.§.idem quæsijt.ff.de usufruct.leg.

INFERRE portionem uirilem l.101.ff.de solut.

INFERRE usuras.l.11.ff.de usur.

INFERRE uectigal.l.7.in fi.ff.de public.

INFERRE in sepulchrum.l.3.§.si quis in hæreditarium.ff.de sepul. uiol.l.6.§.si quis in communē.ff. comm.diuid.l.4.l.6.& aliàs passim.ff.de relig.Briss.

INFICERE propriè est tingere & colorare. per metaphoram uero polluere, maculare & corrumpere. Vnde oleum infici dicitur, quãdo per alterius rei admixtionem natura eius corrumpitur,& admixtæ rei naturam accipit. Sp.

INFICIARI.l.2.in fin.ff.de exceptio.l.14. ff. depos.l.67.ff.de furt. Creditum depositúmue abnegare significat.Hinc Inficiatio.l.16.ff.iud.sol. & d.l.67. & §.quædam.Instit.de actio.uerba autem hęc in malam partem capiuntur. Itaq; Fest.lib.9.Inficiari,ait esse,creditum fraudare:Et Isidor.lib.5. Etym.ca.26. Inficiationem esse rei debitæ negationem, cùm ea à creditore reposcitur. Martial.

In ius ô fallax atq; inficiator eamus.

Quintil.lib.7. ca.2.A personis,an illum deposuisse apud hunc,uel hunc credidisse credibile sit,an petitorem calumniari, an reum inficiatorem esse, uel furē. Cic.1.de orat.Vt si ille inficiator probasset iudici ante petitam pecuniam, quàm esset cœpta deberi: Vbi inficiatorem pro eo unde petebatur accipit.Inficiatione crescentem causam.l.7.ff.de solutio.accipe ex ea actione,quæ aduersus fatentem in simplū,aduersus negantem in duplum competit, qualis est Aquiliæ actio.l.23.§.ult.ff.ad leg.Aquil.Briss.

INFICIATIO, est negatio. Neratius l. iudicatum.ff.iud.solui. Ad inficiationem, inquit,compelli eum,qui sine iudicio partem dare paratus est.Nebr.

INFICIATOR est, qui negat se uel debere qđ actor petit, uel commisisse quod accusator obijcit. Non.Marcellus locū Ciceronis ex secunda in Catil. inuect.citat, ut doceat inficiatores esse falsi criminis obiectores: sed apparet erudito uiro F.Syluio, Marcellum non esse Ciceronis mentem assecutum.Sp.

INFINITVM,pro indefinitum,nullo certo termino circumscriptum. Cic.in Partit. Quid,quæstio quãsnam habet partes? Infinitam, quam Consultationem appello:& definitam,quam Controuersiam nomino.Item alibi locis innumeris. Celsus l.9.ff.de seruit.Si cui simplicius uia per fundum cuiuspiã cedatur, uel relinquatur, in infinito, uidelicet per quãlibet eius partem ire agere licebit. Vlp.l.13.in fi. ff.de damn.infect. Neq; enim in infinitum obligatus esse debet stipulatione. Mæcianus l. 91. ff. de condit. & demōst.Sic & accipitur in l.hæc adiectio.ff.de uerb. sig.l.qui restituere.ff.de rei uind.poterit aduersarius in litem sine ulla taxatione infinitum iurare,i. quod Græci dicunt ἀπεριόριστον,minime circumscriptū, minime tamē intēperatum. Tempus autem uel certū, uel infinitum comprehendatur.Hot.

INFINITVM pro immenso & immodico. l.61. ff.ad leg. Falcid.l.40.ff.de dam.infect.l.192.ff.de uerbor.sig. Vnde in Infinitum iurare pro in immēsum. l.68.ff.de rei uind.l.4.§.iurare.ff.de in lit.iur. Infinita uel immoderata æstimatio.in l.40.ff.de damn.infect.In infinito.in l.9.ff.de seruitut.l.1. §.apud Viuianum.ff.de ædilit.ed.l.24.ff.de seruitutib.urb.l.j.§.si cui ita sit legatum.ff.ut legat.seu fideicom. In infinitum.l.xj.§.si quis decem.ff.de leg.lib.3.l.4.§.parentem.ff.de in ius uoc.& apud Vlpian.in Institut.titul. vj.Quod & infinitè ab eodem Vlpian. Institut.titul. v. Brissonius.

INFIRMAE ætatis, autore Paulo, in l.ciuitatibus,de leg.j.seniores,pueri,& puellæ sunt accipiendi. Spiegelius.

INFIRMITAS, mala ualetudo, propter quam ut ait Paulus,curator dari solet. l.item. ff.de postul. Item imbecillitas, debilitas, de qua Caius in l.idem iuris.ff.ad leg.Aquil.ita scribit: Nec uidetur iniquū, si infirmitas culpę adnumeretur: cum affectare quis non debeat, in quo uel intelligit, uel intelligere debet,infirmitatem suam alij periculosam futurā.Sp.

INFIXA non malè etiam inficta dixeris, quū & 3.de re rust.Varro dixerit ficta,afficta,deficta:&Diomedes,Scaurusque probarunt: & in l.ne quid. ff.de incend.ruin.naufr.Flor.sit eodem sensu scriptū, Nauis inficta. Caper Grammaticus, Fictum,inquit,rationis,fixum uoluntatis.Cuiac.Obseruat. lib.ix.capite ix.circa finem.

INFORMARE, est Latinis in animo instituere, aut concipere contractum, est facere eum pinguiorem,auctiorem,& magis extentum: atque informatus contractus,id est, ualde formatus,scilicet auctiore forma efficax factus. Hoc fieri dupliciter,pulchrè Zasius docet in longè difficillima l. lecta. ff. si cert. pet.Reformare autē contractum,est eum circa qualitates modificare,perputare,moderari, formā contractus aliquantisper alterare, retento tamē contractu.Item informare actiones,est in formā eas extensim deducere. Siquidem,ut Alciatus refert,enarrãs l.in bonæ fidei, actiones ex contractibus certis formulis cōtinebantur, quas à M.Manilio compositas, Varro autor est.Item in Rubrica de pactis:Informatur, ait,id est,ampliore forma instruitur. Sp. Adde Forcat.dial.99.Necyomant.nu.1.

INFORTIATVM. Haloãder indicauit,una eademq; opera Bulgari & Azonis seculo natas Voluminum appellationes, Dig. Vetus,Infortiatū & Nouum,præter barbariem nihil olentes: & quidem rectè censet,in partiendo Digestorū opere, plus apud nos ualere debere Imperatoris autoritatem, quàm imperitiam uulgi, adeoq; sine ratione receptam cōsuetudinem.Spieg.

INFORTVNII nomen plerisq; displicet: cum tamen illo usi sint Terentius,Liuius,Imperator: qui in Authent.de nupt.censuit ingratos filios, patri esse infortunium.Sp.

INFREQVENS,exponit Accur. in l.j. ff.de migrando.pro ualde frequens, cōtra uim uocabuli, ac apertam alioqui Vlpiani mentem, cur sit parum frequentatum id interdictum,indicantis. Sp.

INFVLAE sunt fasciæ in modum diadematū. l. fin. C.de quad.præscript.Io.Bello.Etym.

INFVNDIBVLVM, instrumētum ad liquores infundendos. Catoni,ab infundendo, ut Egnatius arbitratur, dictum.Sp.

INGENIVM, ꝓpriè natura dicit̃ cuiq; ingenita. Terēt.rursus ad ingeniū redit,i.ad naturā. Cōna.lib. 2.c.11.n.1.Vel, est uis quædam naturalis nobis insita, suis uirib.pręualens,ad inueniendū,qđ rōe iudicarī possit. Cato cōtulit ingeniū hominis cum ferro: qđ si exerceas,usu quidē nonnihil atteritur: si non exerceas,magis consumitur rubigine. Ingeniū ubi intenderis,ualet.not.in Auth.de exhib.reis.§.illud.Sp.

INGE-

INGENIO magno.l.à testatore.ff.de Condit.& demonst.Spiegel.

INGENIO subtili extorquendum est aurum à Barbaris.l ij. C.de Commerc.& mercat. Vide Zasiũ in Apologia ad Eckium.& infra, Subtile ingenium.

INGENS, plus est magno, & quasi diceres, supra, uel ultra gentes. Hinc, ingens contentio, in §.retinendæ.Instit.de Interdict.Sp.

INGENVI ab ingenio dicuntur, quod Latinis naturam significat. Ita ingenuus est, qui suo arbitratu, & ingenio potest uiuere: aut qui naturæ bono fruitur, nulla ui afflictæ & mutatæ. ut Lucretius

Vnde mare, ingenui fontes, extremaq; longè
Flumina supped tant.

INGENVOS Fontes uocat nullo opere atq; artificio coactos & angustatos, & tanquam in seruitutem redactos, sed sua sponte naturaliq; alueo fluentes, quomodo Iuuenalis ait: Nec ingenuum uiolarent marmore tophum. Qua significatione ingenui dicebantur olim, qui ipsi maioresúe ipsorum seruitutem nunquam seruierant. maiores autem usq; ab auo repetebant. Liui.lib.11. An unquam fando audistis, patricios primum esse factos, non de cœlo demissos, sed qui patré ciere auumq; possent: hoc est nihil ultra quàm ingenuos, &c. Conna. lib. 2.c.11.nu.1.

INGENVI & gentiles ijdẽ non sunt, quia capite diminutus manet ingenuus, quanquam gentem suã amittat, & nouã assumat. Sed ingenuitas ornamenta sua habet à natura, solamq; libertatẽ respicit, quam ab auis ducit. Idẽ eodẽ loco: & nu.6. usus inquit tandẽ obtinuit, ut is ingenuus dicatur, qui statim ut natus est, liber est, siue ex duobus ingenuis editus est, siue ex libertinis duobus, siue ex altero libertino, & altero ingenuo. Et Martia.de stat. ho. cap.5. Ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt. Sufficit enim liberam fuisse matrẽ, eo tempore quo nascitur, licet ancilla conceperit. & econtrario si libera conceperit, & ancilla facta pariat, placuit eũ qui nascitur liberũ nasci: nec interest, ex iustis nuptijs cõceperit, an uulgo: quia nõ debet calamitas matris nocere ei qui in utero est. Connanus lib.2.cap.11.nu.5.

INGENVVM etiam eũ accipi ait Vlpianus ad l. Iuliam & Papiam.lib.1. de quo sententia lata est, quã uis fuerit libertin9, quia res iudicata pro ueritate accipitur. cap.25. de statu hom. Idq; eo pertinet, quod Senatores lege Iulia prohiberentur libertinas uxores ducere. cap.44. de ritu nupt. Eaq; de re differẽs ad l.Iuliam & Papiã li.1. Vlpianus, scripsisse uidetur, mulierem, de qua sententia lata est, pro ingenua haberi, si modo in ea re per collusionem nihil factũ fuerit, cap.4. de collus. deteg. Nam ut ait eleganter Donatus, quod in iure semel iudicatum est, rescindi, & iterum agi non potest. Indeq; Prouerbium, Actũ agere apud Terent. natum putat, pro eo quod est nihil agere. Eaq; etiam ratio est, cur de re iudicata pacisci nemo possit. Ita enim Alexandrum Imperatorẽ rescripsisse, ex ijs incertis titulis constat, qui Gregoriano Codici à Cuiacio tribuuntur. &c. Ræuard.l. Non potest uideri.ff.de reg.iuris.

INGENVVS. Ingenuus est, qui ex matre libera natus est. Aliter ingenuus est, cui ex natiuitate competit libertas, qui non est factus liber, sed natus.l.& seruorũ.ff.de stat.hom.Inst. de ingenuis.in princ. Erat igitur ingenuus, quem nos hodie gentilem uocamus. Ab ingenuorum enim antiquitate (ut Boetius scribit in Top.) gentilitas dicitur. Videamus autem, quid apud antiquos iurisconsultos gentilitas ipsa fuerit. Cicero, in Top. & post eũ Budæus, in Annot. ad Pand.ex l.j.de iustit.& iur. Gẽtiles sunt (inquiũt) qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite nõ sunt diminuti. Nihil enim uideo ad hanc definitionem Scæuolam pontificem addidisse. Gentiles sunt (inquit etiam Boetius) qui eodem nomine inter se sunt, ut Bruti, ut Scipiones. Quòd si serui sint, nulla gentilitas esse potest. Quòd si libertinorum nepotes eodem nomine nuncupentur, gentilitas nulla est, quoniam ab antiquitate ingenuorũ gentilitas ducitur. Quòd si rursus in familia gentis suę non manserint, gentiles iam esse non possunt. Non temere igitur (ait idem Budæus in d. Annota. paulò post d.l.j.de iusti.& iu.) lingua uernacula Gentiles homines pro nobilib. appellat, quasi ingenuos ab origine gentis, & quorum maiores seruitutem nullam prorsus seruiẽrunt, uidelicet ab asscriptitijs, & conditione quadam obnoxijs distinguere eos uolẽs, qui ob id eadem lingua uillani dicuntur, quòd uillæ (unde uillici dicti) asscripti, & colonariæ conditioni addicti aut ipsi sint, aut eorum maiores fuerint. Quod tamen nomen loquentium inscitia in contumeliam iam uertit. Villanum enim & uilẽ uernacula simplicitas confundit. Fuit autem ius gentilitatis, ut ius stirpis apud antiquos. Vnde Cicero, li.1. de Orat. Nonne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis, ac gentilitatis iure dicendum? Verùm, tria hæc erant iura apud antiquos: agnationis, stirpis, & gentilitatis. Hinc Papinianus, l.j.de probat. Quoties (ait) quęritur, genus, uel gentem, quis haberet, necne, eum probare oportet. Sed nobiliorum uidetur fuisse gentilitas (ut ex illa definitione Ciceronis apparet) eorum scilicet, qui imagines generis sui proferre poterant. Inde Tranquillus, in Vespasian. Flauia gens (inquit) obscura illa quidẽ, ac sine ullis maiorum imaginibus, sed tamen reipub. nequaquã pœnitenda. Itaque, imagines prò nobilitate accipi solent: & fumosas imagines appellat Cicero ipse antiquissimi generis stemma, ut legi omnino debeat apud Iuuenal.

Famosos equitum cum dictatore magistros.

Plinius 9.lib.epistol. subitaneas imagines appellat, nobilitatem parùm antiquam, sed repentè fortunæque beneficio quæsitam. Ex ultima autem in Verrẽ actione apparet ex honoribus gestis imagines familiarum comparari, aut etiam retineri solitas esse. Quod & scribit idemmet Budæus, in loco supradicto. Hinc erat, quòd qui ius gentilitatis, & maiorum imagines nullas habebant, terræ filij, & à sese orti, & homines noui uocitarentur. Quibus locutionibus Cicero non semel usus est, ut lib.7. Epistolar. Cornelius quidem tuus familiaris, summo genere natus, terræ filius. Ab eo autem dictum est per ironiam, summo genere natus. Hæ autem imagines stemmata uocabantur, ut in illo Satyrici loco,

Stemmata quid faciunt?——

Tranquillus quoque in Galba. Neroni (inquit) Galba successit, nullo gradu contingens Cæsarum domum, sed haud dubiè nobilissimus, magnaq; & ueteri prosapia, ut qui Imperator in atrio stemma proposuerit, quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaen Minois uxorem, referret. Mos autem fuit olim Romæ, ut imagines maiorum in funeribus ducerẽtur ad gẽtilitatẽ ostẽdendã. Id quod Cicero indicat in 2. de Oratore. & in oratione pro Militẽ Plini9.li.35 Pro ijs imaginib9 (ut opinor) posteriora tẽpora insignia gẽtilitia habuerũt, quę arma uulgò uocantur, quæ ipsa quoque primùm (ut ueri-

simile est)uirtutis præmia fuerant,ac rerum præclarè gestarum decora. Hæc uerò (ut Cicero docet in princip. legis Agrariæ) gestantium nonnulli, atque etiam plerique moribus, ac uitæ instituto hoc certè proficiunt, ut tantum maioribus eorum honoris debitum esse uideatur, unde etiam, quod posteris solueretur, redundaret. Huiusmodi imaginum iura,ac nobilitatis insignia, damnatione reorum amittebantur. Idque Cicero multis in locis docet, & maximè in oratione pro Sylla, ijs uerbis, Omnia (iudices) hæc amissa sunt: omnia generis, honoris, nominis insignia, atque ornamenta unius iudicij calamitate ociderunt. Etiam nobilitas trásit in filios, nisi propter eorum delictum eam amittant. Nam ob delictum quis infamis efficitur, & propter infamiam perditur nobilitas, & dignitas. l.ij. & l. quoties. & ibi Bar. C. de dignitatibus, Itaque, nobilitas non generis est tantùm, sed etiam alterius rei excellentia, dignitas, item fama, nominisque celebritas. Et est nobilitas ipsa triplex: una generis, uirtutis altera, tertia ex utraque hac mista constans. Primam sine altera parui facio, uel eam nullam prorsus esse ueriùs dixero. Qui enim duntaxat genus iactat suum, aliena laudat. Hinc est, quod in hanc ipsam scribit Liuius lib. 10. in persona P. Decij. his uerbis: An unquam fando audistis Patricios primò esse factos, non de cælo demissos? Sed qui patrem ciere, auumque possent, id est, nihil aliud, quàm ingenuos. Consulé iam patrem ciere possum, auumque iam poterit filius meus. Hęc ille. Instar ergò est huius hodie (ut scribit Budæus in Annot. ad Pand. ex l. ult. de senator.) quòd locorũ quorundam moribus receptum est, ut ne iusta nobilitas esse censeatur, nisi in pronepote, & deinceps eo, qui natalibus restitutus est. Quòd si uera est huiusmodi sententia, & admittendum hoc iudicium, certè nondum sunt ij ueri nobiles, qui nostris existentes temporibus, & ignotis natalibus orti, ne auũ quidem, aut etiam patrem ciere, aut possunt, aut audent. sed qui (ut cum ipso Budæo in dictis suis Annotat. loquar) principum beneficijs, & aulicorum suffragationibus supra ciuile fastigium euecti, ingentium, splendidarumque gentilitatum fundamenta iecerunt: partim eorum tátis ornamentis digni, partim indignissimi, quæ magna est multitudo. Econtrario, si, qui patrem, auum, proauum, abauum, aut etiam attauum, ciere possunt, nobiles sint, & in nobilium numero computandi, certè non pauci hodierno die uillici dicentur iure optimo nobiles, egoque ex ipsorum nobilium calculo minimè expungendus: tametsi, à nescio quo malo diuite, paupertas generis ingenui in nobis accusari potest: & hæc asperior multoque durior fuerit, quam quòd nunc sit, superis gratia. Est tamen aliquid laude & uirtute dignum, fuisse nullum facinus, probri loco, maioribus meis obiectum. Nec profectò Aristoteleus sum, ut difficile putem esse res præclaras agere, cui magnæ opes desunt: sed Christianus, ut qui nunquam paupertatem malum putauerim. Anchora.

INGERENS operam suá inuito, suspectus est Vlpiano in l. quæ omnia. §. nec ferendus. de Procurat. Ingerere plerunq; in iure nostro uitiũ sonat. Sp.

INGRATA planè non est liberta, eò quod arte sua contra patronæ uoluntatem utatur. l. ult. ff. de obseq. à lib. Hinc Ingrati actio uel accusatio contra libertos patronis competens. l. 1. & 3. C. de libert. & eor. lib. & Nouel. Valentinia. tit. vj. Bris.

INGRATA testamenta quæ appellarentur exposuit Cuiac. lib. iij. Obseruatio. Briss.

INGRATITVDO propriè est acceptis beneficijs nó respódere: Estq; lata huius uerbi significatio, ut nó solũ illiberalis, sed quicũq; nobis molestus est, ingratus dicatur. Terét. in Eunucho, Opus faciam, ut defatiger, usq; ingratus ut dormiã, id est inuitus & uelim nolim. Quare cũ his moribus filij non placeant patri, quo nolente tá ignominiosum uitę gen⁹ agunt: merito cẽsentur ingrati, pręsertim cũ ex eorũ turpitudine, nõnulla pater infamia aspergatur cuius negligentiæ peccatum filij imputatur. &c. Connan. lib. 10. cap. 10. nu. 6.

INGRATITVDINEM uitium censeri longè pessimum, uulgò quidem, sed uerissimè dici solet. Nam cætera delicta aduersus proximum quidẽ malè committũtur, sed fortassis nec bene nec malè meritum. Ingratus autem cõtemnit eum, à quo beneficijs adfectus est. Quid hoc facto committi potest fœdius? Si quę igitur actio iure proposita est unquam: certè actionẽ ingrati iustissima ratione introductã esse, fateri oportet. Prat.

INGRATITVDINIS insigne exemplum est apud Valeriũ Maximum lib. 5. ca. 3. Cn. Popilij Lenatis: quem M. Cicero rogatu M. Cœlij non minore cura, quàm eloquentia defendit, ac caussa admodũ dubia fluctuantem, saluum ad penates suos remisit. At hic Popilius postea nec re, nec uerbo à Cicerone læsus: ultrò illum persequi & iugulare studuit. Prat.

INGRATITVDO tam perniciosum est crimẽ, ut nulli sit secundum. Quare nó exceptionem solũ, sed etiá actionem producit, de qua tractatur in l. j. C. de Libert. & eor. Liber. Sp.

INGRATI liberi qui sint, Iustinianus docet singulari titulo. C. de Ingrat. lib.

INGRATIS, aduerbialiter, præter gratiã & meritũ j. q. j. gratia. D. Hieron. alicubi pro eo quod est, nolenti, usurpauit.

INGRATVS est, & qui non meminit accepti beneficij, & gratiam ullam non habet, **ein undanckbarer/ein unholdseliger.** Seneca. Ingrat⁹, inqt, est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: Ingratus est, qui dissimulat: Ingratus, qui non reddit: Ingratissimus omniũ, qui oblitus est. Beneficiũ enim cui collatum est, ad promerendum, naturæ lex obligat & deuincit. De quo pluribus Alexand. Neapol. cap. j. libr. v. Certè uulgatam mortalium ingratitudinẽ, perstringit exemplũ Euangelicum, quo è decem lepra, Christi beneficio liberatis, unus duntaxat reuersus est, qui egerit gratias. Porrò sunt qui negant in eum actionem proditam, qui non meminit accepti beneficij: at in eum qui illum lædit, à quo beneficijs affectus est, competere actionem ingrati, & condictionẽ. Ad prioré puto Alexandrũ respexisse: cui⁹ uerba, in dictione, Actio pro socio, adduximus. Sp.

INGRATVS libertus est, qui patrono obsequiũ non præstat, uel res eius, filiorumue tutelam administrare detrectat. l. 19. ff. de iur. pat. l. 6. §. ult. ff. de lib. agnosc. Moris aũt erat, ut dñi seruos manumittentes ijs gratiæ alicuius referendæ caussa imponerẽt donũ, munus, operas. l. pen. ff. de obseq. par. præser. & alibi persæpe. Hotoman.

INGRATI in Iure duę sunt tantum actiones, aduersus donatariũ & aduers⁹ manumissum. ná aduersus alios actionib. ingrati, ut quodá loco Seneca ait, fora non sufficerent. Cuia. in exposit. No. Iusti. 78. de dotal. instru. & manumiss.

INGREDI Consulatum, pro Inire, Marcellus in l. 36. ff. de cond. & demonst. Hot.

INGRESSVS contractus, apud Vlp. in l. Iuris gent.

gent. de Pactis. non ex uulgari sententia, pro principio intelligẽdus est, sed ut Alciat. interpres melior, admonuit in Parerg. proposita ipsius cõtractus materia. Vide eum lib. j. cap. xxiij. Spieg. Adde Forcat. Necyomantiæ dial. 99. nu. 5.

INGRESSVS non solum introitum, & gradiendi initium significat, sed ipsum quãdoq; ingressum. Cic. Offic. 3. Quod omnibus est sciẽdum, qui uitam honestam ingredi cogitant, id est uita honesta uiuere. Et de Oratore. Tantus enim cursus uerborum fuit, & sic euolauit oratio, ut eius uim & incitationem aspexerim, uestigia ingressumque non uiderim. Ingressum orationis dixit. ut Vlpianus ingressum contractus. Malè ergo qui ingressum initium contractus interpretantur. Nam & si in fine, tantundem ualet. Malè & qui ingressum accipiunt pro eo quod secundum naturam contractus est: &, ut dicitur, ad propositum eius rei, qua de contrahebatur, ut digressioni opponatur. At ista significatione nemo Latinorum ingressum dixit: neque tamen consentanea aut uera esset huiusmodi expositio, &c. Cõnanus lib. 5. cap. 2. nu. 8.

INHIATIO est uehemens cupiditas, ut in l. 1. C. de petit. bonorum subla. lib. 10. Io. Bello. Etym. &c.

INHONESTVM, hoc est, quod honestè fieri non potest: & iure nostro, quia penitus fieri non potest, inhonestum impossibile dicitur. l. filius qui. ff. de condit. instit.

INHONORATAE personæ quæ sint, Alciatus indicat in comm. in tit. de uerb sig. Sp.

IN horas, pro sæpissimè. Est aduerbium tẽporis, sicut in dies: quasi tu dicas, In horis singulis. Sp.

INIECTA illata, pignori esse locatori. l. itẽ quia. ff. de pact. Spieg.

INIECTIONEM manus excipere apud Vlpian. in l. sed si hac lege. ff. de in ius uocan. Quære, Pudor.

INIICERE manum, propriè fit uerbo antiqui iuris, quoties nulla iudicis expectata autoritate, rem nobis debitam, aut etiam nostram uẽdicamus. l. sed si hac. ff. de in ius uoc. l. pen. de seru. export. Inijcitur etiam manus in aliquem, uel in eius bona, uel merces aliquas, quando ille inde abire, uel res inde moueri, autoritate aliqua uetantur: quod nos Arrestare dicimus. Budæus in l. ult. ff. de Senat. Vide, Pudor. Spieg.

INIMICITIAE capitales. Solent Veteres, si quæ graues inter eos inciderint simultates, amicitiam solenni quadam ratione renunciare & inimicitias præsentibus superstitibus profiteri. Quem morem euidenter uisus est Suetonius expressisse, in uita Claudij cum scriberet Germanicum Pisoni amicitiam renunciasse. Verba Suetonij hæc sunt: Ac ne tunc quidem ultra progressus, quam ut & amicitiam ei renunciaret, mandaretque domesticis ultionem, si quid sibi accideret. Ad hunc morem uidetur etiam Valerius Maximus respexisse lib. 4. Ait enim Tiberium Gracchum Tribunum plebis inimicitias ex professo, cũ Africano & Asiatico Scipionibus gessisse. Idẽ Valerius in eodẽ lib. sic de Metello Macedonico scribit: Acerrimè cũ Scipione Africano Macedonicus dissenserat, eorũq; ab æmulatione uirtutis profecta contentio ad graues testatasq; inimicitias pgressa fuerat. Nec id quoq; uisus est Sidoni9 Apollinaris ignorasse, qui sic Epistolarũ li. 7. scribit: Inimicitias indictas honestè exercet, tardè credit, celeriter deponit. Cicero etiam auctor est, inimicitias olim denũciari solitas: Sic enim pro Lucio Flacco scribit: Etenim cum à clarissimis uiris iustissimas inimicitias sępè cũ benè meritis ciuib. depositas esse uidissem, nõ sum arbitratus quenquã amicũ reipublicæ, posteaquã L. Flacci amor in patriã perspectus est, nouas hinc inimicitias nulla accepta iniuria denunciaturũ. His addatur sic etiã li. 10. Epist. Senecã scripsisse: Inimicitias mihi denuncias, si quicquam ex his q̃ quotidie facio, ignoraueris. Et de ira li. 3. Hortẽsius, inquit, simultates tibi indiceret, & Cicero, si derideres carmina eius, inimicus esset. Et hæc quidẽ cũ ita sint, nunc mihi uideor intelligere, quales inimicitias appellauerint Iurisconsulti capitales. cap. 18. in fi. de procur. c. 15 de recept. arbit. c. 6. de excusat. c. 3. §. 9. de adim. uel transf. legat. c. 9. de his quæ ut indig. §. itẽ si propter, Inst. de excusat. Eas nimirũ, quas alter alteri testato denunciauerat. Certè quia sanguinẽ & uindictã spirabant ex professo, indeq; capitales appellatæ omnino uideri possunt. Nec aliud mihi uoluisse uisus est Seneca, cum sic de ira lib. 3. scriberet. Quid iuuat tanquam in æternum genitos iras indicere, & breuissimam ætatem dissipare? Ræuard. uarior. lib. 5. cap. 15.

INIQVITAS pro prauitate illa naturæ, qua sibi tantum homines student, ab omni beneficẽtia erga alios alieni: qua abundante, necesse est utiq; charitatem refrigescere, apud Matthæũ 24. Latinis propriè significat læsionem, iniuriã, minus aut plus, sicut in negotijs fieri solet Aristoteles autor est: Iniquitatis esse, mores ritusq; patrios pręuaricari, legibus & autoritati publicæ subesse non uelle, mentiri etiam ac peierare, pactaq; transgredi, & fidem fallere. Hanc calũnia iactantiaq; ac humanitatis simulatio, & peruersitas, dolusq; malus sequuntur. Spieg.

INIQVITAS loci, & asperitas, idem sunt. ff. si quadrup. pauper. fec. dicat. l. j. §. j. Albericus.

INIQVVM petendũ, ut æquum feras, Prouerbium, quod Eras. explanante ductum uideri potest à negociatoribus, qui callidè merces longè minoris licentur, & multo pluris indicant, quàm pro dignitate, quo precium saltem æquum accipiant. Sp.

INIQVVS est, qui lucrum captat de suo scelere, & sibi plus quã par est assumit. Connan. li. 1. c. 2. n. 9.

INIRE uerbum non iungitur ferè nisi rebus aliquid momenti habentibus, grauibus & non minutis: ut, Ineo rationem, fœdus, pacẽ, societatem, bellum, consilium. ut apud Iuriscos. Inire consilium diuortij. l. si concubina. §. j. ff. rer. amot. Inire furti consiliũ. l. merito. ff. pro socio. Inire cubile alicuius, pro cum eius uxore dormire, apud Ciceronem legitur. Eras. monet, Inire prandium, cœnã, dormitationem non ita ritè dici. Spieg.

INITIARI, hoc est sacris imbui. Lex xij. Tab. Neúe initiantur, ait. Sic & nunc dicimus, initiare uel initiari sacris ordinibus eum, qui sacris imbutus ad ordines deputatur. Vide Old. c. 7. tit. j. Spieg.

INIVDICATVS, adiectiuè, pro non iudicato, indemnato, apud Gellium. Spieg.

INIVRIA ex eo dicta est, quòd non iure fiat. Nã generaliter iniuria dicitur omne, quod nõ iure fit. l. 1. ff. de iniur. Specialiter autem iniuria, aliàs contumelia, à contemnendo dicta est, Græcis ὕβρις aliàs damnum culpa datum, ut in lege Aquilia dicimus damnum iniuria datum: Græco uerbo ἀδίκημα l. 1. & l. 5. ff. ad leg. Aquil. ut si quis iniuriã, id est, culpa occiderit. aliàs iniquitatem iniuriam uocamus & iniustitiam. Nam cùm iudex iniquè uel iniustè dixerit sententiã: ex eo dicimus iniuriã, quòd iure & iustitia caret, quasi nõ iuria l. 1. in prin. ff. de iniur. & fam. libel. l. 45. §.

45.§.procurator.ff.de procura.& alibi sæpè.Briss.

INIVRIA & ius,aduersa sunt. Vnde & iniuriã facere bruta negantur,quia nec iure quicquam facere possunt.l.1.§.1.ff.si quadr.paup.fec.dic.Prat.

INIVRIA diuiditur in furtum,rapinã,damnum, adulterium, homicidium, & quidquid tandem non iure fit: atq; in iniuriam, hoc est, contumeliam.l.j.in prin.de Iniur. Sic enim, ut idẽ admonuit, præualuit hodie, ut hæc species priuati delicti,iniuria potius, quàm contumelia appelletur. Sp.

INIVRIA, ablatiuus, qui aduerbialiter ponitur, pro eo quod est, sine causa, & immerito. Sed & autore Donato

INIVRIA ex affectu fit,damnum ex culpa.l. qui seruum.ff.de action.& obligat.

INIVRIA autem secundum Labeonem, aut re fit,aut uerbis. Re, quoties manus inferũtur. Verbis uerò,quoties non inferuntur manus,ut cum conuicium fit. d.l.j.§.j. Ad infamiam fit iniuria, cum pudicitia attentatur.

INIVRIA grauis uidetur Impp. quæ inani honestatis colore uelatur.l.pen.C.de Contrah.empt.Putat tamen Old. hanc l. si ad naturam exigatur, aliàs defendi iure non posse. Spieg.

INIVRIA minus est quàm cõtumelia,inquit Nonius.Pacuuius Peribœa, Patior facilè iniuriam,si est uacua à contumelia.Hot.

INIVRIÆ scriptæ uel pictæ, dicũtur per petuæ: quia in eis annus non transit. Zasius in l.cum lex ff. de Legib.Spieg.

INIVRIÆ sunt,quę aut pulsatiõe corpus, aut cõ uitio aures,aut aliqua turpitudine uitam cuiuspiam uiolant.ait auctor Rhet.ad Her.lib.4.Hot.

INIVRIAM in lege Aquilia damnum accipim⁹ culpa datum, etiam ab eo qui nocere noluit.l. 5.§.1. ff.ad leg.Aquil.Hotoman.

INIVRIAM atrocem,quasi contumeliosiorem, & maiorem accipiemus,aut persona,aut tẽpore,aut reipsa fieri Labeo ait: persona atrocior fit iniuria,cũ Magistratui, cum parenti patronoúe fiat. tempore cum in ludis etiam in conspectu fiat. Nam prætoris in conspectu,an in solitudine iniuria facta sit, multũ interesse ait:atrociorem,quæ in conspectu fiat. Rem atrocem iniuriã haberi, Labeo ait: utputa si uulnus in latum os alicui percussum sit : uulneris magnitudo atrocitatem facit: & nonnunquam locus uulneris,ueluti oculo percusso:sed est quęstionis,quod dicimus re,atrocem iniuriam fieri,utrum si corpori inferatur, atrox sit, an & si non corpori, utputa uestimentis scissis, comite abducto, uel conuitio dicto. & ait Pomponius,etiam sine pulsatione posse dici atrocem iniuriam persona atrocitatem faciente. sed etsi in theatro,uel in foro cædit & uulnerat:quáquã non atrociter atrocem iniuriam, ut Vlpianus de iniurijs ait.Maffeus. Hanc eandem Imp.§. ult. Inst.de ijs qui sunt sui uel al. iuris infamẽ quoq; uocat,id est intolerabilem. Aldobrandinus ibidem.

INIVRIAS actione exequi, hoc est, ut notauit Old. actionem iniuriarum dictare, ut sequatur executio.l.non solum.§.ego autem.ff.de Iniur.Sp.

INIVRIVM, id est, iniquum, uim aduerbij habet. Spiegelius.

INIVRIOSVS,qui infert iniuriã apud Iuriscos. in l.ult.ff.de Offic. procur. cæs.si tamen inquit,quasi tumultuosum,uel iniuriosum,aduersus colonos Cęsaris prohibuerunt.Spieg.

INIVRIOSA uita, pro plena sceleribus & iniquitatibus, nẽpe alijs noxia. Vide Cicer. lib. primo de Finib.Spiegelius.

INIVSTITIA, iustitiæ contraria, de qua Dd. ut ferè omnia confuse.In summa tria iniustitiæ genera reperiuntur secundum Aristotelem,impietas, arrogantia, contumelia. Impietas quidem erga deos diuosq;,aut etiam erga mortuos,tum erga parentes & patriam,rectum non seruans. Arrogantia uerò circa contractus commerciumq; uitæ, suprà quàm merita est præpollere uolens. Contumelia uerò uoluptatem sibi struens, in probrum ac dedecus alios ut ducat.recteq; de ea sic Euenes: Tametsi nil sibi commodet,inquit, iniuria gaudet tamen. Itaq; iniustitia uitium animi est, quo amplius, quã par sit, qualibet in re habere pollereq; uolunt,eodem teste Aristotele in de Virtutib. Spieg.

INIVSTVM testamentum. Tria sunt uitia, quibus testamenta omnino infirmantur:uitium scilicet iniusti,rupti,& irriti.quanuis aũt possimus, & quod irritum est,ruptum uocare: & quod ruptum est,irritum:& quod iniustum est, aut ruptum, aut irritum: atque ijs nominibus plerunque sine differentia utamur: commodius tamen uisum est, singulas causas singulis appellationibus distingui:ideo quædam nõ iure facta dicuntur,quædam iure facta rumpi,uel irrita fieri.§.alio autem mo. quib.mod.testamen.infirmen.Instit. 2.Quid ruptum,quidue irritum sit testamentum,suis locis diximus.Cæterùm, si quid eorũ, quę ad solennitatem obseruationemq; iuris spectãt, omissum fuerit,dicitur testamentum non iure factũ, aut, uerbi compendio, iniustum. ita Theophilus. in §.1.Instit.eo. Verbi gratia,si testator filium, quem in potestate habebat, hæredẽ non instituerit,aut nominatim non exhæredãrit.l. inter cætera. de liber. & posthu. ff. Qua in lege aduerte, rumpi uerbum pro iniustum esse accipi,confundique,quod & suprà annotauimus. uel si legitimus testium numerus testamento defuerit.§. sed cum paulatim. de testamen. Instit.2.In summa,testamentum non iure factum, siue iniustum dicitur,ubi solennia iuris defuerunt.l.j. de iniusto, rupt.& irr. testa. ff. Vide Antonium Augustinum, ad l. Gallus §. Idem credendum est.ff.de li.& posthum.

INIVSTVS filius est, qui ex alijs quã uiro & uxore nascitur.Si tamen patrem ciere potest, naturalis: si non potest,uulgò conceptus & spurius nominatur. Connanus lib.2.cap.16.numero 1.

INIVSTA VXOR. Budæus iniustam uxorem interpretatur pro pallaca seu concubina, uxoris loco habita.idq; effecit sermo ille,quẽ Achilles in pręsentia Legatorum Græcorum ad se missorum habuit,inquiẽs,se dolere, Briseida captiuam sibi ab Agamemnone ademptam esse. Sed hanc Budæi interpretationem,neque Iurisconsultus l.si uxor.ff. de adult.uoluit,neque ante ipsum Achilles: sed dicit solùm captiuam Briseida,non minus amari à se,quàm uxorẽ à Menelao. Addit idem Bu[illegible]dæus,hodiè iustæ uxoris aut nullam appellationem esse, aut eam esse, quæ iustis spõsalibus, & palam in uiri manum coijt, non occulto cõsensu. Accursius iniustam accipit eã, quæ facto sit uxor,iure prohibita: quod ineptum esse uidetur. nam si quis incestas nuptias contraxerit, iure prohibitam uxorem retinet, nec ut maritus accusationem de adulterio instituere potest. d.l.si uxor. §. sed si ea. quod utique faceret si duntaxat iniusta fuisset, nimirum ubi incestum interuenit, ibi plus quàm iniustæ nuptiæ sunt. Itaq; iniusta uxor censetur,quæ secundum præcepta legis data nõ est, quáuis iustã & legitimã fieri posse certũ sit,ut eã quę sine

sine patris cõsensu nupsit, uel ætatis illegitimę, quãtumuis hæc palàm ducta sit. l. quod Seruius. ff. de c ndic. caus. dat. §. j. de nupt l. minorem. de rit. nupt. Hoc satis indicat Iurisconsultus in d. l. si uxor. §. diuus. Cum ait, nec matrimonium uiolari oportere, nec spem matrimonij: nam qui impuberem duxit ætate iusta ipsius puellæ tandem perficiet matrimoniũ: & forsitã Achilles futurũ sperabat, ut captiuam suã nobilẽ fœminã aliquãdo pro iusta uxore duceret, arg. l. si quis in. & l. si Senatori. ff. de ritu nupt. Forcat. in suo Cupidine Iurisperito cap. 5. nu. 9.

INNOTESCERE, notum fieri, An tag kommen l. j. in princ. §. j. ff. de requir. reis. Et intelligitur quoquo modo, ut ait Alber. citans l. quidam decedens. sub fin. ff. de administ. tut. Sp.

INNUBERE, est in mariti domum transire: Enubere, è patris domo exire. Liu. lib. 1. Ea cùm innupsisset. Et lib. 10. Virginiam quòd è patribus enupsisset, sacris arcuerant. Hot. (Spieg.

INNUPTAE nuptię, i. falsæ Cicer. li. iij. de Orat.

INOFFICIOSA donatio. Diximus suprà, quid sit donatio, ubi & aliquot donationum species proposuimus. Nunc locus est, ut quid sit inofficiosa donatio, describatur. Inofficiosa igitur donatio est, quæ non ex pietatis officio est facta, per quam uel liberi, uel parentes, bonis sibi debitis, aut ex proposito donantis, aut re ipsa fraudantur. toto tractatu de inofficiosis donationibus. lib. 3. C. Anchor.

INOFFICIOSA dos. Vbi mater omnia bona in fraudem filiorum, uel pro se, uel pro filia, in dotem exhauserit, filij iusta querela contra matrem iudicio experiri possunt. l. unic. de inoffi. dotib. Anch.

INOFFICIOSUM testamentum. Possunt parentes in condendis testamentis, liberos suos hæredes non scribere, sed uel exhæredare, uel pręteritionis ignominia afficere, in quibus scilicet, præteritio pro exhæredatiõe accipitur, ut puta in matre, auoq. materno. §. fi. de exh. liber. Inst. 2. Sed quoniã parentes, hinc arrepta potestate, filios suos grauiter lædebãt, relinquẽtes eos in inopia. Nã si quis ex ascendẽtibus per masculos, aliquẽ ex liberis exhæredasset, neq; ipso iure inualidũ erat testamentũ, neque ab intestato filius uenire poterat. nam quomodo, cum testamentũ extaret? neq; Prætor bonorũ possessionem contra tabulas dabat. præteritis enim, non exhæredatis, ea dabatur. Quod si mater erat testatrix, ne cogitare quidẽ poterant ij, qui per matrẽ descendebant, de bonorũ possessione cõtra tabulas. aduersus enim testamentũ fœminæ, liberis bonorũ possessio cõtra tabulas non datur. In extremũ igitur subsidiũ inductũ est, ut liberi de inofficioso testamẽto agere possint, qui querũtur, aut iniquẽ se exhæredatos, aut iniquẽ præteritos: hoc colore, quasi non sanę mẽtis fuerint, cùm testamentũ ordinarent, ut qui naturã sine causa odissent. §. j. & ibi maximè Theophilus de inoff. test. 2. Cæterùm, ut liberis inofficiosi testamẽti querela cõpetat, duo maximè requiruntur. Primũm enim, ita demũ de inofficioso testamento agere possunt liberi, si nullo alio iure ad defuncti bona uenire possint. nã qui ad hæreditatẽ totam uel partem eius alio iure ueniunt, de inofficioso agere non possunt. §. tam autem. eod. tit. Instit. 2. Secundò, si nihil eis penitus à testatoribus testamento relictum est. si enim quantacunq. pars hæreditatis, uel res fuerit eis relicta, de inofficioso querela quiescente, id, quod eis deest, usque ad quartam legitimæ partis repletur, licet non fuerit adiectum boni uiri arbitratu debere eam compleri. §. sed hæc. eod. tit. Instit. 2. Igitur quartam quis debet habere, ut de inofficioso agere non possit, siue iure hæreditario, siue iure legati, uel fideicommissi, uel si mortis causa quarta ei donata fuerit, uel inter uiuos. §. igitur. eod. tit. Instit. 2. quod tamen uerum intellige, secundum dispositionem Auth. nouissima. eod. tit. C. Illud sciendum tam adoptiuos, quàm naturales liberos querela inofficiosi testamenti agere posse. d. §. tam autem. Posthumi quoque, qui nullo alio iure uenire possunt, de inofficioso agere possunt. §. posthumi quoque. eod. tit. Instit. 2. Sed & non liberis tantùm permissum est, testamentum parentum inofficiosum accusare, uerùm etiam liberorum parentib. dic. §. primo. Nam licet non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum, debeatur hæreditas, parentes tamen ad bona liberorum ratio miserationis admittit, sicut liberos naturæ simul & parentum commune uotum, l. scripto hærede si tab. testa. nullæ. exta. ff. sed & soror & frater, turpibus personis scriptis hæredib. ex sacris constitutionib. prælati sunt, dict. §. primo. quæstionemq́; de inofficioso mouere possunt. l. fratres. eod. tit. C. Non ergo liberi inofficiosi querela contra omnes hæredes agere possunt. Vltra fratres igitur & sorores cognati nullo modo, aut agere possunt, aut agentes uincere. d. §. j. in fine. Ex ijs itaque apparet dici inofficiosum testamentum, quod non ex officio pietatis parentum factum sit, filijs sine legitima causa exhæredatis, esseque querelã inofficiosi testamenti, qua liberi contra parentes agunt, ut qui eos uel sine iusta causa, uel iusta, sed non probata, exhæredauerint, uel indignè pręterierint. §. j. Inst. l. nam & ijs. ff. §. huius uerbi. l. si mater. cum alijs iuribus. C. de inoffic. testam. Anchor.

INOFFICIOSUM testamentũ dicere, hoc est, allegare quare exhærędari uel præteriri non debuerit. l. 3. ff. de inoffic. testam. item docere immerentem se, & ideo indignè præteritum uel etiam exhæredatione summotum. l. 5. eod. tit. Hot.

ΗΝΩΜΕΝΟΝ uocat Pomponius omne corpus quod perpetuo opere unum & continuatum est, ab ἑνῶ quod ad uerbum dicitur unio: ut malè huius loco quidam φυσικὸν reponant, quia non tantum naturalia, sed manu etiam facta opera ἡνωμένα tamen sunt, ut columna tota ex gypso, aut cera, aut ære & simili re continuo opere ducta, aut conflata. Quare Plutarchus hæc corpora duplici nomine appellat τὰ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ: id est unita & congenita, ut ostendat, non modo ista naturę esse posse, sed etiam artis: Connanus lib. 3. cap. 14. nu. 6.

INOPIA laborare. Modestinus l. ult. de in ius uoc. uel à præfecto urbi quasi inofficiosus castigatur, si inopia dignoscitur laborare. Sp.

INOPINABILE, quod quis nunquam existimasset futurum. Imp. indicat in Autent. Vt hi qui obl. se hab. perhib. §. & pro hoc dicimus. Adstipulatur l. ij. §. sed quia diuinæ. C. de uet. iur. enucl. naturam producere inopinabilia. Alberic.

INOPINATA & incerta turbant Prouinciales. l. ult. ff. de offic. præf. uig. & l. obseruare. §. rectè. de offic. Proconſ. Alber.

INOPINATUM, idem est quod præter spem accidit, & non de nouo, ut Interpres putat in l. oratione. ff. de ferijs. Siquidem haud rarò noua cum spe etiam contingere solent. Sp.

INOPINATA uerba, quæ impræmeditatè & improuisè effluunt.

INOPS dicitur is, qui solus est, qui nec amicos, nec propinquos habet, quorum ope, id est, auxilio tutarj

tutari se posſit. Cicero inopiam & ſolitudinem ferè in eadem re dicit. Reus inopia, hoc eſt, egeſtate, in corpore puniendus eſt.l.ſi quis id quod.§.in ſeruos. ff.de Iurild. Porrò quo diſtet à penuria, docet Gloſ. in Auten. Vt iud.ſine quoquo ſuffrag. Sp.

IMPORTARE actionem, item Importare crimen, pro inferre. l. fi.§. fin.ff. de diuortijs l.14.§.1. ff. de bon. lib. 9.§.1. ff. de ſtatu lib. Crimina ignominiã importare dicuntur, quæ infamant l. 5. ff. de Decurio. Prateius.

INORDINATVM, eſt omne confuſum: ſed nõ cõuertitur. §.inordinatũ. Autẽt. de Hæred. & Falcid.

INQVANTVM, id eſt, tantum quantum. Sp.

INQVIETO, pro, moleſtus ſum, plerique ſubdubitarunt: ſed Eraſmus noſter ſic accipi apud Suetonium annotauit: & Inſulanus indicat ſic apud Liuium & Pliniũ paſsim inueniri. Imperator dicit, Inquietati ſumus aſsiduis adulationibus mulierum, in l.aſsiduis. C. Qui potior.in pig.hab.Spieg.

INQVIETVDO apud eundem in l.ij. C.de Carbon.edicto.

INQVILINVS, ab in & colo, hoc eſt habito, is dicitur, qui in alieno habitat, ſiue ruri, ſiue in ciuitate: quanquam frequentius ad ciuitatem referatur. Ein haußman / der vmb zins in eine andern hauß ſitzt. Olim ex inquilinatu etiam addicebantur agricolationi, nec diſcernebant ab Adſcriptitijs, uel Originarijs.l. diffinimus. C. de Agricol. & Cenſit. Nec nunc eſt, quod prohibeat aliquem in ciuitate habitãtem, aſtrictum eſſe perſona ſua ad colẽdum agrum, ut atteſtatur Olden. Sp. deſignetur inſtitutio: utrum dicatur. Hæredem facio, uel uolo, uel mando, uel cupio: an, hæres eſto, uel erit. l. quoniã indignum. C. de Teſtam. Quinimo etſi parentes dicant, Relinquo liberis meis omnia bona mea: ſatis eſſe uidetur ad Inſtitutionem. qui niſi hoc titulo relinquant liberis legitimam, adeo corruit teſtamentum, ut non ſit opus expugnare per Querelam Inofficioſi. §. ad hæc aliud capitulum. Nouell. ut cum de Appellat. cog. Nã hoc titulo & honeſtius & commodius tribui ſolent hæreditates: quippe quòd magis honorari cenſentur inſtituti quàm legatarij. l. filiũ quis. §. ſed etſi portio. ff. de Legat. præſtand. Sp.

INQVILINVS dicitur, qui in urbe domũ alienam mercede incolit. l. ult. ff. de migran. l. 4. §. prętor ait, ff. de damn. infe. l. 37. ff. de acq. poſſ. Appianus lib. [illegible] δὲ ἰγκουιλῖνον, ὃ ῥωμαῖοι καλοῦσι τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις. Colonus autem is eſt qui ruri prędium alienũ incolit. Hotoman.

INQVILINVS eſt, qui gratis uel precio habitat in alieno priuato, propriè tamen qui ſolus habitat, & totam domum occupat. Nam ſi cum domino aut eo, qui domus uſum habet, non tam inquilinus, quam hoſpes dicendus eſt, etiãſi mercede habitet. &c. Connanus lib. 4. cap. 5. nu. 4.

INQVILINVS dicitur qui ſolus in ædibus conductitijs habitat, nõ autem cum domino, uel eo qui habitandi ius habet. Itaq; cùm Labeo dixiſſet, uſuarium ædium, qui modò ipſe habitaret, poſſe inquilinum quoq; recipere, Proculus cum notauit, quòd non bellè Inquilinus dicatur, qui cum eo habitat: ait Vlpianus l. 2. & 4. ff. de uſu & habit. Hot.

INQVINO, Iouian. Pontanus lib. de Aſpiratione ij Inquino, inquit, aut ſimplex uerbum eſt: aut ſi eſt compoſitum, minus apparet eius cõpoſitio. Verbum enim illud, ex quo Grammatici quidam trahi uoluerunt hoc uerbum Inquino, ne tẽporibus quidẽ Ciceronis erat in uſu. Id autẽ fuit canio. Dicebãt canire, ſtercus facere. Caius in l. j. C. de Colluſ. detegenda, inquinare ampliſsimum ordinem dixit. Quęre Coinquinare. Spieg.

INQVISITIO, eſt criminis alicuius per torturam inueſtigatio. ſed aliter Canoniſt. Sp.

INQVISITIO eſt merum officiũ iudicis, quod excercere debet ad inueſtigãda delicta, ut boni mores conſeruentur. Putant autem nonnulli, regulariter inquiſitionem prohiberi, per l. ult. C. de accuſat. Ego nihil dubito, eam regulariter permitti, iuxta l. Congruit. ff. de offic. præſid. Nam quòd ipſi diſtinguũt inter generalem inquiſitionẽ, ſomniũ eſt. Quo modo enim in genere aliquid perueſtigabit magiſtratus, quod fructum adferat Reipublicæ, niſi perueniat tandem ad ſpecialem inquiſitionem aduerſus hunc uel illum? Quòd item dicunt, ſine legitimis iudicijs ſpecialem inquiſitionem non procedere: id obſeruandum eſt etiam in illa, quam ipſi uocant generalem. Nam nullus omnino poteſt in ſuſpicionem adduci, niſi ex cauſa ſecundum iuris definitionem ueriſimili: quæ cùm adeſt, quilibet iudex poteſt, ſiue dicas generaliter, ſiue ſpecialiter, inquirere ueritatẽ. Solùm id obſerua, quid requiratur ad legitimam inquirendi cauſam, ne credas aniles rumores ſufficere ad lædendam hominis famam, conditionem, uel uitam. Multò minus ſatis eſt illa, quam nunc uidemus frequentari, malorum hominum diffamatio, qui uel inuidia, uel quauis fraude proximum necare conantur falſis delationibus. Old.

INSANIAM antiqui, mentis quamcunq; ęgrotationem & morbum, quaſi dicas inſanitatem: quoniam omnes animi perturbationes, ut ſunt formidines & libidines, Græcis πάθη appellãtur, id eſt uerbũ è uerbo morbi. Sed in conſuetudinem latini ſermonis non cadit, quo omnes huiuſmodi præter rationem concitati motus, perturbationes nominantur, quibus nullus ſtultus caret. Ex quo gręcæ linguę ſimilitudine ducti Latini, omnes inſipientes ſtultos, & inſanos uocauerunt, propterea quod in perturbato animo, ſicut in corpore malè conſtituto, ſanitas non ſit. Et ferè ſemper ſanitas dicitur animorum apud Cic. nec unquam niſi ſemel aut iterum pro corporis ualetudine uſurpauit. Itaq; furoris nomine cõpræhenditur quæcunq; amentia, cum ſcilicet mens fertur extra ſe: unde mentis emotæ eſſe dicuntur, qui furore agitantur. In ſtultis autem & inſanis eos poſuerunt, quorum mens aliquo cupiditatis motu Conturbata, in trãquillitate animi conſtantiaq; nõ permanet, qui tametſi nec ſani ſunt, nec ſapientes, tamen ad res ſuas adminiſtrandas ſatis habent prudentiæ. Iſto modo inſanus appellatus eſt olim Domitius inſignis Grammaticus, quoniam natura erat intractabilior, & moroſior ut ſcribit Gellius lib. 18. Quare mihi non probatur quod quidam in hoc Ciceronis loco, ſtultum dici tradũt qui uulgò ſimplex gręcè ἀφελής Latinè Fatuus, ſtupidus imperitus, & deceptu facilis nominatur. Imò uero ex philoſophorũ doctrina ſtultum appellat Tullius, cuius quidem animus eſt aliqua libidine male concitatus, communis tamen uitæ hominum particeps & idoneus, &c. Connanus lib 9. cap. 4. nu. 10.

INSANVS, qui non eſt ſani conſilij, & qui nõ habet mentem integram. Vide. l. ob quæ uitia. ff. de Aedil. edict.

INSCIENTE domino. in l. j. §. j. ff. de his qui deiec. & effud.

INSCIENTIA in l. 28. in fi. ff. de iudic. Hoc uerbum in Cicer. Rhetoricis frequẽs librariorum ignorantia

rãtia deprauauit, ut & Georg. Fabri. admonuit. Bris.

INSCITIA, id est, ignorãtia. c. si in laicis 38. dist. Io. Bello. Etymol.

INSCRIBERE, est obligare, si non probauerit, ad eam pœnam quã reus debet pati, uel quam accusando inferre intendis, si probauerit accusator, ut in c. Super his, de accusa. in gl. & ij. q. viij. Quisquis. Nam calumniantes ad uindictam poscit similitudo supplicij. ut ibi dicitur.

INSIDIARI, pro ex animo nocere. **ein auff syn leben stellen.** ex interpretatione Salomonij super illud uulgatũ in l. iij. ff. de Iustic. & Iur. Hominem homini insidiari nefas esse. Spieg.

INSIDIATOR propriè dicitur qui uias insidet ut ex improuiso securum opprimat uiatorem. Generaliter tamen accipimus eum, qui uitæ nostræ periculum intentat. Balduinus ad l. Aquil.

INSIGNIA gentilitatis, arma sunt militiæ: quæ ipsa primùm ut simile est ueri, uirtutis præmia fuerunt, ac rerum præclarè gestarum decora, ut sentit Bud. in l. posteriore de Or. iur. Astipulatur Alciatus, apud quem extat lib. v. Parerg. elegans cap. de Insignibus & armis. Spieg.

INSIGNIA militaria detrahere, apud Vlp. in l. ij. §. sed & si ita. de his qui not. infam. Sp.

INSIMVLARE, est crimen ingerere. Donatus.

INSINVARE, lege Profiteri. Sp.

INSINVARE propriè significat publicare, & apud acta corã iudice testari. Aristoteles ἀπογράφεσθαι Iustinianus in Nouellis ἐμφανίζεσθαι ἐν ὑπομνήμασι dixit, fuitq; Insinuationis usus introductus ne quis facile circumueniretur, in prodiga maioris alicuius rei donatione, cuius temerè profusę statim comites esse solent μεταμέλεια καὶ πενία. Balduin. tit. de donat.

INSINVATIVA. Quę dicantur insinuatiua, ex coniecturata mente imperatoris Iustiniani ex titul. 9. Authenticorũ col. quinta constare potest. Ex quo loco, nec non ex titulo, De sanctiss. episcopis. Auth. col. 9. item ex c. sicut episcopatum 1. quæst. 2. & similib. alijs colligere possumus, insinuatiua dici dona & munera, ad aliquẽ dignitatis gradũ (maximè in spiritualibus) consequendum, largita, & quidem nõ recta, sed per quosdam sinus, & quasi diuerticula. Et hæc non possunt exigi à clericis ordinatis, exceptis ijs, qui ordinati sunt in maiori ecclesia, à quibus secundum consuetudinem accipere licet, l. unica. Auth. ut ea, quę uocan. insinuatiua. col. 5. quod scilicet, & uoluntariè est oblatum, c. sicut episcopatum. 1. q. 2. & à iure statutum est: prout textus est apertus in dicta Authentica, De sanctissimis Episcopis. col. ix. Vbi scribitur Episcopum ipsum non per pecuniam, sed meritis eligi debere, & notatur qualis ille debeat esse, & quantæ sanctitatis. Quod utinam hodierno die seruaretur, & q̃ illic præcipiũtur, sedulò executioni mandanda apud sese (ut par est) constituerent Episcopi nostri. Anchora.

INSISTERE rei secundum naturam, quæ semper est simplicissima. Non est inquit Oldend. nisi unus possidendi modus, puta, insistere rei, sicut sedibus ad hoc utimur, ut nos in aliquo loco ponamus. Idem refert, quòd solẽt multis in locis hæredes, quo magis ius suum succedendi declarent, sedem ponere in domum hæreditariam. Sp.

INSOLARE uerbum, à sole dictũ, pro eo quod est, ad solẽ explicare, & solẽ recipere. Vnde Insolatio, qua uoce Plin. maior usus est. Sp.

INSOLITA dicuntur, quæ fieri non consueuerunt, quæ & Insueta. Hęc non esse uerisimilia, sed potius habere imaginem falsitatis, Baldus docuit in l. j. C. de Furt. Vnde prudentium est Magistrorũ Sacr. Scrinior. fugere insuetas clausulas, nisi oraculo principis promanent: quòd per eiusmodi insolitas clausulas præsumatur fraus. per Gloss. ab omnibus commendatã, in l. quæ sub conditione. in fin. ff. de Condit. insert. Cẽsuit Bald. sperni posse literas etiã Rom. Pont. si habeant pœnam insuetam. Sp.

INSOLVTVM inconsultè dare, apud Vlp. in l. minor. v. de Minoribus. Sp.

INSOLIDVM. Quod uulgo dicimus: ex plerisque causis, hæredes insolidum teneri, non simplicẽ significationem habet. Aliàs enim, hæc uerba, Insolidum, hanc contradictionem habent, In partem: ueluti in executione harum obligationum, Ædes fulciri, aut Per te non fieri, quo minus eã agam. Ex quibus hæc, omnes uel unius facto obligat: illa, & singulos ad totam rem præstandam tenet. l. in exec. de uerb. obl. Aliàs, illã, quatenus ad eos peruenit. Est enim sciendũ, cũ quæritur de dolo defuncti, ea distinctione nos uti solere: ut si quidẽ ex mero delicto, id est, cui nulla species cõtractus inest, res descendit: Hęredes nõ amplius teneantur, quã pro eo, quod ad eos peruenit. Sin uerò ex contractu, reiq; persecutione, in solidum: pro ea parte, qua quisq; hæres est. l. si hominẽ depos. l. ad ea. de reg. iur. etiã si tantũ ad eos ex dolo defuncti non peruenit. Curt. li 2. ἐνιαυτῶν. ca. 5.

INSPECTIO, cognitionẽ & iudicium significat, ut ait Bud. Est enim diligens rei alicuius cõsideratio. Inspector aũt nomen est artificij, atque etiam muneris & officij. Vide Alberic.

INSSPECTOR, cui res inspiciẽda datur l. 17. §. Papinianus. ff. de præsc. uerb. Inspectores alio sensu in Rubric. de censibus & peræqu. & inspect. li. 11. C. qui ad inspicienda prouincialium prædia releuandaque mittebantur. Sic inspectio l. 6. C. de aduo. diuer. iudicio. Inspectio. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadm. testa. ap. etiam lectionem indicat. Prat.

INSPICERE, est rem diligenter considerare & ęstimare, ut faciũt emptores. Caius de Peric. & com. rei uend. l. Si post inspectum prędium, antequã emptio contraheretur, arbores uentorum ui deiectæ sunt. Spiegelius.

INSPICITVR, pro inspici debet. l. cõqueritur. C. de Inoffic. testam.

INSPOLIATVS, Spoliato contrarium.

INSTANS annus, apud Vlpian. in l. fructus esse. §. Papinian. Solut. matr.

INSTANTANEVM, & moraliter, & naturaliter accipiendum est. Moraliter quidem non ad punctũ, non ad unguẽ, ut ea quę sunt modicę, & modicissimæ durationis. In naturalib. non ita: quia in eis pręciditur ad punctũ, ad momentum. Ita eleganter dicit Bald. in cap. j. de nou. form. fidel. in Placit. Feud. Ex Zas. Spiegelius.

INSTANTER & sæpius petere, apud Macrum in l. unica, de Libell. dimiss. Idẽ paulo pòst Instantiã usurpat, pro continua intentione & assiduitate.

INSTANTIA, dicitur tempus exercendi iudicij, uidelicet à litis contestatione ad sentẽtiam usq;. In causis criminum intra biennium diffinienda est. l. ult. C. Vt int. cert. temp. crim. quæst. termin. In ciuilib. causis uetat Imp. ultra triennium causam prorogari. l. properandũ. in fin. C. de Iudic. Quamuis neutram præscriptionem in exercendis iudicijs corruptum hoc seculũ seruat, ut uerè dixit Olden. quem uide in de Formula Action. Leges quæ instantiã iudicialẽ triennio finiri sanxerũt, melius quã Canones

disposuerunt, qui perpetuam eam esse uoluerũt. Sp.

INSTANTIAM tantùm edicti perire. l. & post. §. circumducto. ff. de Iudic. Sp.

INSTANTIA etiam lis pendens dicitur. l. 73. ff. de iudic. Brissonius.

INSTAR, similitudinem, seu magnitudinẽ, uel mẽsuram respicit. Vlpian. l. stipulatio. de Oper. nou. nunc. Si proponatur instar quoddam operis, quasi facies quędam facti operis. Idẽ in l. aut facta. de Pœnis. in prin. Quosq; alios suadẽdo iuuisse, sceleris est instar. Admittit interdum præpositionem Ad, apud doctissimos: quorum aliquot exempla proferre licet è Thesauro Stephani Roberti. Spieg.

INSTARE, significat etiam molestius & urgentius, & quod dicitur, instanter aliquẽ solicitare. Sp.

INSTAVRARE, propriè id est, quod rem, quæ prius erat, in pristinum statum reducere. Alc. cap. vj. ad fin. lib. v. Paradox. Sp.

INSTIGATOR, suasor, impulsor, incitator. Papinianus in tit. de his qui not. infam. Ob hæc, ait, uerba sententiæ præsidis prouinciæ callido commento uideris accusationis instigator fuisse: pudor potius oneratur, quam uidetur irrogari ignominia. Sp.

INSTIGATVS, Vlpianus in l. j. si quadrup. paup. fec. dicat. Sed &, ait, si instigata alterius fera damnum dedit.

INSTIPVLARI, per interrogationem stipulari. Fiebat enim stipulatio per interrogationem. Vide infrà, Stipulatio.

INSTIPVLARI Iulianus dixit in l. aditio §. ult. ff. de acquir. hæred. sicut, inquit, instipulando & per traditionem accipiẽdo. stipulari autem, instipulari, & restipulari idem est, quod promittere & repromittere. Cuia. ad l. si unus, §. pactus ne peteret. ff. de pac.

INSTITOR & Procurator hoc differunt, quòd is qui quæstuariæ negociationi præfectus est, Institor dicitur: qui uero negocio cuipiam non quęstuario præficitur, Procurator potius appellatur l. 5. §. 3. ff. de instit. act. Hotoman.

INSTITOR rectè appellatur, quicunq; negocio præpositus sit. Nam & Seruius l. 1. ad Brutũ, ait: Si quid cum insulario gestum sit, uel cum eo, quem quis ædificio præposuit, uel frumẽto coemendo. In solidum eum teneri Labeo quoq; scribit: si quis pecunijs fœnerandis, agris colẽdis mercaturus redemptursq; faciendis præposuerit, insolidum eũ teneri. Sed & si in mensa quis habeat seruum præpositũ, nomine eius tenebitur. Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus uestiarij uel lintearij dant uestem circumferendam, & distrahẽdam, quos uulgo circitores appellamus: sed & muliones quis propriè institores appellat. Item & fullonum & sarcinatorũ præpositus. Stabularij quoq; loco institorum habẽdi sunt: sed & si tabernarius seruum suum peregre mitteret ad merces comparandas, & sibi mittẽdas, loco institoris habẽdum Labeo scribit. Idem ait, si libitinarius reum pollicitatorem habuerit, isq; mortuum spoliauerit, dandam in eum institoriam actionem: quamuis & furti, & iniuriarum actio competeret. ita dicit Vlpian. de institoria &c. Maffeus.

INSTITORIA actio tunc locum habet, ut Iustinian. in §. 1. Institut. quod cum eo. scribit, cùm quis tabernæ fortè uel cuilibet alij negotiationi seruum suum præposuerit, & quid cum eo eius rei causa, cui ꝓpositus erit, cõtractũ fuerit. tit. de institor. l. 3. §. cõtractũ. ff. quib. ex caus. in poss. l. 4. ff. de minorib. Br.

INSTITRIX, ancilla, quæ pro domina negociatur. Spiegelius.

INSTITOR est ille, qui tabernis, uinis uendendis, uel alicui alteri negotio est ꝓpositus. l Institor. 1. ff. de instit. act. ubi dicitur, Institor appellatus est ex eo, quòd negotio gerendo instat, siue tabernę, siue alij negotiationi sit præpositus. Item in eodem titu. in l. Institor. 2. dicitur is, qui tabernę, locóue ad emendum, uendendúmue pręponitur, quique sine loco ad eundem actum præponitur, & uide toto titu. ff. & C. eo.

INSTITVERE propriè non est ponere & collocare, ut quidam tradunt: sed parare. unde Instituere adolescentem, est fingere & parare ad eruditionẽ & uirtutem. Hinc Instituere filium, pro adoptare in Orat. pro domo sua, & Instituere tutorem liberis, in lib. de Orat. 1. Cicero dixit, & in Verrinis Instituere amicos, pro conciliare & comparare, ut facilè appareat, Instituere hoc differre à Ponere & collocare, quòd in illo iter est, in his meta. nam cùm testamento nobis hæredem instituimus, non tamen eum continuò in sede nostra collocamus. non enim semper, olim certè perrarò testamenta à moribundis fiebãt. paramus ergo & reseruamus, ut cùm usus uenerit, nobis successor ne desit. quocirca qui substituti à nobis dicũtur, uerius Instituti, hoc est ad omnes casus parati & designati dicerentur. his enim substitutionib. nobis in longinquum prospicimus. accedit eò quòd substituere propriè est, in eius qui iam certum locum obtinet, alterum supponere. ut cùm Verrem Cicero scribit in Marcellorum locum patronum Siculis substitutum esse: & in piratarum locum ciues R. ad supplicium substituisse: & ciuitati Verrem alterũ substituisse, cùm de filio loqueretur: de ijs loquitur, qui eorum in locum sufficiuntur qui prius erãt. Veluti si in filij mei, si hęres erit, & hæres existẽs impubes moriatur, alterum instituam: substituere propriè dici possum: quia non in meum, sed filij locum succedit. At cùm, si Titius hæres non erit, hæredem instituo, mihi eum non Titio instituo: &, si substitutus dicendus est, meum in locum substitutus dicendus est, non autem in illum Titij. Vnde intelligi potest, hoc inter institutum & substitutũ interesse, nõ quòd ille primo, hic secundo gradu scriptus sit: sed quòd institutus paratus & designatus est ad locum obtinẽdum: substitutus autem iam eum occupauit. ut omnis institutus cùm hæreditatem adit, substitutus propriè dicendus sit: & Institutus, qui testamento nuncupatus aut scriptus est: substitutus, qui successit. ita institutus, in spe: substitut9, in re ac possessione est. Hæc cùm ita se habeant, Substituti tamen uocabulo sic abutimur, ut eum qui secũdo tertióue gradu aliorũ defectũ designat9 & institut9 est, substitut9 dicaꝰ. Hot. Adde Forc. Necyomãt. dial. 23. n. 2.

INSTITVERE, est quasi hęredes domini intus statuere, ac defuncti locum subintrare, succedereq;. Vigl. in titul. Instit. de Hæred. institut. Est etiam Budæo instituere aliquid, autorem, quasiq; conditorẽ alicuius rei fieri, exẽplumq; posteritati relinquere. Porrò instituere, & inuestire iuxta traditionem Feudistarũ, idem sonant, nisi quòd quis institui dicitur præsentialiter, inuestiri autem etiã absens: hoc est, in possessionem statui, uel poni. Vnde institui dicũtur hæredes, ab aliquo in hæreditatem ducti, & hoc in primo gradu ff. de Vulg. substit. l. j. in prin. Substitui uerò, qui in locum institutorum deficientium, id est morientiũ ad hæreditatẽ instituuntur, ut in substitutione pupillari. Instit. de Pupil. substit. in princ. Obseruandum, quòd non tantùm instituere hæredem, sed etiam creare & facere dicimus Nihil enim refert,

fert, quibus uerbis designetur institutio, utrum dicatur, Hæredem facio, uel uolo, uel mando, uel cupio: an, Hæres esto, uel erit. l. quoniam indignũ. C. de testam. Quinimo & parẽtes si dicant, Relinquo liberis meis omnia bona mea: satis esse uidetur ad institutionem, qui nisi hoc titulo relinquant liberis legitimam, adeò corruit testamẽtum, ut non sit opus expugnare per querelam inofficiosi. §. ad hæc aliud capitulum. Nouell. Vt cum de appellat. cog. nam hoc titulo & honestius & commodius tribui solent hæreditates: quippe quòd magis honorari censentur instituti, quàm legatarij. l. filium. §. sed & si portio. ff. de legat. præstand. Spieg.

INSTITVERE etiam accipitur pro insistere siue instare, sicut constituere pro consistere siue constare. Cuia. ad l. 13. ff. de excusat.

INSTITVERE accusationem, est iudicium dictare, actionem uel crimen intendere. Vlpian. Si maritus præuenerit, accusareque instituerit, tempora non cedunt patri: quia accusationem instituere non potest. Bud. Qui & annotauit, instituere accusationem usurpari, pro incœptare, occupare, priorem incipere. Vlp. Si extraneus instituerit accusationem, an superuenienti marito, accusatio permittatur. Et sic sæpè ipso teste. Sp.

INSTITVERE litem. Papinian. Non enim sufficit, inquit, litem instituere, si non in ea perseueres. l. nam & si. ff. de inoffic. test. Sp.

INSTITVERE, aliàs est incipere. Cicero pro Cluentio: Quæso inquit, ut me, iudices, sicut facere instituistis, benignè attenteq; audiatis. Aliàs, & propriè, Instituere, est aliquid grauiter decernere: ut Instituta maiorum. Aliàs denique accipitur pro docere: unde Institutiones iuris appellantur. Old.

INSTITVERE uineas, in fundo ponere, & plãtare significat. l. penult. ff. loca. l. 1. de rei uindic. in C. Gregor. Sic Instituere salictum. l. 3. ff. arb. furt. cæs. Instituere æris, auri, argenti fodinas. l. 15. §. inde quęsitum. cum seq. ff. de usufr. Instituere fullonicas. l. 3. ff. de aq. & aq. pl. Et ita Instituere absolutè positum accipe in l. 97. §. 1. ff. loca. Bris.

INSTITVI filius potest etiam cum conuitio l. his uerbis §. 1. ff. de hær. instit. patri enim impunè licet in filium maledicta obijcere. Non sic extraneus l. quotiens §. si quis ff. de lib. & posth. quod odio testatoris introductum est l. turpia ff. de legat. 1. ualdè enim odiosum hoc est, ut per causam institutione delati honoris testator hæredem scriptum contumelia afficiat. Itaque ea institutio pro non scripta habetur. Cuia. ad l. 3. ff. de lib. & posthu.

INSTITVTIO. Duobus accipitur modis institutio: Primus est, ut institutio sit principalis hęredis positio, hoc est, natura primus gradus hæredis. l. j. ff. de uulg. & pupill. Et ut huiusmodi institutio ualida sit, necessum est, ut inter cætera quæ agat testator, ab eo nomen hæredis exprimatur in testamẽto condendo, uel saltem indubitabili signo hęredẽ ipsum, si quidem eius nomen non dixerit, demonstret. Quo casu ualebit institutio, secus autẽ minus l. quoties. §. si quis. de hæred. institu. ff. Hinc igitur ea sunt uerba, quibus utũtur notarij, in ipsis testamentis testantiũ. *Au residu de tous ses biens, noms, droitz, & actions ledict testateur a faict, nommé, & institué de sa propre bouche, son vray & loyal heritier, seul & pour le tout, Assauoir, &c.* Secũdus modus est, ut institutio sit alicuius beneficij uerbalis collatio. Quomodo accipitur in titulo, De institutionibus. lib. 4. Decretal. & Sexti. Et sumitur institutio, pro inuestitura: c. ad hæc. de offic. archid. c. cum uenisset d. tit. de institutionibus. siquidem uerbali collatione inuestitur clericus de beneficio per annuli, pilei, calami, aut alterius cuiusuis rei traditionem, c. cum olim. de re iudic. c. ex ore. de ijs quæ fi. à prælat. ab archidiacono, qui iure communi hãc facultatem habet. d. c. ad hæc. & c. ut nostrum. de offic. Archid. Anchora.

INSTITVTIO est datio hæreditatis nulli alij antè delatæ: substitutio datio hæreditatis delatę uel adquisitæ alteri. uulgaris delatæ non adquisitæ: pupillaris delatæ & adquisitę. Cuia. ad Africanum tracta. 2. numero 16.

INSTITVTIO captatoria quæ sit, uide sup. in uerbo Captatoria: & post alios Corrasium lib. 5. Miscell. cap. 13. numero 3.

INSTITVTIONES Imperiales sunt diuersæ sanctiones, decreta, præceptiones, disciplinæ, traditiões & axiomata publicis inserta monumẽtis. Quæ gręcis ὑποθῆκαι, προστάγματα, παραγγελίαι, sunt ordinatiões, placita, constitutiones, quas ad cupidam legum iuuentutẽ, uelut quoddã enchiridion legale, & epitomẽ Iustinian⁹ misit, & xeniorũ uice, & amplissimi loco muneris. Taboet. in topico militię & legal. discip.

INSTITVTIONES in omnib. studijs primũ sibi uendicare locum dubio procul necesse est, utpote prima uestigia cuiusq; scientiæ mediocriter tradentes. Constit. ff. ij. §. Itaq; cùm dubio. Loquitur autem de institutionibus non tantùm iuris, uerũ etiã aliarum disciplinarum. Old. Eas autem ab instituendo dictas apparet ex l. Medicos C. de profess. & Medic. lib. 10. & clarius in §. Itaq;. in proœm. ff. Differũt autẽ Institutiones ab Institutis: quòd instituta, mores sunt consilio & ratione instituti: institutiones uerò præceptiones, quibus instituuntur & docentur homines, quomodo hic accipies: quamuis Cœlius Rhodiginus lib. 18. cap. 19. ea etiam uoluit instituta dici, quæ sunt principum institutiones, quæ ad optimum illum legis scopum certa ratione nos non dirigant, quæ quasi legis nomine indigna sint, sacro illo legis nomine priuata, potius q̃ decreta & edicta nuncupentur, quod non probat Aldobrand.

INSTITVTVM, est ius non scriptum, quod tamen certum autorem habet, id est, magnum aliquẽ autorem, quem reliqui imitari non erubescant. Budæus in l. ius ciuile. in fin. de Iustitia & Iure. Sp.

INSTITVTVS dicitur, q. in ipso succedẽdi gradu & capite cõstitutus est. Substitutus uerò, qui subiũgitur, & subtus, hoc est, in ima cera scribitur. Vigl. in Instit. de Vulg. substit. Hinc ab institutis exhæredatus, à substitutis pręteritus. Item per contrarium, Ab institutis præteritus, à substitutis exhæredatus, legimus. Vt si testator scripsit, Titius & Seius hæredes sunto, Sempronius autem filius meus exhæres esto, hoc est, exhęredatus ab institutis, id est, à patre, quatenus ad institutos attinet. Si uerò dixerit: Titi⁹ & Seius si hæredes non fuerint, Caius hæres esto, uel Caium substituo: hic nulla fit mẽtio Sempronij filij. Ergò à substitutis, hoc est, quantum pertinet ad secundum gradum substitutionis, præteritus est à patre. l. j. Si uenter. ff. de uentr. in poss. mitten. Old.

INSTITVTI item dicuntur primo gradu. Substituti secundo. Et Instituti uocãtur primi hæredes. Substituti secundi aut tertij, & ita deinceps toti dicuntur, quoto sunt adiecti gradu. Connanus lib. 10. cap. 7. numero 1.

INSTRATVM, omne uestimentum est, quod inijcitur. ut Vlp. definit. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. iij. cap. xix.

INSTRVCTAM tabernam Vlp. de Verb. sig. appellat, quæ & rebus & hominibus ad negociationē parata constat. Quod ut accipi debeat. inibi declarat Alc. Spiegelius.

INSTRVCTA domo ita, ut est cum omni iure suo legata, Papinianus respondit urbanam familiā, item artifices quorum operæ cęteris quoq; prædijs exhibebūtur, legato non contineri. Ostiarij autem, inquit, uel popiarij, hædriarij, dietarij, aquarij domui tantum deseruientes continebuntur. Sed quod de artificibus ait, falsum est: si eius domus causa parati sunt, licet alijs quoq; prædijs commodabantur. Idem respondit domo instructa legata, mensas eboreas, & libros non cōtineri: sed & hoc falsum est. Nō omne quidquid in domo fuit, quo instructior esset paterfamil. continebitur. Supellectilem autem patrisfamiliâs instrumentum esse, nemo dubitat. Deniq; lib. 4. epistolarum Neratius Marcello fratri suo respondit, & uestem domus instructæ legato contineri. Vlpian. hæc eod. tit. Item Pomponius eod. tit. Instructa, inquit, domo legata, responsum est, supellectilem legatam, non etiam uiua, quia domus uiuis instructa, intelligi non potest. Maffeus.

INSTRVCTO contineri. Vlp. Omnia quæ eo sunt collata, ut instructior esset paterfamilias, instructo, inquit, continebuntur. Spieg.

INSTRVCTVM ab Instrumento sic differre arbitror, ut totum à parte. nam Instructi nomine, non modo quæ fundo necessaria sunt, continentur: uerumetiam quæ præterea testator habuit, quibus suū fundum instruxit. Instrumenti uerò, ea duntaxat sine quibus fundus dici instructus non potest. Vlpianus l. 12. §. 15. ff. de inst. uel inst. Sed si fundus non sit cum instrumento legatus, sed ita ut instructus sit: quæsitum est an plus contineatur quàm si cum instrumento legatus esset. & Sabinus scribit, fatendū esse plus esse quū instructus fundus legetur, quàm si cum instrumento. Item, Omnia quæ eo collocata sunt, ut instructior esset paterfamiliâs, instructo continebūtur. id est, quæ ibi habuit, ut instructior esset. Hoc ergo legato non agri instrumentum, sed propriū suū instrumentū reliquisse uidetur. Vide cetera, & simul cōiunge l. 1. & 2. C. de uerb. sign. Hot. Adde Cuia. in l. 2. de bon. uac. C. lib. 10. qui dicit Instructum latius patere quàm instrumentum. Idem affirmat in expositio. No. Inst. 128 de exactione publicorum tributorum, circa medium, ubi ponit hoc exemplum: pecora inquit, pascendi causa parata ut ex eis fructus capiantur, instructo continentur non instrumento: sic supellex instructo non instrumento.

INSTRVCTVS fundus dicitur, cum supellex ibi cōtinetur, quæ illic fuit usus gratia ipsius patrisfamilias, & uestes, mensæ quoque, item uitrea & aurum & argentum, uina quoq; si qua fuerint usus ipsius patrisfamiliâs gratia, & si quid aliud utensiliū. Omnia igitur quæ in eo sunt collecta, ut instructior esset paterfamilias, instructo continebuntur, id est, quæ ibi habuit, ut instructior esset. Hoc ergo nomine fundi instructi, non tantum agri instrumentum, sed & proprium ipsius patrisfamilias continebitur. l. quæsitum. §. sed si fundus. ff. de fund. instruct. Io. Bello. Etymol. Item

INSTRVCTO fundo contubernales quoq; seruorum, id est uxores & natos contineri, uerum est. Instructo autē fundo & bibliothecam, & libros, qui illic extant, ut quotiens uenisset uteretur, contineri constat: sed si quasi apotheca librorum utebatur, cōtra erit dicendum. Neratius quoq; lib. 4. epistolarū Rufino respondit: Instructo fundo & supellectilem, & uina, & mancipia non solum ad cultum custodiāue uillę, sed etiam quę ut ipsi patrifam. in ministerio ibi essent, legato cedere. Imagines quoq; hæ solæ legatæ uidentur, quæ in aliquo ornatu uillæ fuerunt. Sed si qua eo congesserat non usus sui causa, sed custodiæ gratia, non continebuntur. uiua etiam quę in Apothecis sunt non cedent. & hoc iure utimur, ut quę ibi paterfamilias quasi in horreo habuit, non cōtinebuntur. Celsus quoq; lib. xix. scribit fructus ibi repositos, ut uenirent, uel in alium usum quàm fundi conuerterentur, instructo fundo non contineri. Vlpianus eod. titul. Maffeus.

INSTRVERE accusationem, uel actionem, uel litem, est literis, ac testibus, cæterisq; ad probandū necessarijs eam adornare. Vnde instrumentum litis uocat Quintilianus, quicquid ad instruendam litē, id est, causam pertinet: quod nos Productionem dicimus. Oldendorp.

INSTRVMENTA, generaliter intelligi possunt ea omnia, quibus causa instruitur. ut tā testimonia, quàm scripturæ instrumentorum loco habeantur, ut innuunt Paul. in l. j. de fid. instrum. & Vlpian. in l. Notionem. §. Instrumentorum. de uerb. sig. Specialiter tamen pro scripturis accipienda sunt instrumēta, quibus legitima ratione fides est adhibenda. Veluti quæ per tabelliones publicos, seu notarios, ut nunc uocamus, scribi solēt. de quibus in Authen. de instrum. caut. Vel quæ sigillo, seu annulo signatorio confirmātur ab Episcopo, Magistratu, aut etiam ab ijs qui publici alicuius officij autoritatem habent in dubitatam. Oldendorp.

INSTRVMENTA domus quę sint, quæ relicta domo instructa ad nouum dominū transeant, adnotauit Iurisconsult. in l. quæsitū est, §. si domus instrumentum sit legatum ff. de Fund. instr. Breuiter & præter imagines, & affixa spolia, ista etiā Paul. de Instr. fund. adnotauit Specularia, Pegmata, Canales, Harpagones, Hamas, Centones, Siphones, Scalas, Perticas, Spongiasq;, quib. instrumentis domus contra uim ignis ad incertos casus defenditur, squalor abluitur, & immundiciæ purgantur. Sp.

INSTRVMENTA Iustinianus à literis separat in l. 1. C. de iuram. propt. cal. In omnibus caussis, siue propter literas fuerit certatum, siue propter instrumenta, siue propter quicquam aliud, &c. Instrumenta ergo sunt, quas Cicero literas publicas appellat: hoc est, quæ uel à persona publica, ueluti scriba magistratus, uel tabellione scripta sunt. Literæ uerò hic appellantur priuatæ: ueluti Rationes, breuiaria, codex accepti & expensi, syngraphæ, & cautiones à patref. conscriptæ.

INSTRVMENTA noua, intelliguntur nuper reperta, tametsi antiqua sint Glos. in l. Imperatores. ff. de Re iudic. & Glos. in l. admonendi. in fine. ff. de Iureiur. Spiegelius.

INSTRVMENTI cauponij nomine serui & ancillę continentur. Vlp. l. 43. §. 3. ff. de ritu nupt. Multę adsolent sub prætextu instrumenti cauponij, prostitutas mulieres habere. Hot.

INSTRVMENTI nomine aliquando intelligitur monumentum scripturarum ad res gestas pertinentium. Vnde instrumētum uetus & nouum. Suetonius in Vespasiano: Vndiq; inuestigatis exemplarib. instrumētorum imperij, pulcherrimum ac uetustissimum confecit. Sp.

INSTRVMENTO lanionis, teste Paulo in l. cū de lanionis, relinquimus mensas, pondera, ferramēta,

ra, & alia, quæ laniãdæ carnis causa parata sunt: Item trutinas, cultros, dolabras. ff. de Fun. instr. in prin. citatæ l. Spiegelius.

INSTRVMENTO piscatorio legato contineri Arist. ait nauicellas, quæ piscium capiẽdorum causa paratæ sunt: sed & piscatores contineri, uerius est teste Martiano. l. item pictoris. ff. de Fun instr. Sp.

INSTRVMENTO legato aliquando & personas legantium necesse est inspici, ut docet Paul. in l. cum de lanionib. ff. de Instrum. Sp.

INSTRVMENTO uerò fundi quid comprehẽdatur, exponitur plenißimè in l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. l. 25. ff. de instruct. uel instrumẽt. l. 33. circa fi. ff. de ędilicio edicto. l. 17. ff. de action. empti. Bris.

INSTRVMENTA fundi conseruandi fructus causa, ueluti granaria, quia in his fructus custodiuntur. Vrceos, capsellas, in quibus fructus componuntur, sed & ea, quæ exportandorum fructuum causa parantur, Instrumenti esse constat, ueluti iumenta, & uehicula, & naues & cuppæ, & culei. Alphenus autẽ si quosdam ex hominibus alijs legauerit, cæteros qui in fundo fuerũt, non contineri instrumento ait, quia nihil animalis instrumenti esse opinabatur: quod non est uerum. Constat enim eos, qui agri gratia ibi sunt, instrumento contineri. Saltuarium autẽ, Labeo putat eum demum contineri, qui fructuum conseruandorum gratia paratus sit, non eum, qui finium custodiendorũ causa: sed Eratius etiam hunc: & hoc iure utimur, ut omnes saltuarij contineantur. Trebatius amplius etiam pistorem & tonsorem, qui familiæ rusticæ causa parati sunt, putat contineri. Item fabrum, qui uillæ reficiendæ causa paratus sit, & mulieres, quæ panem coquant, quęq; uillã seruẽt. Item molitores, si ad usum rusticum parati sunt. Item focariam & uillicam, si modo aliquo officio uirum adiuuent. Item lanificas, quæ familiam rusticã uestiunt, & quæ pulmentaria rusticis coquant. Cellarium quoq;, id est, qui ideo præpositus est, ut rationes saluę sint. Item ostiarium mulionemq; instrumẽti esse cõstat: & molas, & machinas, fœnum, stipulas, asinum machinarium, machinam frumẽtariam: uas ęneum, in quo sapa coqueretur, & defrutum fiat, & aqua, quæ ad bibendum, lauandamq; familiam paratur, instrumẽti esse: & cribra, & plaustra, quibus stercus euehatur. Ea uero quæ solo continentur, instrumenta fundi non esse Cassius scribit: Veluti harundineta & salicta, antequam cæsa sint, quia fundus fundi instrumentum esse non potest, sed si cæsa sunt, puto contineri, quia quærendo fructui deseruiunt. Idem & in pallis erit dicẽdum, si in agro uenationes sunt, necessaria instrumento contineri, maximè si ager ex hoc reditum habet. sed si ab aucupio reditus fuit auceps, & plagę, & huius rei instrumentum agri instrumento continebitur. nec mirum, cùm & aues instrumento exemplo apum contineri, Sabinus & Cassius putauerũt. ut Vlpia. de fund. instr. Maffeus.

INSTRVMENTO tabernę uel instructæ tabernæ appellatione quid contineatur, uide l. 13. ff. de instr. uel instrum. l. 185. ff. de uerbor. signific. Bris.

INSTRVMENTORVM nomine ea omnia accipiẽda sunt, quibus caussa instrui potest: & ideo tã testimonia, quàm personę instrumentorum loco habentur. l. 1. ff. de fid. instr. Hot. uide & Ferrettum §. Item inutilis. Inst. de stipulat.

INSTRVMENTVM. Instrumentum est commentarius, siue descriptio eorum, quæ inter paciscẽtes, uel contrahentes placita sunt, ac conuenta. Græci συμβόλαιον appellãt. Nam illa deliberationũ, & personarum cõtractus ineuntiũ, commistio, συμβολὴ dicitur: & qui super ea commentarius componitur, συμβόλαιον appellatur. Id uerò oportet ternario testiũ numero niti, ut fidem faciat, & sit omni exceptione, ac calumnia maius. Etenim in cõtractibus, & instrumentis, rerum ueritas cõsideratur potiùs, quàm scriptura. l. in contractibus. C. plus ualere quod agitur. &c. facit l. fin. Cod. si certum petat. l. scripturas. §. ult. C. qui potio. in pignor. habeantur. Præterea, nemo ex instrumentis domesticis, uel sua annotatione idoneam debiti facit probationem. l. instrumenta. §. exẽplo. C. de probat. Hinc est, quòd in omni instrumento, priùs ab eo, qui id produxit, probationes exigimus, deinde ab eo, qui falsum illud arguit. l. ultima. C. de crimin. falsi. Anchora.

INSTRVMENTVM culturæ, est finiente Vlpiano, apparatus rerum diutius mansurarum, sine quib. exerceri possessio nequiret. l. quæsitum est. de Fund. instr. Idem ostẽdit in §. si domus. d. l. inter fundi instrumentũ & ornamentũ multum interesse. Sp.

INSTRVMENTVM est apparatus rerum diutius mãsurarum, sine quib. exerceri possessio nequiret. Cassius dicebat instrumenti ea esse, quæ ad tutelam domus pertinerent. l. Quæsitum ff. de instruc. uel instrum. leg. Spieg.

INSTRVMENTVM & Instructũ separãtur in tit. de instruc. uel instrumẽt. leg. Plenius enim est, & uberius instructi quàm instrumenti legatum, cùm illo non loci tantùm, sed & patrisfa. ipsius instrumentum, quod ut instructior esset habuit, contineatur. l. 12. §. sed si fundus. ff. de instr. uel instrum. Vide etiã l. 1. & l. 2. C. de uerb. signific. & l. 1. l. 15. §. 1. l. 20. l. pen. ff. de instr. uel instrum. Bris.

INSTRVMENTA status uocat in l. Isti quidẽ ff. quod met. ca. quibus cõtinetur aliquem liberum esse. Aldobran. tit. de excusat. tut. §. Item si propter.

INSTRVMENTA cognoscere, est relegere & recognoscere se. quod uulgo dicitur collationare. l. cognoscere ff. de uerb. signif.

INSVBTILITER apud Vlp. quum ait C. in l. Iuris gentiũ. §. adeò autẽ. ff. de Pact. quod non insubtiliter dici pòtest. Spieg.

INSVETA. uide, Insolita.

INSVLA, olim non erat nisi maris, quòd sit in salo posita, mutata a litera in u. Hodie appellatur insula cuiusuis etiam fluminis. Domus item principum, potentiorum, diuitumq;, insulę uocantur, quòd sint à priuatorum domibus disiunctæ. Hinc insularius seruus, qui insulę custos est, quo uerbo usus est Pòp. in l. si ita. de Vsu & habit. Dominus, inquit, proprietatis, etiam inuito usufructuario, per saltuarium, uel insulariũ custodire potest. Ex Budæo. Alciat. in Cõment. de Verb. signif. Sunt autem, inquit, insulæ, domus, quæ uicinorum communibus parietibus non coniunguntur, sed quoquo uersum uel priuata, uel publicata area ambiuntur, non modò ab incendijs ob id tutiores, sed etiã à furibus, qui per tegulas cõmeare in eas non poterant, præter quorum ædificia aqua flueret. unde insulæ nomen inditum. Sp.

INSVLA propriè domus est, quę uicinorum parietibus cõmunibus non cõiungitur ut ait Festus, quarum magna fuit Romæ multitudo, ut tutiores essent ab incendijs: atq; ita à similitudine Insularũ, quæ circumquaq; aliquo amne ambiũtur, insulę appellatæ tum ipsæ, tum uerò etiã reliquæ omnes domus, quamuis inter se cõiunctæ essent: Connan. lib. 2. cap. 2. nu. 5. & lib. 4. cap. 10. nu. 10.

INSVLARIIS ij similes sunt qui nostra lingua

Cóciergerij nominátur, nec ij sunt, q ut Cœlius putat, deportati aut relegati in Insulá essent, quod ij iá Insulares facti essent, & serui pœnæ. Sed Insularios Accursius intelligit eos, qui domini sunt insulæ, id est domus. Connanus li.2.cap.2.nu.5. Adde Fr.Baldui.comment.in leg.12.tab.cap.7.

INSVLAE Italiæ, pars Italiæ sunt, & cuiusq; prouinciæ, inquit, Vlpian.ff. Vbi quis ager.Sp.

INSVLA iuncta domui, quádo appellatione domus legata esse uideatur, Paul. tradit in fin.l.prędijs. de Legat.iij.Spieg.

INSVLA est duplex: Perpetua, & Natiua. Insula perpetua, pars est cuiuslibet prouinciæ. l. Insulæ.ff. de iudic. Natiua uerò, quam nasci raró cótingit.Inst. De rer.diuis.§. Insula.l. Adeò. §. insula & l.Insula.ff. de adqui.rer.dom.

INSVLA in flumine, ut Pomponius de acquirendo rerum dominio ait, fit tribus modis: uno modo, quando agrum qui aluei nó fuit amnis, circumfluit: altero modo, quando locum qui aluei esset, siccum reliquit, & circumfluere cœpit. Tertio cũ paulatim coalluendo locum eminentem supra alueum fecit, & cum alluendo auxit. Duobus posterioribus modis priuata insula fit eius, cuius ager propior fuerit, cum primum extitit. Nã & natura fluminis hæc est, ut cursu suo mutato, aluei causãm mutet. nec quidquam intersit utrum de aluei duntaxat solo mutato, an de eo, quod superfusum solo ueteri sit, quæratur. utrumq; enim eiusdem generis est. Primo autem illo modo causa proprietatis nó mutatur. Maffeus.& ijsdem uerbis Connanus lib.3.cap.5.nu.6.

INSVLAM solent commentatores diuidere in Naturalem, Casualem, Accidentalem. Per naturalẽ intelligi uolunt perpetuam. Casuálẽ uerò appellãt, quam nos diximus natiuam. Et certè utraq; est naturalis. Spiegelius.

INSVPER habere pro negligere & posthabere: notauit Cuiac.lib.iij.Obser.cap. 22. ex l.43.ff.de religios.& l.17.ff.de his quę ut indig. Cui ego locum unum ex Symmachi ad patrem epistola sumptum addá: in quo ita est: Hæc me atque alia huiusmodi perpúlerunt scribẽdi munus insuper non habere. Bris.

INTEGER homo, pro firmo, nó saucio.in. §.his autem uerbis.Instit.de Leg. Aquil.pro non infamiæ nota maculato.in l.de popul.act.Sp.

INTEGRA causa, pro bona, & quæ nondum decidit.& Integra fama, pro existimatione.l.j. de Excusat.ueter.C.lib.x.Spieg.

INTEGRI restitutio, ut Paul. lib.j. Senté.tit.vij. tradit, est redintegrandæ rei, uel causæ actio, quam Prætor ex his causis tribuit, quæ per metum, dolũ, status permutationẽ, & iustum errorem, & absentiá necessariam & infirmitatem ætatis gesta esse dicuntur.l.1.& 2.ff. de in integr.rest. Est autem in integrũ restituere nihil aliud, quàm in pristinam causam pristinumq; ius restituere. In integrum pro in solidum in l.25.ff.de re iud.l.122.ff.de uerb. oblig.Bris.

INTEGRVM uarijs modis accipitur, ut not.Inst.de.rer.diuis.§. Apiũ. C.de rei uẽd.l.iudicia. Alber.

INTEGVMENTVM. Integumenta uocabantur etiam tegmenta, operimẽta, scutorum & saginata. Cæsar lib.2. Temporis tanta fuit exiguitas, hostiũque tam paratus ad dimicandum animus, ut nó modo ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas, scutisq; tegmenta detrahenda tèmpus defuerit. Turneb. lib.24.c.11.

INTELLIGENTIA cõmunis, uulgi & populi intellectus habetur, quæ præfertur proprio significato uocabuli, secundum Panorm.in.c.quamuis, de Verbor.signif. Quod tamẽ intelligendum est, quando receptus usus loquendi & intelligendi, contrariꝰ & repugnans propriæ significationi uocabuli, tam uiget in sensu peritorũm, quàm imperitorum, secundum Baldum in c.j. de success.feud. in usibus Feud. Vide, Vsus uulgatus loquendi.Sp.

INTEMPERANS. Si quis inquit Connanus lib.1.cap.2. nu.9. lucri sui causa stuprũ inferat: Alter cupiditate incensus: hic intemperans, ille auarus potius nominabitur.

INTENDERE, pro agere, litem facere, ius suũ persequi, defendere. Exempla habes apud Paulũ in l.si eo loco.ff.Si ser.uendic.Spieg.

INTENDERE hi dicuntur, qui rei diligẽter incumbunt. Vnde cum actor multa opera, intẽdere & incumbere suæ petitioni debeat, Intentio pro Actione usurpata est. l. si quis intentione ambigua. ff. de Iud.item l.ij.in prin.ubi est text. elegans.l. generaliter. ff.de Except.cum simil.per Zas.citatis in l.qui se debere.de Cond.caus.data, caus.non secuta. Sic Cicero docet, statum causæ, & controuersiam consistere in intentione & responsione, id est, in actione, & defensione.Spiegel.

INTENTARE actionem, pro instituere, ut uulgò dicitur, respuunt eruditi. Suetonius, Intendere formulam, dixit.Spieg.

INTENTIO, est prima pars, cum scilicet actor proponit, & facit litẽ: formaturq; hæc actio ex αἰτίας, id est, ex causa. Depulsio responsio rei, quæ ex continenti ad refutandá causam accipitur, iuxta rhetorum doctriná. à quibus, Alciato indicante, accepta uideri potest continentia causæ. Nulli, inquit lex, audientia præbeatur, qui causæ continentiam diuidit. C.de Iudic. Doctores Intentionem quandoque pro Exceptione aduersus sermonis proprietatem accipiunt, quamuis etiam alia significet. Sciendum etiá, quòd intentio uel actio edita potius est Iurisconsultis ueteribus (qui non secundum Pontificum, aut Iustiniani in Autenticis idioma, sed ex ea lingua intelligendi sunt, quę apud doctos tempore suo in usu erat) qui libellus Cóuentionalis uulgó dicitur. Rubr. ext.de Libel.oblat. Aut.offeratur. C.de Lit. contest. Albutius pro Alciat.Spieg.

INTENTIO, pro actione, quæ in iudicio instituitur, aut certè pro libello actionis.l.66.ff.de iudic. l.9.§.proinde.ff.ad exhib.l.18.ff.commun. præd.l.6. §.hæc actio. ff. si seruit. uindic.l.17.ff. de euictio. §. si quis agens.Institution.de action.

INTENTIO pro uolũtate & mẽte.l.10.ff.de alimẽt.leg.l.14.§.sed interdũ. ff.de religios.& sumptib.

INTENTIO uolũtatis.l. 77. §. donationis.ff.de legat.iij. Brissonius.

INTER particula, non significat æqualitatem: & per hoc natus inter seruos, non intelligitur seruus.

INTER bonos bene agier. Hoc exemplo Manutius demonstrat à Cicerone priscorum Iurisconsultorum formulas sine uerbo citari. Proindeque uoces illas, ut & oportet, ab imperitis, qui locutionem parum integram crederent, additas. Est autem egregium præceptum, ad omnem uitam pertinens, & uox plena humanitatis: ut inter bonos bene agatur, hoc est, ut Philippus ait, bonos ex fide debere præstare etiam, quæ non apertè lingua nuncupata sint. Das keiner den anderen gefahren sol.Sp.

INTER sicarios, pro, De sicarijs Latini auctores dicũt.Cicer.li.ij.de Inuentione. Nó enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficij, de quo inter sicarios

carios quæritur, preiudicium fieri. Idem in orat. pro Cluentio. In Q. Sergij Senatoris eius qui inter sicarios damnatus est, manus incidit. Et lib. 1. de finibus inter sicarios quæstionem exercere. Briss.

INTERCALARE, interserere est. Et mensis Februarius Intercalaris ob hoc dicitur, quòd ei dies unus interseritur. Diesque ipse insititius Intercalaris Latinè dicitur, & Græcè ἐμβόλιμος. & intercalatio ipsa ἐμβόλισμος. Quæ in re militari fit, cum inserimus per directum interuallis præpositorum militum aliquos ex ijs, quos postponi placuerat. Sed & ἐξαιρέσιμοι, dies exempules propterea dicti sunt, quòd ex mense eximi solebant, ut annus cum solis lunæq; ratione congrueret. Bud. in l. tertiam. §. minorem. de minor. Cęterum mensis intercalaris sublatus est à Iulio Cæsare, ut Sueton. Tranquillus scribit, qui non ex 29. uel ut alij scribunt ex 22. aut 23. sed 28. diebus cōstabat: ideoque cum ante Iulium Cæsarem non constaret annus nisi ccclv. diebus, incidente intercalari mense, annus dies habebat ccclxxxiij. Eius uerò mensis initium erat pridie Calend. Mart. ut ex Qu. Mutio Celsus refert. Nunc ex instituto Iulij Cæsaris annus dies habet ccclxv. l. cum hæres. §. Stichus. ff. de statu liber. l. ita uulneratus. §. æstimatio. ff. ad leg. Aquil. l. anniculus. ff. de uerborum signific. & quarto quoq; anno ad 6. Calend. Mart. dies unus intercalatur. Cu iac. ad l. ideoq;. ff. de usurpat. & usucap.

INTERCALATIONIS origo hæc fuit. Omnium primum (inquit Liuius) Numa in xij. menses describit annum. Romulus annum instituerat decē mensium, hoc est, trecentorum & quatuor dierum. Numam his adiecisse dies quinquaginta, quib. duodecim cursus Lunæ confici credidit, ait Macrobius. Quid igitur? Si anno tribuantur dies cccliiij. qui sint in duodecim menses dispertiendi, oporteret singulis mensibus tribuere uiginti nouem dies & semissem: uel senis mensibus dies triginta, & senis uiginti nouem. Macrobius adijcit: Numam postea adiecisse unum diem Ianuario, in honorem imparis numeri, ita ut trecenti quinquaginta quinq; dies in anno computarentur. Hæc adiectio planè fuit inepta, & rem totam conturbat. Neque sanè eius meminit Plutarchus. Itaque & ego eam nunc omitto. & annum à Numa constitutum simpliciter esse dierum trecentarum quinquaginta quatuor, quibus Luna duodecies cōficit suum cursum, existimo. Sed cum uellet Numa annum etiam congruere cum solis cursu, necesse fuit subinde aliquot dies adijcere. Solis periodus continet trecentos sexaginta quinq; dies & quadrantem. Quid igitur? Liuius ait, Numam intercalares menses interponendo annum ita dispensasse, ut uigesimo quoque anno (sic enim legitur in melioribus libris) ad metam eandem solis, unde orsi essent, plenis annorum omnium spacijs dies congruerent. Quæ tandem hæc intercalatio est? Plutarchus ait, Numam, cum existimaret anno suo deesse dies undecim, confecisse mensem intercalarem uiginti duorum dierum, quem ἐμβόλιμον appellat. Obscurè id quoque dicitur, & mutilatè. Deerant dies undecim, & unius diei quadrans. Macrobius ait placuisse Romanis, alternis annis binos & uicenos, alternis ternos uicenosq; dies intercalares adijci: sicuti & Censorinus scribit, placuisse, intercalario mensi uiginti duos dies, uel uiginti tres alternis annis addi, ut ciuilis annus ad naturalem exæquaretur. Hoc est, placuit, secundo quoq; anno adijci mensem unū intercalarem, qui modò esset dierum uiginti duorū, modò uiginti trium. Sic enim singulis quadriēnijs, superarant dies quadraginta quinquē, cum singulis annis superessent undecim & unius diei quadrans. Fiebatque etiam hac ratione quod Liuius scribit, ut uigesimo quoq; anno lunaris annus cum solari congrueret: hoc est, dies illi duceni uiginti quinq;, qui uiginti annis deerant, quinq; mensium illorū intercalarium adiectione supplerentur. Alij legunt apud Liuium, Vicesimo quarto quoq; anno. Quod si recipiamus, audiendus esset Macrobius, qui ait, annum à Numa institutum esse dierum trecentorum quinquaginta quinq;: & ea intercalatio fingenda qua annis sedecim, sicuti dixi, adijcerentur dies centum septuaginta: hoc est, singulis biēnijs modò dies uiginti duos, modò uiginti tres. Sed octo deinde annis nō nisi dies sexaginta, hoc est, singulis biennijs dies quindecim. Sic enim, si annus alioqui erat dierū trecentorum quinquaginta quinq;, dies duceni quadraginta quatuor, qui desunt annis uiginti quatuor, anno uigesimo quarto reperientur non deesse. Sed tam inæqualis intercalatio posset absurda uideri. Prior certè est simplicior, uideturq; magis recepta fuisse usq; ad Iulium Cęsarem, qui tandem rem hanc totam facilius etiam composuit: & ut dies tantum, non etiam ut menses intercalares essent, effecit. Iussit annum esse dierum trecentorum sexaginta quinque, ut ad solis periodum referretur, & quia deerat adhuc quadrans, uoluit singulis quadriennijs adijci diem unum. Sic intercalariū mensem sustulit, ut Suetonius ait. Sed quo tempore anni erat intercalatio? Censorinus ait, etiā olim mense Februario inter Terminalia & Regifugium intercalatum fuisse. Macrob. scribit, Romanos non confecto Februario, sed post uigesimum tertiū diem intercalasse, Terminalibus iam peractis: deinde reliquos Februarij mensis dies qui erant quinq;, post intercalationem subiunxisse, uetere religionis suæ more, ut Februarium omnino Martius sequeretur. Ergo cum inserebantur intercalares dies uiginti duo, Februarius erat dierū quinquaginta: cum adijciebantur dies uiginti tres, erat dierum quinquaginta, & unius, qui tantum alioqui esse solebat dierum uiginti octo. Apud Ciceronē pro Quintio legimus, ante 5. Calē. intercalares, & pridiē Cal. intercalares. Videtur Calendas intercalares appellare primum diem intercalarem, qui erat uigesimus quartus Februarij. Cum postea, Iulius Cæsar ita annum produxisset, ut non nisi diem unum singulis quadriennijs addi esset necesse: retinuit eundem intercalationis diem, ut Macrobius ait, eūq; Bissextum censuit nominandum: quia tunc bis dicebatur, 6. Cal. Mart. Nunc uideamus ecquid hæc conueniāt cum nostris Pandectis, hoc est, libris Iuris Ciuil. Nō possum hæc conferre cum XII. Tabulis, quæ quid de ijs statuerint, nescio. Sed quia intercalationis tamen eas aliquam mentionē fecisse audio, rem hanc, quæ tam necessaria est, nec est tamen uulgo satis nota, prætermittere non possum. Celsus noster capite 98. de uerborum signific. ita scribit Cato putat mensem intercalarem additium esse: omnesq; eius dies pro momento temporis obseruat, extremoque diei mensis Februarij attribuit Q. Mutius. Mensis autem intercalaris, constat ex diebus uiginti octo. Hæc ille. Primum hic obseruemus Catonem & Mutiū diu ante Cæsarem uixisse. Si loquuntur de mense intercalari, qui eorum tempore adijciebatur, non uideo quomodo possimus dicere, cum fuisse dierum uiginti octo. Repugnant enim & reclamant, quæ dicta superius sunt. Sed si Februarium ipsum, in quo intercalatur, & cui quid adijcitur, appellemus

 mensem

mensem intercalarem, rectè diceremus alioqui esse dierū uigintiocto. Certè & Macrobius uidetur mensem intercalarē appellare Februariū, cui intercalatio aliquid addere solet. Frequentius tñ ipse mensis, qui inserebatur, appellatus olim fuit intercalaris. Quod Mutius mensem intercalarem additicium extremo diei Februarij attribuit, parum etiam conuenit cum ijs quæ supra dicta sunt. Non enim pridie Calendas Martias, sed sexto Calendas Mart. intercalabatur & interserebatur aliquid. Sed uidetur Mutius maluisse in fine anni intercalari. Quòd oēs addititij mensis intercalaris dies pro momento temporis obseruat: conuenit cum eo, quòd etiam diem intercalarē non solent Iurisconsulti numerare. Nam id biduum quod est in Bissexto, pro uno die haberi Celsus ait, ca. 98. de uerb. & cap. 3. §. 4. De minoribus. Cumq; id dicit, adijcit, propterea nihil interesse, utrum priore an posteriore die Bissexti quis natus sit: posteriorē tamen diem intercalari. ideoq; (inquit) natus sexto Calen. Mart. quo anno non fuit intercalatum: cum erit Bissextus, priorem diem natalē habet. Sed cum hoc biduum pro uno die habeatur, nihil interesse dicimus: neque qui priore die natus est, citius complebit annos uiginti quinq;, quàm qui posteriore: & qui nat⁹ est posteriore, tam cito complebit, quàm qui priore. Sed quæritur an dies intercalaris nunquā numeretur, & pro nullo semper habeatur. Certè si postrem⁹ dies temporibus, de quo quæritur, sit Bissextus: semper hoc biduum pro uno die habetur, & inter priorē ac posteriorē Bissexti diem nihil interest. sed si dies intercalaris incidat in medium tempus aliquod, de quo agitur: alia est adhibenda distinctio. Marcellus l. 2. de diuers. temp. præs. quinq; huius generis quæstiones & exempla proponit. In primo & postremo exemplo uidetur diem intercalarem numerare: hoc est, significat in tempore constituto iudicatis, quod erat triginta dierum, & in lege commissoria, ueluti si quis fundum ea lege uendat, ut nisi in diebus triginta preciū soluatur, fundus sit inemptus: diem intercalarē non proficere iudicato uel emptori, hoc est, in diebus illis triginta numerari. Sed si agatur de tempore statuto, quo lis perit: uel de usucapiōe quę tempore constituto expletur: uel de actionibus, quæ certo tempore finiuntur, ut ædilitię diem intercalarem nō numerari aut imputari, sed eo tale tempus augeri, & eū prodesse actori uel domino, significat: nempe si incidat in medium illud tempus. Nam alioquin ubi satis est attingere diem postremū, & postremus dies est Bissextus, non refert prior an posterior bissextus sit. Et ubi postremū diē omnino impleuisse oportet, ut cū quæritur, an quis sit minor uigintiquinque annis, oportet totū Bissextū implere, sic ut tunc dies intercalaris non solum in medio, sed in fine augeat tempus. Quod dicendum esse uidetur & in omnibus temporalib. actionibus. Nā in ijs nisi nouissimus totus dies compleatur, non finiri obligationē, ait Paul. l. 6. de obli. & act. Porrò quod dicitur de uno die intercalari, olim dici quoq; poterat & de pluribus, cū erant plures. ut diximus fuisse modo uiginti duos, modò uiginti tres. Quod attinet ad Cæsaris constitutionem, dies trecētos sexaginta quinq; anno ordinario tribuentis: constat à Iurisconsultis posterioribus eam esse receptā. & tribus locis in Pandectis cōprobari posse. l. 51. Ad l. Aquil. l. 4. §. 5. de statulib. l. 54. de uerb. sig. Sacerdotes Romæ quibus Cæsar procurationem intercalationis reliquerat, initio quid agerent, nihil intellexerunt. Nam cum deberēt ad finem anni quarti intercalare, ad principiū intercalabant. Sed Augustus tandem eos castigauit: & apertè edixit, ut incipiente anno quinto primùm intercalarent: & hanc legem in æs incidit, ad memoriā sempiternam, ut Macrobius scribit. Mitto, quod subtiliores mathematici deinde obseruarunt illum quadrantem diei cum diebus trecentis sexaginta quinque in solidum uno anno non occupari aut consumi à sole, sed superesse quasdam (ut appellant) minutias, quæ iam pepererint & confecerint dies tredecim: qui, quia redundant, detrahendi nunc essent. Intercalationis uerbum ex eo descēdere, quod calatis comitijs, uel populo conuocato, adijcerétur, quod anno adijciendum erat, dubium non est. Francis. Balduin. in suo comment. leg. duodecim Tabul. capit. xlviij.

INTERCEDERE est alienam obligationem recipere, id est, se uel res suas obligare pro alio. Hinc intercessor est inter duos ueluti medius quidam & sequester. Cuiacius ad Africanum tracta. quarto, numero quadragesimo.

INTERCEDERE est quasi medium se interijcere, siue ut noceas, siue ut prosis: unde cōtrariæ significationis esse reperitur. Intercedere legi, aut sententiæ alicuius, idem est, ac quod uulgo dicitur se opponere. Et apud Terentium: Si nulla ægritudo huic malo intercesserit, id est, nocuerit & interuenerit. Ast & fauoris est & beneuolentiæ. Intercedere enim pro reo fideiussor apud creditorem dicitur, quia pro eo rogat, ut detur ei mutuo pecunia, uel illud quicquid est, quo opus habet, quare quod iussu & rogatu ipsius factum datúmue est, fide sua, præstare cogitur. Sic Tullius ad Atticum: Adscribit etiam, & quasi calcar admouet, intercessisse se pro eis. & cætera. Connanus libro sexto, capit. octauo, numero secundo.

INTERCEDERE propriè fuerat Tribunorum plebis, quibus ius intercedendi concedebatur. Nam in hoc creatos dicit Gellius, non ut ius dicerent, sed ut intercederent opponerentq; sese iniurijs ac uiolentijs. Intercedere enim post alia significata, accipitur pro inhibere, coercere, uetare. Vnde intercessionem uulgò oppositionem dicimus. Cæsar Bell. ciu. primo. Refertur statim (ait) intercessione Tribunorum. Oldendorpius.

INTERCEDERE pro alio, hoc est, fidem suam interponere, spondere, obligari. ut apud Iurisconss. per totum tractatur ad S.C. Velleia. & Bart. in l. 2. §. omnis. ibidem. Spieg.

INTERCIDERE legatum, pro deficere. Vlpia. de cond. & demonst. Intercidit legatum, si ea persona decesserit, cui legatum est sub conditione. Spieg.

INTERCIDERE ædes, aquæductum. l. 7. §. est & alia. ff. quod ui aut clàm. l. 29. §. j. l. 49. §. ult. ff. ad leg. Aquil. Brisson.

INTERCIDERE rationes, codicillos. l. j. §. ult. ff. de seruo corrupt. l. quarta. l. 23. ff. ad legem Cornel. de fals.

INTERCIPERE dicitur qui lucrifaciendi gratia, id est, ea mente ut lucretur, interuertit & contrectat. l. 1. §. 1. l. 44. §. j. ff. de furt. l. penult. ff. de liber. cau. l. 38. §. si debitorem. ff. de solutionib. l. 44. §. ult. ff. de adquiren. rer. dom. Hinc interceptarum pecuniarū reus apud Sueton. in Domitia. Vtuntur & in eadem significatione Iureconsulti uerbo interuertēdi. l. xx. l. 69. ff. de furt. l. 18. ff. de solut. Briss.

INTERDIARIVS est ἡμεροκλέπτης, cui cōtrarius est νυκτοκλέπτης, dormitator, fur nocturnus. Cuiac. obs. lib. 11. cap. 27. circa med.

INTER-

INTERDICERE, natiua significatione est prohibere, & ne aliquid fiat, uetare. Vnde interdicta ꝓficiscuntur, quorum natura est prohibitoria. Quapropter sunt, ut refert Iustinianus, qui putant interdicta tantum ea uocari, quę prohibent. reliqua, ut sunt restitutoria, & exhibitoria, propriè decreta esse. Sed usu frequẽtatum est, omnia uno uocabulo interdicta appellari. Abusio huius uerbi, scilicet ꝓ edicere, notatur Instit. de interd. Old. gradus generaq; pœnarũ tractans: Interdicere, inquit, est maximè prohibere: & construitur cum ablatiuo, ut interdicere loco, personis, uel rebus. Vnde interdicti passiuè dicuntur illi, quibus fit prohibitio. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interd. & relegat. Sp.

INTERDVM interdicere idem est, quod ex interdicto petere & ad ipsos litigatores pertinet: ut apud Quintil. lib. 3. ca. 8. Non debuisti interdicere sed petere.

INTERDICERE Prætorem de ui, id est, interdicto de ui concesso, iubere eum, qui uim fecerat, restituere, teste Budæo. Sp.

INTERDICERE, pro interdicto uti. & est Prętoris. Vlp. in l. locum. §. si quis dolo. de Tab. exhib. Si neq; amouerit, inquit, tabulas, neq; celauerit, sed idcirco alij tradiderit, ne eas interdicendi exhiberet. Pompo. in l. j. de loc. & itin. publ. interdicitur pro eo quod est, interdictum redditur, dixit. ut Accurs. sentit. Indicat & alia exempla Budæus, quibus accipitur pro eo quod est, interdicto agi. Sp.

INTERDICERE alicui arte sua, Paulus dixit in l. fin. de pœn. Sp.

INTERDICERE foro. Lege, Aduocatione.

INTERDICERE patria quid sit, not. in l. nulli. C. de Sent. & interloc. omn. iud. Sp.

INTERDICI quoq; bonis dicebãtur, qui administratione bonorum suorum, ob id interdicebãtur, quòd neq; modũ, neq; finem expensarum facerent: Cuius interdictionis solẽnia uerba a Paulo referuntur lib. 3. Sent. Exẽpla huius locutionis sunt in l. 26. ff. de contr. empt. l. 18. ff. de testam. l. 6. ff. de uerb. obl. l. 9. §. sed & si ei. ff. de reb. cred. Briss. Adde Cuia. ad l. 6. ff. de uerb. obl. qui recitat ibi effectũ interdictiõis.

INTERDICI igni & aqua. Old. de priscis temporibus alicubi loquens: Nefas uidebatur, ait, quamuis malos, tamen homines supplicio capitis afficere. Itaq; maximam pœnam existimabant interdictionẽ ignis & aquæ. Quum enim earum rerum usu in hac uita nemo carere possit, perinde habebant, ac si esset is, qui eam sententiam excepisset, morte multatus. Proinde Vlp. in l. j. de legat. 3. Hi, inquit, quib. aqua & igni interdictum est, fideicommissum relinquere nõ possunt, quia neq; testamenti faciẽdi ius habẽt, cum sint ἀπόλιδες. Quod igitur suprà in dict. Aqua & igni interdici legis, ac demum ultimo supplicio secundũ Iuriscons. adfici, de posterioribus temporibus quib. pœnæ capitales introductę sunt, accipiendũ est. Vide Lactantium cap. x. lib. 2. Diuinar. Instit. Budæum item ad fin. annot. prior. Sp.

INTERDICTA sub edictis contineri, Bart. docuit: cuius tñ de interdictis diffinitio Alciato displicet. Sp. Differunt tamen Edicta ab Interdictis. Nam edicta gñralia erant, non sicut Interdicta, personalia l. j. ff. de interdictis. Quæ proponebant Prætores & magistratus ut intelligerẽt ciues, quod ius de quaq; re quisq; dicturus esset, id est, de quibus rebus actiones & interdicta daturi essent aut denegaturi. l. 2. §. eod. tempore. ff. de orig. iur. Interdicta uero proprie erant formulæ a prætore iudici Pedaneo inter duos de possessione contendentes datæ, quibus cognoscendi pronunciandiq; rationem ei præscribebat: ut ex Theophilo docet Duaren. lib. disput. anniuers. j. cap. 19. Vide & suprà in uoce Edictum.

INTERDICTVM est cẽsura ecclesiastica in pœnam contumaciæ uel offensæ lata, arcens præcipuè populum non communicari sacramentis. Io. Andr. in tract. de interd. in prin.

INTERDICTA reddi olim ideo dicebantur, ut momentanea quadam cognitione dirimerẽtur controuersiæ: præsertim possessionum. Item dicebãtur pronunciari, in l. j. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunt. Item dicebantur edi. l. 2. in fin. ff. quod legat. Sp.

INTERDICTI adpellatio obscura est ijs, qui rẽ ex antiquitate nõ satis fideliter perpendũt. Ecce autem: sicut duplex censetur bonorũ possessio: uidelicet, Edictalis & Decretalis: ita docendi gratia statuamus duplex hac consideratione interdictũ, scilicet Edictale, qđ prætorijs edictis proponitur, ut sciant oẽs ea forma posse implorari: & Decretale, qđ Prætor pro re nata implorantib. decreuit. sicut nostrorũ magistratuũ interdicta sunt decretalia, exemplo edictorum prætoriorũ, quoties hodie ad usum rei incidentis adcõmodantur. Et ista obseruatio magnã tibi lucem adfert, quóties legis istas uoces, Prętor interdictum ꝓponit. Itẽ, Cum quo interdicit: scilicet, aduersario. item, Sed simul ueniant ad interdictũ mouendum. Item, Vim fieri interdicam: Cùm tñ iam sit propositum interdictũ. Item, Quolibet postulante, interdicitur. l. 1. ff. de locis & itinerib. publicis. l. 2. §. restituas. ff. ne quid in locis uel itinerib. publicis fiat. l. j. ff. ut in flum. publ. & alibi sæpe. Old.

INTERDICTORVM persecutiones non solũ secundum formam actionis, uerumetiã ad imitationem antiquitatis inhibendo cum clausula citatoria expediri & possunt, & solẽt. Ergo, sicut olim erat ingens utilitas uti interdictis: quopiam tangebatur læsa aduersarij conscientia per mandatum Prætoris, & sępissimè a molestationibus desistebat, ut nullo alio sumptu, & iudicio esset opus: ita & hoc sæculo eadẽ uis est mandatorum iudicialium, quibus frequẽter solent iniqui homines terreri: Quia ordinatio Dei est, & tacitam in se uim habet. Old.

INTERDICTVM est decretũ Prætoris, ad tempus, hoc est, interea dum principalis causa disceptetur, interpositũ. ex quo intelligi debet inter Decretum & Interdictum tantundem interesse, quantum inter genus & speciem. nam decreta alia perpetuæ, alia temporalis iurisdictionis causa interponuntur, illa suum nomen retinent, hæc interdicta nominantur: quia inter illa duo tempora interijciuntur. neq; displicet, ut quo modo allusionis causa Veteres in Testamento mentis testationem, in Sacello sacram cellam notabant: sic in interdicto, interim & dictum (uerbi uim potius, q̃ etymologiam attendentes) notemus. Simul & illud constat, quemadmodũ Interdicere est plerunq; prohibere, ut interdicere bonis, interdicere aqua & igni: sic illa decreta eo magis inter dicta nñata esse, qa magna ex parte ꝓhibitoria sunt: si minus, uerbis & formula: ui quidem ipsa & effectu ac facultate. Tribus autem de causis instituta reperio. Prima est, ad uim ulciscendam & coercendam. nam qui ui quid fecit, usq; eò coercetur, ut quamuis id iure fecerit, tamen interdictum aduersus eum detur: ut l. 1. §. 2. ff. de itin. actuq; pri. l. prima. ff. de fonte, l. prima. de cloac. & alibi persæpe. item qui ui de suo deiectus est, uel prohibitus ad suum accedere, si in rem actionẽ instituerit, tametsi ea ratione aduer-

sarium

sarium possessorem constituat, tamen interdicto uti, & per illud possessionem persequi non prohibetur. quod sanè ius quoddam singulare esse constat, in odium uis illatæ comparatum, l. cùm fundum, 18. §. ultim. ff. unde ui, & de ui ar. & l. naturaliter, §. primo. ff. de acquir. possess. ubi is qui egit in rem, potest tamen interdicto Vti posidetis uti. quia non uidetur VTI POSSID. renunciasse, qui in rem egit. quomodo existimaui aliquando illo in loco legendum esse. Altera causa est, propter commodũ possessionis. ueluti ut is cui colonus res suas obligauit, possessionem adipiscatur: quamuis Seruiana uel certi condictione agere posset. sic superficiarius ciuiles habet actiones. sed quia melius est posidere potius, quá in personam experiri, propterea interdictum proponitur, l. j. §. j. ff. de superfic. Tertia causa est, propter proprietatem. uti docet Paulus in l. 2. §. quædam. ff. de interdict. ubi ait ea interdicta quę rei persecutionem continent, proprietatis causam continere, & ea quæ ad rem familiarem pertinent, proprietatis, non possessionis causam habere. Hot.

INTERDICTA unde uocata sint uel nomé acceperint autores uariant. Institutionum architectus arbitratur sic appellari, quòd inter duos dicantur. Sed hoc ut Ferrarius Institut. de interdictis admonet, esset nimis remotè atque impropriè uerbum aliorsum detorquere. Quare ipse, ut & alij quamplurimi, putat dicta ab interdicendo, hoc est, prohibendo & uetando, sicuti uulgo dicere solemus interdicere aqua & igni, & interdicere bonis: loco, ciuitate, ac patria: Idq; ea de causa, quod interdictorum prima prohibitoria fuere, aut omnibus tacita quædam prohibitio insit. Nam prætor si quando ei, qui ui de possessione fundi deiectus sit, restitui possessionem iubet, tamen prohibet ne possessionem ui occupatá diutius detineat, uimq; faciat. l. penul. §. cum prętor. ff. ne quis &c. Item ei qui liberos exhibere iubetur, ne exhibédos detineat, & sic uim faciat, prohibetur. Et hoc esse uidetur, quod Vlpianus nonnulla interdicta mista esse scribit, ꝓhibitoria scilicet & exhibitoria. l. j. & 3. ff. de lib. exhib. Eaq; sententia eò uerisimilior uidetur: quod ipsemet Imp. in §. summa. Inst. de interdictis refert, fuisse qui putarent propriè interdicta ea uocari, quæ prohibitoria sint, quia interdicere sit denunciare & prohibere, restitutoria autè & exhibitoria, propriè decreta uocari Andreas Alc. in l. 178. pecunię uerbum. §. actionis. ff. de uerborum signific. Interdicta dici tradit quasi interim dicta, cũ enim possessionem respiciant, totam litem non perimunt, quin de dominio quęri posit. Quapropter & præiudicia quandoque appellantur. Interdicere autem apud ueteres id significasse, quod interim dicere Ciceronis ad Herennium lib. 2. cap. xj. autoritate comprobat. Franciscus autem Hotomannus d. titul. de interd. §. sequitur. existimat, decreta prætoris certa, & ut ita dicam, imperiosa, ab antiquis interdicta nominata esse: Siquidem particula Inter nonnunquam ab antiquis augendi & amplificandi causa usurpata fuit, ueluti cum dicimus: Interficere, interimere, internecio. Sic Donat9 in illud Terét. C. Quis homo isthuc? P. Dauus: C. Dauus? P. Interturbat: Inter, inquit, modo significat non mediocriter, est enim adauctiua particula. Sic ergo & interdicta à Iureconsultis uocata, ea esse, quæ ijs de rebus interponi solerent, quæ cum priuatæ non essent, iudicis priuati hominis arbitrio disceptandæ nõ essent, sed magistratus imperio & cognitioni relinquendæ. Nam rebus paulo attentius consyderatis, earum tria uidentur genera. Sunt enim aliæ sacrę & religiosæ, alię publicæ: aliæ de ui, quæ quidem in possessionũ controuersijs uel facta esset, uel ne fieret cauendum uideretur. Nam priuatas ad res, & rei familiaris cõtrouersias, actiones accommodatæ sunt. At si quis in loco uel sacro, uel religioso, uel publico, ueluti flumine, aut ripa, qđ fecisset, quod eius loci ius imminueret: item si qua uis in pacata & libera ciuitate committeretur, æquum fuit, Prętorem ipsum, imperium suum interponere. Qua de causa cum alia decreta prætoris iudicio & prudentię pro re nata concipienda relicta essent: tamen hæc digna uisa sunt, quæ nõ modo certis uerborum formulis conciperentur, & uti concepta erant à Prætore pro tribunali pronunciarentur, uerumetiam totidem uerbis in edictũ referrentur, edictiq; Prætorij pars quædam essent, uti patet ex l. j. C. de interd. & omnib. inscriptionibus libri Pandectarum 43. ut iam quæ inter actiones & interdicta, tum similitudo, tum differentia sit, existimare aliqua ex parte posimus. Nam ex utrisq; formulæ certæ conceptæq; in edictum Prætoris relatę fuerunt: ex utrisq; iudicia recuperatoria nascebantur: interdum etiam constituebãtur. Vnde illa in edicto, Vnde ui, & de ui arm. VNDE TU ILLUM DEIECISTI, DE EO QUOD IBI TUM HABUIT &c. IUDICIUM DABO. & l. j. ff. ne uis fiat ei: Si quis dolo malo fecerit, &c. in eum in factum iudicium dabo. Quinetiam uidemus frequenter id quod paulo antè Interdictum appellatum est, continuo pòst modò Actionem, modò Iudiciũ appellari: ut in l. is qui. 2. §. si fundus. ff. qđ ui aut clam. Ipse utile interdictũ habebit, sed eam actioné præstare cogetur. Verũ hoc ita sæpe occurrit, ut plura hoc loco exempla cõmemorare nihil necesse sit, præsertim cùm Vlp. in l. actionis. 37. ff. de oblig. & act. scribat, Interdicta etiã actionis uerbo cõtineri. Hot. Differebat aũt Interdictũ ab Actione, quia solénitas actionũ erat inducta de iure ciuili, Interdictum aũt à iure prætorio. Vel scđm Azoné, quia in actione uerborũ solennitas non formabatur in singulorũ personis, sed erãt generaliter in omniũ personis formata solenniter uerba. In interdictis aũt, quot erãt homines, qui uolebãt eá ꝓponere, tot ijs desiderantib. & petentib. formabãt solennitates, uel conceptiones, quib. contra suos aduersarios in causis suis utebãtur, quas interdicta uocabant. de hoc not. Inst. eo. tt. in prin. & ff. eod. sup rubric. Hodie aũt inter Actiones & interdicta, nulla est differentia, ut Inst. eo. tt. §. fin. Interdictũ igitur est actio in factum prætoria, id est, à prætore inuenta.

1. INTERDICTORUM aũt uarię sunt species. Quædã. n. sunt in quib. de dñio, & ꝓprietate, seu iure quęritur: ut de itinere actuq; priuato, de arborib. cędendis. l. 2. §. quædã. ff. de interd. l. 3. §. hoc aũt. ff. de itinere actuq; priu. l. j. ff. de arbor. cęd. Quædã in quibus de ꝓprietate & possessione, ut ff. de aq. quot. & æst. l. 1. §. fi. Quædã in quib. de possessione saltẽ. Inst. de interd. §. sequens diuisio. Et huius interdicti possessorij tria sunt mẽbra: quia aliud est Adipiscendæ, aliud Recuperandę, tertiũ Retinẽdæ. Primũ competit ei qui non fuit antè nactus possessionem, & illud est triplex. Quorũ bonorũ, Quorum legatorũ, & Salуianum: de quib. inf. suo loco. Secundum, Recuperandæ scilicet possessionis, & hoc triplex est: nimirum Vnde ui de possessione immobili, ui bonorum raptorum: spoliato re mobili, & Quód ui aut clam: contra eum qui in solo alicuius ædificauit. Tertium scilicet pro retinẽda possessione: duplex est: scilicet uti posidetis: & utrubi. de his uide glossam quartã

&

& septimam in c. pastoralis. de causa possess. & propr. ubi plenè, & nota glossam optimam & magistralē in l. si quis in tantam. C. unde ui.

2. INTERDICTORVM quædā respiciunt religionem, quædam uerò ius humanum. Religionem respicientia sunt, de mortuo inferēdo, de sepulchro ædificādo, ne quid in loco sacro fiat uel immittatur, l. 2. §. j. ff. de interdic. Quæ humanum ius respiciunt: rursus aliam diuisionem faciunt.

3. INTERDICTA enim humanū ius respicientia, aut sunt publicę, aut priuatę utilitatis. Publica interdicta nouem sunt in uniuersum secundum Spec. in tract. libel. tit. de causa poss. & proprietatis. §. quia uero. Alia omnia sunt interdicta priuata, quia propter priuatam utilitatem inducta. & sunt in toto 28. secundum Spec. ibid. §. priuata.

4. INTERDICTA omnia aut simplicia sunt, aut duplicia: Simplicia ea sunt, in quibus actor à reo facile distinguitur, ut in restitutorijs & exhibitorijs interdictis, & etiam in aliquot prohibitorijs. §. summa. Institut. de interdictis. Duplicia uero sunt ea, in quibus uterq; actoris & rei partibus fungitur: quo in numero sunt, uti possidetis, & utrobi interdicta. §. retinendæ Institutio. de interdictis. In illis etenim uterque actor est & reus. Quod sic est accipiēdum, ut si is qui ad iudicium prouocauit, de sua possessione non docuerit, à reo tamen possessionis probationem exigimus, alioqui res apud iudicem tanquam uacans remanebit. Faber hic. notatur in l. in tribus. ff. de iudicijs.

5. INTERDICTA aut sunt prohibitoria, aut restitutoria: aut exhibitoria. Prohibitoria sunt ea, quibus prætor aliquid fieri prohibet, cuiusmodi est retinendæ possessionis interdictū. Ei etenim qui possidet, prætor uim fieri prohibet. §. retinendæ. Institution. de interdictis. ubi notatur. Theophilus hic circa medium. Eiusmodi est interdictum de mortuo inferendo, deque sepulchro ædificando, toto titul. de mortuo inferendo. ff. Etenim si is, cui ius erat mortuum inferendi, suo iure uti prohibeatur, hic interdicto huiuscemodi adiuuari poterit. l. prima. §. prætor ait ff. de mortuo inferendo. Eiusmodi est & interdictum, quo aliquid in loco sacro, toto titul. ne quid in loco sacro fiat, aut itinere publico, toto titul. ne quid in loco publico, aut flumine publico, toto titul. ne quid in flumine publico. fieri prohibetur. Eiusdem notæ est interdictum illud, quo creditores missi in possessionem debitoris, à prætore in sua possessione seruantur. toto titul. ne uis fiat ei, qui in possessionem missus est. Sunt & restitutoria quædam interdicta, quibus nobis possessio restitui iubetur. hoc textu, in uerbo, Restitutoria: cuiusmodi est, unde ui interdictum. l. prima. Cod. unde ui. l. prima. ff. de ui & ui armata: & interdictum quorum bonorū: quod qua ratione restitutorium sit, Accursius satis rectè hoc loco prosecutus. gloss. in uerbo bonorum, circa fin. quam sequitur Faber & Aretin. Sunt & alia interdicta exhibitoria, quibus liber homo, qui ab alio inuitus detinetur, exhiberi cogitur. l. prima. Digest. de libero homine exhibendo. Eiusdem notæ est interdictum de liberis exhibendis, quo pater filiū, qui ab alio detinetur, exhiberi postulat, petitque, ut filij deducendi libera facultas concedatur. Parum etenim fuerit filium exhibitum esse, nisi & eum nobis deducere concedatur. toto titul. de liberis deducendis & exhibendis. Barto. & ibi gloss. in l. prima. §. per hanc. Digest. de rei uendic. communiter interpretes in §. præiudiciales. Institutio. de actio. & l. iij. de liber. exhibendis.

6. INTERDICTORVM quædā annalia sunt, quædam perpetua. l. prima. ff. de interdictis. seu extraordinarijs action.

INTERDICTVM, de aqua quotidiana & æstiua datur habenti ius aquæ quotidianæ uel etiam æstiuæ ducendæ ad prædia sua: cùm aliquis ducere prohibetur, siue à domino fundi qui dicat sibi deberi seruitutem, siue ab alio quocunq; Digest. eodem titul. l. prima. in princ. & quòd interdictum aliquando sit prohibitorium, aliquando restitutorium, ut sequitur. de hoc est casus in dic. l. prima. §. primo. & est prohibitorium & retinendæ possessionis. Quandoque autem est restitutorium, secundum Specul. ibidem. uersi. alio modo. & §. præalleg. ubi subdit prætor: Quotidiana autem aqua nō tantùm illa est, quæ quotidie ducitur: sed illa est, qua quis quotidie potest uti si uelit. Duo autem sunt genera aquarū, quæ differunt. Quotidiana, quæ duci solet assiduè, etiam si aliquando ducta non est. Ea quoque dicitur quotidiana, cuius seruitus intermissione temporis diuisa est. Sed aqua æstiua ea est, qua æstate uti expedit, sicut dicuntur uestimenta æstiua, saltus ęstiui, castra æstiua, quibus interdum hyeme: plerunq; tamen æstate utimur, ut habetur in l. præallega. in principio. Oldendorp. Discernitur ergo aqua quotidiana ab æstiua. Primùm ex proposito utentis quia uel æstate tantum, uel semper ea uti potest Deinde ex natura aquæ, secundum quam non nisi æstate duci possit. Postremo ex natura & utilitate loci qui non admittat aquam nisi æstate. l. j. §. ego probandum. l. de interdicto. ff. h. t.

INTERDICTVM de aqua de castello ducēda, datur habenti ius autoritate publica ducēdi aquam de canali uel castello, quod est diminutiuum à canna, ad irrigandum. Vide Specul. ubi suprà. qui dicit hoc interdictum haberi, & bene, ff. de aqu. quotid. & æstiu. l. 1. §. ait prætor. 2. de quo dic, ut ibi. & in 3. §. & seq. usq; ad fin. l. ubi dicitur. Hoc interdictum necessariò propositum est. Nam quia superiora interdicta ad eos pertinent, qui à capite ducunt &c. æquissimum uisum est ei quoq; qui ex castello ducit (id est, ex eo receptaculo, quod aquam publicam suscipit) interdictum dari. idq; à principe conceditur. alij nulli competit ius aquę dandæ. Vide ibi pulchrū textū. Caput autem aquæ illud est, unde aqua nascitur. Si enim ex fonte nascatur ut duci possit, ipse fons dicitur caput: Si ex flumine uel lacu: prima incilia uel principia fossarum, quib. aqua ex flumine, uel ex lacu in primum riuum compelli solet, capitis appellatione continentur. Castellum uero receptaculū est quod aquam publicam suscipit arte quadam in hoc cōstructum. Interdicta priora de aqua cotidiana & ęstiua, loquūtur de aqua ducta à capite seruitute priuatim constituta: hoc uero ad illos pertinet, qui ex castello ducunt autoritate publica. Old.

INTERDICTVM de aqua pluuiali arcēda, uel de aqua pluuia. imò non est interdictum, sed actio ciuilis descendens ex l. XII. Tab. ut ff. de aqua pluuia arcen. l. si usus fructus. & ibi not. super uerbo Legitima. ubi allegatur l. Labeo. ff. de stat. liber. Et dicit ibi text. Sed etsi fructuarius opus fecerit, per quod aqua pluuia alicui noceat, erit quidem actio legitima cum domino proprietatis, an uerò etiā utilis in fructuarium actio aquæ pluuię arcendę sit danda, quęsitum est: & magis est. ut detur. supple, dicendum. Si ergò facis aliquod opus in fundo tuo, propter quod aqua pluuialis nocere potest fundo uicini tui, datur contra

contra te actio aquæ pluuiæ arcendę, per quam tuis expensis opus teneris destruere, & damnum contingens emendare. Si uerò possideas opus ab alio factum, teneris patientiam præstare, ut destruatur. ar. l.j. & 2.§.3. in fin. & l. si tertius colonus. aliàs, uicinus. § Celsus scribit. uer. si quis alius. ff. eod. tt. & Specul. ibid. Et dicit Vlp in l.1. in prin. ff. eod. Aquam pluuiã dicimus, quæ de cœlo cadit, & quæ imbre excrescit, siue per se hæc aqua cœlestis noceat, siue cum alia mixta sit. Et sequitur ibi statim: Hæc autem actio locum habet in damno nondũ facto, opere tamen iam facto, ex quo damnum timetur. l.j.§.1. ff. de aq. pluu. arc. l. Ateius. §. in hoc iudicium. ff. eod. tit. totiesq; locum habet, quoties manufacto opere, agro aqua nocitura est, id est, cùm qs manufecerit, quò aliter flueret, quàm natura soleret, si forte mutando (aliàs immittendo) eam aut maiorem fecerit, aut citatiorem uel rapidiorem, aut uehementiorem, aut si comprimendo redundare fecerit eam. Nam si natura aqua noceat, ea actione non continetur. & in ea l. dicitur: De eo opere, quod agri colẽdi causa aratro fit, Quintus Mutius ait non competere hanc actionẽ. Sciendum autem actionem aquæ pluuiæ arcendæ non in rem, sed personalem esse. l. si tertius. ff. de aqu. & aq. pluu. arcend. Oldend. Rectè quidem: Veruntamen cum ante susceptum iudicium possessorẽ sequatur, oportet eam in rem scriptã censeri. l. emptor. l. post uenditionem. ff. eod. tit.

INTERDICTVM de arboribus cædendis duo capita habet: primum ut arbores ædibus alienis impendentes adimantur: secundum ut agro uel ruri alterius impendentes succidantur: quorum duorum capitum, ut Vlpi. inquit, differentia hæc est. Siquidẽ arbor ædibus impendeat: succidi eam præcipitur: Si uerò agro impendeat: tantum usq; ad quindecim pedes à terra coerceri. Et hoc interdictum prohibitorium est. Si autẽ arbores ædibus alienis impendeát, utrum totas iubeat Prætor adimi, an uerò id solùm, quod suprà extiterit? Rutilius ait à stipite excidendas: idq; plerisq; uidetur uerius. Et nisi adimeret dominus arborem: Labeo ait, permitti ei, cui arbor officit, si uelit, succidere eam, lignaq; curtare, ut est textus in l.j.§. hoc interdictum. ff. eod. tt. ubi subditur in §. seq. Arboris appellatione etiam uites continẽtur. Non solùm autem domino ædium: sed etiam ei, qui usumfructum habet, competit hoc interdictum, ut ibid. Old. Illud tamen obseruandum est, non antea rectè conueniri dominum hoc iudicio, quàm ubi admonitus ut adimat, recusauerit adimere. Quamobrem Bart. huius admonitionis probandæ gratia consulit instrumentum esse scribendum. l.j.§. ait Prętor. ff. de arb. cæd. Huic autem conforme est

INTERDICTVM de arboribus collucandis & sublucandis. Sublucare autem est compescere luxuriem ramorum, quod usq; ad xv. pedes ut fiat definitum est, à terra uidelicet. Sublucare enim est ueluti subtus lucem mittere. Collucare uero est uel superiores ramos lumini officientes succidere, uel ipsam arborem ex stirpe penitùs excindere. Cuiac. recept. sent. lib. 5. cap. 6. §. arbor.

INTERDICTVM de Cloacis priuatis reficiendis. Si uolens quis suam cloacam priuatam, uel etiã publicam, uel fistulas meatus reficere, uel purgare, uel de nouo facere, ab alio prohibetur, tunc prouisum est ei de interdicto de cloacis, quod est interdictum publicè deputatum & priuatum, de priuatis cloacis, & est prohibitorium. Etiam est aliud restitutorium, scilicet quod datur contra immittentem in cloacam meam uel publicam: uel quod immissum in cloacam impedit: uel quo iubetur auferri, quod immissum est, ut ff. de cloacis. l.j.§.j. & §. deinde. & §. cloacæ. l. fin. eod. tt. & Spec. ibid. uer. porrò. Cloaca est locus per quem colluuies fluit: propriè autẽ hoc interdictum pertinet ad cloacas priuatas. Publicæ enim cloacæ, publicam curam exigunt. l.j.§. hoc autem interdictum.

INTERDICTVM de fluminib. aduersus eum competit qui quid in flumine publico, ripáue eius facit, aut immittit, quo statio itérue nauigio deterior sit. l.j. ff. de fluminib. Hot. Statio autem à statuendo dicitur is locus in quo naues tutò stare possunt. Ein stelle Germ. Olden.

INTERDICTVM de fonte est, quod datur ei, q̃ duxit aquã de fonte hoc anno nec ui, nec clàm, nec precario de alterius fonte. ut ff. eo. tt. l.j. in princ. uel lacu, puteo, piscina, fossa, stagno. Hoc interdictum proponitur ei, qui fontana aqua uti prohibetur, siue haurire, siue pecus ad eam appellere. l. unica. præalleg. in princ. Et de istis omnibus seruitutibus datur hoc interdictum, si tamen perpetua sit causa, ut colligitur ex §.j. d. l. unicę. & §. hoc interdictum de cisterna. in uer. deniq; à contrario sensu. Non autem datur rescissoria actio. ut d.§. hoc interdictum. ubi dicitur, quòd de cisterna non competit. Nam cisterna non habet perpetuam causam, nec uiuam habet aquam. sed locus est ad colligendam aquam pluuiam aptus. l.j. §. hoc interdictum. ff. de fonte. inde sic dictus quod sit cis h.e. infra terram. Ex quo apparet in his exigendum ut uiua aqua sit. Cisternæ autem imbribus concipiuntur. Cætera uide in d. l. unica. ff. de fonte. ubi dicitur in fin. l. de lacu, puteo, & piscina reficiendis, purgandis interdictum competit. & omnibus personis datur, quib. illud de aqua æstiua. Old.

INTERDICTVM fraudatorium dicitur, quo Prætor ea quæ in fraudem cuiuspiam gesta erant rescindit, ueluti pupilli, aut creditorum. Papinia. l.96. ff. de solut. Sed & interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenebitur. Valens l.67. ff. ad S.C. Trebell. Etiam eo tempore, quo creditorũ fraudandorũ consilium inibis, citra periculum interdicti fraudatorij hæreditatem suspectam adibis. Item, Vix fraudatorio interdicto locus erit. Hot. Hinc

INTERDICTO etiã locus est ubi debitor rem alienam alienauerit. l. pupilli debitor. ff. de sol. Et in debitore fisci & ciuitatis. l. satis notum. C. in quibus causis pig. tex. l. Mosis. in prin. ff. de iure fisci. l.2. ubi Bart. not. C. de debit. ciuit. lib. 1. Idem & in eo qui cũ hæreditatem restituere si sine liberis decesserit, rogatus erat, bona aliquot alienauit in Auth. Contra rogatus. in uerbo, aut deficiente. C. ad Trebel.

INTERDICTVM de glande legenda uel alio fructu, datur ei, cuius glans uel alius fructus in fundum alienum ceciderit. ut l. unica. ff. eo. tit. ut singulo tertio die legere & exportare liceat. Et glãdis nomine omnes fructus continentur, ut dicitur in fi. eiusdem l. unicæ. Olden.

INTERDICTVM de itinere actuque priuato restituendo prohibitorium, ad tuendas tantummodò rusticas seruitutes, datur contra prohibentes aliquem uti seruitute sua. ut ff. eo. tt. l.j.§.1 & datur confessoria contra negantem seruitutem, ut l. si fortè. §. sciendum. ff. si ser. uend. Et etiam aduersus eum, qui alium iniustè prohibet sua uti seruitute. Imò etiam tunc datur confessoria. ut d.§. sciendum. l. præalleg. Vnde datur mihi, quia in itinere, actu uel uia priuata usus sum hoc anno triginta diebus non ui, nõ clàm, non

non precario. Idq; in quacunque anni parte præsente aut præterita, ut ff. eod. tit. l. 1. §. Hoc interdicto. & hoc si fuerit iure seruitutis, aliàs secus. ut ff. de aqua plu. arcen. l. 1. in fin. & ideò à te non debeo prohiberi, quò minus utar interim, uel tanto tempore, quoadusque de seruitute constet. Ait enim Prætor: Quo itinere, actuq; priuato, de quo agitur, hoc anno nec ui, nec clam, nec precario ab aduersario usus es, quò minus ita utaris, uim fieri ueto, ut ff. eod. titul. l. 1. in prin. Olden. Datur autem non solum ei, qui suo nomine & per se ipsum usus est itinere, uel actu: Verùm etiam qui per colonum aut hospitem, aut alium amicum id non ignorantem utitur. l. j. §. Is cui colonus. & l. 3. §. uti uidemur. ff. eod. tit.

INTERDICTVM de libero homine exhibendo competit unicuique de populo ad petendum in publicum hominem liberum, contra & aduersus eum, qui liberum hominem inuitum captum dolo malo detinet in seruitute. Et proponitur hoc interdictum tuendæ libertatis causa, uidelicet ne homines liberi retineantur à quoq;, pro exhibitione facienda, ut homo producatur in publicum, & tangendi uidendiq; hominis facultas præbeatur. Et exhibere est extra secretum habere. ff. eod. tit. l. 3. §. Ait prætor. Hoc etiam interdictum competit aduersus absentem, ut in l. præalleg. §. j. & à quocunque hoc interdictum proponi potest, quia cuilibet de populo competit, & cuiuslibet interest ne hoc fiat. Nemo enim prohibendus est libertati fauere, ut ea l. §. Hoc interdictū. j. & nihilominus lex facit accusari, ut eo. tit. l. j. in prin. ubi textus inquit. Quem liberum dolo malo retines, exhibeas. & ff. Ad l. Fauiá de pla. l. Non statim. §. fi. & C. eo. tit. l. Si fratrem. Old.

INTERDICTVM de liberis exhibēdis seu deducendis datur patribus uel parentibus cōtra eos, qui liberos uel nepotes in potestate eorum existentes, sine eorum uoluntate detinent. Vnde l. j. ff. eod. tit. sic ait: Ait Prætor, qui quæúe in potestate Lucij Titij est, si is eàue apud te est, doloúe malo tuo factum est, quò minus apud te esset, ita eum eàmue exhibeas. Hoc interdictum, & illud de uxore deducenda non solùm sunt exhibitoria, sed etiam deductoria seu deductiua, quia per ea uxor & liberi non tantùm exhibentur, sed etiam deducuntur. ut ff. eodem titul. l. iij. §. j. Et de interdicto de uxore postea dicetur. Old. De hoc etiam interdicto, quibus personis illud competat, quibus non, uide Cuia. Iul. Paul. recept. sent. li. 5. tit. 6. §. Benè concordans.

INTERDICTVM de loco publico fruendo est publicæ utilitatis causa propositum, quia tuetur uectigalia publica, quo prohibetur quis uim facere ei, socioúe eius, qui conduxit locum publicum fruendum, ab eo, qui locandi ius habuit, quò minus loco publico sibi frui liceat ex lege locationis uel conductionis, ut hæc habentur in l. j. §. j. & in prin. ff. de loc. pub. fru. aduersus eū qui uim facit seu prohibet conductorem frui loco publico, siue ipse procurator rerum publicarum id faciat, siue alius.

INTERDICTVM de migrando datur aduersus locatorem eiusúe hæredes inquilino, ut ipse liberè cum rebus suis possit de habitatione migrare, si tamen locatori satisfaciat, & de pensione totius temporis. ut ff. eod. titul. l. j. §. Si pensio. & de damno si quod in domo conducta dederit. Sed etiam gratuitò inquilino datur, colono autem nō datur. ut ff. eodem ti. l. j. §. j. Sed aliàs ei iuxta ordinem iudicis subuenitur, si uelit non dico migrare, sed colonariam post tempus exactum derelinquere. Dicitur enim in textu: Hoc interdictū proponitur inquilino, qui soluta pensione uult migrare. Nam colono nō competit, cui etiā extra ordinē subueniri potest officio iudicis, ut tanto celerius expediatur causa migraturi. l. j. §. j. ff. de migr. Ergo infrequens est hoc interdictū. Si tamen gratuitā quis habitationem habet: hoc interdictum utile ei competit. Old.

INTERDICTVM de mortuo inferendo habet locum, ut quis non prohibeatur mortuum inferre & sepelire, quò licet ei inferre & sepelire, ut ff. eod. tit. l. j. in princ. ut si in uia prohibeatur uel sepulchrū ædificare, uel lapides ad ædificandum per fundum ducere, ut ff. eodem titul. l. j. §. Prætor ait, & §. Si iter mihi. §. Vim habere. & §. fi. &c. Olim enim quo quisque uellet, poterat inferre mortuum & ædificare sepulchrum, modo id in suo faceret, sine alterius detrimento & extra ciuitatem. lege 2. in princip. & §. 1. ff. de relig. &c. Oldend.

INTERDICTVM momentaneæ possessionis est, quo agitur de possessione retinenda, sicut Vti possidetis, ut ff. Vti poss. l. 1. §. 1. & Vtrubi. de quibus infrà dicetur, uel quo agitur de possessione adipiscenda, ut ff. Quorum bonorum. l. 1. §. 1. ut est Quorum bonorum, Quorum legatorum. uel quo agitur de possessione recuperanda, ut Vnde ui. ff. eod. titu. l. 1. §. 1. Et dicuntur momentaneæ possessiones, quia licet obtineat aliquis in possessione, tamen continuò elapso momento, succumbere poterit in iudicio proprietatis, ut C. Si de momen. possessio. fuerit appella. l. 1. Et quòd hæc sint interdicta momentaneæ possessionis, dic ut not. C. Qui legit. perso. habent in iudicio standi. l. Momentaneæ. Et naturam illorum prædictorum prosequere. ut not. in c. Pastoralis. de caus. poss. & propri. & Instit. de interdictis, per totum, prout etiam suprà dictum est, in prin. de interdictis. Hoc autem interdicto potest quilibet minor etsi impubes sit, etiam sine tutore uti. ff. Vnde ui. l. 1. §. Si filius. Old.

INTERDICTVM autem momentaneę possessionis: aut celeris reformatio, ut annotat Cuiacius in l. Si coloni. C. de agricol. & cens. lib. 11. omnem rationem significat repetendæ possessionis ui uel alio modo perturbatæ, & ideo non tantum interdictum unde ui, sed & interdictum de tabulis exhibendis: itidem interdicta uti possidetis, Vtrubi, Saluianum, quorum bonorum: ex sententia Pauli cōprehendit.

INTERDICTA noxalia sunt ea quæ ob delictum eorum, quos in potestate habemus, dantur, ue luti cum deiecerunt, aut ui aut clam opus fecerunt. l. interdicta. ff. eod. tit.

INTERDICTVM ne quid in loco sacro fiat, & sequentia, omnia huiusmodi dantur cuilibet ex populo ad prohibendum ne fiat. Contra quam prohibitionem si quid factum fuerit: interdicto Quod ui aut clàm, suis sumptibus uel destruere cogetur omne quod factum fuerit, aut in pristinum statum reducere, uel reddere tenetur, ut ff. Ne quid in loco public. l. ij. §. Ait Prętor quod in uia. Hoc autem uerum est de hoc quod ipse fecit uel mandauit, aliàs secus esset: ut ff. Quod ui aut clàm. l. Alios. Vbi hæc interdicta locum habeant, significatio ipsorum nominū denotat, ut pupillaris actio est, quæ ius pupilli tuetur, ut ff. de pupill. act. l. 1. Et dic. ibi in rubric. ff. de iurisdi. omn. iud. l. Si quis illud. Et dantur etiam ad interesse, ut ff. Ne quid in loco publ. l. 1. §. 1. Old.

INTERDICTVM ne quid fiat in loco sacro, de loco solum sacro non sacrario competit. l. 1. Et quod ait Prætor, Ne quid in loco sacro fiat: non ad hoc

pertinet,quod ornamenti causa fit, sed deformitatis
causa uel incommodi est,ut l.prima.§.quod ait.ff.eo
dem titul.ubi etiam l.secunda dicit:In muris itemq;
portis,& alijs sacris locis aliquid facere,ex quo dam
num aut incommodum irrogetur,non permittitur.
l.2. Ne quid in loco sac.fi.Old.

INTERDICTVM ne quid fiat in loco religio-
so,patet similiter.

INTERDICTVM ne quid fiat in loco publico
uel itinere, interdictum prohibitorium est, & tam
publicis utilitatibus quàm priuatorum per hoc pro
spicitur: loca enim publica utique priuatorum usib.
deseruiunt iure scripto ciuitatis;ut l.prima.§.primo.
ff.eodem titu.ubi sequitur: Publicum locum Labeo
diffinit,ut ad areas,ad insulas,ad agros,& ad uias pu
blicas,itineraq; publica pertineat. Hoc autem inter-
dictum ad ea loca,quæ sunt in fisci patrimonio, non
pertinet. In his enim neq; facere quicquam,nec pro
hibere priuatus potest. Res enim fiscales quasi pro-
priæ & priuatæ principis sunt. Si quis ergò in his ali
quid faciat,nequaquam hoc interdictum locum ha-
bet, sed in hac controuersia præfecti eorum iudices
sunt, quia hoc interdictum ad ea loca pertinet, quæ
publico usui destinata sunt,ut l.prima.prçalleg.§.se-
cundo & tertio.De hoc uide ibidem plura ea l.eod.
titul. Oldendorpius.

INTERDICTVM ne quid fiat in mari uel flu-
mine publico,ripáue eius,quo peius nauigetur, aut
in uia publica quo peius eatur. Hoc interdictum da-
tur perpetuò omnibus & in omnes habet condem-
nationem in id,quod actoris intererat:ut l.j.in fin.ff.
de uia publica & itinere publico reficiẽdo, & si quid
in ea factum esse dicatur, ubi lex secũda ponit quòd
uiam publicam populus non utendo amittere non
potest.& l.fin.dicitur, Qui uiam publicam exaraue-
rit, ad munitionem eius solus compellitur. Item flu-
men à riuo in magnitudine est discernendum,aut ę-
stimatione circùmcolentium. Item fluminum quæ-
dam sunt perennia,quædã torrentia. Perennia sunt,
quæ semper fluunt. Torrẽs est,quod ex hyeme fluit,
& si aliquando in æstate. Etiam est flumen publicũ,
& flumen priuatum,& ripa. quæ omnia describũtur
in textu & gl.in l.j. ff.de flumi.& ne aliquid in flumi-
ne ripáue eius fiat,quò peius nauigetur.Old.

INTERDICTVM ne quid fiat in flumine publi
co,ut aliter fluat, quàm priori æstate fluxit, id est, ut
aqua fiat altior, depresior, aut rapidior cum incom
modo accolentium. ut ff. ne quid in flumine publi-
co.l.prima.in princip.§.quod autem ait. Flumen au-
tem à riuo magnitudine discernendum est: aut exi-
stimatione circumcolentium. Publicum autem flu-
men hic intelligendum est perenne. Et quanquam
prætor de flumine nauigabili stricta interpretatio-
ne loqui uideatur utiliter tamen hoc interdictũ por-
rigitur ad flumen quod nauigabile non sit. Old.

INTERDICTVM ne quis uia. Ei qui uia publi-
ca uti prohibetur,interdictum & ex causa interdicti
actio datur.l. prima. §.primo. ff ut in flum. publ. na-
uig.lic.l.secunda.§.ultimo ff ne quid in loc. pub.sed
& huius rei cura mandata est uiocuris siue curatori-
bus uiarum , à quarum munitione nemo excusatur,
nisi qui muneris publici uacationẽ impetrauit l.cui
muneris.ff.de muner.& honor. Qui autem in uia pu
blica opus fecit,quo uia deterior fiat, id per interdi-
ctum restituere & demoliri cogitur,l.secunda. §.prę
tor.ff.ne quid in loc publ. Cuiac.lib.5.Recept.Sent.
Iul.Paul.tit.6.§.ut interdictum.

INTERDICTVM de noui operis nuntiatione,
datur ei, qui prohibetur ædificare postquàm satisde
derit.ut ff.eodem tit.l.Prętor ait.§.hoc autem inter-
dictum. Nam hoc interdictum cõpetit,si in solo suo
ædificat,aut locum habet remissio, ut ff.eod.tit.l.nõ
solùm.§.sciendum. Et tunc non potest ultrà ædifica
re,nisi constet eum habere ius ædificãdi,ut in §.prę-
alleg. Hoc interdictum etiam datur in eum,qui non
satisdedit ut ædificet, ut ff.eodem titul. l.de pupillo.
§.si plurium. & §.meminisse. & tenetur denunciare,
etiam si ius ædificandi habet. ut ea l. §. primo. & §.si
is,cui. Et si pòst ædificauit,totum suis sumptibus te-
netur demoliri,ut ff.eodem tit.l.stipulatio. §.siue au
tem. Et interdictum de nou.oper.nuntia. imperator
nominat edictum.l.prima.ff.eod.titu.ubi dicit, Hoc
edictum, remediumq; operis noui nuntiationis ad-
uersus futura opera inductum est,non aduersus prę
terita,hoc est, aduersus ea, quæ nondum sunt facta.
Nam si quid operis factum fuerit,quod fieri non de-
buit,cessat edictum de noui oper.nunt.& erit trans-
eundum ad interdictum Quod ui aut clàm factum
erit,ut restituatur. Et hæc nuntiatio non habet ne-
cessariam aditionem prętoris. potest enim quis nun
tiare nouum opus, etsi prætorem non adierit. Item
potest fieri proprio & alieno nomine.& omnib. die-
bus,etiam aduersus absentes,inuitos & ignorantes;
ut hæc clare ponit textus l. j. post princip. ff.eodem
tit.ubi subditur: Opus nouum facere uidetur, pro-
pter quod locum habet nunciatio,qui aut ædifican-
do de nouo,aut detrahendo aliquid, pristinam faciẽ
operis mutat: siue intra oppida,siue extra oppida in
uillis,uel in agris.l j §.opus nouum.& §.siue autem.
ff.de nou.oper.nuntia.Et hoc interdictum non om-
nia opera complectitur,sed ea sola,quæ solo coniun
cta sunt, quorum ædificatio uel demolitio uidetur
opus nouum continere. Ergò non pertinet ad hoc
edictum,si quis in fundo alterius meteret, uel arbo-
rem succideret,uel uineam putaret, licet opus face-
ret,quia solùm ad ea opera, quæ in solo fiunt, perti-
net.nec locum habet,si quis uetus ędificium fulciat,
quia non opus nouum facit, sed ueteri sustinẽdo re-
medium adhibet ut l.j præalleg. §. opus nouũ. cum
sequentib. Subdit Nunc uideamus quibus ex cau-
sis fiat hæc nunciatio, & quæ personæ nuncient, &
quibus nuncietur,& sic quibus locis nunciatio fiat,
& quis sit effectus nunciationis. quæ per ordinẽ ui-
de ibidem in d. l. Oldendorp. Vide infrà Nunciatio
noui operis.

INTERDICTVM de precario (quod restitu-
torium est,ut ff.eodem titul.l.secunda.§.primo.) da-
tur ei qui precariò dedit roganti usum uel possesio
nem rei etiam alienæ. l quæsitum est.in princ. ff.de
prec.uel creditori,qui rem quã pignori accepit,pre-
cario concesit.l.certè si interim. §.quæsitum est. ff.
eod. Precarium autem uidetur rogare & habere, si
rogauit pro se,& habet pro suo. uel rogauerit procu
rator suus, negotiorum gestor, & ipse ratum habet,
ut ff.eo.tit.l.recte.§.j. dum tamen accipiat in personã
suam contractum : aliter non. ut ff.de acquir. poss.l.
possesio.§ fin. Datur etiam contra eum qui dolo fe-
cit,ut ff.de acqu.poss.l.si in infinitum.§.j. Et illud est
regulare,quòd dolo desinens posidere, pro posses-
sore habeatur,ut ff.de petit. hæred. l.etiam.§.item si
quis dolo.ff.de rei uendicatio. l.qui restituere. & sic
pro possessore habetur.de regulis iur. in rubric.libr.
sexto. Si non sit proximus pubertati,quia tunc sicut
quilibet maior tenetur de dolo & lata culpa, ut ff.
commoda.l.tertia.in princip.aliàs secus, ut ff. de rei
uendicat. l.quod infans. & in pupillum, qui rogauit
preca-

precarium sine tutoris autoritate. Et quid sit precarium, require loco suo. imò dic ut legitur. ff. de preca. l. j. ubi strictè accipitur, secundum Accur. & C. de præscr. 30. anno. l. 2. ubi largè accipitur. Old.

INTERDICTVM quod ui aut clàm, datur domino prædij, uel ei qui desijt dominus esse, fortè si propter opus nouum minoris uendidit prædium. l. is qui in puteum. §. si posteaquam, ff. hoc titulo. aduersus eum, qui in loco alterius aliquod opus construxit uel destruxit, dum tamē sit factum in solo. ff. eod. tt. l. j. §. hoc interdictum. Et etiamsi ui, id est, per uiolentiam, aut clàm, id est, occultè sine notificatione alteri facta fecit, cùm timeret, ne si sciret, sibi prohiberetur, ut ff. eodem tt. l. j. Compellitur autem per hoc interdictum, quod destruxit, suis sumptib. reponere in pristinum statum, uel quod construxit, deponere. Idem si alteri mandassem opus fieri: quia ego teneor ad opus destruendum, & ad impensas. ff. eodem titul. l. aut qui aliter. Hæc uerba. Si tamen alius fecit, & ego possideo, tunc teneor ad patientiā præstandam, ut opus tollat. ff. eodem titul. l. fina. §. alius. in princip. Et est hoc interdictum restitutorium, per quod occursum est calliditati eorū, qui ui aut clàm quædam moliuntur & destruunt, iubentur enim restituere ea, & parum refert utrum ius faciendi habuerit quis, an non. Siue enim ius habuerit, siue nō, tamen tenetur interdicto hoc, qui ui aut clàm fecit. Tueri enim ius suum debuit, non iniuriam committere. ut l. j. §. j. ff. qđ ui aut clàm. & seq. §. Quare ui faciens, uel clam, opus perfectum in pristinam formā restituere cogitur. Cæterū si quis nec fecit, nec consensit facienti opus quod tamen possidet, petendū est ut patientiam præstet restituendi alienis impensis. Quod si nō restituat, aut patientiam præstet, tum agi potest ut soluat id quod actoris interest, opus factum non esse. l. semper aduersus. §. hoc interdicto. ff. h. t. Hoc interdictū ad ea sola opera pertinet, quæcunque in solo ui aut clàm fiunt. Et infrà: Vi factum Quintus Mutius scripsit, si contrà quam quis prohibetur, fecerit. Et placet hæc diffinitio Vlpiano, Pedio, & Pomponio, ut ibidem dicitur. Sed Aristo ait eum uim facere, qui sciens se prohibitū, per uim molitus est, ne prohiberi possit. Et idem sentit Labeo ibidem. Sed l. tertia. §. fina. eodem tit. etiam facere uidetur, si quis contra denuntiationem testationemq; fecerit, siue iactu lapilli, siue alio quolibet actu declaretur uoluntas prohibēdi. Clàm facere Cassius scripsit eum, qui celauit aduersarium, nec ei denuntiauit, si modò timuit eius controuersiam, aut debuit timere. Aristo putat eum quoque clàm facere, qui celandi animum habet eum, quem prohibiturum se intellexit, & existimat, aut existimare debet, se prohibitum iri. Oldendorp.

INTERDICTVM quorum bonorum à Prætore inuentum est, & datur ei, qui bonorum possessionem agnouit apud iudicem, hoc est, qui declarauit apud magistratum se talem esse, qui posset ac uellet iure prætorio amplecti hæreditatem defuncti, nondum tamen consecutus est corporalem rerum hæreditariarum possessionem aduersus hęredem uel possessorem, uel contra illum, qui pro hærede uel possessore possidet, ad uniuersa bona adipiscenda, non ad singulas res. nisi fortè eueniat unius tantum rei controuersia cuius possessionem nondum adeptus sit, l. hoc amplius. cum leg. seq. ff. de furt. Bartol. in l. prima. §. hoc interdicto. ff. quorum bonorum. Et cum sit quoddam directum, & quoddam utile, directum datur ei, qui est bonorum possessor. Vtile datur ei, qui succedit iure ciuili ex testamento, uel ab intestato, & hoc est interdictum restitutorium, & adipiscēdæ possessionis. ff. quo. bo. l. prima. §. hoc interdictū. Sunt ergo interdictorum quædā recuperandæ possessionis, quædam retinendæ, & quædam adipiscendæ, ut suprà in principio pręmissum est, & hic describitur. Oldendorp. Differt autem hoc interdictum à petitione hæreditatis in pluribus, ut notat Bart. glo. & Dd. in l. prima. Cod. eod & in l. prima. & ibi Bart. ff. eodem. idem Bartol. in l. fin. Cod. de edict. diui Hadrian. tollen. & potissimum in modo proponendi libellum, & per consequens in modo sententiæ ferendæ. Nam in petitione hæreditatis peto me declarari hęredem, & per officium iudicis fit restitutio rerum ut l. licet. Cod. de petit. hæred. sed in hoc interdicto, peto me restitui in possessionem, uel possessionē mihi tradi. ut l. prima. Cod. eodem. Et sic etiam declaratur diuersitas in modo sententiæ. Quia in petitione hæreditatis declaratur quis sit hæres: sed in interdicto condemnatur ad restitutionem rerum: Ange. §. quadrupli. num. 57. Instit. de act.

INTERDICTVM quorum legatorum competit hæredi ad repetendum legata, quæ sine uoluntate eius legatarius propria autoritate occupauit. Repetet itaq; hæres, ut deducat Falcidiam. Alioquin si repeteret statim repetiturus, exceptione doli poterit remoueri. Et hoc interdictum uulgo sic appellatur à primis uerbis edicti prætorij & est etiam adipiscendæ possessionis, id est, mandabatur olim legatario ut restitueret possessionem hæredi, uel bonorū possessori qui cum nunquam habuisset, adipiscebatur eam. l. j. in princ. ff. quo. lega. & qui non restituit, in id quod interest, debet condemnari. ut l. fin. §. ex hoc interdicto. ff. eod. tit.

INTERDICTVM de remissionibus tunc ualet cum operis noui nuntiandi ius nullum fuit. nam operis nuntiatio eatenus duntaxat ualet, quatenus nuntiandi ius fuit. Pretor enim ubi ius non fuit, nuntiationem ipso iure missam facit. l. j. ff. de remiss. Remissio itaq; est nuntiationis relaxatio, quæ scilicet in hoc fit magistratus autoritate, ut Vicinus cui nuntiatum est opus nouum, nuntiationem negligat, & opus institutū exequatur. Est & de opere restituendo satisdatio remissionis loco. Igitur qui ædificare uult contrà quam ei denuntiatum sit, uel remissionem impetrare debet, uel satisdare de opere demoliendo si iudicatum fuerit iustam esse nuntiationem. l. j. §. j. ff. de remiss. De quo latius Cuiacius lib. 1. Obseruat. capit. xvj.

INTERDICTVM de ripa munienda meritò ꝓpositum fuit. nam ripas fluminum publicorum reficere & munire, utilissimum est, ne ob id omissum nauigatio deterior fiat, ut l. unica. §. primo. de ripa munien. & sequitur in §. 2. De interdicto expressum est, ut damni infecti in annos decem uiri boni arbitratu uel caueatur, uel satisdetur. Dabitur autem satis uicinis. Et in fine dicit text. Illud notandum est, quòd ripæ, lacus, fossæ, stagni muniendi causa nihil pręτor cauit, sed idem erit obseruandum, quòd in ripa fluminis munienda. Oldend. Ripa autem definitur, id quod flumen cōtinet, naturalem rigorem cursus sui tenens. l. j. §. ripa autem. ff. de flumi. Et hoc est quod Paulus dicit: ripas eas esse, quę plenissimum flumen continent.

INTERDICTVM de riuis est utilissimum, quia riuos, specus, & septa reficere & purgare prætor aquæ ducendæ causa permittit, dum tamen nō aliter aquam ducat, quàm priore æstate fluxit, ut l. j. in prī.

ff.de riuis. Et sequitur in §.2. Conceditur autem aduersus quemcunq;.l.j.§.hoc interdictum.& l.3.§.iisdem.ff de riuis. Riuus est locus per longitudinẽ depressus quò aqua decurrat, cui nomen est ryax. Dicitur autem riuus à ῥέω fluo. Aliquando autem solet esse structilis & cæmentitius per quem alicubi ducitur immediate aqua, alibi uero per canalem uel fistulas.l.Seruius.ff.de riuis. Specus autem est locus in quo despicitur, inde spectacula sunt dicta. & dicit ibi gloss. Specus est locus altus a terra ædificatus, ex quo ducitur aqua.ff.eodem titulo.l.Seruius autem. Sed quandoque ponitur pro fossa, qua recipitur & colligitur aqua. Et in autoribus ponitur pro loco umbroso & tenebroso. secundum Azon. sed secundum Hugon. dicitur specus esse fouea, habens undique locum eminentiorẽ, unde possit prospici aqua in fundo collecta, ut ff.de aqua pluu. arcend.l.supra iter alienum.& capitur pro subterraneo meatu. leg. Seruius. in princip.& §.primo.eodem tit. Septa uero sunt, quæ ad incile opponuntur, aquæ deriuandę compellendęúe ex flumine causa, siue ea lignea sint, siue lapidea, siue de alia qualibet materia, ad continendam, transmittendamq; aquam excogitata, Germanicè Ein schranck.ff.de riu.l.j.ait præt. Et subdit text. Incile est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus quòd incidatur. Inciditur enim uel lapis, uel terra, unde primum aqua ex flumine agi posset.

INTERDICTUM de superficiebus, quod etiã actio nuncupatur, proponitur duplex, exemplo interdicti Vti possidetis. Tuetur itaque prætor eum, qui superficiem petit, & defendit, ueluti Vti possidetis interdicto, & omnia, quæ in Vti possidetis interdicto seruantur, hic quoque seruabuntur. ut in l.prima.§.proponitur.ff.de superficie. ubi etiam in l.2. dicitur: Superficiarias ædes appellamus, quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius est, cuius & solum. Et competit ei, qui superficiem alieni soli conductam uel emptã, aut à se extructam habet, & turbatur à domino soli, uel ab alio possidẽte, aduersus eum qui turbat eum in possessione, ne amplius in ea turbetur, quam retinere commodissimum est. Old.

INTERDICTUM Saluianum competit domino fundi aduersus colonum in sua domo habitantẽ, & eius hæredes, de rebus coloni tacitè pignoratis pro mercibus, quas colonus in fundum intulit, ut ff. eodem titul. ubi textus inquit: Si colonus ancillam in fundum pignoris nomine induxerit & eam uendiderit, quod apud emptorem ex ea natum est, eius apprehendendi gratia utile interdictum reddi oportet. Nam utile datur ei contra extraneum possessorẽ pro adipiscenda possessione eorum, quæ tacitè locatori sunt obligata. Differunt autem Interdictum Saluianum, & actio Seruiana, quia intentans actionem Seruianam, ad rem sibi obligatam restituendam, debet probare huiusmodi rem in bonis coloni fuisse eo tempore quo res fuit illata. Sed hoc non est necessarium in interdicto Saluiano, imò sufficit probare talem rem fuisse illatam. ita dicit gloss. in §. item Seruiana. Institut. de act. quòd in Seruiana oportet quòd creditor probet de rebus domini fuisse tempore obligationis: sed in Saluiano sufficit, quòd probet eum possedisse. Nam omnia posita ab ipso colono, tacitè sunt domino fundi obligata. Huius interdicti iudicium possessorium est, Seruianę uero petitorium. quod notandũ propter appellationes. Quia in iudicio Seruiano posset appellari, secus in interdicto. Bartol.l.prima.ff.de Sal.interdict. Actio Seruiana est in rem, hoc uero remedium in personam ut omnia interdicta. Oldendorp.

INTERDICTUM de sepulchro ædificando locum habet, ut quis non prohibeatur ædificare sepulchrum, quò licet mortuum inferre. ut ff.de sepul. ædif.& mor.infe.per totum. Est enim mortuum inferre idem quod sepelire. Quod fit cum terra conditur corpus.l.diui fratres.ff.de relig.& sump.fun. Differt autem hoc interdictum à superiore de mortuo inferendo, quia hoc saltem exigit ut cui mortuum inferre, illud de sepulchro ædificando ut eò loci monumentum ædificare liceat. quia religionis interest (ut IC. inquit) monumenta & extrui & exornari. l. prima. atque aliis.ff.de mort.inf. Ferrarius.§.prohibitoria. Institut. de interdictis. Old.

INTERDICTUM de tabulis exhibendis datur omnibus, quibus aliquid est scriptum in tabulis uel purè, uel in diem, uel sub conditione, siue sint hæredes, siue legatarij, siue commissarij. Et pertinet hoc interdictum non tantùm ad testamenti tabulas, uerumetiam ad omnia, quę ad causam testamenti pertinent, scilicet Codicillos, ut l.2.§. hoc interdictum. ff.de tab.exhib. Oldend. Adde Cuiacium lib.4.recept.sent.Iul.Paul.tit.7. qui dicit Interdicto de tabulis proferẽdis teneri eum, qui tabulas supprimit. Exhibere aũt est materiæ ipsius appręhendendæ copiã facere apud prætorẽ, ut ex eius autoritate signatores admoniti, ueniant ad recognoscenda signa.l.tertia.ff.de tab.exhib.

INTERDICTUM ut in flumine publico nauigare liceat, est quo ꝓspicitur, ne quis in flumine publico nauigare, nauim, ratemue agere, uel in ripa onerare prohibeatur, sed ut per lacum, fossam, stagnũ publicum nauigare liceat, ut l.unic.§.j.in prin. ff. eo. tit. ubi subdit Vlpi. Lacus est, qui perpetuam habet aquam. Stagnum est, quod temporalem continet aquam ibidem stagnantem, quę quidem aqua plerunque hyeme colligitur. Fossa est receptaculum aquæ manu factum. Possunt autem hæc esse publica, & nõ publica. Planè qui lacum uel stagnum conduxit, si piscari prohibeatur, utile interdictum ei competere Sabinus consentit & Labeo. Ergò si à municipibus conductum habet, æquissimum erit ob uectigalis fauorem eum tueri, ut l.unica præalleg. ff. ut in flumi. pub.nauig.liceat. Olden.

INTERDICTUM Vnde ui, locum habet, cùm quis possessionem soli per uim amisit: & datur directè cõtra deiectorem, uel eum qui mandauit, ratum habuit, aut persuasit fraudulenter deiectionem illi, qui ui de possessione ciuili uel naturali. l.j.§.hoc interdictum. ff. h.t. alicuius rei immobilis deiectus est sine omni causa, ut restituatur ei possessio de qua deiectus est. & omnia ablata. imò dato quòd ibidem essent aliqua, quæ penes uiolentũ fuerint mortua, uel aliquæ res, quæ casu fortuito perierũt, non propter hoc liberabitur, sed in totum condemnabitur ad earum æstimationem, quia nec mortalis, nec fortuitus casus liberat deiectorem. Dicit enim l.j.C.Vnde ui. Rectè possidenti, ad defendendam possessionem, quã sine uitio (scilicet maximo) tenebat, inculpatę tutelæ moderatione illatam uim propulsare licet, & ibi not.& ff.de ui & ui arma. l.j.§.Vim ui. Quid sit uim ui repellere.eod.tt.l.3.§.armis deiectum. dicit, quòd arma sunt omnia tela, fustes, lapides, gladij, hastę, frameæ, & romphęæ. Et est hoc interdictum annale, qa post annum non tenetur, nisi quantum peruenit ad eum.l.3.§.j.ff.de ui & ui arm. Ex constitutione autẽ grauius tenetur, qui mihi fecisse detegitur, ubi dolo prohi-

prohibetur perenniter, & ignorãtia excusatur. Old. Vis autem hoc loco atrox intelligenda est authore Vlpiano, quæ inde æstimatur, quòd armis interuenientibus possessor expellitur, siue ad usum armorum processum fuerit, siue terrore eorum fugatus. Nam etsi inermes uenerunt animo deijciendi, & in ipsa concertatione tandem eò peruentum est, ut fustes aut lapides in manus sumerent, uis erit armata.

INTERDICTVM de ui & ui armata, cum interdicto Vnde ui, datur & proponitur ei, qui ui deiectus est. Fuit enim æquissimum, ui deiecto subueniri. Ergò ad recuperandam possessionem hoc interdictum inuentum est. Ne quid enim per uim admittatur, in legibus prospicitur publicorum & priuatorũ, nec non constitutionibus principum. ut l.j.ff.eo.tit. §.hoc interdictum. & §.seq. ubi dicitur: Hoc interdictum non ad omnẽ uim pertinet, uerùm ad eos tantùm, qui ui de possessionibus deijciuntur, & ad solã atrocem uim, & ad eos qui de solo deijciũtur, uel de re solo cohærenti, uel de ædificio, etiamsi à superficiaria insula quis deiectus fuerit, apparet hoc interdictum locum habere. Sed ad res mobiles non pertinet, ubi furti uel ui bonorum rapto. actio competit. Cætera uide in l. præall. Old. Adde Cuiac. Iul. Pauli recept. sent. d. lib. 5. tit. 6. §. de naui ui deiectus.

INTERDICTVM uti possidetis, locum habet in rebus immobilibus, scilicet si de fundi uel ædium possessione contenditur. Instit. eod. tit. §. sed interdicto. Nam ibidem in §. retinendæ. dicitur. Et quia longè commodius est, potius possidere quàm petere, ideò plerunq; & ferè semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Habet etiam locum in incorporalibus: ut in quasi possessione, & datur possidenti ciuiliter & naturaliter, uel etiam quasi possidenti gratia retinendæ possessionis. Et proponitur quoties inter litigatores contentio est utrum possideat, quia alteruter magis se possidere affirmat. Est autẽ hoc nomen Vti possidetis, propriè ad immobilia accommodatum, quia solùm illa dicuntur propriè possideri, eò quòd eis quis pedibus insistat. Inde enim appellata est possessio, ut in l. prima. ff. de acquiren. possess. Oldendorp. Est ergo hoc interdictum prohibitorium retinendæ possessionis. Tametsi per consequentiam quandam censeri posset etiam habere uim recuperandæ possessionis teste Vlpiano. l. prima. §. est igitur hoc interdictũ. ff. uti possidetis. Declaratur in l. 3. in prin. ff. eo. tit. Datur aũt hoc interdictum & alijs casib. quàplurimis quos accuratè enumerat. Old. Classe 2. actio. 4.

INTERDICTVM utrubi, idem est cum interdicto uti possidetis, nisi quòd in hoc differunt, quia illud locum habet, cùm quæstio est de retinenda possessione rerum immobilium, ut suprà dictum est. Et componitur secundum Azonem & Accurs. in gloss. j. l. præalleg. ex Vtrum, & ubi, & ponitur Vbi pro Apud, & Vtrum pro Quem, quasi dicat Prætor: apud quem est res mobilis, nec ui, nec clam, nec precario: ab aduersario tempore litis motæ ei uim fieri ueto, quò minus eum inducatis. Ritè enim hoc nomẽ Vtrobi est ad mobilia introductũ uel attributum. Nã mobilia propriè dicuntur apud uel penes nos esse. Vnde Accurs. in gloss. Vbi suprà, quærit, quare diuersa nomina dantur his interdictis? Et respondet: quia immobilia impropriè dicuntur possideri. Nam possessio dicitur quasi pedum positio. Ergò meritò datur eis Vti possidetis, quod ad mobilia aptari nõ potest, nisi hodie, quando abusiuè mobilia dicũtur possideri. Vel secundum alios dicitur interdictum Vtrobi, propter uerba solẽnia olim in hoc iudicio uel edicto reddita, scilicet Vtrobi, id est, utrum ibi uel ibi fuerit possessio, uel alibi: & plures solennitates circa hoc, quæ hodie non sunt in usu, fuere. Et hoc interdicto Prætor iubet induci eum in possessionẽ, qui ex duobus potior fuerit, & per maiorem partẽ anni possederit, secundum Accurs. in glossa prima. l. præalleg. ff. eodem titul. Oldendorp. Hoc interdictum Vtrubi Imp. in l. si coloni. de Agricolis, censitis & colo. C. libr. xj. celerem reformationem uocat, id est, momenti actionem, quam ne appellatio remorari potest. l. prima. Cod. de mo. pos. nec compensatio l. ult. C. de compensa. Cuia. ad suprà alleg. l. si coloni, de agricol. cens. & colo. C. lib. xj.

INTERDICTVM de uxore ducenda à marito, datur marito aduersus eum, qui dolo eam obtinet, sine uoluntate mariti, licet ipsa uolente. Datur autẽ præcipuè marito aduersus socerum, ne cõtrà quàm D. Pius constituit, bene concordantia matrimonia iure patriæ potestatis dissoluantur. l. j. §. ult. ff. de lib. exhib. l. si inuita. C. de nupt. l. 2. ff. de lib. exhib. & l. ultim. C. eod. Cuiacus in Paul. recept. senten. titul. 6. §. bene concordans.

INTERDICTVM & Cessatio quomodo differant, patet: quia per interdicta prohibetur administratio sacramentorum, paucis exceptis: quod tamẽ non fit per cessationem, in qua solùm cessatur à diuinorum solennitate. Olden. Item interdictum generale dicitur, quando regnum, terra, aut uilla interdicitur, Particulare uero, quando una Ecclesia interdicitur & hoc modo sumendo Interdictum pro censura Ecclesiastica.

INTERESSE tam publicè quàm priuatim dicitur. Publicè interest, quod in commune expedit, & ad totius Reip. utilitatem pertinet: ueluti rerum iudicatarum auctoritatem seruari, partus non subijci, dotes mulieribus saluas esse, & alia id genus, quę publicè utilia sunt. l. 65. §. cum prætor. ff. ad Trebell. l. j. §. sed etsi seruus. ff. de uent. inspic. l. 1. ff. sol. matr. l. 18. ff. de reb. auct. iud. l. 16. ff. de appel. l. 44. ff. de usucap. l. 1. ff. de incen. ruin. Priuatim uerò interest, quod ad singulorum utilitatem spectat. l. 71. ff. de euictionib. l. 8. §. mandati. l. penul. ff. ad exhib. l. penul. §. ult. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. l. 2. in fi. ff. si quis in ius uoc. In his autem omnibus locis pecuniariter interesse accipimus. Et ita in eo iure quo dicitur in rem pacta omnibus prodesse, quorum obligationem dissolutã esse eius qui paciscebatur, interfuit. l. 21. §. ult. ff. de pact. non quoquo modo cuiusq; interest, sed ita, si alioquin pecuniarium damnum immineat. l. 23. ff. de pact. Sed nec quod dicitur furti actionem dari ei, cuius interest, ita accipiendũ est, ut cuiuscunq; intersit rem non perire ei ea actio detur, sed qui ob eam rem teneatur quod eius culpa ea perierit. l. 14. §. an pater. ff. de furt. nisi si mala fide eam rem possideat. l. 12. ff. de furt. Briss. Eius autem quod interest triplicẽ facimus speciem. Primam eius quod neq; à lege, neq; ex partium conuentione definitum est, ideoq; probandum, & quantumcunq; erit (ex regula tamen l. unic. C. de sent. quæ pro eo quod inter.) adiudicandum. Quæ quidem prima species in generis sui nomine stat, & appellatur id quod interest. Alia autem species eius est, de cuius summa integra, & quantacunq; futura est, inter partes conuenit: quæ in iure appellatur pœna. l. ult. de pręt. stipu. l. procurator ad exhib. §. 2. ff. rem rat. hab. quę quanquam id quod interest terminet, tamen quia in fauorẽ stipulantis adijcitur, nunquã aduersus eũ retorquetur. adeò ut si

paratus sit probare quanti sua intersit, admitti debeat. l. prædia. ff. de act. empt. l. si quis à socio. & seq. ff. pro socio. cõtra, in hoc stipulanti prodest, qđ quamuis minus intersit, debitor tamẽ tergiuersari nõ possit, & ad solutionem pœnæ condemnetur. Atq; hoc ipsum est, quod Vlpianus ait, In pœna non amplius quid intersit quæritur (hoc enim in cõuentione definitum est) sed quantum conuentum sit. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. oblig. Tertia species eius est, de cuius summa non integra, nec quantacunq; ad extremum esse potest: sed quanta sit per singulos menses, ipso iure definitum est, ita ut quamuis uel plus, uel minus intersit, sola tamen summa præstetur, sicuti apparet ex l. ultim. de commod. & per. rei uend. & hæc à nobis, quoniam ex usus diuturnitate pendet, usura siue interusurium appellatur. Hoc ita uerum esse apparet ex eo, quod quibusdam casibus id quod interest peti permittitur uel tanquam usura, uel tanquam id quod interest. Quod si tanquam usura, quamuis plus intersit quam usurarum modo exigi possit: tamen usque ad modum illum legitimum duntaxat exigitur. Si uero quasi quod interest, quantumcunque interesse probabitur: exempli causa. Papinianus ait in l. prima. §. primo. ff. de usur. socium qui pecuniam communem in usus suos conuerterit, usuras debere. Pomponius uerò in l. sociũ. ff. pro soc. quum idem dixisset, adiecit, Sed non tanquam usuras, sed quod socij intersit, moram eum nõ adhibuisse. Quid est hoc? Nimirum idipsum, quod diximus: si tanquam usuras petat, quamuis plus intersit, nihil tamen amplius exacturum. Si uero tanquam. id quod interest, quantumcunque. Id quod perspicuè Papinianus docet in l. si fratres. §. idem respondit. huius nominis secundus. ff. pro soc. Hot. libro 1. de usur. cap. 5.

Id quod interest, à re reique æstimatione separatur. l. prima. §. considerandum. ff. de tutor. & rat. dist. l. prima. ff. de actio. empt. Et proinde Id quod interest, & Quanti ea res est, diuersa nostri auctores faciunt l. un. in fin. ff. si quis ius dic. l. quarta. §. in eum. ff. de damn. infect. l. 56. ff. ad l. Aquiliã. His enim uerbis uerum rei pretiũ, illis omnis utilitas, quæ modò circa rem consistat, continetur. l. 193. ff. de uerborum signific. l. xxj. §. cùm per emptorem. ff. de actio. empt. Vnde Paul. in l. 13. ff. rat. rem hab. In quantum interfuit, sic interpretatur, id est, quantũ mihi abest, quantumque lucrari potui. Exempla eius quod interest peti possunt ex l. 21. §. ult. cum l. seq. ff. ad leg. Aquil. l. 3. ff. de condict. furt. l. 8. ff. de euictionib. l. x. §. cùm autem. ff. de eden. l. ult. ff. de eo, per quem fact. erit. l. 33. ff. loca. Brisson.

Quorum interest, pro, Ad quorum officium spectat, & pertinet, dixit. Paul. in l. 56. ff. loca. & Impp. in l. 3. C. de confir. tut. l. 6. & l. 7. C. de aduoc. diuers. iud. l. 2. ad leg. Iul. de amb. in C. Th. & l. 4. de fabricensib. lib. xj. C. Hoc modo & Iustinia. Græcè loqui solet in Nouell. ἀφορᾶ τῇ σῇ ὑπεροχῇ. pro eo quod est, spectabit ad celsitudinis tuæ officium.

INTERESSE diffiniri potest id, quod alicui debetur, uel quia damno adfectus est, uel quia lucrum aliquod impeditum est. l. si cõmissa. ff. ratam rem habet. In tantum (inquit Paulus) competit, in quantũ mea interfuit, id est, quantum mihi abest, quantúmque lucrari potui. Obseruabis igitur diligẽter, quod cùm quæritur, quid intersit actoris, duplex est consideratio: Altera de damnis & dispendijs rerũ, quas amisit: Altera, de lucris & utilitatibus non adquisitis. Qua ratione interdum utilitas amissa, maioris erit, quàm res ipsa. l. Iulianus scribit. §. ult. ff. ad exhib. Sabinus autem l. si is. ff. de furtis. Interesse, inquit, eius uidetur, qui damnum passurus est: non eius, qui lucrum facturus est. Olden. Adde Forcat. Necyomandial. 41. numer. 1. & seq. Huius ut insolentis uoculæ, Alciatus ueniam petijt, quia non putauit Latinè dici posse. Sed doctissimus Iurisconsult. Ant. Fumeus, eam à Iurisconsultis usurpatam ostendit, in l. quod sæpe. in fine. ff. de contrah. empt. in l. debitor decem. ff. de leg. 2. Is, eius quod interest, quam nemo ex interpretibus adhuc attigit, talem affert definitionem. Id quod interest, est damni dati, uel lucri cessantis æstimatio. Sed illam nobis tradidit Paulus in l. si commissa. ff. rem rat. hab. Sp. Ostendit etiam idem Corrasius lib. j. Miscell. cap. xx. Interesse in substantiuo, Latinè dici posse.

INTEREVNT homines uel morte, uel maxima & media capitis minutione: Res uerò cùm aut nullæ relinquuntur, aut conditionem mutant. l. 63. §. ult. ff. pro soc. Itaq; fundum inundatione aquarũ uel chasmate aliòue quo casu interire dixit Vlpian. in l. x. in fi. ff. de peric. & commo. & l. j. C. de iu. emph. ut perire, in l. 47. §. ult. ff. de lega. j. Interijsse & tabulæ dicũtur, quæ interciderunt & perierunt. l. j. ff. si tab. test. null. ext. Brisson.

INTERGERINVS paries, idem qui Papiniano in §. item si communem, in l. si fratres. Pro socio, Cõcratitius est. De quo latius in posteriorib. annot. Bapt. Pius. c. 83. Alcia. item qui sit ostendit, interpretans l. maiore parte. de uerb. sign. ubi uaria exponit parietum genera. Vulgus medianum appellat: cum medianus Latinè aliter accipiatur, quod & Bud. monuit. Quære, Parietum uaria sunt genera. Sp.

INTERIM in l. 37. ff. de noxal. act. significat quãdiu res apud eos manet. Similiter in l. 12. in fin. ff. de distr. pig. Interim est donec res euincatur. Aliàs Interim est pendente die uel conditione. l. 46. ff. famil. ercisc. l. 22. ff. manda. l. 13. §. si sub conditione. ff. de pignorib. l. x. ff. de adsignan. libert. l. 36. §. ult. ff. ad leg. Falc. l. 96. §. penul. de leg. lib. j. Interim, est pendente iudicio. l. 91. §. ult. ff. de lega. lib. 1. Interim, dum apud hostes est. l. 6. in fin. ff. quib. ex caus. in poss. Interim in l. 8. ff. ad l. Pompon. de parricid. est in reatu, & pendente criminis quæstione. Interim, id est, quamdiu nolit in l. 41. §. pen. ff. de legat. 3. Briss.

INTERINIMENTVM à uerbo Interinire deriuatur, quod partium coràm Iudice mutuum certamen significare uidetur l. 4. tit. de rescript. Drosæus in Methodo Iuris.

INTERLEVERIT, Deleuerit. l. 11. §. 1. ff. de seruo corrup. l. 2. ff. ad leg. Corn. de fals. Rationes interleuisse. l. 67. C. de legat. lib. 1. Briss.

INTERLINERE, est atramento, aut aliqua re alia superinducta, picturam uel scripturam destruere. Iulianus in l. qui tabulas. ad leg. Aquil. Corrupisse enim tabulas, inquit, rectè dicetur, & qui eas interleuerit. Spiegel.

INTERLOQVI Latini dixerunt pro eo quod est loquentem interpellare & alterius sermonem interrumpere. Terent. Siccine me interloquere? Connanus lib. 1. cap. 16. num. 5.

INTERLOQVI Prætor, iudexq; dicitur, cùm quid inter cognoscendum pronuntiat. l. 1. §. quæro. ff. ad Turpill. l. 32. ff. de pœn. l. 15. §. in uenditione. ff. de re iud. l. 9. §. sed ex facto. ff. quod met. cau. l. 6. §. eius qui. ff. de iniusto rup. l. j. §. hunc consequenter. ff. de appellatio.

De plano interloqui. l. j. ff. de constit. prin. Hinc

INTER-

INTERLOCVTORIA sententia, quæ non totum negotium definit & perimit. sed aliquid obiter ad causam pertinens decernit, & ita definitur interlocutoria per gloss. in clem. unic. de sequestrat. poss. & fruct. est, quæ inter principium & finem causę fertur, super ijs quæ incidunt, uel emergunt. Ioan. Bello. Etymolog.

INTERMISSIO, uacatio ab aliquo munere ad tempus. Ein stillstandt.

INTERMITTERE, pro non continuare, in l. nam & seruus, §. suo. ff. de neg. gest.

INTERNECINVM testamentum quod diceretur exposuit Cuiac. lib. j. Obseruatio. Isido. lib. v. Etymol. cap. xxvj. Interneciei, ait, iudicium in eum dabatur, qui falsum testamētum fecerat, & ob id hominem occiderat. Accusatorem eius bonorū possessio sequebatur. Idē lib. x. Internecida est, qui falsum testamentum fecit, & ob id hominem occidit. Bris.

INTERNECIDII autem significatio est quasi hominis quædam enecatio. Nam præpositionē inter ueteres præponebant. In decimaquarta autē in Antonium bellum internecinum dicitur non testamentum: sic enim scribitur, quę sunt urbanarum maledicta litium: non iustæ.

INTERNVNCIVS, qui inter alios medius est, ad aliquid tractandum, & modò huic, modò illi per uices nunciat. Quàm hoc uocabulo utitur P. Bembus latinè, tam barbarè nunc receptum est in aulis principum nomen oratoris.

INTERNVNDINVM spatium quod inter nūdinas est ueteres Latini uocauerunt: ut intermenstruum quod inter mēses. Varro quoties priscus homo ac rusticus Romanus internundinum barbam radebat. Lucilius, paucorum atq; hoc pacto, si nihil gustat internundinum, quod Nonius duob. uerbis diuisum internundinū legit. Turneb. aduer. li. 15. c. 5.

INTERPELLARE, ad tribunal ire. Oppo. Interpellare ad tribunal per iniuriam mei uexādi causa. l. non solùm. §. si quis per iniuriam. ff. de iniur.

INTERPELLARE, ponitur pro postulare iusticiam. & inuocare officium iudicis, in l. diffamari. C. de ingen. manum. Vide Olden. in eandem. Sp.

INTERPELLARE est extra iudicium petere. Nonnunquam etiam interpellatio pro iudiciali conuentione sumitur. l. 23. ff. de iudic.

INTERPELLARE aliàs interrumpere significat. Ita interpellari possessio usucapiōne dicitur. l. 14. ff. de seruitutib. l. 31. §. ultim. ff. de seruit. urb. l. 33. §. qui pignori. ff. de usucapio. l. 2. §. ul. l. 7. §. procurator. l. pen. ff. pro empto. l. 2. ff. pro hæred. Briss.

INTERPELLARE debitorē, Budæus inquit, est in iudiciū uocare. Id autem proprium est creditoris, qui sua nomina exigit, præsertim cum in mora sunt debitores. Sunt enim quædā nomina, quæ non antè dissolui debēt, quàm debitor interpellarit. Rursus quædam sunt, in quibus dies ipsa, hoc est, temporis lapsus, pro homine interpellat: adeò ut in mora esse uideatur, si ultrò debitum non obtulerit. Sp.

INTERPOLARE, est in aliam formam mutare. Vlp. de Aedil. edic. l. præcipiunt: Interpolant, inquit, ueteratores, & pro nouitijs uendunt, id est, in habitum nouitiorum mutant. Nebr.

INTERPOLATORES etiā latinè uocari possunt quos uulgus nostrū regraterios nominat. Brechæus l. mercis appellatione. ff. de uerborum & rerum significat.

INTERPOLVM, poliendo propemodum renouatum, in alteram formam e uetere mutatū. Marcian. l. 45. ff. de contr. empt. Si uestimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere, ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit. Hot.

INTERPONERE, hoc est, accommodare debet prętor partes suas. §. sin autem. Instit. de satisdat. tut. Spiegelius.

INTERPRETANDO neque lex torquendà est, ut facto deseruiat, neque factum uariare oportet, ut legi respondeat. Nam in torquendo iure, committes fraudem: in uariando facto, mendacium. Vtrobique ergo seruanda est simplex ueritas. Responsa enim & traditiones Iurisconsultorum sic oportet interpretari: ut potius conueniant, quàm discrepent. l. si quis cum testament. ff. qui testament. fac. poss. Oldendorpius.

INTERPRETATIO benigna. l. ij. ff. de liber. & posthum. Humanitas. Opp. Subtilis iuris regula. l. si ita scriptum. ff. de lib. & posthu. Olden.

INTERPRETATIO benigna nominatur, quę non interclusa sit uerborum angustijs & angulis literarum, nec restrictè ducta, sed ut nostri dicunt largo modo. Cicero laxamentū legis uocat pro Cluentio. Non modo causæ, sed ne legi quidem quicquā per tribunos plebis laxamenti datum est, id est summo iure egerunt. Sic æquitas dicitur benigna & liberalis, quod plus præstet ipsa, quàm uerba legis concedant. Veteres enim ut testatur Asconius bonos pro magnis, & honestos pro diuitibus dixerūt: Vnde benignitas pro liberalitate, beneficentia. Itaque bonus & benignus uocatur, qui facilis est, & de suo multa remittit: contrà malignus qui sui iuris paulo retinentior est. Atque hęc benignitas propriè est legum, & earum si non uerbis continetur, at tamen sententia & mēte intelligitur. Quod ipsum illud est, ut arbitror, quod respondet Modestinus. Nulla iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur. ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione producamus ad seueritatem, &c. Connanus lib. 1. c. 11. nu. 3.

INTERPRETATIO est, quę exponit id quod dictum uel scriptum est alijs uerbis, quæ idem ualeant. Salomonius inquit: Vbi uerba sunt aperta, interpretatio contra manifestam uim uocabulorum nihil ualet. Neque cōmunis opinio efficere potest, quòd uerba dicant, id quod non significant. Haloander in celebranda illa Nuncupatoria præmissa Nouell. Constit. commemorat, quatuor genera interpretandi apud ueteres fuisse. Officiū ueri interpretis explicat diuus Hieronym. in epistola inscripta, De optimo genere interpretandi. Sp.

INTERPRETATIONEM extensiuam recentiores appellant, quam Cicero Ratiocinationem nominat, quòd ratione differitur. Fortunatianus collectiuam, quòd ex eo quod scriptum est, colligimus id quod scriptum non est, ut perinde esse dicamus, ac si scriptum esset. Ab interpretibus modi petendi sunt, quibus collectio fieri potest. Cōtraxit illos Salomonius lib. v. Comment. in l. omnes populi. Sp.

INTERPRETATIONEM iustam Iulianus intelligit pro uera & idonea, ac etiam plena & propria. Iustum enim id significat id, quod est numeris omnibus plenum absolutumque & perfectum, quòd Græci ἀκριβῆ dicunt Budæo teste in annotationibus ad l. 3. ff. pro socio, quo loco plurima de uocis huius interpretatione commemorat, &c. Brechæus l. iusta interpretatione. ff. de uerborum & rerum signification. &c.

INTERPRETATIO singulorum uerborum glossa est, seu glossema, nomẽ à lingua tractum quasi lingua obscurior dilucidiore declaretur, ut homo ferreus & præfractus, hoc est, durus & inflexibilis. Aliquanto fusius est Scholiũ, ab exercitatione scholarum deductum, quod cõstat oratione facili, ac demissa omni prorsum cultu atq; apparatu nuda. Commentarij à commentando nuncupantur, quod est disserere. Hi sunt duorum generum, uel simplices, uel In aliud simplices, in quibus breuiter annotãtur admonendæ memoriæ nonnulla. quomodo id fiat, Viues docet lib. iij. de Ratione dicendi. In aliud uerò sunt, quam sensus autoris cuiuspiam inquiritur, atq; explicatur, qui sunt breues & contracti. Diffunduntur uerò, si de proposita materia disputatur, & quid adferre queat commentator, experitur: quales ferè sunt in Aristotelem, in Hippocratem, in Galenum, in Magistrum sententiarum. In iure etiã Ciuili ad xij. Tab. & ad edicta Magistratuum omnium. Huius notæ scriptores, idem Viues ait, non alieni operis expositio dici debeant, quam autores proprij. Ideoq; ad xij. Tab. & ad Edictum Prætoris ædilitiũ commentarios suos inscribunt. Sp.

INTERPRETATIO legum ab initijs repetenda est. Quia cuiusq; rei potissima pars principiũ est. Caius in l.j.ff.de orig.iu. Repetit autem ille ius ab incunabulis Romanæ urbis. Sed nos, qui uerum iuris fontem Deũ ipsum cognoscimus: Exordium iuris longè altius oportet repetere, hoc est, à prima institutione. Oldendorp.

INTERPRETATIO desiderat prudentiam & autoritatem: Prudentiam, hoc est, multarum rerum memoriam, & usum plurium negotiorum, teste Cicerone. Autoritatem, id est, uenerationem, per quam à maioribus declaretur in aliquo prudentia, ne ambitione quadã & philautia uindicetur priuatum. Oldendorp.

INTERPRETATIO omnis in iure, nisi deseruiat foro, hoc est, usui rerũ quotidianarũ, inutilis est & perniciosa. Vnde Pomponius interpretationem decemuirorum eleganter uocat disputationem fori, in l.ij.§. His legibus latis.ff.de orig. Iur. Old.

INTERPRETATIO nimium subtilis, & à facti consideratione recedens fugienda est. Sic Nerua Iurisconsultus olim derisus est, qui per fenestram monstrauerat seruos detentos ob pensionem liberari posse, quasi tunc scilicet non uiderentur alienati ex ædibus, quia non essent egressi ianuam. Vlpian. in l. Est differentia. ff. In quibus caus. pignor. uel hypothe. tacit. contrah. Olden.

INTERPRETATIONEM benigniorem in re dubia sequi, nõ minus iustum est, quàm tutũ. l. Proximè. ff. de his, quæ in testam. delen. Old.

INTERPRETATIO semper ex lege & æquitate producenda est. Quocirca quod dicunt, cõmunẽ opinionem in iudicio semper esse præferendam: id ego simpliciter intellectum (sicut ipsi certè non distinguunt) non modò falsum, uerumetiam perniciosum in Republica iudico. Nam si consentanea fuerit legib. aut rationi naturali, iam non quia communis est, sed magis quia Iuris est, obtinebit: quanquã certè aliquid sit, cum multis sentire. Sin autem repugnet iuri & ęquitati, omnibus modis repudiãda est: ut rectissimè sentit Zasius in l.ij.ff.de ori.iur. Probatur pulchrè in l.j.§. Quũque hæc materia. C. de uet. iur. enuc. Sed neq; (inquit Imp.) ex multitudine autorum, quod melius & æquius est, iudicatote: quum possit unius forsan & deterioris sententia, & multos & maiores in aliqua parte superare. Accedit l. Ob carmen. in fin. ff. de testib. Vnde scriptũ est, Turbam ne sequaris. Falsum igitur & hoc est, quòd iudex recedens à communi opinione, faciat litẽ suã: nisi prædicto condimento accipias, ut in l.ult. C. de pœn. iud. qui mal. iudica. Olden.

INTERPRES appellatur is, cuius ministerio ad alienam & extraneam linguam intelligendam utimur, qui uulgò *Trucheman*, dicitur. l. 1. §. ult. ff. de uerbor. oblig. l. 5. in fi. ff. de captiu. & post. Liu. lib. vij. Gallus processit magnitudine atq; armis insignis quatiensq; scutum hasta cùm silentium fecisset, prouocat per interpretem unũ ex Romanis. Firmicus lib. iij. Mathes. cap. viij. Reddit etiam sic per noctem collocatus Imperatorum aut potentissimorum iudicum interpretes. Plini. lib. xxv. cap. ij. de Mithridate. Illum solum mortalium uiginti duabus linguis locutum certum est, nec de subiectis gentibus ullum hominem per interpretem appellasse. Interpretum autem salariũ ἑρμηνευτικὸν appellatur in l. ult. ff. de proxenet. Brissonius.

INTERREGES initiò dicebãtur centũ Patres, qui mortuo Romulo, donec alius rex crearetur, Rẽpublicã gubernabãt, quisq; dũtaxat quinq; diebus per ordinem. Verùm postea interregis creandi hæc fuit ratio: Cùm Reipublicę causa abessent consules, nec habendis comitijs interesse possent: siue si quando COSS. uitio creati essent, nec placuisset, aut nõ expediuisset comitiorum dũtaxat gratia Dictatorẽ dici: item, si graues discordię incidissent, tunc res ad interregem deducebatur, qui consularia comitia haberet, teste Fenestella. Oldend. uide & Perionium libro 3. de magist. Roman.

INTERREGNVM, appellatur id tempus, quo regnum uacat, hoc est, antequam in demortui locũ nouus rex præficiatur. Hinc inire interregnum, regis demortui uice fungi: & Interrex, qui regis demortui locũ tenet, donec alius substituatur. Cuiusmodi uacãte imperio apud nos, sunt è Septemuiris, Magnus Comes Palatinus ad Rhenum, ac Saxoniæ Dux, Constitutione diui Caroli Quarti. Sp.

INTERROGARE legibus, est legis alicuius autoritate aliquem interrogare, nunquid facinus aliquod admiserit. Asconius: Quid est, inquit, reum fieri, nisi apud Prętorem legibus interrogari? Quum enim in ius uentũ esset, dicebat accusator apud Prætorem reo, Aio te Siculos spoliasse. si tacuisset, lis ei æstimabatur ut uicto: si negasset, petebatur à magistratu dies inquirendorum eius criminum, & instituebatur accusatio. Cicero pro Domo sua, Esto: nõ fuit in me pœna ulla peccati, at fuit iudicij. cuius? quis me unquam ulla lege interrogauit? quis postulauit? quis diem dixit? Liuius libro VIII. belli Maced. Neminem unum tantum eminere ciuem debere, ut legibus interrogari non posset. Hot.

INTERROGATIONES in iure (de quibus tractatus est lib. Pand. XI.) ad rei pecuniariæ caussas pertinebant: erantque olim institutæ, ut ne malè agendo caussa perderetur, liceret apud eum qui ius dicebat, aduersarium certis de rebus, antequam actio institueretur, interrogare. Sed hoc tẽpore (inquit lex) interrogatorijs actionibus nõ utimur: quia nemo cogitur ante iudicium de suo iure aliquid respondere. l. 1. ff. de interrogat. & interro. actionib.

INTERROGATIO est remediũ quoddam tollendæ dubitationis gratia in iudicijs necessariò introductum, ne litigantes ob defectum probationis iniquum patiantur damnum. Oldend.

INTER-

INTERROGATIONES, cũ explorandæ ueritatis gratia fiant, duplicem habent effectum: Alterum, quia succedunt loco probationum ipsis litigatoribus deseruientes: Alterum, nam instruunt animum iudicis de qualitate rerum, personarum, uel temporis, sæpe dubitantem, ut non possit dicere sententiam antea quàm certior reddatur. Old.

INTERROGATIO iudicis una plus confert ad cognoscendam in iudicio causam, quàm uiginti positiones (ut uocant) & articuli litigatorum. Nam iudex interrogando, scopum intentionis, uel defensionis statim potest attingere. At partes euitant rerum causę scopũ, & solùm id nituntur, quomodo digressionibus, mendacijs, & multitudine articulorũ imponant iudici. Quocirca errant tota uia nostri iudices, qui putant loco interrogationum succesisse positiones & articulos partium: ipsi interim sedẽtariam exercẽtes functionem, prorsus obmutescũt, tantùm recipientes scripta, & decernentes (sicut formularij dicunt) copias productorum. Old.

INTERROGATORIAS olim fuisse actiones, apparet in titu. ff. de interrogat. in iur. faciend. & de interrogat. acti. subla. hoc est, ius persequendi ut aduersarius interrogaretur de eo, quod actor fortè proponeret, ad aliquam futuram actioné pertinens. Sed has actiones tanquam superuacaneas in desuetudinem abijsse probat Callistratus in l. j. ff. eo. tit. Cùm enim ad effectum & tollendæ dubitationis, & probationis sufficiat declaratio simplex ipsius partis in iudicio: quid opus est solenni actionis formula exigere respõsionem admodum breuem, quæ uel officio iudicis potest obiter expediri, magno temporis & sumptuum compendio? Olden.

INTERROGATORIA sunt, quæ facit pars testibus productis contra se: & dantur super articulis, & formantur per circumstantias causæ & personarũ. Glos. in cap. præsentiũ. de Testibus, lib. sexto. Sp.

INTERROGATVR, intelligendum, à iudice, uel à Parte. Glo. in prin. l. siue. ff. de Interrog. act. Sp.

INTERRVMPITVR aduersus omnes, hoc est, exponente Olden. Omnes uti possunt beneficio interruptionis. Hæc Iurisconsulti uerba, in l. naturaliter. ff. de usucap. Accursius uoluit emendare, hanc phrasim non percipiens. Spieg.

INTERRVPTIO usucapionis, est usurpatio. l. ij. ff. de usucap. Vide Bartol. in l. ut perfectius. C. de Ann. except. Est autem duplex interruptio, naturalis & ciuils. Naturalis contingit, extinctis his, quę ad substantiam usucapionis naturalem requiruntur: ut sunt, possessio, titulus, bona fides, & res ipsa non uitiosa. Hæc tam latè patet, ut exinde nulla præscriptio, siue aduersus interrumpentem, siue aduersus quemcunq; alium procedat, nisi denuò cœpta & cõtinuata. l. Naturaliter. ff. de usucapio. Naturaliter interrumpitur possessio inquit Caius, cũ quis de possessione ui deijcitur, uel alicui res mobilis eripitur, uel naturalis interruptio dicitur, cum de facto ut loquimur possessio alicuius interpellatur & interuertitur. Paulus usurpationem nominat, id est adeptionẽ & occupationem possessionis, quæ plus facti habet quàm iuris, cum à non domino capiatur. Connanus lib. 3 ca. 14. numero. 1. Ciuilis interruptio est, quæ per autoritatem iuris impedit usucapionem, etiamsi prædicta ad naturam eius requisita non deficiunt. Veluti per uocationem in ius, per litis contestationem: uel si facto aliquo interpelletur præscriptio, ut si debitor præscripturus iamiam actioni tradat pignus, uel aliam cautionem, uel soluat usuras creditori. Ipse enim aduersus se usurpat præscriptionem ciuiliter. l. Cùm notissimi. §. Imo & illud. C. de præscript. xxx. ann. Hęc autem soli interpellanti prodest, aduersus alios interim nihilominus procedente præscriptione. l. Intra quatuor. ff. de diuers. & tempor. præscript. Spieg.

INTERSCALINIVM, inter remiges spacia, qua figura dicuntur intercilia, ac interfinia. Quære, Remiges.

INTERCISI dies erãt quasi dijs & hominibus communes. Nam quibusdam horis fas erat ius dicere, quibusdam uerò nefas erat. Sp.

INTERTRITVRA, siue Intertrimentũ, detrimẽtum est propriè in nummis aureis, & uestibus, quasi usu & attrectatione detritum & consumptum. Scæuola de Pignor. act. l. pignori. Quæro intertrituram quæ ex operis facta est. Nebriss.

INTERVALLA honorum in l. 6. ff. de legatio. & l. 4. ff. de munerib. & honorib. non cont. int. pat. & fil. & de interuallis lib. x. C. sunt uacationum cõcessa tempora his qui ad eosdem uel alios honores eadẽque uel alia munera denuo uocantur, ut traditur in l. 1. C. de munerib. lib. x. Et significatur in l. 12. ff. de uacat. mun. Eaq; est tẽporum pręscriptio, quam in honoribus repetendis uel alijs suscipiendis dari Papinia. scribit in l. 17. §. præscriptio. ff. ad municip. Bris.

INTERVALLVM, spacium quod est inter palos, uallum castrense constituentes: à quo omne spaciũ, interuallum est appellatũ. Vide l. per interualla. ff. de iudic. l. j. C. de honor. non cont. int. patr. & fil. l. j. si tut. Reipub. caus. absfue. Albericus. Sp.

INTERVALLVM modicum dicitur, quod nõ tantum est, ut stipulanti cogitationem adimere potuerit. uide supra modicum tempus Connanus lib. 6. cap. 1. numero 4.

INTERVALLA uelorum sepimenta, eaq; siparia & suppara tenuiora, quæ in medio uelorum collocantur. Ioan. Bap. in comment. Epist. Sidon. Apollina. ad Domicium lib. 11.

INTERVENIRE autoritaté perperam, uel non interuenire, paria sunt. l. ij. ff. de Aut. tut.

INTERVENIRE pro intercedere & accessiõis nomine promittere, uel etiã nouãdi animo alienam obligationem suscipere. in l. ult. ff. de minorib. l. 3. §. si filiusfamil. ff. de pecul. l. 6. §. si passus. ff. manda. l. 1. C. de reputatio. unde

INTERVENTORES, q alieno nomine obligãtur. l. 3. §. sed si filiusf. ff. de pecul. l. 7. in fi. ff. de obseq. à lib. pat. l. ult. §. ult. C. de usur. rei iud. Et Interuentiones in l. 7. §. non solùm. ff. de minorib. Interuenire etiam dicuntur, qui pro alio in iudicio consistũt. l. 11. §. agere. ff. de iniur. l. 5. §. nunc uideamus. ff. iudic. sol. l. 10. in fi. ff. de in ius uoc. Bris. Nõ solũ qui fideiubet, intercedére siue interuenire dicitur, sed & q ꝓ alio res suas obligat, etiam interuenit c. 7. §. 2. de minor. multoq; magis qui pro alio soluit. Quod ab ijs plærunq; fieri solet, qui donationis causa interueniebãt c. 6. §. 2. Mãdati. Si debitor pro suo creditore interueniẽs soluerit, uti aduersus creditorẽ cõpensatione poterit, si modo creditũ tale sit, quod admittit cõpensationẽ: Sin aliter, sui crediti habebit creditor petitionẽ, & creditũ cõsecutus debitori negotiorũ gestorũ ex causa interuẽtionis agenti tenebitur satisfacere. c. 2. de neg. gest. Nec ad rem pertinebit, si dixerit creditor pro se sine mãdato suo interuẽtũ esse. c. 5. d. tit. Sẽper. n. qui nõ prohibet pro se interuenire mãdare creditur. Atq; ita q dẽ scripsit Vlp. disp. lib. 10. Ræuard. l. Semper q nõ prohibet. ff. de regul. Iur.

IN-

INTERVENTOR propriè, qui interuenit & impedit agentem aliquid. Vlpianus pro fideiussore, in l. licet. de obseq. à liber. & libert. præstan. utitur, ut & Lampridius in Commodo, Budæo annotante. Spiegelius.

INTERVERSA pecunia domini. l. final. ff. de fugitiuis.

INTERVERSORES sunt administratores, qui dolo malo dilapidát rem pecuniámue fiscalem. Euersores in l. 2. C. de palat. sac. larg. lib. 12. l. 1. Cod. Theodos. de suscept. eadem ratione, qua & in schola Rhetorum quidam olim euersoria dicebantur, auctore Augustino 3. Confessionum capitul. 3. & libro 5. capit. duodecimo. Decoctores in l. quilibet, de decur. libro decimo, l. si aliquid, de suscept. Cod. eodem lib. Hi in quadruplum tenentur l. 1. de his, qui ex publ. rat. Cod. libro decimo, l. 1. poe. fis. cred. præf. Cod. eod. l. in fraudem. §. penult. ff. de iure fisci. Imò in duplum. l. defensionis facultas. Cod. de iur. fisc, libro decimo, l. aufertur. §. primo, ff. eod. in ijs scilicet, quæ fisco nondum acquisita sunt. In adquisitis locus est actioni in quadruplum. Cuiac. in l. qui in contractibus. C. de iur. fisc. lib. 10.

INTERVERTERE, modò callidè est surripere: quod plerunque fit, cum rem commodatam aut creditam, dolo, ne restituatur domino, efficimus. Vide Vallam lib. 5. Triphon. l. fin. de seru. fug. Quoniam interdum aut pecunia interuersa est. Modo subuertere & euertere. Paul. de cap. demin. Quę salua ciuitate accidit, publica iura non interuerti constat. Idem: Legitimæ tutelæ interuertuntur eadem ratione, qua & hæreditates. Scæuola: Cui per fundum aquæductus debetur, quacunque uult, in eo uinum facere licet, dum ne aquæ ductum interuerterit. Vtitur & Imp. Cod. de Iustinian. Cod. confirm. & l. ij. de iudic. Spieg.

INTERVSVRIVM, usus medij temporis. Paulus l. debitor, 82. ff. de legat. 2. Alioquin secundum illam sententiam si interusurium tantum est in legato, quid dicemus si fundus legatus sit ex die debitus? Vlpianus l. circa, 66. ff. ad leg. Falcid Interuallum temporis & interusurium huius spacij minorem facit quantitatem decem. id est, usus & emolumentum eius pecuniæ, quod interea percipit hæres, legatarius autem amittit. Vlpian. l. 9. §. 7. ff. de pecul. Vt medij temporis interusurium magis creditor consequatur. Hotomannus. Frequens est apud plerosque Interusurij mentio: qui tamen quid Interusuriũ sit, Curtij sententia nesciunt. Et est huic simile uocabulum, Interlunium: quo coitus Lunæ, ut ait C. Plinius, & tempus quòd inter utranq; lunã est, ueterem ac nouam significatur. Interscapiliũ apud Hyginum, pro Valle quæ inter scapulas iacet. Interordinium Iunio Columellæ, uacuus locus, qui inter ordines. Intercolumniũ, Valerio Maximo, spacium quod inter columnas: & interueniũ, Rutilio Tauro, uenarũ inter se interualla: Prouidendũ (inquit) ne inuentæ aquæ, per rimas refugiant, & per interuenia dilabantur. Est ergo

INTERVSVRIVM, tẽpus & interuallum quo usuræ nõ currũt. Veluti, si dicas, Dominũ quidem & agrorũ, ac quidquid est aliud id genus possessionũ reditus, naturalẽ ac perpetuã caussam habet. Nummorũ uerò fœnori, uel (sicut iam utimur ferè) ad uectigal collocatorũ fructus) sæpius ut fieri potest remunerata sorte, p interusuria dilabi solet. Domitius Vlpianus. l. circa. ad l. Falc. si decẽ sub cõditione fuerint relicta, eaq; cõditio post decennũ fortè extiterit: Nõ uidẽtur decẽ huic legata, sed minus decẽ. Nã interuallũ tẽporis & Interusuriũ huius spacij minorẽ facit quantitatẽ. Iulius Paulus dissentit ab eis, qui putãt, cum quod post annũ debetur, præsenti die legatur, Interusuriũ tantum in legato esse. l. debitor. x. de leg. 2. Quo loco, Interusuriũ uidetur pro eo commodo repræsentatæ summæ, in diẽ debitæ, usurpauisse, quod mediũ tempus & anni spaciũ, interceptu rũ erat. Ea figura, ni fallor, qua passim, nunc diligentiam nunc negligentiam præstare, pro eodem Iurisconsulti dicunt. Curtius lib. 2. ἀνατύπ. cap. 10. Vide & Corrasium Miscell. lib. 2. cap. 20.

INTESTABILES, apud Latinos priscos, Bud. teste, fuerunt ijs similes, quos Græci ἀτίμους uocarũt, hoc est, præsidij legum exortes. Horat. in ij. serm. Intestabilis & sacer esto. Vlp. de testam. si quis ob famosum carmen damnetur, senatusconsulto expressum est, ut intestabilis sit.

INTESTABILIS est, qui testimonij dicẽdi ius nõ habet, &, ut lexicon Latinogræcũ Germaniense μὴ παρεδεκτικὸς εἰς μαρτυρίαν. Planè cùm lege quis intestabilis esse iubetur, (ueluti lege xij. tab. Cuius uerba à Gellio lib. 15. c. 13. referuntur) eò pertinet, ut ne testimoniũ eius recipiatur, néue ipsi, ut quidã existimãt, dicatur testimoniũ. l. 26. ff. de testam. §. testes autem. Instit. eo. proinde cùm senatusconsulto expressum sit, ut ob carmen famosum dãnatus intestabilis sit, ex eo infert Vlpianus, Nec testamentũ eũ facere posse, nec ad testamẽtum adhiberi. l. 18. in fi. ff. de testam. Sic & in l. 5. §. pen. ff. de iniur. l. 21. ff. de testib. Eoq; alludens Plaut. Curgulio. Sẽper curato, ait, ne sis intestabilis. Quod amas ama testib. præsentibus.

INTESTABILEM Theophilus eũ uocat, qui cũ suo testimonio, signo, & subscriptione testamentũ cõprobarit, postea mortuo testatore idipsum abnegat quod testamẽti solẽne infirmet. Hunc inquit lex improbũ intestabilẽq; esse iubet, nec testari, aut testamento quicquã capere, aut testis adhiberi potest, &c. Quoniã aũt inuisi erant, qui intestabiles esse iubebantur, ideo factũ est, ut pro execrando & abominando ac detestabili uerbũ hoc accipiatur, ut apud Horat. in sermonib. Sacer, intestabilis esto. Tacit. lib. 15. Incusat ultro intestabilem & consceleratũ. Plin. lib. 30. cap. 11. de Magia. Proinde ita persuasum sit, intestabilẽ, irritã, inanẽ esse, habentem tñ quasdã utilitatis umbras. Gell. lib. 7. c. 18. Eos tñ qui ad Hannibalem nõ redissent, usq; adeò intestabiles inuisósque fuisse, ut tædium uitæ cœperint. Connanus lib. 9. cap. 3 num. 2. Briss.

INTESTATO, aduerbiũ, sine testamẽto, Scęuola Luc. Titius intestatò moritur9. Sic Paulus: Vt legata, q̃ ei dederat, intestato moritur9 restitueret. Sp.

INTESTATVS propriè est, qui cũ posset testamentũ facere, nõ fecit: Sed & is qui testamentũ non iure fecit, uel cuius testamentũ postea ruptũ irritũue factum est, uel ex causa inofficiosi rescissum, uel ex eo hæreditas adita non est, intestatus dicitur. l. 1. ff. de suis & legit. Instit. de hæred. quæ ab int. def. in prin. l. 64. ff. de uerb. sign. l. 6. §. 1. ff. de inoff. Quintil. Declama. cccviij. Neq; ego negauerim non uno genere fieri intestatos. Aut enim intestatus est, qui nõ scripserit omnino testamentum, aut qui id scripsit, quod ualere nõ possit. Nã ita locus ille legẽdus est.

INTESTATVS excessisse facto ille dicitur, qui nullum omnino testamẽtum condidit. Iure autem, ubi quis testamentum fecit, quod quidem lex minimè admittat, omissis uidelicet iustis solennibus, &c. Brechæus l. intestatus est. ff. de uerb. & rer. sig. Sunt porrò qui differentiã faciũt inter intestat9, & sine testamen-

stamēto, & inter hos Imol. in l. Cēturio. ff. de uul. & pup. & Raph. Fulg. in l. generaliter, in prin. col. 1. uer. nota primo quod non est. C. de institutio. & substi. & Rom. in l. in testamēto. l. 1. col. 3. uers. aduertendū tamen. C. de testa. mili. Sed contra hos est tex. in ea ipsa l. generaliter, & ibi gl. in uerbo, sine testamento, quæ est 1. Quinetiam qui testamentum facere nō potuere, pro intestatis accipiuntur. d. l. 1. de suis & legit. Intestatus quoq;, quātum ad tutelam attinet, decessisse dicitur, qui testamēto liberis suis tutores nō dedit. l. 6. ff. de legit. tutorib. Bris.

INTESTATVS ergo quatuor modis dicitur. Primo qui omnino testamentum nō fecit. secundo, qui non iure fecit. tertio cum id quod fecerat, ruptū irritumúe factum est. quarto, si ex eo testamento nemo hæres extitit, ut in Instit. de hæred. ab intestato. in princ. l. intestatus. ff. de uerb. sig. C. l. 1. ff. de suis & legit. hæred. ubi dicitur, quod intestati propriè appellantur, qui cum possent facere testamētum, testati non sunt. sed & is qui testamentum fecit, si eius hęreditas non est adita, uel ruptum, uel irritū est testamentum, intestatus non impropriè dicitur decessisset. Planè qui testari nō potuit, puta impubes, uel furiosus, propriè non est intestatus. sed hos quoq; intestatos, accipere solemus. Io. Bello. Etymol.

INTESTATVM oppono antestato, ut Plautus, quod antestati definitionem meam planè cōfirmat. Antestatum enim dicimus eum qui testato conueniretur, qua ratione & pater fiduciarius antestatus dict⁹ est olim, auctore Gaio in Institutionibus. superstites aūt siue testes non dicuntur antestati, & antestatorū nō attrectatur auris, sed testiū. Cuia. obser. li. 7. c. 16.

INTESTINVM, pro maximo, & periculosissimo, & pro occulto accipitur. Sic intestinum uulnus, intestina prælia. apud imp. C. de Legit. hæred. l. Leg. xij. Tab. l. ij. in prin. de Vet Iur. enucl. Sp.

INTIMA, pro arcanis apud Vlp. in l. 3. de Recep. qui arbitr. recep. Finge enim, inquit, post causam iā semel atq; iterum tractatam, post nudata utriusq; intima & secreta negocij aperta, &c.

INTIMARE, denunciare, in l. ij. C. de Iudic. Insulanus obseruauit, hoc uerbo usum esse Plinium, ante Apuleium & Gellium.

INTOLERABILIA seruitia, in. §. sed & maior. Instit. de his qui sunt sui, uel alien. iur. Sp.

INTRA. Apud ueteres tres erant præpositiunculæ diuerso sensu, Ins, Vls, Cis: quæ quoniā obscuro sonitu promebantur, euphoniæ causa additionem eandem receperūt, diciq́ue intra, ultra, citra, cœptū est. sicq; intra idem significat quod in. unde rectè dicemus, Brignantium intra Alpes est, id est, in Alpib. ipsis: sicut Segusium citra Alpes, Vocentij ultra. Sic & qui dicit se intra calendas facturum, in ipsis calendis dicere uidetur. Ex Alciato. Spieg. De hac dictione INTRA, uide etiā l. ex facto §. itē quæro de uulgari & pupillari substitutione, & l. si stipulatus fuero decem. ff. de uerb. oblig.

INTRA, sine casu, contrarium est Extrinsecus.

INTRA diem mortis ut aliquid fiat, si quis dixerit, ipse quoq; dies, inquit Vlp. quo quis mortuus fuerit, numeratur. Spieg.

INTRA fidem, significat credibile esse.

INTRA, inclusionis nota l. si quis sic. ff. de uerbo. sig. Variè tamen pro re proposita accipitur. Quādoque significat citra. l. fi. ubi Accurs. C. de postu. hæred. Aliquando per, ut in legib. Longobard. l. si quis caballum. de furt. Quādoq; sonat iuxta, l. uxorem. §. legauerat. ff. de leg. 3.

INTRA excludere uidetur in casu l. q Romæ. §. Callimachus. ff. de uerbo. oblig. Quādoq; accipitur pro corām. §. ex his. in authētica. de hęreditate ab intestato uenient. Prat.

INTRA Kalendas facere quid iussus, an etiam Kalendis ipsis rectè faciat, dubitat Gellius libr. xij. cap. xiij. Sed hoc duobus iurisconsultorum locis apertissimè determinatur. Vnus est in l. 133. ff. de uerbor. signific. alter in l. 1. §. si intra. ff. de success. ed. cuius uerba subieci, Quod dicimus intra dies centum bonorum possessionem peti posse, ita intelligendū est, ut & ipso die cētesimo peti possit, queādmodum intra Kalendas etiam ipsæ Kalendæ sunt. Bris.

INTRA modicum tempus id est, Iurisconf. exponente, dum hospitium quis conducit, sarcinulas cōponit, quærit aduocatum. l. ab hostibus. §. sed quod. in fin. ff. Ex quib. caus. maior. Sp.

INTRA quām modicum, pro eo quod est, minus quām modicum.

INTRA parietes agere, uel experiri, id est, inter amicos disceptandam rem permittere citra iudiciū & extra cancellos forenses: sicut prudentes uiri, ut uerè dicit Oldend. solēt optare: contrà stolidi ad iudiciariam properant molestiam. Sp.

INTRA quatuor annos, &c. A quatuor annis hoc differūt: quod intra quatuor annos, id est, quod triennio nondum finito: A quatuor annis, id est, iā elapso tempore quadriennij. Sp.

INTRA uerba, id est non ultra uerba.

INTRIBVERE pro contribuere in l. 9. §. ult. ff. de tributor. Traia. Plinio. possumus eorū desiderio indulgere, modò ne quid ideo intribuāt, aut minùs illi. in posterum fiat ad necessarias erogationes. Br.

INTRIBVTIONES pro collationibus & contributionib. l. 6. §. ult. ff. de munerib. & honor. l. pen. ff. de ueteran. l. 22. §. ult. ff. ad municipal. l. ager. §. stipendium. ff de uerb. signif. Bris.

INTRIBVTIO. Vlp. de Verbor. signif. l. ager. Tributum sanè appellatur ab intributione. & in l. 4. de Veter. Nam nec ab intributionib. quæ in possessionib. fiunt, ueteranos esse excusatos, palam est. Sp.

INTRICARE peculium frequēs locutio apud Iurecos. pro impedire, inuoluere, remorari. Nō. Marcellus tricas impedimēta & implicationes interpretatur. Vnde dictum sit extricare & intricare. Lucili⁹ apud eūdem Tricones appellat, qui nugis homines remorentur. Et tricinus quæstus, pro tardo seu sicco. Vide Erasmum explicantem adagium, Tricæ apinæ. & infrà. Peculium intricare. Sp.

INTRICARE peculiū dicitur seruus, qui in ære alieno est, & res quasdam pignori opposuit. Vlp. l. 1. §. De ser. corrupt. Is quoq; deteriorem fecit, qui persuadet, ut peculium intricaret. Idem l. 21. ff. de pecul. Sed & si eum intricare peculium in necem creditorum passus est, &c. Intricationem hanc Cicero pro Sestio implicationem appellat. Magna, inquit, multitudo est eorum, qui aut propter metum pœnę & cet. aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malint, quā suo deflagrare. Hot.

INTRINSECVS, quod Barbari abintra dicūt: cui contrarium est, extrinsecus. Vide l. deniq;. §. fin. de Pecul. leg. Spiegel.

INTRODVCERE, ponere, instituere, constituere: quod & in medium afferre aliquando significat, teste Budæo. (de Leg. iij.

INTROITVS militiæ, apud Scæuolam in l. pe.

INTRVSI dicuntur, qui non per electionem canonicam, sed per uiolentiam occupant honores, offi-

officia, uel ecclesiastica beneficia.

INTRVSVS est, qui obtinuit dignitatem à non habente potestatem conferendi cap. cum uenissent. de in integr. restitut. Prat.

INTVERI, pro attendere. Paul. in l. promittendo. in prin. ff. de iur dot. Magis enim, inquit, res quá uerba intuenda sunt. Spieg.

INVALETVDINIS nomē nec Cicero abhorruit. Insulanus citat uerba ex Epist. ad Attic. lib. vij.

INVALIDITAS inter remedia Iuris numeratur, quæ aduersus iniquitatem iudicum introducta sunt, de quo latè Barto. in l. si expresſim. ff. de appel. & in l. cum quærebatur. ff. de re iudic. l. j. C. quan. prouoc. non est nec. Sp.

INVECTA, illata à iurisconsultis appellantur quæ ab inquilinis in ędes conductas inducūtur importanturq́; l. 4. ff. de pact. l. 11. §. solutam. ff. de pign. act. l. 2. & l. 3. & l. 4. & l. 7. in fin. ff. in quib. caus. pign. l. 32. ff. de pignor. l. pen. quib. mod. pign. l. 1. ff. de migran. l. 14. §. 1. de religios. Briss.

INVENIRE Sypōtinus opinatur, esse artis & industriæ, reperire autem casus & fortunæ. Sicq́; interpretatur illud Ouidij metamorphos. 1.

Tu non inuenta, reperta es.

Quem tamen opinione falli, uel ex illo ipso Ouidij loco planum est: ubi Inachus filiam à Ioue raptam, diu multumq́; à se quæsitam, inuenisset quidem, sed mutatam in uaccam, & ea specie atq; forma, ut filia inuenta carendum illi esset, sic erumpit

—Tune es quæsita per omnes
Nata mihi terras? Tu non inuenta, reperta es
Luctus eras leuior—

Vt sit reperire amissam rem quoquo modo recuperare. Dicitur enim Festo repertum quasi repartum, & reparatum: Inuenire autem est in rem uenire eiusq́; quasi possessionem adipisci. Itaq; Inachus repererat filiam, sed non inuenerat qua non poterat frui reperta. Cicero 2. Academic. Nemo inuenit falsa nec ea, quæ incerta permanent, inuenta esse possunt: sed ea, quæ quasi inuoluta fuerunt, cum aperta sunt, tum inuenta dicuntur. Hinc Latinis inuenire plærunq; significat idem quod nācisci. Cic. de finib. Propter hæsitantiam linguæ, stuporemq́; cordis cognomen ex cōtumelia inuenit. Et in Epist. Scis meá fortunam nescio quomodo facile obtrectatores inuenire. Eadē significatione dicitur Græcis εὑρίσκειν, ut multis exemplis docet Budæus in suis commentarijs. D. Lucas Εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ Inuenisti gratiam apud Deum, id est adepta es. Et Demosth. τὴν ἀτέλειαν εὑρημένους ἀτέλειαν uocat πεποιηκότας ἑαυτοῖς, ἢ λαβόντας ἀφ' ὧν ἐποίησαν, quibus pro beneficijs in Rempub. collatis munerum uacatio data est. Et contra Timocratem, eos appellat simpliciter, εὑρημένους ὧν ἐποίησαν δεῖ τοῖς εὑρημένοις ἡ ἀτέλεια Vbi Vlpianus interpres εὑρέσθαι δεῖ τὸ λαβεῖν καθ' ὧν τις ἔδωκεν. Inuenire est præmium ab aliquo accipere, pro beneficijs in eum collatis, quasi quod des perdas, nisi tibi eius aliqua referatur gratia, quæ cum rependitur tum inuenire dicaris quod donaueras, &c. Connanus li. 3. c. 3. nu. 4.

INVENTARII beneficium hæredib. à Iustiniano datum est in locum spacij ad deliberandum petē di. l. ult. C. de iur. delib. Est autem huiusmodi: ut hæres institutus intra nonaginta dies, quibus se institutum scierit, si res propinquæ sint, uel intra annum, si longè absint, inuētarium omnium hæreditariarum rerum, tabellarijs testibusq́; præsentibus conficiat: ipse manu sua id subscribat: uel à certo tabellario adhibitis testibus subscribendum curet, atque hoc modo pro earum rerum ratione tantùm creditoribus teneatur: quartamq́; Falcidiam retinere possit. Hot. Adde Cuia. in πραγματείᾳ de diuers. temp. præscript. & term cap. 15. qui dicit, inuentarij tempus esse triū mensium. Deliberationis uero anni uel nouem mēsium, ut ibi per eum in sup. alleg. loco.

INVENTARIVM pro repertorio & descriptione bonorum l. 7. ff. de admi. tuto. l. 1. §. officio. ff. de tut. & rat dist.

INVENTARIVM, ut definitur per gloss. in §. si uero absunt. in Authen. de hæred & Falcid. collat. j. est sola scriptura, in qua res inuentæ in hæreditate conscribuntur. hoc idem appellatur repertorium. l. tutor qui repertorium. ff. de administ. tut. Ioann. Bello. Etymolog.

INVENTIO thesauri ea est accipienda, quæ fortuitu contingat, non data opera, de quo tractatur in l. 3. §. ulti. ff. de iur. fisc. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. Sp.

INVENTOR idem quod auctor, hoc est, qui primus aliquid, & præcipuus instituit, &c.

INVERECVNDE postulare. l. j. ff. de postulan.

INVERECVNDVM desiderium. uide Paul. in l. si & rem. ff. de petit. hæredit. Sp.

INVESTIGARE rationem nō solum dicimus: uerum etiam inuestigare eum, qui sese celare tentauerit. l. nō distinguemus. §. si arbiter. ff. de recep. Sp.

INVESTIMENTVM principalis domini in feudo requiritur. Plerunq; pro inuestimento traditur scipio aut fustis, quo genere & traditio olim ex causa emptionis fiebat, ut est in antiquo contractu emptionis: Tu Pascuti fuste illum inuestito. Tu Segniti illum manu capito. Helmoldus in historia Sclauorum. ut dominus meus accipiat uirgulam, & det in manum uestram pro signo inuestituræ. Cuia. obseruat. lib. 8. cap. 14.

INVESTITVRA cæremonialis (quam uulgò abusiuam uocant) qua dominus uti solet in concessione feudi, significat totam hominis conditionem transformari in fidem, & obsequium erga dominū. Siquidem Inuestire, à Vestio est, eleganti tropo seu figura denotās maximi fœderis ultro citroq́; cōtrahi negotiū, in quo nō sufficiat uulgare hōis officium exhibere, sed exigatur optima & animi & corporis uirtus. Quemadmodum ferè uestis habitu discernere solemus, qualis quisq; sit, eximiæ dignitatis, an plebeius. Quamobrem & Christus seruator noster, Amice, inquit, quomodo huc intrasti nō habens uestem nuptialem? hoc est, animum uera fide adornatum. Oldend.

INVESTITVRA enim, seu forma concedendi feudi est duplex: Impropria uel cæremonialis: & propria seu naturalis. Oldend.

INVESTITVRA impropria, ad præparationē solet his uerbis fieri, interueniente aliquo externæ cæremoniæ argumento: Inuestio te hoc annulo, ense, uel hasta, aut alia re pro consuetudine loci porrecta. Idq; præsentibus saltē duobus curialibus, quos Pares curiæ uocant. Aut si pares non habeat, coram duobus bonis uiris, ut breue testatum scribatur. c. j. in princip. Quid sit inuest. Principibus conceduntur regalia beneficia, uel renouatur inuestitura per Imperatorem porrecto uexillo Vnde dicuntur, Fanenlehen/ antiquo Saxonum uocabulo. Neq. uerò in re tanti momenti ociosæ sunt huiusmodi externę cæremoniæ, quarum fit mentio in c. Ex ore. De his, qui fiunt à maio. part capit. Et in c. ex literis. de consuetud. Hac autem Cæremoniali inuestitura nō traditur uera beneficij possessio, sicut nec per præparatoria

toria cuiuslibet rei fit res ipsa, sed præparatur. Veruntamen hunc habet effectum: ne dominus pœnitentia fortè ductus, possit mutare uoluntatem: sed omnibus modis teneatur possessionem rei corporalem & uacuam tradere: non audiendus etiamsi uelit soluere beneficiario id, quod eius interest. c.j.§. Si facta. Si de feud. defunct. cōtro. fit inter do. & adgnat. Vasal. Siquidem impropria inuestitura, aliquo modo, instar bonorum possessionis per iudicem decretæ (si perpendas) obtinet, quæ & ipsa non dat possessionem corporalem. Olden.

INVESTITVRA uera est, cùm traditur possessio rei beneficiariæ, idq; multis modis. I. Si præcedēs cæremonialis inuestitura fiat in ipso feudo, uel oculis subiecto. Argu. l. Clauibus. ff. de cōtrahēd. empt. & l. Quod meo. §. Si per uenditorem. ff. de acquir. possess. II. Si dominus impropriè inuestiendo, utatur uerbo tradendi, potest Vasallus propria autoritate ingredi possessionem uacuā, ut tradit Aluarottus in cap. j. Quid sit inuestit. Argum. l. Prædia. ff. de adquirend. possess. III. Si dominus coram Paribus Curiæ aut alijs honestis uiris iuberet beneficiarium ingredi possessionem feudi: alioquin non solennis iussus nihil efficeret. Sic conciliabis c.j. in princi. De consuetud. rect. feud. & c.j. Quib. mod. feud. constit. Accedit c.j.§.j. De natu. feud. c.j.§. final. Quid sit inuestit. IIII. Si beneficiarius per dominum ipsum, aut iussu eius per alium introducatur in possessionem feudi. Oldendorp.

INVETERARE, id est, ad uetustatem seruare, inquit Budæus.

INVETERATVM malum, pro antiquo.

INVETERATVM, & recens, contraria.

INVETERATA consuetudo cur pro lege meritò custodiatur, Iulianus eleganter declarat. l. de quibus causis. ff. de Legibus. Sp.

INVETERAVIT opinio, consuetudo. pro inoleuit, inualuit.

INVICEM se impedire, apud Iulianum, l. quoties. ff. de Vsufruct.

INVIOLABILITER, apud Haloandrū in §. instituto. l. pen. de legat. ij. quem uertit latinè. Quære, Non autem uolo.

IN VIRILES, id est, pro numero personarum. l. uirilis. ff. de Leg. præst. Alber.

INVITARE, prouocare ad bonorum possessionem, apud Vlp. in l. j. Vnde cognati.

INVITVS, qui per uim aliquid facit, non libenter, tergiuersans, contra uolūtatem, repugnans, coactus. Vide l. filius famil. ff. de Procur. l. inuit9. C. eod. l. inuitum. ff. de Seruit. urb. præd. l. in eo. §. j. ff. de Rit. nupt. & Barto. in d. l. inuitus. C. de Procurat. Sp.

INVITVM duobus modis accipimus, eum qui omnino non uult, & eum, qui coactus uult. l. Si metus. ff. de acquir hæred. adeò ut diuersa ratione dici possit quis idē uoluisse, & noluisse. In edicto de furtis & ui bonorum raptorum inuitus est is, qui omnino nō uult. In edicto uerò quod metus causa, is qui coactus uult. neq; enim uis hic pro rapina accipitur, ait Vlpian. in l. 1 ff. quod metus causa. Cuia. in Rubr. tit. ff. quod metus causa gestum erit. Hinc Inuita uxor, in l. Dotalem. ff. solut. matrim. teste Seneca in lib. 6. de benef. cap. 7. dicitur nō quæ non consentit, sed quæ contradicit. Cuiac. obser. lib. 2 cap. 34.

INVITVM in seruitutibus accipere debemus non solum eum, qui contradicit sed & eum qui non consentit. Ideo Pomp. li. 10. & infantem & furiosum inuitos rectè dici ait. non enim ad factum, sed ad ius seruitutis hæc uerba referuntur. quoad id quod factum est non contradicit, nisi qui id expressè facit. non autem is qui nihil dicit, & qui neq; agit, neq; negat. aliud est enim non consentire: aliud contradicere. At si ius seruitutum spectes, habetur non consentiens pro inuito, & contradicente, quia seruitus imponi non potest siue consensu. Nā seruitus, aut seruitutis libertas prædio ipsi hæret, ut neutrum tolli possit, si non adsit manifesta dominorum uoluntas: &c. Connan. lib. 4. cap. 9. nu. 14. &c.

INVLTVM crimen, de quo non est sumptū supplicium. l. quod euitandi. C. de cōdit. ob turp. caus. l. j. C. de his quibus ut indig. Sp.

INVMBRATA quies, pro latebrosa & ementita, Zasio teste, dixit eleganter Celsus, in l. quod meo. §. ij. de Acquir. possess. Huiusmodi habere dicuntur furiosi aliqui, in quibus sanitatis uestigium apparet, furore aliquando quiescente. Sp.

INVNDARE, propriè fluminum est, quæ dum undas suas latius emittunt, omnia deuastant. ut, inundatus ager. Instit. de Rer. diuis. §. Alia sanè causa est. Spiegelius.

INVNDANS aqua, Iurisconsulto in l. si quando. §. secundum. ff. Si seruit. uendic. Quoniā, inquit, damna inundantis aquæ latenter euenire solēt: & malle debemus inundationē auerti, quàm postmodū de dāni æstimatione litigare. Sp.

INVNDATIO fundi speciem non cōmutat. ibidem. ea tamen possessio amittitur. Nam ut Paulus ait ad fin. l. cum unus. de bon. aut. iud. possid. Si propter naturam rei, ueluti si prædium inundatum sit, aut propter latronum potentiam, non potest possideri, rectè dicitur, non esse quod possideatur. Sp.

IN VNIVERSVM, pro eo quod est generaliter. Spiegelius.

INVOCATIO brachij secularis dicitur, cum iudex ecclesiasticus inuocat gladium ciuilis magistratus, ut sentētiam eius exequatur. l. episcopale. C. de Episcop. audien. c. j. de offic. ordin. Vide Bart. in l. unica. ff. Si quis ius dicen. non obtemp. Sp.

INVOLARE, eripere, & secum auferre. l. 6. ff. de incend. rui. & naufr. & uide. C. de iis, qui pueros inuolant. Prat.

INVOLVNTARIVM est, quod per uim, uel per ignorantiam fit. Quod ergo neq; ui, neq; ignorāter fit, uoluntarium necessariò dicitur. Salom. de Voluntario & inuoluntario.

INVRERE, etiam est ita imprimere, ut deleri nequeat. ut stigma in armo equi inustū, aut in femore. Itaque inustum, quod ignito ferro impressum est, ut stigma fronti. Spieg.

INVTILE, pro perniciosum, & ab utilitate communi alienum. Vlpianus l. 1. §. 2. ff. de pos. Est enim inutile in caussis huiusmodi fidem frangere. Loquitur de ijs quæ incendij & ruinæ caussa deponuntur. Paulus l. 12. §. 1. ff. de admin. tut. nam & inutile est pupillis si administratio eorum non seruatur: nemine scilicet emēte. uide Duarenum lib. disp. anniuer. j. c. 11. Sic leges inutiles dicuntur Ciceroni, non quæ nō prosunt, & nullius sunt usus, sed quæ nocent patriæ. Et lib. 2. offic. Pub. Sulpitij eloquentiam accusatio illustrauit, cum seditiosum & inutilem ciuem C. Norbanum in iudicium uocauit. Inutilem pro pernicioso dixit. Connan. lib. 7. cap. 4. nu. 15. &c. Inutiles nuptiæ. uide Incestæ nuptiæ.

I O

IOCA, seriaq; conferre dicimur, quoties omnia nostra cum aliquo communicamus.

IOCOSVS, latinum est. Horat. Oderunt hilaré tristes, tristemq; iocosi. Iocundus non item.

IOCVM uocamus, quod est contrarium serio. Hinc ioci gratia facta obligatio, nó ualet. l. obligatio num substantia. ff. de Act. & oblig. Differt autem iocus à ludo, quòd ludus factis, iocus pręcipuè uerbis fieri dicatur. Spieg.

IOCVLATOR, uox non admodum proba, ut uolunt, locum apud Canonistas sortita est. c. cum de corem. ext. de Vit. & honest. cler. & eod. tit. c j. li. vj. Cicero tamen alicubi Ioculatoriam disputationem dixit, pro nec graui, nec seria. Sp.

IOTA, & Apex quid sit, in Ann. Noui Testa. Erasmus indicauit: super quibus, ut & Theologi nõnulli, lapsus est Archid. Sp.

I P

ΥΠΑΓΟΡΕΥΕΙΝ. uide infrà Nuncupare.

ΙΠΠΑΡΧΟΣ magister equitum. & ἱππαρχία præfectura, & quasi magisterium equitum. Quidam pro ala lxij. equitum accipiunt.

IPSA re, in l. fin. ff. de Eden. Inst. Quib. ex caus. maior. §. in fraudem.

IPSE dixit. usurpari solitum, quoties sententiæ rationem ignoramus uel defensionem à nobis ad ipsum autorem reijcimus. Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas. Spieg.

IPSI curandum, aptè tum conuenire uidetur, cum coniecturas sequi fas est, ubi nihil adfertur quod sequaris.

IPSI, pro integri, antiqua consuetudine. Paulus l. 66 ff. de uerb. oblig. Sed si ipsorum uiginti annorũ erit, non impedietur manumissio. Cicero ad Att. lib. 3. Ep. 21. Triginta dies erant ipsi, quum has dabam literas, per quos nullas à uobis acceperam. Hot.

IPSIS placet. His uerbis prouerbialiter significamus, causam nihil ad nos pertinere. Cætera Erasmus in Chiliadibus. Spieg.

IPSA die & sumere lugubria, & deponere, apud Vlpian. in l. genero. de his qui not. infam. Sp.

IPSO facto l. ult. C. Locat. Vide Bart. in l. j. ff. de His qui not. infam.

IPSO iure aliquid fieri, uel ope exceptionis, nihil interest. l. nihil interest. de Reg. iur. nempe quo ad effectum, consequendamq; ipsam rem. Sed quo ad alia, multum per omnem modum interest inter hæc duo. Vide post Bartol. in l. si mater. C. de Suis & legit. hær. Zas. in §. bonæ fidei. de Act. & Ferr. d. l. nihil interest, interpretantem. Bellonum capite decimo, li. j. supputat. Verba ipso iure intelligũtur, ait, sæpe, id est sine facto hominis. Sp. In primis animaduertendum est Ius Ciuile uetustius ueteres Iuriscõsultos ad differentiam iuris Prætorij ἰδιαζόντως ipsum Ius uocare solitos fuisse, qđ à paucissimis animaduersum esse scio. Prætor enim q iuris Ciuilis custos dicebatur, tollendi quidem, aut abrogandi ius ciuile & P. R. Leges ius nõ habebat l. 1. de fer. l. 1. ex quib. caus. ma. l. cum sponsus. de pub. sed interpretatio emendatioq; illa, quæ ex Bono & Aequo fit, quam Aristoteles ἐπανόρθωμα τοῦ νομίμου δικαίου uocat, ipsi permittebatur. l. ius autẽ. de iust. & iur. Quod igitur emendando illo ueteri Iure hoc modo statuerat, licet Ius diceretur, tamen quia legibus & iure ciuili erat inferius, & quasi uox quædam uiua, interpretatioq; iuris Ciuilis, Ius illud primariũ, ex quo Pretoriũ originem ducit, exprimere uolẽtes Iureconsulti, ipsum Ius appellarunt. Quod & Grecus auctor Harmenopulus apertè ostendit lib. 1. tit. 9. Sed & merum Ius, l. in caussa. de minor. aut strictũ. l. penul. de cõst. pec. uel Solenne, l. nec ex prętorio. de reg. iur. nonnunq̃ etiã Ius simpliciter, & sine adiunctiõe ab eisdem dici solet. l. ubicunq;. de fideiuss. unde Vlpianus interpretans Edictum de superficiebus, Seruitutes, inquit, l. 1. §. fin. de superf. prætorio quoq; Iure constituuntur, & ipsæ ad exemplum earum, quæ ipso iure constitutæ sunt, utilibus actionibus petuntur. Idẽ, l. 1. ff. qđ fal. tut. Si Prætor decreuerit ratũ se habiturũ, id quod his auctoribus gestũ est, tunc ualebit per Prætoris tuitionem, non ipso Iure. Idem. l. 1. quib. mod. usus f. amit. Parui refert, utrum Iure sit cõstitutus usufructus, an tuitione Prętoris. l. si usus fructus. ff. usufr. quemad. ca. Idem, Illud, sciendum, siue ipso Iure quis usumfructum habeat, siue per tuitionem Prætoris, nihilominus cogendum esse fructuarium cauere, aut actiones suscipere. Eodẽ pertinet quod Paul. lib. 3. ad Edictum scribit. l. si unus. §. pactus. de pact. prius pactum per posterius ipso Iure nõ elidi, sicut stipulatio tollitur per stipulationem. Nõ enim ut de stipulationibus, ita etiam de pactis conuentis quicquam Legibus Romanis unquam cautum fuisse legitur. Nam quæ lex (inquit Anneus Seneca) ad id præstandum nos, quod promisimus, alligat? Sed prætor æquitate motus, & Iuris Ciuilis asperitatem in ea parte corrigens, pacta tuetur. Valent ergo non ipso Iure, sed per tuitionem Prętoris Quare Langebecus non male interpretari uidetur Ipso iure fieri, quod iuris ac legis potestate & ui ita esse intelligitur. cap. 17. Variarum annotat.

IPSO iure consistere dicitur id, quod iure duodecim tabularum, aliarumq; populi R. legum cõsistit. Vlp. l. 9 §. 1. ff. de usuf. quem. cau. Illud sciendum est, siue iure ipso quis usumfructum habet, siue etiam per tuitionem Prætoris, &c. Paulus l. 9. §. 1. ff. de distract. pig. Quod in pignoribus dandis adijci solet, ut quo minus pignus uenisset, reliquum debitor redderet, superuacuum est: quia ipso iure ita se res habet, etiam non adiecto eo Caius l. 29. ff. de usu & usuf. Licet iure ciuili morte, & capitis diminutione ex persona legatarij pereat usus fructus, quòd huic ipso iure acquisitus est: tamen Prætor iurisdictione sua id agere debet, &c. Vlpian. l. 1. in fi. ff. Quod falsi tut. auct. Tunc enim ualebit per Prętoris tuitionem, non ipso iure. Item apud eũdem in l. 1. in fi. ff. de exercit. act. & l. 17. in fi. ff. pro socio. l. 1. §. ult. ff. de superfic. Hotomannus.

IPSO iure dotem minui Imperator scribit in §. pręterea Inst. de act. quasi dicat per se, & sine repetitionis auxilio. id quod intelligitur ex l. uoluptariæ. ff. de impens. in reb. dot. fact. Hot.

IPSO iure, non simpliciter significat Iure ciuili: sed definitè Iure duodecim tabularum. nam Ius ciuile nõ modò pro eo iure ponitur, sed & pro Iurisprudẽtium inuentis. Papinianus l. 49. §. 1. ff. de fideiuss. Habeat quidem decem, quę ipso iure non debuit, cõdictionem. Hotoman.

IPSO iure actionem non habemus, quam Ius nominatim negat. Habet enim emphasin IPSO, hoc est, expressionem alicuius latentis rei: scilicet, quando summa iuris autoritas, sola sic obstat postulanti, ut nullo sit opus adminiculo defendendi reo conuento. Actionem itaq; (ut crassius dicam) ipso iure non habet, qui negotium in iudicio proponit, cuius nomine ius nunquam introduxit actionem, neq; æquitas. Idq́ue uel ratione personarum. l. Lis nulla. ff. de iudic. Vel rerum. l. j. §. Idem Pomponius ait. ff. de dol. mal. l. Non idcirco. Cod. de rescind. uend. Oldendorpius.

IPSO iure nullum dicitur id, quod nulla iuris ratione subsistit. Vt sententia contra ius expressim dicta, quæ sine appellatione rescinditur. Huc pertinet phrasis, Nihil agitur, Nullius momenti est, & similes. l. penult. & l. ult. ff. quæ senten. sin. appel. rescin. l. si expressum. ff. de appel. Old.

IPSVM, pro res ipsa de qua agimus, apud Ciceronem. Interdum emphasim habet demonstratiuam, ut apud Pomponium in §. deinde. quia necessitas ipsa, inquit, curam reipub. ad senatum deduxit. l. poster. de orig. iur. Quippe nullus hominum, sed duntaxat necessitas, quæ contradictionem non admittit, ansam dedit S. C. paulatim instituendis. Solet enim, ut egregiè dicit Oldend. multa nos uel inuitos docere necessitas, sicut & exitus stultorum magister. Spieg.

I R

IRA, de causa est: Iracundia, de uitio multum irascentis, siue de moribus. autor Donatus. Iram flecti clementia, dicit Alexander in l. in ipsius. C. famil. erciscund. De iracundis not. ff. de ædil. edic. l. j. §. fin. Et iratum, hoc est, ira commotum iudicem, non esse timendum pro debitis publicis, Constantinus sanciuit. l. ij. C. de exact. trib. lib. 10.

IRE agere, coniunctim in libris nostris crebrò legimus, pro disiunctim. aliud enim est Ire, aliud Agere. Ire, hominis est: Agere iumenti. Qui actum habet, iter habet: at non contrà. Ergo Ire, Agere, passim coniunguntur, ut tres seruitutes compendio sermonis comprehendantur, Iter, uia, & actus. nam sub uerbo AGERE, tacitè quoque VEHERE comprehenditur. cuius rei ratio hæc est: quia qui uehiculum ducit, iumentum, id est uel equum uel bouem: qui uehem trahit, agit. unde lex in XII. Si uia sit immunita, qua uolet iumētum agito. quare cui agendi ius absolutè concessum est, ei non modò armentum aut gregem, uerumetiam uehiculum agendi facultas permissa intelligitur. uide Iter. Hot.

IRE etiam & ambulare seiunguntur in l. 1. ff. de seruit. rustic. Hac nimirum differentia quòd qui it, porrò pergit, & ulterius progreditur: Qui uerò ambulat, spatijs factis in sua uestigia sæpius recurrit & regreditur. Cæterùm qui sella uel lectica uehitur, ire non agere dicitur. l. 7. ff. de seruit. rustic. Inde iter seruitus rusticorum prædiorum: quam nostri definiūt ius eundi, ambulandi hominis. l. 1. ff. de seruit. rustic. Iter enim est, quo quis pedes uel eques commeare potest. l. 12. ff. eod. Cuius latitudo certa & determinata non est, sed prout demonstrata est, uel ab arbitro definita, ita seruatur. l. 13. §. latitudo. eod. Briss.

IRE in duplum, sponsionem dupli facere. Cicero pro Flacco, Frater meus pro sua æquitate prudentiaque decreuit, ut si iudicatum negaret, in duplum iret. Hotomann.

IRE ad iudicem, ob reuerentiā dicitur is, qui administrationem iustitiæ desiderat humiliter à iudice, tanquā à uera lege & sacrosancta iustitia. Sic accipe tit. de quibus reb. ad eund iud. eatur.

IRE in creditum. Vide, Credere.

IRE in ius: quære, Venire ad iudicium. Sp.

IRE in bona alicuius dicuntur, qui in eorum possessionem a magistratu mittuntur. l. 3. §. ult. & l. ult. in fin. ff. de lib. hom. exhib. Et ire in possessionem. l. 30. §. item cùm Prætor. ff. de adquir. poss. l. 3. §. pen. ff. de iureiur. Briss. Differunt uerò manifestè ire in possessionem, uel esse in possessione, & possidere: ut apertè Prætor notat hoc discrimē in edicto. quib. ex causis in possess. eatur. & repetit Vlpianus l. 15. §. 10. ff. de damn. infect. Non statim (inquiens) ubi misit Prætor in possessionem etiam possidere iubet: sed tunc demum cum iusta causa uidebitur. Ergo interuallum aliquod debebit intercedere, quod aut pro derelicto ædes longo silentio dominus uideatur habuisse, aut misso in possessionem, & aliquandiu immorato, nemo caueat, &c.

IRENARCHA. Duplex in iuris libris inuenitur significatio irenarchi: Vna est, ut irenarcha dicatur, qui disciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur, & præsertim, ut itinerantibus pax, & securitas conseruetur, inuigilat. l. munerum ciuiliū. §. irenarchæ. ff. de muner. & honorib. l. D. Adrianus. ff. de custod. & exhibit. reorū. Et hic mihi esse uidetur, quem uulgò dicimus præpositū Marescalorum. Hæc enim sunt uerba Martiani iureconsulti: in d. l. D. Adrianus. Eirenarchæ, cum apprehenderint latrones, interrogent eos de socijs, & receptatoribus, & interrogationes literis inclusas atque obsignatas ad magistratum mittant. Igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi sunt, & si per literas missi fuerint, uel etiam per irenarchas perducti. Hæc ille. Altera est significatio irenarchę, ut dicatur is, qui ad tollendas discordias, & pacandos ciuiū animos, in ciuitate præficitur. Græci enim εἰρήνην pacem uocant, ἀρχὴν præfectum aut principem uocant. Et hoc modo accipitur Cod. in tit. De irenarchis. Et hic olim præfectus urbis dicebatur, quantum assequor. ex l. j. ff. de offic. præf. urb. Non malè omnino huiusmodi irenarcha diceretur pro eo, quem capitaneū urbis etiam hodie uocamus. Nam & huius officium est, ciues alioquin digladiaturos ad concordiam reducere, de eorum querelis cognoscere, urbē aduersus hostiles incursus tueri, excubias, ciuibus imperare, & alia huiusmodi similia, aut non longè distantia ab irenarchæ cura, officio & dignitate. Anchora.

IRENARCHAE olim creabantur periculo decurionum & ex dispositione præsidū, l. j. de Irenarchis C. lib. 10. & in l. diuus. ff. de custo. reo. ita definiūtur: εἰρηνάρχαι οἱ τῆς τῶν δήμων εὐταξίας ἐπιστατοῦντες Cuia. l. super creandis. C. de iur. fisc. lib. 10. Sunt autem, ut opinor, Irenarchæ dicti ἀπὸ τῦ ἄρχειν τῆς εἰρήνης. Idem Cuia. obseruat. lib. 1. capit. 33. Irenarcham l. fin. 4. uocat φύλακα τῆς εἰρήνης. leges Gottorum pacis adsertorem, de quo est titulus lib. 10. Cod. l. ultim. §. irenarchæ. ff. de mun. & honor. Idem Cuiacius obseruation. lib. nono, capit. 35. in fin.

IRINVM, à Pompon. tit. de aur. & arg. leg. l. in argento. inter unguētorum species refertur. §. unguētis legatis. de cuius confectione uide apud Dioscoridem. Hunc §. quia mendis scatet, Baysius in de Vasculis emendauit. Spieg.

IRONIAM, quam Latini dissimulationem nominant, est & quandoq; reperire, cum uerba oppositū eius indicant, quod nos reuera sentimus, Vt cum lex: Pater, inquit, filium exhæredauit. l. cum quidā. C. de legat. maximam scilicet ad illum affectionem ostentans. Ex Alciato lib. 4. de uerbor. signif. Indicat & Albericus exēpla similia. Extat & nobile quidem teste Haloādro in l. Ofidius. de legat. 3. ubi Imperator obliquè perstringit actoris illius impudicā auaritiam. Spiegel.

IRONICA locutio nō habet consensum: ut si offerenti ridiculū emptori precium, aut si id uoluerit expectari, dicat uēditor: Age, cras redi, morgen gibt man zu borgenn. quasi dicatur, nunquā. Sic & quæ ioci causa, uel docendi gratia proferūtur, extra obligatorium sunt consensum. l. obligationum substan-

tia.§.ultimo.ff.de Action.& obligation.Sp.

IRREVERENS miles punitur.l.milites agrũ.§. irreuerens.ff.de Re militari.Sp.

IRRIGARE,id est,adaquare, & quasi riuos in agrum aut hortum, per rigationem uel rigando deducere.l.j.§.idem Labeo. ff.de Aqu.quot.& æstiu.Sp.

IRRIGVAE fontium aquæ.l.j.C.de Municip.& colon.patrim.lib xj.Alberic.

IRRIGVA loca, per quæ aqua riuos producit ad irrigandum.Papinian.in l.diuortio.Solut.matrim. Si bis in anno fructus capiantur, ut est in locis irriguis.Spiegelius.

IRRITARE, non ratum esse uelle, uel ostendere, uel facere.l.j.ff.de Ferijs.Ab irruo frequentatiuũ, incitare, prouocareq; significat.ut irritare canem in l.item Mela.§. item cum eo. ff.ad Leg.Aquil.

IRRITA pœnę, in cassũ rogatę, ad nihilũ redactę.

IRRITAE preces, uanæ, & quæ principis aures surdas offendunt.

IRRITVM dicitur, quod effectu firmum nõ est. xj.quæst.iiij.c.irritam.

IRRITVM testamentum. Tria sunt uitia, quibus testamenta omnino infirmantur, uitium scilicet iniusti, rupti, & irriti. Quanuis autẽ possimus & quod irritum est, ruptum uocare: & quod ruptum est, irritum, & quod iniustum est, aut ruptum, aut irritum: atque ijs nominibus plerunque sine differentia utamur, commodius tamen uisum est, singulas causas singulis appellationibus distinguere: ideo quædam nõ iure facta dicuntur, quędam iure facta rumpi, uel irrita fieri.§.alio autem modo.quib.mo.test.infir.Instit.2. Quid iniustum, quidue ruptum sit testamentum, suis locis diximus. Cæterum, irritum illud est testamentum, quod, cum iure factum esset, duobus maximẽ modis redditur inutile: Priori, si ex eo testamento non adeatur hæreditas. l.j. de iniusto, rupto, & irrito testam.ff. Tristissimum enim illud in iure est, non adita ex testamento hæreditate, omnia, quæ in eo scripta sunt, corruere. Altero, si is, qui fecit testamentum, capite deminutus sit: dicto §. alio autem modo. siue maximam, siue mediam, siue minimam capitis passus sit deminutionem. quarum exempla uidere licebit ex titulo, De capitis deminut. Institutionib.2. Anchor. Connan.lib.10. cap.4. nu.4.& uide Iniustum testamentum.

IRROGARE, pro infligere. Vlpian.in fin.l.pen. de Calumniat. Pro modo, ait, delicti pœnam irroget. Sic dicitur irrogata deportatio, in l. si debitori. ff.de Fideiuss.Spieg.

IRROGARE leges, pro constituere.

IRROGARE mulctam, idem quod dicere mulctam, autore Budæo.C.de Vsur.Fiscal.lib.x. Inst.de Publ.iud.§.penul. Quære, Mulctam irrogare.Sp.

IRROGARE priuilegia. est quod uulgus priuilegiare uocat.

IRROGARE, id est, inferre, ut in tit.C.ex quib9 causis infam. irroget.Io.Bello.Etymo.

IRROGASSIT, antiquũ uerbũ, pro quo apud Ciceronẽ in Legib. corruptẽ legitur Interrogassit.

IRRVPTIO, impetus, incursio. Vnde irruptionem facere, ein angriff thun.

I S

IS qui per partem itineris it, totum ius usurpare uidetur. Paul. ait l. si stillicidij. Quemad. seruit. amit.Spiegelius.

ISSAVRORVM fit mentio in l.ult.C. de ferijs. l.ult.C.ad leg.Iul.de ui pub. l. ult. de quæstionib. Hi infami latrocinio iá inde à priscis tẽporib. nobilitati sunt, ut Dio libro lv. ostendit [Greek] inquit, [Greek]. Confirmat & Ammia. Marcellin. lib. xiiij. Namq; & Isauri, ait, quibus usitatum est sæpe pacari sæpeq; inopinis excursibus cuncta miscere, ex latrocinijs occultis alente impunitate adolescentem in peius audaciam ad bella grauia proruperũt. Eorum furta & latrocinia, quibus finitimos adfligebant, idem auctor lib.xix. memorat. Quamobrem à Zonara, [Greek] meritò appellantur.Bris.

ISAVROS ad l.prouinciarum C.de ferijs Græci interpretantur [Greek]. Apud Nicetam [Greek] sunt piratæ, & ita uulgò hodie appellantur. Cuia.in [Greek] de diuers.temp.præscrip.& term.cap.11.de dieb.40. Probus Imperator, ut de illo Flauius Vopiscus refert, dixit, facilius esse ex Isauria latrones arceri, quàm tolli, uoluitq;, ut Isaurorum filij ab anno decimo octauo in militiam mitterentur, ne antè latrocinari discerent, quàm militare. Eius etiam prouinciæ fit mentio in l.2. de mil. uest.lib.12.C. Isaurorum & Buccellatorum in l.fi.C. de ui publ.& Alcia.lib.3.dispunctionum.cap.20.Forcat.Necyomantiæ dial.97.nu.12.

ISAZON, paritas, par utriusque ratio. Vlpianus l. 13.ff.de stip.ser. At hic [Greek] corrumpit stipulationem. Loquitur de duobus dominis, quorum seruus sub disiunctione ijs stipulatus erat: quos pares esse ait inter se, quia uterq; capax erat obligationis: quũ unus dominus & extraneus adiectus pares non sint.Hotomannus.

[Greek] ISAZON, in plerisq; causis rem totam uitiat & corrumpit l.3.de stip. ser. ijs prætertim, quæ nisi uel uni acquiri uel geri per unum non possunt. Est autẽ [Greek] par caussa & æquale ius eorum, quos casus aut ratio iuris, ad eandem rem cõcursum iungit. Nimirum [Greek] id ualet æquare, sicut & [Greek] nã [Greek] utrunq; uenit. Hinc tractari potest, si socios aut hæredes, quibus operam meam & studium, certa annui honorarij lege addixi, ijs aliqua ut solet, uel simultas inter se committat: quid mihi in tali re agẽdum sit. Pleriq; nostrum, gratificationi, ut apud Scæuolam est, locum faciunt.l. fi. de religio. Nam illud durius ac parum humanum esse, ut qui, cum duob9 non posset adesse, unum elegit, cui adesset: crimen ab eo electione contractum esse credamus. Et meritò, si circa communem rem ea quæstio nõ uertatur: nec enim ut socio, uel hæredis sed tanquam [Greek] & quasi cuilibet, intelligendus sum adesse, quod sine dubio ad honorarij legem, non pertinet. Sed & in lite, quæ communem rem tangit, ideo in honorarij legem uideri possum nõ peccare: quod inter alia, quæ tacita quadam exceptione (ut Celsus tradidit, l.si cui deseruiui) in omni sermone intelligunt esse exẽpta, & persona eius cum quo res geritur, pro excepta esse soleat.gl.l.planè quod cuiuſ. uni. no. Eo accedit, quod ratio iuris, (ut Prisco uidetur.l.eum qui de usucap.) nõ admittit, ut singuli, quos omnes uniuersitatis nomen continet, nisi per artes solutæ uniuersitatis, ac sublata pro tempore [Greek] eius, intelligantur. Quid ergo, si singulis quoq; non tantũ utiq; ea conuentione operam meam promisi? Sed & hic (dicet aliquis) [Greek] omnem obligationem discutit, ut quia utriq; non possum adesse, cum tamen uterq; & obligationis sit capax, & agere ex cõuentione uelit, ne alteri quidem obligatione ulla tenear.l.1. in fin. & l.2. de stip.seruo. Nisi si tutius est, ut in ea uel simili re, neutrum uel urgeam, uel leuẽ: sed uelut mediũ me ferã, & utiq; ęquus ex pari, quiescam.

scá Nam propius est, ut in specie eius exempli, quod retuli, duo sint precepta, unum ut operam illis: alterum, ne aduersus eos dē. Quapropter, ut me τὸ ἕτερον illud ab eo liberet, ut ipsis dem operam: non tamen ab eo me liberat, ne aduersus eos dem. Præsertim cū admodū dispar sit, omisso & facto peccantis caussa. Curt. lib. 1. εἰκότων cap. 20.

ISONOMIA id est, æquabilis bonorum honorumq; distributio, in qua omnia omnib. paria ac demēsa respondēt. Bud. in l. ius ciuile. de iust. & iur. Sp.

ISOTELES dicitur, qui ijsdem legib. cum ciuib. uiuit. ἰσοτελεῖς erant Athenis, nec ciues, nec μέτοικοι, sed ciuili iure inhabitantes. Sp.

ISOSTATES, æqualitatis recognitor. nam ἴσος, æqualis. C. de Pond. & aur. illat. l. quoties. Quoties, inquit, de qualitate solidorū orta fuerit disputatio, placet, quem sermo Græcus appellat Isostaten, pro sua fide & industria, ut neq; fallat, neq; fallatur, contentionem dirimere. Nebris.

ISTHMUS, propriè, ut Bud. scribit, collum significat: à cuius similitudine terra oblonga & angusta inter duo maria, Isthmos etiam dicitur. Cui Porthmos, id est, fretum opponitur, maris scilicet inter duos continentes angustiæ. Sic autem Isthmus à latiore terra protinus gracilescit, ut ceruix à corporis cōpage deductior eminet. Paul. in l. pen. de Seruitut. rust. præd. iuxta Haloandri (quæ ubiq; lucidior est) uersionem. l. Titius ait, C. Seio fratri S.P. De aqua fluente in fontem, quem pater meus in Isthmo instruxit, do, concedoq; tibi gratuito digitū, siue ad domum, quam in Isthmo tenes, siue quocunq; tandem uolueris. Sp.

ISTIUSMODI, id est, istius formæ & speciei, (uel talis. Sp.

I T

ITA, regulariter ponitur pro sic, modumque denotat. Exempla indicat Alberic. Est tamen reperire, ubi conditionem facit, ut docet Gloss. in l. Iulianus. ff. de Condit. & demonst. Sp.

ITER fieri, non est reficere, uel cōstituere uiam, sed exhiberi seruitutē itineris. quo nomine ista sunt paria: Iter fieri, uel non fieri, Quo minus ire, agere liceat: nisi quòd primum est concisius, alterum uerò explicatius. Zasius in. §. Cato. quod doct. non intellexerint hunc ornatum loquendi modum, ostendit eos in magnum errorem incidisse. Sp.

ITA nati, pro ad hoc: qđ barbari, ad eú finē dicūt.

ITA ut est, in l. quæsitum. §. peto. & l. qui habebat. ff. de leg. 3. Barbare uulgò dicitur, Vt de facto est. Sp.

ITA uti, ita demum, ita tamen, regulariter uerba præcedentia coarctant. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebell. l. libertas. §. ij. ff de Manū test. cū simil.

ITEM, hæc dictio inducit repetitionem præcedētis qualitatis. not. Bart. in l. repetendis. ff. de lega. iii. Io. Bello. Etymol.

ITER, ab eundo dictum est, & est ius eundi hominis. Actus, ab agendo: unde ius iumentum agendi, actus est. Via, à uehēdo: & ideo ius in se cōtinet etiā uehiculū ducēdi. Semita, semis uia, per quā scilicet incedūt homines strictiori itinere. Alciat. de uer. sig.

ITER, est ius eundi ambulandi hominis. non etiam iumentum agendi uel uehiculum. Gerechtigkeyt zu gehen durch ein felt oder acker. Modest. in l. inter Actū. ff de seruitutib. prēd. rustic. Iter est enim, inquit, quo quis pedes uel eques commeare potest.

ITER intempestiuē facere. Vide, Iaculantes.

ITER agentes pro uiatoribus. l. un. in fin. ff. furti aduers. naut.

ITER aquæ in l. pen. ff. si seruit. uindic. l. 16. in fi. & l. 16. ff. quemadm. seru. amitt. l. ulti. ff. de aqua cottid. l. 19. §. ul. ff. cō. diuid. l. 40. §. 1. ff. de cōtr. emp. Bris.

ITER dari, & iter fieri. De istis duabus stipulationibus uide Cuia. ad l. 2. ff de uerb. obl. § Itē si in facto.

ITERATIONE fiebat ciuis Rom qui post Latinitatem, quam acceperat maior xxx. annorum iterum iustè manumittebatur ab eo cuius ex iure Quiritium seruus fuerat. Vlpia. in Instit. titul. iij. Ex quo interpretatione recipiūt hęc Iustiniani Nou. lxxviij. uerba: καὶ τὰς κατὰ τὰ τοῦ ... Bris.

ITINERI unius diei xx. millia passuum cōputātur, ita tamen, ut si post hanc dinumerationē minus, quàm xx. millia supersint, integrū nihilominus diē occupent. l. 1. ff. si qs caution. l. 2 §. præsens. ff. quis ordo in bonor. possess. l. 13. ff. de uerborum significatione. §. qui excusare. Institution. de excus. tutor. Bris.

ITERUM, duas habet significationes: uno etenim modo significat δεύτερον, hoc est, secūdū: altero πάλιν, h. est, sępiꝰ. Autor Paulꝰ in l. ueluti. ff. de Edēdo. Sp.

I V

IUBAR propriè stella quę ante solis ortū lucifer, post solis occasum uesper appellatur, uel quod iubata appareat, uel ut Festus ait, splēdor eius diffundat, in modū iubæ Leonis, radios. Iuba uerò crines sunt animaliū à collo pendentes. At per metonymiā pro splēdore lucis accipitur. Drosæus in methodo iuris.

IUBERE, Latinis non tam mandantis est & imperantis plærunq; , quàm promittentis & reddentis securū, ut apud Ciceronem: Iubeo te sine cura esse, ualde iubeo gaudere te uel bene sperare, id est in me recipio causam nō esse cur sis sollicitus, cur non gaudere & sperare debeas. Quod uerò idē sępe dicit, illū salutaui, & iussi ualere, hunc iube ualere, aliunde natū est, & aliā habet significationē. quandoquidē nec imperātis est, nec promittētis: cū nemo salutē alicui aut ualetudinē possit promittere, sed potius optantis Quia uerò solemus imperandi uerbis ea in re uti (sic enim loquimur, uale, salue) ideo usurpatum est hoc loquendi genus. Connan. lib. 6. cap. 6. nu. 1.

IUDÆI à Iuda filio Iacob dicti sunt, qui fuit unus ex duodecim patriarchis: quia de stirpe eius regnū eius ueniebat Iudęis, de quibus in Rubr. C. de Iud. & extra eod. tit. Io. Bello. Etymol.

IUDEX dicitur, quasi ius dicēs populo, siue quòd iure disceptet. Iure autē disceptare, est iudicare. Et iudex est, qui iurisdictione propria, aut sibi delegata & commissa, ius habet super causas litigiorū cognoscendi. Et qui ex propria iurisdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius: qui uerò ex delegata, dicitur delegatus, extraordinarius. Interdū impropriè ponitur. l. pen. ff. de Arbitr. Dicitur & iudex animatum ius, mesodicus aūt græcè quasi mediarius latinè, à medio & iure cōposito uocabulo. Quoniā qui medium consequitur, is ius suum obtinere uidetur. Vide Budæum in l. ius Ciuile. de Iust. & iure. Sp.

IUDEX. Iudicis nomen in titulo, Vt omnes iudices, &c. lib. 1. Cod. omnes comprehendit dignitates, Itaque, iudices illic, hoc est, prę sides, proconsules, rectores prouinciarum, & cæteri id genus. Et hi, maxime iudex & arbiter, licèt capite punirentur, quādo ob sententiam dicendam pecuniam acceperant, ut uoluit lex hæc XII. TABUL. IUDICEM, arbitrūúe iure datum, qui ob rem dicendam accepisse pecuniā conuictus est, capite punito. tamen alias pœnas posteri legulatores iudicib. iniquis imposuerūt. Nā iudex, qui in causa pecuniaria numos, uel promissionē suscipit, ex Iustiniani cōstitutione dati triplo, &

promissi simplo, amissa dignitate, mulctatur. In causa uero criminali, perditis omnib. bonis, in exilium mittitur. At iudex precio, aut sorde aliqua perperá iudicás, Cõstantini sanctione uerá litis ęstimationé præstat, & secundũ Martianũ, Marcellumq;. & alios lege Iulia repetundarũ extra ordinẽ, & ex lege Cornelia de falsis. deportatione, & omniũ bonorũ publicatione, aliisq; modis, punitur. Quòd si iudex per imprudentiá peccaret, in quantũ de ea re ęquũ religioni iudicátis uisum fuerit, Caij respõso & authoritate Iustin. pœná p actioné in factũ sustinet. Ancho. Hinc Iudex litẽ suá facere intelligitur, cũ dolo malo in fraudẽ legis sentẽtiá dixerit. Dolo auté malo hoc facere uidetur, si euidés eius arguatur sententia, uel gratia, uel inimicitia, uel etiá sordes, ut uerá æstimationé litis præstare cogatur. l. si filius ff. de Iudicijs.

IVDEX ORDINARIVS si inutiliter iudicauit, potest iterũ iudicare utiliter, nõ etiá iudex delegatus, ut no. in l. posteaq̃ iudex. & ibi gl. & Dd. ff. de re iudic. & in l. si ut pponis, la. 1. & ibi Bal. col. 3. uers. 2. op. & uers. itẽ Iurisdictio. C. quomo. & q̃n. iud. & in l. qualẽ, in fi. ff. de arbitr. & in l. absentẽ, ff. de pœnis & in c. cũ terra. de electio. & in c. significasti, de offic. iud. deleg. & per Innoc. in c. in literis. col. 1. & ibi quoque Io. Andr. in uerbo fruct9, eo. tit. Io. Mona. in c. cũ expediat, col. 1. uer. itẽ q facit, de electio. lib. 6. & in c. si tibi, ad fi. de præbend. li. 6. & Dd. ubiq;: ut annotauit Tiraquell9 in l. Boues. §. hoc sermone. ff. de uerbor. signif. limit. 1. nu. 40.

IVDEX in priuatis caussis dicitur, ciuis aliquis priuat9, cui Prętor ex reorũ cõsensu de lite cognoscẽdi, sententiáq; ex formulæ præscripto pronũciandi potestatẽ dedit. Cicero in Cluentiana, Neminẽ uoluerunt maiores nostri nõ modò de existimatione cuiusquá, sed ne pecuniaria q̃dem de re minima esse iudicẽ, nisi q inter aduersarios conuenisset. ubi fortasse QVEM pro QVI scribendũ fuit. Priuatus aũt dixi, quia dari q cũ imperio uel potestate erát, iudices nõ poterát: ut ex Verrina 2. cõstat. Quod aũt de cõsensu dixim9, nõ est cõtrariũ ei quod scribit Pomponius in l. si in iudicis, 80. ff. de iudic. ibi enim conuentio intelligitur, quũ ipsi rei antequá in ius uentũ esset, certũ iudicẽ elegissent. Vtriusq; aũt cõsensum requiri dixi propter l. obseruádũ, 47. ff. de iudic. Vbi Callistratus scribit, obseruandũ esse, ne is iudex detur, qué altera pars nominatim petat. Dixi De lite cognoscẽdi: quoniá iudex alia de re q̃ quę nominatim in iudiciũ à Prætore deducta est, cognoscere non potest. l. ut fundus, 18. ff. comm. diuid. ubi Iauolen. ait, ultra id quod in iudiciũ deductũ est, excedere potestatẽ iudicis nõ posse. Itaq; neq; ea quæ ante, neq; ea quæ post acceptũ iudiciũ euenerũt, ad eius officiũ pertinent. l. ædiles, 25. §. sciendũ, 4. ff. de ędil. edic. l. nõ potest, 23. De iudic. Postquá aũt semel sententiá dixit, iudex esse desinit. ná seu bene seu malè dixerit, officio suo funct9 est. l. iudex, 55 De re iudic. Quid enim pertinet ad officiũ iudicis futuri temporis tractatus? ait Paulus, in l. 1. ff. de usur. Eius porrò sentẽtiá exequebatur is magistratus qui eũ dederat. l. à diuo Pio, 15. ff. de re iudic. Hot.

IVDEX à græco uerbo δικάζω & postea hinc etiá illa antiqua, dicitur in imo, & dicis causa, & addictus. Δίκη etiam hinc dicitur, id est iustitia aut iudicium, uel iudicalis actio. & δίκαιον ius [uel iustum: quod nomen Latinis pro eo quandoque ponitur, & quod perfectum est, & omnibus suis numeris absolutum: uelut cum Vlpianus scribit Testamentum esse iustam defuncti sententiam, id est legum regulis congruentem, sic ut nullum solenne iuris omissum sit aut neglectum. Connanus libro septimo, capitulo 3. numero 2.

IVDEX & arbiter inter se multis in rebus & similes, & dissimiles sunt. nam ut ex utriusque consensu iudex dandus est, sic etiam arbitr. l. litigatores, 11. §. 3. ff. de arbitr. Vterque minor annis XX. esse non potest. l. cum leg. 4. eod. Vterque præterea de re sola de qua lis contestata erat, cognoscebat. l. ut fundus, 18. Comm. diuid. l. non distinguemus, 32. in fin. l. de his rebus, 46. De arbit. uterque sententia dicta uel iudex, uel arbiter esse desinebat, l. qualẽ, 19. ff. de arbit. utriusque sententiam Prætores exequebantur. l. à diuo Pio, 15. De re iudic. si tres dati sint, duorum consensus absente tertio non ualet. Litem si, 17. in fi. & l. seq. De arbit. Vterque incertam sententiam inutiliter pronunciat. l. quid tamen, 21. eod. utriusque sententiæ quamuis iniustæ parendum est. l. diem, 27. eodem. Cuia. Not. ad 4. libr. Instit. tit. de act. in princ. duplicem facit inter Iudices & arbitros differentiam. Iudices, inquit, adduntur actionib. strictis, Arbitri actionibus bonæ fidei & arbitrarijs: Illi ex formula, hi ex bono & ęquo iudicát, sic in l. à Diuo Pio ff. de re iud. l. 7. ff. ad l. Iul. repetund. Differũt aũt in eo. quòd is, qui propriè iudex appellatur, ad certam Prætoris formulam astrictus est: in eaque ipsa uerba quibus Prætor usus est, proferre sententiam debet. Arbiter autem est, qui totius rei habet arbitrium & facultatem: ut Festus & Donatus scribunt. Itaque qualem sententiam ferat, Prætoris nihil interest. dicta l. qualem, De arbitr. Iudex, si conuenerit inter litigatores quid pronuncietur, eiusmodi sententiam proferre potest. l. si conuenerit, 26. De re iud. at si sic fuit in arbitrum compromissum, ut certam sententiam dicat, nullum est arbitrium. d. l. qualem, De arb. Iudex, ut antea dicebamus, priuatus esse debet: arbiter autem etiam qui cum imperio est dari potest. l. 2. & 3. De arbit. Ignominiosus iudex esse non potest. l. cùm Prætor, 12. De iud. arbiter potest. l. Pedius, 7. ff. De arbitr. Iudicis sententię propter Prætoris imperium parendum est: arbitri uerò propter compromissum. l. 1. & pass. eod. Atque hæc quidem hactenus de ijs arbitris, qui Compromissarij appellantur, de quibus pleni sunt Pandectarum & Codicis libri. Intelligendum est autem aliud præterea Arbitrorum genus esse, qui usque eo iudicum similes sunt, ut internosci uix, ac ne uix quidem possint. Hinc in formulis illud usitatum, Iudicem siue arbitrum dicere oportet. Cicero in Muræn. Tot homines per tot ætates constituere nondum potuisse, utrum iudicem an arbitrum dici oporteret. Ii uerò erant qui bonæ fidei & arbitrarijs iudicijs adhibebantur. nam qui stricti iuris iudiciũ exercebant, quoniá ad certá formulam adstringebátur, arbitri dici non poterant. Quibus uerò liberam atque infinitam potestatem Prætor permittebat de re controuersa ex æquo & bono arbitratu suo disceptandi, ij Arbitrorum erant simillimi, eoque nomine appellabantur: quemadmodum in Quintianæ comment. exposuimus. Hot.

IVDEX appellationis. Papinianus: Qui prouocauit, ait, pactus est, intra diem certum pecunia, quã trásegerat, non soluta, iudicatis se satis facturum. Iudex appellationis nullo alio de principali causa discusso, iustam conuentionem, ueluti confessi, sequetur. l. tale pactum. §. j. ff. de Pact. Sp.

IVDEX boni & innocentis uiri officio fungi debet, cuius primæ partes sunt curare, ut lites sine calumnia

lumnia procedant. Vlpianus in l. cæteræ. ff. famil. ercisc. Et in l. si extraneus. ff. de iur. dot. Old.

IVDEX conscientiam suam ex manifesta rei ueritate natam, sequi debet: imò, nõ habet quod tutius sequatur in omni re. Et medius fidius qui tradunt duplicem in Iudice conscientiam, nihil aliud docẽt, quàm ipsam fallendi artem, & æquitatis euersionẽ. Oldendorpius.

IVDEX non competens, idem qui non suus. Notus est apud Iustinianum titulus: Si non à comp. iudic. esse dicatur. Spieg.

IVDEX, iustitiæ antistes. Hunc uerò seu iustitiæ antistitem, oportet esse grauem, sanctum, seuerũ, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos nocentesq; immisericordem, atque inexorabilem, erectumq;, & arduum, & potentẽ, ui & maiestate æquitatis ueritatisq; terrificum, ut ait idem Budæus in l. iustitia. de iust. & iur.

IVDEX limitaneus, qui habet limitatam iurisdictionem. ut Argentorati senatus minor, qui iudicat usq; ad summam sexcentorum florenorum, & intra eam summam, non ultra. Vide Zasium in l. quidam existimarunt. ff. si cert. pet. Sp.

IVDEX ordinarius, qui à Romano Pontifice, uel Imperatore legitimam potestatem accepit. Quære, Ordinarij iudices. Sp.

IVDEX etiam Ordinarius, aliquando incompetens censetur, cùm alibi sit competens rei conuenti, ut in tit. Cod. si à non compet. iud. iudica. esse dicat. Oldendorpius.

IVDEX pedaneus. Cur ita fuerit appellatus, sua cuique est sententia. Cantiunculæ uiro doctissimo non admodum arridet, ad exempedariorũ senatorũ dictos fuisse, quum pedarij senatores non minores reliquis senatoribus extiterint, sed ex facto, imitatione successiua nullo non die mutabili nominarẽtur: nempe quòd qui hodie Catonis sententiam sequuti, ad eum pedibus transierant, die insequente in Cęsaris: & contrà, qui hodie Cæsaris orationem amplexi, cras in Ciceronis sententiam pedibus ire poterant. Spieg. Cuiacius uerò ostendit, Anianum in lib. 5. Iul. Paul. recept. sent. tit. xxviij. rectè pedaneos interpretari Iudices delegatos, qui ideò pedanei dicũtur, quod non sint à tribunalibus, uel sellis curulib9, sed ab inferioribus subsellijs. Cuiac. d. lib. 5. recept. sent. Iul. Paul. tit. 28.

IVDICIALES eas accipimus, quæ ex mero iudicis, qui actioni addictus officio, ꝓficiscũtur, quanquam & prætoriarum stipulationum quædam iudiciales esse dicantur.

IVDICARE, pro condemnare, ut apud Ciceronem reperitur. Ita Iudicatus, pro condemnatus, apud Iurisconsi. in l. si pro aliquo. ff. ad S.C. Vellei. & l. grege. de pignor.

IVDICARE, pro æstimare, in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. Sic apud Horatium sat. 7. lib. 2. Iudex rerum, pro æstimatore.

IVDICARE capitis, uel pecuniæ, est diem rei capitalis, & multam dicere, uel capitis, uel pecuniæ anquirere. Liuius libro 26. Quoad uel capitis uel pecuniæ iudicasset priuato. Hot.

IVDICARE quo distet à ius dicere, eleganter ostendit Franciscus Duarenus disputat. lib. j. capit. 51. Ius magistratus, dicere dicitur, puta prætor, uel alius similis, cum in caussis priuatis & pecuniarijs, Iudici à se dato Ius quoddam quasi constituit, & formulam iuris & æquitatis ei præscribit, quam sequatur, & à qua iudicando cognoscendoque recedere non possit. Nam Prætor causas priuatas iudicare non solebat, sed Iudicem dare, qui accepta formula & præscripto quodam iuris, de facto tantum cognosceret. Hinc dicitur, In Iure fieri, quod apud prętorem fit. Nec uerum est, quod plerique opinantur rebus iudicandis eum præpositũ fuisse legibus Romanis. Iudex enim datus, qui & Pedaneus dicitur, nec Ius dicit, ne iurisdictionem habet, sed notionem tantum, & cognoscendi iudicandique facultatem. l. ait Prætor. ff. de re iudic. quam à iurisdictione differre, arguit etiam titulus: Ne quis in sua causa iudicet, uel Ius sibi dicat. lib. Cod. Iustinia. 3. Huius rei quoque argumentum est, quod licet suis nemo possit Ius dicere, in eorum tamen caussa Iudex esse potest. l. qui iurisd. ff. de iurisd. l. in priuatis. ff. de iudic. Proinde sententiam suam non exequitur, sed magistratus qui eum dedit. l. à diuo Pio. ff. de re iudic. Nam quod Vlpianus ait, Qui restituere iussus, Iudici non paret: manu militari officio Iudicis ab eo possessionem transferri &c. l. qui restituer. ff. de rei uindic. id de pronuntiatione & sententia Iudicis, nõ de ipsius executione accipiẽdum est. Hoc amplius, Magistratus si quando cognoscat, & iudicet (quod olim certarum personarum fauore, aut causarum faciebat. l. j. ff. de extraor. cog.) ne tum quidem Ius dicere propriè intelligendus est, tametsi latius eo uerbo usus sit Vlpianus. Sp.

IVDICARE, munus publicũ est, ait Paul. l. quippe. ff. ubi quis ager. Sp.

IVDICARE de re aliqua grauius, sic dictum, ut grauius statuere. Budæus.

IVDICARE de turri, siue de muro dicũtur, q̃ spectant in tuto pericula aliorum. Adi Chil. Eras. Sp.

IVDICASSIT, pro iudicauerit, antiquũ uerbũ in l. XII. Tab. Quum magistratus iudicassit, irrogassitúe per populum, mulctæ pœnæ certatio esto.

IVDICATI actio, & actio facti, diuersa sunt nomina, sed eadem res: nisi in iuramenti delatione, ibi propriè uenit actio in factum. Zasius in l. intra. ff. de re iud. Old. rectè notat, iudicati, seu rei iudicatæ actionem non in factum nuncupandam, ut Accurs. putat. Non enim ait, quia factum est, agitur, sed quia iudicatum est. Sp.

IVDICATIO, cognitio. l. episc. C. de episc. aud.

IVDICATIO, pro Propria iurisdict. Vlpian. l. aliud fraus est, 131. ff. de uerb. sign. Multam is dicere potest, cui iudicatio data est. Magistratus solos & præsides prouinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est. Similiter in l. 2. in fin. ff. de iud. His datur multæ dicendæ ius, quibus publicè iudicium est. id est, qui iure magistratus sui, quem à principe uel populo acceperunt, iudicium exercent: nõ autem qui ab ipso magistratu iudicandi potestatem acceperunt. Hotoman.

IVDICATVM, inquit Cicer. lib. 1. de Inuent. est res, assensione, authoritate, aut iudicio alicuius aut aliquorum comprobata. Id tribus in generib. spectatur, religioso, cõi, approbato. Religiosum est, quod iurati legib. iudicauerunt. Commune est quod oẽs uulgo probarunt, & sequuti sunt. huiusmodi ut maioribus natu assurgatur, ut supplicũ misereatur. Approbatum est, quod homines, cum dubiũ esset quale haberi oporteret, sua cõstituerũt authoritate. Vel uti Gracchi primum factũ: quem populus ob id factum, qđ insciẽte collega in cẽsura nihil egisset, post censurã consulẽ fecit. Res iudicatas nũc religiosi cõprehendit. qđ ab ijs manarũt, qui religione iudicãdi tenentur. Cõe qđ uocat, consuetudinis propriũ est.

Approbatum autem consuetudini simile: sed in eo dispar, quod certum habet authorem, cuius exéplo statim constituitur. Responsa ergo prudentum, quę omnium assensu fuerunt pro certo iure approbata, & religiosi & approbati nomine continebuntur: & hæc omnia sub iudicato tanquã sub suo genere subijciuntur, quod non certa lege, sed communi omnium iudicio constituta sunt. Nam iudicatum uocat Tullius quicquid alicuius, uel aliquorum authoritate, facto, & exemplo inductũ, à populo Romano receptum est & approbatũ: quod idem ipsum ius constitutum appellatur: quia non certa lege, nòn plebiscito aliquo uel Senatuscõs. aut edicto iussum aut uetitum, sed ultrò & magna uoluntate ab omnib. receptum, & penè appetitũ &c. Conn. lib. 1. c. 15. num. 6.

IVDICATVM item est, iuxta Ciceronem de Inuent. de quo iam antè sententia alicuius, aut aliquorum constituta est. Ibidẽ. Iudicatum est res assensione, aut autoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorũ comprobata. Vide gl. in l. si & iure. ff. qui pot. in pig. hab. & Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerborum oblig. Spieg.

IVDICATVM, seu res iudicata dicitur, quę finẽ controuersiarũ pronuntiatione iudicis accepit. Qđ uel condemnatione, uel absolutione contingit, uidelicet iusta ac ualida. Alioqui si nullius momenti sit, non potest temerè condemnatio, uel absolutio dici. l. j. & l. 3. §. condemnatum. ff. de re iud. Sp.

IVDICATVM facere, pro parere iudicato, siue persoluere, quod iudex dependendum esse pronuntiauit. Inter alia enim facere, ut suprà indicauimus, significat soluere. Spieg.

IVDICATVM solui, dicebant ueteres eam satisdationem, quæ de soluendo per reum fiebat. l. iudicatum. ff. iudicatum solui. Quære. Stipulatio iudicatum solui. Spieg.

IVDICATVM solui. Quod in hac satisdatione Latini dixerunt iudicatum, Græci propriè appellarunt τὸ γιγνόμενον. Et significatur non id modo, quod uerborum proprietas complecti potest: sed & hæc cautio quippiam aliud continebat, quod scilicet impedit, ne iudicetur: nempe clausulam de reo defendendo, & de dolo malo. Adeo ut existimatũ sit, hic contineri satisdationem iudicio sisti, quia non uideatur quis rectè defendi, qui absens est, saltem ubi eius præsentia opus est. Alioqui fatendum est aliquẽ defendi, & ab alio quocunq;. Porrò hic notandũ, hanc stipulationem, si ex una causa sit commissa, amplius ex alia non committi: ut semel tantum ex ea aduersus eundem agi possit. Balduin. tit. de satisdat.

IVDICANDI munus graue olim detrectandũque fuisse probat Cice. in prætura urbana. Hoc si uobis (inquit ad iudices) leuius uidetur, quòd putatis onus esse graue & incommodatum iudicare, intelligere debetis, primum interesse utrum id onus uosmetipsi reieceritis, An quòd probare populo Romano fidem uestram, & religionem nõ potueritis, ideò uobis iudicandi potestas erepta sit. Augustus decurias iudicum nonnihil immutatas, reducta Tribunitia potestate, distinxit, ut singuli Senatores, Tribuni, & Equites, ex singulis Decurijs iudicarent, rursusq; immunitate potirentur, succedentibus ordinib. seu decurijs in orbem. Neq; enim uniuersæ Decuriæ sigillatim ad iudicandum sedebant, sed ex ea decuria, cuius uices tum erant, iudicandi certus ac constitutus numerus assumebatur, sortibus ex urna ductis, scilicet cùm res aliqua nata iudicium poscebat. Idq; officio Prætoris expediebatur. Prætor enim summã potestatem habebat iudiciorum, præeratq; sortitioni, & reiectioni, seu, ut nunc dicimus, recusationi suspectorum iudicum, rursusq; subsortitioni in locum reiectorum per actorem scilicet, uel reum. Proinde ipse Prætor pro tribunali sedebat, cùm interim iudices in subsellijs essent. Ab hac consuetudine retinemus uocabulum iudiciale. Sortiri forum, sortiri iurisdictionem, adeòq; rem quamlibet sortiri effectũ. Cùm uerò ante Augusti tempora equestres propriè dicerentur, qui equo publico merebant, posteà dici cœperunt omnes quibus uti annulo aureo liceret: ut Senatores dicebantur, qui lato clauo uterentur. Hinc apparet quid sit quod Arcad. in l. ult. §. iudicandi. ff. de munerib. & honoribus. dicit, iudicãdi necessitatem publicum munus esse, non quasi cogi possit iudicare. Vnde ducunt Iurisperiti multa argumẽta, sed quod Senatores, Equites ac alij in quatuor decurias distributi, quorum nomina in albo Decuriarum scripta, & ad ærarium delata erant, parere prætori consiliũ agenti ad iudicium publicum exercendum, astringerẽtur, sicut ad alia munera publica. Pr.

IVDICEM quæstionis alium fuisse a Quæsitore qui capitali iudicio præerat, locus in extrema Verr. 3. perspicuè declarat. Eum autem Asconius eodẽ loco principem iudicum appellat. nunc quęrendũ est, quæ inter utrunq; differentia fuerit. Quæsitor igitur magistratus erat, &, ut ait Cornificius, accusatorem, defensorem, testem in officio continebat, uim ac potestatem iudicum coercendorũ, hoc est, sub pignoribus cogendorum, habebat. in sella curuli eburnea, pro tribunali sedebat. ipse nec iuratus erat, nec sententiam ferebat, sed urnæ in quam & causarum sortes conijciebãtur, & iudices sententiã ferebant, præerat. iudices in consilium uocabat, uideri fecisse reũ, uel non fecisse pronunciabat. Hinc Verg. Quæsitor Minos, urnam mouet: ille silentũ Consiliumq; uocat. quod Seruius eodem modo explanat. Atq; hæc quidem Prætor. Iudex autem quæstionis priuatus erat, ut patet ex l. j. ff. de sicarijs, ut ex Bruto coniecturam capio, post Ædilitatem interea dum Præturam petiturus erat, sese in iudicijs tractandis exercebat. ea nanq; quæ Prætoris pręsentiam atq; imperiũ non requirebant, ipse quasi eius uicarius, in tribunali, non tamẽ in sella curuli sedens, administrabat. qđ ex Vatiniana interrogatione cognoscitur. Præcone nanq; Iudices testesue citante, ipse respondentes obseruabat, eorumq; quasi custos erat. iuratus sententiam unà cum alijs ferebat. &, ut ex eo conijcere libet, quòd iudicum princeps uocabatur, primus omnium ferebat. Quæri autem potest, cùm Prætor urbanus iudices rerum capitalium sortiretur ac subsortiretur, quemadmodũ Cice. in Cluent. & Pedian. Verr. 3. testantur. quid sit, quod idem Ascon. scribit, iudicẽ quæstionis Iunium subsortitũ fuisse in locum non reiectorũ. sic enim apud Asconium legendum Cluentiana oratio demonstrat. sed, ut opinor, ita nõ incommodè respõdebitur, Asconiũ subsortiri dixisse pro subsortitorum citationi & responsioni præesse. nam paulo superius sic loquitur, Princeps illorũ iudicum damnatus est Iunius, quòd diceretur alios supposuisse, qui reum damnarent, nõ eos quos Prætor fuerat subsortitus. Hęc cùm ita se habeant, uideo tamen & Quæsitorem ipsum Iudicem quęstionis dici, & uicissim Iudicem quæstionis, Quæsitorẽ. nam Cic. in Cluent. de Prætore Q. Voconio Nasone loquens, Iubet, inq̃t, ea lex qua lege hæc quæstio cõstituta est, iudicẽ quæstionis, hoc est Q. Voconiũ, cum ijs iudicibus qui ei obuenerant, quęrere de ueneno.

Pedia-

Pedianus autem Verrina 2. Iunius, inquit, Quæsitor fuit in Cluentij causa Verre Prætore. Quod autem Asconius his uerbis scribit, Q. Curtius iudex quæstionis subsortiebatur, impropriè locutus est, pro sedere, quasi subsortitò ductum, patiebatur. Atq; hæc quidem mea de iudice quæstionis sententia est: quā sine aliorum reprehensione, quemadmodum & natura & consuetudo mea fert, breuiter exposui. Marcian. l. prima. §. primo. ff. ad l. Cornel. de sicar. Quiue magistratus, iudexue quæstionis ob capitalem causam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret. Nam paulo antè dixerat, Quiue quum magistratus esset, publicòue iudicio præesset. Hot.

IVDICEM religiosum sortiri, apud Vlp. in l. die. l. denunciasse. de adult.

IVDICEM autem accipere & sumere dicuntur, qui litigant. l. j. C. de in lit. iur. l. 1. ff. de quibus reb. ad eund. iud. l. pen. ff. de iud. l. 2. C. eod. l. 6. ff. de fideiussorib. tutor. l. j. §. 1. ff. de usur. l. 11. §. officium. ff. de aq. & aq. plu. l. 38. ff. manda. l. 9. §. si testamento. ff. de tu tel. & rat. distr. Briss.

IVDICIA aut ordinaria sunt aut extraordinaria. Ordinaria aut publica, aut priuata, aut centumuiralia. Publicorum cognitio, est Principis, uel Senatus, uel Prætoris aut præsidis, qui legibus quærit: Priuatorum cognitio, est iudicium datorum. Centumuiralium, Centumuirorum & prętoris, qui his iudicijs ex more præsidet. Separat priuatum iudiciū à Centumuirali Plin. his uerbis: In priuati iudicij formam Centumuirale uertitur 6. Epist. atq; etiam in primo, quum in alijs iudicijs die actioni dicto petentib. demonstrat indulgeri adhuc dilationem posse, Centūuirali⁊ nullo modo posse differri: quemadmodum illud etiam præcipue inest, ut alio iudicio non possit eis præiudicium adferri, sed integra debeant omnia seruari, quoad Centumuiri de hæreditate iudicauerint. l. 5. ff. de petit. hær. l. ult. C. eod. Porrò cognoscebant Centūuiri de hæreditatibus, quacunq; ex causa peterentur, siue inofficiosi siue iusti aut iniusti aut falsi testamenti, siue ab intestato. Paulus in sentētijs, Centumuiri, inquit, si de hæreditarijs rebus uel fide generis instrui non possunt. Et in Quæstionibus, si (inquit) obtinuerit in querela inofficiosi testamēti, utetur rei iudicatę auctoritate, quasi centūuiri hunc solum filium in rebus humanis esse, tunc quum facerent intestatum, crediderint. Et hac ratione querela inofficiosi testamēti, siue (quod idem est) petitio hęreditatis de inofficioso, Centumuirale iudicium dicitur in libris nostris, & hastæ iudiciū Valerio Maximo duobus locis, & quadruplex uel duplex iudiciū Plinio & Quintiliano. Nam (ut ijdem declarant) diuidebantur centumuiri in consilia & tribunalia modò duo, modò quatuor. Et hoc est quod proponitur in l. quum filius. ff. de leg. 2. diuisis tribunalib. actum querela inofficiosi testamenti. Quo genere interdū eueniebat, ut duob. consilijs (constabat unūquodq; pari iudicum numero) uinceret actor, & totidē uinceretur. & uerò ita sententijs paribus, eius partis si duplex iudicium centumuirale fuerit, uel earū partium si quadruplex, sententia præualet, quæ tuetur defuncti uoluntatem. Hoc enim humanius esse ait, l. si pars. ff. de inoffic. test. quę partem iudicantium dicit, ut partes centumuiralium, Quintil. lib. v. Cuiac. obseruat. lib. x. cap. xx. in prin.

IVDICIA Fiduciæ esse dicuntur ea, quæ de mandato fiunt & deposito: & damnato infamię notam irrogant: ut & ea quæ sunt societatis & tutelæ. Cicero pro Roscio Comœdo: Si qua enim sunt priuata iudicia maximæ existimationis, & pene dicam capitis: Tria hæc sunt, Fiducię, tutelę, societatis. Æquè enim perfidiosum & nefariū est fidem frangere, quæ continet uitam humanam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit, & socium fallere, qui se in negotio cōiunxit. Vide copiosius suprà in uerbo deponere. Connan. lib. 7. cap. 4. num. j.

IVDICIA omnia sunt absolutoria: id est, Iudici à Prætore dato tacitè permittitur reum qui ante sententiam actori satisfacere paratus est, liberatum ab actione dimittere: ne in infamiā quæ ex quibusdam iudicijs contrahitur, incurrat. uti docet Imper. §. ult. de perpet. & temp. & patet ex l. 73. ff. de procur. Hot. Et Duaren. de in litem iurando. num. 42.

IVDICIA principum nominantur cognitiones, qđ iure ordinario iurisdictionem nullam habebant, ut nec populus, in cuius locum uenerant: sed de quibusdam extra ordinē cognoscebant, quæ scilicet suę cognitioni reseruauerant, aut quę noua erant, nullis dum iudicijs definita &c. Brechęus l. notionem acci pere possumus. ff. de uerb. & rer. sign.

IVDICIA priuata & publica differunt. Priuata sunt, in quibus iniuria quę homini priuato illata est, uindicatur: Publica, in quibus quæ Reipublic. Plato lib. de ll. 6. Cæterarum rerum duo iudicia sunto. alterum quum quis priuatus à priuato quopiam iniuria se affectum queritur, eumq; in ius educens, de ea disceptari postulat. alterum quum Rempub. à quopiā ciuium lęsam esse aliquis existimat, & uult Reip. persequi iniuriam. Itaq; illa Rei priuatæ à Cicerone nominantur: hæc aūt, Reipubl. Quæ uerò sint iniuriæ, quib. Respublica, siue populus uniuersus lędatur, in ipsius arbitrio ac uoluntate positum est. Itaq; nō modò peculatus, aut Repetundarum aut similia crimina, si populus uolet, publica nominabuntur, eorūq; quæstiones causæ publicæ: uerum etiam furti, rapinæ, damni iniuria dati, iniuriæ: & omnia deniq; quę non sua spōte, sed prudentiū interpretatione maleficia nominantur. quod ex leg. Lectoria planissimè intelligitur, quę aduersus eos lata est, qui minorem circumuenissent. siquidē lege lata, ea causa quę priuata semper antea fuerat, publica facta est. Cicer. de Nat. deor. 3. Inde, inquit, iudicium publicum rei priuatæ, leg. Lectoria. Rei priuatæ, i. quæ semper antea priuata fuerat. Quæ quum ita sint, falsam certè esse apparet Iustin. sentētiam, qui Iudicia publica ex eo dicta putauit, quòd cuiuis de populo agere liceat. non. n. publica sunt, aut dicuntur, quòd cuiuis de populo liceat agere: sed contrà, quia causę publicæ sunt, id est quia quiuis de populo lęsus est, quia cuilibet de populo iniuria facta est, quia deniq; cuncta Respub. læsa est: propterea licet cuiuis de populo, quasi pro sua uirili parte, suam Reiq; publicæ persequi iniuriā. etenim ob eam causam unicuiq; accusandi potestas pmissa est, quòd ad uniuscuiusq; singulatim, & publicè ad uniuersum populum ea pertinet iniuria. Hot.

IVDICIA populi, & iudicia publica differunt. nam illa dicuntur, quę populus in foro per tribus, in campo per centurias distributus exercebat: hæc uerò, quibus Prætores qui & Quęsitores dicuntur, sella in foro posita cum consilio iudicum præerant. de quibus suo loco explicauimus. Illiusmodi fuerunt illa, quibus quis ius ciuitatis ac libertatis imminuisse dicebatur, ut ex Verrina 3. cognoscitur. Erant autē hæc uehementissima grauissimaq; iudicia. Solus enim populus in ciuem R. uerberib. & securi animaduertendi potestatem habebat. Repetundarum uerò & aliorum criminum quęstionem ad populum non perti-

pertinuisse, idem Verrina 5. his demonstrat uerbis: Quò confugient socij? quem implorabunt? ad Senatum deuenient, qui de Verre supplicium sumat? nō est usitatum, non Senatorium. ad populum Roman. confugient? facilis est causa populi. Legem enim sociorum causa iussisse, & ei legi custodes ac uindices præposuisse dicet. hæc ille. Prӕter hæc autem populi iudicia lege lata constituta, illud scire oportet, licuisse Tribunis plebis, Ædilibus, Quӕstoribus iudicium populi omnibus de rebus constituere, & cuiuis ciui diem ad populum dicere, ut de eo quæstio exerceretur. cuius rei cùm alibi pleraq; exēpla suppeditant, tum uerò apud Val. Max. lib. 4. cap. de pudicit. & apud Cic. in Verrinis, ubi sæpe populi iudicium Verri minitatur. Quæ sanè populi iudicia, si qs publica quoq; nominanda contendat, duntaxat ob eam causam, quia nō intra domesticos parietes, sed palàm ac sub dio (item ut alia) exercerentur, nō magnopere luctabor: præsertim quum ita Liuius quoque libro 2. ea nominet. Nam de Cassio damnato & necato commemorans, quem nonnullus à patre domi causa cognita uerberatum necatumque dixerat, Inuenio, inquit, apud quosdam à Quæstoribus Cæsone Fabio, & L. Valerio diem dictā perduellionis: damnatumq; populi iudicio, dirutas publicè ædes. Cæterùm siue illud domesticum, siue publicum fuit iudiciū, damnatur S. Cornelio, Q. Fabio Coss. Hot.

IVDICIALE pignus Doctores nostri appellāt, cum iudicati causa, bona alicuius, quod licet, capiūtur. Nam si post sententiā, qua sum tibi pecuniæ condemnatus, alicui bona mea obligem, is erit prӕferendus: Si tu postea captione bonorum me uelis ad iudicatum faciendum cogere. Istud enim pignus, in contumaciam eorum, qui iudicijs parere nolunt, est inductum: Quæ contumacia antequam uentum sit ad possessionem, aut captionem bonorum, non plane redargui potest: Imp. Anto. l. j. C. illo tit. Si in causa iudicati pignus captum sit: res ob causam iudicati datas eius iussu, cui ius iubendi fuit, pignoris iure teneri, ac distrahi posse sæpe rescriptum est, &c. Connanus lib. 4. cap. 17. num. x.

IVDICIORVM publicorum quædam, inquit Paulus, capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia sunt in quibus pœna mors, aut exilium est, hoc est aquæ & ignis interdictio. p has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. nam cætera non exilia, sed relegationes propriè dicūtur. tunc enim ciuitas retinetur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna est. l. 2. ff. de pub. iu.

IVDICIORVM alia criminalia dicuntur, alia ciuilia. Criminalia sunt, quibus iniuriam Reip. factam ulciscimur. Ciuilia, quibus suam quisq; ciuis priuatā ac propriam iniuriam persequitur. nam ex eo Ciuilia dicuntur, quòd ciuibus priuatisq; hominibus ulciscendis dantur. l. 9. §. ff. de pub. & uect. Itaq; quum hæc De re familiari appellentur à Paulo l. 4. ff. de publie. iud. illa fortasse non malè De re publica nominarentur. Vnde criminaliter & pecuniariter agere opponūtur. l. ult. ff. de priuat. delict. & l. 1. ff. de testib. quod ciuiliter alibi dicitur in l. un. C. quan. ciuil. act. crim. præ. & l. ult. ff. de furt. Nihilne igitur inter publica & criminalia iudicia interest? imò uerò interest. criminalia nanq; iudicia generaliter dicuntur, tū quæ lege lata exercentur (quӕ publica Macer nominat l. prima. ff. de public. iudic.) tum quæ nulla lege, sed extra ordinem dicuntur. qualia sunt furti, rapinæ & similia. Vlpianus l. ult. ff. de furt. Meminisse oportebit, nunc furti plerunq; criminaliter agi, & eū qui agit in crimen subscribere: non quasi publicum sit iudicium, sed quia uisum est temeritatem agentium etiā extraordinaria animaduersione coercendam. Paulus l. 9. §. 5. ff. de public. & uect. Per uim uerò extortum cum pœna tripli restituitur, amplius extra ordinem plectuntur. alterum enim utilitas priuatorum, alterum uigor publicæ disciplinæ postulat. Impp. autem in l. un. C. quando ciuil. act. iudicia publica legibus constituta manifestò criminaliū appellatione complectuntur. Ex quibus omnibus illud constat, Criminalia specialiter ac propriè ea dici, quæ non lege aliqua publicorum iudiciorum, sed extra ordinē magistratus imperio ac potestate exercentur. Macer in l. 1. ff. de pub. iud. Non omnia iudicia, in quibus crimē uertitur, & publica sunt: sed ea tantùm quӕ ex legibus publicorum iudiciorum ueniunt. Hotomannus.

IVDICIA sacra appellationum sunt, quæ in consistorio ab ipso principe per consultationem disceptantur adhibitis proceribus palatij & senatorib. l. 2. C. de leg. Nou. 62. & huius generis erant appellationes non tantùm ab spectabilibus, sed etiam à clarissimis iudicibus. nam & à præf. annonæ appellabatur princeps, l. ult. ff. quod cum eo qui in alie. potest. Sed cum non posset audiendis omnib. appellationū causis sufficere princeps, placuit consultationū & sacrorum iudiciorum loco haberi, si appellaretur ab spectabilibus iudicibus, iudicum præf. præt. & quæstoris l. præcipimus. C. de appell. & in hac significatione sacra iudicia dicuntur in Nou. xx. quæ & speciem principalis iudicij retinuisse dicitur sæpius, ꝓpterea quod perinde ac si præsente principe eisdem uerbis, eodem ordine, forma & obseruatione peragebantur eadem, & idem erat in eis exercendis indumentorum & calciamentorum usus, quod tamē sustulit No. 126. Cuiac. in exposit. d. No. Iustin. xx. de his qui in causis appellat. apparit. offic. fung.

IVDICIS arbitrium, boni uiri arbitrium censetur. Vnde Religionem iudicantis, Papinia. dixit in l. quæsitum. ff. de testib. Old.

IVDICIS arbitrio restituere (unde actiones arbitrariæ uocantur) est tantum restituere, quanti iudex secundum conscientiā boni uiri, quicquid partes allegauerint sua interesse, duxerit condemnandum. Paulus in l. arbitrio. §. dolo cuius. ff. de dol. malo. Trebatius ait: De dolo dandum iudicium: non ut arbitrio iudicis res restituatur, sed ut tantum actor consequatur, quanti eius interfuit, id non esse factū. Oldendorpius.

IVDICIS conscientia duplex, quam Accursius cum suis distinguit: alteram, quam uelut iudex habet, hoc est, eorum quæ uidet aut intelligit tempore iudicij: Alteram, quam habet de ijs, quæ priuatim scit: est contra naturam, ius, & æquitatem. Nam conscientia est tacitum animi iudiciū, per quod aut accusatur falsitas, turpitudo: aut defenditur ueritas, honestasque, secundum infallibilem iustitiæ à Deo nobis insculptæ formulā. Vnde dici rectè solet: Conscientia mille testes. Siquidem res est simplicissima, nec diuidi potest in uno eodemque homine. Quicquid enim fit contra conscientiam, contra ueritatē fit, & ædificat ad gehennam, ut rectissimè dicit Innocentius post Apostolum, in capit. literas. de restitut. spoliat. Verissimum igitur est, secundum sententiam Martini glossatoris, quòd iudex uelut unus homo, non habet nisi unam conscientiam, quam semper debet sequi adhibitis legūm formulis. Nam primarium officium Iudicis est, in iudicijs amplecti

cti ueritatem facti, eamq; ad æquitatem exigere. Nō potest autem id fieri, nisi conscientiæ iudicio. Hæc eleganter & latè probantur in libello de Iure & æquitate. Et de formula inuestigandæ actionis. Old.

IVDICIS officium, est ius, quod ad dirimendas lites, tollendaque grauamina, quomodolibet secundum æquitatem exerceatur, ut per hoc omnium tranquillitati priuatim & publicè consulatur. Old.

IVDICIS officium doctores uariè diuidūt. Bartolus putat triplex esse officiū iudicis: uidelicet, nobile, mercenarium, & aduersarium. Alij communiter statuunt duplex genus officij iudicialis: scilicet, nobile & mercenarium. Et quoniam hæ uoces sunt uulgo notę, docendi gratia sequemur eas. Old.

IVDICIS officium nobile (quod tamen rectius dixeris merum officiū) dicit Bartolus id esse, quod per se stat. Explica sic apertius: officium nobile est, quod iudex sua, hoc est, iurisdictionis autoritate exercet, etiamsi nulla proponatur actio, & interdū motu proprio, nemine petente. Siquidem iudex seu magistratus est animata lex. Ius enim cùm mortua litera descriptum sit, producitur in forum uiua quadam iudicis exercitatione, cùm iustitiā administrat, cùm distribuit unicuique suum. Quare Iustinianus exemplo Iurisconsultorum, tractans de officio iudicis, rectissimè sic incipit: Et quidem in primis illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet, quàm quod legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditū est. Quæ uerba Accursius frigidissimè disputat: quasi iudex non etiam cognoscendo causam, adhibere debeat iuris sanctiones eò pertinentes. Old.

IVDICIS officium Mercenariū est, quod actioni deseruit: Metaphora ab obsequio famulitio ducta. Quemadmodum enim is, qui operam suam locat, bona fide, & libens eam præstat, nec alio modo quàm dominus præscribit: ita iudex actionibus in iudicium perductis aut perducendis, impertit officium suum ultrò quidem, sed non nisi ad normam actionis: eaq; cessante, cessat. l. ædil. §. item sciendū. ff. de ædil. edict. In quibus autem uersetur officium iudicis utrunque, doctissimè & latissimè tractat. D. præceptor noster in præfationibus Classium suarū, de officio iudicis. Olden.

IVDICIS officium apud Romanos tribus uerbis, in tria iuris capita digestum fuit eleganter: scilicet, Do, dico, addico. Aliàs enim iudex dat actioné, dat alium iudicem. l. tertia. §. mixtum. ff. de iurisdict. Aliàs cognoscit de controuersijs, & dicit ius. Aliàs denique addicit & transfert possessiones rerum ab uno ad alium. Olden.

IVDICIS præsentis iusta cognitio, cum primis est de substantia iudicij: quam tamen formularij nō dignantur inter partes iudicij adnumerare. Siquidē meminisse oportet, omnem iudiciorum uim & potestatem, statim atque lis est contestata, iudicum humeris incumbere coram DEO & hominibus. Iustæ autem cognitionis duæ sunt partes. Altera, ut perspectam habeat iudex causam circumstantijs. Altera ut celeriter eam diffiniat: quia ad officium eius pertinet lites dirimere, ut dicit Iulianus in l. quidam existimauerunt. ff. si cert. peta. condict. Priorem autem cognitionis partem feliciter absoluet, si utatur sæpe interrogationibus de his, quæ nescit. Cognoscere enim id dicimur, qđ antea non sciuimus. Proinde alieni facti circumstantias neque citius, neque commodius inuestigare licet, quàm interrogando. Quamobrem sapientissimi legislatores interrogationes adeò frequentes esse uoluerunt, ut apud omnes æquè magistratus fierent. l. ueluti Prætor. l. ubicunque. ff. de interrogatio. Posteriorem uerò partem officij sui iudex rectè expediet tribus modis: uidelicet, iureiurando, transactione, sententia. Old.

IVDICIS religio & diligentia, cuius fit mentio in dicta l. eum quem temere. & in l. tertia. §. idem diuus. ff. de testibus, est sollicita & anxia conscientiæ cura, quæ propter iustam muneris functionem suscipitur, quam grauiter depingit Papinian. in l. quæsitum est. ff. de testibus. Vt uel hinc appareat sole clarius quàm longè commentatores absint à ueritate, & quantam attulerint humanæ societati pestem: tradentes Iudicem debere semper secundum acta & probata, non autem secundum conscientiam pronunciare. Nam si actionum series aduersus cognitā ueritatem est obseruāda: quid aliunde potest iudex rimare, aut quid interrogare? Olden.

IVDICVM nomen generale est, quo continentur tàm magistratus, quàm iudices pedanei: hi sunt Iudices dati, qui quasi plano pede iudicant, non pro tribunali, & à Græcis χαμαιδικασταὶ dicuntur, & διαιτηταὶ κληρωτοί. Continentur etiam eo nomine Iudices compromissarij, qui διαιτηταὶ αἱρετοί, dicuntur. Pedaneis dantur δικανικὰ siue sportulæ: magistratibus nō dantur, quia ampla salaria habent, pedanei permodica, & similiter sportulas permodicas: pedanei nō habent adsessores, magistratus habēt adsessores: magistratus plerumque erant uiri militares, legum ignari: pedanei periti νόμων καὶ πράξεων. ut ait Iustinian. in Nouell. lxxxij. de iudicibus, sicut adsessores, qui nihil a pedaneis distant Nouell. 60. Nam ex eodem corpore studiosorum iuris adsumuntur & pedanei iudices & adsessores. Et hi debent præstare scientiā legum & morum non magistratus l. secūda. ff. quod quisque iu. Magistratus habent tribunal, pedanei non habent tribunal, sedere tamen eos Iustinianus uult à matutino ad occasum solis: & locum notat, In porticu regia, qua etiam Agathias scribit se libellis litigatorum dedisse operam ab ortu solis ad occasum, Historiæ 3. Significat igitur se ex pedaneis, uel ex pedaneorum notarijs fuisse. Iulianus ait, In basilica. quod ferè idem est. nam basilicæ adiacebat porticus. Sedere autem uel litigatoribus conducentibus subsellia, ut olim fieri solebat, auctore Suetonio in Nerone, uel ærario præbente gratuita. Cuiacius in expositio. suprà d. Iustinian. Nouell. lxxxij. de iudicibus, in princip.

IVDICIVM dici putat Marcus Varro, quasi ius dicendi, hoc est, potestatem audiendæ causæ, & sententiam iustam proferendi, quam deniq; & exequi potest, & quod suum est cuiq; addicere. Quò pertinent tria uerba Prætoris, Do, dico, addico. Do iudicium postulantibus. Dico sententiam post litē contestatam & cognitam. Addico rem uictori, & exequor sententiam, transferendo rerū dominia. Quod postremum, dicitur legis actio: quasi iussu planè legis id fieri necessarium sit, incumbatque iudici, ueluti ministro & antistiti iustitiæ, sed non nisi ordinario iure. Oldendorpius.

IVDICIVM frigidè diffiniunt Doctores, dum dicunt, esse actum trium personarum: Videlicet, Iudicis, Actoris, & Rei. Quare sic rectius dixerimus: Iudicium est actus legitimus, quo mediante, iudex de causa proposita cognoscit, & secundum æquitatem pronuntiat. In ijs enim uersatur omnium iudiciorum, inquisitionū, adeoq; consiliorū uis atq; potestas. Et cessabunt oēs disputationes, si rectè intelligas. Siquidē in nullo cōtrouersiarū genere prodest causam

causam deferri ad iudicem, nisi cognoscatur de ea. Sic nihil profuerit esse cognitum, nisi pronuntietur. Denique pronuntiatum quoque inutile erit, nisi ex bono & æquo procedat. Ecce quomodo cohęreant ista. Oldendorp.

IVDICIVM est legitimus actus, in quo tres personæ primarię intercedunt, iudex, actor, reus. Et nō nisi post litis contestationem propriè dici, omnes fatentur. Hinc dictum M. Varroni, quòd ius, id est, potestatem dicendi, hoc est, pronuntiandi, Prætori partes darent. Alciatus in comment. ad tit. C. de in ius uoc. & cap. 2. lib. 3. Parerg. Spieg.

IVDICIVM uocatur quasi iurisdictio. Iudicium autem prius inquisitio appellabatur, unde & auctores iudiciorum quasi præpositos quæstores uel quę sitores uocamus. Definitur autem per gl. in c. forus. in uerbo, iudicium. de uerb. sig. esse actus legitimus duarum personarum actoris & rei super eadem quęstione contracta sub eodem iudice. Sed gl. in extra. de iud. definit sic: Iudicium est actus legitim9 trium personarum, iudicis, actoris & rei. quæ definitio uulgo recipitur. Iudicium autem habet xv. significationes. Primo modo est actio, ut Iudicium familię erciscundæ, id est, actio. l. in tribus. ff. famil. ercisc. Secundo modo, est lis siue controuersia, ut iudicium pendet de hæreditate. l. j. in fin. ad Trebell. Senatusconsf. Tertio modo est auctoritas; ut negotia Ecclesiastica non sunt iudicio laicorum disponenda. ca. decernimus. ext. de iud. Quarto modo est forus: ut causis iuris patronatus debet definiri iudicio Ecclesiastico, scilicet in foro Ecclesiæ. ca. quanto. extr. de iudicijs. Quinto modo est arbitriū. Si enim arbiter est iudex, ergo arbitrium est iudicium. Sexto modo est ultima uoluntas: ut iudicium testatoris nō debet esse quassum. l. j. C. de sacr. sanct. eccl. Septimo est quæstio: ut iudicium ambiguum est ad Papam referendum. Octauo modo Iudicium dicitur esse discretio; ut furiosus & impubes non possunt esse iudices; quia carent iudicio, id est, discretione. l. cū prætor. ff. de iudicijs. Nono est sententia: ut iudex punire potest eos, qui suo parere neglexerint iudicio, id est, sententiæ. Decimo est instantia: ut iudicium perit triennio, id est, instantia. Vndecimo est discussio. d. cap. forus. & ita accipitur in rubr. de iudicijs. ext. Duodecimo est potestas iudicandi: ut iudicium soluitur uetāte eo, qui iudicare iusserat. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Decimo tertio est pernicies: ut qui manducat & bibit corpus & sanguinem domini, iudicium, id est, perniciem sibi manducat & bibit. primæ Corinth. 11. capit. Decimo quarto est pœna: ut qui occiderit, reus erit iudicio, id est, pœnæ. Matth. 5. cap. Vltimo Iudicium dicitur esse processus iudicialis. Has significationes not. gl. in extrauagan. de iudic. in rub. & ibi uide locos allegatos. & uide etiam gl. & not. per Doct. in §. præterea. Instit. quibus non est permissum facere testamen. Iudicia publica dicta sunt, quia cuiuis ex populo executio eorum plerunq; datur. Publicorū iudiciorum, quædam sunt capitalia, & quædam nō capitalia. Capitalia dicimus, quæ ultimo supplicio afficiunt homines, uel aquæ & ignis interdictione, deportationeue uel metallo. cætera, si quam infamiam irrogent, cum damno pecuniario, hæc publica quidem sunt, non tamē capitalia, hoc est, capitalia sunt, in quibus pœna, mors, aut exilium est, hoc est, aquæ & ignis interdictio: per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nō capitalia sunt, in quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna est. De quibus agitur in l. publicorum. ff. de publ. iudic. & §. j. Instit. eod. Publica autem iudicia hæc sunt, Lex Iulia Maiestatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem, uel rempublicam aliquid moliti sunt, suum uigorem extendit. Item Iulia de adult. quæ temeratores alienarum nuptiarum punit. Item Lex Cornel. de sicar. quæ homicidas persequitur. Item lex Pompeia, de parricidijs. Item lex Cornelia, de falsis. Item lex Iulia, de ui publica seu priuata, aduersus eos exoritur, qui uim uel armatam, uel sine armis commiserint. Item lex peculatus, quæ eos punit, qui publicam pecuniam, uel rem sacrā, uel religiosam furati fuerint. Est & inter publica iudicia lex Flauia de plagiarijs. Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu, lex Iulia repetūdarum, & lex Iulia de annona, & lex Iulia de residuis, quę de certis capitibus loquuntur, & animæ quidem amisionem non irrogant, alijs autem pœnis afficiunt eos, qui præcepta earum neglexerint, de quibus uide per tot. tit. de publ. iud. in Institut. Ioan. Bello. Etymolog.

IVDICIVM & consilium haud ita multum differunt. Siquidem priscis consulere fuit iudicare. Inde senatusconsulta, & fortè etiam consultum nomē. Nunc si quid interest, hoc est, quòd iudicium adhibemus obuijs & expositis, consilio utimur in retrusioribus ac dubijs. Ex Eras. Sp.

IVDICIVM agnoscere dicebātur iudices à prętore dati si cognoscendi prouinciam suscipiebant. l. penult. ff. de uacat. & excusat. Hotom. in princ. titul. de act. institut.

IVDICIVM Centumuirale, quod Romanæ ciuitatis absolutissimū erat. **Der statt Gericht zu Rom.** Olden. uide suprà Centumuiralis hasta.

IVDICIVM commissum. Cicero in oratione p Sexto Roscio dixit. quod litem contestatam iam dicimus: sumpta à re militari translatione, in qua bellū commissum pro eo quod uulgo apertum, atq; inceptum uocant, eleganter ponimus. Hotom.

IVDICIVM contradictum, in quo aduersarius est, ad differentiam uoluntarij. l. cùm de consuetudine. ff. de legibus. Olden.

IVDICIVM æquum, cōuenientissimè interpretatur à nonnullis Germanis, **Ein byder / oder erber vrtheyl.** ut æquus uir, **ein Bydermann.** E in I longa die commutata. Nam **Bederman** dicendum erat, qđ inter duos suum cuilibet conseruat. Hoc lector candide refer acceptum reliquijs non uulgarium obseruationum Volzianarum. Sp.

IVDICIVM humanum, quo quis ab hominib. bene uel malè audit: cui contrarius est dies Domini, qui intima cordis scrutatur & iudicat. Vide quæ not. in §. similes rusticum. in usibus feud. tit. de pace & uiolat. Spieg.

IVDICIVM, legitimam cōtentionem significat, & disceptationem, quæstionē, siue litem. Cognitionem item, notionem & existimationem, siue opinionem. Itaque primo sumptum modo, iudicia publica dicta, quia publicam quærunt uindictam. Sp.

IVDICIVM Ordinariū hodie nuncupamus ab ordine procedendi. Extraordinarium uerò, qđ non ita iustam, omnibusque numeris absolutam ordinis rationem exigit. Alioqui antiquitate respecta possemus omnia nunc iudicia uocare extraordinaria propter remissam solennitatem nimis curiosam. §. fi. Institut. de interdict. Olden.

IVDICIVM prolusorium, dictū est προαγωνιστικόν [illegible], est enim præiudicialis causa, quæ hoc uerbo significatur. Bud. in poster. annot. Sp.

IVDICIVM rescindens, est in iudice, in prætore

uiuo: qui imploratus per eum qui læsus est, propter absentiam alterius restituit in integrum eum qui læsus fuit: & rescindit, annullat, cassat, sustollit quicquid illud est, in quo alius se conqueritur læsum, tollitq; ei omne obstaculum. Zasius in tit. Instit. de action. §. rursus. Spieg.

IVDICIVM de moribus. Olim, ut Gell. lib. 4. capit. xx. testatur: Censor solenne iuramentum agebat à maritatis ciuibus Romanis singulis de uxoribus, earumq; maribus. Cum autem solenne iuramentū illud exigebatur, tunc si ex animi sententia, uxorem se non habere, aut uxori iussisse propter eius mores prauos res suas sibi habere, censoribus responderet maritus, uidetur ad iudicium censorium etiam pertinuisse de moribus uxoris, inquirere, cognoscere, &, si res ita postulare uideretur, pronunciare, imo etiam uxores coercere. Eoq; uisus est respexisse Paulus, qui de pacto dotali disserens, ait conueniri non posse, ne de moribus agatur, ne publica coercitio priuata pactione tollatur, capit. quinto, de pact. dot. Haud dubiè per publicam coercitionem, censoriū iudicium intelligens. De quo iudicio accipiendum etiam uidetur, quod sic Papinianus scribit: uiro & uxore mores inuicem accusantibus, causam repudij dedisse utrunque pronunciatum est. capite xxxix. soluto matrimonio. Et sic quidem satis esse perspicuum puto, de uxorum maritorumq; moribus olim apud censores litigari consueuisse. An autem statuto, an uero solenni tempore iudicium istud consueuerit exerceri, antiquiores literæ non declarant, etiamsi de iuramento solenni scripserit expresse Gellius. Cæterum quis fuerit iudicij de moribus effectus, optimè explicat in fragmentis Vlpian. titul. vj. Morum, inquit, nomine grauiorum quidē sextæ retinentur, leuiorum autem octauæ: grauiores mores sunt adulteria: leuiores omnes reliqui. Eoque referri potest caput xlvij. de solut. matrimon. & capit. xj. §. fina. Ad legem Iuliam de adulter. Igitur si moribus uxoris diuortium factum esse à censoribus pronunciaretur, tunc maritus sextam aut octauā dotis partem, tanquam dissidij pœnam retinebat, capite octauo, de capt. & postlimio reuers. Sin contra mariti moribus accidisse, ut à marito, diuerteret ad amicos uxor, quo minus pari ratione, rerū propter nuptias duatarum, certam aliquam partem uxor consequeretur, nihil mihi uidetur obstitisse. Si autem uiro & uxore mores inuicem accusantibus, utrumque causam dedisse repudij, pronunciarent censores, nec ex mariti bonis uxor, nec ex bonis uxoris marit⁹ quidquam consequebatur. d. capit. xxxix. Esse autem Iudicium de moribus personale, nec hæredi, nec in hæredem tribui, auctor est Constantinus, qui sic scripsit: De moribus actio ultra personam extendi non potest, nec in hæredem habetur, nec tribuitur hæredi. capite 4. Cod. Theodos. de incest. nupt. Et ex his quidem omnibus, satis esse perspicuum puto, quo sensu accipiendus sit hic titulus: De repudijs & iudicio de moribus sublato. qui extat in Codicis Iustiniani Cæsaris libro quinto. Ræuardus Variorum libro iiij. capitulo xiij.

Erat ergo hæc quæstio, siue iudiciū de malis moribus coniugum: sicuti & in Scholis erant quæstiones malæ tractationis, ut Quintilianus scribit. Tam autem fuit hoc iudicium olim in usu, ut in Pādectis etiam Paul. scribat, conuenire non posse, ne de moribus agatur, uel plus uel minus exigatur, ne publica coercitio priuata pactione tollatur. leg. quinta. de pactis dot. Mirum uero Tribonianum id Pandectis assuisse, cum Iustinianus nō modo testatus esset, hoc iudicium planè abolitum esse: sed & iam esset professus, illud positum esse quidem in antiquis legibus, sed (ut loquitur) nō frequentari iam pridem. Sed & ex eiusdem Pauli eodem libro relatum est in l. xv. §. primo. solut. matrimon. hæredem mariti non habere coertionem morum. Atqui nec maritus ipse hanc habebat tempore Iustiniani. Extat & Constantij Imper. Constitutio, quæ ait, de moribus actionem ultra personam extendi non posse, nec in hæredem haberi, nec tribui hæredi. Balduin.

IVDICIVM rescissorium, id est, cum uia agendi aperta est, sublatum est obstaculum: quòd is qui læsus est, potest rem suam petere, ac si nunquam fuisset usu capta: & damnum reponere, ac si nunquam fuisset læsus. Hinc ita dictum, quód rescindit obstaculum, & cassat quod obstabat læso. Zasius in tit. Instit. de act. d. §. atq; id duplex, scilicet Institutorium & restitutorium. Vide ibid. Sp.

IVDICIVM suum, hoc est, ultimam uoluntatē, non intelligitur quis uelle impugnare. l. tertia. de testament. milit.

IVDICIVM turpe, quo damnat⁹ infamia & turpitudine afficitur. Cicero pro Flacco, Iratus Flacco dixit Marc. Lurco, quòd (ut ipse aiebat) libertus erat eius turpi iudicio condemnatus, &c. Pro Sexto Roscio, Itaq; mandati constitutum est iudicium nō minus turpe, quàm furti. Item, In minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio condemnetur necesse est. Pro Cæcinn. Est enim turpe iudicium, & facto quidem turpe.

FORMVLAE IVDICII.

IVDICIO sisti. In iudicium exhibere, idem significant. l. si cum iudicio. ff. si quis cautioni. Aliud autē est Stare in iudicio, aliud sistere. Vlpian. in l. si quis. in fine. ff. si quis cautioni. Olden.

IVDICIVM facere, est iudicare. ut facere pugnā, prælium, coniecturam, finem, conuitium, furtum, pactionem, aliaq; eiusdem generis. Sp.

IVDICIVM dare dicitur Prætor, cùm agēdi potestatem facit, in eamque rem iudices dat. l. xxvj. ff. de dolo. l. j. ff. nautæ, caup. & aliàs passim. Dicitur & iudicium reddere Prætor. l. xxj. ff. de nego. gest. l. secunda. ff. de bon. eor. qui sibi ante sentent. Vt autem Prætor dat & reddit, ita litigatores accipiunt & suscipiunt iudiciū l. nona. §. Labeo. ff. de dolo. l. 36. ff. famil. erciscun. l. septima. ff. de aqu. & aqu. pluu. l. secunda. §. idem Pomponius. ff. de ædilit. ed. l. xxiiij. ff. de liber. caus. l. septima. §. ita demum. ff. de petit. hæred. l. tertia. ff. de iudic. l. quarta. §. non solum. ff. fin. regund. Brisson.

IVDICIVM profiteri, est ultro sese, consortesq; criminis deferre. Bud. ad l. Corn. de sicar. l. j. Old.

in IVDICIVM actionē producere: & rem in iudicium deducere idem ualent. l. 31. ff. de iud. l. 66. & l. ult. ff. de procuratorib. l. 13. ff. de pact. l. 17. §. penult. ff. de iureiur. Res autem in iudicium deducta nō uidetur, si tantùm postulatio simplex celebrata sit, uel actionis species ante iudicium reo cognita. l. prima. C. de lit. contest. Briss.

IVDICIVM manet & pendet: quādiu sententia dicta non est. l. 60. ff. de condict. indeb. l. 45. ff. mand l. 14. ff. de interrog. in iur. fac. l. 18. in fin. ff. de ui & ui arm. finitur uerò sententia lata. Briss.

IVDICIVM quatuor substantialia habet. 1. Vt in ius uocetur ille, qui iudicari debet. In ius enim uo

care est, iuris experiundi causa uocare. l. j. ff. de in ius uoc. II. Editio actionis, hoc est, talis intentio actoris ad iudicium exigitur, quæ si uera sit, consequatur iure, cōdemnandum esse reum, siue ex scripto, siue ex non scripto tractetur causa. III. Litis contestatio necessaria est in iudicio. Nam ratio naturalis dictat, ut nemo uiolenter aut tumultuariè obruatur iurisdictione, quæ ordinatio Dei est. Romanorum 13. IIII. Iusta præsentis iudicis cognitio, cum primis est de substantia iudicij: Siquidem meminisse oportet, omnem iudiciorum uim & potestatem, statim atque lis est contestata, iudicum humeris incumbere coram Deo & hominibus. V. Conclusio in causa pertinet semper ad formam iudicij, nec potest omitti: non ea ratione, quam formularij comminiscūtur: sed ideò, quia humanus adfectus ex natura corrupta, procliuus est ad controuertendum. l. item si unus. §. ult. ff. de recept. arbitr. VI. Sententia ad iudicij constitutionem haud dubiè ptinet necessariò, ubi causa non potest aliter transigi: Quandoquidem tota iudicis cognitio manca est, nisi sequatur res iudicata, quæ finem controuersijs imponat. Pulchrè itaque cohęrent istæ partes. Citatio enim uocat iudicandum. Æditio actionis instruit. Litis contestatio confirmat iudicium. Cognitio aperit negotium. Conclusio interrumpit disceptationem. Sententia diffinit totam litem. Hæc omnia latius tractantur in libello, de iure & æquitate. Olden.

IVGARIVS, id est, bubulcus, & auriga boum, q iuga ducit & regit.

IVGATIO, uectigal quod iugeratim, hoc est, de singulis iugeris præstabatur. Eiusq; immunitas, nisi à principe specialiter concessa sit, nullius momenti habebatur. l. immunitates. C. de agric. & censit. libro undecimo. Spieg.

IVGATIO agrorum possessionumq; mensurā significat, pro cuius modo certa Cæsaribus pensitatio præstabatur. l. j. de quibus munerib. uel præstatio. lib. 10. C. l. x. de susceptorib. eo. lib. l. 4. de indulgent. debit. in C. Th. à iugis animalium, quib. possessiones exercebantur, quæ & capita uocabantur, pro quorum numero ea præstatio inferebatur. l. 6. de extraord. munerib. in C. Th. l. j. de imponen. lucrat. descript. in eod. C. Ita iuga, & iugationem & iugorū capitationem accipe in l. 3. C. de episc. & cler. in l. j. & 2. de immunit. concessa. C. Theo. l. j. l. 2. l. 3. ne conlatio. transla. postul. l. j. de protesta. l. j. de priuileg. dom. August. C. Th. l. un. ne cōlat. per logograph. celeb. in eo. C. l. 6. de conlatio. donatar. l. 11. de exactionib. & l. un. Si per obreptio. in cod. C. Th. & l. prima. de imponenda lucrat. descript. lib. x. C. l. 9. de agric. & censit. lib. xj. Iustin. Nou. xvij. *Ἀναγκάσαι δὲ τοὺς δημοσίους πράκτορας ὥστε τοὺς ἀπαιτητὰς ἐν τοῖς ἰδίοις ἀπεχεῖν φανερὰ ποιεῖν ἅπαντα ἐφ' οἷς αὐτὰς λιβέλλοις, τοῦτ' ἔστιν τίσι πόσον τῶν ζυγοκεφάλων ἢ ἰούγων ἢ ἰουγατίων ὃ ὥσπερ δύναται σοῦ αὐτὰ κατὰ χώραν καλεῖσθαι καὶ ὑπὲρ τίνων αὐτὰ καὶ πόσον χρημάτων ἀπαιτοῦσι.* Iugatio autem eadem ratione dicitur qua ueteres id agri spatium quod iuncti boues uno die exarare poterāt. Iugum appellasse accepimus. Quemadmodum Varro lib. j. de re rust. cap. x. in Hispania ulteriore seruatum tradit. Cic. 5. in Verr. Quid qui in singulis iugis arāt, qui ab opere ipsi non recedunt. Casiodor. lib. 4. Variar. epist. ad Geberichum. Cōstantij supplicatione comperimus sacrosanctæ Ecclesiæ ipsius unum iugum ueterum principum pietate collatū nunc quorundam uiolenta usurpatione detineri. Briss.

IVGATORIVS bos, qui uulgo subditur.

IVGERVM dictum, quod uno boum iugo per diem exarari potest. Vide Alc. interpretantem l. mille passus. de uerb. sign. Alex. Neapolitanum cap. xx. lib. 2. Spiegel.

IVGERVM, mensura agrestis, quę est in longitudinem pedum 240. in latitudinem 120. Glossę uocāt Aruipendium, & πλέθρον interpretantur. Prat.

IVGIS aqua, profunda.

IVGIS puteus, altus.

IVGVLVM petere, in agendis causis tunc dicitur causidicus, quum id quod est potissimum, ualidissimè inuadit. Non abludit, quod uulgò dicitur **ich will jm das leben treffen.** Ita suis uerbis hominē iugulare, pro conuincere, notum est.

IVGVM, pro pari duorum animalium plerunq; accipitur, ut sæpe apud Vlp. Est tamen iugum non modò seruitutis, uerùm etiam beneuolentiæ. Sic enim Horat. Diffugiunt, cadis Cum fece siccatis, amici Ferre iugum pariter dolosè. Ac rursus: Diductosque iugo cogit aheneo.

IVGVM idem trahere, pro eo quod est, negocij uices pariter sustinere. **Zu gleichem gewinn vnd verlust.**

IVMENTORVM appellatione equus, equa, mulus, mula &c. *ὑποζύγια* & dorsuaria animalia continētur. Boues uerò licet collo domantur, quia tamen collo non ferunt, eadem appellatione non cōtinentur. l. 38. §. iumentorum. ff. de ædilit. ed. l. 89. ff. de uerbor. sign. l. 65. §. iumentis. ff. de leg. lib. 3. Elephanti & Cameli Iumentorum operam præstant. l. 2. in fin. ff. ad leg. Aquil.

IVMENTA autem alij à iuuando, ut Brechæus l. boues. ff. de uerb. & rer. sign. alij à iungendo detrita litera G. dicta putant. Qua in sententia Non. Marcellus est. Brisson.

IVNGERE litem inter se. l. j. ff. de litig.

IVNCTIM, sine interuallo.

IVNCTVS mulus, à clitellario differt: hoc est, mulus qui iugo assueuit.

IVNIORES, quos Sequius Tullius reipublicæ idoneos esse arbitratur, ab anno 17. usque ad annum 46. supra eum annum maiores appellat. Gellius lib. x. cap. xxviij.

IVRA prædiorum, sunt seruitutes propriè. l. j. de seruit rustic. præd. ut ait Connan. lib. 4. cap. 7. nū. 7. Dominium uerò, ius prædij nō est, sed ius ipsius domini. Spieg.

IVRAMENTI adiectio, quod sanctum est sacrū reddit: unde & iusiurandum appellatur sacramentū &c. Connan. lib. 3. cap. 1. num. 5.

IVRAMENTVM, affirmatio est, uel negatio, sacræ rei assertione, uel attestatione firmata. Dicitur autem, ut & iusiurandum, à iuro, quod propriè significat (teste Oldendorpio) promitto me, adhibitis etiam testibus, ita seruiturū, ac si ius esset: cumq; nullum sit præsentius testimonium, quàm diuini nominis, fit, ut tum iurare dicamur, cum Deum inuocamus testem. Et est multiplex. Voluntarium, quod & conuentionale dicitur, est quando extra iudicium, absente iudice, pars parti defert iuramentū, ad confirmandum contractus, & quæcunq; negocia, uidelicet ut promissa seruentur. Et hoc iusiurandum dicitur extraiudiciale & uoluntarium, de quo tamen non loquitur Paulus in l. iusiurandum, quod ex conuentione. in prin. ff. de iureiuran. ut quidam Oldendorpio teste, falso putant. sed l. j. & Constitut. Friderici Imperatoris. C. si aduers. uendit. Ex hoc autem iuramento non nascitur actio, ut dilucidè tractat idem Oldendorpius action. 9. Class. j. Iudiciale iuramentum

mentum aliud fit, quando in iudicio, coram iudice, & eo approbante, pars parti iuramentũ defert. Tertium iuramentum est necessarium, & hoc in triplici differentia. Aut enim suppletiuum est, uel in supplementum, quod à iudice defertur in defectum probationum. Aut iuramentum necessarium purgatiuum est, quo se quis purgat de conscientia. Aut est in litẽ iuramentum necessarium, quando æstimatur lis ex affectione iurantis. Zasius Institut. de actio. §. item si quis postulanti. Sed melius puto, ut eundem Oldendor. loco iam indicato adeas: ut cognoscas iuramentorum genera per interpretes obscurè magis, quàm utiliter tractata. Porrò iuramenti uoce usi sunt & Seneca in de Clementia, & Vlpia. in l. iusiurandum. 3. §. si de qualitate iuramenti. de iureiur. Sicq; in Florentinis libris legi, testatur Bud. Sp.

IVRAMENTVM affectionis. Quære paulo suprà, In litem iurare.

IVRAMENTVM calumniæ hæc continet. Primò, quòd non calumniandi animo litẽ moueat. Secundò, quòd bonam causam, siue iustam defensionem se habere putet. Tertiò, quòd in tota lite nullã exiget probationem, nisi quam pro ueritate putet esse necessariam. Quartò, quòd nullam allegationem causa differendi negotij proponet. Quinto, quòd nihil penitus causa patrocinij iudicibus, uel alicui personæ pro hac causa uel promiserit, uel postea daturus sit, uel per se, uel per mediam personã. Vide Baronem à Tautenberg, titulo octauo Progymnasmatum fori. Oldendorpius: Habemus nunc, inquit, iuramentum calumniæ, quo periuria magis introducuntur, quàm excludatur calumnia. & uerissimum est. Certè si cautiones antiquæ non essent abolitæ, quarum tamen quædam adhuc uestigia in quibusdam locis retinentur, nihilo peius forenses res haberent. Spiegelius.

IVRARE propter calumniam. Non nouam fuisse hanc iurandi consuetudinem, ostendit Cicer. pro Quint. Roscio, qui iurare in litem uocat, quod Iustinianus ait, iurare de calumnia. Quod est apud Iustinianum in l. secunda. Cod. de iureiur. propt. calum. dan. Balduinus. Datur autem de calumnia iusiurandum uarijs ex causis. nam & is, qui iusiurandum aduersario defert, iurat se id non deferre calumniandi animo l. xj. §. penult. ff. rerum amot. l. 34. §. qui iusiurandum. l. xxxvij. de iureiur. l. ult. Cod. de fideicom. l. delata. Codic. de rebus cred. & qui postulat ut sibi thesaurum suum, qui est in alieno fundo, effodere liceat, se id non postulare calumniandi animo l. xv. ff. ad exhib. & similiter qui postulat sibi copiam fieri inspiciendarum & describendarum tabularum testamenti l. penult. Cod. quemadmod. testa. aper. & qui probationes petit, ueluti testes & instrumenta, uel qui seruos in quæstionem petit, l. prima. Cod. de iureiur. propter calum. l. ultim. Cod. de quæst. uel qui petit comparationem literarum fieri, Nou. lxxlij. & qui satisdandi causa in municipium euocat l. de die. §. iubetur. ff. qui satisda. cog. & qui nouum opus nuntiat l. de pupillo. §. qui opus. ff. de nou. op. nun. & qui petit instrumentum exhiberi, quod falsum dicat, & si fides eius approbata iam semel iudici fuerit, l. ult. C. de fid. instru. & qui postulat edi sibi rationes argentariæ l. 6. §. exigitur. l. quædam. §. ult. ff. de eden. uel caueri sibi damni infecti, l. qui bona. §. qui damni. ff. de damn. infect. Item initio litis cuiusque utraque pars iurat se non calumniandi animo litem contestari. quod iuris etsi uideatur sibi Iustinianus uindicare l. secunda. Cod. de iureiur. propt. calumn. tamen & in Pandectas relatum est, l. inter cohæredes. §. qui familiæ. ff. famil. ercisund. Hoc tamen nouè adiecit Iustinianus in Nouel. xlix. ut & initio litis iuret utraque pars, se differendi negotij causa probationes ab aduersario minimè petiturum, quod singula quæque momenta, quibus probationes ab aduersario desiderabuntur. Petita tamen comparatione literarum, iurabitur iterum, quia & de dolo iuratur, Nouell. 73. Petito item iureiurando, ut Leonis Nouel. 99. Aliæ probationes uel productiones si petantur, sufficiet iusiurandum datum litis initio. Iusiurandum igitur calumniæ, quod dicitur uulgò, nõ est generale de quacunq; re, sed de litis contestatione tantùm: & datur in causis ciuilibus tantùm, non in criminalibus, ut constat ex Leonis Nouel. 107. & 97. nam in criminalibus sufficit inscriptio. Fridericus tamen constitutione de pace tenenda & de incendiarijs id etiam exigit in causis criminalibus, nõ (ut plerique opinantur) etiam Henricus libr. 2. legum Longobardorum, cuius constitutionem retulit Honorius cap. 1. de iur. calum. Cuia. in expositio. Nouel. Iustinia. 49. de appellat. & de priuat. script. & iureiurando dilat.

IVRARE ex animi sui sententia (sic enim nuper sententia pro scientia restitutum fuit) fuisse ex antiqua Romanorum formula, testis est Cicero in Aca. Quæst. Balduin.

IVRAMENTVM solenne uocatur, quod Barbari iuramentum corporale dicunt. Olden. uide iurare corporaliter.

IVRAMENTVM semper habet hanc in se clausulam iuris: Salua superioris Magistratus iurisdictione. Ideò qui iurarunt seruare statuta & consuetudines: hi possunt nihilominus & debent admittere cognitionẽ superioris iudicis. Item qui iuramento promisit stare iuri apud aliquem, is utiq; non renunciat iudicio maioris magistratus. c. Veniens. De iureiuran. l. Is cui bonis. ff. de uerb. oblig. Et, De pac. iurament. firman. §. Sacramenta. c. Constitutus. De rescrip. l. Imperatores. ff. Ad municipa. Et Fridericus in sua Consbt. de feud. §. ultim. Adde. c. Cum te. De iureiuran. lib. 6. Olden.

IVRAMENTVM informe. Quære, Iusiurandũ simplex.

IVRAMENTVM litis decisiuũ, nihil aliud est, quàm iudiciale, per quod lis deciditur. Zas. Institut. de act. §. item si quis postul.

IVRAMENTVM ueritatis appellatur, quod iudex cognita causa defert actori, ad supplendã probationem eius.

IVRAMENTVM referre. Vide, Referre iusiurandum.

IVRAMENTA remittere. Lege, Iusiurandum remittere.

IVRAMENTVM habet uim iudicati. l. 2. ff. de iureiurand.

IVRARE corporaliter Impp. in Codicis plerisq; constitutionibus dicunt, opinor, Ethnici quidẽ de ijs qui aras in iurando tenebant: Christiani uerò de ijs qui Euangelij codicem attingebant. Veluti Diocletianus l. 3. Cod. si minor se maior. dix. Huiusmodi autem sacramento corporaliter præstito, nullum tibi superesse auxilium perspicui iuris est. Iustin. l. prima. Cod. de iureiur. propt. cal. Non aliter concedimus, qui quæstiones seruorum exposcũt, ad hoc uenire, nisi prius tactis sacrosanctis scripturis deponant, &c. Item in l. j. C. si aduers. uend. & l. properandum, 2. C. de iud. Cic. pro Flacco, Ergo is qui si aram

tenens iuraret, crederet nemo, per epistolam, quod uolet iniuratus probabit? Liuius lib. 21. Fama etiam est, Annibalem annorū fermè nouē pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hispaniam, cùm sacrificaret, altaribus admotum tactis sacris, iureiurando adactum se, cum primùm posset, hostem fore populo Rom. Hotom.

IVRAT corporaliter, qui iurat tactis sacrosanctis Euangelijs, uel manu sublata, quos Balsamo uocat [illegible] Cuiac. ad Nou. Iustinian. 51. de mulieribus scenicis.

IVRARE in litem, est per religionem iurisiurandi declarare, quanti æstimetur tota res controuersa ab actore. Cùm enim iudex in hoc iuramento adfectum actoris & fidem sequatur in litis æstimatione propter contumaciam non obtemperantis, meritò dicitur iusiurandum in litem, quasi in uniuersam æstimationem litis, nulla certa consideratione in unā aut alteram rem facta. Quemadmodū ferè in factū agere dicimus eum, qui in totam facti seriem experitur, nulla specialiter introducta ex facto ꝑsequendi formula. Quare aliàs in litem, aliàs adfectionis iuramentum dicitur Vlpiano in l. si per alium. §. j. ff. ne quis eum qui in ius uoc. l. j. & l. 2. ff. de in litem iuran. Oldendorpius.

IVRARE per Genium principis in l. 13. in fi. ff. de iureiuran. Accursius interpretatur Deum principis, Bartolus Genium, principem ipsum exponit. Accursius fortè ineptè interpretatus non est. Nam & ridicula antiquitas deos sibi quos uolebat, fingebat eosque geniales, idq; ex Alex. ab Alexan. lib. 6. cap. 4. liquet. huius modi iusiurandum commemorat Tertull. lib. ad Scapulam. Sed, ait, ijdem ipsi, qui per genios eorum in pridie usq; iurauerant. Prat.

IVRARE conceptis uerbis. Vide, Conceptis uerbis iurare.

IVRARE conceptis uerbis. Iura per saluté. Conceptis uerbis ita iurari solet, ut is qui iusiurandum deferebat, uerbis quibus iurari uellet, præiret. Eiusque iurisiurādi extat apud Plautum in Rudente elegans formula. Cæterum si nec uerbis conceptis, nec aliud aliquod specialiter aduersario delatū esset iusiurandum, sed dictum simpliciter, Iura per Iouem, tunc usitata & solenni quadam Iouem lapidem iurandi formula utebantur Romani. Auctor est enim libro x. Festus, iuraturos per Iouem, lapidem silicem tenuisse, hæc solennia uerba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, salua urbe arceque, bonis eijciat, ut ego hunc lapidem. De quo iureiurando uisus est sentire Plinius, sic in Panegyrico scribens: Quin etiam sedens præbuit iusiurandum, & ille iurauit & expresꝭit, explanauitque uerba, quibus caput suum, domum suam, si scienter fefellisset, Deorum iræ consecraret. Qui autem sic iurabant, eos dici Iouem lapidem iurare testatur Cicero: sic enim Trebatio scribit Epistolar. libro 7. Quomodo autem tibi placebit Iouem lapidem iurare, cum scias Iouē iratum esse nemini posse? Probari id etiam ex Gellio potest, qui de Phauorino Noct. Atticarum libr. j. capit. xxj. scribit. Et ita per Iouem iurare, nihil aliud fuisse uidetur ueteribus, quam Iouem lapidem iurare. Intelligi id etiam ex Plauto potest in Aulularia. Cum enim Strophilus Lyconidi adolescenti iusiurandum ad hunc modum detulisset, Iura per Iouem, & inter cætera respondisset Lyconides, Sed me cito expedi sis, subiecit Strophilus. Hem silicem tibi. Tunc accepto silice iurans per Iouem, hac formula usus est Lycon. Si te ego sciens fallo, ita me eijciat Diespiter bonis, salua urbe & arce, ut ego hunc lapidem. Hæc cum ita sint, nunc uideor mihi intelligere, quidnam Vlpianus sibi uoluerit, cum ita scriberet. Qui per salutem suam iurat, licet per Deum iurare uideatur (respectu enim diuini numinis ita iurat) attamen, si non ita specialiter iusiurandum ei delatum est, iurasse non uidetur, & ideo ex integro solenniter iurandum erit, capit. xxxiij. de iureiurando. Sensus enim est, Si sic delatum tibi fuerit iusiurandum, Iura per Iouem, & tu per salutem tuam ita iuraueris, Ita mihi Iouem uelim propitium: Iupiter mihi iratus fiet: quamuis per Iouem iurare uidearis: attamen eius, qui iusiurandum tibi detulit, intentioni non satisfacis. His enim uerbis, Iura per Iouem, ea est (quemadmodum ex superioribus constat) deferentis intentio, ut Iouem uelit lapidem iurari. Nec aliter per salutem suam reo iurare permittitur, quam si ab actore specialiter, id est, nominatim his uerbis: Iura per salutem tuam, ei delatum esset iusiurandum. capit. quinto, dict. titu. in princip. Quà de caussa, si iussus per Iouem iurare per salutem suā iurauerit, iurasse non uidetur, & ideo ex integro iurandum erit, inquit Vlpianus: hoc est, ad solennem usitatamque Iouem lapidem iurandi formulam confugiendum. De qua formula etiam Paulum sentire à Cuiacio & Russardo Iurisconsultis doctissimis est obseruatum in capite uigesimo sexto, de iureiurando. Ausim dicere in fine capitis tertij, de iureiurando, sic apud Vlpianum etiam scriptum fuisse: Cæterum si ego detuli, ut per Iouem iurares, eaque uerba ad hanc formulam omnino referenda uideri. Et certè Iouis nomen, ut Ethnicum, Christianæque religioni aduersarium, ex prudentum responsis sustulisse Tribonianum, & eius loco Dei uerbum posuisse, ex eo potest euidenter intelligi, quod in ijsdem responsis, crucis nomen in furcam idem Tribonianus omnino mutauerit. Quæ res efficit, ut quoties in prudentum responsis Dei occurrit mentio, uerbum illud ex prudentum intentione ad Iouem semper referendum uideatur. Igitur per Deum iurare nihil esse aliud in illis responsis ex intentione prudentum potest, quam iurare per Iouem, hoc est, Iouem lapidem iurare. Et ita mihi uidetur. Ræuardus Varior. lib. 5. cap. 5.

IVRARE per Iouem. Quære, Iusiurandum.

IVRATI testes. Vide j. Testes iurati.

IVRATISSIMI uocem qui usurpant ex ueteribus, idoneos proferant autores. Certè apud Plinium in Præfatione locus corruptus est, quem Rhenanus noster restituit. Spieg.

IVRATORVM nomine censeri posse, qui iudices, uulgò Scabini, Scheffel appellantur, uideo placere nonnullis eruditis. Spieg.

IVRATE promittere. Paul. l. ultim. qui satisdare cog. Qui iurato promisit, iudicio sisti, nō uidetur peierasse, si ex concessa causa hoc deseruerit. Sp.

IVRE belli transfugam recipi, quid sit, uide l. trāsfugam. ff. de acqu. rer. dom.

IVRE communi qui tutus est, priuilegijs non indiget. Id autem intelligitur, quum aliud ius non exprimitur. Insti. de iur. nat. §. quoties. l. final. C. de his qui uen. ætat. imp. Sp.

IVRE legitimo. l. si naturalis. ff. de adoptio.

IVRE publico, id est, ciuili. l. placet. C. de Episc. & cleric. Alberic.

IVRE reuocandi domū, est posse petere, ut causa, ob quam alibi cōueniuntur, remittatur domum, & ad locum, in quo domicilium habent. l. secunda. §. lega-

§.legatis. Digest. de iudic. Spiegelius.

IVREIVRANDO firmare. Cicero de Legibus: Plurima firmantur iureiurãdo inter ipsos homines, dijs immortalibus interpositis, tum in iudicibus, tũ testibus. Idem in Officijs, Dare iusiurandum, dixit. Liuius, reddere & exigere. Sp.

IVRGARE, quasi de iure agere, & contendere. Hinc iurgium quasi iuris agium. c. forus. §. iurgium. de uerb. sign. quò pertinet, quod ait Festus lib. 9. Iurgium, iuris actio. Sp.

IVRGIVM à diuortio separat Iurisconsf. l. quod si non diuortium. ff. de iur. dot. pro iracundia non durante. Prateius.

IVRIDICI, à dicundo iure præfecti Italiæ, ab Adriano principe instituti, apud Capitolinum, annotãte Egnatio, intelligẽdi. Notus tt. Iuridic9 dies, quo ritè ius dici potest. & iuridica actio, quę secundũ ius est. & iuridicus cõuẽtus, in quo iura reddũtur. uelu ti nostrate lingua, Raht/Gericht/Hoffgericht habẽ. ubi plures de causa deliberantes, tandẽ eam per sen tentiam decidentes conueniunt. ff. de offic. iuridici. quem uide & l. Thais. de Fideicom. libert. Sp.

IVRIDICVS Alexandriæ. Iuridicus Alexãdriæ est, qui demandatam iurisdictionem à principe in ci uitate Alexãdrina Ægypti habet. Et hic ex equestris ordinis uiris creabatur, quod Tacitus significat, lib. 12. & alibi annotauimus. Est autem Alexandria urbs Ægypti, non longè à Nili ostio, ab Alexandro Macedone (unde illi nomen) condita, ante Seruatoris ad uentum anno uigesimo supra trecentesimũ. Habuit olim scholas omniũ disciplinarum liberaliũ: fuitque ob commoditatem maximum totius orbis emporium, quemadmodum & pręclara alia, scribunt historici, & cosmographi, maximè uerò ij, quos suprà nominauimus in dictione, Alexãdria. quibus addo hic Solinum. Anchor.

IVRIS alia quæstio est, alia facti: uide Quæstio. Hotomannus.

IVRIS autem quæstio est, cum constat factum esse id, de quo lis est, nec ulla est inter litigantes cõtro uersia an factum sit, sed causæ stat9 finitimus est, aut iuridicialis ut est Rhetorum loquendi consuetudo. Facti quæstio dicitur cum non constat, an id factum sit, super quo lis orta est, quodque inficiatur reus. Et hanc causæ constitutionem Rhetores uocant Coniecturalem, quod coniectura tunc uerum quæratur. Qua in re nullus sane est Iuris scientiæ locus ut permultis in locis testatur Cicero. ut in Topicis. Nihil hoc ad ius Ad Ciceronẽ (inquiebat Gallus noster) si quis ad eum tale quid retulerat ut de facto quæreretur. Qua de re latius Franc. Duaren. li. j. anniuers. disputat. cap. 41.

IVRIS ciuilis intellectus. ex Rhetoricis præceptis magna ex parte petẽdus. Vide j. Negatio pura.

IVRIS nomine continentur seruitus, hæreditas, dos, peculium, possessio, obligatio. Hęc enim omnia Iuris nomina sunt. Cuiac. Not. ad lib. 2. Institu. tit. de rebus corporalibus & incorporalibus.

IVRIS professores. Quære, Professores iuris.

IVRIS quæstiones sunt duæ, ut elegãter Fabius tradit lib. 12. c. 2. quarum una uerborum proprietate continetur. finitione explicatur: altera æqui disputatione continetur, qualitate explicatur. Addi poterit & tertia quæ facti siue uoluntatis, atque adeò in æstimatione iudicis quęstio est l. uoluntatis. C. de fideicom. & coniecturis explicabitur. Omnis itaq; quæstio Iuris in hæc tria genera deduci potest. Cuia. Iul. Paul. recept. sent. lib. 3. tit. 6. §. dulcibus legatis.

IVRIS stricti uocabulum peculiare est Iurisconsultis. Reliqui scriptores: Budæus ait, summum ius appellant. Inde summo iure agere, pro eo quod est, non ex æquo & bono, sed iniquiore quodam iure, & præfracto. Spiegel.

IVRIS stricti rationẽ Impp. in l. placuit. C. de iud. non ius scriptum appellant, ut quidam putãt: sed ut obseruauit melior ille noster Romanarum legum interpres Oldendor. præduram, & ab humanitatis regula alienam interpretationem, aut etiam cauillationem sophisticam, eorum quæ lege compræhensa nõ sunt. Spiegelius.

IVRIS studiosi appellatione, Iuris interpretes consultiq; significantur. Cuiac. in exposit. No. Iusti. de instrumẽtis, & ut protocolla instrum. relinq. &c.

IVRISCONSVLTVS est (inquit Antonius apud Cicer. lib. de Orat. 1.) qui legum & consuetudinis eius, qua priuati in ciuitate utuntur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cauendũ peritus est. Sed uideamus ne quid huic absit definitioni: quum Pragmaticis, ut alibi diximus, hæc eadẽ quadret definitio. Iurisconsulti enim ius in ciuitate constituũt, de ijs negocijs de quibus ius certum est nullum, cõsulti. Itaq; eorũ responsa, iuris ciuilis in parte numerantur. Consulebantur autẽ (ut Fab. ait) aut de uerborum proprietate, ueluti si de testamẽti stipulationisue uerbis esset controuersia, uel de æqui disputatione, ut in Sergij & Oratæ causa illa nobili: aut de uoluntatis cõiectura, ut quum testatorẽ aliquid amplius uoluisse, quàm dixisse contenditur. Cicer. pro Plancio, Quæris num Iurisconsultus: quasi quisquã sit, qui sibi hoc falsum de iure respondisse dicat. Oẽs enim iustiusmodi artes in ijs repræhendũtur, qui cũ professi fuerint, satisfacere non possunt: non in ijs, qui abfuisse ab istis studijs confitentur. Quare uideamus ne uerior hæc sit definitio: Iurisconsultus est, qui tum iuris ciuilis, tum ęqui boniq; peritus, populo se ad agendum, cauendum, interpretandum, respõdendumq; dedit. nam his omnibus in rebus Iurisconsulti officium uersari, nos in Iuriscõsulto nostro copiosè ostendimus. Hotom.

IVRISCONSVLTI nonnunquam figuratè loquuntur. Alciatus exempla proponit lib. 4. de uerb. sig. latè ostendens quib. figuris usi sint. Sed & ipse legislator ironicè loquitur, quod & ab Apello animaduersum est, in l. antepen. C. de leg. Idem agit in l. j. §. bestias. uers. deniq;. ibi nisi in arena passi sint se honorari. de postul. in l. sicut aũt. in prin. si seruit. uend. in l. Offilius. uers. pone, inquit, de leg. 3. Cæterũ qua lingua intelligendi sint ueteres Iuriscõsulti, superius in uoce Intentio indicauimus. Sp.

IVRISCONSVLTORVM uel prudentiũ triplex est differentia, quam obscurè confundit Tribonianus. Inst. de iur. natur. gent. & ciuil. I. Fuerũt prudentes qui leges XII. Tab. interpretabantur, quorũ disputationes fori, dicuntur Ius ciuile. l. 2. §. his legibus latis. ff. de orig. iur. II. Fuerunt prudentes, qui priuati respondebant consulentibus autoritate probabili, non autem necessaria. III. Cœperunt publicè Imperatoris autoritate signatis scriptis responderé sub Augusto, à quorum responsis non licebat recedere, d. l. 2. §. primus D. Augustus. Sp.

IVRISCONSVLTI sæpè à Iustiniano legũlatores appellantur. Cuia. ad l. 2. ff. de excusa. prope fi.

IVRISCONSVLTORVM successio, quare demonstranda sit, optimæ sunt rationes. Primùm, quia dignatio personarum, fides item & eruditio autorũ, non mediocriter commendat leges ab eis latas. Deinde,

inde, qua forma, quo studio & deliberatione traditæ sint ab eis: nemo satis admirari potest, qui non totã professorum iuris seriem perspexerit, quomodo alius alia in re plus præstiterit. Olden.

IVRISCONSVLTORVM & imperatorũ Romanorum lectioni assuesci quantũ profuerit, incredibile dictu est, imò nec dici quidẽ satis potest. Primum, quòd autoritas eorum certa est & necessaria, cùm interim Doctorum pręceptiones non nisi probabiles ac incertæ. Deinde, quòd ingenia studiosorum transformari solẽt in mores & phrasim loquendi præceptorum. Atque illa est causa, quòd Romani iuris proceres tãta Latini sermonis puritate, ac phrasis similitudine, eademq; grauitate scripserũt, & uelut uno ore interpretati sunt leges. Nam magna pars eorum ab uno Papin. præceptore imbuti, nõ nisi doctissima iuris monumenta in manib. uersabant. Contrà uerò, quòd recentiores iurisperiti, neglecto paulatim Romanorum exemplo, longeq; ab eorum imitatione discedentes, degenerarint, nõ dico quò tandem, sed res ipsa nos satis admonet, nisi planè ad utramq; aurem dormiamus. Old.

IVRISCONSVLTORVM proprium munus est respondere, cauere, & ex iure formulas componere, quod est scribere. Cicero pro Muræna: urbanã militiam respondendi, cauendi, scribendi. Idẽ in Topicis: cum tu mihi meisq; multa sæpe scripsisses. sic legendum ex uet. libris. Quod & iura condere Iustinianus dixit in §. responsa. Institu. de iur. nat. & inde ab Eutropio lib. 8. Vlpianus iuris conditor appellatur. Cuiac. ad l. Gallus. ff. de lib. & post.

IVRISCONSVLTOS, maximi nominis reddidit scientia iuris, quæ semper summo honore est habita. Et profectò, sicut corpus nostrum sine mente cadauer est: ita ciuitas sine legibus certis, perniciosa censetur hominum colluuies, hoc est, multitudo ex diuersis locis uelut sordes coacta. Cic. pro Cęcinna: Nihil enim, inquit, tam diligenter retinendũ, quàm ius ciuile: quo sublato, nihil cuiq; exploratũ esse potest, quid suum, quid alienum sit. Old.

IVRISDICTIO. Iurisdictio potestas est de publico introducta, cum iuris dicẽdi (unde uocata est, non autem à ditione, ut annotat Alciat. ad fin. c. 24. lib. dispunct. 2.) & æquitatis statuendæ necessitate. gl. & ibi Bar. in l. j. ff. de iurisd. omn. iud. gl. in Authẽt. de defensor. ciuit. §. iurisiur. in gl. mag. cir. med. col. 3. Quare allucinatur Accursius dum iurisdictionem à iuris ditione dictam putat, ex quo infert, absurdum hoc est, merum imperium sub iurisdictione cõtineri, cum potius ipsa iurisdictio sub imperio compræhendatur, ut patet in hac l. ibi mixtum imperiũ, cui etiam iurisdictio inest. Accurs. sententiam etiam ipse Bart. multiq; alij sequuntur, cum tamen si quis diligenter aduertat, non dicatur iurisdic. à ditione, sed à dictione. nam per c. scribi solet, nec considerant ditionem siue potestatem iuris non esse apud iudicẽ, qui tamen dicitur habere iurisdictionem, sed apud solùm principem. Iudex uero habet iurisdictionem, quia ius dicit. Quare etiam ius dicens appellatur, in l. prima. huius titul. & in l. si conuenerit. infrà eodem titul. & in titul. infra. si quis ius dicent. non obtemp. Ad hoc facit Columella, libro duodecimo, capite secundo. Quod non scilicet faciunt magistratus assidua iurisdictione uim legum custodientes: Quamobrem cum Suetonius in Caligula ait. Magistratib. liberam iurisdictionem cõcessit sine sui appellatione, non intelligit potestatem iuris condendi, sed iuris dicendi. Nam quum iudex iurisdictionem exercet, dicitur ius dicere. Plaut. in Bacchide. Itur illinc iure dicto. Cicero ad Quint. Fratrem: Sit summa in iure dicendo seueritas. Liuius libro secundo, ius de creditis pecunijs dicere. Quod Herodotus dixit, δίκας δικάζειν. Sic enim in Thalia loquens de supremis iudicibus apud Persas ait, οὗτοι δὲ τοῖσι δίκας δικάζουσι, καὶ ἐξηγηταὶ τῶν πατρίων θεσμῶν γίνονται, καὶ πάντα ἐς τούτους ἀνακέαται. Sed multa huiusmodi errata apud Glossarũ scriptores, aliosq; iuris ciuilis interpretes uidere licet, quæ refellere non enitar, ne tantum in his leuiorib. elaborare uidear. Ferran. lib. Explicationum 1. in l. 3. de iurisd. omn. iud.

IVRISDICTIO Anomala, quæ & Extraordinaria dici potest, quæ consuetudine, non iure subsistit: cuiusmodi est iudicum curiarum dominicaliũ, qui circa feuda tantùm, emphyteuses, & pacta curialia cognoscunt. Sp.

IVRISDICTIO libera dicitur, cum is qui eam habet, non impeditur maiore aliqua potestate, quo minus agat pro imperio, & lege agi iubeat. Ex Budæo in poster. Annot. Sp.

IVRISDICTIO restitui, uel abrogari, ut dicatur, unde loquendi modus ille inoleuerit, ostendit Alciat. cap. 2. lib. 3. Parerg. Sp.

IVRISDICTIO, facultas atq; potestas est iuris dicendi. Nam ius dicere, est præesse iuri dicendo. & legibus gubernare, ac iustitiam ministrare. Improprié accipitur pro notione, in l. ait Prætor. de Sent. & re iud. Sunt qui scribant Iurisditio. Sp.

IVRISDICTIONEM solorum magistratuum, non iudicum datorum constat l. 5. l. 57. ff. de re iud. & alibi. Iurisdictionem definit Vlpian. l. 3. in fin. ff. de iurisd. om. iud. quam sequitur C. Harmenopulus libro j. tit. 4. τὸ γάρ, ait, δέδοται διὰ κατοχὴν δημοσιεύσεως ἐστίν. Significat autem omnem magistratuum potestatẽ l. 1. ff. de iurisd. Sumitur etiam pro simplici notione l. 5. ff. de re iud. l. 8. §. sed nec. ff. de transact.

IVRISDICTIONEM pro uniuerso Prætorio officio, & munere Gellio lib. x. cap. 15.

IVRISDICTIONIS forma pro eius ordine l. 1. C. ubi in rem actio.

IVRISIVRANDI illiciti absolutionem petere uanum est. Vlpianus: De hoc iureiurando, ait, remittendo, nec est necesse adire Prætorem. Semel enim in perpetuum à Prætore remissum est, nec per singulos remittendum. Oldendorp. Iusiurandum autem illicitum Iurisconsult. interpretatur improbatæ publicè religionis: l. si duo patroni. §. ultim. Digest. de iureiurando.

IVRISIVRANDI religione, nõ ut cibo, uerùm sicut condimentis uti oportet ad necessitatem: iuxta præceptum Dei. Et rectè Iurisconf. tradunt grauissima præcepta de euitando, ut (quoad fieri possit) parcissimè eo utamur, uelut cõdimento. Et Pompon. refert, Labeonem respondisse: Etiam absenti & ignoranti iurisiurandi gratiam fieri posse. Ipse addit. Per epistolam quoq; remitti, in l. pen. ff. de iureiuran. At Doctores tradunt.

IVRISIVRANDI religio expediendarũ litium maximum remedium in usum uenit, qua uel ex pactione ipsorum litigatorum, uel ex auctoritate iudicis, deciduntur controuersiæ, ut dicit Gaius in l. j. ff. de iureiur. Et profectò his uerbis magnam utilitatẽ iuramentorum explicat. Nam ad dirimendas lites, quarum alioquin nullus inueniri posset finis, deseruiunt. Et sanè prodest Reipub. si controuersię hominum celeriter expediantur, ad retinendã salutarem concordiam. Quamobrẽ, non solũ utilis, uerũ etiam neces-

necessarius est iurisiurandi usus, uelut ultimum inter mortales præsidium tuendæ ueritatis, quoties omnia probationum genera deficiunt. Credendum enim est, homines, qui aliquid frontis habent, diuini nominis testimonium non falsò inuocaturos. Old.

IVRISIVRANDI usus triplex est, ex quo tria iuramentorum genera, quæ obscurè magis, quàm utiliter tractant interpretes, introducuntur. Aliàs enim iuratur extra iudicium ad confirmandum contractus, & quęcunque negotia: uidelicet, ut promissa seruentur. Et hoc iusiurandum dicitur Extraiudiciale, & Voluntarium: quia dependet planè ex arbitrio inuicem negotiantium, quatenus sit dandum & concipiendum. De quo tamen non loquitur Paulus in l. iusiurandũ, quod ex cõuentione. In princip. ff de iureiuran. ut quidã falsò putant: Sed l. 1. & Constit. Friderich Imperatoris. Aliàs exiguntur iuramẽta ad præparationem, uel etiam cogniti onem iudiciorum rectè exercendam, ne quid per fraudem eorum qui in iudicio uersantur, incidat, quod euertat ueritatẽ. Vt sunt ea, quæ dãtur, uel calũnię, uel testimonij dicẽdi, uel cautionis, uel æstimãdæ rei gratia, iuxta l. si tutor. ff. de in lit. iuran. itẽ iusiurandũ iudicis uel aduocati. l. rẽ nõ nouã. C. De iudic. Et si quæ sunt his similia. Hoc autem iuramentorum genus Iudiciale & necessarium rectè potest adpellari: quoniã non ut præcedens relinquitur prorsus priuatorum arbitrio, quatenus dãdum sit, uel non sit, cùm ex iure certam formam habeat, ac plerunque necessariò suscipiatur in iudicijs. Aliàs denique iuramẽtis utimur deferẽte iudice: uel etiã litigatoribus ipsis consentientibus, in iurandi conditionem (semper tamẽ adprobante iudice) ad explicandã semel totã litem. Vnde nuncupantur decisoria, quòd finem imponũt cõtrouersiæ, ut actori decernatur, quod intẽdit, aut reo, quod excipit. Paul. elegãter dicit, eo modo propter rem iurari, in l. quoties. ff. de iureiurãd. Propter rem autẽ (inquiens) iusiurandũ exigitur (ueluti de pecunia credita) cùm iurat actor sibi dari oportere, uel reus se dare nõ oportere. Idẽ est cùm de pecunia constituta iusiurandum exigitur. Old. uide & Forcatulum in Necyomantia Dialogo 54.

IVRISIVRANDI gratiam facere. Gratia iurisiurandi solet aut ad delatũ & susceptum, aut ad pręstitum iusiurandum referri. Qui iusiurandum remittit, gratiam iurisiurandi facere dicitur. Qui præstiti iurisiurandi religione aliquem liberat, is etiam iurisiurãdi gratiam facit. cap. 38. in princ. Ad municipal. Remittens iusiurandum, non aliter gratiam facere intelligitur, quam si deferente se aduersarius iurare paratus, suscipiat iusiurãdum d. cap. 6. Eaq; res efficit, ut huiusmodi gratia iurisiurãdi, nec absenti, multoq; minus ignoranti fieri posit. Nam quomodo ab ignorante suscipi iusiurandum, aut quomodo ignorans esse paratus actore deferente ad iurandum potest? Et idcirco nequaq̃ ambiguũ uideri debet, quin pessimè de Iurisiurãdi delati remissione Pomponiũ acceperint interpretes, Labeonis sententiã ad hunc modum referentem: Labeo etiam absenti & ignorãti iurisiurandi gratiam fieri posse respõdit: sed & per Epistolam iurisiurandi gratia fieri potest. cap. 41. de iureiur. Proinde nõ delati susceptiq;, sed præstiti iurisiurandi absenti & ignoranti gratiam fieri potuisse, est uerisimilius, idq; sibi Pomponium & Labeonem uoluisse. Dici non potest quam idipsum Plauti auctoritate confirmetur. Postquam enim apud Plautum in Rudente, iureiurãdo per Veneris aram conceptis uerbis præstito talentũ argẽti magnũ Gripo promisisset Labrax Leno, hanc summam Dæmones lenoni à seruo suo piscatore Gripo remitti uolens, his uerbis usus est.

Res soluta est Gripe, ego habeo, Gr. At ego me manolo
Dæ. Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres, iurisiurandi uolo
Gratiam fac ai ——

Ex quo loco euidenter apparet, cum id quod iuramẽto promissum est ultro, siue (ut hic apud Plaut.) pactione aliqua remittitur, tunc etiam iurisiurandi gratiam fieri. Sic iurisiurandi gratiam uisus est etiã accepisse Suetonius ad hunc modum de Tiberio scribens. Equiti Romano iurisiurandi gratiam fecit, uxorem in stupro generi cõpertam dimitteret, quã se nunquam repudiaturum antè iurauerat. Quod igitur Põponius & Labeo de iurisiurandi gratia scribunt in d. ca. 41. hoc sic uidetur accipiendũ quasi dixerint, id qđ iureiurãdo ꝓmissum est, absenti, ignorantiq;, & per epistolam remitti posse. Rẹuard. Varior. lib. 5. cap. 2.

IVRISPERITI, apud Alfenũ, ff. Si seruit. uendic. Annio, inquit, consilium omnes iurisperiti dedẽrunt, ut cum eo ageret, ius ei non esse, in eo loco ea posita habere, inuito se. Sp.

IVRIS præcepta tria sunt: honestè uiuere alterũ non lædere, ius suum cuiq; tribuere. Iuris autem, intellige naturalis. Et quàm huc omnes referantur humanæ leges, Oldendorp. demonstrat breuiter: Honestè uiuẽdo castratur libido: si neminem lædimus, coercetur ira: si cuique suum finitur, reprimitur cupiditas. Quę fiunt iniustè, ferè ab his uitijs oriuntur, quæ his præceptis Vlpianus prorsus explodit. Sp.

IVRISPRVDENTES. lege ibidem.

IVRISPRVDENTIA, est diuinarum & humanarũ rerũ notitia, iusti atq; iniusti scientia, hoc est, ipsa ἐγκυκλοπαιδεία disciplina rotunda, integra, & sine offensione. Budæus in l. j. de Iust. & Iur. Vel est ars boni & æqui. Neque enim uoluit Iurifcõsultus hac posteriore definitione ius definire, sed ipsam iurisprudentiã, quę est habitus animi, ipsius uidelicet intellectus. Ius uerò nihil aliud est, quàm relatio. Nam & Obligatio est Ius, & actio est Ius, & Dominium, & Vsufructus, & pleraq; in legib. infinita, nimirum species ipsius iuris. Ex Apello. Sp.

IVRISPRVDENTIA cur prę cęteris artib. tã sit obscura, causa est: Primũ, qa iurisperiti non rectè docuerũt ab aliquot annis, partim uana ambitione glorię, partim ignorãtia seducti: Tũ, id qđ in una ac simplici cognitione erat, in infinita torserũt, ut nulla hominis ętas sufficiat nunc lectioni uel solius Baldi aut Iasonis. Deinde, quoniã nõ obseruarũt forũ, h. e. traditiones suas nõ exegerũt ad usum forẽsem, nec perpẽderũt, qd huic seculo cõueniret: qd obseruatũ esset: qd mutatũ aut abolitũ uidereĩ, idq; breuiter. Deniq;, quòd nõ adhibuerũt methodũ, sed oĩa cõfuse tractarũt. Imò in quib. maxima uis erat gubernãdę Reipublicæ & legũ interpretãdarũ, de his aut nihil, aut erronea tradiderũt. Cõtrà q̃ obliterãda potius erãt, scripserũt sæpius, ordinẽ planè inuertẽtes. Vt igitur emẽdem⁹ hunc errorẽ, ante oĩa fugere oportet uanã rixãdi libidinẽ, scilicet res Ciuiles, tũ publicę, tũ priuatę magna grauitate atq; ad captũ iuuẽtutis simpliciter & crasse tractẽtur. Deinde methodus seruãda fuerit, ut prius fontes, quàm riuuli perspiciantur: & prius Diuini, q̃ humani iuris formulæ cõcinna quadã breuitate studiosis proponãĩ. Old.

IVRIS ignorãtia. Ignorãtia iuris est, ueluti si cõpertũ habeã Titiũ intestatũ uita functũ esse, sed iure cognationis succedẽdi mihi copiã esse ignoro: aut si

aliū, qui nō ꝓponi queat, iri prępositum mihi existimo. l. 3. ff. de iur. & facti ignorant. ff. Diximꝰ & de hoc supra abunde satis pro nostro hic instituto. Ancohr.

IVRIS autē scientiam appellat Paulus de uerb. oblig. exactam illam uerborum omnium atq; adeò literarum obseruationem &c. Connanus lib. 1. cap. 11. numero quarto.

IVRIS scrupulositatē uulgò appellant, id, quod iuris regulæ non admittunt, ut ad æquitatem Prætoriam sit recurrendum. Connan. lib. 10. c. 4. n. 3. &c.

IVRVLENTA, Iusculēta, iure & brodio præparato carnulentoq; conditiora. Sic positum reperio apud Apuleium libro secundo de Asino aureo: Pulpam frustatim confectam, abacum pascuę iurulentā. Iurulenta pro iusculētis Varro in primo de Lingua Latina. Vasa in mēsa escaria, ubi pultem, aut iurulenti quid ponebant. Diminutio Iuris est iuscum Apuleio, etiam si non desint qui ibidem uiscus interpretētur. Etiam gustum legere nil obstat pro condimento, de quo Apitius libro tertio. Io. Bap. in comment. Epist. Sidon. Apollina. ad Domicium lib. 11.

IVS nomen habet à Iubeo, quasi iussus & iussio superioris. Nihil enim aliud censetur esse Ius, quàm quod [illegible]BVS, Natura, populus, gēs, ciuitas, consuetudo, princeps iubet, iussit, atq; iubebit in usum uniuersi. ut annotauit Taboetius in topico militiæ for. & leg. discip.

IVS generaliter appellatur quicquid lege præcipitur, habita ratione eius quod fieri debuit non eius quod factum est: quo pacto iudex ius reddidisse dicitur, etiam cum iniquè decreuit, ut scribit Paulus. Neq; tamen quod iniquè iudicatum est & constitutum ius est, sed ita appellatur, quia putatur ius esse, & tanquam sit eiusmodi, parendum ei est & obtemperandum. Connanus lib. 1. cap. 1. nu. 5.

IVS Vlpianus à iustitia appellatum ait, id uero nō nullis dignum cōsyderatione uisum est. Cum enim ius iustitia prius sit, &, antiquius, quomodo illud à iustitia descendere potuit? Ræuardus uariorum lib. cap. 2. existimat per hoc quod à iustitia ius descēdere cōtenderit Vlpianus, eum non negasse, ius esse prius iustitia; sed nomen illius iuris, quod iustitia prius est, & antiquius à iustitia existimasse descendere. Ius enim in imaginatione positum est, nec certo nomine alio, quàm iuris aut æquitatis designari potest. Iustitia est quædam uirtus, qua in reddendo iure, constituendoq; fungimur. Hæc iustitia dat nomen iuri, non ut ius duntaxat appelletur, quod per eam exercetur: uerū ita, ut ius per iustitiam speciei insuper adsciscat expressam designationem. Nā cū ius ad actionem & exercitium trahimus, tunc iustitia, siue uirtus illa, qua id fit, imponit nomen iuri, & siquidem inter ciues illud fiat, non ius solum, sed ius ciuile, sin inter gentes, ius gentium uocabitur. Quū enim ius nihil aliud sit, quàm iussus, iustitia uero uirtus, qua qui sic iubet, pręditus est: sequitur, ut qui iustitia fungitur, nomen imponat iuri. Et Vlpiani quidem deriuatio autoritate Ciceronis defendi poterit. Nam apud eum li. 3. de Repub. Scipio dicit ius ex iustitię fontibus emanare. quem locum citat Augustinus lib. 15. de ciuitate dei. Et faciunt huc quæ Isidorus lib. x. etymolog. sic ex boni alicuius & latini autoris libro disseruit: annotata ab Ant. Contio lib. 2. lectionum subsec. cap. 6. Licet origo nominū (inquit) unde ueniat à Philosophis eam teneat rationem, ut per denominationum deminutionem, homo ab humanitate, sapiens à sapientia nominetur, quia prius sapientia, deinde sapiens, tamen claret alia specialis in origine quorūdam nominum caussa, sicut homo ab humo, unde propriè est appellatus. Ex quibus uerbis intelligimus, duplicem Etymologiam reperiri. Philosophorum unam, eamq; maximè Stoicorum, ut Cicero primo de offic. ait, secundum quam Ius à iustitia, pactum à pactione Vlpiano, Venus à uenustate Ciceroni, item homo ab humanitate, sapiēs à sapientia, sedere à sessione Aristoteli nominatur. Alteram Grammaticorum, quæ non tam originem sectatur rerum, quàm uocabulorum, secundum quam Iustitia à Iure, uel quasi iuris statio, ut Isidorus, uel quod uim sistat, ut Alciatus noster, melius putat dici: item humanitas ab homine, uenustas à Venere, sessio à sedere, Ius à iussu dici uidētur. Nam iura, ut ait Festus dicta sunt quasi iussa. Quare Vlpianus qui rei naturalem ordinem demonstrare uolebat, nomen iuris a iustitia quasi diminutū recto descendisse scripsit. Prior siquidem ipsa iustitia in illis, ut cum poetis loquar, aurei & argentei seculi heroibus fuit. Priores ipsæ iustæ actiones in administranda Repub. & priuato negotio componendo editæ fuerunt. [illegible]æ deinde tū, cùm illa scribi poterant

—— Extrema per agros
Iustitia excedens terris uestigia fecit. &
—— Nec ferrea iura
Insanumq; forum, aut populi tabularia uidit.

Virg. lib. 2. Georg. à callidis uiris notatę artē nō minus re, quam syllabis ab archetypa iustitia diminutā cōpræhēderunt, quæ est ius. Hoc ipsum de Medicina Plinius lib. xxxix. cap. 1. refert. Idem de omnibus artibus ac scientijs Aristoteles lib. 1. in principio *τῶν μετὰ τὰ φυσικά*. Licet autem Ius à iustitia Vlpianus deriuarit, complures tamen id potius à iubendo dictū uolunt. Ius enim siue pro iure naturæ, à quo tanquā fonte, iura alia promanarūt accipiamus, siue pro Iurisprudentia & arte. iubet ac præcipit. l. Legis. ff. de leg. uel quia secundum ea quæ iuris sunt, ciues inter se iubentur uiuere. l. 2. ff. de leg. Et hanc sententiam sequitur Iacobus Curtius lib. 1. *ἀνατῶν* cap. 1. Hieronymus Maioragius lib. 4. Miscellan. cap. 1. Galeotus Martius in libro de doctrina promiscua. cap. 18. à iuuando dictum contendit Quod sicut corpus nostrum iure iuuetur & nutriatur, ita & ciuitates, quæ ut corpus coaluerunt, legibus tanquam iure quodā alantur & iuuētur: ita ut ius corporis, cum de pulmentarijs & ciuitatum legib. dicitur, nutrimentum iuuamentumq; esse noscatur. Vide de Etymologia iuris plura apud Alciat. lib. 1. parerg. c. 29. Antonium Vacc. in comment. ad l. 1. ff. de iust. & iure. Connan. lib. 1. cap. 2. Agricola quoq; lib. 1. de Inuent. dialect. Ius uim quādā cogēdi in se habere dicit, unde & nomen traxerit, ut à iussu ablatione posterioris syllabæ ius factum sit. cui respondet, quod idem Festus ait, antiquos iura nuncupasse iussa. Hæc tamen origo uocabuli non conuenit iuri, sed legi potius, quæ Lex diffinitur esse generale iussum superioris. In quo & ipse Agricola uidetur falsus fuisse, qui cum ius diffiniendum suscepisset, non iuris sed legis definitionem tradidit. Dicit enim ius esse decretum maioris potestatis. nisi fortè populariter eum locutum existimemus: quod non est alienum ab Oratore. Vulgus enim hominum id solum ius uocat, quod positum est in constitutione. Ius naturæ, quod penè cum lacte nutricis suxerunt sine doctrina, naturam uel rationem naturalem appellant. Et de eo si quando incidit quæstio, se quanquam Iuris ignaros, tamen

men solo naturali iudicio facile dicunt, perspicere, quid in ea re iuris sit, &c. Connano autem & alia uidetur tradi posse ratio huius uocabuli, ut ius nominetur quod iuxta sit. Latinis enim iuxta idē est qđ æque & pariter: Vnde illud Sallustij, Ciues hostes iuxta metuere, & Omnes mecum iuxta intelligitis, id est æque & pariter. Quod autem par est & æquabile, iᵒ est. Id enim iuxta esse dicitur, quod bene prope est: Quoniam quæ prope sunt, quod ad loci distantiam attinet, æqualia sunt. Sic ius neq; superat neq; deficit, sed est prope & iuxta rem, cui accomodatur, usque eo ut æquale sit omnino: quod tum fit, cum in eo nihil minus est aut maius. Quæ enim excedit res alia aliā magnitudine, ab ea uidetur recedere tanto interuallo, quanto eam superat. Ideo & Columellæ iustæ dicuntur operæ, quæ diei sunt æquales. Qua similitudine putat Aristot. appellatū δίκαιον quasi δίχαιον id est diuisum: quia nihil aliud sit quàm medium quoddam damni & lucri: quod ut obtineant ij, qui controuersia implicantur, ad iudicem inquit, tanquam ad legem loquentem confugiunt qui medius sit & ad æqualitatem reuocet, perinde ac si lineæ inæqualiter sectæ eam detrahat particulam, qua præstat maior dimidiatam, & ad eam quæ minor est addat, tum enim quod medium est & æquabile consecuti, ius suum se obtinuisse dicunt. Hinc Δικαστής iudex, quasi Διχαστής quod duobus inter se dissidentibus & diuisis medius est quasi honorarius quidam arbiter constitutus, ut ei qui plus iusto consecutus est, auferat quod addēdum sit ei qui minus. At Plato ut diuinus semper, à cœlo iuris originem repetit, ut sit Διαϊὸν id est discurrens: & inde uenustioris scilicet appellationis causa, κ addito, Δίκαιον factū. Ius enim esse mentem diuinam, mundi animam, naturam artificiosè ambulantem, & omnia cientem agitantemq; motibus suis, nihil habentem admixtū, aut concretū, sed incorruptā & simplicem &c. Connanus lib. 1. cap. 2. nu. 4. & 5. &c. Sunt etiam qui Ius transpositionem literarum interpretentur pro uis: ut econtra VIS pro IVS. de tutelis Inst. in prin. Tutela est uis. ubi uertit ideo Theoph. δύναμις τι. Initio nāque homines manu suū ut Cicero de finibus loquitur, uel ut apud Simonidem est τὸ χειρὶ καθέλον, aut ut apud Platonem τὸ κρεῖττον consequebantur, postea autem id quod Vis dicebatur uoluntati contrarium, ius appellatum est. Terentius in Adelphis.

Hem illic fidem nunc uestram implorat Demea,
Quod uos ius cogit, id uoluntate impetret.

Hotoman. in princ. tit. de actiōn.

IVS nonnunquam ipsam Iurisprudentiam significat. l. 1. ff. de iustit. & iur. unde iuris studiosi pro Iurisperitis in l. 1. ff. de off. adsess. l. 9. ff. de pœn. l. 4. ff. de Var. ext. cog. Et apud Suet. in Nero. & Gellium lib. xij. cap. xiij. Sic alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur appellatione collata ab eo quod fit in eo ubi fit, quem locum ita determinare possumus, ubicumque Prætor salua maiestate imperij sui saluoque more maiorum ius dicere constituit, is locus rectè ius appellatur. l. penult. ff. de iustit. & iur. Itaque quod ait Prætor, qui in iure interrogatus respondetit, sic accipiendum esse Vlpia. ait, apud Magistratus Po. Ro. uel præsides prouinciarum uel alios iudices. Ius enim eum solum locum esse ubi iuris dicundi uel iudicandi gratia consistat. l. 4. §. ult. ff. de interrog. in iur. fac. Sed & Victorin. in lib. ij. Rhetoricor. Cicero. in iure interpretatur apud Prætorem. Quę etiam interpretatio facienda est in l. ult. ff. de cessio. bon. l. 56. §. 1. ff. manda. l. 2. ff. ad Velleia. l. 1. §. sanè. ff. de succ. ed. l. 6. ff. de fetijs. l. 1. §. quod si in lite. ff. si quid in fraud. patr. l. 29. §. 1. ff. de donatio. l. 56. ff. de re iud. l. 12. §. potest. ff. de liber. cau. Et in illa uetere formula, Quando ego te in iure cōspicio, Cuius Cicero in Mure. meminit, Et apud Plaut. Rudente: Qui falsas lites falsis testimonijs petunt, quiq; in iure abiurant pecuniam. Notandum autem est, In iure, &, In iudicio separari, in l. 12. ff. de interrog. in iur. fac. Et apud Cicero. lib. 1. de Orato. Quandoquidem in iure, sit apud Magistratum, in iudicio, etiam apud iudicem datum ut ex l. 1. §. 1. ff. de postul. & ex l. 2. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. colligi potest. Magistratum autem accipe urbis prætorem qui ius dicebat, actionemq; dabat. sic enim Fabius Victorinus in Ciceronis de inuentione librum secundum prætores ait, qui ius dicebant, iudices etiam causæ dabant & controuersiæ uel agendi genus instituta actione formabant. Itaq; I.C. cū in l. 1. §. 1. ff. de uēt. inspic. ad prętorem mulierē euocari posse dixisset: paulo post ait eandem cogendam esse in ius uenire. Ius igitur, ut apparet, dicebat urbis prætor, actionemq; dabat & ut ait Pomponius in l. ueluti. ff. de uerb. obligat. officio prætoris continetur actionem dare uel denegare. Hoc amplius, Ius potestatē significat. Ex eo personæ quædam sui iuris esse, quædam alieni dicūtur. tit. de his, qui sunt sui iur. id est. suæ potestatis esse, uel alienæ potestati subesse. l. 4. ff. eod. tit. l. 21. ff. ad l. Iul. de adulter. l. 5. ff. de adoptio Bris.

IVS est, quod uel natura, uel ciuitas, aut populus, uel gens, uel consuetudo iubet. Sic autem exactè definieris secundum Appellum: Ius est facultas & autoritas agendi secundum legem. Vlp. aūt: Ius ait, est ars boni & æqui, hoc est, collectio omniū pceptorū boni & æqui. In hac aūt Celsi definitiōe multi se misere torquent, dum quō illa intelligenda sit laborant. Quippe nec Brutus cum prætor ius diceret artem tradebat: & Scæuola de iure consultus, forsan ex arte, sed nihil de arte respōdit Quid ergo? Et Curtius lib. 1. δικαστῶν cap. 1. Celsum ius diffinijsse existimat ea acceptione, qua dicimur iuri operā dare &c. Hinc colligit Alciat. quo loco in Parerg. hanc defendit. Vlpianus diffinitionem iuris, id fecisse Iurecōs. quōd tantopere exoptauit uidere Cicero, lib. de Oratore j. Salomonius existimat, Vlpianum siue Celsum loqui de officio boni & æqui uiri, quod in actione uersatur: & ideo ius est ars, intelligit exercitium boni & æqui uiri. ueluti uirtus dicitur ars boni hominis: philosophia, ars sapientiæ studiosi: & iniqui ars, nequitia Nec enim hic agitur de Iuriscon sultorum scientia, quæ est, non ignorare quicquid legibus scriptū, moribus receptū, prudentumúe autoritate digestū est: in qua cognitiōe nullū artificiū requiritur, præter assiduam lectionem. Aristoteles quinto Ethicorum, dignoscere iusta & iniusta, nullam sapientiam putat. quoniam de quibus rebus leges loquuntur, non difficile est intelligere: sed iusta facere, maius negocium est. Sp.

IVS per se dictum, genus est: Ius ciuile, species: ius ciuile Romanum, indiuiduum, quod non nisi ut totum in partes secatur, in leges, senatusconsulta, edicta magistratuū, & cæteras partes diuisum est. Sp.

IVS accrescendi est, cùm inter eos qui à testatore coniuncti sunt, unius pars alteri accedit. Coniuncti aūt alij sunt re, inter quos ius accrescēdi est: alij uerbis tantum, inter quos non est: alij re & uerbis, inter quos accretio locum obtinet. l. re coniuncti 89. ff. de legat. iij. l. triplici, 142. ff. de uerborū significationib. uide Accrescere. Hotoman.

IVS accrescendi cohæredis hæredem sequitur, ad quem portio hæreditatis peruenit: ius substitutionis cohæredis hæredem non sequitur, licet portio hæreditatis, ex qua substitutus cohæres adiectus est, ad eum peruenerit. Ius accrescendi reale est, ius substitutionis personale. Cuiac. ad lib. 4. Iul. Paul. recept. sent. tit. 8. §. fin.

IVS augurale, ab auguribus, qui futura quomodocunque, maximè tamen ex garritu auium prædicebant, nominatum diuersum à pontificio fuit: de hoc uarij complura scripserunt. Ciceronis libros Augurales laudant Seruius & Charisius. Ad Ciceronem collegam Appius pulcher Augur etiam scripsit librum Auguralem ut Cicero in epistolis fatetur. Scripsit & eodem tempore Marcellus.

IVS agnationis pacto repudiari non potest, ait Modestinus.

IVS Albanati à Romanis (credo) acceptum obseruamus, uocamusque ius Albanati, quasi ius alibi nati, & extranei, quod in eius successione locus est Fisco, nisi beneficio principali fuerit regni iure donatus. unde rescripta Principis quæ in eam rem conceduntur, literæ naturalitatis appellantur, quod in eadem cum ijs qui nati sunt in regno, iura & priuilegia cooptantur, &c. Connanus lib. 9. cap. 4. numero 7.

IVS Analogum, distributiuum est, proportione constitutum. Quod si præter Analogiam distributum fuerit, non ius, sed iniuria est: ut cum posteriores honorum partes ferunt, quibus priores iure debentur: contraque malorum priores, quibus conueniunt posteriores. Vide Bud. in uulg. l. ius ciuile. Sp.

IVS Apertum. Lege, Apertum ius.

IVS applicationis. Meminit huius iuris Connanus libro secundo capitulo septimo, numero secundo in hunc modum. Familiarum adiectionibus simile quidem, sed tamen aliud est, Ius applicationis de quo Cicero libr. 1. de Orat. Quid quod item in centumuirali iudicio certatum esse accepimus? qui Romam in exilium uenisset, cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intestatoque esset mortuus, nonne in ea causa ius applicationis, obscurum sanè & ignotum, patefactum in iudicio, atque illustratum est à patrono? Quod ius si temporibus Ciceronis obscurum uel ipsi Ciceroni tāto uiro fuit, par est ut nobis ignoscatur, si id sine ulla explanatione relinquamus, &c. Cōnan⁹ loco citato, &c. Vide sup. in uoce applicatiōis.

IVS Aquæ, pro uiolentia, siue controuersia aquæ poni, in l. ij. §. item. Varus ait. ff. de aqua pluu. arcend. sub hac litera monuit Alberic. quum uerior lectio habeat, Vis aquæ deiecit. Ius autem aquæ habere, pro seruitutem, in l. in concedendo. eod. ut. rectè iudicauit. Spiegel.

IVS aureorum annulorum erat quod liberis hominibus concedebatur à Principe, ut scilicet eodem iure essent quo equites ij, quibus aureum annulum gestare licebat. Nam etsi aureus annulus insigne ordinis equestris erat, ut Plinius testatur: non omnibus tamen equitibus, sed ijs tantum qui quingenta sestertium in censu habebant, eum licuisse gestare, uel ex eo intelligi potest, quod Suetonius & Macrobius de Laberio scripserunt: qui quum Cæsaris postulatu mimum egisset, ab eo aureo annulo, & H-S quingentis donatus sessum in quatuordecim ex scena in orchestram transijt. Sed (quod huiusce disputationis caput est, quodque traditum ab alijs non arbitror) aliud est ius annulorum, aliud annulos habere: itē ut ius liberorum & liberos. Non enim quibus ius annulorū dabatur, ij cōtinuò equites erant. Nam, ut ait Vlp. in l. 4. ff. de iure aur. annul. etiam fœminæ ius illud impetrare poterant. At quibus annulus dabatur, ij continuò equites fiebant, & in quatuordecim considebant. ut de Q. Roscio Comœdo memoriæ proditum est, qui annulo aureo & quingētis H-S à uictore Sylla donatus eques factus est. In eo igitur positum hoc ius est: ut idem liceat ei qui hoc impetrauit, quod ei licet qui reuera aureo annulo donatus est, id est, ut pro ingenuo habeatur, neq; patrono ullum officiū (excepta reuerētia) obsequium, operámue debeat: duntaxat, quandiu in uita manebit. Nam (ut ait Vlpianus) quasi ingenuus uiuit, tāquam libertus moritur. l. 3. ff. de hon. lib. l. 4. de iure aur. annul. id est aduersus eius tabulas patronus præteritus bonorum possessionē obtinet. Item Vlp. l. 10. §. 2. ff. de in ius uoc. Sed si ius annulorū accepit, puto eum reuerentiam patrono exhibere debere, quāuis omnia ingenuitatis munia habeat. Similiter Tranquillus Menam Sex. Pompeij libertum quem post classem patroni sui proditam aureorum annulorum iure ab Augusto donatum, Dio scribit: in ingenuitatem ab eodem assertum testatur. Sed de Mena Dio apertius elocutus esset, si aureo eum annulo, non iure aureorū, ab Augusto donatū dixisset: quum Horatius id perspicuè ostendat. Zonaras aūt lib. 11. sic scribit, Ἀντώνιος δέ τις Μούσας ὅτω κακῶς ἔχοντα τὸν Αὔγουστον ψυχρολουσίαις καὶ ψυχροποσίαις ἀνέρρωσεν, διὸ καὶ χρήματα παρ' αὐτοῦ τι καὶ παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβε, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς ἀπελεύθερος ὢν ἐχρήσατο, ἀτέλειάν τε αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις τοῖς τε οὖσι καὶ τοῖς ἐσομένοις παρέσχετο. id est, Sed quidā Antonius Musa Augustum ita malè affectum frigidis lotionibus & potionibus curauit, qua de caussa pecuniam tum ab ipso tum à Senatu accepit: iusque illi quamuis libertino homini aureorum annulorum datum est: uacationem præterea tum ipsi, tum alijs medicis non modò qui tum erant, sed & qui pòst futuri essent, concesserūt. Hot. uide sup. Aurei annuli.

IVS aureorum annulorum honorem & iura ingenuitatis tribuit: manumissio libertinos facit: restitutio natalium ingenuos facit. Hodie ex No. 78. etiā manumissio sola ingenuos facit, & superuacuū est petere ius aureorum annulorum restitutionémue natalium. Manumissio item matris sola, & contractus dotis cum ea habitus filios naturales ingenuos & suos facit Cuia. in exposit. Nou. 12. de incest. nupt. prope finem.

IVS Canonicum diuiditur in decretum, & decretales: quarum uolumen dicitur extrauagans, in quinque libris, maximè respectu iuris ciuilis. Quilibet autem liber habet plures rubricas siue titulos. Sub qualibet autem rubrica sunt unum aut plura capitula, quæ dicuntur decretales, uel constitutiones: & aliquando in capitulis sunt duo §. Quando igitur ex decretalibus aliquid allegabis, non librum, sed titulum & capitulum allegabis, & si caput sit longum, dices cap. tali, circa principium, medium, uel finem. uel si sint Paragraphi, §. j. uel ij. Hi quinque libri compositi sunt à Raymundo Capellano Gregorij ix. Papæ, circa annum domini M.CCXXXI. His postea ann. M.CCXCVIII. Pontificatus Bonifacij viij. anno quarto accessit liber sextus, continens etiam quinq; partes, supplens defectus casuū emergentiū in libris decretaliū non comprehensorum. Clementis constitutiones à Clemente

mente V. Papa anno M.CCCXI. in concilio Viennensi conceptæ sunt, & à Ioanne Papa xxij. promulgatæ anno M.CCCXXIX. Vide gloss. in procemio Clementi. super uerbo Nouembris, & uerbo pontificatus. Hic liber non dicitur septimus, sed Clementinæ constitutiones uocantur. Decretum autem a Gratiano circa annum M.CIX. cōpilatum diuiditur in tres partes: Prima dicitur Distinctiones. distincta enim est per cj. partes, quæ in canones, qui in paragraphos & uersiculos subdiuiduntur. Secūda pars uocatur Causę, quia cōtinet xxxvj. causas, eæ in quæstiones, hæ in canones, qui in paragraphos & uersiculos subdiuiduntur. Tractatus autem de pœnitentia inseritur causæ xxxiij. q. iij. Et habet septem distinctiones, quæ item in canones cum paragraphis & uersiculis diuiduntur. Tertia pars decreti, de cōsecratione, habet sub se quinque distinctiones cum canonibus uel capitulis, cū paragraphis uel uersiculis. Olden.

IVS Ciuile Romanorum est, quo Romana ciuitas separatim utitur, quod partitione sic definitur à Pap. Ius autē ciuile est, quod ex legibus, plebiscitis, Senatus consultis, decretis Principum, authoritate prudentum uenit. Quæ tamen definitio imperfecta in eo est, quod comprehendit solum ius scriptum. Melius Cicero in Topicis, hoc ipsum ius definit esse, quod ex legibus, Senatusconsultis, rebus iudicatis, Iuris peritorum authoritate, edictis magistratuum, more, æquitate consistat. Legum appellatione plebiscita etiam complectitur, quia reuera leges sunt. De principum decretis silet, quod nondū Romani subiecti erant Principibus. Sit igitur ea definitio, partitionis, qua res, quæ proponitur, quasi in mēbra discerpitur. Propria & definitionis definitio ea est, quæ formas rei omnes amplectitur: ut si dicam⁹ Ius ciuile Romanorum esse quod ipsa sibi ciuitas constituit ad publicum Reipub. statum pertinens: Constituisse autem dicetur, quod uel ipsa communi consensu, uel ij, quibus eam potestatem dedit, cōstituerunt. &c. Connanus lib. 1. cap. 13. nu. 1. &c. Idem Connanus lib. 1. cap. 15. nu. 5. de eodem iure ciuili ita scribit. Est & nō minima pars iuris prudentū authoritas: & ob id maximè necessaria, quod non potuerunt, tam planè legibus aut edictis & explicatè tradi omnia, quin multa fuerint quę prudentum Consultorumq; hominum interpretationem desiderarent. Quod Pomp. dicit XII. tabularum legibus latis, tū qui eas interpretarentur, necessariam fuisse prudentum authoritatem & disputationem fori. Hæc autē inquit disputatio. & hoc ius, quod sine scripto uenit, compositum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ iuris ciuilis suis nominibus designantur, sed communi nomine appellatur ius ciuile. Quod ius ciuile quale fuerit, ex Pandectis cognosci potest, in quibus multa eorum consulta ponuntur, multa responsa & ad ueterum edicta explanationes &c.

IVS ciuile dicitur Iustiniano quicquid legib. aut moribus Romanis inductum est, non à prætore. Cōnanus lib. 9. cap. 1. nu. 6. &c.

IVS ciuile tres habet cōmunissimos locos.. Omne enim ius, scriptum & non scriptum, quo utimur, uel ad personas pertinet, uel ad res, uel ad actiones. §. ult. Instit. De iur. natur. gent. & ciuil. l. j. ff. de statu homin. In personis considerantur, Status, Ordines, Officia. Inst. De Iure persona. & ff. de stat. ho. & toto lib. j. Hic locus oritur ex quarto præcepto diuinarum tabularum. In rebus uersantur, Acquisitio, conseruatio, alienatio. l. ult. ff. de legib. Colligitur hic locus secundus ex septimo præcepto, & sequentibus. In actionibus perpenduntur, autoritas, materia, forma, exitus. Harum fons est octauum præceptum. Vt interim intelligas ius Naturale eōdem pertinere, quò pertinet ius ciuile: scilicet, aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones. Pauci autem id animaduerterunt: quia relegatæ prorsus erant à scholis Iurisperitorum tabulæ diuinæ decem præceptorum, admissis potius immensis Baldi & aliorum commētarijs. Videbatur enim ad Theologos pertinere, nec quicquam conferre ad Iurisprudentiam Decalogus. Oldendorp.

IVS Ciuile diuiditur in quatuor libros principales, scilicet Digestum, Codicem, Institutiones, Authenticas. Quibus additur Collatio decima, seu liber Feudorum. Digestum continet leges & statuta Romanorum, & diuiditur in tres libros principales, scilicet Digestum uetus, quod habet libros partiales xxiiij. Infortiatum, quod habet libros partiales quatuordecim. Et Digestum nouum, quod habet libros duodecim. ita ut in uniuersum Digestorum seu Pandectarum sint libri quinquaginta. Codex continet statuta, sanctiones & præcepta imperatoris. Fuerunt autem tempore Iustiniani tres codices: Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus: ex quibus diuus Iustinianus unum fecit, ut in rubric. procemij Codicis. Hic in duodecim libros diuiditur. Tertius liber principalis dicitur Authenticorum, qui diuiditur in nouem Collationes, quarū quęlibet subdiuiditur in titulos, & tituli nō in leges, sed in paragraphos. Et differunt Authenticum & Authentica, quia Authenticum uolumen est per se, sed Authentica est lex una uel paragraphus incorporatus libro Codicis, & antiquo iuri superadditus, & allegatur sic: C. de Episcop. & cler. Authen. Generaliter. C. de sacrosan. eccles. Auth. Multò magis. Sed in authentico simpliciter allegatur titulus & paragraph⁹, ut in Aut. Vt iudices sine quoquo suffragio. 9. tali uel tali. & sufficit. Item decima Collatio intitulatur liber feudorum, & habet duos libros partiales, quorum quilibet subdiuiditur in titulos, & isti in capitula & paragraphos. Quartus liber principalis legum, dicitur Institutiones, uel Instituta. Et iste diuiditur in quatuor libros partiales, & est introductorius in ius ciuile & canonicum: maximè quò ad declarationem terminorum in utroq; iure usitatorū, qui tanquam ostium in domum præbet introitum in sapientiam iuris. Olden.

IVS Ciuile, cum aliquid communi iuri uel additur, uel detrahitur: hoc est, cum populus sibi constituit, quasi proprium ius ciuitatis. Hoc autem Ius ciuile anonymum dicitur, quod in genere sine aliquo speciali nomine comperitur: scilicet, quod nec sit Lex, nec edictum Prætorium, nec plebiscitum, nec Constitutio, nec Consuetudo. Vide Zasium in l. ij. §. hæc disputatio. ff. de Orig. Iur. Sp.

IVS Ciuile Papyrianum (inquit Pomponius) dicitur, non quia Papyrius de suo quicquam ibi adiecit, sed quòd Leges sine ordine latas, in unum composuit. Spiegelius.

IVS ciuitatis tradere, idem quod ciuitate donare, id est, planè ciuem facere. Vide Rhenanum in Ludum Senecæ. Erat autem id propriè in peregrinis, sicut Ius Quiritum in libertis. Sp.

IVS Commentitium. Lege, Commentitium.

IVS commune, est genus, siue materia, ex qua ius Ciuile conficitur: & per hoc potissimè Iuris Ciuilis

pars

pars, est ius commune, à quo seiungi non potest, ueluti reliquæ species à sua materia sunt inseparabiles. Ex Salom. Vide infrà Ius Quiritum. Sp.

IVS compascendi habere Scæuola in l. pen. ff. si seruit. uendic. Plures, ait, ex municipibus, qui diuersa prædia possidebant, saltum communem, ut ius cõpascendi haberent, mercati sunt. Sp.

IVS compascuum, apud eundem Scæuolam in dicta l. penult. ubi inquit, aliquid secum compascui iuris traxit. Spieg.

IVS constitutum id dicitur, quod singulare, uel extraordinarium est. Alciat. Lege, Constituto iure.

IVS consuetudinis uocatur, quod in morem uetustas, uulgi approbatione, produxit.

IVS consideratum ut animal, Naturale uocatur: item ut homo, Humanum, siue Ius Gentium: tertiò ut ciuis, Ius Ciuile appellatur. Salomonius in Pandect. de iur. ciuil.

IVS crediti amittere. in fi. l. sed & partus. ff. quod met. caus. Spieg.

IVS controuersum. Iura controuersa & dubia dicuntur Iurisconsultis, de quibus inter eos est dissensio: ut cum aliud uidetur Mutio, aliud Bruto, aliud Manilio. Cicero pro Muræna, si id quod oportet responderis, idem uideare respondisse quod Seruius: sin aliter, etiam controuersum ius nosse & tractare uideare. Ius autem controuersum iuri certo opponitur. Turneb. lib. 20. cap. 13.

IVDICES dati, pedanei sunt, quibus litis tamen cognitio, uel pronunciatio, uel etiam utrunq; in una causa concessum est. Sunt & iudices quidam, qui ante litis contest. ex sacra iussione, uel forma dati sunt: nimirum qui accedente iussu Principis, ab ordinarijs dati sunt, ut summatim cognoscerent, iudicarentq;. Iudices item sunt ab imperiali fortuna dati, non ut Delegati, sed quorũ iurisdictio etiam post mortem imperatoris necdum expirat. Leguntur & executores iudices. Traduntur & arbitri iuris, qui electi à partibus, de aliquo articulo iussu ordinarij cognoscunt. Vulgò etiam arbitri iuris appellantur, qui legis municipalis iussu eligũtur. Alcia. Paradox. lib. ij. cap. v. Spieg.

IVS dicere & reddere & tribuere magistratus dicuntur, & repręsentare in l. 1. C. ubi de causa stat. Atque ius dicebant hi solùm, qui tribunali & iurisdictioni præerant. l. 5. ff. de ferijs. l. penult. ff. de iustit. & iur. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. l. 3. ff. de offic. eius cui mand. l. 10. l. 18. ff. de iurisdictio. l. 7. in fin. ff. de offic. proconsl. l. 1. in prin. & l. 2. ff. quod quisque iur. l. 1. §. an aũt. ff. de postul. Itaque Ius dicere & Iudicare, sententiamq; proferre diuersa faciunt. l. 4. in fin. ff. de interrog. in iur. fac. l. 57. ff. de re iud. Rub. ne quis in sua causa iudic. uel ius sibi dic. Ius dicere enim est actiones & iudicia dare, eaq; omnia facere, quæ ad officium ius dicẽtis pertinere scribit Vlpia. in l. 1. ff. de iurisdictio. Vbi Ius dicens pro Prætore accipi potest, ut & in l. 1. ff. de iur. delib. & l. 12. ff. de uulg. & pupil. Briss.

IVS διορθωτικὸν: uide Diorthoticum Ius, &c.

IVS docendi leuis, & simplex uia, cuius meminit Iustinianus, Insti. de iusti. & iur. hæc est: Primùm incipere à naturalibus & diuinis præceptis. Deinde progredi ad capita humanarum legum, & demum ad propagatas Gentium, & Magistratuum constitutiones. Oldendorp.

IVS ædilitium honorariũ quidem dicitur §. prætorum. de iur. nat. gent. & ciuil. prætorium nunquã. Cuiac. l. 5. de uerb. oblig.

IVS æquabile. Vide Æquabile ius.

IVS esto, id est uim atque autoritatem legis habeat. Cicero in Legib. lib. ij. Quod is qui bellum gerit, imperasit, ius, ratumq; esto. Verba sunt xij. tab. Budæus. Spiegel.

IVS ἐμφυτευτικὸν ius prædij est non seruitus quod & ἐμβατευτικὸν dicitur in l. sed si pecunia. §. si res. ff. de reb. eo. Est autem, ut uulgò dicitur, ius ἐμφυτευτικὸν uel ἐμβατευτικὸν ius perpetuarium. quin immò temporarium esse potest l. ult. ff. si ager. uect. id est, emphyt. pet. uidelicet si non ad modicum tempus prædia fruenda tradantur. Sic enim hæc uerba, ad tempus, in ea lege interpretes accipiunt argumento superficiarij l. 1. §. quod autẽ. de superfic. & rectè. nam idem ferè ius est superficiarij & emphyteuticarij. Vterq; in rem actionem habet & Publicianam & Vti possidetis, uterque seruitutem imponere potest, uterq; possidet, uterq; nouum opus nuntiare potest, uterq; ius alienandi, uterq; seruitutum uindicationem habet: Ille tamẽ in sola superficie, hic in uniuerso solo ius habet. Locationes ferè ut à censoribus, ita & à priuatis in lustrum fiebant, ut non frustrà Iustin. in No. 120. nominatim Ecclesiæ Constantinopolitanę permiserit locationes ultra lustrum. Atque eo fit, ut putem eas locationes quæ lustrum egrediuntur, ius superficiarium uel emphyteuticarium constituere. Cuia. Not. ad lib. 3. Instit. tit. de locat. & conduct. super uerb. de prædijs quæ perpetuo.

IVS & FAS quo ad originem significationis nõ paruo distant interuallo. Nam fas, sicut fatum, nomen mutuatur à fando, & utrumq; in mente diuina censetur æternum. Fas appellatur sacrum æternæ iussionis oraculum quasi præfatione, notitia, & publica lectione dignissimum. Vnde manauit ad homines ratio, & ęquitas mater iuris: cuius idea, typus, & exemplar nunquam incepit esse, nec patietur interitum. Ius autem quasi per apocopen, à iubeo suã cepit originem, ex tempore & post peccatum emersit, quia omne delictum à iure patitur emendationem. Nullum quippe malum remanet impunitum iuris interuẽtu. Ius igitur dicitur sanctio iusta, quæ nemini parcit. Taboet. in topico militiæ for. & leg. discip.

IVS facere dicitur, quod iuris atq; legis uim habet. Vlp. Non ambigitur, Ius senatum facere posse: hoc est, Senatuscons. pro lege haberi, Verbum est, inquit Bud. Iurisperitis notum. Sp.

IVS feciale, quo tempore, uel à quo inuẽtum sit, inter auctores non constat. Fecialis enim sacerdotij usum omnium uetustissimum apud Romanos fuisse, Fenestella docet, cum Tulli Hostilij tempore fuerit, cui tamen nequaquam ascribit Alexand. ab Alexandro. Sed à Tullo Hostilio seu Anco Martio, ut uero alij à Numa Pompilio, Feciales institutos putauit, qui ab Equicolis iura & uerba solennia, quib. res repetuntur, & bella indicuntur accepere, Heso auctore. De hac re copiosè Plutarchus in uita Camilli. Dion. lib. 2. Gellius lib. 16. cap. 4. Seruius lib. 9. Æneid. Principium pugnæ. Blondus lib. 4. Romæ triumph. Cælius Rhodignus lib. 21. cap. 5.

IVS fiscale non commune est, sed proprium. ut autem alienum ius, ita fiscale pactionibus nostris lædi non potest. Cuia. ad l. inter debitorem. ff. de pact.

IVS Gentium (inquit Vlpianus in l. j. §. ult. ff. de iustit. & iur.) est, quo Gentes humanæ utũtur: quod à naturali recedere, facilè intelligere licet: quia omnibus illud animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit. Pomponius in l. ij. adijcit exempla: ueluti: erga Deum religio: ut parentibus & patriæ pareamus

reamus. Iustinianus Instit. eod. tit. rectissimè sentit, Ius gentium eadem ratione generaliter dici, qua ius Ciuile in speciem nuncupatur. Nam sicut à populo alicuius ciuitatis tractum est nomen iuris Ciuilis: ita ius Gētium ab omnibus populis uocatur. Quod uerò naturalis ratio, ait, inter omnes Gentes constituit, id apud omnes populos peræquè custoditur: uocaturque ius Gētium: quasi quo iure omnes gentes utuntur. Illud diligentissimè obseruandum est, quod multis errandi causam dedit, ius gentium aliàs accipi apud Iurisconsultos pro uero naturæ iure: aliàs pro eo iure, quod plurima hominum pars ubique recepit. Quod nisi rectè discernas, nunquā peruenies ad ueram iuris cognitionem. Veteres enim rati sunt, quicquid ab omnibus Gentibus pro iure seruaretur: id quoque ex naturali ratione productum fuisse. Cùm non crederent, omnes homines in deligendo iure, prorsus errasse. Hoc modo loquitur de iure Gentium Vlpianus in loco citato, iuxta exempla Pomponij, & quidem rectè, in l. Veluti. l. Vt uim & l. Ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Iustinianus in §. Venditæ. Instit. de rer. diuis. Religio enim erga Deum, pietas in parentes, cognatio inter omnes homines, uerè sunt iuris Naturalis: quod quia solis hominibus commune est, ius Gentium uocat. Cæterùm in l. Manumissiones. ff. d. tit. quatenus loquitur de effectibus, & prædura seruitutis forma: si accipias ius Gentium naturali ratione constitutum esse: errabis tota uia. Nam ea seruitus pugnat cum iure naturali, recteque fuit emendata. Quanquam tolerabilis seruitus, quali nunc utimur, secundum naturam est, ut grauiter probat Aristoteles in Politicis: nec id negat Vlpianus in eadem l. Manumissiones. si ex æquo & bono intelligatur, collatis aliunde sententijs suis. Neque enim ex uno statim dicto, totus Vlpianus iudicari potest, quid sentiat de iure Naturali. Videndum enim etiam est, quid alio in loco dicat. Accipitur ergo ibi ius Gentium, pro iure, quod omnium gentium autoritate passim receptum fuit ubique. Quare cùm audis hanc uocem, Ius Gentiū, non semper exaudiendum est ius Naturale, sed plerunque ius humanum, ut Liuius rectè appellat. Neque enim sequitur: Gentes id constituerunt, aut in usum admiserunt: Ergò est ius Naturale aut equum. imò, sæpe iniquissimum est. Ego sanè multum tribuo humanæ autoritati, sed non præfero eam naturę. Old. Etsi uero magna sit cognatio Iuris gentium, & iuris naturalis ut dictum est, tamen illud ab hoc diuersum est in eo, quod naturale est hominis quà animal est, prouidum quidem & sagax, cæterum inclusum domi, paulum admodum differens à brutis: Ius hoc gentium hominis est quà homo, plenus rationis & consilij & iam hominum societate implicatus, ut ex Vlpiano explicat Connanus lib. 1. cap. 5. nu. 2. Hinc non inscite adnotauit Salomonius in l. Ius naturale ff. de iust. & iure. instar triplicis quæ in homine est consyderationis, triplex quoq; ius constitutum esse. Aut enim hominem sicut animal dispicimus, & fit ius naturale, quod in appetitu & sensu tantum consistit. Si uero ut hominem cōspiciamus, fit ius gentium, quod naturalis ratio tātum inter homines constituit. Quod si ut ciuis in cōsyderatione habeatur ius ciuile cōficiemus quod circa ciues esse non potest. Sunt ex iuris interpretibus qui hoc ius gentium duplex fecerunt. primæuum quod ab initio erationis, hominum animis diuina quadam ui insitum insculptumq; fuerit, quod naturale etiam uocari ostensum est: Secundarium, quod malitia hominum ingruente, contra naturam plerunq; inductū, & in iuris constitutiones redactum, ita enim humanis necessitatibus, usu exigēte, seruiendū fuit. §. Ius gētium. de iure naturali: inde coorta bella, captiuitates sequutę, seruitutes uitio ductę, res maximè iuri naturali contrariæ l. Manumissiones ff. de iust. & iure. Cęterum hanc distinctionem præter alios reijcit Corrasius Miscellaneorum lib. 6. cap. 25. Ac Connanus lib. 1. cap. 5. n. 2. Interpretes uidentur non tam ipsum ius gentium diuisisse, quā ętatē rerū ab eo inuētarū progressumq; notare uoluisse. Cū enim omne procedat à fonte naturæ, sitq; nihil aliud, quā quod sua cuiq; ratio præscribit faciendū aut nō faciendū, nihil in eo prius esse potest, nihil posterius. Sed hoc uoluerunt scilicet, quæ ab isto iure manarūt in communem utilitatem, non simul ea atq; eadem inuenta esse tempore, &c.

IVS GLADII est potestas meri imperij animaduertēdi in facinorosos, ut Iurisconsulti scribūt, quod quidē ex ea tractum est consuetudine, quòd principes Romani præsidibus & præfectis prætorio, ijsque, quibus hoc Imperium esse uolebant, gladium dabant. Id facile est conijcere è uerbis Papinij sic scribentis,

Felix qui magno iam nunc sub præside iures,
Cuiq; sacer primum tradit Germanicus ensem.

Sed & Imperatoris gladius unius erat curæ cōmissus, præfecti scilicet prætorio, cum Imperator etiam multo magis merum Imperium teneret, quā quibus eam potestatem in prouinciā euntibus mandabat. Philostratus *βάδιζε διὰ τοῦ πανταχοῦ ... τὸ ξίφος θαύμαζε αὐτῷ φέροντες, ὃ ἐφόδιον ... ἱερὰ ξίφη ... φορῶν.* Vt autem maioribus illis potestatibus gladius eiusque potestas dabatur: sic tribunis pugio, quod *παραζώνιον* dicitur Martial.

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris
Arma tribunitium cingere digna latus.

Dio Traianum scribit dixisse, cùm parazonium Suræ cingeret, hoc pro me, si rectè imperaro utaris: sin secus in me. Ita in his meritum honorum distinguebat magnitudo ferri. ac gladio accingebantur imperatores, duces, præsides: pugione tribuni. Vt autē in honoribus mandandis his armis accingebantur: ita cum ignominiosè mittebantur, & honoribus priuabantur, discingebātur, cuius rei multa passim in iure alijsq; scriptoribus extant exempla: ut annotauit Turnebus aduersariorum lib. 12. cap. 6.

IVS hastæ fiscalis. De iure hastæ fiscalis, id est, de iure ueditionis rerum fiscalium, quæ, hasta in foro posita, fiebat, meminit etiam Cicero libro Officior. secundo. Vbi est ausus (inquit) dicere hasta posita, cum bona in foro uenderet, & bonorum uirorū, & locupletum, & certè ciuium, prædam suam se uendere? Anchora.

IVS Honorarium uiua uox est iuris Ciuilis. l. Nā & ipsum. ff. eodem titulo. Olden. uide honorarium.

IVSIVRANDVM est quoties quid, quasi Deo teste, affertur. Vnde & Sacramētum dici solet, quasi sacræ rei arctissimum uinculum, quod nullo modo sit ludēdum, teste Cic. lib. Off. iij. quo loco cuiusmodi iusiurandum & quibus seruandum sit, demonstrat. Iusiurandū ait est affirmatio religiosa, Religione igitur aliqua præstāda est. Itaq; addit quasi DEO teste promiseris id tenendum est. & lib. de legibus, plurima firmantur iureiurando inter ipsos homines Dijs immortalibus interpositis tum iudicibus tum testibus. Olim apud Romanos iurisiurandi per Iouem, quod maximum erat, talis adhibebatur solennitas. Lapidem enim silicem tenebat iurans, sic dicens; Si sciens fallo, me Diespiter (salua urbe

urbe arceq́ bonis eijciat, ut ego hunc lapidem. Enimuero non temerè scribit Oldend. sicut hoc seculo iuramenta temerè deferri solent in causis obulalibus, ac nullius momenti: ita penè non haberi ullam solennitatis rationem, quæ utique malorum hominum læsam conscientiam terrere posset à periurijs subeundis. Nostri referunt inter iustæ probationis species. l. j. ff. de Iureiurando, maioremque habet autoritatem, quàm res iudicata. ut ait Paulus l. ij. titul. eod. adstipulante Vlpiano in l. non erit. d. titul. Oldendorp. indicat duplicem errorem esse in deferendo iureiurando: causamque eius demonstrat in de Probat. dict. & fact. tit. Quotuplex sit probatio Spiegelius.

IVS Italicum uulgò existimant immunitatem esse tributorum, quod ego esse falsissimum opinor. Nam & quæ ius Italicum non habent quædam coloniæ prouinciales, immunes sunt, ut Cæsariensis colonia prima Flauia quam Vespasianus deduxit, auctore Plinio 5. cap. 13. & No. 103. immunis est l. ult. ff. de censibus. remisit enim ei Vespasianus tributum capitis primum, & quia non ideò etiam remissum uidebatur tributum soli, posteà Titus etiam solum Cæsariensis coloniæ immune factum interpretatus est. Auxit Titus interpretationis specie beneficium Vespasiani, quod eo usq; nulli iuris interpreti producere licuisset. Non ideò tamen Cæsariensis colonia ius Italicum habet, l. j. ff. eod. cui ibidem comparatur Aelia Capitolina, id est, Hierosolyma, sicut l. ult. Cęsariensibus Capitulenses, id est, Hierosolymitani. Et ita rectè Plinius 3. cap. & 21. ciuitates aut colonias immunes separat ab ijs, quæ ius Italicum habent. Posset quidem una eademque ius Italicum habere, & esse immunis, sed non quod immunis, ueluti Barcino, d. l. ult. aut Ilium, ideò & Iuris Italici. idémque ex diuerso dicendum est. plus est, esse immunem ciuitatem uel coloniam, quàm habere ius Italicum. Nam ius Italicum leuatio tantum censitionis est, puta ut idem in censitione ius experiâtur, quod Italicæ coloniæ. Qua de causa sub titulo de censibus tractatur, ut opinor, de colonijs & ciuitatibus immunibus, & de ijs quæ Iuris Italici, & nonnihil etiam de alijs quibusdam, quæ nihil præter nomen coloniarum habent, ut quod sibi uindicabant, ostenderetur eas non habere. Cuia. Obseruat. lib. undeci. capitulo 35. in prin.

IVSIVRANDVM offerre & deferre. Quinti. in leg. V. iusiurandum litigatori aut offerunt suum: aut non respuunt oblatum. aut ab aduersario exigunt: aut recusant, cum ab ipsis exigatur. Seniores præcipere solebant, ne unquam iusiurandum deferremus. Spiegelius.

IVSIVRANDVM diuidit Abb. Panor. in cap. fin. de Iureiur. in iudiciale, & extraiudiciale. Iudiciale rursus in necessarium, & iudiciale: quod dicit uendicare nomen sui generis.

IVSIVRANDVM adactum. Quære, Adactum iusiurandum.

IVSIVRANDVM simplex Doctores informe uocant, non est, ut ipsi tradidere, quod prorsus adiecta caussa detur: sed quod innominatam causam complectatur. Quia in iudicijs nihil debet admitti sine generali uel speciali, ut ait Oldendorp. indicâs erroris occasionem, quòd Doctores phrasim horum uerborum, Si iurauero te Stichum mihi dare oportere: non perceperunt. Sp.

IVSIVRANDVM & Sacramentum differunt. Differentiam inter Sacramentum militare & Iusiurandum esse, non obscurè Liuius libro 12. innuit. Quæ uerò ea fuerit, inter doctos disceptatur. Quidam enim existimant, cum antè certa formula Iurisiurandi comprehensa fuisset, de qua Gellius lib. 16. ex lib. 5. Cincij de re militari, hoc tempore quod nunquam antea factum fuerat, eam adauctam accessione harum clausularum fuisse. de quo Sigonius non solum in annotationibus Liuianis, sed & de antiquo iure Ciuium Romanorum lib. 1. capitulo 15. Verum non obscurè Liuius dicto librò ostendit sacramentum uoluntarium, Iusiurandum necessariũ fuisse. Dionysius ait Sacramentum Romanis gentilitium fuisse, iurare per bonam suam fidem.

IVS iniquum ideo dicitur, quia iussum est, & non quia iustum: ut, Zasio teste, homines latini probant. Spiegelius.

IVS Latinitatis. Vide Latini. &, Latinitatis ius.

IVS in manibus habere dicuntur, qui ui rem gerunt, & quibus, ut Ennius ait, ferro geritur res, quibus ius est in armis, & quibus leges inter arma silent. Ex Chilia. Erasmic. Sp.

IVS liberorum ut Isidorus lib. 5. inquit, est cõiugum sine liberis inuicem pro loco pignorum hereditatis alterna cõscriptio. Quam definitionem confirmat No. Valét. de test. & l. ualeat C. Th. de his quę sub tyran. infirm. Et hoc quidem ius liberorũ Impp. omnibus dant, in l. 1. C. de iur. lib.

IVS meum, dicitur non solum quod mihi cõpetit iure communi, sed etiam quod ex pacto, uel cõsuetudine debetur. cap. constitutus. extra, de Religiosis domibus.

IVS militare, quo soli milites sunt adstricti. Oldendorp. in Restauratione Politiæ indicat quondã appellatum esse ius militare, rem militarem: quod & ipsum quanquam in armis uersaretur, & ui exercẽdum esset, nihilo tamen minus haberet rationem iustitiæ, secundum quam susciperetur, & susceptum procederet. Quo secundũ eum respexit Iust. in proœmio Instit. quũ dicit: IMPERATORIAM MAIESTATEM NON SOLVM ARMIS DECORATAM, SED ETIAM LEGIBVS OPORTERE ESSE ARMATAM. Sp.

IVS MILITARE. Fuit enim & inter cęteras hęc lex militaris ne dolo malo, nèue aliena iniquitate, sed iure & propria uirtute bellum gereretur. quam diligenter à Romanis abseruatam, Liuius lib. 6. testimonio est. Manutius de legibus Romanis.

IVS moribus introductũ, item ius moribus receptum, & ius moribus constitutum, in iure nostro legimus. quòd pleraque non cauta legib. in mores recepta sunt. hoc est, hominum obseruationẽ. Spieg. Sic ius ex more maiorũ fuisse notat Papinianus, ut licet iurisdictio mandari posset, non posset tamen animaduersio lege uel Senatusconsulto mandari. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

IVS multæ dicendæ datur, quibus publicum iudicium est, & non alijs: nisi hoc eis specialiter permissum est in fin. l. ij. ff. Vbi quis ager Sp.

IVS naturale Vlpianus in l. 1. ff. de iustitia & iur. eumq́ue secutus Iustinianus Instit. de iure natural. gentiũ, & ciuili definiũt, quod natura omnia animalia docuit. latè quidem, impropriè, & abusiuè, ne dicam licenter: sed ita tamen ut eis condonandum sit, quòd fortè teneris studiosorum ingenijs inseruire, & populariter rem explicare uoluerint. ut Oldẽdorpius existimat. Neq; etenim rarum est, ut aliquãdo maioris cuiusdam & clarioris demõstrationis causa, &c.

sa, & ut amplior, certior, & dilucidior doctrina sit, qui eam tractant, aliqua uel abusiuè sumpta, uel populariter, & translatiuè ponant: Cum enim (Cicerone autore) homo solus ex tot animantium generibus atque naturis particeps sit rationis & cogitationis, sequitur quod in quibus ratio non sit, nec ius esse propriè posit, sed cum ad bruta referimus, rationis & iuris nominibus abutimur, ut alibi de uirtute, simili ferè modo, dixit Cicero. Cum ergo legis ius naturale commune brutis, tum affectum, iustum instinctum, naturalem inclinationem uel propensionem, & motum quendam necessarium, quo omnia passim animantia aliquid faciunt, uel non faciunt, naturali quadam propensione, non quidem ad belluinos affectus rapiente, sed cum ratione conueniente, & ad conseruationem uniuersitatis tendente, intelligas non ius & rationem. Sunt enim quædam affectiones, & instinctus naturæ quibus impellimur, ad agendum aliquid secundum ipsam naturam, qui motus nobis cum cæteris animantibus communes sunt: Talis est: ut quælibet natura uelit esse conseruatrix sui ut salua sit, & in suo genere conseruetur: Non enim, ut ait Tullius pro Milone lex scripta, sed nata est, quam non didicimus, accepimus, legimus, uerum ex natura ipsa arripuimus hausimus expresimus. ad quam non docti sed facti: non instituti, sed imbuti sumus &c. Talis est cupiditas liberorum procreationis: Vnde Aristoteles etiam dixit In animalibus esse opus φυσικώτατον generale simile: & Iustinianus Nouella sua constitutione 89. ἡ φύσις (inquit) ἐξ ἀρχῆς τὰ περὶ τῆς παιδοποιίας ἐνομοθέτησε, De qua re Tullius latiùs libro 2. de natura deorum. Eiusdem etiá est generis naturalis quædam propensio ad educandum fœtum: quare etiam Iustinianus l. unic. §. taceat Cod. de rei uxor. act. præclare ait naturalem stimulum hortari ad liberorum educationem. de quo affectu plura Plutarchus in libello περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας. At ubi motus huiusmodi naturæ ad homines redigis, pariunt illi quidem ius quoddam naturale, sed non commune cæteris animantibus, quia tunc est ratio quędam insita homini à natura, quæ non potest esse in brutis, & hoc ius gentium est, quod ius naturale pariter appellatur. Ergo meminerimus cum agitur de motibus nobis cum animantibus communibus, nó proponi prorsus beluinos affectus, & qui nihil penitus habeant rationis aut iuris, sed affectus illos, instinctus, & propensiones, siue ut philosophi appellant ὁρμὰς φυσικάς, quæ omnibus animantibus inditæ sunt ad cóseruationem huius uniuersitatis, cumque ratione conueniunt, erantque futuræ in natura hominis etiamsi in sua illa innocentia in qua creata fuerat mansisset. Sed postquam illam diuinam innocentiam exuit, ac propter uitium morbi originalis contaminata est: necesse est, ut mens & ratio humana, affectiones has & instinctus naturæ regat & moderetur, suaque ui in officio retineat, præstetque quodammodo quod ipsa innocentia præstitura fuisset, quod quia ratione in hominibus fit, ius naturale dicitur, & pariter ius gentium quod nihil aliud est, nisi iudicium illud rationis, quod nobiscum nascitur, non aliqua arte, aut studio addiscitur. Quo fit ut inepta nimis uideatur distinctio doctorum de iure naturali primario, & secundario: primæuum intelligentium quo pecudum affectus continentur. Cum uerè ius non sit, ubi bruta sint. Esset enim ut uerè in hoc proposito accuratissimus Oldendorpius dixit ex brutis homines facere, ex hominibus bruta. Quamuis enim in brutis appareant igniculi quidam, & imagines ingenij & rationis, ut quandoque uideantur hominis prudentiam, si non assequi, saltem imitari, tamen nihil neque intellectu, neque cogitatione perficiunt, nec ulla ratione uel honestatis formula prædita sunt, uel quidquam iuris habent. Quare Cicero eleganter, Quibus enim (inquit) ratio à natura data est, iisdem etiam recta ratio data est. Ergo & lex quæ est recta ratio in iubendo & uetando. Si lex, ius quoque. At omnibus ratio: ius igitur datum est omnibus. Quare secúdum eundem ius uel lex naturæ propriè sic diffinitur. Est ratio summa insita in natura, quæ iubet ea quæ facienda sunt, prohibetque contraria. Huc accedit id quod Iustinianus dicit in §. penultimo, Institut. de iure nat. gétium & ciuili. Sed naturalia quidem (inquiens) quæ apud omnes peræquè obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent. Ea uero nullibi, quam in corde & mente hominis, uelut in quibusdam uiuis tabulis ad imaginem dei creatis impressa extant. Prouidebat enim clementissimus pater, nihil in hoc mundo æquè homini opus esse, quam regulis atque principijs quibusdam rectè uiuendi, quæ præter eum nemo dare posset. Atque hæ sunt leges, de quibus sensit Apostolus ad Roman. secundo, cum de gentibus loquens dixit: Quod cum legem non haberent, ipsæ sibi lex fuerant, attestante ipsorum conscientia, & cogitationibus inter se accusantibus & excusantibus, ut tradidere Oldendorpius & post eum Aldobrandinus. Quare ius naturale nihil aliud est quàm ratio & æquitas quá nobis innata quædá uis affert, & qua bestijs maximè prę stamus. Idem & Ius gentium dicitur in l. iurisgentium. ff. de pactis. quo in loco non tantum contractus, sed & pacta iuri gentium adscribuntur. Vt autem Ius naturale æquitas naturalis appellatur, ita non inficior quin etiam posit Ius ciuile, æquitas ciuilis appellari. Nam & M. Tullius ius ciuile ita definit: æquitatem constitutam his, qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtinendas. Plerumque tamen æquitatem cum dicimus, naturalem intelligimus, & id quod Aristoteles uocat ἐπιείκεια. Cicero ad unguem conueniens in Topicis, dum iuris tres esse partes ait: legitimam, conuenientem moris uetustate confirmatá. Nec enim pars conueniens pertinet ad pacta conuenta, sed ad æquitatem, ut repetita ab eodem in eodem libro diuisio in legem, morem æquitaté, manifestò declarat. Cuiac. ad l. 1. post princip. ff. de pact.

IVS AVTEM NATVRALE Heliodorus (ut de eo testatur Forcatulus dial. 37. Necyomantię) triplex esse disseruit: primum commune homini cum DEO: alterum, commune homini cum brutis: tertium commune homini cum homine, quod ideò ius gentium appellatur. Et ducamus primùm ius naturale, quod quidem à Doctoribus prætermissum est. à parte nobiliore ipsius hominis, quæ cum DEO communis est, & appellemus id ipsum æquum & bonum cú Paulo, in l. pen. ff. de iust. & iur. id est meram æquitatem l. prima ff. eod. quæ etiam ratio uocabitur. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. quæ non differt à lege Euangelica, si excipias Sacramenta. capitulo non est. §. j. 6. dist. glos. ibi. & 7. distinc. can. qui iure. Hinc est illud: NON FACIAS ALIIS, QVOD TIBI FIERI NON VIS, can. 1. pri-

 ma

ma distinct. quam sententiam adeò dilexit Alexander Seuerus imperator, ut de illo scribit Lampridius, ut & in palatio & in publicis operibus præscribi iuberet. Hoc ius quam rationem seu æquitatem uocamus, leges omnes temperat & modificatur. l.2.§.ité Varus.ff.de aqu. pluu.arc. Ex eo sunt: nihil magis esse conueniens naturæ, quàm pacta seruare. l.j.ff.de pact.& minorum defensio.l. prima ff.de minor. & bene mereri de parentibus l. uenia. Cod. de in ius uocan. & non locupletari cum aliena iactura.leg. iure naturæ. ff. de reg.iur. Secundum ius naturale, quod Heliodorus dixit, homini commune cum brutis esse, eiusmodi est, ut neque per se æquum, neque iniquum sit, sed instinctus quidam naturæ, qui nos ad aliquid præcipuè procliues facit. ex eo descendit maris & fœminæ coniugatio, quàm nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio. l. primo §. ius naturale ff.de iusti. & iur. Cicero primo Officiorum, Commune omnium animantium est coniunctionis appetitus procreandi causa, & cura quædam eorum quæ procreata sunt. Grammaticus ille Valla lib. 4. capitulo 48. negat appetitum coeundi esse ius naturale: sicuti nocendi imbecilliori animali, & ridiculum arbitratur, dicere ius naturale esse, quod omnia animalia docuit, ut §.primo Instit. de iur.nat. & dicta l.1.§. ius naturale.ff. de iust. & iur. Cæterum Iurisconsulti ius accipiunt, pro quodam impulsu, & immutabili prouocatione naturæ, quo significatu usus est C. Cotta, in quadam oratione, quæ nunc inter opera Sallustiana legitur: nam uita & mors iure naturæ sunt, inquit. ut sine dedecore cum ciuibus, fama & fortunis integer uiuas, id dono datur, & accipitur. Videto quomodo Cottæ uita & mors à iure naturali sunt: non quia æqua aut iniqua, sed quia omnibus præfinita naturaliter, & qui mortem uult consciscere, ius naturæ uiolat. Augustinus lib. de Ciuitate Dei 1. capitulo 18. licet Iurisprudentes admiserint, ut quis sibi manus inferret, si non criminis consciētia, sed tædio uitæ, aut ut fortis uideatur & mortem contemnens, ut Empedocles, Proteus & plerique alij Philosophi æquè iactabundi l. si quis filio §. eius qui, ff. de iniust. testa. qui omnes ius naturale uiolant. tum ius naturale quod nuncupatur æquum & bonum, quia non patitur ratio, iniussu principis uel ducis à statione discedere, & manes anticipare, & qui sibi iniquus est, quanto nequior alijs esset futurus? l. final. §. penulti. ff. de bon. eo. qui mort. sibi consc. Tum ius naturale commune cum feris uiolat, quæ omnes mortem exhorrent, uitam & dulce solis lumen complectuntur. l. hac cōsultiss. C. qui test.fac.poss. Virgilius lib. 6.

Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemq́; perosi,
Proiecere animas, quàm uellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.
Fata obstant.

id est, inquit Seruius, iura naturæ. quia mors talis præmatura præter naturam est. Cum aliàs sit secundum naturam, ut ostendit Galenus exemplo pomi maturi, cum legitur suo tempore: si ante pomum carpseris acerbum inuenies, unde idem Poeta libro quarto Æneidos de Didone se ipsam occidente, amoris impatientia,

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Emersit tertium ius naturale, quod cum ipso genere humano proditum est, §. singulorum. Instit. de rer. diuis. naturale dictum est, quoniam ratione naturali ignota feris, seruatur inter homines l. prima ff. de acq. rerum dom. non enim feræ norūt contractus, seruitutes & bella inuenta à iure gentium l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. §. ius autem gentium. Instit. de iure natur. neque talia iuri diuino, aut naturali, quod æquum & bonum uocauimus, sine delectu grata & accepta sunt: sed aut indifferentia aut ingrata prorsus. Horatius:

Nam propriæ telluris cum natura, nec illum,
Nec me, nec quenquam statuit, nos expulit ille.
Illum aut nequities, aut uafri inscitia iuris.

Seneca in Octauia.

Deterior ætas eruit ferrum graue
Aurumq́; sæuas mox & armauit manus.
Partita fines regna constituit, nouas
Extruxit urbes.

Atqui iure naturali, id est, æquitate siue naturæ ductu, omnia erant communia. Can. ius naturale, prima distinct. nec licebat se inuicem decipere contrahentibus l. iure naturæ. ff. de reg.iur. iure gentium quod est ius naturale tertium, licet l. in causæ §. fin. ff. de minoribus. inde fit ut propter æquitatem seruandam, ad ius illud communionis sanctum & præcipuū regrediamur. Cano. dilectissimis. 12. q. 1. denique, inquit ibi Clemens, quidā sapientissimus Grecorū ait, AMICORVM ESSE COMMVNIA OMNIA. Platonem intelligit, qui libro quinto de Legibus, probat illud summopere in republ. κοινὰ τὰ φίλων. Idem Plato felicem putauit Reip. statum, in qua nō audirētur hęc uerba: MEVM, TVVM, SVVM, quę dominium inferunt. l. solum ff. de rei uend. & quæ iure gentium. l. solum. ff. de rei uend. & quæ iure gentium comparata sunt, de quo Cicero primo Tuscula. quæstionum, ius gētium siue hominum est in humani generis societate, & mox: omni in re consensio hominum lex naturæ putanda est. Sed & hoc ius gentium, & secundum ius naturale cuius feræ sunt participes, iuri potissimè naturali ancillantur, & ei obsequuntur per omnia. neque enim dare operam liberis debemus si ęquitas resistat, puta cū Vestali, cum cognata, sed uaga libido rationis freno regitur. Forcatulus in loco suprà citato.

IVS NIGRVM, quod Philostratus ait in Lacedęmoniorum phiditijs, cœnæ caput fuisse, à Græcis dicitur esse quod in consuetudine κύαμος uocabatur. Ex quo suspicamur sanguine uel mixto uel incocto atrum colorem iuris illius redditum fuisse: cuiusmodi ius botulorum uidemus. Hoc autem ius in mensa Lacedęmoniorū erat præcipuum, ut senes eo cibo acquiescerent plerunque, ut ait Plutarchus, nec obsonium aliud desyderarent. Turnebus aduersariorum lib. 7. cap. 16.

IVS nouum autem, eod. teste, in l. 1. ff. quod quisque iuris. adpellatur, quod nec in scripta redactum est, nec corroboratum consuetudine. Videtur tamen in iam citata l. ius nouum accipi pro iure iniquo, & ab usu forensi abhorrente. Olden.

IVS omne (quantum ad mores hominum formandos attinet) diuiditur in ius naturale seu diuinum: & ius positiuum siue humanum. Ius naturæ, quod aliàs ius gentium uocant, consistit in notitijs illis à natura, hoc est, à Deo, mentibus hominum inditis. §. sed naturalia. Institut. de iur. natur. gent. & ciu. Est enim proditum cum ipso humano genere. l. 1. ff. de adquir. rer. do. & §. singulorum. Institut. eod. tit. hoc autem ius naturale, cum esset simplex, & paucis

cis præceptionibus contentum (quas tamen ut recte perciperemus, Deus ipse uiua uoce renouauit in Decalogo) certe non uidebatur omnibus humanis negotijs, propter corruptos adfectus, quos ex Adæ lapsu contraximus, sufficere, nisi latius determinaretur, & per singulorum circumstantias distribueretur. Oldendorp.

IVS positiuum, huiusmodi naturales notitias latius extêdit, format, distribuit, applicat ad humanas functiones: obseruans semper eas ueluti Thesei filum in maximo Labyrintho. Positiuum quippe ius dicitur, quasi ab hominibus positum, ciuili quadam & politica argumentatione, ad extendendum ius naturæ, ut est pulcherrimum exemplum in l. bona fides. ff. depositi. & in omnibus humanorum negotiorum aut formis, aut pœnis obseruare licet. Quid igitur dicemus de iure Gentium? Estne tertia species? Respondeo, Si proprie loquamur, aliàs refertur ad ius Naturale, aliàs ad ius humanum. Per se autem speciem non facit. Verum crassius & magis populariter loquêtes, nihil obstat quò minus docendi gratia quasi tertiam speciem eam proponamus studiosis, sicut Iurisconsulti faciunt. Quod cum nonnulli nimis Dialecticè reprehendant, fiunt Sycophâtæ, non dijudicantes uaria hominum negotia, quæ ad normam semper mathematicâ tractare nô licet.

IVS patronatus. In l. Adoptiuum. §. patronum. ff. De in ius uocando. Vlpianus, Patroni (inquit) hîc accipiendi sunt, qui ex seruitute manumiserunt, uel qui collusiones detexerunt, uel si quis iudicio pronuntiatur libertus esse, cum alioqui non fuerit, aut si iurauí libertum esse meum. Aliàs, patronus non tantùm dicitur, cui libertus subijcitur, sed etiam dicitur defensor eorum, quos in clientela habet, primúmq; locû post patrê in officio apud cliêtem, obtinere patronus debet. Hinc dicitur ius patronatus, qđ uel in libertos, uel in cliêtes habem9. Et de huiusmodi iure in libertos (de quo etiam ipsi iureconsulti, lib. 37. Pand. & imperatores lib. 6. C. titul. 4.) uidere est, quæ de antiquis, & uarijs legibus refert Alexâder ab Alexandro. lib. Genialium dierum. 3. cap. 30. Ius uerò patronatus (quantum ad ius pontificium spectat) ius est præsentandi clericum ad ecclesiam uacantem, ex gratia ei concessum, qui, consentiente episcopo, uel fundauit, uel construxit, uel dotauit ecclesiam. cap. piæ mentis & ca. filijs. 16. q. 7. Acquirunt enim hoc ius, qui de episcopi côsensu uel fundant ecclesiam (hoc est, locum, in quo templum extruatur, assignant. c. 3. cap. nobis. de iure patronat.) uel ecclesiam ædificant, c. monasterium. 16. q. 7. d. cap. nobis. uel etiam constructas ecclesias ante consecrationem dotant. c. cum abbatem. 18. q. 2. dicto c. piæ mentis. & ca. filijs. 16. q. 7. Itaque, non mirum, cum à laicis possideatur, c. querelam. de elect. atque in hęredes transeat, cap. 1. de iur. patronat. d. ca. filijs. 16. q. 7. si qui dicant ius ipsum patronatus non esse spirituale, sed temporale, ut etiam fatentur eximij Doctores Panormitanus, Philippus Decius, & communiter canonistæ, in c. quanto. de iudicijs. Rochus Curtius in tractatu de iure patronat. uer. ius. Porrò, cum spiritualia nec à laicis tractentur, nec in eos successionis, consanguinitatisue iure descendant. cap. 1. de præbendis. Nequaquam mirum est, si tamen secundum eos spirituali sit annexum, utque propriùs loquuntur Thomas Aquinas in 4. Sentent. & reliqui theologi, ad spiritualia ordinatum: nô ergò Spirituale est, ut dixi. Anchora.

IVS patriciorum ut Cicero commonstrat libro primo de oratore in gente positum fuit. Plebeiorû autem in stirpe, ut citat Brechęus l. Sępe ita compertum est. ff. de uerborum & rerum significatione. &c.

IVS piscandi in portu fluminibusq; omnibus cômune est. Ius piscandi in diuerticulo fluminis proprium unius esse potest, & hoc quidem fit aut permissu principis, aut longa consuetudine l. si quisquâ ff. de diuers. temp. præscript. Cuia. ad l. præscriptio. uers. uel si quis qđ in flumine ff. de usurpat. & usuc.

IVS postliminij unde dicatur uide infra in uoce postliminium. Id quidem uetustissimum esse uidetur, sed quis eius fuerit autor incertum est. Quod ad uerbi uim & notationem attinet, Cicero in Topicis ait, Seruium in eo nihil putasse notandum nisi Post. Nam Liminium tantum esse productionem uerbi: Scęuolam autem Publij filium putasse iunctum esse uerbum, ut sit in eo & post, & limen, ut quæ à nobis alienata sunt, cum ad hostem peruenerint, & ex suo tanquam limine exierint, dein cû redierint post ad idem limê, postliminio uideantur redijsse. Scæuolæ Etymologiam Iustinianus libro 1. Institut. probasse uidetur. Alij Seruium magis sequuntur. Sunt & qui postliminium dici existiment ab eo, qui pos, hoc est compos liminis est factus. Balduinus in Scæuola.

IVS postulare, est requestam rationabilem facere, Bud. in lib. post. de Orig. iur.

IVS prædiorum, quod sub tit. de iure dotium memoratur, fuisse uidetur de conditionibus & seruitutibus prædiorum, de aquæductibus, & limitibus & eius generis alijs quæstionibus, de quibus etiamnû extant libelli Siculi Flacci, Iulij Frontini, Aggeni Vrbici, Hygeni & similium. Balduinus in Scæuola.

IVS Prætorium, nominantur edicta magistratuum, prætorum, præsidum, ædilium. Zasius Instit. de Action. §. sed istæ. Sp.

IVS PRÆTORIVM dicitur ius scriptum uetus, quod prætores introduxerunt, supplendi & adiuuandi Iuris Ciuilis gratia. Ius prætorium adiuuat Ius Ciuile, dando remedium aliud: ueluti à Iure Ciuili datur petitio hæreditatis, & à Iure prætorio ultra illam petitionem, tribuitur possessio bonorum. Cuius beneficio tantum consequuntur hæredes, quantum hæreditariæ petitionis interuentu. Ius prætorium supplet omissiones iuris Ciuilis: ueluti in furto. pro quo ius Ciuile ministrat actionem in duplum nec distinguit utrum sit furtum manifestum an non manifestum. Atqui Ius prætoriû distinguit, ut ꝓ furto nô manifesto detur actio dupli: pro furto uerò manifesto detur actio quadrupli, qđ suppletur à Iure prætorio. Ius ꝑtoriû corrigit ius ciuile, tâ in successionib. ex testamêto, q̃ ab intestato. quippe de Iure Ciuili liberi emâcipati nihil capiût in bonis paternis §. emâcipati. de exhered. liber. quod ius, ut iniquû, patitur emendationem à Iure prætorio, à quo duo remedia prodeunt, bonorum possessio côtra tabulas patris, qui decessit facto testamento: & bonorum possessio, unde liberi §. emancipatos, de exhæredatione liber. & §. emancipati. de hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur apud Iustinianû.

IVS primæ ætatis, id est, primogenituræ dicitur Connaturale, adeoq; inseparabile, ut in nullo alio subiecto uerificari possit. l. nam quod. de Penu. leg. l. iij in princ. de Tut. Vide Pennatem ueterem, sed celeberrimi nominis interpretem trium poster. libro. Cod in l. prima de Priuil. eor. qui in sacr. pal. milit. lib. xij Spiegelius.

IVS priuatum, diuiditur in scriptum, & non scriptum, uel sine scripto, ut Haloandri, seu Noric. ha-

bet text. Ius autem priuatum est, quod peculiariter, & cum analogia quadam, ad singulorum priuatam utilitatem pertinet: uel ut Vlpian. inquit, singulorum utilitatem spectat. Vide Cl. Cantiunc. in §. huius studij. Instit. de iust. & iur. Huius uerò tres sunt species. Nam illud aut ex Naturalibus, aut gentium, aut ciuilibus præceptis collectum est. Spieg.

IVS pro hærede possidere. l. regulariter. ff. de petit. hæredit.

IVS proprium. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius ciuitatis proprium est: uocaturque ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Caius l. Omnes populi. ff. de iustit. & iur. Hoc igitur ius nostrum constat, aut ex scripto, aut sine scripto, ut apud Græcos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι. l. ius ciuile. ff. eodem titulo. Olden.

IVS protomiseos siue congrui, ut utrumque Dd. appellant, nos den vorkauff haben/ proximos sanguine seu cognatos præfert extraneis: introductum quidem lege naturæ, perperam autem abrogatum ab Impp. l. dudum. Cod. de contrahend. empt. Fridericus Imp. eius nominis secundus, restituit, cuius constitutionem interpretatus est prolixè nobilis iurisperitus Matthæus ab Afflictis. ex ea noster Oldendorp. bonam partem recitat in de iur. & æquit. titulo octauo, rectè existimans dignam esse, ut inter cæteras Imperiales (nimirum constitutiones) referatur, ceu summam habens æquitatem. nec enim nouum est, ut ibidem doctè persequitur, quod redeant antiquæ leges, explosis recentioribus. Spiegelius. Adde Cuiacium ad l. 122. §. cohæredes, ff. de uerbor. obligation. qui hoc ius ulterius extendit ad Dominos, quos dicit similiter habere ius προτιμήσεως, id est, ut prædia quæ homines sui uænalia habent, sibi uendant potius, quàm extraneo. l. ult. C. de iur. emphyt.

IVS publicum consistit in Sacerdotibus Magistratibus, in sacris, & toto Reipublicæ statu. l. prima. §. ius publicum. ff. de iustit. & iur. Publicum: quia ad salutem non unius uel alterius, sed totius populi omniumque gentium pertinet. Quanto igitur maior est omnium hominum æstimatio, alijs rebus, tanto diligentius publici iuris habenda est ratio, cùm in scholis, tum in foro. Hoc tempore rem planè inuertimus. De iure priuato, de stillicidijs (ut Cicero suos illos derisit) & cæteris obularibus commodis curiosè disputamus: De iure publico, hoc est, de magistratibus, nemo curat quales sint. Oldendorpius.

IVS Quintæ relationis. Romanis imperatoribus initiò principatus quintæ relationis contribui Senatus decreto ius solitum: ceu honor foret is exquisitus. Propterea in Pertinace Capitolinus, quartæ relationis ius illi fuisse omne scribit. quoniam, uti eruditis placet, in numero deminuto fuerit imperij breuis, ac Thebani planè præsagium. Nam & Probo Imperatori, cui tertium ius relationis fuisse additum prodit Flauius Vopiscus, id ipsum ferè usuuenit. Ius autem quintæ relationis, teste Rhodigino, intelligunt uti quinquies super re iudicata iam, referre ad Senatum possent, præiudicijs nil officientibus. Quam tamen sententiam non satis probat Alciatus, qui maximum ius Cæsareum in eo esse sentit, quod rescindere rem iudicatam semel ualeant. l. fin. C. ut lite pend. l. causas. C. de transact. nec opus esse, quinquies uariare: probabiliusq; interpretatur. Si id ius esse existimemus, ut ab eorum sententia nulla sit prouocatio. Cum enim nemini liceat ter tiò prouocare, si aduersarius meus bis obtinuerit, & ego tantundem: consequēs est, ut ultima sententia, quæ in hac causa quinta erit, executionem habeat. Erit ergo ius quintæ relationis, perinde ac res iudicata, de quo adhuc semel cognosci potest, & alius superior magistratus adiri. Spieg.

IVS Quintæ relationis, nihil aliud fuisse credit Egnatius, quàm uti quinquies imperatores de re iudicata, & perfecta referre ad Senatum possent, æquè ac nihil adhuc iudicatum foret. Spieg.

IVS Quiritum. Obseruandum, ius commune ex quo quisq; populus ius sibi cōstituit, duplex esse. Vnum latissimū, quod gentiū dicitur. Alterum Romanum, quod commune est inter omnes Romani Imperij populos. Quo uerò iure soli Quirites tenētur, id est, qui domiciliū Romæ obtinent, Ius Quiritium uocatur. Cæterarum uerò ciuitatum, appellantur iura municipalia. Nostra, ait Salomon. Quiritia, longè ab his absunt, & imperitè à quibusdam municipia nominantur, cum Roma non sit municipium. reliqua quippe oppida à muneribus in urbe Roma capiundis dicta sunt municipia. Paulus in l. j. ad municip. & Gellius.

IVS autem Quiritum olim pro beneficio dari solebat, ut testatur Cuiac. in exposit. Nou. Iusti. 78. de dotal. instrum. & manumiss. in fin. Spieg.

IVS Reale, id est ius ratione rei competens. Connan. lib. 3. cap. 11. nu. 4.

IVS in re, diuiditur in dominium, Quasi dominium, & in ius in re specificum: id uidelicet, quod habet creditor pignoris uel hypothecæ, is cui, uel cuius prędio debetur seruitus, is qui tantùm habet retentionem, non etiam actionem. Huc accedunt, quę indicante Apello, Bart. Iasonq; in Rubr. ff. sol. matr. super Glos. fin. scripta reliquere. Spieg.

IVS in re, fortius dicitur eo, quod ad rem compe tit. Vide c. pen. de præb. lib. 6.

IVS reuocandi domum habere, Exceptionis est fori. Vide §. si cum. ad fin. l. sed & si. ff. ex quib. cauf. maior. Spieg.

IVS singulare est, quod contra tenorem rationis, propter aliquā utilitatem, autoritate constituentium introductū est. l. Ius singulare. ff. de legib. Old.

IVS singulare appositissimè dicitur, quod constitutum est seorsum & sigillatim. Et cōtradicit quidem in speciem rationi communis iuris: cæterùm generaliter consideratum, uniuerso iuri non contradicit, sed conuenientissimum est. Alio autem & antiquiore uerbo priuilegium dicitur, quasi priuata lex, quæ cùm diuersos habeat effectus benefaciendi, eximendi, iuuandi, relaxandi: diuersis quidem appellationibus eam nuncupare potes, res tamen eadem est, nec aliter differt priuilegiū à priuilegio, quàm lex generalior à lege specialiore. Olden.

IVS singulare est, quod ad singulos in speciē refertur: puta ad unum corpus, uel genus hominum, aut etiam ad unum dūtaxat hominem, uel ad unam causam. Oldendorp.

IVS specificum in re. Vide paulo antè, Ius in re.

IVS scriptum, à partibus definiendo, est lex, plebiscita, senatusconsulta, Principū placita, magistratuum edicta, & responsa prudentum. §. scriptum autem. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.

IVS non scriptum, siue sine scripto, quod exemplis & actuum uniformium frequentia comprobatur. Quod & dicitur, Ius moribus constitutum. ut eleganter explicat Cl. Cantiuncula in §. ex non scripto. Instit. de iure nat. gent. & ciuil. Spieg.

IVS solenne, ius XII. Tab. & aliarum legum populi Rom. Pomp. l. 27. ff. de reg. iur. Nec ex prætorio nec ex solenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum est. Hot.

IVS strictum, id est, ius summum. Paul. l. xxx. ff. de pecun. constit. Si quis duobus pecuniam constituerit, Tibi aut Titio, & si stricto iure propria actione pecuniæ constitutæ manet obligatus, etiam si Titio soluerit, tamē per exceptionē adiuuabitur. Hot.

IVS summum bifariam accipitur, aliàs propriè, aliàs impropriè. Oldendorpius.

IVS summū propriè dicitur, certa honestatis sententia, quæ suo generaliter officio in republica fungi potest, siue à naturali, siue à ciuili ratione petatur. Exempla esse possunt omnes regulæ & theses iuris. Nam hę in suo genere rem, de qua tractant, suprema atq; strictissima ratione diffiniunt quidem, sed simpliciter, ac sine ulla circumstantiarum consideratione futuri facti. Vt ecce, Serua pactum: Neminem lędε: theses sunt summi iuris, in genere suo iustissimę. adeò, ut secundum naturam æquiores dari non possint. l. j. ff. de pact. Ceterùm nulla hic perpenditur circumstantia pacti uel læsionis. Nam istud pertinet ad æquitatis officium, cùm casus incidit. In hac itaque propria iuris significatione falsissimū est, quod uulgò dici solet: Summum ius, summa iniuria, quoniā in genere loquendo, est iustissima ratio, uel naturalis, uel ciuilis: tantùm abest quòd censeri possit iniuria, donec non torqueatur specialiter ad aliquam facti inconuenientem circumstantiā: Veluti, cùm turpis res, uel Reipublicæ perniciosa, cōtinetur pacto: tunc, si ad hanc speciem torquere uolueris prædictā regulam, Serua pactum: efficies ex summo iure summam iniuriam, non quòd in sese uitium habeat summum ius, sed quia tu errando uel calumniando adfers perniciem, & non benè dijudicas circumstantias facti, in quibus ius est positum. l. si unus. §. pacta. ff. de pact. Oldendorp.

IVS summum impropriè appellatur, quod prædura interpretatione trahitur ad species factorū inconuenientes, uel, quod simulatis quibusdam argumentis colligitur sophisticῶs in fraudem legis. l. Inciuile. Et l. seq. ff. de legibus. Exempla sunt passim in iure multa. Lex enim est C. Vt nemo inuitus agere uel accusare cogatur. Iam pone, Sempronium innocentem in ius uocatum à Titio, qui formulam actionis adfingit speciosam. Sempronius negat. Titius uidens tandem mendacij sui nullam esse probationē, deserit litem. Reus inuocat officium iudicis, ut contumaciam actoris coerceat. Actor calumniam suam nititur defendere hoc iure, quòd nemo cogendus sit ad agendum. Audietur ne? Respondet Iustinianus: insulsam esse, minimeque admittendam actoris interpretationem. Nouell. de litigi. Constitut. cxij. Secundum hanc significationē rectè dici potest, Summum ius, summa iniuria. Quantò enim subtilius argumenteris, quanto plura congeras ad fulciendum tale ius, tanto maiorem effeceris iniuriam. Cicero lib. offic. j. Existunt etiam sæpe, inquit, iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum ius, summa iniuria, factum est iam trito sermone prouerbium. Menander admodum scitè: Leges, ait, optimæ sunt, sed qui nimis acutè eas inspiciunt, fiunt sycophantæ, hoc est, calumniatores, qui lites leuissimas obseruant. Σῦκον enim ficus est, res nihili, ut uulgò quoq; dicimus, **Es ist nicht einer feigen werdt.** Huius farinæ sunt cautelæ, singularia, & reliquæ commentariorum præstigiæ, quibus nihil fit aliud, quàm quòd usus æquitatis saluberrimus intercipitur. Tametsi enim numerosa Doctorum scripta habent multas theses, excurrantque in omnes angulos humanorum negotiorū: tamen quia non sunt certa, nec retinent modum, ideò tenebras offundunt, dant ansam calumniandi, & nocent Reipublicæ. Hæc hactenus Oldendorp. Ac Paulo serius Budæus in l. j. ff. de iustit. & iure. strictū ius accipit. peculiare (inquiens) est uocabulum Iurisconsf. significans ius prædurum, exactum, rigoris plenum, & propemodum iniquum. Opposuerunt quippe iuris autores strictum ius ęquitati. l. 2. §. item Verrus. ff. de aq. pluu. arc. l. placuit. C. de iudicijs. & bono & æquo. l. in ijs. ff. de condit. & demonst. Illud quandoq; iurisconsulti dixerunt: Ius subtile. l. si ita scriptum. ff. de lib. & posth. l. generaliter. §. si quis seruo. ff. eodem. Reliqui uero boni autores summū ius appellant. Summum autem ius appellant, cum de uerbis tantum contenditur, neq; spectatur quid senserit, qui scripsit, aut qui locutus est: in quo genere plerunq; sub autoritate iuris scientiæ perniciosè erratur, ut Celsus adolescens dicebat. l. si seruum. §. sequitur. ff. de uerb. oblig. Corras. Miscellaneor. lib. 2. capit. viij. num. xij.

IVS summum Aristoteles uocat ἀκριβοδίκαιον, ius acerbū, nullius temperamenti particeps, repugnans æquitati. l. j. C. de legib.

IVS summum & æquitas in hoc differre inter se uidentur: Quod Ius summum in uniuersum statuit, uelut censor tetricus & inflexibilis, futuris semel negotijs consulit, honestatis elemēta producit uniuersalia, & theses catholicas seueritatis & acrimonię plenas, à quibus ne latum unguem deflectere aut declinare sinit. Æquitas autem apposite comparatur eleganti sutoris officinæ, in qua multiplices calceorum, & pedum formulæ reperiuntur, quæ tametsi non congruunt omni pedi singulæ: uiso tamen & cominus inspecto pede gigantis, aut pueri, & illius circumstantia diligenter spectata, conformis aliquis calceus inuenietur & giganti, ut Herculi, Goliæ, Theseo, & contrà nano, & cuilibet homuncioni consentaneus. Confertur etiam non ineptè Pharmacopolio, in quo multæ medicamentorum species ascriptæ uisuntur ad futuras hominum necessitates paratæ: quæ tamen si generaliter misceantur ordine confusaneo, uice sanitatis immedicabilem morbum euestigiò producent. Nam in illis aptè miscendis atque congruè temperandis, opus est industria & diligenti medicantis arte, quæ dicitur æquitas discernens, atque temperans uenenum bonum à malo. Sic in negotijs publicis & priuatis æquitas singulatim & accuratè perpendit causas, momenta, circumstantias, species, & differentias personarum & rerum, & ex iam natis aut præiudicatis controuersijs decisionem rei dubiæ & quæstionis controuersæ luculentam conciliat atque colligit. Taboetius in Topico militiæ forensis & legalis disciplinæ, & cætera.

IVS suum, id est, meritum. Quemadmodum dicebat Aristoteles, Iustitiam esse uirtutem animi cuiq; secundum merita distribuentem. Diuus Augustin. libr. xix. de Ciuitate, hoc uerbum exponens, Ius suū unicuique tribuere: Iustitiæ, inquit, munus est, ius suum unicuique tribuere. Vnde fit in homine iustus quidam ordo naturæ, ut anima subdatur Deo, animæ caro, ac per hoc Deo anima ipsa & caro: proin-

de una omnium uirtutum iustitia, alienum bonum esse uidetur, quoniam ad aliũ pertinet. Quippe multi in proprijs uirtute uti potuerunt, nihil quod uitio uerti possit admittentes; at uerò in ijs, quę cum alijs transigenda sunt, nõ item. Quapropter nemo iustus erit, nisi in alterum tribuendo ei quod suum est. in quo omnis legum ratio consistit. Sp.

IVS suum obtinere nõ posse dicebant, quẽ nunc iustitiam habere, uel consequi nõ posse dicimus. Budæus in annot. prior. Sp.

IVS tibi non esse parietem illum ita habere apud Papin. l. si cum mens. ff. si seruit. uend. Sp.

IVS togæ peregrini non habent. Plin. 4. epist. Carent, inquit, togæ iure, quibus aqua & igni interdictum est. Et generaliter quicunq; ciues Romani nõ sunt, licet socij sint & amici populi Roman. togæ ius non habent. Cicer. 4. Verr. Cum utrisque satisfacere non possent & togatis & Siculis. & in eod. Quem uoles eorum testium quos produxero, qui ex Sicilia testes sunt, siue togatum, siue Siculum. sic legendum est ex uet. libris. Togatos cum dicit, ciues Romanos dicit. Cuiacius ad l. obsides. ff. qui testament. facere possunt.

IVS trium liberorum institutum est, ut qui quæsiue tres liberos ex iusto matrimonio suscepissent, ijs plurima præcipuo quodam & singulari iure præter cæteros concederentur, ut mulieres uiuo patre testamentum condere, & rem suam sine tutorum auctoritate administrare possent: quod Plutarch. in uita Numæ testatur. Vt uiri excusarentur ab omnibus ciuilibus muneribus, quæ patrimonij non essent. l. 2. ff. de uacat. mun. Vt qui Romæ tres liberos superstites haberet, à tutelis & curationibus excusaretur. §. primo. de excusa. tut. Id autem ius etiam ijs qui tres liberos non habebant, cõceditur. aliud enim est tres liberos habere: aliud Ius trium liberorum. Extatq; Plinij Iun. ad Traianum epistola, qua Suetonio suo ius illud petens: Hinc, inquit, ius trium liberorum necessarium faciunt duæ caussæ. nam & iudicia amicorum promeretur, & parum felix matrimoniũ expertus est: impetrandumque à bonitate tua per nos habet quod illi fortunæ malignitas denegauit. De hoc iure Imp. tit. de S. C. Tertyll. in princ. & l. prima. Cod. de legat. Hotom.

IVS autem trium liberorum admodũ uetus est, nempe à tempore illorum Tergeminorum, in quorum gratiam fuit statutum, ut quibus trini essent liberi, cum ex publico illi alerentur, usque ad pubertatis annos, tribueretur potestas patria sine onere & sumptu educationis. Dionysius Halicarn. libr. 3. ait, hanc legem suo quoque tempore obseruatam fuisse. Loquens enim de Horatijs Tergeminis. ἕτιν (inquit) δ' νόμος αἰ ἰκάνος κυρωθεὶς τὸ πάθος, ὠ περὶ ἀτιμῇ χρώνται, τιμὴν ἐρῶ ... [illegible] ... ὑβεν. Sed & Q. Nimidius Censor, & postea Iulius Cęsar, itemque Augustus, uoluerunt ancillæ, quæ tres peperisset, uacationem: quæ quatuor, libertatem dari. Et olim mulieribus, quæ trium liberorum matres essent, ex Senatuscons. Tertulliano concedebatur intestatorum filiorũ successio. Si modo essent ingenuæ. Sanè & qui trium liberorum incolumium pater, legationibus publicis liberabatur. Atque hoc quidem ius trium liberorum latissimè patuisse indicat etiam Plinius Secundus, qui libro secundo Epistolarum de quodã Voconio loquens, ait, se ius trium liberorum ei impetrasse ab optimo principe, quanquã id alioqui parcè & cum delectu daret. Idem ad Traianum libro x. uerbis exprimere se non posse ait, quantum sibi gaudium attulerit quòd dignus uisus esset iure trium liberorũ. Sed & olim apud Lacedæmonios trium liberorum parens immunis erat ab urbis custodia & excubijs, & qui quatuor haberet liberos, ab omni prorsus onere. Sic enim Aristoteles libro secundo Politic. scribit. ἔστι γὰρ αὐτοῖς νόμος τὸν μὲν γεννήσαντα τρεῖς υἱοὺς ἄφρουρον εἶναι· τὸν δὲ τέτταρας ἀτελῆ πάντων. Balduinus de excusat. tut. uel cur. Vide & Duarenum anniuersariarum disputat. lib. j. cap. 40.

IVS tuum quid sit, uide Codic. ad exhibend. leg. instrumenta. & Institution. ui bon. rapt. §. final. Aliquando pro ipso iudice, hoc est, ius dicturo, quod & Albericus indicat. accipitur. ut in §. final. Institutio. de pœnis tem. litig. & lege quarta, de intentione act. Spiegelius.

IVS uetus appellatur, quod ab urbe Roma condita, & à Romuli tempore, ad seculum usque Iustiniani, fermè per M. CC[illegible]C. annos cõfusissimè sparsum erat. Vide Hegend. in tit. Cod. de uet. iur. enucl. Ius autem nouum, eodem teste, in l. prima. ff. Quod quisque iuris, appellatur, quod nec in scripta redactum est, nec corroboratum consuetudine. Dominus Oldendorpius in iam citata lege Ius nouum indicauit accipi pro Iure iniquo, & ab usu forensi abhorrente. Spiegelius.

IVS ulciscendi naturale non est. Ius tuẽdi se suaque & contra uim ui experiundi & naturale est & gentium & ciuile: ideoque ei qui uim fecit, & mox passus est ex edicto restitutio non competit. nã uim illicitam exigimus. Cuiacius ad leg. sed & partus. ff. quod metus causa.

IVS usufructus, quo distet à perceptione fructuum, colligitur ex uerbis Iurisconsult. in l. usufruct. de iure dot.

IVS uxoris est uiuere sub eodem tecto, ibi esse Caiam, ubi maritus est Caius, pro sua proportione administrare rem domesticam, occupare partem lecti, poscere debitum, frui societate fortunarum omnium. Spiegelius.

IVSSV id factũ intelligitur, quod quis fieri quouis modo mandauit, siue testato, siue per epistolam, siue uerbis, siue per nuncium, siue generaliter, siue specialiter. l. j. ff. quod iussu. per tot. l. cum de indebito. §. in omnibus. ff. de probat. Institu. de Attil. tut. §. nos autem. & suprà in dictione, Feci. Sp.

IVSSVM. pro nomine accipimus. l. sed & si qs. §. si duos fructuarios. ff. de usufruc. Sp.

IVSSVS actum præcedit: Ratihabitio sequitur, Autoritas in ipso actu interuenire debet. Mandatũ ad futura: Autoritas ad præsentia: Ratihabitio ad præterita refertur: Consensus autem ferè ad hæc omnia. Vigl. in tit. Inst. de hæred. instit.

IVSSVS, pro imperio, apud idoneos scriptores rarò reperitur: pręterquam in ablatiuo, iussu. Nostri iussus, cum obliquis, ut iussum, & iussionem usurpant. Vt iussus Prætoris excusatio. l. si quis eum. ff. si certum petat. Spieg.

IVSSVS uel iussum multum ab auctoritate distat, quæ etiam perfecto negotio interponi potest, cùm iussus præcedere debeat. l. 25. §. iussum. ff. de adquir. hær. §. tutor. Instit. de auct. tut. l. 25. ff. de leg. lib. j. Iussus autẽ neq; uerba, neq; scripturam desiderat, quia & nutu fieri potest. l. 92. §. j. ff. de adq. hæred. In actione Q. iussu, Iussum accipimus siue testatò qs, siue

siue per epistolam, siue uerbis, aut per nuntium, siue specialiter in uno cõtractu iusserit, siue generaliter. Sed & si serui chirographo subscripserit, uel mandauerit, uel ratũ habuerit quod seruus eius gessit, uel aliàs uoluntate eius cõtractum sit, Quod iussu actio datur. l. j. in princ. cum. §§. seq. ff. quod iussu l. 5. §. qđ seruus. ff. de in rem uer. Briss.

IVSSIO. A uerbo iubeo fit iussio, id est, priuilegium, in quo princeps aliquid iubet, uel concedit in fauorem. Ita interpretatur Azo. in Auth. ut diuinæ iussiones subscriptionem habeant gloriosiss. quæst. col. 8. Quæ autem dicitur diuina iussio, Auth. in tit. ut diuinę iussiones &c. coll. 8. item sacra forma, Authent. in tit. in med. litis &c. coll. 8. mihi dici uidetur rescriptum, & quas nunc dicimus literas regias. Itaque, id esse posse ego interpretor, quod Galli uulgò appellant *vn relief* quandoquidem ipsum rescriptionem habeat quæstoris, h. e. consulis. Denotatur eo inter quos agatur, per quam personam, & ad quem iudicem dirigatur. Ceteras uerbi Iubeo significationes hic adferre (quòd Grammaticis relinquẽdæ uideantur) non admodum licet ex utilitate. Anch.

IVSTA, operæ debitæ. Cic. offic. 1. Est autem infima conditio & fortuna seruorum quibus, non malè præcipiunt, qui ita iubent uti, ut mercenarijs ad operam exigendam & iusta præbenda. Hot.

IVSTA, sacra & ceremoniæ quę placandis manibus fiebant. Vlp. l. 2. ff. de in ius uoc. Iustáue mortuo facientẽ, subaudi, In ius uocare nõ oportet. ubi Accurs. intelligit obsequia, ut lauare corpus quod pollinctoris est officium, ignorans quid sint iusta funebria, h. e. exequiarum ritus: Old. Iusta mortuo facit, h. e. exequias apparat ut nunc dicimus. Sic idẽ Vlp. in l. pro hærede. ff. de acq. uel amit. hæred. Iusta peragere dixit pro parẽtare, id est, funerandi officiũ implere: Sp. ex prior. annot. Budæi. Iusta aũt parentalia dicebãtur, quia pietate uti erga defunctos etiam Ethnicis erat unum iustitię genus, ut Aristoteles testatur sectione 30. probl. 9. & in lib. de uirtutib. Similiter & Cicero in Topic. æquitatem, id est, pietatem tripartitam esse dicit. Vnam ad superos Deos, alterã ad manes, tertiam ad homines pertinentem: de qua re latius Maiorag. lib. Miscel. 2. c. 19. Hoto. existimat fictum inde uocabulum, quasi manibus debeantur. Itaq; τὰ νομιζόμενα Græci appellant. Demosth. περὶ τοῦ φανὸς ἐχαλὸ τελευτήσαντί τις αὐτῶν ἢ τὰ νομιζόμενα αὐτῷ φέροιτο, ἀναλαβὼν ἐπὶ τὸ μνῆμα. Pòst uerò, quàm eorũ aliquis est mortuus, iustaq; ei fiunt, ipse medius ad sepulcrum sequens, &c. Cic. pro Sext. Rosc. Hunc miserũ luctu perditum, qui nondum etiã paterno funeri iusta soluisset, nudum eijcit domo. Festus lib. 11. Membrũ abscindi mortuo dicebatur, cùm digitus eius decidebatur, ad quod seruatum iusta fierẽt, reliquo corpore combusto. Idem lib. 14. Præcidanea agna uocabatur, quæ ante alia cædebatur. Item Porca quæ Cereri mactabatur, ab eo qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset, quia mos erat eis id facere prius quàm nouas fruges gustarent. Hot.

IVSTA causa dicitur, quę legitima est, & iuris authoritate comprobatur, etiamsi minꝰ uera sit. Vt cũ putans me tibi debere, soluero tibi, datur mihi condictio indebiti, ex quo satis apparet, translatum fuisse in te rei dominium, quã tibi dedi, quia nemo condicit rem suam, præterquam à fure: tamen fuit falsa causa neq; iusta, si ueritatẽ spectes, nihil enim debui: Sin legis authoritatem attendas, iustissima. quia soluendi debiti causa dedi. qua nulla esse iustior potest &c. Connan. lib. 3. c. 7. num. j.

IVSTA causa traditionis, nempe contractus, Delictum, uel quasi, ut emptio, donatio, dotis constitutio, permutatio, transactio, negotiorum gestio, iusiurandum, sententia, contumelia, damnum, imperitia iudicis, deiectio cœnacularij. Ex Apel. Sp.

IVSTA dissidia, pro ęquis, & iure factis, apud Cicer. intelligenda, in de Amicitia. Sp.

IVSTA exigere, inquit Budæus, est summo iure agere cum aliquo.

IVSTA ætas, cui pupillaris opponitur: ꝓ pubertate apud Vlp. l. 16. ff. de iur. fisc. Nec non illud æquè non interierit, cuius ætatis sit is qui se defert, utrum iustæ an pupillaris. nam pupillis etiam permittitur deferre. Hotoman.

IVSTA ætas plerumq; 25. annorum accipitur lege Lætoria adolescentib. ad rerum suarum administrationem consequendam præstituta. l. 16. ff. de iur. fisc. l. 2. §. j. ff. de uacat. muner. Ex mente tamen testatoris ad pubertatem solam refertur. l. 50. in fin. ff. de leg. lib. 3. Sed & in l. 8. ff. de condict. cau. da. 12. annor. ætatem puellis ad matrimonia contrahenda ex Augusti constitutione præfinitam significat, ut Dio. & Zonar. in Augusto scribit. Briss.

IVSTA conuentio in l. tale pactum. §. qui prouo cauit. ff. de pact. dicitur conuentio uera, non iniqua, non iniusta: non improbata, & in summa iuridica. Corras. Miscell. lib. j. cap. 1.

IVSTA defensio in l. miles §. defuncto. ff. ad l Iuliam de adult. id est, non improbata sed concessa legibus. Corrasius ibid.

IVSTA hæreditas, quæ iure legitimo obuenit. l. 3. §. de illo. ff. pro soc. Atq; ita iustum successorẽ pro legitimo, & qui ab intestato rem habiturus erat, dixit Anton. in l. 1. C. de his qui sibi adscrib. Et iustũ hęredem Iustin. lib. 15. Epit. Trog. Generalius à Varro. lib. 2. de re rust. cap. x. Iusta hæreditas dicitur, quę iure defertur uel ex testamento uel ab intestato. Briss.

IVSTA ignorantia. l. 76. in fin. ff. de rei uind. l. 43. ff. de diuers. reg. Iustum pretium, id est, æquum & uerum. l. 3. §. diui fratres. ff. de iure fisc. l. 66. ff. de legat. lib. 2. Contrarium huic est iniustum pretium. Briss.

IVSTAM interpretationem Iul. de uerb. sig. appellat legitimam, quæ in legum expositione locũ habere debeat. Sunt enim leges breues per se, & quæ uerborum compendio multa comprehendant, idcirco in eis uim naturamq; sermonis potius, q̃ usum & consuetudinem uulgi obseruamus. Con. li. x. c. j. n. 3.

IVSTA libertas, plena, absoluta & perfecta libertas est, ex qua nimirũ ciuitas Roma contingebat, ut eueniebat, cùm testamẽto, uindicta, censu, ab eo, qui & dñs ex iure Quiritiũ, & maior xx. an. erat, libertas seruis 30. annorũ maiorib. & quorũ extrĩsecus status non erat suspẽsus, dabatur: Quemadmodũ Cic. in Topic. & Vlp. in Inst. tit. j. & Theoph. in §. ult. Inst. de libertin. significant. Atq; ita uerbũ Iustę libertatis accipimus in l. 29. ff. qui & à quib. l. j. ff. si qs test. lib. l. 11. ff. ut in poss. leg. l. 16. in fi. ff. ad Treb. l. 2. C. de fideicom. lib. & Instit. de ingenu. & apud Senec. in lib. de beata uita, cùm ait, Hominibus prodesse natura iubet, serui liberiue sint hi, ingenui an libertini, iustę libertatis, an inter amicos datæ. Nã qui inter amicos manumittebãtur, Latini tantũ, non etiã ciues Rom. fiebant Vlp. teste in Inst. Sic & apud Sueto. in Augusto uerbũ hoc interpretandũ est, cùm ait seruos non cõtentus multis difficultatib. à libertate iusta remouisse &c. Sic & iustè manumissum accipe apud Vlp. in Inst. tit. 3. eum, qui uindicta, uel testamẽto, uel censu manumissus est. Briss.

IVSTA

IVSTA psona, id est, idonea & legitima ad agendum. l. uniuersis. Cod. qui dare tutores possunt. Aldobrandinus.

IVSTA possessio, possessio bonæ fidei. Iauolen. l. quod seruus. 24. ff. de acq. poss. Is qui in tua potestate est, ignoranti tibi non corporalem possessionem, sed iustam potest acquirere. Iustin. §. penul. per quas person. cuiq; acq. Item per alienos seruos in quibus neque usumfructum habetis, neq; possessionem iustam. Hotomannus.

IVSTAE sepulturæ traditum, id est, exponente Martiano, terra conditum corpus, inquietandũ non est. uidetur autem, idem ait, terra cõditum, etsi in arcula conditum hoc animo sit, ut non alibi transferatur. l. diui fratres. ff. de relig. Spiegelius.

IVSTA sentẽtia. l. j. ff. de testam. appellatur testamentum, id est, plena & omnibus iuris regulis innixa & solennis. Aldob. Inst. de libert.

IVSTA seruitus, quę gentium uel ciuili iure consistit. l. 6. ff. de statu hom. l. 28. l. 34. ff. de noxalib. l. 34. ff. de stip. seru. Inst. de libertin. in princ. Et apud Cic. pro Cęcin. Cùm hi, ait, qui in seruitute iusta fuerint, censu liberentur. Planè apud Terent. Andr. Scen. j. Iusta seruitus pro facili, humana, & clementi usurpatur. Brisson.

IVSTAM, iniustamq; uxorem, in l. uxor. ad leg. Iul. de adult. Accur. tripliciter enarrauit, & in omnibus astipulatorem habet Bartolum, Budæum uerò in nulla assensorem. Nam iusta mulier sic, ut filius iustus, dicitur. de quo uocabulo ipse satis multa in priorib. annot. dixit. Hodie iustæ uxoris appellatio, aut nulla est: aut eius est uxoris, quæ iustis sponsalibus, & palam in uiri manum coijt, nõ occulto consensu. Breuiter. iusta uxor appellatur ea, quæ omni legum perfecta solennitate ducta est: Aldob. d. loco. Iniustã uxorem in iam citata l. Vlp. pallacem uxoris numero locoq; habitam intellexit. Spiegel.

IVSTITIAM Isidorus dictam putat quod in ea ius stet: quasi iuris statum. Quam notationem ut insulsam irridet Maiorag. Miscel. lib. 4. c. j. circa finem. Fuêre item qui iustitiam dictam putarent, à ui per ἀντίστιχον, id est, literarum transpositionem: ut sit iustitia quasi. Vistitia quod uim sistat, quas literarũ inuersiones Latini habuêre in multo usu cum Græcis Latina facerent ut author est Festus Põpeius: & annotauit Connanus lib. 1. cap. 2. nu. 4. Etsi autem hæc Etymologia nõ displicet Alciato, quod iusti dies dicti sint illi 30. dies qui iudicatis dabantur, quia interim omnis executio suspenderetur, fieretq; cessatio iuris: Aldobrandinus tamen ad Institut. tit. de iustitia & iure eius sententia reprobata non male existimat iustitiam, sicuti lætitiam, tristitiam, amicitiam deductam esse à genitiuo sui adiectiui iustus iusti, additis his literis (Tia) quemadmodum etiam in auaritia & mœstitia factum uidemus. Nec enim uerbum sistendi in iustitia reperitur: Iustitiam itaq; censet uel primitiuum nomen, uel à iusto dictam. Est enim iustitia legis & iuris finis quidam, Iustum autẽ à iure, quasi quod secundum ius fit: id quod uoluit Augustin. in Psalmo cxlv. dum interpretatur uerba illa: Facit iudicium iniuriam patientibus. Cæterùm deriuationem suam pulchrè & ingeniosè (ut semper) defendit Alciat lib j. Parerg. cap. 29. Alij iustitiam ex eo dictam existimant: quod cuique ius sistat: Vnde Cotta lib. de nat. deorum primo, negat ibi iustitiam esse, ubi ius est nullum. Est enim, inquit, pietas iustitia aduersus Deos, cum quibus quid potest nobis esse iuris, cum homini nulla cum Deo sit cõmunitas.

IVSTITIA, ut Tullius ait, est habitus animi cõmuni utilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem. Et ad Herennium dicitur esse æquitas unicuique tribuens pro dignitate uniuscuiusq;. Quibus definitionibus congruit ea, quam Vlpianus tradidit. Iustitia, inquit, est constans & perpetua uoluntas, ius suum unicuique tribuens. Sed hoc non placet Agricolæ, tamen ignoscit Vlpiano, cæterisq; Iurisconsultis qui in definitionibus errarunt, quod ut doctissimus eorum quisque est habitus, ita maximis semper Reipubl. occupationibus distentus fuit, nec ocium habuit perpoliendis inuentis suis. Quod ut ei concedat Connanus, in reprehensione tamen huius definitionis non concedit, quæ & non differt ab ea, quam Tullius posuit, & ei quæ ab Aristotele tradita est omnino uidetur cõgruere: præterquã quod Iustitia dicitur ab esse habitus animi, ut est profectò. At Vlpianus appellat eam, constantem uoluntatẽ. Atqui uix discerni poterit, quid aliud sit habitus animi quàm constãs & perpetua uoluntas. Is enim qui uirtutis habitu est ornatus, non alia re distinguitur ab eo, qui continens ab eodem Aristotele dicitur, quàm perpetua quadam suæ egregiæ uolũtatis constantia. Quod enim hic uult aliquando, & sæpe quidem, ille semper & continenter uult in rebus iustis & honestis, tum operibus, tum animi cogitatione sibi constans. Connanus libro j. cap. 3. numer. 7. &c. Ad extremum iustitię proprium officio circumscribitur. Cum enim uel Cicerone interprete in libro 5. de finibus, nulla sit uirtus, quæ non aliqua nota secernatur, nonnihilque præ cæteris habeat, sicut prudentia in delectu bonorum & malorum, fortitudo in rebus aduersis, forti infractoq; animo perferendis, temperantia in coercendis illis plus quàm belui nis uoluptatibus: sic proprium iustitiæ munus est suum cuique tribuere. l. bona fides. uers. Et hanc probo esse iustitiam. ff. mandati. Tribuitur autem unicuique suum, cum dijs religionem & fiduciam, parentibus honorem, & reliqua uitæ adminicula, Magistratibus uerò reuerentiam & obedientiam præbemus. Item & cum beneficium acceptum pensamus, Cicero j. offic. idq; maiore mensura, quàm acceperimus. Postremo si omnes etiam eos, qui de nobis nihil benè meriti sunt, opera ac studio nostro adiutare cõtendamus, quod & homini Christiano conuenientissimum est. Matth. 5. cap. sub fin.

IVSTITIA sicuti & ius, duplex est: Vniuersalis quam ὅλην uocat Aristoteles, & particularis ἡ κατὰ μέρος δικαιοσύνη eidem appellata. Vniuersalis quidem illa uirtus est absoluta & perfecta, domina & regina uirtutum, qua neque Hesperus, neque Lucifer maiorem excitat admirationem, & quæ omnes uirtutes, omniumque legum obedientiam complectitur, hæcque una est ex qua uiri boni appellamur, de qua dicitur teste Aristotele Ethicor. 5.

Iustitia in se se uirtutes continet omnes.

Omnes, inquit rectissime Connanus libr. primo, capite secundo, numer. septimo: quæ moris sunt. Nam quæ sunt in ratione & intelligentia positæ, sicuti est prudentia & sapientia, nihil autore Aristotele habẽt cum iustitia commercij. Quia tamen ab istis quoq; nonnulla bene agendi præcepta sumimus, ualentq; plurimum, tum in iubendo quod iustum est, tum in uetando contrarium, istis quoq; nonnullam iustitię communionẽ fuêre qui dederunt, nõ tam uerè quã similitudine quadam. Idcirco autem hæc species iustitiæ perfecta est, quod in ea insit usus uirtutis undique perfectæ, & qui ea præditus est, non in se solum uirtu-

uirtutem exerceat, sed in alios etiā. Curat enim hæc aliorum res: aliorum cōmodis uel principis uel Reipubl. seruit, & ob id optimus existimatur iustus, qđ uirtutem non modo ad suam, sed suorum & aliorū etiam utilitatem referat: Vt de rectissimè Iustinian9 scribit Constitu. 68. Quod una omniū perfectissima censenda est, quę ius suū cuiq; tribuens, & ex re ipsa nomen trahit, appellaturq; iustitia. Nisi enim cæteræ uirtutes hanc habeant comitē, amittunt uim suā. Inde fortitudo iustitiæ cōiuncta, uirtus est militaris, cui si iustitiam detrahas, improbitatis ansa censetur.

Iustitia particularis quam præcipue Iureconsulti considerant: est constans & perpetua uoluntas, ius suum cuiq; tribuens ut Vlp. & Iustin. Simonidem & Platonem imitati eam definierūt. l. iustitia. ff. de iust. & iur. Inst. de iust. & iur. §. j. Hæc ab uniuersali in hoc differt, quia finis huius est seruare æquitatē erga oēs priuatim, quod etiam non bonus uir facere posset, q iuris peritus esset. Vniuersalis autē illa iustitia bonū uirum exigit, quinimo & illum qui in se omnes uirtutes complectatur. Et hæc quidem species iustitiæ ab Aristot. rursus diuiditur in distributiuam, quā appellat διανεμητικὴν & commutatiuam, hoc est, ἀλλακτικήν. Prior pertinet ad præmia & pœnas distribuendas pro ratione & uarietate meritorum: altera uersatur circa contractus & æquabilium rerum permutationes, paresq; compensationes. Vtramq; autem & magistratus, & priuatus colere debet: Nam & commutatiua utitur magistratus cum ius dicit de sarciēdo damno dato. Et distributiua utitur priuatus cum gradus officiorum obseruat erga parentes, liberos, amicos, hospites. Vtriusq; medium est idem, nempe æqualitas. Sed iubet Aristoteles hanc æqualitatem in distributiua iustitia sumi proportione Geometrica: in commutatiua uero proportione Arithmetica. Nam si uel munera, decernantur, uel pœnæ infligantur: alia munera senibus: alia iunioribus competūt. l. semper. ff. de iure immunit. Et in pœnis nō omnes ijsdem coercentur. l. non omnes. ff. de re milit. At in contractibus & commercijs omnia ad proportionē Arithmeticam exiguntur: ut in homicidio nihil interest seruus an liber occisus. Nam quantū ad l. Corneliam de sicarijs omnes æqualiter sunt homines. l. prima. ff. ad l. Corneliam de sicarijs. Porro quæ dicatur proportio Geometrica & Arithmetica, uide infrà in uerbo Proportio.

IVSTITIAM edicere, & intermittere iurisdictionem, apud Cic. de Arusp. resp. iustitiam remittere, apud Liu. sicut iusticiam indicere, teste Bud. Sp.

IVSTITIARII hodie sunt umbra quædam illorum, qui olim νομοφύλακες, apud Græcos dicebantur, designati ad custodiam iuris & æquitatis. cap. ex literis. de pignoribus.

IVSTISSIMA absentiæ causa studiorum. l. nec non. ff. quibus caus. maior. Sp.

IVSTITIVM, diem adicen Lucian. appellat, de Iustitio, Liuius, Lucanus & cæteri quoq; meminerunt. Clausaq; iustitio tristi fora: Lucan9. Sinceriora exemplaria seruant adhuc nō iustitio, sed iustis, hoc est feralibus parentationibus, cadauerinis supplicamentis. Apollin. Iniustè tibi iusta persoluta. Io. Bap. in comment. epist. Sid. Apoll. ad desideratum lib. 2.

IVSTITIVM iuris statio est, quasi inhibitio. Qđ uerbum olim licet publicam iuris cessationem significaret, quo tēpore lege agi non poterat, nec tria uerba Prætori dicere licebat: Do, dico, addico. Potest tamen & priuatam iuris cessationem morib. nostris significare, ut existimat Bud. in priorib. annot. &c.

IVSTITIVM, iuris dictionis intermissio, quas uulgus Vacationes uocat. Vide Status dies.

IVSTINIANA Carthaginen. fuit in Africa. No. 131. ex eo nomen adepta Iustiniani, quod is eam Romano Imperio uindicarit & restituerit, ut Photi9 scribit. Alia Iustiniana secunda in Cypro insula patria Theodoræ uxoris, ut Nicephorus Callistus scribit. Omnes donatæ archiepiscopo primæ Iustinianę, de quo in d. No. 131. in qua pro πιβαλλίως legendum πρoβαλλίως, id est, pręualitanę. Alia Iustiniana noua in notitia Nou. 8. & alia Nou. 28. Cuiac. in expositio. Nou. Iustin. xj. de prima Iustiniana.

IVSTOS dies, in lege XII. Tabul. dictos ait Gellius, qui iudicatis dantur. quia interim suspenditur omnis executio, fitq; quædam interstitio, seu cessatio iuris, unde & iustitium dictum. Quo fit, ut sicut à dictione mœstus, stultus, lętus, deducitur mœsticia, stulticia, læticia: eodem modo à iusto deduci iustitium, dicendum sit, quod quidem iustum dicatur, à quo uis omnis submota est. Festus, iusti, inquit, dies dicebantur triginta, cum exercitus esset imperatus, & uexillū in acie positū. Opinatur Alciat. quod intērim uis omnis sisteretur. Vnde consequens est, à iustitia ius ipsum dictum: non ecōuerso, ut Grāmatici existimāt, à Iure iustitiā. Lege c. 29. lib. j. Parerg. Sp.

IVSTVM, Iniustumq;, duo in Iure significāt. Interdum id quod rationi atq; æquitati innixum est: ita iustum & iniustum possessorem uocamus, & iustā ac iniustam petitionem & causam. Interdum uerò, quod secundum Legis solennem ritum ordinatum est. sic iustæ nuptiæ, & uxores, itē iusti filij, iusta sententia, & iustum quoq; ac iniustum testamentū. Sp.

IVSTVM generaliter dicimus quod est numeris omnibus absolutum ait Balduin. tit. de nupt.

IVSTVM & honestum sicut non separantur: ita nec utile & honestum, aut utile & iustum. l. quanuis mulier. ff. solut. matr. l. semper in coniunctionibus. ff. de rit. nupt. Prat.

IVSTVM matrimonium est, si inter eos qui nuptias contrahunt, connubiū sit, & tam masculus pubes quàm fœmina potens sit: & utriq; consentiant, si sui iuris sunt: aut etiam parentes eorum, si in potestate sunt. Vlp. cap. Inst. 5. Hot.

IVSTVM pactum l. C. in l. Stichum. ff. de solut. uocat non solum legitimum sed & plenum: ac non nudum. ut annotat Aldobrand. Institut. de libert. §. libertinorum autem.

IVSTVM prælium, Iustum exercitum historici dicunt, id est magnum. Asconius, iustas inimicitias, pro magnis apud Cic. exposuit Sp.

IVSTVM autem bellum (quod & pium dicebatur) quod indicebatur reb. repetitis, non ex libidine sumptum. Cum autē iusta bella suscepta sunt, sunt etiam iustè gerenda, non perfidiosè, non fœdifragè, non acerbè, non ad internecionem.

IVSTVM sepulchrum quod religione tenetur. l. 43. ff. de relig. Lucan. li. 9. Iusto date tura sepulchro. Sic Iusta sepultura in l. 39. eod. tt. Iusta quoq; funerū solennia Latini uocāt, ab eo fortè quòd l. 12. tab. pręscripta essent, ut apud Atheniens. Solonijs legib. Sic Iusta facere. l. 2. in fin. ff. de in ius uoc. l. xx. ff. de adq. hæred. quod & Cic. pro Sext. Rosc. Iusta soluere dixit. Iusti deniq; dies dicebantur, qui iudicatis ad soluendum ex 12. tab. dabantur. Gell. lib. xx. cap. j. Iusti quoq; dies appellabantur & illi quibus exercitu imperato uexillum in arce ponebatur. Fest. Pomp. libr. 9. Macrob. lib. j. cap. 16. Briss.

IVSTVM testamentū: uide Iniustū testamentū.

IVSTVS

IVSTVS, qui præcepta iuris seruat. Nam à Iure dicitur. Ponitur & pro mediocri, hoc est, quod nec debito minus est, nec modica excedit. Sic iusta mensura dicitur, hoc est, æqua, & quæ neque maior, neq; etiam minor est, quàm debeat. Sp.

IVSTVS, pro uero. Vnde apud Iurisconsf. qui filium adoptat, interrogatur: an uelit eum, quem adoptat, iustum sibi filium esse, id est, uerum filium. Bud. contrà Iustus apud Iurisconsf. frequens, non satis (ut arbitror) intelligitur. Caius de arrogatione loquēs: Is qui adoptat, inquit, rogatur, an uelit eum, quem adoptaturus sit, iustū sibi filium esse. Iustum intelligo, non uerum, ut aliqui censent, sed omnibus partibus (ut ita dicam) filiationis, ueri filij uicem obtinenté, naturalis & legitimi filij loco sedentem. Sp.

IVSTVS hæres differt à legitimo, ut iustus filius differt à legitimo. Natus enim ex concubina secuto postea matrimonio, legitimus est filius. §. ulti. infra de nupt. non tamen dicitur iustus. Iusti enim filij dicuntur, qui postea nati sunt. Quam diuersitatem sentire uisus est Iustinianus in l. Cum quis. §. j. C. de natural. lib. Sed clarius Apuleius 2. apolog. dum loquitur de patruo qui fratris filio parabat insidias, ut ei hæres esset. Sciebat (inquit) intestati pueri legitimū magis quàm iustum hæredem se futurū. Aldobran.

IVSTVS pater, & iustus filius dicitur, qui ex legitimis nuptijs pater filiúsue est. leg. 25. ff. de capt. l. 44. ff. de rit. nupt. l. 11. & 12. ff. de statu hom. Hot.

IVSTVS possessor & petitor est etiam, qui ex liberalitate accepit, ut ait Vlp. l. sed etsi. §. j. ff. de Publican. action. Spieg.

IVVENILI leuitate ductus. §. Scęuola. l. quod si minor. ff. de Minor. Spieg.

IVVENIS talis si interueniat, cui præstanda sit restitutio: ipso postulante præstare debet. autor Caius. l. illud nullam. ff. de Minor. Spieg.

IVVENIS. Marcellus in fin. l. non aliter de Leg. iij. Cæterùm existimari posse, ait, eum iuuenem, qui adolescentis excessisset ętatem, quoad inciperet inter seniores numerari. Sp.

IVVENES, Iurisconsf. dicuntur, qui adolescentium excesserunt ætatem, quoad incipiant inter seniores numerari. ff. de Leg. iij. l. non aliter. §. j. l. cum hi. §. modus. ff. de Transact. Quamuis Vlp. pro adolescente usurpat, in l. si pecuniam. ff. Si cert. pet. Bald. in l. cum antiquioribus C. de Iur. delib. dicit, umbrā senis doctoris esse potiorem, quàm doctrinam alicuius iuuenis. tametsi Glos. in Aut. de Monach. §. ordinationem. col. j. uelit, quod excellentis doctrinæ iuuenis, & nobilitate conspicuus, præferendus est seni. Fr. Syluius annotauit, Adolescentes & iuuenes eosdem esse. hos scilicet, qui annum xvij. excesserūt, nec dum xlvij. attigerunt. Sp.

IVVENES ait Callistratus de pœnis, qui se uulgò quidem appellant, solent in quibusdam ciuitatibus turbulentis se acclamationibus popularium accommodare: quòd si amplius nihil admiserunt, nec ante sint à præside admoniti, fustibus cæsi dimittuntur: aut etiam spectaculis eis interdicitur. quod si ita correcti in eisdem deprehendantur, exilio puniendi sunt: nonnunquam capite plectendi. scilicet, cum sæpius seditiosè & turbulentè se gesserunt: & aliquoties deprehensi tractati clementiùs in eadem temeritate propositi perseuerauerunt. Maffeus. Adde Brechæum in l. bona ciuitatis, tit. de uerb. & rer. significat.

IVXTA, quot modis accipiatur, Bart. exponit in l j. ff. de Testam. & in Extrauag. Ad reprimendum. Quo uerò modo, Iuxta, Penes, & Apud, differant, declarat Iurisconsf. in l. penes. de Verborum signifi. uide infrà, Penes te. Albericus indicat, quibus locis, iuxta, pro secundum ponitur. Sp.

K

K Litera, Latinis in usu non est: nisi in dictionibus Græcis, quibus tāquam Latinis utimur. Græci Cappa uocāt: apud quos iactatum olim ænigmatis uice, τρία κάππα κάκιστα id est, tria pessima Cappe. Erasm. in Chiliad. indicat & explicat. Sp.

K. Quorundam nominum notam esse M. Fabius scribit lib. 1. cap. 4. inter redundantes collocans. Eodem libro cap. 7. idem in hæc uerba, K. quidem, ait, in nullis uerbis utendum puto, nisi quę significat, etiam ut sola ponatur. Hoc eò non omisi, quod quidam eam, quoties A sequatur necessariam credunt. cùm sit C litera, quæ ad omnes uocales uim suam perferat. Verum orthographia quoq; consuetudini seruit: ideoq; sæpe mutata est. Hactenus ille. Prat.

K. sola litera, in subscriptionibus Constitutionū C. Th. & Iustin. significat Kalendas, ut refert Magno in Notis iuris. Significat etiam charissime, in earundem inscriptionibus geminata K K. charissimi eodē interprete. Prat.

K A

Κακοτεχνία. ars ad perniciem hominum inuenta. κακοτεχνοῦντες & κακομηχανοι. sunt qui noxijs artibus utuntur: qui coerceri iubentur. ff. de Extraordinar. crim. Spiegelius.

Κακοξενίας apud Lucanos tenebatur, qui, occaso sole, diuertentes homines notos, ignotosq; domo exciperet (sic enim apud Alexand. Neapolitanum lib. 4. cap. 11. legendum putem, non exigeret) mulctamque eo nomine pendere cogebatur. Hanc legem sæpissimè renouauit optim⁹ princeps noster CAROLVS VALESIVS IX. E re publica esset, si obseruaretur. Prat.

Καδίσκος urna suffragiorum. Duo fuerunt cadisci apud ueteres, in quos calculos mittebāt iudices. Alterum κύριον uocabant, alterum ἄκυρον. Sunt & pocula ex hoc nomine. Bud. Sp.

Καιρὸς tēp⁹, id est, occasio & opportunitas. Quamuis omnino plus quiddam est quàm tempus: nempe articulus, ipsumq; momentū, ac punctum (quod aiunt) in quo res sit agenda. Sp.

KALENDAE, inquit Varro, primi dies mensiū nominati, ab eo, quòd his diebus Kalētur dies mensis Nonæ à Pontificibus, quintanęne, an septimanæ sint futuræ. Quinq; Kalo Iuno Nouella. Septem Kalo Iuno Nouella. Hæc ille in V. De lin. Latin. Macro. autem in 1. Saturn. sic. Priscis temporibus antequā fasti à Cn. Flauio scriba inuitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegebatur, ut nouæ lunæ primum obseruaret aspectum: uisumq; Regi sacrificulo nunciaret. Itaq; sacrificio à Rege & minore Pōtifice celebrato, idem Pontifex, kalata, id est, uocata in Capitolium plebe, quot numero dies à Kalēdis ad Nonas superessent, pronunciabat: & quintanas quidem, quinquies dicto uerbo Kalo: septimanas, repetito septies prædicebat. Et hunc diem qui ex his diebus qui Kalarentur primus esset, placuit Kalendas uocari. Hot. Calendis si quis stipuletur sibi dari, nec aliud adijciat, quid actum esse intelligit, ut quæritur: Et ait Vlpianus si non posit apparere quid actum sit, de primis Calendis uerba accipienda esse. Nihil enim occurrit

rit uerisimilius: quia si ex mente promissoris interpretemur, facile fiet, ut inutilis elusoriaq; reddatur stipulatio, contra præsumptam contrahentium uoluntatem. l. Quoties. ff. de uerb. obligat. Si uerò nulla uerisimilitudo stipulatorem iuuaret: cõtra ipsum potius, quàm cõtra promissorem interpretaremur: stipulatio ista. §. in stipul. act. ff. de uerb. obl.

KALENDAE primæ, secundæ, tertiæ, quintæ, dici putantur à Iurisconsultis pro uno, duobus, trib. & quinq; mensibus. Celsus l. liber, 59. §. si ita, de hæred. insti. Titius si intra tertias Kalend. nauis ex Asia uenerit hæres esto. Vlpia. l. j. §. si quis. de uerb. obl. Si ita interrogatus, intra Kalend. quintas, responderit Dabo idibus: non obligatur. Martial. lib. I.

Atq; intra, puto, septimas Kalendas
Mortes hæc tibi quatuor dederunt.

Franciscus Duaren. d. l. j. §. si quis. Alij autem Calendas quintas interpretantur mensis Quintilis seu Iulij: sed Duareni interpretatio iuuatur consuetudine loquendi ueterum apud quos primarum, secundarum, & tertiarum, Cal. frequens est mentio. Vidit tamen Catonē in re rustica primas Kalend. dicere, pro Primo die cuiusq; mensis. Hot.

KALENDARII nomine, Accurs. intelligit generatim debitorum nomina: Cum Iureconsultis, apud quos uocabulum hoc in usu est, tantum, & propriè, funebre debitum notet. Sp.

KALENDARIO præpositus seruus, in l pen. ff. de reb. credit. pro fœnerādis exigēdisq; pecunijs. Et

KALENDARIVM exercere. l. uxorem, 41. §. legauerat. ff. de legat. 3. Hinc

KALENDARIO destinatæ pecuniæ, id est fœnerationi. l. 62. ff. de legat. tertio. In Kalendariū conuersa pecunia, id est, fœnerationi. l. xxxix. §. negligentiæ. ff. de administr. tut. Sic accipitur Kalendarij nomen in l. ult. ff. de pecul. l. 6. ff. de instr. uel inst. l. 3. C. de compensat. l. ult. ff. de munerib. & honorib. & alibi persæpe. Hotom.

KALEND. Ianuar. primum anni diem factū Plutarchus scribit in Problema. quòd eo die primi Consules Regibus exactis creati sunt. Vnde etiam institutum constat, ut Consules deinceps omnes eo die magistratum inirent. Eundem Kalend. diem festum ac religiosum fuisse, solennemq; strenis dandis, Sueton. in Augusto his uerbis significat: Item Kalen. Ianuar. strenam in Capitolio etiam absenti mittebant. Et in Tiberio: Item strenarum commercium prohibuit edicto, ne ultra Kalen. Ianuar. exerceretur. Consueuerat quadruplam strenam. & de manu reddere: sed offensus interpellari se toto mense ab ijs qui potestatem sui die festo non habuissent, ultrà non reddidit. Item: Nullus à pœna hominum cessauit dies, ne religiosus quidē ac sacer: animaduersum in quosdam ineunte anno nouo. Zonaras libr. 2. Καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτῷ ἑκάστῃ προσιόντες οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δ' ἔλαττον ἐδίδοσαν, ὁ δὲ προσεπεδίδου τοσοῦτον ἢ πλεῖον αὐτοῖς, οὐ μόνον τοῖς βουλευταῖς ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις id est, Primo anni die accedentes ad Augustum munera illi afferebāt. alij maiora, alij minora, ipse autem uicissim illis aut tantundem, aut etiam amplius dabat, neq; solum Senatoribus, sed etiam alijs. Scribit etiam Dion lib. 57. moris fuisse inde ab Augusti temporib. ut Kal. Ian. in acta Imperatoris iuraretur. Post Kalē. autem Ian. die tertio, pro salute Principis uota suscipi solita, scribit Caius in l. si caluitur, 233. ff. de uerb. sig. & Plutar. qui Ciceronem scribit natum esse, ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νῦν καλανδῶν ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται καὶ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος: id est, Tertio die nouarum Kalendarum, qua die nunc magistratus uota faciunt, & sacrificant pro salute Principis.

KALEND. Martij primus olim dies fuit. Itaque ignem nouum Vestæ aris incendebant, ut incipiēte anno cura denuò seruandi nouati ignis occiperet. Eodem mense mercedes exoluebāt magistris, quas completus annus deberi fecit. Comitia auspicabantur, uectigalia locabant. Hæc Macrob. I. Satur. ca. 12. Constat etiam munera, quæ strenæ dicebātur, olim eo die mitti solita. Vnde illud apud Pompo. l. sed si, 31. §. si uir. ff. de donat. int. uir. & ux. Si uir uxori munus immodicum Kalē. Mart. aut natali die dedisset, donatio est. Tibull. lib. 3.

Martis Romani festæ uenere Kalendæ,
Exoriens nostris hic fuit annus auis.
Et uaga tunc certa discurrunt undiq; pompa:
Perq; uias urbis munera, perq; domos.

Plaut. in Milit. gloriof. Da mihi uir Kalēdis quę mittam cum Martiæ uenerint. Martias Kalen. inquit Festus, celebrabant, quòd eo die Iunonis Lucinæ ędes coli cœpta est. Vnde Tibul. lib. 4.

Sulpitia est tibi culta tuis Mars magne Kalendis,
Spectatum è cælo, si sapis, ipse ueni.

Seruius autem in 8. Ænei. Martiæ, inquit, Kalendæ, fœminis dicatæ sunt. Horat.

Martijs cœlebs quid agam Kalendis? Iuuenal.
Munera fœmineis tractat secreta Kalendis.

Hæc Seruius. Iisdem etiam Kalēdis pensiones agrorum præstari solitas, patet ex l. defuncta, 58. ff. de usufruct. & l. tertiam, 19. C. Th. de exactionib. quippe cum anni initium apud antiquos fuisset. Hot.

KALEND. Quintiles, siue Iuliæ conductionib. prædiorum solēnes fuerunt. l. qui balneum, 9. ff. qui pot. in pig. hab. qui balneum ex Kal. proximis cōduxerat, pactus erat, ut homo Eros pignori locatori esset, donec mercedes soluerentur. Idem ante Kal. Iulias eundem Erotem alij ob pecuniam creditam pignori dedit. & paulo pòst: Licet eo tempore homo pignori datus esset, quo nondum quicquā pro conductione deberetur. Item in l. cum in plures, 60. ff. locati. & l. cum ab eo, 41. ff. de cont. empt. l. cum precario, 12. ff. de precar. Martial. 12. Epigr.

O Iuliarum dedecus Kalendarum.
Vidi Vacerra, sarcinas tuas uidi,
Quas non retentas pensione pro bina
Portabat uxor.

Cic. 2. epist. ad Q. Frat. Domus tibi ad lucum Pisonis Luciniana conducta est: sed ut spero paucis mensib. post Kal. Quintiles in tuam commigrabis. Hot.

Καλλιγράφοι librarij I. Cuiacio l. sexta. §. Grammatici. ff. de excusat. tut.

Κασίγνητοι Consobrini eidem libro 6. Obseruatio. capit. vij. Prateius.

Καταδίκοι Græcis sunt, qui nobis damnati dicuntur. Spiegelius.

Καταγλώττισμα genus suauij, quo iusta zelotypis repudij causa datur: Vide cap. x. libr. 4. Parerg. Alciat. Osculum inter adulterij procemia habetur, quæ gradatim commemorat Accursius gloss. l. quod ait lex. ff. de adult. Spieg.

Κατὰ πόδα fieri dixit Iustin. quod alienis uestigijs insistere ueteres dicere consuerūt: cum quis de suo nihil addit, sed aliena solum recitat. Ex Alc. Sp.

Καταχρηστικῶς id est abusiuè. Caius Iurecon. hoc uocabulo utitur in l. licet. 2. de uerb. sign. Summè autē annotandum, ut monuit Alciatus, sic, hoc est, abusiuè uocem plerunq; propria & subtili interpretatione reiecta, accipi. Nimia enim Iuris subtilitas, crux est, ut antiqui dicebant.

Κατάχρησιν figuram esse, Quintil. autor est, ubi proprio nomine omisso, aliud uicinum assumimus. Vide, Metaphora. Spiegelius.

Καταῤῥάκτης, genus auis maritimæ. Item Cataracta, quo nomine & Liuius utitur, locus est abruptus, & præceps, in flumine, unde aqua ruit potius, quàm fluit: ut cataractes Nili apud Strabon. lib. ultim. Ex Bud. Spiegelius.

Kathari qui. Vide Schismaticus.

Καθάρματα homines dicebantur, qui graui quopiã morbo expiando, immolabantur dijs. Bud. in annotationibus.

Καθάρματα Græcis sacrorum hominum, id est, detestandorum, & execrabiliũ species: ab eis enim multis illi nominibus appellantur, quę refert Bud. in annot. ad l. 2. ff. de pœnis.

Κατηγορία, nomen à foro sumptum est, & significat accusationem & crimen. Vt enim in accusatione necesse est aliquid certi dici, ut, Verres est fur: ita in omni propositione aliquid de aliquo dicitur. Et quia constat, magnam requiri in foro & iudicijs diligentiam, ut propriè & aptè aliquid de alio dicatur, fortasse planius Categorias Boetius accusationes, pro prædicationibus uertisset: ut quidam non uulgariter eruditus monuit. Categoricę propositionis, quę ex uno nomine, & unico uerbo conflata est: necnon Hypotheticæ, quæ nihil aliud est, quàm duę Categoricæ copulatæ, meminit Scholiastes in fin. l. quęsitũ. ff. de acq. rer. dom. Vide Bart. in l. si is, qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. Sp.

K E

Ketzer. Lege, Schismaticus.

K L

Κλέμμα, obreptionem etiam significat. Obrepere uerbum, apud Iuriscoss. frequens est, ut & Preces obreptitiæ, & surreptitiæ, uulgò iam notæ. Sp.

Κοροῤῥεφῶν. Vide, Plus minus.

K Y

Κύριος. Vide, Dominus.

Κυφῶνα Græci uocant, quæ Numella Latinis est, uinculum ad infamiam magis & pœnã, quàm custodiam pertinens. Similiter infame est uinculum, Collaria (uulgò Halßeisen) quibus in publico blasphemi, & lenæ, & minores fures alligãtur, ut derisui uiatoribus sint, ut Alciat. ait. Sp.

K Ω

Κυμινὶς μάρτυς. Videtur de his proferri solitum, qui aliquod mendacium, ficto aliquo teste, confirmare uolebant. annotat in Cicerone, P. Victorius. Sp.

L A

LABARE sermone, dicitur per translationem, qui inconstanter & timidè loquitur. Vulgatius Vacillare appellatur. Spiegelius.

LABARVM, quid sit, non temerè fortasse reperies, præterquã apud unum Sozomenum in Historia Ecclesiastica, q̃ uulgò Tripartitæ nomen retinet. Alciatus Socratem citat, nimirum ex corrupto exemplari. Sozomen. c. 5. lib. j. de Labaro loquens: Hoc, ait, signum bellicum, inter alia preciosius erat, eo quòd Imperatoré pręcederet, & adorari à militib. moris esset. Obseruandũ autem, quòd Constantinus Imperator, cognométo Magnus, Labarum in Christi crucem commutauit: de quo in Commentarijs nostris in Hymnũ Prudentianum, cui titulus est: Ad omnes horas, aliquãto copiosius scripsi: & Cassiodorus, & Ruffinus meminere. atq; Aur. Prudentius contra Symmachũ, tali carmine, Christus purpureum signati textus in auro signabat Labarum. Meminit & eius Accurs. in enarratione rubr. de præpos. Lac. C. lib. 12. & Pyrrhus titu. mox seq. Sp. Adde Adrian. Turn. aduers. lib. 15. c. 16.

LABEFACTARE fidem, opponitur tueri fidẽ suam, hoc est, perdere famã locupletis debitoris. Sp.

LABEO, nomen Iurecõsulti, à labiorum magnitudine sic dicti. Hic Latinorum uerborum origines, rationesq; percalluit, eaq; præcipuè scientia, ad enodandos (ut Gellius scribit) iuris laqueos utebatur. Vide cap. 1. nost. Epitom. Sp.

LABES in agris hiatum & discessionem terrę ac χάσμα significat. l. 15. §. Serui9. & l. ult. ff. locati. Notantur in Thesauro Ciceronis duo ex lib. j. de Diuin. loci. Tantos terræmotus in Liguribus, Gallia, compluribusque insulis, totaq; in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terręque desederint. Et alio eiusdem libri loco. Delata etiam ad Senatum labes Priuernatis, cùm ad infinitã altitudinem terra desedisset. Sic etiam apud Liuium lib. 42. Dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat. Et in lib. Varior. auct. de limitibus. Tum etiam terra à tempestatib. uel turbinib. plerunque labe mouebitur. Maximè autem ad d. §. Serui9. faciunt hæc Quintil. Declam. uerba. Non enim uulgaris illa labes frumenti fuit, nec qualis aliàs accusari ab agricolis solet perfidia terrarum. Briss.

LABES itẽ est, ut ait Festus, macula in uestimento, & deinde metaphoricè trãsfertur in homines uituperatione dignos. Vnde Labes hæretica dicta Canonistis. c. ut officium. §. j. ext. de hæret. lib. 6. Sp.

LABI dicũtur facultatibus, qui ad inopiam rediguntur, siue casu, siue dilapidatis bonis, sic ut nõ soluendo fiant. l. 2. §. si eo tempore. ff. de adm. rer. ad ciuit. l. 9. §. j. ff. de administr. tutor. Etiam labi simpliciter in eundem sensum nostri dicunt. l. 14. ff. de administr. tuto. l. j. §. si magistratus. ff. de magistr. conuen. Inest autem hoc in uerbo repentini casus subitæque mutationis significatio. Itaq; labi facultatibus bellissimè cùm Papiniano interpretabimur rem familiarem inopinato fortunæ impetu amittere. l. 4. ff. ut in possess. legati. Briss.

LABI in hęresim, pro deficere ab Orthodoxia in Decretis Pontificum. Labi in imprudentiam, apud Varronem legimus. Dicuntur Labi & ij, qui ad egestatem uergunt iactura, & infortunio. Vlp. in l. j. §. si magistratus. de magistr. conuen. Quod si, inquit, idoneum exegerit, quamuis postea facultatibus lapsi sunt tutores, nihil est quod ei qui dedit, imputetur. Non enim debet magistratus futuros casus & fortunam pupillo præstare. Sp.

LABI mente, pro, delirare. Sp.

LABIA dolosa. Vide, Dolus. Diuus August.

LABOR, est functio quædam uel animi, uel corporis, grauioris operis & muneris, autor Cic. 2. Tus.

LABOR corporis quamuis exiguus, maior censetur quolibet precio. De qua re latius Bart. disserit in l. j. C. de Sent. quæ pro eo quod inter. profert. Ob seruandum quòd tam labor quàm pecunia diuisionem recipiat. eius exemplum habes apud Papinianum, de ann. legat. l. Seio amico. Sp.

LABORARE, pro angi, solicitum esse. Vlpi. in l. j. §. idem Pompo. ff. de dol. mal. Veluti (inquit) si stipulatio tam turpis de dolo malo facta sit, ut nemo daturus sit ex ea actionem: non debere laborari, ut habeam de dolo malo actionem. Old.

LABORANTE naue, pro, periclitante, Paulus dixit

dixit in l. secunda. ad legem Rhodiam. Spiegelius.

LABORATI libri, id est, elucubrati, multoq; labore atq; industria facti.

LABOREM serere dicuntur, qui frustra laborant: quasi nihil fructus è labore reportantes, preter laborem ipsum.

LABRA apud antiquos in balneis, fossæ lapideæ dicebantur, ut scribit Vitru. Labra etiam crateres lapideos significant, quibus aqua saliens ex siphunculis concipitur. & de his intellexit Vlpia. in l. funes. ff. de actio. empt. quem retuli suprà in alijs Memoralibus, in dictiõe Ædibus: licet aliqui aliter, & satis extra propositum. Cotta.

LABRVM, idem quod Labium. Vnde primoribus labris, siue labijs degustare, pro eo quod est, breuiter quippiam attingere, dicimus. Reperitur tamé Labrum, pro marginibus & extremis oris fluminis, lacus, fontis, & huiusmodi, quæ leni aquę motu perluuntur. Bud. admonuit, Labra significare apud Vlpian. de actio. empt. crateres lapideos, quibus aqua saliens ex siphunculis concipitur. Caput Legis est in emendationibus codicibus, Funes: in antiquis, Limes. Alphenus in l. si quando. §. j. ff. si seru. uend. Labra, pro uasis uinitoribus accommodatis, usurpasse uidetur. Accurs. bifariam interpretatur, postremum quidem more suo, scilicet genus herbę, quod Labrũ asininum uocetur. Plin. meminit Labri uenerij herbæ in flumine nascentis. Nebr. ait, Labrũ uas est patulum, grandioris aquæ capax. Vlp. de empt. & uen. l. limes. Labra, inquit, salientes fistulæ. Sp.

LABYRINTHVM & hodie uocant Causarum patroni rem quampiam uehementer impeditam, & inextricabilem. Canonistæ habent suum erroris Labyrinthum. Spieg.

LAC, succus maternus, quo animalia nutriũtur. Bartolo Lac inter fructus industriales numeratur, in Repetit. l. ex diuerso. ff. de rei uend. Modicum lac intelligitur, quod nõ ad compendium, sed ad usum præstatur. l. plenum. ff. de usu & habit. Sp.

LACCARII in l. prima. Cod. de excus. artif. qui fossas, uel puteos effodiũt, ut interpretantur Basilici interpretes.

LACERATVM, pro discisso, uulneratòue, apud Vlp. de ædil. edict. in l. item Offilius ait. Sp.

LACERTVS, piscis qui à Græcis colias dicitur. Dictus Lacertus, quod ad similitudinem lacertorũ picturas habet. Commendabantur autem lacerti Sexitani ex Hispaniæ urbe Sexi. Martial.

Et sexitani ponatur cauda lacerti.

Ex lacertis autem fieri solita esse salsamenta, ostendit Cornel. Celsus dicens: Piscium qui ex media materia sunt, ex quibus salsamenta quoq; fieri possunt, qualis est lacertus. Sexitanorum salsamentorũ meminit Strabo. Huius piscis meminit Iurisconsul. in l. qui penum. de penu. leg. Lacertos, inquit, cum iniuria sua contineri. Nebr. & Maiorag. Miscel. lib. 2. c. 9. Adde Forcat. in suo penu iur. ciu. cap. xx.

LACESSERE famam patroni, Papin. ait, in l. si adulterium. de adult. non facilè liberto conceditur, quod nobis est, Antasten/anmossen/anziehen/verunglimpffen. Lacessimus autem, hoc est, prouocamus, siue impellimus, scripto, uoce, uerbo, facto, & tam in bonum, quàm in malum accipitur. Sp.

LAECHANIZARE, uulgò dicebant Languere, teste Sueton. in uita Octauij Cęsaris: pro quo Augustus nouauit Betizare: quod, ut opinor, honoris causa, tam diligenter noster adnotauit Eras. in Natalem Beddam. Spieg.

LACHRYMAE fœminarum sunt arma. l. j. §. serui quoties. ff. de S.C. Silania. His hodie negligentiá iudicum uehementer impugnant tenuiores. Old.

LACONISSARE, non est paucas syllabas scribere, sed de rebus plurimis paucas. autor Gregorius Theologus, indicante Eras. Sp.

LACTANS dicitur, quod lac reddit & præbet. Lactens uerò cui præbetur, & quod lac sugit.

LACTANTIA Celsus uocat omnia, quæ lac emittunt, uel pro ijs quæ uulgò Lacticinia dicuntur, accipit, uel pro cibis lactarijs. Dicitur uerò Lactarium, & quod ex lacte cõfectum est, & quod ex se lac producit. Hermol. Barbarus non probat eos, qui ex lacte quoquo modo cibum uocant Lacticinia. Sp.

LACVNAM explere, pro sarcire damnum, etiánum in aulis usurpatur. Gell. lib. j. c. 3. famę lacunam dixit, pro macula. Quin & in libris, teste Erasm. mendum dicitur, quod deprauatũ est: lacuña, ubi deest aliquid: illud eluitur, hæc expletur. Sp.

LACVNAR, Laquear, siue Lacus, est tecti elegátior fabrica. Vlp. de fund. instruct. l. quæsitum. Scalę, inquit, quæ lacunaribus admouentur. Nebr.

LACVS est, qui perpetuam habet aquam. Stagnum, quòd temporalem: ut scilicet hyeme tantum. Fossa, receptaculum aquæ manu factum. l. j. Vt in flumin. publ. l. foramen. ff. de seruit. urb. pręd. sunt exortes iuris alluuionis. l. lacus & stagna. ff. de acquiren. rerum domi. Spieg.

LACVS item, à Iureconsf. in l. si seruus seruum. §. fi. ad leg. Aquil. pro cõceptaculo uini accipitur. Nec arbitror torcular esse. Sed & id Interpres ambiguũ reliquit. Erasmus indicat, uinarium lacum dici, in quem exprimitur uuarum liquor. Sp.

LACVS. Lacus duplici in significatione apud iurisconsultos reperitur: interdũ enim lacus uasis genus est. Vnde apud Vlp. in l. si seruus seruum. §. fi. ad leg. Aquil. ff. legitur: Si uietori locaueris lacum uino plenum curandum, & ille eum pertuderit, ut uinum sit effusum, Labeo scribit in factum agendum. Interdum uerò lacus est, quod perpetuam habet aquam. l. j. §. lacus ut in flumin. publi. ff. facit. l. lacus. de acq. rer. dom. ff. Lacum autem in suo facturus, cum interuallo à fundamento uicini cubitorum sex & besis extruito. id enim spacium satis idoneum est, ad impediendam aquam à uicini pariete. Constantin. Hermenop. in sua Epitom. iuris, tit. 4. lib. 2. de nouis operibus. Anchora.

LACVS perpetuus dicitur qui sua natura talis est, & qui raro, nec nisi magnis caloribus exarescat. Connan. lib. 4. cap. 9. num. 1.

LACVS piscatorij. l. 4. §. lacus. ff. de censibus. Huiusmodi olim erat lacus Lucrinus, qui publicè fruédus dabatur, auctore Festo lib. x. ad fin.

LACVS publicus, à priuato differt: quòd publicus eatenus publicum littus habet, quatenus hybernus fluctus maximus exęstuat. At in priuato id tantum littoris constituitur, quatenus actum est, & in eius uenditione tempus contractus obseruamus. l. Rutilia. ff. de contrah. empt. Sp.

LACCVS uino plenus in l. 27. ad fi. ff. ad l. Aquil. Isidor. lib. 15. Etym. c. 16. Laccum dictũ scribit, quòd ibi decurrat frugum liquor.

LAEDERE, ad omne genus offensionis tráffertur. Qui dolo lędit aduersariũ, infamis est. Adi Spec.

LAEDERE famam, pro detrahere famam, quá quis iam omnium consensu obtinuerit. Quod & de possessione deijcere dicitur, ex sermone Iurisconsultorum. ut ostendit Erasm. Sp.

LABDERE fidem, Trewloß werden.

LAERTES. Nannius lib.5.Miscell.addit Lucumones dici solitos reges Hetruscorum, qui duodecim erant, secundum duodecim populos, qui autem istis omnibus imperitabat, Laertem appellabant, unde adhuc Angli satrapas suos Lordas uocant.

LAESOS ex delicto, uel quasi ex delicto, uenire etiam nomine creditorum, omnium Doctorũ consensus est, Rofredi sententia explosa: qui solus diuertebat, quòd ista res haberet damnum pecuniarium. Vide Enarrat. Zasij in §. item si quis. Institutio. de action. Spiegelius.

LAGENA, genus uasis testacei, non tam ad aquam, quàm ad uinum, & alios humores continendos accommodatum. Mensurę etiam nomẽ esse, Budæus in de Asse, ostendit ex Athenæo. Sic Scæuolã accepisse, rectè monuit Interpres, in l. cum quis decedens. §. Seiam. de leg. 3. Et Mæuio, inquit, liberto meo, nihil de me merito, dari uolo lagenas uini uetusti, centum quinquaginta. Aliàs Lagena est uas uinarium. Vide Bayfium. Spiegelius.

LAGIVM. Vide Cambio.

LAICI, opponuntur ijs qui sacris initiati sunt. His prohibuit Martian. Imp. publicè de fide Catholica differere. Verùm hoc non contentus Romanus Pontif. Alexander, eo nomine IIII. prohibuit illis omnino, hoc est publicè, uel priuatim, ea de re disputando uerba facere. cap. 2. de hæret. in sexto. Certè, quod eleganter ab Alciato dictum est, Christiana pietas fide, non syllogisinis consistit. Budęus inquit, Laicum uulgò attrectabile significat, sicut Sacrum dicitur & Sanctum, cuius tactu populo interdictum est. Spiegelius.

LAMINA, an lamma, legendum sit apud Vlp. in l. Qu. Mutius. ad fin. ff. de aur. & arg. leg. quæri solet, dum inquit: Argentum factum rectè quis ita definierit, quòd neq; in massa, neq; in lamina, neq; in signato, neq; in supellectili, neq; in mundo, neq; in ornamentis sit. Ego antiquæ lectioni inhæreo, & puto laminam posse appellari auream, argenteam, electreã, aurichalceam, æream, ferream, plumbeam, stanneã, ligneam, & corneam, siue ex quauis alia materia Plinius lib. 16. de cornea: Vrorum cornibus barbari septentrionales potant. & mox: apud nos in laminas secta translucent. Idem de ferrea. Decussi, inquit, fragmenti paululum, quòd in lamina ferrea teratur, efficacissimum experimentũ excusant mangones gẽmarum. Ouid. Metamorph. lib. ix.

Ipse cruor gelido ceu quondam lamina candens.

Q. Curt. lib. 8. de gestis Alexandri: Itaq; necubi uinceretur, cum cæteris præstaret, scutis argẽteas laminas addidit. Differt autem à bractea (ut etiam docet Laurent. Valla) quia lamina crassior est: bractea uerò tenuis, & sua sponte plicabilis, proprieq; ex auro, argento, & electro cõficitur: cum lamina ex quacunque materia cõstet, ut dixi. Ex lamina armatura conficitur. hac incensa olim homines torquebantur, ut testatur Leonida seruus apud Plautum in Asinaria. quod etiam tempestate nostra factitatum esse à barbaris, non est in obscuro. Hæc non crepitat, ut in bractea, ꝑ tenuitate, apud Verg. Æn. 6. legim9, dũ inqt,

Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea uento.

Veruntamen ita tenuis nonnunquam bractea est, ut crepitare nõ possit. ut illa ex qua fit aureatura, & argentatura. bracteis enim antiqui inaurare simulacra solebant, ut scribit Valer. Max. sed unguibus plerunque auferebantur. & ideo dixit Martial.

An magis astuti derasa est unge magistri.

Bractea. Et ob id (ut refert Suet. Tranq.) dãnatus est quidam seruus, quia bracteam deraserat. Diuus tamen Hieron. ad Fabiolum, innuit bracteam & laminam idem esse, cum inquit: Auri laminæ, id est, bracteæ, mira tenuitate tunduntur. Cotta.

LAMINAE etiam quarũ mentio fit apud M. Tullium, ferreæ uelut crustæ erant, quæ candefactæ admouebantur noxiorum corpori. Prudentius,

Nec sic usta laminis ardet cutis,
Vt febris atro felle Venas exedit.

De hoc Turneb. aduers. lib. 4. cap. 3.

LAMPADARII in l. fin. C. de diuers. offic. libro xij. qui curabant lampadas accendi in scrinijs. Alij fuerunt Lampadarij in officio præfecti prætorio, ut refert Iulianus Patritius in Epito. Nou. 38. & uide Iustin. in edictis. Prat.

LANA caprina. De certantibus duobus contentiosè, utrum lanas haberet caper, an setas: aut alioq de uillis caprinis dimicantibus, re uidelicet inutili, minimiq; momenti: natum apparet Adagium de lana caprina. Sunt huic confinia, de asini umbra, & de fumo disceptare. Spieg.

LANA lignea, cuius Vlp. meminit, Gręca tamen uoce ἐριοξύλον accipienda est, Haloandro teste, quæ gossipinis aut eius generis arborib. depectitur. Quęre, Gossipium. Spieg.

LANA leporina, anserina & caprina. l. si cui legetur. de leg. 3. Spieg.

LANA tingendæ purpurę destinata, purpurę appellatione non continetur. autor Vlpi. in fin. l. si cui contra. de leg. 3. Sp.

LANA. Vlpian. Si cui lana legetur: id legatum uidetur ait, quod tinctum non est, siue autem facta sit, siue infecta, lanæ appellatione cõtinetur. Etiam netam contineri, Sabinus rectè putat. Extenditur autem lanæ appellatio eatenus, quatenus ad telã peruenit. Succida quoque continetur, & lota, si modò tincta non sit. Spieg.

LANAE appellatione, an ueniat lana, quæ neta est, ut puta stamen & substamen, quæsiuit Vlp. in l. si cui lana. de leg. 3. apud quem uerba hæc uariè repe riuntur in uetustis codicibus. Quidam habent substamen, ut dixi, quasi non omnino stamen. & ita facit natura huius dictionis sub, ut subdubito, subrideo. Verg. Æn. j. ex Iouis persona ad Venerem,

Olli subridens hominum sator atq; deorum. Cott.

LANARIVS, qui lanam curat. Lanatus, qui lanam gerit.

LANATAE pelles. Et hæ lanę appellatione continentur. Qui lauatę legunt apud Iurisconf. contaminant ueram lectionem insulse. Sp.

LANATVS, à cana lanugine crescente. Vnde etiam Capitolinus Lanatus est dictus. Sic quoq; Columella de re rustica, uuas amineas lanatas, à nascente lanugine uocat &c.

LANCE & licio dicebatur apud antiquos: quia qui furatum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemq; ante oculos tenebat, ꝑpter matrumfamiliæ aut uirginum præsentiam. Festus. Suspicor tamen id fuisse, quòd per simulationẽ religionis amicti licio sacerdotes deprehẽdere solebãt: quum panem aetite lapide conditum, & in lance ceremoniæ causa delatum, eum qui furti suspectus erat deuorare iubebãt. Qua de re Dioscoridis uerba subscribemus, [illegible]

χ⊕ γίνεταὶ γὰρ ἀωδεικτὸς ὁ κλέπτης τὰ σιτία... id est. Furem quoq; Aetites deprehendit, si quis in pane conditum offerat: fur enim mansum deuorare non poterit: quinetiam concoctus furē coarguit, quippe decocta cum eo deuorare non poterit. Eius autem rei rationem opinor esse, quòd cùm metu affectis fauces angustarentur, tum etiam puluis aetitis deuorandi difficultatem affert. Iam uerò quo maior adhiberetur terror, religionem quoq; interpositam est uerisimile: ut sacerdos licio amictus, panem aetite lapide conditū in lance ceremoniæ causa deferens, ei qui furti suspectus erat, deuorandum offerret. Similiter autem licio transuerso cinctos fuisse q magistratibus ministrabant, Gell. auctor est lib. 12. c. 3. Atq; hæc quidem mea fuit olim sententia: pòst uerò ex Platonis lib. de legib. 12. aliud didici, de quo ex nóstris in Inst. commentarijs cognosces. Hot.

LANEVM, quod ex lana est. Vlpian. Vestimentorum sunt omnia lanea. l. uestis. de aur. & arg. leg. Genera lanarum doctè exponit Bayfius cap. 2. de re uesti. Spiegel.

LANGOR, defectus uirium, & succi naturalis: transfertur autem ad animum, ut in l. iusto. §. eum q. ff. de usucapion. Spieg.

LANICIVM, ipsa lana. Dicitur autē lanicium, sicut à fuga effugium, teste Seruio 3. Georg. cōment.

LANIFICAE mulieres, quæ lanæ artem exercent. Alphenus de fund. instr. l. uillæ instr. Cōsultus, ait, de mulieribus lanificis, an instrumento continerentur. Spiegel.

LANIONEM à laniandis pecoribus dictū tradunt Latini authores & Zasius in l. 2. idem asserit, eumq; esse Lanionem, quem uulgo Macellarium uocant. Brechæus. l. inde tabernacula. ff. de uerb. & rerum signific. &c.

LANIPENDIA mulier, Paulo in l. sed si uir ex lana. de don. inter uir. & ux. pro lanifice, seu quæ lanificibus ipsis pensa diuidit. Sp.

LANISCI fasceolæ coloris fixæ dependētes ex coronis propterea quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum. Sic ex Festo & Plin. lib. 21. cap. 3. Maiorag. Miscel. lib. 2. cap. 17.

LANISTAE, magistri atq; institores gladiatorum dicebantur, teste Bud. Horum genera, cum in iure ciuili fiat eorum mentio haud infrequens, idem diligētissimè explicauit in prior. annot. ad leg. athletas. de his qui not. infam. Sp.

LANIVS, uel Lanio, qui carnes in carnario uendit, à laniandis pecoribus, quòd eas concidat, lanietque. Paulus, de fund. instru. l. cum de lanionis instrumento quæritur. Laniona uerò, mensa est carnificis, qui mutilandis damnatorum membris præficitur. Vide Zasium in l. 2. ff. de orig. iur. & Beroal. in Sueton. Spieg.

LANX, quæ & Langula, à latitudine dicitur. Iuuenalis:

Aspice quàm magno distendat pectore lancem.

Est denique uas diuinis aptum lanx. Ausonius:

Thuribula & pateræ, quæ tertia uasa Deum lanx.

Erant autem Lances maximæ, mediæ, & minimę, ut ait IC. in l. qui lancem. de aur. & arg. leg. Earum quadratæ aliæ: quarum Vlp. meminit in d. l. uestis. & aliæ rotundæ: ut hęc IC. uerba indicant, in l. si rem. de rei uendic. Quamuis & in uasis occurrat difficultas, utrum lancem duntaxat dici oporteat, an etiam quadratam, uel rotundam. Nos cum Gallis, teste Bayfio rotūdis utimur, appellamusq; Platten: illi uerò Platum, à latitudine, ut idē opinatur. Lances libræ partes, quib. pondus & res ponderandæ imponuntur, etiam dici, apud antiquos notū est: quòd ad lanciū formam factæ essent. Sic ea uoce Iustinianus utitur in fin. l. cum quis. C. de nat. lib. Sp.

LAPIDARE. Multiplex ac diuersa significatio est in ijs uerbis, quæ lapidare & lapidationes dicimus. Nam de cœlo lapidatum inter prodigia legimus, pro eo quod est lapides pluisse ut apud autores frequenter comperies. Hinc illud apud C. Suetonium de Germanici Cæs. obitu. Quo defunctus est die lapidata sunt templa, subuersa DEORVM ara, lares à quibusdam familiares in publicum abiecti. Lapidationem uerò factam in aliquem intelligere debemus, cum in eum lapides cōiecti sunt: quod ipsis Principibus Romanis alicubi accidit ut conspiratione facta, impetum atque lapidationes contra eos populus faceret. Marcus Tullius hoc uerbo utitur multis locis, & in gestis Clodij. Marcellinus inquit, cum grauiter questus esset de Clodianis incendijs, trucidationibus, lapidationibus, sententiam dixit. Macrobius autem, ut interdum audacior, nimiusque nouitatis affectator, paulò durius, Lapidare pro incessere & notare usus est. Nam cum de Liberij poetæ mordacitate differit, eiusque uersiculis in C. Cæsarem: uniuersus, inquit, Roman. populus ad unum Cæsarem oculos & ora conuertit, notantes eius impotentiam hac dicacitate lapidatam. Crinitus libro uigesimo quinto, capit. sexto, de honest. disciplina. Lapidescere uerò apud Sext. Pomp. nihil est aliud, quàm obdurescere, & in lapidem conuerti: quod Græci λιθοῦν dicunt. In flumine, inquit, Silere ultra Surrentum, non uirgulta modo immersa, uerùm & folia lapidescunt. Crinitus ibid.

LAPIDARII in l. 5. §. sed interdum. ff. commod. l. fin. ff. de iur. immu. l. secunda. Codic. de excusat. artif. Cod. Theod. Prat.

LAPIDE empti, pro uilissimis homunculis accipiuntur. Adi Chiliad. Erasm.

LAPIDES inædificari. Paul. de rei uindic. Quæ religiosis adhærent, inquit, religiosa sunt, & idcirco nec lapides inædificati, postquam remoti sunt, uindicari possunt. Spieg.

LAPIDICINAE, aut lapicædinæ, loca cæsis lapidibus exacta. Græci λατομίας, & λιθοτομίας appellāt: unde uocabulum fictum apparet. ut corruptè legi uulgò uideatur Lapidicinæ: cùm apud alios auctores, tum apud Iurisconsultos in l. nona. §. secundo: & l. decimatertia. §. quinto. ff. de usufruct. l. xxxij. ff. de iur. dot. Hotom. Adde Brechæum l. inter publica. in tit. de uerb. & rer. oblig.

LAPIDICINAE marmoreæ in l. ult. ff. de pact. dotalib. l. 7. §. si uir in fundo. ff. sol. matr. Nam & marmorum lapides dicuntur. l. ult. §. ult. ff. qui potior. in pign. Lapidarij in l. 5. §. sed interdum. ff. commod. l. ult. ff. de iur. immun. l. 2. de excus. artif. in C. Th. Briss.

LAPILLI iactus prohibendi gratia, operisq; inhibendi causa fiebat. l. 5. §. meminisse. ff. de ope. nou. nunt. l. j. §. sed si quis. l. xx. ff. quod ui aut clàm. l. 6. §. j. ff. si seruit. uind. Briss.

LAPILLI, quo distent à gemmis, & quo ab his margaritæ, Paul. ostendit in l. & si non sunt. §. perueniamus. uers. gemmæ autem. de aur. & arg. lega. Adi Vallam ad finem libr. Elegant. sexti. Bart. annotauit in l. fin. §. species. ff. de public. lapillos non uenire lapidum appellatione. Sp.

LAPIS, pro milliario, hoc est, mille passibus aliquando accipitur, quoniam antiquiores soliti erant millia quæque passuum lapidibus signare: id quod uide-

uidemus in uia quæ ducit Salmanticam ex Emerita Augusta.argenteam uulgus appellat.Martial.

Rura nemusq; sacrum, dilectaq; iugera musis
Signat uicina quartus ab urbe lapis. Idem alibi:
Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum.

Martian.de excus.l.propter litem. Ne ultra centesimum lapidem tutelam gerat. Nebr.

LAPIS molaris qui Græcis μυλίτης dicitur,ob duritiem ad turres mœniaq; construenda utilissimus censetur.Brodæus lib.Miscel.6.cap.xj.

LAPIS stratus,quadratus,structilis l.6.§.mod9. ff.si seruit.uind.& alibi sæpè.Prat.

LAPSA hæreditas quæ sit, interpretatur Vlpianus in §.si locupleti.& in lege uerum.de minoribus. Spiegelius.

LAPSVS sui facilitate.ff.de minorib.l.j. Circunscriptus uerò, dicitur dolo deceptus. l. prima. ff. de in integ.restit.Alberic.

LAQVEIS iuris liberari.l.prima. Codice,Si rector prouinciæ.

LAQVEO uitam finire. Id genus mortis apud Romanos ueteres turpe habitum est, quòd animá, id est,spiritum occlusa uia in pectore interire putabant.Itaq; in lib.Pontificalib.ut ait Seruius,cautum erat,ut qui laqueo uitam finiuisset, insepultus abijceretur. Vnde nec apud illos intelligendum ita suspendi,ut fune fauces constringantur,fiatq; suffocatio. Sed intelligendum est eorũ,qui cruci suspenderẽtur,brachia & crura funib.cruci alligari solita.Sp.

LAQVEOS iudicij declinare, id est, periculum uel pœnam.Vide Syluium in orat.pro Milone.

LAQVEVM appellamus, quo damnatorum gula sustringitur. Est & decipulum auium,& ferarum. Vnde metaphoricè pro insidijs ponitur. De laqueo pulchrè Ausonius sic:

Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum,
Thesaurisq; loco deposuit laqueum.
At qui condiderat, postquam non repperit aurum,
Aptauit collo quem reperit laqueum.

LARDVM appellatione carnis an ueniat, docet Bart.l 1.C.de erogat.milit.anno per illum tex. Prat.

LAREM fouere,in l.ciues.Cod.de incolis.lib.x. Impp.Diocle.& Maximia.non pro domicilio, cuius uocis iamiam meminerunt,sed magis,ut erant paganisini propugnatores pertinacissimi,uel pro domestico deo, cui focus sacer erat, uel pro igne posuisse uidentur. Lares enim priuatorum domibus etiam præesse credebantur. Hinc à Lare ordiri, ut dicitur uulgò,pro, à domesticis ac familiaribus initium sumere, quod Cæsar Sigismundus frustra expectabat apud Synodum Constantiensem. Nimirum fouere larem, id est, quod etiamnum appellant Germani, Rauch vnd liecht halten. A' Lare nympha reputabantur apud cæcas gentes gemini dij familiares, alter bonus,alter malus,unicuiq; homini designati,ut curam eius peculiarem haberent: ideo Genij,& Penates appellati. Hos enim domi colebant,quasi peculiares Deos in larario,hoc est,loco & sacrario domestico. Refert Lampridius, Alexãdrum Seuerum Imperatorẽ,primùm in larario suo coluisse Habraamum,& Christum:sed Philippus deinde Imperator, religionem Christianam secutus est. Ex his,Old.inquit,facilè accipitur id,quod Vlp. in l. si duo patroni.§.ult.de iureiur. Si quis,ait,iurauerit in re pecuniaria per Genium Principis, se dare non oportere, & peiurauerit. Spieg.

LARES marini, sunt, ut uetus lexicon interpretatur, θεοὶ θαλάσσιοι,ut annotat Turneb.lib.xx.aduers.c.35.Gyraldus historiæ deorum syntagmate 15. putat, quod ut antiqui domibus publicis priuatisq;, ac compitis lares,ita etiam nauibus attribuissent,unde sint permarini lares.

LARGIRI pro sufficere nonnullis Iurecõsultorum locis usurpatũ obseruaui.l.xj.§.si filio.ff.ad leg. Falcid.l.14.§.post annum.ff.quod met.cau. l.xxx.ff. de minorib.l.35.ff.ad leg Iul.de adult. l.7.ff.de fideicom.liber.l.j.§.j.ff.si tabul.test.null.ext. l.j. §.qui semel.ff.de success.ed. Si beneficium ætatis largitur.l. 2.C.de in integ.restit.l.j.C.si aduersus rem iud. Bris.

LARGIRI annuam præstationem dicitur reditus in l.25.in fi.ff.ad leg.Falcid. & l. 21.§.j.ff.de annu. leg.ex quo annua præstatio redigi potest.Briss.

LARGITAS dotalis,donatio in dotem est.Hoc ferè semper sub prohibita per legem alienatione nõ comprehenditur.l.fin.C.de litig.& Nou.de non alienan.§.alienationis. Spieg.

LARGITIO, quòd uix unquã gratuita est,propior corruptelæ est. Quin & iure,Pontanus,inquit, corruptela dicta est à maioribus, quæ ut malos ad se trahit,sic bonos detorquere à recto quærit. Siquidẽ largitiosi, liberalitatis prætextu, fauorem popularẽ aucupantur:ut appareat,non dare eos,sed uendere: unde factiosi plerunq; euadunt ad occupandam publicam libertatem. Huiusmodi hominũ ferax etiamnum est Italia. Vnde nulla pax illi diuturna sperãda. Obseruandũ,nullam unquã in ciuitatibus,aduersus liberalitatem scriptam legem esse. At ambitus,ac repetundarũ leges,largitiosos præcipuè coercent.Sp.

LARGITIO propriè est expensa,quæ fit ad aucupandum fauorem, in petitione magistratuũ. Cic. in de legib.lib.3. Itaq; ut omittã largitione corrupta suffragia,non uides,si quando ambitus sileat, quæri in suffragijs,quid optimi uiri sentiant? Notum Prouerbium, Largitionem fundum non habere. Impp. hanc uocem pro donatione usurpant interdum.Vnde apud eosdem,Largitionales tituli. Spieg.

LARGITIONES principis.l.21.C.de appellat. l.xj.§.fin autem utraq;.C.de iud.

LARGITIONES sacræ pro thesauris munerationum principis,&,ut uulgò loquimur, finantijs.l. ult.de his qui ex publ. ratioc.lib.x. C.l.j.de cano.largit.tit.lib.xj.& alijs infinitis illorum librorũ & Cod. Th.locis. Interpretatio autem nostra probatur ex l. x.C.de palatin.sacr.largit.lib.12. Nam qui in ea rub. palatini sacrarum largitionum uocantur, hi in d.l.x. palatini sacrarum munerationum rationem tractantes appellantur, quemadmodum eò loci scripti libri impressis emendatiores scriptũ habent. Symmach. lib.j.Epist.29.Palatini munerationum sacrarũ Amicus & Castor quæstus publicos ementes &c.Sed & munerationum sacrarum Comites in l.2. C.de commeatu.lib.12.appellantur,qui aliàs Comites largitionum uocantur. Briss. Hinc

LARGITIONALES tituli.l.12. C.de uectigal. Et largitionale aurũ.l.3.C.de susceptorib.li.x.C.Br.

LARIBVS,auitisq; sepulchris carere. Celsus in l.in fundo alieno. de re.uind.prouerbiali schemate, pro re chara protulit teste Eras. Spiegelius.

LARIDVM,ut Macrob.ait,est caro salita:sic dictum,quasi largè aridum. Dicimus etiam Lardũ absque i.Martialis: Et pallens faba cum rubente lardo. Quo uersu clarè patet, Lardum esse salitam carnẽ: non autem pingue illud suillum,quod uulgò Lardũ dicunt. Hanc salitam carnem Succidiam quoq; nominant,item & neutro genere Succidium.Succidia aũt continet pernam, petasonem & lardum.Spieg.

LASCI-

LASCIVIA, incôtinentia, petulantia quædã hominis alacritate nimia intéperantis. Vlp.l.4.§.1.ff.ad leg. Cornel.de sicar. Quũ quidã per lasciuiã caussam mortis præbuisset, ueluti si quis cantharidas alicui Veneris excitandæ caussa dederit. Idem l.15.§.j.ff.locati. Idemq; dicendũ si exercitus præteriens per lasciuiam aliquid abstulit. Hot. post Anton. August. li. 4.emendat. cap.11. Sic plebem lasciuire apud Liuiũ lib.4. id est, plebem nimio ocio se petulantem præbere magis, quàm ueram seditionem meditari, nulla satis digna iniuria nobilitatis concitatam. De plebe enim tanquam de equis, qui ab aurigante reguntur, locutus est Budæus ibidem.

LASER in l.5.ff.de penu leg.l.ult.§.species.ff.de public.succũ herbæ, quam Latini Laserpitiũ, Græci σίλφιον uocant, significat, interprete Plinio.lib.19.c.3. adstipulante Colum.lib.6.c.17. Vide & Isidor.lib.17. cap.9. Hoc uerbũ è Latino in Grçcum uertens Trallia.lib.11.λάσαρον uocat. Meminit huius succi B. Augustin. in lib. de Morib. Manichæor. Carnes quoq; lasere infectas dixit Apul.lib.x. de Asino aur.

LASSERPITIVM quod Græci σίλφιον uocant, in Cyrenaica prouincia repertũ, cuius succus uocatur Lasser. Magnificũ in usu, medicamentisq;, & ad pondus argentei denarij pensum, multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniam publicani qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. unus omnino caulis nostra repertus memoria, Neroni principi missus est. in reliquis de natura & genere lasserpitij lege Plini. quæ omnia de uerbo ad uerbum sibi ascribit Sipontinus Pontifex in suis in Martial. Commentarijs ad fi.xxvj. Epigrammatis. Lasser itaq;, ut dixi, à Græcis Silphion dicitur. hæc inter herbas primã obtinet gloriam. unde Ampeliotæ, quæ Aphricæ gens est, Delphis silphij caulem sacratum suspenderunt. auctor Alexandrides. Huius herbæ meminit plurib. uerbis Aristophanis interpres in Pluto, ubi Poeta sic: τὸν πλοῦτον τὸν αὐτὸν καὶ τὸ Βάττου σίλφιον. ipsumque Plutum, ipsumque Batti silphion. Negat sycophanta se quieturum, etiam si Plutus ipse qui diuitiarum deus est, uel lasserpitium, quod preciosissimum est sibi detur. Hinc nata parœmia apud Græcos, Βάττου σίλφιον ut per Roterodamum Chiliad. ij. adagio xciiij. Huius etiam uocabuli Lasser meminit Martian.in l.ult.§. species. ff.de public.& Catul. Lasserpiciferis iacet Cyrenis.

LATA uel latior culpa in l.32.ff.depos.l.31. §. culpam.ff.de ædilic. ed.l.8. § si seruitute. ff.de precar. l. pen.ff.de incend.rui.l.1.§.hæc actio.ff. si mensor fals. mod.l.7.ff.ad l.Corn.de sicar.l.2.C.arbitr.tut. l.2. C. de in lit.iur.l.1.C.de hçred. tut.l.2.C.de magistr. conuẽ.q̃ & lata negligẽtia in l.8.§.cõpetit.ff.de adm. tut. l.7.§.1.ff.de suspect.tut. Et magna culpa in l.226.ff.de uerb.sign. Crassa est. & supina & dissoluta negligentia & ꝓximè ad dolum accedẽs, ueluti si quis quod omnes intelligunt, non intelligat.l.223.ff.de uerb.signif. minorem rebus depositis quàm suis diligentiã præstet.d.l.32.depos. gratia ductus alium emere patiatur id, de quo emendo mandatum susceperat.l.8. §.ult.ff.de manda. Vnde dolo proxima culpa appellatur.l.22.§.sed enim.ff.ad Trebell.l.4. ff.de magistr. conuen. Briss.uide supra Culp.

LATA fuga, species est exilij, cuius meminit Martianus in l.exiliũ.ff.de interdict.& releg. Qui aũt exilio damnabãtur, aut certus ijs locus à iudicib. destinabatur, quo exularẽt. In cũ locũ quũ ueniebãt, fiebant eius ciuitatis ciues, & tũ demũ Romanã ciuitatem amittebant, aut locorum omniũ, prçter certum quendam, aditus permittebatur. Ammian. Marcell. In corpore inquit, immaculato, lata fuga damnatus est. Quod relegationi diuersum uidetur. quam intelligunt Iureconsulti, cum in insulam aliquis, uel locum alium mittitur ad tempus. sicut in quinquennium. Vide Vlp.in l.relegatorum.eo.tit.Sp.

LATA B culpæ finis est, non intelligere id quod omnes intelligunt: ait Paulus in l.223.ff.de uerb. sig.

LATERALIA uiatoria, capsulæ uidentur esse in quib.ad ephippiũ utrinq; loro suspẽsis ea quę nobis in itinere necessaria sunt, recondimus. Scæuola l.102. ff. de legat. & fid.32. Vxori meæ lateralia mea uiatoria, & quicquid in his conditũ erit, quę mẽbranulis mea manuscriptis continebantur. Itẽ, Hic chirographa debitorũ & pecuniã quum esset profecturus in urbẽ, in lateralibus condidit. Item. Alia chirographa prædiorũ & pecuniam in lateralia condidit.

LATERANI, dicuntur satellites, qui Principis alicuius latus tuẽtur, Trabanten/qui etiam Laterones dicuntur.

LATERANVS, nomẽ proprium Consulis Romani. Vnde Lateranense Palatium. Item Lateranensis basilica S.Ioannis uocata est. Quia Lateranensiũ familia adeò insignis Romę fuit, ut magnę urbis parti nomen dederit. Certè Roman. Pontifex Lateranensis quandoq; dictus Episcopus, Egnatius in M. Ant. Philosopho. Spiegelius.

LATERARIA Viatoria in quibus chirographa & pecuniæ condebantur.l.pen.ff.de leg lib.iij.Briss.

LATERCVLVS est camera deputata ad thesaurũ principis accipiẽdũ, & not, gl.in l.1.C.de off. Quæstor. Io.Bell.Ety. Old.l.j.ff.de off. quæst. laterculũ archiuũ fuisse existimat, in quo secreta reponerẽtur.

LATERCVLVM, l.1.ad fi.ff.de off.præf.pr.Afr. l.1.& 2.C.de offic. quæst.l.ult. C.de offic.mag. offic. Nou.viij. Duplex autem fuit, Maius, & minus: Illud apud principẽ subsidebat: hoc sub dispositione Quçstoris erat. Continebat autẽ laterculum totam officiorũ ac dignitatum, administrationumq; & ciuiliũ & militariũ rationẽ. Laterculensis nomẽ dignitatis fuit in scrinio memoriæ, ut colligitur ex l.13. & l. ult. ff.de proxim.sac.scrin.lib.xii.& l.5.in fi. C. qui milit. poss. Briss.uel ut alijs uidetur

LATERCVSES, qui præerant codicibus edendis l.13.C.de præpos.sacro.scrinio.lib.12.

LATERE hoc, & Latere contrario Iurisconsulti usurpant, quũ duæ contrariæ sunt certi generis species, quarum contraria ratio est. ueluti in l. 118. ff. de uerb.obligat. ubi de contractu stipulationis agitur, cuius duæ esse possunt in eodem homine species: si promittat scilicet, & si stipuletur. Papinianus autem hoc significans, quod ad stipulationem hominis liberi pertinet, sic loquitur: Hoc itaque latere, fructuario seruo comparabitur. nam uterque à possessore stipulans, non obligat: ex contrario uerò latere, id est si promittat, non comparabitur. hic enim obligatur: ille non obligat. Similiter Vlp.in l.11.ff.de damn.inf. ubi de pigneratitio creditore disputat, utrũ ipse cauere, an ei caueri debeat. nam quũ de illo dixisset, Quæ species, inquit, est in contrario latere apud Marcellum agitata, an creditori pigneratitio caueri debeat. Ergo duo cõtraria accidentia, actionis scilicet & perpessionis ut obligare aut obligari, cautionẽ dare aut accipere, duo latera contraria Iurisconsulti appellant. Eandem usurpat locutionem Papi l.49.§.2 ff.de fideiuss.& mand.

Hoc LATERE, ꝓ, hac parte, in l.118.ff.de uer.ob-

lig.l.49.§.ult.ff.de fideiusso.In cōtrario latere in l.11. ff.de dam.infec.in aduersa & contraria specie.Ex utroq; latere,ex utraq; parte & utrimq; in l.39.§.si statûs.ff.de procuratorib.l.3.§.si quis ita simpliciter. ff. de neg.gest.Briss.

Ex LATERE siue ex trāsuerso uenire cōiungiue nobis dicūtur fratres,sorores,liberiq; eorū,& conuenienter patrui,amitæ,auūculi & materteræ,quiq; ex his procreantur.l.1.ff.de gradib.Inst.de gradib.cognatio.l.1.ff.de ritu nupt.§.inter eas.Inst.de nupt. quos ex laterib.cognatos uocat Paul.in l.ult.§. sunt & ex laterib. ff. de gradib.& ex transuersa linea uenietes. Imp.in l.21. C.de inof. Vnde transuersos gradus idē Paul.in d.l.ult.§.idē in trāsuersis.Cōstant.li.4. Epit. secutus Iustinia.in No.89.& No.108. τοὺς ἐκ πλαγίου uocat, & ita definit, οἱ μόνον ὁμοῦ γεγονότες, μόνον δὲ ὁμοῦ γεγονότες [illegible] ἐξ αὐτοῦ γενοῦς καὶ ῥίζης ὁμοῦ κατιόντες, οἷον ἀδελφοί, ἀδελφοῦ παῖς, ἀνεψιὸς ἀνεψιᾶς, ἀδελφὸς ἀδελφῆς, καὶ οἱ ἐκ τούτων κατιόντες. Theophilus uerò τοὺς ἀπὸ πλευρᾶς ἐρχομένους, οἵ ποτε λέγονται ἐκ πλαγίου. Briss.

LATERES, simpliciter nō significāt lapides, ut Interpres exponit in l.si uēditor hominis.§.firmius. de action.emp. Nam hi ex terra albida, & cretosa fiebant,siue etiam rubrica,aut masculo sabulone. Vide post Vitruuium lib.ij. cap.iij. quod est de lateribus, Budæum in l.si fratres. Pro socio. Spieg.

LATI claui meminit l.43.ff.de donatio.int.uir.& l.9.C.de test.milit. Fuit hoc senatorū ornamentum, de quo lib.iij. Select. Antiquit.diximus.Briss.

LATINA libertas. Latina libertas dicta est, qua quis uiuēs liber erat, sed moriēs rursus in seruitutē reijciebatur. Et hanc meritò tollendam esse statuit Imperator.C.de Latina libertate tollenda. Memini suprà in dict. Dedititia libertas.

LATINAE feriæ. Pōpon.l.2.§.17.ff.de orig. iur. Quoties aūt (magistratus extra urbē) proficiscuntur, unus relinquitur,qui ius dicat.is uocatur Præfectus urbi.qui præfectus olim constituebatur:posteà ferè Latinarū feriarū caussa introductus est, & quotānis obseruatur. Hęc ille. Celebrabātur hę ferię à Latinis ciuitatib. septem & quadraginta, quæ cum populo R.in Albanum montem quotannis conueniebāt ad taurum Ioui Latiali sacrificandum:ex Tarquinij Superbi instituto,ut Diony.Hal.tradit lib.4.

LATINAE feriæ ea de caussa à superbo rege institutæ fuerūt,ut quemadmodū Latini rerū publicarū caussa ad lucū Ferentinæ cōuenirēt,sic sacrorū gratia in montē Albanū cogerētur. Hoc solenne etiā Latiar appellatū,ad extrema usq; Reipub.tēpora est cōseruatū. Neq;.n.antè Cōsules exire paludati in prouincias cōsueuerūt,q̄ ferias Latinas indixissent,atq; ijs in monte Albano cū Latinarū ciuitatū Magistratib.operā dedissent. Hinc est,quod Liuius lib.21.scripsit Latinas ferias instauratas,quod legati ab Ardea questi in senatu essent, sibi in mōte Albano Latinis, carnē,ut assolet,datā nō esse. Et li.37. Latinas instauratas,qđ Laurētib.carnis,q̄ dari debet,data nō erat. His uerò ferijs unū diē dicauit Superbus, exactis aūt regib. alter additus est. Post fœdus cū Latinis à Sp. Cassio cōsule ictū tertius,anno demū urbis 396.cōposita,q̄ diu ciuitatē turbauerat,de plebeio cōsulatu seditiōe quart9. Id qđ apud Dionys.& Plut. inuenies.

LATINE loqui,nihil aliud est,q̄ uti lingua Latia & Romana. Nā Cicero inquit,nō tā præclarū est scire latinè,q̄ turpe nescire:neq; tam id mihi Oratoris boni,q̄ ciuis Romani proprium uidetur. Interdū tn̄ latinè loqui,sumitur pro elegāti sermone uti. Olim Latina suis finib.exiguis sanè cōtinebatur, Græca aūt in omnib. ferè gentib. legebantur, ut testatur Cic. pro Archia. Vt aūt linguæ latinæ honos per oēs gentes diffunderetur,Romani magistratus Gręcis nunquā nisi latinè respōsa dabāt, eosq; per Interpretē loqui cogebāt,nō Romæ tantū,sed etiā in Græcia,& in Asia.ut est apud Val.Max.li.ij.de Inst.antiq. Vide post Alc.in dictione,Sermo Latinus,li.j.Prætermiss. Catanæū Cōment.primo in Pliniā.Epist. ut cognoscas (si fortè requiris)an aliud sit latinè loqui, aliud Grāmaticè.Sp. Sed tn̄ interdū latinè loq. est uerè & simpliciter loq. nihilq; mētiri nec supra uerū rē efferre. Cicero in Verrē: Non.n.uerbi neq; criminis causa augēdi cōplector omnia, cùm dico nihil istū eiusmodi rerū in tota prouincia reliquisse:Latinè me scitote, non accusatoriè loqui. Bene scilicet Latini de Latinis existimabant, eos simplices & ingenuos, minimeq; simulatos & fallaces mendacesq; existimabāt, unde illa loquēdi ratio manasse uidetur. Sed & Martialis Latinè loqui dixit, pro simpliciter & apertè & ingenuè & sine dissimulatione & integumento uerborum loqui. Nam se Latinè dicit loqui, cū obscœna & lasciua obscœnis & lasciuis petulātibusq; uerbis apertè proloquitur. Eius uerba sunt in epistola. Si quis tamen tam ambitiosè tristis est, ut apud illum in nulla pagina Latinè loqui fas sit, potest epistola, uel potius titulo contētus esse. Nam epigrammata sine circuitu ullo apertè lasciuiunt & petulanter loquuntur,

Cæsaris Augusti lasciuos liuide uersus
Sex lege,qui tristis uerba latina legis.

Vbi uerba Latina appellat, quæ apertè & ingenuè lasciuiam & flagitia enunciant, qualis est epigrammatum lingua. Turnebus lib.24.cap.5.

LATINI, dicti sunt quidam populi,qui à Romanis suis legibus relicti,liberiq; erant: sed iura ciuitatis Romanæ non habebant: adeò, ut si qui Romani in colonias Latinas mitterētur, ius ciuitatis Romanæ amitterent, & Latinam ciuitatem adipiscerentur. Quod Cic.in Orat. pro Domo sua ad Pontif. ostendit:quòd latinitatis ius, inferius quidem ciuitate Romana, sed tamen ignominiosum non erat. Ex Parergis Alciati. Spieg.

LATINITATIS ius, erat ius petendi magistratus, & eadem quæ Itali antè habuerant. autor est Asconius Pedianus. Spieg.

LATINI Iuniani liberti dicebātur olim,qui mediū libertatis gradū erant adepti:ut ait Iustinian.sub tit.de libert. qđ ut intelligamus, illud scire oportet, olim in Latiū deduci solitas colonias,partim eorū q. nomina dabāt, partim eorū quib.aqua & igni interdicebatur:auctore Cicerone in ea pro Cæcinna, & pro domo sua: ubi hoc adscribit, eos q. deducebātur, cū essent in eas ciuitates recepti,Romanā ciuitatē amisisse. Et hoc est quod ait Boetius in Topica Ciceronis, ista in Latinas colonias profectiōe mediam capitis diminutionem contingere. Quæ cum ita sint, apparet eos,neq; connubij,neq; testamenti, aut mācipij, aut nexus aut patriæ potestatis ius, qđ propriū erat ciuiū R.habuisse. Cū enim Romana ciuitas eis adimeretur,ea q̄ ciuitatis illius erāt propria (ut hæc q̄ diximus) amittebant. Hi dicebātur Latini colonarij,itaq; ab Vlpiano cap.19. appellabātur. Augustus aūt cùm ciuitatē Romanā seruis cōtaminari uideret (qđ etiā Dionys. Halycarnassęus lib.4. cōqueritur) eos multis difficultatib.à libertate iusta remouit.nā & de numero, & de cōditione, & differentia eorum qui manumitterentur, curiosè cauit: ut Suetonius in eius uita testatur. Hinc nata lex Ælia Sentia,hinc Furia

Furia Caninia, de quibus suo loco diximus. hinc Iunia Norbana quatuor post eius mortẽ annis, imperante Tiberio à M. Iunio Silano, L. Norbano Balbo Coss. lata: quos æuo suo Cõsules fuisse Plin. lib. 2. ca. 87. testatur. qua lege constitutum est, ut ij serui qui neq; cẽsu, neq; uindicta, neq; testaméto, sed aut per epistolã, aut inter amicos, aut cõuiuij adhibitione liberi fierẽt, nõ ciues Romani, sed eodẽ iure quo Latini coloni essent. Vlpianus aũt in Institutionibus dispersè uarijs in locis declarat eos neq; testaméti faciendi, neq; connubij, neq; patriæ potestatis, neque tutelæ recipiendę ius habuisse: eosq; Latinos Iunianos ad colonorum similitudinem appellat. nam & Iustin. in l. 1. C. de lat. li. Latinos libertos ad similitudinem antiquæ Latinitatis, quæ in colonias missa est, inductos scribit. Hot.

LATINI, & Dedititij libertini, de quib. Politianus in Miscellaneis, à Iustiniano sublati sunt reducẽte omnia ad pristinam, eandemq; simplicem urbis Romæ libertatem. ut patet in §. Libertinorum autẽ status. Instit. de Libertin. Sp.

LATINITAS, pro latino sermone: cuius contemptores arguit Budæus in prior. Annotat. Sed & noster Zasius locis non paucis, euidenter planum fecit, quanto exponatur periculo, quisquis iura ciuilia, nudus rei latinè, profiteri peragat. Sp.

LATINORVM libertorũ origo quæ fuerit, Iustinianus significat sub tit. De Lat. libert. tol. Cũ, inquit, Latini liberti ad similitudinem antiquæ Latinitatis, quæ in colonias missa est, uideantur esse intro ducti, ex qua nihil aliud reipub. nisi bellũ accessit ciuile: satis absurdum est, ipsa origine rei sublata, eius imaginem derelinqui. Sciendum est igitur, cúm Romani uicinos sibi populos quicunq; in Latio erant, bello ꝓdomuissent, eos omnes ciuitate Romana donare noluisse, quòd periculosum uideretur, tot extraneis populis, quanquã uicinis, ius honorum & suffragij communicare, præsertim de repub. nihil meritis, nec satis cognitis, quo animo futuri erga eã essent. ut tamen eos aliquo sibi amicitię uinculo adiungerent, societatem cum ijs fecerunt, permiserũtque ut in legione Romana militare, in eaque honores gerere possent. Quod ius uocabatur primum ius Latij, uel simpliciter ius Latinitatis: in quo præter militiæ dignitatem, nihil fuit eximium. Pòst multis bellis ciuilibus, aut potius socialibus (sic enim appellant) obtinuerũt Latini locum ciuium, ut suffragij honorũq; urbanorũ omniũ, iuxtà ac ciues, essent participes: quod appellatur ius Latij secundum, uel ius ciuitatis: ut Vitellius annotauit in Merulã. Hinc Plin. commemorat quædam oppida antiqui, quædam ueteris Latij. Itaq; Latina libertas seruorum similis erat antiquæ Latinitatis. à qua etiam uidetur principium habuisse, cum ciuitate donabantur Latini, populi Romani socij, & coloniæ quædam ex ijs populis deductæ, ut dicit Iust. Nam coloniarũ eadẽ quæ & sociorum distinctio fuit: ut quædam iuris ueteris Latij tantum, quædam ciuitatis essent participes Hot. ex Connani Commẽtarijs. li. 2. cap. 6. n 10.

LATIVS uiuere dixit Vlpianus l. 28. ff. de petit hæred. pro eo quod est lautius & laxius. prout ostẽdit Duarenus lib. 1. Anniuers. disputat. cap. 5.

LATITARE dicũtur, ait Bud. q̃ ad iudic. uocati frustr. & ludificãtur. Vide l iij. de Iudic. & l. fulcim⁹. ff. ex q̃b. cauſ. maior. & infrà, Tyrãni uocabulũ. Sp.

LATITATIONEM Cicero definiebat turpẽ occultationẽ sui. Quæ definitio angustior est definito, cũ etiã possit quis nõ turpi de causa latitare. Itaq; plures sunt species latitationis. Vna, fraudationis causa, quę edicto Quib. ex causf. in poss. cat. continetur, quæ fit eo animo, ut fraudẽtur creditores. l. 7. §. quid sit aũt latitare. cũ §. seq. ff. quib. ex causf. in possess. l. 50. ff. de pecul. Quisquis aũt occursum creditorum euitans se occultat, hoc modo latitare dicitur, siue eodem loci, siue alio, siue peregre agens. l. 7. §. illud sciendũ. & l. 36. ff. de reb. auct. iud. Fraudationis planè causa latitare nõ uidetur minor, q̃ sui idoneus defensor nõ est. l. 5. ff. de reb. auct. iud. Bris.

Alia est frustrãdę actionis causa latitatio. l. 3. ff. de iudic. cũ q̃s ne secũ aliqua actio moueatur, uel ut actio eximatur, latet. Sed & fideicõmissi fraudãdi gratia latitat, q̃, ut libertatũ pręstationẽ differat, sui potestatẽ nõ facit. l. 1. l. 26. §. penult. & ult. l. 27. 28. & passim. ff. de fideicõ. lib. l. 11. C. eo. tit. Latitare deniq; dicitur, q̃ nõ cõparet, & sui copiã, ut secũ agi uel lis ad exitũ deduci possit, nõ facit. l. 42. §. ult. ff. de ꝓcuratorib. l. 21. §. pen. & l. 23. ff. ex q̃b. cauſ. maior. l. 52. ff. de diuers. reg. Bris. Vide & Antonium August. li. Emendat. 4. capitulo 9.

LATOMIAE apud antiquos locus dicebatur, ubi lapides cædebantur. Liu. in viij. lib. belli Punici: Comprehensa postea priuata ædificia, comprehensæ latomiæ, forumq; piscariũ. Meminit & apud nos Callistratus in l. succuritur. titulo, ex quibus causis maior. licet in uulgatis codicibus Latumijs mendosè scriptum sit. Ad has latomias damnari solebãt hi, qui in opus metalli condemnabantur. Plautus: Tindarus in latomias ab Egione dãnatur. idem in Pœnulo, Ita me dij, inquit, ament, in latomijs uel in pistrino mauelim agere ætatẽ. Erat etiã locus in urbe prope Tullianum, qui latomia dicebatur. T. Liuius lib. ij. belli Macedonici: Triumuiri, inquit, carceris latomiarum intentiorem custodiam habere iussi. & in vij. libro Macedonici belli, de principib. Aetolorum loquens: Romã, inquit, deducti, & in latomias cõiecti sunt. Latomię pręter hęc etiã dicebatur carcer quidã Syracusis, lingua Siculorũ, in quas (teste Tullio) si qui publicè custodiendi erãt, ex omnibus oppidis Sicilię detrudebantur. Hoc exemplum ætate nostra renouatum esse dicitur à Florentinis, qui captiuos Pisanos in latomias, ad opus ubi lapides cædebantur, condemnarũt. & de his clarè sensit Iureconsult. ut etiã apparet ex illis uerbis: quia nihil interfit, parietibus an compedibus teneatur. Et eodem modo castigãda sunt uerba Vlp. in l. j. ad finem. ff. de aleæ usu, & aleatoribus, Cotta.

LATOR, pro tabellario reperitur apud Sueton. in Caligula, Budæo indicante. Dicũtur & Latores, quos uulg⁹ minores ꝓcuratores appellat in iudicijs Prouincialib. & Cõsistorijs Episcoporũ. Horũ officiũ Zasi⁹ indicat in §. Quadrupli. Inst. ut de Act. Sp.

LATOR legis, qui & legislator uno uerbo dicitur: qui legẽ tulit, hoc est, promulgauit, uel instituit. Lator pro tabellario, notum. Sp.

LATRO, obsessor uiarum, hoc est, qui per uim furatur (Straffenrauber) impunè occidi potest. Sic Isauros latrocinijs infames, Arca. & Hon. Impp. nulla feriarũ ratione habita, permiserunt duci ad supplicium, etiam uenerãdis Paschatis festis. l. prouinciarum. C. de ferijs. Sp.

LATRONES quasi Laterones, uel quòd latentes itineribus publicis, insidiẽtur uiatoribus. Dicuntur etiam Latrones stipatores οἱ σωματοφύλακες qui tutelę gratia dominorũ suorũ laterib. assident: seu mercede conducti milites, ut ait Seruius, παρὰ τὸ λάτρον, quod seruire spe mercedis, & obsequi significat. Nãmoris

moris erat, ut hos Imperator, & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimẽ. Latrones, ait Varro in lib. de lingua Latina, dicti ab Latere, qui circũlatera erant Regi, atq; ad latera habebãt ferrũ: quos postea à stipatione stipatores appellarunt, & qui cõducebantur. Ea enim merces dicitur Græcè λάτρον. Ab eo ueteres poetæ nonnunquã milites appellant Latrones: quod itẽ uti milites cum ferro, aut quòd latent ad insidias faciendas. Virg. 12. Æneid. Latronem pro uenatore usurpauit his uerbis.

—Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui uenantum uulnere pectus
Tum demum mouet arma Leo: gaudetq; comantes
Excutiens ceruice toros: fixumq; Latronis
Impauidus frangit telum.

Brechæus l. hostes. ff. de uerb. & rer. sign.

LATRONES siue Latrũculi appellantur, quib. bellum publicè pop. Ro. non decreuit, uel ipsi populo Roma. quiq; nõ iusto indicto bello prædãtur. l. 6. & l. 24. ff. de captiu. l. 118. ff. de uer. sig. l. 1. ff. de leg. lib. iij. l. 35. §. pen. in fi. ff. de donatio. l. 3. §. Labeo. ff. de incend. rui. l. 9. ff. ex quib. cauf. maio. l. 3. §. aduersus. ff. de sepul. uiol. Itaq; ab hostib. perpetuò separantur. l. 18. ff. cõmodati. l. 9. §. sed licet. ff. quod met. cau. l. 13. ff. de testam. l. 5. ff. de iure dot. l. 20. & l. 21. ff. sol. matr. l. 30. ff. ad leg. Falcid. l. 12. in fi. ff. de reb. auct. iud. Et apud Paul. lib. j. Sentent. tit. vij. & lib. v. tit. xj. Quãobrem non ut ab hostib. capti, ita qui à latronibus detinentur libertatem amittunt. l. 13. ff. qui testam. fac. l. 19. §. à piratis. ff. de captiu. & postl. Briss.

LATRONVM leges Cicero appellauit, quibus parent, quasq; obseruãt. Aldobr. de iure nat. gent. & ciuili. §. lex est quæ. Vnde

LATRVNCVLATOR in l. 6. §. ult. ff. de iudic. quem Iustinia. λῃστοδιώκτην uocat. Nou. 8. Est autem

LATRVNCVLATOR in iure iudex, qui de criminibus tãtùm, nõ uerò de pecuniaria, iudicare põt. l. solemus. §. fi. de iud. ff. Igitur rerũ capitaliũ iudex, siue quæstor accipitur. Interpretes iudicẽ maleficiorũ uocant. Imaginẽ hodie eius referre uidetur, qui à militib. Germanis prouoß/parũm uoce Gallica deflexa *preuost*, appellatur. Quamuis magis placet Alc. dici præfectum apparitorũ, & militum, qui latrones conquirunt. quod & annotat Spieg. in Lexico ci. Corrasius Miscellaneorum lib. 3. cap. 17. nu. 9.

LATVRVM nomen meũ. Vlp. in fi. l. hoc iure utimur. de donat. Deniq; Pegasus putabat, inquit, si tibi centũ spopondero hac conditione, si iurasses, te nomen meum laturum, nõ esse donationem. Spieg.

LATVS CLAVVS, Senatorij ordinis insigne erat: & calceus lunatus, qui tũ cõmunis etiã nobilitati fuisse putatur. Aliàs Laticlauiũ dictũ. Bud. in l. ult. de Sen. Vocatur & alio nomine Clauꝰ. Vide, Clauꝰ.

LATVS clauus, quemadmodũ diximus in uerbo Clauus, nodus erat ex purpura, siue ex auro uesti intertextus, & qui poterãt uti huiusmodi uestib. tũ Laticlauij, tũ Augusticlauij dicebãtur. Erat aũt uestis senatoria, ut exponit Acron, in illud Horatij primo Serm. Quo tibi Tulli &c. Plinius lib. 8.

Tunicã laticlaui in modũ gausapi texti. Oui. 4. de tristib.
Induturiq; humeros cum lato purpura clauo.

Iurisconsultus in quadam lege, cuius initium est: Imperator. Vt ecce, inquit, si uxor uiro laticlaui, petenti, ꝓ laticlauio. Nebris. Græci tunicã hanc palmatã, siue latũ clauũ Platysemon appellabãt, quasi latis signis aut clauis signatã. Atq; hęc laticlaui ꝑpetuo gestãdi auctoritas inter primas dignitates habebatur, ut Herodia. lib. 3. auctor est. Quin etiã sæpenumero latùs clauus ꝓ senatoria dignitate ponitur, sicut ius annuli aurei, pro equestri ordine. Plinius in Epistol. Ego Sexto latũ clauum à Cæsare nostro impetraui. Hæc uero tunica in luctu publico deponebatur, ut Liuius lib. 9, &c.

LATVS digitus, est minima mẽsurarũ: à qua natũ prouerbiũ, Latũ unguem discedere. Vide Erasm. hoc ipsum Adagiũ explicantẽ Cent. v. Decad. j. Sp.

LAVATIONEM Vlp. in l. 25. §. 4. ff. de aur. arg. recenset inter ea q̃ mundi sunt muliebris, quibusque mulieres mundiores fiunt: ueluti, inquit, lauatio, riscus. Arculã fuisse suspicor lauandæ faciei, aut alteri corporis parti paratã: in qua spongia, aut tale quippiã immergeretur, q̃ λουτῆρα nõ dissimili ratione Gręci nõnunquã appellãt. Alciat. aũt, Bayfius & alij aut Alabaster, aut Alabastriscus, aut Alabastrites reponũt. à quib. dissentio: tũ quòd uasa unguẽtaria Vlp. ꝓximè nominarat: tũ quòd Alabastriscus ἀλαβαστρίσκος nõ diceretur, sed Alabastellus potius. Hotom.

LAVACRVM, stubã, siue stuphã interpretãtur, in l. iudices. C. de Episc. aud. Siquidẽ à nobis alienis ita locus appellat, in quo q̃s lauari cõmodè põt. Sp.

LAVERNA eadẽ quæ Diana, deaq; furũ: Eo nomine erat portus, & circa eũ arx fortissima Athenis, quæ & ciuibus tumultuantibus, & externis hostibus timorem incutere posset.

LAVDARE, antiquo uerbo iuris, citare significat, & nominatim prodere. Põponius in l. tenetur. de act. empt. Si tibi, inquit, iter uẽdidero, ita demum authorẽ me laudare poteris, si tuꝰ fuerit fundus, cui acquirere seruitutẽ uolueris. Vide Budẽũ in Annot. prior. Alc. quoq; in Parergis scribit, q̃d nominatim apꝓbare, in iure significat: & simul adnotat, ab hoc uerbo Cõmentatores dixisse Laudũ, ꝓ arbitri sentẽtia: cuius substãtiuę uocis exẽplũ apud latinos nullũ est. Sp. Vide Gel. li. 2. noct. Att. c. 6. Macro. li. 6. c. 7.

LAVDARE autoritatẽ, est in iudicio dicere titulum suæ possessiõis: & est antiquus sermo Iurisconsu. Cum autem Pontifices summi, potestatem suã tuentur, aiunt se successores esse D. Petri: huius tituli autoritate, ut Bud. ait, uim armorum propulsantes.

LAVDARE cũ exceptione, id est, non integrè.

LAVDARE testẽ, in Nouellis Marciani, pro uocare testem ut rei ueritatem dicat. Prat.

LAVDATIONIS uocabulo, Cicero ꝓ oratione funebri usus est. Itali, qui & barbarè norũt loqui, uulgo dicunt, orare pro funere. Cætera apud Rhenanum in Annot. ad Liuium lib. ij. Decad. j. Spieg.

LAVDATOR huius propositi. Nõ oportet laudando augere maliciam, apud Vlpian. in l. j. §. sed utrum ff. de ser. corr. Sp.

LAVDE dignum dicere, est non uerba illi benigna hominum, sed iudicia hominum promittere. Vide Senecam Epist. ciij. Sp.

LAVDIMIVM, quidam accipiunt præmium illud, nempe quinquagesimam, quod præstatur iuxta sanctionẽ Iustinian. in l. 3. C. de iur. emph. pro renouatione emphyteutica. A uerbo Laudo, deducẽtes: cum Latinius esset Laudatiuum, sicut Donatiuum. Spieg. Vide latè Connanum lib. 7. cap. 5. nu. 4.

LAVDOMINIVM. De hoc fieri mentionẽ in l. diuortio. §. quod in anno. ff. sol. matrim. Zasius monuit, q̃ nescire se ingenuè fatetur, an habeatur alibi text. Nominatur aũt Laudominiũ id quod datur supra pensionẽ certo annorũ curriculo: prærogatiua, quæ fit à colono & certo tempore dño. uulgo Ⅎers schatz. Et tale Laudominiũ cõputatur etiã in fructu, ut pulchrè declarat ipse Zasius iam citato loco. Sp.

LAV-

LAVDVM est sententia arbitrorum super eo ad quod de consensu partium pronunciandum fuerũt electi, §. responsa, ubi gl. inst. de iur. nat. gent. & ciuili. Hæc uerò uox barbara est et inepta, ut paulo supra admonuimus. qui cum ius cognoscendi habeát, propriè dici potest eos pronunciasse, uel statuisse: quod & in arbitratoribus Alciatus admittẽdum putat. Tametsi negẽt Doctores, in l. j. de Re iud. sententiam propriè dici, quod ab arbitro pronunciatum est: quod tamen ipsi Alciato non fit uerisimile, cum id quod unusquisq; etiam priuatus sentit, Latinè & eleganter, Sententia dicatur: nec aliter soleant Iurisconss. arbitrorum definitiones quàm sententias appellare. l. litigatores. l. qualem. de Arb. Adde quæ idem adnotauit cap. xlv. lib. j. Parerg. Spieg. Vide & Corras. li. 4. Miscel. c. 18. ubi sententiã Alciati refutat.

LAVREATAE tabellæ, idem sunt, quod literæ Laureatæ. Vide Literæ laureatæ.

LAVTIA, lautiorum: lautia etiam fœmininè, munera dicebantur, quæ Romani per quæstores legatis exterarum nationum mittebant. Itaq; Lautię appellatiõe, teste Budæo, cõtinetur ea pecunia, quæ in legationes suscipiẽdas quouis modo cõsumitur. Sp.

LAVTICA, dicuntur quæcunque ad lautitiam atq; elegantiam cultus & mensæ pertinent. Iureconss. de Auro & arg. leg. l. argumento. Mundo, inquit, muliebri continentur lautica, acus, reticula, & huiusmodi, Nebriss. Lautica uocem, ni fallor, nihili Nebriss. interpretatur: pro ea reponendum est uocabulũ Calantica, ut habet editio Norimberg. cuius nõ tantũ hìc, sed & alibi meminit Vlp. Erat aũt tegmẽ muliebre capitis, ut Baysi9 ex Cicer. docet. Sp.

LAVTIORES, serui, id est, elegantiores. Lautus propriè dicitur diues & nitidus, non in ueste modò, sed in uictu quoq; delicato. Hinc apud Vlp. intelligimus lautius, pro magnificentius, splẽdidius. in l. sed & si lege. ff. de Petit. hær. Si quis, inquit, re sua lautius usus sit, contemplatione delatæ sibi hęreditatis. Sp.

LAVTIVS. In eo quod ab Vlpiano dictum est, què re sua lauti9 usum. l. sed etsi lege. §. si quis re sua. ff. de petit. hæredit, rectè nobis interpretatus uidetur illic Accursius, Lautius idẽ significare quod splẽdidius, nec aberrasse aut eum, aut Haloandrum, seu quemlibet alium uulgatam hanc eius uocis lectionem, tribus illis apud Vlp. locis secutum d. l. sed etsi. §. si qs. & §. quod autẽ quis. cum ijs uocibus in eodẽ sensu passim reliqui auctores utãtur, Lautius re sua uti, lautius impendere, lautè erogare. Sic Cicero lib. 2. de legib. Hanc, inqt, uides uillã, ut nunc quidẽ est, lautius ędificatã patris studio Et li. 2. offi. Liberalitatis duplicẽ esse rationẽ ait: nã aut opera benignè fit indigentib. aut pecunia: faciliorẽ esse hãc posteriorẽ, locupleti pręsertim: sed illã lautiorẽ ac splẽdidiorẽ, ac uiro forti claroq; digniorẽ. Idẽ in eã sentẽtiam lauta patrimonia copiosa siue splẽdida se uocare interpretatus est in orat. pro C. Rabir. Posthu. in oratione pro l. Flacco. Et lautũ quoq; negociũ dixit, pro digno, in quo qs industriã suã collocet, li. 6. Epistol. ad Atticũ. Et Terẽtian9 ille Syrus Chremetẽ alloquẽs Heautontimor. act. 4 scena. 5. Omnes, inqt, te in lauta, ac benè aucta parte putãt. Est autẽ huic & uoce, & significatione affinis dictio Latè: similiter. n. latè & lati9 nõnunq̃ re uti dicimur, pro eo qđ est splẽdidè, & splẽdidi9, siue copiosi9, aut laxi9. Cũ aũt ea dictio frequẽtior sit, & uim oẽm dictionis illi9 Lauti, minimè referat, nulla rõe à recepta, & uetustiorũ Codicũ testimonio, iuxta Haloãdri emẽdationẽ cõprobata lectione discedunt, qui aliter legere malunt.

LAVTVMIAE (sic Pand. Flor. scriptum habẽt) Asconio in iij. cõtra Verr. Orat. interprete, lapidib. cęsis execta loca appellãtur, in quę noxij dãnari solebãt. l. 9. ff. ex quib. caus. maio. l. 1. in fi. ff. de aleæ lusu.

LAXAMENTVM, siue Laxitas, quies dicitur siue cessatio à labore. Neratius, de uacat. & excusat. mun. l. tempus. Cum laxamẽto quodã, inquit, itineris. Nebriss. Laxamentũ etiam uocat Lex inducias duûm mensiũ, qui dantur tutoribus ad pecuniã collocandam. Aut. ut ij qui oblig. hab. perhib. res min. §. quoniam autem uidemus. Sp.

LAXAMENTVM legis Cicero pro Cluentio uocat quod nostri dicunt largo modo, quod non interclusum est, uerborum angustijs & angulis literarum nec strictè ductum. Connanus lib. 1. c. 11. nu. 3.

LAXARE, & Adstringere, contraria.

LAXITAS, est naturalis libertas animantũ. Instit. de Rer. diuis. §. planè. Alber.

LAXIVS tempus pro longius, apud Proculum in l. cũ stipulatus sim. de Verb. obligat. Cũ ipse arbitro meo aliũ diẽ operi faciundo laxiorem dederim: id est, cum diem protulerim. Sp.

LAZICVS. Iustinian9 in Nouel. Cõstit. 43. suis titulis adijcit prænomen Lazici, quia domuerat Lazos, gentẽ Scythicã, ut testať Agathias li. 3. & Procopi9 li. 1. & 2. de bello Persico. Apud quos etiã scriptores legere est bella & uictorias ex quib. tot sibi titulos cõgessit Iustin. &c. Balduin. in proœmio sup. Inst.

L E

LECTICA, cathedra, & sedes, qua ferebãtur diuites & potentes, in qua puluinar & lectulus strat9 erat. Grecę, ἑξάφορον, quòd à sex seruis portaretur. Hodie nobis dicitur, ein Senfft/ qua ualetudinarij nõ quidem ab hominibus, sed binis equis commodius uehũtur. Paul. de Seruit. rust. pręd. l. qui sella, inquit, aut lectica uehitur, ire, nõ agere dicitur. Accur. Sella, i. equo: lectica, i. curru, interpretatur. Quod utrunque, ut ostendit Nebriss. falsum est. Sp.

LECTICARIA. Vide, Muliercularius.

LECTICA cõsularis Cor. Tacito. Græcis δίφρος κατάστεγος sella opertum, ut eruditè obseruat P. Faber ad l. 2. ff. de orig. iur. Prat.

LECTICARII serui, qui lecticam gestabant & portabant, eam humeris subeũtes. l. 8. §. ult. ff. de leg. lib. j. l. 65. ff. de leg. lib. ij. l. 49. ff. de leg. lib. iij. l. 14. ff. de auro, arg. Nam ita diuites Ro. uehi solebant. Seneca Epist. xxix. lib. iiij. Nõ turba seruorũ lecticam tuã per itinera urbana ac peregrina portantiũ. & li. xix. Epist. Cohors culta seruorũ, lectica formosis imposita calonibus. Quod ex Tertulliano quoque in lib. ad uxor. patet.

LECTICARII etiã qui lecticas faciunt. l. 1. ff. de leg. lib. iij. Etiam lecticarij seu Decani olim ecclesiasticũ munus fuit, qui efferendis cadaueribus deseruiebant. Nouell. Cõstit. xliij. qui & κοπιάται uocantur τὰς τῶν νεκρῶν κλίνας ἄγοντες. Bris.

LECTISTERNIVM ritus supplicãdi dijs Romæ frequentissimus, cũ uidelicet stratis in tẽplo lectis numina sibi propitia rebus gerendis exposcerẽt, uel auerruncãdę pestilẽtiæ opẽ quęrerẽt. Lectisternia, inqt Seruius in 12. Æneidos, dicuntur, ubi in tẽplo hñes sedere cõsueuerũt. Legimus lectisterniũ in Capitolio sic celebrari solitum. Stratis trib. lectis, cõuiuiũ Deis apponebatur, Ioui, Iunoni & Mineruę. Iouis simulacrũ in lectulo reponebatur, Iuno uerò & Minerua in sellis, sic appositis epulis, non Dei, sed VII. ipsi epulones celebrabant. Vide de hisce Gyraldum historiæ Deorum Syntag. 17.

LEC-

LECTISSIMI, pro egregijs & eximijs usurpantur à Cicerone. Quod nomen dicitur sæpius, quàm Electissimum. Vide orationes pro Cœlio, & pro M. Fonteio. Spiegelius.

LECTVS Iudex à Cicerone dici solet, qui Græcis ἔκκλητος καὶ δικαστὴς dicitur.

LECTO teneri, pro morbo uexari.

LECTVLVS. Cicero inuectiua quarta distinguere uidetur lectulum & cubile: ut lectulus sit interior & charior quàm cubile. Virgil. Georgic. primo, Cubilia talpæ, & corui cubilia dicit, ut ne putes, monente Fran. Syluio hominum tantum dici Cubilia, Spiegelius.

LECTVM, neutro genere protulit Vlp. in §. fin. l. librorum. de Leg. iij. Vt lectum inquit, legatum cótinet & fulcra. Bartolo auté Lectus, super quo quiescimus (quem Cubicularem uocat Cicero, ad differentiam triclinaris lecti, super quo sedebant antiqui ad mensam) continetur appellatione alimentorum in l. legatis. ff. de Alim. & cib. legat. Nec uenit in hypotheca bonorum generali l. j. C. Quæ res pignor. oblig. possunt. Spiegelius.

LEGALIS sciétia, est res sanctissima. Vide Vlp. l. j. §. proinde. de Extraord. cognit.

LEGANDI uerbum, licet olim latę significationis fuerit, tamé hodie ad solas donationes post mortem ab hærede præstandas refertur. Vigl. in tit. Instit. de Testamé. ord. Vide infrà, Verba quibus Substitutiones. Spiegelius.

LEGARE, idem est quod decernere, & mandare: unde & delegare dicimus. In testamentis tamen, in quibus uerba secundum testatorum consuetudinem accipiuntur, uerbum legádi obliquum est. Vide Alciat. in l. uerbis legis. de Verborũ significat. Sp.

LEGARE à filio. Lege, A filio legare.

LEGASSET uti quis suæ rei, ita ius esto. His uerbis legis xij. tabularum latissima potestas tributa uidetur: & hæredes instituendi & legata, & libertates dandi, tutelas quoq; constituendi: sed etiam interpretatione coangustata est, uel legum, uel auctoritate iura constituentium. Maffeus. Vnde Vlpiano in Instit sub. tit. de legat. Legare est imperatiue, & legis modo aliquid alicui relinquere hoc modo, Tibi habe: unidica, præsume, præcipito, hæres dato, finito capere. Quod autem precatiue relinquitur, fideicommissum appellatur.

LEGATA electione serui, semel duntaxat optare possumus, Paulus ait l. v. ff. de Legat. j. Sp.

LEGATARII à parte. Quære, Suggestum est.

LEGATIO. Ea aut publica erat, aut uotiua, aut libera. Publica mádabatur publico nomine: uotiua & libera priuatim impetrabantur aut uoti soluendi causa, aut alio priuato nomine. Legationem ueteres ut rem sacram habuerunt, cui deum Mercuriũ præfecerunt: ideoq; Legatos uiolare, impium habebatur. Verùm legationes liberæ olim dicebantur, quæ ornamenti tantùm causa ab senatu impetrabantur: quemadmodum honorarij magistratus, à principibus honestamenti causa conceduntur, tituloq; tenus obeuntur & geruntur. Hæ autem ab ijs senatoribus impetrabantur, quibus negocia futura erant in prouincijs, ut qui hæreditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere uolebant in prouincijs, legatorum personis acceptis commendabiliores cõtrouersias haberent, atque fauorabiliores. Vlpian. de Leg. Qui libera, inquit, legatione abest, non uidetur Reip. causa abesse. Spieg.

LEGATI sacrosancti. Erat enim ueteribus ius Legatorum sanctum & inuiolabile, cum hominum præsidio munitum, tũ diuino iure defensum, quod etiam in medio belli furore, & inter hostium tela incolume seruabatur. testis Alex. ab Alexand. lib. 5. c. 3. Verum ut Romani hic pro modestia sua statuerunt. Sic alia exempla in contrarium sunt. Nam & Athenienses interceperunt Legatos Lacedæmoniorum, euntes ad regem Persicum, ut eum sibi adiungerent contra ciuitatem Atticam, ut recitat Thucydides li. 2. Et Romani cæperunt Legatos Hannibalis, euntes ad regem Macedonicum ut narrat Liuius lib. 3. Decad. 3. Quæ exempla ostendunt, fuisse usitatum, Legatos hostium perferentes mandata nocitura patriæ intercipere.

LEGATIONES liberæ dicebantur, quas Senatores priuati negocij caussa à Senatu ad aliquod tépus impetrabát. Cicero eas annuas lege sua fecerat: sed postea (ut scribit libro ad Attic. XV.) lege Iulia quinquennium ijs præfinitum fuit. Vlpianus l. 14. ff. de legat. Qui libera legatione abest, non uidetur Reipublicæ caussa abesse. hic enim nó publici caussa, sed sui abest. Tribus autem feré de caussis postulari liberas legationes reperio. Voti soluendi, unde etiam Votiuæ plerunque appellantur: periculi uitádi, & hæreditatis nominúmue persequédorum. Voti soluendi exemplum Cic. lib. ad Attic. II. suppeditat, ubi cum Clodiani periculi tempestatem uitare cuperet, uotiuæ legationis specie ac nomine uti uoluit. A Cæsare ualde liberaliter inuitor in legationé illam, sibi ut sim legatus: atq; etiá libera legatio uoti caussa datur. Item lib. III. Ego me à Pompeio legari ita sum passus, ut nulla re impedirer, quin si uellé, uoti caussa legationem suscipere possem. Periculi uitandi exemplum Plutarchus in Gracchis prodit, ubi ait Senatum Scipioni Nasicæ liberam legationé in Asia decreuisse, cùm ob morté Tyberij Gracchi, cuius autor Nasica fuerat, uideret plebem malè in illum animatam, & publicum ei iudicium molienté. Cicero etiam in prima Philippica propter Antoniũ scribit se ius liberæ legationis habuisse. Et libro Epistol. fam. XIIII. Meum fuit officium uel legatione uitare periculum, uel diligentia & copijs resistere, uel cadere fortiter. Hæreditatum & syngrapharũ idé meminit in Rullum, ubi sic loquitur. Hæreditatũ obeundarũ caussa quib. uos legationes dedistis, qui & priuati & priuatũ ad negocium exierunt nó maximis opibus, neque summa auctoritate præditi: tamé auditis profectò quàm graues eorum aduentus socijs uestris esse soleant. Idem in tertio de Legib. Iam illud apertum profectò est, nihil esse turpius, quàm quenquam legari, nisi Reipub. caussa. omitto quemadmodum isti se gerant atque gesserint, qui legatione hæreditates aut syngraphas suas persequuntur. Memorabile est autem, quod ex ipsius ad Cornificium epist. XXI. libri XII. obseruauimus: eos qui cum libera legatione mittebantur, lictores à prouincialibus magistratibus & insignia ceterorum legatorum accepisse. Hotoman.

LEGATIS seruis exceptis negotiatoribus. Labeo scripsit, eos legato exceptos uideri, qui præpositi essent negocij exercédi causa: ueluti qui ad emédũ, locandũ, conducendũ præpositi essent: cubicularios autem, uel obsonatores, uel eos qui piscationibus præpositi essent, non uideri negociationis appellatione contineri. & puto, Martianus ait, ueram esse Labeonis sententiam. Spieg.

LEGATIVVM, personale munus est. Vlp. in l. munerũ. de Mun. & hon. Legati quoq; qui ad sacrarium

rium Principis mittuntur, quia uiaticum (quod Legatiuũ dicitur) interdum solent accipere. Idem in l. ij. de Legationibus. His qui non gratuitã legationẽ susceperunt, legatiuum ex forma restituitur. Sp.

LEGATOR est, qui aliquid legat. Legatarius, cui ex testamẽto aliquid legatur. Legatum ipsa donatio, testamẽto relicta, Iustiniã. li. ij. Instit. Sed si rẽ, ait, legatarij q̃s ei legauerit, inutile est legatũ. Sp.

LEGATVM. Legatum, ut uult Florentinus, in l. legatum est. de legat. 1. ff. est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo, quod uniuersum hæredis foret, alicui quid collatum uelit. Vel, ut uult Modestinus, in l. legatum. de leg. 2. ff. legatum est donatio testamẽto relicta. Vel, ut latiùs explicat Imperator, in §. legatum itaq;. de legat. Institut. 2. legatũ est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda. Et olim quidem erãt legatorũ genera quatuor, per uindicationem scilicet, per damnationem, per sinendi modum, & per præceptionẽ. §. sed olim. eo. tit. Instit. 2. Et certa quædam uerba cuique generi legatorum significabantur, quæ doctißimè explicat Theophilus in d. §. sed olim. Cæterùm, hodie omnibus legatis una atque eadem est natura, quibuscunque uerbis relicta sint. ibidem.

LEGATVM annuum, quod in singulos annos, hoc est omni anno debetur. l. legatum. §. uini. ff. de Ann. leg. Paulo teste, Sabinus eiusmodi Legatum, plura legata esse ait: & primi anni purum, sequentiũ conditionale. Videri enim hanc inesse cõditionẽ, si uiuat. & ideo mortuo eo, ad hæredẽ legatum nõ trãsire l. iiij. de An. leg. Spieg.

LEGATVM annuũ relictũ sine adiectione summa. Vide Vlpianum de Ann. legat. l. si cui.

LEGATVM caducũ uariè dicitur. Primò si defuncto sit relictũ, quẽ tñ testator in uiuis esse credebat: aut ei, qui priùs quã testator decesserit. Secũdò, quando res quæ relicta est atq; legata, non inuenitur. Tertiò, si graues inimicitiæ inter utrumq; oboriãtur. Quarto, si legatarius legatũ respuat. Quintò, si cõditio sub qua sit relictũ, desit. Cur Iuuenalis dixerit, Dulce legatum, suprà indicatum est in dictione, Caduca hæreditas. Sp.

LEGATVM & donatio causa mortis quomodo differant uide suprà in uerbo Donatio &c.

LEGATVM factũ Titio de poßeßionib. in gaudimentum, an comprehẽdat proprietatẽ, & an trãseat ad eius hæredes, Baldus singu. in l. si habitatio. §. j. ff. de usu & habit. tenet quòd sic. & pro sing. commendat Crem. not. xxxiij. lego uxori. & Do. Iaf. in l. cum hi. §. si uni. uersic. circa primum nunquid. ff. de transactio. & latius in l. ulti. in ij. nota. C. de leg. ubi ponit de ueritate. Cotta.

LEGATVM in aliena uoluntate poni potest, in hæredis nõ potest, Paul. in l. Senatus. de Legat. j. Sp.

LEGATVM inutile in sex casibus locũ obtinet. Primò, cũ deficit legatũ ex persona legantis. puta, si est seruus. Secundò, propter rẽ quæ legatur, qualis est sacra, uel ędibus iuncta. Tertiò, ob personã cui legatur, pręsertim si proprius est seruus. Quartò, quãdo uterq; & q̃ legat, & cui legatur, inhabilis cognoscitur. Quintò, inutile est legatũ in re propria eius cui relinquitur, cũ ęstimatio rei potuisset legari. Sextò, si cui legatur, qui eius minus est capax. cuiusmodi est deportatus, pœnę seruus, & id gen9 homines, quibus neq; testamenti actio relicta est. Sp.

LEGATVM operarum & ususfruct. differunt. Nam illud facti est, & ad rem potius refertur, ut quã diu ipsa durat, tamdiu debeatur. At ususfructus ius est personæ fructuarij tam coniunctum, ut cum eo extinguatur, & multis item alijs casibus intereat: ut capitis diminutione, & nòn utendo. Connan. lib. 4. cap. 1. numero 9. &c.

LEGATVM pium, quod religioni, bonis literis, & paupertati relinquitur.

LEGATVM per damnationẽ, huiusmodi fiebat uerbis: Hæres meus illi dato: aut, Illi ab hærede dari iubeo: aut, Hæres damnas esto dare. Huiusmodi autem legatum ueteres Iuriscoss. indebitè solutum, repeti nolebãt, quod Iustin. sustulit. Id duntaxat legatum, non debitum solutum repeti uetans, quod religionis & pietatis intuitu, sacrosanctis Ecclesijs, uenerabilibusúe locis sit expensum: quod tamen summo iure magis, quàm iure constituisse uidetur. Sp.

LEGATVM per sinendi modum, sic legabatur: Hæres meus, rem illam Titio permitte sumere. In quo legato hæres rem tradere non tenetur, sed uendicanti legatario non permittitur prohibere. Sp.

LEGATVM per uendicationem dicebatur, quod legatarius post mortem testatoris, non etiam spectato hærede, statim sibi aut præsumebat, aut defunctus ad hæredem eius transmittebat: & his fiebat uerbis: Stichum seruum tibi do, lego, uel illam rem tibi præsume, habe, uendica. Nec in eo traditio hæredis expectanda est, sed ipse legatarius possessionem accipit: quam in re missionem (ut ait Alciatus) uidetur Iustinian. appellasse. l. prima in prin. C. Com. de Leg. Spieg.

LEGATVM præceptionis, non nisi uni ex hęredibus dari potest, ut aliquid ex hęreditate præcipuũ habeat: quod si coniunctim multis, aut disiunctim singulis relinquatur, omnibus una tantum res quæ nominata est, sicut & in legato uendicationis, debetur. l. si pluribus. de Leg. j. non uni res, & alij æstimatio. Lege cap. j. lib. iij. Parerg. Alc. Sp.

LEGATVM præsens, id est, purum, Conditionali opponitur. lege prima. ff. de Condit. & demonstrat. Spiegelius.

LEGATVM relictum, in singulos annos simile est usuifructui, cum morte finiatur, Caius autor. ff. de Ann. legat. Spiegel.

EXEMPLA ALIQVOT LEGATOrum iuxta Alphabeti seriem collecta. Lector prudens rem ipsam expendat.

Ad quemcunq; ex testamẽto meo, uel ab intestato. uel ita: Ad quemcunq; quoquo iure bona mea perueniũt. Hæc uerba quid uelint, Mætianus de Legat. iij. l. si ita fuerit, ostendit.

Æliæ Dorcardi matri meæ dari uolo, quoad uiuet, usumfructũ bonorũ meorũ, ita ut post obitũ ei9 ad liberos meos, aut ad eum, qui ex his uiuet, pertineat. Vide l. generali. ff. de Vsu & usufruct. Sp.

Agri plagam, quæ est in regione illa, Mæuijs, Publio & Caio transcribi uolo, precio facto uiri boni arbitratu & hæreditati illato, duplę euictione ex ꝓmissa à reliquis hæredib. ita ut sub pœna centũ promittant eam agri plagam, partẽúe eius ad Seiã postérosúe eius nõ peruenturã quaquã ratione. Vide Scęuolam in l. uxorem de Leg. 3. Sp.

Amplius, quàm Titio legaui, hęres meus Seio decem dato. Africanus in l. si seruus legatus. §. si ita scriptum. de Legat. j.

A quibus (scilicet libertis) præstari uolo hæredi ex reditu eius fundi decem per annos singulos usq; ad annos triginta quinq; à die mortis meę, Scæuola respondet in l. codicillis. de An. legat.

A te autem fili charißime, quæcunq; legaui, præstari

ſtari uolo. Et ſi quid euenerit æris alieni, quod in tẽpus pro mutuo acceperam, & debuero, à te ſolui uolo: ut quod ſorori tuæ reliqui, integrum ad eam pertineat. Ad hoc thematium reſpondet Scęuola in fin. §. l. nomen. de Legat. iij. Spieg.

A te peto Sei, ut ab annis duodecim ætatis ad ſtudia liberalia fratris tui inferas matri ei⁹ tot annuos, uſq; ad annos quatuordecim, ea amplius tributa fratris tui pro cenſu eius dependas, donec bona reſtituas, & ad te reditus prædiorum illorum pertineãt, quoad perueniat frater tuus ad annos quatuordecim. Scæuola explicat ad fin. l. liberto ſuo. ff. de Annu. legat. Spieg.

A te peto, tuæq; fideicõmitto, ut quidquid ex hęreditate mea ad te peruenerit, reſtituas filio tuo, retẽtis tibi hortis meis. Declaratur per Scęuolã de Legat. iij. l. poſt emancipationem. Sp.

A te Petroni peto, uti ea duo milia ſolidorum reddas collegio cuiuſdam templi. Vide Scæuolam in l. pater filium. §. Tuſculanus. de Leg. iij.

A te hæres peto, quicquid ad te peruenit, ut tantum ei des. Idem exponit, eod. tit. ad fin. l. Mæuio fundi. Spiegelius.

A te peto marite, ſi quid liberorũ habueris, illis ꝑdia relinquas: uel ſi non habueris, tuis, ſiue meis propinquis, aut etiam noſtris libertis. Hiſce uerbis non eſſe datam electionem, ſed ordine ſcripturæ factam ſubſtitutionem, Papinianus reſpondit in fin. l. cum pater filios. ff. de Legat. ij. Sp.

A te Męui ex reditu fundi Speratiani præſtari uolo Arrio Pamphilo, & Arrio Sticho, die mortis meæ annuos ſexcentos quotãnis, quoad uiuent. Adi Scæuolam de Ann. legat. l. Titia hærede. Sp.

A te autem Mæuia filia chariſsima peto, ut Stichum ſeruum tuum manumittas, cum in miniſteriũ tuum tot capita ſeruorum tibi his codicillis legauero. Vide Modeſtinum in l. Titia cum teſtamento. de Legat. ij. Spiegelius.

At a te Seia peto, ut quicquid ad te ex hæreditate mea peruenerit: exceptis his, quæ tibi ſuprà legaui, reliquũ omne reddas & reſtituas Męuiæ infanti dulciſsimæ. A qua Seia ſatis exigi ueto, cum ſciam, etiã potius rẽ auctură, quã detrimento futurã. Vide Scæuolam in l. uxorem. §. fin. de Legat. iij. Sp.

A te autem Sei peto, ut cum ad annum uiceſimũ quintũ perueneris, militiã ei cõpares: ſi tamẽ te antè non reliquerit. l. libertis. ff. de alim. legat.

A te peto Cai Sei, quidquid ex hæreditate mea redegeris, illis meis alumnis des, & cætera, quæ ſequũtur uerba. Papinianus exponit in l. alio hærede. ff. Aliment. legat. Spieg.

A te peto uxor, uti ex uſufructu, quẽ tibi præſtari uolo in annum uiceſimũ quintũ cõtenta ſis annuis quadringentis. Quod amplius fuerit, rationibus hæredis, hæredumúe meorum inferantur. Vide Scęuolã in l. generali. ff. de Vſu & uſufr. Sp.

A te uxor chariſsima peto, ne quid poſt mortem tuã, fratribus tuis relinquas. Habes filios ſororũ tuarũ, quibus relinquas. Scis unũ fratrẽ tuũ, filiũ ueſtrũ occidiſſe, dũ ei rapinã fecit: ſed & alius deteriora mihi fecit. Exponitur à Scæuola de Legat. ij. in fin. l. penul. §. matre. Spiegelius.

A uobis quoq; cæteri hęredes peto, ut uxori meę præſtetis, quoad uiuet, annuos decẽ aureos. uxor ſuperuixit marito quinquẽnio, & quatuor mẽſibus. &c. Modeſtinus reſpondit, integri ſexti anni legatũ deberi, l. v. de Ann. legat. Spieg.

A uobis peto, ut quicquid uobis legaui, eo cõtẽti ſitis uiuentes: ut poſt uos filijs meis reſtituatis. Scęuola mẽtem aperit huius fideicommiſsi in fin. l. ult. §. pen. de Legat. ij.

Attiæ, donec nubat, hęres meus quinquaginta dare damnas eſto: neq; adſcriptum eſt, In annos ſingulos, nihilominus id legatum in annos ſingulos deberi, Iabolenus autor eſt. Spieg.

Auibus legatis, anſeres, phaſiani, & gallinæ, & auiaria debẽtur: phaſianarij autem, & paſtores anſerum non continentur, niſi id teſtator expreſſerit. Vt Paul. de Legat. iij. tradit. Sp.

Balneas legatæ domus eſſe portionem, ſi per domum intrinſecus adibantur. Vide Paul. in l. prædijs. de Leg. iij. Spiegel.

Caius Seius pronepos meus hæres mihi eſto ex ſemiſſe bonorum meorum, excepta domo mea & paterna, in quibus habito, cũ omnibus, quæ ibi ſunt. Quæ omnia ſcias ad portionem hæreditatis, quam tibi dedi, non pertinere. Vide Paulum de Legat. ij. l. Caius Seius. Spiegelius.

Caio Seio illud & illud hęres meus dato: & te Sei rogo, fideique tuæ mando, uti ea omnia, quæ ſcripta ſunt, reddas ſine ulla mora, & reddas ipſe. Habes ſententiam Marcelli in l. Lucius Titius cum duos. de Legat. primo. Spiegelius.

Centum, quæ in arca habeo, aut, Quæ ille apud me depoſuit. Vlpian. ait, ſi nulla ſint, nihil deberi cõſtat l. j. ff. de Dot. releg. Spieg.

Ciuib. meis do lego chirographum Caij Seij.

Cõſtitui, dariq; uolo Callimacho mercedis loco decẽ millia denariũm. Vide Scæuolam in. §. penul. l. cum quis decedens. de Legat. iij. Sp.

Corpus meum uxori meæ uolo tradi ſepeliendũ in fundo illo, & monumentũ extrui uſq; ad quadringẽtos aureos. Scæuola ad propoſitionẽ reſpõdet in l. Titius hæredes. de Legat. iij. Sp.

Cui bis legauero, ſemel deberi uolo. Quomodo intelligendum ſit, Hermogenian. docet l. ſi quis. in principio, de Leg. iij.

Cum his quæ ibi erunt. Pomponius hæc uerba in legatorum exemplis declarat l. ſi fundus. de Legat. ij. Spiegelius.

Cum is in tutelam ſuam peruenerit. Item in ſuam tutelam, & in ſuam poteſtatem. Item, cum ſui iuris fuerit factus. Item, cum ad pubertatem peruenerit. Item & ſi cum ſuæ ætatis fuerit factus, uel legitimæ ætatis. Cum iuſtæ ætatis factus, uel cum maturæ ætatis ſit, uel cum adoleuerit. uide Vlpian. in l. cum filio familias. de Legat. iij. Sp.

Cum morietur ipſe ſeruus. Vide Africanũ de Legat. j. l. ſi à pluribus hæredibus.

Cũ omnibus quæ domi ſunt. Quo ſenſu hæc uerba ueniant accipiẽda, declarat Iuriſconſult. in l. Seius. in princ. cum ibi not. Codice de Legat. ij.

Cum pater moreretur. uide Vlpianum hæc exponentem uerba in l. fideicommiſſa. §. ſi filio. de Legat. tertio.

Cum uolet. l. uxorem. §. Scæuola. de Legat. iij.

Cum uoluerit, ad tempus uitæ extenditur. teſte Vlpiano in l. fideicommiſſa. §. ſic fideicommiſſum. de Legat. iij. Spiegelius.

Dactyliothecam meam & ſi quos præterea annulos habeo. Vide Vlpianum in leg. librorum. §. fin. de Legat. iij. Spiegelius.

Item dare damnas eſto. Iulianus de Legat. iij. hęc uerba quæ ac ijci ſolent in repetendis legatis exponit iuxta Sabini mentem. Sp.

Damnas eſto hæres, Titium ſinere in illa domo habi-

habitare, quoad uiuet. Marcello unum uidetur esse legatum. l. damnas. ff. de Vsufructu per leg. dat. Sp.

Decem quæ in arca habeo, ita legaui, uel stipulanti promisi, secundum Africanum, & legatum & stipulatio ualebit. Vide. §. qui quinque l. si seruus legatus. de Legat. j.

Decem aut quindecim hæres dato, secundũ Pomponium pro eo est, ac si decem sola legata sunt in l. si ita relictum. §. fin. ff. de Legat. ij. Sp.

Domina sanctissima, scio te de amicis meis curaturam, ne quid his desit, ueruntamen & Marco dari octingenta. Scæuola respondet in l. Titia hærede. ff. de Ann. legat. Spieg.

Domo instructa, supellectilem legatã, non etiam uina accipimus: quia domus uinis instructa, intelligi nõ potest. autor Pomponius, leg. si ita testaméto. ff. de Fund. instr. Spiegel.

Domum meam cũ horto applicito libertis meis concedi uolo. & alio cap. Fortunio liberto meo ex domo mea, quam libertis meis dedi, diętam, in qua habitabã, itẽ cellariũ iunctum eidẽ diætæ ab hærede meo concedi uolo. leg. uxorum. de Legat. iij.

Domum, quæq; mea ibi erunt, cũ moriar. Proculus exponit in l. si ita. de Legat. iij. Sp.

Et domus eam partem, in qua morari consueuimus, Scæuola declarat de Legat. iij. leg. uxori suæ. in prin. Spiegelius.

Dulcissimis fratribus meis, auunculis autẽ tuis, quęcunque mihi supersunt in Pamphylia, Lycia, uel ubicunq;, de maternis bonis, concedi uolo, ne quã cum his controuersiam habeas. Sensum indicat horum uerborum Iuriscõs. in l. cum pater filios. §. dulcissimis. de Legat. ij. Sp.

Eisq; mancipijs, quæ suprà legaui, cibarij nomine ab hæredib. meis præstari uolo, quæ me uiuo accipiebant. explicat hoc thema Scæuola in l. à filio. §. testator. ff. de Aliment. legat. Spieg.

Equis legatis, & equæ continentur, Martianus de Legat. iij.

Ex illo dolio amphoras decẽ, etsi nõ decẽ, sed pauciores inueniri possunt: non extinguitur legatum, sed hoc tãtũ modo accipit, quod inuenitur, ait Paul. in leg. si quis seruum. de Legat. ij. Sp.

Et peracto quinquennio, cum eius ususfructus esse desierit, tunc eum fundum illi & illi libertis dari uolo. leg. uxori usumfructum. ff. de usu & usufructu. Spiegelius.

Felici, quem liberum esse iussi, usumfructum fundi Vestigiani lego: cuius proprietatẽ puto te Felicẽ consecuturum, si nõ cõtenderis cũ hærede meo sed potius concordaueris. Sed & tu hęres omnia fac, ut amici sitis. Hoc enim uobis expediet. Vide l. generali. ff. de Vsu & usufruct. Spiegelius.

Fidei hæredum meorum committo, uti sinant eũ habere domus meas, in quibus habito, nullo omnino excepto, cum omni instruméto, & repositis omnibus. Paulo his uerbis nõ uidetur testatorẽ de pecunia numerata, aut instrumentis debitorũ sensisse. leg. si mihi Mæuia. ff. de Legat. iij. Sp.

Fidei hæredum meorum cõmitto, ne fundũ Tusculanum alienent, & ne de familia nominis mei exeat. Vide Papinianum in l. cum pater filio. de Legat. ij. ibidem & quæ sequuntur uerba per eundem exponuntur, népe Fidei tuę committo uxor, ut des, restituas filię meæ, cũ morieris, quidquid ad te quoquo nomine de bonis meis peruenerit. Sp.

Fidei tuæ committo filia, ut cui in familia nubas, & quotiescunq; nubes, patieris te dote tua, quam dabis, partem dimidiam stipulari fratrem tuum: & Seiam matrem tuam, pro partibus dimidijs dari sibi, si in matrimonio eius, cui nubes, siue diuortio facto, priusq; dos tua reddatur, eoúe nomine satisfactum erit, morieris nullo filio filiaúe ex eo relicto. Vide Scæuolam in l. uxorem. §. testamento. ij. de Legat. iij. Spiegelius.

Fidei tuæ committo Sempronia soror, uti legata, quæ alũnis meis reliqui, ex medio recipias, & apud te habeas, quoad eos commendatos habes. l. codicillis. ff. de Ann. legat. Spiegel.

Fidei autem uestræ Vere & Sapide committo, ne eum fundum uendatis: eumq;, qui ex uobis ultimus decesserit, cum morietur, restituat Symphono liberto meo & successori & Beryllo & Sapido, quos infrà manumisi, quiúe ex his tunc superuiuent. Explicantur hæc à Paulo de Legat. ij. in l. Titia Seio. §. Seia. Spiegelius.

Fili contentus eris pro tuo semisse ducentis aureis, & uos filiæ pro uestris quadrantibus centenis aureis. Quid hæc sibi uelint, declarat Papinianus paulo supra finem bene longè l. cum pater filios. ff. de Legat. ij. Spiegelius.

Filij filiæq; meæ ibi sunto, ubi eos mater sua esse uolet: eisq; hæres meus in annos singulos, inq; pueros puellasq; singulas, damnas esto dare cibarij nomine aureos decẽ. Vide Pomponiũ in leg. Quintus Mutius. ff. de Annuis legat. Sp.

Filijs maribus domum meam instructam, do lego, dariq́ iubeo. Vide. §. sed & ipse Papinianus l. quæsitum. ff. de fund. instr.

Filia mea Crispina, quam cupiebam collocare nuptum, cuicunq; amici cognatiq; mei adprobassent, ut rectè collocetur, prouidebit Pollianus, cum is mentem meam cognitam habeat de ęqualibus portionibus in dotem dandis, quibus & sororem eius collocaui. Speciem horum uerborũ, quæ Græcè referuntur in l. Theopõpus. ff. de Dot. releg. Scæuola explanat. ibidem latinè uertit, ut citata sunt per Dn. Haloandrum. Spieg.

Filia mea præcipiat, sibique habeat uolo rem matris suæ. Papinianus explicat in l. cum pater filio. §. filia. de Legat. ij.

Filiæ, Pomponius de Legat. ij. l. si ita scriptũ sit, filiab. meis centũ aureos do. An, inquit, & masculini generis & fœminini liberis legatum uideatur? nam si ita scriptum esset, Filijs meis hosce tutores do: responsum esset, etiã filiabus tutores datos esse: quod non est ex contrario accipiẽdũ, ut filiarũ nomine etiã masculi cõtineãtur. exẽplo enim pessimũ est, fœminino uocabulo etiam masculos contineri.

Fornacator: Paul. de Fun. instruc. Instrumento, inquit, balneario legato, etiam balneatorem contineri, Neratius respondit. continetur autem & fornacator. Est autem idem qui fornacarius. Sp.

Fundum in Appia cum uillico suo & contubernali eius & filijs dari uolo. l. uxorem. §. concubinæ. de legat. iij.

Fundum meum illi do. Iabolenus qui fundũ, ait, mãdato meo in societatẽ mihi & sibi emerat: deinde cũ finibus diuiserat, & prius quàm mihi traderet, ita eũ tibi legauerat. Feudum meum illi do, negaui amplius parte illi deberi. Rationem apud eũ leges, l. qui concubinam. de Leg. iij. Spieg.

Fundum Cornelianum de nomine meo exire ueto. l. pater filium. §. duobus. de Legat. iij.

Fundum Trebatianum, qui est in regione Arelatia: fundum Satrianum, qui est in regione Nyphana, cum

cum taberna dari uolo. Scæuola in l. patronus. §. libertis. de Legat.iij. Spieg.

Fũdi Trebatiani reditus uxori meę quoad uiuet, dari uolo. Vide Scæuolam, ff. de Vsu & Vsufruct.

Is enim fundus propter illam ad me peruenit. Vide Vlpianũ in leg.j.§.si qs uxori.ff. de Dot.releg.Sp.

Hæres, cum morietur, Lucio Titio dato decem. Paulus explicat l. si pecunia. de Legat. secundo. Spiegelius.

Hæres meus aureos centum Licinio damnas esto, neque adscripsisset Dare: deberi ei legatum constat. Alfenus.

Hæres dare damnas esto, si in Capitolium non ascenderit: utile legatum est, quamuis in potestate eius sit, ascendere uel non ascendere, ut Paulus dicit in l.iij. de Legat.iij. Spieg.

Hæres meus damnas esto Lucio Titio, Stichum seruum meum reddere. uel ita, Illum seruum meum illi reddito. Cascellius, Iaboleno teste, ait deberi. neque id Labeo improbat: quia qui reddere iubetur, simul & dare iubetur. l. hæres meus. in prin. de Legat.iij. Spiegelius.

Hæres meus damnas esto dare aureos quinque: nõ quilibet hæres, sed omnes uidebuntur damnari, ut unà quinq; dẽt, autor est Pomponius in leg. si pluribus hæredibus. ff. de Legat.ij. Sp.

Hæres me⁹ dato. Paul. de Legat.iij. l. si plures, ait, gradus sint hæredum, ad omnes gradus hic sermo pertinet, sicuti hæc uerba, Quisquis mihi hæres erit. Quære, Præstatio. Spieg.

Hæres meus illi fundum dato, Seio hoc amplius decẽ: non erit dubitandũ, quin Seius & fundi partẽ, & decẽ ex testamẽto percipere debeat, teste Mætiano. leg. si sic locutus. de Legat.ij. Sp.

Hęres meus Titio decem trima die dato. Vlpian. exponit l.iij. de Ann. legat.

Hæres meus Titio dato, quod mihi ex testamẽto Sempronij debetur. Vide Papinianũ in l. cũ filius. §. hæres meus. de Legat.ij. Vbi notandũ egregiè dictũ Papiniani, nempe nec in totũ falsũ uideri, quod ueritatis primordio adiuuatur. Sp.

Hoc amplius filio meo. Vide Papinianum de Legat.j. l. quid ergo. & Africanum, l. si seruus legatus. §. sed si ei.

Hoc amplius Publia Clemẽtiana percipiet sibi usumfructum quartæ partis hæreditatis meæ, ex qua Iulium Iustum, filium meum hæredẽ institui: petoq; à te Publia Clementiana, uti fratrem tuum Iuliũ Iustum alas, tuearis, dependas pro eo (pro quo tibi usumfructum eius portionis reliqui) donec mentis compos fiat, & conualescat.

Hoc amplius, si nauis ex Asia uenerit, hęres meus ei fundum dato. Vide Pompon. de Legat.iij. l. si tibi pure. Et ibidem Lucius Titius plebi quina dedit, hoc amplius Seius. & infrà, Titi⁹ accepit quinq;, Seius hoc amplius fundum. Sp.

Hortus quando domus legato continebitur, docet Paul. in l. prædijs ad finem. ff. de Legat.iij.

Ille, aut ille hæres, Seio centum dato. Potest Seius, Paulo tradente, ab utro uelit, petere. cum in uerbis nulla est ambiguitas, non debet admitti uoluntatis quæstio. l. Ille. ff. de Legat.iij. Sp.

Illi, aut illi, uter eorum Capitolium prior ascenderit, utile legatũ adserit Africanus in lege, Si seruus legatus uiuo testatore. ff. de Legat.j. Sp.

Illi cum illo habitationẽ lego, perinde est, ac si ita, Illi & illi legasset: autor Iulianus.

Cum ita legatur, Illi hoc amplius fundum illum cum omnib. rebus, quæ in eodem fundo erunt: mancipia quoq; contineri, Modestin. respondit. l. omnia. de Legat.ij. Spiegelius.

Illi, quantum plurimum p legem accipere potest, dari uolo: utiq; tunc cum quandoq; capere poterit, uidetur ei relictum. sed & si dixerit, Quam maximã partem dare possum, damnas esto dare ei hæres meus, idem erit dicendum, teste Vlpian. de Legat.ij. l. si ita quis. Spiegelius.

Illi si demeruerit, omnimodo Vlpian. ait, fideicõmissum debebitur: si modò meritum, quasi apud uirum bonum, collocare fideicommissarius potuit. & si ita sit: Si te non offenderit, ęquè debebitur. nec poterit hæres causari, non esse eũ meritũ, si alius uir bonus, & non infestus, meritum potuit admittere. Sp.

Illũ tibi cõmendo. Teste Vlpiano in leg. fideicommissa. de Legat.iij. Diuus Pius rescripsit, fideicõmissum nõ deberi. Aliud est enim personã cõmendare, aliud uoluntatem suam fideicommittentis hæredibus insinuare. Spiegelius.

Illud, aut illud utrũ elegerit legatarius, nullo à legatario electo, legatum ad hæredẽ transmittitur: autor Paul. in l. illud. ff. de opt. leg. Sp.

Infans dulcissima. Scæuola de Legat.iij. reliquũ omne, inquit, reddas & restituas Meuiæ infanti dulcissimæ. Spiegelius.

In primis sciant hæredes mei nullam pecuniam esse penes uxorem meam, sed nec aliud quidquam, ideoq; eam hoc nomine inquietari nolo. Hæc uerba quem sensum habeant, Modestinus indicat. de Legat.ij. l. Titia. §. cum Seius. Sp.

Lances numero duas leues, quas de sigillaribus emi, dari uolo. Ad inde natum thema, Scęuola respõdet in l. pen. de Legat.iij. Accursius Iurisconf. responsum non intellexit, ut nec uir quidam doctus, multique nominis inter causidicos. de quo latius Alexander lib.iij. cap. iiij. Spieg.

Lecticarias octo, aut pro his in homines singulos certam pecuniam, utrũ legatarius uolet. Vide Pomponium in l. si ex toto. §. si ita legatum sit. de Legat. primo. Spiegelius.

Libertis dari uolo, quæ uiua præstabam. Vide Papinianum in fine. l. Seio amico. ff. de Annuis legatis. Spiegelius.

Libertus medicus, medicamentorum sumptum quando non rectè petit, Papinianus indicat in præallegata l. Seio. Spiegel.

Libertis meis omnibus alimẽtorũ nomine singulis annuos denarios duodecim ab hęrede dari uolo, si ab uxore mea nõ recesserint. Hanc speciẽ Scæuola expedit in l. Mæuia de Ann. legatis. Sp.

Libertis meis, quibus nominatim nihil reliqui, quæ uiuus præstabam, dari uolo. l. Sempronio. ff. de Vsu & usufruct.

Libertis libertabusq; meis, & quos in codicillis manumisi, fundũ ubi me humari uolui, dari uolo, ut qui ab his decesserit, portio eius reliquis adcrescat, ita ut ad nouissimum pertineat, post cuius nouissimũ decessum ad rempublicam Arelatensiũ pertinere uolo. Hoc amplius libertis libertabusq; meis habitationes in domo, quandiu uiuent. Sed Pactiæ & Trophimæ diętas omnes, quibus uti consueuit. Quam domum post mortem eorum ad eandẽ rempublicam pertinere uolo. Scæuola explanat in l. codicillis. ff. de Vsu & usufr. Spieg.

Lucio Titio prædia mea illa cum prætorio, sicut à me in diem mortis possessa sunt, do. Paulus protulit, instrumentum rusticum, & omnia quæ ibi fuerunt

sunt, quo domus fuisset instructior, deberi côuenit: colonorum reliqua non debêtur. l. prædijs. de Leg. iij. Lege, Reliqua actorum & colonorum. Sp.

Lucio Sempronio lego omnem hęreditatem Publij Mæuij. Papinianus elucidat in leg. cum filius. de Legat. ij.

Lucio Titio, si is hæredi meo tabellas quibus ei pecuniam expromiseram, dederit, cêtum dato. Hoc legatum explicat Iurisconf. in l. ab omnibus. §. primo, de Legat. j. Spiegelius.

Lucio Titio fundum Seianum, uel usumfructum fundi Seiani lego, Marcello respondente de Legat. ij. potest legatarius uel fundû uindicare uel fructû: quod facere non potest is, cui tantum fundus legatus est. Spiegelius.

Lucio Titio marito meo, cui maximas gratias ago, dari uolo supra dotê, quâ ei dedi, tot aureos. Vide Paul. in leg. Seia cum nuberet. ff. de Dot. releg.

Lucio & Titio eorumúe cui fundû do, lego, Iuliano teste, utiliter legatur his uerbis, Et si uterq; uixerit, utriq; si alter, alteri totum debebitur. l. si quis testamento. §. his uerbis. de Legat. j. Sp.

Lucio Titio tot, & hoc amplius, uxori & liberis eius tot, Africanus dubitâdû nô esse ait, quin legatû maneat, quem uide de Legat. j. §. si ita scriptum.

Lucio Titio tritici modios centum, qui singuli pondo centum pendeant, hæres dato. Vide Iabolê. in l. quidem. ff. de Trit. legat. Spieg.

Lucio Titio auri pondo tria, quæ uiua præstabâ. Scæuola enarrat thema. §. fin. l. Titia hærede. ff. de Ann. legat. Spieg.

Lucius Titius hęres meus quinq; aureos Thitaso dare damnas esto: deinde alio loco ita legatû fuerit, Publius Mæuius hæres meus Thitaso quinque aureos dare damnas esto, Pompo. interpretatur. de Leg. ij Spiegelius.

Lucius Titius & Caius Seius Publio Mæuio decem dare damnas sunto. Paulus ostendit ex Sabini mente, l. ciuitatibus. de Legat. j.

Lucio Titio bono uiro, cuius obsequio gratias ago, dari uolo annuos (quandiu uiuet) aureos decê, si rebus nepotis mei interuenerit, omnéq; administrationem rerû nepotis mei ad sollicitudinem suâ reuocauerit. Scæuol. casum elegantê extricat elegâter in l. Mæuia. ff. de Ann. legat. Sp.

Lucius Titius Seiæ hæredi suæ, quam pro parte dimidia institui, salutem. Mæuium libertum meum, quem in testamento pro parte dimidia hæredem instituî, eam partem hæreditatis ueto accipere: cuius in locum partemúe eius Publium Sempronium dominum meum hæredem esse uolo. Vide Scæuolam in l. cum quis decedens. §. Seiam & Męuium. de Legat. iij. Spiegelius.

Lucius Titius hæres meus, aut Męuius hæres meus, decê Seio dato. Legatû hoc interpretatur Pôp. in l. si ex toto. de Leg. j. Spieg.

Lucius Titius hoc meum testamentum scripsi sine ullo Iurisperito, rationem animi mei potius secutus, quàm miseram & nimiam diligentiam. Et si minus aliquid legitimè minusúe peritè fecero, pro iure legitimo haberi debet hominis sani uoluntas. l. pen. §. fin. de Legat. ij.

Mando filiæ meæ, pro salute ipsius sollicitus, ut quo ad liberos tollat, testamentum non faciat. Ita enim poterit sine periculo uiuere. Sensum pete à Papiniano, de Legat. ij. l. cum pater filios. §. mando Sp.

Medico Sempronio quæ uiua præstabam, dari uolo, iuxta Papinianû in l. Seio amico. ff. de Ann. legatis. ea uidentur relicta quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis uoluntatem habuerunt. Spiegelius.

Męui fili, quod iam tibi maximam partem facultatum dederim, contentus esse debes fundo Semproniano cum suis inhabitantibus, id est, familia, & quæ ibi erunt. & infrà: Argentum omne & supellectilem (quodcunq; habeo) tibi do, & quidquid in prædio Semproniano habeo. Vide Paulum in l. quæsitum est. de Leg. iij. Spiegelius.

Męui & Semproni dulcissimi filij pręcipitote omne, quidqd ex hæreditate bonisúe Titij domini mei patris uestri ad me peruenit mortis eius têpore: ita tamen ut omne onus eiusdê hæreditatis, tam in pręteritû, quàm in futurû, nec nô etiâ si quid post mortem Titij domini mei solui, agnoscatis. Extant hæc uerba apud Scæuol. quorum & sensum ille aperit in l. penult. de Legat. ij. Spieg.

Mæuio infanti alũno meo, quadringenta dari uolo, quæ ad te Seia suscipias, & usuras eius quincûces in annum usq; uicesimum ætatis præstes, eumque suscipias, & tu earis. Vide Scæuolam in l. à filio. ff. de Alim. legat. Spiegelius

Mæuio liberto meo nihil de me merito dari uolo lagenas uini uetusti centû quinquaginta, l. cû quis decedens. §. Seiam & Męuium. de Leg. iij. Sp.

Mulos duos, qui mei erût, cû moriar, Seio hæres dato, Iulianus interpretatur. de Leg. iij. Sp.

Nigidium, Titium, Dionem, libertos meos senes, & infirmos, peto, in locis in quibus nunc agunt, senescere patiamini. Vide Scæuolam in l. Sempronio. ff. de Vsu & Vsufr. Spiegelius.

Nisi hęres meus uoluerit, illi decê dare uolo. quasi côditionale fideicômissum est Vlpiano: quê uide in leg. fideicommissum. de Legat. iij. Spieg.

Non uolo autê, ut à meis hæredibus ædes meæ ueneât, illarúue nomine pecunia mutua accipiatur: sed ut apud eos (siue filij, siue nepotes sint) in omne æuû inuiolabiliter pmaneant. Si quis uerò eorû partem suam uel uendere, uel in causam mutui obligare uoluerit, saltem cohæredi suo eius uendendi uel obligandi potestatem habeto. Quod si aduersus ea quis fecerit, quidquid eius rei gestum esse dicetur, id infirmû atq; irritû esto. Hæc Græcè extant in §. instituto filio. l. Lucius Titius, de Legat. ij. Haloander noster ea uertit proximè Iurisconsultorum phrasim attingens, ab Alciato neglectâ. Scæuola uerò interpretatus est ibidem. Spieg.

Nullo modo prædium suburbanum aut domum hæres alienet. Hæredis hæres alienauit. Quid iuris? Scæuola respondet in lege Lucius Titius. de Legat. ij. ff. Spiegelius.

Omnibus libertis libertabusq; meis cibaria & uestiaria, quæ uiua præstabam, dari præstariq; uolo. Adi Scęuolâ in l. à filio. §. fin. de aliment. legat. Sp.

Omnibus libertis meis cibaria præstabitis pro arbitrio uestro: non ignorantes, quos ex his charos habuerim. cætera quæ huc faciunt, explicat Modestinus, leg. uerba testamenti. ff. de Alim. legat. Sp.

Omnibus autem libertis meis, & quos uiuus, & quos his codicillis manumisi, uel postea manumisero: contubernales suos, item filios, filias lego, nisi si quos quásue ad uxorem meam testamento pertinere uolui, uel ei nominatim legaui legauero. l. uxorem. de Legat. iij.

Omnibus, quos, quasúe manumiserim, siue his tabulis, siue quibuscunque alijs filios filiasúe suas omnes concedi uolo. Scæuola exponit in fin. l. cû quis

 dece-

decedens.de Legat.iij.Spieg.

Ouium grege legato, & arietes & agnos deberi nemo dubitat.Modestinus ait, in fi.l. Seruis legatis. de Legat.iij.Spiegelius.

Pamphilo liberto hoc amplius, quàm codicillis reliqui, dari uolo centum: & scio omnia, quæ tibi Pamphile relinquo ad filios meos peruentura, cum affectionem tuam circa eos bene perspectam habeam. Quid his uerbis ueniat accipiendum, Scęuola aperit, de Legat.iij.in prin.l.Pamphilo.Spieg.

Patrimonij mei reditum omnibus annis uxori meæ dari uolo. Aristo respondit, ad hæredē uxoris non trāsire: quia aut usufructui simile esset, aut huic legato in annos singulos. Vide Vlpianum de Vsu & usufruct.Spiegelius.

Pecunia, quam Titio liberto meo & alumno legaui, esse uolo penes Publium Mæuium usque ad uicesimum quintum annum ętatis eius, proque ea computari cum eo usuras quadrantes. Quantum autem ei statuēdū sit in sumptum, tu Publi Mæui (cum patris affectū ei præstare debeas) æstimabis.Lege Scæuol. de Ann. leg. l. liberto suo. §. Largius Euripianus.Spiegelius.

Pertinent hi codicilli ad uxorem & filium.Primū rogo, sic inter uos agatis, ut me uiuo egistis. itēq; rogo, Quidquid aut ego reliquero, aut uos, ipsi habetis, commune uobis sit.Scæuola explicat l. fin.§.Lucius de Legat.ij.Spieg.

Peto à te domina uxor, ne ex fundo Titiano partem tibi uendices, cum scias me uniuersam eius fundi emptionē fecisse, sed beneficio affectionis & pietatis, quam tibi debui, eandē emptionem (cū numis meis cōparassem) tecū cōmunicasse. Vide l. uxorē. de Legat.iij.in prin.Spiegelius.

Peto à te filia, ut acceptis ex hęreditate mea in portionem tuam centum aureis & prædio Tusculano, partem hæreditatis restituas matri tuæ. Hæc uerba Papinianus interpretatur mox à prin. l. cū pater filios.de Legat.ij.Spiegelius.

Peto à te filia mea, ut dotalem cautionē post mortem meam mutes, & ita renoues, ut fratres tui dotē stipulentur hoc casu, ut si sine liberis uno pluribusue in matrimonio morieris, dos ad eos perueniat.Ibidem.§.Fideicommisit.

Peto à te Titi, fideiq; tuæ cōmitto, uti curam cōdēdi corporis mei suscipias, & ꝓ hoc decē aureos è medio pręcipito.Scæuola exponit l.pe.de Legat.ij.

Peto, cum morieris (licet alios quoq; filios susceperis) Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei. Papinianus enarrat in l. cum filius.§.pater.de Legat.ij.Spieg.

Peto ut fundum in meum Campanum Genesiæ alumnę meę adscribatis ducētis aureis, uti est, l. quæ situm.de Legatis tertio.

Peto fundum meum ita, uti est, alumnæ meæ dari. Scæuola interpretatur l. qui habebat. de Legat. iij.Spiegelius.

Peto Luci Titi, ut contentus sis centum aureis, item peto pro parte tua contentus sis Luci Titi centum aureis. Papinianus hęc uerba explicat in princ. l. Peto Luci Titi.de Lęgat.iij.& paulo pòst illud: Peto pro hæreditate, quam tibi reliqui, quæ ad fratrem meum iure legitimo rediret, contentus sis centum aureis.Spiegelius.

Peto uti uelis cohæredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quem amplius te recipere iussi. Clodium uerum nepotem meū, cognatum tuum. Bar. Ex his apud Scæuolam uerbis in fin. l. Lucius Titius colligit, uerba institutionis ad alium, quàm institutum directa habere uim fideicommissi, & §.fin.l.pater filium.de Legat.iij.

Quanta pecunia dotis nomine, & reliqua: pro ea quinquaginta hęres dato.leg.cum scriptum esset. ff.de Dot.releg.

Prędia quæ ad eos ex bonis meis peruētura sunt, nulla ex causa abalienent, sed conseruent successioni suæ, deq; ea re inuicem sibi caueant. l. pater filiū. 10 §.pen.de Legat.iij.Spieg.

Prędiolū meū dari uolo libertis libertabusq; meis, & quos hoc testamento manumisi. & Seiæ alumnæ meæ, ita ne de nomine familiæ meæ exeat, donec ad unum proprietas perueniat.Lege Scæuolam.de Legat.ij.l.pen.§.Lucius Titius.j. Spiegel.

Præsentibus & cōsentientibus fratre & matre puellam nubere, apud Scæuolā in thematijs. l. uxorē. §. testamento.ij.de Leg.iij.Spiegelius.

Præstari uolo Philoni, usque dum uiuit, quinqua 20 gesimam omnis reditus, quæ ex prædijs à colonis uel emptoribus fructus ex cōsuetudine domus meę præstatur, Scęuola declarat in l.liberto suo. de Ann. leg.Spiegelius.

Proprietatem autem eorum quæ suprà scripta sunt, reuerti uolo ad filias meas, quæúe ex his tunc uiuent. Vide Scæuol.in leg. filios hæredes.ff.de Vsu & usufruct.

Propter res uniuersas, quæ mihi cum fratre meo, patruo uestro, cōmunes sunt, quas ęstimationis con 30 stiterit esse uniuersas, duo millium aureorū fidei uestræ cōmitto, uti pro portione uestra mille aureos à Lucretio patruo uestro accipiatis. Scæuola sensum indicat leg.fin.§.j.de Legat.ij.Spiegel.

Publio Mæuio dominulo meo ab hęredibus meis dari uolo, pueros quinq; ex meis, duntaxat intra annos septem.Scæuola elucidat in l.uxorem.§.testamento.j.de Legat.iij.Spiegelius.

Publio Mæuio omnes iuuenes, quos in ministerio habeo, dari uolo. Vide l.nō aliter.ff.de Legat. iij. 40

Quæ uxori meę iure donauero, ea ei lego.uel ita, Quæ uxori manumissionis causa donauero, Africanus inutile legatum pronunciat.l.si quando quis.de Legat.j.Spiegelius.

Quanta pecunia ex hęreditate Titij ad me peruenit, tantum hæres meus Seio dato.Hęc uerba interpretatur Iabolenus in l. qui concubinam. §. cum ita.de Leg.iij.Spiegelius.

Quantam pecuniam hæres meus à Titio exegerit, tātū Męuio dato.Paul.exponit de Legat.secūdo. 50 Quāti id in eo anno plurimi fuit, tantū ęs dare domino, damnas esto.leg.ij.ff.ad Leg.Aquil.Sp.

Quantum hæres meus habebit, tantum Tithaso dari uolo: pro eo est, quasi ita sit scriptum, Quantum omnes hæredes habebunt. Quod si ita fuerit, Quantum unus hæres habebit, tantum Tithaso hæredes meos dare uolo: minor pars accipienda erit, quæ uenit in legato. Pomponius autor de Legat. ij. Spiegelius.

Quæ à filio meo legaui, quęq; eum dare iussi, si 60 mihi hæres esset: id hæres meus ijsdem diebus dato. sed si ita repetita fuerint, Legata, quæ à filio meo legaui, hæres meus dato: purè repetita uidebuntur legata, duntaxat monstratione eorum facta.l. si quis filio.de Legat.j.Spieg.

Quę Lucius Titi9 mihi debet, ea hęres meus Cornelio dare damnas esto. Vlpian.ait nihil amplius ex hoc legato, quā actiones suas hæres pręstare debet.

Quæ legata peto decuriones, & rogo, ne in aliam spo-

speciem aut alios usus conuertere uelitis. Vide Sceuol. in l. quidam prædia. ff. de usu & usufruct. Sp.

Quæ pecunia propter uxorem meam ad me peruenit, quinquaginta, tantundem pro ea dote hæres meus dato. Iulia. explanat in l. cum scriptum esset, in prin. ff. dot. releg. Spiegel.

Quas pecunias legaui, quibus dies appositus nō est, eas hæres meus, annua, bina, trina die dato. Talis scriptura, teste Vlpia. ad corpora legata non pertinet: sed ad ea, quæ pondere, numero, mensura, continentur: ad ea tantum legata pertinent, quibus dies non est appositus. de leg. j. Spieg.

Quæq; eius causa parata sunt. Paulo teste, hæc adiectio legatum aliàs plenius efficit, aliàs exiguius. Id enim significat, & si quid præter ea, quæ dicta sunt, eius causa paratū est minuitur, detracta coniunctione Que: quia ex omnibus supra comprehensis ea sola definiuntur, quæ eius causa parata sunt. l. ea tamé. de legat. 3. Spiegelius.

Quæcunq; in legatis reliqui, uel dari præcepi, ab Atticiano filio meo & hærede dari pręstariq; iubeo. deinde subiecit in pręceptione relinquenda filię suę hæc uerba: Paulinæ dulcissimæ filiæ meæ si quæ me uiuo comparaui, dedi, sibi habere iubeo: cuius rei q̄stionem fieri ueto, & peto à te filia charissima, ne uelis irasci, quòd ampliorem substantiam fratri tuo reliquerim, quem scis magna onera sustenturum, & legata, quæ suprà feci, præstaturum. Spieg.

Quos libertos meos, ubi corpus meum positum fuerit, ibi eos morari iubeo, ut per absentiam filiarum mearum ad Sarcophagum meum memoriam meam quotannis celebrent. l. libertis. §. penult. ff. de aliment. legat.

Quæcunq; primis tabulis dedi, eadem omnia ab hęredibus quoq; hæredis mei in duplum dari uolo. Vide Scæuolam, de leg. 2.

Qui meus erit, cum moriar, hæres, dato: exponitur à Paulo in l. 5. de leg. 2. Iulian. l. seq. conditionem huiusmodi legato iniectam putat. Spieg.

Quidquid in horreo meo erit, modò non sit lègatarij dolo, hoc est, ampliandi legati gratia in horreum illatum. Spiegelius.

Quidquid propter Titiam ad Seium dotis nomine peruenit, tantam pecuniā Seius hæres meus det Titiæ. Vide Modest. in l. Mæuio fundi. de leg. 2.

Quidquid mihi Lucium Titium dare facere oportet, Sempronio lego, nec adiecisset, Præsens in diem ue. Scæuol. in l. si scripsisset de leg. 2. docet. Spieg.

Quidquid in patria Gadibus possideo. Scæuola exponit de leg. 3. l. uxorem. §. legauerat. Sp.

Quidquid ex hæreditate bonisue meis ad te peruenerit, cum morieris restituas. Modest. elucidat in l. quod his uerbis. de leg. 3.

Quidquid erit, cū moriar, in illa regione: & quidquid in quacunq; specie erit in illa regione, & quod meum erit. l. nepoti, de instruct.

Quicquid ex bonis meis ad te peruenerit, restituas. Hæc uerba & fructus à morte testatoris præceptos comprehendunt. Alb. pleraq; indicat loca. Sp.

Quidquid ex hęreditate mea ad te peruenerit, exponitur in §. fi. l. post emancipationem. de leg. 3. Sp.

Quicquid ex hæreditate supererit, quid significet, exponitur in l. deducta. §. final. ff. ad Senatusconsult. Trebell. Spiegelius.

Quicquid mei iuris est in illo fundo, trado. Hæc ut incerta traditio, uana est. l. locus. ff. de acquirend. possess. Spiegel.

Quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit, aut si hæres erit Seius, uel si hæreditatem adierit: subiectū legatum, uel fideicommissum non faciunt conditionale, teste Vlp. in l. 3. de leg. j. Sp.

Quisquis mihi alius ex suprascriptis cum patrono meo hæres erit, ab eo seruos illum & illum Titio lego, quos singulos æstimo uicenis aureis. Interpretatur Iulianus in l. si quis testamento. §. si libertus. de legat. j. Spieg.

Quisquis hæres mihi erit, proximus hæres tantum significatur. ut dicit Paulus in l. ex illa parte. de uerb. signific. Spieg.

Quisquis mihi erit hæres, omnes gradus hæredū complectitur, excepto substitutionis casu: l. si plures. ff. de legat. 3. nam in eo non omnem patris hæredem significat, sed testamentarium tantum. l. ex illa ff. de uerborum signif. & simil. locis per Albericum indicatis. Spieg.

Quisquis mihi hæres erit, damnas esto, Attio hæredi decem dare. Item, Quisquis mihi hæres erit, damnas esto hæredi meo decem dare. Item si hæres nō fuerit. Quo sensu accipienda sint uerba horum legatorum, aperit IC. in l. ab omnibus. de leg. j. Sp.

Quisquis mihi hæres erit, dānas esto dare: fideiq; eius committo, uti det, quantas summas dictauero, dedero, Mætiano referente de leg. 3. His uerbis Aristo res quoque corporales contineri ait, quia & hoc uerbum Quantas, non ad numeratam duntaxat pecuniam referri, ex dotis relegatione & stipulationibus emptæ hæreditatis appareret. & Summæ appellatio similiter accipi deberet, ut in his argumentis, quæ relata essent, ostenderetur. Sp.

Quisquis mihi hæres erit, fidei eius committo, ut det ex reditu cœnaculi mei & horrei, post obitum, sacerdoti & hierophylaci, & libertis, qui in illo templo erunt, denaria decem die nundinarum, quas ibi posui. Ex his uerbis, & Scæuolæ responso de annu. leg. l. annua. Bart. colligit, relictum sacerdoti, uel ministris Ecclesiæ, ipsi Ecclesiæ uideri relictum. Sp.

Quisquis mihi Gallicanarum rerum hæres erit, damnas esto dare: ab omnibus hæredibus uideri legatum, quando ad omnes eos res Gallicanæ pertinent, teste Vlp. in l. 4. de leg. 1.

Quisquis mihi liberorum meorū hæres erit, eius fideicommitto, ut si quis ex his sine liberis decedat, hæreditatis meæ bessem, cum morietur, fratrib. suis restituat. Marcellus declarat in l. Lucius Titius cum duos, paulo ante fin. tit. de leg. j. Sp.

Quisquis mihi hæres, hæredésue erunt, hoc amplius Lucius Eutychus, quàm quod eum hæredem institui, è media hæreditate sumito, sibiq; habeto unà cum Pamphilo: quem liberum esse iubeo, instrumentum tabernæ ferrariæ, ut ita negotium exerceant. Adi Scæuol. in l. pen. de leg. 2. Sp.

Quisquis mihi hæres erit, sciat me debere Demetrio patruo meo denariūm tria millia, & deposita apud me à Seleuco patruo meo tria millia, quę etiam reddi & solui ei iubeo. Sunt apud Scæuolam hæc ipsa uerba interpretantem in l. pen. de leg. 2.

Quisquis mihi hæres erit, omnia libertis meis, quos hoc testamēto manumisi, & quos antè habui, quosq; ut manumittantur pretij, alimentorum nomine, in menses singulos certam pecuniam dato. Vide l. Lucius Titius. de leg. Sp.

Quoad seruiet: uel si fortè seruus Titij erit. apud Martian. ratum est, l. seruo alieno. de leg. j. Sp.

Quod in rerum natura adhuc non sit, legari posse, Pompon. autor est. ueluti quicquid illam ancillā peperisse constiterit. uel ita: Ex uino, quod in fundo meo

meo natum erit, uel fœtu, tantum dato. de leg. j.

Quod mihi Caius debet, id hæres meus Sempronio dare damnas esto. Quod mihi Lucius debet, id hęres meus Mevio dare damnas esto. l. non quocunque. §. qui Caium. de leg. j. Sp.

Quod si aduersus uoluntatem meam facere uoluerit, fundum Titianum ad fiscum pertinere. Ita enim fiet, ut fundus Titianus de nomine nostro nunquam exeat. Vide Scæuolam de leg. 3. l. pater filium. §. fundum Titianum. Sp.

Quod si conditione suprà scripta recipere legatum, legatam sibi pecuniam ciuitas Sebastenorum noluerit, nullo modo hęredes meos ei obligatos esse uolo, sed habere sibi pecuniam. Scæuolam uide in l. liberto suo. de ann. legat. hanc speciem scitè explicantem. Spiegelius.

Quod mihi Titius debet, Mæuio hæres meus dato: quod Mæuius, Seio dato. Declarat Pompon. in l. qui duos reos. de leg. 2. Spiegelius.

Quod Titio infrà legauero, id neq; do, neq; lego. Vide Pompo. ad fin. l. si mihi & tibi. de leg. j. Sp.

Rogo, restituas libertis meis, quibus uoles.

Marcellus putauit, hæredem posse etiam indignũ præferre. At si ita fideicommissum reliquisset, His quos dignos putaueris: petere posse ait eos, qui nõ offenderint. Vide IC. in l. cum quidã ita, de leg. 2. Sp.

Rogo filia, ut bona tua quandoq; distribuas liberis tuis, ut quisq; de te meruerit. Quid hęc uelint uerba, Papin. indicat in l. cum pater filios. de leg. 2. Sp.

Rogo fundum, cui uoles, aut quibus uoles ex familia, relinquas: Papin. ait, rem in expedito fore. Qđ si talia uerba fuissent, Peto ne fundus de familia exeat: hæredis hæredem propter sequens fideicõmissum, quod in exterum collatum est, oneratum, intelligi. l. si unum ex familia. §. sed etsi fundum. Sp.

Rogo fundum, cum morieris, restituas ex libertis, cui uoles. Idem Papin. eleganter interpretatur.

Rogo te Titi, ut acceptis centum, illum seruũ manumittas, uel Sempronio quid præstes: parum quidem aptè scribi, fatetur Iurisconsul. uerũm æquè intelligendum hæredis fideicommissum ad fin. l. si seruus legatus. ff. de leg. j. Sp.

Rogauit Titius, spopondit Mæuius. Hæc uerba, Vlpian. ait, non tantum pactionis loco accipiuntur, sed etiam stipulationis. l. iurisgentium. Quod ferè. ff. de pactis. Spiegelius.

Marcellus de leg. j. Si quid relictum sit ciuitatib9, omne ualet, siue in distributionem relinquatur, siue in opus, siue in alimenta, siue in eruditionem puerorum, siue quid aliud. Sp.

Item rogo, uti reliquum æs alienum, quod ex bonis Aretonis debetur, omnibus creditorib. ex reditibus eorum bonorum soluas, reddas, satisq; facias. l. nomen. §. uni. de leg. 3. Sp.

Seiæ uxori meæ, si omnes res, quæ tabulis dotalibus continentur, hæredi meo exhibuerit, & tradiderit, summam dotis quam mihi pro ea pater eius intulit, dari uolo. Hoc amplius decem. Vide Scæuolam in l. qui dotem. ff. de dot. releg. Sp.

Seio amico fidelissimo, si uoluerit, sic ut meis interueniebat, eodem modo filiorum meorũ negocijs interuenire, annuos senos aureos, & habitationem, qua utitur, præstari uolo, Papinianus exponit. ff. de ann. legat. Spiegel.

Seio seruos decem do, pater eos decem, quos Titio legaui. Item illi, si uolet, Stichum do: Caius declarat in l. si ita legatum sit. de leg. 1. Sp.

Seio, si mihi hæres non erit. & uxori eius Marcellæ argenti libras quindecim dari uolo. Vide Scæuolam in l. ult. §. Seio quem. de leg. 2. Sp.

Sempronio, ea quæ uiuus præstabam, dari uolo. Vide Scæuolam. ff. de usu & usufruct.

Sempronio alumno meo illud & illud. Et cũ per ætatem licebit, militiam illam cum introitu comparari uolo. Hæcque omnia integra. Item Seio liberto meo militiam do lego, quam & testator habui. Vide l. pen. de leg. 3. Sp.

10 Sempronio decem, aut si noluerit, Stichum hominem lego: hoc casu duo sunt legata, sed uno contentus esse debet, teste Paul. l. si quis seruũ. de leg. 2. Sp.

Semproniæ mulieri meæ reddi iubeo ab hæredibus meis centum aureos, quos mutuo acceperam. uide Scæuolam de leg. 3. l. Lucius Titius.

Sempronius sumito prædia mea omnia, quę sunt usq; ad prædium quod uocatur Gaas in finibus Galatiæ, sub cura uillici primi, ita ut hæc omnia instituta sunt. Scęuola de leg. 3. respõdet l. patronus. §. Sempronio ita legauit. Spieg.

20 Seruis Iurisconsultus exęquat quadrupedes, quę pecudum numero sunt & gregatim habentur: ueluti oues, capræ, boues, equi, muli, asini. l. 2. ff. ad leg. Aquil. Spiegel.

Si ad pubertatem peruenerit. Vide l. seruo alieno. de legat. 1.

Si aliter fecerit, exhæres esto, uel perdito legatũ. apud Scæuol. in l. uxorem. §. hæres. de leg. 3. Sp.

Si cui bis legauero, semel ei hæres dato, uel semel 30 debeatur: Vlpianus tractat in l. si ita sit adscriptum. de legat. primo.

Si cui legetur, cum quatuordecim annorum erit. Vtimur, ait Vlpian. certo iure, ut tunc sit quatuordecim annorum, cum impleuerit: & ita Imperatorem decreuisse, Martian. scripsit. cum sic relictum est, Cũ ad quatuordecim annos peruenerit, annua, bima, trima die: legatum est conditionale, & in diem, ut Vlp. docet in l. si cui legetur. de leg. 1. Sp.

Si existimauerit hæres, si comprobauerit, si iustũ 40 putauerit. Vide Vlp. in l. si sic legatũ. de leg. j. & decẽ quæ mihi Titius debet lego, & Titio decem, quæ mihi Seius debet legauero. Item Stichum, aut decem utrum ego uelim. ibid. Spieg.

Si filiæfamiliãs ita legatũ sit, Cum in tutelã suam peruenerit: tunc debebitur, cum uiripotẽs facta fuerit: autor Paul. de leg. 3. Spiegel.

Si ita Titio legetur, fundum Seianum, uel usumfructum eius sibi habeto: duo esse legata, & in arbitrio eius esse, an uelit usumfructum uindicare. Sed 50 & ita leget: Titio fundum do lego, ut eum pro parte habeat: mihi uidetur, ait Vlpianus, posse dici partem habiturum. Videri enim fundi appellatione non totum fundum, sed partẽ appellasse: nam & pars fundi, fundus rectè appellatur, in fine. l. plane. de legat. primo. Spiegelius.

Si nemo filiorum uolet, idem est, ac diceret: Si qs filiorum non uolet, ut Bellonus rectè tradit, cap. 14. lib. 4. Supput. Spieg.

Si mei erunt, cum moriar, serui scilicet ita relicti. 60 Vlp. deberi negat, si modò sensit testatrix, ut ita deberentur, si in solidum eius fuissent. l. Iuliano, iuxta Nor. text. de leg. 3. Sp.

Si morientur cum matre mea, quam pro parte hęredem institui. exponit Scæuola, de ann. legat. l. annua. Spiegelius.

Si morte patris, sui iuris effectus fuerit.

Si Nerua cõsul factus erit, Titius hæres Attio det fundum: si non erit Nerua cõsul factus, Seius hæres Mæuio

Mæuio centum dato: Celsus exponit, in l. si illud. ff. de leg. 2. Spieg.

Si nupserit. Vide Caium, l. non dubium. de leg. 3.

Si primus mihi hæres non erit secundus, Titio decem dato: si secundus mihi hæres non erit primus, Seio fundum Tusculanum dato. utrisq; omittentib. hæreditatem, primo & secundo, quærebatur, substituti, quos eis dederat, an & cui legata præstare debeant. Paul. respondit, ab utroq; substituto legata deberi. l. debitor decem. §. si primo. de leg. 2. Sp.

Si qua filia mihi gignitur, ei hæres meus centũ dato. Declaratur per Vlp. l. qui filiab. de leg. j. Sp.

Si quid in testamento, quod ante hoc tempus feci, legaui, cui dare uolui: peto ab his uti tertiam partem pecuniæ filiæ meæ reddant. l. libertis. §. posthumis. ff. de aliment. leg. Sp.

Si quid cui liberorum meorum dedi, aut donaui, aut in usum concessi, aut sibi adquisiuit, aut ei ab aliquo datum, aut relictum est, id sibi præcipiat, sumat, habeat. Sensum ostendit Scæuola in l. penultim. de legat. 2. Spiegelius.

Si (quod abominor) neque filia mea, neq; nepos meus, hæredes mei erunt, tunc portionem meã partis dimidiæ fundi illius ad libertos meos pertinere uolo. extat apud Scæuol. in l. pen. de leg. 2.

Si sine filijs decedat. Hanc conditionem in testamento patris filio appositam, aliqui de masculis tantum accipiendam putarunt, ut refert Alciatus, quibusdam cõiecturis, quòd uidelicet propriam filiam testator excluserat, & quod ex lege municipali masculi fœminis præferrentur, consuluit ipse (tum enim ius dicebat) quam plurimos notæ prudentiæ patresfamiliâs: an si ipsi illis uerbis testarentur, decedente filio neptem suam excludi uellent. negauerũt omnes, & huiusmodi sermone de utroq; sexu se cõmuniter intelligere professi sunt, scrupulosam recẽtiorum interpretationem omnes uno ore damnantes. Spiegelius.

Si Stichus Seij factus, iussu eius hæreditatẽ adierit, rogo det. Paul. ostendit cur non ualeat eiusmodi fideicommissum, l. sed etsi sic. de leg. 3.

Si Titius hæredi meo cauerit centum Mæuio se daturum, & hæres meus Titio centum dato. Item si Titius hæredi meo cauerit, se in municipio ex centum aureis opus facturum: tunc ei centum aureos hæres meus dare damnas esto. Item, si tabulas chirographi mei hæredi meo reddiderit, hæres meus ei decem dato. item Stichum aut Pamphilum, utrum hæres meus uolet, Titio dato. Item fundum Cornelianum & mancipia, quæ in eo fundo dum moriar, mea erunt, hæres meus Titio dato. Item Titio & Mæuio singulos seruos do lego. Item Titio seruum do lego, Mæuio alterum seruum do lego. Hæc legata per Iulianum explicantur in l. huiusmodi legatum. ff. de legat. j. Spieg.

Si uolueris, Vlpia. tradente, quanquam fideicommissum non debeatur ita relictum, tamen si ita ascriptum fuerit: Si fueris arbitratus, si putaueris, si existimaueris, si utile tibi fuerit uisum, uel uidebitur. Non enim plenum arbitrium uolũtatis hæredi dedit, sed quasi uiro bono fideicommissum relictũ. l. fideicommissa. §. quanquam. de leg. 3. Sp.

Si mihi Mæuia & Nigidia filiæ meæ hæredes erũt, tunc Mæuia è medio sumito, præcipito, sibiq; habeto fundos meos illum & illum, cum casulis & custodibus omnium horum fundorum, & cum omnibus his agris, qui ad coniunctionem cuiusq; eorum fundorum emptione, uel quolibet alio casu obtigerint. Item cum omnibus mancipijs, pecoribus, iumentis, cæterisq; uniuersis speciebus, quæ in ijsdem fundis, quóue eorum cum moriar erunt: uti optimi maximiq; sunt, utiue eos in diem mortis meæ possedi, & (ut plenius dicam) ita uti claudentur. Speciem horum uerborum Paulus recitat, de legat. 3. & enucleat ibidem. Spiegelius.

Si te hæredem solum instituam, & scribã: uti monumentum mihi certa pecunia facias. Pompon. declarat in l. Q. Mutius. de ann. leg. Sp.

Sibiq; eos habere, possidere uolo, ea lege & conditione, ne quis eorum partem suam uendere, donare, aliúdue quid facere alij uelit. quod si aduersus ea quid factum erit, tunc eas portiones prædiúmue cũ taberna ad rempub. Tusculanorum pertinere uolo. Ad speciem, quam subdit Scæuola in l. pater filium. §. quindecim, respiciendum tibi est. Sp.

Si Stichus & Dama serui mei in potestate mea erunt, cum moriar, tunc Stichus & Dama liberi sunto, & fundum illum sibi habēto. Iabolenus elucidat in l. qui concubinam. de leg. 3.

Sticho seruo meo hæres quinq; dato. & si Stichus hæredi meo per biennium seruierit, liber esto. l. qui concubinam. §. cum testamen. de leg. 3. Sp.

Stichum Sempronio do lego. Si Sempronius Stichum intra annum non manumiserit, eundem Stichum Titio do lego. Vide Iulia. in l. si quis testamento. de leg. j. Spieg.

Stichum aut decem hæredes danto. Celsus ait, non potest alter hæredum quinq;, alter partem Stichi dare: sed necesse est utrunq;, aut Stichum totũ, aut decem soluere.

Stichus nutricis meæ nepos liber esto, cui decem aureos annuos dari uolo. l. Stichus. ff. de alim. legat.

Taberna purpuraria. Paul. de leg. 3. Pater filiæ tabernam purpurariam, cum seruis institoribus & purpuris quæ in diem mortis ibi fuerũt, legauit: neque precia purpuræ condita, neq; debita, neq; reliqua legata contineri placuit. autor est. Sp.

Tabernam meam, uti nũc est, do lego. Vide Pompon. in l. j. de seru. leg.

Titio fundum do lego, si hæredi meo decem dederit. Vide l. si quis testamento. de leg. j.

Titio cum Seio do lego. Martianus ait, utrisq; legatum est, sicut si fundus cum domo Forniana legatus esset. Spiegel.

Titius & Seius hæredes sunto: si Titius & Seius hæredes non erunt, Caius hæres esto. quo sensu hæc uerba accipienda sint, pulchrè disserit Alciat. Parer. lib. v. cap. vij. Spieg.

Titio filio nomina ex Calendario, quæ elegerit filius meus sibi, uiginti dare damnas sunto sine dolo malo.

Titio fundum detracto usufructu, lego, uel Seio eiusdem fundi usumfructum hæres dato. l. si alij. ff. de usu & usufruct.

Titio Seiana prædia, sicuti cõparata sunt do lego. Casum habes apud Paul. in l. prædijs. de leg. 3. Sp.

Titio Stichum do lego, si Pamphilum non elegerit. simile est, atq; ita legatum fuisset, Titio, Stichum aut Pamphilum, utrum eorum uolet, do lego. l. cum ita. ff. de opt. leg. Sp.

Titio usumfructum fundi lego: quotiesq; capite minutus erit, eundem usumfructum ei do. Caius explicat in l. in singulos. ff. de ann. leg. Sp.

Titio hoc amplius dari uolo decem aureos, quos mihi hæredes Caij Seij debent, aduersus quos ei actionem mandari uolo, eiq; eorundem pignora tradi.

di. Vide Scæuolam de legat.iij.l.nomen.

Titio centum aureos hæres præsenti dato. Vide Papin.de leg.3.

Titia uxor mea tantulam partem habeat, quantulam unus hæres. Adi Iabolenum de leg.3. l.qui concubinam.§.primo.

Titię textores meos omnes, præterquã quos hoc testamento alijs lęgaui, lego. Plotiæ uernas meos omnes, præterquam quos alij legaui, lego. Vide Pompon. de leg.j. Ibid. in fin. l. Titię. nihil differt, idẽ Pompon. ait, utrum ita legetur Titio & Mæuio: an ita, Titio cum Mæuio: utrobiq; enim coniunctim legatum uidetur. Bart. ex hoc tex. colligit, Inter & Cum nihil distare ad personas relata. Sp.

Titiæ amplius, quàm dotẽ, aureos tot hæres meꝰ dare damnas esto: manifestum est, inquit, Iulian. dotem quoq; relegasse, l. qui ita legat. ff. de dot. rel.

Titiæ uxori meæ quanta pecunia ad me ex stipulatione dotis eius nomine peruenit, quæ dos est dotalibus duobus consignatis instrumentis centũ aureorum. l. ult. ff. de dot. releg.

Stichum aut Pamphilum, utrum hæres meus uolet, Titio dato: dum utrum uelit dare, eo die quo testamentum meum recitatum erit dicet: Pompon. interpretatur in l. statu liber. de leg.2. Sp.

Stichus, si decem Titio dederit, uel Capitolium ascenderit, liber esto. Legatum esse utile, autor est Iulian. in l. quæsitum est. §. j. de leg.1. Sp.

Stichus liber esto: & ut eum hæres artificium doceat, unde se tueri posʃit, peto. Verba huius fideicõmissi interpretatur Caius de leg.3. l. Stichus.

Te Titi rogo, fideiq; tuæ committo, ut margarita quæ tibi pignori dedi, uendas: & deducto omni debito tuo, quod amplius erit, id omne filiæ meę restituas. Africanus quomodo sit accipiendum: tradit in l. si seruus legatus. §. qui margarita. de leg. j. Sp.

Te rogo Luci Titi, ut ab hęrede tuo petas dari Męuio decem aureos. Paul. respondit, utile futurum fideicommissum, scilicet ut mortuo Titio, ab hærede eius peti posʃit. l. sed & si sic. de leg.3. Sp.

Te fili rogo, ut prædia quę ad te peruenerint, pro tua diligentia diligas, & curam eorũ agas, ut posʃint ad filios tuos peruenire. Secundum Vlp. magis consilium exprimunt, quàm fideicommissum. Cętera uide in l. fideicommissa. §. hæc uerba. de leg.3. Sp.

Tite fili hoc ampliꝰ de medio sumito legata mea, quæ mihi tam pater tuus præsens, quàm Clælius iustus frater patris reliquerunt. Scæuola explicat de leg.3. in l. uxorem. §. fœlicisʃimo.

Vt habeant, unde se pascant. Aburnio exponente l. pen. de aliment. legat. hæc adiectio magis ad causam prælegandi, quam ad usumfructum constituendum pertinet. Spieg.

Ventrem cum liberis in posʃesʃionem esse iubeo. Vide Martian. in l. si quis legauerit. de leg. j.

Veto autem ædificium de nomine meo exire: sed ad uernas meos, quos hoc testamẽto nominaui, pertinere uolo.

Vina mea, & uestem meam. Vide Pompo. in l. nuper. ff. de leg.3. Spieg.

Volo prædia dari libertis meis. Quod si quis eorũ sine liberis uita decesserit, partem eius ad reliquos pertinere uolo. Vide Papin. in l. cum pater filios. §. uolo. ff. de leg.2. Spieg.

Volo, ut omnia quæ subiecta sunt, firmitatem habeant. Maximo domino meo denariũm quindecim millia, quę depositi nomine à Iulio Maximo patruo eius accepi, ut illi cum in uirum prouectus esset, restituerem: ut maximè cum usuris in triginta millia excurrant, ei restitui uolo. sic enim patruo eius iuraui. Hunc locum Haloander noster ita uertit Latinè, qui Græcè extat apud Scæuolam in l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg.3. Sp.

Vxori præter id quod à Mæuio annui nomine accipiebat, aureos centum dari uolo, Papin. ait, annuũ uidetur, & semel centum aureos reliquisse. l. Seio amico. ff. de ann. leg.

Vxori meæ usumfructum lego bonorum meorũ, usq; dum filia mea annos impleat octodecim. Vide Scæuolam. ff. de usu & usufr. Sp.

Vxor mea, quicquid ei comparaui, & quod mihi dedit, è medio sibi sumat. l. ult. ff. de dote releg.

Vxori meæ, dum cum filio meo Capuæ erit, hæres meus ducenta dato. Iabole. exponit in l. qui concubinam. §. pen. de leg.3. Sp.

Vxori meæ, quicquid uiuus dedi, donaui, usibusq́ue eius comparaui, concedi uolo. Scæuol. declarat in l. uxori suæ. §. j. de leg.3.

Vxoris causa parata. Vlp. de leg.3. hoc legatũ ait, generale est, & continet tam uestem, quàm argentũ, aurum, ornamentum, cæteraq; quę uxoris gratia parantur. Sed quæ uidentur uxoris gratia parata? Sabinus ita scripsit: Quod in usu frequentisʃimè uersatur, ut in legatis uxoris adijciatur, quod eius causa paratum sit, hanc interpretationem obtinuit: quod magis uxoris, quàm cõmunis promiscuiq; usus causa foret paratum. Lege item, Quæq; eius causa parata sunt. &, Emptum. Spiegelius.

Vxori meæ uestem, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentum, quod eius causa factum, paratumq; est, omne do lego. Trebatius hæc uerba, Quod eius causa factum, paratumq; est: ad aurum & argentum duntaxat referri putat, Proculus ad omnia. Quod & uerum esse, Iabolenus testis est, de legat.3. Spiegelius.

Vxori meæ lateralia mea (aliàs, lateralia) uiatoria, & quicquid in his conditum erit, quæ membranulis mea manu scriptis continebantur, neq; exacta erunt, cum moriar, licet in rationes meas translata sint, & cautiones ad actorem meum trãstulerim. Ad casum horum uerborum ergo Scæuola respõdet in l. pen. de leg.3. Spiegelius.

Finis Legatorum.

LEGATVS dicitur ille, q̃ missus est, & cui mandat proconsul iurisdictionem, & dicitur legatus proconsulis. l. legatus. ff. de offic. proconſ. & l. & legatus domini Papæ dicitur. de cuius officio tractat tit. de off. leg. lib.6. Io. Bello. Etym. Est igitur legatus inter cætera Vicarius quem cedere oportet redeunte Imperatore aut consule. Est enim locũ tenens & fiduciariam superioris operam obtinens Bud. in l. posteriore. ff. de orig. iuris. Solent proconsules ob rerum gerendarum multitudinem in prouincia legatos statuere, qui non propria, sed mandata iurisdictione utuntur, quos priùs quàm in prouinciã peruenerint, sibi substituere posʃunt. Atq; hoc modo intelligitur legatus. ff. & C. in tit. de officio proconſ. & leg. Vbi ea, quæ de legato adfert officia Fenestella, lib. de magist. Rom. c.27. colliges, & plura alia. Cæterùm, iure canonico, tit. de officio leg. aliter accipitur legatus, Pro cuius rei intelligentia, præmittendum est ex D. Io. Corrasio, quod ille scribit, c.3. eius paraphrasis sacerdot. nempe legatorũ triplex fuisse ius. Aut. n. dicuntur à latere, aut misʃi, aut legati. Quorũ illi proximi põtificiæ ꝑtãti sunt. c. mãdata. de pręsump. Sic uocãtur cardinales, qui à papæ latere in certã ꝓuinciã desti-

destinantur.c.ad eminentiam. de sentent.excomm. Reliqui uerò, qui à sede apostolica mittuntur, nô ex principis latere assumpti,missi appellantur ab interpretibus,incognito legislatori uocabulo,qui hos nô missos,sed legatos simpliciter uocat.tot.tit. de offic. legat. Sunt & alij, qui suarum prætextu ecclesiarum legatione funguntur,c.j.de offic.leg.in 6. ut Eboracensis archiep.c.j.de appell.& Cantuariens.c.j.de offic.leg.quos ideo Hostien.& alij,nouo uocabulo,natos uocant, quia legati nascuntur, dum his ecclesijs præficiuntur.Io.Monachus c.j.de offic.leg.in 6.Sed quoniam Cardinalium meminimus obiter, non indignum fuerit intelligere, quo tempore Cardinaliũ nomen in usu esse cœpit.Temporibus igitur Henrici nigri Cæsaris Germani xv. & Clementis secundi cxv. papæ(ut author est Ioan. Carion lib.3.Chron.) Cardinalium nomen in usu esse cœpit.Vnde æstimari potest hanc ipsam dignitatem in ecclesia uetustiorem non fuisse. Anno enim Christi M.XL.Henricus ille(scilicet III.)imperare cœpit, & regnauit annos decem & septem,ut idem Carion author est. Est & legatus qui mandata sui principis refert, & nunc orator appellatur. l.Iulia.ff.ad l.Iul.de ui publ.

LEGATVS mandata sibi iurisdictione iudicis, dandi ius non habet secundum Paul. in l.legatus.ff. de off.proconſ.& leg.Inuenio tamen, quòd Politianus uir doctiss.in suis Miscellaneis,centuria 1. c.78. refert, in archetypis Pisanis negatiuam Nô minimè legi, maleq; hic secundum eum additam esse. & hoc etiam sensit eodem loco glossator noster. quod ad multa conferre uidetur: & maximè,quia euadimus difficile contrarium.l.à iudice.C.de iud.& l.prætor. circa prin.eod.tit.in Pandectis.cum quibus iuribus hoc modo concordabitur. & istam lectionem etiam approbat Lud.Bologninus. Cotta.

LEGATIVVM,ut Martian. de mune.& honor. ait,dicitur uiaticum, quod interdum solent accipere legati,qui ad sacrarium principis mittũtur.Maff.

LEGE agere, est in iure id quod lege aliqua institutum est,agere.Itaq; legis actiones sunt formulæ agendi in iure apud eum qui iuri dicũdo pręest.uelut:Emancipatio,abdicatio,adoptio,manumissio per uindictã,in iure cessio,Tutoris in iure datio, postulatio iudicij recuperatorij, postulatio bonorum ex edicto, stipulationes & satisdationes quæ in iure fiunt.Hinc Magistratus apud quem legis actio est, dicitur is apud quem aliquid eorum agere ius est. Modestinus l.4.ff.de adopt.Magistratus apud quem legis actio est,& emancipare filios suos,& in adoptionem dare potest. Martianus l.secunda.ff.de off.proconſ. Apud legatum uerò proconsulis nemo manumittere potest, quia nô habet iurisdictionem talem. Vlpian. Nec adoptare potest. omnino enim non est apud eum legis actio.Idem l.ff.de off.iurid.Adoptare quis apud iuridicum potest: quia data est ei legis actio.Paul.Sent.lib.2. Apud magistratus municipales,si habent legis actionem, emácipari & manumitti potest.Sed de legato quęsitum est, propter l.apud proconsulẽ,ff de manu.uind. Ego rem sic distinguerem,ut ciuis Rom. ciuem Romanum facere apud legatum non posset: peregrinus uerò liberum è seruo facere etiam apud Procõsulis legatum posset. Legati enim proconsulum ius dicebant, ut ex Pandectis patet,& ex Epist. Ciceronis lib.13.& oratio.pro Flacco. Legis autem actionem ciuium Romanorũ propriam fuisse,locus ex eadem oration. quem subijciã demonstrat.Q. Naso iudex sumitur,qui cum sententiam secundum Plotium se dicturum ostenderet, & ab eo iudice abijt, &, quòd iudicium lege non erat, causam totam reliquit. Sic enim uetus codex legit, cum in uulgatis ABIRET nullo sensu scriptum sit. Loquitur autem de Heraclide peregrino,qui cum ciue,senatore, C.Plotio agebat. Patet etiam ex Fabij libro tertio,capit.sexto, infames lege agere non potuisse. Non habes ius abdicandi: quia ignominiose non est actio. habeo ius,quia abdicato actio non est. quæritur quid sit actio: id est, quid sit legis actio. Hotomannus.

LEGE hac,pro hoc iure, hac cõditione, uel hoc pacto. Alber.indicat exempla.Spiegelius.

LEGE obuenire, hoc est, per legem contingere: ut obuenire hæreditate dicitur, quod nobis per hæreditatem contingit.Vlp. Excipiuntur autem arma,quæ quis commercij causa habuerit,hæreditate ue ei obuenerint.Spiegelius.

LEGE rogatum est, hoc est, solenniter decretũ. Forma enim legis rogandæ hæc erat. Primùm deliberabatur à senatu consultante, num utilis esset lex tum ferenda:deinde si è republ.uidebatur, proponi solebat populo tribus nundinis: tertio autem nundinarum foro rogabatur populus à consule,hoc est, interrogabatur, an id placeret, quod patres statuissent.Vide j.Rogari lex tum dicitur. & Old. in restaurat. Polit. Spiegelius.

LEGES tenere non est uerba earũ scire, sed uim & earum potestatem cognoscere,quid uelint imperare,uetare,permittere,punire. Hoc enim uis legis est l.legis uirtus, tit.de legibus, intelligere etiã quid ex eis per consequentiã trahi possit seu colligi. Drosæus in Methodo iuris.

LEGE uendere, ut Lege agere, id est, legitimè. Recht vnd redlich.

LEGEM dixit testator.l.Lucius. §. Lucius.ff.de fideicommiss.libert.

LEGE antiqua, quę Regia nuncupabatur,omne ius omnisq; potestas populi Romani in imperatoriam translata est potestatem. Constit.ff.j.§.cùm enim lege. Certè dici id solet potius modestiæ causa, quàm quòd ulla unquã lex liberè fuerit lata de constituendo imperio, quod diuina potius uoluntate pcessit sub natiuitatẽ Christi seruatoris nostri.Old.

LEGE agere. Lictorem lege agere iuberet(ut ait Liuius libro xxvj.) id est, ut ex officio suo ageret,& sententiam in damnatos exequeretur, τῷ νόμῳ χρῆσθαι. Valerius lib.3.aliter accipit. Deligatis ad palum hostibus,literas à patribus conscriptis, nequicquam Capuanis salutares,accepit. In sinistra enim manu, sicuti erant traditæ, reposuit, ac iussu lictore lege agere,tum demum aperuit.Lege agere pro uinctos uirgis cædere,& deinde securi ferire posuit exequendo scilicet sententiam, quam eis tulerat.Budęus in prioribus annotat.

LEGE iudiciaria quid disponeretur, quæsitũ est superioribus diebus:de qua etiã in prioribus memoralibus fecimus mentionem.& legitur apud Ciceronem,aliosq; auctores, in uarijs locis. propterea declaro:eoq; libentius, quia à gentilibus meis originẽ duxit. Nam cum Sylla ad diminuendam plebis potentiam multos ei magistratus ademisset, Aurelius Cotta prætor legẽ tulit, ut plebi liceret interceptos magistratus reassumere. & ob hanc legem communicata sunt iudicia senatui,& equitibus Romanis,& tribunis ærarijs,ut ex his tribus ordinibus lecti iudices res iudicarent. Et hoc factũ est eo tempore, quo Verres à Cicerone accusatus est. unde & lex iudiciaria,Aurelia dicta est. Cott.

LEGEM

LEGEM dici, dari, conscribi, inseri, consignari iuris auctores dixerunt l.15.§.final.ff.de stat.lib.l.14.ff. comm.præd.l.13.§.idem Iulianus.ff.de actio.empt.l. 40.de pactis l.16.ff. de manu.uindict. l.15.§.si quid. de damn.infect.l.42.ff.de mor.caus.dona.Briss.

LEGEM dare contractui. Legem dare est formã dare, per l.in conuentionalib.ff.de uerb.oblig.id est, metam præfigere, quatenus eat uis contractus. l.legem.C.de pactis.Forcat.in Necyom.dial.89.nu.4.

LEGEM dominari uult Aristoteles, nõ hominẽ. Qui legem, ait, uolunt ciuitati dominari, hi uidẽtur Deum ac leges dominari uelle. Qui uerò hominem dominari uolunt: hi beluam præficiunt. Legem accipi uult, pro naturali ratione diuinitus indita, ex qua ducatur certa uiuendi forma: Per hominem intelligi solam autoritatem humanam, quia sic placeat, sic receptum sit. Non uerò quòd Magistratum damnare uelit, quem mirum in modum extollit ubiq;. Old.

LEGEM Græci olim, Demosthene teste, sic fere bant ad populum: In primis à Legislatore palàm recitabatur. Deinde in loco maximè cõspicuo proscribebatur ad tertiam concionem usq;. Tum à scriba legebatur, ut quisq; si quid non è Republica existimaret, liberè proferret. Postremò nomothetis, qui ex iudicibus iurati deligebantur, dari cõsueuit, ut eam denuò perpendentes uel exequerentur, uel antiquarent. Oldendorpius.

LEGEM, h.e. pactum, pactionem, apertius conscribere apud Papin.l.ueterib. ff.de pact.

LEGEM Locris fuisse Demosthenes scribit, ut si quis nouã legem laturus esset, exponeret eam prius populo, inserto collo in laqueũ, qui, si lex displicuisset, statim constrictus autorem nouæ legis strangularet. Oldendorpius.

LEGEM naturæ appellant Theologi rationem communem, cultum unius Dei dictantẽ, hominũq; inuicem charitatem, quam in communem sensum, id est, notiones anticipatas cadere uolunt. Cic. summam & æternam legem appellat prudentiam illam, rationemq; communem naturæ humanæ ingenitã, quasi particulam quandam diuinitatis, quæ sectandæ nobis autor est iustitiæ, auersandæq; iniustitiæ. Vide Bud.in prior.annot. Spieg.

Ita LEGEM uenditionis, locationis, donationis, traditionis intelligimus in tit.de contrah. empt. passim & in l.16.§.ult.ff.de seruit.urb.l.29.ff.de seruitut. rust.l.6.ff.comm.præd.l.27.ff.de man.uind. l.j. ff.de loco publ.l.3.§.cæterùm.ff.uti possid.l.j.ff.de superficiebus.l.77.ff.pro soc.Theoph. Instit.de successio. bonor.legem uenditionis bonorum ὅρον τῶν διαπιπρασκομένων uertit. Sic legem oleæ uendendæ apud Cato.de re rust. Et Manilianas uenalium uendundorũ leges accipe apud Cic.lib.j.de orato.

LEGERE aliquid contingit tribus mod.aut oculo mentali tantum, absq; aliquo extrinseco actu. aut oculo corporali tantum iuxta illud uulgatum: aliud est legere, aliud intelligere: Aut mixtim corporali & mentali. ut etiam uidetur considerasse in pulchra q̃stione Andr.Sicul.in repet.l.cum acutissimi.col.76. C.de fideicõ. Proinde in proposito decidit sing.Bal. in c. constitutis. el. 2. circa fin. de test.quod qui casu fortuito legit transcursoriè attestationes, non dicitur didicisse testificata.& pro sing. cõmendat D.Fel. super prima gl. Decretalium.in pe.col.uers.adde primò.& alibi etiam eleganter decidit Gem. in ca.cum personæ.ad fi.principij.per glo. ibi, de priuileg.in 6. quòd non dicitur informatus, nec dicta testium perscrutasse, ut excludi debeat à noua productione, qui simpliciter & trãscursoriè processum legisset. quem refert, & alijs similibus comprobat Decius cons.82. uiso processu.in 2.col.ubi etiam citat Bal.in l.2. §.inspectio.ff.quemad.test.aper.dicentem per illum textum, quòd non uidetur inspexisse dicta testium, qui ea non legit ad intellectum. & Dec.ubi eadem reassumit, cons.214. in 3.dub. Et ideo opportunè dicebat Salyc.in l.si ex cautione.in ult.col.C.de non nu. pec. Sileant qui scripta tantum discurrũt, & propter frigiditatem stomachi in eis contenta non digerũt: quod dictum reassumit etiam D. Alexan.in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.col.18. circa medium. ff.de uerb.oblig.& D.Ias. instit. de actio. in rubr. in 2.col. & in l.non dubium.in primo not.Cod.de legib.& alibi sæpè. Sunt enim multi, ut etiam testatur Innoc. in præfatione Decretalium, qui multa legunt, sed ua cui recedunt: qui mente quidem intellectum percipiunt, sed in cordis desiderio seruanda non ponũt: similes illis qui (ut dicit Hieremias) uenerũt ad hauriendam aquam, sed uasa sua uacua reportauerunt. & ideo text.multum sing.in cap.omnes.38. distinct. disponit, quòd Metropolitanus diligenter inquirat, an episcopus consecrandus habeat legem in promptu scrutabiliter, & non transitoriè. & est sing. text. in hoc secundum Andr.Sicul.in tractat.de præstan. Card.in x.quæst.primæ partis. in prima col. Et per supradicta ab aliquibus mod. reprobari solet notabile dictum D.Antonij, in ca.fraternitatis. de testib. ubi dicebat, quòd etiam qui mente solum legit dicta testium, non potest alios testes producere. tamen iudicio meo, diuersum est transcursoriè legere, & legere mentaliter: quia primo casu non ita præsumitur bene intellexisse, sicut in ij. & hoc dictum D.Antonij in specie commendat Andr. Sicul. in commento d.l.cum acutissimi.col.7.circa med. & col.75. C. de fideicom. & secundum hoc dictum Do.Antonij debet intelligi, quod alibi notat Baldus in l.non est ferendus.per illum text.in j.not.ff. de transact. quòd ille qui uidit testamentum, præsumitur habere notitiam totius testamenti. quem sequitur Do. Alexan. cons.102.uisis & ponderatis his.col.2.uersic.& istud sufficit.lib.j. Cotta.

LEGES agris dicuntur de eorum conditionib. l.j.§.fin.ff.de aqua quotid.ab ijs, qui agros constituerunt, & finierunt, ut Hygenus libr. de limitib. agrorum significat.

LEGES aranearum telis non oportet esse similes, ut potentioribus facilè cedant, tenuiores autem retineant.

LEGES cancellos eleganter Isocrates appellat, flagitijs hominum circundatos, ne transiliant mali, quibus solis lex est posita. Rom.13. Old.

LEGES condere, pro componere, uel scribere, apud Cic.in de Legibus & Iurisconsf.in l.omnes populi.de iust.& iur. Solius autem Principis est, condere leges communes. An autem quælibet Communitas possit condere ius proprium, id est, statuta, & super quibus rebus, & an possint mutari, & qualiter intelligantur, cum quibusdam alijs, Bart.in d.l.omnes populi, effusè tractat. Pro moribus autẽ nostræ Germaniæ, Decuriones, seu primores ciuitatis, qui nomine populi in maioribus negocijs conuocari solẽt (quos dicimus Maius Concilium) hi cum totum repræsentant populum, sufficiunt ad condendam Legem, seu Statutum: imò duę partes sufficerent, dum omnes essent uocati.l.nominationum.C.de Decur. lib.x.l.nulli.ff.quod cuiusq; uniu.nom. Super his tamen, quæ sunt iuris diuini, & respiciunt spiritualia, non

non possunt statuere. Quod latius tractant Doctores: Iuris quidem pontificij, in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de Constitut. Ciuilis autem, in l. iam allegata. Sanè sciendum, quod leges condere, ut tradiderunt quidam, in manu fuerit cuiusque Iurisconsulti, non tantum earundem promulgandarum, mos non recipit, qui patet in l. ij. §. j. ff. de Orig. iuris. sed etiam Iustiniani uerba reclamant. Nec enim ociose dicit in §. responsa prudentum. Insti. de Iust. & iur. Quorum omnium sententiæ & opiniones eam autoritatem tenebát, ut iudici recedere ab eorum responso non liceret, ut est constitutum. Alioqui uerbum, Omnium, quod hic colligit, non distribuit, frustra fuisset positum post dictionem, Quorum. Præterea, Ab eorum responso, scilicet omnium, & non Responsis, scriptum est. Vnde notabiliter doctiss. Salomonius colligit. Quòd sicut una dicitur sententia in quam omnes consentiunt. §. Senatusconsultum. Institu. de Iur. natur. gent. ita unum responsum in quod plures respondendo consentiunt: quemadmodum communis opinio, una opinio. Vide Alexan. Neapolit. c. xxiij. lib. sexti. Sciendum tamen, quòd nulla legum erit utilitas, si in literis tantum consistat, non etiam per ipsa facta atque opera subditis utilitatem de se præbeant. Nouel. de Prouin. præsid. cõstat. c. lxj. Sp.

LEGES, Dei uerbo confirmatæ, quas in animis hominum insculpserat, quoniam propter originis uitium, obscurata est in hominibus naturalis noticia, uiua uoce renouatæ sunt, atque in Tabulas lapideas decem Præceptorum descriptæ: quæ monitore Old. diligenter perpendendę, sunt ceu fontes xij. Tab. & totius iuris Gentiũ & Ciuilis. Spieg.

LEGES xij. Tab. à quibus petitæ translatæque, & quo loco perscriptæ fuerint, docet Pomponius l. 2. ff. de orig. iur. Liuius. lib. 3. Harum commeminere M. Cicero uarijs in locis, & libri nostri Digesta & Codex, Nouellæ & Institutiones. Has collegi lib. 4. ueteris Iurisprudentiæ. Has sacratas adpellat Cic. li. 1. de Legib. ubi falsò his sacratis legib. pro 12. sacrat. legib. ex quibus iura nostra dimanasse constat.

LEGES explicantem semper rationem dubitandi (sic enim uocant) & decidendi ostendere oportet, nedum ponere simpliciter casum, ut uulgò faciunt. Hoc est, oportet primùm regulam summi iuris unam aut plures indicare, quarum ductu diuersum uideretur dicendum. Deinde demonstranda est æquitas ex qualitatibus facti, quæ talem diffinitionẽ postulauerint. Sic enim totum apparebit legis latoris consilium, quod Celsus uim & potestatem legis appellat, in l. scire leges. ff. de leg. Old.

LEGES humanæ. Vide suprà, Humanæ leges. & paulo pòst, Lex humana.

Cæterùm & municipijs suæ erant leges, quæ municipales leges uocantur. l. 25. ff. ad municipal. l. 1. ff. de albo scrib. l. 3. & l. ultim. ff. de decret. ab ord. fac. l. 11. §. 1. ff. de munerib. & hono. l. 3. §. diuus. ff. de sepul. uiol. l. 10. ff. de decurion. l. 6. ff. quod cuiusq; uniuersitat. l. 3. §. planè. ff. quod ui aut clam. Et ea lex significatur in l. 3. ff. quod cuiusque uniuersit. lege 12. ff. de appellation. Brissonius.

LEGES mulctatiæ. Tres leges de re mulctatia latæ fuisse inueniuntur. Ex quibus primam tulit Sp. Tarpeius Capitolinus, & A. Aterinus Fontinalis Coss. Vnde etiam ipsa lex, tam Tarpeia, quàm Aterina dicitur. Quare autem lata sit, ostendit Gellius li. 11. cap. 1. Alteram autem legem Festus latè scribit, de modo mulctarũ à T. Menenio Lanato, & P. Sextio Capitolino, &c.

LEGES necessariæ in Republica: quia impossibile est ciuitatem sine legibus diu constare: nec magis, quàm ædificium sine fundamento. Et populus Romanus uiginti uix annis potuit sine certo iure uiuere, quin leges à Græcis peterentur. Videbant enim futuram, nisi certis uterentur legibus, extremã Reipublicæ calamitatem. l. 2. §. exactis deinde regibus. ff. de orig. iur. Old.

LEGES naturæ, Philippus libro primo Epitom. Philosoph. Moral. scitè definit, quòd sint noticiæ diuinitus impressæ mentibus hominum, nobiscum nascentes: hoc est, Iudicia quædam de moribus, quæ sunt quoddam mentis lumen, sicut oculis suum lumen inditum est. Idem appositè explicat inibi, quæ sint præcipuæ leges naturæ: indicatq;, totam Philosophiam moralem, re ipsa, & uerè esse explicationẽ legis naturæ. Vide infrà. Lex naturæ. & Old. tit. 2. in Isagog. ibi: Ius autem, uel Lex naturæ. Sp.

LEGES perpetuas, Doctores uocant, in corpore iuris inclusas.

LEGES Romanorum, & præscripta iuris, commentatores, relicto æquitatis studio, adeò multiplicarunt, & altercationibus obscurarunt, ut neq; principium, neq; exitum inuenias æquitatis. Nam humanus animus alioquin fragilis confunditur tanta traditionum multitudine: &, cùm incidit casus, nescit, quò se uertat, nec potest certam tenere rationem ad inuestigandum bonũ & æquum. Paucitas itaq; legũ & certitudo, longè utilissima est. Oldend.

LEGES scriptę sunt propterea, ne quis ab eis discedens, arbitrio suo figat atq; refigat æquitatem, ut Vergil. dixit. Quamobrem Athenienses, qui certas habebant intra mediocritatẽ descriptas legum formulas, ad quas exigerent æquitatem incidentium negotiorum: præferendi sunt Lacedæmonijs, qui committebant omnia non scriptis moribus, quibus sæpenumero gliscentibus, perniciosè admodum errabant. Oldend.

LEGES scriptas habere necessarium, quia non posset politia feliciter conseruari, nisi scriptæ essent. Idque constat multis rationibus. I. Homo est fragilis, potest falli, & propter corruptam Adæ lapsu naturam, omnes (ut Dauid dixit) sumus mendaces. Igitur non esset tutum Magistratui committere omnia pro arbitrio statuere sine scripto. Quò pertinet, quod Aristoteles lib. Ethico. 5. dixit: Non homo imperet, sed ratio. II. Exemplum nobis edidit Deus in ueteri Testamento. Nam, cùm uellet Hebræos rectissimè inter se consentire: certas leges tulit, ut ex præscripto res iudicarent. Qua de re Moses gloriatur coram toto populo, Deutero. 4. III. Tam magistratuum, quàm subditorum interest, ut habeant scriptas leges: Magistratuũ, quò sciát, quid imperandum: Subditorũ, ut intelligant, quatenus obtemperandũ sit, quũ sciant eum iuxta legẽ imperare. Nã & ipsum ius honorarium, uiua uox est iur. ciuil. scripti, inquit Martian. ff. de iust. & iu. Loquens de iure Prætoris Romani magistratus. Old.

LEGI derogare est, cum pars detrahitur: abrogare uerò legi est, cum prorsus tollitur. l. derogatur. ff. de uerbor. significat.

LEGIBUS & prœmia proposita sunt uirtutibus, & supplicia uitijs, hoc est per Leges. Fuit consuetudo Athenis, ut ciues benemeriti donarentur immunitate: quã Demosthenes defendit aduersus Leptinẽ, qui contra istam immunitatẽ Legem ferre uolebat. Meminit eius Cic. in Orat. Sp.

LEGIBUS soluere, Budæo, quod dispensare est

apud recentiores. Porrò, Legibus solutum esse Principem, Vlpian. autor est tit. de legib. Vnde quidam, haud scio quàm rectè, plenitudinem potestatis deriuant: quæ si est in Imperatore, ut certè est, sed ad bonum duntaxat. Nam, ut Papin. tam eleganter, quàm uerè dixit, Quæ facta lędunt pietatem, æstimationē, uerecundiam nostram, nec facere nos posse credendum est. Quin & illud Alexan. Imp. notum est in l. filius. de condit. inst. Nihil tam proprium Imperij est, quàm legibus uiuere. Custos itaq;, non uiolator legum Princeps esse debet: qui diuersum loquuntur, ait Salomon. Principibus adulantur. Sp.

Ex LEGIBVS Mosis multas in suas leges transtulit Solon. qđ & Diodor. Sicul. scribit, & ostēdi in lib. Veter. & mediæ Iurisprudentiæ: illic uideas.

LEGIO diuidebatur in decem cohortes, cohors in quinquaginta maniplos: maniplus, uiginti quinq; milites continebat. Totum quoq; exercitum in cohortes diuidere consueuerunt, ut singulis centurijs, singuli præficerentur centuriones. Primam autem centuriam, quæ & numero militū. & dignitate præcedebat, Primipilum uocabant: unde Centurio primipilus appellari cœpit. Gubernabat autē quatuor centurias, h. e. quadringentos milites in prima acie, habebatq; præcipuū Romani imperij signū Aquilā.

LEGIO, incerto numero militum & peditum constabat. Romulo primum regnante, Legio ex peditibus MMM. equitib. uerò, CCC. fieri cœpta est: quam quòd ex lectis militib. confecerat, Legionem appellari maluit. Alex. Neapol. Genial. dier. lib. j. c. 5. Postea auctę sunt Legiones. Vide ibid. apud eundē. Porrò legionem eandem haberi, ex qua multi decessissent, quorum in locum alij subiecti essent: & populum omnem hoc tempore putari, qui abhinc centū annis fuisset, cum ex illis nemo nunc uiueret, autor Alfenus l. proponebatur. ff. de iud. Sp.

LEGIONEM tamen ad quatuor millia initio redactā, historiæ multis locis testantur, unde & quadrata Festo dicta est, uariatā tamen eam pro usu reipublic. & senatus arbitrio, ut modò quatuor, modò quinq;, modò sex millium scriberetur, Liuius plurimis locis testatur. Nam lib. 25. bello Punico legionē quinq; millium peditum, lib. 42. bello Persico, itidē legiones quinorum millium conscriptas tradit. Libro uero 44. exercitum in Macedoniam missum, ita ut in singulas Romanas legiones non plus quam sena millia peditum, CCC. equites essent. Quin etiam Polybius memoria sua legiones ex quinis millibus conscribi retulit. Et Festus. C. Marium primum legionem sex millium conscripsisse testatur, quòd nō senatus decreto, sed Imperatoris consilio factum ex Salustio docet Sigonius, lib. 1. de antiquo iure Quiritum, capite 15.

LEGIO à legendo, hoc est, eligenda dicta est, uario semper numero. Nam talis exercitus delectissimis constabat militibus. Ein ausserlesen Kriegßheer. Vnde miles legionarius, qui ad legionem pertinebat: & miles auxiliarius dicebatur.

LEGIONVM cognomenta uaria nemo Dione Niceo clarius diffusiusq; explicauit lib. 55. historiarum, teste Alciato lib. Parerg. 6.

LEGIS uerbum generale est: eo enim omnes iuris partes continentur, idq; ex M. Cicero. 1. de Legibus intelligi potest. Speciale quoq; est: quo sensu accipitur. §. lex est. Instit. de iur. nat. gentium & ciui. quo loco rogante, non, interrogante, legendum admonent Gellius, & Festus. Hoc sensu uariæ extāt in libris Iuris Ciuilis: quas coegerunt Zasius & Franc. Hotomanus post quorum terga spicilegium faciam in fine Thesauri.

LEGIS appellatione simplici apud Iuris consultos nostros & Ciceronem. significari solet lex duodecim tabularū. Balduin. tit. de iur. nat. gent. & ciuil.

LEGIS autem multiplex est acceptio, quandoq; enim pactum significat, & conditionem obligationi dictam l. 22. ff. de sta. hom. l. j. ff. de in rem uerso. l. legem. C. de pact.

LEGIS actio, pro formula persequendi, quæ ex Lege ciuili componitur. l. 2. §. Deinde ex his legib. ff. de Orig. Iur. & appellabatur, inquit Pomp. hæc pars iuris, Legis actiones. Porrò suprà indicauimus Legis actionem apud iudicem esse uel magistratum, est eum habere legitimam & ordinariam iurisdictionē. Martianus in l. 3. ff. de Off. Procons. distinguēs inter Proconsulem & legatum eius. Quia, inquit, non habet iurisdictionem talem: scilicet ordinariam. Quod declarans Vlpianus in l. seq. Omnino enim, ait, non est apud eū legis actio: q. d. nō habet quicq̄ potestatis proprio iure, sed alieno. Spieg. ex Budæo.

LEGIS actio quid, & qua olim uerborum solennitate fiebat, Alc. indicat in l. pecuniæ. de Verb. sig.

LEGIS latoris boni officium in his duobus potissimum uersatur: primùm ut statuta sua loco, tempore, personis & rebus adcōmodet: deinde ut aperta sint, & si dubitatio incidat, ab ipso autore interpretentur, non ab alijs pro suo adfectu. Ideo appellatur à Pomponio in l. ij. de Orig. Iur. disputatio fori. Vide Oldend. in Restaur. Polit. Spieg.

LEGIS mens & uerba, ad titulum sub quo sita est, accommodanda, & ex subiecta materia uel amplianda est, uel restringenda. iij. de Statu hom. l. insulam. ff. de Præscrip. uerb. Spieg.

LEGIS officium & natura est, ut generaliter statuat de negotijs hominum & in cōmune. Quod eleganter probat Aristoteles, in Polit. Celsus ff. de legibus. Nam ad ea, inquit, potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facilè, quàm ad ea quæ perrarò eueniunt. Vnde Papinianus in l. j. ibidem, Lex est, ait, cōmune præceptum, uirorū prudentū consultū. Sp.

LEGIS rogandæ forma apud Romanos hæc erat: Primùm, deliberabatur à senatu consultante, nū utilis esset Lex tum ferenda: Deinde, si è Republica uidebatur, ꝓponi solebat populo tribus nundinis: tertio autem nundinarum foro rogabatur populus à consule, hoc est, interrogabatur, an id placeret, qđ patres statuissent? Cicero pro Flacco: O`morem, inquit, pręclarum, disciplinamq;, quam à maioribus accepimus, siquidem teneremus: sed nescio quomodo iam de manibus elabitur. Nullā illi nostri sapientissimi, & sanctissimi uiri uim concionis esse uoluerunt. Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet, summota concione, distributis partibus tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibꝰ auditis autoribus, re multos dies promulgata & cognita, iuberi uetariq; uoluerunt. Hinc apparet differentia inter promulgationem, & rogationem. Promulgatio fiebat binis nūdinis: rogatio in tertijs nundinis. Promulgationi item intercedere licebat: rogationi nullo modo. Inde Rogatio pro lege accipitur. Cicero Philip. 1. Hodie uocem hanc, Promulgare, tenemus quidem, quanquam nō satis intellectam: rei uerò ipsius, ne umbram quidem sequimur. Vide M. Fabium lib. 2. cap. 4. in fin. Oldendorp.

LEGIS textus omnem dubitationem tollit. Vide Bald. in l. ancillæ. C. de Furt. Siquidem glossa nullam nobis necessitatem imponit, cum sit tantū probabilis:

babilis: ut dicit Bart. l. j. ff. Si cert. pet. Veritatem, dicebat semper Zasius ex Legum textibus, ex æquo & bono quærendam, non ex conspirato, plausibilique huius, uel alterius Glossæ, aut Doctoris fauore, esse prostituendam. Sp.

LEGIS uirtus est, ait Iureconsl. imperare, uetare, permittere, punire. Sp.

LEGITIMA, est portio hæreditatis, iure naturali liberis debita, minuscula dicta. Sic appellata, qđ secundum naturales leges, alimentorum uice subrogatur. Ferr. Instit. quib. mo. test. infirm. §. igitur quartam. Politus dubitat, an hæc portio hodie Quartæ nomine uenire debeat. Itaq; sciendum, quòd legitima liberorum olim erat quarta pars bonorum, quæ pater tempore mortis reliquisset, deducto ære alieno & impensa funeris. l. Papin. §. quarta autem. ff. de inoff. testam. l. cum quæritur. C eod. tit. Hodie uerò cum quatuor sunt filij uel pauciores, tertia pars est: cum plures extant, dimidia pars paternæ substantię legitima censetur. §. frequēter igitur. Nou. de Trien. & semiss. §. porrò hanc particulam. Nouel. de his qui nupt. iter.

LEGITIMA ascendentium seu parentum, hoc est, quam liberi debent parētibus, eodem modo aucta est hodie, sicut de legitima liberorum diximus, ut communiter probant Dd. per l. nam etsi. C. de inofficio. testam. Nam etsi, inquit Imperator, parentib. non debeatur filiorum hæreditas, propter uotū parentum, & naturalem erga filios charitatem: turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parētibus, quàm liberis piè relinqui debet.

LEGITIMA ætas, quæ lege aliqua præscripta & præstituta est: ueluti in maribus annorū 14. in fœminis 12. nuptiarum causa. item ad res administrandas 25. l. ult. §. diuus, ff. de public. l. ult. in fin. ff. de appellat. l. prima. Cod. de cur. fur. l. quarta. C. de transact. Hotomannus.

LEGITIMA cōuentio est, quæ aliqua lege confirmatur. Autor Paul. de pact. Sp.

LEGITIMA crimina, de quib. lege aliqua quæstio constituta est, uel quæ lege aliqua uindicantur, ut sunt publica. l. 3. §. pœna. ff. stellionat. coniuncta l. 13. §. stellionatus. ff. de his qui not. infa.

LEGITIMA generaliter dicuntur omnia quæ ex lege aliqua instituta sunt. plerunq; tamen de lege XII. Tab. intelliguntur.

LEGITIMA hæreditas propriè dicitur, quæ ab intestato defertur. l. j. de suis & legit. quoniam eam Lex ipsa absq; facto hominis, defert. Sed & quæ ex testamento defertur, legitima quoq;, nō impropriè, latiore tamē sensu dicetur: ea enim a lege XII. Tab. confirmatur, dum in illa cōstitutum est: Vti quis rei suæ legasit, ita ius esto. l. uerbis. de uerb. sig.

LEGITIMA hominis ætas, post quintum & uigesimum annum reputatur. Interim nanq; Minores appellantur: iuuandi propter ætatis imbecillitatem. l. ult. C. de his qui uen. ætat. impet. l. prima. ff. de minoribus xxv. ann. Sp.

LEGITIMA interpellatio quę nā dicatur, Bart. docet in l. uinum. ff. si cert. pet. Sp.

LEGITIMA iuditia, Bud. interpretatur, iuri scripto, aut moribus recepto astricta. Sp.

LEGITIMA liberorum dicebatur olim pars hęreditatis quarta: quam consuetudinem ex legis Falcidiæ ratione manasse, Paul. lib. Sent. 4. cap. 5. nō obscurè demonstrat. Cùm enim instituti partem nunquam minorem quarta iussisset esse, si filius minus ex patris testamento consecutus erat, quod ei deerat supplebatur. Hinc pars illa, quia nō ex testamento, sed ex lege manabat, Legitima dicta est: quo modo Legitima hæreditas dicitur, quam lex, non testamentum, defert. Atq; hęc quidem olim. pòst uerò Iustinianus duas Constitutiones edidit, quarum priore statuit, ut idem in exhæredatis iuris esset, quod in institutis: nimirum ut si exhæredato filio uel minima res, ueluti solidus unus legatus esset, inofficiosi agere non posset. sed quod legitimæ parti, hoc est, quartæ deesset, suppleretur. idq; etiam si testamento cautum non esset. l. omnimodo, xxx. C. de inoffi. testam. ex quo intelligi potest, quàm falsa sit eorum opinio, qui ius hoc suppletionis tam in institutis, ꝗ in exhæredatis à Iustiniano inductum existimant. Posteriore autem Constitutione, quæ Nouellarum est 18. modū hunc legitimæ adauxit, ut si unus, duo, tres, quatuòrue liberi essent, triens illis relinqueretur: sin plures quatuor, semis. Hot. De qua re etiam disputat Goueanus lib. 2. Variar. lect. cap j.

LEGITIMA nepotum uariat. Aliàs soli sunt, nō cum mortuorum fratrum filijs, succeduntq; in capita. Eodem modo ex numero eorum colligenda est triēs, hoc est, tertia, si quatuor uel pauciores fuerint: aut semis, id est, dimidia pars bonorum auitorum, si plures sint. Nouell. de Trient. & semiss. in principio. Aliàs cum permixti sunt mortuorum nepotum filij, & sic pronepotes, aut deinceps hi in stirpes succedunt, & tantam partem accipiūt pro legitima, quantam pater eorum fuisset accepturus. §. neq; illo. Nouell. eodem tit. Aliàs denique nepotibus superest filius unus uel plures defuncti. Quo casu omnes nepotes in stirpes succedunt. Nouell. de hæred. ab intestat. §. sic tamen. Ascendentium seu parentum legitima, hoc est, quam liberi debent parentibus, eodem modo aucta est hodie, sicut de legitima liberorum dictum est, ut Oldē. teste communiter probant Dd. per l. nam & si. C. de inoffic. testam. Transuersalium, hoc est, fratrum ab intestato succedentium legitima & olim & nunc est quarta bonorum pars. argum. l. Papin. §. 4. ff. eod. tit. Sp.

LEGITIMA trāsuersalium, hoc est, fratrum ab intestato succedentium, & olim & nunc est quarta bonorum pars. argum. l. Papinianus. §. 4. ff. de inofficio. testam. Et quanquam huius quartæ non fiat expressa mentio in iure ciuili: non tamen fuerit absonum, per naturalem æquitatem interpretādo sic colligere: quoniam frater debet fratri alimēta, per l. nō omni. & l. cùm plures. §. in soluendis. C. de admi. tut. arguendo ab alimentis ad quartam. Hot.

LEGITIMA tutela dicitur, quæ lege defertur. Legem autem excellentiæ causa, legem XII. Tabu. intelligimus. Vlpian. l. j. ff. de legi. tut. Legitimæ tutelæ lege XII. Tabul. agnatis delatæ sunt, & consanguineis: item patronis, id est his, qui ad legitimā hæreditatem admitti possint. hoc summa prouidentia, ut qui sperarent hanc successionem, ijdem tuerentur bona ne dilapidarentur. hæc ille. Legitimam tamen Patronorum tutelam dici tradit in l. tertia. non quòd nominatim id lex cauerit, sed quòd legis id ratio flagitare uisa est: ut ubi hæreditas, ibi tutela esset. Item legitima tutela dicitur parentum, qui filiorum quos impuberes emanciparunt, tutores fiūt: qui uerè legitimi non sunt, sed legitimorum uicem obtinent. ut ait Vlpian. d. l. tertia. §. ultim. ff. eodem. legitimæ, inquam, illæ tutelæ præstantia quadam legis ueteris dicuntur: quod hinc licet intelligatur, quia tutelæ quæ lege Attilia, Iulia & Titia mandantur, legitimarum nomine non intelliguntur. ut apparet ex

lege septima.ff.de cap.minut. Hotomannus.

LEGITIMA uxor, quæ ritè ex præscripto legũ in matrimonium conuenit.l.4.ff.de rit.nupt.

LEGITIMAE actiones legibus proditæ & ex iure ciuili descendentes.§.sed ista. Instit.de actio.l.j. l.xj.& l.xv.§.ult.ff.de pręscr.uerb.l.22.§.ult.ff.de aq. & aqu.pluu. Brisson.

LEGITIMAE usuræ dictæ sunt centesimę, quę & maximæ & grauissimæ nominantur: Nempe legitimæ per excellentiam, supra quas aliæ legitimæ nõ essent: Sed usurarum modum postea lege lata aliter Iustin.constituit.l.eos.C.de usur.Donellus. Cæterũ Hot.lib.j.de usuris c.7. non centesimas uoce legitimarum intelligi existimat, sed minores centesimis.l. tutor.§.idem solent.ff.de admin.tut.ubi manifestissimè legitimę distinguuntur à grauissimis.

LEGITIMAE cognationes, quæ adgnatorum ius habent, quod ipsum ciuile, & lege XII.Tab. introductum est.l.12.§.ultim.ff.de ritu nupt.§.ult.Inst. de cap.dim. Etiam Modestinus Legitimam cognationem siue ciuilem interpretatur, quę per adoptionem contingit in l.4.§.cognationis.ff.de gradibus & adfinibus. Brisson.

LEGITIMAE nuptiæ, quæ secundùm iura ciuitatis Romanæ contractæ sunt. Inst.de nupt.in prin. Gaius lib.1.Instit.tit.4.l.19.ff.de statu hom.Briss.

LEGITIMAM debere, relinqui iure institutionis, hoc est, iure hæreditario. Hoc enim uoluit Imp. in Nouel.ut cum de appel.cog.§.aliud quoq; capitulum.Lege, Instituere.

LEGITIMARVM actionum uerbo, intelligun tur leges duodecim Tabul.Zas.in §.sed istæ.Institu. de action.Spiegel.

LEGITIMATIONIS quod nulla apud Iurisconsultos mentio fiat, sciendum est hoc iuris adoptionem tribuisse, quæ de naturalibus filijs fieri poterat, ut uidimus in ea specie quam ponit Vlpian. ultimo cap. quo in capite filium in seruitute patris cõceptum, ab eo libero facto adoptari posse dicit. Qđ multo magis licuisse arbitror in naturalibus liberis ingenuorum hominum, dum ne procreati essent ex nefario concubitu: in quo tamen fuit arbitrium principis, ut in omni arrogatione erat &c. Connan.libro secundo, cap.16.num.5.

LEGITIMATIONIS uel τῆς γνησιώσεως duos Iustinian. modos tradit, quibus filius naturalis tantum, fit quoque legitimus, & subijcitur patriæ potestati. Eosdem repetit & alio postea loco in hisce Institutionibus: unde repeti poterunt, quæ hîc desiderabuntur. Eandem rem latè tractat in Nouell.Constit. 89.explicans has, ut ita loquatur, legitimationes διὰ τῆς ἐκ βουλῆς ἐπιδόσεως, καὶ διὰ τῶν προικώων συμβολαίων ποιήσεως. addit & tertiam rationem διὰ βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, cuius frequés est usus. Refert enim Martianus, Marcum & Lucium Imperatores, rescripto suo confirmasse statum quorundam filiorum qui ex matrimonio parum legitimo erant suscepti. Est præterea & alia quædam quarta & omnium quidem expeditissima ratio, quàm Iustinian. in Nouell.Constitut.117. introduxit nempe cum pater spurium dignatur filij nomine. Nam inde conijcere possumus non omnino semper habuisse eius matrem pro cõcubina, &c. Balduin.tit.de adopt.

LEGITIMÈ consistere potest, rectè agere potest.l.grege pignori.§.& in superficiarijs.ff.de pign. opp.Non rectè agi, submoueri exceptione.l.si superatus.§.fin.ff.eod.tit.ex Copia Old.Sp.

LEGITIMÈ, idem est quod, iustè, uel ratione legum obseruata. Vide Auth.de hæred.& Falcid.§. si quis autem.Item l.Gracchus.C.de adult.Sp.

LEGITIMÈ natus, Gesatzlich/Ehlich geboren. Oppo.Illegitimè natus, Vnehlich geborn.Olden.

LEGITIMÈ ordinati inscriptionum libelli dicuntur, qui secundùm formam l.Iuliæ publicorum iudiciorum præscriptam concepti sunt. l.tertia.§.j. ff.de accusatio.Briss.

LEGITIMI dies, qui in lege permittuntur partibus ad consequendum ius suum, Ordenlich zeit zu Gerichtshåndeln.Olden.

LEGITIMI hæredes passim appellantur, quos lex XII.Tab. intestatis attribuit, hoc est, proximos agnatos. quanquam eius legis exemplo etiam nouę leges & Senatusconsulta significentur. l.2.§.ulti. ff. und.legit.

LEGITIMI liberi naturalibus oppositi eos significát, qui iure, id est, ex iustis & legitimis nuptijs sunt quæsiti.l.45.ff.de uulga. Interdum etiam legitimi adoptione quæsiti accipiuntur. Briss.

LEGITIMI, quibus legitima potuit deferri hæreditas. Vlpian.l.secunda.ff.unde legitimi, & unde agnati.Oldendorp.

LEGITIMI testes, qui ex legibus testamẽto adhibendi sunt.l.16.§.j.ff.de uulg.& pupil.substit.Bris.

LEGITIMI tutores, qui ad legitimam hereditatem admitti possunt. Vlp.in l.j.ff.de legit.tut.Old.

LEGITIMOS actus quosdam enumerat l.78. ff.de diuers.reg. Legis actiones quæ sint, quid itẽ sit lege agere, exposui lib.4.Selectar.antiq.Briss. Hinc

LEGITIMVM quod lege aliqua uel Senatuscõsulto introductum, institutum, confirmatum, comprobatumque est. Ita legitimas conuentiones pacta Paul.definit in l.6.ff.de pact. quales sunt, quæ de furto & iniuria fiunt. Hæc enim lex XII.Tabul. comprobat: ita legitimũ ius, quod ex lege descẽdit. quale est ius adgnationis quod ex XII.Tabul. descendit. l.3.§.de illo.ff.pro soc.l.69.in fin.princip.ff.de legat. lib.2.l.j.§.uocantur.l.xj.§.ult.ff.de contr.tab.l.22.ff. si quid in fr.pat.l.6.ff.de bon.possess. l.j.§. non quærimus.ff.si quis om.cau.test. Et apud Vlp.in Instit. tit.xxviij.ad fin.& l.ult.C.de legit.hæred. Et quodcunque aliud ius quod ex legibus proficiscitur legitimum uocatur.l.4.§.ult.ff.de fideiussorib.tut.l.ultim.C.de testibus.

LEGITIMVM ius dicitur, quod ab initio nihil interfuit hoc an illo modo fieret: postquam aũt constitutum est, refert. Connan.lib.j.c.6.nu.3.

LEGITIMVM tempus in l.8.C.de non nu.pec. quinquennij, intra quod ex principalib.constitutionibus non numeratæ pecuniæ exceptio apponi debuit.l.9.& l.14.C.eod.tit. Instit.de liter.oblig.l.j. de cauta & non num.pec.in fragmentis Cod.Theoph. in §.idem iuris.Instit.de except. Quomodò etiã statutum tempus interpretari oportet in l.ult. Cod.de condict.ex leg.& l.5. C.si cert.pet. Sic legitimi dies dicebantur, quas nunc dilationes & terminos appellamus, quando uel accusatori ad accusandũ, uel reo ad respondendum certi dies dabantur, & præfiniebantur. Et legitimum diem comitijs habendis dixit Cicero act.4.in Verrem: in quo secundum leges haberi poterũt. Ea enim propriè legitima dicimus quę ex legibus proueniunt.

LEGITIMVM testimonium Cõnanus dici ait, quod duorum fide comprobatur, etiamsi mulieres sint aut peregrini & non rogati. Theodosius tamen imperator, uoluit adhiberi quinque testes rogatos aut fortuitos, cuius constitutio est hic ultima. Connanus

nanus libro ix.capit.vj.numero ij.

LEGITIMVS, Gesatzlich/ordenlich nach dem gesatz.

LEGITIMVS hæres pro parte factus. Papinia. Quia credimus eum, inquit, legitimum hæredē pro parte esse: & ideo pars hæreditatis in testamento remansit: nec absurdum uidetur,pro parte intestatum uideri,in fin.l.nam etsi.ff.de inoffic. testam. Spieg.

LEGITIMVS modus honorarij in singulis causis usq; ad centum aureos.l.j.§. in honorarijs. & §.licita.ff.de extr.cognitio.l.3. C. de postul. quem S.C. constitutum Tacit.lib.x.auctor est.

LEGITIMVS numerus in l.2.ff. de decr.ab ordin.fac.est municipij lege præfinitus.l.3.eo.tit.

LEGITIMVS status, & Legitima ætas 25.ann. C.quand.dies leg.ced. l.pen. & de his qui uen.ætat. impet.l.fin.Alber.

LEGVLAE sunt uiriolæ,hoc est,uittæ paruulæ, siue ligulæ fimbriatæ, reticulatis, scutulatis, cancellatisq; plagulis orbicularibus uesicæ capillorū asseruatrices. A legendo legulæ uocitatæ,quemadmodū legulei à legēdis uuis sunt appellati.Io.Bapt.in comment.Epist. Sid.Apollin.ad Agricol.lib.j.

LEGVLEIVS, in legibus uersatus. Ein Gesatz forscher. Cicero: Ita & tibi Iurecōsultus,per se nil nisi leguleius quidā cautus & acutus, præco actionū, cautus formularum, anceps syllabarum.

LEGVLVS Varroni, qui uuas aut oleas colligit. extat apud Vlpia.l.si cuius.§.proinde. uers.si tamen. ff.de usufruct. Spieg.

LEGVMEN dictum est quod manu legatur,Inde Varro lib.j.de re rustic.Hoc.n.quoq; legumen ut cætera quæ è terra euellūtur,nō subsecantur.ut fruges,q̄ quod ita legūtur,legumina dicta.unde Virg.j. Georg.

Vnde prius lætum siliqua quassante legumen. —

Adde Forcat.in penu iur.ciuil.c.5.& Peckium comment.l.j.§.igitur.ff.de exercit.act.

LEGVM beneficio uti,in fin.l.non solū. ff. de in integr.restit.Spiegelius.

LEGVM correctio magnopere fugiēda est: quia mutationē iuris sequitur mutatio morū: mutationē morum comitatur nouitas quædam subita: hæc aūt solet mouere & conquassare Rempublic. Quare Aristot.lib.Politic.2.dicit: Receptas leges non esse mutandas,etiamsi quid incommodi habeant. Et Vlpia. in l.2.ff.de constit.prin. In rebus,inquit,nouis constituendis,euidēs esse utilitas debet. Euidentem aūt utilitatem sic intellige: ut si lex aut consuetudo,nisi corrigeretur, paulatim esset corruptura ius naturæ, quod immutabiliter retinere oportet.

LEGVM obseruatio, & cōposita bene uiuēdi rō in Republica, solet augere populū: & frequentia populi solet amplificare imperia.Incipiendum ergo est in omni Repub.consilium à recta traditione iuris.

LEGVM studiosi relicto Latinæ linguæ nitore, inepti plerunq;,teste Alex.Neapol.lib.3.ca.4.

LEGVM tabulas Mosen à Deo accepisse, nemo est,qui nesciat,à quo tota iuris scripti seges proseritur.Quicquid enim posteri legum scriptores in monumentis reliquere,id totum tanquam simiæ à Mose,primùm Græci,deinde à Græcis Romani mutuati sunt,Ficino & Eusebio adstipulantib.

LEGVM usus ad formandos hominum mores pertinet:non ad ostentationem aut quæstum,ut quidam abutuntur, non aliter quàm Anacharsis dixit: Athenienses ad nihil uti numis nisi ad numerandū. Proinde cùm Hebræos Deus inter se quam coniunctissimos,rectissimeq; consentire uellet,certas leges tulit,ut ex præscripto res iudicarent, ne quando ius controuersum dissidium pareret.

LEMNISCI dicebātur fasciolæ ex coronis longis pendētes. Hinc longas coronas quidam dici putant lemniscatas. Quales aūt fuerint longæ Coronę annotauit Fr.Baldui. in l. XII.Tab.c.xxxj.circa fin.

LEMVRIA,dicta sunt parentalia quę Romulus cum Remi occisi manes placatos uellet instituit,sic dicta quasi Remuria,mense Maio per triduum celebranda anniuersario ritu, ob quam rem nubere illo mense religiosum fuit. Vnde Ouid.

Mense malum Maio nubere uulgus ait.

Connan.lib.8.cap.3.num.j.

LENO Lenocinari,per trāslationē, blandiri est. Inde leno dicitur ab alliciendo, quòd adolescētulos alliciat,uel à leniendo dictus. Est autē propriè leno scortorum. Scribit enim Pædianus,lenones scortorum dici,productores uero,etiam inuitarum personarum,& in quib. stupra exercita legibus uindicantur.Nam & in Verrinis ab Cicerone disparantur uerba hæc. Inde lenocinium,lenocinandi actus.Vlp.in l.athletas.ff.de his,qui notant.infam. Lenociniū facit,qui quęstuaria mancipia habet.Est aūt lenociniū ipsum peius,quàm adulterium.quia & se & alium leno corrumpit,unde plus punitur.ut in Auth.ut iud. sine quoquo suffrag.§.eos.col.2.Ij,ne malo sint exēplo,de urbibus pelluntur, in Auth.de lenonib.in fi. & meretrices de uicinia pudicarum. In multis tamē urbibus publica prostibula tolerātur,nō quòd scortationem approbent,sed quòd, cum sit infrænata iuuenum libido, malūt urbes hæc loca tolerare, quàm facere,ut ciuium & uxores & filiæ passim ad stuprū abripiantur.Anchora.

LENO est,qui prostituta habet mancipia, ut Seneca lib.6.de benefic.definit.Lenocinium itaq; facere eum Vlp.ad edictum Prætoris interpretatur, qui quęstuaria mācipia habet,siue principaliter hoc negotium gerat,siue alterius negotiationis accessione utatur.l.4.§.j.ff.de his qui not.infam.l.j. in fin. ff.de extraor.crim.Idem Vlp.lib.j.ad leg.Iulia.& Pap.Lenas eas dici scribit, quæ mulieres quęstuarias prostituunt,etiam si alterius nomine hoc uitæ genus exerceant.l.43.§.1.ff.de ritu nupt.Briss.

LENOCINII crimen cōtrahit maritus, qui deprehensam in adulterio uxorē retinuerit quæstūmue ex adulterio uxoris suæ fecerit.l.29. in prin. & §. qui quæstum.ff.ad l.Iul.de adult.l.2. C.eo.tit. Briss.

LENOCINIVM facere, Vlpi. inquit,nō minus est,quàm corpore quæstū exercere. Idem in l.athletas.de his qui not.infam.Lenocinium facit,qui quæstuaria mancipia habet.Sp.

LENVNCVLI actuariæ naues quas Græci κέλωνας uocant,uel ἐπακτρίδας,ut annotat Brodæus libro Miscell.6.cap.27.

LEONINA societas est,qua alter lucrum tantū, alter damnum sentit:qualis iure coiri non potest: & ut Eras.in Chiliad. dicit, solet esse cum regibus, aut præpotentibus plebeiæ sortis hominib. Extat in l.si nō fuerint.§.Aristo. Pro socio. Notum ex Apologo, quòd leo communem ex uenatu prædam sic diuidebat cum uulpe, ut sibi fermè totam retineret, uulpi uix minimam concedens partem.Sp.Adde Tiraqu. comment.in 5.l.connub.gl.1.part.6.nu.34.

LEPADNA,Græci dicūt coria lata circa pectus equorum.Vide Alc.in l.quoniam. C.de cursu. publ. libro duodecimo.

LEPRA, eadem quæ mala scabies,hoc est, incurabilis,ab Horatio nominatur. Eius meminit Impe.

in Authent.iusiuran.quod præst.Spieg.

LEPROSVS. Lepra duplex est: una, quæ mala scabies, hoc est.incurabilis, ab Horat. nominatur:

Aut mala quæ scabies, aut morbus regius urget.

Eius meminit Imperator, in Authen.Iusiuran. quod præst. Altera lepra est, quæ potest curari. Plin.lib.34. Lachryma, uitium ueluti gemma, lepras, & lichenas, & psoras, nitro antè preparatas, sanat. Est itaq; lepra morbus, qui alio nomine dicitur elephătia, à quo leprosi dicuntur, qui eo morbo afficiuntur. De quib. tit. est lib. Decret. de coniugio leprosorum.

LAESVM ius, in l.j.ff.ex quib.causis maior. non amissum, ut Interpres existimat, significat. Vt nô respexit ad Lædere uerbi elegantiam, ita nec uim uerbi Amittere intellexit. Siquidem uerè amissa, perditàue, aut quæ irrecuperabilia sunt, corrigi non possunt: Intercepta uerò, & occupata, possunt. Sp.

LESSI uoce lex decemuiralis usa est teste Cicerone: Quid autem per Lessum decemuiri intellexerint, ueteres interpretes Sextus Ælius, Lucius Ælius, non satis se intelligere dixerunt, inquit Cicer. sed suspicari uestimenti aliquod genus funebris fuisse. Lælius lessum interpretatur quasi lugubrē eiulationem ut uox ipsa significat. Illudq; eo magis uerū Ciceroni uidetur, quod lex Solonis idipsum uetet: eoque sensu Plautus lessum uidetur accepisse cum sic in Trucul. scriberet: Thetis quoq; etiam

Lamentando lessum fecit filio.

quasi dicat Plautus lamentis gemituq; & fœmineo ululatu, ut utar poetæ uerbis, filium defleuit Thetis, & tamen suis illa lachrymis, quod factum erat infectum reddere non potuit. Et sic quidem hunc Plauti locum accipiendum esse, euidenter in libr. de anima docet Tertul. autore Rēuar. in ll. xij. tab. c.15. Adde Fr. Baldui. cōment. in l. xij. tab. c. 31. circa prin.

LEVARI, uel onerari culpa, apud Macrum. de offic. præsid. l. diuus. §.fin.Sp.

LEVATO uelo cognoscere, Honorius Imp. dixit prouerbiali figura, si Alci. credimus, quod uulgò dicunt, de plano fieri, h.e. quod facilè, & absq; cognitione causæ conceditur: quòd iudices grauiores & arduas causas, pro tribunali sedentes, cognoscant: ubi uerò descenderint, in plano cōstituti, leuiora negocia decidant. Spieg.

LEVEM culpam præstat qui rebus suis consuetam diligentiam præstat l. xx. C. de neg. gest. Sp.

LEVIDENSE munus, puerbialiter, uile, & minimi precij uocat Cic. ut Eras. in Chil. tradit. cuiusmodi magistratibus accipere licet. Nam illis, ut admonet adagium uetus ab Vlpiano Græcè citatū, de offic. procons. in l. solet etiam. §. nô uerò. nec omnia, nec passim, nec ab omnibus, nisi uerecundè, atque quodam cum delectu, accipere non licet. Sp.

LEVI brachio quid facere, id est, non uerè neq; ex animo. Connan. lib. 7. cap. 3. num. 3.

LEVIORES usuras I.C. in l. tutor. §. ex cæteris causis. ff. de admin. tut. appellat. Quincūces & Trientes ex sentētia Hot. lib. 1. de usur. c. 7. earumq; appellatione putat Africanum trientes significasse. l. si seruus legatus. §. ult. ff. de legat. j. De quincuncibus fit mentio in l. cum quidam. ff. de usur. l. à filio, & l. seq. §. Basilicæ. ff. de alim. & cib. legat. De trientib. quoq; fit mentio in l. firmio. §. j. ff. quand. dies leg. ced. Vlp. autem clarè semisses à leuioribus distinguit in l. si legatum. ff. de operibus publ.

LEVIR in l. nô facilè. ff. de gradib. est uiri frater, apud Græcos δαήρ appellatus, ut est apud Homerū relatum. Sic enim Helena ad Hectorem dicit:

Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου, ὀκρυοέσσης, hoc est.

Leuir mei canis, omnis mali causatricis horridæ.

LEVIS castigatio, duntaxat concessa est docenti. l. sed & si quæcunq;. §. fin. ff. ad l. Aquil. Sp.

LEVIS febricula, non consideratur. l. ob quæ uitia. ff. de ædil. edict. Sp.

LEVIS offensa, non adimit legatum. l. 3. de alim. leg. Spiegelius.

LEVITAE ex nomine authoris sunt uocati. De Leui enim Leuitæ sunt exorti, à quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebātur. hi ministri dicuntur. c. cleros. xxj. distinct. Io. Bell. Etym.

LEVITER, pro parum, uel mediocriter. Vlpian. l. prætor. §. preterea. de iniur. uel quòd leuiter pulsauerit, uel emendauerit.

LEVISSIMA libertatis conditio intelligenda est, quæ ad libertatem perducit, quamuis naturā grauior, & durior l. 35. ff. de condi. & demon. Briss.

Λείψανα, reliquiæ Harmenopulo, lib. 3. tit. 3. μετὰ τὰ λείψανα ἁγίων μεταφέρειν sic uertit. l. nemo Martyres. C. de sacr. sanct. eccle. In libris λείψανα intelligimus, carnem, corium, cornua l. mortuo. de leg. 2. ff.

LEX est mens sine cupiditate. Lege, Scriptū ius.

LEX, generale nomen est, dictum à deligēdo, ut magis uidetur Ciceroni, quàm à distribuendo. νόμος Græcis appellatur. Nam ut illi æquitatis (inquit) sic nos delectus uim in Lege ponimus: & proprium tamen utrunq; Legis est. Omnis ergo Institutio, quā secuti, eligimus quod faciamus, & contrarium uitamus communi appellatione Lex dici potest. Sic accepto uocabulo, Lex diuiditur in Diuinā, Humanam, & Diabolicam. Diuina rursus diuiditur in legē Naturæ, & Latam. Lata iterum in Veterem, & Nouam. Vetus in Moralem, Iudicialem, & Cerimonialem: quæ suo loco breuiter, pro instituto nostro declarabuntur: ne mutetur ordo, qui scripti huius generi debetur. Legi aūt oēs homines obtēperare conuenit, cùm ob alia multa, tum uel eo maximè, quòd lex omnis, inuentū quidem, ac munus deorū est. Priscis temporib. Lex erat, quod popu. Rom. senatorio magistratu interrogante, ueluti Consule, constituebat. Constitutio uerò propriè est, quodcunq; Impe. uel per Epistol. constituit, uel cognoscens decreuit, uel edicto præcepit. Decretum uerò, prudentū hominum. Papin. Lex, ait, est cōe præceptum, uirorum prudentum consultum. delictorum quæ spontè uel ignorantia contrahuntur coercio, communis Reip. sponsio: cuius uirtus est, imperare, uetare, permittere, & punire. Breuiter, Lex est sententia, qua bona tum præcipiuntur, tum mala prohibētur. Ius est autoritas, seu facultas agēdi secundum legem. Iustitia, est uirtus perducens ista ad exercitationem. Proinde quoties audis has uoces, Lex, Ius. Iustitia, statim cogita, monente Old. te diuinum aliquid, atq; excelsum audire, h.e. ueram, & à Deo ipso dictatam honestatis formulam. Loquitur autem de propria significatione, & eminentissima istorum uerborum potestate. Non prætereundum, quòd Lex, uocabulum in contractibus, in toto Iure nostro accipitur pro conuentione, ut docet Zas. in l. ciuitas. ff. si cert. pet. Bar. ignorantia huius uocabuli deceptus, in l. cotem ferro. ff. de publ. tradidit, Contractum per ciuitatem factum, habere uicem & pondus legis: quod ipse Zas. audacter dicit nō esse uerum, nec hoc usquam dici: & idipsum sensisse Bald. contra Barto. in l. j. C. ne fil. pro pat. quòd longa alia conditione contrahatur inter partes, & alia conditione statuatur lex. Sp. Adde Connan. lib. 1. cap. 8. num. j. & 2.

LEX, (ut definit Papinianus l. 1. ff. de legibus) est cõmune pręceptũ, uirorũ prudentum cõsultũ, delictorum, quæ spõte, uel ignorãtiâ cõtrahuntur coercitio, communis reipubli. spõsio. quod ut dilucidius intelligatur, colligamus ex hac definitione subiecta ἀξιώματα quæ priuatim iura repetens collegi.

1 LEX communis esse debet.
2 Ergo de uno ferenda non est.
3 Lex præceptum est.
4 Virorum prudentum decretum.
5 Ergo à mulieribus ferenda non est.
6 Sed nec sine Iurisconsultis
7 Delicta legibus coercenda sunt.
8 Ergo non aliter iudicanda, expiandáue sunt, quã legibus.
9 Delicta consulto, sponteque admissa puniuntur.
10 Sed & si q d ignorãtiâ admissum sit, plectitur. Igitur ignorantia punibilis.
11 Rogante magistratu, populus spondebat se ratam legem habere, tumque constituebat.
12 Ergo à populo sciscebatur lex.

Primi axiomatis ea potestas est, ut lex ab omnibus obseruanda sit l. 3. C. de legibus. Nam (ut ait Chrysippus apud Marcianum l. 2. ff. eod.) πάντων ἐστὶ βασιλεύς. Igitur omnes tenet, ut Iustinianus passim in nouellis constituit. Hinc à cõtrario sensu axiomate secundo colligimus Legem de uno homine ferendam nõ esse, qđ & antè lege cauerat Solõ apud Demosthe. κατὰ τιμοκράτ. μηδὲ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι. hanc explicui libro 2. Veteris Iurisprud. l. 47. Nec mouet quod hîc adferunt Bartolus, & Baldus, quorum sentẽtias, aliquando discutiemus. Bris.

LEX est decretũ. hoc enim significat uerbũ Cõsultũ, quo usus est Papinian⁹ hoc loco, quo sensu & Horatius lib. 2, Epistol. ad Quintium. 1.

— uir bonus quis est
Qui consulta patrum, qui leges iuráque seruat.

Consultũ igitur significat decretum & statutũ. Ait VIRORVM. Hinc colligebamus mulieres in ferendis legib. adesse nõ debere, quod & rectè Bartolus adnotauit d. l. 1. ff. de legib. ad leges municipales producẽs quod & P. Decius probat d. l. 2. ff. de diuers. reg. iur. Cur igitur Theodorã uxorẽ suam cõsilio ferendę constitutionis Nouell. 8. adhibuit? Conciliet hęc pugnantia qui uolet. cogitandũ relinquo. Quod ait Papinianus, PRVDENTVM, hoc probari potest ex l. 8. C. de legib.

Delicta Legibus expiãda esse ex legis definitione constat. Huc uidetur respexisse Horatius lib. 2. Epistol. ad Octauium,

Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes.

meritò. Nam, ut lege iussit Solon apud Æschinem, κατὰ νόμους δικάσειν ἐφ' ὧν δ' ἂν μὴ ὦσι νόμοι, κατὰ τοὺς νόμους

LEX. Lex prima iuris ciuilis species, primùm à regibus originem habuit, mox à populo processit. Nam sunt leges principis, sicut liberi populi, ut Valla tradidit. Sed quæ ab rege conduntur, alterius cõsensum non requirunt, quæ autẽ à populo sanciuntur, consulis interrogatione egent. Et propterea, priscis temporibus lex erat, quod populus Rom senatorio magistratu interrogante, ueluti consule, constituebat. Quæ definitio leges ab regib. conditas nõ comprehendit, eò quòd cum suis latoribus exoleuerunt, ut scribit Riuallius, ad finem lib. 1. histor. iur. ci. Inde dicta lex, quòd ex multorum consensu lecta sit (ut Cicero ait) sicut νόμος Græcis, à distribuendo. Papinianus ergò, in l. prima ff. de legibus. Lex (ait) est commune præceptum, uirorum prudentum cõsultum, delictorum, quæ sponte, uel ignorantia contrahũtur, coercitio, communis reipubl. spõsio. Nec, breuiter, hanc malè sic ipse Cicero definit, quòd sit recta ratio è mente, diuina manans, quæ recta suadeat, prohibeatque contraria. Quo fit, ut Demosthenes orator legem esse dixerit, cui omnes homines deceat obedire, cùm ob alia multa, tum uel eo maximè, quòd lex omnis inuentum quoddam ac munus deorum est. l. 2. eod. ff. Huius autem uirtus est imperare, uetare, permittere, punire. l. legis. ff. deo. De cętero, legum appellatione, leges XII. TABVL. senatusconsulta, plebiscita, legitimę actiones, interpretationes prudentum, & alia id genus continentur. Prima autem fertur Ceres dedisse leges mortalibus, postea ipsi sapientes: Phoroneus Argiuis dedit, Moses cælo lapsas Hebræis, Ægyptijs Mercurius, Draco & Solon leges tulère Atheniensibus, Minos Cretensibus, Lycurgus Lacedæmonijs, Turijs Carmidas, Romanis Romulus. Anchor.

LEX (ut inquit Papin. in l. j ff. de legib.) est uirorum prudentum consultum: delictorum, quæ sponte uel ignorantia contrahuntur cohercio, communis reipublicæ sponsio. Aliam legis diffinitionẽ posuit Demosthenes, quam refert Martian in l. 2. eod. tit. de Legibus. Aliam, & tertiam memoriæ tradidit Atteius Capito, publici priuatiq; iuris peritissimus, q legẽ hisce uerbis diffinit: Lex (inquit) est generarale iussum populi, aut plebis, rogante magistratu. Sed hę diffinitiones (secundũ A. Gell. Noctiũ Atticarũ lib. ix.) si probè factæ sunt, neque de imperio Pompeij, neq; de reditu M. Ciceronis, neq; de cæde P. Clodij quæstio, neq; alia id genus populi plebiscite iussa, leges uocari possunt: non sunt. n. generalia iussa, neq; de uniuersis ciuib. sed de singulis concepta: quocirca priuilegia potius uocari debẽt, qa ueteres priua dixerunt quæ nos singula dicimus. Cicero pro Domo sua: Quo iure? quo more? quo exemplo legẽ nominatim de capite ciuis indemnitati tulisti? uetant leges sacratæ, uetant duodecim tabulæ, leges priuatis hominib. irrogari: id est. n. priuilegiũ. Idẽ de præscriptione sua loquẽs: Licuit tibi ferre nõ legẽ, sed nefariũ priuilegiũ. Hoc uerbo etiã usus est Lucilius in j. Satyr. li. Abdomina thynnia ueniẽtib. priua dabo, cephaleamq; carnẽ. Sed quãquã hęc ita sunt, in ueteribus tamẽ scriptis nõ magnã uocabulorũ istorũ differentiã esse animaduertimus. Nã & plebiscita, & priuilegia translato nomine leges appellarũt: eadẽq; cõfuso & indistincto uocabulo rogationes dixerũt. Sallust. quoq; ꝓprietatũ in uerbis retinẽtissimus, cõsuetudini cõcessit: & priuilegiũ, qđ de Cn. Pompei imperio ferebatur, legẽ appellauit. uerba ex secunda eius historia hęc sunt: Nã Syllã cõsulẽ de reditu eius legẽ ferẽtẽ, ex cõposito Tr. Pl. C. Herẽnius prohibuerat. idẽ fecit apud nos (ne lõgè exẽpla petamus) Pompon. in l. postliminij ius. ad fi. ff. de capt. & postli. reuer. & in l. ulti. ff. de legatio. Numantini (inquit) deditũ Hostiliũ Mancinũ nõ recepērũt, de quo tamen lex postea lata est, ut esset ciuis Romanus. & præturam quoque gessisse dicitur.

Institutum uerò, sicut & mos, cõsistunt ex opinione quadam, & obseruantia: non autẽ ex iure scripto. differuntq; inter se: quia institutum est quod certũ & magnum habet auctorem, quẽ cæteri non dedignentur imitari. Quale illud Publicolæ, qui primus populo fasces summisit: ut refert Liuius. Instituti uaria exempla ponit Valer. Mos autem (ut scribit Festus) est patrium institutũ, pertinens ad religiones

cerimoniasq. maiorum. de cuius significatione disputat. Macrob. Satur. lib. iij. licet quandoque etiam capiatur pro obseruatione antiqua, ut sæpè apud Ciceronem & alios obseruari facile erit. Et posteaquã in titulum de legibus incidimus, obiter corrigamus locum apud Pomp. in l. iij. Iura, inquit, constitui oportet (ut dixit Theophrastus) in his quæ Entonima frequenter accidunt: Castiga, quæ Tamina, id est frequenter. Sunt tamen qui ex Pandectis Pisanis reponant, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non in ijs quæ ἐκ παραλόγου, id est quæ plerunque accidunt, non in ijs quæ nec opinato. Proinde Solon (apud M. Tullium in oratione pro Roscio Amerino) cum interrogaretur, quare nullum parricidæ supplicium constituisset: respondit, quia id neminem facturum putabam. Hinc nota parœmia, Bonæ leges ex malis moribus procreantur. Adde Forcat. dial. Necyomantiæ, 2. numero 1. & seq.

LEX aut Rogatur, id est fertur: aut Abrogatur, id est tollitur: aut Derogatur, id est pars primæ tollitur: aut Subrogatur, id est adijcitur aliquid primæ legi: aut Obrogatur, id est mutatur aliquid ex prima lege. Vlpianus cap. Instit. 1. Vel sic,

LEX Rogatur, cum populus rogatur ut nouam legem accipiat: Derogatur legi, cum rogatur, ut capita quædam è lege uetere detrahat: Abrogatur, cum rogatur ut legem ueterem omnino tollat: Prorogatur, cum differtur: Irrogatur, cum in aliquem propriè fertur: ut cum multa alicui à magistratu dicebatur. Hotomannus.

LEX pro conditione & pacto frequenter usurpatur: hoc est pro contractus forma. Itaque legẽ Locationis Paulus dicit in l. si in lege, 24. ff. locat. Vlpianus autem formam locationis in l. fructus, 8. §. item si, ff. sol. mat. & Varro libro De re rust. 11. ca. 111. Ob hoc in lege locationis fundi excipi solet, & cet. Et cap. 11. In emptionibus iure utimur eo, quod lex præscripsit. in ea. n. alij plura, alij pauciora excipiũt.

LEXIARCHICI apud Athenienses appellabãtur, qui ius de hæreditatib. dicebant. λῆξιν enim hæreditatẽ dixerunt, ἀπὸ τοῦ λήγειν, id est, à desinendo, quod ab uno in alterum desinat: id est, ut Galli dicunt, In mortuis uiui sessitent. qua ratione ipse etiam uerbũ Lego, in lege xij. tab. generaliter acceptum arbitratur, l. uerbis. ff. de Verb. sig. pro qualibet deficientiũ uolũtate, ἀπὸ τοῦ λήγειν qđ & syllaba indicat, quæ in legato prima producitur, cũ alioqui esset corripiẽda. Hæc Alc. cap. j. decimi lib. Parerg. Spieg.

ΛΗΞΙΑΡΧΙΚΟΝ autem est (sicut annotauit elegãter & scitè Budæus, ut erat Latinæ iuxta ac græcæ linguæ peritissimus Mercurius) ἐν ᾧ ἐνεγράφοντο οἱ ἐληλυθότες τῶν παίδων εἰς ἥβην καὶ τὰ πατρῷα διανεμῶν. Album seu liber, in quem puerorum nomina referebantur, qui iam tutelæ suæ facti erãt, hoc est αὐτεξούσιοι, sui iuris, & qui de suis facultatibus statuere poterant παρὰ τὸ λῆξιν ἄρχειν ἀρχομένων hoc est τῶν κλήρων τῶν ἰδίων. &c. Brechæus l. Nihil aliud. ff. de uerborum & rerum significat: Vide Postellũ de Magistratib. Athen. cap. 11. & capitulo 18.

L I

LIBARE, est sacrificare. Lactan. lib. 1. Nihil enim sancta & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat, quàm solam innocẽtiam, quam si quis obtulerit Deo, satis piè, satis religiosè libabit. Old.

LIBELLA. Vide suprà, Chœnix. Accurs. in l. iudices. C. de Episc. aud. ubi Impp. iudicib. mandant, ne alimenta his, qui custodia carcerum attinentur, deesse sinant uictualem substãtiam, libellis duobus, aut tribus diurnis, arbitratu Commentariensis decernant, à libro, diminutiua forma dici credidit. Verùm Alciato magis accedendum, qui de libellę pondere fœminino genere, ductum putat, capitulo xvij. libro primo Parerg. quod & ab Oldendorp. obseruatum est. Spiegelius.

LIBELLARIA concessio dicitur, cum Emphyteuta trãsfert ius suum in alium: hoc est substitutio quædam Emphyteusis, teste Oldendorp. Sp.

LIBELLARIVS Contractus est, quando emphyteuta, uel uasallus dat rem emphyteoticam, uel feudalem alteri in emphyteusim, uel feudum. c. 1. §. donare. capit 1. §. fin. de prohib. aliena. feud. Doct. com. c. 1. §. aut si. quib. mod. feud. amitt. Iaso. auth. ingressi C. de sacro sanct. eccl.

LIBELLVS. Libellus est quædam scriptura, in qua continetur nomen actoris & rei, res quæ petitur, & causa petendi. Vnde Hostiensis,

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo
Rectè compositum quisq; libellum habet.

Paulò autem aliter definitur ab alijs, sed in idem cadere uidetur definitio. Gallis uiris pragmaticis, & in foro uersantibus dicitur *une demande*. De huius uerò materia extat titulus lib. Decretalium 2. De libelli oblatione. & habetur 2. quęst. 8. per totum. & 81. distinct. Maximianus. Libellus etiam est schedula supplex, qua postulata populares principibus exponere solent. Vulgò requestam appellamus. Quomodo accipitur in l. ne quicquam. §. ubi decretum. ff. De officio proconsul. & legat. Vlpianus, Vbi decretum (ait) necessarium est, per libellum id expedire proconsul non potest. Omnia enim, quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri. Itaque, Tranquillus multis in locis usus est libello in hoc significatu, ut ostendit Budæus in Annotat. ad Pand. ex l. nec quicquam. de offic. procons. & leg. ff. Locus uerò hic unus erit pro multis. Tranquillus ipse sic habet, in Nerone. In iurisdictione postulationibus nisi sequenti die, ac per libellos non temerè respondit. Porrò, libellus in l. si publicanus. ff. de public. pro epistola assertoria accipitur, quam uulgò certificationẽ uocamus. ibi enim Paulus, Si quis (ait) mittet quendam empturum, significet libello manu sua subscripto, &c. Cæterùm, ut, quod notatu dignum est, subijciam, cum de ijs locus sese offerat, quos à libellis ministros appellamus, à Plinio in epistolis dici uidentur cõsules: Senecio (inquit) cum explorasset consules postulationibus uacaturos, couenit me. Sunt autem à libellis ministri, qui principi in respondẽdis requestis subseruiunt. Lampridius, in Alexand. Postmeridianis horis subscriptioni, & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent. Triphonius, in l. rescriptum. ff. de distract. pig. Rescriptum est (ait) ab Imperatore (Papiniano libellos agente) creditorem à debitore pignus emere posse, quia in dominio manet debitoris. Libellos agente, id est (interprete Budæo ex dict. l. nec quicquam. ff. eo. tit.) libellis apud Imperatorem præfecto. Quam ob rẽ, quos hodie magistros requestarum uocamus, præfecti libellorum uocitari possunt, aut etiam postulationum magistri (ut idẽ scribit Budæus loco prædicto) qui tamen (nisi cum illo fallar) aliquando magistri scriniorum appellati sunt. Anchora.

LIBELLVS, est formula scripti complectens actionem, & futuræ litis speciem in iudicio. l. j. C. de Eden. Sic rectè diffiniri libellum Old. dicit, nec tam

curiose laborandum hic esse, ut quidam faciunt. Ná Libellus nihil aliud facit quàm quod ius illud persequendi exhibet iudici cognituro de causa. Sp.

LIBELLVS appellatur commẽtarius in sacras literas. c. 2. in prin. De sum. trinit. & fid. cathol. Damnamus ergo (inquit Innocentius) & reprobamus libellum seu tractatũ, quẽ Abbas Ioachim edidit. Sp.

LIBELLVS appellatur, quem maritus uxori, aut contrà uxor marito repudij caussa mittit, cuius fit mẽtio in l. si pœnituit. ff. de diuort. his uerbis: Si pœnituit eum qui libellum tradendum diuortij dedit. & Christus Mathæi 5. Quicunq, inquit, repudiauerit uxorem suam, det illi libellum diuortij. Old.

LIBELLVS appellatur etiam Schedia Intimatoria, uidelicet quæ in foro, aut ualuis ecclesiarum proponitur: inuenisse puta Sempronium, annulum aureum, eiq; cuius est, redditurum, ut dicit l. falsus pleriq;. ff. de Furt. annota. Old. Sp.

LIBELLVS censetur ineptus, siue inutilis duobus modis: Altero propter defectum formæ, cuius maxima pars est petitio seu cõclusio: Altero, ob materiam uel caussam petendi, quæ in narratione uersatur, nec est talis ut producat ius agendi. Et hoc est, quòd excipientes aduersus tenorem libelli, dicunt eum peccare in materia & forma: his quippe uerbis utuntur ex usu magis, quàm quòd res ita habeat plerunque. Oldendorpius.

LIBELLVS dicitur orõ cõsultoria, qua boni Imperatores olim complecti solebant ea, quę de rebus arduis ad Senatum Romanum censenda referebant, ut in leg. item ueniunt. §. præter hæc. ff. de petit. hæredi. Pridie Idus Martias, inquit, Quintus Iulius Balbus, & Publius Lubentius Celsus, Titius Eufidius, Onerius Seuerianus Consules, uerba fecere de his, quæ Imperator Cæsar Traiani Parthici filius, Diui Neruæ nepos, Adrianus Augustus Imperator maximusque princeps, proposuit quinto nonas Martij, quæ proximæ fuerunt, libello complexus est quid fieri placeat. De qua re ita censuerunt. Huius orationis in eo tit. fit mentio. l. illud quoque. in prin. Illud quoque, ait, quod in oratione Diui Adriani est. Old.

LIBELLVS, eleganter pro punctis & articulis qui in consultationem proponebantur ab Imp. Vlp. usurpauit, in l. item ueniant. §. præter hæc. de Petit. hæredit. eod. Oldend. annotauit Libellum etiam appellari Commentarium in Sacras literas in c. ij. in prin. de Sum. trin. & fide cath.

LIBELLVS est duplex, Conuẽtionalis, & Accusationis, seu Inscriptionis. de Conuentionali loquitur d. l. j. & l. j. C eod. tit. de inscriptione l. libellorum. ff. de Accusat. Spiegelius.

LIBELLVM hunc nihil aliud esse, quàm Syllogismum, optima ratione Doctores iuris tradunt. Vt ecce, cùm ita dicimus: Iure statutum est, possessorem iustum rei alienæ teneri ad restitutionem eius, domino rectè uendicanti. Sed Titius possidet me inuito & iniustè rẽ meam, nec uult restituere: Quare Peto Titium condemnari, & cõpelli, ut mihi eandem rem restituat. Hic uides maiorem propositionem, minorem, & conclusionem. Vides item nomẽ rei uendicationis satis expressum. Olden.

LIBELLVS, indicante Albutio pro Alciato, quum simpliciter lex de Libello loquitur, apparere non de alia specie intelligendum, quàm de Supplici, quem uulgus Supplicationem appellat. in tit. C. Quand. libel. Princ. dat. litis contest. fac. & in l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de Arbitr. Vide Budæum in Annotat. prior. Spieg.

LIBELLVS Absolutus est, quando casum seu factum summatim uno orationis contextu complectimur.

LIBELLI appellatorij, uocantur porrecti à litigatoribus in l. j. §. ul. ff. de Appell. & alibi sępe in eod. tit. sic dicuntur libelli. Oldend.

LIBELLVS articulatus seu positionalis dicitur, cùm singulis articulis singulas causę circumstãtias in speciem describimus.

LIBELLVS dubius interpretatur secundum intentionem libellantis. l. si quib. intentione ambigua. ff. de iudic. & in pulchra quæst. tradit Corne. cons. xviij. in præsenti consultatione. in ij. & iij. colum. in iij. lib. & cons. xcj. in causa uertente. in ij. col. in ulti. libro.

Sed an hoc procedat etiam in libello criminali, quia lex prælegata loquitur in ciuilibus, & in criminal. uerba libellorum strictè debent intelligi, secundum Bal. in l. j. ad fi. C. de uerb. sig. in hac quæst. Lud. Ro. not. firmat quòd non. in l. diuortio. in princip. ff. sol. mat. mot⁹ ex una singu. decisione Bal. ibi. Addo quòd idem uidetur sentire Bal. in l. quotiens. §. si quis ita. ff. de hæred. institut. ubi dicit, quòd si testes deposuerint, quòd primò insultauit. S. postea uulnerauit: cũ dictio postea sit dubia, & possit accipi quòd statim in ipso insultu uulnerauit, & sic erit unum delictum tantum, iuxta gl. sing. in l. qui de crimine. C. de accusa. item possit intelligi cum interuallo. & sic erunt duo delicta. quod tamen interpretatur, quòd in continenti uulnerauerit, ad hoc ut testes concludant unum delictum tantum, & sequatur condemnatio in mitiorem partem fauore rei. Sed in hoc contrarium expressè tenet sing. Bart. in l. libellorũ. in prin. in ult. col. uers. quæro cum annus. ff. de accusat. & pro sing. citat D. Ias. in rub. C. de eden. in fin. & hanc opinionem contra Lud. expressè firmat Do. Alex. in l. diuortio. in v. col. uers. ex huiusmodi. ff. sol. matr. ubi respond. adductis in contrarium. & ponit tres notabiles declarationes ad d. l. si quis intentione ambigua. Cotta.

LIBELLVS familię l. 99. ff. de lega. 3. l. 8. C. The. de custo. reorum.

LIBELLVS famosus quid sit, ostendit imperator, l. unica. C. de Fam. lib. Azo, ibidem. Itẽ Iurisconś. l. lex Cornelia. de iniur. §. fin. Spieg.

LIBELLVS memorialis, scriptum memoriæ causa paratum.

LIBELLVS positionalis, aut (ut dicũt) Articulatus, uocatur, qui singulas partes, & circumstãtias facti, seu casus, breuissimis pronunciatis complectitur, adiectis nihilominus, quæ ad libellum requiruntur. Vide Oldend. in de Formula Libelli. Spieg.

LIBELLVS repudij, in leg. si pœnituit. ff. de Diuort.

LIBELLVS, syllogismus Iuristarũ uocatur. Nã primò narrat planè, secundò addit causam petitionis, & tertiò subinfert ipsam petitionem. Zasius in tit. Institut. de Action. Vt ecce cũ ita dicimus: Iure statutum est, possessorem iniustum rei alienæ teneri ad restitutionem eius domino rectè uendicanti. Sed Titius possidet me inuito, & iniustè, rem meã, nec uult restituere. Quare peto Titium condemnari, & compelli, ut mihi eandem rem restituat. Hic uides Maiorem propositionem, Minorem, & Conclusionem. Ex Zasio, & Oldendorpio. Spieg.

LIBELLENSES eodem sensu l. 22. C. de appel. qui & Libellenses sacri scrinij l. fi. C. ubi senato.

LIBELLORVM magistri, *maistres des Requestes* l. unic.

unic.ff.de offic. præfecti præto. uide infrà Magistri, lit.proxima.

LIBELLOS agere, in l.rescriptũ.ff.de Distr.pig. Rescriptum est ab Imperatore, libellos agente Papiniano.i.libellis apud Imperatorẽ præfecto. Budæus.

LIBER. Omnes homines aut sunt liberi, aut serui.l.ij.ff.de statu homi. Liber dicitur, qui ex naturali facultate facere potest quicquid libet, nisi quod ui aut iure prohibetur.l.iiij.ff.eod. Seruus autem dicitur, qui, ex cõstitutione iuris gentiũ, alieno dominio contra naturam (id est, contra ius naturale) subijcitur. ibidẽ. Liberi homines in duplici specie reperiũtur. Aut enim sunt ingenui, qui ex matre libera nati sunt. Instit.de ingenu.in princ. l. seruorum, de statu homi. ff. Aut libertini, qui ex seruitute manumissi sunt. Cæterùm, iusta seruitus intelligitur plena, & omnibus iuris partibus nixa, quemadmodum & iustam hæreditatem interpretatur Budæus. in l. iij. ff. pro socio. Anchora.

LIBERORUM HOMINUM plures sunt differentiæ. Hic Iustinianus ait, Alios esse ingenuos, alios uerò libertinos. Sed rectè adijceremus & alias differentias: Homines aut tantum conceptos esse aut iam natos. Item, aut mares esse, aut fœminas: alios esse spurios, alios ex iustis nuptijs conceptos: alios esse ciues, alios uerò peregrinos, & in ciuibus alios esse patricios, alios plebeios & cæt. Obseruandum autem obiter est, interdum ingenuum dici pro libero, & è diuerso liberum pro ingenuo. Inf.de nupt.ad fi. & cap.40. De hæred.instit. Sed & ingenuis proximos eos fuisse, qui iura ingenuitatis consequuntur: habuisse tamen interdum aliquid dissimile. Si patronus libertum suum adoptet, non facit eum omnino ingenuum, cap.ult. de stat.hom. Sed ita filium suum facit, ut ei in sua familia tribuat iura ingenuitatis ca. 32. De ritu nupt. Et Libertinus qui ius aureorũ annulorum abs principe impetrauit, ita ingenuitatis iura consequitur, ut tamẽ saluum maneat præcipuũ ius patroni cap.5.& 6. De iure aur.annu. Hoc est, licet nullas operas, obsequium nullum debeat patrono, reuerentiam tamen debet, l.10.§.2. De in ius uocan.& cum moritur, integra sunt iura patroni. Nam etsi quasi ingenuus uiuat, tamen tanquam libertus moritur.l.3. de bonis lib.l. 4. De iure aur.annu. Sed & qui ex libertino patre nascitur, dicitur nasci ingenuus, habet tamen aliquid libertinæ conditionis quia patronus in liberti quoq; sui filium habeat aliquid iuris. Sanè ex Cicerone & Liuio satis intelligi potest, olim ingenuos non fuisse, qui patrem ciere nõ possent, uel quorum maiores seruitutem seruierant: sicuti & Suetonius scribit, olim Libertinos dictos fuisse, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Quod Claudium Cæsarem ignorasse etiam notat, sed satis significat, iam suo tẽpore ex libertinis natos fuisse ingenuos. Sed & ingenuus etiam esse dicitur, qui quoquo modo liber nascitur adeò ut ita dicatur, etsi ex seruo natus sit, si mater libera fuit uel cõceptionis uel partus, uel etiã medio aliquo tempore. Nam uentrem partus sequitur (quia mater semper certa est) & ex quo est cõceptus, usq; ad natiuitatem, inspicitur tempus optimæ maternæ cõditionis. Si non de prima & naturali cõditione filij agatur, uerùm de ea quæ Iure Ciuili magis tribuitur, ueluti de dignitate, aut familia, aut origine: patris, cuius magis ea esse uidentur, statum potius spectamus. cap.x.De Senat.cap.1.Ad Municip. Saltem ubi pater legitimus est: qui magis est certus, capitulo 19. & 24. De stat. hom. Atque hic quidem etiã spectabimus, uel conceptionis tempus, uel partus prout filio erit utilius. Vt si cum primùm conciperer, pater meus Senator erat sed esse desierat, cũ nascerer: dicar nihilominus esse filius Senatoris. nó dicerer tamen, si, antequam conciperer, Senator esse desijsset cap.7.De senat. Postremo illud est obseruandum, etsi filio non prosit libertas matri obueniens post partum, prodesse tamen patris dignitatem. Nam responsum est, nihil interesse, an me susceperit pater iam Senator, an ante dignitatem Senatoriam cap.5.De Senat. Nam etsi summo Iure uix dici talis filius possit sanguinis Senatorij, tamen rescriptum est benignius esse, ut ei paternos honores non inuideamus l.11.C.de dignit. Fr. Baldui.jn sua Catechesi Iuris Ciuilis.capitulo 1.

LIBER singulari numero, pro nato. Cicero de nat. Deorum 11. Hinc Hercules, hinc Castor & Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber etiam: hunc dico Liberum Semele natum, non eum, quem nostri maiores augustè sanctèque Liberum cum Cerere & libera consecrauerant. sed quòd ex nobis annos liberos appellamus, iccirco Cerere nati nominati sunt liber & libera: quod in libero seruant, in libera non item. Hotoman.

LIBER dicitur is, cui ius est arbitrio suo uiuere, quatenus lege aut instituto permissum est. nam, ut in Cluentiana Cicero testatur, iccirco omnes legũ serui sumus, ut liberi esse possimus. Hot.

LIBER, pro certa parte operis, ut Pandectæ iuris in quinquaginta libros distinctæ sunt. Budæus obseruauit, Ciceronem alicubi usurpasse Librum, pro inuentario, ut uulgò dicitur, uel Registro. Sp.

LIBER rationum, siue Ratio, ultrò citroque dandi, accipiendi, credendi, soluendi sui gratia negociatio.l. si quis ex argentarijs. §. rationem. ff. de Edendo. Spiegelius.

LIBER à fide, qui fidem soluit, dicitur.

LIBER homo. Oppon. seruus, Vlpianus l.j. de His qui deiec. §. hæc in factum. uers. Sed cum quia in libero homine, inquit, nulla corporis æstimatio fieri potest, sed quinquaginta aureorum condemnatio fit. Spiegelius,

LIBER populus, is est, ait Proculus, qui nullius alterius potestati est subiectus, siue is fœderatus est: item siue æquo fœdere in amicitiam uenit, siue fœdere comprehẽsum est, ut is populus alterius populi maiestatem comiter conseruaret.l. septima, ff. de capt. & postlim. Hotoman.

LIBERA administratio, quæ plenam rei administrandæ potestatem habet, fraude remota.l. si pater. ff. Quæ in fraud.credjt. Spieg.

LIBERA iurisdictio. Vide, Iurisdictio libera.

LIBERAE legationes dicebantur, quæ à senatoribus uel uoti causa, uel hæreditatis syngraphæ'ue persequendæ, uel aliarum rerum priuatarum gratia in prouincias profecturis impetrabantur, ut aliqua honesta profectionis ratio eis constaret. leg. 14. ff. de legatio. Meminit Cicero libro tertio de legibus & libro secundo Epistol.ad Attic. Et in Oratio. pro Flacco. Sueton. in Tiber. Brut. epistol. ad Cicero. li. xj. Epistol. Brissonius.

LIBERALE responsum, hoc est, ingenuum, & minus dissimulanter prolatum.

LIBERALI caussa manu asserere dicebantur, qui liberum hominem iniusta seruitute oppressum in libertatem uindicabant. unde & Assertores, & Liberalis causa dicebatur. Terent. Adel.

Neq; uendendam censeo

Q

Quæ libera est, nam ego illam liberali assero
Caussa manu. Plautus Pœnulo,
Manu eas asserat
Suas populares liberali caussa. Itemq; paulo pòst.
Sed & præcisa locutione in Curcul.
Si quisquam hanc liberali asseruisset manu.
& paulo pòst.
Promisisti si quisquam hanc liberali assereret
Manu.
Nam Donatus auctor est ordinem esse, hunc, Asserere manu aliquem in caussa liberali. Hot.

LIBERALIS causa. Libertatis iudiciū prætor nō inuenit, sed lex, quæ partim cōmunē, partim propriā status conditionisue distinctionē in Romanam Rempublicā inuexit. Nā qui hominē liberū liberali causa manu asserebat, quod ex lege Quiritiū, uel iure Romano ageret, legitimā actionē impetrabat: siquidē ut liberos homines alienare prohibitum erat, sic alienatos ciuili iudicio manu asserere pmissum. Plautus in Curculione:

Qui sciat mercari furtiuas atq; ingenuas uirgines,
*Ambulato ... * Terentius in Adelphis.
Quod si ego illam tibi nolo uendere,
Coges me? Æsch. Minimè. S. namq; id metui. Æsch. neque uendundam censeo
Quæ libera est. nam ego illam liberali assero caussa manu.

Ex quibus uersibus satis intelligi potest, actionē liberalē ciuilem esse. Quū enim dixisset Æschinus, Liberā mulierē uendi nō posse, subiecit: nā ego illam liberali assero causa manu. Quasi diceret, quia liberā mulierē, quæ uendi nō pōt, alienare uis, ego illā liberali cā, hoc est, directa legis, qua liberos homines alienare phibitū est, actione assero manu. Cæterum si quærebatur, an quis libertus esset, an seruus, ideo ex prætoris iurisdictione substantiam capiebat hæc quæstio, quod ea ex nudo facto constaret. Quum enim quærimus, an quis libertus sit, an seruus, in effectu quęrimus, an quis sit manumissus, & ita de facto. Simili modo, quoties de hoc contēditur, an quis sit filius, non de iure, uerum de facto omnis est contentio. Et idcirco hæ quęstiones duæ ex prætoris iurisdictione substantiā capiebant, hoc est, uiua iudicis quē prætor decernebat, uoce, sine aliquo iuris auxilio expediebātur. Nam quæ ex nudo cōstabāt facto, nuda solebant ptoris iurisdictione definiri. Errāt igitur, qui existimant, actionem de partu agnoscendo ex S.C. nasci. id enim nullis rationib. probari potest. tum quod huius actionis caussa ex nudo meroq; facto, nō ex certa aliqua iuris aut S.C. definitione constaret. tum etiā quod nec S.C. Plaucianū, nec illud Senatusconsultū, quod tēporibus diui Hadriani factū est, quicquā aut adderet actionis substantiæ aut detraheret, sed dies constituebat denunciationi certos. Ergo quū ante huiusmodi senatus constitutionē, nullo certo ordine aut tēpore denuntiationi cōstituto, passim etiam sine denūtiatione maritos pro arbitratu agnoscendi, alendiq; partus gratia fœminæ suos prouocarent: uoluit Senatus intra dies 30. post diuortium connumerandos fœminas suis maritis denunciare, si se prægnantes existiment, ut possent mariti custodes mittere. Nam quod Plancianū Senatuscōsultum de liberis agnoscendis nihil ad actionis substantiam pertineat, ex Vlpiano nemo est qui non iudicet. Ordinem enim senatusconsultis de liberis agnoscendis exponi, Vlpianus auctor est. c. 1. §. ex hoc rescripto. de uent. inspic. Vt sic ante Senatusconsulta, quibus sic ordo erat constitutus sine ordine de agnoscēdo partu ueteres cōtendisse uideri possint. Si leges ad leges trahi solebāt. c. 26. de legib. Si prætoris edicto ad iuris constitutiones trahenda nonnūquam sunt, c. 1. ex quib. maior. si deniq; de his, quæ primo cōstituta sunt, certius quid statui poterat. c. 11. de legib. cur nō circa pretoriā de partu agnoscendo actionē, certius quid senatus potuisset ordinare? Est igitur de partu agnoscendo iudiciū honorarium non ciuile. Ræuard. uarior. lib. 1. 18.

LIBERALIA iudicia, & liberales causę propriè appellantur, in quib. de libertate quæstio uertitur. rub. de liber. cau. l. 42. §. 1. ff. solut. mat. l. 32. §. de liberali. ff. de recep. q arbit. recep. l. 6. §. 1. ff. de Carb. ed. l. 3. §. si seruus. ff. de adqu pos. l. 36. & l. 38. ff. de re iud. l. 3. ff. de ferijs. l. 7. §. 1. ff. de petitio. hæred. Ita liberale iudicium apud Quintilian. lib. vj. cap. de risu. Briss.

LIBERALIA, Vlpia. ait, studia accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια μαθήματα appellāt. Ciceroni ingenuæ artes dictæ: Plinio, Liberales: quæ, autore diuo Augustino lib. vj. de Ciuitate Dei, seculares à recētioribus uocatæ sunt. Cur dictæ sint Liberales, Budæus indicat in posterior. Annotation. Sed & Seneca cur sint Liberalia studia dicta, eaq; non ad uirtutē ducere, sed præparare tantum, ostendit epist. lxxxix. Sp.

LIBERALIS caussa dicitur, quę actionē in se cōtinet libertatis, ait Donatus in illud Terēt. Ego illā liberali assero caussa manu. Hinc tit. de liber. causs. ff. & passim Liberalis caussa, & Liberale iudiciū. l. 3. §. si seruus, ff. de acq. poss. l. 32. §. de liberali, ff. de arbit. l. 42. §. 1. ff. solut. mat. l. 7. §. 1. ff. de petit. hæred. Hot.

LIBERALITAS fraudulenta, quæ nocet alijs. ut si quis debitum condonās debitoribus, nolit creditoribus suis solutum iri. Vide l. ult. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit. Spieg.

LIBERALITATE frui dicitur is, in quem liberalitas confertur, non qui ea studiosè utitur. P. Victorius.

LIBERARE, libertate donare: liberari, libertatem consequi. l. 12. §. manumittendo. ff. de captiuis. l. penult. ff. in quib. caus.

LIBERARE est luere, & nexum pignoris dissoluere l. 57. ff. de leg. 1.

LIBERARE prædia, seruitutem debitam remittere l. 1, ff. si usuf. pet.

LIBERATIONIS uerbum (ait Paulus) eandem uim habet, quam solutionis. l. 47. ff. de solut. In rubrica tamen de solut. & liberat. distinguitur, ac tāquam generis loco ponitur: ut Solutio, pecuniaria sit: Liberatio, quæuis altera dissoluendæ obligationis forma: ut confusio, & compensatio.

LIBERE, & sine exceptione fideiussor promisisse intelligitur. Liberè, quantum ad ius & naturam fideiussionis. Sine exceptione scilicet friuola. Non tamen per hoc legitimis exceptionibus renunciat. cap. ex parte ij. de offic. deleg. Vide Iason. in l. j. C. de sacr. eccl. Spieg.

LIBERI, nedum filij, sed & nepotes, pronepotes, & deinceps nati dicuntur. Vlpianus de Pollicit. l. inter liberos, nepotem quoque contineri, Diuus Pius rescripsit. Paulus: Liberi uocantur usque ad trinepotem. l. Iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradib. affinit. Callistratus: Liberorum appellatione, nepotes, & pronepotes, cæteriq; qui ex his descendunt, continentur. hos enim omnes Liberorum appellatione Lex xij. Tabul. comprehendit. Spieg.

LIBERI à Græcis, τέκνα, καὶ παῖδες, adpellantur, filij uero υἱοί.

LIBERI, semp pluratiuo numero pfertur, sicut & pugillares, Codicilli. Gaius in l. nō est. ff. de uerb. sig.

fig. quo multitudinis numero etiam unum filium filiamue significari ueteribus dixit A. Gellius lib.2.c.13. & uide l.148.ff. de uerb. signif. Oldend.

LIBERI non sunt qui contra formam humani generis procreati sunt l.14.ff. de statu homi. Paul. li. 4. Senten. tit.9. Hos partus monstrosos adpellat Romulus primus Romanorum rex lege lata, cuius hæc uerba sunt: Monstrosos partus sine fraude necanto. Hanc explicui lib.3. Veteris Iurisprud. Sp.

LIBERI sunt qui nascũtur ex libera: Imo qui cõcepti sunt, aut aliquo momento matrem habuerunt liberam. Connan. lib.2. cap. 11. nu.7. Ingenui autem qui nullo tempore iugũ seruitutis passi sunt: siue in ipso nascẽdi actu, siue statim ac nati sunt libertatẽ cõsequanẽ. uide Instit. de ingenuis & ibi Cõmẽtatores.

LIBERI populi & liberæ Ciuitates, quæ nec tributa nec uectigalia soluunt Cicero de leg. Agr. contra Rullum.

LIBERI & hæredes. Vetus est quæstio, multiq; incerti eam rem certant, ut Vulcationo uerbo utamur: Cautio his uerbis concepta, Ad liberos & hæredes, quam significationem habeat. l. Gallus. §. etiã. de lib. & posth. Nã alij eius orationis hunc esse effectum putant, ut utrunq; fiat: nec prosit ex liberis esse, nisi & hæres sit: nec rursus hæredem esse, nisi ex liberis quoq; sit. Alij contra. Tam enim adiectione huius syllabę Et, orationem augeri ac plenius intelligendam esse, quam detracta coniunctione minui, & uelut in angustum cogi. l. ea tamẽ. de legat.3. Nec certè dubium ea res habet, quin pleraq;, ut ait Iulianus, tali cõiunctione in ambiguitatẽ incidant. Quid agimus? Ego non dubito, si ea res quæq;, de qua in agendo cautum est, ita per hæreditatem obtingit, ut id quod capitur, in rei persecutione consistat, & precium hæreditatis augeat: in liberis, id quoq; spectandum esse, ut hæredes sint: qui uero ex liberis non essent, & eos ex sequente orationis parte, κατὰ μερῶν & tanquam sublata coniunctionis parte admitti. Nam, quamuis dictio Et, coniunctionem faciat: tamen plериq; ea utuntur, non tam ut coniungant, quàm quod in pauca rem conferre, & compẽdiosè loqui studeant. l. si quis Sempro. de hæred. inst. Sed & in dubia caussa hæ syllabæ, Et, Que, Cum, singulas res per se demonstrant, l. si is qui. cc. de rebus dub. Quid quod & illud fieri potest, ut prius loquendo de liberis, de ijs qui primum successionis tenent ordinem, cautũ: & deinde plenius sub uerbo hæredum, cœteris qui illos sequuntur, prospectum sit? Sic enim id Pomponiano quodam responso, è libris ad Q. Mutiũ, in specie quidem non planè simili: sed tamen quis huc nõ ineptè trahere in exemplũ possit, traditum est. l. Herennius. de uerb. sig. Quid ergo si ijs de rebus concepta sit cautio, quæ rei persecutionem, & quasi pecuniæ præstationem nõ continent? Et quoniam ea res iure hæreditario non contingit: In liberis, immistionem requiri nũ opinor. Planè in cœteris, summa est ratio, quæ aditionem, ut quamuis conditionem expectet. l.3. §.1. de hęred. inst. Sed liberis, ad illum quęcunq; est, prærogatiuam ex lege admissis, in extraneorum persona, ea lex locum habere non potest. Nam propius est, sicut & Papinianus respondit. l. cum pater. §. fin. de leg.2. & nostri interpretãtur. gl. ibi. ut Coniunctione ijs personis, inter quas gradus affectionũ sunt, adiecta: ordine ipso scripturę, uelut substitutionem aliquam factam intelligamus. Nec mutat, quod Papinianus speciem suam, per disiunctionem uel & aut exponat: nam sæpe id ita compertum esse, ut secundum rem, de qua agitur, cõiuncta pro disiunctis accipiantur. l. sæpe. de uerb. sig. nemo est omnium qui ignoret. Curt. lib.1. ἀνατῶν. c.43.

LIBERI & posteri. Quid, quãtumq; liberi à posteris distent ac differant, haud Hercle tam facile est distinctu, quàm multis uideri posset. Nam, qui hoc solum dixerit, Liberũm nomen angustius esse, & posterorum latius patere, grammaticis fortè satisfecerit, Iurisconsultis non item. In liberis porro uidẽtur ij esse, quos parentes in potestate habere possunt, Quod genus, Filius, Nepos, & pronepos. Rarum est autem, ut eũ quis uideat, cuius sit abauus: sed quia fieri potest, sit sanè & abnepos inter liberos: facta scilicet distinctione à seruis: in quos non maior Veterum, quam in Liberos suos potestas erat, Ius scilicet & in hos uitæ ac necis. Quin etiam, cum supra Tritauum ferè maiores sint apud ueteres dicti: Iure ac Regula τῶν κατ' ἄλληλα. eorum erũt liberi, qui illis parẽtes: & quibus hi maiores, eorum posteri. Ita & trinepos in Liberis erit. Sed C. Cassius & parentes supra Tritauum, & Liberos infra Trinepotem accipiendos putabat. l.4. §.2. de in ius uoc. Verũ, ut propius ad ea, quæ iurisconsulti sunt, ueniam. & illa est inter Liberos & posteros differentia: Quòd maior in posteris ratio sit generis, familięq; & gentis: in Liberis affectionis & naturæ, siue ut Græcis dicitur, στοργῆς. Itaq; Posterorum nomen, ad eos qui ex fœminis nati sunt, non pertinet. l. 1. de iure immuni. Inter liberos & nepos ex filia est. l. fin. de polli. Videtur autem, hæc Generis & Naturæ caussa, totius differẽtiæ habere potestatem. Quo fiet, ut eam pro uarietate rerum, nunc intendat, nunc remittat. Curt. libr.1. ἀνατῶν capitulo 45.

LIBERORVM appellatione nepotes & pronepotes, cęteriq; ex his descendentes, cõtinentur: primùm quòd Lex xij. Tabularum hos omnes appellat liberos: Deinde, quòd natura nos hanc interpretationem docet: quum uideamus pios parentes, liberorum procreandorum animo & uoto uxores ducere, ut non filios solùm, sed etiã nepotes & deinceps alios concipientes atq; edentes, ex prole utriusque sexus, diuturnitatis memoriam in æuum relinquãt. Et inde in communem usum receptum esse, quòd filiorum appellatione omnes, qui ex nobis descendunt, comprehendantur. Neq; enim dulciori nomine possumus nepotes nostros, quàm filij, appellare. Interim tamen non frustra sunt inuenta singularum cognationum nomina, ut aliter filij, aliter nepotes, pronepotes, & cæteri ex his descendentes, appellentur. Nam toties his utendum est, necessariò, quoties lex non omnibus descendentib. præstitum aliquid uoluerit, sed solis his qui nominatim enumerantur. At ubi non personis certis, sed omnibus qui ex eodem genere orti sunt, præstatur: conuenit, liberorũ appellationem generaliter intelligi. Callistratus in l. Liberorum. Vlpianus in l. Cognoscere. §. ult. Paulus in l. Filij. ff. de uerbo. signif. §. ult. Instit. Qui testament. tuto. da. poss. Eadem iuris Naturalis ratione receptum est, ut patris nomine auus quoq, demonstrari intelligaẽ. l. Iusta. ff. de uer. sig. Old. Adde Pet. Crinitum lib.15. cap.8. de honest. discip.

LIBEROS habere qui dicantur, ostendit Alex. Neapolit. c. xv. lib.j. Spieg.

LIBERTAS directa nuncupatur, quam dominus statim contribuit. Sicut obliqua seu fideicommissaria, quæ danda mãdatur hæredi. Old. adde Ferretum tit. Qui testam. tut. dari possint.

LIBERTAS etiam auibus & feris, quę custodia humana non coercẽtur, tribuitur. Naturalem enim liber-

libertatem accipere aues, feræq́. intelliguntur, cùm in suam naturalem laxitatem peruenerunt, uel oculos nostros effugerunt, uel ita sunt in conspectu nostro, ut difficilis sit earum persecutio. l. 44. & l. 55. ff. de adq. rer. do. l. 3. §. item feras. ff. de adquir. poss. §. feræ. in fin. Instit. de rer. diuisio. Briss.

LIBERTAS opponitur Seruituti. Vnde conuenire non possunt. C. de Latin. lib. tollen. l. ergo. ff. de fideicom. libert. Porrò sub appellatione libertatis, non solùm accipienda est, quæ seruili conditioni opponitur, sed omnis conditio alieno iuri subiecta. Contrà quoque sub seruitutis appellatione omnes omnino species subiectionis sunt intelligendæ, quæ iuris ac potestatis aliquid in persona ꝓducunt. Hot.

LIBERTAS non priuata, sed publica res est. Martianus in l. Si quis. ff. de fideicommiss. libert.

LIBERTAS relicta uidetur hisce uerbis, Nolo aliquando tibi seruiat. l. quidam testamento. ff. de fideicom. libert.

LIBERTATEM Cicero Paradoxis definit potestatem uiuendi ut uelis. Noster Florentinus libertatem ait esse naturalem facultatem eius, quod cuique facere libet, nisi si quid ui aut iure prohibeatur. l. 4. ff. de statu hom. Quod Persius his uersibus expressit,

Vindicta postquàm meus à Prætore recessi,
Cur mihi non liceat iussit quodcunq; uoluntas
Excepto si quid Masuri rubrica uetauit?

Plenissima libertas & in tit. de libertin. Institut. & in l. 1. §. sin autem socius. C. de comm. ser. man. accipienda est, ex qua ciuitas Ro. competit: quam & iustam appellari diximus, & ex iure Quiritium. Vnde Seneca lib. iij. Natur. quæstio. Quid est præcipuũ? Imprimis liberum animum habere: Hæc res efficit non è iure Quiritium, ut sit liber, sed ex iure naturę. Briss.

LIBERTATEM imponere dicunt nostri auctores. l. 41. in fin. ff. de bon. libert. l. 4. ff. de man. uind. l. 11. §. 1. ff. de minorib. l. ult. in princip. C. de testam. manumiss. l. ult. ff qui sine manumiss. l. 10. C. qui testam. fac. l. ult. C. de fideicom. libert. l un. C. de comm. ser. man. l. 1. & 2. C. com. de manumiss. ab eo quod capiti serui, qui manumittebatur, uindicta lictoris uirga imponi solebat. Briss.

LIBERTATIS appellatione contineri ciuitatem Romanam l. unica, iam citati tit. C. indicat.

LIBERTATIS proprium est, sic uiuere ut uelis. Cicero de Offic. & idem in Paradox. Libertas est potestas uiuendi, ut uelis. Libertas, Florentius Iurisconf. in l. libertas. de statu hom. est naturalis, inquit, facultas, eius quod cuique facere libet: nisi si quid ui, aut iure prohibeatur. Estq; ea nihil gratius. leg. Paulus. §. j. ad tit. de fideicommis. liber. Adde regulam iuris. l. libertas. Ex Alberico.

LIBERTI sunt, qui desierunt esse serui. l. 4. ff. de iust. & iur. uel sic:

LIBERTI qui dicũtur Orcini ab ipso defuncto sunt libertatem consecuti, ut sunt omnes, quibus directo data est libertas: dicti quasi mortem domini urgeant, & quàm proximè sequantur. Veteres enim orcum dictũ esse putauerunt, quod urgeret ad mortem. Probabilius erit fortasse Orcinum hinc ducere, quòd à domino iam mortuo & in orci potestate constituto, tanquam ab ipso orco libertatem consecutus sit: ut uideatur esse quodammodo orci libertus. Connan. lib. 2. c. 4. nu. 5. Vide Orcini.

LIBERTVS ingratus dicitur is, qui patrono obsequium non præstat: uel res eius filiorúue tutelam administrare detrectat. l. nullum. ff. de diuort.

LIBERTINI sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. l. 6. ff. de statu hom. olim uerò, id est Appij Cæci temporibus, & deinceps aliquandiu libertini dicebantur, non ipsi qui manumittebantur, sed ingenui ex his ꝓcreati: ut scribit Suetonius in Claudio. quam differentiam obseruare Modestinus uidetur in l. prima. ff. de excusat. inter ἀπελευθέρους, & ἀπελευθερικοὺς hoc modo: ἀπελευθερικοῖς γὰρ ἀπελευθέρους μόνους δεῖ δίδοσθαι. Et paulo antè, ἀπελευθερικοῖς ὀρφανοῖς εὐγενεῖς ὁ δήμου οἱ ἄρχοντες ἐπιδώσουσι. id est, Libertinis enim libertos solos dare tutores oportet. Item, Libertinis pupillis magistratus tutores ingenuos non dabunt. Hotomannus. Hodie tamen Libertinus & Libertus is dicitur qui ex iusta seruitute manumissus est. Hoc tamen interest, quia Libertus tunc dicitur, cũ uel de patrono, uel iure patronatus agitur, ut in tractatu de iure patronatus, de operis libertorũ, &c. Non enim dicitur cuius est Libertinus sed libertus, Id quod obseruauit Plautus in Asin. (cũ inquit) Magis decorũ est libertũ potius quàm patronum onus in uia portare, &c. Libertinus autem tũc dicitur, cũ statũ hominis significare uolumus ad differentiam Ingenui uel serui: Dicimus enim Seruus an Libertinus, libertinus an ingenuus? Ac præter hanc relationis, nulla est differentia ut Valla existimat lib. 4. Olim in proprias tribus distribuebantur, cũ manumissorũ filij libertini uocabantur. Florus in Epitom. lib. xx. Libertini (inquit) in quatuor tribus redacti sunt, cum antea dispersi fuissent: Esquilinam, Palatinã, Subuiranã, Collinam. At postea in dominorũ tribus asciscebantur, id quod ex Tertulliano annotauit olim Politianus c. 31. Miscell. Prohibebantur aũt olim libertinæ, nec non libertinorum filiæ Vestales fieri ut est apud Gellium lib. 1. cap. 12.

LIBERTINORVM aũt status tripertitus fuit: Erant enim libertini ciues Romani, Latini & dedititij, Ciues Romani ut tradit Caius lib. 1. suarũ Institutionũ, erant qui testamẽto, aut in templo, aut ante cõnsulem manumitterẽtur. Latinos aũt fuisse scribit, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut in cõuiuio libertatẽ consequebãtur: Dedititios uero, qui post aliquod facinus admissum supplicijs afficiebantur, publiceq́; pro criminib. cædebãtur. aut in quorũ facie, uel corpore aliqua nota uel igne, uel ferro ita impressa foret, ut deleri non posset, & postea manumittebantur. Additq́; ciues Romanos potuisse testamenta facere & alijs ex testamẽto succedere, quę Latini siue Dedititij nequaquã poterant. quãuis Latini si iterũ aut testamento, aut in Ecclesia, aut ante consulẽ manumissi fuissent, ciuiũ Romanorum iura consequerentur. At cur Aelius Sentius tertiã speciẽ Dedititios nominarit, latè scribit Theophilus, dicẽs, ita fuisse nominatos exemplo quorundam peregrinorum, qui cum Romanis uectigal penderẽt, quiddam tyrannicum cogitantes in Romanos arma sumpserũt, cum quibus congressi uicti sunt. Cum enim eorum fortitudinem ferre non possent, armis abiectis se dediderunt. Verum Romani humanitate usi eos uiuere permiserunt, hanc solam eis iniuriam inferentes, quòd quoniam sese dediderunt, eos dedititios appellarũt, ut cum turpitudinis participes essent, eodem quoq; nomine uocarentur. Quã Theophili doctrinam tanquam lectissimum florem Angelus Politianus uir eruditissimus inseruit libro suo, quem Miscellanea inscripsit. Ferrandus tamen lib. 2. Explicationum cap. 18. in §. libertinorum. de libert. potius dedititios dictos existimat quòd ad aliquod supplicium prius dediti fuissent. quandoquidem ut

Caius & Theophilus scribunt, huiusmodi libertini antequam manumitterentur, publicè delictorum suorum pœnas luebant. Cicero quoque in Topicis ait, fuisse tres modos manumittendi. Si neque cēsu, neque uindicta, neque testamento liber factus est, non est liber. nec ulla est earum rerum. non est igitur liber. Sed hic Caius nullum uerbum de manumissione, quæ censu fiebat. Qualis autem foret, docet in commentarijs suis Seuerinus Boetius his uerbis, censebantur enim antiquitus soli ciues Romani, si quis ergo consentiente, uel iubente domino nomen detulisset in censum, ciuis Romanus fiebat, & seruitutis uinculo soluebatur, atque hoc erat censu fieri liberum, per consensum domini nomen in censum deferre, & effici ciuem Romanum. Triplicis quoque libertatis mentionem facit Ausonius Gallus in Crippo,

Triplex libertas, capitisq; minutio triplex.

De manumissis uindicta, alibi dicetur, in quorum etiā corpus festuca inijciebatur, ut est apud Plutarchum in lib. περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων. nam hæc sunt illius uerba, ῥωμαῖοι δὲ οὓς ἂν εἰς ἐλευθερίαν ἀφιῶσι, κάρφος αὐτῶν τοῖς σώμασιν ἐπιβάλλουσι: hoc est, Romani quos ad libertatem perducunt, in illorum corpora tenuem festucam inijciunt. Quare Plautus in Milite Glorioso,

Quid, ea ingenua, an festuca facta, serua, an libera est?

Et Persius Satyr. 5.

Non in festuca, lictor, quam iactet ineptus.

Ex qua Satyra constat etiam eos qui manumittebātur circumagi solitos,

Verterit hunc dominus, momento turbinis exit

Marcus Dama.

Quod pariter docet Seneca lib. 1. Epistolarū. philosophiæ seruias oportet, ut tibi contingat uera libertas: non differtur in diem, qui se illi subiecit & tradidit, statim circūagitur, hoc enim ipsum philosophiæ seruire libertas est. Radebant quoq; manumissi caput, & pileum gestabāt: quocirca Plautus in Amph.

—quod ille faciat Iupiter,

Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum.

Et Liuius lib. 24. Postero die serui ad pileū uocati, & carcere uincti emissi. ac Suetonius in Tiberio, seruisq; ad pileū frustra uocatis in Siciliā profugit. Sic Quintilian9 in Declamatiōe 9. si uerisimile est Quintilianū tā inepte declamasse, Terentiū, quē inter cæteros captiuos secundo Punico bello Scipio Africanus uinculis exoluerat, memoriæ tradidere maiores insigne receptæ libertatis pileo testantē in triūpho ducis esse conspectū. hæc quippe faciebant manumissi, quòd essent à seruitute tanquam ab aliqua tempestate liberati. nam idem agebant, qui tempestatem maritimam effugissent. Iuuenal. Saty. 12.

Tunc stagnante sinu gaudent ibi uertice raso,

Garrula securi narrare pericula nautæ.

Ait Dion Brutū gestasse pileum, & duos pugiunculos, significare uolēs à se & Cassio patriā in libertatē uindicatam, quod etiā hodie in illius nomismatis uisitur. Contra uero apud Laconas coma signū erat libertatis, ut refert Aristoteles lib. 1. rhet. Assumebāt etiā liberti patronorū nomina, ut author est Artemidorus Daldianus in ὀνειροκριτικοῖς. Quo aūt differant libertus & libertinus, docuit Laurentius Valla Elegātiarū li. 4. Per libertinū enim significatur hominis cōditio, sicut per ingenuū: per libertū priuatus quidē respectus, quēadmodū per patronū: Tamē nonnunquā in eodē sensu capitur libertinus, ut licet uidere apud Caiū, qui in Institutionibus sub tit. 1. sæpe libertinū, pro liberto usurpat. Sic Plautus in Persa,

Sed ita pars libertinorum est, nisi patrono, qui aduersus est,

Nec satis liber uidetur, nec frugi, nec honestus satis,

Nec illi officit, ni ei maledixit, ni ingratus repertus est.

Sciendum est Suetonium in Claudio tradere temporib. Appij, & deinceps aliquādiu libertinos dictos non ipsos, qui manumitterētur, sed ingenuos ex eis pcreatos. Illud quoq; nō omittendū uidetur, quòd tradit Iulius Pollux lib. 3. apud Græcos fuisse quandā hominū speciē, qui tāquā libertini, nec liberi, nec ingenui erāt, sed illorū cōditio media erat, qui à Lacedæmonijs εἵλωτες, à Thessalis πενέσται, à Cretēsib. κλαρῶται, ἢ μνοῖται, à Mariandynis δωροφόροι, ab Argiuis γυμνῆτες, à Sicyonijs κορυνηφόροι uocabātur. Sciendū quoq; Iustinū lib. 41. perhibere apud Parthos non licuisse quenquā manumitti, & Val. Max. lib. 2. scribere apud Massilienses licuisse solum ter manumissionem rescindi. Ferrandus loco sup. citato.

De LIBERTIS Latinis trib. legib. cautū erat: lege Iunia Norbana, S.C. Largiano, & edicto D. Traiani. Lege Iunia Norbana cauebatur, ut manumissores bona libertorū Latinorū iure quodāmodo peculij uendicarēt: SC. Larg. id additū fuerat, ut liberi manumissoris in bonis Latinorū præferrētur: Edicto diui Traiani, quod Latinus qui ignorante uel inuito patrono ciuis Romanus fuerat effectus beneficio principis, uiuus quidē duraret ciuis Romanus, moriēs aūt moreretur Latinus non obstante Imperatoris beneficio. Quæ omnia Iustiniani cōstitutiōe sublata fuerunt. §. ult. inf. de success. libert. In Fragmētis institutionū Vlp. legimus Latinos libertos ius Quiritū cōsecutos esse, beneficio Principali, iteratiōe, liberis, militia, naue, ædificio, pistrino. Et addit naue accepisse ciuitatē Romanā, si non minorē, q̄ decem millib. modiorū nauē fabricauerit, & Romā sex annis frumentū portauerit, ex edicto D. Claudij. Balduin. tit. de Libertinis. Porrò quod circa deditiios statutū est, id omne à lege Ælia Sentia dispositū fuisse certū est: quæ rogata fuit à Sexto Ælio Catulo, & C. Sentio Saturnino Coss. anno ab urbe condita DCCLVI. ita ut longe alia sit ab ea cuius meminit Cicero in Topicis & ibi Boetius & propterea fallatur Alciatus in l. Sciendū §. j. ff. de uerb. signif. eandē esse existimās de qua meminerit Cicero. Cū hic quadraginta annis antea fuerit occisus Hircio & Pansa Coss. mēse Septembri. Quod aūt id statuerit Augustus, docet Tranquillus in Augusto his uerbis: Seruos, non cōtentus multis difficultatib. à libertate iusta remouisse, cū & de numero & cōditione, & differētia eorū, qui manumitterētur curiosè cauisset, hoc quoq; adiecit, ne uinctus unquā tortusùe quis ullo libertatis genere ciuitatē adipisceretur. Ecce modo deditiios, circa quos notandū est, q̄d Paul. li. 4. sent. deditiios etiā fieri dixit, qui iussu dn̄i in uinculis aliquādiu fuissent, dū dn̄s furiosus aut pupillus nō fuerit. quo spectat locus Vlp. in l. uerū est. ff. de uerb. sig. Aldobr. ad Inst. de libertinis. §. libertinorum autem.

LIBERVM pro filio in numero singulari, protulit Modestinus Iureconsult. in l. ius autem. ff. de pactis. & tamen secundum communes Grammaticæ & Romanæ linguæ regulas, hoc nomē recipit solūmodo pluralem numerum. Et ideo non esse sine liberis dicitur (secundum Caium Iureconsul. in l. non est sine liberis. ff. de uerb. sign.) cui uel unus filius solus, uel una sit filia. Hæc enim enunciatio, habet liberos, non habet liberos, semper multitudinis numero profertur: sicut pugillares, codicilli, & nuptiæ. absurdum enim esset, unum pugillarem, unum codi-

codicillum, & unam nuptiam dicere. & ideo quem sine liberis dicere non possumus, hunc necesse est ut dicamus liberos habere: ut etiam apud Sempronium Asellionem rerum gestarum lib. v. obseruauit Gellius: qui de Tiberio Graccho Tri.pl. ita scripsit: Orare cœpit, ut se defenderent, liberosq; suos: eum, quem uirilis sexus tum in eodem tempore habebat, produci iussit, populoq; commẽdauit propè flens. Hinc titulus de lib. & posth. hinc l. liberorum appellatione. ff. de uer. sig. & id generis non parum multa.

Et ob id Bartolus, qui sine dubio Academiæ nostræ legalis princeps est, in l. ius autem agnationis, suprà allegata, putauit liberum pro filio in numero sing. alibi obseruari non posse. Sed quòd eius pace dictum sit, inuenio hoc etiam apud Vlp. in l. nemo. prædo. §. locupletior. ff. de reg. iur. Proinde Sipontinus in suis in Martialem commentarijs, super ea epistola, Spero me securum: dicit, quòd singulari numero aliquando reperiatur. Laurentius etiam Valla, uir de literis bene meritus, in lib. elegãtiarum Latinæ linguæ iij. c. cvj. refert se liberum pro filio & apud Quint. & Paulum, Caiumque Iureconsf. adnotasse: hoc tamen (quod eorum pace dictum sit) falsum est. In Pandectis enim nostris liberũ in singulari numero in hac significatione,, præterquã apud Modestinum & Vlpia. non lego: nisi malimus dicere, ab impressoribus inscriptionem auctoris in his locis immutatam. quod credẽdum est, ex quo alibi in Pandectarum libris non licet inuenire. Nec inficior, in constitutionibus Imperatorum, de quibus in Iustiniani principis codice, apud quos non seruatur dignitas Romanę linguę, multis in locis posse hoc obseruari. ut in §. hoc quoque à nobis: Emancipando (inquit) liberũ. instit. per quas personas no. ius acquir. & in l. si quis prioris. §. ult. Talem (inquiens) liberum. & ibi etiam Bal. adnotauit. C. de secundis nuptijs. & in l. si quis suo testamento. in prin. dum inquit, Portionem libero. quo in loco Accurs. in uerb. Libero, hoc obseruauit. C. de inoffic. test. & in multis locis, quos breuitati inseruiens omittam. Et ideo opportunè dixerit Bald. in c. j. §. & quia uidimus. in vj. col. ibi. & interdum. in titulo. qui feud. dare poss. quòd Imperator quãdoque loquitur grosso modo: quæ uerba reassumit etiam And. Sicul. in reper. rub. C. qui adm. in ix. col. Proinde excusari possunt ætatis nostræ Iureconsf. si linguæ Latinæ normam prętereunt: quia permissum est homini loqui eo modo, quo lex loquitur, uel Imperator: siue propriè, siue impropriè, ut eleganter dicit Bald. in l j. C. unde lib. Cicero quoq; (quẽ disertissimũ inter Romuli nepotes appellat Catul.) excusat se in primo de Legib. quòd quoniã in populari ratione omnis sua uersaṫ oratio, populariter loqui sibi necesse erit. Cotta.

LIBERVM agere, Zasius ait, nihil aliud est, quã nullũ habere dominũ, cui subiectum esse oporteat. Nec quilibet tantũ à natura, uerumetiam qui absq; dolo malo in libertate diu moratus est, liber esse prę sumitur: nisi probetur esse seruus. l. interest §. fin. l. igitur. §. potest. ff. de Liber. caus. Spieg.

LIBET, idẽ quod placet: à labendo, ut Varro inquit, quòd quæ placent, in mẽtẽ prolabãtur. Sic accipitur à Iuriscons. in definitione Libertatis, quod & ab Alber. obseruatum est. Spieg.

LIBIDO, p uolũtate interdũ. ut apud Ciceronẽ inuenire licet, accipitur Nam ab eo quod libet, dicitur. Donato est q̃libet uolũtas temere suscepta. Et quãuis in mala re ferè semper dicatur, tamẽ in re honesta à Sallustio dicitur: qd F. Syluius antè monuit.

LIBIDINOSAE sententiæ, quæ pro libidine cuiusque feruntur.

LIBITINARII Gręcę νεκροφόροι καὶ νεκροθάπται teste Vlpiano dicuntur, quasi defunctiferi, qui Sandapilarij, & uespillones dicuntur, non multum dissimiles his uulturijs Codonophoris, id est tintinabula gestantibus, quos anteambulones atratos Latinè appellare possumus, & ferales pręcones, authore magno Budæo. A' græcis etiam ταφεῖς &c. Brechæus l. cum in testamento. ff. de uerb & rer. signific. &c.

LIBITINARIVS is dicitur, qui quæstui inseruiens libitinariam exercet: quique necessaria funeribus uendit: uel qui curam mortuorum sepeliendorum habet, seu qui conducit funera, & qui rationib. prętrat Libitinę deę, in cuius templo, quæ ad sepulturã pertinebant, uendebantur: ut scribit in Problematibus Plutarch. Græcè νεκροθάπται uocatur. Refert etiam Seneca, Vota libitinariorum esse, ut mortes plurimorum optent, quòd illis quęstuosissimum sit. & de his intellexit Vlp. in l. quicunque. §. idem ait. ff. de instit. actio. & Iureconsulti in alijs locis non parũ multis: quãuis quidam aliter & minus rectè. Cotta.

LIBITINARII autem dicti sunt à libitina, id est funere, dicta Libitina à uenere Libitina, q̃ Romæ habuit templum, iuxta quod uendebantur quibus erat opus ad funus, puta unguenta, lychni, papyri, cerei, funalia. Sed cur ea iuxta Veneris tẽplum, quę iocorũ uoluptatumq; dea est, uendebãtur? Plutarchus in Problematis causam narrat, ut uidelicet cũ homines libidinibus dant operam, meminerint se aliquando morituros &c. Nebriss. uide autem & Antonium Augustinum lib. 4. Emendat. 10. c. 16. & Tiraquell. in 15. l. connub. gl. 1. partem 15.

LIBRA instrumentũ est, quo res cũ lancib. ponderantur, & alio nomine Bilancem uocãt. Instrumẽtum uerò quo res sine lancib. ponderantur, Statera dicitur. at Trutina propriè foramen est, in quo examen regitur. Examen uerò dicitur propriè lingua, qua trutina regitur. Spieg.

LIBRA quæ & pondo dicitur, in duodecim uncias diuiditur. Eius partes sunt, Vncia 1. Sextans 2. Quadrans 3. Triens 4. Quincũx 5. Semis quę & selibra 6. Septunx 7. Bes 8. Dodrans 9. Dextans 10. Deunx. 11. Vide As. Hot.

LIBRA & ære liberare. Quemadmodum in emãcipatione non minus q̃ quinq; testes ciues Romani puberes adhibebãtur, & is qui libripens dicebatur, eo qui mancipium accipiebat, æs tenente, atq; ita dicente: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isq; mihi emptus est hoc ære æneaq; libra: sic & in mancipatione hęc eadem solennitas obseruabatur. Meminit æris & librę & Iustinianus. Testamentum, inquiens, aut in pace fiebat, quod calatis comitijs uocabatur: aut cum in prælium essent exituri, quod procinctum dicebatur: aut per æs & libram, id est, emancipationem nimirum imaginariã uenditionem, quæ fiebat præsentibus quinq; testibus, ut dictum est. Itidem adoptio per æs & libram interdum fiebat, Suetonius in Augusto: Caium & Lucium adoptauit domi per æs & libram emptos à patre Agrippa, id etiam in nexu & uẽditione fiebat. Omnia autem ista eadem iuris solennitate soluebãtur. Nihil. n. tam naturale est, q̃ eodẽ genere quodq; dissoluere, quo colligatum est, ut inquit Vlpianus. l. Nihil tam naturale. ff. de regulis. iur.

LIBRAM argenti constituunt quinq; solidi: dicente Imperatore, Iubemus ut pro argenti summa, quã quis thesauris fuerat illaturus, inferẽti auri acci

piat facultatem, ut pro singulis libris argẽti, quinos solidos inferat. C. de Argu. præc. quod thesaur. infert. lib. x. Spiegelius.

LIBRAM auri, septuaginta duo aurei cõstituũt. l. quotienscunq;. C. de Suscept. Præposit. & Arch. lib. x. Vide Iason. in l. fin. ff. de In ius uo. & quære intrà, Solidus. Spiegel.

LIBRARII depositorũ apud Tarruntinum in l. ult. ff. de iur. immunit. ij erant, inquit Budæus, qui præscribebant quid quisque apud signa deposuisset. Antiquitùs enim (inquit Vegetius institutum est, ut ex donatiuo quod milites consequuntur, dimidia pars sequestraretur apud signa, ibidemque militibus seruaretur, ne à contubernalibus per luxum absumi posset inaniumque rerum comparationem. Sepositio autem ipsa pecuniæ primum ipsis contubernalibus docebatur accommodata. nam cum publica sustententur annona, ex omnibus donatiuis augetur eorum pro media castrense peculium. Miles deinde qui sumptus suos scit apud signa sua depositos, de deserendo nihil cogitat: magis diligit signa: pro illis acie fortius dimicat, more humani ingenij, ut pro illis habeat maximam curam in quibus suam uidet esse positam substantiam. Deniq; decẽ folles per cohortes singulas exponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam saccus undecimus, in quo tota legio particulam aliquam conferebat, sepulturæ scilicet caussa. Et ideo signiferi, non solum fideles, sed etiam literati homines eligebantur, qui & seruarent deposita, & scirent singulis reddere rationem. Hot.

LIBRARII dicti sunt q literis: notarij qui notis uterentur. Ræuard. l. Si librarius. ff. de Reg. Iur. Vide Antonium August. lib. singulari ad Modestinum. l. 14. §. Neq; librarios. ff. de excusat. tut.

LIBRARIVS substantiuum, à libris exeribendis uel concinnandis, Ein Buchschreiber oder trucker. Hieronymus ad Niciam: Nam & rudes illi Italiæ homines, quos Cascos Ennius appellat, qui sibi ritu ferino uictum requirebant, ante chartæ & membranarum usum, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuò epistolarum alloquia missitabant. Vnde & portitores earum tabellarios, & scriptores à libris arborum librarios uocauere. Vlpianus in l. Vt iurisiurandi. §. Dabitur, Caius in l. Duorum libertus. ff. de oper. libertor. Veluti, ait, si librarius sit, & alij patrono librorum scribendorum operas edat. Adde l. Sed etsi. §. j. ff. de usufruct.

LIBRARIVS etiam non tam scriptor dicitur, quàm librorum compositor. Martial. de libris suis: Non meus est error, nocuit librarius illis. Cicero. 3. de orat. Neq; librariorũ notis &c. Callistr. tit. de iur. immu. l. quibusdam, & sæpe aliàs. Nebriss. Vel.

LIBRARIVS apud Romanos erat, qui libros transcribebat eosq; uendebat. Librarij aũt Romæ in Argileto tabernas habebant. Martialis.

Argiletanas mauis habitare tabernas,
Cum tibi parue liber scrinia nostra uacent.

LIBRARIOS item, recepta nunc uoce, appellant Librorum excussores, hoc est, Typographos. Cuius artis inuentum, Elsacijs nostris, ante alias nationes donatum, apud Argentoratum IOANNI MENTELINO Prototypographo, SCHOTTORVM familiæ ꝑauo, sub annũ CHRISTI, M. CCCC. XXXXII. licet eius publicatio, sed haud absq; ingenio, Moguntiacis tribuatur. Sp.

LIBRARE uulnera Statius in Achilleide poetico more eleganter dixit, pro rotare eiaculariq; tela factura uulnera. Adrianus Iunius lib. animad. j. c. 1.

LIBRATORES, id est, mensores. in l. j. C. de Excusat. artif. lib. x. Nam Librare, est libra metiri. Libra autem, siue Libella, mensorum instrumẽtum: & Libramentum, certa mensura. l. cum anterioribus. in prin. C. de Tempor. apppel. Sp.

LIBRATORES aquæ in l. 1. C. de excus. artif. qui aquarum inuentos ductus, & modos docili libratione ostendunt. uocantur à Græcis *ὑδρονόμοι*. Plinius lib. 10. ad Traianum. Frontinus lib. 1. de aquę ductib. Procuratorẽ, ait, oportet calicẽ eius moduli, q̃ fuerit impetratus, adhibitis libratorib. signare. Briss.

LIBRI eadem origo est, quæ codicis, ab arborũ corporibus & interioribus earum corticulis desumptum utrunq;. Has enim materias prima hominum ætas habuit ad scriptionem literarum. Connanus lib. 9. cap. 7. numero 1.

LIBRIPENS, qui in mãcipationibus stateram tenebat Gaio lib. 1. Instit. tit. 6. apud quem deest uox æneam ex Boetio in Topicis & Prisciano libr. 6. Vtitur hoc uerbo Iustinianus in §. accessit. ubi Vigl. Instit. de testa. & Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem. Bris. Corrasius lib. v. Miscell. cap. 12.

LIBRIPENS, à libra, & pendendo siue ponderando, dictus est, quasi ponderator. Veteres enim primùm ære graui nõ signato usi sunt: neque in emptione & uenditione precium numerabant, sed precium appendebant. Itaque emptor hæreditatis hæc uerba solennia dicebat: Huius ego familiam, quę mihi empta est, hoc ære æneaque libra iure Quiritum meam esse aio. Deinde ære percutiens libram, id æs dabat ei, à quo hæreditatem expectabat quasi loco precij. Sic enim & seruorum & liberorum emancipationes fiebant. Imaginaria enim solennitas erat, quam Boetius in Topicis Ciceronianis, nexum appellatum fuisse dicit. Porrò, uenditor nihil emptori tradebat: sed hęredem eum tali modo constituebat: scilicet, ut post mortem uenditoris, posset iure hæreditatem adire. Sed abijt & hæc cæremonialis nimiaque curiositas in desuetudinem. Solùm hoc animaduertere licet mansisse, & quidem pulchrum est scitu: quòd septem testibus testamenta scribi omnes legis latores postea uoluerunt. Erant enim & in illa imaginaria uenditione septem, uidelicet quinq; ciues Romani, libripens, & emptor. Old.

LIBRI improbatæ lectionis protinus corrumpẽdi. Quære, Medicamentum.

LIBRI publici, & scripturæ, accipiendi sunt, qui in publicam custodiam, rerum gestarum gratia, repositi sunt: quibus & integra fides habẽda est. l. Census. ff. de Censib. Aut. Ad hæc. C. de Fid. instr. Obseruandũ aũt, quod iuxta Vlpia. respõsum libri nec dũ perscripti, nõ cõtinẽtur librorũ appellatione nõ magis, q̃ uestis appellatione nõdũ detextã. Sed ꝑscripti libri nõdũ malleati, uel ornati cõtinebunt, ꝑinde & nondũ cõglutinati, uel emendati cõtinebuntur. Sp.

LIBRIS Elephantinis diu scribi solita fuisse illa Senatusconsulta quæ ad principes pertinebant testatur Connanus lib. 1. cap. 14. nu. 5.

LIBRI Sibyllini, quos Tarquinio regi oblatos, Romani summa religione, ac obseruantia colebant, & ab alijs, quam duumuiris primum, deinde decemuiris, postremo xv. uiris aspici aut legi nefas erat, ut Lactantius tradit. Imo nihil Romani neq; sanctum, neq; sacrum ita custodiebant, quemadmodum hæc Sibyllina diuinitus (ut existimabant) missa oracula, & cum dij immortales de rebus aduersis consulendi essent, remediumque aliquod malis quærendum

dū, quin decemuiri hos libros, quasi oraculum præsentaneumq; remedium adire solebant. Cæterum is Tarquinius qui eos emit, ut eos in manibus habuit, statim duos uiros ex illustrioribus patritijs creauit, quibus horum librorum custodiam tradidit, appellatiq; sunt duumuiri sacris faciundis. Quorum munus erat, hos sacros libros custodire, quoties opus esset, adire, legere, interpretari, & quæ iubebantur, ut perficerentur, curare, Apollinis sacrarumq; ceremoniarum antistites esse, & quoties fames, pestilentia, bella ciuilia, & externa urbem uexare cōtigisset, uel prodigia aliqua nunciata essent apparuisse, eorū omnium malorum, ex oraculis Sibyllinis remedia inuenire, lectisternijs ad deorum puluinaria factis, Deûm iram placare, prospera omnia precari, aduersa ut tollerentur rogare: & postremo deos omnes iratos, sacrificijs factis mitigare. Plura de hisce libr. uide in libro Onuphrij, de ludis secularibus, nō contemnenda de Sibyllis & Sibyllinis carminibus ex Varrone, Dionysio, Solino, Plinio, Gellio Lactātio & Suida exponentis.

LIBRORVM appellatione cōtineri omnia uolumina, etiamsi in philiaria, aut uitilicia, ut nonnulli cōficiunt: memoriæ scriptū reliquit Vlp. in tit de legat. iij. librorum appellatione. Nullus est qui inficietur, mendam hoc loco inesse: tamen quomodo uerba sint castiganda, adhuc nō cōuenit. Equidem ueram lectionem puto, si ita corrigamus: etiam si in philura, aut tilia, ut nonnulli cōficiunt. Philura enim siue mauis philyra (nam utrunque idem) Græcum uocabulum est, significans folium chartæ non colligatum. Plin. lib. Naturalis histor. xiij. c. xv. Præparantur, inquit, ex eo chartæ diuisæ acu, in prætenues, sed quàm latissimas philuras. idem libro xvj. c. xxvj. E quibus uincula tiliæ uocantur, tenuissimum corium philyræ coronarum lemniscis celebres, antiquorum honore, & lib. xx. cap. iij. P. Claudius Pulcher, bracteasque etiam Philyræ dedit.

LIBRVM, Valla interpretatur partē operis, Volumen uerò minus esse Libro: confutans Vlpiani sententiam, qui, Si cētum, inquit, libri legati sunt, cētum uolumina ei dabimus, non centum quæ quis in genio suo metitus est. At quid sibi uellet Iurecōs. nesciuisse Vallam, Alciatus demonstrat, libr. de Verb. sig. iiij. Spiegelius.

LIBVRNI, olim Romanis, qui priuatim quoscūque in iudiciū uocabant, iussu magistratuum (quod uilissimorum hominum officium erat) dicebantur: quòd ferè è Liburnia essent.

LICEAT ire, id est possit ire. Est enim elegans, Zasio teste, loquendi figura, cum licere, pro posse usurpatur. Vnde, qui promittit ire, agere licere, intelligitur stipulatori dedisse potestatem & facultatem eundi, agendi. Spiegel.

LICENTIA, Vallæ est, impunita facultas loquēdi, uel agendi quæcunq; placent. Vlp. tit. de Minorib. hac uoce in bonam partē usus est. In uerbis semper in malam partem accipi, scilicet pro temeritate loquendi quæ uelis: In factis in malum accipi, nonūquā in bonū ut apud Vlp. in l. iij. de Iurisdict. om. iud. ubi hæc uox ablatiuo casu posita est. qđ interpretes multos fefellit. sicut particula In, apud alios multos latinę linguę scriptores, & maximè ueteres, subauditur. Id qđ primus omniū ostēdit Alc. in Paradox. Itē & apud Triphoniū in l. q. fine. de Minor. ꝓ licita facultate ponitur. Vide Bart. in l. alio. de Alim. leg. Sp.

LICENTIATI uulgò in scholis dicūtur, qui annis quatuor in legū studio cōsumptis, ab illa pręscripta & definita studiorū lege quā Iustinianus statuit, soluūtur: quasi qui licentiā ac missionē à magistrorū castris impetrarunt. Vide Prolutæ. Hot.

LICERE, ut Cic. xiij. in Antō. Oratio. exponit, dicimus, quod legibus, moribus, institutisq; conceditur. Nec. n. qđ quisq; potest, id & licet. nec si nō obstatur, ꝓpterea permittitur. Idē & ex l. 28. §. qđ eis. ff. ex quib. caus. maio. colligitur. Et ita in l. 7. §. si paciscar. l. 7. in fi. ff. qđ met. cau. licere dicitur qđ lex xij. tabul. & lex Iulia de adulterijs ꝑmittūt. Licitū itaq; est, qđ per leges permittitur. Illicitū qđ prohibetur. l. 1. ff. de iustit. & iur. Vbi licitū ab honesto separatur, & in l. 42. ff. de ritu nupt. l. 158. ff. de diuers. reg. l. 1. C. de lib. causa. Nec. n. quidqđ licet, honestum est. l. 108. ff. de diuers. reg. Cic. pro Corn. Balbo. Est aliqđ quod nō oporteat, tametsi licet: Quidquid uerò non licet, certè non oportet. Brisson. & Brechæus l. Verbū oportere. ff. de uerborum & rerum significat.

LICERE ire, agere, ex natura & origine nō esse ita personale, quòd ad hæredes non transeat, sed iuris pręsumptione nō est trāsitoriū, nisi hęres exprimatur. Quod obseruatu dignū est. Vt lic. ire, ager. ꝑ uiā publ. uide l. ij. §. ult. ff. Ne qđ fiat in loc. publ. Sp.

LICERE uti, frui, ex sui natura nō trāsit ad hęredes, adeò, ut si etiā hæres exprimatur, adhuc manet personale. Vnde istę duę Stipulationes, Licet ire, agere. Licere uti, frui, non in omnibus assimilantur: quod à paucis quoq; animaduersum est. Sp.

LICERI, idē est qđ licitari, hoc est, deferre precium, precium augere in auctione facienda, hoc est, in uenditione quæ publicè fit. Vlpianus: Si res eius uenierit, & existat qui plus liceatur.

LICERI quandoq; significat in licitationem ponere, & subijcere auctioni & uenditioni. Connanus lib. 5. cap. 8. numero 1.

LICERI animosè. Paul⁹ in l. si pignori. ff. Famil. ercis. Nisi obijciatur, ait, creditori, quòd animosè licitus sit. Spiegelius.

LICET, pro quamuis, aduersatiua particula est. de qua uide Archid. capitulo licet. de iureiur. libro sexto. Spiegelius.

LYCHNVS Græcum uocabulum est, cuius apud nos meminit Pomponius in l. penult. de uerbor. signif. licet in uulgatis codicibus, lignis mendosè eo loco repositū sit. Nam apud Græcos, Lychnos omne qđ lucet, interpretatur. & hinc lucerna apud nos nomē accepit: de qua meminit Iurecōsul. in l. Mæuia decedēs. ff. de manu. testā. Eo tamē usus est Lucretius, Lumina pēdētes lychni. & Vergilius Aeneid. primo,

Dependent lychni laquearibus aureis Incensi.

Veteres enim lacunaribus eos appendebant, sicut & hodie nos candelabra orichalcea, & hæc etiā Pensilia rectè appellari possunt. Eusebius in x. libr. de præparat. Euang. auctor est, Aegyptios primùm lucernæ usum inuenisse. Et his melius aptātur uerba Iurecōs. hic. Et quod subdit Pompon. de Prothyro, licet glossator noster pedem afferre nequiuerit, uide quæ diximus infrà in dictione Prothyrum.

LICINIOS Romani uocabant, qui paruulis oculis nascerentur. Alexand. ab Alexand. lib. 1. c. 9.

LICITARI, est sæpe augere precium. Inde licitatio, precij auctio: sicut solent emptores oblato precio aliquid addere. Oldend.

LICITATIO de alijs quoque rebus intelligi potest, quàm pecuniarijs emptionum precijs: ut si alius cohæres alio maiorem offerat cautionem, ob custodiā instrumētorū. Vlpianus. ff. Famil. ercisсun.

Nã ad licitationẽ, inquit, rẽ deducere, ut q licitatione uicerit, hic habeat instrumenta hæreditaria: non placet neque mihi, neque Pomponio. Olden.

LICITATIONE uincere. Vlpianus. Nã ad licitationem rem deducere, ut qui licitatione uicerit, hic habeat instrumenta hæreditaria, non placet, neque mihi, neq; Pomp. Sp.

LICITATOR, qui preciũ offert in auctione pro re uenali. Hinc Licitatio, subhastatio, hoc est, uenditio proposita, quæ precio emẽtis augetur. l. licitatio. ff. de Public. & uectig. Spieg.

LICITUM dicitur, quod iure licet, hoc est, qđ honestũ sit. ut Modestinus interpretatur l. semper. de Ritu nupt. Spiegel.

Illicitè ergo fit quod cõtra leges, constitutiones, decreta, edicta principũ fit, ut in l. ult. in fi. ff. de his quæ ut indign. l. 11. §. si quis illicitè. ff. de leg. lib. iij. coniuncta l. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco publ. & l. 1. §. nuntiatio. ff. de oper. no. nun. Licito iure in l. 3. ff. quod met. caus. l. 9. §. 1. ff. de donat. int. uir. l. ult. ff. de dam. inf. l. 1. ff. de proxenet. l. 20. ff. de liber. causa. l. 10. C. de his, quæ ut indign. Briss.

LICTOR, minister erat magistratus, qui carnificis officio fungebatur. hos Romulus instituit. Consules duodenis, reliqui tantùm senis lictoribus utebãtur. Dicti sunt lictores à ligando: quoniam uirgarũ fasces ligatos deferebant. uel quòd iussu Consulũ aut prætorũ uinciebant sontes. uide l. ergo. & l. manumissio. ff. de manu. uindict. & M Cic. pro Rabirio, Lictor, colliga manus. & uide A. Gellium lib. 12. c. 3.

LICTORES dicuntur, qui ante Prætores, aut Consules ferebant insignia magistratus, hoc est, uirgarũ fasces, & secures. Hermogenian⁹ de Manumiss. uindic. in l. antepen. Manumissio, inquit, per lictores hodie domino tacente expediri solet. Græcè ῥαβδοῦχοι dicebantur, quasi uirgas tenentes: præcedebãt enim magistratus, fasces uirgarũ præferentes. Vide Budæum in l. Proconsules. de Offic. Proconf. & infrà, Viatores. Etymum uocis expendit Gellius capite tertio, libro duodecimo. Spieg.

LICTORUM munus & officium erat, ex iussu magistratuum delinquentes uincire, nudatos uirgis cædere, & si crimẽ exposceret, securi percutere. Vide Gellium lib. 12. cap. 3. Alex ab Alex. lib. 1. cap. 27.

LICTUS est quousq; maximus fluctus à mari peruenit. l. lictus. ff. de uerb. signif.

LIGARE, hoc est, uincire hominem, est diligentis custodis l. j. §. pen. ff. de Fugit. l. si hominem. ff. Depositi. Spiegelius.

LIGARE funes arboribus. Instit. de Rer. diuis. §. riparum.

LIGATI uidẽtur, qui domi semper manere coguntur. Aut. Quom. oport. episcop. §. si uerò nemo. Spiegelius.

LIGATURA, quo quid ligatur.

LIGIUS dicitur, quasi ligatus, uel ligius, quasi legalitatem seruans, & ligium hominis. gloss. Clem. pastoralis. de re iudicata: & ut ibi not. hominis ligiũ sit Imperatori, uel Regi, nullius ali⁹ fidelitate salua. Io. Bello. Etymol.

LIGIUM, Feudum, interpretes Placitorũ Feudalium esse tradunt, ubi absolutè fidelitas contra omnem hominẽ iuratur. Hinc Ligius homo qui Zasio uulgò uocatur, Gotts freund und aller welt feind. De quo si plura quæris, uidere licet Spec. & Ioannẽ Andreã in c. pastoralis. in Clẽ. de Sent. & re iud. Sp.

LIGNA cocta dicuntur, quibus ignis ui humiditas exempta est, ut fumare nequeant. Vlp. l. 55. §. 4. ff. de legat. 3. Sed & titiones, inquit, & alia ligna cocta ne fumũ faciãt, utrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? itẽ in l. 167. ff. de uerb. sign. ubi hæc ipsa uerba inculcantur. Martialis epigramma quod inscribitur Ligna acapna, in xenijs ad hæc ipsa ligna pertinens hoc est:

Si uicina tibi Momento rura coluntur,
Ad uillam moneo, rustice, ligna feras. Hot.

LIGNA mortua uulgus appellat arida, siue illa caduca sint, siue subsistentia. Nam (ut inquit Aristoteles in libro de spiratione) ariditas stirpibus, est quod in animalibus mors siue obitus.

LIGNARII fabri in l. 235. ff. de uerbor. signific. Et apud Paul. lib. iij. Sentent. titul. vj. Et Pallad lib. j. cap. vj. Isidor. lib. xix. cap. xix. Lignarius generaliter ligni opifex appellatur. Sic & apud Veget. lib. ij. ca. xj. hoc uerbum accipe. Bris.

LIGNATIONEM dixit Vitruui⁹ lignorũ struẽ & congeriem, quã paterfamilias & Oeconomus optimus ad focum destinatã cumulauit: uel eum locum, in quo ligna ad comburendum succendas, & inde exportes. Columella li. 1. rei rusticæ. Sit autem, inquit, uel intra uillã, uel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio pabulumq; uicinum. Brechæus l. Carbonum. ff. de uerborum & rerum significat.

LIGNI appellatio generalis est, sed sic separatur, ut aliud sit materia, aliud lignum. Ligna quędam destinata sunt igni. ξύλα καύσιμα. quædam fabricandis ædificijs apta: ξυλεῖα appellata. Vulgò in constitutionibus regijs dicimus lignum mortuũ & mortuũ lignũ. Brechęus. l. Tigni. ff. de uerb. & rerũ significat. Materia est, quæ ad ædificandum fulciendumq; necessaria est: Lignum, quidquid comburẽdi causa paratum est. l. 53. ff. de legat. lib. iij. Quod eodem lex fusius exponit. Itaque satius esse uidetur in l. 12. de excusat. mun. lib. 10. C. sic disiunctim legi, Materiam, lignum, tabulata, ut etiamnũ in l. 15. de extraord. munerib. in C. Theodos. legitur, quàm ut in Codice Iustiniani uulgo scriptum est Materiam lignorum. Nã & illam lectionẽ. l. 18. de extraord. mun. in C. Theod. comprobat Bris. Vide latius Connanum libro 4. capitulo primo, numero. 7.

LIGNORUM appellatione in quibusdã regionibus (ut in Aegypto) ubi arundine pro ligno utuntur: & arundines & papyrus comburitur. & herbulę quædam, uel spinæ, uel uepres continebuntur. Sp.

LIGNUM tabulæ ligneæ. Tryphon. l. 19. ff. de bon. poss. cont. tab. Quod uulgò dicitur, liberis datã bonorum possessionem contra lignum esse, sic intelligendum est, &c. Paulo pòst dixit, Contra tabulas. Nam ligneas quoque fieri tabulas Vlp. l. 1. ff. de bon. poss sec. tab testatur. Hot.

LIGUSTICON, quòd Liguriæ montibus innascatur, uocabulum detorsit Galenus unius inuersione literę. & Libysticõ appellauit. Pro pipere eo usa est antiquitas, & nunc rustici Ligures pro pipere in condimentis utuntur, ut testatur Musa Ferrarien. Paulus in l. non omne quod bibitur. de Pen. leg. Sed quòd quidam inquit, negauerint, piper, & ligusticum, & careum, & laser, & cætera huiusmodi in penu non esse, improbatum est. Sp.

LIMA est instrumentum fabrile & ferreum, quo metalla roduntur poliuntur, & minuuntur, & purgantur. not. gl. in Cle. pastoralis. de sent. & re iudic. in Cle. Io Bello. Etymol.

LIMEN dictum est, quasi finis quidam, & terminus domus, uel Imperij. §. si ab hostibus. Instit. quib. mod. ius pat. potest solui. Io. Bello. Etymol.

Limen pro domo accipi posse, testis est Vergil. illo carmine.

Perge modo, atq; hinc te reginæ ad limina perfer.

Et Propert. ad Gallum.

Ah mea contemptus quotiens ad limina curret.

Et propterea castigandus est locus Vlpian. in l.illicitas.§.ne potentiores. tit. de off. præsid. dum inquit: Ne tenuis uitæ homines sub prætextu aduentum officiorum (seu mauis officialium) uel militum, limine unico. & ideo Iuuen.

— Pendentia liquit
Vela domus, & adhuc uirides in limine lauros.

Persius Satyra j.

—Vide sis ne maiorum tibi fortè
Limina frigescant. —

Et ibi aliqui interpretes. Ex his apparet, an Intelligentia Accursij posit subsistere: cum quo tamé pertransibat Bal in Authen. sed nouo iure. in ult. col. C. de ser. fugit. & in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex peric. recit. Cotta.

Limenarcha Græcum est uocabulum, qui limen portū dicunt: hinc limenarchæ, qui oræ præsunt maritimæ, maximè in hostium confinio: de his meminit Archad. in l. munerū ciuilium. §. qui annonam. ff. de mun. & honor. & Paul. in l. limenarchæ. ff. de ser. fugi. & Imperator in l. nō iccirco. C. de lib. causa. in quib. tamen locis limitarcha legitur, tanquam à limine descendat, secundum glossatorem nostrum.

Posset etiam fortè dici liminarcas, absque aspiratione: ideo sic uocitatos, quia ad hoc constituebantur, ut hostes à limine arcerentur. & sic erit uocabulum Latinum, & compositum. & communis lectio seruabitur. & secundum hæc castiga uerba Imperatoris in l. j. C. de offic. Comit. ori. ubi alicarchia mendosè legitur, pro liminarchia, id est, liminum præfectura. Cotta.

Limina Imperij non eo modo dicuntur, quo limen domus: unde seruus ad limina dictus, pro atriensi. Ein Portner. Sunt enim loca, quæ nos Anstoß & Frontier, etiam uoce iam Germanitate (si dicere liceat) donata, nuncupamus. Spieg.

Limine, hoc est, ingressu iudiciorum expelli, in l. fin. C. Sent. rescind. non posse. Spieg.

Liminium. Cum postliminij uis, hoc est, origo nominis quæritur, Seruius, teste Cic. in Topic. nihil putat (ut ipse Cic. opinatur) notandum, nisi post, & liminium illud productionem esse uerbi uult. &c. Sceuola autem P. Fil. iunctum putat esse uerbum, ut sit in eo & post, & limé: ut quæ à nobis alienata sunt, cum ad hostem peruenerint, & ex suo tanquam limine exierint: hinc cum redierint post ad idem limen, postliminio uideantur rediisse. Spiegelius.

Limitanei fundi, id est, limiti deputati. Vel quod limitaneis militibus distribuerentur. Ac quidem ita limitati dabantur, ut sciretur quid militibus datum, quidq; in publico relictum esset. Aldobr.

Limitanei milites dicuntur, qui sub limenarcha prouinciæ terminos tuentur. Iustinian de offic. Præt. Aphr. l. quas Deo. Pro limitaneis, inquit, ordinandis, quia necessarium nobis esse uidetur, ut extra Comitatenses limites limitanei constituātur: qui possint & castra & ciuitates & limites defendere. Et paulo pòst: Si commotio aliqua fuerit, possint limitanei sine Comitatensibus militibus &c. Nebr.

Limitare, partiri, diuidere, siue distinguere Latinis est, quod interpretes, sed barbarè, pro moderari usurpant. Petr. Victorius: Limitare esse existimo, inquit, limites & terminos collocare. Sp.

Limitatus ager dicitur, qui ab hostibus captus uel coloniæ alicui totus, uel ciuibus ipsis ac militibus per partes assignatus est. Iulius Frontinus, Agrorum qualitates sunt tres. una agri diuisi & assignati: altera mensura per extremitates comprehensi: tertia Arcifinij, qui nulla mensura continetur. Ager ergo diuisus assignatus, est coloniarum. hic habet conditiones duas: unam, qua plerunq; limitibus continetur: alteram qua per proximos possessionū rigores assignatus est. Ager est mensura comprehensus, cuius modus uniuersus ciuitati est assignatus. Tributarius solus per uniuersitatem populis est definitus. eadem ratione & priuatorum agrorum mensurę aguntur. Hunc agrum multis modis mensores, quamuis extremum mensura comprehenderint, in formam, in modum limitum condiderunt. Hæc ille. Vtrunque igitur horum agrorum genus limitatum est. De quibus illud intelligendum est quod scribit Florentinus l. 16. ff. de acq. rer. dom. In agris limitatis ius alluuionis locum non habere constat. Item in l. j. §. si insula, ff. de fluminibus. Hot.

Limites, ut Sicul. Flacc. in libr. de conditio. agror. scribit, à Liminib. uocabula acceperunt. Quemadmodum enim limina introitus exitusq; locis prę stant, similiter introitus exitusq;, qui in agris diuisis & adsignatis semper peruij esse debent tam itinerib. quàm mensuris agendis, limites appellantur. Hygenus uerò à limo uerbo antiquo, quod transuersum & obliquum significat limites dictos tradit. Briss.

Limites certi, cum finibus adiectum est, qui duo uicini proximi sint. l. forma. ff. de censib. Vide Bart. in l. demonstratio. ff. de condit. & demon. Sp.

Limites in agris, nunc termini, nunc uię trāsuersæ sunt. Horum duo maximi dicuntur, Cardo, & Decumanus. de quib. uide Pliniū duodeuigesimo libro. Indicat tamen Bud. hic Limitem non pro termino intelligere oportere, sed pro forma agri. Vide l. in agris. ff. de acquiren. rer. dom. Limites autem, seu termini territorium, qui uocantur à Iurecoss. in l. 5. de iust. & iur. Agri, teste Zasio, originem acceperunt à iure Gentium, quo tempore distincta sunt dominia, cœpit esse Meum, & Tuum. Obseruandū uerò, quòd limites faciunt res certas in genere, tribus modis: aut natura, aut hominis facto, aut adiectione qualitatum fungibilium. A natura res propè omnes natæ accipiunt limitationem. Homo limitatur per suam naturam, equus pariter, & sic de alijs. Quicqd manu hominis fabricatur, erigitur, perficitur, hoc dicitur limites accipere facto hominis. Sic domus limites accipit, secundum quod ædificata est. Sic fundus, sic nauis limites accipiunt ex opere Quòd fundus est latus, uel arctus, modicus, uel ingens, hoc est facto hominis. l. quòd in rerum. de lega. j. Tertiò aliquæ res accipiunt limites per numerum, pondus, & per mensurā. ut sunt omnes res fungibiles. Hæc tertia, seu singularis doctrina Zasio debetur, quē uide in l. mutuum. §. mutui. ff. si cert. pet. Sp.

Duos aūt præcipuos fuisse & maximos agrorum limites Plin. lib. 18. c. 32. & Festus lib. 4. & Isido. lib. 15. Etym. c. 14. post Sicul. Flacc. Hygen. & alios tradūt: Cardinem uidelicet, & Decumanum.

Cardo est, qui a Septentrione in Meridiem dirigitur, ab eo quòd à cardine cœli sit. Nā in Septentrionali axe nobis cœlū uertitur. Decumanus uerò est, qui ab Oriente in Occidentem per transuersum dirigitur: qui ex eo quòd formā denarij numeri faciat, Decumanus est appellatus. Briss.

Limites etiam Romani Impe. fines dicuntur

l.5.de annon.lib.x.C.unde Illyricanum, Ægyptiacũ, Rheticum limitem legimus. l.j. C. quibus muneurib. aut præstatio.l.13. C. de aduoc. diuers. iudic. l.13. C. de excus.mun.lib.x.Briss.

LIMITROPHI fundi dicuntur, non à limenarchis, sed à limitaneis militibus, quòd tenerentur eorum possessores annonam inde prouenientẽ, ad castra militum ducere, qui in Imperij limitibus excubabant aduersus barbaros. Limitanei uerò agri, à limitrophis differunt: ut ex his Ælij Lampr. in Alex. uerbis colligitur: Sola quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus & militibus donauit, ita ut eorum essent, si hæredes eorum militarent, nec unquam ad priuatos pertinerent: dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent. Alciat. in rubr. C. de fundis limitroph.lib.xj.

LIMITROPHI aũt dicuntur ij, qui in imperij limitibus sunt. teste Drosæo in method.iur.

LINEA apud Antiquos funiculũ significat, quo & ad perpendiculum utebantur. Vitruu.lib.2. c.ult. Ab oculo lineæ duæ si fuerint extensæ & una tetigerit imam operis partem, altera summam: quæ summam tetigerit, longior fiet. Hoc sensu alijs quoq; locis hoc uerbo ille idem auctor usus est: ut & noster Paul. in l. 29. ff. de adq. rer. do. Et ita lineam margaritarum accipi oportet in l.26. ff. ad l. Falcid. in l.27.§. si cùm maritus. ff. ad l. Aquil. l. ult. §. ult. ff. de aur. arg. l. 52.§. si linea. ff. de furt. Margarita enim lino inserebãtur, ut Tertul. lib. de cultu feminar. significat his uerbis: Vno lino decies sestertium inseritur. & B. Hieronym. in uita Pauli eremitæ, Vno filo uillarum insunt pretia. Adde quòd Isid. lib.19. Etymo. c.18. Lineã à genere appellatam scribit, quòd ex lino fieret. Brisson. Linea autem agri diuidebantur, eaque erat longitudinis decem pedum, seu duorum passuum, unde & Decempeda dicta est, & qui eo genere mensuræ utitur decempedator. Corras.

LINELLVS differt à Feudo, primò, quia in eo iuratur secus q̃ in linello. Item feudum datur amore, linellus uerò pro mercede. Item in feudo nõ succedunt fœminæ, in linello secus. Et de multis alijs differentijs uide Felin. in c. cæterùm. col.5. & seq. in uers. 9. fallit. de iud. fortè legendum Liuellus uel potiùs libellus. Spieg.

LIMBS, uasa fuisse uidentur ad fontes pertinentia. Vlp. l.15. ff. de act. empt. Lines, & Labra, salientes, fistulæ quæ salientibus iunguntur, &c. Quo tamẽ loco Lenes corrigendum putarem. nam apud Noniũ Lenis uasis est genus. ubi tamen Lenas corruptè legi ex duobus auctorum quos citat locis intelligitur. Eodem modo legendum apud Alfenum putarẽ in l.17.§.j. ff. si seruit. uind. Et Seius in eos siluam seuisset, in qua Labra, & Tenes, cucumellas positas haberet. Corrigendum enim putarem Lenes. Quin & Tinas uasis genus fuisse, idem Nonius testatur. sed superius uerbum propius ad uestigia ueteris lectionis accedit. Hotomannus.

LINEVM, quod ad linum attinet. Hinc lineæ uestes, quarum usus etsi nunc uilis sit & plebeius, tñ is olim nobilium erat, & honoris causa primùm datus est sacerdotibus: ac proinde nulli monachorum cõcessus, nisi inter obeunda sacra, teste Erasmo in uita D. Hieron. Inter lineas autem uestes Bayfius c.4. de re uest. Bissum numerat. Quære Byssus. Sp.

LINO legato tam factum, quàm infectum continetur, quodq; netum, quodq; in tela est, quodq; nõdum est detextum. Tinctum planè non continetur. l.70.§. lino. ff. de leg. lib.3. Lini autem, quo traijci te-

stamentorũ tabulas solitas & Paul. lib. Sent. & Suet. in Nero. ostendunt, meminit l.3.§. si quis tabulas. ff. de SC. Silania. l.j.§. si linum. & §. ult. ff. de secun. tab. l.xx. C. de testamẽ. l.28.§. testamento. ff. de liber. leg. Quintilian. lib. xij. cap. viij. Deniq; linum ruptũ aut turbata cera, aut sine adgnitione signa frequẽter inuenies. Brissonius.

LINGVA Romana, id est, Latina. Auth. de mandat. Princ. in prin. Alber. Pro differentia sermonũ apud Vlp. accipitur in prin. l. fideicommissa. ff. de leg. 3. Fideicõmissa, ait, quocunq; sermone relinqui possunt: non solum Latina, uel Græca, sed etiam Punica, uel Gallicana, uel alterius cuiuscunq; gentis lingua. Linguis abscisis pœnas loqui. Iusti. in l.j.§.j. C. de offic. præfect. præt. Aphricæ. Spiegel.

LINGVAM etiam Liuius lib.44. uocat terram in mare protensam specie linguæ. Nam lingua siue lingula, inter promontorium, uel alia quæuis terra longa, & angusta dicitur, quæ in modũ linguæ exectæ in mare excurrit. Cęsar lib.3. de bello Gallico. Erant eiusmodi ferè situs oppidorũ, ut posita in extremis lingulis, promontorijsq;, neq; pedibus aditum haberent &c.

LINIFICIA, textrina linteæ uestis, ut in l.16. de murileg. in C. Th. Qualia multa in partib. Oriẽtis & Occidentis Impp. habebãt, ut ex Notitia Imp. Rom. liquet, quæ & Procuratores Linificiorum multos recenset. Brisson.

LINTEI libri erant, in quib. Imp. Rom. facta continebantur, ut tradit Gyrald. hist. Deor. Syntag.3.

LINTEONES in l.8. de murileg. in C. The. l.14. de nauicul. in eod. C. Sunt qui opifices linteæ, id est, lino contextæ, uestis appellantur in l.6. de murileg. in C. Th. quomodo & linteæ (sic enim legendum est) uestis magistros interpretor in l. pen. C. de murileg. lib.11. Et linteatum apud Sido. Apoll. lib.8. Epist. ad Leonem, linea ueste indutum. Inuenitur aũt Linteonum nomen apud Lamprid. in Alex. & apud Firmicum lib.2. Mathes. Seruius quoq; in 7. Æneí. Aut quia, ait, maiores stantes texebant, ut hodie linteones uidemus. Appellantur & Lintearij in l.5. ff. de institor. & l.16. C. de murileg. & Linifiarij, ut in ea. l. traditur. Vnde emendanda est l.13. C. de murileg. lib.11. in qua Lymphariorum pro Linifiariorum legi, lex illa C. Th. ex qua hęc sumpta est, dilucidè ostẽdit. Br.

LINTRARII, quorum meminit Vlp. in l.j. naut. caup. stab. lintrium sunt exercitores. Lintres autem sunt inter fluuiatiles naues, quę remis agebantur. ut palàm fit ex Cæsare in 7. commentar. Sp.

LIPPI qui à Græcis γλαμῶντες καὶ λημῶντες dicuntur, sunt quibus ex oculis defluit humor putris, uel uti lacrimæ quædam. Brechæus l. inter stuprũ. §. uerum est. ff. de uerb. & rer. sig.

LIQVAMEN, dicitur pinguitudo ab igne liquata, & coquinario usui pro condiendis edulijs reseruata. Accipitur tamẽ aliquando etiam pro alijs quæ in ciborum usum non ueniunt. Hoc uocabulo ambiguè usi uidentur imperatores in l.j. Quę res export. non deb. Spiegel.

LIQVERE dicitur quod constat. l.5.§.j. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l.7. ff. de supel. leg. l.2. §. si dubitetur. ff. quemad. test. aper. l.1.§. item illud sciendum. ff. de SC. Silan. l.47.§. Sticho. ff. de fideic. lib. l.27. in fi. ff. de liber. cau. l.85.§.j. ff. de adq. hæred. Briss.

Solebant autem iudices in re ambigua & dubia ita se iudicãdi necessitate expedire, ut pronunciarẽt, sibi nõ liquere. l.13.§. ult. ff. de arbitr. l.36. ff. de re iud. Ascon. in Diuinatio. Gell. lib.14. cap.2. Seneca Epist. 66. Aut

66. Aut fer sententiam, aut, quod facilius est, nega tibi liquere. Ex quo emendandus est Quintiliani locus Declamat. 365. ubi ita uulgò scribitur. Quid enim aliud diceres, si nondum pronuntiassent, si negassent licere sibi de supplicio tuo? Legendum enim est, liquere. Brissonius.

LIQVIDO iurare in l. 18. ff. de iureiur. est uerè & aperta ac manifesta ueritate iurare. Eodē modo apud Terent. Chærea in Eunucho Liquet, ait, mihi deierare, id est, uerissimū iusiurandū dare possum. Quamobrē magis probo has notas Q. D. R. P. L. I. ueteribus significasse: Qua de re peto liquidò iures, quàm ut in Valerio Probo scribitur, Laudabiliter iura. Brissonius.

LIQVIDVM facere, etiam de auro, uel plumbo, ac simili dissoluto dicitur. Sp.

Ad LIQVIDVM diem & consulem exquirere l. 2. §. idem Labeo. ff. de aq. & aq. plu. Quod explicat l. 28. ff. de prob. Velleius Patercul. priore lib. Nequeo mihi temperare, quin rem sæpe agitatā animo meo neq; ad liquidū ratione perductam signē stylo. Briss.

LIS, est iurgium, de re quapiā inter aliquos apud iudicem institutum. non enim omne iurgium lis est: sed illud demum, quod apud iudicē exercetur: quo uerbo & magistratus & arbitros pinguiore Minerua complectimur. uel sic ex Varrone: Quib. res erat in controuersia, ea uocabatur Lis. Ideo in actionib. uidemus dici, Quā rem siue litē dicere oportet. Hæc Varro. quib. ex uerbis intelligimus quod ait Cic. in Mureniana. Tot homines, tā ingeniosos, statuere nō potuisse utrum diem tertium, an perendinū: iudicē, an arbitrū: rem, an litem dici oporteret. Hinc cōiunctim legimus in l. si defunct⁹, 9. C. de suis & leg. Res uel Lis. Et quæ lis inofficiosi uocatur in l. pater, ff. de collat. dot. eadem dicitur Res officiosi in l. Papin. 8. §. j. ff. de inoff. Si quis, inquit, post rem inofficiosi ordinatam, litem dereliquerit, postea non audietur.

LIS, est grauior quædam controuersia & dissensio, quàm iurgium, quod inter beneuolos quoq; cōtingit. Dicta autem est à limite, id est, termino: quoniam primę inter homines controuersiæ de limitib. & amplificandis rerum dominijs cœperunt. Vnde illud: Limes erat positus, litem ut decerneret agri. dn. Alcia. in l. causas, C. de transact. Lis, inquit, actio est, siue in rem, siue in personam, quæ in iudicium deducta est: & propriè post litem contestatam. Causa uerò, receptius & generalius uocabulū est, tam ad ciuilia, quàm ad criminalia pertinēs: tam ante contestationem litis, quàm post. Lis nascitur, controuersiam pertinacia efficit. & litigant homines, res in controuersiam deducitur. Ita controuersia partis est, Lis summæ. Propriè itaq; lis dicitur, antequam contestatio fit: Cōtrouersia uerò potius post iudicium acceptum. Alciat. lib. 2. Dispun. ca. 24. Vide j. Litem post contestationem. Spieg.

LITHOTOMOS qui lapidē secat, uulnerarius Medicus, & lithostrota lapillis pauimēta atq; trullisata Io. Bap. in cōmēnt. Sid. Apoll. ad Vincent. lib. j.

LIS etiam actionem significat siue in rem, siue in personam. l. 36. ff. de uerb. sig. Et huic uerbo ueteres S litterā præposuisse Festus lib. 17. notat. Inde in inscriptionib. antiquis, Decēuiri stlitibus iudicād. Bris.

LIS æstimari dicitur, cùm quanti ea res est, quæ in iudicium uenit, à iudice ęstimatur. l. 9. ff. quod certo loco. l. 15. §. in hoc. ff. quod ui aut clàm. l. 29. ff. de neg. gest. Senec. lib. 2. de Clem. Et soluere ei licet, & quanti uult æstimare litem. Nec ciuilibus duntaxat in causis, sed & in capitis iudicijs lis uictis æstimari dicebatur, ut Cic. pro Cluent. & Liuius multis locis & Asconius in Verrin. ostendit. Briss.

LIS æstimata, pro iudicis sentētia nummaria de eo quod interest actoris. l. hęc si res. ff. de rei uendic. Quam æstimationem cum bona fide fieri oporteat, Lex Iul. de Repetun. punit iudicem qui ob litem æstimandam aliquid acceperit. Vide ibid. l. j. Sp.

Cæterùm, æstimare litem, est (non ut Spiegel. uoluit) taxare ad expensas, sed rem ipsam, quæ principaliter in iudiciū est deducta, certo precio redimere. Plus quàm manifestissimum est ex l. 3. ff. de empt. l. ex diuerso. §. fin. de renun. Anch.

LIS contestata dicitur, cùm accepto à Pretore iudicio utraq; pars testib. præsentibus pronunciat, Testes estote. Gallus Ælius Reos tum demū dici putauit, cū lis contestata est. Hęc Festus. Hot. Sed postea,

LIS cōtestata formulis, ordinarijsq; iudicijs sublatis dicta est, quę apud iudicē agi cœpta erat. Impp. Seuerus & Anton. l. j. C. de litis contest. Res in iudicium deducta non uidetur, si tantum postulatio simplex celebrata sit, uel actionis species ante iudicium reo cognita. Inter litem enim contestatam & editam actionem permultum interest. lis enim tunc contestata uidetur, cum iudex per narrationē negotij causam audire cœperit. hoc est, nec flagitatio, nec actionis editio, nisi causa in iure agi cœperit, litis contestationem efficit. Hotom.

LIS in iudicium & in condemnationem deduci dicitur. l. 32. §. litem. ff. de neg. gest. l. 3. §. si per uenditorem. ff. de act. empt. l. 2. C. de petit. hæred. Et res in litem deduci, in l. 31. §. si duo. ff. de nouat. Briss.

LIS moritur, cùm legitimis transactis temporib. perit. l. 3. §. j. ff. quæ in fraud. cred. l. 2. ff. iud. sol. 19. §. si cuius dolo. ff. de dolo. l. xj. §. sin autem reus. ff. de iudic. ut ex contrario, lis uiuere dicitur. l. ult. in fin. C. de fide instru. Briss.

LIS pendere non dicitur, nisi lite contestata. arg. l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. Putatur uerò lis contestata, quando iudex petitione proposita, & responsione audita, causam cognoscere incipit. Contestata quoq; lis dici potest, iudicio iam constituto, hoc est, dijudicatis, ac disceptatis exceptionibus litis auspicatum morantibus. Sp.

Perire uerò lis in l. j. §. quia autem. ff. de calumniatoribus, id est, amitti. l. 2. in fin. ff. de condict. ob turp. causs. Brissonius.

LIS uindiciarum est, inquit Asconius, cum litigatur ea de re apud Pretorem, cuius incertum est quis debeat esse possessor. Cætera apud Bud. in l. secūda. de origin. iur. Spieg.

LITARE sacrificiorum uerbum est, desumptū à Grecis λιτανεύειν. Est uerò litare ritè sacrificare & impetrare. Nihil enim sacris mancū, nihil monstrosum conueniebat, nam si uiscera pallere, tetrisq; maculis suffusa apparuissent, si iecur tabidum, si pulmonum fibræ defuissent, non litandum ueteres gentium sacerdotes existimarunt: Hinc Martial.

Non quæcunq; cadit hostia cæsa, litat &c.

LITEM addicere, qua formula ex lege Decemuirali Gellius lib. 16. cap. 2. utitur, quidam interpretantur secundum præsentem, reo absente iudicare. At Ræuard. c. 7. ad ll. XII. Tab. putat nihil aliud esse quàm litigandi potestatem facere.

LITE cecidisse dicitur Festo, qui eius rei de qua agebat, causam amisit. Adde Ræuar. l. non fraudantur creditores. §. nemo ex suo. ff. de reg. iur.

LITEM à causa separare uidetur Imper. l. causas. C. de transact. Litem iurgium interpretatur Varro lib.

lib.6. Linguæ. his uerbis: Quod ait iurgio, id est, litibus. itaq; quibus res erat in controuersia, ea uocabatur lis. & ideo in actionibus uidemus dici, quã rem, siue litem dicere oportet. Prat.

LITEM æstimari aduersus aliquẽ pluris uel non pluris, quàm debet l. si inter. §. si res pignorata. ff. de pignorat.

LITEM capitis æstimandam petere dicebantur, qui non ciuiliter, sed (ut nunc loquuntur) criminaliter concludebant actionem. Old.

LITEM in rem suá uertere, id est rem inter duos cõtrouersam, quodammodo adiudicare sibi: Quod fit, cùm iudex ita cum litigãtibus agit, ut ei iure suo cedant. Oldendorp.

Perdere aũt litem & amittere pro eodẽ IC. dicũt. L19. ff. si seruit. uindic. l. 8. §. j. ff. rem rat. hab. Briss.

LITEM, post contestationẽ solum dici, causam uerò etiam ante, Doctores ferè tradiderunt. Vlpiani tamen uerba in l. litis nomen. de uerb. signif. indicant, quando adhuc contestata non erat, nihilominus litem fuisse. Idemq; de Controuersia Fortunatianus scribit: uideturq; etiam extra iudicium litem dici. Abb. c. ex parte. extra eod. proinde Alc. Has, inquit, dictiones eiusdem ferè significationis esse, credere pronius sit. Sp.

LITEM præparasse in quæstione de inofficioso testamento intelligitur, qui usq; ad denuntiationẽ uel dationem libelli præcessit. l. 7. l. xv. §. j. ff. de inoffic. testam. Sic litem præparari accipe in l. 7. §. ult. ff. de liber. caus. Briss.

LITEM sub iudice esse, ut Alb. indicat, & Glossæ, & Aduocati usurpant pro eo quod uulgò dicitur opinionem adhuc manere dubiam. Sp.

LITEM suam facere dicitur, in quem litis damnum transfertur, quod uel imperitè, uel dolo malo, uel sordibus, uel euidenti gratia malè iudicarit. l. 4. §. si iudex. ff. de oblig. & actio. l. 15. ff. de iud. l. ult. ff. de uar. & extr. Instit. de oblig. quæ quasi ex delic. Gell. lib. x. c. j. Et ego aduersus eum, qui doctus esse uidebatur, Litem meam facere nolui. Theoph. uertit, καὶ ἑαυτῷ δίκην ἐγέρει Litem etiam facere lex dicitur, qua iudicium constitutum est. Quintil. lib. 7. c. j. Briss.

LITEM suam iudex facere tunc intelligitur, cũ dolo malo, in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere uidetur, si euidentius arguatur eius gratia, uel inimicitia, uel etiam sordes. autor Vlp. in l. si filiusfamiliâs. ff. de iud. Sp.

LITTERAE elementa significant, & à notis separantur. l. j. §. ludi. ff. de uar. & extr. l. 6. §. ultim. ff. de bon. possess. Briss.

LITERA dicitur, quæ oculo corporeo legi põt. ita notab. Bald. in l. 2. in ult. column. C. de patrib. qui fil. distr. & Ang. in l. si ita scriptum. in princ. de lib. & posthu. & Moder. sequuntur in locis quæ nota sunt. & propterea stante statuto Mediolanẽsi, quòd statutum seruetur ut iacet ad literam, dispositum in uno correlatiuorum non intelligitur in altero statutum. contra l. j. C. de cupresso ex luc. lib. xj. Et ex hoc me aliàs audiente inferebat Pichus præceptor meus, in authent. præterea. C. unde uir. & in l. quamuis. Cod. de impub. quod statutum disponens, quòd maritus non possit relinquere uxori ultra quartam partem bonorum suorum, non proc. econtra neque intelligitur prohibere, quin uxor possit maritum instituere etiam ultra quartam. & idem etiam tenuit consulendo Curt. iunior consilio vj. ubi latiss. insistit. & ante eos inueni, quòd cum casus ex facto incidisset, consuluerunt præstantissimi Iureconsult. domini, Lancelotus, Decius, Petrus Crassus, & Ioannes de Puteo, super duobus statutis Papiens. idem quod super disponentibus. & ita in fortioribus terminis, uidelicet etiam circũscripto statuto, quod uerba statutorum seruentur ad literam, consuluit Soc. consil. 75. lib. 3. ea potissimùm ratione motus, quòd dispositio statuti prohibentis maritum uxori relinquere ultra quartam, sit odiosa, & consequenter minimè extendenda. & ita ex facto cum incidisset. obseruatum fuit Mediolani, in causa ardua: licet allegarentur in contrarium consilia Curt. antiquioris cons. 11. & Ias. cons. 112. lib. j. & opinio eiusdẽ Ias. in l. ulti. C. de indi. uiduit. toll. quæ tamẽ loquuntur in statuto Parmensi, ubi non præsupponitur uigere dictum statutum, quòd uerba statutorum seruentur ad literam. & hęc memoria digna sunt, quia dubium est nouum, & per Doctores antiquos non tractatum. Cott.

LITERA salutaris apud ueteres erat A absolutionem: tristis uerò C. cōdemnationem notabat: ut à principio retulimus. Cicero pro Milone: Nec uobis, inquit, tam salutarem hanc in iudicando literã, quam illam tristem dedisset. Intelligit autem tabulã salutarem. De quo uide in hũc locum Bart. Latomũ Scholiasten impensè doctum & diligentem: Græcis uerò θ nigrum, mortẽ significabat, θάνατον Pers. sat. 4. Et potis es nigrum uitio præfigere θ. Bud. in prior. annot. Spiegelius.

LITERAE, pro instrumentis, documentis, monumentisq; accipiuntur, ut notat. in l. si procurator absentem. ff. de procur. Sp.

LITERAE, pro perscriptionibus & pactis, verschreibung. in l. qui mutuam. ff. mandati.

LITERAE laureatę. Moris fuit apud Romanos ut quoties Imperator hostium exercitum deleuisset, aut urbem expugnasset, Lauro uictoriæ signo literas inuolutas ad senatum mitteret. Laurus enim, ut & palma uictoriam significat. Hinc Ouid. amor. j. Eleg. ij.

Non ego uictrices lauro redimire tabellas.

Sic etiam fasces laureati dicuntur Plinio, Laureola corolla Cicero. 2. Epist. ad Cælium. Vide Brodæum lib. 1. Miscell. cap. 33.

LITERÆ cõpulsoriales. uid. Cõpulsoriales literę.

LITERAE Dimissoriæ, siue Apostoli, uocãtur Libelli, in tit. ff. de libel. dimiss.

LITERAE naturalitatis quę dicantur, uidę Cõnanum lib. 9. cap. 4. num. 7.

LITERARVM studia quãtis laudib. & præmijs apud Romanos honorata sint, inter innumerabilia ferè exempla, hoc mihi præclarum uidetur, quòd in laudem Taciti Imperatoris olim acclamare solebãt: Quis melius, quàm literat⁹, imperat? quasi uerò hãc omniũ maximam eius uirtutem, sicut certè erat, existimarent. Et profectò habent bonæ literæ naturalẽ quandam & præpotentem in rebus mortalibus uim atq; energiam, ut Cicero eas rectissimè consueuerit appellare, Diuinæ uirtutis sempiternas testes. Old.

LITERARVM studijs totus orbis iuuatur: Primùm ad cognitionem Dei, deinde ad uitam rectè instituendam: deniq; ad conseruandam omnium uirtutum æternam memoriam. Ergo non ab re, optim⁹ princeps Fridericus optimas literas suis priuilegijs seuerè tuetur, quibus sublatis, actum fuerit de uera hominum felicitate. Olden.

LITERARVM diuinitus inditam maiestatem, nulla unquam uis aut incuria hominũ poterit abolere. Nam unicum immortalitatis præsidiũ Deus opt. max. in uirtute ac bonis literis collocauit. Old.

LITTE-

LITTERAS planè nescire in libris nostris dicũtur, qui neq; legere sciunt, neq; scribere. l.3. ff. de accusatio. l.x & l.pen. C. de testam. §. similiter. Instit. de excus. tut. Et ita ignorantiam litterarum accipimus in l.xj. §.3. ff. de institor. l.92. §.3. ff. de adq hæred. l. ult. §. sin autem dubius. C. de iure delib. Briss.

Et LITTERATOS pro peritis scribendi & legendi. l. ult. C. de testam. Quanquam aliquando litteratus litteris inustum significat: quomodo litteratũ seruum pro stigmatico dixit Plautus, & litteratũ Cilicem Seneca in lib. de morte Claud. Briss. & uide de hac re latius Connan. lib. 2. c. 6. nu. 4.

LITTERATVRA, literarum cognitio, & scientia. Cum Alphonsus Aragonum Rex ille clarissimus audisset, unum aliquem ex Hispaniæ regib. solitũ dicere, non decere generosum, & nobilem uirum esse literatum: exclamasse fertur uocem hanc non regis, sed bouis esse. Cæsar Sigismũdus rectè literatos censuit præferendos ijs, qui imaginibus tantũ nituntur, cum literatura æquipolleat nobilitati, & hominẽ nobilitet. Iuxta gloss. in uerbo, literas. in c. de multa. de præbend. in c. perlectis. xxv. dist. in l. coiri. ff. pro socio. fac. leg. prouidendum. ibid. nobilissimos. C. de postuland. Spiegel.

LITTERIS conuenti accipiũtur, qui litteris ad magistratum ubi consistũt factis, iudicio adesse monentur, uel adnotatos se esse requirendos certiorantur. l.j. §.j. & l.4. ff. de requir. uel absent. l.8. C. quom. & quan. iud. Paul. lib. 5. Sent. tit. 5. Briss.

LITERIS, pro scriptis simpliciter Papin. accepit in l. qui mutuam. ff. mandati. Vnde iterum diuinat interpres, literis, id est, pacto, intelligens. Sic Cicer. ad Attic. Quod meis omnib. literis in Pompeiana laude esset perstrictus. Quanquam & pro epistola, & mandato non absurdè accipi potest. Sp.

LITIGATORIS temeritas unde deprehendatur, Bart. explicat in l. ꝓperandũ. §. sin aũt. C. de iud.

LITIGASSE temerè uideri nõ potest is qui celebris alicuius IC. consilium, licet infelici euentu, sequutus est. Abb. c. calumniam. in fin. de pœn. Alci. in l.j. de rebus cred. Sp.

LITIGIOSA res intelligitur, siue mobilis, siue immobilis, siue seipsam mouens, de cuius quidẽ dominio inter actorem, & reum mouetur quæstio, siue citatione ad magistratus facta, siue precibus imperatori oblatis, & iudici insinuatis, & per ipsum aduersario eius qui principem adijt, cognitis. Nouel. de litig. & de caut. §.j. Const. 112.

LITIGIOSVS, h.e. qui frequens in litibus uersatur, uel qui quauis de causa litem facit. Iuxta prouerbium, Litem mouebit, si uel asinus mordeat canem. Talis sacris initiari prohibetur 46. dist. Sed & Imp. lib. 4. Instit. singulari pœna arcuit temeritatem litigantium: quam nec Ethnici bene ferre poterant. Cic. Litigiosi uocem in orat. pro Muræna, pro Iurisconsultum uerboso usurpat, annotãte Syluio. Sp.

LITIGIVM pendẽs. Iulianus: Quòd si furiosus curatorem habeat, uel habuerit, adhuc litigio pẽdente, potest quidem præsente curatore sententia dici. l. sed & interpellatur. ff. de recept. Sp.

LITIGO uerbum, à lite & agendo uidetur: sicut & nauigo, ab agenda naui. Sed tamen, ut nauem agere, rectum ac Latinum est, ita an litem agere quis dixerit, mihi non constat. Cæterum quin causam agere, rectũ & elegans sit, nemo dubitat. Nauigiũ quoq; dicimus: Verum an litigium probè dicatur, in incerto est: nisi quod Erasmus noster, & quidã alij Recentiores eo utuntur, quãuis à Valla damnetur ceu barbarũ. Certè nec Saluius Iulianus id refugit. l. sed interpellatur. de arbit. Plin. lib. ult. nat. histor. sicut nec ante Iulianũ C. Plin. Curt. lib. 2. ἀνεκτ. cap. 17.

LITIS appellatio tam ciuilem, quam criminalẽ potest complecti, ut bene sentit Accur. Et probatur, Instit. de oblig. quę quasi ex delict. in prin. Quanquã alibi discernuntur significationes ciuilium, & criminalium causarum. l.3. ff. de testib. Old.

LITIS nomen rem in iudicium deductam significat. Varro lib. 6. de Ling. Lat. Res, ait, quæ in cõtrouersia est, lis dicitur. Ideo in actionibus olim dicebatur, Quam rem siue litem. Atq; eo nomine IC. Cicero in Mur. ridet, quòd ambigerent, Rem an litem dici oporteret: quæ & ideo disiunguntur in l. 9. C. de suis & legit.

LITIS uerbo actio in rem uel in personam significatur l. 36. ff. de uerb. sig. Huic uerbo S literam à ueteribus præpositam scribit lib. 17. Festus. Inde in inscriptionibus antiquis scriptum reperias: Decemuiris litibus iudicandis. Prat.

LITIS æstimatio, ꝓpriè rei æstimatio, siue quanti quæq; res est, quæ in controuersiam deducta est. Itaq; litis æstimationem soluere, est tantum soluere quanti controuersa res est. Caius l. ult ff. de cond. tritic. Si merx aliqua quæ certo die dari debebat, petita sit: ueluti uinum, oleum, frumentum, tanti litẽ ęstimandam Cassius ait, quanti fuisset eo die quo dari debuit. Vlp. l. 21. ff. de euict. Si emptor hominis mota sibi controuersia uenditorem dederit procuratorẽ, isq; uictus litis æstimationem sustulerit, stipulationem duplæ nõ committi. Paul. l. 2. §. ult. ff. pro empt. Si rem alienam emero, & quum usucaperem, eandẽ rem dñs à me petierit: non interpellari usucapionẽ meam litis contestatione. sed si litis æstimationẽ sufferre maluerim, ait Iulian. causam possessionis mutari ei qui litis æstimationem sustulerit. Vlpi. l. 3. §. 2. ff. de reb. cor. Si fundus à tutore petitus sit pupillaris, nec restituatur, an litis æstimatio oblata, alienationẽ pariat, Seruius Sulpit. apud Gell. lib. 4. cap. 4. sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut nõ ducebatur, Iudex quamobrem data acceptáue non esset uxor, quærebat. si nihil iustæ causæ uidebatur, litem pecunia æstimabat, quantiq; interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eũm qui spoponderat aut qui stipulatus erat condemnabat. Hot.

LITIS æstimatio, pecunię cuius quis damnatus est, in summam certam redactio. Lis enim æstimari dicebatur, quum reo Repetundarum damnato, inibatur furtorum eius omnium ratio atq; æstimatio: ex qua summa quædam pecuniæ conficiebatur, ut socijs ereptæ pecuniæ restituerentur. nam cõtinuò damnati bona sectoribus auctione uenduntur, qui eam summam Quæstorib. ærarij repræsentẽt. Macer l. 7. ff. de l. Iul. repet. Nèue ob litẽ æstimandam, iudiciũmue capitis, pecuniæue faciendum, &c. Hotom.

LITIS æstimatio, est rei quæ in controuersiam adducta est unà cum eo quod propter eam actoris interfuit, in certam pecunię summam redactio. Eius aũt duæ sunt partes: æstimatur enim primùm quanti res est, deinde quanti actoris interest. l. ultim. ff. de cond. tritic. Quanti autem res est, sic æstimatur, ut uerum rei precium exquiratur. l. inter, 179. ff. de uerbor. sign. l. 4. §. hæc autem, ff. ui bon. rapt. l. arbitro, ff. de dol. mal. Id autem quod interest, duabus constat rebus: nam & damni propter rei culpam, dolũmue accepti, & lucri amissi ratio ducitur. l.j. C. de senten. quæ pro eo. l. si commissa, 13. ff. rem rat. hab. l. si fundus, 33. ff. locat. Hot.

LITIS cõtestatio dicitur: cùm ab actore primũ, deinde à reo, negotij principalis facta narratione, iudex de causa cognoscere incipit. l. j. C. de lit. contest. Hotomannus.

LITIS contestatio originẽ traxit à libertate Romana: Videlicet, ne quid per iudicia uiolentum introduci uideretur in ciuilibus negotijs (porrò crimina nullam habent libertatem) sed omnia uolẽtibus partibus fierent, & solenniter secundum ius. Quare olim post adfirmationem actoris, & responsionẽ rei conuenti, eo animo factam, quòd uellent per iudicẽ cognosci ac definiri litem: consuetũ erat testari, hoc est, in testimonium rogare aliquos: sicut iam nunc quoq; notarij in iudicijs rogare plerunq; solent testes ad maiorem fidem. Inde dicta est litis contestatio, quasi duorum aut plurium aduersariorum testata ordinatio iudiciaria. Sic enim dicere solebant: Testes estote. Scilicet, contestando se iudicium accipere utrinq;. Hot. ex Old. de lit. contest. in classe j.

LITIS cõtestatio necessaria est in iudicio. Nam ratio naturalis dictat, ut nemo uiolenter aut tumultuariè obruatur iurisdictione, quę ordinatio dei est. Roma. 13. Quare, sicut olim certa scientia, & solenniter testibus adhibitis consueuerant accipere iudicium (unde litis contestatio est:) ita & hodie diligenter obseruari, & apud acta nominatim describi debet. l. j. C. de lit. contest. l. sed etsi restituatur. §. ex qbus autem. ff. de iud. Inde Iurisconsf. principium iudicij metiuntur ex litis contestatione, quæ est libertatis: finem uerò ex sententia, quæ facit necessitatem. l. ubi cœptum. ff. eod. tit. l. j. ff. de re iud. Hot.

LITVRGVS Græcè dicitur, qui publicè operatur, circa res sacras pręsertim. λειτουργὸς enim minister publicus est. Cuius etiam in epistolis Plin. Cęcil. meminit. Qui & Lituchus, non absimili significatione dici potest, habens curam rei sacræ: ἀπὸ τοῦ λιτοῦ καὶ ἔχω. Sic etiã Rabduchus dicitur præses, curatorq; athletarum, ἀπὸ τοῦ ῥάβδου καὶ ἔχω, Suidæ & cęteris. Alcia. in l. omnes iudices. C. de cupressis. lib. xj.

LITTVS solebat Aquilius Gallus per trãslationem definire quà fluctus eluderet, ut Cic. in Topic. auctor est. Quintil. lib. 5. c. ult. Etiam ipsi Iureconsulti, quorum summus circa uerborum proprietatẽ labor, Litus audẽt esse dicere, quà fluctus alludit. Celsus uerò litus esse scribit, quousq; maximus fluctus à mari peruenit: idq; eundem Cicer. primum constituisse cùm arbiter sumptus esset. l. 96. ff. de uerb. signific. Vlpia. litus publicum esse eatenus quatenus maximus fluctus exæstuat & effluit. l. 112. ff. e. tt. Bris.

LITVVS. De Lituo uide Macrob. libr. 6. Saturnal. cap. 8. Gell. lib. 5. cap. 8.

LIVORES. Vide, Plaga.

LIXAE dicti sunt serui qui uilioris quæstus gratia Exercitum sequuntur ut aquam deportent. Lix enim aqua dicebatur. Sunt qui deflectant à Lica qui secutus est Herculẽ. Ioan. Bapt. in comment. Episto. Sidon. Apollin. ad Lupum, lib. 6.

LIXIVIVM, neutro, uel Lixiuia, fœminino genere, cum x, & non s, scribendum, ut Alberic. & cæteri Interpretes, communem secuti errorem, protulerunt. Est aqua in qua lauandi gratia decoctus est cinis. Spiegel.

L O

LOCARE est aliquid loco ponere, unde Varro Locus est, inquit, ubi quid locatum esse potest. Hinc Locarium quod datur in stabulo, & taberna ubi cõsistant. Connan. lib. 7. cap. xj. num. j. & uide suprà in uerbo Conducere & Conductio.

LOCARE domum, Das hauß vermieten Locare opus, Das werck verdingen. Locare operam, Behülfflich sein mit arbeyt. Audin' quomodo ex his appellationibus occurrunt tibi statim formulę, communicandis operis deseruientes? Eodem modo in Germanica quoq; lingua confunduntur appellationes promiscuè locandi & conducendi, Verleihen/ verdingen. Oldendorp.

LOCARE & conducere. De horum uerborum significationibus Budæus in priorib. annot. ad Pandectas. Quanquã enim locator sit plerunq; qui precium accipit, & conductor, qui dat, ut sit locator dominus, conductor inquilinus, tamen nonnunquã uice uersa euenit, ut locator precium det, conductor accipiat.

LOCATIO, est personæ, uel rei ad usum facta concessio, uel mercede, uel pecunia numerãda conuenta. Hinc Locator, qui eiusmodi locationẽ facit. Alb. adnotauit, locationem propriè dictam, sine pecunia esse non posse. Habet autẽ locatio & cõductio aliquam cum emptione & uenditione similitudinẽ, sed non omnimodam. l. sciendum tamen est. §. deinde aiunt. & l. sciendum est. ff. de ædil. edict. Sp.

LOCATIONIS & Conductionis appellationibus promiscuè ueteres utebantur. l. xx. ff. de act. empti. l. j. ff. de superficieb. Itaq; ex locato conducto agere dicebant. l. 5. §. nunc uidendum. ff. commodat. l. ult. §. j. ff. de lege Rhod. Eaq; confundũtur in l. 2. §. j. ff. eo. Euenit autem plerunq;, ut idem alia atq; alia ratione & locator & conductor dicatur. Vt ecce, qui insulam ædificandam uel aliquod aliud opus faciendum in se recipit, cõduxisse opus, dominus uerò locasse dicitur. l. 22. §. cùm insulam. l. 36. l. 51. §. locaui. l. 59. ff. loca. l. 2. §. conductore. ff. de adm. rer. ad ciuit. l. 27. in fi. ff. ad leg. Aquil. Vice uersa artifex operas locare, dominus qui mercedem pro his præstat, conducere dicitur. l. 22. §. j. ff. loca. l. 2. C. eod. tit. l. 37. ff. de aur. arg. Non tantùm autem quotiens faciendum aliquid, sed & quotiens uehendum datur, locatio est. Dominus ergo mercium uehendas merces locare l. j. ff. de præscr. uer. l. 2. ff. de l. Rhod. Nauicularius uerò Aurigariúsue conducere dicuntur. l. 12. §. qui uinum. l. 13. §. j. l. xix. §. si quis mulierem. ff. loca. l. ult. ff. de leg. Rhod. l. 5. ff. ad exhib. Vellei9 Patercul. Mummius tam rudis fuit, ut capta Corintho, cùm maximorum artificum perfectas manibus tabulas & statuas in Italiam portandas locaret, iuberet prædici conducentibus, si eas perdidissent, nouas eos reddituros. Brissonius.

LOCATIO & conductio est contractus bonæ fidei, de re aliqua certa mercede uel faciunda, uel ad tempus utẽda, inter quos iure ciuili licet, factus. Emptioni autem & uenditioni ijs in rebus est similis. nã ut uenditor & emptor rei commercium habere debet, sic locator & conductor: ut res certa certumq; precium, sic res opúsue certum, item certa merces hic exquiritur: quemadmodum consensum utriusq; in emendo, sic in conducendo certam utriusq; uoluntatem interuenire oportet: ut illic, similiter etiã hic ex bona fide omnia exiguntur. deniq; tanta inter utrunq; contractum similitudo est, ut interdum internosci alter ab altero non possit. l. secunda. ff. locati. Hotomannus.

LOCATIONIS & conductionis uerba bifariã usurpantur: in rebus utendis, & operibus faciundis. Locare nanq; est utendum uel faciundũ aliquid dare: Conducere, rem utendam, opúsue faciendũ mercede accipere. Sic Inquilinus qui domum utendam accepit,

accepit, conductor dicitur: dominus qui dedit, Locator. Sed in opere faciundo communis utriusq; huius uerbi uis & significatio est. nam quatenus suam operam uendunt, Locatores dicuntur: unde Locare operas uulgò dicimus: quatenus opus faciundū suscipiunt, Conductores. l. 22. §. j. & §. cum insulam, l. 36. l. 51. ff. locat. l. 37. ff. de aur. & argē. l. 2. C. locat. l. 27. in fin. ff. ad leg. Aquil. Hinc Vlpianus in l. j. ff. de æstimat. scribit, dubitatum fuisse, cùm res æstimata uendenda datur, utrum ex locato esset actio, quasi rem uendendam locasse uidear: an ex conducto, quasi operas conduxissem. Hinc Paulus in l. 2. ff. ad l. Rhodiam, ita Locati & Conducti actionum appellationes permiscet, ut nullam statuere inter eas differentiam uideatur. Hotom.

LOCATIO in longum aut longissimū tempus dicitur alienatio, quoniā dat ius in re: alioqui is qui locat, non censetur alienare. l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. 2. Spiegel.

LOCATIO perpetua. Quære, Perpetua locatio. Habet autem locatio & conductio aliquam cum emptione & uenditione similitudinem, sed non omnimodam. l. sciendum tamen est. §. deinde aiunt. & l. sciendum est. ff. de ædil. edict. Sp.

LOCATIONIS contractum naturalem & omnium gentium Paulus appellat in l. j. ff. locat. idē epitheton adijcitur emptioni & uenditioni in l. j. in fin. ff. de contrah. empt. Sp.

LOCATOR regulariter dicitur, qui preciū accipit: conductor, qui dat: ut sit locator dominus, conductor inquilinus. Sed nonnunquā etiam uiceuersa euenit, ut locator precium det, & cōductor accipiat. Bud. in l. 2. ad legem Rhod. de iact. in prin. Adi Old. Class. 4. actio. ix. Idem non temerè monuit, idq; memori mente tenendum, uidelicet uerti nonnunquā apud Iurisconsultos uerborum ordinem, ut locator sit, quem tu prima fronte conductorem iudicares: & contrà, conductor censeatur, qui tibi uideatur locator. Nam tunc opus respicitur, non persona, ut in l. dominus horreorum. §. ultimo. l. sed adde. §. illud. l. si quis domum. §. si colonis. ff. locat. Quę formula non pertinet ad l. ueteres. de actio. empt. & l. si dominus. ff. de usufruct. Quod Bar. fefellit in l. 2. C. de locat. & conduct. Spiegel.

LOCI, sunt argumentorum sedes, unde probabilia educuntur argumenta, ad id quod in controuersia positum est comprobandum. Coegere locorum quasdam facies, longe à ueterum, puta Aristot. Ciceronis, Boetij traditionibus, diuersissimas Legum professores, Albericus Rosatus, Speculator, Baldus, nōnulliq; alij, quos Cantiuncula noster uicit tractatione sua, siue dictionem, quæ pura est, & polita: siue ordinem, qui hic digestus, apud superiores implicatior habetur, exigas. Sp.

LOCI mulieris, dicūtur uterus, quem uulgò matricem uocant, & à Celso uulua etiam nominatur: licet Plin. hanc in reliquis animalib. esse dicat. Sp.

LOCI seruator. Loci seruatorem exponit Ange. in Authen. ad tit. ut nulli iudicum & c. uicarium. Nullus enim (inquit) iudex potest in loco cuius sibi gubernatio commissa est, cōmittere loci conseruatorē, id est, uicarium, nisi Imperator, tempore expeditionis aut necessitatis, ei concesserit. Sic Nouella Constitut. 134. cui titulus est, Vt nemini iudicū liceat habere loci seruatorē. Prouinciales magistratus in uniuersum prohibet in prouincijs sibi creditis uicarios instituere. An ergò legatos habere poterunt, quæri potest, & posse arbitror, qui scilicet proconsulib. adsint, uel ab ipsis ad res gerendas pro tempore destinentur. Sed non uicarios illos, quos tunc temporis usurpata consuetudine in singulis ciuitatibus ob auaritiam instituere studebant. hoc significat illa constitutio. Nec enim legitimum & antiquum adiutorē adimere uoluit præsidi prouinciæ Imperator, sed corruptum duntaxat morem tollere, & uelut inueteratum morbum sanare. quod & scribit Antonius Vacca in suis exposit. locorum obscuriorum tit. 10. de offic. proconf. & lega. Anch.

LOCO motus dicitur thesaurus, id est, occupatus & appræhensus, nam quamdiu est in eo loco ubi reconditus fuit uidetur adhuc esse thesaurus, & ut ita dicam in naturali sua manere libertate, sicq; nullius esse. Connan. lib. 3. cap. 4. num. j.

LOCVLI in l. 53. in fi. ff. de leg. lib. 3. l. 22. §. j. de pecul. leg. sacculum pecunię, & crumenam significant. Brissonius.

LOCVLI, pro receptaculis pecuniarum, Geltkisten apud Vlp in l. librorum. in fine. de leg. 3. quum ait: Sunt tamen quædam quæ omnino legatum sequuntur, ut legatum lectum cōtinet fulcra, & armarijs ac loculis claustra & claues cedunt. Seruator noster Iudæ loculos pecuniarum, quas pauperibus erogaret, cōmisit: ne uideretur, aut quasi inhonorus, aut quasi egenus dominū prodidisse. pro marsupio hic accipiendi ut apud Mar. excussi loculosq; sacculumque. Spiegelius.

LOCVPLES, firmus, certusq;, ad rem quamlibet. Vnde locupletē autorē dicimus, locupletem testem, locupletē tabellariū. & locupletē fideiussorē.

LOCVPLES, siue pro locuplete fideiussor in personis necessarijs accipitur. Paulus in l. tertia. ff. in ius uocat. ut eant.

LOCVPLES hæreditas, quę opes adfert, uel oneri, uel incommoditati, seu ut uulgò dicunt, uexationibus coniuncta. Opulenta uero dicitur, quæ his caret, l. si quis mihi bona. §. 2. ff. de acq. hære. Azo locupletem hæreditatem accipit, quæ maior est centū aureis, in rub. C. de bon. libert. Sp.

LOCVPLES reus intelligitur, qui soluendo est l. ult. §. ult. ff. si cert. pet. l. 3. ff. de manumiss. l. 57. ff. de manum. test. Nec unquam rei alienæ defensor locuples uidetur, quia semper necesse habet satisdare. l. 127. ff. de diuers. reg. Briss.

LOCVPLEX est, qui satis & idoneè habet pro magnitudine rei quam actor restituendam esse petit l. locuplex. ff. de uerb. sign.

LOCVPLETES, antiqui locorum, id est, agrorum plenos appellabant. Vnde qui ex prædiorū possessionibus diues est, is propriè est locuples. Alci. de uerb. sig. Antiquissima iuris naturalis regula est, neminem cum alterius iactura fieri locupletiorem. l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. l. iure naturæ. de reg. iur. Quod si quis locuples fieri uelit, naturæq́ue legem contemnere, aduersus eum iure nostro uarijs modis prouidetur: quos attingunt interpretes in l. si me & Titium. ff. si cert. pet. Sp.

LOCVPLETIOR generaliter dicitur is, q non est pauperior factus, ut in l. in pupillo. ff. de solu. uerum non oportet sic intelligere, cū dicitur ditari aut locupletari, ex re aliena. quòd uerbum uariā habet interpretationē. In summa: Quicunq; aliquid acquisiuerit, quod bona eius augeat, is haud dubiè reputabitur factus locupletior, & tenebitur ei, ex cuius re acquisiuit. l. cum fundus. §. seruum tuum. ff. si cert. pet. l. si seruus. §. seruum tuum. ff. de act. empt. Vide ibi Bart. & Old. act. 2. Class. 3. Sp.

LOCVPLETIOR uidetur factus tam q. p. nes se rem habet, quàm qui in corpus patrimonij quoquo modo conuertit, aut cuius in rem uersum est, licet malo euentu perierit.l.18.ff.quod met.caus.l.47. ff. de solutionib. Locupletior utiq; factus intelligitur, qui debito liberatus est.l.50. ff.de donat.int.uir. l.66.ff.de solutionib.arg. l.2. ff. de calumniatoribus. Qui uerò liberum hominē adquisijt, uel rem aliquā donauit, nec ἀντίδωρα accepit, locupletior non existimatur.l.169.§.j.ff.de diuers.regu. l.25.§.consuluit.ff. de pet.hære. Atq; hæc interpretatio locum habet in pupillis, bonæ fidei possessorib. maritis, hæredibus, qui in quantum locupletiores facti sunt, tenentur. Id quod eo tempore dispiciendum est, quo iudiciū accipitur.l.47.ff.de solutio.l.34. ff. de minorib. l.39. ff. de neg. gest.l.7.ff.de dona.int. uir.excepto eo, qđ in bonæ fidei possessore rei iudicatæ tempus spectatur.l.36.§.quo tempore.ff.de pet.hæred. Brill.

LOCVS, ubi quid collocari potest, dicitur. Eius autem metaphoricè uaria est significatio.ut cum dicimus quem loco obscuro natum, uel loco fratris fuisse: illud enim ad genus, nobilitatemq; refertur, hoc uicem denotat. Ex Alciat. Spieg.

LOCVS, portio est fundi. qui & latêre potest, qa fines suos adhuc non habeat: idcirco determinādus diffiniendusq; est. Fundus uerò omne est, quod solo continetur. Ager, species est fundi: quæ ad usum hominis comparatur. Alcia.in de quinq; ped præsc. Accipitur aūt locus in iure, ex mente proferentis interpretationem. quādoq; enim generaliter ponitur l.fundi de uerb. sig. Qua ratione in prædijs urbanis locus sine ædificio dicitur Area: in rusticis, Ager. At cum specialiter respectu fundi locū dicimus, de portione aliqua recipimus. Ex eod. Spiegel.

LOCVS est, ait Varro, ubi quid collocatum esse potest, ubi quicquam consistit. ab eo præco dicitur locare, quoadusq; id emitur, quoad in aliquo consistit precium. loquitur de redemptionibus. Hot.

LOCVS est duplex: Intraneus, seu artificialis, in ipsa hærens causa, & artificio quodam excutiendus: ut apud Papin. in l.j.ff.de offic. eius, cui mandat.est iurisdict. Huius rei, inquit, fortissimum argumentū est, quòd lege Iulia de ui nominatim cauetur. Extraneus, qui ex alijs rerū adminiculis, sine ulla arte suggerit probationem: ut sunt, Rumor, seu fama, Tormentum, Tabulæ siue instrumenta scriptorum, Iusiurandum, Testes. uide Ciceronem in Topic.

LOCVS, in l.aut facta.ff. de pœn. pro sua cuiusq; rei quam obtinet sede, accipitur. Et ista est uulgaris loci significatio.

LOCVS opacus, quondam cœpit esse solis plenus. Vide Vlp. in l.si arborē, ff. de seru.urb. præd. Sp.

LOCVS sacer dicitur locus consecratus. Sacrarium uero, in quo sacra reponuntur. Connan.lib.3. cap.j. num.6.

λογχίων. Vlp.l.3.de penu leg. Sed & chartas, inquit ad ratiunculam, uel ad λογεῖον paratas, contineri appellatione penoris. Videtur ea uoce, ut monuit Alc. intelligi, non codices, uerasque rationes, sed potius quædam aduersaria, quæ fiunt causa describēdi, qđ quotidie in uictualibus expendatur. quale est quod Diurnum ueteres dixerunt. Spieg.

LOGICE, appellatur ab Aristot. disserēdi ratio, h.e. disputandi, & rem dubiam argumentis probādi.

LOGISTA is dicitur, qui reddendis rationibus præest. Hinc logistice, ars ipsa computatoria, uulgò Algorismus dicta. Iustin. in tit. de Mod. mulct. leg. curator. Curator, inquit, Reipub. qui Græco uocabulo Logista nuncupatur, mulctandi ius non habet. Nob.

LOGISTAE sunt, qui rationales alibi dicūtur. In hoc distantes à logographis, quòd illi libros rationum scribebant, logistæ curabant. Alciat. C.de tabul. Scrib. & Logóg. lib. x.

LOGODAEDALVS, uerborum nundinator inanis, qui uenustatem uerborum, nō sensuum acumen consectatur: aut qui orationis concinnitatē potius, quàm pondera sententiarū præstare potest: loquendi quidem peritus, ciuilium uerò rerum ignarus. Bud. in l.ius ciuile. de iust. & iur.

LOGOGRAPHVS. Alciat. C.de tabul. scrib. & logog. lib. x. logographi (inquit) dicebantur, qui libros rationum scribebant, uel qui (ut in differentijs Ammonius author est) Δικαστικοὺς λόγους. id est, iudiciaria acta Bud. etiā in reliquis annot. logographi (ait) à rationibus publicis conficiendis, perscribendisq; dicti sunt: quanquam apud oratores hæc dictio aliter accipiatur. Idem fermè est, qui tabulam, qui in tabulas publicas referunt, quæ ad rempublicam pertinent. Cæterum ea uox significat & oratorem uersutum, seu, ut Græci loquuntur λογοδαίδαλον, quo conuicio se mutuo impetunt Æschines & Demosth. ut ex Thoma Grammatico annotauit Postellus de magistratibus Ath. cap.17.

λόγῳ ἀσυλίας Nou.17.128. Gallis Franchise, Asylum, in l.15.ff.de excus. sunt rationes.

LOGOS, Alb. ait, multa significat, sed parū competenter declarat. Græcis aūt Logos est uerbum, oratio, sermo, ratio, modus, supputatio: nonnunquā & pro libro usurpatur. à uerbo λέγω, quod est dico, siue colligo. Vide Eras. in annot. Noui testam. Sp.

LOMBARDIA. Lōbardia regio Italię, quæ Cisalpina Gallia uocatur. Eius fines sunt Apēninus & Alpes, & quicquid inter Alpes, Benatumq; Mintiū, continetur, cuius metropolis est Mediolanū. A populis, qui Lingones Germaniæ, & Bardi Galliarum sunt simul misti, unde nomen: non autem à longis barbis, ut solent uiri docti ridêre. A. Calepin. Anch.

LONGA absentia obliuionem inducit, l. finitū. §. fundi. ff. de usucap.

LONGA consuetudo, uelut tacita ciuium conuentio habenda est, teste Hermogeniano in lege sed & ea. de legibus. Spieg.

LONGA manu traditum, Iabolenus explicat in l. pecuniam. ff. de solut. ut breui manu datum. Vlpia. in l. licet. ff. de iur. dotium. Sp.

LONGA peregrinatio apud Vlpian. de procur. in causis refertur, quæ non sinunt procuratorē compelli ad suscipiendū iudiciū. Vide l. post litem. ib. Sp.

LONGE lateq; rem meliorem facere apud Scæuolam l. intra. ff. de minorib. Sp.

LONGE ab insidijs. l. ita uulneratus. §. omnes. ff. ad legem Aquil.

LONGE lateq; Vlp. in l. si habitatio. de usu & habit. Si usus fundi, ait, sit relictus, minus utiq; esse, q̄ usumfructū: longè lateq; distare, nemo dubitat. Sic ab Erasmo citatur in Chiliad. Haloander legit, Longeq; distare, exempta uoce, Latè. Sp.

LONGE magis, l. frater à fratre. ff. de cōd. indeb.

LONGE minus, l. qui pignoris. ff. de acquirenda possessione.

LONGINQVO abfuturus, apud Vlp. in l. uel si longinquo. ff. de procur.

LONGINQVO absens seruus legatus requirendus. l. cum seruus. de leg. j.

LONGO silentio finitur causa. Papin. in l. 2. Ne de stat. defunct. Spieg.

LON-

LONGVM tempus, decennij inter præsentes, uicennij inter absentes spatium comprehendit, autore Paul. lib. 5. Sent. tit. 2. & tit. 5. Et Iustinia. Institu. de usucap. in princ. Et ita Longum tempus, & Longam possessionem in Pandectis accipere oportet. In quibus hęc uerba usucapioni tributa ex Triboniani adiectione legimus: qui post usucapionē à Iustiniano transformatam quod Iurecōsulti biennio capere dixerant, id ipse longo tempore uel longa possessione capere dixit, ut Pandectis cum Codice conueniret. l. 2. §. cum Stichum. l. 4. pro empto. l. 76. in fine. ff. de contr. empt. l. 3. l. xj. in fi. ff. de diuers. & temp. l. xv. in fin. ff. de cond. indeb. l. 13. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. l. x. ff. si seruit. uind. l. 5. ff. de dam. infect. l. 3. §. ult. ff. de adquir. possess. l. 17. & l. 33. §. si dominus. ff. de usucap. l. 7. & l. x. C. de pet. hæred. l. j. C. de seruit. Briss.

LONGVM esset dicere, inquit Cic. id est, superfluum. Connan. lib. 8. cap. 6. num. 8.

LONGISSIMVM uerò tempus xxx. uel xl. annorum est, tit. de longi temp. præscr. Briss.

LOLIVM herbæ genus, alio nomine zizania dicitur. ut etiam declarauit glossator, in cle. dudum. in dic. zizaniæ. de sepultu. & D. Ambr. in Hexaem: Lolium, inquit, & reliqua adulterina semina, quę frugibus sæpè miscentur, zizania nuncupari, Euāgelij lectione cognouimus. sed ea proprium quoddam genus habent, cum ex tritici semine in aliud genus seminis decolora mutatione translata degenerem traxere naturam. Horat.

Esset ador, loliumq; meliora relinquens.

Proinde corrigenda sunt uerba Celsi apud Vlp. in l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad l. Aquil. dum quę rit: Si folium, aut auenam in segetem alienam inieceris. Castiga: Si lolium aut auenam in segetem alienā inieceris. Quid autem sit auena in hoc loco I. C. scripsi superius opportunè: non repeto. Cotta.

Λωποδύται, Vlpiano sunt atrociores fures. in l. j. de effrac. quam dictionem Græcam Nor. text. habet: & eo modo reponendam, Alc. firmat in Parerg. cum alij aliter, ut ait, coniectura inani comminiscerentur. Spieg. Erant autem indumentorum suppilatores.

LOQVELAE uocabulum, tametsi id inter obsoleta habendum existimetur, propriè non est accipiendū (teste Insulano) pro singulari aliquo, ac ueluti patrio aut gentilitio more loquendi, sicuti Barbari solent dicere loquelam Germanicam, aut Gallicā: quin potius, est series aliqua uerborū. Ita Maro, Funditq; has ore loquelas. Spieg.

LOQVI quando quis dicitur, uide l. Labeo. sub fin. ff. de supel. leg. & suprà, Fari.

LOQVITVR res ipsa, hoc est, apertissima est, & sermone non eget.

LORICATIO, tectorium est, parieti in modum loricæ inductum: idem ferè quod incrustatio. Paulo de uerb. sig. l. impensæ. Incrustatio, inquit, loricationes, & picturæ. Nebriss. Hanc explicans l. Alciat. Loricatione, ait, sunt superficies integendi causa: quæ ad pauimenta maximè pertinent, fiuntq; ex calce & arena. Est & Lorica, quæ uallis castrorū, uel podijs opponebatur, alio significatu. Sp.

LORICAS, Vitruuius uocat libr. 7. cap. 1. tectoria, corium incrustationes & coronarum proiecturam, quæ fieri solet in parietibus, ut ab aqua pluuia defendentur. Idem Vitruuius lib. 2. cap. 8. Cum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à uentis deiectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere, nō patietur Lorica testacea lædi laterem: Sed proiectura coronarum reijciet extra perpendiculum stillas, & ea ratione seruauerit integras lateritiorum parietū structuras. unde Loricare supertegere. Quo uerbo usus est Plinius de Ichneumone loquens lib. 8. capite 24. Loricula autem apud Vegetium lib. 4. rei militaris, significat id munimentum, quod urbium obsessores ultrà iactum teli ædificant fossa, uallo, sudibus & turriculis instructa, ut erumpentibus è ciuitate possint obsistere. D. Hieronymus aduersus Pelagianos libr. j. Deuteron. cap. 22. Loriculam uertit murulum, qui in circuitu tectorum fit: ne quis in præceps labatur. Quod interpretes septuaginta *στεφάνην* dixerūt. Brechæus l. impensæ. §. uoluptariæ. ff. de uerborum & rerum significat. &c.

L V

LVBRICVM, secundum Grammaticos dicitur, quod labitur, dum teneri creditur: ut piscis, serpens. translatè: Lubricum linguæ, quod incautè excidit uerbum interpretantur: quod in periculum trahendum non esse, etiamsi ad maiestatem pertineat, Modest. ait l. famosi. ad l. Iul. maiest. Sp.

LVBRICVM ætatis, id est leuitas, mobilitas, inconsiderata ratio, temeritas. Vlpian. l. xj. §. 4. ff. de minoribus. Neq; enim ætatis lubrico captus est adeundo locupletem hæreditatem. Hot.

LVCERES unde. Author de uiris illustribus à Lucumone Thusco, qui Romulo aduersus Tatium Sabinorum regem pugnanti auxilium tulisse fertur, Luceres appellatos putat. Sed Festus, ait, quosdam fuisse, qui non tam à Lucumone, quā à Luco, in quo urbs Roma, aut prima eius pars asylum fuit conditum, dictos existiment. In qua sententia etiam est Pędianus, qui Luceres à Luco asyli dictos scribit. Coniecti enim erant in hanc centuriam Thusci, Latini & reliqui omnes, qui ad asylum confugerant, ut etiam præter Pædianū, Plutarchus testatur. Sunt prętere a qui à Lucæo Ardeę rege Luceres dictos putent. Qd uerò Liuius Lucerum nominis & originis incertā esse causam putet, id Sigonius ita accipiendum arbitratur, non quòd nullam ipse tenuerit, sed quòd incertam eam diuersos fecisse autores existimarit &c.

LVCRATIVA causa appellatur ex qua accipiēti nihil abest. ueluti donationis uel legati. l. 82. §. fundus. ff. de leg. lib. j. l. 5. ff. de usucap. l. 12. §. si fundum. ff. de actio. empt. l. 4. §. si quis autem. ff. de doli exceptio. l. lxxxiij. §. si rem. ff. de uerb. oblig. l. viij. §. j. ff. de publicia. l. quarta. in fine. ff. de manumissio. l. xij. in fin. ff. de capti. & §. si res aliena. Instit. de legat. Paul. libro quarto Sentent. titul. j. Iustinianus plenè in l. unic. de lucrat. descriptio. libr. x. C. Ex promissione planè dotis lucratiua causa non est, sed quodammodo creditor aut emptor intelligitur, qui dotem pet. l. xix. ff. de oblig. & actio.

LVCRATIVA possessio, quam quis ex Lucratiua causa nactus est. l. 2. ff. si quis om. causa test. Bris.

LVCRIFACERE iniuriam, est Bud. teste, iniuriam impunè committere, & pœnam non luere. Sp.

LVCROSVM, fructuosum, quæstuosum, utile. Caius in l. obligari, ix. §. 2. ff. de auct. tut. Hæreditatē adire pupillus sine tutoris auctoritate non potest, quamuis lucrosa sit. Idem l. si quis, 17. ff. si quis omissa. Liberum cuique esse debet etiam lucrosam hæreditatem omittere. Hotom.

LVCRVM à luendo, si amplius emptor q̄ quanti res esset exoluerit. Varro. Hot.

LVCRVM, est nomē generale, l. coiri. & l. sequenti. ff. pro socio. Nam generaliter lucrum accipitur, ꝑ omni accessione gratuita uel onerosa. l. actionū genera. §. actionum autem. ff. de obligationib. & actionibus.

nibus.l.si cum dotem.§.si pater.ff.solut.mat.Olden. Maximè autem id lucrum esse intelligitur, quod omni damno deducto superest.l.Mutius.ff.pro soc. Donellus de fructibus circa finem.

LVCRVM amplecti qui uelit, onus autem ferre recusat, ferendus non est.l.j.§.pro secundo.C.de caduc.tollend. Spiegel.

LVCRVM cessans, appellatione damni rectè uenire, Alciatus putat. quod tamen subsistere non potest, nisi latissimè acceperis damni significationem. Siquidem in damni definitione lucrum cessans non comprehenditur. Sic enim Vlpianus in l. Proculus, ff.de dam.infecto. Longè interest, inquit, an quis ex alieno facto damnum patiatur an lucrum, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur. Vnde Fumæus, Galliç ornamentum, qui ad ingenij acumen, Romani sermonis munditiē adfert, non temerè mirari uidetur, eruditissimum Alciatum, ita continentē, ut non moueatur tantis tumultibus, ac ferè perpetuis dissidijs doctorum nostrorum, miserè se torquētium pro ea differentia, quę fit inter damnum & lucrum cessans. Porrò lucrum cessans post moram, hoc est, cum debitor non soluit constituto die, cadit in rationē damni emergentis post moram. Nam & hoc est, non soluere constituto die. Vide Philippum libr.2. Philosophiæ moralis. Spieg.

LVCRVM facere dicitur, qui honestis rationib. acquirit.l.cura.§.deficientē.ff.de mun.& hon. Quæ uerò lucra honesta sint, refert Spec. tit. de cler. conuen. Spiegel.

LVCTATORES qui luctando certabant, alio nomine palæstritæ Corras.lib.4. Miscel.cap.24.

LVCVBRATIO, id est, studium. Iustin. Insti.de legatis: Nostra autem cōstitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, &c. Propriè autem est lucubratio, studium nocturnum, non solum circa literas, sed etiam alias res. Vide Catanæum commēt.3. Qui per g scribunt, quasi à lugubre deductum sit uocabulum, planè errant. Sp.

LVCTVS Connano lib.8. cap.7. num.j. dicitur squalor ille & mœror qui ex cōmuni calamitate, aut tristi aliquo amicorum casu non obscurè suscipitur. Valla definit luctum esse mœrorem qui exterius ꝓditur, uultu ipso atq; aspectu.

LVCTVS, ægritudo ex eius, qui charus fuerit, interitu acerbo. autor Cicero Tusculan.iiij. Vsurpatur tamen etiam extra lethalem casum. Lex ciuilis notat infamia nubentem intra tempus luctus, aufertq; ei omnia lucra nuptialia, l. prima, & secunda. C.de secund.nupt. Viri uerò non lugent uxores, l. uxores.ff. de nupt. Spiegel.

LVCVS dicitur, quod non luceat, non quòd sint ibi lumina causa religionis, ut quidam uolunt, quos Olden.sequitur.& Connan.lib.7.c.7.nu.4. Semper tamen sequitur lucum consecratio, etiam in sacris literis. ut testatur Nebriss. Haud scio, an nemus tantū publicum significet. Paulus in l.id quod post empt. de per.& comm.rei uend. Veluti, ait, uiæ publicæ, limites luci, qui fundum tangunt. Sp.

LVCI syluæ erant in conspectu uillæ fundiq; incæduæ dijs consecratæ, quas ferro temerare nefas erat. Plin.de arborib. Hæc fuēre numinum templa priscoq; ritu simplicia rura etiamnum Deo præcellentem arborē dicant, nec magis auro fulgentia atq; ebore simulacra, quàm lucos, & in ijs silētia ipsa adoramus. erāt enim in urbe luci, non tantū in agris &c.

LVCVMONES principes olim uocabātur Hetruscorum populi, quorum duodecim sunt.

LVDIBRIO, non debent esse leges, hoc est, irrideri ab aliquo, uel uanæ haberi. C.de bon.quæ lib.l. fin.§.ibi autem. Sic nec decreta Prætorum. l. si prætor.ff.de iudic. Alberic.

LVDICRA ars, quæ ludi gratia fit. ut scenica & histrionica. Possidonius, autore Seneca, quatuor ait esse genera artium. Nam sunt uulgares, quæ & sordidæ uocantur. Sunt ludicræ, sunt pueriles, sunt liberales. Ludicræ sunt, quæ ad uoluptatem oculorum, auriumq; tendunt. qualis scenica, & histrionica, nostro iure infames.l.qui autem. l. athletas. de his qui not.infam. Spieg.

LVDIFICATIO, apud Impp.in l.cum de.C.de pact.int.empt.& uend.pro friuola dilatione, Gefärlichen verzug. Et ideò (inquientes) aditus competens iudex, fundum, cuius mentionem facis, restitui tibi cum fructibus suis, sine ulla ludificatione, sua autoritate perficiet. Spieg.

LVDVS. Omnem scholam ludum dixere Romani: & magistri ludi dicuntur, qui primas literas docent. Autor est Asconius. Martia.

Quid tibi nobiscum est ludi scelerate magister?

& per translationem Terent.in Hecyra. In eodē mihi omnes uidentur ludo doctæ ad malitiam, & ei ludo, si ullus est ludus, magistram hanc esse satis certo scio. Vlp.lib.41.tit.de Var.& extra.cog.l.j. Ludi literarij magister &c.

LVDORVM species, quib. ueteres Romani usi sunt, uide apud Alex. Neapol. lib. Genial.dierum 3. cap.21.ad longum.& lib.5.c.8.

LVDVS aleæ. Vide suprà, Aleatores. Quàm inhonestum censeāt leges, immodicum ludi abusum, ex eo patet: quòd cum regulariter omnibus actionibus personalibus præscribatur xxx.annis, in hoc casu repetitio extenditur ad annum 50.l.sicut.C.de ꝑscrip.30.ann. Repeti autem possunt, quæ in ludo ultra aureū petūtur.l.ult.C.de relig.& sumpt.fun. Sp.

LVDVS noxius, uel potius lusus, ut Nor.tex.habet, quòd ob noxam, hoc est, culpam puniatur. Vnde & Iurisconsf. familiariter in culpa esse dicitur. l.nō nudus.ff.ad leg.Aquil. Et Iustin.in procemio. ff.non procul à fine: Quis ludos, inqt, appellet eos, ex quibus crimina oriuntur? Scimus placitis feudalib.sancitum, si uasallus cū domini uxore turpiter luserit, eum feudo priuandum. Qua de re eleganter disserit Baro à Tautenberg. Spieg.

LVDVS, pœnæ genus mediocre numeratur à Paulo lib Sent.5.cap.17. Duplex autem fuit: Venatorius, & Gladiatorius. Venatorius erat, cùm ludicra bestiarum uenatio exhiberetur: qua pœna iuniores affici solere, scribit Vlp.in l.aut damnum. 8. §. 9. & 10.ff.de pœn. Gladiatorius autem fuit, cùm serui inter se populo inspectante pugnarent: quæ pœna à Constantino sublata est l.prima. C. de gladiat. Tertullian. lib. de spectac. Etiam qui damnantur in ludum, quale est, ut leuiore delicti in homicidas emendatione proficiant.

LVDVS iocumq;. Ludus iocumq; intelligit Liu. lib.28.rem abiectam ac parui precij, quæ meritò contemni ludibrioq; haberi possit. Phrasis Latinis autorib. usitata, sicuti Græcis παιδιὰ καὶ φλυαρία. De quo loquēdi modo Petrus Victorius lib.6. Var. lect.c.19.

LVDI Circenses (de quibus mentio fit in l.12.§. equitij, ff. de usu & habit.l.j.ff.de mun. & hon. l. 112. ff.de lega.primo) ijdem erant, qui & Magni dicebantur: quòd (ut scribit Pedianus) magnis impensis dati sunt. Instituti autem sunt à Tarquinio Prisco, & propterea Circenses dicti sunt, quòd primi in circo

qui

qui Maximus dictus est, dati sunt. solennes deinde annui manserunt: & Ioui, Iunoni ac Mineruæ ab Ædilibus curabantur. uti patet ex libro j. Liuij, & Verrina septima.

LVDI Romani magni. Erat autem is ludus, ut equi & muli iuncti & soluti, in circo maximo, magno spectantium studio currerēt. Indicta uerò fuisse con sualia finitimis populis à Romulo año Imperij quar to Dionysius Halicarnasseus tradit, eosq; etiam sua ætate ludos fieri solitos dicit: Lucius Tarquinius annuos eos fecit, qui ijdem & magni, & Romani uocátur. De qua re Terentius Varro libro quinto, de Lingua Latina. Alexand. ab Alex. lib. 5. cap. xxvj. Blondus lib. 2. Romæ triumph. Volaterranus lib. xxix. capit. xj. Ouid. lib. 3. Fastorum. Notandum tamen plerosque esse, qui dum dijs laribus Romani ludos celebrarint, Romulum Sabinas rapuisse dicant. Inter ludos uerò, qui plurimi Romæ fuerunt, spectatissimi fuerunt Romani, à regibus primum instituti, Ioui, Iunoni, & Mineruæ celebres. Nam singulis dijs, singuli dicati ludi erant, quos ad placanda numina cum sacrificijs, cumq; cantu & tibia celebrabát, prętoris edicto id decernente. Tarquinius igitur Priscus cum ludos magnos opulentius, instructiusque instituisset, quàm priores fuissét, Magni dicti sunt. in eos enim ducenta millia nummum impensa sunt. Vnde deinde quoque post pugnam ad Thrasymenum celebrati sunt ludi Magni, æris cccxxxiij. millibus, bobus albis 400. multisque alijs hostijs, & diuitijs, in quorum celebritate, præcipua per singula puluinaria mittebantur munera. Verum de Romanorum ludis & spectaculis Plinius lib. 7. cap. 66. libro xxxvj. cap. xv. &c.

LVDI Scenici, quibus Scenici agones exercebantur, qui & Musici agones dicebantur, & Dionysiaci, quasi Libero patri dicati. Quare & homines scenici uno uerbo à Græcis Dionysiaci artifices dicuntur, auctore Aristotele & Gellio libro x. prout annotat Budæus, in l. Athletas. ff. de his qui notant. infa. Ludi uerò publici apud Romanos, circo & cauea diuidebantur. Circo cunicula circensia, & pugillatio, luctatioque continebantur. Cauea theatralia & scenica ludicra: cauea enim dicebatur ea theatri pars, unde populus spectat. De Ludorum Scenicorum uero origine Cælius libro viij. cap. vij. lectio. antiq. & cap. 8. libr. eiusdem. ubi tradit scenicos dici à scena, id est, tentorio, à rusticis inumbrationis causa excitari solito.

LVDIONES. Ludij inquit, Dionysius Halicarnasseus, adolescétes erant tuniculas induti insignes, galeati & ensiferi, peltatique, qui omnibus Circensibus & Theatralibus pompis in uersum incedebát, ipsius uelut pompę duces, salijs similes. Ludij ex eo uocati, quod à Ludis hoc genus Ludicri inuentum uideretur. Tornebus libro 6. aduersariorum cap. & libro xix. cap. x.

LVDI Apollinares. Ex uaticinio Martij uatis, carmineque Sibyllino, cum repentino hostis aduentu, plebs ad arma concitata, hosti occurreret, & nubes sagittarũ in aduersos uisa feriret, hostes fugarit. unde Macrob. existimat uictoriæ, non pestilentiæ causa ludos institutos. Hi uerò prius incerto tempore celebrati fuerunt, post à Licinio Varro prætore lege lata, IIII. Nonas Quintilis celebrati, boue aurato, capris duabus albis auratis. Seruius in 6. Æneid. Festus hos ludos laureatum populum spectasse scribit, stipe data pro cuiusque copia.

LVERE, Apellus ait, nihil aliud est, quàm soluere, à Græco uerbo λύω. Virgil. lib. j. Æneid.

Post mihi non simili pœna commissa luetis.

Luere tamen legis latori hoc tantum significat, cum hæres ius pignoris soluit eius rei, quæ alicui legata est. §. sed & si rem suam. Instit. de leg. Sp.

LVERE item, est captiuos redimere, aut res captas recipere precio dato. Vlp. Sed nec hi, qui ab hostibus redempti sunt, militare debent, priusquam se luant. Idem: Si patre redempto, & ante luitioné defuncto, filius post redemptionis quantitaté offerat. Est ergo luere, precium redemptionis restituere ei, qui captiuum redemit. Bud.

LVERE pœnas, quod & dare pœnas dicitur, ꝑ, ferre cruciatum, supplicium. Vnde apud Iurisconsf. Luere grauiorem pœnam, in l. fin. de bon. dam. Notum uulgatum illud: Qui non habet in ære, luat in corpore. l. quicunq;. C. de seru. fugit. arg. leg. si quis iniuriam. ff. de iniur. Spiegel. Vnde

Ære luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras.

Dicitur & Luere, quando salitur ouis. De primo significato uide Institut. de leg. §. sed etsi rem. l. xxv. ff. de pignor. de secundo l. xvj. §. locus. ff. de pœn. l. xxix. ff. de fals.

LVI etiam dicuntur, qui alterius pecunia ab hostibus redempti ab eo se liberant: quia nexu quodá pignoris pro ea pecunia tenentur. l. xv. ff. de captiu. l. viij. ff. de re milit. Eiusque nexus solutio, Luitio appellatur. l. prima. §. si filius. ff. de suis & legit. Qui etiá capite uel alio supplicio crimina luere dicuntur, id est, puniri. l. 16. §. locus. ff. de pœn. Luere pœnam. l. xxix. ff. ad leg. Cornel. de fals.

LVGDVNENSIS colonia, quæ Lugdunũ cognominatur, ciuitas est nobilissima Heduorum in Gallia Lugdunensi ab ipsa cognominata. Meminit Iurisconsf. lib. 50. dig. in tit. de censibus. Nebriss.

LVGERE, hoc est, in luctu esse. Marcellus ff. de relig. Minimè, inquit, maiores lugendum putauerũt eum, qui ad patriam delendam, & parentes & liberos interficiendos uenit, &c. Mos erat Romanorũ, ut mortuos maritos, uxores omni auro, purpuraq; posita, annum lugerent, eumq; annum uiduæ manerent. Quum annus decem mensium erat, decé menses lugebatur. Post annum licebat ijs iterum nubere. Quæ uno autem contentæ erant matrimonio, corona pudicitiæ honorabantur. Vide Val. Max. lib. 2. Tit. de Institut. antiquis. Hinc facile intelligis, lugubria quæ sint in l. genero. ff. de his qui not. infa. Sed hodie iure Codicis hoc correctum est in l. Decreto. C. eod. tit. Ius uerò pontificium absoluit mulierem à legali pœna, si intra annum nupserit. cap. pen. & c. fin. de secund. nupt. Spieg.

LVGVBRIA sumere. Oppo. Deponere lugubria, **Das leydkleyd anthun/Das leydkleyd hinweg thun.** Eodem modo, in luctu esse, Lugere. Oppo. Luctum ponere, Elugere. Romanæ matronæ Brutum tempus annuum luxere. Cicero: Patriam eluxi iam. Vlpianus in l. genero. ff. de his qui notan infam. Sed cùm tempus luctus, inquit, continuum est, meritò & ignoráti cedit ex die mortis mariti. Et ideò si post legitimum tempus cognouit: Labeo ait, & sumere ipsam lugubria, & deponere.

LVMBI, ea pars corporis esse dicũtur, quę complectitur inferiores uertebras Spinæ, qua libido in sacris literis designatur, quia sunt circa renes. Vnde illud Genes. xxxv. Reges de lumbis tuis egredientur. Et Psalm. cxxxj. De fructu lumbi tui ponam super thronum tuum. Ita enim eum locum traducit Diuus Hieronymus in illud cap. 2. Naum, enarrans

illud eiusdem c. in princip. Contemplare uiam, tene lumbum. Et illud quoque D. Pauli ad Hebræos vij. Et ipsi exierunt de lumbis Abrahæ. Et iterum x. capit. In lumbis patris erat. Proinde cum uolunt prohibere libidinem, iubent accingi, uel succingi, uel præcingi lumbos: ut Iob xxxviij. & iterum xl. Ecclesiastæ xxxj. eodemq; ult. Esaiæ xxxij. Hieremiæ cap. j. & Prouerb. capit. ult. ubi de muliere forti & pudica, Accingit fortitudine lumbos suos. Et Lucę xij. & ad Ephesios 6. cap. & j. Petri j. & alibi sæpè. Diuus autē Gregorius, Lumbos ait, præcingimus, cum carnis luxuriam & continentiam coarctamus. Cæterùm sunt, qui lumbos à lubidine, hoc est, libidine dictos putent. Nam ueteres lubet & libet, lubidinem & libidinem promiscuè dixerunt. ut annotauit Tyraq. in xv. l. connub. gl. j. parte xv.

LVMEN, pro oculo, quod oculorum beneficio lumen conspiciamus. in l. j. §. casum. ff. de postul.

LVMEN, pro luce, ac die. Hinc Luminibus obstruere, uerbum antiquum iuris, quo post Ciceronē usus est Iuriscons. in l. æquissimum. §. si ædium. de usufructu. Vide Bud. in eand. & infrà, Obstruere.

LVMEN, id est, ut cœlum uideretur: & interest inter lumen & prospectum. nam prospectus etiā ex inferioribus locis est: lumen ex inferiore loco esse non potest. l. xvj. ff. de seruit. præd. urb. Hotom. ex lib. 4. Connani cap. x. nu. 14. Corrasius in Rubric. de seruitutibus, num. xx.

LVMINVM autem seruitus ex communi fermè omnium sententia cęteris minus continet. Tenetur quippe duntaxat qui mihi eam seruitutem debet, lumina mihi necessaria præstare per fenestram puta factam in muro. Vnde altius ædificare potest, etiamsi officiat luminibus meis, dum quod ad usum domus meæ mihi necessarium est, seruet lumen. Corrasius dicto loco.

LVMEN unicum *μονοφεγγές*, pro exiguo cubiculo quod unica fenestra tenuiter illustratur, quale tenues & inopes homines habere consueuerunt. Vlpian. l. 6. §. 5. ff. de off. præs. Ne tenuis uitæ homines sub prætextu aduentus officiorum uel militum, lumine unico uel breui supellectili ad aliorum usus translatis, iniurijs uexentur, Præses prouinciæ prouidebit. Haud scio tamen an HOMINE VNICO uerius legeretur. Hotom.

Vnde lumina immittere in l. xiij. §. sed si ædium. ff. de usufruct. l. penult. ff. de seruit. urb. Ita luminibus officere, obstruere, obscurareq; lumina dicimus l. xxv. §. si uicino. ff. loca. l. 23. ff. de seruit. urb. Cic. j. de orato. Lumina uti essent, ita recepit. Briss. Vide Fenestras immittere.

LVMINVM seruitute constituta, id adquisitum uidetur, ut uicinus lumina nostra excipiat, utq; ius sit immittere lumina nostra in alienum: At cùm ne luminibus officiatur, seruitus ceditur, hoc agitur, ut, ne quoquo modo uicino obscurare minueréue lumina nostra liceat. l. 4. ff. de seruit. urb. l. j. in fin. ff. si ususfruct. pet. Briss.

Inter lumē autem & prospectum hoc interest, quòd etiam ex inferioribus locis prospectus est, Lumē ex inferiore loco esse non potest. l. 16. ff. de seruit. urb. Deinde in prospectu plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem aspectum. In luminibus autem, ne lumina cuiusquam obscuriora fiant. l. xv. ff. de seruitut. urban. Brisson.

LVMINIBVS non offici, & prospiciendi seruitus, differunt. Nam seruitus, prospectum habere, aliquanto latius est: scilicet ut cœlum nō solum uideatur, sed & procul spectemus etiam alia ædificia. At seruitus, Ne luminibus officiatur, intelligitur lumini cœlesti, quod ex cœlo habetur. Vnde tunc dicimur Lumini non officere, quādo damus uicino tantum spacij, ut cœlum uideat. autor Bar. post glo. in l. inter seruitutes. ff. de seruit. urban. præd. Luminis autem habere seruitutem, aliud est. Nam quando uicinus cogitur habere fenestram apertam, foramen in muro apertum, etiamsi cœlum nō uideatur, tamē satis est habere lumen, ut aliquanto lucidior sit domus. Sunt quasi tres gradus cōparatiui. Prospectus est latissimus. Officere luminibus, minus latum. Seruitus luminis, tota arcta & stricta. Ex Zas. Spieg.

LVMINVM seruitute constituta, id acquisitum uidetur, ut uicinus lumina nostra excipiat. Cum autem seruitus imponitur, ne luminib. officiatur, hoc maximè adepti uidemur, ne ius sit uicino inuitis nobis altius ædificare, atq; ita minuere lumina nostrorum ædificiorum. l. 4. ff. de seru. urb. Hot.

LVNA uicesima, pro uicesimo die post nouā lunā.

LVNATICI dicūtur, in quos luna agit, & ut Apuleius ait, qui cursum lunæ patiuntur: quales sunt potissimum qui comitiali morbo laborant, aut insania, alióue morbi genere quopiam certis lunæ temporibus grauantur, & agitantur. Vnde Paulus mancipium furiosum, aut lunaticum redhibendum censuit. l. bouem. §. aliquando. de ædil. edict. Spieg.

LVPATA fræna sunt lupos habentia, & duriora asperioraq;. Est autem lupus ferreum instrumentū uncum, simile dentium lupinorum: Liuius: In alios lupi supernè ferrei iniecti, ut in periculo essent ne suspensi in murum extraherentur. *λύκος* eodem modo dicitur ferrum quoddam fræni, unde lupatum: atq; hinc *λυκοσπάδες* equi à nonnullis explicantur. Ouid. ex parte totum frænum significauit cum dixit,

Duros accipit ore lupos.

Est & lupus serrula manubriata apud Palladiū: fræni autem lupati, ad os equi quantumuis ferocis temperandum domandumq; aptissimi sunt. Turnebus aduersar. lib. xj. cap. 28.

LVPANARIVM, idem quod Lupanar. significatq; locū in quo diuersantur meretrices. Qui eundem & Prostibulum dici putant, falluntur. quū hæc uox ipsum scortum notet. Vlpianus in l. ancillarum. de pet. hære. Licet à Lupanario perceptæ sint. Nam & in multorum honestorum uirorum prædijs lupanaria exercentur. Spieg.

LVPERCAL. Lupercal ludicrum Liuius libr. j. intelligit locum sub Palatino monte sacratum ab Euandro Pani deo, qui Lyceus uocatur. Luperci aūt, qui & Fauiani & Quintiliani appellabantur, auctore Sexto Pōpeio, à Fauio & Quintilio præpositis suis, sacerdotes omnium uetustissimi fuerunt, solenni ex Arcadia translato, in Palatino mōte instituti. De quibus Dionys. lib. 2. Iustinus lib. 43. Varro lib. 4. de Lingua Latina. Valerius Maximus lib. 2. cap. j. Lupercalia itaq; erant festa, quibus ad expiandos manes Pani Lyceo iuuenes Romani nudi canem & caprā immolabant. Deinde facie sanguine fœdata, se his pellibus cingebant, lorisq; è pelle factis currebant nudi, circa Palatium obuios quosq; corijs illis uerberantes, & præsertim mulieres grauidas; quæ ultro obuiam occurrebant, facilem partum percussione sperantes. De qua re Ouid. lib. 2. Fastorum. Meminit Lupercalium etiam Plutarchus in Romulo. Cōplura de hisce habet Gyraldus histor. deor. Syntag. 17. sub cap. de celebritatib. & Festis.

LVPINVM, seu, ut aliqui contendunt, Lupinus est

est genus leguminis, non minus terram appetens quàm lupus pecudes: & inde nomen assumpsit. Tellurem mirum in modum amat, ut quamuis solo fruticoso, coniectum inter folia uepresq́ue, ad terram tamen radice perueniat. & inter fruges enumeratur à Iuliano in l. frugē. ff. de uerbo. signi. Scribit Plin. ab omnib. animalib. eius amaritudine esse tutum. hinc apud Vergi. Georg. j. — *Tristisq́ue lupini*

Sustuleris fragiles calamos, syluamq́ue sonantem.

LVPINVS, leguminis genus est quoddā inquit Albericus. Tu uide Dioscoridem li. secundo, & Plinium libro xviij. qui de illo admiranda scribit. Iulianus rectè in frugibus lupinum, Seruius in frumēto, sed malè, contineri putauit. Siquidem ex §. frumentum. in l. frugē. de Verb. sig. colligit Alc. Legato frumento, uel frugibus, etiam contineri quod adhuc in agro, in arista, uel siliqua. Nos Feigbonen appellamus. Spiegelius.

LVSCITIONEM quibusdam dici Vlpia. scribit, ubi homo lumine adhibito nihil uidet. l. 10. §. penult. ff. de ædilic. ed. Cui & Nonius cōsentit: lusciosos dictos notans, qui ad lucernam non uiderent, quos Græci μύωπας uocant. Citatq́ue illud Varronis lib. viij. disciplinar. uesperi non uidere quos appellant lusciosos. At Festus lib. x. Luscitionem uitium esse oculorum definit, cùm quis clariùs uespertino tempore, quā meridie cernit. Quo morbo laborasse Tiberiū Dio lib. quinquagesimoseptimo, ita scribit, [illegible Greek]. A quo Suetonius nō abhorrens eundem Imperatorem etiam nocte in tenebris uidisse refert. Festo Fulgentius Placiades in libello uocum Antiquar. ad Calcidiū concordat: Luscitios enim dictos tradit intèrdiu parum uidentes, quos Græci μύωπας uocant. Vnde & Plaut. in Mercator. Comœdia. Mirum lolio uictitare te, tam uili tritico, quia luscitiosus es. Aiūt enim loliū comedentib. oculos obscurari. Hæc in huius uerbi significatione inter auctores est constituta dissensio. Bris.

LVSCITIOSI (qui & Lusciosi, & Nusciosi) qui dicantur, Budæus §. Offiliū. in l. Offilius. de ædilit. edict. enarrans, doctè explicat: & Alciatus in comment. de Verb. sig. Iam dictum §. hactenus corruptè lectum, Haloander restituit integrè. Spieg.

LVSCVM, Modest. in l. stuprum, eod. tit. inter uitiosos numerat: non qui strabis ac distortis oculis sit, sed qui altero captus est oculo dicitur: q & Vnoculus, & Cocles: qualis fuit Hānibal, Sertorius, Philippus, Antigonus, omnes optimi Imperatores. Sp.

LVSITANI. Paulus in prin. l. Nam & Seruius. ff. Negoc. gest. cum à Lusitanis, inquit, tres capti essent. Lusitania à Septētrione habet Tarraconensem Hispaniā, diuisam ab ea flumine Durio, ab Occasu Oceanum occiduū, à meridie Anā fluuium, ab Ortu lineam ab Ana ad Durium ductam. Hanc regionem aliquanto maiorem facit Strabo. Et nostra quoque ætas. Portugallia enim uocatur, regnum nobile, cuius solertia factū est, ut ab Hispania in Indiam hodie nauigetur. Cuiꝰ regia in ea est Vlysbona, quā Plinius Olysipponem uocat. ex cap. xxiiij. Glareanicæ Geograph. Spiegelius.

LVSORIVM est, derisorium, inane & sine effectu significat. l. 75. ff. de iudic. l. ult. ff. ne quid in loco pub. Lusoriè agere dicitur, qui cum aduersario colludit. l. 50. §. 1. ff. de legat. lib. j. Lusoriæ naues quę sint uide in uerbo Nauis.

LVSORIVM edictum, inane, ludibrio habitū, omniū irrisione delusum. l. 75. ff. de iudic. Alioquin lusoria erunt huiusmodi edicta & decreta Prætorū. Sic l. ult. ff. ne q̄d in loc. pub. & l. 50. §. 1. De lega. 1.

LVSTRARE, idem est, quod expiare, à luendo id est, soluendo & liberando, ut apud Virgilium.

— Et cum lustrabimus agros.

LVSTRATIO classis. Vt certis sacrificijs exercitus lustrari solebat, de quibus apud Liuium sæpe dicitur, sic morē lustrādi classem, fuisse legimus. Nā in littore maris altaria posita, marinis undis alluebantur, omnisq́ue circumstabat multitudo linguis fauens, tum sacerdotes in mari stantes, sacrum faciebāt, terq́ue per classem scaphis circumuecti, sacra piamina ferebāt, ducib. & nauarchis una annauigantibus, ipsaq́ue piamina attollentibus, ut ab exercitu, totaq́ue classe infœlicia cūcta auerterētur ac depellerēt.

LVSTRALE aurū. Lustrale aurum dicebatur, quod (opinor) singulis lustris datum est. Et de hoc in legibus nihil reperio, quicquid titulus: De nauicularijs &c. lib. 2. C. præ se ferat, latior ob id fortassis quàm par sit.

LVSTRAMENTVM, intemperans & effrenata rei Venereæ cupiditas. Lustrari enim scortari significat, & in lustris meretricum ac lupanaribus uersari. Marcian. l. 3. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Si pigmentarij cui temerè cicutam, &c. & id quod lustramenti caussa dederint cantharidas. nam Cantharidum hæc uis est, ut sumptæ ad rem Veneream incendant. uide Cantharides. Hot.

LVSTRVM, nominatum tempus quinquennale, à luendo, id est soluendo: quòd quinto quoq́ue anno uectigalia per Censores locata persoluebantur. hæc Varro. Festus tradit in tot annos prædia olim locari solita. quod Vlpianus l. 4. ff. de reb. cred. significat. Nam etsi colonus, inquit, post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat. Labeo l qui quatuor, 30. ff. de legat. tertio, Qui hortos publicos à Repub. conductos habebant, eorum hortorū fructus usq́ue ad lustrum quo conducti essent, Aufidio legauit. at. Celsus l. 67. §. ult. ff. de furt. Si colonꝰ post lustrum conductionis anno amplius fructus inuito domino perceperit. Hotoman. lib. 2. ca. 4. nu. 2. Hinc Cēsus lustralis in quo lustrū cōditū est. ibid.

LVSVS inter ea numeratur, quæ censentur nomine tituli lucratiui, etiamsi multa perdiderit lusor. Nam ista illicita media non sunt in consideratione. Bald. in l. j. ante fin. C. Si quid in fraud. Sp.

LVX, pro publico.

LVX indubia probationis, apud Impp. in l. iij. C. de Condict. ob turp. caus.

LVTARIVM, quod in luto degit. Hinc lutariæ testudines, marinis oppositæ: quòd in dulci aqua & luto uiuant. Spiegelius.

LVTEVS homo, pro contempto, nulliusq́ue precij. Vt enim aurea, pro egregijs: ita lutea, pro uilibus accipimus apud probatos autores. Quin &, Erasmo teste, hodie quoque aurea uerba, gemmeos mores dicimus. Spiegelius.

LVTVM à luo est, quod terram dilutam significat. Connanus lib. 5. cap. 8. nu. 1.

LVXVRIA, Latinis impensam profusam significat superuacaneamq́ue rerum abundantiā: cui contraria Frugalitas. ut in l. ex damni. ff. de Damn. infec. Est etiam redundantia germinis, quæ Plinio inter uitia frugum ponitur. Pro crapula uerò, & uinositate, nemo Latinus autor usurpauit, tametsi hoc sensu Vlpia. posuisse in l. j. ad fin. de Aedil. edict. Accurs. putauit. Quamuis Bud. ibidem, non luxuriam, sed plurifariam, legendum existimat.

LVXVRIA, pro petulantia, incontinentia, effusa quadam & intemperanti insolentia. Vlpian. l. 1. in fi. ff. de ædil. edict. Ceterùm si nihilominus permaneret in eo uitio, ut circa fana bacchari soleret, & quasi demens responsa daret, etiamsi per luxuriam id factum est, uitium tamen esse, sed uitium animi, non corporis. Marcian. l. pen. ff. de incend. nauf. Si fortuitò incendium factum sit, uenia indiget: nisi tam lata culpa fuit, ut luxuria aut dolo sit proxima. Vbi tamē VT pro AVT legendum uidetur. Hot. Adde Forcat. in Necyomantiæ dialogo 88. nu. 3.

LVXVRIOSVS, opponitur homini, qui est uitæ emendatioris. l. non debet dari. ff. de dolo. Seuerus Imp. rescripsit: Si adolescens luxuriosus mādet tibi, ut pro meretrice fideiubeas, idq; tu sciens, mandatum susceperis, non habebis mandati actionem: quia simile est, quasi perdituro pecuniam sciens credideris. Spiegelius.

L Y

LYCIA. Eius Papinianus meminit in. §. dulcissimis. l. cum pater filios. Quæcunq; inquiens, mihi supersunt in Pāphylia, Lycia, uel ubicunq;. de Legat. ij. clarissima quondam Asiæ regionum, & sexaginta oppida cōplexa: è quib. tamē Vadiano nostro teste, Pauli apostoli ætate triginta sex tātū extiterit: reliqs partim bello, partim terræ motu disiectis. Sp.

LYCHNOBII à Pedone Albinouano greca uoce dicūtur qui noctes euigilāt, dies integros dormiunt. ab Anneo Seneca Lucifugę appellati, de quib. latius P. Crinitus de honesta disciplina libro decimosexto, capitulo sexto.

LYCHNVCHOS deprauata uox est in C. Suetonij Codicibus. quam facilè agnoscent hi omnes, qui & Græcę literaturę haud imperiti omnino sunt, & uetustatis non incuriosi. nam uerbum quod est Lychnuchos, tam exemptum est è uita Iulij Cæsaris, quàm e Flauij Domitiani: proq; eo Lychnos inerudite ac perperam subscripserunt: cū codices ferè omnes uetustiores Lychnuchos retineant. Qua in re non minus antiquitati concedendum uidetur, quàm autoritati. Ad hunc igitur modum Tranquillus: C. inquit, Cæsarem dictatorem Capitoliū ascendisse, ad lumina elephātis dextra ac sinistra lychnuchos gestantibus. Et in Domitiano item: Venationes, inquit, & gladiatores, noctibus ad lychnuchos exhibuit. Ita enim ueteres & probati Codices in Vaticana etiam bibliotheca habent. Neq; est aliud Lychnuchus quàm laterna, quæ græcè φανός. aut λύχνος, etsi facem uel lucem quidā interpretantur. De quibus permulta sunt in Suidę collectaneis. Sed & Pollux ad Commodum, & Atheneus in dipnosophistis meminit: tum multos ad id autores aduocat, ut Alexin & Aristophanem, ueteres poetas: apud quos pro laterna uideatur lychnuchus accipiēdus. Et Alexis quidē perlepidè sic iocatus est de lychnucho in fabulis:

Qui primus excogitauit, ut noctu cū lychnucho deambularet,
Is profectò amator aliquis digitorum fuit.

Dictū uerò id uerbū eadē figura, qua Ceruchon, Sceptruchon, Ophiuchō, & alia eiusdē gn̄ris. Sed & poeta Lucreti⁹ nihil aliud nobis insinuat, q̄ istos lychnuchos, qui in ædibus nobiliorum uiserentur, unde lumen ad nocturna conuiuia suppeditari posset,

Si non aurea sunt (inquit) *iuuenum simulacra per ædes*
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis quis suppeditentur.
Nec domus argento fulgens, auroq; renidet,
Nec citharis reboant laqueata auratáq; templa.

Nam & C. Plinius Lychnuchos pensiles nominat: ubi lychnos falsò legebatur: quod Hermolaus fatetur: ex quo etiamnum Romę lapis hoc titulo insculptus: PANTHEI CVM SVIS PARERGIS, ET CVPIDINES DVO CVM SVIS LYCHNVCHIS. Pet. Crinitus in lib. 17. cap. 6. & Turnebus aduersariorum lib. 5. cap. 25.

LYMPHIONES pro uētosis & furibūdis quidam exponunt. de qua uoce Crinitus de honesta disciplina lib. 24. cap. 15.

LYMPHATI. Gręci nympholeptos uocāt, quasi Nympharum spiritu correptos, ut Budæus tradit in priorib. annotationibus, fuit uerò Lympha etiam syluestris dea, ex quarta cœli regione, ut tradit Gyraldus historiæ deorum Syntagmat. 1. Turnebus aduersariorum lib. 10. cap. 26. annotauit Lymphaticos esse plerunq; homines mente commotos & laruatos. Eo nomine etiam comprehenduntur hydropici. Serenus de hydrope loquens, Helleboro quoq; purgatur lymphaticus error. Sunt & lymphatici etiam apud Isidorum, qui à rabioso cane morsi aquā metuūt. Adscribam eius uerba, unde & Latini hunc morbum ob aquæ metum lymphaticum uocant.

ΛΥΤΡΟΝ pecunia redemptionis qua uenia recedendi impetratur l. 1. & 2. de Iudæis &c.

LYTAE dicebātur, qui triennium in legum studio uersati, quartum etiam adiungebant. Imper. ad Antecessores, §. 5. Sed quia solitum est anni quarti studiosos Græco & consueto quodam uocabulo λύται appellari: habeant quidem, si maluerint, hoc cognomen, &c. λύται autem dicti uidentur, ut λύτοι, id est solubiles: quasi iamiam à certa illa & præscripta studiorum ratione soluendi, & legendi libertate, ac licentia donandi: quasiq; missionem à magistrorum suorum castris, id est scholis impetraturi. nam cum ad finem libri Pandectarum trigesimisexti peruentum esset, qui postremus anni quarti liber erat, statuit Imperator ut reliquos quatuordecim libros studiosi per se domi legerent, neque ex præceptoribus interpretantibus eos audirent. Ex libris autem quinquaginta, inquit, nostrorum Digestorum sex æ triginta tantummodo sufficere tam ad uestram expositionem (Antecessores, id est Doctores alloquitur) quàm ad iuuentutis eruditionem iudicamus. & §. 5. Vt ex triginta sex librorum recitatione fiant iuuenes perfecti, & ad omne opus legitimum instructi. Duabus alijs partibus, id est, sexta & septima nostrorum Digestorum, quæ in quatuordecim libros cōpositæ sunt, eisdem positis, ut possint postea eos & legere, & in iudicijs ostendere. Hot.

Quid sit Lycusticum haud facile reperies. & ideo arbitror dictionem eradendam esse, & eius loco ligustrum reponendum. Quid id sit, ostendit Plin. xij. li. cap. xxxv. huiusmodi uerbis: Cyprus in Aegypto est arbor, ziziphi folijs, semine coriandri, flore candido, odorato. coquitur hoc in oleo, premiturq; postea, quod Cyprus uocatur. preciū ei in libras quinque: optimum habetur è Canopia, in ripis Nili nata. secundum Ascalonæ Iudææ, tertium Cypro insula odoris suauitate. quidam hanc esse dicunt arborem, quæ in Italia Ligustrum uocetur. Hæc Plin. cui non dissidet Dioscorides, qui ubi de odorib. mētionem facit, inter eos illud numerat. Sunt tamen qui è lingustron literam elidant.

LYTOS, interpretatur solutus, à λύω. soluo. Iustin. in Proœmio. ff. Quia solitum erat, quarti anni studiosos Græco, & consueto uocabulo quodam, Lytos appellari, hoc est, solutos. Nebriss.

M

M LITERAM ex duob. AA cōstare B. Irenæus iā olim Lugdunensis Episco pus scriptum reliquit, id quod uerū animaduerti ex uetustissimo C. Theo. manu scripto ante annos 1130. quem aliquando penes me habui.

M.M.P. NOTAE sunt apud Paulum Diaconū, pro manu, mancipio, potestate. Vlp. cap. Inst. 24. Ei cuius in potestate, manu, mancipioúe est hæres scriptus, legari non potest. Idem autem capit. 9. & 10. ostenderat in manu esse uxores, matresfam. in potestate liberos, filiosfamil. in mancipio seruos. Ergo apud Paulum Diaconum Malo mancipio potestate, corruptè legitur.

MACEDO primus omnium insigni quadam auaritia inductus, mutuam cœpit dare pecuniā filijs familiarum, ut post mortē patrum soluerēt sub magno fœnore. quod ne traheretur ad exemplum, & paulatim ad consuetudinem, fuit autor Senatuscon sulti sanè grauissimi, per quod pecuniam mutuo datā, amittteret scelestus creditor. Vide l. j. ad S.C. Macedon. Cessat autem hoc S.C. in xj. casibus, quos refert Gloss. in. §. illud propriè. Institut. Quod cum eo, qui in alien. pot. & Sueton. capit. xj. in diuo Vespasiano. Spiegelius.

MACEDONIAM, quam Romani uiginti annorum bello, uario casu, nec parua suorum clade deuicerunt. Impp. Theodosius, & Valent. recēsent inter alias illas suas prouincias, easdēq; inclytas, in l. ult. C. de Diuers. offic. lib. xij. quæ omnes, Pannonia excepta, nūc alienæ à CHRISTI nomine sunt: Pānoniam superiorem non nisi magno dedecore, si nō potius scelere, amittere poterimus. Item, Macedonum, id est, eorum qui Macedoniam, quæ hodie uniuersa Turcicæ ditionis est, inhabitant, Impp. meminere in l. ult. de Annon. & trib. lib. x. Plin. autor est, quinquaginta populorū frequētia habitatam fuisse. Describitur pulchrè per Vadian. Sp.

MACELLARIVS, qui in macello non solum carnes, sed omnia obsoniorum genera, quinetiam panem, & frumentum uendit. Vnde autem Macellum dictum, Festus, & Varro lib. iiij. de Lingua Latina docent. Spiegel.

MACELLARII à mactandis pecorib. dicti, qui uendunt carnes Cle. 1. de uit. & honest. Cler. Io. Bell. Etymol. adde Turnebum aduersariorum lib. 8. c. 71.

MACELLVM dictum (ut ait Donatus) ab Aomanio Macello, singularis latrocinij uiro, cui⁹ in exilium ob facinora acti, ædes publicatæ sunt, & dirutę ut ibi uænirent, quæ uescendi caussa essent. Dicitur etiam macellum de piscibus, Plautus:

Eo in macellum, ut piscium quicquid est, pretio præstinem.

Forcat. in Penu Iuris Ciuilis cap. 22.

MACERIAM M. Varro docet in fundo esse facile, fabrile sepimētum, cuius species sunt quatuor: quod fit è lapide, quod è lateribus coctilibus, quod è lateribus crudis, quod ex terra & lapillis compositis informe. libro De re rust. cap. 14. Hinc Maceriā ducere apud Caium l. 17. ff. com. prǽd. Si precariò uicinus in tuo maceriam duxerit, &c. id est, imposuerit, ut paulo pòst loquitur. Virg. Æneid. lib. Pars ducere muros, Moliriq; artem. Hot. uide Connanum lib. 4. cap. 11. nu. 6. Huic adde Forcat. in Auiario, ca. 13. numero 1.

MACERIAM ducere. Vide Vlpianum in l. pen. ff. Commun. prædior.

MACHINA Vlpiano dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quàm manus, atque ingenij ducitur. Idem in l. si ut certo. §. sed interdum. in Machina operari, eleganter opponit, de plano opus facere: inibiq́ue pro instrumento, quo cōmodius moles impellitur, Machinam accipit. Sp.

MACHINA frumentaria, apud Vlpian. in l. quæsitum. §. ij. de Fund. instru. pro instrumento, quo frumenta facile in granaria imppelluntur. Sp.

MACHINARIVS Asinus est molēdarius q molit, i. qui molā machina quadā inclusam uoluit & torquet, quā & machinā frumentariam uocat Iuriscon. Sic machinalia pōdera uocat Auson. pistrinalia pondera. Qui inqt, machinali saxa uoluūt pondere: sic amica de machinis empta à Q. Cicerone fortasse dicitur, id est de pistrino uel moletrina. Est & catasta machina de qua emi potuit: sed in singulari numero loquendum uideretur. Videntur & machinæ quædam fuisse quibus serui in ergastulo aut alibi continerentur & coercerētur: etiam liberi interdum. Plinius paucis diei horis pingebat, id quoq; cum grauitate, quòd semper togatus, quanquā in machinis Carcer eius arcis dom⁹ aurea fuit. Turnebus aduersariorum lib. 8. cap. 9.

MACHINARVM bellicarum uarias species uide apud Crinitum libr. 19. de honest. discipl. cap. 1. propriè autem Machina significat instrumentū quo commodius moles quò uolumus impellitur. l. Si ut certo. uersicul. plane. ff. Commod. Corrasius libro Miscell. 5. capitulo 21.

MACHINARIVS, faber qui tractoria machina onera in altitudinem sublata collocat. Paulus l. 31. ad leg. Aquil. Si putator ex arbore ramum cum deijceret, uel machinarius hominem prætereuntem occidit. Alfenus autem Asinum machinarium in l. 60. §. 3. ff. de leg. & fid. lib. 32. generaliter eum appellat, quo ad omnis generis machinas uti possumus, siue tractorias siue uectorias: ut plaustrorum, & farracorum. Item ut Vlpian. l. 12. §. 7. De inst. & instr. Et molas, & machinas, fœnum, stipulas, asinum machinarium, machinam frumentariam, uas æneum, &c. Hotomannus.

MACHINARIVS mensor, qui norma in metiendo utitur, ut ij qui probant opera à fabris materiarijs facta. Vlpianus l. 7. ff. si mensor fals. mod. Et si mensor machinarius fefellerit, hæc actio dabitur. nam μηχανὴν uerbo hanc normam nominauit, ut artificiosam à decempedali distingueret. Illius formam cognosce ex Vitruuij li. 9. ca. 2.

MACHINATIO, dolus, techna. Vlp. l. 36. ff. de uerb. obl. Si quis, quum aliter eū conuenisset obligari, aliter per machinationem obligatus, &c. Nam paulo pòst infert, Quia enim per dolum obligatus est &c. uel.

MACHINATIO dicitur imaginatio & cogitatio ad faciendum bonum uel malum, ut in l. 1. §. dolum. ff. de dol. mal. Io. Bello. Etymol.

MACHINATOR, pro inuentore & autore accipitur, qui & Architectus dicitur. Raró in bonam partem usurpatur. Siquidem machinari, propriè est dolo, atq; astutia inuenire.

MACROCHERA, tunica manicata. Sp.

MACROCOLLA. Lege, Protocollum.

MACTE, cum à mactus uenit, uox est cohortantis, non tamen ferè nisi in uocatiuo à Latinis usurpata, cum genitiuo, sed raró: interdum cum ablatiuo, ut frequenter iuncta. Ponitur & aduerbialiter Mactè, pro eximiè, uel egregiè: quod pauci obseruarunt. Spiegelius.

MACVLA, propriè est sordes, & turpitudo, qua pannus infici possit. ut apud Plinium. Fullones, inquit, eas maculas è uestib. tollunt. Translata autem significatione, ponitur ꝑ turpitudine, infamia, ignominia, & dedecore. Hinc apud Cic. aspergere maculis, & afficere macula, & similia legimus. Et Macula infamiæ, pro nota in l. j. C. de Nat. li. Modestinus per translationem dixit, Maculam seruitutis sustinere. in l. fin. de Nat. restit. Libertinus, qui natalibus restitutus est, perinde habetur, atque si ingenuus natus, medio tempore maculam seruitutis nō sustinuisset.

MACVLATVM adulterio seruū apud Iustiniā. Instit. de Hæred. instit. §. est tamen casus: cùm traductum, hoc est, promulgatum, tum pro in iudiciū tractum intelligimus, & accusatum. Et frequens apud Cic. ut hominem infamem ac scelerosum, maculam, labem, sordes, lutum appellat. Sp.

MAENIANA sunt tabulata proiecta. l. 20. ff. de seruit. urb. l. 2. §. cùm quidam. ff ne quid in loco pub. l. 242. §. 1. ff. de uerb. signific. & apud Plin. lib. xxxv. cap. x. & Valer. Max. lib. ix. cap. xij. Sic autem appellata fuisse ædificia à Mænio Censore Festus lib. xj. scribit. quod is primus in foro ultra columnas tigna ꝓiecit quo ampliarētur superiora spectacula. Quod & Isidor. libr. xv. Etymol. cap. iij. probat Mænium cum collegam Crassi fuisse, addens quod aliquatenus ex Plin. li xxxiiij. ca. vj. confirmari potest. Quāquā Asconius aliā nominis huius rationem adfert. Græci ἐξώστας appellāt, auctoribus Honor. & Theod. in l. penult. C. de ædific. priu. Etiā Solaria quod soli pateāt ea appellari Isidor. in supradicto loco scribit. Atq; ita à Zenone in Constitutio. περὶ καινοτομιῶν nō semel nominatur. μηδ' ἐπιχειρεῖν ait, μηδ' ἐξεῖναι μέρος τι λεγόμενα ἤτοι ἐξώστας κατασκευάζειν. Et alio loco διωρίσαμεν τὰ καλούμενα σολάρια μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι, ἀλλὰ τῷ τῶν λεγομένων ῥωμανησίων οἰκοδομεῖσθαι σχήματι Bris.

MAGI, qui uulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. hi sunt qui permissu Dei elementa concitant, turbant, mentes hominum minus confidētium in Deo, ac sine ullo ueneni haustu uiolentia tantum carminis interimunt. Dæmonibus enim accitis, audent uētilare, ut quoscūq; suos perimant malis artibus inimicos. Ii & sanguine utūtur, & uictimis sępe contingunt mortuorum corpora. c. nec mirum. xxvj. q. v. Hæc sunt uerba Augustini in lib. de ciuit. Dei. Io. Bello. Etymol.

MAGIA improbatur, Zauberung. Nam est magia quædam philosophica seu naturalis. Vnde apud Persas Magus dicitur, quem Græci Philosophum appellant: sicut in Euangelio quoque accipiuntur. Sed de illa Magia, quæ dęmonum potentia fit, loquitur Vlpianus in l. Ceteræ. §. j. ff. Famil. erciscund. Tantundem, inquiens, debebit facere in libris improbatis, magicis fortè, uel similibus. Hęc enim omnia protinus corrumpenda sunt. Olden.

MAGICAM superstitionem, hoc est, eas præstigias quæ extra publicum ritum certis quibusdam incantationibus, & nescio quibus ineptijs fiebant, damnandas esse, Gentes tametsi ueram religionem ignorarent, ac in idololatria prorsus essent demersi, attamen lumine quodam naturali intelligebāt. Diuus Augustinus, in libris de Ciuitate Dei, laudans ueteres Romanos, quod licet multa impia sacra amplexi sint, semper tamen reiecerint Magiā, omnesque Chaldæorum præstigias, ait: Legem fuisse in XII. Tab. aduersus artes magicas: Plinius quoque lib. 30. capitulo 1. loquens de magia, scribit in hæc uerba: Extant & apud Italas gentes uestigia eius in XII. Tab. nostris. Idem lib. 28. capitulo 2. cùm probare uellet magicarum incantationum aliquam esse uim, ait, legum ipsarum in XII. Tab. Verba fuisse: QVI FRVGES EXCANTASSET. & QVI MALVM CARMEN INCANTASSET. Quales primum in Perside Magi fuerint, ignotum non est. Ex Perside magia in Græciam allata primùm dicitur, per quendam Osthanem, qui Xerxem in eo quod Græciæ intulit bello comitabatur. pauló pòst Romani suos legatos ad leges petendas in Græciam miserunt quo tempore magia, quæ iam degenerarat, maximè colebatur à Democrito. Romani rectè intelligentes eam esse, quæ & esset, & dici uerè deberet κακουργία siue γοητείας totum hoc malum tollere & ex sua urbe profligare uoluerūt. Virgilius de magicis incātationibus loquēs, ait:

Atq; satas alió uidi traducere messes

An multas eius generis incantationes Romani uiderint, nęscio. sed de ijs coercendis uehemēter sollicitos fuisse, uel unius C. Furij Crasini exemplum testimonio esse potest. Postea Cæsares, qui alioqui seuerissimi erant aduersus omnes magos & incātatores, uidentur tamen aliquando fertilitatem aliqua huius generis arte procuratam, uel sterilitatem depulsam, non improbasse. Nam Constantinus l. 4. Cod. de male. postea quàm eos grauiter puniri iussit, qui magicis artibus contra salutem hominum aliquid moliti sunt, aut pudicos animos ad libidinem deflexerunt, adijcit: Nullis uerò criminationibus implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis uindemijs metuerentur imbres, aut uentis grandinisq; lapidatione quaterentur. Sanè noster Vlpianus l. j. §. medicos. De extraord. cog. exorcistas uidetur, impostores appellare: quamuis fateatur, se audiuisse quosdam ab ijs sanatos esse: neque medicorum nomine ornari patitur. sed nulla tamen alioqui pœna afficit. Idē, constitutionibus principum eos teneri ait, qui aliquam illicitam diuinationem pollicentur. l. itē apud Labeonem §. si quis. De iniur. Sed quæ nam fuerit illicita diuinatio, non satis intellexerunt Romani, cum suos tantopere colerent augures atq; aruspices. Et quàm Cicero in hoc genere titubet, testes sunt eius libri de Diuinatione. Cæsares qui postea secuti sunt, dum totum usum diuinationis tollere uolunt, ipsa etiam propè mathemata sustulerunt. Sed rerum bonarum usum ab abusu discernere oportet. Sanè Vlpianus l. 4. §. 1. Famil. ercìscun. in uniuersum pronunciat, libros magicos esse improbatæ lectionis protinusque esse corrumpendos. Et Liuius cum de Bacchanalibus loquitur, testis est, olim ex Senatus consulto conquisitos Romæ fuisse omnes ueneficiorū & uaticiniorum libros, ut comburerentur. Ergo Balduinus curiosus aut longior esse non uult, in ijs magicis artibus explicandis, quas ignorari uolunt leges Rom. Solum addit prohibuisse quoq; Leonem Imper. ne quis in suo fundo arte aliqua magica recōditos thesauros conquirat. l. 1. C. De thesaur. In Alexādro Lucianus describit quendam Tyanæum, quem cum infami nota insignire uult, uocat ἀρχαῖον γόης, μαγγανείας καὶ ἐπῳδὰς θεσπεσίους ὑπισχνούμενον, καὶ θεραπειῶν ἀπαγγελίας. Fr. Baldui. in leg. XII. tab. cap. 10.

MAGIDE, uel magis, de quo meminit Paul. Iureconsl. in l. seruus cuiusdam. ff. de condi ind. pro instrumento coquinatorio, seu lance quadam accipi posse, docet Plini. Naturalis historiæ libro xxxiij. dum refert, Cornelium Nepotem tradere, tympana se

se iuuene appellata stateras, & lances, quas antiqui magidas appellauerant: licet Accurs. noster ad schacherũ uel tabulariũ (ut eius uerbis utar) maluerit referre. Sed quo auctore? nam apud Iulium Pollucẽ in vij. pro instrumento maiori accipitur, quo farinæ subiguntur, mactræ simili. meminit idẽ Iul. in ij. & in x. dũ inquit: Quæ aũt tripodibus imponuntur, mẽsę & magides appellantur. quas à magnitudine dictas, attestatur Varro de Latina lingua lib. j. dum inquit: Magida aũt, & Langulam, alterũ à magnitudine, alterũ à latitudine finxerũt: quæ & patina, quod pateat, poterit appellari. & ita intelligimus locum Pauli hactenus pro obscuro & tanquã deprauato neglectũ. Adde Forcat. in penu suo iuris ciuilis. cap. 25.

MAGIDIS fit mentio in l. 36. ff. de condict. indeb. Eam inter escaria uasa Varro lib. iiij. de lingua Lat. ponit, & à magnitudine ita appellatã dixit. Græcũ tamen hoc uerbum esse, significareq; ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ ἄλφιτα μάττεται, quod & μάκτρα appellatur, Pollux libr. vj. Onomast. cap. x. & lib. vij. cap. v. scribit. Idemque lib. vj. cap. xij μαγίδας suo tempore appellatas scribit τὰς ἐκπωμάτων καὶ ἀργυρίων φακοῖς, repeririq; apud Sophoclem hoc uerbum notat: cuius uerba emendatius apud eundem auctorem referuntur lib. x. ca. xxiij. illo loco, καὶ μὴν τὰ ἐπίλοιπα τοῖς φίλοις, φαίνεται καλοῦντα καὶ μαγίδας ὅτι χρῆσθαι λέγεται τῷ ὀνόματι ... ἐπὶ τὰ περὶ ... ἐπὶ τὰ περὶ θυσίαν. γεγέννηται, ... μαγίδα λέγειν. Plinius lãces ab antiquis magidas appellatas tradit lib. 33. Br.

MAGIS, aduerbium interdum subauditur. Vlpian. l. 7. ff. depos. Quum posset non suscipere talem caussam, quàm decipere. idem in l. 2. §. 6. ff. de iudic. Alioquin compelletur iudicium accipere, quàm inuenire eos qui satis pro eo dent. Paulus in l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. Quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quàm specie. Hot.

MAGIS, & electiuè (ut in l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iud. & alibi sæpissimè in iure nostro occurrit) & comparatiuè ponitur. ut in l. ij §. Mutui datio. ff. si cert. pet. secundum uulgatam lectionem. Haloandri nanque uariat. Zasius ostẽdit in comment. seu. Magis, & Minus, diuersas species nõ facere. Old.

MAGIS magisq;, hoc est, frequentius. Imp. Constantin. in l. 1. C. de ueter. lib. xij. Sp.

MAGIS impendere, quàm adquirere apud Martianum l. statuæ. ff. de usufruct. Sp.

MAGIS uerum, pro uerius, ut & apud Andriam Terent. Spieg.

MAGISTER eum significat cuius autoritatem & exemplum sequimur, uel cui rei alicuius præcipua cura incumbit l. cui præcipua. ff. de uerbor. signific. Festus Magistros inde uoluit dictos quod cæteris magis possint, uel quod magis quàm cæteri, diligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsunt, debent. Quidã deriuant à uoce Magorũ. Nam Laertius scribit Magos apud Persas dictos fuisse uiros doctos, qui populo præfuerunt doctrina, & simul Astrologi fuerint, de anni uicibus & tempestatibus homines commonefaciẽtes. Hinc factum est, ut Magistri dicti sint ij, quorum exemplum & institutionem iuuenes sequi debent. Cicero lib. 11. epistol. famil. in hoc ferè significatu utitur cum inquit: plura scribere non debeo, præsertim ad te, quo magistro breuitatis uti cogito: Alciatus d. l. cui præcipua. putare se dicit Magistri nomine ceu generico contineri Baccalaureos, Licentiatos, Doctores. sicut enim Athletæ tribus coronis more Græciæ antiquo insigniri debebant l. prima, Cod. de Athl. ita in agone literario tres sunt distincti gradus.

MAGISTER Nauis à procuratore quid differat per Bartolum inter primarios legum antistites præsidem satis declaratur, notando, quod Magistri certæ negotiationi præponantur: unde, cum plena quodammodo in eos efficacissimè administratio transferatur, quicquid administrationis nomine gestum fuit, ad officij præceptum referri debet, ut directè dominus obligari possit. In procuratore uerò ideo aliud cõstitutum arbitratur, quod ius aliquod tam plenariè in eum transmissum non sit, sed cum semper domini nomine contrahere debeat, l. cum qui. ff. de const. pecun. ordinarius administrator non uidetur, atque dominum directè obligare non potest. Qua ratione cum magistrorum potestas ordinariæ: procuratorum uerò delegatæ pluribus iurisdictioni, perquam sit simillima, accidit, quod hi in partes, illi uerò in solidum constituti censeantur. Quam Bartoli opinionem quamuis pro communi quam plurimi sequantur. Fulgosius tamen non probat. Etenim, inquit, quod semper officij nomine contrahat magister perpetuo uerum non est, ut nec illud quoque quod directo exercitor obligetur. Vide Peck. comment. l. 1. §. præsentem. nu. 3. in tit. de exercit. act.

MAGISTER in auctionibus dicebatur unus aliquis è creditoribus, qui debitoris bonis auctione diuendendis ita præesset, ut ei qui plurimo liceretur, rem addiceret. Cicero epistol. ad Attic. prima, Vnà, inquit, agebant cæteri creditores, in quibus erat Lucullus & P. Scipio, & is quem putabant magistrum fore, si bona uenirent, L. Pontius. Hunc Magistrum uideo in libris nostris Curatorem bonorum appellari. ut in l. cuius, 9. ff. de cur. fur. ubi Neratius ita scribit: Cuius bonis distrahendis curatores facere Senatus permisit, eius bona creditoribus uendere non permisit: quamuis creditores post id beneficium bona uendere mallent. Et in l. ulti. ff. de curat. bon. Si debitor foro cesserit, & creditores elegerint unum per quem bona distrahantur, mox extiterit alius qui se creditorem dicat, bona debitoris unà cum curatore uendere poterit. Cicero in Quintiana: Cui magistri fiunt, & domini constituuntur, qui qua lege, & qua conditione pereat, pronuncient, & cæt. Magistrum enim actionis significat, qui cum bona proscripta essent, rerum omnium uendendarum curationem susciperet. Hotomannus.

MAGISTER nauis accipitur, cui totius nauis cura mandata est. l. 1. ff. de exercit. act. Item §. 3. Magistrum accipimus, non solum quem exercitor pręposuit, sed & eum quem magister. Hot.

MAGISTER societatis, unus aliquis è socijs dicebatur, qui Romæ societati alicui, id est, aut scripturæ, aut portorij, aut uectigalium, ita præerat, ut & Decumanos quasi senatum cogendi, & ad eos de societatis negocijs referendi potestatem haberet: curamque omnem gereret tabularum, & rationum quæ undique ab ijs qui operas dabant, Romam mitterentur. Hic Promagistrum in prouincia habebat, sui quasi muneris uicarium, & societati præfectum, qui etiam Magister interdum appellatur. Vlpianus l. decimaquarta. ff. de pact. Item magistri societatum pactum & prodesse & obesse constat. Hotom.

MAGISTER equitum erat olim uelut magister consiliorũ dictatoris, atq; in ipsius præscriptũ parere oportebat, ita si qñ abesse contingeret, eius uices gere-

gerere, & munia obire posset. Quales igitur tribuni Celerum apud reges, tales ferè apud dictatores magistri equitum erāt: & quemadmodū dictator summum habuit ius in populum, ita in milites quoque magister equitum. Vide de ea re Fenestellam, Pomponium Lætum & Alex. ab Alexand.

MAGISTERIANI. Iustinianus in Autent. de mand. Princip. uel potius præcept. præsidum. Dein de conueniens est, ait, ne eos, qui hinc commeant, siue magisteriani sint, siue ex quocunq; alio iudicio, permittas subditos nostros superexigere. Sic Haloā der noster uertit, cuius editione libēter utimur. Interpres, & eum secutus Alberic. Magisterianos inter magistratus genera referri monuerunt. Spieg.

MAGISTER populi, Dictator dicebatur, ut ex Auguralium librorum, auctoritate Seneca lib. xix. Epistol. comprobat: testimonium etiam illud adferens, quòd qui ab eo nominabatur, eiq; iungebatur, Magister Equitum uocabatur, de quo fit mentio l. 2. §. populo deinde aucto. ff. de orig. iur. l. un. ff. de offic. præfect. præto. Briss.

MAGISTER uniuersitatis ab Vlpiano dicitur in l. 9. ff. rat. rem hab. pro eo quem magistrum societatis in l. 14. ff. de pact. idem appellat. Hot.

MAGISTERIVM, magistri dignitas, seu officium.

MAGISTRI admisionum l. unic. C. Theodo. qui à præbitio. Tiron.

MAGISTRI æris l. unic. C. de anno. & cap.

MAGISTRI censuum uocabulum, quod extat in l. fin. C. de iure emphyt. etiamnum inter honorata officia Principis manet: ut apud sacri Imperij Pręsidem inferioris Elsatiæ, quem hodie laudatissimus Germaniæ Septēuir Ludouicus Comes Palatinus Rheni, Imperatoris nomine administrat. Etenim sciendum iure nostro instrumentum quamuis subscriptum à tabellione fidem plenam non facere, nisi apud magistrum census in actis insinuatum sit, uel ubi magister census non adsit, sed solum publici tabularij, saltem per duos tabularios sit subscriptum. uide Autent. de Tabel. & Alc. lib. vj Parerg. c. 19. Sp.

MAGISTRI cæremoniarum, hodie uocantur, qui in regum aulis, quum pompa fit, unicuiq; incedendi locum ordinemq; præscribunt. Eos, & quidē rectè ueteribus dictos esse designatores, Bud. adnotauit in l. athletas. de his qui not. infam. plato, quod in prologo Pœnuli apud Plautū inuenit, exēplo. Sp.

MAGISTRI Epistolarum apud Spartia. in Hadriano & Sido. Apoll. lib. ix. Epist. Hi legationes, Ciuitatum consultationes & preces tractabant. Erant & magistri Epistolarum Græcarum, qui, ut notitia habet, eas epistolas quæ Græcè solebant emitti, aut ipsi dictabant, aut Latinè dictatas transferebant in Græcum.

MAGISTRI inter agentes. §. ad istum. epist. de Iustinia. Cod. confir. Briss.

MAGISTRI legū appellantur in proœmio Pandect. quos hodie Doctores dicimus. Brechæus l. cui præcipua. ff. de uerb. & rer. signif. Hinc credendum est fluxisse appellationem hanc, ut Romanæ Rotæ auditores, adhuc Magistros appellent, quasi ad eam legum peritiā deducti, ut magisterio fungi possint, seu magis, qa doctoratus insignia assecuti sunt. Galli enim plerosq; Doctores Magistros appellāt, & appellationem hanc curia seruauit dum Gallia Romā reuersa esset. Aldob. in pœm. Inst. in uerb. Magistro.

MAGISTRI libellorum, qui libellis præsunt, quas nos hodie Supplicantias nominamus: nempe Scriptura qua comprehenditur querela læsi petentis. Huic officio, quod mox sub initium operis indicauimus, apud Alexandrum Imp. præfuit Papinianus, qui unus de uerticibus iuris dicitur. l. rescriptū. ff. de distract. pig. cum dicitur, Papiniano libellos agente. Quod ibi non intellexit Accursius. Vnde Zasius rectè docuit. superuacaneam esse Glos. magnā in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. Proconsul. cum dicitur: Causa in qua decreto opus est, nō potest per libellum expediri: id est, quod simpliciter scribatur ad Supplicantias, Fiat hoc, uel illud: Fiat ut petitur. Spieg.

MAGISTRI memorię epistolis uel libellis prę erant. l. 12. de excus. muner. li. x. C. Ammia. lib. xxvij. Treuellius Pollio in Claudio. Et apud Augustinum Epist. lv. Hi, ut est in Notitia, adnotationes omnes dictabant & emittebant, sed & precibus respondebant. Eumenius Rhetor in Oratio. pro Scholis instaurandis, magistrū se sacræ memoriæ fuisse & trecenta Sestertia annua accepisse scribit. Briss.

MAGISTRI militū, qui στρατηλάται in Nouellis, sæpe in constitutionibus Impp. nominantur. Eminentissimiq; & magnifici, excelsi, & illustres appellantur. l. 8, C. de modo mult. l. 2. C. de offic. præfect. præto. Eos in locum legatorum, qui ex consularib. ad exercitus mittebantur, substitutos, Veget. lib. ij. cap. ix. scribit. Erant autem magistri tam equitum quàm peditum: Quorum quatuor erant præsentales siue in præsenti: Duo in Oriente, totidem in Occidente. His adiuncti erant alij: Equitum & peditum per Orientem: Equitum & peditum per Thracias: Equitū & peditum per Illyricum: equitum & peditum per Gallias. quę omnia ex notitia liquēt. Habebant autem hi inter militares uiros uel priuatū acto rem & reum militarem, etiam ciuilium quęstionum audiendi facultatem. l. 6. C. de iurisdictio. Briss.

MAGISTER officiorum. Magistri officiorum erant, qui procurabāt, ut milites in acie cæteros antecederent, quibus stipendia meliora darentur, uel labor prolixior faceret anteire. ut in l. ij. C. de offic. magist. Tum ad magistros officiorum pertinebat significare quotannis cæsaribus, ut se numerus militum haberet, castrorumq; ac clausularum iura procederent. ut ex l. iiij. eod. tit. colligere licet. Porrò, ni fallor, tum magistri officiorum erant hi, qui à Pomponio Læto præfecti castrorum uocantur, quibus (eodem authore) curæ erant castrorum positiones, ualli, fossæ, tentoria, tabernacula, tormenta bellica, & cætera. Hæc Hegendorphinus, in Exegesi. ne quē gloria debita fraudem. Anchor.

Erant & MAGISTRI officiorum, in Oriēte unus, in Occidente alter. l. 2. & 3. C. ubi senator. l. 36. C. de appellatio. l. 2. §. sin autem. C. de temporib. appel. l. 2. C. de his qui per met. iud. Et apud Ammia. li. xx. & Ambros. Epist. liij. lib. vij. & in Notitia, & Nicephor. lib. viij. Eccl. histor. cap. x. Sub horum dispositione erant fabricæ: Item Scrinia memoriæ, scilicet, Libellorum, Epistolarum, & Dispositionum. Scholę item Scutariorum, armaturarum, seniorum, agentium in rebus, & deputatorum eiusdem scholæ. Admisionales item, & Cācellarij. Item cursus publici potestas, ut apparet ex l. 9. de cursu pub. li. xij. C. Br.

Erant & MAGISTRI Scriniorum. l. 37. §. 1. C. de appellationib. Cui suberant Magistri memoriæ, epistolarum, libellorum.

MAGISTRI Scrinij libellorum. §. ad istum in Epistol. de Iustinian. Cod. confir. Nouell. Valentinian. titul. iij. & apud Cassiodor. lib. vj. uariar. hist. cogni-

cognitiones & preces tractabant. Briſ.

MAGISTRI etiam appellantur, qui bonis debitoris diſtrahendis communi creditorum conſenſu præficiebantur. Quod uerbum apud Cicero. Epiſt. ad Attic. frequens eſt. Theophil. in tit. de ſucceſsio. bonor. de creditoribus miſsis in bonorum poſſeſsionem debitoris latitantis agẽs, παρακαλοῦσι δὲ ἐκεῖνον τὸν ἡγεμόνα ἵνα ἐπιτρέψῃ ἀδεῶς περιλαβεῖν τὰ αὐτοῦ, αἰτοῦντες ὅπως αὐτοῖς ἐξουσίαν δοθῇ, ἵνα δὴ αὐτὰ προβάλλεσθαι τὴν ὀφείλουσαν διαπωλῆσαι τὴν περιουσίαν. ἐπειδὴ γὰρ ἀδύνατον ἦν πάντας συνιόντας κατὰ ταυτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐγχειρεῖν, ἐκλέγονται δὲ αὐτῶν ἕνα, ὅντινα λέγουσι μάγιστρον, καὶ λοιπὸν αὐτὸς συμφέρει τοῖς βουλομένοις ἀγοράζειν. Eſt in hoc uerbo elegans Ciceronis à Quintiliano lib. vj. notatus iocus in Pletoriũ Fonteij accuſatorem, cuius matrem dixit dum uixiſſet ludum, poſtquam mortua eſſet, magiſtros habuiſſe. Quòd infames feminæ ad eam cõuenire ſolitæ eſſent, poſt mortem bona eius uenirent. Videtur autem huiuſmodi magiſter Curator bonorum in libris noſtris appellari, ut ex l. ult. ff. de curato. bon. dan. patet. Prę terea magiſtros ſcripturæ appellabant, qui eius uectigalis ſocietati præerant. Cicer. lib. xiij. Epiſt. quas familiares uocant, ad Silium: Terentius operas in ſcriptura pro magiſtro dat. Et li. v. Epiſtol. ad Attic. Pro magiſtris ſcripturæ, & portus, & noſtrarũ Diœceſiũ. & iiij in Verr. In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius.

MAGISTRI uocem, proprio nomini antepoſitam, de literarum magiſtro, Pontificij iuris Interpretes accipiunt: quum uerò ſequitur, ut de fabro, opifice, artificeúe intelligũt: ſed quã rectè, ipſi uiderint. Magiſtri etiam dicũtur, qui bona ſub haſta uẽdunt. Vide Cœlium lib. xj. cap. v. Spieg.

MAGISTRO debetur reuerentia. l. à quib. ff. de Donat. Alberic. Spieg.

MAGISTRVM excuſare debet diſcipulus exẽplo Caſsij. l. dicere. de Recept. arbitr. Sp.

MAGISTROS Paulus dici ſcribit, quibus pręcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm ceteri diligentiam ſollicitudinẽ rebus, quibus pręſunt, debent. Ipſosq; adeò magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominari. l. 57. ff. de uerb. ſignif. Feſtus uerò lib. xj. Magiſtrare ait, eſſe moderari: Indeq; magiſtros non ſolùm doctores artium, ſed etiam pagorum, ſocietatum, uicorum, collegiorum, equitum dici: quia omnes hi magis ceteris poſſunt. Igitur nõ ludi litterarij tantùm l. 1. §. ludi. ff. de extr. cognit. ſed & nauis magiſtros dicimus, qui naui præſunt, & quibus tota nauis cura mãdata eſt. l. 1. §. 1. ff. nautæ, caupo. l. 1. §. 2. ff. de exercitor. l. 2. in prin. & §. ult. ff. de lege Rhod. l. 1. ff. de præſcript. uerb. l. 13. §. ſi magiſter. ff. loca. Et magiſtros uniuerſitatis. l. 9. ff. rem rat. hab. Societatũ, l. 15. ff. de pact. & apud Cicero. iiij. in Verr. Et pagorum apud Sicul. Flac. in li. de cõdicio. agror. & in fragmento quod ei ex libris Magonis & Vegoiæ coniunctum eſt. Et uicorum. apud Sueto. in Auguſto cap. xxx. & in cap. ult. & in inſcriptione, qua Romæ eſt ante portam palatij: quo uno uocabulo Vicomagiſtros Pub. Victor appellat: Magiſtrũ quoque conuiuij Cicero in Cato. maio. dicit, quẽ Sympoſiarcham Græci uocant. Briſſ.

MAGISTROS porrò ſuo tempore Conſtantinopoli fuiſſe uiginti quatuor Luitprandus libro vj. cap. v. ſcribit.

Hinc Magiſteria poteſtas. l. 6. C. de iuriſdictio. l. ult. C. ubi de curiali uel cohort. l. 3. C. Vbi ſenator. l. 33. C. de appellatio. l. ult. C. de fide inſtrum. l. ult. C. de offic. milit. iud. quam Suidas μαγιστερίαν ἀρχὴν uocat. Et Magiſteriũ militare. l. 25. C. de procuratorib. Latini auctores etiam Magiſteria numero multitudinis dicunt, ut Cicero in Cato. Me uerò & Magiſteria delectãt: Et apud Suetonium in Octauio cap. ij. Magiſteria municipalia. Item

MAGISTRATVM eſſe, eſt uel ordinaria iuriſdictione fungi, uel merũ imperium obtinere. quod ſatis arguunt uerba Iuriſcõl. in l. eum qui. de iuriſd. omn. iudic. quum ait, Magiſtratus qui in aliqua poteſtate ſunt, &c. Nam poteſtas in perſona magiſtratuum imperium ſignificat. l. poteſtatis. de Verb. ſig. Itidem probant exempla, quæ inibi Iuriſconſ. adducit, quum ea ſint magiſtratuum, quib. merum imperium conceſſum eſt. Sp.

MAGISTRATVM imminuere dicebant ueteres, quod nunc derogare iuribus, & prærogatiuis officij dicunt. Spieg.

MAGISTRATVM inquietare in l. j. ff. de Poſtulan. Ibidem inſignia magiſtratus uidere & reuereri non poſſe. §. origo uerò. Spieg.

MAGISTRATVS, inquit Varro, à magiſtro dicitur: ſicut Albatus, ab albo. Eſt enim Magiſter populi, Dictator: cui ſummum & uniuerſum imperiũ cõmiſſum eſt: cuius ceteri omnes magiſtratus partem obtinent. Dicebatur autem olim quidem Magiſtratus, is qui iudicium auſpiciumq; haberet: quẽadmodum Cicero in Legibus ſcribit, Magiſtratus omnes iudicium auſpiciumq; habento. Poſtea uerò dicti ſunt Magiſtratus, quibus Reſpub. uel omnino, uel ex parte à Populo uel Principe commiſſa eſſet. Omnino, ut Dictatores: itẽ primis tẽporibus Cõſules, qui regio imperio erant: aut cũ S. C. extremę neceſsitatis factũ eſſet. Ex parte uerò, ut Conſules, poſteaquã alij magiſtratus creati ſunt, qui partem ijs ſuę poteſtatis ademerunt: item Prætores, alijque inferiores omnes. Hot.

MAGISTRATVS apud Pomponium, l. ij. de Orig. Iur. ſignificat omnes quibus iudicãdi functio cõmiſſa fuerat: nõ ut ius cõſtituerent, ſed ut id quod conſtitutũ eſſet, dicerent, quaſi uiua uox iuris Ciuilis. l. nam & ipſum. ff. de Iuſtic. & iur. §. Prætorũ quoque. Inſtitut. de Iur. nat. gent. Sp.

MAGISTRATVS uocabulum. P. Bembus in Epiſtolis, quas Leonis Pont. nomine planè Ciceronianè ſcripſit, numero multitudinis eleganter uſurpat pro Dynaſta. uel magis Poteſtate: quæ uox hodie Italis uulgò denotat eum, apud quem eſt arbitrium moderandæ reipublicæ uel ciuitatis. Cæterùm magiſtratus fiducia iniuria non licet. l. nec magiſtratib. ff. de Iniurijs. Sp.

MAGISTRATVS audientiã præbere debet, & rectè ſecundũ leges, & abſq; omni adfectu iudicare. Nouel. de prætore Thraciæ. §. Oportet inſuper. Cõſtit. xxvj. Oldendorp.

MAGISTRATVS honeſta ſemper debent præcipere. omnes ſubditi obtemperare debẽt magiſtratibus. Sicut enim magiſtratuum eſt, rectè imperare: Ita ſubditorum eſt, humiliter obſequi. Parentum & liberorũ exempla utriq; uerſare debent ob oculos.

MAGISTRATVS imperiaq; approbat Deus, ſine quibus nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt, ut Cicero dicit. Porrò non magis ſine magiſtratu ciuitas, quàm nauis ſine gubernatore, ſalua eſſe poteſt. Magiſtratuum itaque hæc eſt uis, ut præſint, præſcribant quæ ſunt recta & utilia, & coniuncta cum legibus. Vt enim (ait Cicero) Magiſtratibus leges: ita

commẽtario XIII. C.Tuditani patet, quia imperiũ minus Prætor, maius habet Cõsul: & à minore impe rio maius, at à maiore collega rogare iure non potest. Nos his temporibus Prætores Prætore creante ueterum auctoritatem sumus secuti: neq; his comitijs in auspicio fuimus. Censores æquè non eodem rogantur auspicio atq; Consules & Prætores. Reliquorum magistratuum minora sunt auspicia. Ideo illi minores, hi maiores magistratus appellantur. Minorib. creandis magistratibus, Tributis comitijs magistratus, sed iustius curiata datur lege: Maiores Cẽturiatis comitijs fiunt. Hot.

MAGISTRATVS alij Vrbani sunt, alij Prouinciales, alij Municipales. Prouinciales propriè potestates dicũtur. l. eũ qui, 13. ff. de iurisd. ubi pro PRAETOR legendũ putarẽ uel PRAESES uel Proprętor. Itaq; sępe Imperium à potestate distinguitur. ut l. 3. ff. de arbit. l. 1. ff. quod quisq. iur. l. 8. ff. de accusat. Municipales autem sunt ueluti Duumuiri, magistratuumq; nomine sæpe municipales intelliguntur: ut in Rubric. De magistrat. conueniend. & l. 27. l. 31. ff. de negot. gest. l. 11. & l. 13. ff. ad municip. Item:

MAGISTRATVVM alij ordinarij sunt, alij extraordinarij. Ordinarij dicũtur, qui ordine legibus instituto solenni more creantur, & perpetuò usurpantur: ut Consul, Prætor, Ædilis, Quæstor: Extraordinarij uerò, qui, cum usus Reip. postulat, præter usitatum ordinem constituuntur: quales erant Dictatores, item Præfecti annonæ, & Præfecti uigilũ: ut ait Pomp. l. 2. ff. de orig. iur. Itẽ qui in Prouincias Proconsulari aut Proprętorio imperio, aut antequã Consules Prætoresúe fuissent, aut non statim postquam urbanum illum magistratũ in urbe gessissent, mittebantur. Quod enim nonnulli tradunt, Prouinciarum administrationes omnes extraordinarias fuisse, falsum est: eaq; de re copiosè in Cõmẽtarijs Manilianę Orationis disputauimus: quo ex fonte alij postea, sine ulla uerecũdia suos hortulos irrigarũt.

MAGISTRATVS plebeij, ut Manutius exponit, dicebantur, qui plebis caussa, & ex ipsa plebe, Patritij uero qui patritiorum caussa, & ex patritijs familijs primum erant instituti.

MAGMENTARIA fana dicuntur uasa sacra, quibus magmenta & exta sacra imposita aræ inferebantur. Turnebus aduersar. lib. 22. cap. 7.

MACHINA & euidẽs calliditas apud Vlp. de Dolo. in fin. l. & eleganter. Spieg.

MAGNA causa, quę sit apud Iurisconsultos, nec Gloss. nec interpretes certo tradidisse, Zas. ex eo docet, quòd exempla ab eis posita, sint improba. Vnde ipse dici uult suo periculo, & quidẽ nouè, qđ magna causa potest uerti in eo, qui est condemnatus, ut pecuniã soluat: cęterũ, q̃a confestim cogitur proficisci in necessitatẽ reipub. hic cessare ordinẽ executionis cõtra eũ: modò paratus sit dare fideiussores, uel pignora, ne necessitas reip. impediatur. Cęterũ, inter magni põderis, siue grauiores causas, in iure Ciuili referũtur ab idoneis interpretib. causa matrimonij, item status, atque famæ, & quales sunt omnes causæ criminales. Spiegelius.

MAGNA dos, secũdum qualitatem personæ intelligit. C. de Collat. Aut. quod locũ. & ibid. not. Sp.

MAGNA machinatio, apud Iurisconsul. in l. quid enim. de Dolo.

MAGNA mora, sex mensium dicitur. l. ult. Cod. de Censibus. Spieg.

MAGNA negligentia, culpa est. Vide Alciatum de Verb. sig. Spiegelius.

MAGNAE facultates recipiunt æstimationem, partim ab arbitrio iudicis, partim à uulgi opinione, partim à qualitate personæ. Vide quæ not. in §. sed hoc iure utimur. Instit. de Attil. tut. Spiegelius.

MAGNARII negociatores, qui trans mare ad se deuehi species curant, uerè, & ut ita dicam, Alciatus ait, ἐμπορικώτεροι mercatores sunt. Sp.

MAGNANIMITAS, id est, sublimitas & præstantia animi, propriè Imperatoris est. Seneca autumat, Magnanimitatem & fortitudinẽ idem esse, nihilque aliud in rebus humanis magnum, nisi animũ magna despicientem. Sp.

MAGNAS fraudes in rationibus committere. Vide Vlp. in l. unde Neratius. in §. Idem Iulianus. ff. ad Leg. Aquil. Spiegel.

MAGNI, id est, Imperatores, apud Martianum in l. j. ff. de requir. reis. Briss.

MAGNIFACERE, non est ut Interpres exponit apud Vlpian. in l. j. §. fin. Quod ui aut clam. ualde diligere, sed in precio habere. uulgò dicũt, reputare. Idem in l. Obseruare. §. Ingressus. de offic. Proconsul. Magni enim faciunt, ait, Prouinciales, seruari sibi cõsuetudinem istam.

MAGNI arbitrari dicitur, ut magni duco, magni facio. Spiegelius.

MAGNIFICARE uerbũ, deuitatur à nõnullis: nec patiuntur dici, Magnificat anima mea Dominũ, cũ Terentio ea uox non puduerit. Ex Insulano. Sp.

MAGNIFICENTIA, est (inquit Cicero de Inuent. lib. j.) rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio, atq; administratio.

MAGNIFICENTIA mea, in l. j. C. de Veterã. lib. xij. Magnificẽtia uestra C. de Offic. eius qui uic. alt. Iud. obt. Spiegel.

MAGNIFICENTIA publica. Huius meminit Cic. pro L. Flac. Hæc, inquit ratio ac magnitudo animorum, in maioribus nostris fuit: ut quum in priuatis rebus, suisq; sumptibus minimo cõtenti, tenuissimo cultu uiuerent, in imperio, atq; in publica dignitate, omnia ad gloriam, splendoremq; reuocarent. Quæritur enim in re domestica continentiæ laus, in publica dignitatis. Spieg.

MAGNIFICENTISSIMVM Senatusconsultum, pro amplissimo & nobilissimo, apud Cic. lib. j. de Diuinatione.

MAGNIFICENTISSIMVS, ab Imperatore exquæstor appellatur, in Aut. Vt diuinæ iussiones. quod & ab Alberico adnotatum est. Sp.

MAGNIFICORVM titulus tribuitur Præfectis prætorio, Magistris militum, Magistris Officiorum, Magistris inter agentes, Quæstoribus, Comitibus Domesticorum. l. 16. C. de test. milit. l. ult. C. ubi Senator. l. 33. C. de appellatio. §. ad istũ. Epist. de Iustinia. Cod. confir. Et in Epistol. Institutio. in §. cumq;. l. 8. C. de modo mult. l. 6. & l. ulti. C. de aduocat. diuers. iudicior. l. 6. C. de aduocat. diuers. iudicũ.

Ita MAGNIFICOS uiros Magnificosq; iudices interpretabimur in l. 32. in fin. & l. 34. C. de appellatio. Briss.

MAGNIFICVS dicitur, autore Aristotele, qui in Magnis pro dignitate sumptũ facit: uel qui res præclaras gerit. Interdũ tamen Catanæo teste, pro glorioso & iactabundo ponitur. Vide Abb. in c. nouit. de Offic. deleg. Cæterùm, in quibus magnificus cum liberali cõueniat, in quib. etiam ab eo differat, pulchrè demonstrat Pontanus in de Magnificentia: quam ille definit, pecuniæ fructum esse. Sp.

MAIORE parte anni possedisse intelligitur etiã, qui duobus tantùm mensibus possedit, si modò aduersarius eius paucioribus aut etiã nullis possedit. l. 156. ff. de uerbor. significat. Quod pertinet ad interdicti Vtrubi explicationem. l. 1. ff. utrubi. §. quorum ius. Instit. de interdict. Bris.

In MAIOREM partẽ, in eius legis interpretatione, quæ quod maior pars iudicum statuerit, id reum pati iubet. Quintilian. Declamatio. ccclxv. interpretatur, in qua plures idẽ sentiunt, eadẽ pœnã pronuntiant, in eadẽ uerba iurant. Ita in ea legis uerba, quæ à Cœlio lib. viij. Epist. referuntur, accipe. Bris.

MAIORES apud Rom. nominabantur Parentes supra tritauum, qui speciale nomẽ non haberẽt. l. 4. §. parentem. ff. de in ius uoc. l. ul. §. parentes. ff. de gradib. & adf. Seruius in viij. Aeneid. ad uersum, Lętiq; minores. Minores, ait, non dicimus, nisi quotiẽs deficit graduum nomen, ut filius, nepos, pronepos, abnepos, trinepos: ubi isti gradus defecerunt, meritò iam dicimus minores. Sic maiores dicimus post patris, proaui, abaui, atauiq; uocabulum: Quamquã Maioribus crebriùs Latini Posteros opponũt. Plin. in Panegyr. Cùm diuus Nerua sanxisset, ut paternis bonis necessitate uicesimæ soluerentur, congruens erat eandem immunitatem parentes in liberorum bonis habere. Cur. n. posteris amplior honor quàm maioribus haberetur? Vincent. Lirinẽsis lib. aduers. profan. nouatio. Idq; esse propriũ Christianæ modestię & grauitatis nõ sua posteris tradere, sed à maioribus accepta seruare. Bris.

MAIORES aliàs generaliter appellantur omnes, qui ante nos fuerunt: & contrà Posteriores uel posteri, qui sequuntur. Vt in Titulo ff. de iure immunitatis. Sẽper in ciuitate nostra (ait Callistratus) senectus uenerabilis fuit. Nanq; maiores nostri penè eundem honorem senibus, quem magistratibus tribuebant.

MAIORES aliàs cẽsent, qui annũ septuagesimũ egressi sunt. Vt in l. Maiores. ff. de iur. immunitat.

MAIORES aliàs deniq; cùm nihil additur, solent significari extra minores, hoc est, legitimæ ætatis homines, qui annũ uigesimũ quintũ sunt egressi. Vt in tit. ff. Ex quib. caus. ma. in integr. restit. Old.

MAIORES ad annos relati, dicuntur Vlpiano, qui annum exegerunt septuagesimum. l. iij. de Iur. immunit. Spiegelius.

MAIORES, à tritauo in infinitum propriè intelligimus: tametsi quidam auos, abauos, proauos, atauos, eodem nomine significari uelint: tamen hoc nõ est proprio, id est, ipsis tantum conueniẽti nomine, sed generali. Spiegelius.

MAIORES, flamines appellabantur patricij generis: Minores, plebeij.

A` MAIORI parte curiæ factũ dicitur, cùm duæ partes adfuerũt, aut amplius quàm duæ. l. 3. ff. quod cuiusque uniuersit. l. 19. ff. ad municip. l. 121. §. 1. ff. de diuers. reg. l. 45. de decurionib. libr. x. C. l. penult. de pręd. decurion. eo. Maior pars creditorum in specie l. 7. in fin. ff. de pact. pro modo & cumulo debiti non pro numero personarũ accipitur. l. 8. de pact. Quòd si æquales sint in cumulo debiti, tunc pluriũ creditorũ numerus præferendus est, in quo ineundo plures eiusdẽ pecuniæ reos stipulãti ꝓ uno cõputamus. l. 8. & l. 9. ff. de pact. Ita maiorẽ partẽ accipio & in l. 2. ff. de curato. bon. dan. & l. ult. C. qui bon. ced. poss. Eodẽ aũt modo & in depositi repetitiõe maiorẽ partẽ hęredũ non ex numero personarũ, sed ex magnitudine portionũ hæreditariarum intelligimus. l. 14. ff. depos. Bris.

MAIORI, & in primis Cæsari, obediendum est. c. qui resistit. x. q. iij. l. contra pupillum. §. is qui ad maius. ff. de Re iud. Bart. l. ij. §. fin. ff. de Custod. reor. Bald. l. Senatus. de Accusat.

MAIORITAS uox à põtificibus & interpretibus usu recepta à maiore more Græco ducta extrà de maiori. & obed. quã in pluribus cõsistere scribit Ioan. And. ca. si pluribus. de præbend. lib. 6. & uide not. in c. super eo. 2. de præbẽ. In quibus spectetur, indicat latius Albericus in Alphabeto. Prat.

MAIVMA genus ludi & spectaculi fuit. l. 1. C. de maiuma. quod à Suida ita describitur. πανήγυρις ἐγίνετο ἐν τῇ ῥώμῃ κατὰ τὸν μάϊον μῆνα, τῶν παράλιον καταλαμβανόντων πόλιν τῶν λεγομένων ὀστίαν, οἱ τὰ πρῶτα δὲ πόλεως τελοῦντες ἡδυπαθείαις ἐνήχοντο ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν, ἀλλήλους ἐμβάλλοντες, ὅθεν καὶ μαϊουμᾶς ἡ δὲ τοιαύτη ἑορτὴ κατὰ ὠνομάσθη. Bris.

MAIVMA, festiuitas est, quæ fit Romę Maio mense. Nam Romani maritimam urbem adeuntes Hostiã, inter aquas uoluptatibus incumbebant, inuicẽ sese inuadẽtes. Quã quidẽ solennitatem sustulit Anastasius Imperator. Sed & in præsentẽ diem, quercum Kal. Maij ludentes in urbem iuuenes portant. Alciat. in tit. C. de Maiuma. lib. xj. Idem quale festũ esset, ex Suida latius aliquanto demonstrat cap. v. li. Parerg v. Spiegelius. Hęc eadem Floralia dici, quòd omnes Maiuma Floribus celebrent, testis est Gyrald. historiæ deorum syntagm. j.

MAIVS auditorium impedit contumaciam. l. contrà. ff. de Re iud.

MAIVS consilium. Vide, Leges condere.

MAIVS ad se trahit minus, hoc est, quod prouerbialiter dicitur, Motus maiores expellũt minores. Vnde quũ sunt duæ actiones, quarũ altera est maior, altera minor, istæ nõ possunt cumulari, per l. per minorẽ. ff. de Iudic. ubi dicitur: Si incidat maior & minor actio, tunc maior trahit ad se minorem. Sic si incidat actio criminalis, & actio ciuilis in iudiciũ, tunc criminalis præcedit, & ciuilis differtur. Vide Zasiũ enarrãtẽ. §. si minus. Institutione de Actionibus. Sp.

MALABATHRVM in l. ult. §. species. ff. de publican. Dioscorides lib. j. cap. xj. folium id esse sui generis scribit, quod Indicæ gignunt paludes, lentis palustris modo innatãs aquis sine radice. quod collectũ, statim lino trãssuebatur, & siccatũ recondebatur. Plin. li. xij. cap. xxvj. Dat & malabathrũ Syria arborẽ folio conuoluto arido colore, ex quo exprimitur oleũ ad unguenta. fertilior est eiusdẽ Aegyptus. Laudatius tamen ex India uenit. in paludibus ibi nasci tradunt, lentis modo, odoratius croco, nigricans scabrũq; quodã salis gustu. Meminit etiam Malabathri idẽ auctor lib. xiiij. c. xvj. & xxiij. cap. iiij. Et Horatius quoq; tinctos Assyrio Malobathro capillos dixit in Odis. Inde Malobathrati qui malobathrino oleo delibuti sunt apud Sidon. Apollinar. lib. viij. Epist. ad Leonem. Bris.

MALABVSTVM, aliàs Malauistũ, sed perperã Alberic. ait, habetur in l. fi. §. species. ff. de publican. Sunt enim qui Malobastrũ ibidẽ legunt. Tamẽ pro illis genuinũ restituit Holoander, Malobathrũ scilicet. Cuius meminit Plinius: sed exactius doctiss. Ruellius, & ut quidã de eo uerè dixit, Medicus hac ætate longè clarissimus. Spieg.

MALA fides. Vide, Bona fides.

MALA mãsio genus uidetur fuisse tormẽti. Vlpian. l. 7. ff. depos. Si hominẽ apud se depositũ, ut quæstio de eo haberetur, ac ꝓpterea uinctũ, uel ad malã mãsionẽ extẽsum sequester soluerit. Idẽ in l. 15. §. 3. ff.

de iniur. Quæstionis uerbo etiá ea, qua malá mísionem dicunt, continebitur. Hot.

MALA medicamenta. Lege, Medicamentum.

MALAM, id est, eam faciei partem, quæ mali speciem præ se fert, hoc est, rotundam. Cicero à maxillis deducit, cùm inquit: Quin etiam uerba sępè contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo auté uester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ uastioris, quá literá etiá à maxillis, & axilla, & uexillo, & pauxillo cõsuetudo elegás Latini sermonis euellit? Ea sunt usi uoce, Iurecos. in l. nõ solùm. ff. de Iniur. & Imp. in §. fin. Inst. eod. Spieg.

MALA uicinitas. Propter hanc, ut dicit Terétius Clemẽs, sæpe cõfines etiá supra iustá æstimationem interest nostra acquirere. haud dubiè insinuás, malá uicinitaté esse perniciosum damnũ. Accedit l. quod sæpè. §. fin. ff. de Contrahend. empt. Sp.

MALE accipere aliquem uerbis, pro iniuria afficere. Subauditur tamẽ aliquando, uerbis. Sp.

MALE audire, infamari, inqt Valla, crimina nostra audientes. Ei opponitur, Malè dico. Sp.

MALE agere quem uel nihil agere sæpe iure nostro dicitur, quibus uerbis nihil aliud intelligi uolũt Alciatus parergõn lib. 4. cap. 14. Duarenus in l. 4. ff. de pactis, quàm quòd eum qui nullam actionem habet, nihil agere: illum autem qui actionem quidẽ habet, uerum exceptione repelli potest, malè agere existimét. Lãgebeccio aũt c. 17. in annotat. ad ll. difficiliores hæc uerba maiorẽ uim ac potestaté habere uidẽtur atq; olim, cũ adhuc iudicia ordinaria in usu erant: illũ malè petere, uel malè agere fuisse dictũ, qui per hoc incidebat in pœnam plus petitionis, remq; consumebat: illum autem nihil facere uel agere cui ex eo nullũ erat periculum. idq; probat ex l. 4. ff. de compésat. l. unica. ff. Quando dies usus f. ced. l. pecuniam quam. ff. si cert. pet. cum similib.

MALE cedere, id est, malè succedere, siue accidere alicui, quod non sperabat.

MALE cogitare, de ijs qui odium aut simultaté aliquam animis suis cõceperint, solemus dicere: sed præsertim cum premitur odium, ultionis autem tépus atq; occasio obseruatur. Exempla producit Insul. Spiegelius.

MALE cõceptũ instrumẽtũ dicitur, in quo Barbarismus est admissus, seu, ut Interpretes dicũt, mala grámatica. l. imperator. & ibi uide. ff. de Statu homin. & l. qui habebat. ff. de Manum. testamen.

MALE consumere. Paul. Solutę sunt adolenscẽti pecuniæ debitæ, easq; malè consumpsit. l. minor. iij. de Minoribus.

MALÆ fidei emptor qs dicatur, pete à Iuriscons. in l. si quis cum sciret. ff. Pro empt. Sp.

MALAE fidei possessor. Lege, Bonæ fidei possessor. Et quomodo probetur in possessore, Bart. in l. Celsus. ff. de Vsucap. Spieg.

MALE mereri, pro nocere & incommodare. Triphoninus in l. bona fides. ff. Depositi. Malè meritus publicè, etiam egestate laborare debet. Sp.

MALE mereri de aliquo, pro nocere alicui, & illi incommodare.

MALE promissum, accipitur aut super re mala, uel turpi: aut pro malè concepto. Archidiac. monuit. Spiegelius.

MALEDICERE, ut plurimum unico uerbo scribitur.

MALEDICTA. Verba Ciceronis pro M. Cælio satis arguũt, anteactæ uitæ crimina, quę causæ propria non sunt, appellari maledicta. Eius autem uerba sunt: Quod obiectũ est de pudicitia, quodq; omniũ accusatorum non criminibus, sed uocibus male dictisq; celebratum est, id nunquam tam acerbè feret M. Cælius, ut eum pœniteat, non deformem esse natum. Sunt etenim ista maledicta peruulgata in omnes, quorũ in adolescentia forma & species fuit liberalis. Sed aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominẽ notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliá. quæ si petulantius iactatur, conuiciũ: si facetius, urbanitas appellatur. Vide Syluiũ in Orat. pro M. Fonteio. Sp. Transtulit autem hunc locum Cicero ex oratione Demosth. περὶ στεφάνου ut annotauit Muretus lectionum uariarum lib. 8. ca. 19. adde Fran. Balduinum in sua Catechesi Iuris Ciuil. cap. 4. 1.

MALEDICTVM, hoc à cõtumelia distat: quòd hæc hęredis institutionem uitiat, circumscribitq;. Id Vlpian. indicat in. §. si quis nomen. l. quoties. de Hęredibus institué. Illud uerò nihil impedit, quo minus eadem recipiatur, constetq;. ut etiam disertè ponit Martianus, in l. his uerbis. §. primo. eodem. Sp.

MALEDICVS est, q maledicit quãtũ potest, & scit. ut in tit. ext. de maledicis. Iõ. Bello. Etymol.

MALEFICIA dicũtur ea delicta, quibus quis dolo malo interueniẽte lęditur. ut sunt, furtũ. rapina, damnũ iniuria datũ, & iniurię. Porrò publicæ disciplinæ uigor postulat, ut malefici puniantur. l. locatio. §. quod illicitè. ff. de Publican. Sp.

MALEFICIVM dicitur, quicquid improbè admisũ est. Vlp. l. j. in prin. Si fam. furt. fec. dic. Vtilissimũ id edictũ prætor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorũ, hoc est, quasi malefacta. Quáuis & quæ dicta, scripta, cõsulta criminose sint ut sentit Alciatus, maleficij nomine, pręcipuè in legali pœna ueniát. Quáuis haud rarò tegitur per officiũ. l. non æstimo. ff. de Administ. tut. & l. tres tutores. eodem. Spieg. Quidquid uero maleficiorum admittitur, id bifariam contingit, uidelicet aut apertè aut occulte: Apertum maleficium est, quod nullo pretextu potest excusari, quo minus omnes, qui uident uel audiunt factum ipsum, statim intelligant, & dijudicent cõtra legẽ perpetratum esse: ut sunt furta, cædes, conuicia, damna data, quæ suas habent nominatas actiones. Occultum uero maleficium est, quod cum admittitur non statim redargui uel damnari potest: quasi sit contra ius uel bonos mores factum: sed sub aliquo honesti prætextu, per multos sępe dies serpit, ac tandem perniciem affert summá. Hæc labes quia uarij generis est, dicta est Suspecti Crimen. Oldendorp.

MALEFICOS speciali nomine incãtatores antiqui intellexerunt Rubr. C. de Malefic. Sed uerior est expositio Hegẽdorfini. quẽ uide in Exegesi, eod. tit. Generaliter aũt maleficorũ nomine accipiendi sunt, qui damnũ inferũt, qui nocent alteri. Sp.

MALEFICOS à magis & mathematicis separát Impp. in tit. de Maleficis & mathematic. B. Hieronymus in Daniele capit. ij. Maleficos ait esse, qui sanguine utũtur & uictimis & sæpe corpora cõtingũt mortuorũ, quos etiá ab incãtatoribus qui ré uerbis peragunt, & à Chaldæis & Magis distinguunt Impp. Cõstantin. & Iulia. in l. 5. C. de malefic. Magi, aiunt, & ceteri, quos maleficos ob magnitudinẽ facinorum uulgus appellat. Idẽ in l. 7. eod. tit. Si quis magus aut magicis carminibus adsuetus, qui maleficus uulgi cõsuetudine nuncupatus. Eadé & B. Augustinus tradit in lib. de ciuitate dei, cuius uerba referun-

feruntur in ca. Nec mirum. xxvj. quæstio. v. Bris.

MALEVOLENTIA. Vide, Beneuolus.

MALICIA, peruersitatem sonat, cum quis data opera malè agit. Hæc ætatem supplere dicitur: & alij damnosa, Dolus. Bal. in l. quæ fortuitis. C. de pig. act. Idem in l. Macedoniani. C. ad Maced. & alibi. Sp.

MALICIA callidorum est, uariorum & dolosorum, contra quos prætor edictum proposuit, de dolo malo. Spieg.

MALICIOSE gerere rem mandatam, idem est quod decipere. & maliciosè edere dicitur, qui dolo malo non edidit. l. ubi exigitur. ff. de eden. Sp.

MALIGNE, pro peruersè. Mart. de Cust. reor. l. diuus. Sed si quid malignè interrogasse, aut non dicta retulisse pro dictis eum compererit. Item Maximus l. 4. de inoffic. testam. Malignè, ait, circa sanguinem suum inferentes iudicium. Sp.

MALIGNVS etiam dicitur qui sui iuris paulo retinentior est. Sicut benignus qui de suo iure multa remittit. Conna. lib. j. ca. xj. num. 3.

MALI homines. Paul. in l. 3. de offic. præsid. Vt curet is, inquit, qui prouinciæ præest, malis hominibus purgare prouinciam. h. e. improbis, sceleratis, & ijs quos perditos homines appellare solet Cicero: rarò autem malos, quo nomine uulgò appellantur. Sunt autem mali puniendi, quòd & eorum exemplo cęteri à peccato deterrentur, & improbis hominibus ciuitas purgatur. Sed & ciuitates tum optimè gubernari Plato scribit in Amatoribus, quum nocētes pœnas expendunt. Spieg.

Μάλιστα. Vtitur Scæuola Græca hac uoce, quæ maximè significat, secundum Noricum textū in l. Pamphilo. de legat. 3. Spieg.

MALITATIS legitur apud Vlp. in l. 5. ff. quod met. cau. eodem modo ut Bonitatis dicimus. In uulgatis tamē, Mali. Scriptum fortasse fuit Calamitatis. Legimus tamen Sceleritatis in l. 3. ff. de bon. eorum qui ant. sent. Hotom.

MALO uerbum de ijs, quorum electio libera est, usurpari conuenit l. stipulatio. §. fin. ff. de nou. oper. nunt. l. pen. ff. de pollicitatio. Forcat. in Necyomant. dial. 13. num. 3.

MALOS homines, quo nomine uulgò appellantur, & Paul. in l. 3. de offic. præsid. accepisse uidetur, pro improbis, perditis, sceleratis, rarò dici, F. Syluius obseruauit. Spieg.

MALLEATVM, quod malleo factum est. Vlp. de leg. 3. l. librorum. §. sed nec cepti. Sed perscripti, ait, libri nondum malleati, uel ornati continebuntur libri. Spiegel.

MALOBATHRVM, arbor est odorata ex Syria, quæ nomine speciali folium appellatur, unde fiunt unguenta, q̄ dicuntur foliata. Horat. in 2. carm. *Nitentes malabathro Syrio capillos.* De folio malobathri meminerunt sępe Galenus & Apitius. Martian. lib. 39. tit. de public. l. interdum. Malobathrū, aroma Indicum, non malabastrum. Nebr. Est aūt Malobathrum folium innatans Indicis paludibus, sine radice, quod collectum & lino traiectum siccatur & seruatur: nardū sapore imitatur, uincit etiam & odoratissimum est, teste Dioscoride, ut de eo refert Forcatulus in suo penu iur. ciuil. cap. 22.

MALVM committere, pro delinquere. Ibid. Sp.

MALVM, substantiuè positum, damnum est, incommodum, & detrimentum. Sp.

MALVM nascens & inueteratum. Cicero in Philipp. Omne malum nascens, facilè opprimitur: inueteratum, fit plerunq; robustius.

MALVM, nauis esse partem, artemonem autem non esse, Labeo ait: & uerius est, ait Iabolen. quia plerunq; naues sine malo inutiles, ideoq; pars nauis habetur. Vide Alc. in l. malum nauis. de uerb. sig. Sp.

MALVM uenenum. Adiectio autem ista ueneni mali ostendit esse quædam & non mala uenena. Ergo nomen medium est, & tam id quod ad sanandū, quàm id, quod ad occidendum paratum est, continet. Sed & id, quod amatorium appellatur. Martian. in l. eiusdem. ff. ad l. Corn. de sicar. & uenef. Old.

MALVS seruus quis dicatur, elegāter scribit Vlpian. in l. cum autem redhibitio. de ædil. edic. in §. recipitur & ille. Spieg.

MAMMILLARE, fascia, qua mulieres māmas, id est, ubera tegebant. Id, si cui legatum esset, etiam detractis ornamentis, deberi uidetur, quemadmodum Paul. de inauribus respondit. in §. fin. l. pediculis. de aur. & arg. leg. Sp.

MAMMA, Græca dictio, id est, auia patris, seu matris mater: sicut Tata, pro patre accipitur apud Martial. Eras. in Scholijs Epist. Hiero. Mammam, inquit, antiqui matrem uocabant, ut auiam Tatam. Cæterū Mammam dare, notæ significationis est Grammaticis: id uerò haud ęquè, scilicet cum infantem quis uxori suæ lactandum tradit. Etenim illa mater esse incipit, & ipse loco patris est. Plau. in plogo Menæch. Adeò forma simili pueri, ut mater sua Non internosse posset, quæ mammam dabat: Neque adeò mater ipsa, quæ eos pepererat. Ijs quidem iure nostro debetur reuerentia. l. j. ff. de obseq. à liber. & libert. ut in ius absque uenia citari non debeant. l. fin. C. de in ius uoc. Spiegel.

MAMMAM per patrem, Amitam uocat Conna. quæ & *πατραδέλφη*: *Μάμμην* uero per matrem. Matertè ram uocat quæ Græcè *μητραδέλφη* dicitur. Est autem *μάμμη* generale nomen, ad nutricem, auiam, proauiā, materteram, amitam, & quascunq; mulieres quę materną dignitatis habent aliquid: tanquam *ὑποκοριστικῶς μητρὸς*, id est, diminutiuum quoddam à matre. Connanus lib. 8. cap. 5. num. 8.

MANALIS fons, ex quo aqua perpetuò manat.

MANCIPARE, à Manu & Capio, pro uendere, adpropriare, Verkauffen/ zueygen/ zu eygenthumb geben. Idem est emancipare. Nam omnis alienatio sic fit, ut aliquid per manum capiatur uel adquiratur. Item mancipio dare, Frei eygen geben/ zustellen. Mancipium, cuiuslibet rei dominium, quod per nexum adquisitū esset, appellabatur, Ein eygenthum. Item possessio libera. Vnde mancipio accipere, mancipio promittere: pro eo, quod nūc dicimus, sic alienari, ut præstetur euictio. Old. Adde Tiraq. in tract. *le mort saisit le vif.* 1. dec. num. 1.

MANCIPATIO species fuit alienationis, & rerum mancipi, quæ certis uerbis fiebat libripende & quinq; testib. præsentib. Quemadmodū Vlp. Insti. & tit. 19. Et Boet. in Top. Cic. exponūt. Meminit Paul. lib. 2. Sent. tit. 17. Iustin. in tit. de testam. in prin.

MANCIPES sunt publicanorū principes, Romani homines: qui quæstus sui causa si decumas redimunt, Decumani appellantur: si portū, aut pascua publica, Portitores, aut Pecuarij: quorum ratio Scriptura dicitur. Asconius. Hot. Dicti autem sunt mancipes, ut inquit Festus, quod manu sublata emptionis se esse autores significarent.

MANCIPES, publicani, qui à Censoribus quinto quoq; anno publica, id est, populi uectigalia redimebant: ij si uectigales agros, ut Decumani, redimebant, eos postea colonis & aratoribus elocabant.

Papinianus l.53.ff.locati. Qui fideiussor extitit apud mancipem pro colono publicorum prædiorũ quæ manceps ei colono locauit, Reipub. non tenetur. Cicero Verrina V. publicanorum principes similiter Mancipes appellat. Hot. Adde Forcat. in Necyom. dial. xxj. num. vj.

MANCIPES etiam Conductores Salinarũ interpretantur l.11. Cod. de uectigalib. Inde in l.3. C. de collatio. donat. possess. in C.Th. Salinis, aiunt Impp. omnibus præter mancipum quę populi Romani lauacris deseruiũt. Ex quo mendum eluam, quod est apud Symmach. lib. j. epist. 44. in qua non semel municipes salinarum pro Mancipes cum uitio scriptũ est. Patet autem ex ea epistola Mancipes eos obnoxios fuisse functioni lignorum, quæ lauacris urebantur, ut idem auctor epist. 13. ostendit. Erant tamen & mancipes thermarum, qui earum exhibitionem Romæ curabant, ut l. j. de mancipib. therm. in C. Theo. ostendit. Præterea Romanis Mancipes appellatos τὰς πρωταρχίας τοῖς ἄρτοις, ὧν εἰς ἃ τῷ πλῆθει χορηγίαν ... ἐγένετο, Socrates lib. v. histor. Ecclesiast. scribit. Eoq; sensu uerbum hoc accipitur in l. j. & l. 2. C. de frumẽto urb. Constanti. lib. 12. & l. 2. & l. ult. eo. tt. in C. Th. & in l. un. C. de pistorib. lib. 11. In qua tamen Mancipijs uulgò uitiosè pro Mancipibus legitur. Briss.

MANCIPES mutationum apud Cassiod. lib. 4. Variar. Epist. ad Godiscal. qui equorum ad celeritatem commutari solitorum curam gerebant: de quibus Zeno sentire uidetur in l. 18. C. de cursu publ. libro xij. Brisson.

MANCIPIO dare, & accipere, frequens & usitata bonis auctoribus locutio. Cic. Topic. Finge mancipio aliquem dedisse id, quod mancipio dari nõ potest. Tacit. lib. 3. Seruos quoq; Syllani actor publicus mancipio acceperat: & alijs multis locis, quæ Bud. in annot. in Pandect. congessit. Hinc & res mancipi appellabantur, quæ ex iure Quiritium abalienari, & in alterius dominium uel nexus, uel cessionis in iure solennitate transferri poterant, ut bene Boet. in Cicero. Topic. sensit. Nec mancipi uerò res, quæ his modis alienari non poterant: cuiusmodi erant omnia prouincialia prædia ante Iustiniani constitutionem: Nam cùm tributaria uel stipendiaria ea essent, non poterant mancipio à prouincialibus dari: usus duntaxat & fructus καὶ χρῆσις eorum, prouincialium erat, mancipium & proprietas populi. Ex quib. Rubrica de usucap. transf. & de reb. mancipi. ualde illustratur, quæ magnas superiorib. temporib. exhibuit non modò bonarum litterarum rudib. & imperitis, sed & ipsis melius institutis hominib. difficultates. In Italico uero solo prædia omnia iure mancipij iureq; optimo haberi poterant. Feræ uerò bestiæ nec mancipi erant, auctore Vlpi. in Instit. Briss.

MANCIPIO uendere, est eas res quæ mancipi sunt, ita uendere libra & ære adhibitis, ut euictionis periculum præstetur. uerùm hoc amplius animaduerti moris fuisse, ut Auctor, id est, uenditor nexu se dicis causa obligaret, ad rem mãcipi, hoc est, emptori perpetuò præstandam. Cic. pro Muræna, Quòd si in ijs rebus repetendis quæ mancipi sunt, is periculum iudicij pręstare debet, qui se nexu obligauit: profectò etiam rectius, &c. Hinc Mancipio & nexu coniungi uidemus. Varro lib. de ling. 6. Manilius scribit omne quod per libram & æs geritur, in quo sint mãcipi, nexum esse. Mutius Scæuola, quæ per æs & libram fiant, ut obligentur, præterquam quæ mancipio dentur. Hoc uerius esse ipsum uerbum ostendit, de quo quæritur. nam idem quod obligatur per libram, neq; suum sit, inde Nexum dictum. Hæc ille: quæ sic intelligo, ut ex Mutij sententia ea Nexa dicantur, non tantùm quæ abalienata sunt, sed etiam quæ oppignerata. Cicero 7. Famil. Attici proprium te esse scribis, mãcipio & nexu: meum autem, usu & fructu. Et de Rep. harus. Multę sunt domus iure mãcipij, & iure nexi. In Topic. Abalienatio est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio. quo ex loco coniuncto cum altero libri III. de legibus animaduerti eum qui mancipabat, nexu obligatum rem mãcipi tradidisse. Idem in Paradox. Non enim ita dicũt eos esse seruos, ut mancipia quæ sunt dominorũ facta nexu, aut aliquo iure ciuili: id est, in iure cessione & usucapione. Verùm hęc hactenus. Deinceps eum qui mancipio uendebat, euictionis periculum in se recepisse, ex Plauto demonstrabimus. Is igitur in Persa sic loquitur,

Ac suo periculo is emat, qui eam mercabitur,
Mancipio neq; promittet, neq; quisquam dabit.

Et paulo pòst,

Nihil mihi opus est litibus.
Nisi mancipio accipio, quid eo mihi opus
Mercimonio? Tox. nihil pericli uidetur, ne metuas
Ne quis uerò ex Arabia penitissima persequatur eam.

Item. Dorpalus,

Age, eadem propugnatrix.
Segar. Iterum dico, hanc mancupio nemo tibi dabit. iam scis?

Item:

Tuo periculo sexaginta hæc datur argenti minis. Item,
Ille quidem iam scit quid negocij gesserit,
Qui mihi furtiuam meo periculo uendidit,
Argentum accepit: abijt: quã nunc ego sciã,
An iam asseratur hæc manu? quò illum sequar?
In Persas? nugæ. Hotom.

MANCIPI res sunt prædia in Italico solo, tam rustica qualis est fundus: quàm urbana, qualis domus. item iura prædiorum rusticorum: uelut uia, iter, actus, & aquęductus. item serui & quadrupedes quæ dorso, colloue domantur, uelut boues, muli, equi, asini. cæteræ res nec mancipi sunt. Elephanti & cameli, quamuis collo dorsoue domentur, nec mancipi sunt, quoniam bestiarum numero sunt. Vlpian. cap. Instit. xix. Hotoman.

MANCIPIA ueteres appellabãt, quæ posteriores mobilia: prædia uerò, quæ ijdem immobilia. Modestinus l. tertia. ff. de diuersis temp. pręscript. Longæ possessionis præscriptionem tam in prædijs, quã in mancipijs locum habere, manifestum est. Cicero. libro de offic. III. Nec uerò in prædijs solum ius ciuile ductum à natura, malitiam fraudemquè uindicat: sed & in mancipiorum uenditione, uenditorum fraus omnis excluditur. Idem in oratione in Rullũ ad populum, Qui agri, quæ loca, ædificia. Quid est præterea? multa in mancipijs, in pecore, auro, ebore, ueste, supellectili, cæteris rebus. Hot.

MANCIPIA, Græcis ἀνδράποδα uocata, Iustinianus in §. serui autem. Institutio. de iure personarum dicta tradit eò quod ab hostibus manu capiuntur. Cui allusioni astipulatur Marcus Varro. item Ausonius cum ait:

Capta manu, sed missa manu nesciuit herile
Imperium dominæ uult domina esse manum.

Quamuis & mancipia dici possint, eo quòd capta seruituti manciparentur, uel ut Alciat. uoluit, quòd eos in manum, id est, in ptãtem emptoris agerent: in quo Aldobr. desiderat allusionem Inst. d. loco. Hinc

MANCIPIORVM alia dicuntur ueterana, quę anno continuo in urbe seruiunt: alia uerò nouitia, q̃ anno

anno nondum seruierunt. l. interdum. §. quoties. ff. de publ. l. fin. ff. de ædil. edict.

MANCVS, propriè significat eum, qui sine manu est. Iurisconsult. tamen est. in l. qui clauum. §. pen. & l. item Offilius. & l. quæritur. §. si quis digitis. de ædil. edict. qui imbecillitate dextræ, sinistra utitur.

MANDARE, uerbum protritum quidē est, sed ineptissimè tractatum à formularijs. Et res certè quotidie in foro uersatur, ut meritò debeamus eam plenius explicare tyronibus iuris.

MANDARE, à manu dāda compositū est: quòd in mandatis dandis accipiendisq; manus sibi inuicē dari mos erat, quem iam nunc in mutuis promissionibus uulgò uidemus obseruari. Sunt autem pleraque uerba simili modo ab usu porrigendæ manus producta. Oldend.

MANDARE itaq;, generaliter significat, alicui personæ gerendum aliquid, exequendumq; committere: sicut uerbis Quintiliani refert Valla libro 5. Vertrawlich befehlen/ Aufflegen. Hoc autem aliàs fit publicè, aliàs priuatim. Publica mandata uocantur propriè præcepta magistratuum, quę sunt necessitatis. Inde dicimus, Mandare, Gebieten. Sic accipiendum est in tit. C. & Nouell. de mandat. Princip. Constit. xvij. Priuata uerò mandata uulgò dicuntur commissiones: quæ cùm latè pateant, multa comprehendunt. Oldendorp.

MANDARE dicuntur & qui iubent abire in creditum. Vnde mandatores similes sunt fideiussorib. nisi quòd mandatum præcedit obligationem debitoris, hoc est, mandator sua fide mouet, inducit aliquem ad contrahendum cum alio, aut ad solutionis terminum prorogandum. l. si uero non remunerandi. §. si post creditam. ff. mandati. Fideiussor uerò sequitur obligationem, & accedit ei, quæ iam contracta est. l. si fideiussores. ff. de fideiuss. & mandat. Old.

MANDARE, hoc est, committere, omnem seu uniuersam iurisdictionem, aut speciem unam prętor potest. l. solet Prætor. & l. seq. ff. de iurisdict. om. iud. Nec tamen si totam delegat, committit, prorsus ab ea excidit, aut eam amittit. Etenim aliud est committere, & aliud amittere. l. iudicium soluitur. ff. de iud. Siquidem quod tota Iurisdictio delegari possit, firmat Iuriscos. memorabili ratione in citata l. solet Prætor. Spiegel.

MANDARE insuper de rebus inanimatis elegāter dicimus. Mandare literis, pro scribere. Mandare terrę, pro seminare. Mandare fugæ, pro fugere. Old. In quo autem differant mandare, præcipere, iubere, imperare, Valla docet lib. 5. & gl. in l. sæpè. ff. de off. pręsid. Insulanus obseruauit hoc uerbum apud Cic. sæpe accipi pro eo, quod sit, per alium nuntiare, seu alieno ore notum facere. Mādare item creditur, qui non prohibet pro se intercedere: Vlp. ait, h. e. qui patitur alterum pro se interuenire: aut quod gestū est, ratum habet, à mandati consensu non fieri alienum. Quasi perinde sit, non prohibere aliquem interuenire, uel negotia eius subire, aut quod gestum est, ratū habere, atq; si id fieri mandauerit. In l. hæc uerba. ff. de his qui not. infam. traditur aliud esse mandare, q̄ instigare, uel hortari, consulere, uel commendare, promittere, uel demonstrare. Spieg.

MANDARE etiam delegare significat tit. de offic. eius, cui mand. est iurisd. l. 8. §. sed nec mandare. ff. de transact. l. 8. ff. de tutorib. dat. Briss.

MANDARE solemus ei, cui negotium aliquod in iudicio, uel extra iudicium, nostro nomine conficiendum, amicè & bona fide commendamus. Nam & cōmēdare à mando fit, befehlen vñ vertrawen. Vnde Mandatarius dicitur Procurator, à Pro & Curo, Ein verwalter/versorger befelchhaber mit fleiß. Nō enim est otiosum istud, Pro, sed diligentiā quandam, & prudens amici officium significat. Old.

MANDARE cædem, uel aliud delictum. Paulus ff. de S. C. Silan. Etsi (inquit) certus sit percussor: tamen habenda est quæstio, ut cædis mandator inueniatur. Oldendorp.

MANDARE delationem, pro impellere aliquē, ut deferat. l. ex quibusdam. ff. de iur. fisc. Et delator mandatorem edere debet. Old.

MANDARE magistratum, pro decernere. Cicero de legib. 2. Olden.

MANDAT tacitè, qui patitur pro se fideiuberi: uel ratum habet. Vnde tacitum mandatum. Old.

MANDATA appellantur præcepta principum, quæ præsidibus in prouincias proficiscentibus dabantur, quibus omnis eorum potestas omneq; munus continebatur. l. iij. & l. xix. ff. de offic. præsid. l. xxvij. in fin. & l. xxxiij. ff. de pœn. l. vij. §. primo. ff. de iure patro. l. cxxxj. in fin. ff. de uerbor. signific. l. 4. §. primo. ff. ad legem Iul. pecul. l. prima. ff. de colleg. & corp. l. 6. ff. de extr. crim. l. j. ff. de milit. test. l. 5. ff. de seru. export. Plin. lib. x. Epist. epist. ad Traia. Nā sicut mandatis tuis cautum est, ne restituam. Iustin. Nou. xvij. δεῖν τὰς ἀρχὰς στελλομένους μετὰ παρ᾽ ἡμῶν παραγγέλματα, mandata principis ἅπερ οἱ καλοῦντες κατέχουσιν αὐτοὺς διὰ κυβερνᾶν τὰς ἀρχάς. Idem 31. καὶ τῶν ἐπιστολῶν παραγγελμάτων ἀναμιμνησκομένοις, ἅτινα δίδομεν αὐτῷ σὺν τοῖς τῆς ἀρχῆς συμβόλοις. ἐκάλουν δὲ ταῦτα καὶ οἱ πάλαι mandata principis. Atq; interdum hæc mandata à præsidibus in prouincijs sub edicto proponebantur, ut apparet ex l. 6. §. j. ff. de custod. reo. Briss.

MANDATA autem iurisdictione totum officiū Iuris dicūdi transit. l. j. §. damus. ff. de susp. tuto. Nec nudam notionem duntaxat, sed iurisdictionem, nō quidem proprio, sed alieno beneficio is, cui iurisdictio mandatur, habet. l. j. §. j. ff. quis & à quo app. Bris.

MANDATAM rem, adiectiuè nonnunquam dicimus: sicut rem cōmissam, rem depositam, ut apud Ciceronem. Qua locutione generaliter significatur, quicquid ullo modo mandatum fuerit. Quod non percipiens Accurs. malè torquet ad speciem empti. in l. ult. §. ult. ff. de condict. ob turp. caus. Id quod annotauit dn. Iacob. Spieg. Old.

MANDATARIVS est, qui mandatum suscipit adimplendum. Et quando mandatarius accusatus de crimine conueniri possit ex sua persona, uide l. non ideò minus. C. de accu. & inscrip. & no. in c. mulieres. & c. ut fame. de sentent. excom. Et inter istos oriuntur actiones hinc inde: quia ille qui sic mandat alteri, contra illum, qui mandatū suscipit adimplendum, cùm prius cogi nō posset, quòd reciperet mandatum, competit actio mandati directa, in quantum eius interfuit factum fuisse quod mandabatur. Rursus ipsi mandatario, qui mandatum suscipit, competit actio mandati contraria, si quas expēsas fecit, uel impensas ratione mandati suscepti, in quantum nō excessit fines mandati. Si uerò mandatum excessit in impensis factis, ipsas non repetet per actionem mandati contrariam: Sed in quantum utiliter expendit, per actionem negotiorum gestorum repetet. Oldendorpius.

MANDATI iudicium, non minus turpe quàm furti constitutū esse, Cicero pulchrè demonstrat in orat. pro Roscio Amerino. Cuius uerba refert Bud. in annot. ad legem j. de his qui not. infam. quòd ad eam

eam intelligendam faciunt. Old. autor est, quòd Cicerone nullus unquam mandati contractum depinxerit elegantius loco iam citato. Spiegel.

MANDATI obligatio, Paulus inquit l. 1. Mandati, consensu contrahentium consistit. Ideò per nuntium quoq;, uel epistolam, mandatū suscipi potest. Item siue rogo, siue uolo, siue mando, siue alio quocunq; uerbo scripsero, mandati actio est. Mandatū nisi gratuitum, nullum est. Nam originē ex officio, atque amicitia trahit. Contrarium porrò est officio, merces. Interueniente enim pecunia, res ad locationem & conductionem potius respicit. Bud. in annotat. prior. Spiegel.

MANDATOR est, qui aliquid agendum committit. Paulus ad S. C. Sylla. Etsi certus sit percussor, tamen habenda est quæstio, ut cædis mandator inueniatur. Mandatarius est, qui mandatum suscipit ad implendum. Spieg.

MANDATORES, qui alicui sunt autores, mandantq;, ut pecuniam det mutuo, aut tempus solutionis proroget. l. si uerò non remunerādi. §. si post creditam. ff. mandati. Itaq; similes sunt fideiussoribus: nisi quòd præcedunt rei principalis obligationē. l. si fideiussores. ff. de fideiuss. & mandat. Constitutores ex diuerso, qui pro alio se soluturos constituunt, sequuntur obligationem. Id quod nudo tantū pacto, uel etiam per epistolam fieri potest, ut in l. quidam. ff. de constit. pec. Distant aūt multum à fideiussorib. quia ex quocunque debito potest quis constituere, non tantum id quod ipse constituens, sed & quod alius debet. Sunt etiam mandatores, ut Bud. monuit, impulsores delatorum, interq; delatores referūtur. Vnde & apud I. C. Mandator delationis, in l. ex quibusdam. de iure fisci. Et delator mandatorem edere debet. Spiegel.

MANDATOR à fideiussore ut differat, uide Fideiussor.

MANDATORES dicuntur, quorum mandato alij pecunia credita est. l. 41. in fin. l. xxv. in fin. l. 71. & rubr. ff. de fideiussorib. & mandato. l. 28. l. 60. ff. mandat. l. j. §. si fideiussor. ff. si quid in fraud. pat. l. 95. §. si mandato. & §. pen. ff. de solutio. l. 8. C. de pignorib. l. 12. C. de non num. pec. l. xxx. C. de loca. & cond. Qui à fideiussoribus eò distant, quòd auctores sint contrahendi negotij, cùm plerunq; fideiussores contractæ iam obligationi accedant. Cæterùm Mandator non est, qui faciendi nominis causa, quasi proxeneta interuenit. Hic enim monstrat magis nomen quā mandat, tametsi laudet. l. 2. ff. de proxenetic. Mandator quoq; causæ dicitur, qui mādat alicui, & instruit eum ad accusationem dando probationes, allegādo accusationes. l. 2. §. diuus. cum §. seq. l. 22. in fin. l. 23. & l. 24. ff. de iure fisc. l. 1. §. incidit. ff. ad Turpil. Sueto. in Tit. cap. 8. Inter aduersa temporum delatores mandatoresq; erant ex licentia ueteri. Meminit huius & Cōstantin. lib. j. tit. v. Eumq; ita definit, quàm recte, ex superioribus apparet. Μανδάτωρ λέγεται ὁ τῷ μηνυτῇ ὑπουργήσας εἰς τὴν τοῦ πράγματος καταμήνυσιν. Cæterùm qui sine mandato duntaxat hortatus est ad accusationē suscipiendam, pro mandatore non habetur. l. xx. ff. de his qui not. infa. Briss.

MANDATVM quinq; modis contrahitur: mea tantum gratia: ut si tibi mandem, ut fundum mihi emas: uel aliena tantum: ut si tibi mandem, ut fundū Titio emas: Vel mea & aliena, ut si tibi mandem, ut mihi & Titio fundum emas. Vel mea & tua: ut si tibi mandem, ut sub usuris credas ei, qui in rem meā mutuaretur: uel tua & aliena, ut si tibi mandē, ut Titio sub usuris credas. Quòd si tua tantum gratia sit mandatum, superuacuum est mandatū, & ob id nulla ex eo nascitur obligatio. istos modos expressos habes in l. 2. ff. mandati. Io. Bello. Etym.

MANDATVM, commissio est, uel quod cōmittitur. Sunt qui uolunt mandatum esse dictum, quasi ex mea manu datum: sed an id uerum sit, Tislinus aliorum, inquit, esto iudicium. Spieg.

MANDATVM est contractus bonæ fidei de eo quod fieri sine mercede ulla cōuenit, periculo mandatoris exequēdo: inter quos iure ciuili licet, factꝰ. Mandare nanq; est negotiū dare. sed cùm Sine mercede addidimus, à locatione illum distinximus. Cōuenisse autem, hoc est, non modò datum, uerumetiā ab eo cui datur, receptū esse oportet. prius enim nō nascitur obligatio. l. 1. & pass. ff. mandati. Differt autē à Consilio, primùm quòd Mandatum pars quædam imperij est, aut potius uoluntatis, ut quid fiat. Consilium ab imperio prorsus alienum est, nec ullam uoluntatis ipsius significationem habet: itaq; rem consultoris arbitrio permittit: nec utrum fiat, necne, laborat. eoq; non est obligatorium. l. 2. in fin. ff. eod. & l. consilij. de reg. iur. Imperium autē illud iccirco societas humani generis cōprobauit, quoniā ad mandatorem periculum omne pertinet: nulla ex parte ad mandatarium. Hot.

MANDATVM iudicis quid sit, uide C. de mandat. Princ. in Auth. eo. tt. Mandatam rem participialiter, IC. dixit in l. fin. §. fin. de cond. ob turp. causam. ut Cic. loco suprà citato: In priuatis rebus, si quis rē mandatam non modò malitiosius gessisset, sui quæstus, aut commodi causa, uerumetiam negligentius, eum maiores summum admisisse dedecus existimabant. Interpres sanum IC. sensum corrupit, interpretando mandatam rem, pro mandato meo emptam. Nec conueniebat genericè quod protulit, ad speciē tantum deflectere: quod & alibi factum ab eo deprę hendes. Spieg.

MANDATVM temporarium esse, h. e. mandantis morte expirare, præceptum autē manere perpetuum, sentit gl. in l. & quia. ff. de iurisdic. iud. Vide Alberic. in l. mandatum. C. mandat. Sp.

MANDATVM egressus dicitur qui aliud fecit, puta qui fundum alium emit, non qui pluris. Ille nō potest agere, ut sibi fundum habeat mandator & restituat pretium, quia nullam partem mandati adimpleuit, & tamen ex ea causa cōueniri mandati neglecti potest. At qui pluris emit, remittēs quod excedit de precio, reliquū iustè petet. Conn. lib. 7. c. 14. n. 9.

MANDATV meo, sicut iussu meo apud Iuriscō. Iabolen. Qui fundum mandatu meo in societatē mihi & sibi emerat. l. qui concubinam. de legat. 3. Quod ante me monuit dn. Olden. Veteres solebant dicere (mandatu) in ablatiuo, cum mandatum priuatū intelligi uellent: mandatum uero publicum, per ablatiuum (mandato) denotabant. Inde est illa locutio, quam D. Haloander, ut idē ait, de nobis optimè meritus diligenter obseruauit in Pandectis ubiq;: Mandatu meo, mandatu Titij. Sp.

MANDRAGORA, herba soporifera & uenenata, ut scribit Plin. lib. 25. ca. 13. Itaq; inter uenena connumeratur à Mart. in l. 3. §. j. ff. ad l. Corn. de sic. Hot.

De MANDRAGORA, de quo IC. meminit, res satis clara est. Duo eorū genera traduntur à scriptoribus, Candidus, qui mas est: & niger, qui fœmina existimatur. Mandragoram fossuri cauere debent à uento aduersante, & occasum spectent: uis eius in poculo somnifera est, ac etiam olfactu. De quibus memi-

meminit Colum. dum inquit: Mádragoræ pariat flores. Et dum subdit Iureconſ. Cantharidas: de his Plinius quem ſuperius retuli. Cotta.

MANEBVNT nummi tui, pulchra locutio in l. j. de ſtipul. ſer. quam & Alber. obſeruauit. Spieg.

MANERE promiſsis, idē quod, ſtare promiſsis.

MANERE rem apud aliquem, id eſt, rem ei ſolui. l. tale. §. fin. ff. de pact. Alb.

MANERE ſignificat exſpectare, ut laicos neceſſitas obſequendi manet, non authoritas imperandi. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. ext. de conſtitutionib. Io. Bello. Etymolog.

MANES olim, hoc eſt, animas è corpore uolantes, quod ubiq; manerent, quaſi Deos colebāt: ideò iura eorum uoluerunt eſſe ſancta, id eſt, ab iniuria hominum defenſa atque munita. Hinc eſt in duodecim Tab. Deorum manium iura ſancta ſunto. Spiegel. ex Oldendorpio.

MANGONES, appellatione uenaliciariorū ueniunt: quoniam uenalicia, id eſt, ſeruos uenales expoſitos, ipſi emere præoccupant, ut carius uendant. Cum enim mercis nomen in huiuſmodi ſeruis locū non habeat l. ſeruos. in fin. de lega. 3. conſequens eſt, ut ſaltem uenalicij appellatione cenſeantur, teſte Alciat. tametſi mango, ut Nebr. indicat, non modò ſeruorum creditor ſit, ſed aliarum quoq; rerum. In quo autem diſtet à Venaliciario, uide Africanum de uerbor. ſign. l. mercis appellatione. Spieg.

MANGONIVM, artificium quod ad res faciliꝰ uendendas adhibetur. Vnde

MANGONIZARE, componere rem aliquam ad alliciendos emptores, Auffmutzen. quemadmodum uidemus equos uenire mangonizatos. Spieg.

MANIBVS communibus, pro non lotis, ut exponit Alberic. Spieg.

MANIBVS pedibusq́, extremum conatum ſignificantes, dicimus. Spieg.

MANIBVS ſuis facere, quandoq; idem eſſe qđ, alij mandare. Alber. obſeruauit in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omn. iud. Sp.

MANIFESTARIVM pignus, pro manifeſtò & disertè obligatum. Paulus l. nona, ff. in quibus cauſis pig. Eſt differentia obligatorum propter penſionē, & eorum quæ ex conuentione manifeſtarij pignoris nomine tenentur.

MANIFESTE conſtare dicitur, quod etiam ex coniecturis probabilibus cōſtat. l. j. C. de teſtam. ubi Iaſon. Spiegel.

MANIFESTVM, uulgò notorium dicitur. Bar. in l. ſcriptus hæres. ff. de relig. & ſump. fun. diſcernit pulchrè Notoriū à manifeſto. Vide ꝭ. Notoriū. Sp.

MANIFESTVM crimen eſt Bartolo, in quo qs deprænenditur. in l. ſi fur. ff. de furt. Vide eundem in l. hæredes palam. de teſt. Sp.

MANIFESTVM furtum intelligi uoluere priores, ut Maſſurius ſcribit, quod deprænenderetur, dū perpetraretur. extat elegans capit. de furum ſpeciebus apud Rhodig. lib. x. Sp.

MANIFESTVM quaſi ad manus foris ſtans, dicitur quod clarum & apertum: ut manifeſta cauſa. c. de manifeſta. 2. q. j. & manifeſta turpitudo l. manifeſtæ. ff. de iureiur. & manifeſtum ius dicitur. l. manifeſtiſsimi. C. de furt. & offenſa manifeſta intelligitur. q̃ uel per confeſsionem, aut euidentiam rei, uel probationem legitimam nota fuerit. c. cum olim. de uerb. ſignific. ext. Ioan. Bello. Etymol.

MANIFESTVS fur eſt, qui cum furto deprænenditur, &, ut Greci dicunt, ἐπαυτοφώρῳ. l. 3. l. 4. & l. 5. cum ſeq. ff. de furt. Gaius lib. 2. Inſtit. tit. ult. Inuenias ſæpe apud Plautum in eandem cum Græco ſententiam dici manifeſto teneri. Manifeſtos quoq; rerum capitalium dixit Salluſt. in coniuratio. Catil. qui manifeſtò in ea noxa tenerentur.

MANIPVLVS leuis, ex xx. militibus, & turbis ſcutatorum fit. Huic Centurio præerat, qui manipularis uocabatur. Dictus autem leuis, quòd haſtis miles, gęſisq;, non armis grauioribus muniretur. Alex. Genial. dier. lib. j. cap. 5. Adde Brechæum in l. princeps in tit. de uerb. & rer. ſign.

MANSER, eſt illegitimus, propriè de ſcorto natus. ſecundum Hoſtien. quaſi uulgo quæſitus. Vnde ſecundum Abba.

Manſer. bus ſcortum, ſed mœcha nothis dedit ortum.
Vt ſeges à ſpica, ſic ſpurius eſt ab amica.
Dant naturales, quæ nobis ſunt ſpeciales.

cap. niſi cùm pridem. de remun. in §. perſonæ. in fin. ubi gloſſ. Oldendorp.

MANSERIS nomen barbarum eſt, nec alijs notum eſſe poteſt quàm quorum ex lingua deſumptū eſt. Conna. lib. 2. cap. 16. num. 2.

MANSIO, & deceſsio, contraria. Sic manſio in uita: cui contrariū eſt, exceſſus è uita. Eſt item manſio, iter unius diei. Plinius: Manſionibus octo diſtat regio thurifera, à monte excelſo. Sic & apud Arcadium, Manſiones in l. fin. de muner. demenſa militū itinera, intelligenda ſunt. Ein tagreyſʒ. Budæus admonet, quos hodie Galli Mareſchallos hoſpitiorum Germani Forier uocant, Latinè appellari poſſe manſionarios deſignatores: & cretarios deſignatores, à creta qua utuntur. Spieg.

MANSIONES, ad iter metiendum diſpoſitas & hominum & animalium curſui publico deputatorum ſtationes appellabāt. l. ult. ff. de munerib. & honor. l. 7. ff. de annon. lib. x. C. l. 2. de condit. in public. horr. eo. l. ix. de anno. & tribut. in C. Th. l. ix. de ſuſceptorib. lib. x. C. l. 2. de lucris aduoc. lib. xij. C. Lampr. in Alex. Illa die, illa hora ſum exiturus, & ſi dij uoluerint in prima manſione manſurus. Deinde per ordinem manſiones, deinde ſtatiuæ, deinde ubi annona eſſet accipienda. Ambroſ. in oratio. de morte Valentinia. Ecce poſtridie litteræ de inſtruendis manſionibus, inuectio ornamentorum regalium aliaq; eiuſmodi, quæ ingreſſurum iter Imperatorem ſignificarent. Et in Panegyrico incerti auctoris, qui Conſtantij filio dictus eſt, itinere confecto cōſumptis copijs manſionū, ne quis conſequi poſſet, exercitus repente intra parietes conſederat. Symmach. in epiſt. Diligentiæ tuæ rō derogetur, quæ poſsit oſtēdere, quot numero animalia collocaris, & quo paratu inſtruxeris manſiones. In has aūt manſiones etiam milites diuertebant. l. 11. C. de re milit. lib. 12. l. 2. C. de lucr. aduoca. eo. Vnde annonis & pabulis inſtruebantur, ut ex Caſsiod. libr. v. Variar. Epiſt. ad Gepidas, & lib. x. Epiſt. ad Senat. & populum patet. Idem Lamprid. in Alex. Milites expeditionis tempore ſic diſpoſuiſti, ut in manſionibus annonas acciperent.

MANSIO. Vt intelligatur quid ſit manſio, quoniam eius mentio fit ab Arcadio in l. ult. de mune. Et pleriq; in huius uocabuli interpretatione decipiuntur, dicimus duas manſiones eſſe unius diei uiā, nō autem unam, ut Sypontinus, Spiegelius, & alij opinantur, quoniam ut plurimum quolibet die quieſcere ſolemus. Hoc ex eo conijcere licet, quod manſio ſiue σταθμὸς. nam ita Græcis appellatur, continet ſtadia centena & undena, non duodena, ut Budæus & Alciatus exiſtimarunt. Illi enim ſcribunt σταθμὸν comprehen-

prehendere milliaria xxviij.ſemis. Cum tamen Herodotus in Terpſichore ſcribat, quindecim σταθμοὺς eſſe Paraſangas ſex,& quinquaginta cum dimidia. q̃ paraſangæ efficiunt ſummam mille ſexcentũ, & nonaginta quinq; ſtadiorum. quæ ſi in quindecim partes diſtributa fuerint, quælibet pars continebit ſummam à nobis ſuprà ſcriptam. quod iter cõmodè bis quotidie confici poteſt. Quare cum Plinius libr. xij. cap. xiiij. loquens de Gebanitis ait, caput eorũ Thomna abeſt à Gaza noſtri littoris Iudææ M. D. XXXvij. millia paſſuum: quod diuiditur in menſiones camelorum lxij. oſtendit camelũ quotidie facere iter duorum & quinquaginta milliariorũ & ultra, quod ſi manſio eſſet unius diei iter, ſequeretur, ut camelꝰ una die peragraret tantũ ſex & uiginti milliaria, qđ eſt minus abſurdum cum Philoſtratus lib. 2. ca. 3. de uita Apollonij dicat Indos uti camelis ad curſum, hisq; uno die mille ſtadiorum iter conficere. Vtitur etiam Plinius hoc nomine in initio illius capitis. In monte excelſo, à quo octo manſionibus diſtat regio eorum thurifera. Significat igitur manſio hoſpitiũ, ſiue tantũ itineris, quo peracto uiatori hoſpitari neceſſe eſt: in qua etiam ſignificatione uſurpat Suetonius in Tito Veſpaſiano, deinde ad primam ſtatim manſionem febrim nactus, cum inde lectica transferretur, ſuſpexiſſe dicitur dimotis plagulis cœlum, multumque cõqueſtus eripi ſibi uitam immerenti. Ferran. lib. 2. Explicat. in §. ſi uero alter, ut om. obed. iud. pro. cap. 41.

MANSVETARII, qui feras manſuefaciunt. Firmicus: Septentrione oriente nati, erunt manſuetarij ferarum. Spieg.

MANSVETAE feræ, quatenus intelligẽdæ, Iuſtin. declarat Inſtitut. de rer. diuiſ. §. pauonum quoque. Vide Cantiunculam, qui hunc locum, ut pleraque alia, eleganter elucidauit. Sp.

MANSVS uox eſt uernacula Italorum, agrum, ſeu fundum ſignificans, qui duobus bobus ad laborandum ſufficit. Vide Zaſium in comm. feud. tit. Ad quid uaſall. dom. ten. & Baron. Tautenberg. in §. ſi quis. de Manſo. tit. 4. lib. j. Feud. & j. ſub finem, in dictione Menſurarum nomina. Sp.

MANTELLVM, à tegendis manibus dictũ uolunt. Polluci μαντύαν id genus coopertorium, ſed uilloſum, cuius & Varro meminit: quale eſt noſtrarum mulierum tegumentum, quod uulgus Kurſen nominat. Vide inferius, Reuoluto mantello. Sp.

MANTICE, ars ipſa diuinandi. Vide Cicer. j. de nat. deorum. Spieg.

MANTICVLARIVS dicitur fur, qui inferens ſe confertæ multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificio doloſo aperit, & euacuat, ablata pecunia. Vide Feſtum. Spieg.

MANVBIAE, pro ſpolijs. Vnde manubias facere, pro ſpoliari. Imper. in l. eos. C. de modo mulctar. Auth. de Trient. & ſemiſſe. §. hic à nobis. Sp.

MANVBIAS à præda hoc diſtare ueteres exiſtimarunt, ut ſit prædą corpora ipſarum rerum, quę capiuntur: Manubiæ uerò pecuniæ ex præda uendita redactæ, & ſic apud plurimos. Nam & M. Tulliũ de lege agraria ita ſenſiſſe uoluerunt, prædam, manubias, ſectionem, caſtra deniq; C. Pompeij ſedẽte Imperatore uendent. Vide Gellium lib. xiij. cap. xxiij. Adde Turneb. aduerſar. lib. xj. cap. xxj.

MANV BREVI, Vlpian. eleganter poſuit, pro Directò, & non per anfractum, ac circuitionẽ. Quoties, inquit, extraneus accepto fert debitori dotis conſtituendæ cauſa, ſiquidem nuptiæ inſecutæ non fuerint, liberatio non ſequetur: niſi forte ſic accepto tulit, ut uelit mulieri in totum donatum. tunc enim credendum eſt, breui manu acceptum à muliere, & marito datum. l. 43. §. 1. de iur. dot. id eſt, Hoc ita accipiendum eſt, quaſi mulier non per acceptilationem & circuitionem illam, ſed directò per manum ipſius creditoris pecuniam accepiſſet, & marito dediſſet. Itaq; quod Iuriſconſ. Directò dare libertatem dicũt, ac non per fideicommiſſum: efferri hoc eodem modo ſic poſſet, Manu breui libertatem dare: cui cõtrarium eſt Manu longa, ut mox dicemus. Hot.

MANV LONGA Iauolenus figurata locutione poſuit, pro flexuoſè & obliquè: non autem quàm minimo potuit negotio. Pecuniam, inquit, quam mihi debes, aut aliam rem ſi in conſpectu meo ponere te iubeam: efficitur ut & tu ſtatim libereris, & mea eſſe incipiat. nam tũ, quòd à nullo corporaliter eius rei poſſeſsio detineretur, acquiſita mihi & quodammodo manu longa tradita exiſtimanda eſt. id eſt, quaſi menſa ubi ponere te iuſsi manus tuæ pars fuiſſet: & longa iſta manu porrecta mihi tradidiſſes. Nam breui manu dediſſes, ſi directò de manu in manum, nulla menſa aut alia re interpoſita tradidiſſes. Locus eſt in l. 79. ff. de ſolutionib. Cicer. Verrina 4. Quum ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniæ dabãtur, non erat quærendum, cuius manu numerarentur, ſed cuius iniuria cogerentur. comites illi tui delecti, manus erãt tuæ: præfecti, ſcribæ, medici, accenſi, haruſpices, præcones, manus erant tuæ: quo quiſque te maximè cognatione, affinitate, neceſsitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur: cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent, tua manus ſine controuerſia fuit: quicquid ab horũ quopiam captum eſt, id non modò tibi datũ, ſed tua manu numeratum iudicari neceſſe eſt. Hot.

MANVFACTVM opus, opponitur naturali. l. j. §. j. ff. de aqua pluu. arcend. Sp.

MANVMISSIO eſt datio libertatis, ut Inſt. de libertinis. §. 1. l. manumiſsiones. ff. de iuſt. & iure. Dicitur autem propterea manumiſsio autore Feſto q̃a dominus caput ſerui, quem in libertatem uenire uolebat, uel eius aliud membrum manu tenẽs dicebat: hunc ego hominem liberum eſſe uolo & emittebat eum de manu. Tres autẽ legitimas manumiſsionis formas tempore Ciceronis fuiſſe conſtat ex Topicis ipſius, Fiebat enim uel cenſu, uel uindicta, uel teſtamento de quibus uide ſuprà in uoce Libertinus. Poſtea: Conſtantinus aliam adiecit in ſacroſanct. Eccleſijs ex ſacris conſtit. ſub aſpectu plebis aſsiſtentibus Chriſtianorum antiſtitibus, & uice actorum interpoſita qualicunq; ſcriptura. l. j. C. de ijs qui in Eccleſ. manum. Sed & alijs multis modis libertas ſeruo competere poteſt. Inſt. de libert. §. multis autem modis. Quos omnes colliges ex toto tractatu. Cod. quibus ex cauſis ſer. pro præm. lib. accip. ex l. ult. C. de manum. Ex nouella de monachis. §. ſancimus col lat. j. ex l. ult. C. de lat. libert. toll. ex l. cum Stichum. C. de lib. cauſa.

MANVMISSIO tripliciter fiebat: cenſu, uindicta & teſtamento. Cenſu manumitti dicebantur qui luſtrali cenſu Romæ iuſſu dominorum inter ciues Romanos cenſum profitebantur, ut autor eſt Vlpia. in Epitom. tit. j. Alter modus uindicta dicebatur, primum inductus à Vindicio ſeruo, qui ob patefactam indicijs ſuis Reip. proditionem hoc genere libertatis donatus eſt. Alijs placet à uirgula quę in hac manumiſsione ſolennis fuit, nomen impoſitum fuiſſe. de

de qua uide infrà in uerbo Vindicta. Tertius modus est, qui testamento fit. Testamenti autem nomine, etiam codicilli compræhenduntur. Id autem dupliciter fit directè aut obliquè, Directè dari libertas dicitur, cum uerba testatoris ad Seruum diriguntur, si ne ulla circuitione aut anfractu. ut Stich⁹ liber esto. Obliquè autem cum non recta tendunt ad Seruum sed ad hæredem aut alium feruntur ut tandē ad seruum perueniant. Vide Connan. libro 2. cap. 4. num. 2.3.4.5. Adde Fran. Balduin. Catechesin iur. ciuil. c. j.

MANVM alicui afferre, nihil aliud est quàm uim inferre. Connan. lib. 2. cap. j. num. 4.

MANVM MITTERE, Manum porrigere *μεταχειρίζειν* in l. xv. §. sed si emptor. ff. de re iudic. l. 14. §. j. ff. de relig. l. 2. C. quo quisq; ordin. ten. lib. 11. l. ult. C. de peric. nominator. lib. 11.

Ad MANVS uenire. l. 11. §. pen. ff. de pœn. Briss.

MANVS, pro arte. Vnde & Caio manus preciū, in l. mulieris. de uerb. sig. Significat autem mercedē. quæ artis nomine debetur architecto. Sp.

MANVS apud Pompon. in l. 2. in prin. de origin. iur. non pro tyrannica uiolentia intelligenda, cum pleriq; reges inter optimos principes numerentur, sed pro suprema regis potestate, seu autoritate, qua iubebat, aut uetabat aliquid, secutus tantum naturalem rationem. Vnde Ouid. regum potestatem denotaturus inquit, An nescis longas regibus esse man⁹? nimirum quod per suos magistratus ac patronos fide sibi obstrictos, quibus rex manuū uice fungitur, possit etiam procul dissitos affligere, fortunas suorum tueri, procul deniq; authoritate sua, ac maiestate conseruare: Sic & Persius Satyr. 4.

Ergo ubi commota feruet plebecula bile,
Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ.
Maiestate manus.

Hinc cum manus ptātem significet, Manumissionē dictam nostri scribūt, quòd per eam de manu ac potestate dominorum serui dimitterentur. l. 4. ff. de iust. & iur. Etsi Festus à missionis de manu solennitate uerbum hoc deriuatum putet. Manumittere enim Comici frequēter Emittere è manu dicunt. Manumitti autem tam liberi quàm serui in libris nostris dicuntur. l. 28. ff. de adopt. l. 2. ff. de offic. proconsl. l. 107. ff. de uerb. oblig. rub. si à paren. quis manum. fuer. Nec mirum, cùm in imaginariam seruilem causam liberi in emancipationis solennitate peragenda deducerentur, distraherēturq; ac manumitterentur non aliter atq; serui. Vnde pater, qui emanciparat, manumissor appellabatur. l. 16. §. j. ff. de inoff. test. Crebrius tamen manumissio de seruis, emancipatio de liberis usurpatur. l. 1. §. alienatio. ff. quando act. de pecul. Briss.

In MANVM quoq; uenire olim uxor dicebatur, quæ in potestatem uiri per coemptionem uel confarreationem transibat. ut ad Cice. in Topic. Boet. & Vlp. in Instit. tit. 9. exponunt. Apuleius lib. 8. de Asino aur. At dum herilis puella in boni Tlepolemi manum conuenerat. Idem lib. 6. Sic ecce Psyche conuenit in manum Cupidinis, & nascitur illis maturo partu filia. Inde uxor in manu uiri esse dicebatur, ut idē Vlp. in Instit. tit. 22. probat. Manus præterea pro turba & coactis hominibus accipitur. l. 9. §. idem ait. ff. quod met. cau. & fortè in l. 3. ff. de off. præsid. & l. 60. ff. de adq. rer. dom. Ita manu facta, id est, collecta in l. 6. ff. ad leg. Iul. peculat. & apud Paul. lib. 5. Sent. titu. 19. & tit. 20. Ita manum militarem accipere possum⁹ in l. 68. ff. de rei uind. l. pen. ff. ne uis fiat ei qui in possess. Planè in l. 1. §. meminisse. ff. de nou. oper. nun. & in l. sexta. §. primo. ff. si seruit. uindic. Per manum, est per lapilli iactum. Brissonius.

MANV armata. l. 3. §. aduersus. ff. de sepul. uiol.

MANVPRECIVM dicitur, inquit Asconius, ubi non tam materię ratio, quàm manus atq; artis ducitur. Alfenus l. xxx. §. 3. ff. locat. Qui ædem faciendā locauerat, in lege dixerat, Quoad in opus lapidis opus erit, pro lapide & manuprecio dominus redemptori in pedes singulos septem dabit. Vlpi. l. 13. ff. de uerb. sig. Quoniam plerumq; plus est in manus precio, quàm in re. Hotom.

MANVS pro cautione & Chirographo, itē scriptura alicuius manu subsignata ponitur. l. xv. ff. de probatio. l. j. C. de metat. & epid. lib. 12. Manus etiam pro arte. Vnde Manupretium quod pro artificis opera datur. l. 13. §. 1. ff. de uerb. sign. l. xxx. §. qui ædem. ff. loca. & alijs locis quæ lib. 4. Select. Antiq. notauimus. Manus iniectionem excepisse dicebatur. qui ius sibi præhendendæ atq; abducendæ rei retinuerat. l. x. §. j. ff. de in ius uoc. l. 9. ff. de seru. export. l. xx. §. j. ff. de manumissionib. l. 7. ff. qui sine manumissio. l. 1. §. similiq; modo. C. de Lat. libert. toll. l. 2. C. si seru. exp. Seruius in illud Vergil. x. Æneid.

Iniecere manum Parcæ. Vsus est, ait, sermone iuris. Nam manus iniectio dicitur, quotiens nulla iudicis auctoritate expectata rem nobis debitam uindicamus. Quem Virgilij uersum etiam enarrans Macro. lib. 3. Saturn. c. 7. Et hic, ait, proprietatem humani & diuini iuris executus est. Nam ex manus iniectione pene mancipium designauit. Quintil lib. 7. c. 7. Patri in filium. patrono in libertum manus iniectio sit. Vtitur & hoc uerbo Ouidius eleg. 4. lib. j. Amor. Et dicam, ait, mea sunt.

Iniiciamq; manus. Idem lib. 2.
Iniiciam dominas in mea iura manus.

Liuius lib. 3. ab urb. cond. Virginij minister libidinis Decemuiri manum iniecit, serua sua natam, seruam appellans. Quintil. Declam. 359. Publicanus noluit scrutari: translatis manus inijcit, & suos dicit. Impp. in l. xv. de bon. proscript. in C. Th. uxor proprias res uelut manu iniecta mox uindicet. Et in l. tertia. de his qui ad eccl. conf. ad pristinam sortem uelut manu mox iniecta reuocentur. Nam breui fieri quid dicitur quotiens celeritate actionum coniungendarum, unus actus occultatur & intercessisse iure ciuili fingitur. l. 44. §. j. ff. de iure dot. l 3. §. sed si debitorem. ff. de donat. inter uir. ut accidit & in specie l. xv. ff. si cert. pet. Brisson.

MANVS iniectio, ius pręhendendi, abducendique. uerbum est ex XII. Tab. Æris confessis, rebusque iure iudicatis, xxx. dies iusti sunto: pòst deinde manus iniectio esto. Vlp. l. x. §. j. ff. de in ius uoc. At si uenditor qui manus iniectionem excepit, ipse prostituit, &c. id est, qui sibi reseruauit ius prehendendi mancipij abducendiq;, si emptor prostitueret. Paul. l. pen. ff. de seru. expor. Titius seruum uendidit ea lege, ut si Romæ moratus esset, manus inijcere liceret. Seruius in illud Æneid. x.

Iniecere manum Parcæ.

Sermone, inquit, usus est iuris, pro Traxerunt debitum sibi. nam manus iniectio dicitur, quoties nulla iudicis auctoritate expectata, rem nobis debitā uindicamus. Hotom.

MANVS militaris. l. qui restituere. ff. de rei uind. id est, usus ministeriorum militarium.

MAPPA, mensæ stragulum est, rasum, uel uillosum. Aliàs Mantile, siue Toral. Florenti. de supellec. leg. l. supellectili. Toralia, inqt, & mappa uillosa. Nebriss. Mappa item, Budæo annotante, Circensiū committen-

mittendorum ſignum erat. Vide & St.Robert. Extat uox pro ipſo ſpectaculo apud Iuſtin. in Nou. de Conſul. meliore interprete Haloand. Sp.

MARCHIO aliàs ad uulgarem trahitur ſignificationem iudicis, cuius iuriſdictio ſit certo loco reſtricta, Marckgraff / Ein richter ſo weit als ſeine marck g ht. apud Saxones. Old.

MARCHIO aliàs dignitatem militarem ſignificat, appellatione ab equis tracta. Marcá enim equũ dicebant. Inde equorũ ſeu ſtabuli magiſtrũ, Marckſtaller/ corrupte uerò, Marſchalck/ etiamnũ appellamus. Et equorum præfectum, Ein Marggraffen. Itaq; ineptiſsima eſt interpretatio feudiſtarum: Marchiam dici à mari, quoniá iuxta mare ſit poſita, quaſi maritima. In tit. Quis dicat. Dux, Marchio, Comes. De appellationibus his doctiſs. interpres apud Cornel. Tacit. ſic ſcribit: A` marca, quod equũ ſignificat, equorum ſeu ſtabuli magiſtrum, Marckſtalle /etiánum appellamus: & equitum præfectũ, Ein Marggraffen. Militaris enim dignitatis, & officij nomen eſt utrunq;. Porrò, hodiernum Morauiæ uocabulũ, Mhrenland/ equorum regionem ſignificat, cùm equas uulgò Mherb. uocamus. Extant adhuc in Saxonibus duarum Marcarum nomina, Veteris & Nouæ, quibus forſan equeſtris militia, huius appellationis cauſa fuit. Videntur enim equis olim Marcomani ualuiſſe, quemadmodũ hodie Fráci. Hęc ille. Old.

MARCHIO. Qui à principe de marchia aliqua inueſtitus eſt, marchio uocatur. Dicitur autem marchia, eo quòd marchia (ut plurimùm) iuxta mare ſit ſita, à mari & archia, id eſt, principatus maris. Marchio autem & comes propriè regni, uel regis capitanei dicuntur. Qui ab his feudum accipiunt, propriè regis uel regni ualuaſores, quaſi ad ualuas ſtantes, q & ipſi capitanei nuncupari poterunt. c. ſi capitanei. de feu. Marc. Rurſus feudum capientes ab eis, minores ualuaſores appellantur. Paul. Diaconus Longobardicorum. lib. 6. ſic ſtatores, ſeu conſiliarios regũ, uidetur appellaſſe, Cumpertus cum ſtatore ſuo, quẽ Longobardi propria lingua *marpban* dicunt, conſiliũ inibat. Sed Alciato lib. 1. Parerg. c. 27. uero ſimilius uidetur Celticum uocabulum eſſe Marchio, quo præfectus equitum ſignificetur. Marcam enim illi equũ dixère, unde Marcomâni, equitatu præcellentes populi, & Marcoboduus rex, cui corpus inſtar equi eſſet. Nam & Franci hodie mercare, pro eo, quod eſt equitare, uſurpant. Scribit autem Pauſanias triplicẽ equitum ordinem à Celtis, qui in exercitu Brenni erant, trimarciſiam dictam. Fuit igitur hæc uox, & rerum in Italia potientibus Longobardis, & deinde Francis regibus, magiſtriſq; ſtabuli, ſeu equitũ. Deinde, in propriæ iuriſdictionis appellationẽ tranſijt, ſicut & duces & comites. Anch.

MARCHIONES, ſeu Marggraphij, ut Iuriſconſultiſs. Bonif. Amerbachius monuit: originem ex Limitaneis præpoſitis traxerũt: quòd limitibus, quos uulgò Marcken appellamus, graphij, id eſt, prępoſiti fuerunt. Vide Zaſ in tit. qui feud. dare poſſ. Quidã à Marca, quod equum ſignificat, equorũ ſtabuli magiſtrum, Marſtaller, & equorum præfectum, Eyn Marckgrauen, exiſtimant appellatum. Sed magis eſt, ut Amerbachij ſententiam ſequamur. Marchio autem, & Comes, propriè regni, uel regis Capitanei dicuntur. Qui ab his Feudum accipiunt, propriè regis, uel regni Valuaſores, quaſi ad ualuas ſtãtes: qui & ipſi Capitanei nuncupari poterint. c. ſi Capitanei. de feud. Marchiæ. Rurſum feudum capientes ab eis, minores Valuaſores appellãtur. Vide Baron. à Tautenberg, de his qui feud. dare poſſ. Alciato uidetur Celticum uocabulum eſſe Marchio, quo præfectus equitum ſignificetur: quod antè Rhenanus noſter admonuit, & Althamerus latius explicat, in Commen. Germanię. Heinricus Glareanus uir doctiſ. hodie magna ex parte Celticè loqui Heluetios, Rauracos, Sequanos Rheno proximos Briſgoenſes, ac Elſaticos noſtros. Annotauit in Parerg. Alciat. & apud Gallos hodie uſurpari Marcare, pro eo quod eſt, equitare: & Pauſaniam ſcribere triplicem Equitũ ordinem à Celtis, qui in exercitu Brenni erát, Trimarciſiam dictam, fuiſſeq; hanc uocem, & rerum in Italia potientibus Longobardis, & deinde Francis regibus (origine Germanis) Magiſtri Stabuli, ſeu equitum nomen: deinde in proprię Iuriſdictionis appellationem tranſijſſe, ſicut & duces & comites. Spieg. Brodæus lib. 2. Miſcell. cap. 23. Dioctinitas à Marcellino appellatos exiſtimat. Vide eum.

MARE, dicitur omnis aquarum congeries, Gen. j. Maris Rubri (quod Hebræi fide tranſierant, Ægyptijs deuoratis, Hebr. 11.) fit mentio ad fin. l. & ſi non ſunt. de aur. & arg. leg. Sp.

MARGARITA. Romani margaritas appellauerunt uniones, ab eo, quòd nulli duo indiſcreti reperiantur. Margaritam & lapillũ generali nomine uocamus. Nam lapillus gemmarũ & margaritarũ commune eſt nomen, ſubintelligiturq; precioſus. Quod ſi maiuſculi fuerint, precioſi lapides dicuntur. Hæc Calepinus. Verùm, margaritæ Iureconſ. nec lapillorum nomine, nec gemmarum ueniunt. Valla diſſentit ab eis, ſed perperam. nam de proprietate illi loquuntur, ipſe de abuſu & tranſlatione. Vide Alciat. lib. 4. de uerb. ſig. Margaritæ extricatæ pro mundatis & purgatis. in l. ſi ſeruus ſeruum. ff. ad l. Aquil. Legitur magarita pluratiuè apud Vlpi. in l. ſi Græcula. ff. de præſcrip. uerb. Si margarita tibi (inquit) ęſtimata dedero, aut ut talem mihi adferas, &c. Margarita fortaſſe *aivi τ ſ* margaritæ legitur uitio typographorum. Quanquam margarita, tę, & margarites, & margaritum in nominatiuo declinari poteſt. Seruius declinat margaris idis & idos, à cuius genitiuo Græco Latinè formatur margarida. Harum autem originẽ, naturamq; pete ex nono Plin. cap. 34. ut intelligas l. pediculis. ſub finem. De aur. & arg. leg. ubi de elenchis, cylindris & tympanis uocabulis ab Accurſ. incognitis, agitur. Reſtituit in eodem nonnullos uera lectioni eruditiſſ. Bayſius locos, quos apud eum uidere licet, in lib. qui in manu habetur, de uaſculis. A margaritis autem fit margaritarius, id eſt, negotiator margaritarum, & margaritifera, quæ fert margaritas. Anchora.

MARGARITA pluratiuè apud Vlpia. in l. ſi gratuitam. ff. de præſcrip. uerb. Si margarita, inquit, tibi æſtimata dedero: ut aut talem mihi adferas, &c. Sp.

MARGARITA & Margaritas promiſcuè Latini auctores dicunt & à Gemmis & Lapillis ſeparát. l. 19. §. pen. l. 25. §. pen. ff. de aur. & arg. Seruius uerò in 1. Æneid. Gẽmas à margaritis eo ſeparari ait, qđ illæ diuerſi coloris, hæ albæ: uel quòd illæ integræ, hæ pertuſę. Sed enim cùm Margaritorum & unionũ crebra fiat in libris noſtris mentio, non abs re fuerit eorum ortum ſubiectis Ammiani Marcellini uerbis quæ hoc ipſum planum faciunt patefacere. Sic autẽ ille lib. 23. ſcribit, Apud Indos & Perſas margaritę reperiuntur in teſtis marinis robuſtis & candidis, permixtione roris anni tempore præſtituto conceptæ. Cupientes enim uelut coitum quendam humoris ex lunari aſpergine capiunt denſius oſcitando. Exindeq;

indeq; grauidæ edunt minutas binas aut ternas, uel uniones sic appellatas, quòd eius terræ cōchulæ singulas aliquotiens pariunt, sed maiores. Idq; indiciū est ætherea potiùs deriuatione, quàm saginis pelagi hos oriri fœtus & uesci, quòd guttæ matutini roris ijsdem infusæ claros efficiunt lapillos & teretes: uespertini uerò flexuosos contrà & rutilos, & maculosos interdum. Quod genus gemmę etiam in Britannici secessibus maris gigni legiq;, licet dignitate dispari, nō ignoramus. Idem etiam Plin. fusissimè persequitur lib.9. cap.35. Cui & Solinum adde cap.54. Polyhistor. & Atheneum lib.4. Dipnosophist. Et Isidor. lib.16. Etym. cap.x. Inde Tertul. in lib. de habitu mulieb. Sed si quid, ait, de mari Britannico aut Indico ambitio pascatur: Conchę genus est nō dico cum chylio aut ostreo, sed nec peloride gratius de sapore. Ad hoc enim conchas nouerim maris poma. Qd' si concha illa aliquid intrinsecus postulat, uitium eius magis debet esse quàm gloria. Et licet margaritū uocetur, non aliud tamen intelligendum quàm conchæ illius aliqua dura & rotunda uerruca. Briss. Adde Tiraquell. in 3. l. connub. gl. j. parte j. nu.27.

MARGARITARIVS, negociator margaritarum: quarum originem, naturamq; pete ex nono Plinij, cap.34. ut intelligas l. pediculis. sub fin. de aur. & arg. leg. ubi de elenchis, cylindris, & tympanis, uocabulis Accursio incognitis, agitur. Restituit in eodem nōnullos ueræ lectioni, eruditiss. Bayfius locos, quos apud eum uidere licet in libro, qui in manu habetur de Vasculis. Spiegel.

MARINVM & maritimum, interpres, ut apparet ex scholio, confundit. Quod mare incolit, uel qd' ex mari est, marinum: quod uerò mare accolit, uel quod ad mare est: uel quod ad mare fit, maritimum accipiendum. ut apud I.C. in l.2. si quis cautionibus. Tempestatem, inquit, intelligere debemus, siue marina, siue terrestris sit. Spieg.

MARIS appellatione uenit flumen, quia mare quamcunq; aquarum congregationē significat. Bar. in tract. de insula. in prin. & in Euangelio Ioan. ca.6. mare Tyberiadis, cum sit lacus, quem Iordanis fluu. facit, habens urbem Tyberiadē ab occidente in Galilæa, longitudo lacus est XVI. M. passuum, latitudo, sex M. Genesara uocatur seu Tarichea, ab urbe quæ ei est à meridie. Tandem Asphaltitem lacum ingreditur. Neq; solis Hebræis licuit lacus & flumina maris nomine nobilitare, si Seruio fides datur in j. Æneid. in illis uersic.

Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arua sonanti.

id est, inquit Seruius, flumen. quod ut Varro attestatur accolæ mare uocant. Sanè de Timauo loquitur Virgilius: & fontem, inquit, superare Timaui. qd' est nomen fontis & fluuij, qui nouem capitib. exurgēs interfluit, secundū Melam in lib.11. de situ orbis c.4. Forcat. in Necyom. dial.34. num.6.

MARITARE, locare in matrimonium.

MARITIMI mores, pro uarijs & inconstantib. Quemadmodū enim mare, ut inquit Erasmus, nunquam conquiescit, & subinde mutat faciē: ita ferunt, homines maritimos nonnihil ex maris ingenio referre. Spiegelius.

MARITI affectio dicitur in uxorem, uxoris uerò in maritum animus, teste Vlp. in l.5. ff. de bon. damnat. Spiegel.

MARITI lenocinium ipsum onerat, non uxorē excusat. l.j. §. si publico. ff. de adult. Sp.

MARITIS, ad exemplum propinquorum, conceditur quidem ius emēdandæ uxoris: sed certè nō adeò est extendendum, ut domesticam correctionē excedat, & in atrocitatem uertatur. l.j. C. de emend. propinquo. Neq; uerò bonus uir, aut ulli homini in foro profuturus existimari potest, qui domi tam morosus est, ut nec uitę sociam ferre possit fortè per imprudentiam leuiter peccantem. Leuiorum autē uitiorum, propter quæ fuerit uxor emendanda, nō potest certa tradi definitio. Charitas multa condonabit, quatenus fieri potest, sexus fragilitati: cætera iudicabit sobrium mariti ingenium. Old.

MARITO incumbit onus alendi uxorem cū liberis, & tota familia. l. dotis fructus. ff. de iur. dot. l. pro oneribus. C. eod. tit. l. si filia. ff. famil. erc. Old.

MARITVS, propriè à cōtractis nuptijs dicitur: licet pro sponso etiam ponatur. ut in l. non fine. C. de bon. quæ lib. Obseruandum, quòd ex uxoris nobilitate, marit9 fiat augustior hominū opinione. Coruscat enim, ut inquit Bald. radijs uxoris. l.j. Cod. de prępos. lab. lib.12. Vide Alc. in l.j. C. de in ius uoc. Sp.

MARITVS & uxor unum corpus censentur. l.j. §. seruum mariti. ff. de quęst. Domestici uocantur, & socij uitæ, diuini atq; humani iuris cōsortes. l.j. ff. ad Senatuscons. Syllania. l.j. ff. de ritu nupt. l. aduersus. de crimin. expilat. hæreditatis.

MARMORARII qui marmorum in crustas secandorum artem tenent. l.j. de excus. artific. lib. x. C. l.2. eod. tit. in Cod. Theod. & apud Cassiod. lib.1. Variar. epist. ad Agapit. Briss.

MARMORE legato rudis tantùm materia continetur. l.78. §. illud. ff. de leg. lib.3.

MARMORE AB lapidicinæ in lib.7. §. si uir. ff. solut. matrimon.

MARMOREVM metallum l.13. de metall. in C. Theodos. Brisson.

MARMORIS appellatione quid cōtineatur, docet Iurisconf. in l. quæsitum. §. illud. de legat.3. Hinc marmoreum, quod ex marmore est: & marmoratū, quod superficiem tantū ex marmore habet: & marmorariæ laudes, apud Cicer. pro Archia, pro statuis marmoreis in alicuius honorem decretis, ponūtur. Marmorosum autem, quod marmoream formā, uel duritiem habet. Spieg.

MARTE suo, Imp. in l.j. C. ne lic. pot. inquit, causæ discurrant, id est, uiribus suis. Nam ut in Chiliad. noster Erasmus monuit, quoties nullis auxilijs adiuti, nostropte ingenio, proprijsq; uiribus rem peragimus, nostro marte peragere dicimur. Sp.

MARTIA, Catonis filia minor. Quæ quum quęreretur ab ea, cur post amissum maritum denuò non nuberet: respondit, nō se inuenire uirū, qui se magis uellet, quàm sua. Quo dicto ostendit, diuitias magis in uxoribus eligi solere, quàm pudicitiam. D. Hieronym. recenset aliquot matronarum Apopthegmata, lib.1. aduersus Iouinianum. Et Erasmus libro Apophtheg. viij. Spiegel.

MARTIVS mensis. Vide Albericum. Cui illud Ouidij ex 3. Fastor. addi potest:

A te principium Romano ducimus anno,
Primus de patrio nomine mensis erit. Spieg.

MARTYR, Latinè testis dicitur. Vnde nobis martyres, qui fuso sanguine, Christum illum Seruatorem esse testati sunt. horum fit mentio ab Impp. in l.2. & 3. C. de sacrosanct. eccl. quarum uerum intellectum, undequaq; doctissimo Alciato debemus. Impius Vigilantius, omni honore martyres priuauit. Stultus Eunomius, qui, ne cogeretur adorare mortuum, templa martyrum non ingrediebatur. Vene-

randi sunt martyres, non adorandi ut Deus, quemadmodum diuus Hieronymus in Vigilantium disserit. Vetusti ecclesiæ scriptores martyrem etiã appellant, qui nõdum martyrium fecit, sed destinatus est ad supplicium, & illud æquo animo expectat. Vide Io.Fr. Picum in commen.ad 2.Hymnum,& Rhenan. in annot. ad Tertull. Hieron. in uita Hilarionis usurpat pro monumento aut sacello martyri dicato. Sp.

MARTYRBION, templum martyri sacrum, dicatum l.generale. C.de sac.sanct.eccles.

MAS dicitur, quòd fortior ac generosior sit. A' mare masculus diminutiuè, qui non potest significantius exprimi & demõstrari, quàm per sexum, dicendo uirilis sexus: quæ, quod sit debilior uox, ad excludendas fœminas, contra naturam & uim uocis est, ut docet Salomonius in Commentario ad l. Gallus. non temerè dissentiens ab omnium sententia, & in scholis, & iudicijs recepta: nempe ea, tradiderunt, esse eiusdem significationis hos sermones, Stipulari pro descendentib. uirilis sexus, & descendentibus per uirilem sexum, & descendentib. per lineam masculinam: quòd his casibus ueniunt fœminæ ex maribus descendentes, & non masculi ex fœminis. Diuersum autem esse, si dixeris, pro descẽdentibus masculis, quòd non fœminæ, sed solum masculi continentur. Quod Castrensis quoq; locum habere putat, si dixeris, Ex linea, seu de linea masculina. Nunquam igitur, Salomonius ait, fatebor, ex significato uerborum, non idem esse dicere, uel stipulari, pro descendentibus, seu liberis uirilis sexus, & liberis masculis: imò plenius dicimus, uirilem sexum ꝙ masculos. nam solo sexu mares à fœminis discernũtur, & nominantur. Mas enim dicitur, quòd fortior & generosior sit, ut iam dictum est. Tametsi masculus non semper sexus est, sed interdum quicquid uegetum ac robustum est, masculũ dicitur. Vide Non. Marcellum. Obseruandum uerò, sub masculi uocabulo fœminam nonnunquam contineri, ut not. in c. Rainaldus. & ibi. Abbas, de test. Itaque feudum masculinum, ein mannlich lehen, ad fœminas extendi nequit. Spiegel.

MASCVLINVM regulariter concipit fœmininum. l.j. cum simil. ff. de uerb. sig. Sed hæc regula recipit multas declarationes. inter alias limita, nõ procedere in officijs. ita singu. Bald. in c. ad audientiam. el.j. in ult. q. extrà de rescript. ex quo infert, quòd si testator dixit, relinquo fratres meos executores mei testamenti: nõ intelligitur de sororibus l. cuius bonis. ff. de curat. fur. quia fœmina habet inualidum consilium. Sicut etiam de pupillo dicendum est, qui habet consilium imperfectum. l. ulti. C. de leg. tut. & hoc dictum Bal. pro sing. approbat D. Ias. in l. si quis id quod. in iij. col. in iiij. limi. ff. de iur. omn. iudic. ubi latè tractat istam materiam. & Dec. in l. 2. col. pen. de reg. iur. Ias. ubi putat singul. in l. ex facto. in princ. in pen. col. de uulga. & pupill. Et ideo dicit alibi eleg. Bal. in l.j. in ult. colum. C. qui adm. quòd mulier licet affinis, non potest consentire alteri mulieri contrahenti, stante statuto quòd in contractu mulieris requiritur consensus affinis: quia consilium propriè est uirorum. de qua ultima decisione scripsi infr. in uerb. Statutum requirens in contractu. Hinc est. quòd mulieres non possunt esse de consilio, neque interuenerunt in condendis legib. uel statutis: secũdum Doct. in l.j per illum text. ff. de legib. ubi etiam Bar. qui magis in specie colligit argumentum, quòd usus mulierum non inducat consuetudinẽ: quia lex & consuetudo æquipollent. l. de quib. ubi latè scrib. eo. tit. quod ult. sequitur. & not. Ludo. Roma. singu. 44. ad hoc. & D. Maria. Soci. cons. 7. nunc quæsitorum, col. pen. uers. circa 2. lib. 1. post Abb. cons. 53. attingendo. circa prin. lib. 2. Cott. Adde Tiraq. cõmen. in 1. l. connub. gl. j. partem primam.

MASCVLINVM comprehendere fœmininũ, non est perpetuum, præsertim in pœnalibus & odiosis. Nam in illis regulariter fœmina sub mare non intelligitur, nisi delictum, uel actus sit indifferens, qui æqualiter possit committi per mulierẽ sicut per uirum, quia tũc sub masculo fœmina intelligitur. Qua de re pluribus Bart. in l.j. de uerb. sign. & Iason multo latius in l. à iud. C. de iud. tractand. Sp.

MASSA, id est, pila argenti legata, scyphi ex ea facti debentur. Eius causam habes in l. lana. in fin. & l. quæsitum. §. illud. de legat. iij. Propriè dicitur farina omnis ad pinsendum macerata, & aqua subacta. Spiegelius.

MASSA, rudem materiam auri, argenti, æris, significat. l. x. §. si massæ. ff. quibus modis ususfruct. amit. l xix. & l. 52. §. si quis massam. ff. de fur. l. 7. §. cùm quis. ff. de adqu. rerum dom. l. xxvij. in fin. ff. de aur. arg. l. pen. ff. pro soc. l. 3. §. ult. ff. de rei uind. l. 88. ff. de leg. lib. 3. l. 44. §. si pocula. ff. de leg. lib. j. l. ix. §. si quis rem. ff. ad exhib. Briss.

MASSARICIAE, uocabulũ è uulgi triuio sumptum, ut pleraq; eius notæ apud doctores reperiuntur, Bartolo dicuntur supellectilia ad domum pertinentia: quod & alicubi Zas. indicauit.

MASSAS auri olim Romanis Imperatorib. quasdam prouincias pensitare solitas, uir doctiss. Beatus Rhenan. ad Tertull. adnotauit. Sp.

MASTI, fistulæ sunt. Vitruu. lib. xij. Vbi Athenis ex huiusmodi locis & fontibus masti, usq; ad portũ Pyrenæum ducti sunt salientes. Varr. de re rustic. papilas uertit, Cassiod. ubera. Dum quanto, inquit pulchrius est, Claudiam aquam per tot sicca montium iuga, lauacris & domibus liquores purissimos, fistularum uberibus emisisse. Alciat. in l. eos qui aquę. C. de aquæduct. lib. xj.

MASTLES nuncupatur, ait Rhodigin. qui nil firmum meditatur, nil stabile: unumq; dicit, mox aliud facit. Spiegel.

MASTIGOPHORI, lictores qui uirgas in sacris certaminibus ferebant, quibus turbam summouerent. Arcadius l. ultim. §. j. ff. de munerib. Mastigophori quoq; qui Agonothetas, in certaminibus comitantur, & scribę magistratus personali muneri seruiunt. Iulius Pollux μαστιγονόμοι ferè, à Xenophonte quodam loco μαστιγοφόροι appellari tradit. Hot.

MATARIS teli genus, paulo quã lancea minus: cuius Sisenna apud Nonium meminit, Cæsar libr. j. de bello Gallico. Et è loco, inquit, superiore in nostros uenientes tela conijciebant, & nonnulli inter carros rotasq;, mataras ac tragulas conijciebãt. Mazacis apud Hesychium est hasta Persica, cuius tamẽ formam non exprimunt auctores. Turnebus lib. aduersar. ix. cap. 7. Materas in Cæsare legundum censet, ita autem uocabatur iaculum lingua Gallorum, ut scribit Strabo: uideri autem potest nomen Gallicum, quo sagittam capitatam hodie appellant.

MATER, quæ quoduis animal partu edit, autor Nonius. Nostri interdum hoc nomine etiam auiam accipiunt, licet impropriè. Vide Bart. in l. liberorũ. ff. de uerborum signific. Spieg.

MATERFAMILIAS appellatur ea solùm, quę in mariti manu, mancipioq;, aut in eius, cuius maritus, manu mancipioq; est. Quoniam non in matrimonium

monium tantùm, sed in familiam quoq; mariti, & in sui hæredis locum uenisset. Porro matremfamiliâs neque nuptiæ, neque natales faciunt, sed pudicitia, & boni mores. Alciat. de uerborum significat. Lege, Vxor iusta. Spieg.

MATERFAMILIAS olim quid à matrona differret, infrà sub uoce Vxor explicauimus. nunc aût admoneri illud opus est, in Pandectis matremfamil. & Matronam pro eadem usurpari, hoc est, pro muliere lecta, pudica & honesta, siue ea uidua esset, siue nupta. placet etiam ut illud Festi ad idem tēpus pertineat: Matronas appellabant eas ferè, quibus habēdi stolas ius erat. Sed quod de Matrefamil. idem scribit, ad antiquorum consuetudinem referendum esse, posterius eodem loco docebimus. nunc promiscuè uerbum utrunq; usurpari, demonstrandū est. Cicero pro Cælio, Petulanter facimus, si matremfamil. secus, quàm matronarum dignitas postulet, nominemus. Quo in loco matronam omnem appellari Cicero significat, quæ bona & honesta existimatione est. Marcellus in l. probrum, 41. ff. de rit. nupt. Si qua se in concubinatu alterius, quàm patroni tradidisset, matrisfamiliâs honestatem non habuisset. Vlpianus autem in l. sic uxor, 13. ff. de adult. Si modò ea sit, quæ in concubinatu se dando, matronæ nomē non amisit, utputa quæ patroni cōcubina fuit. Plautus Cistellaria, Matronæ magis cōducibile est istuc: mea Silenium, Vnum amare, & ætatem cum illo exigere, cui nupta est semel. Verùm enim meretrix fortunati est oppidi simillima, Non potest suam rem obtinere sola, sine multis uiris. Idem in l. item apud, 15. §. si quis uirgines. ff. de iniur. Multo minus, si meretricia ueste fœminę, non matrumfamiliarum uestitę fuissent. si igitur non matronali habitu fœmina fuerit, & quis eam appellauit, uel ei comitem abduxit: iniuriarum tenetur. Vlpia. l. pronuntiatum, 47. ff. de uerb. sign. Matremfam. accipere debemus eam, quæ non inhonestè uixit. matrem enim familiâs à cęteris fœminis mores discernunt atq; separant. proinde nihil intererit, nupta sit, an uidua: ingenua sit, an libertina. nam neq; nuptiæ, neq; natales faciunt matremfam. sed boni mores. Idem l. 3. in fine. ff. de lib. exhib. Cùm audis, inquit, Matremfamiliâs, accipe notæ auctoritatis fœminam.

MATREMFAMILIAS accipimus eam, quæ non inhonestè uiuit: nec interest nupta sit an uidua, ingenua an libertina. l. 46. §. j. ff. de uerbor. sign. l. 3. §. ult. ff. de liber. exhib. l. 41. ff. de ritu nupt. l. xxix. Cod. ad l. Iul. de adult. l. x. ff. eod. tt. l. xv. §. si quis uirgines. ff. de iniur. Festus tamen lib. 11. hoc nomine eam, quę uidua est, contineri negat. Cicer. planè in Topic. Matresfam. ait esse, quæ in manum conuenerunt, quomodo in l. j. ff. de concubin. accipi uidentur. Eoq; à Matrona matremfam. differre Gellius lib. 18. cap. 6. tradit, Quòd matrona sit, quę in matrimonium cum uiro quoquomodo conuenerit, Materfa. uerò ea sola, quę in mariti manu mancipioq; sit. Quæ eadē uerba Seruius in xj. Æneid. transcripsit. Nonius autem dum hanc ipsam differentiam exponere studet, errore se obruit, nisi ille in posterioribus uerbis mendosus est, perinde uti est in eo quod pro matronæ nomine, Marcum Tullium impresi codices scriptū habent. Enimuero matronam, ut & matremfam. notæ auctoritatis spectatæque honestatis nostri auctores accipiunt. l. 13. ff. de adulter l. j. §. omnem. ff. de iniur. l. j. §. & notandum. ff. de uent. inspic. Id quod Festus quoq; lib. xj. significat, cùm ait matronas appellatas eas ferè, quibus stolas habendi ius esset. Vnde Matronalis habitus in l. 15. §. si quis uirgines. ff. de iniur. De quo lib. j. Select. antiquit. abundè diximus. Nūc ad matremfam. redeamus. Matresfa. certè dici constat, quæ suæ potestatis sunt. l. 41. ff. de his qui sunt sui, uel al. iur. l. xxx. §. j. l. 34. ff. solut. matr. Eaq; ratione etiam uirgo Materfam. appellabitur, si morte patris uel emancipatione sui iuris facta sit, quemadmodum etiam pupillus paterfam. probè dicitur. Quod & Tertullia. in lib. de uirginib. ueland. ita scribit, Materfamiliæ uocatur licet uirgo, & Paterfam. licet inuestis. Briss. & Connan. lib. 8. cap. 3. num. 2 & 3.

MATERFAMILIAS quæ dicatur. Si Nonio credimus, eam duntaxat uxorem matremfamiliâs ueteres dicebant, quæ sæpius peperisset. Quo sensu matremfamiliâs definiuit etiam Festus: Materfamiliæ, inquit, non antè dicebatur, quàm uir eius paterfamilię dictus esset. Nec possunt hoc nomine plures in una familia præter unam appellari. Sed nec uidua hoc nomine, nec quæ sine filijs est, appellari potest. Ciceronis tempore hac uoce Materfamiliâs latius paululum usus est populus Romanus: omnesq; fœminas quæ in manum conuenerant, matresfamiliâs appellabant, etiam antequam peperissent, etiamsi in parentum essent potestate. Hinc illa coemptionis antiqua formula: Vis mihi esse materfamiliâs? Idipsum testatur expressè Cicero in Topicis: Genus, inquit, est uxor, eius duæ formę: una matrumfamiliâs, hæ sunt, quæ in manum conuenerunt, altera earum, quæ tantummodo uxores habentur. Eoq; arbitror Gellium respexisse lib. xviij. cap. 6. cum ait, matremfamiliâs appellatam esse eam solam, quæ in mariti manu mancipioque esset: quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoq; mariti, & in sui hæredis locum uenisset. Denique iurisconsulti non speciei amplius, sed generis loco matrisfamiliâs uocabulo usi sunt. Illi enim genere quodam, non in manus solùm conuentiones, aut natales, sed honestatē etiam matremfamiliâs facere definiuerunt. capit. iij. in fin. de lib. exhib. cap. xv. §. undecimo. de iniurijs. capit. xlvj. §. primo. & cap. cxcv. §. primo. de uerbor. signific. Adeo quidem, ut uiduas, libertasque patronorum concubinas, puellas, quæ sui iuris sunt, & omnes notæ auctoritatis fœminas etiam matresfamiliâs appellarent, cap. xlj. de ritu nupt. capit. iiij. de his qui sunt sui. cap. xxx. §. primo. capit. xxxiiij. solu. matrimon. cap. iij. in fin. de lib. exhib. Idque nec Tertullianus uisus est ignorasse, cum sic in lib. de uirginib. ueland. scriberet: Materfamiliæ uocatur licet uirgo, & paterfamiliæ, licet inuestis. Proinde quis est, qui non intelligat, quam hi incōsultè & iniquè fecerint, qui Nonium, Festum, Gellium, & ipsum etiam Ciceronem ignorantiæ lapsu notare non uerentur? Ræuard. Varior. lib. 4. cap. xij. Adde Tiraq. comment. in 4. l. connub. glo. j. partem 4.

MATER, & materfamiliâs separantur. Nam eam matremfamiliâs adpellamus quæ sui iuris est l. pronuntiatio. §. familia. ff. de uerb. sign. cum simpliciter matrem dicimus, eam ad filios referimus, quæ & in aliena potestate, putà patris esse potest, ex Antonij Augustin. lib. sing. ad Modestinum l. 2. ff. de excusat. cuius sententia uera est, quicquid superius ex Old. diximus. Prat.

MATER matrima illa dicitur, quæ cum mater sit, adhuc habet matrem uiuentem: sicut patrimi, & patrimes, quorum patres uiuunt. Sp.

MATERIA, generaliter dicitur, ex qua aliquid fit. l. 7. §. cùm quis ex aliena. ff. de adqui. rer. dom. Materiam itaque propriè rudem & informem accipimus.

mus, & operi faciundo destinatam. Sed & Materiã à Ligno Iureconsulti separant: hoc uocabulo ea, quę comburendi causa parata sunt, significantes: illo uero ea, quæ ad ædificandum fulciendumque adcommodata sunt. l. 55. de legat. libro primo. l. xij. ff. de usufruct. l. clxvij. ff. de uerborum significat. l. xviij. §. si quis cauerit. ff. de pign. act. l. xlv. §. penultimo. ff. de iur. fisc. l. xiiij. §. primo. de pericul. & commo. l. xlvij. ff. de actio. empt. Vnde legata materia nauis, arca, armariúmue ex ea factum non uindicabitur. l. 57. l. 88. ff. de legat. libro 3. Pali certè & perticæ in numerum materiæ rediguntur. l. 56. ff. de leg. lib. iij. l. clxviij. ff. de uerborum significat. Brissonius. Sic Iuriscons. in l. urbana. ff. de uerborum significat. materiam uocat cæmenta, lapides, tigna & cæteras res, ex quibus ædificia fiũt, ut sit sensus, urbana prędia à rusticis materia, qua res constat, discerni non loco. Donellus de pignor.

MATERIA in l. 198. ff. de uerborum signific. pro qualitate & genere usus accipitur, ut patet ex l. 166. ff. eod. tit. & l. 16. C. de præd. minor. Brisson. & Connanus lib. 4. cap. x. num. vij. Item lib. 4. c. j. nu. 7.

MATERIA est, ex qua species fit, & sine qua species esse non potest. l. adeo. §. cum quis. ff. de acquir. rer. dom. Et ubi hæc non est, nec materiatum adesse potest, secundum Bal. in Auth. Offeratur. post prin. C. de lit. contest. qui allegat l. qui res. §. arenam. ff. de solut. l. quæsitum. §. illud. ff. de legat. 3. Et malè materiatum dicitur, quod compositum est ex mala materia, ut ædes ex lignis non cæsis tempestiuè. Sp.

MATERIA propriè dicitur, ait Nebris. circa quã uersatur faber tignarius, siue lignarius. Paul. de peric. & com. rei uendit. l. quod si. Neque materia empta si furto perisset. Alciat. Materia est, inquit, unde quid conficitur, ut in scypho metallum, in cõtractu consensus. Substantia, per quam materia in certam speciem deducitur: ut in uasis uel uestibus artificiũ, in emptionis contractu precium. Forma, quæ certæ illi speciei nomen dat. Solennitas actui perfecto extrinsecus accedit: ut autoritas tutoris in pupillorũ, agnati consensus in mulierum contractibus. Item materiæ appellatione ligna omnia comprehẽdi, qđ Græci ὕλω, & syluam, & materiam uocent, alij monuerunt. Materia autem omni legata, nec arca, nec armarium continetur. l. seruus. j. uer. de leg. 3. Spieg. Adde Brechæum in l. Carbonum. in titu. de uerb. & rer. sign. & Taboet. in Topico milit for. & leg. discip.

MATERIA facta, infecta, signata. Vide l. si in rẽ. §. Octauenus. ff. de rei uend. Sp.

MATERIA, pro tractatu super re, uel facto quopiam. Alb. citat l. j. ff. si pars hæred. pet. Sp.

MATERIA & causa omnium actionum colligitur partim ex dominio rerũ, uel ex iure quod in rebus asseritur, ut in uendicationibus partim ex obligatione dictorum, factorúmue, sicut in condictionibus iuxta mentem Imp. in §. omnium. in prin. Instit. de action. Spieg.

MATERIALITER, ut uocant, & demonstrationis solius causa, pleraq; à Iurecoss. poni, adnotarunt Apellus. & Alciat. Hic cap. ult. 2. Parẽrg. simili modo declarat interdicta posita ubi defendit, quod scitu pulchrum est, receptam Doctorum nostrorũ, à primæ uocis initio, adducendi responsi consuetudinem. Spiegelius.

MATERIAM succidere quantum ad uillę refectionem satis sit. Vide Vlp. l. arbor. ff. de usufr. Sp.

MATERIARII, à Tertulliano eleganter dicti sunt, adnotante Rhenano, qui negabant Deũ: quod tũ nos uerè profitemur, oĩa ex nihilo protulisse. Sp.

MATERIARIOS dicere possumus eos, quos uulgo hodiè & nostrate lingua Carpentarios nominamus: quos etiam Caius lib. 3. ad leg. XII. Tabu. fabros tignarios dicit: sed non eos duntaxat qui tigna dolarẽt, sed omnes, qui ædificarent. l. ferri. §. fabros. & cætera. Brechæus. l. tigni. ff. de uerborum & rerum signification.

MATERIARI, id est lignari, & materiam ad munitiones faciendas cædere: Siquidem materia propriè ea uocatur, ligna quæ structuris seruiunt.

MATERTERA matris sororem significat. l. ult. §. amita. ff. de gradib. & adfin. l. pen. ff. de leg. tut. quasi mater altera, ut Festus lib. xj. scribit. Briss.

MATERTERA magna, auiæ soror est. l. j. §. 4. & l. ult. §. matertera. ff. de gradib. Atq; hoc loco obiter Festi uerba restituemus, qui uulgo ita habet, Matertera patris & matris mihi magna mater est. cùm legendũ sit, mihi magna matertera est. Matertera maior, proauiæ soror est, patris uel matris matertera magna. Maxima rursus abauiæ soror patris uel matris matertera maior, ut in superioribus locis traditur. Brissonius.

MATHEMATICVS. In tit. de maleficis, & mathematicis. lib. j. C. Mathematici hi dicuntur, nõ qui honestissima mathematum studia docent, sed qui diuinationibus, & aruspicinis homines ludificantur, ut genethliaci, astrologi, Chaldæi. Quorum ars iure nostro improbata est, ut naturas hominum ex uultus inspectione pronuntient. Magicos quoq; & mathematicos Plinius & Cicero impugnant, & de his Vlpianus sentire uisus est, cum incantationem, aut imprecationem, aut exorcizationem, non esse medicinæ genera de uarijs cognitionibus dicit, tametsi quidam ait, qui hac arte utentes sibi profuisse cũ prędicatione affirment. Nescio tamẽ qua arte id, quod de Vespasiano (ut legitur) actum fuerit, ut cuidam è plebe luminibus orbato oculos inspuendo pro concione restituerit, & crus alterius debile calce contingendo cõfirmauerit, cum hæc à Deo, aut Dei nomine, dũtaxat fieri possint, ut à quatuor historicis, q. facta gestaq; Christi scripserunt, memoriæ traditum est. Anchora.

MATHEMATICI. Artem mathematicã minus ꝓpriè Imp. nominauit artẽ prædicendi, & quã Persę Magiã uocarũt. Sic etiam Constantin. ĩ. in l. etsi, qui eas artes ꝓfitentur, Mathematicos dixit, cũ propriè Mathematica uocẽtur illæ quatuor disciplinæ, Geometria, Arithmetica, Musica & Astrologia: quib. nihil esse illustrius in eodem loco affirmat Cicero. Hæ solæ disciplinæ perspicuè discuntur, & per demonstrationem percipiuntur, & qui eas profitentur, Mathematici uocantur. Nam Gell. lib. j. c. 9. ita scribit, hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοί, scilicet ab ijs artibus, quas iam discere atque meditari inceptauerant. Quoniam Geometriam & Gnomonicam, Musicas, cæterasque item disciplinas altiores μαθήματα ueteres Græci appellabãt: uulgus autem, quos gentilitio uocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit. In ea pariter significatione uidetur accipere Iuuenalis Satyra 14.

Nota Mathematicis genesis tua.

Quamuis Ioannes Britannus, quem sequitur Dominicus Nanus Mirabelli9, aliter arbitretur. Verũ causæ, cur hæ artes prohibeantur, pulchrè exprimũtur ĩ. in l. eorum, quæ etiam habetur in Cod. Theod. sub eodem tit. Ferrand. lib. 2. Explicat. in l. 2. de malefic. & mathemat. cap. xiiij.

MATRI-

MATRICARII in Nouella xiij. quæ est de Prętore plebis. Hoc uerbum in notis quibusdam uetustis ad Iuliani Patricij Epitomam sic expositum inueni, Matricarij dicuntur illi quos uidemus ad incēdia currentes & portantes spongias cum ferramentis & alia per quę possunt de pariete in pariete transire & ita incendium extinguere. Briss.

MATRICES aquarum, Albericus indicat pro fistulis poni, in l eos. C. de aquæduct. lib. xij. Erant etiam matrices libelli, in quibus Cæsareo fisco pensitantes descripti continebantur. Habebant & nomina militum inscripta matrices, siue matriculæ, per diminutionem. cuius uocis frequens est mentio in posterioribus lib. C. Vnde & matriculariorũ uocabulum. Præterea matrices, urbes Latinè dicuntur, quas Græci Metropoles appellant. Quinetiam matrix, uterum, & quod Græci μήτραν uocant, significat. Item nutricem pullorum, apud Colum. Et generaliter quamcunq; educatricem. Item coturnicũ ducem, quem Græci ὀρτυγομήτραν appellant, transtulit Gaza matricem. Vide Alciat. in l. eos qui aquę. C. de spectaculis. lib. xj. Spieg.

MATRICIDA, Orestes, qui flammeus & excandescens emancipatam & addictam Ægisthi libidini matrē Clytemnæstram cũ Ægistho, qui patrē Agamemnonē obtrũcasset, furialiter interemit. Prius appellatus quod patris necē iustè sit ultus. Ioan. Bapt. in comment. Panegyric. Sidon. Apollon. &c.

MATRICVLA pro catalogo, descriptione, indiceque ab Impp. usurpatur. l. 3. de agentib. in reb. lib. xij. C. l. 13. C. de aduoc. diuers. iudicior. l. 10. de cohortalib. lib. x. C. l. pen. & ult. C. de commeatu lib. xij. Matriculæ militares pro numeris. l. 16. C. de test. milit. utitur hoc uerbo Modest. in Epitom. de re milit. Matricularij, Oeconomi Ecclesiarum appellantur, quos nunc Ma guill er uocamus. Aimonus Monach. lib. iiij. de gestis Francor. cap. xxxiiij. Prædia uero tam innumera fratribus in eodē loco deo famulantibus, siue matricularijs ecclesiæ contulit, ut deuotio animi eius plurimis admirabilis esset. Et in libro ueteri formularum: Nos in Dei nomine Matricularij Sancti Martini, dum mane ad hostia ipsius ecclesiæ obseruanda cōuenissemus, ibi infantulum sanguinolentum inuenimus. Briss.

MATRIMONIA secundum naturam esse, ostendit Lex, NON MOECHABERIS, ut unusquisque habeat suam, retineaturque in uoluptatibus modestia quædam & certitudo. Vagi enim concubitus, incertam facerent de sobole opinionem, eleuarentq; curam alendi partus. Olden.

MATRIMONII contractus, inter omnes longè est saluberrim9, quo solo humanũ genus (quoad Deo placuerit) pulchro cōseruatur ordine ac propagatione. Proinde nulla res est, in quam legislatores, iuris singularis beneficia tam liberaliter contulerint, atque hæc matrimonialis: omnem captantes occasionem, ut huic sacrosancto contractui nihil obstaret, ad replendas ciuitates liberis hominibus. Oldendorpius.

MATRIMONIO quantum tribuerint olim, Lex xij. Tabularum ostendit, quæ cœlibem uitam prohibet, nuptiasq; præcipit, secuta Platonem qui à trigesimo anno usque ad annum trigesimumquintum ducendam esse uxorem putauit, alioquin puniendum esse matrimonij contemptorem. Et cum hęc lex à quibusdam iniquitatis incusaretur, responsum est a Censoribus: Naturam sicut nascendi, ita gignendi procreandique legem præscribere. Rectè quidem illi. Nam naturæ autor Deus, creato homine dixit: Crescite & multiplicamini. Olden.

MATRIMONIVM appellatur uiri & uxoris coniunctio. l. 1. §. 3. ff. de iustit. & iu. Ex eo autem dictum quibusdam uidetur matrimonium, quòd propterea nubat mulier, ut mater fiat, quemadmodum Augustinus libr. xix. contra Faustin. scribit, quod & Accursius docet matrimoniũ ideo dictum esse quasi propterea nubat mulier ut mater fiat: At Gregorius in capitulo ultimo, de conuersione infidel. datũ hoc laboribus, quos in partu mulieres sufferunt, tradit, ut ab ipsis potius, quàm uiris, eorum coniunctio nomen accipiat. Brisson. Infans enim materno magis indiget solatio quam paterno, & matri in partu dolorosus, & post partum dolorosus existit. cap. secundo, de conuers. infidel. Abbas Panormit. quasi matris munium id est officium ineptissimè dici putauit. Rectius Aulus Gellius lib. 17. capit. 6. Enimuero (inquiens) idonei uocum antiquarum enarratores tradiderunt matronam dictam esse propriè quæ in matrimonium cum uiro conuenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi sibi liberi nondum nati forēt, dictamque ita esse à matris nomine non adepto iam sed cũ spe, & omine mox adipiscendi: unde ipsum quoque matrimonium dicitur: De quo latius Connanus libro octauo, capit. 3. num. 2. Quandoque Matrimonium significat rem relictam à matre, sicut patrimonium rem relictam à patre, ut Suetonius in Augusto cum pleriq; equitum attrito bellis matrimonio spectare ludos è quatuordecim non auderent, &c. ubi Matrimonium interpretatur Connanus bona materna lib 3. cap. 2. nu. 8.

MATRIMONIVM autem est diuini & humani iuris cōmunicatio inter uirũ & fœminā, indiuiduā uitæ cōsuetudinem continens. §. 1. Inst. de pat. potest. & l. j. ff. de ritu nupt. per diuinũ ius accipiuntur sacra, quæ cuiuslibet familiæ olim propria fuerāt. Nos autem ueram pietatem & ius naturæ, per sacra intelligere possumus in foro Christiano, Old. Indiuiduam uitæ consuetudinem intellige non aptā diuidi, quātum ad affectionem attinet, licet quandoq; actu diuidatur iure permittente, puta per diuortium l. j. de diuort. & repud. Bellonus.

MATRIMONIVM dicitur à Iasone cōtractus bonæ fidei in §. fuerat. Instit. de act. præterea species seruitutis est l. 2. ff. de lib. hom. exhib. Et ꝓpriè quod dura sit seruitus dicit Bald. in l. bonæ fidei. ff. de reb. creditis. quia maritus non dicitur habere plenam sui corporis potestatem. c. diuersis. ext. de cler. coniugat. Spiegelius.

MATRIMONIVM hominum longè aliud est quàm brutorum coniugium: ut Dionysius Halicarnas. inquit, εἶναι τὴν διαφορὰν ἱκανὴν ἐν τοῖς ἀνθρώποις μόνοις, καὶ κοινωνίας, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ζῶα ... μίγνυται, ὁ δὲ ἄνθρωπος τάξιν τινὰ καὶ νόμον ... τοῦ γάμου, &c. Balduin. tit de iure nat. gent. & ciuil.

MATRIMONIVM aliud iustum est, aliud iniustũ. Iustũ quidē, quod iure & licitè, iniustũ uerò qđ iniustè in fraudem legũ Romanorũ contrahebatur, &c. Ræuard. l. nuptias non concubitus. ff. de reg. iur.

MATRIMONIVM putatiuũ dicitur, quando seruus cum libera, uel libera cum seruo, uel consanguinei ignorātes in gradu prohibito cōtrahunt matrimonia. Nam cōperto errore, cōperto impedimento, iam matrimoniũ diremptũ est: unde dicitur matrimoniũ putatiuũ, sicut homo pictus, ut Zasius noster tradidit, in iam allegato §. Instit. de action.

MATRIMONIVM, coniugiũ, connubium & nu-

nuptiæ,pro eodem ferè usurpantur. Matrimonium, ut diuo Augustino placet,dictum est, quòd fœmina ob id potissimũ nubere debeat,ut mater fiat. Matrimonij uocem latius patère,quàm matrimonij sacramentum,Theologi demonstrant. Constat autè, matrimonij institutionem omnium antiquissimam esse,& Deum autorem referre. Gen.ij. Præterea negotium matrimoniorũ, atq; fata pẽdere à Domino, & promoueri. Gen.xxiiij.Sp.

MATRIMONIVM inuito patre uel matre, neque iure naturali & diuino,neque ciuili,neq; Pontificio ualet,quanquam Doctores communiter diuersum tradant.Iustinianus, Institut. de nupt. in princ. Paulus in l.ij.ff.de rit.nuptia.Romanus Pontifex Euaristus,xxx.q.v.ca.j.Apostolus ad Corint.Old.

MATRIMONIVM, Dos, & dotis actio potest esse sine copula carnali,ut uxor uirgo sit.l. Denique Cinna.& l.seq.ff.de rit.nup. Accedit hoc ad religionem nostram. Oldendorp.

MATRIX Ecclesia, quæ dicitur matrix: quia sicut mater generat:sic & illa regenerat per baptismũ. Dicitur maior, & baptismalis Ecclesia. gloss. in Cle. 1. de sentent. excommunicatio.Io.Bello.Etymol.

MATRONA,inquit Festus, cui ius erat stolę ferendæ.Cic. Philipp. 11. Sed citò Curio interuenit, qui te à meretricio quæstu abduxit, & tanquã stolã dedisset,in matrimonio stabili & certo locauit.Hot.

MATRONA: Rectè reprehensus est inquit Cõnanus lib.8.cap.3.nu.2. Helius Melissus, qui Matronam definiebat esse, quæ semel peperisset,matremfamilias quæ sæpius. ut Sus quæ semel procreasset Procetra, quę iterũ & sępius Scropha nominaretur.

MATRVELIS,ex matris meę fratre natus.Marcianus l.1.ff. de Leg. Pomp. de parricid. Si quis patrẽ,matrem,auum,auiam,fratrem,sororem, patruelem,matruelem occiderit.&c,Hot.

MATRVELIS, idẽ quod matertera. Et Matrueles dicuntur filij & filiæ materteræ. in l. j. ad Legem Pompeiam.Spieg.

MATVLA uasis genus est, ad urinam & aquã tenendam. Proinde mundo muliebri continetur, ut scripsit Vlp.in l.argumento.§. mundus. ff. de aur. & arg l alio nomine matella & matellio dicitur. Plautus in Amph. Nec tu postulas matellam unam tibi aquæ infundi in caput.Martial.

Dispeream si tu Pyladi praestare matellam
Dignus es.

Inde à matula fit diminutiuũ matellio. Varro de uita patrum: Postulasset trulleum, matellionem, peluim. & de his etiã diximus suprà in dictione Argento facto. & in dictione Scaphia. & meminit etiã Põpon. secundum eam lectionem quam nos restituimus,in l.etsi nõ sunt.§.j.ff.de auro & arg.leg. Cotta.

MATVRA mulier nõ dicitur, quæ minor est xij. annis.l.cum hic status.§. si quis sponsam. ff. de Donat.int.uir.& uxor.Sp.

MATVRARE,non est abbreuiare,sed accelerare, ita ut adhibeatur industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas. Cætera apud Ferrarium in.§. his igitur. Instit.de Iust.& Iur.Spieg.

MATVRE fieri dicitur,iuxta sententiã Cæs.Augusti,quod nec citius fit, nec serius, ita ut per hæc (ut ipse dicere solebat) tarda acceleratio exprimatur.Id quod Seruius & Donatus super Aeneide Virgilij,& alij tradiderunt. Hoc & Bald. sentit in l.ij.§.si quis tamen.ff.si quis cautionem.Sp.

MATVRI fructus propriè dicũtur, qui neq; crudi,neque mites,neq; caduci, neq; nimium cocti, sed in tempore temperati proueniunt, ut in l. Iulianus. §.si fructibus.ff. de Act.empt.§.is uero ad quem. Instit.de rer. diuision.Spieg. Quare hoc scias (maturè dictionem) semper properationem quandam habere in se, modo tamen remissiorem, modo concitatiorem. Remissiorem:ut quando Virgil. inquit, cœlo properanda sereno Maturare datur: Vehemẽtiorem,cũ inquit, Maturare fugã. quãuis aliter exponat Sipontinus. quẽ merito irridet Doletus. Vide Gellium lib.10.cap.11.Macrob.lib.7.cap.8.

MATVRISSIME, quo superlatiuo utitur Papinianus in l.aliquando.de Offic. Proconsl. Tardissimè opponitur. Dicitur etiam maturimè, per cõtractionem,celerrimè. Sp.

MATVRVM, item Maturitas, per trãslationem de alijs quoq; dicuntur. ut maturus homo, maturũ supplicium apud Cic.matura uiro uirgo, apud Gellium: maturitas mentis, maturitas temporis, apud decreta pontificũ, Specul. tit. de Aduocat.§.v. uers. Cum autem maturi uiri iudicium colligit.uultu,gestu,uoce.Spiegelius.

MATVRVS quis tripliciter ostenditur, uultu, gestu,uoce. Spec. in tit. de aduo. § v. uer. Cùm autem. Oldendorp.

MAXIMA capitis diminutio. Vide,Peregrini.

MAXIMA munera quæ sint, uide Cod. de Veteran.lib.xij.

MAXIMÆ & grauissimę usurę appellatione cẽtesimam nostri significant l. Qui sine.ff.de neg. gest. l.Non existimo ff. de adm.tut. Vlpianus autem in l. Tutor qui repertorium §.Idem solet ff.eod. tit. grauissimam eam appellat Hotom.lib.1.de usur.cap.7.

MAXIME, dictio implicatiua casus etiam non expressi,ut in l. sunt qui. & l. cum ex causa.ff. de Re iud.de eius efficacia cùm Alb. tũ interpretes, multa, quę grammaticos latent:ut uocum magis,quàm rerum significationis peritos. Porrò Gloss.in l.mox citãda,indicat hoc uerbũ maximè, aliquãdo abundare in Iure.allegat bonum text.in l.fi.§.fi.C.de Testã. Manum.cum dicit,maximè propter libertates. quoniam propter nullum alium casum quàm libertatis ea Imperatoris prouisio inuenta est. Vide Zasium in lege prima.§.quæsitum est.ff.quod Legatorum. Sp.

MAXIME, uox hæc plerumque ita accipienda est, non quasi aliàs idem sit, sed quasi aliàs idem nõ sit. Et idẽ ualet quod Vtique, ueluti in l.9.ff. de usucapio. Vsucapiũtur res maximè corporales. Quod non sic accipiendum est, quasi etiam incorporales usucapi possint. Hoc enim à iuris ratione alienum est,sed quasi corporales solę. Sic & in l.3.ff.de concubin.Ingenuã in concubinatu esse posse traditur maximè eam, quæ obscuro loco nata est, uel corpore quæstum fecerit: ubi Maximè eam,pro, Eam demũ dictum sequentia uerba declarant. Alioquin si honestæ uitę & ingenuam mulierẽ in concubinatu habere maluerit, sine testatione hoc manifestum faciente non conceditur. Similiter in l.2.C. an seruus ex suo fac. Creditoribus, ait Imp. qui tibi in seruitute mutuam pecuniam crediderũt nulla aduersus te actio competit, maximè cum tibi peculium non esse legatum proponas. Maximè: nam si peculium legatum proponeretur, contra esset dicendum.l.2.§.per contrarium..ff.de dote releg. Idem ipsum Petrus Faber singularis uir ingenij & doctrinæ, dum hæc commẽtarer, appositissimo exemplo mihi confirmauit, ducto ex l.12.§.si in agro.ff.de fun.inst.ubi uestigatores & canes,& cętera ad uenationẽ necessaria instrumẽto agri cõtineri Vlp.tradẽs Maximè,addit,si ager ex hoc

hoc reditum habuit: qua de re Paulus in l.22.eod.tit. & libri iij. Sentent.tit.v. agens retia apraria & cætera uenationis instrumēta ad instrumentū fundi pertinere ita definit, Si quæstus fundi ex maxima parte in uenationibus consistat. Sic etiam, ut hunc locum concludā, uox Maximè interpretanda est, in l. 37.§. pater.in fi.ff.de legat.lib.iij.& l.2.§.illud.ff.de hęred. uendit.& l.4.C. de pact.conuent. & fortè in l.41. ff. de re iudic.l.5.§.pen.ff.de doli excep.Bris.

MAXIMVM est, quo maius colligi non potest. Gloss.in l. qui sine.ff.de Negoc.gest.Sp.

MAXIMVM remedium dirimendarum litium, est iurisiurādi religio.l.1. ff.de Iureiur. Caius ait.Est autem hodie multis in locis duplex error in deferēdo iureiurando. Cuius causam ipsissimam Oldendorpius demonstrauit in de Probationibus dictorum, factorumq́, Spieg.

M E

MEA memoria, memoria tua, hoc est, quantum meminisse possumus.Bart.in l.fin.ff. de Alimen.leg. dicit: Memor quis esse præsumitur eorum, quę alias sciuit. Quanquam aliud est meminisse, aliud scire. Meminisse enim, Seneca ait, est rem commissam memorię custodire. At contrà, Scire, est sua facere quęque, nec ab exemplari pēdere, & toties ad magistratum respicere. Spiegelius.

MEA pecunia, pro mihi debita. Alberic. allegat l.si & me, & Titium.ff Si cert.pet.l. eius qui in pecunia.eo.tit.& l.j.Quod cum eo.Sp.

MEA res amplius quā semel esse non potest, sæpius deberi potest.l. Et an. ff. de Exceptione rei iudic.Spiegelius.

MEXANIKH τέχνη dicitur esse habitus ad faciendū aliquid uera cum ratione idoneus. Connanus lib.2. cap.8.nu.10. Item: Autore Io.Bapt. in comment. Epist.Sidon. Apollin.ad Heroinum lib.1. Ars Mechanica bifido secatur discrimine, in rationalem atque Chirurgicen. Chirurgice est mangonaria per quam ui tractili & attractoria grauia pondera tolluntur in sublime. est quoque mechanopoetice antlijs aquas hauriēs. est & organopoetice, quę poliorcetica, hoc est oppugnacula propugnaculaq́; adfabre fabricat. est thaumaturgice horologia, Cucurbitulas cute cæsim scarificata, sanguinem exugentes, hydraulica & id genus reliqua stuporem incutientia præparans. Reperitur & sphæra par ei qualis Archimedis orbis ille notissimus. Mechanemata igitur machinationē uertes: ita Græci scribunt μηχανήματα. machinarum faber μηχανοποιὸς appellatur.

MEDICARI autē Gręci dicūt φαρμακεύειν: quod pro hac significatione familiare est Hippocrati. Is li. 1.Aphorismorū ... φαρμακεύειν, ... &c. φαρμακεύειν ... sic enim φαρμακεύειν Galenus in Hippocratem interpretatur. Et idem Hippocra.li.4.aphoris. τὰς κυούσας φαρμακεύειν ... &c. utero gerentes medicari oportet: id est, medicamento purgante uti. Brechæus in l. Qui uenenum. in tit.de uerb.& rer.signif.

MECHANICVS, opifex eorum operum, quæ ingenio simul ac manib. fiunt. ἀπὸ τῶν μηχανῶν. qđ inuētionē significat. Mechanica ipsa ars est, cuius partes Politianus in Panepist. enumerat. De Mechanicis habes in Aut.de Non alien.& C. de Excusat. artific.libro x.Spiegelius.

MECVM facit, pro mecū sentit. Insulse dicitur, Facit pro me. quemadmodum frequens est reperire apud superioris ætatis Interpretes.

MEDERI remedio, pro opem ferre temperamento.apud Iust.in.§.fin.Instit.de Donat.Sp.

MEDIA uocabula, quę in utramque partem intelligimus: ut uis, fama, dolus periculum medicamentum, uenenum.

MEDIA uia consilium capiendum, non solum politici, sed & iureconsulti tradiderunt in l.adeo. de acquir.rer.domi. ubi Caius & ipse hanc distinctionem sequitur. Accurs. in §. cum ex aliena Instit. de rer. diuisione. At non tamen eam sententiam, quæ media est, sed quæ grauioribus & melioribus rationibus nitatur, Iuris Pontificij interpretes rectè scribunt in cap.1. de constit. Verum si media sententia iustior & æquior fuerit, in eam ibimus ut Iustinianus.d.§. Quum ex aliena. Sic & apud Liuium li. 26. P. Valerij Flacci sententia contra P. Cornelij Asinæ, & Q. Fabij Maximi, quod media esset, præualuit. Sic & apud eundem lib. 36. in Medioneorum consilio Clyti sententia, quæ media fuit, accepta est ut & senatus lib.31. Consulibus dissentientibus, de tertia illius pecuniæ pensione; quam priuati M. Valerio, & M. Claudio cōss. in bellum Punicum mutuam dederant, quod medium inter utile & æquum erat decreuit. Qua de re non contemnenda notauit Ferrādus Abduensis in dicta §. Quum ex aliena. Instit de rerum diuisione.

MEDIAE iurisprudentiæ appellatione, Viglio uidentur potius significari prudentium interpretationes, quas communi nomine ius Ciuile nominamus. Accursius autem mediam iurisprudētiam id ius intellexisse arbitratur, quodcunque fuit, quod post xij. Tab. & ante Principum constitutiones est editum.§. & hæc quidem. Instit.de Legit.ag.suc. Sp.

MEDIANVM uocabulum, in l.si uero.ff.de His qui deiecerunt. Bud. accipit pro mediano cubiculo cœnaculi: id est, superioris mēbri domus, quod inquilini Romæ habitare solebant, quasiq́; corpusculum suis quoq́; membris constans, cubiculo, exhedra, cellula, & huiusmodi cubiculi appēdicibus. Medianum item pro medio, idem indicat architectonicum uerbum esse. ut apud Vitruuium medianæ columnæ ab angularibus distinguuntur, & medianæ testudines. Spiegelius.

MEDIASTINI opera fungi, apud Vlpian.l.ff. Naut.caup.stab.Spieg.

MEDIARE, & Mediator, quibus interpretes, & uulgus causidicorum utuntur, barbara sunt uocabula. Spiegelius.

MEDIA res nocatur, quæ quasi interponitur, & interijcitur media ueluti, si petis à me fundū, & trāsigimus, ut illum tibi habeas, & des mihi summam decē aureorum, ea summa dicitur media, quòd ea mediante ut uulgo loquuntur confecta est transactio: Connanus lib.5.cap.6.nu.4.

MEDIA uerba. Suadere, inquit Vlpia. τῶν μέσων est.l.1.§.1.de ser.corrupt. μέσα seu media uerba dicuntur, quæ communem, aut bonum aut malum, honestum aut turpe, prosperum aut calamitosum, habēt significationem. Quod genus sunt: Tempestas, Dolus.l.1.de dol. Facinus, & apud Metellū, ut Aul. Gellius animaduertit. honor. Sic Donatus, an Aemilius Asper. Ornatus, τῶν μέσων est, ad decus, & ad turpitudinē. Seruius Marius. Ars τῶν μέσων est. Rursus, Piare τῶν μέσων est. Iterū, Fatale τῶν μέσων est: & quarto, Fluere τῶν μέσων est. & quinto deniq́, Monstrum τῶν μέσων est: dictum à monstrando. Curt. libr.3. ... cap.ii. tomo primo.

MEDIASTINVS seruus, & ordinari⁹ opponūtur in l.15.§.Pretor ait.ff. de iniur. Et Mediastinus & artifex

artifex in l.ulti.ff.de oper.seru. Mediastini autem di cebantur uilissimi balnearum atq; ædium ministri, qui in medijs ædibus ad omnia obsequia præstò e-rant, nullo ordinario ministerio fungentes, ut Porphyr.& Acron ad illum Horatij uersum adnotant,

Cum Mediastinus tacito pede rura petebat.

Et Nonius Marc. qui Lucilij & Catonis testimonia aduocat. Priscianus etiam in lib.de xij. carmin. Mediastinus quoque, ait, inde uidetur cõponi, qui medias partes balnei tenet, hoc est in medio lauantium stat. Vsus est hoc uerbo Cice. in Catilin. & Plinius lib.xxix.cap.j. Briss. Connan.lib.2.cap.2.nu.4.

MEDICAMENTVM, quo homines & cætera animalia curantur. Nonio etiam uenenum est. Vlp. distinctè protulit in l.iiij.ff.fin.regũd. Mala, inquiẽs, medicamenta & uenena ueniunt quidem in hoc iudicium, sed iudex omnino interponere se in ijs non debet: boni enim & innocentis uiri officio eum fungi oportet. Tantundem debebit facere in libris improbatæ lectionis, magicis fortè, uel similibus: hæc enim omnia protinus corrumpenda sunt. Sp.

MEDICAMENTARIVS, in Cod. Theodosiano, qui malo medicamento aliquem potionauerit. adnotauit Alciat.lib.ij Parer. Sp.

MEDICA potest esse mulier. Imp. in l.j. C. de cõmu.seruo manumi.§. ne autem. Sp.

MEDICI qui sint, Bartol. non inscitè tradit in l. j. ff. de uar.& extraord.cog.

MEDICINAE tres sunt partes, inquit Corn. Celsus in præfat.primi libri. nam una est quæ uictu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu medetur. primam διαιτητικὴν; secundam φαρμακευτικὴν, tertiam χειρουργικὴν Græci nominarunt. Itaq; medici nomine Iurisconsulti uulgò chirurgos etiam intelligunt. ut apud Vlp. in l.4. in fi. ff. ad leg. Corn. de sicar. Medico, inquit, qui uirilia exciderit, capitale erit. idem in l. qua actione, 7.§.ult. ff. ad leg. Aquil. Si medicus seruum imperitè secuerit. φαρμακευτικὴ uerò significatur in l.insequenti, ubi Caius de medico loquens, Idem iuris est, inquit, si medicamento perperam usus fuerit. Vlp.in l. 3.ff.de extraord. cognit. Si medicus cui curandos suos oculos cõmiserat. Hot.

MEDIETATIS uocabulo, quasi timidè usus sit Cicero, Insulanus obseruauit. cuius ille uerba refert ex lib. de uniuersitate. Dimidietatem nihil esse, & alij monuere. Spieg.

MEDII actus homo ab Imperatore appellatur, seruus neq; magnæ alicui curationi præpositus, qualis est dispensator uel atriensis: neq; uilissimo muneri destinatus, qualis est mediastinus, aut scoparius: sed mediæ inter illas functiões curationi alicui præfectus. in §.6. de iniur. Hot. uide latius Ferrettum tit. de iniurijs.

MEDIMNVS, modios sex continet. Modiũ cõficiunt sextarij sedecim. Sextarius, quinæ denæ unciæ: sic dictus, quòd sit sexta pars congij. Ex Alc. Sp.

MEDIOLANENSES. In usibus feudorum li. 2. extat titulus, De usu Mediolanensium, &c. Stephanus Byzantius, excellens chorographus. Μεδιόλανον, ait, πόλις Ἀκουιτανίας. καὶ οἱ οἰκοῦντες Μεδιολανῖται, καὶ πόλις ἄλλη τῆς Ἰταλίας λαμπροτάτη id est, Mediolanũ ciuitas Aquitaniæ, & incolæ Mediolanenses, & ciuitas alia Italiæ clarissima. Hæc uerò ciuitas cisalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine refertissima est, dicta à sue mediatim laniata, ut in quadam epistola nona, apud Ambrosium legitur. Et secundum eam ipsam Mediolanenses in præsenti titulo dicuntur.

MEDIOXVMIDI uocátur potestates mediæ. De quibus hæc Lucius libro de dogmate Platonis. Deorum Plato trinas nuncupat species, quorum est unius summus primus, & solus ille, ultramũdanus, incorporeus. quem patrem & Architectum huius Diui orbis esse dicunt. Aliud est genus, quale astra habent, cæteraque numina, quos cœlicolas uocant. Tertium habent, quos Medioxumos Romani ueteres appellant, quod ex sui ratione & loco & tempestate, dijs summis sunt minores, hominum natura profectò maiores. In hanc sententiam Seruius libro octauo Æneidos: Herculem communem Deum dixit utriusque naturæ medium. Et inter mortalitatem & diuinitatem esse numina aliqua tantum cœlestia, aliqua tantum terrestria, aliqua media, quos Deos Apuleius Medioxumos uocat. Plautus nominat Deos summos, medioxumos, patellarios. Sunt qui semones hos medios uelint. Super his hæc Placiades: Semones dici uoluerũt deos quos cœlo nec dignos ascriberent ob meriti paupertatẽ, sicuti Priapus Hippo, Vertumnos, nec terrenos eos deputare uellent pro gratiæ ueneratione, sicut Varro in Mystagoræ libro ait: Semoneque inferius derelicto, deum de pinnato attollam, orationis eloquio, &c. Plura de his uide in Ioan. Bap. comment. Epist. Sidon. Apollin. ad Faustum Papam, lib.9.

MEDITVLLIVM, non medium terræ dicitur, inquit Festus, sed procul à mari. quasi meditellium, ab eo quod est tellus. Cicero in Topicis scribit, tullium, in hoc uerbo extensionem esse uocabuli, nihil significantem.

MEDIVM propriè dici, quod dimensum æqualiter ab extremis distet, ut Aristoteles in Ethicis diffinit, idq; contractiore uocabulo.

MEDIVM dicitur etiã, quicquid inter duo extrema est, etiamsi non æqualiter distet. §.adiectio. in l.iij.ff.ad l. Corn. de Sic. Seneca Epistol.cxviij. Id medium atque indifferens, ait, uocamus, quod tam malo contingere, quàm bono potest: tãquam pecunia, forma, nobilitas. Medium quoq; usurpatur pro manifesto & certo. Vnde dicimus, rẽ in medio relictã, super qua nondum constitutum est. Sed & medium pro tertio, quòd quædam contraria habet, etiã in iure nostro intelligitur. ut inter esse meum & esse tuũ, esse Caij, uel Titij. l. sed & si possessori, in princ. de iureiur. l. si inter me & te. de except. rei iud. Inter adsensum, & contradictionem, patientia. l.j.§. sciẽtiam, de tribut.act. inter delicatè progredi, & diplomate uti, est maturare. l. cõtinuus. §.j. de uer.obl. Inter donatum & cõmodatũ, precariũ. Arg. l.j. de prec. Inter sacrũ & pfanũ, sanctũ. l. sacra. de rer. diuis. Inter liberum, siue ingenuũ, & seruũ, libertinus. l. manumissiones. de iust. & iure. Inter uenenũ bonũ, & uenenum malum, amatoriũ. l. eiusdẽ. §.j. ubi Bart. de Sicar. Inter negligentiã crassam, siue nimiã securitatẽ, & delatoriam curiositatẽ, scientia. l. nec supina. de iur. & fact. ignor. Inter bonam fidem, & malam fidem, dubietas. Gloss. §. genera. l. iij. de acquir. possess. Ex Apello. Spieg. Circa uerò extrema sciendum est, quædam esse locorum, quædam temporum. de quibus Corrasius in §. publico. nu.7. in rubric. de seruitut.

MEDIVM ingenium, hoc est, mediocre, uel utrique sententiæ fauens æquè.

MEDIVM responsum, pro dubio. Maximiliani aulici uocabant, Steffan Mosers beschcyd.

MEDOGRAMMATEI sunt, quos scribæ consulebant. Nam [illegible] significat Suidę. Alc. C. de tabul.scrib.& Logograph.lib.x.

MEDOGRAPHIA, id est, litera. Inde Medographus,

phus,id est.medicinæ scriptor.sic accipitur C.de Tabul.scrib.&c.lib.x.

MEI usus causa paratum,ut intelligēdum sit, Iuriscons. declarat in leg. cum in testam. ff. de Aur.& Arg.leg.Spiegelius.

ΜΕΙΔΙΑΝ.Vide Catamidiari.

MEL,notę significationis. Vlp. Si redit⁹ ex melle cōstat, etiam aluei apesq; continentur. Vide Forcat. in suo penu Iuris Ciuilis,cap.22.

MELANCHOLICI sunt, qui morbis Melācholiæ,id est,atræ bilis uexantur.Melancholici item dicuntur manici & maniaci: quem enim nos furorem dicimus,Græci Melancholiam uocant. Cicero Tuscul.iij. Græci autem maniam unde appellent, non facilè dixerim: eam tamen ipsam distinguimus nos melius, quàm illi. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latius,à furore distinguimus.

MELEPHEBVM pubertati proximum Censorinus uocat.

MELINVM,coloris species,cuius meminit Paulus in l.quæsitum.de Leg.iij. Vide Hermol.in Gloss. in Plin. Item ubi nascitur,Ruellium: qui simul, quid Melinum oleum sit,explicat.Sp.

MELIOR conditio adferri uidetur,si priori pretio aliquid additum sit: aut si persona emptoris melior,uel solutio precij commodior obuenerit. Et generaliter, si quid acciderit, quod ad utilitatem uenditoris pertineat.l. eum qui.§.ult.cum l.seq. ff.de In diem addict.

MELIOR condicio, quod ad pactū addictionis in diē attinet,adferri uidetur,si pretio quid addatur. Sed etsi nihil pretio addatur, solutio tamen offeratur facilior pretij, uel maturior, uel locus oportunior soluēdo pretio dicatur,uel si persona idoneior, uel quę leuioribus cōdicionibus emat,& satisdationem nullam exigat,melior cōdicio adferri intelligitur.l.4.§.ult.ff.de in diem addi.& omnino quidquid ad utilitatem uenditoris pertinet,pro meliore cōdicione haberi debet.Bris.

MELIORAMENTA & meliorationes dicuntur ea,quæ emphyteuta in re ipsa habet, & percipit pro suo iure emphyteutico,ut in l.ult.C.de iure emphyteut.Inde, quod agri uectigales solebāt sumptu ac opera conductorum, ad meliorem frugem reduci ea spe, quòd ad utilitatem suam & suorum semper essent illis usuri. Old.

MELIORARE, pro meliorē & fructuosiorē efficere. Vlp.l.13.§.5.ff.de usuf. Sī quidē usufructuario permittitur meliorare proprietatem.Hot.

MELIORASCERE,crassescere,solidescere,lapidescere, herbescere, nullis autoribus olim plus, quàm Plinio auunculo,& Columellæ fuerūt familiaria uerba,teste Insulano. Spieg.

MELIVS æquius, formula erat iudicij rei uxoriæ,quæ soluto matrimonio repetebatur. Cicero li. de Offi.iij.Reliquorū aūt iudiciorū hæc uerba maximè excellunt:in arbitrio rei uxoriæ,melius æquius. In Top. In primisq; arbitrio rei uxoriæ, in quo est quod æquius melius. Iauolenus l. pen.§. ult. Solut. mat. Quia nec melius nec æquius esset, quod exigere uir ab uxore nō potuisset, & cet.Procul⁹ l.octuagesima secūda,ff.de solut. Nec melius nec ęquius esse existimarem eum fundum Seiæ reddi.Hot.

MELIVS fieri non uidetur, quod contra domini uoluntatem fit:ut rectè ex Celsi responso colligitur l.quamuis.ff.de Vsufruct.Sp.

MELOPROXIMVS, in poster. Iustiniani libris est,qui se cum proximo Scrinij sacri exercebat, curamque cum eo gerebat, uelut subadiuua. Alcia. in l.peculiari.C.de prox. Sacr.Scri. lib.12. deducit à uerbo μελετᾶν, qđ exercere significat. uel à μέλειν,quod curæ esse denotat. Sic dicitur primarius à secretis, hoc est,summo Cancellario proximus. Cuiacius uerius putat Meloproximum dici, qui sequenti anno futurus est proximus.Prat.

ΜΕΛΛΟΕΙΡΗΝ Gręcis dicitur Puer, qui ętatis progressu annū decimum attigit. Brechæus inl. Pueri. in tit.de uerb.& rer.signif.

MEMBRANA, tenuior animalium pellis: Corium uerò,crassior.quæ uulgò pergamena uirginea dicitur.Obseruandum tamen, quod hodie in membrana, quæ pergamentum uulgò à nostris dicitur corruptè:uel in charta, quæ papyrus dicitur seu papyrum, omnia instrumenta scribuntur: quanquam iniūgi etiam notarijs tabellarijsq; solet in ipso sacramento secundum Speculat. ut instrumenta in membranis conficiant, quod & ipsa formula, qua hodie sacri palatij Comites à principe constituuntur diserte cauet: & ego subinde uti soleo,sed tamē ex eo, teste Viglio in commentarijs in §. nihil autē interest. Institut.de Test.ord.non lędētur partium iura:etiāsi ad memoriæ custodiam hoc proficiat, cum materia sit durabilior. Extat Iustiniani Nouella constitutio,tabellionib. præscribens, quibus uti chartis debeant,cuius tamen nulla est hodie obseruatio.Sp.

MEMBRVM, pro cubiculo, siue parte ædificij apud Vlp.de Manumiss.testam. l.si ita fuerit.§.Idem quæri potest,inquit, & si fabris duobus,uel pictoribus si mēbrū depinxissent, uel fabricassent nauem. Vulgati codices corrupti,non mēbrū, sed templum habent. Quin & partē domus Columella, cū Plinio Iuniore,& Apuleio,membrū nominant. Vide Catanæū Cōment.ij. qui aliud exemplar secutus, Iurisconf.uerba sic citat. Et Vlp.de Manum.testam. Quęri,inqt,potest, si fabris duobus, uel pictoribus templū,uel membrū depictū esset.Spieg.

MEMORIA est, Cicero inquit,per quā animus repetit ea,quæ fuerunt. Idē bona memoria, dixit ad Attic.lib.viij. Sola præterita esse subiecta memorię, Themistius ostendit libro j. capit. iij. de Memoria. Eleganter dixit Imp. C.de Vet. iur.enucl. Memoriā omnium habere,potius est diuinitatis,quàm humanitatis.Spiegelius.

MEMORIA mortuorū damnatur eorū,qui maiestatis & perduellionis criminibus post mortē arguūtur.l 32.§.si maritus.ff.de don.int.uir.l.6.§.quod si quis.ff.de iniusto rup. l.78.in fin.ff.de legat.lib.ij.l.1.C.de testam.man.Bris.

MEMORIALES,inter antiquarios cēsere posse,eruditus Iuriscōs.Anglebermæus existimat.Quære, Antiquarij. Spieg.

MEMORIAM hominum excedere. Quære Tēpus quod excedit.

MEMORIAM retractare in l.2.ff.ne de statu def. est de statu defuncti quęrere.Memoriales in scrinijs memoriæ militantes.l.10.C.de proxim. sacr. scr.lib. xij.l.2.de priuileg.eor.qui in sac.pal.l.9.& l.ult.C.de diuers. offic. li. xij.l.ult.C.de inoffic.test. & Nouell. Valentinia.tit.iij.Hi uerò rescripta excipiunt.l. ulti. de petit.bon.li.x. C. Ad memoriam parentes,Spartia.in Pescen.Nig.de Paulo & Vlpian.agens, appellare uidetur.At postea,ait,cùm unus ad memoriam,alter ad libellos paruisset,statim pfecti facti sunt.Hinc & Memoriæ magistri,q ut ait l 12. C.de excusat.muner.li.x.C. nomine magistrorū memoriæ pfuerunt: Inde sacrū scriniū memoriæ. in l.ult.de decurionib. eo.lib,

co. lib. & alijs propè innumerabilibus locis. Connan. lib. 9. cap. 6. nu. 1. uide Codex. Briss.

Menda, & mendum, error, siue erratum.

Mendacii circumstantia uariat ius commune. l. cum de indebito. ff. de probat. Sp.

Mendacii pœnam ferre apud Vlp. in l. de ætate. in prin. de interrog. action.

Mendacium, est aliud dicere quā scias, præsertim cum alicuius detrimētum sequitur. Id autem criminosissimum erat apud Persas: & iure nostro, hoc est, Ciuili, quod potissimum ex ethnicorum responsis natum est, qui inficiando rem aduersario duriorem facit, comperto mendacio punitur. Nam uelut delictum habetur mendacium. l. si ex parte. §. j. ff. quod cum eo qui in alien. potest. ubi Accursius citat. ll. eodem pertinentes. Vnde nobis qui in uerba magistri, ac omni exceptione maioris legislatoris, qui ipsissima ueritas est, iurauimus, mendacium est longè fugiendum: cuius octo genera explicantur in Decretis Canonicis. xxij. q. ij. Sp.

Mendacium tribus modis solet ab interrogato committi, dissimulata ueritate: non aliter ferè atq; temeritas accusatorum trifariam detegitur. l. j. in princip. Et §. j. ff. ad S. C. Turpilia. Aliàs enim impudenter negatur ueritas fallaci quadam fiducia nō probandi contrarium ab aduersario. Aliàs tacetur, callido scilicet consilio, ut liberum sit postea effugere ignominiam, detecta ueritate. Aliàs, qui tam respondendo mendacium, quàm tacendo contumaciam puniri uerentur: hi deligunt mediam obscuritatis uiam: ut sub uerborum inuolucro saluam habeant interpretandi libertatem, si opus fuerit. l. de ætate. §. nihil interest. ff. de interrogatio. Qua igitur impostura celetur ueritas ad detrimētum proximi, nihil prorsus interest, quod diligētissimè nota. Old.

Mendacium est falsa significatio uocis cum intentione fallendi, secundum Augustinum. c. beatus Paulus. xxij. q. ij. gloss. id ætate. §. si cum esset. ff. de interrogat. act. Est autem triplex: Malignitatis, quod fit causa decipiendi: iocositatis, ubi nemo lædi tur. Benignitatis siue pietatis, quod fit pro salute alicuius. gloss. c. ne quis arbitretur. xxij. q. ij. Tu autem dic esse multa genera mendacij secundum eundem Augustinum. Primum est capitale mendaciū, quod fit in doctrina religionis. Secundum, ut si aliquē lædat iniustè, quod tale est, ut nulli prosit, & obsit alicui. Tertium, quod prosit alteri, ita, ut obsit alteri: quamuis non ad immunditiam obsit corporalem. Quartum, sola mentiendi, fallendiq; libidine, quod mirum mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate, de suaui eloquio. Sextum genus, quod nulli obest: ueluti si quispiam pecuniam alicuius iniustè tollendam, ubi scit nescire se mentiatur. Septimum genus mēdacij est, quod & nulli obest, & prodest alicui: ueluti si nolens hominem ad mortē quęsitum prodere mentiatur. Octauum genus mendacij est, quod & nulli obest, & ad hoc ꝑdest, ut ab immunditia corporali aliquem tueatur. Hæc sunt uerba Augustini. c. primum ead. causa & quæst. Idem alio loco in d. c. ne quis arbitretur ait duo genera mēdaciorum esse, in quibus non est magna culpa: sed tamen non sunt sine culpa: cum aut iocamur, aut proximo consulendo mentimur. Io. Bello. Etymol.

Mendax precator, id est, fraudulentus, careat impetratis leg. & si legib. C. si cont. ius, uel util. public. Spiegel.

Mendicantes ualidi non sunt admittendi. C. de mendic. ualid. libr. xj. Vide Oldendorp. capitulo octauo, titulo primo. xij. tabul.

Mendosi mores, pro uitiosis. Naso, Non ego mendosos ausim defendere mores. Sic apud Horatium in sermon. Si uitijs mediocribus, aut mea parcis Mendosa est natura, id est, uitiosa. Budæus: Ad libros mendosos uel imperfectos redhibitoriā, & quā to minoris porrigunt doctores, saltem utiliter, in l. j. in prin. ff. de ædil. edict. arg. l. ob quæ. §. idem Pomponius. ff. eod. tit. Spieg.

Meo iure, est aliquid agere, facereúe, mea facultate, uel autoritate, uel concessa mihi omnium consensu libertate, & potestate. Sic tuo iure, suo item iure, uerba apud iurisperitos frequentissima. Bud. in Annot. ad l. usufructuarius. de usufruct. Sp.

Meniana Accursius à mœnibus dicta putat, cui tamē Alciato teste in l. Malum nauis. ff. de uerb. signific. doctissimi Grammaticorum, merito aduersantur. Verum ut scribit Festus, appellata sunt a Menio Censore, qui primus in foro ultra columnas tigna proiecit, quo ampliarentur superiora spectacula. Hinc

Menianum, opus pergulis extra ædificium proiectis factum. Asconius uerbi originem sic explicat: Menius, quum domum suam uenderet Catoni & Flacco Cēsoribus, ut ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi unius columnæ, super quam tectum proijceret ex prouolantib. tabulatis, unde ipse & posteri eius spectare munus gladiatorum possent. Ex illo Menia columna uocitata est. Idem tradūt Festus, & Porphyrio. Paulus l. 20. ff. de seruit. urb. Idem eueniet & si Menianum in tuum emissum habuero, aut stillicidium in tuum proiecero. Item Iauolen. l. 242. ff. de uer. sig. Vlp. l. 2. §. 3. ff. ne quid in loc. pub. Impp. l. pen. C. de ædif. priu. Meniana, quæ Græci [illegible] appellāt. Nonnulli tamē [illegible], alij [illegible] legunt. Hot. Hinc summœnium & summœnianæ uxores Martiali, quod sub his, ut sub fornicibus prostibula essent: Spieg. ex Nebriss. Mœniana autem nisi decem pedes liberi aeris habeant, omnino præcipit detruncari Imp. l. Meniana. C. de ædif. priu. Suggrundia uerò proiectæ sunt & prominētes tecti partes, stillicidio arcendo destinatæ ne uitientur parietes Corras. ex Bud. lib. Miscell. 3. cap. ult.

Mens, uoluntas, sententia, & quam uulgus Intentionem uocat. Quando uero mens legis certa dicatur, exactè tradidit Alciatus in Commēt. de uerb. signif. Cæterùm, eadem uidetur esse mens, seu sententia, & ratio legis: aliqua tamē est differentia. Sententia enim legis est quam uerba ostendunt. l. prospexit. ff. qui & à quibus. Ratio uerò eius per coniecturas constat. Baldus in l. si quis seruo. Cod. de furmentem, rationemq; legis haud absurdè animam legis appellat, atq; ob id censuit eam magis attendendam, quàm ad uerba, quæ illi corpus sint. Maximæ loco in Iurisperitorum ore uersatur, Qvvm mens patet, de uerbis curandum non est. Gloss. l. si in uenditione. sub fin. ff. comm. præd. Bald. l. quamuis. C. de fideicomm. l. j. C. plus ual. fac. l. iij. §. Conditio. ff. de adim. leg. c. intelligentia. de uerb. signif text. in l. si uno. in prin. ff. locat. l. insulam. ff. de præscrip. uerb. cum uulg. Spieg.

Mens & sententia legis spectanda l. scire. ff. de legibus. l. nominis. §. j. ff. de uerb. sig. & Testatoris notatur in l. non aliter. ff. de leg. 3. quibus autem argumentis, & rationibus eam colligere possis, pete ab Accursio l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. Principio spectandam ait consuetudinem testatoris II. regionis. III. ex præcedentibus actum & subsequentibus

bus mentem inspiciendam ait. IIII. dignitatem. V. charitatem, VI. necessitudinem. VII. uicinitaté scripturæ spectari debere scribit, quod legibus probat. Hęc memori menti consecra. Nam quotidiana sunt. Neq; huc aduertunt plerique iudices aut aduocati: tametsi nihil aliud frequentius habeant, quã hoc, Ita disponẽs intellexit, nec tamẽ mentem expectorant. Res sané ita se habet. Noui ego multos eius farinæ inspectores: sed qui cæcutiant, ut in Corintho Gallica. Prateius.

MENSA augustata, apud Macrobiũ est ea, quæ Augusta facta est, id est quæ consecrata est. In tẽplo inquit Iunonis populonię augustata mensa est. Turneb. aduers. lib. 18. cap. 4.

MENSAE eboreæ. l. 12. §. idem respondit domo. ff. de instruc. uel instrum. leg. Mensæ citreæ in l. 21. §. quamuis. ff. de act. empt. Mensæ argentarię numularięq; fit mentio in l. 4. ff. de eden. l. 47. ff. de pact. l. 27. ff. de furt. l. 5. §. 1. l. 19. §. 1. & l. ult. ff. de institor. l. 3. C. eod. tit. l. 77. §. mensæ. ff. de leg. lib. ij. l. 29. §. 1. ff. de liberatio. leg. & apud Gell. lib. xiiij. cap. ij. & apud Iustin. Nou. cxxxvij. Bris. Adde Forcat. in Cupidine Iurisperito cap. octauo. nu. 5.

MENSAE Siculæ & Italicæ prælautæ atq; opiparæ dicebantur ut copiose docet Athenæus lib. 2. & annotat Brodæus lib Miscell. 5. cap. 33.

MENSARII, qui numariam negociationem exercent. Liuius libro septimo, Solutiones æris alieni in publicam curam uerterunt, quinq; uiris creatis, quos Mensarios ab dispẽsatione pecuniæ appellarunt. Cicero pro Flacco, Cum ciuitate mihi res est acerrima & conficientissima literarum, in qua numus moueri nullus potest, sine quinq; Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensarijs qui apud illos à populo creãtur. Apud mensarios pecuniæ deponendæ duplex ratio. Qui autem custodiæ caussa pecunias apud mensam deponebant, hi fidem publicam sequebantur, & ijs qui id ipsum fœnoris gratia faciebant, alijsq; creditoribus cunctis pręferebãtur. cap. 24. §. 2. de reb. auctorit. iud. possid. Quo sensu, in loco publico pecuniam deponere consignatum, uisus est etiam Hermogenianus dixisse. cap. 64. de fideiussor. Tabernas etiã argẽtarias publicas fuisse, expressè testatus est Vlpianus. cap. 32. de contrah. empt. d. §. 2. Et certè duplex olim fuisse, custodiæ caussa, rerum fide publica deponendarum ratio uidetur. Aut enim in loco publico apud mẽsam nummulariorum, aut in loco sacro apud sacerdoté ædis alicuius, uel fani pecuniæ deponebantur. De pecunijs quæ in æde custodiebãtur scribit eleganter hũc in modum Plaut. in Bacchidib.

Nos ibi apud Theotimum omne aurum deposuimus
Qui illic sacerdos est in Dianæ Ephesiæ.

Et paulo post:

Quin ipsa in æde Dianæ conditum est, ibi
Demum publicitus seruant.

Eoq; sensu, rem pecuniamq; in æde deponere, uisus est etiam Vlpianus scripsisse cap. 1. §. 24. cum §. seq. depos. Per ædem enim, ædem sacram apud Vlpianũ intelligi, docet his uerbis Iulius Paulus: Sed constat, ut ante litem contestatam præses iubeat in æde sacra pecuniam deponi. cap. 73. de procur. cap. 5. ad l. Iul. pecul. Porro hæc omnia, in æde, in fano, apud ędituum, & apud Pontificem deponere eadem sunt. De pecunijs quæ in fano ponebantur, sic scribit lib. 5. Epist. famil. Cicero: Nam de Luceio est ita actum, ut auctore Cn. Pompeio ista pecunia in fano poneretur. Et paulo post: Illud me nõ aduertisse molestè ferre, ut adscriberé te in fano pecuniam iussu meo deposuisse. Idem Cicero lib. 15. ad Atticum sic scribit: Quum ex reliquis, quæ Nonis April. fecit, abundarem, cogor mutuari, quodq; ex istis fructuosis rebus receptum est, id ego ad illud fanum sepositum putabam. Eos quoq; qui apud Pontificem pecuniã deponebant, eã in æde, siue in fano deposuisse non est obscurum, si consideremus sacerdotes etiã Pontifices ueterib. appellatos fuisse, quo sensu collegium sacerdotum, collegium Pontificum appellatũ est à Pomponio. Ræuard. Varior. lib. 1. cap. 15. Fuere qui existimarunt argentarios eosdem fuisse cũ mensarijs, sed plurimum inter eos interfuisse, ostẽdit Sigonius lib. 2. cap. 11. De iure ciuium Romanorum. Mensarij siquidem publicam rationem conficiebãt, argentarij priuatã, illi rei nummariæ publicę curatores, hi negotiatiõis priuatę erãt. Vide s. distractores.

MENSARVM genera disces ex l. 12. ff. de fund. instru. l. 21. ff. de act. empti. l. 4. ff. de eden. l. 47. ff. de pac. l. 27. ff. de furt. Obserua in d. l. 27. locũ uideri deprauatum ibi, mensæque scripturam: quem Basilici ita uerterunt, καὶ τῶ τραπεζιτῶ διὰ τὸ ἀναγνωρίζεσθαι ἐγγραφήν. Prat.

MENSIS absolutè cum fit mentio, xxx. dies cõputari traditum est. l. fin. §. j. C. de Iur. delib. tot enim diebus, cũ tardissimè à coitu solis luna remoratur, ad suas uices redit, cursumq; conficit. Quòd si materia fauorabili agatur, ubi lex duorũ mensiũ mentioné facit, & qui lxj. diè uenerit, audietur: quod etiam procedere existimat Alciatus, si lex duorũ mẽsiũ utiliũ terminũ statuat. Quòd si certa die terminus mẽsis assignetur, ut si quinta die Augusti iudex dicat, se mihi mẽsis terminũ constituere, usq; ad v. Septẽbris durabit, cõplecteturq; hac ratione unũ & xxx. diẽ. Verùm mẽses ante anni à Iul. Cæs. correctioné, fuere tantũmodo 29. dierũ. Vide Macrob. lib. j. c. iiij. Sp.

MENSIVM DVO sunt genera. nã alij naturales sunt, alij ciuiles. naturaliũ species duę, quòd partim solis, partim lunæ esse dicũtur. Secundũ solé fit mẽsis, dum sol unumquodq; in zodiaco orbe signũ percurrit. Lunaris aũt, est temporis quoddã spaciũ à noua luna. Ciuiles menses sunt numeri quidã dierũ, quas unaquæque ciuitas suo instituto obseruat: ut nunc Roma à Calendis in Calẽdas. Naturales & antiquiores, & omniũ gentiũ cõmunes sunt: Ciuiles & posterius instituti, & ad unã quãq; pertinẽt ciuitaté. Hæc Censorinus libro de die nat. cap. 18. Hot.

MENSOR agrimensoré significat in tit. si mẽsor fals. mod. & in l. 4. §. 1. & l. 8. §. ulti. ff. fin. reg.

Sunt & MENSORES operum, quorũ Plinius lib. x. Epistol. ad Traia. meminit. Item Mensores frumenti quorũ meminit l. 10. §. 1. ff. de uacat. mun. l. 29. ff. de excus. tut. l. 1. de condit. in publ. horr. lib. xj. C. Quorũ Romæ certum fuisse corpus apparet ex d. l. 10. §. 1. & ex inscriptionib. Antiq. Planè in l. ult. ff. de iure immunit. in qua de militaribus muneribus agitur, Mensores, cũ Vegetio lib. ij. cap. vij. interpretari possumus, qui castris ad podismum dimetiuntur loca, in quibus milites tentoria figant: Leo Imperator in lib. de Bellico apparatu cap. iij. μήνσορες δὲ λέγονται οἱ τὰ φοσσάτα μετροῦντες καὶ καλιτεύοντες, ἐκ προστάγματος τῶν ἀρχόντων. Quanquam & mensores frumenti in d. l. ult. intelligi nihil prohibet. de quibus l. 12. in fi. ff. de re milit. & l. ulti. ff. de appellatio. recip. Bris. Adde Turnebum aduersariorum lib. 24. cap. decimosexto.

MENSTRVVM. Menstruus, a, um, quod est unius mensis. Lucanus, lib. 1.

Menstruus in fastis distinguit secula consul.

Ponitur aliquando menstruum pro alimento in singulos

Nn

gulos menses legato, annuum quod in singulos annos. Vlpian. in l. qui bonis. ff. de ces. bonor. Si quid (ait) misericordię causa relictū fuerit, puta mēstruū, uel annuum, alimentorū nomine, non oportet propter hoc bona eius iterato uenundare. Idem Vlpianus, in l. ex annuo. ff. de dona. int. uir. & ux. Ex annuo uel mēstruo, quod uxori maritus præstat, tunc quod superest, reuocabitur. Est & in neutro genere menstruum, purgatio mulierum menstrua dictum, quòd id mulieres semel singulis mensibus patiātur. quæ enim bis in mense purgatur, sana non est. Item, quæ nō purgatur, nisi per ætatem accidat. l. quæ bis. de ædil. edict. ff. Anchora.

MENSVLARII appellantur, qui mensam exercent, qui & mensarum præpositi à Firmico lib. 3. Mathes. cap. viij. & aliâs Nummularij in d. l. 47. §. 1. & in l. 23. §. in bonis. ff. de reb. auct. iud. Qui & ab alijs auctoribus Mensarij uocantur. Liuius lib. vij. Solutionem æris alieni in publicam curam conuerterūt, Quinqueuiris creatis, quos mēsarios à dispositione publicę pecuniæ appellarūt. Idem li. xxiij. Et Romæ quoq; propter penuriā argenti triumuiri Mensarij, rogatione Minutij Trib. pleb. facti. Sic & apud Sueton. in Augusto cap. iiij. Nerulonensis Mensarius: & apud Capitolin. in M. Anto. Philos. Leges de mensarijs & auctionibus tulit. Vtrum igitur Mensularij dicti sint à mensulis, quas in minore negociatione quā illi qui Argentarij aut τραπεζῖται dicebātur, exercebāt: an interdum pro Argentarijs sumātur, equidem neque negare neque affirmare ausim. Donatus, Tunc, inquit, in foro & de mensę scriptura, magis quàm ex arca domoq; uel cista pecunia numerabatur. Hot.

MENSVRAM agri agere, apud Paulum in l. ij. ff. Si mens. fals. mod. dix.

MENSVRARVM nomina apud ueteres hæc sunt ferè. Digitus minima mensurarum est, quorū iiij. palmum efficiunt. xvj. pedem. Pes autem tā quā as in numeris: atq; ideo dimidius pes, Semis uulgò appellatur, quātum scilicet pugno, extensoq; pollice metimur. Sicut & Spithama, uox Græca, quæ & ipsa uulgò seruat nomen, quantum extensis articulis, à minimo ad pollicem amplecti possumus: Latinè Dodrans dicitur, & Palmus maior quibusdam. At cubitus sesquipedalis est. Gressus uerò ij. pedes & semissem cōtinet. Passus v. pedes. sic dictus, quòd passis, id est, dilatis brachijs & manibus, hanc dimēsioné conficiamus. Vlna sex pedibus constat. Pertica duos passus in se habet. hoc est, pedes decem: unde & Decempeda dicitur. Plethrum pedes centum. Iugerum longitudine pedibus ccxl. in latitudinem dimidio minus conficitur, duosque in se Actus continet. Stadium, passus cxxv. habet: qui sunt plus paulo pedes DC. Diaulus duo sunt stadia. Miliarium, sunt mille passus, hoc est, stadia octo. Dolichus, stadiorum est duodecim. Leuca, dictio est Gallica, mille & quingentos etiam ipsa passus habet: licet alicubi amplior sit. Parasanga, uocabulū Persicum, xxx. censetur stadijs, quæ mensura paulo minor est miliario Germanico. Schœnus apud Aegyptios lx. est stadiorum. Stathmus, id est, mansio, miliaria habet uiginti duo semis. Huius mentio habetur in Nouell. ut omn. obed. iudicibus. §. se igitur. Est uulgaris uox Mansum, qua tantum agri significatur, quantum singulis annis per boū arare, colereq; potest. Hinc fortasse oritur, ut ait Zasius, quòd nos Germani Prata dimensa, Mansmat nominamus. Vide Alciatum in leg. mille passus, de Verborum signification. Bud. in l. ult. Si mens. fals. mod. dix. & Oldendorp. Action. ij. Class. iij. Spiegelius.

MENSVRAS finiū, & multa ad id congrua, lege ad amussim resoluta apud Alex. de Alexan. Gen. dier. lib. ij. cap. ix.

MENTE capti significatione, omnes cōprehenduntur, qui quomodocunq; mente carent. Videtur tamen aliquādo dubitasse Vlpianus, an quod de mēte capto statutū esset, in furioso obtineret. Post Bartolum in leg. si furiosi. C. de Nupt. uide Viglium in §. item furiosi. Institut. Quibus non est permiss. fac. test. Mente autem captus dicitur (autore Festo) cū mens ex hominum potestate abijt. Hinc quibus nō deest omnino mens, sed qui tamen sunt substupidi, non minus facere testamenta creduntur, quàm fœminæ post duodecimum annū, in qua ætate scimus nondum esse plenum animi robur. Alciat. arbitratur mente captum dici, qui morbo oppressus est, quem Græci μώρωσιν dicunt: cui λογιστικὸν, id est rationalis animæ pars labefacta est: prouenitq; ut Gal. definit, ex solo humenti, maloque temperamento in capite hærente.

MENTEM dare, uel inijcere mentē, formula dicendi probatis autorib. usitata sicut Græcis ἐμβαλεῖν siue ἐμβάλλειν νοῦν. de qua formula uide Victorium lib. 7. uariar. lect. cap. 5.

MENTIS compos, sanę mentis, uel suæ mentis, hoc est, prudens & sagax.

MENTIS emotæ dicuntur qui furore agitantur. Connan. lib. 9. cap. 4. nu. 10.

MENTIONEM facere nullā, hoc est, nō cōmemorare, in l. j. C. de Posthum. hæred. instit.

MENTIRI, hoc est, mendacium dicere, & nō dicere uerum, differunt. c. cum contingat. extra. de Iureiur. Porrò mentitur nō solum qui falsum dicit, uerumetiam qui simulat, ut: Faciem mentita Creusę, & Aes mentitur aurum. Sp.

MENTIRI est cōtra mētem suam ire. Connan. li. 1. cap. 3. nu. 1. Ac Raphael Cumanus in l. Si quis extraneus. ff. de acquir hæred. mentiri, & non uerum dicere differre tradit. potest enim sine dolo nō uerū dixisse, qui ita se rem habere credebat. de qua differentia uide Corras. in l. Si tam angusti nu. 5. in Rub. ff. de seruit.

ΜΗΝΥΤΡΟΝ, præmium quod datur indicanti & nuncianti. Significat tam indiciū, quàm indicis pręmiū. Bud. mauult pluraliter dici: Est etiā impunitas conscio proposita, si indicauerit alios.

MEO iure agere, summo iure agere, hoc est, rigorem potestatis sequi ad unguem, Glatt dem rauhen nach. Oppo. Iure suo decedere, Non omnia pro iure suo exigere: quòd bonorum est uirorum, ubi causa desiderat, ut Oldend. in copia scribit. Vide & infrà, Summo iure. Spiegel.

MEORVM, uel suorum appellatione non solū intelliguntur quæ nostra sunt, sed etiam ea in quibus aliquod habemus. Quod Zasius aduersus Stellā uerè euicit. ex uerbis Iuriscos. post Gloss. & Baldum in l. ij. de Orig. Iur. Sp.

MEORVM & tuorū appellatione actiones quoque cōtineri dicendū, ait Paul. de uerb. sig. Maffeus.

MERCALEM uxorem, id est, meretricem Albericus exponit. C. de Condict. ob turp. caus. Sp.

MERCATIONEM, hoc est, ipsum mercandi actum, Patres censuerunt periculosam. c. qualitas. de Pœnit. dist. v. Spiegelius.

MERCATOR, ac fœnerator. Vide. §. sed & ipse Papinianus. leg. quæsitum. paulo ante finem. ff. de Fund. instruct.

MER-

MERCATORES, nō, ut quidam uolunt, a merce, sed à uerbo mercari, quod est, emere, deducitur. sunt enim hi, qui res emunt, quas in eadem specie carius uendant, ut ait Alc. Cui inter sordidos, mercatores tenues habentur. Cōtrà, copiosi mercatores, nō uiles censentur. Fœnerator mercatoris nomine non uenit, per l. quæsitum. §. sed & ipse Papin. paulo ante finem, est enim l. prolixa. ff. de Fund. instr. Sp.

MERCATORES diuersos à negociatoribus esse docuimus in Commēt. Verrinæ III. & Orat. pro Fonteio ante annos octo. idq; in hunc Commentarium sub uocē Negociatores summatim retulimus. Postea extitère Itali quidā, homines ingeniosi, qui locū illū in suos cōmentarios trāstulerunt, ac planè totidem uerbis ac syllabis transcripserunt.

MERCATORES ergo dicebātur, qui cùm Romæ domiciliū haberent, interdū tamen exportandarum uel importandarum mercium caussa in prouincias ad aliquod tempus excurrebāt. Sabinus autem in l. 4. ff. de penu leg. tempus illud ut longissimum definit esse non plus annuum. Negociatores uerò ciues quidem erant Romani, sed in prouincijs sedem fortunarum suarum constituerát, sic, ut rarò in urbem, nec ferè nisi censendi caussa redirēt. quales erant aratores, pecuarij, argentarij, &c. Locū autem in Verrina III. hunc notaui: Ciues, inquit, habent propinquā fructuosamq; prouinciam, quò facilè excurrant, ubi libenter negocium gerant: quos illa partim mercib. suppeditandis, cum quæstu cōpendioq; dimittit: partim retinet, ut arare, ut pascere, ut negociari libeat, ut denique sedes ac domiciliū collocare. uide Negociatores. Hot.

MERCATVS, pro loco in quo res uenduntur, qui & emporium dicitur. C. de Nundinis. leg. I. Sp.

MERCENARII appellabantur, qui operas suas mercede locabant. l. 1. §. si filiusfam. ff. de ui & ui arm. l. 5. §. si quid seruus. ff quod ui aut clam. l. 6. ff. de donatio. l. 20. ff. quēadm. seruit. amitt. l 91. ff. de furt. l. 11. §. 1. ff. de pœn. Plerumque autem ita seruos alienos, quorum conductis operis utebantur, uocabát. Vnde Valer. lib. v. ca. iiij. Villicū, ait, in agello, quem septem iugerum in Pupinia habebat, mortuum esse, occasionemque nactum mercenarium amoto inde rustico instrumento discessisse. Quod idem Seneca in libro de Consolatio. ad Albin. referens, mercenarium seruum dixit. Idem lib. vj. de Benefic. capite v. Nec cōductum meum quamquam sis dominus, intrabis, nec seruum tuū mercenarium meum abduces. Saluia. Massil. lib. vj. de uero Dei iud. ad fi. Illorū more dominorum nobilcum barbari agūt, qui mancipia obsequijs suis nō necessaria mercedibus promerendis locant. Sed & liberi homines si operas locarent suas, eodē nomine appellabantur, ut ex Varro. lib. j. de re rust. cap. xvij. patet. Bris.

MERCENARIVS, opponitur gratuito. Estq; is, q alicui operas suas locat. l. respiciendum. §. pen. ff. de Pœn. Vbi Marcellus tradit, domestica furta uocari, quę serui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarij his apud quos degunt, surripiunt. Sp.

MERCES, propriè laboris est premiū: quæ ideo magis uidebitur ultro soluenda quàm petenda, quoniam persona quæ operam præstat, longè dignior est, quàm ulla res quę uicissim solui possit. Vnde sacra scriptura non uno in loco præcepit: Dignus est operarius mercede sua. Et uulgò non ab re dicimus, Merces operarij clamat in cœlum. Ex Oldend. Sp.

MERCEDIS autem uerbo non tantum pecunia numerata intelligitur, sed generaliter quodcunque premium, quod pro labore seu stipendio datur, ut ex Varrone annotat Corrasius Miscell. lib. 2. c. 11.

MERCES, conductionis locationisq; pretium significat. Cuius rei exempla non affero. Mercedē autem ex operis libertorum, qui capere dicātur exponitur in l. 25. §. 1. & §. ult. ff. de oper. libert. & l. ult. §. 1. & §. ult. ff. qui & à quib. Mercedes etiam appellātur τὰ διδακτρα quæ liberalium artiū præceptoribus præstantur. l. 12. §. ult. ff. de administrat. tutor l. 4. ff. ubi pupill. educ. leg. 1. in princip. ff. de extr. cognit. Iuuen. Sat. vij.

Scire uolunt omnes, mercedem soluere nemo:
Mercedem appellas, quid enim scio? culpa docentis
Arguitur. ——

Latini Minerual quoque has mercedes appellant. Tertullian. in lib. de Idololatr. Quis ludi magister, si nō tabularia idolorum, quinquatria tamen frequentabit. Ipsam primum noui discipuli stipem Mineruę, & honori & nomini consecrat. Et mox, Tam Mineruale Mineruę quàm Saturnalia Saturni. Bris.

MERCIS appellatio ad res mobiles tantùm pertinet, ueluti uinum, oleum, frumentum. l. 66. ff. de uerbor. significat. l. ulti. ff. de cōdictio. trit. & passim in titul. de institor. ff. Ad seruos uerò non pertinet. l. 1. §. 1. ff. de tributor. Ob eamq; rem Mangones, non mercatores, sed uenalitiarij appellati sunt. l. 207. ff. de uerbor. significat. quamuis & serui mercis loco haberi dicantur. l. 73. §. ult. ff. de leg. lib. iij. Et edictū de peculiaris mercis tributione ad omnes negotiationes porrigitur. d. l. 1 & l. 28. ff. de pecul. Generaliter autem, Merx quæcumque res in emptionem deducta appellatur. l. 1. ff. de rer. permut. Et mercis caussa parata dicūtur, quę idcirco parata sunt, ut ueneát. l. 32. §. uxorij. ff. de usufruct. legat. Bris.

MERCES esculentæ, quæ hominum usui accōmodatæ uenduntur. Spieg.

MERCES eximij laboris à Iurisconsulto eleganter interpretatur, quæ pro salute alicuius datur. l. si pater. §. si quis. de Donat Sp.

MERCES uenaliciæ. Si nauem uenaliciarū perforasset quis, Aquiliæ actionem esse, quasi ruperit, Viuianus scribit: teste Vlpian. in l. si seruus seruum. ff. ad Leg. Aquil.

MERCIMONIVM, est contrectatio quædam mercium.

MERCVRIALES, mercatores sunt: nā à Mercurio quem coluerint, Mercuriales appellatos à Cicerone in Epistolis ad fratrem suspicatur Sigonius lib. 2. de iure antiquo ciuium Romanorum, M. Furiū Flaccum, inquit Cicero, equitem Romanum, hominem nequā, Mercuriales & Capitolini de collegio eiecerunt. Nam Capitolinorum collegium à M. Camillo dictatore ludis Capitolinis, Liuio teste, cōstitutum satis constat &c.

MERE aduerbiū est, quo frequēter utuntur ętatis nostræ Iureconsul. pro puro. & in hanc significationem etiam accipitur apud Papin. in l. Aquilius Regulus. de donatio. & à M. Tullio in ij. de Oratore: Ecce (inquit) tibi exortus est Isocrates magister istorum omnium, cuius è ludo tanquā ex equo Troiano meri principes exierunt. & Vlp. in l. j. ff. si cert. pet. apud quem (secundū Pandectas Pisanas) legendum est, nō ex re, neque here, ut putauit Accursius: sed merè est. & ita refert Io. Firmian. consistorialis aduocatus, in dictione Liber, se Florentiæ uidisse in Pandectis, cum legatis ducis nostri Mediolan. quæ in duobus uolumiu. conscriptę sunt, maioribus characteribus, nullisq; interuallis dictionū: accurateq;

inter alia legisse hanc legem primam, ubi non ex re, neque here, ut dicit glossator: neque bene est, ut cõmunirer in uulgatioribus libris reperitur: sed merè, quòd propriè solùm significat. Terent. in Phorm. Nihil habet nisi spē merā. hinc Merula auis dicta, qđ sola uolet, & solitaria pascatur. de qua Plin. Cotta.

MERERE, uerbum est militare, quod Græci τρατεύειν στρατεύειν dicunt. Lucan. Aere merent paruo. Iurisconf. in l. municeps, sub tit. Ad municipalē. ut subintelligas legem, ut Politianus pridem animaduertit, & Bud. in poster. Anno. indicauit: Miles, inquit, ibi domicilium habere uidetur, ubi meret. Pro quo hactenus Accursiani ineptè legerunt, uel inhæret, uel haberet. Inde emereri uerbum, Bud. ait, ut elugere: & emeriti milites, & stipendia emerita Ciceroni, quam uocem Modestin. de Re milit. pro commodis ueteranorum accepit. notum, merere etiam esse quæstum facere. Spieg.

MERERE etiam, stipendia merere in l. 16. §. ulti. ff. de castr. pec. l. 26. §. ulti. ff. de excus. tutor. l. 8. ff. de accusatio. l. 18. ff. de iure fisc. l. 23. in fin. ff. ad municip. Bris. uide Connan. lib. 8. cap. 11. num. 2.

MERERE aliquid ex iudicio patris dicũtur, qui aliquid testamẽto eius acceperunt. l. 13. ff. de doli except. Sic Merere legatum dicitur, cui id testamento relinquitur. l. 21. ff. ad leg. Falcid. Adde etiam l. 10. de pistorib. in Cod. Theod.

MERVISSE quoq; sentẽtiā deportationis dici ĩ, q eā excepit. l. 3. C. de institution. & substitut. Bris.

MERERI, inquit Valla, mercede operari, laborare, atq; alteri inseruire. Propriè tamen spe stipendij ac præmij: quod dicitur, stipendia facere. Donato item est, dignum esse. ut apud Iurisconf. in l. cum pater. . rogo. ff de Leg. ij. Hinc loca meritoria, quę mercede locantur, forte uiatoribus, uel peregrinātibus. Hinc & meritoria scorta, meritoriæ rhedæ, & muli meritorij. Alc. de Verborum signif.

MERETRIX est quæ multorum libidini patet. c. Vidua. 34. dist. ubi gl. addit: quæ admiserit plures q̃ 23000. hominum: uel q̃ admisit lx. Io. Bello. Etym.

MERETRICEM (quę à merẽdo dicta est, quòd mercede suā exerceat militiā, ut Valla ait, Impp. legib. excludunt. arg. l. si ea quæ. C. de Adult. Nec Iurisconf. ignoscendū ei censuit, quæ paupertatis obtẽtu turpissimam uitā elegit. l. palā. ff. de Ritu nupt. Quis uerò meretrices publicitꝰ instituerit primus, Rhodigin. refert cap. iiij. lib. viij. Alc. item in Comm. de Verb. sig. Porrò elegantem meretricum detestationem habes apud Salomonē ca. v. Prouerb. Et de earum natura Camertem in Comment. in tab Cebetis. Obseruandū tamē, quòd meretrix nō est, quæ cū uno aut altero, etiā pecunia accepta se cōmiscet, sed ea quæ palā, & plurib. se prostituit. c. uiduā. xxxiij. Distin. c. meretrices. xxxij. q. iiij. Solamq; huiusmodi de uicinia posse expelli, Alc. existimat, ne probis mulieribus malo sit exemplo. Sp.

MERETRIX, uel aliter luxuriosè uiuēs, nō debes gaudere beneficijs cōcessis matribus famil. & ideo potest extrahi de domo propria, & etiā personaliter detineri. ita sing. Bald. in l. consentaneum. col. ult. circa med. per gloss. ibi. C. quomodo & quando iud. & pro sing commendat & sequitur D. Alex. in l. plerique. in ultima colum. ff. de in ius uocan. ubi tamen limitat post Ludo. Rom. in l. si uerò. §. de uiro. in ij. fallen. ff. soluto matri. non procedere in ea quæ maritum haberet: per sing. dictum Ioan. Andr. in paraphrasi sua ad Specul. in rub. de iniurijs & dā. dat. ubi decidit, quod statutum permittens meretrices percuti, non habet locum in coniugata, argumento text. in l. si uxor. §. j ff. de adulterijs. ubi matrimoniū in meretrice consideratur, ita quòd locus est accusationi adulterij. & hanc limitationem reassumunt certatim Do. Alexand. & Andr. Sicul. in dicta l. consentaneum. in paraphrasi ad Baldi monumenta. & idem Andr. Sicul. in c. pastoralis. de iudic. ubi Dom. Felin. in iij. colum. uersic. subdit hic. latè prosequitur. limitantes, singul. dictum Ioan. Andr. de quo suprà, nō procedere in his. quæ sunt fauorabilia meretrici coniugatæ: quia idem de illis disponitur, prout de solutis. & propterea tenet, quòd mulieri nuptæ luxuriosè uiuenti, dari debeat curator: quod nota pro ampliatione l. & mulieri. ff de curatore furio.

Et ideo in proposito dicebat pulchrè Baldus in l. ulti. in ul. uerbis. ff. de rerū diuis. quòd licet apponens scalas ad muros, uel ad fenestras alicuius mulieris, puniri debeat pœna capitali. l. si quis non dicā rapere. C. de episcopis & clericis. tamen secus est in meretrice, quo casu solùm punitur extra ordinē: secūdum eum. & in pulchro simili notat Math. not. ciij. nota unū. Prædicta procedunt, tenendo opinionem Accurs. in dicta l. si uxor. qui uulgarem uxorē, meretricem interpretatus est: cum tamē etiam uulgaris uxor dici possit, quæ ex humili plebe nata sit. ut legitur apud Tranquil. in uita Aul. Vitellij. nā nimis durū uidetur, punire aliquem pœna adulterij, quia meretricem uitiasset. Cotta.

MERETRIX etiam dicitur, quæ alterius quam mariti cōsuetudine utitur. Connan. li. 8. capit. 13. n. 1.

MERITA militiæ, cōmoda præmiorum, quæ emeritis, & impletis stipendijs, ueteranis dantur l. 18. §. ueterani. ff. de iur fisc. Bris.

MERITORIA, absolutè sunt diuersoria, uel fullonica, uel stabula, uel quæ alia loca, quæ mercede locantur. l. 91. §. balneas. ff. de legat. lib. iij. l. 13. §. ult ff de usufruct. l. 52. §. si quis ex socijs. ff. pro soc. l. 198. ff. de uerbor. signific. l. 5. §. domum. ff. de iniur. Prudentius in Amartigenia Balnea, propolas, meritoria, tēpla, theatra. Vopisc. in Tacito, Meritoria intra urbē stare uetuit. Spartian. in Pescennino Nigro: Pro triclinijs popinas habent, pro cubiculis meritoria. Dixit & Meritoria cœnacula adiectiuè Sueton. in Vitell. cap. vij. Et Meritoria balnea Plin. lib. ij. Epistol. ad Gallum: & meritoriam rhedam. Idem Sueton. in Iul. cap. lvij. Bris.

MERITORIÆ tabernæ ipsa stabula dicuntur hoc est cauponæ à uerbo mereri quod est quæstus causa aliquid operari.

MERITORIA uehicula Suetonius in Caligula dicit quę mercede locantur. Et in Vitellio ad eundē sensum meritoria cœnacula dixit Corras. in Rub. ff. de seruit. l. j. nu. 13.

MERITORII pueri à Cicerone 2. Philip. dicuntur, qui prostant, corporeq; suo turpem quæstum faciunt, & merentur. de his uide sup. in uoce Catamiti & Concubini: & latè Maioragium Miscel. lib. 2. c. 3.

MERITVM dicitur id quod congruum & conueniens esse censetur cuilibet personæ. Ideoq; medium est uocabulum, potest quis bene, potest quis male mereri Oldendorp.

MERITVM, pro culpa, notum est. Pro mercede à Terentio in Phor. accipi, Bud. annotauit.

MERO iure munito, nō debet tribui extraordinariū auxiliū. in l. in causę cognitione 2. ff. de Minor.

MERVM, ut Isidor. lib. ij. Etymolog. cap. xlj. scribit, purū significat. Merū etiā Nonio interprete solū significat. Vnde Merulā, q a sola uolet, dictā, ex quorun-

rundam opinione Quintilia.lib.j. ca.vj. tradit, quasi merā uolantē. Atq; ita merū ius gentiū apud Thrypho. purū, solū, & simplex, separatumq; à ciuilibus præceptis accipimus.l.31. ff. depos. Et merū ius, pro ipso stricto, subtiliq; iure.l.37. ff. de admin. tut.l. penult.§.ult. ff. de contra tabulas.l.16. ff. de minorib.l. 4.§. si uiā.ff. de usucapio.l.3.C. de obseq. à liber. Eodē modo merā rationē interpretamur in l. 22. §. si hi. ff.manda. & l. 6.ff. de pœn. Et merā subtilitatē in l.3. §.1.ff.de adim.legat.& l.32.in fi.ff. de usucapio. Et merā actionē in l.14.§.idem Labeo. ff. de religios. Sic & Merum officium prætoris in l.5.ff. de uerbor. oblig. & Institut. de diuisio. stip. quod, ut Theoph. interpretatur, ἐν μόνῃ δικαιοδοσίας τῷ πράττειν proficiscitur. Merū officium iudicis, non, ut quidam interpretantur, nobile, sed potius, ut idē Theophilus, μόνον. Mera quoque uolūtas nuda, soluta & libera in l. 75. ff. de legat. lib.j.& l.18. ff. de adim.leg. Mera pœna in l.1.in fi.ff. si quis ius dic.l.1.ff. de eo per quem fact. er. quę rei persecutionem non continet. Merum factum, quod dationem mixtam non habet.l. 98.§. mihi Romæ. ff. de solutionib. Mera æstimatio in l.63. in fi.ff.de iur.dot. Merū principium in l.12.§.codicilli. ff. de captiu. Mera donatio in l.28.ff. de pact.dot. l.27. ff. de donatio. Merū denique imperiū in l.3. ff. de iurisdiction. om. iudic.& l.1.§.ulti.ff. de offic. eius cui mand. quod in animaduersione non in dictione iuris consistit, ut à mixto separetur, cui etiam iurisdictio inest. Merū.n. mixto opponitē.l.82.ff. de cōdic.& demon. Martial.

Cum peterem mixtum, uendidit ille merum.

Meram etiam spem nudam, solā & sine re dixit Terent. in Phormion. Act j. Scen. iij. Et Meras uires Ouid. lib.10. de Arte amandi. Bris.

MERVM imperium, est habere gladij potestatē ad puniendum facinorosos morte, exilio, & relegatione ff. de Public. iud. l. ij. Mixtum uero imperium potestatis mediæ est, ex iurisdictione & mero imperio omnia potens, præter pœnam capitalem. Alciat. Parerg. lib. ij. cap. vij. Dictum autem est merum imperium, ut tradit Corras. lib. 3. Miscell. ca.17. tū quod summum sit & excellens. Nam & hoc sensu Plautus in Milite glorioso meros bellatores, & Cicer. in 2. de oratore meros principes dixerūt: tum quod solum sit & purum cum officio ius dicētis nihil commune habens, ut quod à iurisdictione seiunctum sit & separatum omnino.

MERVM ius gētium, quod à ciuilibus institutis seiunctum est.l.31.ff. depos.

MERVM ius, stricta iuris ratio.l.16. ff. de minorib. l. pen.§. ult. ff. de cōtr. tab. l. 4.§. si uiam, ff. de usucap. l. 37. ff. de administ. tut. Hot.

MERX, mercatura. Differūt tamē inter se: quòd merx est species ipsa, quæ emitur, ueuditurúe: mercatura, actus mercandi. Et dicimus mercaturam facere. Est autē mercis appellatio angusta. l.j. §.j. de Exercit. nec ea cōtinentur homines. Aliquando tamē ut Alberic. indicat, omnē cōplectitur negociationē. Pro pensione etiā, & annuo reditu accipi, Bud. autoritate Cic. probat. Adde Bart. in l. iubemus.§.j. C. de Sacr. ec. ad res mobiles tātū pertinet. autore Vlp. Vnde si lex municipalis (uulgus statum uocat) à socio initū mercatū ratū haberi mandat, de re tantum mobili intelligēdū esse, sunt qui tradidere. &, ut Alciato uisum est, minimè absurdè: quādoquidē mercatus à merce deducitur. Per locū ergo, qui à cōiugatis dicitur, ubi merx nō est, ibi nec mercatus. Vide Topic. Cát. Quanuis Alc. à uerbo mercari potiꝰ trahi id nomē credit, qđ mercari uerbū simpliciter emere plerunq; significat: atq; ita uulgaris loquendi usus seruat. Spieg.

MERX peculiaris, dicitur res, in qua dominus permittit seruum suo proprio nomine negociari, etiāsi nihil sit in peculio. Merx dominica autē, in qua nomine alieno, hoc est, domini uice gerit negocia. Sp. Adde Pet. Peck. l.1.§. Si is, n.8. ff. de exercit. act.

MESOCHORVS dicitur Fistulator, cytharista, modificator in medio saltationū choricarū. Io. Bap. in cōment. Epist. Sidon. Appollin. ad Agricolā. li.2.

MESODICVS. Lege, Iudex.

MESONAVTA, in naui uilis mancipij nomen est, ut mediastinus domi. Est enim mediastinus, mācipiū abiectius quod uilissima & sordidissima ministeria obire domi cogitur, domū uerrere, purgamenta efferre, ligna cōgerere, &c. Bud. in l j. de Arbit. Itē mesonautę sunt, qui in nauibus custodię gratia prępoņuntur: ut sunt diætarij, μεσοναῦται græcè. Alc. lib. iij. Dispunct. c. xxj. Idē quoq;, ut ipse fatetur in Parerg. dubitauit quādoq;, quid mesonautę appellatione sensisset: quoniā Herm Barbar. mancipiū ea uoce intelligit, in medio nauis unicuiq; deseruiēs: quales sunt mediastini in principū domibus. Sed ipse hanc sententiā nō probat, cū Vlp. l. fin. Naut. caup. stab. Et quid, inquit, si quis sit ex his, quos uulgò μεσοναύτας, Gręci ναῦς ἐπιβάτας dicūt. Quibus uerbis significatur, mesonautā uulgari uoce eū dici, qui nauē inscendit: & ne quid nauli nomine domino nauis soluat, ducēdis remis operatur. Epibates enim propriè nauis ascēsorē significat. unde & milites, q in naui pugnāt, eo nomine uocātur, & ἐπιβάτιδες naues. Vlpian. in l.j.§. igitur. de Exercit. act. id est, cōscensoriæ, & transportandorum hominum causa factæ. Sp.

MESONAVTA, qui mediū inter nautas, id est remiges locū obtinēs, reliquis remigandi signū prębet: eodē, opinor, modo dictus, ut μεσόχορος. Vlpianꝰ l.1.§.1.ff. naut. caup. stab. Sed de exercitore solūmodo Prętor sentit. nec enim debet, inquit Pomponiꝰ, per remigē aut mesonautā obligari: sed per se, uel p nauis magistrū. Hot Brodæus lib. Miscell. 4. cap.11. Mesonautæ (inquit) dicūtur qui partim ut nautę, regendę naui operā suā impartiunt: partim etiā ut uectores, nōnihil nauiculatoribus aut nauarchis pendunt, ναῦται uero nō dicūtur: hi namq; in media naue remigant, ζύγιοι itidem nuncupati.

MESSIS à metēdo. Aliàs pro tēpore accipitur, quo frumēta scindūtur, Die erndzeit/ so man schneidet: sicut uindemia pro tempore, quo colligūtur uuæ, Die herbstung/ die weinlesung: ut in l.1. in princip. Et l. præsides. ff. de ferijs. Aliàs pro re, hoc est, p segete ipsa iam matura, idq; dupliciter: Aliquando solūm pro frugibus: nonnunquā uerò laxius tā pro fruge, quā pro uua. l. Fructus esse.§. Item si messes. ff. Solut. matrimo. Olden.

MESSORIAE falces, quòd ad messē, id est, tēpus metendi pertinent. Sp.

META, Vide, Catillos.

META dicitur inferior pars molæ & catillus superior l. cum de Lanionis. ff. de fund. instr.

METALLARII, & metallici dicūtur, q sunt dānati ad metalla, hoc est, ad effodiendā terrā ex metallis. Quandoq; tamen simpliciter accipiuntur pro effossorib. metallorū, Bergknappen ut apud Iuriscōs. tit. de Pœnis & lib. xj. C. de Metallar. Nebris.

METALLI pœna olim in usu Romanis fuit. l.8. §. est pœna. ff. de pœn. Paul. lib v. Sent. titul. xvij. l. 24.§. quid ergo. ff. de fideicomm lib. l. 46. ff. de man. test. q à Tarquinio Superbo excogitatā Eutropius

lib.j.ca.x.& Suidas in uerbo σίδηρος scribunt. Quã quã ille huius pœnæ auctor atq; inuẽtor primus nõ fuit, cũ ante eum Semiramis metalla inuenisse, eaq; per captiuos exercuisse feratur, ut à Diodoro Siculo & eodẽ Suida in uerbo Semiramis notatur. Habebát aũt Romani metalla multa. l. 6. §. ult. ff. ad leg. Iul. pecul. ut in Macedonia, Ephesi, in Hispania, ut Liuius & Vitruuius lib. vij. cap. ix. testantur. Duo etiam alia Iustinia. Nouell. Constit. xxij. refert, τὸ ἐν προκοννήσῳ, καὶ τὸ ἐν τῇ καλουμένῃ γύψῳ. Proconnensi metallo Docimenum & Troadense adiungitur in l. 9. & l. 11. de indulgent. debit. in C. Theodos. In hæc metalla sontes uinculis additis ad inquirendas eruendasq; uenas damnabantur. Quò respiciens Tertullia. in lib. de Cultu feminar. sic ait: Terra scilicet planè generosior, quoniam in maledictorũ metallorum feralibus officinis pœnali opere deplorata nomen terræ in igni relinquit, atq; exinde de tormentis in ornamenta, de supplicijs in delitias, de ignominijs in honores metalli refuga dánatur. Per damnatos enim & noxios metalla in honoré, deinde uentura effodiebátur. Inde totiens in libris nostris: In metallũ dari, damnariq; legimus: Qua pœna damnati Metalli appellabantur, quasi metallo addicti & mancipati. l. 8. §. in ministerium. l. 10. §. 1. l. 36. ff. de pœn. Adimebat uerò hæc pœna libertatem, & seruitutẽ irrogabat. l. 8. §. est pœna. & l. 17. l. 36. ff. de pœn. l. 3. ff. de his quæ pro non script. hab. Cæterùm diuersa sunt, in metallum, & in opus metalli damnari. l. 8. §. est pœna. & l. 9. §. istæ feræ. l. 29. §. diuus. ff. de pœn. l. penult. in fi. ff. de uar. & extr. l. 3. §. ult. ff. de re milit. l. 3. §. penul. ff. de crim. stellio. l. 5. ff. de manumissio. differẽtia utriusq; pœnæ est in uinculis. Nã q in metallũ damnati sunt, grauioribus, qui in opus metalli, leuiorib. uinculis premũtur. Itẽ refugę ex opere metalli in metallũ dátur. Refugæ uerò metalli grauiùs ac duriùs coercentur. l. 8. §. inter eos. ff. de pœn. d. l. penult. in fin. ff. de uar. & extr. Bris.

METALLICA Georg. Agric. quę uel metalla ipsa sunt, uel iuxta metalla reperiuntur, uel dum in fornacibus illa excoquũtur, fiunt, uel aliqua alia pręparatione ex eisdem consistunt: operępreciũ est, ut rerum metallicarum appellationes iuxta nostratem linguam, autore Plateano, recenseamus.

Æs purum, *Gedigen Kupffer.*
Alueus, *ein trog.*
Argentum quod statim suum est, *Gedigen Silber.*
Argentum rude, *Silber Ertz.*
Argentum rude puniceum, *Rodt guldin Ertz.*
Argentum rude plumbei coloris, *Glas Ertz.*
Argentum rude nigrum, *Schvuartz Ertz.*
Argentum rude purpureum, *Braun Ertz.*
Argentum rude cinericeum. *Gravu Ertz.*
Argentum rude ruffum, *Rodtbrendig Ertz.*
Argentum uiuum purum, *gedigen Queckfylber.*
Anthrax, siue uena minij, *Queckfylber Ertz.*
Caput dimensionum, *Fundt grub.*
Carbones fossiles, *Steinkolen.*
Casa, *Kaun.*
Cæruleum, *Lasur.*
Chrysocolla. *Berggrun, oder Schyfergrun.*
Cobaltum, *Cobalt.*
Cuniculus, *Stollen.*
Carrus, *Karren.*
Dæmon metallicus, *das Bergmennlin.*
Decliue montis, *das gebeng desz Geburgs.*
Dimensio, *Masz.*
Excoquere, *Schmeltzen.*
Exitus uenæ, *das Vszgeben deß gengi.*
Extensio uenæ, *Das streychen desz gangs.*
Ferrum purum, *gedigen ysen.*
Fibræ, *klufft Vnd geschicke.*
Fluores, *flusz.*
Fodina, *Grub, oder Zech.*
Funis ductarius, *Seil.*
Fossam agere, *Schorffen.*
Galena, siue Molybdęna: *Glantz Vnnd blyertz. Auch Blyschvueyff.*
Gypsum fossile, *Gyps.*
Iacens, *das Ligende.*
Iurati, *die Geschvuornen.*
Iurati duumuiri, *Zvuenn Geschvuornen, die ein gebirg besehen.*
Lapis specularis, *Vnser lieben frovuen eysz.*
Lapilli nigri, *Zvuitter.*
Ligo, *Rettbavu.*
Lythargyrum, *Glett.*
Machina tractatoria, *Haspel.*
Magister metallicorum, *Der Bergmeyster.*
Malleus, *Berghammer. oder Feustel.*
Metallici, *Bergleut.*
Minium, *Bergzynober.*
Ochra natiua, siue Sil, *Berggeel, Ochrageel.*
Ochra facticia, *Bleygeel.*
Pendens, *das hangend.*
Plumbum candidum, *zyn.*
Plumbum nigrum, *Bley.*
Præses fodinæ, *Styger, oder Hutmann.*
Præfectus rationibus, *Schichtmeyster.*
Puteus, *Schacht.*
Pyrites, *Kys.*
Pyrites colore argenteo, *vuasser kys, oder vuysser kys.*
Pyrites colore aureo, *Ein Geeler kys oder Kupfferkys.*
Pyrites prorsus aurei coloris, *Kys der gantz goltfarbig ist.*
Pyrites colore galenæ similis, *Ein glantziger kys.*
Pyrites cineracius, *Ein gravuer kys.*
Recrementum, *Schlacken.*
Rubrica fabrilis naturalis, *Bergrotel.*
Rubrica fabrilis factitia, *Rotel.*
Sandaraca fossilis, *Bergrodt.*
Sandaraca adulterina apud Plinium & Vitruuiũ,
Sandix apud Dioscoridem, *Parys rodt.*
Saxum scissile, *Schifer.*
Saxum corneum, *Hornsteyn.*
Saxum harenosum, *Sandsteyn.*
Situlus, *Kobel.*
Spatum, *Spet.*
Splendor. *Glimmer oder Katzensylber.*
Specus, *Schacht.*
Terminus, *Lochstein.*
Tumulus è fodina egestus, *Halde.*
Vena, *Gang.*
Virgula diuina, *Die Rut.*

META, ut Paulus de fundo instructo ait, est inferior pars molæ, catillus superior. Maff.

METALLICVS substantiuum, qui in metallis operatur. Imp. Constant. de Pœn. Apparebit eam nõ oportuisse in ministerium metallicorum damnari. Sic & apud Plin. inuenitur. Sp.

METALLVM, pro uena perscrutata, completum est, id est, quod non deficit inclinatione: sed quæ metonymicè metalla dicuntur, carẽt plurali. ut aurum, argentum, & similia. Lancil. li. vij. Huius uocabuli appellatione, ut Albericus indicat, continentur lapidicinæ. l. iij. §. fin. ff. de Reb. cor. qui sub. tut.

Tu uerò Bartolum adi, qui docet in l. lege. ff. de contrahen. empt. quid propriè lapidicina sit. Porrò, quo damnari in metallum, à damnari in opus metalli, distet, IC. ostendit in l. aut damnũ. §. inter eos. & §. seq. ff. de pœn. iunct. gl. l. si mater. C. eo. Sp.

METALLVM diuiditur in aurũ, argentum, ferrum, plumbum, &c. l. in uenditionib. de contrahen. empt. & unde dicatur, in d. Stypteria explicatur. Sp.

METALLVM miniariũ, uocatur argentũ, cum quo effoditur minium. Vide Plin. lib. 33. c. 7. Spieg.

METAPHORA, translatio à Cicerone dicitur, sine qua nec quotidianus sermo consistit. cum propter uocabulorũ angustiam similib. plerunq; uti cogamur, uel quia proprium deficiat, uel quia translatum proprio elegantius sit. ut cum Iurecoss. adulterinam monetã, adulterinam scientiã uocant: & adulterari rationes dicunt, id est, conturbari, uel falso describi. l. j. in fin. de ser. corr. Sic ambulatoriam uoluntatem, actionem, legis potestatem, stipulationem dicimus, sic uiam aperire: sic calcem, pro fine, cunabula, pro initijs plerunq; reperire est. Hinc anfractus litium antiquare, id est, extinguere. hinc deflorate species, enucleatum ius, freni temperies, nuda conuentio. Sic in promptu dicimus, ad manum, in pendenti prima facie, laquei legum. Sic inhiare commodis, quod à lupis translatum est. Sic rempub. florere, dotem & donationem propter nuptias, equis passibus ambulare, tempora largiri: causam capitalẽ, quæ ad statum pertinet, dicimus: & si qua similia, quæ nusq̃ in quocunq; autorum genere non occurrũt. Ab hac non multum distat, quæ κατάχρησις, id est, abusio dicitur, cum omisso proprio & peculiari nomine, aliud apponimus. ut cum lex Iulia stuprum appellauit, generalissimo nomine usa, cum speciale crimen insequeretur. Meritò Papin. Lex, inquit, Iulia stuprũ & adulterium promiscuè, & καταχρηστικώτερον appellat, quod Græci φθορά. Qua figura etiam parricidam dicimus, qui matrem interfecit. Sic & Caius: Inter gestum & factum, inquit, καταχρηστικῶς, nihil interest. Ex Alc. lib. 4. de uerb. sig. in prin. Sp.

METARI, propriè est locum destinare, demetiriue figẽdis militum tentorijs. unde dictum, Castra metari. annotatore Rhenano in lib. Tertul. aduersus Valentinianos. Spieg.

METATORES in l. 3. & l. 5. C. de aduoc. diuers. iudicum. l. 9. C. de proxim. sac. scrin. lib. 12. Vegetius lib. 2. c. 7. Metatores ait dici eos, qui præcedentes locum eligunt castris, item qui diuersoriorũ & hospitiorum designant loca, quales sunt, quos uulgò mareschalcos hospitiorum & fourrerios dicimus. Nam & deputatas singulis domus manu sua denotasse & postibus hospitaturi nomen adscripsisse eos, disertè tradit l. j. C. de metat. & epid. lib. 12. Isidor. lib. x. Etymolog. Metatores, ait, appellantur, qui castra designant: à metiendo scilicet, ut Lucanus. Hesperios audax ueniam metator in agros. Cypria. Epist. j. lib. 4. Primum hospitium uobis in carcere præparauit & metator quodammodo uester, nunc quoque uos antecedit. Brissonius.

METATVS. Metari propriè est locum destinare, demetiriue, figendis militum tentorijs. Hinc metatus dicitur miles in terminis castrorum, qui castra uallo undiq; circundabat. Vnde illud, Castra metati sunt filij Israel. Tit. extat de metatis & epidemeticis. lib. xij. Cod. Anch.

METAXA in l. x. de murileg. libr. x. C. Suidas & Zonar. σηρικὸν νῆμα interpretantur. Sic enim Suidas Σὴρ, ait, ζῷον ὃ τὴν μέταξαν γεννᾷ, ἐξ οὗ καὶ σηρικὰ τὰ ἐκ μετάξης ὑφασμένα λέγονται, καὶ σὴρ, σηρὸς ὁ σκώληξ. Et mox, σηρικὸν ὅτι ὁ μέταξά ἐστιν, ἐξ οὗ εἰώθασιν τὴν ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν Ἕλληνες μηδικὴν ἐκάλουν, τανῦν δὲ σηρικὴν ὀνομάζουσιν. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο τὰ περὶ ἀλδίωνας πρεσβεύεσθαι ῥωμαίοις [illegible] τὴν μέταξαν ἐξ ἰνδῶν. ἀπεκέκλειστο δὲ αὐτὴν ἐς ῥωμαίους αὐτοῖς μὴ γίνεσθαι κύριοι μεγάλων χρημάτων. Iustiniani enim temporib. primùm ex India inuecta est metaxa, ut Niceph. scribit, & Zonaras in Iustiniano his uerbis, τὰ τῶν σηρῶν νήματα ἃ μέταξα λέγεται παρὰ ῥωμαίοις γίγνεσθαι ἤρξατο· οὔτε γὰρ ἐκ προτέρου ἐγίνωσκον δι' ἐμπόρων παρὰ ῥωμαίοις τὸ ἐκ μετάξης χρῆμα. ἐν ὕστερον δὲ [illegible] γίγνεσθαι [illegible] ἔστιν. Fit & metaxæ mentio in l. ult. §. species, ff. de publican. in qua tamẽ à Triboniano insertum hoc uerbum, cùm Iureconsultorum tempore metaxę ignotum nomen esset, mihi fit uerisimile. Isidorus lib. xx. Etymol. cap. xxix. metaxam à circuitu filorum, aut quòd transferatur ἀπὸ τοῦ μετάγεσθαι deducit. Briss.

METAXARII Iurisconsultis nuncupantur serici cum negotiantes, quod metaxam uocãt Græci. Sp.

METOECIA, Athenis dies festus. Item sacrificia de receptis in ciuitatem colonis. Autor Plutarchus in Theseo.

METOECION, locus carceris Athenis. Est & tributum quod Metœci, hoc est, extra patriam habitantes, persoluunt. Autor Suidas. Soluebant aũt inquilini quotannis summam xij. drachmarum.

METOECVS, qui sedes mutat, & de loco ad alium transit. Latinè transmigrator, seu incola. Hunc Pompo. de uerb. sign. l. pupillus, πάροικον appellat. Alciat. C. de iure fisc. lib. x.

METHODICI. Lege, Via, inquit Paulus.

METHODVS, id est, iustus ordo tractandi: ut nihil effecisse, qui sine ordinato ꝓgressu scribit, aut docet, rectissimè iudicetur. Sp.

METICVLOSVS est, qui frustra aliquid timet. leg. nec timorem. §. primo. ff. de eo quod metus cau. Spiegelius.

METIENDO metiri. Paul. ff. si mens. fals. mod. dix. Siue, inquit, de itineris latitudine, siue seruitutẽ immittendi, proijciendiq; quæratur: siue aream, uel tignum, uel lapidem metiendo metitus fuerit. Sp.

METRETES, ὁ μετρητὴς, uasis genus, quod Cadus Latinè dicitur: decem congiorum capax. Caius l. 35. §. 5. ff. de contr. empt. Quòd si uinum ita uenierit, ut in singulas amphoras: item oleum, ut in singulos metretas. Item, Quia uenditio quasi sub hac conditione uidetur fieri, ut in singulos metretas, &c. Et Scęuol. l. pen. §. j. ff. locati, de naue loquitur, in quam olei metretum tria millia, frumenti modiũ octo millia imponebantur. Hot. Nicandri interpres Metretẽ sextarios duos & septuaginta complere scribit, ut animaduertit Iunius lib. animad. 4. c. 3.

METROCOMIA. Accurs. metrocomias uillas interpretatur, quę ex iussu principis metœcis, id est, peregrinis transmigratoribus, distributæ sunt. ἀπὸ τοῦ μέτρου καὶ κώμης, hoc est, à mensura & uilla, quasi uillam mensam diceres. Quam interpretationem, ut in re tam obscura (neq; enim id nomen apud alios authores reperiri facile est) improbare firmis argumentis non ausim, ita & aliunde etymũ deduci posse cõstanter affirmare non possum. Scire itaq; debemus eos, qui in ciuitatib. habitabãt, capitationib. nõ fuisse suppositos, qui uerò ruri erant, contrà. Sed, quia erãt pagi quidã, qui, licèt ciuitatũ nomine censerentur, uillis tamen nobiliores erãt, & propterea qui in his habitabant, capitatione etiam ipsi eximebãtur. Negat Imperator se passurum ut in ijs pagis exteri admittãtur, ne fraus fiat fisco. Itaq; intelligo ꝑ metrocomiã

 pagos

pagos hosce maiores, qui paulum infra urbis dignitatem sunt: ut sicut μητρόπολις dicitur ciuitas matrix, hoc est, maior cæteris, ita etiam μητροκωμία, pagus cæteris maior, & caput aliarum uillarũ. Nam & hodie quoq; sunt in Mediolanensi agro huiusmodi metrocomiæ, sicut matrices pagi, quos uernacula simplicitas capita plebis appellat. Hasce autẽ metrocomias D. Marcus in Euang. uidetur appellasse comopoles. Hęc ex Alciat. l. unic. C. non licere habitator. metrocom. &c. lib. xj. Anchora.

METROPOLIS, μητρόπολις, ex μήτηρ & πόλις, id est, matrix & urbs iuncto nomine, dicitur ea ciuitas unde colonia deducta est. Thucyd. lib. 4. [Greek]: id est, Colonia beneficio affecta, honorẽ urbi matrici tribuit: iniuria uero affecta, abalienatur. Itaq; Vlp. l. 4. §. 4. ff. de offic. procõs. Ephesum metropolim appellat: Proconsuli, inquit, necessitatem impositã per mare Asiã applicare, καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον primã attingere. id est, Ephesum prius quã alias metropoles accedere. Modest. l. 6. ff. de excusat. tut. [Greek]: id est, Decet maximo quidem numero uti nationum metropoles: secũdo, eas quæ forum iudiciorum habent: tertio uero, cæteras. Sed Isidorus solers etymologicus, cuius ex schola, tanq̃ ex equo Troiano Canonistæ se profectos gloriãtur, ἀπὸ τοῦ μέτρου, id est, ex mensura fictum uocabulũ tradit, quod homines ingeniosi ὑποκοριστικῶς exceperũt: item ut illud eiusdem Cephas, id est, caput. Hot. Adde Forcat. in Necyom. dial. 62. num. 4.

METROPOLITANI à mensura ciuitatũ nuncupantur. singulis enim prouincijs præeminẽt quorum authoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquis Episcopis agere licet. Solicitudo enim totius prouinciæ archiepiscopis commissa est. ca. cleros. uersic. Metropolitani. 21. dist. Ioan. Bello. Etymolog.

METROPOLIS, caput prouinciæ appellatur. l. 4. §. ingressus. & l. 7. ff. de off. proconf. l. 6. ff. de excus. tut. l. un. C. ut oẽs iud. l. 11. de medic. & professs. in C. Th. quasi mater prouinciæ, ut Theo. in l. un. C. de metropoli Beryto uerbi notationem perstringens, quam, tametsi uulgatã, Isidorus ignorauit. Propriè autem Metropoles, Suida interprete, erant [Greek]. Hæ enim matrum loco Colonicis ciuitatibus habebantur, ut Halicarn. lib. 4. scribit. Ita Prouinciæ Ponti metropolis erat Neocæsarea, ut Iustin. in No. de moderato. Helenoponti scribit, & Syriæ Antiochia ut Xiphilin. & Spartia. in Hadria. Ephesus Ioniæ. d. §. ingressum. Sic in d. l. un. Beryto (q̃ ciuitas Phœniciæ fuit in qua ius ciuile Iustin. temporibus docebatur, ut ex l. j. C. q æt. uel professs. se exc. lib. x. & Epist. Pandectis pręposita, & ex Niceph. lib. 14. hist. Eccles. ca. 52. liquet) Metropoleos nomen ac dignitas saluo Tyri iure tribuitur. Briss.

METVS. Cicer. in Tusc. metus est opinio impendentis mali, quod intolerabile esse uidetur. Vlpiano autem IC. metus est instantis periculi, uel futuri causa, mentis trepidatio. l. j. ff. de eo quod met. caus. metus aũt alius est probabilis, & cadit in hominem constantem & discretum. Alius nõ probabilis, qui cadit in hominem miserum, timidum, & inconstantẽ. l. 5. 6. & 7. ff. eo. Est aũt quintuplex: Primus minarũ, qui non parit actionem: quòd minæ non incutiunt terrorem. Secundus facti, quando præuersatur periculum salutis, uel cruciatus corporis, & is cadit inconstantem uirum. Tertius potentiæ, qui scilicet incutitur à principe, magistratu, superiore, &c. subditis. Quartus reuerentię, ut libertus habet erga patronũ, filius erga patrem, uxor erga maritum, &c. Quintus est perfidiæ: ut, cum aliquis promouetur ab alio, qa timet eius perfidiam. Zas. in tit. Instit. de actionib. §. quadrupli. Sumitur aũt tam actiuè, q̃ passiuè. Nam metus hostium rectè dicitur, & quum timẽt hostes, & quum timentur. Capitur & interdum metus pro religione. quoniam (ut docet Seruius) nata est ex timore. Virgil. lib. 7.

— Multosq; metu seruata per annos. Anch.

METVS captiosus. l. item si. §. unde quidem. ff. quod met. caus. Spieg.

METVS causa abesse uidetur, qui iusto timore mortus, uel cruciatu corporis conterritus abest. Autor Vlp. l. 3. ff. ex quib. caus. maior. Sp.

METVM etiam pręsentem accipimus, non suspitionem inferendi eius. l. 9. ff. quod met. caus. Similiter & in edicto ex quib. cau. maio. uerba hæc,

MEVIO infanti alumno meo, quadraginta dari uolo, q̃ à te Seia suscipiat: & usuras eius quincunce in annum usq; uicesimũ ætatis præstes: eumq; suscipias & tuearis. Vide Scæuol. in l. à filio. ff. de alimen. legat. Spiegelius.

MEVM rectè nomino, in quo ius habeo. Sic rustici agrum quem colunt, suum esse dicunt. Accur. autor, qui citat l. cum aliquis. C. de iure delibe. traditq; in l. 2. de orig. iur. hæc uerba Pomponij. Non quia Papyrius de suo quicquã ibi adiecerit, sed quòd leges sine ordine latas, in unum composuit, facere ꝑ compilatoribus rationum & glossarum, ut eius dicãtur, qui compilet. quod Zas. nõ improbat, si uerbũ compilandi, eiusq; elegantiam intellexit. Sp.

MEVM. Vide Bart. in l. nuper. de leg. 3.

MEVM esse, quod ex re mea superest, cuius uindicandi ius habeo. Celsus ait. l. solũ. ff. de rei uend. Sp.

MEVM id dicere possum, in quo mea utilitas cõsistit. Vide gl. in l. prætor. ff de eden.

MEVM præualet nostro. gl. j. l. quoties. ff. de administr. & pericul. tut. Sp.

MEVM quandoq; demonstrat, quandoq; taxat, quandoq; conditionem facit. l. nuper. de leg. 3. Sp.

MEVM & tuũ, duo pronomina, si è medio tollerentur, homines quietissimè uiuerẽt, iuxta Senecã.

MEVM, tuum, suum, nostrũ, uerba hæc ad ius dominij pertinent, & ea quę debentur nostra tñ nondũ facta sunt, non continent. l. 27. §. argento. l. 34. ff. de aur. arg. Cicer. Topic. Non si uxori uir legauit omne argentum quod suum esset, idcirco quæ in nominibus fuerunt, legata sunt. Multum enim differt in aquam sit positum argentum an in tabulis debeatur. Et id proculdubio nostrum est, cuius proprietas ad nos pertinet, & si ususfructus alienus est. l. xxv. ff. de uerb. sig. l. 2. ff. de condit. instit. Nostrum est & id, qđ nobis cum alio cõmune est, pro ea utiq; parte, quæ ad nos ꝑtinet. Vnde si ita testator legauerit, Stichũ qui meus erit cùm moriar, etiam si usumfructum in eo alienauerit, peti Stichus poterit. Sed etsi is mortis tempore communis sit, pars debebitur. nisi testator uoluerit pro hac conditione hęc uerba inserere, Si totus seruus in dominio meo remanserit. d. l. 2. & l. 5. §. j. ff. de leg. lib. j. Hęc enim uerba, Qui meus erit, sic exaudienda sunt, quatenus meus erit, si modò testatoris uoluntas non refragetur. l. 6. ff. de leg. libr. 1. Briss. Adde Brechæum in l. meorum, in tit. de uerb. & rerum oblig.

MEORVM planè & tuorum appellatione etiã actiones continentur, quia & hæ in bonis sunt. l. 10. §. j.

§.j.ff.ad Trebel.l.49.in fin.l.91.ff.de uerb.sig. Si quis dixerit, Vestē meam,de ea sensisse eum apparet, quā ipse in usus suos habuit.l.27.§.si quis addiderit. ff.de auro,argent. Brissonius.

MEVM,tuum,suum, regulariter denotant nō solum directum dominium, sed etiam quasi dominiū. leg.seruos autem suos.ff.de leg.3.l.Qu. Mutius.§.argento.ff.de aur.& arg.leg.Sp.

M I

MILES,Ein Kriegsman/barbarè pro equite aurato,id est. Ritter/ uulgus accipit,qui Reiter olim dictus uidetur,ut alicubi Rhenanus demonstrat, & Althamerus sequitur. Spieg.

MILES appellatur uel à malitia,id est, duritia,q̄ pro nobis sustinēt:aut à multitudine: aut à malo,qd arcere milites solent.l.j.ff.de milit.testam.Old. Vel

MILES à numero dicitur quasi millesimus quisq; id est,ut rectè Valla interpretatur unus ex mille. Nā Varro milites appellatos esse ait, quod trium milliū legio primo fieret, ex tribubus Tatiensiū Rhamnensium & Lucerum:quarum singulæ millia singula militum mittebant.Connan.lib.9.c.5.nu.1.Quam eandem Etymologiam etiam sequitur Maiorag.lib.Miscellan.4.c.j.& Forcat.in Necyom.dial.23.nu.5.

MILES, si pagano,id est, non militi conferatur, dignior existimabitur:ut docuit Bart.in l.j.§.nec castrense.de coll.bon. quod & in doctoribus dicendū, qui & ipsi dignitatem largo modo habere dicuntur. c.quanto.de magistrat. Propriè enim dignitates in iure nostro sunt,quæ clarissimatus,equitatus, perfectissimatus gradibus continentur, de quib. copiosè disserit Alcia.ostendens quantū hac in re aberratū à doctorib.hactenus sit.Milites aūt olim qui dicerentur,declarat Spec.in tit.de procur.§.j. Et Accurs.in l.pen.ff.ex quib.cau.maior. Hodie uerò,quanquam circa militarem obseruantiā,multa nobis è manibus fœdissimè elapsa sint, cōuenit tamen cōiter inter doctores,etiam milites nostros priuilegia habere(quę rectè placuit olim legislatorib.condonare illis)non pauca.l.scimus.in prin.C.de iur.delib.si modò militiam exerceant. Ex Olden.Sp.

MILES ut q̄s dicatur sex sunt necessaria,primo, ut miles non sit negociator. Secundo quod examinetur.Tertio,quod præstet sacramentum,per geniū principis,& Deum omnipotentem,quod mortē reipubl.causa non euitabit. Quarto,quòd ei ensis cingatur. Quinto stigma,id est,nota publica debet eius brachijs inscribi uel imponi. Sexto in numerū aliorum debet poni & scribi.not.l.pe.ff.ex quib.cau.ma. 25.annis m integ.restituant.Io.Bello.Etym.

MILES, tam caligatum,gregariumq; peditem significat,quam equo militantem,& honoratū.Distinguitur autem à togato,& ut recentiores loquuntur, à pagano.Bud.in l.ult.de Senat.Spieg.

MILES caligatus,cui caligis militarib.uti permissum erat.Tametsi pro Caligatis omne militū genus, à militari caliga,multi accipi contendunt,ut doctiss. Alexan.Neapol.scribit lib.6.Caliga uerò fuit calceamentum militare, quod ferreis clauis multiplicibus muniebatur. Inde caliga pro militia dicta est. Vnde Auximi,quod est oppidū in Piceno, id est,Marchia, ut nunc loquuntur,in quodam ueteri Epitaphio legitur sic:Omnibus officijs in caliga defuncto.Id qd' Romæ in altero epitaphio sic legitur, Omnibus expeditionibus defuncto. Inde etiam à militibus ioco uocatus fuit C.Caligula, per diminutionem,cum esset corpore uasto, & ideo caligas haberet enormes. Vide Beroald.apud Suet. Cæterùm caligæ à multis uocantur tibialia, uulgò Hosen. Caligatorū meminit Imperator in Auth. quib.mod.nat.Sp.

MILES ueteranus qui postq̄ plures annos militauit ueluti rude donat⁹,suis sedib.degit. Corras.Miscellan.lib.6.cap.xj.

MILIARENSES, nomismatis genus, qd permissum erat consulibus,ut in populum spargere possent.§.hocq; ipsos spargere,in Nouel.de Consul.Haloander uertit,in miliarēsibus,id est, in didrachmis. Est autē didrachmū numus, ut ait Bud. binas drachmas ualens. Vide eum lib. 5.de asse.Sp.

MILIARIVM ex l.21.§.si cui fortè.ff.de aur.arg. leg.& Athenęo lib.3.Vas esse ad coquendū apparet, quod non in cocinatorio tantùm, sed & in balneatorio instrumēto ponitur à Palladio,ut & à Senec.li.3. Nat.Quęstio.Cuius hæc sunt uerba:Quemadmodū in balneis facere solemus Dracones, Miliaria & cōplures formas. Inuenitur & hoc uerbū apud eundē auctorem lib.4.earundem Quęstionum,& apud Cato.de re rustic.c.20.22.& 135.& apud Paul.lib.3.Sentent.tit.6.Brisson.

MILIARIVM urbis in l.154.ff.de uerb.sig. columnam in cap. fori Romani statutā accipimus, à qua oēs Italiæ uiæ initium & finē capiebant,Et à qua itinerum mēsura sumebatur: Quod cùm ab Ant.Aug. lib.4.Emend.iam notatum fuerit,prætermissis ab illo adductis locis,duos auctarij loco adijciam,unum ex Dione,qui hanc columnam ab Augusto primùm erectam lib.54.his uerbis tradit: τότε δὲ καὶ τὸ χρυσοῦν μίλιον κεκλημένον ἔστησε, καὶ ἐπιστάτας αὐτῶν ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων ῥαβδούχοις δύο χρωμένους προσέταξε. Alterum uerò ex Publio Victore,qui in libel.de regionib. urb.Rom.miliarium aureum in 7. regione urbis ponit in qua & forum fuit.Porrò cùm miliarium hoc aureum à Suet.&Victore,& à Dione χρυσοῦν μίλιον & à Plutarcho in Galba χρυσοῦν κίων uocetur,efficitur apertissimè colūnā illā aureā fuisse.Bris.

MILIARIVM argenteū.in l.cum aurū & argēt. §.si cui escarium.ff.de aur.& arg.IC.ait.Certè si cacabos argenteos habebat,uel miliariū argenteū, Bays. annotat.Quod hic Pompo. miliarium uocat.Pau.in l.cum de lanionis,æneum appellat,quod supra focū pendet,in quo aqua ad potandum calefit:quo in loco ipse putat legendū,Ahenum:idq; autoritate Horatij comprobat.ut & quod miliarium sit uas ad parandum aquæ calidæ potum,ex Athenæo docet.Haloander noster in iam citata l.pro ęneo Ahenū legit.

MILLIARIVM, siue milliare,à mille passib.dictum est.Sunt autem mille passus,stadia 8. Stadium autem passus centum uigintiquinq; habet, qui sunt plus paulo pedes sexcenti. Passus sunt quinq; pedū. Leuca dictio est Gallica: cuius tamen Ammianus Marcel.meminit.Mille & quingentos etiam ipsa passus habet,ut Antonin.in Itiner. ostēdit: licet plerisq; in locis sit amplior. Quia uerò milliarium lapidibus distingui solet,sæpe dicimus, Ad uigesimū lapidem, hoc est,ad uigesimum miliare. IC.inquit,Vltra centesimum miliarium ab Vrbe, tutelam suscipere non coguntur.Sp.l.propter litem.ff.de excus.tut.uel curat.l.2.C.de erogat.mil.annonæ.lib.12.

MILITANTI appellatione latissimè utitur Iustin. Nunc etenim uocat militiā armatam,nunc metaphoricōs cœlestē, aliàs literariā. Sic militiam Scriniorum uocat in l.in sacr.scrin.in fi. C.de prox sacr. scrin. lib.12. Eadem metaphora, militiā scholasticam appellat,in l.hac lege. C. de priuil.schol.eod.lib. Sp.

MILITARE delictum in l.6.§.irritum.ff.de iniusto,rup.& l.j.ff.de ueter.& milit.succes.l.13.C.de test. milit.

milit. quod quis ut miles admittit. & qđ aliter, quàm disciplina communis exigit, committit. Cuiusmodi est, desertio, emansio, proditio, & alia, quibus disciplina militaris uiolatur. l. 2. & l. 6. ff. de re milit. l. xxij. §. j. de legat. lib. 3. Briss.

MILITARE aduocatos. Merito aiunt Imperatores aduocatos quoq; militare. Quid enim tantopere bello simile uideri potest, quàm lis & iudiciũ? Bellum mouent partes, similiter & litem, ibi duces, quorum imperio res administretur, hic aduocati deliguntur, ibi milites operam suam præstant, hic procuratores, & alieni negocij curatores, ibi armis contenditur, hic scriptis & testibus, ibi de ciuitatibus & regnis disceptatur, hîc pariter possessiones & cæteræ opes in controuersia uersantur, ibi speculatores magnopere prosunt, hic quoque, ut quid aduersarij cogitent, quid moliantur, intelligatur: Duces strategematis utuntur, aduocati consilijs, in bello uigilantia plurimum iuuat, itidem in iudicio. In hoc igitur tantum differunt, quòd in bello casus multũ ualent, hic nihil possunt: ibi solum uiribus contenditur, hic rõne, ibi iudice fortuna, hic grauissimis uiris. Quo fit, ut aduocati ducibus, & militibus longè præponendi uideantur, cum illi etiam contra, hi uerò tantummodo pro iustitia pugnent. Ferran. lib. 2. Explicat. in l. aduocati. de aduocat. diu. iud. ca. 6.

MILITARE ius, ait Isid. lib. 5. ca. 7. est belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato congressio in hostem, uel commissio, item signo dato receptio, flagitij militaris disciplina. cætera quoq; ad rem disciplinamq; militarem pertinentia eo iure continentur. Militare ius in tit. de milit. testa. Ius est proprium militum, quo eis testari prout libuerit, Imperatorum constitutionibus concessum est. Briss.

MILITARE stipendium quantum fuerit, haud procliue dictu est. Polybius enim diurnum peditis quæstum obolos duos statuit. Centurionis duplex. Equitis drachmam, quæ eadem fere est apud Græcos, ac denarius apud Romanos. Postremorum aũt temporum consuetudine diurnum peditis Romani stipendium fuisse denarium, ex Taciti lib. j. apparet, ubi Percennius miles conqueritur denis in diem assibus animam & corpus ęstimari, hinc uestem, arma, tentoria, hinc sæuitiam centurionum, & uacationes munerum redimi. Denarius autem decem assibus æstimatus est, atq; semper in militari stipendio pro decem assibus datus, quamuis bello Punico secũdo placuisset, ut sexdecim assibus permutaretur, ut tradit Plin. lib. 33. cap. 3.

MILITARES uiæ, id est, publicę apud Paulum declarantur in l. ult. de locis & itiner. public. Spieg.

MILITARIS ætas decem & septem annor. censebatur olim ut refert Connan. lib. 9. c. 5. nu. 4.

MILITARI manu, quãdo iudex uti debet, Vlp. demonstrat in l. qui restituere. de rei uend. Spiegel.

MILITARIS iudex. Iudex militaris est, qui de curialibus, uel priuatis personis, habet cognoscendi iudicandiq; potestatem. l. j. & 2. C. de offic. milit. ind.

MILITARITER pro militari more. l. 4. §. qui post. de re milit. Sic militariter ornatus apud Tacit. lib. 16. Et militariter ambulare apud Vopisc. in Aurel. Et militariter armatus apud Apuleium lib. 9. de asino aur. Brissonius.

MILITES, inquit Iustin. appellamus tam eos, q̃ sub excelsis magistris militum tolerare noscũtur militiam, quàm qui in undecim deuotissimis scholis taxati sunt, necnon eos, qui sub diuersis optionib. fœderatorum nomine sunt decorati. l. ulti. ff. de loc. & cond. Hotomannus.

MILITES hi demum appellantur, qui sacramẽto rogati adactiq; & in numeros relati sunt, ut lib. 2. Antiq. exposui. Quod uerò in l. un. in fin. ff. de bon. poss. ex test. milit. scribitur, Militem esse quamuis in numeris non sit, ad eum pertinet, qui ex uno numero ut in alium reponeretur exemptus, eò nondũ peruenerit. Interim enim miles est, quamuis adhuc non sit in aliquo numero. Porrò milites Iustin. definit, tã eos, qui sub magistris militũ militiam tolerãt, q̃ qui in undecim scholis taxati sunt, necnõ eos, qui sub diuersis optionib. fœderatorum nomine decorantur. l. ult. C. de locat. & cond. In classibus nautæ & remiges & trierarchi milites sunt. d. l. un. §. pen. Vigilum itẽ militia quædã Romæ erat, ut aliàs diximus. Briss.

MILITES euocati. Milites euocati dicti fuere, qui propter aliquem casum repentinũ ex agris euocabantur, & ad bellum ire cogebantur. Quorũ facit mentionem Cic. in epist. & Sueto. in Augusto, & in Galba. Ferran. lib. 2. Exposit. in l. aduocat. de aduoc. diu. iud. cap. 6.

MILITES ære diruti Ausonio dicuntur quibus propter ignominiam stipendiũ subtrahitur: de quibus P. Crinitus de honest. discip. lib. 18. cap. 6.

MILITES extraordinarij qui extra ordinẽ adijciebantur, ut Cornicines, Tibicines, & alij id genus. Corras. lib. 5. Miscel. cap. 22.

MILITES, in l. obseruare. ff. de offic. procon. imperitè pro uiatoribus interpres accipit, qui ęquè inscitè illi milites iustitiæ sunt. Nam Iureconf. de militibus sentit, qui prouinciam tuebantur. Vnde nomẽ traxerint, Vlpi. docet, in l. j. de test. milit. Vide Liuiũ lib. 9. & Bart. in l. j. C. de dign. lib. 12. Spiegel.

MILITES cincti: uide Cinctus & Discinctus. & Connan. lib. 9. cap. 5. num. 8.

MILITES limitanei. Quęre, Stationarij milites.

MILITES literati, dicũtur doctores & aduocati: tametsi ad eos militare priuilegiũ de foro nõ pertineat. qđ eis turpe sit, ius in quo uersantur, ignorare. l. 2. §. Seruius aũt Sulp. ff. de orig. iur. Eadem ratione neq; militib. ecclesiasticis, h. e. clericis, cõpetit, ut est cõis & uera sententia doctorũ. Nam clerici nõ debẽt ignorare literas, & iura scripta, imò rudes & indocti ad ordines nullo mõ sunt admittẽdi. ut Nou. de sanctiss. epis. §. clericos aũt nõ aliter. c. fi. de ęta. qual. Sp.

MILITES oẽs qui discedere à signis sine periculo non possunt, reipubl. causa abesse intelligũtur, ait Scæuol. l. pen. ex quib. cau. maior. Spiegel.

MILITES, per quos aduersus hostiũ iniurias & insultus, public⁹ status cõseruatur, uarijs in iure nostro epithetis designãtur, Cincti scilicet. Sagati, Caligatiq; dicti. de quib. copiosissimè scribit Alex. ca. 22. lib. 6. Genial. dier. Meminit item Valturius. Milites aũt olim qui dicerẽtur, declarat Spec. in tit. de pcur. & Accur. in l. pen. ff. ex quib. caus. maior. Hodie uerò quanq̃ circa militarẽ obseruantiã multa nobis è manib. fœdissimè lapsa sint, ut uerissimè dicit Old. conuenit tamen cõiter inter Doctores, etiã milites nostros militaria priuilegia habere, q̃ in corpore Iuris, ut aiunt, cõtinentur, modò militiam exerceant. Sp.

MILITES q latrocinãtur, Cęs. Maxim. Heckenrutter appellabat, hodie Schnaphanen: sicut milites ignominiose missi, potius pœnis, quam beneficijs afficiendi sunt. ut probat. l. milites. C. de quæst. Sp.

MILITES subsidiarij apud Romanos olim dicebantur ij, qui, ut ait Liuius, integri seruabantur ad longioris pugnæ casus ueluti Triarij: Balduin. tit. de satisdat. tut. uel cur.

MILITIA non ad arma solùm spectat, sed & uniuersitatem quoq; designat. Hinc militia aduocatorũ Impp. Leonis & Anthemij constitutione: militia Palatina, pro omnib. qui in palatio, in Breuiario Theodosij: militia literata. Cæſarũ reſcriptis, in tit. de prox. sacr. ſcrin. militia negotiatorum, Iuſtin. C. lib. 8. Vide Alc. lib. prætermiſſ. j. Spiegel.

MILITIA duplex in libris noſtris reperitur: una Armata, quæ belli cauſa ſuſcipitur: de qua mẽtio fit in l. 1. C. de iur. & fact. l. 18. ff. de re iud. l. 4. Cod. qui dar. tut. altera uerò Ciuilis, quam ſic deſcribere poſſumus: Miniſterium publicorum Principis negociorum, cuius cauſa ſalaria ut commoda à Principe tribuuntur. Hotomannus.

MILITIAM armatam dicimus ad differentiam palatinæ. l. 6. l. 18. ff. de re iud. l. j. C. de iur. & fac. ign. l. 4. C. qui dare tuto. Nam quicunq; munus aliquod in repub. gerebant, aliquámue adminiſtrationem habebant, militare poſteriorum Impp. temporib. dicebantur. Militiæ item appellabãtur commoda illa annonarum ſalariaq́;, quæ armatam uel inermem militiam exercentibus publicè præſtabantur. Et ita militiæ nomen accipiendum eſt in l. 22. & l. 49. §. 1. ff. de legat. lib. 2. l. 11. §. ſi ſeruo. l. pen. §. pen. & ult. ff. de leg. lib. 3. l. 18. §. ab hæredibus. ff. de aliment. legat. l. 53. §. inter. ff. de actio. empt. l. 3. §. ſi quid minori. ff. de minoribus. l. xxx. C. de inoffic. teſtam. l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iudicum. Briſſ.

MILITIA literata apud Theo. tit. de prox. ſacr. ſcrin. l. proximos. de qua Duarenus libr. anniuerſar. diſpu. cap. iij.

MILITIA urbana, eſt eorum qui in foro uerſantur. Cic. pro Muræn. Seruius hic nobiſcum hanc urbanam militiam reſpondendi, cauendi, ſcribẽdi, plenam ſtomachi, ac ſolicitudinis, ſecutus eſt: Ius Ciuile didicit, uigilauit, laborauit, præſtò multis fuit. Sp.

MILITIAM urbanam Cicero, patronorum, qui pòſt Aduocati dicti ſunt, labores & aſsiduitatem appellat: non affirmans, ut quidam putant, ſed eos èludens potius, quum ita res & tempus poſtularet. In Murẹniana enim ſic loquitur, Seruius hic, inquit, nobiſcum hanc urbanam militiam reſpõdendi, ſcribendi, cauendi, plenam ſolicitudinis & ſtomachi ſecutus eſt, ius ciuile didicit, multum laborauit, præſtò multis fuit. Sed Impp. quidam poſtea nihil ſimulantes, in l. 14. C. de aduo. diu. iud. ſic locuti ſunt: Nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos, q gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam aduocatos. militant namq; cauſarum patroni, qui glorioſæ uocis confiſi munimine laborantium ſpem, uitam & poſteros defendunt. Hot.

MILITIAE caſus, cùm alicuius militia, hoc eſt, munus alicuius eorum qui publica Principis negocia gerunt, per eius mortem cecidit: quaſi dicas Caducam militiam. Conſtitutum igitur fuit, milite aliquo mortuo liberi, uel uxor, uel hẹredes eius, de cõmilitonum ſententia: uel (ut uſitatis uerbis utamur, ex communi eorum qui in eadem ſchola, id eſt ordine ſtatuti ſunt, placito) beneficium aliquod à principe impetrarent. Hoc beneficium ſiue commodũ Caſus militiæ dicebatur præciſè, pro Commodum caducæ militiæ: quod non hæreditatis iure, ſed priuilegio & beneficio Principis tribuebatur. Iuſtinian. aũt in d. Nouel. 53. conſtituit, ne creditores defuncti militis cuius bona ſoluendo non ſunt, caſum illum militiæ pignori capiant, extrà quàm ſi eorum pecunia eam militiam defunctus emerit. uide l. ſi quis, 11. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. l. ult. C. de pign. l. omnimodo, 30. §. ult. C. de inoffic. teſt. Hot. Vide latius Connanum lib. 4. cap. 15. num. 12 & 13.

MILITIAE genera tria, uidelicet, ſacramentũ, coniurationem, & euocationẽ, Seruius in 8. Æneid. declarat. Et Bud. in annot. ad l. j. depoſiti. Spieg.

MILITIAE cohortales, aut certæ pleræq; earũ, ſeruiendi neceſsitate aſtringebant, non ipſos cohortales modo, ſed etiam eorum liberos, Conna. lib. 4. cap. xv. num. 2.

MILITIAE imaginariæ genus, Cæſ. Claud. inſtituit: quod uocauit ſuper numerum quo abſentes & titulotenus fungerentur. Sic nunc in pleriſq; collegijs eccleſiaſticis, Canonici ſupernumerarij nuncupantur, donec imagine poſita, prẹbendam, ut uocant, ſunt conſecuti. Spieg.

MILITIBVS, ut ait Vlpian. de teſtam. militis, liberam teſtamenti factionem, primus quidem D. Iulius Cæſar conceſsit: ſed ea conceſsio temporalis erat. Poſteà uero primus D. Titus dedit. poſt hos Domitianus. Poſteà Diuus Nerua pleniſsimam indulgentiam in milites contulit: eamq́; & Traianus ſecutus eſt: & exinde mandatis inſeri cœpit capitulũ tale. Cum in notitiam meam prolatum ſit, ſubinde teſtamenta à commilitonibus relicta proferri: quẹ poſſunt in controuerſiam deduci: ſi ad diligentiam legũ reuocentur, etiam obſeruantiam ſecutus animi mei integritudinem erga optimos fideliſsimoſq; cõmilitones ſimplicitati eorum conſulendum exiſtimaui: ut quoquo modo teſtati fuiſſent, rata eſſet eorũ uoluntas. faciant igitur teſtamenta quomodo uolent, fatiant quomodo poterunt, ſufficiatq́; ad bonorum ſuorum diuiſionem faciendam nuda uoluntas teſtatoris. Maffeus.

MILITVM loco habentur aduocati & magiſtratus urbani, quia urbanæ militiẹ nomen dederũt &c. Connan. lib. 1. cap. 8. num. 6.

MILITVM appellatio poſtremis temporibus quaſi pro ſingulari Imperatorum beneficio ad eos tranſlata eſt, qui in pace & ocio, ꝓcuratione aliqua Reip. fungerentur. qđ tamen non omnibus, ſed certis duntaxat honoribus tribuebatur. unde Iuſtin. l. 3. de numerarijs, lib. Cod. 12. Numerarios, inquit, ampliſsimæ tuæ ſedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere iubemus. Idem eo. tit. Nemini licere deinceps iubemus in quacunq; militia connumerato, ſolicitudinem Actuarij ſubire, uel poſt depoſitã eandem curam ad militiam aſpirare: quatenus inter priuatos agens, omniq; militari priuilegio denudatus, nihil nundinationis uel fraudis circa cõmendata ratiocinia, quibus obnoxius eſt, attentare ualeat. Harum autem militiarum aliæ Palatinæ dicuntur, eorum ſcilicet qui in Principis palatio muneri alicui præfecti erant: de quibus uide Connan. lib. 4. ca. 15. num. 4. aliæ Comitatenſes, eorum qui in eiuſdem erant comitatu: aliæ Prouinciales, eorum qui prouinciarum magiſtratibus apparebant. quibus omnibus aditus etiam mercatoribus atq; negociatorib. patebat: duntaxat, qui ſordidorũ opificũ numero non eſſent: quales ſunt fabri, & alij oẽs qui in ergaſterijs, id eſt, officinis operarijs exercentur, aut merces uenales quotidiani quæſtus cauſa proſtituunt. uti patet ex l. antepen. C. de cohortal. Hotom. ex lib. 4. Connani cap. xv. num. 1. & 4.

MILIVM, genus frugis, nomẽ à maxima numerorum ſumma, quẹ eſt mille, cepiſſe quidam putant, teſte Feſto. Vlpianus ad legem Aquil. Sed & ſi quis milium, uel frumentum meum effuderit in flumen, ſufficit Aquiliæ actio.

MILLE

MILLE passus non à muro urbis, sed à continentibus ædificijs numerandi sunt, ut ait Marcellus de uerborum signific. Maffeus.

MIMI sunt ioculatores, uel dominorum seruitores seipsos inuitantes, iuxta illud:

Musca, Canis, Mimi, sunt ad conuiuia primi,
Non inuitati ueniunt prandere parati.

De quibus dicit Ludo. de Roma. Si tales ducunt animalia fera (prout communiter fit) uidelicet, leones, ursos, simias &c. & ab his aliquis occiditur, puniri debent pœna ducentorum solidorum. text. est singularis in l. qui uulgo. ff. de ædil. edict. iunctis legibus præcedentibus, & non debetur ei pœna mortis. Quamuis enim qui occasionem mortis dat, occidisse uideatur: tamen hoc est propter tacitum consensum ciuium, qui illos cum animalibus ciuitatem intrare, & in ea manere permiserunt. Old.

MIMVS etiam poematis nomen est, in quo habetur imitatio cuiuslibet sermonis, uel facti, sine reuerentia. nam etsi aliæ comœdiæ idem faciant, solus tamen mimus quasi priuilegio quodam, quod commune erat, possedit, & quasi suum uindicauit. Hanc fabularum speciem Latini uocant Planipediam. Huius poematis scriptores dicuntur mimographi, ut Philystio, ut Publius, ut Laberius: quorũ apud Gellium plurima mentio. Sueton. in Cæsare: Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit. Plin. natur. histor. lib. 7. Mythicum pantomimum, hoc est, fabularem quendam uocauit: ceu pantomimorũ duo sint genera, scenici, & mythici. quod & Tranquillus ferè demonstrat, qui ait: Primis temporibus quęcũque in scena fierent, in comœdia quoq; agitari consueuisse. nam & pantomimos (inquit) & choraules in comœdia canebant: postea separata sunt comœdiorum à pantomimis artificia. Causam Diomedes Grammaticus exequitur. Mimorum aũt apud Gręcos multæ sunt species: quas ex Athenæo, Polluce, & Strabone refert Hermolaus. & secundum prædicta, corrigenda sunt uerba Iuliani, in l. si libertus artem. de oper. liber. & Vlpi. in l. ædiles aiunt. in fin. ff. de ædil. edict. apud quem numi mẽdosè legitur: Sed mimi castigandum est. Et Iureconsult. in l. 3. §. si liber homo. ff. de cond. ob caus.

MIMI, non ioculatores, sed effictores Latinè dicuntur, qui uel intra, uel extra scenam, gesticulationes exercent, imitanturq; dicta, factaq;, moresúe hominum, & naturas cum lasciuia: à μιμέομαι, quod significat, imitor. Autor Diom. Vide suprà, Archimimi.

MIN facere, ut à Varrone relatum est, dicuntur, qui uix proloqui audent, sed summussando hæsitãt: P. Crinitus de honest. discip. lib. 18. cap. 5.

MINA, aut Mna, annotant recentiores Vocabularij ex uarijs auctoribus. diligenter uerba eorum ascribam. Mina, Græcè μνᾶ, Atticum est uocabulum, quo tam in appellatione rei nummariæ, quàm ponderalis Athenienses utebantur. Constabat autem ex drachmis Atticis centum: eratq; maior Romana libra drachmis quatuor. Nam hæc nonaginta sex tantum pendebat drachmas. Fannius apud Priscian.

Accipe præterea, paruo quam nomine Graij
Mnan uocitant, nostriq; Minam dixere priores.
Centum hæ sunt drachmæ: quod si modo dempseris illis
Quatuor, efficies hanc nostram denique libram.

Sed hoc de mina noua intelligi debet, quæ & Solonis mina à quibusdam appellatur. Constat enim, Minam Atticam antiquitus fuisse drachmarum tantũ septuaginta quinque, quę actis posteà à Solone ponderibus, Mina uetus appellata est, de qua intelligi debet, quod subdit Fannius apud Priscianum:

Attica quæ fiet, quartam si dempseris, hinc Mna.

Quo tamen in loco Fannius sentire uidetur, Minam Atticam eam esse, quæ constat 75. drachmis, quam nos Minam ueterem uocauimus: alteram uero, quę 100. constat drachmis, Minam Græcam uocari. Sed hoc non esse uerum, facilè Plinij autoritate conuinci potest: qui lib. j. cap. ult. ubi ex professo Atticorum ponderum interpretationem tractat, subdit in fine capitis: Mna, quam nostri Minam uocãt, pendet drachmas Atticas 100. Vide plura eius rei testimonia, tam Græca, quàm Latina, apud Georgium Agricolam. Quoties autem apud scriptores minæ mentio occurrit, de Mina noua intelligendum est, quæ epitriti portionem habet ad minorem seu ueterem Minam: quemadmodum & Talentum maius, ad Talentum minus. Continet itaq; Mina, si de pondere intelligas, uncias duodecim, & semissem. Quod si de re numaria fit sermo, Mina ad monetæ Gallicæ æstimationem reducta, ualebit circiter libras Turonenses 17. & semissem. Tantum enim conficiunt centũ drachmæ, singulæ tribus solidis Turonensibus, & semisse æstimatæ. Budæus æstimat Minam aureis coronatis 10. quod in idem recidit, modo sanè intelligas singulos coronatos ab eo xxxv. duntaxat solidis Turonensibus æstimari. Mina etiam mensuræ genus est, qua agri metiuntur: qui & Modius dicitur, & Actus quadratus. Habet in latitudine pedes centum uiginti, & in longitudine totidem. Vide Varronem de re rustic. lib. 1. cap. x.

MINAE, id est, comminationes, & metus incussiones per uerba, aut signa, non raro iustum metum faciunt. De quo uide Bart. in l. j. §. quæ onerandæ. in fin. quar. rer. act. non dat. Sp.

MINAE elusoriæ, pro uanis, apud Paul. in l. hæc autem, in princ. Si cui plus quàm per Falc. De huiusmodi minis uide Iurisc. in l. 3. iuncta glo. ff. ex quibus causis maior. Sp.

MINERA. Hæc maiore consensu, siue communi, ut aiunt, opinione interpretum, in regalibus, terræq; fructibus numeratur cap. j. in uerbo, Argentariæ. in usibus feud. l. diuortio. §. si uia. solut. matrim. legat. iij. §. fina. cum seq. de rebus eorum qui sub tut. non alien. Spieg.

MINICVLARIVS appellatur, qui minio quid inficit. l. 3. de indulgent. debitor. lib. xj. C. Th. Miniũ uerò unde ematur, & quomodo paretur Vitruu. lib. 7. cap. 8. docet. Briss.

MINICVLATOR, corporista uulgò est, qui capitales literas scriptis libris minio aut rubrica præponit. Vlpianus de operis libert. l. ut iurisiurandi. Si fortè, inquit, librarius, uel miniculator, uel calculator, & cætera. Nebrissensis.

MINIMA causa, quæ duum aureorum tantum est, quæue iudiciales sumptus ferre non potest. l. j. ff. de dolo. 2. q. 7. anteriorum. §. illud. Sed & quæ decẽ libras auri non excedit, hoc nomine uenit. de qua in nouissimis Iuribus tractatur. Sp.

MINIME omnium, pro nullo modo. Minimè gentium enim dicebant ueteres, pro eo quod est, omnium gentium iudicio minimè faciendum esse. Festus autor. Interdum plus est quàm non, nempe in responsione negatiua: id quod uulgò dicitur, absit. Pro non, apud Iuriscoss. frequens est. Sp.

MINIMVM peculium habens, etiam peculiaris intelligitur. Caius ad fi. l. si quid uenditor. de ædil. edict. Æquè si quis, inquit, simpliciter dixerit peculiatum esse seruum: sufficit, si is uel minimum habeat pecu-

peculium. Aduerbialiter significat, quod barbari dicunt, Ad minus. Sp. Qui magis quam cæteri diligentiam in aliqua re debet, is Magister dictus est, l. cui præcipua. de uerb. sig. Ergo & minister, qui minus. Curt. lib. 1. ἀκαντῶν, cap. xij.

MINISTER nudus, merus executor est, ut Bartol. docet in l. si quis Titio. de leg. 2. Quanuis IC. simpliciter ministrum legatario opposuisse uidetur. Qđ minimè interpres animaduertit, quiue secuti sunt eum. Vnde eis cùm hic, tum alibi, tot sunt anxiè quęsitæ distinctiones, atq; subdistinctiones. Sp.

MINISTERIVM, pro omni ponitur operatione, ut in l. quod meo. ff. de acq. possess. Inde damnati in ministerium metalli, in l. aut damnum. ff. de pœn. Interdum pro ipsis ministris accipitur. Paul. Vrbica ministeria dicimus etiã, quæ extra urbem nobis ministrare consueuerunt. Sic in l. 2. de ser. fug. l. in eadẽ. Ex quib. cau. maior. & sim. Sp. Hinc

MINISTERIA militaria, municipalia, publica, prætoria, pro ipsis ministris dicimus. l. vij. ff. de offic. procons. l. 6. §. illicita. ff. de offic. præsid. l. x. ff. ex quibus caus. maior. l. 2. ff. de seru. fugit. l. 3. §. qui pecuniã. ff. de suspect. tut. Et apud Tertull. aliquotiens. Apul. lib. x. de asino aur. Ræuard. ad l. fœminæ. ff. de reg. iuris. Donec iussu magistratuũ ministeria publica contrectatis nequissimi serui manibus anulum ferreum deprehensum cùm signo sacculi conferunt. Ministeria etiam pro seruis & mancipijs in l. 6. & l. 8. ff. de pignorib. l. 21. ff. de donat. int. uir. l. 27. §. si fornicarius. ff. ad leg. Aquil. l. 12. §. sed si fundus. ff. de instruct. uel instrum. l. 24. §. j. ff. de iudic. l. 41. §. pro hærede. ff. de fideic. libert. Ministratores serui. l. 203. ff. de uerbor. sign. Seneca lib. 15. Epist. Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum, per quos signo dato ad inferendam cœnam discurritur.

MINISTERIANVS. Habetur tit. lib. xij. C. sic conceptus, de castrens. & ministerianis. Quem titulum D. Alciat. rectiùs inscribi putat, de castrensibus ministris. quod annotauimus in iuris titulis, per nos in ordinem dispositis. Et de horum officio Lampridius in Alexan. ita scribit, Aulicum (inquit) ministerium in id contraxit, ut essent tot homines in singulis officijs, quot necessitas postularet: ita ut annonas, non dignitatem acciperent, fullones, & uestitores, & pistores, & pincernæ, omnes castrenses ministri. Hæc ille. Ministeriani igitur hoc in titulo erant homines, qui præerant castris principum. Hoc autẽ nomine à ministrando dicti. Anch.

MINISTRATORES, propriè dicitur, qui patrifamiliàs in mensa ministrant. A' manib. ducto nomine. Alc. de uerb. sign. Cœnantibus apud Angliam Prælatis ac Baronibus ministratores flexis genibus officium suum faciunt, teste Æn. Syluio. qui nec Imperatori, nec regi tantum adulationis à nostris impendi, prandereq; prandente domino, famulos duobus, tribúsue, qui uel uina, uel cibos apponant, expectantibus per contentionem Ant. Panormitæ ostendit cap. 34. lib. 2. comm. in dicta & facta Alphonsi regis. Sp. Connan. lib. 2. cap. 7. num. 4.

MINOR dicitur, qui nondum annum 25. excessit, de quo tituli, de in integrum restitutione: de filio familiàs minore: de fideiussoribus minorum. & titu. si tutor uel curator interuenerit. tractant, ostendentes quæ priuilegia minoribus læsis impartiantur: iuxtà, quibus remedijs minorum consulatur. his enim ut cæteris huiusce ætatis adsolet esse consiliũ & fragile, & infirmum. l. j. §. nam cum. ff. de minoribus. ætasque illa tum imposturis, tum captionibus subiacet. d. §. nam cum. Dico autem læsis, eo, quòd nõ omnia, quæ à minoribus 25. annis geruntur, irrita sunt, sed ea tantùm, quæ, causa cognita, huiusmodi depręhensa sunt, ut ab alijs uel circumuenti, uel sua facilitate decepti sint. d. l. non omnia. ff. de minorib. Nempe uidelicet, rem màioris ualoris esse, quàm uendita sit, donatione contractui uenditionis descripta clarè ostenditur. Indeq; minorem aut circumuentum, aut sua facilitate deceptum esse. Minor autem quinque & uiginti annis natus, uendere, permutare, uel donare non potest. alienare quidem sine decreto nõ potest iurib. uulg. neq; quoq;, & si curatore careret, potest, maximè, quæ immobilia sunt. ff. de reb. cre. per tot. & l. non solum. & l. si minor. l. Faber in §. nũc admonendi sumus. Instit. qui. alien. licet, uel non. etiam permutare non potest immobilia ipsa sine iudicis decreto, quemadmodum Baldus tenet. in l. j. nu. 6. C. si aduers. trans. quum permutatio nihil aliud sit, quàm quòd alienationis species, c. nulli liceat. de rebus eccles. non alien. c. j. 2 & 3. de rerum permut. ext. emptioniq; uicina, l. 2. ff. de rer. permuta. imò & emptionis uicem obtinet, l. 2. C. eo. tit. l. Titia. & ibi Bal. ff. de iur. dot. & l. apud Celsum. §. si quis autem. uer. authoris. ff. de dol. except. quiq; rem accipit permutatam, emptori similis est. l. ult. ff. quib. ex cau. in possess. eat. & l. sciendum. §. deinde. de ædilit. edict. ff. Ex quo & meritò quidem, permutatio pro uenditione à probatissimis scriptoribus usurpatur. Tullius, ad Attic. lib. 2. epist. totius operis 230. incip. Quæ dudũ ibi scripserat, ut HS. xij. permutaret, tantum esse reliquum de argento. Plinius frequẽtiùs, quàm quòd hic locus desideret. Duo tamen, aut tria ad summũ, addam, ne imponere uidear. Primum erit, lib. 7. c. 38. Praxiteles (ait) marmore nobilitatus, Gnidiaq; Venere præcipuè, uesano amore cuiusdam iuuenis insigni, & Nicomedis æstimatione regis grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conati. Alterum, lib. 9. cap. 55. Sex millia numero murenarum mutuo appẽdit. nam permutare quidem precio noluit. Postremum uero, lib. xxxv. cap. ix. Postea donare opera sua instituit, quòd ea nullo satis digno precio permutari posse diceret. quod nostros quoq; Iureconsultos fecisse credibile est, Paulus ad Sab. lib. 7. Quia & permutatio dotium conuentione fieri potest. l. si ei nuptura. de iur. dot. ff. Modestinus lib. regularũ 1. Ita constante matrimonio permutari posse dotẽ dicimus, si hoc mulieri sit utile. l. ita constante. de iure dot. ff. & l. Iulia. lib. Digest. xvij. Non enim constat, posse inter uirum & uxorem conuenire, ut dos, qua in pecunia numerata est, permutetur, & transferatur in corpora, quum mulieri prodest. l. si mulier dotis. ff. de pact. dotalibus. Ad hæc, donare minor non potest. donare etenim perdere est. Pomponius in l. filiusfamiliàs. de donat. ff. Filiusfamiliàs (ait) donare non potest, neq; si liberam peculij administrationem habeat. Non enim ad hoc ei conceditur libera peculij administratio, ut perdat. Quod cũ ita sit, hos omnes cõtractus, uenditionis, permutationis, & donationis, nullos & irritos esse relinquitur. Quantum autem ad uenditionem, nemo sanè est omnium, qui nesciat illam nullam esse, neque quicquam quod haberet minor, sine decreto uendere potuisse: quippe quæ alienationis species sit. imò uerò omnem amplexatur alienationem. l. statuliberi. ad fi. de stat. lib. Alexand. & recentiores in l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de leg. j. Venditionis itaque appellatione omnem actum, per quem dominium transfertur, contineri, Martianus respondit. l. sicut re corporali. §. uenditionis

tionis,autem.& ibi Bar.quib.mod.pign. uel hypoth. soluit. Nam qui alienare prohibetur,ei quoq; interdicitur, ex quo alienatio sequitur:tanquam nihil intersit alienes,an id facias,ex quo sequatur alienatio. codicillis.§.matre.& ibi Bart.ff.de leg. 2. & l.ulti. C. de legit. tutor.& cap.j.§.ult.de inuestitu.de re alien. fact. In usibus feud. glo.in l.si ita quis.§.ea lege.& ibi Bal. qui eam dicit notabilem. Raph. Cum.& Fràcis. Ar. Præter hæc quoque,quòd solennitatibus caret, Matthæus de afflict.in consti.reg.Siciliæ,quæ incip. minorum iura. in gloss.fin. tenet iura tantùm fauere minoribus xxv. annis, ut aduersus rerum immobilium uenditionem,etiamsi in uenditione ipsa solennitates à iure requisitę interuenerint,aut iudicis decretum (modò de læsione constiterit) restituantur. Neq; proculdubio dubitationi locus est, minorem restitui posse,idq; principis beneficio,quod fieri debere antè quàm quintus & trigesimus annus elabatur,legibus regijs statuitur. art.2.in rubr.de restit.& reuela.in or.reg. De iureiurando autem remittendo (quod postremum est) princeps iurisiurandi gratiā facere potest,ut probat text.in l.Impp. ff. ad munic. & no.Guid.Papę in q.178.& q.184. Accursius autē, l.adigere. ff.de iure patron. & Bald.l. patronus.ff.de oper.libert.legem tradunt uim habere apostolici rescripti,ad iurisiurandi remisionem:& si peruulgata consuetudine episcopi,& archiepiscopi,sacramenta remittant, causa non cognita, hæq; relaxationes in foro & laico,& ecclesiastico tollerentur, Guid.Pap. quæst.140.apponaturq; in rescriptis clausula, ut restitutionem impetrans, ab idoneo pontifice iurisiurandi religione exoluatur. Anch.

MINOREM 25.annis in edicto de minorib.accipimus,qui nondum uicesimum quintum annum agit, momentis quoq; temporum ad hoc subductis.l. 3.§.minorem.ff.de minorib. In lege uerò Ælia Sentia,qua minor 20. annis manumittere uetatur,q Kalen.Ianuar.natus fuerit post horā noctis sextā pridie Kal.manumittere poterit, incipiente planè non exacto die. Non enim iam minor 20.annis est,qui supremum diem anni uicesimi agit.l.1.ff.de manumiss. Sic & in l.8.ff.de munerib.& honor. cœptus annus uicesimus quintus pro pleno & completo habetur. Bris.

MINORES annorum,uetus locutio, quæ sæpe à Iurisconsultis usurpata. Varro lib.de re rust.j. c.17. Operarios parandos esse,qui laborem ferre possint, ne minores annorum 22.Hot.Conna.lib.8.c.5.nu.j.

MINORES summæ pecuniarum quæ sint, docet Iurisconsf.in l.j.C. de defensorib.ciuitat. Quo loco Solidi, pro aureis non aliter accipiūtur, quam in §.ult.Instit. de pœn.tem.litig. Alio modo intelligendus est Solidus in l.si libertus.ff.de in ius uoc. Quære infrà, Solidus. Spieg.

MINORIS empturum me fuisse. Vide, Quanto minoris.

MINTVRNENSES. Aristo, apud Vlpian. ff.si ser.uindic. dicit eum,qui tabernam casceariam à Minturnensibus conduxit, ad superiora prohiberi posse fumum immittere. Minturnæ oppidum in Campania, habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens persecutionem Syllæ. nunc Taietū castellum esse dicunt. Sp.

MINVERE,pro commutare dicitur: sunt enim gradus quidam commutandi statum, per quos aliquid de conditione hominis minuitur. Insti. de cap. deminut. Oldendorp.

MINVS quod est in dubio assumendū,l. qui concubinam.§.cum ita 1.ff.de leg.3. Sp.

MINVS,uim comparatiui nō semper retinet:unde quòd nō recepi, rectè dixero minus recepisse: & minus tribuere uidetur,qui nihil tribuit. l.illud. §.j. ff.de tribut.Minus positiuo adiunctum contrarię significationis, comparatiuum demonstrat. ut minus stultus,id est,prudentior. Sp.

MINVS scriptum, & plus dictum. C. de Test. & quemadmod.ord.

MINVS malum,quod iniquitatis minimum habet,ac in ratione boni computatur, intelligimus.VI de Salomon.in l.Gallus. Sp.

MINVS solutum tributumq; uidetur, etiamsi nihil tributum,solutúmue sit.l.32.ff.de uerb.sign.l.7.§. minus.ff.de tributor.Brissonius. Adde Brechæū in l.non potest.in tit.de uerb.& rer.sign.nu.j.

MINVS tria significare ait Theo.Hermopolites l.150.ff.de uerbor.signific. τὸ βραδέως, τὸ μὴ παντελῶς, τὸ μηδὲν ἔχειν. Prat.

MINVS soluit,qui tardius soluit,nam & tempore minus soluitur,ait Gaius de uerb.sig. Maff.

MINVS soluisse uideri non potest is, aduersus quem amplioris summæ actio non competit, ita ait Modest.tit.de uerb.sig. Maff.

MINVSCVLA. Lege, Legitima.

MINVTA alimenta Vlp.interpretatur esse decē aureorum annuorum.in l.3.§.quamuis. Si cui plus quàm per leg.Falcid. Sp.

MINVTATIM, id est, per minutas partes non sunt alimenta legata præstanda.l.3. ff.de alim. & cib. leg.cum sim.quæ Alber.citat. Sp.

MINVTÆ pecuniæ.leg.si plures.§.j.ff.de pactis.

MINVTVM.Lege,Momenta.

MIRABILEM partum Imp. appellat, qui à maiore quinquaginta annorum editur.l.si maior. C.de legit.hæred. Spieg.

MIRIONES appellauit antiquitas, qui ob oris distorti deformitatem,admirationi forent.Sp.

MISCELLA doctrina Gellio lib.xx.cap. xij.dicitur uaria & quasi confusanea, omnisq; generis argumentis mixta, quod genus scripti plurimi nostra ætate tentarūt,in primis Crinitus & Cælius,& post hos P. Victorius,& Adrian. Turneb.uterq; suæ gentis doctissimus.

MISCERE,& confundere, quo differant,explicat gl.in l.idem Pomp.§.si plumbū.ff.de rei uen. Sp.

MISERABILIVM personarum nomine,etiam si opulenti sint, propter fortunæ iniuriam, ueniunt perpetuo morbo detenti, senes ualetudinarij, furiosi,mente capti,uiduæ, pupilli,orphani,& quę personæ his debent censeri similes: quòd relinquitur arbitrio iudicis.ex sententia Bar.in l.j. C.quan. Imp.int. pupil. & uid.c.ex tenore.de for.compet. Ægroti autem,quorum hic fit mentio,accipiuntur, qui morbo graui sunt adfecti,propter quem cuilibet rei agendę sunt impares.l.2.§.si quis in iudicio, ff.si quis caut.l. morbus.de uerb.sig.Sp.Adde Abbatem in c.significantib.ext.de offic.deleg.

MISERATIO,significatio misericordię,qua ex alicuius infœlicitate mouemur. Triphoninus: Nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit.l. auxiliū. §.in delictis. ff.de minorib. Spieg.

MISERICORDIA,est ægritudo cordis, ex miseria alterius,iniuria laborantis: uulgò compassio dicitur. Lege Cic.4.Tusc.& Senec.2. de Clement. Sp.

MISERICORDIA,& Clementia longè diuersa sunt,quia utraq; harum plus quam iustū ęquumq; est,remittit. Clementia enim est, per quàm animi in

odium

odium alicuius concitati comitate retinentur: Misericordia autem ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis &c. Connan. lib. 1. c. xj. num. x.

MISERICORDIAE causa dare, apud Paul. in l. si quis. ff. de calumn. Spieg.

MISERICORDIA ductus feci. Lege §. idê Labeo quærit. l. & eleganter. ff. de dolo. Spiegelius.

MISERVM esse Donatus dicit, qui prematur calamitate, qua indignus sit. Itaq; nocens, sceleratusq; uerè miser non est, quomodo uulgò dicitur, cum calamitate premitur: tametsi natura nobis insitum est, ut eorundem atrociorib. supplicijs illachrymemus. Spiegelius.

MISOCALVS, Grecè μισόκαλος, osor honesti dicitur, atq; is, qui oēm literarum elegantiā, nitoremque dicendi perosus, ab omnib. doctrinis humanioribus abhorrens, rusticus, inuenustus, illepidus, & hircosus est. Is inquā, qui & Iuris decorum aspernatur, sua barbarie contentus. Bud. in l. j. de iust. & iur.

MISSA. Frequens in ore omnium est missæ uocabulum, etiam ab ijs, qui eleganter & Latinè theologiæ studia attigerūt, usurpatæ. Nec tamē satis constat, quæ sit eius uocis origo. Potest quidem uideri hanc uocem à Græcis emanasse, qui cum sacris operati essent, missum populum faciebant, nec aliunde potestas priùs cuiquam erat, quàm sacrificulus pronuntiasset λαοῖς ἄφεσιν, id est, populis missio, quod Latini uno uerbo ilicet dicebant, quod est ire licet. unde sub eius sacri finem etiamnum solet sacerdos dicere: Ite, missa est, missam, ut uidetur, ꝓ missione accipiens. Neq; uerò est præter consuetudinem, quòd missa non missio pronuntietur, quandoquidem nostræ religionis authores promiscuè missionē & missam usurpârunt. Diuus enim Cyprianus ad Fortun. de exhortat. martyrij. In aquę (inquit) baptismo percipitur peccatorum remissa. Hinc ergò totum sacrificium missa est nominatū. Quod uocabulū Io. Reuchlinus, homo Germanus, & literarum Hebraic. cū primis sciens lib. de erudit. Hebraicis 2. docet Hebraic. esse, non Græcum, nec Latinū. Alciato probabilior est prior opinio, & Polyd. de inuentorib. rer.

MISSAE uocabulum, pro sacro piaculari in Dictionario Alberici, ceu Græcum, falso interpellatio, exponitur. Hoc autem ut barbarum, nōnulli etiam, magnum nomen in bonis literis consecuti, reijciūt: licet alijs quibusdam uiris, impensè item doctis, maximè autem Reuchlino nostro, uisum est Hebræū: tamen certum est, à mittendo missam dictā pro missione. sicut remissam pro remissione apud Tertullianum & Cyprianum legimus. In sacro hoc enim, qđ Missa uocatur, duplex quondam fuit missio, hoc est, dimissio. Nam mittere, & missum facere, pro dimittere legitur apud idoneos autores: sicut missio pro dimissione, cuius apud ueteres Iurisconsſ. mox ut dicemus, plura genera existunt. Erant autem huius sacri duæ partes: quod doctissimi uiri Volzius & Rhenanus ante me, & primi, quod ego sciam, monuerūt. Prior fuit, ab Introitu usque ad Offertorium inclusiuè, in qua fiebat confessio, cantio, lectio, interpretatio, increpatio, adhortatio, oratio, oblatio. Quibus consummatis, Diaconus ex more, ac edito loco, sublata uoce clamabat: Si quis non communicat, det locum. teste diuo Gregorio Dialog. libro 2. cap. xxiij. uel ut Isidorus, Vuilhelmus Durandus in ration. libro vj. scripsere. Si quis est Catechumenus, exeat forâs. Tum enim dimittebantur & Catechumeni, & q alioqui uel suo uel ecclesiæ iudicio, cōmunione corporis CHRISTI censebantur indigni. Indeque uocata est hæc prior huius sacri pars, missa Cathechumenorum. In altera parte huius sacri, fiebat panis fractio, corporis & sanguinis CHRISTI communio, Agape, Eucharistia, siue gratiarum actio. Quibus exactis, iam altera fiebat missio, quando fideles Christiani (qui soli norunt, ut diuus Augustinus ait, quid sit edere corpus CHRISTI, & sanguinem eius bibere) quoque dimittebantur, iterum clamante Diacono: Ite, Missa est, scilicet Ecclesia, quæ est fidelium congregatio, quam & Latinè Collectam, & Grecè Synaxim uocarunt. Et ab hac missione dicta est hæc ultima sacri pars missa fidelium: quòd fideles mitterentur ad sua quisque negotia priuata. In sacris quoque gentium non admodum dissimiliter agebatur. Nam sacrificus rem diuinam facturus, dicebat, τίς τῇδε, id est, Quis hic? Qui aderant, respondebant, πολλοὶ κἀγαθοί, id est, multi & boni. Hæc uerò dicebantur, ut si quis esset sibi conscius admissi piaculi, à mysterijs discederet. Peracta uerò re diuina, conuersus ad plebem sacerdos aiebat, λαοῖς ἄφεσιν, id est, populis missio. ut est apud Apuleium libro xj. Hunc locum & restituit nobis Beroaldus, & doctè enarrauit: Vis, inquiens, exemplum simile? Proximum habes. Nam quotidie in mysterijs nostris solet sacerdos post peracta solennia dicere: Ite, missa est. Vt autem hoc sacrum sit Missa uocata, longa die factū est, denominatione deducta à fine, ubi dictum est: Ite, missa est. Siquidem à fine plerunque denominationem fieri, nemo doctus ignorat. Prisci enim, teste Rhenano, Dominica solennia sacrificiumque uocitarunt, propter geminam illam missam, hoc est, missionem, siue dimissionem populi in eodem sacro, factum est ut solennia missarum dicant ueteres pluratiuè de uno & eodem sacrificio loquentes. B. Gregor. lib. Dialog. iij. cap. iij. Protinus, inquit, uenerandus uir orationi incubuit, & missarum solennia exorsus est, sacrificium in conspectu DEI omnipotentis immolauit. Item alijs in locis, quæ recitare longum esset. Idem etiam & posteriores factitarunt, & antiquiores. Seuerus Sulpitius in uita diui Martini lib. 2. Deinde, inquit, paulò pòst Archidiaconus ingressus admonet pro consuetudine populum in ecclesia expectare, illum ad agenda missarum solennia debere procedere: ubi clare uides eum de una Liturgia loqui. Georg. Vicelius in typo prioris Ecclesiæ, quo exprimit quanti CHRISTVM faciat, Eucharistiam ab Ignatio martyre uocatam innuit Missam, epist. ad Smirnens. 6. Sic enim illic legitur. Propterea non licet sine episcopo, neque offerre, neque missas celebrare. At cū Ignatius (ut Rhenanus in alia quadam ad eundem Volzium epist. scribit) Græcè scripserit, uerisimile est: Latinum interpretem exponere ea, quæ præcedunt. Offerre scilicet, & sacrificium immolare. Nam Liturgias pauci intellexissent. Confirmata est autem missæ denominatio per sacri huius uulgationem, quando sine delectu, illotisq; manibus sacris initiati sunt. O si non ad quæstum etiā, quilibet usq; ad nauseam, & contemptū: quem rempub. Christianam, in summum discrimen quandoq; adducturum, sæpenumero predixerat Iacobus Banisius, patronus noster: quo nostro æuo omnino neque uir experientior, nec incorruptior quisquam in aula, nec Rom. Ecclesiæ studiosior, atq; addictior fuit, priusquam etiam Lutheri nomē audiretur. Atq; ita ex arcano mysterio, nata est, quam hodieq; uidere licet, uulgaris illa missa sacrificiorū, cuius filia est missa illa mercatorum. Sic enim uocantur uulgò nundinæ, emporeumata, mercatus negotiationes:

quæ ferè in templorum dedicationib. anniuersarijs, aut sanctorum natalitijs habetur. Et planè dubium est, Volzius ait, utrius missæ negotiatio lucrosior, aut abusus damnabilior. Vt uerò digressi paululū redeamus, quod dimittitur, ceu finitum atq; completum est. idcirco maiores nostri subinde missam esse, pro finire: & missam, pro fine, seu completione usurparunt. Ita Io. Cass. lib. 3. cap. 7. de eo, qui ad orationem tardius occurrit: Si congregationis, inquit, missam stans pro foribus præstolabatur. Et ca. 8. Vt contenti, ait, somno, qui nobis post Vigiliarum missam, usque ad lucis indulget aduentum. Et paulo inferiùs: Nisi, inquit, post Vigiliarum missam, somni quantūcunq; gustarit &c. Sanctus quoq; Benedictus in regula sua, quod de publ. precibus dicit cap. 9. finiantur, & cap. 12. 13. completum est, hoc cap. 17. semel dicit, Missæ sint: & bis, Fiant missæ. Ex quo luculenter ostenditur, quòd missum esse, uel fieri, pro finitū atque completum esse, uel fieri intellexerūt. Et ita forte quidam acceperunt, quod dictum erat: Ite, missa est: id est, finita, completa. Inde & complenda dicta uideri potest. Spieg.

MISSI qui sunt ad gratulandum principi, Reip. causa abesse dicuntur, teste Paul. in l. qui mittuntur. ff. ex quib. caus. maior. Spieg.

MISSIBILIA apud Iustin. in No. de armis, quę manu mittūtur & procul iaciuntur tela. Et ita apud Vegetiū in ueteribus codicib. scriptum obseruaui. ubicunq; uulgò Missilia legitur. Brisson.

MISSILIA, à mittendo, dicimus uariarum rerū donaria, quæ Impp. atq; olim Coss. liberalitatis gratia, idq; in perpetuam rei memoriam, populo colligenda spargere solebant. Hæc habentur pro derelicto, fiuntq; occupantis. §. hoc amplius. Instit. de rer. diuis. Calen. Decemb. Domitianum legimus, sub noctem iussisse spargi omnis generis missilia in populum. Porrò, missilia pro telis quę in hostem emittantur, sciunt omnes. Vide Rhodig. cap. 6. lib. 14. Spieg. Connan. lib. 7. cap. 6. num. 7.

MISSIO. Olim legatario non fiebat copia agendi rei uendicatione, pro re sibi legata, nisi in possessionem mitteretur. gl. in l. j. in uer. missionis. C. commu. de leg. fideicommis. &c. Hęc uerò in rem possessio ab Imperatore tollitur. eod. tit. C. in tit. Communia de legatis, & fideicōmissis: & de in rem missione tollenda. statuens ut qualitercunq; aliquid legetur, dentur legatario actiones, scilicet actio in rem, & in personam, & hypothecaria in alijs rebus defuncti. Itaq;, missio eo in loco, id est, constitutio. Cæterùm, missionis pro dimissione in re militari, atq; in iure nostro multa sunt genera, ut A. Calepinus, & post eum Spiegelius annotat, in Lexico ei. quos, si uoles, consulere poteris. Anch.

MISSIONVM militarium tria sunt genera. Est honesta missio, quæ emeritis stipendijs, legitimoq; militiæ tempore expleto datur. l. 5. C. de test. milit. l. 7. C. de fide instrument. Quam Quintilian. Declamatio. xiij. & Liuius multis locis iustam appellant. Est causaria, quę ante tempus iusta aliqua de causa & honesta datur: ueluti ob ualetudinem. Apul. lib. 4. de Asino aur. Rebar enim me iam debilem prorsus, & exanimatū mereri causariam missionem. Vnde causarios milites, quibus morbus causa erat ne militarent, Liuius uocat. Tertia est ignominiosa missio quæ ob delictum datur. Quæ omnia à Iureconsultis traduntur in l. 2. §. ignominiæ. ff. de his, qui not. infa. l. 13. §. missionum. ff. de re milit. l. 4. ff. de milit. test. l. 4. & l. 27. ff. de inoffic. test. l. 10. in princ. & §. qui autem. ff. de excus. tut. l. ult. ff. de furib. balnear. Brisson.

MISSIO ignominiosa toties est, quoties qui mittit addidit nominatim, ignominiæ causa se mittere. Est & quartū genus, id est, species missionis si quis euitandorum munerum causa militia subijsset, l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infam. Alijs uerbis hæ species definiuntur in l. milites agrum. §. missionum ff. de re militar. Vbi Martian. ait: Missionum generales causæ sunt tres: honesta, quæ tempore militię impleto datur. Causaria, cum quis uitio animi uel corporis minus idoneus renunciatur: Ignominiosa causa est, cum quis propter delictum sacramento militiæ soluitur. Io. Bello. Etymol. addę Ræuardum. l. in toto iure. ff. de Reg. Iur.

MISSOS pro uocatis in l. ult. ff. de Muner. Accursius intellexit, cum Budæo teste, significet transmissos & præteritos. Spieg.

MISTIM. Vlp. l. si mulieri. ff. de Vsufruct. ad Crescen. Quid si, ait, mistim fuerint liberi & extranei hæredes. Spiegel.

ΜΙΣΘΩΤΗΣ, qui aliquid conductum habet. Modestin. l. 49. ff. locat. οἱ ἐπίτροποι γενόμενοι μισθωταὶ καίσαρος γενέσθαι κωλύονται: id est, Curatores creati prohibentur aliquid à Cæsare conductum habere. Et paulo pòst, ἀνὴρ ἀπολυόμενος μισθώσασθαι καὶ παρὰ τοῦ ταμείου χωρία. Sunt prohibiti fisci possessiones conducere. Hot.

MITTENDARII in lib. 3. li. 7. l. 8. C. de palatin. sacr. largitio. lib. 12. & apud Cassiodor. l. 11. Variar.

MITRÆ inter ornamenta muliebria enumerantur ab Vlp. in l. arg. §. muliebri. ff. de aur. & argen. leg. sed magis capitis tegendi quàm ornandi causa comparantur, secundum Vlp. in l. uestis. §. muliebria. eo. tit. Hę apud Mæonios primum in usu fuerunt: deinde Ægyptijs, Syrijs, Phrygijs, & Lydijs. erat autem pileus incuruus, quo etiam hodie Dux Venetorum utitur. Quamuis & pro muliebri corona, ad ornatū capitis adolescentularum accipiatur. & ideo diuus Hieron. inquit: Auferet dominus ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras. Nostra quoq; tempestate uidemus pontifices, cum rebus diuinis præsunt, mitris uti. Papin. tamen Persarū more mitram pro sole posuit, Thebaid. j. dum inquit:

Indignata sequi torquentem cornua mitram. Cotta.

Mitram intelligens solem quasi rerum omnium parentem. Hinc Mitriaca sacra quorum prolixè meminit Origenes in Celsum Cynicum & Lampridius nec non Eunapius in uita Maximi philosophi: Eorū uero nō apud Persas modo, sed & apud multas gentes sacrosancta fuit religio. Schard. Huic adde Tiraquellum in 3. l. connub. gl. j. par. iij. nu. 27.

MITTENDARII uocabantur Palatini milites, quod plęrunq; in prouincias mitterentur. Connan. lib. 4. cap. 15. num. 4.

MITTERE ex primo decreto in possessionē Prętor dicitʳ, quū quempiā in possessionē ducit rei custodiēdę cā. Vbi aūt iusserit ex secūdo decreto possidere, iam sunt ueri possessores appellādi. Zasius noster singulariter docuit, Nō tantū cū ius nostrū missos in possessionē simpliciter nominat, eos intelligi, qui ex primo decreto missi sunt, ut fuit cōis doctorum sententia: sed & hos, qui secundū decretū obtinuerunt, in possessionem simpliciter esse missos, dici debere. Atq; ita hæc uerba, Mitti in possessionem, pro subiecta materia ad utrunq; decretum referri posse. Sp.

MITTERE in consilium, est dimittere iudices ad sententiam dicendā, id est, cogere eos, inter se uota conferre, Salomonio exponēte. Idem scribit, hoc in sa-

in sacro apostolico consistorio (uulgus iudiciũ Rotæ uocat) etiamnum obseruari. Decanus enim (ut ait) auditis omnibus causæ argumentis, collegas cogit ire in consilium ad sententias conferendas. Cætera apud eum uide in l. mandata iurisdictione. ff. de offic. eius cui mandat. Bud. in l. 2. de origin. iur. dicit: Mittere in consilium, esse perinde ac si Græcè dixeris ἀναψηφίσαι τὴν ψῆφον. hoc est, censendi potestatem facere, & calculum proponere, calculum porrigere, & iudicandi facultatẽ permittere: uulgò Zu recht sprechen/vrtheyl geben. Spieg.

MITTERE in possessionem, est possessorem facere, aut in possessionem ducere, ut rem custodiat. Verbi gratia, contendisti mecum, fundum Castellanum esse tuum: & probasti. Iudex per executorẽ mittit te in possessionem, id est, facit te possessorẽ. Item, uolui agere cum Titio, qui citatus noluit uenire ad iudicium: Iudex me mittere debet in possessionem fundi, quem petebam, non ut possideam, sed ut custodiam rem, & maneam in fundo, ut ipse Titius tandem tædio affectus ueniat, & litem suscipiat, donec probauero illam rem esse meam. Vide gl. fin. in cap. contingit. de do. & contu. quod operatur missio in possessionem in actione reali & personali ex primo & secundo decreto. Et nota quòd Prætor missionẽ in possessionem ex secundo decreto sibi specialiter reseruauit, & sic legatis aut subdelegatis non est concessum dare uel confirmare missionem in possessionem, ut no. in gl. fin. cap. quod translationem. de off. deleg. De hac materia uide in ca. quoniam frequenter. ut lit. non contest. circa medium. uel post. & glo. in c. contingit. præalleg. Old.

MITTERE in possessionem nomine uentris est mittere in possessionem nomine eius qui est in uentre, ut cùm mulier prægnans mittitur in possessionẽ nomine filij uel filiæ hæredis, quem uel quam habet in utero ex marito præmortuo. Et nota: Ad hoc, qđ iudex actorem mittat in possessionem, uel bona uendat, uel eum soluat, requiruntur quatuor necessaria. Primò, quòd citet reum absentem trina citatione, uel una peremptoria ad domum. Si non reperitur, citentur amici uel affines generali interdicto. Et si non comparet aliquis procurator uel defensor, ex primo decreto, seu mandato, mittitur actor in possessionem causa rei seruandæ, quæ missio non tribuit ius, sed solùm detentionem, ut reus tædio affectus ueniat responsurus. Quare dicitur possessio tędialis ex primo decreto. Secundò requiritur congruum tempus inter primam & secundam missionem, quod est arbitrarium, postquàm in iure non inuenitur determinatum, uel annale &c. Tertiò, quòd absens malitiosè noluit cõparere, & animo fraudandi creditores. Secus si malitiosè tantũ, uidelicet propter maleficium aliquod, non tamẽ animo fraudandi. Quartò, quòd constet de debito legitimè per ueras & plures probationes. nec sufficit iuramentũ calumniæ, cùm agitur de magno præiudicio rei absentis, quibus omnibus habitis, mittitur actor in possessionem uerè ex secũdo decreto. Et sic missus in possessionem, habebit omne ius dominij, uel quasi. qđ habuit reus: imo reus postea non est audiendus, nisi non fuisset per contumaciam absens. ut in ca. consultationibus. de offic. deleg. cuius est hæc materia. & ibi glo. bona. Olden.

MITTERE plenam opinionẽ, pro eo quòd uulgò dicitur, totalem facere informationem. apud Vlpian. in l. inter pœnas. de interdict. & relegat. Sp.

MITTI in possessionem dicuntur à Magistratibus, quibus custodia rerum & obseruatio, uel crediti seruandi causa, uel dotis, uel uentris, legatorúmue nomine, aut damni infecti causa conceditur: non ut possideant, sed ut in possessione sint, tædioq́; perpetuæ custodiæ uel cautionem, uel quod sibi debetur extorqueant & exprimant. l. 3. §. ulti. & l. x. ff. de adq. hæred. l. j. ff. quib. ex caus. in poss. l. secunda. ff. de ferijs. l. ix. ff. de rei uindic. l. xxvj. & l. xxvij. ff. de iud. Liuius lib. 49. In bona deinde L. Scipionis possessum publicè Quæstores Prætor misit. Qui uero mittuntur in possessionem, ire in bona, & ire in possessionẽ dicuntur, ut aliàs dixi. Missum damni infecti in l. 7. §. planè. ff. commu. diuid. interpretare ex causa damni infecti in possessionem missum.

MITTI ad iudicem. l. 8. & l. 9. ff. de liber. cau. l. ul. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat. l. 22. ff. de iudic. Mitti ad arbitrum. l. j. §. cùm dicitur. ff. si quis plus quàm per leg. Falcid. Ire ad iudicem etiam non in ea rubr. duntaxat, sed & in l. 5. C. arbit. tutor. & l. 3. ff. iudi. sol. Sed & mitti ad actionem dixit Gaius in l. 26. ff. de ædilit. edict. & remitti ad interdictum Vlp. in l. j. §. sed si inter. ff. uti possid. l. 2. in fin. ff. testam. quemad. aper. Et per interdictum ad ius ordinarium remitti in l. j. §. j. ff. si mul. uent. nom.

MIXTAE actiones, quæ tam in rem sunt, quàm in personam: quales sunt familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum. §. quædã. Institut. de action. l. j. ff. finium regund. l. 37. in fin. ff. de obligat. & action. Item hæreditatis petitio. l. 7. C. de petit. hæred. Brisson.

MIXTAE etiam actiones appellantur, quæ partim rem, partim pœnam persequuntur. §. sequens. & §. rei persequendæ. & §. ex maleficijs. Instit. de actionibus. Brissonius.

MIXTA interdicta appellantur, quæ & prohibitoria sunt & exhibitoria. l. j. §. interdictorum. ff. de interdict. Brisson.

MIXTVM sub simplici non compræhenditur, gloss. est quæ ad hoc semper allegatur, in §. omnium. Inst. de action. & propterea Bal. eleganter cons. cxlj. præmisis uerbis. col. ult. lib. j. dicebat, quòd si sunt duæ causæ simul complicatæ, quarum una appositionem respuit, alia autem admittit: & sententia super utraq; simul feratur, poterit ab utraq; simul appellari, maximè ex causis expressis in iure. & est memoria dignũ: & uidi pluries disputari in hoc. & conueniunt quæ latè tradit Ias. consilio lxxiiij. in casu præsenti. libro iij. ubi consuluit, an in transactione sub simplici compræhẽdatur mixtum. & dicit etiam Baldus in præallegato consilio in j. colum. quòd eadem ratione in causa mixti possessorij poterit appellari. quod nota ad l. unicam. C. si de moment. possess. fuer. appell. Cotta.

MIXTVM imperium, est, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione cõsistit, & in iudicis danda licentia. Alc. in Parer. lib. 2. cap. 8. Zasius, doct. & Bar. suam distinctionem relinquens, per tres gradus mixtum imperium distinguit. Magnum, quod in officio nobili consistit: plenam tamẽ causæ cognitionem exigens, realemq́; uel personalem coercionem. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de Off. Procons. Mediocre, quod absq; reali coercione, plenam causæ cognitionem exigit. Paruũ, in ijs consistit, quæ officio iudicis, itidem nobili, cum summaria aliquando cognitione explicãtur. Exempla pete ex lectione eius perquam luculẽta. in l. cui iurisdictio data est. ff. de iurisdict. Sp.

MIXTVRA in l. 82. ff. de condi. & dem. l. 30. ff. de usucap. Briss.

M N

MNA Græci, Latini Minam uocant. Hæc uaria admodum eſt, ut latè explicat doctiſſ. uir, Georgius Agric. Apud Græcos idem eſt, quod libra, & pondo apud Romanos: hęc centum drachmas continebat, hoc eſt, centum denarios Romanos, ſeu quadringétos ſeſtertios. Mina igitur decem aureos coronatos ualuit, & drachma tres ſolidos Turoneos, & ſemiſſem, quanti ſcilicet denarius Romanus æſtimatur à doctis, qui de hac re ſcripſerunt, hoc eſt, quaterni nummi. Ex Bud. Spieg.

MNABA, ſeruitus quæ ſit, indicat Rhodigin. lib. xiij. cap. xlix.

M O

MOBILES res nonnunquam à ſe mouentibus ſeparantur. l. j. ff. de ædil. edict. l. pen. C. de iure dot. l. un. §. cùm autem. C. de rei uxo. act. l. 2. & 3. C. de quadrien. præſcript. l. 37. C. de epiſc. & cler. l. 13. C. de ſeruitutib. l. 4. C. famil. erciſc. Briſſonius.

MOBILES ſunt quæ ſupellectilis, quæ inſtrumenti penúſue nomine cõtinentur, ut ueſtis, lectus, menſa, &c. Mouentes ſe animalia ſunt omnia quæ poſsidemus. Immobiles quæ ſolo hęrent, ut domus, fundus &c. Connan. lib. 3. cap. 2 num. 11.

MOBILIA, licet paſsiuam ſignificationem reſpiciant, ſicut mouentia actiuam, tamen pro eodem accipiuntur, niſi aliter de mente cõſtet. l. mouentium. de uerb. ſig. Celſus in l. ſi chorus. de leg. 3. ait, his uerbis: Quæ ibi mobilia mea erunt, do, lego, numos ibi repoſitos ut mutui darentur, nõ eſſe legatos. At Proculus ait eos, quos præſidij cauſa repoſitos haberet, legato contineri: & ſæpe audiuiſſe ruſticos ſenes ita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe: peculium appellantes, quod præſidij cauſa ſeponeretur.

MOBILIVM nomine annui reditus breui tempore duraturi ueniunt. Contrà, qui perpetuò debentur, immobilibus æquiparantur. Quod Alciatus ita intelligẽdum putat: Vt ſi dies ceſsit, incipiantq́; iam deberi, mobilibus æquiparentur. Nam cùm actio inde cõpetat, uidetur res ipſa haberi: alioquin immobilium potius ſimilitudinem in eis approbat. Idem animaduertendum monuit, quòd ex ſententia Pauli, l. ſi chorus. de lega. 3. mobilibus legatis, aurum uel argentum non debetur, niſi de his quoq; manifeſtè ſenſiſſe teſtatorem, poſsit oſtendi. Old.

MOBILIS homo, Conſtanti opponitur. Inde mobili animo eſſe, pro leui & incõſtanti accipimus. Cuiuſmodi ſolet eſſe uulgi. Proinde rectè uocantur à nobis, meliore loco nati, *Die veſten*, ceu à uulgi leuitate alieni. Spieg.

MOBILIVM appellatione etiam animalia ueniunt. l. j. ff. de rei uind. l. 3. §. Nerua. l. 30. §. item quod mobile. ff. de adqui. poſſ. Mouentium quoque idem quod mobilium appellatione ſignificatur, ſi non appareat teſtatorem animalia duntaxat, quæ per ſe ipſa mouentur, mouentia uocitaſſe. l. 93. ff. de uerb. ſig. l. xv. §. in uenditione. ff. de re iud. l. 22. §. ult. ff. de uſufruct. leg. l. ult. ff. de requiren. uel abſentib. l. ſecunda. §. certè. ff. de furt. Denique coniunguntur in l. 7. C. de bonis maternis. Briſſ.

MODERAMEN inculpatæ tutelæ, ut uulgò dicitur, tunc fieri intelligitur, quando aliter ſe quis defendere, aut periculum rerum ſuarum effugere non poteſt. Quę defenſio uſq; adeò permiſſa eſt, ut is qui uim inferre non ueretur, etiam impunè occidi poterit, ſi nulla alia ratione fugæ ſit locus. Spieg.

MODERATA caſtigatio, hoc eſt, correctio, emendatio, extra ſæuitiam, conceſſa eſt patrifamiliâs. l. reſpiciendum. §. furta. ff. de pœnis docenti leuis caſtigatio permittitur. l. ſed & ſi quemcunq; in fin. & l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. Adde l. 3. C. de patr. poteſt. l. cũ oportet. §. non autem. C. de bon. quæ liber. l. j. C. de emendat. propinq. Spieg.

MODERATAM ęſtimationem facere, apud Vlpian. in prin. l. ex damni. ff. de damn. infect.

MODERATA tutela, qui uim auertit moderata tutela, non admittit iniuriam: quoniam uim ui repellere iure licet. uulgat. l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. & ſciendum. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. Sp.

MODERATIONEM, temperantiam, modeſtiam Græci, ut lego alicubi obſeruatum, unius uerbi enunciatione comprehendunt, quæ eſt *σωφροσύνη*. Hac uoce libentius utuntur, ut uideo, recentiores noſtri interpretes, pro ea quam ueteres uſurparunt, limitatione, à qua nec Zaſius noſter abſtinuit: ut plaraque alia prorſus barbara, tantum uſui tribuens, retinuit. Spiegelius.

MODERATIONIS eſt, temperare modos in factis, & dictis, & cæteris talibus, quę agendi officio utuntur. arg. l. fin. §. j. ff. de bonis damnat. ut ab Alberico citatur. Spieg.

MODERATOR, modò rector, modò gubernator, modò arbiter apud Impp. in Conſtitutionib. accipitur. Spiegelius.

MODERATORES in Codice prouinciarũ rectores uocantur, quos Gręci *ἁρμοσταὶ* uocant. Tribuit autem ſpecialiter hoc nomen Iuſtinianus præſidib. prouinciarum Helenoponti & Arabiæ Nou. Conſt. 28. & 102. Briſſon.

MODERATVM ſpacium à iudice ſtatuẽdum. l. de die ponenda. ff. qui ſatiſdar. cogant. Sp.

MODERNVS, reproba uox eſt. At idoneæ in eandẽ ſignificatione Neotericus, Nouellus, Hodiernus, noſtri temporis, uel tempeſtatis Pontifex, Cæſar, Præſul, &c. dicitur. Inſulanus.

MODESTIAM omnium eſſe: clementiã ad eos potiſsimum, qui cæteris poteſtate præſtant, pertinere, Alber. rectè monuit, citans l. in ipſius. C. famil. erciſcun. Eſt autem modeſtia, uirtus docens omnibus in rebus temperamentum modumq; ſeruare. Vide Camertem in Tab. Cebet. Sp.

MODIALE uas dicimus, qđ modij habet menſuram Eſt autem modius aridorum maxima menſura, duos ſemodios, id eſt, ſedecim ſextarios continens: quod ipſius ſemodij uox ſatis indicat. Dictus enim eſt ſemodius, à ſemis, & modius, quaſi ſemimodius, eliſa ſyllaba una: quod etiam in ſemuncia fieri uidemus, ex Georg. Agricola. Obſeruatũ & neutro genere dici Modium. Sp.

MODIATIO in l. ſuper naufragiorum. xj. C. de naufrag. & apud Caſsiod. lib. 4. Variarum. Cuiacius modium frumenti interpretatur. Ant. Auguſt. lib. 2. emend. cap. ult. frumenti penſitationem interpretatur. quod l. Cuiac. in d. l. ſuper. repræhendit. Cuiacij interpretationem probat Simon Shard. in adnotat. ad leges Nauales. Prat.

MODICA caſtigatio. Vide l. ſed & ſi cuti. ff. de uſufructu. Spieg.

MODICA coercitio, leuem caſtigationem ſignificat. l. ult. ff. de off. eius cui mand. l. 12. ff. de iuriſd. l. 8. §. ſi in locum. ff. de relig. Cuiuſmodi eſſe cenſeo fuſtium admonitionẽ: flagellorũ certè atrox animaduerſio caſtigatioq; habetur. l. 24. §. ult. ff. de uſufru. l. 15. §. ſi cõem. ff. de iniur. l. xj. ff. de off. proconſ. Briſſ.

MODICA refectio ad fructuarium pertinet. uide l. uſufructu. l. ff. de uſufructu.

MODI-

MODICA summa & causa id est in Iure, quãdocunq; duo aurei accipiuntur. ff. de Dolo. Quandoq; quarta pars eius de quo agitur. l. si quis in suo. j. ff. de Inoff. test. Quandoq; quod intra sextam est. l. societatem. §. arbitrorũ. ff. Pro socio. Quandoq; quod minus centum aureis est. Quandoq; quod x. libras nõ excedit. l. sed & si. §. j. de Iudic. Sp. Adde Brechæum in l. hæc adiectio. in tit. de uerb. & rer. signif.

MODICAM summã itẽ accipimus, quã ex qualitate personarũ ius dicẽtis religio cõstituit. Nam & pauperi uiro maximũ erit, quod locupleti & assiduo modicũ. l. legitimos. ff. de Legit. tut. Vide Bart. in l. sed & si susceperit. §. j. in fin. ff. de Iud. Sp.

MODICE, nõ semper à pauco, sed à modo quãdoq; deducitur: ut modestiã designet quæ inter parum & nimium uersatur, non paucitatem. Hinc modicè facere, id est, cũ modo, æquo, & pari. Vide Gellium lib. xij. cap. xiij.

MODICO honoris gratia possessori dato uide Vlp. l. item si. §. item si fortè. ff. de Rei uend. Sp.

MODICVM interuallũ dicitur. l. j. §. j. ff. de uerb. obligat. quod non tantum est ut stipulandi cogitationem adimere potuerit: adeo ut si non ita longum tempus fuerit, aliud tamen agere inceperit post interrogationem inutiliter postea respondeatur quia non continuo actu perfecta est stipulatio. Connanus. lib. 6. cap. 1. nu. 4.

MODICVM propriè dicimus, non cui aliquid sit imminutum, sed quod non excedat modum, modestumq; est, & temperatum. Sp.

MODICVM tempus ex anno utili habere. l. Interdum. ff. de Minor. Sp.

MODICVM tempus quãdoq; 10. dierum l. promissor. ff. de cõsti. pecu. quãdoq; xxx. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. act. pr. quandoq; quatuor mẽsiũ l. si debitori. ff. de iudic. quãdoq; triũ, aut quinque dierũ l. & si plures. ff. si qs cauti. quãdoq; quinquenniũ l. 1. ff. de separ. quãdoq; duorũ mensiũ l. sancimus. C. de fideiuss. quãdoque trium l. de operis. C. de oper. priuat. quãdoq; relinquitur arbitrio iudicis l. ab hostib. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. caus. maio. Prat.

MODICVM tempus. Vide scholium super eisdem uerbis in §. si uxor. in l. si constante. ff. Solut. matrim. & infrà, Temp. modicum.

MODIOLOS inter præparatoria ad bibendũ, enumerat Iureconsul. in l. Seiæ dulcissimæ. de aur. & arg. leg. apud quẽ tamẽ modiali mẽdosè legit. Sunt autem modioli, uascula quadrata, quibus cũ tympanis ad hauriẽdas aquas ex puteo, siue fonte utimur.

Horũ alius est erogatorius, alius acceptatorius: ut scribit Frontinus de aquę ductib. & meminit Vitruuius in x. lib. de organis haustorijs loquens: Cũ autem altius, inquit, extollendum erit, eadem ratio cõmunicabitur sic, Rota fiet circum axem eadem magnitudine, ut ad latitudinem quam opus fuerit conuenire possit. circum extremum latus rotæ figentur modioli quadrati, pice & cera solidati. ita cum rota à calcãtib. uersabitur, modioli pleni ad summum elati. rursus ad imum reuertẽtes, infundent in castellum ipsi per se quod extulerint. Forma huius rotę etiam hodie uidetur in monasterio diui Petri Glaciati, Mediolani, & diui Benedicti, notissimo in agro Mantuano: à regina Mathilda constructo: & alibi in pluribus hortis, & per eam aqua per omnia cœnacula subministratur. & de hoc monasterio intellexit glossator in l. sed etsi susceperit. §. j. in gloss. ultima. ff. de iudicijs. quam pro singul. citat Do. Fel. in c. causam quę. colum. xiij. uersic. quibus adde. extrà de rescript. Cotta.

MODIOLVS, interdũ est uasculũ ad hauriendã aquã ex puteo, aut lacu, aut flumine. ut in l. damni infecti. ij. ff. de Damn. infect. Sunt enim, qui pro modulorũ, inibi modiolorũ legendũ putãt. Interdũ uas potui paratũ. nõ tamẽ poculũ, ut inquit Scæuola in l. Seiæ. de Aur. & arg. leg. Sp.

MODIVS denominari uidetur à modo: quòd inter cętera nõ rarò mensurã significat. Inde moduli uocantur, illæ particulæ, ad quas opus totũ dimetiuntur architecti. Paulus in l. nõ solũ, de Oper. nou. nun. Sed ut probari possit, quid postea ędificatũ sit, modulos sumere debet is qui nunciat. Sp.

MODVLI aquarij, ut Budæus indicat, à Principibus impetrabantur, quibus priuatis licebat aquã publicam in priuata loca ducere è castellis aquę ductuũ: citatq; Vlpian. in l. damni infecti. ij. Vnde apparet, eum probare lectionem priorem, quam nec Haloander mutauit. Spieg.

MODO meo, id est ut uolo, Donat.

MODVM mutare. ff. de Transac. l. cum hi. §. penultimo.

MODVS, propriè rationẽ significat, id est mẽsurã, siue formã. Ratio uerò iubet, ne quid nimis, sed omnia cũ moderamine fiãt. Proinde modus qui finẽ excessit, ut cõsistat, ad modũ reducendus est. per l. placuit. ff. de Vsur. & not. ibi.

MODVS mensurã & spatiũ agri significat tit. si mensor fals. mod. dix. l. 40. ff. de cõtrah. empt. l. 4. §. ult. de actio. empt. l. 64. ff. de euiction. & aliàs sæpe. Propriè autẽ agri modũ renuntiare mẽsores dicuntur. l. 1. l. 3. l. 8. ff. si mẽsor fals. mod. Hygen. lib. ij. de limitib. agr. Longitudinẽ aũt quotiens egerã, ego ita renuntiabam, iugera tot, uel uersus tot. Briss.

MODVS apud Latinos authores uariè accipitur, sed (præter uulgares eius significationes) cum de eo agitur in tractatu cõditionum significat moderationem quandam rei de qua agitur adiectam: ut qui rem illam cõsecutus fuerit, aliquid uel faciat uel det. Ac interdum quidem etiã conditio appellatur, à uera tamen conditione multum differt. Nam neq; obligationem differt suspẽditúe, neq; impedit diem cedere. Balduin. tit. de legatis.

MODVS legatis constitutus dicitur lege Falcidia: quæ ita cuiqe liberè legare permisit, dum ne minus quarta parte hæreditatis apud hæredem remaneret. l. 1. in prin. §. interdum. & l. 81. in fin. ff. ad leg. Falcid. & l. 36. §. 1. ff. de statulib. l. 24. ff. de dolo. Atq; ita accipio quod est à Tacito lib. j. scriptum, Legata non ultra ciuilem modum reliquit. Non absimiliter retentionis modum interpretandum existimo in l. 16. C. fam. ercis. Sic & modum usurarum crebro in libris nostris legimus. Briss.

MODVS olei & aquæ dicitur. l. 32. ff. de act. emp. l. 1. §. illud tamen. ff. de aqua cottid. Modus etiã legẽ præscriptã usui & qualitatem significat in l. 4. §. 1. ff. de seruitutib. ubi Modus adijci dicitur seruitutibus cũ definitur, quo genere uehiculi per quã partẽ fundi eatur, agatur, qua hora, quib. tẽporibus, qua parte aqua ducatur. l. 13. §. 1. de seruit. rustic. l. 11. ff. quemad. seruit. amit. Et ita apud Iustinian. in §. finitur. Institut. de usufr. non utendo per modum, intellige non utendo secundum modum legemq; dictam in constitutione ususfructus Briss.

MODVM scenatilẽ, Varro in modio, ꝓ uersu scenico, ut Iãbico, quo in Comœdijs & Scena Poetę uti solẽt, posuit, ꝓut annotat Torneb. li. 12. aduers. c. 16.

MODVS, per particulã, ut. Cõditio, per si. Causa,

Oo 4

sa, per quid, uel quoniam. Vide Alber. in Rubr. C. de his quæ sub modo. & Bart. in l. quibus dieb. §. fin. ff. de condit. & demonstr. Sp.

MODVS præterea institutionibus, legatis, donationibus adijci dicitur, cùm sub ea causa quid datur relinquitúrue, ut aliquid fiat tit. de donatio. quæ sub modo. C. l. 29. ff. de legat. lib. j. Vbi à conditione separatur, ut & in tit. de conditionibus & demõstrationibus & modo. ff. Nam conditio per Si, modus per Vt, efferri, exprimi, & concipi solet. Modus obligationis alio sensu accipitur in l. 43. ff. de obligationibus & actionibus.

MOLA asinaria, supplicij genus peculiare Palæstinis, ut indicat Hieronymus, quod ob enormia crimina solet exigi, ut apud nos rotæ supplicium. Seruator noster apud Lucam ca. xvij. ex atrocitate pœnæ crasso populo demonstrat, culpæ magnitudinẽ, quum ait: Expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collum eius. Spieg. Hilarius autẽ dicit Asinariam poni pro grandi, quam scilicet ab asinis aut alijs iumentis uersari oporteat: & non sit parua quam trusatilem uocant quę manibus hominum trudi posit. Aliqui exponũt de inferiore mola, quæ quia ignaua manet, superiore celerrime uolante, ὄνος asinus uocatur, & plerunq; maior esse solet, siue quia plus atteritur, siue quia non est necesse eam esse tractabilem ut inferiorem, siue deniq; quia maiori sumptu commutatur: Põponius Sabinus usus molarum ad manum in Cappadocia inuentus, inde inuentus usus earum ad uentum & ad equos paulo ante Augustum molæ aquariæ aquis actæ, Romæ in Tyberi primum factæ.

MOLAE multiplices sunt, puta manuariæ seu manuales, quæ manu uersantur. Trusatiles, iumentariæ, asinariæ, & aquariæ. Iabolen. de Fund. instr. l. dolia. Molas inquit, manuarias supellectilis, iumentarias autem instrumenti esse. Ofilius ait, Molas aquarias, hoc est, aqua uersatiles, ante Iustiniani tempora fuisse, nondum legi. Is enim in tit. de Aquęduc. l. decernimus, molæ aquarię meminit. Nebris. Quod molis caret, non est molendinum. Bald. ait in c. 1. §. si quid de cont. inter dom. & uas. de inuest. Spieg.

MOLAE Oliuariæ. l. 21. ff. de instruct. uel instrument. & apud Paul. lib. iij. Senten. tit. vj. quas & trapeta à Latinis dici Seruius in libro secundo Georgic. scribit. Cuius uerbi fit mentio in l. 21. §. illud nobis. ff. loca. Briss.

MOLENDINARIVS, non molitorẽ, sed quod ad molendinum pertinet significat. Paulus, asinam molendinariam, & molam negat ea appellatione cõtineri. Spiegelius.

MOLES dicuntur etiam structuræ, quæ fiunt ad arcendum fluctus. Vlp. in l. j. de Impens. in re dot. fact. Inter necessarias impensas esse, Labeo ait, moles in mare, uel flumen proiectas. Sp.

MOLES in mari proijciũtur, secundum Vlp. in l. j. §. ulti. ff. de impen. apud quem tamen aliqui codices fide digni metas, nõ moles legunt. Sed prior lectio magis placet, quia Liuius ab urbe condit. lib. ij. refert, insulæ in Tiberim ex frumenti aceruis factæ additas moles, manuq; adiutum. Cotta.

MOLES in mare uel in flumen proiectæ. l. 1. ff. de impens. in res dot. l. 52. §. ante domum. ff. de act. emp. Molẽ singulari numero dixit Vlp. in l. j. §. aduersus. ff. ne quid in loco pub. Sueto. in Caligula. Et iactæ itaq; moles profundo atq; infesto mari. Paterculus uol. poster. de Lucullo. Quem ob iniectas moles mari & receptũ suffossis montibus in terras mare, haud infacetè Põpeius Xerxem togatum uocare cõsueuerat. Seneca lib. 5. Declamatio. Maria proiectis molibus submouentur. Idem lib. xiiij. Epistol. Quid lapideas moles in rotundum ac leue formatas, quibus porticus & capacia populorũ tecta suscipimus? Iaci autem dicuntur moles in mare, Acrone interprete in iij. Odar. Horat. quotiens excluditur aqua. Pilarũ quoq; in mare iactarũ fit mentio in l. 30. §. ult. ff. de acq. rer. do. & l. 3. ff. ne quid in loco pub. Sũt uerò pilæ grandiora saxa aceruatim congesta ad contignationem aliquam sustinendam. Plin. lib. 6. Epist. Saxis deinde pilæ adijciuntur, quæ ꝓcedente tẽpore enatam insulam imitentur. Dionys. Halycar. lib. 3. Horatiam pilam γωνίαν ταλίδα interpretatur. Sic pilæ lapideæ apud Vitruu. lib. ij. cap. ix. Briss.

MOLESTAM tunicam Seneca & Iuuenalis Satyra 8. dixere tunicam alimẽtis ignium & illitam & intextam Brodæus Miscel. lib. 2. cap. 9.

MOLESTARI. Modestinus: Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem molestari uolo: hoc est, alicui grauem esse, seu exhibere alicui molestiam. ut Cic. ad Atticum dixit. Vide l. illud. & not. ff. de tribut. Spieg.

MOLESTVS, qui alicui grauis est, nec sinit eũ quiescere. in Auth. de fideiuss. in prin. Porrò quę molesta sunt, rectè per pactum excipiũtur. l. si quis sub hoc. ff. de contrah. empt. Sp.

MOLETRINA, à molendo, pistrinũ olim dicebatur, quo tempore tundebantur frumenta, non autẽ molebantur. Seruius enim nobilis grammaticus autor est, apud priscos molarum usum nõ fuisse. Aquarium autem molarum loca, quibus Itali in Pado, ut Bart. indicat, nos in Rheno, Danubioq;, ac alijs nostris, ut & Galli in suis fluminib. utimur, moletrinas appellari posse, Budæus ex Nonio colligit. Sp.

MOMENTVM ultimum temporis expectandum, quo aliquid necessariò uel fit, uel datur, & lex docet, & doctores exactè tradidere. Sp.

MOLIRI, propriè esse uolunt, quid cum difficultate conari, operari, uel facere, siue ingenio, siue corpore. Macer tamen in l. diuus. ff. de Offi. præsid. pro perpetrare usurpasse uidetur. Item, moliri, est moles ad ædificium aliquod coaptare. Vlp. in l. j. de Nou. oper. nũc. Qui fortè in publico, uel in priuato quid molitur. Inde molitio, ipse apparatus ædificandi. ut infrà eod. tit. l. stipulatio. Molitio, inquit, non impeditur. Demoliri uerò, diruere: & Demolitio, dirutio, opposita sunt. Nebrissensis.

MOLITOR, qui aliquid struit, conatur, & machinatur.

MOLITORES, rerum nouarum.

MOLLI brachio, & leui brachio. Cùm tacitè innuimus leui attingere articulo, ut Quintilianus ait, non diligentem operam præstare, molli uel leui brachio, id facere dicimus.

MOLLEM animum, in fi. C. de compens. Imp. eleganter opposuit seuero & forti. Quamuis apud Ciceronẽ mollis animus, pro facili & tractabili lib. ij. Epist. ad Att. in bonam partem legatur. Sp.

MOMENTA pro horis & articulis temporum in l. 3. §. minorem. ff. de minorib. l. 6. ff. de usucapio. l. 23. ff. de adq. rer. do. l. 44. in prin. & §. 1. ff. de adq. pos. l. penult. ff. de diuers. & temp. l. 134. ff. de uerb. signif. l. 3. in fi. ff. ut in poss. leg. l. 3. §. 1. ff. quod ui aut clàm. l. 63. in fi. ff. ad leg. Falcid. Briss.

MOMENTA decem, punctum cõficere, & quatuor puncta horam, Accursius putat. Latini tamen autores momentũ simpliciter accipiũt pro breui tẽpore

pore,sicut & pūctum. Alciat.citat Horatium & Terentium.Cęterùm minutis sexaginta constare horā, receptum est. Boetius,ut ab Alciato citatur,lib.Geomet.ult.puncto minus esse minutum. rursus minuto momentum,autor est.Spieg.

MOMENTARIA possesio siue momēti beneficium est celeris reformatio & restitutio possessionis per uim uel alio modo ablatæ aut interpellatæ. Postulatur autem possessio momentaria per interdictum, uel actionem ex causa interdicti, ab eo qui possessione ui, dolo, aut metu aut iniquo iudicio spoliatus est. Et quia ea statim sine ulla cunctatione spoliato restituenda est, dilata Dominij quæstione, ideo dicitur momētaria. Idq; Isidorus lib.5.Etymolog.his uerbis notat. Rectissime Momentū, inquit, dictum est à temporis breuitate, ut tam citò, quàm saluo negotio reformetur,nec in ullam partem produci debeat quod repetitur. Potest autem momenti beneficium per quancunq; personam postulari etiam per seruum l. ult.C.qui legit. pers. in iud. hab.l. 1.C. si per uim uel alio modo l.4. C. Th. unde ui: & postulatur ab eius loci iudice in quo stat⁹ possessionis perturbatus est l. 1. C. ubi de poss. agi oport. Est uero usq; adeo celeris hæc reformatio (sic enim appellatur in l. Si coloni C. de agricol. & censit.) ut nec eam appellatio retardare posit l. j. C.Si de momen.possess.appell. fuer. Symmachus lib.j. Epistol. In causis (inquit) quibus momēti reformatio postulatur, appellationes recipi non oportet. Meminit,& Cassiodorus li.4.epistol.ad Antonium.plura Cuiacius lib.j.obseruat.cap.20.quem uide.

MOMENTARIAM uitā, pro breui:& momentariū maritū,in eūdē sensum Apuleius dixit. Sic momentariū uenenū intelligendū, quod statim interficeret:& momētariā salutē,quantulācunq;. Ex quarto commen. Catanæi. Sic

MOMENTO fieri, in iure nostro intelligitur, quod nullo extraneo actu interueniente fit. Ex Alciato.Spiegelius.

MOMENTVM accipiūt iuris nostri autores ꝓ ἀτόμῳ id est breuissimo & indiuisibili tempore propter temporis breuitatē:ut cum id quod filiusfamilias acquirit scribunt ne momento quidem in eius persona subsistere, & confestim patri acquiri l.placet.ff.de acquir.hęred.l.3.C.de offic. cō. rer. priuat. Accipitur tamen interdum ἐν ῥοπῇ pro latiore quodam temporis spatio, l.penul.de cōdict.tritic.& pro hora interdum l.3.§.Minorem ff.de minor. plura de hoc Cuiacius in παρατιτλοις de diuersis temporū pręscrip.& terminis. Et sic accipiendum esse momentū in l. Cōtinuus. ff. de uerb. oblig. admonuit Spiegel. non ut interpretati sunt Dd.contra uocis ipsius latinam significationem, pro occupatione naturaliter necessaria,ueluti in ægrotis dum catapotia medicamentumue huiusmodi assumunt.

MOMENTVM etiam iuxta eum modum dicitur,quo multi dicūt,Res parui momenti,magni momenti,id est,quę magnum pondus & uim habet. Vide quę not.in l.j.C.de Nouat.& l.si post mortem.de Leg.j.cum seq.Spieg.

MOMENTVM habetur in cōsideratione. propterea singu. decīdit Bal.in c.j.§.quin etiā.uers. quęro quid si masculus. in tit.episcopum uel abb. quod si testatur substituit filio Titium, si moreretur sine filijs. & tempore mortis habuit filium qui momento tantum uixit,tamen substitutio expirat. & hoc dictum pro singu.latè refert D. Ias. in l. inter stipulantem.§.sacram.colum.viij.in princi.ff.de uerb.obli.& in l.antepe.col.ij in prin. C. de insti.& substit.& ante eum commendat etiam Aret.consi.50.copiosè & eleg.in ulti.colum.& Deci.consi.cccix.uiso puncto. in ulti.colum.& cons.dcxxiij.colum.j. Socyn. in repet.l.cum auus.colum.lxix.uersic.postremò aduertendum.de condi.& demō. Secundo per hoc singula.decidit Bal.in l.non tantùm. per illum text.C. de legat.quòd stante statuto,quòd mortua uxore in matrimonio uir lucretur dotem, uel partem, quod statutum est quasi ubique, procedit etiam in eo qui fuit in matrimonio per momentum. & pro singula. simpliciter approbat D.Ias.in l.si donaturus. §. j. ad fin.ff.de condi.causa data. & latè de ueritate disputat in d.l.non tantùm.ubi tamen putat falsam. Tertiò accedat,quod signanter decidit Bald.in l.in quibus.uersicu.sed hic concurrit alia quæstio. C. de secund.nupt. per glo.ibi, quod stante statuto quòd filia dotata extātib.masculis nō succedat:sufficit momento temporis masculum uixisse, ut filia dotata perpetuò excludatur: nisi statutum requireret perseuerantiam liberorum, ut per eum. & idem etiam firmat Bald.in authentic.sed & si quis.colū iij.uersi. & per hoc infertur.eod.tit. cum his quæ pulchrè ex facto cum incidisset, scripsit Do. Marianus Socyn. consi.v.præsens consultatio.in j.lib. & sequitur etiā D.Alexand.consi.xxix.quoniam abunde.circa fi.in j.uolumi.& Aret. in loco præallegato. scilicet cons. 50.in ultim.colum.Deci. consi. lxxxvij. pro resolutione.in j. dub. Et idem etiam decidit Bald.in l.si quis posthum.§.j. in ulti. colum. circa med. ff. de liber. & posthum. cuius decisionem pro singula.commendat D.Ias. in l. inter stipulantē.§.sacram. in viij. col.ff. de uerbo.obli. & est etiam de mente eiusdem Bal.in l.si quis hæredem. in secunda oppo. C.de instit.& substit. quia in conditionib. sufficit semel pro semper, secundū eum. cū similibus, quæ latè scribit Corne.cōsi.7. rudis & incōposita. in j.& ij. & in ult. col.in j. lib. & prædicta nota, quia dictū lucrū quod marito per statutū defertur, licet à marito nō repetatur acceptatū, tamē trāsmittitur. secūdū Alexan. in l.cū antiquioribus. colū.iiij. C. de iur.delib. Ias.in l.si arrogator.col.vij.ff.de adop.Cotta.

MONACHIO, sodalitas & cōuentus monachorū,apud Impp.l.generali,13.C.de sacros.eccl.Hot.

MONACHVS. Monachi propriè & strictè appellātur, qui uirtute regulæ solitariæ (dicūtur enim monachi à solitudine & unitate, ut est textus 16.q. 1.cap.placuit omnibus.ca. placuit communi.cap.de præsentium.cū multis similib.) stant in monasterio, d.ca. placuit communi. nec immiscent se prædicationibus, c.Monachus.c. iuxta Calcedonensis. & c. adijcimus.16.q.1.nisi administrationē habeant. Cuiusmodi sunt,quos, secundum communem loquendi usum,appellamus monachos de ordine sancti Benedict.c.iuxta Calcedonensis.habētes bona in communi.c.statutum.18. quæst.1. Nec ij appellantur fratres,sed religiosi.Clemen.c. unic. de excess.præl. Alios autem, utpote mēdicantes,appellamus fratres, multo honestiore uocabulo.in Clemēt.exiui de Paradiso.de uer. sig. Verùm, quòd monachi quandoque appellentur fratres (quod nomen dedignari uidentur, ac eo nolunt appellari, nescio qui monachi, sed domini) est optimus textus in ca.Causam, quæ. ext.De iudic. lib.2. Decretalium. & ibi Abbas, pulchrè explicans, qui dicātur monachi, & qui fratres, itē & quo distent. Generaliter autē omnes monachi religiosiq; ꝓfitentes tria regulæ substātialia, siue sint mendicātes,siue habeāt bona in communi, possunt

sunt dici fratres.c.nimis iniqua.& c.nimis praua. de excessib.prælat.Clement.dudum.de sepult.dic.Clement.exiui de Paradiso. Veruntamen, puto quòd in statutis, dispositionibusque odiosis, & (ut utar uocabulo ipsius Abbatis Panormitani in d. c. causam,quæ.)restringibilibus,appellatione fratrum nõ ueniant monachi, eo quòd debet attendi communis usus loquendi. l. Labeo. ff. de supell. leg. Facit l. cum de lanionis.§.asinam.ff.de fund. instruct. & instr.leg.l.liberorum.§.quod autem Cassius.de leg.tertio. Notat Bartolus & idipsum præsertim in materia statutorum. in l. omnes populi. ff. de iusticia & iur. Monachi igitur, id est, solitarij,nominãtur,sed quẽadmodum tutores uocamus,qui pupillos negligũt, ita falsò retinent id nominis, qui (contra c. Si cupis esse quod diceris. cap. placuit communi. cap. iuxta Calcedonensis. & cap.qui uerè.16. q 1.) in frequentibus locis conspiciuntur,& quibuscum, malo Christianæ sanctitatis exemplo, palàm uictitant,&,si fas est dicere,concũbunt pellaces mulieres (quãquam nullæ monasteria religiosorum introire debeant.18. q.2.) parituræ filios, quos nepotes uocamus? Quæso, quid facies? dicet aliquis. Ita ueteres patrimonij reditus annuos templis tam magnificè profuseque donârunt (id quod ubique intueri licet) ut hinc maximè sit monachorum otium, illiteratura, inertia, crassitudo, & summa cùm rerum, tum corporis luxuries. Hi mihi uidẽtur in animo habere, quod uulgò dici solet, Si res suppetit domestica,quorsum opus literis? Si deest, quo pacto pauper philosophari potest? Certè non obstat, quod dicitur, monachum posse esse expertem literarum, gloss.cap.legi.16.q.1.cum id ad ius antiquum (quo monachi clerici non erant.cap.hinc est etiam.& cap.generaliter. 16.q.1.)referendum sit. At hodie, cum non possint illiterati sacris officijs apti esse: cap. illiteratos. 36. distinct.item.cum omnes promoueantur, cap. adijcimus.cap.doctos. c. si monachus. c. moderamine. c. sunt nonnulli. c. sic uiue in monaste. cap. si clericatus.c.si quis monachus.& cap.monachos.16.q.1. Panorm.c.cum illorum.col.pen. de sen.excommun.literati proculdubio(tametsi plures idiotæ, & ignari sint, locumque diuerbio plerunque faciant, monacho indoctior)esse debent.Cum illiteratos ab ordinibus etiam lex pontificia repellat, & multò magis à beneficijs. Verùm, quòd beneficijs ecclesiasticis monachus presbyter liberè fruitur, hoc demum intelligitur,cum probi & docti sunt,non aliàs,id quod c.doctos.16.q.1.(à quo deriuatur & pendet c.si monachus.eo.16.q.1.) manifestè ostẽdit, & latiùs explicat c.sic uiue in monast.& c.legi epistolã.ibi. 16. q.1.

MONACHI quando ceperint,inter autores nõ constat etiam Hieronymo in uita Pauli Eremitæ teste,cum sic scribit, Inter multos sæpe dubitatum est à quo potissimum monachorum eremus habitari cepta sit.Quidam enim altius repetẽtes, à Beato Helia & Iohanne sumpsere initium. Quorum & Helias plus uidetur fuisse quã monachus, & Iohannes antè prophetare cepisse, quàm natus est. Alij autem (in quam uulgus omne cõsentit opinionem) Antoniũ asserũt huius ꝓpositi fuisse caput: quod uerũ ex parte Hieronymus esse fatetur: cui astipulatur Callistus Nicephorus lib.11.c.25.suæ historiæ Antoniũ nominans uitæ monasticæ autorẽ. Dicũtur aũt monachi à solitudine & unitate quia soli & tristes debent morari in claustro ut notatur C. de episcopis & clericis l.decernimus.& 16.q.1.c.placuit.c. adijcimus. c.doctos.c.sunt nõnulli,& c.de præsentiũ: cũ multis simi lib. eadẽ causa & quæst. Et monachus debet uitare hominũ multitudinẽ,16.q.1.c.si cupis.Et pręceptiue dicitur,quod monachus claustro sit contentus:quia sicut piscis sine aqua caret uita: ita monachus sine claustro.d.c.placuit notatur per Archidiaconũ.ext. de statu regul.in princ.glossæ. Et hoc potissime: Et omnis monachus ad hoc debet intẽdere ut eius status concordet cum nomine 16. q. 1. c. placuit omnibus.& C.de episc.& clericis.l.decernimus.

MONARCHIA, id est, unius principatus, primas tenet in tribus speciebus gubernationũ, quas iustas censuerunt philosophi.Hæc uerè legitima potestas: quæ si innocua fuerit, Dei typum in terris refert:nunc propriè est apud Romanorũ, hoc est omniũ Christianorũ Imperatorẽ, regẽue qui absq; Augusto rerũ potitur.Facti enim,nõ iuris est,qđ cæteri reges Imperatorię maiestati detrahũt. Alc. de Frãcis occidentalib.loquẽs, Qui licet,inquit, regib. Germanorũ,quos Imperatoris titulo Romani Põtifices insigniuerunt, non subsint, Romani tñ imperij & ipsi pars,eoq; iure uiuunt. Monarchiã orbis, Imperatori eleganter astruit Baro Tautenbergius ex patrũ sententijs,interpretãs tit.de feud. Marchiæ lib.1. Feudorũ.Nec refragatur, olim gẽtes nõnullas ditionẽ Imperatoris nõ agnouisse,sicũt & hodie nõnulli agnoscere recusant, de iure tamẽ dubio procul agnoscere debere:secũdum Iasonem, in l. cunctos populos. de Sum. trinit. per Gloss. minimè recognoscat in c. per uenerabilem. Qui filij sunt legit. Spieg.

MONAS, siue unitas, apud Arithmeticũ est principiũ numeri, & nõ est numerus: quẽadmodũ Geometræ pũctus principiũ lineæ, nõ tñ linea est: à quibus ꝑ q̃ acuto ingenio uir Salomonius, cẽset fœminã differre nõ uideri: cũ ipsamet sola sit caput & finis suæ familiæ. l. ꝓnũciatio.§.fi.&l.familiæ.de uer. sig. Proinde nihil sibi uideri, cur fœmina ex marib. nata, nõ uerè & ꝓpriè ex linea, siue de linea masculina dici possit, licet in ea desinat linea masculina. Sp.

MONERE scientem, uel memorem facere.

MONEAS, & inducas, an per hæc uerba detur potestas cogendi, not. per Archid. ext. de præb. c. si pauper clericus. lib.vj.& Specul. de rescript. pręsent. §. ratione formæ. iuxta fin. uers. Item si Papa roget. & de concess. præb. c. cum nostris, in fin. Spieg.

MONEMVS, an hoc uerbum firmet iurisdictionem, differunt non omninò inutiliter Canonistę, in c. solitæ. de maior. & obed. Sp.

MONETA, ut Constantin. lib. v. Epit. tit. xiij. definit μονήτα τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον ὁ βάλλοντες ... ἀρ ὁ νῦν ... [illegible] Suidas Iunonem Monetam cultã à Roma scribit, quasi σύμβουλον quòd in bello aduersus Pyrrhum, & Tarentinos de pecunia laborantes benigno responso, ope, consilioque iuuisset. In cuius templo nummum cudi institutum fuit. Briss. Veteres etiã monetam deam esse dicebãt, quæ pecunię curã haberet, grauiter animaduertentes, in eos qui dolum malum in pecunia cõmitterent. Qua etiam ratione doctissimi Grammaticorũ censuerũt, Monetam dici quod moneat ne quid fraudis in ęre, signo, pondereúe fiat. Corrasius lib.3. Miscell. ca.13. Alij Monetam uolunt. Adde Turnebum aduersariorum lib.4.cap.3.

MONETA dicta, quòd nos signi impressione, uel autoris, uel precij moneat. Accipit autem legem ualoris à suo superiori: unde nec reprobari potest, nisi per ipsum superiorem, arg. l. eleganter. §. qui reprob. de pig. act. Spieg.

MONETA adulterina, pro falsa. C. de fal. mon. l. ij. si-

ij. sicut & scientiam non ueram, adulterinam uocamus. §. hæc autem. in Proœmio Pandectarum. Ex Alb. Spiegelius.

MONETALES triumuiri dicti sunt, æris, argenti, atq; auri cõflatores, ut ait Pompon. in l. 2. de Orig. iur. Obseruatu dignum est, quòd Zas. hæc Pomponij uerba explanãs, indicat, cur æs pro auro dari nõ erat insuetum. ut intelligas l. quid tamen. ff. de Contrahen. empt. & l. si id quod aurum, de Verb. oblig. cum similibus. Spieg.

MONETAM falsam aut adulterinã dicere possumus, nisi tria illa adsint, quæ Constantinus quadam constitutione complexus est, nempe ut sit species proba, & debitum pondus & ea forma excusa, quæ iusta sit & legitima. Balduinus tit. de publicis iudicijs.

MONETARII, qui, ut Iurisconsultus loquitur, in moneta publica operãtur. l. 6. §. 1. ff. ad leg. Iul. peculat. Sic in l. 2. C. quib. ex caus. ser. pro præm. & in l. 8. & l. 7. & l. 13. de murilegul. lib. xj. C. l. 6. C. de dignitatib. lib. xj. & apud Firmicum lib. viij. c. xvij. Et Vopiscum in Aureliano Cui adde hæc Suidæ uerba. μονητάριοι οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται, οἳ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ διαφθείραντες τὸ νόμισμα καὶ τὸν ἴδιον ἄρχοντα φιλικίσσιμον ἀνελόντες, ἐμφύλιον ἤγειραν πόλεμον. ὃν μόλις Αὐρηλιανὸς χειρωσάμενος ὑπερβαλλόντων πολεμίων ὠμότατα κατειργάσατο Bris.

MONETARIVS dicitur propriè, qui monetã (hæc autem dicitur signum principale, quo forma numi exprimitur) cudit. Quo modo accipitur Cod. in titulo, De fals. moneta. ubi Constantinus imperator fabricantes falsam monetam puniendos esse cẽset ultimo supplicio, omniumque eorum bona confiscanda esse. Aliter monetarij dicuntur, qui textrini quodam officio fungebantur. Itaque, sunt monetarij uiles homines texẽdis scilicet uestibus idonei, quiq; lanam ducãt, & textricium faciant. Dicti fortasse monetarij ab officij ipsius uilitate, ἀπὸ τοῦ μετιλλιν. Nam & hodie huiusmodi homines lanifices in minimo sunt precio. De hoc postremo uide Alciatum in l. Balluca. Cod. De metallarijs. li. xj. & Egnatium in Annotationibus ad Vopiscum. Vide & Corrasium Miscell. lib. 3. cap. 13.

MONHEMERIVM, spectaculi genus, quasi unius diei dictum. apud Iustinianum in l. Nouell. de Consulibus. §. Ac primus quidem iuxta interpretationem Haloandri. Spieg.

MONILE, ornamẽtum, quod solet de collo uirginum pendêre. dictum, quòd uirtutis admoneat. nam primò ob aliquod egregium factum dari solebat etiam ingenuis iuuenibus. Sp.

MONIMENTA, teste Varrone, à monendo, quæ sunt in sepulchris: & ideo secundum uiam, quo prætereuntes admoneãt & se fuisse, & illos esse mortales. Alij scribendum uolunt monumentum, per u, quicquid nos monet, siue monere potest alicuius rei præteritæ: ut tituli, sepulchra, statuæ, fana, porticus, carmina, historia, documenta, doctrina, libri, cęteraque huiusmodi. Porrò monumentum, Vlp. inquit, sepulchrum est, ubi corpus mortui, ossaue hominis condita sunt. Monumentum autẽ dicitur, quod memoriæ seruandæ causa existat. Marcellus titul. de Sumpt. fun. Monumentum sepulchri id esse diuus Hadrianus rescripsit, quod monumenti, id est, muniendi eius loci causa factũ sit, in quod corpus impositum sit. Florentinus ibidem: Monumentum generaliter, res est, memoriæ causa in posterum prodita: in qua corpus, uel reliquiæ si inferantur, fiet sepulchrum: si uerò nihil eorum, monumẽtum erit quod Græci cenotaphium appellarunt. Sp.

MONIMENTVM à Sepulchro differt: quod monimentum sit, quod Gręci κενοτάφιον dicũt, id est inane sepulchrũ & quod sine corpore sit. quod Suetonius Tranquil. in Claud. honorarium tumulum uocat. At sepulchrum locus est religiosus, propter mortuum, quem in eum ipsum locum intulimus. estq; sepulchrorum ius longè potius ac idem permanentius &c. Brechęus. l. Cũ in testamento. ff. de uerborum & rerum significat.

MONITIO fit ante cõmissum, & est necessaria, apud Iurisconss. in l. j. §. magistratibus. ff. de Magist. cõuen. Obiurgatio uerò post turpe factum. Cicero in de Amicitia: Primùm ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia careat. Monitionis à iudice factæ efficaciam Bart. ostendit in l. j. Auten. cessante. C. Quom. & quand. Iud. Hanc uocem pro sententia poni uolũt, ad fin. l. quoties. C. de Dignit. li. 12. Sp.

MONITORIÆ literæ, q̃ sint, itẽ quę præceptorię, quarũ mẽtio fit in c. capitulũ sanctę crucis. extra de Rescript. petendum est à Canonistis. Sp.

MONITORES Quintilianus uocat, quos Gręci pragmaticos appellãt. Hi iura, ac fori consuetudines oratoribus submissa uoce suppeditabant. Annotauit Bud. appellare ciues per monitorem, id est, nomenclatorem. Apparet item, hanc uocem à Iureconsulto usurpatam, pro ijs, quos nunc barbare superintendentes uocant, in l. Instrumẽto. ff. de Instruct. uel instrum. leg. Spiegel.

MONITORES appellabantur, qui opera rustica urgebant, & operi instabant, cessatoresq; increpabant. l. 8. ff. de instr. uel instr. Et apud Paulum lib. iij. Sentent. tit. vj. Et apud Columellã aliquotiens. Monitores etiã in scena, auctore Festo, dicebantur, qui actorib. suggerebãt quę dicturi essent, si eos memoria deficeret: Eodẽq; nomine appellabãtur, qui dicẽtib. oratorib. eiusdẽ subsidij causa præsto aderãt, ut ex Cicero. in Diuinatio. patet. Plin. etiã in Panegyr. ꝓ nomenclatore hoc nomẽ usurpasse uidetur. Bris.

MONITV agere, quo distet à mãdato agere, docet Accurs. in l. si serui mei. ff. de. tut. Sp.

MONOCVNTA. Expunge apud Alb. & repone, Monazonton. Extat uox apud Impp. in l. quidã ignauiæ. C. de Decurion. lib. x. Significat autem solitariè uiuentes. Alciato monazonij uocabulum magis placet, quod & interpretatur, locum in eremo, in quo monachi congregantur. Sp.

MONOMACHIAM, Baro à Tautẽberg ait, singulare certamen interpretamur, quod duellum alij uocãt. Inde & monomachus dictus, hoc est, qui solus cũ solo pugnat. Ea autem fieri cõsueuit, ad eruẽdã rei alicuius probationẽ, aut purgationẽ inducendã: ita uidelicet, ut q̃ se sic probaturũ purgaturũue aliquid obtulerit, & uicerit, probasse credatur: si nõ uicerit, in probatione defecisse putetur. Verùm hęc monomachiæ probatio non diuina tantùm, sed & ciuili lege eliminata est. nam in ocio ciuili, & domestica quiete, cruenta spectacula sibi nõ placere Imp. Constantinus attestatur: eaq; de causa omnino gladiatores esse prohibet, in l unica. C. de Gladiat. lib. xj. Per quã legẽ & publica illa, cruentaq; pugilum in Pancratio certamina prohiberi non ambigitur, quę Vlpiani tempore Romanorũ leges nondũ damnauerant. l. qua actiône. §. si quis in colluctatione. ff. ad Leg. Aquil. Spiegel.

MONOMACHIAE item hoc genus sanguinolẽtum omni modo canonica sanctio uetat. c. monomachiã, ij. q. iiij. ubi in fine dicitur, quòd hãc sectãtes Deum

Deum solummodo tentare uideantur. & in cap. j. ext. de Purg. Aliquatenus duella tolerari non debere, diffinitur. Spiegelius.

MENEMEPIΣ, uocem Græcam apud Vlp. in §. itē Iul. scribit. l. si duo patroni. de Iureiuran. Alc. in Dispunct. interpretatur ad uerbū, unius partis. Quod nec Accursium fefellit. Sp. Scriptum est apud Iuliū Paulum. l. 5. de cond. furt. Condictione furtiua furē & hæredē furis teneri. Quid ergo, qui iurauit se furtum fecisse, hoc solo nomine exceptione contra cōdictionem utetur: uerum si contendat, qui condicit, quasi cum hærede se furis agere, repelli nō debebit. Et uerius est, quasi μονομερῆ condictionem dari debere, ut aduersus furis hæredem. Hæc Vlpian. l. si duo. §. 2. de iureiur. Quod responsum non malè ab Accursianis acceptū est. Quia, cum duæ sint Condictionis furtiuæ partes, sicut ex Paul. iam dictū est: Vna, quæ aduersus furem: altera quę aduersus furis hæredem datur: condictione ex priore parte, qua furi condici solet, sublata, ea pars remanet salua & intacta, qua hęres tenetur. Pro eo alibi lectum est, fine alternatio ne agere. Cū enim ex Edicto de Seruis, actio sit duplex ac διμερὴς, nēpe tam recepti furti, quā corrupti, existimabat Iulianus pro seruo cōmuni, cum socio sine alternatione agendum esse, id est, si corrupit. nā eam Edicti partem, qua recepti quis tenetur, in socium non cadere: non enim uideri suum à quoquā recipi. l. si quis seruum. de ser. cor. Id Theophilus in tractatu Caussa plus petendi μονανδὼς dixit. Instit. de actio. Quod uersum est, Sublata alternatione. Curt. libro primo ἀνατῶν cap. 42.

MONOMEPHΣ condictio dicitur in l. si duo, 13. §. idem, ff. de iureiur. pro ea quæ geminæ opponatur. Competebat enim aduersus quempiam, & tanquā in furis hęredem, & tanquam in furem ipsum. remq; dolo contrectantem. Vlpianus autē eo casu scribit quasi μονομερῆ condictionem dandam esse aduersus furis hæredem duntaxat, non ut etiam ipse furti arguatur, Hotoman.

MONOMEPHΣ uictus dicitur, qui cùm solus egisset, causa cecidit. Apud Rhetoras ut Chir. Fortunatia. lib. j. scribit. Monomeres dicitur, cum ex prima parte tantùm constat controuersia, nec quicquam ex secunda adferri potest. Et Hesychius ἐρήμην δίκην μονομερῆ definit, quòd altera parte absente iudicium fiat. Constantin. etiam lib. j. Epito. tit. vj. μονομερῶς δικάζεσθαι τὲς μάρτυρας, cùm ex una tantùm parte audiuntur. Brissonius.

MONOPODIA Turnebo auctore mēsæ sunt, quæ uno pede sustinentur, quæ ea tempestate pulcherrimæ lautissimeq; censebantur. Idem ante eum annotauit Bayfius in lib. de uasculis.

MONOPOLIORVM negotiationē naturę cōtrariā & damnandā esse, optimi legislatores ꝓbarūt, quòd secundū naturā semp conati sunt, ut esset facilis rerum communicatio.

MONOPOLIVM est, cum penes unū aliquem tantum uendendi potestas existit, ἀπὸ τῦ μόνος, unus: καὶ πωλῶμαι, uendo. id fit, cum unus solus aliquod genus mercaturæ uniuersum emit, ut sol⁹ suo arbitrio uēdat, & precium statuat. Is enim augens precia rerum, suæ deseruit auaritiæ, ac alijs nocet omnibus: tollit uerum permutationis succedentis contractus emptionis & uenditionis usum. Ideo rectè prohibētur monopolia in tit. C. de Monopol. Vtinam haberemus nomophylaces, hoc est, legum custodes, qui exequerentur sancita illius tituli. Locus est in eo, ubi de monopolijs echinorum agitur: quem interpretes ridiculè tractarunt. Vide Hegendorf. Adde Forcat. in penu Iuris Ciuilis. cap. 20.

MONOXENION, eremus, & locus in quo monachi congregantur. l. quidam ignauiæ. de Decurion. Horum maximus persecutor, Valens Imp. Lege Eutrop. & Orosium.

MONS sacer, uia Tiburtina ultra Anienem iij. mil. cōspicitur: dictus sacer, quòd Ioui consecratus esset. Huc plebs Romana olim secessit, teste Pomponio l. secunda de Orig. iur. Tribunosq; sibi in eo creauit. Spiegelius.

MONSTRARE, pro probare, indicare, ostendere, Beweysen/Bezeugen. l. actor. Cod. de Procuran Aut Litig. iur. §. j. coll. ix. Alberic.

MONSTROSI in parte uirili, ut si membrū excedat iustam quantitatem: antiquo uerbo dicebantur. Aluuil/quasi dicerent, Sie haben zu vil. Old.

MONSTROSI partus qui sint in Romuli lege, disces ex l. quę ret. ff. de uerb. sig. & l. 3. C. de posthu. hær. & G. Bened. rep. c. Rainutius parte 3. uerb. qui cum ad. nu. 20. 21. & c. de testament. Prat.

MONSTRVM propriè & sępius dicitur de hominibus & pecudib. seu brutis. Vnde Virgilius Mōstrum horrendum informe ingens &c. Brechæus l. ostentū. ff. de uerb. & rerum signif. Est autem monstrum apud Latinos propriè quod præter naturam genitum est, ut inquit Donatus in Teren. & habetur in l. 3. in fi. C. de posth. hæred. instit. Siue ergo contra siue pręter naturam sit, monstrum dicitur, in quo uidetur deceptus Accursi⁹ §. Minorē Instit de adopt. Dictum autem est monstrum à præ monstrando, ut Cicero in lib. de natura Deorum dixit.

MONTEM à mouēdo Bart. ducit, per antiphrasim, sicut bellum, lucus, & similia. Sed magis ab eminendo dici uidetur mons: cuius nomine etiā quicquid eminet dici potest. Spiegel.

MONVMENTVM. Monumenta (inquit Valla lib. 4. elegan. ca. 75.) i mutata in u, sepulchra, statuæ, tituli, libri, cæteraq; quæ nos alicuius præteritæ rei moneant. Vixq; monumenta dixerim, nisi literę, aut alij tituli appareant: quæ si desint, magis sepulchrū, quàm monumentum erit. Hæc ille. Certè monimentum dicitur, quicquid mortui gratia factū erit, etiāsi conditus eo loco non sit. Cicero uidetur uelle idē esse, sepulchrum, bustum, & monimentum. Is lib. 2. de legibus, sic ait. De Sepulchris autē nihil est apud Solonem amplius, quàm ne quis ea deleat, neùe alienum inferat, pœnaq; est, si quis bustum (nam id putatur appellari τύμβον) aut monimentū, inquit, aut columnam uiolarit, deiecerit, fregerit. Plinius lib. 8. epist. in epistola ad Montanū, Cognouisse (inquit) iam ex epistola mea debes, adnotasse me nuper monimentum Palantis sub hac inscriptione: huic Senatus ob fidem, pietatemq; erga patronos ornamenta pętoria decreuit, & sestertium cēties quinquagies, cuius honore contentus fuit. Siquidem monumenta propriè dicuntur statuæ, imagines, columnæ, pyramides & bases extructæ in honorē memoriamq; uiri alicuius præclarissimi ob uirtutis & rerum gestarum excellentiam, & benè de Republic. meriti. Ob id superponebatur titulus παράγραμμα & inscriptio seu honorifica, quæ uiatores commnefaceret à Græcis ἐπιτάφιος λόγος unde à monendo monimēta dicta Varro lib. de lingua Latina tradidit. Monere, inquit ab eadem memoria: sic monimēta quæ in sepulchris. Et ideo secundum uiam, quò prætereuntes admoneant & se fuisse & illos esse mortales. Ab eo quæ scripta ac facta memoriæ causa, monimenta dicta.

dicta. Sic Græci μνημεῖον quod nos monimentum, ac si dicas memoriale, ἀπὸ τῆς μνήμης. Nam & ipsi eleganter dicunt ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν quod Cicerò à memoria exponere, dixit: hac uoce in Euãgelio D. Marcus est usus c.16. καὶ λίαν πρωὶ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς· τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; Et summo diluculo diei primi sabbatorum ueniunt ad monumentum exorto sole, dicebantq; inter sese: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et Iohan. undecimo cap. Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ ἔρχεται, εἰς τὸ μνημεῖον. ἦν δὲ σπήλαιον καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ. Iesus ergo rursum fremens in semetipso uenit ad monumētum. Erat autem spelunca & lapis ei impositus. Quo tamē loco docemur D. Ioannem τὸ μνημεῖον, id est, monumētum dixisse pro sepulchro & humatione ipsa, non autem pro cenotaphio & honorario tumulo, memoriæ causa condito: quod monimenti dictio significat. Nam τὸ μνημεῖον erat spelunca (ait) cui superpositus erat lapis, ubi situs & cõditus ac humatus erat Lazarus. Sic igitur differt sepulchrum à monimento, quòd sepulchrum sit locus, quo mortui plures religionis gratia condi & humari solent. Quare monumentum nō solum id quod memoriam alicuius repræsentat, significat, sed & sepulchrum, ut annotauit Francis. Connan. lib. 9. c. 1. Florentinus l. Monumentum, ff. de religios. & sumpt. funer. Monumētum, inquit, generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita: in quam si corpus uel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum, si uerò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum, quod Græci κενοτάφιον appellant. Brechęus in l. Cum in testamento §. In monumento, titul. de uerborum & rer. significat.

Monumentum quemadmodũ in l. 2. §. prętor. & l. 42. ff. de religios. traditur, generaliter est res memoriæ causa in posterum prodita: in quã si corpus uel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum. Si uerò nihil inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum, quod κενοτάφιον appellatur. Potest ergo monumentum purum esse, quod etiam probatur l. 5. §. cõcessum. ff. de donat. int. uir. & l. 6. in fi. ff. de religios. Vnde Cicero ad Atticum, Sed ego, ait, quæ monumenti ratio sit nomine ipso admoneor. Ad memoriã magis spectare debet posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam. Bene itaq; Festus lib. xj. Quãuis, ait, monumentum mortui causa factum sit, non tamen significat ibi sepultum. Alibi allusione quadã scriptum est, monumentum sepulchri id esse, quod monumenti, id est causa muniēdi eius loci factũ sit, in quo corpus impositũ sit. l. 37. ff. de religios. Briss. & Connan. lib. 3. cap. 1. num. 4. Item, lib. 9. cap. 1. numer. 2. Hinc forte Apuleio libr. j. Floridorum Siticines dicuntur monumentarij de quibus Maioragius libr. 1. Miscell. cap. 13. quod ad monumenta id est sepulchra canerent.

Monumenta etiam dicuntur tabulæ publicæ ac priuatæ, quæ tamen ab Instrumentis publicis differunt. Nam publica monumenta sunt, quæ actis publicis professa sunt, &, ut posteriores Imperatores locuti sunt, actis insinuata, id est, accepta, & comprehensa publicis actis. Insinuantur autem per eos, apud quos, & quibus auctoribus res in acta publica referūtur. Huius generis sunt, quę iudicio acta sunt, & scripta, ac deinde in eũ locũ relata sunt, ubi publicè earum rerum acta asseruantur: extra iudicium ea, quę quis apud Magistratus professus est, aut eos, si qui sint, qui actis publicis, id est, archiuis præsunt, & curant, ut ijs auctoribus monumentis publicis res gesta traderetur. Extat sub titulo de donationibus, Cod. Constantini constitutio de ijs, apud quos donationes insinuarentur, id est, acciperentur actis, quas inde publicari ille ait. l. in hęc. Horum monumentorum fides publica est: & eiusmodi, quę negatione nostra infirmari non queat, ac ne testibus quidem. Publica autem Instrumenta ut dicãtur, ex his rebus maximè efficitur. Primum persona tabellionis instrumentum excipientis, quæ publico officio, uel ministerio in ea re fungitur. l. 3. de tab. lib. 10. C. Nam si id de argentarijs dictum est, quod singulorum rationes conficerentur, l. 4. §. 1. l. argentarius. de eden. non minus iustè de tabellionibus dicetur, qui rerum ad singulos pertinentium conficiunt instrumenta. Deinde tabularijs certa forma præscripta est, quam in instrumento conficiendo obseruare debeant, si modo tanquam à tabulario scriptum ex fide publici muneris haberi contrahentes uelint. Forma expressa est Constitutione Iustiniani nouel. 47. cui titulus est, ut nomen Imperatoris. Prætereà hoc ad fidem rei gestæ, & auctoritatem instrumenti ab eodem Iustiniano inductum est. d. cõst. nouel. 73. §. sed etsi instrumenta, ut testes non minus, quam duo adhiberentur, quorum nomina tabellio instrumento adscriberet. Si qui contrahunt, imperiti sint literarum, testes quinq; adhiberi uoluit, si modo res unam libram auri excederet, & res in urbe gereretur. Alioqui si aut de una libra auri ageretur, aut negotium gereretur in uillis, numero usitato testium contentus fuit. Quod & in priuatis multò magis intelligendum est. §. oportet autem. ead. cõstit. Si hæc obseruata erunt, tum rectè instrumenta ex fide officij. & muneris publici, publicè confecta, atque adeo etiam publica esse dicētur. Donellus de fide instrũ.

Mora, id est, dilatio, modici temporis non habet periculum. l. si debitori. ff. de Iud. Mora etiam dolus nominatur ab interpretibus. Vide Ias. in l. si uerò. ff. Qui satis dar. cog. Et ut mora rei nocet fideiussori. l. mora. ff. de Verbor. oblig. & d. l. de Vsur. §. fin. ita difficultati cedit, ac quidem magnæ & quæ ferè casui fortuito æquiparetur. l. non dubium. in fi. ff. de Legat. iij. Spiegelius.

Mora cessatio est & frustratio, & improba dilatio, ut ex l. 3. in fi. ff. de usur. & l. 17. l. 21. ff. de usur. liquet. Mora autem dupliciter fit, ex re, & ex persona. Ex re mora fit, cùm absque denuntiatione interpellationeúe ulla ex solo temporis cursu quis moram facere intelligitur: quæ & mora in rem appellatur. l. 5. ff. de minorib. l. 26. §. apparet. ff de fideicomm. lib. l. 3. §. 1. ff. de adim. leg. l. 23. l. 38. ff. de usur. Ex psona uerò fit mora, quotiens opportuno loco & tempore debitor interpellatus non dat, non soluit. l. 32. ff. de usur. Vnde Paul. lib. 3. Sentent. titul. ult. Moram fieri uideri definit cùm postulanti non datur. Itaq; ubi nulla petitio est, ibi mora committi nō intelligitur. l. 89. ff. de diuers. reg. iur. Quod sic meo quidem iudicio accipiēdum est, ut à quo exceptione, aliqua pecunia peti non potest, is moram facere non uideatur, ut Paul. tradit in l. 40. in fi. ff. si cert. pet. quanquã aliter quidam illam regulam interpretãtur. Moram planè fecisse uidetur, qui litigare maluit, quàm restituere. l. 82. in fi. ff. de uerbor. oblig. nisi si sine dolo malo frustrationeq; ad iudicium prouocauit. l. 64. ff. de diuers. reg. Bris.

Mora, est culpa prætermittendi officij in soluēdo recipiendoúe debito. quæ alteri damnosa est. Eius enim duę sunt species: quarum una in debito nō

præstando, altera in non recipiendo quod oblatum est uersatur. Hot.

MORA non præstandi debiti, est culpa debitoris prætermittentis soluere, quod soluere & debuit & potuit: cum aliquo creditoris incommodo coniuncta. Hotoman.

MORA non recipiendi debiti, est culpa creditoris non recipientis solutionem quæ à debitore idoneè oblata est, unde aliquid incommodi ad debitorē peruenit. Hot. Inter morá, quæ ex re fit & ex persona, hoc maxime interest: quòd cum in re solum mora est, finita causa, propter quam mora recipitur, desinit mora fieri: ut si minor decesserit: si uicesimum annum excesserit. Quia reuera mora non fuit, sed beneficium tantum personæ. Mora autem ex persona interueniente, semel cepta deinceps in re perseuerat, etiam in hæredes, nec tempore, aut personis postea mutatur nisi si purgent l. Titia Seio. §. Vsuras. de legat. 2. Donellus de mora.

MORA ut à grauamine distet, colligitur ex l. omni modo. C. de Inoffic. testam. Sp.

MORA abusiua quæ sit, tradunt doctores in leg. minorum. C. in quibus caus. Porrò quomodo mora debitoris & creditoris, emptoris item & uenditoris consideretur, nouè tradit Zasius, in l. uinum. ff. Si cert. pet. Spiegelius.

MORA, temporis dilatio, tarditas item, atque procrastinatio. De ea, eiusque efficacia copiose scribit Bart. in l. mox citanda. Hæc nullis certis finibus concludi potest, ut est elegās textus in l. mora. ff. de Vsur. Spiegelius.

MORAM fecisse apud Iurisconf. in l. eū qui ff. de Iurisd. om. iud. ut apud Cicer. moram faciēdam, moram fieri. Spiegelius.

MORAM purgare, est re integra contractam ex mora culpá sic eluere, ut eius omnis pœna uitetur. ná oblatione solutionis omne periculum futurorū casuū à debitore in creditorē trāsfertur. l. interdum, 73. §. 1. ff de uerb. obl. l. cū decem, 72. §. 1. ff. de solut. Quod idē etiá creditori cōcessum est, ut ei moræ purgādæ facultas, ut agere possit, permittatur. l si ita q́s, 135. § 1. ff de uerb oblig. Atq; hæc summatim ex nostro tract. De mora. Hot. Hoc idē dicitur & morá emēdare, eluere, atq; delere, ut annotat Donel. de Mora.

MORALIS. Cicero in princ. de Fato, primá huius nominis inuentionē impositionéq; à se factá fatetur: tanquá ab eo, q omnib. modis conaretur augere linguá Latiná. Quia ptinet, inqt, ad mores, qd ἦθος illi uocát, nos eá partē philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augētē linguá Latiná, nominare moralem. Vide, Philosophia moralis. Sp.

MORARI, pro habitare. Paul. in l. Titius. de ser. export. Hac lege proditū est, fugitiuos nusquá morari, hoc est, habitare. Sicut colligūt doctores, nec proscripti, quos ipsi Bannitos uocát, nec hæretici in locis ubi sunt, ceu fugitiui, morari uidentur. Quos nec recipiēdos rectè cēsuerūt. Attamē morá ducere, trahereúe, malè intelligitur, pro perpetua stabiliq; cōmoratione. Est illud potius, cū tēpus in longū ducimus, Auff die lang banck legen Sic & Imp. Antoninus Pius, Morati estis, pro habitastis usurpauit. ut Scæuola refert in l. Caio Seio. de Alim. leg. quæ non grauabor adscribere. Imp. Anton. Pius, libertis Sextæ Basiliæ. Quamuis uerba testamenti ita se habeát: ut quoad cū Claudio Iusto morati estis, uobis alimenta & uestiaria legata sint. tamē hác fuisse defuncti cogitationē interpretor: ut post mortē Iusti eadem uobis præstari uoluerit. Sp.

MORARI, pro retardare, differre in l. si ea C. de Accus. Item pro habitare inuenitur, & pro expectare. tamen magis poeticè, quàm oratoriè.

MORATORIA cautio. Paulus: Quo minus prędiū iure pignoris distrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur, hoc est, cautio quę datur, ut quis differat & expectet. Spieg.

MORATORIA præscriptio interprete Aniano in lib. j. C. Theod. titul. ij. est, quæ causam prolongat, hoc est, quádo induciæ à litigatore petūtur à iudice. Sic in l 2. C. de precib. Imp. offer. Bris.

MORBI graues, siue asperrimi recitantur à Plinio. cap. iij. lib. xxv Spieg.

MORBI gen⁹ est, nec uespertino, nec matutino tempore uidere. l. itē Offilius. ff. de Aedil. edict.

MORBO dare ueniá. de Offic. Præs. l. diuus Sp.

MORBOSVS, pro morbo obnoxius. Iureconsult. de Aedil. edict. ostendit, qui, quęúe hoc nomine ueniunt Spiegelius.

MORBVM Sabinus definit habitum cuiusque corporis cōtra naturá, qui usum eius ad id facit deteriorē, cuius caussá natura nobis eius corporis sanitatē dedit. hæc Vlpianus l. 1. §. 4. ff. de ædil. edict. ubi uitiū à morbo multum differre ait: quod ex Ciceronis uerbis cōstabit, quæ de lib. Tuscul. disput. 4. subscribemus Morbū appellant totius corporis corruptionē: Aegrotationē, morbū cū imbecillitate: Vitiū, cū partes corporis inter se dissidēt. ex quo prauitas mēbrorū, distortio, deformitas. Itaq; illa duo, morbus & ægrotatio, ex toti⁹ ualetudinis corporis cōquassatione & perturbatione gignūtur, uitiū autē integra ualetudine ipsum ex se cernitur. sed in animo tantúmodo cogitatione possumus morbū ab ægrotatione seiūgere. Hactenus Cicero. Gellius quoque libro 4. cap. 2. locum Sabini, sed non integrum, retulit. Hotoman.

MORBVM, inquit Modest. uerū est esse temporalē corporis imbecillitatē: uitiū uerò perpetuū corporis impedimentū: ueluti si talū excusisit. ná & luscus utiq; uitiosus est, l. 101. §. 2. ff. de uerb. sign. ubi tamen oculum excusisit, legendum putarem. Hot.

MORBVS est habitus cuiusq; corporis contra naturá, qui usum eius ad id facit deteriorem, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. l. 1. §. sed sciendum. ff. de ædilic. ed. Inter morbū porrò & uitium differentia quædam ponitur in l. 101. §. uerum ff. de uerbor. signific. Et apud Gell. lib. iiij. ca. 2. Quamquam Aediles morbum & uitium bis ταὐτὰ τῷ αὐτῷ dixisse alij sentiát. Furor planè morbus dicitur. l. 41. ff. de off. præs. l. 22. §. si maritus. ff. solut. matrim. l. 2. §. si non propter. ff. si quis cautio. Bris.

MORBVS maior idē q comitialis, teste Budæo.

MORBVS perpetuus exponitur quando nulla spes sanitatis subest l. Si cum dotem §. si maritus. ff. sol. mat. l. penult. ff. de excusat. mun. Non igitur idē est morbus perpetuus: & sonticus: sed in quo nulla subsit spes sanitatis. sitq; talis, ut impediat, ne quis suis rebus superesse posit: potest enim sonticus esse morbus non tamen perpetuus Is enim sonticus dicitur morbus, qui is est, ut impediat rem de qua agitur expedire l. Morbus ff. de uerb. signif.

MORBVS Sonticus, qui in legibus Salicis Sunnis, ut in Tilij Codice rectiùs quàm in Germanico recens impresso legitur, appellatur, qui cuiq; rei gerendæ impedimento est. l. 113. ff. de uerbor. signific. l. 40 ff. de iudic. l. 4. §. penult. l. ult. ff. de ędilic. ed. l. 60. ff. de re iudic. Et apud Plinium lib. xxxvj. cap. xix. & Gell. lib. xvj. cap. 4. & lib. xx. cap. j. & Festū lib. xvj.

Ver-

Verbũ aũt est xij.tab.ab eo dictũ,quod noceat.Sontes enim ueteres nocentes dicebant. Vnde Sonticus, qui perpetuò noceret, Morbus appellatus est. Et idem Festus li.ix.scribit.Cui adde Petr.Crinit.de honesta discipl.lib.25.cap.11.& Brechæum in l.Morbus.in tit.de uerb.& rer.signif. Morbosi qui sint existimandi,tractatur in tit.de ædilic.ed.Bris.

MORBVS totius corporis corruptio est.Aegrotatio,si imbecillitas accedat. Vitiũ,cũ partes corporis inter se dissident: ut distorsio mẽbrorum, & deformitas. Vide Cicero.iiij.Tusc.Sp.

MORE maiorum,id est,more à Maioribus recepto & introducto.l. liberorum aũt.ff.de his qui not. infam. Quid autem sit, more maiorum facere, & de moribus,quàm plurima ostendit Alciat.cap.xxj.lib. iiij.Parerg.Spiegelius.

MORE maiorũ cognoscere, est iudicibus prius auditis,de re capitali cognoscere:nec enim prius nomen cuiusquã inter reos recipiebatur,quàm iudiciũ factum esset.l.is qui reus.ff.de Pub.iud. Sp.

MORE maiorũ puniri,quid sit,explicat Sueton. in Nerone his uerbis,Legitq; se hostẽ à Senatu iudicatum,& quæri ut puniatur more maiorum.interrogauitq; quale esset id genus pœnæ, & cùm cõperisset,nudi hominis ceruicem inseri furcæ,corpus uirgis ad necem cædi,cõterritus, duos pugiones quos secum extulerat,arripuit.Hot.

MORE maiorum quod fit, rectè ac decẽter fit. nam populus R. maiorum instituta atq; exẽpla pro legib.ducebat. Cicero de Legib.II.Ergo adeò expectatę leges,quę genus illud optimũ Reip.contineát: & si quæ fortè a me hodie rogabuntur,quæ non sint in nostra Rep.nec fuerint, tamen erant ferè in more maiorũ,qui tum ut lex ualebat.Paulus l.11.ff.de iust. & iur.Vbicunq; prætor salua maiestate imperij sui, soluoq; more maiorũ ius dicere cõstituit,is locus rectè ius appellatur.Iulian.l.5.ff.de iurisd.More maiorũ ita cõparatũ est, ut is demũ iurisdictionẽ mãdare posit, qui eã suo iure, nõ alieno beneficio haberet. Vlpia.l.11. ff.de his qui not. infa. Si talis sit maritus, quem more maiorũ lugeri non oportet,&cer. Hot.

MORE Romano, nõ sine prouerbij specie dictũ à Tullio sæpe comperimus,pro eo quod est,Eras.ex ponente,simpliciter & absq; fuco potius,quàm eruditè.Tales enim fuerunt illi Romani prisci, Græcorum dissimiles.

MOREM gerere, pro obsequi facilè uoluntati alicuius, autore Paulo in l. quod si possessor. ff. de Rei uendic. Vbi Placentinus certè, ut ait Oldend.honestius fatetur ingenuè, se non intelligere, quid sit morem gerere,quàm Accursius,qui de more iudiciorum exponit, sicut & fœdissimè lapsus est in l.circa.in fin.ff. de Prob. Morem gerere, uno uerbo morigerari dicitur, hoc est, obsequi, & quasi ad alterius uoluntatem mores transformare,Cic. autoritate probat Oldend. Spieg.

MOREM,hoc est,characterem dicendi, cuiusq; autoris esse attendendum, cùm prudenter, tum scitè admonet Salomonius.citans c.solitę.de Maior.& obed. Morem agentium sequi debemus, Papinian. inquit in l.Labeo. de Statulib. Sp.

MORES Vlpia.in Instit.definit tacitum consensum populi longa consuetudine inueteratum. Seruius in vij. Aeneid. Varronem tradere scribit, morẽ esse communem consensum omnium simul habitantium,qui inueteratus consuetudinem facit. Pleraq; autem ut Quintilia.lib. v. cap.x.scribit, in iure non legibus, sed moribus constant. Exinde ius quoddam moribus constitutum dicitur.§.ex non scripto. Instit.de iur.natur.l.31.& leg.32.ff.de legib. uerbi gratia patriæ potestatis, item postliminij iura moribus recepta dicuntur.l.8.ff.de his qui sunt sui uel al.l.19. ff.de captiu. Moribus etiã pupillaris substitutio introducta est.l.2.ff. de uulg.& pup.Bris.

MORES grecis dicuntur ἤθη quod ἔθει consuetudine,appetitus assuescat parationi. Connanus.libro I.capitulo.10.

Bonos mores cùm dicimus, non unius hominis, sed totius ciuitatis intelligimus l.15. §. itẽ ait aduersus.ff.de iniur.Ita aduersus bonos mores factam iniuriam accipimus.d.§.item aduersus. & apud Paul. lib.v.Sentent.titul.iiij.l.1.§.1.ff.de extraord.crim.Et condicionem scripturamq; contra bonos mores in l.9.& l.14.ff. de condicio. Instit.l.112.§. penult. ff. de leg.lib.j.& stipulationem ex bonis moribus conceptam.l.121. §. 1. ff. de uerbor. obligat. Et stipulationem contra bonos mores interpositam.l.5. C.de cõdict.ob turp.causam.Et pacta contra bonos mores. l.6. C.de pact.qualia sunt, quæ de uiuentis successione fiunt.l.ult. C. de pact.l.30.§. ult. ff. de donatio. Item ea,quibus euentus litis redimitur.l.7.ff.manda. l.15.C. de procuratoribus. Vnde malo more dicitur uersatus, qui de litis societate pactus est.l. 1. §. litis. causa.ff. de uar. & extraord. Sed nec ea secundùm bonos mores interposita stipulatio uidetur,qua uinculo pœnæ matrimonij libertas obstringitur. l. 134. ff.de uerbor.oblig.Bris.

MORES honesto uocabulo Iurisconsulti coniugum uitia, & minus honestas actiones appellãt. Vlpian.cap. Instit. 6. Mores grauiores sunt, adulteria tãtùm:leuiores,omnes reliqui. Maritus propter maiores mores,præsentem dotem reddit: Hot.

MORES mutare. Vlp. Sed etsi bonæ frugis seruus intra annum mutatis moribus occisus sit, precium id æstimabitur,quanto ualeret priusquam mores mutaret.l.unde Neratius.ff.ad Leg.Aqu.Sp.

MORIBVS. Hæc dictio & ad rationem naturalem,iusque gentium referri,& ad ius ciuile etiã plerunque referri potest.Quod post l.xij.Tab.prudentum cõsuetudine introductũ est. l.ij. §.ijs legibus.ff. de Orig.iur.Vnde pupillaris substitutio moribus inducta dicitur.ff.l.ij.de Vulg. & more nostræ ciuitatis pupillus absque,tutoris autoritate obligare se nõ põt.l.more.ff.de Acquir.hæredit.Et more maiorum debet pro tribunali ius dicere prætor:& more maiorum is solum iurisdictionem mandat,qui eam suo iure,non alieno beneficio habet.leg. more.ff. de Iurisd.iudic. Spiegel.

MORIBVS cõstitutũ ius l.31. & l.32.ff. de legib. §.ex nõ scripto.Instit.de iur.nat.gẽt. & ciuil.Morib. cõstituto iure maxima Galliarũ pars regitur, Marchia nostra,Boij,Bituriges, Pictones,Turones,Lutetia,Aurelia &c.qui quidẽ mores in scriptis redacti sunt. Prat.

MORIBVS inductum,cũ quid Iurisconf.dicunt, eos significare uelle arbitratur Viglius, id ius ante xij.Tab. fuisse, unà cum urbis primordijs obseruatum,uel postea usu & consuetudine receptum: cuius interpretationis testem citat Theophilum, scitè refellens,quod moribus dicatur esse introductum,illico Lacedæmonijs acceptum ferendum, quòd solis moribus Lacones ut Athenienses solis legibus rem pub.gubernarint.§.& non inèleganter.Instit.de Iur. nat.gent.& ciuili.Astipulatur in Parerg.Alciat.indicans & Accursium quædam in iure nostro prodita referre ad Spartanorum cõsuetudines, quæ tamen

minimè ad ius nostrū pertinēt. Nā si aliq̄d, ut idē ait, ab eis decēuiri acceperūt: id in xij. Tab. relatū iuris scripti pars apud nos esse cæpit, lib. iiij. c. xxj. Sp.

MORIBVS inter uirū & uxorē donationes prohibitæ. l. 1. ff. de donat. int. uir. Moribus prodigo bonorū administratione interdicitur. l. 1. ff. de cur. fur. Morib. quoq; tutor datur mulieri pupillosue, qui aduersus tutores suos aliq̄ actionē habēt. Vlpia. in Institut. titul. xj. Moribus ciuilia officia feminis adempta. l. 1. ff. ad Velleia. l. 12. ad fi. ff. de iudic. Sunt & alia multa ex moribus. l. 8. ff. de adq. hęred. l. 12. §. item hi. ff. de iudic. l. 3. ff. de iurisdictio. l. 34. §. omniū. ff. de cōtrah. empt. l. pen. ff. ad leg. Pomp. l. 1. §. qui mādatā. ff. de offic. eius cui mād. l. 11. §. 1. ff. de his q̄ not infa. l. 35. ff. de religios. l. 26. §. hæc clausula. ff. ex quibus causis maio. l. penult. in fi. ff. de iustit. & iur. l. 25. ff. ad municipal. l. 8. l. 38. in fi. ff. de nupt. l. 42. ff. de uerb. sig. Bris.

MORIBVS, pro more & consuetudine, ut apud Ciceronem. Iurisconss. etiam familiare est. ut in l. moribus introductum est. de Vulg. & pupill. & simil. Hinc in mores, pro, in consuetudinē inducere accipimus. Spiegelius.

Ex bonis moribus est maritorum & patronorum reuerētia. l. 15. §. 1. ff. sol. matr. l. 1. C. de in ius uoc. Vis & metus bonis moribus aduersantur. l. 117. ff. de diuers. reg. Briss.

MORIS est, elegās & nota locutio, frequēs in iure nostro. l. moris. de Pœnis. l. moris fuit ueteribus, de his qui not. inf. & simil. Et, ex moribus, pro consuetudine, in l. cum Prætor. §. penul. de Iud. ubi dicitur concedi iurisdictio ex moribus. Sp.

MORI, est actus instantaneus: qui mox explicatūr, usq; adeò ut nec moriēdi tempus consideretur. Vnde cum testator dicit, esto liber, cum moriar: intelligitur, post mortem. l. qui duos. §. j. ff. de Manumiss. testam. Spieg.

MORIONES sunt fatui, quos in delicijs Principum esse uidemus. l. iiij. §. Idem Pomponius. ff. de Aedilit. edict.

MORITVR uiuens, & uiuit moriēs, l. qui duos. §. j. de Manumiss. test. l. peculium. §. fin. de Leg. ij. Ratio, nondum mortuus est qui moritur, ergo uiuit. arg. l. hæc uerba ille, aut ille. de Verb. sig. ex Alberico & Salomonio. Spieg.

MOROSVS, hoc est, qui in mora est, & furi simi lis iuris interpretatione cēsetur. l. inter stipulantē. §. penult. & ibi Gloss. ff. de Verborū obligatione. Sp.

MORS propriè est σώματος καὶ ψυχῆς διάλυσις ut Gell. lib. ij. cap. viij. tradit, id est, ut Cic. j. Tuscul. exponit, discessus animæ à corpore. Eaq; uera & naturalis mors est. Cuius exemplo & alia à Cōsultis fingitur, quæ salua uita ciuitatem libertatēq; adimit. Interire enim homines maxima & media capitis deminutione, ut & morte, dicūtur. l. 64. §. ult. ff. p̄ soc. Itaq; deportatos & aqua & igni interdictos, & omnes quorum bona publicantur, mortuorum loco habemus. l. 1. §. ult ff. de cōtr. tab. l. 4. ff. de bon. liber. l. 65. §. publicatione. ff. pro soc. l. 29. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & post. Seruit9 quoq; mortalitati cōparatur. l. 209 ff. de diuers. reg. Bris. & Connan. lib. 8. c. 10. n. 2.

MORS significatur etiam per illa uerba, Si quid accidit filio meo. l. in uulgari. ff. de Verb. sig. l. Publica. ff. Depos. Spiegel.

MORTALITATE, pro morte. Iustin. Inst. Quibus mod. test. infir. & aut mortalitate præuētus. Sic apud Suetonium in Claudio reperitur. & Triphonius in l pen. ff. de Vi & ui arm. subtractos mortalitate seruos, dixit. Spieg.

MORTARIVM, uas est lapideum, siue æreum, in quo tunduntur teruntúrue pistillo, quæ resoluenda sunt. autor Nonius.

De MORTARIO uide quid annotarit Turnebus aduersar. lib. 16. cap. 17.

MORTEM exequi, pro instituere actionem de parricidio perpetrato, apud Pomponium in l. j. de Accus. Spiegelius.

MORTICINVM, pro exangui, corrupto, & per se mortuo. Alber. sed nudam uocem, more suo indicat: uocabulum sacræ scripturę familiare. Vnde morticinam carnem dicimus, animalium, quæ non sunt mactata, sed per se mortua. Haloander noster in l. pen. à se translata. ff. de Via pub. in fin. Sed neque rixari in itineribus, neq; stercora proijcere, neque morticina aut pelles iactare permittant. Sp.

MORTIFERE uulneratus. Vlp. in l. ait lex. ff. ad Leg. Aquil. Quòd si mortiferè, inquit, fuerit uulneratus, & postea post longum interuallum mortuus sit, inde annum numerabimus secundum Iulianum, ex quo uulneratus est. Sp.

MORTIFERVM uulnus. Celsus scribit: Si alio mortifero uulnere percusserit, alius postea exanimauerit, priorē quidē nō teneri quasi occiderit, sed quasi uulnerauerit, quia ex alio uulnere perijt, &c. Sp.

MORTIS appellatione propriè tantū uenit naturalis, per quam dissecatur anima à corpore. l si ita quis. de Leg. Et in hunc significatum Salom. ait, omnia iura loquuntur. Vide eum in Paradoxis ubi acutè differit. An sint plures species mortis: itē an mors sit genus, aut Ens per se. inibiq; disces multarum legum ueros intellectus: ut tantam oscitantiam & interpretum & doctorum mirari posis: colligesque, mortis appellatione multos casus uenire, non ui uocabuli, sed similitudinis. præcipuè autem sunt, naturalis, iuris gentium, ciuilis, & sapientium, hoc est, ut ipse interpretatur, Theologorum. Porrò mors eorū laudatur, qui pro republic. ceciderunt. Institut: §. hi enim. de Excusat tut. uel cur. l. qui actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad Leg. Aqu Sp.

MORTIS aut uerberum terrore pecuniam alicui extorquere. in fin l. iij. Quod met. cau. Sp.

MORTIS caussa capimus, non tunc solùm cùm quis suæ mortis caussa nobis donat, sed etsi propter alterius mortem id faciat: ueluti si quis filio uel fratre suo moriente, donet Mæuio ea conditione, ut si cōualuerit alteruter eorum, reddatur sibi res: si decesserit, maneat apud Mæuium.

MORTIS causa capitur, cū propter mortē alicuius capiēdi occasio obuenit, exceptis ijs capiēdi figuris, q̄ proprio nomine appellātur l. 31. ff de mort. cau. don. l. 1 §. itē si ita leg l 15. ff ad l. Falc ueluti q̄d cōditionis implēdę causa datur. l. 55 ff. de cōd. & dē. uide l. 12. l. 18. & l. 36. ff. de mort. cau. donat. Bris.

MORTIS causa donatio est, cum quis ita mortis imminentisúe periculi cogitatione donat, ut habere se malit, quā eū, cui donat: magisq; eū, cui donat, quā hæredē suū. l. 1. cū seq. ll. ff. de mor. cau. don. Mortis causa stipulatio existimatur fieri, ut Festus li. xj. & Antisti. Labeo tradit, q̄ ita fit, ut morte p̄missoris cōfirmetur, ut in l. 34. ff. de don. cau. mort. aut, ut q̄dā dixerūt, cui stipulationi mors fuit cau. Bris.

MORTIS consciscendæ causa, qui propter nequitiam, malosque mores, flagitiumúe aliquod admissum, mortem sibi conscire uoluit, nisi dolorem corporis sustinendo id fecerit. Paulus in l. bouem de Aedil. edict. Vide Cod. de his qui sibi mort. consciu. Spiegelius.

MOR-

MORTIS tempore fuisse intelligitur, qui in utero erat. l. intelligendus est. Idq; per fictionem legis: quæ, licet per naturam impossibile sit, ante septimum mensem eum nasci & uiuere, hoc fingit. Vt omnino uerum non sit, Alciato teste, quod uulgò traditur, legem nunquam fingere impossibilia. Fingit enim dum subsit æquitas. Sed an aliud sit dicere, Tēpore mortis, aut, Cū decedit, Bart. differit in l. quod de pariter. ff. de Rebus dub. Spieg.

MORTVA res dicitur, qua quis locupletior nō est. l. quod autē spectatur tempus. l. si maritus. ff. de don. inter uir. & ux. Alberic.

MORTVAM rem Cōnanus interpretatur eam quæ non extat, quæ perijt lib. 8. cap. 11. nu. 3.

MORTVARIVM, pro derelicto in morte, uocabulum nouum & barbarum. Mortualia in Asinaria Plautus dixit, pro uanis & inanibus. qualia sunt quæ de mortuis referuntur, uel pro ijs quæ ad mortuos pertineant, aut mortuos dixisse putes, ut Pylades interpres indicat. Sp.

MORTVI qui nascuntur, nō uideri unquam natos, Pauli sententia receptum est: & ideo testamentum eorum præteritione nō rumpi certum est. Sed magis dubium de ijs, qui tametsi uiui nascuntur, secundum naturam tamen uiuere non possunt: cuiusmodi habentur ante septimum mensem nati. per l. quod dicitur. ff. de lib. & posthu. Et crebrius receptum est, non rumpere: quia abortiuorum nomine continentur. l. uxoris. C. de posthum. hæred. Sp.

MORTVI loco exhæredatum filium esse haben dū, autoritate tam Glossæ, quàm Bart. hactenus receptum est: attamen in cōtrarium mouetur Salom. per textus apertissimos, quos citat, enarrans §. in omnibus. in l. C. Gallus. Spieg.

MORTVIS uiris, internè gaudere interdū uxores, interpres adnotauit, in l. fin. C. de iur. dot. item in l. pater Seuerinam. ff. de condit. & demonst. Albericus indicauit. Spieg.

MORTVO æquiparat eū Iustinianus, qui neq; scribere, neq; articulatè loqui potest. in prin. l. iubemus. C. de test. Alphōsus clarissimus ille rex (cuius de dictis & factis Antonius Panormita cōmētarios scripsit: quos mirè deprauatos, ꝓ uirili mea restitui, scholijsq; locupletatos in eorum gratiā, qui historiæ sunt amatiores, typis edendos curaui) cum audisset unū aliquē ex Hispaniæ regib. solitū dicere, nō decere generosum & nobilem uirū esse literatum: exclamasse fertur, uocē hanc non regis, sed bouis esse. Sp.

MORTVO proximior dicitur, qui agit animā, imò inter mortuos connumerandus: quia non habet uelle, neq; nolle: atq; ideo non adit, non dispo nit. l. quoniam indignum. C. de test. Sp.

MORTVVS quo distet ab occiso, not. in l. proinde. ff. ad Leg. Aquil.

MORTVVS dupliciter intelligitur in iure, scilicet naturaliter, cū anima separatur à corpore: & ciuiliter, utputa, deportatus, qui pro mortuo habetur fictione iuris ciuilis. l. 1. §. fi. de bon. poss. secund. tab. & Monachus. c. placuit. 16. q. 1. Io. Bello. Etymol.

MORVM nomine, uel ob mores, retentio fieri olim dicebatur, cùm propter malos & improbatos uxoris suæ mores qui discidij causam præstitissent, maritus ex dote quid retinebat. l. un. §. taceat. ff. de rei ux. actio. Vlpia. in Institut. tit. vj. Briss.

MOS, μέσον uocabulum est. Hinc non pauci uel bonum, uel malum adijciunt, ut eorum mens facilius innotescat. sicut faciunt iurisconsulti, tit. de iniur. ti. de extraordin. crim. alijsq; multis in locis. Est aūt mos, ut ex Varrone recitat Macrobius, in iudicio animi, quē sequi debet consuetudo: unde cultus moris, dicitur consuetudo. mos est institutū patriū, pertinens ad religionem ceremoniasq; maiorum. Cætera uide apud Budæum in prior. Annot. Sp.

MOS à modo dictus uidetur Connano lib. 1. capit. 10. num. 5.

MOS, crudelissimus tyrannus, obtrudens sæpè nobis iniquissimas leges.

MOTVS animi, id est, commotio, perturbatio, pro eo quod uulgo dicitur passio. Macer de offic. Præsid. l. obseruandum: Non est, inquit, constantis & recti iudicis, cuius animi motum uultus detegit. Motus animi Græci uocant πάθη, quos Latini tum morbos, tum cupiditates uocant: sed aptissimè, teste Roterod. affectus, quod genus sunt ira, misericordia, amor, odiū: sed præcipui metus, spes, dolor, gaudium. Qui his carent, ἀπαθεῖς dicūtur. Et ἀπάθεια quibusdam Stoicis probata est. Quū alieno dolore dolemus, συμπάθεια dicitur. Spieg.

MOTVS, pro causa. Plinius in fine epist. iiij. lib. iij. Audisti consilij mei motus. Sic quidam latentem in principe rationem, causamúe, haud scio tamen an satis latinè, motum proprium uocant. Quatenus illi tribuendum sit, à Pontificij iuris in quo natus est, interpretibus potissimum petendum est. Iam melior orbis pars, ut quidam dicit, compertum habet, reseruatum in pectore Iulij secundi, inuentum esse ueteratorium. Sp.

MOTV proprio, ex certa scientia, de plenitudine potestatis. Lege, Prægnantes clausulæ. Porrò docent interpretes, tantam uim habere Motus proprij clausulam, ut in contrarium nemo audiatur. Bald. teste Oldendorp. nihil unquam rectius dixit, quàm hoc, quòd hæ uoces (motu proprio, ex certa scientia) omnibus modis relegandæ essent ex curijs principum. Quanquā motus proprius principis aliquo modo colligi potest ex repetita eius concessione. Argu. Nouell. ut nul. iud. sic hab loc. serua. §. præterea hoc quoque. Spieg.

MOVEMVS controuersiā agendo, & resistēdo. l. nō solùm. §. si status. C. de ꝓcur. iūcta Glos. Alber.

MOVENTIA. Vide l. mouentium. de uerbor. signific. & superius, Mobilis. necnon Alciat. in l. iam citata. Spieg.

MOVENTIA dicuntur propriè animalia, quæ per se mouentur, ut serui, iumenta, pecora. Mobilia uerò, quæ anima carent, ut uasa, uestes, & alia id genus. Sed hæc differentia plerumq; confunditur. l. 2. ff. de supell. leg. Briss.

MOVERE quæstionē, apud Paul. in l. cum post mortem pupilli. de administ. tut.

MOVET me. Papinian. in l. parui refert. de condit. furt. Nec me mouet, præsens homo fuerit, nec ne. Caius in l. si ædib. de dam. infect. Sed mouet me, quòd ipse meas ædes reficere possim.

MOX dictio accipitur uarijs modis, secundum subiectam personam, ut latè ponunt Moder. in l. j. super gl. in uerbo Mox. ff. si cert. peta. & Alberic. in dictíon. Inter eius diuersos effectus notat, quòd per hanc decisionem singu. decidit Bal. in l. quoniam. la j. C. de appellat. quòd appellatione deserta non datur iudicatis tempus quatuor mensium, ad soluendum secundum dispositionem l. j. & ij. C. de usur. rei iudic. Sed debet fieri executio statim per illū textū qui dicit, moxq; debitū exigatur. & hoc dictū multū commendat Ludouic. Roma. in l. j. §. qui præsens. ff. de uerbo. oblig. & D. Alexand. qui dicit quòd pro-

cedit in quocunque debitore, conſ.lxj.& ſi puto.colum.fin.lib.iij.per gl.ordi. & communiter approbatam in l.ij. C.de temp.appel.Tamen non eſt uerum, niſi in fiſco. & reprobatur per D. Alexand. in l.iiij. §.ſi quis condemnatus.in j.colum.& in leg.debitoribus.in iij.colū.uerſ. item fallit. ff. de re iudi. & Aret. in l.j.§.j. in ij. col. in princ.& in l. continuus.§. illud. in penul. col. uerſ.& adde.ff.de uerb. obl. D.Iaſ.ubi dicit ſing.in l.ſi arrogator.in iiij.col. circa med. & in ulti.col.uerſi.iij.lim.ff.de adopt. & in l. fructus. in j. col. ff. ſolut.matrimo.D.Felin. in c. quærenti. col.j. uerſ ij.fallit. de offi. deleg. iunctis his quæ retuli infrà in dict.Protinus. Et ulterius dicit etiam in propoſito Corn. conſ. cclxvij. in hac conſultatione. in ij. colum. in iij. libro. quòd iſta dictio Mox, etiam iuncta uerbo futuri temporis, facit pœnam cenſeri irrogatam ipſo iure.& de hoc facit unum ſingu.Frá. Crem.not.vij.tu ſcis quòd uerbum.quod eſt notandum ad ea quæ ſcribit D.Felin. in c. Rodulphus.columna xxv. de reſcript. ubi idem dicit de dictione Omnino. Cotta.

MOX, particula in iure noſtro,pro poſt aliquod temporis interuallum,accipiéda eſt,ſicut apud probatos ſcriptores ſumitur,quod ſecūdum cuiuſq; rei naturá uel plus, uel minus temporis recipit. Nō eſt alius huius uerbi modus ſignificádi,quàm qui ſecūdum præſentem materiá uidetur idoneus teſte Oldend. Rectè igitur admonuit Zaſ.noſter,ſuperuacaneè laboraſſe doctores in pleriſque locis iuris, quid uocula hæc importet.Sp.

M V

MVTIANÆ cautionis inquit Vlpianus l. 7. de condit. & dem. utilitas in conditionibus conſiſtit, quę in non faciendo conceptę ſunt:utputa ſi in Capitolium non aſcéderit.& ita Ariſtoni & Neratio & Iuliano uiſum eſt. Quæ ſententia & cōſtitutione Diui Pij comprobata eſt. Nec ſolum in legatis placuit: Verumetiam in hæreditatibus idem quoq; remediū admiſſum eſt. Porrò ſi conditio non faciendi ſit turpis,non eſt neceſſaria cautio Mutiana. Nam ut conditio,ſic & cautio remittitur.l.20.de condit.& dem. Bald.in Scæuola.

MVCOR,lanugo,quæ diutino ſitu contrahitur: quemadmodum in pane, & carne alijsque huiuſmodi fieri uidemus.

MVCRO, pro enſe impropriè ſumitur à Caniſtis,ut pleraq; alia, quibus ſcatet uulgatum Lexicon iuris. Nam propriè eſt cuſpis, & acumen enſis & telorum. Vſurpatur etiam pro quarūuis rerū acumine,ut docet exemplis Rob.in Theſau.Sp.

MVGINARI quo Cicero in epiſtolis ad Atticū utitur, eſt idem propè ac Muſſare & Min facere & ſubmuſſando hęſitare.Petrus Crinitus lib.18.cap.5. de honeſta diſciplina.

MVLCTA, pecunia q̄ à magiſtratu dicta,ut exigi poſsit ob peccatum. quòd ſingulę dicūtur,appellatæ eſſe multæ: quod olim unū dicebant, Multa. Itaq; cùm in doliū aut culleum unū addunt ruſtici, prima urna addita,dicunt etiá núc,Multa. Hæc Varro lib. De ling. v. Feſtus autem ſic: Multam eſſe dici putant pœnam quandam:M. Varro ait,pœnam eſſe, ſed pecuniariam.Et alibi,Ouibus duabus multabátur apud antiquos in minorib.criminibus:in maiorib. aūt,triginta bubus: nec ultra hunc numerū excedebat multatio. quæ, poſteaquam ære ſignato uti ciuitas cœpit, pecoraq; multatitia incuria corrumpebantur (unde etiam Peculatus crimen uſurpari cœptum eſt) facta eſt æſtimatio pecoralis multæ, & boues centenis aſsibus,oues denis æſtimatæ.

MVLCTAM autem, ut hoc obiter adijciamus, Sabinū eſſe uerbū ex Varrone ſcribit Gellius. Grámaticis autem qui poſt Varronem ſcripſerunt per Antiphraſin dictum uideri.Id quod libros Varronis de lingua latina ualde ſuſpectos facit,quaſi ſuppoſititij ſint non Varronis in quib. mulctá per antiphraſint dictá legimus:quod Grámaticis,qui poſt Varronem ſcripſerunt uiſum eſſe Gellius ſcribit. Gouenus lib.2.de Iuriſd.ad l.primam.

MVLCTA modica, quæ eſt ſex ſolidorū aureorum,minorum eſt iudicum. l.ij. C.de Sport.& l.eos. C.de Modo mulct.Spieg.

MVLCTAM committere,eſt,ut nunc uulgò dicitur,incurrere pœnas.Sic mulcta commiſſa,quádo quis aliquid commiſit, propter quod mulcta eſſet afficiendus. Mulctam autem irrogare, non eſt iudicis mulctantis,ſed actoris,aut poſtulátis, & accuſantis. Vide Bud.in Annot.ad l.ſecundam,de Iud.Sp.

MVLCTAM Certare. His uerbis apparet, moris fuiſſe,ut Tribuni plebis mulctam dicerent,uel ut alij loquuntur,infligerent; quæ poſteà populi ſuffragijs in comitio, uel irrogaretur uel abrogaretur, uel etiam remitteretur,quo tempore multa certari dicebatur. Non enim Tribuni damnare mulctæ poterát, ſed tantum rogare populum, apud quem cum reus non iure mulctatum ſe contenderet, lis illa mulctaria diſceptabatur. hæc Budæus.

MVLTAM dicere, pro multare Iuriſcōſulti noſtri ubiq; uſurpant. Vlpian.l.2.§. 8.ff. de iudic.His datur multæ dicendæ ius, quibus publicum iudicium eſt,& nō alijs: niſi hoc ſpecialiter eis permiſſum eſt. In P. Flor.legitur PVBLIEB.nulla,aut certè abſurda ſententia. Nam QVIBVS P.I.EST, Vlpianus dixit, pro qui publici iudicij habent exercitium, ut Papinianus l. 1. ff. de off. eius cui mand. Venuleius l.10.ff. de cuſt.reor. Si quos ex his qui in ciuitatibus ſunt, celeriter & ſine cauſſa ſolutos à magiſtratibus cognoueris,uinciri iubebis.& his qui ſoluerint,multam dices.id eſt,multam ſtatues, multabis.Sic enim Vlpia.l.1.ff.de ſer.fug.Senatus cenſuit ne fugitiui admittátur in ſaltus: neq; protegantur à uillicis, uel procuratoribus poſſeſſorū: & multá ſtatuit. Venul. l.2.ff.quis & à quo app. Appellari à legatis Procōſul poteſt:& ſi multá dixerit, poteſt Procōſul cognoſcere. Hot.Eū tamen locū de mulctis quæ delictis irrogátur intelligédū putat Goueanus ca. 46. Var. lect. Ná aliàs legati mulctas non obtemperantibus ſuæ Iuriſdictioni, aut ijs,qui citati neq; reſpondēt, neq; excuſantur, dicere poteſt,ut ſcribit Gellius lib.10.c. 6. Cum enim cui mandata iuriſdictio eſt, modicam cohercendi habet poteſtatem ſine qua uana & illuſoria eſt omnis iuriſdictio l. ult. ff. de offic. eius cui mandat.eſt iuriſd.

MVLCTAM grauiſsimá,pro morte accipi,Albericus indicauit: ſed id minimè ex l.quá citat, colligi poteſt. Præterea mulcta damnū famæ nō irrogat, ut Impp.cenſuerunt.C.de Modo mulct.l.j.Hæc autem iam planè perijt ultimo ſupplicio plectendis.Sp.

MVLCTAM irrogare, Bud.inquit, hodie forenſi noſtrorū uocabulo dicitur, cōcludere ad mulctá, & cōcluſiones mulctatitias aſſumere: quod & pœnaliter intendere dici poteſt Latinè loquentibus.Sp.

MVLTAM irrogare,eſt rogare populū ut multá alicui uelit imponere. Irrogabát aūt ſoli magiſtrat9. Cicero lib.3.de Legib. Cū magiſtrat9 iudicaſsit, irrogaſsitúe, per populū multæ pœnæ certatio eſto. Idē in Orat. pro domo, rationé harū irrogationū fuiſſe tra-

tradit, ut ter antè magistratus accusaret intermissa die, quàm multam irroget aut iudicet, quarta sit accusatio trinundinum pro dicta die qua iudicium sit futurum. Hotoman.

MVLCTAM quæ appellatur suprema, Gell. scribit institutam in singulos dies duarum ouiū, triginta boum, pro copia scilicet boum, proq; ouium penuria. Sed cum eiusmodi Multa pecoris armentiq; à magistratibus dicta erat, adigebantur boues ouesq;, aliàs precij parui, aliàs maioris: eaq; res faciebat inęqualem multę punitionem. Idcirco postea lege Aternia constituti sunt in oues singulas æris deni, in boues æris centeni. Minima auté multa est ouis unius. Suprema multa est eius numeri cuius diximus: ultra quam multam dicere in dies singulos, ius nó est: & propterea supremá appellatur, id est, summa & maxima. Quando igitur nunc à magistratib. populi Rom. more maiorum multa dicitur uel minima uel suprema, obseruari solet, ut oues genere uiri appellentur. Atq; ita M. Varro uerba hęc legitima, quibus minima multa diceretur, concepit: M. Terentio qñ citatus neq; respondit, neq; excusatus est, ego ei unum ouem multá dico: ac nisi eo genere diceretur, negauerunt iustam uideri multam. Hot.

MVLCTARE uerbum, condemnare est, & punire. Sic Plautus, Mulctare matrimonio, pro diuortium facere. Virg. Mulctari patria, pro priuari. Cicero: Mulctatum exilio maleficium. Spieg.

MVLCTATITIVM, quod nomine mulctę exigitur. Spiegelius.

MVLIEBRIA passum Prætor remouet à postulando. l. j. ff. de postul. Huic sceleri, quod non proficit scire, Impp. in l. cum uir. C. de adult. gladium ultorem constituūt. Huius infandæ rei inuentū quidá in Orpheum referunt. Sunt tamen qui existimant, ad liberalem magis honorem referendū, quo etiam Socrates adolescentes ingeniosos cóplexus est. Sp.

MVLIEBRIA uestimenta sunt, quæ matrisfamiliàs causa præparata sunt, quibus uir nó facilé uti potest sine uituperatione: ueluti stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, plagulæ, penulæ, ait Vlp. in l. uestis. ff. de aur. arg. mund. ornament. Old.

MVLIEREM Lactant. Firmianus in lib. de opificio Dei à mollitie dici existimat, ueluti mollier, detracta mutataq; litera. Quę etiam opinio fuit M. Varronis in lib. de lingua Lat. Quemadmodum Cic. uirtutem à uiro dictam contendit. Mulier à Græcis γυνὴ, παρὰ τὸ γῦ, ὁ παρὰ τὸ γόνυ γίνεται, γυνή. unde Plato existimat γυνὴν, quasi γονὴν dici, quod in ea generetur semé & fœtus hominis, mutato æolicè ο in υ, ut est in Etymol. quemadmodum annotauit Brechæus in l. mulieris. ff. de uerb. & rer. sign. Nam & ab Homer. lib. 8. Iliad. mulieres peculiari epitheto θηλύτεραι uocantur tanquam molles,

> Θηλύτεραι δὲ γυναῖκες ἐπὶ προθύροισιν ἑκάστη
> θαύμαζον ἑστηκυῖαι.

Et idé in hymno Veneris, uirgines ἁπαλόχροας, id est molles corpore appellat:

> ὅ δή τι παρθενικὰς ἁπαλόχροας ἐν μεγάροισιν
> ἀγλαὰ ἔργ' ἐδίδαξεν.

Hæc annotauit Tiraq. in l. j. connub. gl. j. parte 1.

MVLIER, Vlp. dicitur, quę uirgo non est. Quòd si, inquit, ego me uirginem emere putarem, cum esset mulier, emptio non ualebit. Tamen & uirginem uiripotentem dicit mulieris appellatione contineri. Sed hoc Alciat. intelligit, si uerba propriè accipiantur: alioquin ex lata interpretatione etiam non uiripotens mulier est, nimirū quia muliebris est sexus: nec Etymologia repugnat, cum à mollitie dicatur. Autores Varro & Lactantius. Mulier etiam dicitur ea, quæ uirum non cognouit. Vlp. de ædil. edict. Mulierem ità arctā, ut mulier fieri non possit, sanam nō uideri constat. Itaq; diuiditur mulier in puellam uiripotentem, uirginem, & mulierem non uirginé. Sp.

MVLIER, pro uxor: apud Scæuol. in l. 93. §. 1. de legat. & fid. lib. 32. Semproniæ mulieri meæ reddi iubeo ab hæredibus &c. De Græcis fontibus deriuata locutio uidetur. Hotom.

MVLIER subintroducta (cuius fit mentio dist. 32. c. interdixit per omnia) quid sit, diligenter explicat Rhenan. insigni scholio, quod adiectum est c. 26. lib. 7. hist. Eccl. quod & Glossematarius sileat, & Lexicon Suidæ uocabulum tantùm annotet. Spieg.

MVLIER uulgaris, id est, uilioris uitæ & prostitutæ pudicitiæ mulier, sed nondum ita notata infamia. ut matrisfamiliàs nomen amiserit: Balduin. tit. de public. iudicijs.

MVLIER uillę custos perpetua. l. si ita testamento. ff. de fund. instr.

MVLIERCVLA, & pro impudica & libidinosa, & pro muliere destituta auxilio, inope scilicet, & imbecilli accipitur. Exemplū prioris significatus habes in l. pen. ff. de seru. corr. posterioris apud Cicer. Sp.

MVLIERCVLARIVS, qui alienas mulieres assectatur: ea forma qua uxorius, qui propriam uxoré amat. Vox est à Constát. Imp. usurpata sicut ancillarius, seu θεραπαινίδιος, ancillariolus, apud Martialé, qui ancillas sequitur, & in eis insanit: & lecticaria, q̃ lecticas nobilium non aspernatur. Ex Alciat. Spieg.

MVLIERES dicuntur oés quæcunq; sexus fœminini sunt, cuiuscunq; sint ætatis. l. argum. 25. §. 2. ff. de aur. & arg. itaq; mulieris appellatione uirgo uiripotens continetur. l. mulieris, 13. ff. de uerb. sign. & mulierib. legatis etiam uirgines debétur. l. seruis, 81. ff. de leg. 3. Consuetudo tamen tulit, ut nuptæ, mulieres: innuptæ, uirgines appellentur. Itaq; Cic. Verrina 3. Negotium, inquit, dat illis suis comitibus, ut uideant & inuestigent, ecquæ uirgo sit, aut mulier digna, quamobré iste Lampsaci diutius cómoretur. Et paulo pòst: Eius esse filiam, quæ cū patre habitaret, propterea qđ uirum non haberet, mulierem eximia pulchritudine. Significat enim illā à uiro suo diuertisse. Ité aliquanto pòst: Qui lege sua hæreditaté ademit nulli neq; uirgini, neq; mulieri. Sanxit in posterū, ne qs hæredé uirginé, néue mulieré faceret. Hot.

MVLIERES suæ pudicitiæ memores, & operū, quę eis natura permisit, arbitrium suscipere, uel alio modo iudicium exercere non possunt. l. fin. C. de recept. arbit. Et hoc iustius est (ut integerrimus homo dn. Olden. rectissimè monuit in Copia) quicquid distinguat C. dilecti filij. de arbitr.

MVLIERES lanificæ an uillæ instrumento contineantur, uide Alphenum in l. uillæ instrumento. ff. de fun. instru.

MVLIERIBVS legatis, etiam uirgines debentur: sicuti uiris legatis, etiam pueros deberi respondetur, teste Modestino, de leg. 3. Spieg.

MVLIERVM genus auarissimum. gl. super uerbo, donat. in l. sed si ego. ff. ad SC. Velleia. Spieg.

MVLIO perpetuarius, aut qui in solidū, aut semper sit uector, aut quod Rhenano magis arridet, qui perpetua, nec interrupta uectatione suos uectores aliquò perducat. Ad uehicula mulis usi sunt antiqui, non equis. Vnde muliones uehicularij, quiq; mulis quæstum faciebant. Spiegelius.

MVLIONEM, qui & mulius dicitur, Barto. in l.

cum quæritur.§.seruus. de leg. 3. seruorum appellatione rectè comprehendit. Siquidem ueteres solebant uel lecticis deuehi, uel curribus. inde serui uectores dicti: quo genere lecticarij, agasones, muliones'que sunt. Spiegelius.

MVLOMEDICVS apud Firmicum libr.8. Mathes.cap.14. Quo modo etiam in l.j.C.de excusa. artific. lib. x. C. legendum non librorum modò scriptorum, sed & Accursianæ interpretationis auctoritate constat. Brisson.

MVLORVM appellatione etiam mulæ, quemadmodum appellatiuè, seruorum & seruæ plerunq; continentur. Id autem eò uenit, quòd semper sexus masculinus fœmininum continet, ait Iulian. in l. qui duos mulos. de leg.3. Spiegelius.

MVLSVM, potio est ex uino & melle concinnata. Vlpian. de trit. & uin.leg.l.si quis. Si mulsum, inquit, sit factum, uini appellatione non continebitur. Idem de rei uendic.l.idem. Si ex melle meo, & uino tuo mulsum factum sit, Græcis οἰνομέλι, & μελίκρατον, ut Pollux lib.6.tradit. Legimus autem, multos senectam longam mulsi tantum intinctu tolerasse, nec preterea cibo aliquo celebri. Pollionis Romuli exemplo, quem centesimum annum excedentem, quum interrogaret Augustus, quanam ratione maximè uigorem illum animi corporisq; custodisset, respōdit: Intus mulso, foris oleo. Spieg. Vide Crinitum lib.4. cap.8. de honest. discipl.

MVLSVM. Veteres Romani mulsum in delicijs habebant, & in triumpho milites ab Imperatore eo donabantur. Plautus,

Sed spectatores uos nunc ne miremini
Quod non triumpho, peruulgatum est, nihil moror
Veruntamen accipientur mulso milites.

Mulsum uerò ex pluuia aqua fieri solitum, ex Galeni lib. 4. tuendæ sanitatis annotat Cælius lib.23.cap. ult. Sed & ex uino uetere factum ad appetentiam & auiditatem cibi reuocandam, auctor est Plin. lib.22. de natura mellis. Vide etiam de hoc Petrum Crinitum de honesta discipl.libr.4.cap.8. ubi tradit ueteres mulso etiam sacris usos.

MVLTI qui dicantur, docet Bart. in l.Prætor.ff. ui bon.rapt. An duo multi dici posint, differit Abb. in c.ad nos.de reb.eccle.non alien. Vide §.fin.Instit. de iur.pers. iuncta glo. Spieg.

MVLTIFARIAM, id est, uariè, multis modis l. ne quid.ff.de incen.ruin.naufr. Sic plurifariam, in l. j.ff.de in integr.restitut.& trifariam. in l.fin. pro pluribus & tribus: ut omnifariam, pro omnib. modis. in l.optimam.C.de contrah.& com.stip. quæ & ab Alber.adnotata sunt. Spieg.

MVLTIPLEX, omne dubium est, quemadmodum omnia generalia sunt obscuriora. Bald. in l.j.C. de ser.fug. Boetius quoq; ait: Est in eo, quod multiplex est, ueritatem esse ambiguam, tametsi etiam ob scuritate impediatur. Obseruandum tamē, inter ambiguum & obscurū hoc interesse, quòd in ambiguo plura se ostendunt, quorum quid potius accipiendum sit, ignoratur: in obscuro autem nihil, aut parū, quod attendatur, apparet. Ex Fortunatiano. Sp.

MVLTIS partibus plures, & multis partibus inferior, teste P. Manutio, elegantiss. Ciceronianæ ætatis uiri, dixerunt pro eo quod est, multo plures, & multo inferior. Sp.

MVLTITVDO, pro turba hominum, nullū habet consilium, prona semper ad dissensionem. Nou. de referen.sacr.palat. const.xj. Vide item Olden. in §.postea aucta.l.2. de orig.iur. Sp.

MVLTITVDINEM cōstituunt mille uiri. per l.2.§.j.ff.de excus.tut.l.j.§.fin.de testam. milit. Interdum quod turbationi plerunque obnoxia sit, nec serena tranquillaq; mente polleat (quali ad contemplationem rerum subtilium in primis opus est) turba solet appellari: rem significatam nomine ipso, ut pulchrè dicit Insulanicus Huttenus, uerissimè tuente, comprobanteq;. Spieg.

MVLTO pòst, triennio alij, quinquēnio alij claudunt. Vide quæ not. in §. si multo pòst, in l. si unus. ff. de arbitr. Spieg.

MVLVS clitellarius, qui fert onera. Clitellæ enim sunt, quibus onera imponuntur, sicut in equis sellæ. Cælius scribit, cur mulus non sit uitiosus, citante eum Vlpian. in l. ædiles aiunt. §. sed enim. de ædil. edict. Spieg.

MVNDI scripturæ meminit Iustinian. in l. cōtractus. C. de fide instr. Spieg.

MVNDVS dicitur cœlum, & terra, mare, & omnia quæ in eis sunt. Iterum alia significatione, dilectores mundi, mundus dicuntur. diuus Augustinus autor. An sit æternus mundus, Bartol. attingit, in l.1. C.de dign. Spieg.

MVNDVS est cōis patria omnibus: ut inqt Bal. in cap.j. §.dominus.de forma fidel. ex hoc inferens, quod domini terrarum non possunt expellere mercatores forenses ex suis terris, sine causa. & sequitur Ioan. Bapt. Seuer. in repe.l.omnes populi.col.32. uersicul. item quæritur nunquid domini. de iust. & iur. Appellatione mundi muliebris, apud oratores historicos & poetas non solùm illa quibus mundior fit mulier, sed ea quoque quibus ornatior, significatur. quod etiam nomen indicat. nam quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerunt eum nos à perfecta absolutaq; elegantia mundum. Liuius: Non aurum modò his, sed & postremò uestem, mundumq; omnem muliebrem ademit. Lucilius neutro genere appellauit, his uersibus:

Legauit quidam uxori mundum omne, penumq;,
Quod mundum atq; penum? nam quis dyudicet istuc?

Dabunt tamen ueniam nobis Philippi manes, quia licet apud Liuium & Lucilium in locis suprà allegatis, mundus possit capi pro quodam genere, non tamen per hoc statim damnandus fuit Vlpi. Iureconsl. qui in hoc melius & exquisitius proprietatem uerbi declarauit. Oratores enim & poetæ, laxiores sibi habenas reseruarunt. Eius partes fuissent, ut qui os in tantùm Iureconsl. soluere cogitabat, eum proprio gladio iugulare. Præterea Liuij auctoritas etiam nihil obest in proposito, imò uidetur probare opinionem Iurecon. dum uestem qua ornatur, à mundo distinguit: Sicut neq; carmen Lucilij. Discant itaque alij, in legato mundi muliebris, secundum Paul. in l. pediculis. §. Titia. de aur. & arg. leg. duntaxat argentum balneare contineri, non autē ornamenta & monilia, in quibus gemmæ & margaritæ insunt: neque anulos, seu uestem coloriam, uel uersicoloriam. Præterea si Vlpian. auctoritas in hoc tuta est, nonne ipse in ea.l. argumento. §. mundus. dicit, mundum muliebrem esse, quo mulier mundior fit: ut unguenta, & uasa unguentaria. & sic clarè apparet, in mundo de proprietate uocabuli non contineri, quæ ornatus causa parata sunt. & hoc etiam colligitur ex toto illo titulo, in quo differentia expressè fit inter mundum & ornatum, ut in l. uxori quis. & in l. si quis ita legauerit. de aur. & arg. leg. & alibi sæpè. Cotta.

Iurisconsulti faciunt. nam in mundo muliebri hęc numerant: speculum, unguenta, uasa unguentaria, argen-

argentum balneare: non etiã ornamenta, uestes, mobilia, annulos. l.27. §. mundus, & l.34. §. Titia. ff. de aur. & arg. Sic Paul. lib. Sent. 3. cap. 6. Mundo, inquit, muliebri legato ea cedũt, per quæ mundior mulier, lautiorq; efficitur: uelut speculum, conchæ, situli, itẽ buxides, unguenta, & uasa in quibus ea sunt. Ornamentis legatis ea cedunt, per quæ ornatior efficitur mulier: ueluti annuli, catenæ, reticuli, & cætera quibus collo, uel capite, uel manib. mulieres ornantur. Sic Tertull. in lib. de habitu mulieb. Habitus, inquit, fœminę duplicem speciem circumfert, cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrẽ uocant. Ornatum, quem immundum muliebrẽ conuenit dici. Iste in auro, & argento, & gemmis, & uestibus deputatur: ille in cura capilli, & cutis, & earũ partium corporis quæ oculos trahunt. Hot.

MVNDVM in quod contractus ex scheda redigitur. l.16. C. de fide instr. χάρτην καθαρὸν Iustinian. uocat Nouell. xliiij. Brisson.

MVNEM significare certum est officiosum. unde è contrario Immunis dicitur, qui nullo fungitur officio. Festus.

MVNERA, sunt procurationes quædam Reipu. quæ sine imperio potestateue alicui mandãtur: quarum aliæ industria & opera, aliæ sumptibus faciẽdis administrantur, aliæ communiter. Patet ex l.1. & ult. ff. de munerib. & honorib. Hot.

MVNERA autem alia priuata sunt, alia publica. Priuata sunt, quæ cuiusque officio priuatim incumbunt. Publicum uerò munus esse definitur officium priuati hominis, ex quo commodũ ad uniuersos singulosq; ciues remq; eorum imperio magistratus extraordinario peruenit. l.239. §. munus. ff. de uerb. sig. Publica uerò munera eadem & ciuilia & municipalia appellantur. l. ult. §. hæc aũt. ff. de muner. & hon. l. 2. ff. de diuer. reg. iur. l. j. C. quod cum eo. l. 2. §. si quis municipalis. ff. si quis cautio. l. 21. §. idem rñdi cõstante. ff. ad municip. l. 3. §. his qui. ff. de munerib. & hon.

Dicuntur & onera ciuilia in l. 6. ff. de cur. fur. l. 9. C. quando prouoc. non est nec. Briss.

Illud etiam Munus publicũ erat autore Callistrato, quod in administranda re aliqua publica cũ sumptu sine titulo dignitatis subibatur. Ræuardus d. l. fœminæ ab omnib. ff. de reg. iur.

MVNERVM autem publicorum alia personalia sunt, alia patrimonialia. Personalia sunt, quæ cũ corporis labore & animi solicitudine ac uigilantia principaliter sine detrimento gerentis pertractantur. l. ult. ff. de munerib. & hon. ueluti defensio ciuitatis, legatio ad census accipiendos, patrimonij descriptio, exactio pecuniæ pro capitibus, curatio operum, camelasia, sitonia, eleemporia, angariæ, productio tironum, rerum transuectio, cura custodiendi aquæductus, cura uenalium inspiciendorũ, & alia id genus. l.1. l.3. §. cura. l.6. §. sciendũ. l. ult. ff. de munerib. In hoc numero & tutela & cura ponitur, quæ munera esse ciuilia & publica dicuntur in §. j. Inst. de excus. tuto. & d. l.1. C. quod cum eo, quanquam qui immunitatẽ ciuilium publicorúmue munerum habent, à tutela non excusantur. l.15. §. qui accepit. ff. de excus. tut. nisi nominatim hoc priuilegium eis indultum sit. l. 6. §. grammatici. l.189. §. nõ omnia. ff. de excus. tut. Hęc porrò personalia munera etiã corporalia uocantur. l.3. §. corporalia. ff. de munerib. & hon. l.8. de muner. patrimon. lib. x. C. Quorum nonnulla sunt, quæ sordida uocãtur. l.8. §. Philosophos. ff. de uacat. muner. l.2. C. de episc. & cler. l.13. & l.14. & l.15. & l. ult. de excus. muner. lib. x. C. l.4. C. de dignitatib. lib. xj. l. j. de suarijs. lib. 11. C. l. j. C. de priuil. dom. Aug. lib. 11. l.2. C. de præpos. sac. cubic. lib. 12. l.3. C. de silentiar. lib. 12. l. 15. & l.18. de sordid. munerib. lib. 11. C. Th. ex quib. di dici inter sordida munera habita cõficiendi pollinis curam, panis excoctionem, paraueredorum, parangariarum, carbonis, materiæ, item ligni, & tabulatorum præbitionem: pistrini quoq; & excoquendę calcis obsequia, temonariamq; functionem in sordidis muneribus habita.

Exactio utiq; tributorum, instructioq; pontiũ ac uiarum inter sordida munera non habebatur. l.17. §. exigendi. ff. ad municip. l.7. C. de sacr. eccl. l. 4. C. de priuileg. dom. August. lib. 11.

Patrimoniorum uerò munera sunt, in quibus maximè sumptus postulatur: cuiusmodi sunt, quæ patrimonijs indicuntur intributiones, ueluti rei uehicularis, uel nauicularis munus, exsolutio tributorũ, hospitum receptio, uiarum munitiones, & prędiorũ collationes, decaprotiæ & protostasiæ munus, & alia omnia patrimoniorum possessionumq; onera. l. j. l.3. §. exactionem. §. decaprotos. & §. munus. l.14. §. uiarum. l. ult. C. de munerib. & hon. l. 3. ff. ad munic. l. pen. & ult. ff. de priuil. ueter. l.2. & l.8. C. de muner. patrim. lib. x. Addit Arcadius Charisius tertium genus munerum, quæ mixta uocat, quę partim labore corporis & sollicitudine animi, partim sumptu obeuntur, ueluti exactio annonarum. Nam pro desertis prædijs exactores fisco satisfacere cogũtur, & sic sumptu præter ministerium corporis grauantur. l. ult. §. ult. de munerib. & honor. Briss.

MVNERA militaria, sunt excubiæ, angariæ, gestationes in usum belli, decursio campi, erectio ualli, atq; id genus similia. Qui ab his munerib. immunes erant, beneficiarij dicebantur: qui subibant, munifices. Alc. de uerb. sign.

MVNERVM etiam alia ordinaria sunt, quæ legẽ ueluti Senatusconf. constitutionẽue principis iniunguntur. Alia extraordinaria, quæ extra ordinem indicuntur. l. j. de uacat. pub. mun. lib. x. C. l.2. & l.31. §. pen. C. de episc. & cler. Briss. Adde Ræuardum l. fœminæ. ff. de reg. iur.

MVNERA etiam ludos gladiatorios ueteres uocabant. Cuius significationis exempla sunt in l. 122. ff. de leg. lib. 1. l.1. §. ult. de lega. lib. 2. l.36. ff. de condit. & demonst. l. j. ad l. Fab. de plag. in C. Th. Ac propriè funebres ludi ab officio, ut Tertul. in lib. de spectac. auctor est, ita appellabãtur, quoniam officium mortuis se talibus spectaculis facere ueteres arbitrabantur. Brissonius.

MVNERA etiam hæreditaria pro oneribus dicimus. l.33. in fi. ff. de leg. lib. 2. l.2. ff. ad Senatusc. Trebell. ut munus collationis in l.54. ff. ad Trebell. Munus Falcidiæ. in l.77. §. si pars. ff. de leg. lib. 2. Briss.

MVNERALIS lex dicitur, quæ cauet, ne cui liceat munus accipere.

MVNERARE, id est, donare, *Verehren*. Solebant autem populi Romani Imperatores à socijs, uel regibus, uel populis liberis, quum per eorum regionẽ iter facerent, aliquo munere ornare, ut eorum cum popul. Rom. amicitia significaretur. Munerare actiuum, & munerari deponens, in eadem re dicimus, ex Syluio. Aliud est autem munerare, aliud remunerare. Illud significat, simpliciter donare aliquid, *schenken*, nullius prioris officij aut beneficij accepti compensandi respectũ: quod hi faciunt, qui priores aliquem dono aut beneficio sibi demerentur & obligant. Remunerat autem, qui acceptum beneficium, aut quod uelut sibi impensum tulit, tametsi alioqui eius

eius utilitas ad se non pertineat, compensat, atque eius respectu benemerito aliquid retribuit. Spieg.

MVNERARI, pro munus gerere ac sustinere. Vlpia. l. j. §. 2. ff. de uacat. & excus. Qui in fraudem ordinis in honoribus gerendis, cùm inter eos, ad primos honores creari possint, qui in ciuitate munerabantur, euitandorum maiorum onerum gratia, &c. Hot.

MVNERARIVS, qui gladiatores exhibebat. Sic & munus non rarò apud autores gladiatorem significat. Exempla depromere licet ex iam omnibus aperto Thesauro Roberti. Spiegelius.

MVNIA uocitantur munera, spectacula, in quib. ædendis assiduus erat in tantum Caius Cęsar, ut populus, auersatus & abhorrens alioquin eiusce diritatem, illum doluerit extinctum: ueluti oblectaminis theatralis administrum: Ioann. Bapt. in comment. Panegyr. Sid. Apollin. ad socerum.

MVNICEPS, ut ait Ælius Gallus, qui in municipio liber natus est. Item municipes erant, qui ex alijs ciuitatibus Romam uenissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantùm muneris partẽ. At Seruij filius aiebat initiò fuisse qui ea conditione ciues Rom. fuissent, ut semper Rempub. separatim à populo Roma. haberent, Comanos uidelicet, Acerranos, Atellanos, qui æquè ciues Rom. erant, & in legione merebant, sed dignitates non capiebant. Hæc Festus. Hotom. Vt ergo municipales homines, pro ueris ciuibus Romæ non habebantur etsi donata ciuitate omnia municipia erant: sic & equites municipales pro ignobilibus equitibus ponere solebãt, quòd eorum non esset tantus splendor, nec tantæ diuitiæ quantæ urbanorum equitum. Iuuenalis, municipalis eques, de Cicerone: & Tacitus lib. 4. municipalẽ adulterum pro ignobili & obscuro dicit, seq; ac maiores & posteros municipali adultero fœdabat. Turneb. aduers. lib. 3. cap. 9.

MVNICIPALE ius, dicitur priuatum ius uniuscuiusque ciuitatis. Municipalia magisteria uocantur administrationes & officia sui municipij. Spieg.

MVNICIPALES leges, id est, statuta probantur in titul. ff. de Decr. ab ordin. faciend. rectè enim appellauerimus & hodie magistratus ciuitatum, ordines decurionum. Vlpianus in l. prima. §. si quis apud. ff. quod quisqu. iur. At defensores ciuitatum, non ex decurionibus, sed ex alijs deligebantur tres numero: qui hoc agerent, ne tenuiores & infimi à nobilibus læderentur. Alciat. libr. quarto. Dispunct. capit. v. Spiegel.

MVNICIPALIS magistratus, ciuitatum Decuriones dicuntur, qui unum ordinem referentes, sic administrant, ut unius hominis uicem sustineant. l. magistratus. ff. ad municipia. Et C. de magistrat. municipal. Sunt aũt administrationes Reipublicæ cum dignitatis gradu, sine sumptu, hoc est, sine erogatione seu collatione in publicum contingentes. l. honor. ff. de muneribus & honor. Ideoque honores quoque dicuntur.

MVNICIPES erant ciues Romani, ex municipijs suo iure, & legibus suis utentes, muneris tantũ cum populo Romano honorarij participes, à quo munere capessendo appellati uidẽtur, nullis alijs necessitatibus, neque ulla populi Romani lege astricti, cum nunquam populi eorum fundus factus esset (hæc Aul. Gellius libr. noct. Attic. 16. cap. xiij. & uidendus etiam Crinitus lib. 7. cap. 6.) deinde obseruatum est, ut unusquisq; suæ ciuitatis municeps dicatur. Vnde & municipium pro ipsa ciuitate ponitur. in l. de die. §. tutor. ff. qui satisdar. cog. Paulus Iureconsultus. Hæres quoque (ait) ut legatorum nomine satisdet, audiẽdus est, ut in municipium remittatur. unde & Plin. in Epist. Iam Comuni, quàm Mediolanum municipia nomina. Vide Crinitum lib. 7. cap. 6. de honesta disciplin. Connanum lib. v. cap. 9. num. 2. Corras. lib. 3. Miscellan. cap. 6. numer. 3. Adde Brechæum in l. munus. in tit. de uerb. & rer. sign.

MVNICIPIA, coloniæ, oppida, præfecturæ, uici, castella, conciliabula, fora, basilicæ. Hæc in legib. coniungi & singulatim enumerari consueuisse, duobus ex locis intelligitur. primus est apud Paulum libro Sentent. quarto, capit. sexto: alter est in lege Fabia de terminis, quam suo loco in Indice legum Roman. descripsimus. Hotom.

MVNICIPIVM id genus hominum dicitur, quum Romam uenissent, neque ciues Rom. essent, participes tamen fuerũt omnium rerum ad munus fungendum unà cum Romanis ciuibus, præterquã de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo: sicut fuerunt quondam Fondani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuuini, Tusculani, qui post aliquot annos ciues Rom. effecti sunt. Alio modo quum id genus hominum definitur, quorum ciuitas uniuersa in ciuitatem Ro. uenerunt: ut Aricini, Cerites, Anagnini. Tertiò definitur, quum id genus hominũ, qui ad ciuitatem Rom. ita uenerunt, sic ut municipia essent sua cuiusque ciuitatis & coloniæ: ut Tiburtes, Prænestini, Pisani, Arpinates, Nolani, Bononienses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucrenses. Hæc Festus. Hotomannus.

MVNICVLATOR, uocabulum nihili Alberic. ut probum, indicat in l. fin. ff. de lib. caus. Sed uel miniculator ex Nebr. uel potius nomenclator, ut apud Haloandrum est, legendum. Spieg.

MVNIFICES milites dicũtur qui propter munera militiam facere coguntur, ut testis est Vegetius lib. j. de re milit. Sicut candidatos milites, principales dici idẽ Vegetius author est, qui priuilegijs muniuntur. Qui igitur munera faciunt milites, munifices (ut reposuit Budæus) non munificos Paul. uult appellari. Sic & munificum prædium dicitur in l. secunda. de præd. & omn. rebus nauicula. lib. xj. Cod. τὸ λειτουργὸν καὶ φορολόγον, ait Budæus. id est, Publicæ functioni & uectigalis collationi subditum. Sic & munificum intelligit Paulus Iureconsultus in l. si publicani. ad fin. l. ff. de publ. & uectigal. Brechæus l. munus. ff. de uerborum & rerum significat. Contrà beneficiarij nuncupabantur, qui uacabant muneris officio. Sicut ergo municeps in Republica: ita munifex in militia nominari solebat. Old.

MVNIMENTA dicuntur ea, quæ causam muniunt, ut probationes & instrumenta. gloss. in uerbo Munimentis. cap. quamuis. de electio. libro 6. Ioan. Bello. Etymolog.

MVNIMENTVM differt à monumento, siue monimento, quod monumentum est sepulchrum, quod erigitur in defuncti memoriam, siue illud sit inane, siue cadauer complectatur. Munimentum uero est in ædificio illud, quod ab inferẽdo damno defendit, dictum à muniendo, Marcellus libr. xj. titul. de religiosis & sumptibus funerum. l. funeris sumptus, &c. Nebrissens.

MVNIRE ripam, rubr. de ripa munien. & l. 1. C. de alluuio. l. j. §. ripa autẽ. ff. de fluminib. Aggen. Vrbic. in lib. de limitib. agror. Quæ res, ait, necessitatẽ ripæ muniendæ iniungit: ita tamen, ut sine alterius damno quicquam fiat. Sic & aggerem munire. l. j. §. ult. ff. de aq. & aq. plu.

MVNI-

MVNIRE uiam.l.31.ff.de dam.infec. Et munitio uiarum.l.12.ff.de munerib.& honor. Brissonius.

MVNVS, officium est priuati hominis,quo com modum ad singulos uniuersosq; ciues, remq; corū, imperio magistratus extra ordinem peruenit. l. pupillus.de uerb.sign.Vide, Donum. Diuiditur autem munus in donum,onus,& officium,l.munus.de uerborum signific. Spieg.

MVNVS,inquit Vlpianus,propriè est.quod necessariè obimus, lege, more, imperioue eius qui iubendi habet potestatem. Dona autem propriè sunt, quæ nulla necessitate iuris,officij, sed spōte præstantur,quæ si non præstentur,nulla reprænensio est: & si præstētur,plerunq; laus inest.sed in summa in hoc uentum est,ut non quodcunq; munus, id & donum accipiatur:at quod donum fuerit,id munus rectè dicatur. l. 214. ff. de uerb. sig. Vide hac de re quæ dixi sub uoce Donum. Hotom.

MVNVS. Munus diuiditur in donum, onus,& officium,l. munus. de uerb.sign. ijsdemq; tribus modis dicitur, siue etiā quatuor, uti mox explicabitur. Primò enim pro dono,unde munera dari ac mitti dicuntur.Dictum munus(ut inquit Varro)ab eo,qđ qui mutuo animo sunt, id dant officij gratia. Quomodo accipitur in l.plebiscito.ff. de officio præsidis. ubi Modestinus, Plebiscito (inquit) continetur, ne quis præsidum munus donúmue caperet, nisi esculentum, potulentúmue, quod intra dies proximos prodigatur. Altero,pro onere,quod,cum remittitur uacationem militiæ præstat, [illegible]. nam munera, id est,officia, sine labore atque onere exerceri non possunt,unde immunitas appellatur, & immunis. Hoc pacto accipitur munus C.uarijs in tit. ueluti in hoc, Sumptus iniūcti muner.ad omnes collegas pertinere. Hinc dicitur publicum munus,quod in administranda republica consumpti, sine titulo dignitatis subimus,siue obimus, quum præstamus debita officia, Vt pendere uectigal,præstare custodiam, & huiusmodi. unde tit. lib. x. C. de uacatione publici muneris. Tertio, ueluti in tit. de excusa.munerum. C. & in tit.lib.x.C.de municip.& originar. Vbi imperator Alex.in l.j. Cum te Biblium(inquit) origine,incolā autem apud Berytios esse proponas, meritò apud utrasq; ciuitates muneribus fungi compelleris. Sic ab ipsis muneribus, hoc est, officijs, munera militaria uocamus,& milites quidam municipes dicūtur, qui in ciuitatē recepti,munera cum ciuibus faciunt, id est, officia. Itaq; his in duabus postremis significationibus munus officium est priuati hominis, quo commodum ad singulos uniuersosq; ciues, remq; eorum, imperio magistratus extra ordinem peruenit.l.pupillus. de uerb.sig. Ad hæc,munus quartò sumitur pro spectaculis seu ludis, qui à principe populis quasi muneris loco exhibentur. Namq; id genus oblectamenti antiqui munera nominarūt,quòd populus tali spectaculo, perinde ac munere quodā capiebatur. Martialis,

Prisca fides taceat,nam post tua munera,Cæsar,
Hæc iam fœmineo uidimus acta manu. Anch.

MVNVS interdum aliud nihil est quam officiū. Idq; ex eo constat, quod iudicare ab Vlpiano in hac lege & à Paulo ad publicum munus referatur. c.78. de iudic. Eoque pertinet illud Festi, Munus significat officium,cum dicitur quis munere fungi. Interdum ab officio separatur munus,quod tunc accidere solet cùm munus aliquod patrimonio indicitur, non sine sumptu & periculo. Huic consentaneū est illud Apuleij de asino libr.4. nec nos denique latuit Chryseros quidam nummularius copiosæ pecuniæ dominus, qui metu officiorum ac munerum publicorum magnis artibus, magnam dissimulabat opulentiam. Et hac ratione omnis publica functio, aut fuisse uidetur munus publicum,aut officium publicum,aut deniq; publicum ministerium.

MVNVS publicum, auctore Callistrato, illud erat, quod in administranda re aliqua publica cum sumptu sine titulo dignitatis subibatur, capit.xiiij. de muner.& honor. Quæ definitio eam uidetur habere sententiam, ut hi qui rem aliquam publicam, hoc est, rem ad ciuitatem pertinentem sumptibus suis sartam tectamque sustinent,& conseruant, non priuatum, sed publicum munus subire uideantur, quales sunt qui rei uehicularis,& nauicularis, extruendique,uel reficiendi in ciuitate operis curam gerunt.capite primo,in principio. & capite quarto,de munerib.& honor. Et hoc inde potissimum, quod olim inter Iurisconsultos magna fuisse uideatur controuersia, an à ciuilibus muneribus publica diuersa sint. Quod ipsum Iustinianus his uerbis testatus est, Et tutelam, & curam placuit publicum munus esse. paragrapho primo,Institutionum de excusat.tutor. Hoc enim uerbum, PLACVIT, denotat fori disputationem. In hac disputatione à reliquis dissensisse uisus est Callistratus,& existimasse,licet tutela ciuile munus sit, non tamen publicum munus esse, sed priuatum. Ait enim Callistratus, eum qui ædilitate fungitur,tutorem dari idcirco rectè posse,quod ædilitas inter eos magistratus numeretur, qui priuatis muneribus excusati sunt,capite decimoseptimo, paragrapho tertio,de excusat. Ex quo loco euidentissimum est, in ea persuasione Callistratum fuisse, ut existimauerit,tutelam non publicum, sed priuatum munus esse,& per consequens inter publicum & ciuile munus aliquam statuendam esse differentiam. Excusatio enim manifestum tutoris iure dati argumentum est, cap.decimotertio.§.penultimo. de excusat. Eaq; res efficit,ut mihi persuadeam,hæc Callistrati uerba uitiosa esse; Eos qui in corporib. sunt, ueluti fabrorum, immunitatem habere dicimus; etiam circa tutelarum exterorum hominum administrationem habebunt excusationem, nisi si facultates eorum adauctæ fuerint, ut ad cætera quoq; munera publica compellantur.dict.capit.xvij. §.secundo. Non enim dubito quin sic Callistratus scripserit; ut ad munera quoque publica compellantur: & uerbū Cętera,Triboniani esse,satis haud dubiè persuasi placuisse,hoc est,receptum fuisse, tutelam munus publicum esse. Alioqui sibi ipsi Callistratus in uno eodemq; responso contrarius est. Tutelam esse munus ciuile,neminē arbitror inficiari. Cum igitur receptum sit aduersus Callistratum, inter ciuile munus & publicum, nullam statuēdam esse differentiā, utiq; ex eo etiam necessario uidetur consequi, tutelam, quæ ciuile munus est, publicum quoq; munus sic esse,ut hi qui ad publica munera uocātur,uocentur etiam ad tutelam,& qui muneribus ijs excusantur,hi quoq; tutela debeant excusari. Et quāuis hæc ita scripserit Callistratus, nihilominus tamen satis constat,plerosq; Iurisconf.nullam inter ciuile & publicum munus differentiam fecisse.Nauicularios.n. ciuili munere fungi,testis est Hermogen.c.j.in prin. de muner.& honor. Illud idem ciuile munus appellat publicum munus Scribidius Scæuol.c.5.d.tit.Et huiusmodi publicorum siue ciuilium munerū, alia erant ordinaria,alia extraordinaria.

Ordinarium ciuile munus est,quòd lege,uel more ciui-

re ciuitatis,secundũ ætates & dignitates inter se mu
nicipes ordine,hoc est,per uices gerũt.c.j.C.de mu-
ner.patrimon. Cuius generis est munus hospitis in
domum recipiendi.ca.3.§.xj.de munerib.Idq; testa-
tur M.Cicero,sic in Verrin.3.scribens: Qnod ubi Phi
lodamo nunciatũ est,tametsi non erat ignarus,quã-
tum sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur,
tamen ad illum uenit,ostendit munus suum, id non
esse, se cum suæ partes essent hospitum recipiendo-
rum,tum ipsos tantùm Prætores & Consules nõ le-
gatorum assectas recipere.Hęc Cicero,id per partes
intelligens, quòd uices appellant Iurisconsulti. Sic
enim ad illum locum partes interpretatus est Asco-
nius Pedianus.

MVNVS publicum extraordinariũ, definit Pom
ponius officium priuati hominis, ex quo non ordi-
ne, hoc est, per uices, sed extra ordinem commodũ
ad singulos uniuersosq; ciues remq; eorũ magistra-
tus imperio peruenit cap.239.§.3.de uerb.signif. Hu
ius generis esse arbitror, publicę uię munitiones.Vi
cinos enim suis sumptibus aut operis eam tunc resi
cere imperio magistratus extraordinariè consueuis
se,cum illis exemptus esset commeatus: ex eo facilè
patet,quòd ueterani uiæ sternẽdæ immunitatẽ non
habuerint, cap.4. de uetera. nec est quòd quis obij-
ciat, publicę uiæ munitiones inter personalia mune
ra ab Hermogeniano referri. cap.j. de muner. Illud
enim non de eo, qui uiam sternit, sed de eo accipien
dum est, qui electus est. ut compellat eos qui propè
uiam publicam posidẽt sternere uiam. Huiusmodi
enim munus personale esse,testis est Arcadius Cha-
risius, c.fin.§.2.de mune.& honor.eosq; qui tali mu-
nere fungũtur, magistros pagi appellat Siculus Flac
cus lib.de conditionibus agrorum.Cęterum officiũ
publicum,quin differat ab officio ciuili non dubita-
tur,eo non obstante, quod inter munus ciuile & pu
blicum uix ullam admittant Iurisconsulti differen-
tiam. Quis enim credat interuenire officium publi-
cum? Et ideo dicendum est,omne quidem officium
publicum ciuile esse,sed non contra,omne ciuile pu
blicum. Magistratum gerere, Iudicem esse, munera
publica sunt, hoc est, officia publica & ciuilia simul,
cap.78.de iud.cap.fin.§.j.de mune.cap.5.in fin.cum
sequenti. de cap. diminut. Interuenire, postulare, pu
blica officia non sunt,sed ciuilia.Et ita functio publi
ca, aut ex munere publico, aut ex officio publico
olim uideri potest constitisse. Tertiam publicæ fun-
ctionis speciem diximus esse ministerium publicũ,
eiusq; ministerij inuenio diuersa fuisse genera duo:
unum honorificum, & cum potestate; alterum serui
le ac mercenarium. De priore obseruatum est Mar-
tianum sensisse.cap.j.de l.Iul.repet.Per ministerium
enim in eo cap.1. intelligit magistratum illum Mar-
tianus,qui sub titulo ministerij in prouincias cũ po-
testate & imperio mittebatur.Et hanc quidem inter
pretationẽ uehementer probat Valerius Maximus,
sic de M.Catone scribens in Cyprum cõfiscandæ pe
cuniæ regiæ causa misso; Vnde cùm pecuniæ depor
tandę ministerium sustineret,tam auersum animum
ab omni uenere,quam à lucro habuit.Alio sensu per
ministerium publicum serui intelliguntur popu.Ro
mani,aut ciuitatum publici. Sic ministerium publi-
cum accepit in ea declamatione Quintilianus, cui ti
tulus est, Prægnans adultera.his uerbis: fortiter ta-
men dicerem omnes leges quęcunque de supplicijs
scriptæ sunt,ad eos pertinere, qui damnati sunt, qui
in iudicio conuicti, qui per ministeria publica & car
nificum manus occiduntur. Et sic quidem satis esse
perspicuum puto, qua ratione omnis olim publica
functio,ex munere publico,ex officio publico,& de
nique ex publico ministerio constiterit. Ab omnib.
officijs publicis & ciuilibus fœminæ remotæ sunt,
non utiq; ab omnibus muneribus publicis. Quate-
nus enim sunt personalia munera publica,ab ijs fœ-
minæ remotæ sunt; quatenus patrimonialia,nõ om-
ninò sunt remotæ. Idq; illud est,quod sic Vlpianus
scribit; Corporalia munera fœminis ipse sexus dene
gat.cap.3.§.3.de muner.Idem sexus fœminas ad pu-
blicum aliquod ministerium non patitur admitti;&
sic à muneribus personalibus, omnibusq; ciuilib.ac
publicis officijs,& deniq; ab omni ministerio publi-
co sexu remoueri fœminæ solent. Nam, ut ait Am-
brosius de Paradiso cap.11. sicut uir publicis officijs;
ita mulier domesticis ministerijs habilior ęstimatur.
Et hæc quidem adeo uera sunt,ut scripserit expresse
Callistratus,ab omni opera uirili fœminas remoue-
ri consueuisse, & idcirco ad officium argentarij ad-
mittendas non esse, cap.penult. de edend. Ræuard.
ad l.fœminæ.ff.de reg.iur.

MVNVS à dono separatur.l.6. circa fin.ff.de off.
proconf.l.18.ff.de off.præsid.l.37.& l.47. ff. de oper.
libert.l.44.§.licet.l.ult.§.j.ff.de liber.cau.l.6.in fi.ff.
ad leg.Iul.repet.l.53.ff.de uerb.sig. Inter donum ue-
rò & munus hoc interest, quod inter genus & spe-
ciem. Nam donum genus est: munus uerò donũ est
cum causa,ut puta natalicium, nuptiale.l.194. ff.de
uerb.sig.l.31.§.si uir uxori munus. ff. de donatio.int.
uir. Altero modo munus onus dicitur,quod cum re
mittitur,uacationem militiæ munerisq; præstat.Vn
de immunitas appellatur.l.18.ff.de uerb.sign.Tertio
modo officium: unde munera militaria & quosdam
milites munificos uocamus qui munera Reip. fa-
ciunt,ut & in d.l.18.& à Festo lib.11.traditur.Iul.Firm.
lib.2.Mathes.c.5.Conna.lib.5.c.9.nu.1.& 2.Quidam
uerò uolentes hunc locum subtilius explicare, ter-
na munera singulis decanis applicarunt,quos muni
fices appellandos esse uoluerunt, hoc est, synergos.
Veget.lib.2.c.19.Fascicularia tamen,id est,lignũ,fœ-
num,aquam, stramẽ etiam legitimi milites in castra
portabant. Munifices enim ab eo appellantur,quòd
hæc munia faciant. Quibus contrarij erant Benefi-
ciarij, qui muneris officio uacabant, ut idem Festus
lib.3.scribit. Hinc & munificium uel munificũ quod
muneribus obnoxium est.l.4.§.j.ff.de public.l.31.de
anno.& tribut.in Cod.Theodos.l.ix.& l.xj.de indul
gent.debit.in eod.Cod.Munus itaq; est,quod neces
sariò subimus lege,more,imperióue eius, qui iuben
di habet potestatem.l.214. ff.de uerb sign. Quod ab
honore eo distat,quòd honor appelletur administra
tio Reipub.cum dignitate: Munus uero quod cum
sumptu sine titulo dignitatis in Republ. subimus.l.
xiiij.ff.de muneribus & honor.Ita munera & hono-
res diuersa semper nostri auctores faciunt.l.2.§.ulti.
l.septima.ff.de decurionib.l.3.§.si in metallum. ff.de
munerib.& honor.l.2.ff.de priuileg.ueter.l.5. C.qui
bon.ced.poss.l.2.ff. de his qui non implẽt.stip. Briss.
Vide suprà Donum.

MVNVS generale nomen est, quod genera om-
nia ludorum complectitur. tametsi Lactant.libr.de
uero cultu 6. cap.xx. scribat, Muneris nomine pro-
priè uenationes intelligi.qua de causa homines car-
pendi cupidi scripserunt in Sextianæ commẽtarijs,
non satis intelligenter fecisse, qui illud in Verrem,
Vllum munus Ædilitatis,de ludis dictum existima-
runt, suaq; in scripta retulerunt. Sed uideamus ne
Cic.manifestissimè Muneris nomine quosuis ludos
signifi-

significet: cùm in libro de offic.2. ita scribit: Crassus functus est Ædilitio maximo munere. non enim solam, ut opinor, uenationem Crassus præbuit. Quinetiam Paulus in d. l.122. apertissimè munus à uenatione distinguit. Seneca auté lib. de benefic.j. & gladiatores & uenationes eo uerbo côpræhendit: Nemo, inqt, tam stultus est, ut monendus sit, ne cui gladiatores aut uenationem iam munere edito mittat. Suetonius autem in Nerone, Vespasiano, Domitiano, & alibi persæpe, munus perspicuè dixit, cùm de gladiatoribus sentiret. Hinc illud Senecę initio libri Declamat.4. Quod munerarij solent facere ad expectationem populi detinendam, noua paria per omnes dies dispēsant, ut sit quod populum & delectet, & reuocet: hoc ego facio, &c. Hot.

MVNVS honorarium, hoc est, gratuitum donū. Barbari uocant, *ryn verehrung*. Vetustissimus autem mos est, præcipuè uerò Oriētalium, id quod passim teste Aretio scriptura indicat, munerum oblatione animi beneuolentiam erga principes, & quibus uelit se qs uideri unicè addictū, profiteri & testari. Sp.

Inter publicum & ciuile munus quàuis differentiam statuisse uideatur Callistratus. Nihilominus tamen satis constat plerosq; Iurisconsultos nullam inter ciuile & publicum munus differentiā fecisse. Nauicularios enim ciuili munere fungi testis est Hermogenianus cap.j. in prin. de muner. & honor. Illud idem munus ciuile, appellat publicum munus Serbidius Scæuola cap.5. d. tit. Ræuard. l. fœminæ. ff. de regulis iuris.

MVNVS uenalitium. Lege, Venalitij.

MVNVSCVLARII aquæductus, in l. decernimus. de aquæd. C. lib.11. Alber. sunt, qui modicam aquam ducunt. Attamen ueriorem lectionem Alcia. muscularios indicat. & Haloander sic habet: Nimirū sic dicti aquæductus hi, quòd ex musculis dilaberentur. Musculus autem instrumentum est ad similitudinem muris, quo in bellis utebantur ad æquandas fossas, ut Vegetius tradit. Erant autem tubi in ductibus, ad similitudinem musculorum. Spiegel.

MVNVS dari, apud Paul. in l. mortuo. . fin. de legat.2. non simpliciter de qualibet largitione, sed de gladiatorio intelligi debere, pulchrè declarat Alcia. in Parerg. Spiegelius.

MVRA, pro Myrrha, apud Pomponium in l.21. §. j. ff. de aur. arg. item ut μυρα, Ionicè pro μυῤῥα. Pomponius recenset inter ea unguēta quæ ualetudinis causa parata sunt. Ergo significat unguentum ex eo liquore confectum, qui ex myrrhæ arboris cortice inciso defluit, qui etiam Myrrha uocatur: ut auctor est Plin. lib.12. cap.15. & 16. Hotom.

MVREX l.3. C. de uestib. holober. lib. xj. & in l.j. C. de apparitorib. præfect. urb. lib.12. & in l.9. de murileg. in C.Th. Conchæ genus cuius cruore infici ac tingi uestes solebant, ut Plin. lib.9. cap.25. uberrimè docet. Poetę Phocaicum, Getulum, Afrum, Sidoniū & Tyrium muricem memorāt. Inde murileguli, qui muricibus legendis occupabantur. rub. de murileg. lib.11. C. Briss. Connan. lib.7. cap.7. num.j.

MVRGISO dicitur ille, q iners est & desidiosus. & de hoc intellexit Vlpi. in l.4. §. idem Pomponius. tit. de ædil. edicto, secundum ueram lectionem: licet in deprauatis codicibus murionem legatur. Sunt tamen qui morionem reponant: ut intelligamus de fatuis, quos in delicijs principum etiam hodie esse uidemus. de quibus Plin. in epistolis. Scurrę, cinędi, moriones, mensis inhærebant. Idem: Si quid molle à cinædo, petulans à scurra, stultum à morione profertur. De his etiam Lampridius in Alexand. Nanos (inquiens) & nanas, & moriones. Et ista lectio deprauatæ magis accedit: tamen alia prior nostra plus placet, quia de homine fatuo proximè dixerat Iureconsultus. Moriones aūt curijs principum legimus ideo admissos, quia ueritatem liberius principi significent, & aperiant. Cotta.

MVRIA in l.3. ff. de penu leg. Ita propriè appellatam aquam sale commixtam Isidor. lib. xx. cap.3. scribit. Sed & solutorum à salsamento pisciculorum humor Muria eodem auctore dicitur. Ausonius epist. 7. ad Paulin. Veritus displicuisse oleum quod miseras, munus iterasti, addito etiā Barcinonēsis muriæ condimento cumulatius præstitisti. Scis autem me id nomē muriæ quod in usu uulgi est, nec solere nec posse dicere: cùm scientissimi ueterum & Græca uocabula fastidiētes Latinum in Gari appellatione nō habeant. Sed quocunq; nomine loquar, liquor iste sociorum uocatur. Brisson.

MVRIA antiquiores utebantur ad ciborum condituras. Aliquando muria ex sale tantū & aqua macerata constabat. quæ muria dura cognominabatur. Quomodo aūt fiat, Plin. & Columella ostendūt. Nebriss. & latius Maiorag. Miscell. lib.2. cap.9. ubi ostendit quod ueteribus duplex muria fuit, altera qua in condimentis uini utebantur, cuius cōfectionem usumq; edocet Columella lib.12. c.16. Altera quæ dura dicebatur. cuius usum idem autor docet lib. eod. cap. vj. & vij.

MVREX piscis genus est. Sunt autem murices & purpuræ baphijs & colorib. utiles, tantoq; in pretio habitæ, ut nefas uisum sit Imperatori, alios quàm principes ijsdem refulgere colorib. l. temperent. de uestibus olob. xj. lib. C. muricum & purpurarum eadem est materia, quamuis temperamentum diuersum, utcunq; sit, totius conchilij cruore infici uestes prohibentur d. l. temperent. cruor ille in medijs faucibus purpuræ est. atqui murices uerno tēpore congregantur, mutuoq; attritu lentorem & liquoré tingendis uestibus ex petitum saliuant. Murex autem scabrior est cortice & qui purpuræ facilè cedit, Forcat. in suo penu iur. ciuil. cap. xxj.

MVRILEGVLVS. Si Accursium sequâre hîc, cæcus fies. Ille enim, Murileguli (inquit in tit. de murileg. & gynæciarijs. lib. xj. C. glos. j.) sunt, qui legūt, id est, qui colligunt murices, id est, pisces. Intellige igitur murilegulos dici, qui legunt murices pisces, qui in medijs faucibus habent purpuræ florem tingendi expetitum faucib. Plin. lib.9. cap.36. Ex cuiusmodi piscibus incaustum Imperatoris cōficiebatur, teste P. de bella pertica, in sua lectura seu comment. ad lib.j. Instit. ciuil. rubr. de ingen. legem 2.3. & 4. tit. de murilegul. &c. ad hoc propositum allegante, quæ tamen nihil ex re faciunt, & ne uerbum quidem de murilegulis, demptis legibus eiusdem titu. 9.11.12 & 13. ex quibus satis apertè colligi nō potest (ut & multa alia) qui erat, dicebatúrq; murilegulus, & quæ illius erant partes, quódue officium, nisi forsan ex huiusmodi piscium flore regalem purpuram tingere, hoc est, pannum purpurei coloris conficere, imperatoribus (ut excellentius) proprium, unde & sacer dicebatur, ut est tex. in l.3. C. de uestibus holoberis. ex qua idipsum, quod dicimus, esse coniectam⁹. Anch.

MVRRHA, lapillus splendidus & in precio habitus. inde Murrhina uasa, uasa è murrha apud Paulū in l.3. §.2. ff. de sup. legat. Vlp. autem in l.19. in fin. ff. de aur. arg. Murrhina autem uasa, inquit, in gemmis non esse Cassius scribit. Hotom.

Mvrina siue myrtina uini potio à myro non à myrrha dicta. μύῤῥῃ γὰρ εἶναι μυῤῥίνης ἐστιν οἶνον, ut lib. 12. inquit Ælianus. Meminere eius uini Plin. lib. 14. c. 13. & in pseudolo Plautus, uinum dulce esse testantes. De quo latius Had. Iunius lib. animad. 5. ca. 19. Vide & Ræuar. ad ll. XII. Tab. c. 15. de sumptib. fun.

Mvrrhina in l. 3. ff. de supell. leg. l. 21. §. pen. ff. de aur. arg. & apud Senec. lib. 7. de benefic. c. 9. & Capitolin. in M. Anton. Philos. Et in Ælio Vero, & Lamprid. in Heliogabalo. Murrhea uasa in l. 11. ff. de supell. leg. quæ magno in pretio habita, & ex gēma solis calore densata confici solita, uariasq; species reddidisse Plin. lib. 37. c. 2. tradit. Briss. ex Nebriss.

Mvscvlarii aquę ductus dicuntur ij qui ex musculis dilabuntur. Porrò Musculi tubi erant in ductibus ad similitudinem musculorum. Drosæus in methodo iuris.

Mvrvs propriè dicitur publicus, qui urbē munit, & mœnia continet. Vide Barto. in l. sacram. ff. de rer. diuis. & in l. hoc iure. de Iustitia & iur. & l. si quis uiolauerit. & l. fin. eodem. Spieg.

Mvsivarii in l. j. C. de excusat. artific. quemadmodum illic legendum esse docet l. 2. eod. titul. in C. Theod. à musiuo opere, cuius meminit Spartian. in Pescennino Nigro. Hunc, ait, in Cōmodianis hortis in porticu curua pictum de musiuo inter Cōmodi amicissimos uidemus. Gregor. Turonensis lib. 5. histor. cap. 45. Ecclesiam fabricauit, quam columnis fulciuit, uariauit marmore, musiuo depinxit. Sic enim illic emendandum est, quemadmodum rectè apud Aimonum lib. 3. de gest. Francor. cap. 42. scribitur, Græcis μουσεῖα. Brisson.

Mvtabile quid sit, & quomodo accipiatur, Bar. disserit in l. naturaliter. §. apium. ff. de acquiren. rerum domin. Spiegelius.

Mvtare aliquid cum aliquo, aliud pro alio accipere.

Mvtare causam possessionis tunc dicitur aliquis, quando id quod possidet precario, uult iā possidere pro donato. Ista mutatio non est recepta, teste Zasio in l. quod meo. ff. de acquir. poss. Spieg.

Mvtare ære, pro uendere.

Mvtare solum, idem quod uertere solum.

Mvtare statum, pro perdere, amittere. in §. Pompon. ait. l. si ex causa. ff. de minor. Alb.

Mvtari actio propriè dicitur, quum uetere omissa, alia proponitur. Regulariter autem permittitur ante litis contestationem, exceptis casibus, qui ab interpretibus recensentur. Spieg.

Mvtari ciuitate, Bud. pro alterius ciuitatis ciuem fieri. Cic. pro Balbo: Iura præclara, atq; diuinitus à maioribus nostris inuenta, ne quis inuitus ciuitate mutetur, ne inuitus in ciuitate maneat. Sp.

Mvtari iudicium, quomodo mutationem aliquorum iudicum dicatur, uide Alphenum, cuius elegans est hæc quæstio in l. proponebatur. ff. de iud. Responsum eius refert & declarat Alciat. capit. xvij. libro vj. Parerg. Spiegelius.

Mvtatio ciuitatis fit trib. mod. ut ex Cic. oratione pro Balbo colligitur. Dicatione, id est, destinatione, cum quis in aliam ciuitatem uoluntate adscitus est. Calamitate, h. e. damnatione, qua in significatione sæpe, idem utitur: sicut & incolumes appellat eos, qui nōdum damnati, aut absoluti sunt. Præterea postliminio, ut scilicet ciuis permaneret, qui animū redeundi habuisset. Vide Syluium interpretem. Sp.

Mvtatio modici uel uerbi, uel particulæ, statum & ueritatem orationis demutat. Lea tamen. de legat. 3. l. si in emptionem. §. pen. sub fin. l. cum ab eo. de contrah. empt. l. 3. de in diem addict. l. si quis à filio. uers. sed si ita. de leg. j. cum simil. Itaq; quod non mutatur, stare permittendum est. l. sancimus. C. de testam. l. præcipimus. sub fin. & ibi gl. in uerb. intelligant. C. de appell. & consult. Sp.

Mvtiana cautio. Mutianæ cautionis originē, & à quo sit introducta, omittentes, illud in præsentiarum scire sufficiat, Mutianam cautionem in omnibus conditionibus, quæ morte hæredis, uel legatarij finiūtur, interponi. Verbi gratia, Caio legatus est fundus, si nunquam in Capitolium ascenderit, quia ea conditio tractum habet ad mortem Caij usq;, neque priùs finietur, quā Caio mortuo, tenebitur Caius cautionem, quæ Mutiana dicitur, hæredi præstare, se fundum legatum restituturum, si in capitoliū ascenderit. l. Titio fundus. de condit. & demonstr. ff. Idem erit, si ex hæredibus alter sub eadem sit institutus conditione. l. quarta. §. finali. de condit. Institut. ff. Anchora.

Mvtilati, id est, diminuti corpore, non facilè citra superioris relaxationem sacris admouentur in nostra religione. Id ipsum & ueteribus cautū, monet Declamationum quarto Seneca, ubi de Metello, inquit, Sacerdos integer sit. Metellus Pontifex, cum arderet Vestæ templum, dum rapit Palladium, oculos perdit, sacerdotium illi negatur. Et mox contra Metellum: Sacerdos non integri corporis, quasi mali ominis res, reuocanda est. Vide Rhodigin. cap. 2. lib. 7. Spiegelius.

Mvtitare in uetusto Senatus decreto quod à Gellio lib. 2. cap. 24. refertur, mutua inter se conuiuia agitare significabat. Quo uerbo idem auctor usus est lib. 8. cap. 2. Brissonius.

Mvtva petitio. Mutua petitio est conuētio ex parte actoris, & reconuentio ex parte rei. Nam recōuentio est secunda conuentio. Sunt ergò duæ petitiones. Hinc in decret. tit. est, de mutuis petitionib. & de hac materia tractatur in q. 8. cuius in agendo. Illud non omittendum, mutuas petitiones corā eodem iudice expediri debere. l. si idem. §. sed & si mutuæ. de iurisdict. omn. iud. ff. Anchor.

Mvtvam pecuniam, per anticipationem, seu prolepsim dicimus, quæ adhuc mutuò data non est, sed ea destinatione habetur, ut mutuetur. l. malum. §. 2. de uerb. sign. Spieg.

Mvtvare, dare mutuo, uel mutuò. Interdum pro mutuò sumere, ut mutuari deponens sumitur. Est etiam, ut Bud. mutuari, quæ ab alijs inuēta sunt, in scripta sua uertere, ita ut sua uideri uelit, qui hoc facit: nec modò mutuum, sed etiam furtum. Sp.

Mvtvatio, sumptio mutuæ pecuniæ. Cicer. pro Flacco, Quum multos minutis mutuationibus fraudauisset. Et sic in S. C. Vell. apud Vlp. l. j. ff. ad S. C. Vell. Quod ad fideiussiones & mutuationes pro alijs quib. intercesserint fœminæ pertinet. Sic enim legendum esse in obseruationibus nostris iampridē docuimus: non autem Mutui dationes. Prohibet enim S. C. ne mulieres pro alijs mutuam pecuniā accipiant: non autem ut ne dent. Hot.

Mvtvvm (inquit Paulus) damus recepturi nō eandem speciem quam dedimus (sic enim commodatum erit aut depositum) sed idem genus. Nam si aliud genus, ueluti si pro tritico uinum recipiamus non erit mutuum: (sed cōtractus innominatus. l. naturalis. ff. de præscr. uerb.) Hactenus Paulus ubi notandum quod genus hic μετωνυμικῶς pro rebus sub genere contentis accipitur. Old.

MV-

MVTVVM à credito, alijsq; cōtractib. uarijs modis differt. I. enim Mutuum à credito differt quo genus à specie. Nam creditum alijq; contractus exercentur in omnibus plane rebus etiã extra eas res, quæ pondere, numero, mensura continentur, sicuti & si eandem rem recepturi sumus, creditum est. Sed mutuum non contrahitur extra res ponderandas, numerandas, uel mensurandas. II. Mutuum non potest esse nisi proficiscatur pecunia, & naturalis ac uera rei interuentio accedat. Institut. quibus modis re contrah. obligat. Creditum autem fit interdum, etiamsi nihil proficiscatur, ueluti si dos promittatur postea quàm nuptiæ contractæ sunt. Nam maritus hic est creditor: quanquam nihil dederit uxori. l. stipulationem. l. promittendo. in principio. ff. de iure dot. III. In mutui datione oportet dominum esse dantem, hoc est talem, qui per se uel per alium possit rem transferre in accipientem. Ex alijs uerò contractibus plerisq; etiam ille, qui nō dominus sit, potest fieri creditor. IIII. Et uerbis possumus credere secundum formulam iuris interrogando, & respondendo, quæ dicitur stipulatio. Institut. de uerb. obligat. in princip. Sed certe uerbis, nisi res interueniat, non contrahitur mutuum. Oldendorp. ex Paulo eius uerba declarans: actione xvij. classe iiij.

MVTVVM. Mutuum inde appellatum est, quòd ita à me tibi detur, ut ex meo tuum fiat. Connan. lib. 4. cap. 14. num. 5. & lib. vij. cap. 2. numer. j. §. j. quibus modis re contrah. oblig. Institut. iij. l. 2. §. appellata est. si cert. pet. ff. Ex quo apparet, in mutui datione oportere dominum esse dantem. d. l. 2. §. fin. Mutui autem datio consistit in ijs rebus, quæ pondere, numero, mensuràue constant. d. §. primo. & d. l. 2. §. j. quæ res scilicet in suo genere functionem recipiant. d. §. primo. l. secunda. puta, uino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argēto, auro: ut quæ scilicet numerare, metiri, & appendere possimus. d. §. j. Institu. j. Mutuum uerò damus, recepturi non eandem speciem, quam dedimus (alioqui commodatū erit, aut depositū) sed idem genus. Nam si aliud genus, uel uti si pro tritico uinum recipiamus, non erit mutuū. d. l. secunda. in princip. In mutui ergò datione nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturæ & qualitatis redduntur. d. §. 1. Institutio. 3. Cæterùm, cum quid mutuum dederimus, & si non cauimus, ut æquè bonum nobis reddatur, non licet debitori rem, quæ ex eodem genere sit, deteriorem reddere: ueluti, uinū nouum pro uetere. Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum est. Id autem agi intelligitur, ut eiusdem generis, & eadem bonitate soluatur, qua datum est. l. cum quid. eodem titul. ff. Ex his apparet mutuum contractum esse, quo dominus is fit, qui accepit, & nobis obligatur nō ad eadem illa, sed ad alia eiusdem substantiæ & quantitatis, ita Theophilus in d. §. j. Institut. 3. Ex quo contractu nascitur actio, quæ certi condictio appellatur, d. §. j. Institu. 3. quam specialem uocāt doctores. generalis enim certi condictio competit ex omni causa, & ex omni obligatione, ex qua certum petitur, siue ex certo contractu petatur, siue ex incerto. Licet enim nobis ex omni contractu certum condicere, dum modò præsens sit obligatio. l. certi cōdictio si cert. pet. & condictio. ff. Anchora. Adde Franc. Balduini Catechesin iuris ciuilis. cap. 4.

MVTVVM differt ab usufructu. Primum enim mutuum non requirit eam satisdationē quam usufructus. Deinde mutuum desiderat ut idem genus eiusdemq; omnino bonitatis reddatur &c. Balduin. tit. de usufructu. Secus autem est in usufructu: ibi enim cautio & eadem species restituitur.

MVTVVM improprium est, cum hoc titulo facio quidem pecuniam tuam sed quæ mea non erat, ueluti si tibi delegauero debitorem meum, ut ab eo exigas, & quod exegeris habeas mutui loco. Sed & si pecuniam purè mihi debueris, conuenire possum ut crediti nomine eam retineas: & hoc quoque mutuum benignè iudicabitur: saltem si appareat, non tam agi de dilatione solutionis, quàm de nouatione eius quod debetur. Balduin. titul. quibus modis re contrah. obligat.

MVTVVM, quod Siculi μοῖτον. Ita scribit Siphrō, μοῖτον ἀντιτίμιον. Verè autem sic se res habet, ut Mutuum in eius persona propriè sit, qui reddit. Plaut. Trinum.

Lesbon quid agit filius?
P. *Bene uult tibi.* L. *Ædepol mutuum mecum facit.*

Idem in Curcul. Eam uolt meretricem facere, ea me deperit. Ego autem cum illa facere uolo mutuum. PA. quid ita? PH. Quia proprium facio, amo pariter simul. Cicero Q. Metello: Quod autem ita scribis: Pro mutuo inter nos animo: quid tu existimes esse in amicitia mutuum, nescio. equidem hoc arbitror, cùm par uoluntas accipitur & redditur. Hot.

MVTVVM ergo, non eius est qui credit, sed eius qui reddit. ut mutuo dare non sit, ex meo tuum facere: sed credere rem ut mutuum ab eo cui creditur fiat. Hotomannus.

MVTVVM certum dicitur quia idem debeatur in genere: quod cum perire non possit, certum hic est semper quod debetur. Sic & Seneca lib. 3. de beneficijs uocat actionem certæ pecuniæ, quam dicimus certi cōdictionem, nempe qua petitur id quod creditum mutuòue datum est, &c. Balduin. tit. quib. modis re contrah. obligat.

MVTVS propriè, qui eloqui nihil potest, nō qui tardè loquitur: Institut. Quibus non est permiss. fac. test. §. item surdus. l. discretis. C. qui testam. fac. poss. Interpretes obseruarūt, quòd mutus, infans, absens quandoq; æquiparantur. l. seruo inuito. §. si pupillo. ff. ad Trebel. Spieg.

MVTVS magistratus. Cicero in de legibus 3. Vt enim magistratibus leges, ita pópulo præsunt magistratus: uereque dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum. Sp.

M Y

MYA, genus conchæ circa Bosphorum Thraciū, quem nunc, teste Massario, Strictum Constantinopolis uocant, uniones rufos ac paruos gignens. Vide Plin. lib. ix. Huiusmodi Myas Latini mytulos interpretantur: de quibus idem Massariūs diligenter scripsit in annot. ad eum librum. Spieg.

MYOPARO, siue ut Græci, myoparon, genus nauigij est, ad cursum & celeritatem paratum. Eras.

MYOPARONES lembi sunt piratici nomen adepti è Paro insula & Myunte urbe. nam & paron nauigij genus est, & composito nomine Myoparon, ut annotauit Turnebus aduersariorum, libro tertio, capite septimo.

MYOPES, quos Vlpianus inter morbosos numerat, l. item Offilius ait. ff. de ædilit. edict. dicuntur (teste Budæo) qui iam inde ab initio ortus sui, nisi admota oculis contueri nequeunt. Senibus autem uitium huic contrarium accidit: siquidem senes admota non uidentes, longè reducta uident. Causam eius rei indicat Aristot. in Problemat. sectione xxxj. quæst. xxxvj. Spieg.

MYOPS in l. x. §. de myope. ff. de ædil. edict. De huius uerbi significatione, quę ex medicorum libris didici, ea hic proferam, prætermissis à Budęo adductis locis. Paul. Ægineta lib. 3. μυωπίασιν δὲ λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες. αἴτιον δ' ἐστὶν ὁ τοιαύτη διάθεσις ὑπὸ ἀσθενείας γινομένη τοῦ ὀπτικοῦ πνεύματος. ἐναντία δὲ πάσχουσιν οἱ γηρῶντες τοῖς μύωψι, τὰ γὰρ ἐγγὺς μὴ ὁρῶντες τὰ πόρρω βλέπουσι. Aetius lib. 7. μύωπες λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν σμικρὰ καὶ σύνεγγυς βλέποντες· τὰ δὲ μεγάλα καὶ πόρρω βλέπειν μὴ δυνάμενοι τά τε γεγραμμένα ἀναγινώσκοντες συνεγγίζουσι τοὺς ὀφθαλμούς. Oribasius quoque lib. 8. μύωπας uocari scribit eos, qui ita nati sunt, ut quæ propè sunt, uideant: quæ procul, non item: μύωπα uerò à Locrensibus ἄγχωπα uocatum Hesychius auctor est. Brissonius.

MYRIADES. l. 2. C. de ueter. iur. enucl. quod uulgò vn' milion. Prat.

MYROBRECHARII, unguentorum uenditores. μύρον enim unguentum: βρέχω aspergo, madefacio dicitur. Et propriè appellantur, qui capillos delibutos gerunt. Alciat. Cod. de excusat. artif. libro x. Spiegelius.

MYROPOLAE Græcis, qui nobis unguentarij dicuntur, effœminandorum animorum artifices: quos urbe expulsos à Lacedæmonijs, autor est Seneca, nat. quæst. lib. 4. Sp.

MYSIAM prouinciam diuisam & sub duobus præsidibus constitutam significat Macer. in l. 3. ff. de off. adsess. Mysia itaque duplex fuit, Inferior & Superior: Illius meminit l. ix. ff. de captiu. Fit & mentio Mysiæ mediterraneæ seu Dardaniæ in l. quarta, de metallar. lib. x. Cod. & Mysiæ primæ. in l. ult. C. de diuers. offic. libr. 12. In Mysia porrò incensores uitium grauissimè plecti traditur in l. xvj. in fine. ff. de pœn. Brissonius.

Μυσταγωγοὶ, qui & ἱεροφάνται, sunt, qui secretiora cuiuscunq; religionis mysteria tractant, ostentant, relegunt, colenda exhibent, cæterosq; mysterijs initiant, de quib. Postellus in lib. de magistratib. Atheniensibus cap. xx.

MYSTERIA, ueteres sacra Cereris dicebant, quasi initia. Inde uox trahi cœpta ad quoscunq; cultus. Mystæ dicuntur initiati, & symmystæ, consecranei Hieronym. Imperatores hac uoce utuntur. C. de sum. trinit. Nullus hæreticis mysteriorum locus, nulla ad exercendam animi obstinatioris dementiá pateat occasio. Ita legendum, non ministeriorum, Alciat. monuit: existimans hinc colligi argumentum, quòd possit Romanus Pontifex dissoluere quascunque congregationes, si malè de eis suspicetur. Haloander ueterem lectionem probat, quę non aduersatur apostolicis literis, quarum periti fuere, quib. autoribus principes hanc legem sanciuere. Sp.

N

N. L. his notulis significabatur probationes, & argumenta satis apta non esse ad condemnandum. quod plurib. in Prioribus indicat G. Budæus ex Gell. lib. xj. cap. 2. ad fi. cuius modi interlocutionis adhuc uestigia supersunt in l. Pompon. ff. de re iud. & l. 12. §. fin. ff. de arbit. & apud Senecam libro 8. Epistol. Prateius.

N literam inter E & S ponebant ueteres ut mollius proferrent, auctor est Ant. Aug. lib. 2. c. 6. emen. ut in dictione quotiens & uicensimus, trigensimus & quadragensimus perpetuò in Pand. Flor.

Νάνος Suidæ, ἐπίσημον δῶμα, seu δῶμα περίβλεπτον. Prat.

NAENIAE dicuntur à Græco νέατον authore Festo, id est extremum: uel quod νήτη ἢ νεάτη sit chordarum ultima soni acutioris &c. Brechæus l. cum in testamento. ff. de uerb. & rer. sign.

NAM, particulam plerunq; causalem esse, Bart. indicat in l. demonstrat. in §. quod aũt. ff. de cond. & demõst. Initialis interdum est. Pro certè item quandoq; ponitur. Ac etiam pro deinde, continuationẽ significans, ut ostendit per exempla Alber. Namque eiusdem efficaciæ est, sed quæ secundo loco ponenda est, quum Nam, antecedat semper. Sp.

NAM ecce. Vlpia. de dolo, in fin. l. si quis. Neq; enim, ait, passim hæc actio indulgenda est, nam ecce in primis si modica summa sit.

Hæc uox NAM non nunquam ἀναιτιολογικὴ est, sed & plerumque inceptiua: & idem ualet quod planè ut Donatus in Hecyram Terentij, Actu secundo, Scena ij. notat, Plautique testimonio comprobat. Sic in l. prima. §. ultimo. ff. de rerum diuisio. l. lxxxv. §. sacram. ff. de uerb. oblig. l. x. C. si cert. per. Sic & apud Valer. lib. 8. cap. 3. & alibi sæpe. Briss. Conna. lib. 6. cap. 4. num. 4.

NAM, pro sed, apud ueteres usurpari solitum, in Verrinarum commentarijs exposuimus. itaq; Paul. locutus est l. inter stipulantem, 83. §. sacram. de uerb. oblig. & Papinian. in l. Stichum, 95. §. usumfructum. ff. de solut. Hotom.

NANCISCI, nó est simpliciter acquirere, ut indicat uulgatum Lexicon, ferè non nisi ex latinitatis ignaris collectum autoribus. Quid autem significet, Donatus in Socrum Terentianam adnotauit. In iure nostro pro consequi ponitur. Vide Alexan. Neapolit. cap. xxj. Gen. dier. lib. 1. Sp.

NAPHTHA, inquit Plinius, appellatur circa Babyloniam, & in austagenis Parthiæ profluens bituminis liquidi modo: quod idem ferè è Dione Xiphilinus, his uerbis scribit, καὶ τὸ νάφθα κατὰ τῶν μηχανῶν χέοντες αὐτοὺς ἐκάκωσαν· ἀσφαλτῶδες δέ τι φάρμακον τοῦτο καὶ διάπυρον οὕτως, ὥστε ὅσοις ἂν προσμίξῃ πάντως αὐτὰ κατακαίειν. Huic, inquit Plinius, magna cognatio ignium transiliuntq; protinus in eam undecunq; uisam. Ita ferũt à Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne rapta. Hæc Plinij uerba plurimum afferent lucis, ac ueluti prælucebũt Horatio sic scribenti,

Hoc delibutis ulta donis pellicem
Serpente fugit alite.

Etsi iocatur allio non naphta imbutam fuisse coronam. Appellare uidẽtur Latini hoc genus bituminis liquidi, oleum uiuum. Gratius

Vulcano condicta domus, quam subter eunti
Stagna, sedent uenis oleiq; madentia uiuo.

De hoc Turneb. aduers. lib. 6. cap. ix.

NARBONENSIS prouinciæ, quæ etiamnum Prouinciæ nomen retinet, & olim Germanici iuris fuit, meminit Iurisconsl. in l. secunda. de origin. iuris. Vadianus in Epitome orbis, illustres recenset eius urbes. Quo titulo nunc a Gallis teneatur, ex scriptoribus patet. Spiegel.

NARDI stachys, pro corrupto, Nardiscachis. apud Alberic. legendum, in l. ultima. ff. de Publicanis. quo loco Iurisconsul. nomina specierum enumerat: quem corruptissimum nobiles triumuiri nobis restituerũt Alciatus Italus, Ruellius Gallus, & noster Haloander. Stachys nomine suo Græco spicam ingenuè fatetur, autor idem Ruellius. In elegantibus G. Humelbergij Comment. lego, nardum fruticem esse

esse odoratum, in India nascentem, cuius spicæ & folia in honore sunt, & celebrantur: esseq; nardi huius spicam longè aliam ab ijs, quæ uulgò uocantur spica nardi & lauendula. Spieg. Spica autem nardi nos carere latè prosequitur Brunsfelsius in herbarij sui tomo 2. Est auté radix licet spica dicatur, uide Matthiolum lib. j. Comment. Dioscor.

NARDVM, Pomponius in l. xxj. §. primo. ff. de aur. argen. numerat inter ea unguenta, quæ ualetudinis caussa parata sunt. Ex nardo igitur confectum unguentum significat: quod Plinius lib. 13. cap. j. Nardinum appellat. sed PVRVM addidit, ut ab illo Pliniano distingueret, quod alijs permixtis constat, & uoluptatis ac suauitatis caussa tantùmodo paratur. tametsi hoc quoq; puro elegantiores ungi mulieres suauitatis tantum caussa subiungat. quod etiam Tibullus lib. 2. Eleg. 2. perspicuè significat,

Illius puro distillent tempora nardo. Hot.

NARDVS autem pistica cuius sacræ literæ mentionem faciunt Ioan. xij. proba, fidelis, & non adulterata interpretatur. Quidam ei loco nomen id fuisse putant. Sunt enim uaria genera Nardi à loco cognominata: Nardus Indica, Syriaca, Celtica: quæ in Liguriæ alpibus nascitur laudata post Celticam &c. Adde Forcat. in suo Cupidine Iurisperito, capit. undecimo, numero vj.

NARRATIO omnis esse debet breuis, ut libentius audiatur: manifesta, ut intelligatur: uerisimilis, ut probetur. Fortunatianus, cuius libelli mirè conferunt Iuris studioso, ad facilius cognoscendos legalium textuum sensus. Cæterùm, quando narrata uideantur à principe concessa, item ut eorum probatio fieri debeat, interpretes latè scribunt. Donatus in Andriam Terent. ait: Narrare aliena, & quæ nobis non sunt necessaria, dicimus. In aula nunc nihil magis tritum est hoc uerbo: Qui bene narrat, bene impetrat. Fit autem narratio uerisimilis, si caussam, quæ impulit, dicamus: si personæ, quæ fecit, mores ita describamus, ut ab re facta alieni non uideantur, si loci & temporis opportunitatem ostédamus. Sp.

NASCI in ciuitate dicitur, qui in territorio eius nascitur. l. filios. C. de municip. & orig. lib. x.

NASCI suum, uel agnasci suum, paria sunt, quo ad uim succedendi, uel instituendi, uel exhæredandi. ex lege Velleia. Salomon. in §. etiam. l. Gallus. Sp.

NASCI qui speratur, pro superstite esse dicitur: quod tunc uerum est, cum de ipsius iure quæritur, alijs autem non prodest, nisi natis. Maff.

NASCI se ueteres non solum eo die credebant, quo in lucem exibant, uitamq; accipiebant, sed etiá cum in Repub. honores amplissimos, ut consulatú consequebátur. qua quidem ex opinione à Cicerone in oratione post reditum, ad Quirites dictum existimo, à paretibus, id quod necesse erat, paruus sum procreatus, à uobis natus sum consularis. Sed & clarius multo apud Sallustium in oratione Cottæ his uerbis: nam si parricida uestri sum, & bis genitus hic, deos penates meos, patriamque & summum imperium uilia habeo. Et qui ab exilio reuertebátur, tanquam renasci uidebantur: certè diem, quo redibant, natalem reditus sui uocabant. Cicero ad Atticum, Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, ut facis, diemq; natalem reditus mei cura, ut in tuis ædibus amœnissimis agam tecum & cum meis. Turnebus aduersar. lib. 23. cap. 4.

NATALES, pluraliter tantùm, significát, inquit Valla, conditionem sanguinis ac familiæ: ut generosi natales, natales obscuri. Interdum offendes pro diebus natalibus usurpari. Pro nobilitate uerò poni, receptum est. Hermogenianus: Consideranda est origo nataliú. & C. de iur. annul. Natales antiquos, & ius ingenuitatis, non ordo præstat decurionum, sed à nobis petitur, Imperator ait. Tertullianus: Fuerunt leges, quæ honestorum natalium insignia non temerè usurpare sinerent. Spieg.

NATALEM diem in l. cum quidam. ff. de annu. leg. & fideicommiss. Accursius insulse interpretatur diem mortis. Diem uero natalem celebrem apud antiquos fuisse, magnaq; hilaritate agi consueuisse cognoscere licet apud Lucianum in Demosthenis Encomio. Ouid. lib. 4. Trist. Eleg. xiij. & libr. v. Eleg. 5. Maioragius Miscellan. lib. 2. cap. 2. Adde Forcatul. in Necyom. dialog. 1. numero xxxj. In die natali etiam dona missitari solebant ab amicis & notis: inde Persius scribit: Et natalitia tandem cum Sardonyche albus. Et Censorinus suum de die natali librum, qué ad Cereliú de ipsius natali mittit, natalitium uocat: quodcunque inquit, hoc libri est meis opibus comparatum, natalitij titulo tibi misi. quo quidem natale munus se misisse intelligit, ut annotauit Turneb. aduersl. lib. 7. cap. 14.

NATALIBVS restituere hodie nobilitare uocamus, & nobilitatem natalium restitutioné, quod & scribit Budæus in annotat. prior. ad Pandect. Restitui autem natalibus dicuntur ij propriè dútaxat, qui serui nati sunt, & tamen ingenuitatis iura acquirunt. Itaque, solus princeps, sicuti & hodie solus nobilitat, solus olim natalibus restituebat, l. sed si hac lege. §. aliud est. de in ius uoc. ff. hoc est, ingenuitati. Hinc autem orta est nataliú appellatio, quòd olim, cum quis natus erat, statim scribebatur, quòd talis natus erat tali anno, & tali tempore, &c. ut Cod. de probatio. l. neque nata. Sic iure gentium natales erant tales. Quia autem iure naturali quilibet erat liber & ingenuus, ideo, qui restituitur ingenuitati, & restitui dicitur natalibus, hoc est, (ut loquitur Petrus de bella pertica, in sua lectura ad libr. j. Institut. titul. de ingenuis) conditioni, quam habet à natiuitate. Anchora. Hoc ius Iustinian. *τῶν παλιγγενεσίας δίκαιον* uocat Nou. constit. 78. Briss.

NATALIA conditionem significát qua quis nascitur. Tacitus Cornelius fuscus uigens ætate claris natalibus. Inde natalia conditionem demonstrant eius qui ingenuus natus est, & cætera. Ferret. titul. de ingenuis.

NATALICIVS dies, in quo quis natus est. Natalicia sanctorum, in decretis ecclesiasticis dies accipimus, quibus pro nomine CHRISTI sancti mortui sunt. Spiegelius.

NATI accipiuntur etiam ij, qui execto uentre editi sunt: quin etsi non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen, natum dicimus, l. quod dicitur, duodecima, ff. de liber. & posthum. præterea qui statim posteaquam editi fuerunt, mortui sunt, nati dicuntur. l. tertia, Cod. de posthum. hæred. at qui mortui, aut monstruosi, aut prodigiosi editi sunt, pro natis non habentur. dicta l. tertia, & l. qui mortui. 129. ff. de uerborum significatio. Natum tamen ab eo qui ex secto matris uentre extractus est, distingui uidemus in l. sexta, §. secundo. Digest. de inofficios. testament. l. decimatertia, §. ex omnibus. ff. de publician. Hotomannus.

NATORVM appellatio latissimè patet, comprehendens eos, quicunque nobis nati sunt, at qui ex filijs aut nepotibus nostris nascuntur, nobis etiam nasci dicuntur. Illo tamen nomine utuntur rarius La-

tini, quòd brutorum nati quoque uocantur, ut Columella scribit: Equas amne natorum, nisi fiat potestas, noxam trahere. Et Cicero uix unquam istos nominat, quin addat eos à quibus sunt procreati, ut de amicitia. Ea charitas esse debet inter natos & parentes. Et de finibus. A primo satu diliguntur nati à procreatoribus. Item Vergil.

Nate patris summi.—

Illud autem malè, mea quidē sententia tradunt nonnulli, quod τέκνα καὶ παῖδες appellentur Græcis, qui filij & liberi Latinis. Imò uero quod illi τέκνα, nos propriè natos uocamus. Et habet utrunq; nomen eandem originem, quòd illud à τίκτω, id est, pario. hoc autem à nascor uerbo Latino ducitur, &c. Conna.lib. x.cap.j. numero j.

NATI ex corpore. Lex ita in agenda re dicta est. Tibi Corneli Balbe, & qui ex corpore tuo nascētur. Tractatum est, an nepos his uerbis compræhendatur. Et negat Papius, quæst.353. Ac facit ratio, nam πρόθεσις illa, Ex, plerunq; τὴν ἄμεσον caussam, non eam, quæ uelut per longam seriem fit, demonstrat. Sed & hæc dictio, Tuum, potius ad ea quæ personæ sunt, pertinet. Sed ego, in promptu contradictionem esse uideo. Quia ius aui circa nepotem, ex iure patris erga filium pendet, & sicut filius ex patre est, ita & nepos per patrē ex auo uidetur esse. Deniq;, ut ait Celsus l. dedit. de coll.bon. quod pater filio, id auus propter filium est nepoti. Quid quod & Scæuola, uerba hæc, Ex se natos, generaliter de liberis, uisus est intellexisse. l. Lucius. 2. de hæred. instit. Curt.lib.1. ἀναγνωσ. cap.44.

NATI, liberi: ut apud Terentium persæpe. IC. tamen ad eos qui ex ancillis nascuntur uocē hanc contraxerunt. Imp. §.18. de leg. Si quis ancillas cū suis natis legauerit, etiā si ancillæ mortuæ fuerint, &c. Hot.

NATIO, pro gente, quæ seorsum habitet in aliqua regione, Festus accipit. licet apud Cice. frequenter pro ordine & societate ponatur. Nationem pro secta quidam hodie, nec ineleganter usurpant. Neuizanus multos citat more suo autores, qui in literas retulerint, quæ cuiq; nationi uitia peculiaria sint. At cuncta illa nihil esse uideri, respectu Italorū, ut ipse ait, maledictæ partialitatis. Vlp. quoq; de ædil. edict. in §. qui mancipia uendunt. l. quòd si nolit. ostendit, nationes quasdam infamatas esse: atq; proinde nostra interesse, nationem scire rei emundæ. Spiegel.

NATIVVM, in quo aliquid nascitur: ut natiui coloris. in l. si cui. §. lana. de leg.3. Haud scio an rectè natiui, pro naturalis, ibidem accipitur. Siquidem naturale propriè, quod secūdum naturam est, signat. Sic naturales filij dicti. Spiegelius.

NATVRA est, quicquid est in hoc mundo: quia ens est. unde fortuna est natura, multas euoluēs mutationes. Et licet perpetua intentio naturæ sit, semper generare, quamuis ex accidenti etiam corrūpat propter motus sui inquietudinem, & attribuatur benigno Ioui: tamen fortunæ intentio contraria est in hoc scilicet prius corrumpere, postea gñrare. & ideo (ut etiam cecinit Lucanus) negatum est summis stare diu, neq; est posibile in rectisimo ordine perseuerare currentibus cursu naturæ. ista sunt elegantissima uerba Bald. in l. si uiua matre. circa med. C. de bonis mate. quæ sunt memoria digna, ad multa: & præsertim ad ea quę scripsi s. in uerb. Sortis. Quibus etiam conueniunt quæ in Thyeste scripsit Seneca:

Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsis,
Miscet hæc illis, prohibetq; Clotho
Stare Fortunam: & reliqua. Cotta.

NATVRAM. Accursius §. primo. Institut. de iure nat. gentium & ciuili Deum interpretatur tam uerè, ut nullibi rectius. Vis enim illa, instinctus, affectio & inclinatio tota à Deo creaturarum omnium opifice est. Audi Senecam in lib. de beneficijs. Quid aliud est (inquit) natura quam Deus. & diuina ratio toti mundo, partibusq; eius inserta? Ergo nihil agis ingratisime mortalium, qui te negas Deo debere, sed naturæ, quia nihil natura sine Deo est, nec Deus sine natura, sed idem est uterque, nec distat officio. Attamen naturam solemus appellare naturalem illā Dei operationem, quæ mentibus nostris insedit, cuius ipse Deus auctor est, ut inquit August. lib.3. confessionum. Habetur in cap. flagitia. xxxij. quæst. vij. Et Cicero de Natur. deor. inquit, Namq; alij naturā censent esse uim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios, alij autem uim participem rationis atque ordinis, tanquam uia progredientem, declarantemq; quid cuiusque caussa efficiat, quid sequatur. Sed quantum ad hunc locū pertinet, primo modo natura intelligenda est. Natura igitur ipsa ingenitum in animis hominum amorem indidit suijpsius, & ita ad se, suosque amandum sua ui impulit, ut & alium appetat sui similem ad procreandum, quem tandem appetitum cōsequitur cura eorum, quæ generata sunt, ut & Cicero inquit. Naturæ uocabulo Iureconsulti secundum subiectā materiam usi sunt, modò pro naturali ui, modò pro naturali ratione, modò pro conditione, modò pro moribus, modò pro industria, inclinatione, indole, consuetudine. Sed nec unam tantùm rem nomen naturæ apud philosophos ipsos significat, ut docet Themistius in ij. Physic. Sumitur itē natura pro caussa prima, à qua omnes caussæ profluxerunt, id est, à Deo, hoc est, ab essentia Dei, quæ per naturam significatur. Recentiores philosophi duplicem esse naturam tradunt. Naturantem, id est, primam caussam, nimirum Deum. Item naturatam, quæ aliunde caussam trahit, id est, à prima. De his uide quæ not. in l. respiciendum. ff. si certum pet. l. sed & si. §. patet. ff. de iud. Exponitur hæc uox pro ui diuina apud Florentinum, in uulgatisima l. ut uim. Isidorus 5. Etymologiarum: Lex diuina, inquit, fas est: lex humana ius est. Et idcirco quod in eadem l. dicitur. hominem homini insidiari, nefas esse, id est, contra legem diuinam fore, hominem homini insidiari, id est, ex animo nocere, Salomonius, doctus & disertus iuris interpres exponit. Prꝫterea obseruandum, naturam hominum, pro uoluntate prona ad malum (quæ ei per primi parentis lapsum, & Satanæ imposturam indita est) à Iurisconsultis etiam accipi, teste Oldendorpio. Vlpianus in lege item si unus. §. principaliter, de Rec. arbit. Quia res, inquit, ferè sine exitu futura est, propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem. Item Iustinianus in l. secunda. in princip. Cod. quand. & quibus quar. pars deb. lib. x. Naturale quippe uitium est (ait) negligi, quòd communiter posidetur. Spieg.

NATVRA, ut bellisimè dicit Oldendorp. ponit fundamentum in toto iure. Ciuilis uerò autoritas latius porrigit naturæ axiomata, accommodat negocijs, & dispensat secundum immensam uarietatem unicuique. Spieg.

NATVRAM Augustin. in lib.2. de morib. Manichæor. nihil aliud esse ait, quàm id, quo in uno quoque genere intelligitur aliquid esse. Vnde Natura uim, conditionē, qualitatem cuiq; rei inditā, innatā, attribu-

attributamq; significat. Sic Naturá agrorum in l.1.§. fi.l.2.§.Labeo.ff. de aq.& aq. plu. Natura item sua ré interijsse Gaius dicit, quæ fato suo functa sit.l. 14.§. ult.ff.depos.ut & sua natura corrupta uina in l. 15.ff. de peric.& commo. Acceptilatio non sua natura agit in l.5.ff. de rescind. uendit. id est, non propria ui & potestate. Rerum denique natura illa est qua res quæque consistunt.l.38.ff. si cert.pet.l.15. ff. de statu hom.l.28.§.ult. ff. de iudic. Hæc natura communis esse dicitur.l.12. §. penult. ff.de accusatio. quoniá in omnes ex æquo uim suam diffindit & liberum à seruo nō distinguit. Itaque affectus illi & stimuli naturales hominibus cum brutis cōmunes iuri naturæ tribuuntur. l.prima.ff. de iustit. & iur. Institutio. de iur. natur. gent. Ius tamen naturæ pro naturali ratione & iuregentium plerumque accipitur. l. prima ff. de ad. rer.dom. l.tertia & quarta,ff.de rer.diuisio. §.singulorum. Institut. eod. l. quinquagesima. ff. ad leg.Aquilian. Eademque ualēt in libris nostris hæc, Natura, Naturaliter, Naturali iure, Naturali ratione, & Iuregentium. Nec immeritò. Ná, ut præclarè Cicero pronuntiat, omni in re consensus gentium lex quædam naturæ putanda est. Et quod ius gentium est, hoc idē & naturæ esse. Idem Tullius iij. Officior. scribit, propterea quòd quæ ex cōmuni ratione notioneq; animis hominum indita proficiscuntur, ea ad ius gentium pertineant. Quamobrem eum naturæ debere definimus, quem iuregentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus. l. 85. in fi.ff. de diuers. reg.iur.Briss.

NATVRA hominis ex Adę lapsu adeò corrupta fuit, ut uix igniculi remanerent, ex quib.tam magnifica diuini & naturalis Iuris bonitas agnosci posset. Obscurata enim fuit ratio naturalis, & extēuata per inobedientiam primi illius parentis, & imposturam Satanæ. Et cùm ratio dominari debeat, ac secundū formam honestatis uoluntatem manuducere: contrariū euenit uincitq; frequenter carnalis uoluntas prona ad malū. Vnde fit, quòd Iurisconsulti sæpe Naturam hominum pro corruptela tali accipiunt, Vt paulò antè diximus. Old.

NATVRA ponit fundamenta in toto iure. Ciuilis uero autoritas latius porrigit naturæ axiomata, accommodat negotijs, & dispēsat secundum immēsam uarietatem unicuiq;. Old.

NATVRA φύσις dicta est ab eo, quòd aliquid nasci faciat, cuius proprietatem causamq; non inuenimus, præter quàm quòd ita natura comparatum sit. Oldendorp.

NATVRA prima est causa, à qua omnes omniū causę ꝓducuntur. Vnde summa naturę significatio accipitur pro Deo ipso creatore cœli & terræ. §. In pecudū. Instit. de rerū diuisio. Et de iur.natu.gent.& ciuil. Inde Florentinus dixit grauiter: Naturam cōstituisse inter nos cognationem quandam, in l.iij.ff. de iustit.& iur. Paulus in l.Sed etsi restituatur.§. fin. ff.de iudic. Nec rerum naturā, ait, intuendam, in qua omnia certa essent, cùm futura utiq; fierent: sed nostram inscientiam adspici debere. Old.

NATVRA sui apertæ dicuntur tabulæ in l. 10.§. 1.ff. quemad. test. aper. id est, *de soymesmes* Sic Natura sua res intercidere in l.14.§.1.ff. depos. id est, naturali morte. Bris.

NATVRÆ aūt inferiores significationes, subiectæ materiæ accommodātur. Nam aliàs denotat rationem honesti, à Deo hominibus inditam ad imaginem sui. Vnde dicitur naturalis æquitas, quam secundum constantem ac perpetuam uoluntatem sequitur Magistratus. leg. prima ff. de minoribus. Instit. de rerum diuis.§. Singulorum. Aliàs inclinationem affectuum humanorum uitiosam, & Adæ lapsu corruptam. l. Item si unus. §. Principaliter. ff. de recept.arbitr. Ibi: Propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem. Et Iustinianus in l. ij. in princ. C.Quand.& quib.quar.pars debet. uerissimè dicit: Naturale quippe uitium est negligi, quod cōmuniter possidetur. Aliàs uim genuinam omnibus animantibus inditam, ut tractatur in §. Apium quoque.& seq. Instit. De rer. diuisio. Aliàs denique natura significat conditionem seu qualitatem omnium rerum corporalium & incorporalium, ex primordijs inhærentem. Vnde naturale loci uitium dicitur in l.Fluminum.in princ. ff. de dam.infect. Et natura rerum in l.iiij.ff.de præscript.uerb.

NATVRÆ quatuor sunt Senecæ: arboris, animalis, hominis, Dei: de quibus grauiter differit epist. cxxv. Spiegelius.

NATVRÆ concedere, in l.C.ad Tertul. pro naturæ satis facere, id est, mori. Spieg.

NATVRA contrarium quæ sit. Lege, Nolle, & Velle.

NATVRA dispositionis dat uerbis intellectum. l.si uno.ff.Locati.l.insulam.de Præscript.uerb.

NATVRALEM æquitatem sequitur Prætor. l.j.ff. de Minor. Spiegelius.

NATVRALI uitio parcēdum, per l. fluminum. §.uitio.ff.de Damn.infec. Cæterum naturæ uitia an sint accusanda, uel an sit accusandum, quod natura produxit, tractat eleganter, ut omnia, doctissimus Baro à Tautēberg, in luculentissima interpretatione Vsu. Feud. libro primo. Spiegelius.

NATVRALIA quemadmodū à ciuilibus passim in libris nostris distinguātur, operępretium arbitror, accuratius exponere: præsertim cùm qui eā rem pro dignitate explicarit, uiderim adhuc neminem. ea uerò disputatio tripartita est. Tribus enim modis de naturali & ciuili iure disseritur. Prim⁹ modus hic est. Res omnes, de quibus Iurisconsulti disputant, aut Naturales esse dicuntur, aut Ciuiles, aut Mixtæ. Naturales dicuntur, quæ cùm uerè sint, & extent, tamē populi Romani legibus & forma Reipub. qua populus Romanus usus est, receptæ non sunt. ueluti cognatio ex eo concubitu contracta, qui à legibus Romanis prohibitus est.l. quarta, §. secundo, De gradibus. Nam siue liber ex serua, siue tutor ex pupilla, siue seruus ex ancilla, siue senator ex liberta liberos suscipiat, ij naturę iure atq; ordiñe, & uerè liberi sunt illorum, & uicissim illi eorum parentes: sed quia contra populi Rom. leges id factum est, propterea simpliciter naturales liberi & parentes appellantur. l. adoptiuus, De ritu nupt. & toto titulo Cod. De naturalibus liber. Naturaliter enim fieri dicitur à nostris, id quod reuera factum est: & (ut uulgus loquitur) de facto. unde naturaliter apertæ & naturaliter clausæ tabellæ dicuntur ab Vlpiano in leg.tertia, §. 12. ff. de sen. Silan. & naturaliter interrumpi possessio dicitur, quum non surculus dicis caussa, ut moris erat, defringitur: sed si de possessione quis deijciatur, uel alicui res eripiatur, l. 5. ff.de usurpat. Vnde passim ea quæ naturaliter fiunt, in iure dicuntur esse facti, ueluti traditio, leg.si rem, 28. & leg. in conuentionalibus, 52. §. primo ff. de uerb.oblig. itē possessio, l. decimanona, §. Itēq;, ff.ex quibus causis maior.l.1.§.si uir, l. 1.cū hęredes, 23.& l.pos-

l. possessionem, 29. ff. de acquir. posses. item solutio, uenditio, traditio, l. septima, ff. de curat. fur. item legatum in annos uel menses singulos, l. 10. ff. de capit. minut. Ciuiles dicuntur eæ res, quæ cum reuera non sint, in ijs tamen quæ sunt, iure Quiritium habentur atque numerantur, ueluti cognatio ex adoptione cõtracta. d. l. quarta, de gradibus. Et hoc exẽplum ita perspicuum est, ut explicatione non egeat. Constat enim Æschinum Mitionis filium non esse uerè, sed iure factum & fictione. Itẽ usus fructus pecuniæ, l. secunda, ff. de usufruct. ear. re. Mixtæ dicuntur, quæ cum reuera sint, tum etiam à iure Quiritium comprobatæ sunt: ueluti cognatio ex legitimis nuptijs contracta, puta ex Cicerone & Terentia. d. l. quarta: eodem. sic Matrimonium naturale dici potest, quod cum reuera contractum sit, à iure tamen Quiritium approbatum non est, ac propterea iniustum uulgò appellatur. l. si uxor, 13. §. 1. ff. de adulter. l. si quis, 27. l. si Senator, 31. de rit. nupt. ueluti si senator libertinam duxerit: aut tutor pupillam, curatorúe adolescentem. Item si liberta quę patrono nupserit, diuortio facto alteri nubat. l. ultim. ff. de diuor. Ciuile est, quod etsi reuera, id est eo modo quẽ natura instituit, contractum non est, tamen pro cõtracto habetur: ueluti cũ in absentis & uolentis domum uxor deducta est, adeò ut si rediens moriatur, ab uxore lugendus sit. l. 5. & 6. De rit. nupt. Item cũ apud hostes est maritus. l. 6. De diuort. ubi Iauolen. ait, uxores eorum qui in hostium potestatem peruenerunt, posse uideri nuptarum locum retinere eo solo, quòd alij temerè nubere non possunt. Nunc exemplum de possessione proponamus. Possessio naturalis dicitur, cùm quis corporaliter quidẽ, hoc est manibus ac pedibus, sed tamen aut iniustè, aut non accommodatè ad iuris ciuilis rationem rem aliquam obtinet. Iniustè, ut qui liberum hominem uinxit. l. cùm hæredes, 23. §. 2. ff. de acquir. possess. qui ui possessionem inuasit, aut uxor, cui constante matrimonio maritus (quod prohibitum est) donauit. l. 1. §. 5. ff. de ui & ui arm. l. si eum, 26. ff. de donat. int. uir. & ux. l. 1. §. 1. l. uxor, ff. de acq. poss. l. nec ullam, ff. de petit. hæred. Non accommodatè ad iuris ciuilis rationem, id est, utiliter ad usucapionem: ut coloni, inquilini, fructuarij, depositarij, commodatarij, emphyteutæ, conductores. l. communi, 7. §. 6. ff. commu. diuid. l. 2. ff. pro hærede. Nam hi omnes usqueadeò ciuiliter non possident, ut plerunque dicantur non possidere (quod tamen ita intelligendum est non possidere ciuiliter.) Vide l. sciendum est, §. creditor, ff. qui satisd. cog. l. si seruus depositus, §. 1. ff. de noxal. act. l. 6. §. 1. ff. precario, l. 1. C. commun. de usu. magis quippe tenere dicũtur, l. 1. §. 4. ff. quos legatorum. Hinc possessio naturalis dicitur esse facti. l. 1. §. si uir, l. cùm hęredes, 23. l. possessionem, 29. ff. de acquir. posses. Ciuilis possessio dicitur, cùm quis non corporaliter quidem, sed tamen & animo & accommodatè ad usucapiendi finem possidet. ueluti debitor qui pignus creditori dedit. l. serui, 16. ff. usurpat. l. qui pignoris, l. 1. ff. de acquiren. possess. Item qui ab hostibus captus est. l. in bello, 12. §. facti, ff. de capt. & postlim. Item qui ad nundinas profectus est. l. clàm possidere, 6. §. 1. ff. de acquir. possess. Mixta autem possessio est, quam quis & corpore & animo, iustè & congruenter iuri Ciuili possidet. Deinceps exemplũ de naturali obligatione proferamus. Naturalis obligatio est, quæ cũ uerè cõtracta sit, à iure tamen Quiritium non approbatur. ueluti seruus aliquis ciui Romano mutuo centũ aureos dedit. si naturá spectemus (quę parẽ omniũ hominũ conditionẽ statuit, l. 32. ff. de reg. iu.) nemini dubiũ est, quin ciuis ille seruo illi sit obligatus. Id quod ex præsenti rerũ statu qui nũc in Europa est, clarissimè quiuis potest intelligere. At ius populi Romani (qđ seruos nullo numero habebat. l. quod attinet, ff. de reg. iur. l. seruitutẽ, eodẽ) nunq̃ actionẽ & iudicium dedisset seruo aduersus illũ debitorẽ. Prætor enim Vrbanus, nõ seruis, sed ciuibus Romanis ius reddebat. Hinc ergo dicũtur serui in cõtractibus naturaliter & obligari & obligare, l. serui, 14. ff. de oblig. & acti. l. si quod dominus, 64. de cõdict. indeb. l. nec seruus, 41. de pecul. Hinc debitũ quod dominus seruo debere in tabulis scripserat, nõ ciuile, sed naturale esse dicitur in l. quibus, 40. §. dominus. de cõdit. & demonstr. Hinc Vlpianus in l. fideiussor, 16. §. secundo, ff. de fideiuss. scribit abusionem esse uocabuli, cũ dicimus seruum debere, uel seruo deberi: nimirum quia deberi propriè id demum intelligitur, quod apud Prætorẽ peti potest. seruus aũt nec agere apud Prætorẽ nec conueniri potest. eadẽ est ratio si, qui eiusdem familiæ sunt, inter se cõtrahant. ueluti duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt: uel pater cum filio, uel filius cum patre, seruus cum herili filio, uel hic cum illo. l. frater à fratre, & alibi sæpe, ff. de cõd. indeb. Meminisse autem oportet, in ista disputatione regulæ cuiusdam ab Vlpiano nobis traditæ in l. Stichum, 95. §. naturalis, ff. de solut. ubi ait, Firmamentum quo solo nititur naturalis obligatio, esse unicá æquitatẽ. facit l. eas obligationes, octaua. ff. de capit. minut. ubi Caius scribit, actionem de dote in bonum & æquum conceptam eiusq; obligationem habere naturalem præstationem. facit l. si noxali, 11. ff. de pecul. l. nam hoc, De condict. indebit. quapropter ubicunq; æquum est, ibi naturalis obligatio est: tanquam eius obligationis caussa efficiens aut certè caussa sine qua non, sola sit æquitas. Hinc illud apud Sallust. in Catil. Ius bonumq; apud maiores nostros, non legib. magis q̃ natura ualebat. Quo ex præcepto triplex effectus naturalis obligationis nascitur: primũ, ut solutum ab imprudente, nõ repetatur. d. l. fideiussor, d. l. si quod dominus, item l. naturales, De obligat. & act. secundum, ut cõpensandi ius præbeat. l. etiam, ff. de compensat. tertium, ut ad constitutũ ualeat. l. 1. ff. de cõst. pecun. Ciuilis autem obligatio est, quæ uel nunquam reuera contracta est, uel cum reuera contracta esset, facto tamen aliquo, sed ad iuris Ciuilis rationem non accommodato, dissoluta est. Quę nunquam contracta est, ueluti ex inani chirographo. nã si scripsi me centum abs te mutuo accepisse, quæ tamen nunquam credideris, tamen chirographũ atq; cautionẽ meam habeas, re quidem uera tibi obligatus nõ sum: at ciuiliter obligatus sum. §. idem iuris est, De except. li. Inst. 4. Item obligatio ui, metu, doloúe malo contracta propterea naturalis nõ est, quia ęquitati contraria est. Dicebamus autem paulo antè obligationis naturalis robur & firmamentum esse solam æquitatem. l. Stichum, De solut. attamen obligatio hæc ciuilis contracta est: ut §. 3. & quarto, De except. l. 1. & pass. ff. de doli except. unde cõstat propter istas obligationes actionem dari. pacto uerò aliquo naturaliter quidem dissoluta obligatio, ciuiliter autem manere dicitur, ueluti cùm pactum est ne peteretur. Nam pactum nudum. id est, sine stipulatione [illegible] ctũ, ciues R. neq; obligabat, neq; ab obligatione dissoluebat. l. iurisgẽtiũ, ff. de pact. & tamẽ ꝑpter istud factũ, naturaliter & ex æquo & bono dissolua erat. Ni-

Nihil enim magis æquum & naturale est, quàm pacta seruari. l. 1. de pact. l. 1. ff. de const. pec. Item si iudicatum est, & uerè quidem iudicatum, pecuniam nô deberi. nam etsi æquum est omnem obligationem dissolui, manet tamen ciuilis. l. 3. ff. de except leg. 1. & pass. ff. de except. rei iudic. Mixta autem obligatio est, quæ cùm reuera & æquissimè contracta sit, tum etiam à iure Ciuili comprobatur, & confirmatur. Postremum exemplum sequitur de solutionibus. Naturalis solutio est, quæ cum reuera facta sit, rata tamen à iure ciuili non habetur. ueluti cùm pactum de non petendo factum est, aut iustum iusiurãdum datum. l. Stichũ, 95. §. naturalis, De solut. Solutio ciuilis est, quæ cum reuera facta non sit, tamen pro facta numeratur. ueluti cùm dies actionis præterijt. l. 2. & passim, ff. de diuers. & temp. act. item cùm falsò iudicatum est non deberi. l. iudex, l. Iulianus, ff. de condict. indebit. item cùm falsò iuratum est rem petitoris non esse, uel nihil ei deberi l. ult. De iureiur. Item cùm debitori maxima & media capitis diminutio contingit. l. si debitori, 47 ff. de fideiuss. l. seruus, 30. ff. de oblig. & act. l. ultima, ff. de duobus reis. Mixta solutio est quæ cùm uerè facta sit, tum à iure ciuili rata habetur: ueluti solutio pecuniæ, uel acceptilatio, quæ ideo iurisgentium appellatur, l. an inutilis, 8. in fine, ff. de acceptil cùm tamen per stipulationẽ (quæ ciuilis est) fiat: & à C. Aquilio Iuriscons. primũ excogitata sit. Secundus modus quo Iurisconsulti de naturali & ciuili iure disputant, non ad res omnes, sed ad paucas, & certas dũtaxat ptinet: eas nimirũ quę utriusq; iuris sunt participes. In ijs igitur duo cõsiderantur, ortus & materia, quę naturę attribuũtur: deinde incrementum & forma, quæ à iure ciuili profecta sunt. Cuius rei aliquot exempla subijciemus. Matrimonium dicitur esse iuris naturalis in l. 1. ff. de iust. & iur. constat enim uiri & uxoris societatem à natura institutam, & à gentibus omnibus cõprobatam atque usurpatã fuisse. itaque naturale ius & pudor in matrimonijs contrahẽdis dominari dicitur in l. adoptiuus, 14. §. 1. De rit. nupt. uerũ ut matrimonia fierent per cõfarreationẽ, coemptionẽ, usum, ut aliæ matresfam. essent, aliæ matronæ tantũ, ut per coemptionem cõtractum matrimonium ius sui & uiro & uxori tribueret, per usum contractũ nõ tribueret, ut nuptiæ sint consortiũ omnis uitæ, diuini & humani iuris cõmunicatio, sicut ait Modest. l. 1. ff. de rit. nup. ut senatores, eorũq; liberi libertinam uxorem ne ducant, l. 23. cod. hæc, inquã, omnia quæ formam quandam matrimonijs afferunt, nequaquã à natura sunt, aut gentium plurimarum communia, sed ab ijs qui Reip Romanæ formã instituerunt, excogitata, & suorũ ciuium caussa propriè introducta sunt. Sequitur alterum exemplum. Patria potestas à natura sine dubio instituta est. & ab omnibus gentibus usurpata: cuius rei præclara disputatio est apud Arist. lib. Politic. 1. cap. 3. Iustinianus tamen sub tit. De patria pot. & Dionysius Halic. lib. 2. & Caius sub tit. De his qui sunt sui uel al. nominatim affirmãt, eã esse Iuris ciuilis. etenim ut pater in filium uitæ necisq; potestatem haberet, l. ult. C de pat. pot. l. 2. ff. de lib. & posth. ut ter posset filiũ uẽdere, eundẽ posset noxæ dedere, abdicare, emãcipare, nunquã à natura institutum, sed à Romulo (ut ait Dionys.) excogitatum, & in suæ ciuitatis usum introductũ est. Eodem pertinet patris consensus in filijsfa. nuptijs, quę potestatis illius pars est. Iustinianus autem ait eum & naturalis & ciuilis iuris esse. §. 1. De nupt. Nã hoc fieri debere, inqt, & ciuilis & naturalis ratio suadet. Ac de naturali quidẽ & gentiũ iure inter omnes cõstat. Verùm ut in filijsfam. nuptijs cõsensus ille desideretur, in emãcipati uerò, nequaquam. l. filius, De rit. nupt. ut patris captiui aut in peregrinitatem redacti consensus non sit necessarius. l. in bello, 2 §. medio, ff. de capt. & posth. hæc, inquam, omnia ex iure Quiritium manasse, nemo nõ uidet. Sequitur exemplum de tutela. Tutelã naturæ maximè cõsentaneã esse. & ab omnib. gentibus usurpatã, nemo ignorat. itaq; iuris naturalis dicitur à Iustin. §. ult. De legit. agnat. tut. Quid igitur est quod in l. 1. ff. de tut. dicimus tutelã esse iure ciuili datã ac permissam? Respondetur hoc ad formã à Romanis Iurisc. excogitatã referendũ esse: ueluti ne quis peregrinus ciuis Romani tutor sit: ut certę tutelę sint legitimę, fiduciarię, quasi legitimæ, Attilianæ, tutor suã pupillã uxorẽ ducere, aut filio uxorẽ accipere nõ possit. l. tutor, 15. De spõs. tutoris unius auctoritas uel satis sit, uel nõ satis sit. l. ult. C. de auct. tut. ut capitis diminutione nõnullæ pereãt, nõnullæ uerò amittãtur: hæc, inq̃, omnia aliaq; innumera Iurisc. Romanorũ inuenta esse constat. Iã uerò agnatio iuris ciuilis dicitur esse ab Imp. §. ult. De legit. agna. tut. Atqui dubiũ nemini est, qn cõmunio sanguinis, quæ uerbo ipso significatur, à Iuris. Rom. excogitata nõ sit. quinetiã certũ est ante fundamẽta urbis Romæ iacta, nomen illud agnationis in Latio usurpatũ fuisse pro sanguinis cõmunione. uerum ut agnatis remotiorib. potius q̃ cognatis ꝓpinquioribus hęreditates & tutelæ deferantur, ut agnationes per omnẽ capitis diminutionẽ intercidãt, nõ à gentiũ aut naturæ iure, sed à pop. R. institutis profectũ est. Eiusdẽ generis est Suitas, hoc est ius illud quod habẽt filijsfa in parentũ suorũ intestatorũ hæreditatibus. hoc enim ita naturæ cõgruit, ut nihil magis. patet ex l. ult. ff. de bon. damnat. & Aristot. in Eth. uerùm ut ea per adoptionẽ & per coemptionẽ acquiratur, ut per emancipationem & peregrinitatem amittatur, ab ingenijs Iuriscons. Ro. excogitatũ est. COGNATIO quoque cùm sanguinis communionem significat, naturalis est. §. ult. De leg. agna. tut. Itaq; naturale est ut filius intestatus matri succedat. quoniã tñ per leges 12. tab. neq; mater filio, neq; filius matri succedebat, idq; postremis temporib. per S. C. Orficianũ & Tertyllianũ introductũ est: ꝓpterea dicimus, cognationũ istã materiã & ortũ à natura, incremẽtũ aũt à iure ciuili accepisse. Nemo enim hæc quæ scribit Vlp. initio legis 2. ff. de S. C. Tertyll. dicet ex naturæ instituto fluxisse. Si filius, inqt, uel filia libertini sint effecti, mater legitimã hæreditatẽ uindicare nõ poterit: quoniã mater esse huiusmodi filiorũ desijt. Itẽ illud ex eadem l. 6. si mater. Si mater nõ petierit tutores idoneos filijs suis. uel priorib. excusatis reiectisue nõ cõfestim altera nomina ediderit: ius non habet uindicandorũ sibi bonorũ intestatorũ filiorũ. TERTIUS modus quo Iuriscõsulti de naturali & ciuili iure disputãt, eò pertinet, ut Naturalia dicãtur ea, q̃ gentiũ omniũ cõmunia sunt: Ciuilia uerò, quæ ciuium R. propria. Cõmunia gentium omniũ in libris nostris cõmemorãtur hæc: Legatorũ sanctitas, l. ult. ff. de legation. Et apud Cic. multis locis. Emptio, uenditio: l. ex hoc iure, De iust. & iur. Locatio & conductio, ibid. precarium, l. 1. ff. de precar. Societas, Mandatũ, Mutuum, Commodatum, Depositum, Pignus, Traditio nuda, Possessio naturalis, Donatio, Pactum, l. iurisgentium, l. si unus, De pact. Trãsactio, Dominium in bonis, Cognatio. Ciuiliũ autẽ tria genera reperio: Legis actiones, priuatas siue extraiudiciales ciuiũ actiones, & iura ciuilia

lia. Legis actiones sunt formulę agendi in iure apud eum qui iuri dicundo præest: ueluti Emancipatio, l.4. de adopt. l.2. & 3. De offic. proconf. Adoptio, l.4. de adopt. l.2. & 3. de off. proc. Manumissio per uindictã, l.4. C. de uind. li In iure cessio, apud Vlp. in Inst. cap. 26. & Boetium in Top. Cic. ubi nominatim ait hanc fuisse legis actionem, Tutoris in iure datio. nã primùm magistratuum maiorũ fuit propria: pòst in pupillorum fauorem etiam omnibus magistratibus municipalib. permissa est, l.1. & 3. De tut. dand. Postulatio iudicij recuperatorij: quę propterea legis actio sæpe nominatur propriè, ut Verr.3. & apud Valerium, Plinium, alios. Cicero pro Cæcina, Iam uerò ut omnes qui in eadem caussa sunt, & lege agant, & suum ius persequantur, & omnes iure ciuili sine cuiusquã aut magistratus, aut iudicis, aut periti hominis, aut imperiti dubitatione utantur, quid ego commemorem? Item, Postulatio bonorum ex edicto, stipulationes & satisdationes tum prętoriæ, tum etiã iudiciales: quoniam quod apud Iudicem fit, fieri apud Prætorem uidetur: cuius imperio & auctoritate iudex sedet. nã de Prætorijs quidẽ Vlp. sic loquitur in l. actionis, 37. ff. de oblig. & act. Actionis uerbo, inquit, continentur etiam stipulationes quę Prętoriæ sunt, quia actionum iustas obtinent. Priuatæ autem ciuium actiones à nobis dicuntur, quæ extra iudicium fiunt, ueluti stipulatio uulgaris, id est neq; prætoria, neq; iudicialis nam in solos ciues R. conuenit ea obligatio, l. ult. De duob. reis, l. si debitori, 47. de fideiuss. Item mancipatio & nexus, auctore Cic. in Top. in Orat. pro Cęc. Varr. li. De re rust. 2 In manum conuentio, testamenti factio, usurpatio, id est, usucapionis interruptio, cum surculus defringeretur. Testamenti factio per æs & libram, Cretio, Acceptilatio Aquiliana, Manumiss. per censum, & Testamentum. l.2. de interd. & releg. Acquisitio per legem, auctore Vlpian. in Inst. Operis noui nunciatio, & remissio, Bonorum omnium emptio, & Sectio: Var. auctore li. De re rust. 2. Iura aũt ciuilia nũc dicimus, non actiones, sed uim quandã ciuiũ R. propriã, cuius peregrini oẽs expertes sunt. huius generis sunt Agnatio, & Gentilitas, Patria potestas, Suitas, siue ius sui, Vsucap. id est ius per usum capiendi, Dñium iure Quiritiũ, Testamẽti factio, id est capiendi ex testam. ius, Acquisitio lege, de qua Vlpian. in Inst. loquitur, Postliminium. Atque hæc quidem hactenus. Nunc illud animaduertendum est, eorum quæ ciuilia sunt, quædam magis, quædam uerò minus ciuilia dici posse. Minus ciuilia sunt, quæ per solam ciuitatis amissionem intereunt, quæ media capitis diminutio appellatur: ueluti cognatio quatenus ciuilis est, hoc est ex nouis Legibus siue Senatusconss. instituta: mater enim filij in peregrinitatem redacti, mater esse desinit. l. 2. & l. 1. §. capitis, ff. ad Tertyll. l. septima, ff. de capit. minut. item Testamenti factio, l. 8. ff. de testam. Tutela prætoria & testamentaria, l. septima, de cap. min. Vsucapio, auctore in Offic. Cicer. Obligationes ciuiles, l. ult. de duob. reis. l. si debitor, 47. de fideiuss. Item Societas, leg. uerum est, 63. in fine, ff. pro socio. nam illa emancipatione nõ tollitur, l. actiones, 65. §. societas, ff. eodẽ. Itẽ Matrimoniũ, quatenus est iuris ciuilis, l. in bello, 12. §. 3. l. 8, & l. 14. ff. de capt. & postli. l. si quis, 56. ff. solut. mat. nã quatenus naturale est, per ciuitatis amissionẽ nõ tollitur, l. 1. C. de repud. l. res uxoris, 24 C. de dona. int. uir. l. 5. ff. de bon. damnat. Atq; hoc est quod ait Paulus in leg. sunt quidam, 15. ff. de pœ. Ciuitate spoliatos ea quę iuris gẽtiũ sunt, retinere: quæ uerò Ciuilis iuris sunt, amittere. Magis uerò ciuilia dicũtur quæ nõ tantũ ciuitatis, uerũ etiã familiæ amissione, id est emãcipatione (quæ minima capitis diminutio uocatur) intereunt: cuiusmodi sunt Agnatio. §. ultim. De legit. agnat. tut. Patria potestas, l. 12. ff. de capt. & postlim. §. cũ autẽ. Quibus mod. ius. Suitas, l. sed eũ, 6. §. 1. ff. de bon. possess. Testandi facultas, §. 1. Quibus non est, permiss. Tutelæ legitimæ & fiduciariæ, Vsusfructus olim auctore Paulo, libro Sentent. tertio, ca. 6. Postremò quasi corollarij nomine illud adijciemus: In hoc disputationis genere contraria contrarijs tolli quæ modò eiusdem generis sunt. Nam, exempli caussa, contractus iurisgentium per distractum, id est per solam contrariam cõuentionem extinguitur. l. ab emptione, 58. ff. de pact. Itẽ pactũ per pactũ cõtrariũ, l. si unus, §. pactus, ff. de pact. l. Stichum, 95. §. naturalis, ff. de solut. Itẽ obligatio naturalis per iustũ iusiurandũ, d. l. Stichum, & l. ult. ff. de iureiur. Itẽq; per acceptilationẽ quatenus nõ formulã, sed materiã spectamus: id est remissionẽ. l. 8. in fin. De acceptilat. Eodẽ modo etiã Nuptiæ per diuortiũ, quod uerbis certis, & septem testibus adhibitis fiat, dirimuntur. l. 1 & 7. ff. de diuort. & apud Ciceronem lib. de Orat. 1. Item ciuilia per cõtraria ciuilia dissoluuntur: ueluti, obligationes ciuiles per acceptilationem & nouationẽ, l. 1. & pass. ff. de acceptil. & de nouat. At neque ciuilia naturalibus, neque naturalia ciuilibus extinguũtur. §. ultimo. de legit. agn. tut. l 8. ff. de cap. minut. Hæc Hotomannus. Adde Connanum libr. 2. capit. 3. numer. 2. & 3.

NATVRALIA numero multitudinis tãtùm dicuntur pudẽda: ut & natura aliquando pro eisdem, id est, genitalibus locis accipitur Sp.

NATVRALIA Natiua. potiora sunt aduẽticijs. l. quæritur. ff. de Stat. hom. Text. in Aut. si testis. C. de Testibus, Siquidem res in dubio potius præsumitur retinere suum esse, quàm de nouo in nouam qualitatem mutari. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, uel alien. iur. Spiegelius.

NATVRALES ex concubina nati dicuntur legitimorum nomine priuati §. aliquando de nuptijs Instit. Corrasius lib. 1. Miscell. cap. 3.

NATVRALIS ætas est, quæ minor est triginta annis: legitima uerò, quæ maior est anno trigesimo. Non quòd ætatem maiorem triginta annis natura non agnoscat (quoniam omnis ætas naturalis est) sed quòd specialiter lex ętatis, quę annos triginta excedit, meminerit, ideo dicitur hæc esse legitima. Vide Theophilum. Instit. de Libertin. & suprà, Legitima hominum ætas. Sp.

NATVRALIS condictio, ut est indebiti soluti: dicta, quòd ex æquitate naturali proficiscatur. Spiegelius.

NATVRALIS filius, à uulgo barbarorum dicitur, ut Insulanus attestatur, qui sit ex illegitimo toro suscitatus: sed parum aptè. Est enim propriè filius naturalis, qui sanguine & natura sit tuus, non adoptione factus. Hanc distinctionem idem firmat ex uerbis Tranquilli in Tiberio. Iurisperitis tamen naturales filij dicuntur, qui ex concubina ea, quæ matrimonio duci poterit, nascuntur. de quo uide Connanum lib. 2. ca. 16. nu. 1. Vulgò concepti, qui ex uago concubitu sunt, neq; patrem ostendere possunt, ut quem nuptiæ solùm ostendũt: spurij latinè, gręcè ἀπάτορες dicti, quasi sine patre. Nothi uerò uulgata uoce illegitimi uocãtur. Mãseres, q. ex scorto uulgò cõcipiũtur. Spurij, ex his q. sacris initiati, aut religionẽ pro-

fessi sunt. Nothi, ex adulterino concubitu. iure Pontificio. Lege & Spurium, item Nothia. Sp. (rales.

NATVRALIS fructus. Quære, Fructus natu-

NATVRALIS hominum ad dissentiendum facilitas. l. item si unus. §. principaliter. ff. de recep. Sp.

NATVRALIS interruptio. Vide suprà, Interruptio Vsucapionis.

NATVRALIS iustitia, teste Oldend. pro æquitate, apud Modestinum, in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tutor. Spieg.

NATVRALES obligationes uocamus eas ex quibus nulla sit actio, sed si quid propter eas solutũ fuerit, repeti non possit. l. naturales. ff. de obligat. & act. quæ ex eo nascuntur si quis in aliqua re alterius fidem secutus sit. l. cum amplius. §. is natura, ff. de regul. iur. Certũ est itaq; quod obligatio naturalis sola regulariter non producit actionẽ nisi magna caussa subsit. Quia si passim extra solennes, & certas cõmerciorũ formas, ex omni conuẽrione & pacto nudo fuisset concessum ius persequendi in iudicio, res prodijsset in infinitum. & ad perniciosissimam confusionem, cum singulis planè horis oportuisset uariare, ac multiplicare actionum formulas, secũdum immensam pactorum circumstantiam, quòd absurdissimũ, & impossibile fuisset. arg. in Aut. ut determ. sit nume. cleric. in princ. Et de referend. sacr. palat. §. ult. Cęterùm obligationis naturalis officia sunt, primum parere exceptionem. l. iurisgẽtium. §. sed cum nulla. de pact. Quod intelligendum est, ut Apellus declarat, παρακτικῶς. cap. 4. de effectu. Deinde, ut sit satis ad nouandum. l. 1. in fin. de nouatio. Tum ad cõstituendum. l. 1. §. debitum. de constit. pecun. Prętereà, ut accedat fideiussor. l. stipulatus sum, cum l. seq. de fideiuss. l. naturaliter. de condit. indeb. Rursum ut accipiatur pignus. ead. l. naturaliter. postremò ad compensandum. l. etiam. de compensat. Oldendor. Porro uerò an ad ius naturale, uel ius gentium naturalis obligatio referenda sit, magna inter iuris auctores controuersia existit. Siquidem Proculeiani eam ad ius illud naturæ uidentur retulisse, quod omni humano generi innatum est. Sabiniani ad nudum ius gentium. Eaque ratio est, cur scripserint Neratius & Rufinus, pupillum nec natura debere. cap. 41. in prin. ad leg. Falcid. cap. 25. quando dies legat. Erat enim Neratius Proculeianus, & ob id scholæ suæ traditiones secutus, negauit propter ætatis imbecillitatẽ natura æquũ esse pupillũ obligari, quã contra Vlp. Scæuola, & Papinianus cõtendunt obligari naturaliter iure gentiũ posse, Sabinianos secuti. Iure gentiũ enim obligatiões sunt introductę, nulla personarum, nulla ætatis. sed rei solius quæ obligatur habita ratiõe. Proinde si quid in bonis habuerit seruus aut pupillus, Sabinianis quidem obligari posse, dicentur naturaliter, solum obligationis, quæ iuris gentium est, originem intuentibus: Proculeianis uerò nõ omnino uidebũtur obligati naturaliter, non tam ius gentium nudum, quaã æquitatẽ naturalem expendentibus. Idq; illud esse omnino uidetur quod Vlp. sibi uoluit, cum scriberet si filiusfamiliâs, uel seruus pro aliquo fideiusserint, tractatũ fuisse, an sit de peculio actio, & Celsum definiuisse, caussam fideiubendi spectandã esse. c. 3. §. 3. de peculio. Quia enim Proculeianũ cõstat Celsum fuisse, certè uerisimile uidetur hãc questionẽ inter Sabinianos & Proculeios tractatã fuisse, & cũ Sabiniani contenderẽt, nudũ ius gẽtiũ inspiciendũ esse, obtinuisse Celsum, hoc est, Proculeianos nõ factũ siue ius gentiũ nudũ (ita enim factũ accipit Vlp. cap. 41. de peculio) sed caussam siue naturã esse inspiciendã, & per caussam, naturalẽ iusti debiti caussam eundẽ Celsum intellexisse. Eamq; caussam naturã appellari, ex eo patet, quod natura operas deberi scripserit Vlp. c. 26. § 12. de cõdit. indeb. Per naturã enim caussam obligationis operarum naturalem eo modo intellexit Vlpianus, quo ex Neratio pupillum ostẽdimus natura nõ obligari. quo itẽ Vlp. ait ad remunerandum naturaliter aliquẽ obligari, c. 41. de condict. indeb. c. 25. §. 8. de petit. hæred Huius loci & illud est, quod ait Vlpianus, Neruæ filio & sibi uideri ex cõpromisso serui non dandam esse de peculio actionẽ. cap. 3. §. 6. de pecul. Inter Sabinianos enim & Proculeianos hac de re fuit agitatũ, & Sabinianis uidetur placuisse de peculio actionẽ dari, Proculeianis, nõ dari: illis quidẽ nudum ius gentiũ, siue factũ nudũ, his uerò æquitatis uinculũ, siue obligationis caussam urgentibus. Si nudũ respexeris gentiũ ius, certe cum Sabinianis rectè dices, dandã de peculio actionẽ. Peculiũ enim hac specie substãtia est, q̃ cõcurrit cũ consensu, ijsq; duobus simul concurrentib. locus esse obligationi iuris gentiũ solet, & sic per consequẽs naturali obligationi, quia nihil aliud Sabinianis quibusdã est naturalis obligatio, q̃ obligatio iuris gentiũ, c. 1. locat. cap. ult. de act. empt. Si caussam respexeris obligationis huiusmodi naturalis, certè nihil minus, quã de peculio dandã esse actionẽ, cũ Proculeianis hac specie cõcesseris. Obligationis. n. caussa, compromissi caussa est, q̃ caussa tam gentiũ, q̃ ciuili iure in seruũ nõ cadit. Et quia sine causa nullã omnino obligationẽ uoluerunt subsistere Proculeij, mirũ non est, eosdẽ contra Sabinianos definiuisse, ex cõpromisso serui non dandã esse de peculio actionẽ, idq; Neruæ, q Proculeianus erat, placuisse. d. §. 6. Quod ipsum in nouationib. interuẽtu serui factis etiã Iuliano uisum fuit. Licet enim ille Sabinianus esset, in hoc tñ Proculeianis omnino subscripsit, caussam obligationis iustã, non factũ nudũ expendentib. c. 30. §. 1, de pact. Eadẽ quoq; ratione uidentur Proculeiani, quibusdã ex Sabinianis dissentientib. definiuisse, ex iureiurando quòd seruus obtulit actori in dominũ de peculio actionẽ non dari. c. 22. de iureiur. Ex huiusmodi enim iurisiurandi delatione, si nudũ respexeris factũ, nascitur actio de peculio, si caussam obligatiõis iustã, euanescit eadẽ actio. Caussam huiusmodi omnes ferè Proculeiani semper examinãt, ad q̃ nõ respicit schola Sabiniana. Et quãuis hæc ita diuersa sint, in eo tñ uidentur cũ Sabinianis Proculeij cõuenire, quòd seruus, qui nullũ peculium habet, nõ possit fideiubẽdo naturaliter obligari, c. 19. & c. 20. de fideiussorib. Non enim rerũ natura patitur, ut re & persona deficientib. aliqua subsistere possit obligatio. Persona seruilis omnino excepta est personali obligationi. ea enim sui iuris nõ est. Iam si nec peculiũ habuerit seruus, quinã quæso poterit fieri, ut huiusmodi seruus naturaliter obligetur? Hęc si uera sunt, mirũ igitur non est Iabolenũ & Iulianũ, qui Sabiniani erãt, cũ Celso diuersæ scholæ sectatore in hac specie omnino cõsentire. d. c. 19. d. c. 20. & c. 3, §. 3. de pecul. Cæterũ cõposito Iuliani industria & auctoritate Hadriani Imperatoris ꝓposito ꝑpetuo edicto, diuersæ scholæ sectatores esse tandẽ desierũt, adeò quidẽ, ut Papinianus, Paulus, Vlpianus, Caius & alij qui deinceps subsequebãtur prudẽtes iuris, nullius omnino sectæ ꝓfesso nomẽ darẽt, sed interdũ Sabinianorũ, interdũ Proculeianorũ traditionib. acquiescerent: nonnunquã ab utraq; schola recederent, nonnunquã utriusq; sententias, licet diuersas, speciebus tamen

men diuersis accommodarent. eaq; ratione sola factum est, ut Papinianus & Triphonius, fere semper ad naturalem obligationis causam, Proculeianos secuti, obligationem retulerint naturalem. cap. 95. §. 3. de solut. cap. 64. de condict. indeb. Quo sensu scripsit etiam Pomponius nudam rationem non facere aliquem debitorem, cap. 49. in fin. de pecul. Per nudam enim rationem, ius gentium nudum, sine ulla naturali caussa, sine uinculo æquitatis intelligit Pomponius. Paulus contra & Martianus, magis Sabinianorum sententiæ uidentur acquieuisse, ca. 13. de cōdict. indeb. cap. 11. de acquir. rer. do. cap. 25. de præscript. uerb. c. ult. de act. empt. Vlpianus deniq; modo ad naturalem æquitatis caussam, modo ad ius gētiū nudum, prout aut ad Sabinum aut ad Proculum scriberet, naturalem retulit obligationem. Et id quidem ex eo patet euidentissimè, quòd ille sic ad Sabinum lib. 30. scripserit. Etiam quod natura debetur, uenit in compensationem, ca. 6. de compensat. Dubium enim nō est, quin per naturam hoc in loco ex Sabini sententia ius gentium intellexerit Vlpianus. Rursus cum scriberet idem Vlpianus, eos quibus natura debetur non esse loco creditorum. cap. 10. de uerb. sig. Nonne ex Proculeianorū definitione, per naturam causam aliquam intellexit naturalem à gētium & ciuili iure seiunctam ac separatam? Nam si naturam cum Sabinianis in hoc loco retuleris ad ius gentium, certe omnino erunt creditorum loco, quibus natura debetur: siquidem id quod ita debetur, uenit in compensationem. d. cap. 6. quod utiq; non fieret existente credito nullo. Est enim compensatio debiti & crediti inter se contributio. ca. 1. de cōpensat. Et sane interdum tam Sabinianos, quā Proculeianos, in definienda naturali obligatione, secutum esse Vlpianum, adeò uerum est, ut scripserit ille, naturales obligationes non eo solo æstimari, si actio aliqua earum nomine competit, uidelicet, ut Sabiniani putant, iure gentium, uerum etiam eo, si soluta pecunia repeti non possit, hoc est, si, ut contendunt Proculeiani, aliqua naturalis existat caussa, quæ licet à iure gentium remota sit, impediat tamen soluti repetitionem. cap. 10. de obligat. & actionib. Ræuardus in l. cum amplius §. Is natura debet. ff. de reg. Iur. Quare, ut tradit Duarenus in l. si pupillus. ff. de uerb. oblig. cum species aliqua proponitur, in qua quæritur, an quis naturaliter obligatus sit, necne, considerandum est, quid uerisimiliter responsurus sit Aristoteles aut Cicero, aut alius uir prudens, & in Philosophia eruditus, magis quam quid legibus, & iure ciuili constitutum sit. Disputant enim Philosophi de his, quæ ad uiri boni officium pertinent, & quæ fides & honestas alteri præstanda esse suadet. Quare dubitandū non est, si cōuenerit inter aliquos pacto tantum conuento non stipulatione, ut alter alteri quicquā det, uel faciat, quin ex ea cōuentione naturalis nascatur obligatio: quoniam fidē seruandā esse nos docet natura, & Philosophia, q̄ naturā maximè sequitur. l. 1. de pact. l. 1. de cōst. pec. Hinc etiam consequitur status, & conditionis personarum nullam rationem habendam esse, nec seruū à libero, aut filiumfamiliàs à patrefamiliàs distinguēdum esse: quia naturalis ratio, seu ius naturale harū personarum distinctionē non nouit. l. si id quod dominus. de condict. indeb. l. frater. eo. tit. Quæri solet de eo, in quem beneficium collatum est, an natura ad remunerandum teneatur. Et certum est, gratitudinem, ut rem longè honestissimam à Philosophis commendari. Vnde à nostris dictum est, naturaliter nos ad remunerandum obligari. l. sed & si lege §. cōsuluit. de petit. hered. Verum hic nulla propriè naturalis obligatio est. Nam hoc non agitur inter dantē beneficium & accipientem, ut aliquid eo nomine, is qui dedit, recipiat. Cum enim de naturali obligatione loquimur, eam intelligimus, propter quam, si non experiri in iudicio, saltem petere & flagitare, quasi debitum, ac si non præstetur, conqueri possumus: ut si quis aliquid se daturū promiserit &c. Turpe est autem, ac uiro pudenti non conuenit, ab eo, in quem beneficium collatum est, ἀντίδωρον aliquod, ceu debitum, petere. Alioquin beneficium nō esset, sed creditū, ut disputat Seneca lib. 3. de benefic. Omnes enim obligationes, quæ uerè & propriè naturales dicuntur, ita contrahuntur, ut quod ad propositum, uoluntatemq; contrahentium attinet, necessariam præstationem habeant. At cū liberalitatē exercemus in alium, damus uel perdituri, & totum permittimus accipientum arbitrio, ut idem Seneca ait.

NATVRALIS possessio, pro corporali. l. possideri. ff. de Acquir. poss. Sp.

NATVRALITER possidere dicitur, cum quis corpore possidet, usumque rei apprehensę percipit. Quòd si quis uerè rei non insistit, neq; usum percipit, is per interpretationem legis ciuiliter possidere dicitur. l. Pomponius. ff. Fam. ercisc. l. naturaliter. ff. de Acquir. possess. Sp.

Porrò uerbum Naturaliter interdum naturali ratione significat, ut in l. 25. §. consuluit. ff. de petit. hæred. l. 16. §. penult. ff. de minorib. l. 2. §. ult. ff. loca. Interdum uerò per rerum naturam, ut in l. 7. ff. de diuers. reg. iur. Interdum ex naturali causa & a natura ipsa non manu facto opere. l. 20. §. 1. ff. de seruit. rust. l. 1. §. 1. & §. idem aiunt. ff. de aq. & aq. plu. Postremò Naturaliter significat corporaliter, &, ut ita dicam, realiter, ut in l. 53. ff. de adq. rer. dom. quod naturaliter adquiritur, id est, facto ipso, realiq; & corporali adprehensione. & in l 49. ff. de solutio. Solutam pecuniam intelligimus utique naturaliter, si numerata sit creditori. Ita dicimus naturaliter tenere, possidere, adprehēdere, i. corpore & actu. l. 35. ff. famil. ercis. l. 3. §. ult. ff. ad exhib. l. 2. §. qđ uulgò. ff. ꝓ hærede. l. 7. §. neq; colon9. ff. cōm. diuid. l. 1. l. 12. l. 23. ff. de adq. poss. l. ult. §. ult. ff. de precar. l. tunc in potestatem. ff. de usucapio. Qui enim possessioni incumbit, atq; insistit, eamq; corpore contingit, is naturaliter tenere possidereq; dicitur. Ita naturalem possessionem accipimus. l. 38. §. si possessionem. ff. de usur. l. 1. §. dicitur. ff. de ui & ui arm. Corporalem & facti po[illegible]onem Iurisconsulti appellant. l. 1. §. per seruum. l. 23. §. 1. l. 24. l. 25 § ult l. 29. l. 51. ff. de adq. poss. l. 40. §. ult. ff. de pigner. act. Nec uerò aliter naturalis possessio dicitur, quā naturalis datio. l. 8. ff. de pecul. Bris. adde Connanum lib. 3. cap. 9. nu 4.

NATVRALITER quoque interrumpitur possessio, id est, facto naturali & corporali, cūm scilicet quis de possessione ui deijcitur uel res mobilis ei eripitur. l. 5. ff de usucapio. Naturaliter obligatio solui dicitur numeratione, præstatione, uel solutione rei debitæ ante moram. l. penult. ff. de solutio. l. ult. C. ad exhib. Sic etiam naturalem obligationē Paul. in l. 126. §. superest. ff de uerbor. oblig. dixit, quæ ex naturali facto, id est, numeratione oritur, ad differentiam eius quæ uerbis fit.

NATVRALITER uidetur ad mortuū pertinere locus, in quem infertur l. 4 ff de religios. Bris.

NATVM dicitur de rebus repentinis, autor Donatus. Id autem occupantis fit, ut de nata insula cē-

suit

fuit Imp. Inst. de rer. diuis. §. insula. Astipulatur Cantiunculæ luculenta interpretatio. Sp.

NATV grandes. Natu in quarta declinatione, solum in auferendi casu inuenitur. Grandis natu, maior natu, uel maximus natu. De primo sic Cic. in Catilinam: Quanquam eum colere cœpi non admodú grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum. Callistratus de Decurion. Non tantùm, inquit, qui teneræ ætatis, sed etiam qui grandes sunt natu, decuriones fieri prohibētur. Reliqua duo. Tishno teste, passim obuia sunt legentibus. Spieg.

NATVS etiam dicitur, qui cæso utero materno nascitur uiuus. l. quód dicitur. ff. de lib. & posth. Vide hic Bart. Notú est, Beroaldú conuellere eos, qui Iulium Cæsaré dictatorem sic natú prodiderút. Sp.

NATVS, qui confestim moritur, pro non nato habetur. in l. Titius. §. Lucius, eo. tit. Proposito Pauli Iurisconf. themate, quod nō alibi reperire licet, ut Baldus adnotauit. Sic qui mortuus nascitur, natum minime intelligimus. l. qui mortui. l. auunculus. §. fi. de uerbor. signific. Vide quæ in utramque commentatus est Alciat. Spieg.

NAVALIA uasa, in quibus onera recondita in naues imponuntur. Vlpianus l. 19. §. 5. ff. de aur. argen. Vasorum appellatio generalis est: dicimus uasa uinaria, & naualia. Nonnulli reponebant NIVALIA, pro colo niuario: quod & Vlpiani sententia repudiat, & loquendi consuetudo. NIVARIA enim per R. legendum esset.

NAVARE uerbum, à nautis tractum, est alicui studiosè adiumento esse. Naues enim, cum ex naualibus in mare deducuntur, maximo hominum auxilio indigent. Spieg.

NAVARCHORVM, id est, principum nauis, quos uulgus pilotas & patronos uocat, meminit Vlpianus in l. unica de bon. poss. ex test. milit. Spieg. Hi ijdem dicuntur etiá trierarchi l. Seius. ff. ad S C. Trebell. ab imperio triremiú: de quib. & Demosthenes in oratione contra Æschinem & in Androtionem. Postellus de magist. Ath. cap. 9.

NAVEM in edicto de Exercitoria accipere debemus, siue marina, siue fluuialis sit. l. 1. § nauem. ff. de exercitoria. Marinarum aút nauium (quæ & Maritimæ uocantur in l. 3. §. diuus. ff. de iure immunit. l. 3. ff. de uacat. muner.) quædam sunt onerariæ, quædam ἐπιβατηγοί, quædá actuariç. l. 1. § sed & si ut certis. ff. de exercitoria. l. 2. ff. de captiu. ἐπιβατηγὰς autem in d. §. sed & si. accipio idoneas ad uectores traijciēdos naues, ad onera inhabiles: ἐπιβάται enim sunt, qui traijciendi causa naué conscendunt, quemadmodú Isidor. lib. 19. Etym. c. 1. indicat. Inter fluuiatiles naues sunt rates, quas nauigij appellatione etiam contineri Vlp. scribit. l. 1. §. nauigij. ff. de fluminib. Quamquá à nauibus separãtur in l. 1. §. de exercitoribus. ff. nautæ, caupo. Vnde Ratiarius, qui rates ducit. l. 30. ff. de pigner. actio. ut lintrarius, lintrium ductor in dict. §. de exercitoribus. Eiusdem generis sunt Pontones, quorú Paul. in l. ult. ff. de seruitutib. rust. & Cæsar li. iij. de bello ciuili. & Gellius lib. 10. c. 25. & Ausonius in Monosyllab. & Isidor. lib. 19. c. 1. meminere. His addendæ sunt Lusoriæ naues, quæ Synedriæ dicũtur, de quibus Veget. lib. 2. c. 1 tractat, qui huiusmodi nauibus in Danubio ad cotidianas excubias ueteres usos lib. ult. c. 33. & cap. ult. prodidit. Et certè in ueteribus Theodosianis Codicibus lib. 7. titulus est quã tum audio, nondum adhuc uulgatus, qui de Lusorijs Danubij inscribitur. Huiusmodi nauigiorú etiá meminit Ammia. Marcellin. lib. 17. his uerbis, Lusorijs nauib. discurrentes flumen ultro citroq; milites ordinauit. Et lib. 17. Collecti nocte prouecta impositiq; omnes, quos lusoriæ naues quadraginta quæ tunc aderant, solæ ceperunt, decurrere iubētur per flumen. Seneca lib. 7. de benefic. c. 20. Triremes & ceratas non mitteré, lusorias & cubiculatas, & alia ludibria regú in mari lasciuientiú mittam. Ceratæ aút naues à quibusdá dicuntur quasi cera, & ebore citroq;, id est uermiculo pictæ. Brodæus Miscell. li. 4. c. 13. Sunt & naues uinariæ, in quas uinú effundebatur. l. 21. §. sed & si de naui ff de furt. de quib. accipienda credo hæc Varronis lib. 2. de re rustica c. 1. uerba, Nauibus uindemiam condimus ex insula Choa & Chio. Brisson.

NAVEM per auersionem conducere, exponitur superius in dictione Auersione. Dicimus & nauim, ut apud Iuriscoss. reperitur. Paul. ad fi. l si unus. ff. de pact. aut ne nauim ædificiumúe peterem.

NAVEM suam aliena materia reficere. uide Iulianum l Minutius. ff de rei uindic. Spieg.

NAVES actuariæ, naues quæ præter uela remis etiam agũtur. sed propriè sic dicũtur quæ uoluptatis caussa paratę sunt Marcellus l 2 ff. de cap. & postlim Nauibus longis atq; onerarijs propter belli usum postliminium est: non piscatorijs, aut si quas actuarias uoluptatis caussa parauerunt Hot.

NAVES captiuæ, ipsæ quæ ab hostibus captæ dicebantur, & merito postliminium habebant, ut docet Marcell. l. 2. de capt. & postlim reu. Tullius in Top. Postliminio redeunt hæc, homo, nauis, malus, clitellarius equus, equa quę frena accipere solet. Sp.

NAVES piscatoriæ, naues piscibus capiendis accommodatæ. Marcellus l. 2. ff. de capt & postlim. reuers. Nauibus longis atq; onerarijs, propter belli usum postliminium est: non piscatorijs. Liuius lib. 33. Ni mare propinquum, & haud procul littore naues piscatoriæ pleræq; conspectæ peritis nandi dedissent effugium. Hotoman.

NAVFRAGIVM, nauis fractio, ut notat glo. in rub. C. de naufrag. lib. 11. Io. Bello. Etymol.

NAVFRAGIVM, inter fortuitos casus qñ sit numerandú, docet Bar. in l 1 & 2. C. de naufrag. Frideric. Imp. in Aut. Nauigia. C. de furt. damnat eos, qui bona naufragorum sibi adpropriant, prætextu consuetudinis, quæ certè crudelis est, & impia. Sp.

NAVICELLA, diminutú à naui. Marcel. l. 17. §. j. ff. de inst. uel inst. Instrumento piscatorio contineri Aristo ait nauicellas, quæ piscium capiendorú caussa comparatæ sunt. Legitur tamen Naucella. Hot.

NAVICVLAM duorum scalmorum uocat Tullius j. de Oratore: quod nauigiolum dixit Lentulus in epistolis familiaribus lib. 12. Sp.

NAVICVLARII, ut Budęus tradidit l. 1. ff. nau. caup. stabul. nauium sunt dñi, qui Græcè Naucleri dicũtur, meritorias naues habentes, quos patronos appellam⁹. Tacitus. Atq; inde decursu in littora uim in mercatores aut nauicularios audebãt. Vegetius tamen lib. 4. eos uocat, qui in classe singulis nauibus præsunt, quos Græci Nauarchos uocãt, nostrú uulgus Capitaneú, aut caput armatæ marinæ nauis uocat. Peckius comment. lib. 1. nu. 1. C. de nauicul. li. 11.

NAVICVLARIVS. Qui nauē regit, nauicularius dicitur, seu nauiculator. Græcè ναύκληρος. Hunc patronú appellamus. Bud. in l. j. de arbitris. Nauiculariorú aút nomine q ueniãt, Callistrat⁹ explicat, in l. semp. de iure immunit. meminitq; nauicularię, h. e. artis ipsius regēdæ nauis, post Bud. in Annot prior. uide Bar. in l. j. C de nauic. q est prim⁹. tit. li. 11. Anch.

NAVIGATIO prima olim dicebatur, cū post ſę uitiā hyemis, qua mare clauſum erat, uere nauigantibus primū aperiebatur. De ea quiſpiā exiſtimare poſſet Ciceronem loqui lib. 2. epiſtolarum ad Q. Fratrem: Idem aiebant nuntiare te prima nauigatione eſſe tranſmiſſurum. Nam pauló ante dixerat: Atque adhuc clauſum mare fuiſſe ſcio. Iterū, Tu mi frater, ſimul ac illò ueneris, primam nauigationem (dummodo idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris. Eſſe & prima nauigatio poteſt, cum dicimus nos quamprimū nauigaturos & primam quanq; nauigandi occaſionem arrepturos. Prima etiam nauigatio dicitur, cū eam ſecundæ comparamus, quæ & temeraria magis plerunq; & improuida eſt: & ſecunda non raró eius peccatum corrigit & emendat: Vnde & prouerbio gręco celebratur δεύτερος πλοῦς ſunt tamen qui primā nauigationem uelificationem interpretantur, ſecundam remigationem, ut Suidas eſt auctor. De eo aūt tēpore, quo aperiebatur mare, primumq; tērabatur & nauigabatur, ita ſcribitur in epigrāmatis Græcis.

Ἤγειται ἔφτι θάλασσα ἐρεπλίζουσι δὲ νῆας
Ὥσπερ ἀπλόϊμον ἠλιοτὸ ἄγειν λιμένων·
Ἤδη καὶ πλώουσιν ἐπ' οὔρια κύματα ναῦται
Ποσσὶν ἀπειραστοις, ξεφύρς λῖνα πολυπτύχειν.

De ea & Vegetius ita ſcribit. Poſt natalē uerò, ut ita dicam, nauigationis, qui ſolemni certamine publicoq; ſpectaculo multarum gentium celebratur. Iterum, Phenite decurſu, id eſt poſt ortum pleiadum à die 6. Calēdarum Iuniarum uſq; in Arcturi ortum, id eſt in diem octauū decimum Cal. Octobriū ſecunda nauigatio creditur. Turneb. aduerſ. lib. 24. c. 34.

NAVIGARE cū dicūt decreta noſtra Canonica ex D. Auguſtino, q matrimoniū contrahit, in c. nos nouimus, & ibi gl. in uerbo, nauigaſti. 17. q. 2. tanq̄ ſcilicet utroq; modo multa pericula & plerūq; naufragia ſubeamus, ut annotauit Tiraq. in tractatu l. Boues. §. hoc ſerm. ff. de uerb. & rer. ſignif. nu. 158.

NAVIGIVM, pro nauigatione, & eo, quem Gręci πλοῦν dicunt, apud Iuriſconſ. in l. qui Romæ. §. Callimach⁹. de Verb. obligat. Sed Prætor in interdicto, Ne quid in flumine publ. ſic uſus eſt, ut ſit ſenſus, Oldend. expoſitore, Ne iter fiat deterius nauigationi, uel naui. Nauigium enim genus eſt, continens naues, rates, & cæteras ſpecies, quibus ad nauigationē utimur Spieg. Vſus eſt itaq; tam pro nauigatione ipſa, quam naui quacunq;: Olden.

NAVIGIVM, quaſi nauis ductio.

NAVIS. uide Bayſium in de Re nauali. Donatus puppim, clauim, nauim, non puppem, clauem, nauē, dici oportere præcipit. Findimus autē, & partimur nauem in proram, puppim, malum, & reliquas partes. l. malum nauis de Verb. ſig. Diuidimus in ſchediam, hoc eſt, inelaboratam, & elaboratam. l. j. §. nauem. de Exercit. Præterea in onerariam, & ἐπιβάτιδα, quam aſcenſoriam poſsis interpretari. d. l. j. .j. Rurſus in onerariam, & ſcapham. l fin. de Fund. inſtr Inſuper in onerariam, piſcatoriam, & actuariam. l. ij. de Capt. & poſtlim. reuerſ. Spieg.

NAVIS ad hoc paratur, ut nauigetur, dicit Vlp. l. arboribus. §. nauis uſufruct. ff. de Vſufructu. Spieg.

NAVIS Bona dicitur, ut ad Lucilium 77. Epiſtola lib. 5. Annæus Seneca ſcribit, nō quæ precioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum roſtrum eſt ſed ſtabilis, & firma, & iuncturis aquam excludentibus ſpiſſa, ad ferendū incurſum maris ſolida, gubernaculo parēs, uelox, & nō ſentiēs uentū. Peckius cōmēt. l. 4. §. cum autem. ff. ad l. Rhodiam.

NAVES orarię apud Pliniū quę ſint, cū in epiſtola ad Traianū ſcribit. Nūc deſtino partim nauibus orarijs, partim uehiculis prouinciā petere: Turnebus aduerſariorū li. 1. c. 20. actuarias & paruas eſſe exiſtimat, quibus ſecūdū orā nauigatur: nā maioribus pelagus tētatur: neq;. n. paruo nauigio quiſquā ſe magno cōmittere mari audet, ſed littus legit. proinde Cicero ad Atticū ſcribit: Cogitarem⁹ corbitāne Patras, an actuariolis ad Leucopetrā Tarētinorū. nā ſi traijciēdū fuiſſet mare, corbita ac oneraria, id eſt magna naui fuiſſet opus: ſin ad Leucopetrā eūdū, ac ſecundū littus nauigandū fuiſſet, ei nauigationi cōmodiora fuiſſent nauigia parua & actuariola, ſed & nauibus lōgis cōmodior erat littoralis nauigatio, quā pelagia. Turnebus ibid.

NAVIS oneraria, quæ oneri ferēdo parata eſt, quæ nō remis, ſed uelis utebatur. Vlpianus l. prima, §. 5. ff. de exercit. act. Quædam enim naues onerariæ, quædam ut ipſi dicūt, ἐπιβατηγοί Marcell. l. 2. ff. de capt. & poſtlim. Nauib. lōgis atq; onerarijs propter belli uſum poſtliminiū eſt. Hot. De hiſce pręter Bayſium, uide Maioragium lib. 1. cap. 6.

NAVIS quaſi mēbra ſunt, gubernacula, malus, uela, antēnę. l. 44. ff de euictio. Artemon utiq; nauis pars nō eſt. l. 242. ff. de uerbor. ſignific. Scapha etiam nauis pars non eſt, ſed acceſsio. l. ult. ff. de inſtruct. uel. inſtrument. Paul. li. ij Sētent. titul. vij. Nā ſcapha ipſa per ſe parua nauicula eſt. d. l. 44. ff. de euictio. l. 3. §. armamēta. ff. de rei uindic. & l. 4. ff. de leg. Rhod. l. 29. §. ſi nauis tua. ff. ad leg. Aquil Briſ.

NAVIS ſi adeo ſæpe refecta eſſet, ut nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuiſſet, nihilominus eādem nauem eſſe exiſtimari, autore, Alpheno. l. proponebatur. ff. de Iudicijs. Sp.

NAVIS totius proprietas, carinę cauſam ſequitur teſte Iuliano. l. ſuprà citata. Sp.

NAVIS triremis princeps, Trierarchus dicitur. Sunt. aūt naues triremes, quæ tres remorū ordines habent: ſicut biremes duorū, quadriremes quatuor ſunt ordinū, Schiff die vier rūderbānck hab. n. Old.

NAVIS uinaria, apud Vlpian. in l. uulgaris. ff. de Furt. Venetijs quum agerē, anno M. D. VI. in comitatu Petri Bonomi Epiſcopi Tergeſtini, legati ad remp. Venet. naues aquarias uidimus, quibus aquā portant, ut uendant ciſternas nō habētibus. Sunt & alia multa Venetijs nauigiorū genera, quæ ſi quis uelit latinè enunciare, uerborū ut opifex ſit neceſſe eſt, ut uerè dixit Bayſius. Spieg.

NAVLVM, merces quā uector nautæ diſſoluit. Vlpianus l. 6. ff. Qui pot. in pign. Si quis in merces ſibi obligatas crediderit, uel ut ſaluæ fiāt, uel ut naulū exoluatur. Vlpianus l. 39. ff. de legat. & fid. lib. 30. Et id in operis ſeruorū, uel uecturis iumentorū, uel naulis nauium dicendum. Hot.

NAVMACHIA dicitur naualis, luſoria ſeu imaginaria pugna, quę fit in Euripis & canalibus animi gratia, alias ēt pro loco capiſ ubi pugna cōmittitur. DO tibi Naumachiā tu das Epigrāmata nobis, Martialis inquit. Anaumachia, naumachiarius inclinatur, res notiſsima. Ioan. Bap. in commēt. Epiſt. Sid. Appollina ad Heroinum lib. 1.

NAVTEPIBATÆ, genuinū uocabulū Alc. li. 1. Parerg. c. 48. reſtituit, in l. debet. §. hęc actio. ff. Naut. caup. ſtab. Sunt aūt, eodē teſte, nautepibatæ, q nauē aſcendūt, & pro precio uecturæ, ſeu naulo, ipſi nautarū officio funguntur. Nautobatas, hoc eſt, eos qui funes nauium inſcēdunt, à Iuriſcoſ. ſenſu alienos eſſe, idem tradit in fine lib. 3. Diſpunct. Sp.

NAVTA. Nautā accipere debemus eum, qui nauium

uim exercet, quis nautę appellátur omnes, qui naui gandi causa in naui sunt. Vlpianus in l. j. §. qui sunt igitur. ff. nautæ, caupones &c. Qui autem in naui dicitur esse Vlpianus pauló pòst explicat. in d. l. j. ff. eo. Et sunt quidem (ait) in nauibus, qui custodiæ gratia, nauibus præponuntur, ut ναυφύλακες diætarij. Vide in eum locum Alciatum. li. Dispunc. 3. c. 21. Ná quòd ille locum húc ex Pisanis Pandectis restituit, nos scriptum exemplar nostrum sequimur. Anch.

NAVTAS in edicto Nautæ, caupones, accipim⁹ qui naué exercét. l. 1. §. 1. ff. nautæ, caupo. Qui & Nauicularij dicútur l. 9. in fi. ff. de decurionib. l. 5. ff. de munerib. & hono. l. 17. §. 1. ff. loc. l. 5. §. negotiatores. ff. de iure immunit. l. 1. C. de hæred. decur. Rubr. de nauicular. & de præd. nauicular. lib. xj. Vopiscus in Aurelia. Quod ut esset perpetuú, nauicularios Niliacos apud Ægyptú nouos, & Romę amnicos posuit. Vnde nauicularia functio in l. 2. & l. ulti. C. de præd. nauicul. lib. xj l. 3. C. de cohortalib. li. xij. quæ & Naualis functio uocatur in l. 15. C. de omni agro deser. lib. xj. Nauiculatores etiá Cicero pro lege Manilia dixit. Vocátur & naucleri in l. 1. C. de litor. & itin. custod. lib. xij. l. 1 l. 2. l. 3. C. de nauicular. li. xj. li. xij. Nauarchi in l. un. ff. de bon. poss. ex test. milit. qui nauibus præsunt. Briss.

NAVTICA pecunia quæ & Traiectitia dicitur, est, quá creditor usq; ad certú locú, uel in omne itionis & reditionis tempus suo periculo præstat. qua de caussa permissum est, ut eius nomine & ex pacto usurá petat, & usuram grauissimá petat. l. 1. & pass. ff. de nau. fœn. Dicitur & Nauticú fœnus, & usura maritim. l. 6. ff. illo tit. Hot.

NAVTICA usura. Apud iuriscósultos usurę nauticę dicútur cétesimæ, magnæque. Sed ad tituli, De nauticis usuris. faciliorē intelligentiá, uide Budæú lib. 1. de asse. ubi de multiplici usurarum specie tractat, de quibus mox nonnihil dicemus. Anchora.

NAVTICVM fœnus. Quoniá q nauticá exercét negotiationé, se, suaq; uétis, & undis cómittút, fœneratores maioré usurá exigebát. Nauticú ergò fœnus est, qd ꝑpter nauticá pecuniá, uel quasi nauticá exigitur. Et hoc Pollux li. 8. duorú generú ponit, heteroplú, & amphoteroplú. Heteroplú est, cú cómeat⁹ tantú periculú fœnerator suscepit. Amphoteroplú, cú remeatus quoq;: ueluti, si negotiator Venetijs pecuniá acciperet reddédá Brugis, hoc genus negotiationis, qđ utriusq; periculo fit, à Græcis dicitur ἀμφοτερόπλουν. idq; mutuú uocabatur. δάνειον ναυτικὸν Vs⁹ est Demosthenes in orat. aduersus Dionysiodorú. Dicebatur & ἔκδοσις, quo uerbo idé usus est Demosthenes ipse contra Aphobú, qđ feris daretur. Eá pecuniá Modestin⁹ uocat traiectitiá, sed nó solus. Paulus appellat usuras maritimas. Anchora.

NAVTICVS panis est, qué milites nostri peregrina uoce, hoc est, Italica, biscorto appellant. Sp. Aliàs buccellatus panis dicitur, Ammianus Marcellinus ad usus diturnitatem excoctum uocat. Brodæus Miscellan. lib. 4. cap. 11.

N E

NE particula prohibédi, quæ idé significat quod nó. iuncta uerbis, uereor, timeo, caueo, & si qua sunt eiusdé significationis: quin hæc idé, sine negatione, & cum negatione polleant, non impedit. Hoc exéplis Iurisconsultorum planum facit Budæus in Annot. prior. ad l. in eo iure. de Ritu nupt. Sp.

NE, pro an, nó raró apud Iuriscoss. occurrit: quod & Albericus per exépla ante indicauit. Quando uerò Ne causam, modum, conditionem in iure nostro inducat, ex Bart. petendú est. Sp.

NE plerumque non uetandi, sed negádi uim habet, & pro Non, ponitur. Quod Donat. in Terent. And. & in Eunuch. notat, & illo Næuij uersu cófirmat. Vtinam ne in nemore Pelio. Sic in l. 13. §. idé Iulianus. ff. de iureiur. Iurauerit se furtum ne fecisse. & in l. 62. §. ult. de condicio. & demonst. Si à liberis ne nupserit. Et in l. 21. §. 1. ff. rer. amot. Pedius putat ne furtum eum facere. Adde & l. pen. §. nó danda. C. de erogat. milit. an. lib. xij. Itaq; qui hoc non uident, sine causa emendant illud Ciceronis in Verrem, Qui ita dicunt, Ne tollam potius quàm paciscar, & pro Ne, Non substituunt. Bris.

NE cui officium publicum uel damno uel compendio sit. Aphricanus, leg. uidelicet. Ex quib. caus. maior. Spiegelius.

NE dú, pro tamé, exponi in §. Sed nedú. Instit. de Vi bon. rapt. ridiculú est: sunt enim (quod nec pueri ignorát) duæ eo loci particulæ. Porro Nedú, cóiuncta particula, duobus tátùm modis usurpatur: altero, cum utramq; sententiam eodem claudimus uerbo: altero, cum suum utriq; sententiæ uerbum accómodamus. Vide Vallam lib. ij. Sp.

NAE diphthongatum, affirmantis aduerbiú est, certè & ualde significans. Sp.

NE facias furem, uel fugitiuum seruum meum, hoc est, exponente Vlpiano, ne sollicites, ut fur fiat, uel fugitiuus fiat: ne ita negligas seruum, ut fur efficiatur. l. non impossibile. ff. de Pact. Sp.

NE iudicatú sit, pro, Ne ualeat sententia. Vlpian. de ferijs: Si feritatis diebus fuerit iudicatú, lege cautú est, ne his dieb. iudicatú sit, id est, ne ualeat. Bud.

NE luminibus officiatur, hoc maximè adeptú uidebitur, ne ius sit uicino, inuitis nobis altius ædificare, atq; ita minuere lumina nostrorum ędificiorum, teste Paulo. l. iij. ff. de Seruit. urb. præd. Sp.

NE nó. Sub hac particula assertioné esse doctiss. Zasius exéplis è Iurisconss. petitis planú facit, in scholijs ad §. Cato. l. eadé dicemus. ff. de Verb. oblig. Sp.

NE, & Quidem. Est traditum, inter hęc uerba, Ne & Quidé, semper interuenire aliquid necessarió debere: quú tamé reperiatur & apud Ciceroné, & Liuium, inter Ne & Quidem nihil medium esse.

NEC, particula, ex ui sua uerbi repetitioné inducit: ut, Nec me amas, nec Titium. subauditur enim, amas. Vide Alciatum in l. duobus negatiuis uerbis. de Verb. sign. quá enarrádo pulchrè declarat, id perpetuum non esse. Duæ negationes affirmatiuam inducunt: quin & tres negationes non plus efficere, quàm duas. ut cum lex dicit, in fugitiuo locum non habere, nec usucapionem, nec præscriptionem. leg. j. C. de Seru. fug. Spieg.

NEC abscisse. Vide suprà, Abscisse.

NEC eius rei dominus effectus est, cú lex dicit, aliqué non esse dominum, uel accepisse, à non domino. Item non esse factú dominum, & cętera id genus uerba accipienda sunt, quatenus ad ipsam legem loquenté attinet, de casibus, qui sic euenire solent frequéter: & cú eueniút, apud naturá sunt certi: nó aút referenda sunt ad opinionem actoris, qui ignorare potest, utrú tradens fuerit dominus, an non fuerit. Vide Oldend. Action. iij. Class. iij. Sp.

NEC mirú, in l. Labeo. ff. de Supell. l. pro, nó nouo. ut apud Cicer. uel citra rationé: quemadmodum Mirum in modum, quod infra rationem est. Sp.

NEC, Neq;, disiunctiuas esse in Grámatica, quá scripsit, diuus Augustinus, putauit. Quod nostri nó admitterét, teste Alciato. Cóiunctim enim negát, &

ideo quãuis alterũ nõ fiat, cõmittitur stipulatio. l. si is qui ducenta. §. cũ ita. ff. de Rebus dub. Spieg.

NEC non, affirmat, ut etiam Grãmatici fatentur. Quanquam non perpetuũ est in iure nostro, duas negationes inducere affirmatiuam: ut in particula Nec, latius indicauimus. Sp.

NEC pro Nõ in xij. sæpe positũ Festus scribit, & ex earum capitibus, quę hodieq; extãt liquidò appa ret. Sic in l. 3. §. si duo impuberes. ff. de Carb. ed. l. 1. §. si ad fiscum. ff. ut legati nom. cau. & aliàs sæpe. Bris. Idem refert Connanus lib. 4. cap. 3. nu. 3.

NEC rarò, pro Et rarò, positũ uidetur à Celso geminata negatione ex Græcorũ cõsuetudine, ꝑ simplici. Si tibi nupsero, inquit, decẽ dari spõdes? caussa cognita denegandã actionẽ puto. nec rarò probabilis caussa huiusmodi stipulationis est, l. 87. §. 2. ff. de uerb. oblig. ubi optimus Accursius insolentia locutionis offensus, Nec rarò, inquit, id est nũquã sed & NEC RARA legi quibusdam in libris testatur: quod absurdius multo est. Hot.

NECARE uidetur nõ tantũ is qui partũ præfocat, sed & is qui abijcit, & q alimoniã denegat, & is q publicis locis misericordiæ causa exponit, quã ipse non habet. autor Paulus ff. de Lib. agnosc. Sp.

In NECEM Iurecõsultis significat, in perniciẽ, fraudẽ, & damnũ. l. 1. § si fideiusserit. ff. si qd in fraud. pat. l. 10. §. uersum. ff. de in rẽ uers. l. 13. ff. de minor. l. 21. ff. de pec. l. 4. ff. si qs om. caus. test. l. 5. §. dolũ. ff. ut in poss. leg. l. 1. ff. de litigios. l. 14. ff. de appellatio. l. 3. §. item si quis. ff. de crim. stellio. Bris.

NECESSARIA artificia. in l. si seruos pignoratos. in princ. ff de Pignor. act.

NECESSARIÆ impẽsę. Vide, Impẽsę necessarię.

NECESSARIAE personę, uel sanguine, uel affinitate nobis coniunctæ. Earũ fit mentio in l. quamuis. ij. C. de Adult. & in Gloss. l. Imperator Antoninus. ff. de Pactis. Specialiter autem necessariæ personæ quæ sint, indicant Paulus & Callistratus l. j. & l. seq. ff. In ius uocat. ut eant. Sp.

NECESSARIAM peregrinationem allegare. l. aut si ualetudinem. ff. de Procur. Sp.

NECESSARII sunt, ut Gallus Ælius ait, q aut cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia cõferũtur, prẹter ceteros. Hęc Festus. ut suspicari aliqs possit, Necessarios hæredes dici liberos, in quos necessariò ex officio hęreditas cõfertur. uide Hęres suus & necessarius. Hot. Itẽ Ræuardus l. Hæredẽ eiusdem potestatis. ff. de regul. iur.

NECESSARIVS hęres. Quanuis lex Ælia Sẽtia (de qua suprà suo loco diximus) seruorum eorũ libertatem impediat, qui à dominis in fraudem creditorum manumittuntur Licet tamen domino, qui soluẽdo nõ est (is autem soluẽdo nõ est, qui plus debet, quàm in bonis habet) ita Theophil. in §. j. quib. ex cau. manumit. non licet. Institut. lib. 1. in testamento seruum suum cũ libertate hęredẽ instituere, ut liber fiat, heresque ei solus, & necessarius. Idq; ea lege Ælia Sentia prouisum est, & rectè. Valde enim prospiciendum erat, ut egentes homines, quibus alius hæres extiturus nõ esset, uel seruum suum necessarium hæredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus, aut hoc eo nõ faciẽte, creditores res hęreditarias serui nomine uẽdant, ne iniuria defunctus afficiatur. d. §. j. Inst. 1. Necessarius ergò hęres est, seruus à domino, qui soluendo non est, cũ libertate institutus. qui solus & necessarius hæres dicitur. Sol9, quoniã unũ & eum solũ, ei qui soluendo non est, hęredẽ licet instituere. nã usq; ad unũ lex suũ constitutionẽ uitiat, atq; corrũpit. ita Theophil. in d. §. j. qd que ita demũ seruus necessarius hæres existat, si modò ei nemo alius ex testamento hæres extiterit, aut quia nemo hæres scriptus sit, aut quia is, qui script9 est, qualibet ex causa ei hæres nõ extiterit d. §. j. Necessarius uerò hęres ideo appellatur, quia, siue uelit, siue nolit, omnino post mortem testatoris, protinus liber, & necessarius hæres fit. Vnde qui facultates suas suspectas habẽt, solẽt seruũ suũ primo, aut secũdo, aut etiã ulteriore gradu hæredẽ instituere: ut si creditoribus satis nõ fiat, potiùs eius hæredis bona, quã ipsius testatoris, à creditoribus possideãtur, uel distrahãtur, uel inter eos diuidãtur. Pro hoc tamen incõmodo illud ei cõmodũ præstatur præter libertatẽ, quã necessariò cũ institutione cõsequitur, ut ea, quæ post mortẽ patroni sui sibi acquisierit, ipsi reser uẽtur. Et quanuis bona defuncti nõ sufficiãt creditoribus, iterũ tamẽ ex ea causa res eius, quas sibi acquisierit, non ueniunt. §. j. de hęred. qualitate & differẽt. Institu. lib. 2. Anchora.

NECESSARIORVM aũt hęredũ alij necessarij tantũ sunt, alij sui & necessarij, ut & Iustinian. in tit. de hæred. qualit. tradit. Necessarij tantũ hęredes, quemadmodum Gaius lib j. Institut. tit. iij. exponit, sunt serui, qui cũ libertate hæredes instituũtur, quia uelint nolint necesse est eis hæredes esse. l. 12 ff. de testamẽt. l. 8. §. sed quod Papinian. ff. de minorib. & tit. de hæred. instit. satis multis legibus. Sui & necessarij sunt liberi qui in potestate moriẽtis fuerũt. l. 10. §. 1. ff. de uulg. Quorũ utrumq; Vlpian. expressit in Institut. titul xxij. Necessariæ personæ uti sunt accipiẽdæ in l. 1. ff in ius uoc. ut eãt. colligitur ex l. 2. eod. tit. l. 2. §. prætor ait. ff. qui satisd. cog. l. 2. §. ult. ff. quando appelland. sit. l. 21. ff. sol. matr. Bris.

NECESSE dicitur, quòd ui aliqua cogẽte fieri opus est. Necessitas, ipsa uis, quæ nos cogit ut aliqd faciamus. Poetæ Necessitatem deam faciũt, Philosophi Fatũ appellant. Adi Chiliad. Eras. Porrò necessitas, hoc est, uis ipsa, quæ nos cogit ut aliquid faciamus, ut uulgò dicitur, nõ habet legẽ. iuxta Glos. in l. j. de Off Cons. l. ij. §. in de. iuncta Glos in uerb. cõmunia. ad Leg Rhod de Iact. Nec. Rom. Pont. uult ligari necessitatem & pietatem. c. ij. & ult. de Fer. Qua in re Iudæi, cum planè cæci essent, à Christo apud Lucã reprehendũtur. Vide Bart. in l. j. C. de Oper. seru. & Bal. de ineuitabili necessitate, uide in c. suscitat9. de Rescri. Est autẽ duplex necessitas: quædam dicitur absoluta, quam primogeniam Zasius uocat. De hac intelligi debet l. sicut. C. de Action. qua nemo adstringitur ad mutuandũ. Alia respectiua, uel cõsecutiua uocatur, qua pacta liberè inita complere adstringimur. Necessitas itẽ cõiũctionẽ sanguinis, uel amoris, hoc est, affinitatẽ, uel strictã amicitiã significat. Sic necessarij, pro consanguinei. Instit. tit. eod. Adde, si uis, & Festum, & Gellium, qui li. xij. deridet Grammaticos, qui necessitudinẽ & necessitatẽ inter se differre putant. Spieg.

NECESSE est ei rei cedere id, qđ sine illa esse nõ potest, autore Paulo. l. in rẽ actio. ff. de rei uind. Sp.

NECESSITAS, Necessitudo ius quoddam & uinculum cõiunctionis significat, uel sanguinis, uel adfinitatis, uel etiã amicitiæ. Vnde necessarię personæ dicũtur, hoc est, consanguinei. Papirius Iustus in l. Imperator Antoninus. ff. de pact. Inst de hæred. diffe. §. Sui. Olden.

NECESSITAS contradictionẽ non habet nec admittit. Solet. n. mũlta nos uel inuitos docere necessitas, sicut & exitus stultorum magister.

NE-

NECESSITAS iudicandi apud Iurisconf. in l. ult. ff. de munerib. §. iudicandi quoq; necessitas, ex quo sanè non rectè percepto commentatores parum firmum, uel potius falsum ducunt argumentū in tabularios atq; syngrapharios, ut id quod suæ functionis est, conficere ipsi cogātur, cū meliore interprete Budæo reuera Arcadius Iuriscos. hoc significare uoluerit, hominē politicū, ac ciuili more uiuentē, ut cætera munera ciuilia, ita iudicandi quoq; munus agnoscere, obireq; debere, ad idq; cogi posse. Sp.

NECESSITAS legem sæpè obtrudit inuitis: quemadmodū olim curā Reipublicæ magna hominū turba, ut euitaretur confusio, ad Senatum deduxit. l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de orig. iu. l. illicitas. §. ult. ff. de offi. præs. Oldend.

NECESSITAS non habet ferias: ut sunt exempla in l. solet etiam. ff. de feri. Eodem modo dicitur: necessitas non habet legem.

NECESSITAS stillicidiorum excipiēdorum. Vide Vlpian. in l. si arborem. §. hæc lex. ff. de seruit. urb. præd. Spieg.

NECESSITVDINEM ab eruditis, pro eo qđ necessum est, usurpari, Catanæus exēplis monstrat. Arrianus pariter ꝑ necessitate usurpat, in l. nō oēs. de re milit. Vlp. tñ pro affinitate ponit, in l. hæc aút. §. 1. quib. ex cauſ. in poss. eat. quemadmodū ab alijs quoq; Iuriscofs. & in constitut. usurpatur. Sp.

NECESSITVDINEM personarū scire. l. 2. ff. in ius uocat. ut eant. Cæterū in l. ult. ff. de iustit. & iure per necessitudinē ius intelligitur cognationis & affinitatis. Est etiā ut ait Fronto, necessitudo uel sanguinis, uel meritorū cū præceptoribus, cum amicis. unde Paulus in l. nō est singulis. §. infinita. ff. de reg. iuris non immerito infinitā necessitudinis æstimationē dixit, cum Festus scripserit, in necessarios, qui aut cognati aut affines sint, necessaria officia cōferri præter cæteros. Ræuardus d. l. nō est singulis. Eius porrò dictionis uim explicat Gellius lib. 13. capit. 3. Corrasius lib. 4. Miscell. cap. 10. nu. 5. & 6.

NECROMANTICI sunt, quorū præcantationibus uidentur resuscitari mortui, diuinitate, & ad interrogata respōdere. νεκρὸς enim grēcè, Latinè mortuus: μαντεία diuinatio nūcupatur. c. nec mirum. 26. q. 5. Io. Bello. Etymol.

ΝΕΚΡΟΘΑΠΤΗΣ ὁ τοὺς νεκροὺς θάπτων, id est qui mortuos sepelit. Vlpianus Libitinarium Latinè dici testatur: Si Libitinarius, inquit, quos Græcè νεκροθάπτας uocant, seruum pollinctorem habuerit, & c. l. 5. §. 1. ff. de inst. act. Hotom.

NECTERE artibus moras, eleganter Imperatores dixerunt in l. unica. C. de suffragio. pro solutionem differre dolis. Spieg.

NEFARIVM crimen, ut nefarium scelus apud Cic. l. sancimus. C. de pœnis. l. 2. C. si nupt. ex rescr. pet. Maior autem est uis nefarij, quam illiciti. Sic nefariā cōiunctionē. l. 1. §. 1. ff. de cōcubinis. Nuptias itē nefarias, plus quam illicitas intelligimus Sp.

NEFARII, scelerati, sacrilegi. Vide Nonium & Varronem.

NEFAS impium quoddā & execrabile denotat, de quo ne fari quidē liceat, quod cum maius sit (potius enim inciuile est) temperamentum theoricum ei subijcit. Drosæus in methodo iuris.

NEFASTI dies. Lege, Fasti dies.

NEFASTI dies uocātur Varroni per quos dies nefas fari prætorem Do, dico, addico, Ouid.

Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur.

NEGANTIS nulla est probatio. l. adseueratio. Et l. actor. C. de probat. per rerum enim naturam fieri non potest, ut non entiū ullę sint qualitates. Quoties uerò uel tempore uel loco coarctatur negatiua, probationē recipit. l. Pantomimus. §. Perduellionis. ff. de acquir. hæred. l. 2. C. de error. aduo. Oldend.

NEGARE, nihil aliud est, quàm dicere non aliquid esse. Et propriè est credita, uel data negātium. Indicauimus, interpretātes hymnū Prudētij ad omnes horas. Sic iudicatū negare, pro eo, quod falsum iudicatū dicere, accipiēdum est. Vlp. Nihil interest, ait, neget quis, an taceat interrogatus, an obscurè respōdeat, ut incertum dimittat interrogatorem. l. de ætate. §. quod autem. ff. de inter. act. Sp.

NON nego, medium quiddam est inter negantem, & uerè affirmantem. C. is qui tacet. de regul. iuris. l. si putas. C. de petit. hæredit.

NEGATIO pura, uel simplex appellatur, qua neq; expressè, neq; tacitè quicquā asseritur, sed intētio tantū actoris in iudicio fit dubia. l. ult. C. quib. ad libert. procl. non lic. cum multis similib. ll. quas non frustra congerit Olden. in 10. Reg. in de probat. dict. & fact. Zas. cap. ult. lib. 2. Intellect. singul. quod hactenus traditum est, negationem nō esse exceptionem, adstruit contra Rhetorica pręcepta, cōtra ius, & cōtra rationē dici, & simul deprehendi, quantas nugas Innoc. Spec. Ab. & Canonistæ ea in re sparserint, & quam omnino sibi non constiterint Bart. & legistæ: cum tñ nos ex Rhetoricis doctrinis, ex quibus iura nostra ciuilia, magna ex parte, ut uerissimè dixit, radicantur. Porrò Alciatus ostendit cap. xvij. Parerg. lib. v. non esse ueram Dialecticorum differentiam: an negatio uerbum præcedat, an subsequatur. Vide Laurent. Vall. lib. Dialect. j. cap. xxvj. Sp.

NEGATIO negationi postposita non semper affirmat, sed & negat magis, cum altera pro uniuersali ponitur, & particulares sequantur. Vna sola negatio postposita negationi non affirmat, sed negat: ita tamen, ut sequens iūgatur cum particula quidē. interdum tamen sine hac particula duæ negationes negant, cum una particularis omittitur. Si duobus uerbis aut positis, aut intellectis, addantur duæ negatiuæ, non dubium est quin negent. Hermogenes Rhetoric. ult. Negatione, inquit, quandoq; eodē sensu utimur: quo si affirmatiuè locuti essemus, quandoq; minus significamus, aliquando etiam amplius eodem sensu. Sp.

NEGATIVA regulariter dicitur improbabilis. l. actor. C. de probationib. Est autē multiplex, facti, iuris, qualitatis. De quib. copiosius Speculator scribit tit. de probat. §. 1 uerb. Negatiua. Sp.

NEGATIVA facti est, ut si dicat aliquis se non fuisse citatum, ut ei qui negat factum non incumbit onus probādi. l. 2 ff. de probat. l. actor. C. eo. tit. si negatiua non habeat adiunctā determinationē loci & tēporis. Ergo coarcta loco & tēpore potest probari. Negatiua iuris est, ut si quis aduersariū suū dicat ab aliquo iure prohibitū esse specialiter lege, uel constitutione, uel si quis negat emancipationem rectè factam, & debet probari ab eo qui eam negat l. ab ea parte. ff. de probat. Negatiua qualitatis dicitur illa, ubi qualitas negatur, ut cum dicitur, iste non est idoneus, nō est dignus, non est soluendo. Et hęc debet probari ab eo, qui eam proponit. gl. in d. l. 2. ff. eod. tit. Io. Bello. Etymol.

NEGATIVA uniuersalis omnia post se destruit, hoc est, & actū & potentiā, ut dicunt Logici. Quod uerū est in iure nostro, si omnia principalia secundū materiā subiectā destrui intelligimus. Quippe quæ per

ideo quáuis alterũ nõ fiat, cõmittitur stipulatio. l. si is qui ducenta. §. cũ ita. ff. de Rebus dub. Spieg.

NEC non, affirmat, ut etiam Grámatici fatentur. Quanquam non perpetuũ est in iure nostro, duas negationes inducere affirmatiuam: ut in particula Nec, latius indicauimus. Sp.

NEC pro Nõ in xij. sæpe positũ Festus scribit, & ex earum capitibus, quę hodieq; extãt liquidò appa ret. Sic in l. 3. §. si duo impuberes. ff. de Carb. ed. l. 1. §. si ad fiscum. ff. ut legati nom. cau. & aliàs sæpe. Bris. Idem refert Connanus lib. 4. cap. 3. nu. 3.

NEC raro, pro Et rarò, positũ uidetur à Celso geminata negatione ex Græcorũ cõsuetudine, ꝓ simplici. Si tibi nupsero, inquit, decẽ dari spõdes? caussa cognita denegandã actionẽ puto. nec rarò probabilis caussa huiusmodi stipulationis est, l. 87. §. 2. ff. de uerb. oblig. ubi optimus Accursius insolentia locutionis offensus, Nec rarò, inquit, id est nũquã sed & NEC RARA legi quibusdam in libris testatur: quod absurdius multo est. Hot.

NECARE uidetur nõ tantũ is qui partũ præfocat, sed & is qui abijcit, & q alimoniã denegat, & is q publicis locis misericordiæ causa exponit, quã ipse non habet. autor Paulus ff. de Lib. agnosc. Sp.

In NECEM Iurecõsultis significat, in perniciẽ, fraudẽ, & damnũ. l. 1. § si fideiusserit. ff. si q d in fraud. pat. l. 10. §. uersum. ff. de in rẽ uers. l. 13. ff. de minor. l. 21. ff. de pec. l. 4. ff. si qs om. caus. test. l. 5. §. dolũ. ff. ut in poss. leg. l. 1. ff. de litigios. l. 14. ff. de appellatio. l. 3. §. item si quis. ff. de crim. stellio. Bris.

NECESSARIA artificia. in l. si seruos pignoratos in princ. ff. de Pignor. act.

NECESSARIÆ impẽsę. Vide, Impẽsę necessarię.

NECESSARIAE personę, uel sanguine, uel affinitate nobis coniunctæ. Earũ fit mentio in l. qamuis. ij. C. de Adult. & in Gloss. l. Imperator Antoninus. ff. de Pactis. Specialiter autem necessariæ personæ quæ sint, indicant Paulus & Calistratus l. j. & l. seq. ff. In ius uocat. ut eant. Sp.

NECESSARIAM peregrinationem allegare. l. aut si ualetudinem. ff. de Procur. Sp.

NECESSARII sunt, ut Gallus Ælius ait, q aut cognati, aut affines sunt, in quos necessaria officia cõferũtur, pręter ceteros. Hęc Festus. ut suspicari aliqs possit, Necessarios hæredes dici liberos, in quos necessariò ex officio hęreditas cõfertur. uide Hęres suus & necessarius. Hot. Itẽ Ræuardus l. Hæredẽ eiusdem potestatis. ff. de regul. iur.

NECESSARIVS hęres. Quanuis lex Ælia Sẽtia (de qua suprà suo loco diximus) seruorum eorũ libertatem impediat, qui à dominis in fraudem creditorum manumittuntur. Licet tamen domino, qui soluẽdo nõ est (is autem soluẽdo nõ est, qui plus debet, quàm in bonis habet) ita Theophil. in §. j. quib. ex cau. manumit. non licet. Institut. lib. 1. in testamento seruum suum cũ libertate hęredẽ instituere, ut liber fiat, hęresque ei solus, & necessarius. Idq; ea lege Ælia Sentia prouisum est, & rectè. Valde enim prospiciendum erat, ut egentes homines, quibus alius hæres exstiturus nõ esset, uel seruum suum necessarium hæredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus. aut hoc eo nõ faciẽte, creditores res hęreditarias serui nomine uẽdant, ne iniuria defunctus afficiatur. d. §. j. Inst. 1. Necessarius ergò hęres est, seruus à domino, qui soluendo non est, cũ libertate institutus. qui solus & necessarius hæres dicitur. Solus, quoniã unũ & eum solũ, ei qui soluendo non est, hęredẽ licet instituere. nã usq; ad unũ lex suã constitutionẽ uitiat, atq; corrũpit. ita Theophil. In d. §. j. quòd quẽ ita demũ seruus necessarius hæres existat, si modò ei nemo alius ex testamento hæres extiterit, aut quia nemo hæres scriptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa ei hæres nõ extiterit d. §. j. Necessarius uerò hęres ideo appellatur, quia, siue uelit, siue nolit, omnino post mortem testatoris, protinus liber, & necessarius hæres fit. Vnde qui facultates suas suspectas habẽt, solẽt seruũ suũ primo, aut secũdo, aut etiã ulteriore gradu hæredẽ instituere: ut si creditoribus satis nõ fiat, potiùs eius hæredis bona, quã ipsius testatoris, à creditoribus possideãtur, uel distrahãtur, uel inter eos diuidãtur. Pro hoc tamen incõmodo illud ei cõmodũ præstatur præter libertatẽ, quã necessariò cũ institutione cõsequitur, ut ea, quæ post mortẽ patroni sui sibi acquisierit, ipsi reseruẽtur. Et quanuis bona defuncti nõ sufficiãt creditoribus, iterũ tamẽ ex ea causa res eius, quas sibi acquisierit, non ueniunt. §. j. de hęred. qualitate & differẽt. Institu. lib. 2. Anchora.

NECESSARIORVM aũt hęredũ alij necessarij tantũ sunt, alij sui & necessarij, ut & Iustinian. in tit. de hæred. qualit. tradit. Necessarij tantũ hęredes, quemadmodum Gaius lib j. Institut. tit. iij. exponit, sunt serui, qui cũ libertate hæredes instituũtur, quia uelint nolint necesse est eis hæredes esse. l. 12 ff. de testamẽt. l. 8. §. sed quod Papinian. ff. de minorib. & tit. de hæred. instit. satis multis legibus. Sui & necessarij sunt liberi qui in potestate moriẽtis fuerũt. l. 1. §. 1. ff. de uulg. Quorũ utrumq; Vlpian. expressit in Institut. titul xxij. Necessariæ personæ uti sunt accipiẽdæ in l. 1. ff in ius uoc. ut eãt. colligitur ex l 2. eod. tit. l. 2. §. prætor ait. ff. qui satisd. cog. l. 2. §. ult. ff. quando appelland. sit. l. 21. ff. sol. matr. Bris.

NECESSE dicitur, quòd ui aliqua cogẽte fieri opus est. Necessitas, ipsa uis, quæ nos cogit ut aliqd faciamus. Poetæ Necessitatem deam faciũt, Philosophi Fatũ appellant. Adi Chiliad. Eras. Porrò necessitas, hoc est, uis ipsa, quæ nos cogit ut aliquid faciamus, ut uulgò dicitur, nõ habet legẽ. iuxta Glos. in l. j. de Off Cons. l. ij. §. in de. iuncta Glos in uerb. cõmunia. ad Leg Rhod de lact. Nec. Rom. Pont. uult ligari necessitatem & pietatem. c. ij. & ult. de Fer. Qua in re Iudæi, cum planè cæci essent, à Christo apud Lucã reprehendũtur. Vide Bart. in l. j. C. de Oper. seru. & Bal. de ineuitabili necessitate, uide in c. suscitatus. de Rescri. Est autẽ duplex necessitas: quædam dicitur absoluta, quam primogeniam Zasius uocat. De hac intelligi debet l. sicut. C. de Action. qua nemo adstringitur ad mutuandũ. Alia respectiua, uel cõsecutiua uocatur, qua pacta liberè inita complere adstringimur. Necessitas itẽ cõiũctionẽ sanguinis, uel amoris, hoc est affinitatẽ, uel strictã amicitiã significat. Sic necessarij, pro consanguinei. Instit. tit. eod. Adde, si uis, & Festum, & Gellium, qui li. xij. deridet Grammaticos, qui necessitudinẽ & necessitatẽ inter se differre putant. Spieg.

NECESSE est ei rei cedere id, qđ sine illa esse nõ potest, autore Paulo. l. in rẽ actio. ff. de rei uind. Sp.

NECESSITAS, Necessitudo ius quoddam & uinculum cõiunctionis significat, uel sanguinis, uel adfinitatis, uel etiã amicitiæ. Vnde necessarię personæ dicũtur, hoc est, consanguinei. Papirius Iustus in l. Imperator Antoninus. ff. de pact. Inst de hæred. diffe. §. Sui. Olden.

NECESSITAS contradictionẽ non habet nec admittit. Solet. n. mũlta nos uel inuitos docere necessitas, sicut & exitus stultorum magister.

NE-

NECESSITAS iudicandi apud Iurisconſ. in l. ult. ff. de munerib. §. iudicandi quoq; neceſsitas, ex quo ſanè non rectè percepto commentatores parum firmum, uel potius falſum ducunt argumentũ in tabularios atq; ſyngrapharios, ut id quod ſuæ functionis eſt, conficere ipſi cogâtur, cũ meliore interprete Budæo reuera Arcadius Iuriſcoſ. hoc ſignificare uoluerit, hominẽ politicũ, ac ciuili more uiuentẽ, ut cætera munera ciuilia, ita iudicandi quoq; munus agnoſcere, obireq; debere, ad idq; cogi poſſe. Sp.

NECESSITAS legem ſæpè obtrudit inuitis: quemadmodũ olim curā Reipublicæ magna hominũ turba, ut euitaretur confuſio, ad Senatum deduxit. l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de orig. iu. l. illicitas. §. ult. ff. de offi. præſ. Oldend.

NECESSITAS non habet ferias: ut ſunt exempla in l. ſolet etiam. ff. de feri. Eodem modo dicitur: neceſsitas non habet legem.

NECESSITAS ſtillicidiorum excipiẽdorum. Vide Vlpian. in l. ſi arborem. §. hæc lex. ff. de ſeruit. urb. præd. Spieg.

NECESSITVDINEM ab eruditis, pro eo qđ neceſſum eſt, uſurpari, Catanæus exẽplis monſtrat. Arrianus pariter ꝓ neceſsitate uſurpat, in l. nõ oẽs. de re milit. Vlp. tñ pro affinitate ponit, in l. hæc aũt. §. 1. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. quemadmodũ ab alijs quoq; Iuriſcoſ. & in conſtitut. uſurpatur. Sp.

NECESSITVDINEM perſonarũ ſcire. l. 2. ff. in ius uocat. ut eant. Cæterũ in l. ult. ff. de iuſtit. & iure per neceſsitudinẽ ius intelligitur cognationis & affinitatis. Eſt etiã ut ait Fronto, neceſsitudo uel ſanguinis, uel meritorũ cũ præceptoribus, cum amicis. unde Paulus in l. nõ eſt ſingulis. §. infinita. ff. de reg. iuris non immerito infinitã neceſsitudinis æſtimationẽ dixit, cum Feſtus ſcripſerit, in neceſſarios, qui aut cognati aut affines ſint, neceſſaria officia cõferri præter cæteros. Ræuardus d. l. nõ eſt ſingulis. Eius porrò dictionis uim explicat Gellius lib. 13. capit. 3. Corraſius lib. 4. Miſcell. cap. 10. nu. 5. & 6.

NECROMANTICI ſunt, quorũ præcantationibus uidentur reſuſcitari mortui, diuinitate, & ad interrogata reſpõdere. νεκρὸς enim grecè, Latinè mortuus: μαντεία diuinatio nũcupatur. c. nec mirum. 36. q. 5. Io. Bello. Etymol.

ΝΕΚΡΟΘΑΠΤΗΣ ὁ τὸν νεκρὸν θάπτων, id eſt qui mortuos ſepelit. Vlpianus Libitinarium Latinè dici teſtatur: Si Libitinarius, inquit, quos Græcè νεκροθάπτας uocant, ſeruum pollinctorem habuerit, &c. l. 5. §. 1. ff. de inſt. act. Hotom.

NECTERE artibus moras, eleganter Imperatores dixerunt in l. unica. C. de ſuffragio. pro ſolutionem differre dolis. Spieg.

NEFARIVM crimen, ut nefarium ſcelus apud Cic. l. ſancimus. C. de pœnis. l. 2. C. ſi nupt. ex reſcr. pet. Maior autem eſt uis nefarij, quam illiciti. Sic nefariã cõiunctionẽ. l. 1. §. 1. ff. de cõcubinis. Nuptias itẽ nefarias, plus quam illicitas intelligimus Sp.

NEFARII, ſcelerati, ſacrilegi. Vide Nonium & Varronem.

NEFAS impium quoddã & execrabile denotat, de quo ne fari quidẽ liceat, quod cum maius ſit (potius enim inciuile eſt) temperamentum theoricum ei ſubijcit. Droſæus in methodo iuris.

NEFASTI dies. Lege, Faſti dies.

NEFASTI dies uocãtur Varroni per quos dies nefas fari prætorem Do, dico, addico, Ouid.

Ille nefaſtus erit, per quem tria uerba ſilentur.

NEGANTIS nulla eſt probatio. l. adſeueratio. Et l. actor. C. de probat. per rerum enim naturam fieri non poteſt, ut non entiũ ullę ſint qualitates. Quoties uerò uel tempore uel loco coarctatur negatiua, probationẽ recipit. l. Pantomimus. §. Perduellionis. ff. de acquir. hæred. l. 2. C. de error. aduo. Oldend.

NEGARE, nihil aliud eſt, quàm dicere non aliquid eſſe. Et propriè eſt credita, uel data negãtium. Indicauimus, interpretãtes hymnũ Prudẽtij ad omnes horas. Sic iudicatũ negare, pro eo, quod falſum iudicatũ dicere, accipiẽdum eſt. Vlp. Nihil intereſt, ait, neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpõdeat, ut incertum dimittat interrogatorem. l. de ætate. §. quod autem. ff. de inter. act. Sp.

NON nego, medium quiddam eſt inter negantem, & uerè affirmantem. C. is qui tacet. de regul. iuris. l. ſi putas. C. de petit. hæredit.

NEGATIO pura, uel ſimplex appellatur, qua neq; expreſsè, neq; tacitè quicquã aſſeritur, ſed intẽtio tantũ actoris in iudicio ſit dubia. l. ult. C. quib. ad libert. procl. non lic. cum multis ſimilib. ll. quas non fruſtra congerit Olden. in 10. Reg. in de probat. dict. & fact. Zaſ. cap. ult. lib. 2. Intellect. ſingul. quod hactenus traditum eſt, negationem nõ eſſe exceptionem, adſtruit contra Rhetorica pręcepta, cõtra ius, & cõtra rationẽ dici, & ſimul deprehendi, quantas nugas Innoc. Spec. Ab. & Canoniſtæ ea in re ſparſerint, & quam omnino ſibi non conſtiterint Bart. & legiſtæ: cum tñ nos ex Rhetoricis doctrinis, ex quibus iura noſtra ciuilia, magna ex parte, ut uerisſime dixit, radicantur. Porrò Alciatus oſtendit cap. xvij. Parerg. lib. v. non eſſe ueram Dialecticorum differentiam: an negatio uerbum præcedat, an ſubſequatur. Vide Laurent. Vall. lib. Dialect. j. cap. xxvj. Sp.

NEGATIO negationi poſtpoſita non ſemper affirmat, ſed & negat magis, cum altera pro uniuerſali ponitur, & particulares ſequantur. Vna ſola negatio poſtpoſita negationi non affirmat, ſed negat: ita tamen, ut ſequens iũgatur cum particula quidẽ. interdum tamen ſine hac particula duæ negationes negant, cum una particularis omittitur. Si duobus uerbis aut poſitis, aut intellectis, addantur duæ negatiuæ, non dubium eſt quin negent. Hermogenes Rhetoric. ult. Negatione, inquit, quandoq; eodẽ ſenſu utimur: quo ſi affirmatiuè locuti eſſemus, quandoq; minus ſignificamus, aliquando etiam amplius eodem ſenſu. Sp.

NEGATIVA regulariter dicitur improbabilis. l. actor. C. de probationib. Eſt autẽ multiplex, facti, iuris, qualitatis. De quib. copioſius Speculator ſcribit tit. de probat. §. 1 uerb. Negatiua. Sp.

NEGATIVA facti eſt, ut ſi dicat aliquis ſe non fuiſſe citatum, ut ei qui negat factum non incumbit onus probãdi. l. 2 ff. de probat. l. actor. C. eo. tit. ſi negatiua non habeat adiunctã determinationẽ loci & tẽporis. Ergo coarcta loco & tẽpore poteſt probari. Negatiua iuris eſt, ut ſi quis aduerſariũ ſuũ dicat ab aliquo iure prohibitũ eſſe ſpecialiter lege, uel conſtitutione, uel ſi quis negat emancipationem rectè factam, & debet probari ab eo qui eam negat. l. ab ea parte. ff. de probat. Negatiua qualitatis dicitur illa, ubi qualitas negatur, ut cum dicitur, iſte non eſt idoneus, nõ eſt dignus, non eſt ſoluendo. Et hęc debet probari ab eo, qui eam proponit. gl. in d. l. 2. ff. eod. tit. Io. Bello. Etymol.

NEGATIVA uniuerſalis omnia poſt ſe deſtruit, hoc eſt, & actũ & potentiã, ut dicunt Logici. Quod uerũ eſt in iure noſtro, ſi omnia principalia ſecundũ materiã ſubiectã deſtrui intelligimus. Quippe quæ

per accidés ueniunt,& supposititiè ista non destruū tur, ut docet Zas in Intell. quo loco tractat ꝓpositiones uniuersales, quomodo intelligantur. Sp.

NEGATORIA actio, quę & negatiua in l.5.ff.si usustruct.pet.§.æquè.Institut. de actionib.& cōtraria actio appellatur in l.8.ff.si seruit.uindic In rem actio est, qua libertatē prædiorum nostrorū defendimus, ac tuemur, negātes aliquā ab his seruitutē deberi.d.l.5.& l.6.§. ul.ff.si usustr. pet.l 2. & l.4.§.1.ff.si seruitus uindicet.d.§.ęquè.Instit.de actionib. Negatiuis aūt uerbis ferè semp cōcipitur, ut apparet ex l. 8.in prin. & §.Arist.l.9.& l.13.& l.14.ff.si seruitus uindic. quamquā & adfirmatiuè cōcipiatur nōnunq̃, ut est in specie l. 4.§.penult.ff.eod tit.Bris.

NEGLIGERE uidetur, qui sæpe conuentus sui pręsentiam non facit, per l. de uno quoque.§.qui apud.ff de Re iud.Spieg.

NEGLIGENS, qui in rebus suis diligentiòr nō est.§.fin.Instit.Pro soc. Negligentem, quasi nō eligētē. Isidorus interpretatur, autor nō omnino cōtemnendus quòd eum à Budæo Rhenanoq; tātis uiris citatum constat. Iurisperitis negligens etiam plerunque dicitur, eo ipso, quod quis non facit, quando agendum quid est certo tempore & loco: nisi de impedimento doceat. ut per Fel. traditur in uerb. Negligentia. de Rescript. Spiegel. Adde negligentiorē censeri qui non totum exequitur officium tametsi pro parte præstet.l. cū hi quibus §. si prætor aditus. ff.de transact. Oldendorp.

NEGLIGENTIA, magna culpa est: magna culpa, dolus est, ait Paulus l. 226. ff. de uerb. sign. uide Culpa.Hotoman.

NEGLIGENTIA nostra ad alienam iniuriam referri non debet. Scæuola in leg. tertia.ff. de Transaction.Spiegelius.

NEGLIGENTIA quāto tempore inducatur, docet Bart. in l. j. ff. de his quib. ut indig. & in l. cognitiones.ff.ad Syll.

NEGLIGENTIA nimia, pro lata culpa.l. militis.ff.de Custod.reor.Alb.Sp.

NEGLIGENTIA simplex est. quam culpā leuissimam uulgò uocāt. Vide Connan.li.7.c.3. nu.7. Negligētia magna, culpa est, quę modò leuis, modò magna pro subiecta materia accipienda est. Vide suprà, Culpa.Spiegelius.

NEGO narrata prout narrantur, animo litem cōtestandi, Cautela est calumniosorum aduocatorum prorsus impia, nata in iurisperditorum scholis, non sacrosan. iuris officina. Vide Oldend. in Action.j. Class.iij.Spiegelius.

NEGOCIA sunt plura quàm uocabula. l. nam natura.ff. de Neg.gest.Spieg.

NEGOCIA sic accipe, siue unū, siue plura. Vlp. de Neg.gest.l.iij.Spieg.

NEGOCIARI animas, uenustè Plinius de medicis dixit, pro eo quod est, lucrum facere in occidēdis animabus. Accedit, quod nostris frequens in ore est, impunè hominem occidere, licere medicis. Et Bannisianum uerbum, à Cęsare Naximiliano probatum. Super pāsam nostrā medici ludūt, tritum apud Italos uerbum.Spiegel.ex Old.

NEGOCIATIO, mercaturā significat, de qua uide Barto. in l.legatū.de Leg.iij.& in quib.cōsistat, eūdē in l.quicūq;.ff.de Instit. Specul.tit.de Cler.cōiug. Abb.c.j.& c. sacerdotibus.Ne cler.uel mon.

NEGOCIATOR, q in aliorū negocijs se exercet. Vnde Labeo: Negociatores serui uidentur, qui præpositi sunt negocij exercendi causa: ueluti qui ad emendum, aut locandum, aut conducendum præpositi sunt. Nostri mercatores, Factores uocant. Vide quæ notant in l.legatis.ff.de Leg.iij. Sp.

NEGOCIATOR uestiarius, Der mit Kleidern handler. Vestiarius, Ein Kleidermacher/gewandschneyder. Sceuola in l. libertus negotiatoris. ff. de oper.libert.

NEGOCIATORES, in Iustiniani constit. lib. xij.C. Negociator.ne militent, intelligendi sunt qui ergasterio pręsunt, quod Latini officinam, aut tabernam nominant. Igitur non tantùm negociatorū nomine mercatores sunt accipiendi, sed omnes opifices: qui et si ante Iustin. militare poterant, rarò tamen adsumpti sūt: nisi quod in Gallico tumultu scribit Liuius, opifices & sellularios minimè militiæ idoneum genus, rei necessitate excitos. Sic & seruos aliquando legere, liberorum penuria necesse fuit. Hodie uerò nec opifices arcētur à militia, nisi in delectu, in der Musterung, quasi nō idonei reiecti fuerint: quod militum uulgus Vßmustern uocat. Sed id ad alia usus quoq; in nostrate lingua trāstulit. Viglius rectè censere uidetur, opificibus militaria priuilegia tribuenda. quando ipsis nunc iterum militare consuetudine nostra concessum est. Sp.

NEGOCIATORES serui, qui negocij exercēdi caussa, ueluti ad emendum, locandum, conducendum præpositi essent.l. legatis, 65. ff. de lega. 3 & l.si hoc, 49 ff pro soc.

NEGOCIATORES non ijdem sunt, qui Mercatores: ut uulgò creditur Negociatores enim dicūtur ciues R. qui in prouincijs sedem ac domicilium fortunarum suarum habent: neq; Romam ferè nisi census tēpore, hoc est q̃nto quoq; anno ueniebant. At Mercatores sunt q cū Romæ domiciliū familiāq; suā habeant, interdum ad aliquot mēses in prouincias excurrūt merciū exportandarū aut importādarū caussa. Ex negociatorib. aūt in prouincijs cōuētꝰ cōstabant, hoc est, Proprætores ac Proconsules cū forum haberent, ac ius dicebant, in priuatis quidem caussis, Recuperatores ex eo numero dare solebāt: in capitalium uerò rerum quęstionibus, eos in consilium adhibebant. si cui patronus dandus esset, ex eodem numero togatum aliquem dabant. Hæc ex longa obseruatione Verrinæ quartæ: in qua rerum istarum usus perspicitur Nunc quærendum est Negociatorum nomine, an etiam Publicani & Argentarij, qui in prouincijs domicilium habebant, cōtineātur. Sed de publicanis facilis & expedita ratio est.nā & in epist 1.ad Q Fratrem apertissimè distinguitur, ubi sic scribit: Cōstat Asia ex eo genere ciuiū, q̃. aut qđ publicani sunt, nos summa necessitudine attingūt: aut quòd ita negociātur, ut locupletes sint, &c. Itē in Maniliana: Nā & publicani suas rationes & copias in illā ꝓuinciā cōtulerūt: deinde ceteris ex ordinib. homines naui & industrij partim in Asia negociantur, partim suas & suorum in ea prouincia pecunias magnas collocatas habēt. Deniq; tum ex illa orat. tum ex ea pro Fonteio planè constat, Negociatores dici Aratores, præsertim & pecuarios: Publicanos uerò eos fuisse, qui ab Aratorib. decimas, à pecuarijs scripturam, à mercatorib. aūt portoriū exigebant. Nunc de Argentarijs & Fœneratorib. uideamus. nam hic sanè locus, quem modò ex Maniliana protulimus, Argentarios à Negociatoribus distinguere uidetur. Sed hoc restricta & angusta ratione intelligēdū est. nā in ea pro Fonteio Fœneratores & Argētarij ꝑspicuè Negociorū nomine significātur, A quibus uersuras tantarū pecuniarū factas esse dicunt.

cunt? Referta Gallia negotiatorum est. plena ciuium R. nemo Gallorum sine ciue Ro. quicquã negocij gerit. numus in Gallia nullus sine ciuium R. tabulis commouetur. unæ tabulæ proferantur, in quibus uestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fonteio datam. unum ex toto negociatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum numero testem producant. Hot.

NEGOTIORVM gestorum actio. Cum quis negotia absentis gesserit, ultro citroq; inter eos nascuntur actiones, quæ appellantur negotiorum gestorum, sed domino quidem rei gestæ aduersus eũ, qui gessit, directa competit actio, negotiorum autẽ gestori contraria, quas ex nullo contractu propriè nasci manifestum est. quippe ita nascuntur istę actiones, si sine mandato quisq; alienis negotijs gerendis se obtulerit, ex qua causa ij, quorũ negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idq; utilitatis causa receptum est, ne absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregre profecti essent, desererentur negotia, quæ sanè nemo curaturus esset, si de eo, q̃d quis impendisset, nullam habiturus esset actionem. Sicut autem is, qui utiliter gessit negotia, dominũ habet obligatum negotiorum gestorum, ita & contrà iste quoq; tenetur, ut administrationis reddat rationem: nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualẽ suis rebus adhibere solet, si modò alius diligentior eo commodiùs administraturus esset negotia. §. igitur. de oblig. q̃ ex qua. contract. nascun. Inst. 3. Anch.

NEGOTIVM ad omnem causam pertinet. hoc est, ciuilem, criminalem, priuatam, & publicam. Idẽ in l. j. §. j. ff. de calum. Spieg.

NEGOTIVM enim (ut inquit Quintil.) est congregatio personarum, locorum, temporum, causarũ, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, sermonum, scriptorum & non scriptorum. Quæ Quintil. definitio ferè conuenit cũ Ciceronis uerbis. Causa (inquit in lib. Top.) certis personis, temporibus, actionibus, negotijs, cernitur, aut in omnibus aut in plerisq; eorum. Id autem discriminis inter causam & negotium credit esse Quintil. lib. 4. quod causam ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν intelligamus, id est, Thema seu propositum & circumstantias. Brechæus l. litis. in tit. de uerb. & rer. sign.

NEGOTIVM dictum est, id est, sine ocio. & multa significat, modo actum alicuius rei, cuius contrarium est ocium: modo actionem, quod est iurgium litis. Negotium autem in causis, negotiatio in commercijs dicitur: ubi aliquid datur, ut maiora lucrentur. c. forus uersic. negocium. ext. de uerb. sign. Ioan. Bello. Etymolog.

NEGOTIVM dicitur quicquid nos habet occupatos, propria tamen significatione mercaturis tantum accommodatur &c. uide latius Connanum lib. 7. cap. 2. num. j.

NEGOTIVM, aliàs accipitur pro cura seu occupatione. Aliàs pro lite, ut in l. error facti. C. de iur. & fact. ign. l. sententijs. C. de erro. aduoc. Aliàs pro contractu, aliàs pro molestia, ut in l. j. in prin. ff. de calumniat. Cæterùm, pro iudicio non accipitur. Neq; enim dicimus, iudicium facere, pro uexare. Sed negotium facere in causis iudiciarijs, ciuilibus uel criminalibus. Vide l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de iure iur. l. si suspecta. in prin. ff. de inoff. testa. Old.

NEGOTIVM etiam contractum & obligationẽ significat, & quod Græci συνάλλαγμα. l. 1. ff. de æstimato. l. 15. l. 19. l. 22. ff. de præscript. uerb. l. 5. ff. de diuers. reg. l. 3. ff. de reb. auctor. iudic. Ita negotium gerere, contrahere, suscipere dicimus. l. pen. ff. quod iussu. l. 5. §. tutelæ. ff. de obligat. & action. l. j. §. qui mortis. & l. 35. §. j. ff. de donat. l. 33. ff. de cond. indeb. Nec aliud ualet, ex negotio gesto, quàm ex contractu, uel quasi. l. 5. §. cùm seruus. ff. de his, qui deiecer. l. ult. ff. de aleæ lusu. l. 4. ff. si mens. fals. mod. l. 19. ff. de adqui. re. dom. l. 50. ff. de iure dot. l. 70. ff. de leg. lib. 1. Briss.

NEGOTIVM facere, apud Iurisconsult. in l. j. de calumniat. pro molestiam facere alicui, accipiendum: non ut Roffredus cum alijs putat, iudicium. Nec p̃bant hoc leges ab eo citatæ. Neq; enim dicimus, Iudicium facere, pro uexare: sed negocium facere in causis iudiciarijs, ciuilibus, uel criminalib. Bud. Facere negocium, pro accusare, apud Vlp. in l. qui iudicio. de accus. obseruauit. Spieg. ex Old.

NEGOTIVM facit, qui per calumniam fingit litem, cum iure nullam habeat: uel eam quam exercere debeat, dissimulat in detrimentum alterius, utroque casu corruptus pecunia. Vlpia. uocat sordidam concussionem, in l. j. de calumn. Sp.

NEGOTIVM meum dicitur, quum lucrum & damnum ad me pertinet. Vlpian. in l. j. §. in propria. ff. quan. appell. sit. Negotium autem alienum quatuor modis dicitur: cura, siue sollicitudine, re ipsa, ratihabitione, & ipso gestu. Vide glo. in l. si pupilli tui. in fin. §. penult. Spiegelius.

NEGOTIVM plura significat, laborem, occupationem, curam, molestiam, sollicitudinem, causam, potestatem, litem, contractum. Vide Bart. in l. si pecuniam. C. de neg. gest. Spieg.

NEGOTIVM pro negotiatione in l. 3. & 5. ff. de institor. l. xix. §. j. ff. de iudic. l. 4. §. j. ff. de his qui not. infam. l. 69. §. penult. de leg. lib. j. l. j. §. quisquis. ff. de leg. lib. 2. Brisson.

NEGOTIVM utiliter cœptum sufficit, licet diuersus exitus sit secutus. in fin. l. successori. ff negoc. gest. Spiegelius.

NEMASENTVM. ff. de publ. l. ultim. §. species. non tamẽ ibi exponitur, quid sit. Albericus ait. Nec mirum, quum uocabulũ sit nihili, pro quo nobis restituerunt triumuiri suprà nominati, genuinam lectionem, quæ duum est dictionum, scilicet nema sericum. Significant autẽ filum, quod apud Seras conficitur, cuius mentio Suidæ in uerbo σηρικόν. ut indicat Alciat. in præterm. Spieg.

NEMO, idem est quod nec homo quidem. Videtur enim compositum ex ne & homo. Pluraliter formari non potest, quia intelligitur pro nullo. Albericus annotauit signum esse uniuersalę negatiuum, citatq; cap. nemo. extrà de Elect. libr. 6. l. item si unus. §. item si plures. ff de arbitris. Notum est, nemo homo, pro nemine omnium: & nemo hominũ, pro nemine omnium usurpari. Spieg.

NEMO uox uniuersalis restringitur ad paucułas admodum personas, in l. stipulatio ista. §. sed si quis. ff. de uerb. obl. Quippe propter rationem æquitatis ita exigentem. Quod diligentissimè obserua. Old.

NEMO alienæ litis idoneus defensor sine satisdatione intelligitur, ait Caius l. qui proprio. §. qui aliũ. ff. de procurat. Spieg.

NEMO delictis exuitur, quamuis capite minutus sit. l. 2. ff. de Capit. minut. Spieg.

NEMO prædo est, qui precium numerauerit, teste Vlpia. l. nec ullum. §. sed si quis sciens. ff. de petit. hæred. Spieg.

NEMPE, eleganter expositiuè sumitur, ex obseruatione Erasmi, ut Zas. admonuit. Pompon. eod. teste,

ste, pro certo accepit, in l. post. de orig. iur. Spiegel.

NEMVS, pabulo idoneũ, ἀπὸ τὸ νέμω, pasco: quod in eo greges atque armenta depasci soleant. Festus: Nemora significant syluas amœnas, lucus religioni sacer. Spiegelius. Connanus lib. 3. cap. 9. num. 5.

Νεώνητος, nuper emptus, nouitius. nouus minister, quasi nuper emptum mancipium. à νέον, nuper, & ὠνέομαι, emo. Spieg.

NENIAE dicuntur cantilenę flebiles, prouerbialiter à Græcis celebratur, ἀδμήτου μέλος, luctuosa cantilena, ob Alcesten quæ recusante pro Admeto mori, patre una cum matre, illa se exposuit ultroneam. Ioan. Bapt. in comment. Epist. Sid. Apollina. ad Heronium, lib. j. &c.

Νεοδαμώδεις dicebantur quidam manumissorum apud Lacedæmonios, ut scribit Athenæus libro 6. de quibus uide suprà Libertorũ genera quot sint: Balduinus titul. de libertinis.

Νεωκόρον Græci dicunt æditum, quem Gellius libro xij. cap. viij. Varronem secutus admonet rectius dici æditimum quasi ædis intimum, & æditui uocabulum recenti nouitate fictum, quasi à tuendis ædibus. Veruntamen usus (penes quem est ratio & norma loquendi) magis probauit uocem æditui. Meminit Vlpianus æditurorum, & ait ijs demandatam curam locorum sacrorum. Meminit & Papinianus. Plinius lib. xiiij. capit. vij. appellat tutelarium eum, qui tuetur ædes sacras publicasq;. Erat autem alius ædium sacrarum custos, quem Aristoteles ναοφύλακα, noster Scæuola appellat ἱεροφύλακα &c. Balduin. titu. qui testamento tut. dar. poss.

NEOPHYTVS, nouellus, quasi νέον φυτόν, id est, nouum germen. In sacris literis dicitur, qui nuper ad fidem accessit, quasi nuper insitus. Sic enim Diuus Paulus capite quarto ad Timotheum uocat recens baptizatum, quòd à baptismo censeantur Christiani. Erasmus noster pro neophyto uertit nouitium. Etymologiam, quam Albericus affert, eruditorum aures ferre non possunt. Vide capit. quoniam. xviij. distinctio.

NEPOS, non propriè, sed per interpretationem sub filio continetur. Propriè igitur est filius filij, uel filiæ. Institut. de patr. potest. §. final. l. prima. §. secundo. & l. tertia. in fin. de grad. Aliquando dicitur filius fratris, uel sororis. l. cum quis decedens. de legat. iij. Vide Bartol. in l. si instituta. ff. de inofficios. testam. Nepotes tamen & pronepotes, cæteriq; descendentes, liberorum appellatione continentur, exemplo duodecim Tabul. quæ primam successionis causam liberorum esse uolebant, & de omnibus descendentibus intelligebant. Nepos autem æquè ac filius, imò plus ab auo diligitur: quòd per eum diutius se uicturum, & in sempiternum æuum memoriam sui extendi sperat. Acutissimo Baldo, nepotes ex corpore aui dicuntur nati, etiamsi sint nepotes ex filia. l. prima. Cod. de cond. insert. Idem in cap. j. ad fin. de feud. succ. Nepos autem quando ad pronepotẽ protenditur, Alciatus in comment. ostendit. Præterea nepotem ex fratre, aut ex sorore, à iurisperitis imperitè dici admonent eruditi. nam fratris aut sororis filius dici solet à doctis. Nepos autem respectu aui, ut filius respectu patris dicitur. Sp.

NEPOS ex fratre, idẽ est qui nepos fratris: neq; unquam aliter obseruare potui. tametsi uulgata opinio sit, Nepotem ex fratre aut sorore esse, qui filius fratris aut sororis semp ab antiquis appellatur. Paulus in l. ultim. ff. de gradib. Illud notandum est, non quemadmodũ patris matrisq; fratres & sorores, patrui, amitæ, auunculi, materteræ dicuntur, ita fratris sororisq; filios filias nomen speciale cognationis habere: sed ita demonstrari, fratris sororisque filios filias. Nepotem autem ex fratre post fratris filiũ constitui, docet apertè Caius in l. 7. ff. de legit. tut. Veluti, inquit, frater eodem patre natus, fratris filius, nepósue ex eo. item Imp. §. j. de legit. agnat. tut. totidẽ uerbis. Item in l. nemini, 17. C. de nup. Nemini liceat contrahere matrimonium cum sorore, sororis filia, & ex ea nepte: præterea fratris tui filia, & ex eo nepte. ut facilè appareat Nepotem ex fratre eundẽ omnino esse, qui nepos fratris dicitur. Neq; satis intelligere possum, quid eruditis quibusdam hominibus in mentem uenerit, cùm in testamento C. Cæsaris, quod ita scriptum est, Sororum nepotes hæredes instituit C. Octauium, &c. ita interpretátur, Nepotes ex sororibus, id est, sororum filios: cùm satis constet Octauium ex Accia Iuliæ C. Cæsaris sororis filia natum esse. qua de causa paulo suprà Suetonius Octauiam sororis eius neptem appellarat. Hot.

NEPOTEM, qui rectè locuti sunt, propriè uocant, ex filio natum, quem Modestinus l. natorum. de uerb. sig. Cor. cons. 143. l. 3. Theophilus & Harmenopulus, ἔγγονον: quidam υἱωνόν: Demosthenes de Hagniæ hæreditate υἱδοῦν. Sed ut ex filia natus etiam nepos dicitur: ita an υἱδοῦς quoq; uocari possit, uel υἱωνός non constat. Nam Demosthenes eo non contentus. παππος ὁ υἱδοῦς, inquit, καὶ ὁ ἐκ θυγατρὸς υἱὸς, ὅτι δυνατόν ἐστι λέγειν. Et ideo, quod aliter Græcis appelletur filius, id est, υἱός, & aliter filia, nempe θυγάτηρ. Porrò, an & fratris filius, nepos uocari possit, quæsitum est. Et scimus id Gallis familiare esse: sed illi, parentis quoque significationem ad quemuis cognatum transtulerũt. Eo errore, quo Trebellius Pollio, Ragonium Clarũ præfectum Illyrici: & Flauius Vopiscus, Valerium Flaccum, nobilem adolescentem, parentes Valeriani Cæsaris in historijs uocarunt. Sed & Domitius Vlpianus, cum ait: De inofficioso testamento nepos contra patruum suum, uel alium scriptum hæredem proportione egerat & cætera. l. si instituta. de inofficios. testament. nepotem ex fratre uidetur intelligere. Quia per se nec patruus, nec nepos dicatur: sed alter ab altero, quod ita uocetur. habet; qđ genus significationes, scholę Dialecticorum τῶν πρός τι numero ponunt: nisi uerius est, nepotis appellationem in ea specie, ad auum, de cuius testamento agitur, referri. Quid ergo est? Et animaduertisse possumus, non adeo strictè appellationes istas accipi, quibus cognationum gradus distingui solent, quin sæpe latiùs se porrigant. Curt. lib. 2. ἐκδοτῶν. tomo secundo, capite xiiij.

NEPOTES, omnes posteros uocari notius est, quàm ut exemplis probari debeat. Appellantur etiam consumptores, à Nepa, quæ (ut ait Plinius) deuorat omnes filios suos, uno solùm saluo. Siue dicuntur luxuriosæ uitæ homines, quibus non aliter rei suæ familiaris cura sit, quàm ijs, quibus pater & auus uiuunt. Spieg. Adde Brechæum in l. filij. in tit. de uerb. & rerum sign. num. 4.

NEPTIS appellatione uenire etiam pronepté, Budæus tradidit in l. Gallus. §. instituens. & §. idem. de liber. & posthum. Neptis ex filio. in l. auus. ff. de pactis. Spiegelius.

NEQVAM homo, id est, prodigus, asotus, libidinosus, improbus, nihili, & scelestus. Frugi opponitur: quo uerbo, ut suprà etiam monui. Iurisconsulti sæpius utuntur. Vide Budæum in prior. annotat. Spiegelius.

NEQVANDO, ullo tempore. Spieg.

NEQVAQVAM, pro nō. l. 3. uers. partes autem. ff. de duobus reis. Alber.

NEQVE, id est, quod non. l. stipulatio. §. habet. ff. de oper. nou. nunc. Alber.

NEQVE enim modo, pro nullo modo. l. in naue. ff. locati. Alberic.

NEQVE imperare sibi, neq; prohibere quisquā potest, ait Martianus. l. penultima. ff. de arbit. Sp.

NEQVE iure ullo, neq; æquitate tale desiderium admitti. in fin. l. epistola. ff. de pact. Item: Neq; æquā, neque usitatam rem desiderare. l. prima. Cod. si cert. pet. Spieg.

NEQVE non, id est, & non. in Auth. de non alie. §. primo. Alber.

NE quis doli præmium ferat. Vlp. in prin. l. ita demum. ff. de recept. Spieg.

NEQVITIA. Vide Ciceronem 3. Tusculan. Sp. Opponitur autem frugalitati, ut refert Connan. lib. 4. cap. 7. num. 7.

NEQVICQVAM, frustra. Celsus in l. si ego. si cert. pet. Alioquin nequicquam mihi caueatur. Sp.

NE quid his desit. Quid hæc uerba sibi uelint, exponit Iurisconsult. in l. Titia. §. qui Marco. ff. de ann. leg. Spieg.

NEQVEO eiusdem significationis est, cuius Nō possum. eam quoque uim habet, ut tollat omnē potentiam siue potestatem & iuris & facti, ut tradit Io. Andr. in cap. cum plures, & ibi etiam Domi. colum. 2. uer. ult. colum. 2. uers. in §. porrò de offic. deleg. libro 6. & idem Domi. in ca. qui generaliter, uers. ult. col. 2. de procura. eo. lib. 6.

NEQVITIA. Antiquiores nequitiam pro libidine propriè dicebant. Propertius lib. 2.

Quod si tam facilis spiraret Cynthia nobis,
Non ego nequitiæ dicerer esse caput.

Et Ouidius lib. 2. Amorum, Elegia 1.

Ille ego nequitiæ Naso poeta meæ.

Tiraquell. in l. xv. connub. gl. j. part. xv.

NESCIRE & ignorare differūt. C. per quas per. nob. acq. l. 2. C. de rei uxo. act. l. j. §. j. Qui nescit, experiundi potestatem non habet, teste Caio, in l. annus. de calumn. Spieg. Ignorare enim est id nescire, quod sciri debet. Inde est quodq; ignorat ignorabitur. Nescire uerò latius patet quàm ignorare. quippe omnis qui ignorat, nescit, sed non conuertitur. Ita enim hæc duo uerba copulantur ignoro & nescio.

NESCIRE literas. Institut. de Excusat. tutor. §. similiter.

NESCIENTIA, ignorantia, error, titubatio, q̃ sint, not. in rubr. C. de iur. & fact. ignor. Adde quod Nescientia definiatur intellectus ad uerum uel falsum minimè determinatus secundum Bald. l. ea quidem. colum. 2. Codic. de accusat. Et dici potest quod differat ab ignorantia, licet quandoque promiscuè unum pro alio accipiatur, quia ignorantia est eorū, quæ scire tenemur, nec scientia uerò eorum est quæ scire non tenemur, unde ignorantia in malam partē nescientia uerò in bonam partem gloss. l. de statu. de testa. gl. rub. de iur. & facti ign.

NESCIVS, & qui nescit, & qui ignoratur, id est, qui incognitus est, dicitur l. fin. §. sin autem nescius. C. de furt. Posterioris significationis exemplum habes apud Plaut. & Gell. Spieg.

NETA lana dicitur, quæ stamen & substamen est. Detexta dicitur, cum perfecta est, & à textrinis instrumentis detrahi potest. l. si cui lana. Cod. de legatis tertio. Spieg.

Νεοδαμώδεις, apud Lacedæmones dicebātur ij, qui ex Helotis manumissi erant. Sp.

NEVTROBI, idem quod neutro, id est, nec ad unam partem, nec ad aliam. Sp.

NEVE, ne etiam significat.

NEVTRVM, nec hoc, nec illud. Neutrales, qui neutri parti student. Vide gloss. in penultim. ff. Rem rat. hab. Spiegelius.

NEX, mors, siue cædes, quæ ferro fit, aut alia ui. Quamuis neci datus, autore Festo, propriè dicitur, qui sine uulnere interfectus est, ut ueneno, aut fame. Vlpian. in necem alterius dixit, Budęo annotante, pro in damnum, & fortunarum euersionem. in l. 3. §. sed & si quis. de crim. stellion. Sp.

NEXI ob æs alienū. Erat hoc ius iam inde à condita ferè urbe, uel lege, uel more constitutum, ut liberi, qui pecuniam deberent, cum soluendo non essent, trahi à creditoribus, atque ad operas in seruitute præstandas cogi possent, qua licentia abusi multi in terga miserorum crudelissimè sæuierunt. Idque ita obseruatum esse ante duodecim Tabulas, Liuij locus libro 2. historiarum indicio est. Post autem in eas hæc uerba relata sunt, teste Gellio libro xx. cap. primo. Æris confessi, ærisque debiti iudicatis xxx. dies iusti sunto. Pòst deinde manus iniectio esto, in ius ducito, ni iudicatum faxit, aut quis pro eo in iure uindex sit, secum ducito, uincito, aut neruo, aut compede xv. pondo ne minore, aut si uolet, maiore uincito. Si uolet, suo uiuito, in suo uiuit, qui eū uinctum habebit librā farris in dies dato. Si uolet, plus dato. Et hæc quidem Gellius: Quia uerò hanc legē mendosissimam & mutilatam uerisimilibus coniecturis restituit Iacob. Ræuardus cap. viij. duodecim Tabularum. Itaque Gellij uerbis ex ipso adijciendum. Tertijs nundinis partes secanto, si plus minúsue secuerunt, sine fraude esto. Vt autem posterior pars legis de secandis debitoribus, attestante Cæcilio Iureconsulto, nunquam usurpata, sed more publico, ut Quintilianus libro tertio scribit repudiata fuit, sic prior nimirum, ut debitores addicti in uincula abducerentur, nectérentúrque usque ad annum CDXXVII. obseruata est, quo anno, ut inquit Liuius, initium libertatis COSS. L. Papirio Mugellano & C. Petilio Visolo factum est, quod necti desierunt. Atq; hoc est illud, quod Varro intellexit, cum scripsit in libris de Lingua Latina: Liber, qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debet, dum solueret, nexus uocatur. Plura de nexorum statu, nectendi ratione, alijsque ad hunc locum facientibus, uide apud Cęlium librō xij. lectionū antiquarū, cap. xx. Ræuardum loco præallegato. Quid uerò addicti à seruis differant, Quintilian. lib. viij. capit. iiij. Faciet quoque non parum ad huius rei intelligentiam, historia Manlij Centurionem liberantis apud Liuium libr. 6. Vide de nexis siue addictis etiam Maioragiū lib. j. Miscell. cap. 8. ubi ostendit legem XII. Tabul. de addictis non fuisse ex Solonis aut ullius Græci nomothetæ legibus depromptam. constare enim ex Liuij lib. 2. multò antè quàm legati Romani in Græciam legum causa mitterentur consueuisse necti debitores. De nexis autem latius Ræuardus ad leges XII. Tabul. cap. 8.

NEXV solutus, est qui cum addictus esset creditoribus, postea ære alieno dissoluto, ipse necti desijt. Tusanus.

NEXVM est, inquit, ut Ælius Gallus ait, quodcunq; per æs & libram geritur: idque Necti dicitur. quo in gn̄re sunt hęc, Testamēti factio, nexi datio, nexi

xi liberatio. Nexum æs apud antiquos dicebatur, pecunia quę per nexum obligatur. Cic. autem in Topic. Abalienatio, inquit, est traditio alteri nexu, &c. Quibus ex locis ueni in suspicionem, moris fuisse, ut manceps, id est, is cui res abalienabatur, dicis caussa alterũ alligaret ac necteret (unde Obligationis uerbum apud IC.) nam qui non satisfaciebant, nexi addicebantur, abducebanturq́. Liuius lib. 2. Nexu uincti solutiq́ se undiq́ in publicum proripiũt. Quum autem rem Manceps accepisset, debitorẽ soluebat. Hoc patet ex libr. Cic. de leg. 2. ubi legatarius qui nõ uult accipere quasi ex testamento, stipulatur ab hærede, & per æs & libram ab eo accipit. Ita legatarius, inquit, hæredem soluit. Qui uerò abalienabat, æs à libripende, ut Caius ostendit, accipiebat. Hot.

NEXUM Mamilius quemadmodum Varro lib. sexto, de Lingua Latin. scribit, interpretabatur omne quod per æs & libram geritur, in quo essent mancipi. Quam interpretationem Ælius Gallus secutus est, auctore Festo libro xij. At Mutius Scæuola, quę per æs & libram fierent, & obligarentur, præter quã quæ mancipio darentur, hoc nomine significari existimabat. Quod uerius esse ex ipso uerbo traditio alteri nexu, aut in iure cessio, ubi Boet. Nexum quandam ait iuris fuisse solennitatem, quæ ære & libra, & certis uerbis explicabatur, eo quo mancipationem fieri aliàs docuimus modo. Idem Cic. libro septimo Epist. Cuius quando te proprium esse scribis mancipio & nexu, meum autem usu & fructu. Sic reddidit quod Curius dixerat χρήσει καὶ κτήσει. Nexus huius in libris nostris nulla fit mentio, sed dũtaxat Nexus pignoris. Nexa enim res alicui dicitur, quæ ei pignori obligata est. l. prima. §. si quis ideo. ff. ne uis fiat ei, qui in poss. Et Nexa pignori in l. secunda. & l. septima. Cod. de distract. pign. l. uigesimasecunda. §. primo. ff. de iur. fisc. & Nexum facere prędiorum, id est, pignori obligare in l. penult. C. si aliena res pignori. & Nexus uenditi pro uinculo obligationis, quæ ex uenditione proficiscitur, in l. xxvj. §. adeò. ff. de condict. indeb. Briss. Varro ostendit. Nam idem quod obligatur per libram neq́ suum fit, inde Nexum dictum. Liber qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debet, dat dum soluat, Nexus uocatur, ut ab ære obæratus. Cicer. pro Muræna. Quòd si in his rebus repetendis, quę mancipi sunt, is periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit. Idem Topic. Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut Nexum inire, Budæus ait, est lege nexus addici. Hoc ius reuocatum est per Diocletianum, in l. ob æs alienum. Codic. de act. & obligat. Nexus etiam neruus uocabatur à Plauto in Pœnulo. Spiegel. Nexus autem ineundi duplex fuit ratio. Aut enim pacto fiebat, cum ita conuentum esset cum creditore, ut non bona modò, sed corpus quoque debitoris ipsi obligaretur, aut certè iudicis authoritate condemnatus pecuniæ non faciebat iudicatum tempore legibus definito. Connan. lib. 4. cap. 14. num. 9.

N I

NI particula in responsionibus utebantur antiqui, & iudicio recuperatorio. Bud. ex Cicer. profert exempla. Spiegelius.

NI fallor, affirmat elegãti specie dubitationis. importat enim apud prudentes philosophicum temperamentum, & deprecatur temeritatem. Proinde Zasius existimat non esse uerum, quod Bald. & Angel. uolunt, scilicet dictum testis ualere, si affirmaret uerbum, Ni fallor. Quia dictum testis debet esse certũ, & necessariò concludere. Sed Iurisprudentes possunt sub specie dubitationis decidere. Nam sub dubio fortè dixerunt sæpe periri. Spieg.

NICETERIA, præmia sunt uictorum, sacrificia, uel epulum uictoriæ gratia factum: Græcè νικητήρια. Bud. annot. prior.

NICENSES, quorum meminerunt Imperatores in posterior. libris, dicti sunt à Nicia, seu Nicea (utroq́ enim modo dicitur) nomine duarum urbium: quarum una est Gallię, quam uulgus eius uocat Nice, nos Nissam: alia Asiæ, & Bithyniæ metropolis, quæ & Antigonia nominatur. In hac urbe synodus Nicena, imperante Constantino, anno à nato Christo 324. prima uidelicet ab eo conuentu, quem apostoli Hierosolymis egerant, celebrata est. Quid in fide nostra sit obseruandum, ex Nicenæ synodi autoritate, statuit Imp. in l. nullus. C. de sum. trin. & fid. cathol. Vide Vadianum in Bithynia. Spieg.

NICOLAUS, quasi uictor populi, non laudis, ut Alber. dicit. Nicolaus in Actis Apostolic. habitus est hæresiarches: quanquam annotante Eras. Clemens apud Eusebium ipsum diligenter excusat 24. q. 3. ca. quidam. uers. Nicolaitæ. ut ab Alb. citatur. Sp.

NIDI dicuntur, in quibus merces in tabernis separatim tenentur. Spieg.

NIDUS, à nidore, quòd mali odoris sint auiũ cubilia. §. apium. Inst. de rer. diuis.

NIHIL, quidam interpretantur peccatũ, aut malitiam: quòd ea sola sint, quæ natura sunt, & ob id bona sunt. Peccatum esse quiddam priuatiuum, sophisticum est magis, quàm theologicum. Vide Eras. in annot. ad cap. j. in Ioann. Verùm Nihil, interdum sonat id, quod omnino non est in rerũ natura, hoc est, quod neq́ substantia sit. neq́ accidens. Interdũ qđ pro nihilo ducitur. Nonnunquam quod ex comparatione nihil est: uelut homo comparatus ad Deum, nihil est: & hominis sapientia ad diuinam collata sapientiam, stultitia est. Spieg.

NIHIL ad rem, pro alieno à re proposita. Vide Erasm. in Chiliad. Sp.

NIHIL agere dicuntur, qui sumunt operam inanem. Sic seruus in casu. l. j. de stipul. ser. inutiliter stipulando, nihil agere dicitur. Vide Chiliad. Eras. Sp. Vide suprà in Male agere.

NIHIL amplius quàm, pro tantum. apud Marcellum in l. 3. ad finem. de obseq. patr. præst. & Pompon. in l. ergo. de liberat. leg. Sp.

NIHIL est, pro non prodest, non opus est, sæpe occurrit. Spieg.

NIHIL facere, & mala facere, quo distent, colligitur sub fin. l. j. ff. quan. dies usufruct. leg. ced.

NIHIL habet, qui libertum habet. l. seruum. ff. quib. ad libert. proclam. non licet. Vide quæ glossa super hac uoce disserit, in l. sacrilegi. j. §. fin. ad fin. ff. ad leg. Iul. peculat. Spieg.

NIHIL hoc ad ius, ad Ciceronẽ inquibat C. Aquilius Gallus: si quis ad eum quid tale attulerat, ut de facto quæreretur. Sensit Gallus, inquit Eras. noster, aliud esse officium Iurisconsulti, aliud oratoris. Nec esse necesse, de his, quæ ad alienam professionẽ pertinent, respondere. Recordor iam, hanc sententiam longo antè tempore sæpenumero repetitam familiari colloquio, per uirum æui nostri doctissimum Georgium Symlerum: qui pòst insulis doctoralibus ornatus, ius Ciuile cum summa auditorum suorum admiratione, multis annis interpretatus est. In eadẽ erat sententia illius amicus, D. Nicolaus Gerbelius, antiqui iuris, literarumq́ue humanitatis & amator, & cultor singularis, mihi perueteri amicitia & familia-

miliaritate coniunctissimus. Refert Aquilij dictũ M.
Tull. in Topic. ad Trebatiũ, & in uita eius Rutil. Sp.

NIHIL potest nec addi, nec adimi. Hoc de re quę
bene habet, dicitur.

NIHIL quod est, nullum operatur effectum. arg.
l. fin. §. fin. de aur. & arg. leg. Hinc quòd firmum est,
non potest per id quod est nullum, uel tolli, uel limi-
tari. Vide Bart. ibid. Item: Nihil quod est, dicitur esse
minus etiam. l. illud. §. minus. de tribut. l. minus. de
reg. iur. Spiegelius.

NIHIL ualere, Iuriscõsultis est, quòd interpretes
dicunt, nullum operari effectum. Sic in fin. l. ad fi. de
manum. test. apud Pomp. tum alibi reperies. Spieg.

NIHILI coactio est, ut citat è Plauto Alciat. libr.
de uerb. sign. 4. uel potius, ut Erasm. in Chiliad. scri-
bit, nihili cocio est, ueteri prouerbio dictum uidetur
in eos, qui pollicentur in futurum, nec exhibẽt rem
præsentem. Spiegelius.

NIHILO deterius apud Asconium pro nihilo se
cius legitur. petebat, inquit, nihilo deterius consula-
tum. Turneb. aduers. lib. 14. cap. 17.

NIHILO magis, quasi in nihilo possit esse magis,
aut minus. autor Donatus. Albericus sequutus Ac-
cursium in §. j. Instit. quibus non est permis. fac. test.
tum alibi, nihilo magis exponit, pro nõ ideo magis.
Quod idem dicit, nihilomagis uim habere negan-
tis, id sciunt non esse perpetuum, qui Latinos auto-
res uiderunt. Spiegelius.

NIHILOMINVS, id significat, quod uulgò di-
citur, Hoc non obstante. Interpretes tamen, ut & uo
cem Nihilosecius, idem significantem, haud probè
alicubi pro nimio magis, alicubi pro sine dubio, ex-
ponunt. Spieg.

NILVS. Nilus Ægypti fluuius, unus ex maiori-
bus totius orbis, habens septem ostia, uel à Nileo re
ge sic dictus, uel à nouo inferendo luto, quòd sua in-
undatione totam feracem reddat Ægyptum. Vnde
Seruius, Nilum dici existimat quasi νέον ἰλὺν, hoc est,
nouum trahẽtem limum, quo oblimet, hoc est, limo
obturet Ægyptum, & oppleat. Cum enim destituta
à cælesti humore, ac pluuia Ægyptus esset, natura,
optima parens omnium, ei fluuiũ dedit, qui segetib.
ac plantis alimenta traderet. Nam & innumerabiles
fluminũ cursus (ut scribit P. Senẽs. in lib. de repub.)
ad subiecti soli utilitatem diuina prouidentia tradi-
dit, ne qua regio esset, quę omni ex parte naturali o-
pe fraudaretur. Quam ob causam Impp. Honorius
& Theodorus in l. unic. C. de Nili agger. non rump.
flammis consumendos esse statuunt rumpentes ag-
geres Nili, uel eius aquam ultra solitum occupãtes,
atq; præterea eius criminis participes deportatos es
se sine spe uenię. Pręter Pomp. Melam, Nili meminit
Plato in Timæo. Plurima autem cognitione dignissi
ma de Nili alluuionib. & aggeribus, ac Ægyptiorum
fletu Nili irrigationem precantium Maiorag. Miscel
lan. lib. j. c. x. Tam seueris autem legib. aggerum Nili
effractio prohibita est ob rem frumentariam: quam
tãto studio Romani coluere, ut alueos a singulis re-
gionibus Ægypti ære publico in Nilũ ducendos cu
rauerint, quibus frumenti ingens uis Alexandriã, ac
demum Romam conueheretur. Accurs. autem in l.
saccularij. §. in Ægypto. ff. de extraordin. notat. du-
plices esse Nili aggeres: & quidem de alijs agi in l. u-
nica. C. de Nili aggeribus. de alijs uerò in d. l. saccu-
larij. §. in Ægypto, quod quidem uerum est. Proinde
ut hęc planius explicentur, scire oportet Nilum esse
unum è quatuor fluminibus, quæ oriuntur è Paradi
so uoluptatis Genes. 2. cap. De illo loquitur can. Ec-
clesia. de consec. distinct. 4. & appellatur Geon. In-
de factum est ut caput & origo Nili lateat Philoso-
phos. Is rigat & alluit Ægyptum d. canon. Ecclesia.
Lucretius:

> *Nilus in æstate accrescit, campisq; redundat,*
> *Vnicus in terris, Ægypti totius amnis.*

Hinc patet Ægypti colonum Nilum arescentibus a-
lijs fluminibus exundare & totam Ægyptum com-
plecti alteq; increscere. Refert Diodorus Siculus li-
bro j. reges Ægyptiacos per Epistolas mandasse, ut
depræhenderetur, quot cubitorum incrementũ Ni-
li esset: & uarium fuisse successu temporũ, si ad qua-
tuordecim cubitos creuerit, satis hubertatis futurũ
est, in sedecim cubitis hilaritatis multum, ut ait Plin.
in xij. fames sentitur. huius incrementi causa, dupli-
ces sunt aggeres Ægyptijs. alij altissimi sunt, qui
arcent aquæ impetũ, ne urbes & uillas obruat, quæ,
ut idem Diodorus ait, tanquam Cyclades insulæ ap
parent in medio fluctuum, & de his aggeribus loqui
tur l. prima. Cod. de Nili agger. dum dicit eis dirutis
imperij securitatem minui: & qui eos rumpunt igni
cremantur. Alij aggeres sunt minores, qui passim ꝑ
agros fiunt à priuatis, ut limus, quẽ flumen crescens
aduehit, retineatur & restagnando glebam fertilio-
rem faciat. de his agitur dicta l. saccularij. §. in Ægy-
pto. ff. de extraordin. crim. & pro his ruptis, ad sum-
mum, pœna metalli sequitur. quia minoris quoque
emolumenti sunt, appellantur autem χώματα, id est,
aggeres siue terræ cumuli. & ut ibi ait Vlpianus, Dia
copi. id est, intercisi meatus, qui fiunt in aggeribus,
ut Nili incrementa dispensentur & immittantur in
agros. De Nili Aqua multa Cælius Rhodiginus lib.
Antiquarum lectionum xiiij. cap. xxxix. qui ex Ga-
leni aliorumq; medicorum autoritate, dicit eam fœ-
cundam, suauem & potu innoxiam. hoc puto, dum
efferbuit. nam mustum suum habet, ut mihi retulit
Hileraus amicus meus mercator nuper Alexandria
rediens. nam cum æstate Nilus crescit, Ægyptij a-
quam in usum annuum hauriunt, & cisternis adser-
uant, quæ non habent aquam uiuam, l. prima. §. hoc
interd. ff. de font. & ideò ibi aqua uenalis est l. Mela.
§. final. ff. de aliment. & legatis alimentis, aqua debe-
retur l. prima. ff. eodem. & aquæ furtum fieret. l. uul
garis. §. sed & si. ff. de furtis. Aquæ naturaliter calidę,
qua irrigantur agri in Hierapoli urbe Phrygiæ, fit
mentio in l. prima. §. idem Labeo. ff. de aqua quotid.
Vitruuius lib. de Architect. 8. ca. 3. In Hierapoli Phry
giæ efferuet aquæ calidæ multitudo, quæ circũ hor-
tos & uineas fossis ductis immittitur. Forcat. in suo
penu Iuris ciuilis.

NILVM autem Gręcam dictionem esse, Latine-
que Mellonẽ uocari à Seneca & Seruio in 4. Geor.
relatum est. Brisson.

NIMBVM pro re friuola & nugatoria posuisse
uidentur ueteres: ut proinde nimbatã dixerit Plau-
tus uilem & contemnendam. Quam magis, inquit,
aspecto, tam magis est nimbata & nugæ meræ. Non
tamen me fallit hic ab Isidoro nimbum explicari fa-
sciolam trãsuersam ex auro assutam linteo, quod est
in fronte fœminarum, ut etiam annotauit Turneb.
aduers. lib. xix. cap. 7.

NIMIA indulgentia, pro immodica. leg. prima.
in princip. ff. de collus. deteg. Nimietatem pro super
fluitate non tantum iurisperiti accipiunt, sed etiam
ab alijs idoneis autoribus sic usurpatur. Si tamen
retro ad ætatem Ciceronis respicias, in usu non fuis
se uidetur: quod & de uerbo Contrarietas, Insula-
nus obseruauit. Spieg.

NIMI-

NIMIRVM, eleganter in l.3. de aur. & arg. leg. ad responsionem adhibitum uideri potest. Quanquam nihil moratur sensum, si ut alibi non raro occurrit, pro, sine dubio, uel pro certo acceperis. Spieg.

NIMIS, hoc est, plus satis, aduerbium augescendi. Alberico aliquando nomen est indeclinabile, & substantiuum. Nimium, nomen, pro aduerbio nonnunquam apud probatissimos autores ponitur. Sp.

NIMIS largè uidetur loqui I.C. cum nullam exceptionem facit à signo uniuersali. Vide Alber.

NIMIS propè. l.j. C. de execut. rei iud.

NIMIVM, & excessum & sapientiam significat, ab eo quod est nimis: quamuis nonnunquam amplitudinem rei quoq; significet, & idem sit quòd ualde: ut, O nimium dilecte deo.

NISI, dictio exceptiua, regulariter cæteris paribus ponit contrarium sui, per l.2. ff. de custod. reor. §. fin. & similibus. Alber. exemplis demonstrat, quib. refertur modò ad omnia præcedentia, modò ad eorum partem tantum, item quibus in locis in si, non resoluatur. Quando autem adfirmet, uel neget, aut excipiat, not. in l. si eum. ff. si quis caut. §. iniuriarum autem. & Connan. lib. 4. ca. 3. num. 3. Iason copiosiùs in l. actio. C. de transact. Spieg. Adde Forcat. in Necyomantiæ dial. 93. num. 4.

NISI fallor. Vlp. in l.j. de iustit. & iur. Veram (nisi fallor) philosophiam, non simulatam affectantes. Vide, Ni fallor.

NISI contrarium specialiter ab hærede probetur. in fin. l. defuncta. ff. de usufr. Spieg.

NISI ipse subripuit, & postea ab eo subripiatur. Vide l. 4. ff. naut. caup. stab. Spieg.

NIVARIVM colum, cuius meminit Pomponi⁹, uas quo aqua ex niuibus colari solebat. Vtebantur Romani & sacco niuario, quo liquidius merum potarent: & erat lineus. Lege Nebriss. post Accursij somnium, item Bayfium: & uide suprà, Colum niuarium. Niuatum autem, quod est niue refrigeratum, accipimus. Spieg.

NIX quid, & cur hyeme ningat, pete ex naturalibus quæst. Senec. lib. 4. Quòd nix corrumpat segetes, nec IC. ignorat. l. fistulas. §. fin. de contrah. empt. Galenus, teste Erasmo, refert, quosdam Anaxagorá citasse, qui pronuntiasset, niuem non esse albam. Nimirum similes ijs hominibus, qui dicunt lucem tenebras, & tenebras lucem. Id quod in eos dicendum, qui non uerētur & confessa negare, & manifestò falsa pro certis affirmare. Sp.

N O

NOBILEM fieri quemuis posse, docet Seneca Epist. 44. Nobilem autem se dicens & fingens, cum non sit, crimen falsi subit. Fac. l. eos. §. ult. ad leg. Cornel. de fals. Vide Bald. in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccles. Spieg.

NOBILE officium iudicis, quod I.C. appellant persecutionem, est extraordinarium remediū, quod aduersus eos datur, quibus cum nobis de stricto iure nulla actio est, sed qui interim ex sola æquitate, & quod dicitur, de bono & æquo nobis obnoxij sunt. Vide Alciat. enarrantem. l. actionis. de uerb. sig. Aliter: Nobile officium est, quod à solo iudicis executiuo officio pendet. l. iubere. ff. de iurisdic. Hoc iudex nunquam defungi potest. Nam quod dici solet, Iudex semel pronunciando, functus est officio suo: ad mercenarium referendum est officium, quod actioni subseruit. Spieg.

NOBILES qui sint, fusius explicat And. Tiraq. in tract. de nobilitate, quàm quòd huc referamus.

NOBILEM antiqui dixerunt pro noto & quidā per G literam, ut ex Plauto docet Festus lib. 12.

NOBILES pro patritijs & senatoribus poni ait Connan. lib. 2. cap. 12. num. 1.

NOBILES, ingenui, & gentiles homines propterea nuncupantur, ut nunc quoq; in Italia: quoniam maiores eorum illibatam seruarint natiuitatē, & nunquam seruiturem seruierint, Itemq; immaculato ac legitimo quoq; nati sint thoro. Nec certè ista sunt somnia, ut quidam phanatici putant, cōfundentes iura personarum. Verùm si his dotibus omnibus addant bonarum literarum studia, & optimum uitæ specimen: bone Deus, quàm uerè tum dici possunt his nobiles: quales ego multos hoc seculo, adeoque Principes, esse, Reipub. nostræ congratulor.

NOBILIS. Libellus extat Curtilij cuiusdam boni de Nobilitate. Sed & ab alijs in eā rem uulgo multa à multis tradūtur, prope ut iustum tractatum res haberet. Neq; est omnium quisquā quem non is nodus torqueat exerceatq;. Quis nobilis sit intelligendus. Ego non dubito, quin Nobilis à noscendo dictus, sicut & Nomen; ut stabilis & stamen à stando. Cui ergo homini, rei, uel loco: res gestæ uirtusque aut fortuna, magnam & latam per gentes circunfudère famam, id est, quem norunt complures, ac multi nominis, non hercle uideo, cur Nobilis dici non possit. Idq; uel peiorem in partem, ut nobile scortū, nobilem scurram uel latronem, & clade Romana nobiles Cannas dicimus. Est enim uox ea Nobilis τῶν μέσων, ut alia quædam. Quid ergo? Ac Eonus & alij illi non fama, nomine, & æstimatione quenquam æstimant, sed nascendi locum, & uelut ordinem quendam, ut non de plebe sit, exquirunt. Atqui hos, ueteres patritios dixère: quam appellationem diu hæsisse constat in posteritate eorum, quos primū Romulus, & huius deinde exemplo Tarquinius Priscus, mox Ser. Tullius Reges, ac tandem post liberatam Regio dominatu Remp. L. Brutus in Senatū lectos, à similitudine curæ, ut ait Velleius, patres uocarunt. Posteà uero Iulius Cæsar, mox Augustus Octauianus, & Tiber. Claudius, iam exhaustis, uel paucis reliquis familiarum, quas Reges & Brutus in patres legerant: & ipsi honestissimum quemq; è Senatu, uel quibus clari parentes fuerant, in numerum patritiorum asciuerunt. Hinc patritiatus, dignitas, status, & ordo patritiorum. Tranquillus lib. 2. Ea gens (Octauiorum dicit) à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta in senatum, mox à Seruio Tullio in patritias transducta, procedente tempore ad plebem se contulit: ac rursus magna ui per diuum Iuliū in patritiatum redijt. Porro non omnes qui nobiles ac claro genere forent, in patritiatum transisse, uel Claudia familia Marcelli testes sunt: qui quanquam multa ac uetere generis claritudine, ita ut pulchrorum ac Neronum genti Claudiæ patritię, nec potentia, nec dignitate cederent, plebeij tamen fuerūt, ut tradit Tranquillus, & ante eum Cicero. Cassij quoque, quibus cognomen est, Longinis, plebeij generis erant, ut scribit Tacitus, sed antiqui (inquit) honoratique, sicut & Cæcilij Metelli, Calphurnij Pisones, Licinij Crassi, ac multi alij. Igitur quos uulgo Nobiles, & iure Nobilitatis donatos uocant: hi patritij, aut traducti, uel allecti in patritiatum dicendi sunt: genus hominum iure Ciuili incognitum. Ius enim Ciuile claros & honestiores à sellularijs, tabernarijsq;, & populi fæce, quos humiliores uocat, distinguit. Inter honestos autem uel claros, etiam de plebe homines, quos sua uel maiorum uirtus ac merita,

rita, aut uetustę opes, uel honores gesti cõmendant, numerãdi sunt. Illud haud scio an operæprecium sit tentare, minuendam eorum esse opinionem, qui pol lui nobilitatem putant, si difficultatem rei familiaris, mercaturis faciundis, aut publico redimendo leuet patritius. Neq; id enim patitur M. Æmilius Scaurus, princeps temporibus belli Iugurthini, Ciuitatis Romanæ, cuius nobilitati nihil offecit, quod pater ipsius paupertate coactus, carbonariam exercuisset. Tametsi hoc uerissimũ est. Necessitate, decora à maioribus parta, oneri esse: impudentiam, in quæstu haberi. Curt. lib. 2. cap. 29.

NOBILISSIMOS expono, id est, primos & excellentes: quod aliqui assequuntur merito, cũ prę stantissimi sunt: alij in uetustate, q̃ homines in quauis arte, nisi sint admodum inertes, reddit pręclaros & excellentes: Sic Cic. de orat. lib. j. multi in philosophia præclari & nobiles. Et lib. 2. Tres illi9 ætatis nobilissimos philosophos. Et de fini. bon. & malo. lib. 2. Philosophus nobilis, à quo nõ solum Græcia & Italia, sed etiam omnis Barbaria commota est. Idẽ pro A. Cluentio: In morbis corporis, ut quisq; est difficillimus, ita medicus nobilissimus atq; optimus quęritur. Macrob. quoq; lib. 7. Saturna. c. xv. Erasistratum ueterum medicorum nobilissimum appellauit. Sed ex medicina nullus dicitur nobilitari, quia nullũ tribuit honorem, neque dignitatem, ut not. Ioan. And. in titul. de iudic. Vbi refert Iudæum effici posse medicum, cum ex hoc nullum consequatur honorem, non autem posse creari Iureconsultum, nec Aduocatum, nec Scribam Pontificis Max. seu alicuius Principis, quia hæc attribuunt dignitatem. Tanto magis hoc fuit apud antiquos, cum medici, ut plurimum essent serui: ut habetur in l. si duob. ĵ. commu. de legat. Fuerũt etiam serui plurimis seculis antè. Ferran. lib. 2. expol. in l. prouidendum. de postu. cap. 5.

NOBILITARE, nobilem facere, dignitatem augere, decorare. Apuleius. Quem non excellentia generis, sed mores uirtutesq; nobilitarunt. Quære, Natalibus restituere.

NOBILITAS nõ generis est tantùm, sed etiam alterius rei excellentia, dignitas, item fama, nominisque celebritas. Annotauimus obiter in Ligurinum, triplicem nobilitatem. Vnam generis esse, de qua dictum est. Qui genus iactat suum, aliena laudat. Virtutis alteram. Tertiam ex utraq; constantem. & quæ seq. Bartol. in l. 1. C. de dign. lib. xij. plura congerit de nobilitate. Spieg. Quia nobilitatis sunt tria genera: Vnum, quod ex uirtute & optimis actionibus nostris oritur. Proximum, quod ex cognitione honestissimarum disciplinarum proficiscitur. Tertium, quod ex opibus, aut natalium picturis, & maiorum stemmate æstimatur. quod ultimum nullum omnino erit, nisi à uirtute fuerit profectum. unde satis æstimauit Iureconf. in l. 3. de nata. rest. appellare Imperatorem nobilissimum. Prædictis etiam conuenit, quod notabiliter decĩdit Bald. in l. exemplo. in ult. quæstione. C. de probat. quòd si Cardinalis, tanquã legatus de latere, assereret se habere specialem commissionem, puta ad legitimandum, uel dispensandũ, uel restituendum famæ: & processerit ad executionem illarum, licet literæ commissionis non appareant, ualent tamen publicè & pluries gesta per eum: non ratione communis erroris, sed præsumptæ ueritatis, propter assertionem talis & tanti uiri. iuxta notata in cap. tum ex literis. de in integrum restitut. in nouella. & putat Bald. esse memoria dignum, sequiturq; D. Abb. in cap. quod super his. in 2. col. de fid. instrum. & latè de ueritate disputat Andreas Sicul. in tractat. de præst. Card. in prima quæstione secundæ partis, in secundo membro. & consuluit Corn. cons. 243. uidetur prima facie. ad fin. in 3. lib. & sequitur D. Fel. in c. cum in iure. col. 5. ad fin. de off. deleg. Et ultra eos confirmari potest ex singu. dicto Spec. in tit. de iud. deleg. §. superest uidere. in uersi. quid si non est consanguineus. de quo ultimo scripsi suprà in uerb. Legalitas. Et secundum hoc dictum notab. Bald. debet declarari, quod ipse generaliter decĩdit in l. si qua per calumniam. in ult. colum. uers. deinde quæro. C. de episc. & cleric. & in l. iurisiurandi. col. j. uers. quæritur utrum. C. de testib.

Nomina sunt omen, uenturi præscius Idmon
Fertur, & Hippolytus dilaceratus equis.

Et ideo, si posthumus uocetur eo nomine quo pater uocabatur, præsumitur eius filius. text. est singu. & mirabilis, in l. uxorem prægnantem. in prin. ff. de man. testã. quem pro sing. citat Bal. in c. tuam. col. 2. uers. si autem. extrà de ord. cogn. & D. Ias. in rubr. solut. matr. in 4. col. & in l. neq; professio. columin. 1. C. de testa. & utrobiq; dicit, quòd ille tex. sibi non probatur, propter alia quæ ibi concurrunt.

NOBIRIA à priscis dicebantur ea loca, quæ in metandis castris omnino uitari debent. scilicet, ne mons castris immineat, per quẽ superuenire hostes, aut perspicere possint, quid in castris agitur: ne sylua celatura hostes adiaceat. neue fossa seu ualles, p quos obruti castris occumbere possint; ne uicini fluminis torrentisue subita tempestate castra inundatione intereant. autor Higinus in Grammat. Spieg.

NOCENS, qui iniuriam aut maleficium commisit, qui alteri nocuit, damnumq; intulit. Nam nocere propriè dicitur, qui nocet personæ, non rebus. l. j. §. huius autem uerba. ff. de his qui deiec. uel effud. Sp.

NOCERE morbus intelligitur, qui perpetuus est, non qui tempore finitur. l. fin. §. primo. ff. de ædilit. edict. Spiegelius.

NOCERE noxam. Paul. l. 63. ff. ad leg. Falc. Eadem causa est eius serui, qui noxã nocuit. nec enim delinquendo quisq; preciosior fit. Hot.

NOCVIT, nocebit. Adi Chiliad. Erasm.

NOCTES & dies, id est, continuò, semper.

NOCTV, pro nocte, uel pueris notũ est: & nox, pro noctu, in XII. Tab. usurpatur. Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, iure cæsus esto, Vbi im, accusatiuum dixerunt ab is, & occisit pro occidit. Iurisconf. in l. hoc edictum. §. Labeo. eod. Et noctu, inquit, homines ire non debent. Spiegelius.

NODVM quærere in scirpo, hoc est, ex re facili reddere difficilem. quod Accursio familiare est. Adi Chiliad. Erasm.

NOLLE & uelle, duo illa uerba, ut Ferrar. admonuit, in comment. ad regul. iur. quodammodo relatiuorum more se habent. quorum alterum sine altero non statim existit. Ex eo siquidem non uerè aliquid existimamur, quia hoc & uelle poteramus: & sic ad arbitrium licet diuersi effectus, liberum tamẽ ultrò citroq; referuntur. Vnde frustra dicitur noluisse id, quod non potuit quis uelle: cum relatiuorum natura sit, ut inuicem consistant, pariaq; habeantur. Verum quòd interpretes nolle & uelle inter contraria referunt, intelligendum est, quòd actu sint cõtraria, aut diuersa. Quemadmodũ & Boetius relatiua contraria appellat, in 2. Topic. Comment. Nam habitu magis relatiuorum naturam sapiunt: quando nemo dicitur nolle, qui non possit & uelle. Siquidem uulgatum illud, Eius est nolle, qui potest & uelle, parũ

consisteret, quod utrumuis simul ponit. id quod cõtra naturam est contrariorum, quorum uno consistente, reliquum cesset opus est. Spiegel.

NOLENS uolens, locutio prouerbialis, si Donato credimus. Videtur autẽ id genus sermonis, quia ex contrarijs constat, ænigmaticum quiddam habere, ut admonuit Eras. in Chiliad. Alber. annotat, nolens & uolens idem esse in iure nostro, per gloss. sup. dict. uoluntati. in l. j. ff. quod metus caus. Sp.

NOLO adire, & non uolo adire. Super his uerbis doctores plura effundunt in l. qui se patris. C. unde liber. Decius, ut testatur acuto & excellenti ingenio uir Nicolaus Bellonus, putat fiendam differentiam, an quis dicat: Nolo adire, & inducatur repudiatio. aut dicat, non uolo adire, & nõ inducatur. Ea ratione, quod uerbum Nolo, indicat præcisam uoluntatem, secus uerbum Non uolo: cum sit medium inter uelle & nolle. Hæc differentia Doct. licet communis habeatur, nõ satisfacit Bellono. Pendet enim ex eo, ut idem refert lib. 4. Supput. cap. 14. quod crediderint Dd. esse differentiam inter uelle, & non uelle, & nõ uelle esse medium inter uelle & nolle. quo sentit ipse nihil à ueritate magis alienum. At in contrarium facit significatio ipsorum uerborum: & Grammatici nullo modo admitterent hoc, qui dicũt, & uerum est, Nolo esse compositum ex non & uolo, & sic idem esse. Quod probatur in §. filius. l. filij mater. ff. ad Tertull. Licet in contrarium adducatur. quod q̃ doctè, tam uerè ipse Bellonus loco modò citato refellit. Porrò Nolo adire, hæc uerba sunt suspensiua, & inferunt tantum ad primum motum uoluntatis, secundum doctrinam Bart. in l. gerit. ff. de acquir. hęred. & l. in l. serui electione. ff. de leg. j.

NOLLE facere uidetur, qui potest facere. & nõ facit. §. si quis fugitiuus. §. idem ait. ff. de ædilit. edict. Spiegelius.

Νομάρχαι, regionum præfecti. Bud. in prior. annot.

NOMEN accipere, pro eo quod est, recipere milite in censura publica, in der musterung annemmen / ad nomen mittere, uel ire, zu der musterung gehen.

NOMEN dare, est in militiam scribi facere, aut in communem societatem conspirationis coire. Vide, Dare nomen.

NOMEN deferre, est quodãmodo accusare. Lege, Deferre nomen.

NOMEN quilibet sortitur ab eo, quod principaliter agit: unde qui ampliorem substantiæ partem in mercimonijs non habet, non rectè mercator accipi posse uidetur. Quanquam si quis citra fraudem in album mercatorum fuerit assumptus, eiusq; negotiationis se profiteatur, mercator propriè existimãdus erit, tametsi non magnam fortunarum suarum partem in quæstum deduxerit. l. si quid. in fin. de ædilit. edict. Spieg.

NOMEN propriè quid significet, ab Alci. petendum est, qui cap. j. quarti Dispunct. liberaliter nobiscum communicauit diuitias doctrinæ suæ minimè uulgaris. Spieg.

NOMEN appellat Connan. quicquid rem propriè notat & ut ait Plato in Cratylo, quod naturę rerum discernendæ est indicandæque instrumentum. Quòd opinionem Festo Pomponio attulit ut putaret dictum quasi nouimen, quia notitiã rei præbeat. Verisimilius est sumptũ à Græcis à quibus ὄνομα appellatur, ἀπὸ τοῦ νόμου, id est lege, uel consuetudine: quoniam usu constant nominum appellationes penes quem arbitrium, lex est & norma loquẽdi, aut ut Platoni uidetur, quod non natura sint ipsa hominũ nomina, sed hominum instituto ab ipsis legislatoribus instituta: quorum munus est uel hoc præcipuum & maximum, rem suo quanque proprio certoq; nomine appellare, ne quam peccandi materiam det ambiguitas uerborum. Nomen igitur est quod cuiusque rei compræhendit notionem, seu uno seu duob. pluribúsue id fiat uocabulis. Cic. lib. 1. de Inuent. definit esse quòd unicuiq; personæ datur, quo suo quæque proprio & certo uocabulo appelletur. qua definitione, prenomen, nomen, cognomen & agnomen complectitur &c. Connan. lib. 2. cap. xj. nu. 4. uide & Ferretum tit. de legat. §. si quis in nomine.

NOMEN simpliciter posuit pro causa Arrianus in l. 4. de re milit. Exautoratus, inquit, eo nomine, non utiq; infamis erit. Spieg.

NOMEN familiæ est, & omnia quæ ad unum quemq; nostrum differendum excogitata sunt, à nomine differunt: quia eo gens cognoscitur, ideoque gentilitium dicitur. Cætera ordine uariantur. Nam quod præponitur, prænomen: quod post fertur, cognomen: quod ad ultimum additur, agnomẽ est. ut C. Iulius Cæsar: Iulius nomen est familiæ Iuliorum, C. prænomen, Cæsar cognomen. Vide Alciat. lib. dispunct. 4. Camerarius noster: Omnia quidem, inquit, quacunque de causa homini imposita nomina, cum certum quendam hominem designẽt, propria sunt. Prima tamen Romanorũ appellatio uerè propria in uiris quidem uidetur esse. Quippe qua inter se, qui non solùm diuersarum familiarum, sed eiusdẽ etiam essent, discerni possent. ut M. Tullius Cicero, & Q. Tullius Cicero. Sp.

NOMEN generalis appellatio est, quę & prænomen, & nomen familiæ, & cognomen complectitur. Seneca lib. de benefic. 4. Si quod à Seneca accepisses, Annæo te diceres debere, uel Lucio, non creditorem mutares. sed nomen. Quoniam siue prænomen eius, siue nomen dixisses, siue cognomen, idem tamen ille esset. Propriè tamen Nomen à prænomine, cognomine, agnomine distinguitur: uti patet ex l. 4. C. de testa. & §. siquidem, 27. Inst. de legat. itemq; ex his Charisij uerbis: Propria nomina, inquit, in quatuor species diuidunt: prænomen, nomẽ, cognomen, agnomen. ut Publius, Cornelius, Scipio, Africanus. Prænomen est quod nomini præponitur, ut Publius: Nomen, quod familiæ originem declarat, ut Cornelius: Cognomen, quod nomini subiungitur, ut Scipio: Agnomen, quod extrinsecus adijci solet, ut Africanus. Hotom. ex Connan. libro 2. cap. xj. numero 3. & 4.

NOMEN facere, dupliciter accipi solet, hoc est, ut Grammaticorum uerba usurpem, actiuè & passiuè: actiuè dicitur quis nomen facere, quum mutuat, passiuè cum mutuatur. in prima significatione capit Cicer. Epistolar. lib. 8. Accepi Auianij literas, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum, qua ego uellem die. Sic Seneca de benefic. lib. j. Sed nomina facturi diligenter in patrimonium, & uasa debitoris inquirimus. Idem lib. 1. de uita beata, nunquam magis nomina facio, quã cum dono. in secunda significatione utitur. Cice. lib. 3. offic. Emit homò cupidus & locuples tanti quanti Pythius uoluit, & emit instructos, nomina facit, negociũ conficit. Hũc ergo locum, si ad creditorẽ respicias, actiuè, si ad debitorem, passiuè accipiemus. Quare talis Vlpia. sensus erit, si proxeneta interuenerit, & hortatus fuerit creditorem, ut pecuniam debitori mutuaret, nõ poterit contra eum agi. Inde autem hæ locutiones na-

tæ sunt, quoniam creditores nomina debitorum in codicem referebant, ut ostendit Cic. in orat. pro Roscio Comœd. Hinc creditor dicitur facere nomē, q̃a credit, debitor, quia mutuatur. Nomina igitur crediторum sunt credita, debitorum uero debita. Creditorum ueluti quum, ait Cic. in orat. pro Roscio Comœd. Non refert parua nomina in codices? & paulo pòst, quæro quampridem hoc nomen Fan. in aduersaria retulisti? & in Verr. act. 3. Quum per eos ipsos dies, p quos causam Dio diceret, reperiretur pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse. Sic Columella de re rustic. lib. 1. Vel optima nomina nō appellando fieri mala fœnerator Alphius uerissime dixisse fertur. Debitorum autem, ut apud Cicer. pro Quinctio, debere certis nominibus grandem pecuniam. At ubi Bud. in hac lege Philanthropiæ legi iubet, Pand. Flor. habent Philanthropi, quem locum ego ita exponi posse censeo, si proxeneta quicquā accepit, siue mercedis nomine, siue aliter, ꝓpterea qđ debitorem amauit & laudauit, id restituitur non cogitur. est enim Philanthropos homo benign⁹, & hominum amator. Ferran. Explicat. libr. j. in l. 2. de proxenet. cap. 54.

NOMEN, pro debitore, maximè in re fœneratoria, apud Iurisconsf. sæpissimè inuenitur. Hinc pecuniæ in nominibus dicuntur, quæ datæ sunt fœnori. In hac quoq; significatione accipitur nomen ab Vlpia. l. si quis uxori. de furt. Si quis, inquit, seruo meo persuaserit, ut nomen suum ex instrumēto tolleret. Nebr. Sed & Bud. Nomina, inquit, pro debitorib. ponuntur, uel pro syngraphis creditarum pecuniarū. Sic accipitur nomen, teste Alciato, in l. nominis. de uerb. sig. Idem nomina intelligit cautiones fœneratorias, non admodum absimiles his, quas hodie literas cambij dicimus. Porrò debitoris nomen an numeretur inter mobilia uel immobilia, Bart. tractat in l. potest. ff. de autor. tut. Quomodo uerò nomina distrahantur in causam iudicati, id est, tanquam pignora uendantur, explicant interpretes in §. fin. famosę. l. à diuo. ff. de rei iud. Spiegelius.

NOMEN, pro obligatione debitoris accipitur. sicut cum dicimus, uendo nomen. Sic & causam, sic accepti expensiq; titulum, sic singula in conficiēdis rationibus negocia appellamus. l. pen. & fi. C. de cōuen. fisc. deb. Sic & in SC. dicitur, incertis nominib. pecuniam à Macedone filijsfam. credi solitam. l. j. ad Maced. Quandoq; & agnationem significat. ut cum prohibemus fundū de nomine nostro exire. l. is qui. de legat. Alciat. de uerb. sig. Adde Forcat. in Necyomantiæ dial. 98. num. j.

NOMEN porrò gentilitium erat & cōmune totius gentis, familiæ, adgnationisue. unde ab Halicarnasseo lib. 2. συγγενικὸν καὶ πατρωνυμικὸν appellatur. Hoc prænomini subiungebatur, cognomē uerò ferè semper antecedebat. Tribus enim nominibus usos Romanos notius est, quàm ut à me confirmari debeat. l. j. ff. de lib. & post. l. 21. ff. qui testam. fac. l. 8. §. sed & cùm in prænomine. ff. de secun. tab. §. si quis in nomine. Instit. de legat. ubi Theophil. nomen interpretatur τὸ κύριον ὄνομα οἷον Τίτιος. λέγεται δὲ τὸ ἰδιώνυμον ἐπειδὴ ἀπὸ φύσεως ὃ ἀπὸ ἰδίας λαμβάνεται. Briss.

NOMEN, cognomen, prænomen & agnomen differ. Quid differat sensu inter nomen, cognomen, prænomen & agnomen, summa controuersia est inter scriptores. id sanè ferè constat inter omnes, prænomen esse, quod alijs præponitur, agnomen uerò quod ab euentu imponitur. At maior difficultas est in nomine & cognomine. Accur. Prisciani sententiā amplexus putat nomen esse proprium. In cuius sententiam accesserunt pariter omnes huius loci interpretes. Theophilus quoq;, dum hunc locum uertit, idem sentire uidetur. Alcia. lib. 4. dispun. c. j. secutus Diomedem Grammaticum & Nicolaum Perrottū econtrariò nomen censet esse familiæ, cognomē uerò proprium. Laurent. Val. nomen & cognomē tradit esse familiæ, prænomen proprium singulorū. Anton. August. latius præ cęteris omnibus & prosequitur lib. 3. c. 8. qui fermè in omnib. Alciati opinionem uidetur approbare. Ego, ut Vallę potius sententiam probem, facit Appianus Alexādrinus, qui prooœmio histor. Rom. ita scribit: τοῖς δὲ χρόνοις ἐπὶ μὲν πᾶσι περισσὸν ἐδόκει μοι καταλέγειν, ἐπὶ δὲ τῶν ἐπιφανεστάτων ἐκ διαστήματος ἐπιμνήσομαι, καὶ τὰ ὀνόματα Ῥωμαίοις πάλαι μὲν ἦν ἓν ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἑκάστῳ, μετὰ δὲ ἐγένοντο δύο. καὶ οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ καὶ τρίτον ἤρξατο τισὶν ἐκ ἐπιγνώσεως ἐκ πάθους, ἢ ἀρετῆς προστίθεσθαι κατὰ τὸν Ἑλλήνων τισὶν ἐπὶ τὰ ὀνόματα ἐπικλήσεις. Tempus aūt in omnibus recensere superuacaneum existimarim: at in rebus clarissimis interualla monebo & nomina. Romanis olim unum erat, sicut omnib. hominibus, postea assumpsēre duo, nec multo post tertiū propter uirtutem, uel aliquod πάθος aliquib. ut dignoscerentur, imponi cœptum, iuxta Græcorum morem, quibus ultra nomina erant etiam cognomina. Ex quo patet decipi Accurs. una cum Prisciano, & iurisperitis, qui hunc locum interpretantur, quia nomen nō est proprium: est enim proprium, quo primo tantū habebatur, & primo loco poni consueuit, quod nūc prænomen appellamus. Patet etiam falli Alcia. cum Diomede & alijs, qui cognomen proprium esse tradunt cum Appianus dicat id ultimò habitum, & in uirtutis πάθουσue cognomen imponi cœptum. Quod etiam ex multis præstantissimis scriptorib. probari potest. Cic. pro L. Murena. Quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat, eandē hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. Idem libr. j. de finib. Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenit. & lib. 3. de offic. Atq; hic T. Manlius is est, q ad Anniennem Galli, quē ab eo prouocatus occiderat, torque detracta cognomen inuenit. & de somno Scipionis. Eritq; cognomen id tibi partum, quod habes ex nobis adhuc hęreditarium. T. Liu. lib. j. Mansit Syluius postea omnib. cognomen. idem lib. 7. æmulumq; decoris sui absentem M. Valerium Coruinum. id enim illi deinde cognominis fuit summo fauore populi tres & uiginti natum annos consulem renunciauit. De quo etiam Propertius lib. 3. Et cui cognomē coruus habere dedit. Idem Liu. lib. 9. loquens de L. Papyrio Cursore, præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit. Et lib. 29. Id uectigal commentum alterum ex censorib. satis credebant, populo irato, quod iniquo iudicio quondā damnatus esset, & in pręcio salis maximè oneratas tribus, quarū opera damnatus erat, credebant. Inde salinatori Liuio inditum cognomen. Sic libr. xx. Africani cognomen militaris prius fauor, an popularis aura celebrauerit, an sicuti Felicis Syllæ, Magniq; Pōpei patrum memoria cœptum ab assentatione familiari sit, parum compertum habeo. Primus certè hic Imperator nomine à se deuinctę gentis est nobilitatus. exemplo deinde huius nequaquā uictoria pares insignes imaginū titulos, claraq; cognomina familiæ facere. De quo etiam Salustius in bello Iugur. ita scribit: Masinissa rex Hunudarū in amicitiam receptus est à Publio Scipione cui cognomen postea Africano à uirtute fuit. post quem multi à domitis prouincijs cognomen assumpsere. Sic illius frater L. Scipio cogno-

cognominatus fuit Asiaticus, Scipio Æmylian9 Numantinus. P. Seruilius Isauricus. C. Metellus Macedonic9. & eius filij alter Cretic9, alter Balearis. Drusus Germanicus, Varus Quintilius Getulicus, Seuerus Ariabenicus, Parthicus, & Arabicus. Aliqui quoque à captis piscibus, ita Sergius Orata, & Licinius Muræna cognominati fuêre. Præterea si cognomé, quod est tertium, esset propriũ, sequeretur, ut qui solum duo nomina habebant, ueluti C. Marius. & Q. Sertorius, proprio caruissent, quod est absurdũ, quo argumento usus fuit Posidonius teste Plutarcho in uita C. Marij, cõtra eos, qui tertium nomen propriũ esse putabant. Facit etiam cõtra eos, quod cognomé ultimo loco ponebatur. Quod autem neq; nomé sit cuiusquam proprium præter rõnem supra dictã satis uidetur Alciatus ibi probare, quód etiam ex multis alijs scriptorũ locis conijcere licet. Sic actio. j. in Ver. Scit is, qué adesse uideo Cn. Lentulus Marcellinus, quorũ fide atq; præsidio Siculi maximé utuntur, quo omnino Marcellorum nomini tota illa prouincia adiuncta est. idem in Bruto, Multa .n. scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus genera etiam falsa, & ad plebem trãsitiones, cum homines humiliores in alienum eiusdé nominis infunderentur genus. Liuius lib. 1. tñ in re tam clara nominũ error manet, utrius populi Horatij, utrius Curiatij fuerint. Idem lib. 2. Furios Fusios scripsêre quidam, id admoneo, ne quis immutationé uirorum ipsorum esse, quæ nominũ est, putet. Et iterũ in eod. lib. se quoq; id gñri, ac nomini dare. & L. Florus lib. 3. Loquens de Mario, subrogare conatus est in eius locum C. Gracchum hominé sine tribu, sine nomine, sed subito titulo in familiá ipse se adoptat. Restat igitur, ut prænomé, quód primũ est, propriũ sit, ut Posidonius tradit. Nec moueor, quod in hoc Plutarchus eum repræhendat, propterea, quod eo modo mulieres nomine proprio caruissent, quibus propriũ nomen nõ imponebatur. nanq; falli uidetur in hac re Plutarchus, ut Viglius ex Plinio & Festo docet, tit. de exhæred. lib. & Ant. August. quoq; affirmat. Non ignoro quandoq; nomé usurpari loco prænominis, ut in l. cum filius. §. cum pater. de lega. 2. & in l. facta. §. sub cõditione. ff. ad Senat Treb. Capitur & aliquando pro cognomine, ut patet in loco Liuij de Africano adducto. Sic apud Horat. carm. lib. 4.

Non incendia Carthaginis impiæ
Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucratum rediit.

Vt Maioragius olim præceptor meus, uerè dixerit, nomen esse genus, quandoquidem hæc omnia nomina dicuntur, tamen ꝓpriè pro familia capi solet. Cum igitur ab initio oẽs homines unum tantum nomen haberẽt, ut Appianus ait, & ex historijs constat, præter Troglod itas, & Atlantes, illos .n. Herodotus, istos Plin. scribit sine nomine fuisse, quod etiam de Apharantibus Nicol. in lib. περὶ ἐθῶν, necesse erat, ut id esset propriũ singulorum. Additum posteà fuit secundũ, præcipuè Romanis, quod est familiæ nomen. Verum ut primũ à secũdo dignosci posset, Prænomẽ uocarũ fuit. Et in hoc decipitur Theophilus, qui prænomen tertium esse putat, cum primũ sit. Cic. lib. 4. ad Attic. de Euthychide gratum, qui uetere prænomine, nouo nomine T. erit Cæcilius. Et Plutarchus ἐν τοῖς ῥωμαϊκοῖς, ait prænomina Latinos integra non scribere, sed aut una solũ litera, ut T. L. M. aut duabus, ut Cn. aut tribus, ut Sex. Ser. ex quib. apparet, ut dixi, contra Theophilũ primũ esse prænomen. Post aũt tertium nõ omnib. sed aliquib. tantum impositũ, ex rebus gestis, ut ait Plutarchus, uel ex natura, uel ex aliqua corporis figura, quod cognomen appellarunt. Et hoc quemadmodum etiam secundũ erat hæreditariũ. Ideò Valla optimè dixit nomen & cognomen esse familiæ, nam nomine familia à familia differebat, cognomine uero pars familiæ ab altera, siue ab alijs distinguebatur. Et ideo errauit Accurs. & cæteri, qui cognomen propriũ familiæ nomen esse crediderunt, cũ sit quidem familiæ nomen, sed non propriũ uerũ ab euentu, ut supra docuimus. At quoniam aliquando contingebat, ut ei, qui tria nomina habebat, propter aliquem euentum quartum nomẽ, & sic alterũ cognomen adderetur, ad primi cognominis differentiam, proprio uocabulo agnomen illud dixêre. Nec me præterit à plerisq; cognomen pro agnomine usurpatum fuisse, sicut apparet ex locis suprà recitatis, in quibus Africani mentio facta est. eadẽ enim rõe, qua tertium, quartum quoq; cognomen dici potest. Sed ut ultimum, à tertio differret nomine, agnomẽ nuncupatum fuit. Quamobrẽ hîc labitur Anto. Aug. qui scribit agnomen nõ reperiri, nec esse necessariũ. Cic. lib. 2. de inuent. Nomen aũt cum dicimus cognomẽ quoq; & agnomen intelligatur oportet. Verũ ait locum esse deprauatum, quod tamẽ nulla rõe probari potest, nec mihi uerisimile uidetur: cum oẽs Rhetores & Grammatici, præter Linacrum, ita locum illũ legerint, ut patet ex illorum scriptis. Fit etiam illius mentio à Gordiano. in l. si in nomine. C. de testam. Quinimmò Ouid. lib. 3. de ponto, in elegia ad Cottã ait, adiectiq; probent genitiua agnomina Cottę. Qđ autem in Pandectis agnomen nõ legatur, id non me mouet: quandoquidẽ ibi agnomen sub cognomine comprænhenditur. Idem etiam responderi potest ad Theophili Instit. Instit. quia in re dubia standum nõ est, sed potius Latinè scriptis, à quib. illæ sumptę fuęrunt. Sed hoc pluribus uerbis disputare minime necesse uidetur. Cum Pausanias scriptor probatissim9 in Achaicis ita scribat: τοῖς δὲ ἀντιπέμπουσιν Ἀθηναῖοι στρατιάν τε καὶ ἡγεμόνα Ἀτίλιον· τοῦτο γάρ οἱ τῶν ὀνομάτων ἦν τὸ ἐπιφανέστατον· ἐπεὶ καλεῖσθαί γε οὐ πατρόθεν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ ταὐτὰ Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ τρία ἔστιν ὅτε ἢ ἐλάχιστα καὶ ἔτι πλείονα ὀνόματα ἑκάστῳ τίθενται. Tunc aũt mittunt Atheniensib. exercitum, & Ducem Attilium, hoc .n. illi erat aliorum nominum clarissimum, quoniam non uocãtur à patrib. Romani, sicuti Gręci, sed aliquando tria, aliquando pauciora, aliquãdo plura nomina cuilibet imponũtur. Ergo præter tertium nomen est & quartum, quod quandoq; necessarium est, ut supra dictum fuit. Quare multos quatuor nomina habuisse legimus. ut P. Corneliũ Scipionem, Africanum, cuius primũ prænomen fuit, secundum nomẽ, tertium cognomẽ; quartum agnomen. Nã P. erat propriũ, Cornelius familiæ, Scipio quoq; familiæ à casu, quod P. Cornelius patrem suum, qui lumina amiserat, loco baculi regeret, Africanus ab Africa deuicta. idem dici potest de Scipione Asiatico, & Scipione Nasica. Ex quib. etiam liquido constat, nõ esse ueram distinctionem Viglij inter cognomen, & agnomen. Dixit enim cognomen esse familiæ, agnomẽ uerò ab euentu. quod Priscianus quoq; retulit. Patet etiam deceptũ fuisse Odofredum, qui tradidit cognomen esse à matre, agnomen autẽ à patre. Constat pariter labi Carolum Sigonium, qui in lib. de nominib. Romanorũ, nihil putat differre cognomen ab agnomine. Sciendum est autẽ liberos ut plurimũ habuisse tria nomina, libertos duo, seruos unum, quamuis nonnulli scripserint libertos quoq; tria nomina habuisse, ut notauit Politian9 in Miscellaneis suis c. 31. Non ignoro à nonnullis quamplurima

ma alia de nominib. recenseri, sed ea solum, quæ magis necessaria mihi uisa fuerunt, hic apponere satius esse duxi. Ferran. lib. 2. explic. In §. si quis in nomine. de leg. c. 30. Vide etiá latissime Curt. ἀπορῶν li. 1. c. 26.

NOMENCVLATOR, qui ciuium nomina omnium tenebat, & quum opus esset pronunciabat. lis ueteres dum ambitioni seruiebant, utebantur. Cice. in Muræniana Monitores eos appellat. Vlpi. l. 7. §. 2. ff. de op. lib. Nam huius quoq; est ministerium, si forte uel librarius, uel nomenculator, uel calculator sit. Venuleius l. ult. in fin. de lib. cau. Potest tamen & impubes operas dare: ueluti si nomenculator sit, uel histrio. Cice. in illa quam antè nominaui: Quid? quod habes nomenclatorem? in eo quidem fallis, & decipis: nam si nomine appellari abs te ciues tuos honestum est, turpe est eos notiores esse seruo tuo, q̃ tibi: si etiam noris, tamen per monitorẽ appellandi sunt, cur non antè petis, q̃ insusurrauit, aut quid, cùm admoneris, tamen quasi tute noris, ita salutas?

NOMENCVLATOR in l. 7. §. dabitur. ff. de oper. lib. l. ult. in fin. ff. de liber. cau. Sic appellabatur, q̃ nomina transeuntiũ salutantiúmue domino suggerebat. Senec. lib. 2. Epist. 19. Alioquin habebis conuiuas, quos ex turba salutantium nomenculator digesserit. Et Epist. 27. lib. 3. Nemo uetulus nomẽculator, qui nomina non reddidit, sed accepit. Quint. lib. 6. c. 4. ut Afer ingrato litigatori cõspectum eius uitanti in foro, per nomenculatorẽ missum ad eum, Amas me, inquit, quòd te nõ uidi. Plutarch. in Cato. ὀνομακλήτορα uocat. καὶ τίμα, ait, γραμματέα ἐπαινεῖ τοὺς παραγγέλλοντας ἀρχὴν ὀνοματοκλήτορα ... [illegible] ... Briss.

NOMINA uel rerum sunt uel hominum. l. 4. ff. de leg. lib. j. Illa à Grammaticis Appellatiua uel Cõmunia uocantur, quæ scilicet indicandæ designandæq; rerum naturæ & substátiæ causa inuenta sunt, ut homo, uestis, domus. Hæc Propria uulgò dicuntur, quę ad singulas species eiusdem generis ambitu comprehensas discernendas pertinẽt, uelut Lucius, Titius, Gaius, Seius, Gaia quæ nomina Iurecõsultis familiaria & usitata fuisse Plutarc. ἐν ῥωμαικοῖς, & Cic. pro Murẹn. ostendit: ex eoq; dilucidè colligitur qđ his uerbis Prætores in edictis usi sunt. l. x. ff. quæ in fraud. credit. l. j. ff. de tab. exhib. l. 2. §. cùm quidam. ff. ne quid in loco pub. l. j. ff. de liber. exhib. Quæ nomina ingenuis tribuuntur, ut & seruis Stichi, Damæ, Pamphili, Erotis, Arescusæ. Briss.

NOMINA, id est, cautiones fœneratoriæ. in l. solutum. §. j. ff. de pig. actio. Non admodum adsimiles iis, teste Alciato, quos hodie literas cambij dicimus. Vnde & fide nominum traijci, apud Cicer. aduersus Sallustiũ, pro eo quod est, pecunias per literas cambij transmittere. Spiegelius.

NOMINA etiam fœneraticias cautiones significant, interprete Iustinia. in l. ult. C. de pact. conuẽn. Cuius significationis rationem exponens Ascon. in 3. Verrin. titulos debitorum nomina appellata scribit ab eo, quod Kalendarijs solẽt eorum, quibus pecuniæ credebantur, nomina perscribi. Ex quo factũ est, ut nominis appellatio ad omnem obligationem, omnemq; contractum pertineat. l. 4. ff. de uerb. sig. Vnde iocus elegans Bibaculi in Grammaticum, qui uilla sua creditoribus cesserat: Mirati sumus, ait,

Vnicum magistrum
Summum Grammaticum, optimum poetam,
Omnes soluere posse quæstiones,
Vnum difficile, expedire nomen.

Ita Nomina exaudienda sunt in l. 31. ff. de pet. hær. l. 6. & l. 17. & l. 23. in fi. ff. de hæred. uend. l. 2. ff. de donatio. l. 3. ff. de usufr. ear. rer. l. 2. l. 6. l. 7. C. de oblig. & actio. l. j. C. de nouatio. l. 4. C. quæ res pign. l. 18. ff. de pigner. act. l. 18. C. de legat. l. 77. §. hæreditatem. ff. de legat. lib. 2. Briss.

Bona nomina & idonea appellantur, cùm soluendo est debitor. l. 19. ff. ad Velleia. l. 101. ff. de solutionibus. l. 13. §. j. l. 35. & l. 43. ff. de admin. tutor. l. 21. §. Lucius. ff. de annu. leg. l. 89. ff. ad leg. Falcid. Vbi quidá codices idoneis hominibus scriptum habẽt, eodem errore, quo in P. Flor. hominib. sub fideiussore factis pro nominib. in l. 2. in fi. ff. de custod. reor. Secundũ hoc genus loquendi in SC. Macedoniano scriptum est, bonum nomen filijfa. fieri non posse. l. j. ff. de SC. Macedo. In quo uerbo elegans est Ciceronis iocus lib. 4. Epist. ad Plancum, qui post expositá æris alieni, quo premebatur magnitudinẽ, se tamen hoc consecutum ait, ut bonum nomen adeptus existimetur. Bonum nomen facit creditor, qui delegatũ sibi debitorem admisit, eoq; contentus fuit. l. 26. §. abesse. ff. mand. Brisson.

Deteriora peioráue dicuntur nomina, quorũ difficilior exactio est, propter inopiam debitorum, qui facultatib. bonisq; lapsi soluendo non sunt. l. 35. ff. si cert. pet. l. 30. ff. ad leg. Falcid. l. ult. §. pen. ff. de admi. rer. ad ciuit. Sic apud Columell. Alphius fœnerator optima nomina nõ appellando fieri mala dicit. Bris.

NOMINA debitorum nõ ueniũt in statuto, neq; cõprælienduntur à iudice publicante bona sua. Bal. sing. in l. j. ff. de sta. ho. item nõ ueniunt in donatione omnium bonorum, præsentium & futurorũ. Ita consuluit singul. Bal. cons. 232. super infrascriptis dubijs. in secundo dubio, in secundo lib. Scripsi de utroque suprà in uerbo, Bonis publicatis. ubi retuli, quod D. Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. in ult. uerbis. ff. de uerb. obl. refert se cõsuluisse per hoc sing. xcv. Bal. quòd donatio omnium bonorum mobilium & immobilium, ubicunq; existentium, ualeat, cum nõ ueniant nomina debitorum. Cotta.

NOMINA facere, est pecuniam mutuá dare, aut aliàs debitorem sibi aliquem facere. Petrus Marsus, & Fr. Maturantius, nomina facta sunt, apud Cic. lib. offic. 3. intelligunt pro eo quòd est, sufficientem cautionem datam, **Man hat die verschreibung gegen einander gemacht.** Sic nomina simpliciter pro debitoribus ponuntur. Columel. Mala nomina sæpe interpellanda sunt. Vide, Bona nomina. Spieg. & Connan. lib. 7. cap. 6. num. 3.

Incerta nomina dici possunt eorum debitorum, quorum dubia est fides propter impedientem inopiam aut alium fortuitum casum. Certa uerò dicuntur Horatio, quæ ualde bona sunt. Connan. lib. 7. ca. 2. numero 4.

NOMINA iuris, alia sunt particularia: ut obligatio, seruitus, dominium. Alia uniuersalia. Ea tripliciter assumũtur. Aut enim uniuersitas solius facti, seu corporum est: ut grex, chorus, familia. Aut iuris & facti mixtim: ut peculium, dos, matrimoniũ. Aut solius iuris, ut hæreditas: ea enim nomen seruat, etiãsi nulla corpora hæreditaria sint l. hæreditas. de pet. hæred. Vide Alc. in comment. de uerb. sign. Spieg.

NOMINA Vlp. in l. j. ad Maced. usurpat pro causis ipsis, seu tit. particularib. cuiuslibet pecuniæ, quę in rationib. accepta fertur. Nos eiusmodi nomina, id est, titulos, cùm erogationum, tum acceptorum uocamus. Spieg. Adde Ferrettum tit. de literarũ oblig.

NOMINA facere & contrahere pro eodẽ dicuntur,

tur.l.17.ff.de administr.tutor.l.xxxix.ff. de neg.gest. l.ix.ff.de pact.l.64.ff.de legat.lib.iij l.quarta. & l.52. §.primo.ff.de pecul.l.2.ff.de proxenetic. l.prima. ff. de ann. leg.l.41.§.ulti.ff.de fideic.libert. l.3.§.multa. ff.de iur.fisc. Senec.lib.j.de benef.Nomina facturi in quirim⁹ in uasa debitoris,& aliàs sæpenumero.Briss.

NOMINA numeralia colligunt,non autẽ distribuunt,aut diuidunt:ut docet Barto.in l.si ex toto.§. fin. de legat.j. Spiegelius.

NOMINA pulchra multo precio esse comparanda. Ita Ioan. And. de Milentia uxore sua recitat,in c. j. de depos.ubi dicunt Card.& Imola: Si quis deponat rem suam apud hominem illoti, turpis nominis, & res perdatur,esse imputandum deponẽti, qui nomen turpe non abhorruit.

NOMINA quædam in Pandectis leguntur non nisi in personis seruorum & libertorum, ut Statius, Erotes, Pamphilus, Stichus,& alia multa:& ex contrario Caius, Seius, Meuius, Sempronius, Titius,nomina sunt libertorum:quamuis Statius Cæcilius comicus,& Statius Papinius heroicus,poetæ celebres fuerint, nihilominus alter seruilis, & alter libertinæ cõditionis memoratur. Vide Alexandrum lib.Gen. dier.3.capit.xx. Crinitum de poetis Latinis,& infrà, Seruorum nomina. Spiegelius.

NOMINA respectiua quæ sint,uide C.de seruit. fugit.l. pen.& ibi not.& l.unica.de Sent.quæ pro eo quod interest profer. Spieg.

NOMINA tria Romani usurpare honestum putarunt, quasi unum ab auo:aliud à patre,à seipsis in... ntum tertium haberent. Conna. lib.ij.ca.11.nu.83.

NOMINA xxxv.Romanarum tribuum. Quære in uerbo,Tribus.

NOMINARI dicimus magistratus, tutores, & alios,qui ad munera publica aliquo suggerente uocantur.l.secunda § si eo tempore.ff.de administ.rer. l.undecima.& l.decimatertia. ff. ad municipal. l. 14. C.de excus.tut. Briss.

NOMINARE, est præsentem sistere. & ut iuris Pontificij scriptores dicunt, ius patronatus habere, hoc est,nominare designandum,Budæo teste. Cæterùm nominare, fideiubere,& in se periculum recipere,non distare indicat Albericus,per §.fi.in l.cum ostendimus.ff.de fideiuss.tut. Spieg.

NOMINATIM, hoc est, expresse exhæredatus quis sit,uide in l.tertia. §.nominatim. ff.de iniust.testa. item.§.nominatim.Institutio. de exhæred. liber. Nominatim etiam intelligitur expressus, qui nõ nomine proprio,sed demonstratione corporis, aut opificij,officijúe,necessitudinis,atque affinitatis,aut alio modo designatur. l.secunda. de legat.2. & similibus quæ Albericus citat.Bartol. in l.siue à certis. ff. de duob.reis, nominatim qđ dicitur explicat & in l. turpia. §.fi.de leg j. qđ sit nominatim fieri,docet.Sp.

NOMINATIM legem accipiendum est,quòd à quo legatum sit,intelligitur,licet nomen pronunciatum non sit.autor Paul. de legat.3.

NOMINATIM exhæredatus filius uidetur nomine, uel prænomine, uel cognomine simul adscripto,uel altero ex his.l.j.ff.de lib.& post.sed & illa nominatim uidetur facta exhæredatio. quæ ita facta est. Filius meus exhæres esto, licet nomen eius expressum nõ sit,dummodo unicus sit.l.2.ff.eo.§.nominatim.Institu.de exhær.lib. Quod & Seruius quoq; ad illa Vergilij uerba,quæ sunt 4.Æneid. Ac morientẽ nomine clamat,tradit. Quinetiam si quis filium habens ita exhæredauerit, Cæteri omnes filij filiæque meæ exhæredes sunto, nominatim exhæredasse uidebitur.l.25.ff.eod.tit. Postumus quoq; nominatim exhæredatur siue ita dixerit testator, Quicunq; mihi nascetur, siue ita: Quicunq; ex Seia nascetur, uel ita: Venter exhæres esto.l.3.§.nominatim. ff.de iniusto rupt. Et ita uerbum Nominatim accipiẽdum est in l.1.ff.de hæred.institut. & in l.3.& l.13.ff.de iniusto rupt.l.21.ff.de lib. & post.l.4.ff.unde lib.l.penul. §.uideamus.ff.de contra tab.l.xx.§.existimo. ff.de bon. libert.l.x.§.qui filium.ff.de testam.tut. l. 2. C. de lib. præterit.l.ult.C.de bon.poss.cont.tab. Cui opponitur inter cæteros,ab Vlp.in Institu.tit.22.& à Iustin. in §.nominatim.& §. postumorum. Instit.de exhær. liber.Et ibi Theoph.& l.ult.C.de lib.præterit. Briss. Connan. item lib.x.c.2.nu.2.his adde Balduini comment.super institut.Iustin.lib.2.tit.13.de exhær.lib.

NOMINATIM legatur alicui qđ ꝓprio eius nomine expresso,uel ꝑ demonstrationẽ corporis,artificij,officijúe,uel affinitatis, uel necessitudinis relinquitur.l.34.ff.de cond.& dem.Demõstratio. n. nõis uice fungitur.l.6.ff.si cert pet.l.9. §.si qs nomẽ.ff. de hær.inst Nominatim ẽt ab aliquib.relictũ intelligit, qđ nõ sub appellatione hæredũ,in hunc modũ,Quisquis mihi hæres erit,sed ꝓprijs nominib. expressis, uel indubitabili signo demõstratis relinquitur. l.j.§. id qđ ex substitutione. ff.ad l.Falc.l.124.ff.de leg li.j. l.28.§. ult.ff.de leg lib.2.l.24.ff.ad Treb.Deniq; qđ à quo legatũ sit intelligitur, licet nomẽ ꝓnuntiatũ nõ sit,id nñatim legatũ cẽsetur.l.90.ff.de leg.lib.3.Briss.

NOMINATIM uti sit accipiendũ in l.Fusia Caninia,q̃ seruis libertatẽ testamẽto nominatim relinq. cauebat,exponitur à Paulo lib.4. Sent.tit.24.& in l. 24.l.37.& l.59.ff.de manum.test. Scđm quod in §.libertas.Instit.de leg.& apud Vlp.Instit.tit.j. ad fi.uerbum hoc exponendum erit. Briss.

NOMINATIM manumitti seru⁹ ex l. Fusia Caninia sic uidetur: Stich⁹ liber esto: uel sic, Obsonatorẽ,uel q ex ancilla illa nascetur,liberũ esse uolo. Pau. lib.Sẽt.4.c.14.& l.nñatim,24.& 37. ff.de manu. test.

NOMINATI in criminib.nõ dicuntur ij,quorũ nomẽ delatũ est,quiq; rei facti sunt:sed ij quorũ nomẽ ab altero reo appellatũ est. Sic Papia.l.17. §.x.ff. ad municip. In quæstionib.nominatos capitaliũ criminũ,&c.& l.2 ff.de bon. dot.qui ant.sent.Cice.pro Postumio: Neminẽ unq̃,quo ea pecunia peruenisset, cùm dixisse,q in æstimãdis litib.appellat⁹ nõ esset.In litib. aũt nemo appellabatur,nisi ex testiũ dictis, aut tabulis priuatorũ,aut rõnib. ciuitatũ.Itaq; in ferẽdis litib.adesse solebãt,qui aliquid se uerebãtur: &,cum erant appellati,si uidebatur,statim contradicere solebant.Tranquil.in Calig. Quæstorem suum in coniuratione nominatum flagellauit, ueste detracta: id est,ab uno ex coniuratis indicatum. Hotom.

NOMINATIVVS ꝓ genitiuo, elegãtissima est figura loquẽdi,qua frequẽtissimè utũtur Ic.in l.quæsitũ.§.idẽ Celsus.ff.de fide instr.ubi dicitur, Hoc genus seruos,id est,eius cõditionis seruos. sic & in l.& ita.§.j.naut. caup.stab. ubi dicit I.C. Prætorẽ curam agere reprimendę improbitatis hoc genus hominũ, id est,eius generis,eius conditionis. Spieg.

NOMINATOR. Nominatores IC.Digest.27.à nominarijs lõgè diuersi sunt. Sic.n.appellãt eos, qui tutorũ nomina subijciunt,ceu idonei sint. Eodẽ mõ & magistratuũ nominatores uocãtur in tit. de magistr.cõuen.l.j. Aliter accipitur nominator,& nominatio,in iure põtificio,ut cũ dicimus regẽ Galliæ ad prælaturas nominare,nominandũ à rege debere habere gradũ,& alia huiusmodi.Põt aũt sic noïatio ipsa non malè finiri,sentẽtia & docto iudicio D.Corrasij,c.4. eius

eius Paraphrasis in uniuersam sacerdotiorum materiam. ut sit gratiosa quædam cõcessio facultatis petendi,& acceptandi beneficium, præfinito tempore uacans ab uniuersitate Galliæ celebri, Gallo, suę disciplinæ alumno, legitimè facta. Atque hæc satis de Nominatore. Anchora.

NOMINATVM delictũ interpretes appellant, quod Iurisconsulti generalis delicti nomine intelligunt:ut in dictione Delictum,indicaui. Speciale uerò delictũ uidetur, quod innominatum dicũt:ut cũ quis in ius uocatus nõ paret, cum temerè appellat, cum ius dicenté contemnit, cum in munere sibi imposito per desidiam quis cessat:eiusmodi enim facta pluribus uerbis specialiter designantur, non uno generali. Ex Alciato. Spieg.

NOMINE legato, id quod debetur,& quđ in actionibus est legatum uidetur, ut actiones aduersus debitorem heres cedere & mandare necesse habeat. l. 46. §. eũ qui. ff. de leg. lib. j. l. 59. ff. de legat lib. iij. Nominibus olim fieri dicebatur obligatio, q̃ hodie litteris fieri dicitur. Instit. de litter. oblig. in prin. In nominib. esse dicuntur, q̃ sunt in obligationib. petitionib. ꝓsecutiõibusq;. l. 37. ff. de adq. her. l. 36. ff. ad Treb. Br.

NOMINE, subauditur apud Iuriscõsultos plerũque, ut in cõsuetudine sermonis Græci. uelut quum dicimus, Noxæ dedere: Damnari repetũdarum,&c. Pompon. l. 2. ff. de naut. fœn. Si nemo sit, qui à parte promissoris interpellari traiectitiæ pecuniæ possit. Alfenus l. 60. §. 3. ff. De leg. & fid. li. 30 Topiariũ enim ornãdi, saltuariũ autem tuẽdi & custodiendi fundi magis quã colẽdi paratũ esse. Itẽ l. 2. ff. de proxenet. & l. 30. §. 2. ff de iureiuran. l. 28. ff. de pignorib. in fine, l. 71. ff. quib. mod. pig. Hot.

NOMINIBVS Proprijs utrũ substituat testator an uerò appellatiuo & cõmuni nomine hæredis interest. Etenim si ꝓprijs nominib tantũ utatur, ęqualæ erit ex substitutiõe omniũ commodũ. Videtur enim magis habita ratio personarũ, quam datarũ portionum. Rursus cum singulorum hæredum nomina propria expressa sunt, poterit is ex substitutione habere commodum, qui suam partem ex institutione repudiauit &c. Balduinus Tit. de uulga. substit.

NOMINIBVS obligatio, scriptura fiebat: ut ait Iustin. sub tit. De liter. obligat. Eam ut intelligamus, illud scire oportet, Romæ moris fuisse, ut unusquisque paterfam. tabulas domi haberet, in quib. quicquid per singulos dies aut acciperet, aut expenderet, perscribebat. ut Cicero in ea pro Cluẽtio demõstrat. De earũ tabularũ fide Censores quinto quoq; anno ciues ad Iusiurandum adigebant: uti Dionys. Halic. li. 4. testatur. Hinc fidem in iudicijs facere solebant: ut in Orat. pro Q. Roscio demonstrauimus. Vlpianus in l. 4. ff. de pecul. Si uerò nomina ita fecerit dominus, ut quasi debitorem se seruo faceret, cũ reuera debitor non esset, nõ obligatur. re enim, non uerbis peculiũ augẽdũ est. Pomponius l. 1. ff. de annuis leg. Cũ in annos singulos quid legatũ sit, neq; adscriptum quo loco detur, quocũq; loco petetur, dari debet: sicuti si ex stipulatu aut nomine facto petatur. Extat etiã apud Scęuolã faciẽdi nominis mentio in l. Thais, 41. in fi. ff. de fideicõ. libert. & alibi nõnullis locis. In quibus Tribonianũ hallucinatũ, nec satis specularibus suis usum fuisse, uerisimile est: cũ alijs in locis eã uocé expũxerit. ut in l. 1. ff. de nouat. l. Græcè, ff. de fideiuss. l. 1. ff de oblig. & act. Nomina aũt in tabulis dicebãtur tituli debitorũ (ut ait Asconius) pręsertim in ijs debitis in quibus hominũ nomina scripta sunt, quibus pecuniæ cõmodatæ sunt. Plautus in Curcul. Noui ædepol nomen. nam mihi istoc nomine Dum scribo, expleui totas ceras quatuor. Ergo Nominibus obligatio contrahebatur, cũ expensum quid alicui in tabulas referebatur. Referri aũt solebat, uel ab reis ipsis, uel ab argentarijs, uel ab amicis. De reis, exemplũ oratio pro Comœdo suppeditat: & loci ex Pomponio & Vlpiano superius adscripti. De argẽtarijs, patet ex his Donati uerbis in Terẽtiũ: Tunc, inquit, in foro, & de mẽsę scriptura magis, q̃ ex arca, domoq; uel cista, pecunia numerabatur. Veteres enim ferè suam pecuniã apud argentarios habebant: eiusq; rei uestigiũ superest in l. 7. §. quoties, ff. depos. De amicis exemplũ habem⁹ initio eiusdẽ Orationis pro Comœdo, & in epistola ultima li. ad Attic. 4. itẽ apud Senecã libro De benefic. 3. Ille per pluriũ tabulas nomina interpositis pararijs facit. Ex hac nominum obligatione nata sunt hæc loquẽdi genera, quæ deinceps subijciam. Nomina dissoluere. Cicero pro Plancio, Hoc nomẽ quod urget, nunc cùm petitur, dissoluere.

NOMINIS eius quod quis inficiatus est diem petere. in Orat. pro Quintio, Nominibus multis eos homines pecuniam à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. Verrina IIII. in Nominibus pecuniam nobis esse, numeratam in præsentia non habere. ibid. Hotoman.

NOMINIS finitio pręcedit definitioné rei. Neq; enim probè definieris canẽ, nisi primùm cõstitueris, an de animali, siue terrestri, siue marino, an uerò de cęlesti sidere loquaris. Gl. l. quoties. de uerb obl. Sp.

NOMISMA, idem quod numus, græcè νόμισμα. Pomponi⁹ de Vsufructu: Nomismatũ, inquit, aureorum, uel argenteorum ueterũ, quibus pro gemmis uti solent, usufructus legari potest. Spieg.

NOMOS gręcis dicitur lex à tribuendo suum unicuiq;, ut Romanis à deligẽdo. nemo enim suũ cuiq; tribuere potest, nisi quæ recta sunt deligat, reijciat contraria. Hac ratione νόμον antiqui Græcorum appellarunt eam uocum uarietatem, quæ ad numerũ aut laxatur, aut attenuatur. Aut ut quidã scripserũt νόμους appellarunt quas ijdem ᾠδὰς nominant. quòd leges ut memoriæ mandarent, utebantur publicis & priuatis cantib. Atq; hinc νόμοι Terpandri & Euripidis, νόμοι βακχικοὶ Differt autem νόμος ἀπὸ τοῦ θεσμοῦ. Nã νόμος magis scriptam legem significat. Sed θεσμὸς legem non scriptam, & quandam potius consuetudinem refert. Alciat lib. 2. dispunct. cap. 5. Budæus in commẽtarijs suis refert quosdam ex Andocide annotasse, θεσμοὺς dici leges Draconis, νόμους Solonis. idq; ut credit Connanus lib. 1. cap. 8. quod illæ duriores essent, & omnibus criminibus pœnam capitis adiũgerent: ut earum æquitatis nulla ratio reddi possit, præter quã quòd scriptæ essent, & numero legũ positę: At Solonis fuere mitiores & distinctiores leges, & q̃ singulis delictis pœnas dignas imponerẽt. grauiores maiorib. minores leuiorib. ἀπὸ τῶν νόμων dicũt.

NOMOTHETÆ & νομοφύλακες: Nomothetę erãt non simpliciter legum autores, sed & ipsi qui principaliter leges suas promulgabant. Nã ut ex Demosthene Bud. commemorat, Solon inter alia suis legib. hoc quoq; instituit, quum lex aliqua ad populum ferretur, ut à legislatore primũ recitaretur, deinde in loco maximè celebri totius urbis maximeque cõspicuo proscriberetur ad tertiam concioné usq;, inde scribæ ut daretur palam pro concione legẽda: ut si cuiquam quid non placuisset, in mediũ id proferret: & si ea tum populo placuisset, ita demum nomothetæ daretur postremum probanda, qui uti ęꝶ

probasset improbassetue, ita ferretur, antiquaretur-ue. Ipsi autem nomothetæ ex iudicum numero deligebantur, ut eam operam populo iurati ipsi nauarent. De his Alciatus lib. 2. disp. cap. 8. Budæus in l. 1. ff. de iust. & iure. Postellus de Magistratib. Athen. libro primo cap. 5.

NOMOPHYLACES à nomothetis quib. à legibus seruandis ut nomen, ita & officium erat. Frustra enim fuissent à nomothetis leges exploratę, probatæq;, nisi præscripti illarum sint usus, secúdumq; eas iudicaretur: quod nomophylaces ut fieret curabant. Cicero libro de legib. 3. illorum officium diligenter explicat. Græci hoc diligẽtius ait, apud quos νομοφύλακες creãtur: nec ij solum literas (nam id quidem etiam apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legesq; reuocabant. Hęc Cicero. Secundo dignitatis gradu erãt Athenis νομοφύλακες, ut qui προέδροι (quorum nomen à primis sedibus, quas illi ante cæteros habebant, deductum est) assiderẽt strophio quodam lineo capite redimiti, tantus erat honos priscis incolumitatis reipublicæ conseruatoribus, tantum legum studium. Hinc

ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΙΟΝ legũ morũq; regimẽ & tutela.

NON particula negatiua turbat sensum adiecta, in tit. de offic. procons. Legatus, inquit, mãdata sibi iurisdictione iudicis dandi ius nõ habet. Cæterũ in Pandectis Nõ particula nõ habetur. Notauit Prim9 hunc errorẽ Angel. Politian. in quadã obseruatione ei9 cẽturię, quã nunquã nobis uidere cõtigit. Nebr.

NON particula, apud iuris interpretes sæpius pro non solum accipitur l. Si pater ignorans. & ibi Duarenus ff. solut. matrim.

NON, particula regulariter negat, sed quę pręposita, aliũ habet sensum ab eo, quã postposita notat. l. quædam. ff. de Rei uend. Cætera Alberic. Sp.

NON cõsentire, nõ est dissentire. l. alioquin. ff. de Cõtrah. empt. Est. n. mediũ inter cõsentire & dissentire. l. in bello. de Capt. & postl. reu. Ex Alberic. Sp.

NON differẽdarũ litiũ causa, sed tollẽdarũ ad arbitros itur. Celsus l. quãuis. ff. de Recept. Sp.

NON dubitare se, quodcunq; uxor eius cepisset, liberis suis reddituram. Hæc uerba teste Papiniano, Marcus Imperator interpretatus est, pro fideicommisso accipienda. Vide l. si unum ex familia. in fin ff. de Legat. ij. Spiegel.

NON esse, & non apparere, paria sunt. l. in lege. ff. de Contrah. empt. Sp.

NON esse actorem uel syndicum tunc intelligimus, ait Caius, cum is absit, aut ualetudine impediatur, aut inhabilis sit ad agentũ. l. j. ff. Quod cuiuscun. uniuer. nom. Spieg.

NON esse ad fontẽ. Pomponius: Si is q haustũ habeat, per tempus, quo seruitus amittitur, nõ erit ad fontem. l. Labeo ait. ff. Quemadmodũ seruit. amit.

NON honestus quęstus. Hermogenian9: Ne honesta, ait, interpretatio nõ honesti quæst9 lucrũ possessori faciat. l. si possessor. ff. de Petit. hæredit. Sp.

NON ideo, pro non cõtinuò. Iuriscons. Cum decem tu dari stipulatus sis, non ideo posse te decẽ dari oportere intendere: quia, &c. Sp.

NON iustũ & iniustũ, qui negant idẽ esse, falluntur. Qua de re Valla lib. Dialect. ij. c. xxxij. rectè disserit, & uerè, teste Alc. in fin. cap. xvij. lib. v. Parerg. Sp.

NON negligentia, sed temporis angustia nõ potuisse litẽ contestari. Paulus in l. non enim. Ex quib. caus. maior. Spiegel.

NON nimis, pro non tam apud Vlpian. in l. iure gentium. §. utrum autem. ff. de Pact. more Græcorũ qui οὐ μάλα δὴ dicunt, ut Haloander monuit, & obseruauit. Hegendorph. Spieg.

NON nolle. Cicero ad Attic lib. 13. Proximis tuis literis primum te id non nolle cognoui, hoc est pati & non contradicere. Iuris consulti non nolle, & uelle sic interpretati sunt, ut uelle eos dicãt, qui uoluntatem suam declarant, siue quid uetent, siue quid fieri iubeant Non nolle: qui quid scientes dissimulant, hoc est non declarant se uel nolle, uel quod fit, fieri uelle. &c Ræuard. l. Eius est nõ nolle qui potest uelle. ff. de Reg. Iuris.

NON nominatim, id est, in genere. l. hæres seruũ. ff. de Euiction. Spieg.

NON perinde, id est, nõ ęquè probè Pomponi9: Nã senatus, ait, nõ perinde omnes prouincias probè regere poterat. Adi Oldend. in Restaur. politiæ. Sp.

NON omnes id est nulli. Virg. non omnia possumus omnes. Id est. nulli. Connan. lib. 6. cap. 6. nu. 8.

NON omnimodo id est non semper, generaliter, & indistinctè. Instit. Quib. mod. ius patr. potest. sol. §. 1. & ibi Aldobr. l. ubi autem §. fin. ff. de uerb. obligat. l. In naue. in fine ff. Locati. Plinius lib. 16. c. 14.

NON per omnia uerũ est. l. ait Pretor. §. sed quod Papinianus. ff. de Minorib Sp.

NON pluris quàm res est, id est, quanti aduersarij interfuit. Vide Vlp. l. qui restituere. ff. de Rei uindic. Spiegelius.

NON posse dimitti in solidũ creditorẽ, est nõ posse creditorem totam solutionem consequi. Sp.

NON posse, præcisam necessitatẽ inducit, generaliterq; modum omnẽ remouet, unde effici dispositio posset. Gloss. c. j. de Reg. iur. libro sexto. Sp.

NON pro modico beneficio datur, apud Vlp. in l. athletas. ff. de His qui not. infam. Sp.

NON reddita res propriè dicitur, quæ deterior facta redditur. l. iij. § si reddita. ff. Commodat. Sp.

NON soli Atridę uxores amãt: Achillis dictũ, quo Vlyssis orationi respondẽs, à quo ut in castra reuerti uellet (unde propter Bryseida sibi ab Agamemnone ademptam discesserat) rogabatur: sic inquit,

—τίδη λαὸν ἀνήγαγεν ἐνθάδ' ἀγείρας
Ἀτρείδης; ἦ οὐχ Ἑλένης ἕνεκ' ἠυκόμοιο;
ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι; ἐπεὶ ὅς τις ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων
τὴν αὐτοῦ φιλέει, καὶ κήδεται, ὡς καὶ ἐγὼ τὴν
ἐκ θυμοῦ φίλεον, δουρικτητήν περ ἐοῦσαν. id est,

Cur autem populum adduxit huc congregans
Atrides? an non Helenæ gratia pulchricomæ?
An soli amant uxores diuersiuocorum hominum
Atridæ? quippe qui bonus uir prudens est,
Suam amat, & curat. ut ego quoq; hanc
Ex animo amabam, quamuis captiuam.

Sextus Cęcilius hoc dictũ uenustè transtulit ad eos qui uxores quamuis iniustas habẽt: ut adulterij accusatio nõ minus ipsis, q̃ ijs q iustas uxores habent, permittatur. Vlp. l. 13. ff. de adulter. Planè siue iusta uxor fuit, siue iniusta: accusationẽ instituere uir poterit. nam (ut Sex. Cæcilius ait) hæc lex ad omnia matrimonia pertinet. & illud Homericũ adfert, Nec enim soli, inquit, Atridę uxores suas amãt. ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι. Nõ soli amãt uxores Atridæ. Quod enim cũ interrogatione pronunciauit Achilles, hic negatiuè retulit. Hotoman.

NON solum. Hę particulę semper æqualia repetunt, in l. non solum. de usu & habitat. dicitur, quòd si relictus sit usus domus mulieri, non solum cũ marito, sed etiã cũ libertis habitabit, nõ tamẽ eodẽ iure cum libertis, neq; eadẽ consuetudine, & l. nõ solum, de

de iniur. non solum tenetur iniuriarũ qui fecit iniuriam sed etiam qui fieri curauit, diuersimode tamen ut ibi per gl. Forcat. in Necyomantiæ dial. 50. n. 4.

NON temerè in agendis negotijs computantur q̃ rarò accidũt. Ræuard. l. Ea q̃ rarò. ff. de Reg. Iur.

NON uerè dicitur reipub. causa abesse, q. sui priuati negocij causa in causa est. autor Alphenus. Sp.

NON uelle. Hæc uerba falso traditũ est, iuxta sententiam doctissimi Belloni, inter nolle & uelle medium esse, cum medium sit, non nolle. l. j. §. scientiá. ubi casus & Gloss. in uerbo uelle. ff. de Tribut. act. Quin & ratio accedit Nam inter affirmatiuam & negatiuam medium nõ sumitur ex affirmatiuo, sed ex negatiuo. Exemplum: Inter proprium & impropriũ datur medium, non improprium: non aũt datur, nõ proprium, quoniam non proprium idem est, quod improprium. l. j. in prin. ff. de Suis & legit. Sic inter doctum & indoctum, datur non indoctum. Idem in uerbo placere & displicere: quorum medium est, nõ displicere. leg. j. §. is qui nauem. ff. de Exercit. Sp.

NON utiliter negocia gerit, qui non necessariã rem, uel quę oneratura est patremfamiliãs, aggreditur, teste Vlpiano, l sed an ultrò. §. fin. ff. Negoc. gest. Spiegelius.

NON utiq;, non restrictè, non præcisè. Vlp. l. 21. ff. mand. Sed si nõ utiq; unius, sed utriusq; mandatũ intuitus id fecerim Sic Pompo. l. 43. ff ad leg. Aquil. Dominũ enim lex Aquilia appellat, non utiq; eũ qui tunc fuerit, cũ damnũ daretur. Hot Aldobr. Inst. de legit ag. tutel. non utiq; id est, nõ ita simpliciter passim & indistinctè interpretatur.

NON utitur usufructuarius si nec utatur, nec nomine eius alius puta qui emit. uel qui conduxit, uel cui donatus est, uel qui negocium eius gerit. Connan. lib. 4. cap. 7. nu 11.

NONÆ dicuntur in Ma[r]tio, Maio, Iunio & Octobri sex illi dies, qui primum sequuntur: in reliquis uerò mensibus, quatuor tantum illi dies primum sequẽtes. Vide l. item ueniunt. §. pridie idus. ff. de Petit. hæred. Spieg.

NONARIÆ meretrices, quòd hora nona cellas aperirent, & prostare inciperẽt, dictæ sunt. Bud. Persium citat.

NORMA, pro formula præscripta. ut in. §. penul. Instit. de Atil. tut Normalem tamen pro recto positum, qualem norma, hoc est, fabrorũ regula efficit, alicubi Bud. obseruauit Sp.

NOSOCOMION, loc9 est cõstitutus propter pauperes ægrotantes, & languentes, quo infirmis alimẽta subministram9. de eo meminit Imperator in l. illud. §. j. & in l. pẽ. C. de sacrosanct. eccl. & in auth. de alie. & emph. §. emphyteoses uerò. per totũ: quãuis exẽplaribus impressis mẽda insit. Hui9 loci meminit diuus Hieron dũ inquit: Quæ habere poterat, distribuit, dilapidauit, ac uẽdidit, & in pecuniam congregatum usibus pauperũ præparauit: & primo omnium nosocomion. id est languẽtium uillam instituit, in quo ægrotãtes colligeret de plateis, & cõsumpta languoribus atque inedia miserorum membra refoueret. Cotta.

NOSTRVM propriè dici nõ potest, qđ ex casu nobis auferri potest. Spieg. Porrò aliud olim fuit dominium, quo res nostra esset Iure Quiritum: aliud, quo in bonis nostris tantum esse dicebatur. Verum Iustinianus hoc discrimen sustulit. l. una. C. de nudo iure Quirit. Quod naturaliter nostrũ factũ erat tantũ, tantũ esse dicebatur in bonis nostris. Quod uerò ciuiliter, hoc est, solenni suo ritu, & legitimo (ut loquebantur) aliquo actu (cuius generis transferẽdorum dominiorum ritus Romani olim multi fuerũt) in nos trãslatũ erat: erat nostrũ, iure Quiritũ. Quod utroq; modo, pleno iure id nostrum esse dicebatur, cap. uicesimo nono. Qui & à quibus. Fr. Balduinus in sua Catechesi Iuris Ciuilis.

NOTA, pro infamia, ignominia, probro. l j. & ij. §. j. ff. de his qui not. infam. Aliàs quodcũq; signum significat. Ouid. ad laudem retulit. In Autent. ut præpon. no. Imp. & de Tabellion pro scriptura notarij usurpauit. Spiegel.

NOTAM ascribere, nihil aliud fuit, quã causam infamem & ignominiosam edere. Vnde perspicuũ est, differre notare, & ordine mouere. Ob leuiores siquidem caussas mouebant tantum Censores, sicuti Liuius lib. 14. scribit. Fabritius P. Cornelium Ruffinum consularem mouit Grauioribus autem pollutos sceleribus notabant, & notatos quosdam tribu etiam motos, & ærarios factos lib. 42. Liuius commemorat. Verum tamen sciendum, quod Censoriæ animaduersiones & notæ non uerè iudicia, sed prę iudicia quędam fuerint, itaq; qui notatus fuerat, postea in iudicium uocabatur, ut Cicero scribit lib. 4. de Repub. Censoris iudicium nihil aliud ferè damnato affert, pręter ruborem Itaq; quod omnis ea iudicatio uersatur tantum in nomine, animaduersio illa ignominia dicta est. Adeò uerò seuerus in delinquentes Cato Censor fuit, ut inde Censorij nomen adeptus sit. Plinius lib. 19. cap. 1. & lib. 14. c. 4. Sabell. lib. 2. cap. 8. Fulgosius lib. 2. cap. 4.

NOTABILE, est conclusio, quæ à decisis, aut decidendi ratione ingeniose colligitur. Salom. in leg. Gallus.

NOTÆ literæ dicuntur singulariæ, ex quibus uerba conficiuntur Sed & literarum notæ intelliguntur, quibus ad occultanda consilia, maximè in bello, propter hostium insidias, milites utebantur. Vigl. in tit. Inst. de Milit. test. uulgò nunc ziphræ uocantur. Eas primùm commẽtum fuisse Tyronem M. Tullij. Ciceronis libertũ, autor est Eusebius. Sp.

NOTÆ uerbo etiam cicatrices continentur. Vlp. in fin. l. j. ff. de Fugitiuis.

NOTÆ in l. 2. ff. de seru. fugit. signa, stigmata puncta, seruis scripta atq; inusta significant. Sic Cic. ij. Officior. Thracem compunctum notis Threicijs dixit. Et Plin. in panegyrico. Exanguem & ferream frontẽ nequicquã conuulnerandam prębeant punctis & notas suas rideant. Valer. lib. vj. cap. viij. Seruius ab eo uinculorum pœna coercitus inexpiabiliq; litterarum nota per summam oris contumeliam inustus. Græco stigmatum uerbo utuntur Impp. in l. 3. de fabricens. lib xij. Et stigmatùm quoque notas dixit Sueton. in Calig. cap. xxvij. Quintilia. libr. vij. cap. iiij. Si quis fugitiuo stigma scripserit. Vnde stigmatici serui teste Polluce libro iij. Onoma. notis compuncti appellãtur, quos Plautus litteratos uocat. Notæ etiã σημεῖα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξευρημένα significãt, quorum inuẽtionem alij Tullio Tyroni, alij, in quibus est & Dio, Mecœnati tribuũt. Sic accipiuntur Notæ in l. 33. ff. ex quib. cau. maior. l. 9. §. 1. ff. de hæred. instit. l. 41. ff. de milit. test. & leg. 6. in fi. ff. de bonor. possess. ubi notas literas non esse traditur. Qua de causa à litteris separantur in l. 1. §. ludi. ff. de uar. & extr. cognit & d. l. 41. Seneca lib. xiiij. Epist. Quid uerb. notas, quibus quamuis citata excipitur oratio & celeritatem linguę manus sequitur. Huiusmodi uerò notis olim pleni erãt Iurecõsultorũ libri. Sed Iustinian. quicquam in libris suis notis scribi ue-

uetuit.l.2.§.penul.de uet.iu.enucl. Qua de re Isidor. lib.j.tractat.Briss.

NOTAS quoq; appellabant illas, quæ Iurecon-sultorũ scriptis uel reprehendendi causa uel explicã di attexebãtur interpretationes.l.10.ff.de castr.pec. l.2.C.de uet.iur. enucl. l.un. de respons. prud. in C. The. Quod ex inscriptionib. multarũ legũ apparet, quæ ex Marcelli ad Iulianũ, Pauli ad Neratiũ, aliorumq; auctorum notis sumptæ sunt:& eo sensu uerbũ, Notat, accipimus in l.1.§.Paulus notat. ff. de off. eius cui mãd.l.39.ff.de hæred.inst.l.ult.ff.de his quę in testam.delent.l.16.ff. qui test.fac. poss. Notæ causa facta exhæredatio, id est, iniuriæ inferendæ causa & notæ inurendæ.l.18.D.de lib.& post.Briss.

NOTARE accipitur pro animaduertere, determinare, ut noscatur, sicut hic. Et l.Liberto, uel amico.§.litẽ in iudiciũ.ff.neg.gest.Ibi Vlp.notat.l.si quis seruũ.ff.de act.empt.dũ dicit.Marcellus notat. l. nõ solũ is. ff. de iniur. Aliàs ponitur pro reprehendere. l.metum aũt præsentem.§.fin.ff. quod met.caus.Ibi. Non immerito Iulianus, à Marcello notatus est. Aliàs significat diligenter aliquid obseruando inscribere, l. item apud Labeonem. §. ait prætor ne quid infamandi. ff. de iniurijs. Alias notare, est ab alio dictata per notas & compendia cõscribere. Vnde Notarij uocabantur.l. Lucius Titius. ff de milita testament.l.sed cum patrono. §. fin. ff. de bonor.possess. Aliàs deniq; Notare usurpatur pro infamia adficere, infamem cẽsere, lædere existimationem, ut in tit. ff. de his qui notãt infamia. l. 2.ff. de obsequi.à liber. & libert.l.1.§.secundo loco. ff.de postulan. Ibi. Item personas turpitudine notabiles. Oldend.

NOTARII, à notis literarijs: quòd notis quibusdam uerbum semper significantibus, Catonis luculentam in senatu orationem collegissent, originem traxisse dicuntur, huiusmodi notæ sunt, quæ sigla appellauit Iustinianus l.1.& 2.in fine.C. de uetere iure enucleando : de quibus Probus & Diaconus scribunt Dion tamen lib. Vehas notas Dionem inuenisse refert ut notauit Brodæus Miscell. lib. 4. capit. 9. Dicuntur autem plurifariam, ut refert Glos.in Rub. C. de tabular. lib. 10. Notarium iura scire præsumi, magister Practicæ autor est, in titulo de instrum. edit. §. octauo. in fin.in uersic. sed nunquid tabellio. Baldus, notariorum imperitia mundum destrui, autor est in Responsis. Porrò notarij, & librarij. Quibusdam apparet, idem genus hominum fuisse olim notariorum, & librariorum. At Insulano secus uidetur, cui apparet, notariorum genus maiore in precio fuisse, ob uelocitatem eorum in excipiendis trã scribẽdisque dictatis : quod etiam artificiosis & breuibus quibusdam notis quondam fieri solitum, autor est Plutarchus in uita Catonis iunioris. Librariorum autem illi quondam professio uidetur fuisse, ut certi precij causa libros, ac quæcunque scribenda scriberent : nec breuiusculis ipsos notis, aut decurtatis uerbis usos fuisse. Seneca & Tranquillus notarios appellant actuarios : quòd in acta referrẽt actiones, quæ dicebantur in senatu & ad populum. Longo tempore pòst dicti sunt notarij, quibus publica cura stipulandorum instrumentorum ab Imperatore commissa fuit. Dictos notarios à notis, Hammonius credidit. Et Paulus de testam. milit. innuit. Lucius, inquit, Titius miles notario suo testamentum scribendum notis dictauit. Notarij autem propriè dicuntur, qui excipientes uerba dictantis per notas & compendia scribunt. Soli autem notarij principum, hoc est, Imperatorum & Cæsarum, dicuntur habere dignitatem. l. unica. C. de mand. princip. Cæteri enim publici serui, quòd populariter rogentur, nuncupantur.l ij. rem pupil. salu. for. At ubi doctores ritè appellati, decurionésue citati, aut sacris initiati fuerint, rogati non coguntur ad præstandũ officiũ, ut Bartolo uisum est in l. uniuersitates.C.de decurionibus. Sed & notarij dicti sunt olim, qui notarent in senatu. Tabelliones autem hodie latinè dixerimus id genus scribas à tabulis, hoc est, testamẽtis, & publicis scripturis, quas conficiũt. Vide infrà, Tabelliones. Spieg. Ræuar. l.si librarius. ff.de reg.iur. Anto. August lib. singulari ad Modestinum cap.14.

NOTIS scribere. Lege, Hieroglyphicæ.

NOTIFICARE. Hoc uerbum à plerisq; reprobatur : nec uerò facilè admittatur, nisi fortè autore Ouidio se tueri quis uelit, qui sic habet lib.j.de Ponto: Atq; modum pœnæ notificare uelis. Pro eo autẽ uerbo subijciunt alij, notum facere, quo nihil recentius in summorum aulis principum, seu euulgare, aut palàm facere, Verkunden menigliché/oder kůdt thun allen menigklich. Spieg.

ΝΟΘΕΥΕΙΝ decipere, corrũpere & adulterare significat. ex quo νόθος. quisquis sceleratę natus est. Cõnan.lib.2.cap.16.num.2.

NOTHIA, Græci appellãt neutro genere, & numero plurali, eam partẽ, quæ ex bonis paternis, lege Atheniensiũ, nothis dari poterat. Hinc factũ, ut Græci nothum appellent, quicquid non legitimũ esse uolunt, nec uerum. Ita nothus dicitur filius ante legitimum natus. Bud. in Annot. prior. ad l. uulgò concepti, de statu hominum. Spieg.

NOTHI. Titulus est ἐν ταῖς Νεαραῖς περὶ τῶν Νόθων. Νόθον, qui non è iustis nuptijs natus sit. Græci dixère. Nos Latinũ rei, ut Cato testatus est, nomen non habemus: ut necesse sit peregrino nomine uti. Hæc M.Fabius Instit.lib.3. Sunt autem nothorum, ut uideo, tres ferè species. Vna est eorum, quos Cælibes ex amicis & pallacis in concubinatum ascitis tollũt: quos hodie uiles, & abominandi nominis, ueteres penè uxorum loco, nec sine dignatione quadam domi habebant. hos Cæsar Naturales uocat.not.89.ab eo quod natura à iustis liberis non differant, Ius tantum hoc quotidianum & commentitium, quo matrimonia solenni ritu & ordine constant, repugnet. Quo nomine, si iusti filij non supersint, & sextantem hæreditatis paternæ cum matre capiunt. Sed quando hodie, non domi habere semper, sed plerumque foris alere, amicas solent: alij, ne fortè honestiorum oculos, uel infirmiorum mentes uulnerent: multi etiam, ut alacres semper, ac uelut recẽtes, nec nimio usu (qui ferè cupiditates exhaurit) fracti, ad eas se conferant: bellissime agitatũ est, an & ex ijs nati, ad sextantẽ hunc uocentur, quod magis negatũ est. Cęterum & istos, & qui alij ex ea nascũtur, quæ uni cognita, alij sese non præbet, Naturalium nomen mereri, id uero cõuenit quod apud me ualde dubium est, haud ignarũ in toto hoc genere à Cæsare Iustiniano (cui ea res pręter cæteros πανοπλίσθαι uidetur, & curæ fuisse ut tanquam in iuris ciuilis partem reciperetur) disertè τὴν κατὰ τὴν ἐνιαν ἀπαλλακῆς σχέσιν exigi, nõ contento τῷ παλλακῶν ἑκάστῃ γυνὴ ἀδὲ φορᾷ. Nam & in concubinatu, specimen quoddam uel exemplum non iure contracti matrimonij, & quale contuberniũ seruis fuerat, imaginatur. Quod uero simile facit & Demosthenes Orator, qui ἐν τῷ κατὰ νεαίρας, ad quotidianam corporis curam, amicas in concubinatum asci sci ait : his uerbis. τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας, ἡδονῆς ἕνεκ' ἔχομεν τὰς

τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ᾽ ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος· τὰς δὲ γυναῖκας, τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν. Curt. lib. 3. ἀνακτῶν cap. 8. Vel

NOTHVS dictus est παρὰ τὸ νῶ καὶ ἐᾶν, ut ait Suidas, quod priuatus sit eo, quod diuinum cẽsetur, id est, legitimis nuptijs: uel παρὰ τὸ ἰνῶ τὸ μέμφομαι, καὶ ἐλάττω, ut Phauorinus scribit, & in Etymologico magno habetur. quo nomine significantur omnes, qui non sunt ex iustis nuptijs procreati. ut docet Iulius Pollux, Suidas & Hesychius, quamuis Hesychius νόθογον ἔτεραν appellat. Vsus est Homerus Iliados Δ.

Ἀλλ᾽ ὅγε πριάμοιο νόθον βάλε Δημοκόωντα
Ἀντὰρ ὁ δὲ Ἰσος νόθος καὶ Ἄντιφον ἐξενάριξεν
Υἱε δύο πριάμοιο νόθον, καὶ γνήσιον ἄμφω
Εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας. ὁ μὲν νόθος ἡνιόχευεν
Ἄντιφος αὖ —

Et Pindarus in Olympijs, &c. Vsus est & Plutarch. in Theseo. Ἀλλ᾽ ἐπὶ νόθῳ καὶ ξένῳ παιδὶ τὴν ἀρχὴν πεποιημένος, αὐτὸς ὑπὸ φρενῶν γνησίων ἔρημος. καὶ ἀπαιδίας ἀπολειπόμενος. Et Dionysius Areopagita in lib. περὶ τῆς ἱερατικῆς ἱεραρχίας cap. 2. quamuis in alio sensu. Ac Philostratus ἐν τῷ Ἀπολλωνίου τοῦ τυανέως βίῳ, lib. 2. νόθον appellat catulũ, quem leæna ex pardo conceperit, quod Alemanus Rinuccinus perperam interpretatus uidetur, qui matrem notham uocari credidit. Inde νοθεῖα siue νοθεῖα dictæ sunt pecuniæ, quæ talibus filijs relinquebantur, quæ lege Atheniensium mille drachmas excedere non poterãt. quarum mentionẽ fecit Demosthenes in oratione contra Aristocratem, & Aristophanes, ac pleriq; alij, quos Suidas refert. Hinc etiam νόθος dicitur omnis res non legitima, sicut νόθος ἀριθμός, & similia, ut docet Budæus, qui scribit hanc dictionem apud Græcos eandem habere uim, quam spurius apud Latinos. Nam quamuis Plutarchus in ῥωμαϊκοῖς de spurio mentionem faciat, tamen id nomen non tanquam græcum, sed tanquam latinum usurpauit. Ibi enim tradit, quomodo à Latinis prænomina scribantur. Vsus fuit hac dictione Ouid. in Epistolis, Phædræ ad Hippolytum.

At nec nupta quidem tædaq; accepta iugali,
Cur nisi ne caperes regna paterna, nothus?

Vsurpauit pariter Virg. Aeneid. li. 7. loquẽs de equis

—patri quos Dædala Circe
Supposita de matre nothos furata creauit.

Et Columella lib. 8. cap. 2. ubi de gallinis loquitur: Omnium tamẽ horum generum nothi sunt optimi pulli, quos cõceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt. Plinius quoq; lib. 8. cap. 1. scribit elephãtes minores apud Indos arare, & ab illis nothos appellari. Verum in hoc loco Iustinianus non ita latè hanc dictionẽ accipit, quemadmodũ Græci, quippè qui nomine nothorũ intelligit solũ eos, quos naturales uocant, cum dicat cæteros non esse dignos hoc nomine, & modo νόθους modo φυσικοὺς uocat. Ex quo patet decipi Alciatũ, qui lib. 3. parerg. cap. 5. scribit eos differre. Patet etiam decipi Haloãdrum, qui dum hæc conuerteret, modo naturales, modo spurios dixit. Cum spurij non dicantur ex concubina nati. Quos errores Alciat. & Haloand. notauit Gabriel Palæottus in lib. de Nothis & Spurijs. cap. 17. Attamen & ipse in eo fallitur, quòd putat eos tantũ nothos à Iustiniano uocari, qui nascuntur ex concubina. Quandoquidem Iustin. etiam eos nothos uocat, qui gignũtur ex ancilla. quod patet in ea parte, in qua tractatur quomodo quis offerens se curiæ legitimus reddatur, cum tamen ancilla nõ posit esse concubina. Ferrãd. lib. 2. explicat. In cõstit. quib. modis natu. effic. sui. cap. 43. Vel

NOTHVS dicitur, qui ex uxore nõ legitima natus est. Vide gl. in c. nisi cum pridem uersic personæ uerò. ext. de renunciat. quæ dicit nothum esse eum, qui de adulterio natus est, qui uidetur uerus filius; sed non est. Io. Bello. Etymol

NOTIO, aliàs cognitio prætoria à Iurisconsultis uocatur, cum sine scripto libello, siue solennitate iudiciaria tantum simpliciter inuocatur officium iudicis uel magistratus. Spieg.

NOTIO diuiditur in cognitionẽ & iurisdictionem. l. notionẽ. de uerb. sig. Est autem notionis uerbum generale: & non solùm ad eos pertinet, qui iurisdictionẽ habent, sed & qui simplicem cognoscendi facultatẽ. Quare assessores, siue amici qui in consilium proconsulũ adhibentur, cũ etiam ipsi cognoscant, dicuntur habere notionẽ. Arbitri quoq;, quos ex cõpromisso adimus, habent notionẽ. Cum enim ex pacto priuatorum iurisdictio conferri nequeat, consequens est, ut saltem notionem habere dicantur. Ex Alciat. Comment. de uerb. sig. Spieg.

NOTIO ad eos pertinet qui iurisdictionem nõ habent, de quauis alia causa notionem. Connan. lib. 1. cap. 16. num. 4.

NOTIONIS uerbum latissimum est: nam & in ciuilibus, & in criminalibus caussis usurpatur. itaq; Notio dicitur Prætoris, qui utrum actio danda, an deneganda sit, cognoscit. l. ult. in fi. ff. de oblig. & act. Sic in l. 8. ff. de transact. Prætoris dicitur esse notio; cùm de habitatione aut uestiario, aut alimento relicto transigendum est. & in l. 6. C. quomod. & quand. iud. At in l. 1. §. 1. ff. de offic. pręf. urb. Notio ad caussas & animaduersiões capitales refertur. ubi Vlpianus scribit, ea quæ ultra centesimum lapidem fiunt, egressa esse Præfecti urbi notionem. itemque in l. penult. ff. de calumniat. Propriè tamen Notio uidetur esse rerum quæ neque criminales sunt, & in facto; non in iure consistunt: ueluti cùm Cicero in Orat. pro domo scribit, omnem esse notionẽ Pontificum cùm quis adoptatur, quæ caussa cuique sit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis, quę sacrorum. Item cùm disceptatur apud Prætorem, utrum qui filius esse dicitur, in potestate sit, an non sit: Prætoris notio esse debebit: inquit Vlpianus l. 3. §. 1. ff. de lib. exhib. aut cum de illius ætate qui manumittit, uel de manumittẽdi caussa quæritur. Atq; hæc quidem ita se habent, cum propria uerbi cuiusq; significatio exquiritur. Vlpianus autem in l. notionẽ, 99. ff. de uerb. signif. Notionem sic posse accipi scribit, ut & Iurisdictio & Cognitio intelligatur. Itaq; idem in l. ait Prætor, 5. ff. de re iudic. cùm Prætor dixisset; CVIVS de ea re iurisdictio est. Melius, inquit, dixisset: CVIVS de ea re notio est. etenim Notionis nomen etiam ad eos pertinet, qui iurisdictionem non habẽt, sed habẽt de quauis alia caussa notionẽ. Hot.

NOTITIA ab Impp. recentioribus appellatur breuis, seu libellus in quo descriptio status, administrationis, & diœceseos alicuius cõtinetur. l. 1. C. de off. præf. præt. Afr. l. un. de excus. artif. lib. x. C. l. 3. & l. 5. C. de aduoc. diuers. iudic. l. pen. & ult. de diuers. off. lib xij. C. Hinc de statu Imperij sub Constantinopolitanis Impp agens liber, Notitia Imperij Rom. inscribitur. Briss. Alias notitia est cognitio, intelligẽtia, notio, Cicero lib. offic. 3. Explica atq; excute notitiam tuam, ut uideas quæ sit in ea species, forma, notio boni uiri. Oldendorp.

NOTORIA, pro elogijs & indicijs quibus crimina ad magistratus deferũtur. l. 6. §. nuntiatores. ff. ad Turpil. l. 7. C. de accusat. l. 31. de epis. & cler. in C. Theodos.

Theodos. Notoriā eodē sensu non modo B. Augustinus, sed & Apuleius lib. vij. de Asino aureo usurpat. Sed ille, ait, qui cōmodū falsam de me notoriā pertulerat. Et Trebelli⁹ Pollio in Claudio ad fin. Nihil me grauiùs accepit, quàm quòd notoria tua intimasti Clodium parentem amicumq; nostrum insinuatis sibi falsis plerisque grauiter irasci. Briss.

NOTORIVM, ut Alciatus inquit lib. j. de uerb. sig. uoce insolenti & minus proba nostrates uocant id quod palam constat, cum ueteres notorium pro denunciatione facinoris acceperint: Est autem hoc

NOTORIVM triplex, Præsumptionis, Iuris & Facti.

NOTORIVM Pręsumptionis, quod est de euidentia iuris uehemētis præsumptum, ut paternitas, filiatio, ubi non requiritur alia probatio. c. Quoniā. de fi. presbyt. Nam hoc quòd quis sit alicuius filius, non potest uerè probari. l. Lucius ff. de cōdit. & demon. Vnde filius est, quem nuptiæ demonstrant. ff. de in ius uoc. l. Quia semper. in fin. Nam si uir & uxor aliquem infantem nutriunt, & dicunt eum filiū eorum esse, tunc præsumitur eorum filius. Est ergo notorium præsumptionis euidentia rei euidenter à iure præsumpta.

NOTORIVM iuris est clara iudicialis cōfessio, incōuincibilis probatio, & irretractabilis diffinitio, de quo scilicet notorio quis damnatus est, uel in iure confessus. Et sic illud est duplex, uidelicet per cōfessionem factam in iure, & per sententiam iudicis, ut in c. Vestra. de cohabi. cleri. & mu.

NOTORIVM facti, scilicet quod commissum uel factum non dubitatur à populo, uel maiori populi parte, & per euidentiam rei nulla potest tergiuersatione celari, nec oportet omnes circumstātias facti esse notas, ut c. ult. de cohab. cleri. & mu. c. Cū dilectus. De purga. cano in fi. ij. q. j. De manifesta. & cap. sequen. Et illud notorium est triplex, secundū triplicem distinctionem facti: quoddam est facti permanentis & continui, ut quòd palatium est in urbe, id non eget probatione. Aliud est facti transeuntis, ut quòd quidam in publico occiditur coram populo. Tertiū est facti interpellati, ut quia usurarius una die tenet mensam paratam, alia non. Old.

NOVA tigna dicuntur, quę immittuntur contra priorē formam: sicuti ius nouum dicimus, & opus nouum. Pomponius in leg. Si cum meus. ff. Si serui. uendic. Oldendorp.

NOVALIS est terra proscissa, quæ anno cessat, quam Græci νεὸν uocant. Integra autem est, in qua nondum dominus pascendi gratia pecus immisit. Paulus in l. Sylua. ff. De uerb. signi. Plinius etiam nouale appellat, quod alternis annis seritur, in hoc proscindendum, ut interim requiescat. Nam proscindere, est primùm terram uertere, grandioribus glebis relictis. Contrà, restibilis ager dicitur, qui quotānis seritur. Vnde Varro: Multum interest, inquit, in rudi terra, an in ea seras, quæ quotannis obsita sit, quæ uocatur restibilis: an in uernacto, quæ interim requeuit. Vernactum accipit pro nouali. Cicero de Oratore, nouatum agrum appellat non semel aratum, sed iteratum, diuq; ante sementem cultum & fermentatum, quò meliores fœtus possit & grādiores edere.

NOVALIS ait Varro libro primo, est ubi satum fuit ante quā secunda aratione renouetur: Hoc gręci νέαγον uel ut scribit Budæus νεατον appellant. νεᾶν enim nouare significat & noualia facere. Τὸ μεταβάλλειν τὴν γῆν περὶ ἔαρ ἐξεργασμένην. Νεᾶν autē & νεάειν Budęus in Commentar. ling. gręcę dicit esse nouare terram, ueruactū aut nouale facere. Et Xenophon νεωσμένης &c. Brechæus l. Sylua. §. noualis. ff. de uerborum & rerum significat. &c.

NOVARE, & nouum, siue recens facere, & immutare significat. l. Cùm Aquiliana. ff. De transact. l. Ex chirographis. ff de admin. tut. Hinc dicitur, legū nouationem, hoc est, mutationem periculosam esse: nec temerè quidem, quia mutationem iuris sequitur mutatio morum, quam comitatur nouitas quædam subita. Hæc autem solet mouere & conquassare remp. Oldendorp.

NOVATIO. Nouationem ita definit Vlpianus l. 1. de Nouat. & delegat. Nouatio est prioris debiti in aliam obligationem uel Ciuilem uel naturalem transfusio aliàs translatio. Fit autem cum stipulatione, ut cum stipulor à Titio quod mihi Seius debet animo nouandi, hoc modo tollitur obligatio qua tenebatur mihi Seius & tunc mihi incipit teneri Titi⁹ aut naturaliter aut ciuiliter d. l. 1. Fit etiam nouatio per Litis contestationem, cū uidelicet pro Suo debitore conuēto sese offert Titius & litem mecum contestatur, l. delegati, ff. de nouat & delegat. & l. solutionem ff. de solut. Aliter etiam nōnunquam accipitur nouatio, & tunc dicitur fieri cum nihil accedit obligationi cōtractæ, licet ea non perimatur, ueluti cum Litem cum debitore meo contestor l. aliam. ff. eod. & l 1. C. de Iudic. & hæc nouatio uulgo dicitur necessaria quod Iudicium reddatur in inuitum, l. inter stipulantem §. 1. de uerbor. oblig. Omnis obligatio nouari potest etiamsi nō uerbis sed re aut consensu cōtracta sit d. l. 1. ff. eod. Nec refert an purè, an in diē, aut sub conditione sit cōtracta obligatio, nisi quod eius obligationis quæ purè contracta est, aut in diē statim nouatio fiat l. in diem. de condict. indeb. l. si Stichum § 1. & l. quoties ff. eod. Sub conditione autem contracta obligatio ita demum nouatur si extiterit conditio. Obligatione uerborum fit nouatio modo ea aut ciuiliter aut naturaliter teneat. Nam licet obligatio nouans naturalis tantum sit propter personam cum qua contrahitur, atque ideò minime efficax ad agendum, nihilominus prior obligatio tollitur l. 1. ff. eod. & §. præterea Instit. Quibus mod. toll. oblig. Nouat autem statim si pura est, si uero sub conditione cum extiterit conditio d. §. præterea l. si Stichum, & l. quoties l nouatio, l. si rē. ff. eod. Et animaduertendum est stipulationem nouantem præcedere posse stipulatam nouatam, ueluti si quis ita stipulatus fuerit: Quod à Titio stipulatus fuero mihi dari spondes? l. si Stichum §. si quis hic ff. eod. Item notandum est ultra stipulationem plures obligationes nouari posse. l. ult. §. ult. Quid si stipulatus sum à Titio sub alternatiōe quod mihi Seius aut qđ Sempronius debet? Respondeo eius obligationem perimi & nouari quem Titius elegerit & cui soluere maluerit d. l. si Stichum §. sub cōditione, & l. si is cui l. si à te. ff. eod. Tractatur & illa Iuris controuersi quæstio, an obligatio principalis per stipulationem pœnalem nouetur? Sed Alciati & Zasij opinionem probo, existimantium non nouari h. t De hac re fusius disputatur in l. 1. ff. de penu leg. l. cum suis, l. si pœnam quam. §. ul. l. obligationum ferè. tit. de oblig. l. 1. §. itē si ita. 1. ad l. Falcid. l. si quis eo Socio ff. pro Socio. SBILBRVS ex lecturis Duareni nondum impressis ff de nouationibus & delegationibus. Forma autem nouationis est duplex: Altera, ut creditor stipuletur à delegato debitore id sibi solui, qđ prior debitor soluere tenebatur, animo nouandi. Omnes enim obligationes, uerbis, consensu, aut re contractæ,

ctæ,possunt in nouationem deduci.l. 2.ff. de nouat. Dummodo (ait Vlpianus) sciamus nouationem ita demum fieri, si hoc agatur, ut nouetur obligatio. Et quidem consentiente etiam priore debitore qui de legatur. l. prima. C. eod. titul. Delegare autem est alium dare uice sua reum creditori, uel ei, cui creditor iusserit. Quod nō solū uerbis, sed scriptura quoque & nutu, ubi debitor delegans fari non potest, fieri permittitur auctore Vlpiano. l. Delegare est. l. delegare scriptura, ff. de nouat. Et sic Delegatio est species nouationis. Altera forma Nouationis est, si quis in Iudicio litem pro debitore ultrò suscipiat suo nomine solenniter. Vnde dicit Vlpianus dicta leg. Delegare est. Fit autem delegatio, uel per stipulationem, uel per litis contestationem. Et Paulus, ff. eodem titul. Aliam (dicit) caussam esse nouationis uoluntariæ, aliam iudicij accepti, multa exempla ostendunt. Hanc certè formā nouandi non muta. l. 1. C. de nouatio. Accedit lex. Si pro patre, in principi. ff. de in rem uerso. Vlpianus. ff. de solutio. Solutionem (inquit) uel iudicium pro nobis accipiēdo, & inuiti, & ignorantes liberari possumus. Quis hoc naturæ axioma rectè prohibeat? Cęterum Nouatio hodie nullis iudicijs præsumitur, nisi animus nouādi nominatim fuerit expressus. l. fin. C. de nouat. unde, si hoc non agetur, duæ erunt obligationes, sicut & fideiussorum accessio, non facit nouationem. l. 2. in fin. ff. eod. tit.

NOVATIO duplex est, uolūtaria & necessaria. Voluntaria est, quæ fit per stipulationem extra iudicium: Necessaria, quæ fit in iudicio per litis contestationem. l. aliam. & ibi not. ff. de nouat. & delegat.

NOVELLAE dicuntur, non quòd noua quędā iura contineant uel constituant, & ueteribus derogēt, sed quòd nouissimè promulgatę sint post Cod. Iust repetitæ prælectionis. Ideoq; uocantur à Græcis νεαρὰ μετὰ τὸν κώδικα. Sic olim nuncupabantur constitutiones quædam Theodosij, Valentiniani, Leonis, Marciani, Maioriani, Seueri. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testam. Quia scilicet promulgatę erant post C. Theodos. Sic etiam nuncupabantur Iustiniani Constitutiones quędam, quę scilicet promulgatæ erant post primam editionem Codicis. l. 1. §. sed cum nouellæ. de emend. Cod. Iust. Sed ex his quæ nunc sunt relatæ in Codicem repetitæ prælectionis, propriè Nouellæ esse desierunt. Nouellæ enim sunt, quę in ipso uolumine constitutionū Principalium non continentur, ex emergentibus posteà caussis factæ, quę extra corpus cōstitutionum uagātur. Et ita quoq; post libros βασιλικῶν. Cōstitutiones Leonis, Nicephori, Michaelis, Alexi & aliorū quorundam Imperatorum Nouellæ appellatę sunt. Eodem igitur modo post Codicē Iustiniani editas constitutiones, Nouellas appellamus, ueluti Iustiniani, Iustini & Tyberij. Et hæc quidem Nouellæ, uulgò plerisq; libris uno uolumine continentur, additis etiam quibusdam formis præfectorum prætorio quę dicūtur ἐπαρχικά. Nam cōstat formas prętectorū prętorio habere uim legis. l. 2. C. de offic. prefect. præt. l. apertissimi. C. de iudic. l. pen. C. de fideiuss. Cuiacius. Quare

NOVELLARVM nomen nouū nō esse, nemo est q̃ nesciat, uel mediocriter in iure ciuili uersatus: cū ipse etiā Imp. in iij. Cōstit. q̃ præfationis loco, repetitæ codicis prælectioni præmittitur, hoc nomine in futurū id operis cōfirmet. Et Azo testetur, ex nouellis in collationes collectas cōstitutiones, quæ hodie in scholis & iudicijs circūferūtur. Et ante trecentos adhuc annos nouellæ in usu sint habitę, si nō oēs, attamē pleręq;, quæ hodie nō extant. Et ut de Accursio taceā, q̃ sæpe collationarias illas, in multis perobscuras, ex nouellarū contextu illustrare solet, passim in doctoribus adducuntur, in testimoniū, de adiutoribus quæstoris, de appellationibus ex Sicilia, de priuilegijs Archiepiscoporū, & infinitis alijs. Ex quib. tametsi plerę; generales nō sunt, tamē eas propter cognitionē rerū, & exēplū, omissas nō oportuit. Sunt q in l. Nō plures. & l. Qui sub prætextu. C. de sacrosan. Eccl. interpretātur Decanos, pro clericis: quod neutiquā fecissent, si copiā nouellarū habuissent cōstitutionū. Idē possumus dicere de sexcētis alijs, teste iurisperitissimo Haloādro, cuius hacte nus uerba adscribere libuit. Spieg.

NOVELLARE, propriè nouum agrum colere, seu nouas uites pangere.

NOVELLETVM, sumitur pro uinea ex nouellis uitibus consita ut apud Paulū, de Imp. in reb. dot. fact. & Alphenum de Fund. dot. Sp.

NOVAE leges interdū intelliguntur, quæ post leges xij. tabul. latæ sunt. l. 7. ff. de cap. minut. l. 11. ff. de suis & legit. Quo sensu & Nouum ius accipiēdū est in l. 1. ff. de pet. hæred. Et Nouæ hæreditates, quæ ex huiusmodi legib. senatuscōsultisúe post xij. tab. factis deferūtur l. 1. §. capitis. ff. ad Tertyllia. Deniq; ad quascumq; recēns latas leges ea appellatio pertinet. l. un. ff. de condictio. ex lege. Et ita Nouæ leges Papias significant. l. ult. ff. de reg. Cato Bris. & Ferrarius sub tit. Institut. de Senatusc. Orphitiano: in uerb. nouæ hæreditates.

NOVAE tabulæ appellabātur, q̃bus publicè præpositis æs alienū obæratis remittebatur, ac cōdonabatur. Meminit Cic. ij. Officior. & Inuect. ij. in Catilin. & Epist. ult. lib. v. ad Atticū, & Cęsar. in prin. li. iij. de bello ciuili. Et Seneca li. j. de Benefic. c. iiij. Quintilia. Declamatio. 336. Et Sueto. in Iul. c. xlij. Bris.

NOVENDIALIVM sacrorū cōsuetudinē inde natā tradit Cęlius lib. 17. c. 21. quoniā moris Ethnicorū fuerit, diebus nouē mortuos flere. Dupliciter uero Nouendiale sacrū actū est apud Romanos, uno modo cū defunctis parētabant, seq; lustrabāt: Altero cū prodigiū aliquod accidisset, quod nouendiali sacro expiare solebāt. Ita uero perficiebatur, ut doctis placet: Nouē dies assiduè Deis sacrum faciebāt, quod sacrū indici solebat, uel à Pontifice Maximo, uel à Prætore urbano ex Senatus decreto, prout tradit Gyraldus historiæ deorum Syntagmate 17.

NOVERCA patris uxor liberis ex alia uxore natis ita appellatur l. 4. ff. de gradib. & adf. Sed & aui proauiq; uxor nouercæ appellatione cū de prohibēdis nuptijs agitur, cōtinētur. l. 14. §. nūc uideamus. ff. de rit. nup. Nouercæ quoque loco habetur ea, quæ adoptiui patris uxor fuit, ut ibidem Bris. & Cōnan. lib. 8. cap. 5. nu. 2.

NOVERCA, noua uxor sublatis filijs quasi νέα ἀρχή, noua princeps, accersendæ familiæ gratia ducta. Accursius nouercā dictā uult quasi sit nocens arcus uel noua arca sine fructu, quod plerunq; priuignis noceat l. 4 ff. de inoff. testam. Quod ad affectū attinet, nouercale odium in prouerbium transiuit. Plerunq; enim sanguini suo iniuriā faciūt, ut dicit text. d. l. 4. Quo factum est ut nouercam pro cōtraria atque inimica accipere soleamus: uti nouercā umbrā dixit Plinius lib. 17. c. 12. Vnde & Euripides in Alcestide Hostis enim (inquit) consequens nouerca liberis prius genitis Vipera nihilo maior.

NOVERCALIBVS delinimentis, instigationibusq;

busq; corrumpi, apud Maximum in l. non est enim. ff. de Inoffic. testam. Spieg.

NOVI homines, Terrę filij, à sese orti nũcupabãtur, q nullis maiorũ imaginibus & nobilitate cõmẽdabantur, quemadmodũ Cicero de lege Agraria loquens, seipsum appellat nouũ hominẽ. Id quod magna laude cõtingebat, si quis uirtute faceret se nobilem, ac imaginibus donandis dignum. Prat.

NOVI operis nunciatio, est ædificãti in alterius præiudiciũ facta prohibitio. de qua fusius Iuriscõs. tit. de Nou. oper. nunc. Sp.

NOVISSIMA, pro postrema, & in Pand. & Const. Principum reperire est, sicut & apud Cicero nẽ. tametsi Gellius autor est, ipsum hac uoce uti noluisse. Exempla Syluius citat in enarrat. Ora. pro Q. Roscio Comœdo.

NOVISSIMA sentẽtia, pro diffinitiua in Aut. Vt defuncti seu fun. eor. §. sancimus igitur. Alberic.

NOVISSIME, aduerbium est, quod barbarè finaliter dicitur. Spieg.

NOVISSIMVM suppliciũ, pro morte. in Aut. de Lenonibus. Spiegel.

NOVITAS (quæ nutrit discordiam. l. in rebus nouis. ff. de Const. Princip.) tunc fieri dicitur, quum quæ sunt, statu suo mouentur. l. peritiã. C. de In integ. restit. Spiegel.

NOVITII serui ꝓpriè dicũtur, recẽtes: Veteratores uerò, siue Veterani, Inueterati. Vlpian. l. 37. ff. de ędil. edict. Pręcipiũt Ædiles, ueterator pro nouitio ueneat. Item, Quia uenalitiarij sciũt facilè decurri ad nouitiorum emptionem, iccirco interpolant ueteratores, & pro nouitijs uendunt Item, Trita uerò mancipia & ueterana difficile est reformare. Sed Venuleius in l. ult. subtiliùs rẽ explicat. nã ueteratorẽ seruũ esse ait turpi alicui ac sordido ministerio, quãuis recẽs, addictũ: Nouitiũ uerò, q uel nulli adhuc, uel nobili alicui & liberali homine dignæ arti, q̃uis multo antè, deditus fuit: ueluti picturæ, medicinę, musicę. quod Valla, opinor, nõ uiderat. Hot. Budęus autem tanquam contraria illa citat in anno tat. ad Pandectas. At Donellus tit. de ædil. edict. nullam arbitratur esse dissensionẽ. Nouitium enim Vlpianus appellat rudem. Et is rudis est non qui diu seruiuit, sed qui ita semper est habitus à Venalitiario ut nulli ministerio pręponeretur. Ille ueteratorẽ ait tritum. Rectè: sed teritur seruus nõ tempore, sed genere seruiendi. Et cum hoc probari facile nõ possit, an exercitus sit seruus in re aliqua, an non sit, eius rei inde fides sit, si ministerio alicui præpositus sit. Et dicitur quidem Nouitium non quod magis nouum sit sed quod à nouo dictum inclinatumque sit. Vt annotauit Gellius.

NOVVM non est, quod est usitatũ. l. non est nouum. ff. de Legib. Spieg.

NOVVM non facit, qui detegit quod uetus est. l. adeò. §. cum quis. ff. de Acq. rer. dom. Sp.

NOVVM interdum dicitur, tametsi quid de ueteri extet. arg. l. Prætor. §. fin. ff. de Dam. infec. Instit. Quibus mod. toll. oblig. §. sed si eadem.

NOVVM æs alienum cõtrahere in l. si quis quẽpiam. ff. Si quis caut.

NOVVM feudum. Vide, Feudum antiquum.

NOVVM opus nũciat aut dicit, qui alteri ne nouum faciat opus, denũciat & prohibet. Nouum autem opus facere, quod Iustinianus lib. τῶν νομῶν constit. 63. καινοτομίαν appellat, est, ædificando, uel detrahendo aliquid, pristinam loci, uel operis faciem mutare. l. 1. §. opus. de oper. no. nunc. Proinde qui unũ, uel alterum cæmentum imponit, aut qui uetus ędificium ne corruat, suppositis tibicinibus fulcit & sustinet, nouum opus facere non dicitur. l. 1. §. si quis ędificium. l. stipulat §. opus. eod. tit. Cæterum nũciatio noui operis, speciem quandam appellationis habet. Nã ut interposita appellatione, siue iure, siue iniuria, nihil nouari oportet. l. 1. nihil nouari app. pẽd. ita etiam à nunciatione. quamuis non Iurè facta, nihil noui operis facere permittitur. Et si factum quicquam fuerit: id posteà destruitur, eoq; nomine aduersus eum qui fecit, interdictum datur à Prætore, cuius uerba hęc sunt: In quem locũ nunciatũ est, ne quid noui operis fieret qua de re agitur, quod in eo loco, antequã nunciatio remissa fuerit, aut in ea caussa esset, ut remitti deberet, factum est, restituas. l. Prętor. de oper. no. nunc. Quod si nunciatione sibi facta quieuerit, mox Iudice cognoscente appareat, iustã nunciandi caussam non fuisse, meritò condemnabitur nunciator legitimis actionibus, si quæ fortassis ei competant, plerunq; integris manentibus. l. sciendum. eod. tit. Nam si quis, exempli gratia, ob seruitutem uiæ nouum opus nunciauerit, eoq; succubuerit, quod ea seruitus iusta nunciationis caussa nõ uideretur, non quod omnino ei nõ competeret, actione confessoria uti nõ prohibetur, l. qui uiam. eo. tit. Verum hęc res multas habet cautiones, ac plerunq; spreta nunciatione ei qui confidit iuri suo, cœptum opus impunè perficere licet. Veluti cũ Reip. interest, ut primo quoq; tempore opus fiat. Vt si quis riuos, aut fontes purgare, uel reficere uelit, quibus nõ refectis, usus aquæ auferretur, & homines siti necarẽtur, l. 5. §. si quis riuos. eo. tit. l. ult. de riuis. l. de fonte. Aut cloacas, quarum immunditiæ (ut Vlpian. ait cap. 1. de cloacis) non modo cœlum pestilens, sed etiam ruinas minantur. Id autem ad ueteris Romæ situm referri debet, quę tot, tantisq; cloacis, & aquęductibus abundabat, ut eã ob caussam pensilis à Plinio & subternauigata dicatur lib. 36. cap. 15. Qua de re etiam librum Iulius Frontinus conscripsit. Sed & cum iussu Prętoris, cuius iurisdictioni post nunciationem sese subijciunt litigatores. d. l. 1. §. & post operis, remittitur nunciatio: tunc ea perfectionem operis nõ impedit: idq; uerbis Prętoris significatur. Antequam nunciatio remissa fuerit. d. l. prętor. Quę remissio his demum prodest, quibus iure non est facta nunciatio. Cum enim ad obtinendam remissionem Prætorem adire sufficiat, ne contemni eius auctoritas uideatur: neq; tum de iure litigatorũ disceptetur, eatenus remissio facta intelligi debet, quatenus nunciator Ius nunciãdi non habuerit. l. 1. in princip. l. 5. §. is cui. l. non solũ, §. sciendum, eo. tit. Quod formula illa Prętoris, de remissionibus satis expressum est: Quod Ius sit illi prohibere, ne se inuito fiat, in eo nũciatio teneat. Duarenus disputat. Anniuers. libro 1. capitulo. 16.

NOVVM riuum parietibus usufructuarius non potest imponere, Neratio autore. l. usufructuarius. ff. de Vsufruct. Spiegel.

NOVVM temporis est, inauditum & inusum, id est, non antè uisum, ignorationis, & rei quæ non uenit in sensum. Ita quædam prisca possunt esse noua. Tamen aliquando confunduntur, ut in leg. prima, in princ. ff. de Vent. inspic. nouum pro audito. Spiegelius.

NOX mori dicitur, ut uoluit Bart. in l. qui duos. §. j. de Manum. test. & per hoc aurora est noctis, quia est noctis moriẽtis. Salomonius, subtile hoc quidẽ, at nõ uerũ sibi persuadet: quòd aurora sit poti9 diei ini-

initium, sic hesperus initium noctis. obscurantibus tenebris: eiusq; utiq; sit, & non noctis, lucere & lucescere, per casum apertum, in. §. Lucius. l. Titius. de Lib. & posth. Spieg.

NOXAM Iustinia. scribit dici corpus qđ nocuit: Noxiā, ipsum delictū. Institut. de noxal. in prin. l. 1. in princ. ff. si quadr. paup. Noxa planè etiā maleficiū & peccatū significat. Eaq; appellatione omne delictū in xij. tab. cōtinebatur. l. 237. in fi. ff. de uerb. signif. Et ita Noxā noxiāq; nocere. l. 45. §. 1. ff. de leg. lib. 1. l. 4. ff. de noxali. Noxā cōmittere. l. 32. ff. de noxalib. act. Et noxā caput sequi dicimus. l. 4. ff. si ex nox. cau. l. 1. §. si apud. ff. depositi. Bris.

NOXA caput sequitur l. fi. ff. de noxa l. l. 1. C. eo. Pindarus in Olympiac.

—ἀκέρδεια λέλογχε
θαμινὰ κακαγόρους & Theognis
—ἁμαρτωλαὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἕπονται.

NOXA significat in Iure pœnā. & facto fraudulē to imponēdā, utiq; nō capitali: ut cū noxā dicimus, uideamur simul & damnū fraudulentum, & pœnam pro eo uindictæ nomine infligendam, innuere iuris intellectu. Quemadmodum pœna quoque non est sine fraude. Vnde noxę dedere, pro eo est, quasi dicamus pœnę tradere, propter uindictam admissi delicti. Et solutū esse noxa, cùm quis satisfecerit, uel liberatus sit à delicti uindicta. Item, Iudicium, in quo sic dedere liceat, noxale nūcupatur. Vlpian. in l. quis sit fugitiuus. §. quod aiunt. ff. de Ædilit. edict. Adde Forcat. in Auiario Iuris Ciuilis, num 6. Prat.

NOXA apud poetas & oratores ponit̄ ꝓ culpa: at noxa peccatū, aut ꝓ peccato pœna. ut Acci⁹ Menalippe, Te esse huic noxæ obnoxiū. Itē quū lex iubet noxę dedere, ꝓ peccato dedi iubet. Festus. Hot.

NOXÆ uerbum in hac stipulatione Noxis solutum præstari, non existimatur (inquit Iulianus) ad eas noxas pertinere, quę publicam exercitionem & coercitionem capitalem habent, l. 200. ff. de uerb. signif. Hotoman.

NOXAE dedere, in noxā dare significat. l. 7. §. 1. ff. quod ui aut clām. & Ad noxā dedere in l. 10. §. 19. ff. de noxalib. Noxæ autem dedere, est animal. mancipiumúe uiuum demū tradere. l. 1. §. noxæ. ff. si quadrup. Quintilia. Declamatio ix. Alebat deuotū corpus grauior omni fame sagina, & inter noxæ dedita mancipia, contemptissimus tyro gladiator. Vtitur & hac locutione Columella in prętatio. li. j. Sic & noxæ eximere est criminis admissi gratiam facere. hoc est, ut scribit Budæus, remissionem dare. Brechæus l. Aliud est Fraus §. Inter mulctā. ff. de uerborū & rerum significat. &c.

NOXA solutus. in stipulationib. ædilitijs intelligitur, non qui noxam numquam commisit, sed qui ob eam rem noxali iudicio subiectus non est. l. 17. §. quod aiunt. ff. de ædilic. ed. l. 174. ff. de uerbor. signific. l. 72. §. penul. ff. de solutionib. l. 3. ff. si fam. furt. fec. dicet. l. ult. ff. de rer. permut. & Noxijs solutus. l. 45. §. 1. ff. de leg. lib. j. Planè Noxis solutum præstari seruum, qui promittit, de priuatis, non etiam his quæ publicam executionem & coercitionem capitalem habent, promisisse existimatur. d. l. 17. §. quod aiunt. l. 11. §. ult. ff. de euictionib. l. 200. ff. de uerbor. signific. Bris. Ego apud ueteres, Alc. ait, noxam à nocendo dictam inuenio, unde præter pœnam etiam nocumentum significat. Ouid. sine noxa luce bibuntur. Meritò ergo seruus qui nocuit, noxa dici potest: sicut & ἄτη illa Homerica noxa appellatur (hoc tamē, ceu erratū Triboniani, nō recipit Oldēdorpius) At noxia solúmodo de maleficio ipso dicitur, nec tā generali significatione accipitur, sicut noxa. Idē enarrás l. plebs est. de Verb. sig. exēplis docet, quā iniquo iure Valla insectetur Iustin. & Seruium & Beroald. dū adiectiuè tantum dici noxiam opinatur, cōtra ueterū autoritatem. Noxas accipere debemus priuatas, hoc est, ea quæcunq; committuntur ex delictis non publicis criminibus, ex quibus agitur iudicijs noxalibus. autor Vlpianus in d. l. quis sit fugitiuus. Caius ad fin. d. l. Plebs, ait, omne delictum noxę appellatione contineri Spieg.

NOXAM nocere, noxam committere. Paul. in leg. in delictis. Callistratus in leg. is qui in aliena. ff. de Noxal. act.

NOXALES actiones, quæ aduersus dominos ex delictis seruorum dātur. Quarum ea uis est & potestas, ut uel noxę dedere seruum, uel litis ęstimationem sufferre dominus cogatur. Per se autem nullæ sunt Noxales actiones. Nec enim hoc proprium & speciale alicuius actionis nomē est, sed qualitas quædam dūtaxat, quæ actionibus ex delicto uenientibus adiungitur, ut furti noxalis, de dolo noxalis, damni iniuria noxalis, arborū furtim cęsarū noxalis. l. 16. ff. ad exhib. l. 9. §. hæc de dolo. ff. de dolo. l. 19. & l. 28. ff. de noxalib. l. pen. ff. cōmoda. l. ult. C. de furt. §. sunt & alię. Inst. de noxalib. act. l. 7. §. pen. ff. arb. furt. cęs. Eodemq; modo Noxalia interdicta ob delictum seruorum, quos in potestate habemus aduersus nos cōpetunt, puta si quem ui deiecerunt, uel ui aut clām opus fecerunt. l. ult ff. de interdict. Noxalis quoque appellatur illa actio, quæ ob pauperiem datur. l. 1. §. & cum etiam. & §. si cōmune. ff. si quadrup. paup. & Instit. eod. titul. in prin. Bris.

NOXALES actiones appellātur, quæ nō ex cōtractu, sed ex noxia atq; maleficio, quod pœnā ultimi supplicij nō habet, seruorum aduersus dominos instituuntur. Harum uim atque potestatē Caius explicat in l. j. de Noxal. act Sp.

NOXALIS actio semper caput sequitur, hoc est, aduersus eū exercetur, in cuius potestate est seruus qui noxam admisit l. sed si unus. §. si iussu domini. ff. de Iniur. l. rem mihi. §. in exercitu. ff. Cōmod. Porrò Imperator Gordian⁹, teste Alciato, Noxa caput sequitur, prouerbialiter, extulit, in l. licet. C. an seru. ex delic. Quoniam, ut M. Cato ait, Nequiter factū, semper durat, & reum comitatur. Spiegel.

NOXIÆ esse, ut fraudi esse, pro uitio & culpę dari, Bud. admonuit. Verùm pro noxa, id est, peccati pœna, aut damno, alibi rarò scriptum reperias. Sp.

NOXIA, ut paulo suprà dictū, ipsum duntaxat delictum denotat, non etiam pœnam perinde sicut noxa utrunq; refert. Idem ius de fraude & pœna tradit Vlp. in l. aliud de Verb. sig. Sp.

NOXIAM sarcire, aut noxam dedere oportere, apud Vlpian l. j. §. cum arietes. ff. Si quadrup. paup. fec. dic. Spiegelius

NOXIOS seruos habere, apud Vlpian. in l. si ser uus seruum. §. Proculus. ff. ad Leg. Aquil.

NOXIVS l. 1. C. de custodia reorum significat, nocentem, uitiosum ac criminis reum noxęq; deditum. ueluti furem, percussorem, quiq; forte uirginē cōstuprarit. De lapide noxium apud Columellam libro & capite tertio mortis damnatum ac de Capitolino lapide deiectum aut dignum qui iam pręcipitetur, complures exponunt Grammatici. Brodæus Miscellaneorum lib. 6. cap. 5. de lapide intelligendū putat, in quo stante & precium faciente præcone, uęnibant serui probi maliq;. &c.

N V

NVBENDI uerbum, quod nunc latini sermonis usus proprium fecit fœminis, unde & nuptiæ dicuntur, olim erat uiris fœminisq; commune. Obnubere autem ueteres dicebant, obtegere, siue obuoluere: quòd olim nupturæ caput flammeo obtegeretur: siue, quemadmodum Paulus apostolus interpretatur, ut admoneretur, quòd iret in potestatem uiri: siue pudoris gratia, quemadmodū sentit diuus Ambrosius, tractans de coniugio Abrahæ, lib. j. Quã quam operiēdi signum propriè datum est fœmineo sexui, tamen res ipsa competit in utrumque, teste Eras. in de Christiano matrim. Spieg. adde Connan. li. 8. cap. 3. numero 5.

NVBERE, uiro tradi: quòd spōsæ apud ueteres, dū uiro tradebātur, nubere, hoc est, uelare capita solebāt. Sunt qui dicāt, uirū tum nubere, cū seruit uxori, uelut illa potius uir sit, quàm ille. Sp.

NVBERE Virum, Imperatores dicunt. l. cū uir nubit. C. ad l. Iul. de adulteris. Eam Constitutionem Accursius ad eos traxisse uidetur, qui muliebria patiebantur. Quæ quidem interpretatio, licet reijcienda omnino non sit, uerbis tamen & Imperatorū intentioni non satisfacit. Proinde quod ex ijs qui muliebria patiebātur, nonnulli habitum, uultum, & incessum muliebrē sic olim fingerent, ut sub falsa quadam muliebri specie, uiris uiri impudenter nuberēt, dubium nō est, quin de ijs solis Imperatores hîc senserint, de quibus li. 7. de Prouidētia Saluianus Massiliensis Episcopus. Ræuard. uar. lib. 4. c. 20. De huius uerbi significatione uide etiã Tiraquellum in 5 l. connub gl. 1 partem quintam. Vbi annotauit quòd Nubere interdum de uiris dicatur, allegans autoritatē Festi ex Pomponio in Pannuceatis. Et ita quoque usum esse inquit Cornelium Tacitum lib. 15. cū scribit de Nerone: Ipse per licita atq; illicita fœdatus, nihil flagitij reliquerat, quò corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagoræ fuit, in modum solemniū coniugiorum denupsisset. Et Suetonius de eodem: Cui etiam, sicut ipsi Sporus ita denupsit Et Iuuenalis, Quid quæris? nubit amicus. Et è nostris quoque: uoluit Baldus in l. cū testator. C. de testa. manu. Sicut è diuerso nonnunquã de fœminis Ducere dicitur, ut in l. si ignorãs. C. solu. matri. ubi & id not. Bal.

NVBERE in familia, Græca locutio.

NVBILEM ætatem fœminis duodecimus annus, uiris decimus quartus affert. Connanus libro 8. capitulo 4. num. 3.

NVCES, ceterosq; fructus nō minus ꝓpriè pomi nomine comprehendi, quàm mala, indicat Alciatus, interpretãs l. qui fundū, de Verborū sig. licet hodie in uulgari usu loquentium aliud sit. Sp.

NVCES flagitabantur nuptis, & pueris spargebantur, ut ait Festus ut nouæ nuptæ domum mariti intranti secundum fieret auspicium. hoc enim tanquam Iouis omine celebrabatur matrimonium ut noua matrona esset sicut Iuno ut notat Seruius ad Virgil. erant enim nuces Ioui sacræ. Et Plinius dicit honorem his naturæ peculiarem esse quòd gemino tegantur operimento, puluinati primū calicis mox lignei putaminis. Quæ causa inquit eas nuptijs fecit religiosas tot modis fœtu munito, quod est uerisimilius, quam quia cadendo tripudium sonumq; faciãt. Hanc nucum sparsionē notauit Virg. illo carmine. Mopse nouas incide faces tibi ducitur uxor. Sparge marite nuces. Fuit enim moris etiam Romani accēdi faces ex spina flexibili, ut idem ait Plinius. quoniã inde fecerint pastores qui Sabinas rapuerunt. Et unam ex facibus præferebat quidam puer & item alij duo, qui nuptam terrebant. omnes patrimi & matrimi. Connan. lib 8. cap. 3. nu. 1. 4. 2.

NVCLEI teste Vlp. Ofilius scripsit: Cui ligna legata sunt, ad eum omnia ligna pertinere, quę alio nomine nō appellantur: ueluti uirgę, carbones, nuclei oliuarū, quib. ad nullã aliã rē, nisi ad cōburendū possit uti: sed & balani, uel si qui alij nuclei. l. nuclei appel. de Leg. iij.

NVDA à magistratibus respub. per translationē, pro destituta.

NVDA cautio, quę solã repromissionē habet. l. 2. §. sed utrū. ff. de iudic. ut & nuda repromissio in l. 56. ff. de euictio. l. 1. §. stipulationes. ff. de prætor. stip. ad differentiam satisdationum. Bris.

NVDA possessio, quæ sine ꝓprietate obtinetur. l. 66. ff. de euict. l. 21. §. 1. ff. quod met. caus. Hot.

NVDA ꝓprietas dicitur, cui ususfructus deest. l. 29. ff. de usuf. l. 8. ff. de usuf. leg. l. 34. ff. de rei uindic. Hot.

NVDA ratio, dicitur à Pomponio nomē æris alieni in codicē accepti, sic relatū ut qua de caussa debeatur adscriptū nō sit. Si dominus, inquit, in rationes suas referat se debere seruo suo, quum omnino neq; mutuū acceperit, neq; ulla caussa præcesserat debendi, nuda ratio nō facit eū debitorē. l. 49. ff. de pecul Idē in l. 26. ff. de donat. Nuda ratio nō facit aliquē debitorē. utpote quod donare libero homini uolumus, licet referamus in rationes nostras, debere nos: tamē nulla donatio intelligitur. Hot Per nudã rationē ius Gentiū nudū sine ulla naturali causa siue uinculo æquitatis intelligit Pomponius. Paulus cōtra & Marcianus, magis Sabinianorū sententiæ uidētur acquieuisse, c. 13. de cōdict. indeb. c. 11. de acq. rerū do. c. 25. de præscript. uerb. cap. ult. de actionib. empti &c. Rēuard. l. Cū amplius. ff. de Reg. Iuris.

NVDA uacatio muneris. l. 13. § duo. ff. de uacat. mun. Nuda & sola scientia. l. 1. §. sed si sciēte. ff. de ædilic. ed. Nuda debiti solutio. l. 6. §. rationē. ff. de edē. Nuda uerba, mera uerba, sine aliqua certa & sollemni conceptione apud Paul. lib. j. Sent. titul. iij. Bris.

NVDA uenditio, pro fictitia & simulata. l. nuda. ff. de Contrah. empt. Sp.

NVDA uolūtas tunc intelligitur, quū quid fit citra exteriorē interueniētē formulã, quę interdū sufficit. ut apud Iustinianū in 6. interdū. Instit. de Rer. diuis. Vide Cantiunculam ibidem. Sp.

NVDATA, indicata, patefacta. Vlpianus de Recep. post nudata utriusq; intima, atq; secreta aperta.

NVDVM, inquit Seruius, dicitur, quod nunquã tectum est, ut facies. Verùm nudum dicitur nostris, quod neq; rei traditione, neq; pignore, neq; fideiussore est uestitum. C. de Pact. l. traditionibus. l. sancimus. C de Verb. sig. Sp.

NVDVM simplex solū, purūq; significat: ueluti nudū pactū, cui nulla causa subest, præter cōuentionē, & qd placiti fine stetit. l. 7. ff. de pact. l. 27. C. loca. l. 5. C. de cōtrah. stip. l. 10. §. interdū. ff. de recep. qui arbitr. Constantin. lib j. titul. vj. ψιλὴν δὲ σύμφωνον τὴν ὅτινα μὴ περιγίνονται δίκαι, ἀλλὰ μόνον συντίθενται δίκαι. Nudū enim pactū nō est, quotiēs pecunia datur, & aliquid de reddēda ea conuenit, uel aliàs quotiēs certa lege data res probatur. l. 10. C de pact. l. 8. in fi. ff. de præscript. uerb. nuda deniq; cōuentio nō est, quæ habet in se negotiū aliquod, ut Græci dicūt συνάλλαγμα. l. 1. ff. de præscript. uerb. Planè in l. traditionibus. C. de pact. nuda pacta magis est, ut à traditione nuda interpretemur, quemadmodū & nudã uolūtatē accipimus

mus in l.9.§.interdú.ff.de adq. rer. do. & §.interdú. Instit. de rer diuisio. Et nudã cõuentionem pro solo cõsensu absque traditione in l. 33. §. si rem.ff. de usucap.l.1. ff.de pigner. act.l.4.ff.de pignorib.& in l.5.in fi.ff. de rescind. uend. Nuda uerò traditio in l. numquã.ff.de adquir.rer. do. dicitur, quæ iusta & ad dominium trasferendum idonea causa non nititur.

NVDVM præceptum probabili nulla causa adiecta.l.114.§. diui.ff. de leg. lib.j. l.38.§.Iulius.ff.de leg. lib.iij.Bris. & ante eum Corrasius lib.Miscell.j.c.j.ubi omnino ipsum uide: explicantem quæ sunt pacta nuda & uestita.

NVDVM ius Quiritiũ, Iustinianus ceu uerbum uacuũ & superfluũ sustulit, li. vij. C.tit.xxv. quòd animi iuuenũ, qui ad primam legũ ueniũt audientiã, perterriti ex primis eorum cunabulis, inutiles legis antiquæ dispositiones accipiunt. Sp.

NVDVM ministeriũ, apud Paulũ in l.j.ad Velleiã.

NVDVM testimoniũ, qđ caret religione iurisiurandi. Vide c.tua.ext.de Cohabitat.cleric. Sp.

NVDVS consensus dicitur qui neq; solennitate uerborum est neque traditione rei munitus. Connan. lib.5.cap.2.numero 13.

NVDVS consensus, hoc est, qui stipulatione destitutus est, sufficit in constituendis sponsalib. l. iiij. ff.de Sponsal.Spieg.

NVDVS usus, qui sine fructu est.l.j. ff. de Vsu & habit. Iisdem autem modis & cõstitui & finiri solet, quibus modis usus fructus cõstituitur, teste Caio, l. iij.in fin.ff.de Vsufruct.Sp.

NVGATORIVM, uel quod est nugarum plenum, uel quod est nugarum, hoc est, leuium rerũ, ac nullius ponderis. ut apud Vlp. in.§. erronè.l.si quis sit fugitiuus.ff. de Aedil. edict.Sp.

NVGAS autem appellat Martialis ornamenta muliebria. Ita enim peculiariter ea antiqui uocabãt, uana prorsus, inutiliaq; atq; futilia. Hincq; Plautus in Aulularia nugiuendos uocat, qui res huiusmodi uendunt mulieribus, ut testatur Nonius Marcellus. Verba Plauti sunt hęc; Nugiuẽdis res est soluta omnibus. Tiraquellus in l.connub.3. glo.1. parte tertia.

NVLLAM dici sententiam, decem ex causis tradit copiose Speculator in ij.parte tit.de Sent. & quę ipsam sequuntur. §.viij. Spieg.

NVLLATENVS negatiuum uerbum importat, quod factum contra nõ ualet. glofs. Cle. unic.de sequest. possess. & fruct. Io.Bello.Etymol.

NVLLITAS sententiæ est, si sit lata contra leges canonesue.cap.1. de re.iudic. & si lata sit ab alio, quã à Iudice, c.fi. de re.iud.lib.vj. Io.Bello.Etymol.

NVLLI alij, quã mihi. Hęc uerba nõ innuũt actũ perfectum.l.sterilis.§.sed si.ff.de Act.empt.

NVLLIVS, pro non ullius. Iurisconsl.l.j.ff.de interd. Nullius sunt liberæ personæ. Sic Imp.Instit.de Rer.diuis. quod diuini iuris est, id nullius in bonis esse censuit.Spieg.

NVLLIVS esse res dicũtur, quæ in nullius priuatim bonis sunt, sed iure gentium omnibus uacãt, & occupãti cõceduntur.l.51.ff. de cõtrah. empt.§.litorum.& §. feræ.Instit.de rer.diuis. Alias nullius esse dicuntur, quę in patrimonio commercioq; hominũ nõ sunt, ueluti res sacræ, sanctæ, religiosæ. §. nullius. Instit. de rer.diuis.Bris.adde Connan.li.3.cap.3. n.4. & Ferretum tit.de rerum diuisione.

NVLLO modo prædium suburbanum, aut domum hæres alienet. Hæredis hæres alienauit, quid iuris, Scęuola respondet, in l.Lucius Titius.de Legat.iij.Spiegelius.

NVLLO exemplo aliquid facere, id est, nouum aliquid facere, & inauditum.

NVLLO numero homo, pro nullius precij, est apud Ciceronem iij.Philip.Sp.

NVLLO pacto, pro, nullã in partẽ, **keine theilo.** l.pupillus.ff. Quæ in fraud.credit.

NVLLVM, pro nullius momenti & utilitatis, siue irrito, & inani. Vnde interpretibus Nullum & Inutile æquipollent. ff.Quod cuiusuniuers. leg.j.§. ei quidem, & Qui satisd. cog.l. quoties. Spiegelius. Adde Forcat.in Necyomantiæ dial.99.num.4.

NVLLVM item pro imperfecto dici, Alber. admonuit ex uerbis Iustin.§.penul.Instit. Quib. mod. test. infir. Num, inquit, imperfectum testamentum sine dubio nullum est. Sp.

NVLLVS metus est, si dolus intercedit, ut dicit Vlp.l.v.ff.Ex quib.caus.maior.

NVM particulæ, subintelligitur negatio.ut apud Vlp.in l.in causæ cognitione.ij.in princ. de Minoribus.Spiegelius.

NVMERALIA simplicia Iurisperiti nominant, quę Latinis nomina cardinalia sunt, scilicet unum, duo, tria, &c. Nam non posset addi pœna nec in factis, nec in speciebus, per nomina numeralia multiplicatiua, scilicet duplum, triplum, quadruplũ, &c.Vide Zasiũ enarrãtẽ §. oẽs. Instit. de Action.Sp.

NVMERANDI uerbum ad rem ipsam præsentẽ refertur. l si ex cautiõe. C.de Non num. pec.Elegãs est Alexãdri dictũ, & à magni nominis interpretibus receptum, Numerare esse naturæ potius, quã iuris uerbum. Cõsil.clxxix.in ij.Vol. Quod & Alciatus probat, nisi cum constaret nullam numerationẽ factam tunc fuisse, sed delegationem.

NVMERARE pecuniam, pro præsentem pecuniam dare. Plurifariam uerò numerata dici potest, ut ostendit Azo in Summa.Sp.

NVMERARII.l.3.C.de priuileg.eor.qui in sacr. scrin. li.xij.l.ult.C.de priuileg.scholar.l.ult.C.de fabricensib.lib.xj. hi tabulariorũ munere fungũtur: ut ostendũt l.2.& l.4. C.de numerar. lib.xij.& l.1.C.de apoch.public.lib.x.& l.ult. de executorib.& exactorib.eo. Itaque in l.13. C.de susceptorib. lib. x. tabularios, aiunt Impp.seu numerarios. Quę tamen postrema uerba à Triboniano addita esse liquet ex l.30.eo. tit.in C.Theod. Isidorus aũt lib.ix. Etymolog. ca.iij. numerarios uocatos scribit eos, qui publicũ numerum ærarijs inferunt. Inuenimus apud Marcellinũ numerarios apparitionis magistri equitum, lib.xix. Inuenitur & hoc uerbum apud Sidon. Apoll. li.j.Epistol. ad Montium. Ita numerorum sollicitudinem accipe in l.ult. C.de primicer.& secũdic.lib.xij. Bris. adde Connan.lib.4.c.15.n.1. Corras.Miscel.li.3.c.11.

NVMERATIONIS appellatione, speciei datio continetur.l.j.C.de Dote caut.non.num.Sp.

NVMERATIO precij declarat, cuius sit dominium.l.sed & si quis.§.j.ff.de Vsufruct.Sp.

NVMERI militares, inde, ut Egnat.opinatur, dicti, quòd ad numerum omnia præstarent, uel quod eorum certus quidam numerus esset: quod hodie Turcę, Galliq;, & Ægyptij reges, Burgundionumq; apud nos principes maximi potentissimiq; obseruant, certum quendam militum numerum alentes pacis etiam temporib.Sp.

NVMERI pro albo, in quo lecti milites conscribuntur: quem Græci κατάλογον appellant. Vlpianus l. ex eo, 42.ff.de test.milit. Ex eo tẽpore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est, antè non: proinde qui nondum in numeris sunt,

N V

NVBENDI uerbum, quod nunc latini sermonis usus proprium fecit fœminis, unde & nuptiæ dicuntur, olim erat uiris fœminisq; commune. Obnubere autem ueteres dicebant, obtegere, siue obuoluere: quòd olim nupturæ caput flammeo obtegeretur: siue, quemadmodum Paulus apostolus interpretatur, ut admoneretur, quòd iret in potestatem uiri: siue pudoris gratia, quemadmodũ sentit diuus Ambrosius, tractans de coniugio Abrahæ, lib. j. Quãquam operiẽdi signum propriè datum est fœmineo sexui, tamen res ipsa competit in utrumque, teste Eras. in de Christiano matrim. Spieg. adde Connan. li. 8. cap. 3. numero 5.

NVBERE, uiro tradi: quòd spõsæ apud ueteres, dũ uiro tradebãtur, nubere, hoc est, uelare capita solebãt. Sunt qui dicãt, uirũ tum nubere, cũ seruit uxori, uelut illa potius uir sit, quàm ille. Sp.

NVBERE Virum, Imperatores dicunt. l. cũ uir nubit. C. ad l. Iul. de adulteris. Eam Constitutionem Accursius ad eos traxisse uidetur, qui muliebria patiebantur. Quæ quidem interpretatio, licet reijcienda omnino non sit, uerbis tamen & Imperatorũ intentioni non satisfacit. Proinde quod ex ijs qui muliebria patiebãtur, nonnulli habitum, uultum, & incessum muliebrẽ sic olim fingerent, ut sub falsa quadam muliebri specie, uiris uiri impudenter nuberẽt, dubium nõ est, quin de ijs solis Imperatores hîc senserint, de quibus li. 7. de Prouidẽtia Saluianus Massiliensis Episcopus. Ræuard. uar. lib. 4. c. 20. De huius uerbi significatione uide etiã Tiraquellum in 5 l. connub gl. 1 partem quintam. Vbi annotauit quòd Nubere interdum de uiris dicatur, allegans autoritatẽ Festi ex Pomponio in Pannuceatis. Et ita quoque usum esse inquit Cornelium Tacitum lib. 15. cũ scribit de Nerone: Ipse per licita atq; illicita fœdatus, nihil flagitij reliquerat, quò corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagoræ fuit, in modum solemniũ coniugiorum denupsisset. Et Suetonius de eodem: Cui etiam, sicut ipsi Sporus ita denupsit Et Iuuenalis, Quid quæris? nubit amicus. Et è nostris quoque: uoluit Baldus in l. cũ testator. C. de testa. manu. Sicut è diuerso nonnunquã de fœminis Ducere dicitur, ut in l. si ignorãs. C. solu. matri. ubi & id not. Bal.

NVBERE in familia, Græca locutio.

NVBILEM ætatem fœminis duodecimus annus, uiris decimus quartus affert. Connanus libro 8. capitulo 4. num. 3.

NVCES, cæterosq; fructus nõ minus ꝓpriè pomi nomine comprehendi, quàm mala, indicat Alciatus, interpretãs l. qui fundũ, de Verborũ sig. licet hodie in uulgari usu loquentium aliud sit. Sp.

NVCES flagitabantur nuptis, & pueris spargebantur, ut ait Festus ut nouæ nuptæ domum mariti intranti secundum fieret auspicium. hoc enim tanquam Iouis omine celebrabatur matrimonium ut noua matrona esset sicut Iuno ut notat Seruius ad Virgil. erant enim nuces Ioui sacræ. Et Plinius dicit honorem his naturæ peculiarem esse quòd gemino tegantur operimento, puluinati primũ calicis mox lignei putaminis. Quæ causa inquit eas nuptijs fecit religiosas tot modis fœtu munito, quod est uerisimilius, quam quia cadendo tripudium sonumq; faciãt. Hanc nucum sparsionẽ notauit Virg. illo carmine. Mopse nouas incide faces tibi ducitur uxor. Sparge marite nuces. Fuit enim moris etiam Romani accẽdi faces ex spina flexibili, ut idem ait Plinius, quoniã inde fecerint pastores qui Sabinas rapuerunt. Et unam ex facibus præferebat quidam puer & item alij duo, qui nuptam terrebant. omnes patrimi & matrimi. Connan. lib. 8. cap. 3. nu. 1. 4. 2.

NVCLEI, teste Vlp. Ofilius scripsit: Cui ligna legata sunt, ad eum omnia ligna pertinere, quę alio nomine nõ appellantur: ueluti uirgę, carbones, nuclei oliuarũ, quib. ad nullã aliã rẽ, nisi ad cõburendũ possit uti: sed & balani, uel si qui alij nuclei. l. nuclei appel. de Leg. iij.

NVDA à magistratibus respub. per translationẽ, pro destituta.

NVDA cautio, quę solã repromissionẽ habet. l. 2. §. sed utrũ. ff. de iudic. ut & nuda repromissio in l. 56. ff. de euictio. l. 1. §. stipulationes. ff. de prætor. stip. ad differentiam satisdationum. Bris.

NVDA possessio, quæ sine ꝓprietate obtinetur. l. 66. ff. de euict. l. 21. §. 1. ff. quod met. caus. Hot.

NVDA ꝓprietas dicitur, cui usufructus deest. l. 29. ff. de usuf. l. 8. ff. de usuf. leg. l. 34. ff. de rei uindic. Hot.

NVDA ratio, dicitur à Pomponio nomẽ æris alieni in codicẽ accepti, sic relatũ ut qua de caussa debeatur adscriptũ nõ sit. Si dominus, inquit, in rationes suas referat se debere seruo suo, quum omnino neq; mutuũ acceperit, neq; ulla caussa præcesserat debendi, nuda ratio nõ facit eũ debitorẽ. l. 49. ff. de pecul. Idẽ in l. 26. ff. de donat. Nuda ratio nõ facit aliquẽ debitorẽ. utpote quod donare libero homini uolumus, licet referamus in rationes nostras, debere nos: tamẽ nulla donatio intelligitur. Hot Per nudã rationẽ ius Gentiũ nudũ sine ulla naturali causa siue uinculo æquitatis intelligit Pomponius. Paulus cõtra & Marcianus, magis Sabinianorũ sententiæ uidẽtur acquieuisse, c. 13. de cõdict. indeb. c. 11. de acq. rerũ do. c. 25. de præscript. uerb. cap. ult. de actionib. empti &c. Rẹuard. l. Cũ amplius. ff. de Reg. Iuris.

NVDA uacatio muneris. l. 13. § duo. ff. de uacat. mun. Nuda & sola scientia. l. 1. §. sed si sciẽte. ff. de ædilic. ed. Nuda debiti solutio. l. 6. §. rationẽ. ff. de edẽ. Nuda uerba, mera uerba, sine aliqua certa & sollemni conceptione apud Paul. lib. j. Sent. titul. iij. Bris.

NVDA uenditio, pro fictitia & simulata. l. nuda. ff. de Contrah. empt. Sp.

NVDA uolũtas tunc intelligitur, quũ quid fit citra exteriorẽ interueniẽtẽ formulã, quę interdũ sufficit. ut apud Iustinianũ in 6. interdũ. Instit. de Rer. diuis. Vide Cantiunculam ibidem. Sp.

NVDATA, indicata, patefacta. Vlpianus de Recep. post nudata utriusq; intima, atq; secreta aperta.

NVDVM, inquit Seruius, dicitur, quod nunquã tectum est, ut facies. Verùm nudum dicitur nostris, quod neq; rei traditione, neq; pignore, neq; fideiussore est uestitum. C. de Pact. l. traditionibus. l. sancimus. C. de Verb. sig. Sp.

NVDVM simplex solũ, purũq; significat: ueluti nudũ pactũ, cui nulla causa subest, præter cõuentionẽ, & qđ placiti fine stetit. l. 7. ff. de pact. l. 27. C. loca. l. 5. C. de cõtrah. stip. l. 10. §. interdũ. ff. de recep. qui arbitr. Constantin. lib j. titul. vj. ψιλὸν δὲ σύμφωνόν ἐστιν ὅταν μὴ προγένηται δόσις, ἀλλὰ μόνον συνῇ ἐπὶ δόσει. Nudũ enim pactũ nõ est, quotiẽs pecunia datur, & aliquid de reddẽda ea conuenit, uel aliàs quotiẽs certa lege data res probatur. l. 10. C de pact. l. 8. in fi. ff. de præscript. uerb. nuda deniq; cõuentio nõ est, quæ habet in se negotiũ aliquod, ut Græci dicũt συνάλλαγμα. l. 1. ff. de præscript. uerb. Planè in l. traditionibus. C. de pact. nuda pacta magis est, ut à traditione nuda interpretemur, quemadmodũ & nudã uolũtatẽ accipimus

mus in l.9.§.interdũ.ff.de adq. rer. do. & §.interdũ. Instit.de rer diuisio. Et nudã cõuentionem pro solo cõsensu absque traditione in l.33.§.si rem.ff. de usucap.l.1. ff.de pigner.act.l.4.ff.de pignorib.& in l.5.in fi.ff.de rescind. uend. Nuda uero traditio in l. nunquã.ff.de adquir.rer. do. dicitur, quæ iusta & ad dominium trasferendum idonea causa non nititur.

NVDVM præceptum probabili nulla causa adiecta.l.114.§.diui.ff. de leg. lib.j. l.38.§.Iulius.ff.de leg. lib.iij.Bris.& ante eum Corrasius lib.Miscell.j.c.j.ubi omnino ipsum uide:explicantem quæ sunt pacta nuda & uestita.

NVDVM ius Quiritiũ, Iustinianus ceu uerbum uacuũ & superfluũ sustulit,li.vij.C.tit.xxv. quòd animi iuuenũ, qui ad primam legũ ueniũt audientiã, perterriti ex primis eorum cunabulis, inutiles legis antiquæ dispositiones accipiunt. Sp.

NVDVM ministeriũ,apud Paulũ in l.j.ad Velleiã.

NVDVM testimoniũ, qđ caret religione iurisiurandi.Vide c.tua.ext.de Cohabitat.cleric.Sp.

NVDVS consensus dicitur qui neq; solennitate uerborum est neque traditione rei munitus. Connan. lib.5.cap.2.numero 13.

NVDVS consensus,hoc est,qui stipulatione destitutus est,sufficit in constituendis sponsalib. l. iiij. ff.de Sponsal.Spieg.

NVDVS usus, qui sine fructu est.l.j. ff. de Vsu & habit. Iisdem autem modis & cõstitui & finiri solet, quibus modis ususfructus cõstituitur, teste Caio,l. iij.in fin.ff.de Vsufruct.Sp.

NVGATORIVM, uel quod est nugarum plenum,uel quod est nugarum,hoc est,leuium rerũ, ac nullius ponderis. ut apud Vlp. in.§. erroné.l.si quis sit fugitiuus.ff. de Aedil.edict.Sp.

NVGAS autem appellat Martialis ornamenta muliebria.Ita enim peculiariter ea antiqui uocabãt, uana prorsus, inutiliaq; atq; futilia. Hincq; Plautus in Aulularia nugiuendos uocat, qui res huiusmodi uendunt mulieribus,ut testatur Nonius Marcellus. Verba Plauti sunt hęc,Nugiuẽdis res est soluta omnibus.Tiraquellus in l.connub.3. glo.1. parte tertia.

NVLLAM dici sententiam,decem ex causis tradit copiose Speculator in ij.parte tit.de Sent.& quę ipsam sequuntur.§.viij.Spieg.

NVLLATENVS negatiuum uerbum importat,quod factum contra nõ ualet.glosf. Cle.unic.de sequest.possess.& fruct.Io.Bello.Etymol.

NVLLITAS sententiæ est, si sit lata contra leges canonesue.cap.1. de re.iudic. & si lata sit ab alio, quã à Iudice,c.fi.de re.iud.lib.vj.Io.Bello.Etymol.

NVLLI alij, quã mihi.Hęc uerba nõ innuũt actũ perfectum.l.sterilis.§.sed si.ff.de Act.empt.

NVLLIVS,pro non ullius.Iurisconf.l.j.ff.de interd.Nullius sunt liberæ personæ. Sic Imp.Instit.de Rer.diuis. quod diuini iuris est, id nullius in bonis esse censuit.Spieg.

NVLLIVS esse res dicũtur, quæ in nullius priuatim bonis sunt, sed iuregentium omnibus uacãt, & occupãti cõceduntur.l.51.ff. de cõtrah. empt.§.litorum.& §. feræ.Instit. de rer.diuis.Aliàs nullius esse dicuntur,quę in patrimonio commercioq; hominũ nõ sunt,ueluti res sacræ,sanctæ, religiosæ.§. nullius. Instit. de rer.diuis.Bris.adde Connan.li.3.cap.3. n.4. & Ferretum tit.de rerum diuisione.

NVLLO modo prædium suburbanum, aut domum hæres alienet. Hæredis hæres alienauit. quid iuris,Scęuola respondet,in l.Lucius Titius.de Legat.iij.Spiegelius.

NVLLO exemplo aliquid facere, id est, nouum aliquid facere,& inauditum.

NVLLO numero homo, pro nullius precij, est apud Ciceronem iij.Philip.Sp.

NVLLO pacto, pro, nullã in partẽ,keino theilo. l.pupillus.ff. Quæ in fraud.credit.

NVLLVM,pro nullius momenti & utilitatis, siue irrito, & inani. Vnde interpretibus Nullum & Inutile æquipollent. ff.Quod cuiuf.uniuers. leg.j.§. ei quidem, & Qui satisd. cog.l. quoties. Spiegelius. Adde Forcat.in Necyomantiæ dial.99.num.4.

NVLLVM item pro imperfecto dici, Alber. admonuit ex uerbis Iustin.§.penul.Instit. Quib. mod. test.infir. Num, inquit, imperfectum testamentum sine dubio nullum est? Sp.

NVLLVS metus est,si dolus intercedit, ut dicit Vlp.l.v.ff.Ex quib.caus.maior.

NVM particulæ,subintelligitur negatio.ut apud Vlp.in l.in causæ cognitione.ij.in princ. de Minoribus.Spiegelius.

NVMERALIA simplicia Iurisperiti nominant, quę Latinis nomina cardinalia sunt,scilicet unum, duo, tria, &c. Nam non posset addi pœna nec in factis, nec in speciebus, per nomina numeralia multiplicatiua,scilicet duplum,triplum,quadruplũ, &c.Vide Zasiũ enarrãtẽ §. oẽs. Instit.de Action.Sp.

NVMERANDI uerbum ad rem ipsam præsentẽ refertur.l si ex cautiõe. C.de Non num. pec.Elegãs est Alexãdri dictũ, & à magni nominis interpretibus receptum, Numerare esse naturæ potius, quã iuris uerbum. Cõsil.clxxix.in ij. Vol.Quod & Alciatus probat, nisi cum constaret nullam numerationẽ factam tunc fuisse,sed delegationem.

NVMERARE pecuniam,pro præsentem pecuniam dare. Plurifariam uerò numerata dici potest, ut ostendit Azo in Summa.Sp.

NVMERARII.l.3.C.de priuileg.eor.qui in sacr. scrin.li.xij.l.ult.C.de priuileg.scholar.l.ult.C.de fabricensib.lib.xj. hi tabulariorũ munere fungũtur:ut ostendũt l.2.& l.4. C.de numerar. lib.xij.& l.1.C.de apoch.public.lib.x.& l.ult. de executorib. & exactorib.eo.Itaque in l.13. C. de susceptorib. lib. x. tabularios,aiunt Impp.seu numerarios. Quę tamen postrema uerba à Triboniano addita esse liquet ex l.30.eo. tit.in C.Theod.Isidorus aũt lib.ix. Etymolog. ca.iij. numerarios uocatos scribit eos, qui publicũ numerum ærarijs inferunt. Inuenimus apud Marcellinũ numerarios apparitionis magistri equitum,lib.xix. Inuenitur & hoc uerbum apud Sidon.Apoll. li.j.Epistol. ad Montium.Ita numerorum sollicitudinem accipe in l.ult.C.de primicer.& secũdic.lib.xij. Bris. adde Connan.lib.4.c.15.n.1.Corras.Miscel.li.3.c.11.

NVMERATIONIS appellatione,speciei datio continetur.l.j.C.de Dote caut.non.num.Sp.

NVMERATIO precij declarat, cuius sit dominium.l.sed & si quis.§.j.ff.de Vsufruct.Sp.

NVMERI militares,inde,ut Egnat.opinatur, dicti, quòd ad numerum omnia præstarent, uel quòd eorum certus quidam numerus esset: quod hodie Turcę,Galliq;,& Ægyptij reges,Burgundionumq; apud nos principes maximi potentissimiq; obseruant, certum quendam militum numerum alentes pacis etiam temporib.Sp.

NVMERI pro albo, in quo lecti milites conscribuntur: quem Græci καταλογον appellant. Vlpianus l. ex eo,42.ff.de test.milit. Ex eo tẽpore quis iure militari incipit posse testari,ex quo in numeros relatus est,antè non:proinde qui nondum in numeris sunt, li-

cet etiam lecti tyrones sint, & in publicis expensis iter faciant, nondum milites sunt. debent enim in numeros referri. Sic in l. 4. l. 39. §. 1. ff. eod. l. 16. C. illo tit. Hotomannus.

NVMERO eximere, est eximium & egregium, ac singularem aliquem constituere.

NVMERO plurali, pro singulari. l. non est sine liberis: & contrà singulari pro plurali. l. in usu iuris. de uerborum sig. figuratè Iurisconsulti utuntur, quod & Apellus annotauit. Spieg.

NVMERVS etiam ordinem & turmam significat. Vnde numeri militum dicuntur. l. j. in fi. de bon. poss. ex testam. mil. Hinc & numerus familiæ. Vide Alc. in commen. de uerb. sig.

NVMERVS catalogum militum seu breuiculū, quo militum nomina continētur, significat, & quod recentiores Impp. matriculam uocant. l. 4. l. 39. §. 1. & l. 43. ff. de milit. test. l. 16. C. eod. tit. l. un. in fin. ff. de bon. pos. ex testam. militis. Lamprid. in Alexand. Milites suos ubiq; sciuit, ut haberet in cubiculo & breues & numerum & dignitates. Plin. lib. iij. Epist. Neque enim adhuc nomen in numeros relatū est. Quo factū est, ut numeri pro societatibus, ordinibus, turmisq; militū acciperentur. l. 2. §. exercitum. ff. de his qui not. infam. l. 8. §. ueterani. ff. de procuratorib. l. 4. §. qui post desertionē. ff. de re milit. l. 31. C. de locat. l. pen. de exactorib lib. x. C. l. 2. C. ubi de ratiocinijs. Plin. lib. x. Epist. Vt iam sacramēto dixerant, ita nōdum distributi in numeros erant. Lamprid. in Macrino. Quòd si unius numeri consensus accessisset. Militares etiam numeros apud Marcellinum legimus. Vnde Tribunatus numerorum in l. ult. C. de test. milit. l. 9. C. de inoff. testam. Briss.

NVMMARIVM tribunal, Seneca j. de Beneficijs uocat, intelligi uolens, ut Beroaldus ait, iudices, iudiciumq; corruptum. Sp.

NVMMATVM iudicium, quod fit acceptis nūmis. apud Cic. in Verr. & nummarij iudices, prēmio corrupti & sordidi. Cic. pro A Cluentio: Varia iudicum genera, nūmarij pauci, sed omnes irati. Spieg.

NVMMI appellatio strictior est, quàm pecuniæ. l. ligatores. §. quod ait Prætor. de arbitr. l. j. de contrah. empt. ex Alc. Sp.

NVMMI ualorem Alc. explicat in l. lecta est. ff. si certum pet. Idem in d. Comment. ait, eos uulgarem doctrinam planè ostendere, qui uulgaris sermonis argumenta idem arbitrātur denarium & nummum esse: quod plerique Doct. tradiderunt, in l. quæ extrinsecus, de uerb. oblig.

NVMMOS exiguiores Vlpian. teruncios semisses aut asses more Quiritium appellat. Et interdum regionis more nummos coriaceos. Ræuardus l. semper in obscuris. ff. de reg. iur.

NVMMI adulterini bonis opponuntur.

NVMMI repositi. Lege, Mobilia.

NVMMI reprobi. apud Vlpianum in l. elegāter. §. j. de pign. act.

NVMMIS colere dicuntur coloni, nō quod numerata pecuniæ pensio, quam debent, semper solui debeat, sed alia certa re quæ pōdere & mensura constat. Connan. lib. 7. cap. 11. num. 13.

NVMMIS indistinctè legatis, hoc receptum est, ut exiguiores legati uideantur. autor. Vlp. ead. l. de legat. iij.

NVMISMA, idem quod nummus. Vide Bart. in Rub. C. de uet. nomis. potest. & per tot. tit. Sp. & dic quod numisma & solidus, & aureus idem est. not gl. in rubr. C. de uet. numism. potest li. 11. Io. Bell. Etym.

NVMO addicere, aut mācipio dare, est ita dare, aut attribuere, ut quamuis uendita res non sit, uendita tamen esse uideatur. nam dicis caussa, & (ut uulgò loquimur) pro forma nummus unus dabatur. Vitruuius lib. 1. cap. 4 in fi. Secundum mare mercatus est possessionem loco salubri, (de M. Hostilio loquitur) ab Senatu populoq; R. petijt, ut liceret transferre oppidum, constituitque mœnia, & areas diuisit, muroq; sestertio singulis municip. mancipio dedit. Cic. pro Posthum. Ecquis est ex tanto popul. qui bona C. Rabirij Posthumi numo sestertio sibi addici uelit? Vlpianus l. 46. ff. locat. Si quis conduxerit numo uno, conductio nulla est: quia & hoc donationis instar inducit: id est, quia non est uera conductio, quippe quæ mercedem duntaxat dicis caussa constitutam habet. Hotom.

NVMO uendere. Pomp. l. 66 ff. de iur. dot. Quidam ergo remedij loco rectè putauerunt introducēdum, ut uel locet hunc usumfructum mulieri maritus, uel uendat numo uno. Hot.

NVMMOS aureos æs dici Vlp. autor est, de uerbor. sig. d. dict. Æs, & ibid. Alc. in Comment. Nummus aūt aureus, cuius hic est mentio, sestertios æris centū ualebat, hoc est, denarios argenteos 25. quod idem in Dispunctionibus annotauit. Sp.

NVMMOS corrasos dare, apud Vlp in l. iij. §. planè. de statu lib.

NVMMOS lege cōmuni gentium inductos ait Connan. ut æstimandis rebus dominiū earum quasi traderet & transferret. Connan. lib. 5. c. 2. nu. 3. Idem nummos & sestertios eosdē esse tradit. li. 7. c. 1. nu. 2.

NVMMVLARII, à numulis dicti, collybistæ, permutatores numorum: qui maioris precij numis acceptis, numulos, id est, minusculā monetā per partes reddebāt: aut certæ regionis acceptā pecuniam, regionis alterius pecunia permutabant: itē ut Collybistæ. Paulus l. 9. § 2. ff. de edend. Numularios quoq; nō esse iniquū cogi ratiōes edere Pōponius scribit: quia & hi numularij sicut argentarij rationes conficiūt: quia & accipiūt pecuniā & erogant per partes, quarū probatio scriptura codicibusq; eorū maximè cōtinetur: & frequentissimè ad fidem eorum decurritur. Vlpianus aūt in l. 7. §. 2. numularios pro argentarijs ponere uidetur. Numularios præterea pecuniā spectasse ac ꝓbasse patet ex l. 39. ff. de solut. Hot.

NVMMVLARIORVM fit mentio in l. 1. §. hoc quoq;. ff. de offic. præf. urb. l. 7. §. quotiens. ff. depos. l. 9. §. pen. ff. de eden. in qua traditur hos, sicut & argentarios, rationes cōfecisse, accepisseq; pecuniam & erogasse per partes. Briss.

NVMMVLARIVS, mensarius, mensulariusq; aliàs dicitur, ein wechßler/ qui nummos ad mensam tenet, uel qui ex officio mensę nummorum inseruit. Sed potius est, quod tradit Iuriscons. in §. nummularios. l. quidam. ff. de edend. Horum conditio fuit aliquanto inferior argentarijs, sicut apparet ex l. quædam. ff. de edend. quoniam ad instar argentariorum pecuniam tractabant permutando & fœnerandō, sed nō publica autoritate. Ideoque rationes eorum minoris fidei & autoritatis erant: edendæ tamen, cū postularentur ab ijs, quorum causa scriptæ essent. Vide Paulum in l. quædam sunt. §. ultim. ff. de edend. Nec tamen argentariorum conditio olim fuit honoratissima. Legimus enim apud Suetonium, fuisse probri loco obiectum Octauio Augusto, quòd progenitores habuisset argentariam facientes. Spiegelius.

NVMMVLOS inueterales (si modò dictio incorru-

corrupta est) exponit Callistratus in lege diuus. de bonis dam. quos uictus sui causa in promptu habuerit: subaudi, damnatus ad supplicium. Haloander noster indicat scholio marginali, cur pro inueterales, legi possit, uentrali. Nempe quod solent plerique à lateribus in semicinctio, quod idem & uentrale dicimus, subtus occultos habere loculos, quibus non solùm sudariola, sed etiam leues nummulos in quotidianæ uitæ usum gestant. Ventralis etiam meminit Plinius libro viij. ubi ait: Patris mei memoria, cœpere Amphimalla nostra, sicut uillosa, & etiam uentralia. Spiegelius.

NVMMVM plerique ἀπὸ τοῦ νόμου deductum uideri uolunt. Cum enim initio rerũ mortales in mutuis commercijs, permutatione mercium uterẽtur, magnæq; ex ea re difficultates existerent, quia non semper eueniret, ut quo tu abundares, eo ego egerem, lege prouisum est, ut nummus, tanquam νόμισμα quoddam publica forma cuderetur, qui usum dominiumq; e non tam ex substantia præberet: quam ex quantitate, ut ait Iulius Paulus l. prima. de contrah. empt. Quid tamen si uocem Latinam à uerbo & ipso Latino deriues, nempe à Numero? Nã nummi functio, non minus opinor, numero constat, quã pondere. Quanquam non ignoro M. Varronem à Quintiliano risum, quod Agrum à uerbo Latino, quod scilicet in eo agatur, dictum uideri uelit, ac non potius ἀπὸ τοῦ ἀγρός: & rideri posse, quod noctem à Nocendo, & ipso Latino uerbo deducat, & nõ potius ἀπὸ τῆς νυκτός. Nec etiam mouet me syllaba, quam breuem Numerus habet, Nummus longam: ceu uero, cuiquam ignota sint Molestus à mole: sic enim Seruio Honorato placet: laterna à latendo, lucerna à lucendo. & multa talia. Curtius libro iij. ἀναγνωρ. capit. xxiij. Brechæus in l. pecuniæ. clxxviij. ff. de uerborum significat. nummum deriuat ἀπὸ τοῦ νομίσματος quæ uox monetam significat legitimè signatam. Cæterum priori deriuationi Aristoteles subscribit. νόμισμα (inquiens) ἐστὶν οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστι, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβάλλειν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. cui Vlpianus quoque accedere uidetur. l. prima. ff. de contrah. empt. pecuniæ uim non tam ex corpore, quam ex imposita æstimatione, & ut Aristoteles inquit, ex lege constare tradens. De quo nonnulla uide etiam apud Hotoman. ad tit. de act. §. curare. ibi, magna causa erroris. uide & Duarenum de in litem iurando num. 5.

NVMMVS reuera non est natura sed hominum inuento & in constitutione, sed quæ omnium est communis, propterea quod eius utilitas cunctorũ populorum moribus excepta est &c. Connanus libro j. cap. v. num. viij.

NVNC, particula est dilationis exclusiua. l. scimus. §. cum autem. Codic. de inofficios. testament. Propriè namque præsens respicit tempus. l. urbe. ff. de statu hom. & similibus. Est tamen reperire, ubi in futurum protenditur, ut in Decretis Pontif. exempla citat Alberic. Aliquando nullum tempus denotat, & pro sed accipitur. Lege Vallam in Elegant. libro ij. Spiegelius.

NVNC prout, extunc. De hac clausula uide Bartol. in princip. l. si stipulatus, de uerborum obligatione. Spiegelius.

NVNC, id est, usque in futurum. not. gloss. cap. si audieris 23. q. v. Ioan. Bello Etymol.

NVNCIATIO prohibitionem significat in edicto prætorio, de oper. nou. nunc. In lege Iulia, de annona. qua mulierum mutatio admittitur, accusationem. Erant & nunciationes, quas publicè constituti Irenarchi Præsidibus faciebant, de delictis, quæ ubique fierent. Hæc & notoria Latinè dicuntur. l. ab accusatione ad Senatuscons. Turpill. ut suprà indicaui. Spieg. Vide Noui operis.

NVNCIATIO, (in materia maleficiorũ) quam commentatores denunciationem uocant, magnam habet differentiam in iure pontificio, & in iure Ciuili. Nam Romani pontifices admittunt quemlibet ad nunciandum iudici crimen alterius: modò illum prius admonuerit emendationis. c. qualiter & quando. de accusat. Et cap. licet Heli. de simoni. Et tunc potest iudex procedere per inquisitionem, si uoluerit, nulla mentione facta nunciatoris. Potest item procedere super nunciatione inquirendo crimen, hoc est, ut nominatim exprimat nunciatorem, sicut consuetudo obseruat. Iure autem ciuili nemo idoneus censetur ad nunciandum, nisi specialiter designatus ad id munus. Olim enim institui solebat hominum genus, arcanis sceleribus inquirendis, & offerendis operam impendens: ut crimina publicè innotescerent. Per hos enim antiqui bonos mores mirum in modum tuebantur: quales & nunc quibusdam in locis uidemus designari. Cæterùm ne talis delatio in adulationem degeneraret, sicut tyranni quoque huiusmodi indicibus abutebantur, quasi emissarijs duntaxat & auscultatoribus: ideò sancitũ fuit, primùm, ut nunciatores quodam testificati genere uterentur ad inuestiganda commissi criminis indicia, priusquam aliquid efferrent, ne errantes ipsi, magistratum quoque seducerent. Deinde, ut notorijs suis (sic enim tota illa criminis per testificationem inquisitio uocabatur) nũciatores adessent. Nam falsis necne notorijs insimulatus quis esset, perpenso iudicio dispiciebatur. l. ea quidem. C. de accus. Quamobrem Romanæ leges per nunciationem non admittunt aliter inquisitionem fieri aduersus criminosum, nisi facta mentione nunciantis: ut reo copia fiat defendendi legitimis exceptionibus, quemadmodum etiam de Irenarchis, seu publicæ pacis custodibus traditur in l. diuus Hadrianus. ff. de cust. & exhib. reor. l. ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad S.C. Turpill. Oldend.

NVNCIATORES, dicũtur emissarij, internuncij, & delatores criminũ: ex quo eorum indicia, notoria dicuntur. Paulus l. sexta. ff. ad Senatusconsult. Turpillia. Nuntiatores qui per notoria indicia produnt, notorijs suis adsistere iubentur. Iidem ab Imp. denuntiare dicuntur in l. septima. C. de accusat. Hotoman. Indicium autem prodere, autore Budæo, est rem arcanam aliundè, quam ex criminis consciẽtia compertam in medium afferre. Quare eius loci hic sensus est. Nunciatores, hoc est, emissarios, & internuntios, in id publicè constitutos, ut reos per notoria, hoc est, per id genus testificationis deferant. Qđ munus, ut Alcia. docet. in pagorum syndicos ut plurimum hodiè translatũ est: licet citra calumniæ metum accusent, quoniam per officiũ præsidib. denunciantur. l. ea quidem. C. de accusat. Debere tamen assistere suis indicijs, id est, ea quæ attulerunt notoria tueri interim, dum quæstio de crimine habetur.

NVNCIVS, & res ipsa, & persona dicitur. unde dicimus bonum nuncium afferre, id est, bona noua annunciare: Cicero: Domesticarum rerum tuarum scriptores & nuntios. Vide Festum.

NVNCIVS communis, id est, uiator, seu præco, ut uulgari sermone accipitur, multa habet nomina, quæ not. Auth. de iudic. §. de unoquoque. & Codic. de Sportul, l. secunda. Spieg.

NVNCIVS ad emendum missus, differt à procuratore. Nam quando nuncius mittitur, ex eo contractu directo, acquiritur obligatio ei, qui misit nunciũ. l.j. §. ult. de contrah. empt. l. qui aũt. §. ult. de constit. pecun. Non.n. nuncius ipse emit, aut uẽdit, aut aliud negotium contrahit, ut possit dici contrahendo acquirere dño, sed nudum ministeriũ pręstat, l. & licet. de constit. pecun. i. nunciat, monet, significat absenti, ad quem mittitur, quid dñs petat, aut uelit, & momentis tantũ officio fungitur, sed herus potius hîc emere intelligitur. Atq; ideo uerba contractus in psonam dñi, non nuncij concipiuntur. d.l. & licet. Hic siquidem nuncius similis est quadantenus epistolæ, qua absens absenti uoluntatẽ suam declarat, ut non inscitè, nec ineptè nuncius epistola loquẽs, epistola uerò nuncius mutus dici possit. Nam etsi per epistolam cõtrahatur emptio, nõ idcirco tñ epistola acquirit ei, qui eam misit, sed ipse potius per epistolã, quasi instrumentũ quoddam, sibi acquirit. Sic nuncius pro instrumento quodam habetur, adeò, ut nihil referat cuius conditionis sit, saltẽ ut contractus, ministerio eius initus, ualeat. Multũ ergo interest, an qs mihi actionem acquirere, an uerò facto eius aliquo mihi actio acquiri dicatur. l. si quis solutioni. de usu. Cum aũt mando alicui, ut emat nomine meo, hic pcurator est, nõ simplex nuncius, quoniã emptio ipsa non nuda & simplex nunciatio, ei cõmittitur. Itaq; emit ipse, & uerba concipit in personã suam, non domini. l. eum qui. §. Iulianus. de constit. pecun. Sed qa alieno mãdatu, ac nomine alieno emit, cogitur mandati actione sibi quæsita cedere, l. possessio quoq;. §. ult. de acquir. poss. Quod si uerba contractus in personam dñi concipiat, nihil agitur, cum quod hîc geritur, ex ipsius contractu originẽ trahat. Vnde Paul. c. x. de oblig. & act. Quæcunq;, inquit, gerimus, cum ex nostro cõtractu originem trahunt, nisi ex nostra persona initium obligationis sumãt, inanem nostrũ actũ efficiunt: & ideo, neq; stipulari, neq; emere, uendere, contrahere, ut alter suo nomine rectè agat, possumus. l. quæcunq;. De nuncio, quia nõ ipse contrahit, sed quasi organi cuiusdam uice fungitur, qđ domini uox ad absentem perferatur, idem dici non potest. l. j. §. si te. deposit. Duarenus.

NVNCVPARE, est uoluntatẽ circa hæredis institutionem, legatorũ dationem, cęterasq; testamẽti partes, lingua & uoce exprimere nominareq;. Hinc testamentũ nuncupatoriũ, quod fit sine scriptis, coram septẽ testibus, uiua uoce: & est iuris ciuilis, teste Viglio. Iulian. in l. si ita. de bon. poss. sec. tab. Quoddã testamentũ in tabulis sibi fecit: filio autẽ impuberi p nuncupationem substituit. Nam quemadmodũ scripto filio hęredi, separatim ab hęredib. patris, ita nuncupato põt uideri separatim à scriptis patris, hæredibus bonorũ possessio dari. Nuncupatũ hęredẽ à scripto distinguit: ut sit is modus, cuius meminit Iustin. Inst. de testa. §. fi. Bud. inquit: Nuncupare, est nõ scripto, sed uerbo cauere, uel dicere. Vnde testamentũ nuncupare, apud Plin. lib. 14. de Ebrietate. Spieg.

NVNCVPARE hæredẽ, pronuntiare est, & uerbis exprimere, ac palam nominare: opponiturq; scriptura nuncupationi. l. 21. l. 25. ff. de testam. l. xx. ff. de uulg. & pup. l. 8. §. ulti. ff. de sec. tab. l. j. §. ult. ff. de iure codicil. l. 58. ff. de hær. inst. l. xj. §. pen. ff. ad l. Falc. l. ul. C. de codicill. Vnde per nuncupationẽ testamenta, id est, sine scriptura, interpretatur Theod. in l. 21. §. p nuncupationẽ. C. de testam. l. 8. C. qui testa. fac. Sic per nuncupationẽ substituere. l. 8. §. ult. ff. de sec. tab. ubi scripto nuncupatus opponitur. Vlp. aũt Nuncupationem testamenti in hunc modũ fieri solitam tit. xx. Inst. tradidit, tenente tabulas testamenti testatore ac dicẽte, Hæc uti his tabulis cerisue scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor. Itaq; uos Quirites testimonium prębetote. Quod & ab Isidor. lib. 5. Etym. c. 24. traditum extat. Suet. in Calig. 38. Quo metu iniecto, eùm iam & ab ignotis inter familiares & à parentib. inter liberos palam hæres nuncuparetur, derisores uocabat, quod post nuncupationem uiuere perseuerassent. Vt aũt secundũ tabulas, ita & secundũ nuncupationem bonorum possessio datur. Briss.

NVNCVPARE Budeo idẽ est quod ἀγράφως, h.e. non scripto, sed uoce & uerbo cauere & dicere. Connan. lib. ix. cap. j. num. 3.

NVNCVPARE uota, est alicui diuorũ uota polliceri & destinare. Caius de uerb. sig. Post Calend. Ianuarias die 3. pro salute principis uota suscipiuntur. Spiegelius. Hinc

NVNCVPATA uota dicuntur quæ consules p̃torèsue in prouinciã proficiscentes faciũt. quæ in tabulas, præsentib. multis referebantur, sic dicta non quod scriptis mandarẽtur, sed quod certis uerbis & clara uoce essent facta. Connan. lib. 9. c. 1. nu. 3.

NVNCVPATA pecunia dicitur, quę (ut Cincius ait lib. 2. de offic. IC.) nominata & certa est, ꝑprijsq; nominibus pronunciata. At Santra lib. 2. de uerbor. antiq. ut refert Festus, satis multis colligit, nuncupata nõ de recto nominata significare, sed promissa, & quasi testificata, circumscripta, recepta, etiam in uotis nuncupantis esse conuenientius. Spieg. Connanus lib. ix. cap. 1. num. 3.

NVNCVPATA uoluntas, pro expressa. §. fin. Institut. de testam. Spiegelius.

NVNCVPATIVVM testamentum illud est, ad cuius firmitudinem & substantiam necessaria nõ sit scriptura: tametsi nunc ad perpetuam rei memoriã, faciliorémq; probationẽ soleat in scriptis redigi. Itẽ est testamenti genus, qđ appellatur in Scriptis: quia sine scriptura inualidũ sit. Eius forma traditur C. de testam. Quære, Testamentum nũcupatiuum. Spieg.

NVNCVPATIVVM testamentum primum est & antiquissimum & iam tum quidem cum nondum repertę essent literæ, uero simillimum. Initio.n. homines signis, & incerto uocis sono, postea sermone, & uerbis distinctis, significãtibusq; animi sui sensa explicare didicerũt, ita cogẽte humanæ societatis usu: Deinde literas quoq; inuenerunt, neq; id statim sed longo post homines natos interuallo. Assyrij ut uult Plinius, aut si Gellio credimus Mercurius apud Ægyptios inuenit: à quib. ex Phœnicia Cadmꝰ in Gręciam eas aduexit. Pelasgi postea in Latium: ut dubiũ non sit primas Testamentorum constitutiones nuncupatione, id est, uerbis & uoce fuisse factas. Connanus lib. ix. cap. 1. num. 3.

NVNCVPATVR testamentũ in hunc modũ: tabulas testamenti testator tenens ita dicit: Hæc uti in his tabulis cerisue scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor. itaq; uos Quirites testimoniũ præbetote: q̃ nuncupatio, & testatio uocatur. Vlp. c. Inst. xx. Iulia. l. 8. §. 3. ff. de bon. poss. sec. tab. Quidam testamentũ in tabulis sibi fecit, filio aũt impuberi per nuncupationẽ substituit. Item, Nam quemadmodũ scripto filij hęredi, separatim ab hæredib. patris, ita nuncupato põt uideri separatim, &c. Hot. Vide etiam Balduin. in Iustinianum, de iure nouo, lib. j.

NVNDINAE. Appellãtur nundinæ generale forum in possessione, uel uilla, uel castro, ut ponit glo. in l. j. ff. de nundi. & hæ à principe impetrantur. d. l. j. ff. &

ff.& l.j.C.eo.tt.Dictæ nundinæ à nono die,ut nemo ignorat. Rustici enim octo diebus in agris erant,& nono die repetebant urbem ad mercatum pro legibus accipiendis,& ut scita, atq; consulta frequentiore populo referrentur,quæ trinundino die præposita,à singulis atq; uniuersis facilè noscebātur. Quod autem nundinæ necessariæ, ac hominibus perquam utiles sint,ostendit summæ prudentiæ, & authoritatis apud Græcos Plato lib.2.Ciuilis conuersationis, dicens in ciuitate bene,beateq́; instituta negotiatores in primis necessarios esse. Cuius sanè uerba nisi citarentur à Modestino I.C.in l.unica.ff.hoc in loco asscriberemus. Anchora.

NVNDINARI, uēditare,inquit Bud.precio addicere, institorio more aliquid ad quæstum exercere:quod & nundino,nas,dicitur. Cicero tamen sæpius pro emptitare utitur,ut idē exemplis ꝓbat. Sp.

NVNDINARIVM, quod ad nūdinas pertinet, uel quod nundinis deputatum est.

NVNDINAS à nono die dictas nemo ignorat. Vlp. in fi.l.3.de Ferijs.Item in eum,ait, qui quid nundinarum nomine aduersus communem utilitatem accepit, omni tempore ius datur. Porrò si quid suffragijs pop.Rom.ferendum erat, id per ternas nundinas recitabatur,ac promulgabatur.Id tempus Trinundinum, & duobus uocabulis Trinum nundinū dicitur. Vnde etiam mos tractus,ut leges trinūdino die promulgarentur.

NVNDINIS impetratis à principe,Modest.ait, non utendo,qui meruit, decennij tempore usum amittit. Legimus, Claudium quamuis Imperatorem, tamen ius nundinarum in priuata sua prędia à Coss. petijsse. Spiegelius.

NVNQVAM,non ullo,uel nullo tēpore.l.prouidendum.ff.de postul.l.locum.ff.de usufr.Alb.Spieg.

NVNQVID, num aliquid? per interrogationē. l.j.ad fin.ff.de pignor.act. Spieg.

NVPER,nō longo tempore.Neq; uerò ad horas refertur,sed uel ad paucos dies, uel ad paucos menses.l.nuper constitutum.ff.de leg.3.Instit.de usucap. §.fin. Spiegelius.

NVPTA Labeoni non uidetur, quæ uirum pati nō potest.l.pen.ff.quan.dies leg.ced. Item nec sponsa intelligitur.l.in eo iure.§.hoc caput.ff.de ritu nuptiar. Spiegelius.

NVPTALITIVS,nuptialis.Vlpian.l.194.ff.de uerb.sig.nam munus esse donum cum causa,utputa natalitium,nuptalitium.Hot.

NVPTAM à Græco duci ait Festus libr.12. Illi enim nuptam adpellant νύμφην.quo uerbo usus est Solon in legib.Sic enim apud Plutarchum in eo.τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλινομένην μήλου κυδωνίου καταφαγεῖν. Hanc explicui lib.2.ueteris iurisprud. Prat.

NVPTAM à nuptu, id est, opertione Varro deducit. Idq́; Cælius & Cintius probant apud Festum, quod caput nubētis flammeo obuolueretur.Santra autem ab eo quod Nymphęa dixerunt antiqui Græci γάμον unde nouā nuptam νέαν νύμφην. Cornificius, quod noua petantur coniugia. Cuiacius quod noua ratio fiat.Sed uerior est Varronis opinio. Mulier enim nupta,id est, obuoluta & tecta uelamine ducebatur in domum uiri. Erat autē coloris uelamen,ut ait Plinius.Lutei inquit,uideo honorem antiquissimum in nuptialib.flammeis totum fœminis concessum. Virgines uerò nubētes colus compta, & fusus cum stamine, recta tunica & toga pura indutæ domumq́; uiri intrantes solenne habebāt postes adipe suillo attingere, aut ut tradit Massurius, lupino, ne quid mali medicamenti inferretur, non manu tamē ipsæ,sed lana postes cōtrectantes,quod lanæ authoritatem ueteres Romani religiosam habuere, à quo uxores quasi nuxores dictæ quæ omnia eiusdem Plinij testimonio comprobantur. Quamobrem quāuis dicat Festus nubere tam mulieres quàm uiros dixisse antiquos,ut etiam nunc Itali inquit, quomodo & Gręcis γαμεῖν, tamen propriè dicitur mulier nubere. Vnde illud Martialis:

Vxorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.

Vt si propriè loqui uelim⁹, nuptias appellare debeamus tantummodo primum illum matrimonij diem tantis cæremonijs celebrem. Hinc nuptiales faces Cicero dixit, & quotidianis nuptijs gaudere eam,q̄ quotidie mutat adulterum, quoniā nuptijs primus fiebat uiri & uxoris congressus, quod in mariti domum ducta esset.Conn.lib.8.cap.3.nu.5. Et ille quidem obnubendi atq; uelandi mos à temporib.ante Mosen deductus est, ut docet exemplū Rebeccæ se obnubentis,statim ac uidit Isaac ut habetur Genes. c.24.Vnde & iure canonum statutum erat,ut nouæ nuptæ uel obtegerentur.c.fœminæ.3.q.5.ca.mulier. 33.q.5.cap.quæcunq;.3.dist.

NVPTIAE tantùm pluraliter,coniunctio maris & fœminæ.IC.l.j.de ritu nupt.Nuptię,siue matrimonium,inquit,diuini & humani iuris cōicatio. Cōicat siquidem uxor cum marito,nō solùm iure humano, sed diuino pariter:h.e.utitur ijsdem sacris quib.maritus,atq; ipsius familia,nō quib.pater & agnati. Ob seruandum autē,loqui Iurisconsl.ut ethnicum,apud quos quęuis familia habebat specifica sua sacra.Qua de re latius Alcia.lib.j.Prętermiss.in dictione Sacra. Iustæ nuptiæ,h.e.legitimæ dicūtur, si Romanus Romanam,h.e.liberę conditionis masculus liberam ducat uxorem.Præterea ut consentiant non solum qui iunguntur,sed etiam parentes, sub quorum sunt potestate.l.nuptię.ff.de ritu nupt.l.nec filiū.C.de nup. Cum aūt nuptiæ celebritas ipsa coniugij sit, cū mulier obnubitur,i.uelata facie ad maritum deducitur, propriè non dicimus solui nuptias, sed ipsum matrimonium.Rubr ff solut.matrim.Sp.

NVPTIAE per coemptionem quib.fiebant uerbis, Boetius docet lib.comment.in Topic.Cic.2.

NVPTIAE nefariæ propriè dicuntur,quæ inter ascendentis & descendentis lineæ homines committuntur.l.quinetiā.ff.de rit.nupt.Eę uerò nuptię incestæ habentur,quarum collaterales in uetitis gradib. autores sunt,atq; item affines. Reliquæ uero modò illicitæ, modò inutiles uocantur. Quamuis promiscuus huiusmodi usus est apud Iuriscoss. Sp. Dictæ aūt sunt nefariæ auctore Varrone lib.j. de uita pop. Rom.ut eum refert Nonius,eo quod farre,i.uita indigni sint,qui tantū scelus admittūt: Hinc Virg.li.6.

Qui thalamos natæ inuadit,uetitosq́; hymenæos, & posteà:
Ausi oēs immane nefas,ausoq́; potiti. Hoc olim prohibitum erat tantū usq; ad neptes, ut Plutarch. docet in Problem.Roma.c.6.Incestę uerò quasi q̄ à cesto cingulo illo Veneris, quo in nuptijs honestis utebātur, abhorreāt: & propriè uerbum hoc ad prohibitas nuptias inter eos,qui ex trāsuerso gradu cōiunguntur, refertur à Suet.in Calig. Super sororis incesta dixit, & in Nerone, Maiestatis quoq; & adulteriorū incestiq́; cū sorore Lepida sub excessu Tiberij mutatione temporū euasit.Incesta etiam in Domitian.appellauit Vestalium stupra,quāuis,ut dixi,proprius eius sensus is sit,ut prohibitam sororum, & aliorum collateralium commistionem significet.

NVPTIAE

NVPTIAE seruiles, iure ciuili constat matrimonium inter ciues Romanos & liberos duntaxat esse. Instit. de nupt. in princ. Seruos uerò haudquaquam posse in matrimonium conuenire. l. cum ancillis. C. de incest. nupt. Sanè iure Pontificum. c. j. de coniug. seruor. approbatæ sunt seruiles nuptiæ, citra tamen domini fraudem.

NVPTIALIS currus &c. In Græcia seruatum morem Pausanias scribit, ut in nuptiali curru tres modo sederent. Media, Sponsa. A lateribus sponsus, & quem uocant Parochum, qui amicitiæ uel sanguinis nexu colligatus esset, cuique deferrent plurimum. Eius rei etiam testes sunt Cælius Rhodigin. lectionum antiquarum, libro xxj. & Alciat. Prætermissorum libr. j. Brechæus l. pupillus. §. incola. ff. de uerb. & rerum sign. &c.

NVPTIARVM mentio ad primas nuptias referenda est, quod & Albericus indicat. Pomponius in l. boues. de uerborum significat. Hoc inquit, sermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ significantur. Cuius rei rationem pete ex Commentarijs Alciat. in eandem. Spiegelius.

NVPTIARVM tempus, est ipsa nuptiarum festiuitas. l. sancimus. Cod. de nupt. Itaque pro spe nuptiarum impropriè accipiuntur. l. secunda, in fine. ff. de priu. delic. Spiegel.

NVPTIAS definit Modestinus in l. prima. ff. de ritu nupt. quas à nubendo, id est, uelando dictas Festus, Isidor & alij tradunt, quòd olim nouæ nuptæ uelatæ ad uiros deducerentur: unde propriè nuptiarum nomen mulieribus conuenit. non temere enim uiros nubere Latini auctores dicunt. Et ideo secundùm personas utriusque sexus nuptias & matrimonium in aliquot locis distingui ex Triboniani tamé, quantum existimo, subtilitate magis quàm Iureconsultorum uidemus. l. 10. & l. xj. ff. de ritu nuptiar. §. si aduersus ea. Institut. de nupt. §. quibus connumerari. Institut. de hæred. quæ ab int. Porrò hæc conditio, SI NVPSERIT, non impletur qualicunque coniunctione. Etenim si nondum nubilis ætatis ducta sit, uel ei coniuncta cuius nuptijs interdictũ est, non paruit conditioni. l. 10. ff. de conditio. & demonstratio. Sed & si pupillæ legatum sit, QVANDOQVE NVPSERIT, si ea minor duodecim annis nupserit, legatum non consequetur, antequam uiripotens facta sit: quia non potest uideri nupta, quæ uirum pati non potest. l. penultima. ff. quando dies leg. ced. Nuptiæ iustæ quæ sint, uide in uerb. Iustus. Brissonius.

NVRVS appellatur filij uxor. l. quarta. §. adfines. ff. de gradibus & adf. Sed & sponsa licet minus propriè nurus appellatione continetur. l. vj. & l. viij. ff. de gradibus & adf. l. xij. §. primo. ff. de ritu nupt. Nurus autem appellatio & in edicto De postulando, & in quæstione prohibitarum nuptiarum, & aliàs ferè porrigitur. licet has pronurus quidam rectè appellent. l. 50 ff. de uerborum significat. l. prima. in fin. & l. 3. §. ult. ff. de postul. l. 8. §. penult. ff. de legat. præst. l. 14. §. ult. ff. de ritu nupt. Ideoque nepotis ex filia nostra nati uxorem nobis nurum esse traditur in l. 6. ff. de gradib. & adf. Briss. Adde Brechæum l. nurus. in tit. de uerbor. & rerum sign.

NVSQVAM, nullo in loco, quod nusquam relatum est, nec usquam receptum. l. prima. ff. de Senat. ex Alberico. Spieg.

NVTRIRE uerbum, eandem quæ à Caio in l. quod nos hostes. de uerborum significat. uerbo uiuere tribuitur, interpretationem accipere, Cornęus respondit, teste Alciato. Spiegel.

NVTRIRI infantium, ali adultorum esse, interpres monuit in l pen. ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. quod & in dictione Alimus indicatum. Lex 2. C. de infant. expos. iubet nutrire sobolem suam unumquemque. Spiegelius.

NVTRIRI debitum dicitur, quum usuræ nõ soluuntur. C. de debit. ciuit. l. 2. lib. x. Sp.

NVTRITIA, Gręcè θρεπτα, dicutur nutricis merces. Bud. in annot. prior. & Alciat. in l. inter donũ. de uerb. sign. eo uocabulo utitur Vlp. ad fin. l. j. de Var. & extraor. cognit. Ad nutritia quoq;, inquiens, officium Pręsidis uel Prętoris deuenit. Namq; nutrices ob alimoniam infantium, apud præsides, quod sibi debetur, petunt. Sed nutritia eousq; producemus, quoad infantes uberibus aluntur. Sp.

NVTVS, uoluntas, quæ signo declaratur: quòd fit uel oculis, uel capite, uel manibus. Nutu relinqui potest fideicommissum. l. nutu. ff. de lega. iij. Verùm hæres nutu institui nequit. l. iubemus. C. de testam. Plin. docet lib. j. Epist. nutum dici, cum quis annuit: & renutum, cum recusat. Namq; ego, inquit, simili nutu ac renutu respondere uoto tuo possum. Porrò cui summam potentiam adscribimus, eius nutu ac renutu cuncta geri dicimus. Multum est, uerbo efficere quod uelis: at plus est, idem efficere nutu ac renutu, inquit Erasm. Spieg.

N Y

NYKTAΛΩΠΑ genus morbi Grecis appellari Vlpian. in l. x. §. pen. ff. de ædilit. edict. scribit, ubi homo neq; matutino tempore uidet, neq; uespertino. De quo uerbo quædam præter Budæum medicorũ loca adnotabo. Ægineta lib. 3. νυκτάλωπα λέγουσιν ὅταν συμβῇ τῶν [illegible] ἡμέραν βλέπειν, δυομένου δὲ ἡλίου ἀμαυρότερον ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ [illegible]. Quibus uerbis etiam Aetius lib. 7. νυκτάλωπα definit, morbumque hunc contingere ait, διὰ τὴν [illegible] [illegible]. Alexãder Trallianus lib. 2. [illegible] νυκτάλωπας [illegible]. Plin. lib. 28. ca. xj. Sanguine humano sanare Lusciosos putant, νυκτάλωπας appellant. Briss.

NYMPHA, Latinè sponsa dicitur.

NYMPHAEVM, locus, in quo mulieres lauabantur. Iosephus lib. 1. de bello Iud. Apud Ascalonẽ nymphæa condidit, & lacus ornatissimos Iul. Capitol. Opera Gordiani Romæ nulla erant, pręter quędam nymphæa, & balneas. Alc. in l. si quis diuinam. C. de aquæduct. lib. xj.

Νυμφικὰ λουτρά, ut Suidas interpretatur [illegible] [illegible]. Prat.

NYMPHÆVM à Thermis, id est, balneis calidis discrepare ostendit, l. si quis per. C. de aquæduc. lib. 2. ubi præfectus curare iubetur, ac diligenter prouidere, quantum aquæ thermis, quantum Nymphæis pro abundantia ciuium deputari conueniat, existimat Alciatus fuisse locum in quo mulieres lauarentur: Forcatulus uerò non assentitur non quod neget mulieribus in Nymphæo lauari uetitũ, sed quod putet uiris etiam permissum extitisse, separatim habere sua Nymphæa. Est itaq; Nymphæum, lauacrum siue balneum aquam tepidam habens, non ualetudinis sed uoluptatis causa paratam. ideò prius consulitur thermis, mox Nymphęis, postremò alijs usibus in d. l. si quis per. Strabo lib. 7. tradit in Apolloniatum finibus locum extare, quem Nymphæum uocant, ubi saxum est ignẽ uomens, cui fontes subsunt aquis tepidis, & bitumine scatentes. Pindarus Olymp. 12. [illegible]

[illegible], id est, calida Nympharum balnea frequentas. de uiro loquitur. Nomen inde sumptum est, quod per ęstatem pomeridiana hora Nymphæ sese fontibus abluerent, Dianæ, puta, comites, in secretis nemorum fontibus, ut se oblectarent tantum. Quod & Romani seruarunt, in octauã diei horam lotionem differentes quæ est secunda post meridiem, Martialis lib. x.

Octauam poteris seruare, Lauabimus unà
Scis, quam sint Stephani balnea iuncta mihi.

Forcat. in suo Cupidine Iurisperit. cap. x. num. 2.

O

O Vide gloss. in ca. ex parte charissimæ. extr. de fid. instru.

O.C. Ope consilio, quam locutionem exponit Paulus in l. sępe, 53. ff. de uerb. sig. apud Paulum Diaconum igitur mendum esse, O.C. ore concilio, uel ore concilij. Hotomannus.

O.D.M. Operæ, donum, munus. nam apud Paulum Diaconum corruptè legitur Domus. Hæc tria (ut ait Paul. noster in l. sæpe, 53. ff. de uerb. sign.) sine disiunctione ita pronunciabantur. Erant autem ea quæ Patroni suis libertis quum eos libertate donabant, imponere consueuerant: ut ex tractatu de operis libertorum facile intellectu est, in quo mendũ harum notarum ignoratione natum est apud Paulum in l. qui libertinus, 37. ubi legem Papiã edit, Ne quis eorũ operas, doni, muneris, aliúdue: pro operas, donum, munus, aliúdue. Hotom.

O.L.O.Con. Opere locato, opere conducto. Adscribi autem solebat Effecto probatoq́; quum perfectum esset. Et hoc est quod Paulus significat in l. 5. de uerb. sig. Opere locato, conducto: his uerbis [illegible] significatur. Nam concisè Paulus loquitur, pro Opere locato effecto, opere conducto effecto. Quare apud Val. Probum pro Operas cõduxit, Operas locauit, reponerem, Opere cõducto, Opere locato. In lapide aũt uetusto legi operis faciundi adscriptũ est, Altera pecuniæ pars dimidia soluetur opere effecto probatoq́;. ut apud Macrũ in l. 7. §. j. ff. repetun. Illud quoq; cauetur, ne in acceptũ feratur opus publicum faciendũ, frumentum publicè dandum, prębendum, approbandum, sarta tecta tuenda, antequã perfecta, probata, præstita, lege erunt. Hot.

OB, in XII. Tab. significat, Ad. Verba Legis hæc sunt: Cui testimonium defuerit, is tertijs diebus ob portum obuagulatum ito. Prat.

OB, propter significat. Alb. ex IC. exempla ponit. Verùm ob absoluendum, ob tacendũ, & similia, pro ad absoluendum, uel ut absoluat: & pro ad tacendũ, uel ut taceat, accipienda sunt. An uerò conditionẽ faciat, causamq́; proximã denotet, Bart. docet in l. j. C. de leg. lib. x. in l. j. C. de Senten. quæ pro eo, quod interest. Spieg.

OB duo uerba olim totus orbis sectus est. Vide annot. Eras. in c. j. ad Hebr. Spieg.

OB rem datur, ut aliquid in futurũ sequatur: quo non sequente, repetitio dati cõpetit. Ob causam uerò damus, quæ præterita est: ueluti cum ideo do, qđ aliquid à te consecutus sum, uel quia aliquid à te factum est l. j. ff. de condict. ob turp. caus. l. damus. ff. de cond. indeb. Spiegelius.

OBAMBVLARE, est aduersus alios ambulare, & quasi ambulanti se opponere, siue circumire, aut obuiam ire. Festus.

OBCAECARE fossas, hoc est, obtegere, & desuper claudere, ne pateant. Bud.

OBÆRATVS, qui ære alieno iam obligatus est, quasi ære alieno obstrictus, & debitor ad aliquid operandum. Spiegelius.

OBDORMIRE, non uita defungi est, quod nullo idoneo autore Ecclesiastici recepere, sed dormire significat. Vlp. ad legem Aquil. l. si seruus seruum. Si fornacarius, inquit, seruus coloni ad fornacem obdormiuisset, & uilla fuisset exusta. Neratius scribit, ex locato conuentum præstare debere, si negligens in eligendis ministris fuit. Spieg.

OBEDIENTIA est actus intellectus, & uoluntas humiliter obtemperans superiori, ex debito, & consistit in mandatis, ut habetur 93. distinct. in summa. & c. si inimicus. de quibus non est exquiréda ratio à superiore, nisi quando cõtra ius mandat. ut no. per Innoc. in cap. secundo. de restit. in integrum. ita eleganter Baldus in l. liberti libertæque. in prima colum. circa medium. Cod. de oper. libert. ubi plura in materia. Cotta.

OBEDIRE malo principi, ferre est. Vide Erasmum super illud Apostoli ad Romanos: Ideoq; necessitati subditi estote, cap. 13. Sp.

OBEVNDA, ut Alber. citat, pro exequenda, siue peragenda, in l. est uerum. C. de incol. lib. x. Haloander subeunda reposuit, sensu eodem. Sp.

OBEX significat cuiuscunq; rei obiectionẽ, siuè obstaculum. l. adulterij accusatione. C. de adult. Sp.

OBIRE propriè est circum aut obuiam ire & omnino adire. At hic uerè obit mortem qui sua spõtè & ultrò eam adit, quod proprium est eius qui se ipsum interficit. Conna. lib. 5. c. 7. num. j.

OBIRE diem destinatũ, id est, præstò esse diem destinatum.

OBIRE munus consulis, fungi officio consulis. ein regierender Burgermeyster.

OBIRE hæreditatem, pro acquirere possessionem hæreditatis est apud Cice. pro Lege Agraria, & pro frequentare, pro M. Cęlio. eadem figura qua dicimus, obire prouinciam. Sp.

OBIRE uadimonium, est ad diem se sistere. Lege, Vadari. Spieg.

OBIICI bestijs dicebantur qui feris deuorandi tradebantur, ut de Daniele legimus leonibus obiecto. & Cicero pro Sexto Roscio Amer. dum de pœna parricidarum loquitur. Noluerunt maiores corpus feris obijcere, ne bestijs quoq; quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uterentur. Et Spartianus loquens de Caracalla: Si quando (inquit) feris obiectos uidit, fleuit &c. Subijciebantur autem bestijs, qui in ludum Venatorium damnabantur, ut scilicet in theatro feras conficerent & cum eis pugnarent, qui ad bestias damnati dicuntur in l. ad bestias. ff. de pœnis. Aldobrand.

OBIIT diem, pro mortuus est. l. prima. Cod. de cond. inser. Alberic. Spieg.

OBITER, pro interim, incidenter. l. j. in fin. ff. de rescin. uend. Interpres pro statim accipit.

OBIVRGATIO, post turpe factum castigatio. Festus.

OBLATIO. In iure cànonico oblationes dicuntur, quas laici hodie faciunt clericis, *offerendes*. Cæterùm, aliter quoq; accipitur oblatio. Vide Canon.

OBLATI actio. Oblati actio cõpetit, oblatumq́; furtum dicitur, cum res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eaq́; apud te concepta, utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potiùs, quàm apud eum, qui dedit, cõciperetur. Nam tibi, apud quem concepta sit,

propria aduersus eum, qui obtulit, quamuis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati. §. oblatum. de oblig. quæ ex delict. nasc. Institu. 4. Sed hæc actio in desuetudinem abijt. Cum enim requisitio rei furtiuæ hodie secundum ueterem obseruationẽ non fiat, meritò ex cõsequentia etiam præfata actio ab usu communi recesit, cum manifestum sit quòd omnes, qui scientes rem furtiuam susceperint, & celauerint, furti nec manifesti obnoxij sunt. §. sed hæ actiones. eod. tit. Instit. 4. Anchora.

OBLATI curiæ dicebãtur, ut cum naturales essent nati, per oblationem curiæ legitimarentur. §. si igitur. in Auth. quib. mod. nat. effic. sui. cũ prius hoc idem Theodosius statuisset: Cum enim curialiũ ordo amplissimus, olim tam in municipijs quàm colonijs ad pessimam conditionem esset redactus tẽporibus Leonis & Maiorani idq; propterea, quòd cũ inter alia onera hoc quoq; sustinerent ut tributa omnia exigerent, ita ut quæ à tenuioribus seruare non possent, ipsi de suo penderent: multi patrias desererent natalium splendore neglecto, ac occultas latebras & habitationẽ eligerent iuris alieni, ideo Impp. conati huiusmodi morbo prouidere statuerũt, ut naturales filij per oblationem curiæ legitimarẽtur. Aldobrand. ad tit. Inst. de nupt. §. aliquando autem.

OBLATVM furtum dicitur, ait Imp. quum res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eaq; apud te concepta sit: utiq; si ea mẽte tibi data fuerit, ut apud te potius, quàm apud eum qui dedit, conciperetur. nam tibi apud quem concepta sit, propria aduersus eum qui obtulit quamuis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati. §. 4. de oblig. quæ ex delict.

OBLIGARE se furti. Vide Gell. lib. 7. c. xv.

OBLIGARI lege dicitur, qui in legem committit & incidit. l. 30. ff. de fals. Modest. in l. 51. ff. de uerb. oblig. Lege obligamur, cùm obtemperantes legibus aliquid secundùm præceptum legis uel contra facimus. Sic Gellius furti se obligare, pro furtum facere in lib. 7. cap. xv. dixit.

OBLIGATIO (ut diffinit Iustin. Inst.) est iuris uinculũ, quo necessitate adstringimur alicuius soluendæ rei, secundum nostræ ciuitatis iura. Oldend. ita definit Imperator in princ. de oblig. in Instit. Omnium obligationũ summa diuisio in duo genera deducitur. Namq; aut ciuiles sunt, aut prætoriæ. Ciuiles sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo iure ciuili cõprobatæ sunt. Legibus, ut legis Aquiliæ obligatio. & de pauperie per l. XII. Tabul. & furti nec manifesti. §. sunt autem. Insti. de noxal. act. Certo iure ciuili, ut sunt obligationes iure gentium inuentæ, quæ à iure Ciuili comprobatæ sunt. Prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione composuit, quæ etiam honorariæ uocantur, ut obligatio ex furto manifesto, & ex rapina. d. §. sunt autem. Hæc diuisio ponitur ab Imperatore in d. tit. de oblig. in §. j. Sequens diuisio in quatuor species deducitur: Aut enim ex contractu sunt, aut ex quasi contractu: aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio. eod. tit. §. sequens. Earum uerò quæ ex cõtractu sunt, quatuor sunt species: aut enim re contrahuntur, aut uerbis, aut literis, aut cõsensu. §. fin. eod. tit. Re contrahitur obligatio quinq; modis, ueluti mutui datione, & ex indebiti solutione, ex commodato, ex deposito, & ex pignore recepto, ut patet ex toto contextu tit. quib. mod. re contrah. oblig. Verbis obligatio contrahitur, ut ex interrogatione & responsione, cum quid dari fieriue nobis stipulamur, ut in princ. de uerb. oblig. in Inst. &c. Literarum obligatio fit, si quis debere se scripserit, quod sibi numeratum non est, & post bienniũ de pecunia non numerata opponere potest: ut in Insti. de litera. oblig. post prin. Consensu fiunt obligationes, in emptionibus, uenditionibus, locationibus, societatibus, mandatis; quæ qualia sint singula suis locis ordine literario explicita reperies. Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu cõtrahi, quia neq; scriptura, neq; præsentia omnimodo opus est, ac nec dari quicquam necesse est, ut substantiã capiat obligatio: sed sufficit eos, qui negotia gerunt, cõsentire: ut in tit. de obligat. ex consen. Obligationes quæ ex quasi contractu nascuntur, sunt, ut obligatio ex negotijs gestis, ex tutela, ex re communi, ex hæreditatis aditione, ex indebiti receptione, ut patet per tot. tit. de oblig. ex quasi contractu in Instit. Obligationes ex delicto unius generis sunt: nam omnes ex re nascũtur, id est, ex ipso maleficio, ueluti ex furto, rapina, aut damno, aut iniuria, quæ exẽpla qualia sint, suis locis ordine literario explicãtur. Obligationes ex quasi delicto, patent in his exemplis, ut si Iudex litem suam fecerit, & per imperitiam malè iudicauerit. Item quando ex alicuius domo aliquid proijcitur, quod noceat: uel si supra uiam est aliquid appensum, quod possit alteri nocere: Item pro furto commisso in naui, uel in stabulo, uel in caupona. qui casus numerantur in tit. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur. in Instit. Cæterum nostri tres obligationum species constituunt, quarum unam naturalem, aliam ciuilem, aliam naturalem & ciuilem simul appellant. Naturalis obligatio de iure gentium, quę nascitur ex censu, quæ solo æquitatis uinculo sustinetur: ut l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de solutio. unde is natura debitor est, quem iure gentiũ dare oportet, & cuius fidem secuti sumus. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. utputa, si pupillus pubertati proximus, sine tutoris autoritate promiserit, naturaliter obligatur. l. j. ff. de nouatio. & effectus est duplex naturalis obligationis. Primus est, quod soluta pecunia repeti nõ potest. Secundus q̃d aliquando nomine eius aliqua actio competit: ut ex pacto nudo donationis; quę duo signa ad cognoscẽdam naturalem obligationem tradit Iurisconsultus. l. naturales obligationes. ff. de actio. & oblig. Regulariter tamen ex naturali obligatione, siue ex pacto nudo nõ oritur actio ciuilis, & efficax ad exigendũ: unde abusiuè debitores naturales debitores appellantur. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiussor. Obligatio ciuilis est, quæ potest parere actionẽ: ut obligatio literarum. Obligatio naturalis & ciuilis simul est, quæ à iure gentium est inuenta, & cui ius ciuile formam dedit, ut obligatio ex consensu. uide gl. in d. tit. de oblig. in Instit. &c. Io. Bello. Etym. Adde Conna. lib. 2. cap. 3. num. 2. & 3. & Baldui. in comment. super Instit. Iustin. lib. 3. de obliga. tit. 13.

OBLIGATIO. Nulla actio est, quæ nõ aliquam originem trahat ex obligatione. Et rursus: Obligatio ex aliquo negocio, imò reales actiones, si actorẽ respicias, habent personalem obligationem: sin aũt reum conuentum, aliter est. Nemo enim dominium rei, uel ius in re potest habere, nisi ex præcedẽte consecutus sit gesto negocio. Ita rectè sentit Roffredus: & qui eum reprobare tentant, hi nihil minus intelligunt, quàm actionis definitionem. autor. do. Olden. in Copia. Spiegelius.

OBLIGATIO oritur ex contractu. Cum enim introductæ iam essent multæ commerciorũ formæ, naturalis ratio, ac imminens rerum necessitas dictabat, æquum & bonum esse, ut cõstitueretur ne quis

in huiusmodi mutuis negotiationibus, secundũ humani affectus inconstantiam, detrimento alterius te merè uariaret: imò magis ut adstringeretur unusquisque ad id quod semel placuisset seruandum. Vnde generaliter introductum est naturæ uinculum, id est, naturalis obligatio. Vt rectissimè uideatur dixisse Vlpianus in l.j.in princ.ff.de pacti. Quid enim tam congruum est fidei humanæ, quàm ea, quæ placuerunt inter eos, seruare? Verùm, naturalis ratio omnium rerum optima moderatrix, cùm tam immensa, & uarij discriminis essent hominum negotia & facta, facilè suasit, adeoque propter necessitatem exegit, ne eodẽ modo omnes ex omnibus negotijs passim obligarentur. Est enim inconuincibile axioma: dissimilia, non rectè simili iure censeri. Quare legislatores medium quoddam, ac temperamentum in rebus obseruantes, delectum adhibuerunt introducendę obligationis, hoc ordine: Primùm, in conuentionibus secundum prædictas formas consummatis, tam efficax uinculum admiserunt, ut executionem quoq; decernerent in inuitos & recusantes. Et hæc obligatio, secundum naturæ rationem, & hominum autoritatem producta, meritò est dicta naturalis & ciuilis. Exequendi uerò adminiculum, actio. Deinde, in illis articulis, in quibus naturæ ratio non palàm accederet, apparente tamen aliqua causa ad usum humanum necessaria, constituerunt autoritate sua, Legisq; præscripto obligationem quandam, ac inde ciuilem seu legitimam nuncuparunt, utique tam efficacem, ut exigi posset per actionem. Sic Paulus accipi uult in l.legitima conuentio. Vlpianus in l.iurisgentium.ff.de pact. Deniq; in illis speciebus, quæ non tam prægnantem caussam in se continere uidebantur, ut ad necessitatem exequendi trahendæ essent, ne nimis rigida omnium dictorum introduceretur actio, cùm nec illas nominatas seruemus ut oportet, optimo temperamento reliquæ omnes conuentione sub naturali obligatione propter consensum, sine executione tamẽ actionis, relictæ sunt, solùm ut exceptionem parerent. Vlpianus in d.l.iurisgentium.§.sed cùm nulla, inquit, subest causa prꝑter conuentionem, hic constat non posse constitui obligationem. Igitur nuda pactio, obligationem nõ parit, sed parit exceptionem, hoc est, naturalem defensionem. Ex his apparet, quomodo ex facto colligatur ius obligationis, & etiam ius persequendi, qđ debetur per obligationem. Sicut dici solet: Contractus est remotior actionis ac mediata causa: Obligatio autem proximior & immediata. Item, cõtractus est caussa specifica, quia diuersi contractus producunt diuersas actiones: sed obligatio, generalis causa est, quoniam omnes actiones eodẽ modo nascuntur ex obligatione, iuxta l.licet. §. ea obligatio. Digest.de procur.

OBLIGATIO fideiussorum, accessio esse dicitur, & sequela principalis obligationis. Igitur plus in accessione esse non potest, quàm est in principali re. Vide Theophil.Instit.de fideiuss. Spiegel.

OBLIGATIO naturalis dicitur quod facto naturali insistat, nihil præterea ex se iuris habens: Quæ autem à iure gentium obligatio uenit, ius continet, & ciuilis nominatur, quia ius ciuile eam comprobauit &c.Connan.lib.2.cap.3.num.8.

OBLIGATO durare. Vlpianus in l.item quæritur.ff.locat. Qui impleto, inquit, tempore conductionis, remansit in conductione, non solùm reconduxisse uidebitur, sed etiam pignori uidentur durare obligato. Spiegelius.

OBLIGATIO obligatur, in l.creditor prædia. §.pignoris.ff.de pignor. Obligatio ex materia pignoris dati, obligatur ad effectum actionis producendum. Spiegelius.

OBLIGATIO, pro actione, apud Paulum, in l.naturali.§.& si quidem.de præscr.uerb. Spieg.

OBLIGATIONE dimitti, apud Papinianũ in l.libertus qui operarum.ff.de oper.libert.

OBLIGATIONEM ex facto & in factum colligit Vlpian.in l.actionum genera.§.actionum autẽ.ff.de act.& oblig.& clarius Modestin. eod. in l.obligamur. Spiegel.

OBLIGATVS fundus dicitur, qui pignori oppositus est.l.45.§.ult.l.57.ff.de legat lib.j. Obligatis prædijs Cicero in Rullum soluta opponit, quæ scilicet nullo pignoris nexu tenentur. Briss.

OBLIQVA libertas, oppon. directæ. Quære, Libertas directa.

OBLIQVE aduerbiũ, cui cõtrarium est Rectè.

OBLITERABITVR, ꝑ abolebitur, & quasi è literarum monumentis delebitur.l.hi qui sanctam.C.de Apostat.ex Alberic.

OBLIVIO, memoriæ defectus. Præsumitur autem ex longa absentia nasci.ut not.in l.furtum.§.fundi.ff.de usucap.Lege Bartol.in l.ex consensu.§.eum qui.ff.de appellat.Spieg.

OBLOQVI, est cõtra me loqui, & quodammodo expostulare mecum.Sp.

OBNIXE, cũ conatu, instanter, totis uirib. Sp.

OBNOXIE dicere sententiam, apud Liuium Bud.interpretatur trepidè. Sp.

OBNOXIVS, qui pœnæ obligatus est, propter delictum. autor Festus. Transfertur autem ad alia multa, ut ex Grammaticis patet. Sp.

OBNVBERE mulierem, est eam uelatam ad maritum deducere. Ex Alciat. Sp.

OBNVNCIAT, qui malam rem nunciat: qui bonam, annunciat. Donatus autor. Hinc obnunciatio augurum, cum aliquid fieri prohibebant, quoniam auspicia non addixissent. Alcia.in comment.scribit, quòd denunciatio, quæ prohibitoria erat, obnunciatio propriè dicebatur.Sp.

OBOLVS põderis genus est, quod sex siliquas continet. de eo meminit text. in c.iudices.prima q.j. & Terentius in Andria: Obolo emptos. de quo latè scribit Volaterranus post Plinium in sua Philologia, lib.xxx. comment. Vrb. ubi de siclo, & de alijs ponderibus. & Budæus de Asse & eius partibus, in primo & quinto libr. ubi dicit: quod est medietas scrupuli, & sic quadragesima octaua pars unciæ. Cotta. Hinc ὀβολοστατικὴν Aristoteles uocat fœneratoriũ quæstum, seu negotiationem pecuniæ, quam quis exercet, ut ex ipsis solis nummis, qui steriles sunt contra eorum naturam lucrum captet quã ipse improbans ait, εὐλογώτατα μισεῖται ἡ ὀβολοστατικὴ διὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ νομίσματος εἶναι τὴν κτῆσιν, id est, meritissimo negotiatio fœneratorum odio habetur, propterea quod ex ipso nummo quæstum facit, &c.

OBREPERE, fallere, hoc est, incautum aggredi. Vlpianus l.3.§.puberi quamuis. de Carbon.edic. Sed si cum esset pubes, quasi impubes obrepserit, dicendum erit, nihil eum egisse. Accurs.in l.si quis obrepserit præsidi prouinciæ.ad legem Corn.de falsis, uim significationemq; huius uerbi parum percepit, ut Budæus luculenter ostendit in poster.annotatio. Spiegelius.

OBREPERE ad magistratum dicitur, qui falsa specie uel probitatis, uel doctrinæ ad magistratus as

sumitur,& ut uulgò loquimur, per hypocrisin. Hinc obreptio, latens & fallax aditio: Vlpianus, Patronũ autem appellamus, etiamsi capite minutus sit, uel si capite libertus minutus, dum arrogetur per obreptionem. l. sed si hac lege emi. §. patronum. ff. de in ius uoc. Ex hoc §. quod uulgatum est uerbum, Rescriptum impetratum per obreptionem, non ualere, natum uideri potest. Id quod adeò uerum esse dicit Iason, teste Hegendorphino in eod. ut etiam rescriptum à uiro sanctimonia spectabili, per obreptionem impetratum, nullius momenti sit. Vide Bald. c. j. in fin. Vt lite pend. & l. præscriptione. C. si cont. ius util. publ. Spiegelius. Vel

OBREPERE est latenter & tacitè aduenire, ut in c. cum creatura. de celebrat. missa. & in Cle. ne in agro. de stat. monacho. Io. Bello. Etym.

OBREPTIO, id est, mendacium. l. sin autem. §. j. ff. de negot. gest. & est mendacium fraudulosum. l. sed si. §. Patronum. ff. de in ius uoc. & propriè consistit in facti narratione, non iuris. l. cùm uerò. §. subuentum. ff. de fideicom. liber. Old.

OBREPTIONIS autem pœnam Bart. excutit in dicta l. si quis obrepserit. Quòd autem à principe obreptio nõ sit insolita, fac. l. prædia. C. de loc. præd. lib. xj. l. fin. C. de diuers. præ. l. fin. C. de fun. & salt. rei dom. eod. lib. cum simil. Quin & Imp. ipse quæritur. in l. j. C. de petit. bon. subl. lib. x. sese inuerecunda petentium inhiatione adeò constringi, ut etiã non concedẽda tribuat. Et alibi, precationes huiusmodi furtiuas nominat. l. j. C. de fund. limit. lib. xj. Spieg.

OBROGATVR legi cũ mutatur aliquid ex prima lege: Subrogatur cum aliquid primæ legi adijcitur. Derogatur autore in fragmentis Vlpiano, cum primæ legis pars tollitur.

OBRYZA in l. 12. de susceptorib. in C. Theo. l. 2. & l. 3. de ponderatorib. eo. Plin. lib. 33. cap. 3. Aurique experimento ignis est, ut simili colore rubeat, quo ignis. Atque ipsum obryzum uocant, in cuius uerbi notatione B. Hieronymus & Isidorus dissentiunt. Ille in Hieremiam obryzum quasi ophirisum appellatum tradit, quoniam ex Ophir insula laudatissimũ aurum adueheretur. Hic uerò lib. 16. Etym. ca. 17. ab eo quod obradi & splẽdore, & coloris sit optimi, nomen ductum putat. Est & tertia opinio existimantium à Græco originem hoc nomen trahere, & obryzum quasi ἄβρυζον dictum, quoniam purũ sit & syncerum aurum. Qua in sententia Hermolaus Barbarus est. Briss. Adde Tiraquelli comment. in 3. l. connub. gloss. j. partem 3.

OBRYZIATI solidi dicuntur, quia cõstant ex auro multipliciter excocto: de quibus meminit Imperator in l. uniuerso. C. de ueter. numis. potest. lib. xj. & l. j. C. de obliga. uotorum. lib. xij. licet in utroq; loco uerba mendosè scripta legantur. Et ideo aurũ obryzum refert Suetonius Neronem exegisse, dum inquit: Argentum postulatum, aurum obryzum, ut pleriq; omnem collationem palam recusarent. Diuus Hiero. in Daniele: Ecce uir unus uestitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo. Cotta.

OBROGARE, est legem legi contrariam rogare, Græcè ἀντινομεῖν dicitur. Tusanus annotat. libr. Bud. epist. 4. Spiegelius.

OBRVSSA cum sit exploratio & probatio perfectionis & nota auri atq; argenti, eleganter à Cicerone scriptum est, & adhibenda tanquã obrussa, ratio: ut testatur Turneb. aduers. lib. 14. c. 22.

OBSCOENITATIS uocabulum, in l. j. de off. præf. urbi, specificè à I. C. accipitur, non genericè, ut putauit interpres, nimirum pro nõ nominando scelere. Festus ab Oscis deriuat, quorum frequentissimus fuit usus libidinum spurcarum. Spieg.

OBSCVRAE personæ, claris opponũtur. apud Cicer. & Iustinian. in Auth. de testamen. §. sancimus. coll. sexta. Spieg.

OBSCVRARE uulgò accusatiuo iungitur. l. x. in fin. ff. de seruit. urb. Sed tamen & Obscurare luminibus dixit Vlpian. in l. xxx. ff. de usufruct. secundũ Pisanam lectionem. Brissonius.

OBSCVRARE. Præstringere oculos, hoc est, Obtenebrare, Caliginem offundere. ut Sol præstringit oculos obtuentium. Vnde Præstigiæ, & præstigiatores, qui celeritate lusitandi, & ludibria illa oculorum præstringunt uisum intuentium, ut miracula facere credantur. Perstringere uerò est leuiter attingere, & metaphoricè, pro leui dolore adficere. Old.

OBSCVRARE, præter notum significatum, etiam pro non curare, supprimere, tegere, obumbrare, Bud. obseruauit. Paul. Obscurare luminib. altius tollendo. Idem, Obscuratis ædibus habitare potest etiam. l. si is, qui binas. ff. de usufr. Spieg.

OBSCVRI uiri, hoc est, ignobiles, obscuro loco & genere orti. in Auth. de defens. ciuit. §. j. & quibus mod. nat. effic. legit. §. quisquis autem. Sp.

OBSCVRITAS, ambiguitas, uel generalitas in uerbis recipit interpretationem à quotidiano usu. Nec mirum, quum & legislatores decisiones eorum ex quotidianis usibus fundare soleant. Text. in l. certi conditio. § si nummos. & in l. certè. in fin. de precar. Et dicit Imp. in l. j. §. nulla. de uet. iur. enucl. eas leges esse firmissimas, quæ quotidiano usu roborentur. Spiegelius.

OBSCVRITATEM inter & ambiguitatẽ hoc interest, quod obscuritas uertitur circa dictionem aliquam, ex eo quod multipliciter intelligi potest: ut ex generalitate: sed ambiguitas est circa orationẽ: ut, Aio te Aeacida Romanos uincere posse. not. gl. l. ueteribus. ff. de pact. Io. Bello. Etym.

OBSCVRO loco nata, pro humili magis, quàm pro ex uili genere, ut interpres accipit, intelligenda est, in l. concubinam. ff. de concubin. Sp.

OBSCVRVM, difficile, & quod statim intelligi non potest. Vnde obscuritas, hoc est, cuius sentẽtia latet, iure nostro improbatur. l. si legatario. §. fi. ff. de fideicom. libert. Bald. censuit, omnem intellectum, qui non consonat auribus uulgi, esse impertinentẽ. de pace Constant. in uers. promittendo. Contra, laude uehitur sermonis claritas. in Auth. de testament imperfectis. Solemus autem in obscuris, quod uerisimilius est, aut quod plerunq; fit, inspicere. l. in obscuris. ff. de reg. iur. Itaque obscurum, hoc est, quod uix, aut nullo modo intelligitur, aperto opponitur, id est, ei quod planum & liquidum est. Exemplum habes in l. Legato fundo Seiano, cum Seiani duo in hæreditate essent, hæres offert uiliorem, legatarius preciosiorem petit. Duo sunt Titij, pater & filius. Testator Titium tutorem scripsit, nec apparet qui datus esset. Lego Sempronio amico meo: duo Sempronij sunt æqua charitate coniuncti. Huiusmodi obscurum prorsus dicitur à nostris, uitiatq; omnino, teste Salomonio in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Obscurum autem non prorsus, in quo parum lucis est, & ideo ambiguo simile à Fortunat. in Rhetoricis Scholasticis nominatur. Et de hoc loquitur Regula: In obscuris, quod uerisimilius est, inspicimus. & alia: quod minimum sequendum est, & ambiguum, in quo uoluntas loquentis spectanda est. Vide

Vide suprà, Ambiguum. Spiegelius. Per obscurum intelligit Vlpianus quod Papinianus ait non apparere, hoc est, quod propter legatarum rerum diuersitatem absconditum est & latens. Ræuardus l. semper in obscuris. ff. de reg. iur.

OBSECRARE, non est absolutè rogare, ut pontificij iuris interpretes exponunt, sed per sacra rogare, uel (ut ait Festus) opem à sacris petere.

OBSECRATIO appellatur precatio, quã pontifex ipse præibat populo subsequenti uerba præeuntis, ut docet Turneb. lib. 22. c. 31.

OBSEQVENTIA, pro obseruantia, malè citatur, nimirum ex corruptis exemplaribus, in l. j. ff. de milit. test. Haloander sic habet: Quæ possint in controuersiam deduci, si ad diligentiam legum, & obseruantiam reuocentur. Sp.

OBSEQVIA non esse operas, & tituli distincti, & separata ab operis obsequiorum conditio arguit. l. libertus qui operarum. ff. de oper. lib. l. libertos. C. de obseq. Quapropter Accurs. nulla ratione excusari potest, qui §. libertus. in prin. l. si non sortem. ff. de condict. indeb. de obsequialibus operis intellexit. Sed & Bart. cum obsequia ab operis rectè distinxisset, obsequiales tamen operas, Zas. teste, non rectè nominauit: ut quibus utrisq; inter sese nihil prorsus conueniat. Nam obsequia in honoris exhibitione, in reuerenti uerecundia consistunt. Operæ uerò, de quibus infrà latius, ipsum operarij laboris tractum significant. arg. l. operæ. in prin. ff. de oper. libert. & l. j. in fin. eod. tit. Spieg.

OBSEQVIORVM species tractantur in l. j. in prin. l. 2. l. parens. cum ll. seq. l. liberto. ff. de obseq. C. de in ius uoc. l. j. C. de oper. libert. l. alimenta. §. j. ff. de lib. ag. cum simil. Sp.

OBSEQVIVM, Iurisconsf. in l. qui pro tribunali. utitur pulchra figura loquendi, Zas. annotante, cũ dicit: Pro personarum obsequio, id est, placabilitate, modestia, comitate, obediẽtia: & est uerbũ elegans, quamuis Cic. dicat esse Terentianũ, Donatus tamẽ ibidem arguit Cicer. erroris, cum & Plautus usus sit eo uerbo. Verbũ obsequij eleganter usurpauit Sueton. in uita Galbæ Imp. cum dicit, Germanos in primis obsequium rupisse, id est, cessasse ab obedientia Galbæ. Iureconsf. in l. cum hi. §. sed & personarum. ff. de transact. utitur elegantissimè, uel abutitur comparatiuo, obsequior, cum dicit: Si fortè obsequiorẽ uitam habent, id est, indulgentiorem, delicatiorem, qui plus ex alimentis pendeát. nemo enim dicit obsequius, nisi fortasse à nomine Obsequiosus formetur, ut Zas. monuit. Duobus autem modis præstari obsequium, traditur in d. l. qui pro tribunali. ff. de re iud. Porrò nemo Latinè loquentium, obsequiũ pro numinis cultu usurpauit. Obsequium enim dicitur morem gerentis alienæ uoluntati, quod frequenter sonat in malam partem. Vnde monente Erasm. Pauli interpres cap. ix. ad Roman. uulgari sermone locutus est. Spiegelius.

OBSEQVIVM liberorum libertorumq; est erga parentes & patronos. Rubr. de obseq. à parentib. patr. l. 9. §. de plano. ff. de offic. proconsf. l. v. 6. utrùm. ff. de liber. adgn. l. ult. ff. si libert. ingen. l. 84. ff. de con dit. & demon. Iustin. Nouell. 78. [Greek text illegible]. Et pauló post reuerentiam appellat. Brissonius.

OBSERVANTIA, pro ueneratione, & honoris exhibitione. Ab obseruo, pro ueneror, & admiror. Obseruatio uerò, quasi adnotatio quædam, & animaduersio. Idem aliquando tamen quod obseruantia, hoc est, honor & reuerentia. Adi Eleg. Vallę.

OBSERVARE, pro aduertere diligenter, auffsehen/auffmercken. l. obseruare. ff. de offic. præsid. Vallæ est idem quod custodire aliquid oculis animoq;, in modum speculatoris, ne nos silentio tacitoque prætereat. Spieg.

OBSERVARE iudicium, est causæ adesse apud Iurisperitos, inquit Tusan. Sp.

OBSES, qui traditur imperio alicuius, ea conditione, ut si dator obsidis à fide recedat, recipienti sit potestas in corpus & uitam eius sæuiendi, qui datus est obses. Bartol. in l. diuus. ff. de iur. fisc. tractat, an à priuatis ciuitatibus obsides dari possint. Lud. Rom. improbat doctrinam, qua traditur Episcopo, & Abbati, de sibi subiectis unum aliquem dari licere obsidem. Spiegelius.

OBSIANI lapilli. l. 19. §. pen. ff. de aur. arg. Obsidianum Plin. lib. 36. cap. 26. & lib. 37. cap. x. uocat, & in Æthiopia ab Obsidio (unde nomen sumpsisse puto) inuentum, nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, crassiore uisu atque in speculis parietum pro imagine umbras reddentem. Ex quo multos gemmas fecisse scribit. uide & Isid. lib. 16. Etym. cap. 4. & cap. 15. & Nebriss.

OBSIGNARE, est signi impressione occludere, & ad literas, cæteraq; quæ signo quouis notátur, aut imprimuntur, pertinet. Martia. in l. diuus 2. ff. de cust. & exhibit reor. Et interrogationes, inquit, literas inclusas obsignatas, ad cognitionem magistratus mittant. Est autem obsignandi uerbum antiqui iuris quod ad iniurias propulsandas, dũ alicuius bona publicè possidẽtur, pertinet. Cicero ad Attic. C. Vennonius domum Venduli emit, cum omnia obsignaret, in Vedianas incidit. Vtitur eo etiã Modest. in l. fin. ff. de requir. reis. ubi obseruandum, eum cuius bona obsignabantur illis interim liberius uti nõ posse. quæ deponi, & interim in deposito esse, idem IC. uoluit. Quare cum Vlpianus in gratiam posthumi possessionem tueretur, nolletq; bona in deposito esse, Seruius inquit, aiebat, res hæreditarias hæredem institutum uel substitutum obsignare non debere. l. j. §. Seruius. ff. de uentre in possess. mitt. Quibus insignibus ne deterriti suis fortunis pleriq; minus fruerentur, prudenter ab Imp. cautum, ne quis signa uel potentiorum titulos rebus affigeret alienis. C. de ijs qui pot. tit. cum duob. tit. seqq.

OBSIGNARE pecuniam in l. tutor pro pupillo. ff. de administr. tut. Notandum obsignatione totius aut partis secundum conuentionem debitæ pecuniæ solenniter facta liberatio debitori contingit. C. de solu. l. tutor. §. Lucius. ff. de usuf. Sp.

OBSIGNATA epistola, pro occlusa & sigillata, quod dicitur, in l. fin. de leg. 2.

OBSIGNATORES, pro notarijs apud Cic. p Cluentio, tum alijs locis accipitur.

OBSIGNATIO consignationem pecuniæ significat in l. 9. C. de solutio. l. 7. C. de pact. inter emptor. Cic. pro Cluent. Pecuniaq; obsignata quæ ad eam rem dabatur in manibus Scamandri deprehendit. Obsignatio autem sic fiebat, ut sacculus lino traijceretur signisq; ceræ impressis obsignaretur. Obsignatio etiam tabularum dicitur apud Gellium lib. 14. c. 2. Cic. j. de orato. Tu mihi cùm in circulo decipiare aduersarij stipulatiuncula, & cùm obsignes tabellas clientis tui, quibus id sit scriptum, quo is capiatur. Obsignari etiam testamenta apud Cæsarem

lib.j.de bello Gall.& Cic.pro Cluent. Obsignare etiam bona & obsignare domum in l.ult.ff.de requir. uel absent.l.j.§.pen.ff.de uent.in poss.mitt. Briss.

OBSOLERE, &, Obsolescere, significat in desuetudinem abire. Hinc obsoleta lex, quæ ab usu recessit. Propriè autem Obsolescere res dicimus, quæ propter antiquitatem malè oleant, uel sordes contrahant, uel inquinentur. Spieg.

OBSOLETA crimina, pro uetustis & antiquis, in Verrinis Cic.usurpat.

OBSOLETA uox, pro minus tenera & exili.

OBSONATOR, qui obsonijs cõparandis præerat, dicebatur. Martian.in l.legatis seruis. de lega.3. Cubicularios autẽ inquit, uel obsonatores, uel eos qui piscatoribus præpositi essent, non uideri negotiationis appellatione contineri. Græci illum Agorasterem dicebant, Athenæo teste. Græcum uocabulũ uideri potest, ut ait Bayfius, quasi ὀψωνητής, qui & ὀψώνης dicitur. Spiegelius.

OBSONIVM quid sit, uulgò notum est. de eo l. sed & si uir. §.fin. ff.de do. inter uir.& uxor.est enim quiduis, præter panem in cibum additum. Forcat.in penu iur.ciuil.cap.22.

OBSTARE pro impedire. Vlpia. in l.3. de offic. præt. Sed nihil ei seruitutem obstitisse, ait Pompon. Nam propriè, contra stare significat. Sic obstaculũ, pro impedimento, apud Canonistas frequenter usurpatur.

OBSTATVRVS. Vlpian.in prin.l.etsi fortè. Vt iam ego, inquit, non uidear luminibus tuis obstaturus, si ædificauero. Spieg.

OBSTETRIX dicitur, quæ opẽ tulerit parienti: unde & parturientes, Fer opem clamãt. autor Donatus Obstetrices. Vlp.uult esse probatissimæ & artis & fidei.l.j.in prin.de uent.inspi.Spiegelius.

OBSTINATE facere aliquid, est in alterius malum, cum conatu facere perseueranter, & in alterius perniciem nimis niti. Donat.

OBSTINATIOR animus, pro pertinaciore, apud Impp.in l.2.C.de Sum.Trin.ut apud Cic.obstinatior uoluntas.

OBSTINATO ad malum ingenio nihil est pestilentius: quippe quòd sola obstinatio producit hæresim, & quicquid est malorum. Et ferè omnium æmulatorũ una est sordes, ut cùm semel insanire cœperint, nõ resipiscant, nisi Deus aut Magistratus eos perdat. Oldendorp.

OBSTINATVS est, qui post inspirationem & reuelationem sibi factam, in eo quod errauerat, perseuerat. 8.distinct.consuetudo.in fin.Old.

OBSTRIGILATOR est reprehensor ductum à strigilibus, quibus cum uehementiùs stringimur, etiam plerunq; lædimur. Varro, æmulũ illius artis, atq; obstrigilatorem. Turneb.aduers.lib.xv.c.j.

OBSTRINGERE res suas, est pro pignore obligare.l.si pater. C.de crim.stell. Sic obstrictus tutor, in l.C.de tut.uel curat.uectig. & obstricta mater. in l.si mater. C.si mat.indem.prom.pro obligatis intelliguntur. Spiegelius.

OBSTRINGERE se amicitiæ, sic dicit̃ ut Plautus in Pœnulo, Iratus quidem homo furti se astringet. In hac enim, & simili locutione, quæ apud autores idoneos occurrit, ablatiuus actione, uel iudicio, subauditur. ut damnatus, iudicatus, reus, postulat9. crimine scilicet. Neratius. Nam & ipsius rei quæ petebatur, si tutor iudicatus fuerit, & eorum quid acciderit, non esse dandã in eũ actionẽ, monuit Tusanus.

OBSTRINGERE se parricidio, periurio, scelere, & huiusmodi, pro committere parricidium, scelus, peierare. Obstringere iureiurando, apud Cæsarem lib.1.Belli Gall. Sp.

OBSTRVERE, propriè est, quasi strue quadam alicui loco imposita obsistere, ne quid effluat. Indicauimus, Luminibus obstruere, uerbo antiquo, Iuris Cicer.quoq; usum pro Dom.sua, & in Bruto per metaphoram. Accurs. in l. æquissimum. §. si ædium. ff.de usufru. Obstruere, inquit, id est, claudere lumi-
10 na, dem tag oder das liecht verbawen. Proprietatis dominus, obstruere luminibus usufructuarij nõ potest. Bud.in l.si is qui binas, eod.tit. non obscurare luminibus, ut ubique legitur, sed obstruere legendum cõtendit. Haloãder à ueteri lectione nõ recedit. Sp.

OBTEMPERARE, est decretis parere. Rub. Si quis ius dicenti non obtemperauerit. Hinc obtemperatio. Cic.lib.j.de legib. Quòd si iustitia est obtemperatio, scriptis legibus, institutisq; populorum, &c. Porrò non obtemperare ius dicenti, est non facere,
20 quod extremum in iurisdictione est, hoc est, sententiæ diffinitiuæ non parere. Vide Zas. in l.j. ff. si quis ius dicen.non obtemp. & libro j. Singular. intellectuum. Spiegelius.

OBTENDERE rationem turpitudini, hoc est, turpitudinem ratione operire & prætexere, verblümen/verglimpffen/verstreichen.

OBTERERE ius, dz recht hinderstellen/vntertrucken. Apud Liu. Iura populi obterere. die Scheffel abschaffen, nich: mehr beruffen. Pro lędere usur-
30 parũt genericè Impp. in l. nullus. C. de iudi.& cœlic. Potest.n.& nõ cæsus uerberib. Iudæus subuerti. Sp.

OBTESTATIO, pro precatione cum adiuratione legimus, non tantùm in iure Pontificio, sed etiam apud latinitatis principem Cicer. occurrit. Donat. Obtestari est, inquit, precari cum mentione earum rerum, per quas petim9: tametsi sine adiuratione quandoq; orare significat: ut apud Cæsarem, Sallustium, Cicer.& 24.q.j.ca.j. Alberico citante. Sext. Pompeius autem ait: Obtestatio est, quum Deus te-
40 stis in meliorem partem uocatur: detestatio, quum in deteriorem. Sp. Vide latè Connan.lib.1.c.13.nu.3.

OBTINENDAE, pro retinendæ. in l. clam possidere. ff.de acquir. poss. Sic apud Cice. ad Trebatiũ: Tu si istic commendatione mea dignitatem tuã obtinebis, perferas nostri desiderium. Sp.

OBTINERE quis dicitur iuris Pontificij peritis, quum quod canonicè possidet, ius in re habet. Ex Alberic. Spieg.

OBTINERE & repelli, contraria esse, patet ex
50 Cic.j.epist.ad Lent. Neq; si quid non obtinuerimus, repulsi esse uideamur. uide l.5.§.5.ff.iud.sol. Pandec. tamen Flor.lectio optinere non obtinere habet, atq; ita scribendum adfirmare ausim: ex eo, quod qui optinet, ex opinione, id est, sententia teneat. atq; ita me cum sic sentiebat Maurus aduocatus, qui librum de iure liberorum scripsit. Prat.

OBTINERE & repell. Erlangen vñ abgeschlagen, contraria esse, patet ex Ciceron.j. epist. ad Lentul. Neque si quid non obtinuerimus, repulsi esse ui-
60 deamur. Spiegelius.

OBTINERE causam, qđ uincere uulgò dicim9.

OBTINERE ius suum, uel retinere non posse. Lege, Ius suum obtinere non posse.

OBTINERE, aut amittere litem. Cicer. pro Comœdo: Ad iudicem hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Sp.

OBTINERE, pro occupare. ut apud Plin. Arbor agros longis obtinens umbris.

OBTI-

OBTINERE prouinciá, pro habere prouinciæ gubernationem, uel regimen, quod uocant ad tempus, ut Proconsul aut Prætor, uel ut Quæstor. Sp.

OBTINGERE mala tantùm dicimus, si Donatum sequimur, enarrantem illud Terent. ex Phorm. Præter spem, atque incredibile hoc mihi obtigit, ita sum iratus, &c. Idem in Andriam, Contingere dicit id, quod uix euenit. Spieg.

OBTRECTAT, Eras. inquit, qui obloquitur, q̃ malè prædicat de alio: detrahit, qui minuit laudem alicuiꝰ. Vnde obtrectator, laudis detractor. ut apud Iustinianum in l. unica. C. si quis Imp. maledix. Cic. Tusc. 4. obtrectare & æmulari distinguit: ut is dicatur æmulari, qui se non idem uideat consequutum, quod alium: obtrectare, qui alium idem uideat consequutum, quod se, aut alium. Spiegelius.

OBTRVDERE uxorem, inuito & nolenti dare. Hæc uox non admodum prolixa est, uerùm ea multum secum trahit, ut alicubi indicat Eras.

OBTVLISSE se liti uidetur, qui in rem suá procurator est factus. l. si se non obtulit. ff. de re iud. Dicitur auté is se liti offerre, qui sine mandato pro reo comparet & litigat. Vlp. Obtulisse autem uidebitur se liti, qui iudicio pro domino se obtulit, id est, pro eo iudicium subibit, in seq; recipiet. Spieg.

OBTVRARE, uel obthurare (ná qui per h scribi debere tradunt, Festum sequũtur) occludere est, *uerstopffen*. Caius l. hæc auté iura, sub fin. de seru. urb. præd. Ita demum amitto ius meum, si tu foramé, unde exemptum est tignum, obturaueris. Spieg.

OBTVRBARE, ab omni parte turbare: quòd & disturbare dicitur. Spiegelius.

OBTVTVS, pro aspectu. l. j. in fin. Cod. de offic. mag. offic. Spieg.

OBVAGVLARE uerbo usi sunt Decemuiri in sua lege Decemuirali. Cui testimonium (inquiétes) defuerit, is tertijs diebus ob portum obuagulatum ito: id est, cui testimoniú deest, hoc est, qui suam intentionem nullo potest testimonio cófirmare, is die tertio ad ædes aduersarij (has enim portum ueteres dixisse Festus autor est) obuagulatú ito, hoc est, aduersario iustum testibus adhibitis cóuitium facito: Cuiꝰ obuagulationis is effectus olim fuisse uidetur, ut tertio die, iusto præsentibus superstitibus conuitio solenniter ob portum facto, licuerit conuiciatori eius qui conuitium passus erat ædes cum ijsdem testibus ingredi, & liberam res suas quærédi in suis ædibus potestatem facere is cui conuitium factum erat suo conuiciatori cogebatur. Indeq; Festum obuagulationem definijsse quæstionem, hoc est, inquisitionem cum conuicio existimat Ræuard. ad ll. xij. Tabul. cap. 11. & Plauto idem esse pipulo ante ædes differre, in Aulularia, quod obuagulare. Pipulum enim idem esse quod conuitium Varro scribit lib. 6. de Lingua Latin. declinatum à pipatu pullorum.

OBVENIT hæreditas, uel ex hæreditate, uel hęreditate, hoc est, quod uulgò dicimus, per successionem. Vlpianus. Excipiuntur autem arma, quæ quis commercij causa habuerit, hæreditateue ei obuenerint. Spiegelius.

OBVENTIO, species reditus est. Vlpianus. An pecuniá pupillus habeat, uel in numerato, uel in nominibus, quæ conueniri possint, uel in fructib. conditis, uel etiam in redituum spe atq; obuentionum. Accursius in l. prima. §. exercitorem, exponit obuentiones, id est, parui & magni reditus. in quo planè labitur. Siquidem ut reditus magis certorum, ita plerunque contingentium sunt obuentiones. Sp.

OBVENTIONES, fructus reditusq́ue omnes significant, qui uel ex ipso rei corpore, uel industria hominis accedunt, ueluti mercedes, pensionesq; ex locationibus prædiorum urbanorũ debitas, uecturas iumentorum, naulum nauium. l. prima. §. exercitorem. ff. de institor. l. septima. ff. de usufruct. l. 34. ff. de usur. l. quinta. §. non passim. ff. de rebus eor. Vbi tamen P. Fl. autographon habet obuenditionum. Quamuis fructus, & reditus & obuentionis ut plurimum eadem significatione appellantur, tamen reditus uocabulum ut tradit Connan. lib. 4. cap. 1. proprium est in eo agro qui nummo locatur: Idem in ędibus dici potest: Fructus autem in eo qui naturalibus emolumentis insistit, unde fruges non tantum quas terra fert significantur, sed etiam fœtus pecorum, lana ouium, & alia huiusmodi quæ fructus extraordinarij à Varrone uocantur lib. 2. de re rustica, capit. secundo. Bris.

OBVERSARI dicitur id, quod ita animo appa-ret, ut adesse corám uideatur, & cerni.

OBVIARE, translatè pro resistere. in l. prima. C. quan. lic. se uind. Est autem, Obuiam itum est auaritiæ, & non obuiamentum, legendum, apud Vlp. in l. annonam. de extraordi. crim. hoc est, ut uulgò dicitur, præuentum, *furkommen*. Sp.

O C

OCCASIO, tempus actionis opportunum, qđ in aggrediendo conficiendoq; negocio præcipuum habet momentum: ut non sine causa ueteres uideantur Occasioné diuinitate donasse, tametsi apud Grę cos mas est hic Deus, appellaturq; *καιρὸς*. Eius simulachrum, ut fingebat antiquitas, refertur in dict. Opportunitas. Porrò occasionem damni pręstans, damnum fecisse uidetur, ut hoc Pauli uerbum in l. qui occidit. §. in hac actione. ad leg. Aquil. intelligendũ sit, explicat Speculator titul. de iud. Quo uerò distet à causa occasio, indicat gloss. in l. riuis. ff. de riuis. & in l. si debitor. de leg. 2. Spieg.

OCCASIONEM tenere, & remittere, contraria. Cicero de legibus: Teneo, quam optabam occasionem, neque remittam.

OCCIDISSE incontinenti uidebitur, qui interpositis horis, appræhensam filiam adulterij ream occidit pater. Hæc Vlpian. uerba sub fin. l. quod ait lex. de adult. Bartol. magnifacit. &c.

OCCIDISSE dicitur uulgò is qui mortis causam quolibet modo præbuit. sed lege Aquilia is demum teneri uisus est, qui adhibita ui & quasi manu causam mortis præbuisset: tracta uidelicet interpretatione uocis à cædendo, & à cæde. l. 51. ff. ad leg. Aquil. Itaque Vlpian. in l. septima. §. primo, eodem tit. Occisum, inquit, accipere debemus, siue gladio, siue fuste, uel alio telo, uel manibꝰ, si fortè strágulauit eum, uel calce petijt, uel capite, uel qualiter qualiter.

OCCIPERE magistratum, inire. Liuius lib. 23. Creatur Marcellus qui extemplò magistratum occiperet. Item lib. 41. Collegam, qui extemplò magistratum occiperet creauit.

OCCISIO, actus ipse occidendi. Occidio, cædes siue mors. Verùm occasus, ut magnæ rei, uel personæ superioris (nam solem lunamq́ue occidere, & uiros præclaros occidisse dicimus) ita casus paruæ rei est, uel personę inferioris, si credimus Donato in comment. in j. Æneid. Sp.

OCCISORVM appellatione eos contineri Labeo scribit, qui per uim aut cædem sunt interfecti. ut puta iugulati, strangulati, pręcipitati, uel saxo, uel fuste, uel lapide percussi, uel quo alio telo. autor Vlp.

in l.prima.ad Syllani.Idem in l.tertia.ad l.Aqui.Non enim sufficit,ait, occisum, sed oportet iniuria id esse factum.Idem ait hoc ipso titulo: Occisum autem accipere debemus siue gladio,siue etiam fuste,uel alio telo,uel manibus (si fortè strangulauit eum,uel calce petijt)uel capite,uel qualiter qualiter.

OCCISVM, quod ad leg.Aquil.attinet,accipere debemus siue gladio siue etiam fuste, uel alio telo, uel manibus, si fortè strangulauit eum, uel calce petijt,uel capite,uel qualiter qualiter.l.7.§.j.ff.ad legem Aquil. Brissonius.

OCCVLTARE (frequentatiuũ ab occulo, hoc est,abscondo) quis intelligatur,uide C.de his qui latron. uel alter.crimin. reos occultant. Occultare se ab aliquo,est ex alicuius cõspectu se auferre.Occultare autem rem aliquam alicui, idem est quod celare. Hinc occultator (quem exutũ patrimonio Imp. Constant.in insulam deportat.l.unica, C. de his qui se deferunt,lib.10.occultator) ad hominem,receptator ad locum propriè refertur. quod & apud Cicer. reperitur. Sustinuisset hoc,inquit, crimen primum ipse latronum occultator,& receptator locus. Quando uerò testamentum occultare falsi speciem attingit,Bartol.tradit in l.prima.§.& post. de Tab.exhib. & de instrumen.occultantem.l.tertia.§.si quis. eod. titul. Spiegelius.

OCCVLTARE circa columnas. Vlp.de priuil. credit. Eum, ait, qui circa columnas se occultat, ut creditorem euitet,latitare placet. Sensum horũ uerborum aperit Alc.c.ult.lib.4.Parerg. Spieg.

OCCVLTE, hoc est, clam aliquid fieri dicitur, quòd sine autoritate principis fit.Cod.de his qui ex publ.ration.publ.pec.acceperunt.l.ult.Spieg.

OCCVLTVM, quod haudquaquã probari potest, quod prorsus ignoratur, uindictæq; expers est in hoc seculo: de quo tractatur in cap. Christiana 35. quæst.ij. Spiegelius.

OCCVMBIT,qui in faciem cadit. Hinc milites morientes,qui mordicus humum captabãt,occumbere dicebantur. Incubat uerò,qui fouet. Hinc Gallina incubatrix. Alciat.de uerb.sign.

OCCVPANTIS fieri dicuntur ea, quæ in medio posita in nulli9 priuatim bonis sunt.l.3.& l.7.§.insula.ff.de adq.rer.do. Et ita occupatione sua quæq; fecisse eos,qui primi in uacua uenerunt Cic.1. offic. scribit. Brissonius.

OCCVPANTVR mobilia: Innaduntur immobilia.§.pen.uers.quod non solum. Insti.Vi bon.rapt. licet quandoq; & rei immobilis dicatur occupatio. ut l.domum.C.de rei uend.in gl.1.Spiegelius.

OCCVPARE, significat propriè, ut ait Valla, quod in cõe,siue in medium positum erat,ante alios capere. Est etiam locum tenere,aut capere, & ui arripere. Nec non lege preuenire, *vormann/en*, ut q prior litem contestatur.l.pluribus.ff.de procur.l.si plurib. de leg.1.l.si Titius.de uerb.oblig.& simil.ut Iulianus ibid.in l.stipulationes commodissimũ Occupari eleganter ꝓ pueniri usurpauit:ita Interpres ꝓ denominari,uel dici,non satis scitè exposuisse uidetur. Notius est qđ occupasse dicitur, qui prior ad sententiã uenit inter eiusdem conditionis creditores, ut traditur in l.inter eos.ff.de re iud. & inibi, quod uulgò dici solet. Melior occupantis est conditio,explicatur. Sic occupare locum,apud Cic. 3. de Finibus accipimus,& apud Cælium. Occupare primos mẽses. Sp.

OCCVPARE aliàs,pro præoccupare, preuenire dicendo ea, quæ possent in futurum obijci. Vnde Occupatio schema Rhetoricum, cùm diluitur id, quod ex aduerso postea fortè torqueri contingeret. Vlpianus in l.stipulationes commodissimum. ff. de uerbor. obligat. Doli autem clausula, inquit, ad ea pertineat, quæ in præsentia occupari non possunt, & ad incertos casus. Prat.

OCCVPATIO, est cum alicui necessariæ rei,& cui ante omnia operam dare debemus, cum diligentia uacamus. Diuiditur autem in uenationem, aucupium, & piscationem. Sp.

OCCVPATVS, & ociosus, contraria. Cic.j.Tuscul.ut,si occupati profuimus aliquid ciuib. nostris: prosimus etiam,si possumus,ociosi. Vallæ est occupatus,qui ante aliquo negocio detentus,non potest negocio alterius operam dare.Sp.

OCCVRRERE,pro obsistere. ut occurratur fallacijs uenditorum.l.j.§.2.de ædil.edic.l.si patronus. in fin.ff.de don.Propriè tamen est,aduersum tendere,ut Alciatus monuit.Sp.

OCEANVM,pro occidua terrarũ parte, in Authentic. Vt eccl.Rom.cent.ann. gaud. præscr. Interpres accipit. D.August. Mari magno,inquit,cingitur terra,qui uocatur Oceanus. Hunc quidam *κοσμοῦ ζωστῆρα*, id est, mundi Baltheum appellarunt Probi testimonio ut annotauit Had.Iunius animaduer. lib.3.cap.4. Eius æstus idem mirabiles uerè dixit: quòd eorum nemo adhuc ueram causam ad liquidũ deprehendit,siue gemini diurni incrementi, siue gemini menstrui:quas nautæ aquas uiuas uocant plena luna & in coitu. Sunt Oceano per partes sua indita nomina,quæ apud autores leguntur. Vide c.36.apud Solin.& Vadian.tit.Insulæ Oceani pcipuæ.Sp.

OCELLATA. De ocellatis diuersa Grammatici sentiunt,& ut in re ignota emendationem comminiscuntur,ac modo castellatis, modo oscillis, modo ossilatis,uel osiculatis,uel osiculis,ingeniosè,quis negat? reponunt. & quid non ariolantur & diuinãt? Sed ocellatis probat Turnebus, eoq; uerbo uenire auellanas nucularumq; genera,quæ ocellorũ quandam præ se speciem & rotunditatem ferant. Hanc uocem mutuo sumpsisse uidetur à Varrone Tranquillus. Nam Varro auctore Nonio scripserat in Marcipore:

Altera exorat patrem libram ocellatorum,
Altera uirum semodium margaritarum.

D.Turnebus aduersar.lib.3.cap.19.

Οχλοκρατοῦνται dicuntur, qui impetu plebeio reguntur,non legitima Democratia.Ex Bud.Sp.

ODIOSVM, id significat apud Vlpia. in l.quod ait lex.ff.de adult.quod non satis eleganter uulgò dicitur,non sine mysterio. Ex Alciato lib.4. de uerb. signific. Spieg.

OCIOSAM pecuniam, pro reposita, ex qua qs lucrum non facit, Scæuola sumit. l. qui semisses. de usur. Aliquando etiam uacua dicitur. l. quintus. ff. depositi. Spiegel.

OCIOSAE sentẽtiæ, id est, uulgares & nihil pulchri continentes,apud Quint.lib.j.Sp.

ODIVM,uacatio à labore. Sunt enim contraria, ocium,& labor:sicut ocium,& negotium. Sp.

OCIOSITAS. Vide,Quoad uiuam.

OCIOSITAS est uacatio à labore,ut in hoc exemplo: Ociositas & uoluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas c.nisi cum pridẽ uers.uerum propter.extr.de renun. Io.Bello.Etym.

OCIVM item,pro trãquillitate, pace, & quiete, inuenitur apud idoneos autores: & pro literario statu etiam accipitur, quòd qui studijs literarum operã dant,necesse sit,ut cæteris negotijs uacui sint.Sp.

OCREA.

OCREA, crurum armatura. Gloss. in l. A caligato. C. de nupt. uide Caligatus miles.

OCTAVA quid sit, uide l. ex præstatione. C. de uectigal.

OCTAVO mense natus, nō habito respectu anni, quem Cæsar ordinauit, sed ex cursu lunæ considerandus est. Is secundū naturā uiuere non potest, idq; medicinæ autorib. receptū est. Ex Alciato. Sp.

OCTAVARI, ut Haloander ueterē lectionem cum Zasio secutus legit, exactores dicti sub octaua parte, quæ nomine uectigalium exigebatur tempore Gratiani, Valentin. & Theodosij Impp. l. à legatis. C. de uect. Sp. Adde Brechæum l. inter publica in tit. de uerb. & rer. signif.

OCTONI scrupuli, pro octo scrupuli, in l. j. C. de metallar. & metall. lib. xj. ut octoni menses, pro octo mēsibus, apud Plinium de ceruis loquentem, Octonis mensibus ferunt partus. Sp.

OCTOPHORVM cuius ad Q. Fratrem meminit Cicero uehiculum octo rotarum fuit, quo maxime Caligulam usum Tranquillus refert. Vide Corrasium lib. 3. Miscell. cap. 20.

OCVLIS & affectu, ut acquiratur possessio, Paulus docet in §. penult. l. j. de acqui. possessionis. Sp.

OCVLIS rem subjici, est, quod uulgò dicunt, auff' en augensch in weisen/ de quo in l. si irruptione. ff. Finium regund. Siquidem certior aure arbiter est oculus, & ut eleganter dicit Imp. de Grad. §. fin. magis ueritas oculata fide, quàm per aures, animis hominum infigitur. In summa, inquit Erasmus, ad cognitionem magis faciunt aures, ad fidem faciendam certiores sunt oculi. Vnde & uulgò, si quis fabulam narret parum uerisimilem, rogare consueuimus, num ea cōspexerit? Quod si neget, uerùm audisse modò, ridetur. In oculis habere, pro semper ad aliquid intentū esse, ut interpretatur Budęus. Oculorum in actione consideratio petenda est ex lib. xj. Quintiliani. Spieg.

OCVLATVS testis, qui se uidisse dicit id, quod narrat. Plaut. Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.

O D

ODIOSA sunt, quæ à iure communi, uel à iustitia exorbitant ut dicit Philip. Cornæus. Sp.

ODIOSAE actiones Vide Pœnales actiones.

ODIVM, à nostris fauori opponitur: receptūq; est, ut quemadmodum ea, quę sunt in fauorem constituta, non licet interpretari in incommodum: ita nec in conuerso casu, quæ in odiū, durēq; sunt constituta, ad fauorem applicentur. In sacris uerò literis odium multifariam accipitur. Odit, qui auersatur: ut, Deus odit omnes operantes iniquitatem. Et Dauid perfecto odio oderat impios, quum tamē illis optaret bene, nempe ut resipiscerent. Odit, qui affligit & punit, ut iudex, licet odio uacet. Odit patrem & matrē, qui illos amore pietatis deserit. Odit animam suam, qui eam exponit periculo, studio pietatis. Quod & Albericus admonuit, odio peccata habenda, non homines, citans lxxxv. dist. c. odio, & xxiiij. q. iiij c. duo. Adstipulatur prouerbialis uersus: Mores amici noueris, non oderis. Porrò neminem alterius odio prægrauandum, rectè pronunciauit Iustinia. in l. si quis in suo. C. de inoffi. testam. §. legis autem ueteris. Sed nec ignorandum, nō pugnare sibi legem, dicentem, odio habebis inimicum tuum: &, Si esurierit inimicus tuus, cibum dato illi. Hoc enim præcipitur perfectis, illud cōceditur imperfectis. Spieg.

ODIVM testis, quomodo probandum sit, docet Specul. tit. de test.

ODOACVS, cuius Glossa, in l. decernimus. C. de sacros. eccl. meminit, idē est qui ab Italis Odoacer dicitur, à nobis Othacarus, ab Herulis uerò, quorum princeps erat Gothicæ nationis populis, Ocdacker uocabatur. Is Augustulum expulit, malè ominati nominis principem, inter eos postremum, qui post Valentinianum tertium Romæ rerum potiti sunt. Aduersus Othacarū missus est Diterichus de Berna in Italiam, Zenonis temporibus. At iam circiter Imp. Martiani annos Romani maiestas Imperij conuulsa erat per Othacarum, quæ serò admodum ad Francos nostræ gentis principes, quum simul Galliæ imperitarent, translata est. Quod Albericus, Antiquitatis non omnino indiligens indagator animaduertit. Spieg.

ODONVM Vlpianus meminit in l. 25. §. 17. ff. de aur. arg. Alia, inquit, caussa est odonum: quia usum calceamentorum præstant. Significare uidetur soleas laneas aut lineas, quarum alteras caloris, alteras mundiciei caussa induimus. Vdones tamē apud Martialem legimus. nam de Vdone cilicio hoc ex Epigramm.

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti,
Cinyphio poterit planta latere sinu. Hotom.

De hac dictione uide quid annotarit Tiraquellus in l. 3. connub. nu. 27. parte 3.

ODOR, per translationem, indicium significat, ut probat Budæus. Iustinian. uulgari modo in Aut. de Lenonibus In odorem suauitatis oblata, dixit: quod Haloander significantius, ut omnia, reddidit: quem uide sub fin. Aut. Sp.

ODORES, id est, aromata, apud Vlp. in l. ideo. ff. de in rem uers. Si odores & unguenta seruus emerit, & ad funus erogauerit. Spieg.

ODYSSEA, opus est Homeri poetæ, in quo Vlysis errores prosequitur, quoniam Vlysses à Græcis dicitur Odysseus, citatur à Marcello in tit. de legat. iij. l. legatis. &c. Nebris.

OECONOMI appellabantur, quibus res ecclesiasticæ gubernādæ mandabātur. l. 14. C. de sacr. eccles. dispensatorē pauperū leo & Anthemius definiunt in l. 31. §. hoc nihilominus. C. de episc. & cler. Alias œconomi definiūtur, qui ecclesiasticas tractāt rationes. l. 3. C. de his qui ad ecclesiā cōfugiunt. Bris.

OECONOMVS, qui Latinè dicitur administrator rei familiaris, quomodo mutuū det, uel accipiat, traditur à doct. in l. ciuitas. ff. si cert. pet. Sp.

Οἰκότριψ, qui domi alitur, nec lucratur expensas, sed ex suo uiuit. Est & qui citra ullam mercedem ciuitati operam præstat.

OEDASTICVS, uir, ponderum & staterarum rationē optimè callens. οἶδα enim idē est quod scio. στατικὴ ponderatio. Alc. C. de Ponderat. in l. ij. lib. x.

OENOMELI Græcè, mulsum est Latinè. οἶνος, uinum, μέλι, mel. Vlpian. de Trit. & uin. leg. l. si quis uinum. Oenomeli planè, id est, uinum dulcissimum cōtinebitur. Nebrissensis. Vide, mulsum. Adde Forcat. in penu Iuris ciuilis cap. 8.

OENOPHORVM, uas est uinarium. Iuuenal. Satyr. vj. utitur hoc uocabulo. Itidē Apuleius lib. ij. & viij. Asini. & Martialis. Obseruauit Viues apud Plinium, inter opera Praxitelis recenseri œnophoron, qui nō tam uas, quàm puer esset uinum ferens. Spiegelius.

OENOPOLIVM, caupona, locus ubi uinum uenale est.

οἰνόπται Græcis inspectores, qui in conuiuijs modum imperabant, ne quis aut satis plus biberet, aut parum ab alijs. Sp. Hos Plato de Repub. νομάρχους uocauit quod legis admonerent. Obseruabant autem etiam quæ in conuiuijs fieri solerent. Et erat uulgaris magistratus & tenuis ut ait Philinus Rhetor in Crocauidarum disciplina triumq; uirorum numero, qui inde ὀφθαλμοὶ sunt uocati, oculi, quod non raro quos oculos mentis ipsi conuiuæ uino uicti perderent, hi restituerent monitionibus. Symposiarchæ ab his Postello tantum nomine differre uidentur de magistratibus Athen. cap. 38.

OBSTRUM. Vide Chiliad. Erasmi.

O F

OFFENDERE, propriè est læsionem & offensionem accipere ex aliqua re in aliquá corporis partem. Quamuis pro inuenire interdum sumitur, sed præter opinionem. Qui item committit, unde pœna irrogatur, offendere dicitur. l. testamento. ff. de Test. milit Sp.

OFFENDERE apud iudices, Budæo est, condemnari, hoc est, contrariam auferre sententiam, exemplo Cic. pro Cluentio. Spieg.

OFFENDERE legem, Senatusconsultum, & offendere legi in libris nostris inuenitur. l. 40. ff. de iudic. l. 3. §. is autem. ff. ad Macedonia. l. 1. ff. de usur. Sine offensa edicti. l. 6. ff. de postul. Bris.

OFFENDICVLVM, impedimentum, obstaculum. Vsus est hoc uocabulo Plinius in epist. & Rom. Pont. in c. prudentiam. ext. de offi. deleg. & c. accusatus. de hæred. lib. vj Alberic.

OFFENDIMVS quandoq; uerbis. ut patet in l. nullum. C. de testibus. Sed ut succurratur ei, qui ueretur ne offendatur, Bartol. disserit in l. sanct. ff. de rer. diuis. Idem ne cautione, tum quando petenda sit, offendaris, latissimè demonstrat in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. Spieg.

OFFENSA, ferè actiuè sumitur, estq; eius qui offendit, autore Valla. Quæ uerò uel dicenda, uel iure intelligenda sit offensa, Bart. tradit in l. quidam cum. ff. de hæred. instit. Offensio, ut plurimum passiuè accipitur: aliquando tamen actiuè, teste Bud. Vt uerò & hæc accipienda sit, idem docet in l. licitatio. §. de public. præterea quo sensu in lege municipali, siue ut uulgò loquuntur, statuto ueniat, Bart. quoq; ostendit, in l. cum te. C. de inoffi. testam. Sp.

OFFENSATOR, qui in re quacunq; sæpè excidit ab eo quod suscepit, & quod efficere contendit. Quintiliano est, qui in legendo identidem resistit, aut potius qui perperam legit.

OFFENSVS, id est, læsus à iudice, ad offensorem accusandum cogi potest. Bart. in l. in eum. ff. de accus. Spieg.

OFFERRE, exhibere significat, quod barbari præsentare dicunt. Pro opponere etiam sumitur. ut apud Cic. pro Sestio. & Caiū in l. penul. de dolo. Sp.

OFFERRE & deferre iusiurandū, legimus. Sp.

OFFERRE crimen, pro criminari.

OFFERRE se liti is dicitur, qui sine mandato pro reo comparet & litigat: id quod tūc dicitur fieri, quando procurator falsus asserit se habere mandatum quod non habet. Vide suprà, falsus procurator. & Zas. in l. si se non obtulit. ff. de re iud. Spieg.

OFFERRE pecuniam, quod barbaris est præsentare, apud Marcellum in l. tutor pro pupillo. de administ. tutor. ubi Vlpian. notat, non sufficit obtulisse, nisi & deposuit obsignatam tuto in loco. Sp.

OFFERRE statim, hoc est, sine aliquo interuallo, in casu l. cum quidam ita. ff. de leg. ij. Sp.

OFFICERE luminibus, & altius tollere, quandoq; pro eodem sumitur, Alberic. ait citans. l. j. ff. de seruit. urb. præd. lege, Luminibus.

OFFICIALIS foraneus appellatur, qui in certa parte diœcesis gerit uices episcopi: q & à plerisq; Decanus ruralis uocatur, secundum Glos. in uerbo Foraneo c. & si principalis. de rescr. in Clem. Sp.

OFFICIALIS, substantiuè minister magistra- 10 tus dicitur. Adiectiuè, quod ad officium pertinet, uel quod de officio tractat. Officialis alius à Vicario est Pontificij iuris peritis. Apud Bart. de officialibus haud scitu indigna legere licet. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. nou. nunc. Bartolo quoq; rex, princeps, episcopus, uenit nomine officialis, sed perpetui, cui interim quo ad principis, maiorisúe nutum, magistratus constitutus est, adæquatur per text. ut ait, notabilem, in l. iurisperitos. in prin. de excus. tut. Zasius adnotat in l. principa- 20 lib. ff. si cer. pet. uaria esse officialium genera. Sunt enim, ait, rectores prouinciarum: sunt præsides, gubernatores: Prodomini, siue, ut uulgò uocatur, Vicedomini: administratores sine iurisdictione, & cū iurisdictione. Sunt & Aulici, quos Palatinos nominant. Sunt & multa alia genera: sicut habemus de offi. in ff & in C. Hi officiales sunt aliquando perpetui, aliquando administrant ad tempus. De quibus loquitur l periculum. ff. si cert. pet. Spieg.

OFFICIALES, uicariosq; episcopi ex laicis 30 deligi posse, negant: quòd lege diuina cautum sit apud Mosen, Non arabis in boue simul & asino. hoc est, homines diuersæ professionis simul non sociabis. c. in noua xxvj. q. vij. Quod & Baro à Tautenberg, ut subiectum, indicauit. Spieg.

OFFICIENDI luminibus uicini seruitus, cùm ius est luminibus uicini officere l. 2. ff. de seruit. urb. præd. l. 2. ff. de seruit. rust. Cùm autem seruitus imponitur ne luminibus officiatur, hoc maximè adepti uidemur, ne ius sit uicino inuitis nobis altius 40 ædificare, atq; ita minuere lumina nostrorum ædificiorum l. 4. ff. eod. tit. hoc enim obseruatur ea seruitute constituta & ne lumina obscuriora fiant. Siue igitur arborem ponat, siue quodcunq; aliud faciat ad luminis impedimentum, aduersus seruitutem fit l. 15 & l. 17. eod. tit. Bris.

OFFICINA, ab officio dicta est, in qua artifices operas exercent. iuxta Oldend. Per translationem tamen Cic. dixit, officina nequitiæ, & Bud. Officina æquitatis. Vlp. in l. iiij. §. ait prætor. de his qui not. 50 infam. Siue balneator, inquit, fuerit, & (ueluti in quibusdam prouincijs fit) in balneis ad custodienda uestimenta conducta habeat mancipia, hoc genus obseruantiæ in officina, lenonicij pœna tenebitur. Hic locus ex Haloandro omnino sic legendus est, & minimè cum negatione, quæ hactenus obscurauit sensum Iuriscons. Taceo quòd torquet interpretem uocabulum officina, alioqui clarum. Spieg.

OFFICINA à Taberna differt. Taberna enim erat ædificium in loco publico, ubi merces & quæ- 60 cunq; alia opera omnis generis uenū proponebantur. In officina uerò ipsa opa fiebāt. teste Valla lib. 4. Brechæus l. inde tabernacula. ff. de uerborum & rerum significat. &c.

OFFICIOSE, pro diligēter, & ex animo. Paul. in l. portiones. ff. de his quib. ut indig. officiose agere circa defuncti uindictam conuenit. Sp.

OFFICIOSVS. Vide paulo pòst, officio suo fungi.

OFFI-

OFFICIVM est filij, uxoris, & earum personarũ quas necessitudo suscitat, & ferre opem iubet: Beneficium est quod alienus dat qui potuit sine reprẽhẽsione cessare. Ministerium est Serui. Ræuard. l. Hære dem eiusdem potestatis. ff. de Regul. Iur.

OFFICIVM, ut Grammaticis notum est, dicitur, quod quisque efficere debet. Sic officium pietatis in l. 2. ff. de inoffic. quòd à parẽtibus in liberos ꝓficisci debet. Officium etiam magistratus, & ius dicentis, ut prętoris, quod latissimè patere traditur in l. 1. ff. de iurisdict. om. iud. l. 27. ff. de uerbor. obligat. l. 22. ff. si cert. pet. l. 1. §. an aũt. ff. de postul. Separaturque ab officio iudicis in stipulationũ diuisione, q̃d in singulis causarum generibus propriam inspectionem habet, ut ex tit. de rei uindic. famil. ercisc. comm. diuid. & ex l. 25 §. item sciendum. ff. de ędilic. ed. patet. Officium modò munus publicũ honoréq; significat l. 2. ff. de his quę ut indign. l. 4. §. 1. de off. ꝓconsl. l. 12. §. pen. ff. de iudic. l. 6. ff. de cap. dem. l. 2. ff. de diuers. reg. modò officiales ipsos & ministros magistratuum ac præsidum. l. 6 §. ne tenuis. ff. de off. præsid. l. 74. de euictionib. l. 1. §. penult. ff. de seru. fugit. l. 72. ff. de furt. l. 6. C. de sentẽt. & interlocut. l. 33. de decurionib. li. x. C. l. 1. C. ad Turpillia. Sic Officiũ Præsidum, Comitum, Præfectorum, procuratoris fisci accipimus. l. 3. Cod. quando fisc. uel priuat. l. 2. & l. 3. ad fi. de cano. largitio. titul. li. x. C. l. un. in fin. de collatio. donat. l. 54. de decurionib. eo. l. 1. C. ne fiscus rẽ quam uend. l. 1. de bon. uacantib. C. Et apud Tertullia. in libro de fuga in persecutio. ad fi. Sic Officium præsidale in l. 1. C. de præscriptio. xxx. an. Officium censuale. l. 18. ff. de testament. & apud Symmach. lib. 1. Epist. xlvj. Cohortale officium. l. 33. C. de appellatio. Officium comitianum l. 2. C. de off. milit. iudic. Officia etiam prouincię. Donat. in Phormio, uocari scribit Prætores, qui mittuntur in prouinciã, quòd cum officio mittatur. Sed & locũ ipsum, in quo officiales consistunt, officium appellant. l. 7. in fi ff. qui satisd. cog. l. 17. ff. de in ius uoc. Plin. li. j. Epistol. Paucos post dies ipse me regulus conuenit in prætoris officio. Quo etiam modo Ascon. in ij. Verr. locutus est. Cæterùm Officialium uerbo Iureconsulti utuntur in l. 34. ff. si cert. pet. l. 6. §. si quis comitum. ff. de pœn. l. 5. §. missus. ff. ut in poss. leg. l. pen in fi. ff. de bon. damnator Et Imp. in l. 4 C. de episc. & cler. l. 2. de delatorib. lib. x. C. & aliàs sæpe. Quo tamen uerbo pręter Apuleium uix quemquam receptę auctoritatis usum credo. Bris.

OFFICIVM seruile ministerium nõnumquã significat. l. 46. §. actores. ff. de iure fisc. & ab artificio separatur. l. 65. § primo, ff. de leg. libr. tertio, l. 24. ff. de manumiss. test. Immò & à ministerio in l. 65. ff. de leg. lib. ij. Brisson.

OFFICIVM. Officiũ generatim loquendo, quũ ad omnes homines pertineat (siquidem Cicero de officijs scripsit, & D. Ambrosius) quãtum intelligo, est congruus actus uniuscuiusque personę. Vel, id est, in quod quisque incumbere debet, ut ipsum, sicut charitas postulauerit, quoad potuerit, effectum reddat. Hinc in iure ciuili extant tituli, De officio assessorum, ciuilium iudicum, comitis Orientis & huiusmodi alij. Paulò autem aliter in iure canonico, nimirum, ut officium sit ecclesiasticarum rerum administratio, sine præeminentia & iurisdictione, capitulo primo, ubi docto. de consec. in vj. ur sacrista. capitulo primo, de offic. sacrist. cap saluator. 1. quęst. 3. Quæ omnia recipi uolo, nisi diuersum habeat consuetudo. capit. cum olim. de consuetud. capit. consuetudo. 12. distin. Aretinus consil. 23.

OFFICIVM uel ab efficiendo, uel ab officiendo dicitur id, quod unusquisq; efficere debet, ut nulli officiat: seruata scilicet honestate, quid loco, quid tẽpori, quid personis conueniat. Sic quomodo omnes debeamus esse in officio, tractat eleganter Cicero in libris officiorum: Et quidem, ijs perlectis, cuilibet patet quod officij nomen prorsus cõsentit cũ Græca uoce, καθῆκον: nisi quòd Latina quàm Græca plenior est. sicut Cic. in epist. quadam ad Atticum, docet his uerbis: Quod de inscriptione quæris, non dubito quin τὸ καθῆκον officium sit: nisi quid tu aliter. sed inscriptio plenior, de Officijs. Vtuntur pręterea hoc nomine Latini pro beneficio, uel honesto quodam obsequio, pro magistratu, aut pro eo, quod in publico fit. ut cum Vlp. dicit. Fœminę ab omnib. officijs ciuilibus, uel publicis remotæ sunt. l. ij. de Reg. iur. Sunt tamen qui hæsitant, an ueteres & probati scriptores sic usurpauerint: aut saltem raro fecisse hoc, si fecerunt. Nostris ut genericum nomen multa continet. ut not. Glos. in l. legatis. §. si ex officio. ff. de Leg. iij. Sic sumptum & artificiales, & officiales simul operas complectitur. In specie uerò, nõn alias quàm sui nominis, hoc est, officiales designat. quarũ est mentio in l si non sortem. ff. de Cond. ind. Quod admonuit Zas. in. §. libertus, iam dictæ l. Iuriscons. per tropum officium, pro officialibus usurpauit, sicut in l. ij. ff. Si cert. pet. Sp.

OFFICIVM aduocationis. Vlpianus: Inter officium aduocationis, & rei suæ defensionem, multum interest, inquit, nec propterea quis (si postea cognouerit rem ad se pertinere) quòd alij eam uindicanti, tunc ignorans suam esse, dominium suum amisit. l. Inter. ff. de rei uend. Olden.

OFFICIVM eorum dicitur, qui ad corpus dominici cultum destinati sunt: quales sunt tonsores, unctores, cubicularij, ministratores: de quibus in l. 103. ff. de uerb. sig. Artificium autem eorum, qui artẽ aliquam exercent: quales sunt textores, fullones, lecticarij, pictores, medici. d. l. 65. & l pen. ff. de reb. dub. Hotomannus.

OFFICIVM iudicis est actio, laxiore uidelicet significatione. Nam appellatur iudicium extraordinarium in l j. C. de libert. & eorum liberis Et iudicium istud extraordinarium, dicitur actio, in l. Liberti. C. eo. tit. Quid igitur dubitãdum est? Olden. Cęterum Iuris nostri interpretes uehementer sese in explicanda hac quęstione torserunt utrum officij iudicis imploratio actionis definitione contineretur. cũ tamen neq; quis iudex neq; quid iudicis officio contineretur satis intelligerent. Quid enim magis ridiculum est, quam quod Papiniani responsum ad implorationem officij iudicis detorquent, cum in l. hęreditas in fin ff. de petit. hæred. stricto iure nullã cõpetere actionem respondit, sed principali, aut Pontificali auctoritate debitorem compelli: de religione namq;, ut monumentis, & eorum sumptibus, de quibus ibi agitur. Pontifex cognoscit ipso Vlpiano auctore, in l. ult. ff. de mort. infer. nulla stricto iure actio competebat. itaq; ad Prætorem, qui, ut Pomponius ait in l. secunda, ff. de orig. iuris, non nisi ex edictis suis ius dicebat, minime pertinebat. De iudice autem Papiniani nullum uerbum est, quod ulla ratione rectè accipi intelligiue possit. Præterea non modo prætorem cæterosque Romæ magistratus dare posse iudices, ac proinde actiones nemo ambigit, ex leg. cum prætor. ff. de iudic. non minus quam principẽ, l. minor. 11. ff. De minor. Comperio autem equi-

equidem his casibus aliquid de summo remitti iure Prætoris, cum stricto quidem iure actor petere aliquid nō posset, iudici autem id usu ueniret quod ait Iabolenus in l. fundus. ff. commun. diuidund. ultra id quod in iudicium Prætoris deductum est, excedere potestas iudicis non potest. Veruntamen iniquū id esse uideretur. quemadmodum ex ea specie intelligi potest, de qua tractat Hermogenian⁹ in l. qui per collusionem. §. 1. ff. de act. empt. Finge enim Titiū rei uenditæ pretium Sempronio soluisse, sed tamē post moram. hoc casu certum est usuras à Titio deberi. atqui illæ (ut ibi inscribitur) non sunt in obligatione. quocirca neq; peti posse manifestum est. Actionē igitur cū à Prætore Sempronius pretij nomine postulabit, usurarum petere non poterit: itaq; Prætor non dabit. deniq; iudex statuere nequibit. Quoniā tamen iniquum erat, Titium earum nomine non cōdemnari, respondet Hermogenianus pretij sorte licet post moram soluta, usuræ peti non possunt, cū hæ non sunt in obligatione: sed officio iudicis præstantur. Similiter autem Papinianus in l. deducta. ff. ad Senat. Trebell. Et Paulus in l. quæro ff. locat. usuras quæ in obligatione, ab ijs quæ in officio iudicis fuerunt perspicuè distinguunt. Præterea Papinianus in l. quintus. ff. de annuis legat. speciem quandā refert, nempe de testamenti scriptura, quæ nullam obligationem recipiebat, & cuius caussa Prætori nō uidetur dandam esse certam actionem. unde in fine legis inquit, sed interuentu iudicis hæc debent ad effectum perduci. ad hunc modum Scæuola in l. seruos. ff. de alimēt. legat. & Paulus in l. planè. ff. de rei uind. clarè ostendunt officio iudicis ea præstari, quæ actione peti non possunt. ueluti si quid, pro ea, quæ debetur patri reuerentia, ei præstandum sit: quamuis peti non possit. ut in illa nobili specie, de qua Papinianus agit in l. Imperator. ff. ad Senat. Treb. Ideoque Aphricanus in l. si prius. ff. de nou. oper. nunc. & Iabolenus in l. egi. ff. si seruit. uind. cautionem cuius ab actore nomine, actio nulla postulari à pretore poterat. nempe de futuro opere abstinēdo, iudicis officio præstari responderunt. Sunt autem & alia præterea multa, quæ in officio iudicis ueniunt. Ex quibus scilicet intelligere possumus, quam sit futilis, & plane ridicula quæstio, de nobili & mercenario iudicis officio: de quo nostri omnibus ferè locis grauissimè confligtantur. deinde quam inepte Iurisconsultorū respōsa, in quibus de Principis & Prætoris imperio agitur, ad iudicis officium detorqueri soleant.

Officium legislatoris boni in his duobus potissimùm uersatur: Primum ut statuta sua loco, tēpori, personis, & rebus accommodet. Deinde, ut aperta sint, & si dubitatio incidat, ab ipso autore interpretentur, non ab alijs pro suo adfectu. Oldend.

Officii causa in prouincia militantes nominat IC. l. 61. de contrahend. empt. quorum nomine Martianus ipsos etiam Cęsaris procuratores contineri expresse tradidit cap. 46. de contrah. empt. Responso Martiani Hermogenianum subijcio, qui officij caussa in Prouincijs militantes, pręsidem seu Procuratorem, uel alium quemlibet interpretatus est. cap. 46. de iure fisci. Proinde quod Paulus de officij causa in Prouincijs militante scribit. cap. 38. de ritu nupt. id omnino tam ad Præsides, proconsules, similesque magistratus, quam ad reliquos officiales pertinere dubium non est. Ræuardus Variorum libro secundo, cap. 20.

Officium procuratoris est uoluntarium. l. Si filiusfamilias. §. Inuitus. ff. de procur. Sed tutoris & curatoris officium est necessariū. l. j. & ibi glo. ff. de tut. Oldendorp.

Officium, pro custodia liberiore. Paulus l. 4. De fugit. Magistratus municipales ad officium pręsidis prouinciæ uel proconsulis comprehensos fugitiuos rectè transmittunt. Hot.

Officium, pro eo qui gerit officiū siue magistratum, siue quam aliam potestatem. unde deponere apud officiū, l. si fideiuss. 7. §. ult. ff. Qui satisd. cog. Sic cauere officio & apud officiū cauere, id est apud eum qui potestatem exercet. Differunt autem promittere apud acta, & officio cauere. qui promittit apud acta, is obligatur quidē, sed non tam solenniter atque is qui apud officium cauet. Hæc differentia notatur in l. Eum pro quo, 17. si quis in ius uoc. non ierit. Hotomannus.

Officium, pro Irenarchis. Imp. l. 7. C. de accusat. Ea quidem quæ per officiū præsidibus denūciatur, & citra solennia accusationem posse perpendi, cognitum non est. Hot.

Officium Prætoris, cellula, opinor, erat, in qua scripta quædā ad ea quæ pro tribunali agenda erant pertinentia reponebantur. Ascon. in Verrin. 2. Moris erat, celebrata iudicū reiectione, & haberi in officio prætoris, & in arca reponi nomina iudicū selectorū. Modestin. l. 72. ff. de furt. Sempronia libellos cōposuit, quasi datura centurioni ut ad officium transmitterētur: sed nō dedit. Lucius pro tribunali eos recitauit, quasi officio traditos: quæro, non sunt inuenti in officio, neq; centurioni traditi. Paulus l. 17. ff. de in ius uoc. Eum pro quo quis apud officiū cauit, exhibere cogitur. Item cum qui apud acta exhibiturum se esse quem promisit, & si officio nō caueat, ad exhibendum tamen cogitur. Hot.

Officium publicum non id solùm accipiendum est, quod in administratione reipub. solùm cōsistit, & iuxta §. Munus publ. l. Honor municipalis. ff. de muneribus, in priuatum usum nō cadit, uti est magistratus, & id genus aliæ functiones: uerum etiā quod propter publicam utilitatem est introductū. Vnde Pomponius in l. Pupillus. §. Munus. de uerb. sig. scribit, Munus publicū esse officiū priuati hominis, ex quo cōmodum ad singulos, uniuersosq; ciues pertineat. Itaq; qui officium publicū à ciuili distare putant, non meminisse uidentur uerborū Aur. Arcadij, qui in l. fi. d. tit. de Mune. & honor. Hæc omnia, inquit, munera, quæ trifariam diuisimus, una significatione comprehenduntur. Nam & personalia, & patrimoniorū, & mista munera, ciuilia seu publica appellantur. Vnde apparet Vlpi. l. ij. de reg. iur. non discriminis, sed magis declarandi causa dixisse, Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus uel publicis remotæ sunt. Spieg.

Officium, inquit Martianus de legat. 3. artificio mutatur: & ideo si ex officio quis ad artificium trāsierit, quidam rectè putant legatum extingui, nō idem è contrario, cum lecticarius cocus postea factus est. Maffeus.

Officium tuum, tuæ partes, tuum munus, idem significant.

Officium autem præstare dicuntur, qui ad patrisfa. corpus tuendum atque ipsius cultum præpositi destinatique sunt. Quo in genere coci, ostiarij, cubicularij, tonsores, obsonatores, ministratores, atque alij, qui ad huiusmodi usum parati sunt, numerantur. leg. 61 l. 65. ff. de leg. libro tertio, leg. 203. in fi. ff. de uerborum significationibus. Artificium uerò in his est qui artē aliquam exercent: Cuiusmo-

iusmodi sunt lecticarij, textores, fullones. d.l. 65. §. 1. & l. penult. ff. de reb. dub. Non dissimiliter officiales operæ ab his, quæ in artificio sunt, seiunguntur. l. 26. §. libertus. ff. de condict. indeb. Meminit uerò officialium operarum etiam l. 6. & l. 9. ff. de oper. libert. quæ scilicet in officij & obsequij præstatione consistunt: quo modo in officio mariti esse uxorem Hermogenia. dixit in l. 48. ff. de oper. libert. Briss.

OFFICIA continuare primus Tiberius Cæsar cœpit, nõnullis ad finem uitæ relictis in administrationib. & præfecturis. Tacitus lib. 1. Deinde, secuti sunt alij Imperatores eius exẽplum passim: donec perueniretur ad beneficia seu feuda. Old. Hinc

OFFICII commoda dicuntur omnia ista, quæ præter publicum Salarium lucro accedunt. Connanus lib. 4. cap. 15. nu. 7.

OFFICIO iudicis adsequi. l. 2. ff. de distract. pig. Cicero Stoicos secutus, Officiorum duo facit genera. Alterum absolutum, quod pertinet ad uirtutes illas absolutas, id est, ad sapientiam, & proinde ad finem bonorum: idq; Græci κατόρθωμα uocant: Latini, rectum, aut rectè factum, omnes numeros uirtutis continẽs. Alterum officij genus positum est in præceptis uitæ communis, cuius consideratio ad iurisprudentiam propria est. Medium & commune hoc etiam nominant, quod in utranq; partem, & sapientiæ, & stultitiæ natura sua uerti potest ab utẽte. qualia sunt quæ in rep. & uita priuata, circa opes, honores, gloriam, & similia facimus. Sp.

OFFICIO iudicis cautione uel satisdatione uicto mederi. Vide Neratium l. penultima, de pet. hæredit. Spiegelius.

OFFICIO iudicis contineri dicitur, quod ei tacitè pro suo iure permissum est, quamuis nullã Pretor in formula mentionem eius fecerit. Imp. §. ult. de perpet. & temp. Si ante rem iudicatam is cum quo actum est, satisfaciat actori: officio iudicis conuenit eam absoluere. Pompon. l. 9. ff. de furt. Sed si eam à fure uindicassem, cõdictio mihi manebit. sed potest dici officio iudicis qui de proprietate cognoscit, cõtineri, ut non aliter iubeat restitui, quàm si cõdictionem petitor remitteret. Hot. Similia exempla sunt in l. qui per collusionem. §. j. ff. de act. empt. in l. deducta. ff. ad S.C. Trebell in l. quæro. ff. locati. l. seruos. ff. de alim. leg. l. plane. ff. de rei uind. l. Imperator. ff. ad S.C. Treb.

OFFICIO suo fungi. l. j. C. qui pet. tut. Terẽtius in Se cruciante, officium fungi dixit. Itaq; qui se immiscet officijs iuuandi gratia, Officiosus dicitur: & non officiosus, id est, quietus & domi residens. Interdum pro eo, Caranæo teste, quod nocet, intelligimus officiosum, ab officiendo. Sp.

OIKEION domesticum & proprium significat græcis. hinc domestici quasi, ꝓprij. Vide sup. Domestici.

OINIZOMAI uerbũ, quo Homerus utitur, significat uinum emere, aut mercari aut omnino comparare. ut etiam ad permutationem referri queat. Cõnan. lib 7. cap. 5. num. 5.

O L

OLBA, & arbor, & fructus dicitur. Olearij, qui oleum faciunt, uel uendunt. Adde Forcat. in penu iuris Ciuilis, cap. undecimo.

OLEAM immaturã plus habere reditus, quàm si matura legatur, tradit Iauol. in l. penult. ff. de usuf. leg. Olearia autem uasa, instrumentaq; enumerãtur in l. 19. §. illud. ff. loca. Oliuariæ quoq; molæ & præli fit mentio in l. 21. ff. de instruct. uel instrument. Briss.

OLEAGINVM, seu oleagineum poculum, nõ pro eo quod oleum continet, sed quod ex olea arbore est, accipi debet, apud Iabolenum, in l. concubinam. de leg. iij. Qui quatuor ait pocula oleaginea habebat, ita legauit, Pocula oleaginea duo paria. Quære, Pocula oleaginea.

OLEARIVM fundum, hoc est, oleas arbores producẽtem, Alber. citat. in l si cuius. §. fructuarius. ff. de usuf. sed perperam. Nusquam enim olearij fundi, sed horti solum olitorij meminit. ut & interpres legit. In eo tamen labitur, quòd uel de oliuis accipi posse indicauit. Siquidem Olitorium ad olera tantum pertinet. Spieg.

Olera à quibus & Olitores, & olitorij horti dicti: herbæ sunt fructusq; in agris sati & nati, qui usui cibario hominibus esse solent. & Brassicæ, Bliti, Intubum Aphaca, & quæ traduntur à Theophrasto lib. 7. de historia Plantarum cap. 7. Olera ab olla dicta tradit Marc. Varro: quod cruda in olla coquantur: alioqui ab alendo nonnulli existimant. Brechæus. l. Vrbana prædia. ff. de uerborum & rerum signific.

OLEVM, pro sumptu. Vide Eras. explicantem parœmiam, Oleum & operam perdidi.

OLFECIT equus mulam, quod honestè dixit Alph. pro coitũ appetiuit, in l. ult. si quadrup. paup. fecis. dic. interpres nimis insulse exponit. Alb. sensum uerecundius aliquanto reddidit.

OLIGARCHICI. Lege Democratici.

OLIM quæ tempora signat, Bart. attigit in l. j. ff. de op. nou. nunc. Sp.

OLITOR, ab oleribus, hortulanus est. Vlp. de uerb. sig. l. si urbana. Horti uinearij fortè, uel olitorij. Nebr. Fit autem olitor, ab olere, nõ ab oliuis, ut Accurs. existimauit, quod antè Alc. tantus uir monuit. Vnde mihi minus uitio dandũ, si in hoc opere, ceu suo loco, eiusmodi quædam perstrinxerim. Spieg.

OLITOR, qui olerum hortum exercent, quiq; olera uendit. Prouerbialis uersiculus admonet, & pro infimæ sortis & notæ uiro poni. Sæpè etiam est olitor ualde opportuna locutus. Spieg.

OLITORII horti. Vide suprà, Olearius fundus.

OLITVRGESIA, ἀλειτουργησία Suidæ immunitas, seu excusatio à publicis oneribus. Cui significatui penè par est ἀτέλεια. Alciat. in Annotationibus ad post. lib. C.

OLIVA, an sit fructus naturalis, Bartol. disputat in l. si eius fundi. ff. de rei uen. Porrò oliuam etiã si immaturè lecta sit, constat in fructu esse, teste Paulo. leg. si absente. ff de usufruct. Sp.

OLIVETVM, notę significationis, apud Iustin. indicat Alber. Sed & apud Iurecoss. occurrit, ut apud Iulianum. §. sequ. d. §. fructuarius. Oliuina, reditus olei, uel olei maxima copia. Spieg.

OLOBERAS uestes uel olobaras legendum censeo in rubr. de uestib. olob. lib. xj. C. ubi nonnulli male holosericas supponunt. Est autem hoc uerbum Græcum. Olobera enim uestimenta sunt ὁλόβαφα, id est, omni parte texturæ conchylij rubore infecta & conchylio solidata. Quod & l. 4. eius tit. perspicuè comprobat.

OLVS, dicitur omnis herba satiua, quæ est in usu cibario. Ab alendo, quòd olerib. alerentur homines, antequam fruges, uel carnes essent. Iustin. inst. in prin. de usu & habit. Nam is, inquit, qui fundi nudum habet usum, nihil ulterius habere intelligitur, quam ut olerib. pomis, florib. fœno, stramentis, & lignis, ad usum cotidianum utatur. Sp.

O M

OMEN prærogatiuum appellari Fr. Syluius arbitratur

bitratur propterea, quòd id dicatur antequã tribus prerogatiua ferat suffragium. Sunt enim tribus prerogatiuæ, quæ primæ suffragium ferunt, teste Asconio. Spiegelius.

OMISSA actio, in l. si eum. ff. Si quis caut. non remissa, ut barbarè Gloss. indicauit. remissum enim Latinis languidum significat, sed relicta ac prçterita accipiẽda est. Est enim omittere, rem quampiam penitus dimittere. Vnde omissio eorum, quæ geri debent, latæ culpæ datur. l. ei qui. §. fin. ff. de Petit. hæred. c. sæpè xij. q. ij. Sp.

OMISSIORES, qui lucrum negligũt, minimè soliciti de diuitijs acquirendis.

OMITTERE hæreditatem legatumúe & prætermittere pro eodẽ nostri auctores dicunt. l. 7. & l. 59. in fi. ff. de adq. hered. l. 33. ff. de milit. test. l. 20. & l. 82. §. 1. ff. de legat. lib. ij. l. 44. l. 59. §. si Attius. ff. de hæred. instit. l. 1. C. de fideicomm. libert. l. 19. ff. de inoff. Omittere bonorum possessionem. l. 1. §. si duo. ff. de bonor. possess. secund. tab. Et ita in titul. Si quis omissa causa testament. accipe: ubi traditur Prætermittere causam testamenti esse, si quis repudiauerit hæreditatem: prætermittereq; uideri eum, qui cùm posset iubere, noluit id facere. l. 1. §. 1. & § prætermittere. ff. si quis om. cau. Omittere tamen & repudiare separantur. l. 24. §. Scæuola. ff. de minorib. Nam & omittit hæreditatem, qui tẽpore excludi se patitur, quod omittere aditionem dicitur in l. 14. ff. de lib. & post. Omittere etiam præterire testamento significat. l. 19. ff. de inoffic. test. l. 16. ff. de lib. & post. l. 34. §. sed si filiusfam. ff. de milit. test. §. ult. Institut. de exhæred. lib. Brisson.

OMITTI propriè non dicitur cuius mentio nõ fuit necessaria. Connan. lib. 9. cap. 9. nu. 2.

OMNE, nihil excipit. l. à procuratore. C. Mandati. Recipit tamen interpretationem. l. sed si compromissum, in fin. ff. de Arb. Dicitur de uniuersis numero distinctis. ut, omnis grex. eandemque uim habet in singulari, quam in plurali. Aliquando tamen idem significat quod totus. l. j. §. si pecuniam. ff. Depositi. l. si quid relictum. de Leg. j. & simil. Spiegel.

OMNE & totum differũt. Nam omnium appellatio est in discretis & numero separatis. Totum autẽ dicitur in eo quod unum & Continuum est. Connanus lib. 8. cap. 4. nu. 2.

OMNE artificium incrementum recipit. l. legatis seruis. §. ornatricib. ff. de Leg. 3. Accedit quòd uulgò dici solet, Es ist noch nit all. o e . dacht.

OMNE genus pecudum. Rectè genus quoniam in species diuiditur postea, ut in greges & armenta. Genus enim nunquam exclusit sui speciem. l. j. ff. de Adopt. Diomedes Guidalottus.

OMNE ius habet annexam gratiam: quod Oldendorp. teste, nemo unquam grauius tractauit, quàm Marcellus in leg. respiciẽdum. ff. de Pœn. Sp.

OMNE ad tempus, id est, in perpetuum.

OMNEM uolũtatem meam fidei heredum meorum committo. Vide Scçuolam in l. Codicillis. ff. de Vsu & usufr.

OMNES dupliciter dicitur. 1. pro Singulis. Et hoc modo fieri potest quod uult Socrates, nimirũ, ut omnes dicant hoc meum est: hoc non meum est. unusquisq; enim suum esse dicet filium eundem, & suam eandem uxorem. Secundo modo dicitur tanquam omnes & uniuersi. Sic nunc loquuntur qui communibus utuntur uxoribus & liberis. Itemq; res suas ipsorum esse dicunt, ut uniuersorum: nõ ut uniuscuiusq; eorũ. &c. Connanus lib. 4. c. 9. nu. 15.

OMNI causa. Quære, Cum omni causa.

OMNI quinquennio, pro toto quinquennio.

OMNIA, pro utrisque, apud Papinianum, in l. in ratione. §. quid tamen dicemus. ad Leg. Falc. item apud Caium, exẽplo Cicer. dictum legimus de duobus, in l. liberum arb. ff. de Adopt. Coniunctim plerunq; apud idoneos autores occurrunt. ut omnes tres, omnes quatuor, omnes quinque, & cætera. Spiegelius.

OMNIA commoda, quæ intra annum, quo interfectus est, preciosiorem seruum facerent, hæc accedere ad æstimationem eius, dicendum est teste Vlpian. ad Legem Aquil. in l. unde Neratius. Spieg.

OMNIA mecum porto, celebre illud Biantis dictum ostendit bona animi propria, & nostra esse, non corporis. de quo latius Alc. in Comment. ad l. meorum. de Verb. sig. Spiegel.

OMNIBVS annis, id est, singulis.

OMNIBVS anteferri, frequens clausula in curijs Rom. Principum, suum hodie robur obtinet. Nam olim uariabat. ut not. Comp. cap. causam. extra de Rescript.

OMNIBVS libertis meis cibaria præstabitis pro arbitrio uestro: non ignorantes, quos ex his charos habuerim. Cętera quę huc faciunt, explicat Modestin. l. uerba testamenti. ff. de Alim. leg. Spieg.

OMNIBVS libertis libertabusq; meis, cibaria & uestiaria, quæ uiua præstabam, dari præstarique uolo. Adi Scæuolam in l. à filio. §. fin. de Alim. leg.

OMNIFARIAM, omnibus modis. C. de Arbit. l. ne in arbitris. §. j. C. de Contrah. & commit. stip. l. optimam. Alb.

OMNINO & Omnimodo præcisam necessitatem plerumque significant l. 10. §. in adrogato. ff. de uulg. & pup. Idemq; ualent quod indistinctè. l. penult. ff. pro suo. l. 49. ff. de iure dot. l. 11. in fi. l. 26. ff. de leg. lib. j. l. 14. § sed & si. ff. quod met. cau. l. 1. §. hoc edictum. ff. nautæ, caupo. l. 9. ff. rat. rem hab. l. 9. in fi. & l. 32. §. sacerdotio. ff. de recept qui arbitr. l. 18. ff. de adim. leg. §. sed furti. & §. item actio. Instit. de actio. l. penult ff. qui sine manumiss. l. 17. §. ult. ff ad Velleia. Omnimodo sine metu exceptionis in l. 39. §. penult. ff. de dam. infect. & in l. 1. §. 1 ff. de usur. & l. 87. §. 1. ff. de leg. lib. ij. Omnimodo est etiam sine interpellatione & sine inquisitione. quo sensu credo accipiendũ in l. 38. §. penult. ff. de usur. Significat & in omnem euẽtum, &, ut Iureconsulti loquuntur, quicumq; casus inciderit. in l. 18. ff. quod met. caus. Bris.

OMNINO fieri, intelligitur eo modo, quo potest fieri: ne impossibile iuberi uideatur. fac. l. si iure militari. de Mil. test. cum simil. per Salom citatis. Cæterum, omnino, nunc, semper, & similia, uerba prægnantia, uel ideo uulgò feruntur, quòd iuxta interpretum traditiones nullam modificationẽ, aut limitationem recipiunt ut ait Zas. Spieg.

OMNINO non edere, uel non in totum & non legitimè edere, paria sunt, cum in utroq; eadem sit ansa decipiendi, eademq; damni ratio. l. ubi exigitur. in prin ff. de Eden. Spiegel.

OMNINO non respondisse iuxta Vlpianũ omnes posteriores sic acceperunt, ut omnino non respondisse uideatur, & qui ad interrogatum non respondit, id est, ἀφώνως. Spieg.

OMNIS, quãdo distribuat, quãdo colligat, Bartol. indicat in l. hoc articulo. de Hæred. instit. Quo uerò distet à Quilibet, not. in l. si pluribus. de Leg. j. etiam pro cuncto, & pro toto, Græcorum more ponit, ut Bud. multis exemplis ostendit. Sp.

OM-

OMNIS debiti nomine, usuræ ueniũt accipiendæ. ut patet ex responso Scæuolæ. in l. nomen. de leg. iij. Item qui omnia sua, uel omnes res suas donat, & nomina debitorũ donasse intelligetur. Idem enim est, siue omnia mea dixerim, siue addito uniuersali substantiuo, omnes res meas, seu bona mea dicam. Sed si generale substantiuum adpositũ proponatur: ut si quis dicat, argentum meum, uestes meas: hæc pronomina ad dominium, uel quasi dominium referentur. l. seruos autem. eo. tit. ex com. Alc. Spieg.

OMNIS homo, de duobus dictum, in l. j. C. de liber. præter. Alberic. quoq; obseruauit. Sp.

OMNIS obligatio pro contracta habenda, Paulo autore l. omnem. ff. ubi quis ager. Sp.

OMNIS periculi appellatione, non uidentur casus fortuiti contineri l. non similiter. de magistr. conuen. ubi dicitur, magistratus succedit in omne periculum, & tamen non tenetur de casu l. ij. §. eo tempore. ff. de administrat. rer. ad ciuit. pert. Sp.

Ὀμνύω, iuro, κατὰ παίδων ὀμνύναι in capita liberorũ iurare: id quod fiebat, tacto eius capite in quẽ iurabãt, ita se sacrare caput eius dijs inferis, deuouereq; significantes, si peierarent. Ex comment. Bud. Sp. Et in eodem sensu etiã habetur in l. hoc articulo ff. de hæred. instit. l. 2. ff. de orig. iur. uersic. post hunc maximè l. paterfam. ff de hær. inst. Terentius in Phormione. Vnum cognoris omnes noris, de Antiphone & Phædria loquitur l. si pluribus ff. de legat. 1.

Ὁμόσκηνοι dicuntur qui in uno eodemq; diuersorio habitant, Brecheus l. serui in tit. de uerb. & rer. signif.

Ὁμοσίπυοι dicebantur qui eadem penu agebãt. Brechæus l. serui in tit. de uerb. & rer. signif. nu. 8.

Ὁμολογῶ in l. 4. C. de recept. arb. spondeo & adsentio.

Ὁμοπάτριοι, ex eodem patre geniti Prat.

OMPHACINVM, quod ex omphace factũ est. Dicuntur autem omphaces, immaturi fructus.

O N

ONERANDAE libertatis caussa facta, ita definiuntur, quæ ita imponuntur, ut si patronum libertus offenderit, petantur ab eo, semperq; sit metu exactionis ei subiectus, propter quem metum quiduis sustineat, patrono præcipiente l. 1. §. 5. ff. quar. rer. act. non det. Hot.

ONERARE populum, pro exigere à populo pecunias.

ONERARE rationes, id est, dispendiosum esse. Budæus.

ONERARIAE naues, à gestandis oneribus dictæ sunt: & ob id tardæ inter eas Corbita & Cybea erant: quarum utrarumq; mentio apud Tullium. uide Bayf. in annot. ad leg. ij. de capt. & postlim. reuers. Spieg. Adde notata à Maioragio Miscell. lib. j. cap. 6.

ONERIS nomine, quæcunq; in nauem uehendi caussa imponũtur, intelligũtur l. 6. ff. ad leg Rhod. l. 31. & l. pen. §. pen. ff. locati. unde

ONERIS auersi actio locatori dabatur olim aduersus conductorem, qui omne periculum per conuentionem in se recepisset: quum alioqui ex conducto, non nisi de dolo & culpa teneretur. Dicta Oneris auersi, ex eo, quòd omnium damnorum quoquo modo incidentium onus ad alterum pertinere, ac à se interim auertere, pactus sit cõductor uel locator. l. In naue Saupheij. ff. locat. & conduct. Et rursus ibidem, opus, inquit Florentinus, quod auersione locatum est, donec adprobetur, conductoris periculo est. Sed quando superuacaneum uidebatur, propter periculorum & casuum pactionem circa cõtractum locationis, propriam actionis speciem cõstitui: abolita est oneris auersi nomenclatura, re tamẽ ipsa manente, uidelicet, ut quicquid de casibus fortuitis cõuenisset, id per actionem ex locato & conducto exigeretur, ut Bartolus quoq; probat in d. l. In naue. Et l. si quis fundum in princ. ff locat. & conduct. l. licet. C. eo. tit. Errant ergò & malè docent, qui simpliciter pronunciant, actionem oneris auersi, hodie esse sublatam. quia non actio ipsa, sed nomen actionis tollitur, transfusum in actionem locati, ad eum ferè modum, quo rei uxoriæ actio transfusa est in actionem de dote. Old.

ONERIS ferendi seruitus dicitur, quæ ut uicini onera sustinere quis cogatur, imponitur l. 1. & l. 33. ff. de seruit. urb. l. sicuti. §. distant ff. si ser. uindic. Alia autem est seruitus oneris ferendi, alia tigni immittendi. nam cui prior debetur, agere cum uicino potest, ut ruinosum parietem reficiat, eumq; oneri ferendo idoneum præstet. at qui tigni immittendi ius habet, cogere uicinum ut parietem reficiat, non potest l. etsi fortè, 6. §. 2. l. 8. §. competit, ff si seruit. uindic. l. eum debere. 33. ff. de seruit. urb.

Ὄνομα ἀπὸ τοῦ νόμου, id est à lege. Vide suprà nomen.

ONVS merces quascunq; naui impositas significat in l. 31. & l. penult. §. penult. ff. loca. l. 6. ff. de lege Rhod. l. 1. §. non autem ff. de exercitor. Vnde oneris auersi actio in d. l. 31. & onus auertere apud Tertullia. lib j. aduers. Marcio. Bris.

ONVS exponere. Martianus: Si propter necessitatem aduersæ tempestatis expositum onus fuerit, non debere hoc commisso uindicari, diui fratres rescripserunt. Spieg.

ONVS propriè pondus significat, & per translationem, munera, partes, prouincias & officia, ut, non omne onus est odiosum. Vt enim à tutela, est infamia eijci: ita administrare, honorificũ. uide Bartol. & Baldum in leg. pen. C. de uerb. sign. Sp.

ONVS suscipere. Oppo. Onus recusare. Papin. in leg. procurator qui pro euictione ff. de procur.

ONYX Arabicus in l. ult. §. species ff. de publican. ad differentiam Indici, à quo colore distat Nam Indicus igniculos habet albis cingẽtibus zonis: Arabicus autem niger est cum candidis zonis. inde autem nomen habet, quod habeat in se permixtũ candorem in similitudinem unguis humanæ, ut Isidor. lib. xvj. cap. viij. tradit. Meminit & onychum in solis Arabiæ montibus nascentium Plinius lib. xxxvj. cap. vij. Bris.

O P

OPACVM, umbrosum, non afferens umbram, significat. ut putat Accurs. l. æquissimum. ff. de usufruct. & l. si arborem. ff. de seruit. urb. præd. Sp.

OPE, consilio, quemadmodum accipienda sint, an coniunctim, an separatim, antiquorum uariauit sententia. Paul. in l. sæpè ita compertum. de uerb. sig. Labeoni subscribit, separatim accipienti illa uerba, eum cuius ope, consilio, furtum factum sit, furti teneri lex ait. Quamuis Alc. coniunctim quoq; accipi posse tradit: quoniam non sat sit opem præstare, nisi eo consilio, id est, animo præstetur, ut furtum fiat. Si ergo consilium pro suasione accipiamus, soluta illa oratio disiunctiue: si pro dolosa adiuuãtis intentione, coniunctim intelligetur: aitq;, & hic uerus est huius responsi sensus, quem nec Accursius, nec cæteri satis percepere. Certè ex sententia coniungentium potius, quàm separantium intelligenda sunt Sp.

OPE consilio furtum factum: uerba hæc sine articulo pronunciari solent. l. 27. § si quis de manu. ff.

ad l. Aquil.l.36. ff.de furt.l.1. ff.furti aduers.naut. l.6. ff.de condict.furt.l.11.§.quamuis.ff.de seruo corrup. Et apud Cic.lib.iij.de nat.deor.l.10.ff.ad leg.Iul.maiest. Ope consilioq;.l.ult. C.fin.regund. Hæc autem uerba separatim accipienda Paul.admonet in l.53.in fi.ff.de uerb.significat. ut aliud factum sit eius qui ope,aliud eius qui consilio furtum facit. Consilium enim dare uidetur,qui persuadet & impellit atque instruit consilio ad furtum faciendum : opem fert, qui ministerium atq; adiutoriū ad subripiendas res præbet.l.56.§.ope consilio.ff.de furt.Sic & l.52.§.neque. & §.cum Titio.eo.tit.Bris.

OPERA, ræ, labor est diurnus, secundum Paul. & Vlp.tit.de oper libert Differt autē ab opere:quoniam in uno opere plures operę consumi possunt,& una opera,plura opera fieri possunt. Nebr. Porrò operam, diurnum esse officium, Paulus docuit l.j. de oper.libert. uel quia per diem laborandum est, ut in l.ij.ff.de an.leg.uel quia certo diei tempore absoluatur.Tametsi etiā sint officia nocturna. Sed iurisconsf. ad frequentiam respexit.Spieg.

OPERA publica festus autor est ea quæ locantur ut integra pręstētur, Sarta tecta uocari.esse enim Sarcire integrum facere.Ræuardus l.domum suam. ff,de reg.iur.

OPERA à culpa quid differat uide Dolus.

OPERAE libertorū, officia sunt quæ liberti patronis in gratiæ & remunerationis loco præstant.nā (ut ait Caius in l. cū patronus, 22. ff.de oper.libert.) operarum editio nihil aliud est, quam officij præstatio.Earum autem duo genera sunt summa,officialiū & artificialium. Officiales dicuntur, quæ non in arte ulla certa, sed in patrono quibuscunq; officijs adiuuando uersantur: & personam eius potissimū attingunt : ueluti , cum nullo suo detrimento negocia eius gerendi,peregre cum eo proficiscendi l. hæ demum,38 ff de oper.libert.Tironem enim erga Ciceronem officiosum esse , semper ei præstò esse, ab eo dum ęgro uel corpore,uel animo est,non discedere, doctissimis eum sermonibus & colloquijs oblectare: Dionysium porrò Attico idem præstare,Ciceronum liberos erudire , humanitatis est potius , quam ullius artificij munus. atq; hoc est quod Vlp. ait in l. operæ,9.ff.eod. proprietatem officialium & in dantis, & in accipientis persona consistere. Artificiales autem appello generaliter omnes,quę artis alicuius propriæ sunt,neq; sine illa præstari possunt: ueluti si libertus pictor, medicus, faber, architectúsue sit, & patroni sui iussu pingat,medeatur, fabricet, architectetúrue,hoc officium non tanquam libertus patrono, sed ut quiuis alius cuiuis alij præstabit. Quid enim illum libertum, aut hunc patronum esse necesse est,ut ille nauim domúmue huic ædificet? Hinc Vlpian eas operas quę hoc in genere sunt,scribit quasi in pecuniæ præstatione cōsistere l.fabriles,6.ff.eod. nam fabriles, pictorias , cæterasq; generis eiusdem artificialium nomine cōplector.atq;,ut omnes complectar,Latinæ linguæ ratio postulat.Hinc idem Vlpianus in l.operæ, 9.eod. scribit fabriles, aliásue generis eiusdem , & à quocunq; & cuicunq; solui posse: & iubente patrono etiam alijs edi posse. Hinc idē in l. 6. ff. eod. illam inter utrasq; differentiam exponit: quòd fabriles,cæteræq; ad hæredem transeunt: officiales uerò , nequaquam. Cuius rei non obscura caussa est. nam hæ,ut antè dixi, persónales sunt, nec ab altero facilè præstari possunt : illæ uerò, & à quouis,& cuiuis.Hot.

OPERA iusta & legitima est quæ totum diem exequitur.Conn.lib.2.cap.8.nu.1. Columellæ iustæ operæ sunt, quæ diei sunt æquales, ut refert idem Connanus lib.1.cap.2.nu.5.Hot.

OPERAE fabriles, cæteræq; quæ quasi in pecuniæ præstatione consistunt,ad hæredem extraneum transeunt,officiales uerò non trāseunt. Autor Vlp. de op.libert.Spieg.

OPERAE gratuitæ,quę ex mera liberalitate exhibētur,id quod in nostra Germania,propter arctissima amicitiæ uincula usuuenit, opponuntur conductitijs, hoc est, quæ mercedibus uel locantur, uel conducuntur: & ex sola lege contractus consistunt. Earum tractationem pulchrè distinguit Zas. in tria membra: quidquid ad operarum rationem pertinet, alter non est, qui eo uel copiosius , uel exactius hactenus sit prosecutus. Sunt autem in gratuitarum numero operarum, quæ præstantur à clientibus alumnis,hospitibus,amicis,item collactaneis,educatoribus & cæteris. fac.instit. Quibus ex caus.man. §. eadem lege. Porrò clientes libertis connumerari, uetusti mores ex historijs docent, & est text. in l. ij. & iij. de his qui deiec.uel effud.leg.ij. in fin.cum leg. seq.ff.de Vsu & habit. Hoc item Syrus Terentianus Ctesiphonem docet,ut patri dicat,se clientibus, amicis,hospitibus operam præstitisse.Spieg.

OPERAE pistoriæ,uel histrionicæ,apud Vlp in l.suos autem.de leg.iij.

OPERAEPRECIVM , mercedem labore dignam significat,quæ propria est eius dictionis significatio. Sumitur tamen quandoque pro eo.quod memorabili & non spernendo , uel precio uel præmio dignum sit. Vallæ significat fructuosum , & ad rem pertinens , uel quia decens , uel quia utile , uel quia gloriosum, uel quia iucundum. Liuius in præfatione operis, pro re in primis censenda & magnifacienda accepit, Budæo annotante l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. Pro socio . Sensum huius loci , si eum,ut Haloander habet,legerimus, quem Budæus desiderat, satis congruum eloquentiæ Vlpian. assequemur.Precium operę etiam dicitur ut uerisimile, & simile ueri. Plinius : id uerò audire, precium operæ sit.Spieg.

OPERAM dare iudicem , pro , auditione accommodare, apud Ciceronem ad Atticum. Venit ad me , dixitq; iudicem operam dare sibi constituisse Spiegel.

OPERAM dare funeri,est interesse pompis exequiarum. Idem ad eundem: Venerat enim in funus, cui funeri ego quoq; operam dedi Sp.

OPERAM dare iuris ciuilis studio. Tullius de Claris Oratoribus. Ego autem iuris ciuilis studio multum operæ dabam. Quint. Scæuolæ P. Frat. Spiegelius.

OPERAM dare præceptori, id est, audire eum. Budæus.

OPERAM ingerere inuito , suspectum l. quæ omnia ff.de procur.Spieg.

OPERAM perdere , quod & operam ludere dicitur,hoc est,in uanum laborare. Tull.pro L.Muræna: quòd quidem ius ciuile didicisti, non dicam operam perdidisti.

OPERARI, simpliciter pro laborare , negant apud idoneos reperiri autores : ferè autē refertur ad sacra. Quāuis operarij propriè,q nō iudiciū,sed tantum operā adhibēt ad architecti ex arte rationē operis præscriptam. Vide Eras.in Chil. Operariorū seruorum meminit Alphenus in §.quid autem esset l.in lege censoria. de uerb. sig. Alciat. interpretatur qui ruri

ruri operabantur. Vnde & antiquis autoribus simpliciter operæ appellantur. Spieg.

OPERARI in sacris quid? Peculiaria sacrorum uerba, fuerunt, inter quæ & uerbum operor recensetur Gyraldus historię deorum syntagmate 17. Ac idem ferè significat, quod ritè sacrificare, unde Virus Sarra refert, Cereri lætis operatus in herbis, & alibi operata iuuentus. Sic & Plautus, ut isthæc operatio crimen expiet.

OPERARIVS usus, qui ad aliquod opus faciendum adhibetur: uel qui alicui operæ accommodatur. Sic etiam operarium pecus dicitur, cuius usum ad operas nostras faciendas conuertimus. Substantiuè, qui alicui rei operā impendit, cui debetur sumptus & uictus, non item instrumentorum pro opere fractorum æstimatio. per glos. Baldo singularem, in l. quoniam liber. C. de testibus. Accedit quod not. in gloss. si non sortem § libertus. de cond indeb. Sp.

OPERARVM editio nihil aliud est quàm officij præstatio. Connan. lib. 2 cap. 8. nu. 12.

OPERARVM duplex est species, quæ officiales dicuntur, & quæ artificiales l. etsi non. §. libertus. de cond. indeb. Illæ rem domini, eiusque personam, uictum, curationem, ocium, quietem, uoluptatem directè respiciunt. Hæ uerò ad artificium pertinēt: inde operæ pictoriæ, fabriles, & si quæ similes. Zasius, qui noua quædam prodidit de oper. in intellec. suis. dicit, non errare eum, qui & medias, seu communes operas constituat, ut puta quæ & officium & artificium respiciant. Est & illi quarta species, operæ seruiles, de quibus ipse ut nouè, ita latè tractat. Spiegelius. Item Ferretus titul. de acquisitione per arrogationem.

OPERAS Accursius tripartitè diuidit, ut quædam sint officiales: quædā Fabriles, obsequiales aliç, atque has omnes aut certas aut incertas esse ponit. Ego uerò contentus ijs finibus quos antiqui Iurisconsulti constituerunt, omnes operas aut officiales esse dico aut fabriles. Illæ sunt quæ officij causa tribuūtur patrono, quia patronus est, hæ patrono dantur ut cuilibet. In illis pſona domini spectatur. In his res ipsa & utilitas, quæ ex opera proficiscitur: Connan. lib. 2. cap. 8. nu. 6. & 9.

OPERAS locare, is qui laborat, qui operatur: cui autem præstatur opera, is eam conduxisse dicitur. E regione quo ad opus quod parandum est, figura loquendi conuertitur. Nam is qui operatur, dicitur conduxisse opus: at dominus cui opus pertinet, dicitur idipsum locasse, Bart. cum eam loquendi figuram apud Latinos homines cōsuetam & facilem Zas. teste, non intelligeret. glossam rectè docentem improbauit, in l. ij. C. Locati. & textum ibidem corrupit. Quamuis eiusmodi loquendi ductum Accurs. obscurè tamen assecutus uideatur. Quod idem admonet Zasius diligēter, hæc operis, & operæ aduertenda est differentia: quod eius ignorantia imposuerit doctoribus imò & glossæ, quamuis in d. l. ij. eam satis bene attigerit, tamen in l. ij. §. si conseruatis. ad leg. Rhod. de iac. cecidisse uidetur, ubi locari opus corruptè intelligit, pro cōductione operarum. Operas quoq; personas dicimus, quæ aliquid faciūt, siue etiam nebulones conductos ad malum inferēdum. Operæ etiam publicanorum, quos factores uulgò uocant. Spieg.

OPERE legato, uel conducto. His uerbis significari Labeo ait id opus, quod Græci ἀποτέλεσμα uocant, non ἔργον id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum. Caius l. rei appel. ff. de uer. signif. Old.

OPERIS nomine, quod ueri operis formam habet, intelligimus, quæ non nisi ex consummatione contingit. Vide Alc. in §. opere locato. l. rei appellatione, de uer. sig. Spieg.

OPERIS appellatione continetur quod Græci ἀποτέλεσμα dicunt, id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum l. 5. in fi. ff. de uerbor. signific. Edictum porrò de noui operis nuntiatio. id demum opus quod in solo fit, & solo coniunctū est, amplectitur l. 1. §. hoc autem. ff. de oper. no. unde qui messem facit, qui arborem succidit, uineam putat, licet opus faciat, tamen ad illud edictum non pertinet. Enimuero interdicto quod ui aut clam teneri & eum placet, qui arbores succidit, quanquam ad ea quoq; sola opera quæ in solo fiunt, id interdictum pertineat. l. 1. §. hoc autem & l. 7. §. notauimus. ff quod ui aut clam. Operæ sunt diurnum officium l. 1 & 3. ff. de. oper. libert. per singulos enim dies dantur l. 20. § quędam. ff. de statuliber. Edere operas, id est, exhibere: frequens Iureconsultis locutio in titul. de oper. libert. & l. 54. §. ult. ff. de uerbor. obligat. Operarum uerò editionem nihil aliud esse, quàm officij præstationem Gaius scribit in l. 20. ff. de oper. libert. Operarum aliæ officiales sunt, quæ in officij præstatione consistunt: quales sunt, quæ à libertis patronis obsequij ratione præstantur. Aliæ quæ in artificio, ueluti fabriles, pictoriæ l. 9. l. 23. & l. 24. ff. de oper. libert. l. 6. §. libertus. ff de condictione indeb. Operæ seruorum legatæ differunt à fructu, ut apparet ex l. 2. ff. de usufruc. leg. & l. 1. & 2. ff. de oper. ser. l. 5. in fi. ff. usufructuarius quemadmod cau. l. 1. §. si usufructus. ff. ad leg. Falcid. Restat, uideamus, qualem intellectum habeat quod dicitur, seruos in quibus usumfruc. habemus, item alienos bona fide possessos nobis ex operis suis adquirere l. 10. §. de his. l. 19. ff. de adquir. rer. do. l. 21. & l. 23 §. 1. ff. de usufruct. Cuius dicti interpretatio aliquatenus peti potest ex l. 19. & l. 47. ff. de adquir. rer. do. & l. 45. ff. de adquir. hered. l. 20. §. 1. ff. de pecul. & Gaio in Instit. lib. ij. tit. 1. ad fi. Bris.

OPERIS faciundi uincere redempturam & cōductionem is dicitur, infra quē nemo licetur: & uincit uectigalium redemptionem is, supra quem nullus licetur. Paulus: Licitatio ita demum admittenda est, si fideiussores idoneos, is qui licitationem uicerit, offerre paratus sit.

OPES, Insulanus inquit, ineruditū uulgus, pro diuitijs duntaxat accipere, opulētum pro diuite rerum, solet. Cæterum opes paulo quiddam amplius comprehendere uidetur. omne nanque illud, quod opem ferre homini queat. Itaq; earum nomine, intelligimus quoq. propinquitates, affinitates, clientelas, seruitia, seu mancipia, ius uectigale, & si quid aliud est eius generis, qd' opitulari nobis queat. Sp.

OPES abditæ, pro reconditæ, apud Leon. Imp. l. unica. C. de Thesaur. lib. x. Porrò integræ opes, & accisæ opes, ut contraria ponuntur. Spieg.

OPHIR Imp. Constantin. l. j. C. de obl. uot. li. xij. Quando uotis, inquit, communibus fœlix annus aperitur, in una libra auri & solidis obryzatis principibus offerēdi deuotionē animo libēti suscepimus: appellat solidos obryzatos ex auro purissimo, & quod multa excoctione ad summam puritatem peruenit. id enim ut Plin. lib. xxxiij. cap. iij. ait, obryzum uocant, nempe ut diuus Hieronymus tradidit, quasi ophirisium: ab Ophir insula Aethiopiæ, unde purissimum aduehebatur, cuius regina Saba proditur in sacris uoluminibus Spieg.

OPHITAE hæreticorū genus de quibus in l. 5.

l.10.& l.penult. C.de hæretic.& Manich. Philastrius Brixiensis Episcopus, in hæreseon catalogo Ophitas seu serpentinos ab eo dictos tradit, quòd colubrum colant, asserentes initium scientiæ boni & mali nobis eum primitus attulisse. Idem & Isidorus de hoc hominũ portento tradit lib.viij.Etym.ca.v.Bris.

OPICEMSI. Lege, censere.

OPICVM, autore Pompeio, inuenimus quoq; pro osco. Oscis enim frequentissimus fuit usus libidinum spurcarum, unde & uerba impudentia dicuntur oscena. Titi unius osce & Volsce fabulãtur, nam Latinè nesciũt. Plinius sub Catonis persona ait: Barbaros nos uocant, & opici appellatione dedecorant. Opicos mures fœdos, putidos & aspernabiles Iuuenalis dicit. Ioan.Bap.in commẽt.epist.Sidon. Apollina.ad Leonem lib.viij.

OPIFICES omnes, teste Cicerone, in turpi sunt exercitio, nec olim habebantur pro ciuibus nec ad reipub.administrationem admittebantur.

OPILIO, ouium custos. Virgil. Venit & upilio. sed metri necessitas cõpulit o,in u,conuertere. Africanus: item opilionem, si eius generis oues curaret. in fin.l.cum quæreretur.de legat.iij.Spieg.

OPIMA spolia, uel ab opibus, ut ait Varro, uel ab Inuicto opere, cum uictoribus tantum laudis accesserit, nomina sumpsere, seu quod fidei propius est, opima ampla dici, sicut opimam prædã, & opimum bouem dicimus. Quæ nisi duces regesq;, quorũ auspicio res geruntur, suisinet corporibus dimicantes, hostium ducibus detraxerint, necemq; & exitium intulerint, haudquaquã opima dici uoluere. Ter autem opima spolia delata sunt tantũ. Primo à Romulo, deinde à Cornelio Cosso. Tertio à Claudio Marcello. Qua de re Plutarchus & Alexander ab Alexandro lib.1.cap.14.

OPIMATORES. Vide paulo post, Opinatores.

OPIMIORA, comparatiuus Gellianus, in l. qui fundos. C.de om.agro.desert.Spieg.

OPINABILE, quod opinione concipi potest.

OPINABILE, antiquis, & qui Latinè locuti sunt, quod nũc uulgò putatiuũ dicitur. Ex Bud. Sp.

OPINARI. Quę opinamur, Donat. ait, putamus: quæ putamus, incerta sunt. Vnde non satis est opinari l.cum uerò.in prin.ff.de dote.Spieg.

OPINATI casus. in Aut.de consang.& uter. fr. in prin.

OPINATORES sunt, ut in l.missi. de exac.tribut. lib.x.C. describuntur, (si non menda caret textus) militaris annonæ exactores. ubi Pyrrhus non opinatores legendũ credit, sed opimatores, qui præsunt annonæ opimandæ, ne desit aliquid exercitui. cuiusmodi uiuendiarios (Profandmeister) fortè appellamus. Haloandri lectionem, quę optiones habet, magis probandam puto. Est autem optio, ut Festus dicit, optatio: sed in re militari is appellatur, quẽ decurio, aut centurio optat sibi rerum priuatarum ministrum, quo facilius obeat officia pu'lica. Vide plura annotantem de optionibus, Bud.i. ' ' lt. ff. de iur.immun. Sunt autẽ opinatores propriè, qui semper opinantur, nihil asserentes. De se Cicero: Ego uerò ipse, inquit, & magnus quidẽ sum opinator. Hoc nomine Cæsar Maximilianus notauit eos.

OPINIO est, quod incertum est. De eius natura lege Aristotelem circa finem primi poster. Itẽ in primo magnorum moralium, dicit opinionem esse, qua ad utramq; partem declinamus, puta ad hoc ita esse, & non esse. Sunt itaq; quodammodo inter se opposita, ueritas, & opinio. Nam circa ea uersatur opinio, ut docet Aristot. sexto Ethic. quæ aliter se possunt habere, & de quibus probabiliter dubitari cõtingit. Stulti enim esset, dubitare de his quæ lege, uel aperta ratione monstrantur. Quapropter opinio qualibet contra legem est uana, ut & contra ueram rationem. Qua de re latius scribit Salomonius ad finem Paradox.in §.responsa. Instit. de iure nat.gent. Obseruandum, quòd uerbum opinionis pro fama accipitur, in l. ff. de off.quæst. & Opinari, pro fama receptum accipi, ut in l. athletas de his qui not. infam. Cum autem de aliqua re dubia quæstio est, non dicimus, hæc est mea opinio, sed mea sententia. Vnde & sæpè legimus, mea quidem sententia, id est, meo iudicio. Spieg.

OPINIO communis iudicando & consulendo amplecti debet: ut est textus, qui ad hoc communiter allegatur, in l. prima. ibi, sanè crebrior apud ueteres opinio est. ut ibi Bald. ad hoc not. ff. de offi.quęst. & tradit D. Alexand. consilio cxxxiiij. præuiso themate. in fi. in primo libro. & consi.xxij. uiso processu. circa finem libro secundo. & D. Feli. in c. primo. colum.penulti.uersic. nonò fallit. de constitut. Decius consil.cxxxj.reuocatur.in ultim.uerbis. Et ideo dicũt Baldus, & Paul.de Castro in l.ultima. C.de instit.& sub.quos refert D.Ias.in l.sciendũ.§. ultimo.in secunda colum. circa medium. ff. qui satisd. cogan. quòd iudicaturus non debet à communi opinione recedere, etiã propter nouas fantasias Bartoli. Hinc notat etiam Bald.in l.j.in ulti.not. de senator. per illum text. argumentum, quod propter singulares & peregrinas opiniones doctorum non est à communi recedendum. quod dictum in pulchra quęst. citat D.Alex.consi.xcv.uisis processibus.col.tertia, lib.ij. ubi dicit, pręsumi per imperitiam illum iudicare, qui relicta communi sentẽtia, singulares opiniones doctorum amplectitur. Et hoc ultimum etiã reassumit D.Iason in l.ij. in tertia colum. ff. de iureiur. Et ulterius dicebat Ioan.Fabr.in procem.Instit.in iij.colum. in princi. quòd in dubio debes sequi opiniones communes, & illorum qui consueuerunt à pluribus approbari, ut facit Iurecõsult.in l.scire oportet.§. aliud autẽ. ff. de excus. tuto. & summus pontifex in clem. unica.ad fi.de sum.trini. & fid.cath. Proinde Baldus in l.ulti.colum.ulti.C.de pœna iud.dicebat præsumi imperitiã in eo, qui tenet nouas & insolitas opiniones.per d.l.primam. ff. de senatoribus. Ideo monet, ut iudicando nunquam recedas à carrocio prudentum, maximè glossæ.& hoc dictum Bal.pro eleganti not. Andreas Siculus in repetitione rubric. extrà de fid.instrumen.colum.septima.uersi.quot aũt modis.

Ista omnia quæ dicuntur de communi opinione, in iudicando tenenda, secundum Doct.ubi suprà, & Canonistas in c.ne innitaris. de cõstitut. limitantur, nisi communis opinio possit bonis rationibus conuinci. quod bonus & acuti ingenij iudex arbitrabitur: ut per D. Iason.in authentica, nouissima.in v. colum. C.de inoffic.testamen.& in l.ut uim.in penulti. colum.post medium.ff.de ius.& iur. Secundò singulariter limitatur fauore matrimonij, per singu. dictũ Hostien.in c.secunda. de cognat. spirit. quod tamen non puto indistinctè uerum. per ea quæ latè scripsi suprà in uerbo, nuptiarum causa. ubi uide. & si cupis doceri, quæ dicatur communis opinio, declarat Fel. in loco præallegato, & dom. Iason in d.l. ut uim. in penulti.colum ubi etiã do.Claud.in repetit.in xlvij. columna.& sequen.ubi dicunt quòd non constitat ex numero, sed ex qualitate doctorum. Tractat etiam D.Iason in l.re coniuncti.in prima quęstione principali.

pali, ad finem, in secunda parte. de leg. iij. & ideo secundū aliquos Papiens. mod. in l. prima. in princip. ff. de offic. eius. opinio glossæ, cum qua transeat Bartolus, communis reputatur: & ita seruat uenerandū collegium nostrum dominorum iudicum Mediolani. Quod autem sit iudicis officium in ualde dubijs opinionibus, in quibus non appareat quæ sit magis communis, & rationes ab utraq; parte efficaces adducantur, uide Decium consi. clxxvj. uiso themate. colum. penulti. uersi. & si dicatur post Felinū. in dict. c. primo. col. fin. uersi. secundo nota. & Mediolani solemus excelsum senatum cōsulere: ut etiam dicitur in l. ex facto. in princip. de uulg. & pupil. Cotta.

OPINIO communis, Salomonio una opinio dicitur: quod & Zas. sentire uidetur, dicēs: Si textibus fulciuntur communes opiniones, iam nō quia communes sunt, sed quia iuris sunt, etiamsi solus quispiā docuerit, obtinebit: sin textibus obuient, tanquam Syrtes sint euitandæ. Igitur opinioni communi eatenus hærendum est, quatenus textibus iuris fulcitur, aut cui nulla sit lex contraria, ut Zas. ostendit aliquanto prolixius, sed citra fastidium, in elegantissimis suis in l. ij. de Orig. iur. Scholijs, à Salomonio commendatis. Solet tamen dici, sancti alicuius scriptoris opinionem, quæ autoritate ueteris uel noui testamenti roborata sit cuicunq; legi, etiam Pontificiæ præferendā. gloss. C. de libellis xij. distinct. quod rectè recentiores intelligunt, cum de materia peccati tractatur. aliàs enim leges ipsæ principum præualerent. Quapropter in casibus, quibus Pontifex de iure diuino aliquid limitare potest, eius lex esset præferenda: nec quicquam sanctorū autoritas faceret, qui ea mente non scripserunt, ut dictata sua uim legis habere uellent. Qua ratione traditum est, Innocentij Papæ quarti cōmentarios pro lege habendos non esse: cum non eo animo ipse scripserit, sed ut interpretis solum officio fungeretur. Cæterùm ex Zasianis intellectibus deprehendes, non tantum quàm ancipiti periculo communes opiniones consistant, sed etiam intelligas, nihil esse posse falsius ea traditione simpliciter accepta, qua receptum est, iudicē, qui à communibus opinionibus recedat, litem suam facere. Nam opinio noua unius doctoris in iudicādo, teneri potest contra communem opinionem, quando melioribus & ualidioribus rationib. fundata est. ut rectè tradidit Ioan. Andr. in c. j. de constit. & sequitur Claud. in l. ut uim. in fin. Quamuis, uel ex Neuizano quidem constat, iam olim assertioni communi tantum tributum, quòd nec Alberici Rosati sententia contraria, uel uerior quæuis alia reciperetur: tametsi Iasonis testimonio, & antiquitatis studiosior, & forensium rerum peritissimus, quem uulgus magnum practicum uocat, Alber. sit habitus, & simul iuris interpres eximius secundum Fulgosium, & Caccialupum. Curtius autor est, primas illi ab aduocatis Mediolanensibus partes esse concessas. Pyrrhus in l. non uult esse hæres ff. de reg. iur. scribit Alberic. quòd ego maius esse multo arbitratus sum, claro & solido ingenio fuisse, qui tum & rectè & sanè leges intellexerit. Bartolum ætate aliquanto superat. Sp.

OPINIO communis, est aliud quàm fama. Nam opinio communis facit ius. C. de re iud. l. j. Fama uero non facit ius. Item opinio communis probat: fama uerò non. Item opinio communis differt à notorio, quia opinio communis est de longè præteritis, quæ probari non possunt de facili, scilicet per testimonium uisus, &c. Sed notoriū est de præsentibus, uel proximè præteritis, quæ de facili probari possunt per testes diuisim. Et quòd opinio ueritati præferatur, est gl. cum concor. pro & contra, abundans in iuribus, in c. Nuper. de biga. super uer. uidentur. Concludit tamen ibi, quòd casuale est, ut opinioni potius stetur, quàm ueritati, in fauorem contrahentium, testamentorum, sententiarum, uel prolis. Aliàs regulariter ueritas præfertur opinioni, secundum Bern. in gl. iij. in c. ad audientiam. de spon. Etiam ueritas præfertur autoritati. l. nemo iudex. C. de sent. & interlo. om. iud. Item consuetudini. c. Si consuetudinem. cum sex capitulis seq. dist. viij. ubi dicitur: ueritas ualet & inualescit in æternum, & uiuit, & obtinet in secula seculorum.

OPINIO communis, utrum circa eas quæstiones uersetur, quæ lege, uel ratione finiuntur, an quæ autoritate, an quę ratione simul & autoritate: rursus utrum ab numero autorum, an ab dignitate pensanda, non satis liquet. Et magis est utiq. his, quæ autoritatis sunt, consistere. Lex & ratio concludenter apud nos demonstrant. Ratio enim & ueritas conuertuntur. c. frustra. viij. distinct. Bald. in l. non omnium. ff. de leg. Olden.

OPINIO seu putatio falsa nō excusat iniuriam, quæ mihi fit. Nam certus sum ego: licet ille me putet alium esse, quàm sim. Paul. in l. eum qui nocentem. §. si iniuria mihi. ff. de iniur. Olden.

OPINIO plena dicitur in l. inter, 6. §. 1. ff. de interdict. pro, existimatione præsidis siue sentētia nōdum pronūciata, cui acta & defensio rei, supplementa partium adiuncta sunt l. sciendum, 6. ff. de appell. recip. l. 1. C. de relat. l. eos, §. super his, l. à proconf. C. de appellat. Hot.

OPINIO est cum dubitatione responsio glos. in uerb. opiniones in §. responsa. Instit. de iur. nat. gent. & ciuili. Io. bello. Etymol.

OPINIONE omnium, ut omnes uel existimāt, uel iudicant. Fallit autem opinio dupliciter: quum aut res aliusmodi est ac putatur, aut non is euentus est, quem arbitramur. Spieg.

OPINIONEM comprehendere & remittere, contraria.

OPINIONISSIMVS homo dicitur, qui semper opinatur, tanquam nihil comprehendi posit.

OPISTHOGRAPHVM, ὀπισθόγραφον, opinor esse chartam nō utraq; ex parte scriptam, uti doctissimo cuiq; placere uideo, sed quæ una ex parte deleta, ὄπισθεν, id est ponè scripta est. quam opinionem meam Vlpiani uerba confirmant, quæ subijciam ex l. 4. ff. de bon. poss. sec. tab. Chartæ appellatio, inquit, & ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam: proinde & si in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorū possessio. Veteres plerunq; una tantum in parte scribebant, quia scriptas chartas postea inuoluebant: unde uolumina dicta sunt. uide Alciatum lib. dispunct. 2. cap. ult. Corrasium lib. 1. Miscell. cap. 18. Hot.

OPISTHOGRAPHVS erat apud antiquos uoluminis species, habilis torqueri, appellatus à Græco uerbo ὄπισθεν id est retro, & γράφω scribo: quasi retro scriptus, siue à tergo. iuxta illud Iuuenalis in prima Satyr.

Scriptus & in tergo, nec dum finitus Orestes.

Et hoc, quia utraque pagina scriptus erat, aduersa & auersa, minutis literis & lituris plenus: à quo fortasse liturarios Ausonius poeta eos dixit. Huius apud nos meminit Vlpianus in l. quarta. titul. de bon. pos. secundum tab. apud quem tamē epistographus, uel epigraphus mendosè scriptum reperies. & ideo Plinius

nius Cæcilius in epistola ad Marcum: electorũ (inquit) commẽtarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissimè scriptos. Et hanc significationem approbare postea inueni Domi Alexand. de Alexand. uirum literatissimum, Genial. li. ij. c. xxx. Alij accipiunt opisthographum, pro eo quod ita scriptum est, ut legi postea non possit, nisi librarijs describendum mandetur. Alij pro charta deletili, siue palimpsesto posse capi existimant. & hanc opinionem approbat summus uir Hermolaus Barbarus, in glossematis suis in Plin. dum locũ hunc Vlpian. citat. Cotta.

OPITVLATIO propriè in rebus dubijs & malis dicitur. Vnde prætor eam pollicetur minoribus annis xxv. aduersus captiones, hoc est, dolum aduersarij: auxiliũ uerò, si facilitate decepti sunt l. j. in prin. ff. de minorib. Ex Alber. Sp.

OPIVM, ab Alberico prauè citatur, ut multa alia, quæ sciens prætereo.

OPOROTHECA, locus ubi autumnales fructus seruantur.

OPORTEBIT, tam præsens tempus, quam futurum significat. l. uerbum oportebit. ff. de uerb. sig. Exemplum legis est, cum quis promittit quicquid dare facere oportebit. Nam etiã ex ui sermonis præsens comprehenditur: cũ qui dare facere debet tempore contractus, etiam post contractum dare facere tenetur. nec enim per eum contractum extinguitur præsens obligatio. Ex Alciato. Porrò huius uerbi modò honestatis, modò officij, modò necessitatis, exempla pete ex Alberico. Quamuis ex ca. j. li. xj. Quintiliani satis apparet, oportet, & necesse est, non idem esse. Significant tamẽ præsens tempus l. si à colono l. si stipulatus fuerim. ff. de uerb. obligat. Cæterùm de hoc uerbo, sicut & de reliquis omnibus subiecta materia diligenter respicienda est, ut opportunè monuit Oldend. ne ex legum præceptis fiant cõsilia iuris. Quemadmodum Accurs. fecisse cõstat, exponendo in l. j. de Iust. & iur. oportet, id est, decet. Certè si ullo in loco hoc uerbum significat necessitatem quandam, ibi maximè denotat. Nam sicut (ut eleganter ratiocinatur Olden.) impossibile est hominem ex manibus & pedib. agnoscere, nisi uideas caput & faciem: ita nemo potest iuris ciuilis cognitio 1em assequi, sine principijs illis à natura petitis. Itaq; Accursij commentum omnibus modis falsum reijciendum est. Sp.

OPORTERE uerbum, Paul. ait in l. uerbum oportere. ff. de uerb. sig. non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest uel pluris, uel minoris cõdemnare, sed ad ueritatem refertur, ut cum stipulamur, quicquid te dare facere oportet. & in l. cum stipulatur. ff. de uerbor. obligat. Oportet igitur, hoc est, reuera debetur præsenti die, non in futurum, aut quod iudex deberi pronũciaturus sit. In ueritate igitur quatuor consideranda sunt. Primum enim si dies, aut incerta conditio adiecta sit, ea non existente, dare nõ oportet. præsentis enim temporis obligationem uerbum oportere demonstrat: sicuti eleganter idem scribit, in l. si stipulatus fuerim. §. 1. & l. cum stipulatur. ff. de uerb. obligat. Vnde si testator ita scripserit. Quicquid mihi Titium dare facere oportet, Sempronio lego: Scæuola respondit eam pecuniam non esse cõprehensam, cuius dies nondum extitisset l. si scripsisset. ff. de legat. 2. Cui simile est, quod Paulus scribit, in l. si à colono de uerb. oblig. Cæterum ante incertæ conditionis euentum, id quod ita debetur, peti non posse, Aio te dare oportere, suprà docuimus. Secundo uerbum oportere ueritatem non continet, quoties id quod Ephesi dari stipulat⁹ es, Romæ tibi dari postulas. Alio enim quam quo stipulatus es loco, dari non oportet: quemadmodum scribit Caius in l. j. ff. de eo quod certo. Deinde, ut ueritatem cõtineat, modus etiam spectandus est. Nam si hominem Stichum, aut decem dari tibi stipulatus es: deinde Stichum petas, quoniam eum dare non oportet, id est, non uerum est eũ deberi, causa cadis: ob eamq; caussam, talis (inquit Imperator) in eam rem prodita est actio, ut quis dicat. Aio te mihi hominem Stichum, aut decem dare oportere. c. igitur. Instit. de actio. Postremo ex re ipsa intelligimus, an uerbum oportere in actionem cadere possit. si quis enim decẽ aureos mihi debeat, uiginti petere non possum: quoniã uerbum oportere ad rei ueritatem refertur l. uerbum oportere. ff. de uerb. signif. utrum autẽ ad facultatem iudicis referri possit, paulo latior quæstio est.

OPORTET, uel debet, uel his simile uerbum, in ordinationib. publicis iuris significat necessitatem, adeoq; immutabilitatẽ: quia ferè solent accõmodari præceptis naturę ab omni humana potestate exemptis. Vt in materia rectè iudicandi. Quippe, iudicare munus publicũ est l. quippe. ff. de iudi. Quinimò & in cõtractib utrunq; uerbũ importat necessitatem. l. Is natura. ff. de reg. iu. Is natura debet, inquit Paulus, quẽ iure gentiũ dare oportet. Errat igitur admodũ perniciosè Bartolus in l. Vbicunq; ff. de interrogat. Quòd oportere, hoc est, debere interpretatur, ut excludat necessitatẽ. Nã tali doctrina in forũ producta segniores fecit iudices ad interrogandũ, contentos tantũ apud se actis & actitatis. Rursus interrogandi neglectus corruptiora paulatim fecit iudicia, & prorsus immortalia: nemine id animaduertẽte. Vt semp magis solet nocere malũ, & diutius hærere, quod irrepserit, quàm quod inciderit. Similis error est in l. j. ff. de orig. iur. dum Accursius interpretatur, OPORTET, hoc est, decet, excludens necessitatem. Quasi uerò iuri rectè det operam, qui iuris causas ignoret: non aliter de eo iudicaturus, quam magistratus de causa cuius circumstantias nescit. Olden.

OPORTET, in stipulatione quod te mihi dare facere oportet, quod præsenti die duntaxat debetur, complectitur: & ideo adijcitur uerbũ oportebit, uel ita, præsens in diemúe l. si stipulatus, 76. l. cum stipulamur, 125. ff. de uerb. oblig. Hot.

OPPIDVM propriè est omnis urbs, præter Romam, quæ peculiari nomine, urbs uocari cœpta est, ut cæteræ urbes uocarẽtur oppida: ut ait Valla. Seruius Sulpitius cũ numerasset urbes multas, postea dixit: quę oppida quodã tẽpore florentissima fuere. Sed uidetur Alciato id esse, quod tanquã propugnaculũ aduersus hostes constructũ est, & mœnib. uallatũ. id enim etymologia arguit: cũ dicatur ab ope, id est, auxilio, quod eius causa factũ sit. Vnde ut plurimũ cõdebãtur oppida, ut etiã natura loci tuta essẽt. Cuiusmodi uidetur, unde mihi origo est, ueteri nomine Selatũ, uulgò Schlestat. Meminit eius li. viij. Austriados, Richardus Bartolinus, qui, magnus ille poeta meus, à Cæs. Maximiliano nominabatur, & uerè quidẽ. Ornatur patria multifariã per Rhenanum nostrum, meruitq; Encomium à magno illi Erasmo dictum, in quo cecinit: ut sileam reliquos, nõ te satis ille beatus Rhenanus lingua doctus utraq; beat.

OPPIGNERARE, est pignus dare fœneratori: repignerare, pignus recipere est, resoluta cum fœnore pecunia. Hoc uerbo uti Iurecoss. testatur Beroald. comment. in annum, tertio. Sp.

OPPO-

OPPONERE, pro eo, quod alias deponere dicitur, & contra alium pignus ponere.

OPPORTVNITAS, commoditas, pro ratione loci, temporis, & personarum. Hæc tantam uim habet, ut ex honesto inhonestum, ex damno lucrũ, ex uoluptate molestiam, ex beneficio maleficiũ faciat, & contrà, breuiterq; rerum omniũ naturam permutet. Hæc in aggrediundo, conficiendoq; negotio præcipuum habet momentum: ut rectisime ueteres opportunitatis uelut imaginẽ multis in locis depictã habebant, quo magis admonerent uel ipso aspectu. Pinnis enim insistentem expresserunt: quòd semper uoluatur, & certo loco stare nesciat. Talaria pedib. gestantem: quia uolucris sit. Facie crinibus tecta: qđ cognosci nolit, nisi à diligẽtisimo obseruatore. Occipiti caluo: ne teneatur fugiẽs. Nouaculam dextra tenentem: ut elapsa præscindat omnem spem. Pedisequam habentem pœnitentiam: scilicet quæ neglectæ occasionis exigat pœnas. Vide Eras. explicantẽ parœmiam, Nosce tempus. & Old. in tit. de tempori bus usucap. in prin. ex interpretib. iur. Pon. Io. And. ext. de elect. cap. cum ex eo. & Archid. c. si quem. de procur. lib. 6. Spiegelius.

OPPOSITA sunt, quæ repugnant unum uni, sic, ut neq; alterum de altero, neq; ambo de tertio dici posint. Boethio, quæ in eodem, secundum idem, in eodẽ tempore, circa unam eandemq; rem, simul esse non possunt. arg. l. ancillam. uersic. si uerò tonsores. ff. pro socio.

OPPOSITA dicuntur quadrifariam. I. Quæ repugnãt inter se uel relatiuè: ut patronus libertus, pater filius, creditor debitor, actor reus.

II. Priuatiuè, ut lux tenebræ, uisus cæcitas, nobilis ignobilis, surdus mutus, gnauus ignauus.

III. Contrariè, ut calidum frigidum, nigrum album, bonum malum, siccum humidum.

IIII. Contradictoriè, quando nullo modo conueniunt: neque potest aliquod medium dari: ut ciuitas obligatur mutui datione, ciuitas non obligatur l. ciuitas. ff. si cer. petat. Omnis substitutio est secunda & conditionalis institutio. Spieg.

OPPOSITIO in adiecto quum posito succedit mox oppositum. l. seruo manum. de cond. indeb. l. si seruus. ad Syl. Spiegelius.

OPPOSITVM in opposito, idem operatur, qđ propositum in proposito. l. qui filium. de leg. 3. Sp.

OPPRESSIO mobilium est, ut inuasio immobilium. Albericus citat uers. homicidia. in §. deinde competens est. Auth. de mand. prin. Spieg.

OPPRESSVM ante sententiam: Damnatũ uerò post latam eam dici, quidam obseruarunt.

OPPRIMERE, premendo grauare, & offendere, vnbillich beháfften. leg. 1. C. de priuat. carc. Spieg.

OPPRIMERE aliquem cõsilio, idem est quod, consilijs eius anteuertere, Eine fürnemen fürkommen. Budæus.

OPPRIMERE aliquem iudicio capitis, est iudicibus corruptis, uel conductis testibus facere, ut innocens condemnetur.

OPPVTARE, idem quod putare, aut circumputare. & de arboribus intelligitur.

OPPVGNARE, significat contrà pugnare nocendi caussa.

OPSONATORES putabat glossator in l. legatis seruis. in princip. de leg. 3. eos dici, qui resonant & cantant domino in mensa. Philippus Beroaldus uir alioquin eruditus, seueriori calamo inuehitur contra Accursium, omnesq; alios qui Accursio operam dant: & hoc ubique seriosè facit, tanquam quidã extra aleam censor positus: eoq; duce infiniti alij, qui potius plagiatores, & grammatistæ possunt appellari. hi enim quotiensc unq; aliquam offendiculam in libris nostris inueniunt, adeò sibi placent, ut finem iniurijs imponere non queant: quia fortè cõtra eos desint, qui adnotationum uolumina non scribant, quod quidem turpius est. cum de uerborum significatione disputatio suarum potius partium sit, quàm doctorum nostri temporis. nobis enim satisfactum esse per Iureconsultorum antiquorum monumenta, clarum est. Rogatos itaq; omnes uolo, eos qui de studijs eruditioribus bene meriti sunt, ut si quando aliquid nota dignum in libris nostris offendent, id modestè proferant. Eruditæ enim inuentiones buccinatore non indigent. Sed ut ad rem redeamus, Opsonatores sunt, qui opsonia, quib. uescimur, scienter emũt. quod uerbum antiquorum usu frequẽtisimum est. Plautus: Cœnæ opsonaui, id est, opsonium emi. Seneca ad Lucilium lib. 6. Adijce opsonatores, quibus dominici palati noticia subtilis est.

OPTARE, eligere unum è duobus, ut ait Donatus. Sed & simpliciter est eligere. sicut est illud: Optauitq; locum regno, id est, elegit. Iurisconsult. in l. iij. Ad exhibendum. Item si optare uelim seruum, uel quam aliam rem. cuius optio mihi relicta est. Sic sumitur per totum tit. ff. de option. leg. id est, electione. Id Alberico quoq; indicãte. Plaut. in Casina: Optio hæc tua est, utram harum uis conditionem accipe. Budæus annotauit optionem facere, ut potestatem facere. Optio masculino genere, quis sit. Vide infrà, Optiones. Spiegel.

OPTICES, milites ab optando, id est, eligendo appellati: eo quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, tanquam adoptati eorum atq; uicarij, solẽt uniuersa curare. Valtur.

OPTIMATES Alberico sunt meliores, ut ipse ait, de populo. Atqui Erasmus noster inquit, optimi uocabulum nõ refertur ad mores, sed ad fortunam. Vnde & optimates dicuntur, non qui moribus sunt laudatisimis, sed qui nobilitate generis, opibus, ac dignitate præeminent: quanquam nihil uetat, etiam inter illos esse bonos aliquot. Cicer. pro Sestio sic dicit: Duo genera semper in hac ciuitate fuerunt eorum, qui uersari in repub. atque in ea se excellentius gerere studuerunt: quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates & haberi & esse uoluerũt. Qui ea quæ faciebant, quæq; dicebant, multitudini iucunda esse uolebant, populares: qui autẽ ita se gerebant, ut sua consilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. Viues quoq; in commen. ad ciuit. D. Augustini. Optimates, ait, nobiles appellãt: sed reuera quicunq; dignitate & opibus plurimũ in republica possunt, ij sunt optimates. Idcirco ὀλιγαρχία nõ multum uidetur ab ἀριστοκρατίᾳ differre. Quod & Cicero significat, quũ secundam partẽ dicit paucorum optimatum: tametsi paulo diuersius idem de optimatibus pro Sestio, causæ uidelicet inseruiens, ut solet. Spiegelius.

OPTIMA lex quum nominabatur in magistro populi faciendo, qui uulgò Dictator appellatur, quã plenissimum posset ius esse significabatur. ut fuit M. Valerij Marci filij Volusi nepotis: qui primus magister populi creatus est. postquam uerò prouocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea nõ erat, desitum est dici, ut optima lege utpote imminuto iure posteriorum magistratuum. Hæc Festus. Verba etiam quibus Pontifex Max. uirginem Ve-

 stalem

stalem capiebat, hæc Gellius lib. 1. cap. 12. recenset, sacerdotem Vestalem, quæ sacra faciat, quæ ius siet sacerdotem Vestalem facere pro populo Quiritibus, uti quòd optima lege fiat, ita te Amata capio. Hot.

OPTIMI loco sumitur minimè malus. Seneca libro 1. de Tranquill. Pompon. de origin. iur. Optimi cognomentum à Senatu Cn. Scipion. meruisse testatur. & Tranquill. Caium appellationem optimi & maximi sumpsisse. Traianum Imp. nihil magis quàm optimi cognomé oblectauit, ut scribit Plinius in suo ad eum Panegyrico. huius tantum memoriæ delatū est, ut per multa secula in Senatu principibus acclamaretur: Ne sis fœlicior Augusto, melior Traiano: adeò in eo gloria bonitatis obtinuit.

OPTIMO iure libertatem cōsecuti dicuntur in l. 31. ff. de minorib. qui ex fideicommisso rectè manu missi sunt. Optimo iure debentur usuræ, quæ interrogatione præcedente promissæ sunt. l. prima. Cod. de usur. Optimo iure quarta bonorum curialiū defunctorum, quibus alieni ab eorum consortio hæredes extiterunt, à curia petitur. l. 1. quando & quibus quarta pars. Optimo iure Censor creatus apud Liuium libro ix. Et Optima lege capta Vestalis apud Gellium libro 1. cap. 12. Optima autem lex, ut Festus lib. 13. scribit, cùm nominabatur in Dictatore faciendo, quàm plenissimum posset esse ius significabatur. Optimo iure admissos codicillos dixit Iustinia. Institut. de codicill. in fin. princip. id est, habuisse νόμιμον σύςασιν, ut Theophil. uertit. Optimum uinum frumentúmue cùm quis stipulatur, id stipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. l. 75. ff. de uerbor. oblig. Briss.

OPTIMO iure prędia antiquis dicebantur, quę immunia prorsus erant, id est, ut nunc loquimur, Alaudialia. Sic malim cum Budæo postremū hoc uocabulum scribi. Connan. lib. 4. c. 1. num. 1. Spiegel.

OPTIMO iure possessam domum. l. 26. §. 1. ff. de pignorib. accipe quæ nulli obligata est, nec ullo nexu pignoris tenetur liberaq; est ab omni onere hypothecæ. Cicer. de lege Agrar. Optimo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione sunt libera, meliore iure sunt quàm serua. Idem in oratione de Aruspic. respons. Multæ sunt domus in hac urbe, Patres conscripti, atq; haud scio, an pene cunctæ iure optimo, sed tñ iure priuato, iure hæreditario.

OPTIMVM ius legati apud Vlp. in Inst. tit. 24. quod commodius est, & facilius. Briss.

OPTIMVM, ut Vlp. ait, in l. ubi autem, de uerb. oblig. intelligitur, cuius bonitas principalem gradū bonitatis habet, quæ res efficit, ut ea appellatio certæ rei significatiua sit. Eodem ibidem docente, boni appellatio non est certa rei significatiua: cū id quod bono melius sit, ipsum quoq; bonum sit. Spieg.

OPTIMVM, principalem bonitatis gradum respicit. l. ubi autem. uersic. at cum optimum. de uerb. obligat. Spiegelius.

OPTIMVM, melius, bonum, ius dicitur in comparatione. glo. in l. si mulier. ff. de minor. super uerbo Optimo. attigit item gl. in l. exigendi. C. de procur. super uerb. non iniustè.

OPTIMVM, maximumq; tradere, Vlpiano significat, liberum esse, hoc est, nulli seruire. Frei eygē vnd ledig zustellen. Spieg.

OPTIMVS maximusq;, uel in eum cadere possunt, qui solus est, Paul. docet, l. illa uerba. de uerb. signific. Vnde si quem unum habet, legauit testator fundum, uerba hæc locum sibi uendicarent in eo, quemadmodum supremæ tabulæ habētur etiam solæ. Spiegelius. Connan. lib. 7. cap. 7. num. 5.

OPTIMVS maximus, non solum de Deo dicitur, sed & de fundo, agro, domo & alijs. Celsus de contrah. empt. Cum uenderes fundum, non dixisti, ut optimus maximusq; est. Paulus de lega. l. si mihi. Vti optimi maximiq; sunt. Idem de fund. instr. leg. fundo legato. Vt optimus maximusq; est. Spieg.

OPTIMVS maximusq; fundus dicitur, qui seruitute omni, & obligatione pignoris ac tributo immunis est. Paulus l. 169. de uerb. sig. Non tantùm in traditionibus, sed & in emptionibus, & stipulationibus, & testamentis adiectio hæc Vti optimus maximusq; est, hoc significat, ut liberum præstetur prædium, non ut etiam seruitutes ei debeantur. Quod idem tradit Vlpia. l. 90. & 126. eiusdem tit. & l. pen. ff. de euict. & l. 59. de cont. empt. Cice. de lege Agr. Optimo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione sunt: libera meliore sunt quàm serua. Capite hoc omnia quæ seruiebant, non seruient: soluta meliore in caussa sunt, quàm obligata. Eodem capite legis tuæ subsignata omnia, si modò Syllana sunt, liberantur: immunia meliore conditione sunt, quàm illa quæ pensitant. Hot. Vide Connan. lib. 4. cap. 1. num. 1. & quære suprà Fundus.

Adiectio hæc Vti optimus maximusq; est, non in traditionibus modò, sed & in emptionibus, stipulationibus, testamētis, hoc significat, ut liberum ab omni seruitute prædium præstetur, non ut etiam seruitutes ei debeantur. l. 126. l. 169. ff. de uerb. sig. l. 8. & penult. ff. de euictionib. l. 69. §. si fundus. ff. de legat. lib. 1. Itaq; parum cohæret quod Sicul. Flacc. libr. de conditio. agror. scribit. Quidam etiam conueniunt precariò, ut seruitutē præstent his agris ad quos necesse habent trāsmittere peruium. Nam & id his uerbis comprehenditur, Vti optimus maximusque sit. Plerumque etiam ad instrumentum uel instructum prædij hæc uerba referuntur. l. 92. & l. 93. §. penul. ff. de legat. libr. iij. l. 18. §. item cum fundus. & l. 22. ff. de instru. uel instrum. Quæ & in Sententijs Pauli habetur lib. 3. Brissonius.

OPTINERE dicuntur, secundùm quos sententia datur. l. 36. ff. de liber. cau. l. ix. ff. de iure fisc. l. 22. ff. de his quæ ut indign. l. 2. C. eod. tit. l. 22. ff. de inofficioso testamento.

OPTIONATVS, optionis quęstorij munꝰ est: cuius meminit tit. de iure fisci. lib. x. C. Vide Pyrrhū sub finem lib. primi Rom. Magistrat. Spiegelius.

OPTIO, cuiusuis muneris administer dicitur (mea quidem sententia) Paterno in l. ulti. ff. de iur. immun. Mensores, optio, ualetudinarij. & infrà, Venatores, uictimarij, & optio fabricæ. nam ut scribit Vegetius, Optiones ab optādo appellati sunt: quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, ij tanquam adoptati eorum atq; uicarij solent uniuersa curare. Varro in 1. de lingua Lat. Primi, inquit, singularum decuriarum decuriones dicti: quos ij primos administros sibi adoptabant, Optiones uocari cœpti, quos nunc propter ambitiones Tribuni faciunt. Festus: Optio, inquit, est optatio: sed in re militari is appellatur, quem decurio aut centurio optat sibi rerū priuatarum ministrum, quo facilius obeat officia publica. Idem: Optio, inquit, qui nunc appellatur, antea appellabatur accensus. Is adiutor dabatur Centurioni à Tribuno militum: qui quia cooptare quē uelint Centurionibus permissum est, ex facto nomē sortitus est. Nonius: Optiones, inquit, in cohortib. dicūtur, qui sunt honesti gradus, ut optatos, hoc est, electos: & adoptatos, hoc est ascitos. Varro de Vita patrum

patrum lib. II. existimat appellatos, qui referentibus Centurionib. adoptati in cohortes subibant, ut semper plenæ essent legiones. à quo optiones Decurionum in turmis & in cohortibus centurionum appellati. Hotomannus.

OPTIO, id est, optatio, nimirum, ut quem uellet, tutorem sibi optare posset: Nam ut testamento patris filiofamiliâs tutor dari potest, ita testamento uiri matrifamiliâs optio tutoris dari potest, ut ipsa sibi tutorem eligat, quem uelit, & hic tutor is est, qué pro Muræna M. Tullius ait, potestate mulieris contineri. De quo uide notata per Cuiacium lib. 7. Obseruationum, cap. xj. In re uerò militari optio appellatur is, quem decurio aut cēturio, optat sibi rerum priuatarum ministrum, quo facilius obeat officia publica. Eius quidem optionis potestas ab initio penes ipsos Decuriones erat, posteà uerò propter ambitionem ad Tribunos transijt ut docet Varro libro 4. de Lingua Latina. Vide Rebuff. in l. alienationis. de uerb. & rer. sig. fol. 131.

OPTIONES, poni uidentur pro Lictoribus, & apparitoribus eius magistratus qui damnatū ad supplicium deducit. Paulus l. pen. ff. de bon. damnat. Ita neq; spiculatores ultrò sibi uindicent (loquitur de damnati spolijs) neq; optiones ea desiderent, quib. spoliatur quo momento quis punitus est, hanc rationem non compendio suo debent Præsides uetare: sed nec pati optiones, siue Commentarienses eâ pecunia abuti. Hotoman.

OPTIONES appellantur hi milites, quos decurio, aut centurio optat sibi rerum priuatarum ministros, quo facilius obeat publica officia. Optiones autem dicti, quòd sint electi. Nam optare, est eligere: sicut & illud, Optauitq; locum regno: id est, elegit. Bud. in l. fin. de iur. immunit. Optionem accipit pro eo, qui adiutor est centurionis, aut decurionis: ut Plautus usus est, licet metaphoricè, in Asinaria. Spiegelius.

OPTIONES, gradus quidam appellati sunt in turmis decurionum, & cohortibus centurionū: de quibus meminit Vlp. in l. diuus Adria. de bon. dam. & Calist. in l. ult. de iure immun. & Impe. in l. pen. C. de apochis publ. lib. x. ubi Accur. putauit ita dictos, quia quod optabant, præcipiebant. Optio enim dicitur optatio, electio. Verg. — Optauitq; locum Regno.

OPTIONES in re militari appellabantur, qui antecedentibus ægritudine præpeditis tanquā adoptati & uicarij eorum uniuersa curabant, ut Veget. lib. 2. c. 7. & Non. Marcell. exponunt. Quo in significato accipi optio potest in l. ult. ff de iure immu. At in l. pen. ff. de bon. damn. Optiones commentariensibus adiunguntur. Etiam Optiones fœderatorū dicuntur. l. ult. C. de locat. & cond. Nouell. 117. Briss.

OPTIONIS legatum est, cùm testator ex seruis suis, uel alijs rebus optare legatarium iussit. unde rubric. De optione legata. Eius autem hæc uis est, ut cui optio legata est, etiam eius hæredibus si uiuus ipse non optarit, optio debeatur. l. ult. C. commu. de leg. §. optionis, 22. Inst. de leg. Hot.

OPTIONEM & electionem quidam ita distinguunt, quod Optio de duobus dicatur, Electio de pluribus. l. 3. §. item si optare. ff. ad exhib. sed optio in pluribus quoq; est, ut mancipiorum uel seruorū optione legata, non refert quot sint: etiamsi centū essent. ita probat l. 2. l. mancipiorum. ff. de optio. leg. l. his consequentur. in prin. ff fam. erc. l. de eo. §. item si ei. ff. ad exhib. Et sic capitur optio ibi pro electione, ut & tot. tt. ff. de opt. leg. & in l. 3. ff. qui & à quib. manumiss. l. cæterorum. ff. de uerb. sig. l. 2. §. proinde. ff. quod certo loco Et fortè deducitur à uerbo Græco ὄπτω quod significat uideo, nempe quia is qui optat debet uidere quod eligit, & an expediat illud uel alterum eligere. P. Rebuff. in l. alienationis. ff. de uerb. & rerum signific.

OPVLENTA hæreditas, ait gl. in l. si quis mihi. ff. de acq. hæred. dicitur, quæ affert opes sine uexatione. Locuples uerò est, quæ etiam uexationem habet. Bald. quod hæc uerba non alibi reperiantur memoria digna censuit. Spiegelius.

OPVLENTI. Autore Sexto Pōpeio, Opis fuit Saturni coniunx, per quam uoluerunt terram significare, quia omnes opes humano generi terra tribuit. Vnde opulenti, terrestribus rebus copiosi.

OPVS factum restitui, quo sensu accipiendum, Alc. explicat, enarrans l. impensæ. de uerb. sig. Spieg.

OPVS perfectū esse tunc dicitur, qñ ita consummatum est, ut iam in usu esse possit. l. ædificia. §. perfecisse. ꝑ. eo. l. is qui §. quædam. ff. ad l. Falc. Brechęus l. pecuniæ. §. opere legato. ff. de uerb. & rer. sign. &c.

OPVS idem & perfectum, & imperfectum dici, colligitur ff. locat. l. qui insulam. §. qui ædem. Alber.

OPVS probari uel approbari tum dicitur, cū magistri artificiorum euocati, inspectum opus referūt esse idoneum, & rectè factum, uel etiam (si hoc conuenerit) ab ipso locatore. l. opus quod. cum l. seq. & l. si in l. in prin. ff. locati. Spiegelius.

OPVS restitui, pro destrui, auferriq; in interdictis intelligitur. l. cum prætor. eod. & simil. quæ Alb. indicat. Spiegelius.

OPVS rurestre. Paul. de leg. 3. Muliones, inquit, de urbano ministerio sunt: nisi propter opus rurestre testator eos destinatos habebat. Spiegelius.

OPVS structile dicitur, quod ex lapide quadrato, aut laterculis, calceq; constructum est, eaq; propriè pars ædificij est, unde & auferri non potest. Tectorium uerò, incrustatio est, siue expolitio parietū: qua de re Vitru. legendus est lib. 7. ut ab Alc. citatur, & ipse in comm. ad l. in rutis & cæs de uerb. fig. Sp.

Ad opus publicum noxij olim nonnunquam dabantur. Idq; uel ad tempus, uel in perpetuum. Ad opus aūt damnari dariue, & in opus tradi idem ualēt. l. 6. ff. de extraor. cum l. 1. §. 1. & l. ult. ff. de effractorib. l. 8. §. quisquis. l. x. l. 17. & l. 28. ff. de pœn. l. 18. ff. de iur. fisc. l. 6 C. ex quib. cau. maio. & opere etiam multari pro eodem dicunt. l. x. §. ult. ff. de pœn.

In opus salinarum ob maleficium mulierem datā legimus in l. 6. ff. de captiu. Briss.

OPVS nouum facere uidetur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid pristinam faciem operis mutat. Si quis autem ædificium uetus fulciat, opus nouum non facit, sed ueteri substinendo remedium adhibet, Vlp. de op. nou. nun. Maffeus.

OPVS nouum nunciare est denunciare & prohibere ne opus nouū fiat. Et hæc nunciatio est denunciatio & prohibitio, ne quis nouū opus faciat. Quid sit nouum opus facere docent l. C. in l. j. §. opus hoc tit. & in alijs locis. Aduersus eum etiam qui nouum incipit opus competit hæc operis noui denūciatio. Quæritur de eo qui fulcit ruens ædificium, an dicatur nouum opus facere? hæc quæstio tractatur in l. j. §. si quis ædificium. l. stipulatio. §. opus hoc tit. Et frustra denunciatur ei nouum opus qui uetus fulcit. Quæstio alia oritur de reficiente an ei quoq; denunciari possit? Quidam existimant ei nouum opus denunciari non posse, quia aliud est facere, aliud restaurare opus. l. j. de mort. infer. l. 4. C. de oper. publ. dicit

stalem capiebat, hæc Gellius lib.1.cap.12.recenset, sacerdotem Vestalem, quæ sacra faciat, quæ ius siet sacerdotem Vestalem facere pro populo Quiritibus, uti quód optima lege fiat, ita te Amata capio. Hot.

OPTIMI loco sumitur minimè malus. Seneca libro 1.de Tranquill. Pompon. de origin. iur. Optimi cognomentum à Senatu Cn. Scipion. meruisse testatur. & Tranquill. Caium appellationem optimi & maximi sumpsisse. Traianum Imp. nihil magis quàm optimi cognomē oblectauit, ut scribit Plinius in suo ad eum Panegyrico. huius tantum memoriæ delatū est, ut per multa secula in Senatu principibus acclamaretur: Ne sis fœlicior Augusto, melior Traiano: adeò in eo gloria bonitatis obtinuit.

OPTIMO iure libertatem cōsecuti dicuntur in l.31. ff. de minorib. qui ex fideicommisso rectè manu missi sunt. Optimo iure debentur usuræ, quæ interrogatione præcedente promissæ sunt. l. prima. Cod. de usur. Optimo iure quarta bonorum curialiū defunctorum, quibus alieni ab eorum consortio hæredes extiterunt, à curia petitur. l.1. quando & quibus quarta pars. Optimo iure Censor creatus apud Liuium libro ix. Et Optima lege capta Vestalis apud Gellium libro 1.cap.12. Optima autem lex, ut Festus lib.13. scribit, cùm nominabatur in Dictatore faciendo, quàm plenissimum posset esse ius significabatur. Optimo iure admissos codicillos dixit Iustinia. Institut. de codicill. in fin. princip. id est, habuisse νόμιμον εὐγνωμ, ut Theophil. uertit. Optimum uinum frumentúmue cùm quis stipulatur, id stipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. l.75. ff. de uerbor. oblig. Briss.

OPTIMO iure prędia antiquis dicebantur, quę immunia prorsus erant, id est, ut nunc loquimur, Alaudialia. Sic malim cum Budæo postremū hoc uocabulum scribi. Connan. lib.4.c.1. num.1. Spiegel.

OPTIMO iure possessam domum. l.26. §.1. ff. de pignorib. accipe quæ nulli obligata est, nec ullo nexu pignoris tenetur liberaq; est ab omni onere hypothecæ. Cicer. de lege Agrar. Optimo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione sunt libera, meliore iure sunt quàm serua. Idem in oratione de Aruspic. respons. Multæ sunt domus in hac urbe, Patres conscripti, atq; haud scio, an pene cunctæ iure optimo, sed tñ iure priuato, iure hæreditario.

OPTIMVM ius legati apud Vlp. in Inst. tit. 24. quod commodius est, & facilius. Briss.

OPTIMVM, ut Vlp. ait, in l. ubi autem, de uerb. oblig. intelligitur, cuius bonitas principalem gradū bonitatis habet, quæ res efficit, ut ea appellatio certæ rei significatiua sit. Eodem ibidem docente, boni appellatio non est certa rei significatiua: cū id quod bono melius sit, ipsum quoq; bonum sit. Spieg.

OPTIMVM, principalem bonitatis gradum respicit. l. ubi autem. uersic. at cum optimum. de uerb. obligat. Spiegelius.

OPTIMVM, melius, bonum, ius dicitur in comparatione. glo. in l. si mulier. ff. de minor. super uerbo Optimo. attigit item gl. in l. exigendi. C. de procur. super uerb. non iniustè.

OPTIMVM, maximumq; tradere, Vlpiano significat, liberum esse, hoc est, nulli seruire. Frei eygē vnd ledig zustellen. Spieg.

OPTIMVS maximusq;, uel in eum cadere possunt, qui solus est, Paul. docet, l. illa uerba. de uerb. signific. Vnde si quem unum habet, legauit testator fundum, uerba hæc locum sibi uendicarent in eo, quemadmodum supremæ tabulæ habētur etiam solæ. Spiegelius. Connan. lib.7.cap.7.num.5.

OPTIMVS maximus, non solum de Deo dicitur, sed & de fundo, agro, domo & alijs. Celsus de contrah. empt. Cum uenderes fundum, non dixisti, ut optimus maximusq; est. Paulus de lega. l. si mihi. Vti optimi maximiq; sunt. Idem de fund. instr. leg. fundo legato. Vt optimus maximusq; est. Spieg.

OPTIMVS maximusq; fundus dicitur, qui seruitute omni, & obligatione pignoris ac tributo immunis est. Paulus l.169. de uerb. sig. Non tantùm in traditionibus, sed & in emptionibus, & stipulationibus, & testamentis adiectio hæc Vti optimus maximusq; est, hoc significat, ut liberum præstetur prædium, non ut etiam seruitutes ei debeantur. Quod idem tradit Vlpia. l.90. & 126. eiusdem tit. & l. pen. ff. de euict. & l.59. de cont. empt. Cice. de lege Agr. Optimo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione sunt: libera meliore sunt quàm serua. Capite hoc omnia quæ seruiebant, non seruient: soluta meliore in caussa sunt, quàm obligata. Eodem capite legis tuæ subsignata omnia, si modò Syllana sunt, liberantur: immunia meliore conditione sunt, quàm illa quæ pensitant. Hot. Vide Connan. lib.4. cap.1. num.1. & quære suprà Fundus.

Adiectio hæc Vti optimus maximusq; est, non in traditionibus modò, sed & in emptionibus, stipulationibus, testamētis, hoc significat, ut liberum ab omni seruitute prædium præstetur, non ut etiam seruitutes ei debeantur. l.126. l.169. ff. de uerb. sig. l.8. & penult. ff. de euictionib. l.69. §. si fundus. ff. de legat. lib.1. Itaq; parum cohæret quod Sicul. Flacc. libr. de conditio. agror. scribit. Quidam etiam conueniunt precariò, ut seruitutē præstent his agris ad quos necesse habent trāsmittere peruium. Nam & id his uerbis comprehenditur, Vti optimus maximusque sit. Plerumque etiam ad instrumentum uel instructum prædij hæc uerba referuntur. l. 92. & l.93. §. penul. ff. de legat. libr. iij. l.18. §. item cum fundus. & l.22. ff. de instru. uel instrum. Quæ & in Sententijs Pauli habetur lib.3. Brissonius.

OPTINERE dicuntur, secundùm quos sententia datur. l.36. ff. de liber. cau. l. ix. ff. de iure fisc. l.22. ff. de his quæ ut indign. l.2. C. eod. tit. l.22. ff. de inofficioso testamento.

OPTIONATVS, optionis quęstorij munꝰ est: cuius meminit tit. de iure fisci. lib.x. C. Vide Pyrrhū sub finem lib. primi Rom. Magistrat. Spiegelius.

OPTIO, cuiusuis muneris administer dicitur (mea quidem sententia) Paterno in l. ulti. ff. de iur. immun. Mensores, optio, ualetudinarij. & infrà, Venatores, uictimarij, & optio fabricæ. nam ut scribit Vegetius, Optiones ab optādo appellati sunt: quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, ij tanquam adoptati eorum atq; uicarij solent uniuersa curare. Varro in 1. de lingua Lat. Primi, inquit, singularum decuriarum decuriones dicti: quos ij primos administros sibi adoptabant, Optiones uocari cœpti, quos nunc propter ambitiones Tribuni faciunt. Festus: Optio, inquit, est optatio: sed in re militari is appellatur, quem decurio aut centurio optat sibi rerū priuatarum ministrum, quo facilius obeat officia publica. Idem: Optio, inquit, qui nunc appellatur, antea appellabatur accensus. Is adiutor dabatur Centurioni à Tribuno militum: qui quia cooptare quē uelint Centurionibus permissum est, ex facto nomē sortitus est. Nonius: Optiones, inquit, in cohortib. dicitur, qui sunt honesti gradus, ut optatos, hoc est, electos: & adoptatos, hoc est ascitos. Varro de Vita patrum

patrum lib. II. existimat appellatos, qui referentibus Centurionib. adoptati in cohortes subibant, ut semper plenæ essent legiones. à quo optiones Decurionum in turmis & in cohortibus centurionum appellati. Hotomannus.

OPTIO, id est, optatio, nimirum, ut quem uellet, tutorem sibi optare posset: Nam ut testamento patris filiofamiliàs tutor dari potest, ita testamento uiri matrifamiliàs optio tutoris dari potest, ut ipsa sibi tutorem eligat, quem uelit, & hic tutor is est, quẽ pro Muræna M. Tullius ait, potestate mulieris contineri. De quo uide notata per Cuiacium lib. 7. Obseruationum, cap. xj. In re uerò militari optio appellatur is, quem decurio aut cẽturio, optat sibi rerum priuatarum ministrum, quo facilius obeat officia publica. Eius quidem optionis potestas ab initio penes ipsos Decuriones erat, posteà uerò propter ambitionem ad Tribunos transijt ut docet Varro libro 4. de Lingua Latina. Vide Rebuff. in l. alienationis. de uerb & rer. sig. fol. 131.

OPTIONES, poni uidentur pro Lictoribus, & apparitoribus eius magistratus qui damnatũ ad supplicium deducit. Paulus l. pen. ff. de bon. damnat. Ita neq; spiculatores ultrò sibi uindicent (loquitur de damnati spolijs) neq; optiones ea desiderent, quib. spoliatur quo momento quis punitus est, hanc rationem non compendio suo debent Præsides uetare: sed nec pati optiones, siue Commentarienses eà pecunia abuti. Hotoman.

OPTIONES appellantur hi milites, quos decurio, aut centurio optat sibi rerum priuatarum ministros, quo facilius obeat publica officia. Optiones autem dicti, quòd sint electi. Nam optare, est eligere: sicut & illud, Optauitq; locum regno: id est, elegit. Bud. in l. fin. de iur. immunit. Optionem accipit pro eo, qui adiutor est centurionis, aut decurionis: ut Plautus usus est, licet metaphoricè, in Asinaria. Spiegelius.

OPTIONES, gradus quidam appellati sunt in turmis decurionum, & cohortibus centurionũ: de quibus meminit Vlp. in l. diuus Adria. de bon. dam. & Calist in l. ult. de iure immun. & Impe. in l. pen. C. de apochis publ. lib. x. ubi Accur. putauit ita dictos, quia quod optabant, præcipiebant. Optio enim dicitur optatio, electio. Verg. —Optau itq; locum Regno.

OPTIONES in re militari appellabantur, qui antecedentibus ægritudine præpeditis tanquã adoptati & uicarij eorum uniuersa curabant, ut Veget. lib. 2. c. 7. & Non Marcell. exponunt. Quo in significato accipi optio potest in l. ult. ff. de iure immu. At in l. pen. ff. de bon. damn. Optiones commentariensibus adiunguntur. Etiam Optiones fœderatorũ dicuntur. l. ult. C. de locat. & cond. Nouell. 117. Briss.

OPTIONIS legatum est, cùm testator ex seruis suis, uel alijs rebus optare legatarium iussit. unde rubric. De optione legata. Eius autem hæc uis est, ut cui optio legata est, etiam eius hæredibus si uiuus ipse non optarit, optio debeatur. l. ult. C. commu. de leg. §. optionis, 22. Inst. de leg. Hot.

OPTIONEM & electionem quidam ita distinguunt, quod Optio de duobus dicatur, Electio de pluribus. l. 3. §. item si optare. ff. ad exhib. sed optio in pluribus quoq; est, ut mancipiorum uel seruorũ optione legata, non refert quot sint: etiamsi centũ essent. ita probat l. 2. l. mancipiorum. ff. de optio. leg. l. his consequentur. in prin. ff fam. erc. l. de eo. §. item si ei. ff. ad exhib. Et sic capitur optio ibi pro electione, ut & tot. tt. ff. de opt. leg. & in l. 3. ff. qui & à quib. manumiss. l. cæterorum. ff. de uerb. sig. l. 2. §. proinde. ff. quod certo loco. Et fortè deducitur à uerbo Græco ὄπτω quod significat uideo, nempe quia is qui optat debet uidere quod eligit, & an expediat illud uel alterum eligere. P. Rebuff. in l. alienationis. ff. de uerb. & rerum signific.

OPULENTA hæreditas, ait gl. in l. si quis mihi. ff. de acq. hæred. dicitur, quæ affert opes sine uexatione. Locuples uerò est, quæ etiam uexationem habet. Bald. quod hæc uerba non alibi reperiantur memoria digna censuit. Spiegelius.

OPULENTI. Autore Sexto Põpeio, Opis fuit Saturni coniunx, per quam uoluerunt terram significare, quia omnes opes humano generi terra tribuit. Vnde opulenti, terrestribus rebus copiosi.

OPUS factum restitui, quo sensu accipiendum, Alc. explicat, enarrans l. impensæ. de uerb. sig. Spieg.

OPUS perfectũ esse tunc dicitur, qñ ita consummatum est, ut iam in usu esse possit. l. ædificia. §. perfecisse. ꝧ eo. l. is qui §. quædam. ff. ad l. Falc. Brechęus l. pecuniæ. §. opere legato. ff. de uerb. & rer. sign. &c.

OPUS idem & perfectum, & imperfectum dici, colligitur ff. locat. l. qui insulam. §. qui ædem. Alber.

OPUS probari uel approbari tum dicitur, cũ magistri artificiorum euocati, inspectum opus referũt esse idoneum, & rectè factum, uel etiam (si hoc conuenerit) ab ipso locatore. l. opus quod. cum l. seq. & l. si in l. in prin. ff. locati. Spiegelius.

OPUS restitui, pro destrui, auferriq; in interdictis intelligitur. l. cum prætor. eod. & simil. quæ Alb. indicat. Spiegelius.

OPUS rurestre. Paul. de leg. 3. Muliones, inquit, de urbano ministerio sunt: nisi propter opus rurestre testator eos destinatos habebat. Spiegelius.

OPUS structile dicitur, quod ex lapide quadrato, aut laterculis, calceq; constructum est, eaq; propriè pars ædificij est, unde & auferri non potest. Tectorium uerò, incrustatio est, siue expolitio parietũ: qua de re Vitru. legendus est lib. 7. ut ab Alc. citatur, & ipse in comm. ad l. in rutis & cæs de uerb. sig. Sp.

Ad opus publicum noxij olim nonnunquam dabantur. Idq; uel ad tempus, uel in perpetuum. Ad opus aũt damnari dariue, & in opus tradi idem ualẽt. l. 6. ff. de extraor. cum l. 1. §. 1. & l. ult. ff. de effractorib. l. 8. §. quisquis. l. x. l. 17. & l. 28. ff. de pœn. l. 18. ff. de iur. fisc. l. 6 C. ex quib. cau. maio. & opere etiam multari pro eodem dicunt. l. x. §. ult. ff. de pœn.

In opus salinarum ob maleficium mulierem datã legimus in l. 6. ff. de captiu. Briss.

OPUS nouum facere uidetur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid pristinam faciem operis mutat. Si quis autem ædificium uetus fulciat, opus nouum non facit, sed ueteri substinendo remedium adhibet, Vlp. de op. nou. nun. Maffeus.

OPUS nouum nunciare est denunciare & prohibere ne opus nouũ fiat. Et hæc nunciatio est denunciatio & prohibitio, ne quis nouũ opus faciat. Quid sit nouum opus facere docent I. C. in l. j. §. opus hoc tit. & in alijs locis. Aduersus eum etiam qui nouum incipit opus competit hæc operis noui denũciatio. Quæritur de eo qui fulcit ruens ædificium, an dicatur nouum opus facere? hæc quæstio tractatur in l. j. §. si quis ædificium. l. stipulatio. §. opus hoc tit. Et frustra denunciatur ei nouum opus qui uetus fulcit. Quæstio alia oritur de reficiente an ei quoq; denunciari possit? Quidam existimant ei nouum opus denunciari non posse, quia aliud est facere, aliud restaurare opus. l. j. de mort. infer. l. 4. C. de oper. publ. dicit

cit neminem posse opus publicum absq; iussu principis, nisi suo sumptu inchoare, cum tamen restaurare posset quis. Citantur tex. alij in l. j. de ui publ. l. 3. Obijcitur l. 3. de itin. act. pri. §. hoc autem. Existimo noui operis factionem ad hanc quoq; refectionem pertinere, & nouum opus facere, aliud restaurare. Mouet me quod dicitur in l. de pupillo. §. si quis. hoc tit. Nec obstat quod dicitur aliud esse nouum opus facere, aliud restaurare. Si enim tibi nuntio nouum opus tu reficis aliquid, est nouum opus habita ratione temporis quo ego nunciaui. Eo enim tempore non fuit tale opus aut talis refectio: dicitur quoq; semper aliquid innouare, qui reficit aliquid, habita scilicet temporis ratione, quo operis noui nunciatio facta est. Alia hic tractatur quęstio eodem pertinens, an opus hic perfectum & consummatum accipi debeat: quæstionem facit l. rei appellatio de uerb. sig. quæ l. nihil ad rem facit loquitur de eo qui instituit insulam facere, quod ante finitum institutum perfectum dici non possit. Aliud de ea re exemplum est in l. si is qui. ad l. Falcid. Nos uerò hic loquimur nõ de opere certo, sed de opere in genere. Seilerus ex lecturis Duareni nondum impressis. ff. lib. 39. tit. de operis noui nunciatione.

Opus publicum est, quod ciuitati extruitur, ut Theatrum, Balneum, aquęductus ad usum ciuitatis, quod sumptu publico sine autoritate principis fieri non potest, sed liberalitate singulorum potest. Ei inscribi nomen non potest nisi principis & cuius pecunia factum est. Ego obseruaui præsidem prouinciæ insignia sua cum nomine poni curasse in propugnaculis ciuitatis pecunia publica extructis contra l. 4. tit. de oper. publ. Seilerus ex Lecturis Duareni nondum impressis eod. tit. 10. lib. 50. Pandect. de operibus publicis.

O R

Ora dicitur extremitas cuiusq; rei, ut uestimenti. Clem. 2. de uita & honest. cler. Io. Bell. Etym.

Oracula apud Ciceronem in Topicis, ex eo ipso appellata sunt, quod in ijs est deorũ oratio, qđ uero principes Romani, aliquid maiestatis superhumanę, unde diui appellabantur, sibi attribuêre, deorumq; numero sese esse, falso sibi persuasêre (quemadmodum Domitianus ille, licet omnium truculentissimus inscriptionẽ facere solebat autore Leto Domitianus dominus & Deus uester) factũ est ut principis responsum seu rescriptum sacrum oraculũ plærisq; iuris in locis dicatur, ut Instit. de adopt. §. illud proprium est. l. 1. C. de emancipat. lib. cœleste oraculum in l. iubemus la j. C. de sacrosanct. ecclesijs. l. fin. C. de def. ciuitat. l. si quis ex grege. C. de cohortal. l. digna uox C. de legib. ubi Accurs. minus rectè explicat, quid oraculi nomine significetur. Capitur enim pro dicto egregio & quasi diuino, ut apud Plin. lib. 18. cap. 6. Inde illa reliqua oracula, Nequam agricolam esse quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset. Malum patremfamiliâs, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi intempestate cœli, peiorem, qui profestis duob. ageret, quod ferialis deberet: pessimum, qui sereno die sub tecto potius operaretur, quam in agro. Ferran. lib. Explicat. 2. in l. digna uox. de legib. cap. 3.

Orare, cum solo accusatiuo, significat agere & dicere: ut apud Terent. Seruum hominem causam orare, Leges non sinunt.

Oratio, est omnis locutio, autore Ciceron. in Bruto. Nostris triplex est, Copulatiua, disiunctiua, & soluta. l. sæpè. & l. triplici. de uerb. signif. In soluta, punctus instar copulæ est, iuxta Alex. in l. precia. ff. ad leg. Falc. Spiegelius.

Oratio, & intentio differunt. l. si quis intétione. ff. de iudic.

Orationes dicuntur in iure nostro, quæ ab ipsis principibus in senatu habêtur, cum ipsi scilicet explicatis rei totius circumstantijs, quod iustum, utile ac honestum reipub. sit, ostendunt, senatumque rogant, an sic constituere placeat. Talis extat oratio, uel pars potius orationis Imp. Seueri. l. j. ff. de rebus eor. qui sub tutel. sunt non alienan. Citantur itẽ D. Marci orationes de Alimentis. l. cum hi. ff. de transact. de fugitiu. requisit. l. diuus. ff. de ser. fugit. de bonis matern. l. pen. ff. ad Tertull. Itẽ Antonini de don. int. uir. & ux. l. cum hic status. Item Hadriani de pet. hęred. l. si & rem. §. illud. Ac quoniã consulitur à principe Senatus, ipsę etiam orationes Senatusconsulta interdum uocãtur. Nam orationem de petit. hæred. Senatusconsultum etiam uocat Iureconf. l. item ueniunt. §. pridię. eod. Spiegelius.

Orationes principum uti sunt accipiendæ in libris nostris, exposui lib. Select. Antiquit. j. Eiusmodi est oratio D. Marci de cõfessis, cuius meminit l. 6. §. 1. ff. de confess. & l. 56. ff. de re iud. Oratio Marci & Commodi, qua prohibentur tutores & filij eorũ pupillas suas ducere: ad quam Paul. librum singularem scripsit. l. 60. & l. 67. §. sed & si filiusfam. ff. de ritu nupt. Oratio eorundem Impp. de senatorum & libertinarum nuptijs. l. 16. ff. de sponsalib. l. 16. ff. de ritu nupt. Oratio Seueri de rebus eorum, qui sub tutela, uel cura sunt sine decreto non alienandis. l. 1. ff. de reb. eor. l. 9. C. de præd. minor. quam singulari libro Paul9 exposuit, ut ex Indice Florẽtino & inscriptionibus aliquot cõstat. Oratio Antonini de confirmãdis inter uirum & uxorem donationibus. l. 32. ff. de donatio. int. uir. Similia alia exempla sunt in l. ult. C. de test. man. l. 17. C. de excus. tutor. l. 2. C. de cur. fur. l. pen. C. de his quæ ut indign. Briss.

Oratores, pro legatis usurpat Iurisconf. in l. lege Iulia. ff. de ui public. Accursius doctores artiũ intelligit: qui a Græcis rhetorici uocantur. Hanc Accursianam ignorantiã, iure censet Bud. animaduersione seria potius atque adnotatione, quàm risu dignam esse. Spieg.

Orbis Romanus, pro ditione Romanæ ciuitatis accipitur in l. in orbe ff. de stat. hom. & uide Baysium. Vide & Hegesippum lib. 2. cap. 9. Maiorag. Miscellan. lib. 4. cap. 4. ubi ostendit orbem pro ditione & imperio usurpatum antiquis temporibus: Sic Ouidius in Metamorphosi sub Minois persona:

Certe non patiar Iouis incunabula Creten
Qui meus est orbis tantum contingere monstrum.

Similiter quoq; Plinius lib. 12. Nat. histor. cap. 12. uocem hanc pro regione accipit propriè autem orbis circulus est rotundus unde mundus à rotunditate dicitur orbis. Olden.

Orbitas, illa patrum qualitas post amissos liberos: & uxoris uiduitas, post amissum maritum. l. ult. C. de Plag. Spieg.

Orbem uoluere, id est, in orbem consistere, ut Cæsar lib. 5. de bello Gallico loquitur (inquiens) In orbem consistentes iusserunt pronunciari, ut impedimenta relinquerent, atq; in orbem consisterent, id est, in orbem pugnarent. In orbem uerò pugnari solet, cum undiq; metus est, aut cum pauci à pluribus circunuentos uident, ut militum terga tuta sint. Alibi Liuius id uocat in orbem se tutari. Græci κυκλοῦσθαι hoc dicunt.

ORBONA dea in cuius tutela essent orbati liberis parentes ut testatur Arnobius lib. aduersus gentes quarto. Meminit eius & Plin.us lib. 2. cap. 7. ubi tamen eius mentionem exterminandam putat Ferdinandus Pintianus ueluti spuriam & adulterinam: sed male ut ostendit Hadrianus Iunius an. maduersionum lib. 3. cap. 1.

ORBVS, per translationem dicitur, quicunq; aliqua re chara priuatus est. per titul. Cod. de infirm. pœn. cœlib.

ὁρκίζω siue ἐξορκίζω magis significat alium ad iusiurandum adigere: & iurisiurandi cautionem accipere: quam iurare, aut alteri sacramento cauere: unde & olim ὁρκωταὶ appellabantur legati, qui mittebantur, non quidem ad præstandum, sed ad exigendum iusiurandū. Balduin. tit. de legatis.

ORCHESTRA, spectandi locus primus in theatro. Zas. in l. 2. ff. de orig. iur. in quo erant Senatorum & grauissimorum hominū sedes collocatę. teste Brechæo l. inde tabernacula. ff. de uerb. & rer. sig. &c. Vide & Corrasium Miscell. lib. 4. cap. 24. Est autem dicta Orchestra quòd in ea saltationes per scenicos fieri consueuissent. ὀρχέομαι enim tripudio & salto.

ORCINI liberti appellantur, qui testamēto manumissi sunt, quasi testatoris ad orcū demissi liberti. l. 3. §. planè. ff. de legit. tutor. l. 8. ff. de hæred. instit. l. 2. ff. de statuliber. l. 22. ff. de pecul. leg. l. 2. per contrarium. ff. de dote releg. l. x. ff. de testam. manum. l. un. §. sed & si sub conditio C. de Latin. libert. l. 8. C. de iuris & facti ignor. . quia autem. Instit. de singulis reb. Vlpia. in Inst. tit. 2. Is qui directò liber esse iussus est, Orcinus fit libertus. Orcini etiam liberti efficiuntur, qui latitante hęrede uel legatario manumittere rogato ad libertatem perducuntur, quiq; ob necem detectam domini pręmiū libertatis consequuntur. l. 30. §. idem dicendum. & l. 49. ff. de fideicom. libertatib. l. 5. ff. qui sine manumiss. Cæterùm Orcinorum libertorū testator patronus habetur. l. 23. ff. de pecul. leg. qui cùm iam esse desierit, idcirco Orcinos nullius esse libertos non malè dicitur. l. 4. ff. de bon. libert. Brissonius.

ORCVM ueteres dixerūt quod urgeret ad mortem. Connan. lib. 2. cap. 4. num. 5.

ORDINARE, Bud. in annot. ad l. honores. ff. de Decur. est, inquit, aliquem ad honorem & magistratum promouere: hoc est (ut Cicero loquitur) ornare, honoribusq; augere. censetq; pro ordinationib. ut in uetustis legitur codicibus, uel ordinatioribus uel ordinatis omnibus legendum esse. In Norico textu est, ordinatione. Sensus Iurisconsulti satis apparet. Nempe conferendos nec honores, nec munera esse priori in ordinem allecto, sed optimo cuiq;. Laurentius Vuolphius uir doctus atque integer, municeps noster, secundum hanc Iurisconsulti sententiam ab octumuiris Senatus Selatistensis, Tribunus primarij collegij creatus est, exemplo maximè probādo. Sp.

ORDINARI lis, iudiciū, causa, res dicitur. l. 24. l. 25. §. 1. ff. de liber. cau. l. 8. §. 1. cum seq. ff. de inoffic. testam. l. 26. §. ult. ff. de test. tutel. l. 8. ff. de re milit. Vnde litis ordinator apud Senec. lib. xix. Epist. Ordinati libelli, id est, concepti & compositi. l. 3. in fin. prin. ff. de accusatio. Ordinata causa criminis ait Alex. in l. 1. C. de calumniatorib. id est, inscriptione deposita, fideiussore de lite exercenda præstito, eoq; qui accusatur sub custodia officij facto. Ordinari etiam testamenta dicimus. l. xxx. ff. de lib. & post. l. 12. ff. de iure patron. l. 9. §. 1. ff. de pœn. l. 25. C. de iure dot. l. 2. & l. 4. C. qui testam. fac. Seneca lib. 4. de benefic. Et suprema sua ordinare pro eodem. l. xxv. §. j. ff. de lib. & post. l. xxxix. ff. de pigner. act. l. 36. §. miles in supremis. ff. de milit. test. l. 1. ff. de bon. poss. ex test. milit. Et ordinare postrema uel suprema iudicia. l. 15. C. de testam. Et apud Quintil. lib. 6. ca. de risu. Ordinare codicillos in l. 3. C. de codicill. & Ordinatio nouissimi iudicij in l. 2. C. eod. tit. & Superordinare apud Tertull. lib. v. aduersus Marcio. pro testamento facto aliquid addere aut immutare. Ordinatum etiam edictum legimus in l. 13. ff. rer. amotar. Briss.

ORDINARIA dicūtur, quę lege, plebiscito, Senatusconsultis, prætorum edictis, principum generalibus cōstitutionib. & omnino quicquid iure scripto eatenus iussum est, ut sit certa, generalis, uniformis lex, actus humanos generaliter, sine speciali personarum respectu ordinans, & quodā ordinato procursu dirigens. fac. l. nullo modo. ff. ad l. Cornel. de fals. Horum numero sunt, contractus, obligationes, actiones ordinariæ, appellationes, successiones, testamenta, seruitutes ordinariæ. Interdum (quæ etiā Zasius noster, contra Bart. Ordinarijs connumerat, tex. apertum allegans in leg. 1. §. necessariò. ff. si mul. uent. nom. in poss.) Vsucaptiones, præscriptiones, pignora, & si qua sunt similia, quæ non ineleganter per Cic. in lib. 3. de Oratore deducuntur. Extraordinaria, ad certa personarum, rerum, negociorúmue genera, extra ordinem respiciunt: quibus pro conditione, euentu, necessitate, cōmoditateue aliqua, pręsenti aliquo remedio subuenitur. Quorum tria genera facit Zasius. Quædam enim sunt facti. ut cum proprio sese facto, ab iniuria lex adserere permitteret. l. quemadmodum. ff. ad leg. Aquil. cum uulg. in quo genere nō parum multa docuit in §. nunciatio. l. j. de oper. nou. nunc. Quædam ex priuilegio principis nascuntur: quę plerunq; sunt contra ius commune. de quib. Instit. de iure nat. gent. & ciu. §. planè ex his. l. j. 9. fin. ff. de const. prin. cum simil. Tertium genus eorum est, quæ licet extra ordinem, tamen iure recepta sunt, ut non sine ratione iuris communis nominari possint, licet non sint iuris ordinarij. ueluti cum remedio aliquo his subuenitur, quibus iure ordinario, uel non est consultum, uel non ita facile, ita commode consultum. Et isthæc extraordinaria tertij generis, quadruplicem habēt effectum, quos idē Zas. distinctius explicauit singulari tractatiuncula, interta intellect. suis singularibus. Spieg.

ORDINARIA iudicia quę sint, diximus sub uoce Extraordinaria: cùm scilicet usitatus & legitimus ordo, formulæq; agendi & litigandi obseruātur. uel uti cum ordine prius ad Magistratū in ius adibatur, ac formula ab eo cōceptioq; actionis postulabatur: deinde ad iudicem disceptabatur. Extraordinaria uerò, cum apud magistratum res disceptabatur, nec iudex Recuperatoresue dabantur. Vlp. l. 1. §. 8. ff. de exercit. act. Solent, inquit, in prouincijs Pręsides prouinciarum extra ordinē exercitores iuuare ex contractu magistrorum: id est, ipsimet Præsides rem cognoscunt, neq; ad iudices reijciunt. Itaq; Vlpia. l. pecuniæ, 178. §. 2. ff. de uerb. sig. actionis nomine & formulas intelligi scribit, quæ in ordinarijs iudicijs in usu erant: Persecutionis autem uerbo, extraordinarias persecutiones: utputa Fideicommissorum, & si quæ sunt alia quæ non habent iuris ordinarij executionem. Quem locum hæc eiusdem uerba in Institutiunculis c. 25. explicabunt. Fideicommissa non per formulam petuntur, ut legata: sed cognitio Romæ quidem Consulum, aut Prætoris qui Fideicōmissarius uocatur: in prouincijs uerò, Præsidum prouinciarum.

ciarum. Paulus in l. actio, 47. ff. de nego. gest. Nec refert, ait, directa quis, an utili actione agat, uel conuenatu: planè in extraordinarijs iudicijs ubi conceptio formularum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est. Hinc, Ordinarium hominē Festus dicit tradi, solutum scurram & improbum, qui assiduè in litibus moraretur, ob eam caussam quòd in ordine staret adeuntium Prætorum. Hot.

ORDINARIA iudicia dicūtur, in quibus eo ordine, qui ab antiquis institutus est, lis exercet. Frōt. de limit. agror. De possessione controuersia est, de qua ad interdictum, hoc est, iure ordinario litigatur. Et Aggrenus aliquanto post: De possessione fit controuersia, quoties de totius fundi statu per interdictum, id est, iure ordinario litigatur. Hot.

ORDINARIA iudicia, quę ex sorte in ordinem certum digesta erant. Virg. Æneid. 6. Nec uerò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes. ubi Seruius, Sine sorte, inquit, sine iudicio: traxit autem hoc ex more Rom. non enim audiebantur causæ, nisi per sortē ordinatæ. nam tempore quo causæ agebantur, conueniebant omnes (unde & Concilium ait) & ex sorte dierum ordinem accipiebant, quo post diem trigesimum suas causas exequerentur. unde est, Quæsitor Minos urnam mouet. Iuuenal.

Gratia fallaci qui Prætoris uicerit urnam. Hot.

ORDINARIA iudicia Instit. de success. bon. in princ. ubi Theophil. malè quemadmodum existimo interpretatur Ordinaria iudicia, quæ [Greek illegible], Extraordinaria uerò, quæ [Greek illegible]. Magis est enim, ut Ordinaria iudicia ea accipiantur, quæ certis ac solennibus formulis exercebantur, Extraordinaria uerò, quæ non obseruato illo solenni ordine exercebātur. l. 49. ff. de neg. gest. §. ult. Inst. de interd. Ordinaria planè iudicia ad differentiam arbitraliū dicuntur in l. 5. C. de arbit. Bris.

ORDINARIA bonorum possessio in l. 5. §. si qs contra. ff. de leg præst. l. 3. §. ult. ff. de Carb. ed. Carbonianæ opponitur, quæ extraordinaria est. Interdum uerbum hoc Ordinarium ad solum ordinem pertinet. l. j. ff. si tab. test. null. ext. l. j. ff. de poss. hæred. pet. l. j. ff. de pecul. l. 25. in fi. ff. de ædil. ed. Briss.

ORDINARII iudices uel à causis, uel ab officijs definiri possunt, his scilicet modis ordinari9 est, qui iurisdictionem iure suo non alieno beneficio habet: ita enim ferè (teste Cantiuncula) Iulianus Iurisconsultus ait. uel aliter, is est ordinarius, qui naturā, non datiuam modò iurisdictionē habet: hoc est, qui eam iure magistratus, non mandato speciali obtinet. uel breuius, qui iurisdictionem ordinariam habet. Vel aliter: Ordinarius dicitur, apud quē legis actio est, quę posterior definitio ex Modestini & Vlpiani uerbis colligitur. Spiegelius.

ORDINARII iuris ea sunt quę à magistratibus uel à principe decernuntur secundum tenorē & ordinem iuris. Rguard. l. ubi lex duorum. ff. de reg. iur.

ORDINARII serui in l. 15. §. Prætor. ff. de iniur. accipiendi sunt, qui certum aliquod ministerium officiumue in familia exercent. Mediastinisq; aduersi fiunt, qui nullo certo muneri deseruiunt. Eoq; sensu Ordinarium officium seruile Seneca dixit lib. 3. de benef. c. 18. Aliàs Ordinarij uicarijs opponuntur. l. 17. l. 18. l. 19. ff. de pec. l. 5. §. 1. ff. de tribut. Tunc uerò, ut Theophil. in §. cùm autem. Inst. quod cum eo qui in al. pot. scribit, Ordinarium appellamus [Greek illegible], uicarium. Iam ordinarij Consules ad suffectorum differentiam dicuntur. Cuius rei, cùm plurima testimonia in promptu sint, unicū Lampridij in Alexandro protulisse contentus ero. Consules, ait ille, quoscunq; uel ordinarios, uel suffectos creauit, ex Senatus sentētia nominauit. Briss. Adde Ferretum tit. de legat. §. si quis ancillas.

ORDINARIOS gladiatores apud Senecā accipit Rhodiginus, gladiaturæ in primis peritos, suoq; apparatu & ritu instructos, qui digladiaturi producerentur spectatorum uoluptati: quiq; ex constitutione, uel consuetudine, exhiberi soliti erant. Sicuti ordinaria onera sunt Iurecōsultis, cum fundus quotannis tantum præstare domino, uel principi debet. Extraordinaria uerò, quæ præter morem ex inopinato inducuntur. Spiegelius.

ORDINES Roman. tres Senatorius primus: hi Patricij erant, & qui in Senatum legebantur. Secundus equester. hic medius erat equitum, qui equis publicis mererent: quorum insigne erant annuli aurei, quibus à plebe distinguebātur. Tertius plebis erat, in quorum numero Quirites, & qui ex aliqua tribu essent, atque ciues Rom. dicebantur. Zas. in l. secunda. ff. de orig. iur.

ORDINARIVM admittere, eleganter dixit Vlpian. in l. seruum quoque de procur. pro eo quod est locum dare in iudicio. Spiegelius.

ORDINARIVS. Ordinarius est, qui uel suo iure, uel principis beneficio, uniuersaliter iurisdictionem exercet, cui scilicet uniuersitas causarum commissa est. Alijs atq; alijs modis definitur, quos nō recenseo. Quandoq; in iure canonico ordinarius uocatur, qui suo iure conferre potest. Aliter, ordinarij nomine continentur, quicunq; suo iure conferunt, siue id lege communi, siue ex priuilegio habeant, licet episcopo sint inferiores. d. c. ordinarij. cum gl. de offic. ordinar. in 6. Tres autem in beneficij collatione concurrere possunt, papa uidelicet, legatus cardinalis, & ordinarius gl. c. 1. d. tit. de offic. leg. in 6. & in §. neq; de collat. in prag. Adde Brechæum in l. prouinciales. in tit. de uerb. & rer. sig. Anch.

ORDINARIVS homo, Festo est litigiosus, stās in ordine assiduè prætorem adeuntium. Vide Rhodigin. cap. 32. lib. 6.

ORDINARIVS à Diœcesano quomodo differat, uide suprà Diœcesanus, &c.

ORDINEM politicum, ut euitetur confusio magistratuum, seruandum esse uel apes naturali quadā inclinatione nobis ostendunt: cuius unumquodq; examen suum sequitur regem.

ORDINEM in deferēdis magistratibus, Romani certè uiri prudentes optima ratione obseruabāt, ab inferiore ad ampliorem. Omnib. enim in rebus, ordo secundum naturam necessarius est: sed tamen in magistratu deferendo maximam ac peculiarem quandam uim habet. Primùm, ut hominis ingeniū rectè cognoscatur: cùm magistratus, qualis quisque sit, statim indicare soleat. Deinde, ut expoliantur ciues negotijs uulgaribus ad arduas res agēdas, quoniam pulchrius parari, quàm creari nobilem. O uenerandam antiquitatem, ut Iustinianus rectè uocat, à qua & eruditum se fatetur in §. ult. Instit. de adopt. Nam uarijs & grauibus omniū rerum exemplis scatet. Quid rogo salubrius Reipublicæ fuerit, quàm hunc ordinem in omnibus ciuitatib. imitari, ut non statim rudes ac nullo gesti officij argumento probati, rapiantur ad summum administrandæ Reipublicæ gradum & ordinem? Non possum me hoc loco continere, quin expostulem cum criticis quibusdā, qui tam sunt amentes, ut utilem illum longeq; pulcherrimum in omnib. Academijs receptum ordinē titulosq;

titulosq́; aut contemnere, aut etiam improbare nõ erubescant. Quasi uerò uani sint omnium literatorũ ordines. Quid, inquiũt, est Doctoris titulus: quid Licentiati: quid Baccalaurei, nisi pecuniarum nundinationes? & reliqua id genus ineptiarum multa effutiunt. Verùm legant insulsi homines, quid scribant eruditi omnium seculorum in bonis artibus antesignani. Quomodo præparandi sint per ordinem studiosi, ab incunabulis literarum, ad grauiores disciplinas: in quas ne tanquam sus in rosas irruerẽt, quàm diligenter sint à præceptoribus uires ingenij perpendendæ: Et quàm tale in bonis artibus iudicium nullo possit fieri modo, nisi in classes diuidantur studia, & singulis classibus tituli accommodentur, quibus alij ab alijs in scholastica ratione discernantur. Quales sunt à lauri bacca, Baccalaureatus, Magisterij, Licentiæ, & Doctoratus. Hæc, inquam, perpendant, si uoluerint, iniqui censores, & facilè uidebunt errorẽ suum uel conscientia dictante. Old.

ORDINES amplissimi, erãt senatorius, & equester: ex quibus apud Romanos sortito fiebant iudices. Ad fortunas quoq; & uitæ genus quandoq; refertur. Vide Donat. exponentẽ illud Terentij in Eunucho: Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis. Spieg.

ORDINES per Germaniam tres esse, exemplo Romanorum commodè dixerimus: uidelicet Senatorium, hoc est, Principum & magistratuum: Equestrem, hoc est, beneficiariorum nobilium, siue ruri, siue in ciuitatibus: Plebeium, id est, reliquorum ciuiũ, negotiatorum, opificum, & rusticorũ. Et profectò, si hos status confundas, actum fuerit cum politia & tranquillitate. Vnusquisque enim debet suæ uocationis meminisse. Quò pertinet titu. C. Negotiator ne milit.

ORDO est, nõ seruare ordinem, in manifestis & notorijs. c. ad nostram. 3. extr. de iureiur.

ORDO à serie differt, quia ille digestio est, qua suo loco quidq; collocatur: hæc uerò continua quędam progressio, atq; contextus continuus. Aliquando ponitur ordo pro eo, quod uulgus statum uocat. ut ordo senatorius, ordo equestris. Sic apud Macrũ in l. diuus. §. cum autem. ff. de offic. præsid. Item, pro eo quod uulgus statum uocat. ut ordo senatorius, ordo equestris. Item pro ipsis hominibus interdum ponitur, hoc est, ijs qui sunt eiusdem dignitatis. Apud Iureconsul. Extraordinem significat, sine uerbis & formulis solennibus. Institu. de interdictis. in fin. Nam quoties, ait, extra ordinem ius dicitur. Irẽ Paulus: Ordo exercendorum public. iudiciorum in usu esse desijt: durante tamen pœna legum, cum extra ordinem crimina probantur. Inter annos est uerius series, quàm ordo. Spiegelius.

ORDO, pro statu, in l. diuus Marcus. ff. de offic. præsid. Græci τάξιν appellant. Status bifariam accipitur: aliàs pro iure personarum, quod & caput dicit. Vnde Capite minui, ut in tit. ff. de stat. hom. Inst. de iur. persona. Aliàs pro ordine personarum, respectu politico dignitatis. Olden.

ORDO, est cuiuslibet rei suo loco cõcinna digestio. Sic & in personis omnium maximè per iustitiã distributiuã apta quędam collocatio exigitur. Quare in Republica ordines dicimus, sicut & in acie distributiones hominũ, pro uniuscuiusq; statu & qualitate: ut singulæ functiones eò cõmodius intelligantur expedianturq;. Romæ fuerunt tres ordines, scilicet, Senatorius, Equester, & Plebeius. Quorũ etiam nunc in orbe Romano uestigia quædam retinemus.

ORDO equester medius dicebatur, à quo ad senatoriam dignitatem adscensus fuit: interim tamen iudicijs præficiebantur. Equitum insigne fuerũt annuli aurei, quibus à plebe distinguebãtur. Tales hodie sunt equites aurati, cum alijs imperij beneficiarijs, qui ad publicam comitijs autoritatem interponendam non solent uocari. Old.

ORDO decurionum, ciuitatisue, collegiũ ipsum decurionum & curiam significat. l. 15. ff. ad municip. l. 16. §. 1. ff. de alim. legat. l. 1. de omni ag. deser. lib. 11. C. Appellatur & simpliciter ac absolutè Ordo in l. 3. l. 6. §. 1. ff. quod cuiusq; uniuersit. l. 5. §. ult. ff. de dona. int. uir. l. ult. ff. ad munic. l. 3. §. sed & si præses. ff. quando appell. sit. l. un. ff. nihil innou. appel. l. 1. ff. de magistr. conuen. l. ult. ff. de ueter. Sic & in inscriptionib. antiquis hoc uerbum accipiendum est. Itaq; in ordinem allegi, nihil aliud est quàm decurionem fieri. l. 3. §. 1. & l. pen. ff. de decur. l. ult. ff. de ueteran. Briss.

A magistratibus autem municipalibus tutor datus non uidetur per ordinẽ electus. l. 1. ff. de magistr. conuent. Nec uerò aliter habetur ordo, quàm duabus partibus adhibitis. l. 3. ff. de decret. ab ord. fac. l. 2. ff. quod cuiusq; uniuers. Planè si decuriones decreuerint actionem per eum mouendam quem duũuiri elegerint, is uidetur ab ordine electus. parui enim refert ipse ordo elegerit, an is, cui ordo negotiũ dedit. l. 6. §. 1. ff. quod cuiusq; uniuers. Porrò cùm Senatum significare uolunt auctores, amplissimum ordinem dicere solent, ut lib. 1. comprobaui. Briss.

ORDO iuris & legum in l. 1. C. de liber. cau. l. 31. §. si ciuile. ff. depos. Valer. Max. libr. 3. cap. 2. Quoniam Consul dum iuris ordinem sequitur, id agit, ut Imperium Rom. corruat. Vtuntur non semel hoc uerbo Saluianus Massiliens. in libris de uero Dei iudicio, & Cassiod. in libris Variarum.

ORDO iudiciorum l. 4. C. de sentent. & interlocutio. Brissonius.

ORDO militaris olim fuit, ut in exercitu, quodã gradu, miles centurioni, Cẽturio tribuno, Tribunus legato, Legatus consuli obediret. Sed isti gradus & nomina rei militaris, cœperunt cum tempore (ut ferè omnia) uariari. Olden.

ORDO plebeius, & infimus fuit, in quem referebantur omnes Romani ciues tribuarij, hoc est, ad tribus pertinentes. Nam serui & libertini (præterquã uindicta manumissi) non erant tribuum capaces: nisi specialiter eis concederentur. Ex quibus intelligi potest l. patronus. in princ. ff. de leg. 3. Vbi Accursius ridicula commemorat de seruorum progenie. Ad hos ordines respexit Vlpianus, in l. 1. §. sed & si seruus. ff. de inspicien. uent. Publicè enim, inquiens, interest, partus non subijci, ut ordinum dignitas familiarumq; salua sit. Oldend.

ORDO scripturæ non impedit causam iuris ac uoluntatis, autor Papinian. l. cum pater filios. §. fidei tuæ committo uxor. de leg. 2. Spieg.

ORDO Senatorius erat, qui patritios tantùm, ex quibus Senatus legebatur, cõtinebat. Apud hos censebatur imperij esse maiestas. Nos in hunc ordinem referre possumus oẽs imperij status, qui iustis principum comitijs intersunt, atq; ius dicendæ sentẽtiæ habent. Oldendorpius.

ORFICIANVM SC. Hoc Senatusconsultũ intestatæ matris hæreditatem ad solum filium & filiã deferre testatur imp. Alexander in l. 1. C. ad Senatusconf. Orfic. cap. x. lib. 5. & commeminit Placẽtinus.

ὀργυιὰ in l. ult. ff. fin. regund. Constantin. lib. 2. Epitom. tit. 4. ἡ ὀργυιὰ (sic enim emendandum est) ἔχει βή-

ματα β. ὅτι πῆχαι δ. ὅτι πλάτει ν. ὄργυι σπιθαμὰς ι. δακτύλους δ. Hesychius uerò ὀργυιὰν ait esse τὴν τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασιν, καὶ τὸ μέτρον ἀπὸ τοῦ τὰ γυῖα μετρεῖν. καὶ πῆχαι φασ. Briss.

ORICHALCUM, ęs montanum interpretatur. nam ὄρος mons, χαλκὸς, æs est. Perperam ergo Aurichalcum legitur. Vlpia. de act. empt. & uend. Quemadmodum, inquit, si quis uas orichalcum. Nebr.

ORIENS, occidens, septentrio, & meridies, in Authent. ut omn. obediant iud. prouinc. §. considerantes. De his uide quæ doctissimus Vadianus adnotauit ad principium Pomponij Melæ. Obseruandum uero quod hactenus singulariter docuit, ut pleraque alia Guil. Postellus, uir ad miraculum usq; doctus, nempe in uocabulo Orientis hallucinatos præcipuè Theologos, qui trium Magorum uiam, 13. diebus dum ab Oriente in Iudæam uenirent, fuisse miraculosam, putantes unam simplicem eius uocabuli significationem, quę multiplex est. Oriens enim, inquit, dicitur ad aliquid. nec est ulla orientis positio, quin eadem diuersis comparationibus sit & meridies, & occidens. Spieg.

ORIENS modò pro parte orbis cui proprius præfectus prætorio attributus erat, modò pro diœcesi quæ prouincias 15. continebat, Palæstinā, Phœnicem, Syriam, Cyprum, Ciliciam, Palæstinā secundam, Palæstinam salutarem, Phœnicem Libani, Euphratensem, Syriam salutarem, Osroenam, Mesopotamiam, Ciliciam secūdam, Isauriam, Arabiā. Quanquam Guliel. Tyrius Orientem ex ueterum auctoritate Antiochiam diœcesim appellare se scribat lib. 3. de bello sac. cap. xviij. Supradictæ autem omnes ꝓuinciæ sub dispositione uiri spectabilis comitis Orientis erant, ut ex notitia patet. Cuius comitis curæ Seleucena classis committitur ad auxilium purgandi Orientis, quemadmodum uulgò legitur in l. un. de classicis. libro xj. Cod. Quo in loco mendum esse me scripti codicis Iustinianei libri, & impressus Theodosij codex docuere: in quibus longè rectius scriptum est ad auxilium purgandi Orontis. Est autem Orontes Phœniciæ & Syriæ fluuius inter Libanum & Antilibanum exoriens, ut Plin. lib. 1. cap. cxj. & Mela lib 2. scribunt. Qui Eous appellatur à Statio Papinio libr. 4. Siluar. Guliel. Tyrius libr. 4. de bello sac. cap. 8. Fluuius, ait, qui Orontes appellatur, uerbo uulgari Fer dictus, qui iuxta Artesiam secus Antiochiam defluens inde in mare descendit: Meminit & huius fluuij idem auctor lib. 4. c. x. Brissonius.

ORIENS. Oriens dicitur illa pars mundi, unde sol oritur, authore Pom. Mela. lib. 1. c. 1. De cuius rebus commendatione dignissimis si quis audire uolet, legere poterit caput secundum secundę partis §. 9. eius libri, cui titul. Veredica Terræ sanctæ descriptio. Ibi enim uidere est quemadmodum Oriens totus ultra mare nomen Christi prædicat, & ueneratur, seque Christianos (demptis solis Saracenis) dicunt: ita, ut pro uno Saraceno sint triginta Christiani. Certè extat in iure nostro lib. 1. C. titu. de Officio comitis Orientis. sed nihil horum meminit. Anch.

ORIGINALE, quod ex origine cōtrahitur. ut, originalis decor, originalis macula, originale delictum, originale instrumentum, uel exemplum, ubi causa talis est, quòd ipsum exhiberi oportet, si id sine incommodo fieri possit. Alioquin exemplum solenniter autoritate magistratus descriptum & sigillatum, quod appellatur hodie, Vidimus. de Originali uide in l. procu. C. de eden. Nouel. ut sponsal. larg. §. & hoc indiget. De exēplis authenticis tractat Bar. post gl. in l. eos. §. super his. C. de app. c. cū personæ. de priuil. lib. 6. Obiter item dicendum, decretis patrum sancitum cōstare, in dubijs originalia Hebręorum consulenda, quo ueritas scientię è fonte magis, quàm de riuulis hauriatur. 76. dist. can. ieiuniū. Sp.

ORIGINALES. Lege, Coloni originarij.

ORIGINARII coloni. l. 7. & l. 11. de agric. & censit. lib. 11. Qui & Originales in l. 4. eo. tit. Sic & Originaria in l. 7. de murileg. lib. x. C. Quæ lex ex l. x. Cod. Th. eod. tt. sumpta est. Truncatis tamen à Triboniano eius uerbis quibus de Senatusconsulto Claudiano mentio fiebat, idcirco quod id Senatusconsultū à Iustiniano sublatum esset.

ORIGINARII serui, q ex ascriptitijs nati sunt in ipso solo, siue fundo. ut C. de agric. & censit. l. colonos, lib. 11. & eiusmodi sine gleba, quam coluerūt, uendi nequeunt. Ascriptitij uerò sunt, qui per 30. annos fuerunt in solo. Qui duobus modis fiunt. Aut præscriptione: aut duplici confessione, per scripturam bis factam, in qua domino fundi promiserint, se nunquam inde discessuros. Hos etiā partiarios quidam uocant. Adnotauit & Rhodigin. cap. ult. lib. iiij. Obseruandum etiam, cum liberti deputarentur agris: aut etiam cum liberti homines sese addici paterentur: hi deinde procreabant originarios, præsertim quo tempore Iustinianus rerum potiebatur. Tales hodie sunt rustici nostri. Oldendor. inquit, quos uulgò appellant proprios, de quibus latius ille act. ix. Class. iij. Spiegelius. Connanus libro 2. capite 10. numero quarto.

ORIGINIS ciuitas prouinciaue dicitur ea, ex qua quis oriundus est. l. 7. §. dubitatum est. ff. de interdict. & relegatis. l. 6. ff. ad municipal. Briss.

ORIGO, principium, initium, causam, ortū, stirpem, semen, fontemque significat. Pro ortu, hoc est, natiuitate, origo, mutari non potest. l. fi. §. penult. ad municipal. sequimurq; patris, non matris originem. De quo Bart. latius in l. assumptio. §. filius. ff. ad municip. & in l. 2. C. de municip. & orig. lib. x. Vide, Coloni originarij. Spiegel.

ORIGO & progressus iuris scripti sic habet. I. Lex XII. Tab. II. Disputationes decem uirorum & prudentium forenses. III. Legis actiones, quæ omnia cōi appellatione ius ciuile dicuntur. IIII. Plebiscita. V. Senatusconsulta. Ex Restaur. Polit. Old. Sp.

ORIRI ex bona fide. l. 2. ff. de pet. hær.

ORIRI ex delicto, sub fin. l. 1. ff. de priuat. del.

ORITVR actio, pro nascitur. leg. §. ul. ff. de iniur.

ORIVNDVS uulgò est, qui ipse natus est, uel q inde originem duxit: puta quia pater, uel eius maiores ex eo loco antiquitus prognati sunt. cap. 1. de usur. in sexto. Sed peritiores, Alci. inquit, oriundū nō esse, qui ipse natus sit, existimant, sed qui genus duxit. Sic T. Liuius: Nati, inquit, Carthagine, sed oriundi à Syracusis. Spieg.

ORIZA quod nos risum (ut Platina ait) dicimꝰ, ab antiquis inter frumenta habita est, hodie tamē uenire frumento legato non putabatur, saltem in his regionibus ubi non seritur, quia non ad panem sed ad pultem & delicias adseruatur, quare uim nominis cum usu amittere uidetur. l. si cui. §. lanæ. ff. de legat. tertio. Optima nominum interpres uidetur esse consuetudo l. Labeo. de supellect. leg. & uoluntatē. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. Oriza radicem teretem habet, altitudine est cubitali, folijs porraceis, flore purpureo, palustrem & riguum locum amat, secundum Dioscoridem. Tesseram frumentariam, iam est uulgatum esse donatiuum frumenti, quod fiebat ijs, qui tesseras accepissent, id est, signa

signa plumbea, lignea uel similis materiæ, quæ sparsa in uulgus, uel aliter distributa essent: ut qui accepisset frumentum, quantum in tessera descriptum esset à distributoribus (ut Dion ait) reciperet, l. Titia. ff. de legat. ij. fiebat autem tantum Romæ, ut colligitur ex l. sed si susceperit, §. j. ff. de iudic. Ibi Budæus egregiè declarat. Adde Forcatul. in penu iuris ciuilis capite sexto.

ORTVS ab Oriundo in hoc differt, quod ortus significet locum natiuitatis, ut ego sum ortus Romæ, Turoni. Oriundus autem, eum locum ubi maiores nostri, à quibus deducti natique sumus, & unde fuerunt parentes &c. Brecheus l. prouinciales. ff. de uerb. & rer. sig. &c.

ORNAMENTA muliebria à uestimentis differunt. Ornamenta enim sunt quibus mulieres ornantur, ueluti inaures, armillæ, uiriolæ, & omnia quæ ad nullam aliam rem parantur, nisi corporis ornandi causa. l. xxvj. §. ornamenta. l. xxxviij. ff. de auro, arg. Itaque & Tertullian. Ornatum in cura comendi capitis poliendæque & exornandæ cutis ponit. Sic enim in lib. de habitu muliebri scribit: Habitus, ait, feminæ, duplicem speciem circumfert: Cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrē uocant: Ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici: Ille in auro, & argento, gemmis & uestibus deputatur: Iste in cura capillorum & cutis & earum partium corporis, quæ oculos trahunt. Huic obsequio deseruientes ancillas olim mulieres alebant, quas Ornatrices uocabant. De quibus fit mentio in l. lxiij. §. ornatricibus. ff. de lega. lib. iij. & in illo monumento Romæ.

CINERIBVS CAMILLAE ALPIONIAE
QVIRITAE ORNATRICI
FESTVS M. SEPTIMI GALLI
DISPENSAT.

ORNATA etiam iumenta in l. xxxviij. ff. de ædil. edict. Instrata & frenis, ephippijs, phalerisque instructa. Vt Ornati asini apud Cato. de re rustic. Bris.

ORNAMENTORVM appellatione, nec uestis, nec annulus signatorius continetur. l. ornamentorum. ff. de aur. & argent. leg. & de uerb. signif. l. signatorius. Spiegelius.

ORNAMENTORVM hæc sunt: uittæ, mitræ, semimitræ, calantica, acus cum margarita, quá mulieres habere solent reticula, eredifuntia, sic & mulier potest esse munda, non ornata: ut solet contingere in his quæ se mundauerint lotæ in balneo: quæ se ornauerint. & contra est aliqua è somno statim ornata, non tamen commundata. Margaritæ si non solutæ sunt, uel qui alij lapides, si quidem extentiles sunt, dicendum est ornamentorum loco haberi. sed si in hoc sunt resoluti, ut componantur, ornamentorum loco sunt: quod si adhuc sint rudes lapilli, uel margaritæ, uel gemmæ, ornamentorum loco non erunt, nisi alia mens fuit testantis, quod hæc quoque quasi ad ornamenta parauerat ornamentorum loco, & appellatione comprehendi uoluit. Pomp. de aur. & arg. legato. Maffeus.

ORNATISSIMVS uir is dici solet, qui optimis artibus instructus, & honores assecutus à populo, & maximè aptus est. Spieg.

ORNATVS ciuitatis in quo consistat, à Iuriscō. Paulo in l. ciuitatibus, de legat. primo, traditum est: & simul quæ ad honorem ciuitatis pertineant, ibidem indicat. Spiegelius.

ORPHANOTROPHIVM dictio Græca est, huius meminit Imperator in l. illud. §. si quis uerò. & in l. penultima. in princip. Cod. de sacrosanct. eccles. & in l. omnia priuilegia. Cod. de episcop. & cleric. Et significat locum, in quo filij orbi, & parentibus priuati nutriuntur. Orphanotrophi uerò sunt hi, qui præponuntur orphanis nutriendis, tanquam tutores seu curatores minorum: secundum Imperator. in l. orphanotrophos. in princip. Cod. de episcop. & cleric. & in l. omnia. proximè allegata. De his Spec. in tit. de orphanotropho, & in titul. de his qui alien. 10 nom. in iudic. inter. in uersic. orphanotrophus. & in titul. de instrum. edit. §. nunc uerò aliqua. uersic. 62. & §. ult. uers. sunt etiam orphanotrophi. & tex. in Authent. de alien. & emph. §. emphyteoses uerò. per totum. & in alijs locis non parum multis. Cotta.

ORPHANVS, qui caret patre, præsidioq; paterno, & qui summopere desiderat illius opem, quum sine eo malè habeat. Græca dictio est Vallæ. l. omnia priuilegia. C. de episc. & cler. Spiegelius.

ORTHODOXVS, homo rectæ opinionis ergà 20 Deum, siue sententiæ, aut fidei. Δόξα enim gloriam, & existimationem, siue opinionem, & sententiam significat. hinc orthodoxia, recta opinio & fides. huius uocabuli mentio habetur in constitutionibus Imperatorum. ut in l. priuilegia. & in l. iubemus nulli. circa principium. in l. decernimus. Cod. de sacrosanct. eccles. & alibi sæpè.

O S

OS, de auibus. Paul. in l. qui fundum. §. fundi. de contrah. empt. Non magis, ait, quam si quid ex eo, 30 quod ex sacco saccarij cecidisset, aut auib. ex ore cecidisset, natum esset. Sic de brutis Virgil.

Ora citatorum dextra detorsit equorum.

OSSA non ueniunt cadaueris appellatione. l. locum. §. prætor. ff. de relig. & sumpt. fun. Vide Bartol. ibid. Spiegelius.

OSSARIA, locus in quo reponūtur ossa defunctorum. Vlpia. & in l. 2. de sepulch. uiolat. Celsus scribit statuam sic esse monumenti, ut ossariam. Legunt quidam ossuaria: sed malim cum Haloandro ossaria. 40 Alberic. Ossiliana, inquit, capsa, in qua reponuntur ossa. nimirum librarij culpa, uitiatum probum uocabulum. Spiegelius.

OSSVARIAE, cistæ in quibus defunctorum ossa recondebantur. Vlpia. l. 2. ff. de sep. uiol. Et Celsus scribit sic esse monumēti, ut ossuariā: & ideo, Quod ui aut clàm, interdicto locum fore. Hot.

OSSVARIVM idem. d. l. 2. Græcè ὀστρῖον. Sic Castellano in Prouinciā ueteri inscriptione Iulia Fuscinia ossuarium uiua sibi fecit. Cuiac. obser. x. 37. cap.

50 OSCEDO Gellio uitiū est, quo sæpè oscitamus osq; diducimus. Verùm Sereno significat potius oris ulcuscula, cum scribit

Hinc oscedo fugit linguæ quoq; uulnera cedunt.

OSCEDO, inquit Isidorus, est qua infantium ora ulcerantur, quæ quidem ulcuscula aphthæ à medicis uocantur: ut annotauit Turnebus aduersariorum lib. x. cap. xxvij.

OSCILLA dicūtur parua sigilla in effigiem humanam arte simulata, ut scribit Macrobius: Et oscilla quoq; sunt imaginculæ, quæ infantibus præben-60 tur ad lusum: itidem oscilla etiam dicebātur αἰώραι, id est, pensiles quædam gestationes de arboribus suspensæ, in quibus homines per lusum iactabantur, atque ea iactatio oscillatio dicebatur: nam homines eo genere lusus se iactantes impositi transuerso tigno de arbore suspenso, alternis se mutuoq; subiectabant deprimebantq;. Quod genus lusus per sex feriarum Latinarum dies celebrare solebant, in memoriam

moriam & imaginem uitæ humanę, in qua altissima interdum in infimum deijciuntur, infima in altū efferuntur & euehuntur. ita memoriam redintegrantes initio acceptæ uitæ illis diebus per oscillationē, motus cunarum per lactatam potionē, qua tum utebantur, lactis alimentum significabant. Nam lac Latinis ferijs adhibebatur etiam in sacrificijs. Cicero,

Et læto mactasti lacte Latinum.

Virgil. oscillationem etiam liberalibus, ut existimo, fieri dixit:

Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu.

In quo tamen φαλλὸν multi interpretātur. nam & obscœnæ etiam partis simulachrū oscillum uocari posse censent. Inde igitur per translationem oscillum in ariete murali dixit, propterea quod malo statuto tāquam trutina, alter transuersus suspēndebatur. eodē modo de mundo ex axe pendente, in libr. de Anima dixit. Initium enim omnium commentatus animū, & uniuersitatis oscillum de illius axe suspendens. Schardius ex Turnebi Aduersariorum libro septimo, capit. uigesimo.

OSCILLIS seu ossiculis ludere quid sit declarat in epistola centoni suo præfixa Ausonius, meminit Suetonius in Augusto cap. lxxxiij. Brodæus Miscellan. lib. 4. cap. 7.

OSCVLO, hoc est, basio, affinitas non contrahitur. 27. qu. 2. Lex diuina. nec est signum matrimonij contracti. ut est text. in l. si à sponso. & ibi Bald. C. de donat. ante nupt. Olim osculo salutabant, Cōsul Imperatorem, discipulus præceptorem. Spiegel.

Ὁσίας χάριν, dicis causa, perfunctoriè. Modestin. l. 2. ff. qui pet. tut. καὶ οὐ μόνον ἐὰν μὴ αἰτήσῃ, ἀλλὰ καὶ ἐὰν αὖ αἰτήσῃ, ὁσίας χάριν αἰτήσῃ: id est, Et non solùm si non petierit, sed & si quem petierit, dicis caussa petierit. Et Dio libro histor. xxxvij. ubi morem illum habendi exercitus in Ianiculo dum comitia in Campo Martio haberentur exposuisset, de quo Gellius lib. xv. cap. 27. καὶ ἔτι καὶ νῦν ὁσίας ἕνεκα ποιεῖται, inquit: hoc est, idq; etiam nunc dicis caussa, & moris ueteris usurpandi fieri solet. Hotoman.

OSPRATVRA uocabulum fictum ex Græco ὄσπρια, quod uarias fruges minutas, & legumina significat. ut auctor est Hesychius. Arcad. l. ulti. §. 2. ff. de mun. & hon. Elemporia & Ospratura apud Alexandrinos patrimonij munus existimatur. id est, minutarum frugum publicè coemendarum cura. Hot.

OSPRIONIA interpretatur leguminum comparandarum cura. l. fin. uersic. patrimoniorum. ff. de munerib. & honorib. Io. Bello. Etymol.

OSROHENIAM, seu mauis, Osrohenam, quæ prouincia est Parthis contermina, pro Osdrochenā in l. omnes fundi. C. de fund. patrim. lib. xj. reponendum puto ex Vadiano: quamuis Osdroenam Alcia. suspicatur legendūm. Apud Alberic. extat Offrotona nihili uocabulum. Osrohenorū magnum numerum Imper. Alexander post deuictos in Assyria Parthos, Romæ militię adscripsit: & post eum Galerius Maximinus contra Germanos eduxit. Bellicosi homines, & sagittandi peritissimi fuere. Spiegelius.

OSTENDERE, id est, demonstrare, uel probare. l. si seruus. de tribut. l. fin. de accus. Alberic.

OSTENDITIAE, uel, ut alij, Hostenditiæ, uocabulo, quod ueterum barbaries ab hoste, & datione cōfinxit, ut ait Baro Tautenbergius, comprehenduntur ea impendia, quæ Vasalli obeunt comitātes Roma. principem in expeditionem aduersus hostes pergentē. Extat uox in §. similiter. tit. de Capit. Conrad. in Placit. Feud. Spieg.

OSTENSIONALES milites apud Lamprid. uidentur dici, qui ostentui modò habentur in urbibus, non bellicæ rei causa. Ex Rhodig. Spiegelius.

OSTENTARE, est affingere sibi maiora, quàm quæ reipsa sint, & quàm ingenium ferat, aut facultates: aut falsa omnino de se prædicare, aliaque quàm sint, eaq; præclara admodum, magisq; ac magis narratu, atq; honoratu digna. Rh. Agricola, iactare, ait, magis uerbis est: Ostentare rebus. Hinc ostentatio. Vnde hac uoce propriè usus est Vlpian. in l. 3. §. fin. Commodati. Non potest, inquit, commodari id, qd' usu consumitur, nisi fortè ad pompam, uel ostentationem quis accipiat. Spieg.

OSTENTVM dicitur, quod contra naturā cuiusque rei genitum, factumque, & præter consuetudinem offertur. ut si uideatur terra ardere, homo tribus pedibus aut manibus. Portentum, quod porrò, & diutius tendit, futurumq; postmodum aliquid significat. Monstrum, quòd contra naturam est. ut Minotaurus. Prodigium, quòd mores faciūt, per quod detrimentū expectatur. id enim est prodigere, Græcè τέρας dictum. Confunduntur tamen hæc apud ueteres. Alciatus de uerb. signif.

OSTRACISMVS exilij species apud Athenienses, sic dicta quod testulis in urnam cōiectis, si sex millium numerū explerent, reus solum uertere cogebatur, non tam facinoris conuictus, quam Reipu. grauis, ac uirtutis nomine odiosus, ab Hippia tyranno inuecta, ut in libro de Politijs Heraclides scribit, Nam Suidas ex autoritate Theophrasti, tradit omnium primum Athenis ostracismo eiectū fuisse Thesea multo ante Hippiæ tempora. uide Aristotel. lib. iij. Polit. Plutarchum in uita Aristidis & Themistoclis, Budęum in commentarijs Græcæ linguæ, & in annotat. ad Pandectas. Hadrianum Iunium animaduersionum lib. 2. cap. 5. Vt apud Suidam legitur duplex erat Ostracismus, scilicet phygi & apostatarū. Priore in exilium mittebantur qui dignam delicto pœnam uitare uoluissent, quibus publicè bona demebantur, atq; his exilij tempus præfixum nō erat. Posteriore, apostatis & locus & tempus exilij statuebatur. uide & Adrianum Iunium libro v. animaduers. capit. xviij.

OTIOSA pecunia, quæ & aliàs uacua, ea dicitur, quæ non occupatur, id est, non exercetur, neq; in nomina uel emptionem prædiorum collocatur. l. xiij. §. ult. ff. de usur. l. tertia. §. usuras. ff. de contrah. tut. Plinius lib. x. Epistol. ad Traian. Pecuniæ publicæ & exactæ sunt, & exiguntur: quæ uereor, ne otiosæ iaceant. Nam & prædiorum comparandorū, aut nulla, aut rarissima occasio est, nec inueniuntur qui uelint debere Reip. Eodemque sensu & Græci ἀργὰ χρήματα usurpant. Demosthen. contra Aphob. orat. j. Δεῖ γὰρ καὶ τοῦτ' ἀκοῦσαι ὑμᾶς ἀνθ' ὅσα τὰ τ' ἐνέργα αὐτὸς καὶ ὅσα ἦν ἀργά. Ex contrario uerò occupari dicitur pecunia, quæ agitatur, exercetur, nominib. collocatur. Pomponius pictoribus, Vt à Nonio accepi, quæ tuleram mecum decem milia uictoriata. Græca mercede illico curat, ut occuparem. M. Tull. in Verr. Act. 2. Præterea pecunias occupauerat, apud populum syngraphas fecerat. Auson. in præfatione Gryphi. Atq; ut auidus fœnerator improbum nummū occupare malui quam condere. Sic Columella lib. 1. de re rust. ca. 8. & lib. 11. c. 1. Pecuniam in pecore & alijs rebus pro mercalibus occupare dixit. Donatus etiam hoc uerbum ad debitorem, qui fœnori accipit refert. Sic enim in Phormio. sentit. Dicitur etiam uersuram facere, cū minore fœnore acceptā, maiore occupat. Briss.

OVA

O V

Ova hodie præstant, quos lux det crastina pullis. Hunc ideo adscripsi ex Alciato prouerbialē uersiculum, quòd ab Alberico citatur eodē sensu alius, sed corruptus, è glossa. l. cum hi quibus. ff. de transact. super uerb. Contenti modico præsente. Spiegel.

Ovasis in Ægypto. l. 7. §. est quoddam. ff. de interdic. & releg. In quā relegari sontes solitos & Duarenus notauit, & ex Nicephor. lib. 14. cap. 35. & 36. & lib. 9. cap. 29. Inde Oasena deportatio in l. 1. de Nili aggerib. in Cod. Theod. Brissonius.

Ovatio & paruum triumphum significat, quē faciebant ouantes, qui non in curru, sed pedites oua li corona redeuntes ex pugna, cum bellum non erat indictum, uel sine sanguine confectum: & tempus, quo gallinæ oua faciunt. Quibus autem ex causis ouare licebat, & in quibus ouatio differt à triumpho, docet Alexander cap. 17. lib. Genial. dier. 6.

Ovatvm aurum, quod ouatione, uictoriaque quæsitum est. Participium poeticum ab ouo: sicut à triumpho, triumphatus. Spiegelius.

Oves dicuntur animalia minuta. Bar. in l. oues. ff. de abig. Ouib. autem legatis, nec agni, nec arietes debentur. §. fin. leg. legatis seruis. de leg. 3. Vide Bar. in l. fin. ff. de Abigeis. In ea, Callistratus inquit, quidā decem oues gregem esse putarunt. Spiegelius.

Oves reijculæ, quæ ætate, uel morbo graues reijciuntur.

Oves decem gregem esse quidam putauerunt porcos quinq; uel quatuor. Callistr. de abig. Maff.

Ovibvs legatis agni arietesq; non continētur. Ouium uerò grege legato. utrunq; continetur. l. 63. in fin. l. 79. ff. de leg. 3. Paul. lib. 3. Senten. tit. 6. Briss.

Ovile in comitijs. Locus in quo centuria prærogatiua erat, nominatim appellatur ouile, in quem locum centuriæ seniorum ingredi non licuisset, nisi potestate facta à consule. Ouile uerò dicebatur propter similitudinem, quod undiq; cancellis clausum esset, in quo loco cum essent, suffragium dicebant, ita, ut interim non liceret alijs in eo loco esse. Huius etiam loci meminit Dionysius lib. x. Vbi de comitijs L. Quintij loquitur, & Lucanus cum ita scribit: Et miseræ maculauit ouilia Romæ. Grucchius lib. primo de comitijs Rom. &c.

Ovilione s, ijdem qui opiliones, uel ut quidam scribūt, Vpiliones. Iabolenus: Cum instrumentum omne legatum esset excepto pecore, pastores, ouiliones, ouilia quoq; legato contineri, Ofilius nō rectè putat. l. fundi. de fund. instr. Spieg.

Oviaria, ouium multitudo.

Οὐσίαν Latini substantiam uerterunt. Connanus lib. 3. cap. 2. num. 9.

Οὐσίαν modo ὑπόστασιν uocant: & utrunq; aliquando pro eodem accipitur, ut Substantia & essentia apud Latinos. Horum autem duorum uerborum differentiam tradit Damascenus post Basilium, dicens aliud esse οὐσίαν, aliud item ὑπόστασιν. Οὐσία μὲν τὸ κοινόν, καὶ περιεκτικὸν εἶδος τῶν ὁμοειδῶν ὑποστάσεων σημαίνει οἷον θεός, ἄνθρωπος· ἡ δὲ ὑπόστασις ἄτομον δηλοῖ· οἷον πατέρα, υἱόν, πνεῦμα ἅγιον, πέτρον, παῦλον. Ουσία, inquit, speciem ac formam significat, quæ hypostaseis, seu personas forma similes unà comprehendit, ut Deus, homo. ὑπόστασις autem indiuiduum, ut pater, filius & spiritus sanctus. Nam Theologi in diuinitate unam substantiam naturamque ponunt & tres ὑποστάσεις. Quo loco ὑποστάσεις personas indiuiduas intelligunt. Græci quoq; οὐσίαν, quemadmodum & nos aliquando substantiam pro patrimonio usurpant. ut apud D. Lucam in Euangelio cap. xv. Πάτερ δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας: Pater da mihi eam substātiæ seu patrimonij partem quæ mihi obuenit &c. Brechæus l. mulieris. §. res abesse. ff. de uerb. & rer. sign.

Οὔτι πάντα, οὔτι πάντοτε, οὔτι παρὰ πάντων: Neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus. Vlpianus in l. 6. §. tertio. ff. de offic. proconf. ex Impp. epistola, Quantum ad xenia pertinet, inquit, audi quid sentimus. uetus prouerbium est, οὔτι πάντα, &c. nam ualde humanum est, à nemine accipere, sed passim uilissimum est, & omnium auarissimum. Hot.

O X

Ὀξύμωρον, ut docet Budæus ex Quintiliano, est sententia ex periculo petita: hoc est, ita acutè & affectatè enunciata, ut fatua uideatur. ut apud Virgil.

Num. capti potuere capi?

Cicero: Si tacent, satis dicunt. Videtur & quandoq; Iurisconf. per Oxymorum, siue Gryphum, qui ænigmatis est species, uoluisse Lectorem moneri: ut cū dixit in l. anniculus. de uerborum significatio. Ante diem 10. Calendarum, & post diem 10. Calendarum, utroque sermone xj. dies significari. Quod Alciatus latius explicat eadem l. Vide infrà, Si cœlum digito non tetigeris. Spiegelius.

Oxobapta. Lege, Baphia.

Oxobapta dicuntur rubro tincta: ὄξος enim inquit Suidas, ἑψητὸν τὸ ἀπὸ τῶν φοινίκων. Nam φοῖνιξ modo palmæ arborem, quæ rubet, & ἑψητὸν decoctum ex ea rubrum est, modò colorem rubrum significat. Connanus lib. 7. cap. 7. num. 1. Budæus lib. 6. Miscellan. cap. 24. contra Alciatum & alios, asserit Suidam citra causam lædi ab Alciato: ὄξος ἑψητὸν interpretantem acetum coctum: eumque defendi Xenophontis autoritate ἀναβάσεως β. cum inquit, οἶνος δὲ φοινίκων καὶ ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν... λαμβάνει τῶν φοινίκων.

Oxvs. Lege item, Baphia.

P

P. propositum significant in Codicis constitutionibus. Leges enim & edicta, & constitutiones palam publico in loco promulgabantur, ut eas legere quisque posset.

PP. Aug. Perpetuò Augustus: in fi. procœmij Insti. ubi sic legendum esse docet uetus inscriptio, quam in Iustiniani uita posuimus. Hot.

Pabvlare, à pabulum, ex agris capere in pastionem iumentorum, & pascere significat. §. ulti. in usibus feud. de pace tenen. Spieg.

Pabvla sunt animalium. Annonæ familiæ dominicę sumptus. Et pabula quidem etiam capita uocantur in titu. C. de annonis & capitat. & alibi sæpè. Marcellinus 22. pabula iumentorum, quæ uulgò dictitant capita. Cassiodorus 7. Ad equos capitum definitum. Cuiac. l. super creandis susceptoribus, C. de iure fisci libro 10.

Παχυμερῶς, ἀδρῶς, παχέως, inquit Hesychius: id est, crassè, pinguiter. Hinc

Παχυμερέστερον in comparatiuo, pinguius, per maiores partes. Vlpianus l. 7. ff. de pecul. Scire autem nō utiq; singulas res debet, sed παχυμερέστερον. Paulus in l. 14. ff. de excep. rei iud. pinguius Latinè dixit. Idem corpus in hac exceptione non utique omni pristina qualitate uel quantitate seruata, nulla adiectione deminutioneue facta: sed pinguius pro communi utilitate accipitur. Item in l. 49. ff. de re iudic. Pinguius

enim donatori succurrere debemus, quàm ei qui uerum debitum persoluere compellitur. Gellius libr. 14. cap. 1. Sed coniectari pauca quædam, ut uerbo ipsius utar, παχυκάρδιον nullo scientiarũ fundo concepta. In quibusdam libris, παχύκαρδιον legitur. Hotomann. Item aliud est pacisci aliud repudiare. Repudiantur delata, paciscimur & de non delatis, l. 1. C. de pact. l. pactum. ff. de pact. Repudiatio fit in iure. Pactum quoquo modo. Cuia. ad l. & hæredi. ff. de pact.

PACISCI & transigere hoc differunt, quòd is q transigit, quasi de re dubia & lite incerta neq; finita transigit: qui uerò paciscitur donationis causa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit. l. j. ff. de transact. Hotomannus.

PACISCI, pactum facere est, & conuenire. l. pacisci. ff. de pact. Paciscimur autem de eo, quod certũ & indubitatum habemus. l. 1. ff. de transact. Spieg.

PACISCI uitam ab hoste, id est, pactum facere de uita salua. Hinc pacta puella, id est sponsa.

PACTA conuenta. Elegans combinatio est horum uerborum, ut scilicet alterum alterius significatione suppleatur, & omnia tandem hominum placita comprehendantur. Sic dicimus, Dicta facta, significantes omnem prorsus rem gestam inter aliquos. l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pactis. Adde Forcat. in suo Cupidine iurisperito cap. 19. nu. 3. Olden.

PACTA quæ modò nuda, modò conuenta, modò pacta simpliciter in iure ciuili appellãtur, ea sunt, quæ neq; nomen certum, neq; præsentem & subiectam negotij gerendi causam habent. nam quæ nomen habent certum ac proprium, ea contractus nominati appellãtur: ueluti emptio, uenditio, locatio, conductio, depositum, commodatum, pignus. nam etsi pignus pacto conuento contrahatur, l. 1. ff. de pignor. act. l. 4. & l. 13. ff. §. in superficiarijs, & l. ult. ff. de pignorib. tamen quoniam ex iure ciuili nomen habet, contractus appellatur. Caussam autem cum dicimus, eam intelligimus, quæ ex alterius datione, factoue nascitur: hoc est, quoniam alter uel dedit, uel fecit. ueluti si conuenerat inter me & Titium, ut suũ annulum cum meo mutaret, contractus iste non est usq; eò a iure comprobatus, ut ex sola illa conuentione obligationem pariat: quemadmodum in emptione & locatione uiuuenit. sed tum demum obligationem parit cùm ab alterutro tradita res fuerit. nam si ego annulum meum Titio tradidi, & ab eo suum postulem, quæratq; ex me apud Prætorem, quo iure id postulem, respõdebo, hanc causam esse, quia dedi ut dares. quæ omnia Vlp. in l. 1. ff. de rerum permut. demonstrat. Eiusdem generis illæ sunt conuentiones, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias: q̃ idcirco in iure ciuili contractus innominati appellantur: & hoc à nominatis differunt, quòd horũ causa certæ formulæ prętoris edicto constitutæ sunt q̃bus agi posit: illorum uerò nomine præscribenda quędam & concipienda uerba sunt, data opera, quibus ea conuentio qua de agitur, apud Prætorem exponatur. præterea nominati contractus & caussam & nomen habent: illi non nomen, sed causam habẽt. Huius rei exemplum nobis apud Vlpianum suppeditat in l. solent, 15. ff. de præscript. uerb. ubi ait, eum qui pactus est ob certam pecuniam se seruum Titij fugitiuum ei indicaturum, cùm illum indicarit posse agere: Non enim, inquit, nuda conuentio ista est, ut quis dicat ex pacto actionem non nasci: sed habet in se negocium aliquod. Perspicuè pactum Vlpianus definit conuentionem nudam: quam ipsam conuentionem ei opponit, quæ negotiũ in se aliquod complectitur. negotium enim indicandi serui actor habuit. At si Titius antequam & seruus indicaretur, & pecuniam numerasset, agere cum eo uoluisset, ut indicaret, nulla id actione potuisset: quoniam (ut Paulus scribit) ex pacto nudo ciues Romani non obligantur. nudum autem illud pactum fuit, id est, nihil aliud quàm conuentio simplex. non enim fuit contractus nominatus, neq; rursus causam habens, cur id ab illo postularet cùm ei pecuniam nullam dedisset. cum autem nulla subest causa præter conuentionem, hic constat non posse constitui obligationem: inquit Vlpianus in l. iurisgentium, ff. de pact. similiter olim cum per stipulationem sponsalia contrahebantur, nudum pactum non satis fuisset, ad patrem obligandum ut uel filiam suam uxorem daret, uel litis æstimationem persolueret. Itaq; Agorastocles in Pœnulo stipulationem post pactũ adhibere uoluit:

Audin' tu patrue, dico, ne dictum neges
Tuam mihi maiorem filiam despondeas.
P. Pactam rem habeto. A spondésne igitur?
P. Spondeo.

Sic intelligendum est illud Imper. in l. legem, 10. Codic. de pact. Nec obesse tibi poterit, quod dici solet, ex pacto actionem non nasci. tunc enim hoc iure utimur, cùm pactum nudum est. alioqui cùm pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit, utilis est condictio. Sic etiam illud sub eodem titulo. Traditionibus & usucapionibus non nudis pactis dominia rerum transferuntur. quem locum qui arbitratu meo interpretatus sit, reperi adhuc neminem. nam qui ad conuentionem in emendo factam id referũt, quasi dominium rei uenditæ non ante traditionem mutetur tametsi consensu perficiatur emptio, errãt longè mea quidem sententia. non enim emptionis conuentio nudum pactum appellatur: sed rem omnem uno uerbo demonstrare satis est nam Traditionis uerbum generaliter Imperator accipi uoluit: ut siquidem res essent nec mancipi, traditione: si mancipi, mancipatione aut in iure cesione aut adiudicatione dominium earum transferretur. Cum enim quinque sint transferendi dominij rationes, mancipatio, in iure cessio, adiudicatio, traditio, & usucapio: tres autem priores traditionis species quædam sint, duas postremas enumerare satis habuit. Nuda autem pacta non satis ad dominiorum translationẽ ualuisse, nemini mirum uidebitur, qui populi Rom. ritus & formulas in omnibus propè rebus usitatas cognouerit. Hotomannus.

PACTA curialia, uulgò Winckrottel. Zasius in intellect. iur. singul. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb.

PACTA contra legem uel in fraudem legis sic accipe, ut ea non ualeant quæ publicam lædunt utilitatem non quæ singulorum, dum legum regulis sint consentanea. Connanus libro quinto, cap. quinto, numero tertio.

PACTA executiua quæ communiter in instrumentis apponi solent, scilicet quòd creditor posit fundum propria auctoritate apprehendere, non habent locum nisi quando instrumentum est liquidũ, ita eleganter Bal in l. si causam. in ult. col uers. or. nõ quæro. C. de exec. rei iud. ubi ponit exemplum in instrumento dotali, quod debet liquidari: alioquin pacta executiua in eo contenta, effectum non sortiuntur, etiam stante statuto, quòd contra instrumentũ non posint apponi, nisi quædam exceptiones. & ratio est, quia ante omnia conditio in contractu debet impleri, ut firmat D. Alex. ubi citat hoc dictum Bald.

Bald.consilio centesimo decimonono.uiso processu columna prima uersiculo sed ita est. libro primo. & ideo in primis mulier, si petit se mitti in possessionem, ratione pactorum contentorum in instrumento dotali: adire debebit iudicem, & significare qualiter mortuus est maritus, uel uenit dies restituendæ dotis. & quòd matrimonium legitimũ inter eos præcessit.& hoc idé in facti contingentia. & est multum utilis in actu practico,secundum Ias.in dicta l.ij. columna trigesimaquinta,uers.circa autem aliud.C. de iure emphyt.Cotta.

PACTA ex conuentu sunt,quæ sine legibus obseruantur,quæ iuri præstare dicuntur. Hoc dicitur de pactis quę solius conuentionis autoritate ualent, & de quibus nisi utrinq; consensum esset, non haberent uim obligationis.non teneor legibus ad suscipiendum causę patrocinium,id tamen si promisi me facturum constitueris q; mihi pro ea re salarium, si alteruter nostrum fecit promissum,ex pacto ius nascitur, ut alter quoq; stet conuentis. Quæ & similia pacta præstant iuri, ut de iure plerunq; aliquid aut mutent aut minuant. Connanus libro quinto, capite primo,uersiculo octauo.

PACTA fraudulenta sunt, quæcunq; sunt alteri damnosa, ut pactum de non petẽdo quo creditores debitoribus suis remittunt quod sibi debetur, quod tamen iniquum esset non seruari, dum sine dolo factum sit. Connanus libro quinto,capite quinto, numero secundo.

PACTA secundum naturam contractus esse dicuntur,quæ etiamsi non exprimantur,insunt tamen ueluti in emptione ut uenditor caueat de dupla nomine euictionis. Connanus libro quinto, capite secundo,uersiculo nono.

PACTA turpia,hoc est, quæ turpem causam cõtinent, non sunt obseruanda, sed post admissa hæc pacisci possumus,autore Paulo in l.Si unus ex argẽtarijs,§.pacta.ff.de Pact Spieg.

PACTI, pactionis & conuentionis eadem est & significatio & definitio. inde frequens est Ciceroni pactum & conuentum pro eodem ponere, etiamnũ illa coniungere, nõ alia significatione quam utrumuis illorum simplex. Pactum enim conuentum nil aliud est quam pactum ut cõuentum.uide late Connanum lib.5.cap 1 nu.9.

PACTI appellatio in dubio, ut de nudo potius intelligatur, receptius est: quòd in dubio specialior significatio semper recipienda est,ut Baldus docuit, itemq; alij. Alciatus tamen in Rubr.de Pactis, ad rationem legis aduertendum arbitratur, nec tantum perpendi quo nomine contractum suum partes appellauerint, quantum quid uel ab eis actum sit, uel à legislatore uerisimili mente constitutum. leg. insulam ff.de præscriptis uerbis Spieg.

PACTI sunt uariæ appellationes. His enim nominibus idem significatur,pactum,depectio,pactio, placitum, pactum, conuentum, pactum & conuentum,pactum nudum,pactum & consensum,pactum & condictum. tot nanque idem modis uariari animaduerti, in leg. iurisgentium,§. sed cum nulla Digest.de pact.Conuentum sic dicitur,quasi nihil præter conuentionem habẽs,uel quasi compactum. Dicitur etiam pactum & conuentum, ut apud Paulum libro primo sentent. titul. de pactis & conuentis, & M. Tullius pro Cæcin. Quæ, inquit, iudicia aut stipulationis, aut pacti & conuenti formula. Cuiacius obseruat libro secũdo capite decimoquinto & idem ad l.j.ff.de pactis.

PACTIO nuda est, quæ præter uerborum promissionem nihil habet: puta si nulla caussa adiecta est,aut adiecta,sed non impleta,aut impleta,sed non propter conuentionem,aut propter conuentionem impleta,sed turpis est,& iniusta. Connan.libro quinto capite secundo numero quinto. Cuiac ad l.j ff.de pact. ait, nudam pactionem dici, quod alibi pactum nudum, & quemadmodum nusquam pacta ita nec pactiones contractus appellari.

PACTIO publica, quæ ad uniuersorum fit salutem, quæ locum habere non potest, nisi cum externis & alienis populis ineatur, de qua uide s̃.conuẽtio publica. Pactio,priuata duplex est,legitima & iurisgentiũ. Legitima est,quæ lege aliqua confirmatur,& ideo interdum ex pacto actio nascitur,uel tollitur, quoties lege, uel Senatusconsulto adiuuatur, ut inquit Paulus,eam puto dici conuentionem legitimam, quæ nisi lex de ea lata esset, non ualeret, aut certè non haberet uim obligationis,aut inducendæ, aut tollendæ, ueluti ea, quæ literarum obligatio dicitur. Iurisgentium pactiones,quædam actiones pariunt,quædam exceptiones. Quæ pariunt actiones, in suo nomine non stant, sed transeunt in proprium nomen cõtractus,ut emptio, uenditio,locatio, conductio,societas,commodatum,depositum,& cæteri similes contractus. Connanus libro quinto capite primo numer 12.

PACTIO nomen est uerbale, quod propriè dicitur cum fit, Pactum autẽ, posteaquam est factum. Et quia res priores sunt suis appellationibus & nominibus,ideo Vlpianus pactum à pactione deducit, rerum ordinem secutus, non Grammaticorum rationem. Nam a pace pactum,& à pacto, pactio deriuatur. Omnium autem istorum origo est, à uerbo paco, quod etiam nunc est in usu, ut testatur Festus Pompeius qui idem scribit: Pacionem antiquos dixisse,quam modo uocamus pactionem, unde & pacisci & paco. Fuit tamen priscum uerbum pago ex quo pepigi, quod magis uidetur fuisse istorum omnium proprium. Cui finitimum est uerbum pango, ex quo pegi, quod figere significat, unde plantæ pangi dicuntur. Et Cicero de legibus. Requiri placet terminos quos Socrates pegit. Ideo uersus pangi dicuntur,quod Stylo in cera scriberentur, ut uult Festus. Idẽ Cicero in familiaribus epistolis. An pangis aliquod Sophocleum,id est,an scribis.A pangendo itaq;, ut uidetur, pacti nomen est, & significatio, ut idem docet secundo libro Rhetoricorum ad Heren. Ex pacto ius est, inquit, si quid inter se pepigerunt, si quid inter quos conuenit. Connanus lib. 5. cap.5.numer 8.

PACTICIVM, uulgò conuentionale dicitur. Gellius: Cessatio pugnæ pacticia, induciæ dicitur. Spiegelius.

PACTIS legibus dare,spondere,promittere,facere,&c.barbarè sub conditione dicitur.

PACTO, ablatiuus, pro modo, non rarò ponitur, sed pactum sic accipi, ac pro stipulatione etiam Albericus indicat.Spieg.

PACTO stipulatio subdita. Vide Africanum in lege cum essent Digestis de seruitutibus prędiorum rusticorum.

PACTORES societatis, apud Ciceronem in Verrinis.

PACTORVM uariæ species, quæ iure reprobantur, ab Alciato in l. pacto. C. de Pactis, copiosè explicantur.Spieg.

PACTORVM aliud quod in continenti ad con-

 tractum,

tractum, aliud quod ex interuallo appositum, dicitur. Nec recte nudum uocatur: paritq; exceptionē, ut si dicam, non petam te ista decem. Illud operatur ipso iure, adeò etiamsi ignorans iudex cōtrà pronunciaret, ipso iure sententiam eiusmodi pactū, siue allegetur, siue omittatur, inficeret, enecaret, & funditus euerteret. Qui est magnus effectus, & multū refert, an pactum operetur ipso iure, uel tātummodo prosit ad exceptionem. de quo latius disserit Zas. in l. lecta est. ff. Si cert. pet. Spieg.

PACTORVM quædam in rem sunt, quædam in personam. In rem sunt, quoties generaliter paciscor, ne petam. Alio modo dicitur, pactum in rem quod non personæ sed rei causa factū est, ut emptori prosit & cæteris ad quos res transit. Connan. lib. 5. ca. 4. num. 8. In personam, quoties ne à persona, id est, ne à Lucio Titio petam l. iurisgentium. §. Pactorum. ff. de pact. Vtrum autē in rem, an in personam pactum factum sit: non nimis, hoc est, non tā ex uerbis, quàm ex mente conuenientium æstimandum est. Plerunq; enim persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur, cum quo pactum factum est. d. l. iurisgentium. §. utrum autem. Oldend. & Connanus lib. 5. cap. 4. nu. 4.

PACTORVM quædam nuda, quædam uestita esse iuris interpretes passim tradiderunt. ita Bartol. & alij in l. iurisgētium, §. igitur nuda. ff. de pactis ubi nuda finiunt ea esse quæ in simplicibus & puris finibus conuentionis stant, nihil circum se habentia, uel nomen speciale, uel causam uel contractum quo se tegant L. Si tibi C. de locat. exemplo hominis, qui tunc nudus dicitur, cum talis est, qualis ex matris utero processit: Pactum uerò uestitum à nemine finitum Corrasio sic definire placuit, ut sit conuentio iurisgentium aut ciuilis, in nomen proprium contractus transitus, aut alio iuris adminiculo roborata. Cæterum hæc diuisio tanquam insulsa à recentioribus iampridem explosa est: de qua præter cæteros Corrasius Miscell. lib. 1. cap. 1. Ex pacto nudo agi. Qui dicit ex pacto nudo agi, oppositum in obiecto facit, ex quo semper falsum sequi conuenit, hoc est, fieri non potest ut pactum nudum dicamus illud, ex quo agitur, quia ista sunt opposita nudū esse & actionem ex eo dari: sicuti seruum esse manumissum. nam si manumissus est, seruus non est, sed libertinus l. seruo, cum gl. ff. de cond. indeb. sic cum dicitur. homo mortuus, oppositum in obiecto est, & frustra dicitur l. si homo. ff. de uerb. oblig. l. Paulus. ff. de uerb. signif. ubi falsus modius non est modius: sic nudum pactū ex quo agi queat, iam olim nudum esse desijt l. solēt. ff. de præscrip. uerb. l. legem. C. de pact. Forcat. in Necyomantiæ Dial. 79. nu. 1.

PACTORVM quædam tacita sunt, quædam expressa. Expressa sunt, quæ uerbis designantur. Tacita, quæ uel re, uel tacito & obscuro cōsensu perficiūtur. In bonæ fidei contractibus ea insunt tacitè, quæ solita sunt ex natura eorum opponi. Et illud quod refert Paulus. Item quia conuentiones etiam tacitæ ualent, placet in urbanis habitationibus locatis inuecta & illata pignori esse locatori, etiamsi nihil nominatim cōuenerit. &c. Connanus libro quinto capit. 4. num. 1.

PACTVM autem & pactionem Iurisconsulti sine differentia crebro usi sunt, & maximè quidem in illo titulo de pactis, ut l. iurisgentium. §. sed cum nulla, & §. seq. & §. penul. & l. si unus. §. illud. ff. eod. l. j. C. de iure emph. l. si quis maior. C. de transact. l. j. ff. de resc. uend. l. j. §. sed an uiæ. ff. de pig. l. sed si uir. §. si uir. ff. donat. inter uir. & uxor, & pactum pactione dicitur, leg. j. ff de pactis. Forcat. in suo cupid. Iurisperito nūmer. 3.

PACTVM tria significat, nudam cōuentionem, nudæ conuentionis instrumentum, & ut Constantinus ait 3. Epit. ἐκ τῆς συμφωνίας παρά τινος ἐγκλήματος, ut in Nou. 120. Solet autem in una instrumentorū parte ita scribi. Rogauit ille, Spopondit ille. Hæc uerba pro stipulatione accipiuntur, quæ solet subijci pactis, nisi contrarium probetur. nam & pro pacto accipi possunt. Verum hic statim meritò quis dubitauerit, qua re discernatur pactum à stipulatione? eadem enim uerba utrique conuentioni congruenter aptantur, ac sicut in stipulatione, ita & in pacto interuenit interrogatio & responsio. quod ita definiendum est. In tractatu pactorum, fieri quidem interrogationes & responsiones. Hic tamen tractatus non est spectandus, sed eius conclusio. Nam si id, de quo conuenimus inter nos, ego rogem, tu spondeas, stipulatio est, nisi si alia fuerit mens nostra. nam si discedimus ut pacti, pactum est, non stipulatio. Sic uerò & in tractatu emptionis interueniunt interrogationes & responsiones, sed finis tractatus spectatur & conclusio. deniq, animo & conclusione tractatus pactum ab stipulatione discernendum est. Idē enim est tractatus sed non eadem cōclusio, idem animus. Cuiacius ad legem iurisgentium, prope finem. Digest. de pactis.

PACTVM à cōtractu sic separatur. Pactum neq; nomen, neq; caussam habet. Contractus aut nomen habet, aut si nomine uacat, certè caussā habet. Caussam autem habet conuentio, quæ datione, uel facto sumpsit effectum: ideoq; Do ut des, contractus est: dabo ut des, pactum. Ex contractu datur actio. Ex pacto in ciues Romanos non datur actio. Constituitur enim ex eo naturalis, nō ciuilis obligatio. Sed tamen ex pacto datur exceptio, & hoc est quòd ait prætor: Pacta iusta seruabo. Seruat prætor, id est, tuetur pacta datis exceptionibus. At pacta, uel contractibus adijciuntur, uel non adijciuntur. Hæc procul dubio nunquam actionem pariunt, semper exceptionem pariunt. Illa, quæ scilicet proprio nomine leges appellantur, aut ex continenti, id est, in initio contractus adijciuntur, aut ex interuallo. Quæ adijciuntur ex continenti, non pariunt actionem, sed formant contractum l. cum dotem. C de iur. dot. id est, formam & legem dant cōtractui: formant ipsam actionem l. iurisgentium §. quinimo. ff. de pact. id est, actionem ex ipso contractu. Cuiacius d. capite decimoquinto. Obseruationum lib. 2. Vide etiam hac de re eundem ad d. leg. iurisgentium. §. quin immo. Digest. de pactis.

PACTVM, consensus est duorum, uel plurium in re quæ utriq; parti placet: Pollicitatio uerò, cum cōnsensus amborum non iungitur: ut sit polliceri, quasi posse liceri. Alciatus in Prooemio, Codice de Pactis. Vnde pactum, conuentionem significat. Cicero de inuent: Pactum est, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, ut iure præstari dicatur. Vlpianus de Pollicitat. l. pactum. Pactum est duorum consensus atque conuentio: Pollicitatio uerò offerentis solius promissum. Idem de Pactis lege prima. Pactum autem à pactione dicitur, unde etiam pacis nomen appellatum est. Pactio uerò ut ipse Vlpianus eadem lege in principio docet, est duorum, pluriumúe in idem, placitum & consensus. Pactionem nuptialem facere, apud Liuium, Spiegelius.

PACTVM

PACTVM & conuentũ si qua re differunt, Connano hoc distare uidentur lib. 5. cap. 1. num. 9. quod pactum unius tantum obligationem habet: ut si promisi tibi centum: conuentum autem quod utriusq; fidem astringit ut transactio: aut qui contractus innominati uocantur, cum facio aut do aliquid, ut uicissim aliquid des aut facias. Ideoq; apud Ciceronẽ ubiq; facta est mentio pacti conuenti, quod ex hoc solo aliqua nasceretur actio: at alterius pacti, nulla per se quidem & ui sua, ideoq; ne ulla quidẽ aut rara de eo disceptatio in foro & in iudicijs. Adde Forcat. in Necyomantiæ dial. 70. nu. 6.

PACTVM addictionis in diem, tale est: ut, uendo tibi domum, & si potero habere maius precium usq; ad mensem, repetam ego ipsam domum. Old.

PACTVM conuentum, quod & uulgo uestitum uocant, opponitur pacto nudo, uelut ab omni iuris solennitate destituto. Huius exempla ponere difficile esse Ias. existimauit. Conuentum, aiunt, quod uestitur, aut re, aut uerbis, aut literis, aut contractus cohærentia, aut rei interuentu. Old.

PACTVM immissionis. Lege, Pudor.

PACTA iusta dicũtur, quæ neq; dolo malo, neq; aduersus leges fiunt. leg. iurisgentium. §. ait prætor D. de pactis. Et pacta contra leges aut contra bonos mores populi Romani nõ ualent l. pacta. C. de pact. sed neq; stipulationes ualent. Cuia. ad tit. 1. Iul. Paul. recept. sent lib. 1. §. neq; contra leges.

PACTVM aliud est legitimum aliud iurisgentiũ. Pactum legitimum etiam iurisgentium est. Non tamen omne pactum, quod iuri gentium conuenit, & legitimum est, quin imò remotis quibusdam pactis, quæ legitima sunt, cætera solo gẽtium iure sustinentur. Cuiac. ad l. 5 ff. de pact.

PACTVM nudum præcipuè Pontificio iure, hoc à ciuili distat: quòd actionem producit, contra l. iuris gentium. §. igitur. ff. de pact. Sed quib. casibus id non procedat, docet Alc. Spieg.

PACTVM nudum in ligis & treugis principum producit actionem, quia pacta publica nõ egent fomento uerborum l. conũentionum. ff. de pactis ita sing. Bald. in c. j. ad fin. extrà eo. quod alibi se non legisse, dicit D. Ias. in l. lecta. in vij. not. in secundo casu. ff. si cert. pet & in l. iurisgen. §. sed cum nulla. in j not. in xiij. fall. ff. de pactis. Treuga tamen est illius naturæ, ut licet unus contraueniat, non tamen alij propterea à pactis recedere possunt, licet secus sit in pace: ut tradit Socyn. consil. cclxij in causa magnifici. ad fi lib. ij. quod est memoria dignum ad reg. l. cum proponas. secunda. C. de pactis. Cotta.

PACTVM retrouendendi, quod uocant, & inter cætera pacta uulgatissimum est, dicitur, cum uenditori ex cõuentione conceditur ab emptore: quod si ipse uel hæredes eius uoluerint quandocunq; aut intra certum tẽpus restituere precium: ut tum rem suam, quam uendidit, quasi redemptã accipiat. Quo pacto in emptione & uenditione reddituum quotidie utimur. l. ij. C. de pact. inter emptor. & uenditor. Spieg. Hoc pactum olim fiducię dicebatur ut Liuius lib. 2. de bello Macedonico, & Boetius li. 4. Topicorum nos docent, quorum hic fiduciam (ait) accepisse dicitur, cuicunq; aliqua res ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet, ueluti, si quis dubium tempus timens potẽtiori amico fundum mancipet, ut cum tẽmpus illud suspectum prætererit, reddat. Hæc emancipatio fiduciaria nominatur idcirco, quod restituendi fides interponitur. De quo latius ad tit. Inst. de legitima parentũ tut. &c.

PAEDAGOGVS dicitur is, cui ducendorũ puerorum cura, simul & eorum institutio committitur. Quod munus olim demandari solebat seruis domesticis. Vnde Plautus in Mercat. Seruum unà mittit q olim à puero paruulo pędagogus mihi erat. Quinimò noster Vlpianus pædagogium appellat mancipium l. quæsitum §. si instructũ. ff. de instructo uel instrum. leg. Notus est Diogenes qui cum in Creta uenderetur, dixit præconi, ut clamaret, se uendere 10 seruum qui sciret imperare liberis: eaq; lege hunc emit Xeniades, eiq; liberos suos concredidit. Apud Terentium in Adelphis manumittitur Syrus, quòd Aeschinem & Ctesiphontem, à pueris curasset, docuisset, monuisset. & sanè nihil non debet pędagogo aut præceptori suo gratus discipulus, qui eius diligentia & melior & doctior redditus est, l. Aquilius Regulus, tit. de donat. Itaq; etiam ueteres prçceptorem sancti uoluere parentis esse loco, ut ait Iuuenalis. Sed illud notandum est, esse aliquando, ubi pæ- 20 dagogi meritũ & eius necessarius usus, sit magis causa seruitutis quàm libertatis. Nam hæres qui rogatus est seruum suum manumittere, excusatur, si is sit uel proprius, uel liberorum suorum pædagogus, cuius ministerio carere non possit. l. Caij Cassij. De fideicom. liber. Vt refert. Balduin. in comment. super institutiones Iustiniani lib. j. tit. 6. quib. ex causis manumit.

PAEDAIVM, locus in domicilio, in quo pueri, seruiq; commorantur: qui παῖδες uocantur. 30 παῖδες autem nomini liberorum respondet: sed nõ tam aptè aut commodè, propterea quòd serui quoq; ita nuncupentur tum græcis tum Latinis: qui ab isto uerbo pueri uocabulum formauerunt, quo significant domesticos seruos, præsertim tabellarios, credo quod non nisi pueris & in iuuenili ætate constitutis, qui pedibus ualerent, uti poterãt ad eam rem. Connan. lib. 9. cap. 1. num. 1. & uide infra Pueri. Cuia. ad leg. 2. ff. de excusat. dicit, quod παίδων nomine soli filij significentur, allegat. legem octauam, ff. d. tit. de 40 excusatione.

PAEDAGOGIVM, apud Iuriscoss. seruitium, atq; mancipium dicitur. Vlpianus de fund. instructo, lege quæsitum est. §. Si instructum, ait, fundo legasset: ea pædagogia quæ ibi habebat, ut cum ibi uenisset, prãstò essent in triclinio, legato continentur. Spiegel.

PAEDAGOGIANI pueri, Castrensiani sunt: ministeriani, aulici, q sacro ministerio deputati sunt, ut ait lex 4 C. de Castrensianis & ministerianis li. 12, 50 ueluti prægustatores, pincernæ, uestitores, pistores, pædagogi, siue pædagogiani pueri, ut Marcellinus lib. 26. describit, tunica auro distincta induti à calce in pubem, purpureis operti tegminibus pedũ, quos & lib. 30. refert in uenatione disponi ad canes retinendos, Gallicè paiges. Castrenses ministri appellantur à Lampridio in Alexandro. De ijs Tertullianus de corona militis: est etiam, inquit, alia militia regiarum familiarum, nam & castrenses appellantur. Hi erant sub dispositione uiri spectabilis castren 60 sis sacri palatij, ut diximus sup. titul. 5. eiusdem libri. Cuiac. ad Rubric. Cod. de castrensianis & ministerianis, lib. 12.

PAEGMA, ludus interpretatur. à παίζω, ludo. Erat autem machina in sublime tendens, in qua puerorum cantantium erant nidi. Vlpianus titulo de fundo instructo lege quæsitum. In emptionem, inquit, domus, specularia, & pægmata cedere. Nebrissensis.

PAENE

PAENE est, prope est, parum est. modestiæ notæ A. August. lib. 3. cap. 9. quem consulas uelim.

πάγοι quid significent, uide κώμη.

PAGANI in iuris ciuilis libris militibus opponuntur l. 1. §. 1. ff. de seruis fugit. l. 14. ff. de pœn. l. ult. ff. ad leg. Falcid. l. 12. in fi. ff. de custod. reo. l. 49. ff. loca. l. 39. in fi. ff. de milit. test. l. 7. ff. de diuers. reg. iur. Proinde peculij diuersa genera, Paganum & Castrense constituuntur l. ult. C. de inoff. test. Et in paganico & in castris opponũtur in l. 1. C. de test. milit. Villas autem pagos appellatas ἀπὸ τῶν πηγῶν, id est, à fontibus circa quos uillę condi consueuerint, Seruius scribit: indeq; paganos, quasi ex uno & eodem fonte potantes dictos esse. Et ita paganam legem apud Plin. pro pagorum lege accipio. In cõstitutionibus etiã Impp. Christianorum, quæ in lib. j. Codicis sunt relatæ, alieni à fide nostra, pagani dicuntur: cuius uerbi ridiculas Etymologias Philastrius Brixiensis & Isidor. cõminiscuntur. Pagorum præpositi l. 2. C. de suscepto-rib. lib. x. l. 8, eod. titul. in C. Theod. l. 7. C. quæ res pigno. Iustinianus in edicto xiij. & in Nouellis aliquoties παγάρχας uocat. Bris.

PAGANICVM, Castrensi opponitur. in l. j. C. de testa. milit. usurpat Imp. Antoninus: Frater tuus miles, si te specialiter de bonis, quæ in paganico habebat, hæredem fecit, bona quæ in castris reliquit, petere non potest.

PAGANVS, à pago dicitur, qui non est militiæ sacramẽto addictus. Modestin. tit. locat. l. si ignorãs, inquit, militi quasi pagano locauerit. Nebr. Iuuenal. Satyr 16. Citius falsum producere testem Cõtra paganum possis, quam uera loquentem Contra fortunam armari contraq; pudorem, &c. Verius tamẽ esse puto, quòd priscis Romanis paganus ille erat, qui militiæ cupiens erat, & illi cingi seu asscribi uolebat. Eo enim interuallo, quo id quærebat, & ad militiam aspirare tentabat, paganus: mox militiam adeptus, miles dicebatur. Vnde Scæuola ad legem Falcid. l. si dum paganus erat, fecerit testamentum, militiæ tempore codicillos, lex Falcidia in Codicillis locum nõ habet, in testamento locum habebit. Nec ignoro, receptius esse, paganum dici omnem, qui non est miles, & qui est priuatus. A pago, uel uilla uocat9, quasi homo rusticus uillaticus. Zas. in tract. substit. cap. v. Itaq; pagani propriè militibus opponũtur, ut togati sagatis, cinctisq;. Sunt autem propriè rustici à pagis appellati: quòd domi relinquebantur. Quod nolebant eos ab aratro reuocari, ne uel agrorum cultus desereretur, aut bello & armis assueti in ciuitatẽ insurgerẽt, idcircò usurpatum est hoc paganorum nomen in omnibus qui alieni essent à militia. Suetonius in Augusto concionante se admissa turba paganorum apud milites, & Persius: Ipse semipaganus, ad sacra uatum carmen affero nostrum. Id est cum nondum sim uerè miles musarum: tamen affero carmen nostrum ad sacra uatum, ut apud ipsos militiæ sacramentum dicam, & nomen meum accipiant. Et Liuius li. 1. narrat Tullium urbem regionibus & collibus quadrifariã diuisisse, & quæ habitabantur partes tribus appellasse à tributo. Dionysius Græca lingua πάγους uocatos esse dicit, quia singulæ agri partes, singulis tribubus habitandæ datæ essent, quibus se montibus, rupibus, & specubus aduersus latronũ incursum munierant: festaq; habuisse anniuersaria, παγανάλια dicta, quòd ea pagi isti suo quisque more & tempore peragerent, tanquam sibi propria nõ totius urbis communia. Postea uerò, quàm Romana urbs magna hominum multitudine habitari cœpta est, plurimi fuerunt inter eos, qui arma detrectarent, nullo alio egregio facto gloriosi, quàm antiquo Quiritum nomine, quod illis primũ fuit à Romulo, qui Quirinus dictus ab hasta, quæ curis nominabatur à Sabinis. Cur autem omnes à religione nostra auersos antiqui Christiani paganos appellarint, id in titulo de paganis & templis eorum à nonnullis quæsitũ est. Et sunt qui putant, id fuisse olim causæ, quod non essent illi Christi milites, qui solus dignus est, cui militemus, quod uix est ut credam, cum Iulianus Imperator Christianis militia interdixerit, & Lactantius ipsis neget esse licitum militare, quod eorum omnis militia in iustitia esse debeat. Vt non uerisimile esse uideatur, hoc militum nomen libenter suscepturos fuisse Christianos præsertim initio huius nostræ religionis. Existimaui aliquando, sic nominatos istos fuisse, quod qui in pagis ruri morarentur, tardius hac nostra persuasione imbuti sunt, & diutius paganalia sua sacrificia coluerunt, ut ferè rudes & imperiti homines sui moris sunt retinentissimi. Quemadmodum igitur agrestes homines uocamus, quicunq; sunt ciuilioris uitæ ignari, nec melioribus inuentis uolunt acquiescere. Sic paganos dixerunt, qui uanam quidem illam, sed tamen antiquam DEORVM superstitionem in idolorum cultu positam retinebant, & summi DEI beneficio data mortalibus Christi doctrina. Hæc Connanus li. 9. cap. 5. nu. 1. & 2. 7.

PAGERE, pro pacisci. Nam, teste Quintiliano, pepigi, non à pango, sed antiquo uerbo pago, pagis, sine n, dicitur. ut in leg xij. Tabul. Ni ita pagunt. uide paulo superius in Etymologia uerbi Pactum.

PAGI apud Cæsarem sunt regiones uniuersæ & populi alicuius partes, ut tota regio Heluetiorum, quæ ab eo appellatur ciuitas, in quatuor partes erat distributa, quas appellat idem scriptor pagos, non quod tantum pagatim incoleretur: nam & habitabatur oppidatim: cum scribat duodecim oppida in ea fuisse, & pagos ad quadringentos, sed quòd uniuersus eorum ager in quatuor partes & tanquam præfecturas esset diuisus. Eodem modo scribit Sueuorum centum pagos fuisse: cum enim longè lateq; in Germania regionem amplissimam haberent, latissimosq; fines, in centum partes regio distributa erat: sic ager Romanus à Numa Pompilio in pagos distributus fuerat, ut scribit Dionysius his uerbis, διελὼν τὴν χώραν ἅπασαν εἰς τοὺς καλουμένους πάγους, tractus enim quosdam & partes regionis ita uocauit, quod quidem & Plutarchus scribit εἰς μέρη τὴν χώραν διελὼν ἃ πάγους προσηγόρευσε. Pagis autem illis præerant pagorum magistri, ut annotauit Turnebus aduersariorum libro nono capite septimo.

PALAM factum dicitur, quod coram pluribus, puta duobus fit. At publicè factum, quod coram populo agitur, aut fit. Alciatus de uerborum significatione. Vide Bartolum in lege nõ intelligitur. §. j. ff. de iure fisci. Spiegelius. Adde Corrasium Miscel. libr. 6. capite decimoquarto.

PALAM est coram pluribus. leg. 33. ff. de uerborum significatione. Palam autem quæstum corpore fecisse in lege Iulia de maritandis ordinibus, accipitur, quæ passim, sine delectu, uel in lupanario, uel caupona se prostituit leg. 43. ff. de ritu nuptiar. In quæstione taciti fideicommissi palam relictum intelligitur, quod testamento uel codicillis quis rogatus est restituere, non domestica cautione, uel chirographo. leg. 3. Digest. de iure fisc. Nec tamen ad excludendam taciti fideicommissi fraudem palam relictum

lictum uideri Paulus scribit, quod ex testamento cũ recitatur sciri nõ potest: quemadmodum nec ille palam dat, qui ita scribit, ROGO VOS HEREDES MEOS IN EO QVOD A VOBIS PETII, FIDEM PRAESTETIS leg.40.ff.de iure fisc. Quanquam his postremis uerbis non esse legi fraudem factam in leg.3. ff.eo.titul. tradatur. In eo quod dicitur palam heredes esse nuncupandos, Palam non utiq; in publicum significat. Sed ut exaudiri possit, nec ab omnibus exaudiri, sed & à testibus septem.leg.21. ff.de testam.l.ultim.ff.de iure codicill. Bris.

PALAM fieri dicitur contractus: & etiam bona fide, quando fit in præsentia iudicis agnatorum, uel etiam amicorum.Bart.sing.in l.frater à fratre.columna decimaquinta, uersiculo tertiò quæro. ff.de condictione indebiti & est singulare,& memoria dignũ secundum Dominum Iasonem in l. singularia. in septima columna. uers. pulchrum. ff. si cert. pet. & in rep. d.l.frater à fratre.in uigesimaquarta columna.in princ. & in l. pacta nouissima. in tertio notab. C. de pactis. & in c.primo, in tertia colum. in princip. qui feudum dare possint.& not. Bertol. Veronens.caut. cclviij.semper allegatur. & caut.cccvj. tutores semper.in ij.col. cum alijs adductis per Do.Alexand. in l.transactionem.in ult.uerbis. C.de transactio.quod est notandum,pro intellectu l.non existimo. cum simil. ff.de admi.tutor. Tamen potest cõtrarium probari, ut consuluit Corn. consilio ducentesimoquarto,incipiente Viso puncto & copia instrumenti.col. pen.uers.non obstat quod interuenit.in iij.lib.Barb. cons.vij. clementissimi. col.v.lib.j. Et ideo alibi notabiliter Baldus instruit tutores, ut in alienationib. & alijs contractibus minorum adhibeant consilium coniunctorum, in l.polla. uers.iij.oppono. C. de his quibus ut indignis per glossam singularem ibi. & sequitur Salicetus: & omnes moderni ibidem latè tractant: & commendat Cepol.in d.cau. trecentesimasexta,in tertia columna. ubi idem dicit de præsentia amicorum, si affines desunt: per ea quæ dicunt Bartolus,Baldus & omnes in l.transactionẽ.C.de transactio. & idem Bald. sing.in c.j. in prin. in ij. col.uers. quærit.Iac.de Beluis.in tit.qui feud.da.poss. generaliter dicebat, quòd ubi est seruata forma, puta consensus fratrum, & decretũ superioris interpositum, præsumitur bona fides,& etiam contractus utilis: etiam si esset ecclesia. & reassumit Dom.Felinus in capitulo,cum contingat.in iiij.colum. in ultima limitatione, primæ conclusionis. extrà de rescript. declarando tamen, ut sing. per Bal.in l.tutores. ff.de confirm.tuto.de quo scripsi suprà in dictione Decretum maioris iudicij.Simile uidemus ecõtrà in matre quę nupsit cum consilio filiorum: secundũ cautelam notab. Ang.in auth. de nõ eligendo secun.nub. in prin. in pen.col.uers.& prædicta uera. quam in proposito commendat Bertol.Veronens.caut.trecentesimauigesimatertia,si mater.& plures alij,quos retuli suprà in uerb Nuptiarum causa. Cotta.

PALAM nuncupatus hæres dicitur, si testes exaudiuerint. Spieg.

PALAM quæstũ facit mulier, quæ passim,& sine delectu stuprari se finit. l.palàm. ff. de ritu nupt.Sp.

PALAM quæstum facere dicimus non tantum eam, quæ in lupanario se prostituit. Verum etiam si qua, ut assolet, in taberna, caupona uel alia domo quæ pudori suo non parcit: Palàm autem sic accipimus passim,hoc est, sine delectu, non si quæ adulteris uel stupratoribus se cõmittit,sed quæ uicem prostitutæ sustinet. Item quæ cum uno & altero, pecunia accepta commiscuit, non uidetur palàm corpore quæstum facere. Octauianus tamen rectissimè ait etiam eam quę sine quæstu palàm se prostituerit, debuisse his connumerari, non solum autem ea quæ,uerum ea quoq; quæ fecit,& facere desijt lege notatur, neq; enim oboletur turpitudo quæ postea intermissa est, non est ignoscendum ei quæ obtentu paupertatis turpissimam uitam degit. Vlpianus de ritu nuptiar. Maffæus.

PALAM, ut Vlpianus de testamentis ait, nuncupari uidentur hæredes, non utiq; in publicum sed ut exaudiri testator possit. Maffeus.

PALAM rẽ esse dicimus, de qua constat, aut euidentia, quod uulgò notorium dicimus aut quæ simpliciter manifesta, aut liquida, aut tantummodo clara. Vide Alciatum in l. palàm. de uerborum significationibus. Spieg.

PALATINI, communi nomine dicuntur omnes habitantes in palatio: alij quidem semper in domo Augusti perseuerantes, qui Comitatenses dicuntur. Comitatum autem locum appellant, in quo uitam ducebat Imperator. Qui uero in prouincias mittebantur, dicuntur mittendarij, à mittendo nuncio. Alciatus in l.scrinijs. C de Palatinis sacrarum largitionum libro duodecimo.

PALATINORVM generale nomẽ est.eo enim omnia officia, id est, memoriales, agentes in rebus, adparitores diuersorum Comitum, largitionum uel priuatarum continentur. De quibus in titul. de Palatin. sacra. largit. Sed & ministeriani de quibus de Castrensia. & minist. Generalem hanc significationem comprobat leg.1. Cod.de priuilegio eorum qui in sacro palatio militant. Ambrosius epistol.5. Palatini, inquit, sunt officia, id est memoriales, agentes in rebus, adparitores diuersorum Comitum. Palatium pro palatinis sæpe accipi Am. Marcel. testis est lib.4. Tuas, ait, & palatij tui iubeo auferre annonas. Prat.

PALATINOS quidam esse uolunt eos qui habitabant in palatio, Comitatenses uerò, qui in domo Augusti semper commorabantur. Mihi contra uidetur ut Palatini propriè sint quos domesticos principis appellamus. Palatium enim dicitur domus Principis, Comitatenses autem quicunque de comitatu sunt quos tamen omnes Palatinos dictos esse arbitror ut ostendi uidetur ex constitutione Constantini imperatoris de castrensi omnium palat. pec. Qua cõstitutione omnibus Palatinis in Castrense peculium cedere præcipit, quod propria diligentia uel liberalitate principum quæsiuerunt. Quid enim tam ex castris est inquit, quàm quod nobis conscijs, ac propè sub conspectibus nostris acquiritur. Sed nec alieni sunt à puluere & labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui præsto sunt semper actibus, quos intentos & eruditos studijs itinerum prolixitas & expeditionum difficultas exercet. Quę omnia & Comitatensibus conuenire certum est: ideo facta est constitutio de omnibus Palatinis, ne de illis tantum intelligeretur qui domestici essent, & quasi familiares principis. Connan. lib.4.cap.15. nu.4. Cuiac. affirmat palatinos dici largitionales siue priuatianos, qui pertinent ad comitem sacrarum uel priuatarum largitionum. Eorum partes eæ sunt, urgere, instare, monere, ne quid tale aduersus chartularios attentetur. Cuiac. ad l.2.& 3. C.de cano. largitional. titul. lib.10.

PALATIO, id fundamenti genus est, quod in aquis, aut in uliginosis, aut cõgestitijs locis fieri uidemus:

demus: à palis qui in terram depanguntur, dictũ uocabulum. Fistulatio etiam appellantur, à fistuca machina, qua etiam pauitores utuntur, utrinq; ansata. Hac enim pali magna ui in terram adigũtur. Bud. in l. si fratres. §. item si communem. ff. pro socio. Spieg.

PALATIA appellabantur omnes sacræ ædes dicatæ habitationi principis. Balduinus in proœmio sup. Institut. &c.

PALATIVM, Cyrillus autor Græcus, à Palatino monte deriuat: sacrum, ceu haud uiolandum, ob Imperatoris uenerationem, cuius est sedes, uocatur. C. de Comit. & Archiat. Sac. Palat. Itẽ de priuil. eor. qui in sacro Palatio militant. lib. xij. Primam indifferentem habet. Ouidius de arte: illic quas tulerat nemo rosa palatia frondes. Martialis: Inde sacro ueneranda petes palatia cliuo. Huius exemplo & ipse alicubi primam extendi. Cæterũm, unde clarissima familia apud nos palatij comitum nomen traxerit, indicauimus in scholijs, quæ in Austriaden Bartolini Perusini scripsimus. Sed iam magis puto accedendũ ijs, quæ Rhenanus noster ea de re nuper tradidit lib. German. rerum tertio. Cui ob hoc scripti genus intentatum hactenus, palmam ferẽdam esse existimo. Idem rectè monuit, eam regionem, quæ nobis nunc, die Pfaltz appellatur, indoctè Palatinatũ uocari. Sp.

PALAESTAI. Lege, Athletarum nomine.

PALAESTRA dictione utimur nõ tantum pro ludo ipso, sed etiam pro loco ubi exercetur. Vlp. in l. sed & si quid. ff. de usufruct. eleganter mancipium de palæstra, seruum accipit, qui palæstræ dat operã. Sp.

PALAESTINVS. Palæstina est prouincia Syriæ, Arabiæ cõtermina, dicta à Palæstin olim illic metropoli, unde Palęstini, qui ijdem cum his sunt, quos sacra historia Philistin & Philistinos nominat. de quibus in primo regum scribitur. Est & alia Palæstina prope Phæaciam, de qua Lucanus, lib. 5.

Inde rapi cœpere rates, atq; æquora classem
Curua sequi, quæ iam uentos fluctusq; secundo
Laxa Palæstinis uncis confixit arenis. Anchora.

PALAESTINAE Cęsaream Iustinianus scribit nomen accepisse à Vespasiano contra omnium scriptorum sententiam, qui nomen Herodi regi Iudææ acceptum ferunt. Cuiac. in exposit. Nouell. constit. Iustin. Nou. 103.

PALEA, sine diphthongo in penultima, ceu titulus in decretis Pontificijs haud raro adscriptus legitur quibusdam capitibus. Hęc inde uelut paleas inanes, & irritas interpretãtur. Cum potius, Volzio adnotante, scribendum sit Palęa per diphthongum. Nã παλαιὸς, Græcis est, quod Latinis uetus. Itaq; sciendum, ubi Paleæ uocabulum, uel titulum offenderis, ibidem ueterem esse Canonem. Sanè Paleę uocabulo, non propriè culmi, sed follicula ipsa granorum comprehenduntur l. ult. §. fin. C. de seruit. & de aqua. Spiegelius.

PALI, lignorum appellatione non continentur. l. pali. de uerb. sign. l. pali. de legat. iij. & de fund. instruct. l. instrumenta. Idem de pertica. ut ibi dicitur. Alber. Vide, pedamentorum. Spieg.

PALORVM, qui uineæ fulciendæ causa parantur, fit mentio in l. 17. §. ult. ff. de act. emp l. 59. §. ult. ff de usufruct. l. 56. ff. de legat. iij. l. 12. §. si aliqua. ff. de instruc. uel instrum. Aliàs pedamenta & ridicæ appellantur l. 10. ff. de usufruct. l. 3. ff. de seruit. rust. l. 1. ff. de tigno iuncto l. 11. §. si quis in uineas. ff. quod ui aut clam. Inde Palaris silua ex qua pali sumuntur l. 9. §. ult. ff. de usufr. Bris. Adde Forcat. in suo penu iuris ciuilis, cap. 7.

PALLA, uestimentum honestæ mulieris est Marcello. Alij perhibent, ut adnotauit Rhenanus in Tertullianũ, ad uestigia usq; demissam fuisse. Dicta Palla, quòd palam & foris esset, sicut & pallium. Hæc olim erat uestis Christianorũ simplex & facilis. Itaq; cum Tertullianus reiecta toga pallio uestiretur, ut simplicitati religionis respõderet simplicitas cultus, à quodam inconstantię notaretur, librum scripsit de pallio, quo eius uetustatem & commodũ usum edocet. Spiegel.

πάλλαξ quid. uide Pellex.

PALLIA inter communia uestimenta annumerantur. Vlp. in l. uestis. de aur. & arg. leg. quæ promiscua appellat Tacitus in tertio. Hęc tunicæ imponebantur. ex prouerbio, tunica pallio proximior. Propriè autem Græcus habitus. A pallio fit Palliolum, quod idem annumerat uestimẽtis uirilib. Vide Bayfium cap. xiij. de re uest. Sp.

PALLIVM. Nõ dubium est pallium accipi multis modis. Pallium propriè extrema uestis est, unde apud Plautum in triumuiro allegoria prouerbialis, tunica pallio proprior est. Et hoc inter uestimenta communia (quæ Tacitus in tertio promiscua appellare uidetur) ponit & annumerat Vlpianus in l. uestis. § communia. ff. de aur. & arg. leg. Communia uestimenta sunt (ait) quibus promiscuè utitur mulier cum uiro: ueluti si eiusmodi penula, palliumue est, & reliqua, quibus sine reprehensione uel uir, uel uxor utatur. Et de pallijs huiusmodi, quàm uaria fuerint, & quibus propria, doctè tradit Bayfius cap. 13. de re uest. Aliter accipitur pallium lib. 1. Decretalium, titulo, de authoritate & usu pallij. De quo Polydorus Virgilius lib. 4. c. 12. Pallium (inquit) uestis summa lanea, & candida, cuius utrinq; pendent duæ fasciæ, & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus insignita est. Cuius sanè insignis rationem D. Gregorius ad maximum episcopum Solimãtanum scienter reddit, qui dicit illud humanitatem, & iustitiã significare: ut ij, qui illo utuntur, foris summissè se gerant, id est, mites sint, & intus animum æquum habeant, hoc est, iustitiam colant. Et de huiusmodi pallio (quod patriarcharum, primatum, & metropolitanorum est proprium, ut per illud à cæteris episcopis discernantur, & priuilegiatam obtineant dignitatem) Tertullianus librum scripsit, quo eius uetustatem, & commodum usum, edocet. Anchora. Vide latius in dictione Peristromatis.

PALMA, non finis est laboris, sed uictoriæ signũ, & uictoria ipsa. ut in l. j. C. de princ. agẽt. in reb. li. xij. Vnde palmata toga, à palma in ea intexta, inquit Budæus, propriè triumphantium fuit: quam merebantur hi, qui de hostibus palmam reportassent. Pro dactylo, inter dulcia numeratur à Iurecoss. cum ait: itẽ uuas, ficus, palmas, caricas l. ult. de Tritic. & uino legat. de carica fici specie uide Pallad. lib iiij. Spieg.

PALMAM autem arborem esse, cuius, secundũ Plinium, undequinquaginta genera inueniantur, nemo ignorat, eiusq; naturæ esse, ut ponderi nõ cedat, sed renitatur. Vt etiam annotauit Forcat. in suo penu iuris ciuilis cap. 27.

PALMARIVM, uictoria. Vlpianus ex Imperatoris rescripto in l. 1. §. 5. ff. de extra. cognit. Si uerò post caussam actum est, honoraria summa peti poterit usq; ad probabilem quantitatem: etsi nomine palmarij cautum sit. Hot.

PALMARIVM, præmium quod uictoriæ ergo debetur. Extat uox in l. j. ff. de extraord. cog.

PALMATAE, tunicæ seu uestes sunt, quib. consules,

sules, aut alicuius magistratus uiri utebátur. Vopisc. in Aurel. Cape pro rebus gestis tunicam palmatam, sellam eburneam: nam te consulem hodie designo. Meminit & Trebel. in Galieno, Apul. in Apolog. & Seruius: qui triumphalib. uiris dari solitam scribit. Cuius rei etiam Liuius est autor. Auson. in Panegyr. Palmatam, inquit, tibi misi, in qua diuus Constantinus parens noster intextus est. Hæc planè, hæc est picta non magis auro, quam tuis uerbis. Alc. in l. propositis. C. de Grege dominico lib. xj. Palmati equi, ijdem ferè sunt, quos uulgò Baios uocamus. quoniã spadices, hoc est, cum fructu suo ramusculos, Græci βάϊα uocant. Sic igitur dicti sunt à colore. Possumus etiam intelligere equos palmatos, quibus utebátur aurigæ in circo. à palma. Alc. in d. l. propositis. Sp.

PALMIPEDALE, mẽsura unius pedis & palmi.

PALMVS, mensuræ genus. Est autem duplex, inquit Budæus. Maior 12. digitorum, Græcè Spithame uocatur, & Latinis etiam dodrans. Minor digitorum quatuor, Palæstes Græcè dicitur. Frontinus lib. de limitibus agrorum scribit Palmum habere digitos quatuor, uncias tres: quod Theodosius & Neaterius probant. Prat.

PALO, palare, hoc est, palis munio. Colu. Vt uitis paletur, & capitetenus alligetur. Old.

PALPATVS est. Vlp. At si cum equum permulsit quis, uel palpatus est, calce eum percusserit, erit actioni locus l. j. ff. Si quadr. paup. fec. dic. Solent autem equisones plausu manus blandiri equis. Spieg.

PALVS. Palus, Paludis, quam Græci ἕλος dicunt, est, ubi paululum aquæ in altitudine, & palàm latiùs diffusa, quæ etiam quandoq; siccatur. Hoc modo accipitur C. in titul. De alluuionibus, & paludibus, & pascuis, ad alium statum translatis, id est, melioribus, fertilioribus factis uide Instit. de rer. diuis. §. prӕterea. Huius autem dictionis prima breuis est, & secunda indifferens, quanquam genitiuo crescat. Virgilius, lib. 4. Georg.

Cocyti, tardaq; palus inamabilis unda. Horat.
Regis opus, sterilisq; diu palus, aptaq; remis.

PALVDAMENTVM, uestem esse Imperatorũ, scribit Tranquillus in Cæsare, Blondus lib. 9. Romæ triumphantis. Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. 3. & lib. 5. cap. 18. Festus tamen omnia militaria ornamenta paludamenta dici, in libris auguralibus affirmare uidetur. Plutarchus in Philopœmene tunicas equestres uocat, in Lucullo ἐφεστρίδα, ut opinor pro paludamento posuit, in Crasso uerò φοινικίδα pro paludamẽto purpureo dixit. Quo genere uestis etiam Græci equites utebantur, quam ἐφαπτίδα Athenæus in quinto uocat. Paludamenti autem picturam ad unum ex Romanorum marmoribus expressam inuenies apud Lazarum Baifium in fine capitis primi, in l. uestis. ff. de auro & argento legato, &c.

PAMPHYLIAE apud Iurecõss. ut & aliarũ regionum, præcipuè in exemplis fit mentio. Eam Mopsopiam aliquando dictam constat, quoniam Mopsi uetus regnum fuisset. Spieg.

PANARIVM, panis receptaculum: sicut Granarium grani. Catan.

PANCARPVM, spectaculi genus, quasi omniũ arborum fructibus concinnata sylua, apud Imp. in Nouell. de consulibus. §. Ac primus quidem, interprete Haloandro. Spieg.

PANCARPVM uetus interpres exponit siluã, qua ratione & Chamæleo niger dictus forsitã sit pancarpum, ut ad Dioscoridem Græci quidam annotarunt, ex uarietate colorum: & oraculo quodam cum Dianæ iuberetur Neleus statuam erigere ἀπὸ παγκάρπου ξύλου erexit ex quercu, in qua offenderat multos uariosq; suspensos fructus, ut interpres Callimachi scribit. Appellatur & a Sophocle in Oedipo Tyr. laurus παγκαρπής. Cuiac. ad dictam Nouell. Iustin. 106. de consulibus.

PANCRATIASTEN eum dici uolunt, qui luctator simul, & pugil foret. quippe cum alij pugiles, alij luctatores forent, is qui utroque tenetur studio, pugna scilicet, & lucta, Pancratiasticus nuncupatur: & ubi exercentur, Pancratium.

Παγκρατὴς Græcis, omnia uincens dicitur. Alexander Neapol. Genial. dier. lib. iij. cap. ix.

PANCRATIVM certaminis genus est, in quo conuocatis omnibus uiribus, & toto corpore contendebát Pancratiastæ. de his apud Græcos Suidas, apud Latinos Cic. ad Atticũ, Plautus in Bacch. Proper. Gellius, & Quintil. & apud Iureconsf. Vlp. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad l. Aquil. ubi glossator noster cõfinxit quandam differentiam inter colluctationem & pancratium, quæ falsa est: nusquam enim legitur pancratiastas fustibus pugnare, sed solùm pugnis, cubitis, cruribus, & calcibus utebantur. & hi, ut etiam scribit Alex. Genialium libro iij. c. ix. luctatores simul & pugiles erát. & in hoc etiam minus rectè loquutus est Bald. in præallegato §. si quis. qui putauit, pancratium locũ dici, quem uulgus steccatum appellat. Cotta. in Memor. Corrasius Miscell. lib. 4. cap 24.

PANCHRESTVM, medicamentũ nobile, quod Latinè dici potest, omnibus conducibile, uel omnibus affectibus utile.

PANDECTAS, siue Digestorum libros, qua ratione Iustinianus Imperator tria legũ uolumina inscripserit, quæri solitum est: proinde quӕ ex antiquis auctoribus aliàs excerpsi, subijciam. Pandecta nomẽ Græcum est, & compositum ἀπὸ τοῦ πᾶν, quod est totum: & participio huius uerbi δέχομαι, id est capio: siue ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι, quod omnia habeat, quodq; omne rerum & doctrinarum contineat genus. Inscripsit hoc nomine opus suum Tyro Tullius, ut refert A. Gellius Noctium Atticarum lib. xvj. c. xj. de hoc tit. Pandectarum meminit Plin. in sua ad Vespasianum (siue, ut alij contendũt, ad Domitianum) præfatione: iam iã (inquit) mox Pandectæ, enchiridion, pinacidion, inscriptiones, propter quas uadimoniũ deseri possit. & meminit etiam Aul Gellius, in fine operis sui. & Taboetius in topico milit. for. & legal. discip. tomo primo.

Digestorum autem nomen inde originem traxit, & duplici FF. significatur: quia antiqui pleraq; uocabula primis quibusq; literis adnotabant: ut hoc exẽplo, Titum, Lucium, Caium, Aulum, per T. L. C. A. intelligebant. Senatus autem consultũ, per S. C. scriptitarunt. Eodem exemplo in constitutionibus Imperatorum, de quibus in Iustiniani principis codice, A. C. Augustum Cesarem significant: & sic duo A. A. & duo C. C. Augusti, Cæsares. Sed & illud P. R. cõd. ut inuenies in fine secundi libri Varronis, dũ inquit, Tonsores in Italiam è Sicilia uenisse primum dicũt P. R. cõnd. hoc est post Romam cõditam: licet mendosi passim circumferátur codices Varroniani, ubi inuenies P. R. coss. nullo idoneo sensu. & ita illum locum Varronis interpretatur Plin. histor. suæ vij. lib. prope fi. ubi Varronem citat. Sicut & illud, ab urbe condita, A. V. C. sed & uerbum condemnõ, per C. literam denotabatur, siue per k potius. aut quia Græci κατεγνώσκειν id dicebãt: aut quia ueteres loco c scri-

bebant k. id ex Ciceronis orationib. contra Verrem sumitur: apud quem tamē in plerisq; exēplarib. men dosè caprarius scriptū est, pro cappa & arrius: ut etiā animaduertit summ9 uir, Hermolaus Barbarus. Moris enim fuit apud Romanos, ut iudices cognita causa, in cistam, siue urnam tabellas conijcerēt, easq; stylis inscriberent, literas habētes absolutionis, siue cōdemnationis. Nota condēnandi, ut dixi, erat C. sicut absoluendi, A. quādo uerò iudici perplexa & obscura causa uidebatur, iuxta l. uni ex plurib. ff. de re iudi. scribebant duas literas, N.L. quod significabat, non liquet. ut docet Asconius Pedianus. Et propterea, cū aliquid factū fuisse indicare uolebāt, duplici FF. hoc per eos significabatur: ut etiā auctor est Probus, qui integrū libellū super hoc conscripsit: & in simili quęstione dicendū erit infrà, in dictione Spurius. Ex his itaq; Iustinianus uolens significare, quòd in his uoluminibus continetur omne rerum atq; doctrinarum genus, Pandectas inscripsit: uolens etiā ex tituli inspectione admonere lectorem, quòd in his 50. libris continentur S.C & principum constitutiones. Item ea quæ à Cæsaribus facta fuerunt, FF. duplici denotauit. quasi dicas, factæ fuerunt. Quæ quidē quia dispersæ, ab ipso collectæ, & in ordinem redactæ sunt, Digesta nuncupauit. Digerere enim, est disponere, & in ordinē redigere. Verg. Aenei. iiij. Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit. Pomp. in l. ij. §. ita libri. ff. de orig. iur. Libri (inquit) digesti sunt ab Aufidio. Plin. libro duodeuigesimo: Poma serantur, inserantur: uineæ pastinētur, semina digerantur. idē eod. libro. digerendi (inquit) sunt in dies suos. Digerere tamē quandoq; accipitur pro interpretari, & dilucidare. & ideo apud Vergil. Aeneid. l. ij. legitur illud, ita digerit omnia Chalchas. Non omitto, quòd Iustinian9 in l. ij. §. sed cū omnia. C. de uet. iur. enucl. Digestorū seu Pandectarum nomē dicit inditū, propterea quòd disputationes legitimas in se cōtinent, & quasi digerūt. nam quod undiq; fuerat collectum, in suos sinus receperūt. Et huic opinioni accedit Accursius in præfatione Pandectarum, in uerbo, Digestorum. & Gellius in calce Noctium suarū, ubi Pandectas, id est omnium receptacula interpretatur.

Volumen uerò ipsum Iustiniani Digestorum, seu Pandectarū, dubio procul archetypum, hodie in curia Florentina à summo magistratu publicè obseruatur, magnaq; ueneratione (quanquā rarò id, etiamq; ad funalia) ostēditur. Est autē liber, haud quota spoliorū prædæq; Pisanę portio: sæpè à me in hoc libello, & à Iurecōsultis ubiq; citatus: maiorib. characteribus, nullisq; interuallis dictionū, nullis itē compendiarijs notis: in duob. uoluminib. quibusdā etiā, saltē in præfatione, uelut ab auctore planè, & à cogitante atq; generāte potius, q̃ à librario & exceptore inductis, ac suprascriptis: cū Gręca epistola, Græcoq; etiā epigrammate in prima frōte, quod per nos suprà relatum est in dictione, iuris. ubi de iurisperitis tractauimus. Alciatus ætatis nostræ qua parte uoluit consummatissimus, aliam rationem refert, dispunct. iij. c. xv. quæ uerisimilis sine dubio uideri potest Cotta.

PANDOCHIVM, Latinè stabulum, siue diuersorium, & hospitium dicitur.

PANGERE inducias, idem quod facere.

PANES palatini, quod è palatio erogarentur. Cuia. uerò ad legem primam Codicis de frumento urbis Constantinopolitanæ, lib. ij. rectè ne illud panos Palatinos dici, quod è palatio erogarentur, ambigit, cum ipse malit inde dici panes Palatinos, quod palatinis præberentur. Prat.

PANES militares, & populares lege septima Codic. Theodosiani de anno. ciuil. ex quib. locis disces qui sint panes ciuiles.

PANICVM. Lege, miliarium.

PANIS ciuilis. Panis ciuilis nomine sunt, qui simpliciter annonam intelligant ciuilem, cui uendendæ qui præest dicatur sitostasius, sicuti magistratus, qui curat perissochoregia. Cælius Rhod. libro nono, capite decimosexto.

PANIS notissima est significatio. Panis tamen gradilis in rubr. Codicis Theodosiani, de annona ciuili & pane gradili dicitur. Prudentius aduersus Symmachum:

Et quem panis al t gradibus dispensus ab altis. Prat.

PANES autem gradiles ideò dicuntur, quod è gradibus qui in unaquaq; regione urbis erant ad pistrina, ut constat ex descriptione antiqua urbis, præbeantur. Cassiodor. 9. ut siue .. gradu siue in alijs locis frumentorum condicta potuerint inuenire. Dantur frumenta pistoribus ex publicis horreis, tum deinde populo panes. Cuia. ad l. j. C. de conditis in publicis horreis lib. 10.

PANIS nomine, frumentum uenit. l. j. & ibidem Bartol. C. de frum. urb. Constant. lib. xj. In Dominica oratione, panis nomine id declaratur, ut Viues attestatur, quo necessitates uitę huius ineuitabiles tolerātur, siue in ijs quæ edimus, siue quibus tegimur, quibus fouentur membra nostra, & ab iniuria, uel rigoris cœli defenduntur, uel ardentis: quibus à morbo conualescimus, aut certè ad morbum ferendum suppetunt uires. Reliqua superuacanea sunt, quę inuexit partim superbia, partim uoluptas. & ex ea ortæ deliciæ. Lege Cibarius panis. Sp.

PANNARIOS dicunt Iureconsulti pannorum uenditores. Vide Rhodig. cap. xij lib. vj.

PANNEAE uestes dicuntur, sicut laneæ, & bombycinæ.

PANNICVLARIA bona, Vlp. in l. diuus de bon. damn. dicit ea esse, quæ in custodiam receptus secum attulit: non omnia quidem, sed uestem, qua is fuerat indutus, & nummos inueterales, & annulos parui precij. Vide Bartol. in hanc l. Spieg.

PANNICVLARIA causa quemadmodum intelligi debeat, ex ipso nomine apparet. Non enim bona damnatorum pannicularia significari quis probè dixerit: nec si zonam circa se habuerit, protinus aliquis sibi uendicare debebit, sed uestem, quam is fuerit indutus, aut nummulos inueterales, quos uictus sui causa in promptu habuerit, aut leues annulos, id est, qui rem excedunt aureorum quinq;, alioquin si quis damnatus digito habuerit, aut Sardiniam, aut aliam gemmam magni precij: uel si quidam chirographum magnæ pecunię in sinu habuerit, nullo iure illud in pannicularia ratione tenebit. Pannicularia sunt ea, quæ in custodia receptus secum attulit. Spolia, quibus indutus est, cum quis ad supplicium ducitur, ut & ipsa appellatio ostendit. ita neq; spiculatores ultro sibi uendicēt, neq; optiones sibi ea desiderent quibus spoliatur, quo momento quis punitus est. Hanc rationem non in compendio suo debēt præsides uertere, sed nec pati optiones. siue cōmentarienses ea pecunia abuti: sed debet ad ea seruari, quæ in re præsidum solent erogari, utputa tarciaticum quibusdam officialibus inde subscribere, uel si qui fortiter fecerint milites inde eis donare barbaros etiam inde numerari uenientes ad se: uel legationis, uel alterius rei caussā. Vlpianus de bonis damnat. Maffeus.

PAN-

PANTHER genus quoddam retis est, cuius meminit l.11.§.ulti.ff.de actio.empt. Varro lib.iiij.de lingua Latina, Ferarum, ait, uocabula partium peregrina, ut Leo, Panthera, utraq; Græca: A quo etiam rete quoddã panther. Bris. Adde Forcat. in suo Auiario iuris ciuilis cap.4.num.2.

PANTHERA, animal prorsus ferum & maculosum, cuius mas pardus dicitur, pecudum appellatione non continetur, sed bestiç l.ij.in fi.ff.ad leg.Aquil. Panthera uoce Græca, pro uniuersa uenatione Vlp. in l.emptorem.de act.emp. utitur, dum ait: ueluti cũ futurum iactum retis à piscatore emimus, aut indaginem plagis positis à uenatore, uel pantheram ab aucupe. Alc.non probat: qui rete ea uoce intelligũt, sed neutro genere, quo uniuersæ auiculæ capi possint. Vide eum in Parerg. Bud. quoque Panthera hic pluraliter intelligit, per metonymian, pro captura, eo modo quo indago. Haloander fœminino genere, singulariterq; legit. Spieg.

PANTOMIMI sunt, hi qui intra uel extra scenã gesticulationes exercent, imitanturq; dicta factaq;, moresúe hominum, & naturas. & est dictio Greça & cõpõsita. nam apud eos παντων omniũ, & μῖμος imitator uocatur. uel, ut Diomedes autumat, à μιμοῦμαι, id est imitor. Latinè autẽ, iste effictor potest appellari. De Pantomimis Sueto. in Nerone: seditionib. pantominorum ex parte proscenij superiori, signifer similiter ac spectator aderat. Et Plin. in sua præfatione, secundũ Hermolai Barbari lectionẽ: Nostri, inquit, crassiores antiquitatum, exemplorum, artiumq; facetissimi lucubrationum: ut qui ait, Bibaculus eram, & uocabar Pantomimus. Horum meminit & Lampridius, qui refert Alexand. nanos & nanas, & moriones & pantomimos populo donasse.

PANTOMIMI nomen inuenitur in l.3.§. Neratius.ff.de cõdict.causa da.l.43. ff.de actio.empt.l.25. & l.27.ff.de oper.libert. Est autem Grçcum uerbum, & ipso Luciano teste in lib. περὶ ὀρχήσεως saltatorẽ gesticulatoremq; significat, cui à multifaria gesticulatione nomẽ hoc esse inditum Cassiodor. lib.iiij. Variar. scribit. A Latinis Histrio appellatur. Sic enim Mnesterem promiscuè Pantomimum & Histrionẽ appellari uidemus à Seneca in ἀποκολοκύντωσις Claudij. Et à Sueton. in Caligula ca.xxxvj. & à Tacito lib xj Nobilitati sunt hac ludicra arte Mnester, Pylades, Batylus, Hylas & Paris ille de quo in d.l.3.§. Neratius. Quorum omniũ in Suetonio, Iuuenali, Martiali, Seneca, & Macrobio non infrequens est mentio. Prodijt autem primum Tiberij temporibus, ut Suidas in uerbo ἀθηνόδωρος scribit, hæc mollis & impudica Pantomimorum saltatio, qua fracto corporis motu indecentiq; gesticulatione ita res gestæ repræsentabantur, ut loqui manibus magis, quàm agere uiderentur. Cassiodor. lib.j. Variar. Constituatur à uobis prasini pantomimus quatenus sumptum, quem pro spectaculo ciuitatis impendimus, electis contulisse uideamur. Hanc partem Musicæ disciplinæ mutam nominauere maiores, scilicet, quæ ore clauso manibus loquitur, & quibusdam gesticulationibus facit intelligi quod uix narrãte lingua aut scripturæ textura possit adgnosci. Idem lib.iiij. Variar. epistol ult. Pantomimo igitur, cui à multifaria imitatione nomẽ est, cum primum in scænam plausibus inuitatus aduenerit, assistunt cõsoni chori diuersis organis eruditi: tunc illa sensuum manus oculis canorum carmen exponit, & per signa composita quasi quibusdã literis edocet intuentis aspectum, in illaq; leguntur apices rerum, & non scribendo facit quod scriptura declarauit. Idem corpus Herculem designat & uenerem, fœminam repræsentat & marem, regem facit & militem, senem reddit & iuuenem, ut in uno credas esse multos tam uaria imitatione discretos. Hanc tamen totam artem ipsi Tiberio ita displicuisse, ut Roma pantomimos exegerit, Dio lib.lvij. scribit. Quod & à Traiano factum Plinius in Panegyrico laudat. Exagitata ualde à Cypriano, Arnobio & alijs pantomimica & à Christianis principibus tandem penitus explosa est. Bris.

PANVS, ut Nonius declarat, significat inuolucrum tramæ, idemq; per diminutionem uocatur panucla. Sic enim & ijdem manu scripti libri habent, non panulam: & Hesychius etiã ipse panuclam siue panuclum, non panuellium dicere uoluit, quum ita scripsit: πήνιον, πανίκλιον. ὁ ἄτρακτος ἐστὶν ἐν ἑαυτῷ ἡ κρόκη. Cuiac. obseruat. lib undeci. cap.6.

PAPINIANISTAE, iuris auditores quandoq; dicti, à Serbidij Scæuolæ discipulo Papiniano, inter Iurecoss. lõgè celeberrimo, qui Imp. Seuero nõ propter affinitatem tantum, sed ob uirtutem in primis charus, cui etiam filios uni commendauit moriens.

Παππᾶς pater Græcis est, quod nos Latinis literis describentes, uno P. Papa dicimus Latinè, Germanicè uerò Bapst/ uel Pfaff. Nam ut Volzius annotauit, Germani sæpè in uocabulis a p, incipientibus adijciunt f, aut omnino in f, mutant p. ut palus, udis, ein Pful: Palus, li, ein Pfol. Pater, frater, piscis, visch/ & similia. Porrò Papæ uocabulum non nuper, sed iã olim, & dudum ab omnibus orthodoxis appellari cœptum. Nã Listrio teste, olim omnes episcopi Papæ uocabantur, hoc est, patres. Vnde diuus Hieronymus dixit, episcopos patres esse, non dominos. Quidam duabus e syllabis corruptis, pa, pa, conflatum esse tradunt: quarum prior est pater, posterior uerò patrum, quasi pater patrum. Cuiusmodi solus sit Petri successor: ceu totius ecclesiæ sub Christo caput. Alij à papilla mammarum apice unde lac extrahitur, nomen deductum putant. ut scilicet intelligat summus pontifex, eius proprium munus esse, suum illud & mellifluum lac uerbi diuini, fidelibus præsertim afflictis præbere, omnesq; per prçdicationem Euangelij ad Christi cognitionem perducere. Alij à pappo carduorum flore qui marcescens in lanuginẽ abit. idq; propter breuitatẽ uitæ quam summos pontifices uiuere uidemus. de quo latius Corrasius Miscellaneorum lib.5.cap.15.

PAPYRVS, frutex est in palustribus Aegypti locis, brachiali crassitudine, decem cubitorum altitudine. Vlpian. de legat.iij.l. ligni appellatione. Harundines, inquit, & papyros comburunt. Nebriss.

PAR est, quod inter aliquos commune & æquale est. Erasmus.

PAR, pro æquo. l. seruo. C. de rei uendit. pro simili & æquali, in l. si stipulatus. de uerb. oblig. Et quomodo accipiendũ sit, latius declarat Bart. in l. q concubinam. §. qui quatuor. ff de leg.iij. Quid uerò iunctum genitiuo signet, Bal. explicat ibid. Quãuis par, & similis differre uidentur. Quint. cap.x.l.j. Mihi, inquit, egregiè dixisse uidetur Seruius Nouianus, pares eis magis, quàm similes. de Salustio & Liuio. Sp.

PAR, pro simili & æquali. l. si stipulatus. ff. de uerborum oblig. l. cum par. & l. parem. ff. de reg. iur. Alb.

PAR imperium non habet collega cũ collega, sed idem. not. ff. de manum. l. apud eum. Nec par in parem habet imperium. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebat. l. nam magistratus. de arbitr. Spieg.

PARABOLA est similitudo sumpta ex ueritate.

Sic cum dicitur hominē quendam habuisse duos filios, quibus diuisit suas portiones, oportet esse in rerum natura, & hominem & filios & hæreditatem, & diuisionem portionum. Deniq; hæc est perpetua lex parabolæ, ut primum concipiamus rem nudam, ut proponitur. Deinde ex ea conceptione deducamur ad finē parabolæ, hoc est, ad rem ipsam, cui accōmodatur similitudo. Dicitur aūt ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν. quod significat duas diuersas res simul collocare aut conferre. ideo Cicero rectè uertit παραβολὴν collationē. Non raro tamen etiam hæc uox significat tum celebrem tum & obscuram aliquam sententiam, tum deniq; aliquā grauē, aut magni momenti orationē. Sp.

PARABOLANI, plebeij quidā erant, qui famulitio uel ecclesiarū, uel hospitalium, xenonumúe deputati erant, & quasi adscriptitij glebæ. Dicti è Græca præpositione, παρὰ & βῶλος gleba, quasi glebæ adscriptitij. Alciat. lib. iiij. Dispunct. cap. ix. Audiamus & Rhodogin. Is cap. xj. lib. xxix. Nosconios dici putant, qui Nosocomij præfecturā gerunt. Nā parabolanos intelligūt medicabula ægrotis assidētia seruitij causa. cum sint propriæ ascriptitij glebæ. mētio fit horū. C. de epis. & cler. l. parabolani. Interpres tamē xxvij ff. Parabolanos intelligi medicos ait, qui à Modestino circuitores uocētur: quoniā ciuitatē obeāt, ægris opem laturi. Spieg. Hottom. autem tradit

PARABOLANOS dici eos qui ad curāda debilium ægra corpora deputantur, testis est l. parabolanos, 18. C. de episc. & cler. nomenq; confictū putat ex eo, quod sese audacter periculis omnibus obijcerent, neq; ullius quamuis pestiferi morbi contagionem timerent. nam παράβολα dicuntur à Græcis quæ summis periculis obiecta sunt. ut quum Plutarchus ait, de Cæsare, τῶν τολμημάτων τὰ παράβολα καὶ μεγάλα πρᾶτον [illegible]. Vide Connanum lib. 2. cap. 10. nu. 5. adde Turnebum aduersariorum lib. 13. cap. 23.

Παρακαταθήκη, depositū, fideiussio, actionis genus, qua qui experiri uolebant, pecuniā deponebant, decimam partē æstimationis litis apud acta, tam actor, quam reus: mulctam scilicet futuram temerè litigantis: Latinè sponsio dicitur. Bud. in Comment.

Παραχαράκται falsi monetarij sunt l. 8. C. Th. de fal. mon. Suidas, καὶ τοὺς ἀνθρώπους λέγει παραχαράκτας τοὺς παραποιοῦντας. & alio loco. παραχαράξαντες, διαστρέψαντες Hesych. Μεταθέντες τὸ κόμμα ἐργαζόμενοι. Hi impetrante Aureliano uitiata moneta, & procuratore siue rationali monetarum Felicissimo interfecto, aduersus Imperatorē sese extulerunt. quod Vopiscus, Victor, Eutropius, & Suidas scribunt. Est uerò eorum conditio certa, quam dignitate mutare non possunt, quia nec patet eis aditus ad honores l. 6. C. de dignit. lib. 12. Cuia. ad l. 1. C. de murilegulis & gyneciarijs lib. 11.

PARACHLAMYS, uestimēti genus, nō modo militare ut apud Plaut. in Persa, sed etiā puerile. Vlp. in l. uest. de Aur. & arg. leg. Alc. de uest. hol. in l. j. l. xj.

Παραδιάζευξις. l. pen. C. de uerb. signi. quid sit, disces ex ead. leg. Adde Cuiacium, qui dicit, παραδιάζευξιν in d. l. pen. nominari, quotiens quid ita disiungitur, ut tamen coniunctum intelligatur, qua loquendi forma etiam παρασιώπησις dicitur, cū quid ita reticemus ut tamen tacitis nobis intelligatur eo loco Alciatus suo marte reposuit συναφὴν tam licēter quanquam & alijs locis alia multa. Cuia. ad l. Si unus §. sed si stipulatus. ff. de pact.

PARADIGMA, est exempli hortātis, uel deterrentis enarratio. Donat.

Παράδεισοι Galli appellāt Parcs in quibus uaria animalia ad usum uoluptatis, aut uenationis includuntur & possidentur, adempta naturali libertate.] Balduin. tit. de rer. diuis.

PARADOGVM, barbarū & Longobarticū uocabulū, feudi nobilitatē significat: queādmodū ignobile feudū pædagogum uocitabatur, iuxta Bald. & Aluar. teste Barone Tautenbergio lib. ij. feud. Sp.

PARADOXA, dicuntur ea, quæ sunt præter opinionem, & inaudita.

PARAGOGIA, ipsarū aquarū pori, & meatus. dicta ἀπὸ τοῦ παράγειν quod deducere est. Hinc παραγωγὸ dicta Aelio Donato, & cęteris. Nā & ἀγωγὸς aquæductus est. Alc. in l. decernimus. C. de aquæduct. lib. xj.

Παραγραφικὸς ἀγὼν, litis est contestatio super translatione, & super exceptione: quam Cic. translatiuam causæ constitutionem uocat.

PARAGRAPHE, Latinè exceptio dicitur, præscriptio, effugium litis, cōpositio, illecebra, ratio alliciendi, πρόσιμον, & tropus apud Poetas, cū præcedēti cōpleto, ad alia fit trāsitus. Bud. Est etiā annotatio in margine, & scholium. Paragraphus iuris, παραγραφὴν Græcè, id est, paragraphon, fit, cū præcedētia cōplectentes, ad alia trāsitum facimus. Inoleuit autē usus, ut breuiori nota ista ¶, in iure autem præcipuè hac. §. signetur. Alciat. lib. iij. dispunct. cap. xvj. Spieg.

PARAGAVDES, genus uestimenti uirilis, ut plurimū linei, quod sub alia ueste gerebatur, uinctū nunc unico nexu, nūc pluribus loris, auratis fortasse. Pollio in Claud. Albam subsericā paragaudē triuncem unam. Fl. Vopiscus in Aurel. Cum darentur tunicæ subsericæ lineæ paragaudę. Item in eodem: Paragaudas uestes ipse primus militibus dedit, cū antea nō nisi rectas purpureas accepissent, &c. Idem in Probo: huic dari iubebis interulas paragaudes duas. Alc. in l. j. de uest. holob. lib. xj C.

PARANGARIAE in l. 2. C. de episc. & cler. l. 2. C de quib. munerib. uel pręstatio. lib. x. l. 13. C. de excus. muner. eo. l. 2. C. de præfect. præt. lib. xij. l. 3. C. de silētiar. l. 2. & l. 21. C. de cursu pub. l. 2. C. de præposit. sac. cubic. lib. xij. & lib. ij. feudor. tit. Quę sint regaliæ. Guilelmus Tyrensis Pontifex lib. v. Belli sacri c. xix. Hos etiā, ait, tantis angarijs adfligebant & parangarijs, ut meliùs uideretur esse his quos ab urbe depulerant, quàm quibus pro summo beneficio urbis indulserant habitationem. Nam & pecuniarias eis sæpius multas infligebant, id quod habere uidebātur, uiolenter extorquentes & ad quælibet sordida munera & onera ciuilia rapiebant inuitos. Nā si erigendæ essent machinæ, aut immensi pōderis transferendæ trabes, statim id eis muneris iniungebatur. Hi lapides & cementa & quamcunq; materiam ad opus ędificiorum necessariam circumferre compellebantur: hi iaculatorijs & machinis molares q; extra mitterentur, tenebantur ministrare, & funibus quibus extra contorquebantur, inseruire. Eodem modo & parangariarum onus idem auctor exponit lib. viij. cap. viij. & lib. ix. cap. xvij. Bris. Angaria est, quæ cursus publicus dispositus est: parangaria alio uersum. utrunq; onus à prouincialibus exigitur in transuectione armorum, l. ult. C. de fabricens. lib ij. Cuia. ad rubr. C de cursu publico, angar. & parang. lib. 12.

PARANYMPHVS, de quo mentio habetur in c. spōsus xxiij. distinc. ab antiquis auspex dicebatur. præerat enim nuptijs celebrādis, in quib. auspicium capi consuetum erat: & ideo a Græcis paranymphā appellātur. & sicut auspex pro uiro, ita ꝑ parte sponsæ pronuba adhibebatur, ut scribit diuus Hierony.

Et cū hodie religio nostra non admittat auspiciorum ritus, ut latè traditur xxvj. q. ij. iiij. & v. propte-

rea eorũ loco sacerdotes adhibentur, q etiá pronubi uocitantur. August. lib. xiiij. de ciui. Dei non' ne oés, inqt, famulos, atq; ipsos etiá paranymphos, & quoscunq; ingredi qlibet necessitudo pmiserat, antè mittit foras, quá uel bládiri cóiűx cóiugi incipiat. Cotta.

PARAPETEUMA, non peritteuma, tesseræ nomen est, quæ πιττὸν à Græcis appellatur & πίττωμα & παραπίττωμα, cui etiá Martianus suæ pietatis nomẽ inseri iubet, sumpto planè exemplo ex l. 2. C. de frum. Alex. lib. ij. Cuia. ad l. 2. C. de annonis ciuili lib. d. lib. ij.

PARAPHERNA, παράφερνα, iűcto ex παρὰ & φερνὴ nomine, dicũtur ea quæ præter dotis caussam ad uiros deferuntur. Vlp. l. 9. §. 2. ff. de iur. dot. Dotis autẽ caussa accipere debemus ea, quæ in dotem dantur. Cæterùm si res dentur in ea, quæ Græci παράφερνα dicunt, quæq; Galli peculiũ appellát, uideamus an statim efficiantur mariti. Exemplũ apud Liuium extat in lib. 26. de Scipióe Africano, qui capta Carthagine uirginẽ nobilem Allucio adolescenti Celtiberorum principi desponsatam ita reddidit, ut pecuniá ad illam redimendam à parentibus allatam adijceret: super dotem, inquiens, quam accepturus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedant. aurumq; tollere, ac sibi habere iussit. Cic. Philipp. XII. His quasi præter dotem quam in ciuilibus malis acceperunt, agrum Campanum est largitus Antonius. Hot. ex Connani lib. 8. cap. 8. nu. 9. adde Tiraquel. commẽt. l. connub. gl. 9. in text. Ne les siens propres.

PARAPHERNALIA an fiant mariti, disputat Vlp. in l. si ego. §. dotis causa. ff. de iur. dot. & D. Alexan. in l. penult. ff. ad leg. Falci. licet in uulgatis codicib. apud Vlp. passim Paraphrenalia legatur: & ita etiam proferát omnes ætatis nostræ Iureconsult. cum tamen paraphernalia dicere debeamus: ut etiá apud Imperatorẽ obseruari licet, in rubri. & toto illo titu. C. de pact. cõuent. dictio enim Græca est, & cõposita à παρὰ. quod est præter, & φέρνη dos. & ideo Sidonius Apollinaris Paraphernica dixit, nó Paraphrenica, à matre puellæ sponsæ tradita. Hæc uolui dixisse, ne æstus nos cõsuetudinis absorbeat, & ad sermóis morem usitati trahat. Et quæ dicátur paraphernalia, declarat in pulchra quæstione Alexan. consi. xlij. super præmisso themate. colum. vj. uersi. nec obstat. lib. j. & in consi. lxiij. super primo. colum. ultim. lib. ij. post Bald. in d. §. dotis causa Cotta.

Παραπέμπιμα. De ijs, quæ uocátur παραπέμπιμα memi nit Iusti. No. 128. Cuia. ad l. ult. C. de discussorib. l. 10.

PARAPSIDES in l. 21 ff. de auro, arg. Sidon. Apollinar. lib. ij. Epist. ad Domitiũ. Quo insitum, institutumq; multas epulas paucis parapsidibus apponi. Isidor. lib. xx. Etym. cap. iiij. Parapsida quadrangulũ & quadrilaterum uas fuisse scribit. Sunt qui paropsidem scribát, & ἀπὸ τοῦ ὄψος id est, obsonio deducát. Bris. Cuiac. tamẽ putat, Isidorum forsitan malè parapsida quadrangulum & quadrilaterum uas, id est, paribus apsidibus uertisse. licet nõ neget, quod apsides & parapsides in l. 19. & 32. inter uasa numerẽtur, eisq; iungantur acetabula, id est, ὀξυβάφια Latinum ergò Græco, ut in l. 25. reticula, crocufantia. Nam & Parapsis Hesychio ὀξυβάφιον est & τρυβλίον: & τρυβλίον Moschopulo ὀξύβαφον ἀγγεῖον, imò & Hesychio: & glossæ Latinorum: Parapsis (inquiunt) acetabulum maius & suffusoriũ. Apsis igitur uas est, in quo ponitur esca. Parapsis uerò est, quod illi accedit acetabulũ. Cuiac. obseruatio. lib. 10. cap. 17. circa fin.

PARARIVS, proxeneta aliàs dicitur, qui nominib. faciẽdis interuenit. Senec. lib. iij. de benef. Quidam uolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios. Vide Rhodig. lib. vj. cap. xxxij. Spieg.

PARASANGAM, triginta stadia continere dicit Bud. Spieg.

PARASANGES autem, ut Herodoto & Xenophonti uidetur, triginta stadia sunt, iuxta Iudæos uerò & Persas uno & uiginti stadijs terminatur, & ipsũ id sentiunt Lazi, & iure, ut arbitror. Ná & apud hoc baiuli, ubi singulos parasanges pertransiere, & onera, quæ gestant, deponũt, & ipsi parumper quiescũt, alij in ferendo uicissim onere succedentib. idq; quoties factitant, eodem spacio itinera metiuntur & interrumpunt. Quamobrem Plinius lib. 6. ca. 26. ita inquit, inconstantiam mensuræ diuersitas auctorũ facit, cum Persæ quoq; schœnos & parasangas alij alia mensura determinent. Quin etiam Strabo lib. 11. ita scribit, τὴν δὲ παρασάγγην τὴν περσικὴν, οἱ μὲν ἑξήκοντα σταδίων φασίν, οἱ δὲ τριάκοντα Sed uehementer admiror Leonardum Portium lib. 2. de pond. & mens scripsisse schœnos triginta stadijs cõstare, & parasangas quinquaginta, quandoquidem neutrum horum alicubi legitur, & omnes scriptores apertè aiũt plura stadia cõtinere schœnum, quam parasangam. At stadium efficit centum & uiginti quinq; passus, pedes uerò sexcentos uiginti quinq;. Ita Plinius lib. 2. ca. 23. & dictũ est ἀπὸ τοῦ στάσιν quod Hercules eo spacio uno spiritu confecto constetisset. Quo fit, ut iure merito nonnulli, reprehendi possint, qui de stadio longè aliter tradiderunt. Quandoquidem Censorinus idẽ de stadio Italicè tradit, quod Plinius in libro de die natali. At stadium Olympiacum est pedum D. V. & Pythicum mille eodem Cẽsorino authore. Ferand. l. 2. explicat. in §. si uerò alter, ut om. obed. iud. pro. cap. 41.

Παραστατικὴ δίκη, actio ad exhibendum, quam intendit is, qui rem præsentem uendicaturus est. Sp.

PARASYNAXES, παρασυνάξεις conuentus, coitiones, conuenticula hæreticorum, in l. quicunq;, 8. C. de hæret. & Manich. Hot.

PARATA pecunia solutioni, quomodo accipiatur, declarat Bart. in l. singularia. ff Si cert. pet. Sp.

PARATA uxoris causa. Quære, uxoris causa.

Παρατατικῶς significat extensiuè & cum quodã temporis spatio atq; tractu l j. ff. unde legit. l. 6 ff. ad Tertyll. l. 2. in fi. ff. quibus ex caus in poss. eat. Bris.

Παράτιτλα, argumenta & quasi summæ tractatuum, ad quenq; titulum seu rubricam appositæ, unde fieri de toto tractatu cóiectura possit: quasi caussæ quædam coniectio. Imp. de cõcept. dig. §. 9. Sed sufficiat per iudices tantummodo & titulorũ subtilitatẽ, quæ παράτιτλα nuncupátur, quædá admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorũ uitio oriũdo. Hot.

PARATITLA, quorum fit mentio in l. ij. §. hoc autẽ. C. de uete iur. enucl. ut testator Haloander, nihil aliud, inquiens, cõplectuntur, quàm breues quasdam notas eorum locorum, quæ uel similitudinem aliquam, uel pugnantiam præ se ferre uidẽtur: dicta quasi tituli cum titulo collatio, id quod ueteres ante Bartoli ætatem secundum Iustiniani præceptũ semper & solum fecisse testantur adhuc uetusti Codices solis eiusmodi paratitlis insigniti. Sp.

PARATITLA Græca dictio est, qua utitur Iustinianus in l. j. §. penul. C. de uet. iu. enucl. apud quem tamen Piraticia mendosè legitur. Paratitla autem in eo loco Iustiniani, apud nos summas rerũ interpretari poterunt: quales scripserunt Azo. Et alij, qui per titulos admonitoria quædam, siue præludia collegerunt: quod ab Imperatore ibi permissum est Cotta.

PARATVS soluere dicitur, q numeratá fert pecuniá. arg. §. si qs parat9. in l. pc. ff. de oper. nou. nũc. Sp.

PARAVEREDI in l.2.& l.21.Cod.de cursu pub. lib.xij.l.13.,C.de excus.muner.lib.x.l.2. C.de præposit.sac.cubic. lib.xij.l.3. C.de silentiar.lib.xij. & apud Cassiodor. lib.xj. Variar. epistol. ad Gaudiosum, & lib.v.Epistol.ad Ampelium. Bris. Adde Cuia.ad l.4. C.d.tit.de cursu publi.anga. & perang. qui dicit, parauere dos à Græcis appellari parhippos l. ult. d. tit. de curs.pub.

PARCAS tres antiquis Romanis fuisse docet ex Varrone Gellius quæ ipsæ à partu nũcupatæ,& quibus tria nomina imposita fuerunt. Mortæ, Nonæ & Decimæ. Mortam enim quasi mortẽ appellasse eam quæ præesset octauo mense genitis. Vide latè Connan.lib.8.cap.7.nu.2.

PARCVS composito uocabulo dictus est, quasi par arcæ: quando sicut in arca omnia reconduntur, eiusq; custodia seruantur & continentur, ita homo tenax parvoq; contentus, omnia custodita & recondita habet sicuti arca: quam ob causam parcus,quasi par arcæ nominatus est. Gellius libro tertio capite decimonono.

PARECTATI, qui de pueritia ueniunt ad pubertatem. Vide Nonium.

Παρέδροι præsidum,hoc est, qui Magistratus in publicum prodeuntes apud Græcos quoq; præcedebant,falsò intelliguntur uerbo antecessoris. Haloander in Epistola Pandectar. Hos oportebat esse uitæ inculpatissimæ, de qua antequam possent iudicibus adsidere, apud quingentos uiros prytanes primum, secundo inter Ariopagitas,quouis uo ente per præconem (ut iam à me est notatum) ad accusandũ admisso,rationem reddidisse oportebat. Caussa tam seueræ perquisitionis erat, quod res periculi plenas, & in quibus maxima fide opus est, tractarent, nempe iudicum sentẽtias, quas unum uerbum omissum, mutatum,aliò translatum,aut à scriba celerrimè excipiente additum,poterat euertere,inq; contrarium trahere, aut saltem partim à iudicis mente multum abducere. Erant itaq; ueluti scribæ obseruatores,dispunctoresq; eorum,quæ transcripsisset dictante iudice. Postellus de magistratibus Atheniensium capite trigesimoprimo.

PARENS, uulgò pater & mater significatur: sed iurisprudẽtes auos & proauos,auias & proauias parentum nomine appellari dicũt. Paul.de grad. affin. l.Iuriscōsl.& Caius.l.parentis appellatione. de uerb. sig. Igitur & in pœnalibus parentis appellatio matrẽ complectitur,secundum gloss.in uerbo,minus auiuras. & ibi Bald. notat in l. quisquis. C. ad leg Iuliam Maiestatis. At latius hodie quoq; uulgò parentes intelliguntur eiusdem gentis, eins g schlechts/ & inuicem quoquo modo coniuncti. Hinc & parentela: quæ dictio apud Capitolinum in Gordiano legitur. Spiegelius.

PARENTALIA instituit Romulus, cum Remi occisi manes placatos uellet,quę Lemuria quasi Remuria dicta sunt,mense Maio per triduum celebranda anniuersario ritu. Ob quam rem nubere illo Mense religiosum fuit: unde Ouidius. Mense malũ Maio nubere uulgus ait. Connan. libro octauo capite tertio numero primo.

PARENTARE est defunctis uita parẽtibus iusta persoluere: quanquam etiam & auorum & maiorum, & aliorum amicorum manibus sacrificare significaret. Dicimus etiã parentare alicui cæso,pro morte alicuius ulcisi, & hominis cæsi poenas persequi: quod Græci Τιμωρῶ ει dicunt & Τιμωρῶμαι, Budæo teste. Hinc Parentalia dicebant eos dies,quibus parentare,& iusta mortuis facere liceret. Hæc ipsa quidem parentalia ab antiquis mense Februario celebrari solita erant qui tum erat ultimus anni mensis,postmodum uerò secundus factus. Sed Decius Brutus Decembrem sequebatur. Hostia autem maxima,parentare: pietatis adiunctum putabat. Brechæus l.appellatione parentis.ff.de uerb.& rerum significat.

PARENTES propriè accipiuntur usque ad tritauum: superiores maiores dicuntur leg.4.§.parentem .ff.de in ius uoc. l.ult.§ parentes. ff.de gradibus & adfinibus. Parentis tamen appellatione plerunq; omnes in infinitũ superiores continentur, ut in edictis de in ius uocando, & qui satisdare cogantur, & de postulando,de legatis præstandis.d.l.4.§. parentem l.1.ff in ius uocati,ut eant.l.2.§. Prætor.ff.qui satisd.cog l.1.§.ul.ff.de postulan.& l.1.§.1. ff.de l. præst. l.51.ff. de uerbor. significat. Sed & mater & auia, & proauia eadem appellatione comprehenduntur. de leg 51.ff. nisi ubi uirilis sexus parentes nominantur. l.5.§.1. Digest. de lib. adgnosc. uel subiecta quæstio eandem interpretationem nõ admittit, ueluti in definitione profecticiæ dotis, & in definitione postumorum, quarum utraque ij demum qui in potestate habent,continentur leg.5. Digest.de iure dot.l.3.§.11. Digest. de iniusto rup. ut & in rubr. si quis à parenmanum. Imperatores porrò decessores suos quamuis ne adgnatione quidem aut stirpe coniunctos,parentes suos appellare solent l.un. Cod. ne liceat potentioribus l. ult. Cod. si aduers. fisc. leg. 8. Cod. de magistr.conuen leg 1. Cod.diuort.fac.l.1. & l.ult. C. qui non poss ad libert.l.un. de reis postul.lib.x.Cod. l.un. de peric.eor. qui pro magistr.lib.xj. Cod.l.1. de omni ag. deser.co.l.2. Cod.de rebus credit.l.7. C.ad leg.Iul.de adulter. l.5. C.de repud.l.11. C. de accusatio.Bris. adde Connanum libro octauo capite quinto numero primo.

PARENTES plorare in lege Seruij Tullij dicebatur: parens, qui à filio uim passus parentes plorabat hoc est conclamabat ad opem ferendam autore Festo: uide Reuardũ ad l.12 tab.ca.3.de patria potest.

PARENTIA,pro obsequio. Impp.l.1.Cod. Quia pro sua iurisd. Quod si quis alienæ iurisdictiõis caussam crediderit delegandam: nec præcepto cognitorem datum,parentiã accommodare censemus. Hot.

PAREPHIPPIVS is est, qui præter rationem equestris disciplinæ equos alit. παρὰ præter, ἐφίππιος equestris,hinc Ephippia,ornamenta sunt equorum. Alciatus in l. parephippium. Cod. de cursu publico libro duodecimo.

PARERGA, sunt quasi corollaria operis locati, quæ fiunt ultra id quod in stipulatione comprehensum est. Ergon,est opus ipsum,de quo actum est. Parergon, operis appendix, de quo nihil actum erat. Propriè dicitur Parergon,quod à proposito est paulo alienius. Spieg.

Παρεγγύη Vide,quo ad uiuam.

PARERE propriũ est uiuentis mulieris quæ uiuentem filiũ utero emittit: quod græci τίκτειν καὶ ἀποτίκτειν (id etiam est generare & procreare) dicunt. Brechæus l anniculus. §.Falsum est. ff.de uerborum & rerum significat.

PARES,interdum pro duobus accipiuntur.

PARES curiæ censentur teste Oldendorpio qui feudum habent in eodem territorio : in quo beneficium controuersum est.& subdit: Territorium crasse appello uniuersitatem ditionis,quę specialem habet titulum, & ad unius iustã administrationem respicit. Itaque cum princeps multa habet territoria (quod,

(quod uidemus quotidie ex diuersis ditionum titulis) suntq; in unaquaq; ditione beneficiarij, rectè q. dem illi dicuntur omnes principis eiusdem Vasalli: uerùm non omnes sunt pares curiæ, præsertim hi, q. in territorio litigiosi feudi beneficium habēt. Sic accipe cap. 1. in princip. si de inuest. inter dom. & uasal. lis oriatur.. Spiegelius.

PARES tempore, sunt & iure pares. l. aliena. §. 1. & ibi Bart. ff. de pig. act. Spiegelius.

παρεγράφειν Græci dicunt, hoc est, inquit Budæus, παράλληλον νόμον φέρειν, quasi legem cum lege, & rogationem cum rogatione cōponere ἀντιγράφειν legi latæ legem contrariam ferre: & Festus scribit legem legi obrogare, Cicero lib. 3. Epist. ad Attic. Brechæus l. derogatur legi. ff. de uerb. & rer. sig.

PARET pro Apparet usitatum fuisse in formulis Festus lib. xv. scribit. Repperitur & hoc uerbum in l. 179. ff. de uerb. sig. l. 5. ff. de rei uind. l. 11. §. proscribere. ff. de institor. l. 47. §. sed si id petatur. ff. de leg. lib. 1. l. 7. ff. de secun. tab. l. 7. §. illud sciendum. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. 34 ff. de diuers. reg. iur. Briss.

PARET, pro agnoscitur apud Vlpianum, quum in l. 5. ff. de rei uind. ait, cōpetit singulis in rem actio in id, quantum paret in illo aceruo suum cuiusq; esse. Vide Seruium super illud poetæ x. Æneid.

Cui pecudum fibræ, ... parent, Spieg.

PARIA facere est, tantundem in expensi paginā referre, quantum in illam acceptum relati erat: qđ quum fit, quadrare rationes Ciceroni dicuntur Verrina III. Quomodo D. C. eodem modo quadrarint, ut illa Cn. Carbonis sexcenta facta. &c. Quadrarint, inquit Asconius, solida facta sint, ut neq; plus quicquam neq; minus inueniatur in summa. Scæuola l. 40. §. 5. ff. de statu liber. Si Dama seruus meus actus sui rationes reddiderit, pariaq; fecerit, &c. Itē apud Callist. l. 5. §. x. ff. de iur. immunit. Nisi si paria fisco fecisse dicantur. Columella lib. 1. cap. viij. de uillico loquens, Neue negocietur sibi, pecuniamque domini aut animalibus aut rebus alijs promercalibus occupet. hæc enim negociatio curam uillici auocat, nec unquam patitur eum cum rationibus domini paria facere. Sed ubi numeratio exigetur, rem pro numis ostendit.

PARIA facere, est rationibus redditis reliqua exsoluere, uel eo nomine satisfacere: ut patet ex l. 40. §. ult. ff. de statu lib. l. penul. §. conductores. ff. de iure immun. Seneca lib. 11. epist. illud magis quærendum est, is qui profuit nobis si postea nocuit, paria fecerit, & nos debito soluerit. Plin. lib. 37. cap. 1. Satis piamenti in uno gemmæ uoluntario damno uideretur, si cum fortunę uolubilitate paria faceret, planeq; ab inuidia eius redimi abundè se putaret, si hoc unum debuisset. Columella lib. 1. cap. viij. Hæc enim negotiatio curam uillici auocat, nec unquā patitur eum cum rationibus domini paria facere. Budæus l. semper. §. conductores. de iure immun. Alciatus lib. 1. παρέργων cap. 24. Valla lib. 5. eleg. cap. 83. Ant. Augustin. lib. Emendat. 4. cap. 12.

Dicimus & parem rationem facere. l. ulti. §. marito. ff. de doli except. Et Seneca lib. 2. epist. Poteram hoc loco tecum & in hac Mœcenatis sententia parē facere rōem. Ita parem rationem interpretor in l. 22. ff. de manum. test. Et apud eundem Senecam lib. 6. de benefic. cap. xl. cùm ait, Quare quasi cum acerbo fœneratore resignare rōem parem ꝓperas. Et apud Tacit lib. 13. Sanè pepigerat Pallas, ne cuius facti in præteritum interrogaretur, paresq; rationes cū Repub. haberet. Eodemq; modo pares factas actiones dixit Quintil. Declamatio. 355. Pariare etiam in eundem sensum dicimus. l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. Hinc Pariationes in l. ulti. §. idem quæsijt. ff. de condic. indeb. Et Pariator, qui reliqua habenti opponitur in l. 81. ff. de condit. & demonst. Alia est significatio Parariorum. Sic autē olim uocabantur, qui nominum faciendorum causa adhibebantur. Senec. libro 2. de benefic. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signatores aduocari. Idē lib 3. Adhibentur ab utraq; parte testes: ille p tabulas plurīū nomina interpositis pararijs facit. Briss.

PARIARE, paria facere: quod tum fit, quum expensi rōes cum accepti rationibus quadrāt, paresq; sunt. Vlp. l. 4. §. 1. ff. de manu. Proinde etsi ei numos prorogauit emptor, quum ei pariauerit, poterit ad libertatem peruenire. Hot. Connan. lib. 5. cap. 5. nu. 5.

PARIATIONEM pro solutione accipiunt, qui pro pactionibus, pariationibus legunt in §. itē quæsitum. in l. fin. ff. de condict. indebit. Spieg. At multo rectius Antonius August. lib. Emend. 4. cap. xij. qui pariationem interpretatur eam scripturam, qua rationibus redditis satisfactum esse creditori aut domino appareat. Hinc

PARIATOR, qui sic rationes retulit, ut expensa paria sint acceptis. nam ei Reliquator opponitur. Paulus l. 81. ff. de condit. & demonst. An Sticho mortuo antequam rationes redderet, uel pariatore, uel reliqua habente libera cesset mulier. Hot.

PARIENTIAM accommodare, est obtemperare. Sic etiam Cassiodorus locutus est lib. 7. Variarū formularum. Cui, inquit, saluberrimam parientiam commodate. Dixerunt etiam seculi eius auctores eodem sensu, Deuotionem commodare. Cuiacius Obseruat. lib. 1. cap. 7.

PARIES, Ælio Gallo finitore, est siue murus, siue maceria est. l. 157. ff. de uerb. sig. Parietum autē genera præcipua hic percensere operæ preciū fuerit. Paries cratitius in l. 52 §. item Mela. ff. pro soc. qui in cratis modum lignis contextis compositus est. De quo Vitruuius lib 2. cap. 8 & lib. 7. cap. 3 agit. Intergerinus paries, ut Festus lib 9. explicat, is est qui inter confines struitur, & quasi intergeritur, qui in Lexico Latinogręco ædis B. Germani sic definitur τοῖχος ὁ διὰ μέσου ... De quo uidendus est Plin. lib. 35. cap 12. Paries solidus & fornicatus opponuntur apud Cice. Topic. Vbi solidū parietem accipio qui à solo cōtinuo ductu ad fastigiū exurgit: sic, ut nusquā suspendatur: fornicatum uerò, qui arcū habet. Briss.

PARIETEM (inquit Leo Bap. Albertus lib. 1.) dicimus omnem structuram, quæ à solo in altū surrexit ad ferendū onus tectorū: quæue obducta stet ad interiora ædificij uacua obuallanda &c Brechęus l. quantum ad iuris ff. de uerb. & rer. sign. &c.

Rudes parietes in l. 50. ff. de usufruct appellantur nondū inducti tectorio opere. Parietem uentrē facere μεταφορικῶς dixit Alfenus in l 17. ff. si seruit. uind. ut & inclinare Pompon. in l. 14 in fin. eo. tit. Briss.

PARIES cæcus est, qui fenestras non habet, ut apud Virgilium 5. Æneid.

Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;
Mille uijs habuisse dolum. Cuiac. Obseruat. lib. 1. cap. 31. in fin.

PARIES communis est, quem communiter ædificant uicini. ad eum enim ius habet uicinus adiungere ædificium. Vide l. fluminum. & l. inter quos. ff. de damn. infect. Spiegelius.

PARIES dealbatus. Quemadmodum Christus in Euāgelicis literis, sanctimoniæ simulatores sepulchra

chra dealbata uocat, quæ cũ foris niteant, intus sunt cadauerum ossibus referta: sic Paulus Apost. in Act. Apost. Ananiam sacerdotem fictum & fucatum, parietem dealbatum appellat, quòd lõgius esset intus, quàm cultu habituq; externo præ se ferret. Ex Erasmi Chiliad. Refertur 23. q. 1. c. paratus. Sp.

PARIES directus dicitur, cuius extremitas parietem alterum attingit. Cic. in Topic. Omnibus est ius parietem directum ad parietem communem adiungere, uel solidum, uel fornicatum. Cuius loci sensus est apertissimus: si directum parietem eum esse intelligamus, qui exempli causa sic attingit communem, ut in litera T pendens in imum lineam trãsuersam superiorem attingat: quare si uicinus fornicatũ parietem ad communẽ adiunxerit, alter qui in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debebit præstare quod fornix uitij fecerit. Quã meam interpretationem alij nunc cum Boetij & aliorum commentationibus conferant, licebit. Vide Obseruat. mearum lib. 1. cap. 24. Hot.

PARIES intergerinus Vitruuio in lib. de Architectura dicitur, qui communiter utriusq; domus onera gerit, & sustinet, sic dictus, quod à uicinis extructus ueluti intergerat, hoc est, communiter gerẽdo sit. Corras. Miscell. lib. 4. cap. 16.

PARIETUM uaria sunt genera. Lateritij ex lateribus durissimæ soliditatis fuerant: utpote qui crudi sub sole diutius permanserant, ut exsiccarentur. Testacei, ex latere cocto, qui etiam nũc sunt in usu. Cementarij fiunt ex temere cõiectis lapidibus calceq; commixtis, & imbricum modo hærentib. Craticij, q & Concratitij à Papiniano appellantur, ut suprà dictum est, fiebant ligneis cratibus insertis, seu asserib. arrectis transuersisq; in modum cratis.

PARITER, pro simul, frequens est. Vide Albericum. Item ponitur pro, ex æquo, siue æqualiter, ut pariter dispertiantur bona patris. hoc est, ut tantum habeat unus, quantum alter. Adde quæ Bart. refert de hac dictione, in l. si fundus. §. si duo. ff. de pig. Sp.

PARRHIPPUS is uidetur esse, & habẽdus est, qui usurpato uno, uel duobus ueredis, quos solos euectio continebat, alterum tertiúmue extra ordinẽ commoueat. l. parrhippum. C. de curs. publ. libro 12. Ioan. Bello. Etymol.

PAROCHIA. Goffred. in Sum. tit. de parochijs. Parochia (inquit) est locus, in quo degit populus alicuius ecclesiæ deputatus, certis limitibus constitutus. Hinc parochianus, & parochiana, qui, & quæ est de parochia. Parochias autem non primùm, sed parœcias appellatas esse existimo cum Budæo singulari Galliarum lumine. in reliquis annotat. ad Pand. Hoc autem manifestissimum esse potest ex D. Augustino, lib. 14. de ciuitate Dei. Presbyter (inquit) fuit quidam nomine Restitutus in parœcia Calamensis ecclesiæ. Ait ergò idem Budæus, Parœcia accolarũ est conuentus & accolatus, sacraq; uicinia. Quare, q fanum aliquod accolunt, parœci dicti sunt, eiusdem scilicet fani consortes. Addit uerò, Quòd si Latinè loqui magis placet, Latinè scientibus parœciç curię dici possunt, unde curiones olim dicti & parœci ipsi curiales. Inde curionatus, quę uulgò cura dicitur, & ædes ipsæ sacræ, curiatæ, quæ sodalitia non habent, sed quæ curialib. destinatæ sunt, & accolas suos uendicant. Quæ omnia partim probat, & partim eruditè colligit ex authoritate Liuij, & Festi. Cęterùm, parochiarũ (ut uocabulo canonistis magis trito utar) diuisio ortum habuit à Dionysio, ut 13. q. 1. cap. ecclesias. Et in hoc consistit ius parochiale, ut oẽs parochiani in diebus dominicis & festiuis missam audiãt in ecclesijs, in quarum parochijs habitant, c. 2. d. tit. de parochijs. Pręterea, consistit in decimis personalibus, quæ ecclesiæ parochiali debẽtur, 16. q. 1. si quis laicus. c. ad apostolicæ. de decim. primit. & oblat. Et postremò in oblationibus, quæ dandæ sunt sacerdoti parochiali, qui pro populo orare debet, x. quæst. 1. quia sacerdos.

PAROCHUS, qui peregrinis salem & ligna præbebat, hoc est, omnia necessaria, teste Acrone ad illud Horatij proxima Campano ponti quæ uillula tectum prębuit, & parochi quæ debent ligna, salemq;: & ibi quoq; Porphyrio: qui eos parochos dictos scribit ἀπὸ τοῦ παρέχειν, hodieq; dici Copiarios. Id quod & annotauit Duaren. disput. anniuers. lib. 1. c. 26. Parochias inde quidam deriuarũt, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt, ab exhibitione scilicet Eucharistiæ. Sed Bud. non parochias primùm sed Parœcias appellatas esse cẽset. Porrò decem homines constituere Parochiam, sententia est Pontificij iuris professorum. Spiegelius.

PAROECOS, incola est, habitator in loco. Pompon. de uerb. sig. l. pupillus. Incola, ait, est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quam Græci Parœcon uocant. Vide Budæum in post. annot. ad l. ult. de mun. Spieg.

Παρεντερμαρίαν ueteres aduerbiũ appellarunt ut possessio quasi positio. Magistri quod monstrent: interdictum inter duos dictũ: Testamentũ testatio mentis &c. Connan. lib. 9. c. 1. num. 1.

PAROPSIS, genus lancis grandioris, catinum. Pompon. de aur. & arg. leg. l. etsi. Veluti paropsidas, tabulas, trullas. Nebr. Adde Forcat. in penu iuris ciuilis cap. xxv.

PARRICIDA, non utiq; is qui parentẽ occidisset, dicebatur, sed & qui qualemcunq; hominẽ. Unde extat Lex Numæ Pompilij, si quis liberum hominẽ morti sciẽs duit, parricida esto. Hinc & parricidij quęstores appellabant, qui solebãt creari, causa rerũ capitalium quærendarũ. Bud. in l. post. de orig. iur.

PARRICIDIUM apud priscos dicebatur, quoties homo hominẽ occidisset, hoc est, par parẽ: uidelicet eo seculo, quo crudelitas erat, occidisse bouẽ, auem, aut gallum gallinaceum. Deinde quum cœpisset esse uulgare, ut homo occideret hominẽ, parricidij uox, ad summæ impietatis significationem deflexa est, id est, ad eos qui parentes occidissent. Quorũ pœnam uide apud Iustin. Instit. de pub. iud. & suprà, Culleus erat. Spieg. Primus aũt qui parricidiũ apud Romanos perpetrauit, culeoq; insutus in mare pręcipitatus est, Publici9 Malleolus fuit. de quo Liui9, auctor ad Herennium & Orosius Plut. de parricidijs eorumq; pœnis Maiorag. Miscell. lib. 4. cap. 8.

PARRICIDAE cum lege cœperunt & illis pœna facinus monstrauit. Connan. lib. 1. cap. 9. num. 2. De Parricidarum pœnis Turnebus aduersar. libr. 13. cap. 13. sic scribit. Vt illis qui perduellionis damnati à duumuiris fuerant caput obnubebatur, ita parricidæ os lupino folliculo obuoluebatur, ut in quodam Cornificij libro ad Herennium de Translatione scribitur, credo quod indignos censerent, qui communi spiritu luceq; fruerentur: lupinum esse folliculũ uoluerunt, feritatem significantes eius, qui necem atrocem & acerbam sua manu parẽti obtulisset. Sed & soleæ ligneæ inducebantur parricidarũ pedibus, ne communi hominum reliquorum è corio calceatu uterentur neu calceamenta, quibus homines uti solerent pollueren, si ea pedibus suis calcarent, neu terram

terram tangerent pedibus nudis, omnium parenté communem. Sed & sensus expers & omnis humanitatis & durus ac asper uereq; ligneus eo ipso significabatur parricida. licet & ad significationem quoq; aliquam habere simiam, serpentem, & gallum gallinaceum. Neq; enim sine causa cum parricida culeo insuebatur, & Cicero pro Roscio pœnam parricidarum interpretatur: locum petat, qui cognoscere cupit, quanquam uix quisquam est, cui non sit notus. Turnebus loco suprà alleg.

PARS multiplex reperitur. Prędicamentalis, seu subiectiua, quæ sub toto uniuersali continetur, sic dicta, quod de suo genere prædicetur, eidemque subijciatur, ut homo, bos, asinus, & similia considerátur, tanquam partes subiectiuæ, & prædicamentales animalis. Integralis, quæ integrat suum totum, ad positionemq; totius ponitur, ut Bart. explicat in l. si mater. §. si quis iter. ff. de except. rei iud. sicuti paries respectu domus. l. eum qui ædes. ff. de usucap. & usufructu (ut Doctores existimant) respectu fundi. l. 3. ff. de usuf. l. qui usumfructum. ff. de uerb. oblig. Quotitatiua ueluti tertia, quarta, aut alia pars rei pro indiuiso. Sic sexcuns, triens, quadrans, semis, quota pars est as: s. l. seruum. §. fin. ff. de hæred. instit. §. hæreditas. illo titulo in Instit. Numeralis quæ ad numerum pertinet, ut quatuor pars Arithmetica est duodecim. Alciat. in l. appellatione. ff. de uerb. sign. Accidentalis postremo quæ, ut tradunt scriptores, in l j. ff. de legat. 1. adesse & abesse potest, pręter totius corruptionem, ut pupillaris substitutio ad paternum testamentum. l. penult. ff. quemad. testam aper. Consistit quippe paternum testamentum sine tabulis pupillaribus, ut nemo nescit: & dies pars stipulationis dicitur. l. 1. §. diem. ff. de edend. cum tamen sine die stipulationem rectè fieri sit notissimum. §. omnis. de uerb. oblig. in Instit. Cætera quę ad partis tractatum spectát, in l. ad certam. ff. de teruit. à Corras. tractant.

PARS tripliciter accipitur, quædam numeralis, alia integralis, alia quota. ut tres, Arithmetica pars est nouem. Bart. l. si mater. § si inter de execut. rei iudic. Vsusfructus pars integralis dominij est, sicut paries domus. At triens, quadrans, semis, quota pars est asis. Sp. Pars etiam in tempore dicitur, ait Connanus lib. x. cap. 6. num. 1.

PARS, pro factione usurpatur eleganter Non autem partialis pro factioso: tamen uox familiaris est interpretibus. Spiegelius.

PARS potior est illa, quæ maior & sanior est. c. j. de his quæ fiunt à maioribus part. capit. Astipulatur D. Augustin. lib. 2. de doct. Christiana. Spiegel.

PARS pro diuiso certa est, pars pro indiuiso, incerta est. Illa cerni & demonstrari potest, hæc non item. Sed quod ad quantitatem attinet pars pro indiuiso aliàs est certa, aliàs incerta. Certa si sciatur, quota sit puta tertia uel quarta: incerta si nesciatur. Illa possideri potest, hæc non item l. locus, l. 3. §. incertá. ff. de acquir. uel amitt possess. ideoq; illa usucapi potest, hæc non potest. Cuiac. ad l. si fur. §. incertam. ff. de usurpat. & usucap.

PARSIMONIA optimum uectigal est, tū parás, tum conseruans diuitias. Nouel. Vt determ. sit num. c. cleric. §. cum uero Deo. Præterea (inquit Iustin.) si non oportet undiq; ad sumptum possessiones conquirere (nam id insatiabili cuidam auaritiæ, simul & impietati proximum est) sed ex moderatis facultatibus sumptum temperare. Spiegel.

PARTEM facere dicitur, cuius persona numeratur in partium diuisione facienda. l. octaua. §. quoniam. l. xvij. ff. de inoffic. testament. l. xxxiiij. §. si coniunctim. l. lxxxv. §. si Titio ff. de legat. 1. l. lxviij. § sed si uno. l. lxxviij. §. libertis. de legatis 2. l. xiij in fin. ff. de iur. codicill l. prima. §. si ex tribus. l. decima. §. liberi. ff. de contra tabul. l. tertia. § principem. ff. de suis & legit. l. 1. §. pen. & ult ff. de collatio bon. l prima. §. aduersus. ff. si quid in fraud. pat. l. viij ff. de rebus dubijs. Brissonius.

PARTEM Iurisconf. in l rectè. de uerb. sig appellat speciem. negat enim usumfructum dominij partem esse, cum tamen sit ipsissima eius pars. l. 4. de usufruct. l. qui usumfructum. de uerb oblig. Voluit autem dicere, non esse dominij speciem: quæ est interpretatio Placentini, in l. rectè. de uerb. sig. cui nemo; Appellus ait, non subscribit. Spiegelius.

PARTEM, quoties non constat de minore minimáue actum esse, dimidia accipim⁹, per § portionis. in l nomen filiarum. de uerb. sig. Veluti in eo qui partem fundi promittit, uel alio simili, dubioq; casu. Vnde cum quis ab altera se parte electum ait, nō minus quàm dimidia sit intelligemus. gl cap. si priusquam. xxviij. distinct.

PARTES & Species diuersa sunt. Aliud sunt species, aliud partes & item partiū multiplex ratio Species est generis ipsumq; diuidit & ita ut eius nomen retineat, nec eo perépto manere potest: quia eo posterior est ab eoq; causam uitamq; habet. ut animalis species sunt homo & brutum. homo est animal & si animal nullum sit ne homo quidem ullus esse possit, cum prius sit animal esse quam hominē. Pars uero est totius, quod ipsum coniungit inter se, & complectitur, nec eius nomen suscipit: & illo extincto tamen subsistit quia tempore prior est cum ab ea tamē fabricatum sit & compositū: ut domus partes sunt tectū, paries, fundamentum. harum partium coniunctione totum existit: Ideoq; & has partes prius fuisse quam domum necesse est. & hac destructa adhuc tamen fieri potest ut existat: non contrà: neq; ulla istarum partium domus appellatur Cōnanus lib. 4. cap. 3. num. 7.

PARTES dicuntur, in quas diuiditur totū. Quidam partem à pari dictam existimant: quòd partes simul iunctæ, partes, hoc est, æquales sint parti. Alij à pario, siue partu, quòd pars à toto deducta, quasi parta sit. Alij à parum: quòd pars, parum quiddā sit respectu totius. Quid autem ueniat partis appellatione, Bart. explicat, in l. si plures. de damn. infect. & l. j. C. quan. & quib. quart. pars deb. lib. x.

PARTES suas interponere apud Iustinia. tit. de satisdat. tut. §. primo. nihil aliud significat quam autoritatem & officium. Sic Vlpianus in l. si in aliquā. Digest. de offic. proconsul. Omnium (inquit) partes qui Romæ ius dicunt ad ipsum pertinent. & Cicero in Verrem actione iij. Non sunt meæ partes id facere. l. & suum. §. ultimo. Digest. de pactis. ibi prætoris partes necessariæ sunt. Aldobrandinus dicto titulo Institutionum.

PARTHIARII, Parthicarum pellium negociatores. Alioqui & hoc nomine dici possunt, qui ex celeberrimo Carrarum emporio (is in Parthis uicus est) negociabantur. Alciatus in l. negociantes Parthiarij C. de. Excus. mun. lib. x. Adde Cuiac. ibidem.

PARTIARIA pecora, id est ut fœtus eorū certis portionibus inter dominum & pastorem diuidantur: inquit Imper. l. si pascenda, viij. Codic. de pactis. Hotomannus.

PARTIARIVS colonus dicitur, qui lucri & damni cum domino particeps est, fructusq; fundi cum eo.

eo, quasi societatis cuiusdam iure, partitur l. 28. §. uis maior. ff. loc. ubi ab eo, qui nummis colit, separatur. Quemadmodum etiam nummis & partibus locare, Plin. lib. 9. epistol. ad Paulin. diuersa facit. Brissonius. Etenim qui fructuũ parte aliqua colit, partiarius uere dicitur. quia fructus cũ domino partitur, ut si nullos collegerit, nullos debeat. Oẽs alij dicuntur nummis colere, non quod numerata pecunia pensio quá debent, solui semper debeat: sed alia certa re quæ pódere, numero, & mensura constat, quæ pensiones pécuniæ nomine designantur quod recipiunt functionem in suo genere. Connanus lib. aduers. 7. ca. 11. nu. 13. Ita dicuntur partiaria pecora in l. 8. Cod. de pact. Quorum inter eum, qui pascenda conduxit & dominum fructus communicatur. Cato etiam in lib. de re rust. Partiarium calcis coctorem in eundem sensum dicit. Apul. libr. 4. de Asino aureo, quæ cùm mortali puella partiario maiestatis honore tractor. & libr. 8. Domi uerò promiscui operis partiarios agebât concubitus. Partiarius legatari9 uocabatur, cui pars hęreditatis legata erat: Quod genus legati partitioné uocabant: quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatem. §. sed quia hæredes. ad fi. Instit. de fidei comm. hæred. Vlp. in Inst. tit. 24. l. 164. §. partitionis. ff. de uerb. sig. l. 19. §. 1. ff. ad Treb. Briss.

PARTHENON est locus in interioribus tectis separatior uel superior, qui locus à uirginum statione sic dictus est. Eas enim in ædium secessu olim uersari solitas in Parthenone, scribit Antigonus autor Græcus apud Euripidem: nec inde matris aut custodis iniussu pedem uirgini efferre licebat. In qué sensum Ianus Parrhasius interpres doctissimus, refert illud Claudiani de Proserpina loquentis:

> *Florebat tranquilla domus, nec limina uirgo*
> *Linquere, nec uiridei audebat uisere saltus*
> *Præceptis obstricta tuis, telæ labor illi.*

Hæc annotauit Tiraq. in x. l. connub. gl. 1. partem x.

PARTIBVS suis fungi, hoc est, fungi suo munere, & officio. l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tut. Sic partes iudicis accipimus, in l. 2. de his qui sunt sui uel alien. iuris. & illud, Partes suas interponere debet Prætor Inst. sub fin. tit. de suspec. tut. Spieg.

PARTICEPS pro filio apud Terentium in ἑαυτὸν τιμωρ: Nisi ubi ille huc saluus redierit meus particeps, id est filius. Connan. lib. x. ca. 2. num. 1.

PARTICIPIA futuri temporis prętériti uim significationemq́, plerumq; in libris nostris habent: quod summé notandũ est: ueluti rei iudicandæ tempore, est rei iudicatæ tempore: quemadmodũ liquido constat ex l. 5. §. idem Iulianus. ff. de liber. leg. l. 7. §. si quis actione. ff. quib. ex cau. in poss. eat. & l. 53. ff. solu. matr. adhibita l. 30. ff. de pecul. Eodemq; modo in l. 27. §. si per filium. & l. 33. ff. de rei uind. l. 63. §. tempus. ff. pro soc. l. 15. ff. de noxalib. action. l. 3. §. in hac commod. coniuncta cum l. pen. ff. de tritic. Rei iudicandę tempus, condemnationis tempus, uel quo lis in condemnationem deducitur, uel quo res iudicatur, accipiendum est.

Sic & iudicij accipiendi tempus, litis contestatæ seu iudicij accepti tempus demonstrat. l. 2. §. 1. ff. de priuat. delict. §. ult. Inst. de perpet. & temporal. Et litis contestandæ pro contestatæ tempus in l. 31. ff. si cert. pet. iuncta l. 20. ff. de rei uind. l. 38. §. si actionem. ff. de usur. Et testamenti faciendi tempus pro facti testamenti tempore, in l. 1c4. §. 1. ff. de leg. 1. l. 33. ff. de legat. 3. l. 26. ff. de alim. leg. l. 29. §. nunc de lege Velleia. ff. de liber. & post. Et apud Vlpi. in Instit. tit. 1. & in §. sed cùm aliquis. Inst. de testam. ordi. Quemadmodũ & scribendi testamenti tempus interpretabimur in l. 59. §. si hæres. ff. de hæredi. instit. & l. 1. ff. de regula Cato. Et furti faciendi tempus in l. 31. ff. de noxalib. l. 6. ff. de furt. Et stipulationis interponendę, id est, interpositæ in l. 7. ff. iud. solui. & l. 121. ff. de uerb. oblig. Et tempus dandi pro dati. l. 89. §. si ita scriptũ. ff. de hæredi. instit. & liberandum pro liberatum in l. 32. ff. de milit. test. Brissonius.

PARTICVLONES etiam auctore Nonio à ueteribus cohæredes inter se dicebantur, quód partes inuicem sibi facerent. Briss.

PARTIM, ex parte, uel pro parte, & fere semper geminatum in oratione. Caius de Iustit. & iur. Omnes, inquit, populi, qui legibus aut moribus reguntur, partim suo proprio, partim communium hominum iure utuntur. Spiegelius.

PARTIS appellatione rem pro indiuiso significari Q. Mutius dicebat, quia id quod ꝓ indiuiso nostrum esset, nõ pars, sed totum esset: ueluti si fundus regionib. diuisus sit, pars unaquæq; nõ iam pars fundi est, sed fundus integer. l. 6. §. si quis parté. ff. com. præd. Seruius tamen Sulpitius partis appellatione & quod pro indiuiso & quod pro diuiso nostrum sit contineri non ineleganter dicebat. l. 25. ff. de uerbo. sign. Itaq; pars alia pro diuiso, alia pro indiuiso est. l. 43. ff. de adquir. poss. l. 5. ff. de usufr. l. 7. ff. de except. rei iud. l. 64. ff. de euictionib. l. 7. in fin. ff. quib. mod. pign. l. 4. ff. pro empto. l. 17. ff. famil. ercisc. l. 5. §. ult. ff. commod. l. 4. §. si alter. ff. si. regun. l. 31. ff. de usufr. leg. Partis aũt nomen dimidiam significat, si non specialiter facta sit partis mentio. l. 49. ff. de usufr. l. 164. ff. de uerb. sig. Vlp. in Instit. tit. 24. Proinde si interrogatus quis in iure hæredem se esse ex parte respóderit, si ex dimidia hæres sit, nihil ei nocet responsum, alioquin nocet. l. 12. §. si interrogatus. ff. de interrogat. in iur. fac. Pars uirilis ea habetur quæ pro numero personarum cõstituitur, cùm tot partes fiunt quot sunt personæ, ut lib. ult. pleniùs dicam.

PARTITIO. Cic. uocat partitionem aliud quiddam, quàm diuisionem. Diuisio est specierum unius generis enumeratio. ut, animalium aliud bos, aliud asinus, &c. Partitio est, quãdo aliqua res in membra discerpitur. ut corporis partes aliæ caput, pedes, manus, &c. Quære, Diuisio. Iureconsulti partitionis uoce pro parte sępius utuntur, & ut Vlpia. ait, partitionis uerbum non semper dimidium significat, sed ꝓut est adiectum. Potest enim iuberi aliquis & maximam partiri, posset & uicesimam & tertiam pro ut libuerit. Sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur l. 164. §. 1. de uerb. sig. Idem Vlp. in fragmentis tradit sicuti res singulæ legari possunt, ita uniuersarum summam legari posse: & hanc speciem legati uocari partitionem: ueluti Męuius hęres meus cum Titio hæreditatem meam partito, diuidito: eoq; casu dimidiam partem bonorũ legatam uideri. Exemplum autem partitionis antiquum extat in Cluentiana: ubi uide.

PARTIVM Iurisconsulti duo genera constituunt. aliæ nanq; naturales sunt, aliæ intellectæ. Naturales appello, quæ pondere, numero, mensura constant, quæ oculis cerni tangiq; possunt: ueluti si quis corpus aliquod secare uelit, duas partes constituet, quas nemo sensus communis compos, nõ facilè cognoscet. Intellectas dico quæ tangi, demonstrariue nõ possunt, cerni tamé animo atq; intelligi possunt: ueluti si seruum aut nauem duo cõem habeant, partem quisq; suam in his rebus obtinet, quá oculis cernere non potest, animo & intelligẽtia potest. Quod significans

significans Cassellius noster apud Macrobium, mercatori, quemadmodũ cum socio nauem diuideret, interrogati respondet, Nauem si diuidis, nec tu nec socius habebitis. Vlpian. l. 5. ff. de stipul. seru. Seruus cõis sic omnium est, non quasi singulorũ totus: sed pro partibus utiq; indiuisis, ut intellectu magis partes habeant, quàm corpore. Ergo partes intellectu Vlpianus eas appellat, q̃ animo & intelligentia tantum cernuntur. Alias aũt partes idem alibi numero fieri dicit: hoc est in l. 29. ff. de solut. Quum Stichus, ait, & Pamphilus communi seruo promissi sunt, nõ alteri Stichus, alteri Pamphilus solui potest: sed dimidiæ singulorum partes debentur: atq; utriusq; rei dominium duobus modis intelligi potest. Sed in numis, & oleo, & frumento, & similibus quæ cõi specie continentur, apparet hoc actum ut numero diuidatur obligatio. Eandem diuisionem duplicem Papin. notat in l. 94. eiusd. tit. & l. 66. §. 1. ff. de leg. & fideicõ. lib. 30. ubi ait plures in uno fundo dominiũ iuris intellectu, non diuisione corporis obtinere. Notat & Paul. in l. 25. §. 1. ff. de uerb. sig. ubi Seruio assentitur, qui partes alias esse dixit pro diuiso, alias pro indiuiso: quum Mutius putaret partis appellatione rem ꝓ indiuiso significari. nam quod pro diuiso nostrũ sit, id non partẽ, sed totum esse: cui consentit Vlpia. in l. 6. §. 1. ff. commun. præd. Aristoteles aũt in lib. de sensu, hanc quoq; diuisionem attingit: sed in Categorijs planius rem oẽm exponit. ait enim Quantitatẽ aliã cõtinuam, aliam seiunctã esse. continuam cuius partium terminus aliquis cõis est: ueluti corporis, cuiꝰ partes cõem habent terminum lineam: aut lineæ, in qua partes finem quo inter se cohæreant, cõem habent, punctum scilicet. Itaq; poculũ cum ansa quantitatis est continuæ: uti constat ex l. 21. §. 4. ff. de furt. & pars lancis priusquã erasa sit, l. 22. eo. tt. Ex quibus intelligitur fundum qui inter duos diuisus est, quia terminum habet cõem, quo inter se partes adaptantur, in quantitate continua numerandũ esse. qua de causa non tam in partes diuidi fundus à Iurisconsultis dicitur, quàm in regiones, ut in tract. ff. fin. regun. Seiunctam uerò Aristoteles eam appellat quantitatem, cuius partes cõem terminum non habent: ut in numero. Nam si bis quinq;, inquit, sunt partes decẽ, quinq; & quinq; nullo communi termino coniũcta sunt, sed secreta & separata: cui ea omnia adiungamus licet, quæ communi specie continere dicuntur ab Vlpiano d. l. 29. de solut. ueluti uinum, oleum, frumentum. Nam si duobus amphora uini legata est, se iuncta utriq; quantitas legata est. Nam urnæ duæ finem in amphora quo inter se cohæreant, cõem non habeãt, neq; duo semimodij in modio, neq; bis quinquaginta, in centum. quod eodem modo de ponderibus quoq; iudicandum est. Nam in uncia duæ semunciæ cõem terminum non habent. Quantũ hoc deiunctum in tesseris & numis quoq; intelligitur, q̃ si pluribus legata sint, tot habebunt deiunctas & secretas inter se partes, quot erũt legatarij. Qua ex disputatione intelligimus quamobrẽ Vlpianus ab Ofilio & Trebatio dissentiens, neget eũ qui ex frumenti aceruo modium, aut ex uini dolio sextariũ abstulerit, totius nomine furti teneri. l. 21. ff. de furt. nec magis interesse affirmet inter hanc speciem, quàm si qs ex armario rem unam auerterit: utranq; enim quantitatem seiunctam esse. Quod uerò Trebatius dicebat, si quis autem attingat, eum totum corpus attingere, Vlpianum non mouit, perspicientem sine dubio, quantitatem illam esse continuam, hãc uerò deiunctam. Qua quidem ex dispositione quàm necessaria iuris studioso Dialecticæ cognitio sit, cuius ignoratione tanti uiri, & in iure ciuili tantopere exercitati parua in re peccarunt, facilè intellectu est. Partium autem aliam quoq; tradere oportet diuisionẽ: nam aliæ principales dicuntur, quib. sublatis totum interit: aliæ minus principales, quib. ademptis totũ tñ manet. ut caput in corpore humano, & pectus, & brachia, partes sunt principales: crines autem, & ungues, & supercilia minus principales. Ita intelligendum est quod ait Vlp. l. 13. §. 2. ff. de acceptilation. ubi ait nec cementa, nec fenestras, nec parietem, nec dig tam domus esse partes: quum tamẽ Aristoteles tam frequenter domum ex partib. sic definiat, operculũ quod ex lapidibus, lateribus, cemento, trabibusque cõstat. Sed Vlpianus illam partium diuisionem spectans, ita disputat, quasi eæ demum ueræ partes essent, quib. sublatis totum interit, ut in fundo ususfructus perpetuus, & uia perpetua. dic. l. 13. & l. 58. ff. de uerb. oblig. ubi & in uia iter aut actus: in fructu, fructus & usus: in decem, bis quinq; numerantur. Eas uerò quib. ademptis totum nihilominus manet integrum, non esse partes: ut in scypho, emblemata: & in domo, columnæ marmoreæ: in fundo, ususfructus nõ perpetuus. l. 25. ff. de uerb. sig. in usufructu, usus: quum possit usus sine usufructu cõstitui, inquit Vlpia. d. l. 13. §. 3. de acceptil. in grege, aliquot capita, quibus sublatis & grex manet, & potest usucapi, quum illa nec possideantur, nec usucapiantur, ait Pompo. l. 30. ff. de usurpat. & usucap. Hot.

PARTIVM natura est, ut constituant totum. ut satisdatio, tuitio, administratio, & rationis redditio, tutelam: radix, truncus & rami arborem: interrogatio, & promissio, stipulationem. Spieg. Sic partes domus sunt, quæ coniunctæ faciunt, ut id totum, quod inde existit, domus appelletur. Quare neq; cæmenta, neq; lapides, pars sunt domus: Donellus de euict.

PARTIVM suarum existimabit, quid sit, Callist. exponit in l. generaliter. ff. de offic. præsid. & Iul. in præcedenti. Spiegelius.

PARTVS, & ipse actus pariendi est, & ipsa proles. ut, partus dotalium ancillarum, est portio dotis. l. si post diuortium. §. final. ff. de iur. dot. Itaq; partus cõtinetur reditus appellatione, non autem fructus. l. deducta. §. hæreditatem. ff. ad Trebellia. l. Paul. ad legem Falcid. Spiegelius.

PARTVS antequam edatur, mulieris portio est uel uiscerum. Vlp. de uentre inspiciend. Maff.

PARTVM non esse partem rei furtiuæ, Scæuola lib. 11. quæstionum scribit. Vlp. de uerb. sig. Maff.

PARTVM portentuosum, uel monstrosum, uel debilem si mulier ediderit, uel qualem uisum, uel uagitum nouum non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quam hominis: quæret aliquis: an quia enixa est, ꝓdesse ei debeat. & magis est, ut hæc quoque parentib. prosint. nec enim est, quod eis imputetur quæ qualiter paruerunt, statutis obtemperauerunt: neq; id quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet, ut ait Vlp. de uerb. sig. Maff.

PARTVS sequitur uentrem. l. partum. C. de rei uend. l. placuit. C. de lib. caus. l. idem Pompon. §. si equam. ff. de rei uend. & in c. dilectus. extra de seruis non ord. cum gl. Quod uerò ad honores & dignitates attinet, partem liberi sequuntur. l. filiam. & l. liberos. ff. de Senat. l. exẽplo. & l. eos. C. de decur. lib. x.

PARTVS sexto mense natus, uulgò quæsitꝰ creditur, & non legitimus: secus in septimo mẽse. Quo & mihi primogenito nasci contingit. ut Iaco. Vuimphelingius auunculus meus, præsens & obseruauit, & anno-

& annotauit. Extat apud Plin. c. de pariendi tempore lib. 7. de quo & IC. meminit. l. 7. ff. de statu homin. Labitur Accurs. dicens iustum partum, à septimo usque ad decimũ mensem finitum, & non ultrà nasci. In quem errorem lapsi oẽs uidentur, teste Salomon. non animaduertentes. in l. Gallus. esse textum apertum: Iustum partum etiam 11. mense nasci. Fugit eos differentia, inter x. menses mortis; & x. menses conceptus. De quo idem latius in d. l. Gallus. Spieg.

PARTVS ἐντέλεχος maturus est cum tamen ἐντέλεχος sit immaturus. si quæratur differentię ratio, tribuendũ id erit occultæ rõni & uirtuti septenarij numeri: ac uidenda hîc omninò erit epistola Ambrosij 39. ad Horantianum. Cuia. ad Iul. Paul. recepta. sent. lib. 4. tit. 9. §. septimo mense.

PARTVS mõstrosos uel portẽtosos Paulus uidetur appellasse, qui contra humani generis formã editi sunt, cuiusmodi Vlp. in l. ostentum definiuit: Brechæus l. quæret aliquis. ff. de uerb. & rer. sig. &c.

PARTVVM partus. Vlpian. de petit. hæred. Ancillarum etiam partus & partuum partus, quanquã fructus esse non existimantur, augent tamen hæreditatem. Spiegelius.

PARTVS imperfectus modo spiritum ducens, quantumlibet exiguus, natus tamen censetur, rumpitq; testamentum. Vlp. in l. quod dicitur. ff. de liberis & posthum. hæredib. instituen.

PARVI refert, ut apud Cice. & alios idoneos autores, sic apud ueteres Iurisconss. qui teste Lud. Viue, undecunq; doctiss. Latinissimè scripserunt. Vlp. Parui etenim, ait, refert ab initio quis dolose in hęreditate sit uersatus, an postea hoc facere cœperit. Spieg.

PARVM est ut non, locutio est idem significans quod parum abest quin. Iauolenus l. 202. de reg. iur. Omnis definitio in iure ciuili periculosa est: parum est enim ut non subuerti possit. Quod Harmenop. sic expressit, [Greek, illegible]. Similiter Demosth. [Greek, illegible]: Sua uerò commemorare beneficia, propè exprobrare est. quam sententiam usurpat & Terentius. Hor.

PARVM exaudire. l. item quæritur. §. si tutor. ff. locati. & alibi.

PARVVLI dicuntur qui sunt intra annum 25. l. 2. C. de fund. patrimo. lib. 11. Cuiac. ad l. 1. C. de fugitiuis colonis patrimonia lib. d. lib. 11.

PASCBOLVS à uerbo Greco φάσκωλος & φασκώλιον: quod uerbũ Festus retinuit qui scripsit, phascola esse, quas alij uocant peras. De quo Turneb. aduersar. lib. 3. cap. 11.

PASCVA sylua, in quam ius est pascendi causa pecora mittere. Sic pascua loc. l. diuortio. ff. sol. mat. l. sylua. de uerb. sig. Spiegelius.

PASCVARII, qui uectigal dant ex pratorũ publicorum locatione. Dicti, quòd ea conducebantur causa pascendi pecoris. Spieg.

PASCVVM. Pascuum, pascui (pluraliter pascua, pascuorum) locus est, in quo pecudes pascuntur, siue ager, siue pratum, siue mons, aut collis fuerit. Est aũt pascuorum aliud priuatum, & aliud publicũ. de quibus abunde satis in tit. 60. lib. 11. C. & in tit. 41. lib. 7. eiusd. C. tractatũ est. Sic pascuã loca, & pascuã sylua dicitur, quę pascuis pecudũ destinata est, hoc est, in quam ius est pascendi causa pecora mittere. Itẽ, pascuarij, qui uectigal dant ex pratorum publicorũ locatione. Dicti, quòd ea conducebantur causa pascendi pecoris. Anch.

PASSIM admittere. Oppon. Districtè denegare. Medium à Prætore causa cognita temperari. Vlpian. in l. sed hæc. ff. de procurato. Spiegelius.

PASSIM fieri intelligim9, quod ubiq;, quod undique. quod sine ullo conditionis discrimine fit. l. palàm. ff. de rit. nupt. l. solent. §. fin. de Off proconss. l. si ea. C. de adult. cum simil. Spiegelius.

PASSVM, uinum illud est, quod ex uuis passis conficitur. Nam ab igne decoquendo patitur. Vlpi. de Trit. & uin. leg. l. si quis. Passum, inquit, nisi cõtraria mens sit intelligitur. Proculus eod. tit. l. qui uinũ. Cui dulcia legata essent, oĩa hæc essent legata; mulsum, passum, defrutum, & similes potiones. Nebriss. Est enim Passum inde dictũ, quod fieret ex uuis passis quæ in fiscellã includebantur, mox contusæ prælo subijciebãtur, unde passum effluebat, in Africa frequens. Corneli9 Celsus lib. 2. de re medica: Mulsum quo plus mellis habet: defrutũ quo magis incoctũ: passum, quo ex ficciore uua est, eò ualẽtius. Seruius in 2. Georgic. Passum decoqui credidit, & idem esse quod defrutum, satis euidenti errore Forca. in penu iuris ciuilis cap. 6.

PASSVS, sunt quinq; pedes, quantum scilicet passis, id est, apertis brachijs efficere quis potest: unde & passus dictus. ut testatur Alciatus, interpretãs l. quinq; pedum. C. fin. regun. & c. 18. lib. 1. Parerg. Isidorus autor Etymologici, præbuit ansam Azoni, Accursioq; haud rectè intelligendi iam d. l. quinque pedum. Nec etiam uerbis legis, Criniti expositio conuenit. Spiegelius.

PASSVS est, quantum homo passis pedib. ambulando conficit. Annotauit Philander sex passuum discrimina, & differentias. Est enim passus qui continet uestigium & spatium, id est, pedes duos. Alius duo uestigia & mediũ interuallũ, id est, pedes duos & dimidium. Tertium genus passuum, duo uestigia cum interuallo uno continet, aut cõtra, id est, pedes tres. Quartũ duo spatia cum totidem interiectis uestigijs, id est pedes quaternos. Quintum tria interualla cum uestigijs duobus, aut contra id est, pedes quinos. Sextum, uestigia tria cum totidem interuallis, id est pedes senos. Græci ὀργυιὰν appellant. Brechæus l. mille passus. ff. de uerb. & rer. sign.

PASTILLVM Latini uocant, quod Græci emplastrum dicunt, quanquam inter hæc discrimen notatum sit à Cornelio Celso lib. 4.

PASTINA instituere in l. 7. §. ult. ff. sol. mat. Quę & pastinationes in l. 79. ff. de uerb. sig. Pastina aũt fieri tribus generib. Palladius lib. 2. tit. x. docet, aut terra in totum fossa, aut sulcis, aut scrobibus.

Inde pastinandus fundus in l. 15. §. 1. ff. quod ui aut clam. Repastinari porrò ex Verrij opinione quã Festus lib. 17. refert, is ager dicebatur, cuius natura imitabatur fodiendo, cùm aut siluester excolatur, aut lapis molitur frangendo, ut fiat pascuum uel aruum. Vide Columell. lib. 3. ca. 18. ex quo emendandus est Isidor. lib. ult. Etym. c. 14. apud quem in pastini definitione sparguntur pro panguntur corruptè in impressis nõ item in scriptis codicibus legitur. Pangere autẽ defigere est, interprete Festo: & Semina surculi sunt uitium, qui ferramento illo bifurco, quod pastinum uocant, terræ infiguntur. Briss.

PASTINACA putatur esse piscis nomen, ex eo inuentum quod telum quasi pastinum habeat: Pastinaca herba, quòd pastinum referat, & tanquam habeat. Turneb. aduers. lib. 8. cap. 23.

PASTINATIO, est pastinandi actus, quem eleganter indicat Columella ca. 18. libri tertij. Pastinationis uocabulum Iurisconsultis frequens. Vide Alberic.

beric.in eadem dictione. Sp.

PASTOPHORIA & Pastophorum sacerdotũ ædes, de quibus Apuleius lib.11.de asino aureo. Dicti Pastophori à pastopallio ferendo. Pastophoros demum Venus appellata quod thalamum nuptialẽ curet & administret, sunt qui deflectant à Pallio. Παστὰς thalamus nuptialis dicitur, qui alio nomine Νυμφίδιον. De Pastade uenereo thalamo Leonides. Nymphia & hæc cubicula sponsarum dicuntur Lãpridio, cæteris. Ioan.Bap.in comment. epist. Sid.Apoll. ad Aumastum lib.5.

PATEFACTVM exemplar testamenti, & patefactæ tabulæ, quando dicantur l. si in duobus. 10.ff. quemad.testam. aper. Prat.

PATER est iuris ciuilis. Mater est naturæ. Mater est quæ peperit. Pater est quem iustæ nuptiæ faciũt patrem. Illa certissima, hic incertissimus. Conn.lib.2. cap.11.num.6. Adde Balduini comment. super Iusti. instit.lib.1.tit.10.de nuptijs.

PATER quasi patriæ is est, discussor pecuniæ publicæ operumq; publicorum l.1.C.de rat.ope.pub.l. ult. C.de infant.expo.l.1.C.de aleat.l.1.C.quib.mun. exc. lib.x. l.2.C. de debit.ciuit.lib.11. Nou.17.85.128. 160. Cuiac.ad l.3.Cod. de ijs, qui sponte munera susceperunt lib.x.

PATER, est iuxta Iurisconss. quem iustæ nuptiæ designant.l.quia certa.ff. de in ius uoc. sed proles nõ semper facie maritum parientis exprimit, sed interdum auum paternum, aut maternum, interdum auiam, interdum patruum, aut propatruum. Sp. Est autem hoc uocabulum non solum naturæ, sed & religionis & reuerentiæ: unde & dij omnes patres appellabantur, ut inquit Seruius & Virg.

Huc ades ô Lenæe pater: Sal. Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium ualidum sapientia erat, reipub. consulebant, ij uel ætate, uel curæ similitudine patres appellabantur.

PATER patratus unus ex Fecialium collegio dicebatur, cuius munus erat, cũ pax aut fœdus faciunda essent, uerba facere.

PATERFAMILIAS dicitur quicunq; Familiæ princeps est sub quo reliqui subsunt suo quisq; ordine, nec alium locum quam sui ordinis tenet. Connanus lib.2.cap.14.num. 2. Patresfamiliàs item dicuntur qui suæ potestatis sunt, siue puberes sint, siue impuberes, habentq; id iuris ut si natura non possunt adoptione sibi liberos procreent. Conna.lib.2. cap. 14.num.1.& cap.15.num.5.

PATERFAMILIAS appellatur, qui in domo dominium habet, recteque hoc nomine eppellatur. quamuis filium non habeat. Non enim solum personam eius, sed & ius demonstramus. Deniq; & pupillum patremfam.appellamus. Et cùm paterfa.moritur, quotquot capita libera ei subiecta fuère, singula familias incipiunt habere, eisq; pro patre præsunt.l. 195.ff. de uerb.sig. Itaq; alibi patresfamiliarum definiũtur, qui sunt suæ potestatis, siue puberes, siue impuberes.l.4. ff. de his, qui sunt sui uel alien. Nam filij cuiuscunq; ætatis sint, morte patrum sui iuris effecti patresfa.sunt.l.5.ff.quando dies leg. Hinc Tertull.in lib. de uirginib.ueland. Materfam.ait, uocatur, licet uirgo, paterfa.licet inuestis. Paterfam etiam fit seruus manumissus.l.14.ff.qui testam.fac. In hoc autem uerbo considerandum est, ueteres ad detrahendam inuidiam patris magis quàm domini nomen principi familiæ indidisse. Quod & Tertull.in Apolog.notat. Gratius, ait, est nomen pietatis, quàm potestatis. Etiam familiæ magis patres, quàm domini uocátur. Et Seneca lib.6.Epist. Ne illud quidem, ait, uidetis, quam omnem inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis detraxerunt, dominum patremfam. appellantes, seruos familiares. Quem totum Senecæ locum Macrobius, suppresso auctoris, unde hauserat, nomine, in lib.1. Satur. cap.11.transtulit. Hinc Martial.iocus lib.1. Epigr.

Vxorem habendam non putat Quirinalis
Cùm uelit habere filios, & inuenit,
Quo possit istud mores futuit ancillas,
Domumq; & agros implet equitibus uernis.
Paterfamilias uerus est Quirinalis.

Festus quoq; lib.6. ducem & principem generis patremfam.appellatum scribit. Patrem autem familiâs, & familiæ Latinis dictum Priscia. lib.6. exẽplis probat. Brissonius.

PATERNOS libertos ut Paul. ait de uerb.sign. recte uidemur dicere nostros libertos. Liberorũ nostrorum libertos nõ recte libertos nostros dicimus. Maffeus.

Πάθη motiones dicuntur, quę facile dissipantur & euelluntur, non autem patibiles qualitates: quia ex ijs nulli quales nominãtur. Neq; enim quem pudor rubore afficit, ob idipsum ruber dicitur, nec qui metu pallet, pallidus. Eo modo non quæcunq; pro tempore adsunt prædijs commoditates, iura prædiorũ appellantur. sed quæ perpetua & cõnexa sunt ita ut nunquam aut uix tolli possint, quia hæc demum iura sunt, ex quibus ipsa prædia qualiter se habẽt. Connanus lib.4. cap.7.num.8.

Παῤῥαδιάρχ: uide supra Μάμμη.

PATRES. Romulus qui primus rerum potitus est Romæ, centum sibi delegit senes omnes & maritos, à quibus petere posset consilium administrandę reipub. ab ętate Senatores, ab honore patres dictos. his enim honorũ præmijs sperabat se posse reliquos omnes ciues ad uoluntatem matrimonij inducere. Nec inanis est quorundam coniectura eo numero contentum eum fuisse, nõ quod satis esset, sed quod illi centum soli erant, qui certos haberent liberos, & patres uerè possent appellari. Conna.lib.1. c.12.nu.1.

PATRES conscripti. L. Tarquinius rex creatus, partim sibi timens ab Anci filijs: partim ut hoc genere beneficij remuneraretur eos, quos studiosos sui in adipiscendo regno cognouerat, centum alios senatores conscripsit, qui minorum gentium, & conscripti patres sunt uocati. Connan. d.lib.1.c.12.nu.3.

PATRES patrati, id est perfecti.

PATRES patriæ ideo dicti, quòd eam quam patres in filios potestatẽ, ipsi in ciues haberent. An potius hoc institutum Honoris, quã Imperij causa, ut ipsi tanquã patres subiectos admonerent, ac amarent ut filios: & ciues, principes tanquam parentes obseruarent. Seneca libr.1. de Clementia latius explicat, cur Principem Patrem patriæ appellamus. Spiegelius.

PATRIA lata significatio est.l.non quod. in fi. de pœn. leg. nec solis mœnibus terminatur: quin & quandoq; patriam de prouincia dicimus.l.uxorem. §. legauerat. de leg.3. Complectitur autem in se patria, quicquid ad eam gubernandam est necessariũ, id est, totam Politiæ ordinationem, scilicet magistratus, potestates, dominia, & cætera huiusmodi. Quod notandum est, Pompon.l.2. de iustit. & iur. addens exempla Iuris gentium naturali ratione constituti, hoc est, iuris uerè naturalis & diuini: ut parentibus, inquit, & patriæ pareamus. Vide Old.in Diuin. tab. præcept.4 Spiegelius.

PATRIA nihil est aliud, quàm eiusdẽ populi natio

tio simul congregati, iisdem legibus uiuens & instituitis. Connan. lib. 1. c. 5. nu. 5. Patria duplex est, propria ueluti originalis, & cōis ueluti Roma. Cuiacius ad l. 6. §. Grammatici. ff. de excusat.

PATRIA potestas, & Sui iuris esse, sunt contraria immediata. l. fin. C. de Sent. pass. Est autem patria potestas, ius illud quod pater, uel auus in personas liberorum, qui ex iustis nuptijs procreati sunt, habet. l. potestatis. ff. de uerb. sig. Hoc autem ius, proprium ciuium Romanorum est: quoniam à lege XII. Tab. introductum. Sed cum constitutione Antonini, in l. qui in orbe. de statu hom. qui in orbe Romano sunt, ciues Romani effecti sunt, sequitur, ad omnes Christianos hodie illud pertinere. Ro. ueteres, adeò semper magni in liberos paternum ius fecere, ut regum temporibus, patri filios bis uendere pmissum sit: nisi pater ei uxorem dedisset, aut ultrò ducere uolenti, assensum præstitisset. Ex Alciato, & Bap. Fulgos. Sp. Plures effectus iuris olim patriæ potestatis uide apud Cuiacium ad librū 5. Iul. Paul. recept. sent. titul. primo, in princip.

PATRIA potestas in pietate consistit, non crudelitate, & ideò pietatis etiam uerbo significatur, l. ult. ff. si à paren. quis manu. fit. Potestas in seruos longè alia est. Cuiac. ad l. 132. ff. de uerborum obligatio. in principio.

PATRIAM autem potestatem sacram ac nexu diuino copulatam leges uocant, l. cum in adoptiuis. uersic. cum enim. C. de adopt. Inde in sacris esse, dicimus, pro in patris potestate, quę sacra & sancta est. l. fin. C. de bon. mat. Apud Senecam Tragicū sic Herculem alloquitur Amphitruo:

Per sancta generis sacra, per ius nominis
Vtrunq; nostri, siue me altorem putas,
Seu tu parentem: per q; uenerandos pijs
Canos, senectæ parce desertæ precor.

Seneca Stoicus de filio abdicato loquens libro vij. Declamatio. naturæ iura sacra esse confirmat etiam apud piratas. Facit quod uir & uxor participes sunt diuinæ & humanæ domus l. aduersus. Cod. de crim. expil. hæred. Forcatul. in Necyomantiæ dialog. xv. numero primo.

PATRIA sua cuiq; iucūdissima. Extat apud Scæuolam de leg. 3. in l. qui habebat. elegans thema Græcè scriptum, à nostro Haloandro eleganter quoque uersum his uerbis: Quo magis dulcissima patria mea fines ac territoria sua tueatur, decerno adsignòque illi uniuersa prædia, quæ in Syria possideo, cum omnibus, quæ illic sunt, pecoribus, seruis, fructibus reconditis, omni apparatu. Quæsitum est, an & prædia, quæ pignori habuit testator, patriæ suæ reliquisse uideatur: respondit Scæuola, non uideri relicta, si modò in proprium patrimonium, quod ferè cessante debitore fit, non sint redacta. Spiegelius.

PATRIAE cum nos, nostraq; debeamus obligatione quadam naturali, si quid illi uel acceptorū gratia uel accipiendorum spe præmiorum & honorum pollicemur, præcedentis causæ uel sequentis perfectione naturalis ea obligatio ita roboratur: ut afferat præstandi promissi necessitatem. Connan. lib. 5. cap. viij. num. 2.

PATRIARCHA. Patriarcha, patrum princeps, hoc est, pontificum primus. πατὴρ enim, id est, pater. ἀρχὸς, princeps. Quatuor autem fuēre, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, & Hierosolymitanus: postea, translata Byzantium Imperij sede, additus est & Constantinopolitanus. Ancho.

Πατρῷον Ius, id est paternum, siue ut ait Paulus patrium: Lucianus in Abdicato appellat πατρῷον δίκαιον, siue θεσμόν. Liuius uero lib. 3. Decad. 3. Patriam maiestatem. Balduinus tit. de patria potestate. Vide infrà in uerbo potestas.

PATRIMI siue Patrimes, matrimique, quorum patres ac matres adhuc uiuunt &c.

PATRIMONIALES fundi sunt ad patrimonium principis pertinentes fundi, qui uel cōductionis titulo uel perpetuo iure tenebantur, ut ostendit l. xx. de extr. munerib. in C. Theodos. Sic in Rub. de fundis patrimonialib. & Rubr. de mancip. & colon. patrim. & Rubr. de collatio. fund. pat. libro 11. Cod. & l. xiij. C. de præd. minor. & l. prima. l. secunda. l. nona. l. 17. de extraord. munerib. in Cod. Theod. patrimoniales accipit. Quos fundos qui colunt patrimoniales coloni uocantur. l. 7. C. ubi causæ fiscal. Rubr. de fugitiu. colon. patrim. lib. xj. C.

Ita Patrimonialem possessorem accipe in l. 4. de anno. & tribut. in C. Theod.

PATRIMONIVM ppriè est, quod nobis à parentibus relictum est, & à maioribus obuenit. Cicer. lib. 2. Epist. ad Cælium: Filio meo, si ulla erit Respub. satis amplum patrimonium relinquam memoriā nominis mei. Generaliter tamen pro quibuscunq; bonis accipit. ut nomine patrimonij intelligamus qdquid continetur appellatione pecuniæ. l. rei appellatio. de uerb. signific. & in patrimonio nostro rem esse dicamus quoties possidētes exceptionem, aut amittentes actionem habeamus. l. rem in bonis. ff. de acquir. rerum dom. Simul & ipsa nomina contineantur, quemadmodum meorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri respondit Paulus l. meorum. de uerbor. signific. Nec obstat quod Pomponius in l. cum pupillus. ff. rem pupill. saluam fore. id quod est in nominibus, à patrimonio distinguere uidetur: quia strictè patrimonij nomen usurpare, atque ad exactum iudicium reuocare, specie ipsa quā tractabat, coactus est. de pupillo nanque agit ibi, cuius patrimonio id quod in bonis est, nō etiam quod est ex bonis comprehendimus. Hotomann. Cæterùm eorum dūtaxat, qui sui iuris suæ potestatis sunt patrimonium est. Reliquorum peculium ueluti patrimonium uocatur. l. xxxiij. §. primo. & l. 48. in fine. ff. de pecul. Differt itaque patrimonium à peculio, quòd id de patrefamiliâs & eo qui sui iuris est dicatur: ac cum de patrimonio testamento statuerit, inofficiosi querela possit intendi: peculium uero fit filiorumfamiliâs, nec ad inofficiosi querelam pertineat. Brechæus ad l. paterfamiliâs. ff. de uerbor. & rerū signific. Adde Balduinum in comment. super instit. Iustin. libr. 2. de rerum diuis. & adquirendo ipsarum dominio. titulo 1.

Deinde Patrimonium ab hęreditate differt, quòd illo uerbo, rès ipsæ: hoc ius à patre relictum intelligitur. Cicer. libro de offic. 1. Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria uirtutis, rerumque gestarum: cui dedecori esse, nefas & uitium iudicandum est. Sed consuetudine loquendi res eò deducta est, ut iam plerunque cuiusuis generis bona, siue à patre relicta, & aduentitia, siue patrisfamiliâs opera ac diligentia parta eo nomine intelligantur. Sic Vlpianus lege, bona. de bonorum possessione. Bonorum possessio, inquit, est ius persequendi retinendique patrimonij. Iuuenalis,

Non propter uitam faciunt patrimonia quidam,
Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt.

Pompon. l. 112. §. 1. ff. de uerb. obliga. Plerunque idonei

nei non tam patrimonio, quàm fide æstimatur. Hot.

In patrimonio esse & in bonis esse differũt. Cum enim dicitur res esse aut in patrimonio aut extra patrimonium, id ostenditur, res aut posse uenire in hereditatem aut non posse uenire: ut sunt res sacræ & religiosæ. Sed cum dicitur res esse in bonis, tunc possessio quædam demonstratur. Ideoque seruitutes, licet sint in patrimonio nostro, neq; in bonis tñ neq; extra bona sunt. l.1. de usu, & usufr. leg. In bonis enim non sunt, quia non posidentur: Extra bona etiam omnino esse dicere non possumus: quia per res quas posidemus, quasi seruitutes tenemus. Ferret. tit. de rerum diuisione.

PATRIMONIVM omnem omnium bonorũ possessionem appellamus, etiam quę à matre proueniunt, quod uiri est ea parare & quærere & quæsita conseruare. Connan. lib. 8. c.3. nu.6. & lib.3. c.2. nu.3.

PATRIMONIVM aliud est priuatum l.8. Cod. Th. de iur. fis. l. ult. C. de agr. & man. lib.11. aliud sacrũ l.1. C. de indict. lib. x. l. ult. C. de uect. & com. quod à re priuata separari solet & domibus, ut in edicto 4. & 8. Cuiac. ad Rub. C. de fund. patri. lib.11.

PATRIS & matris nomen, iuris est & potestatis, ut quemadmodũ uir dominus Familiæ, ita uxor domina sit. Connan. lib. 8. c.2. num.3.

PATRIS appellatione, adoptiuum non contineri, docuit Bald. in l. si non speciali. C. de testam. Cui sententiæ Alex. Imolensis in odiosis subscribit. Lexicon Alberici, quod ut nobis protrusum est, nothum esse conijcio, sic habet: Pater Græcè, id est, genitor. Et dicitur pater, quia patratione rei Venereæ, filium generat. Vel quod melius est, à pantater Græcè, id est, omnia conseruans. Eiusmodi flosculis abundãt Interpretum ętatis illius monumenta: nimirũ, quòd eam expositionem uocabulorum reddere cogebantur, quam à maioribus suis acceperunt: apud quos Donato, Seruio, Acroni, Porphyrioni, Festo, Varroni, Marcello, & huius notæ, successerunt Huguitio, Papias, Catholicon, Brachylogus, Græcismus. Porrò quod ad naturã pertinet, semper incertus est pater. ut Odyss. lib.1. Homerus tradit: Illo me genitum dixit pia mater, at ipse Nescio. nam proprium certus scit nemo parẽtem. Manet etiam hodie uulgi iocus, quo dicitur, sapientem esse filium, qui patrem suum norit, ut Eras. noster refert in explicatione Adagij, Matris ut capra dicitur. Spiegelius.

PATRIS nomine auus quoq; demonstrari iusta interpretatione intelligitur. l.201. ff. de uerb. signific. Quod in his maximè uerum est, quæ benignè accipienda & interpretatione adiuuanda sunt: uti q; enim in l. Iulia de maritandis ordinib. & in l. Iulia de adulterijs. patris appellatione auus non continetur. l.44. §.1. ff. de ritu nupt. l. xx. ff. ad l. Iul. de adult. Bris.

PATRIS sacris liberari dicebatur filius qui paterna ditione subtraheretur. ut apud Constant. Horum autem sacrorum uinculum non magnum fuit, nec in ijs fuit præcipuè patris authoritas sed in eo quòd uitæ necisq; & bonorum filij potestatem habuit: ut uerisimilius sit ab eius persona, quæ sancta & sacra est hunc loquendi morem inductum. Connanus lib.2. cap.13. num.6.

PATRITIATVS honos, fuit Iustiniani tempore, cuius uis non satis adhuc, quod sciam, intellecta est: nisi quod Suidas scribit, eos legationes ex Senatu mittere consuesse. Cassiodorus autem lib. Variarum 6. perpetuum eum fuisse honorem significat, & cingulo ornatum, cùm iurisdictionem tamen exerceret nullam. Quod à Zenone significari arbitror in l.3. C. de consul. ubi Patritiatum honorarium Consulatum appellat. Quod nisi me animus fallit, Cassiodorus hunc Episcopis honorem tribui solitum significat: ijs, opinor, qui Constantinopolitanæ ecclesiæ præfecti Patriarchæ dicebantur. Videtur enim hæc illius fuisse sententia, ut quando in populi Rom. religione Patritij soli sacrorum procurationem Romuli instituto gerebant, & rex quidam sacrorum esset: non incommodum uideretur, si in religione Christiana, qui sacris præest, idẽ etiam magistratus summi ornamentis atq; insignibus decoretur. Obseruo etiam hoc ex eodem auctore, Patritiatum non magistratus, sed ordinis nomen fuisse: neq; enim unus erat patritius, sed cõplures, quasi Senatus principes, qui certis antea magistratib. perfuncti erant. deniq; quales Romæ florente Rep. Consulares, Prætorij & Ædilitij fuerũt: quibus in Senatu curuli sella uti, primisq; sententias dicere ius erat. Quare quod in l. iij. C. de consul. legimus, Patritiatus honorem cæteris omnib. anteponi, non ita accipiendũ est, quasi summus esset aliquis magistratus: primùm qa magistratus (ut docui) non erat: deinde quia Cassiodorus in formula patritiatus scribit, consulatum patritiatu superiorem fuisse. Præfectorios, inquit, & aliarum dignitatum uiros præcedit, uni tantum cedens fulgori, quem interdum etiam à nobis cõstat assumi: hoc est, ut ego interpretor, Cõsulatui: tametsi uerba hęc apud Cassiodor. corruptè legantur. nam Vnitatum pro Vni tantum uulgò legitur. præterea præfectum urbis summum omnium magistratum gessisse constat ex l.1. & 3. C. de offic. præf. urb. Et quod Cassiodorus de præfectorijs scribit, constat de ijs qui iam præfectura functi sunt intelligendum esse. Nomẽ autem à Rom. patritiorum splendore ductum esse, res indicat. nam cum ij propter familiæ antiquitatẽ cæteris antecellerent, & plerunq; ijs honores mandarentur: translato Constantinopolim imperio eos senatores qui curulibus magistratibus erãt functi, patritios dici placuit. Quibus ius patrumfa. concessum fuisse, Cassiodorus quoq; eodem loco testatur. Hot.

Huius dignitatis seu honoris nullam mentionem apud Latinos autores esse testatur Budæus in l. ulti. ff. de senat. Cæterum Suidas eos quasi cõmunis reipub. patres appellat. Non itaq; hi patritij ijdem sunt cum ijsdem de quib. paulo pòst: sed penitus ab ijs diuersi id quod aduertère Ferrarius & Aldobrandinus in §. filiusfamiliâs. Instit. quib. mod. pat. potest. sol. & Zasius in tit. ff. de Senat. Aldobrandinus dictos existimat non quasi communis Reipub. patres ut Suidas uoluit, sed quasi principis. dic. §. filiusfamiliâs. in Historia Pauli Foroiuliani de reb. gestis Langobardorum extante in bibliotheca Vaticana Romæ: hęc forma dignitatis patritiatus constituendæ traditur: patritij dignitas taliter disponenda est, quatenus illa non uili personæ nec alicui cõcedatur ignoto. Sit enim ualde notus Imperatori, sit fidelis & prudens, non elatus. Protospatarius ueniens ante Imperatorem, osculetur suum humerum, & dicat: Maxime Imperatorum, adest quem uocasti. Tũc stet ad sinistrã Imperatoris illius Hipparchus, quem nos dicimus præfectũ, & dicat ei Imperator cum protospatario futurum patritium adducito. Dum autẽ uenerit patritius in primis osculetur pedes Imperatoris, deinde genu, ad extremum osculetur ipsum: tunc osculetur oẽs Romanos circunstantes, & dicant oẽs: Bene ueniatis. Nobis nimiũ laboriosum esse uidetur concessum nobis à Deo ministerium solum procurare. Quocirca te nobis adiutorẽ facimus, & hunc hono-

 rem

rem tibi concedimus, ut ecclesijs Dei & pauperib. legem facias, & inde apud altissimũ iudicem rationẽ reddas. Tunc induat eum Imperator mantũ, & ponat ei in dextro indice annulũ, & det ei bombacinũ propria manu scriptum, ubi taliter contineatur scriptum. Esto patritius misericors & iustus, tũc ponat ei in caput aureum circulum. & dimittat.

PATRITII non ijdem sunt qui nobiles: ut uulgò creditur. Nobiles enim omnes sunt ex plebeijs: ut modò demõstrabimus. Nam populus Romanus ita distinguitur, ut alij patritij essent, alij plebeij. Patritij, qui eorum Senatorum progenies erant quos Romulus crearat. hac tamẽ ætate, inquit Liuius, antiquissimæ cuiusq; senatoriæ familiæ liberi, patritij appellantur. tales erant Clodius, Piso, Catilina. Plebeij uerò qui ex populo à Romuleis Senatoribus reliquo dimanarunt. ut C. Antonius, C. Cassius, M. Cicero, T. Pomp. Atticus. Horum plebeiorum alij Nobiles, alij uerò Noui homines dicebantur. Nobiles, quorum parẽtes curuli aliquo magistratu erant functi. Noui, qui primi ex sua stirpe magistratum curulem erant adepti. Quod Asconij auctoritate uerum esse docebimus. Is enim in argumento in orat. in toga cand. Sex, inquit, competitores in Consulatus petitione Cicero habuit: duos patritios, P. Sulpitiũ Galbam, L. Sergium Catilinam: quatuor plebeios, ex quibus duo nobiles, C. Antonium Marci Oratoris filium, L. Cassium Longinum: duos qui tantum non primi ex familijs suis magistratum adepti erãt, Q. Cornificium, & C. Licinium Sacerdotem. Solus Cicero ex competitoribus equestri erat loco natus, atque in petitione patrem amisit. Apertè Asconius nobiles in plebeijs numerat: & nobiles à nouis hominibus distinguit, qualis erat Cicero, ut illi persæpe obiectum est. Itaq; Verrem & Hortensium significans Verrina sexta, sic loquitur, Nec ista præclara nobilitas desinat queri, populum Rom. hominibus nouis atque industrijs honores mandare, semperq; mandasse. Neque, ut opinor, reperietur, quenquam è patritia familia hominem Nouum appellari. Itaq; nec M. Scaurum, cuius parentes ignoti Romæ & contempti iacuerãt, Asconius Nouum appellat, sed ei non minus quàm nouo homini laborandum fuisse. Scaurus, inquit, ita fuit patritius, ut tribus supra eum ætatibus iacuerit domus eius fortuna. nam neque pater, neque auus, neq; etiam proauus, ut puto, propter tenues opes, & nullius uitæ industriam honores adepti sunt: itaque Scauro æquè ac nouo homini laborandum fuit. Hot.

PATRICIORVM nomen unde fluxerit, Velleius Patercul. priore uolumine his uerbis ostẽdit: Romulus centum homines electos appellatosq; patres, instar habuit consilij publici. Hanc originẽ nomen patriciorum habet. Dicti autem patricij quòd patres ciere possent. Plut. in ῥωμύλῳ. [Greek text illegible] Hic autem non est prætereunda, quæ inter Dionysium & Liuium est controuersia. Dionysius enim ait Romulum patritios primò, deinde cẽtum ex patritiorum primoribus, qui numero longè plures erãt, Senatores fecisse, ita, ut uerè dici posset, Senator est, ergo patritius: non ècontra patritius, ergo Senator, quum ex Dionysio non omnes facti patritij Senatores lecti essent. Liuius uerò centum tantũ patritios à Romulo factos fuisse, prodit, quos etiam Senatores fuisse refert, Romuliq; secundam ex Sabinis lectionem omittit. Hos autem à Romulo prima lectione patritios creatos, eos esse constat, qui maiorum gentium dicti sunt. Qui uerò à reliquis regibus, Brutoq; primo consule, minorum gentiũ. De quo plura Onuphrius Panuinius, in comment. lib. 1. Fastorum, de patritijs & Senatorib. Et hæc erat stante Romana repub. uerbi huius significatio. Verùm longè aliter Patricij in Constitutionibus recentiorum Impp. accipiendi sunt, ut suprà monuimus. In quib. Patricij Imperatorum consiliarij, quasi eorũ patres, uocantur. Sic enim à Iustinia. in l. ult. Adde Cuiac. ibid. C. de consulib. lib. 12. & §. sed filiusfa. Insti. quib. mod. ius pat. pot. & à Nicephoro uocãtur lib. 13. hist. Ecclesiastic. c. 1. & c. 4. & à Claudiano, cuius sunt de Eutropio patriciatus honore decorato uerba:

Præsidium legum genitorq; uocatur
Principis, & famulum dignatur regia patrem.

Iustinia. Nouell. 80. [Greek text illegible] Itaque patricius πατὴρ βασιλέως à Luitprando uocatur lib. 3. de reb. per Europ. gest. cap. 8. Sic in l. 64. in fin. & l. ul. ff. de decurio. lib. x. C. & in l. 3. C. ubi Senator. & in Epistolis Iustinianeis patriciorũ nomen, patriciatusq; dignitatem accipe. Paul. Diaco. lib. 14. Appendicis ad Eutrop. de Aetio. Nec multo post etiam patriciatus dignitatem consecutus est. Briss.

PATROCINIA appellari cœpta sunt, cũ plebs distributa est inter Patres, ut eorum opibus tuta esset. Inde factum est, ut Patrocinium pro tutela & defensione dici cœperit. Festus.

PATRONA, propriè non est uxor patroni, licet bonis moribus conueniat: huic etiam reuerentiam à liberto exhiberi, & ideò sine uenia in ius uocari non debeat. l. 1. C. de in ius uoc. Spieg.

PATRONATVS ius hodie aliter in iure ciuili, aliter Canonico accipitur: Nam iure ciuili appellatur hoc ius, quod patroni in libertorum persona bonisq; habent, operarum scilicet exactionem, intestati successionem, bonorum possessionem contra tabulas. tit. de iure patro. Iure uerò Canonico ius patronatus (seu aduocationem, seu custodiã, seu alio nomine quis illud appellet) est ius idoneos rectores in Ecclesijs instituendos Episcopo offerẽdi &c. quod alicui in Ecclesia acquiritur eo quod ipse, uel eius authores Ecclesiam posuerint, ædificarint, uel opibus non minimum auxerint, consensu Episcopi adhibito, ex quo iure, cum utilitate honor & onus simul resultant. De quo Canonistæ tot. tit. de iur. patronat. & in capit. quicunque. capit. decernimus. 16. quæstion. vij.

PATRONORVM tutela dicitur: Nã si cui nullus omnino tutor esset, ei dabatur in urbe quidem à prætore urbano. l. si quis sub conditione. ff. de testa. tut. & maiore parte Tribunorum plebis ex lege Attilia. Inst. de Attilia. tut. Et l. XII. Tabularum libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinebat. Eo enim ipso, quod hæreditates libertorum libertarumq; si intestati decessissent, iusserat lex ad patronos liberósue eorũ pertinere, crediderunt ueteres, uoluisse legẽ, etiam tutelas ad eos pertinere. Quia plerunq; ubi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet, Instit. de legit. patronor. tut. Vide Ræuard. Variorum lib. 1. cap. x. Vide etiam infrà Tutela.

PATRONOS primùm uocarũt Romani, auctore Zonara in Romulo, & Hesychio in uerbo πάτρωνες, τοὺς προϊσταμένους καὶ βοηθοῦντας, qui & προστάται à Græcis appellantur. Nam ut scribit lib. 2. Dionysius, Romulum ferunt

runt patricijs plebeios commendasse, optione cuiq; è uulgo data quem uellet patronum eligendi, more ab Atheniensibus repetito, & eam pauperum tutelã patronatum appellatam fuisse: iusq; patronatus offi cijs tum inde apud Romanos durantibus huiusmodi constitisse: nimirum ut patroni clientibus de iure responderent, cuius illi rudes erant, & ignari: absentium æquè atque præsentium curam gererent, adessent in iudicijs, omnemq; accusatoris impetum sustinerent. Iuxta Plauti illud in Menec. Iuris ubi dicitur dies, simul Patronis dicitur: quippe qui pro illis loquantur, malè quæ fecerint: aut ad Populum, aut in iure, aut apud iudicem res est. Sic me hodie nimis sollicitum cliens Quidam habuit: neque quod uolui agere quicquam Licitum est: ita me attinuit, ita me detinuit. Apud Ædiles pro eius factis plurimis Pessimisque dixi caussam. Et fuit certè ius istud patronatus tantæ apud ueteres auctoritatis, ut contenderit expressè M. Cato, patrem primum, deinde patronum proximum nomen habuisse, auctore Gellio libr. 5. cap. 13. Proinde non est dubium quin seuerè in patronos fraudulentos Romani animaduerterint. Sanè Dionysius auctor est, clientem aduersus patronum, aut patronum aduersus clientem dicere testimonium non potuisse: nec alterum ab altero accusari, aut inter inimicos numerari: qui quid horum fecisset, teneri eum Romuli lege de proditoribus, eumq; ut Diti sacrum, interficere cuilibet liberum fuisse. Atq; huius quidem prisci iuris Decemuiri etiam nostri aliquam in suis tabulis memoriam superesse uoluerunt. Ideoq; ius istud patronatus à Romulo uti introductum fuit, ita in suas quoque tabulas transtulerunt, his uerbis: Patronus si clienti fraudem faxit, sacer esto: quemadmodum Seruius Honoratus, & post eum Iulius Sabinus exponentes illud Virgilij, Et fraus innexa clienti, adnotarunt. Refert idem Sabinus per fraudem in hac lege præuaricationes Vrbanũ intellexisse, quod Reg uardo ad omnem fraudem, dolumq; malum potius referendum uidetur. Et quia patroni ex lege Romuli clientum caussis adesse, easq; defendere cogebantur, ideo factum est, ut Oratores & aduocati caussarum patroni quoque dicerentur, non solum Philologis, sed & Iureconsultis, ut apud Iustinianum in l. rem non nouam. §. patroni. Codic. de iudic. Patroni tamen & aduocati apud Ciceronem plurimum differunt. Nam ut docet Asconius in diuinatione, patronos appellat oratores, aduocatos uerò Iurisperitos, qui oratoribus iuris ignaris in caussis, quid iuris esset, suggerebant, quemadmodum nunc quandoque caussidici ciuitatis aduocatos monere solét. Eos autem in primo de oratore ait à Græcis πραγματικοὺς uocari. De quo latius Ferran. lib. 2. Explicationum cap. 6. ad l. aduocati. Codic. de aduocat. diuers. iudic. Et patronum tum intelligimus deesse, quum bene ingenioseq; non defendit, non uerò cum simpliciter patronus nullus reperitur. Spiegelius. Postea hoc nomen manumissoribus datum est. Patroni autem uariè in iure ciuili accipiuntur. In edicto De in ius uocando, & adfinibus titulis, Patronos accipimus eos, qui ex seruitute manumiserunt, siue sponte, siue ex necessitate, quoniam rogati fuerant manumittere, uel hac lege emerant, ut manumitterent. Item qui collusiones detexerunt, uel qui præiudicio pronunciati sunt patroni, cùm alioquin non essent, uel qui aduersario deferente iurarunt se patronos esse. Non habentur contra pro patronis hi contra quos iuratum uel pronuntiatũ est, & qui iureiurando adegerunt, ne uxorem ducerent, & qui seruo suis nummis redempto fidem fregerunt, aut contra legem uenditionis prostituerunt. l. 8. §. 1. cum duabus ll. seq. ff. de in ius uoc. Quod uerò ad successionem intestati attinet, Patronus non est, qui se patronum esse iurauerit: aliter atque si patronus pronuntiatus sit, tunc enim sententia statur. l. 14. ff. de iure patro. Sed & hi, qui ex causa fideicommissi, uel ex lege in emendo dicta ad libertatem perduxerũt, uel qui dotalem seruum manumisit, ad legitimam libertorum hæreditatem ut patroni admittuntur. l. 3. ff. de suis & legit. At in eo legis Iuliæ de maritandis ordinibus capite quo libertæ diuertendi à patrono, cui nupta est, potestas adimitur, qui ex caussa fideicommissi manumisit, uel non suis nummis emit, uel se patronum esse iurauit, pro patrono non habetur. l. 45. ff. de ritu nupt. Quam etiam circa alimenta præstanda interpretationem seruari Vlpianus in l. v. §. si quis à libertis. ff. de liber. adgn. docet. Vbique uerò Patroni appellatione etiam patrona cõtinetur. l. 52. ff. de uerb. signif. Hotom.

Hodie etiam patroni dicuntur Aduocati ecclesiarum, uice domini, custodes, uel Guardias habentes, similibusq; nominibus appellati, de quibus tot. titu. extr. de iur. patro. Licet ut glo. in c. prætereà. d. tit & ibi additio annotat, Alij patroni, alij quoq; aduocati esse putẽtur. Et in hac quidem significatione quis patronus efficitur tribus de causis, delatione, donatione, & constructione, unde uersus:

Patronum faciunt dos, ædificatio fundus.

PATRONVS dictus quasi pater, eodem modo quo Matrona. Seruius in illud Virg.

Et fraus innexa clienti.

Ex lege, inquit XII. Tabularum uenit, in quib. scriptum est. Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto. Si enim clientes, quasi colentes sunt, patroni quasi patres: tantundem est clientem, quasi filiũ fallere. Hot. & Conna. lib. 2. cap. 7. nu. 1.

PATRVELES, à patruo dicti: quòd duorum patruorum filij sint. Quoniam qui pater alteri est, alteri est patruus. Sicut sorores patrueles nuncupãtur, ex duobus & ipsæ fratribus genitæ. Atq; duarum sororum, aut plurium filij, inter se Sobrini dicũtur, tanquam Sororini. Lege, Consobrini.

PATRVELES à consobrinis hoc differũt, quòd Consobrini propriè dicuntur, ex auunculo aut matertera prognati: Patrueles uerò ex patruo Titij ꝓgnati: Amitini ex amita. unde Cic. in Ligariana filiũ Titi Bocchi auunculi Ligarij consobrinum appellat. indeq; intelligi facilè potest illustris differentia: patrueles quippe nõ minus quàm duo esse possunt, ex fratribus scilicet duobus nati: amitini autem inter se duo esse nequeunt. quem enim amitinum Titius appellat, ab eo consobrinus nominatur. §. 4. de grad. apud Iustinia. Ita ergo poterit Titius appellari consobrinus, patruelis debebit, amitinus non poterit. quanquam confundi plerunq; soleat discrimen: ac generaliter Consobrini pro quibuslibet fratrũ ac sororum liberis, sicut apud Græcos ἀνέψιοι usurpari. l. 19. C. de nupt. Hot. Connan. lib. 8. c. 5 num. 1.

PATRVELES, fratres uel sorores sunt, ait Caius, qui quæue ex duobus fratribus progenerantur. l. 1. §. 1. ff. de grad. & adfi.

PATRVVM Plautus appellat pãtrui magni filium, id est, propiorem sobrino. nam in Pœnulo cum Pœnus Agorastocli dixisset patrem eius sibi patruelem fuisse, continuò respondens Agorastocles, Mi patrue, salue. & scena insequenti, Patruo aduenienti

ti cœna curetur uolo. itemq; deinceps. Hotom.

PATRVVS est frater patris.l.2.§.1.ff.de suis & le git.l.ult.§.3.ff.de gradib. & adfinib. l.5.ff.unde legit. frater uero aui patruus magnus uocatur.l.1.§.4.l.ul. §.patruus magnus.l.pen.ff.de legit.tutorib. Pau.lib. 4.Sent.tit.11.l.1.C.de success.ed. Proaui uerò nostri frater idemq; patris uel matris patruus magnus,nobis Patruus maior est.d.l.ult.§.patruus maior.l.38.§. Iulius.ff.de leg.lib.3. Qui & propatruus à Gaio in l.1. §.ult.ff.de gradib.& à Paul.lib.4.Sent.tit.11. At abaui frater patruus maximus in d.l.ult.§.patruus maximus,qui & abpatruus dicitur in l.3.ff.de gradib. & à Paulo in suprà citato loco Patrueles dicuntur fratrum filij.l.1.§.4.l.ult.§.eodē gradu.ff.de gradib.Isid. lib.x.Etym.cap.5. Brissonius.

PATRVVS magnus est frater aui: inquit Paul.l. x.§.8.ff.de gradibus.

PATRVVS maior est,paui frater, patris uel matris patruus magnus.l.Iurisconsultus. §. patruus. ff. de gradibus & affinibus.

PATRVVS maximus est(ut ait Paul.) abaui frater,ataui & ataujæ filius, patris uel matris patruus maior.l.x.§.x.ff.de gradib.Ant.Aug.lib.emēd.2.c.4.

PAVCA, dicuntur duo l.1. ff.de præscript. uerb. At tria ueniunt multorum nomine. l. licet. Imperator de leg.2.cum simil.Spiegelius.

PAVCA uerba, ex facti qualitate cognoscuntur. Vid.Bar.in d.l.scire oportet.in pr.ff.de excu.tut.Sp.

PAVCORVM significatio uariat in iure. nā pendet ex personarum, causarū,rerumq; qualitate,tum temporis ratione. Vide Bart.in l.scire oportet. ff. de excus.tut. Apud ueteres Pauci pro bonis ponebantur:ut Multi pro malis. autore Nonio. Spieg.

PAVLATIM, sensim. Institut.de rerum diuis.§. præterea.in princip.

PAVLIANA ea actio appellatur,per quam quæ in fraudem creditorum alienata sunt, reuocantur. l. 38.§.in Fabiana.ff.de usur.Theophil.etiam in §.item si quis.Instit. de actionib. ait creditoribus bona debitoris ex sententia præsidis possidentibus ad ea,quæ in fraudem & circunscriptionem eorū alienata sunt reuocāda,in rē actionē dari,q̄ Pauliana appellat̄ Br.

PAVLISPER,pro paulum admodum.l.2.C.de his qui spont.mun.publ.sub.lib.x.

PAVLO, idem significat quod parum, uel paulum.l.tutor.§.cum hæres.ad Velleian.

PAVLO mox,statim,cum paruo interuallo.

PAVLO antè,pro nuperrimè. Authent.Quibus mod.nat.in princip.

PAVLVS,à parum,adiectiuum,pro rarissimè usi sunt autores,præter quàm in ablatiuo.

PAVPER est Bartolo,q in bonis nō habet quinquaginta aureos.l.qui accusare.ff.de Accusat.Est tamē Pauper accipiēdus, qui pro qualitate rei de qua agitur, satis non habet.in arbitrio itaq; ius dicentis erit,ut ex personarum & rerum qualitate, dijudicet, quem locupletem,quemq; pauperē ducat. per ipsū Bartol.in l.qui accusare.ff.de Accusat.Spieg.

PAVPERIES.Pauperies est ipsa paupertas.Horatius,in Epistolis.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens,per saxa,per ignes.

In iure autem nostro pauperies est damnum sine iniuria facientis datum. Nec enim dici potest animal, quod sensu caret, fecisse iniuriam.l.1. si quadrupes. pauper. fecisse dica.ff.§.1.Institut.eod tit. Actio autē de huiusmodi pauperie ex lege XII.Tabul. descendens(quæ lex uoluit aut dari quod nocuit, id est,id animal, quod noxiam commisit, aut æstimationem noxiæ offerri) ad omnes quadrupedes pertinet, & (ut refert Vlpianus in d.l.1.ff.eo.)locum habet,cum commota feritate nocuit quadrupes. Anch.

PAVPERTATEM à pauperie eò separat,quòd paupertas ipsa conditio sit. Pauperies uerò damnū. Sic in l.14.in fi.ff.de præscript.uerb.& apud Paul.libro 1. Senten.tit.xv. hoc uerbum exaudiendum est. Pauperes quod ad accusationem perferendam attinet,habētur,qui minùs,quàm quinquaginta aureos in bonis habent.l.x.ff.de accusatio. Cui conueniens est quod Constantin.lib.1.Epit.tit.6.scribit, ἐν πένησιν ὁ μαρτυρῶν πένης δὲ ἐστιν ὁ μὴ ἔχων πεντήκοντα νομίσματα. Planè in excusationib. tutorum ob paupertatē antiqui crediderunt huius rei definitionem arbitrio æstimationiq; iudicis committendam.l.9.ff. de excus.tut.§. sed & ob paupertatem.Instit.eo. Briss.

PAVPERIEM item Iustinianus in legibus suis Georgicis uidetur appellare πράδαν, uoce noua, & ut opinor parum ueteribus nota ut refert Balduin. tit.si quadru. paup.fecisse dicatur.

PAVPERIOR non est,qui non acquirit,sed qui patrimonium dilapidat.l.si sponsus. §. si maritus. ff. de don.int.uir.& ux. Vide item l.si uir uxori. ff. pro donato.Spiegelius.

PAVPERRIMVS,ad opinionem refertur. l. hæreditatem. §.filius.ff.de Castr.pecul. Spiegel.

PAVPERTAS, est ipsa pauperis conditio. Quotuplex illa sit,Bart.explicat in Minoricis,lib.1. An uerò,& quibus casibus prosit,tractat in l.illicitas.§.fin. de offic.præsid. Spieg.

PAVPERTINVS, Apuleiana uox, & priscorū; pro tenui & paupere uti Marcellus annotauit,&c. Ioann. Bapt. in comment. Epist. Sidon. Apollina.ad Hesperium.lib.2.

PAVPERVM appellatione, etiam continentur qui in reatu sunt, uulgò carcerati pro maleficio uocantur.l.Iulius.C.de episc.aud.Spiegel.

PAVIMENTVM, ipsum domus solidamentū: dictum à pauiendo, id est, tundendo, siue feriendo: quòd dum fiunt pauimenta, pluribus simul diebus feriuntur.& tunduntur,ut solidiora sint, & ne rimas faciant. Vide l. foramen.ff.de seruit.urb.præd. Plinius indicat,apud antiquos pauimentorum genera multa fuisse,c.25.lib.36.Spiegelius.

PAVO,qui & Pauus.auis uulgò nota.§.pauonū. Instit.de rer.diuis.Alberic.

PAVSA, quies,cessatio, Lucretio,Apuleio. Vnde Pausarius Senecę,qui pausam facit:uel potius,ut ipse interpretatur, qui uoce temperat impetū remigantium Epistola penult.lib.7. Spiegelius.

PAX,id est,humanarum rerum trāquillitas,à pactione adpellatur.l.1.in prin.ff.de pact.discordatiuis cap.1. de treug. & pac. estq; uinculum charitatis no. ca.nouit.de iud.extra.Briss.

Παραμάνδιον Latinam uocē esse Suidas scribit, qua etiam utitur Leo de re militari.& significat idem,qđ Græcis δίπυρος καὶ ξηρὸς ἄρτος,id est,expeditionalis annona. Cuiac.ad l.1.C.de erogat.mil.anno.lib.12.

P E

PECCARE,dictum quasi pellicare,id est, cū pellice coire. Vnde propriè est, adulterium committere. Sed usus effecit,ut pro quomodocunq; labi & offendere, & delinquere sumatur. Hoc omnium esse Deo excepto, refertur in Canonicis decretis de pœnit.dist.2.cui fine.in fin. Vide Bartol.sub fin.l.1.ff.de iust.& iur. Spieg.

PECCATORES, pro adulteris Iustinian. usurpasso,

passe, in instit. tit. fin. eruditiores quidã contendunt: indicantes, Baptist. Pium parum rectè, pro peccatoribus pedicatoribus legendum cẽsere. Vt certè ibidem non conuenit hæc uox. Attamen mihi magis probatur hoc loco uocabulum, stupratoribus, ut habet editio Norinbergens. Spieg.

PECCATVM, quidquid fit cõtra officium: quæ etiam culpa appellatur.

PECTAE, à πήγνυμι, quod est, figo: uel quod magis est, ἀπὸ τοῦ πέκειν, quod ornare significat Suidæ, & tondere quoq; pecora Aristophani. Alciat. C. de excusat. artif. lib. x.

PECTEN & Echinus, pisces ex testaceorum genere sunt: echino pro pedib. spinæ, pectini ungues, testa non admodum firma. de his habetur l. j. C. de monopol. Vbi cum omnium piscium, tum nominatim pectinis & echini monopolium prohibetur. Forcat. in penu iuris ciuilis cap. 20.

PECVA, ut ait Cic. in Pompeiana, ab eo quod est pecu, uenit: ut à genu, genua: & significat pecorum multitudinem. Spieg.

PECVARIA, numero multitudinis dicebantur omnia, ex quib. Pop. Rom. haberet reditus: quia diu hoc solum uectigal Romanis fuit. Nunc ea dictione fœmininè, & locũ in quo pecorũ greges consistunt, & scientiam parandi, ac pascẽdi pecoris, accipimus.

PECVARIVS, substantiuè, qui pecorum curam habet: ut canis, qui pecora custodit à luporũ iniuria.

PECORARIVS, si modo scribendũ non est, Pecuarius, qui pecua, siue pecora publica redimit, ut ait Asconius. Romani enim uetustiores, nihil in bonis aliquid præter pecudes habebant. Pecudis nomine omne animal est, quod ratione atq; effigie humana caret. Caius tamen ad leg. Aquil. l. Lege Aquilia. Seruis, inquit, nostris exæquantur quadrupedes, quæ pecudũ numero sunt, & gregatim habẽtur, &c. At Canis inter pecudes non est. Nebriss. Vallæ pecus est omne animal, quod sub imperio pabulo terræ pascitur. ut sunt boues, asini, equi, cameli, oues, capræ. Plinius elephantes uocat pecudes, cũ ait: qui cũ elephanto cõgressus, gemino ictu pecudẽ exanimauit. Modestinus de leg. iij. Pecudibus legatis, ait, & boues, & cætera iumenta continentur. Spieg.

PECVDIBVS legatis, & boues, & cętera iumẽta continentur ut ait Modestinus in titulo. de legatis iij. Maffæus.

PECVDVM seu pecorum numero sunt omnes quadrupedes, quæ gregatim habentur, ueluti oues, capræ, boues, equi, muli, asini, sues. Canis uerò inter pecudes non est, longeq; magis bestiæ eo numero non sunt. Sic in lege Aquilia & aliàs semper pecudẽ accipimus l. 2. l. 29. §. hac actione. ff. ad leg. Aquil. l. 65. §. pecoribus. l. 79. ff. de legat. iij l. 38. §. iumentorum. ff. de ædilic. ed. l. 12. §. sed & si pecoris. ff. de usu & habit. Bris. Hinc pecoris pascendi seruitus quæ definitur ius esse pecoris pascẽdi in alieno agro l. 1. §. In prędijs & l. pecor. Digest. de ser. rustic. præd. §. inter. de seruit. Instit.

PECVLIARES serui. Ordinarij serui ad subsidium ministerij seruos uicarios comparatos habebant: ideoq; peculiares aliquando uocabantur, quia in peculio ipsorum ordinariorum erãt, de qua re uideto amplius apud Fran. Connanum lib. 2. commentar. cap. 2. quo loco citat l. si Sticho. ff. de pecul. legat. l. seruos. ff. de legat. 3. Horat. lib. 2. Saty. 7. Et Martialis ad Maximum.

Esse sat est seruum, iam nolo Vicarius esse.
Qui Rex est, Regem, Maxime, non habeat.

De seruorum generibus uide Alexandrum Neapolitanum lib. 3. genial. dierum, cap. 25. & Cælium Rhodiginum. Brechæus in l. urbana familia. ff. de uerb. & rer. significat.

PECVLIARE crimẽ, commissum dicitur, quod sanguine, hoc est, uita, & ultimo supplicio expiatur l. ij. C. Ne sanc. bap. l. si quenquã de episc. & cler. Sp.

PECVLATOR est, qui furtũ facit pecuniæ publicæ, hoc est, qui de Principis aut populi ærario suffuratur. Crimen peculatus, quod etiam admittitur, cum intercipitur pecunia destinata uel religioni, uel usui publico. Pœna eius, est deportatio l. j. & duabus seq. ff. ad leg. Iul. pec. Spieg. Adde Balduini cõment. super instit. Iustin. lib. 4. tit. 18. de pub. iudicijs.

PECVLATVS, inquit Festus, furtum publicum dici cœptum est à pecore, quia ab eo initiũ eius fraudis esse cœpit: siquidem ante æs aut argentum signatum ob delicta, pœna grauissima erat duarũ ouium, & triginta boum. Hot.

PECVLATVS definitur (in l. 9. §. 1. ff. ad leg. Iul. de pecul.) pecuniæ publicæ aut sacræ furtum, non ab eo factum, cuius periculo fuit. & ideo ædituum peculatum non admittere. Qui ergo ex pecunia sacra, religiosa, publicaúe quid abstulerit, aut interceperit, aut in rem suam uerterit, quiue in aurum, argentum, æs publicum quid indiderit, aut immiscuerit, peculatus tenetur l. 1. ff. eod. Hot. adde Connanum lib. 3. cap. 1. num. 4.

PECVLATVS. Criminis peculatus obnoxij sunt, qui publicam pecuniam, uel rem sacram, uel religiosam, furati fuerunt. Institutio. de public. iudic. §. item lex Iulia. Pœna peculatoris est capitalis, uelut si iudex sit: si uerò alius, utpote plebeius, deportatio nis. d. §. item lex Iulia. Institut. eod. facit ad hoc l. peculatus pœna. & l. peculatus crimen. ff. ad l. Iul. pecul. Et hæc, quòd post quinquennium admissi criminis non exigatur, d. ll. peculatus pœna & peculatus crimen. ff. eodem. de uetustiori iure crediderim. siquidem contra eos, qui depeculati sunt publicas pecunias, tempus non tollit actionem. nam si quid ex publicis pecunijs retinuerint, temporis auxilio accusatores non excludunt, imò & si eos mori contingat, liberi eorũ licet ex lucro nihil participârint, uel hæreditario nihil sint consecuti, agentibus coguntur respondere l. ult. ff. eo. tit. quia accusatio repetundarum morte non soluitur l. in senatusconsultum §. idem. ff. ad Turpil. l. ex iudicio. ff. de accusat. Exempla autem pœnæ peculatus extant permulta in Chronico de regibus Francorum. Iacobus Belnensis Samblaciani dominus, primæ authoritatis uir, extremæ senectutis, peculatus suspenditur. Poncherius uir & generis nobilitate & opibus insignis, fide à rege accepta, cum gentilis Itali præsidis fraude, literis quibusdam remotis, suam innocentiam (quod promiserat) probare non posset, pari pœna punitur. Reliqui uerò quæstores, & rei nummariæ præfecti, in exilium profugiunt. Anno CHRISTI 1527. regni uerò Francisci Valesij regis, bonarum artium, & literarum omnium studiosissimi, 13. Anchoran.

PECVLIARE uinum, pro seruili, apud Vlp. Si peculiare uinum legatum sit, id contineri, quod serui habuerunt. Spieg.

PECVLIAREM mercem, non sicuti peculium accipimus, quippe peculium deducto quod domino debetur, accipitur. merx autẽ peculiaris etiamsi nihil sit in peculio dominum tributoria obligat. Maffæus.

PECVLIARES serui uocantur quandoq; quia peculio seruorum annumerabantur, similiter ac reliquæ res eorum peculiares. Connan. libro secundo capite secundo num.3.

PECVLIARITER, pro specialiter. C. de Comit. rei militar. l.ij. lib.x. l.ij. ff. de Tribut. act. Spieg.

PECVLIATVS seruus, qui peculiũ habet. Caius l.18. in fi. ff. de ædil. edict. æquè si quis simpliciter dixerit, peculiatum esse seruum, sufficit si is uel minimum habeat peculium. Plautus in rud. Peculiosum uocat. In Persa etiam uerbo peculiãdi est usus, atq; istanc ob rem ego aliquid te peculiabo. Hot.

PECVLIATVS appellatur peculio instructus seruus l.33. §. si uenditor. ff. de act. empt. l.18. in fi. ff. de ædilic. ed. Asinius Poll. lib.x. epist. Cicero. Traiecit sese in regnũ Bogudis planè bellè peculiatus. Apuleius lib.x. de asino aur. liberto acceptißimo & satis peculiato. Ambros. lib.iij. epist. xj. Quis autem peculiatus ad uitam æternam trãsijt, nisi uirtutum fultus peculio? Augustin. peculiosum dixit in psalmo xxxviij. Peculiosus, ait, seruus es cuiusdam magni patrisfa. Huic contrarius est expeculiatus, quo uerbo Plaut. utitur. Peculiare dicitur, quod ex peculio est, ut peculiaris seruus l.3. §. miles. ff. de suis & legit. l.21. ff. de pecul. leg. Plautus in prologo Captiuor. Hic postquàm hunc emit, dedit eum huic gnato suo peculiarem. Peculiaria mancipia l.4. §. 1. in fi. ff. de his, qui not. infam. Et peculiaris merx. Quam in tributoria actione non sicut peculiũ accipimus. Quippe peculium deducto eo quod domino debetur, accipitur, merx uerò peculiaris, etiam si nihil sit in peculio, dominum obligat. l.1. §. peculiarem. ff. de tributor. Item peculiaris debitor l.26. §. qui filiofa. ff. de condict. indeb. Et peculiare nomen, quod ex peculio factum est l.28. in fi. ff. de pignor. act. l.56. ff. de pecul. leg. Et peculiare uinum quod serui habent, siue quod in usu seruorum est l.9. §. ult. ff. de tritico uino. Peculiariter est ex peculiari causa & peculiari nomine l.1. §. si seruus. ff. de except. rei uendit. l.4. §. si eam rẽ. ff. de usucapio l.1. §. itẽ adquirimus l.4. §. si eam rẽ l.44. §.1. ff. de adq. poss. l.2. §. si seruus. ff. pro empto.

De peculio actio, in peculium appellatur l.30. §.1. ff. de pact. l.41. ff. de pecul. l.9. §. penult. ff. de dolo. l. penult. ff. de condict. furt. Per se autem nulla est de peculio actio, sed hæc qualitas condemnationis moderanda causa alijs actionibus adiũgitur, ueluti redhibitoria in peculium l.57. ff. de ædilic. ed. Actio de dolo de peculio l.9. §. penult. ff. de dolo. Condictio furtiua de peculio, in l. penult. ff. de condict. furti. & l.42. ff. de furt. Bris.

PECVLIVM est quod filius seruusúe permissũ patris uel domini separatum à rationibus paternis dominicisq; habet: deducto inde si quid patri dominoúe debetur, quasi pusillum patrimonium, uel pusilla pecunia l.5. in fin. ff. de pecul. l.37. §.1. ff. de adq. rer. do. Dixi permissũ patris uel domini, quoniã peculium non est id cuius seruus seorsum à domino rationem habuit, sed quod dominus ipse separauit, seruoúe perpetuo utendum concessit, suam substantiã ab huius ratione discernens l.4. §.1. l.26. ff. de pecul. Peculium autem eorum duntaxat est, qui in aliena potestate sunt: pater enim familiàs peculium habere non potest, quemadmodum nec seruus bona. leg. 182. ff. de uerbor. signific. Itaq; benè in lexico Latino græco ædis B. Germani peculium definitur κτῆσις τῶ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος ταπεινὴ ὡς ὁ δοῦλος Apud Isidor. quoq; lib.v. cap. xxv. Peculium esse traditur quod pater uel dominus filium suum uel seruum pro suo iure tractare patitur. adde Ræuardum l. filiusfamilias. ff. de reg. iur.

PECVLIVM, ut refert Vlp. in l. depositi. §. peculium. tit. de peculio. dictũ est, quasi pusilla pecunia, siue patrimonium pusillum. Peculium autem Tubero quidem sic definiuit, ut Celsus in lib. vj. Digestorum refert, quòd seruus domini permissu, separatũ à rationibus dominicis habet: deducto inde, si quid domino debetur. Idem Celsus in l. diffinitio peculij. 10 eo. tit. Peculij diffinitio, inquit, quam Tubero exposuit, ut Labeo ait, ad uicariorum peculia non pertinet. quod falsum est. nam eo ipso quòd dominus seruo peculium constituit, ut uicario constituisse existimandus est. idem Celsus in l. si chorus. §.j. de leg. iij. refert peculium id appellari quod præsidij causa reponeretur: ut Proculus ait quibusdam bellis ciuilibus factitatum, & sæpè audisse rusticos senes ita dicentes, pecuniã sine peculio fragilem esse. Inter has diffinitiones multiplices dubitauit Laurentius Valla, 20 quam sequi deberet, cùm Festus præsertim ita scribat: peculium seruorum est à pecore dictũ, sicut & pecunia nobilium. Et Seruius grammaticus: peculium, patrimonium. ita enim maiores dicebant, à pecoribus in quibus eorũ constabat uniuersa substantia. unde etiã pecunia dicta est à peculio, quod propriè seruorũ est: prout etiã uoluit Vlpia. in l. paterfam. peculium. ff. de uerb. sig. dum inquit: peculium habere nõ potest paterfa. quemadmodũ nec seruus bona. licet etiã peculium, abusiuè tamẽ, pro patrimo- 30 nio dicamus. Propterea dicit Laurent. Hãc rem, tanquam arbiter onerarius dijudicabo, & quidẽ breuiter hoc modo: peculium est, quicquid labore nostro paratum est, in quacunq; persona, licet in seruis iura uelint dominorum accedere consensum, (ut etiã superius dixi.) & ita sensit Verg. in Bucolico carmine,

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

Et ibi etiam Seruius & Horatius.

Rem poteris seruare tuam, redit uncia, quid fit
Semis, ad hæc animos ærugo & cura peculi.

40 Et Cicero in paradoxis: An eorũ seruitus dura est, qui cupiditate peculij nullam cõditionem recusant durißimæ seruitutis? Et illos quoq; rusticos senes, de quibus Celsus meminit (quẽ superius retuli) dictãtes pecuniã sine peculio fragilẽ esse: intelligi debent, sine lucro industria parto. Nã cur habẽti pecuniam maior pars præsidij collocetur in pusillo quod rẽposuit, quã in ipsa pecunia? cũ præsertim peculiũ sit pars pecuniæ. & in hoc putauit Valla defecisse nostros Iureconsl. sed in quo? Equidẽ non uideo quo- 50 modo à Iureconsl. dissentiat, licet sub uerborũ inuolucro seipsum decipiat, malignè cupiẽs calumniari. Et dum superius dixi, maiores nostros à pecoribus pecuniam denominasse, quia omnis pecuniæ pecus fuit fundamentũ, hoc etiã uoluit Colum. qui in vij. scripsit: in rusticatione uel antiquißima est ratio pascendi, eademq; quæstuosißima: propter quod nomina quoq; pecuniæ, & peculij, tracta uidentur à pecore, quod nõ solum ueteres possederũt, sed adhuc apud quasdã gentes unũ hoc usurpatur diuitiarum 60 genus. Plin. lib. xxxvj. scripsit, pecuniã sortitam esse nomẽ à nota pecudis, quoniã antiquitus numi effigie pecudis signabatur. Hinc Plutarch. in Publicola asserit, in uetustißimis nummis signũ fuisse ouis, & suis, bouisq; conspectũ. Legimus & apud Plin. quòd bos olim erat numisma Atticũ, bouis nota percussum, Didrachmum alio nomine dictũ. Proinde reprehensione dignus nõ est Iulius Pollux, qui in expositione eiusdem carminis Homerici, quod apud

nos

nos retulit Paul. Iureconſ. in l. j. ff. de cōtra. empt. putauit boues apud poetā intelligi poſſe pro nummis, in quib. bouis effigies impreſſa cōſpiciebatur: quod hodie etiam poſſumus dicere in illis nummis, quos uulgus Ambroſinos, ſeu Caualletos appellat. Et poſteaquam de peculio tractauimus, obiter caſtiganda eſt offendicula in eo. tit. de peculio. in l. quis ergo caſus. ibid. ſed in omnibus erit conceſsio. & ſcribendū: ſed in nominibus erit conceſsio. item paulopóſt in l. ſumma. uerſ. ſed dolum. Dolo (inquit) cum caret, caſtiga, dolo non caret. Cotta. Adde Forcat. in Necyomantiæ dial. 56. num. 1. & ſeq.

PECVLIVM erat priſcis temporibus particula quædam gregis (unde etiam nomen inuenit) quod patres ſuis filijs, dñi ſuis ſeruis induſtrię ſuæ exercédæ cauſſa concedebant: nunc uerò ſumma quædam eſt pecuniæ eadem de cauſſa conceſſa, & à paternis dominicisq́; rationibus ſeiuncta l. depoſiti, 5. & ſeqq. ff. de pecul. Dignum etiam obſeruatu eſt, quod ex Plauto notauimus, filiosfa. quibus patres uendēdas merces tradebant, peculium ex ijs pluris uenditis quàm quanti pater eas æſtimaſſet, locupletaſſe. nam in Mercatore ſic loquitur:

Lucrum ingens facio, præterquam mihi meus pater
Dedit æſtimatas merces, ita peculium
Conficio grande.

Sciendum eſt autem, iure quidem antiquo & florente Rep. nullum peculium non ipſius patris pleno iure fuiſſe. Nam (ut ait Diony. lib. 8.) *ῥωμαίοις οὐδὲν ἴδιον ἐστὶ κτῆμα, ζώντων ἔτι τῶν πατέρων, ἀλλὰ καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ σώματα τῶν παίδων ὅ τι βούλονται τοῖς πατράσιν ἀποδίδοται* Romani proprium nihil poſsident, quamdiu patres eorum in uita manent: ſed & pecuniæ & corpora filiorum, parētum poteſtati arbitrioq́; permiſſa ſunt. Verùm Imperatores ut præmio aliquo adoleſcentes ad militiæ labores inuitarent, Caſtrenſe peculiū ijs pleno iure conceſſerunt. quod Iuuenalis XVI. Sat. ubi militiæ præmia enumerat, his uerſibus declarat:

Solis prætereà teſtandi militibus ius
Viuo patre datur: nam quæ ſunt parta labore
Militiæ, placuit non eſſe in corpore cenſus,
Omne tenet, cuius regimen pater. ergo Coranum
Signorum comitem, caſtrorumq́; ære merentem
Quamuis iam tremulus captat pater.

Itaq́; Vlp. in l. 2. ff. de S.C. Maced. ſcribit filiosfamiliâs in Caſtrenſi peculio ius ac uicem Patrumfa. obtinere. Hotomann.

PECVLIVM aduentitium. Aduentitium peculium eſt, quod filio extrinſecus aduenit, utpote ex liberalitate fortunæ, uel laboribus ſuis. Ex liberalitate fortunæ eſt, ueluti ex hæreditate materna, aui, proaui, & aliorum à matre cognatorum, fratris, amici, uicini. Item, ex legato, fideicommiſſo, pacto, contractu, ex cauſa nuptiali, & huiuſmodi l. quæcunq́;. & l. cum oportet. in prin. Cod. de bon. quæ liber. Ex laboribus autem ſuis eſt, ex aſſeſsionis, uel poſtulationis munere, uel profeſsione qualibet. Et in ijs omnibus bonis pater fructum, filius uerò proprietatem habet. Verùm, de his nec patri præmorienti, nec filio quandiu in poteſtate eſt, teſtandi licentia eſt. d. l. quæcunq́;. & l. cum oportet. Cod. eod. §. igitur liberi. Inſt. per quas perſo. nob. acquir.

PECVLIVM caſtrenſe. Peculium caſtrenſe eſt, quod à parentibus, uel cognatis in militia degenti datum eſt, uel quod ipſe filiusfamiliâs in militia acquiſiuit, quod niſi militaſſet, acquiſiturus non fuiſſet. Nam quod erat & ſine militia acquiſiturus, id peculium eius caſtrenſe non eſt. leg. caſtrenſe. ff. de caſtren. pecul. facit l. ſi forte. ff. d. tit. Cuiuſmodi definitio, ut uerisſima, cum textus diſtinctione eius definitionis, quam de ipſo caſtrenſi peculio habet Cōſtantinus Hermenopulus, lib. 5. tit. ij. ubi de teſtamentis filiorum author Græcus, alioquin non pœnitendus, planè pugnat. Caſtrenſia ſunt (inquit ille) quæ quis priuatim ex ſua induſtria, uel militia, uel quocunq́; modo, uel hæreditate quæſiuit. Quare rectiùs feceris, ſi quæ Imperator in l. ultima. C. de inoffic. teſtamen. de hac perſpicuè ſtatuit, obſerues: ad quæ ea, quæ inferiùs ſequentur, propiùs accedunt. Caſtrenſia igitur ſunt. quæ ferro & armis filius tulit, quæq́; illi ex peregrinatione longinqua, & profectióne hyberna & æſtiua, hoc eſt, ex expeditionibus, obuenerunt. Et de ijs etiam, in poteſtate patria etiamnum exiſtens teſtari poteſt. ſcilicet in ijs teſtamenti liberam habet factionem, uſqueadeo, ut ſi parentes eius quid æris alieni pro ijs extricauerint, tum filij ad ſatisfaciendum illis teneantur, ac deinde de reſiduo teſtari poſsint. Sic, ſi ob grande æs alienum pater bona ſua à creditoribus uenundari paſſus eſt, caſtrenſe quidem peculium filij unà non diſtrahitur, neq́; illud pater uel indignatus filio adimere poteſt, ſed ſolius eius eſt, qui id ſibi parauit. Inſti. quibus nō eſt permiſ. fac. teſtam. His uerò rationibus peculium ipſum caſtrenſe differt à pagano. Adde Balduini cōment. ſuper inſtit. Iuſtin. lib. 2. tit. 9. per quas perſo. cuiq́; adquir.

PECVLIVM quaſi Caſtrenſe Iuſtinianus in cōſtitutione ſua quæ eſt ultima de inoff. teſtam. declarat dici quod filijfamilias induſtria ſua quærunt in diuerſis dignitatibus uel adminiſtrationibus poſiti. Vnde à manu principis uel ex publicis Salarijs quaſdam largitates conſequuntur. Sed & patroni cauſarum, memoriales, agentes in rebus nec non magiſtri ſtudiorum liberalium artium. Archiatri quoq́; & alij omnes omnino, qui ſalaria, uel ſtipendia accipiunt publica. Connanus libro nono capite quarto numero quarto.

PECVLIVM quaſi caſtrenſe. Dicimus peculium quaſi caſtrēſe, quod ex pùblico munere, aut functione aliqua, operaúe, etiam ex priuatis perſonis filius aſſequitur l. fi. C. de inoffic. teſtam. l. ſacroſanctæ. & l. cum lege. C. de epiſcop. & cler. Etiam quaſi caſtrenſia ſunt, quæ ex donatione principali, uel auguſtarum, conſecutus eſt l. cum multa. C. de bon. quæ lib. Item ea, quæ hæreditas fratris, uel ſororis ei attulit, authen. item hæreditas. C. d. tit. & quæ ex magiſtratu percepit, ut annonæ: & ex aſſeſsione, quæq́; iuſſū principis à fiſco frumentationes dantur. Et in his bónis (ſcilicet quaſi caſtrenſibus) parentes nullū quoque ius habent, hoc eſt, neq́; horum fructus, neque proprietas illis competit, d. l. cum multa. C. eod. l. miles. ff. de caſtr. pecul. l. erat. C. de caſtren. pecul. milit. ſed in ijs omnibus æquè filio in poteſtate exiſtenti teſtamentum facere licentia data eſt. Anch.

PECVLIVM nuptæ, Iuriſconſulti appellāt, quæ præter dotem ei dantur, & marito traduntur. Papinianus l. 31. §. 1. ff. de donation. Species extra dotem à matre, filię nomine, uiro traditas, filiæ quę præſens fuit, donatas, & ab eo uiuo traditas uideri reſpondi. & paulo póſt: ſed peculium à dote puellæ diſtingueretur. Item Vlp. l. 9. §. 2. ff. de iur. dot. Dotis autem cauſſa data accipere debemus, ea quę in dotem dantur. Cæterùm ſi res dētur in ea, quæ Græci *παράφερνα* dicunt, quæq́; Galli peculium appellant, uideamus an ſtatim efficiantur mariti. Hot.

PECVLIVM paganicum. Paganicum peculium est, quod occasione uel patris, uel domini, uel bonorum eorundem filijs, uel seruis obtingit. Nec æquè ut aduentitium acquisitionem effugit, siquidem habet illud pater, & dominus pleno iure, hoc est, & proprietatis, & ususfructus. ac de huiusmodi bonis non filius, sed solus pater antè, quàm filius, decedens testamento disponere potest. Sunt qui illud profectitium appellant, eo respectu, quòd proficiscatur à patre, uel à domino. Ancora.

PECVLIVM profectitiũ est, quod de bonis paternis proficiscitur, & concedi solebat à patre, ut in potestate adhuc filius exerceret industriam administrandorum bonorum, & negotiandi. Old.

PECVLIVM etiam pro uniuersis bonis & toto patrimonio quandoq; sumitur l. 16. ff. ad Trebellia. significabat & ueteribus pecuniá præsidij causa repositam l. 77. §. 1. ff. de legat. iij. Vlpia. etiá auctor est, Gallos peculium appellasse res mulieris extra dotẽ constitutas l. 10. §. dotis autem. ff. de iure dot.

PECVNIA est, quæ à Græcis τὸ χρῆμα dicitur, καὶ ἀργύριον omne æs publica forma signatũ, quo uel commutandis, uel uendendis, emendisq; rebus & mercimonijs comparandis gentes inter sese uti solent, quod preciũ rei emptæ & uenditæ appellatur. Quid autem appellatione pecuniæ contineatur, uide per gloss. in c. putant. 13. caussa. quæstione. 3. gl. in l. 2. ad fin. C. de cõstit. pecu. in Auth. ut omnes obed. iudic. prouinc. §. 1. in uerbo pecuniarũ. &c. Brechæus l. Rei appellatio. ff. de uerb. & rer. sig.

PECVNIA sine peculio fragilis. Veteres dicere solebant, pecuniam sine peculio fragilem esse: peculium appellantes, quod præsidij caussa seponeretur. ca. 79. de legat. 3. Varro scribit, de lingua Latina li. 4. Præsidium esse dictum, quia extra castra præsidebát in aliquo loco, quo tutior regio esset. Siue, ut Festus definit, præsidium est, quod utilitate & salute alicuius, auxilij gratia prӕponitur. Sunt ergo milites præsidiarij, qui utilitate & salute totius exercitus, extra castra præsidebant, hoc est, qui castris auxilij gratiá præponerentur. Hinc deinde factum uideri potest, ut pro exercitu etiam præsidium ueteres interdum posuerint per Synecdochen ca. 5. in prin. de capt. & postl. Et sic quod reponitur præsidij caussa, rectè exercitus caussa dici repositum potest. Nam cum ad Attic. scriberet Cicero Italiam totá armis prӕsidijsq; teneri, an non per præsidia συνεκδοχικῶς exercitus intellexit? Vlpianus auctor est, ob transitum exercitus cõferri quid à rusticis ex fructibus olim solitum. cap. 27. §. 3. de usufr. Proinde quis hinc non intelligit, quid sibi Celsus & Proculus uoluerint, cum pecuniam sine peculio scriberẽt esse fragilem? Peculium est, inquiũt illi, quod præsidij, hoc est, exercitus trásؚeuntis caussa seponitur: siquidem tunc ex fructibus sic conferre solent rustici, ut aut certam præstarent fructuum portionem, aut ea certa nummorũ quantitate redimerent. Proinde qui boni esse patresfamiliâs uolebant, hi seponebant certam pecuniæ summá, quá huiusmodi fieri, ut sæpe bellis ciuilibus contingebat, fructuum redemptio posset. Et id quod ita sepositum erat, appellabant rustici peculium suum. Fortasis ea ratione, qua seruile peculium nomẽ accepit. Quemadmodum etiam hac potissimum ratione peculium sedulò conuasant serui, ut tandẽ se peculio suo redimant ex seruitute: sic rustici, ut militibus debitam redimerent fructuum portionem, præsidij caussa seponebant nummos aliquot. Sine qua sepositione, omnis eorum pecunia tam fragilis erat, ut ea exercitu transeunte, plerunq; tota prodigeretur. Posse etiam hunc locum sic intelligi, ut præsidij caussa dicatur id seponi, quod militum metu abscon ditur, partim fortassis ex prauis militum moribus, partim etiam ex his Celsi uerbis, ut quidam bellis ciuilibus factitassent, obscurum quibusdam non uidetur. Sed magis arridet interpretatio prior. Ræuard. Varior. lib. 5. cap. 17. Corrasius Miscell. lib. 1. cap. 13.

PECVNIAE appellatio ad ea omnia refertur, 10 quæ in patrimonio nostro sunt. Connan. lib. 10. ca. 5. nu. 1. Non enim numerata tantùm pecunia, sed & corporales res siue mobiles siue soli & iura, ea appellatione cõtinentur l. 4. l. 5. l. 178. l. 222. ff. de uerb. signif. Augustin. in lib. de disciplina Christianor. Tertium, ait, quidquid homines posſidẽt in terra. omnia quorũ domini sunt, pecunia uocatur: seruus sit, uas, ager, arbor, pecus, quidquid horum est, pecunia dicitur. Et ideo pecunia, quia antiqui totum quod habebát, in pecoribus ponebant. Ita in xij. tabul. non uno lo- 20 co hoc nomine omnis substantia comprehendebatur. Quod & Iustin. in l. penult. C. de constit. pec. significat. In stipulatione quoque emptæ hæreditatis hęc uerba, QVANTA PECVNIA AD TE EX HAEREDITATE L. TITII PERVENERIT, omnia hæreditaria iura complectuntur l. 50. ff. de uerbor. obligation. l. 36. ff. de pecul. l. 20. §. 1. ff. de stip. seruor. l. 93. ff. de legat. iij. l. 97 ff. de uerbor. significat. Quemadmodũ & illa leg. Iuliæ uerba accipienda sunt, quę ab Vlpian. referuntur in l. 64. §. ult. ff. so- 30 lut. matrim. Est cùm in angustum reuocatur pecuniæ nomen, ut ea tantùm contineat, quæ pondere, numero, & mensura constant: ueluti in hac scriptura, qua legatorum dies profertur, quas pecunias legaui, quibus dies adpositus non est l. 19. & l. 30. ff. de legat. j. Bris.

Paulus etiam pecuniam oblatam dixit, cum ageretur de oblato seruo Sticho. Apud Græcos quoque χρημάτων appellatio latissimè patet. Sic enim Aristoteles lib. 4. Eth. ait χρήματα λέγομεν πάντα ὅσων ἡ ἀξία 40 νομίσματι μετρεῖται. Et Socrates apud Xenophontem lib. 1. Oecon. coniungit χρήματα καὶ κτήματα: significans ea omnia, quæ ad uitam tuendam cõducunt, & quibus probè uti possumus. Nam & id χρᾶσθαι significat. Balduin. tit. de actionibus. &c.

PECVNIAM antiqui à pecore deduxerũt: quòd uniuersa eorum facultas in pecorum fructu esset. Pecunia enim, & signatum æs, ad usum comparáda necessaria, quæ moneta & nomisma, non reperitur introducta ab Homero: qui ne minimarũ quidem rerũ 50 exquisitas mẽtiones, Camerario teste, omisit, & permutationem rerum diligenter perscripsit. Qua ratione & Peculium dictum, quod quis sua industria acquirit. Alc. de uerb. sig.

PECVNIAE exactæ uocabulum, non solùm ad solutionem referendum est, uerum etiam ad delegationem l. uerbum. ff. de uerbor. signif.

PECVNIA mutua, quandoq; per prolepsim dicitur, quæ adhuc mutuo data nõ est, sed ea destinatione habetur, ut mutuetur l. malũ. §. ij. de uerb. fig. Sp.

60 PECVNIA nautica quæ & traiectitia, & maritima dicitur est, quæ periculo creditoris in nauem recepta, traijcienda committitur. Spieg.

PECVNIARVM nauticarum Græcis duo sunt genera, ἑτερόπλοια & ἀμφοτερόπλοια. Discusso periculo definit usura & pecunia esse nautica. Interdum creditor nauticæ pecunię seruum mittit aut libertum nauigaturum cum debitore, quem Græci uocant ἄγοντα ἀπόπλουν, quòd usurarum sua die exigendarum causa mitta-

mittatur, l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de uerbo. oblig. & in l. traiectitiæ. ff. de actio. & oblig. l. nihil. §. operis. ff. de nau. fœ. Cuiac. ad l. 122. ff. de uerbo. oblig. d. §. Callimachus.

PECVNIAE numeratæ nomine, non alia uenit intelligēda, etiamsi latissimè pateat eius appellatio, ut Alc. in Comment. demonstrat. Pecunia nuncupata uide nuncupata pecunia.

PECVNIAM accepisse etiam dicemus eum, qui aliquid pro pecunia accepit, uel si quid omnino com pendij sensit. Vlp. in l. j. & seq. ff. de calumniat. Old.

PECVNIARIVM fideicommissum fideicōmissariæ hęreditati opponitur, & singularum rerū fideicommissum significat. l. 14. §. ulti. ff. ad Trebell. l. 24. in princip. ff. de fideicommiss. libert. Opponitur & fideicommissarię libertati in l. 45. §. si rem. ff. de fideicommiss. libert. Bris.

PECVNIOSVM Cicero act. 2. in Verrē, dixit, hominem diuitiarum copijs & facultatibus instructissimum, & qui præpingueis fortunæ copias conscenderit. Non enim diuitiæ & facultates ac familiæ, numerata tantū in pecunia, & nummis percussis haberi solent, sed possessionibus rerum immobilium. His, inquit, iudicijs, quæ nunc sint, pecuniosum hominem, quamuis sit nocens, neminē posse damnari. Brechæus in l. pecuniæ uerb. ff. de rer. & uerb. signif.

PECVNIA redacta sic accipitur, nō solum si iam exacta est. uerum & si exigi potuit, nec exacta est, l. si possessor. §. redactæ. ff. de petit. hæred.

PECVNIA traiectitia est, quæ trans mare uehitur. Cæterùm si eodē loco consumatur, non erit traiectitia. Sed uidendum, an merces ex ea pecunia cōparatæ in ea causa habeantur. Et interest utrū etiam ipsæ periculo creditoris nauigent, tunc enim traiectitia pecunia fit l. 1. ff. de nau. fœn.

PEDAGIA dicuntur, quæ dantur à transeuntibus in locum constitutum à principe. Et capiens pedagium debet dare saluum conductum, & territoriū eius tenere securum, adeò quòd si aliquis spolietur, tenetur ei dominus terræ rapinam resarcire, secundum Bal. in usi. feud. de pa. iura. fir. in §. Conuenticulas. facit l. Ne quid. ff. de incend. rui. naufra. & no. Archi. xxxiij. q. v. Si quis peregrinorum.

PAEDAGOGIA in legato fundi instructi, quid significet apud Vlp. in l. quęsitum est. § sed si fundus. ff. de fundo instructo. aliàs dubitatū est inter aliquos non paruæ auctoritatis uiros: cum tamē clarum sit, in hac lege pro genere seruorum accipi debere. Sueton. tamē Tranquillus in uita Neronis, uerbum hoc usurpauit pro puerorū concubitu, & stupro, cum inquit: super ingenuorū pædagogia, & nuptiarum con cubinatus uestali uirgini Rubriæ uim intulit. nisi tamen cū Hermolao malimus in Suetonio legere proagogia, id est productiones. Ego tamen ueriorem lectionem existimo, si apud Ireconſ. pædagogica legamus: hoc enim nomine ministeria seruorū appellantur à Græcis. inde παιδαγωγικὴ, Latinè ministram significat. Cotta.

PAEDAGOGVS ab agendis, hoc est, ducendis pueris appellatur. not. §. eadem. l. Aelia Sentia. Instit. quib. ex caus. manumit. non licet. Io. Bello. Etymol.

PEDAM, uestigium humani præcipuè pedis appellasse antiquos, in Commentarijs quibusdam inueniri solet.

PEDAMENTA, de quibus meminit Vlp. in l. iij. de ser. rust. prædiorum. sunt munimina & pali, quib. uitis caduca fulcitur. ut ex Catone docet Alex. Gen. lib. ij. c. x. & pedamentorum tria sunt genera: unum robustum, seu fixile, ex quercu, castanea, uel iunipero, quod ridica dicitur. aliud è pertica cōficitur, hinc palus dicitur: & est teres. tertium ob necessitatem ex harundineto cōficitur: ut Varro & Colum. in tractatu de re rustica tradiderūt. Et propterea Plin. Pedatas uineas dixit, ut etiam refert Sipontinus in expositione xxviij. epigrammatis. Et sunt memoria digna ad l. pali. de leg. iij ubi lignorum appellatione nō continentur pali, neq; perticæ, quòd in numerū materiæ redigendi sunt. quod tamē restringendum est, nisi ex uetustate ulterius ad usum uitium apti nō essent. Cotta & Corrasius Miscellaneorum lib. j. ad 19. Adde Brechæum in l. Pali. in tit. de uerb. & rer. signif. & Forcat. in penu iuris ciuilis, cap. 7. in prin.

PEDANEVS iudex. Qui sint pedanei iudices, explicat satis sanctio illa Iuliani imperatoris C. in titul. de pedan. iudic. Quædam sunt (ait) negotia, in quibus superfluum est moderatorē expectare prouinciæ. Ideoq; pedaneos iudices (hoc est, qui negocia humiliora disceptent) constituendi damus præsidibus potestatem. Ex hac igitur sanctione suam de pedaneis iudicibus definitionem traxêre Perottus & Calepinus, dicētes eos esse pedaneos iudices, qui à præside constituuntur, ut minora negocia discernant: sic dictos pedaneos, quòd nō uehantur curru, sed pedibus proficiscantur in forum. His subscribit Crinitus, de honesta disciplina lib. 15. cap. 7. ita dicēs, qui sint pedanei iudices in ueterum scriptis, non facilè reperies qui tibi exponat, nisi ad ipsos accedamus iureconsultos, in quorum uidelicet commentarijs scriptum est, eos appellari iudices pedaneos, qui minores causas, ac negocia humiliora obeant, quando alij occupati sunt, aut honorarij, aut etiá prouinciales, qui detineri consueuissent in maioribus officijs, & honestioribus causis. Paulò aliter de ijs Alciatus in parerg. Arbitratur enim ex curia, seu decurionum ordine fuisse aliquos magistratus, qui, cū præses pro tribunali cognosceret, ipsi ad pedes adstarēt, & ex pręsidis delegatione deinde cognoscerēt. Certè ij iuxta antiquam traductionem Auth. in titulo, ut defuncti, &c. appellari uidentur consiliarij. Secundum uerò translationem Haloandri, assessores. Anc.

PEDARII senatores, auctore C. Basso dicebantur, qui quia magistratum curulem nondū ceperant, pedibus in curiam itabāt. nam Senatores qui curulem magistratum, gesserant, ueterum ætate curru solebant honoris gratia in curiá uehi: in quo curru sella esset, supra quam cōsiderent, quæ ob eam caussam curulis appellaretur. Gell. lib. 3. ca. 18. Hot. quo quidem autore dicebantur, qui in postremis erāt, & ius quidem ueniendi in Senatum dicendæq; sententiæ habebant, sed quia nullis functi essent honoribus, Senatores nondum erant, non rogabantur sententias, sed quas principes dixissent in eas discedebant: unde Pedarij appellati arrogantis enim esse uidebatur, illorum sententiæ addere quicquam uelle aut detrahere, iuuenibus præsertim & rerum imperitis. Connan. lib. 1. cap. 14 num. 4.

PEDE amputato debilitari. l. iij. Cod. de Seruis fugitiuis.

PEDEM in fouea habere, id est, in periculo mortis esse, in l. apud Iulianū. de fideicom. libert. Pomp. Græcè refert sententiam, sic redditam Latinè: Ego discendi cupiditate, quam solam uiuendi rationem optimam, in octauum & septuagesimum annū ætatis duxi, memor sum eius sentētiæ, quam dixisse fertur Iulian. Et si alterū pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere quædam uellem. Spieg.

PEDEM

PEDEM ponere pro possidere & acquirere possessionem. Veteres enim ut naturalis possessio capta fuisse uideretur, quæ in rebus mobilibus prompta, in immobilibus difficilis & pene impossibilis uidebatur, cũ appræhendi nõ possent: solebant quandoq; omnes fundi glebas circumambulare ut nulla pars eius non calcata pedibus diceretur, quòd præhensionis loco esset: id tamen quia ridiculum & plus quam superstitiosum uidebatur satis postea ad adipiscendam possessionem habitum est, si pars aliqua fundi pertingeretur. Connan. lib. 3. cap. 8. nu. 1.

PEDES sunt symbolum & iudicium quoddam possessionis rerum immobilium, sicut manus rerum mouentium, ut singulariter colligit Alc. cap. vj. lib. v. Parerg. Spieg.

PEDES, miles qui pedibus militiam exercet. l. j & ij. C. de appar. mag. milit. C. lib. xij. Pedester, qui pedibus iter facit l. j. §. stationem. ff. de flum. Albericus. Spiegelius.

PEDESTRE iter quod uulgò Terrestre. Vlp. l. 1. §. 9. ff. de flaminib. Si pedestre iter impediatur, non ideo minus iter nauigio deterius fit. Cic. ad Attico libro. Hottomann.

PEDICONES gladio puniuntur, teste Iustiniano, instit. de publ. iudicijs. §. item lex Iulia. quamuis quidam apud Imperatorem in eodẽ loco, in alio capite legis Iuliæ, hanc pœnam constituant: & propterea textum nitidum deprauantes, nõ peccatoribus, sed prædicatoribus legendum contendunt. Tamen quia hæc eorum lectio minueret pœnam, non puto ab antiqua lectione recedẽdum: cum alioquin tales uita priuari debeant, ut sancitum est in authentico, ut non lux. contra naturam. circa fin. & in l. cum uir. C. ad l. Iul. de adul. secundum intellectum Bald. Inconueniens enim esset tam detestabile uitium puniri, solùm priuatione dimidiæ partis bonorum, si honesti sint: si humiles, corporis cohercione, cum relegatione (ut ipsi uellent) cum alioquin & crimẽ adulterij, & incestus acrius puniatur. & Iureconsi. in l. j. ad fin. ff. de extraord. cogn. dicat eum qui stuprum suadet, capite puniri debere. & distinctio l. Iuliæ ibi per Imperatorem relata, quam hi uellent extendere, solùm punit eos qui uiduas uel uirgines stuprauerũt, secundum Mathes. not. cj. nota text. licet glossator nescio quid ineptè subintelligendum putet. Præterea nónne legimus apud Augustinum, quòd peius est contra naturam, quàm cum matre coire: ut habetur in c. adulterij. & c. seq. & seq. xxxij. quæstio. vij. ideo consequens est ut maiori pœna, & exquisita ad hoc coerceantur: ut etiam disponit Imperator in l. cum uir. prællegata. Accedit etiam, quia prædicator secundum aliquos, apud idoneos auctores non recipitur, sed pedico: licet hæc latinitas apud Imperatorem sæpiusculè desideretur: ut etiam eleganter scribit Bald. in c. j. §. & quia uidimus. in vj. col. uers. & interdum. qui feud. dar. poss. & opportunè retuli suprà in uerb. Liberum. Hac pœna etiam puniuntur non solùm masculorum cubitores, sed etiã qui cum fœminis tali uitio se coinquinant: ut per Dec. in l. j. in vij. not. C. de secund. nup. Afflict. in constitut. regni. in iij. libro. in xlij. rub. & adeò execrabile censetur, quòd utens fœmina dormiente cõtra naturam, & post clamante, potest puniri etiam pœna capitis, tanquam eam rapuisset: secundum Firmian. in uerb. Sodomita. ubi dicit, se ita consuluisse. An autem per uitium Sodomiæ liceat uxori à uiro diuertere, latè Barb. consilio ultimo, lib. j. Cotta.

PEDICVLOS Paul. in l. 32. ff. de aur. arg. uocat, quibus signa sustinentur, bases, sed tenues. Et sic plerunq; pediculi à Columella dicuntur, quibus arborum rami baccis onusti sustinentur: quasi parui pedes. Hottomann.

PEDIBVS ire in sententiam idem quod alterius sententiam approbare est. Nam apud Romanos senatoribus per cõsulem interrogatis, cum primus dixisset sentẽtiam, mox discedebat in aliquam partem, tum cæteri qui eiusdem sententiæ erant, eodẽ ibant. Quod per discessionem Senatusconsultum uocabatur. Hinc in sententiam ire, uel pedibus in sentẽtiam ire. Oldendorp.

PEDISSEQVA, ancillula, quæ dominam sequitur. Vide l. Titia seruis. ff. de manum. testament. Papinianus in l. peculium. de legat. ij. Eadem sunt, ait, in lecticarijs, aut pedissequis legatis. Spieg.

PEDVLES fasciæ apud Vlp. in l. 25. §. 1. ff. de aur. & arg. dici uidentur ex quibus pedes uinciuntur. M. Tull. in Clod. apud Non. Túne quum uincirentur pedes fascijs, quum calanticam capiti accommodares. Haud scio tamen an uerius legeretur PEDALES. Oldendorpius.

PEDVLES, fasciæ, & impilia idem. Pedules sic dicuntur, ut pedula auctore Festo, quæ Græci πέδιλα & uel πέδιλα. Cuia. obseruat. & emendat. lib. 5. cap. 11. Sunt autem pedules fasciæ pedum aut calciamentorum. Cuia. obseruat. lib. 10. cap. 17. circa fin.

PEGMATA. nam, inquit Iurisconf. in emptionẽ domus & specularia & pegmata cedere solẽt l. quæsitum. §. specularia. ff. de fund. instrum. Pegmata uerò accipe compactam machinam ex ære, marmore, uel ligno, cum ornatus, tum commodi causa, instar illorum, quę in pompæ apparatu producuntur, quibus etiam intra ædes uti assueuerant, teste Alexand. Neapol. lib. v. ca. xxiiij. cui Festus, autor. Seneca, Pegmatis formam describit ad Lucilium.

PEGMATA uerò, ut docet Festus Pompeius, ornamenta sunt ex ære aut marmore confecta: quæ ut plurimum in atrijs, quádoq; in porticibus aulisq; affigunt, maiorum aliorumq; fortium uirorum gesta certius quàm pictura ostendẽtia. & hoc innuunt uerba illa, siue in ædificio sint posita, & reliqua. & de his loquitur Vlpia. hic. Præterea πῆγμα Græcum uocabulum est, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι. quod est pango, deductũ: significatq; machinam, in qua statuæ collocantur, & quasi pangunt, ad illas sustinendas, siue aliud quicquam eiusmodi. Martial. Epigram. primo, de mole super qua impositus erat Domitiani colossus:

Et crescunt media pegmata celsa uia.

De his meminit etiam Dion in uita Adriani, in hanc sententiam: nam si surgentia spectacula & pegmata efferre uoluerint, illud nullo pacto effici poterit humilitate loci. Frequentatum etiam est à maioribus nostris, & maximè Romæ, pegmata in scenam cum pueris ludicris & confidentibus ex lignis & tabulis producere, quæ cõstabant uario genere picturæ. Ad hoc alludens Iuuen. inquit:

Et pegma & pueros inde ad uelaria raptos.

Plin. nat. hist. xxxiij. lib. auctor est, Caium principem in circum pegma duxisse, in quo fuere argenti pondo cxxiiij. Pegmatis autem formam descripsit Seneca ad Lucilium. & Ruffinus in vij. lib. Iosephi de bello Iudaico. Cotta.

PEIERARE dicitur, qui præstitum iusiurandũ contemnit. cap. 2. C. de reb. cred. Qui falsum iurat, etiam peierat, cap. ulti. de crimin. stellionat. cap. 13. in fin. de iureiur. Qui autem peierabat, is deum, principem, cẽsores, pontifices ultores habere, & extra ordinem

dinem puniri interdum solet. Religio contempta iurisiurandi, si inconsulto & calore quodã peieratum esset, siue per Deum, siue per Principem, solũ Deum ultorem habebat, nõ principem d.c.2. Cæterum qui consulto per Deos arasue deorum peierabant, pontificibus: qui per geniũ Principis, principi: qui alia ratione censoribus pœnas dabant. Pontifices scribit lib.2. Dionysius, de omnibus caussis ad sacra pertinentibus, tam inter priuatos homines, quàm inter magistratus sacrificos iudicasse. Et idcirco etiam de periurio, quatenus illud ad sacra pertinebat, quale est, quod per Iouem, per Dium fidium, aut per aras deorum, soléni modo præstabatur, cognouisse olim & iudicasse, omnino uidentur: quemadmodum expresse Plautus de quodam iuramento cõceptis uerbis per aram Veneris prę̃stito: in hunc modum scribit in rudente:

Grippe, quod tu istum talen'um poscis? Gri. Iuratu'st mihi
D aem. La Libet iurare: tun' meo Pontifex periurio es?

Qui autem cõsulto per genium principis peierabat, is ex constitutionibus Principum, fustibus interdũ castigari solet. d.cap.13. grauiusq; multò ijs, qui per Iouem peierauerant, puniebatur, quemadmodum auctor est in Octauio M. Minutius Felix. In reliquos autem homines periuros censoria nota animaduertebatur. Siquidem, ut scribit in officijs Cicero. censores nulla de re diligentiùs, quàm de iureiurando iudicabant. Ræuard. Varior. lib.2. cap.3. Adde Forc. in suo cupidine iurisperito cap.18. nu.9. in fi.

PEIERARE, non est falsum iurare, sed quod ex animi tui sentẽtia iuraueris, sicut uerbis concipitur id non facere. Cic. lib. offic. iij. Iurare autem oportet, inquit Vlp. ut delatum est iusiurandum l. iij. §. ult. de iureiur. Spieg.

PEIORARE, pro deteriorem reddere. Paul. lib. Sent. 2. cap.19. Homo liber, qui statum suum in potestate habet, & peiorare eum, & melioré facere potest. Hottomann.

PELARGICI nomi dicti, quasi Ciconiarię leges, quibus liberi parẽtes alere iubentur. Id quod in iure quoq; cautum est. Vide Budæum in annot. & suprà, Antipelargia.

PELECINVM, herba in segetibus crescens. de qua Plin. lib. xxvij. cap. xij. & xv.

PELLERE, pro inducere, persuadere, illicere, apud Iurisconf. Sed utrum ita demum inquientem, si bonæ frugi seruum pepulit ad delinquendum l. j. §. sed utrum. ff. de ser. corr. Spieg.

PELLES, pro mantica, seu pera uiatoria, Italis uulgò Vallisia dicitur: quòd é pellibus conficiebatur: nec ignotum curijs nostris uocabulum est. Paul. in l. de Tapetis. Sicut pelles, quibus inuoluuntur ue stiméta. Spieg. Adde Turnebũ aduersar. lib.13. ca.4.

PELLES Babylonicæ l. ul. C. de publican. Pelles lanatæ in l.70. §.1. ff. de legat. lib. iij. Pelles indutoriæ apud Paul. lib. iij. Senten. tit. vj. de quib. in l 25. § ult. cum l. seq. ff. de auro, arg. leg. ut Pelles tentoriæ ad tabernacula & tentoria paratæ apud Vopisc. in Aureliano. De quib. l.7. ff. de supell. leg. accipienda est. Solebant enim antiquitus sub pellibus milites degere. Vnicus Marcellini locus ex lib. xix. huic rei probandæ sufficiet. Sub pellibusq; exercitu diffuso, ait, per Istri fluminis margines barbaros obseruabat. Inde Pelliones in l. ult. ff. de iure immunit. l.1. de excusatio. artific. lib. x. Cod. & apud Lamprid. in Alexandro. Bris.

Sub pellibus. Quæsitum est, quid Celsus his uerbis uoluerit. Labeo ait originem fuisse supellectilis, quòd olim his qui in legationem proficiscerẽtur, locari solerent, quæ sub pellibus usui forent ca.7. de supell. legat. parua quæstio, sed tamen quæstio. Ad quam responderi poterit, tentoria exercitus Romani ex pellibus fieri cõsueuisse. Idq; lib.2 testatur Valerius cap.2. Igitur sub pellibus nihil aliud est quam sub tentorijs. Idq; probari etiam ex Tacito potest, qui sic Annaliũ lib.3. scribit. Retentusq; omnis exercitus sub pellibus, quáuis hyeme sæua adeò, ut obducta glacie nisi effossa humus tentorijs locum non præberet. Et li.14. Cõtractus deinde, inquit, omnis exercitus, sub pellibus habitus est, ad reliqua belli perpetranda. Ræuard. Vario. lib.4. cap 4.

PELLEX propriè, quæ cum eo consueta est, qui uxoré habet. Quæ cum cœlibe cõsuescunt, nõ pellices, sed pellacæ dicuntur uerbo Græco Bud. in Annot. ad l. ij. ff. de Orig. iur. Græci παλλακὴν uocãt. Adde Alc. enarranté pulchrè l. Masuri9. de uerb. sig. Sp.

PELLEX à pelliciendo dicitur: uel, ut diuus Augustinus in secundam epist. Petri, à pollutione, uel à pellis formositate, qua incautos pelliciunt & decipiunt. Brech. in l. Masurius scribit. ff. de uerb. & rer. sig. qué uide plenius de differẽt. pellicis & pellacæ.

PELLICATOR, qui ad fraudem pellicit. Sp.

PELLICATVS uoce, in lib. de Officijs 13. usus est Cicero.

PELLICEM Ser. Sulpitius ait appellatam, probrosamq; habitam, quæ iuncta consuetaq; esset cum eo in cuius manu mancipioq; alia matrimonij caussa foret: quod hac antiquissima lege ostenditur, quã Numę regis fuisse accepimus: pellex ædem Iunonis ne tangito: si tangit, Iunoni crinibus dimissis agnam fœminam cædito. Pellex autem quasi πάλλαξ, id est, quasi παλλακίς, ut pleraq; alia, ita hoc quoq; uocabulum de Græco flexum est. Hæc Gellius lib.4. cap.3. Connanus uerisimilius esse putat omnem mulieré pellicis nomine notari, quæ uni uiro libidinis causa se adiunxit Masurius enim scribit libro memorabilium, pellicem apud antiquos habitam, quæ cũ uxor non esset, cum aliquo tamen uiuebat, quã nunc uero nomine amicam, paulò honestiore concubinam appellari. C. Flaccus in lib. de iure Papyriano scribit: pellicem nunc uulgo uocari, quæ cum eo cui uxor sit, corpus misceat: quosdam eam quæ uxoris loco sine nuptijs in domo sit quam græci παλλακὴν uocãt. Sic priscis temporibus dicebatur pellex quæcunq; pudicitiam suam uni uiro exhibebat, seu marito seu cœlibi, sed postea obtinuisse, ut tantummodo esset maritorum: unde uxorum pellices dicuntur. Sallustius in Ciceronem. Filia matris pellex. Et Ouid. Metamorph.10. de Myrrha.

Tunc eris & matr. pellex, & adultera patris?

Vtroque nomine, & pellicis & adulteræ usus est. At πάλλαξ etiam in Latinis uocabulis obtinuit locũ, sed pro ea quam concubinã dicimus. Vt Plinius lib.35. ait Alexandrum unam ex pallacis suis Campsacen uoluisse pingi ab Apelle. at non erat uxor Alexãdro. Et Sueton. in Vespasiano. Inde quieti uacabat accubante aliqua Pallacarum, quas in defunctæ locum Cœnidis plurimas constituerat. Quod si pellicis nomen in hac significatione reperiatur, aut cum Valla & Budæo librariorum errorem esse puto, aut nimis antiquè locutos illos credã, mihi certè ita loqui nõ permitterem, nec pellicis & concubinæ nomé confunderem. quanquam sunt, qui solo repræhendendi studio adducti, sanè nulla ratione & authoritate fundati aliter doceant. Nam siue à pellẽdo pellex, quod uxorem pellat, siue à pelliciendo, ut uult Festus magis

gis cõuenit ei quæ consuescit cum eo qui habet uxorem.nam & inde pellicatio, & pellicator, eodem authore, qui pellicit in fraudem. At concubinæ nulla fraus est, quę iustæ penè uxoris loco est: sed pellicis, quæ fraudat uxorem mariti affectione & amplexu. Cæterum quod Masurius tradit, Concubinæ honestius nomen esse quàm amicæ, Accursius non intelligit. hoc autem à Gręcis sumptum est, quibus ἑταίρα & amicam & scortũ quodlibet significat: unde apud Lucianũ ἑταιρικοὶ dialogi in quibus meretrices interloquuntur. Credo id inde profectum quod huius uitæ mulieres nemo non amicas appellet: nec iniuria quidem cum omnibus id præbeant, quod nisi amicissimis prę stari nõ solet. Cic. 2. Philipp. Reiecta mater amicam impuri filij tanquã nurum sequebatur. Has omnes mulieres suo quamq; proprio nomine designauit Demosthenes. κατὰ πάσας: τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκ' ἔχομεν, τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος, τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν. Id est Amicas uoluptatis causa habemus. Pallacas autem ad quotidianum corporis obsequium, uxores uerò ad iustę sobolis procreationem & fidelem rerum domesticarũ custodiam. &c. Connan. lib. 8. cap. 13. nu. 2.

PELLIONES, à pellibus conficiendis dicti sub quibus milites hyemabant, apud Paternum in l. ult. ff. de iur. immunit. ubi tamen POLLIONES legitur. Cicero in Acad. In quo magna rei militaris esse occupatio solet: ut nõ multum Imperatori sub ipsis pellibus ocij relinquatur, id est, in statiuis. Hot.

PELOPONESIAM quinquies quaternos enixã, & multas Aegypti uno utero septenos, itẽ traditũ esse quatuor pariter puellas à matrefam. natas esse, Paulus refert l. iij ff. Si pars hæredit. pet. Sp.

PENARIVS, Festo. Penaria, Varroni: ut uerò alijs, Penarium: locus, ubi necessaria ad uictum quotidianum pertinentia, reponuntur. Penus quid sit, Vlp. exponit in ff. de penu leg. frequẽs fœminino genere apud Iurecoss. tametsi & masculino & neutro profertur. Penum uenire legato domus, Bartol. docet in l. uxori. de legat. iij. Penuriam rerum omnium inopiæ tribuimus: specialiter tamen earum est, quæ in penu recondi solent. Spieg.

PENDERE conditio, diesúe dicitur, cuius adhuc euentus expectatur. Pendere etiam dicitur seu in pendenti esse quidquid in suspenso est: quarum significationum exempla propter eorum multitudinem cuiuis obuiam non adscribo. Pendere quoque fructus dicuntur, quamdiu solo cohærent & terra continentur. Atq; ita pendẽtes fructus, id est, fundo cohærentes. in l. 44. ff. de rei uind. l. 15. ff. de pign. l. 13. ff. de usufruct. l. ulti. §. fructus. ff. quæ in fraud. credit. qui stantes dicuntur in l. 33. ff. de usufruct. l. 26. ff. de furt. l. 40. ff. de actio. empt. Quo sensu & pendẽs uindemia nondum lecta in l. 26. ff. de act. empt. Et pendens oliua dicitur in l. 39. ff. de contrah. empt. Bris.

PENDERE etiã edicta olim dicebãtur. Lamp. in Alex. Tacebãtur secreta bellorũ: itinerũ aũt dies publicè ꝓponebantur, ita ut edictũ penderet ante mẽses duos. Auson. in Grat. actio. Has ego litteras tuas in omnibus pilis atq; porticibus unde de plano legi possint, instar edicti pendere mandauero. Bris.

PENDERE, pro soluere l. j. ff. Si ager uec. Et pẽdere pœnas ꝓpriè dicitur, qui ob delictũ pœnas soluit. Sed ꝑ translationẽ ꝓ æstimare accipitur. Vnde Magnipẽdo, Floccipẽdo, paruipendo, Multipendo, Nihilpendo, id est, magna, parua, nulla æstimatione habeo. Loca in suis classib. apud Alb. requirito. Sp.

PENDERE actus, pro prorogare, & differre, not. in l. fin. ff. com. præsid. Sp.

PENDERE pœnas ꝓpriè dicitur, qui ob delictũ pecuniam soluit, quia penso ære utebantur. Festus.

PENDERE pœnas soluere significat: ab eo quod ære graui quũ uterẽtur Romani, pẽso eo non numerato debitũ soluebant. unde & pẽsiones dictæ. Fest. πένθος est uirorum luctu dignorum, πένθιμος indignorum. Cuia. in παρατίτλα sua de diuers. tẽp. præscript. & termi. cap. 20. circa medium.

PENE dixerim, moderationis clausula hæc est, Iuriscõsultis admodum familiaris. Pomponius in l. Stipulationum aliæ. §. Conuentionales sunt, inquit, quæ ex cõuentione reorum fiunt: quarum totidem genera sunt, quot penè dixerim rerum contrahendarum. Cùm enim plura sint negocia, quàm uocabula, quomodo etiam non plura essent rerum quàm stipulationũ genera? l. Natura enim. ff. de præscript. uerb. Oldend. Innuit autem hæc uocula (penè) sicut illa σχεδὸν discrimen adhuc aliquod subesse. Balduinus, tit. de success. libert.

PENES, & apud, in hoc differũt: quoniam apud personam tantùm cũ loco significat: penes uero nõ tantùm locum & personam designat, sed etiam dominium. Vlpia. de uerbor. sig. l. Penes te. Penes te, inquit, amplius est, quàm apud te est. Prius etenim significat possessionem, posterius solam detentionem. Nebriss. ait, apud te est, quod qualitercunq; à te tenetur: penes te est, quod quodãmodo à te possidetur. Spieg.

Πενέσται Athenis θῆτες à paupertate nominabantur quod seruorũ aut seruis conueniens nomen. Apud Thessalos πενέσται dicebãtur, qui nõ genere, sed fortuna serui erãt, nõ δοῦλοι, eorũq; media erat inter seruos & libertos cõditio. Conn. li. 2. ca. 8. nu. 1. li. 2. ca. 1. n. 4.

PENICVLVS, & Penicillus pictoris instrumẽtum, quo pingit: ab eo quod est penis, id est, cauda. Martianus de fund. instr. l. item pictoris. Peniculi, inquit, & cauteria, & conchæ. Nebr.

PENITVS, pro prorsus. Nam propriè intrinsecus significat, ipso iure accipiendum est, per glos. singularem. in leg. si qui aduocatorum. Cod. de postul. Spiegel.

PENSATIO, pro compẽsatione, apud idoneos autores, nedũ apud Iureconś. reperire est. In l. Mæuius. §. arbiter. Quæsitum est, ait Iulianus, an possit pensatione ultro citroque facta, condemnatione eum solum, cuius summa excederet, &c. damnare? Spiegel.

PENSIO, id quod pro alicuius rei usu datur, ut agri, ut domus. Vnde legitima pensio nostris dicitur, quæ fructibus respondet. Et pro solutione facienda usurpatur pensio à Paulo, in l. lecta est. §. igitur. si cert. pet. Itẽ in pensionem reputare, apud Haloandrum in l. penult. ff. de uia publ. quam ipse ex Græco transtulit. Sp.

PENSIO propriè est, merces inhabitationis ædium alienarum, quæ Græcè ἐνοίκιον dicitur. Cuius significationis cùm frequentia sint in titulo locati exempla, colligendi labore supersedebo. Pensio etiã præstationem temporibus & terminis, ut uulgò loquimur, diuisam significat leg. 3. Digest. de annu. leg. leg. 8. §. si annua. Digest. de pigner. act. leg. 40. Digest. si cert. pet. leg. 12. in fi. Digest. de usur. l. 47. Dig. ad leg. Falcid. leg. 59. Digest. de fideiussoribus. Pensiones trientes pro trientario fœnore dixit Lampr. in Alexan. Pensiones uectigalium in l. 10. §. ulti. Digest. de publican. Bris.

PENSIO refertur ad pecuniariam causam. Reditus ad alia, puta si certa frumenti mensura in annos singulos cõstituta sit. Ferret. tit. de locat. & conduct.

PENSIO, solutio. Varro, ab ære impendẽdo, dispensator: & in tabulis scribimus expẽsum: & prima pensio, & sic aut secunda, aut quæ alia. Paulus l. 40. ff. de reb. cred. Igitur finito primo mense primæ pensionis usuras currere. Item, & ideo non soluta pecunia statutis pensionibus, ex die stipulationis usuras deberi. Cicero pro Q. Roscio, falsum subornauit testem Roscius Clunium: cur tam serò? cur, quum altera pensio soluenda esset, nõ tum quũ prima? Hot.

PENSIO, ferè dicitur pecunia quæ ex prædiorum urbanorum locatione percipitur: quæ uerò ex rusticorũ, merces. uide l. 27. & 29. ff. de hær. pet. Hot.

PENSITANDVM propriè non dicitur, quod semel soluendũ est, sed quod in plures annos debetur, unde uectigalium pensitationes, & pensiones locationum dictæ (ut quidem conijcio) quod non statim implentur, sed semper pendent: quia unius anni soluto debito statim incipit cedere sequentis anni summa & tanquam suspensa tenetur. Ideoq; & spem præmiorum dixit Alex. Imp. pro futurorum annorum præmijs, quorum dies nondum uenit & quę re uera non debentur, sed sperantur. Connan. lib. 4. cap. 15. num. 9.

PENSITATIO. Vide rubr. C. de cẽs. & cẽs. li. xj.

PENSITATIONES publicæ dicuntur secundum Azo. in summa. C. si propter public. pensitat. uend. fuer. celeb. exactiones tributorũ, uel uestium, uel auri, uel argenti, quæ à certis personis debebantur fisco: sed & ea, quæ ad uiarum, uel pontium refectionem præstanda sunt à possidentibus, pensitationes publicæ dicuntur. Tu dic breuius & clarius, pensitationes publicas esse pensiones, quæ soluebantur Reipub. pro fisco. Io. Bello. Etymol.

PENSVM, id est, modus operis præscriptus. Sũptum à penso lanarum, quod certi ponderis singulis puellis dabatur. Erasm.

PENTATEVCHVS interpretatur uolumen quinq; lib. Moysi. c. 1. & ibi gloss. not. ext. de decim. Io. Bello. Etymol.

PENTATHLI Gręcis sunt quos Latini à quinq; artib. quinquatriones dixerũt Corr. Misc. li. 4. ca. 24.

PENTAPROTIAS, Græca uox est, & significat quinq; primorum munus: quos alibi sacræ constitutiones, quinq; summates uocãt. Ipse Quintumuiros appellari puto in l. de cubiculis nostris. C. de priuil. eor. qui in sac. palat. milit. lib. xij. Spieg.

πένθιμος, apud C. Harmenopul. lib. 4. tit. 6. est uirorũ luctu dignorum, ἀπένθιμος indignorum.

πενθερὸς uide soceri. Prat.

PENVLAM cõstat uestẽ esse ad arcendam pluuiam, qua nonnunquã Imperatores uterentur. Vide Egnat. in Annot. ad Spartian. & in uita Alex. Sp.

PENVM, neutro genere protulit Pomp. l. ij. de Trit. uin. Cũ alij penũ, inquit, alij uinũ legatũ est: excepto uino, omne penũ ad legatariũ pertinebit. Sp.

PENVRIA, omnis inopia rerum, & præsertim earum quæ in penu recondi solent.

PENVS, oris: siue penus, us, omne id est, quo uescuntur homines, & quod intus recõditur, Vorrhat an korn/wein. &c. Hinc tit. Iuris, de penu legata, hoc est, de ijs rebus quæ adseruantur in penario ad longum tempus. Penarium enim locus est ubi penus reconditur. Vlpian. de penu leg. l. qui penum. Quę horrei penarij, uel cellæ penariæ instruendæ gratia habentur. Nebriss.

PENVS nomẽ omnibus generibus dicitur. l. 4. §. nomen. ff. de penu leg. l. 2. ff. de trit. uino. Penus autem secundùm Q. Mucium, cuius auctoritate in hac re Vlpian. & Gellius lib. iiij. cap. j. utuntur, ea omnia continet, quæ esui potuiq; sunt l. 3. ff. de penu leg. Cicero lib. j. de nat. deor. Penũ esse omne, quo uescuntur homines, definit. Penori itaq; cedunt cibaria omnia, quæ paterfa. usus sui causa eiusq; familiæ quã circa se & suos habet, parauit, & cibaria iumentorũ, usibus ipsius deseruientium, & legumina quę in cella penuaria habentur. Ligna quoq. & carbones penus parandi causa & tus & cerei in domesticũ usum parati, & unguenta, & odores, & chartæ epistulares, & uasa sine quibus penus haberi non potest, & quæcunq; alendi causa bibuntur, ea appellatione continentur l. 3. cum suis §§. & l. 5. ff. de pen. leg. Vnde penus alia esculenta, alia poculenta statuitur. Esculenta penu legata nõ ea tantùm quæ esse, sed & per quæ esse solemus cõtinentur, nisi uoluntas testatoris repugnet. Poculenta uerò ea quæ uini numero paterfam. habuit. Bris. & Balduinus in Scæuola sub tit. de penu legata. ex cap. 3.

PENORIS legato quid contineatur, satis abundeq; scriptum est apud Vlp. in l. iij. ff. de penu legat. tamen lectitanti mihi noctes Atticas Gellii, occurrit quæstio circa ipsum scitu & memoria digna, quam subijcio. Is lib. iiij. refert, Phauorinum percunctasse quendam Grammaticum, quid esset penus, & quo sensu id uocabulũ dicatur. Cui Grammaticus: quæris (inquit) rem minimè obscuram. quis adeò ignorat, penum esse uinum, & triticum, & oleum, & lentem, & fabã, atq; huiuscemodi cætera? Etiámne (inquit Phauorinus) miliũ, & panicum, & glans, & ordeum, penus est? Sunt enim propemodũ hęc quoq; huiuscemodi. cumq; ille reticens hæreret. Nolo (inquit) hoc iam labores, an ista quæ dixi penus appellentur. Perinde igitur nũc te rogo, ut quid sit penus dicas, nõ ut aliquid ex penu nomines. Tum ille: Philosophias, inquit, ego non didici, nec discere appetiui. etsi ignoro, an ordeum ex penu sit, aut quibus uerbis penus diffiniatur: nõ ea re literas quoq; alias nescio. Scire (inquit, ridens iam Phauorinus) quid penus sit, nõ ex nostra magis est philosophia, quàm grammatica tua. Meministi enim credo, quæri solitum quid Veg. dixerit, penum struere, uel longam, uel longo ordine: utrunque enim profectò scis legi consuetum. sed ut faciam, æquiore animo ut sis: nec illi quidem ueteris iuris magistri, qui sapiẽtes appellati sunt, diffinisse satis rectè existimãtur quid sit penus. Nam Qu. Scæuolam ad demonstrandum penũ, his uerbis usum audio: Penus est, inquit, esculentũ, aut poculentũ. quod enim ipsius patris, aut liberorũ patrisfa. eiusq. familiæ quæ circum eos, aut liberos eius est, & opus non facit, causa paratũ, (ut Mutius ait) penus uideri debet. Nam quæ ad edendũ bibendumq; in dies singulos prandij aut cœnæ causa parantur, penus non sunt: sed ea potius, quæ huiusce generis longæ usionis gratia contrahũtur, & reconduntur. ex eo quòd nõ in promptu sint, sed intus & penitus habeãtur, penus dicta sunt. Præterea de penu adscribendum hoc etiam putaui, Seruium Sulpitium in reprehẽsis Scæuolæ capitibus scripsisse, Aelio placuisse: non quæ esui tantùm & potui forẽt, sed thus quoq; & cęreos in penu esse, quod esset eius ferme rei causa comparatum. Massurius autẽ Sabinus in iuris ciuilis secundo, quod iumẽtorum causa adparatum esset, quibus dominus uteretur penori adtributum dicit. ligna quoque, & uirgas & carbones,

quibus cõficeretur penus, quibusdá ait uideri esse in penu. ex his aũt quę promercalia & usuraria in locis ijsdẽ essẽt, ea sola esse penoris putat, quæ sint usui an nuo. Cott. Adde Forc. in suo. Pen. iur. ciu. ca. 2. & seq.

PEPLVM, eximij cãdoris uestem sine manicis, aureis distinctá clauis fuisse autumant: quá quinto quoq; anno apud Hylen mulieres sex & decẽ Iunoni contexebant. Alex. de Alex. Gen. dier. li. j. ca. xxij.

PER, in compositione uariè accipi, Alc. ostendit, in §. pnoctare l. urbana familia. de uerb. signif. Quádoq; autem quandam integritatem & perfectionem signat. Spieg. & Corrasius Miscell. lib. 2. cap. 15.

PER adoptionem pater, qui me adoptauit.

PER ætatem, id est, dum ætas adest.

PER aliquẽ stetisse, uel factum quominus daret, uidetur, si interpellatus non dederit, aut si rem debitam occiderit l. 23. ff. de uerbor. obligat. l. 5. ff. si cert. pet. Planè si promissor hominis ante diẽ in quẽ promiserat interpellatus sit, & seruus decesserit, non uidebitur per eũ stetisse l. 49. ff. de uerb. obligat. Bris.

PER alluuionem, ut ait Iustinian. in §. Præterea. Instit. de rer. diuis. id uidetur adijci, quod ita paulatim adijcitur, ut intelligi non possit, quantum quo quo temporis momẽto adijciatur. Ab alijs Alluuio, pro immoderata aquarum uiolentia, uel fluuialium, uel pluuialium, similiumq́. ponitur: quæ nõ tantum agros cõfundit, sed quandoq; eripit, & nonnunquá funditus destruit. Oldend.

PERÆQVATOR est, qui homines & territoria peræquat, de quo mentio fit in l. uniuersi. C. de fund. patrimonial. lib. xj. Io. Bello. Etymol.

PER ANNOS certos quomodo intelligendum sit, uide C. de usucap. l. aduersus, & de pœnis l. Si certis annis. Spieg.

PER assem Iustinianus uniuersum testatoris patrimonium. Ræuard. l. ius nostrum. ff. de reg. iur.

PER calumniam in possessionẽ mitti. Vide Vlp. in l. unica. Si mul. uent. nom. Spieg.

PER contrarium, pro, ex aduerso. apud Vlp. in l. Iulian. §. si uenditor. de action. empt.

PER consequentias. Non est absurdum, inquit Paul. per consequentias, & in speciali in rem actione dolum præteritum deduci l. sin autem. §. sed & is. ff. de rei uind. Spieg.

PER Deum iurare. Vlp. in fin. l. iij. de iureiur. Iurari, inquit, oportet, ut delatum est iusiurandum: cęterùm si ego detuli, ut per Deum iurares, tu per caput tuum iurasti. Spieg.

PER dilationem bellum gerere, apud Liuium.

PER fas, nefas, significat factum aliquid fuisse licitè, aut illicitè: quod uulgus Barbaricum dicit: hoc est, factum taliter qualiter. Spieg.

PER geniũ principis iurare: uide p principis. Hot.

PER indicem. Prouerbium est apud Iustinianum, in extremo Instit. pro summatim, strictim cursimq́, obiter, & quasi per trãsennam. Vt uobis inquit possibile summo digito, & quasi per Indicem ea tetigisse: quasi libros Institutionũ pro παρατιτλα (quæ appellat) id est argumentis Pandectarum esse uelit. ná Indicem pro eo quòd titulũ uulgò appellamus Latini usurpant: quinetiam idem Imp. l. 1. §. pen. C. de uet. iur. enucl. hoc in paratitlorum mentione significat. Sed sufficiat, inquit, per indices tantummodò & titulorum subtilitatem, quæ παράτιτλα nuncupantur, quædam admonitoria eius facere. Asconius in Verrin. 3. Quò quum esset uentum, antequam caussa ageretur, quasi per indicem rem exponebant: quod ipsum dicebatur caussæ coniectio, quasi caussæ suæ in breue coactio. Hotomann.

PER iudicem aliquid fieri, hoc est, officio iudicis l. ult. ff. de rei uendic.

PER iudicem peti, exigi, auferri dicitur, quod iudicio petitur, aufertur, iudicisúe iussu soluitur l. 22. ff. si cert. pet. l. 22. ff. rem rat. hab. l. 4. §. quòd si is, cui. ff. de doli except. Bris.

PER lancem & licium furtum quærere: uide furtum per lancem. Hot.

PER lasciuiam. Lege, Lasciuia.

PER legem. Cic. ad Sallust. Sed id mihi uix uideris per legem Iul. facere posse.

PER magistratum factum uidetur in edicto, ex quibus causis maiores in integrum restituantur, si magistratus ius non dixit, uel per sordes aut gratiá dixit l. 26. §. p magistratũ. ff. ex qb. caus. maior. Bris.

PER manus tradi dicitur, quod successione quadá ab alijs ad alios deuenit. Vsum parœmiæ Erasm. indicat. Extat & apud Papinianum, de iure codicill. Quod per manus traditum est, codicillis hæreditatem dari non posse per manus, id est, uulgò, interpres exponit. Sp.

PER manũ prohibitio ea ratione lapilli ictus appellabatur, qua per ictum intellexit præcipitationẽ Vlpianus, de eo scribens qui de ponte præcipitatus ipso ictu perijt. cap. 7. §. 5. ad leg. Aquil. Nec alio sensu in edicto de his qui deiecerunt uel effuderũt scripsit ad hunc modum prætor. Si eo ictu homo liber perisse dicetur: cap. 1. de his qui effud. uel deiec. Et ita per manum ictus lapilli intelligitur, hoc est lapilli præcipitatio. d. §. 10. Est & alia per manum prohibendi ratio quæ per manus oppositionem solebat fieri. d. c. 20. Deq́. ea suspicor sensisse Pomponium cap. l. de acq. rer. dom. Nec alio spectat uitis præcisio, cuius apud Vlpianum mẽtio fit. cap. 3. §. 3. uti possidet. Ræuard. l. ui factum. ff. de reg. iur. Per momentum spatium temporis perexiguum intelligit Paulus ea certè ratione, qua sic Liuius lib. 21. scripsit. Nõ cunctandum in tali occasione Hannibal ratus, totis uiribus aggressus urbẽ, momẽto cepit. Diuersa quoq; diei cuiusq; tempora momẽta dici testis est lib. 3. aduersus Marcionem Tertullianus his uerbis: constat Ethnicis quoq; testibus in Iudæa per dies quadraginta matutinis momẽtis ciuitatem de cœlo pependisse. Hęc ille, omnino demonstrans in momenta sic dies diuisos esse, ut certa uniuscuiusq; diei matutina, meridiana & uespertina momenta fuerint. Atq; ita momentum uideri possunt Iurisconsulti accepisse cap. 6. de usurpat. cap. 3. §. 3. de minoribus cap. 23. de acq. rerũ dom. Ræuard. l. cũ præt. ff. de regul. iur.

PER multos ambulare possessionem, apud Vlp. l. sed etsi. §. deinde. ff. de petit. hæred. Sp.

PER obreptionem petere l. si autem is. §. j. ff. negoc. gest.

PER OMNIA, dictiones simul iunctæ, multum operantur. & important omnem substátiam & qualitatem. ut per Barb. consilio xiij. sapienter. col. iiij. lib. ij. & consil. xxv. præclarè. col. ult. eod. lib. Ias. cõs. cxlj. col. fin. lib. iiij. & propterea singul. decidit Bal. in l. omnia. C. de episcopis & cler. quòd si studium Ticinense sit per omnia æquatum Parisiensi, & post talem adæquationem priuilegiorum, sint concessa noua priuilegia studio Parisiensi, quòd talia noua priuilegia etiam pertinebunt ad studium Ticinense: quia istud per omnia non solùm respicit modum, sed etiam tempus. & hanc decis. Bald. pro singul. refert & sequitur D. Ias. in l. j. in j. not. per illum text. de leg. j. Cotta.

PER

PER partes reficere. Vlp. de demolitis ædib. uerba faciens l. quid tamẽ. ff. quib. mod. ususfruct. amittatur. Planè si per partes, ait, reficiat, licet omnis noua facta sit, aliud erit nobis dicendum. Spieg.

PER principis iurare, Græca defectione dicitur, pro, per principis genium iurare l. 2. C. de reb. cred. l. 13. §. ult. ff. de iureiur. Hot.

PER saltum promoueri dicitur qui minus gradatim ad ordines, sed præposterè, aliquibus intermedijs ordinibus omissis accedit. Quemadmodum faciunt omnes ferè nostræ tempestatis presbyteri, nõ tàm eruditione & meritis, quàm pecunijs & alio aliquo modo promoturi. Anch.

PER Satyram, apud Iustin. in præfat. π. quid sit, uide infrà, Satyra lex.

PER se, pro, ex sese, sua natura, & quod dicitur, naturaliter.

PER SOLVTIONEM, quàm specie. Hác phrasim ceu elegantẽ apud Paul. in l. ij. §. ij. ff. Si cert. pet. indicauit Dn. Haloander, & noster quoq; Oldend. ut negationem potius, quàm collationem insinuet, sicut & in l. si hominem. ff. depositi. & in l. ij. in fin. ff. de iudic. Spieg.

Hac stipulatione, PER TE NON FIERI, nõ hoc tantùm significatur nihil te facturũ quominus facere possim, sed & curaturum te, ut facere possim l. 50. ff. de uerbor. obligatio. Per hæredem autẽ, nisi si pupillus sit in eiusmodi stipulatione fieri uidetur, quamuis absit & ignoret, & ideo non faciat quòd fieri oportet l. 49. §. pen. eo. tit. Bris.

PER te stetit, barbari dicunt, tenuit per te.

PER tempus, in tempore, siue tempestiuè, inquit Donatus, aut opportunè.

PERAGERE adulterium in l. 5. ff. de adulter. & l. 16. in fi. C. eo. est accusationem aduersus adulterũ institutam implere. Sic & peragere litẽ in l. 22. ff. de inoffic. testam. ad exitũ perducere est. Peracto testamẽto, i. perfecto in l. 12. ff. de his quæ ut indign. Bris.

PERAGERE iudicium est ita perficere iudiciũ ut sententia feratur Paul. in l. nõ distinguimus. ff. de arbitris Aldob. §. si inter tutorẽ. Inst. qb. mod. tut. fin.

PERAGERE litem. Vlpian. Qui procuratorem dat, inquit, ut cõfestim agat: is intelligendus est permittere procuratori, & postea litem peragere. Sp.

PERAGERE reum, cõdemnare est l. 2. ff ad leg. Iul. de adulter. l. 6. §. destitisse. & l. 15. ff. ad Turpillian. Valer. Max. lib. vj. ca. ij. Duos sustinuit reos, eorũq; alterum lege peregit. Peragi itaq; reus dicitur, qui criminis quo postulatus est, condemnatur l. penult. ff. de public. iudic. Tacit. lib. iiij. Cæterorũ, quæ multa cumulabantur, receptus est reus, neq; tamen peractus ob mortem opportunam. Liuius lib. 4. Vos autem si reum perago, quid acturi estis? id est si ita iudicium & accusationẽ persequar, ut damnetur. Bris.

PERAGIT, qui obtinet: unde peregisse reũ dicitur, qui damnauit l. ij. ff. de adult. Agit, qui in iudicio prosequitur id quod sibi debetur. Exigit, q. quod iudicio ꝓsecutus est, recipit. Transigit, qui actionẽ sibi cõpetentem: siue instituta, siue instituẽda sit, aliquo receptõ, causa concordiæ omittit l. j. ff. de Transf. Sp.

PERAGI reus in criminibus, non res peragi dicitur, inquit Bud.

PERANGARIAE. Lege, Angariæ.

PERAEDIFICARE, ædificationẽ absoluere.

PERAEQVATORES dicũtur exactores censuum capitationis: quòd æqualiter ab omnibus exigant. Alc. in l. cum antea. C. de agric. & cens. lib. xj. Cuiacius dicit, perequatores & inspectores esse, qui census emendant, præsidijs inspectis & adæquatis inuicem, ut releuentur, quibus grauius est onus ad scriptum, grauentur, quæ sunt censita leuius l. 10. C. de fun. pat. lib. ij. l. pen. & ult. C. de an. & trib. lib. 10. l. 12. & 14. C Th. de censit l ult. C. Th. de locat. fun. iu. emphy. Greci ἐξισωτὰς uocãt. Eusebius 4. de uita Cõstantini. [illegible] Græci interpretes iuris, [illegible]. Itaq; idem penè munus est inspectoris & peræquatoris. Cassiodorus 10: ut ad prædium, de quo querela est, diligens inspector accedat, & rebus moderata inquisitione trutinatis, quidquid grauaminis potest habere possessio, rationabiliter abrogetur. Cuia. ad rubr. C. de censibus & censitoribus lib 11.

PERCEPTI fructus, ut à solo separati, & horreo repositi intelligãtur, Azo demonstrat in sum. de rei uend. Spieg.

PERCEPTI QVE dicuntur qui terra teneri desierũt l. usufructuari9 messẽ. ff. qb. mod. usufr. am[illegible]

PERCEPTIONEM fructus, ut Labeo tradit, accipere debemus nõ tantũ si perfectè sint collecti, sed etiam cœpti ita, ut terra continere se fructus desierint: ueluti si oliuæ, uel uuæ collectæ sunt, nondũ autem uinum uel oleum ab aliquo factum est, statim enim ipse accepisse fructum existimãdus est l. si eius fundi. ff. de rei uind. Spieg.

PERCEPTIO pro solutione & prestatione l. 4. ff. de his qui deiecer. l. 33. §. 1. ff. de pecul. l. 15. §. si in sepulchro. ff. quod ui aut clam l. 37. ff. de fideiussorib. l. 7. §. ult. ff. quod falsõ tut. Bris.

PERCIPERE, pro ualde capere, in l. si plagis. §. fin. Cum pila, inquit Alfenus, plures luderent, quidã ex his seruulum, cũ pilam percipere conaretur, &c.

PERCIPERE debitum destination. l. Herennius. ij ff. de usur. Sp.

PERCVNCTARI, diligenter inquirere. Vide aut. de testib. §. quia uerò in fin. Sp.

PERCVSSOR, qui percutit & occidit, & ad id faciendum conducitur. C. de sicar. l. si quis percussor. & ff. de sil. l. & si percussor. Spieg.

PERDERE feudum, pro amittere. §. itẽ qui. tit. Quæ fuit princ. caus. Item pro exceptione repelli. l. si filius, in princ. ff. ad Maced. Cæterùm haud perdidisse rem cẽsetur, qui eius restitutionem petere potest l. nemo. & ibidem Bart. ff. de in integ. restit. Sp.

PERDIDISSE creditor uidetur, qui exceptione repelli potest l. si filius. in princ. ad Maced. Alb.

PERDITVM, à diminuto distat l. perditum. ff. de petit. hæred. & à derelicto l. interdum. §. ex naufragio. ff. de acquir. possess. Spieg.

PERDVCERE est, litura per medium traducta delere l. 1, in princip. ff. de his quæ in test. delent. l. 20. §. ult. ff. de milit. test. Bris.

PERDVCTA, pro perinducta, siue omnino inducta, ac deleta. Vlp. l. 1. ff. de his quæ in test. del. Sed nolẽtib. inducta accipiẽdũ est, & si pducta sint. Hot.

PERDVCTORES, ut Asconius ait, in hoc differunt à lenonibus, quòd lenones sunt scortorum perductores, etiam inuitarum personarum. Sp.

PERDVELLES ab antiquis dicebantur quos nos hostes appellamus, inquit Caius in l. quos nos, de uerb. signif. Varro lib. De lingua VI. Apud Ennium est, quin inde inuicteis sumpserunt perduellibus Perduelles sunt hostes. ut perficit, sic perduellũ Duellum: id postea bellum, ab eadem caussa facta Duellona, Bellona. hacten9 Varro. & perduellis, ut Festo placet, inde dictus quod pertinaciter retineat bellum. Hinc factum ut qui hostili animo in rempu-

blicam aut Imperatorē esset, Perduellionis iudicio teneretur. ut ait Vlp. in l. ult. ff. ad Iul. maiest. Aliud est enim maiestatis, aliud perduellionis crimen: hoc enim sub illo, tanquam species sub genere ita comprehenditur, ut crimen sit imminutæ maiestatis & grauissimum & atrocissimum, quippe quod ad uniuersæ reipublicæ statum labefactandū pertineat: ueluti si quis aut regnū affectasset, ut Spuriꝰ Cassius Viscellinus: aut magistratū populi Romani sacrosanctum uiolasset, ut C Rabirius, pro quo extat Ciceronis oratio: ac proinde qui postremis temporibus hostile aliquid in personam Imperatoris molitus esset, uti iurisconsulti significant. Tribunitiam enim potestatem Imperatores totā in se transtulisse, nemo nescit. Item qui ciuis Romani libertatem uiolasset, ueluti qui eum securi percussisset, aut in crucem sustulisset: qua de re Cicero Verrina III. sic scribit: hoc in illo maiestatis iudicio si licuisse sibi ostēderit, ego oportuisse concedam. Ex hoc quoq; euaserit: proficiscar eò quò me iampridem uocat populus Romanus. de iure enim libertatis & ciuitatis suum putat esse iudicium. & rectè putat. Confringat iste sanè ui sua cōsilia senatoria, quæstiones omniū perrumpat, euoluat ex uestra seueritate. mihi credite, arctiorib. apud pop. R. laqueis tenebitur. Credet ijs equitibus Ro. populus Ro. q ad uos antea producti testes ipsis inspectantibus, ab isto ciuē R. qui cognitores homines honestos daret, sublatū esse in crucem dixerūt. Credēt omnes quinq; & triginta tribus, homini grauissimo atq; ornatissimo, M. Antonio, qui se præsente ciuem R. securi percussum esse dixit. Audietur à pop Ro. uir primarius eques R. L. Flauius, qui suum familiarem Herennium negociatorem ex Africa, cū eum Syracusis amplius centum ciues R. cognoscerent, lacrymantesq; defenderent, pro testimonio dixit, securi esse percussum. Probabit fidem, & auctoritatem, & religionem suam L. Suetius, homo omnib. ornamētis præditus: qui iuratus apud uos dixit multos ciues Rom. in lautumijs istius imperio crudelissimo per uim morte esse mulctatos. Hác ego caussam, cum agam beneficio populi Ro. de loco superiore, nō uereor, ne aut istum uis ulla ex populi Rom. suffragijs eripere, aut à me ullum munus ædilitatis amplius aut grasius populo Romano esse possit. Quadruplicem igitur inter maiestatis & perduellionis crimen differentiam reperio. prima est, quòd maiestatis crimine tenentur ij, qui uel partem aliquā reipublicæ læserunt: ueluti si quis duces hostium accepta pecunia liberauit, aut priuatus domi suæ hostiū duces tenuit: quod Verres fecisse dicitur in illa eadem oratione: aut si magistratui quippiam pro sua potestate agēti aliquis officiat, ueluti C. Cornelius, quem Cicero defendit. Perduellionis autem crimē in eos cadit, qui summam Reipub labefactare conati sunt. uti superius docuimus. Altera differentia est, quòd maiestatis crimē in foro apud suum prætorē, pro tribunali iudicio certa lege cōstituto, agebatur: ut ex Verrina 3. & 7. cognoscitur. Perduellio uerò primis quidem temporibus à duumuiris data opera creatis, pòst autē à populo R. comitijs centuriatis in campo Martio cognoscebatur: quemadmodum ex oratione Ciceronis pro C. Rabirio perduellionis reo, in campo Martio habita, itemq; ex Valerij li. 6. cap. 5. satis planè constat. Tertia differētia est, quòd maiestatis crimen nō morte, sed exilio multabatur: perduellionis uerò damnatum carnifex in urbē euocatus in crucē Martio in campo fixā tollebat. quod ex eadem oratione cognoscitur, in qua crucis mentio fit, & ex Dionis lib. 37. ubi de hoc iudicio cōmemorat. Quartam differentiā Vlp. ostendit in d. l. ult. de crim. maiest. ubi ait, maiestatis imminutæ crimen rei morte obliterari: perduellionis autē memoriam etiam post mortē damnari. quomodo intelligendus est Imperator in §. 2. De public. iudic. Is qui in reatu decedit (inquit Vlpian.) integri status decedit. extinguitur enim crimē mortalitate. nisi fortè quis maiestatis reus fuit. nā hoc crimine nisi à successoribus purgetur, hæreditas fisco uindicatur. Planè nō quisque legis Iuliæ maiestatis reus est, in eadē conditione est: sed qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus rē publicam uel principē animatus. Cæterùm si quis ex alia caussa legis Iuliæ maiestatis reus sit, morte crimine liberatur. Hott. Vnde autē nomen hoc acceperit, dubiū est. nā glo. in d. §. interdū. in uerbo Perduellionis, refert Placentinum dixisse, perduellionis nomen inde originē traxisse, quia per duellum fiebat certamē, si aliquis criminis huius diceretur reus, quod aliquid in principē uel remp. adtentasset. nam secundū Romanorum iura pugna talis licita erat: licet hodie reprobetur ut cōcludit Ioā. de Imol. in l. is qui reus. in xviij. col. uersic. est etiam tertia purgatio, & cæt. ff. de pub. iud. & D Alex. in l. ex diuerso. § ultimo. in pen. col. ff. solu. matrim. post Bald. cons. clxv. casus talis est. col. ij. & cons. cccxliij. illustris. in primo dubio. in secundo libro. & Placentino astipulatur etiā glossator ibi. quorū sententiam approbat Ioan. de Legnano in tracta. de bello: & refert Zabarel. in Clem. pastoralis. in quinta quæstione, de sen. & re iudic. hanc tamē opinionē reprobat glossator in l. cū filius. §. ultimo. ff. de leg. ij. & in d l. ultim. ad l. Iul. maiest. & in dicta l. quos nos. Et ubiq; exponit perduellionis, id est hostis: per ea quæ dixit Caius in præallegata l. quos nos. & hanc sequitur Card. in d Clem. pastoralis. in quinto not. & omnes tenent Mihi tamē neq; ista satisfacit. quia si Ciceroni credimus, in secundo officiorum: pirata nō est ex perduellionum numero diffinitus: & tamē est communis hostis. Et ideo si in dubijs sentētia libera cuique est, ut nota. in l. continuus. §. cū ita: per illū text. de uerb. oblig. Perduellionis reos puto dictos, quia à duorum iudicio iudicabantur hi qui maiora crimina perpetrabant. hocq; colligo ex Liuio: qui in primo ab urbe condita de Horatio loquens, refert eum propter mortē sororis accusatum, ad duumuiros à principe remissum, in hæc uerba: rex cōcilio populi aduocato, duumuiros (inquit) qui Horatio perduellionem iudicent, secundū legem facio. Lex horrendi criminis erat, duumuiri perduellionem iudicent: si à duumuiris prouocarit prouocatione certato: si uincēt, caput obnubito, infœlici arbori reste suspendito. uerberato uel intra pomerium, uel extra pomerium. Hac lege creati duumuiri, qui se absoluere nō ferebantur ea lege, ne innoxium quidem posse, cum condemnassent. Hactenus Liuius. Huius criminis meminit etiam Iureconsult. in l. cum filius. §. ultim. ff. de legat. secūdo. Cotta in memoral. Cæterum cur Horatij factū, quod parricidium fuit lege perduellionis iudicatū sit nō eadē est doctorū sentētia. Paulus Manutius in lib. de legib Romanis, id factum existimat, uel quod Numa uir sanctissimus parricidium omne uoluerit esse perduellionem, uel quia si nō omne parricidium, saltem illud, quod in cognatos affinesue committeretur. Sigonius lib. 2. cap. 18. de antiquo iure ciuium Romanorum, minimè Liuij sentētiam probat, qui iudiciū hoc perduellionis uocarit, nisi fortè perduellionē appellemus, nō quòd ille sororem,

rorem, id enim parricidiũ erat, sed qđ hominẽ in cõspectu, uel regis, uel populi Romani interfecerat, in quo maiestatẽ ciuitatis diminuerat. De perduellione autem inquisitum esse credit in Iunios, Vitellios & Aquilios, qui de prodenda regibus patria, nefaria & scelerata consilia habuerant, quos Brutus primus Consul supremo supplicio affecit. Adrianus Turnebus lib. aduers. 17. c. 7. tradit, Perduellionem olim nihil aliud fuisse, quam cædem, posteà immutata significatione Nam cum Horatius perduellionis accusatus fuisse dicatur, & condemnatus à scriptoribus Latinis, cædis & homicidij, id est, φόνου à Dionysio dicitur postulatus & iudicatus: Et Festus eum parricidij accusatũ dicit apud Duumuiros fuisse. Brechęus d. l. quos nos. nu. 2. Olim perduellionis crimen inter scelera atrocissima reponi solitũ tradit, ac inde Horatium ob sororem interfectam huius nefarij criminis iudicium subire iussum, hostilitatisq; reum peractum esse. Iacobus Ræuardus ad leges XII. Tabul. ca. 27. sic Liuium defendendum putat, ut dixerit expressè, Duumuiros nõ perduellionis Horatiũ reum fecisse, aut cõdemnasse, sed Publio Horatio perduellionem iudicasse, quia aliud sit perduellionem alicui iudicare, aliud perduellionis accusare, de qua re uide eum latius dicto loco.

PERDVELLIONIS iudicare, antiquo more dictum est ex imitatione Grecorũ, qui κρίνειν dicunt, pro diem dicere, & uadimonio capitali obstringere. Budæus in annotat. ad Pand.

PERAEQVE pariter & æquè apud omnes. Vlp. l. 2. §. si sub conditione. ff. de bon. possess. sec. tab. Iustinianus §. ius autem. Instit. de iure nat. gent. & ciuili. & ibi Aldobrandinus.

PEREGRI dicimus, cũ quis in loco est. Peregrè cum it in locũ: ut Fl. Sosipater scribit. Cuiac. Not. ad lib. 2. Inst. tit. de hæredib. instituen. in fin.

PEREGRINATIO longa. l. aut lõga. ff. de procur. Vnde priuat⁹ inimicus, uel latro, perduellio nõ est. Alc. de uerb. sig. Est & perduellio, coniurator. Et perduellionis iudiciũ uocatur, quo in perduellios, tanquã crimine læsæ maiestatis, animaduertebatur.

PEREGRINVS is dicitur, qui ciuis non est, siue nunquã fuerit ciuis, siue amiserit ciuitatẽ. Quod ab interpretib. animaduersum non fuit. Qui deportantur (inquit Imp.) si hæredes scribantur tanquam peregrini capere non possunt. l. 1. C. de hæred. instit. Vlp. l. x. ff. de in ius uoc. Dicuntur & ἀπόλιδες à Iureconsultis quod ciuitate careant. l. quidam. ff. de pœnis. & l. 1. ff. de leg. 3. Cęterum in peruulgata constitutione Friderici, cuius initium est omnes peregrini aliter accipitur sed per abusionẽ, ut & in alijs quibusdam locis, pro eo scilicet q peregrinatur, & peregre abest à domo sua, & ita in doctorũ hominũ scriptis interpretari debemus, ne eorum uoluntas, quæ uerborum proprietati, procul dubio anteponenda est, peruertatur Duaren. lib disp. anniuers. 1. ca. 9. & Balduin. in comment suo super instit. Iustin. lib. 1. quib. mod. ius pat. pot. solui. Peregrinus olim teste Cicer. lib. 2. offic. dicebatur, quem nũc hostem dicimus: ut id annotauit etiã Brechæus l. quos nos. ff. de uer. sig.

PEREGRINITAS, peregrinorũ conditio. Vlp. l. x. §. 4. ff. de in ius uoc. Sed si per pœnã deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus, putat Pomp. cum amisisse honorẽ. Suetonius in Claudio, Splendidum uirum, Græciæq; prouinciæ principẽ, uerum Latini sermonis ignarum, non modò albo iudicum erasit, sed etiã in peregrinitatẽ redegit. Hot.

PEREGRINITATIS reus dicebatur, si falso quis pro ciue Romano se gessisset. Spiegel.

PEREGRINVS Prętor. Lege, Prętor peregrin⁹.

PEREMPTORIÆ exceptiones uocantur, a perimenda causa in iudicium deducta: adferunt enim totius litis finem, si probatæ fuerint. Aliàs perpetuę, quia semper locum habent, nec euitari possunt. l. 3. ff. de except. §. appellantur. Inst. eod. tit. Old. Adde Brechæum in l. creditor. tit. de uerb. & rer. sign.

PEREMPTORII uim obtinet monitio facta parti præsenti à iudice, quamuis unica tantum interuenerit. ita singu. Bald. in l. 2. colum. 1. & ult. ante fin. C. quomodo & quãdo iud. ubi reputat nota dignũ, & pro singu. approbat Do. Iason in rubr. C. de in ius uoc. in uers. adde quòd ista. &c. Sequitur etiam Do. Felin. in c. pastoralis in primis uerbis. de iud. ubi citat Bald. idem dicentem, in c. consuluit. colum. 1. de offic. delega. & ita saluatur & intelligitur singul. dictum Innoc. in c. ad petitionem. colum. 1. ad fi. extrà de accusa. secundum Mathes. not. 132. nota unum singulare. & adeò uerũ est, quòd constituit reum in uera contumacia: ita quòd non poterit appellare, si nõ comparuerit. ut sing. not. Ang. in d. l. 2. per gl. ibi quã ad hoc dicit sing. & hoc dictum Ang. pro sing. commendat Bertol. Veronẽs. cautel. 89. septima cautela.

Quando autem opus sit peremptorio, & quandò non: habemus sing. doctrinam Salice. in l. si ea quæ. in pen. col. C. qui accus. nõ poss. quam pro sing. commendat D. Fel. in c. causam quæ. in secunda col. uersic. quando. extrà de rescript. iunctis his quæ scribit Mathes. not. 133. nota quod citatio. & D. Felin. in cap. consuluit. col. 4. & seq. de offic. deleg. & Iac. de sanct. Georg. in l. ad peremptorium. col. 1. & 2. ff. de iud. ubi etiam in 3. col. ponit, quòd præsumatur facta citatio peremptoria ad instantiam partis, quando in actis apparet de commissione citationis: & de citatione & relatione, secundum Abb. in c. 1. in 3. not. de iudic. & 27. fallentias refert Soci. reg. 352. & ponit etiã Marian. in tract. de citationib. in 27. articulo. in septima quæstione, & seq. & Deci. post Barb. in c. consuluit. in 9. & 10. col. de offic. deleg. ubi idem tenet etiã in monitione facta per nuncium apud acta de mandato iudicis, per dictum Bal. in d. l. 2. colum. 1. uersic. & idem dicitur. Cotta.

PEREMPTORIVM edictum dicitur, qđ post unum uel alterum, uel unum pro tribus datur, quo Prætor comminatur se diuersa parte absente cogniturum & pronuntiaturum, qđ inde hoc nomen sumpsit quòd perimat disceptationẽ, nec ultra patiatur aduersariũ tergiuersari. l. 68. l. 70. l. 71. l. 73. ff. de iudi. l. 53. & l. 54. & l. 59 §. ult. ff. de re iud. l. 3. in fin. ff. de appell. l. 1. §. item cùm ex edicto. ff. quæ sent. sine appellatio. rescin. l. 2. & l. 9. C. quom. & quan. iudi. & apud Paul. lib. 5. Sentent. titu. 5. Et Tertullianum in lib. de Pudicitia, statim in initio, & Raudeuicũ lib. 3. de Gestis Frider. ca. 27. Briss. & Duar. li. 1. disp. anniu. ca. 7.

PEREMPTORIVM edictum inde hoc nomen sumpsit, quòd perimeret disceptationem, hoc est ultrà non pateretur aduersariũ tergiuersari. Ad illud aũt hoc ordine uenitur, ut primò quis petat per absentiam aduersarij edictum primũ, mox alterũ, per interuallum non minus decem dierum, & tertium. quib. propositis, tum peremptoriũ impetratur. l. 68. 69 70. ff. de iud. uide Contumax. Hot.

PERENNE, aut ni fallor peramne auspiciũ qđ sit docet Festus. Petronia inquit amnis est in Tiberim profluens, quam magistratus auspicato transeunt, cum in campo quid agere uolunt: quod genus auspicij peramne uocant. Amnem autem fœmininè

antiqui dicebant. Connan. lib. 9. cap. 1. num. 4.

PERENNE flumen describit Iurisconſ. in l. 1. §. 2. de fluminibus ut in flum. pub.

PERENNIS ERVVS, qui perpetuò ſeruit uni domino. Spiegelius.

PERENDINVS dies hodie dici poteſt, cum iudex ſtatuit, aut inter partes cōuenit, ut omne inſtrumentum litis apud acta utrinq; proferatur intra triduum. Atq; tunc lis & res comperendinata dicitur. Bud. in l. 2. de orig. iur. Spieg.

PERFECTA ætas tametſi multiplicē habet intellectum, ut colligitur in l. fin. C. de his qui ueniam ætat. impetr. l. cum filio. §. ult. ff. de condit. & dem. l. ex his. C. qñ dies leg. ced. propriè tamen accipienda eſt, quæ 25. annorum curriculis completur. l. ad rem pub. ff. de honor. & mun. Spieg.

PERFECTISSIMATVS, erat dignitas quædam non mediocris, quia nō omnes Præſides, ut Alciat. docet, clariſsimi fuere, ſed & perfectiſsimi quidam, prout prouinciæ dignitas exigebat. Addit ex uetuſtiſsimis monumētis, Tarraconenſis Hiſpaniæ, ac Norici fuiſſe perfectiſsimos tantū, quod duabus literis deſignabant, V. P. ſicut clariſsimos uiros V. C. Item C. lib. 12. tit. 33. Spieg.

PERFECTISSIMI dicebantur, q iudicio principis, uel ad præſidatum prouinciæ, uel ad aliam adminiſtrationē promoti fuiſſent. l. 1. de perfectiſsimatus dignit. lib. 12. Adde Cuiac. ibid. Qua de re Alciat. diffuſe tractat in c. 4. lib. diſp. 3. Spieg.

PERFECTOR, qui quod uolebat, diligentia ſua perfecit. Spiegelius.

PERFECTVM, quod omnibus ſuis partib. conſtat quodq; ita conſummatum eſt, ut iam in uſu eſſe poſsit. l. 1. ff. de orig. iur. Et propriè cui nihil addi, uel minui ſalua integritate poteſt. l. iuriſperitos. ff. de excuſ. tutor. Quamuis Vlp. Perfectum ædificium interpretatur, quod tali uſu eſſe poteſt, qualem paterfamiliàs deſtinauit. In pactis, conuentionibusq; perfectā intelligemus, cum factum eſt illud, quod fieri inter partes conuenit. antè enim quàm res conſummationem acceperit, factum non dicitur: quæ ſi acceſſerit, non ſolum factum, ſed etiam perfectum dicetur. Ex Alciat. Spieg. Adde Brechæum l. pecuniæ. §. opere legato, in tit. de uerb. & rer. ſig.

PERFECTVM, & completū, idem. l. 2. §. omnes autē iſti. ff. de iud. Perficere tamen differt ab Implere, ut Alber. in dictione Implere indicat. Spiegel.

PERFECTVS annus, qui eſt dierum 365. Nec ideo minus perfectus eſt, quòd ultimus nondum ſit exactus, cum ſatis ſit eſſe cœptum, idq; in his, quę fauorem reſpiciunt, ut in uſucapionibus, in teſtam. in libertatib. Quod ſi de re odioſa agatur, de momento ad momentum ſit computatio. Spiegelius.

PERFECTISSIMVS, titulus eſt dignitatis in Conſtitutionibus poſteriorum Impp. l. 1. C. de naturalibus. lib. l. 11. C. de quæſtionib. & in C. 4. Theod. ſæpe. Qui tribuitur Procōſuli Africæ in Epiſtola Auguſt. lxviij. Briſſonius.

PERFERRE inofficioſi quærelā, litem, cauſam exequi & ad exitum perducere. l. 16. ff. de inoffi. teſt. l. 6. ff. de colla. l. 6. ff. de uſufr. Prat.

PERFICA dea à perficiendo erat appellata quæ obſcœnę libidini patrandæ præerat. Perfica etiā natura à Lucretio libr. 2. uocatur, quæ procreationi & perfectioni rerum præeſt. ut annotauit Turneb. aduerſariorum lib. 11. cap. xx.

PERFICERE donationem. Vide §. perficitur. Inſtitut. de donat.

PERFIDE agere circa rem pupilli tutor dicitur potius, quàm contrectare. l. tres tutores. ff. de adminiſtrat. tut.

PERFIDIA, pro defectione à religione, in l. nemo. C. de Sum. trinit. Spiegel. Plerunq; tamen perfidia mala fides eſt, ut fidei uerbum bonam fidē ſemper ſignificat. l. 1. ff. de conſtit. pec. l. 1. §. eum tamē deponere. ff. depoſiti.

PERFIDVS, qui fidem uiolauit, & à fide uenit: Infidus uerò, cui non eſt fidendum dicitur. & à uerbo Fido deſcendit, quod primam habet longam. Sp.

PERFRVI, in totum frui, ſeu omnem fructū percipere. l. cum quis. C. de nat. lib. 1. C. de ſeru. corrup. manum. Spiegelius.

PERFVGA, Gallo Ælio eſt, qui liber, aut ſeruus, aut hoſtis, ſui uoluntate ad hoſtes tranſierit: qui idē dicitur transfuga. Quanquam ſint qui credant, perfugam eſſe nō tam qui alios fugiat, quàm qui ob ſpē commodorum ad quempiam perfugiat. Spiegelius.

PERFVGIVM. Hoc uocabulum tuta quædā loca fugæ ſignificat. Profugium, magis fugæ ſpacium notat, & profugi (de quo infrà latius) qui in fuga eſſent. ut, Italiam fato profugus, Latinaq; uenit Littora. l. eum qui. ff. de priuil. cred. l. metum autem præſentem. ff. quod met. cauſ. Sp.

PERFVGIVM, non ut uulgò dicunt, refugium dicitur: quamuis confugere, nō perfugere dicamus, pro eo quod eſt, perfugium quærere. Sp.

PERFVNCTORIE. Vlpian. in l. aut qui aliter. Quod ui aut clam. Neque quidem perfunctoriè, aut obſcurè dicere, aut denunciare, id eſt, ut Bud. interpretatur, non bona fide, nec ex animo, nec iuſta denunciatione. Papinianus: Qui non perfunctoriè debitum officium impleuerant. Alciatus hanc in claſſe earum ponit dictionum, quæ alijs in autoribus nuſquam eo ſenſu reperiuntur: aitq;, Perfunctoriè, eſt leui cura, & aliud agendo: unde perfungi, & defungi, quod eſt, utcunq; explicare. At Budæo perfungi, eſt ad extremū obire munus, & ſtrenuè operam nauare. Sp. Vide ſuprà Dicis cauſa.

PERFVNDERE aliquem iudicio, pro cogere iudicium ſubire, & cauſam dicere. apud Cicer. pro Roſc. Amer.

PERFVSORIE, ſubobſcurè, diſsimulanter, nō diſertè, planeq; aliquid dicere. Vlpia. l. 5. §. j. ff. quod ui aut clàm. Debebit enim & diem & horam denunciatione complecti, & ubi, & quod opus futurū ſit: neq; perfuſoriè, aut obſcurè dicere, aut denunciare. id eſt, non ab alijs ſermonibus diſcretè, ut notari & exaudiri poſsit: ſed fuſè per alios ſermones, & permiſtè. Scæuola l. 69. §. 2. ff. de euictio. Sed etſi quis in uenditione ſtatuliberū perfuſoriè dixerit, conditionem autem libertatis celauerit. Item, Sicuti qui fundum tradit, & quum ſciat certam ciuitatem deberi, perfuſoriè dixerit, Itinera, actus, &c. Hot.

PERFVSORIE dicere, apud Scęuolam in l. qui libertatis. §. ſed & ſi quis. de euict. pro non diſertè, non expreſſe, Nit eygentlich außtrucken/anzeigen. Nam ambiguè dicere, aliud ſonat. Sp.

PERGVLA, menſa eſt, in qua opifices opera ſua uendenda exponunt. Vlp. de his qui deiecer. l. ſi uero. Cùm pictor inquit, in pergula clypeum, uel tabulam expoſitam habuiſſet, eaq; excidiſſet. Nebr.

PERGVLA, apud Vlpianum in l. heres. §. 1. de iudic. omnino accipienda eſt, pro loco accommodato exponendis uenalibus rebus, & nō pro tentorio, qđ nuſquam lectum eſt, ut Accurſius ibidem interpretatur. Budæus, Pergula, inqt, pars eſt dom9 exporrecta,

cta, & propendens, eius generis, quas Salientes artifices nostri appellant. Spiegelius.

PERHIBERE testimonium. Quod & ferre dicitur. Perhibere autem uerba, est, ut te audio loqui, siue quantum ex te audio. Spieg.

PRICLITARI fama, hoc est, periculum esse ne perdatur fama. Spieg.

PERICVLVM in tit. C. de sent. ex pericul. recitan. (sic enim non breuiculo ut putauit G. Budæus legendum admonent uetera exemplaria, & peritorum consensus) ad experientiā memoriæ referri putat And. Alciat. lib. 1. dispunct. c. 21. ἀπὸ τῆ πείρας, id est, tentamento. Tu illum uideas, uelim. Nam hanc lectionem ex C. Th. confirmat. Prat. Adde Cuiacium, qui affirmat, periculum ibi in d. tit. C. de sent. ex per. recitan. poni pro tabella, & idem esse, quod index siue libellus. Nam quod in apophth. Plutarchus πινάκιον, Æmilius Probus in Epaminonda periculum uocat. Cicer. 1. de legib. Qui in isto periculo non ut à poeta ueritatem exigunt. Et in frumentaria: pericula magistratuum. Cuiac. Obseruat. & emendat. libro v. capit. xxv. in fin.

PERICVLVM, interdum experimentum significat: quòd rarò aliquid sine periculo tentetur. Connan. lib. 7. cap. 11. nu 7. Hinc facere periculū, pro experiri. Propriè aūt salutis discrimen denotat. An periculi appellatione ueniat fortuitus casus, Bar. explicat in l. qui mercedem. ff. locati. Dicitur autem periculo alicuius esse res plurifariam l. damni infecti stipulatio. in prin. ff. de damn. infect. Sed periculū propriè de homine accipitur. l. interpositas. C. de transaction. Vnde se periculo subijciens renunciare uitæ existimatur per text. iunct. gl. l. princeps. C. de prin. agent. in reb. lib. 12. Notum, & rerum esse periculum; per tot. tit. ff. de peric. & com. rei uend. Cæterùm, periculum mortis quomodo intelligendum sit, eleganter exponunt Iurisconss. per aliquot ll. de mort. caus. donat. Vide, Damnum. Spieg.

PERIMACHIA, significat Depugnationē, Certamen, Velitationem & pugnatoriolam, & est Græca loquutio, eiusdem ferè significationis cuius est Sciomachia, nisi quòd iā dicta uox Sciomachia mitius usurpetur nempe pro pugna umbratili, quā semidoctum uulgus Scrimiam facili procliuitate mendi uocat. Item, pro contentione debili & inuehementi capitur. Nec Sciomachia latè differt à Chironomia, quam tactici, hoc est, Lanistę armorum magistri docent, quo uocabulo Basilius utitur in Oratione περὶ τοῦ προσέχειν ἑαυτῷ [illegible]. Cuius hæc uerba sunt. τοὺς ἐν ταῖς τακτικαῖς τὰς μελέτας ποιουμένους μιμούμενοι, ἐν γυμνασίοις καὶ ὀρχήσει τῶν ἰμπειρίαν [illegible].

PERIMACHITOS appellāt à Græcis de quo fit pugna, ut Perimachia dici posset cōtentio de causa nondum constante liquido & apertè & super qua contentio fiat. Ioan. Bapt. in comment. Epist. Sidon. Apollina. ad Vincen. lib. 1.

PERIMERE disceptationem, hoc est, interpretante Vlpiano, ultra non pati aduersarium tergiuersari. l. & tertium. ff. de iud. Sp.

PERIMERE legatum, non est prorsus tollere, sed extenuare. l. qui hominem. ff. de adimen. leg. Propriè tamen perimere est tollere, & interficere. Hinc apud Vlpian. l. & tertium. de iudic. Peremptorium edictum dicitur, eo quòd perimat disceptationē inter litigatores, hoc est, ultrà non patiatur aduersariū tergiuersari. Idem in fin. l. cum hi. ff. de transact. Iniquum est enim ait, perimi pacto id de quo cogitatū non docetur. Spiegelius.

PERINDE, pro ita. l. si deferente. ff. quibus modis pign. solut. & simil. Pro æquè autem accipitur, ubi non sequitur, ac si, uel atq; si, uel negatio, ut Valla demonstrat. Cuiusmodi autem similitudinem inducat, Bart. ostendit in l. j. ff. de recept. & in l. sacrilegij. ff. ad legem Iul. pec. Spieg.

PERINIQVVM l. fin. C. de Iurisf. omn. iud. ut apud Cice. pro lege Manil. Quare uideant, ne sit periniquum, & non ferendum. Sp.

PERIODICÆ febres, sunt tertianę & quartanę: quod certis temporibus abeunt, & rursus redeunt.

περιοδευταί, in l. 6. ff. de excus. tutor. (adde Cuia. ibidem) uetus interpres uertit circuitores. Zonaras sic exponit. ca. 57. Concilij Laodiceni: περιοδευταὶ λέγονται διὰ τὸ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστούς. Prat.

PERIPETASMATA, Tapetia Babylonici floris uarietate conspicua. Proinde Lucretio Babylonica uocitata: Non ego prætulerim Babylonica picta superbè Texta Semiramia quę uariantur acu. Super hac re ipsa Martialis inquit: Dicuntur & aulea & Attalica ex testamento Attali Pergameni Regis in urbem his usu uenientibus, dicuntur & stromata à Capitolino & peristromata Varrone in tertio de re Rustica. Hæc belluata, hoc est, belluis uariegata, Plautus appellat in Pseudulo. ut ne Peristromata æque picta sint, Campanica neq; Alexandrina belluata consuta tapetia. Non desunt qui flectant à uerbo Græco πετάννυμι, pando, extēdo, siue ex textu polymitario ex tensili filamine colorarentur, seu quod solenni festo & peræque geniali pandebantur & explicabātur. Plautus in Stycho: Tum Babylonica & peristromata, fellas & tapetia aduexit, nimiū bonæ rei. Hæc peristromata uocitantur, quo titulo non abstinuerūt, qui scientiæ miscellæ libros æddiderint. Io. Bapt. in comment. Epist. Sid. Apollin. ad Agricolam, lib. 1.

PERIRE etiam dicitur id, quod nō est. l. id quod conditione. ff. de constit. pecunia.

PERISSE uerbo & scissum & fractum & ui raptum continetur: ait Vlpia. l. 9. ff. de uerb. sig.

PERISSOCHOREGIA, magistratus nomen, curator fortasse annonę. ἀπὸ τῆ περισσεύειν, καὶ χορηγία, qđ est, abundantiam, fertilitatemq; suppeditare. Alc. in l. perissochoregię. C. de frument. Alex. lib. xj. Bud. perissochoregia, quasi redundantem frumenti delargitionem, in annot prior. interpretatur. Est in poster. l. de frument. Alex. lib. xj. C. perissochoregiæ nomē, penitus amputetur, & tesseræ designentur. Pyrrhus ait, perissochoregia est magistratus annonæ auctæ, seu augmenti distributor.

PERISSEVMA dici potest, quod abundātiam rerum suppetit. Hinc περισσεύειν, copia rerum superāre significat. Et est congiarium propriè, quod plebi datur: sicut quod militibus donatiuum. Æl. Spart. in Aelio Vero, & Iul. Capitol. in Pio. Solebat autem ultra stipendium dari liberalitatis causa, ut milites magis addicti Imperatoribus essent. Alci. C. de annon. ciui lib. l. centum perisseumatis. lib. 11. Sp.

PERISSOLOGIA, id est, uerborū adiectio superflua: quam & conculcationē nostrates uocāt. gl. l. lecta. ff. si cert. pet. cuius quoq; exempla plurima in Iustiniani Authen. habemus. Vlpia. l. 1. de ædil. edict. Vitium, morbumq; Ædiles dixerunt, tollendę dubitationis gratia. περισσολογία, id etiam à Grāmaticis τὸ κοινὸν dicitur. Alciat. de uerb. sig. lib. 4. Sp.

PERISTEROTROPHIVM, quod & peristereon dicitur, locus in quo columbę habitant, Latinè columbarium: quamuis columbarium propriè sit loculamentū singulis columbarū paribus præparatū.

PERI-

PERISTROMA à Iurisconſ. nō omne pallium dicitur, ſed eſſe quoddam genus pallij, uult, qđ Græci Periſtroma appellent, & meritò etiam ſtragulum dici poſſe. ut teſtatur Forcat. in ſuo penu Iuris ciuil. cap. 4. & addit: pallium, & id genus ueſtimenta ſtragula in toris fuiſſe apud antiquos. Martial. in Epigr. de Catella Publij,

Collo nixa cubat, capitq; ſomnos
Vt ſuſpiria nulla ſentiantur,
Et deſiderio coacta uentris
Gutta pallia non feſellit ulla
Sed blando pede ſuſcitat, toroq;
Deponi monet & rogat lauari.

Sed apertius Ouidius in Elegijs (ſi quid tamē apertius poteſt) de pallio ſtragulo cecinit,

Eſſe quid hoc dicam, quòd tam mihi dura uidentur
Strata, neq; in lecto pallia noſtra ſedent.

Forcat. in ſuo penu iuris ciuil. cap. 4.

PERITIA propriè iuris eſt, Inſtitu. de iur. nat. in prin. Huius autem mater Experientia eſt. Nec Philoſophus præcipit ocioſe, ut fides ei maxima adhibeatur in ea arte, in qua diutiſſimè ac diligentiſsimè uerſatus fuerit, plurimaq; expert9. Sed & apud noſtros regulare eſt, ut peritis credatur de qualibet re. l. j. in prin. ff. de inſpicien. uent. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homi.

PERITIA, epitheton docentis, eſt facundia dicentis, differentis copia, interpretantis ſubtilitas. l. j. C. de profeſſ. qui in urbe Conſtantinop. lib. 12.

PERITI habentur, qui multa experti ſunt, uocati ab antiquis Iuriſprudentes, quibus ſcilicet ab experto noti eſſent, atq; ab obſeruatione ritus patrij, leges, mores, cōſuetudines: quiq; memoria tenerēt, quæ in cauſa, quoq; in negotio, uel ancipiti, ac maximè dubio, uel oppido quam difficili, quid à maioribus uel iudicatum eſſet, uel conſtitutum, uel publicè etiam ſancitū: unde qui huiuſmodi facultati dant operam, Legum periti, ac iuris dicuntur: eaq; cognitio appellatur à doctis pariter, atq; indoctis Peritia, teſte Pontano, de Prudentia, lib. 4. Ad eiuſmodi peritos legum, & minimè ad leguleios, aut rabulas forenſes arbitror pertinere l. Iuriſperitos. ff. de excuſ. Doctū, & Peritū, cum ſimile uideantur, à Cic. diſcretūm eſt, ut ſit Peritū plus quam quod Doctum. Sp.

PERIVRARE, quoties in libris Digeſtorum legitur, eſt uitium ſcriptoris, quoniam teſte Nebriſſ. in Pandectis Florentinis ſemper pro eo legitur peierare. Huc accedit emendatior Haloandri editio.

PERIVRII, hoc eſt, falſi iuramenti pœna extra ordinem eſt. l. fin. iunct. gl. ff. de crim. ſtellion. Spieg. Adde Cuiac. Obſeruat. lib. 2. cap. 19. qui in ſpecie ibi aliquot periurij pœnas enumerat. Præcipuè autem duas notatu dignas pœnas recitat idem Cuia. in expoſit. ad Nou. Iuſtin. 53. de exhibitione reorum. Pœna, inquit, periurij hæc eſt, ut abſens reus qui peierauit iudicio ſiſti, non citetur edictis ſolēnibus, quemadmodum cæteri ſolent, ſed requiratur & ducatur. quod ualdè pertinet ad explicationem l. ſancim9. C. de iud. dum ait: licet non citati ſed requiſiti &c. quæ uerba nō intellexit Accurſius. Pœna etiam periurij, hæc eſt, ut reus, quamuis ſit ex his perſonis, quæ ſatiſdare non coguntur, nūc ſatiſdare cogatur, nec amplius iuratoriæ cautioni committatur. Hæc eſt ſincera huius partis interpretatio. In ea uulgò interpretes multa peccant. Hæc Cuiac. in ſuprà d. explicat. ad Nou. Iuſtinian. 53.

PERIVRVS, qui iuſiurandum uiolat: uel qui iurando ius peruertit. Porrò ſemel periurus, ad præſtandum iuramentum admittendus non eſt. Vide Bart. in l. ſi quis maior. C. de tranſact.

PERLVSORIVM iudicium, id eſt, colluſoriū, colluſionis cauſa inſtitutum, cum aliud agitur, aliud ſimulatur. Vlp. l. 14. ff. de appel. Si perluſorio iudicio actum ſit aduerſus teſtamentum, an ius faciat iudex uidendum. Exhæredatus filius querelam inofficioſi aduerſus inſtitutum per colluſionem mouerat, ut quum inofficioſum eſſe teſtamentū per inſtituti cōniuentiam ac diſsimulationē probaſſet, & legata & libertates interciderent. Budæus tñ Proluſoriū corrigendum putat, & de proluſione multa tractat. ſed nihil ad mentem Vlpiani, ut mea fert opinio. Hot.

PER manus traditū eſſe ait Affricanus, quod ea de re nihil conſtitutum ſit nominatim, ſed cōi quadam omnium tum principum tum iuriſprudentum ſententia & opinione receptū, Conna. lib. 9. c. 6. n. 5.

PERMISSV meo, pro permiſsione, exēplò. Cicer. in l. 1. ff. ne uis fiat ei. Spiegelius.

PERMISSVM ad certum tempus, cenſetur exacto illo prohibitum. l. Imperatores. ff. de poſtul. ex Alberic. Spiegelius.

PERMITTI uariè dicitur, primùm quod nullo iure prohibetur, ut ſecundas nuptias contrahere. c. contrahere. 31. quæſt. 1. Permitti quoq; id dicitur, qđ contra conſtitutiones humanas indulgetur, ut contrahere matrimonium in quinto gradu. ca. quidā. 35. quæſt. 3. Permitti dicitur & illud, quod & illicitū eſt, ut magis illicitum uitetur.

PERMITTE. Cum Imp. uel lex hoc uerbo, ſimiliue utitur, quia præſentis eſt temporis, ipſam legum indulgentiā ſignificat, quæ perpetua eſt: non itē iudicis opem plerunq; temporariā. ut docet Bart. in l. iubemus 2. §. ſanè ſi hæc noſtræ. C. de ſacroſ. eccl. Sp.

PERMVTARE pecuniam, eſt, inquit Bud. per menſam mittendam curare. Permutare uerò ære alieno, ſignificat commutare in alienum debitum, & alieni debiti uice accipere. Idem obſeruauit, permutare, pro emere poſitum apud Plinium.

PERMVTATIO nihil aliud eſt, quàm contractus, do ut des. l. naturalis. §. 1. de præſcript. uerb. Diuiditur in Do ut des, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut facias: & in permutationem, iuxta Paulū Caſtrenſem, in l. 2. de iureiuran. Obtinet autem permutatio inſtar emptionis. l. ſciendum. §. emptores. ff. de ædil. edict. Spiegelius.

PERMVTATIO, eſt conuentio iuriſgentium à populo Rom. ita recepta & comprobata, ut ei tamē neq; ſuum nomen dederit (ſunt enim emptio & locatio quædam permutationis formæ) neq; certam actionis formulam conſtituerit: adeò ut ſeſe inter ſe contrahentes cogere rem mutuò præſtare non poſſint. ſed quum alter rei acceptione obligatus eſt, uel quanti alterius intereſt, Præſcriptis uerbis actione præſtare cogitur: uel rem acceptam, quaſi cauſa non ſecuta, reddere: aut ſi eam dederit quæ euincatur, in factum actione quanti interfuerit, exoluere. uti conſtat ex l. 1. ff. de rer. permut.

PERMVTATIONIS nomē generale eſt & cōmune omnibus conuentionibus, in quibus utrinq; aliquid interuenit. Nam ære mutari dicitur, qđ pretio emitur. Columella lib. 8. cap. 5. Cætera uel reponantur, uel ære mutentur. Plin. lib. 19. cap. j. Quaternis denarijs ſcripula eius permutata reperio. Valer. Max. lib. 7. cap. 6. ut ſex milibus denarijs ſingula uaſa permutarentur. Apul. Apolog. j. Nam ſæpenumero & uinum & holus & pomum pretio mutati. Tracta eſt autem hæc locutio de Græcis, qui eodem in ſigni-

significato uerbo ἀλλάσσειν utuntur. Vnicus Timonis uersus à Gellio lib.3.c.17.relatus huic rei probandæ sufficiet. Sic autem habet, πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἀλλάξατο βίβλον. Seruius uerò in illum Verg.locũ Geor. Quamuis Milesia magno uellere mutentur. hanc significationem ab antiquo more repetit.quo mercimonium omne in permutatione cõsistebat. Hac planè ratione mirũ nemini uidebitur, si permutatio in proprium transijsse contractus nomen negetur. Tertullianus etiam non semel libertate mutare seruum, pro ad libertatem perducere dicit,ut in lib. de resurrectio.carn. Si famulum,ait,tuum libertate mutaueris, &c.& lib.de pœnit. Quis enim seruus posteaquã libertate mutatus est, furta sua & fugas sibi imputat. Brissonius.

PERMVTATIONIS primus est & antiquissimus contractus, ab indigẽtia & ipse ortus ut reliqui omnes. Nam cum nemo sibi omnia præstare posset, quæ essent ad uitam commodè.atq; honestè degendam necessaria,propter imbecillitatẽ ac inopiã desideratę sunt commerciorum atq; officiorum mutuationes,ut his dandis accipiendisq;, quod minus ipsi per se possent, reciperent ab alijs, uicissimq; redderent quod in sua positum esset potestate & facultate. Licet autẽ permutatio& emptio simillimæ sint:& eodem penè iure censeantur: Hoc tamen differunt, quod in emptione pro re precium datur. In permutatione res pro re precium pro precio. Paul.sicut aliud est uẽdere aliud emere,alius emptor,alius uenditor:ita aliud precium, aliud merx. At in permutatione discerni nõ potest,uter emptor, uter uenditor sit multumq; differunt eorum pręstationes.Emptor enim nisi fecerit nũmos accipientis,tenetur ex uendito. Venditori uero sufficit ob euictionem se obligare,possessionemq; tradere, & purgare se dolo malo.Itaq; si euicta res non sit,nihil debet.In permutatione uerò si utrunq; precium est: utriusq; rem fieri oportet: si merx neutrius. Sed cum debeat & res & precium esse non potest inueniri, quid eorum merx & quid precium sit: nec ratio patitur ut una eademque res & uæneat & precium sit emptionis. Conna. lib.7.cap.5.num.2.& 6.

PERMVTATIONIS specialis appellatio refertur ad res,quæ pro rebus dantur diuersi generis.Nã olim in prisca simplicitate,homines sibi species rerũ comparabant alijs speciebus, perinde ut nunc pecunia numerata facimus: quippe quòd tunc pecuniæ usus nondum esset. Vtramq; hanc significationẽ tractat Paul. in l.naturalis.ff.de præscr.uerb.In hac quęstione, ait, totius ob rem dati tractat⁹ inspici potest. Quasi dicat:Repetamus originem omnium contractuum,quæ consistit in causis, ob quas alter dat alteri. Nam communicatio rerum exigit dationem: datio,causam:causa mutuam permutationem &c.

PERMVTATIO Glauci & Diomedis: prouerbialiter dicitur quoties inæqualem commutationẽ significamus,hoc est, deteriora pro melioribus reddita scilicet ærea pro aureis. Historia refertur ab Homero Iliad.lib.6. ubi Glaucus cum Diomede aurea sua arma pro æreis permutat. meminit eius & Imp. in procœmio ff. Corras.Miscell.lib.2.cap.15.

PERMVTATIO Glauci & Diomedis stulta quidem censetur:sed perniciosior multò est ista,secundum quam hoc tempore barbaros & inutiles commentarios,pro grauissimis Iurisconsultorum monumentis amplectimur.

PERNICIES, non destructionem, sed propriè exitium, **Endtlich verderbung/** uel **gäntzlichen abbruch** signat,apud Iustinianũ.Instit.quib.alien.licet. §.1. in fin. Expone ibidem,Substantiæ earum, **Jhre leibs nahrung.** Oldend.

Φέρνη dotem significat.hinc παράφερνα.de quo uide suo loco.

PERNICIOSVM urbibus mercimonium,hoc est,damnum afferens.**das g. meyner Burgerschafft zu schaden reychet.** Nobiliores natalibus, & honorẽ luce cõspicuos, & patrimonio ditiores exercere prohibet Imp.leg.3. C.de commerc.& mercat.Sp.

PERNOCTARE.Pomponi⁹,Pernoctare extra urbem intelligendus est,qui nulla parte noctis in urbe est.Per enim totam noctem significat,in fi.l.urbana familia.de uerb.sig.Lege,Abnoctare.Spiegelius.

PERO,propriè rusticum calciamentum: ut Seruius Gramm. testatur. hinc capsæ ex ulna palustri, aut alia simili materia confectę,quòd peronis ad formam accedant,Perones dictæ. Alfenus l.31. ff. locat. Quòd si separatim tabulis,aut peronibus,aut in alia cupa clusum uniuscuiusq; triticum fuisset,&c.Locũ Budęus restituit,quum antea Heronibus legeretur. Peronis uerbo usus est Plinius hac in re lib.36. c.14. ut Vitruuius lib.5.cap.12.Hotom.

PERORARE causam, idem quod nostris cõcludere. Pedian⁹ in Verrinis autor est,quòd Prętor accersitis omnibus eiusdem causæ iudicibus, ad suum tribunal considentibus perorari causam iubebat, & ubi ab utraq; parte satis dictum fuerat,imposita cuique, qui finierant,necessitas dicendi, Dixi: tum Prætor pronunciabat,Dixerunt,& in consilium iudices mittebat. De perorata causa est text. in l.patre.ff.de quæst. Quod teste Salomonio Accurs. non intellexit. Spiegelius.

PERPENSVM idem est quod examinatum:ut perpensum consiliũ dicitur in procœmio Cle.in princip.Io.Bello.Etym.Est enim perpendere nihil aliud quam diligenter considerare.

PERPERAM uulgo quidem significat, non iure,siue iniuria.l.22.§.cum aũt.ff.rem rat.hab.l.11.§.ex facto.ff.de minoribus.l.42.ff.de liber.cau.l.8.§.sed si quæratur.ff.si seruit.uindi.l.62. ff.de re iudic.uerùm nonnunquam etiam perperam nihil aliud est, quàm imprudenter,& per errorem.l.26.§.1. ff. de pact. dotalib.l.40.ff.de condict. indeb.l.9. ff. de constit.pec. l.pen.§.ult.ff.pro suo.l.82.§.si Titius.ff.de furt.l.1.C. si maior fact.alienat.Paul.lib.3. Sentent. tit.6.ad fin. Vlpian.in Instit.tit.24.Briss.

PERPERAM.Scæuola l.3.§.si quis ita.de eo qđ cert.loc. Si quis, inquit, stipuletur Ephesi x.dari,si deueniri Ephesum possit,agat:perperam ante diem agit.Dubitatum fuit,an perperam,id est,nihil agat: quia nec actio,nec obligatio orta sit, ut quidam existimauere: an perperam,id est, malè. quia licet orta sit obligatio,in l.ita stipulatus,de uerb.obligat.actio tamen impediatur. Quæ est,ut Alciatus testatur,crebrior sententia, in quam & ipse docendo solitus sit transire.Quoniam uox Perperam,uidetur à Græcis accepta,conformataq; ex duabus dictionibus, πέρα, id est,ultrà,excessiuè,& πέραν, eiusdem significationis: ut perperam fieri dicatur, in quo modus tantũ exceditur.Vide cap.pen.lib.1.Parerg.Cęterùm,perperam factum,quandoq; accipitur,quod dolo factũ est,à Perperis fratrib. qui & Cercopes dicti sunt, & impostores erant: unde Græcis περπερεύεσθαι uerbũ, petulanter,aut dolose agere. Ex Alciato ibid. Sp.

PERPETRARE,perfectionem actus, & plerunque in mala re denotat l.fin.§.si quis autẽ. ff.de bon. eor.qui mort.sibi consciuerunt.Iust.Insti.de public. iud.

iud. Sin autem per uim raptus uirginis fuerit perpetratus. Vide Alciat. in comment. Spieg.

PERPETVI non una est pro adiuncto uerbo significatio. Perpetuum edictum est quod in oēs causas propositum & iuris perpetui statuendi causa scriptum est. &, ut Vlp. in l. 7. ff. de iurisdict. omn. iud. qđ perpetuæ iurisdictionis causa, non quidē prout incidit, propositum est. Perpetua autem primum facta sunt edicta Prætorum, lege Cornelia, antea annua cùm essent: Quæ demum in ordinem à Saluio Iuliano ex Hadriani Imperatoris & Senatus auctoritate digesta atq; composita, titulisq; distincta postea Iureconsultorum commentarijs explicata sunt. l. pen. C. de condict. indeb l. 2. §. si quid etiam. C. de uet. iur. enucl. & apud Eutrop. in Hadria. Eoq; perpetui edicti appellatio in omnibus librorum nostrorum locis referenda est. l. 2. ff. de statu hom. l. 78. §. cùm existimaret. ff. de leg. lib. 2. l. 6. C. de bo. poss. l. 8. C. de iniur. l. 5. C. de his qui uel ui uel met. l. 5. ff. de extraord. crim. Vt autē perpetuam iurisdictionē Vlpianus, ita perpetuum ius certum & in omnia tempora scriptū Quintil. in Declamat & Dioclet. in l. 8. C. de pigner. act. dixerunt. Briss. & Duaren. lib. 1. disput. anniuers. capit. xlviij.

PERPETVI appellatio nonnunquam uitæ tempus amplectitur, ut in l. 8. §. siue igitur. ff. de transact. alimenta perpetuò relicta intelligimus quoad quis uiuat. & in l. 1. ff. pro soc. societas in perpetuum coitur, id est, dum socij uiuant, & in l. 4. ff. de procur. in perpetuum procuratorem dari traditur, qui tamen post mortem dantis duraturus non sit. Briss.

PERPETVVM dictio regulatur secundum subiectam materiam, ut concludit gl. singularis. in ca. ea enim. in uerb. perpetua x. quæst. 2. & Corn. cons. 59. diu. col. 1. uers. & uerbum. lib. 2.

Proinde singul. decidit Bart. in l. annua. §. Titia. ff. de annu. leg. quod legatum annuum factū in perpetuum, debet restringi solùm ad centū annos. & hæc decisio ampliatur, ut procedat etiam in legato facto ecclesiæ, secundum Bart. in l. si usus fructus munici-pibus. ad fin. ff. de usufruct. legato. & ita dicit se consuluisse & obtinuisse D. Alex. licet alij contrariū consuluerint, in l. 2. in prin. in 1. col. ad fin. ff. solut. mat. & eius cōsilium est in 1. lib. nu. 60. omisso multiloquio. ubi dicit, quòd ita se habet magis cōmunis opinio: à qua in iudicando nō est recedendum secundū eum. Adde quòd in primo dicto Bar. contrariū tenet Socy. in repetitione §. ult. in l. 3. in 8. colū. uers. & ex his ego infero. ff. ad l. Fal. quamuis opinionem Bart. sequantur Anch. & P. de Perus. ut ibi per eum. Item in secundo dicto Bart. & sic in ecclesia, contrariū concludit D. Iason in l. in annalib. circa med. C. de legat. & in l. uideamus. §. deferre. in 2. col. ff. de in lit. iur. & in l. 2. in princ. in primo not. ff. sol. matr. in quib. locis dicit, dictum Bart. esse sing. Tamen in practica, durū esset recedere ab opinione Bart. confirmata per D. Alex. quem sequitur D. Lancel. Dec. in d. l. 2. in prin. in primo not. post Anan. cōs. 39. præsupposito quòd legatum. & secundum hæc debet declarari notab. dictum Bal. in l. hæreditas. in ult. quæst. ff. de hered. instit. dum concludit, quòd legatum factum monasterio durat, licet monasterium destruatur. & pro eo capiet ecclesia Romana quæ Deū repræsentat: de quo ultimo fecit mentionē suprà in uerbo, Absens. Sed quid in emphyteosi ecclesiastica, concessa in perpetuum? est sing. consilium Bald. num. 372. tempore diui Federici. in 4. lib. & consuluit etiam eleganter Socin. cons. 114. in causa quæ uertitur. col. 17. uersic. 2. præmissa confirmatur. lib. 2. sed eius dicta reprobantur per Dec. cons. 171. in causa uenerabilium monialium. in ult. col. & tractat Felin. in c. in præsentia. col. 12. de probat. ubi hanc dictionem Perpetuum exponit, id est, transitoriū ad quoscunq;. post Anch. cons. 327. discurrit materia: ubi loquitur in cōtractu facto cum uniuersitate, quæ regulariter nunquā moritur. Quid aūt operetur ista dictio apposita instrumento, ut quis perpetuò teneatur: dic quòd tollit cursum præscriptionis, ut per Cep. caut. 119. potest dari. & Bar. sing. de quo ipse non fuit memor in l. 3. in princ. ff quib. mod. ususfr. amit. & Bal. eleganter in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edict. cum simil. adductis per And. Sicul. cons. 53. præclarè scripsit. col. antepen. & pen. lib. 2. In materia autem seruitutis, quādo quis promisit aliquid in perpetuum pati, uel facere, uide Veronens. in seruit. urb. tit. de seruit. oneris ferendi. colum. 2. Cotta.

PERPETVVM dicitur, quod non est sine præfinitione temporis, ut in Insti. de perpet. & temporal. actionib. in prin. &c. Io. Bello. Etymol.

PERPETVVM, pro centum annis. teste Bart. in l. si ususfructus. ff. de usufr. leg. Sp.

PERPETVVM, teste Budæo, pro generali accipitur, & quod semper obtinet. Paulus: Cum hæreditas ex fideicomm. causa restituta est, si ante compromissum est, puto fideicommissarium cauere debere hæredi. Nam quod dicitur, retinere eum oportere, non est perpetuum, id est, non semper accidit. Vide suprà, Æternus paries. Sp.

PERPETVVM, pro cōtinuato, non interrupto, aut temporis spacio intermisso. l. seruitutes. 1. respōso. ff. de seru. l. purè. §. fin. ff. de doli except.

PERPETVVM esse non potest, quod personis, non rebus conceditur. l. sordidorum. C. de excusat. mun. lib. x. Spieg.

PERPETVA actio obligationi temporali opponitur. l. 37. ff. de neg. gest. Perpetuæ actiones uocantur, quæ olim in perpetuum uiuebāt, hodie fine constitutionibus præscripto, id est, 30. uel 40. annorum curriculo, finiuntur, ad differentiam temporalium, quæ sex mensibus, anno, biennio, uel triēnio finiuntur. Inst. de perpet. & temporalib. l. 6. §. ult. ff. de re iudic. l. 3. C. de præscript. 30. annor. l. 5. C. ad Macedonia. Atq; ita interpretandum est, quod legitur perpetuò quem teneri & in perpetuum actionē dari. l. 29. §. ult. cum l. seq. ff. de dolo. l. 17. §. 1 ff. de dam. infect. l. xx. §. hoc interdictum. ff. de nou. ope. nunc. l. 17. ff. de castr. pec. l. 3. §. 1. ff. de ui & ui arm. l. ult. §. hæc iudicia. ff. nautæ, caup. l. 5. §. hæc autē actio. ff. de his qui deiecerunt. & alijs multis locis. Briss.

PERPETVA consuetudo, quæ semper seruata est. l. 6. ff. quod cuiusq; uniuersit. Hot.

PERPETVA locatio. Tametsi olim Iurisconss. ueteres tractarint de ea, alij tamen ad uenditionem, alij ad locationem referendam existimarunt. Quare primus Zeno Imperator constituit proprium censeri contractum, qui Emphyteuticus dicatur, habeatque suas pactiones contrahentium, uel (ijs deficientibus) interpretationes à iure, sicut alij cōtractus teste Iustiniano, Institut. de locat. l. 1. C. de iur. Emphyteut. Veteribus tamen simplici forma cognitus fuit ex Oldendorp. Spieg.

PERPETVAE locationis initium cœpisse à publicis fundis uerisimile est, quòd res communes ut plurimum geruntur negligētius. Idcirco fundos publicos certis pensionibus, ijsq; perpetuis locare soliti sunt, ut & agri cultione, & calamitatum periculo,

lo, quæ multæ solent accidere liberarētur. Quod postea passim etiam priuati in suis fundis quisq; usurparunt ut arandi, serendi, colligendi seruandiq; solicitudinem deponerent. Sed in ijs qui satis boni essent natura, tempus locationis angustarūt: In ijs uerò, qui nisi magna cultura & multo labore nihil ferrent, quasi desperatos aliquos dimiserunt in perpetuum, contenti modica pensione, quæ ueri domini memoriam conseruaret. Atq; horum conductores perpetuarij uocantur à Grat. Hono. & Theod. Imp. l. iij. & ultim. capit. de locatione præd. ciuil. uel fiscalium siue templorū. quo pacto uidetur Seneca perpetuum mulionem uocare: nō qui cuiquam ad mulas agendas operam suam in perpetuum locauit, id est, dum uiuet: sed qui nullum unquam aliud genus uitæ secutus est, &c. Connanus libro vij. capit. xij. numero j. & ij.

PERPETVAE exceptiones sunt, quę semper locum habent, nec euitari possunt, ueluti doli mali, rei iudicatæ, pacti perpetui, id est, cuius uis certo tempore adstricta, conclusaq; non est. l. tertia. ff. de exceptio. l. xxiiij. l. xl. ff. de condict. indebit. l. xxxiiij. §. ultimo. ff. de solutio. l. xiiij. ff. de liber. leg. l. decima. ff. de uerb. signific. Briss.

PERPETVAE trabes, id est, solidæ, & non coagmentatæ, inquit Budæus.

PERPETVALE. Quintil. lib. 2. cap. 14. καθολικὰ, id est, (ut dicamus quomodo possumus) uniuersalia, uel perpetualia. Spieg.

PERPETVARE, sine intermissione continuare: quod fit per successionem, & surrogationem. Vide Bartol. in l. eum qui debere. ff. de seruitut. urban. prædior. Spiegelius.

PERPETVARI obligationes dicūtur, quæ tempore casūue aliquo perituræ perpetuæ fiunt. l. 91. §. nunc uideamus. ff. de uerb. oblig. l. 9. §. si is qui temporaria. ff. de iureiur. l. 58. §. ulti. ff. de fideiussoribus. l. 24. §. ult. ff. de usur. l. ult ff. de fideiussorib. tut. Perpetuari etiam pœna dicitur quę ex temporali perpetua fit. l. 8. §. quisquis. ff. de pœ. Quod dicitur in l. 27. ff. de serui. urb. Perpetuā causam seruitutū esse debere, hunc sensum habet: ita seruitutes cōstitutas comparatasq; esse debere, ut res semper sit idonea ad seruitutis usum ferendum: uerbi gratia, Ex aqua quę arescit, & ex cisterna aquæ ductus cedi non pōt, quoniam causam seu materiā perpetuam, id est, uiuā & perennem aquam non habent. l. 1. §. hoc interdictū. ff. de fonte: At eius aquæ, quæ ex cœlo cadit in uicinum immittendæ utiliter cōstituitur seruitus, quoniam & si ea adsiduè non cadat, cùm tamen ex naturali causa cadat, perpetuò cadere intelligitur. Briss.

PERPETVARII dicuntur, qui fundum à principe, uel à Republ. conductum, certo canone in uitā suam habent: uel etiam hac lege, ut ad alios transferre possint. l. fin. C. de locat. præd. ciuil. lib. xj. Sp.

PERPETVARII fundi, ad distinctionem, ut uidetur, Emphyteuticorum, dicti sunt.

PERPETVARIVM ius, ꝑ iure emphyteuticario usurpatur in l. 1. C. de offic. comit. sac. pal. ab eo opinor quòd in perpetuum prædia locarentur. In perpetuum autem locatos agros uectigales Paul. interpretatur, id est, ut tamdiu pro his uectigal pendatur, quamdiu neq; ipsis qui conduxerint, neq; his qui in locum eorum successerint auferri eos liceat. l. 1. ff. si ag. uectig. l. 11. §. 1. ff. de publican. Briss.

PERPETVI usus causa posita, uel perpetuò esse dicuntur in ædibus, quæ nō temporis causa accommodata, neq; ad tempus posita, sed ut ibi permaneat collocata sunt. l. 17. §. Labeo. de act. empt. l. 32. ff. de pignorib. l. 35. §. rerum autem. ff. de hæred. instit. l. 242. §. ult. ff. de uerb. sig. l. 2. C. eo. tit. Briss.

PERPETVO, pro generaliter, in l. Nesennius. §. tractatum. ff. de negot. gest. Aliquando pro incommutabiliter. in Authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. Spiegelius.

PERPETVO inductæ res in prælium dicuntur, quandiu inibi sunt necessariæ. l. debitor. ff. de pigno.

PERPETVO, & certo tempore opponuntur. l. falso. C. de diuers. rescript. §. fin. l. purè. ff. de doli except. Spiegelius.

PERPETVO durare, id est 30. annis, ut de actione ciuili dicitur. Inst. de perpet. & temp. act. Sp.

PERPETVO morbo aliquo negocijs suis superesse non posse, apud Vlpianum in l. & qui. ff. de postuland. Spiegelius.

PERPETVVM morbum interpretor, qui cuiq; rei agendæ impedimento est, & cuius sanandi spes non superest. l. 22. § si maritus. ff. sol. matr. l. pen. ff. de uacat. muner. l. 5. ff. de postul. l. 54. ff. de procurator. l. un. C. qui morbo se excūs. Huiusmodi morbus habetur furor. l. ult. C. de cur. fur. Briss.

PERPETVVM uestimentum, quatenus durat, accipitur l. id uestimentum. ff. de pecul. Quandoque pro decennio sumitur, ut in l. nam Imperator. ff. de legat. In summa, multiplicem hæc dictio habet intellectum, unde ad materiæ qualitatem respiciendum est, arg. l. si uno. ff. locati. quod & Alb. admonuit. Sp.

PERPETVVS lacus is est, q perpetuā & perennem nec arescentem aquam habet. l. 23. §. 1. ff. de seruitutibus rustic. l. 1. §. lacus. ff. ut in flumin. publ. Briss. Connan. lib. 4. cap. 9. num. 1.

PERPLEXVM casum, pro maximè dubio Cōmentatores accipiunt. Habent autem perplexa in iure nostro, instar Ceratinorum, Crocodilinarumque quæstionum apud Sophistas. Accursius uocat Circulare dubiū. in l. Claudius. qui pot. in pig. hab. Sp.

PERQVAM, pro nimis. Vlp. in l. prospexit. §. 1. in fi. ff. qui & à quibus manum. Quod quidem per quā durum est, sed ita Lex scripta est. Sp.

PERRARO leg. fin. de Senator. leg. 2. de iudic. Albericus.

PERSCRIBERE, est etiam in tabulas publicas, in actaq; referre, In der Statt oder Gerichtsbuch anzeychen/quod in Registro scribere, uulgò dicunt, uocabulo à Regestis corrupto. Modestin. in tract. de decur. Sola, inquit, albi perscriptione minimè Decurionē factum, qui secundum Legem Decurio creatus non sit. Cicero Perscriptiones, pro contractibus & instrumentis pactorum: Item perscriptorem, pro tabellione, siue cautore, qui formulas concipit. Budæo in annot. poster. indicante, posuit. Sp.

PERSCRIPTVM dicitur, quod literis cōsignatum est, & monumentis antiquis continetur, apud Cicer. teste Budæo, iuxta D. Olden. Hodie perscribi rectè dicimus id, quod ad publicum scribitur monumentum, in das Stattbuch schreiben. Aliàs perscribere, est totum scribere, gar auß schreiben. Olden.

PERSCRVTARI, hoc est, diligenter inquirere, alieni regni arcana nō sunt. l. mercatores. C. de commerc. & mercat.

PERSCRVTARI naturam criminis, hoc est, rationem, non autem speciem oportet.

PERSECVTIONIS uerbo extraordinariæ ꝑsecutiones significantur, quarum cognitionem ipse magistratus suscipit, qui iure ordinario non cognoscere ipse, sed iudices dare solet. l. 178. §. actionis. ff. de

de uerb.sign. Ita persecutionis uerbum accipio in l. 24. ff.rem rat.hab.l.18.ff.de acceptilatio.l.27.ff.de oblig.& actio.l.34.& l.49.ff.de uerb.sig. Cuiusmodi olim erant fideicommissorum petitiones, de quibus extra ordinē prætores ius dicebant. Et hæc propria uerbi significatio est, qua neglecta plerumque omnem iudicialem petitionem persecutionem appellamus, quæ res exemplorum confirmationem nō postulat. Brissonius.

PERSECUTIONIS uerbum longè ab actione separatur. est enim Persecutio genus: cuius altera species Actio, altera generis sui nomine Persecutio appellatur. Actio est, in qua legitima formularū conceptio obseruatur: qua de caussa iuris ordinarij esse dicitur. Persecutio uerò est, cum prætermisso legitimo agendi ordine ac formularū ritu apud magistratum experimur: qua de causa Extraordinaria nominatur in l. pecuniæ, 178. ff. de uerb. sig. ubi Vlpianus exemplum fideicommissorum profert, Et si quæ, inquit, aliæ sunt, quæ non habent iuris ordinarij executionem. Quem locum idem Vlpianus cap. Inst.25. sic explicat: Fideicommissa non per formulā petuntur, ut legata: sed cognitio est Romæ quidem consulum, aut Prætoris, qui fideicommissarius uocatur: in prouincijs uerò Præsidum prouinciarum. Hot. Adde Brechæum in l. pecuniæ. §. actionis uerbum. in titul. de uerb. & rerum signific.

PERSECUTIO parit actionem, hoc est, persecutio obligatę rei aduersus possessorem eius, facit actionem hypothecariam censeri in rem: accipitur enim, parit, scilicet, quantum ad causam formalē pertinet. nam materia, est possessio obligati pignoris, ut docuit in Copia D. Oldend. Pignoris persecutio in rem parit actionem creditori, Vlpi. ait. ff. de pignor. & hypoth. Spieg.

PERSECUTOR. Persecutores sunt, qui Grecè ἐκδικοὶ dicuntur, & ἐκδικεῖν, quorum munus est iudicio experiri contra eos, qui aurum, uel pecuniā, uel argentum reipublicæ debent. Ita Budæus (ne quem sua gloria fraudem) exponit in prior. annot. ad Pandect. Atque hoc modo accipitur Codic. in titulo, de aur. public. persecut. Miratur, quid pensi illic habuerit Accursius, cum persecutores decoctores esse diceret. Anchora.

PERSECUTORES sunt, qui Græcè ἐκδικεῖται dicuntur: quorum munus est, iudicio experiri contra eos, qui aurum, uel pecuniam, uel argentum reipublicæ debent. Spieg.

PERSEIS. Rara est admodum apud authores mentio Perseidis luci, quem obiter tangit sanctiō imperatorum Arcadij & Honorij Cod. in titulo, de cupressis. Perseis quidem pro loco legitur apud Suidam. Ait enim περσέας ὄνομα τόπου. Pro arbore autem legitur apud Sosomenum historiographum, lib.6. Fertur (ait) quòd in Hermopoli Thebaide arbor, quæ uocatur Perseidis, multorum languores subegerit, si fructus, aut foliū, aut pars eius corticis collo ægro tantiū ligaretur. Si de huiusmodi arbore imperatores ipsi sensēre, punctis distinguenda sunt uerba, id quod & Alciat. scribit ad tit. de cupressis. Anch.

PERSEQUENDI uerbū, definitione actionis, oēs in uniuersum apud iudicem postulationes complectitur, tam ordinarias, quam extraordinarias: etiam eas, quæ instar Actionum obtinēt. Veluti Cautiones, Damni infecti, Legatorū, Euictionis, &c. Itē Interdicta, & uniuersæ officij iudicialis expeditiones, continentur sub appellatione persequendi. Id enim quod petimus, uel postulamus, uel imploramus, nostro, aut alieno nomine, rectè dicimur persequi. Vlp. in l. pecunia. §. persecutionis. Paul. in l. quibus. §. ult. de uerb. sig. Old. Accurs. in fin. l. cui præcipua. de uerb. sig. persequi pro consequi exponit. qđ Alciat. non probat. quia propriè illud persequimur, quod nondum sumus consequuti. Sp. ex Olden.

PERSEQUI (ut Lauren. Vallen. lib.5. ait) uel in malam partem, id est, insequor & insector: uel in bonam, cum perseuero exequi quod agere cœperā &c. Brechæus in l. cui precipua. §. persequi. ff. de uerb. & rerum significat.

PERSEQUI uidetur & qui satis accipit. l.57. in fin. ff. de uerbor. signific. Briss.

PERSEQUI iniurias & pœnas, pro ulcisci, apud probatos autores.

PERSEQUI rem, pro petere. Instit. de actionib. in princip.

PERSEQUI etiam potest pro accusare usurpari, uocis Grecæ imitatione. Nam διώκω & persequi, & nonnunquā accusare significat, ut διώκω σε τὴν γραφὴν ταύτην, reum te criminis huius facio: ut doctè Budęus annotauit in Commētarijs. Cæterum quòd ad rem attinet, persequi est rem suā mero iudicis officio postulare. Quare rem (inquit Paulus) amisisse uidetur, qui aduersus nullum eius persequendi actionem habet &c. Brechæus l. cui præcipua. §. persequi. ff. de uerb. & rer. sig. uide eundem in l. creditores, in uerb. Persecutione. ff. uerb. & rer. sig.

PERSEUERANTIA, diuortium ostendit. l. diuortium. 2. ff. de diuor. & repud.

PERSEUERARE in obstinatione. l. diffamari. C. de ingen. & manum.

PERSISTERE in actione, pro cōtinuare actionem propositā. C. quóm. & quan. iud. Auth. q. semel.

PERSOLUERE in totum, & perfectè soluere. l. amnem. C. ad Trebell.

PERSONA tam hominem, quam qualitatē hominis & conditionem significat. Hinc Personalis actio, quæ in personam fit. Vlp. haud ineleganter accipit personas in l. fundi. de act. empt. pro figuris eminentibus in ædificijs, è quarū rostris aquæ salire solent. Extat epistola Auth. Codri Vrcei ad Ioan. Garzonem Iurisc. celebrē, qua super huius uocabuli ꝓpria significatione, quàm eleganter disserit, lectu ꝑfectò digna. Seneca personam uocat, cum prę se fert aliquis, quod non est. ut suprà in dictione Fucū facere, latius indicauimꝰ. Cæterùm persona in criminib. dupliciter consideratur: & eius qui fecit, & eius qui passus est: ut ex Iurecoss. Placentinus, ut omnia, exactè declarat lib.6. Huius Epitomen in Codicē abs apprimè docto uiro Rhodio Chābergo promissam auidè expectamus: cui interim haud uulgariter abs quouis optimo gratiæ agendę, de ijs quę Placentini nomine tanto, à se perpolita labore, nobis cōicauit. Profectò Placentinus ille, cunctis legum tyrunculis præ cæteris omnino placere debet. Multa .n. cōplectitur breuitate, sed perspicua, eadēq; concinnè atq; floridè. Nihil hic languet, nihil hic iacet, ut in plerisque uerbosis Commentarijs, non multo post Bart. usq; ad nostram memoriā imperitè, obscurè, confusēq; perscriptis. Personæ item appellatione, teste Alberico, ciuitas, municipium, castrum, collegium, uniuersitas, & quodlibet corpus continetur. Spieg.

PERSONA eadem, censentur pater & filius. C. de impub. & alijs substit. l. fin. Sicut persona testatoris & hæredis. Auth. de iureiur. quod mor. de modo sui patrim. præst. Sp.

PERSONA incerta est, ut ait Iust. de lega. quam incerta

incerta opinione testator animo suo subijciebat &c. Connan.lib.x.cap.3.num.5.

PERSONA pacto inseritur nō ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur cum quo pactū sit factum. Connan.lib.5.cap.4.num.4.

PERSONA publica, id est, tabellio. §. cum autē impubes. Instit.de adopt.Sp.

PERSONAE atrocior fit iniuria, cùm magistratui, cùm parenti, patronóue fiat. Vlpia.l.Prætor edixit.ff.de iniur.& famos.libel.Prat.

PERSONAE coniunctæ, quotū pertingant gradum, Bart.docet in l.sed & hæc.in prin.ff.de procur. Et ibid.tractat, An nothi, spurijque nomine ueniant coniunctæ personæ. Spiegelius.

PERSONAE egregiæ quæ sint, uide glo. in l.ad personas egregias.ff.de iureiur. Spiegelius.

PERSONAE miserabiles. Lege, Miserabilium personarum.

PERSONAE necessariæ quę sint, gl.in l.Imperator Antoninus.ff.de pact. indicat.Sp. Habentur autem personarum necessariarū numero quæ uel consanguinitate ut parentes, liberi, & fratres, uel affinitate ut nurus, uel cōiunctissimo aliquo uinculo ut patronus liberiue eius coniuncti sunt, à necessitudine .n.quæ cognationē, affinitatē, & coniunctionē quandam significat necessarij dicti sunt. Corras. Miscellaneor. lib.4.cap.x.

PERSONAE speciali lege exceptæ.l.patri.in fi. ff.de minoribus.

PERSONAE speciosæ. Vide, Spectabiles.

PERSONAE spectabiles. Lege, Spectabiles.

PERSONAE turpitudine notabiles, apud Iurisconf.in l.1.de postul.Spieg.

PERSONALE pactum est, cùm persona adijcitur à qua non petatur, ueluti ne à Lucio Titio petatur.l.7.§.pactorum.ff.de pact. Appellant aliàs Iureconsulti pactum in personam conceptum.l.21.§.1. l.57.§.ult.eo.tit.& pactum quod in personā dirigitur. l.40.eod.Briss. Vide suprà Pactorum alia in rem alia in personam.

PERSONALES actiones, in personā sunt, quibus cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad dandum, uel ad faciendum aliquid & semper aduersus eundem locum habent.l.25.§.1.ff. de oblig.& act.§.1. Inst.de action. Eodem sensu personalia esse interdicta dicuntur, quòd personam sequantur magis, quā rem.l.1.§.ult.ff.de interdict.Briss.

PERSONALES constitutiones, quæ in certæ personæ gratiam, uel in certam causam factæ sunt, q̄ nec ad exemplum trahuntur.l.1.ff.de constit. prin.§. quod principi.Instit.de iure natur.Briss.

PERSONALIA beneficia, quæ certis personis dantur, & cum his extinguūtur, nec ad hæredes eorum transeunt.l.13.ff.sol.mat.Briss. Appellationē autem personæ exaudire oportet, non solum pro ipso homine: sed etiam pro qualitate, ac conditione hominis: imo pro uniuersitate & quolibet corpore cui princeps aliquid indulget. Siquidem ea dicuntur & sunt indulta personalia. Olden.

PERSONALIA munera, quæ cum corporis labore & animi solicitudine ac uigilātia principaliter sine damno rei familiaris & sumptu pertractantur.l. ult.ff.de munerib. & honor. de quibus lib. xj. disseruimus. Brissonius.

PERSONARVM seruitutes ueluti usus & usufruct.l.j.ff.de seruitutib.l.14.§.1.ff. de alimēt.leg.quę & hominum seruitutes appellantur.l.15.eo.ad discrimen earum, quæ prædijs debētur: Et personales seruitutes.l.octaua.§.primo.ff.de liberatio.leg.Briss.

PERSONARVM summa diuisio est, quod omnes homines, aut liberi sunt, aut serui, ut in Instit. de iur.personar.in prin. In seruorum conditione nulla est differentia, in liberis multæ differentiæ sunt: aut enim ingenui, aut libertini. Alia diuisio personarum hæc est, nam quædam personæ sui iuris sunt, quædā alieno iuri subiectæ. Rursus earum quæ alieno iuri sunt subiectæ: aliæ sunt in poteste parentum, aliæ in potestate dn̄orum, ut in Instit.de his qui sunt sui uel alie.iur.in prin. Tertia diuisio personarum est: Nam ex his personis quæ in ptāte non sunt, quædā uel in tutela sunt, uel in curatione, quædam neutro iure tenentur, ut in Inst.de tutel.in prin.Io.Bello.Etym.

PERSVADERE, πείθειν. Nam & bonum consilium quis dando potest persuadere, & malum. l.1. ff.de seru.corr.& ibid.Persuadere plus est, quā compelli atq; cogi parêre. Vtrum quis persuasor delicti habendus sit, de eiusq; pœna, Bart. differit in l. non solum.§.mandato ff.de iureiur. Sp.

PERTICA, est linea qua diuiduntur agri autore Seruio Sulpit.ut indicat Fest. Ea uero est longitudinis decem pedum seu duorum passuum unde & decempeda dicta est: & qui eo mensurę genere demetitur decempedator.

PERTICAE uerò, quibus araneæ deterguntur, instrumenti sunt domus.l.quæsitum.§.canales.ff.de instruct. & instrum.legat.Sp.

PERTINACIA perseuerantiæ finitima est, inquit Cicero, & in bonum & malum accipitur. Hinc Pertinacia, hoc est, obstinatio, hæreticum hominem facit.l.nullus. C.de Sum.trin. Quapropter omnium consensu, si quispiam in Trinitate non rectè sentit, nisi admonitus persistat, hæreticus dicitur. Vide Alci. in Rubr.iam alleg. Sp.

PERTINAX contentio dicitur, cum neuter æqualium, altero uult inferior uideri. Sp.

PERTINERE hęreditas dicitur, quę delata est, nondum acquisita uel repudiata: ut pertinere legatum quod delatum est, licet dies eius nondum cesserit l.45.§.1.ff.de leg.2. ubi malè Accursius pertinerē pro cedere diem. Sic pertinere res empta, licet nondum tradita sit, l.si ager, de rei uind. Cuia.ad Africa. tractatu 4.fol.48.

PERTINENTIA, accessiones, uel accessoria, eandē habent teste Old.significationē. complectuntur aūt omnia illa, quæ uel scripta lege, uel consuetudine, uel speciali statuto designata receptáue in hoc sunt, ut alicui rei extrinsecus accedāt. c j. de censib. c.cum cōtingat.de decim.sicut enim fructus ex re ipsa proueniunt, sic pertinentia adijciuntur rei. Sp.

PERTINENTIA in materia testium, dicuntur, siue declarationem respiciant, siue cōnexa articulis sint.arg.l.2.ff.de iurisd.om.iud. Idem, si eorū appendices sint.l.si quis hæres. de act. hæred. & qualitercunq; pertineant, etiamsi leuiter, satis est. c. quoniā. ubi Bald.de test. Vt quia modicè adminiculentur. l. ad probationem.ubi Bal.C.de probat. Sp.

PERTINERE uerbum, latissimā habet significationem. siue enim res aliqua ad me iure dominij, siue etiam iure possessionis tantum spectet, pertinere dicitur: idem si iure pignoris: sed & si nullo iure pertineat, sed pertinere possit, idem dicendū est. Ex Alcia.Spieg. Adde Brechæum in l. uerbum illud pertinere, in tit.de uerb.& rer.sig.

PERTINERE ad testamentum codicilli dicuntur, qui ex eo pendent, & eius ius sequuntur, uiresq; ex eo capiunt.l.16.l.18.ff.de iure codicil.l.1.§.hoc interdi-

terdictum.ff.de tabul.exhib.l.1.C.de codicil. Briss.

PERTINERE, uel iure dominij, uel iure possessionis, uel quo alio iure res dicitur. Estq; hoc uerbũ non ijs modò rebus petendis aptũ quæ dominij nostri sunt, sed & his quas aliquo iure possidem9. l.181. ff.de uerb.sign. Hæc autem uerba: Is ad quem ea res pertinet, uariam habent in prætorijs edictis, & in stipulationibus interpretationem. Plerumq; certè sic intelliguntur, ut qui in uniuersum dominium uel iure ciuili, uel prætorio successerint, continentur. l.70. ff.de uerb.sig. Atq; ita in Ædilium edicto uerba hęc, Emptori, alijsq; ad quos ea res pertinet, accipimus. l.1.§.1.l.19.§.deinde.l.37.§.qui mancipia.ff.de ædilit. edict. Vnde in l.53.ff.de obliga.& act. cùm adijcitur, ait, Eiue ad quē ea res pertinebit, & adrogati, & eorum, qui iure nobis succedunt, personas cōprehendimus. Ijsdem uerbis hęredes & bonorum possessores & cęteri successores demonstrantur in l.1.§.prodest.& §.si alter.& l.2.§.1. ff.quor.legator. Eodemq; modo & in l.40.ff.si cert.pet.& l.33.§.pater emancipato.ff.de legat.lib.3.hæc uerba accipimus. Sed & in edicto de iureiurando, & in cautione de rato, non eos tantùm, qui in ius uniuersum, sed & qui in rem successerint, ea uerba complectuntur. l.7.& l.8. ff.de iureiur.l.3.l.22.§.in stipulatione.l.23. ff. rem rat. hab. in edicto uerò de uentre inspiciendo, eos continēt, quorum interest partum non edi, uel totam habituros hæreditatem, uel partem eius, siue ab intestato siue ex testamento. Deniq; quos proxima spes successionis contingit. l.1.§.de inspiciendo. & §. quamuis.& §.denuntiari.ff.de uentr.inspic.

His edicti de procuratoribus uerbis, Ratum habere eum, ad quem ea res pertinet, domin9 tantùm continetur, non etiam creditores. l.33.§.ait prætor.l.39.§ alieno.& §.quæritur.ff.de procuratorib. in edicto de Bonis auctoritate iudicum possidendis, ijsdē uerbis etiam curator bonis distrahendis datus & ipsemet debitor si contigerit, ut eius bona uenẽat continebitur. l.9.in prin. & §.his uerbis. ff. de bon. auct. iud. Pleniùs uerò in lege Iulia de adulterijs hæc uerba accipiuntur, ut bonæ fidei emptores, & fructuarios, & qui pignori acceperũt, & oẽs, quorum interest cōprehendant. l.27.ff.ad l.Iul.de adult. Hæc eadē uerba in satisdatione, q̃ ab adrogatore præstari debet, non hæredes duntaxat legitimos, sed & substitutos, & eos quibus libertates datæ uel legata relicta sunt, complectuntur. l.18.l.19.ff.de adopt.Briss.

PERTINERE uidentur rationes, quod ad uerba edicti de edendo attinet, si eas argentarius actore uel procuratore eius mandante tractauerit: Pertinere quoq; uidetur ad procuratorē ratio, quã cum domino habet. Ad nos quoq; pertinet non tantùm cùm ipsi contraximus, uel successimus ei, qui contraxit, sed etiã si is, qui in nostra ptãte est, contraxit. l.4.in prin.l.6.§.ex hoc edicto.l.9.in fi.ff.de edē.Br.

PERTINET. Vlp. de cloac. l. pretor ait, Quo minus illi cloacã, quæ ex ædibus eius in tuas pertinet ædes, qua de re agitur, purgare, reficere liceat, uim fieri ueto. Quod ait Prætor, Pertinet: hoc significat, quòd ex ædibus eius in tuas ædes pertinet, hoc est, dirigitur, extenditur, peruenit. Spieg.

PERTVRBATIONES, Grecis appellãtur πάθη, id est, uerbum è uerbo morbi. Sed in consuetudinem Latini sermonis non cadit, quo oẽs huiusmodi præter rõem concitati motus, perturbationes nominantur, quib. nullus stultus caret. Ex quo similitudine Græcè linguæ ducti Latini oẽs insipiẽtes stultos & insanos uocauerunt, propterea quod in perturbato animo sicut in corpore malè cōstituto sanitas nō sit &c. Connan.lib.9.cap.4.num.x.

PERVELLERE ius, pro de iure nostro obtrectare, ut inquit Bud. citans Tullij locum è primo libro de Orat. Spiegelius.

PERVENISSE propriè dicitur quod est remãsurum. l.71. ff. de uerb.sig. & quod deductis oneribꝰ. ad aliquem peruenit. l.16.§.1. ff.ad Trebell. Verbum enim peruenire cum effectu accipiendum est. l.164. §.ult.ff. de uerb.sig. proinde in Senatusconsulto circa petitionem hæreditatis facto, peruenisse ea intelligũtur quib. possessor locupletior factus est, quæq; in ea causa manent, nec sunt restituta. Quod si pretium rerum hæreditariarũ acceptum uel perdiderit, uel consumpserit, uel donauerit, peruenisse non uidebitur. l.21.§.item placere.& §.bonæ fidei.ff.de petit.hær. In stipulatione quoq; emptæ hæreditatis (q̃ ita concipitur, Quanta pecunia ad te ex hæreditate peruęnerit, l.50.ff.de uerb.oblig.) quod legatorum, uel æris alieni, uel cuius alterius oneris hæreditarij nomine erogatum est, peruenisse non uidetur. Peruenisse utiq; antequam corpora rerum hæreditariarum uenditor nactus sit, eatenus uidetur, quatenus mandare potest earum rerum persecutionem, actiones q; præstare. At ubi corpora nactus est, plenius peruenisse uidetur. Nec tantùm si nactus sit, sed & si dolo malo id egerit, ne ad eum perueniret, peruenisse existimabitur: ueluti si alienauerit, aut accepto quē liberauerit, aut dolo malo id egerit, ne quid hæreditati adquireretur. Quæ omnia fusissimè explicantur in l. secunda, cum suis §§. ff. de hæred. uend. In eo legis Iuliæ capite, quo maritus quidquid ad eum ex bonis liberti peruenerit, restituere iubetur, peruenisse accipimus, siue iam exegerit, siue exigere possit, quia actio ei delata est. l.quarta.§.primo.ff. solut. matrimon. Quæ interpretatio etiam in specie l.23. ff.de act.empt.facienda est.Briss.

Hoc legato, QVANTA PECVNIA AD ME EX HAEREDITATE TITII PERVENIT TANTVM DATO, id continetur, quod ex ea hęreditate acceptum in tabulas suas testator retulerit, cautione à legatario præstanda, si quid fortè postea eius hæreditatis nomine hæres damnetur. Nec enim potest uideri ad eum peruenisse, quod eius hæreditatis nomine præstaturus est l.xxiij.§.cùm ita legatus.ff. de legatis tertio. Planè cùm Prætor actionē in aliquem dat de eo quod ad eum peruenit, ueluti in hæredes ex defuncti delicto doloue, in municipes ex dolo eorum, qui res ciuitatis administrant, in dominum ex dolo procuratoris, sufficit, si uel momento ad eum peruenerit ex dolo defuncti. l. clxx. ff. de diuers.regul.l.quinta. ff.de calumniatoribus.l. prima.§.ultimo.l.tertia.& l.nona. ff. de ui & ui arm. l.decimasexta.§.primo. & §.penultimo. l. decimaoctaua. in fin.l.uigesimaseptima.ff.de dolo.l.decimaseptima.l.decimanona.ff.quod met.cau. In his enim causis satis est semel peruenisse, ut de eo perpetuò in hæredes actio competat: & si cōsumpto eo quod peruenerit, hęres decesserit, in hæredem eius omnimodo actio datur. Re etiam semel in pecuniã aliãmue rem conuersa, ultra non quærimus, quis exitus sit. l. decima septima. l. decima octaua. ff. quod met. caus. Peruenisse autem intelligitur id quo locupletior facta est hæreditas, uel quod in corpus patrimonij sit uersum, ut certum sit ad hæredem peruenturum. Idem est & si debitor liberatus, uel pecunia acceptolata sit, uel dolo malo hæredis factum, quominus eo hæreditas augeretur. l. septima. & l.xxviij. l. xxix.

xxix.ff.de dolo.& l.xx.ff.quod met.cauf. Quantum autem peruenerit litis contestatæ tempus spectabitur. Cæterùm qui rogatus est, quod ad se ex hæreditate bonisue peruenerit cùm morietur restituere, fructus, quos uiuus perceperit, item quæ fructuum uice sunt, nisi alia testatoris mens appareat, non restituet. l.lxxxj.ff.de legat.libro tertio.l.tertia. §.cùm Pollidius.ff.de usur.Briss.

PERVENISSE autem ad nos rectè dicitur, qđ per nos ad alium peruenit, ut in exemplo l.171. ff.de uerborum signific.

PERVENISSE, Vlpianus ait, propriè illud dicitur, quod est remansurum, deductis omnibus expẽsis. Aliquando tamen etiam dicitur, quod remansurum non est. l.uideamus.§.primo. ff.quod met.cauf. Peruenisse uerò ad hęredem, ut accipiendum sit, declaratur in l.hæredem.ff.de dolo. & seq. adde l.utrũ autem.ff.de petit.hæredit. Ad me autem peruenisse quid dicatur, Alciat.in comment. de uerborũ significat.explicat. Spiegelius.

PERVERSVS, ait Valla, dicitur qui uersatur in malo, & à bono uersus est. Spieg.

PERVERSI iudices, qui uel corruptela, uel ira, uel alio affectu ab officio deflectunt, apud Imp. Constantinum. C.de exact.tribut.l.2. Vel a peruersis, uel inuitis iudicibus.

PERVERTERIT, pro subuerterit. Martian. in l.1.de Fals. Is qui peruerterit uiui testamentum, Legis Corneliæ pœna tenetur. Sic in Ver. Cicero, Peruertere uectigalia dixit. Spieg.

PERVICACIA, est interdum bonarum rerum. Pertinax quis dicatur, tradit Bartol.in l.3.§.tutores, qui repertorium.ff.de suspect.tut.Spieg.

PES, non est ultima tantum pars corporis, ut dicit gl.in Rub.de Pedan.iud.C.lib.3.sed dicitur id totum, quod est à femore ad calcem. Spieg. Est & mensura quindecim digitorum.glossa in capit.sicut xvij. quæst.4.& omnes iuris interpretes sequuntur. Corrasius in Rubric.ff.de seru.rustic.præd.num 109.

PES, quatenus est as & pondo (nam aliàs ꝓpriè est membrum quo calcamus & incedimus παρὰ τὸ πατεῖν, id est, à calcando) in duodecim uncias partitur &c. Brechæus in l.mille passus.ff.de uerb.& rer. signific.quem uide ibi de sex passuum discriminib.

PES in naui, ima pars est ueli, id est, imus angulus: alij funem accipiunt, quo uelum tenditur. inde facere pedem, pro uela tendere dixit Maro qua forma uela facere dicimus. Vna omnes fęcere pedem. Duo autem pedes sunt, dexter & sinister. Catullus, siue utrunque Iupiter simul secundus incidisset in pedem. Sed & proferre pedem est funibus, & ut Seruius loquitur, podijs, imum ueli minus adducere, sed laxius est sinere & longius producere. nam pede uelum tenditur aut potius utranque partem ueli æquatam, non pati esse, quod fit altero fune reducto altero producto atq; ita obliquantur ueli sinus. Cæcilius uenerio cursu ueli prolato pede usque ad saphonem. Plinius lib.2.ijsdem autem uentis in contrarium nauigatur prolatis pedibus, ut noctu plerunque aduersa uela concurrant. Nam prolato fune & sinu ueli òbliquato, sic colligitur uentus, ut aduersæ naues eodem uento inflatæ possint concurrere. Hæc Turneb.aduers.lib.xx.cap.5.

PESSVM dat, pedibus percutit, nouè dixit Paulus, cum in edicto Ædilitio, Bouem, inquit, qui corruperit uitiosum, item mulas quæ pessum dant. autor Alciat. Cessim eunt, habet text. Noric. Alij, Pessum dant. Spiegelius.

PESTIBILIS fundus, apud Impp. Diocletian. & Maxim. i. ut ipsi exponunt, pestibiles herbas, uel lethiferas habens. l.penultima. Cod.de ædil.action. Sanè uocabulum insolens. Certè desideramus in principum Constitutionibus eam Romani sermonis puritatem, quam ueteres Iurisconss. feliciter conseruarunt.

PESTILENS cœlum, salubri opponitur.l.1.§.1. ff.de cloac. Spiegelius.

10 PESTILENS fundus.l.48. ff.de ædilit. edict.l. penult.ff.de reb.eor.id est, ut Impp. Dioclet. & Maximia.interpretantur, pestiferas uel letiferas herbas habens.l.pen.C.de ædilit.act.Cui adde l.xx.§.j.ff.locat.in qua fit mentio saltus, in quo herba mala nascitur. Potest & esse odore solo locus pestilentiosus, ut traditur in l.2.§.idem Nerua. ff.ne quid in loco pub. Brissonius.

PETO, pro repeto.glo.& Bart. in Rubr.sol.mat. l.petenti.ff.de pig.act. Alioqui uerbum est latissimũ.

20 l.actio in personam. ff.de act. & oblig. Restringitur tamen per sequentia.l.amplius.de petit.hæred.cum simil. Spiegelius.

PETERE uerbum, quoties agitur de obligatione inducẽda, pro simplici interpellatione accipitur. l.si decem.de uerb.oblig.l.item. §. petitam. de petit. hæred. ita quum ad iudicium particulare refertur, post litem contestatam intelligitur.l.amplius.ff.rem rat.hab. Spiegelius.

Non petere, aliqua uidetur differentia. An quis

30 promittit non petere, an desistere à lite, & ex parte sua adimplere.l.destitisse.ff.de iud.Spieg.

PETERE, pro nancisci honorem, uel sacerdotium, nunquam lege Rom. prohibitum fuit, sed contra Leges de Ambitu latas petere, id demum erat uetitum. Vide Modestin.eod.tit. Spieg.

PETERE aũt, ut plurimùm, in libris nostris per iudicem petere significat, ut & lib.3. de solutionibus admonui. Et ideò Amplius petitum non esse ita Labeo rectè accipiebat, si iudicio petitum nõ esset: nec

40 ante committi putabat cautionem Amplius non peti, quàm iudicium acceptũ esset.l.xv. ff.rem rat.hab. Quomodo exemplo petendi & petitionis uerba interpretanda censeo in l.57.ff.de solutio.l.4.ff.de exceptio.adhibita l.47.ff.de solutionib.l.28.§.sed si stipulatur.ff.de pact.coniuncta l.112.ff.de uerb.obl.Br.

PETERE & in seruitutem & in libertatem dicimus.l.12.ff.de iniur.l.xxx. ff. de bon.libert. l.29. & l. 30.ff.de liber.cau. In eo autem quod seruitus à bonorum possessione contra tabulas libertorum repel

50 lit eos, qui in seruitutem eos petierint, In seruitutem petijsse uidetur, nõ qui ei, qui in possessione erat seruitutis, petenti se in libertatem contradixerunt, sed qui ex libertate petierunt in seruitutem, uel quid aliud petierint quod in eo habere, nisi seruus sit, non posśint.l.14.& l.16.ff.de bon.libert.l.33.§.penul.ff.de fideicom.libert. Brisson.

PETERE pœnas ab aliquo, qđ & exigere dicĩ.

PETERE secretum, id est, secedere in aliquem locum secretum.

60 PETI dicuntur, quibus oculi leniter declinãtur, & cum uenustate. Vnde etiam Veneri petos attribuunt oculos: quod uitium quidem sit, sed non aspernabile, non inamabile. Rhodig.

PETI, agi, uendicari, ad officium iudicis referuntur: qua de re diffusius disputat Alc.Parad.lib.2.c.x.

PETITA ueteres dixêre pro petitionibus, sicut indicta & æstimata & nota. Suidas, πετίτα [illegible] Cuiac.ad Rubric. titul.

Codic.de petitio.bonor.sublat.libro 10.

PETITIO, pro actione priuata, apud Quintil. libro 4. c.4. Et pro impetitione, & aggressu gladiatorum, à Cice. usurpatur in Oratore perfecto, teste Budæo. Spiegelius.

PETITIO, intẽtio actoris, in rem tantum actionem continens. l. pecuniæ. §. 1. ff. de uerb. sig. l. actio. de act. & obl. Adde Brechæum d. l. pecuniæ. §. actionis uerbum. titul. eodem.

PETITIONIS uerbo in rem actiones significantur. l. 178. §. actionis. ff. de uerb. significat. l. 27. ff. de oblig. & actio. & dicitur petitio, quasi per certum persecutio: Nam ab aduersario, qui nullo iure mihi obligatus est, directè non peto, sed per tertium, uide licet per iudicem, ab eo peto ac contendo. Eaq; ratione interdum ab actione separatur, quæ plerumq; personalem actionem significat. l. j. ff. ad Macedon. l. 18. ff. de acceptilatio. l 24. ff. rem rat. hab. l. 49. ff. de uerb. signific. Brissonius.

PETITIO hæreditatis quo iure, quibúsue competat, declarant Iurecoss. tit. de petit. hæredit. Compendiose, sed exactè, quæ huc spectant, Placentinus pertractat tit. 3. lib. de rei uendic. Obseruandum aũt, quòd petitio hæreditatis tam in actione, de Petitione hæred. quàm de bonor. possessoria hæred. pet. aliquanto laxius, non propriè pro hæreditate, sed pro declaratione hęreditarij iuris, quo actor intẽdit suas esse res à testatore relictas. l. licet minimam. ff. de petit. hæred. quòd & Bart. animaduertisse in l. 3. de bonor. possess. Old. refert class. v. Act. 6. Spieg.

PETITIO hæreditatis uenit aut ex uetere iure, aut nouo. Vetere ex l. XII. Tab. uel ex testamento, quod iure factum est. Nouo iure, cum ad hæreditatẽ uocantur hæredes ex Senatusconsulto, aut ex constitutionibus. l. 1. & 3 ff. de petit. hæred. Est autem petitio hæreditatis possessoria, quæ competit bonorũ possessoribus de iure Prætorio, de qua in tit. de possess. hæredit. petit. Est & fideicommissaria, quę datur his, quib. restituta est hæreditas, de qua tractatur in tit. de fideicom. hæred. petit. Io. Bello. Etym. Item,

PETITIO quædam est specialis, quædam generalis, & quædam indefinita. not. gl. in c. 1. ext. de transf act. Ioan. Bello. Etymol. Hinc

PETITORIVM dicitur, quando quis petit rem pure & simpliciter. no. per doct. Cle. 1. de sentent. & re iudic. Ioan. Bello. Etymol.

PETITOR, qui petit, & litem intendit. Cice. pro Cecin. Etenim si Prętor is qui iudicia dat, nunquam petitori præstituit, qua actione illum uti uelit. Sed est reperire, ubi pro postulatore tantum accipitur. ut in l. si autem. §. si homo. ff. de rei uend. Propriè uerò intelligitur à lite contestata. l. amplius. ff. rem rat. hab. l. si bonæ fidei possessor. ff. de pet. hæred. Spieg.

PETITOR & actor differunt. Actor est, qui agit in personam, petitor, qui agit in rem. Cuiac. Obseru. lib. 7. cap. xxvj.

PETITORIS partes sustinere & petitoris partibus fungi dicitur, cui probatio incumbit, quique de suo iure probare necesse habet. l. 7. §. ulti. ff. de liber. cau. l. 15 ff. de oper. nou. nun. l. ult. ff. si libert. ingen. l. 35. ff. de adquir. poss. l. 8. §. sed si quæratur. ff. si seruit. uind. l. 18. l. 19. ff. de probat. & hæc sunt onera petitoris. l. 62. ff. de iud. l. 25. ff. de rei uind. l. 1. §. inter. ff. uti possid. Brissonius.

PETITORIO iudicio dominium rei perpetuũ persequimur: Possessorio intendimus de possessione uel adipiscenda, uel retinenda, uel recuperanda. gl. in l. fin. C. qui legit. person. Satius tamen est possessorio, quàm petitorio agere. l. is qui destinauit. & ibi. Barto. ff. de rei uend. De petitorio & possessorio, plenè tractat Specul. Spiegel.

PETITORIVM iudicium, est quo res uindicatur. Caius l. 36. ff. de rei uind. Qui petitorio iudicio utitur, ne frustra experiatur requirere debet, an is cum quo instituat actionem possessor sit. Hot.

PETRAM esse Ælius Gallus definiebat, qui locus dextra ac sinistra fornicẽ expleturus aquę ad libramentũ suũ fornicis. Quæ significatio rara est. Br.

PETVLANTIAM, pro improbiore facto, Eyn mutwillige that/ Claudian. uiolentiæ opponere uidetur. in l. aut facta. §. qualitate. ff. de furt. Accursius pro contumacia exponit, sed perperam. Spiegel.

PEXAE uestes, quæ in superficie quasdam uelut i lanosas extuberantias prę se ferunt. Proinde Pexa uestis, siue noua sit, siue uetus, siue uilis, siue preciosa, certè lanea est. Vide Eras. in uita diui Hieronymi paulo ante finem. Spiegel.

P H

PHALARICA, genus machinæ bellicæ, nempe uelut ingens hasta ferro præmunita, quæ neruis tortilibus magno impetu mittebatur. Eras.

PHANATICVS. Lege, Fanaticus.

PHANTASIA, est imaginatio eius, quod est: Phantasmata uerò, eius quod non est. Autor. Suida.

PHARMACVM, medium uerbũ, quod pro ueneno, & pro medicamẽto accipi potest. Vnde Caius Iuriscons. Qui Pharmacum dicit, debet addere, bonum, uel malum. Sp. Adde Brechæum in l. qui uenenum. in tit. de uerb. & rer. sig.

PHASIANARIVS, qui phasianos pascit. Paul. Iurisconsul. Phasianarij autem, & pastores anserum, non continentur. Spieg.

φάσμα, Latinè uisum, spectrum, imaginationẽ atq; illusionem appellamus, eo quòd nobis uel dormientibus & noctu, uel uigilantibus, & interdiu, aliqd apparet, ac ueluti oculis nostris sese obijcit, παρὰ τὸ φαίνεσθαι quod apparere significat. Etenim apud Gręcos hæc uerba φαντάζομαι, φαντάζομαι καὶ ἰνδάλλομαι, imaginari, apparere, & perspicuum esse significant. Brechæus in l. ostentum, in tit. de uerb. & rer. sign.

φιμοῦν apud Græcos semper significat uel negare uel prohibere. Polyb. lib. 6. loquens de captiuis Cannensibus, παρακαλοῦντα μὴ φιμοῦσθαι τοῖς ἁλωκόσι τῶν σωτηρίαν.

PHILANTHROPIVM, Vlpi. usurpat in l. 2. ff. de proxenet. pro φιλανθρωπία, uel φιλανθρώπευμα, id est, liberalitas, munificentia. Idem dico, inquit, & si aliquid philanthropij nomine acceperit. De proxeneta loquitur, qui si mercedis aliquid pro opera sua receperit, ex conducto non tenetur. Hot.

PHILARCHVM Iulianus No. 102. peritè Ducẽ Sarracenorum interpretatur, quos ex fœderatis Romano nomini fuisse constat. Sext. Ruffus, Philarchi Sarracenorum in Osroene cessère superati. Iornandes, in Osroene Sarracenorũ philarchi deuicti Romanis se dediderunt. Cuiac. in exposit. Nou. Iustin. 22. de secund. nupt.

PHILIPPI, orum, colonia est Thraciæ siue Macedoniæ, de qua Lucanus in primo Pharsaliæ: Vidi iam Phœbe Philippos. Extat Epist. Pauli ad Philip. Philippensis coloniæ. IC. in tit. de censib. Nebr.

φιλία σοφίας, amor sapientiæ, & φίλος σοφίας, amicus sapientiæ. cuius contrarium est ἀφιλοσοφία, qua sapientiam quis & rationes auersatur. Viues Speusippum citat. Spiegelius.

φίλαυτοι dicitur amor. unde filij dicti Connan. lib. 5. cap. 1. num. 2.

PHILO-

PHILODICI dicuntur, iuris strepitu gaudentes. Bud. in l. j. de Iust. & iur.

PHILOSOPHARI, pro temperare affectibus, & aduersas res acerbas, infracto esse animo, non nostris tantum uenerandis columnis ecclesiæ, Chrysostomo, Basilio, & Gregorio Nazianzeno, sed & Ciceroni est. Locum citat Eras. in Chil. Sp.

PHILOSOPHIA Moralis, est noticia legis naturæ, & conclusionum, quæ ex illa in demonstrationibus sequuntur, de moribus & omnibus honestis actionibus. At teste Philippo, eruditissima diffinitio est hæc: Philosophia moralis, est pars illa legis diuinæ, quæ de externis actionibus pręcipit. Eam diuus Paulus uenustè ius Dei uocat Rom. j. Porrò nos cū Insulano ad moralē Philosophiam referimus quoq. ius Ciuile, historiam præsertim ueterū temporum, apophthegmata sapientum, & fabulas eruditas.

PHILOSOPHIA uera est iusticiam colere, boni & æqui noticiam profiteri l. 1. ff. de iust. & iur. Hot.

PHILYRA in l. 50. ff. de legat. iij. frutex est papyro Nilotico nō absimilis, ut Suidas docet his uerbis. φιλυρα κλάδ@ δένδρυ ἰχον φλοιὸν βύβλῳ παντὸς ἐμφερῆ. Ductilis autem erat philyræ liber, adeò ut ex ea coronę olim necterentur, ut Horat. lib. j. Carm. & Ouidius lib. v. Fastor. & Plin lib x. significant. Bris.

PHILYRA, seu Philura, arbor tilia est. Et Philuræ, librariorum chartæ dicuntur ad scribendū aptæ, siue illæ sint ex tilię tuniculis interioris corticis, siue quacunq; alia materia. Vlpian. de legat. iij. l. librorū appellatione. Siue in philyra, inquit, aut in corio aliquo, ut nonnulli conficiunt. Nebriss. Philyram, corticem esse tiliæ, Græci adseuerant, in quas notas uerborum & sensa mādari literis sæpè proditum est. autor Alexand. de Alex. Gen. dier. lib. 2. cap. xxx. Sp.

φοινιξ. uide suprà ἴξ@. & oxoblatta.

PHOLIS, sub Theodosio Iuniore tributum mulorum ab eo cōstitutum Constantinopoli: quòd his sibi in bello opus esse diceret. Phollis autē aliud tributi genus est, quod nobiliores quiq; ciuitatis pendebant, prout secundum habitationes fuerant comprehensi: ut nobilitas quæ ad bonam fortunam illos perducere debuerat, hoc incommodi secū afferret: primo quidem tributo auri libræ octo, secundo quatuor, tertio duæ pendebantur. Et ut ait Esychous illustris philosophus in vj. Historiæ de tempor. diuis.

PHONASCI appellantur Moderatores uocis, & Magistri, qui eam intorquere, mittere, lenire, exasperare docent & supplantare, de quo Tranquillus & cæteri. Dictio græca à uerbo φωνῶ originaliter inclinata, quod signif. loquor. Suetonij uerba sunt hęc in Nerone. Neq; quicquā seriò iocoùe egit nisi astante Phonasco, qui moneret, parceret arterijs ac sudarium ad os applicaret. De Phonasco idem in Augusto & in Institutionum libro secundo Quintilianus. Ioa. Bap. in cōment. epist. Sidon. Apoll. ad Agric. li. 1.

φύσις. Aristoteles φύσιν propriè dicit naturæ inclinationem sine iudicio, siue inconsultum quendam impetum, ut annotauit Balduinus comment. super Iustin. Instit. lib. j. tit. 1. de iustit. & iure.

PHONASCI, erant formandæ uocis magistri: quorum ars dicebatur φωνασκία. utiles ijs qui causas in foro agunt, aut quibus in magna hominum celebritate aliquando dicendum est. Bud. in l. athletas. de his qui not infam. Phollis pondus est, alio nomine dicta Balantium. trahit autē Donos ccl. hoc est, libras cccxij & uncias vj. Singuli uerò Doni librā j. & uncias xij. comprehendebant. Est & alius Phollis coactus ex argenteis leptis, qui militibus, quos miliarios uocabant, dabatur. Lepti autē Cerationem unū cum dimidio continent. Ita Phollis iste argenti, ceracia ccviij. habet, & nummos ix. quæ summa nūc ualet millia cix. Est & Phollis alius, à duab. auri libris incipiens, & usq; ad octo procedēs, prout soluentiū tributa substantiæ patiebantur. Verùm Suidæ Phollis masculini generis, est obolus. Idē in dictione, κέρματα, ducenti & x. oboli, quos Pholeis uocāt. Et hoc sensu ab Augustin. de Ciuit. Dei, ult. lib. capitur. tametsi Beroald. in Apuleio Pholles legerit: cū ea uox nunquā pro pecunia accipiatur. teste Alciat. in rubr. C. de prætor. & hon. prætor. lib. xij. Spieg.

PHORMIONES, φορμίωνες tegetes ex iuncis aut straminibus contextæ. apud Vlp. l. 12. §. 12. ff. de inst. uel inst. Legitur tamen Formiones, errore peruulgato. Hot.

PHORMIONES contineri domus instrumēto legato, scriptū reliquit Vlp. in l. quæsitū est. §. acetū. tit. de fundo instructo. post Pegasum, & plerosq; alios. quo in loco quid phormiones essent, satis dubitaui. Neq; aliqui eorum qui apud Latinos dictiones collegerunt, mentionē fecerunt. Erasmus in adagijs suis etiā meminit, chiliade ij. in hæc uerba, τυλᾶναι φορμίωνος, Thori Phormionis: de stratis, inquit, sordidis ac frugalibus, minimeq; delicatis, qualia sunt cubilia militaria, & quale sibi apud Homerū parat Vlysses, ex arborum congestis frondibus, ac ramis humi substratis. Refertur à Suida: Phormio Dux quidam militū fuit, in perferendis militiæ incōmodis notæ, sicut conijcio, patientiæ: adeò ut exuccus redditus sit, & marcidus. Donatus quoq;, grammaticus magni nominis, in Terentium scribit, phormionē Gręcis tegeticulū significare, à quo insternitur pauimētum. & inde parasitus uilissimæ conditionis Phormio dictus est. Idē alibi refert, Phormionem Græco uocabulo dici stramen nauticū, à cuius rei capacitate uel utilitate, etiā ab Apollodoro parasitus phormionis nomine nuncupatur. Sed & in dictionario Gręcolatino, Phormos storea interpretatur. Erit igitur mens Iurecōsul. nostri, ut in legato domestici instrumenti ueniāt lecti uiles, & qui seruorū causa parari cōsueuerunt. & propterea opportunè Iureconsul. ibidem dicit, Centones etiā tali legato cōtineri. stragula enim sunt quædam grossiora, uillis passim pendentibus: quibus lecti uilissimarum personarum sternuntur, ut superius latè suo loco ostendimus. Cotta.

PHRENESIS, propriè cerebri passio est, principales actiones eius lędens, mentemq; commouens, & insanire faciēs: à pallida, seu flaua bile proficiscēs. Latinè insaniam dixeris. Hinc Phrenetici dicuntur, qui phrenesi laborant. Vlp. l. j. §. apud Viuianū quæritur, uers. interdum tamen. Veluti, inquit contingēret φρενιτικῷ. Producenda est autē, contra usum, pen. syll. uocabuli Phrenesis. Spieg.

PHTHISIS. Tabes, & Phthoes eiusdem significationis sunt, quia idē morbus ijs nominibus significatur. Nam, quam Tabem Latini dicunt, hanc propriè Gręci & præsertim Athenienses φθόην nomināt. Hippocrates autem φθίσιν uocat, ut scribit Galenus in commentarijs Aphorismorum ipsius lib. 7. ca. 16. Sunt tamen qui φθόην & φθίσιν inter se differre censent, ut uidebis apud Leonhardum Fuschsium c. 33. sui Compendij. Hunc autem morbum, uenus admodum offendit & irritat, ut tradit ipse Hippocrates lib. περὶ νόσων. id est de morbis 2. non semel Celsus lib. 3. cap. 22. in fi. Lucianus in Saturnalib. Tiraquell. in l. 15. connub. gl. 1. partem 15.

PHYLACA. Lege, Hydrophylacæ.

PHYLACTERIA dicuntur chartæ, in quibus continentur incantationes, ut in c.ij, xxxv.q.v. & ibi gloss. not. Io. Bello. Etymol.

φρατρίας Aristoteles uocat conuentus hominū qui eiusdem putei usum habent. Connan. lib. 1. ca. 5. nu. 1.

φρύγιον Latini Gremium. hinc Gremiales arbores uel ut alij Cremiales. Vide ligni appellatione quid contineatur. Item uide Cremia.

PHYLARCHI dicūtur duces optionum, id est, eorū qui fœderatis auxilia ferunt. Rectissimè enim Iulianus in Nouella centesima secunda. φύλαρχον interpretatur Saracenorum ducem, quos ex fœderatis fuisse constat. Procopius primo de bello Persico: ἀλλὰ δὲ ὅτι ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων ... ubi Volaterranus perperam legit Chiliarchi. Idem pauló pòst: καὶ αὐτὸν βασιλεὺς φύλαρχον τῶν ἐν παλαιστίνῃ σαρακηνῶν κατεστήσατο. Theodorus Anagnostes 2. Ἀλαμουνδάρῳ τῷ φυλάρχῳ σαρακηνῶν.

PHYTONISSA, uox in Canonicis decretis barbarè scripta. Scribendum autem Pythoissa: qua uoce diuus Augustin. usus in ciuit. Dei est, pro uaticinatrice muliere, quam Græci Pytho uocant. Annotat Alc. in Parerg. Spieg.

P I

PIA causa est, dum xenotrophio, uel miserabilibus personis, puta uiduis, pusillis, & id similib. quid relinquitur: alioqui si alicui diuiti quisquam ob Dei amorem se legare dixerit, pia causa non est. Sicut cū quisquam malè ablatum, certæ personæ restituit. Vide Bart. in l.j. C. de sacrosanct. eccles. Spieg.

PIAE causæ quàm indulgeatur, indicat Alciatus in comment. ad l.j. C. de sacrosanct. eccl.

PICARIAE sunt picis fodinæ, quales populus Rom. in reditu habuit l.17. in fi. ff. de uerbor. significat. ut in pandect. Flor. bene legitur. Cicero in Bruto. Nam cùm in silua Scātia cædes facta esset, notiq; homines interfecti, insimulareturq; familia, partim etiam liberi societatis eius, quæ picarias de P. Cornelio & L. Mummio censoribus redemisset. Bris.

PICENVM, cuius meminit Scæuola de legat. iij. regio Italiæ est quondam uberrimæ multitudinis. Namq; trecenta & sexaginta millia Picentium in fidem Romani populi uenere. Ea nunc Marchia Anconitata dicitur. Spieg.

PICTACIVM in l.5. & l. penult. §. super his uerò. C. de erogatio. milit. an. lib. xij. l.29. de petitionib. & ult. dat. in C. Theod. Lamprid. in Alexād. De promouendis etiam militibus sibi adnotabat & perlegebat cuncta pictacia. Cassiodor. lib. j. Variar. Si Romani prædium sine delegatoris cuiusquam pictacio præsumptor Barbarus occupauit. Moschopulus περὶ σχεδῶν. πιττάκια, ait, Δωρικῶς τὰ λεπτὰ ... ἀφ᾽ οὗ ὑμᾶς πιττάκια λέγομεν. Bris.

PICTOR preciosus. Vlp. Et ideo, ait, si precioso pictori pollex fuerit præcisus, & intra annum, quo præcideretur, fuerit occisus, posse Aquilia agi, eoq; precio æstimandum, quanti fuit prius, quam artem cum pollice amisisset. Spieg.

PICTVRA & scriptura hoc differunt, quod pictura magis ad rerum uerarum naturaliumq; similitudinem accommodatur ut eas oculis tanquā præsentes offerat: scriptura uerò satis habet si animi alterius cogitata nobis declaret & nobiscum tanquā uiuo sermone colloquatur. Connan. lib. 3. ca. 6. nu. 6.

PIETAS est, ut inquit Cicero, primo de natura deorum, iusticia aduersus deos. Est & pietas cultus erga maiores, aut sanguine cōiunctos l. in testamento. ff. de fideicom. libert. qui quum est erga deos, religio nominatur. Augustinus: pietas uera, est uerax Dei cultus, non cultus falsorum tot deorum, quot dæmoniorum. Iure nostro improbatur, quod pietatis prætextu fit cum alterius iactura l. eleganter. §. si compeditum. ff. de dolo. & in l. si hominem. in prin. ff. depositi. Pietas item accipitur pro misericordia, quam alter exercet erga alterum, qui se iuuare non potest. Spieg.

PIETAS patris, extra reprehensionem est l.j. §. utrum. ff. Quæ in fraud. creditor. Spieg.

PIETATE Deo pares sumus l. si imperialis C. de nupt. Spieg.

PIETATIS ratio habetur l.j. ff. de obseq. patron. præst.

PIETATIS respectus, in §. fin. l. ex duobus. & pietatis fiducia, in §. quanquam l. liberto. ff. de negoc. gest. Spieg.

Πῆγα appellatur fons Doricè πάγα. Vide superius Pagani.

PIGMENTARIVS, poni uidetur pro pharmacopola, id est medicamētorum uenditore. Marcian. l.3. §.1. ff. ad leg. Cor. de sicar. Alio S.C. effectum est, ut pigmētarij si cui temerè cicutā, salamandram, &c. Opinor quod pharmacopolarum muneris hęc pars quædam est, ut ea quæ ad pigmenta pertinent, diuendant. Hottomann.

PIGMENTVM, unguentum quo utuntur puellæ ad uenustandam faciē. Vnde per translationem mendacium, atq; fraudem significat. quia is qui pingitur, non est naturalis color, sed artificialis. Sp.

PIGNVS. Pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ simul etiā traditur creditori, maximè si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus. §. item Seruiana. Institut. de actionibus. Quod & suprà diximus in dictione hypothecæ. Datur autem pignus, quia creditor accepto eo sibi ipsi cautum uult, ut scilicet ex eo solutionem posset cōsequi. Quam ob causam is, qui pignus tenet, non tenetur alijs creditoribus id ipsum in medium proferre, nisi rei seruandæ causa possideat l. illud constat. ff. quæ in fraudem cred. Puta, cū quis diuersis creditoribus esset obstrictus, unus eorum crebrò eum interpellauit, debitumq; exegit, is autem nō existens soluendo, creditori suo pignus dedit, deinde reliqui creditores petiērunt mitti in possessionem bonorum debitoris, ueluti latitantis & detractantis iudicium. An hoc casu creditores, missi in possessionem bonorum, possent etiā creditoris sui pignus apprehendere? nequaquam. quia creditor accepto eo pignore sibi cautum uoluit, ut scilicet ex eo solutionem posset consequi, & non ex uniuersali creditorum possessione, puta rei seruādæ causa. nam qui ex ea possidet, uelut omniū creditorū nomine possidens, bonaq; debitoris creditoribus custodiens, meritò ab ijs conuenitur, ut res in medium proferat. Anchora.

PIGNVS à pugno dicitur, quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. autor Caius de uerb. sig. Valla, pignus, ait, significat aliquid quod datur gratia certitudinis. ut creditori datur pignus: & qui decertant, deponunt pignora. Nec impropriè est id, cuius possessio traditur creditori, & præsertim rei mobilis. In hoc differens ab hypotheca, quæ rerum est immobilium. Alciatus de uerbor. significationibus. Quāuis Vlp. utitur uerbo pignoris impropriè l.j. de

l.j.de pig.act. pro hypotheca. Siquidem pignus est propriè rei mobilis l. plebs. de uerborum significat. Sed Iuriscos.nō uult dicere propriè, sed potius proprijssimè, ac nimis anxiè. ut Apellus declarat. Bud. in l.pen. de pignor. Pignus inquit est, quod Græcè ὑπέθεμα, quasi obligationi oppositū dicitur: uel quasi ob fidem debiti suppositū: quod latinè, pignori opponere dicunt. Quare Martianus & Valla censent pignus latinam uocem, & hypothecam uocabulum Græcum solo nominis sono differre l. res, hypothecæ. §. fin. ff. de pign. idemq; significare, id uidelicet, quod à debitore datur creditori, in securitatē & firmitudinem debiti, siue illud mobile sit, siue immobile. nam de re quoq; immobili pignus non modo Terētius in Phormione dixit ager oppositus est pignori ob decem minas & Tacitus lib.19. Credebatur affectam eius fidem præuenisse domo, agrisq; pignori acceptis. sed & ipsi Iurisconsulti ff. de usucap. l. 2. §. fin. ff. de relig. l.1.§. Cum prædium & §.fin.ff.de pign. hypothecam idem de re mobili dici ex eo argumentum est quod Græca uox sit ἀπὸ τοῦ ὑποτίθεσθαι quod est obligationi supponere. Inde titulus ille pandectarū de reb. eorum qui sub tutela uel cura sunt non alienandis uel supponendis. Corrasius in rub. de ser. rustic. prædior.

Pignvs aliud est priuatum, aliud publicum. Priuatū dicitur, cùm ius pignoris priuato, & rei priuatæ caussa quæsitum est. id autem est triplex, conuentionale, prætorium & legitimum.

Pignvs conuentionale est, in quod ius ex contrahentiū conuentione uel expressa, uel tacita quæsitum est l.2. C. de præt. pign. l.1. ff. de pign. act. nā hypotheca tacita propterea inducta est, quoniā id inter partes tacitè conuenisse uidetur: ueluti cum inducta illata in prædium urbanum pignori sunt locatori l.14. ff. in quib. caus. pig. Item ut secundi conductoris res tacitè domino obligatæ sint l. 11. §. solutā, ff. de pign. act. quo in genere etiam ea numero pignora, quæ testamento constitui posse, traditur in l. non est, 26. ff. de pign. act quippe, cùm ubi de debitoris uoluntate cōstet, de creditoris animo & consensu dubitari non possit. Hott.

Pignvs prætorium est, in quod ius ex missione in possessionē, quæ ex prætoris edicto fit, ei qui missus est acquiritur d. l. 2. Cod. de præt. pig. l. missio, 12. Digest. pro emp. l.3.§.1. Digest. de reb. eorum, & cet. d. l. 26. Digest de pig. act. Tum enim missus pignus occupat. l. 2. & l. cum rempub. Cod. qui pot. in pig. qua de caussa priuatum appellamus: quod scilicet & priuato traditur, & rei priuatæ caussa constituitur. Prætorium autē appellatur, propterea quòd nō tantùm prętoris iussu, (ut quod rei iudicatę exequendæ caussa sit) sed etiam ex ipsius edicto constituitur l.3. C. ut in poss. legat Hot.

Pignvs legitimū, est quod neq; ex pacto conuento, neq; ex prætoris edicto, sed legibus & ipso iure constitutum est. ueluti dotis caussa uel dandæ, si promissa est: uel restituendæ, si matrimonium solutum est l un. §. & ut plenius, Cod. de rei ux. act. item in tutorum bonis l pro officio, Cod. de admin tut. Hottomann. Sic pignus legale est cum iure constitutum legimus, eo ipso, quo cum fisco contrahimus, bona nostra ei pignori esse l.1. Cod. si propter publicam pensitationem. leg.1. & 2. C. in quibus causis pignus tac. cont.

Pignvs publicum est, quod non priuatim, sed publicè constituitur: id est ut non à priuato, sed publicè occupetur: quamuis & priuatæ & publicæ rei caussa constituatur. Eius duæ sunt species: aut enim rei iudicatæ, aut coercendæ cōtumaciæ caussa constituitur. Hott.

Pignvs contumaciæ coercendæ causa, per se intelligitur, & ab eo cuius de ea re potestas est cōstitui solet. ueluti cum is qui in ius uenire & respondere contemnit, pignoribus captis coercetur, leg.1. §. post editum, Digest. de uent. insp aut tutores, curatores ue qui iussi non cauent. §. pen. Institutione de satisdation. tutorum. aut ij qui missos in possessionem damni infecti nomine non admittunt leg. quarta, §. primo, Digest. de damn. infec. De hoc eodem intelligendum est, quod Philip. 11. Cicero scribit: Senatores qui sine caussa à Senatu aberant: pignoribus & multa coerceri. Et libro de Orator. tertio: non tulit ille & grauiter exarsit, pignoribusque ablatis Crassum incipit coercere. Item apud Suetoniū in Iulio: Vectium pignoribus captis, & direpta supellectile male multatum cōiecit in carcerem. Hott.

Pignvs rei iudicatæ caussa est, quod rei iudicatæ exequendæ caussa in priuatorum quidem gratiam, sed tamen publicè & ex officio capitur, atque distrahitur, leg. tertia, Digest. de rebus eorum, & cet. lege prima & pass. Cod. si in caussa iudic. lege nona, Digest. de minoribus. leg. 40. Digest. de iudic. Publicum enim iccirco pignus hoc appellamus, quia quamuis rei priuatæ caussa, id est ut priuatis satisfiat, constituitur, tamen neque priuato, id est ei qui iudicio uicit, quæritur: neque ab illo occupatur: sed (ut dixi) prætoris officio capitur ac distrahitur, lege secunda, Cod. si in caus. iudic. Hott. hoc idem & iudiciale dicitur, inque eo à prætorio differre putatur: quod post sententiam definitiuam capitur: prætorium autem ante sententiam ex rei contumacia: licet alterum pro altero promiscue interdum usurpetur. Vide Cuiacium libro obseruationū quinto, capite trigesimo.

Pignvs capere, uetere Romanorum instituto senatoribus, qui, cum in senatum uenire deberent, non adessent, acta mulcta dicebatur, & antequā hæc solueretur, pignus capiebatur. Significat id præter Liuium & Cicero in Philipp. cum inquit: Quis unquam tanto damno senatorem coegit? aut quid est ultra pignus? Vendi autem solita fuisse pignora, innuit idem Cicero in proœmio tertij de Orator. Mo hisce pignoribus putas posse teneri, nō tibi illa sunt cædenda. Vbi

Pignvs cædere, antiquo uerbo dixit, pro eo quod est auctione distrahere. Nanque cædere significabat consumere, ut est à Nonio commentarijs linguæ Latinæ traditum. Porrò uerò de pignore capiendo, deq; mulcta dicenda senatori, qui è Senatu abesset, Marcus Varro, ut apparet ex Gellij libro 14. disputauit.

Pigneratitia actio in personam actio est, quæ debitori ad pignus repetendum soluto debito, uel si eo nomine satis fecerit, datur. §. ult. Inst. quib. mod. rē contrahit. tit. de pigner. act. Appellatur à Papinia. iudicium quod de pignore dato proponitur, uel redditur in leg. 2. Digest. de pignoribus l. 34. Digest. de neg. gest. l. 42. Digest. de pigner. act. Atq; hęc directa pigneraticia est. Contraria uerò dicitur, quæ creditori aduersus debitorem, qui eum in pignore fefellerit, uel aliàs improbato more uersatus sit, uel sumptuum in rē pigneratam factorū nomine competit l.1. l.3. l.16. §.1. l.25. ff. de pigner. act. Bris.

Pigneraticia, quo distet ab hypothecaria, docet Bartol. post gloss. in §. & tertij. in prima constit.

stit. *. Item. Speculat. tit. de pig. & hyp. §. j. quib. uerò modis oriatur directa, uel contraria, idem tradit in l. si tibi. §. de pignore. ff. de pact.

PIGNERATICIAM etiam interdum Iurecõsulti uocant hypothecariam, quæ creditori pignoris persequẽdi causa tribuitur, actionem. l. 3. §. est autem. ff. ad exhiben. l. 9. ff. quibus mod. pign. l. 7. §. inter. ff. comm. diuid. l. 11. in fin. l. 19. & l penult. §. 1. ff. de excep. rei iudic. l. 41. ff. de pigner. act. l. 5. C. si res aliena pign. l. 13. ff. de condict. indebit. Vt autem pigneraticia actio ita & pigneraticia exceptio appellatur l. 6. §. idem Iulianus. ff. comm. diuid. Bris.

PIGNERATICIVM, quod pignori datum est, ut res pigneraticia. Vir pigneraticius, cui pignus capere licet. Vlpian. Quæritur in pigneraticio credito re, an pignoris persecutio denegetur. Sp.

PIGNERATITIVS creditor is dicitur cui pignus datum est. Vlpian. l. secunda. ff. de dam. infec. Quæ species est in cõtrario latere apud Marcellum agitata, an creditori pigneratitio damni infecti caueri debeat. & l. decimaquinta, §. 12. Item quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris persecutio denegetur aduersus eum, &c. Hot.

PIGNERATITIVS fundus, id est pignori oppositus. Pomponius l. uigesimasexta. ff. de solut. Si creditor fundum pigneratitium uendiderit, & quãtum ei debebatur, receperit. Hot.

PIGNERATOR, qui pignus accipit.

PIGNERO, uel pignoro, aut pigneror: quod uulgò dicimus, per executionem capere, hoc est, pignora capere, inquit Bud. Pfenden Sp.

PIGNORA iniuriæ, uitam & fortunas Cicero in Philip. uocat, obnoxias iniuriæ. Valla cum filios significat, nõ pignera, seu pignora dici uult eo quòd sint pignora coniugij, aut charitatis inter maritum & uxorem: tametsi Pontanus lib. j. de aspirat. indicat testimonio antiquissimi epigrammatis, apud uetustissimos latinos pignus, emisisse genitiuũ pigneris, per e, nõ pignoris per o. Et hoc uerbum supleo, unde dicta est, supellex, habere unum p. Sp.

PIGNORI ponere prædia. Apud Scæuolam in prin. l. pater filium. ff. de legatis iij.

PIGNORIS redditio & chirographi redditio inter sese differunt hoc modo: reddito pignore, obligatio personalis manet: reddito autem chirographo, pignoris obligatio efficax non manet, l. 2. & 3. ff. de pact. Martialis: qd' Caietano reddis Polycharme tabellas, Millia te centum num tribuisse putas? Et alio loco, quadringentorum reddis mihi Phœbe tabellas. Cuia. ad Afri. tracta. 4. fol. 45.

PIGNORIBVS captis coerceri tutores curatoresq. qui non cauent, legimus. § penul. Instit. de satisdat. tutor. Item eos, qui missos in possessionem damni infecti nomine non admittunt l. 4. §. 1. ff. de damno infect. Et eos quoq;, qui in ius uenire & respondere contemnunt l. 1. §. post editum ff. de uent. inspic. Pignorum itẽ capione exigi pecuniam fisco debitã legimus in l. 10. ff. ad leg. Iul. pecul. quod nos uernacula nostra lingua dicim⁹, par saisie de biens. Sueto. in Iulio cap. xvij. Vectium pignoribus captis & direpta supellectile malè mulctatum coniecit in carcerem. Cicer. lib. iij. de Orato Nõ tulit ille & grauiter exarsit, pignoribusq; ablatis crassum incipit coercere. Et in ea lege quæ à Frõtino lib. ij. de aquæ ductibus refertur, TVM IS PRAETOR, QVI INTER CIVES ET PEREGRINOS IVS DICIT, MVLTA, PIGNORIBVS COGITO, COERCETO, EI'QVE CVRATORI, AVT SI CVRATOR NON ERIT, TVM EI PRAETORI EO NOMINE COGERE ET COERCERE MVLTAE'QVE DICENDAE SIVE PIGNORIS CAPIENDI IVS POTESTAS'QVE ESTO. Et paulò pôst. EO'QVE NOMINE HIS PIGNORIS CAPIO MVLTAE'QVE DICTIO VTIQVE ESTO. Sic enim eius loci lacuna replẽda est. Sic pignorũ capio in l. 7. de exactionib. in C. Theod. l. ult. de distrah. pignorib. in eod. Cod. Bris.

PIGRVM seruum, ad incipiendum, Tardum ad perficiendum, accurs. annotauit in leg. si quid uenditor. ff. de ædilit. edict. Spieg.

PIISSIMVS, cum hoc Ciceroni displicuerit, bonum, probumq; uocabulum esse non posse, Ciceronianis uidetur.

PII Imperatores dicti ab Antonino Pio ut planũ id facit Iustinianus in §. nobis autem. Nouel. ut lib. de cætero. Fuit enim Antoninus Boionius à Senatu sic appellatus, ob singularem animi pietatem ac pacis studiũ. Cuius uox illa celebris est Malle se unũ seruare ciuẽ, quam mille hostes perdere. Hinc ergo ductũ est, ut Iustinianus pius dictus sit, nõ à pietate animi ut Accursius sentit. Aldobr. in procem. Instit.

PILA ludere, apud Vlp. l. item Mela. in princip. & Alfenum l. si ex plagis. §. cũ pila complures luderent. ad leg. Aquil. Pilę uocabuli, adductis parũ probatis uersiculis, significationes refert interpres. Sp. Hoc uerò ludi genere corpus plurimũ exerceri caloremq. naturalem cõmoueri testatur Galenus in comment. ad aphoris. 48. particulæ 2. aphorism.

PILAE l. 30. §. fin. ff. de acqui. rer. domi. grandiora saxa aceruatim congesta ad contignationem aliquam sustinendam. Plinius li. 6. Epist. Saxis, ait, deinde pilæ adijciuntur. Dionys. Halycar. lib. 3. Horatiam pilam γυναικὸς πιλίδα interpretatur. Prat.

PILENTVM matronarum uehiculum fuit, quo matronæ Castæ ferebantur. Liuius 5. ab urbe cond. Corras. lib. 3. Miscel. cap. 20.

PILEVS dicitur à pilis, quia pilos capitis tegit & stringit. no. glos. cle. ij. de uit. & honest. cleric. Io. Bello. Etym. Plurima uerò de pileis uide apud Maioragium Miscell. lib. 3 cap. 7.

PILEATI serui: Iustinianus Pileum, quòd insigne libertatis esset, pro iusta & perfecta libertate haberi uoluit. Et pilei nomine libertatem significari multis authoritatibus probari potest: sed satis erit quod scribit Suet. de patre Tib. Primo Preneste, inde Neapolim euasit: seruisq. ad pileum frustra uocatis in Siciliam profugit. & in Nerone. Obijt 32. ætatis anno: tãtumq; gaudiũ publicè præbuit, ut plebs pileata tota urbe discurreret. & qui Iulium Cæsarẽ interfecere, prætulerunt hasta per mediam urbem pileum, quasi morte Tyranni restituta ciuibus libertate. ut refert Appia. lib. 1. Bell. ciuil. Idẽ in bello Mithrid. scribit Perseo Macedonum rege capto Prusiã Bithyniæ regem, uenisse Romam, toga & calceis indutum, cęterum capite raso & pileato, professum se populi Romani libertum à quo Persei dominio esset liberatus: quod & Liu. ex Polybio refert, in extremi quinti lib. 5. decad. Is enim erat habitus libertorum recentium, quod statim quidem omnia liberi hominis ornamenta usurparent, excepto quod pilus nondum renatus ostendebat adhuc indicia seruitutis. Erant quippe serui raso & aperto capite, ne quid pilus aut pileus ad domesticas functiones obesset. Et antiquis græcis capillus erat insigne libertatis ut scribit Plutarchus, quia non facile sit comatis

tis ad opus seruile descendere,& negocijs domesticis inseruire.Connan.lib.2.cap.6.nu.6.& uide infrà Seruorum species.

PILVS, nomẽ generale est,in animaliũq; fructu existit.§.in pecorũ. Inst.de rer.diu. Pili nõ facio. Est latinis familiaris hæc hyperbolæ,nõ facio pili. Ne pilo q̃dẽ melior.cũ minimi q̃ddã momẽti significãt.

PINACOTHECA, tablinum. In pinacothecis autem tabulæ pictæ, cælatum argẽtum,stragula uestis,signa,& ornamenta reponebantur.

PINGVIVS Iureconsultis significat,plenius,latius, & crassius l.14. §.1. ff.de except.rei iud.l.49. in fi.ff.de re iud. Sic autẽ reddũt & exprimũt uim uerbi Græci παχυμερέστερον. Quo & quandoq; utũtur l.7. §.scire.ff.de pecul.l.12.§.Iulian. ff.rem rat.hab.Bris.

PIPER, arbor cuius fructus Piper quoq; nominatur,condimẽtis aptus:cuius tria genera celebrantur,album,nigrũ & longũ, de quibus Plinius lib.12. cap.7. de pipere Paulus in l.5. ff.de pen.leg. de lõgo & albo,Marcianus in l.ult.§.6. ff.de publican.Hot.

PIPERIS genera duo recẽsentur in l.ulti.§.species.ff.de publican.longũ & albũ:inter quę etiã differentiã statuit Theoph.li.ix. de plant. Hist. ca.xxij. Dioscorides li.ij.& Gal.li vij.simpliciũ medicamentor.Plin.lib.xij ca.vij.Solin.in Polihysto.ca.liij.Isid. lib.xvij.ca.viij. Nascitur autẽ piperis arbor in India & in latere Caucasi mõtis q̃d soli obuersũ est. Bris.

PIRATA Græcè,latinè prædo dicitur.Piratica, ars ipsa. Hinc Piraticã facere dicũtur prædones. Piratarũ meminit Iurisconsul.in l.in reb.ff.Comm.Sp.

PIRATAE dicuntur prædatores marini,sic appellati uel à Pirata, qui prius maria infestauit, uel à Græco περάω.i.transeo, quod cõspecta insula, in illã trãsirẽt,iã p̃daturi, ut notauit Drosæus in meth.iur.

PIRATERIVM,habitaculum piratarum.

PISCARIA, græcè ἰχθυοπωλεῖον locus in quo pisces uenduntur. Vlpian.teste Budęo,pro uulgari significatiõe usus est in l.inter publica.de uerb.signif. nempe pro uectigali piscium.Spieg.

PISCATIONIBVS præpositi,teste Martiano in l.legatis seruis.de legat.iij.non continentur negociationis appellatione.

PISCINA in l.1.in princ.ff.de fonte.ab initio lacus & stagnum dicta est, à piscibus coercẽdis in ea, etiamsi nihil piscium ibi sit. Et quoniam Romani in piscinis natare solebant,factũ est,quòd omnis aqua ad natandi delicias collecta,siue frigida, siue calida, piscina diceretur. Cicero,Latiorẽ, inquit, piscinam uoluissem,ubi iactata brachia non offenderẽtur. Tales piscinas Aquisgranum habet calidas.Old.

PISCIS patinarius q̃ sit apud Plautũ in quęstione uocatur: Turneb⁹ aduersariorũ li.2.ca.15. eũ esse putat,qui nõ assatur,nec elixatur,sed in patina è iure coq̃tur.idq; ex Horat. intelligi posse,ita scribẽte

Si quis eum seruum,patinam qui tollere iussus
Semesos pisces tepidumq; ligurrierit ius.

PISTOR Atteius Capito (ut testatur A.Calepinus) pistores tãtum eos, q̃ far pinsebãt, nominatos esse tradit,eosq; coquere solitos panẽ tostũ lautioribus.Etiã,q̃ panẽ facit,seu coquit,nũc appellatur pistor. Varro,in satyra de edulijs,si quantũ operæ,ait, sumpsisti, ut tu⁹ pistor bonũ faceret panẽ. Atq; hoc modo accipitur pistor C. in tit. de pistorib. Vbi imperatores Gratianus, Valentinianus & Theod. statuunt pistores, utpote suos, & omnes breuiter, qui subsũt comiti horreorũ, ad nullã dignitatẽ esse aspiraturos, &c, si quã aliq̃ fuerint assecuti, hac exuẽdos esse, omne speciale impetratũ penitus conquiescendum, eosq; ipsos ad antiquũ statũ & cõsortium esse reuocãdos &,pro ipsa dignitate impetrata, mulctandos in uiginti libris auri.Itaq;,ut pistores possint indefessam faciẽdo pani operã nauare, à tutelis & curis etiã collegarũ excusantur l. ul ff. de excusat. tut. Cũ igitur nullo munere feriãtur,neq; ipsi,neq; ipsorum iumenta,inde est quòd ueteres pistorẽ habebãt in numero seruorũ. Vnde ait Iurisconsultus, si quis seruos habuerit proprios, sed quorum operas locabat,uel pistoricas,uel histrionicas,seruorum appellatione hos legasse uidetur. Anch.

πιστὴν Græci frequentius quã Latini in ea significatione usurpãt ut significet certam tanquã rei exploratæ & certæ persuasionẽ. Connan.lib.4.ca.13.nu.1.

πιστικοὶ à Græcis gubernatores nauium dicuntur. Cuia.ad l.3.C.ne q̃d oneri publico imponatur lib.11.

PISTRINVM,locus fatigationis erat plenus & negocij operosi,ac molesti,uiresq; cõficientis. Bud. in Pand.l si fornicarius.ad leg.Aquil.

PISTVRA,pinsendi artificium & ratio.

PITTACIA sunt rationes & commẽtarij annonarum militariũ. Eodem nomine significantur etiã epistolæ,album,notoria. Cuiac.ad l.5. C.de erogat. milit.annon.lib.11.

PYTHAVLES idem cum ascaule, est Brodæo lib.Miscel.2.cap.13.eumq; latinè utricularium appellari existimat.

PITTACIVM, pro modico panno accipi solet, qui aliquo medicamento illitus, modò præcordijs, modò capiti dolenti imponi solet, ad mitigandum cruciatum.Spieg.

PITYOCAMPAE sunt erucæ uenenatæ,in pino nascentes, unde etiam nomen inditum est. πίτυς enim apud Græcos pinus. hinc Pithyusæ insulæ, Gręcis dictæ à ferendis pineis,monumẽtis scriptorum inclitæ.

P L

PLACERE posse intelligitur, quod uiro bono placere debet l.Thias.§. sorore. ff de fideicõ. libert. Hoc uerbo pro decernere & statuere Senatusconsulti antiqui utebantur.ut apud Cic. legimus in Philip. Iacobus Lersenerus iur. Ciuilis designatus doctor, in eoq. longè omnium, quantũ ad Textum attinet,exercitatissimus,atq; recti iudicij uir, obseruauit uerbum placet,seu placere,in iure non esse libiti, seu arbitrij,ut intelligatur iuxta uersum,sic uolo, sic iubeo,sit pro ratione uoluntas: sed significat, ex diuersis rationibus & sententijs elicere, quæ honestati,utilitati publicæ, iuri & æquitati magis erunt consentanea. Sic accipitur in l.ij ff.de Orig.iur.item in §.sed & quòd.in princip. Institut.de iur. nat. gen. & ciuil. Eadẽ significatione utimur in uernaculo, wie lassens vns gefallen.Spieg.

PLACERE Latinis significat statuere, probare, constituere:unde placita medicorum appellat Plin: quæ communi medicorum decreto ratæ sunt & approbatæ opiniones & regulæ:Græci ἀρέσκοντα uocãt. Cic.epist. lib.9. Placet Stoicis suo quanq; rem nomine appellare.Placere enim à Placo deducũt Grãmatici, ut quod post multas utrinq; disputationes, omnium concessu constituitur, placitum dicatur, quasi quod ipsis,qui de eo dissidebant,placatis,tandem uisum est dignum & idoneum, cui deberẽt acquiescere: quomodo Vlpian. l.j.ff. de pact. pactum definit esse duorum pluriumúe in idem placitum & consensum. Nam sicuti,inquit,conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in unũ colliguntur & ueniunt: ita qui ex diuersis animi motib. in unũ consentiunt, id est,

id est, in unam sententiam decurrunt. Et quod Latini litigare, & iudicio experiri dicunt, Galli placitare, & litigatores, placitatores uocant: & ipsam caussæ actionem, placitamentũ. Connan. li.1. ca.16. nu.9.

PLACERE etiam ea dicũtur, quæ inter aliquos conuenere l.33. C. de transactio. Ipsaq; adeò conuentio placitũ uocatur l.1. ff. de pact. l.53. ff. de iudic. l.4. ff. de seruitutib. l.74. ff. de euictionib. l.20. §. si pater. ff. fam. ercisc. Sic placitũ permutationis in l.3. & l.4. ff. de rer. permut. Placitum diuisionis in l. 40. ff. de pact. l.15. C. fam. ercisc. l.7. l.14. l.17. C. de trãsact. Bris.

PLACERE principi dicũtur, quę princeps constituit l.1. ff. de constit. princ. §. quod principi. Instit. de iu. natur. Vnde placita principum pro constitutionibus l 1. §. ait prætor. ff. de postul. Bris.

PLACITVM, Latinè decretum dicitur, Græcè δόγμα, καὶ ψήφισμα καὶ ἀρεστόν. Budæus in leg. ult. de Senator. Spieg.

PLACITVM nihil aliud significat quàm quod cuiq; libet facere. Placere enim & liberè uoluptatis sunt & libidinis uocabula, non rationis & consilij. Connan. lib.1. cap.16. nu.9.

PLACVISSE senatui olim dicebantur, quæ senatus censuerat l.21. §. item placere. ff. de pet. hæred. Placere & in libris nostris dicuntur, quæ prudentũ auctoritate recepta, inducta, constitutaúe sunt l.4. ff. de pact. l.4. ff. de iur. codicill. Bris.

PLAERVNQVE in loco Vlpiani l. falsus. De furtis non sæpe: sed interdum significat. Sic Cicero de inuẽtione secundo. Fortuita sunt quæ plærunq;, non semper eueniunt, id est quę interdum. Connan. lib.3. cap.3. nu.3.

PLAGA, priore producta, percussio. Plagarum aliæ sunt apertæ, ut uulnera recentia. Quædam ueteres, ut ulcera putrida, sanieq; purulẽta fluentia. Aliæ uerò sunt clausæ, quæ & cæcæ dicuntur. Quarum etiam quædam sunt notæ tantum, collectæ ex uerbere sanguinis, & citra tumorem etiam: quæ liuores dicuntur. Quædam uero cum tumore. ut tumentia ulcera, & tumores, qui ex uerbere collecto in unum sanguine fiunt: quamuis & citra uerbera in corpore tumores nascantur. Ex Humelberg. Sp.

PLAGAE, priore correpta, sunt retia rariores maculas habentia. Vlp. de fund. instr. l. quęsitum, aucupes, inquit, & plagæ, huiusmodi instrumẽto continebuntur. Nebrissensis.

PLAGAE grande linteum tegmen, quarum diminutiuum est plagulæ. Varro, Chlamydes, plagæ, uela aurea. Vlpia. l.23. §. ff. de aur. ar. inter muliebres uestes plagulas recenset. Hott.

PLAGIARII nomine quid ueniat apud Iurecõsult. aliàs dubitabatur, uel apud Vlp. in l. cõgruit. ff. de offic. præsid. & in alijs locis non parum multis ut in tit. ff & C. ad l. Flau. de plag. Accursius, cui alij astipulãtur, plagiarios intelligit, eos qui subripiunt filios, uel seruos alienos. Ego puto etiã plagiarium posse dici, eum qui liberum hominem asserit in seruitutem, quiq; hominem emit quem scit liberum esse, & qui huiuscemodi hominem sciens uẽdidit: ut docet Vlp. in l.j. ff. ad l. Fla. de plag. item qui pro seruo tenet, aut qui libertum emit, uenditúe. item qui seruo seruæúe persuadet, ut à domino dominaúe fugiat: uel eũ, eamúe, inuito uel insciente domino, dominaúe, celat, uinctumq; habet: quiúe in ea re socius erit, ut declarat Callistr. in l. pen. ad fi. eo. tit. & ideo Martial. decenti metaphora plagiarium appellat furem librorum suorum, quia illos tanquã suos teneat in seruitutem, dum Quintiano scribẽs inquit: Impones plagiario pudorem. Plagiosus etiã dici potest, qui suauitate uerborum retrahit à proposita uirtute. Dictus est autem plagiarius, quod lege Phannia plagis damnatus esset: ipsa uerò lex, plagiaria: crimen, plagium uocatur. Alij sunt, qui potius plagiarium, à uocabulo Græco dici contendant, scilicet πλάγιος quod apud nos obliquũ significat, & transuersum. nam qui plagiarius est, quasi ex obliquo & transuerso in seruitutem trahit illum qui liber est. Propterea secundum eos, in plagiario syllaba prima corripitur, in plaga uerò producitur. tamen ista ratio nobis necessariò nõ probat: ut apparet ex his quæ scribit Quintianus noster in ij. Epographia.

Aliam huius nominis interpretationem confinxit glossator, in rubri C. ad l. Fla. de plag. uidelicet à plaga ora maritima, ubi serui uel liberi subtracti uẽdebantur piratis & barbaris. Plagiarius etiã dicitur is, qui plagas, id est uulnera infert: & plagiator, siue plagiosus magister, qui plagas inferat. de quo diuus Hieron. ad Florentinum: Magistrum autẽ pueri tui, de quo dignatus es scribere, quem plagiatorẽ eius esse non dubium est. Pœna autẽ pecuniaria (secundum Hermog. in præallegato tit. ad fi.) statuta lege Phannia, in usu esse desijt. nam in hoc crimine detecti, pro delicti modo cohercentur, & plerunq; in metallũ damnantur. licet apud nos iure municipali cautũ sit, ut plagiarius indistinctè laqueo suspendatur. Nõ tamẽ prætereo, quòd in tit. præallegato passim, & in rub. & in legib. dicitur, ad l. Fauiã de plag. cũ tamẽ (iudicio meo) potius debeamus dicere ad l. Fanniã: ut obseruauimus apud oratores. Cot.

PLAGIATOREM appellat Tertullianus lib.1. aduersus Marcionem, Auctor etymologici πλάγιος λέγεται ὁ μόνον ὁ τὰς ἐλευθέρους ἀπάγων ὡς δούλους, ἀλλὰ καὶ ὁ τὰς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀπάγων. Prat. Adde Cuia. li.5. Iul. Paul. recept. sentent. tit.6. §. aduersus eum.

PLAGII crimen committit, qui sciens liberum hominem uendit. l.2. C. ubi de criminib. agi oport. l.5. §. qui desertionis. ff. de re milit. l.12. ff. de manumissio l.1. ff. ad l. Fab. de plag. Itẽ qui seruos alienos supprimit l. penult. §.1. ff. ad l. Fab. Quod nomen à Gręco uerbo πλάγιον quod obliquũ significat, Isido. lib.x. Etymol. deriuat. Inde Plagiarius mancipiorũ suppressor in l.4. §.1. ff. peculat. l.17. §. idem ait. ff. de ædilic. ed. l.8. C. de repud quem Tertullia. plagiatorem uocat lib j. aduersus Marcio. Auctor etymologici, πλαγιοκλέπτης λέγεται ὁ μόνον ὁ τὰς ἐλευθέρους ἀπάγων ὡς δούλους, ἀλλὰ καὶ ὁ τὰς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀπάγων Bris. Adde Balduini cõment. super instit. Iustin. lib.4. tit.18. de publicis iudicijs.

PLAGVLAE, authore Tornebo lib.j. ca.29. aduersar. uela sunt & textilia, quibus lecticæ & lecti intendebantur, aut inuoluebantur, ut apud Tranquillum in tit. Lectica dimotis plagulis Nonius plagas interpretatur grandia lintea, & toral. & lecticariam sindonem: unde per diminutionẽ plagulæ dicuntur, inquit. Meminit plagularum etiã Vlpianus, ut annotat Bayfius de re uestiaria, cap.20. Budæus in prioribus annotat. in Liuij librum 39. per plagas & stragutapetiam, seu aulæa intelligi existimat.

PLANA, & cliuosa uia opponuntur l.2. §. deteriorẽ. ff. ne quid in loc. public. unde de Plano opus facere, & in machina operari contrariè relata inueniuntur l.5. §. planc. ff. commod. Itaque

PLANARIA cognitio, quæ de plano suscipitur citra tribunalis ascensum l.4. C. de dilat. ubi uitiosè plenaria legitur. Et

PLANARII conflictus apud Marcellinũ lib.19. quĩ

qui ex plano solo fiunt non ex moribus. Hinc in l. 11. §. 1. ff. de instito. unde de plano rectè legi possũt: quę uerba his notis significantur V. D. P. E. L. P. Valerio Probo Planus locus opponitur edito. Bris.

PLANTA de arboribus dicitur ea, quæ transferendi grãtia, uel de arboribus rapta, ut ait Seruius, uel ex seminibus est orta: & de herbis quoq; dicitur. Instit. de rer. diuis. §. si Titius. Spieg.

PLANTARIVM, est & plantarum locus, & ipsa planta, ut ait Seruius, in terra nata, quæ cum radicibus transfertur de uno loco ad alium.

PLANTARIVM Plinius appellat locũ, ubi arborum semina panguntur, ut cum primum in plantas adoleuerint, anniculas aut bimas, transferantur in pomaria. Connan. lib. 4. cap. 1. nu. 9.

PLANTATVS ager ab agro proscisso differt, quod Ager proscissus ad serendas segetes, aruum dicitur. Plantatus autem & consitus arboribus, aut uineis, plãtarium arbustum uinetum nominatur. Aedificatus uerò uilla est. Conn. lib. 4. cap. 6. nu. 9.

πλάνης dicitur erro & impostor: quod utrunq; medicorum proprium est, & in Andegauensi prouincia appellatur erro, qui Latinè mendicus, quo uerbo etiam Latini pro suo usi sunt. Vt Tull. pro Cluentio: hic ille planus improbissimus quæstu iudiciario pastus: nisi planè mauis legere: tamen quod eum iudiciario quæstu passum esse dicit, plani significationi mirè couenit. At Hor. scitè planũ appellat, qui simulabat crus fregisse, ut alienis uehiculis portaretur.

Nec semel irrisus triuiis attollere curat
Fracto crure planum

Vnde planitudo dicta Valentiniano fortasse. Connanus lib. 2. cap. 10. nu. 5.

De plano, uide suprà in litera D. Vide præterea Ræuardum lib. Protribunal. sing. cap. 7.

PLANVS locus, opponitur edito. Vnde apud Iurecoss. de, uel è plano, pro eo quod est, non in tribunali (quod editioris esse loci solet) aliquid statuere, sed planicie pauimenti ius dicere Vlp. l. j. de constit. Princip. Vel cognoscens decreuit, uel de plano interlocutus est. Paulus de quæst. in l. unius. in fin. Custodiæ non solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt atq; damnari. Sic apud Martianũ & Papinianum. De plano igitur peti, opponitur causæ cognitionem pro tribunali desiderare, uel decretũ exposcere. Vlp. in l. ij. §. in bonorum possessione. ff. Quis ord. in bonor. posses. seruet. Sp. Adde Forcat. in dial. 80. nu. 1. Necyomantiæ.

PLATEA, uia latior, fereq; militaris, prætoria, consularisq; dicitur. Vide Bart. in l. qui sellam. ff. de seruit. rust. præd. Spieg. ἐν πλάτει pleraq; in agendis rebus intelligenda esse, exempla multa nos docent. Vtitur ea loquendi forma Labeo in primis, l. in summa. §. idem Labeo. de aqua plu. Et post hunc Celsus l. in hac. de cond. tri. Iulia. l. ratũ. de solu. Paul. l. si arbiter. de prob. & alij l. qui enim rem rat. hab. Id quidã interpretantur, Latius, & quasi ex larga uerborum significatione. Alijs & illud uidetur ἐν πλάτει intelligendum, quod interpretatione iuuandũ est. Verùm & hæc, & talia exspectationi nostræ nõ respondent. Hoc constare puto, ἐν πλάτει intelligenda esse, in quibus ratio (ut Velleius ait) ad liquidũ non facilè oratione perduci potest: & quæ non acerbè, uel amarè, siue, ut uulgo loquimur strictè exigi solent, sed uelu ti cum quodã temperamẽto, ex bono & æquo, quod magis animo & cogitatione concipi, quam elocutione & uerbis exprimi queat. d. ll. Qualia sunt illa. Nec passim admittit, nec districtè negat l. sed hęc. de procur. Nec morosè in totum abstinet, nec auarè modũ excedit l. solẽt de off. proc. nec nimiam securitatem excusat, nec dilatoriã curiositatem exigit l. 6. de uit. igno. & multa id genus alia. §. 1. de ad. tut. l. 2. §. si quis tamen. de cau. l. si seruos. de pig. act. Sicut & illud, quod Seruidius Scęuola scribit l. diuortio. neg gest. Non è uestigio (inquit) deliquit, qui non protinus ad redigendam pecuniam res suas distraxit, præterire enim aliquid temporis debet, quo cessasse uideatur. Huic simile est, si nõ idem, quòd Qu. Septimius Tertullianus dixit, in disperso. Sed quid tam multis agimus? Cum præsertim ipse Labeo, qui primus hoc modo loquẽdi usus est, explicet: & illi quòd dicitur ἐν πλάτει, opponat illud ad liquidum. Quid, quòd & Medici, τὴν ἐν τῷ ἀκριβεῖ, ualetudinem, ubi quam multus alacer, & corporis nitor promittit, ipse etiam internus humor, & intraneorum ac uiscerum cõstitutio, in recessu præstat ac refert salubritatem: longè diuersam ab ea faciunt, quam κατὰ τὸ πλάτος Galenus uocat. Id ergo ἐν πλάτει intelligendum est, quòd ad liquidum, καὶ εἰς τὸ ἀκριβὲς, non potest exquiri. Curt. li. 1. ἀνατῶν cap. 18.

PLATO summæ prudentiæ & autoritatis apud Græcos, in l. poster. ff. de Nund. Georg. Trapezuntius Platonis uitia expendit plura, conditis uoluminibus, à Bessarione tamen insigniter est proscissus. Io. Lodouicus Viues tit. iij. lib. iiij. Rectè inquit, qui dixit, Aristotelis doctrinam facere impios, Platonis uerò superstitiosos & dæmoniacos.

PLAVSTRA. Valerius Probus sic ait, ab imperitis dici, Plostra esse dicendum, tametsi usus Plaustra obtinuit. Sueton. narrat, admonitum Vespasianum à Floro, ut diceret Plaustra, non Plostra: Imperatoremq; postridie Flaurum illũ salutasse, non Florum. Vlp. Si ex plostro lapis ceciderit, & quid ruperit, uel fregerit. Aquilia plostrarium teneri placet l. si seruus seruum. §. si ex plostro. ff. ad leg. Aquil. Cuiusmodi autẽ munera plaustrorum nomine ueniant, not. in l. neminẽ. C. de sacrosanct. eccles. Traditũ item est, licere magistratui retinere plaustra, & equos priuatorum, pro deuehẽdo commeatu ad exercitũ: itemq; licere iudici, capere a uiatore asinum, super quẽ deridendum aliquem reum traducat. Spieg.

PLEBANI in c. 1. ne cleric uel monach. li. 6. quale ius habeant, docet Innocent. in c. dilectus. de capell. monach. habent personatum in ecclesia. Prat.

PLEBEII magistratus, dicti Tribuni secundum Pomponium in l. poster. de Orig iur. Plebeij quidẽ, quòd plebem in libertate sua defenderent aduersus potentiorum iniuriam: quorum ædes die noctuq; patebant, dicti Tribuni. Nõ est enim nouum, ut Oldend. ait, quòd unius uocabuli multæ sint rationes à diuersis causis ductæ. Spieg.

PLEBEIVS & decurio in libris nostris quãdoq; opponuntur l. 3. ff. de testib. l. 9. § penult. & l. 10. §. ult. ff. de pœn. Hot.

PLEBISCITA legũ appellatione comprehenduntur, quia reuera leges sunt. Conn. li. 1. ca. 13. nu. 1.

PLEBISCITA primùm uocata sunt ea iura, quę plebs sibi tum constituit, quum in discordiam cum patribus deducta, secessit l. 2. §. 4. ff. de orig. iur. Hot.

PLEBISCITA Pompo. appellata ait iura, quæ sibi populus sine auctoritate patrum constituebat l. 2. §. deinde cùm esset. ff. de orig. iur. Iustinia. uerò plebiscitum definit quod plebs plebeio magistratu rogante, ueluti tribuno constituebat. §. plebiscitum. Instit. de iur. natur. Festus lib. xij. & xvij. Sciscere ait esse sententiam dicere, suffragium ferre. Eoq; scita

plebis dici, quę plebs suo suffragio sine patribus iussit plebeio magistratu rogante. Plebem enim appellabant cæteros ciues sine senatoribus l.237.ff.de uerbor.signific.Bris.

PLEBISCITVM, generale iussū plebis, rogante magistratu. Nam nisi plebs rogetur, nullum plebis iussum fieri potest. Aymarus lib.ij. hist.iur. ciuil. In hoc differēs à lege, quę sine rogatione populi statuebatur: eiusdem tamen potestatis, Græcè ψήφισμα. Lex, quam plebs non populus accipit. Scita plebis autem appellantur ea, quæ plebs suo suffragio, sine populo iussit, plebeio magistratu rogante. Sp.

PLEBISCITVM id uocant, quod non uniuersus populus, sed plebs tantum constituisset: & nō legem. Quia lex nisi centuriatis comitijs ferri non poterat & senatorio magistratu rogante, ut dicit Iustinianus: quib. in comitijs patricios, & senatores adesse oportebat, quos cum nō liceret tribunis pl. aduocare aut omnino ulla de re ad eos referre, non poterant isti edicere comitia, sed concilia tantum. itaq; quę Tribunis pl. rogātibus iubebantur, nō poterant dici leges, sed potius scita, id est iussa aut uetita. Sciscere enim statuere est, ut rectè Iustinianus definiat plebiscitum esse, quod plebs plebeio magistratu interrogante, ueluti tribuno cōstituit. Et Capito apud Gellium plebiscitum esse dicit legē, quam plebs nō populus iussisset. Itaq; eadem utriusq; fuit authoritas, legis inquam & plebisciti, præsertim post legem Hortensiam: ut scribit Pomponius. Cum enim multæ discordiæ nascerentur de his plebiscitis, neq; uellent patres illis teneri, indignum putantes legē sibi dici à plebe, pro legibus placuit ea seruari lege Hortensia lata. Et ita factum est ut inter plebiscita & legem specie constituendi, inquit, interesset potestas autem esset eadem. Id etiam tradit Gellius, rogatione Tribunorum non fuisse patres obstrictos, donec Q. Hortēsius dictator tulisset, ut eo iure quod plebs statuisset omnes Quirites tenerentur. Conn. lib. 1. cap.13.num.6. Balduinus tamen scribendum censet plebiscitum duplici s quod factum sit ex uerbo plebis & scitum: Cicero cōtra Rullum & lib.3.de legib. uocat legem Tribunitiam, propter rogationem Tribunorum. Athenienses uocabant ψήφισμα. & quia debebat pręcedere decretum Senatus: lege data cauebant ἀπροβούλευτον ψήφισμα μὴ ποιεῖσθαι τῷ δήμῳ Apud Ciceronem de opt.gen.orat. legimus & populiscitum. Balduin.tit.de iure nat.gent.& ciuil.

PLEBISCITVM, est ius quod plebs R. Tribuno pl rogante, tributis tantùm comitijs cōstituebat. Triplex autem inter legem & plebiscitum differentia est. Lex à maioribus magistratibus ferebatur: plebiscitum à minore & solo Tribuno pl. Illa ab uniuerso populo: hoc à plebe tantùm iubebatur. illa comitijs omnibus siue centuriatis, siue cōiuratis, siue tributis: hoc uerò tributis tantùm. Hot.

PLEBISCITVM (ut scribit Atteius Capito) est lex quam plebes, non populus accipit. sed totius huius rei iurisq;, siue cùm populus, siue cùm plebs rogatur, siue quod ad uniuersos pertinet, caput ipsū & origo, & quasi fons rogatio est ista enim omnia uocabula, censentur continenturq; rogationis principali genere ac nomine. nam nisi populus aut plebs rogetur, nullū plebis aut populi iussum fieri potest. Hæc Gellius lib.10.cap.20.Hot.

PLEBS, ait Iustin. à populo eo differt, quo species à genere. nam appellatione populi, uniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patricijs & senatoribus. Plebis autem appellatione, sine patricijs & senatoribus cæteri ciues sic significantur. §. 4. de iur.nat. Hot. Interim tamē nemo putet plebem esse populi speciem: nam potius pars est Balduinus tit. de iure naturali, gent.& ciuili.

PLEBS à populo eo differt, quòd in populo omnis pars ciuitatis, omnesq; eius ordines cōtineantur: plebs uerò ea dicitur, in qua gētes ciuium patriciæ non insunt. ut scribit Atteius Capito apud Gell. lib 10. ca.20. Hot. Item Ferret. de iure naturali. gent. & ciuili. & in l. 2. de origine iuris. & Brechæus in l. plebs. in tit. de uerb. & rer. signif.

PLECTO est planè græcum uerbum à πλήσσω, id est punio, supplicio afficio. Drosæus in meth. iur.

PLENA custodia, quæ & diligentiam exigit l.2. ff. de pericul. & comm. rei uend.

PLENA defensio accipitur, si & iudiciū non detrectetur, & iudicatum solui satisdetur l.21. §. ult. ff. ex quib. caus. maio. l.34. §. pupillo. ff. de iureiur. Plena negociorum gestorū actio in l.37. ff. de neg. gest. dicitur, quæ in solidum, non quatenus facere maritus possit, datur. Plena custodia quæ & diligentiam exigit l.2.ff. de peric. & commod.

PLENA Falcidia, id est, integra l.16.ff. ad leg. Falcid. ut plena summa, id est, solida & integra l. 110. §. qui quinq;.ff. de legat. j. tit.2.233.& tit.8.7.

PLENA proprietas nudæ aduersatur: eoq; nōmine solida & non separata usufructu ꝓprietas demonstratur l.43.§.1.l.53.ff. de usufruct. l.2. quib. mod. ususfruct. amitt. l.78.ff. de iur. dot l.10.l.26. ff. de usufruct. leg. l.15. in fi.ff. de castr pecul. Ita plenum dominium dicitur, cui ususfructus cohęret l.4.ff. de alim. leg. Plenoq; iure nostrum id esse accipimus, cuius & ususfructus & proprietas ad nos pertinet l.73. l.29. ff. qui & à quib. l.73. ff. de legat. iij. Et pleno iure uel in plenum nostrum fieri, cuius plena proprietas ad nos transit. l. 126. §.1. ff. de uerbor. obligat. l.63. ff. de condict. indeb. Sic & plenum ius interpretor in l.17. §. ult. ff. de rei uind. Et plenum fundum in l.26. ff. de usufruc. leg. Et pleno iure dominium l.11. C. de actio. empt. Plenum autem compromissum accipitur cui pœnæ uel alia res uice pœnæ addita est, & quod de rebus omnibus controuersijsq; constitutum est. itē quod omnib. numeris perfectū est & absolutū. Bris.

PLENA pubertas dicta est ea significatione, qua plena proprietas, in l. qui usumfructum. de usufr. & plenus grex in l. quid ergo. eo. tract. & plenus usus in l. plenum de usu & habitat. hoc est quæ ad integrā absolutamq́. pubertatē perueniat: cui rei datus est cōsensu prudentum annus decimus octauus l. Mela de alim. leg. Incipiens autem pubertas est in masculis 14. annorum. in fœminis 12. Ferret. tit. de adopt.

PLENA pubertas, id est integra & absoluta. Imp. §.5. de adopt. Debet itaq; is qui sibi filium per adoptionem uel adrogationem facit, plena pubertate, id est decem & octo annis præcedere leg. 40.§.1. ff. de adopt. Bris.

PLENAM fidē testatori exhibere, est ei, cui uoluit solidum & minimè delibatum fideicommissum præstare leg.20. in fi.ff. de dona. l.19. ff. quæ in fraud. cred. l.5.§. si quis rogatus. ff. de dona. int. uirum & uxo. Hoc Iustin. Nouel. cōsti. 1. dicit καταβαλεῖν ἰσχύειν ... πληρῶ τῶν γραμμάτων ... Prat.

PLENIVS significat latius, largius, pinguius l.1. §. hæc actio. ff. si quis testament. lib. l.2. §. peruenisse. ff. de hæred. uend. l.4. ff. de fundo dot. l.53. ff. de contrah. empt. l.1.§ domini. ff. de Silania l.42.§. pēn. de legat. l.12. ff. de diuers. reg. iur. Plenius & exiguius opponuntur in l. penult. ff. de uacat. mun. Bris.

PLE-

PLENO iure dominus is dicitur, qui rem non tantùm in bonis, sed etiam ex iure Quiritium habet, uti docet Theoph. §. ult. de libert. Gaius l. uigesima-nona, ff. qui & à quibus. Generaliter pignori datus seruus, sine dubio pleno iure debitoris est, & iustam libertatem ab eo consequi potest. Sub conditione seruus legatus pendente quidem conditione pleno iure hæredis est, &c. Hot.

PLENVM, id est in quo nihil desyderatur. argumento l. ex facto in princ. ff. de uulg. & pupill. Old.

PLENVM compromissum appellatur, quod de rebus cõtrouersijs úe omnibus compositum est, autor Vlpian. l. quid tamen. de recept. Idem in fin. l. ita demum. eod. tit. Hoc autem, inquit, compromissum plenum est, quod etiam doli habet mentionẽ. Old.

PLENVM legatum seruitutis, quod non personæ, sed rei datum, sic ut ad hæredes transmittatur l. 6. de seruit. leg. Bris.

PLENVS uterus, qui & grauis, uacuo opponitur l. 83. ff. de adq. hæred. l. 11. ff. de iur. codicill. Plenè in l. 7. ff. de aliment. leg. pro omnino & in totum: in quem sensum etiam, in plenum, dicunt Papinia in l. penult. ff. de suis & legit. Et Neratius in l. 63. ff. de cõdict. indeb. Bris.

PLERIQVE, id est, plures, & maxima ex parte: interdum, id est, nonnulli. Pleriq; omnes, idem significat quod, pleriq;, siue pleraq;. Vide Donat. in Terent. Spieg.

PLERVMQVE, quod ferè semper fit. Vide Bartol. in l. j. ff. de tut. & rat. distr. Aliquando significat nonnunquam: sed rarissimè.

PLERVNQVE pro interdum accipitur in l. 25. in fi. cũ l. seq. ff. de pact. & in l. 43. §. si iactum. de furt. ne pugnet cum l. 21. §. 1. ff. de adquir. poss. & l. penult. ff. pro derelict. & l. 8. ff. de leg. Rhod. Bris. Adde Brechæum in l. uerbum, tit. de uerb. & rer. signif.

PLETHRVM pedibus centum constat.

PLOTINAE Augustæ meminit Iurisconf. in l. quòd Principi relictum est. de leg. ij. Sp.

PLOSTRVM, idẽ quod plaustrum, hoc est, currus. Paul. in l. qui sella. ff. de seruit. præd. rust. Qui actum habet, ait, & plostrum ducere, & iumenta agere potest. Porrò percellere plaustrum, rusticorum prouerbium esse, monuit. Eras. Sp.

PLVMBARII, apud Tarruntinum in l. ult. ff. de iur. immunit. artifices qui opera ex plumbo factitãt. Vitruuius lib. 8. cap. 7. de opere plumbario loquens, non est dubium quin ipsum quoq; non sit salubre. exemplar autẽ ab artificibus plumbarijs possumus accipere, quòd palloribus occupatos habent corporis colores. Hottom.

PLVMARII sunt, qui uestimenta ex plumis auium cõficiunt. quo genere prisca luxuria delectata est. Prudentius in Hamartigenia: auiũ quoq; uersicolorum indumenta nouis texentem pluma telis. Vel qui acu pingentes exprimũt animalium uel hominum figuras. Hieronymus in Chronicis: Macedonius artis plumariæ. & in uersione Exodi sæpè. Firmicus 3. ca. 13. Facient linteones aut tunicarum textores, plumarios. & cap. 10. Qui erunt etiam linteones aut plumarij. Eodem uocabulo usi sunt Varro, Vitruuius, & Vopiscus. Cuia. ad l. j. C. de excusat. artificum lib. 10. propè finem.

PLVMBATA, pila plumbea, quam ueteres, teste Sipontino, uocabant Manobarbalum, peregrino uocabulo, à quo & milites qui plumbatis utebantur, Manobarbali appellati sunt. Imp. Cõstantin. l. ij. C. de exact. trib. li. x. Nemo, inquit, carcerem, plumbatorumq; uerbera, aut pondera, aliaq; ab insolentia iudicum reperta supplicia, expauescat. Spieg.

PLVMBATA etiam iaculi genus in modum sagittæ pennis instructum fuit. Cuius duo genera facit auctor libelli de rebus bellicis, qui notitiæ Imperij Romani subiungitur: unum, cuius ligno ferrum ad formã uenabuli aptatum infigebatur, fistula eiusdem ferri parumper extẽsa, supra quam modico interiecto spacio plumbo adhęrentes aculei uelut tribuli emergebant, quæ plumbata tribulata appellabatur. Altera uerò erat mamillata, quæ benè extensa & directa uirga accipiebat in extremitate sui rotundum & in acumen deductũ ferrum similibus locis, quibus superior, in tribulata plumbo & pennis adhærentibus. Huiusmodi plumbatarum meminit Vegetius lib. j. cap. xvij. & lib. ij. cap. xv. Bris.

PLVMBATARVM uerbera in l. 2. de exactorib. tribut. lib. x. C. Sic enim illic legendum docet l. 2. de exactionib. in C. Theod. & l. 2. de quæstionib. & l. 80. de decurionib. in eo. C. Ambros. in lib. de passione Geruasij & Protasij. Tũc indignatus Comes Astacius iussit eũ tamdiu de plumbatis cõtundi, quamdiu exhalaret spiritũ. In libello quoq; passionis Valeriani, Tiburtij, & Maximi Martyrum ita scriptum repperi: Igitur cùm perueniisset ad Almachum quòd maximus cornicularius cum suis omnibus esset factus Christianus, iussit eum tamdiu plumbatis tundi, quamdiu spiritum redderet. Et in passione quattuor Coronatorum martyrum. Illis autem reluctantibus renũciatum est Diocletiano Augusto, qui eos iussit ante ipsum simulachrũ ictu plumbatarum deficere. Appellantur & plumbi uerbera in l. 7. de exactionibus in C. Theodos. Ex quibus minus obscurum uidebitur, quod in l. un. C. de his qui potentiorum nomine. pręcipiunt Impp. eos qui in potentiores litem transtulerint, plumbo adfectos relegari. ut & illud quod Ambros. lib. v. Epist. ita scribit, si compertum fuerit data auctoritate aliquos Christianorum aut gladio, aut fustib. aut plũbis necatos. Bris.

PLVMBATVRA est conglutinatio quarumuis materiarum, quæ solo fit plumbo. Paulus l. 23. §. 4. ff. de rei uind. Si statuæ suæ ferruminatione iunctum brachium sit, unitate maioris partis consumi. Non idem in eo quod adplumbatum sit: quia ferruminatio per eandem materiam facit confusionem: plumbatura non idem efficit. Pompon. l. 27. ff. de acq. rer. dom. Quicquid in facto argento alieni argenti addideris, non esse tuum totum argentum fatendum est. at contrà si tuum scyphum alieno plumbo plumbaueris, alienoúe argento ferruminaueris: non dubitatur fundum tuum esse. Hot.

PLVMBVM, quod pro tegulis poneretur, ædificij esse Labeo cẽsuit. Vnde domo uẽdita, & ipsum uenditori accedebat. Spieg.

PLVMBVM cum argento mistum, deduci potest, Abscheyden. Vide l. Idem Pomponius. ff. de rei uindic. Spieg.

PLVMBVM in ripa positum, id est, quod regendi causa tecto destinatum, necdum appositum, aliquo in loco relictũ, donec tecto apponeretur, commendatumúe fuisset. In ripa autem commodè dicitur, quòd parieti inhærens erectum ita subsidet, ne humi iaceat penitus. Vnde uulgò arripere dicunt. Alex. de Alexand. Gen. dier. lib. j. cap. xxv.

PLVMBVM (teste Iaboleno in l. malũ. ff. de uerborum significatio.) quod pro tegulis poneretur, ædificij esse ait Labeo: sed id quod in ripa hypatheij tegendi causa poneretur, contrà esse. Hunc locum

glossator noster (ut multa alia) ingenuè fassus est se non intelligere: & quidem modestius, quàm ex com modo interpretationem confingere, ut quandoq; facit. Aliqui codices legunt, in Ripa Thei: Codices antiqui, hypa ethrij. & hæc ultima lectio dedit ansam quibusdam, ut coniunctis duabus dictionibus, Hypæthrij legendum putent cum diphthongo æ. Sunt autem hypæthria, hypæthraq; secundum eos, loca manifesta, & sub diuo exposita, id est cœlo patente. Vitruuius lib.1. Ioui fulguri, & cœlo, & soli & lunæ, ædificia hypæthra constituentur. Horum enim deorum & species effectus, in aperto mundo atq; lucenti perlucentes uidemus. Idem lib.v. media uerò spacia quæ erũt sub diuo inter porticus adornanda uiridibus uidentur, quòd hypæthræ ambulationes habent magnam salubritatem. Latino uocabulo subdialia, & subdiualia possũt appellari: unde subdiuales deambulationes, & subdialia pauimenta à Plini. dicta sunt. Illud igitur quod paratum est ad huiuscemodi loca obtegenda, ædificij esse, Iaboleno uisum non est. Cotta.

PLVRA legata sunt, quoties nominatim plures in legato exprimũtur, autor Paul. li.ij. de legat.ij. Sp.

PLVRALIS locutio, duorum numero contenta est. Vlpian. de test. l. ubi numerus. Sp.

PLVRES, instar unius, quibus una cõpetit actio l. si plures. ff. de pact. Interdum pro multi, ut & passim apud alios autores. Sp.

PLVRES de trib. dici posse, gloss. docet, ut aiũt, singularis, in. §. & quod sæpè. in aut. de Triẽt. & sem. de qua Bart. in leg. seruo. ff. de opt. leg. Sp.

PLVRIBVS creditoribus teneri uidetur, si uni aliorum nomine caueatur l. ergo. §. creditoribus. ff. de fideicom. liber. Spieg.

PLVRIOR, ut Alber. indicat, comparatiuus, mi nimè usu tamen probatus, in decretis legitur. c. non debet. lxxv. Dist. Spieg.

PLVRIS emisse. Lege, quanto minoris.

PLVRIS esse l. pen. ff. de in lit. iur. Quod pluris est, utiq; tanti est. Frequenter autem iungitur uerbis æstimandi, & precij. Spieg.

PLVRIS VB, hęc adiectio, quę solet numero certo adijci, ad modicã summam refertur. autor Paulus de uerb. sig. Quod & dicendũ est, cum quis plus minus dicit l. Publia in fin. Depositi. Clausulã eam duabus notis, P. M. antiqui scribere solebant, ut admonuit Alciat. Caius ait: hæc enunciatio, quæ fuit pluris triginta aureorum, simul & quãtitatis, & æstimationis est significatiua. Quoties ita loquimur: quod in censum detulit Titius, pluris est aureorum triginta: id significare potest, non solum quantitatem triginta aureorum in censum relatum, sed etiã tantum rerum, seu corporum detulisse, quantum æstimatio triginta aureorum efficere potest. Alc. ibid.

PLVS, multifariam intelligi, Bart. demonstrat. in l. si creditori. ff. de leg. ij. Huic adde Brechæum in l. Hæc adiectio, in tit. de uerb. & rer. signif.

PLVS æquo luminis facere. Vide l. si arborem, ff. de seruit. urb. præd.

PLVS, aut minus, non solum in quantitate, sed etiam in tempore intelligendum est. Plus enim est, statim aliquid dare: minus uerò, post tempus dare. teste Theophilo. Spieg.

PLVS minus, sine coniunctione frequentius legitur, pro plus minusúe, hoc est, circiter. d. l. Publia. §. fin Titius Sempronio salutem. Habere me à uobis auri pondo plus minus decẽ. Sequitur mox in uulgatis Codicibus uocabulum, Trophimati: quũ hic legendum sit, reponente Haloandro, τροφίμῳ ἐμῷ, hoc est, de alimentis puero (uel pueris) præstitis.

PLVS, & minus, non mutant speciẽ l. fin. de fund. instr. leg. Neq; enim minus est scapha nauis, quàm oneraria, tametsi minor: neq; oneraria magis, tametsi maior. Sic locuples non est magis ingenuus, quàm pauper l. humilem. C. de Incest. & inutil. nupt. Sp.

PLVS facere. Qui plus facit, is utiq; tantundem quantum debet, facere censetur l. cum furti. in fin. ff. de in litem iuran. Spieg.

PLVS peti quattuor modis potest: re, si decem pro quinq; petantur: tempore, si ante diem petatur: loco, si alio, quàm quo promissum est, loco agatur: causa, si ex duabus rebus disiunctiuè promissis altera præcisè petatur. §. plus autem. Instit. de actionib. Adiectio hæc, PLVRIS VB, non infinitam pecuniam continet, sed modicã duntaxat l. 192. ff. de uerbor. signific. Hęc autem enunciatio, QVAE FVIT PLVRIS AVREORVM TRIGINTA, simul & quantitatis & æstimationis significatiua est l. 232. ff. de uerbor. signific Bris. adde Cuia. lib. 1. Receptar. sent. Iul. Paul. tit. 10.

PLVS precij consequi propter artificium. Pomponius l. nisi si. ff. de rei uind. Spieg.

PLVS repetere dicitur, qui plus petit quàm debitum suum sit. Tempore autem plus petit, quandò quis præmaturè, id est, ante diem & conditionẽ petit. Plus causa petere dicitur, qui alteram ex alternatiua partem tantummodò petit, cum electio sit debitoris, hoc est, electionem aduersario tollere. Vide Zas. Instit. de actionib. §. si quis agens. &. §. huic. Plus autem petentium pœnam declarat in §. sed hæc. Sp.

PLVSCVLVM, in leg. nam satis. §. j. quem. seruit. amit. Spieg.

PLVTEI, quæ tabulæ affixæ & parietibus adiunctæ dicũtur in l 41. §. 7. de legat. j. Vlpia. l. 17. §. 2. de act. empt. Reticuli circa colũnas: plutei circa parietes, item cilicia uela ædium non sunt. Hot.

PLVTEI Vegetio è uimine contexuntur, cratibusq́, & cilicijs proteguntur, formamq; apsidis habent. de quo latius Torneb. li. aduersariorũ. 11. ca. 24.

PLVVIA aqua, & Pluuialis aqua, idem, hoc est, quæ pluta est.

P O

POBVLA oleaginea. Legimus apud Iabolenũ, de leg. iij. l. qui concubinam. §. qui quatuor pocula oleaginea habebat, ita legauit. Pocula oleaginea duo paria, respondi, ait Iabolen. unum par legatum esse: quia nõ ita esset, bina paria: neq; ita, poculorum paria duo. idem & Trebatius. Sp.

POCVLENTVM quidquid potari potest. Quidam existimant potulentum scribi debere. Hoc iudicibus licet recipere, ut & esculentum l. plebiscito. ff. de offic. præsid. Spieg.

POCVLVM, & pro uase in quo bibitur, ut in l. Seiæ. ff. de aur. & arg. leg. & id quod potatur accipitur. ut in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. quemadmodum amatorium poculum dicimus, quod ad amoris insaniam impellit. Sp.

POCVLVM aureũ, ut ait Scęuola de aur. & arg. legat. Seiæ dulcissimæ quod elegerit fidei hæredum cõmitto, ut dent: quęro, cũ in hæreditate nõ sint nisi trulæ, scyphi, modioli, phialæ, an Seia de his speciebus eligere possit? respõdi cum omnia potui parata pocula dicitur posse eam ex his eligere. Maff.

PODAGRA, id est, pedum morbus & dolor, qui ex influente ad pedes humore superfluo, & eorundem imbecillitate accidit: nunc quidem cũ inflammatione,

mationе,nūc uerò cum refrigeratione: nuncq; cum tumore,nūc fine eo:à Iureconſ.quoq; in morbis numeratur.ff.de ædil.edict.leg.qui Tertiana.Sp.

PODIA, apud Iuriſconſ. in l. quæſitum.§. canales.ff.de fund.inſtr. Podium autem locus extra ædificium porrectus, unde ſpectamus ſi quid foris fiat: ſeu præcipuus locus erat in theatro cui inhærebat Imperator,uel ſenatores ludos ſpectantes. Lege Vitruuium in v.cap.vij. Cataneum in v.Comm.in Plinian.epiſt. At Podia fœminini generis funis eſt,quo tenditur uelū: niſi Seruius fallitur commēt.v. paulo ante finem.Spieg.

POENA, ſicut ex ijs, quæ Cato & ueteres ſcribunt,docemur,uidetur ἀπὸ τοῦ πονεῖν deducta. Nam & à Græcis dicitur ποινή: ut errēt, qui Latinam Etymologiam uoci affingant. In qua re circa etymum agri, & Varro à Quintiliano riſus eſt. Non ineleganter tamen,ab eo quod ponè eſt,dicta uideri poſſet.Id plerunq; idem eſt quod pòſt,niſi quod ponè propriè loci ſignificatiuum eſt, non ut pòſt temporis quoque. Nam peccare quam puniri, prius eſt tempore: hinc uerbum pœnitet:ſeu uerbi productionem eſſe id uolumus,quod adiunctum eſt,nihil ſignificantem:ſiue & tenendi quædam in eo eſt poteſtas, ut multis uidetur. Quem enim pœnitet, hunc ferè eſt, ut & pœna, id eſt, ſi commodè magis quam Latinè rē interpreteris, dolor teneat. Quid autem ſi timendi uim aliquam,in ea productione malis imaginari? Profectò enim,pœnę alicuius,aut mali exſpectatione torquentur qui pœnitentia ducuntur. Quanquam ut pœnitentiæ uerbum potius, ab eo quod ponè eſt, originem trahat,quàm à pœna,argumento eſſe poſſit,quod Græci, μετανοεῖν,& μεταμέλεσθαι dixerunt. Fit autem à pœna, punio: ut Punicus à Pœnis:Mœnia, ab eo quod eſt munire.Nam magnam affinitatē eſſe diphthongo OE,cum litera V, (quæ & ipſa uim diphthongi in quibuſdam habet, ueluti in muſa, quæ μοῦσα eſt Græcis) uel illud oſtendit,quo mœros dixerit maro, quos muros uocamus: ſic lingua Belgica, Spœde dicitur,quę Græcè eſt σπουδὴ.Nec ſonus perinde,ſi animaduertas intereſt,unde aliqui è Græcis, quod lingua cōmuni eſt μοῦρα, ipſi μοῖραν ſonāt. Curt. lib.1.ἀνεγνῶν tom.2.cap.19.

POENA,ſuppliciū:à pendēdo,quo quis ob delictum afficitur. Vlp.l.ſi quis.de pœn. Pœnæ ſunt,quę uitam adimant,aut ſeruitutē adiungant,aut ciuitatē auferant,aut exiliū,aut carcerē corporis cōtineant.

POENA autē appellatur quidquid extra rei perſecutionem eſt l.2.in fin.ff.de tut. & rat.diſtr.l.12.§.1. ff.ſi quis om.cau.teſt.l.5.§.ult. ff.de publicia. l.25.§.1. ff.quæ in fraud.cred.l.11.§.ſed ſi plures. ff.ad l.Aquil. §.ex maleficijs. Inſt. de actionib.Briſ. Imo latiſsimè patet uerbum pœnæ: nam & pro culpa quandoque accipitur, l.fin.ff. de fideiuſs. & generatim acceptū, quamlibet coercionem, noxiæq; uindictam ſignificat l.aliud eſt fraus ff.de uerb.ſignif.§.fin.de legat.in Inſtit. quamobrem & tunc uſuram comprehendit l. qui ſine.ff.de nego.geſt.& uſura quandoq; pœna dicitur l.lecta.ff.de rebus cred. Sic & multa uerbo pœnæ intelligitur l.tutor qui repertorium.§.idē ſolent. ff. de adminiſt. tut. & id quod intereſt, pœna uocatur l.fin. ff.de eo quod cert.loc.l.nouiſsima. ff.de iudic.ſol. Quin & condemnationem expenſarum Imperator pœnam appellauit. Propria autem & peculiari uerborum proprietate ſpectata,aliud eſt uſura, aliud pœna l.grege.§. fin.ff.de pignor.l.non ſolū.§.1. ff.de lib leg.Itaq; traduntur à Bart.in l.cum ſtipulati ſimus.ff.de uerb.oblig. inter uſuram & pœnam tres notandæ differentiæ Prior eſt,quia uſura quantitati duntaxat,uel ei quòd quantitatis loco eſt, adcitur,l. in fideicommiſsi.§. fin. ff.de uſur. Pœna uerò etiam facti obligationibus annectitur l. ſtipulationes non diuidūtur.§.1. ff.de uerb.oblig. Altera pœna pro toto tempore apponi ſolet l.traiectitiæ.§. de illo. ff. de actio.& oblig. Vſura autē diſtinctis temporibus,ueluti in annos,aut mēſes ſingulos.d.l.cum ſtipulatur. Quæ tamē prima fronte contrarium probare uidetur in illis uerbis:pro uſuris legitimis pœnam in ſingulos menſes, ſi ſors ſoluta non ſit. niſi defendendo communem ſententiam,quæ uera eſt,dixeris uerba illa,pro uſuris,tollere difficultatem.Tertia differentia. Vſura poteſt ſine mora deberi ex ſtipulatione d. l.lecta.in fin. Vſura enim ſortis acceſsio dicitur,quæ non tam propter moram, quàm uſum datæ mutuæ pecuniæ exigitur l.uſura.ff.de uerb.ſig.Ideoq; Paul. Caſtrenſ. in l.Iulianus.§. ex uēdito.col.2. ff.de actio. empt.Quod(inquit) dici ſolet,uſuras nō uenire,niſi à tempore moræ, obtinet, niſi cōtrarium à partibus agatur: ſicuti ſi dem tibi mutuam pecuniā, poſt annum reſtituendam, ita ut in ſingulos menſes nonnihil uſuræ nomine pendas.d.l.lecta. Atqui pœna ſemper ex mora debetur l. ita ſtipulatus. ff.de uerb. obligat. Hæc tamen differentia non ſatis placet Ioan. Imol. in d.l. cum ſtipulati. nam pœna (ut ille ait) ex ſolo conditionis euētu deberi poteſt: ut quando ſtipulatio à precedenti conditione incipit:ueluti ſi dicam: ſi calendis Stichum non dederis, decem dare ſpondes? Nā ante Calendas Sticho mortuo,agi non poteſt, ſed exſpectanda eſt dies in quam tota obligatio collata eſt l.in illa.ff.de uerb.oblig.

POENA ut inquit Vlp. in l. alius. eſt fraus. ff. de uerb.ſignif.eſt delictorū coercitio. Cauſa autē infligendæ pœnæ una & præcipua eſt, emendatio hominum q delinquūt l.ſi pœna hic,cū uidelicet ea pœna irrogatur q̄ uitā nō adimit. Altera cauſa pœnæ infligendæ,nocētib. eſt exemplū. nā pœna unius metus eſt multorū l.1. C.ad l.Iuliā repetundar.& cæteros à ſimilib.facinorib.deterret l.bona fides depoſiti l.capitaliū.§.famoſos.d.t. Quod adeò uerū eſt,ut in brutis quoq; animātib. atq; adeò feris id deprehēdatur. Scribit enim Plinius.lib.8.ca.16. Viſos fuiſſe in Africa crucifixos Leones,à quib. fuerant urbes obſeſſæ, quo cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrerētur eadem noxa. Hinc illud Senecæ quod à Platone mutuatus eſt,nemo prudēs punit qa peccatū eſt,ſed ne peccetur. Eſt igitur pœna ad continendam rempub. ualde neceſſaria, ut nō immeritò dixerit præmio & pœna rempub.cōtineri. Quo reſpexit Vlp.cū diceret Iureconſultos tā metu pœnarū q̄ præmiorū exhortatione bonos efficere l.1.ff.de Iuſtit.& iure. Tametſi has duas tātū cauſas Plato cōmemoret in Gorgia, tamē noſtri autores uidētur uindictā quoq; eius cui iniuria facta eſt ſpectaſſe, nempe ut ſupplicio aduerſarij cōtētus qeſcat,nec uindictæ priuatę cauſa aliqd moliatur,qđ reipub.pniciē adferat l.capitaliū.§. famoſos.ff.eod. Ex iā dictis cōſequitur eū qui nihil admiſit nullā pœnā mereri l.crimē. ff. eod.l. ſancimus. C. eod.tit. Quod tñ perpetuū nō eſt. Nā & DEVS ipſe qui iuſtiſsim9 eſt,ob unius hominis admiſsū pœnas nonnunquā à tota aliqua ciuitate expetit. Quæ aūt admiſſa puniātur,traditur uelut quidam Epilogus à Claudio Saturnino in l.aut facta.C.eod. Aut enim inqt facta puniūtur ut furta cędesq;,aut dicta ut cōuitia & infidæ aduocationes,aut ſcripta ut falſa & famoſi libelli, aut cōſilia ut cōiurationes,&c. Cogitationis aūt nemo pœnā patitur l.cogitationis.ut exē-

dicere Notarijs ne scribant instrumenta, uel negotiatione interdicere.l.moris.eod.tit.&c. Io. Bell.Etymol.Adde Cuiac.receptar.sent.Iul.Paul.lib.5.tit.17. de abolitionibus.

POENICALES olim appellabantur funerales, nouem dierum feriæ. Nam septem dies apud ueteres cadauer domi deploratum, octauo efferebatur, nono tumulabatur ut annotauit Balduin. in comm. super Inst.Iustin.lib.4.tit.17.de offic.iud.

POENITERE dicimur, cum quæ ipsi fecimus, ea nobis pôst displicere incipiunt, & molesta esse. Inde rectè sumitur pœnitentia, pro resipiscentia, ut apud Iust.in l.Imperialis.C.de nupt.Spieg.

POENITENTIA suprema q̃ sit, uide ff.de donat.int.uir.&ux.leg.cum hic status.§.pœnitentiam.

POENITENTIA, secundum Ambrosiū, est & mala præterita plangere, & agenda iterum nō committere.c.pœnitentia.de pœnitent.dist.3.secundum Augustinum sic.Pœnitentia est quædā dolentis uindicta, puniens in se quod dolet cōmisisse. & pœnitere est pœnam tenere.ca.pœnitentia.2.ead.dist.Ioan. Bello.Etymolog.

POETAE nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.l.poetæ.C.de profess.lib.x.

Ποίησις & πρᾶξις, id est, effectio & actio sic inter se differunt apud Aristotelē, ut actio sit cui ipsius causa, & in se perficiatur ipsa, uelut prudentem esse, lætari, canere, saltare, uiuere: & hui9 generis actiones, quæ suo usu sic consumuntur, ut nullum eorū opus extet. Effectio autem inchoata quodammodo atq; imperfecta est, quia refertur ad aliud & aliquod quasi ex se natū opus relinquit, quod item alterius causa est: quale est ædificare, quod ædificij extruēdi causa facimus, ipsum autem ædificium nō propter se fit, sed ut habitemus. Sic instrumentorū agentia dicuntur ea, quæ præter usum nihil nobis afferunt: quod genus, uestis, lectus, res omnes quas possidemus. Alia sunt efficientia ut pecten, quo texitur pannus, ꝓpter pannum est factus, & pannū nobis præbet, tamquam opus suum, atq; id ut tegamur. Ita qui pectinem emit ut uendat pluris, eum possidet quasi dominus rem suam, non quasi artifex instrumentum. Textor uerò qui eo utitur eum habet instrumēti loco. Refertur enim instrumentum ad artificem ut res possessa ad dominum, & quæ ratio est illius ad alterum, ea est horum inter se. Et pecten artifici domino, quia domino, instrumentum est agens, ut quælibet alia res possessa: nec in eo opportunitatis & artificij ratio habetur. Domino autem quia artifex est instrumentum est efficiens ad pannos texēdos idoneum & aptum. Sed pecten per se. & quia pecten, instrumentum est effectionis: Communi autem consideratione rerum omnium & quia possidetur, est actionis. Connan.lib.2.cap.8.num.9.

POLIA, pro grege equorum. Vlp.in fin.l.ædiles aiunt de ædil.edict. Nam & si polia uenierit, dicem9 unum equum qui uitiosus est, non omnem poliam redhiberi oportere. Spieg.

POLIA quid significet apud Vlpia.in l. ędiles aiunt.ad fin.ff.de ædil.edict.& unde deducatur, sæpè quęsitum est. Equidem puto poliam idem esse quod equitium, hoc est, equorum mandram, seu armentū equinum, descendereq; non a pluralitate, ut Accursius uoluit: sed potius à Græco nomine πῶλος, quod pullum, & maximè equinum significat. unde πωλοδαμάζειν est, equos domare. Cotta.

POLINCTOR, curator pistrini, qui farinā facit, & pollinem, quiq; pollinario cribro pollinē excutit.

POLIO dicitur, qui arma polit. Callistra. de iure immun.l. quibusdam. Nebr.

POLIRE uestimenta fullonici artificij est. l.9.§. pen.l.13.§.si fullo.ff.loca.l.12.l.48.§.si ego.l.52.§.si seruus.l.82.ff.de furt.l.22.ff.de præscript.uerb.§.item si fullo.Instit.de obliga.quæ ex delict. Theoph. πλύνειν uertit. Nonius Marcell. in uerbo Interpolare tractū id ait ab arte fullonica, qui poliendo diligenter uetera queq; quasi in nouam speciem mutant. Plin.lib.8. c.48.de lanis loquens, Quippe, ait, ahenis polientiū extracta in tomenti usum ueniunt. Idem lib.19. ca.1. Hispania citerior habet splendorem precipuum torrentis in quo politur natura. Vnde Politura apud eundem lib.11.c.24.Idem lib.35.c.17. Vmbrica creta non nisi poliendis uestibus adsumitur. Brissonius.

POLIPTICI rationes, siue ἀπογραφόμενα publica l.2.C.Th.de discusso.l.11.C.Theo.de indulg.debitorum. Cassiodorus lib.5. Variar. Vt omnibus ait, à te solicita atq; æquabili indagatione compertis, poliptici iubeantur adscribi. Prat.

POLITIA est legitima ordinatio Reipublicę, secundum quam alij præsunt, alij parent. Quæ ab Aristotele definitur principatus & rerum consuetudo, secundum quam uiuere unumquenq; & conuersari decet. Oldendorpius.

POLITIAE tres sunt species: Monarchia, Regnum, seu principatus unius, ad communem utilitatem respiciēs. Cùm uerò degenerat in priuatū commodum, dicitur Tyrannis. Siquidem Tyrannus à rege factis distat, non nomine. Aristocratia, paucorum optimatium seu Magistratuum administratio: quæ simulatq; proprijs insistit commodis, Oligarchia uocatur. Timocratia, cùm imperium est penes populum: cuius corrupta autoritas Democratia nuncupatur. Oīa hęc imperia Romani sunt experti: nos hodie Monarchia utimur. Oldend.

POLITIAE emendandæ formam, cùm ex scriptis legibus, tum ex probatis maiorum exemplis oportet mutuari: qualia in l.2.ff.de orig. iuris Pomponius exhibet: eleganter, ac compendioso quodā artificio describens totum imperij statum, eiusq; mutationes: Primùm, quæ infantia Romanæ Reipub. fuerit: deinde qui auctus: quibus legum studijs constiterit: quo itē iuris neglectu labefactata sit. His enim exemplis instructos esse oportet eos, qui rerumpublicarum ad emendandam politię formam functionem suscipiunt. Oldend.

POLITIAE melioris certissima spes erit, si primùm omnium iuris traditio uindicata fuerit à desultorijs commentatorum opinionib. Nam tunc constantia mox iudiciorum, & proinde beata (quoad ꝑ humanam fragilitatem licet) rerum omniū tranquillitas, autore Christo, sequetur. Olden.

Πολιτικός. Socrates interrogatus cuias esset, respōdit se mundanum, hoc est, inquit Tull. non unius circundatum aut septum mœnibus popularem alicuius certi loci definitiq;, sed ciuem totius orbis tanquam unius ciuitatis. Est enim terra communis omnium parens, & ut Affricanus in somnio Scipionis loquitur, sedes aut domus hominum. Quæ domus aut ciuitas suas leges habet, in uniuscuiusq; animo descriptas, & proprium ius suum quo utatur ad conseruandam hanc ciuium suorum, hoc est, omnium mortalium societatē, quod πολιτικὸν appellatur quasi dicas ciuile, aut populare. ut ibidem Tullius ait paulo pôst. Quoniā ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi ciuile ius intercederet: Qui id conseruaret, eum iustum: qui mutaret, eum iniustū

fore &c. & reliqua: de quibus uide Connanum libr. 1. capit. sexto, num. 3.

POLITOR, artifex agri diligenter excolendi & quodammodo poliendi. Nonius Marcellus, Politores, agrorum cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta. Ennius Satyr. lib. 3. Testes sunt lati campi, quos gerit Africa terra politos. Et Annali. 9. Rastros dentefabres carpsit causa poliendi agri. Varro, Quid mirum ex agri ne politionibus eijciuntur, hic in cœnaculo polito reci piuntur. Vlpian. l. 52. §. 1. ff. pro soc. Si in coeunda societate artem operámue pollicitus est alter, ueluti quum pecus in communi pascendum, aut agrũ poli tori damus in commune quærendis fructibus, nimi rum ibi etiam culpa præstanda est. Hot. ex Anton. August. emend. lib. 4. cap. 8.

POLLERE quęstu dicitur, quòd est preciosum.

POLLICERI. Vide, Pollicitatio.

POLLICITATIO, est solius offerentis promissio. l. pactum. ff. de public. & l. sciendum. §. 1. ff. de ædil. edict. Aliquando est nuda spõsio. l. pollicitatione. C. de dona. ante nupt. Videtur autem ab hasta & auctione id uerbi acceptum fuisse. priusquam enim ad licitationem ueniamus, accipitur alicuius dignũ precium offerentis taxatio: qui idcirco polliceri dicitur, quia liceri potest: sicut & possidere dicimus, q̃ potest sedes ponere. Postquam autem quis pollicit9 fuerit, id est, precium aliquod obtulerit, tunc fit auctio: & qui pluris licitatus fuerit, rem obtinet. Hinc metaphoricôs nomen sumpsit pollicitatio, quæ reipubl. fit. Ex Parerg. Alciat. Vlpi. in leg. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. pollicitatorem, priuatũ licitatorem intelligi uult, hoc est, eum qui offert se ad colendum iure societatis agrum. Sp. Adde Forc. in Necyom. dial 52. num. 1. & seq.

POLLICITATIO in instrumẽto, operatur effectum pacti simplicis, ut instrumẽtum aliquid operetur. ita sing. Bald. in l j. uers. item oppo. C. de dot. promiss. & pro singu. citat Bald. iunior. in tracta. dotis. in primo priuileg. 6. partis. in 2. colum. ubi dicit, quòd licet aliàs ex mera pollicitatione non possit agi, etiam de iure canonico: tamen non proc. propter fomentum instrumenti. Cotta.

POLLICITATIO autem plerũq; dicitur, qua quis reip. uel ciuitati opus aliquod publicum ludósue promittit. l. 5. ff. ad l Falc l. 46. §. 1. de admi. tut. l. 6. §. debitores in fin. ff. de munerib. & honorib. l. un. C. de ratiocin. oper publ. Plin. lib. x. Epist. Huic theatro ex priuatorum pollicitationib. multa debentur. Sed tamen etiam quælibet alia promissio pollicitatio uocatur. l. 43. ff. de contr. empt. l. prima. §. penulti. ff. de collat. dot. Brisson.

POLLICITATIO & pacta differunt. Pactum est duorum consensus atq; conuentio. Pollicitatio est cum neq; prouocati, neq; interpellati, sponte nostra nos ex abundantia quadam liberalitatis offerimus, uel pollicitatio est solius offerẽtis promissum. Non dicit pollicitationem esse solius offerentis consensum, sed esse unius promissum. Nam & in pollicitatione duorum inest consensus, sed non expressus, neq; declaratus, nisi ab eo, qui promittit alteri tacenti, & non roganti: At in pacto non consensus est duorum tantum, sed etiam conuentio de eo, quod utriusq; uerbis conuentum est, & conclusum ut ita fiat. Pactum est itaque cum plures hoc agunt, & in eam decurrunt sententiam, ut quid fiat aut non fiat: Pollicitatio, cum quid promittitur alicui non petenti, cum de eo antea ne cogitatum quidem esset: & tamen duorum inest consensus, quod is cui facta est promissio, non reclamat, sed promissis acquiescit. Hoc enim est uulgatum in iure: Qui tacet, uidetur consentire. Nec uerò id etiam est ignotum Grammaticis, qui promissionis & pollicitationis eam esse differentiam tradunt, quod promittimus rogati: pol licemur ultrò, ut notat Donat. ad Terent. Quanquã ipse eiusdem ea significationis esse dicit: nisi quod pollicitatio maioris est asseuerationis, quod enim pollicemur, magis asseuerãter promittere solemus, ut fidem faciamus ijs, quos uolumus spe & promissis tenere. Idem ait Pollicitationem esse multarum rerum promissionẽ, ut uideatur hanc à uerbo Græco πολὺ uelle deducere, quo Latini tanquam suo utuntur in compositionibus uerborũ, ut cum dicunt Pollere, polire & polluere, quasi ualde luere, & multo luto aspergere, & contaminare. Sic polliceri idẽ erit quod multum, aut res multas liceri, tractum credo ab ijs qui res in forum deferunt, & proponũt uenales omnibus, atque ultrò offerunt & licentur. Licere enim quandoque significat in licitationem ponere, & subijcere auctioni, & cætera. Connanus libro quinto, capit. viij. numero primo. Hinc pollucere uerbum antiquum. Cato. Ioui depali culignam uini quantamuis polliceto. Et pollucere patrimonium Plinio: Connanus libro quinto, capit. octauo, numero sexto.

POLLICITATIO nuda etiam nudum pactũ significat l. nuda. C. de contrah. stipulat. Cuiac. ad l. 5. in fin. ff. de pact.

POLLINCTORES dicebantur, non qui cadauera ungebant duntaxat, sed etiam Libitinariorum, quibus cadauera eluenda, communda nda, exornandaq; locabantur, serui. l. 5. §. 1. de instit. act. Eoque sensu pollinctores Plautus accepisse uisus est in Penulo, cum inquit:

Propterea apud uos dico confidentius
Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Inuenitur & hoc uerbum apud Tertullianum in lib. aduersus gnosticos, & Iulium Firmicum in libr. Matheseos persæpe. Autoribus Brissonio, Cotta, & Ræuardo ad ll. XII. Tabul. cap. XV. Pollincere, ut refert Brechæus in l. cum in testamento. num. 6. ff. de uerborum significat. ueteribus erat curare funus. Qui autem Libitinarij, Sandapilarij, & Vespilones dicti fuerint, suis locis uideatur. idq; Brechæus allegato loco explicat.

POLLIS, linis: uel Pollen, linis, flos est farinæ. Et propriè in tritico appellant pollinem, quod florẽ in siligine, autore Plinio. A Polline deducũtur Pollinctores: quoniam in funerib. cœnas opiparas, panesq; ex polline compararent, precio non parcẽtes. Inde à Græcis νεκροθάπται dicti. Nonius à pollicendo, hoc est, mortuos curando, deduci uult. At uerior significatio, quòd pollinem faciat, teste Alciat. in l. maximarum conficiendi pollinis. C. de excus. mun. lib. x. Vlp. de Instr. act. l. quicunq;. Si libitinarius, inquit, seruum pollinctorem habuerit. Spiegelius.

POLLVTAM Moses appellat, quæ secundi uiri thoro adhæsit. Connan. lib. 8. ca. 12. nu. 5.

Πολυώνυμοι, quibus plura nomina sunt, ut Romani qui, ut teste Ioachimo Camerario, quidam Græcorum putarunt, si paucissima essent nomina, tria omnino habuere. Nam neque C. Marij, neque Q. Sertorij, neq; L. Mumij, qui Achaicus, de gente uicta cognominatus fuit, tertium nomen memoratur. Vide, Nomina propria. Spiegelius.

POLYPOSVS is dicitur, q polypo morbo laborat.

rat. Est autem polypus tumor, præter naturam in naribus consistens, à similitudine marini polypi nominatus: quod eius carni similis sit. Vlpia. ædil. edict. l. qui clauum habet, morbosus est, uti polyposus. Neb. Vide Celsum lib. 6. cap. 8.

πολύπους, est caruncula, modo alba, modò subrubra, quæ narium ossi inhæret, & modò ad labra pendēs, narem implet, modò retrò per id foramen quo spiritus à naribus ad fauces descendit. ait Corne. Celsus lib. 6. cap. 8.

POLYPTYCHA in l. 13. de indulgent. debit. in C. Theod. Vtitur & hoc uerbo Cassiodorus libr. v. Variar. Epist. ad Seueria. & Epist. ad Aurelium. Bris.

POLYPTICI aût non sunt chirographa uel apochæ ut malè Alciat. tradit Parerg. lib. 3. sed rationes siue *ἀπογραφαὶ* publica l. 2. Cod. Theod. de discuss. l. 13. C. Theod. de ind. deb. & ideò in l. 2. C. de discuss. ratiocinijs publicis, id est, polypticis. Sic plerunq; solet scribi, quanquam, si origo spectetur, scribendum sit polyptychis. Id namq; ex eo tractum est nomen, quod eæ chartę publicæ *πολλὰς ἀναπτύξεις εἰς πτύχας* habeant, qua forma & dyptycha dicuntur in l. 1. C. Th. de exp. iud. & in actione 14. Chalced. concilij, & in quintæ Synodi Act. 4. Suidas *δίπτυχα δύο πινάκια ...* Cuiac. obseruat. lib. 4. cap. 27.

POMOERIVM locus erat, tam intra, quam extra murum urbis, quem antiqui in condendis urbibus augurato consecrabant, neq; in eo ullum fieri ędificium patiebantur. dictum autem est pomœriū, ut auctor est Varr. libro 4. de Ling. Latin. quasi post mœrium. Nam quem antiqui mœrum dicebāt, nos murum dicimus, unde ita nonnulli apud Virgil. legunt libro 10.

— Atq; ipsis prælia miscent,
Aggeribus mœrorum. —

Iulius Pollux lib. 9. intra muros solum pomœriū locat, inquiens, ex interprete, ingressis uerò omne illud pomœrium dicitur, intra muros, intra mœnia. Interius autem Plateæ. Plutarchus etiam in Romulo, quod intra lineam murum diffinientem relinquitur, Pomœrium esse dictum ait, detractis per Syncopam è medio literis, quasi pone murum. Agennius Vrbicus in commentarijs in Iulium Frontinū, in uniuersum pomœrium extra muros urbes habuisse dicit, aliquas uerò intra, Pomœrium autem, inquit, urbis est, quod ante muros spacium est, sub certa mensura dimissum. Sed & aliquibus urbibus, & intra muros simili modo est statutum, propter custodiā fundamentorum, quod à priuatis operibus obtineri nō oportebit. Hic locus est, qui à publico nullo iure poterit amoueri. Liuius & intra & extra urbes pomœrium agnoscit. Gellius autem lib. 13. c. 14. ex libris augurum, Populi Romani Pomœrium esse dicit, locū intra agrum effatum per totius urbis circuitum ponè muros, regionibus certis determinatum, qui faciebat finem urbani auspicij, antiquum aūt pomœrium, quod à Romulo institutum fuit, Palatini montis radices terminum habuisse, cui astipulatur Tacitus inquiēs, certis spacijs à Romulo interiectos fuisse lapides per ima montis Palatini &c. scilicet ad significandos pomœrij terminos, quos Varro cippos uocat, aras etiam quasdam his terminis addens. Terminorum intra muros nulla fit mētio, ea, ut opinor, de causa, quod non sit relictum intra muros Pomœrium. Quanquam apud eundem Gellium libr. 15. ca. 27. ex uerbis Lęlij Fœlicis contrarium quis suspicari posit. Sed ea me minimè mouet, cum Pomœriū urbis appellatione, tametsi extra urbem sit, comprę hendatur. Equidem libris augurum, Varroni, & Tacito (ut de Vrbico Christiano homine, nec adeò antiquo auctore, nihil loquar) magis quā Liuio, Plutarcho, & Polluci crediderim. Ideoq; arbitror, nō dun taxat apud Priscos fuisse Pomœrium, idq; post muros, id est, extra muros, eamq; ob rem Plutarchum, qui de antiquo Pomœrio loquatur, errare, Item Pollucem, qui exterius Pomœriū non agnoscat. Posteà uerò & intra muros relinqui consueuisse. Quod spectat ad Pomœrij Etymologiā, Varro quasi post murum dictum significare uidetur, inquiēs, Quod erat post murum Pomœrium dictum, eiusq; (terminis) auspicia urbana finiuntur. Cuius loci lacunam Hieronymus Magius explet, uoce Terminis, lib. 3. Misc. c. 13. Atq; eodem auctore, Liuius Pomœrium quasi post mœnium quosdam interpretari scribit (Varronem haud dubiè intelligens) quasi post mœnia, id est, post murum Pomœrium sit, sed malè, ut ipsi uidetur. Siquidem cum primum hæc uox exorta indi taq; loco est, unum duntaxat, idq; extra muros erat in usu Pomœrium. Verum nec Varronem primi nominis in Etymologiarum indagine auctorē, Pomœrium quasi post mœniū dictum sensisse arbitratur, sed magis quasi post mœrium. Muri enim antiqua uoce Latina, qua Lucretius usus est, mœri diceban tur. ita nanq; hic inquit, lib. 7.

Frigus ut à fluuijs, calor à sole, æstus ab undis
Æquoris exesor mœrorum littora propter.

Minimè uerò probanda uidetur Etymologia, quæ à Pompeio affertur lib. 14. in his uerbis, Prosmurium pontificale Pomœrium, ubi pontifices auspicabantur: dictum autem pomœrium, quasi promurum, id est, proximum muro. Hæc ille. Primus autē qui Pomœria docuerit, Ianus fuit, si Fabio Pictori lib. 1. credimus. De Pomœrij productione, Tacitus libro xij. Gell. lib. 13. cap. 14. Alia item ad hanc cognitionem spectantia, uide apud Martianum libro 1. capit. iij. & libro j. cap. vij. Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 14. Blondum lib. 1. Romæ instauratæ à principio. Latissimè autem Onuphrium Panuinium, in commētario de urbe Romæ. Pomœrium uerò proferre nihil aliud est, quam ampliare mœnia urbis &c. Vide etiam Papinianum de seru. export. l. 5. &c.

POMI appellatione, omnis fructus edendi causa paratus, continetur: non ita si ad potum pertineat. Alciatus in l. qui fundum. de uerborum significa. Quidam pomi uocabulo, pro malo utuntur. Malum & Pyrum differunt specie, sed utrunque complectitur pomi uocabulum. Spieg.

POMORVM appellatione nuces & ficus & uuę duracinæ & purpureę & quæ eiusdem generis sunt, quas non uini causa habemus, quas Græci *ὀπωρινὰ* appellant, continentur. l. 205. ff. de uerbor. significat. Pallad. in Epig. de nuce.

Arbuteas frondes uastæ nucis occupat umbra,
Poma q; sub duplici cortice tuta refert.

Idem de ficubus.

Se quoq; miratur pingui grandescere succo,
Et solitum gaudent uincere poma modum.

Idem de Moro.

Proceras fagos & poma hirsuta uirentis *Castaneæ.*

Macrob. lib. 3. cap. 19. Nuces dici tradit à quibusdam omne pomum, quod foris duro tegatur, & intus habeat quod esui est. Idemq; lib. 2. cap. 6. Cascellij Iure cōsulti dictum urbanū hoc refert. Lapidatus à populo Vatinius cūm gladiatoriū munus ederet, obtinuerat, ut Ædiles edicerēt, ne quis in harenā nisi pomū misisse

misisse uellet. Forte ijs diebus Cascellius consultus à quodam an nux pinea pomum esset, Respondit si in Vatinium missurus es, pomum est. Ficum planè tanquam non pomũ secerni à pomis apud idoneos auctores idem auctor lib.3.cap.xx.notat. Briss. Cum pomorum appellatio cõplectatur omne genus fructus, qui esui sit potissimum destinatus, quęsitũ fuit, an is, qui fundum uendiderat ea lege, ut poma fundo liceret excerpere, censeretur uuas uini causa paratas simul etiam excepisse? Et respõsum est, nuces, & ficus, & duracinas uuas duntaxat, quas non uini causa haberemus, exceptas uideri. Quæ autem ad uinum paratę essent uuæ, uenditas esse. Et dicitur uua duracina à duricie acini quasi durus acinus, ut traditum est à Plinio lib.14.nat.hist.c 1. Brechęus in l. qui fundum uendidit. ff. de rer. & uerb. sig. Adde Forcat. in suo penu iur. ciuil. cap.26.

POMPA, pro apparatu solẽni: cuiusmodi est, nuptiarum, sacrorum, funerum. Vlp. in fin. l.3. commodati. Non potest commodari, id quod consumitur: nisi fortè ad pompam, uel ostentationem quis accipiat. Spiegelius.

PONDO dicitur uel as, uel libra quicquid solidum aut totum est, cum in partes est diuidendum. Connan. lib. x. cap.6. num. x.

PONDO, propriè significat pondus 12. librarũ. Reperitur tamen pondus, siue põdo, pro libra. Phocas inquit: Pondo & octo monoptota sunt, & tantũ pluraliter efferuntur. ut hæc pondo. nam unum pondo non dicimus, sed in librã efferri potest. Dicimus, duo millia pondo: ibi est genitiuus. Mille pondo, nominatiuus est. Bis mille pondo, nominatiuus nõ est. quia mille adiectiuum est. Tamen non dicimus bina, trina pondo, sed duo, tria. Cæterũm iuxta Alciat. sic habet ponderum ratio. Scrupuli octoni, sunt duę sextulę: quæ etiã Duella dicuntur. Lentis enim duo semina, granum frumenti faciunt: grana 4. siliquam: siliquæ (hoc est, ceratia) sex, scrupulum: tribus scrupulis constat drachma, quod est argenti pondus: duplex drachma, sicilicũ creat. cuius mentio apud Scæuol. in l. liberto. §. filium. de annon. leg. Drachmæ additus scrupulus, sextulã fecit: sextulã uncias sex habet: drachmæ autem octo unciam faciunt. At uncijs 12. constat Romana libra, hoc est, drachmis 96. Attica uerò libra 77. drachmas habet, sicuti Mina, seu Mna 100. Nam Romana libra maior est hac quatuor drachmis. Talentum minus Atticum, minas 60. hoc est, drachmas 600. continet: talentum maius 83. habet minas, & uncias insuper 4. Hęc ponderum ratio ad multarum ll. cognitionem spectat. ut in l j. C. de ratioc. oper. & in Auth. ad hæc. C. de usur. in Authen. sed hodie. C. de episc. & cler. Spieg. Libras an pondo dicamus ex responsis Qu. Mutij constat, non referre. scribit. §. fide an. leg. Habet hoc tamen propriũ pondo, ut additum ijs, quæ nõ minus mensuræ, quã ponderis significationem habent, ad distinctionem rei ualeat: Pondus scilicet esse, id, de quo agitur, non mensuram: uelut, unciam pondo. Trepondo quoq; ut Fabius Quintilianus tradit, Messala existimauit non ineptè dici: Quam compositionem libra nõ admittit. Curt. lib. j. ἀνεκτῶν. cap.24.

PONDVS, infectæ materiæ: Numerus, signatæ: Species, factæ dicitur. l.6. ff. de rei uind. Hot.

PONERE in legibus pro statuere, Cato: Et ita in legibus posuere: furem dupli cõdemnari, fœneratorem quadrupli. Positum sit, pro esse statum. Bud.

PONERE idem est quod erigere & collocare aliquid ut ponere imagines, & ponere labra & crateras. quod ab ædificio aliquantum recedit, & ijs quæ plantantur aut seruntur conuenire non potest. Connan. lib.4. cap.x. num.xv.

PONERE in lucro. Modus loquendi, cum aliqd boni præter spem euenit.

PONERE os in cœlum, est nostri iuris commentatoribus sentire contra communiter receptas opiniones. Quære suprà, Opinio communis. Spiegel.

PONTIFEX max. quòd maximus rerũ quæ ad sacra & religiones pertinẽt, iudex sit, uindexq; contumaciæ priuatorum, magistratuumq;. Minorum Pontificum maximus dicitur, qui primus in id collegium uenit: item Minimus, qui Nouissimus. Festus. Hotom. Horum autem munus singulatim non ineleganter tractat Alex. ab Alex. in diebus genial.

PONTIFEX priuatus, cuius meminit Pompo. in l.2. §. omnium tamen harum. ff. de orig. iur. ideò dictus est, quòd non poterãt toties conuenire omnes pontifices sacris addicti, quoties impetranda erat actio, singulis haud dubiè momentis. Itaq; uni delegabant priuatum hoc negocium, dandæ aut denegandę actionis. Et is quia magistratum nullum gerebat, ideò ne quis falleretur in hoc, adiecit, Priuatus: teste Dn. Olden. in Restaur. Spiegelius.

PONTIFEX Sacer, Magistratus, ut ait Scæuola, à posse, & facere dictus: quia, ut Alciat. arbitratur, ius illi erat sacrificandi. Facere enim, apud ueteres sacrificare est. Ex Pomponio liquet quoq;, gentilitatem cum dubitationis aliquid in iure eueniret, nullis rectius, quàm sacerdotibus humanarum rerũ interpretationem credendã existimarunt: utpote quibus diuina committerentur. Lege Cice. in oratio. ad pontifices pro domo sua. Pontificem Romanũ, principatum Ecclesiarum, de Iure Diuino habere, affirmat, in l.4. C. de Sum. trin. Porrò obseruandũ, quod cum paulatim pontifices functione sua ad auaritiã & ambitionem abuterentur, tandem ab illis translata fuit dandæ actionis autoritas ad prætores. sicut constat ex l.2. C. de iuris formul. & impetrat. Quia non loquuntur ibi Theodosius & Valentinianus de impetratione apud pontifices, quæ dudum abierat, sed de more, qui tum ex prętoris datione adhuc obseruabatur. l. si finita. §. eleganter. ff. de damn. infect. Spiegel. Adde Forcat. in Necyom. dialog.73. num.7.

PONTIFICATVS Codicillares Lampridius usurpat, Egnatio indicante, pro ascriptitijs, & extraordinarijs: quasi dignitatis umbra gauderent collegijs asscripti, atq; in codicillos relati. Sic & Secretarios, & Consiliarios, haud ineptè appellaueris Codicillares, qui extra ordinem sunt, nomenq; tantũ retinent, administratione officij exortes. Sp.

PONTIFICEM, & Augustum appellãdos censet Alciatus, etiam si ad uitam æternam pontem nõ faciat, & imperij corpus nõ augeat: quoniam nomẽ ab eo dicitur quod fieri deberet, licet non fiat. Tametsi Augustus, non ab augendo, sed ab augurio, ut suprà dictum est, receperit appellationem. Spie. Vide Anchoran. in c.j. de constit. in 6. Corras. Miscel. lib.3. cap.22. Et huc pertinet quod Baldus dixit in l. licet retro. C. de locat. quod hodie Imperator in Italia tenet gloriam hominis non nominis, & iaceat infatuatum imperium in Italia.

PONTIFICEM unum duntaxat à Numa institutum legimus apud T. Liuium: Marcũ scilicet M. F. cui sacra omnia exscripta, exsignataque attribuit. quibus hostijs, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent: atq; unde in eos sumptus pecunia erogaretur. cętera quoq; omnia publica priuataq; sacra pontificis

tificis scitis subiecit. nec cœlestes modò cerimonias, sed iusta quoq; funebria, placandosq; manes ut idé Pontifex edoceret. Hæc Liuius. Hunc auté solùm à Numa pontificem creatum Liuius testatur, qué Maximum etiam non nominat, quòd alij scilicet Minores non essent. & initio libri 2. quum de Rege sacrificulo commemorat, non dicit eum Pontificibus, aut Pontifici Maximo subiectum esse, sed tantùm Pontifici, qui tamen Maximus (ut dixi) sacerdotum omnium habebatur. non multo pòst tamé quatuor sunt creati Pontifices, qui numerus ad M. Valerium, Q. Apuleium Coss. id est, annos amplius quadringétos permansit. quo tempore octo primum lege Ogulnia pontifices creati sunt: de quibus quum postea Liuius loquitur, alios minores Pontifices appellat, unú maximum. Cice. etiam in orat. de Harusp. resp. tres minores nominauit. Pontificis uerò Maximi tanta potestas in reliquos sacerdotes fuisse dicitur, ut L. Metellus eum honorem adeptus, Posthumium Consulem: eundemq; Flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petenté, ne à sacris discederet, multa indicta, urbem ingredi uetuerit. quemadmodum Cicero & Valerius testantur. Idem pontifex de uiolatis sacris cum collegio cognoscebat. Liuius narrat L. Cantilium scribam Pontificum, qui cum Vestali uirgine stuprum fecerat, à Pontifice Max. eousq; uirgis in comitio cæsum fuisse, ut inter uerbera expiraret. Idem res omnes singulorum annorú mandabat literis, efferebatq; in album. & proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi: ut Cic. lib. de orat. 2. commemorat. Creati auté post ea plures sunt à uictore Sylla, eorumq; numerus ampliatus, ut essent quindecim. Hot.

PONTIFICES (ut Q. Scæuola Pontifex Max. dicebat) à posse & facere. At pontifices ego à ponte arbitror: nam ab ijs Sublicius est factus primùm, & restitutus sæpe, quum ideo sacra & uls & cis Tiberim non mediocri ritu fiant. Hæc Varro. De cuius sententia latius disserit Corrasius Miscel. lib. 3. ca. 22. num. 8. & lib. 1. c. x. nu. 13. Pons autem ille sublicius ligneus erat, & nullo ære aut ferro compactus, quem Romani adeò sacrum existimarunt, ut si collaberetur, pontifex non nisi cæsa uictima & perfecto sacrificio eum reficere pòsset. Porro facere Scæuola dixit, pro sacrificare. Apud Varronem Ius turpiter p Vls legitur. Pontificem in ius uocare dum sacra facit, non licet: ait Vlp. l. 2. ff. de in ius uoc. Sine decreto Pontificum ossa quæ ab alio illata sunt, uel corp⁹, domino loci effodere uel eruere non licet: ait idem Vlpian. l. 8. ff. de relig. & sumpt. Hot.

PONTIFICIVM pro potestate usurpatum in C. Theod. Alciat. adnotauit. In quibusdam etiam codicibus hoc uerbum in eundem sensum, apud Gellium scriptum est lib. 1. c. 13. Sed & in legib. Burgundionum c. 40. ita scribitur. Huius aút actionis pontificium circa manumissores tantum de libertis suis præcipimus custodiri. Briss. & Spieg. Corrasius Miscellan. lib. 1. cap. x. num. 13.

PONTONES, naues quibus in traijciendis amnibus, loco pontium utimur. Paul. in l. fin. de seruit. rust. præd. Diuersum, si pontonibus traijciatur. & ĩ. Quia uia consummari solet, uel usquam ad ciuitaté, uel usq; ad uiam publicam, uel usq; ad flumé, in quo pontonibus traijciatur. Sp. Cæsar scribit esse genus nauigij Gallici, ut annotat etiam Goueanus Variarum lect. cap. 36.

POPINA, locus est ubi edulia esculentaq; parátur hominibus non satis honestis, unde Lucilius Infamemq; inhonestam turpémq; odisse Popinam. de legat. 3. l. cętera. Ad tabernas, inquit, uel popinas extenditur. Nebriss.

POPVLARE imperium est, cum summa potestas penes populum, seu plebem censetur, nihilq; nisi eorú scitu & nomine fieri potest. Qualis sæpe fuit Romę, abdicata prorsus omni Patrum autoritate. Et eo tempore facta fuerunt Plebiscita. Hæc Politię species deterior, Democratia uocatur ab Aristotele. Sp.

POPVLARES, pro ciuib. & subditis, apud Vlp. in l. 1. §. quies quoq;. ff. de præfect. urb. Spiegelius.

POPVLAREM Actionem definit Vlp. in l. 1. tit. de popularibus actionib. Harum actionum popularium duo sunt genera. Quædam enim principaliter ad publicum commodum instituuntur. Exemplum est in l. si quis id, tit. de iurisd. de actione de albo corrupto, ubi uerè & propriè popularis est actio. Si plures simul actionem popularem instituere uelint prętor eligit idoneiorem l. 2. h. t. quod Iudicium à ueteribus dicebatur Diuinatio. huiusmodi est oratio Ciceronis in Verré quæ inscribitur Diuinatio. Hinc consequens est, nó ideo quoq; locupletiorem quenquá dici posse, quod ipsi hæc actio competat. Licet enim aliæ actiones in bonis nostris sint, hęc tamen nó est, quia nó competit ita, quin alius possit eum anteuertere litem contestando l. pen. h. t. Huc pertinet lex si quis pro eo. §. ult. de fideiuss. Litis tamen contestatione alij excluduntur l. si cui. 1. de uerb. sign. Eius enim qui litem contestatus est melior erit códitio, & dicitur tum is creditor esse cui debeatur nisi aliud cautum sit lege, ut lege Agraria competit popularis actio nomine termini moti ad pœnam, quæ non cedit lucro agentis sed fisco infertur, ut dicitur in l. ult. tit. de termi. mot. Hinc consequens est, si quis litem contestatus sit, & ad finem perduxerit litem, reo absoluto non posse aduersus eum agi denuò. Obstabit enim Exceptio rei iudicatæ l. 3. h. t. l. eum qui. §. in popularib. tit. de iureiur. nisi doceatur collusum esse d. l. Secundum genus actionum popularium est, quæ principaliter ad priuatam pertinent utilitatem, licet aliquo modo etiam respiciat publicam, cuius generis est actio sepulchri uiolati, ut uidimus in tit. de sepul. uiol. ubi priuatum commodú uindicatur agente reo cuius interest, l. 3. l. 6. tit. sepul. uiol. Huc pertinet etiam actio si quid effusum uel deiectú sit l. si uerò, tit. de his qui deiec. uel eff. popularis est ea actio, licet is præferatur cuius interest. In hoc genere popularium actionum pro regula traditur: Eum cuius interest præferri cæteris in l. 3. h. t. Alia etiam est differentia quia in actionibus popularibus, quæ principaliter pertinent ad commodum publicum, procurator ad agendum constitui non potest. In alijs auté non potest, l. licet, & l. non cogendum, tit. de prec. l. 5. h. t. quia procurator est, qui mandatu domini aliena negocia administrat, l. 1. de proc. At Actiones populares non magis sunt eius qui procuratorem constituit, ac eius qui procurator constituitur, nisi pertineat actio etiam ad priuatum commodum, ut actio de sepulchro uiolato, quia ea propria respectu constituentis procuratorem dicitur, alieno uerò respectu ipsius procuratoris. Alia differentia est, quia in ea actione populari exercéda, quæ principaliter pertinet ad Ius publicum, habetur delectus personarú, nec quiuis ad agendum permittuntur. In cæteris sine delectu omnes admittuntur l. 4. & l. 6. h. t. Hoc autem cómune est utrisq; actionibus, ut neq; ultra annum extendantur, neq; in hæredem dentur l. ultim. hoc tit. Seilerus ex Lecturis Duareni nondum impressis

presis sub d. tit. de popularibus actionibus.

POPVLARES actiones, popularia iudicia, popularia interdicta, dicebantur, quæ cuiuis ex populo patebant. tit. de popularib. act. l. 7. ff. de iurisd. om. iud. l. 7. ff. de dolo mal. l. 42. ff. de procurator. l. 5. §. hæc autem actio. ff. de his qui deiecer. l. 30. §. in popularibus. ff. de iureiur. l. 25. in fin. ff. de S. C. Silania. l 32. ff. ad l. Falcid. l. 2. §. hoc interdictũ. ff. ne qd in loc. publ. cum l. 1. §. hoc interdictum. ff. ne quid in flum. publ. Zonar. tom. 2. [Greek text] Qui locus cũ ab interprete perperam sit cõuersus, ita Latinè reddetur. Vnde & in libris legum popularis uocatur, quod cuilibet de populo datur actio. Briss.

POPVLARIA & publica iudicia eadem esse Imperator sensisse uidetur in tit. de publ. iudicijs. Cæterum ea diuersa esse putat Goueanus libr. Lect. uariar. c. 27. publica accipiens, quæ populi sint, & earũ rerum, de quibus publicæ erant institutæ quæstiones, cognitio ad populum pertinebat: quemadmodum scribit Cicero in prætura urbana: Popularia autem ea ad quæ quiuis de populo accedere poterat. Publicæ namq; utilitatis causa quiuis de populo ad persecutionem popularium admittebatur. Cum tamen plures agere uolebant, magis idoneo actio dabatur, qđ iudicij genus Diuinatio appellabatur. Goueanus d. loco & lib. 2. de iurisd. ad l. si quis id. &c.

POPVLARIA sacra, ut Labeo ait, sunt, quæ omnes ciues faciunt, nec certis familijs attributa sunt: ut Fornicalia, Palilia. autor Festus.

POPVLITARI, populari, diripi. Papinius l. 21. in fin. ff. de appel. Tamen quum fructus populitarentur ab aduersario, æquum sibi uideri fructus apud sequestres deponi. Hotom.

POPVLVM Cic. in libris de Repub. teste Augustino lib. xix. de ciu. Dei c. 21. definiebat cœtum multitudinis iuris consensu, & utilitatis cõmunione sociatũ. Itaq; populi appellatione aliter atq; plebis Romæ omnes ordines continebantur. §. plebiscitũ. Instit. de iur. natur. Pleriq; populum, plebémue decem uiris confici, existimauerunt: quod nusquam probatur, & ratione caret, cum maiorem numerum populi appellatio requirat, ut ait Alciatus. Vide Bart. in l. prætor. ff. ui bon. rapt. & in l. pen. Quod cuiusq; uniuers. nomine.

POPVLVS plebem & patricios, id est, cuiuscunque ordinis & conditionis ciues cõplectitur. Quanquam initio constitutæ Reipub. quo maiorem haberet Senatus uenerationem & authoritatẽ, sese à populo, nominis appellatione segregabat. Vnde illud. Senatus populusq; Romanus. Sed cum ea ratione nollet Senatus plebiscitis alligari, quasi à qua discretus esset, & ordine & dignitate: Id nõ tulit Plebs, uoluitq; ut quod plebs iussisset, populum teneret: quæ populi appellatio continebat patricios. Cæterũ antiqua illa inscriptio permansit semper, ut exteris nationibus argumento esset, populi potestatem in authoritate Senatus cõsistere. Omnes igitur ciues Romani continentur populi nomine, cuius tanquã partes sunt plebs & patritij. aut ut uult Caius, Senatores. Sic enim potius exponendum arbitror, quàm quomodo Iustinianus: qui plebem à populo differre dicit, ut speciem à genere. Sed populariter locutus est Iustinianus. uoluit quidem certe plebẽ à populo differre, ut id quod continetur, ab eo quod ipsum continet. In quo nonnulla est generis & speciei similitudo. Quia uero populi nomen nihil habet per se dignitatis, sed generale est etiã uilissimosq; quosque compræhendens, fit quandoq; ut populus pro plebe appelletur. Vt apud Martial.

Dat populus dat gratus eques, dat thura Senatus
Et libant Latiæ tertia dona tribus.

Populum pro plebe posuit. sed pro ea quæ urbis esset, non etiam ut ciues Romani omnes, qui essent in rusticis & Latinis tribubus per Latiũ dispersi, compræhendantur. Dicit enim nõ solum eos qui Romæ sunt cuiuscunq; ordinis ciues, sed & eos omnes qui sunt in municipijs & colonijs Italiæ thura dare. Et Suetonius scribit Iulium Cæsarem testamento suo legasse populo Roma. quadringenties, tribubus tricies quingenties H-S. Tribus nomine designat omnes qui in tribubus rusticis & Latinis erant. Nec ijs assentior, qui populum pro equitibus, & senatu positum arbitrantur à Cicerone in oratio. pro Muræna, cum precatur à dijs immortalib. ut consulatus Murenæ populo, plebiq; Romanę bene eueniret. hoc enim perinde accipiendum est, ac si dixisset, ut populo quidem omni sed potissimum plebi feliciter eueniret, cuius intererat maximè, qđ Murena plebeius esset. Sulpitius autem, contra quem habebatur Oratio, patritius, qui generis ignobilitatem Murenę obijciebat. Connan. lib. cap. 13. num. 5. & 6.

POPVLVS incensus, qui sine ulla descriptione ciuium liber est à contributione extraordinaria.

POPVLVS liber dicitur is, qui nullius alterius populi potestati subiectus est, siue is fœderatus est, siue non fœderatus est, item siue æquo fœdere in amicitiam obuenit, siue fœdere comprehensus est, ut is popul9, alterius populi maiestatẽ cõmuniter conseruet. l. non dubito. ff. eod.

POPVLVS princeps terrarum, Ro. dicebantur.

PORCAE in l. 24. ff. de aq. & aq. plu. sulci sunt aquarij, quos aliàs traditur Græcè [Greek] appellari. l. 3. §. item Sabinus. ff. de aq. & aqu. plu. Ideoq; & porcas Festus lib. 14. definit raros sulcos esse, qui ducuntur deriuandæ aquæ gratia, ab eo quòd porceant, id est, prohibeant aquam frumentis nocere. Quo ferè modo idem auctor Elices definit lib. 5. At Varro, ut idẽ Festus admonet, Porcam aliter accipit. Inter duos enim sulcos elatam terram, quòd ea seges frumentũ porrigit, Porcam appellatam Varro lib. 1. de re rusti. cap. 29. tradit. Idemq; lib. 4. de ling. Latin. confirmat his uerbis. Ab eo quòd aratri uomer sustollit sulcus, quod ea terra iacta, id est, proiecta, porca. Quem & idem Festus li. 9. secutus, Imporcitor ait est, qui porcas in agro facit, in arando. Porca aũt est inter duos sulcos terra eminẽs. Eodemq; modo Isid. lib. xv. Etymol. cap. 9. Porcam, quę in arando extat, quod uerò defossum est, liram dici tradit. In Lexico etiam cuius iam sæpius mentionem feci, Porca definitur [Greek text]. Nonius planè aliud de huius uerbi significatione sentiẽs, Porcas interpretatur signa sulcorum, quæ ultra se iaci semina prohibent à porcendo, id est, prohibendo dicta Briss.

PORCA præcidanea: Ait Nonius Varronem de uita pop. Rom. lib. 3. sic scripsisse: Quod humatus nõ sit hæredi Porca præcidaneą suscipienda Telluri & Cereri, aliter familia pura nõ est. Hanc porcam Gellius, Festus & Varro pręcidaneam uocant. dissentiente Victorino qui eam appellari pręcidariam uult, nõ præcidaneam, de Etymologia disserens Fuisse quoque porcam aliam, quæ in re, & præsente mortuo immolabatur, testis est idem Victorinus, eamq; præsentaneam appellat: De qua porca dubium non est, quin senserit Festus cum sic scriberet: Præsentanea Porca dicitur, &c. Ita enim ex eodem Victorini de Ortho-

Orthographia libro restituendus est hic Festi locus: Præsentanea porca dicitur, ut ait Veranius, quæ Familiæ purgandæ causa Cereri immolatur. Nec dubito quin ea restitutio uerissima sit, & ad huius regulę ueram sententiam accommodatissima &c. Ræuard. l. omnis hæreditas. ff. de reg. iur.

PORCINARII urbis Romæ ꝓ suarijs in l. 1. C. de suar. & susceptorib. lib. x. quos suillæ carnis tenet functio, ut Symmach. ait, lib. 1. Epist. 13. Solebat autē porcina caro pop. Rom. ex Aureliano instituto diui di, quemadmodum Vopiscus in Claudio indicat his uerbis. Nam & porcinam carnē populo Rom. distribuit quæ hodieq; diuiditur. Erat & Romæ tribunus fori suarij, ut ex Notitia Imperij Rom. constat. Briss.

PORNAE à Iustiniano, tit. de Consulib. in Nou. §. ac primus quidem, iuxta interpretationē Haloandri commemorantur inter Spectacula, quasi Floralia. Quę per meretrices & perditissimorum hominū genera celebrabantur. Certè uel hic locus indicat turpissima illa spectaculi tardè sublata. Spieg.

PORRECTUM, extensum. Caius, de serui. rust. præd. Viæ latitudo ex lege XII. Tab. in porrectum octo pedes habeat: in anfractum, id est, ubi flexū est, sedecim. C. de sacros. eccl. Auth. hoc ius porrectum. Spiegelius.

PORRIGERE manus, pro auxilio esse, uulgatissimum est, sed elegans, ut ait Eras. citans locum Vlp. è l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iud. Spieg.

PORRINA, genus oleris porracei, extat uox apud Scæuolam in l. defuncta. §. Sempronio. ff. de usufruct. Spieg.

PORRO significat planè aut proindè. Cuiac. ad l. 26. §. actionem denegari. ff. de uerb. oblig.

PORTARI ea dici censuit Caius, q̄ quis iumento secum ducit. Valla ait, id etiam significare, quod quis corpore suo baiulat. Alcia. Iurisconsultum arbitratur origine uerbi adiuuari, siquidē πορθμεύειν Grecè traijcere est: unde Portus, in quē naui res deportantur: sic & exercitum nauib. deportari, Liuius plerunq; dixit. Quapropter etiam si quis iumento ducat, hac similitudine portare dicitur: quòd si ipse ferat, non propriè, sed μεταφορικῶς putauerit portare dici. Spieg.

PORTARIA dicuntur uectigalia seu mercedes quæ dantur portitoribus. l. 3. C. de uectig. & commi. Ioan. Bello. Etymol.

PORTENTA à Portendo, hoc est, præostendo dicuntur, cùm præter morem incidentia, ostendant aliquid futurum esse. Vlpianus eleganter duo genera ostentorum explicat in l. ostentum. ff. de uerb. fig. ubi Andr. Alciat. Oldend. Adde Brechæum in d. l. ostentum. ff. eodem.

PORTICATIO, apud Macrū in l. funeris sumptus. ff. de sumptib. fun. in fin. Itaq;, inquit, si amplū quid ędificari testator iusserit (ueluti in circuitu porticationes) eos sumptus funeris causa non esse. Sp.

PORTICUS ambulatoria, apud Vlp. in l. sicuti. §. 1. ff. si seruit. uindicet. Spiegel.

PORTICUS non uenit ædium nomine. l. cætera. §. hoc Senatus 2. de legat. 1. An porticus sit, ut domus, tutum refugium, differit Barto. in l. meminisse. ff. de offic. proconf. Spieg.

PORTIO, cuiuslibet rei pars est. Alciat. in comment. ad tit. de uerb. fig. Spiegel.

PORTIONIS nomen nō semper dimidium significat, inquit Vlpia. de uerb. fig. sed prout est adiectum. Potest enim iubere aliquis & maximam partē potest, & uigesimam & tertiam, & prout libuerit. sed si non fuerit adiecta portio, dimidia pars debetur. Maff. Adde Brechæum in l. nomen filiarum. §. portionis. in d. tit. de uerb. & rer. fig.

PORTIUNCULA, Vlpia. Quid enim, ait, si tam spaciosæ domus usus sit relictus homini mediocri, ut portiuncula contentus sit. l. cęterum. §. 1. ff. de usu & habitat. Spiegelius.

PORTORIUM, uectigal quod pro exportādis mercibus soluitur. unde qui hoc uectigal publicani redemerunt, Portitores dicuntur. Labeo l. 60. §. 8. ff. locat. Vehiculum conduxisti, ut onus tuum portaret, & secum iter faceret: id quum pontem transiret, redemptor eius pontis portorium ab eo exigebat. quærebatur an etiam pro ipsa sola rheda portorium daturus fuerit. Hotom.

PORTUS, inquit Vlpi. appellatus est conclusus locus, quò importantur merces, & inde exportātur. eaq; nihilominus statu est conclusa atq; munita. inde Angiportum dictum est. l. 59. ff. de uerb. fig. Hot.

PORTUS non tantum à portando dictus, ut puto, sed ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ, id est, à freto, & sinu maris traiectu facilimo ad alteras nationes, quemadmodū Gręci τὸν λιμένα ἀπὸ τῆς λίμνης, qđ mare significat. Hinc πορθμεῖα dicūt eas naues, quæ ad milites portādos & traijciendos constructæ erant. Igitur portus statio illa dicetur, in Insula, aut alio loco, in medio mari cōclusa atq; munita. Antiqui domos suas portus appellabant, quòd ibid. bona sua portarent. Brechæus in l. portus. ff. de uerb. & rer. sign.

PORTUUM autem, quidam naturales sunt, cuiusmodi tres fuisse apud Athenas testatur Thucydides: alij manu & arte facti Cothones appellati: & Cothona in neutro genere à Seruio in Virgil. lib. 2. Æn. Quæ aūt sit Portuū construendorū ratio, uide apud Vitruu. lib. 5. de Archit. Brechæus loco s̄. citato.

POSCAM quamplurimi Grammatici loram esse suspicantur. Brodæus sen. per apud Pliniū oxycratum. Qui Zythum apud eum esse existimant, nugantur: ipse enim poscæ & Zythi, ut diuersarum potionum, mentionem infert Brodæus lib. Misc. 4. cap. 11.

POSITIO, fundum, sors. Vlp. l. 3. ff. de annu. leg. Hoc sequemur, ut pro positione patrimonij sine uexatione & incommodo hæredis fiat. id est, pro uiribus, pro facultatibus. Idem l. 2. §. 1. ff. de pecul. Si uerò eandem positionem peculij reliquit, debere eum deducere. Hotom.

POSITIO est breuis uerborum formula, mentem proponentis continens, ad ueritatem eliciendā concepta. Vincentius dixit: Positio est assertio alicuius dicti, uel facti, ut ad ipsum rñdeamus. istas descriptiones ponit gl. in c. j. de confess. in 6. Fiunt autē positiones à parte, ut per confessionem aduersarij, releuetur ponens ab onere probandi: & possunt fieri siue ante, siue post litem contestatam. gl. in d. cap. j. de confess. Et sunt in scriptis offerēdæ iudici, ut uideat, an sint impertinentes. Est autem positionis effectus, ut is qui ponit, quod ponit confiteri dicatur. Ioann. Bello. Etymolog.

POSITIONALIS libellus. Quęre suprà, Libellus positionalis. Spieg.

POSITIONES impertinentes. Lege, Impertinentes positiones. Spieg.

POSITIONES, situs, regiones. Vlp. l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur. Huius studij duę sunt positiones: quasi diceret partes, siue regiones. hoc est, Hoc studiū, siue hæc disciplina posita est duabus in rebus: nempe in ediscendo iure publico & priuato. minus enim planè & explicatè hoc dictum est: neq; uerò de iure lo-

quitur Vlp. sed de studio ac disciplina. Hot.

POSITVM habeat, exponit Vlp. dicens, Accipere debemus positum habeat: siue in habitationibus, uel cœnaculis, siue etiam in horreis, uel cuius alterius ædificij. Positum habere etiam is rectè uidetur, q ipse quidem non posuit, uerùm ab alio positum patitur. l. si uerò plures. §. prætor ait. ff. de his qui deiecer. Spiegelius.

POSSE uerbum, significat simplicem potentiā, nulli necessitati subiectam, idq; ex sermonis ꝓprietate, à qua tamen ex coniectura mentis quandoque receditur. exempla ponit Alciat. in l. nepos Proculo suo. de uerb. sign. Spieg.

POSSESSIONIS uerbum, dubium est. Est enim & κατοχὴ (quam aliqui detentionem uocant) & νομὴ, quam propriè possessionē uocamus. Porro κατοχὴ, ἀπὸ τοῦ κατέχειν, quod meri est facti, dicitur, νομὴ, ἀπὸ τοῦ νέμεσθαι, quod nonnihil ex iure trahere uidetur. Nam νέμεσθαι, pasci significat, quod uelut dñi. aut eo nō inuito est: cum κατέχειν propriè ad uiolentiam accedat. Ita, in detentione, crimen aut onus: In possessione, usus, ut aiebat Fronto, & causa est. Curt. lib. j. ἀνεκτῶν. c. 11. &c. Possessio & proprietas mutuo sese nexu cōplectuntur, alterumq; alterius caussam sequitur, ita ut destinatione animi eius qui alterum habet, non separentur. Nam qui rem possidet, eius est aut uult esse dñs: Nec aliud est possessio, quam usus rei competens rationi ueri aut sperati dominij. Vsuarius enim & fructuarius, re utitur, non tanq̃ propria, sed tanq̃ aliena nec possidet fundum, sed is cuius est proprietas, & cuius nomine rem detinet. At possessor non alia de causa possidet, quàm quia dominꝰ est. Vt dominus rem suam possidet iure dominij quod habet: Bonæ fidei possessor eius quod se habere credit: malæ fidei eius quod fingit, & præ se fert habere habiturumq; longissima præscriptione sperat. Quanquam hæc malæ fidei possessoris pręscriptio ignota erat iure ciuili antiquo Romanorum: utcunq; tamen certum est, neminem esse possessorem, qui nō idem dominus sit aut uerè aut sanè uoluntate. Et quicunque alia uoluntate possidet, non sibi, sed illi quem scit esse dominum, possidet. Vt in colono, usufructuario, aut creditore qui pignore utitur, perspicuū fit. Connanus lib. 3. cap. 9. num. j.

POSSESSIONIS propriè uindicatio nō est, sed itur ad interdictū, quo perindè ac si uindicatione ageretur, suam esse possessionem actor intendit l. 3. §. sed & usumfructum. §. si mecum. §. Pomponius. ff. ad exhib. Festus: In legitimis actionibus nemo ex ijs, qui possident, possessionem suam uocare audet, sed ad interdictum uenit.

POSSESSIO. De possessione breuiter quidē, nec minùs dilucidè Constantinus Hermenopul. tit. 1. lib. 2. Epit. iur. νομὴ, inquit, ἐστὶ ψυχῇ τῇ δεσποτείᾳ κατοχὴ. hoc est, possessio est detentio, quæ animo dominantis fit. est enim possessio ipsa dominij præambula, ex qua dominium originem sumpsit. Itaq; possessio est proprietas & usus, siue actus possidendi agri, aut ædificij, non ipse fundus, aut ager. Aliquando tamen possessio generali nomine sumitur ꝓ ipsis bonis immobilibus, ut sunt tabernæ, hospitia, horrea, & huiusmodi. Atq; possessio non solùm pro proprietate ipsa, neq; pro ipso prædio sumitur apud Iuriscon. & in constitutionibus, sed etiam apud alios authores. Cicer. in paradox. Etenim (ait) isti callidi æstimatores prata & agros magni æstimant, quod ei generi possessionum nemo nocere potest. Conn. lib. 3. c. 8. n. 2. Vnde aūt possessio dicta sit, declarat Paul. Iuriscō. in l. j. in pri. de acq. poss. possessio, inquit, appellata est à sedibus, & (ut Labeo ait) quasi pedum positio. quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insistit, quam Græci κατοχὴν dicunt. hoc est, detentionem. De hoc eleganter Alc. lib. 1. Dispunct. c. 1. Anch.

POSSESSIO, non à pedibus, ut uulgò legitur. l. j. de acq. poss. sed à dictione Pos: unde fit impos, & compos, & potis, itemq; à sedib. dicta est. Hinc capere sedes, mutare sedes, occupare sedes, & similia apud ueteres exempla. Ille ergo possidet, qui sedere, id est, sedē ponere potis est: à sessitando. Galli etiamnum uulgò continuare possessionem, sesire uocát. annotauit Alciat. ad l. cui caput, in lege Censoria, de uerb. sig. Paul. in l. 1. in prin. de acq. poss. Possessio, inquit, appellata est à sedibus & ut Labeo ait, quasi pedum positio: quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit. quam Græci κατοχὴν dicunt, hoc est, detentionem. Et huc respexit idem Paul. in l. possideri aūt. §. genera possessionum, eod. tit. cum ait: Et in summa, magis unum genus est possidendi, species autē infinitę sunt, puta insistere rei, sicut pedibus ad hoc utimur: ut nos in aliquo loco ponamꝰ. Quare & nostra te lingua, teste D. Old. rectè dicimꝰ possessionē, **ein Besitzung**/ à sedendo. Et cum significamus aliquem sufficiētia rerum dominia habere, **Er ist genugsam gesessen**. Alc. dispunct. lib. 1. c. 1. Possessio, inquit Bar. est ius insistendi rei non prohibitæ possideri. Putat tamen idem in l. 1. de appel. ab effectu non probè definiri: dum Placentini definitionem inibi improbat. Id quàm considerate fiat, Apellus aliorum relinquit iudicio. Alijs est possessio usus rei à proprietate uel iure separatus. Hinc usucapio, id est, acquisitio, quæ per usum, hoc est, possessionem fit. Ciuilis possessio semper iusta est; Naturalis quandoq; iusta est. Vide Alc. interpretantem d. l. quæstio. & Old. cui non est, in dilucidius queq; inuoluta tradendo, secundus, in prin. Class. action. 2. Spieg. Adde Forcat. in Necyom. dialog. 73. num. 2.

POSSESSIO est, ut definit Gallus Ælius, usus possidendi agri aut ædificij: non ipse fundus aut ager. non enim possessio è rebus quæ tangi possunt: sed qui dicit possideri res, is uerè potest dicere. itaq; in legitimis actionibus nemo ex ijs qui litigant possessionem suam uocare audet, sed ad interdictū uenit, ut Prætor his uerbis utatur, Vti nunc possidetis eum fundum q. d. a. (id est, quo de agitur) quod nec ui, nec clàm, nec precariò alter ab altero possidetis, ita possideatis: aduersus ea uim fieri ueto. Hæc Festus. quem locum ita correctum sic interpretor, ut actio nulla sit his concepta uerbis, Hanc possessionē meam esse aio. Hotom.

POSSESSIO & quasi possessio differunt. nam illa tum dicitur, quum aliqua res corporalis naturaliter tenetur: hæc uero, quum incorporalibus rebus utimur, quę naturaliter teneri non possunt, ut seruitutibus. Hotom.

POSSESSIO interdum non solum apud Iurisconsulti & in Constitutionibus pro proprietate ipsa, seu prædio capitur, sed etiam apud alios autores. Vnde possessiones urbanæ & rusticæ Ciceroni in Philippicis. Spiegelius.

POSSESSIO agri, usus eius est: Ager aūt proprietas. Spiegelius.

POSSESSIO bonæ fidei. Paulus, inquit, Infinitas esse possessionis causas & species. Sed unum genus possidendi: uel etiam posse diuidi possessionis genus in duas species, In bonæ fidei aut non bonę fidei possessionem. Itaq; unum sit genus possessionis, cum

cum rem tenemus nostro nomine, quã nemo alius possidet, ne animo quidem: Species aũt si causam eius spectes plurimæ, ut pro donato, pro empto pro hærede, pro legato, pro suo. Sin fidem eius qui possidet, & ipsius causæ iustitiam, duæ tantum erunt species. Vna bonæ fidei, altera malæ fidei. Quæ tamen fides genus possessionis nõ mutat, sed genere eadẽ est utriusq; possessio: Quia possessio facti est. & in ea nihil aut quam minimum iuris requiritur. Nam qđ Vlpian. dixit: Interdictum de ui competere tam ijs qui naturaliter, quam qui ciuiliter possidẽt, nil aliud uoluit dicere, quam iustum & iniustum possessorẽ illo interdicto uti posse. ut Iul. de precario. Duo insolidum precario habere non magis possunt, quam duo insolidũ ui possidere, aut clam: Nam neq; iustæ neq; iniustæ possessiones duę concurrere possunt. Iustas & iniustas uocat, quas Vlpian⁹ ciuiles & naturales. Sic nullo modo fieri potest, ut duo insolidum eandẽ rem possideãt. Siue naturaliter, siue ciuiliter, siue unus uno, alter altero modo, quoniã possessio seu iusta, seu iniusta animo & corpore quæritur, & totam rem ita quasi complectitur ut ne sit alteri possessori locus &c. Connan. lib. 3. c. x. nu. v.

POSSESSIO bonorum, uel bonorũ possessio, neq; enim rixandum est de ordine uerborum, quem Doctores inani curiositate hactenus obseruant, putantes aliud esse bonorum possessionẽ, & possessionem bonorum: definitur ab Vlp. in l. 3. §. bonorũ igitur possessionem. ff. de bon. poss. Old.

POSSESSIONEM certam continuamq; Iureconsultus in l. seruitutes. ff. de ser. appellat certũ continuumq; usum: Neq; enim aliud quidquam est possessio quam usus. l. quęstio. ff. de uerb. sig. in incorporalibus præsertim, ut in seruitutib. & in alijs iuribus quorum usum pro possessione accipiunt Iuriscõs. l. quoties, *la secunda*. ff. de seru. Sane possessio certa continuaq; dicitur non interrupta, non aliquo tempore interpolata, id quod perspicuum facit Iurecon. dum confirmans seruitutes rusticorum prædiorũ non habere certam continuamq; possessionem ait. nemo enim tam perpetuo, tamq; continenter ire potest, ut nullo momẽto possessio eius interpellari uideatur. Corras. de ser. in Rubric.

POSSESSIO continua dicitur, non solùm quę penes unum atq; eundem semper est, uerumetiam quæ ab uno ad alium legitime translata fuerit. Etenim tempora possessionis, quibus autores bona fide possederunt, meritò debent prodesse & reputari ad complendam usucapionem ijs, qui in locum eorum succedunt, siue ex contractu siue ex ultima uoluntate. Puta hæredib. accedit possessio testatoris, & emptor utitur tempore uenditoris, nec solùm immediati, sed etiam ulterioris. Nisi forte medius aliquis ex auctoribus non possedisset, quia tunc nõ posset per rerum naturam censeri coniuncta seu continua possessio. Scæuola in l. de accessionib. in prin. Venulei⁹ in l. in usucap. §. 1. ff. de diuers. temp. præscr. Old.

POSSESSIO defuncti quasi iniuncta descẽdit ad hæredem, & plerunq; nondum hæreditate adita completur. Paul. l. cum miles. Ex quibus cau. maior. Spieg. De quo latius Corras. Miscella. lib. 6. cap. 12. per totum, & cap. seq.

POSSESSIO fiduciaria dicitur, quæ sub manu regia possidetur: quasi fide data accepta sit à fiducia dicta. Bud. in l. poster. de orig. iur. Corras. Miscel. lib. 6. cap. 9. num. 5.

POSSESSIO, in solo & nudo intellectu non consistit: cum possessio siue sit ciuilis, siue naturalis, sine facto non consistat. Ciuilis enim animo cõstat, qui facti est: Naturalis uerò corpore. Porrò ciuilem & naturalem possessionem, non differre specie, sed unam duntaxat esse possessionẽ, licet sub uaria qualitate, asseuerat Zas. in l. 1. ff. de acq. poss. & in scholijs ad d. leg. 2. de orig. iur. Hoc ipsum asseuerat Alc. in l. quæstio. ad fin. de uerb. sig. Accedit Old. quem uide loco paulo antè citato. Spiegel.

POSSESSIO iusta illa censetur, quę suam uim ac ptãtem habet, positq; suppeditare conditionem usucapiendi, scilicet per legitimum titulũ, bonamq; fidem: deniq; & rem quæ usucapionẽ admittat. Sp.

POSSESSIO momentanea. Lege, Momẽtaria.

POSSESSIO naturalis & ciuilis, non alio differunt, quam quod hæc iusta est, Illa contra iuris regulas. Quod declaratur etiam ex hoc Vlpiani respõso. l. 1. de ui armata. Deijcitur is qui possidet siue naturaliter siue ciuiliter possideat. Nam & naturalis possessio & pro suo ad hæredes pertinet. Denique & si maritus uxori donauit, eaq; ui deiecta sit, poterit interdicto uti, non tñ si colonus sit. Hic aperte mõstratur, colonum nullo modo possidere, ne naturaliter quidem. Naturaliter autem dici possidere eum, qui mala fide possidet, ut est is qui iustum possessorẽ eijcit. qui licet uiolentus sit possessor, si tamẽ turbetur possessione, habet etiam interdictum recuperatoriũ aduersus eum, qui uim ipsi attulit. Cui naturali possessori similis est quicunq; pro suo possidet. Dicitur aũt pro suo possessio, quæcunq; ex ea causa tenetur qua acquiritur. Licet uera nõ sit: ut si liberum hominem bona fide possideam credens esse seruum. Dicitur aũt hæc naturalis possessio, quoniã iure ciuili improbatur licet alioqui iusta sit. id est, bona fide & sine dolo ullo teneatur, ut hic Paul. dicit 1. cap. Si uir uxori cedat possessionem causa donationis: plærıq; putant possidere eam quoniã res facti iure ciuili infirmari non potest. & quid attinet dicere non possidere mulierẽ, cum maritus ubi noluit possidere, protinus amiserit possessionem. Vbiq; dicitur possidere etiam qui naturaliter tantum: nec distinguitur an ciuiliter an naturaliter possideat. Certè enim naturalis ista possessio, uera possessio est, quæ animo & corpore quærẽda est quæsita aũt solo animo retinetur: Quãdo uero non legitimis modis est acquisita, dicitur naturalis, si ex iuris ciuilis præscripto, ciuilis appellatur. Hanc diuersitatem notauit Theophil. tit. per quas personas nobis acquiritur: κρατεῖν δὲ φυσικῶς κατέχειν νέμεσθαι δὲ τὸ ψυχῇ δεσπόζοντος κατέχειν, id est, Detinere est naturaliter tenere, possidere uerò animo domini detinere. Vide Connan. lib. 3. ca. x. nu. 5. & Tiraquell. in tract. *le mort saisit le vif*. præfa. decla. 1. num. 1.

POSSESSIO quædam naturalis simpliciter, quædam Naturalissima est, ut scribit Bald. cons. 338. incip. præmittendum est ad euidentiam: in prin. lib. 5. Naturalis, quæ fit cooperãte legis dispositione, ut illa quam habet usufructuarius, etiam extra fundum & fundi conspectum, ut not. in l. 1. in prin. ff. de acqu. poss. Naturalissima autem, quæ mero corpori & naturæ innititur sine adiumẽto iuris. Nã & alibi quoq; hæc possessio, quæ mero iure & sine aliquo actu corporeo transfertur, uocatur plenissima, in l. raptores. & ibi Bar. no. C. de episc. & cler. ut annotauit Tiraq. in tract. *le mort saisit le vif*. præfa. decla. 7. nu. 13.

POSSESSIO simpliciter prolata, de naturali intelligitur. l. stipulatio ista. §. hi qui sunt. & §. hæc quoq;. ff. de uerb. oblig. Spiegel.

POSSESSIO tradita dicitur etiam precario rogata. l. Iulianus. §. ueniunt. ff. de actio. empt. Prat.

POSSESSIO uera & propria dicitur, etiá quæ legis commento transfertur. l.quod meo. ubi Alex. de acquir.poss.l.si is cui.§.Flauius.de solutio.Quemadmodum ut creditor quis dicatur,satis est,quòd fidem alterius secutus sit,uel uerè, uel legis interpretatione.l.1.C.qui manum.non poss.l.qui in fraud.§.ex omni.ff.qui & à quibus manum. Spiegelius.

Vera utiq; possessio & iuris est,& facti,id est, corporis & animi.l.19.ff.ex quib.caus. maior.l.40. ff.de ad. poss.l.1.§. Scæuola.ff.si quis test.lib. Adquiri enim sine corporali facto possessio non potest. Et hoc est quod Neratius cum Proculo sentit, cùm animo adquiri possessioné posse negant,si non intercedat possessio.l.3.§.Neratius.ff.de adquir.poss. Briss.

POSSESSIONE capere,pro usucapere:Iulianus l.non solùm,33.§.si docuimus.ff.de usurpat.Lex Plautia & Iulia ea demum uetuit longa possessione capi,&c.Iauolen.l.emptor,4.ff.pro empt. Nihil eum ex eo fundo longa possessione capturum.Item Iulianus l.qui fundum,7.§.seruus,eod.Hot.

POSSESSIONEM inter & dominiú differentia hæc est,quod dominium nihilominus manet,qui dominus esse nó uult: possessio aút recedit,ut quisq; constituit se nolle possidere. Si quis igitur ea mente possessionem tradiderit,ut posteà restituatur ei, desinit possidere.ita ait Vlpian.in tit.de acq.poss.Mass.

POSSESSIONEM adipisci is nó uidetur, qui ita nactus est,ut eam retinere non possit. l.non uidetur.ff.de acq.poss.l.sequitur.§.tunc in potestatem.& §.si dominus.ff.de usucap. Spiegelius.

POSSESSIONEM bonorum agnoscere apud iudicem,est declarare apud Magistratum se talem esse,qui posset ac uellet iure prætorio amplecti hæreditatem defuncti.Olden.

POSSESSIONES appellãtur agri latè patentes publici priuatiq;: quia non mancipatione,sed usu tenebantur,& ut quisq; occupauerat,colebat. Alibi Possessio est usus agri,aut ędificij,nó ipse fundus, aut ager.Festus.Hotom.

POSSESSIONVM autem uariæ sunt causæ, uarij tituli,uaria genera: pro hærede, pro emptore, pro possessore,pro legato,adgnato,noxæ dedito, soluto. suo.l.3.§.genera.ff.de adquir.poss.l.13.§.1. de petit.hæred. Brisson.

Pro emptore possidet qui à non domino emit,cũ eum dominum esse existimaret.l.33.§.1.ff.de usucap. l.8.ff.de pericul.& commod.l.6.§.Iulianus.ff.de precar.l.11.in fin.ff.institor.l.13.§.1.ff.de petit. hæred.tit. pro empto.

Pro dote possidet qui rem alienam ignorans doti accepit.l.13.l.15.§.apud Marcellum. ff.de pet. hær. l.8.ff.de peric.& commod.l.1.& tot.tit.pro dote.

Similiter pro donato possidet cui res donationis causa tradita est.l.1.ff.pro dona.

Pro hærede possidet, qui putat se hæredem esse. uel bonorum possessorem.l.11.ff.de pet.hæred. §.adipiscendæ.Instit.de interdict.Item qui rem aliená tenens à domino hæres institutus est, uel bonorũ possessionem accepit, aut iustam aliquá causam habet existimandi se hæredem, uel bonorum possessorem domino extitisse.l.33.§.1.ff.de usucapio.Sed & quod hæredi instituto legatur, id ipse ꝑ hærede possidet, cum pro ipsius parte legatum nó consistat.l.18. in fi. ff.de his, quæ ut indign.Eodé loco habentur & quæ à statulibero conditionis implendæ gratia accipiuntur.l.15.§ sed & si retenta.ff.de petit.hæred.Atq; hęc exempla optimè adcommodantur ad tit. pro hærede.ff.& l.44.§.si tu me ui.l.21.ff.de usucap.l.1.ff.quorum bonor.l.1.§.quia autem.ff.quod legator.Briss.

Pro legato uero cui res aliena legata est,aut testatoris quidem,sed adempta codicillis ignoratur.l.1.l.4.ff.pro legato. Briss.

Pro possessore possidet prædo, qui interrogatus cur possideat,responsurus sit,quia possideo,nec ullam aliam causam possessionis dicere possit.l.11.§.ultim.ff.si quis om.cau.test.l.7.§.idem Celsus. ff.quib. ex caus.in poss.l.110.ff.de cond.& demon.l.1.ff.quor. bonor.l.1.§.quia aũt.ff.quod legat.l.ult. ff.de precar. Ita possidẽt fures,raptores,uioléti possessores,quiq; scientes prudentes ab eo,quem dominum non esse, uel alienandi ius non habere sciebant,acceperũt:Et qui nullo iure rem hæreditariam totámue hæreditatem,scientes ad se non pertinere,possident,& oés,q̃ iniustè contra domini uoluntatem tenent.§.pro possessore.Instit.de interdict.l.34.§.1.ff.pro empto.l.14. §.post annum.ff.de usucap.l.13.§.1.ff.de pet.hæred.l. 109.ff.de condit.& demonstr.Hoc titulo possidetur quod uxor uiro, uel uir uxori donauerit. l.16. ff. de adquir.poss.Briss.

Pro soluto,qui rem debitam uel aliud quid in solutum eius loco accepit.l.1.ff.pro empto.

Pro suo possessio ad oés possessionũ species porrigi potest, quas quis ex iusta causa nactus est. Sed huic propriè locus est,in his quę proprium & speciale adquisitionis nomen non habent, ut puta in his q̃ cœlo,terra,mari, uel ab hostibus capta possidemus: Item quæ ut in rerum natura essent,fecimus, & quæ quasi donata,legata,uel empta, uel ex stipulatu, aut ex causa dotis debita cum ueritas non subesset, accipimus.l.j.& l.2.l.penul.in fin.ff.pro suo.l.3.§.ult.ff.de adq. poss.l.68.ff.de iur.dot.l.5.l.27.& l.31.ff.de usucapion. Brisson.

Pro suo & alieno nomine opponuntur. Nam pro emptore possidere,id est,emptionis nomine, pro legato,id est,legatorum nomine l.1.l.5. & l.pen. ff.pro lega. Aliud auté est pro suo possidere, aliud pro suo usucapere. Pro suo possident hi,qui facti sunt domini per emptionem, uel aliam iustam causam: sed hi non usucapiunt. Hi dicuntur etiam pro emptore ac ex alijs causis possidere. Hoc aũt solo titulo pro suo possidẽt hi,qui facti sunt illis modis domini,qui modi referuntur in l.2.ff.pro suo. Pro suo usucapiunt hi, qui & alio titulo usucapiunt. Hoc aũt solo titulo pro suo usucapiũt hi,qui ex falsa causa possident l.3. l.4. §.ult. & l.ult. d.tit.ff.pro suo. Cuiac.ad l.2.ff.pro suo.

POSSESSOR quis dicatur, secũdum subiectã materiam æstimandum est, ut describit eum Macer, tractans iudiciariam cautionem,in l. sciẽdum est. ff. qui satisda.cogant.& obserua ibi,quomodo materia uariet significationem uerborum.Old.

POSSESSOR accipiendus est,qui in agro,uel ciuitate rem possidet,aut ex asse,aut pro parte. Sed & qui uectigalem, uel emphyteuticum agrum possidet,possessor intelligitur.Item qui solum proprietatem habet,possessor intelligẽdus est. Eum uerò,qui tantum usumfructum habet, possessorem non esse, Vlp.scripsit. ut ait Macer in l.sciendum.ff.qui satisd. cogan. Sp.Possessores separantur ab emphyteuticarijs,quoniam possessores domini efficiũtur,emphyteuticarij domini non efficiuntur. l.j. ff. si ager uect. id est,emphyt pe. ut dixi in l.9. s̃. de omni agro des. Habentur tamen pro dominis,& in l.possessores.C. de fund.patrimo.lib.11. simpliciter domini appellantur.Cuiac.d.l.possessores.C.de fun.patrimon.lib.11.

POSSESSOR bonorum,quo à bonorum possessore distet (nam uerborũ ordo alicubi obseruandus

dus est) uide suprà, Bonorum possessor. Spieg.

POSSESSORIS cômoda hęc sunt, quod probandi onus in aduersariū transfertur, & quòd in pari causa possessor absoluitur. l.62.ff.de iud.l.20.ff.de probat.l.j.§.inter.ff.uti possidet.l.12.§.pen.ff.de lib. cau.§.commodum.Inst.de interdict.Briss.

POSSESSOR incertus est is quem ignoram⁹. l.sub signatum.§.fin.ff.de uerb.sig.

POSSESSORIAS actiones Tryphonin⁹ in l. 50.ff.de bon.liber.ipsam bonorum possessionem uocat. At in l.4.§.ult.ff.de Carbon.ed.hoc uerbo eæ actiones significantur, quæ bonorum possessorib. rerum hæreditariarum persequendarū gratia dantur. tit.de bonor.poss.hæred.petit.ff. Briss.

In eo porrò quod dicitur possessorem immobiliū rerum satisdare non compelli, possessor accipiēdus est, qui in agro, uel ciuitate rem soli possidet, aut ex asse, aut pro parte, & qui uectigalē emphyteuticúmue agrum possidet. Item maritus, qui doti accepit, uxor quæ dedit, dñs quoq; proprietatis, licet usufr. alienus sit, creditor uerò, qui pignori tenet, item fructuarius pro possessorib. non habentur. l.15.ff qui satisd.cog. In interdicto Quod legatorum, uerba hæc, Desijt possidere, sic accipimus, si desijt restituēdi facultatem habere. l.j.§.quòd ait Prætor.ff.quor.legator. In actionib. in rem pro possessore habetur, qui se liti offert, & quasi possidens condemnatur. l.15.§.nō solum.ff.de pet.hæred. Eadem causa est eius, qui dolo desijt possidere, aut quo dolo fecit ne possideret: quia ꝓ possessione dolus est. l.174.l.193.ff.de diuers. reg.iur. quæ ex l.2.§.idem Labeo. ff.ne quid in loco public. sumpta est. Briss.

POSSIDENTVR propriè res corporales demum. l.3.ff.de adq.poss. Vnde bene Theoph. in tit. de interdict. νομὴν definit σωματικοῦ πράγματος κατοχήν. Iura uerò cæteraq; incorporalia nō possidētur, sed uelut possidentur. l.xx.§.pen.ff.de pet.hær. & eorum nomine, uelut possessoria interdicta comparata sunt. l. ult.ff.de seruitutib. unde ususfructus aliarúmq; seruitutum quasi possessio esse dicitur. l.3.§.ulti.ff.de ui & ui arm.l.23.§.1.ff.ex quib.caus.maior.l.x.ff.si seru. uind. Per abusionem tamen & hæc possideri dicuntur. l.9.l.18.§.Iulianus.ff.de pet.hæred.l.2.ff.comm. præd.l.ult.in fi.ff.si pars hæred.pet.l.2.§.ult.ff.de precar.l.ult.ff.de itin.actuq;.l.ult.ff.uti possidet.Briss.

POSSIDERE uerbum esse à sedibus deductū, coniugata uerba declarāt: ut Assidere, Obsidere, Desidere. Sedes aūt dicuntur, in quibus quis habitat. ut apud Vergilium,

Sedes ubi fata quietas ostendunt.

Varro autem Pos uetus uerbū esse ait, pro quo nūc dicimus Potens: cui contrariū est Impos. unde Possum: quasi cōiunctis uerbis Pos, Sum. unde Possidere dicitur, qui potest sedere: id est, sedem atq; habitationem suam aliquo in loco collocare. Atq; hęc quidem etymologia est, ex qua uerbum hoc in prædijs primùm positum fuisse constat. sed postea mobiles etiam ad res & mancipia translatū est. Quum igitur Possidere dicatur is, qui potest sedere: sequitur possessionem ita nō incōmodè definiri posse, ut dicatur Ius esse utendi re corporea pro domino: id est, ꝓ imperio ac ptāte domini. sic enim ueteres loquebātur. nam si soli ei sedes licet in prędio cōstituere qui dñs est, aut certè pro dño se gerit, possessionem in alium cadere dici non potest. Ius aūt iccircò etiam dixi, qa (ut uerbi notatio demonstrat) possidere, nō est omnino ac simpliciter sedere, sed sedēdi uim ac ptātem habere. Itaq; per alios, ut colonos, seruos, commodatarios, depositarios possidere rectè dicimur. l.3.§.7. & l.6.§.ult.ff.de acq.uel amitt.poss. & alijs locis innumeris. Pro domino aūt ob eam causam adieci, ut eas rerum detentiones exciperem, quæ pro domini ptāte non habentur: ueluti quū tutor pupilli res possidet. Liu.lib.24. Cum clausis Andronodorus insulę portis hæreditatē regni creuerit: quæq; procurator tenuerat, pro dño possederit. Item quū creditor rei seruandæ causa mittitur in possessionē. Is enim possidere non dicitur, sed custodire. l.3.in fin.eo.tt. Item qui rogauit, ut precariò in fundo moretur, nō possidet, sed possessio apud eum qui concessit, remanet: ait Vlp.l.6.§.1.ff.de precar. nam & fructuarius, inqt, & colonus, & inquilinus sunt in prædio, & tñ nō possident. Et Alex.l.1.C.commu.de usucap. Qui ex conducto possidet, quamuis corporaliter teneat, non tñ sibi, sed dño rei creditur possidere. Itē l.2.C.de præscript.30.annor. Eos possessores non cōuenit appellari, qui ita tenent, ut ob hoc ipsum solitam debeant præstare mercedem.

Aliud ergo Tenere est, aliud Possidere. Tenere dicitur, qui corporaliter quidem obtinet, sed non animo ac ptāte domini: ueluti seruus, in quem dñi uocabulum non cadit, ne peculium quidē suum possidere dicitur: sed tenere. Iauol.lib.24.de acq poss. Et peculiū quod seruus ciuiliter quidem possidere nō posset, sed naturaliter tenet, dominus creditur possidere. At enim Pompon. in l.15.§.4.ff.de precar. affirmat eum quoq; qui precariò rogauit, possidere. Placet, inquit, penes utrunq; esse eum hominē, qui precariò datus esset. penes eum qui rogasset, quia possideat corpore: penes dñm, quia nō discesserit animo possessione. Rñdeo, possidere hoc loco dictum esse pro Tenere: quemadmodum possessio pro usu sępe usurpatur. & si maximè possideret, non sibi tamen, sed domino eum possidere. quod uel hinc licet intelligatur, quia re cōmodata, non pro sua, sed pro aliena utitur: uerùm quia commodū possessionis ei concessum est, ob eam causam possidere uidetur: quemadmodum fructuarius, qui in d.l.6. ab Vlp. possidere negatur, ab eodem tamen in l.12.de acq.poss. naturaliter uideri possidere dicitur. quid ita? nimirū qa quicquid emolumenti uerus dñs ex possessione sua posset percipere, id omne fructuari⁹ percipit: ut nō malè in aliena re ac possessione possidere dici possit. Similiter Iauol.l.16.de usurp. Qui pignori dedit, ad usucapionem tantùm possidet. quod ad reliquas oēs causas pertinet, q accepit, possidet. Quomodo? quia emolumenta omnia, quæ percipi ex possessione possunt, aliena in possessione consequitur, sic ut possidere ipse uideatur. uerū hæc inter illum & hūc possessorem differētia est, quòd ille pro suo iure, hic pro alieno: ille tanquam dñs, hic tanquā procurator ac uicarius: ille pro sua ptāte & in omne tempus, hic fiduciaria opera & ad tempus possidet. Quòd si cui dubium id etiam uideatur, is Celsum audiat, qui in l. 18.ff.de acq.poss. sic loquit, Quod meo nomine possideo, possum alieno nomine possidere. nec.n.muto mihi causam possessionis, sed desino possidere: & alium possessorem ministerio meo facio. nec idem est possidere, & alieno nomine possidere. nā possidet, cuius nomine possidetur. procurator alienæ possessioni præstat ministeriū. Hæc Celsus. Quæ quum ita sint, facilis, opinor, eius disputationis explicatio est, quam Paul. in l.3.§.4.de acq.poss. his uerbis tractat: Ex contrario plures eandem rem in solidū possidere non possunt. contra naturam quippe est, ut cùm ego aliquid teneam, tu quoq; id tenere uidearis. Sabinus

binus tamen scribit, eum qui precariò dederit, & ipsum possidere: & eum qui precariò acceperit. Idem Trebatius probabat, existimans posse alium iustè, alium iniustè possidere: duos iniustè, uel duos iustè non posse: quem Labeo reprehendit, quoniã in summa possessionis non multũ interest, iustè quis an iniuste possideat. quod est uerius. non magis enim eadem possessio apud duos esse potest, quàm ut tu stare uidearis in eo loco in quo ego sto, uel in quo ego sedeo tu sedere uidearis. Sabinum & Trebatium Labeo reprehẽdit. Rectè, inquit Paul. quid ita? quia ut non plures in ijsdem possunt uestigijs consistere, sic non plures idem possidere possunt. optimè. Possessio nanq; ab eorũ consuetudine manauit, qui primi sedes in locis uacuis collocabant, ut idem inquit in l.1. eod. Verùm quòd hominũ auaritia sede una contenta non fuit, pluribus in locis eas collocare cœperunt: & quia plurib. in locis unum esse corpus nõ potuit, idcirco uicarios habuerunt, colonos scilicet & inquilinos, qui quòd corpore in ijs locis insistebant, corporaliter tenere, & interdũ possidere dicti sunt: quũ ipsi domini animo ac mente possessionẽ retinerent. Papin. l.44. §.2. ff. de acq poss. Multum interest ꝑ nosmetipsos, an per alios possideamus. nam eius quidẽ quod corpore nostro teneremus, possessionẽ amitti uel animo, uel corpore: si modò eo animo inde digressi fuissemus, ne possiderem⁹. eius uerò qđ serui uel etiã coloni corpore possidetur, nõ aliter amitti possessionẽ, q̃ eam alius ingressus fuisset. Vlp. l.29. ff. eod. Possessionem pupillũ sine tutoris auctoritate amittere posse constat: nõ ut animo, sed corpore desinat possidere. quod est enim facti, potest amittere: alia causa est si fortè animo possessionem uelit amittere. hoc. n. non põt. Paul. in l.41. Qui iure familiaritatis amici fundum ingreditur, nõ uidetur possidere: quia nõ eo animo ingressus est, ut possideat, licet corpore in fundo sit. Hactenus cur Pro domino in definitione sit adiectum, exposuim⁹. Superest ea pars in qua diximus, Re corporea: quæ quidẽ adiecta propterea est, quia iura non propriè possidẽtur, sed quasi possidentur. d. l.3. & quãuis interdũ possideri dicantur, abusione tñ id fit uocabuli. Ex his igitur illud constat, quicunq; ꝑtãtem habet utendi re ꝑ iure dñi, eum possessorẽ dici: siue iure, siue iniuria eam ꝑtãtem habeat. Quum enim ius in definitione diximus, nõ legis permissum, sed uim illã, qua natura potentiores (ut scribit Hesiod.) utuntur, intelligimus. ut quũ Alexander ui Thraciã aut Asiam occupauit, quamuis id iniuria fecisset: eius tñ possessor dicebatur. Neq; rõ ulla esset dicere, ius illud ipsi à belli uictoria tributũ esse: quũ satis constet, ius illud qđ æquitas definitur, nõ minus in Alexandrũ Magnũ suis copijs instructum, q̃ in quemuis tenuẽ ac solitarium hominẽ ualuisse. Possessio ergo ius est, siue ea legib. permissa sit, siue nõ sit. quapropter & fur & ereptor res ablatas possidẽt. Si rem, inquit Paul. apud te depositam furti faciendi causa contrectaueris, desinis possidere. l.3. §.13. eod. & qui ui dñm deiecit, si in possessione turbetur, interdictũ recuperatorium habebit. l.j. ff. de ui arm. & uxor cui maritus donationis causa possessionẽ iniustè cessit, possidet. l.j. §.2. ff. de acq. poss. deinde ut ait Paul. l.3. §.4. eo. In summa possessionis non multum interest, iustè quis an iniustè possideat.

Distingui ergo possessiones oportet, ut aliæ iustę sint ac legitimæ, aliæ iniustę ac illegitimæ: ut cognatio alia iusta dicitur, q̃ ex matrimonio legitimo contracta est, alia iniusta, q̃ ex stupro, uel illegitimo matrimonio. & quemadmodũ cognatio, quę proles ex meretrice quæsita natura tñ ualet: id est, reuera cognatio est, sed Romæ uim eam nõ habet: eoq; Naturalis cognatio à IC. uocatur. l.4. §.2. ff. de grad. ea uerò quę ex iusto legitimoq; matrimonio suscepta est, ciuilis, aut potius mixta dicitur: similiter possessio quæ natura, id est, reuera possessio est, & occupatio pro ꝑtãte dñi, si iusta est, Ciuilis dicitur: sin min⁹, Naturalis. non quò ciuilis, naturalis etiã non sit, sed qđ non oĩs naturalis, continuò etiam ciuilis sit. ut si ciuilem eam cognationẽ appellaremus q̃ Modest. mixtã appellat (pinguius enim hoc uerbũ Modest. usurpauit ut initio libelli de gradib. obiter admonuimus) eamq; intelligamus quæ ex iusto matrimonio contracta est, oĩs ciuilis cognatio etiam naturalis erit: at non oĩs naturalis cõtinuò ciuilis. Vlp. l.j. §.5. ff. de ui arm. Deijcitur is qui possidet, siue ciuiliter, siue naturaliter possideat (id est, siue iustè, siue iniustè possideat?) nam & naturalis possessio ad hoc interdictũ pertinet. deniq; etsi maritus uxori donauit, eaq; deiecta sit, poterit interdicto uti. Apertè igitur iniusta uxoris possessio, naturalis possessio appellatur. apertè quoq; eadẽ à Paulo in l.26. ff. de do. int. uir. & ux. appellatur nõ ciuilis. at in l.23. §.2. de acq. poss is qui liberũ hominẽ uinxerit, sic ut eum in ꝑtãte haberet, eum possidere disertè dicitur: sed nõ ciuiliter, uerũ naturaliter. quæ quũ ita se habeant, scire tñ illud oportet, Iurisconsultos nonnunquã abusione & translatione quadã uocabuli, eos dicere naturaliter possidere, qui corporaliter duntaxat tenent. ut quũ Vlp. ait in l.7. §.6. ff. comm. diu. Neq; colonis, neq; ijs qui depositũ susceperunt, hoc iudicium cõpetit: quamuis naturaliter possideant. Nam in l.j. §.5. de ui arm. Vlp. apertissimè negat eum etiam naturaliter possidere. Hoc interdictũ, inquit, ei competit qui deiect⁹ est, siue naturaliter, siue ciuiliter possideat. ut uiolento possessori, & uxori cui uir donauit: at nõ colono, quia nullo modo possidet. Similiter quũ Theophil⁹ ait, sub tit. quib. mod. toll. oblig. κρατεῖν ἐστὶ φυσικῶς κατέχειν, Tenere, est naturaliter detinere: φυσικῶς dixit, pro σωματικῶς: id est, corporaliter. item ut Iulian. l.24. de acq. poss. quũ seruos naturaliter tenere dixit suũ peculiũ. Et Papin. in l.49. de acq. poss. naturaliter à fructuario teneri. Similiter ergo abusus est Iulian. in l. secunda. ff. pro hæred. quum ait Colonum, depositarium, commodatarium, naturalem habere possessionem. Naturalem enim dixit, pro Corporalem: quum ipsum dominum reuera possessorem esse constet. Reuera autem nihil aliud est, quàm naturaliter. quamobrem ὄντως, apud Platonẽ ita crebrò pro ἀληθῶς usurpatur, ut nihil magis: & constat Ciceronẽ pro Essentia, & Substantia, Naturæ uerbũ usurpare. præterea corporaliter plures simul eandem rem possidere nõ possunt, quemadmodũ antẽdictũ est duos neq; iustè neq; iniustè simul possidere posse, d. l.3. §.4. de acq. poss. Sed quemadmodum superius diceba mus, Colonus, depositarius, cõmodatarius, in alterius naturali possessione naturaliter alieno nomine possidẽt, itẽ ut filiusfa. quẽ Papin. d. l.49. naturaliter possidere dicebat ea q̃ uiuus pater ei donarat: nimirũ in patris possessione naturali: ob eãq; cãm seruos qui dñm suum animo dñi detinent, nõ malè diceremus naturaliter possidere: nisi possessio nõ minus esset iuris q̃ facti, inqt Paul. id est, si uerbũ illud in seruum posset cadere. Reuera .n. seruus possidet, & animo dñi possidet. sed naturaliter tantùm tenere dicitur: i. tanquam dñi instrumentũ: ut uerius dominus adminiculo serui, quasi instrumenti, possideat. Hoc

POS-

POSSIDERE, habere, & tenere. Hæc tria plerunq; separantur, ut in formula stipulationis Aquilianæ. Quod tu meum habes, tenes, possides. Tenere est propriũ naturalis possessionis. Habere & possidere ciuilis, & ideò habere & possidere ita plerũq; iungũtur, sibi habere & possidere l. pater. §. quindecim, de leg. 3. & in l. Gaius §. Titius, de leg. 2. Habuit & possedit pro eodem. Cornelius Fronto aliter hæc distinguit, & Habere ad naturalem refert, possidere ad ciuilem. Sed non satis sunt emendata Frontonis uerba. Legendum, aut testamento relictæ, usus pro onus, ius pro usus. Sed interdũ tenere accipitur pro possidere, ut in l. iusto §. ult. ff. de usur. & usuc. & habere uel possidere pro tenere. & generaliter in causa emptionis habere & possidere ita accipiemus, cũ uenditor non teneatur rem accipientis facere l. habere. ff. de uerb. sig. Cuia. ad l. 38. §. Hi qui sunt, in fi. ff. de uerbor. obligat.

POSSIDERE animo aut corpore: id est uoluntate, aut re ipsa. Similiter apud Ciceronẽ Philip. 12. Scimus ne igitur Pansa, quibus in locis nũc sit Lentonis auctoritas? nobiscum nec animo certè est, nec corpore. Hot.

POSSIDERE animo est ea mente, eaq; opinione esse, ut quis se solum putet possidere, atq; ideò qui ui deiectus est, fieri non potest, ut animo nõ desierit possidere l. clàm, in fin. ff. de acquir. uel amitt. possess. l. 1. §. siue autem, ff. unde ui & de ui armata. Cuia. ad l. 4. §. Vacuam possessionem. ff. de usurpat. & usucap.

POSSIDERE desinimus, cum id quod possidemus ita perdiderimus, ut ignoremus ubi sit. leg. si id quod. ff. de acq. poss. Sp.

POSSIDERE, est longè aliud quàm in possessione esse l. si quis autem. §. j. ff. de acqui. posses. cum similibus per Alberic. indicatis.

POSSIDERE iuberi, & in possessionem mitti sic differunt: nam prætor in possessionem mittit primo decreto, possidere autẽ iubet secundo, l. 7. ff. de damn. infec. ob eum qui in possessionẽ missus est, domino minus decedere non cogitur, at cùm possidere quis iussus est, decedere cogitur. Vlp. l. si finita, 15. §. si quis autem, eod. Si quis in possessionem missus nondum possidere iussus sit, an dominus decedere possessione iubeat, uideamus. & ait Labeo, nõ decedere: sicuti nec cùm creditores, uel legatarij mittuntur. idq; est uerius. Et paulo pòst. Vbi autem quis possidere iussus est, dominus deijciẽdus erit possessione. Hot.

POSSIDERE non dicuntur municipes forum, basilicas, & similia, sed eis uti l j. §. fin. de acqui. poss. Spiegel.

POSSIDERE, pro detinere l. ij. §. j. ff. Pro hærede. ubi colonus dicitur habere naturalẽ possessionẽ, id est, detentionẽ. Sic & gloss. in l. stipulatio ista. §. hi qui possessionẽ. de uerb. oblig. ꝑ detẽtione exponit. Pro quo est tex. not. in l. stipul. §. hæc quoq;. eod. Sp.

POSSIT & debeat. Item, possim, & debeam, in l. in persona. §. qui pecuniam. &c. §. si sub conditione. ff. de pact.

POST, particulam esse ambiguam, utrũ ad longum interuallum, uel ad breuẽ tẽpus respiciat, Bart. autoritate receptum est. Vide ipsum in l. fructus. ff. sol. matr. Spieg.

POST, ad finem refertur ex proprietate sermonis: ut ante, ad initium. Post diem decimum Calendarum, & ante diem decimum Calendarũ, quomodo intelligendum sit, pulchrè declarat Alc. in l. anniculus. de uerb. sig. De Post, uide quæ Bart. annotat eleganter in l. ij. in fin. ff. si cert. pet. Spieg.

POST annum, aut post biennium, quàm ego decessero, hæres dato: postq; biennium uidetur legatum, quia, ut Pomponius ait, hæredis est potestas in eligendo l. si ita relictum. de legat. ij. Spieg.

POST deinde, sæpe utimur huiusmodi duplicatis uocibus, iam inde, iam nunc. Pomponius: pòst deinde cum census iam maiore tempore agẽdus esset. Spiegel.

POST hominũ memoriam, & post homines natos, quod idem est, pro, ab hominum recordatione.

POST horam tertiã usq; in horam decimam eo iure uti. Caius in l. v. ff. de seruitutibus. Spieg.

POSTEA, interuallum significat. per gloss. in l. pacta. ff. de contrah. empt. in uerbo, postea. Et hoc esse pro regulari doctrina seruandum, Zas. monuit: quia per hoc, ut ipse dicit, aperiuntur multæ ll. quæ lumen accipiunt. Spieg.

POSTERI sunt, quicunq; ex nobis, & post nos nati sunt. ut filius, nepos, pronepos, atnepos, trinepos, & cæteri qui nomine carent, posteriores, seu minores uocãtur, de quibus latius differit Bart. in l his uerbis de legat. iij. & l. Titius. ff. de lib. & posth. Sp.

POSTERITAS, posterum seculum, siue homines qui post nos nascũtur. ut apud Iurisc. in l. j Com. de leg. Perfertur item ad filios, sicut antiquitas ad parentes l. cum scimus. C. de Agric. & censit. lib. xj. Sp.

POSTERORVM appellatione liberos tãtum, non etiam liberos eorum, quibus fideicommissum relictum est, fideicommisso contineri, nequaquam incertum est, ait Modestinus in fine l. quod his uerbis. ff. de leg. iij. Sp.

POSTERORVM appellatione liberi ueniunt. l. 81. §. ult. ff. de legat. iij. Atq; adeò, qui ultra trinepotes sunt, & omnes in infinitũ descendentes, posteriores appellãtur l. ult. §. parẽtes. ff. de gradib. & adfinib. quos & minores Latinis dici Seruiꝰ in viij. Aen. scribit. Maligna igitur fuit illa Caligulæ interpretatio, quà posterorũ nomen ad filios coartabat, negãs ultra hunc gradũ debere posteros intelligi, quemadmodum Suet. in Calig. ca. xxxviij. scribit. Cæterùm uacatio, itemq; immunitas liberis & posteris alicuius data ad eos duntaxat pertinet, qui eiusdẽ familiæ & nominis sunt l. 13. ff. de muneribus & honorib. Itaq; ad eos, qui ex feminis nati sunt, non pertinet l. 1. ff. de iure immunit. Planè immunitates generaliter tributæ eo iure, ut ad posteros transmittantur in perpetuum succedentibus durant l. 4. ff. de iure immunit. Bris. uide Conn. lib. 8. cap. 5. nu. 1. Adde Balduinum comment. super Iustin. Instit. lib. 1. tit. 14. qui testamento tut. dar. poss.

POSTHABITA, id est, postposita l. j. C. de sponsal. Alberic.

POSTHAC, futurũ respicit, ceu post hoc tẽpus. Vt ait Valla l. si qs posthac. de ædif. priu. l. nemini. de aduoc. diuers. iud. l. si qs posthac de pœnis ꝑscr. Sp.

POSTVMI è Roma. appellatos Plut. in Sylla scribit τοὺς ὕστερον τῶν πατέρων τελευτῶν γενομένους. Itaq; Vlp. in l. 3. §. 1. ff. de iniusto rup. Postumos, ait, dicimꝰ eos, duntaxat, qui post mortem parentis nascuntur. Sed & hi qui post testamentũ factum in uita nascuntur, postumi licet minus propriè uocãtur, ut Gaius li. ij. Instit. tit. iij. scribit, & ut Vlpia. in d. l. 3. §. 1. significat. Postumorum quoq; loco habentur hi, qui in sui hæredis locũ succedendo quasi adgnascendo fiunt parentibus sui hæredes l. 13. ff. de iniusto rup. Porrò si quis postumis tutores dederit, tã filij postumi quàm cæteri liberi continebuntur l. 6. ff. de test. tut. Bris.

POSTHVMVS Gallo dicitur quicũq; cuicunq; testatori post mortem agnascitur, id est suus hæres illi natiuitate sua efficitur. Sic iste est posthum⁹ proaui, cui mortuo fit suus hæres, rumperetq; testamentũ eius si non esset institutus. Conn.li.10.ca.4.nu.6.

POSTHVMVS propriè dicitur, qui post mortem parentis natus est, l.iij.§.posthumos. ff.de iniusto rupt.& ir.facto test. quasi post humatum & sepultum. Cõponitur itaq; ex post & humus. Quare sine h apud Haloandri editionem ubiq; legi miror. Meritò quoq; igitur reprehendit Gellius Cesellium, qui putaret posthumum esse, qui postremo loco nasceretur: utebaturq; authoritate & testimonio Virgilij, qui in 6. Aeneidos ait, Surget Syluius, Albanum nomẽ, tua posthuma proles, Quem tibi lõgæuus serũ Lauinia coniunx Educet syluis regem, regumq; parentem. Nam si longæuo Aeneæ natus est Syluius, ergo uiuo natus est: quandoquidem non est longæuus, qui mortuus est, sed fuit longæuus, si diu uixit. Quem nodum ut dissolueret Apollinaris, longæuum interpretatur pro immortali & perpetuo futuro. Mihi uidetur posthumam prolem dici, non de natiuitate, sed de regni & nominis successione Albani. Non enim Aeneæ posteri dicti sunt Aeneadæ uel Troiani, sed Albani. & fuit ista Albanorum proles Aeneæ posthuma, quia demum ipso mortuo nata est, & cœpit regnare. Itaq; surrexit mortuo Aenea posthuma proles Albanorũ nomine ex Syluio, quẽ illi iam seni & longæuo coniunx Lauinia eduxit syluis. Est autem hoc de posthumis uulgare, & in iure tritum, quòd respondit Paul.l.7. de statu hominum: qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esse custoditur. quoties de commodis ipsius partus quæritur: quanquam alij antequam nascatur, nõ prosit, nam ius liberorum non habet, qui uxorẽ habet prægnantem. At posthumi eadẽ ratio est in hæreditate parentum, quæ & iam natorũ. Reuera enim posthumus est filius: at contra filius iam natus non est posthumus. itaq; Nomen filiarum & in posthumam cadere quæstionis nõ est: quamuis posthumæ nõ cadere in eam quæ in rebus humanis sit, certum est, inquit Vlpianus l.164.de uerb.signif. Connanus lib.10. cap.1.nu.8. Olim autem posthumos in quocunq; loco uel gradu exhæredes facere oportebat, ne scilicet agnascendo testamentum rumperent. d. l.iij.in princip.ff.d.tit. Verùm hodie, cum ob nullam causam ingratitudinis delinquere possint, exhæredari nequeunt l.si quis in suo.§.testis.Co.de inoffic. testam. Sed econtrario, si filiusfamilias posthumus in testamento præteritus in lucem prodierit, uel si non emiserit uocem, uel totus integer uiuus natus fuerit, sed ilico, cum in terram cecidisset, in manibus obstetricis decesserit, rumpit testamentum, l. quod certarum. C.de lib.& posthum. nõ item codicillos, scilicet (ita enim intelligendi sunt hic codicilli) ab intestato factos, ut in l. ab intestato l. si quis duos. resp.ff.de iure codicil. nam si testamento confirmati sunt codicilli, rupto testamento agnatione posthumi, codicilli quoq;, ad testamentum pertinentes, uiribus destituuntur l.j in princ. C.de codicill. Anch.

POSTHVMVS alius dicitur suus, alius uerò alienus. Posthumus suus dicitur, qui si uiuo patrefa. natus fuisset, in ipsius potestate fuisset, proximũq; ab eo locũ in familia tenuisset. §.2. Inst.de hæred.quę ab intest. ueluti fili⁹: aut, filio de familia sublato, nepos, & qui deinceps. Posthumus alien⁹ dicitur, qui si testamenti tempore natus fuisset, suus hæres non fuisset: hoc est, qui si testamẽti faciendi tempore natus fuisset, in familia quidem & potestate testatoris fuisset, ac primum in familia gradũ non obtinuisset: utpote à superiore iã occupatum. ueluti nepos uiuo filiofa. natus in potestate aui sui est: at non suus tamen, quia principem in familia locũ non obtinet. Verè igitur & propriè hic dicendus esset, non suus. uide §.posthumo, 25. Inst. de legat. l.ex facto, 17.§. si quis ita, ff.ad Trebell. Hot. & Conn.li.10.ca.4. n.10. Cuiacius ad l.Gallus.ff.de lib & posth Lælius Taurellus ad Gallum & legem Velleã Suos posthumos dupliciter accipit, itẽ & alienos. Suorũ enim alij primi gradus quos nemo in iure sui præcedit, sic enim libentius cum Vlpiano dicere mauult, quam nostri suitatem uocãt. ac de his nemo dubitat, quin aut instituendi aut nominatim exhæredandi sint. Vlterioris gradus alij, qui ex filio uel alijs præmortuis in familia agnascũtur. Alienorum quidam planè extranei, utpote nati extra Virilem potestatẽ testatoris: quidam ex ea posteritate, qui nati inter suos (ut Iustinianus ait) hæredes testatoris futuri non sunt. Hæc Taurellus. Porro

POSTHVMVS à filio iã nato sic differt, qđ per filij prẹteritionẽ nullũ est testamentũ eo gradu, quo est omissus: & tanquã nõ fuerit scriptus ille gradus, sic cõsideratur testamentum. Hinc si in institutione tacetur filius, & in substitutione nominatim exhæredatur, institutio nulla est, & pro non scripta habetur. Sic euenit ut ualeat ipsum testamentum, & authoritatem suam statim sumat à substitutis, qui iam non secundi, sed primi, atq; adeo soli sunt hæredes, ut nullam habeant coniunctam rationem cum primis qui sunt inutiliter instituti: Secus est in posthumo, qui sic præteritus non reddit institutionẽ nullam, sed quasi suspendit interim dum nascatur. Itaq; mortuo testatore & ualet instrumentum, & institutio rata est, à qua iam tota substitutio pendet non à testatore qui desijt esse: nec aliter ius suum obtinere possunt substituti, quam succedẽdo in locum institutorum. Natus autem inde posthumus nõ rumpit primum illum institutorum gradum sola sua natiuitate, nisi adeat ipse hæreditatem. Nam si se bonis paternis abstineat, conualescit, & manet firma institutio. Si uero adibit hæreditatem: & testamentũ infirmatur, & excludit substitutos qui tantùm in locũ institutorũ possũt succedere. Conn.li.9.ca.7.nu.11.

POSTHVMVS Cornelianus est, qui post captiuitatem patris sui nascitur filius, cum post mortem patris sui nasci uideatur l. qui uxorem. ff. de iniust. rupt. testam. Cuia.ad l.lege Cornelia.ff.qui testamẽta fac.poss.

POSTICO recedit, qui furtim, nobisq; inscijs recedit.

POSTICVM. Varrõi Postica, ostiũ in posteriori parte ædiũ l.si cui.§.cũ ædiũ.ff.de usufr.leg.Spieg.

POSTLIMINIO receptũ Gallus Aelius lib.1. significationũ quæ ad ius pertineret, ait esse eũ, qui liber ex qua ciuitate in aliã ciuitatẽ abierat, in eandem ciuitatẽ redit eo iure, quod constitutum est de postliminijs. Itẽ qui seruus a nobis in hostiũ potestatẽ peruenit, postea ad nos redit, in eius potestatẽ cuius antea fuit, redit. In iure postliminiũ equi, & muli, & nauis, eadem ratione. Hæc Festus. Hot.

POSTLIMINIVM est, ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinũ restituendæ inter nos ac liberos omnes populos ac reges legibus ac moribus constitutum. lege decimanona. Dig. de captiu. Festus libro decimoquarto, ex Aelio Gallo, Postliminio, ait, redit, qui captus ab hostibus

bus ad patriam remeauit. Duo autem sunt postliminij capita: primũ, ut reuersus statim ac fines nostros ingreditur, omnia sua recipiat, ut Iustinianus scribit. secundũ uerò caput est, quod reuersus fingatur semper fuisse in ciuitate, ac semper iura sua, ad quę restituitur, habuisse, quamuis seruitutis tēpore uerè non habuerit. Primum ergo postliminij caput, de quo in l. cum duæ. ff. de capti. nullam continet fictionem. Aliàs enim, si reuersus fingeretur fuisse liber, uerè liber non esset. Quare uideas leges de hoc primo capite, differentes dictionibus ueritatem designantibus uti, l. postliminium. ij. rum. l. unde duæ. ibi (recipit) & hic, ibi (recuperat.) Secundum uerò caput fictionem continet. Nam fingit illum, qui uerè fuit apud hostes, in ciuitate semp fuisse: ideo utitur uerbo (creditur) in l. retro. ff. de capti.

POSTLIMINIVM, ait Imper. dictum est à limine & post. Vnde eum qui ab hostibus captus, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. nã limina sicuti in domo finem quendam faciunt, sic & Imperij finem esse limen ueteres uoluerunt. Hinc & limen dictũ est, quasi finis quidam & terminus. ab eo postliminium dictũ est, quia ad idem limen reuertebatur, quod amiserat. §. 4. quib. mod. ius pat. Cicero autem in Top. Seruius, inquit, nihil putat esse notandum, nisi POST: & liminium illud productionem esse uerbi uult: ut in finitimo, legitimo, non plus inesse Timum, quàm in Meditullio Tullium. Scæuola autem iunctum esse putabat uerbum ut sit in eo & post, & limen: ut quæ à nobis alienata sunt, cùm ad hostem peruenerint, & ex suo tanquam limine exierint, dein cùm redierint post ad idem limen, postliminio uideantur rediisse. Latius id ibi prosecutus est Boetius quem uide: Iacobus Curtius lib ἀνατῶν 2. cap. 23. in tanta nouitate, fortè non absurdè postliminium ab eo dici posse existimat, quod compos sit factus liminis unde egressus erat, qui postliminio reuersus est. Est inusitata quidem dictio, sed tamen in compositione recepta Pos, unde & impos. Hinc potis in gignendi casu, iam olim nominatiui uim habet: porro uerò T literæ interiectio, sonoritatis gratia facta uidetur, an quia fortasis & stlimen ueteres ut Stlitem dixerunt dicto cap. Curtius.

POSTLIMINIVM in rebus inanimatis & immobilibus. Pompon. in l. 36. ff. de relig. Loca capta ab hostibus, desinunt esse religiosa. quòd si liberata sint, quasi quodam postliminio reuersa pristino statui restituuntur. Hot. Vide suprà in Ius postliminij.

POSTMODVM, quasi post modum datum. Idē postmodò l. si alicui ff. de negoc. gestis. Sp.

POSTQVAM fari cœperit, quomodo intelligendũ, apud Iuriscōs. Alciat. interpretatur, in l. inter illam conditionem, de uerborum significatione. Sp.

POSTREMVS est, quē nemo sequitur, uel qui solus est l. ij. C. de suis & legit. Sp.

POSTVLARE neq; accusare est, neq; nomen deferre, mirariq; hominum eruditorum argutias in huius uerbi interpretatione cogimur. nam postulare cùm ad publica iudicia refertur, ꝓpriè significat, petere à prætore ut sibi liceat lege aliqua publicorũ iudiciorum quempiam interrogare, utrum in eã legem cōmiserit, nécne: ut si fateatur, ei lis æstimetur: si neget, eius nomen in reos referatur. Cicero ad Q. Fratrem, lib. 1. Quod cum de ambitu Gabinium uellet postulare, neq; prætores dieb. aliquod adiri possent, uel potestatem sui facerent, in cōcionem ascendit. Cælius Ciceroni: insolētissimi homines Circensibus ludis postulandũ me lege Scantinia curarunt. Idem. Illud mihi occurrit, quòd inter postulationē & nominis delationem uxor à Dolabella discessit. Cicero in diuinatio. Nuper cùm in P. Gabinium L. Piso delationem nominis postularet. Hot.

POSTVLARE capitis, pro reum facere criminis capitalis. Papin. l. 53. ff. de fideiuss. Capitis postulati fideiussores ex contractu citra ullã præscriptionem à creditore qui reum postulabit, rectè conueniuntur. Hot.

POSTVLARE, est desiderium, uel suum ipsius, uel amici sui, in iure apud eũ qui iurisdictioni præest, exponere, uel alicuius desiderio cōtradicere l. j. de postul. Sp.

POSTVLARE expilatæ hæreditatis l. hęres iuri. ff. negoc. gest.

POSTVLARE iudiciũ, umb recht ansuchen postulare reũ, einen anklagē/unt recht fürnemmē. Sp.

POSTVLARE quęstionem, eius est, inquit Budæus, qui iniuriam sibi factam quæritur, aut alteri, quam uindicare ad eum pertineat. Spieg.

POSTVLARI, passiuum. Vlp. primũ igitur tractemus, unde descēdat suspecti crimē, & apud quos postulari quis possit suspectus tutor. Vacare postulationib. pro eo quod nostri Aulici dicunt, Supplicatzen erledigen/& Galli, requestas expedire. Sp.

POSTVLATIO. Postulatio est alicuius personæ ad dignitatem, uel societatem fraternam, canonica facta uocatio: uel est personæ, quæ eligi non potest, ad eligendum petitio toto tractatu de postula. prælat. c. innotuit, §. habito. cum alijs iurib. de elect. Sunt autem in ipsa postulatione tres personæ considerandæ, postulantis, postulati & eius ad quem fit postulatio. Anch.

POSTVLATIO, inquit Donatus, propriè est querela de eo qui peccauit, apud alterum: expostulatio apud illum ipsum qui peccauit. Terent. Hecyra, Neq; lites ullę inter eas, postulatio nunquam. Idē in Andr. Expostulatio est aduersus eum quem incusamus. nã expostulare est querelã apud eum ipsum deponere, de eo ipso qui fecit iniuriã. Postulare autem, querelam dicere de altero apud alterum. Hot.

POSTVLATIONIBVS uacare, pro expedire supplicantium desideria, Supplication erledigen. Spiegelius.

POTENS regni, id est, regno maturus. Bud.

POTENTIA, est ad sua cōseruanda, & alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. autor Cicero de inuent.

POTENTIORES uiros, id est, nobiles, potestate, opibusúe præditos: humilioribus, id est, plebeis, ignobilibus inopibusq; scitè Iuriscos. opposuit, cũ ait: ne potētiores uiri, humiliores iniurijs afficiant, ad religionem præsidis prouinciæ pertinet l. illicitas. de offic. præsid. Nec minus pulchrè dixit Caius: potentioribus pares esse non possumus. in l. iij. in princ. de alien. iudic. mutat. caus. facta. Vide titul. C. Ne liceat potent. patroc. litig. præstare. & Azon, in summa. Spieg.

POTEST enim fieri, ut apud alium sit proprietas, apud alium fructus, apud aliũ deniq; usus eiusdem rei l. si autem usus. ff. de usufruct. l. sed si de fructu. §. Idem ait. ff. de usu & habitatione. Spieg.

POTEST uerbi uis ac significatio interpretibus magnã disputandi occasionē præbuit: tu aũt ea in re duas ex frequētata Doctorũ traditione, habeto doctrinas. Prima uerbũ potest, affirmatiuè prolatum, non necessitatis est, sed uoluntatis l. sæpe. Digest. de offic.

offic præsid. Etiamsi ad iudicē referatur l. non quidquid. ff. de iudic. l. j. C. quomodo & quand. iud. neq. enim ut Papinian. ait, cōtinuò iuris necessitati subijcitur, quod iudicis potestati permissum est. d. l. nō quicquid. Vnde licet iudex die peremptorij sententiam ferre possit, non tamen ad hoc cogitur, sed contumacem in diem sequentē potest expectare. c. consuluit. de offic. deleg. Cum igitur positum in iudicis potestate, iuris necessitati nullatenus subijciatur. d. l. non quicquid. ff. de iudic. & d. l. j. C. quomodo & quādo iudex. perspicuè constat Accur. & Fulg perperam intellexisse l. j. ff. de iurisd. omni. iudic. existimantes ad ea quæ per Vlpian. illic iudicis potestati committuntur iudicem adigi posse. Quod præter naturam & proprietatem uerbi Potest. Interdum uerbum Potest, ex subiecta materia necessitatis est l. si mandauero tibi. §. fin. uti Accursi. Digest. mandat. sed & periculum ubi idem Accur. Cod. sine cens. uel reliq. Vnde si cōcedatur episcopo, ut possit dispensare contra ius, cum hæc concessio de dispensatione necessaria accipi debeat, poterit ad dispensandū episcopus, per superiorem præcisè cogi. Archidiac. in c. cum ex eo. de electio. in 6. Item quod si uerbo Potest adiuncta reperiretur dictio aliqua necessitatis, puta debet, aut oportet. illud quoque necessitatem importaret l. placet ij. C. de pedan. iudicibus. c j. uer sic. & ideo ut Ecclesia. benefic. c. oblatæ. ad fin. de appel. sic in uerbo, Mando, dicimus, quod licet non cogat, sed duntaxat adhortetur, & moneat, si tamen illi adijciatur uerbū præcepti, arctabit. c. eam te. Vbi Docto. de rescript. Deniq. non ignorandum in ultimis uoluntatibus ex coniectura ta mente defuncti, uerbum potest, resolui, ut sit necessitatis l. fideicommissa. §. hæc uerba. ff. de legat. 3. Circa uerbum potest negatiue prolatum, seu habens præcedentē negatiuam, hæc doctrina est obseruanda ex crebra doctorum traditione. Dictio negatiua præposita uerbo potest, omnem negat potentiam, necessitatemq; præcisam inducit. Gloss. in c. j. de regul. iur. in 6. Vnde si lex municipalis dicat minorem, aut mulierem non posse uendere sine cōsensu propinquorum, negatur hinc omnis uendendi potestas, ea solennitate circumscripta, adeò, ut ea spreta, si ad contractū uenditionis minor, aut mulier procedat, nec quidem naturalis obligatio enascatur. Bart. in l. cum lex. col. 2. ff. de fideiusso. Verum enimuerò quod dicimus negatiuam præpositam uerbo Potest, omnem priuare potentiam, necessitatemq; inducere, Panormitanus in capitulo Quanto, per illū textum, de præsumptionibus recipi uult, nisi facta hac interpretatione, resultaret absurdus sensus. Temperatur secundò tractata à nobis doctrina, ubi lex simpliciter eloqueretur, non ultra prouidēdo. alioqui si ultra procederet, secus dicendum. prouidens enim de remedio, indicat se non inferre omnem potentiam l. stipulatio ista. §. alteri. ubi solus Ias. ita declarat. ff. de uerb. obligat. Deniq;, si uerbo Potest, præposita esset negatiua, ab eo qui potestatem priuandi omnem potentiam non habebat, ueluti à priuato l. nemo paciscendo. ff. de pactis. de qua re uide latius tractantem Corrasium in rubrica de seruitut. ff.

POTESTAS est populi. Cōsilium Senatus: qui hic tamen & prudētiæ & sapientiæ & dignitatis nomine tantum ualuit apud populum, ut tandē omnia eius cōsulta pro legibus fuerint obseruata. Connan. lib. 1. cap. 1. nu. 6.

POTESTAS ambulatoria. Lege, ambulatoria uoluntas.

POTESTAS duplex, Dominica & patria. Dominica dicitur, quam ius gentium introduxit, & patria, quam ius ciuile duobus modis constituit, aut iustis nuptijs aut adoptione. Dros. in Methodo iur.

POTESTATE dimittere & manumittere pro eodem nonnunquam sumitur: manus enim pro potestate plerunq; usurpatur Inst. de libert. Manumittere autem propriè ad seruos, emancipatio ad liberos refertur l. 1. §. 1. ff. quando act. de pecul. est annal. Drosæus in methodo iuris.

POTESTATIS uerbo plura significantur: in persona magistratus imperium l. 215. ff. de uerbor. signific. l. 13. ff. de iurisdictio l. 3. ff. ne uis fiat ei, qui in poss. l. 1. ff. ad leg. Iul. maiest. & quidem absolute potestatem appellari merum imperium quo in facinorosos animaduertimus, Vlp. scribit in l. 3. ff. de iurisdictio. om. iudic. in persona uerò liberorū patria potestas, in persona serui dominium. d. l. 215. Potestatis enim uerbum nō ad liberos modo trahimus, uerum etiam ad seruos, & ad eos, qui nobis bona fide seruiunt, siue liberi sint, siue alieni, siue proprij sint, siue fructuarij. Nec refert cuius sexus sint l. 1. §. in potestate. ff. de exercitor. l. 1. §. ult. ff. de tributor l. 3. §. qui in eiusdē. ff. de donat. int. uir. Quinimmò & in eo quod dicitur eos qui in potestate testatoris sunt, ad testamentum adhiberi testes non posse, potestatis uerbū ad eum quoq;, qui ab hostibus redemptus est, referimus l. 20. ff. qui testam. fac. At cùm agimus de noxæ deditione cum eo qui seruum non defendit, potestatis appellatione copiam facultatemq; significamus. d. l. 215 In potestate enim habere seruū, quod ad noxalem actionem attinet, accipimus eum, qui facultatem & potestatem exhibendi eius habet. Quòd si in fuga sit, uel peregrè, non uidebitur esse in potestate l. 21. §. prætor ait. ff. de noxalib. In lege Attinia, in potestatē domini res furtiua uenisse uidetur secundùm Sabini & Cassij interpretationem, si eius uindicandæ potestatem habuerit: alij ita interpretantur, si eius rei uelut suæ possessionem ita nactus sit, ut iustè auelli ei nō possit l. 4. §. tunc in potestatem. ff. de usucapion. Potestatem sui non facit, quod ad missionem in bonorum possessionem attinet, qui id agit, ne aduersarius eius sui copiam habeat l. 2. §. 1. ff. quibus ex caus. in poss. l 7. §. præterea. ff. de susp. tutoribus. Enimuerò magistratum quoq; ipsum potestate præditum, potestatē appellamus l. 7. ff. de reb. cor. l. 26. ff. de pignorib. l. 17. §. penult. ff. de ædilic. ed. In eo significatu usus est & Imperator in l. ult. C. de offic. mil. iud. & in l. 2. C. de except. lib. 12. Et apud Iuuen. cum ait, An Fidenarum Gabiorumq; esse potestas. Sueto. in Claud. cap. xxiij. Iurisdictionem de fideicommissis quotannis & tantùm in urbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum atq; etiā per prouincias potestatibus delegauit. Quem locū torquere possumus ad interpretationem illorū uerborum, quæ sunt in l. 1. ff. quod quisq; iur. QVI MAGISTRATVM POTESTATEM'VE HABEBIT: ut eos, qui in urbe magistratum gerunt, uel in prouincijs imperiū aliquod potestatemq; obtinent, significari dicamus. Sed & in l. 3. in fin. ff ad leg. Iul. maiest. potestas à magistratu separatur l. 5. ff. de arbitr. Atq; hinc procul dubio emanarunt uulgares illæ appellationes municipalium quos in Italia potestates appellare soleat. Ductum enim nomen est uel ab imperio uel ab honore & magistratu Aldeb. Bris.

POTIORES in muneribus iniungendis accipiuntur non solùm gradu generis, sed & substantia rei familiaris, interprete Paulo li. ij. Vide Cuia. ibid. senten.

sententit.xxviij. Et ita in l.7. ff. de decurionib.l.un. C. de potiorib. ad mun. nominand. lib. x. potiorum nom en accipiendum est. Bris.

POTIRI ijs etiam rebus dicimur, quæ nobis inuitis aduenĭũt. Ausonius. Natum citò morte potiri. Connan.lib. 9.cap.5.nu.3.

POTITVS hostiũ, ꝑ eo, q factus est hostiũ præda, & ꝑuenit in hostiũ manus, reperire est apud Pap. in l. quòd si filius. & apud Triph.l.seq.§. codicilli. in fin. de capt. & postlim. reu. Ante nouato à Plauto (qđ Pylades interpres annotauit) loquendi modo in passiua significatione, in captiuis, & Epidico. Alciatus in Parerg. indicat Accursiũ dubitasse, q̃d signi ficet apud Iurecõsultos, hostiũ potiri. Ac magni etiã nominis uiros corruptũ codicẽ arbitrantes, nõ hostium potitus, sed hostiũ potestati subditus, legisse: quemadmodum habet posterior in Gallia editio, reclamante Norinbergen. quã Alciatus probat, ut elegantem, & loquendi modũ Iurecoss. familiarẽ. Sp.

POTIVS nonnunquã apud Iurisconsultos subauditur, ꝑ cõsuetudine Hebraici sermonis. Paul.l.2. ff. de reb. cred. Eorũ datione possum⁹ in creditũ ire, q̃a in genere suo functionẽ recipiunt per solutionẽ, quã specie. Vlp.l.2.§.6.in fi. ff. de iud. Alioquin compelletur iudiciũ accipere, q̃ inuenire eos q̃ satis pro eo dẽt. Idẽ l.7. ff. depos. Quũ posset nõ suscipere talẽ caussam, quã decipere. Itẽ in l.20.in fi ff. de acqu. uel omitt. & l.49.§ 3. ff. de legat. & fideius. lib. 30. Hot.

POTORIO argẽto quid cõtineatur, Pomp. indi cat, de aur. & arg. leg.l in argẽto potorio. Poteriũ dicitur à Græcis, quod nos poculum dicimus. Spieg. Potoria enim uasa sunt apud Iulium Pollucem phialæ, calices, cyathi, scyphi, Vlpian. in l. Setæ. Dig. de auro & argen. Illud notandũ est potorij uasis appellatione non solũ uenire q̃ potionẽ ipsam cõtinent, & q̃b. bibim⁹ sed etiã q̃ infundũt in ipsa pocula l. in argẽto. ff. de auro & argẽto. Forc. in penu iur. ciu. ca. 25.

POTVIT, pro possibile fuit l.ij. ff. de iniust. test. ut, non potest, pro non est possibile, apud Terent. in Phorm. Non sic futurum est, non potest. Ex Budæo.

P R

πράκτορες in Nouellis Iustiniani, exactores tributorũ accipiẽdi sũt. Indicat hoc Suid. cùm ait, φερολόγοι ὁ τὰς δημοσίας συλλέγων, οὓς πράκτορας καλεῖν ἔθος τοῖς πολλοῖς. Bris.

PRAGMATICAE sanctiones dicuntur Principum rescripta non de priuatorũ negocijs, sed corporum, ordinũ, & collegiorum causis de consilij sentẽtia emissa: inde, opinor, deducto uerbo, quòd pragmaticis & peritis uiris in consiliũ adhibitis interponuntur. Zeno in l.ult. C. de diuers. rescript. & pragm. sanct. Pragmaticas præterea sanctiones non ad singulorũ preces super priuatis negocijs proferri, sed quando corpus, aut schola, uel officiũ, uel curia, uel ciuitas, uel ꝓuincia, uel quædã uniuersitas hominũ ob caussam publicã fuderit preces, manare decernimus: ut in his etiã ueritatis quæstio reseruetur. Hot.

PRAGMATICA ab Adnotatiõe differt hoc modo: pragmatica fit de cõsilij sententia solenniter suggestione aliena precibusúe l.ult. C. de ꝓx. sacr. scrin. Adnotatio ad libellum breuiter annotato nomine principis, ut in No. Valent de hom. ca. fa. in qua illud singulare est quo utimur, sine adnotatiõe principis cædẽ casu uel sui tuendi causa factam non purgari, quod cõfirmatur hoc Philonis loco.i. de uita Mosis: ὁ κλέπτων ἀνθρώπων ... Sic uerò Iudex aliàs per adnotationem, aliàs cognitionaliter lites disceptat. No.86. adnotationem ita definit Theodorus: παρασημείωσις ἐστὶν ὁ τὰ κυρίττεται τῶν λιβέλλων ... λαμβάνοντα καὶ γράφοντα ταῦτα ... καὶ δι' ὀλίγων, ... βασιλικὰ σημειώματα. Cuia. ad l.2. in fi. C. de petition. bono. subla. lib. 10.

PRAGMATICI, erant homines quidã forensis professionis, qui causarũ actores interdũ iuris ignaros monebant, iuris responsa, formulasq; actionum subministrãtes: quasi admonitores postici, dicendorumq; suggestores, cũ ad iuris disceptationẽ uentũ erat. Olim autem pragmaticis forũ Romanum non utebatur. Itaq; pragmatici nõ sunt, qui pragmaticas sanctiones scribunt, ut Accursius sentit. Vide Bud. in posteriorib. Annot. ad l. moris. ff. de Pœnis. Sp.

PRAGMATICI à Iurisconsultis hoc differunt, quo species à genere. itaq; pragmaticos Græci iuris interpretes appellant: ut ait Fab. lib. 3. cap. 6. ut pragmaticus sit iuris eius qđ in ordine iudiciorũ cautionib. & formulis uersatur, peritus. quũ Iurisconsultus etiã de negocijs de quib. certũ ius erat nullũ, cõsuleretur: ueluti, ut scribit Quintilianus, de uerborũ ꝓprietate, aut æqui disceptatione, aut uolũtatis cõiectura. Vlp.l.9.§.1. ff. de pœnis. Solet autẽ ita uel iuris studiosis interdici, uel aduocatis, uel tabellionib, siue pragmaticis. Cicero libro de Orat. primo, itaq; nõ ut apud Græcos, infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudicijs Oratoribus; ij qui ab illis pragmatici uocantur. Fabius lib. 12. cap. 3. Neq; ego sum nostri moris ignarus, oblitusúe eorũ qui uelut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant: neq; idem Græcos quoq; nescio factitasse: unde nomen his pragmaticorum datum est. Hot.

PRAGMATICARII sunt, quorum ingenijs & mẽtibus cõmittuntur pragmaticæ sanctiones Cuia. ad rubr. tit. C. de proxi. sacro. scrin. lib. 12.

PRASINVS color dicitur uiridis seu porraceus color, Plinius libro historiæ naturalis ultimo, prasinum colorẽ pro uiridi posuit & porraceo: siquidẽ Græci πράσον porrum dicant, & ab ijsdem πρασινὰς uiriditas appellatur. Vnde & prasina factio. Quatuor autem apud priscos erant factiones: factio Veneta, factio prasina, factio alba, factio rosea à colorib. nuncupatæ. Cassiodorus quatuor colores harũ factionum cũ partibus anni quaternis assimilat. Prasinus qui uiridis erat uirẽti ueri dicatus erat, Roseus flammeæ æstati, uenetus nubilæ hyemi, albus pruinosõ autumno. Tranquillus autor est à Domitiano quatuor hisce priscis factionibus duas additas, alteram aurati alterã purpurei panni. hæ pernicitate cursus inter se decertabant, fauoreq; populari siue Imperatorio ex his una præualebat, Plauti ætate ut remur albata. In hæc haud detrectanter incidimus, ut Plautinum carmẽ intelligas ex Asinaria: nunquam ædepol quadrigis albis indipiscet postea. Ioa. Bap. in cõment. epist Sidon. Apollina. ad Hesperium. lib. 2.

PRATVM dicitur, quasi paratũ ad fructuũ ꝑceptionẽ, modico enim opere pratũ fit, ut qđ nec aratro, nec annua semẽte indigeat. Et hinc ꝓbatur, legatis pratis, etiã inculta contineri. Alc. de uerb. sig. Sp.

PRATVM à parando dictum uolunt Latinæ linguæ auctores. Propterea (ait Varro lib. 1. Rei rusticæ cap. 7.) antiqui prata parata appellarũt. Colum. li. 2. ca. 17. tradit, ueteres Romanos prato nomen dedisse, ab eo qđ ꝓtin⁹ esset paratũ, nec magnũ laborẽ desideraret. Prata, inq̃t Plinius li. 18. relinq debẽt in læto solo, uel irriguo, uel humido: eaq; aqua pluuia rigari uia publica. Propterea pratum Græci λειμῶνα uocant, παρὰ τὸ λείβω. τὸ κατατάξω, λιβὼν καὶ λειμών. Qđ stillare rigare, libare ẽt significat, & λειμὰς locũ irriguum.

riguum. Cæduntur autẽ prata (auctore eodem Plinio) circa Calend. Iunij. Pratum quoq; Vlp. uult dici atq; æstimari, quod intra decem annos lectum sit l. forma. ff. de censibus. Quocirca si statuto aut lege prohibeatur, pecora duci in prata, intelligẽdum etiã erit de campo quantumlibet inculto. Brechæus in l. pratum, ff. de uerb. & rer. signif.

PRAVITATIS gratia dimitti. in l. ij. ff. Qui peter. tutor.

PRAVVM, & rectum, contraria sunt.

PRAE, pro ante, in l. si fideiuss. ff. Qui satisd. cog. l. quicunq;. & l. mancipia. C. de seru. fugit. Aliquando comparationem inducit. Vide l. si quis libertatem, in fin. ff. de petit. hæred. & l. ij. C. de compensat. Sp.

PRAE manu, ad manum, in promptu. Vlp. l. 27. ff. de pig. act. Petẽti mutuã pecuniã creditori, quũ præ manu debitor non haberet, species auri dedit. Hot.

PRAE se ferre, est dicto, factoúe, & ipsa statim fronte, qualem opinionem de aliqua re, aut hominẽ habeas, confiteri. Vide Vallam lib. v.

PRAEBENDA, ueteri loquendi modo, in l. inuiti. ij. Vlpian. protulit neutro genere: ubi Accursius præbendam legit, & subaudit, annonam.

PRAEBENDA. Prębenda dupliciter accipitur. Primò pro quadam fructuum perceptione à canonicatu seiuncta, quæ, tametsi de rebus ecclesiasticis detur, non tamen ratione diuini officij, sed pro labore aliquo temporali, de ecclesia benemeritis conceditur. c fi. de magist. c. possesiones. 16. q. 1. Aduocato puta, procuratori, aut syndico, c. quicunq;. 12. q. 2. & d. c. possessiones quam nihil spiritualitatis habẽtem laicus obtinet. d. c. fi. gl. c. cum M. de constit. Accipitur & aliter præbenda, ut canonicatui coniungitur c. dilecto. de præbend propter diuinũ officium competens, c. cum in ecclesia. de præb. in 6. quæ ideo beneficij uerbo continetur. c. pro illorum. & c. fi. de præb. Et hæc, & plura alia tradit in eius paraphrasi in uniuersam sacerdotiorum mater. singularis & eximius hac tempestate iuris utriusq; interpres D. Io. Corrasius. Iam uerò illud nõ omiserim, D. Alciatum c. 43. secundi parerg. obiter admonere, quas sacerdotum præbẽdas uulgò uocamus, μεταφερικῶς posse nos Latiniùs in neutro genere præbenda dicere. Anch.

PRAEBENDA in tit. extrà de præbendis & dignit. est ius percipiendi prouentus in ecclesia collegiata ex actione proueniens, competens alicui tanquam uni de collegio. quod ius ex canonica. descendit. non enim esse debet canonicus sine prębenda. c. relatum. extra illo tit.

PRAEBENDA est nomen iuris: quia non tantùm ex possessionibus, & reditib. constituitur, sed & ordine canonicatus, cui adnectitur, & iũgitur. Prat.

PRAEBERE & tradere differunt. Tradere præsentem actum dationis significat. Præbere autẽ causam & materiam. Præbet sermonẽ qui facit aliquid, de quo homines loquantur: præbet opinionẽ timoris, qui author est ut timeatur. Et apud Ciceronem, prębet sponsalia qui sumptus ijs celebrandis suppeditat, & præbet ludos, qui suis expensis edit. Tradere ludos non diceretur rectè. Potius enim Scenici & histriones ludos trahunt. Sic qui dominium nullum habet, tradere alij dominium non potest, prębere potest, id est tradere materiam & causam dominij habendi. Connan. lib. 3. nu. 3.

PRAEBITIO, exhibitio. Vlpian. Sed & cæterorum (inquit) siue pecorum, siue armentorum, quod ad huiusmodi præbitionem spectat, ad ipsius curam pertinent l. j. §. cura carnis. de off. præfect. urb. Sp.

PRAECARIA contractus est, quando fit concessio rei immobilis pro annua pensione de quinquennio in quinquennium, uel de nouennio in nouennium renouanda c. 1. & 2. de præcarijs gl. c. præcariæ x. q. 2.

PRAECEDENS fundi dominus, apud Paulũ in l. si quis alia. ff. quemad. seruit. amitt.

PRAECENTORES dicuntur cantores, qui in choro incipiũt in ecclesia collegiata c. cum olim. de 10 consuet. Prat.

PRAECEPS festinatio, nimis festina, & quasi rem & tempus præoccupans l. tutor qui repertoriũ. §. j. de administrat. tut. Sp. Hinc

PRAECIPITARE est in præceps deijcere, ut in c. ex parte. de sepul. ext. hinc & præcipitatio dicitur inconsiderata actio, ut Cle. pastoralis. de re iud. Io. Bello. Etymol.

PRAECEPTA Decalogi utriusq; tabulæ breuiter complectuntur uerba Pomponij in l. 2. ff. de iust. 20 & iur. Veluti, inquiens, erga Deum religio, ut parentibus & patriæ pareamus. Quid enim hoc aliud est dictu, quàm, dilige Deum ex toto corde. ut in priore tabula: &, proximum tuum sicut teipsum, ut in posteriore tabula decalogi, uel autore Christo: patria enim continet in se omnes proximos. Olden.

PRAECEPTIO, pro præsumptiõe, uel potius, ut sic dicam, antecaptione, apud Papinian. in l. ij. de fund. instr. Cum pater, inquit, duobus præceptionẽ bonorum auię dedisset. Rhenan. noster in Thesauro 30 locution. Tacito solennium, ostendit, præcipere ueteribus quoq; autoribus interdum esse, præsumere, siue antecapere. Sic Vlp. in l. si filia. ff. famil. ercisc. Si filiusfamiliàs ait, iussu patris obligatus sit, debebit hoc debitum præcipere, & paulo infrà, præcipiet, & præcipit. Item hoc tit. l. item Labeo. Legimus, aut si pluribus fuerit unius rei præceptio relicta. Sp.

PRAECEPTIO. Præceptio in iure genus est legati, quod & prælegatum dicitur, quo testator uni ex hæredibus à cæteris cohæredibus aliquid legat. 40 Verbi gratia, Titius, cũ suprema ordinaret, Caium, Mæuium & Semproniũ hæredes instituit, cæterùm Mæuio fundum Tusculanum legauit, Mæuiùs huiusmodi fundum iure præceptionis, siue prælegati habebit. Itaq; non rectè ei, qui ex parte hæres non est, per præceptionem relinquimus. Nam qui dicit præcipito, uel, præcipuam accipito, non dubiè declarat se præsupponere partem aliquam hæreditatis: hoc enim dicit, ad partem, quam ei reliqui, uolo ipsum & illud habere præcipuum. Exigebatur autẽ, 50 quod per præceptionem relictum erat, iudicio familiæ erciscũdæ. Hæc Theophilus in §. sed olim. Anch.

PRAECEPTIONEM dare. Scęuola de leg. iij. l. nomen. §. j. Filio ex parte, ait, hærede scripto præceptionem dedit. Spieg.

PER præceptionem dare, legare, relinquere, id est, præter hæreditatis partem dare. leg. 48. ff. de iur. fisci. Sic

PRAECEPTIONES relinquere, item præceptionum portiones transmitti, apud Papinianum in 60 fin. l. miles sororem. de leg. ij. Sp.

PRAECEPTOREM omnibus beneficijs uenerari, magna laus est auditorum. Socrati, cum discipuli multa pro suis quisq; facultatibus offerrẽt, Aeschines pauper auditor seipsum donabat. Certè, Deo, parentibus, & præceptori bono, nunquã pares reddi possunt gratiæ.

PRAECEPTORIS optimi adfectus erga auditorem suum est honestissimus. Non est enim uulgaris

ris amor, quem bonæ literæ inter præceptorem & discipulum conciliant.

PRAECIDERE, uulgus, quotare appellat, id est, designare quotumquenq; articulum, quotumquodq. caput oppugnare uelit litigator: ne in uniuersum admissus, licenter tergiuersari, & identidem euariare possit. Græci ἀφορίζειν dicunt. Vide Budæũ in Annot. ad l. poster. de Orig. iur. Spieg.

PRAECINGIMVS uestimenta: Accingimus arma. alioqui uestimentorum appellatione, gladius comprehēderetur: quod Baysio Iurisconf. eloquentiss. nequaquá uidetur rationi consentaneum. Vestimenta enim inuēta sunt, ut nos à frigorib. calore, & imbre tutarētur: arma uerò, ut à telorũ impetu. Sp.

PRAECIPE, ante alios cape, & id præcipuum sibi habet præter hęreditariam portionē: &, ut Gręcè dicitur ἐξαίρετον λαβών l. si filia nupta. §. 1. ff. fam. ercisc. l. 35. §. 1. ff. de leg. 2. l. 90. ff. ad leg. Falc. Prat.

PRAECIPERE, præ alijs capere, ne cōferatur in diuisionē. Vlp. in l. si filia nupta §. j. ff. famil. ercisc. si filiusfamilias, ait, iussu patris obligatus sit: debebit hoc debitum præcipere, Für abziehen. Olden.

PRAECIPERE aliàs est iubere, ut faciunt qui alijs præsunt. Vnde pręcepta Magistratuum dicuntur, & præcepta Iuris. Olden.

PRAECIPERE, pro instruere, docere. Qua ratione præceptores appellantur, quasi institutores. Cicero de finibus: sapientia præceptrice, in trãquillitate uiui potest. Olden.

PRAECIPVA Donatus in v. Aeneid. scribit, dici, quę præter cōmunionem singulis proprio nomine deputantur, ut fit sæpe in testamētis, cùm aliqua per præceptionem singulorum esse hæredum conscribit testator. Sidon. Apollin. lib. vj. Epistol. ad Patientem: illud autem deberi tibi quodam, ut dicunt Iurecōsulti, præcipui titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias. Adde l. ult. in princ. ff. de legat. lib. ij. l. 1. §. ne castrense. ff. de coll. bon. Nec uero in hæreditarijs duntaxat quęstionibus huic uerbo locus est. Ná & socius præcipere dotem à socio de communibus bonis numeratam dicitur l. 80. ff. pro socio. Et quod ex re alterius dominorum communis seruus quæsijt, is cuius ea res fuit, præcipere dicitur leg. 45. ff. comm. diuid. In testamentis autem qui quid præcipere iubetur, id præcipuum & sui iuris sibi habere præter hæreditariam portionē iubetur, &, ut Græcè effertur ἐξαίρετον λαβών l. 35. §. 1. l. ult. in prin. ff. de legat. ij. l. 90. ff. ad leg. Falcid. l. 10. ff. de alim. leg. l. 27. §. si pręceptis. ff. ad Trebellia. Inde per præceptionem dare, legare, relinquere, id est, pręter hæreditatis partem dare l. 48. ff. de iure fisc. l. 25. §. ult. C. fam. ercisc. l. 20. ff. de instruct. uel instrumēt. l. 25. ff. de adim. leg. & in tit. de legat. ij. & iij. tam frequēter ut exemplorum multitudine obruar. Inde genus unum legati, præceptionis uocatur, quod uidelicet sub his uerbis uni ex hęredib. relinquitur: HAERES MI ILLAM REM PRAECIPITO, TIBI'QVE HABETO. de quo Vlpian. in Institut. tit. xxiiij. & Iustinian. in §. sed olim. eod. tit. & l. 90. de leg. ij. ubi huius legati formula expressa est. Huiusmodi autē legatum, ut Gaius lib. ij. Institut. scribit, non nisi uni ex hæredibus relinqui potest, cui aliquid supra hæreditatis partes præcipui titulo relinquitur. Sic ex causa præceptiōis possidere l. 1. §. si quis ex. ff. quor. legator. Bris.

PRAECIPVVM dicitur, quod hæredibus per præceptionem legatum est: id est, quod ijsdem quibus hæreditas relicta est, ita est legatum, ut in iudicio familiæ erciscundæ id antè quàm partes distribuantur, capiant l. 90. ff ad leg. Falcid. l. 35 §. 1. l. ult. ff. de legat. 2 l. 27. §. si præcep. ff. ad Trebell. Eius autem legati hanc formulam Vlp. cap. Inst. 24. prodit: L. TITIVS ILLAM REM PRAECIPITO. Item, TITI fili, hoc amplius de medio sumito, & cæt. l. uxorem, 41. §. 3. ff. de legat. 3. Deniq; per præceptionem legare, & prælegare idem sunt l Sextiam, 32. ff. de legat. tertio. uide prælegatum. Hot.

PRAECIPVVM, pro non communi cum alijs subinde legitur apud Iureconf. ut apud Scæuolam in prin. l. ult. de leg. ij. Et adiecit, inquit, se præcipua hæc eum suiq; iuris & post mortē suam habere uelle. Spiegelius.

PRAECISE, non est quod uulgò putant, disertè, Mit außgetruckten/vnd klar: n worten/ sed abruptè, & abscisse, verdunckelich/ vnd vnuer ständlich. Sic enim Bud inquit. Pręcise dicere, id est, compendio sermonis, & per defectum, & aliquid subintelligendum. Spieg.

PRAECONES (uocis etymum in Reuchlinianis Progymnasmatis indicauimus) Senatusconsulta postquam decreta erant, recensebant: iudices, & candidatos suis nominibus appellabant: literas in Senatu publicè legebant: bona, quę proscribebantur, publicæ auctioni proponebant, ac proclamabant, & precia, ut inquit Cic. conficiebant. Spieg.

PRAECONES in comitijs legum, subijciente scriba leges pronunciabāt: in comitijs magistratuũ, tribus citabant, qui designati essent, renunciabant: in iudicijs, iudices, reos, & testes citabant, audientiam faciebant, Oratores dixisse pronunciabant: in auctionibus rei precium indicabāt, addictam à Magistro rem uenditam pollicebantur. Hot.

PRAECONIS uox legis uox est, ut No. 69. τῇ φωνῇ τοῦ..., præconis uoce Iulianus interpretatur. Ad eundem uerò modum Vasconiæ quibusdam regionibus dum publicè traducuntur fures & cæduntur, præit præco clamitans. Talia patietur eadem, qui fecerit, imò grauiora. Cuia. obseruat. lib. 8. cap. 7. in fin.

PRAECONIVM est pręconis merces, ut ex Catone ostendit Torneb lib. 10. aduersarior. cap. 18.

PRAECONIVM missum, id est, præcones missi, ut delectos citarent, &c.

PRAECORDIA, inquit Plinius, uocamus uno nomine exta in homine. Præcordiorũ nomina plura Rhodigin. indicat lib. ij. cap. lj. Sp.

PRAEDA, si quid bello captum in præda est, ait Labeo l antepen. de Capt. & postl. Gell. autem, præda, inquit, propriè dicitur, corpora ipsa rerum, quæ capta sunt. Bartol. pulchrè tractat de præda in l. hostes. & in l. si quid in bello. eodem tit. Spieg.

PRAEDAE occasionem præbere, hoc est, inuasionis, occupationis iniquę. Vlp. in l. j. in prin. si uētr. nom. in poss.

PRAEDES, ut Varro li. iiij. de lingua Lat. Et Festus lib. xiiij. tradūt, dicebantur qui populo & in publicum se magistratu interrogāte obligabant. Quorum bona prædia dicebantur auctore Asconio. Ex quo illa ueterum locutio, prædibus & prædijs cauere: & comprædes ut idem Festus lib. iij. tradit, qui eiusdem rei populo sponsores fiebant. Ausonius certè in Monosyllabis, Vadē à præde eo separat, quòd ille in capitalibus iudicijs, hic in lite nummaria interueniat, quemadmodũ in uindicijs olim prædem datum Cic. in Verrin. & Valer. Prob. in notis ostendunt. Prædia autem dicta ibidem ut prædes à præstando. Varro lib. iiij. de lingua Lat. scribit, quòd eo

pignore dato publicè mancupes fidẽ præstent. Quę etymologia Asconij auctoritate comprobata, reiectis duabus quas Isido. lib. xv. Etymolog. cap. xiij. adfert, sequenda est. Prędij uerò generalis est appellatio, diuiditurq; in rusticum & urbanum. rubr. de seruit. urb. præd. & de seruit. rustic. Bris.

PRAEDES dicũtur satisdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis est, ne interea qui tenet, diffidens causæ, possessioné deteriorem faciat, tecta dissipet, excidat arbores, & culta deserat. Pedian. Idem ait: prædia sunt res ipsæ: prædes homines, id est, fideiussores, quorum res bona prædia nunc uno nomine dicuntur: quod & suprà indicauimus. Sp.

PRAEDESTINARE, præordinare, uerbũ est, quo solo Ecclesiastici Doct. utuntur. Prædestinatio, autore diuo August. à præmittendo, & præueniendo, & præordinando futurum, dicitur. Sp.

PRAEDIA dicta, inquit Varro, item ut prædes à præstando, quòd ea pignori data publicentur, ni mancupes fidem præstent.

PRAEDIA Agonothetica. Lege, Agonothetæ dicebantur.

PRAEDIA libera & serua memorat Cicero in agraria cõtra Rullum. Optimo (inquit) iure ea sunt profectò prædia, quę optima conditione sunt. Libera, meliore iure sunt, quàm serua, & c. ubi Cicero hisce uerbis Optimo iure, optima conditione, interpretatur ea significari prædia, quæ libera, soluta, & immunia sunt. Balduinus in Scæuola.

PRAEDIA stipẽdiaria & Tributaria ea fuisse uidentur quæ ab hostibus capta populus Romanus uel princeps suis emphyteutis, qui uectigal aut tributum eo nomine dependerent, dabat. Sæpè quidẽ suis ducibus, aut militibus assignabat pro præmio uirtutis, ut neq; uectigal, neq; censum, aut tributum eo nomine pensitarent, sed immunia prædia possiderent. Sæpius tamen uectigalibus aut tributarijs hominibus dabat ut refert Balduinus in comment. super Instit. Iustin. lib 2 tit 1. de rer. diuis. & acquir.

PRAEDIA cõmunia accipere debemus, si pro indiuiso communia sunt l magis puto. ff. de reb. eor.

PRAEDIA urbana, sunt omnia ædificia habitandi causa facta, ubicunq; sint siue in urbe, siue extra urbem, in uicis, uillisúe, & conciliabulis Vrbanum enim prædium merita, non locus facit. Alc. de uerbor. sign. Spieg.

PRAEDIA urbana ruinosa l. uerũ. §. si locupleti. uers. Sed hæc res. ff. de minorib. Sp.

PRAEDIATORES, de quibus Caium scripsisse constat ex indice l. 54. ff. de iur. dot dici putantur, qui iuris ad prædia & prædes pertinẽtis periti sunt. Cicero pro Balbo, Etenim Q. Scæuola ille Augur quum de iure prædiatorio consuleretur, homo iurisperitissimus consultores suos nonnunquã ad Furium & Cascelium prędiatores reijciebat. Quod idẽ scribit etiam Valer. Max. apud quem tamẽ PRAETORIO corruptè legitur, pro PRAEDIATORIO: quod me aliquando in errorem induxit. Hot.

PRAEDIATORIS uerbum apud Cicero. in Oratio. pro Corn. Balbo & lib. xij. Epist. ad Atticũ reperitur, & in inscriptione l. 54. ff. de iure dot quæ scripta est ad edictum prætoris urbani, tit. de prædiatoribus. Sed id uerbum, qui explicet, adhuc neminem repperi. Ego autem prædiatores ut prædes dictos puto, qui publico fidem suam obligabant. In Lexico enim B. Germani prædiator definitur ὑπὸ φόρου δημοσίου ἐνεχυριασθεὶς αὐτὸς τῷ ὑπερέχοντι. Quam interpretationem comprobant hæc Suetonij in Claudio cap. ix. uerba, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in uacuũ lege prædiatoria uenalis pependerit. Bris.

PRAEDIATORVM meminit & Cuia. obseruat. & emend. lib. 5. cap. 29. in fin.

PRAEDICAMENTVM, & circumstantia, iudicio Apelli. in hoc distant. Prædicamentum est accidens, in abstracto à substantia separatum. Id tum fit, cum naturam & essentiam ipsius, uel definiendo, uel diuidendo quærimus. ut tria, quadrans, hemina, & c. prudentia, metus, albedo, & c. mancipatio, libertas, & cætera. Atq; hæc est Idea illa Platonica, de qua tam uaria à maioribus scripta sunt: quam Plato dixit esse perpetuam. Circumstantia uerò, est accidens in concreto, atq; adeò substantiæ inhærens. ut tres tutelæ, quadrantalis hæreditas, heminalis cantharus, & cætera: prudens Brutus, meticulosus Paris, albus paries, mancipiũ Stichus, pubes Sempronius, & cætera. Spieg.

PRAEDICABILES uoces quæ dicantur & quare: uide uoces.

PRAEDICARE, pro apertè dicere, apud Vlp. in fin. l. si quis. ff. de petit. hęredit. Prædicare itẽ præco dicitur, dũ aliquid palàm promulgat & pronunciat ex Senatusconsulto. Sp.

PRAEDII appellatione etiam pars continetur l. dotale. §. prædij. illo tit. Sp. Adde Balduini comment. super institut. Iustin lib. 2. titul. 8. quib. alie. lic. uel non.

PRAEDITVS, à Latinis accipitur pro affecto, ornato, decorato, instructo, aucto, amplificato, cumulato. In malam uerò partem cum sumitur, poni solet pro perdito, uel contaminato. In bonã, ut præditus dignitate, apud Iurisconsl. l. sed qui magna. ad Trebel. & in constit princ. tit. Si quamcunq; præd. pot. l. mancipia. de seruis fug. Spieg.

PRAEDIVM, à præstando dici secundum Varronem rectius multò potest, quàm quasi hęredium, ut quidam putant. Nam prædia possunt quotannis aliquid pręstare: sicut & prædes dicuntur satisdatores, qui præstare possunt damna data ab ijs, pro quibus fidem interponunt. Hot.

PRAEDIVM utrumq; complectitur, & solum & superficiem, dictum à præstãdo inquit Varro: unde & prædes, quod eis pignori datis, publicè mancipes fidem præstent. unde Macer qui satisdare coguntur. Sciendum est possessorem immobilium rerum satisdare non compelli. Nihil est enim causæ, cur fideiussores det is, qui prædijs suis satis cauere potest. Inde bona prædia dicta Asconio bona satisdationibus obnoxia, siue sint in mãcipijs siue in pecunia numerata: puto quod quocunq; pignore fidẽ præstare possumus. Idem, prędia sunt res ipsæ, prædes homines, id est fideiussores quorum dicuntur bona satisdationibus obnoxia. Sed obtinuit ut prædium de re immobili tantũ dicatur, quod ex eo certus & uerus fructus à natura nobis præstatur. Is autem fructus dupliciter nobis uenire potest, aut ex terræ cultu pascuisq;, aut ex habitationibus locationibusq; domorum. Illud rusticum quia ferè rure est semper: hoc urbanum dicitur, quoniam huiusmodi habitationes sunt urbium causa colendarum. Quia uerò fit plærunq; ut in urbe rusticum nobis reditũ constituamus, & in agris urbanum. Sic etiam & in oppidis rusticum quandoq; prædium est, & ruri urbanum. ista enim non loco sed genere distinguuntur. Vlp. de uerb. signif. Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, non solum ea quæ sunt in oppidis, sed

sed & si fortè stabula sunt, uel alia meritoria in uillis & uicis, uel si prętoria uoluptati tantum deseruientia: quia urbanum prædium nō locus facit, sed materia. Proinde hortos quoq; si qui sunt in ædificijs constituti, dicendum est in urbanorum appellatione contineri. Planè si plurium horti in reditu sunt, uinearij fortè uel etiam holitorij magis hæc nō sunt urbana. Omne ædificium esse urbanum prædium dicit quia ædificium appellatur, quicquid ædis causa factum est. quarę quicquid ædificium propriè dicitur, urbanum prædium est, quia habitationis causa paratum. At quæ erant in agris ædificia, non hominis habitandi, sed fructuum causa construebātur. ut uilla quæ tota aut fructibus cōseruandis, aut pecori stabulando, aut colono recipiendo seruiebat, qui colonꝰ fructuū & ipse causa est & domini quasi instrumentum: ideo tota uilla prædij rustici nomine censebatur: nam & ipsa proprium suum nomen à uehendis fructibus sumpsit quasi uehilla autore Columella. Conn. lib. 4. cap. 10. num. 5. Adde Brechæum in l. urbana, in tit. de uerb. & rer. signific.

PRAEDIVM dotale, Vlpian. accipiendum esse ait, tam urbanum, quàm rusticum l. dotale. de fund. dot. Spieg.

PRAEDIVM pignori nexum apud Vlpian. in l. epistola. ff. de pact.

PRAEDIVM seruiens, seu fundus seruiens dicitur, quod, uel qui debet seruitutem. At fundus cui debetur seruitus, prædium dicitur dominans. Vide Zasium. §. æquè. Instit. de action.

PRAEDIVM tamiacum. Qui sint tamiaci fundi, uenire potest quantumuis perito in dubium Accursius plures adfert opiniōes, quas potius somnia dixerim. Alc. igitur fundos tamiacos esse putat, q̃ dispēsatori publico pręstabāt annuos fructus uectigales, quibus ille postea in domo imperatoria dispensabat alimenta Nam ταμιας dispensatorem significat, ut scribit Alciatus, in tit de prædijs tamiac. & Pyrrhus ad tit. de fun. rei priu. Anch.

PRAEDONES propriè sunt, qui cùm bellum non indixerint, hostiliter tamē grassantur. qui & latrones, siue latrunculi appellantur l. hostes, 24. ff. de captiu. Eiusmodi sunt quos Cic. in 11. de inuentione describit: Crassus consul, inquit, quosdam in citeriore Gallia nullo illustri, neq; certo duce, neque eo nomine neq; numero præditos, ut digni essent qui hostes populi R dicerentur. quod tamen excursionibus & latrocinijs infestam prouinciam redderēt, consectatus est, &c.

PRAEDONES in petitione hæreditatis accipiuntur, qui cùm scirent ad se hæreditatem nō pertinere, bona sine iusta aliqua possidendi causa inuaserunt l. 25. l. 27. §. quod autem ait. ff. de petit. hæred. l. 34. §. si prædo. ff de solutionib. Et qui nullam causam possessionis dicere possunt l. 11. §. ult. cum seq. ff. de petit. hæred. Adde Balduini comment. super instit. Iustin. lib. 4 tit. 15. de interdictis. Sed & aliàs quilibet iniustus & malæ fidei possessor prædo uocatur l. 55. ff. de condict. indeb. l. 22. §. si prædo. ff. de pigner. act. l. 13 ff. de noxalib. l. 34. ff. de negot. gest. l 7. §. inter. ff. comm. diuid. l. 5. & l 13. §. ex facto. ff. de adquir. poss. l. 1. §. non quærimus. ff. si quis omissa cau. test. Itaq; & bonæ fidei possessor post petitam hæreditatem prædo dicitur l. 31. §. sicut ff de petit. hęred. quia post controuersiam motam omnes incipiunt malæ fidei possessores esse l. 27. §. etiam si ante. ff eod. tit. Prædonis item loco habetur is, qui tacitam fidē interposuit ut non capienti restitueret hæreditatem l. 48. ff. de petit. hæred. Nemo certè prædo est, qui pretium numerauit l. 15. §. sed si quis. ff. eod. tit. Quò pertinet l. 169. ff. de diuers. reg. Non est etiam prędo, qui dolo caret, quamuis in iure errauerit l. 27. §. scire. ff. de petit. hæred. Bris.

PRAEDONIVS, a, um, qui prædonis est, Vlp. l. 25. §. 3. ff. de hæred. petit. Si uerò postea conscius hæreditatem nihil ad se pertinere, prædonio more uersari cœpit.

PRAEESSE, uerbum est proprium Iurisc ōsultorum, cùm litigatori auctores erant ut iure ageret. Hinc illud P. Mutij Scæuolæ in lib. de Orat. 1. Id, nisi hic in tuo regno essemus, nō tulissem, multisq; præessem qui aut interdicto tecum contenderēt, aut te ex iure manu consertum uocarent. Hinc illud Ciceron. de Chelidone, amica uerris: statuunt petere auxilium à Chelidone, quæ isto prætore non modo in iure ciuili, priuatorumq; omnium controuersijs populo R. præfuit, uerumetiam in his sartis tectisq; dominata est. Superius enim sic dixerat: redite in memoriam quàm inanes domus eorum qui consulebātur, quàm plena atq; referta Chelidonis. Sic Pomponius in l. 2. De orig. iur. Augescēte ciuitate & qui præerant, agendi genera composuerunt. Hot.

PRAEFATIO, id quod proloquimur antequā ad rem ueniamus. Eius utilitatem Caius in l. j. de Orig. iur. bellè demonstrat, dum ait ad fin. Namq; (nisi fallor) istæ præfationes & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt: & cum eò uenerimus, eius euidētiorem præstant intellectum. Quintilianus autor est li. iiij. si multiplex caussa est, sua quibusq; partibus danda præfatio est. Sp.

PRAEFECTI fisci. In pandectis fiscus & ærarium, quod antè monuit Pyrrhus, crebrò cōuertuntur. At uetustiores ita ærarium à fisco distinguebāt, ut reipublicę ab Imperatoris pecunia distincta erat. Sic & ærarij quæstores tribuniq;, fisci à præfectis distabant. Spieg.

PRAEFECTORVM ærarij est, bona quæ fisco deferuntur spernere uel agnoscere l. ergò. §. planè de fid. lib. l. edicto, de iur. fis. Cuia. Not. ad tit. 1. Vlp. de liberti.

PRAEFECTIANVS præfecti prætorio apparitor in l. 8. C de off. rect. prouinc. l. 2. & l. 3. C. de apparitorib. præfector pretor. lib. xij. In quibus tamen legibus uulgò præfectiarios & præfectiarius uitiose scriptum est. Bris. Adde Cuia. Not. ad lib. 2. Instit. tit. de milit. testa. propè finem.

PRAEFECTORIVS uir. Vlp. l. j. de sent. Sed uir, ait, præfectorius, an fœminæ consulari præferatur, uidendum est. Sp.

PRAEFECTOS fabrorū ita Pomp. Lætus describit, ut sint artifices, qui castra sequebantur, ut fabris lignarijs ferrarijsq; præsint. Vide Pyrrh. & Veget. qui explicat munus præfecti castrorum Sp.

PRAEFECTOS prætorio sub principibus institutos ad similitudinē magistrorum equitum, qui dictatoribus iungebātur Pompon. & Arcadius tradunt in l. 2. §. populo deinde. ff. de orig. iur. l. 1. ff. de offic. præf. prætor. Ac primū ex equestri ordine legebantur: primusq; ex ordine senatorio Titus eam præfecturā suscepit, nunquā ad id tēpus nisi ab eqte Roma administratā, ut Suet. in eiꝰ uita ca. vj. scribit.

Cæterùm præfecti prætorio quattuor sub Constantinopolitanis Imperatoribus fuère: duo in partibus Oriētis, uidelicet p̄fectus pretorio per Orientem, præfectus prætorio per Illyricum, totidem in partibus occidentis, uidelicet. Præfectus prætorio

per Italiam, & præfectus prætorio per Gallias.

Sub dispositione præfecti prętorio Orientis erát Diœceses quinq;, Oriens, Aegyptus, Asiana, Pontica, Thracia. Oriens aũt prouincias cõtinebat v. Aegyptus vj. Asiana x. Pontica x. Thracia vj. Sub dispositione uerò præfecti prætorio per Illyricum erant Diœceses duæ, Macedonia & Datia, quarũ hęc prouincias v. illa vj. complectebatur. Adde Cuia. ad l.2. C. de milit. ueste. lib.12.

Sub dispositione pfecti prętorio Italiæ erát Diœceses iij. Italia, Illyricũ, Africa. Prior prouincijs xvij. circũscribebatur: altera puincijs xvj. posterior vij.

Sub dispositione præfecti prætorio Galliarum erant Diœceses duæ, Hispania & Britannia. Illa vij: hæc v. prouincijs concludebatur.

Iustinianus uerò debellatis & exactis Vuandalis Africã a Prætoriana Italiæ præfectura exemit, eiq; ppriã præfecturã dedit l.1. & l.2. C. de offic. præfec. prætor. Afric. Ita additus est quattuor superioribus quintus pfectus prætorio, Africæ eiq; subditæ sunt septẽ puinciæ, Tingitana, Carthago, Tripolis, Numidia, Mauritania, Sardinia, Byzacium: sic enim postrema hæc puincia scribẽda est, cùm ex uetustis codicib. tùm ex notitia dignitatũ. In qua tñ uno in loco Byzátiũ pperã legitur: quẽ errorẽ et euincit l.2. C. de offic. pfecti pręt. Afric. ubi puincia hęc Bizacena nõ Byzantina appellatur: & Plin. lib. iiij. Natur. hist. ca. iiij. qui Bizaciũ in Africę regionib. numerat Bris. Scriniarios habuêre præf. prętorio & magistri militũ & comites utriusq; ærarij & procõsul Asiæ & castrensis sacri palatij. Itẽ duces, si ita rectè auctor Etymologici, Σκρινιάριοι τῶν δουκικῶν ὑπάρχων τάξεως ὁ ἐπὶ χαρτοφύλαξ. σκρίνιον γὰρ τὴν ἀρμαρίων λέγουσιν οἱ ῥωμαῖοι καλοῦσιν Cuia. l. scriniarios. C. de numerarijs, actuarijs & chartular. lib.12.

PRAEFECTVM prætorio, tẽpore Romuli eũ dicebát, q prætorio præerat, id est, militib. cohortibusq; prętorianis circa palatiũ principis: solitũ fuisse etiã in bella pdire: & dictũ magistrũ equitũ. Sed ubi Romanorũ opes creuerunt, distincta fuere officia: ut præf. uigil. excubias ageret ad tuendã principis salutem: ille uerò cõtra hostes imperiũ tueretur. Præfecti ptorio quandoq; etiã mittebãtur ad regẽdas puincias l. pen. & ult. C. de offi. prefect. pręt ubi legitur, præfectus prætorio Aphricæ, & præfectus prętorio Oriẽtis. Alc. in l.j. C. de prefecto pręt. li. xij. Itaq; præfecti uigilũ, nocturnæ custodiæ urbis præerant: apud quos cognitio erat omniũ scelerũ, quæ noctu fieri solẽt, præsertim de incẽdio, & latrocinio.

PRAEFECTVS prętorio, Alciat. autore, ex uetustis annalib. à magistro militũ discrepabat: quòd hic cõtra hostes imperiũ tueretur, ille ad tuendã salutẽ principis, excubias ageret. Veterib. regib. Francis Germanici sanguinis in Gallia olim fuisse prefectos pt. q & palatij pfecti dicebãtur, uulgò itẽ magistri domus, Pyrrhus admonuit. Lege, cohors pt. Sp.

PRAEFECTVS prætorio maior est magistro officiorum, uterq; tamẽ illustris. Cuia. ad l. uit. C. de dignitatibus lib.12. Item.

PRAEFECTVS prætorio cæteris omnibus est potior l.1. C. de offic. uicar. id est, uicarijs aut procõsulibus. nõn tamen consulibus aut patricijs. Cassiodorus in formula patriciatus: præfectorios & aliarũ dignitatũ uiros præcedit, uni tantùm cedens fulgori, quem interdũ à nobis constat assumi. Cuia. ad l.3. C. de consulib. & non spargend. ab ijs pecun. lib.12.

PRAEFECTVS prætorio. Pomp. Lætus post ueteres existimauit, in opere, cui de magistratibus titulum fecit magistrum equitum eundẽ esse, qui & prefectus pretorio fuit. Cui opinioni refragatur cõstitutio, de officio præfecti prætorio. lib.1. Cod. Quare sciendũ est, olim regnãte Romulo, eũ, qui præerat prætorio, id est, militib. cohortibusq; prætorianis, circa palatiũ principis, solitũ fuisse etiã in bella prodire, & dictũ magistrũ equitum. Sed ubi Romanorũ sese extenderat gloria, & simul etiã opes creuerant, distincta fuêre dominia, ut hic excubias ageret ad tuendã principis salutẽ, ille uerò cõtra hostes. Itaq; Alciatus meritò annotauit ex uetustis annalib prefectũ prætorio à magistro militũ discrepare. Etiam Pyrrhus admonuit, ueterib. regib. Francis Germanici sanguinis in Gallia olim fuisse præfectos prætorio, qui & palatij præfecti dicebantur, uulgò itẽ magistri domus. Budęus etiã scribit in annot. ad tit. de offic. præfect. præt. præfectum prætorio hodie dici posse, qui magnus magister hospitij dicitur. Itaq; (ut ait Fenestella cap.37.) quales apud reges tribuni celerum equitũm, siue apud dictatores magistri equitum, tales demũ fuêre præfecti prætorij, apud Cæsares. nam cũ secundas post Cæsarẽ partes gestarẽt, præessentq; disciplinæ publicæ emendandæ, adeo à paruis orta principijs (aliquo enim tẽpore à præfectis prætorijs prouocare licebat, extantq; exempla maiorũ, quo pacto ab eis prouocassent) creuit authoritas, quòd electa postmodũ à principibus sententia, à præfecto prætorio prouocatio sublata est. Credidit enim princeps eos, qui ob singularem industriam, & fidem, illorum integritate explorata, ad hanc potestatis amplitudinem adhiberentur, nõ aliter, quàm pro sapientia, ac splendore dignitatis suæ, fore iudicaturos. Alio etiã priuilegio huiusmodi potestas subnixa est, ne ab eorũ sententia minores ætate, ut ab aliorũ magistratuum, restitui possent. Præfecti prętorio quandoq; etiã mittebantur ad regendas puincias l. penul. & ul. C. de offic præfect. præt. quod & colligitur ex l. penult. & ult. C. de offic. præfect. præto. Vbi legitur præfectus prætorio Africæ, & præfectus prętorio Orientis. Cæterùm, præfectũ prætorio non senatorij ordinis, sed equestris creari solitũ fuisse ostẽdit Suetonius, in Tito cũ præfecturã quoq; prætorij suscepisse eum, nunquã ad id tempus, nisi ab equite Romano administratam, scribit. Durauitq; hic mos (quãuis à Titõ, interruptus) usq; in Alexandri tẽpora. Hic demum hoc quoq; munus senatoriũ esse uoluit, quod Lãpridius ostẽdit, in uita eius cum ait, prefectis suis addidit senatoriam dignitatẽ, ut uiri clarissimi & essẽt, & dicerẽtur, quod antea uel rarò fuerat, uel omnino nõ fuerat, usq, eo, ut si quis imperatorũ successorem præfecto prætorio dare uellet, laticlauiam & senatoriã eidẽ per libertũ su. nmitteret. Alexander aũt senatores icçirco uoluit esse præfectos prætorio, ne quis non senator de Romano senatore iudicaret. Extant libri duo postremi epistolarum Cassiodori, quorũ prioris initio præfatur, scripsisse se eos libros, cum esset præfectus prætorio Romæ, sub regibus Gottorũ (nam hi exẽplo imperatorũ uiuebant) in his semper appellat se senatorem populo. quo fit, ut Romani senatoris, qui hodie in capitolio ius dicit, appellationẽ ab hoc descendisse existimẽ. Post Alexãdri tẽpora ad Iustinianum usq;, supremũ dignitatum omniũ gradum prefectos obtinuisse, tã Vlpianus hoc loco, quàm principales constitutiones l. præfectus. C. de offic præf. urb. l. nemo. de dignita. lib. xj. & nouella lxij. de constitutionibus declarant. Idem quoq; Cassiodorus lib.6. epist. Potestati (inquit) prefecti prętorio nulla digni-

dignitas est æqualis, uice sacra iudicat, nullus ei miles fori authoritate præscribit, excepto officiali magistri militum. Curiales etiã uerberat, in officio suo ius retinet singulare, & talibus, tantisq́. noscitur iubere, quos etiam prouinciarum non auderent iudices in qualibet parte contemnere. Hæc de præfecto prætorio. Illud addendum, quòd, defuncto eo, constitui solebat, qui uice præfecti ageret interim, dum princeps de nouo præfecto sufficiendo deliberaret l.iiij.§.à præfectis. de leg.iij. Anch.

PRAEFECTVS uigilum. Cum, inquit, Pomponius Lætus, urbis ædificia sæpenumero incẽdio flagrarent, diuus Augustus septem cohortes, ut inuigilaret urbi, disposuit, & singulæ duas regiones custodiebant (tunc enim erant regiones quatuordecim.) His quinq; cohortibus præerat præfectus uigilum, clarissimus uir, apud quem cognitio erat omnium scelerum, quæ nocturno tempore fieri solent, præsertim de incendio, & latrocinio. sic Paulus iureconsult. ferè omnia ad uerbum in l.iij.ff.de offic.præfec. uigilum. De hoc quoq; præfecto uigilũ pauca quædam scribit Alexander ab Alexandro lib.3 gen.dier. cap.16.] Non fuisse potestatem seueriùs animaduertendi inter omnes constat l.unica. C. de offic. præf. uigi.& l.fin. ff.eod. Quidam tamen existimant, potuisse eum in seruos usq; ad mortem animaduertere, ar.l.fi.ff.de cond.cau.da. quod uerum puto. Sed, merum hoc imperiũ in omnes cur non & huic præfecto datum sit, magno negocio quærit Albericus in tit. de offic. præfect. uigil. ff. & in l. illicitas.§. qui uniuersas.de offic.præsid. Vera ratio est, extra ordinem constitutum eum, non tanquam magistratũ cognoscere, sed per noctem & tenebras securitatem duntaxat præstare, donec illuxerit.§. & hæc omnia. & l.iij.d.tit.de offi.præf.uigil. Ideo satis superq; permitti ei uisum est, si humiliores modo castigare posset, iudicij forma non seruata, ut interpretatur Antonius Vacca, in suis exposition. lo.obscu. eos scilicet, quos uel noctu deprehenderit, uel nocte nõ deprehensos, per lucem demum inuestigârit. Et hoc est cur de solis furibus, effractoribus, & incendiarijs cognoscat. Nã nõ alij magis nocte delinquunt, & ciuitatis uelut quietẽ conturbant. Hos hodie Itali banïellos, Galli subuigerios, & subuicarios uocant. Apud uetustiores uerò tali muneri, scilicet incẽdijs arcendis, triumuiri præerant, qui ab eo, quòd excubias agebant, nocturni dicebantur l.j. de offic. præfect.uigil.ff. Hiq; fuerunt triumuiri capitales, quorum mẽtionem Pomponius iurisconsultus facit: in l.ij.de origine iur. & quorũ equidẽ munus ad ipsum præfectum uigilum translatum est. Cui rei, ut multis alijs antiquorum magistratuum mutationibus, ac dignitatis, & officiorum diminutionibus, Augustus (ut prætactum est) studuit reuera, quò magis reipublicæ statum mutaret, & ueterũ institutorum obliuionem induceret, sub prætextu illo, quòd quidã minùs diligẽter officio suo uacare assueti essent. Cęterùm, mirè delirat Accursius, in l.iij.in uer.& super omnes spectabili uiro. ff.de offic. præf. uigil. dũ duos esse facit præfectos uigilum, cum reuera non nisi unus sit, de quo Paulus, in d.l.iij. & Pomponius loquutus est in d.l.ij.de orig.iur. Anchora. Confert Cuia. pręfectum uigilum cum prætore plebis in expositio. No. Iusti.13. de prætoribus, ut ibi apud eum uidere licet.

PRAEFECTVS urbis. De pręfecto urbi ita Põponius Lætus scribit, in libello de magistrat.Ro. Romulus unum delegit, quem urbanis negocijs pręfecit, ut Dionysius ait. hunc præfectum urbi fuisse satis constat. Longo pòst tempore, tantum sibi urbis præfectura uendicauit Cæsarum temporibus, ut de crimine omniũ in urbe cognosceret, & demum cũ Cæsares ab urbe abessent, pręfectus uelut alter Cæsar imperabat, & rebus omnibus, quæ ad urbẽ pertinebant, censebat. Sic quoq; Fenestella de pętorib. cap.13. Præfectorum (inquit) is urbis dicitur, qui, quoties cæteri peregrè proficiscuntur, in urbe relinquitur, ut ius diceret. Hunc autẽ præfectũ urbis Augustus primùm instituisse uidetur ex Tranquillo, in Augusto. Quoq; plures partem reipublicæ administrandæ caperent, noua officia excogitauit, curam operum publicorum, uiarum, & aquarum aluei Tyberis, frumenti populo diuidendi, præfecturam urbis. Circa quæ hoc tamẽ notandum, præfectum urbi ab initio præpositum nõ rebus criminalibus tantum, sed ijs omnibus, quæ ad mores ciuium componendos, & quietem ciuitatis seruandã facere uidebantur, nec nõ ad delicta cohercenda. Hinc si liberti aut serui, patronis aut dominis sint intolerabiles, si domini sæuiant in seruos, ipse cognoscit: tutorũ ac curatorũ malitias ac fraudes cohercet: argentariorum ac nummulariorum fraudes, ac negociatorum corruptelas, aduocatorum dolos, cõuenticulorum monopolia, & conspirationes castigat: relegatione, damnatione in metallũ, ac id generis pœnis. Creabatur autem olim regibus uel cõsulibus bellis auocatis, ne scilicet imperio destituta ciuitas fluctuaret, expositaq; hostibus atq; intestinis odijs æstuaret: postea ferè Latinarum feriarum causa introductus est. Auctores sunt Pompon. in l.2.§. deinde Cornelius.ff. de orig.iur.& Tacit.lib.x. Præfectos autẽ urbis ex tumultu creari desitos & aliquãdiu intermissos Augustus reuocauit. Quemadmodũ Dio li.liiij. refert. Sic enim ait, ταραχῆς δὲ τινὸς περὶ τὴν τ πολιάρχης διὰ τὰς ἀρχὰς ἀρχομένης χειροτονίαν συμβάσης ἐν ἐπιταράττειν αὐτῶν, ἀλλὰ χρὴ τὸ ἀρχῆς ταύτας τὴν ἐπετείαν ἱκανὸν λογίσασθαι. Et postea, ἀντεισηγήσατο δὲ τὴν πολιαρχίαν τῷ ἐς τὰς ἀρχὰς καθισταμένῳ ἵνα ἀεὶ τηρῶνται. Ea causa est, cur præfecturam urbis inter officia ab Augusto excogitata Trãquill. numerauerit cap.xxxvij. uitæ ipsius. Valde autem aucta est præfecti urbis potestas epistola Seueri & Commodi ad Fabium Cilonem. cuius fit mentio in l.1.ff.de offic.pręf.urb.l.6.§.1.ff.de interdict.& releg. & l.1.§.in quib. ff. de legat.iij. præf. urbi uir illustris in senatu cõsidet supra omnes l.3. de offic.præf.urb. primusq; sentẽtiam dicit Cassiodoro auctore. Eum sequuntur patricij, consules, consulares, præf. prætorio, magistri militum, & cęteri uiri illustres, & hoc ordine his solis ius est sententiæ dicendæ in senatu, ut constat ex No.62. à Iuliano in latinum conuersa sermonem. Plurima de pręfecto urbis colligunt Alexander ab Alex.lib.6.genial.dier.cap.20. Dionysius Halycarnassæus lib.6. Aulus Gellius lib.14. cap. 8. Antonius Vacca uol.1.suarum expositionum.

Sub dispositione præfecti urbis Romæ Imperij declinantis tẽporibus erant præfecti annonæ & uigilum, comites riparum, & aluei Tiberis & cloacarum & portuum, magister census, rationalis uinorum, tribunus fori suarij, consularis aquarum, curatores operum maximorum, operum publicorum, statuarum, horreorũ, centenarius portus. Bris. Eras. in de conscribend. epist. monuit, quem olim urbis præfectum uocabant, nunc alicubi uocant Marchionem, alicubi locũ tenentem: quem tribunũ plebis, nunc ciuium magistrum uocari credunt. Quẽ olim quæstorem ærarium, nũc redituarium uocant, siue

receptorem: quos olim rationales, nunc opinor, inquit, Phinantiarios dici. Quos olim quæstores parricidij, nunc scultetos. Quos olim caduciatores, nunc Hiraldos. Quos olim senatores, seu electos iudices, hodie uocant dominos Parlamentares. Spieg.

PRAEFECTVS Aegypti, de quo in l.1.C. de postul. & l.1.§. qui in rationibus. ff. ad leg. Corn. de fals. l.un. ff. de offic. præfec. August. & apud Tacit. li. xvij. Qui præfectus Augustalis dicebatur, qui omnia tributa per Aegyptiacā diœcesin in cura & prouidentia sua habebat. Et iste inter medios magistratus spectabilis est. Dictus aūt est augustalis, quia Augustus eā dignitatē primus ei pfecto, q Alexandriā inhabitauit, cōcessit. Vera enim origo & causa huius pfecti constituendi, dandiq; ei (lege sub Augusto lata) imperiū, ad similitudinē procōsulū, ea uidetur fuisse, quòd superstitione quadā, seu certè superstitiōis uelamēto, insita prouidētia deterritus fuerit Augustus, & ante Augustū senatus, ne pcōsules fasces in Aegyptū mitterēt, ut Spartianus refert, in ultim. 30. tyrānorum. & Cornelius Tacitus in illis uerbis demonstrat lib. 2. Annal. Nā Augustus inter alia dominationis arcana, uetitis nisi permissu ingredi senatorib. aut equitib. Rom. illustrib. (id est, ut ego interpretor, qui honorib. usi essent (seposuit Aegyptū, ne fame urgeret Italiā, quisquis eā prouinciā, claustraq; terræ ac maris, quamuis leui præsidio aduersum ingētes exercitus insedisset. Hactenꝰ Tacitus. Ob hāc igitur causam in puinciæ formā redacta Aegyptus nō est. Nec senatores hūc magistratū accipere consueuerunt, sed equestris ordinis uiri, quemadmodū & iuridicus Alexandriæ ex ijs creari solitus, & si qui alij per Aegyptū administratiōes gererēt, quod idē Tacitus significat li. 12. Nā diuus Augustus, inquit, apud equestres, qui Aegypto præsiderent, lege agi, decretaq; eorū pinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent. Et paulò pòst, Claudius omne ius tradidit, de quo toties seditione, aut armis certatū. Cū Sempronijs rogationib. equester ordo in possessione iudiciorū locaretur, aut rursum Seruiliæ leges senatui iudicia redderēt. Per id, quod dicit, qui Aegypto præsiderēt, iuridicū Alexādriæ, & hūc præfectū accipere debemus. Nā & iuridico Alexandriæ legis actionē datā cōstat l.j. de offic. iurid. Alexand. Ex ijs intelligere licet, quare non proconsul, sed prefectus in Aegyptum, & quo ex ordine mittatur. Extat autē in iuris Pandectis titulus, de officio præfecti augustalis. quem & eundē habemus lib. 1. C. ac sub eo duas cōstitutiones, quarum posteriorē nō præfectus augustalis, sed præfectus pretorio augustali, legitur, quamuis in aliquibus libris uerbū illud (prætorio) nō reperiri Haloander annotet. Sed, utut res se habet. eundem utiq; significari arbitror: quemadmodū & prefectus Orientis, Africæ, & Illyrici, nonnunquā legitur, qui tamē sæpius præfectus prætorio Orientis, Africæ, & Illyrici appellatur. Indicant duæ illæ cōstitutiones prouinciarū quarundam moderatores, & iudices ordinarios huic præfecto subesse. Hoc etiam Imperatoris nostri nouella cōstitutio demōstrat auth. De appellationib. §. illud. Nā appellationū causas ab Aegypto tractu, & ei adiuncta utraq; Lybia, ad præfectum augustalē deferri iubet. Quomodo scilicet, & præfecto prætorio Africæ quosdam præsides subesse postea uoluit. d. l. j. de offic. præfect. prætor. Africæ. Hęc ferè omnia Antonius Vacca in suis expositionibus locorum obscur. in Pandect. tit. xvij. Adde Cuia. ad l. 3. ppè fin. C. de Canone largitional. tit. li. 10. Qui, inquit, in Aegypti prouinciā mittitur p cōsulari potestate, specialiter dictꝰ est pfectus Augustalis l.1. ff. de offic. præf. Aug. Eū habere Strabo τὴν τοῦ βασιλέως τάξιν scribit. Tacitus regis loco esse. Ammianꝰ Marcellinꝰ 22. Aegyptꝰ q iā inde, ut Romano impio iūcta est, regitur à pfectis. Sub eo sunt sex puinciæ Aegypti, Lybia supior, Libia inferior, Thebais, Aegyptꝰ, Arcadia, & Augustānica, in cuiꝰ postremę puinciæ nomine, ut hoc obiter dicā, error est in l. 9. C. de uect. & cō. sicut & in inscriptiōe l. 34. C. Th. de dec. Hęc Cuia. s. all. loc. Hinc

PRAEFECTVRAE nomine significatur præfectura urbis Romæ, uel urbis Cōstantinopolitanę, & præfectura prætoriana Orientis uel occidētis, id est, Italiæ, uel Africæ, uel Illyrici, & magisteriū militū. Sunt enim eæ tres dignitates indiscretæ l. j. C. de præf. pręt. siue urb. Sed uel honorarię tamē sunt, uel ordinariæ: hæ liberāt curia, illæ non itē. Cuia. in exposit. No. Iustin. 70. de liberation. decurio.

PRAEFECTVRAE eæ appellantur in Italia, in qb. & ius dicebatur, & nūdinę agebātur, & erat quędā earū resp. (neq; tñ magistratus suos habebāt) in quas legib. pfecti mittebātur quotānis, q iꝰ dicerēt. quarū genera fuere duo: alterum, in quas solebāt ire pfecti quatuor sex uirūm, p populi suffragio creati: in hæc oppida Capuā, Cumas, Casilinū, Vulturnū, Liternū, Puteolos, Acerras, Suesulā, Atellā, Calatiā. Alterū quas ptor urb. quotānis in quæq; loca miserat legib. ut Fūdos, Formias, Cere, Venafrū, Alicas, Priuernū, Anagniā, Frusilonē, Reate, Saturniā, Nursiam, Arpinum, aliaq; complura. Hæc Festus. Hot.

PRAEFECTVRAE dicebātur oppida quædā Italiæ, quorū incolæ ciues R. erāt: hoc tñ à municipijs differebāt, quòd nō suis legib. utebātur, nec ullos è suo corpore magistratꝰ, ut coloni, creare poterāt: sed à magistratib. q Roma quotannis mittebantur, Romanis legib. regebātur, ij magistratꝰ pfecti dicebātur. unde nomē præfecturæ. Liu. li. 36. De urbe agroq; (de Capua loquitur) reliqua cōsultatio fuit: quibusdā delendā cēsentib. urbē pualidā, ppinquā; inimicā. Cæterùm psens utilitas uicit. Nā propter agrū, qué omni fertilitate terræ satis cōstabat primū in Italia esse, urbs seruata est, ut esset aliqua aratorū sedes. Vrbi frequētandæ multitudo incolarū libertinorūq;, & institorū opificūq; retenta. Ager oīs & tecta publica populi R. facta. Cæterùm habitari tantū tāquā urbē Capuā, frequētariq; placuit: nullū corpꝰ ciuitatis, nec Senatꝰ, nec plebis conciliū, nec magistratꝰ esse. Sine cōsilio publico, sine impio, multitudinē nulliꝰ rei inter se sociā ad cōsensum inhabilē fore. Pręfectū ad iura reddēda Roma quotānis missuros. Præficæ mulieres olim erant, quæ cōducebantur ad hoc, ut ante domum mortui laudes eius canerent. ut Varro testatur citans illud Næuij. Hæc quidem hercle opinor præfica est, nā mortuos conlaudat: uide & Ræuardum ad ll. 12. Tab. cap. 15. de sumptib. funerū. Cætera uerò omnia Italię oppida, quę Colonię, municipia & pręfecturæ nō erāt, fœderatę ciuitates uocabātur, ut, Tibur, Præneste, Neapolis, & pleræq; aliæ, q suis legib. & magistratib. uiuebāt, diuersisq; fœderib. aut sponsione, aut pactione, uario iure cū populo Romano amicitiā contraxerunt. Aliquæ enim erāt omnino liberę, aliquę stipēdiarię, aut plus uel minus grauatæ, ut populo Romano uisum fuisset. Atq; Italia oīs in hæc genera, Municipiorū, Coloniarū, & præfecturarū, ante legē Iuliam, & bellū Marsicū diuisa fuit. Vide Onuphrium in libello de Imperio Romano, sub titulo, de præfecturis. Turnebum de populo fundo lib. 4. cap. 12. Vbi non ineru-

inerudita de harum uocum significatione adfert.

PRAEFIXVM, præclusum. Caius l.6.ff. de seru. urb. præd. Si ego per statutũ tempus fenestras meas præfixas habuero, uel obstruxero. In Flor. libris Perfixas legitur: corrupté, meo iudicio. Virg. Georg. 3.

Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos,
Primaq; ferratis præfigunt ora capistris.

PRAEFOCARE, spiritum faucibus claudere. l. notare. ff. de liber. agnosc.

PRAEFVRNIVM, os patens fornacis, quo ligna in fornacem inducuntur, & deinde obstruitur. ut ait Budæus.

PRAEGNANS, quæ & iam occupata est in generando, quod conceperat. l. 1. §. 1. de uent. in poss. mit. l. prægnantis. de pœnis. Spiegelius. Prægnans neq; torqueri, neq; summo supplicio affici potest, l. Imperator. ff. de stat. homi. l. prægnantis. ff. de pœn. Quint. in declam. 277. Supplicia, inquit, prægnantiũ lex differri in diem partus iubet. Idem Clemens Alexand. scribit lib. 2. Strom. & Ælianus lib. 5. uar. histor. & Plutarchus de sera num. uindicta. Cuiac. Iul. Paul. recept. sentent. libro 1. titul. xij. de iudicijs omnibus. §. prægnantes.

PRAEGNANTES clausulę sunt Iurisperitis, ut nunc censentur, Plenitudo potestatis, Motus proprius, Certa scientia. Eamq; illis uirtutem esse adserunt, ut in contrarium nemo audiatur: quòd semper pręsumatur iustitia, excludatur omnis ignorantia & error, & item defectus solennitatũ in Responsis, Rescriptis, Diplomatisq; eorum. Obseruandum tamẽ, iam dictas clausulas sententijs Principũ non esse inserendas: quòd hic iustitia nulli cedat, quæ in Principum sententijs prælucere debet. l. fin. C. de leg. l. omnium. de test. cum simil. Spiegelius.

PRAEGNATIO, est tempus quo fœmina prægnans est. Spiegelius.

PRAEGRAVARI uerbo Iustin. eleganter usus est in §. quædam actiones. Instit. de actio. sumpta scilicet à libra metaphora, quæ ad æqualitatem respondere debet. Spiegelius.

PRAEGVSTATOR. Quære, Credentiarium.

PRAEIVDICARE, pro obstare, uiam præcludere, simpliciter sine uero iuris præiudicio: Marcellus, ff. de re iudicata. Sæpe, inquit, cõstitutum est, res inter alios iudicatas, alijs non præiudicare. Impp. l. 2. res inter alios acta uel iudicata alijs ne noceat. Ecce non nocere uocant quod Marcellus præiudicare dixit. Oldendorpius.

PRAEIVDICIALES actiones, in rem esse uidentur: quales sunt per quas quæritur, an aliquis liber, an libertus sit, uel seruus, uel de partu agnoscendo. Ex quibus ferè una illa legitimam causam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit: cęteræ ex ipsius prætoris iurisdictione substantiam capiunt. ut tradit Iustinian. lib. Instit. 4. tit. 6. de actionib.

PRÆIVDICIALIS mulcta: dicta esse uidetur à Præiudicio, id est, re prius iudicata, quod propter præiudicium, hoc est, rem prius iustè rectèq; iudicatam, & temere audacia furoris appellatam indiceretur. Quo sensu iudiciaria autoritate præiudicialis mulctæ excipere & sustinere iacturã dixerũt Impp. l. 50. & 65. Cod. Theod. de appellat. Et hanc præiudicialis mulctæ interpretationem confirmat Symmachus sic Theodosio Augusto scribens Epistol. libr. j. Nec officium paribus defuit, ad mulctam pręiudicij suggerendam. Balduinus.

PRAEIVDICIVM (ut docet Fabius lib. 5. c. 2.) aliquando significat defensionem, non modò ex sententia prius data, sed & in futurum danda: ut cũ petentem patris hæreditatem, nego esse filium. Sic ergo pręiudicia possumus accipere pro causis, de quibus prius iudicandum est, quòd earum definitio uel finem allatura sit negotio, uel certam datura formã. Balduinus in comment. super instit. Iustinian. libro 4. tit. 6. de actionibus.

PRAEIVRATIO est: cum quis antè conceptis uerbis iurat, post quem alter in eadem uerba iurans, tantummodo dicebat Idem in me. Huic igitur præiurationi, quæ species est iurisiurandi cõceptis uerbis, addebatur execratio. Eam enim uerbũ Idem in me, continet. Turneb. aduers. lib. 3. cap. x.

PRAELATVS dies dicitur à Modestino in l. si à debitore, 28. ff. de falsis, pro anticipato, & cùm nondum uenisset, tamẽ quasi iam uenisset, scripto. quod uulgus dicit, Antidato. Cõtrarium est Repetitus in l. 3. ff. de fid. instr. Hotom.

PRAELEGARE, est uni alicui ex hæredib. pręter partem hæreditariam legare, ut id sibi præcipuũ haberet. unde illa prælegati uerba solennia fuerunt: HAERES meus præcipito: pręcipuum habeto. Differt autem Prælegatum à Legato: primùm quòd illud solis hæredibus, hoc uerò ijs tantùm qui hæredes non sunt, attribuitur. deinde quod illius in hæreditatis restitutione nulla portio restituitur: huius restituitur. lege in fideicommissaria, xviij. Digest. ad Trebellianũ. denique Prælegare ferè est, alicui rem quæ iam quodammodo ipsius erat, legare: unde Prælegari filiæ dos dicitur, in lege Bæbius, xxx. Digest. de pactis, dotal. & peculium filio seruòue, in lege prima, paragrapho Si seruus, Digest. de except. rei uend. lege decima, & lege ultima, Digest. de pecul. leg. lege tertia, paragrapho Cùm igitur, Digest. de statu liber. Et obligatio debitori. lege non solum, paragrapho penultimo, Digest. de lib. legat. Est tamen intelligendum, non quicquid hæredi legatur, prælegatum appellari: quoniam hęredi legari aliter quàm pręceptionem potest: ueluti, Titio hęredi fundum lego. leg. 1. §. Si quis ex, Digest. quod legat. Hot.

PRAELEGARE dotem maritus dicitur, cùm eam purè legat, propterea quòd eam antè solui iubet, quàm ab hęrede debeatur. dos enim olim annua, bima, trima die debebatur tantùm. l. prima, Digest. de dot. pręleg. Hotomannus.

PRAELEGARI dicitur, quod uni ex hęredibus pręter hęreditariam portionem legatur. l. sexagesimanona, §. si duos. lege septuagesimanona, paragrapho euictis. de legatis secundo. l. uigesimaseptima, §. primo. l. xxxiij. §. ultimo. ff. de legatis tertio. l. nonagesimatertia, ff. ad legem Falcid. Pręlegata itaque & per pręceptionem data eadem sunt. l. xxxj. ff. de legatis 3. Brisson.

PRAELEGARI etiam dos dicitur, quòd antequam eius reddendę dies uenerit, ea numerari à mariti hęredibus iubetur. l. septuagesimaseptima. §. fidei tuę. l. lxxxij. & l. lxxxviij. §. impuberi. de legatis 2. l. xxxviij. in fin. ff. de usur. l. viij. §. ultimo. & l. decima, ff. de legat. pręst.

PRAELEGARI item peculium dicitur. l. 1. §. si seruus. ff. de except. rei uend. Briss.

PRAELEGATIONES pro pręlegatis in l. prima, uersicul. uerum. & §. adeò autem. & l. secunda, in fin. l. tertia. in princip. ff. de dote releg. l. xxxj. §. matri. ff. de adim. leg. l. xciij. ff. de legatis tertio. & Cod. de iure dot. Brisson.

PRAELIVM. Vide, Bellum.

PRAEMATVRVM, quod necdum maturum

 est,

est, Papin. de uerb. obligat. l. liber homo. Nec uideri præmaturius agi, non finito stipulationis die. Præmaturius, id est, festinantius. Nebris.

PRAEPARASSE litem quis uideatur, adi Pau. in l. quemadmodum. ff. de inoffic. testam. Sp.

PRAEPOSITIO dici & consulis cōmunis omnis rationis est, ait Vlp. in §. si initium tabularum. l. si quis ex argentarijs. §. de eden. Rationes enim, ut idē scribit, l. 1. eo. tt. cum die & Consule edi debent: quoniam accepta & data non aliàs possunt apparere, nisi dies & consul fuerit editus. Spieg.

PRAEPOSITVS, militaris officij uocabulum fuisse sub posteriorib. Impp. Rhenan. apud Tertull. indicauit. Extant Tituli quinq; de Præpositis in lib. 12. C. Hoc nomen, ut & multa alia, in re prǽsertim militari usitata, prisci Christiani libenter usurparūt. Posterius, ut mutatis moribus, præpositi nomen dignitatis esse cœpit uox, ita etiam latius patuit: quemadmodum Panorm. ostendit in c. quamuis, de uer. sig. Cuiacius præpositos definit esse, qui præsunt horreis, in quibus species fiscales deponuntur l. 2. C. de susceptorib. præpositis & arcarijs lib. x. uel qui præsunt pagis, de quibus in fine l. 9. C. de iure fisci libr. eod. dictum est. Cuiac. ad Rubric. d. tit. de susceptor. præpos. & arca. lib. x.

PRAEPOSITI & tribuni scholarū hæc habent beneficia, ut intersint Imperatoris epulis & ut adorent purpuram eius, quod pro summo beneficio habetur. Eusebius lib. 4. de Constantini uita: ἐν δέ γε τοῦ παντὸς στρατοῦ καθηγημένοις, κόμησι τε καὶ τῶν τὸ τῆς ἀρχῆς τάγμασι τὸ βασιλικὸν καὶ τίμιον πρέσβευε τῶν προσκυνεῖν. Idem uiris clarissimis comitibus sacri stabuli datur, id est, equorum præfectis & rectoribus, quibus sportulas præberi ab ijs qui equos conferunt, uel pretia eorū ostendit l. 3. C. Th. de eq. col. & l. 29. C. The. de anno. & trib. In Codice Theodosiano hoc titulo tribuni appellātur, ut ab Ammiano Marcellino sæpissimè. Sed id comitiua tantum honoratis datur. Cuiac. ad l. j. Codic. de comitibus & tribunis scholarum lib. 12.

PRAEPOSITVS laborum. Quis dicatur præpositus laborum, colligi non potest ex Imperatoris sanctione, De præpositis laborum. lib. 12. C. Quamobrem necessario relinquitur lectori coniectandi locus. Primùm enim uulgò legitur De prępositis laborum. ut intelligamus omnes ministros domus Imperatoriæ. Secundò, sunt qui eulaborum legant, siquidem εὔλαβον negotiorum susceptorē significat, Suida authore. Tertiò, annotauit Accursius scribi & labarum, necnon etiam & labiorum. Sed labārum quidem per syncopen, quemadmodum dicimus uirūm ἀντὶ τοῦ uirorum. Labarum enim in neutro genere legitur, & est (ut Alciatus scribit in tit. de præposit. labor. C.) species uexilli alijs nobilioris, quod ante imperatores feratur, id quod uidetur indicasse idē Accursius, aut saltem nescio quid tale. Labiorum autē forsitan legi debere opinatur, à labijs, quòd huiusmodi præpositi corrigerent eos, qui de principe male loquerentur. Quam coniecturam mihi quoq; exhibuit uetustissimus quidam codex instar dictionarij effigiatus. Postremò, sunt & alij, qui legant, De præpositis libellorum. nec malè, meo iudicio. Nam qui libellis supplicibus præsunt, certum est eos ex consularibus haberi, & lateri principis adstare, supplices libellos principi suggerere, eiq; à manibus, & ad literas scribendas præsto esse. Vnde est quòd Imperator in d. tit. eos clarissimos esse, & immunitate dignos iudicat. Sed, cum suum cuique iudicium, & sua sententia sit, sequatur unusquisq;, quod maximè probabile existimabit. Anchor. Cuiacius uerò dicit, quod præpositi laborum sint, qui magno illi uexillo erant præpositi, quod uulgò laborum, & laborum solutio, siue καμάτων λύσιν dicebatur, ut Nazianzenus scribit 1. Steliteutic. & Sazomenus lib. 1. cap. 4. λάβωρον uocat. unde & in actis Nicenæ II. quæ ex Bibliotheca uetustissima mihi communicauit Ant. Loisellus uir optimus & eruditissimus, signum quod Sozomenus hystoriographus Constantinum in crucis usum conuertisse memorat, dicens: Iussit uiros eruditos ex auro & lapidibus pretiosis in uexillum crucis transformare, quod laborum uocatur. Id præpositi ut quæq; pars in acie laborabat, in eam quasi auxilij & liberationis uice inferebāt: fuereq; iam olim, Eusebio teste, huic rei à Constantino præpositi milites 50. qui, ut ex C. The. liquet, ex protectoribus & domesticis erant. & ob id post titulum de domesticis & protectoribus, datur titulus de præpositis laborum, idemq; ijs honor clarissimatus defertur, qui suprà delatus est decemprimis domesticorum. qua etiam ratione existimo in l. 2. C. de excus. mun. dum protectoribus iunguntur præpositi hos significari, quoniam præpositorum appellatio generalis est, ut idem Cuiac. in iam all. l. 2. testatur. Cuiac. ad l. j. C. de præpos. labo. lib. 12.

PRAEROGARE, sicut & Erogare, id significare, propriè loquendo, uidetur, quod gratis, & quasi roganti, non autem ex debito distribuere. iuxta Alciati declarationem, in l. si tibi. C. de locat. quæ extat in Parerg. licet ibidē uulgo, Prorogasti, legatur. Idē eodem loco ait: Fit igitur Prærogare, ante tempus soluere: & idcircò quod ad solutionis diem attinet, donare. §. plus autem. Instit. de act. Spieg.

PRAEROGATIVAM iustorum comitiorū uolebāt esse Romani, auctore Cic. lib. j. de Diuin. Quare etiam nomen illud uariè usurpatur. Nam & præiudicium siue auctoritatem quandam significat, ut apud Liu. li. j. deca. 3. in pri. Et Cic. actione in Verr. 2. pulchra dialogia ludit in Metellum, qui cum magna pecunia, à Verre, qui tum reus erat, accepta, atq; in prærogatiuam Centuriam erogata, præturā nactus fuisse, uel emisse poti⁹ existimaretur, præiudicio suo reum Verrem iuuabat. Hic, inquit Cicer. Metellus, quam sit isti amicus attendite. dedit enim prærogatiuam suæ uoluntatis eiusmodi, ut isti pro prærogatiua reddidisse uideatur. Priore loco prærogatiua hic pro præiudicio accipitur, in posteriore uero, ꝓ Centuria. Sed & Iurecon. hac uoce uariè utuntur: modo pro auctoritate & eminentia quadam, modo pro iure quodam specialiter indulto. Vlp. in l. rescripto, & l. munerū. ff. de muner. & honorib. l. obseruare. &c.

PRAESBYTER idem olim quod Episcopus: id uero ut comprobemus, integrum locum Hieron. ad Tit. ca. j. ascribemus: Idem est presbyter qui Episcopus, & antequam diaboli instinctu, studia in religione fierent & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego aūt Cephe, communi præsbyterorū consilio ecclesiæ gubernabantur. Postquam uero unusquisq; eos quos baptizauerat suos putabat esse nō Christi: in toto orbe decretū est, ut unus de presbyteris electus superponeretur cæteris: ad quē omnis Ecclesiæ cura pertineret: & schismatum semina tollerentur. Putat aliquis non scripturarum sed nostram esse sententiam, episcopum & presbyterum unum esse: & aliud ætatis, aliud esse nomen officij: relegat Apostoli ad Philipp. uerba dicentis: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnib. sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconis,

nis, gratia uobis & pax & reliqua. Philippi una est urbs Macedoniæ, & certè in una ciuitate proles, ut nuncupantur, episcopi esse non poterant. Sed quia eosdem episcopos illo tempore, quos & præsbyteros appellabant: propterea indifferenter de episcopis quasi de præsbyteris est locutus. Adhuc hoc alicui uideatur ambiguum, nisi altero testimonio comprobetur. In actibus apostolorum scriptũ est, quod cum uenisset Apostolus Miletum, miserit Ephesum: & uocauerit præsbyteros Ecclesiæ eiusdem: quibus postea inter cętera sit locutus. Attẽdite uobis & omni gregi: in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos, pascere ecclesiam Dñi, quam acquisiuit per sanguinem suum. Et hic diligentius obseruate, quomodo unius ciuitatis Ephesi præsbyteros uocans, postea eosdem episcopos dixerit. Si quis uult recipere eam Epistolam, quæ sub nomine Pauli ad Hebræos scripta est: & ibi æqualiter inter plures Ecclesiæ cura diuiditur. Siquidem ad plebẽ scribit. Parete principibus uestris & subiecti estote. ipsi enim sunt q uigilant pro animabus uestris, quasi rõem reddentes, ne suspirantes hoc faciãt: Siquidem hoc utile uobis est. Et Petrus qui ex fidei firmitate nomẽ accepit in epistola sua loquitur dicẽs: Presbyteros ergo in uobis obsecro compresbyter, & testis Christi passionũ: qui & eius gloriæ, quæ in futuro reuelãda est, socius sum: pascite eum qui in uobis est gregem dñi: non quasi cum necessitate sed uolũtariè. Hæc propterea ut ostẽderemus apud ueteres eosdem fuisse præsbyteros, quos & episcopos: paulatim uerò ut dissensionum plantaria euellerentur, ad unum oẽm sollicitudinem esse delatam. Sicut ergo præsbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine ei qui sibi præpositus fuerit esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis consuetudine, quã dispositionis dominicę ueritate, presbyteris esse maiores: & in cõe debere ecclesiã regere, imitantes Moysen: qui cum haberet in ptãte solus præesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quib. populum iudicaret. Videamus igitur qualis presbyter siue episcopus ordinandus sit.

PRAES est, qui à magistratu interrogatur in publicum ut præstet: à quo, cum responderit, dicitur Præs. Vas uerò, qui pro altero uadimonium promittebat. Prædes ergò hodie sunt, qui spõsores reipubl. uel Principi facti sunt, pro ijs qui pecuniam publicã dispensant: quos Receptores uocant. Eorumq; res bona prædia, uno nomine uocantur. Prædes propterea dicti, quòd locupletes sint, & præstare possint. Supprædes autem dici debent, quos Contraplegios uocant. Bud.

PRAESCRIPTIO in iure nostro frequentissime pro exceptione accipitur. l. qui agnitis. & l. pen. ff. de except. l. 2. C. de precib. Imp. off. l. pen. & l. fi. C. de excep. Adeo ut pleriq; & ij quidem docti uiri idẽ prorsus esse præscriptionem quod & exceptionẽ esse censuerint. cũ in Rub. ff. & C. dicatur de exceptionibus, seu præscriptionib. Alciat. uero in lib. de quinque pedum præscriptione exceptionẽ generale nomen esse dicit, cuiuscunq; defensionis actioni quoquo modo obiectæ. Pręscriptionem aũt quę non recte intentioni aduersatur, sed eam duntaxat restringit, ut in casu de quo agitur non obtineat, quinimo procedat, etiamsi intentu uera sit. ut moratoria præscriptio. l. 2. C de precib. Imp. offer pręscriptio militiæ, qua miles officio procuratoris fungi prohibetur. l. ita demum. C. de procur. & cętera id genus. quo casu ideo non aliter de intentionis ueritate quærendũ est, sed statim de exceptione cognoscendum. Proinde præscriptio dicta est, quod antequam actor probasset ea obiecta deduceretur in controuersiã. Hinc que exceptio ex usucapione proueniens præscriptio est appellata. l. emptor. Cod. de præscript. longi tempo. quoniam domino actione rei uendicationis utenti, initio præscribitur a reo, qui si tempore lege diffinito se possedisse probat, mox absoluitur: Corrasius in Rubric. ff. de seru. Ac quidem præscribere hodie ferè idem est, quod usucapere. Itaq; apud recentiores legum interpretes, & apud iuris pontificij conditores, ad pręscriptionis, exceptionisq; temporis significationem coarctatum est, & præfinitũ. Vnde definitur præscriptio secundum quosdam, ut sit exceptio ex tempore causam trahens. Vt autem usucapio triennij est, ita præscriptio longi temporis, introducta quidẽ publicæ salutis & tranquillitatis causa (ut Oldendor. manifestè demonstrat) non autem priuatæ. Ad quam duntaxat respicientes canonistæ (inter quos & Gratian. est 16. q. 3. §. præscriptionũ.) distinxère in fauorabiles, odiosas, rigorosas, & mistas. unde tota errãrunt uia. Locum autẽ habet præscriptio in rebus immobilibus, non uerò mobilibus. Et in ea necesse est quatuor interueniant, scilicet bona fides, & titulus, & res non uitiosa sit, & quòd possessio sit continuata usq; ad ultimam diem, quã tetigisse sufficit. Est autem præscriptionũ alia longi temporis x. uel xx. annorũ. & alia xxx. uel xl. annorum. Et de ijs tractatur lib. 7. C.

PRAESCRIPTIS uerbis actio. Actio præscriptis uerbis, hoc est, actio descendens, seu cõpetens, ex uerbis præscriptis, seu propositis, secundum Baldum in tit. ff. de præscript. uerb. Hæc autem actio unde dicatur, præ cæteris pulchrè differit Alciat. lib. 4. Dispunct. c. ult. Existimauit enim olim in contractibus nominatis id ex usu fuisse, ut qui ex eis actionẽ uellet intendere, prætorem adiret, & secundum eã quæ proponerentur, actionem ab eo impetraret. Erant. n. formulis certis distinctæ actiones, ad quodlibet negotium accommodatæ, uariæ tamen ex uarijs causis rebusq; constitutæ, id quod ex principali decreto apertè ostenditur. l. nulli. de formul. & impet. sublat. Cod. In contractibus autem innominatis nullæ certæ erant actionum conceptiones, sed cum pars negotium explicasset apud prætorem, tum prętor certam formam ex narratione facti pręscriberet, ex qua, actio quæ præscriptis uerbis nominatur, cõpeteret. Quod etiam Bald. in tit. de præscript. uerb. & in fact. act. ff & Petrus de castro uidetur probare, ut actiones in contractibus nominatis nomen contractuum, ex quibus ueniũt, accipere uelit, ut actiõ ex empto, uendito, locato. At in contractibus innominatis, ex uerbis inter contrahentes habitis, actio præscribi, & generaliter præscriptis uerbis uocitari solet. per l. 2. & 4. eod. Ex quo euenit, cum scilicet deficiunt uulgaria, atq; usitata actionum nomina præscriptis uerbis agendum sit. d. l. 2. ff. eodẽ. Id quoque Duarenus alibi testatus est, in l. iurisgent. §. ideo. de pact. toties pręscriptis uerbis actionem esse, quoties in aliqua conuentione propria appellatio iure ciuili non habetur, si tamẽ causa subsit. id est, datio, aut factum. Quanquam Alciatus ipse hanc tantum actionem dari affirmet, in Rub. de pactis. & l. cum mota. de transact. C. cum mutuũ factum, quod συνάλλαγμα uocat, intercedit. Ex his autẽ probabile est, præscriptis uerbis actionem non dari, nisi in contractib. innominatis. Neq; enim fuit necesse nominatis cõuentionibus hanc actionem adiungere, cum & illę ex se & nomine suo actionem pariant, l. iurisgent. in prin. de pact.

de pact. quod & Baldo uidetur in l. ex placito. 3. coll. ibi, quæro igitur. de rer. permut. C. licet oês Transalpini obstrepant. uide Cynum in d. l. ex placito. & Ias. in l. bonæ fidei. C. de pact. Cæterùm, lector, hæc ferè omnia ad uerbũ decerpsimus ex Petro Costalio, Iureconsulto docto, & diligenti, parte 3. aduersariorũ. ex lib. 19. Pandect. id quod (ne quem sua gloria fraudem) ingenuè fateor. Anch.

PRAESCRIBERE est aliquid ante scribere. Vt Cic. in epist. Si præscripsimus ijs, quibus ea negotia mandauimus. Ex quo præscribere idem quod iubere & mandare, & certæ rei modum præstituere, tractum ut uolunt Grammatici, à magistris, qui pueris ante scribunt, quę debeant facere aut imitari. Quintilianus posuit pro exceptione, quæ principi causæ moram adfert ut si uelis mecum aliqua de re iudicio contendere, & excipiam, te non esse iudicij idoneũ, quia notatus es infamia. Sic enim lib. 7. cap. 6. Est enim duplex eius disceptationis conditio, quòd aut intentio aut præscriptio habet controuersiã, ac fuerunt qui præscriptionis statum facerent, tanquã ea non ijsdem omnib. quibus cæteræ leges, quæstionibus contineretur. Cum ex præscriptione lis pẽdeat, de ipsa re quæri nõ est necesse. Ignominioso patri filius patri præscribit. De eo solo iudicatio est. An liceat. At Cic. lib. 1. de offic. pro inscriptione, quæ uulgò dicitur intitulatio. Ex quo fit ut Ager, Arpinas arpinatum dicatur: Tusculanus Tusculanorum, similisq; possessionũ præscriptio. Iurisconsulti soli, aut certe primi Latinorũ præscriptionẽ uocauerũt eam rerum acquisitionẽ quæ fit per continuationem possessionis x. uel xij. annorũ, postea & eam, quæ quocunq; fieret tempore, sed quę fuerit illis huius nominis in ista significatione rõ, cur item nõ hanc quoq; acquisitionẽ, usucapionẽ uocauerint, à nemine, qđ sciam traditũ est. at ne quidem quęsitum, cum tñ dignum sit quod intelligatur, si modo intelligi potest ut melius utriusq; natura cognoscatur & usucapionis & præscriptionis. Quo tempore XII. Tab. sunt perlatæ, ijsdem quib. Italia finib. terminabatur Imperium Romanũ, & etiam aliquanto angustioribus, cũ nondum eam totam subegissent: quare lex XII. nõ distinxit inter res Italicas & ꝓuinciales, sed generaliter sanxit, ut rerũ mobiliũ annuus: Fundi, id est, immobilium biennis usus authoritas esset: Quæ uerba non de alijs fundis, quam qui erant in Italia, poterãt intelligi, cum extra Italiam nihil tum haberẽt aut ditionis aut possessionis: Sed propagato postea in exteras usq; nationes imperio, & cum iam in illis multum esset nominis Romani, statuerunt, ut quemadmodum in Italia biennij sic extra Italiã decennij possessio repetendis rebus finẽ præscriberet. Quod nõ tam certa lege latum fuisse arbitror, quam iure quodam constituto inductũ à prudẽtibus: qui (ut uolue re semper in hac sua scientia uideri subtiles & artificiosi) non usucapionẽ eam uerbo legitimo, sed præscriptionem nominauerũt, hoc est, uel inscriptionẽ, quod res præscripta decennalis possessoris nomen, quasi domini præ se ferret, & tanquam eo inscriberetur: aut quod magis probo, exceptionẽ. Frequens enim est apud Iuriscõsultos, aliquem esse tutum exceptione, qui non sit ipso iure: Sic putauerunt magis ex arte fore, si hanc longam possessionem præscriptionis nomine distinguerẽt ab usucapione quæ usucapio & legis nomen habet & ꝑtãtem, ideoq; ipso iure dominum eum facit qui usucepit. At præscriptio quæ primum fuerat iure proprio Romanorum incognita, non tam ipso iure, quam quasi ope exceptionis decennali possessori dominium asserere uidebatur. Nam cum duplex sit quęrendi dominij modus: Aut iure gentium aut iure ciuili: usucapio legitimum dominium præstat: At præscriptio nõ item, cum iure ciuili inducta non fuerit, sed post ius ciuile inuenta. Sic nec iure gentium, quod certum est, nec ciuili dominium potest uerè quidem & propriè tribuere, sed similitudinem quandam eius quæ pręscriptione temporis, id est, exceptione defenditur potius, quam legis authoritate munitur, quoniam Lex nihil de ea locuta est, at neq; cogitauit, &c. Connanus lib. 3. cap. 11. num. 3.

PRAESCRIPTIO & cõsuetudo differunt. Nã illa possessione quæritur ut quærenti ius nouum adiungat, detrahat alteri. Consuetudo uerò nihil habet eiusmodi. Cùm eos tantum suis legibus impleat, à quibus ipsis instituitur, quorum morib. & consensu perficitur. Connanus libro primo, capite decimo, numero viij. &c.

PRAESCRIPTIS uerbis actiones quæ dicantur, sic intelligemus. Olim Iurisconsultorum opera certæ communium litium & causarum actiones ac formulæ constitutæ fuerant, quas proponere Prætores in edictis suis consueuerãt: ueluti empti, locati, pro socio. quòd si qua fortè nasceretur inusitata controuersia, tum litigatores uel suo marte, uel Iurisconsulti alicuius opera suæ actionis formulam certis uerbis secundum pactum inter ipsos cõuentum, concipiebant: in eaq; uerba & sponsionem faciebãt, & iudicium à Prætore postulabant. Pretor in ea ipsa uerba iudicem Recuperatorésue dabat. Si paret Męuium fulloni polienda sua uestimẽta ea mercede, de qua inter ipsos postea conueniret, dedisse: neq; Męuius fulloni à quo effectum opus accepit, satisfaciat, tum Mæuius damnetur. Hæc actio ideo præscriptis uerbis appellatur, quia Prætor hanc formulam non ex edicto suo sumebat: sed litigatores uerba ei præscripserant, secundum quæ iudicium dari postulabant. Itaq; Celsus in l. 2. ff. de prescr. uerb. Cùm deficiunt, inquit, uulgaria atq; usitata actionũ nomina, præscriptis uerbis agendum est. Imp. l. 6. C. de transact. Aut enim, inquit, stipulatio conuentioni subdita est, & ex stipulatu actio competit: aut si omissa uerborum obligatio est, utilis actio, quę præscriptis uerbis rem gestam demonstret, danda est. Hot.

PRAESCRIPTIS uerbis persecutiones ex cõtractibus innominatis appellantur, quia dũtaxat agitur ad id, ut is, cum quo contraximus, fidem suã liberet, sicut uerba, quibus inter nos conuentum est, id postulãt. Præscribere enim inter alia significat statuere, ordinare uarijs pactionib. quid fieri placuerit contrahentibus: cum alia non est huiusmodi pactionum forma & exitus, nisi ut seruentur secundum tenorem & præscriptum uerborum. Old.

PRAESCRIPTIS uerbis, & in factum, & incerti agere, significãt ferè idem: nec sunt propria actionum nomina, sed actiones quædam generales & innominatæ, propter multitudinem negotiorum tolerabiles. l. 2. & 3. ff. de prescr. uerb. Old.

PRAESENS multifariam accipitur. l. præsens. ff. de procur. Auth. de fideius. §. j. Item dicitur qui audire potest id de quo agitur. l. j. §. eodem tecto. ff. ad SC. Sill. Vide Bart. in l. diem. §. coram. ff. de arbi. Sp.

PRAESENTES q intelligantur, uide Brech. ꝗũ in l. coram Titio. ff. de uerb. & rer. sign.

PRAESENS dicitur, cùm de iudicijs agitur, qui intra urbis continentia est. l. absentẽ, 199. ff. de uerb. sign. Itaq; Vlpian. Præsens, inquit, habetur, & qui in hortis

hortis est, & qui in foro, & qui in urbe, & qui in continentibus ædificijs.l.5.6.7.ff.de procur. At cùm de præscriptionib. agitur, Præsentes habẽtur qui in eadem prouincia domicilium habent.l.ult. C. de præscript.long.temp.Hot.Connan.lib.3.c.14.nu.9.

PRAESENS & In diem opponũtur.l.47.de legat.2.l.4 ff.de usufruct.l.18.ff.de acceptila.

PRAESENTIS temporis uerbum aliquãdo ad præteritum referri Pompon.docet, idq; secundũ adiecti sermonis qualitatem, & rationem temporis, loci & rei qua de agitur. Si quis enim dicat, Petrus est orãs in templo, hoc præsens tempus significat, neq; potest aut ad prçteritum, aut ad futrũ protrahi: quoniam solum quod instat, quodq; præsens est demonstrat. At si dixeris, factum est, surreptum est, quanq̃ uerbum sit præsentis temporis, confunditur tñ cum præterito, & præsens esse desinit: Nam rei iam peractæ qualitatem exprimit, quod præteritum tempus significat. Quandocũq; igitur τὰ ἐνεστῶτα per se ponuntur, tempus suum retinent: sic etiã de futuris & præteritis temporib. sentiendum. Quod & Aul.Gell. annotauit lib.17. Noct. Attic. c.7. Quando uerò transferantur tempora, uidelicet præsens in præteritum, & futurum in præsens, tradit Quintil. lib.9.c.3. Brech. in l.uerbũ erit.ff.de uerb.& rer.sig. quę uide pleniùs.

PRAESENS obligatio est pura, quę neq; in diẽ, neq; sub conditione est.l.9.ff.si cert.pet. Sic præsentia legata.l.12.in fi.l.30.l.50.ff.de leg.1.l.88.ff.de condit.& demon. quib.dies conditioue adposita nõ est, quæ & præsenti die data dicuntur.l.85.ff.de condit. & demonst.l.92.§.1.ff.de legat.1.l.1.§.si legata.ff.si cui plus quàm per l.Falcid.l.40.§.j.ff.de manumiss.test. Quo loquendi genere & in l.24.§.si domus.ff.locat. & l.78.§.hæres.ff.ad Treb.Iureconſ. utuntur.

Ita pecuniam præsentẽ soluere in l.17.§ ult.ff.quę in fraud.credit.

In re præsenti faciendam nuntiationem Vlpi.ait, id est, eo loci, ubi opus nouum fit.l.5.§.nuntiationẽ. ff.de ope.nou.nunt. Sic & in re præsenti consentire in l.j.§.si iusserim.ff.de adqui.poss. In re præsenti cognoscitur.l.pen.ff.de l.Fab.de plagiar. Eodem genere sunt & hæ ueterib. usitatæ locutiones, In rem præsentem uenire, Perducere in rem præsentem. quarũ exempla Budæus in l.2. ff.de orig.iur.adfert. Quib. & alia adijciam. Seneca lib.4.de benef. In rem præsentem uenturus fui, sed æger filius, sed uxor puerpera fuit. Idem Epist.j.lib.9. Non potest ferre sententiam, nisi in rem præsentem perductam. Idem Epist. 30. libenter hæc mi Lucili, audio, non tanquam noua, sed tanquam in rem præsentẽ perductus. Tertul. lib.3.aduers.Marcio. De speciebus doctrinarum & signorum illuc differamus, quasi in rem præsentem. Plin.lib.x.Episto. Ipse in re præsenti fui & uidi tuam quoq; statuam in bibliotheca positam. Briss.

PRAESENTALES magistri militũ, qui in pręsenti erant, hoc est, comitatui principis iuncti.l.ulti. §.1.C.de re milit.lib.12.l.4.C.de apparitorib.magist. milit.lib.12.l.ult.C.de offic.magist.mil. & in Notitia imperij Ro. Sic & præsentales domestici in l.6.C.de aduoc.diuers.iud.l.ult C.de domestic.& prot.lib.12. qui scilicet pręsentes diurno obsequio principis deputati erant, ut l.13.ff.de re milit.lib.12.significat. Sic & præsentales milites & præsentales numeri in l.18. & l.ult.§.ult.eo.tt.& pręsentium ordines apud Nicephor.lib.17.hist.eccl c.1. Et præsentalis curiosus cursus publici in Notitia imperij Rom. & τραπεζίτης τῶν πραισεντάλιον in Edicto Iustiniani 14. Briss.

PRAESENTEM ac momentariam curã iniungere, oppo. necessitati onerũ præbendorũ iuxta IC.

PRAESENTIA, pprie ad corpus refertur. Vnde non simpliciter uerum est, Furiosi, infantis, muti, præsentiã nullam esse, sed pro absentib. haberi. Lex enim plerunq; propter sensus imbecillitatem, abesse eos interpretatur. Ex Alcia. Old. est legitima diffinitio temporis, ideo constituta, ut in omnibus negotijs opportunitas cum tranquillitate retineatur. Recte igitur censuit Pompeius: Si inter plures familiæ erciscundæ agatur, & inter eosdem communi diuidundo, aut finium regundorum, eundem iudicẽ suum, quo facilius coire cohæredes, uel socij possint, in eundem locum omnium præsentiã fieri oportet. l.1.ff.de quib.reb.ad eundem iud.eat. Spieg.

PRAESERTIM significat pręcipuè, maximè ut in c.ex literis.2.ext.de homic.lo.Bell.Etym.

PRAESES is apud Vlp. est tit.de offic.Pręsidis, ad quẽ potissimũ pertinet curare, ut pacata & quieta sit prouincia, cui præest, & quam gerit. Nebr. Nomen præsidis nõ solum prouincias regentes, à quib. prouocatio est, sed & qui cuilibet rei ac ordini præsunt, complectitur. Satis constat, à Iureconſ. Pręsidẽ diuidi in Proconsulem, legatum Cæsaris, & pręsidẽ, subaudi, prouinciæ.l.j.de offic.præsid. Spieg. Quem Iulianus in Nou.8.uocat præsidem Antiochiæ, is est Consularis siue Præses Syriæ primę, cuius metropolis Antiochia, quæ Theopolis à Iustiniano uocatur No.7.109.123. Stephanus ἐκάλει ὁ μέγιστος ἡμῶν... ἀντιοχέων μετὰ τὴν σεισμὸν ὠνομάσθη ἀπὸ Ἰουστινιανοῦ. Et hic sanè Theopoleos præses, nõ præses Syriæ salutaris significatur in l.j.C.de off.com.or.dum comiti Alytarchiæ, moderatori prouincię Syriarchiæ Ludorũ cura mandatur. Cuiac. Obseruat.lib.8.cap.21.

PRAESES. Nomen præsidis generale est. Satis enim constat diuidi in proconsulem, legatum cæsaris, & rectorem prouinciæ.l.j. ff.de offic. præsid. At propriè is est præses, qui maius in prouincia imperium habet omnib. post principem.l.4.ff.eod. Præsides enim necesse erat ex senatorib. deligi. Id in l.1.de officio pręsidis.ff.uoluit Macer Iureconſ. significare ijs sub uerbis, Pręsidis nomen generale est, eo, quòd & procõsules, & legati Cęsaris, & oẽs prouincias regentes (licet senatores sint) appellantur. Scribit idẽ & Dion, lib.4. ubi pleniùs rem totã ab Augusto primùm institutam explicat. Quib. aũt temporib. Iurisconsulti, quorum ex libris Pandect. opus compositum est, scripserunt, longè maioris dignitatis erant præsides prouinciarum, q̃ temporib. Iustiniani habiti fuerũt. Nam tum quidem & ampliores prouinciæ fuisse uidentur, & à præsidib. ad principem, uel præfectum prætorio rectà ibatur. Sed posterior ętas magistratus quosdam interiecit, quales præfecti pręetorio Africę, Orientis, aut Illyrici, qui uniuersas regiones, ac uelut satrapias administrarẽt, atq; eo ipsi plerunq; accederent, remanẽte nihilominus, ut ego arbitror, alio generali ac supremo præfecto prætorio apud Imperatorem, uel certè patritijs, aut magistris officiorũ intendentib. Prouincias præterea exiguiores atq; angustiores fecisse uidentur. Propterea non mirum uideri debet, si nouissimis quibusdã constitutionibus spectabiles præfecti præsidib. anteponuntur, aut non tam honorificus de præsidib. sermo habetur, quàm de præfectis l.j.C.ut oẽs iud.tam mil.q̃ ciui.in prin. Hinc dicitur, quod pręsides subiecti sint præf.prætorio l.quilibet C.de decur.lib.x. Cassiod. in Psal.104. Quæ potestas hodie retinetur à præfectis, qui & uice sacra iudicant, & cunctarum prouinciarum ptãtem maximam habere noscuntur. Cuiac. ad l.

ad l.ne quis officialium.C. de decur.lib.x. De præsidis autem officio Modest. ait plebiscito quodá contineri,ne quis præsidū munus donúmue caperet,nisi esculentum potulentúmue, quod intra dies proximos prodigatur.Id quod etiá delegatis iudicib. (nimirum esculēta &c.capere) Bonifacius summus antistes sua constitutione permisit. Mandatis etiam Iustiniani & aliorū principum continebatur, ne donū uel munus ipse proconsul, uel qui in aliquo officio erat, administrationis tempore acciperet, uel quid, nisi uictus quotidiani causa,aut permittente principe emeret,domúmue extrueret. Sed Vlpi.in l.solet. de off.proconf.ff.hoc debere intelligi dicit,ut magistratum gerens modum adijciat, ita quòd neq; se in totum xenijs abstineat,neq; auarè xeniorum modū excedat.Et rectè quidem sensit. Nam ut exprimitur in d.l.solet.ualde inhumanum est, à nemine accipere,sed passim uilissimū est,& per omnia auarissimū. Itaq; uetus prouerbiū est, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Verùm,quia nimium excrescente auaritia, xenijs,& munerib. corrumpebantur magistratus gerentes,uti nostræ ætatis iudices aliquot,noua Iustiniani constitutione,& pontificū (maximè Innocentij) sanctionib.magistratus a fisco stipendia habens, nihil à quoquam accipere debet,licet interpretatione constitutio ipsius Iustiniani,& aliæ,ut assolet, uariè intelligantur.Ancho.

PRAESES Prouinciæ in specie etiam capitur,& à Proconsule differt & à Legato. quia Præses habet Imperium à principe propriæ personæ cohærens. Legati item habent imperiū à Principe, sed minus eorum personæ cohærēs.quia literas & diplomata, nō ut præses, ꝓprio nomine,sed nomine principis subsignabant,sed æquale habebant cum præside imperium l.legatus.ff.de offic.pręs.& hoc discrimen inde manat,quòd Princeps quasdam prouincias pręsidibus committebat, quasdam sibi reseruabat: in quas legatū mittebat, qualis fuit Pontius Pilatus,qui Hierosolymis & prouinciæ erat & à Lactātio Firmiano Legatus Syriæ appellatur. Erant porrò quædá prouinciæ,non præsidibus,non Legatis commendatæ, sed Proconsulibus,qui non à principe potestatē accipiebant,sed à senatu. quamuis putem etiam assensum Principis potuisse expectare: dico,postquá Romani cœperunt Cæsaribus parere.nam antea dubiū non est,quin Proconsules essent,qui uice consulum in prouincias regendas mitterentur. Sed & post Imperatores multæ prouinciæ proconsulares,fuerunt. nam Princeps ut Senatui gratificaretur, ei quasdam prouincias assignabat, in quas quales uellet, rectores mandaret & Senatus plurimi faciebat,hoc honoris accipere. Hinc apud Flauium Vopiscū in Floriano,Senator sic Senatori scribit:Fac igitur,ut conualescas curiæ interfuturus antiquę,nos recepim⁹ Ius procōsulare.Nam eodem autore Probus imperator procōsules creare patribus permisit. Lampridius in Alexandro: Prouincias quæstorias præsidales plurimas fecit,Proconsulares ex Senatus uoluntate ordinauit. Ergo patet,quod licet princeps proconsulib. faciendis & creandis incumberet, quia eius interesset,tamen Proconsulū autoritas potius à senatu pendebat, & Senatus eis leges præscribebat l. obseruare §.1.ff.de offic.proconf. Præsidi & legato solus Princeps.Tamen ut dixi,eorum potestas per omnia erat similis,ut colligitur ex l.& ideò,de offic. proconf. & ex l.4.ff.de offic.præs.Forca.in Necyom. dial.lx.n.2.

PRAESIDVM appellatione in Nou.Iustin.8.de pręsidib.continentur sub eo titulo Proconsules, Comites,Vicarij,consulares correctores,imò & defensores ciuitatum.nam & ij in ciuitatib.pręsidum uice funguntur,Nou.15. ueteris interpretis Codex hunc habuit titulū,ut Iudices sine quoquo suffragio. Cuiac.in exposit.s̄.d.Iustin.No 8.de præsidib.in princ. & sub finem eiusdem Nouellæ pręsidum quoq; iurisdictionem recenset, ad quem locum breuitatis causa lectorem remitto. Adde Forcat. in Necyom.dial. 60.numero 7.

PRAESTARE,est prohibere,ne alicui fiat aliqd incommodi,& si nō prohibuerit,satisfacere.ut uenditor debet præstare uitium rei quam uendit, id est, prohibere, atq; efficere,ne emptor damni aliquid faciat:alioqui satisfacere.Spiegel.

PRAESTARE quoq; mandare & cedere actiones significat.l.6.§.ult.ff.nautæ,caupo.l.11. ff.de act. empt.l.xx.§.ult.ff.de tutel.& rat.l.39. §.negligentia. ff.de adm.tut.l.2.ff.depos.l.1.§.1.ff.de superfic. Briss.

PRAESTARE aliquem, est prædem esse pro aliquo,id est,periculum quod ab eo timetur,in se recipere. Sic,

PRAESTARE culpam,hoc est,alienam culpam in se recipere,& rei euentum suo periculo esse uelle, & fide sua esse iubere,rei futuræ euentum.Bud.

PRAESTARE dolum,culpá,casum, nihil aliud est quá euentū doli,culpæ casus in se recipere. Hot.

PRAESTARE nihil debeo,pro eo quod,Culpa non est mea.

PRAESTARI oportere.Cic.lib.offic.3. A'Iurisconsult.etiam reticentiæ pœna est constituta. Quicquid enim est in prædio uitij,id statuerunt, si uenditor sciret,nisi nominatim dictum esset, præstari oportere, id est,compensari damnum,Abtragen/oder Schadloß halten. Spiegelius.

PRAESTAT, pro melius est.

PRAESTATIO. Paul.de leg.3.l.si plures grad⁹ sint hæredum,& scriptū sit,Hæres meus dato,ad oēs gradus hic sermo pertinet.sicuti hæc uerba, Quisqs mihi hæres erit.Itaq; si quis uelit, non omnes hæredes onerare legatorum præstatione, sed aliquos ex his,nominatim damnare debet.Spieg.

PRAESTATVIRI, & Præstituiri, uetustè pro Præstitum iri.Pompo.l.66.ff.de contrah.empt. Viá, iter,actum,aquæ ductum præstatuiri. Iauol.l.x.ff.de hæred.uel act. Quòd si in uenditione hæreditatis id actū est,si quid iuris esset uenditoris, uenire,nec postea quicquam præstituiri.Hot.

PRAESTIGIVM,quod præstringit aciem oculorum.Præstigię uerborum captiones Azo in Summam.C.de adul.c.nec mirum 26.q.5.

PRAESTITVERE,id est,pręscribere,Ansetzē. l.j.ff.de iur.delib.

PRAESTO, id est,præsentes,indeclinabile est,ad omneq; genus refertur. Caius,de liber.cauf.Idem dicemus,& si duo pluresue domini esse dicantur,& q̄dam præsto sint,quidam aberint. cum simil. Spieg.

PRAESVLTATOR dicebatur,qui in ludis aut sacris præsultabat, ὁ ἐν ταῖς ἑορταῖς προορχούμενος,ut explicat antiquum Lexicon. Nam in omnib.pompis, ludisq; Circensibus iuuenes ibant in numerum saltantes,& subsilientes,qui ludij,& ludiones dicebantur. Torneb.lib.x.aduers.cap.x.

PRAESVMERE, pro prius sumere, & antecapere.l.j.C.de secun. nup. Aliàs usurpatur pro audere,uel tentare aliquid contra ius:ut ferè Pont.Rom. utuntur.Sed nec ne clerici, uel monachi secul.neg. Aliàs pro putatur.ut apud Vlpia.in l.uulgò. ff. de in lit.iur.Aliàs deniq; præsumere,accipitur pro præsagire,

gire, conijcere, cogitare, seu diuinare aliquid in dubio. Modo accepta præsumptio, sic describitur ab Olden. Præsumptio est coniectura, seu diuinatio in rebus dubijs per rerum circumstantias frequenter euenientibus. Huius diffinitionis insigne exemplū extat in c.2.de præsum.Spieg. Cæterum, Præsumptionem alij à priore significatione dictam arbitrantur, ut sit præsumere cogitatione quasi præcipere, rē ita esse ante, quàm alia de ea re probatio certa allata fuerit. sitq; proprie prēsumptio, illa ipsa opinio cogitatione prēcepta ante, quàm argumentis alijs rem probaueris. unde Quintil. lib.9.c.2. diuerso quidem sensu, ratione tamen & notatione eadē prēsumptionem occupationem uocauit, quam Græci πρόληψιν dicunt, cum quod obijci potest, occupamus, id est, sumimus & aggredimur remouendum ante, quā fuerit obiectum. Donellus ad tit. de proba. Prēsumptio itaq; quæ à Latinis auctoribus coniectura dicitur, est rei latentis iudicium, atq; id quod per rationes & signa colligit, conijcitq;. Doctores uerò iuris ciuilis ita finiunt, ut sit rei dubiæ aliquibus signis intrinsecus quæsitis credulitas ac fides, iuxta Oldradum. Vide quod not. in Rub. ff. de proba. & præsump. Prēsumptio est quadruplex: Alia est iuris, & canonis siue legis, alia hominis, alia naturæ, alia facti. Prēsumptio iuris, & de iure est, quę non recipit probationē in contrarium, ut Lex prēsumit mulierem stipulatā dotem sibi reddi, quę non est stipulata. l. 1. C. de rei uxor. act. & si quis uellet probare contrarium, nō auditur. Hanc diuidunt rursus in temerariam, probabilem, uiolentam, & necessariam, uiolentum pro certo accipientes. ca. literis. de præsumpt. ac congerentes multa parum ad rem pertinentia. Quare Barto. l. non est uerisimile. ff. quod metus causa, rectè dicit, Doctores iuris nihil boni adferre de prēsumptionibus, nec esse materiam, quæ ex prēscripto certarum regularum tractari posit. Certè, ex re nata, & circūstantijs negotiorum ac personarum ęstimare oportet, atq; incorrupto animi iudicio (quod arbitrium boni uiri dicitur) censere, quas prēsumptiones uel coniecturas ratio admittat, quas uerò impugnet ut falsas, uel denique quas in medio relinquat. Temeraria est, quę surgit à malis hominibus, & ex leuibus causis, puta, si uideatur aliquis, uel semel cum aliqua conuersari, & statim sinistri quippiam suspicetur: cū tamen dubia in meliorem partem sint interpretanda, extra de regulis iuris, capitulo secundo. Vnde si prēsbyter amplexetur mulierem, prēsumitur id facere caussa benedictionis, uel benedicendi, uel ad pœnitentiam exhortandi, 11. q. 3. cap. absit. xxvj. distinc. cap. in scripturis. Sed hodie non tantum fidei habēt, idq; forsan ex eorum mala seruata fide. Hęc autem prēsumptio est inualida, & à iure repellitur. Nec mouere debet animum iudicantis. 2. q. j. cap. j. extrà, de Simo. cap. licet Heli. Probabilis, siue uniuersalis, dicitur pͥsumptio iudicis. Et hęc surgit multis ex caussis & suspicionibus, & illi statur, donec contrarium probetur. ut si res sit patris, prēsumitur hęredis esse. Et hęc ante contrarij probationem, facit semiplenā probationem. Insuper hęc inducit purgationē, maxime fama crebrescente, ut extrà de purgatione Canoni. ca. si quis de gradu. Vide hic latius Speculatorem. Violenta, quę surgit ex uerisimili probatione, & dicitur prēsumptio iuris, quando ius prēsumit ita esse, puta si apparet chirographum cancellatum, prēsumit debitorem liberatum. ff. de probationibus. l. si chirographum. Item prēsumit, quòd quis cognouerit uxorem, cum qua diu habitauit. Item si quis inuentus sit nudus cum nuda, & solus cum sola in lecto iacens, prēsumitur quod sint fornicati. extrà de prēsumpt. cap. literis. Item si quis denunciet ter cui, ne cum uxore sua loquatur, & postmodum inuenit eum cum illa loquentem, potest eum iudici tradere puniendum, quia uiolētissima prēsumptio est, quod impudicè loquatur. In Authentic. ut liceat matri uel auię. §. his quoque col. Cod. de adulter. Authentica, Si quis ei. Alia exempla uide apud Speculatorē. Et hæc bene inducit iudicem ad pronunciandum, nisi probetur contrarium. Necessaria est Prēsumptio illa quam communiter uocant iuris, & de iurē. hęc inducit probationem, & iudicem ad pronuntiandum, nec recipit probationem in contrarium. Dicitur autem ideo Iuris & de iure, quia ius uehementer prēsumit, sic esse, uel non esse. Et propter talem prēsumptionem ius statuit super ea. uerbi gratia: si quis contraxit cum quadam de futuro, & postea eam cognouerit, ius certè statuit contra huiusmodi matrimonium prēsumptum, probationem non admitti. Nam ex quo eam cognouit, intelligitur in eam consensisse. Quamuis cum ea non per uerba de prēsenti contraxit. extrà de sponsa. cap. is qui. & ibi in exemplis notatis. Vide Speculatorem. Est & alia prēsumptio iuris tantum, ut si diu cohabitauit cum uxore, prēsumitur ab eo cognita, & contra hanc prēsumptionem iuris probatio admittitur. Prēsumptio hominis est, cum prēsumitur contra aliquem hominem, propter malam famam. contra hanc prēsumptionē benè admittitur probatio in contrarium. Prēsumptio naturę est, ut cum exhęredo filium meum, prēsumitur contra me, quod iniustè exhęredem eum, & hoc propter naturam. & ideo hęredes mei probare tenentur, quòd iniustè exhęredauerim eum. Prēsumptio facti, alia prēcedentis circa futura, ut si semel calumniatus es cōtra me, & iterum uelis me accusare, prēsumitur modò te uelle iterum calumniari: quia semel malus, semper pͥsumitur malus in eodem genere mali, ut in regulis iuris. Alia est prēsumptio facti subsequētis circa prēterita: ut si aliqui fuerint accusati de crimine adulterij, quod depellebant prētextu proximitatis, si posteà in matrimonium se coniunxerint, manifestè prēsumitur facinus, in quo accusati fuerunt. l. si adulterij. Cod. ad leg. Iuliam. de adult. & uide bonam gloss. in c. is qui fidem. extra de sponsal. & matrimon.

PRAESVMIMVS super incerto: Fingimus super certo, gloss. in uerbo, Prēsumatur. §. accedit. C. de rei uxo. act. Spiegelius. Idem dicit Cuiacius ad l. ultim. ff. quod metus causa. Fingimus, inquit, ea, quę non esse scimus. Prēsumimus ea, quę uera esse arbitramur, ducti probabilibus argumentis.

PRAESVMPTA opinio, est, quę uulgò dicitur præsumptio: & apud Tacitum, Prēsumpta suspicio, pro eodem dicitur. teste Bud. Spieg.

PRAESVMTA uoluntas domini, hoc est, si ex uerisimilibus indicijs appareat dominum uelle, aut nolle, ut suo nomine quicquam fiat. l. sed & hę. & l. Pomponius §. ult. ff. de procur. Spiegelius.

PRAESVMPTIO nonnunquam habetur pro certa probatione: scilicet cum lege id nominatim declaratur. l. quicunq;. C. de Apoch. publ. Rectè tamen opponitur prēsumptioni ꝓbatio ueritatis, modò tamen id in eodem genere fiat. Spiegel.

PRAESVMPTIONVM cognitio censura magis, quam curiosis prēceptionibus & uarijs diuisionibus cognoscitur. Sic ergo distinguere causas prēsumptionum satis est: Aut enim tam propè accedit

ad necessariam ueritatis rationem, ut plenam mereantur fidem, & probent id, quod secundum eas asserimus. Et tunc, siue legitimas, siue iuris & de iure, siue necessarias præsumptiones appellaueris, parum refert. Aut uerò proficiscuntur ex causis quæ ueræ quidem esse possunt, sed interim in diuersum collectis rerum argumentis faciliter cedunt. Itaq; mouere nonnihil solent animum: tamen ad credendũ planè non perducere. Has probabiles, uel non necessarias p̃sumptiones, aut suspiciones rectè dixeris, uel etiam argumenta, sicũt Arrius Menander in l. nõ omnes. §. à Barbaris. ff. de re milita. Sed licet, inquit, hoc liquidò constare non possit: argumẽtis tamen agnoscendum est. Oldend.

PRAESVMPTIO & probatio, item fictio differunt. Præsumptio uerisimilis est. Probatio necessaria. Fictio aliud quiddam, quàm præsumptio, ut fictio postliminij, fictio legis Corneliæ. Cuiac. ad l. ultim. ff. quod metus causa. Vide de hoc per Bartolũ in l. non est uerisimile. ff. quod metus causa. Cynum in l. siue possidetis. de probat.

PRAETER dictio quandoq; excludit l. equitij. §. præter. ff. de usu & habit. l. Titio testamento. ff. de lega. 1. quandoq; includit, & auget. l. Seio amico. §. uxor. ff. de annu. leg. quandoque significat post l. cum procu. ff. de oper. nou. nunt. Prat.

PRAETEREA, præter hæc quæ dicta sunt.

PRAETERIRE, silentio prætermittere est. Præteritiq; dicuntur, qui neque instituti, nec ut oportet exhæredati sunt. §. eadem. Institut. de hæred. quę ab intest. Etenim qui cum uitio exhæredantur, præteritorum loco sunt. l. viij. §. non quæuis. ff. de contra tab. Et ita in tit. de liberis præteritis. & toto tit. de bono. poss. contra tabulas, & aliàs semper prę̃teritionis uerbum intelligendum est. Briss. Adde Cuiac. ad l. j. & 2. ff. de liber. & post. qui dicit præteritos nominari quasi silentio uel taciturnitate omissos, subijciens, quod licet eis legata quædam aut fideicommissa relicta sint, nihilominus tamen præteriti dicantur.

PRAETERITI à matre pro exhęredatis habentur: & ideò datur eis querela inofficiosi testamenti. Præteriti autem dicuntur, non tantum qui cum nati essent, testamenti faciendi tẽpore omissi sunt, sed & qui post factum testamentum nascũtur, si post eorum editionem mutandi testamenti liberum spatiũ mater habuerit, nec mutauerit. Quod si in ipso puerperio diem suum obierit, aduersus fratres institutos omisso non dabitur querela, sed adcrescet eis in uirilem: aduersus extraneos dabitur querela l. 3. Cod. de inoff. testament. Cuiac. Iul. Paul. recept. sentent. libro quarto, titulo quinto, de inofficiosi querela. §. post factum.

PRAETERITI senatores quondam in opprobrio non erant. quòd ut Reges sibi legebant sublegebantque quos in consilio publico haberent: ita post exactos eos, Consules quoque & Tribuni militum consulari potestate coniunctissimos sibi quosq; patritiorum, & deinde plebeiorum legebãt. donec potestas Tribunitia interuenit, qua sancitũ est, ut Censores ex omni ordine optimum quenque curiatim in senatu legerent: quo factum est, ut qui præteriti essent, & loco moti, haberentur ignominiosi. Hæc Festus. Hotomannus.

PRÆTERITO futurum cõtineri constat, ut inducta pro inducenda l. potior. §. 2. ff. qui potio. in pig. & actum pro agendum l. post uenditionem. uer sic. species. ff. de aqua & aqua pluu.

PRAETERMITTERE causam testamẽti quid sit, docet Iurisconsf. l. j. §. prętermittere. ff. si quis omis. caus. testamenti.

PRAETEXTA est genus uestis, qua nobiliores ciues Romani uti solebant. §. iniuria. Inst. de iniur. & uide l. 3. §. fin. & ibi gl. ff. de lib. exhib. Oldendorpius.

Per togam prætextam eam togam intelligebant ueteres, cui purpura prætexebatur, ad togæ uirilis differentiã. Virilis enim toga appellabatur toga pura. Sic enim scribit ad Atticum Cicero libro ix. Volo Ciceroni meo puram togam dare. Dicebaturq; toga pura quod ei nulla purpura esset prætexta. Neo aliud etiam per bullam scorteam, qua libertini pueri utebantur, apud ueteres intelligebatur, quam lorum, quod in collo pro Bullę decore gestabant pueri libertini, authore Macrobio, Saturnaliorum libro primo. cap. vj. Puellas quoque usas esse toga prætexta testis est in eadem Verrina Cicero. Ait enim: Eripies igitur pupillæ togam prætextam, detrahes ornamenta non solum fortunæ, sed etiam ingenuitatis. Cum autem huiusmodi prætexta pueri puellæq; induebantur, tunc etiã obseruari solebat, ut sacrificium aliquod perageretur, quo infirmitas pueritiæ sacra fieret ac uenerabilis, illudq; sacrificium appellabatur sacrum prętextatum. Quo sensu accipiendũ est quod in illa declamatione, cui titulus est: Nouitius prætextatus, sic scribit Quintilianus: Ego uobis allego etiam ipsum illud sacrum prætextatum, quo sacerdotes uelantur, quo magistratus, quo infirmitatem pueritiæ sacram facimus & uenerabilem. Eratq; tanta prætextatorum iuuenum apud Romanos cura, & tam diligens educatio, ut nullo quidem obscœno uerbo possent uti: Indeq; prætextatus sermo dicebatur ut auctor est Festus, qui nihil obscœnitatis habebat. Quòd si obscœno aliquo uerbo usi essent prætextati, ab Ædilibus aut Censoribus more cæterorum ciuium multari non solebant, sed tergore Murenæ, quod tenuissimum erat, uerberabantur: Et ob id mulctam prætextatis non esse institutã contendit Verrius apud Plinium Natur. histo. libro ix. cap. xxxiij. Cęterum posteà quam pubertatis annos iam egressi essent pupilli, prætextã exuere, bullamq; deponere, & induere uirilem togam solebãt, anno nimirum ætatis decimoquarto, quinto uel sexto. Sic enim de Commodo Antonino scribit Ælius Lampridius. Decimo quarto ætatis anno in collegium Sacerdotum ascitus est, cooptatus inter tres solos principes iuuentutis, cum togam sumpsit, adhuc in prætexta puerili congiarium dedit. Est etiam Suetonius author Augustum anno ætatis decimo sexto uirilem togã sumpsisse. Sic enim scribit: Duodecimum annum agens auiam Iuliam defunctã pro concione laudauit: quadriẽnio pòst uirili toga sumpta, militaribus donis triumpho Cæsaris Africano donatus est. Hinc intelligimus quid sibi uoluerit Vlpianus, cùm scriberet Prætextatum, eumq; qui proximè prætextati ætatem accedit, apud matremfamiliâs deponendum esse. Et proximè prætextati ætatem accedere eum, qui puberem ætatem nunc ingressus est capit. tertio, in fine, de liber. exhib. Sensus enim est eum qui adhuc prætexta indutus bullam ex collo dependentem gerit, apud aliquam matremfamiliâs, hoc est, notæ auctoritatis fœminam tunc interdum deponendum esse, cum de eo exhibendo agitur, & prætextatorum ætati, pubertatem proximam esse. Sic nimirum, ut post finitam pubertatem, anni, biennij, aut ad summum triennij spacio ætas etiam finiatur prætextatorum. Quod igitur impuberes omnibus officijs ciuilibus debuerint abstinere,

nere, hoc inde est, quod illi cum essent prętextati, antè ad uirile officium non forent idonei, quàm exuta prætexta, depositaque bulla togam sumpsissent uirilem. Ræuardus lege Item impubes. Digest. de regulis iuris &c.

PRÆTEXTATI pueri dicebantur, qui prætexta adhuc & bulla utebantur: quod fiebat usq; ad annum 17. quo tempore togam uirilem sumebant, deposita prætexta puerili. Bud. in l. ultim. de Senat. Hinc anni prætextati, pueriles. Et prætextata ætas. Prætextata uerba à Sexto libro 17. dicuntur quę nihil obscœnitatis habēt. Quod ipsum & Vectius prętextatus apud Macrobium uidetur probare. Sicut & prætextatæ fabulæ apud antiquos celebres, quibus præcepta & monitiones ad optimos mores traderentur. Petrus Crinitus de honesta disciplina, lib. xx, cap. vij. ostendit prætextata uerba etiam pro impudicis & subobscœnis accipi.

PRÆTEXTATVM affectari, aut prætextatā. Lege, Affectari. Spieg.

PRÆTEXTVS quartæ inflexionis, & prætextum neutro genere est, quod uulgò dicitur Color quæsitus. Translatè enim positum prætexere accipitur pro obtēdere, & quod uulgus itidem dicit, Colorem quærere, teste Budæo, Vlpian. in l. illicitas. de offic. præsid. sub prætextu, ait, adiuuantium militares uiros. & infrà, prætextu enim humanæ fragilitatis, &c. vnter einem schein. Sp.

PRÆTOR. Quosnam Romani ueteres uocabant prætores, imperator Iustinianus satis declarat his uerbis: Πρότερον (inquit) ἐκάλουν ἐκ τοῦ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἶναι καὶ παρατάττεσθαι τούτων αὐτοῖς δέδοσθαι τὴν προηγορίαν, ἐπιτρέψαντες τι αὐτοῖς, καὶ τὰ πολεμικὰ διοικεῖν, καὶ τὰ περὶ τῶν νόμων γράφειν, ὅθεν καὶ τὰ δικαστικὰ, καὶ καταγώγια, πραιτώρια καλεῖν ἔταξαν, καὶ πολλοὺς νόμους ἐκ τῶν πραιτώρων, ἐπεχείρησαν φωνεῖν, id est, Veteres Romani maiores magistratus prætores uocabant, appellatione illis ex eo indita, quòd cæteris omnibus præirent, & pręponerentur, præmissa scilicet eis tam rei bellicæ administrątione, quàm legum præscriptione. unde & ea loca, in quibus publicè magistratus uel ius reddere, uel habitare solebant, prætoria appellare, &. ut pleræq; in rem publicam leges ex una pręturum uoce inferrentur, constituerunt. Est autem prætorum huiusmodi origo. Cum bellis finitimis consules auocarentur, & in ciuitate desiderarēt, qui ius diceret Romanis (ut Pomponius refert, capitul. 24. de Roman. magistr.) præturam creare placuit, quam qui gessit, prætor, à præeundo, si Varroni credimus, & ut pręt actum est, appellatus est. Liuius aliam creationis præturæ originem commemorat, & eius opinioni Fenestella adhæret, capit. xxxiiij. de Roman. magistrat. Scribit enim patres post crebra ac diuturna certamina, siue post longas altercationes, permisisse, ex consulibus alterum ex plebe creari, & ideo id sibi uoluntate plebis pro aperto consulatu aditum arrogauisse, ut unicus magistratus crearetur ex patribus, hoc est, & ideo plebis uoluntate sibi nouum cōcessum fuisse magistratum, qui è patribus crearetur, prætoremque, à præeundo populo (ut iam retuli) siue à pręessendo, eum appellârunt, dixerúntue, qui hunc magistratū gerebat. Hic tandem, quòd inter urbanos ius redderet, hoc est, quòd in urbe ius diceret, urbanus appellatus est. Primus autem fuit Sp. Furius M. Filius, ut testatur Liuius in princip. lib. septimo, ab urbe condita anno CCCLXXXIX. post Romam conditā. Sed, cum neque unus prætor turbæ causarum sufficere posset, & undiq; peregrinorum multitudo conflueret, deinde, post aliquot annos, alter pręt or creatus est, qui, quoniam inter peregrinos cognoscebat, peregrinus appellatus est. Crescente uerò imperio, tantum in modum amplificatus est numerus, ut decem & octo pretores aliquando in urbe ius dicerēt: & quia magistratus uespertinis temporibus in publico esse inconueniens erat, quinq; uiri constituti sunt citra Tyberim & ultra. Subactis postea quatuor prouinciis, Sicilia, Hispania, Sardinia & Narbonensi, totidem prætores, quasi magni duces, quot prouinciæ in ditionem uenerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, & partim qui prouincialibus præessent. Deinde Cornel. Sylla quęstiones publicas constituit, uelut, De falso, de parricidis, & de sicarijs. & ideo quatuor prætores adiecit. Pòst Iulius Cæsar duos prætores constituit Bonus deinde Augustinus xvj. prætores creauit. duos postea, qui de fideicommissis ius dicerent D. Claudius adiecit prætores, è quibus unum T. Tyberius detraxit. & unum, qui inter fiscum & priuatos ius diceret, Nerua addidit. Ita xviij. prætores in ciuitate ius dicunt. Id autē, & quo tempore prętores primùm creari cœperint, & quod ius, quæue illorum potestas fuerit, tradit plenè Alexander ab Alexandro, in Genialium dierum libris. Prætori regia insignia, consularesque ferme apparatus, lictores uerò non amplius sex, sella curulis & trabea, cæteraque huiusmodi tradita sunt, ac quamuis sex numero lictoribus uti concessum prætorib. esset, Paulus tamen Æmylius prætor in Iberiam belli gratia se conferens, duodecim lictores, secundum Plutarchum, habuit. Præterea, equis albis & trabea candida utebatur prætor, necnon ad frena Quirites subministrabantur, ut ait Iuuenalis. Penes hunc uerò magistratum adeo omnis publici, priuatiq; iuris potestas fuit (ut Fenestella memoriæ tradidit) ut ei nouum ius condere, & uetera abrogare facultas esset, siue (ut utar uerbis Aymari Riuallij lib. tertio, histor. iuris ciuilis, cap. de prætorum edict.) quòd iuri ueteri abrogare, & nouum condere ei facultas erat. Quòd igitur merum imperium non cōpetijsse prætoribus plerique existimant, tum quia legimus præfecturam urbis omnia crimina sibi uendicasse, l. prima, de offic. præfect. urbis. tum ex eo quoque, quòd solet prætor remittere tutores, qui dolo uersati sunt circa substantiam pupillorum, ad præfectum urbis puniendos, l. prima, §. fin. de suspect. tutor. uera non est hæc opinio, ut abundè demonstrat Anton. Vacca, in suis expositionib. ad l. secundā, de origine iuris. iunctis ab eo notatis iu rub. de offic. pręfect. urb. Quinimo, prætor ipse, ut ciues scirent quod ius de quaque re quisque dicturus esset, seq; pręmunirent, edicta proponebat, quæ ius honorarium constituerunt. Et quia ab honore prætoris id ius uenerat, ideo honorariū dictum est. tantùm enim aucta est prætoris autoritas, ut quod ipse edixisset, ob ipsius honorem honorarium uocaretur. Idem ius, prætoriū etiam dictum est, eo, quòd prætoribus (ut Papiniano placuit) adiuuandi, supplendi, uel corrigendi, iuris ciuilis gratia, propter utilitatem publicam introductum est. Adiuuat enim, cum institutis dat bonorum possessionem secundum tabulas, qui iure ciuili prius hæreditatis petitionem habebant. Supplet, quādo omnes domini dolo fecerint, quo minus seruum, qui furtum fecerit, in potestate haberent: nam iuris ciuilis actionem prætor subsequitur, & iudiciū honorarium ex hac causa in eum, quem actor elegerit, dare pollicetur, ut apud Iulianum, De noxalibus actionibus. reperitur. Sed & in successione prætor

ab iure ciuili omissum suppleuit: nam cum ius ciuile nullam cognatorum mentionem fecisset, eos prætor succedere post suos & legitimos uoluit, sicut Diocletianus, Maximianus, Iustinianusq;, & plures alij Iureconsulti retulerunt. Iustiniani postmodum constitutio omnem inter agnatos & cognatos succedendi differentiam sustulit. Ius autem ciuile prætor corrigit in furto manifesto. Decem uiri enim, qui, post exactos reges, leges, quibus pop. Roma. uteretur, in XII. Tabul. scripserunt, furem, qui in manifesto furto præhensus esset, tum demum occidi permiserant, ut Gellius testatur, libr. xj. si furtum aut noctu faceret, aut interdiu se, cum præhenderetur, telo defenderet. Ex cæteris autem manifestis furibus, liberos uerberari, addiciq; ei iusserunt, cui factum furtum esset, si modò id luci fecissent, neque se telo defendissent. Seruos item furti manifesti præhensos uerberibus affici, & e saxo præcipitari, sed pueros impuberes prætoris arbitratu uerberari, noxamque ab his factam sarciri uoluerunt. Postea ab lege illa x. uirali discessum est. nam si quis super manifesto furto iure & ordine experiri uelit, actio in quadruplum authoritate prætoris datur, ut Iustinianus De perpetuis & temporalibus actionibus scriptum reliquit. Complura prætorum edicta in Digest. libris legimus, De his, qui notantur infamia: De dolo: De metu: De integrum restitutione: De damno infecto: De operis noui nunciatione: De incendio. & alia id genus, quibus iuris ciuilis libri replentur. Plura enim decreta è sola prætoris iurisdictione in libris Pandectarum habemus, quàm è reliquis omnibus simul ciuilis disciplinæ partibus. Et interdum iurisdictionis perpetuæ prætores edicta proponebant, ut: De pactis seruandis: De iureiurando: Quorum bonorum: De tabulis exhibendis. & similia. Aliquando, prout res incidebant, ut: De aliquo in ius uocando. & in albo, uel in charta, aliáue materia, edicta proponebantur. Et quod erat iurisdictionis perpetuæ corrumpens, pœnam quinquaginta aureorum, secundum Vlpiani sententiam, luebat, & falsi crimine (authore Modestino libro Digestorum quinquagesimo) tenebatur, qui dolo malo edicta corrupisset. Neq; prætores, neque iuris condendi authoritatem prætoribus aduentus Imperatorum abstulit, quum illorum numerus ab his aliquando auctus fuerit, & nouam (ut paulò antè diximus) prętoribus iurisdictionem principes interdum dederint. Præterea, diui fratres, cum maritus quidam eorum temporibus prægnantem uxorem, ea inficiante, diceret: Vale, Prisciano prætori urbano, quid in hac re faciendum esset, rescripserunt, ut De uentre inspiciendo Vlpianus refert. Prætorem quoq; aduersus Campanos, qui metu cuidam illato cautionem pollicitationis extorserant, interlocutum, Vlpiano assidente, legimus. Paulus insuper se pręturam gessisse De manumissis uindicta scriptum reliquit, qui tamen Alexandri temporibus fuit. Drusus etiam Augusti priuignus, & Galba, & complures alij, præturæ honorem Imperatorum temporibus nacti sunt. Constat ergò prætores Imperatorum temporibus fuisse. Sed non tantæ fortassis authoritatis, ut priùs, quod & in alijs magistratibus coniectare licet, quorũ potestas aduentu principum diminuta est. Vnde Decius Seuerus prætor, quia in quadam restitutione dubitabat, Imperatorẽ Seuerum apud Vlpianum de minoribus consuluit, ubi aliàs propria authoritate statuisset. Primus, qui hunc magistratum gesserit, Rutilius dictus est, ut in libr. duodequadragesimo apud Vlpianum scriptum habeo. Sed Liuius (cui magis crediderim) Sp. Furium, M. filium Camillum primam habuisse pręturam asseuerat, libr. vij. ab urbe condita. Vtcunque fuerit, hoc magistratu functi sunt uiri illustres, Æmylius, Scaurus, Cornelius Sylla, L. Lucullus, M. Cicero, C. Cæsar, Brutus, & alij complures. nec mirum sit, quũ è patribus (ut dixi) prætores crearētur, licet posteà immutatum fuerit: nam ex plebe creari cœperunt, Quintúsq; Publius Philo primùm de plebe prætor, aduersante Sulpitio consule, factus est. Et prætura, sicut tribunatus, & ædilitas, media dignitas erat, iunioribusq; (ut Plutarchus refert) dari solebat. His tamen dignitatibus omissis, T. Flaminius in iuuentute summam consulatus dignitatem obtinuit. Cæterùm ea, quæ prætoris officio posteriorib. his temporibus relicta sunt, pleniùs in Codice constitutionum explicantur, sub eodem scilicet titulo, De officio prætoris. & ibi numerum prætorum (quos olim decem & octo creari solitos constat) ad tres redactũ fuisse legimus, qui proprium larem ac domicilium in ipsa urbe haberēt. Loquebantur enim imperatores, illarũ constitutionum authores, de urbe Romæ. Quanquam Iustinianus uideatur accipi uoluisse de Constantinopoli.

PRAETOR fideicommissarius. Huius erat deficientium uoluntates tueri, & fideicommissis ius dicere, à diuo Claudio constitutus. Vide perquàm elegans c. 15. lib. Gen. dier. 2. de prætorum creatione, iure, potestate & numero, apud Alex. c. item 3. lib. 2. Parerg. apud Alc. & Old. in Restaur. Polit.

PRAETOR maior. Accuratus lector inueniet prætorem maiorem in Romana historia solitum dici. Is uerò (Rhodig. teste) urbanus intelligi debet. nã cæteri minores erant. Vide post Pomponium de Origine iur. Claudium Cantiunculã, apud quem lib. 1. de off. iud. extat elaboratũ caput, de Prætorib. Sp.

PRAETOREM tutelarem primò cõstituisse D. Marcum Capitolinus scribit. Cuia. ad l. j. ff. de excus.

PRAETOR urbanus, qui ius inter urbanos dicebat. Quamuis ex uerbis leg. XII. Tabul. colligitur, eum potius iussisse iudicare. Præerat enim sortitioni iudicum, & subsortitioni, hoc est, per sortẽ, & fortuitum euentum, designabat ex decurijs & ordinib. eos, qui quoquo tempore iudicarent, illorumq; nomina in albo suo describebat. Vnde sortiri forũ, sortiri iurisdictionem, sortiri effectum dicimus. Planè si reijciebantur iudices seu, ut nunc loquimur, recusabantur, subsortitionem in locum reiectorum faciebat. Sic peregrinus prætor, inter peregrinos, & de rebus peregrè gestis cognoscebat. Horum in Vrbe xviij. erant. Spieg.

Alij etiam erant Prętores de liberalibus causis cognoscentes. l. 1. C. si mancip. ita uenier. l. 3. §. 1. l. 5. ff. de liber. cau. Iustinian. Nouell. xiij. καὶ [illegible] πραίτω[illegible] [illegible]

PRAETORES quoq; militares suos Imperatores Rom. appellasse ab eo, quòd exercitui præirent, cum Varro. lib. 3. de Ling. Lat. Iustin. in Nou. Const. 24. & 25. scribit: [illegible], ait ille, καὶ τὰ [illegible], καὶ [illegible] [illegible]. Briss.

PRAETORIA porrò in Constitutionibus, domus magnificæ intelliguntur Pręsidum, iudicúmue causa in urbibus extructæ. l. 31. C. de episc. & cler. penult. C. de offic. rector. prouin. l. 3. C. de operib. publ. l. 3. C. de metat. & epid. lib. 12. l. ult. de offic. omn. iud. in C. Th. Vopiscus in Aureliano, forum nominis sui in Hostiensi ad mare fundare cœpit, in quo postea Præto-

Prætorium publicum constitutum est. Nam ut Alc. in Comment. de uerb. sign. monuit: Prætorium ideo imperatoria domus dicta est, quod quemcunq; militum imperatorem antiqui prætorem dixère. Sicut & principium pro principis tabernaculo accipitur. l. offic. in fin. ff. de re militari. Sed & Prætorium ueteres appellarũt partem uillæ lautius ædificatam & patrisfamiliàs habitationi relictam. l. 2. ff. de ser. rust. præd. l. 12. ff. de usu & habitatione. l. 83. §. j. l. 91. §. pater de legatis. 3. l. 35. §. Caius. ff. de legatis. 2. l. 13. §. ultim. ff. de iniur. Pallad. lib. j. cap. 8. Sueton. in Calig. cap. 37. Tertull. in lib. de Idololat. Et diuus Hieronymus teste Rhenano lib. 2. aduersus Iouinianum dolium illud uersatile Diogenis eleganter prætorium uocat. Nam ut in urbe solius principis domus prætorium appellabatur, reliquorum ciuium non item, ne uel hac una re principis dignitate participarent. Sic in Villis rusticis, in quibus ferè quisq; dominiũ tantum habet in suos, quantũ princeps in suos subditos habet, prætorium dixerunt, ubi scilicet quasi rex uillæ & princeps habitaret. Prætoriũ igitur hoc urbanum prædium est, quia uoluptati habitationiq; domini deseruit solum non etiam uillaticæ familiæ aut cætero omni rustico instrumento. Quod si his quoq; sit opportunũ, quod eius usum dominus colono suo, & rusticis operis communicatum uoluit, erit tum rusticum prædium quia rustici reditus caussa habetur. Connanus lib. 4. cap. x. num. 6. Adde For cat. in Necyom. dial. 16. num. 13.

PRAETORIA cohors dicta fuit, quæ à prętore, hoc est, à Consule nunquam discederet in bello, ob custodiam corporis, teste Festo. Africanum autẽ inter omnes primũ delegisse sibi aliquot fortissimos, qui lateri eius adhærentes, omnibus alijs munerib. uacarent, stipendioq; maiore honorarentur, literis proditum est, quanquam apud alios multi id antea quoque fecissent. Quem morem secuti sunt omnes, tum in bello, tum domi, præsertim ortis ciuilib. discordijs. Iulius Cæsar propter inimicos aliquandiu usus est custodia corporis, & prætoria cohorte Hispanorum. Tandem nimia quadam confidentia, maluit semel insidias undiq; imminentes subire, quàm cauere semper: Ideoq; custodiam remouit, & haud dubiè inimicis maximam insidiandi ansam præstitit: ut euentus tanti uiri nos admonere debeat, ne uitiosa securitate periculum subeamus, quod euitare licet. Oldendorpius.

PRAETORIA porta in castris erat, qua exercitus ad prælium educebatur.

PRAETORIAE actiones sunt, quæ ab honore, & magistratu prætoris Honorariæ quoq; dicuntur: quòd ab ipso prætore ex iurisdictione, uel adiuuandi, uel supplendi, uel corrigendi Iuris Ciuilis gratia fuerint introductæ, propter publicã utilitatem, quã usus rerum, & experientia quotidie docuit. Prætores, æquitatis semper studiosos. l. ius autem ciuile. §. ius prætorium. ff. de iust. & iur. Spieg.

PRAETORIAE actiones non plus anno uixerunt nisi quæ postea principum constitutionib. sunt factæ diuturniores. Connan. lib. 1. cap. 15. num. 2.

PRAETORIAE stipulationes sunt, quę à mero Prætoris officio iurisdictioneq; ueniunt. l. quinta. §. prætoriæ. l. 52. ff. de uerborum obligat. toto titul. de Prætor. stipul. l. xxxvij. ff. de obligat. & actio. l. x. §. 1. ff. de compensatio. Briss.

PRAETORIARVM stipulationum tres uidentur esse species: iudiciales, cautionales, & communes. Vlpia. l. 1. ff. de prætor. stipul. Old.

PRAETORIS cognitio, sæpissimè dicitur pro cognitione cuiuslibet iudicis, & prætorium pignus appellatur, tametsi ab alijs iudicibus decretum sit. l. prima. & l. secunda. C. de prætor. pign. Erat enim olim apud prætorem summa iudiciorum iudicumq; constituendorum potestas. Sic intelligendus tit. instit. de diuis. stipul. Sp.

PRAETORIVM ius est quod Prætores introduxerunt adiuuandi, uel supplendi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter utilitatem publicã: quod & honorarium dicitur ab honore prætorum sic dictum. Nam & ipsum ius honorarium quasi uiua uox est iuris ciuilis &c. Connan. lib. 1. cap. 15. num. 1. huic adde Balduini comment. super instit. Iustin. lib. 3. tit. 9. de bonis possess. &c.

PRAETORIVS is dicebatur, qui prætura functus est: prætorium, quod ad Prætorem spectat, ceu prætoria cohors. Erant & prætores militares, quib. non secus quàm urbanis pop. Rom. initio magistratus munera quædam dabat, follem, glebam, clauim, quæ potestatis erãt signa. Vide Valturium in dictione, Prætores lib. 8. Sp.

PRAETORIVS tutor: qui olim quando lis inter tutorem & pupillum suboriebatur, à prætore dari solebat: sic dictus quod à prætore daretur Theophil. §. si inter tutorem. Instit. quib. mod. tut. fi. & ibidem Aldobrandinus.

PRAEVALENTIA, Paul. in l. in rem actio. §. j. ex quibus mea res, ait, per præualentiam alienã rem trahit. Spiegelius.

PRAEVARICARI uerbum dupliciter accipiẽ in iure ciuili. Præuaricari inprimis dicitur, qui ueras probationes & accusationes omittit, falsas probationes & rei defensiones admittit & colludit cum reo. l. prima. §. præuaricatorem. 1. ad S.C. Turpill. Idem dicitur in l. athletas. titul. de his, qui not. infam. Idem dicitur in lege præuaricatores. de uerborum signification. Idem dicitur in lege prima, huius tituli. Plinius libro xviij. cap. xix. ait ab aratoribus hoc nomen deductum esse. Idque uerisimilius est quàm quod hic dicitur à Ioan. Cro. ab aratoribus dicitur præuaricari cum à sulcis aberrant. Hinc nomen in Ius Ciuile inductum est. Altera significatio est, quæ pertinet ad Aduocatum, qui corruptus est, quique prodit caussam. In partit. quærit Cicero an uerbum hoc ad eum pertineat tantum, qui accusatorem corrupit. Sed præuaricationis nomine utriusque continetur apud Ioannem Cros. in lege prima, hoc titu. Accusator qui præuaricatur in iudicio publico imprimis notatur infamia. lege prima, dict. titul. de his qui nota. infam. Idque edicti uerbis expressum est. Damnatus publico iudicio infamis est, ut in lege infamem. 1. de public. iudic. dicetur. Præuaricationis autem iudicium cum refertur ad accusatorem corruptum, publicum iudicium est, ut docet Macer. in lege tertia, paragrapho Si prodiderit causam Aduocatus non publicum est iudicium. Differt autem hic præuaricator ab eo, qui desistit ab accusatione, qui incidit in pœnam Senatusconsulti Turpilliani, lege tertia, paragrapho Pœna. quinque librarum est auri Senatusconsult. Turpillian. Et propterea hic locus est notandus, quia in toto iure Ciuili, ne sub tit. primo. De Senatusconsulto Turpilliano eius Senatusconsulti pœna exprimitur. Augetur tamen nonnunquam ex caussa hæc pœna, ut dicitur in lege absentem 1. de pœnis. Accusator de præuaricatione conuictus, postea ex lege non excusat. lege quinta, huius tituli. Punitur etiam extra ordinem leg. prima &

& secunda. In reum autem corrumpentem accusatorem hæc pœna constituta est, quod pro condemnato habeatur præterquam in sanguine. Nam ignoscendum censuerunt Iuris authores ei qui sanguinem suum qualitercunque redemptum uoluerit, ut dicitur in lege prima, t. de bon.eor.qu. ante sentent. Et hac ratione fit, ut liceat transigere in capitalibus criminibus lege transigero. Codic. de transactionib. Secundum genus præuaricationis pertinet ad Aduocatum, prodentem causam aduersarij, in l. prima, hoc titulo, qui etiam punitur pœna extraordinaria, puto eum non notari infamia. Is enim nec edicto prætoris de his qui nota.infam.nec ulla alia lege expressum est, quia hoc in iudicium publicum non est: ut superius l. tertia, hoc titulo. Si aduocatus conuictus sit præuaricationis sententia ipso iure rescinditur, quæ lata est propter huiusmodi præuaricationē. Et id uulgò creditur, nec ratione caret. l. prima. Codic. de aduocat. diuers. iudic. Est casus singularis ubi sententia ipso iure rescinditur sine appellatione. Hic quæri solet, an si minor sit, cuius caussa prodita est, ita sententia ipso iure uideatur rescindi, ut restitutione opus sit, quod restitutionis nulla mentio fiat, dicta l. Codic. de aduocat. diuers. iudic. An uerò restitutio in integrum petenda sit? quod uidetur probare l. minor autem, paragrapho primo, de minorib. Variant hoc titulo interpretes & mirum in modum se torquent. Id mihi uidetur probabilius esse, restitutione in integrum opus non esse, nisi quis malit de præuaricatione agere, & contra aduocatum eo nomine agere. Si ergo Aduocatus præuaricationis accusatus conuictus sit, nulla opus est in integrum restitutione: Si uerò absolutus, pœna est talionis statuta in eum, qui temerè præuaricationis aduocatū suum insimulauit, dicta lege prima, Codic. de aduocat. Tutius ergo est & satius in integrum restitutionem petere ut cognita causa si præuaricationis conuictus sit aduocationis, restitutio fiat. Si conuictus non fuerit, non propterea incidet in pœnam ratio nis actor. &c. SEILERUS ex Lecturis Duareni nondum impressis sub d. tit. de præuaricationibus.

PRAEVARICARI, ait Martianus, est uera crimina abscondere. l. prima, ff. ad Senatusconsul. Turpillia. & paulo pòst, Præuaricatorem eum esse ostendimus, qui colludit cum reo, & translatitiè munere accusandi defungitur: eo quòd proprias quidē probationes dissimularet, falsas uero rei excusationes admitteret. Hotomannus.

PRAEVARICATIO est ab officij sui præscriptione deflexio atque alteratio, siue malitia, siue imprudentia. Vide Catanæum Commentar. j. Spiegelius. Idem in effectu sentit Cuiacius Obseruationū libro x. cap. ultim. dum præuaricationem definit his uerbis: Præuaricatio, inquit, est transire dicenda, uel cursim & breuiter attingere quæ sunt inculcāda, infigenda, repetenda. Dicitur autē Præuaricatio Græcè παρέκβασις [illegible].

PRAEVARICATOR, inquit Vlpianus est quasi uaricator, qui diuersam partē adiuuat prodita causa sua. quod nomen Labeo à uaria certatione tractū ait. is autem præuaricator propriè dicitur, qui publico iudicio accusauerit. cæterum aduocatus non propriè Præuaricator dicitur. l. prima. ff. de præuaricat. Hotomannus.

PRAEVARICATOR opponitur uero accusatori. Est enim præuaricator is, qui dum fingit se accusare, id agit potius, ut reus absoluatur. Præuaricor (inquiunt critici) [illegible], id est, parco & alludo tibi. Præuaricor reo, [illegible], id est, submitto me reo. uel plenius, Prēuaricator est accusator, qui in iudicio publico absolutioni incumbit non damnationi, quasi uaricator, ut ait l. prima, Digest. de præuaric. id est, [illegible], ut auctores Basil. interpretantur, cui interpretationi consentit notatio Labeonis à uaria certatione, & Ciceronis, qui in contrarijs caussis quasi uariè positus esse uideatur. Festus à prētergrediendo, cui conuenienter critici, præuaricat, diuaricat, uaricat, [illegible]. Cuiac. Obseruationum libro nono, capitulo ultimo, in princip.

PRAEVARICATORES eos appellamus, inquit Vlpian. qui caussam aduersarijs suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. à uaricando enim Præuaricatores dicti sunt. l. ccxij. ff. de uerborum signification. In quam eandem sententiam illud est Ciceronis in Partit. Vt si in reo pecunia absoluto, rursusque reuocato, præuaricationem accusator esse definiat omnem iudicij corruptelam ab reo: defensor autem non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo. Item: Defensor autem uerbi uim ex nomine ipso reperiet: quod significat, eum, qui in contrarijs caussis quasi uariè esse positus uideatur. Vide Brechæum in l. prēuaricatores. ff. de rer. & uerb. sign. Hot.

PRAEVARICATORES dicūtur, qui cum aduersa parte colludunt: quasi uarientur, id est, in aduersam partem eant. Varicari enim uerbum, à uaricibus deriuatur: quod in transuersum ire significat. Qui enim uaricibus laborat, recta ire nequit: quòd crura illi turgescunt in uenulis noxijs. Labeo à uaria concertatione, id nomen tractum aiebat. §. prēuaricator. in l. athletas. de his qui nor. infam. Vide Alc. in l. præuaricatores. de uerb. signific. & lege temeritas accusatorum. Spiegelius. Qui uera crimina conatur abscōdere prēuaricationis: Qui proprias probationes dissimulat, tergiuersationis tenetur: Connan. lib. 5. cap. 7. num. 3.

PRECARIA, uel ad precarium concessio, utrūque enim dicitur. & cuius fit mentio 12. q. 2. c. precariæ. & in tit. extr. de precar. longè differt à precario, quod tractatur. ff. de precario. Est autem species Colonarij contractus, ueluti cum fundus datur in aliquot annos, quibus elapsis, ad precariam postulationem coloni, dominus uel hæres teneatur talem contractum semper deinceps in totidem annos renouare. Budæus annotauit in l. Herennius. ff. de euictio. quòd Galli uulgò tolerantiam appellant, Precarium cliētelare dici posse: ut cum dicimus, patronū clienti indulsisse, ut precario possideret: uel clientem precarium obtinuisse, uel annum, uel quinquēnale, uel aliud quantulumcunq;. Iuriscoss. Precarij uerbo utentes, precario rogare, & precario cōcedere dicūt. Vide §. Commodatum. & l. patrum. de uerb. sig. Sp.

PRECARIA, siue Precatiua uerba dicuntur in testamentis, cùm testator non pro suo iure ac legum auctoritate quid hęredibus suis mandat: sed aliquid ab ijs precariò postulat: ueluti peto, rogo, uolo, mando. §. ult. Inst. de sing. reb. per fideic. relic. l. 2. C. commun. de leg. Deprecor, cupio, iniungo, cupio des, opto des, credo te daturum, exigo, desidero uti des. l. etiam, 115. l. & eo modo, 118. ff. de leg. 1. l. peto, 69. ff. de leg. 2. & apud Paul. lib. Sent. 4. c. 1. l. 2. & 4. C. de codicill. l. 24. C. famil. ercisc. Hotom.

PRECARIA uerba appellantur, quę nō directa, nec imperatiua sunt, sed inflexa & rogatiuè concepta. l. 2. & l. 4. C. de codicill. l. 14. C. de fideicom. l. 40. §. cùm

§.cùm filio.ff.de uulg.& pup.l.24 .C.fam.erciſc.l.10. C. de collatio.l.ult. C. de falſa cau.ad l.15.C. de teſt. l.11.& l.13. C.de fideic.libert. Qualia ſunt, Rogo, peto, mando, deprecor, uolo, cupio, deſidero, iniungo, opto, fideicommitto, exigo, ſcio te reſtituturum, credo, uel ſpero te daturum. Paul.lib.v.ſentent.tit j.l.2. C.de legat.l.118. ff.de leg j.l.35. ff.de auro, arg. Nam qui ita loqtur, nihil imperioſe facit, uel ordinat, ſed preces adhibet, & obteſtatione magis, quàm iuſsione utitur. Hęc uerba fideicommiſsi dicuntur l.69.§. ult.de legat.ij.l.11.§.1. de legat.iij. Fideicõmiſſa enim precatiuo modo relinquuntur, ut Vlp.in Inſtitut.titul.xxiiij. ait, id eſt, ut Iſidor.lib.v.cap.xxiiij. tradit, non directis uerbis, ſed precatiuis. Briſ.

Sic precariam ſubſtitutionẽ fideicommiſſariam accipimus in l.16. C. de pact. & precariam uoluntatem in l.66.de legat.ij. Briſ.

PRECARIO nomẽ, ipſa terminatione ablatiui pro aduerbio accipitur. Paulus ait: precario habere uidetur, qui poſſeſsionẽ corporis uel iuris adeptus, ex hac ſolummodo cauſa quod adhibuit preces, & impetrauit, quod ſibi poſsidere, aut uti liceat. Sp.

PRECARIVM eſt, ait Vlp. quod precibus petenti utendũ conceditur tamdiu, quádiu is qui conceſsit patitur l.1.ff.de precario. Inter precarium autẽ & commodatũ has reperio differẽtias. Precariũ primùm rerũ immobiliũ ac iuriũ cauſſa inſtitutũ uidetur l.2.& 3.ff.eod. Commodatũ autẽ ad res mobiles propriè pertinet. Et commodatũ ab initio uoluntatis eſt, ſed poſtea fit neceſsitatis: at in precario ſemper manet libera uoluntas repoſcendæ rei. Qui precariò concedit, dare ad tempus uidetur. itaq; donationis & liberalitatis genus appellatur in l. prima, & l.quæſitum, 8.§.3.& l.interdictũ, 14.ff.eod. eoq; cum quis de re ſibi reſtituenda cautũ habet, precariũ interdictum ei nõ competit l.& habet, 15.§.3.eod. Qui uerò cõmodat, lõgè ab omni donationis ſpecie abeſt, ſibiq; cauere de reſtituendo cõſueuit. Cui precariò conceſſum eſt, poſſeſsionẽ habet l.4.§.1.d.l. & habet, §.4.eod. Cõmodatarius uerò nõ poſsidet. Precariò utens, dolũ tantùm & latam culpam præſtat l. quæſitum, 8.§.3.eod. Commodatarius uerò, etiã leuiſsimam. Precariũ magis ad donationis & beneficij, quàm ad negocij contracti cauſſam ſpectat, eoq; nulla eo nomine iuris ciuilis actio eſt.d.l.interdictũ. Commodatũ autẽ contractus eſt, ſuamq; iure ciuili actionẽ habet. Ex precario, tum interdictũ, tum incerti cõdictio præſcriptis uerbis, quę bonæ fidei eſt, conceditur l.2. & l.duo, 19. eod. ex commodato uerò ciuilis actio tantùm. Cõmodatũ uſus certi cauſſã fit cũ aliquo tempore expreſſo uel tacito nec niſi eo expleto reuocatur. Precarium nec uſus certi cauſſa fit, & quouis tempore reuocatur. Hæc ex tit.de precario, ſummatim. Hot.

PRECATOR, qui pro altero intercedit, uel poſtulat. Itaq; impropriè, ut pleraq; alia in cõſtit.princ. occurrũt. Ab Impp. pro ſe ipſo petente ponitur l. & ſi legib.C.ſi cont. ius uel util.public.ubi dicũt, mendax precator careat impetratis. Spieg.

PRECES armatæ, quales ſunt principum, iuxta Mimum celebrẽ: cogit rogando, qui rogat potẽtiæ.

PRECIA refundẽda l. in integrũ.ff.de min.Sp.

PRECIO deprauatus l. ult. C. de pœnis iudic. qui mal. iudicar. De eo inquit, qui precio deprauatus, aut gratia, aut perperam iudicauerit. Spieg.

PRECIOSISSIMAS picturas licet habere in pariete communi. Vide l.quidam Iberius. ff. de ſeruit.urb.præd. Spieg.

PRECIVM id appellari Varro author eſt, quod æſtimationis emptionisq; cauſa conſtituitur à ſolis peritis dictum & definitum, ſi quidem hi dũtaxat id facere rectè poſſunt. Ræuard.l.imagina uenditio.ff. de reg.iuris. Alijs uidetur ab antiquo uerbo Procire dictum, quod petere ſignificat: licet recẽtiores Grãmatici, quaſi præitium dici ſentiant: quib ratio ſyllabæ, itemq; ſcripturę aduerſatur: per c, enim ſcribendum, uidetur Alciato. Eſt autem ad translationem dominij neceſſarium, ut precium uel ſit ſolutũ, uel emptori creditum ad tempus: aut quòd alio modo ſatisfactum fuerit uenditori.§.uenditę.Inſtit.de rer. diuiſ.l.quotiens. C.de rei uend. Obſeruandũ, quòd qui precio fruitur, non minus habere intelligitur, quàm qui principali refruitur. teſte Caio l.quia qui. ff.de uſufr. Spieg.

PRECIVM inflictum, apud Iulianum in l.ex facto.ff.negoc.geſt. Spieg.

PRECIVM propriè eſt, quod pro re empta dicitur, & in Lexico iam ſæpius citato definitur τίμημα ἐπὶ τοῖς ὠνίοις καταβαλλόμενον l.1. ff.de rer.permut.§. precium autem. Inſtit.de emptio.& uendit. Sed tamen & precium conductionis in l.28.§.1.ff.locati. Et precium pro mercede in l.10. in fi. ff.de adquir. poſſeſſ. l.ult.§.ult. ff.de l.Rod.l 51.§.locaui l.58. ff.loca.poſitum inuenitur. Sic precium operę in l 52.§.ſi in coeunda. ff. pro ſoc. Et manupreciũ quaſi manus & artis merces, ut lib.iiij.Selectar.Antiq.expoſui. Preciũ tamen depoſitionis à mercede ſeparat Vlpian.in l.2. §.& generaliter. ff.ui bon.rapt. Vbi preciũ pro præmio accipi poteſt, quemadmodum & in l.5.§.ult. ff. de iniur.accipitur. Et apud Liuium li.xxxij.his uerbis: haud ſatis dignum tanti laboris periculiq; precium erat. Et apud Vopiſc.in Aurelian. Debet enim quid præter dignitatẽ precium eſſe meritorũ. Briſ.

PRECIVM à re diſcernitur quod illud ſit in numerata pecunia. Res autẽ in alia ſpecie: eademq; facilitate emptor à uenditore diſtinguetur, quod hic rem præſtet, ille preciũ. At iſta diſtinctio in permutationibus adhiberi non poteſt, quòd in eis aut rem uterq; tradat, aut uterq; precium. Precium itẽ cum dico, intellige pecuniam, quæ quod æſtimandarum rerum cauſa inuenta tantũ ſit, & inſtituta, precij nomine quoq; appellatur. Propriè tamen precium eſt cum æqua facta æſtimatione, pecunia pro rebus ſoluitur, neq; uerè preciũ eſſe poteſt, niſi quod ſit alicuius rei precium &c. Conn.lib.7.ca.5.nu.2.

PRECIVM minus uidetur eſſe, ſi nec dimidia pars ueri precij ſoluta ſit. Iuſtum precium: quod ſaltem dimidium eſt, ad ueram æſtimationẽ rei. Diſtinguit enim Diocl.iuſtum precium à uerò. Iuſtum appellatur, quod mediam ueri precij partẽ æquat. Verum autem eſt quanti res ualet communi hominum æſtimatione. Non enim uendentis cupiditas aut affectio attenditur &c. Conn.lib.7.ca.9.nu.10.

PRIDEM, de longiori tempore dicitur. Vndè pro materiæ conditione accipiendum. Aliquot indicat loca Alber.

PRIDIE, id eſt, priori, ſiue præcedenti die, l.j.§. priorem.de acquir.quot.l.pridie.de ferijs. Alb.

PRIMA frõte, prima facie, primo aditu, pró primo l.j. C.de poſtul.l.quinquaginta.ff.de ꝓbat.l.unica.C.de Cad.toll.l.aliena.§.fin.ff.de fideic.libert.

PRIMAS propriè Patriarcha c.1.& 2.99.diſtinc. quãdo eo nomine ſignificatur Archiepiſcopus c. ſanè.de for.cõp. Nã, quãtũ ad effectũ, nulla eſt differẽtia inter primatẽ & Archiepiſcopum c.duo.de offic. ord. Qui ſint primates in l.1.& in rub.de Ale prim.t.

docet ib. Bart. & uide ibi Pirrhũ Anglebermęũ. Prat.

PRIMATES, dicti sunt, qui & Summates, siue optimates, id est, primi in ciuitate. Vide Bart. in l. j. de Alexan. primat. lib. xj.

PRIMATVS, ipsa autoritas primatum.

PRIMICERIVM πριμικήριον definit Suid. τὸ πρῶτον τάξεως. de quo in Nou. 8. idq; uariorũ ordinũ, ut primicerius notariorum, ut in l. 1. C. de primicerio & secundicerio. quem Socrates lib. 7. ca. 23. πρωτοστάτην τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων adpellat. Et hic quidem primicerius ut Alciatus in rub. C. de primicerijs li. 12. tradit, notarius principis dicitur, & honore inter notarios primus, sicut secundus secundicerius. κηρὸς enim ceram significat. κήρωμα tabulá ceream in qua antiqui scribebát. Ab huiusmodi igitur tabulis dicti sunt primicerij secundũ aliquos. Verum alijs uidetur à cereo fieri, ut quoq; author est Hieronymus in Chronicis & Cassiodorus in epistolis, quoniam & græcè dicatur πρωτοκήριος. A' quorum sententia nõ uidetur dissentire Conn. lib. 4. cap. 14. nu. 6. scribens primicerij munus hoc fuisse, ut literis principis, quib. aut donum aliquod, aut honoré, magistratumq; concedebat, cereum illius sigillum apponeret, ut hodie solet Cancellarius in Francia. Verum, ut diximus, primicerius non solum notariorum dicitur, sed etiam aliarum dignitatum. quomodo accipitur in iure Canonico c. perlectis. §. ad primicerium 25. distinct. & primicerius fabricæ l. 2. C. de fabric. & primicerius domesticorum, protectorum, equitum l. 2. & fi. C. de domest. & protecto. Prat.

Primicerius mensorum l. unic. de mensorib. li. 12. & Primicerius in officio præfectorũ prætorio apud Vegetium lib. 2. cap. 21. Et

Primicerius adiutor l. fin. C. de offic. præfecti urbi. Primicerius exceptorum, singulariorum, Augustalium, scriniorum, deputatorũ, sacri cubiculi l. unica. C. qui à prębit. tit. C. Th. apud Cassiod. lib. 11. uar. & in notitia primicerius legionũ apud Gul. Tirensen. Pontif. lib. 2. de bel. sac. cap. 10. Sic & primicerius defensorum. Primicerius Scholæ cantorum, & Cardinalis primicerius apud Luitprandũ lib. 6. de reb. per Europ. gestis. Eadẽ figura secundicerius. Prat.

Primicerius in c. unic. de offici. primicer. in antiq. subest Archidiacono & dicitur Cantor, uel succẽtor in quibusdam ecclesijs. Prat. Ammianus etiá refert inter tribunos fuisse, qui dicerẽtur primicerij. uexati sunt (inquit) multi & nocentes, & innocentes, inter quos Valentius ex primicerio protectorum tribunus. Hieronymus in chron. Eusebij Iouinianus ex primicerio domesticorum imp. est factus. Primochyrium hunc Scotus appellat, ad Theodos. quasi primum à manibus. Adde Cuiacium de primicerio, & secundicerio lib. 12. Codicis.

Primipilus quis sit, eiusq; cẽturio magna cõtrouersia est: maior uerò ferè cur tot priuilegijs primipilaris causa donata sit. Antonius Augustinus lib. singulari ad Modestinum non dubitat quin primipilarius dicatur, qui cẽturio primipili fuisset. Hunc qdẽ principio primũ centurionẽ appellatũ, Liuius lib. 7. scribit: idẽ lib. 8. Primipilum appellat, & centurionẽ, & tertiá peditũ parté. Náq; pedites in hastatos, principes (à quib. principia dicta sunt) l. 1. C. de ueterã. lib. 12. l. ult. §. si qua. & seq. C. de ero. mil. anno. e. lib. & triarios diuidit. Hos postremos trib. uexillis cõstare ait. Ná sub signis, inqt, qndecim ordies locabãtur, ex qb. ordo unusquisq; tres partes habebat. earũ unáquáq; primũ pilũ uocabát, trib. ex uexillis cõstabat, uexillũ 184. homines erát. Primũ uexillũ triarios ducebat, ueteranũ militẽ spectatę uirtutis: secundũ rorarios, tertiũ accẽsos. Hęc Liui⁹. Vegetius uerò li. 2. ca. 8. de re militari, ait: uet⁹ consuetudo tenuit, ut ex primo principe legiõis ꝓmoueretur cẽturio primipili, q nõ solũ aqlæ ꝑerat, uerũ ẽt quatuor cẽturias, hoc est, 400. milites in prima acie gubernabat. hic táquá caput toti⁹ legiõis merita cõsequebatur, & cõmoda. & alio loco cap. 21. Primipili cẽturio, postquá in orbẽ omnes cohortes ꝑ diuersas administrauerit scholas, in prima cohorte ad hác peruenit palmá, in qua ex omni legiõe infinita cõmoda cõseqtur, sicut primiceri⁹ in officio ꝑfector. Prætorio ad honestũ, qstuosumq́, militiæ ꝑuenit gradũ. Nec dissentit admodũ ab his Halycarnasseus lib. 9. his uerbis explicás qs primipilus diceretur. ἰσὶ αἰτ τὸ ταγμάτων τῆ λαμπροτάτης ἀρχῇ [illegible] in hoc à Vegetio discrepás quòd hic primipilũ quatuor cẽturias hoc est, quadringẽtos milites gubernasse tradit: ipse aũt cẽtũ & sexaginta. Similiter & Suidas, primipilari⁹, inqt, maiorẽ dignitatẽ inter milites habẽs, à Romanis appellatur: ex quorũ uerbis maximè Vegetij, Antonius Augusť. ꝑallegato loco colligit, primipilũ in prima cohorte fuisse uni⁹ legiõis, in qua idẽ ait aquilá esse, & principũ imagines. Nemo aũt ignorat, in decẽ cohortes, legionẽ diuidi: licet in numero militũ & legiõis & cohortiũ uariatũ sit: à ueterib. illud quoq; cõstitutũ legim⁹, ut ex donatiuo, quod milites cõsequebãtur, dimidia pars apud signa sequestraretur, ipsisq; seruaretur militib. quo interim annona publica sustẽtati, eorũ fieret locupleti⁹ castrẽse peculiũ, sciẽtesq; fortunarũ suarũ partẽ, apud signa depositá, deserẽdo nõ facilè cogitarẽt. Huius æris militaris cura, ad primipilarẽ ꝑtinebat: simulatq; pecuniæ publicæ, & stipendiorũ militũ: ut ea ꝓ cuiusq; meritis, primipilaris, (quẽ cũ ueteranus miles ad id mun⁹ semp eligeretur, uerisimile fuit, singulorũ militũ uirtutẽ ꝑspicuè nouisse) distribueret. Horũ omniũ rationẽ reddere, eũ Cęsari oportebat: ex qua si debitor reipublicæ superesset, uoluit lex publicis fauens necessitatib. l. 1. C. de cõdict. ex l. ob recepta militum stipẽdia, & æs militare (qd omne, apud se primipilarẽ habuisse, ambigendũ nõ est) obnoxia esse, tá dotalia uxoris bona, quá filiorũ facultates, tametsi patris hæredes nõ extitissent. Cũ tñ alioq, nec filius ꝓ patre, nec uxor ꝓ marito cõueniatur. At hoc casu ideò quoniá fraudatio hæc primipilaris, ad toti⁹ reipublicæ euersionẽ quodámodo spectare uidebatur priuatis suis stipẽdijs, militib. quorũ opa respublica defenditur, ꝑmanet, & cõseruatur. Huic quoq; primipilari, Alciat. Græcũ iurecõsultũ secutus, existimat, annoná cõmissá, ut eá inter milites ꝑ capita diuideret. Ná ut definit Theodor⁹ Hermopolites πριμιπιλον ἐστὶ τὸ τοῖς πρώτοις [illegible]: primipilõ est annona q̃ datur primipili cẽturionib. ut inter milites distribuatur. cui opiniõi accedit l. 3. de primipilis & l. specieb. C. de cohortal. lib. 12. teste Alciato in rubr. C. de primipil. lib. 12. ut refert Spieg. Eáq; sequtur Hugo Donellus de pig. primipilũ definiẽs, q militari annonæ curádæ ꝑpositus est, cui⁹ cura & administratio omnib. reb. potior, & antiquior esse debet. Iacobus Cuiacius l. solita. C. de cohortalib. principib. li. 12. C. quẽ ibi uide omnino. Verùm id Iohánes Corrasius li. 5. Miscell. ca. 4. sibi ꝑsuadere nõ potest. Ná alioq absurdè minus dicendũ, eundẽ fuisse primipilarẽ, cũ præfecto legionis, ad quem armorum, equorũ, uestium, annonæq; mili-

militaris curā olim pertinuisse, Vegetius,& alij, qui de re militari scripserunt, testantur. De eius officio, & dignitate alia multa non inconcinnè differentes. Hæc accuratè obseruanda sunt: cum non uno in loco in iure nostro, primipili, primipilariumq; mētio fiat l.fin.§. ab huiusmodi. ff.de mun. & honori. neutriusq; ueram interpretationem sint assecuti Accursiani, quin pleraq; diliramenta comminiscuntur, digna certè quæ in familia Plutonis perpetuò sepulta iaceant. Corrasius & alij dictis locis.

Primipilatus singularia ergo sunt: quod causę primipili dos non præfertur in hypothecis: & si debitor ex causa primipili, uel fideiussor aut nominator eius soluendo non sit, dos uxoris uindicatur l. satis sup.in quibus caus.pig.tac.contrah. Ad hæc fisco tenentur filij primipili, etiamsi hęredes non extiterint l.si tutores suprà de compensat. Cuiacius l. utilitas publica.C.de primipilo.lib.12.

Primipilatus autē commoda sunt salaria, quæ ei dantur, siue ut Græci uertunt τα λεγω παρ. μυλιας παρ. χήματα l.pater. ff de adimendis legatis. Sed non debentur antequam impleta sit functio primipili debita in hæredem transmittuntur.d.tit.de primipilo l.j. & ibi Cuiac.

Vnde Primipilaris qui primipili honorem gessit l.36.§.Iul. ff.de leg.l.3.l.33.§.quædam. ff.de auro,arg. l.10.§.ult. ff.de excus.tut.l.ult.§. patrimoniorū. ff.de muneribus & honorib.l.27.C.de episc.& cleric. Et Primipilarius in l.ult.C.de filijs officiali.lib.xij.& l.5.de cohortalib.li.xij. C. Suidas πριμιπιλάριος ὁ τι μέχρι ἀξίωμα τ στρατιωτῶν ἔχων παρὰ ῥωμαίοις.

PRIMISCRINIVS in l.ult. C.de numer.li.xij. l.ult.C.de apparitorib.præf.prætor.eod.l.3.C.de diuers. offic.li.xij. & apud Symmach.li.j. Epist xxxiij. & in notitia Imperij Rom. persæpe.Bris Dicuntur autem primiscrinij etiam primicerij,& ij dant apparitores l 1. C.de sportulis,& ob id puniūtur l.3. C.de diuers.off.li.12.Cuia.ad l.ult. de apparitor.pręf.prætor.C.d lib.12.

PRIMITIAE. Primitiæ dicūtur propriè primi fruct⁹ ex agro suscepti,q Deo offerūtur. Hæ nō erāt speciali nomine diffinitæ, sed offerentiū arbitrio derelictæ, prout traditionē quoq; accepimus Hebręorū,nō lege pręceptā, sed arbitrio magistrorū inolitā, quòd q plurimū, xl. partē dabāt sacerdotib. q minimū,lx.& sic inter xl.& lx. licebat quodcūq; uellēt offerre, scilicet nō licētia dispēsationis,sed iuris cōmunis. Quod autē in Pentateucho dubiū derelictū est, hoc specialiter diffinitur, ꝓpter sacerdotū auaritiā, ne amplius à populo exigant in primitijs offerēdis. Quę quidē,utrùm tales sint in pcepto,sicut decimę, tractatur p gl. fi.& doct.c.1. de decim. primit.& obl. lib.3.Decret ubi dicta glo.Primitiæ (inquit) tanquā debitæ exigūtur, sicut & decimæ. art.16.q.1. Reuertimini.32.dist præter hoc.Sed nūquid primogenitū animaliū sit ꝓ primitijs,nunquidue in pecudib. datur primogenitū? Hugo dicit de ducētis unū dandū esse loco primitiarū. At,q.d dicitur de xl.& lx. habet locū in aridis & liqdis,ut no.13.q.1.§.ij. in prin. Gof. & Ray.& Inn.dixerūt in hoc standū consuetudini, si nō est cōsuetudo, in optiōe dātis, secundū Innocēt. & Goff. dicit, quòd seruabitur cōsuetudo uicinorū. de cōsuetudine cū olim,& ex multis eligetur medio critas 10.q.2.hoc ius.uel quod est minimum. de reg. iur.in obscuris.lib.6.Hoc ultimum recidit in dictum Innoc.Ioan.Andr.

PRIMITIAE in cōcilijs adpellantur ἀπαρχαὶ τῶν ἁγίων πατέρων. à diuo Paulo ἀπαρχὴν, Interpretes Basilicōn, ἀπαρχὴν, aiunt, λέγεται δὲ ἀπαρχὴ τ̃ πρῶτον ἔτι τ̃ σωρ̃ν, λέγεται δὲ καταχρηστικῶς καὶ πᾶσα ἀπαρχή. Prat.ex Cuia.ad l.42.ff.de uerb.obligat.

PRIMOCHIRIVS. Lege, primicerius.

PRIMOGENITVRA est ius prioris ætatis honorificum & utile competens filio qui primus est in ordine nascendi c. qui prior. de reg. iur.6.

PRIMOGENITVRA, ius, qualitas, seu prærogatiua primogeniti. de qua Alberic. singulariter tractat in l.penult.C.de donat.inter uir.& uxor.& in.§. discipuli.in procem Pand. Sp.

PRIMOGENITVS regis, post regnum susceptum natus, succedet patri in regno, nō primogenitus ante illud: ut Baro à Tautenberg uenustè declarat tit.xiiij.circa finem lib.1.feud.Spieg.

PRIMORES, ꝓ optimatib. Modestin⁹, igitur, ait, adhibitis hæredibus & primoribus ciuitatis dispiciendum esse, &c. ad fin.l.legatum. ff. de usu & usufructu.Spieg.

PRIMO gradu scriptos accipere debem⁹ oēs, q primo loco scripti sunt l.1.§. defertur.ff.de bon.poss. sec tab.quos principali loco institutos uocāt Impp. in l.13. C.de fideicomm. Quibus q substituuntur, hi secūdi hæredes, id est, secūdo gradu scripti uocātur, ut lib xvij.docebimus.Primæ tabulæ paternæ accipiendæ sunt in l.41.§.cohæres. ff.de uulg.& pup.l.2. §.si in primis.ff.de statulib.Idq; ratione pupillarium tabularum, quæ idcirco secundæ appellantur. Qua de re plurib.lib.iij.Selectarū antiquit disserui.Bris.

PRIMVS hæres dicitur, q primo gradu scriptus est l.23 ff. quæ in fraud. credit.l.14. ff.de lib. & post. l.104.§.pen.l.113.§.1.ff.de legat.j.l.ult.in fi.ff.de fideicomm.libert. Quint.Declamatio.cccxxxviij. Nam neq; diu de primo hærede cogitandum fuit habenti filium, neq; de secundo habenti priorem.

PRINCEPS à Deo ipso cōstitutus est. Nā historiæ ueritas sic habet: cùm Cn.Pōpeius,& Iulius Cęsar bellis feliciter gestis, magnū haberent exercitū, ac de occupanda tunc republica meditarentur: ciuile inter eos bellū dominandi cupiditate cœpit. Tandem Pompeius repudians omnes à Cæsare oblatas pacis conditiones: in Græcia uictus, & fugiens in Aegypto occisus est. Cæsar autem Romam rediens, rerum omnium potitus, noluit Augustus aut princeps salutari: sed dictatorem se fecit, ut in initijs adhuc sanguinolentis, mitigaret regnandi suspicionē. Tandem à Cassio & Bruto, in Curia Pompeij, xxiij: uulneribus est occisus, idibus Martijs, ab urbe condita Dccx.ab eiectis regibus ccccLxvj. Post mortem Iulij Cæsaris respublica Romana, per xij. annos sub triumuiris mirum in modum conquassata est: donec solus rerū potiretur C. Cæsar Octauianus, postea Augustus & pater patriæ à Senatu salutatus. Is Romanam ditionem trāquillitati restituit, ut aurea tum secula dicerentur & meritò. Nam post consulatum eius duodecimum, natus est Dei filius, Iesus Christus, salutis nostræ princeps & autor, de uirgine Maria, C. Lentulo Getulico, & M. Messalino Coss. Anno ab urbe Dcclj. à regibus Dvij. Deinde, cùm status Romanæ reipublicę ad Monarchiam esset perductus: euenit, ut electio Cæsaris aliàs ex autoritate Senatus, sicut iure debuit, procederet: aliàs ab exercitu, uel inuito Senatu Imperator salutabatur, & aliquādo magna clade. Ideoq; tandē agēte exercitu in Græcia, & Imꝑatore sine cōsensu senatus acclamato, cœpit Imꝑij sedes eò trāsferri multū infeliciter, tēpore Cōstātini Magni. Romana interim urbe, atq; tota ꝓpemodū Italia, ꝓpter absentiā prin-

principis, incursu Barbarorum deuastata. Nouissimè tempore Leonis IIII.Pontificis,imperiũ Constantinopolitanum ad Germanos trãslatum est, ac Carolus Magnus tum Augustus designabatur. Ne autem de electione in posterum nasceretur discordia, uice senatus Romani septemuiri, hoc est, septẽ electores perpetui sunt cõstituti: uidelicet, rex Bohemorum. Archiepiscopi tres: Maguntinensis, Treuerẽsis, & Coloniensis. Principes item tres: Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgensis. Quo statu (Deo ita uolente) nos hodie utimur. Olden.

PRINCEPS, est lex animata in terris. Aut. de consul. sub fin. & Aut. Quibus mod.nat.effic. legit. solutusq; legibus traditur, hoc est, nulla iuris positiui solennitate arctatur. Verùm illis quæ ex iure diuino & naturali placuerunt, ligatur. Bald. l. final. C. de leg. Magistratus uerò municipales, suis legibus quę uulgò Statuta uocantur, ligari, rectè censuit Bartol. quod & ipsi de populo sint, & tãtum electione temporaria eliguntur decuriones. Salomonius pulchrè tractat principis cùm prærogatiuam, tum potestatem, in commentar. quos scripsit in tractat. de leg.

PRINCEPS. Græci principem ἄρχοντα. ἀπὸ τοῦ ἄρχειν, uel παρὰ τὸ ἄρχεσθαι. id est, τυραννεύεσθαι καὶ δυναστεύεσθαι. Sic Latini principem à principio, quòd primus omnium dominetur, quodq; pręsit dixerunt. Cæterum principes in castris dicebãtur, qui in principijs collocati militabant. Erant enim principia loca in castris, in quibus qui cõllocati erant, principes dicebantur. Hi quidem ἀκμάζοντες, uiribusq; & ætate fortiores erãt, qui hastatós in acie sequebantur in XV. manipulos distincti: quiq; non continenter iuncti erant, sed modicis spacijs discreti, ac ueluti in subsidijs positi, ut si prælio commisso, hastati pedem aliquando referrent, ad ipsos principes ueluti grauiores militiæ uiros tuto confugerent. Inde castrorum principalia, & principalis porta dicebatur, ubi principes ordines disponunt, auctore Fest. Liuius lib. 4. decad. prim. Martianus in l. officium. §. officium. ad fi. ff. de re milit. Brechæus in l. princeps. ff. de uerb. & rer. significat.

PRINCEPS, id est, Imperator. ff. de cõstit. princip. per tot.

PRINCEPS delicti, id est inuentor, auctor, excogitator. Paulus l. 10. ff. de ser. corr. Iustius est enim teneri qui princeps fuit delicti, quàm eum quæri ad quem res perlatæ sunt. Loquitur de eo qui seruum corruperat, quum ad alium res essent perlatæ. Hot.

PRINCEPS est solutus legibus, & interim digna est uox fateri se alligatum legibus, ut eleganter probant l. Princeps. ff. de legibus. Et l. digna uox, C. eo. tit. Nam oportet esse capita terrenæ potestatis, quæ sint reliquorũ hominũ censuris exempta. Old.

PRINCEPS iustus, ex diuina etiam lege qui ex populi consensu regnat: qui illis inuitis dominatur, Tyrannus. autor Alciatus, de uerb. signif. Spieg.

PRINCEPS nullo alio à populo distat, quàm quòd populus suis legibus tenetur, princeps legibus solutus est. Cæterùm ut suis ita & principis legibus populus tenetur. Principem igitur populus cum uice sua constituit, & se principis legibus obligauit. Cuia. not. ad lib. 1. tit. 2. de iure nat. gent. & ciuil. propè finem.

PRINCIPALES constitutiones appellantur, quæcunq; princeps cõstituit, ut pro lege seruentur l. 2. §. ita in ciuit. ff. de orig. iur. l. 33. ff. si cert. pet. Bris.

PRINCIPALIS prouidentia in l. 22. ff. de adoptio. Constitutionem diui pij significat, quæ quartã impuberi adrogato relinqui pcipit l. 8. § si qs impubes. ff. de inoff. test. l. 1. §. si impuberi. ff. de coll. bon.

Sic & principale decretum in l. 2. ff. de offic. adsess. Et principalis sententia l. 1. ff. de offic. præf. prætor. Principale auxilium l. 13. §. pen. ff. ad Trebellia. Principales libri l. 1. ff. de off. quęstor. Principalis actio directum significat in l. 17. §. 1. ff. commoda. Principalis obligatio ad differentiã fideiussoriæ, quæ accessoria est l. 3. ff. de separatio. Quéadmodũ principalis reus is appellatur, pro quo fideiussor intercesit l. 66. ff. de fideiussorib. l. 49. ff. de minorib. l. 45. §. si principalis. ff. de iure fisc. & aliàs sæpe. Principale testamentũ paternũ dicitur, quod tabulas pupillares habet, quæ secundæ sunt & minus principales tabulæ l. 2. ff. de uulg. & pup l. 16. §. q principale. ff. de his, q̃ ut indig. Quomodo & principales tabulæ accipiẽdæ sunt in l. 2. §. 1. & l. pen. ff. de test. quemadmod. aper. Bris.

PRINCIPALES sunt decurionũ primi, à quibus distributionum omnium forma procedit, ut est in C. Th. tit. de ijs q̃ adim. uel off. pub. ger. nõ tñ extraordinariũ ex l. 4. C. Th. de ext. mun. Hos intellexit de corona militis, dũ ait: coronatur & uulgꝰ nũc ex principaliũ ꝓprietatũ exultatiõe. Hi uel 10. erãt, uel 5. uel 20. ꝓ curiarũ amplitudine & numero. Indè decẽprimi curiales l. 2. C. Th. de q̃st. l. 44. cõiuncta l. 42. C. Th. de ijs q super rel. cont. l. 39. C. Th. de epis. & cler. Vt autẽ in schola domesticorũ uel notariorum est primicerius caput scholæ, quẽ sequũtur decemprimi: ita in curia est summo loco primus curiæ, l. Alexandrinis. C. de decurionib. lib. 10. l. 127. C. Th. eod. tit. ut in senatu princeps senatus, q primus sententiã rogatur, & inde ab eo sunt quinq. aut decẽ aut uiginti primi. Primo curiæ similis est, q à Gregorio maior populi appellatur, Germanis Meier/Gallis Mere, qui & uimere dicũt pro ui maiore, & mermonstier, pro maiori monasterio. Principalibus, qui Scabini antiqua satis appellatione, uel consules, uel iurati, uel capitolini, uel pares. Reliquis, qui præter eos consilij publici causa euocari solent in curiam. Cuia. ad l. omnes iudices. C. de decurio. lib. 10.

PRINCIPALES ciuitatum & curiarũ l. 27. §. penult. & ult. ff. de pœn. l. 41. C. de liber. cau. l. 2. §. ad filiorũ. C. quãdo & quib. l. un. in fin C. de lucrat. descript. lib. x. l. 5. C. de cohortalib. lib. xij. l. 33. & l. 40. & l. 42. ff. de decurionib. li. x. l. 4. de extraord. munerib. in C. Theod. Firmicus lib. v. Mathes. ca. ij. Curatores uel principales ciuitatũ publicis rationib. præpositos. Isidor. lib. ix. Etymolog. cap. iiij. Principales & Magistratus & duumuirales Curialium officiorum ordines sunt. Principales dicti quòd præsint magistratibus. Ita Antiochensiũ ciuitatis principales in l. 2. de excus. mun. lib. x. C. & Alexand. principales in l. 56. de decurionib. lib. x. C. Et uir principalis apud Apul. lib. viij. de Asino aur. Saluia. Massiliensis lib. v. de uero dei iudicio. Quis ergo, ut dixi, locus est, ubi principalibus ciuitatum uiduarum & pupillorũ uiscera deuorentur? Principales etiã in exercitu & legionibus quidã uocabantur in l. 12. §. irreuerens. ff. de re milit. l. penult. §. super his. eo. titul. lib. xij. C. & apud Veget. lib. ij. cap. xv. & cap. xix. Bris.

PRINCIPALES uiri, ꝓ primis & pcipuis apud Pomp. l. ij. de orig. iur. Dicitur & principale, quod principis est, ut eodem teste, ibid. §. Nouissimè.

PRINCIPALI uel põtificali autoritate cõpelli, apud Papin. in fin. l. hæreditas. de petit. hæredit. Sp.

PRINCIPALITER, modò pro eo ut principẽ decet, modò præcipuè significat, de quo Bartol in l. ambi-

ambitiosæ ff. de decret. ab ordin. fac. Spieg.

PRINCIPALITER, ualet directò in §. ult. Instit. quod cum eo. Vnde principaliter & per successionem opponuntur in l. ult. ff. de legat. iij. & l. 194. ff. de diuers. reg. Bris.

PRINCIPEM ciuitatis, interpretatur Modest. Magistratum, in l. spadonem. §. si ciuitatis princeps. de excus. tut. Spieg.

PRINCIPES & Magistratus diligêter inquirere decet, q̃d de bonis studijs statuatur ubiq; in orbe Romano: quã fidê quisq; in sua functione adhibeat: ut pro meritis accipiat præmiũ. Sic egregia, nec unquã satis laudãda fuit illa inquirẽdi ratio Friderichi primi, qua habita duplex priuilegium bonarũ literarum studiosis cõcessit, Const. Habita. C. Ne fil. pro patr. Nulla profectò maior gloria sequitur perpetuò principem, quam quòd ea studia curauerit, quibus humana societas iuuatur maximè. Olden.

PRINCIPES nostri inter subditos, & magistratus municipales, inter ciues suos eadem funguntur potestate, qua Romanus princeps circa priuata generaliter præpollet. Quoniam potestatem suam ab imperatore habent, mediatè uel immediatè. Vnde uox ista, qua sæpe uti solent, ego tibi sum Imperator in meo territorio: nõ ita multum est absurda, si modò rectè intelligatur. Olden.

PRINCIPES peccare, inq̃t Cicero, nõ tantum mali est, quanquã est magnũ hoc per seipsum malũ: quantũ illud, quòd pmulti etiã imitatores principũ existunt. Nã licet uidere, si uelis replicare memoriã temporũ, qualescũq; summi ciuitatis uiri fuerint, talẽ ciuitatẽ fuisse. Quęcunq; mutatio morũ in principibus extiterit, eandẽ in populo secuturã. Et rursus: Quomodo perniciosius, ait, de republica merentur uitiosi principes: quòd non solũ uitia cõcipiunt ipsi, sed ea infundũt in ciuitatẽ: neq; solùm obsunt quòd illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumpũt, plusquam exemplo, quàm peccato nocent. Olden.

PRINCIPES, præcipuè apud Hispanos, appellantur regũ primogeniti, regnũ mortuo patre adepturi. Constat & nostrates Philippum Cæsaris Maximilian. Fil. uocasse Printzen Spieg.

PRINCIPI igitur (inquit Plutarchus) princeps quis erit? Nempe lex, quæ omnium regina est mortalium & immortalium, ut inquit Pindarus. Old.

PRINCIPIA in castris dicebantur, quibus principes castra metabantur, hoc est, ubi in acie milites principes stabãt. Mart. de re mil. l. officiũ. Officiũ, inq̃t, tribunorũ est, principijs frequẽter interesse. Neb.

PRINCIPIVM, initium alicuius rei. Caius: & certè, inquit, cuiusq; rei potissima pars principiũ est. l. j. de Orig. iur. Refertur ad numerũ, tempus, & fundamentum. Vide Bart. in l. ij. ff. de furt. Sp. Sunt aũt principia cõmunia diuersis scientijs accommodabilia principia. Propria uerò quæ uni disciplinæ aut eius partium uni sunt accommodabilia. Drosęus in methodo iuris.

PRIOR sententia, pro potiore l. Claudius. ff. qui pot. in pig. hab. cum simil.

PRIORES creditores. Vide C. de his q̃ in prior. cred. loc. suc. per tot. & l. si prior. ff. illo tit. cum simil.

PRIVATA crimina quæ sint, uide. ff. de priuat. delict. per tot.

PRIVATA iudicia, modò ciuilia, modò pecuniaria accipimus. C. de iud. l. & in priuatis. & l. de fide. C. de falsis.

PRIVATAE dicũtur res, quæ sunt singulorũ l. 1. ff. de rer. diuis. à uerbo antiquo priuus, quod singulos significat, quo & Cato in lib. de re rust. utitur. Ec etiã res quæ non sunt populi ut populi, sed ut cuiusuis hominis priuatæ sunt. Conn lib. 7. cap. 6. nu. 12. Idẽ lib. 3. cap. 2. nu. 8. Res priuatę sunt singulorum, & patrimonij partem faciunt. Nã superiores seu diuinæ seu humanæ quæ publicæ sunt aut cõmunes, in nullius bonis esse dicuntur. Vnde priuatũ ius id esse definitur quod ad singulorũ utilitatẽ pertinet. l. 1. §. ult. ff. de iustit. & iur. Et priuata iudicia à Latinis dicũtur, quæ ad rẽ familiarẽ cuiusq; pertinẽtia per arbitros, iudicesq; datos expediũtur. Cicero j. de orato. Nã uolitare in foro, hærere in prætorũ tribunalibus, iudicia priuata magnarũ rerũ obire. Idẽ Topic. Priuata iudicia maximarũ quidẽ rerũ in Iurecõsultorum mihi uidẽtur esse prudẽtia. Plin. lib. vj. Epist. ad Roma. Interuenit acribus illis & erectis frequẽs necessitas iudicandi ac pœnè calculos tabulãq; poscendi, ut repentè in priuati iudicij formã centumuirale uerteretur. Priuata delicta sunt, quæ ad rẽ familiarẽ & priuatam pertinẽt, nec cuiuis ex populo, sed ei dũtaxat, cui damnũ datum iniuriaue facta est, cõpetunt. Qualia sunt furtũ, rapina, iniuria, damnũ iniuria datũ. tit. de priuat. delict. l. 1. §. ult. ff. de pœn. l. 7. ff. de public. iudic. Actio certè ex lege Cornelia de iniurijs etsi pro publica utilitate exercetur, priuata est tamẽ l. 42. §. 1. ff. de procuratorib. l. ult. C. de iniur. l. ult. C. ubi senator. Priuatam etiam furti actionem uocat Quintilia. Declamatio. cccxlj. ad fi. Bris.

PRIVATAE uiæ dupliciter accipi possunt: uel eæ quæ sunt in agris, quibus imposita est seruitus, ita ut ad agrum alterius ducãt: uel eæ, quæ ad agros ducũt, per quas omnibus commeare liceat: in quas exitur de uia consulari & sic post illam excipit uia, uel iter, uel actus ad uillã ducens. Has ergo quę post consularem excipiuntur, in uillas, uel colonias alias ducentes, putem & ipsas publicas esse l. 2. §. priuatæ ff. ne quid in loco publico.

PRIVATI futuri sunt, pro eo quod est, imperiũ, administrationem, officium deponent. in l. eum qui, ff. de iurisdict. om. iud. Hinc & priuati dicti, qui non funguntur aliquo publico munere, cui dignitas adsit. Spiegel.

PRIVATIM, interdũ pro eo quod uulgò dicitur, particulariter, uel in particulari, uel specialiter.

PRIVATIANI siue largitionales dicuntur apparitores comitum, & hoc sensu plurimum in constitutionibus palatini accipiuntur, ut l. ult. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. l. j. C. quib. ad cond. præd. fis. li. eod. l. 2. de collat. fund. fis. C. eod. l. ult. de fid. instr. & hast. fis. & l. 2. de petit. bon. sub. C. lib. 10. & multis alijs. Et sicut officium pro officialibus accipitur sæpẽ, ita palatiũ pro palatinis. Ammianus lib 4. Tuas & palatij tui auferre iubeo propediem annonas, & eodẽ libro: relicto palatio omni. Cuia. ad rubr. de palatinis sacrarũ largitionũ & rerũ priuatarũ. C. lib. 12.

PRIVATVS, uerbum est ἐν τῷ πρός τι, semperq; rationem habet cũ altero. itaq; generaliter is priuatus à Latinis dicitur, qui munus illud nõ gerit, quo alter fungitur. Hinc uetus inlicij uocandi formula, ex lib. Varrõis de lingua 5. Oẽs Quirites, pedites, armatos, priuatosq;, curatores omniũ tribuũ, &c. Vbi priuatos apparet dici, quos nũc Iurisconsulti paganos uocãt. Priuati ergo militib. eo loco opponũtur. Opponũtur etiã ijs q̃ cũ potestate sũt. Cicero de arte Rh. 1. In fortuna q̃ritur, seruus sit an liber: pecuniosus, an tenuis: priuat⁹, an cũ potestate. Quinetiã Cæsar lib. De bello ciu. 6. sic locut⁹ est, si q̃s aut priuatus, inq̃t, aut public⁹ eorũ decreto nõ steterit, sacrificijs interdicunt.

dicunt. Loquitur de Druidum decretis. Quòd si cũ potestate esse, minus est multo quàm cum imperio esse, ut cuiq; uel ex Festo licet intelligere: non malè, meo iudicio, in Verrinam 2. scripsi, Priuatum à Latinis ei qui cum imperio est, opponi, quasi publico, & iam in re publica, non priuata uersanti. Quapropter Magistratus à Græcis πολιτικοὶ & πολιτεῦται, quasi dicas publici, appellantur. Nonnulli autem extiterũt, qui nominatim meam illam annotationem iccirco reprehenderent, quòd Cn. Pompeius quo tempore contra Sertorium missus est, priuatus fuisse dicatur à Cicerone Philipp. 11. & tamen cum imperio consulari. Quid audio? Sertorianum bellum à Senatu priuato datum est, inquit Cicero: quia consules recusabant: cum L. Philippus pro consulibus se eum mittere dixit, non pro consule. Item, clarissimo uiro atq; innocentissimo decreuit imperium, priuato tamen. Quid est hoc? an cùm belli tanti administratio, cùm fasces, cùm secures, cùm imperium proconsulare Pompeio delatum est, mansisse priuatus Pompeius uidetur? An igitur cùm proconsul Cicero extra ordinem & aliquot post consulatum annis in Ciliciam missus est, priuatus erat? at priuato tamen illud imperium, illud bellum mandatum est. Censores, inquit uir eruditus, priuati non erant, & tamen imperium non habebant. Primùm hoc nihil ad nos. non enim quærimus an qui imperiũ non haberent, omnes priuati essent. sed tamen caruisse ne imperio censores uidentur, cùm senatu mouebãt, cùm equo publico multabant, cùm ciuitatem denique adimebant? Tribuni autem plebis, quia magistratum habebant, priuati dici nõ poterant. Vtrum autem imperium habuerint, nihil ad nos: cùm eos priuatos non fuisse constet. qui tamen consules cum summo imperio triumphantes de curru triumphali obtorto collo trahi in carcerem iubere poterant, dici sine omni imperio fuisse nõ possunt. Quid opus est uerbis? Cicero nostram controuersiam uerbo uno disceptat. nam Verrina 7. sic scribit, uerum esto: sit tibi illud liberum omne tempus, quod cum imperio fuisti. etiam ne priuatus? etiam ne reus? loquitur de C. Verre, qui & in prouincia prætor summo cũ imperio, & in urbe reuersus, nulla cum potestate, priuatus domi suæ piratas retinuerat. Eodem illud ex Orat. pro Ligario pertinet: atq; ille nõ mediocri cupiditate arripuit imperium, si illud imperiũ esse potuit, quod ad priuatum, clamore multitudinis imperitæ, nullo publico consilio deferebatur. Item illud in Epist. 1. ad Q. Fratr. Eaq; si sic coluit ille, qui priuatus futurus nunquam fuit: quonam modo retinenda sunt ijs, quibus imperium ita datum est, ut redderent? Item in epist. prima ad Lentulum, Crassus tres legatos decernit, nec excludit Pompeium: censet enim etiam ex ijs, qui cum imperio sunt. Bibulus tres legatos ex ijs, qui priuati sunt. Hot.

PRIVATVS contractus, qui non respicit utilitatem publicam l. omnes profugi. C. de Agricol. & censit. lib. xj.

PRIVATVS locus quis sit, exponit Iurisconf. in l. ij. §. prætor ait. ff. de relig.

PRIVATVM Tribonianus in Cod. Theodosij, ubi ita scriptum erat (nec priuatum quisquam à domino ędium postulet) interpretatus est balneũ, quę uox non dubito quin alijs in auctoribus eodẽ sensu reperiri possit. Membrum pro cubiculo notum est in l. 13. ff. de man. test. ubi Græci κοιτῶνα interpretantur. Vtramq; uocẽ retinuit lingua Gallica. Cuia. ad l. hoc prospectũ, C. de metatis & epidemeticis. li. 12.

PRIVIGNA non solùm ea mihi intelligitur, quæ uxoris meę filia est, sed & neptis & proneptis l. adoptiuus, 14. §. ult. ff. de rit. nupt. Hot. ex Conn. lib. 8. cap. 5. num. 7.

PRIVIGNVS dictus, quòd antè quã mater secundò nuberet, est progenitus. Pri enim antiqui dixerunt pro præ. Festus.

PRIVIGNVS, ex marito uxoris natus filius, antequam cum illa contraxit. Sic priuigna, uxoris filia ante contractum cum marito matrimonium.

PRIVIGNVS uxoris meæ filius ex alio uirò natus. Liberi quoq;, quos ex alia uxore habeo, uxori meæ priuigni sunt l. 4. §. adfines. Planè quod ad causam prohibitarum nuptiarũ attinet, non solùm uxoris nostræ ex alio marito filia, sed etiam neptis, proneptis, priuignæ appellatione intelliguntur l. 14. §. ult. ff. de ritu nupt. Bris.

PRIVILEGIARIVS is appellatur, cui priuilegium aliquod est concessum. Malè, priuilegiatus Sicut beneficiarius, non beneficiatus. Vnde milites beneficiarij, qui uacabant officio. Vlpian. de priuil. credit. l. si uentri. Quorum pecunia, ait, ad creditores priuilegiarios peruenit. Idem de pact. l. rescriptum. An priuilegiarijs, inquit, absentibus hæc pactio noceat. Item tit. Quod cum eo qui in alien. pot. l. sed an hic. rectè dicetur, occupantis meliorem esse cõditionem, nisi quis priuilegiarius ueniat. Nebriss.

PRIVILEGIA propter aliquam utilitatẽ concedenda sunt. Quotiescunq; igitur de priuilegio alicui priuato, uel corpori, collegio, seu uniuersitati concedendo tractatur: tũc ante omnia perpendendum est, an operæprecium fuerit indulgeri, hoc est, num utilitas uersetur, nõ dico eius tantùm, cui conceditur, sed quæ in publicum inde reditura sit: quẽadmodum uerè accipienda est lex, ius singulare. ff. de legibus. Dum dicit Paulus: propter aliquam utilitatem. Oldend.

PRIVILEGIVM, antiquo uerbo, quasi priuata lex dicitur. Quia ueteres priua dixerũt quę nos singula dicimus. Iurisconsulti ius singulare appellant, ad differentiam iuris communis. Item, beneficium, quia bene facit ijs, quibus conceditur contra legem communem. Item, rescriptum, & diploma principale, dicitur aliàs: quanquam id aliquanto sit generalius, quia non tantùm ius singulare principes, uerumetiam cõmune, & ab omnibus seruandum, rescribere solent. Item, constitutio personalis nuncupatur, in §. sed & quod principi. Instit. de iur. natu. gent. & ciuil. l. j. ff. de constitu. princip. Item, auxiliũ, fauor, gratia. Vnde uulgò dici solet: omne ius habet annexam gratiam. Quod nemo unquam grauius tractauit, quàm Marcellus in l. respiciendum. ff. de pœn. In iure pontificio dispensationes quoq; uocantur: cuius tamen uerbi uim pleriq; non percipiunt, qui relaxationem tantùm communis iuris significari putant. Porrò, qui dispensat ius, is cuiq; suum distribuit, & curat ne alicui fiat iniuria, ne quis lædatur: quod summum iustitiæ munus est. Et sanè nescio, an omnes dispensationes id faciant. Item, indulta frequenter dicuntur, & immunitates. Item, Modestinus in l. si duas. Dig. de excusat. tutor. Hæreses leges appellat, quasi priuatas singulares. Vndeuides, quàm facili negocio omnes istæ appellationes discerni possint, quanquam eòdem tendant, modò rem ipsam rectè teneas, quam significãt, hoc est, iuris singularis uim & potestatem, quæ consistit in recta distributione, in beneficentia, pietate, clementia, fauore, & utilitate. Oldendorp. Adde Forcat.

cat. in Necyomantiæ dialogo 2.num.4.

PRIVILEGIVM est ius, quod contra communem ciuilium ordinationum tenorem, propter aliquam naturalis æquitatis rationem, certa constituentium autoritate introductum est. Vnde apparet primùm, quòd priuilegia contra ius naturæ, uel utilitatem publicam, non magis sunt priuilegia, quàm tyrannis lex est, ut Cicero probat de legibus disserens. Et hic est uerus sensus l.ult.C. Si cont.ius uel util.publ. Nam quid iniquum priuilegium efficit aliud, quàm quòd legem & ordinationem Dei soluat sine causa? Deinde, ex prædictis constat, quòd uera & iusta priuilegia, non priuant legem, ut Accursius putat: Imò supplent magis in ea parte, ad quam communis regula porrigi non potest, salua iustitia & æquitate. Id quod idem Accursius per exempla, quę allegat ipse, faciliter iudicare potuisset, nisi uera principia iuris illi fuissent incognita. Est enim ius commune, ut unusquisque seruet pacta, satisfaciat promissionibus, liberet fidem suam, pro se uel pro alijs datam. Suntne hæc in commune iusta? Quid ni? l.j.ff. de pac. Inst. de fideiusso.in prin. Quid igitur si mulier fideiubeat, aut minor: Est ne iustum ut comprehendatur sub hac regula? Minimè gentium. Quare non? Quia mulieres sexu: minores ætate imbecilles sunt, & multis captionibus subijciuntur. Iam cùm inter mulieres, & pueros, ac uiros legitimę ætatis, longa sit inæqualitas: quomodo communis regula ad eas personas pertinere potest æqualiter? Ergo exemptæ sunt alia lege speciali: Ea autem uocatur priuilegium seu ius singulare, de quo in titul. ad S.C.Velleia. Olden.

PRIVILEGIVM quoque prelationem & prærogatiuam quamdam significat, quæ inter actiones personales uertitur, qua in debiti repetitione chirographarij creditores alijs conchirographarijs præferuntur. Sic hoc uerbum accipitur in tit. de priuil. credit. qui in uulgatis codicibus distinctus est ab alijs, in Pandectis uerò Pisanis continenter hæret cum tit. de bon.auct.iud.possid. Sic & l.74.ff. de iu. dot. l.53.§.j.& §.ult.ff.de pecul.51.§. idem respondit. ff.pro soc.l.6.l.33.l. 37.ff. de iu.fis. l.10.ff.ad munici.l. 23.§.ult.ff sol matr.l.2.C. de seruo.pigno.dat.l.10.§. quod si dies. ff. de admin. tut. l 1.ff. de cessio.bon.l. 25.ff.si cert.pet.l.58.§. ult.ff.manda.l.15.§.1.ff.de cur. fur.l. 1.§. sed & si satis.ff. de administrat.rer.ad ciuit. Priuilegia etiam pro ipsis creditoribus, qui priuilegia habent, ponũtur in l.7.§. quotiens. ff.deposit. l. 24.§.in bonis.ff.de reb.auct.iud.l.17.§.pen.ff. de excus.tut. Qui & Priuilegiarij uocantur. l.1.ff.de pac.& l.24.§.ultim.ff.de reb.auct.iud. & ab Hypothecarijs separantur. Briss.

PRIVS, quot modis sumatur, Bart. docet in prima Constit.C.paulo pòst a principio.

PRO, præpositio. Vlpianus in l.3.de Postul. Item Pomponius, ait, appellatione nurus & generi, soceri & socrus, & ulteriores, quibus Pro præpositio solet accedere, contineri ait. Spieg.

PRO cum ablatiuo Iurisconsulti coniungunt, cùm significant non esse uerè id de quo agitur, sed haberi pro eo ac si esset. ueluti Pro hærede, Pro bonorum possessore, Pro emptore. ac tum propriè sic loquuntur, cùm de usucapione disputant. hæ namque species sunt possessionis, quæ ad usucapionem ualet. Hot. Aliàs uerá collationẽ denotat, & pro socio agere, ꝓ donato, hoc est, uerè huiusmodi titulos habere. sic l. diuturna cõsuetudo.ff.de legib. pro iure & lege, id est, pinde ac si scripta lex fuerit. Old.ibid.

PRO quandoque uicis nota est ut pro tutor, qui cum tutor non sit, uices tutoris gerit & administrat. D.protuto.per tot. quandoq; significat, cum, l. si pro fure. D.de condi. furt. quandoq; modi significatiua uox est l.pen.in princ. C.de noua. Pro distat a uoce propter. Illa caussam finalẽ, hæc impulsiuam denotat l. dominus. D.de pecul.lega. Prat.

PRO iunctum uerbo, fugere, significat procul ex aliquo loco fugere, nisi malis pro ex accipi sine, in l. metum. 9. ff. quod met. caus. & apud Virgilium eodem sensu 1 Aeneidos profugus.

Arma uirumq; cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lauinaq; uenit
Litora.

PRO, præpositio accedens nominibus consanguinitatis uel adfinitatis, promouet, profertq; gradus. Vlp. in l. cui eorum. ff. de postul. Veluti, uxorem filij, nurum Iureconsulti appellant: pronurum uerò nepotis uxorem: sed in adfinitatis iure censendo, nurus appellatio, pronurum etiam significat, nõ propria quidẽ significatione: sed per extensionem. Quod docemur in uerbo porrigere, quòd est ueluti excurrere, & ultra extendere. & Brechæus in l. nurus appellatio. ff. de uerb. & rer. signif.

PRO adiudicato possidet is, cui per errorem, accepto communi diuidundo iudicio, res adiudicata est l. si per errorem, 17. ff. de usurpat. quinetiam codẽ titulo ad usucapionis finem possidet is, cui rectè adiudicata res est, ut ius Quiritium adipiscatur. Hot.

PRO aliquo stare, defendere aliquem, & partes alicuius tueri. Spieg.

PROAMITA est proaui soror l. 1. §. quinto Instit. de grad. cog.

PRO cesso possidet is, cui dominus à quo suam rem non mala fide, sed iusto errore iudicio petebat, rem illam cessit l. non solùm, 33. §. si mihi, Digest. de usurpat. Hott.

PRO debitoribus, & propter debitores soluere, differunt. Pro, namq; ad finalem: propter uerò, ad impulsiuam causam refertur l. dominus Sticho. ff. de pecul. leg. tametsi pro re nata. quandoq; proximam, uel remotam causam denotent. Sp.

PRO derelicto possidet, qui rẽ à domino ea mente abiectam ut eam in numero rerum suarũ esse nolit, possidet l. 2. ff. eod. & l. nemo, ubi Iulianus ait, neminem posse pro derelicto usucapere, qui falsò existimauerit rem pro derelicto habitã esse. unde aliorum titulorum cum hoc apparet differentia: cum in alijs usucapio interdum ex opinione ualeat, in hac non ualeat. Hot.

PRO diuiso, diuisione facta: pro indiuiso, infecta. Paulus l. 25. §. 1. ff. de uerb. sig. Partis appellatione rẽ pro indiuiso significari. nam quod pro diuiso nostrũ sit, id non partem, sed totum esse. Vlpian l. 6. §. 1. ff. commun. præd. Planè si diuisit fundum regionibus, & sic partem tradidit pro diuiso, potest alterutri seruitutem imponere. Hot.

PRO domino, iure domini, pro eo ac si dominus quis esset. Marcellus l. Titia, 48. ff. de solut. Titia cùm propter dotem bona mariti possideret, omnia pro domina egit. Liuius lib. 24. Palàm primò, cum clausis Andronodorus insulæ portis, hæreditatem regni creuerit: quæq; procurator tenuerat, pro domino possederit. De tutore loquitur. Hot.

PRO donato possidet is, cui reuera donationis caussa res tradita est. nec enim sufficit opinari: sed uerè donatum esse oportet l. 1. Digest. pro donat. l. 1. & 2. Cod. eod.

PRO dote possidet, cui res aliena inæstimata, dotis nomine post iustas nuptias tradita est l. 1. & pass. ff. eod. Inæstimatam autem dixi, quoniam æstimata res pro emptore usucapitur l. plerunq;, §. si ante, & l. quoties, ff. de iure dot. & l. 1, C. pro dote. Hot.

PRO emptore possidere dicitur, qui iure ac nomine emptionis possidet. Paulus l. 2. ff. eod. Pro emptore possidet, qui reuera emit. nec sufficit, tantùm in ea opinione esse eũ, ut putet se pro emptore possidere: sed debet etiã subesse caussa emptionis. Hot.

PRO emptore possidet, qui rem alienam à non domino ignorans emit: nam pro eo quasi empta esset, habetur. Intelligendum est autem has possessionum caussas eò pertinere, quia nullo istorũ omniũ modorum ius Quiritiũ acquirebatur: sed uiam duntaxat & aditum ad usucapionem patefaciebant. non enim emptio, donatio, solutio, iudicatum, noxæ deditio, alluuio, occupatio, partus, ac ne hęreditas quidem, nisi testamento per æs & libram facto, ius Quiritium transferebant. Itaq; lib. C. 7. de iure Quiritiũ, antè quam de istis titulis possessionũ tractetur, explicandum fuit. Hot.

PRO eo ac, uel pro eo atq;, legitur, ꝓ ita uel perinde ut. Vlp. Si quis ex testibus nomen suum nõ adscripserit, pro eo est, ac si adhibitus non esset. Idem, pro eo habendum, atq; si nullo iure factum esset. Sp.

PRO fideicommisso possidet, qui fidei commissi nomine possidet: hoc est, cui fideicommissum relictum est, sed usucapiendo ius Quiritium adipisci conatur l. Pomponius, 13. §. sedet, de acq. poss. nõ enim per fideicommissum dominium, sed sola possessio transfertur l. 3. ff. si usufr. petat. Hot.

PRO hærede gerere uidetur is, qui aliquid facit quasi hæres: & generaliter Iulianus scribit eum demum pro hęrede gerere, qui aliquid quasi hæres gerit l. 20. ff. de acq. uel amit. Hot.

PRO hęrede gerere, est destinatione futuri domi nij aliquid ex hæreditarijs rebus usurpare. Et ideo pro hærede gerere uidetur, qui fundorum hęreditariorũ culturas rationesq; disponit, & qui seruis hæreditarijs, iumentis, rebusúe alijs utitur. Paulus lib. sent. 4. cap. 8. Hot.

PRO hærede gerere quis uidetur, si rebus hæreditarijs tanquam hæres utatur, uel uendẽdo res hæreditarias, uel prædia colẽdo locandoúe, & quoquo modo uoluntatem suam declaret uel re, uel uerbo de adeunda hæreditate: dummodo sciat eum in cuius bonis pro hærede gerit, testatum intestatumúe obijsse, & se ei hæredem esse. Pro hærede enim gerere est, pro domino gerere. Veteres enim hæredes pro dominis appellabãt, ait Imp. §. 2. de hæred. qual. & diff. Hot.

PRO hærede gerit, qui rebus hæreditarijs tanquã dominus utitur. uelut qui actionem rerum hæreditariarum facit, aut seruis hæreditarijs cibaria mandat. Vlp. cap. Inst. 22. Hot. ex Conn. lib 10. ca. 5. nu. 1.

PRO hærede geritio. Cretio est eorũ qui sub cretione hæredes instituuntur. Pro hærede geritio eorum, qui sine cretione, uel etiã cum cretione imperfecta, ex cõstitutione D. Marci. Immixtio est necessariorum & suorum. Agnitio nuda hodie est in usu tam in ciuili, quàm in prætorio iure, §. ult. de hæred. qualit. & diff. §. ult. de bono. poss. Sublata est cretio à Cõstantino in maternis successionibus l. 1. C. Th. de mat. bon. & mat. gen. cret. sub. ab Theodosio penitus l. cretionum. C. de iur. delib. l. 1. C. Th. de cret. uel bon. poss.

PRO hærede possidere dicitur, qui uel hæres nõ est, sed pro eo ac si esset, habetur: uel reuera hæres est, sed rem non hæreditariam pro eo ac si hæreditaria esset, possidet l. ꝓ hærede, 11. ff. de hær. petit. Hot.

PRO hærede possidet, qui cum uerè hæres non sit, iustam tamen & probabilem caussam habuit existimandi se hæredem esse: si modò testamenti factionem habuerit l pro hærede, 11. ff. de hæredit. petit. l. non solùm, 33. §. 1. ff. de usurpat. l. 4. & pass. ff. pro hær. l. 1. & pass. C. eod. Hot.

PRO hærede possidere, uno modo significat titulum. quales sunt, pro emptore, pro legato, pro derelicto, subaudi, possidere, & similes. Alio uerò modo non etiam, sed prætextum tituli tãtum, atq; adeò titulum ementitum: qualem habet prędo, raptor, & is qui possidet pro possessore, hoc est, qui iustam possessionis suę causam non habet. iuxta distinctionem gloss. rub. de usucap. pro hæredit. Item pro hærede possidere uidetur, qui putat se hæredem esse. Instit. de interdic. §. Quorum bonorum. Quemadmodum & is pro possessore possidet, qui nullo iure rem hæreditariam, uel etiam totam hæreditatem sciens ad se non pertinere, possidet. Institutionũ de interdict. Vide Oldendorpiũ in elegãti introductorio class. iij. ut cognoscas omnes ferè doctores lapsos esse circa titulum, pro hærede. Spieg.

PRO indiuiso, promiscuè, sine ulla diuisione. Cicero in Rulliana, promiscuè. Equidem existimo, si iam campus Martius diuidatur, & unicuiq; uestrûm ubi consistat, bini pedes assignentur: tamen promiscuè toto, q̃ propriè parua frui parte malletis. Hinc

PRO indiuiso & certa pars opponuntur, l. placet. 25. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. 1. ff. de euict. l 1. §. hoc interd. ff. uti possi. l. seruus, 5. ff. de stip. seru. l. 5. §. ult. ff. commod. Hot.

PRO legato possidet, qui legati nomine possidet, id est, cui uerè aliquid legatum est, siue testatoris res esset, siue non esset, aut testatoris quidem esset, sed adempta codicillis ignoraretur l. 1. & pass. ff. pro legato. Hottom.

PRO noxæ dedito possidet, qui cũ seruus ei noxæ deditus sit, iustam usucapiẽdi caussam ex ea possessione nactus est l. 3. §. genera, ff. de acq. poss. l. 5. ff. de publ. Hot.

PRO parte uirili, in leg. si socer. sub fin. & ibi glos. ff. solut. matr. Item pro uiri portione, familiare Iurecoss. Spiegel.

PRO possessore possidere Vlpianus dicit prędonem: qui cum sciret ad se nõ pertinere hęreditatem, inuasit bona, nullã habens possidendi causam ca. 11. cap. 9. cap. 15. §. 2. de petit hæred. ca. 24. §. 9. de solut. Et cũ de eo dubitaretur, qui sciens alienam emerat hæreditatẽ, ac plerisq; uideretur quasi pro possessore possidere displicuit hæc sentẽtia Vlpiano. Nemo enim prædo est inquit, qui preciũ numerauit cap. 13. §. 6 de petit. hær. In qua tamẽ sententia Iulianus, Papinianus Gaius & Paulus uidentur fuisse. Volunt enim illi omnes omnino malæ fidei possessores prędones dici, & pro possessore possidere, etiamsi precium numerauerint cap. 33. §. 1. de us. pat. cap. 55. de condict. indeb. cap. 28. de hæred. petit. cap. 5. de acq. poss. ca. 13. de noxalib. actionib. &c. Ræuardus. l. nemo prædo est. ff. de regul. iur.

PRO possessore bona fide, ac iusto titulo possidet, qui pro bonorum possessore possidet: id est, quẽ uel iustã caussam habuit existimandi se bonorũ possessorem esse, uel cùm reuera bonorũ possessor esset, existimauit res quasdam ex ijs bonis esse, quę alienę tamen erant l non solũ, 33. §. 1. ff. de usurpat. & sub tit.

Pro

Pro hærede,& l. pro herede, 11. ff. de hæred. petit ubi tamen bonorum possessor etiam pro hærede posside re dicitur. Hot.

PRO possessore mala fide posidet prędo, qui interrogatus cur posideat, responsurus sit, quia possideo: nec ullam afferre caussam possessionis potest l pro hærede, 11. cum seq. ff. de petit. hæred. Hot.

PRO soluto posidet, qui rem uel debitam uel indebitam quasi debitam, ab eo qui soluit bona fide ac cepit l. non solum, 33. §. si mihi, l. pro soluto, 46. & l. pen. ff. de usurpa. Hot.

PRO suo, est generalis titulus, cũ dominium nobis acquiri putamus, & ex ea causa posidemus, ex qua acquiri solet, siue iure gentium, siue iure ciuili. Qua ratione & ante usucapionem cẽsetur quis pro suo posidere. Comprehendit enim hic titulus generaliter omnes dominij acquirendi causas: ut quoties dico rem meam esse, nec addo causam specialẽ, uideor omnes causas dicere. Aliam significationem habet hoc uerbum specialiorem, ut is dicatur posidere pro suo, qui ex alio titulo non posidet, cum erret, ut si quis putet rem donatam, emptam, legatam esse, cum nec donata, empta, aut legata sit. Breuiter quoties iusta causa usucapiendi est, & tamen deficit specialis aliquis titulus. Huius rei exemplum est ex d. l. 1. tit. pro donat. Aliud in l. 2. h. t. de his quæ terra mariq; capiuntur. Atq; ita ut admonui hoc uerbum pro suo, nunc latius & generalius, nunc strictius accipitur, SBILBRUS ex Lecturis Duareni nondũ impresis, tit. pro suo.

PRO suo posidere propriè dicitur is, qui falsò, sed probabili tamen harum caussarum errore posidet: nimirum occupationis, alluuionis, partus emptæ uel hæreditariæ ancillæ, fructus rei emptæ, aut donatæ, aut in hæreditate repertæ l. 2 3. & 4. §. ult. & l. ult. ff. eod. At hic quidem propriè, ut dixi, pro suo titulus appellatur: quippe qui ad usucapionem ualet. alioqui pro suo etiam posidet is qui per emptionem, aliamue iustam causam posidet: uerùm is non usucapit. Hot.

PRO transacto posidet is, cui iudicio per errorẽ accepto res aliqua per transactionem concessa est, ut eam usucapere, & iure Quiritium facere suã posit l. cùm solus, 29. Digest. de usurpat l. ex caussa, 8. ff. pro empt. Hot.

PRO tribunali, hoc est, iudice sedente cognoscit ordinarius, non autem delegatus iudex. not. in l. qui tribunali. ff. de re iud. Item pro tribunali cognoscere, est seruato iuris ordine, & non de plano ius reddere. ut satis Marcelli uerba innuunt in l. j. §. abolitio. ad S.C. Turpill. Spieg.

προαίρεσις liberæ uoluntatis decretum, uertit Connanus lib. 7. cap. 15. num. 15.

PROAGORUS Dorica ratione, & Siculorũ lingua latinè princeps, dicitur, qui antè alios uerba facit. Græcè προήγορος ut annotauit Turnebus aduersariorum lib. 8. cap. undecimo.

PROASTIA. sic enim scribendum, & non proaustia, apud Iustin. in autent. de alienat. & emphyt. §. j. & de restit. fideicom. Coll. ix. Græcis dicuntur suburbana, quæ pulcherrimè consita à domino, non tam utilitatis, quàm uoluptatis causa habentur. Lege Alciat. cap. iiij. lib. ij. Parerg. Spieg.

PROBABILE est, quemadmodum Aristot. docet, quod uel omnibus uidetur, uel plurimis, uel sapientibus, hisq; uel omnibus, uel plurimis, uel spectatis probatisq;. Sic à Rhodolpho citatur lib. ij. de inuen. Veruntamen nõ prius ad probabile confugiendum est, quàm ubi necessariũ, id est, ratio & lex defecerit. Vide Salomonium in §. responsa. Institutionum de iustitia, & iure.

PROBARE, pro laudare, in l. j. ff. qui pot. in pignor. habeant.

PROBARE item pro, rem experiri & tẽtare. ut, amicos probato. Spieg.

PROBARI fideiussores dicũtur, in quorum facultates inquiritur, ut idonei necne sint pateat l. 10. ff. qui satisd. cog. l. 7. §. non solùm. ff. de min. Inde ad fideiussores probandos dati arbitri accipiuntur, qui ad æstimandas fideiussorum uires dantur l. 9. ff. qui satisd. l. 2. ff. à quib. appell. nõ lic. Probari etiam opus dicitur, quod tanquam è lege dicta factum adprobatur l. 26. l. 38. l. ult. ff. loca l. 7. §. illud quoq; ff. de l. Iulia repetund. Frontin. lib. 11. de aquæductib. Eorumq; operum probandorum curam fuisse per cẽsores aliquando & ædiles. Et in uetere monumento Neapolitano, quod legem parieti faciundo dictam habet. Quod eorum uiginti iurati probauerint, probum esto, quod improbauerint, improbatum esto. Bris.

PROBATA sarta tecta dicuntur, quum ex lege, id est pactione redẽptionis facta esse iudicata sunt. Macer l. 7. §. 1. ff. de leg. Iul. repet. Ne in acceptum ferantur sarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præstita, lege fuerint. Lege, id est ex lege, siue secundum legem ac pactionem. Cicero Verrina tertia, locatur opus id quod ex mea pecunia reficiatur. ego me refecturũ esse dico. probatio futura est tua, qui locas. Sic in l. opus, 36 l. ult. ff. locat. Hot.

PROBARE dictum est à probo: non, ut quidam nimis in hac re imperitè dixerũt, quod probè faciat, qui probat: isto enim modo uir bonus, cum Reipub. consulet, cum inopes liberalitate subleuabit, atque adeò agricola, cùm in tempore agrum colet, probare dicetur. quia qui hæc faciat, rectè faciat, & ex officio. Sed quod generaliter ꝓbare dicatur, quisquis facit, ut probum ac rectum iudicetur id, quod agit. Qua significatione ferè semper à Cicerone usurpatur, ut illud in Verrem elegãter ab eo dictũ est, non uereor ne hoc meum officium P. Seruilio non probem. Id autẽ præstat in re controuersa, quam intendit, qui quod dicit, idoneis testibus, aut alijs legitimis probationibus ita esse docet. Sic enim assequitur, ut nec calumniosè, nec improbè confictũ id, aut intentatum iudicetur, sed rectè, uerè & ex officio. Donellus ad tit. de probationib.

Est autem probare rei controuersæ testibus, aut tabulis iudici fidem facere. Hac definitione admonetur litigator, ut eius rei, de qua lis est, & de qua iudicem pronunciare oportet, probationem adferat: atq; ideo qui sit caussæ status, consideret, quodque Græci κρινόμενον uocant, ne aut minus idonea sit, aut superuacanea probatio l. patronus l. ante omnia. ff. de probat. Illud quoq; ex eadem definitione annotandum est, neq; confessionem, neq; iusiurandum probationis uocabulo propriè contineri, licet uim & effectum probationis habeant, l. sed etsi possessori. §. ult. l. eũ qui. ff de iureiur. Abusiuè tamẽ utrunq; probatio dici potest: quia tam is qui fatetur intẽtionem aduersarij, quàm qui ipso deferente iurat, testis quodammodo in propria caussa esse intelligitur l. ult. C. de fideicõmiss. Ne illud quidem ociosum est, quod dicitur in definitione Iudici. Hæc enim particula ostendit iudici ipsi non aduersario probandum esse: id est, à litigatore efficiendum, ut ipsius intentio, defensioue, si minus aduersario, at certè iudici proba, rectaq; uideatur. Vnde & quæ sit huius uerbi

Etymologia cognosci potest. Dicitur prætereà in definitione: testibus, aut tabulis: quoniam nullũ genus probationis est, quod testium, aut instrumentorum fide non constet. cap. forus. de uerb. signif. Nam & ꝓbatio inartificialis (de qua mox dicturi sumus) nisi testibus aut tabulis aliquid probatum sit, ex quo ducantur argumenta, non consistit. Quid igitur, si euidéter & ex aspectu ipso iudici appareat ita se rem habere? Respondeo, non nisi impropriè hanc dici probationé, sicut & cùm fatetur aduersarius, ut iam admonuimus. utcunq; sit, disputatio hæc de uerbis tantum est: quæ si res intelligantur, non adeo magni est momẽti. Duarenus anniuers. disputat lib. 1. ca. 27.

PROBATIONIS uariæ sunt species. Vetus est illa, & nota probationum diuisio, quæ ab Aristotele tradita omnium ferè consensum meruit, ut Quintilianus refert lib. 5. cap. 1. ut aliæ sint, quas Græci ἐντέχνους uocant, id est, artificiales, aliæ quas ἀτέχνους nominant, id est inartificiales. Illæ sunt, quæ ex reipsa nascũtur, & inde ab Oratore, aut quisquis est, qui rem probare uult, arte eruũtur, ex quo artificiales dictæ: hæ uerò, quæ extrinsecus assumptæ ad oratoré deferuntur, ueluti tabulæ, testes, & si quę generis eiusdem. Ideo inartificiales dictæ, non quod arte nõ tractentur, cũ allatæ fuerint, sed quod ad eas inueniendas, licet maximè quæsieris, nihil ars prodest. An sint enim testes, an tabulæ eius rei, de qua quęritur, aliorum admonitu tantũ, non arte aut ingenio consequimur. Non enim hæc cum re proposita coniunctionem aut affinitatem habent. Hæc illa est diuisio tot locis à Cicerone in libris Rhetoricis usurpata, cum ita diuidit locos argumentorum, ut alios dicat insitos in re ipsa, alios assumptos. Quæ genera ita distinguere solet, ut quæ argumenta ex re ipsa ducuntur, proprio uocabulo argumenta nominet: illas autem probationes, quæ extrinsecus assumuntur, in testimonio positas esse dicat, & ideò generali uerbo testimonia appellet. Sic enim in Topicis scribit: hæc ergo argumentatio, quæ dicitur artis expers, in testimonio posita est. Testimonium autem nũc dicimus omne, quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem. Rursum in partitio. Nam de toto genere testium, quàm id sit infirmum, sæpè dicendum est, & argumenta rerũ esse propria testimonia uoluntatũ.

Earum autem probationum, quæ in testimonio positæ sunt, duo genera esse uidentur tabulæ, siue instrumenta, & testes: ut omne testimonium aut in fide sit, atq; auctoritate personæ, aut in tabularum, & alicuius scripturæ. Vnde duo hi tituli deinde sequuntur, tam in Codice constitutionum, quàm in Pandectis, alter de fide instrumentorum, alter de testibus. Nam quod præter ea hęc genera à Quintiliano numerantur lib. 5. rumor, seu fama, tormẽta, præiudicia, iusiurandũ: aut hæc in testimonijs, & solenni probatione habenda non sunt, aut si quæ sunt, ad superiora duo referũtur. Donellus ad tit. de ꝓbatio.

Pars altera quę tota in arte est, constatq; rebus ad faciendam fidem appositis, ut Quintilianus lib. 5. ca. 8. & 10. docet, triplicis est generis, una est necessaria, cum ex eo quod tabulis continetur, testimonijsue, efficitur necessario, quod intendimus: ueluti eam, quæ lac in mammis habet, uirginem non esse: qui certo die Biturigibus fuit, eodem die Parisijs nõ fuisse, l. optimam. C. de contrah. & cõmitt. stip. Cum obscura & illunis esset nox, quod noctu factum esse dicitur, testes non uidisse. Qua ratione testes quosdam Athenis falsi conuictos fuisse, scribit Plutarch. in Alcib. Hæc enim sunt certissima signa atq; indubitata, quæ τεκμήρια Aristoteles appellat. Itaq; huiusmodi probatio sufficit ad condemnationem l. ult. C. de probat. Verisimilis probatio est, cum ex eo, quod in testimonijs extat, præsumptione quadã iuris non physica, & necessaria ratione infertur quod probare uolumus: ut (exempli gratia) Filium alicuius esse, qui ex eius uxore constante matrimonio nascitur, l. filiũ. ff. de his q̃ sunt sui uel alieni iuris. Filium in patris sui potestate esse: uoluntatem mutatam nõ esse: eum qui paciscitur, sibi & suis hęredibus consulere: quod nunc est, ante hoc tempus quoq; fuisse: qui pecuniæ summam testamento legatam, repetijt in Codicillis, legatum duplicare uoluisse: Chirographo cancellato, debitorem liberatũ esse, & cætera id genus, quæ à quouis studioso lectore obseruari possũt l. si pactum l. eũ qui se l. si filius l. Cum tacitum l. non est necesse, l. quinquaginta l. si chirographo, l. cũ de indebito l. Procula. ff. de probat. Cum igitur hęc probatio ex certis signis non oriatur, sed probabilibus tantum, quæ εἰκότα dicuntur à Græcis, meritò probationi contrariæ cedit d. l. si Chirographum l. ult. ff. de eo quod met. causa. Non repugnantem probationem, ueteres sequuti Rhetoras, hîc uocamus quę non firmissima iuris præsumptione, sed leui aliqua suspicione nititur: ut, furtum factum ab eo, qui domi fuit: seruum qui ab emptore aufugit, fugitiuum antequam emeretur fuisse: legitimum filiũ non esse, quem irata mater ut spurium in actis professa est: pecuniam ei deberi, cui testator ut debitam solui iussit, supra eam quantitatem, ad quam usq; capere poterat: ingenuam esse eam, cuius patrem ex natalibus ingenuum esse constat, uel de cuius fratribus nulla mouetur status quæstio: seruũ esse, cuius mater fraterq; seruilia fecisse ministeria dicũtur, l. emptorem l. cùm probatio l. Imperatores, l. qui testamentum. ff. de probatio l. neq; natales l. matrem l. ad probationem seruitutis. C. eod. Et hæc quidem signa tametsi per se admodũ infirma sint: nec onus probandi reijciant in aduersarium: plerunq; tamen alijs adiuncta prosunt ad condemnationem, etiam criminali iudicio l. Procula. ff. de probat. l. instrumẽta l. ult. C. eod. Quod totum relinquendum est arbitrio iudicis, ut quidam ex interpretibus non leuis auctoritatis prudenter admonet, cũ nulla iuris regula ac definitione certa, hi probationũ gradus discerni possint, l. cum de ætate. ff. de probat. l. testium. ff. de test. l. Lucius. ff. de his qui notantur infamia. Panorm. in c. quãto, de præsumpt. Cicer. 2. de Orat. Duarenus lib. disputat. Anniuers. 1. cap. 27.

Recentiores hac diuisione relicta nouam constituêre, probationis duo capita facientes, alterum plenæ ac iustę, alterũ semiplenæ. Plena, ut ipsi definiũt, est quæ tantam fidem facit, quanta ad definiendam controuersiã sufficit. Huius autem probationis plenæ quot sint species, non satis conuenit inter doctores iuris. Oldendorpius, ut crassissimè rem tradat, sex species cõstituit, ad quas cæteræ pertinent. Prima est, quæ fit per duos, aut plures testes, omni exceptione maiores, hoc est, quorum fides nulla ex caussa legitima potest eleuari, & qui cõmuni hominum opinione reputantur boni uiri. Sunt enim nõnulli, quibus propter, uel malos mores, uel sexũ, aut inimicitiam, uel fauorem, suspicionis exceptio rectè opponitur: unde nihil cõferunt ad probationem, ut eleganter tractát Modestinus l. 2. & Callistratus l. 3. ff. de testib. Prætereà, tametsi regulariter duo testes plenam probationem efficiũt, iuxta l. ubi numerus. ff. eod. tit. Vbi numerus testium (inquit Vlpianus) non

non adijcitur, etiam duo sufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est. Et in ore duorum aut trium, stat omne uerbum. Sunt tamen caussæ in quibus cum maxima sit committendæ falsitatis suspicio, & latior occasio, plures testes requiruntur, quam duo. Vt in ultima uolútate, scilicet, quam iterum declarare defunctus non potest l. hac cósultissima. §. 1. C. de testament. l. ult. C. de Codicill.

Secunda species iustæ probationis contingit per instrumenta, hoc est, per scripturas fide dignas. Et, quanquam laxiore significatione, instrumenta dici possint ea omnia, quibus caussa instruitur, ut tá testimonia, quam scripturæ, instrumentorum loco habeantur, ut dicit Paulus l. 1. ff. de fide instrumentor. Hic tamen, quo magis singulas res, singulis appellationibus commode tractemus, pro scripturis accipienda sunt instrumenta, quibus legitima ratione fides est adhibenda. Veluti quæ per tabelliones publicos, seu notarios, ut nunc uocamus, scribi solent. de quibus Nouell. de instrument. caut. & fide. Vel quæ sigillo, seu annulo signatorio cófirmantur ab episcopo, magistratu, aut etiam ab ijs, qui publici alicuius officij auctoritaté habent indubitatam, sicut Irenarchæ olim erát, hoc est, qui disciplinæ publicę, & corrigendis moribus, præsertim uerò ut itinerantibus pax & securitas conseruaretur, inuigilabant. Martianus l. diuus Hadrianus. ff. de custod. & exhib. reor. Vt Irenarchæ (inquit) cum apprehenderint Latrones, interrogent eos de socijs & receptoribus, & interrogationes literis inclusas & obsignatas ad cognitionem magistratus mittant. Vtinam hodie principes nostri reuocarent ad rempublicam huius officij sanctissimam functionem. Item libri & scripturæ in publicam custodiam, rerum gestarum gratia repositi, integram fidem habent. Marcellus l. census. ff. de probat. Census (ait) & monumenta publica potiora testibus esse senatus censuit. Et in Auth. Ad hæc C. de fide instrumét. Item charta (inquit) quæ profertur ex archiuo publico, testimonium publicú habet. Idem dicit auth. Ad hæc. C. de fide instrument. Vnde mirandum est, quid in mentem uenerit illis, qui de literis, episcoporú auctoritate probatis, propriam speciem constituunt, ac non potius huc referunt, sicut scripturas publici officij. c. post cessioné. de probat. c. cum à nobis. de testibus.

Tertia species constat ex confessione, facta in iure, hoc est, in loco ubi ius redditur. Paul. l. 1. ff. de confess. Confessus (inquit) pro iudicato est, quia quodammodo sua sententia damnatur l. 1. C. eodem tit. Nec est, quod eludatur confessio ueritatis, apud iudicem, quasi nulla eius, aut aduersarij interrogatione præcedente, fuerit facta. Nam etsi sine interrogatione responderit, & fateatur aliquid actor uel reus, pro interrogato habebitur l. si sine. ff. de interrog. action. Vnde sunt, qui ex tali confessione actionem producun. l. proinde, §. 1. ff. ad l. Aquil.

Quarta species necessariò probandi uersatur in euidentia facti. Vt cum quid sensu corporeo coram percipitur. Si quis enim asserat uulnus atrox esse, & mox indicet locum, certè hæc probatio non potest reuocari in dubium. Paul. l. uulneris. ff. de iniur. Et Vlpian. l. si irruptione. ff. finiú regund. Si ita res exigit, iudex oculis suis subijcit loca, quorum fines regendi ac statuendi sunt. Vnde is qui in ipso crimine réperitur, sufficienter conuinci censetur.

Quinta species iustæ probationis, producitur ex iureiurando, quo ab altero litigatorum defertur alteri, uel quod iudex decernit in supplemétum semiplenæ probationis. Caius l. 1. ff. de iureiur. Maximú remedium (inquit) expediendarum litium in usum uenit iurisiurandi religio: qua uel ex pactione ipsorum litigatorú, uel ex auctoritate iudicis deciduntur controuersiæ. Et Paul. l. seq. Iusiurandum (ait) speciem continet trásactionis, maioremq; habet auctoritatem, quam res iudicata. Eodé respexit Vlpianus, l. non erit. ff. dict. tit. Dato (inquiens) iureiurando, non aliud quæritur, ꝙ an iuratú sit, remissa quæstione: an debeatur, quasi satis ꝓbatú sit iureiurádo.

Sexta deniq; species plenæ probationis, colligitur ex legitima præsumptione, seu coniectura, ut rectius appellatur. Nam cum ex apertis rerú indicijs potest conijci aliquid esse factum, uel non factú, accedente necessaria iuris ratione, tunc censetur satis probari. Est autem indicium apertum, tale signum facti, quod urgeat animum boni uiri & cóstantis ad credendum planè. Quamobrem Imperator l. ult. C. de probation. Sciant cúcti accusatores (inquit) eam se rem deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis, uel instructa apertissimis documentis, uel indicijs ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita.

Alterum caput seu genus probationis est semiplena probatio, per quam rerum gestarum fides aliqua fit bono uiro, hoc est, iudici: non tamen tanta, ut iure possit mouere eum ad ferendam in hanc partem sententiá. Quia caret plena fide, cóstans ex leuiorib. argumétis. Huius ꝓbationis quatuor sunt species.

Prima: cùm unus testis pro actore uel reo dicit. Tametsi enim unius hominis quantumlibet honorati testimonium, non censeatur iustam ac plenam fidem mereri, iuxta l. iurisiurandi. C. de testib. nó tamen prorsus est contemnendú. Præsertim, si uir bonus sit, & dicta eius alijs argumentorú adminiculis confirmentur. Vnde semiplená præstat probationé.

Secunda species non plenę probationis, ex comparatione literarum producitur. Est autem comparatio literarum ultimum subsidium indagandæ ueritatis, quoties neq; testes, neq; tabellio produci possunt, ut ueritatem scripturæ, cuius cótrouersia uertitur, attestentur. Cum enim alter litigatorum producit scriptú aliquod, alter negat eum scripsisse, qui auctor scripturæ dicitur, certe res fit suspecta. Quare hoc unum superest, ut ex aliquo instrumento minimè gentium suspecto comparentur literę, hoc est, character literarú, utrum omnibus numeris sit similitudo inter utrunq; an nó sit. Ex eo namq; sequetur ueritas, aut falsitas instrumenti quod profertur.

Tertia species imperfectæ (ut uerbis aliorú utar) probationis est, quæ constat ex scripturis priuatis, ac alijs, quarum superius métionem fecimus, ostendentes eis non adhibendam esse iustam fidé, ut tractatur communi doctorum sententia l. instruméta. C. de probat. Semper auté sis memor axiomatis suo loco traditi, quòd proferens id genus scripturas, nó omnino ꝓbat, nisi alia quoq; accedant ueritatis suffragia: tantum aduersus proferentur, nihil est quod uetat his scripturis omnino credi. Nam cum proferés asserat esse ueras, & aduersarius nó reclamet, scilicet, quia sibi patrocinentur, non debet iudex refutare id, quod litigatores approbant, qui & proprijs assertionibus possent credere.

Quarta deniq; species semiplenę probationis, est ex præsumptionibus illis, quæ indubitam fidem nó habét, nec tamen cótemnendæ prorsum sunt, quarú & superius mentionem fecimus. Exemplum est de fuga, quæ magnam suspicionem parit aduersus fugientem,

gientem, non tamen iustam fidem meretur, indicta caussa, hoc est, nondum cognita re ipsa, ut tractatur in auth. Si uerò. C. ut omni. iudi. tam ciuil. quam milita. Et in hoc quidem articulo, bone Deus, quam late pater æquitatis ratio, quam oportet iudicem Lynceis oculis (ut sic dicam) perspicere circumstantias omnium rerum.

PROBATIO probata, Baldo in l. 2. post princip. C. Quan. fisc. uel priuat. dicitur instrumentum: Abbas in c. cum olim de censib. Zas. cons 12. nu 18. uol. 1.

PROBATIO & præsumptio quid sit, & quid inter probationem & præsumptioné intersit, Duarenus in Commétarijs suis super tit. 3. Digestorum de probation. & præsumpt. sic habet. Primus locus est quid sint. Ego inquit heic. ca. 27. lib. 1. disp. anniuers. definiui probationem esse, cum rei controuersæ fides fit testibus aut tabulis. Dicimus rei controuersæ, ut respondeamus de ea tantum re, de qua controuersia est, probationem iudici faciendam esse. Vulgo pragmatici uocant impertinétem probationem, uel impertinétes articulos, cum quis id probare conatur, de quo controuersia nó est. Et articuli impertinentes, ut loquuntur, reijciuntur. Exempla sumi possunt ex l. ante omnia l. patronus tit. de probat. si quid in fraudem patroni alienatum fuerit eo nomine datur actio Caluisiana. Extat tit. in ff. si quid in fraud. patro. Patronus nititur probare alienatá esse rem à liberto, hæc probatio impertinens est, non de eo controuertitur, sed an alienauerit in fraudé. Duo igitur ꝓbare debet patronus. Primo alienationé interuenisse. Secúdò, dolo & fraude esse alienatú. De utroq; enim cótrouersia est in iudicio. d. l. patronus.

Fidé facere iudici ꝓbare esse diximus in def. in l. quinquaginta. tit. eod. approbare iudici dicitur. Hinc cognoscitur etymologia hui⁹ uerbi Probatio, qđ approbem⁹ iudici qđ intédim⁹, id est, efficim⁹, ut nostra intétio uideatur iudici esse ꝓba & uera & recta.

Testibus aut tabulis. Hoc uidetur plerisq; mirú. Ná uidétur alia genera esse ꝓbationú, præter testes & instruméta. Sed ego cótendo nullá esse probationé sine testib. tabulis, uel instruméstis. Est uulgare dictú Isidori in decret. lib. in c for⁹ de uerb. signif. probationé cóstare testibus aut tabulis. Pleriq; objiciút euidentiá rei, iusiurandú, cófessioné, ꝓbationé esse. Sed uide quæ in disputationib. anniuersarijs scripsimus. Nó nego abusiuè aliquádo ꝓbationé significari, sed propriá esse nego. Aetas aspectu quidé ꝓbari poterit l. minor tit. de minorib. Sed illa euidétia q̃dé probatio nó ést, sed releuat onere probandi. Sic etiá iusiurandú. Vide l. sed & si possessori. §. ult. de iureiuran. & l. eú q eod. tit. Nunc uidendú est q̃ sint genera ꝓbationú, & hinc cognoscimus q̃d præsumptio sit, & quomodo à ꝓbatione differat. Vulgò Dd. dicút, ꝓbationú aliá esse directá aliá obliquá, quám diuisionem ego nó reprobo quod sit apposita ad docendú. Directa ꝓbatio est, cú testes de eo testificátur nominatim, expressè, de quo cótrouersia est, uel si id ipsú cótineatur testatú, cuius rei nomine cótrouersia est. Obliqua probatio est, cú testes nó de eo testificátur quod intendimus, nec id cótinetur tabulis, sed tamé ex testimonio uel tabulis id colligitur. Et hui⁹ probationis obliquæ tria sunt genera, necessaria, uerisimilis & non repugnans. Quæ diuisio sumpta est ex Quintil. lib. 5. cap. 8. & 10.

Necessariæ probationis exemplum uulgo adferri solet, si testes adsint qui testificantur mulieré lac in mammis habere. Vnde colligitur, uirginem nó esse, hæc ꝓbatio obliqua dicitur, quia nó directò in iudicio quæritur an lac in mammis habeat, sed an uirgo sit, & tamé necessaria est cósequentia. Exemplú simile est in l. optimá. C. de contrah. & com. stipul. ut qui certo die Biturigibus fuit, eodé die Parisijs nó fuisse. Exemplum est huic simile apud Plutarchum in uita Alcibiadis. Exemplum est etiam luculentum apud Victruuium lib. 9. Hæc autem probatio necessaria licet directa nó sit sed obliqua, dubiú tamen nó est qu ualeat ad condemnationem l. 2. C. de probat.

Verisimilis ꝓbatio est, quam præsumptioné possemus appellare. Nó enim sola ualet ad condemnationé, nec ad fidem faciendá iudici, sed in suspicioné adducit iudicem, salua tamé probatione contraria. Exemplum huius probationis est in l. filiú, tit. de his qui sunt sui uel alie. iur. & in l. si pactú, tit. de probat. Aliud exemplú est de uolútatis mutatione in l. 3. h. t. & in l. eú qui, h. t. Aliud in l. si filius h. t. Vbi cótrouersia est de patria potestate. Aliud in l. non est necesse, hoc tit. Simile est in l. ex persona. C. de probat. Aliud de duplicatione legati in l. quinquaginta h. t. Aliud in l. si Chirographum h. t. Vbi loquitur I. C. de cancellatione chirographi uel cautionis. Aliud in l. cum de indebito, tit. Vbi agitur de condictione indebiti. Hic oritur difficultas. & st locus communis de exceptionibus in d. l. cum de indebito. Reus conuentus negabat sibi pecuniam solutá, conuictus est mendacij. Deinde opposuit exceptioné, sibi debitam fuisse pecuniam, an hoc modo liceat opponere exceptiones? Iure ciuili dubium nó est quin liceat, quia reus non tenetur probare exceptionem suam, nisi probauerit actor suam intentionem l. exceptionem. C de probat. Sed hoc in usu hodie non est per totam Galliam, simul probant reus & actor, hic intentionem suam alter exceptionem. Sed iure ciuili licet negare intentionem aduersarij uerá esse, quę si probata fuerit, tamen adhuc exceptio potest opponi. d. l. exceptionem. Et hoc idem colligi potest ex l. si quidem C. de except. Nemo præsumitur suú iactare uoluisse nisi contraria probatio adferatur, ut exemplú est in l. Proculo h. t. Plena auté ꝓbatio omnino subuertit pręsumptioné l. si chirographú h. t. l. ult. tit. q met. ca.

Tertiú genus obliquę probationis potest leuis suspicio appellari, quæ nihil probat iudici. Fabius non repugnantem uocat. Exemplum est in l. 4. h t. de fuga serui. Aliud in l. Imperatores, & aliud in l. qui testamentum, hoc tit. Vbi est elegás exemplum de eo qui uolebat legare incapaci & confitebatur pecuniam se ei debere cui legauit, quoties donare nó licet uel legare certæ pecuniæ ei debitæ cófessio, nullius mométi est. & ad hoc probandú adducitur tex. ex d. l qui testam. Aliud exemplú est in l. neq; natales & l. matré. C. de probat. de probatione natalium. De probatione seruitutis est simile exemplú in l. ad probationé seruitutis. C. de probat. Et hę probationes ad cödemnationé nó ualét, nec transferút onus ꝓbádi, sed tamé multæ simul iunctæ etiá ad cödemnationem ualét l. instrum. C. de probat. Etiá in criminali iudicio l. ult. C. eo. Hic illud Ouidij locum habet. Et quæ non prosunt singula multa iuuant.

Notandú hic est gradus harú ꝓbationú nulla regula uel aliqua certa iuris definitióe discerni posse. Vnde cognoscamus q̃ sit ꝓbatio necessaria, q̃ uerisimilis, q̃ semiplena. Sed ex re nata, ex circústátijs id iudex æstimabit. Dictú est uulgare & uerum, omnó ꝓbationé arbitrariá esse. id colligitur ex l 3. de test. l. de ætate h. t. l. Lucius, de his qui nota. infa.

Oritur quæstio de fama, sub qua specie ꝓbatióis constitui debeat. Fama per se nullá fidé facit, quáuis testi-

testimonium publicum esse dicant, quod fama suam intentionem uolunt probare. Fama inducit præsumptionem quandã, sed ad fidem faciendã non facit, l.3. §.eiusd.1. de testib. Consentiens fama aliàs cõfirmare rei de qua quęritur fidem per se non ualet, nec ob famam publicam potest quis condemnari. Seilerus ex lecturis Duareni nondum impressis.

PROBATIO meritò non est requirenda in his, quę sunt manifesta satis, & iudici nota l. si uerò. §. qui pro rei. ff. qui satisdar. cogãt. Nam quorsum attinet, rei satis demonstratæ frustra aliquid adijcere, ac interim litigatores temporis ac sumptuũ iactura grauare? Arg. l.1. in fin. ff. de dot. præleg. Old.

PROBATIO nunquam satisfaceret aduersario, etiamsi omnia probationum adminicula in unũ conferres, adeoq; si solem ipsum pro ostendenda ueritate in manibus gereres.

PROBATIONES de domo. l. pen. de testib. uocantur non tam suspectæ, quòd domestici testes nõ recipiantur, quàm confessiones, & ipsius accusati rationes: cum quis proprio ore conuincitur, ac à suo, quod dicitur, gladio iugulatur. Ex Alc. Spieg.

PROBATIONES luce clariores requiri. l. fin. C. de probat. hyperbolicè dictum, indicaui in dictione, Hyperbole Sp.

PROBATIONIS usum propter causas in iudicio controuersas institutum esse apparet, ut ueritas certo constet rerũ adminiculo, quod iudex aut condemnando, aut absoluendo sequatur. Itaq; non alia sunt litigatoribus probãda, quàm quæ necessariò ad causam pertinent, iuxta l. ad probationem. C. de probatio. Qua in parte grauiter nonnunquam errant iudices incauti. Olden.

PROBATIONI admouere olim Romani dicebant argumentis cumulatim appositis aduersarium ita premere ut exuberanter conuictus uideatur. Admotum enim dicitur id quod proxime adiunctum, contingit rem cui applicatur: Et ita legendam esse ac restituendam l.1. in princ. ff. de quæst. censet Old. in Topic. legalibus in loco à connexis.

PROBATORIA in Impp. constitutionibus attestationẽ illam, ut cum uulgo loquar, significat, qua qui in ordinem aliquem adsciscitur, idoneus & probatus renuntiatur. l.3. C. de agentib. in reb. lib. xij. l. xvij. C. de re milit. l.2. C. de cohortalib. l. vj. l. ix. l. x. Cod. de diuers. offic. & apparit. lib. xj. usurpat. & hoc uerbum Iustinia. Edicto xiij. Extat autem apud Cassiodor. libr. vij. formula probatoriæ Chartariorum. Brissonius.

PROBATORIAE dicuntur literæ, quibus approbãtur officiales per principem. l. probatorias. C. de apparitor. iudi. & memorialib. lib. xij. Ioan. Bello. Etymolog.

PROBATORIAE in Nouellis appellantur *δοκιμασίαι & σύμβολα*, Cuiac. ad l.6. de diuers. offic. & appar. iud. & probat. eor. C. lib. 12.

PROBI, uelut prohibi, qui se à delinquendo prohibent. Improbi, qui se non prohibent. Festus est autor. Spiegelius.

PROBI nummi & reprobi aduersantur. l. 24. ff. de constit. pec. l. 40. ff. si cert. pet. l. 24. §. qui reprobos. ff. de pigner. act. ut apud Cicer lib. 3. offic. Bonis nummis adulterini opponuntur. Briss.

PROBITAS multitudini inuisa. Itaq; bonum uirum Hermodorum, Ephesij, uitijs corruptissimi, ferre non poterant, & in exiliũ egisse traduntur, dicentes: Nemo nostrum frugi esto, teste Strabone. Heliogabalus pessimus Romanorum Imperator, ideo infensus fuisse Alexandro adoptato legitur, quòd impudicus non esset. Idem Tyrãnus Vlpianum officio suo mouit, quia uir bonus erat, Autore Lampridio. Cicero in oratione pro Cornelio Balbo: Seculi sui labem esse deflet, & maculã, uirtuti inuidere, ipsumque florem dignitatis infringere. Adeò omnis excellentia multitudini est infensa. Old.

PROBRVM, pro crimine ipso quandoq; sumitur. Sed quia ex huiusmodi delictis ignominia oritur, solentq; ea à conuiciantibus obijci, frequentior usus obtinuit, ut pro ignominia, conuicijsq; accipiatur: sicut & Opprobriũ, quod nil aliud est, quàm obiectum probrum. Alc. de uerb. sign. Sp.

PROBRVM & opprobrium idem est. Probra autem quædam natura turpia sunt, quædam ciuiliter & quasi more institutoq; ciuitatis, ut exponit Vlpi. in l. 42. ff. de uerb. sig. Probrum porro intelligitur & in his mulieribus, quæ turpiter uiuunt, uulgoq; quæstum faciunt, etiam si non palàm. l. 41. ff. de ritu nup. Briss. Adde Brechæum d. l. 42. ff. eod.

PROBRVM Fest⁹ propriè dici putat, de stupris & flagitijs, cum Attius in Helenibus sic scribat: Qui nisi probrum, omnia alia indelicta æstimãt. Iurisconsulti pro omni infamia usurpant. Vlp. in l. probrum, 42. ff. de uerb. sig. Probra quædã natura turpia sunt, ut furtum, adulterium: quædam ciuiliter & more ciuitatis, ut tutelæ damnari. Marcellus l. probrum, 41. ff. de ritu nup. Probrum intelligitur etiam in his mulieribus esse, quæ turpiter uiuerent, uulgoq; quæstũ facerent, etiam si non palàm. Hot.

PROCEDERE in causa, de plano, summariè, sine strepitu & figura iudicij: quid hæc sibi uerba uelint, declarat Spec. tit. de Inquis. §. 3. uers. q ergo. Sp.

PROCEDERE stipendia militibus, quod uulgò dicitur, currere.

PROCEDENTE tempore, pro eo quod dicimus, successu temporis.

PROCEDIT, uerbum est Iurisconsultis usitatũ: pro ualet, locum habet. Vlpian. l. 7. §. 3. ff. ad l. Aquil. Hoc autem in seruo non procedit. in filiofam. uulnerato procedit. Interdum uero etiam idem significat quod prodesse ut annotat Maioragius Miscellaneorum lib. 4. cap. 3 Sic Cato in lib. de re rustica, ca. 148. Quot, (inquit) dies per dominum mora fuerit, quo minus uinum degustet, totidem dies emptori procedent, id est, in utilitatem cedent: ita apud Gelliũ lib. 5. cap. 19. in orat. P. Scipionis quam Censor de moribus ad populum habuit Hot.

PROCERES Chartarum appellari putat Connanus, quos hodie Secretarios regis uocamus. lib. 4. cap. 14. num. 6.

PROCERES uacãtes, id est, titulo tenus & honoris tantum participes sine salario sine rerum ulla tractatione & administratione. Conna. lib. 9. c. 6. n. 1.

PROCESSIO. Consularitas est honorariorũ: Processio ordinariorum exhibentium munera l. 3. C. ubi Senat. uel clar. ordinaria processio. Cuiac. ad l. 4. in fin. C. de consulib. &c. lib. 12.

PROCESSVM pro auctibus Pomponius usurpasse uidetur in prin. l. 2. de orig. iur. sic numero plurali apud Cic. in Bruto legi obseruatum est. Sp.

PROCESSVS iudiciarius, cõplectitur omnia quæ acta sunt ad Tribunal. Qua de re latius Bart. & Dd. in Rub. C. de in ius uoc. Sp.

PROCESSVS iudicij, est ordo quidam legitimus, secundum quem controuersiæ causarũ cognitæ, ex bono & æquo celeriter diffiniantur. Proinde talis ordo deseruire debet iudici, ut is teneat cognitionis

tionis suæ rationem: non uerò ut litigatorum adfe-ctibus obsequatur, ad differendam causam prætex-tu iudiciariæ obseruationis. Quocirca Innocentius Pontifex rectissimè dicit: Vnde uidebitur subtiliter intuenti, de ordine iudiciorum procedere, ut in præmissis non per omnia ordo iudiciarius obseruetur. Hoc est, Verissimus aliquando censetur ordo, nō obseruare plenum ordinem in iudicijs. c. ad nostrā. De iureiur. Iudex enim innocentis uiri officio fungi debet: Ideoq́ue incorrupto animi iudicio discernere, quonam ordine, quo progressu credat se cogniturū celeriter de causa controuersa, secundum ius & æquum. l. cæteræ. ff. fam. erc. Et Venuleius in l. continuus. §. cùm ita. ff. de uerb. oblig. Hinc est quòd Hadrianus optimus maximusque princeps, in l. 3. ff. de testi. semper utitur his uerbis: Tu magis scire potes. Item, Sed ex sententia animi tui æstimare oportere. Item, Tecum ergo delibera. Et pleni sunt omnes Iuris codices huiusmodi uocibus. Iustin. Nou. precep. præsid. Constit. 17. Tertium, inquit, studio tibi sit, ut causas cum summa æquitate cognoscas: ac breuiores quidem, & maximè quæ uilioris conditionis hominum sunt, sine scripto decidas & dijudices, & mutua inter se homines contentione liberes. Forma igitur iudiciorum qua nunc utimur, neq; ordo est, neque processus: sed magis confusio. Et nullum est in toto iure exemplum, quo probari possit. Nam quid est aliud, quàm calumniosa cæremoniarum atq; scriptorum altercatio extra omnem causæ cognitionē? adeò, ut iudex ipse non habeat sæpe in manu, officium suum exercere in litibus: imò cogitur ad sedentariam audiendi operam, donec omnes istæ cęremoniarum præstigiæ peragantur. Old.

PROCESSVS, transuectiones equitū, de quibus in l. 2. ff. de in ius uoc. Licinius l. 41. de donat. inter uir. Nam & Imperator Antoninus constituit, ut ad processus uiri uxor ei donare possit. Vide Transuectio. Hotomannus.

PROCESSVS uiri, pro progressu, quem facit in honoribus adipiscendis, apud Iurisconf. in l. nam & Imperator. ff. de donat. int. uir. & ux. Quemadmodum Sueton. dixit, Processum habere in literis, pro facere progressum. Spiegelius.

PROCESSVS. Lege, Donare ad processus.

PROCHIROS uocant eos scribas, qui manu expediti sunt. Et Meloprochiri, exercitio & cura prōpti. Annotat Alcia. ad l. peculiari. Cod. de prox. sacr. scrin. lib. xij. Spieg.

PTOCHOTROCHIVM domus in qua mendici suscipiuntur & inopes, ἀπὸ τοῦ πτωχοῦ, inops, mendicus. Drosæus in methodo iuris.

PROCINCTVM testamentum, dictum est, qđ fiebat in ipsa militum expeditione, dum præcincti iam erant, & expediti ad bellum, cuius dubiam sciebant aleam. Vigl. Instit. de testam. ordin.

PROCINCTVM testamentum appellatur à Iustiniano in §. 1. Institu. de testam. quod ueteres In uel Endo procinctu nominabant, ut apud Cicer. in 1. de nat. deor. & 1. de orat. item apud Vlpian. c. Inst. 20. & Gell. lib. 15. c. 25. Id autem militię tantum fiebat, cùm uiri ad prælium faciendum in aciem uocabantur: auctore Gell. lib. 15. c. 27. Plutarchus autem in Coriolani uita rem sic explicat, [Greek text, partly illegible]. Eo tempore, inquit, mos erat Romanis prælium inituris, scutaque sumpturis, togam præcingere, simulque testamenta sine scripto facere, hæredéq; tribus aut quatuor audientibus, nuncupare. Festus libro 5. Endo procinctu, in procinctu. significat autem cùm ex castris in præliū exitum est. Procinctos, quasi præcinctos atq; expeditos. nam apud antiquos togis incincti pugnasse dicuntur. Idem in eod. Procincta classis dicebatur, cū exercitus cinctus erat Gabino cinctu confestim pugnaturus. uetustius enim fuit multitudinem hominum, quàm nauium, Classem uocari. Hot. Hinc

In Procinctu uersari dicūtur, qui pro patria in hostico sunt, quamuis milites non sint. l. un. ff. de bon. poss. ex test. mil. Hot.

Item in procinctu habere, id est, in prōptu & procinctus exercitus, id est, ad pugnandū paratus. Conanus lib. 9. cap. 5. num. 8. Adde Forcat. in Necyom. dial. 14. num. 2.

PROCITARE ueteres dixisse ꝓ uocitare & producere scribit Festus: itaq; quomodo Gellij uerba intelligenda sint hoc uocabulo utentis docet Rauardus ad ll. XII. Tab. cap. 8.

PROCITVM dicebatur testamentum, quasi uelut procatum, id est, prouocatum, id est, irritum ac ruptum. Festus.

PROCLAMARE in libertatem. Sicut domini & alij quempiam petunt in seruitutem, sic contra cęteriq; petunt se ipsos, aut petuntur ab alijs in libertatem. Vlpian. in l. 1. & 3. Paul. in l. 2. ff. de liberal. cau. Inde proclamare in libertatem eleganter dicitur in l. igitur sciendum. in fin. ff. ibidem. & in tit. ff. quibus ad libert. proclam. non licet.

PROCONSVL. Valla, lib. 4. Elegan. Proconsul (ait) non qui pro alio consule præest prouinciæ, sed qui cum potestate consulari extra ordinem, & ad aliquam prouinciam administrandam mittitur, præterquam, quòd non duodecim fasces eum præcedunt, qui præcedunt consulem, sed tantùm sex, ut etiā prętorem & præsidem. Quanquam uerò nomine præsidis, proconsules, legati Cęsaris, & omnes prouincię regentes intelliguntur, l. 1. ff. de offic. præsid. tñ proconsulis appellatio specialis est. ibidē. Proconsules semper utiq; ex senatoribus, hoc est, ex cōsularibus, deligebantur, singuliq; singulos legatos habebant, qui administrationi præstarent auxilium. Verùm, quantū ex Cicerone, Liuio, & reliquis bonis authoribus colligimus, constitutum erat, ut, qui priore anno consul esset, in sequenti proconsul esset. Pari consulibus imperio in eā mittebatur, ubi duntaxat, non alibi, proconsul ipse potestatem suam, quāuis uoluntariam (aiunt) iurisdictionē, exercere poterat. l. præses in suæ prouinciæ. ff. de offic. præsid. l. 1. ff. de offic. proconsul. & leg. Contentiosam uerò iurisdictionē, præterquam in prouincia, tractare non poterat, nec quicquam in prouincia negotiorū exoriretur, quin ad proconsulis administrationem pertinere soleat. Cæterùm apud proconsulem ipsum fieri poterat seruorum manumissio, & adoptio. l. præses. ff. de offic. præsid. l. omnes proconsules. ff. de offic. proconsul. Apud legatum proconsulis nemo manumittere poterat. d. l. omnes. ff. eod. Præterea, mandatis Iustiniani, & aliorum principum, continetur, ne donum, uel munus ipse proconsul, uel qui in aliquo officio erat, administrationis tēpore, acciperet, uel quid, nisi uictus quotidiani causa, aut permittēte principe, emeret, domúmue extrueret. Sed Vlp. in l solet etiam. ff. de offic. proconf. (qđ & alibi annotauimus) hęc debere intelligi dicit, ut modum gerens magistratum adijciat, ita, quòd neq; se in totum xenijs abstineat. neq; auarè xeniorum modū excedat. Nam ualde inhumanum

humanum eſt, à nemine accipere, ſed paſsim, uiliſsi-
mum, & per oĩa, auariſsimum. Itaq; uetus prouerb.
eſt, ἔτι πάντα, ἔτι πάντων ἔτι παρὰ πάντων. Extat lex hu-
iuſmodi in XII. Tab. Donũ ne capiunto, néue dan-
to, néue petenda, néue gerenda, néue geſta poteſta-
te, quiſquis earum rerum migraſsit, noxię pœna par
eſto. Quam legem utinam ſeruarent aliquot noſtræ
ætatis iudices, qui omnia ab omnib. accipiũt. Quod
quidẽ minimè fieret, ſi hoc crimen (ut hæc lex man-
dat) plecteretur, aut ſi illi, qui in hos iudices animad
uertere poſſunt, Cambyſis exemplo, uni ex malis iu
dicibus pellem detraherent, & eam tribunali impo-
nerent, quò cæteri terrerentur. Scripſerunt aũt mul
ti ex ueteribus Iuriſc. libros, de offic. procõſul. & re-
ctorum prouinciarũ. Ex his compoſitus eſt hic tra-
ctatus, qui de officio præſidis inſcribitur. Sunt & a-
lij duo in primo Codicis libro: alter de officio pro-
cõſulis & legati: alter de officio rectoris prouinciæ.
&, ut nulli patrię ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali per-
miſſu principis permittatur. Hos qui bene & diligen
ter legerit, ac memoriæ mandauerit, utilitatẽ uel ma
ximam capiet. Nam pleraq; in uniuerſum ad regen-
das & adminiſtrandas prouincias pertinẽtia, ſub his
titulis comprehenſa ſunt. Alia inſuper ualde utilia &
ſcitu digna congeſsit Imperator in ſingularem con-
ſtitutionem, quam inſcripſit, Præcepta præſidũ. quę
inter nouellas ſanctiones habetur. Si quis tamen ad
huc plura deſiderauerit, is Feneſtellam de magiſtra-
tibus Romanorum legat, & epiſtolã Ciceronis eam,
quam ſcripſit ad Q. fratrem, Aſiam proconſulẽ tunc
obtinentem. Multa enim copioſè, ut cætera diſſerit
Cicero in ea epiſtola, quibus obſeruatis, regendarũ
prouinciarũ peritiſsimi effici poterimus. Deligi aũt
conſueuiſſe ex conſularibus proconſules, eoſq; in
prouincias illas mitti, quarum cura ſenatui relicta eſ
ſet. Ab imperatoribus autẽ in prouincias illas, qua-
rum ſibi curam ſuſcepiſſent, præſides, uel legatos de
ſtinatos eſſe, interdum ſenatorij, nonnunquam infe
rioris ordinis uiros Alc. ſcribit in l. ſpecioſas. de uer.
ſig. Id uerũ eſſe, & qua ratione, quoq; ordine ab Au-
guſto primùm inſtitutum fuerit, apud Dionem le-
gas, libro 53. hiſtor.

PROCREARE, liberis operam dare. l. j. ff. ſolut.
matr. Procreatio liberorum. l. 1. §. ius naturale. ff. de
iuſtit. & iur.

PROCVBITORES, qui noctu cuſtodiæ cau-
ſa, ante caſtra excubabant, cum caſtra hoſtiũ in pro-
pinquo eſſent. ex Feſto Valtur.

PROCVRATIO, adminiſtratio. Cicer. Acad. 1.
Dum me ambitio, dum honores, dum cauſæ, dum
Reip. non ſolum cura, ſed etiã procuratio multis of-
ficijs implicatum & conſtrictum tenebat. Idem lib. 3.
de legib. Sed quęro, quid reapſe ſit turpius, quàm ſi-
ne procuratione Senator? Loquitur de legationib.
liberis, quæ ſine ulla publici negotij, aut Reip. admi-
niſtratione obibantur. Hot.

PROCVRATIO etiam eſt ſacrificium, quod fit,
ad depulſionem & expiationem monſtrorũ & por-
tentorum, & ea gratia rem diuinam facere, eſt mon-
ſtra procurare. Annotante Turnebo in Ciceronis li
bro 2. de legibus.

PROCVRATOR eſt, qui aliena negotia domi-
ni mandato adminiſtrat. l. 1. in fi. ff. de procur.

PROCVRATORVM autẽ uaria ſunt genera.
Quidã enim ſunt litis procuratores, qui ad mouen-
das inſtituendasq; actiones uel lites exequẽdas dan
tur. l. 86. ff. de ſolu. Huiuſmodi procuratorẽ ad actio
nem factum procuratorẽ uocat Paul. in l. 14. ff. de pa
ctis. Alij ſunt negotiorum procuratores, quibus uel
certa una res, uel generaliter uniuerſa negotia admi
niſtranda mandantur, qui omnrũ rerũ procuratores
l. 14. ff. de pact. l. 6. ff. de inſtitor. l. 7. ff. de calumniato-
rib. & totorũ ſeu uniuerſorũ bonorũ procuratores
uocantur. l. 63. ff. de procuratorib. l. 17. §. ult. ff. de in-
iur. In illis edicti de iniurijs uerbis, Neq; procurator
qui eo nomine agat, procuratorẽ accipimus non uti
que eum ſolùm, cui ſpecialiter procuratio data eſt a-
ctionis, ſed ſufficit eſſe eum, cui omniũ rerũ admini-
ſtratio mandata eſt. l. 17. §. ait prætor. & §. procurato
rem. ff. de iniur. Similiter in eo quod dicitur procu-
ratorem iudicatũ ſolui ſtipulari poſſe, non eum tan-
tùm, cui ea res ſpeciãliter mandata fuerit, intelligi-
mus, ſed & eum, qui uniuerſorũ bonorũ mandatum
ſuſceperit. Sed & ſi ratum fuerit habitũ, procurator
uidebitur. l. 3. §. 1. ff. iud. ſol. Eodem modo in ædilitio
edicto procurator accipitur. l. 1. & l. 25. §. procurato-
ris. ff. de ædilit. edict. In interdicto quoq; Vnde ui ex
ſentẽtia magis q̃ ex uerbis procuratorẽ non eũ tan-
tùm, qui legitimè procurator dicitur, omniũ rerum
eius qui abſit, quaſi penè quidã dominus, hoc eſt, a-
lieni iuris uicarius, ſed & quemlibet qui aliquid no-
ſtri negotij gerat, clientẽ uidelicet, colonũ, aut liber-
tum, aut qui illã uim deiectionẽq; rogatũ aut nomi-
ne noſtro fecerit, intelligi, elegãter Cic. pro Cęcin. tra
dit. Atq; adeò in pleriſq; librorũ noſtrorũ locis is, q
ſine mandato negotijs ſe alienis offert, & q aliqd no
ſtro nomine negotij noſtri gerit, procurator uocaľ,
qui uerus negotiorũ geſtor eſt. l. 34. §. ſi gener. l. 21. §.
ult. l. 58. ff. de ſol. & l. 15. §. ſi qs abſentis. ff. de pet. hęr.
l. 9. §. ſi hæres. ff. de lib. leg. l. 22. §. quod ſi. l. ulti. ff. rem
rat. hab. Quotiens aũt additur nomen, Verus, is dun
taxat exaudiendus eſt, qui mandatũ habet, & cui uel
idipſum quo de agitur, ſpecialiter mandatũ, uel toto
rum negotiorũ adminiſtratio cõmiſſa & credita eſt.
l. xl. §. j. ff. de procur. l. 16. ff. de iud. l. j. in fi. ff. qđ iuſſu.
l. 26. §. mandata. ff. manda. l. 12. ff. de ſolutionib. l. 22. §.
ſi procurator. ff. rem rat. hab. l. 5. §. qui pcuratorio. ff.
de no. ope. nun. At in l. 1. §. quotiens uerus. ff. de ui &
ui arm. Verus procurator is ſolùm accipitur, cui no-
minatim id mandatũ eſt, ut & Accurſ. illic notat. Ve-
ro procuratori falſus opponitur. d. l. 1. §. quotiens. &
§. cùm aũt Falſus aũt appellatur, qui mandatũ nõ ha
bet, aut q ſine mãdato pcuratorio nomine qd facit.
l. j. in fi. ff. quod iuſſu. l. 3. §. ult. ff. rem rat. hab. Interdũ
planè falſus procurator eſt, qui mala mẽte & interci
piendi animo procuratorẽ ſe ſimulat, & pcuratoris
perſonã induit. l. 44. §. 1. ff. de furt. l. 14. in fi. ff. de con
dict. cauſa da. Briſſ. Cuiac. in cõmen. ſuis ad lib. 1. Iul.
Paul. recept. ſent. tit. 3. de procuratorib. præcipua gẽ
nera procuratorũ breuiter complexus eſt inquiẽs:
Procurator uel ad agendũ, uel ad adminiſtrandũ da
tur: rurſus uel ad res liteſq; oẽs, uel ad ſpeciẽ unam
l. 1. §. 1. ff. de procur. Quanquã non ſunt, qui procura-
torem eum legitimè appellari dixerint, q ad res oẽs
datur, nõ qui ad rem unã. Cic pro Cęcin. utrum me-
tuus pcurator deiecerit is, qui legitimè procurator
dicitur oĩm rerum eius q in Italia nõ ſit, abſitúe Rei-
pub. cauſa. quaſi quidẽ penè dñs, hoc eſt, alieni iuris
uicarius. Hæc Cuiac. ſ. allegato loco.

PROCVRATOR uoluntarius eſt, qui ſe alienis
negotijs offert ſine mandato, qui uoluntarius ami-
cus in oratio. pro Cæcin. uoluntarius procurator in
Bruto, procurator ſimpliciter in Pandectis ſæpè, cũ
tamen propriè ſimplex appellatio ei tantum conue
niat, qui mandatum habet. Is de rato cauere omni-
modo debet. Cuiac. obſeru. lib. 7. cap. 26.

PROCV-

PROCVRATOR ad omne negotium is est, quē Cic. in orat. pro Cæcin. sic describit: omnium rerum eius qui in Italia non sit, absitúe Reipub. causa quasi quidam penè dominus, hoc est, alieni iuris uicarius. Sic l.12. ff. de solut. l.13. ff. de pact. l.7. ff. de calum. l.63. ff. de procur. ubi eiusmodi procurator rerum omnium, & totorum atq; uniuersorum bonorum procurator appellatur. Hotom.

PROCVRATOR negotiorum rectè paciscitur, pactumq; domino prodest & nocet per exceptionē doli, non per exceptionem pacti. Item nouare, exigere, permutare, soluere, alienare, iusiurandum deferre, pignori obligare, transigere potest, modò hęc fiāt ex negotiorum utilitate, non donandi, uel deminuendi causa, ut alijs in locis fusius ostendimus. Cuia. ad l. rescriptum. in fin. ff. de pact.

PROCVRATOR ad partem negocij, est cui ꝓpriè ac specialiter certa res mandata est, l.3. §.1. ff. iudic. sol. l.17. §. ult. ff. de iniur.

PROCVRATOR ad res administrandas is dicitur, quem propriè Negociorum gestorum appellamus: hoc est, qui non quæstuario negocio præficitur. siue autem eius rei mandatum habeat, siue non habeat, procurator dicitur. l. si quis, 58. ff. de solut. l. 9. §. si hæres, ff. de lib. legat. l. ult. ff. rem rat. hab. l.15. §. si quis, ff. de hæred. petit. Et hoc ab Institore differt, quòd hic quæstuarię negociationi præfectus est. l.5. §.3 ff. de inst. act. Hotom.

PROCVRATOR Cęsaris dictus, quòd ab eo acta, gestaq; sic comprobantur, ac si à Cæsare gesta essent. Nam Claudius à Senatu impetrauit, ut quæ sui procuratores statuissent, eandem uim haberent, ac si ipse statuisset: si tamen uenditionis, uel transactionis, uel donationis causa, quasi rem propriā tradant, nihil agant. Non enim alienare rem Cæsaris, inuito Principe licet, sed diligenter gerere commissum. Est autem procuratoris officium, rationes omniū redituum, qui ad Cæsarem spectarēt, procurare diligenter, cum facultate definiendi, & acquirendi, non alienandi, & distrahendi. Astipulatur Alciat. l.1. de offic. procur. Cæs. Io. Pyrrhus Anglobermęus (de quo extat elogium percelebre) Alciatum monuit, procuratorem Cæsaris, pro Fisci procuratore, & hunc pro illo, frequenter usurpari. Spieg. Adde Brechæum in l. inter publica. tit. de uerb. & rer. sig.

PROCVRATOR Cæsaris. Qui diceretur procurator Cæsaris, colligere apertè possumus ex Pomponio Læto, de magistr. Rom. c.25. Procuratori Cęsaris (ait) omnis res familiaris cōmissa erat, &, quicquid is egisset, ratum erat apud Cæsarem. Et penes hunc magna erat authoritas. Hæc ille. Idem scribit Fenestella, de Rom. magist. cap.41. Huic magistratui (inquit) principalis totius rei licentia commissa est, ita, ut quicquid ab eo negotiorum imperialium gestum est, perinde habeatur ratum, ac si ab ipso Cæsare fuerit pertractatum. Itaq; is inter Cæsaré & Rempublicam constitutus iudex erat. Cæterùm, quoniā se à quouis inter priuatum ac Rempublicam decernat, imposibile inuentum sit, ipsumq; principem in propria causa iudicare, haud sanè æquum esse uideatur, magistratum creari placuit, cui inter se priuatasque personas competens quidem esset iurisdictio, q sanè appellatus est procurator Cæsaris. Et hunc (tametsi quicquid egisset, ratū erat apud ipsum Cæsarem, ut iam prætactum est) certè si rem eius quasi propriam tradat, non putant dominium transferre. Tunc uerò transfert, cùm negotium gerēs Cæsaris, ipsius consensu tradit. Deniq; si donationis, uenditionis, transactionis causa quid agat, nihil agitur. Nō enim alienare rem Cæsaris, sed diligēter negotia Cęsaris obire, procuratori huic, de quo agimus, ascriptum est: quod seruum Cæsaris hæredem institutū adire hæreditatem iubet, & ea hæreditas imperatori acquiritur. Quin si Cæsar ipse hæres instituatur, & se procurator opulentæ hæreditati miscetur, hæredem Cęsarem facit. Quòd si ea bona, ex quibus princeps institutus est, soluendo non sunt, cōsulendi imperatori, ne quid perinde detrimenti patiatur: hæredis enim instituti in adeundis, repudiandisue hęreditatibus congruo tempore explorari uoluntas debuit. Deportandi huic magistratui facultas permissa non est. Sed de procuratore Cæsaris, cæterisque omnibus Romanis, potestatibusq;, quę à principio urbis conditę usq; ad Augusti Cęsaris tempora factę, tractatęq; sunt, satis plenè diximus.

PROCVRATORES fisci primò Augustus, ut Dion scribit, qui ἐπιτρόπους uocat lib. 53. Aduocatū uerò fisci primus Adrianus, non M. Antonius instituit. Cuiac. ad l.5. in fin. C. de delat. lib. x.

Erant & Procuratores hęreditatium. l.32. ff. de iure fisc. & in inscriptionibus Procuratores uicesimę hęreditatium. Item Procuratores rei dominicę. l. penult. de conuen. fis. deb. lib. x. C. Et Procuratores domus dominicę. l.8. C. ubi causę fisc. Et Procuratores summę rei. l. ult. C. si propt. publ. pensit. qui & Rationales summę rei, ut in inscriptione l.7. C. ubi causę fisc. Metallorum item & Baphiorum & textrinorum seu Gynęceorum & Linificiorum & bastagarum, & saltuum erant Procuratores, quorum in l.4. Cod. de metall. lib. xj. C. l. penul. de murileg. eo. Et in Notitia Imp. Rom. fit mentio. Briss.

PROCVRATOR in rem suā datus dicitur, cui in rem utilitatemq; suam mandatę sunt actiones. l.8. §. ult. ff. manda. l.2. in fin. ff. fam. ercisc. l.3. §. idem Labeo ait. ff. de in rem uer. l.24. ff. de minorib. l.3. §. idē aduersus. ff. quod quisq; iur. l.8. C. de hęred. uen. Nā hic cùm mandatas sibi & cessas ab alio actiones exerceat, procurator est: sed quia non in alienam, sed suam rem, id est, commodum suum propriumq; lucrum actiones pręstitę sunt, lucrumq; omne & compendium eum respicit, idcirco in rem suā factus datúsue procurator dicitur. l. 4. C. de procuratorib. l. 25. §. ult. eod. l.4. ff. de re iud. l.1. §. in propria. ff. quando appel. sit. l. xx. ff. de appellationib. l.14. ff. de pact. l.18. ff. de compensatio. l. 6. C. de obligat. & action. Is qui nomē emit, in rem suam fit procurator. l.1. C. de contrar. iud. tut. Venditor quoq; ab emptore datus ad litem procurator, in rem suam datus uidetur. l. 66. §. si secundùm. ff. de euict. Briss.

PROCVRATOR inuitus non solet dari, inuitū accipere debemus, Vlpian. ait, non eum tantum qui contradicit, uerùm eum quoq; qui consensisse non probatur. Spiegelius.

PROCVRATOR metallorum. Procurator metallorum est, qui metalla exigit, & asseruat. Quo sensu accipitur C. in tit. de metallis.

PROCVRATOR Reipub. l.3. §. planè. & l.5. §. idem ait. ff. quod ui aut clam. l.2. §. ad frumentum. ff. de admin. rer. ad ciuit. pert. l.7. C. ne de statu defunc. l.30. de decur. lib. x. C. Briss.

PROCVRATOR tutorum bonorum, quę alienare potest, Modestinus docet, in l. procurator. ff. de procurat.

PROCVRATOR & cognitor differunt. Procurator causam agit absente litigatore. Cognitor pręsente litigatore, ut rectè Anianus tradit in l. si lite. C. Theod.

Theod. de cogn. & proc. itemq; Asconius & Festus. At dicitur maximè cognitor in causa status pro defensore eius, qui patitur controuersiam, an sit ex ciuibus. Donatus in Adelphis. In tria, inquit, diuisit officium defensionis suæ. In assertoris, principio eam esse dico liberam: in cognitoris, ciuem Atticā: in fratris, meam sororem. Asconius in 3. Ver. Hoc genus, inquit, defensoris in Iure cognitor dicitur, maximè cum de alicuius statu agitur. Iustiniani tempore sublati sunt cognitores: ideoq; ab his locis, quos ex Iuris auctoribus desumpsit, positum cognitoris nomē semper exemit, ut conijcere licet ex l. si quis aliquid. §. si quis. ff. de pœn. collata cum sententia Pauli lib. 5. tit. 25. Cuiac. Iul. Paul. recept. sent. titu. 2. de cognitoribus. in Rubric.

PROCVRATORIAE exceptiones uocantur, quæ procuratorio nomine agentibus opponuntur, siue quòd non esse hoc eis mandatum dicatur quod persequuntur, siue quòd omnino procuratores esse, uel fieri potuisse negentur, uel ab eo dati dicantur, qui procuratoris dandi ius non habuit. l. 57. l. 62. ff. de procuratorib. l. 2. & 3. ff. de exceptio. l. 29. §. quædam. ff. manda. l. 19. §. 1. ff. de probatio. l. 39. §. pen. ff. de dam. infect. §. pen. Inst. de satisdat. Qua de re incidere crebrò in iudicijs quæstionem Quintil. lib. 7. c. 1. admonet. Procurator, ait, alicuius pecuniam petit ex fœnore hæreditario. Potest incidere quæstio, an huic esse procuratorem liceat. Finge nos postquam tractauimus eam remittere, uel etiam conuinci: quęretur, an ei cuius nomine litigatur, procuratorē habendi sit ius. Idem lib. 4. c. pen. ut contra petitionem pecuniæ malè petis. Procuratori enim tibi esse non licuit. Sec nec illi cuius nomine litigas habere procuratorem. Brisson.

PRODERE causam & accusare inter se differūt. Prodit enim qui non probanda defert: accusat, qui reo præsente crimen iudicio offert probaturus qđ intendit. c. plerunq; 2. q. 7.

PRODERE fidem, iureiurando non stare. Bud.

PRODERE legem, destituere. Vlpia. ad l. Iul. de adult. Legem prodidisse dicitur ob hoc, quòd adulterij accusationem aggressus, accusare destitit. Sp.

PRODICTATOR propterea dicebatur, quod legitimè creatus non esset. Nam eius dicendi potestas penes Consules, non autem penes populum erat, ut Liuius sæpe commemorat. Vnde quoq; Prodictator dictus L. etiam Sylla, & C. Cæsar post hæc tempora præter patriæ morem, primi à populo Dictatores, alter interrege L. Valerio Flacco, alter uero M. Lepido prætore comitia habētibus creati. Reliqui omnes dictatores à consulibus creati sunt.

PRODIGERE pro consumere. Modest. Quod, inquit, intra dies proximos prodigatur. de offic. prę sid. l. plebiscito. Spiegel.

PRODIGI à furiosis hoc distant: quòd furiosis simul atque incœperint furere, mox ipso iure agnati sint curatores: Prodigis autem non sint prius curatores, quàm ipsis à iudice bonis sit interdictum. Vide Baronem à Tautēberg. tit. 7. Progymnaf. For. Sp.

PRODIGIA, auctore Festo, dicuntur, quasi prodictia, & porrò dicentia aliquid futurum esse. Nam litera quę nunc C. Vocatur, apud ueteres G. dicta est. Quod & nunc multi pronuntiando sequuntur in Italia. uide l. non sunt liberi. ff. de stat. homi. l. 3. C. de postu. hæred. l. ostentum. de uerb. sig. Prat.

PRODIGVM neutri generis est cibus qui infra proximos dies prodigatur, id est, consumatur, & ipsis prodigis, cum interdicitur eis bonorum administratio, plerunq; à fisco præstatur, ut D. de offic. prę sid. l. plebisci. Et Accurs. in gl. 3. l. quæcunq; pro reliquis prodigorum. C. de fide instr. lib. x. Prat. Cuiac. ad l. 5. de fid. & iur. hast. fis. dicit, prodiga esse aunonas, φύσιμα, quibus opponuntur corpora.

PRODIGVS est, qui neq; modum, neq; finem expensarum habet, sed bona sua dilapidando & dissipando profundit. l. 1. ff. de cur. fur. Item Connanus lib. 9. cap. 4. num. 11. Duarenus l. 6. is cui bonis. ff. de uerb. oblig. Euersorem appellat Caius lib. 1. Insti. tit. de tutel. Solet & in libris nostris hoc uerborum circuitu designari is, cui bonis interdictum est. l. 18. ff. qui testam. fac. l. 6. ff. de uerb. oblig. l. 3. ff. de nouationib. l. 18. §. 1. & seq. ff. de castr. pec. l. x. ff. de cur. fur l. 9. §. idem quæri. ff. si cert. pet. Nam prodigis per prætorem urbanum bonis interdicebatur, ut Paul. libr. 3. Sent. tit. 3. Valer. lib. 3. c. 5. & lib. 8. c. 6. ostendūt. Briss.

PRODITOR uarijs modis dicitur. Nam proditor est, qui secreta sibi commissa reuelat ut not. Archidiac. in c. clericus, 1. 46. dist. Et qui sine ulla iusta diffidatione, eum qui id minime confidebat, grauiter offendit, uel uulnerat, & maxime committendo ea contra maiorem suum. Item dicitur proditor qui dat alicui potionem uenenatā, similiter qui promittit transire ad gentem inimicam de quo per Bald. in usib. feud. tit. quib. mod. feud. amitt. c. 1. §. 1. Qui quoque iustitiam peruertit proditor dicitur. l. 1. & in Authent. ibi posita. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & Paris de puteo de syndicatu in uerbo Syndicatu circa fin.

PRODVCERE aduersarium ad album, Vlpian. dixit pro deducere eum cum quo lis instituitur ad Pretoris album, & formulam actionis demonstrare, qua uti uelit quis ex earum numero, quas Prætor se daturum in albo edictoq; suo denunciauit. Eū quoque, inquit, edere Labeo ait, qui producat aduersarium suum ad album, & demonstret quod dictaturus est, uel id dicendo quo uti uelit. id est, qua edicti parte. l. 1. ff. de edendo. Hot. ex Duaren. anniuers. disputat. lib. 1. cap 13.

PRODVCERE obligationem, diuturniorē reddere. Paul. l. 91. §. 3. ff. de uerb. oblig. Primò quæram⁹ quæ personæ efficiant perpetuam obligationē: deinde quibus eam producant. Item, An filiusfam. qui iussu patris promisit, occidendo seruum producat patris obligationem. Hot. Est etiam producere extendere ac protrahere. l. 1. §. merito. ff. qn̄ actio de pecul. annal. Iustinianus producere pro inducere usurpauit. §. consequens est. Inst. de suspect. tut. uel cura. & ibi Aldobrandinus.

PRODVCI in ius, est ad Pretorem duci. l. 3. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. l. 4. ff. de l. Iul. de ui priua. Produci etiam testis dicitur. l. 23. & l. 24. ff. de testib. l. pen. & ult. C. eo. Produci quoq; olim dicebantur, qui in scena populo spectandi præbebātur, atq; exhibebantur. Sueton. in Nero. cap. 4. Equites Rom. matronasque ad agendum mimum produxit in scenam. Quintil. lib. 3. cap. 6. Qui se prætori in hortis ostenderat, nec erat productus, sedit 14. ordinib. Plin. lib. 6. Epist. ad Geminium. Proximis sacerdotalibus ludis productus in commissione pantomim⁹, cùm simul theatro ego & Quadratus egrederemur. Macrob. lib. 2. c. 7. de Publio Mimo cùm mimos cōponeret, ingētiq; assensu in Italiæ oppidis agere cœpisset, productus Romæ per Cæsaris ludos omnes, qui tunc scripta & operas suas in scenam locauerūt, prouocauit. Et in inscriptione Lanuuina, qua me humanissimus & omni doctrinæ genere politissimus Antistes Montispessulanus donauit. M. Aurel. Aug.

lib.

lib. Agellio Septentrioni Pantomimo sui temporis primo Sacerdoti Synodi Apollinis parasito alumno Faustinæ Augustę producto ab Imp. M. Aurel. Com modo. Brissonius.

PRODVCTORES à Lenonibus differunt. Lenones enim sunt ad quos scortorum captura redit, qui simul cum scortis ipso iure infames sunt, & stuprum in scorta commissum legib. non uindicatur l. si ea quæ stupro, l. quæ adult. C. ad l. Iul. de adult. Productores uerò sunt earum etiam mulierum, in quib. stupra commissa legibus uindicantur, ut Asconius Pædianus scribit. Cuiac. in exposit. Iustin. Nouel. 14. de lenonibus.

PROFANVM Varro lib. 4. de lingua Lat. id esse ait, quod extra fanaticam causam sit, quasi procul à fano & religione secretum. Trebatius uerò, ut Macrob. lib. 3. cap. 3. refert, Profanum id propriè dici tradit, quod ex religioso uel sacro in hominũ usum proprietatẽmue conuersum & promiscuum humanis actibus adcommodatum est. Aggenus quoq; Vrbicus in Comment. Frontini Profanum, ait esse quod cùm sanctum esset, postea in usum hominum & extra fanum uenit. Profana ergo res sacræ & religiosæ opponitur. l. 83. §. sacram. ff. de uerb. oblig. Profanum uerò id esse etiam, quod quis sibi priuatum sacrum constituerit, Martia. tradit in l. 6. §. sacræ. ff. de rer. diuisio. Agrum quoq; purum monumento cohærentẽ profani iuris esse Impp. rescripserunt. l. 9. C. de religiosis. Brissonius.

PROFARI, propriè dicuntur fatidici, qui futura prædiuinando solent fari: qui ijdem & Vaticinari dicuntur, quod uesana mente faciunt: inquit Varro. Itaque cùm Vlpian. l. 1. § 6. ff. de ędil. edict. sic scripsisset, Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset: sic infert, Quamuis aliquando quis circa fana bacchatus sit, & respõsa reddiderit. Item, Cæterùm si nihilominus permaneret in eo uitio, ut circa fana bacchari soleret, & quasi demens responsa daret. Hotom.

PROFECTA res à me ad te etiam tunc uidetur, si uel à debitore meo acceperis, uel pecuniam meã apud te habeas, & conuenerit utroq; casu ut mutuũ esset. l. singularia. ff. si cert. pet. Spieg.

PROFECTITIA dos, quæ à patre, uel à parente profecta est de bonis eius, uel facto eius. Vlpian. l. profectitia. ff. de iure dot. Oldend. Vide supra Dos profectitia.

PROFERRE, Iurisconsultis est, quod uulgo ꝓducere dicitur, id est, apud acta deponere. Producere autem de testibus, non de litis instrumentis dici debet. autor Bud. in annot. priorib. Old.

PROFERRE & differre inter se differunt. Proferre est diem prodictã prorogare. Differre est rem in aliud tempus conferre, nulla cum dies antè prodicta fuisset. & hoc sensu Paulus in l. unius. §. pen. ff. de quæst. Adeò ut propterea & differantur & proferantur custodiæ. Et in tit. de receptis, uel arbitrium differri, uel diem cõpromisisi proferri. Sed qui profert, & differt, non contrà. Itaq; latius patet dilationis nomen. quo modo Corn. Tacitus res prolatas, easdem & res dilatas uocat. Sunt autem res prolatæ feriæ iudiciorum & litium. Seneca de breuitate uitæ: Diripitur ille toto foro patronus, & magno concursu omnia ultrà quàm audiri potest, complet. Quãdo, inquit, res proferentur? significat rebus prolatis cessare patronos. quod & de Iuriscõsultis M. Tullius scribit in oratione pro Muręna. Hoc toto capit. 23. lib. 5. Parerg. Alciat. pessimè exposuit, deprauata etiam l. Aurelio. ff. de lib. leg. Cuiac. obseruat. lib. 7. capitulo xvj. per totum.

PROFESSORES & scholasticos omnes, q̃ amplectuntur & docendo tradunt ueritatem liberè, sequuntur non unius generis pericula, non aliter quã umbra corpus: sicut magnus ille studiorum reparator Philippus Melanthon nuper ad me scripsit. Veritas certè parit odium: quoniã indoctos & malos homines habet aduersarios: sed quid homines? Satanã ipsum habet hostem. Non est ergo mirum, si periculis exerceantur continuò. Old.

PROFESSORES iuris, communis interpretatio recipit, eos dici Doctores, qui publicè legunt; & quibus auditores dant operam. Alciato uidetur etiã hoc nomine posse intelligi Iurecoss. qui à principio adibantur, ut consilij sui oratoribus & aduocatis copiam facerent: & quid iuris esset in toto negocio, dissereretur. l. 2. §. Seruius. ff. de orig. iur. Spiegelius.

PROFESSORES optimi iustitię & rei publicę ministri esse debent. Constit. ff. 2. § ultim. Nunc sunt perniciosissimi altercationum autores. Old.

PROFESSORIBVS atq; ueris bonarum literarum studiosis quicquid tribuitur, id cẽtuplo redit in publicam utilitatem, dum quisq; suo fungitur munere, uel prędicando Dei uerbum, uel formando uiuendi politiam, uel curando corpora hominum. Instit. in procemio. §. fin. Ex diuerso, quidquid collocatur in pseudoprofessores, in ociosos sacrificulos, & monachos, id redit in perniciem omnium. Rectè ergò Fridericus Imperator, duplex bonarum artiũ studiosis priuilegium concessit. Constit. Habita. C. ne fili. pro patr. Quem imitari debent omnes Magistratus, si Reipublicæ uoluerint esse consultum. Olden.

PROFESSORIS boni officium est, curare ut ius ciuile in melius, hoc est, in maiorem semper utilitatem hominum honestam producatur: ut eleganter dicit l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. Old.

PROFESTI dies. Hi quintuplices erant. Alij fasti dicebantur, in quibus prætori licebat solẽnia hæc uerba fari, Do, Dico, Addico. Alij comitiales, quibus cum populo rectè agebatur. Alij cõperendini, quib. uadimonium dicere permittebatur, hoc est, sponsionem decernere iudicio sisti. Alij stati, quos iudicij causa cum hoste instituebant. Alij præliares, quibus repetere res, uel lacessere hostem licebat Spiegel.

PROFICERE, prodesse. Vlp. l. 3. de iureiur. Matris igitur iusiurandum partui non proficiet, nec nocebit, & si mater detulerit. Spiegelius.

PROFICISCITVR pecunia. Paul. in l. secũda, de rebus credit. Item mutuum, ait, non potest esse, nisi proficiscatur pecunia, hoc est, transferatur ad accipiendum. Spiegelius.

PROFITEOR te non teneri, tale pactum nõ in personam dirigitur: sed cum generale sit, locum inter hæredes quoq; litigantes habebit, ut ait Papinia. in l. tale pactum. ff. de pact. Sp.

PROFITERI, cum agitur in re militari, uocatur dare nomen, cum in æstimandis facultatibus & expendendo numero capitum, appellatur census. Sic enim Vlp. uitia priorum censuum editis nouis professionibus euanescunt. l. 2. de censib. Proinde magistratus censet, populus profitetur, ut ait Eras. Est itẽ profiteri publicè, & apud acta aliquid ultrò denunciare. ueluti cum profitetur quis merces, ne in uectigali, ut Rhenan. annot. in Tertul. pendundo reipub. fraus fiat. Vnde merces improfessas, quarum nomine nullum uectigal solutum est, accipimus, & à Martiano l. ult. de public. improfessus seruus dicitur. Itẽ profite-

profitebatur filios natos sibi apud acta ueteres, quæ res tum facilem ætatis faciebat probationé. In hunc sensum eleganter dixit Seneca, Profiteri æs alienũ. Id quod candidati facere cogebantur & rei. de bene fic. libro 6. Spiegelius.

PROFITERI, est publicè & apud acta aliquid ultrò denũtiare, quod uulgò insinuare dicimus. Vnde profiteri merces accipiuntur, qui uectigales faciunt, & publicanis non subducunt. Qua significatione Martianus, improfessas merces appellauit, quarũ nomine negotiatores uectigal non penderunt, in l. interdum. ff. de publica. Antiqui etiam solebant liberos sibi natos profiteri apud acta, addito die & Consule, quò facilius ætas probari posset, Iuxta l. 1. C. si minor. se maio. dixer. Si cùm minor annis xxv. esses (inquit Alexander) tabulis quæ sunt tuarum professionum, oblatis tibi. De his professionibus loquitur Celsus in l. cùm de ætate. ff. de probatio. Et durum, inquiens, & iniquum est, cùm de statu alicuius quæritur, & diuersæ professiones proferuntur, ei potissimùm stare, quæ noceat. Scæuola in l. ult. ff. d. tit. Mulier grauida, ait, à marito repudiata enixa filium, absente marito ut spurium in actis professa est.

PROFITERI etiam artem uulgatum est. Inde professores, qui artes liberales profitẽtur. Quorum nomine neq; medicos, neq; philosophos, neq; iurisperitos contineri traditur in l. 1. cum seq. ff. de uar. & extraord. Rub. de professorib. & medic. lib. x. C. Sed & argentariorum & aliorum omnium uitæ generũ professio dicitur in l. 6 §. prætor. ff. de eden. l. 26. in fin. C. de episc. & cler. Brissonius.

PROFITERI, censum edere significat apud Vlpian. in Institu. tit j. Inde professio censualis, de qua item & de Natali lib. 1. Select. Antiq. abundè diximus. Ammian. Marcellin. lib. 19. Censuali professioni speciosa fiducia releuatæ. Profiteri etiam merces est, apud publicanos eas insinuare tributi pro his debiti exsoluendi causa. l. ult. §. diuus. & §. si quis professus. ff. de publica l. 4. C. de uectig. & cõmiss. Quintil. Declam. 341. Quod quis professus nõ est apud publicanos, pro commisso tenetur. Idem etiam declam. 359. talem legem fingit, Publicano scrutari licet, qđ quis professus non fuerit, perdat. Brissonius.

PROFITERI etiam in l. 3. §. pen. ff. ubi pupill. educ. est pupilli pecuniam prætori edere: ut professionem edere peculij in l. 19. ff. de pecul. legat. Briss.

PROFITERI iudiciũ in l. 1. ff. ad l. Corn. de sica. & l. 24. ff. de fals. Sallust. in bello Iugurth. Sed ipse deprehensus multis hortantibus & in primis Albiano Consule iudicium profitetur. Suet. in Domitia. c. 17. Professusq; conspirationis indiciũ & ob hoc admissus, legenti traditum à se libellum & attonito suffodit inguina. Plin. lib. 3. Epist. ad Nepot. Eadem apud Claudium uxori Scriboniani cum illa profiteretur indicium: Ego, inquit, te audiá cuius in gremio Scribonianus occisus est? Vnde fit, ut pro, confiteri indicia, profiteri legendum putem in l. 3. §. item is cuius. ff. ad l. Corn. de sicar. Briss.

PROFITERI natales dicebantur parentes, qui diem quo sibi nati essent liberi, apud Præfectos ærarij edebant. Terentius l. etiam, 16. ff. de probat. Etiá matris professio liberorum recipitur. Scæuola l. Imperatores, 29. §. 1. ff. eod. Mulier grauida repudiata, filium enixa absente marito, ut spurium in actis professa est. Iul. Capitolinus harũ professionum primũ auctorem fuisse M. Antoninum Pium auctor est, intra diem trigesimum nomine imposito. per prouincias autem tabulariorũ usum instituisse, apud quos de originibus idem fieret, quod Romæ apud Præfectos ærarij: ut si fortè aliquis in prouincia natus causam liberalem diceret, testationes intus ferret. Celsus l. cùm de ætate, 13. ff. eod. Iniquum est, quũ de statu ætatis alicuius quæreretur, & diuersæ professiones proferrentur, ea potissimum stare, quæ nocet. Eiusdem professionis mentio fit in l. nec omissa, xv. l. parentes, 21. C. de lib. con. Hot.

PROFITERI etiam est in concione publicè dato nomine uoluntaté suam de aliquo magistratu populi suffragio obtinendo declarare, ut Budęus interpretatur. At Grucchius lib. 1. de comitijs Romanis, ostendit professionem nihil aliud fuisse quam publicam ac solennem uoluntatis suæ declarationem, de magistratu, si populus ita uellet, obtinendo, etiam citra nominis dationem.

PROFVGIVM. Vide, Perfugium.

PROFVGVS, inquit Seruius, propriè dicitur q procul à suis sedibus uagatur, quasi porrò fugatus. Multi tamen Zaroto exquisitè docto uiro teste, ita definiunt, ut profugos esse dicant eos, qui exclusi necessitate, de suis sedibus adhuc uagantur, & simulac inuenerint sedes, non dicantur profugi, sed exules. Sed utrunq; falsum est. Nam & profugus lectus est, qui iam sedes locauit, ut in Lucano, Profugiq; à gente uetusta Gallorum Celtæ miscentes nomen Hiberis: & Exules qui adhuc uagãtur. ut in Salustio: Qui nullo certo exilio uagabantur: adeò exilium est ipsa uagatio Spiegelius.

PROGNATVS prognatáue: Quemadmodum pronepos dicitur qui loco nepotis est, haud absimiliter dicuntur omnes descendentes prognati quòd in locum natorum succedant: Ideoq; qui præceduntur ab alio, ipsi ulteriores gradu minimè possunt esse prognatis: hoc ergo propriè nomen illorũ est, qui primum obtinent locum liberorum, & tamen nati non sunt, sed illis cedit natorum locus: Ferret. tit de hæreditatib. quæ ab intestato deferuntur.

PROGNATVS, pro natus, apud Iustinianũ §. 2. Instit. de hæred. ab intest. Vnde ridiculum est ijs, qui Latinè sciunt, Prognatus, & Abnepos sunt idẽ. Sunt itaq; prognati, liberi. Spieg.

PROGONI. Lege, Epigoni.

PROGRAMMA, Græca uox est, significatq; in iure, quod Latinè appellat Vlp. proscriptionem. tit. de instit. act. Capitur & pro edicto, ut in uita Auidij Cassij imperatoris legitur. Vel

PROGRAMMA est scriptura publicè proposita in albo. gl. in l. programma. C. comminat. epistol. programmata uim rei iud. non haber. Io. Bell. Etym.

PROHEDRI, dicebantur quasi Præsides, magistratus quidam primi subsellij, quibus cæteri omnes sedendi loco cedebant. Bud. in annotat. ad tit. de offic. præfect. præt.

PRO hærede, bifariam accipitur in Iure. Primũ, quoties tractatur materia petendæ hæreditatis, quá falsa opinione aliquis putans se hæredem, possidet: toties oportet ea uerba, Pro hærede, non accipi pro uero titulo, sed pro quadam erronea æstimatione. Nam si reuera esset hæres, nunquam haberet aduersus eum effectum suum petitio hæreditatis. Et si rectè perpendamus uerba Pro hærede, sunt solennia in eo iudicio. Nam cum lex non ad reuocandam defuncti uoluntatem introduxerit petitionem hæreditatis, non potest ad alium casum pertinere, quam ad eum, si quis falso commento occupat hæreditatem. Quare pro hęrede possidere dicitur, sicut protutor, falsus tutor. l. pro hęrede. ff. de petit. hæred. Deinde,

ubi non tractatur controuersia uniuersi hæreditarij iuris inter duos, sed disceptatur de re aliqua, cuius dominium prætendit possessor, quia dicat se per hereditariam successionem adquisiuisse: ibi ista uerba, Pro hærede, intelligenda sunt pro uero & iusto titulo, propter quem non minus competit usucapio, q̃ ob alios contractuum titulos. Et cùm, Pro legato, sit titulus, cur non multò magis Pro hærede? Probari hæc possunt ex l. cogi. C. de peti. hæred. & l. j. C. si qs igno. rem mino. esse, sin. decret. in princ. Vbi titulus uocatur hæreditarius. Et Instit. de hæred. qual. & differ. Pro hærede autem gerere, inquit Iustinian. quis uidetur, si rebus hæreditarijs tanquã hæres utatur, uel uendendo res hæreditarias, uel prædia colendo locandòue. Et paulò infrà, Pro hærede enim gerere, est pro domino gerere. Veteres enim hæredes pro dominis appellabant. Adde l. non solùm. §. quod uulgo. ff. de usucap. Hæc si animaduertissent Doctores, non fuisset opus tantis difficultatibus rem planã inuoluere, & inutiliter rixari, num Publiciana competat aduersus posidentem pro hærede. Old.

PROHIBERE iniuria tenuiores, dixit Cice. lib. 2. offic. cõstruens uerbum prohibere, cum ablatiuo significante passionem, contra quam solet plerunq; fieri: cum dicimus, Prohibitus accessu, colloquio, amore: id est, ne accederem, ne colloquerer, ne amarem. Hic uerò iniuria significat eam, quæ accipitur, non quæ infertur: & est sensus, ut caueret, ne afficerentur iniuria tenuiores. quod & nostræ Leges subinde præcipiunt. Vide §. fina. l. nec quicquam est. ff. de offic. proconf. cum simil. Spieg.

PROHIBET uti frui, qui ui deijcit utentem & fruentem, aut non admisit eum, cùm ex fundo exisset non ususfr. deserendi causa. l. 3. §. uti frui. ff. de ui & ui arm. Ædificare uerò prohibet, & qui prohibet eam materiam conuehi, quæ ædificationi necessaria sit, aut qui operi necessarios uenire ꝓhibet. l. 1. §. penult. ff. de mort. infer. Prohibetur uerò posidere & qui in solo ædificare prohibetur. l. pen. §. j. ff de adquir. poss. Prohiberi quis intelligitur, quominus faciat, si quolibet actu prohibentis, id est, uel dicentis se prohibere, uel manum opponentis, lapillúmue iactantis prohibendi gratia. l. 19. §. 1. ff. quod ui aut clã. Prohibitoria interdicta sunt, quibus Prætor uetat aliquid fieri. l. j. §. interdictum. & l. 2. ff. de interdict. §. prohibitoria. Instit. eod. tit. Briss.

PROIECTVM & protectũ, partes sunt domus propensiores, unde nobis aspectus patet in uicos & plateas, à proijciendo & protegendo dictæ. Nã protegere, est tectum proijcere: quod fit, quando tigna extra columnas seu parietes extendũtur, ut mœniana uel podia pensilia faciamus: quo genere structuræ, ædificia in superioribus partibus ampliora reddi solent. Huius rei inuẽtor Mœnianus traditur, à quo mœniana, omnes ædificiorum proiecturæ generaliter dicuntur. l. seruitutes. §. primo. ff. de seruit. urba. præd. Oldendorpius.

PROIECTVM Nonius Marcellus interpretatur longe iactum & extensum: ut apud Virgiliũ Proiectaq; saxa. Pachyni radimus. Et Cic. lib. 2. de Republ. Iustitia foras spectat & proiecta tota est atq; eminet. Ex quo architectis frequens est pro ea domꝰ parte, quæ in uicum prominet, qualia sunt subgrundia, mœniana & podia pensilia. Proiectum etiã protectum uocatur à protegendo. Est autem protegere, tectum proijcere. Vlpian. l. si uero, de ijs qui deiecerunt, uel effuderũt Prætor ait, ne quis in subgrunda, protectòue, uel supra eum locum, quò uulgo iter fiet, uel in quo consisteretur, id positum habeat, cuius casus nocere posit. Vbi annotat Budæus protecta & proiecta eadem esse. Proiecturas autẽ dici Vitruuio, etiam prominẽtias, & quasi supercilia parietum, quæ arcendis Stiricidijs inuenta sunt. Fabri nostrates Larmieros, & intabulamenta appellant. Quare & Caius inter urbanas seruitutes recẽset istas, immittendi tigna in parietẽ uicini, & deniq; proijciendi protegendiue. Protegendi & proijciendi seruitutem pro eadẽ posuit, quia disiunctim ista posuit, quasi dixerit. Seruitus immittendi tigni urbana est, & ea deniq;, quæ seu proijciendi seu protegendi appellatur &c. Connan. lib. 4. cap. 9. num. 4. Vide & Corras. in rubr. de seruitut.

PROIICIENDI seruitus ius est, extra tectum mœniana proijciendi, &, ut Theoph. in §. æquè. Inst. de actionibus interpretatur, ἄλλως τε τὸ ὑπερκείμενον ἔχειν κατὰ τὸ μέσαυλον. l. j. & l. 2. ff. de seruit. urban. l. penul. ff. si mensor fal. mod. Itaq; Lexicon Latinogræcum proiecta tecta interpretatur ἀναπτυγμένα, αἰθέρια ... οἰκίας. Inter Proiectum uerò & Immissum hoc interesse Labeo rectè dicebat, quòd Proiectum esset id, quod ita protẽderetur, ut nusquam quiesceret, qualia mœniana & suggrundæ essent: Immissum autem quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret. l. 242. §. j. ff. de uerb. sign. & ideò Proijcere & Immittere separantur in l. 5. §. meminisse. ff. de nou. op. nun. Sic Proiectum tignorum intellige in l. ult. §. ulti. ff. de seruit. urb. & Proiectum tectum apud Cic. Topic. & Proiecta in l. 80. ff. de cont. empt. l. ult. §. pen. ff. quod ui aut clàm. l. 3. §. item uideamus. & §. Labeo. ff. uti posid. Briss. & Connan. lib. 4. ca. 9. nu. j. Corrasius Miscell. libro 3. cap. XXV.

PROLETARIVS in duodecim tabulis pro inope & nullis facultatib. prædito. Asiduo, inquit lex, uindex asiduus esto. proletario ciui quiuis uolet, uindex esto. nam qui in plebe Rom. tenuissimi pauperrimiq; erant, neq; amplius quàm mille quingentum æris in censum deferebant, Proletarij appellati sunt. qui uerò nullo aut perquàm paruo ære censebantur, Capite censi uocabãtur. Gell. lib. 16. c. x. Hot. Dicebãtur autem capite censi, qui nullo aut perquã paruo censebantur ære, proletarij à munere officioque prolis edendæ appellati sunt, quod cum re familiari parua minus possent Rempubl. iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarẽt: Eoque sensu proletarium & capite censum accepisse uisus est etiam Arnobius aduersus gentes lib. 2. prout annotauit Ræuard. ad ll. XII. Tab. cap. 9. de uindicibus. Adde Fr. Balduin. in l. XII. Tab. cap. 44.

PROLYTAE. προλύται dicebantur, qui quatuor annorum spacio in legum studijs decurso, quintum & postremum adijciebant. Imperator in præfat. ad Antecess. §. 6. Quibus, inquit, si bene sese imbuerint, & in quinti anni quo prolytæ nuncupantur, metas constitutionum, &c. Hesychius προλύτας interpretatur, παρῃτημένους, παραλελυμένους, ut ij sint, qui ab illa prǣscripta & præfinita studiorũ lege sunt soluti, & tanquã emeritis stipẽdijs honestam à magistrorum scholis missionem impetrarũt, unde hodie quoq; Licentiati appellantur. Vide Lytæ. Hot.

PROMAGISTER. Solet etiam, inquit Ræuardus Libellorum magister Principibus adesse, isq; ex Iurisperitorum numero sumebatur, & Promagister dicebatur, qui principis rescripto diem, & Consulẽ adijciebat: quemadmodum ex antiquissima libelli cuiusdam formula constat, qua corporum fictili sarcophago ad tempus commendandorum principalis

lis autoritas postulatur. Hæc enim formulæ illius so lennia uerba: Sepulchrum fieri placet. Verba rescripti sunt. Quibus statim adiungitur hęc clausula subscriptionis Iubétius Celsus Promagister subscripsi. 3. Non. Nou. Antio Pollione & Opiniano Conss. Erat & illud quoq; solenne, ac Principibus familiare, ut libellum subscriptũ signarẽt annulo, signatumq; restitui iuberent ijs qui illos porrexerant. Quò pertinet quod ait Suetonius in diplomatibus libellisq; & Epistolis signandis Augustum initio Sphinge usum esse. Et hæc quidem libellorum supplicum antiqua ratio apud Prætores etiam & prouinciarũ Pręsides olim in usu fuit. cap. xv. de in ius uoc. &c. Ræuardus l. omnia quæcunq; ff. de reg. iur.

PROMATERTERA, pauiæ soror. l. 1. de grad. & adfin. Oldend.

PROMERCALES uestes, peculiariter illę sunt quę in usu fuerunt: ueneuntq; post primam gratiam coloris attritu deperditam. Spiegel.

PROMERCALIA dicuntur, quæ ut diuendantur pluris, fuerunt empta. Paul. Quod si res, ait, in q. bus impensæ factæ sunt, fuerint promercales: tales impensæ non uoluptariæ, sed utiles sunt. l. quòd si. ff. de impens. in rebus dot. Nebriss. Sanè hoc uocabulum dictio uniuersalis non est: sed illa tantum, Baptist. Pio teste, Promercalia nuncupantur, quæ referuatis his quæ ad usum annuum & proprium pertinent, tanquam superantia, ex mobilibus paterfamiliâs uendit. Lege cap. 94. Annot. poster. Astipulatur Rhodig. in fin. ca. x. lib. 28. ubi ait, Promercale in uenalium ratione dici, quod extra domesticum usum redundans, uenui proponitur. Spiegel. Adde Forc. in suo penu iur. ciuil. cap. 1.

PROMERCII causa haberi dicũtur, quæ in hoc habentur, ut ueneant. l. 3. §. item is cuius. ff. ad l. Cor. de sicar. l. 41. §. sed si quis. ff. de leg. j. l. 2. ff. de ui publ. unde Promercales res, id est, uenales. in l. 4. §. item si quis. ff. de penu leg. l. x. ff. de impen. in res dot. & apud Sueton. in Iulio cap. 54. Brisson.

PROMERCIVM, mercimonium, quodcunq; uendendi causa seponitur. Paulus l. 4. §. 1. ff. de pen. leg. Si quis solitus fructus suos uendere, penum legauerit: non omnia quæ & promercij caussa habuit legasse uidetur. Vlpia. l. 41. §. 4. ff. de legat. & fid. eos qui Reipub. ad opus promiserint, posse detrahere, & ad id opus uti: quia hi quoq; non promercij causa id haberent. Hotoman.

PROMISSIO deserta, apud Vlpia. in l. sed & si quis. §. quæsitum. si quis caut. Videtur, ait Alciat. nouus loquendi modus, ut deserta promissio dicatur: quia non obseruatur. cum l. seq. Contempta rectius appelletur: quare fortè legendum Diserta, & pro expressa & speciali intelligendum. Spiegelius. Cæterum in hac interpretatione Alciatum lapsum esse, rectè ostendit Corrasius Miscell. lib. 1. cap. 19. Sic enim pœna desertionis legitur. in l. si duo. §. j. ff. si q̃s caut. & nihil purius magisq; propriũ pro contempta, uiolata, & derelicta promissione dici potuit quam deserta promissio, sicuti & desertum Vadimonium Latini probatissimiq; autores dixerunt.

PROMISSIO, stipulatio etiam est. l. j. Cod. de usur. annotat Alciat. de uerb. sig. Spiegelius.

PROMISSIONIS uerbum & ad nudam promissionem siue pollicitationem & ad sponsionẽ refertur. l. xix. §. j. ff. de ædil. edict. l. j. ff. de iur. dot. l. j. §. eum qui. ff. de const. pec. l. 132. ff. de uerb. obliga. Plane si scriptum in instrumento fuerit promisisse aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione pręcedente responsum sit. §. si scriptum. Instit. de inutilibus stipul. Briss.

PROMITTERE & pollicitari quomodo differant, uide Pollicitatio & pacta ut differant &c.

PROMITTERE facere securum ad sensum prudentis, quid significet hæc formula not. in l. si mandato Titij. §. fin. ff. manda. Old.

PROMITTERE, rem habere licere, & promittere nõ mouere, uel facere controuersiã, paria sunt. per l. stipulatio ista. in princip. & §. si quis forte. ff. de uerb. oblig. Obseruandum, quòd uerbum Promissi redactum in instrumentum, intelligitur per stipulationem, & non per nudam conuentionem. l. sciendum. ff. de uerb. oblig. Spiegelius.

PROMNESTRIA. Vide j. Proxenetria.

PROMPTVARIVM, cella est in quá reponuntur edulia, quæ ad usus cotidianos comparata sunt. In hoc à Penario distans, in quod quæ longioris usus sunt conduntur. Paul. de penu leg. l. nam quod. Si cui quæ in prõptuario sunt, legata sunt Hinc Promus, dispensator. Omnia à promendo dicta. Nebr.

PROMVLGARE est quasi prouulgare, publicare. hinc Promulgatæ leges dicuntur, cum in uulgus editæ sunt, in prooemio Inst. uersic. omnes uerò populi. Ioan. Bello. Etymol. & Aldobrand. ibidẽ. Sic Liuius libr. j. belli Maced. Isq; rogationem promulgauit, uellent iuberent &c. & Cic. ad Q. Fratr. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Modest. in l. scire. §. aliud. ff. de excus. tut.

PROMVLGATAE leges rectè olim in ærariũ agebantur ac diligenter custodiebantur. Primùm, ne periret exemplar: deinde ne quis fortè fraudem corrumpendo admittere posset. Qua ratione moti Romani: Leges duodecim Tabularum in ęs incisas, reposuerunt in Ærarium, ut Tranquill. scribit in uita Iulij. Hinc sumitur mos in Ciuitatibus, nec certè repudiãdus, quòd statuta sua in publicam custodiã reponant. Veruntamẽ meminisse oportet: ne custodiantur solùm Leges, sed ut obseruentur etiãm. Ipsa literarum monumenta recludi debent in Ærarium: At obseruatio palàm circumferri debet per totam Rempublicam. Olden.

PROMVLSIDARIA uasa, dicuntur Vlpia. in quibus promulsis, id est, condimentũ ex mulso confectum ponitur. l. 19. §. 3. ff. de aur. arg. Et ideo, inquit, scutellas & promulsidaria contineri. Hot.

PROMVLSIDE autem Grãmatici notari potionem annotant, conuiuis loco mulsi ad excitandã cibi auiditatem exhiberi solitam: quo sensu apud Cicer. lib. epist. nono accipi uidetur, licet alia significatione acceperit Tertull. in libr. de pallio. ut obseruauit Adrianus Iunius lib. 5. animad. c. x.

PROMVTVVM πρόχρεια prærogata pecunia, siue prenumerata, Gallis auancée l. 15. §. item locati l. xl. §. 3. ff. de statu libe. male apud C. Harmenop. προχρεία. Theod. Hermopolites ad l. unicam. C. de sentẽt. quę pro eo, quod interest. καὶ ἡ προχρεία τὸ μίσθωμα τῶν τοιούτων χρόνων συλλαβεῖν. Prat. Adde Cuia. ad l. ult. de frumẽto urbis Constant. C. lib. 11. Est autem promutuũ quasi contractus, id est, quasi mutui datio, ut ait l. 4. §. is quoq; ff. de oblig. & act. Idẽ Cuiac. obser. lib. 8 c. 34.

PRONEPOS, est filius nepotis. Proneptis, filia neptis.

PRONVBA, quæ nuptijs celebrandis præest ex parte uxoris, sicut Auspex, ex parte uiri.

PRONVBVS annulus dicitur, quo sponsæ digitum uir oppignerare consueuit. Sp.

PRONVNTIARE palàm & apertè exprimere

est.l.11.§.qui autem.ff.de actio.empt.l.1.l.31. §.1. ff.de ædil.edict.l.69.§.1.ff.de euict.l.xv.§.1. ff.de statu lib. quib.in locis uenditores conditionē rei, quam uendunt,pronuntiare dicuntur. Eodem in significato Latini auctores pronuntiandi uerbo utūtur pro palàm aliquid pollicitum & promissum significantes. Sic pronuntiare nummos apud Sueto. in Iulio cap. 19. & pronuntiare epulum apud eundem in eiusdē uita,cap.25.Et pronuntiare donatiuum militibus in Galba,cap.16. Et pronuntiare tesseras in Domitia. cap.4.ad fi. Et pronuntiare præmia militibus,apud Liuium lib.2.

PRONVNTIARE præterea sententiā ferre significat l.59.§.1.l.60.ff.de re iud.l.37. ff. de auro arg. Inde pronuntiatus hæres patronus, filius, libertus, seruus dicitur,qui talis iudicatus, & per sententiam declarat⁹ est.l.9.§.1.ff.de in ius uoc.l.8. ff.de his quæ ut indign.l.8.C.de sent. & interlocut.l.xj.ff.de adm. tut.l.29.in fin.ff.de liber.cau. Briss.

PRONVNTIARE etiā in scena actores dicuntur.l.1.ff.de his, qui notan infam.Plin.lib.7.c.48.Luceia mima centum annis in scena pronuntiauit. Sueton.in Calig.c.54. Vt ne publicis quidem spectaculis temperaret, quominus & tragœdo pronuntianti concineret.

PRONVNTIARE, quod est in 12.lingua nuncupare,id est,nominatim ac disertè proferre. Vlpia. ex edicto in l.1.ff.de ędil.edict. Eademq; omnia, quū ea mancipia uenibunt,palàm rectè pronuntianto.Item;Ea omnia in uenditione pronuncianto. Idem in l.31. eiusdem tit. Si uenditor pronunciauerit,uel promiserit furem non esse,tenetur ex sua promissione,&c.Cic.lib. de offic.3.Itaq; Cato ita pronūtiauit: Quum in uendendo eam rem sciisset, & non pronuntiasset,emptori damnum præstari oportere.

PRONVNTIARE passim præcisè dicitur,pro; Sententiam pronuntiare. Hinc Vlp.

PRONVNTIATVM, inquit,& statutum idem potest. promiscuè enim & pronuntiasse & statuisse solemus dicere eos, qui ius habent cognoscendi. l. 49.ff.de uerb.sign.Hot.

PRONVNTIATVM,Dialecticis est plena atq; perfecta uerborum sentētia, ut Annibal Pœnus fuit, Scipio Numantiam deleuit. Oratio uerū aut falsum plenè significans,est pronuntiatū,quod Græci ἀξίωμα dicunt &c. Brech. in l.pronuntiatum. ff. de uerb. & rer.significat.

PRONVRVS. Nurus appellatione,inquit Connanus lib.8.cap.5. num.7. non tantum filij uxor: sed & nepotis,& pronepotis continetur, licet quidam has Pronurus appellent.

PROPAGARI arbitria,hoc est,in alios transferri,prohibetur rectissimè l. non distinguemus. ff. de recept.arbitr.Adi Old.in Copia.Sp.

PROPATRVVS, frater est proaui: sicut Abpatruus,frater abaui.

PROPE, est genus loquendi pudorem affirmantis,& modestiam significans.Papin.l.95.§.9.ff.de solut. Si creditor à debitore petens culpa sua causa ceciderit,propè est ut actione mandati nihil à mandatore consequi possit.Idem l.41.ff.de mort. cau.don. Et quod ab alio nomine ipsius eo præsente datur, propè est ut ab ipso datum intelligatur. Arrius l.5.§. 6.ff.de re milit.Si bonus miles antea æstimatus fuit, propè est ut affirmationi eius credatur.Idem,Propè affirmarem ei credi oportere. Hot. Sæpe etiam ad modicum tempus refertur,ut circa,& circiter l.2.§. exactis,1.ff.de orig.iuris.l.3.§.fin.ff.de lib.exhib.§.si uero intra.ubi Bart.notat de mona.coll. j. Quin & à Iustiniano dictio propè ad semestre tempus limitari uidetur.l.properandum.§.& si quidem. C.de iud. Corras.Miscell.lib.6.cap.23.

PROPE,pro quasi ferè.in ll.per Alber.indicatis.

PROPE furtū,est inficiatio.l.inficiādo.ff.de furt.

PROPENSVM significat quod dicimus Valde inclinatum.l.2.§.si simul.ff.ad l.Iul.de adult.§.consequens est.Inst.de suspect.tut.& ibi Aldobr.

προπετῶς l.13.ff.de iureiur.hoc est,inconsulto calore. Sunt qui interpretentur,perperam. Briss.

PROPINQVI,id est, affinis nomine, qui ueniant,docet Bart.in leg.fin.C.de uerb.sig.Sp.

PROPINQVI fines,& antiqui.C.fin.regun.l.1. Alberic. Spieg.

PROPIOR sobrino, propior sobrina sunt, inq̄ Caius,patrui magni,amitæ magnæ, auūculi magni, materteræ magnæ filius filia. l.1. ff.de grad. & adfin. hoc est, infert Vlpi. patris eius cuius de cognatione quæritur,consobrinus cōsobrina, siue frater patruelis.Hot.Item Connan.lib.8.cap.5.nu.1.

PROPIVS sobrinis. Paul. l.x. §.9. ff.de gradib. Personæ quas enumerauimus à patrui magni filio, ei de cuius cognatione quæritur, propius sobrinis uocantur.nam,ut Massurius ait,quem quis appellat propiorem sobrino,qui est patris matrisue consobrinus aut consobrina,ab eo consobrini consobrinæue filius filia nominatur. Et paulo pòst,His omnib.q̄d à patrui nepote proposuimus,is de cuius cognatione quæritur, propius sobrino est:nam patris uel matris eorum consobrinus est.Hot.

PROPIVS sobrino mihi est consobrini mei filius, & consobrinæ meæ filia, & patris mei consobrinus, & matris meæ consobrinus. Festus.Hot.

προπηλακισθῆναι apud Demosthenem in l.16. §.4. ff. de pœn. affici contumelia. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν αὐτοὺς ἀνθρώπους ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι. Hæc mouent, inquit,hæc de statu mentis homines deijciunt,contumeliæ non assuetos. Hot.

PROPOLA,negociator,qui merces minoris p̄emit,ut postea pluris uendat. Bud. Propolas scitè circunforaneos appellauit in Commodo Antonino Lamprid Sp.Adde Brechæum in l.inter publica.tit. de uerb.& rerum sign.

PROPONERE actoris est,Opponere rei. text. sing.in l.1.C. de iurisdict.omn.iud.Sp.

PROPONERE edicto fraudem, id est,aperire, & manifestum facere.

PROPONI dicebantur,quæ ut oculis ciuiū parerent,in publico proponebantur.Ita edicta proponi dicebantur: cuius rei exemplis, quæ infinita suppetunt, in re minimè dubia non utar. Inde & actiones proponi dicūtur. quoniam in albo scriptas & in edicto prætor in publicū edebat,ut ex l.1.C.de interdict.& §.namq;.in fi. Inst.de actio.patet. Proponere etiam stipulationes prætor dicitur eas,quę ex ipsius iurisdictione ueniunt.l.52.ff.de uerb.oblig. Briss.

PROPORTIO Geometrica dicitur,cum obseruamus & metimur gradus circūstantiarum, tum in personis,tum in rebus, tantumq; retinetur similitudo & æqualitas proportionum, neglecta numerorū collatione,uel calculo.Sic dicimus in Iustitia distributiua solùm obseruari proportionum æqualitatē, neglectis numeris. Nam hic conferuntur res & personæ:& ut uirtutum & delictorum, ita præmiorum & pœnarum uarij gradus constituuntur,ut iusta p̄portione habeat quisq; quod meruit. Vnde grauiter dictum est à Platone, Optimū Reip. statum esse, qui consti-

constituitur proportione Geometrica.

PROPORTIO. Paul.ad l.Aquil. Danda est mihi,ait,ad exemplum legis Aquiliæ actio in eum pro proportione usus fructus. Est autem proportio,duarum rerum quatenus ad quantitatem pertinet,inuicem facta comparatio.Spieg.

PROPOSITVM, quod mente statutum est, & quæ intentio hominis dicitur. Vide gl. in l.respiciendum.§.pen. ff. de pig. Vocabulum est minibarbarũ: ut multis minus doctis, ut ineptè & ridiculè in loquendo superstitiosis penè uidetur. Spiegelius.

PROPRAETOR, qui cum autoritate prætoria aliquò mittitur:non autem qui prò prætore prouinciam tenet. Spieg.

PROPRIA causa dicitur,ut docet Vlpia.in l.j.§. in propria. ff. Quando appel. sit.cuius commodum, uel incommodũ ad aliquem priuatim spectat. Quæ uerò res propria sit,glo.exponit in l.fœnerator.ff.de naut.fœn.Spieg.

PROPRIA causa quæ sit, quæri solet in tempore appellationum, quod in propria causa angustiùs & breuiùs,in aliena laxiùs datur.Et placuit propriã esse causam,cuius emolumentum uel damnũ ad aliquem suo nomine pertinet.l.j.§.in propria. ff. quando app. sit. Itaq; si procurator quis in rem suam datus sit,eius propria causa dicetur. Sed & quicunque sua interesse dicit,propriam causam defendere intelligitur.l.2.§.1.& §.ult.ff.quando appell.sit. Briss.

PROPRIE,pro specialiter in l.2.in princip.ff.de uac.mun.l.2.§.ult.ff.de adm.rer.ad ciuit. Cice.lib.v. epist.ad Attic. Cui deposcenti mea mandata cætera uniuersa mandauit.Illud propriè ne pateretur,quãtum in ipso esset prorogari nobis prouincias. Propriam etiam pro speciali dixit Paul.in l.21. in fi. ff.ad municip. Brissonius.

PROPRIETARIVS est dominus,qui alicuius rei dominium habet:ut in l.si proprietarius. ff.de damno infect.Ioan.Bello.Etymol.

PROPRIETARIVS. Vlpia.de dolo.in l.& eleganter.§.si seruum. Si seruum usuarium,ait,proprietarius occiderit. Legis Aquiliæ actioni,& ad exhibendum id accedit,si posidẽs proprietariꝰ occidit.

PROPRIETAS uocabulum est à Iuriconsultis distinguendorum definiendorumq; dominiorũ causa confictum. nam Dominij nomine solidum dominium ferè intelligitur: id est, in quo usufructus inest.unde usufructus pars dominij appellatur. l.3.ff. de usufr. quum igitur dominium usufructu deminutum significare uellent, Proprietatem dixerunt. ut patet ex titulo de usufruct.locis innumeris,in quib. usufructus proprietati opponitur. Itaq; Neratius in l.13.ff.de acq.rer.domi. quum dominium dixisset, & illud quod usufructus expers est significaret,cõtinuò proprietatis nomine hoc interpretatus est. Si procurator rem mihi emerit ex mandato meo, eiq; sit tradita meo nomine,dominium mihi, id est,proprietas acquiritur, etiam ignoranti. postea tamen quum suo more subtiliter omnia persequerentur,uti proprietatis uocabulo non contenti, proprietatẽ nudam dixerunt, quæ usufructu deminuta est: plenam uerò,quæ usumfructum in se haberet. Papin.l. 2.ff.quib. mod.usufruc.amitt. Si duobus separatim alternis annis usufructus relinquatur,cõtinuis annis proprietas nuda est: quum si legatarium unum substituas,cui alternis annis legatus sit usufructus, plena sit apud heredem proprietas eo tempore quo ius fruendi legatario non est. Plena autem proprietas dicitur,quæ cum usufructu coniuncta est: Nuda quæ separata est ab usufructu.l.2.quib.mod. usufru. amitt. Duarenus lib. disput.anniuer.1.c.17.Adde Cuiac.ad l.58.ff.de uerb.oblig. Quomodo autem proprietas & dominium discernantur, uide s̃. in uerbo Dominium & proprietas.

PROPRIETATEM & possessionem sese mutuo nexu complecti:supra dictũ est. Vbi quære possessionem & proprietatem &c.

PROPRIETATEM Caiꝰ appellat id, quod est dominium directum.in l.fin.de superfic.Habet nanque Superficiarius & usum fructum,& proprietatẽ, subaudi,ipsius dominij utilis: Directum uerò dominium non habet.Spieg.

PROPRIETAS & usufructus, quia iura sunt incorporalia,partes fundi fictè dicuntur. Nã si proprietatem & usumfructum,ut iura incorporalia consideremus,ut l.1.ff.de rer.diuis. fundum uerò rem intellectu comprehensam, cui tanquam suo subiecto, naturali quadam ratione proprietas & usufru.accedunt,ipsumq; sequuntur,uelut umbra corpus, & calidum ignem,nulla quidem ratione, partes appellaueris,nisi καταχρηστικῶς,ac potius (ut dicit Iason) fictè. Quare usumfructum ipsius fundi proprium rectius, quam partem dixeris.text. est in l.si à reo. §.si reo.ff. de fideiuss.Brechæus in l.rectè dicimus eum fundũ. ff.de uerb.& rer.sign.

PROPRIETATIS nudæ nomine, nullus fructus continetur.l.uideamus.ff. de usuris.Sp.

PROPRIO iure plus sibi datum iri debere,uide Papyrium in l.imperatores.ff.de ser.præd.rust.Sp.

PROPRIVM à Latinis uocatur peculiare, perpetuum & conuenienter attributum, uel ascriptum rei,personæ,aut dictionis explicans officium,conditiones,accidentia, qualitates. Dialectici proprium multiplex statuunt:sed Iureconsulti sunt unico contenti: quibus id dicitur proprium,quod speciei tantum uni conuenit & uniuersæ: ut homini proprium est loqui,ratiocinari: quod omni & soli homini congruit.Taboet.in Topico militiæ for.& leg.discip.

PROPRIVM est suum cuiusq;, ut Non. Marcel. exemplis confirmat. Cic.lib.7.epist.ad Curium: Cuius quando te esse proprium scribis mancipio & nexu,meum autem usu & fructu, contentus isto sum. Id enim cuiusq; est proprium, quo quisq; fruitur atque utitur.Horatius,

Si proprium est quod quis libra mercatur & ære.

Vnde ꝓprietas ius dominij significat. l.34. ff.de dolo.l.12.§.1.ff.de dolo. Hæc uel Plena uocatur,si ei usufructus coniunctus sit:uel Nuda,si ab ea abscessit usufructus.Inde proprietatis dominus, Proprietarius uocatur passim in tit.de usufr. Briss.

PROPRIVS homo.Neq; uerò miraberis,inquit Olden.summo prẹditus iudicio uir, quomodo liber homo possit grauare personæ suæ libertatem, ut faciat se hominem alicuius quodammodo proprium. Nam quare id nõ liceat? cum olim possent liberi homines pati ut uenderentur in præduram & intolerabilem seruitutem ad participandum precium. §.ult. Instit.de iur.pers.Spieg.

PROPTER res uniuersas, quæ mihi cum fratre meo patruo uestro communes sunt, quas æstimationis constiterit esse uniuersas, duo milium aureorum fidei uestræ committo,uti pro portione uestra mille aureos à Lucretio pacato patruo uestro accipiatis. Scæuola sensum indicat l.fin.§.j.de leg.2. Sp.

PROPVDIOSISSIMA, dicitur Contaminatissima,impudicissima.Plauti uocabulum qui & meretriculam propudium uocitat. Propudiosa autem

 dicta,

dicta, quod nundinata pudicitia sit procul à pudore. Ioan. Bapt. in comment. Epist. Sid. Apoll. ad Ambros. Pap. lib. ix.

PROPUDIUM, rem pudendam significat.

PROQUAESTOR, qui Quæstoria autoritate accepta, mittitur in aliquam regionem.

PROQUIRITATA, uerbum fuit XII. Tab. quod significabat promulgata. Sidon. Apoll. lib. 8. epist. ad Nammatium. Per ipsum fere tempus, ut decemuiraliter loquar, lex de præscriptione tricennij (sic enim legendum est) fuerat proquiritata. Quiritari utique in ueterum libris, fidem Quiritium inuocare est. Briss. Idque Varrone autore qui lib. v. de ling. Latin. scribit: qui fidem Quiritium clamans implorat eum dici proquiritare: Et ut proquiritare urbanorum sic iubilare rusticorum esse. Simili modo qui parens parentum implorabat auxiliū, parentes plorare dicebatur: Vnde illud Terentij in Adelph. Obsecro populares ferte misero atque innocenti auxilium: Subuenite inopi. In quem locum Donatus, & hoc est, inquit, quod ueteres quiritare dicebant. Quirites Conclamare. De quo uide Ræuardum ad ll. XII. Tabul. cap. 3. de patria potestate.

PRORA, ea pars nauis est, quę in appellēdo percutit littus. Puppis honestior nauis pars est, in qua sedet qui clauum regit. Habent nautæ singulis distributa munia: quorum præcipua sunt, Proretæ, & Gubernatores. Vlp. in l. 1. Nautæ, caup. stab. nauis magistros uocat. Prora Græca uox est, cui parti qui præsidet, πρωρεὺς, & πρωράτης illis appellatur. Vide Annotat. Bud. ad l. 1. de arbitr. Spiegelius.

PRORETA, πρωράτης πρωρεὺς, qui proram regit: quum puppim Gubernator. Plaut. in Rud. Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero. Paul. l. 11. §. 2. ff. de public. Quòd si absente domino id à magistro, uel gubernatore, aut proreta, nautáue aliquo id factum sit, &c. Xenoph. ἀνάβασ. 5. χαλεπαίνει μὲν πρωρεὺς τοῖς ἐν πρώρᾳ, χαλεπαίνει δὲ κυβερνήτης τοῖς ἐν πρύμνῃ. Succenset proreta ijs qui in prora sunt: succenset gubernator ijs qui in puppi. Hotom.

PROROGARE, propriè est populi rogati lege ac iussu proferre atque producere. ut Prorogare magistratum, aut prouinciam. Hinc

PROROGARI uulgò dicitur quod producitur. Vlp. l. 2. §. 3. ff. de iud. Si & iudex ad tempus datus & omnes litigatores consentiant, nisi specialiter principali iussione prorogatio fuerit inhibita, possunt tempora intra quæ iussus est litem dirimere, prorogari. Sic l. 24. ff. locat. l. 19. & l. 30. de leg. 1. Hot.

PROROGARE, ante diem erogare, repræsentare. Vlpianus l. 53 ff. de pactis. Sumptus quidem prorogare, litiganti honestum est: pacisci autem ut non quantitas eo nomine expensa cum usuris licitis restituatur, sed pars dimidia eius quod ex ea lite datum erit, non licet. id est, Honestum est litigatori pecuniam ad futuros sumptus litis necessariam procuratori uel aduocato suo numerare. Hinc apud Vlp. in l. 4. ff. de manum. pro præsentem pecuniam soluere. Proinde, inquit, siue ex peculio quod ad uenditorem pertinet, siue ex aduentitio lucro, siue etiam amici beneficio, uel liberalitate, uel prorogante eo, uel repromittente, &c. Vlpian. l. sed addes, xix. §. si quis, vj. ff. locat. nam inter eum qui per errorem soluit, & eum qui pensionem integram prorogauit, multum interest. Hotom.

PROROGARE, pro subministrare accipit Vlp. l. 53. ff. de pact. Sumptus quidem, inquiens, prorogare litiganti, honestum est: Pacisci, autem, ut nō quantitas eo nomine expensa cum usuris licitis restituatur, sed pars dimidia eius, quod ex ea lite datum erit: non licet. Olden.

PROROGARE in edicto pretoris, modò est ad libramentum proprium redigere. l. 1. ff. de uia publ. Modò immundum tollere, significat. l. 1. ff. de riuis. In iudicijs, pro diluere crimen & se excusare usurpatur. l. is qui reus. ff. de publ. iud. cum sim. Old.

PROROGARE sumptus litiganti, est eorum solutionem in tempus aliquod differre, puta post litis iudicium: sic Constan. Imperator de decurionibus. Circensium magistratus desertores ad eam grauitas tua faciat necessitatem conditionis urgeri, ut quascunque pro ijs expensas ciuitas prorogauerit, refundere protinus ac repræsentare cogantur. Eligebantur enim quotannis magistratus, qui Circenses ludos sumptu suo celebrarent: quod ut commodius possent facere, ciuitas prorogabat ipsis eas expensas, id est, soluebat pro ipsis, quas aliquo pòst tempore redderent. Vult Constantinus, ut si qui eorum eam ludorum procurationem deseruerint, refundāt eos sumptus ciuitati, & quidem præsenti die, nō expectato tempore quod illis solitum esset concedi. Nam ut Vlpianum prorogare interpretemur pro repræsentare & erogare, mihi nō placet: nec uerò conuenit. Non enim hi sumptus dantur litiganti, sed erogantur in litem, & proroganturr litiganti, id est, creduntur ei & prorogatur eorum solutio úsque ad finem iudicij quod licet, adiecto etiam pacto ut cum usuris restituantur. Sed improbum esset pro ijs quotam litis pacisci. Sic qui fidem habet de precio uenditor dicitur precium prorogare emptori, & cætera. Connanus libro quinto, cap. quinto, numero quinto. Adde Iacob. Curt. εἰκαστῶν libro secundo, capitul. xxxiij. parte prima.

PROROGARE modò diem proferre l. 19. l. 30. ff. de leg. 1. l. 2. ff. de re iudic. modò repræsentare l. iij. §. consequitur. ff. de contra. & util. act. l. 4. ff. de manumiss. Oldendorpius.

PROROGATIO apud interpretes fori mutatio. hęc fit de tempore, loco, ad tempus, locum: alios modos recensuit Præceptor Corrasius l. 1. ff. de iud. ex Iaso. Oldendorp.

PRO rostris, schema est, Oldendorp. teste, seu figura loquendi, à protrito sermone, ornatus gratiā non nihil mutata: sicut dicimus pro curia prosceniium. Nam pro significat ante uel in. ut pro rostris, hoc est. ante rostra, uel in rostris: scilicet appellatione ducta ab eo, quòd est in loco, ad ipsum locum. l. pen. ff de iust. & iur. Quære & rostra. Spieg.

Πρὸς ἔπος, ad propositum. Vlpianus l. undecima, §. quarto. ff. de interrog. Quod autem ait Prætor, Omnino non respondisse: posteriores sic exceperunt, ut omnino non respondisse uideatur qui ad interrogatum non respondit, id est, πρὸς ἔπος. Hæc ille. Hinc οὐδὲν πρὸς ἔπος, nihil ad propositum. nam ut ait Hesychius, ἔπος ῥῆμα, λόγος φωνή. Lucian. in Philopseude, οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτά φασιν, οὐδὲ περὶ τούτων ἐρόμην. Hæc nihil ad propositum, ut aiunt: neque de his percontabar. Sunt tamen qui Nihil aduersum interpretentur, & originem locutionis longius exquirant. Cicero pro Flacco, Nunquam nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus quàm ad rogatū. Hot.

PROSA numen & potestas ab ijs fœminis maxime colebatur, quæ rectum ac legitimum partum ederent. Postuerta autem ab ægris atque infirmis. Crinitus libro uigesimosecundo, capitulo nono, de honesta disciplina.

PRO-

PROSCENIVM, locus ante scenā porrectus, in quo pulpitū erat, ludicris exercēdis accommodatū. Virgil. Veteres ineunt proscenia ludi. Tranquil. in Ner. Hos ludos spectauit ex ꝓscenij fastigio. Meminit & Vitruuius lib. v. & Vlp. in l. de pollicitationib. ff. de pollicitation. Probè faciet Statius Rufin⁹, si opus ꝓscenijs. Scena autē ipsa dicta est, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, ab umbra. Alc. in l. q̃squis equos. C. de spectaculis li. xj. Sunt qui proscenium dictum esse putant à Nannio Proscenio meretricula, ea siquidem cultius exquisitiusq; aureis fulta ornamētis, formosę, gratæq; puellæ speciem præferebat, uerum exuta turpissimæ nota non caruit. De quo uide notata per Cælium li. 16. cap. 5. lect. antiq. Adde Brechæum in l. Tabernæ tit. de uerb. & rer. signif. nu. 4.

PROSCINDERE terram, est illam uertere, cū primùm aratur. Paul. de uerb. sign. l. sylua. Noualis, inquit, est terra proscissa. Nebriss.

PROSCRIBERE, aliquid per scripturā uenale proponere, & publicare. ut C. de fide instr. & de iur. hast. Fisc. lib. x. l. ult. Itē damnare & relegare, Verbannen/ significat: tractum ab eo, quòd hi propriè proscribi dicūtur, ut Vlp. testatur in l. sed & si pupillus. §. proscribere. de Instit. action. quorū nomina claris literis, ut de plano rectè legi possint, ante tabernam, uel ante eum locū in quo negociatio exercetur, non in loco remoto, sed euidenti scribuntur. Spieg.

PROSCRIPTIO, quæ successit deportationi, bannum seu excōmunicatio imperialis dicitur: cuius meminit Fridericus 1. in Const. de statu. & consue. §. Item nulla potestas. Olden.

PROSCRIPTIO Imperialis, Die Keyserliche Acht. Habet autem hanc appellationem intra annū, Acht. Quia Imperium censet, utrum in eam sit declarandus, an non. Achten enim nostra lingua significat, iudicare, existimare, reputare. Differūt proscriptio & Bannum. Die Acht/vnd der Bann. Nā proscriptio adimit contumaci omnem libertatem & securitatem personæ & rerum. Bannum uerò efficit, ut apprehēdi quidem possit in quolibet iudicio, sed non occidi. Aberacht/est aggrauatio, iterata & grauior proscriptionis confirmatio. Olden.

PROSCRIPTIO autē dicitur damnatio, à scribendi cæremonia, quam Vlpianus explicat, de priuata interdictione loquens in l. Sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instito. actio. Vnde dicimus Latinè, proscribere in exilium, pro relegare: proscribere ad censuram, pro publicare personam & bona: quoniam nomina cōdemnatorum claris literis ante locum frequentiorem solent scribi & declarari in eam pœnam. Olden.

PROSCRIPTIO fit de futura auctione propositis libellis in celeberrimis locis, ut Cicero ait pro Quintio. Theophilus ἐν τοῖς προγραφαῖς τῶν πωλουμένων, & Imp. in l. ult. C. de delat. lib. 10. & l. pen. C. de defens. ciuit. quod in alienationib. ecclesiarū fit per dies 20. scripto proposito. No. 120. Multa ergo exiguntur in auctione fiscali, proscriptio, auctoritas procuratoris, hasta, præco, quæstor, addictio, quæ fiat iusto precio. Cuia. ad l. si qui proscribente, de fide, & iure hastæ fiscalis. C. lib. 10.

PROSCRIPTIONES incurrere l. ult. C. Quæ res uend. non poss. Sunt autem proscriptiones, uenditiones bonorum, quas inuiti faciūt, à creditoribus in iudicio uicti. Spieg.

PROSECTA. Exta cocta solebāt prosecare, unde & prosecta dicebantur, & partem adolebant, partem consecrabant, sacerdotibusq; dabant, partē sibi apponebāt. Tranquillus in Augusto, semi cruda exta rapta foco prosecuit. Est uero uerbum sacrificantium. Particulæ enim minutæ membrorum omniū prosecta dicebantur in sacrificijs. Sic Lucanus

—— Si pectora pleno
Sæpe dedi, laui calido prosecta cerebro. Et Ouidius.
Inde ubi libauit, prosecta sub æthere ponit.

Hæ sacrificiorum particulæ uidētur etiam dici Præsiciæ, à præsecando, de quibus Arnobius lib 7. ridēs antiquorum superstitiosa sacrificia. Vide Torneb. lib. 15. aduersarior. cap. 7.

PROSECVTORES, secundū scriptorū codicū scripturā non persecutores legere oportet in l. 9. C. de cursu publi. lib. xij. & l. 1. cū rubr. C. de auri publ. prosecutor. Quod & cōfirmat l. 12. de susceptorib in C. Theo. Appellātur aūt hoc nomine q̃ ad transmissionē trāsuectionemq; publicarū specierū animalia principū usui necessaria prosequūtur. Adde Cuia. l. unica. d. tit. C. de auri publici prosecutoribus lib. 10.

PROSELYTVM quū audis in sacra pagina, intellige à gentilitijs ritib. ad diuinā legē tralatū transcriptumq;. Meminit in Euāgelio Matthæus quoq;.

PROSOCER, pater soceri. Vide Iurisconf. de gradibus.

PROSPECTVS seruitute constituta id adquisitum uidetur, ut ne uicinus q̃d ponere possit quod officiat ad gratiorem & liberiorē aspectum. Et inter prospectū & lumē hoc interest, quod ꝓspectus etiā ex inferiorib. locis est, lumē ex inferiore loco esse nō potest l. 12. l. 15. ff. de seruit. urban. l. 5. ff. de noui oper. nuntia. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publi. Appellatur hæc seruitus prospiciendi in §. æquè Instit de actionib. & ne prospectui officiatur in l. 3. ff. de serui. urb. Vide Duarenum disp. anniu. lib. 1. cap. 33. & Balduin. cōm. super Instit. Iustin. li. 2. tit. 3. de seruitutib.

PROSTASIA, præfecturæ cuiusdā genus. Auxiliarem quoq; turmā significat, & alia. Vide annot. Alc. in l. nec prostasiæ. C. de muner. patrim. lib. x.

PROSTATES, modò præsidē, adiutoremúe in bello, aut uicariū. aut defensorē significat. in lib. poster. C. Modò ex Suida, sacrificulū altarib. pręsidentem. Nā & prostasia, nō ut uulgò legitur, protesia, & sacerdotia, in eadē l. de muner. patrim. à Cōstantino. Haloander ueterē lectionē nō cōmutat, sed emēdatius sic legit, nec protostasiæ, uel sacerdotiæ, &c. Sp.

PROSTITVTAE uicem sustinere, Vlpian. eleganter dixit, pro eo quę palàm sui corporis potestatem facit. in l. palam. de ritu nupt. Spieg.

πρῶτα τὰ πρῶτα Iustinianus appellat primam pandectarum partem, à principio adusq; tractatum de iudicijs. Ipse ad antecess. In reliquā uero, inquit, anni partem, primam legum partē eis tradi sancimus, quæ Græco uocabulo πρῶτα nuncupatur, qua nihil est anterius: quia quod primum est, aliud ante se habere non potest. Idem de confir. ff. §. 2. Igitur prima quidem pars totius contextus, quę Græco uocabulo πρῶτα nuncupatur, in quatuor libros seposita est. Hottomannus.

PROTECTA. Protecta, & proiecta partes sunt domus prominentes, qualia sunt Meniana, & podia pensilia, unde aspectus est nobis in uicos, & plateas. Bud. in Ann. Pandectarum. Dicuntur autē protecta è protegendo, id est, porrò tegēdo, siue tectū proijciendo: id enim Ciceroni protegere est in Topicis.

PROTECTORES sunt qui stant armati corā principe. not. glos. in rub. de domest. & protector. lib. xij. Io. Bello Etymol.

PROTECTVM. Iurecons. ad leg. Aquil. si protectum

tectum meum, inquit, quod supra domum tuam & nullo iure habebam, recidisses: posse me tecũ damni iniuria agere, Proculus scribit. Est auté protectũ, locus in domib. surrectus, unde spectare licet. ab protegendo. id est, porro tegẽdo, siue tectum proijciendo, id enim Ciceroni in Topicis protegere est. Sp. Inter proiectum & immissum multum interesse iureconsulti notant, sed inter proiectum & protectum nihil discriminis statuunt. Quanquam propriè protectum uideatur quod proijcitur ad tegẽdum, proiectum uerò etiam ad alium usum esse potest: sed & protectus tignorum & Stillicidij rigor appellatur à Ceruidio Scæuola l. ult. ff. de ser. urb. præd. Vitruuius proiecturã dicit quod est protectum. Proiectura (inquit) reijcit extra perpendiculum stillas. Bald. in Scæuola. Differentiam esse inter domesticos & protectores ex Codice Theod. constat eod. tit. l. 6. & 9. quibus constituta de domesticis contrahuntur ad procuratores. Hi, ut l. 9. ait, armatã militiam subeuntes, nõ solum defendendi corporis sui, uerumetiam protegẽdi lateris nostri solicitudinẽ patiuntur. Vnde etiam protectorum nomen sortiti sunt. Hi igitur sunt in acie. Alij (quod ait l. 8.) ut iudicio nominis, familiarius militant, & sunt domestici protectores. Socrates 1. ca. 15. τῶ δομεστίκων τῶ ἐν οἰκίαις κατὰ ὁ βασιλεύς. Suidas: δομέστικον τὸ τῶ ῥωμαίων ἐπκᾶσι κατὰ ῥωμαῖος σύνταγμα στρατιώτας Idem & Zonaras in Diocletiano. Sed fuère tamẽ ex ijs alij pedites, alij equites l. ult. C. de domesticis & protectoribus, lib. 12. l. restituẽdæ. C. de adu. diu. iud. Cassiod. 1. Variar. Domestici partis equitũ & peditum, qui nostræ aulæ uidentur iugiter excubare. Alij etiam comites domesticorũ equitum, alij comites domesticorum peditũ, uiri illustres, à quibus domestici regebantur. Cuiacius ad l. 1. d. tit. de domestic. & protector. C. lib 12.

PROTEGENDI ius est, quãdo deducto tecto, tigna tua, & id genus, aliam materiam, etiam supra uicini aream, fundumúe suppositis fulcris, protegere licet. Spieg. uide superius proiecta.

PROTELARE litẽ, pro protrahere l. properandum. C. de iudic. Iurisperitos, & Fulgentium usurpare hanc dictionem, annotauit Bapt. Pius. Sp.

Προτέλεια πρὸ τῶ γάμων δωρεὰ appellatur, id est, donatio propter nuptias. ut Budæus annotauit, referente Conn. lib. 8. cap. 1. nu. 4.

PROTERVI, qui petulanter agunt, Freuenlich l. iij. de ædil. edict. Spieg.

PROTERVIA est impudens & arrogans audacia, ut in clementi unic. in princ. de foro competent. Io. Bello. Etymol.

PROTERVITAS, inquit Calphurnius, Terentij interpres in Heautont. leuior est quædã contumelia: procacitas maior, petulantia maxima. Spieg.

PROTESTARI interdum idẽ saltem est, quod testari, ut apud Iustin. in procem. Inst. §. Quorum utramq; uiam. & in c eum qui: de dol. & contumacia. Aldob. d. §. quorum.

PROTESTATIO, est animi nostri declaratio, iuris acquirendi, uel conseruandi, uel damnũ depellẽdi causa facta. Testatio nomẽ generale est, quoquo modo animi sui sententiã quis declaret. Specialiter uerò eo nomine dicitur, quæ corã testibus facta est. Detestatio est, quę ad absentẽ mittitur: id quod prępositio De, ostendit, cuius natura est augere, efficacioremq; actum demonstrare. Cõtestatio uerò, propriè plurium est. ut in iudicijs, cum actor quid mentis suæ sit, petendo explicat: contrà reus diffitetur. Vnde & litis contestatio dicitur. Denunciatio est, quæ ad aliũ mittitur. Renunciatio, cum quis ius suũ repudiat. Alc. in l. detestatio. de uerb. sig. Spieg.

PROTESTATIO facto cõtraria dicitur ut Bart. l. 1. C de litis cõtestat: explicat, cũ repugnãtia est circa idẽ, ut si reus actoris libello negatiuẽ respondendo, ꝓtestatur quod nõ respõdet l ubi repugnãtia. ff. de re iud. l. scripturę. C. de fide instrum. Si uerò contrarientur protestatio & factũ circa diuersa, nõ dicitur propriè facto protestatio cõtrariari, quandoquidem protestantis animus ab actu separari potest l. at si quis. §. pleriq;. ff. de re lib. l. Qui in aliena §. fin. ff. de acquir. hered. ueluti si reus respõdeat libello, & protestetur se respondere non animo cõtestandi litem, etenim potest intelligi facta responsio non litis contestandæ causa, sed animo instruendi iudicẽ tantum Pan. in c. 1. de litis contest. Corras. in rub. de seruitut.

Προπετὴς μὴ ἴσθι i. ne fueris ad iurandũ ꝓceps, apud Vlp. §. fin. ad fin. l. si duo patrõi. de iureiur. habere ꝓuerbij speciẽ Erasmus indicat, si qs hominẽ post acceptũ malũ admoneat. Verisimile ẽt esse uulgò iactatũ huiusmodi dictũ, Alc. ut scribit ca. ij. li. iiij. disp. Sp.

PROTESTARI ꝓpriè dicimur, cũ animi nostri sententiã declaramus. Atq; ea qdẽ ꝓtestatione, iuris nostri rationib. in futurũ cõsulimus. Protestari uulgo etiã est testato reclamare, & intercedere quo minus aliquid fiat: aut testari rẽ se iudicio executurũ: Græci διαμαρτύρεσθαι, apud Demosth. Pontificij Iurisconsulti scribũt, protestari esse uehemẽter adfirmare. cap. eum qui. de dol. & contuma. lib. vj. Brechæus in l. detestatio. ff. de uerb. & rer. signif. quem uide.

PROTHOMYSTAE sunt mystarum principes & antesignani, Mystę. n. sacerdotes appellãtur, q mysteria & ecclesiæ secreta regũt & administrãt. Ioan. Bap. in cõm. epist. Sidon. Apollina. ad Domiciũ. li. 2.

PROTHYRON. Pomp. in l. pen. de uerb. fig. Idẽ Labeo ait, Prothyron, quod in ædib. interdũ fieri solet, ędiũ est. Alc. ait, explicare qd sibi Prothyrõ uelit, nõ modica est difficultas. Et Græcus sermo indicat, aliqd significare, qđ ante ianuã, uel ostiũ sit. à Gręca ꝓpositione, πρὸ. & dictione θύρα. Igitur Gręci Prothyron uocãt, qđ Latini uestibulũ dicũt. id antè Nebr. quoq; indicauit. Porrò si Vitruuio adstipulamur, ꝓthyro uestibulũ dom⁹, ita de priuatis ædib. dictũ, ut propyleũ de uestibulo urbis, uel tẽpli, uel regiæ. Sp.

PROTHYRVM, πρόθυρον quod ante fores est: ut origo uocabuli declarat. Vlpian. in l. 12. §. 13. ff. de instruct. posuisse uidetur, pro tegillo consimili eorum quibus mercatores uti in tabernis solẽt, quibus uelamen quoddam appendunt. Sicut prothyrum domus, inquit, si uelamen est, instrumento domus continetur. Pomponius l. pen. ff. de uerb. sig. Idẽ Labeo ait, prothyrum quod in ædibus interdum fieri solet, ædium est. Vitruuius autem lib. 6. cap. 10. Prothyra, inquit, Græcè dicuntur, quæ sunt ante in ianuis uestibula. nos autẽ appellemus πρόθυρα quæ Græcè dicuntur διάθυρα Significare uidetur ea repagula, quæ curribus ab ædium aditu arcendis ante fores transuersaria duobus arrectarijs imponuntur. Hot.

PROTHYRVM & hypothyrũ, ualuarũ hians cauitas appellari põt. nã ipsa ostiorũ latera antas dicim⁹. & in hac significatiõe accipitur à Põp. in l. pẽ. de uerb. signi. & ab Vlp. in l. qsitũ. §. Papini. ff. de fund. instr. Vitruuius tñ scribit, ꝓthyra pen. correpta, esse uestibula in domorũ ianuis: quasi sit magnũ secretũ. nã Græcis θύρα ianua, & πρὸ ante interpretatur. Cott.

PROTINVS, id significat, quòd uulgò directè, stracks/& immediatè, dicunt. Vlp. Etenim parui refert, ꝓtin⁹ libert⁹ patrono cogatur dare, an p interpositam

positam fideiussoris, uel rei personam. Apud eundē, pro statim à principio, in l. sed & si.ad S. C. Maced. §.j.Item in l.in illa stipulatione.de uerb.oblig.Sp.

PROTINVS dictio importat idē quod statim, & incontinenti.tex. est in l.j. in prin. ubi Areti.in iij. not.& alij Mod.& in l.iij.§. in amittēda. ubi D.Alex. in j.not. & alij ad hoc not. ff.de acquir. poss. & adeò celeritatem desiderat, quòd dicit singul. Bald.in l.ij. in tertia not. per illum textum. C.ut lit. pen. Quod si constat iudici de crimine commisso in iudicio, potest punire, & imponere pœnam ordinariam, absq; oblatione libelli, & ordine iudiciorum. & hanc decisionem Bal. approbat Do. Alexan. in d.§. in amittenda. in j.not. & ibidem D.Ias. in iij.not. & Do Ias. in d.l.ij.;in iiij. not. & pro singu. citat Aret. in l.j §.j. in ij. colum. in princ. ff. de uerbo.obliga. & dicit uideri dubium, ex multis quæ ibi refert.& in eadē materia adducuntur cōtra aliam sing. decisionem Bal. huic similem, in l.quoniam la.j. C.de appella. de qua scripsi suprà in dictione, mox.

PROTOCOLLVM, quod breuiter & succinctè notatur à tabellione, ut extendi deinde atq; absolui possit. Vide Barbar.in annotat. ad Plinium, & post gloss.in §.ult.aur. de tabell. Bart.in l.Gallus.§. idem credendū.ff.de liber.& posthum. Significabat etiam protocollum olim quandā in chartæ capite notam, signumq;, quo uidelicet artificio, quoue tempore ea confecta fuerit, cū Comitis sacrarum largitionū nomine. Nūc uerò, ut iam dictū est, usurpatur pro indice, memorialiq; tabellionis scriptura, qua in codice aliquo, gesti actus substātia breuiter adnotari cōsueuit. Lege Vigl.Inst.de test.or. Aliàs Macrocolla. Sp.

PROTOCOLLVM. Protocollū subitanea annotatio rei gestæ, quasi prima rerū collectio. Aliter, protocollum prima concinnatio, & raptim cōfecta scriptura, quæ meliorem compositionem desiderat. κόλλα gluten dicitur. Quia uerò in cera, seu glutino, quæ per tabulas extensa erat, scribebatur, protocollum, id est, prima cōglutinatio uocata est. Aliqui deducunt à κῶλον quod est membrum, quia primum fit scripturæ membrū. Aliàs macrocollum. Videre est Alciatum, & Viglium, Institutionibus de testament. ordin. De cætero, tabelliones protocolla quidē, siue archetypa, quas matrices uocāt, tenentur iure communi facere, ut in Nouellis, de tabellio.§.illud. constitut.xliiij. Anch.

PROTOCOLLVM alius maiorem & regiam chartam interpretatur, alius schedam negligentius scriptam, alius exemplar formularum, quo tabelliones uti solent. Omnes errant uehementer.ut hodiè chartæ habent notam aliquam, ex qua dignoscitur, quis eam chartam præparauerit, ita habebant olim chartæ breuem adnotationem, quæ declarabat, quo comite largitionū (sub eius enim cura erant chartariæ) quo tēpore, & à quo prēparatæ fuissent chartæ. ex eo coarguebatur sæpè falsitas: sicut Lutetiæ audiui accidisse, ut senatus suspectum chirographum ex die in eo adscripto, quo nondū eius notæ charta ulla erat in rerum natura, certissimo argumento quasi falsum improbaret. Cuia.in exposit.Iusti. No.14. de instrum.& ut protocoll.instrum.relinq.

PROTONOTARIVS, uocabulū uulgatū magis, quā probū esse uidetur.de quo uide Bar.in l.eos. C.de excusat.mun.lib.x. Vsurpauit tamen illud Michaelus Toxites, laurea nuper corona donatus (cuius uersus quouis genere cōstat, Romani sermonis puritatē cōiunctam perspicuitati, retinet) in eleganti Epithalamio scripto de nuptijs clariss. Iuriscos. Ludouici Grempij, & uirginis Barbaræ Monachæ; omnium uirtutum genere perornatæ. Et hoc quidē non absq; exemplo doctissimorum uirorum.Sp.

PROTOPRAXIA, id est, prima actio, hoc est, ante alios ius habere exigēdi pecunias à debitorib. Nā Paul9 de priuil.creditorū.respub.inqt, creditrix, omnib.chirographarijs creditorib. pfertur. Quāuis Martian9 ad municip.scribat, simile priuilegiū fisco, nulla ciuitas habet in bonis debitoris, nisi nominatim id à principe datū sit. Suidas, teste Catanęo, protopraxiam interpretatur primā repetitionē, primā exactionem. Adi & Alciatū lib.j. dispunct.ca.xj.Sp.

πρωτοπραξίαν qui habebat, prior erat in exigēdis debitorib.suis. Conn.lib 4.ca.16.n.2.& li.4.ca.17.n.13.

PROTOSPATARIVS officium fuit in Constantinopolitana aula: cui qui præerāt, iudicādi munere fungebautur. Meminit eius Cōstan.lib.1. Epit. non semel, & Luitprandus lib. iij. de reb. per Euro. gest.c.vij. Et Paul. Vuarnefridus Appēdicis ad Eutropiū li.ulti. & Notitia Græca, & Zonaras tom. iij. Annal.in Romani Argyropoli imperio.

PROTOSTASIAE munus l.8.C.de munerib. patrim.l.3.de filijsfam.& quemadm.pro his pat.ten. lib.x.C.l.1.& tot.tit.de protostasia in C.Theod.Bris.

PROTVTELAE materialiter accipiēdo, est dictio composita. Vide suprà, actio pro tutela.Sp.

PROTVTOR & tutor differūt. Tutor enim nō tantum bonorum: sed etiam personę custodiam habet, cuius etiamnum officio incumbit conditionem pupillo suo quærere, & omni in re parum abest patris potestate & reuerētia. At in protutore nihil huiusmodi est, qui bonorū gestioni præest, in eoq; operam suam ultrò accōmōdat.Conn.li.8. ca.6.nu.7.

PRO tutore negocia gerit, q munere tutoris fungitur in re impuberis, siue se putat tutorem, siue scit non esse, fingit tamē.l.1.§.1.ff.de eo, qui pro tut.l.ulti. ff. de tutel. & rat. l.3.§. pen. de contrar. & ut l.4.§. si quis non tutor. ff. de doli except. l.19. §.1. ff. de reb. auct.iudi. & apud Paul.lib.j.sentēt.tit.iiij. Inde protutelæ actio, quæ aduersus eū competit, qui pro tutore negocia gessit, cùm tutor non esset. d.l.1. & l.4. C.de test.tut.l.pen.ff.de tut.& rat distr.Bris.

PROVECTAE ætatis, l.ij. C.de his qui non impleu.stipul.lib.x.

PROVENTVS, id est, reditus. Vide l.usufruct. legato.§.j.ff.de usufr. Apud alios autores non tantū bonarum, sed etiam malarum rerum est. Spieg.

PROVERBIVM, uulgò interpretātur probatū uerbū: quū dicatur quasi cōmune omniū uerbū. Prouerbia uerò citata, instar iuriū habere traditū est in l. solēt.ff.de offi.proc.l.si chor9. de leg. iij. Nā ut testatur Eras. Rō.principes nō existimauerūt inferi9 esse maiestati impiali, ut magnis de reb.cōsulti, puerbio respōderēt: quòd ēt nūc extat in.ff. ὅτι πάντα, ὅτι πάντη, ὅτι παρὰ πάντων, i.nec oīa, nec passim, nec ab oib.Sp.

PROVIDENTIA, id est, prudētia futura puidēdi, pprię ad iudicē ptinet, ut not.in l.cū satis.9. cā ueat. C.de agr.& cēs.li.xj. Sed & ad legislatorē.arg. l.j.in prin.ff.de legit.tut. Quære, summa prouidētia.

PROVIDERE legibus, id est, cauere.

PROVINCIA urbana dicebatur, q cui sorte obuenerat, is ptor urbanus erat: Cicero in frumētaria. Nā ut ptor factus est, q auspicato à Chelidone surrexisset, fortē nactus est urbanæ puincię, magis ex sua & Chelidonis q ex populi Romani uolūtate: erāt.n. puinciæ alię urbanę, aliæ cōsulares, aliæ ptorię. unde Cic.Philip.1. Quę lex melior, utilior, optima ēt in rep. sæpi9 flagitata, quā ne ptoriæ puinciæ pl9 quā annum,

annum, ne plus quàm biennium consulares obtinerentur. Sed urbanæ reliquas dignitate antecellebát: quéadmodũ scribit Plutarch⁹ in uita C. Marij Hot.

PROVINCIAE dictę sunt, quòd procul ab Italia armis uictæ fuerunt: in has proconsules & legati mittebantur, qui ius redderét, & tributa exigerent. Aliæ autem erant continentes. ut Gallia, Illyricum, Rhetia, Vindelicia, Pannonia, Germania. Aliæ Tráſmarinæ, Asia, Aphrica, Syria, Cyprus, Achaia. De Sicilia cur dubitatum sit, indicat Alc. in comment. ad l. notionem. de uerbor. sign. Spieg.

PROVINCIAE proconsulares, cõsulares, præsidiales & prætoriæ, dictæ, quibus proconsules, consules, præsides, prętoresq; pręfecti erant. Germania primò sub uno, deinde diuisa sub duob. præsidibus cõstituta est, autore Macro, l. iij. de offic. adsessor. Sp. Quæ uerò subditæ, quæ liberæ, quæ fœderatæ, quæ hostiles, declarat Alciatus in l. hostes. ff. de uerb. signif. diuersaq; prouinciarum genera ponit idem in l. notionem. §. continentes. ff. de uerb. signific.

PROVINCIALES eos accipere debem⁹, Vlp. inquit, qui in prouincia domicilium habent: nõ eos duntaxat, qui ex prouincia oriundi sunt. Similiter Italicos, qui in Italia domicilium habent, non solum inde trahentes originem l. prouinciales. ff. de uerb. sign. Hodie prouincię æquiparatur quęlibet ciuitas, quæ merum imperiũ habet, suosq; sibi magistratus cõstituit. Adi Bart. in l. cũ in longi. C. de long. temp. præscript. Verum in iure pontificio prouincia pro diœcesi accipitur. vj. q. ij. c. scitote. in qua x. uel xj. sint ciuitates q̃b. is q̃ dominatur, rex dici potest. Sp.

PROVINCIALEM aliquem, an uerò de prouincia dicas, nõ multum refert apud pontificios auctores, quemadmodũ Francigenam, & de Francia, Saxonem & de Saxonia, utrunq; idé significare uolunt, in c. 1. de spõsal. & mat. Idemq; esse uulgò traditum, ipse Alciat. contendit: nisi quod illa uerba, de prouincia, aliquantò magis ad originé, quam ad domicilij & habitationis locum referantur. Brechæus in l. prouinciales. ff de uerb. & rer. sig. Vide & Antonium Augustinum lib. singulari ad Modestinũ l. scire oportet. §. qui in legatione sunt. ff. de tut. & curat.

PROVINCIALES res quæ sint, uide l. ex facto. ff de hæred. instit.

PROVINCIALES militiæ dicebantur, eorum scilicet, qui extra principis comitatum in prouincijs militabant, ut qui apparebát magistratibus illarum. Vt apparet ex constitutione Val. Imp. ante penultima de cohortalib. Conn. lib. 4. cap. 15. nu. 4.

PROVISIO laté patet: continere enim potest nominationem, postulationem & collationẽ gloss. in clemen. fin. de elect quam diligẽter perlustres uelim ocellis: quia citat textus qui hoc probant. Prat.

PROVISIO pro electi in iure promiscuè ponitur ut patet ex c. quia ꝑpter. Et facit (inquit) quod no. glo. ulti. in c. causam quæ, extrà, eo. tit. & in c. constitutus, in gl. 1. extrà de conceſſ. præb. nam ista duo promiscuè ponuntur in iure, scilicet prouisio ponitur pro electione in d. c. causam quæ, & in d. c. quia propter: & è diuerso electio pro prouisione, in c. dilectus, extrà de cõceſſ. præb. uti obseruauit Io. And. post Archid. in c. 1. post princ. in uerbo prouisionem, extrà de elect. Verùm propriè loquendo, aliud est prouisio, aliud electio ut patet ex c. 1. in prin. ibi electionem, postulationem uel prouisionem, de elect. lib. 6. & clem. dispendiosam, quæ est 2. in illis uerbis, in causis super electionibus, postulationibus, uel electionibus. & ibi Card. Flo. in 4. no. de iudi. & in cle. 1. §. ad hoc, ibi prouisionem, seu electionem, & iterum ibi, ne ad prouisionem procederent uel quempiam eligant, & ibi idem Card. in 3. quæst. de præbend. Vt annotauit Tiraquellus in l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. signif. limit. 7. nu. 14. & 15.

PROVOCARE. Prouocare in iure nostro (multa enim significata habere & id ipsum uerbũ, nemo in politioribus literis uersatus ignorat) est appellare. Quo modo accipitur Cod. in titulo, quando prouocare nõ est necesse. Vnde prouocatio appellatio. Cicero, de legibus. Ad quos prouocatio esto. Prouocare auté propriè magis est, quàm appellare, & propriè ad maiores, potentioresq; (quorum ope & gratia indigemus) pertinet. uide Bart. in l. minores. ff. de admin. tut. Appellatio auté prouocatioq; inuenta fuerunt pro remedio aduersus iniurias magistratuum. Et causa, in qua quis prouocat ad alium iudicem, ἐφίεσθαι siue ἔκκλητος δίκη, dicitur. Anch.

PROVOCATIO, appellatio. Cic. de legibus ad quos prouocatio esto.

PROVT, pro sicut, uel ut, apud Iurisconſ. sumitur. Albericus exempla ponit. Sp.

PROVT iuris est, prout leges pręcipiunt, & similes clausulæ quid sibi uelint, indicant Interpretes. Præcipuè Bart. in comm. ad constit. Henrici vij. & in l. edita. C. de edendo. Sp.

PROVT religio successerit, sentẽtiam proferre. Vide Vlpianum in l. eum quem. ff. de iudic. Spieg.

PROXENETAS à græco προξενεῖν ideo dictos tradunt, quod hospitum ac peregrinorum curam gererent, & ubi, qua lege, ac quanti res quæq; per urbé uenalis sit, monerent. Idq; a magistro suo Oderohemo responsum Sasſius probat cõsil. 2. lib. 2. ut refert Curtius ἀνωνύμ tom. 11. lib. 2. cap. 19.

PROXENETA. Budæus, in commetarijs ling. Græc. Proxeneta (ait) est conciliator, & interuentor, quasiq; conglutinator hominum inter se stipulantium & spondentium, aut quemuis contractum, conuentumq; ineuntium. Aliter, proxeneta significat eum, qui inter ementes & uendentes est conciliator, & medius. Sic accipiendus est in l. ultim. ff. de proxenetis. Proxenetas etiá non semel legimus pro ijs, qui nominibus faciendis interuenire solent, pro quo optimus textus est in l. ij ff. eo. Vlp. enim, si proxeneta, ait, interuenerit faciendi nominis, ut multi solent, uideamus an posſit quasi mandator teneri. Qua in significatiõe usus est Demosthenes, πρὸς κατα- λογ. τίθημι γὰρ τὴν συνοικίαν ἑκκαίδεκα μνῶν, ἀφίστασι Παμ- βωτάδῃ, ὧν αὐτὸς ἦν ὁ προξενήσας, καὶ ἐπὶ ἐβδόμῳ τῶν μνῶν δα- νείσαντι, τῷ μηνὶ ἑκάστῳ, id est (interprete dicto Budæo loco suprà citato) opponi igitur pignori cœnacularias ædes, sedecim minarum nomine, quas Pambotades mihi suppeditauit. isto interprete uersuræ faciendæ, ita ut pecunia illa pareret mensibus singulis octonos obolos fœnoris, hoc est, drachmam & trientem drachmæ in minam. De his Seneca epist. lib. 21. in hunc modum scribit. Aes alienum facias oportet: sed malè per interceſſores mutueris nolo proxenetæ nomé tuum iactent. Vlpianus autor est proxenetas monstrare nomen magis quam mandare. quamuis laudẽt, hoc est ut Seneca loquitur, quamuis eius qui æs alienum facere uult, iactent nomen. Et idcirco nec mandati, nec ex locato, cõducto, eos etiamsi aliquid philantropij nomine acceperint, conueniri posse, nisi dolo circumuenerint creditoré l. 2. de proxenet: nisi etiam ijs mandatũ esset, ut excuterent uires futuri debitoris l. 42. ff. mandati. Ræuardus ad l. consilij non fraudulenti. ff. de reg. iur.

PRO-

PROXENETAS Cuiacius sic definit: proxenetæ, inquit, Græcè dicuntur hi, quorum beneficio & interuentione inter duos negocia cõtrahuntur, uel nomina, uel nuptiæ uel amicitiæ, uel iudici consiliarius adiungitur, qua in opera dolum malum duntaxat debent præstare, alioquin nulli rei obligantur, etiamsi proxeneticon, siue philanthropum acceperint, l.2.ff.de proxen. Cuia.obseru.lib.undec.cap.18. post princip.

PROXENETICVM Accursius C. de sponsal. & arris sponsalitijs dici putat salarium quod proxenetis nuptiarum datur, sed hallucinatur: nam Imp. arras proxeneticas appellat, quę proxenetis dantur sponsæ deferendas, & quas proxenetæ ipsi sponsarum nomine accipiunt. Sic arræ sponsalitiæ dicũtur Iustiniano, quæ sponsis ipsis dantur: proxeneticæ, quas pro eis proxenetę id est, pater, mater, tutor, aut alij amici, qui in ea re fidem suam interponũt. Connanus lib.8. cap.2. nu.1. Proxenetica præmia sunt, quæ debentur interpretibus & pararijs. Cuia. obseruat. lib. undec. cap.18. post princip.

PROXENETRIAE nuptiarum conciliatrices id est, mulierculæ quæ conflandis & iungendis matrimonijs quæstum facerent, ut tradit Alciatus lib.1. dispunct. cap.22. Curtius lib.3. ἀνασκ. cap.12. tom.1. Hæ eædem dicuntur & προμνήστριαι apud Aristophanem in nubibus.

PROXIMA est emptioni locatio l.ij.ff.locati.

PROXIMA causa quæ dicatur, uide l.pen. ff.de cõdit.ob turp.cauf.& l.ij.C.Quod metus causa.Sp.

PROXIMIOR gradu. Institut. de capit. dimin. §.penult.

PROXIMVS infanti est, qui egressus est infantiam, & qui linguę gnarus, rerum adhuc ignarus est. Proximus pubertati qui nondum ingressus est pubertatem, sed propè eam est tamẽ ita ut annale tantummodò, uel semestre tempus reliquum sit. Cuia. not.ad lib.3. Instit.tit. de inutilibus stipulationibus, uers.& qui infantiæ.

PROXIMI menses mortis, & qui præcedunt, & qui sequuntur, accipiendi sunt, per gloss. in l.ult. C. de posth.hæredib.instit. Spieg.

PROXIMI sacrorum scriniorum. Quotuplicia fuerint scrinia, & quæ essent, abundè satis tractauimus infrà suo loco, illicq; diximus & indicauimus, qui dicerentur proximi sacrorum scriniorum in tit. C.de proximis sacrorum scriniorum. Vbi Budæum citauimus, qui de scrinijs & libellis ita doctè & copiosè scribit, ut Pyrrhus Anglebermæus in additionibus ad P. Rebuffum in tres lib. Cod. nihil addendum putet. Verùm interim nos certam loci & ordinis rationẽ habuimus, ut mirum nõ sit, si per omnia Budæum ipsum æquo passu nõ simus secuti. In summa autem, proximi sacrorum scriniorum sunt ij uidelicet, qui seruant principis libellos, cuiusmodi est hodie magister libellorum in regia domo. Dicti sunt autem proximi (mea sententia) quòd eos nemo antecedat, hoc est, maiores sint alijs in cõsimili officio constitutis. Varij enim, & diuersi in sacris ipsis principis scrinijs militabant. Anch. Adde Cuia. ad rubr. de proximis sacrorũ scriniorum cæterisq;.C.lib.12.

PROXIMITAS, uerbũ est quo propriè cognatio, id est cõmunio sanguinis per muliebrem sexum contracta, significatur. uti patet ex tit. de success. cognat. multis locis, sed præsertim in fine. ubi Iustin. ait, agnationis iure admitti aliquem etiã ex decimo gradu: proximitatis uerò nomine, usq; ad sextũ gradum. Ratio aũt est, quia in agnatorũ successionibus non proximitas, sed agnatio spectatur. itaq; q agnatus erit gradu decimo, ei q multo ꝓximiore gradu cognat⁹ erit, anteponetur. §. repetitis, & §.ult. de seruil.cognat. Vlp.l.4.ff.unde cogn. Si spurius decesserit, iure cõsanguinitatis aut agnatiõis hæreditas ei⁹ ad nullũ ptinet: ꝓximitatis aũt nomine mater eius, aut frater eadẽ matre natus bonorũ possessionẽ petere potest. Sic in l.5.C.de legit.hæred. Hot.

PROXIMITATIS iure ad successionẽ uenientes ab his, qui adgnationis iure ueniũt separãtur l.5. C.de legit.hær.l.4. ff.unde cogna.§.ult. Inst. de successio.cognat. Proximitatis enim nomine bonorũ possessionem prętor defert his, qui defuncto mortis tempore proximi cognati fuerunt l.3. ff.unde cogn. l.8.ff.de suis & legit. d.§.ult.Bris.

Ita proximitatis nomine bonorum possessionem competentem accipimus in l.1.C.de legit.hæred.l.2. C.qui admitti.l.1.C.de bonor.possess.sec.tabul.l.1.ff. de iur. & fac.ignor. Et ꝓximitatis iure bona peti in l.46.ff.ad Trebellia. Quint.lib.iij.cap.viij. Quod accidit, etiamsi de una re quæratur aliqua, sed eam plures petant, uel eodẽ iure, ut proximitatis, uel diuerso, ut cùm hic testamento, ille proximitate nitatur. Cassiodor. lib. v. Variar.epist. ad Epiphanium, si re uera, ut ad nos perlatum est, nullus ei aut testamẽto hæres extitit, aut proximitatis iure successit. Bris.

PROXIMO anno dare spondes, exponitur in l. tali facta stipulatione. ff. de iure dot. Sp.

PROXIMVM etiã uicinũ, ad finẽ, & simile significat. ut in l.2.ff.loca. & Instit. eod. tit. in princ. Locatio & cõductio, aiũt Caius & Iustinia. ꝓxima est uẽditiõi, id est, ut interpretatur Theophilus, ἐγγύς ἐστι τῇ πράσει. Sic ꝓximũ sacrilegio esse maiestatis & sepulchrorum uiolatorũ crimen Vlp. & Iulia. dicũt in l.1. ff. ad l.Iuliã maiest.l.5.C.de sepulch.uiol. Sic furioso proximũ esse, Caius ait eũ, qui eius ætatis est, ut nondũ intelligat quid agatur. Sic enim nõ multum à furioso abest. Sic in proximã empti in factum actionẽ dari ait Paul. in l.6.ff.de rescind uend. id est, similem, ut in l.5.§.pen.ff.de prescript.uerb. Et proximam morti pœnã metalli l.28.ff. de pœn. quæ ad eam proximè accedit, eiq; similis est, cùm seruitutem infligat. Bris.

PROXIMVS, uel proximior nomina sunt naturæ non iuris, & significant eos, qui nobis iuncti sunt sanguine, l.dudũ. & ibi gl. in uerbo ꝓximus, quæ exponit id uerbũ proximis, id est cõsanguineis, & hinc Bald. ibi in fin. scribit proximũ intelligi per lineã sanguinis cũ alijs multis cõcord. à Tiraquello adductis, in tracta. Retractuũ, tit.1.gl.1. in uerbo ou lignagier, quæ est gl.9.nu.15.incip. ꝓximi etiã hi. Et hinc proximitas pro cõsanguinitate l.capitis, & l.si spirit⁹. ff. unde cogn. Hęc annotauit idẽ Tiraquell. in tractatũ le mort saisit le uif. parte secunda, declar.15.nu.23.

PROXIMVS est, quẽ nemo antecedit: suprem⁹, quẽ nemo seqtur. autore Paulo de uerb.sig. quod & de dictione primus obseruandũ est. Proinde primogenit⁹ dicetur, quẽ nemo seqtur, dũ ante se neminẽ habeat. c.Ioseph. extr. de uerb.sig. Lex tamẽ primogenito regnũ deferẽs, in eo locũ sibi uendicabit, cuius fratres maiores natu, ante delatã hæreditatẽ decessere. Vide Bald. in l.si quis.§.talem. C.de secund. nupt. & Baronem à Tautenberg. lib.j.feud.Sp.

PROXIMVS, superlatiuum nomen est, & ideo ex natura sua positiuũ præsupponere deberet l. ubi. ff.de uerb.oblig. sicut optimus, præsupponit cæterorum meliorem l.illa uerba. ff. de uerbor.sig. Sed tamen in iure hoc non seruamus, ut attestatur Alciat. enarrans l.proximus.cod.tit. Spieg.

PRO-

PROXIMVS enim aliquando positiui uim habet, sicut intimus. Dicimus enim, hic est mihi magis proximus: ita hic est mihi magis intimus, secundum Laur. Vall. lib. 1. elegan. cap. 17. Qua ratione si quis proximo hæredi centū legauerit, censetur uni & soli legasse, cum nullos alios haberet hæredes. Brech. in l. proximi. ff. de uerb. & rer. significat. Vide eundē in l. proximus est, eod. tit. Vbi proximus locus pro adiacenti usurpatur.

PROXIMVS agnatus dicitur, qui testatori sic coniunctus est, ut eum nemo antecedat leg. 92. ff. de uerb. sign. l. 2. §. 3. ff. de suis & legit. l. 1. §. proximus, ff. unde cognat. Et si nullum testamentum factum est, proximus intelligitur qui morienti est proximus: si factum est, tum demum cum destitutum esse testamentū constiterit l. 2. §. 4. & 5. ff. de suis & legit. Quāuis autē proximus propriè de pluribus dicatur, tamen quo magis ualeat id quod actum est, proximus accipitur non solum qui ante aliquem est, sed etiam is ante quem nemo est, quamuis ipse solus sit. leg. ex duobus, 34. ff. de uulg. & pupill. leg. 155. ff. de uerb. signif. Hottomann.

PROXIMVS pubertati dicitur qui annum decimum tertium ingressus est. Id quod Ecloga 8 uidetur hoc uersu Virgilius uoluisse, Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus. Ad hunc enim locum sic scripsit Seruius. Id est tertius decimus. Alter enim de duobus dicitur, ut unus sit ab undecimo, duodecimus, alter tertius decimus. Nam pubertati uicinū se fuisse significare uult. quod de duodecimo anno procedere non potest. Hæc Seruius, eum haud dubiè appellans uicinum pubertati, quem pubertati proximum, aut propè pubertatem esse Iurisconsulti dicunt. cap. 13. §. 1. de dolo malo cap. 4. §. 23. de doli mali & met. except. Huiusmodi impuberes fictione quadā pro puberibus, in furtis, iniurijs, fraudibusq; cunctis haberi solent. d. §. 23. cap. 23. de furtis cap. 13. §. 1. de dolo malo. Vnde apparet admodum impuberem Vlpiano dici, qui necdum egressus est duodecimum ætatis annum, cap. 3. §. 1. de sepulchro uiolato. Sunt enim anni pubescentes, in fœminis quidē undecimus & duodecimus: in masculis uerò decimus tertius, & decimus quartus: quemadmodum probari ex Seruio potest. Ræuardus l. Pupillum qui proximus. ff. de regul. iur.

PROXIMVS pubertati dicitur, qui rei intellectum capere potest l. excipiuntur, 14. in fi. ff. de sen. Silania. §. in summa, Instit. de oblig. ex delict. Itaque capax dicitur & furandi, & iniuriæ faciendę l. pupillum, 111. ff. de reg. iur. l. 23. & 24. ff. de furt. Hot.

PROXIMVS autē pubertati uidetur esse is, qui à pubertate sex mēsium interuallo abest. Callistrat. l. non tantum, 17. ff. de excusat. Nam si pupillorum ætas propè pubertatē sit, ita ut tantummodo semestre tempus reliquum fuerit, &c. Quod cum ita sit, uidendum est, an proximus infantiæ dici possit, qui sex mensibus infantiam superarit. sed cū proximus infantiæ, ubi de illius agitur cōmodo, proximo pubertati comparetur, nulla ratio est ita rem ad uiuum resecare. Itaq; commodius, opinor, esset, septem annos qui inter infantiam & pubertatem intersunt, sic diuidere, ut tres proximos & dimidiatum infantiæ proximitati, reliquos pubertatis attribueremus: & qui intra decimum annum ac sex menses uiueret, is proximus infantię: qui superasset, pubertati uicinus iudicaretur. Sic accipio l. 1. ff. de oblig. & act. §. pupillus, 7. Inst. de inutil. stipul. Hot.

PRVDENS, interdum sapiens, interdum sciens dicitur. Vnde Iurisprudētes uocātur, qui ius sciunt. Prudētiam in delectu bonorum & malorum cerni, Cicero autor est in finib. Vide Pontanum lib. de prudentia iij. Spieg.

PRVDENS & sciens. donat. in Eunuchum Terent. Prudens est, qui intelligentia sua aliquid sentit: sciens, qui alicuius indicio rem cognoscit. ergo prudens per sese: sciens per alios. Cæterum prudentem decreta patrum non tantum qui literarū noticia cęteris præstat, sed & eum qui negociorum forensium tractationem obit, appellant. c. non debet. xxxvj. distinct. quod & Alberic. indicat. Spieg.

PRVDENTIA cōmunis est, quam Cicero li. iiij. de finib. his uerbis significat: omnibus autē artibus uolumus attributam esse eam, quæ cōmunis appellatur prudētia, quam omnes qui cuiq; artificio præsunt, debent habere. Eidem alibi est prudentia, multarum rerū memoria, & usus pluriū negociorū. Sp.

PRVDENTIVM autoritas. Pomponius, his legibus latis, cœpit (ut naturaliter euenire solet) ut interpretatio desideraret prudentium autoritatem, necessariamq; disputationem fori. Spieg.

PRVDENTVM authoritas nō minima pars iuris est, & ob id maximè necessaria, quod non potuerunt tam planè legibus aut edictis, & explicatè tradi omnia, quin multa fuerint, quæ prudentum consultorumq; hominū interpretationem desiderarēt. Conn. lib. 1. cap. 15. nu. 3. Prudentum responsis, uim legis & nomen tribuendum non est, in ijs quę naturali communiq; peritorum hominū ratione habentur æqua & iusta: sed in eo quod dubium controuersumq; cum esset, ab illis est una omnium sententia probatum & institutum: uelut in ea quęstione, an uxor teneatur furti, de eo quod marito surripuit, cum eam uitæ societas dominam faciat: putabant Nerua & Cassius non facere eam furtum: sed Sabinus & Proculus existimarūt, furtum eam commisisse, neq; tamen furti actionem esse constituto iure. Vt refert Paulus l. 1, rerum amot. Nam reuera furtum commisit iure gentium, quod mutari nō potest: sed cū eam lex ciuilis faciat participem omniū quæ sunt uiri bonorum: constituerunt Iurisconsulti, ut eius furti nomine alia quam furti actione censeretur. Connanus lib. 1. cap. 15. nu. 5.

PRVDENTVM respōsa, sunt Iurisconsultorum placita. Vide. §. responsa. Instit. de iur. nat. & quæ in eū Salomonius doctè scripsit, à paucisq; hactenus animaduersa. Sp.

PRVNA, quamdiu ardet: Carbo, cum extincta fuerit, dicitur. Horum appellatione materia non uenit l. carbonum. de uerb. sig. Sp.

Πρυτάνεις appellati sunt quinquaginta uiri q quotannis primo quoq; mense populum conuocabant περὶ ἐπιχειροτονίαν id est ad legum disquisitionem. Vbi libera cuiq; in leges, uel pro legibus dicēdi potestas erat. Si quis tamen cuiusquā legis abrogandæ mentionem fecisset: nou : m eius loco legem cogebatur, uel statim & illo ipso tempore ponere, uel aliquanto post. Quod nisi dicta die præstitisset, fraudem capitalem incurrebat. Connanus lib. 1. cap. 13. num. 5. Postellus: de magistr. Athen. cap. 30.

PRYTANEVM propriè dicebatur, quod in ea triticum seruaretur, quod Græci πυρὸν dicunt, quasi πυρὸς ταμεῖον. auctor est Plutarchus. Cimonem Atheniensem libertatis animi pręalti domū suam ciuibus fecisse πρυτανεῖον κοινόν. Vide Cælium lib. 13. cap. 22.

PSEVDOMENOS, ψευδόμενος, Latinè mētiens à Cicerone dicitur lib. De diuin. 1. & est, quum quicquid

quid cõstituitur uerum esse, statim reperitur falsum. uti docet Africanus in l.88. ff.ad leg.Falcid.ubi hui9 rei exemplum affert. Pomponius quoq; in l.9. ff. de uerb. oblig. eiusdem modi sponsionis formulã hanc profert, tibi fundum dabo, nisi illi dedero: &, illi dabo, nisi tibi dedero. Alia suppeditat exempla Gell. lib.5.cap.10.& lib.9.cap.16. Hot.

PSEVDOMENOS & sorites, duæ præcipuæ captiones apud Stoicos fuisse :b auctoribus cõmemorantur, ut ex sequentibus exemplis apparet. Cicero in Hortensio: tum pseudomenon & soriten, & totam Dialecticã aut illudis aut increpas. Et in Lucullo. De sorite aut pseudomeno, quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. Augustinus cõtra Acad. Inde pseudomeni & soritæ in illius causę patrocinio uiguerunt. Hieronymus in Ruffinum. Soritarũ gradus, pseudomeni argutias: & in Amos, Eutychius & Eunomius syllogismis & Enthymematibus, imò sophismatibus & pseudomenis atq; σωρίταις roborare conantur. Cuia.ad Africa.tracta.5.fol.89.

PSEVDOTHYRVM, falsum ostium. Vnde pro postico sumitur. teste Alcia.in l.pen.de uerb.signif.

PSEVDOVRBANA ædificia. Vitruuio ædificia sunt rustica, urbana elegantia extructa. Vlpianus prætoria nominat. Vide Conn.lib.4.cap.10 nu.6.

ψῆφος suffragium significat iudicum, quo lapillum atrum, uel candidũ, uel chartam cui nigrum θ uel τ, uel λ, inscriptum erat, iudices in urnam conijciebãt, & ita sententiam de reo colligebant. Vide Chiliad. Eras. Spieg. A' Gręcis calculus ψῆφος appellatur, quo uerbo pro sententia usus est Modestinus in l. scire oportet. ff.de tut.& curat. ab hoc uerbo psephismata appellata sunt de quibus Antonius Augustinus dictis locis.

ψυχρόν. Vide superius Friuiculum.

P T

PTERNA, inferior pars mali. uide Bapt. Piũ vj. comment.in Lucretiũ.& Bayfium de re nauali. Sp.

PTEROPHORI, cursores tabellarij: quòd pere grè proficiscentes, surrectas in capite pennas gestare consuessent. Vide Rhod.cap.xxij.lib xj. Sp.

PTOCHODOCHIVM, locus ubi recipiuntur mendici & inopes. πτωχὸς enim mendicus & inops dicitur. Vide exeges. Hegendorf. in rub. C. de cler. & episc. Spieg.

Πτωχὸς & πένητας, his uerbis separat paupertas apud Aristophanem in Pluto,

πτωχῶ μὲν γὰρ βίος ὃν σὺ λέγεις ζῆν ἐστὶ μηδὲν ἔχοντα

Τῶ δὲ πένητος ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα.

περιγίνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μηδὲν τοι μηδ' ἐπιλείπειν. Prat.

PTOCHOTROPHIVM Græcum uocabulũ est, significatq; locũ in quo πτωχοί, id est mendici alũtur: ut scribit Suidas. Nos cõmuni uocabulo hospitale uocitamus. Et in hũc significatum accipitur ab Imperatore in suis constitutionib. licet codices plerīq; omnes mẽdosi circũferantur. ut in l.omnes qui. §. priuilegijs. & in l. si quis ad declinandã. §. sin autẽ ampliores. & §. hæc tamẽ loca. & in l.omnia priuilegia. C.de episcopis & cleric. & in l.illud. §.j. ubi glossator. & in l.pen.in princ. C.de sacr.sanct.eccles. & in auth. de alien. & emphyt. in princi. & in §. emphyteoses uerò. Cotta.

PVBEM esse lanuginem illam primò nascentem circa pudenda norunt omnes: ita ut & pars illa corporis Latinis pubes dicatur. Et pulchro corpore uirgo pubetenus inquit Virg. id quod clarius expressit Isidorus c.pubes de desp.impub. Inde pubescere lanuginem illã emittere. Aldeb.§.1.quib.mod.tut.fin.

PVBEREM Cassiani quidẽ eum esse dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id est, qui generare potest: Proculeij autem, eum qui quatuordecim annos expleuit. uerùm Priscus eũ puberem esse, in quẽ utrunq; concurrit, & habitus corporis, & numerus annorũ. Vlp.cap.Inst.2.Hot. ex Conn.li.9.ca.4.n.9.

PVBERTATEM ueteres nõ solũ ex annis, sed etiã ex habitũ corporis æstimari uoluisse, refert Iustinianus.§.j.Instit.quib mod.tut.finiat. Habitũq; corporis ad obscœnã quandã indagationẽ referens Accursius, auctores Iustinianũ & Paulũ laudat. Paulus certè huiusmodi interpretationẽ nequaquã admittit. Agit enim de eo, qui ex habitu corporis maior est declaratus. Haud dubiè per habitũ corporis, non indagationẽ aliquã inhonestã, sed uniuersi corporis dispositionẽ, figurã ac formã intelligẽs. Iustinianus uero, tã est huius Accursianæ opinionis manifestus auctor, ut tãtus tãti Imperatoris error excusari, aut diutius dissimulari nequeat. Nostra (inquit) Maiestas dignũ esse castitate nostrorũ tẽporũ existimãs, benè putauit, qđ in fœminis etiã antiquis impudicũ uisum est, hoc est, inspectionẽ habitudinis corporis. hoc etiã ad masculos extẽdere.d.§.j. & ca.ult. C. quãdo tut.uel tutor. Profectò quotquot sunt qui puberes definiuerũt auctores ueteres, nusquam huiusmodi improbitatis meminerunt, sed puberes, uel ex corporis habitu, uel ex certo annorum numero, uel ex utroq; iudicãdos responderũt. Nã per habitũ corporis inhonestã aliquã inspectionẽ, ut sibi suoq; Iustiniano rudi & illiterato principi psuasit Tribonianus, sed cũ Cicerone & Liuio, uniuersi corporis formam figurã ac dispositionẽ, siue aliquã corporis totius ad liberorũ pcreationẽ natura prorsus idoneã, commoditatẽ intelligẽtes. Cicero pro Cælio. Quintus Metellus cũ floreret, integerrima ætate, optimo habitu, maximis uiribus ereptus est ciuitati. Liuius lib.4. Obsita erat squalore uestis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie perempti. Puberẽ, inquit, Vlpianus, Cassiani eũ esse dicũt, qui habitu corporis pubes apparet, hoc est, q generare potest. Quasi dicat Vlpianus, is ex Cassiorũ sententia pubes appellãdus est, cuius uniuersa corporis dispositio satis ad liberorũ procreationẽ facilè uideri cuiuis potest idonea. Proculeij aũt eũ dicebãt esse puberẽ, q quatuordecim annos expleuerat. Verum Priscus, in quẽ utrunq; cõcurrit, & habitus corporis, & annorũ numerus, puberẽ definiuit. Et hæc quidẽ sic in fragmẽ. referẽs Vlpianus, cuius olim obtinuerit sentẽtia, nõ expressit. Sanè receptã fuisse Proculeiorũ sententiã, nõ obscurè docuit Tertull. in li. de uirginib. uelãd. Macrob. in somniũ Scipion.li.10. Nec quidẽ Tertulliani dũtaxat, & Macrobij auctoritatib. hęc cõfirmatur opinio, sed expressis etiã Vlpiani uerbis. Moribus enim introductũ esse ait Vlpianus, ut qs liberis impuberib. testamentũ facere possit, donec masculi ad quatuordecim annos puenerint, fœminę ad duodecim, ca.2.de uulg.& pupil. Adde masculos anno decimo quarto, etiamsi generare nõ possent, ipso tamẽ facto puberes olim fuisse declaratos. Solẽt etiã masculis ad annũ decimũ quartũ comæ nutriri. Idq; clarissimè testatur sic Martialis & pædagogo nõ iubente, lasciui parere gaudent uillico capillati. Tẽpore uerò pubertatis hoc est, statim elapso quatuordecim annorũ spacio, comę in signũ pubertatis pueris pręcidebantur. Auctorẽ meũ Porphyrionẽ in Horatiũ laudo, q nunquã desingere auctoritatẽ poterit. Ræuard. Vario lib.4.cap.10. Vide etiã Maioragium lib. Miscell.1 cap.2. Plato tamen dialogo de legibus XI.

Conuenientiam ętatis ad nuptias, & ècontra, à iudice ex utriusq; corporis inspectione dijudicandã censet, à quo nec dissimile quid refert Blondus in calce libri primi Romæ triumphantis.

PVBERES feminæ quidem à duodecimo anno intelligũtur, Masculi uerò à decimo quarto l.ult. C. quãdo tutor esse des. Instit. quib. mod. tut. finit. Cõstantin lib.j. epit. tit. xij. Secundumq; hanc differentiã pubes ętas accipiẽda est, in l.41.§. pen. ff. de uulg. & pup. l.11. C. arbitr. tut. l.3.§. penult. ff. de liber. exh. l.14. ff. de S.C. Silania. Cæterùm in causa alimentorum, quæ pueris puellisq; usq; ad pubertatẽ præstari quis cauit, pietatis intuitu pubertatis tempora laxiora præscribimus: & puberes masculos decimo octauo demum anno, fœminas uerò decimoquarto intelligimus l.14. ff. de aliment. leg. Sed & plena pubertas decẽ & octo annis circumscribitur l. 49. §.1. ff. de adoptio. §. minorem. Instit. eod. tit. Paul. lib. v. sentent. tit. iiij. §. ult. Instit. quib. ex caus. manumitt.

PVBERTAS est emissio ipsa pubis: à qua anni pubertatis dicti sunt. Pubertati autẽ proximi qui dicantur, uarijs opinionibus certatum est: tandẽ tamẽ obtinuit Accursij sentẽtia in l.1. ff. de nouat. §. in summa Instit. de obligat. quæ ex del. §. Pupillus Instit. de inutil. stip. ut marem pubertati tum proximum dicamus, cũ dimidiatum annũ supra decimum excessit: fœminam uerò, quæ nouẽ annos cũ dimidio egressa est arg. §. fin. quib. ex caus. manum nõ lic. Nã post infantiam, usq; ad pubertatẽ aut in masculo septem anni, & in fœmina quinq;. Quare ex quo excessit qs dimidiã huius tẽporis partem, magis pubertati quã infantiæ proximus dici debet Panor. c. cõtinebatur de desponsat. impub. quod in ea præsertim ætate soleat plerunq; malicia tempus supplere. c.1. de del. puer. Nã & prodit historia Solomonem nondũ decem annos natũ, suo cõplexu nutricẽ filio Roboam grauidã fecisse Greg. 4. dialog. cap. 19. Glossa in summa 20. q.1. Non desunt tamẽ, qui eos pubertati proximos dicãt, qui à pubertate distant, sex plus minus mensib. Glossa & Innoc in c. cõtinebatur. Corrasius Miscell. lib. 6. cap 23. neutram sententiã sequitur, sed illis assentitur qui huius controuersiæ decisionẽ ad generalẽ consequentiã aut regulã trahi posse negãt. Salyc. in l. Impunita. C. de pœnis. Antonius Butrio. in c. attestationes de desponsat. impub. Vide & Bartolũ in l. deinde. §. fin. ff. de lib. exhib. & l. properandum. C. de iudicijs.

PVBERTAS plena in masculis anno ætatis 18. in fœminis anno 14. l. arrogator, 49. §.1. ff. de adopt. §.4. Inst. eo. §. ult. Inst. quib. manumitt. lic. l. Mela, 14. ff. de alim. & cibar. l. quidam, ff. de re iudic. l.1. §. pueritiam, ff. de postul. Hot.

PVBERTATEM, inqt Iustin. ueteres quidẽ nõ solùm ex annis, sed etiã ex habitu corporis in masculis æstimari uolebãt. nostra aũt cõstitutione ꝓmulgata, pubertatẽ in masculis decimũquartũ annũ cõpletũ illicò initiũ accipere disposuimus: antiqtatis normã in fœminis bene positã in suo ordine relinquẽtes, ut post duodecim annos cõpletos uiri potẽtes esse credãtur. hęc ille tit. qb mod. ius pat. in prin. Sic in l. ult. C. quand. tut. esse desin. l.5. ff. de testa. l.2. ff. de uulg. & pupil. §.1. Inst. De nup. Macr. li. in somniũ 5. ca. 6. Post annos bis septẽ ipsa ętas necessitate pubescit: tũc enim moueri incipit uis generatiõis in masculis, & purgatio fœminarũ. Tertull. lib. de uirginib. uel. Tẽpus, inquit, etiam Ethnici obseruãt, ut ex lege naturæ iura sua ætatibus reddant. nã fœminas quidẽ à duodecim annis, masculũ uerò à duob. amplius ad negocia mittunt: pubertatem in annis, non sponsalibus aut nuptijs decernentes. Hot.

PVBES, alio nomine Pecten appellata, propriè inguinũ, hoc est, pudendorũ partẽ denotat. Quãuis etiã sumitur pro eo, qui pubẽ degenerare, id est, lanuginẽ emittere potest. genitiuũ habet puberis. Triphoninus in l. pen. de cur. fur. pro adulto usurpauit. Si furioso, inquit, puberi, quanquã maiori xxv. annis, curatorem pater testamento dederit. Sp.

PVBESCERE, adolescere, est lanuginẽ emittere, ac pubertatis uel adolescẽtis attingere ætatẽ: à pubeo, pubui. Vlp. in l.3. §. ibid. Iul. ff. de Carb. ed. Old.

PVBLICA ea sola ꝓpriè dicũtur, q̃ sunt populi Rom. l.15. ff. de uerb. signif. Hinc publicũ ius id definitur esse, qđ ad statũ rei Romanæ spectat l.1. §.1. ff. de iustit. & iur. Nec uerò Reip. causa abesse eos intelligimus, q ꝓ ciuitate legatiõe fungũtur l.26. §. itẽ inqt Prętor. ff. ex qb. caus. maior. Ciuitates enim loco priuatorũ habẽtur. Publiciq; appellatio in cõpluribus causis ad populũ Rom. respicit l.16. ff. de uerb. signif. Inde adeò publicani nomẽ habẽt, qđ uectigal pop. Rom. cõductũ habẽt, qđ absolutè publicũ appellatur l.1. §.1. ff. de publ. Cic. de prouinc. cõsularib. An q frui publico nõ potuit, hic legitur ipsa lege cẽsoria? Idẽ epist 1. ad. Q. Fratr. Publicis malè redẽptis. Quint. Declam. cccxl. Ego non ea uoluntate feci, ut hic liber esset, sed ut publica nõ solueret. Idẽ declamat. cccxlj. Ante oĩa nulla lege cõprehensum est, ut alienã rẽ nõ ꝓfiteri liceret, aliogn publicũ euersum est. Tacit. li. xiij. Edixit, ut leges cuiusq; publicè occultæ ad id ꝓscriberẽtur. Suet. in Calig. cap. xxx. de uectigalib. à Caligula institutis agẽs, additũq;, ait, ad caput legis, ut tenerẽtur publico & q meretriciũ fecissẽt. Ita publicũ quadragesimę, apud eũdẽ accipio in Vesp. ca j. & publicorũ cõduct. oẽs in l.31. ff. ꝓ soc. Hor. 1. Ep. Pars hominũ gestit cõducere publica. Br.

PVBLICA accusatio, q̃ omnib patet. §. cõsequẽs. Instit. de suspect. tut. Sic publicæ turbæ, quę omnib. patẽt, nõ quòd publica autoritate fiãt. in Auth. §. fugiunt. Vt iudic. sine quoq; suffrag. Olden.

PVBLICA actio, actio qua cuiuis experiri licet: ad quã exercendã cuiuis aditus patet. Vlp. l.1. §.4. ff. de suspect. tut. Consequẽs est, ut uideamus qui possint suspectos postulare. & sciendũ est, quasi publicam esse hãc actionẽ, hoc est omnibus patere. Ergo ut publicus locus dicitur, ad quẽ cuiuis licet accedere: sic actio suspecti, est tanquã publicæ illæ actiones, siue iudicia, quorũ aditus unicuiq; patet. Hinc popularis actio, publica nominatur in l.30. §.3. ff. de iureiur. In popularibus actionibus, inquit Paulus, iusiurandũ exactum ita demum aduersus alios proderit, si bona fide exactum fuerit. nam etsi quis egerit, ita demum consueuit publicam actionem, si non per collusionem actum sit. Hot.

PVBLICA bona, quasi populica dicta esse docet Alciat. in leg. bona ciuitatis. de uerb. sign. Spieg.

PVBLICA cõuẽtio est, quæ fit per principẽ, aut quotiẽs inter se duces belli paciscũtur l.5. ff. de pact. Publica abolitio est, quæ publicè fit, publiceq; indulgetur ex Senatusconsulto l.8. l.12 l.17. ff. ad Turpillia. Et apud Paul. lib. v sent. tit. xvij. Bris.

PVBLICA custodia coerceri, uide l. succurritur. ff. ex quib. caus. maior. in integ. restit.

PVBLICA fide sequũtur, qui apud argentarios pecuniam deposuerũt l.7. §. quoties. ff. deposi. quorum officium publicũ est l.10. §.j. ff. de edendo. Prat.

PVBLICA fide uenire, id est, saluo conductu, ut uulgaris habet locutio. Violare fidẽ publicã, est, cõtra

tra illā aliquid cōmittere, das Gel. ydt nit halté. Sp.

PVBLICA iudicia quæ dicātur & cur tradit Iustinianus Inst. de publ. iudic. & sup. de popularibus iudicijs relatum est: ubi uide public.

PVBLICORVM uerò iudiciorū hæ sunt leges, Iulia maiestatis, Iulia de adulterijs, Cornelia de sicarijs, & ueneficis, Pompeia de parricidijs, Iulia peculatus, Cornelia de testamētis, Iulia de ui publica, Iulia de ui priuata, Iulia ambitus, Iulia repetundarum l.1.ff. de publ. iudic. Institut. eod. tit. Quæstiones autē publicas de falso, sicarijs & parricidijs Cornelius Sylla dictator cōstituit l.1.§. deinde Cornelius. ff. de orig. iur. Antea L. Piso Tribunus plebis de pecunijs repetundis quæstionē constituerat, ut Cic. in Bruto scribit. De iniurijs uerò quemadmodū uitiosè in omnibus codicibus (Florentinos excipio) scriptum est, quæstio publica ab eodē non est cōstituta. Actio enim ex lege Cornelia de iniurijs priuata est, nō publici iudicij l.42.§.1.ff. de procuratorib. l. ult. C. de iniur. Natū fuisse hunc errorē, qui libros omnes ante hac occupauit ex eorū imperitia puto, qui apud Vlpianum eam actionē pro publica utilitate exerceri legerant: quasi uero non & priuata iudicia pro publica utilitate exerceantur, cùm & suū ius cuiq; tribui & qualiacunq; nocētium peccata puniri reipublicæ intersit. Raptus porrò crimen publicū esse dicitur in l. pen. C. de noxalib. quoniā ad l. Iuliam de ui pertinet. l.5.§. ult. ff. ad l. Iuliam de ui publica. Publici autem iudicij causam habere crimē dicitur in l.7. ff. de public. iudic. quod publici iudicij est. Bris. Porrò quid publica & extraordinaria iudicia criminalia distent à popularibus & priuatis pœnalibus iudicijs explicare non est in facili. An uero, quòd hæc in rei persecutione, illa in sola uindicta cōstituta sunt? minimè. Nam & populares ad uindictam pertinent, & ex priuatis iniuriarum actio. An quia horum pœna est pecuniaria, illorum capitalis, uel corporalis? ne hoc quidem. Nam & publica quædam iudicia pecuniariam pœnam habēt, ueluti ambitus, & de plagio. An quia hæc priuatam caussam, siue uindictam continent, illa publicam? & hoc quoq; minus. Nam & populares publicam caussam cōtinent, & publicum iudicium iniuriarum ad priuatam caussam pertinet. Qua re priuato iudicio ei facilè præiudicatur, & in eo iusiurandum differtur, quod in alijs non permittitur, & extraordinaria publicam uindictā non persequuntur, quia nec quilibet ex populo, eis experitur. An igitur quia in publicis extraordinarijs iudicijs lōgè alius est reorum habitus, aliorum iudiciorum forma, alij iudices, & iudices non arbitri, & grauiores dānationes, & accusatoris in crimen subscriptio? Hoc placet satis. Porrò publica iudicia legitima & ordinaria sunt, legem, pœnā, formulam habēt certam, ueluti maiestatis, proditionis, repetundarū, peculatus, ambitus, adulterij, stupri, homicidij, ueneficij, parricidij, fraudatæ annonæ, residuorum, uis calumniæ? usurpatæ ingenuitatis, plagij, falsi, iniuriarum, præuaricationis. Extraordinaria legem quidem habent, sicut & omnia qualiacunq; iudicia, specialem pœnam & formulam, ordinemue certum nō habent, ueluti concussionis, abigeatus, stellionatus, effracturæ, expilationis, termini moti, præuaricationis & alia innumera. Hodie publicorum quoq; iudiciorum, nullæ sunt formulæ. Sublatis formulis, mā-sit legum pœna aliquandiu, sed posteà cōstitutionibus pœna in incerto, & in arbitrio iudicantium esse cœpit. Itaq; à pœna hodiè appellari posse uerè dixeris. Idem omnibus iudicibus ordinarijs. Aguntur namq; omnia extra ordinem omni ex caussa. Idcirco moribus nulla nunc actio furti in duplū, uel quadruplum, quia extrà ordinem agitur. Quo agēdi genere electo, consumitur actio dupli, uel quadrupli l. interdum, §. qui furem. ff. de furtis. Idemq; de cęteris iudicijs, priuatis & popularibus dici potest. Cuiac. obseruat. lib.8. cap.33.

PVBLICA iura officiaq; in l.5.§. ulti. & l.6. ff. de cap. minut. & in l.14. ff. ad Trebellian. l.2. ff. de diuers. reg. iur. Magistratuum, honorū, & ciuiliū munerū in repub. gerendorū iura significant. Ideoq; in l.9. ff. de his qui sunt sui uel al. In publicis causis filiusfa. haberi loco patrisfa. his exēplis demonstratur, ueluti si magistratū gerat, si tutor detur. Inde publicum munus officiū priuati hominis uocatur, ex quo cōmodum ad singulos uniuersosue ciues remq; eorū peruenit l.239.§. munus. ff. de uerb. signific. Proinde publico munere legatus fungi dicitur l.27. ff. de iud. Br.

PVBLICA lex concisa locutione dicitur, lex publici iudicij. ut quum dicimus, iudicia bonæ fidei, in quibus iudici potestas est ex bona fidei iudicandi. Marcian. l.1.§.1. ff. ad leg. Corn. De sica. Quiue magistratus, iudexue quæstionis ob capitalē caussam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret. Imper. l.1. C. ubi senat. uel clar. Intra prouinciam in qua facinus perpetrauit, publicis legibus subiugetur. Hot.

PVBLICA monumenta interpretantur doctores, quòd manu publica, hoc est, tabellionis sint descripta l. gesta. ff. de re iud. Spieg.

PVBLICA persona, pro tabellario l. orphanotrophos. C. de episc. & cler. l. tutor. ff. de administ. tut. §. cum autem. Instit. de adopt. Item magistratus. Instit. de Attil. tut. §. pen. Spieg.

PVBLICA turba, pro rixis & cōtentionibus dictæ, nō quòd publica fiāt autoritate, sed quòd publicè pateant. Aut. Vt iud. sine quoq. suffr. § fugiūt. Sp.

PVBLICA autē uectigalia intelligere debemus, ex quib. uectigal fiscus capit, quale est uectigal portus, uenalium rerum, item salinarū, & metallorum, & picariarum l.17. ff. de uerb. significat. Nā & qui harenarias & cretifodinas & salinas & metalla conducta habent, publicanorum loco sunt l.13. ff. de publican. Etiam qui pascua cōducebant, publicani dicebantur. Plin. lib. xix. cap. iij. Multis iā annis in ea terra non inuenitur, quoniā publicani, qui pascua conducunt maius ita lucrū sentientes depascūtur pecorum pabulo. Erat uerò maxima Romę & potentissima publicanorū societas, isq; ordo in prouincijs plurimū auctoritate & potētia ualebat, ut Cic. in epist. ad Lentul. & Appium & Q. Fratrē. & pro Plancio & Liu. lib. xxxv. significāt. Sed ad publica reuertamur. Etiā ciuitatū bona uectigaliaq; abusiuè publica dicūtur l.15. ff. de uerb. significat. l.40. ff. de neg. gest. l.36.§.1. ff. ad municip. l.5.§. idē ait. ff. qd ui aut clām. Publica aūt appellātur, quorū usus in cōmune expositus est, & omnib. patet: proprietas uero nō æquè l.5. ff. de rer. diuisio. §. flumina. & §. riparū. Instit. eod. tit. l.30.§.1. ff. de adquir. rer. do. Quæ hac ratione à communib. discernuntur, quorū ut usus cōmunis est, ita & proprietas occupāti cedit. Ac publica quidē ea iuregentiū dicūtur l.7.§. insula. & l. pen.§.1. ff. de adqr. rer. do. l. ult. ff. de usucap. §. fluminū. & §. littorū. Inst. de rer. diuis. Alia enim sunt publica populi Rō. quæ in patrimonio & pecunia populi sunt, quæ tā ad eorum quæ iuregentiū, quàm quæ ciuitatum publica sunt, ita appellari solēt l.9. ff. de usucapionib. & apud Vlpia. in Instit. tit. xx. l.14. ff. de adquir. rer. do. Quod ne absurdū propter nouitatē uideatur, etiam aliorū aucto-

auctorum testimonijs confirmabo. Cicer. 5. in Verr. Perpaucæ ciuitates bello à maioribus nostris subactæ, quarum cùm esset ager publicus popul. Rom. factus. Liu. lib. 3. ad fin. Agrum de quo ambigitur, finiũ Coriolanorum fuisse, captisq; Coriolis publicũ populi Rom. esse factum. Hygen. lib. 2. de limi. Vectigales aũt quidã sunt obligati Reip. pop. Ro. quidã coloniarum aut municipiorũ, aut ciuitatũ aliquarũ. Briss.

PVBLICA uia, quæ in solo populi est, cuius solũ publicum est, siue qua iter populo est. Erasm. noster in Chilia. indicat, Prouerbij speciem habere illud Plautinum, Nemo ire quendam prohibet publica uia. Vide tit. de uia publ. & si quid in ea fact. esse dicat. & l. 2. §. ait prætor. §. uiarum. ne quid in loc. publ.

PVBLICA uia canalis dicitur in l. 2. C. Th. de curios. & in l. 15. C. Th. de cur. pub. Et Concilij Sardicæ c. 21. Cuiac. ad l. 2. C. de cursu pub. &c. lib. 12.

PVBLICA utilitas quatuor modis cõsideratur. Prima, cum in uniuersum & particulariter commodum affertur. quod in sacerdotibus, magistratibusq; consistit. l. j. §. huius. ff. de iust. & iur. Secunda, quę in uniuersum conducit, nõ autem singulis. ut quoties de locupletando Fisco agitur. l. pen. C. de primipil. lib. 12. Tertia est utilitas, quæ priuata propriè est. licet ex ea consequatur etiã publica. ut cum dicimus, publicè interesse dotes mulieribus conseruari, liberisq; hominib. ciuitatem repleri: id enim quod cõsequitur, in uniuersum prodest. Quarta est, quoties id quod consequit, singulis prodest, nec in uniuersum quemlibet particulariter iuuat. ut cum generaliter dicimus, Reipublicæ interesse, ne quis re sua abutatur. §. pen. Instit. de his qui sunt sui iur. Ex comment. Alciat. ad le. pupillus est. de uerb. sig. Spiegel.

PVBLICÆ mulieres, hoc est, omnibus communes. c. inter opera charitatis ext. de spons. Spieg.

PVBLICAE personæ modò magistratus & officiales, modò tabularios significant. l. 30. C. de epis. & cler. §. cùm autem. Instit. de adopt. Quo olim munere functos seruos publicos constat, ex l. 18. ff. de adoptio. & l. ult. de decurionib. lib. x. C. Brisson. Hi uerò publicæ personæ dicebantur, quod eorum fides publice probata esset. Non enim in album tabellionum redigebantur, nisi quorum fides publice spectata esset. Vel: Ideo serui publici dicebantur, quod omnib. seruire tenerentur. Aldobr. §. cum aũt. Inst. de adop.

PVBLICAE quæstiones, publica item crimina, sunt, de quibus publicũ iudicium est constitutum. l. 32. §. Iulianus. ff. de arbitr. l. 2. §. deinde Cornel. ff. de orig. iur. Nec .n. publica iudicia idcirco dicta sunt, quod, ut Iustin. tradit, eorũ executio cuiuis ex populo qui modò idoneus sit accusator, detur. Hac enim rõe popularia iudicia publica essent, quod est inconsequens: sed quod ex legib. publicorum iudiciorum ueniant atq; descendant. l. 1. ff. de publi. iud. Verũ est tamen, & id ex eodem Vlpiano Iustinian9 hausit, publico iudicio cuilibet ex populo experiri licere, nisi si cui lege aliqua publico iudicio accusandi non est potestas. l. 43. §. senatus. ff. de ritu nupt. Briss.

PVBLICAE res, proprio sermone sunt, quæ populi Romani sunt: sed & quæ ciuitatum in usu publico sunt, per similitudinẽ publicæ dicuntur. l. sed Celsus, de contrah. empt.

PVBLICAM quoq; habere causam officiũ & ministerium argentariorum traditur in l. x. §. 1. ff. de ed. Et publicam fidem secutos eos, qui apud eos pecunias deposuerunt. l. 7. §. quotiens. ff. depositi. Briss.

PVBLICANVS. Publicanus dicitur, qui publica uectigalia conducta habet. l. quantæ. in fi. ff. de publ. Eum, qui uectigal popu. Rom. conductũ habet, publicanum appellamus. Nam publica appellatio in compluribus causis ad pop. Rom. respicit. l. eum. ff. de uerb. sig. Connan. lib. 4. c. 16. nu. 1. Publicanus aũt est, qui publico fruitur (nam inde nomẽ habet) siue fisco uectigal pendat, siue etiam tributum consequatur, & omnis, qui quid à fisco conducit, rectè appellatur publicanus. l. 1. ff. de publ. & uectig. & commiss. Publicum aũt uectigal intelligere debemus, ex quo uectigal fiscus capit, quale est uectigal port9, uel uenalium rerum, item salinarum, & metallorũ, & piscariorum. l. inter publica. ff. de uerb. sign. Cæterùm publicani, qui & uectigaliarij & telonæ dicuntur, propriè ij sunt, qui uectigalia P. R. aut principis ueluti portoria conducta habent, non tributa. l. 12. §. ult. ff. de publ. & uectig. l. cum qui. ff. de uerb. signif. qua de causa Cæsar dum uult leuare Asiã publicanis apud Dionẽ 42. quòd redigebatur ex uectigalibus, in tributi collationẽ transformat. Verum ij etiam qui salinas, cotorias, picarias, cretæ fodinas, metalla conducta habent, & qui ciuitatibus debita portoria conduxerunt, publicanorũ loco sunt. l. 13. ff. de pub. & uect. & si quis quandoq; tributa uel stipendia conducat. l. j. §. j. eod. Liu. 39. uectigalia summis precijs ultro tributa infimis locauerũt. quas locationes senatus precibus & lacrymis publicanorũ uictus induci iussit. Est & similis locus lib. 43. Cuia. obser. lib. 7. c. 4. Adde Brechæum l. cum qui. d. tit. de uerb. & rer. sig.

PVBLICARE uerbũ, ad plura usurpari, demonstrant l. si fundus quem. ff. loc. leg. nulli. C. de epis. & cler. leg. publicani. l. omnium. ff. de test. Spieg.

PVBLICARE est proscribere, est etiam proclamare. Quod enim à præcone proclamatur id rectè publicari etiam dicitur. Res quæ ad ærarium deferebantur, simul atq; edictis essent publicatæ, apud ærarium interdum auersione, plerunq; sectione distrahebantur. Quod qua ratione accipiendũ sit, alio loco demonstratum est. Tertull. Publicaris, inquit, bonum tibi est: qui enim nõ publicatur in hominibus, publicatur in Deo. Et Sueton. in Claud. Libertinos, qui se pro equitibus Romanis agerent, publicauit. Eoq; etiam pertinet illud Lampridij in Alex. Mulieres infames, quarum infinitum numerum deprehenderat, publicari iussit, exoletis omnibus deportatis. Ræuard. Varior. lib. 5. cap. 18.

PVBLICARI dicitur quod publicũ fit, quodq; in fiscum & ærariũ cogitur. l. 23. §. si fundus. ff. de seruit. rust. l. 27. ff. de adult. & alijs infinitis locis. Briss.

PVBLICE, interdum est in publico loco, ueluti apud acta, uel in æde sacra publica. l. 56. ff. manda. coniuncta l. 7. in fi. ff. qui satisd. cog. l. 7. ff. de minoribus. l. 4. ff. de statulib. Briss.

Interdum publicè, est publico nomine, & publica auctoritate. l. 4. §. in eum. ff. de adm. tut. l. 24. ff. de captiu. l. 121. §. 1. ff. de diuer. reg. l. 12. ff. de fideicom. liber. l. 15. §. si publicus. ff. de dam. inf. Planè in l. 6. §. sacræ. ff. de rer. diuis. publicè est, principali uel pontificali auctoritate. l. ult. ff. ut in poss. leg. Aliàs publicè in cõmune significat, ueluti cùm dicimus, publicè interesse. In publicum deduci intelligũtur fugitiui serui, qui magistratibus municipalibus uel publicis ministerijs traduntur. l. 1. §. pen. l. 2. ff. de seruis fugit. Et sic quoq; in publico seruari dicuntur, qui sub publica custodia asseruantur. l. 48. ff. de uerb. significa. l. 9. ff. ex quib. causis maior. uel etiam qui in carcere sunt. Nam & Plaut. publicitus excipi, pro carcere excipi in Amphitryo. dixit imitatione Græci sermonis, quo δημόσιον carcer appellatur. Briss.

PVBLICE fieri dicitur, qd' corã populo fit: palàm uerò, quod corã plurib. Id Alciat. ceu nõ prætereundũ, admonuit. Itẽ, & quod autoritate iudicis fit, publicè fieri accipitur l.j. Vt in possess. leg. & quod memoriæ publicè cõmendatur, Menigklichẽ verkündet zu wißẽ./l.j.§.sed scim9. C. de Lat. libert. toll.

PVBLICE interesse. leg.j. C. de Malefic. & Math.

PVBLICIANA actio earũ rerũ persequendarũ causa datur, quas ex iusta causa nactus quis nondũ usucaptas amisit l.1. cũ seq. l.15. ff. de publicia. Nã qui bona fide possessa possessione ante completam usucapionẽ excidit, is ad eã rem uindicandã in rẽ actionẽ habet, quæ à prætoris nomine à quo primũ proposita fuit, publiciana appellata est, quemadmodũ & Fabiana & Caluisiana & Pauliana & Seruiana. §. namq; si cui. Instit. de actionib. Constant. lib. ij. epit. tit. j. Publiciana ait, [Greek illegible]. Bris. De hac uide suprà in uerb. Actio publiciana. Differt autẽ à rei uindicatione. Primò enim rei uindicatio ordinaria, & ex iure ciuili, princeps & directa est actio: public. uerò extra ordinem uelut in subsidium introducta, utilis respectu uendicationis dici potest. Deinde rei uendicatio datur tantũ pro rebus incorporalibus, publiciana etiã pro incorporalibus, puta seruitutibus, quæ alicui à non domino constitutæ sunt. Vnde si à quasi possessione seruitutis cadas, priusquam præscriberetur, hac actiõe experiri posses. d.l. si ego. §. si de usufructu. Porrò rei uendic. exercetur aduersus omnes possessores, quocunq; titulo, aut sine titulo rem tenẽtes, dummodo possint restituere l. officiũ. de rei uend. Publiciana autẽ contra possidentẽ titulo, & bona fide, hoc est, aduersus eũ, qui à nõ domino ex iusta causa accepit, nõ datur: nã hoc casu melior est conditio possidẽtis l. siue autẽ. §. si duob. hoc ult. quã petentis. Si tamẽ possessor, intelligẽs sese in ius uocandũ procurauerit hũc titulũ in fraudẽ actoris, nihil ei prodesse potest, qa petitor aduersus exceptionẽ, habet doli mali replicationẽ, idq; Bart. in d. §. si duob. rectè probat: alioqui possent semper commentitio, seu procurato in fraudem titulo iudicium hoc ludere. Minsing.

PVBLICVM Neratius uocat, quod est cõmune iure naturali; quoniã eius rei ꝓprietas nulli9 esse putatur, qa omniũ est. usus aũt publicus. Quod ad ea q̃ iure ciuili publica sunt, ptinet, mãcipio qdẽ uniuersitatis sunt, usu uerò singulorũ. Quẽ. n. quisq; locum ceperit in theatro, spectãdi causa, ius est: nec in alieno, sed in suo esse dicitur. Quomodo ritè Tullius libro tertio de finib. omnia q̃ habemus, cõmunia omniũ dicit esse, usu tantũ esse nostra: quasi hic orbis nihil aliud sit, quã cõmune quoddã hominũ theatrũ, in quo natura cõmorandi diuersoriũ nobis, nõ habitandi dederit. Quoniã inqt, ea natura esset hominis, ut cũ genere humano quasi ciuile ius intercederet, qui id cõseruaret, cũ iustũ; qui migraret, iniustũ fore. Sed quemadmodũ Theatrũ, cùm cõmune sit, rectè tamẽ dici potest, eius esse cũ locũ, quẽ quisq; occuparit: sic in urbe, mundoue cõmuni, non aduersatur ius, quo min9 suũ q dq; cuiusq; sit. Cõn. li. 3. ca. 2. n. 7.

PVBLICVM etiã Adrianus appellat quicq d est principis, non alicuius priuati domini unius, pluriumue, ut publicationẽ bonorũ appellamus quę fisco cedit, & publicare & cõfiscare pro eodẽ usurpamus. Conn. lib. 3. cap. 4. nu. 2.

PVBLICVM etiam dicitur quod est populi, puta fisci, uel ciuitatis, quasi populicũ. Atq; sic intelligit Papin. cũ inquit publicum ius priuatorũ pactis non mutari & Vlpian. in l. iij. De testamentis: ubi ait Testamentum esse iuris publici, id est populi uel fisci uel ciuitatis qd' ius indubitatissimi iuris est nõ posse priuatorum pactis mutari. Pap. Inter debitorẽ & creditorem conuenerat ut creditor onus prædij pignorati non agnosceret, sed eius soluendi necessitas ad debitorem spectaret. Talem pactionem quantũ ad fisci rationem, non esse seruandam respondi. Pactis enim priuatorum formam iuris fiscalis conuelli non placuit. quare non tenet fiscum huiusmodi conuentio: & poterit nihilominus à possessore creditore tributum exigi. Sed licebit creditori quod fisco dependerit, à debitore repetere. Conn lib. 5. cap. 5. nu. 3.

PVBLICVM cõmunium nomine amplectitur Martianus quæ Iustinianus distinxit. Nã quicquid commune est, publicum item est: nec interest quod ad usum attinet, inter commune, & publicum iure gentium, quia utriusq; usus communis est omnium gentium: sed cõmunium proprietas nullius est, sitq; accipientis: publicorum autem proprietas, est aut uniuersitatis, aut singulorum. Sicq; intelligendum, quod dicit Pom. Aristo ait. Sicut id quod in mari ædificatum est fieret priuatum: ita quod à mari occupatum sit, fieri publicum. id est commune inquit Accursius. ut sit scilicet publicum usu: proprietate autem nullius. Appellatur autem cõmune, quia nemo hominum est qui non sit quodammodo eius dominus, ut si primus accipiat, nanciscatur proprium eius dominium, quasi non in aliena, sed in sua uenerit. Communia igitur sunt omniũ mortalium & tamen nullius propria sunt. Vsus uerò nõ dicitur cõmunis, sed publicus, qa neq; mari, neq; littore eius, aut aere aut aqua profluente uteris tanquã re propria, sed ut publica: nec ut habens aliquam partem dominij in eis, sed ut quiuis ex hominum numero ita ut neminem queas arcere à communione istius usus, sed quod tu facis, potest & quilibet facere, & quidem iure suo, nõ alia ratione quàm quia homo. Vide Connanũ latè de his differentẽ lib. 3. ca. 2. nu. 3.

PVBLICVM, quod non est priuatum alicuius, sed populo commune. Hoc autem pluzifariam dici, Bartolus indicat in l. j. ff. de publ. iudic. Quo uerò à communi distet, Ferrar. docet. §. j. Instit. de rer. diuis. Publicum absolutè, aliquando significat uectigal. Vnde & publicani dicti sunt. Sic non tantum alicubi Vlp. usurpauit, teste Budæo, sed & Cicero usus est. Alciatus tradit, publicum propriè in iure nostro accipi, quod ad populum Romanum pertinet l. bona ciuitatis. de uerb. sign. quæ enim alijs gentibus publica sunt, pro priuatis habentur. Spiegel. Vide etiam Brechæum in l. eum qui. sub tit. de uerbor. & rer. significat. ubi non pauca de hac dictione notata inuenies.

PVBLICVM certamen, Vlp. in l. qua actione. §. si in colluctatione. ad leg. Aquil. interpretatur, quod fit gloriæ causa & uirtutis. Spieg.

PVBLICVM consilium, pro Senatu apud Ciceronem ponitur.

PVBLICVM crimen Imppãti l. 4. C. de hæred. id interpretantur, quod ad omnium pertinet iniuriam. Ac primum quidem, inquiunt, hæresim uolumus esse publicum crimẽ: quia quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. Vide iudicium publicum. Hot.

PVBLICVM instrumentum, uariè dici constat ex specul. tit. de instrument. edit. §. vij. per tot. Sp.

PVBLICVM ius, inquit Vlpian. in l. j. de iust. & iur. est, quod in sacris, sacerdotibus & magistratibus

consistit. Sed in hac parte solum uerbum Dei specta re oportet, nó autem præcepta, uel autoritates gentium, aut populi. Proinde Dn. Old. rectè perstringit Vlpiani reprehensores: quòd is non etiam iuris publici præcepta trifariam distinxerit. De quo ille latius aliquanto disserit in diuin. Tab. pręcepto iij. Sp. Cęterùm publicum ius interdũ id intelligitur quod ad statum rei Rom. pertinet, in sacris, sacerdotibus, ac magistratibus consistens l.1. §. huius studij ff. de iustit. & iur. Cuius partem esse ius senatorum, Plin. lib viij. epist. ad Aristo. scribit. Interdum uerò generaliter publicum ius commune & quo omnes eiusdem ciuitatis ciues utuntur, significat l.35. in fi. l.39. §. ult. ff. de excus. tut. l.8. ff. de tutel. l.29. ff. de test. tut. l.7. §. si uxor. ff de donatio. int. uir. l.6. ff. de adm. tut. l.76. in fi. ff. de condicio. & demonst. l 46. & l.117. §.1. ff. de diuers. reg. iur. l.42. ff. de oper. lib. l.1. in princ. & l.15. §.1. ff. ad l. Falcid. coniuncta l.56. ff. de legat. j. l.2. C. ne uxor ꝓ marito. Vnde quod in l.38. ff. de pactis scriptũ est, ius publicum pactis priuatorũ mutari nõ posse, id à Cõstãtino sic redditur, *ἀπὸ ἰδιωτικῶν συμφώνων τὸ κοινὸν νόμιμον οὐκ ἐναλλάττεται*. Sic & apud Ter. Phorm.

Num iniquum postulo?

An ne hoc quidem adipiscar ego quod ius publicum est?

Publici iuris esse dicitur testamẽti factio l.3. ff. de testament. Vsucapio item publico iure contingere, & bono publico introducta dicitur l.18. §.1. ff. de dam. infec. l.1. ff. de usucapionib. Bris.

PVBLICVM ius. Vlpianus cum publicum ius definiret, ius illud esse publicum dixit, quod ad statum rei Romanæ spectat. cap. primo. §. primo. de iustit. & iure. Quo in loco malè legitur, rei Romanæ. legendum enim esse, Reipub. Romanæ, ipsa publici iuris definitio postulat. In his autem, quæ ad statum reipub. Romanę spectabant, adhibitos olim ante legem Regiam, augures interdum & pontifices fuisse, populumq; in comitium uocari consueuisse, si quid Deo ritè cõsecrandum esset, si qui sacerdotes, si qui magistratus creandi, neminem tam mediocriter in historijs uersatum puto ut id ignoret. Proinde quo nam iure tũc magistratus, sacerdotesq; crearentur, & consecrationes fierẽt, si quis interrogaret, nonne diceres iure publico? At posteaquã populus omne ius, omnẽq; potestatẽ suã in principẽ trãstulit, quale ius in principẽ fuisse trãslatũ dices: nonne ius populi? nonne ius publicũ? qd est enim aliud ius publicum, quam ius populi? quamobrem quis est, qui nõ intelligat, publicum ius lege Regia sublatum esse, & ob id nulla illius iuris, in iure ciuili nostro extare uestigia? Sanè cum Aristonem peritissimum, & priuati iuris & publici, partemq; iuris publici, ius senatorium esse scriberet Plinius epistolarũ lib.8. indicans ius publicum eiusq; partem senatorium lege regia prorsus abolitum esse, hæc uerba subiecit. Priorum temporum seruitus, ut aliarum optimarum artium, sic etiam iuris senatorij obliuionem quandã & ignorationem induxit. Quotus enim quisq; tam patiens, ut uelit discere, quod in usu non sit habiturus? Neq; alio mihi uisus est Iuuenalis respexisse Saty.10. sic de populo Romano scribens:

—Nam, qui dabat olim

Imperium, fasces, legiones, & omnia, nunc se

Cõtinet, atq; duas tantũ res anxius optat, Pœna & Circẽses.

Idq; considerans Vlpianus, ius publicum in sacris, sacerdotibus & magistratibus cõstitisse ait, non autem, ut malè in omnib. exemplarib. solis Florentinis exceptis, legi uidemus, cõsistere. d. §.1. ꝑ sacra, nõ sacrificia, sed dedicationes & cõsecrationes, per sacerdotes, solẽnes eorũ sortitiões, approbationes, inaugurationes, electiõesq;, & ꝑ magistrat⁹, comitia cõsularia, ꝑtoria, tribunitia, ædilitia, & sic deinceps intelligẽs. In ijs. n. omnib. publicũ ius olim cõstitit. Eoq; iure sublato, princeps loca publica dedicabat, nõ populus ca.9. de rer. diuis. Apud principẽ lege curiata ꝑsente populo, arrogatiões fiebãt, quę antea Calatis comitijs auctore populo pagi etiã sine auctoritate principis iure publico solebãt, teste Gellio noc. att. li.5. ca.19. Caio ca.2. de adopt. Et Cicerone ꝓ domo sua. Et certè apud principẽ arrogationes duob. fieri modis cõsueuisse, suo loco demõstrabitur. Illud nũc reliquũ est, ut dispiciam⁹ quo sensu scripserit Pap. testamẽti factionẽ nõ priuati, sed publici iuris esse, c.3. Qui test. fac. poss. Olim testamẽti factio iuris idcirco fuisse publici uidetur, quòd testamẽta nõ min⁹, quã magistrat⁹, sacerdotes, cõsecratiões, adoptiõesq; calatis comitijs, publica, hoc est, populi Romani, opus haberẽt auctoritate. At posteaquã sublato iure publico calatis comitijs testamẽta cõdi desijssẽt, & priuato iure ꝑ æs & librã sic conderẽtur, ut ne principalis qdẽ in ijs interponeretur auctoritas, dubiũ nõ uidetur, qn testamẽti factio omnino publici iuris esse desierit ꝓsertim si rectè Theophilus ait, cũ primũ ꝑ æs & librã cõdi cœperãt testamẽta, tũc lõgo tẽpore antiqua illa calatis comitijs, & in ꝓcinctu testamẽtorũ genera in desuetudinẽ abijsse. Erat igitur nõ publici, sed priuati iuris testamẽti factio tẽpore Papiniani, hoc est iuris ciuilis. habita uidelicet cõsideratiõe antiq; cuiusdã publici priuatiq; iuris differẽtiæ, lege regia ꝓrsus abolitę. Ad quã differẽtiã Papinianũ suspicor respexisse, & sic notis scripsisse. Testamẽti factio, nõ p. sed P. I. est, hoc est, testamẽti factio, nõ publici, sed priuati iuris est. Et idcirco aut notis deceptũ esse Tribonianũ uerisimile est, q publici, nõ priuati iuris testamẽti factionẽ esse cõtẽdit, aut certe e⁹ librarios uerborũ trãspositiõe, qd fieri frequẽter solet turpissimè lapsos, aut deniq; calatis comitijs, quod mihi non uidetur. Etiã Papiniani tẽporibus fieri testamẽta cõsueuisse. Nec ijs assẽtior, q Accursiũ secuti, testamẽti factionẽ sic apud Papinianũ, interpretãtur, quasi Papinian⁹ cõtẽderit, ius testamẽtorũ faciendorũ, tribui iuri publico & legib. Nihil n. aliud apud Papinianũ q̃ritur, quã testamẽti factio, nõ quo iure cuiquã tribuatur, sed cui⁹ iuris sit, hoc est, quo iure fiãt testamẽta, publicone an priuato, publicene an priuatim: sicut quęrim⁹ magistratuũ creatio, cõsecratio, aut adoptio, cuius iuris sit, hoc est, quo iure creentur magistrat⁹, res cõsecrẽtur, adoptiões fiãt. Est igitur priuati iuris, nõ publici testamenti factio. Et licet legib. ea rectè tribui dicatur, malè tñ uitioseq; habito alicui⁹ priuati iuris respectu, tribui publico iure eadẽ existimatur. Lege. n. regia i⁹ publicũ penitùs sublatũ, in principẽ cõstat trãslatũ esse, & ꝑ cõsequẽs omnẽ abolitã publici priuatiq; iuris, antiquã differentiã. Igitur nõ publico, sed ciuili, hoc est, priuato iure tribui faciẽdi testamẽti i⁹ & potestas solet. Et hoc qdẽ toties dicẽdũ est: quoties priuato iuri publicũ i⁹ opponitur, qd ante legẽ regiã ꝑpetuò fieri solebat. At postquã lex esset lata regia, qd antè eã legẽ priuatũ dicebatur, hoc tũc & esse, & appellari i⁹ publicũ cœpit. Quo sensu ius publicũ accepisse uisus est Pap. ca.15. §.2. ad leg. Falc. Et cũ ius publicũ pactis priuatorũ mutari nõ posse scriberet idẽ Papinianus cap.38. de pactis. nõ dubiũ est, quin priuatũ, hoc est, ciuile ius, per publicũ intellexerit. Atq; hæc quidẽ hactenus de iure publico, de quo pessimè disserunt, & sentiũt oẽs alij Ræuard. Varior. lib.5. ca.12.

PVBLICVM munus, nec ad magistratum (quia ille honor est. l. cum muneris. ff. de mun. & hon.) nec ad onera refertur, quæ possessionib. aut patrimonio indicuntur. l. his omnib. in prin. ff. de uacat. mun. Ergo ea tantummodo, quæ extra ordinē sunt, respicit. l. hi qui. eo. tt. Vide itē Instit. de excus. tut. in prin. Sp.

PVBLICVM testimonium, quod coram multis fit. C. de custod. reor. l. si quis.

PVBLICVS lacus. Vide, Lacus.

PVBLICVM etiā pro carcere accipitur, ut apud Plaut. Vereor ne hac nocte adueniens, publico exci piar, i. in carcerem trudar. Brechæus in l. qui neq;. ff. de uerb. & rer. sign.

PVDICITIA, à pudore dicta uidetur: ut pudica non sit, quam non pudet. Hæc uelut regina in uirtutibus fœminæ est, quin & instar est omnium. Vlp. de iniur. l. sed est quæstionis. ad fin. Si quis, inquit, tam fœminam, quam masculum, siue ingenuos, siue libertinos impudicos facere attentauerit, iniuriarum tenebitur: sed & si serui pudicitia attentata fuerit, iniuriarum actio locum habet. Spieg.

PVDOR, ab Aristotele definitur, dolor, seu perturbatio animi, de ijs quæ dedecus uidētur inferre. Et omnia respicit tempora, præsens, præteritum, futurum, possibile. Nec solū pudor est de ipso dedecore, sed de periculo etiā, ne admittas tale quid, unde adijsse turpitudinis periculū uideare. Sanè mos uetustatis antiquę, longè pulcherrimus, ex l. sed si hac. ff. de in ius uoc. colligitur: quo magna antiquorū integritas relucet: qui cū uenderent ancillas uirgines, cauere solebāt, ut saluus sit eis pudor, ne prostituantur. Et hinc emersit pactum Immissionis manus, qđ pōt uenditor manus inijcere, & libertā prostitutam abducere. l. pen. C. si mancip. ita uen. ne prostit. Porrò, Donat. ait, Pudorē esse mali facti: uerecundiā, recti & honesti. Vlp. in l. quæ oīa. ff. de procur. elegāter rñdit: Ferendus est, pudorē suum purgans. Homer. Iliad. ε. pudorem ingens addere calcar ad fortiter agendum indicat. A ¹i Chiliad. Erasm. Spieg.

PVDOR, p existimatione, dignitate, &, ut uulgò loquimur, reputatiōe in l. xx. ff. de his q. not. inf. l. 25. ff. de procur. l. 1. §. itē aut p semetipsum. Cōiunctis ui cinis §§. & l. 15. §. gñraliter. ff. de iniur. Verecundiā etiam dixit Papin. in l. 15. ff. de condi. & demon. Briss.

PVELLA pacta. Vide Pacta puella.

PVERI uocabulum Latini à Græco παῖδες formauerunt, quo significant domesticos seruos, præsertim tabellarios. credo quod nō nisi pueris & in iuuenili ætate constitutis qui pedibus ualerent, uti poterant ad eam rem. Ideo apud Cicer. sæpissimè legitur. Pueri tui mihi à te literas reddiderunt. Quandoquidem etiam pro liberis usurpāt poetæ Horat. Pueros q; Ledæ. Id est, Castorem & Pollucem. & pueros pro filijs dixit Græca cōsuetudine, ut notat Porphyrius. Et Terent. in Andria: Puerū aūt ne resciscat mihi esse ab illa cautio est. Aut diuinat (inqt ibi Dona.) aut puerum pro quolibet etiā sexu sobolem, hoc est, Fœtum posuit. ut Græci puerum παῖδα. & Hom. παῖδα μικρὸν παῖδα. Vnde Paul. de uerb. sig. Pueri appellatio tres significationes habet. Vnā cum oēs seruos pueros appellamus. Alteram cum puerum cōtrario nomine puellæ dicimus. Tertiam cum ætatem puerilē demonstramus. Connan. lib. x. c. 1. nu. 1. & c. Vide etiā Brech. in l. pueri appellatio. ff. de uerb. & rer. sign.

PVERI utiq; appellatione etiam puella significatur, non imitatione modo Gręci sermonis, sed & qđ masculino sexu fœmininū aliàs quoq; semper comprehenditur. l. 161. in fi. ff. de uerb. oblig. Argumentū etiam huius significationis illud adfert Paul9, quòd & recentes ex partu fœminas puerperas Latini uocant. Terent. Andria. Non imperasti corā quid opus esset facto puerperæ. Vbi uide Donatū. Senec. lib. 3. de benefic. c. 35. Sed ęger filius, sed uxor puerpera tenet. Sueto. in Calig. c. 8. Qualiscunq; partus, ait, sine sexus discrimine puerperiū uocatur, quod antiqui etiam puellas pueras sicut & pueros puellos dictitarent. Iuuen. Satyra 6.

Sed iacet aurato uix ulla puerpera lecto.

Auson. in Eidyllijs:

Hinc illud quod legitimos Lucina labores
Præuenit, & grauidos sentit subrepere nixus
Ante expectatum festina puerpera uotum.

Gellius quoq; lib. 12. c. 1. puerperam ait dici, quæ recens enixa est. Priscianus quoq; lib. 6. Puer pueri, cuius fœmininū dicebant antiquissimi: unde & puerpera dicitur, quæ puerum uel pueram parit, i. puellam, quod est diminutiuum pueræ. Ita puerperā accipe in l. 14. §. puerperam. ff. de ædil. edict. Brisson.

PVERI regij apud Macedonas uocabantur Principum liberi, ad ministerium electi Regis. Liuius.

PVERVM castrare. Vlpia. Et si puerum, ait, quis castrauerit, & preciosiorem fecerit: Viuianus scribit, cessare Aquiliam.

PVERIS legatis, puellæ etiā debentur. Id non ęquè in puellis dicendū est, autor Modest. de le. 3. Sp.

PVERITIAM autem usq; ad 17. ætatis annum completum durare, Vlp. scribit, in præallegata l. 1. ff. de postul. Spiegelius.

PVERITIAE, q̄ & pupillaris ætas dicitur, pars est infantię. hæc certum finem habet in annum septimum quo plene absoluitur integritas loquendi. Altera pueritię pars finem habet in annum 14. in mare, & 12. in fœmina. Cuiac. ad l. 2. in prin. ff. de excus.

PVERPERÆ sunt, quę in annis puerilib. pariūt. c. puberes. de despons. impub. Io. Bell. Etym.

PVGIL Latinè, Athleta Græcè, qui artē pugnandi nouit. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad legem Aquil. Spieg.

PVGILLARES, & pugillaria, numero pluriū, dicūtur tabulæ de ligno siue alia materia ceratæ. Dicti à pugno uidentur, quòd eo contineri possent, uel à pungendo si quibusdam Grāmaticis credimus, inquit Connan. lib. 7. c. 3. num. 5. Plinius ex autoritate Homeri asserit, pugillarium usum fuisse ante tempora Troiana. Paul. l. in cōmodato. ff. commod. Igitur, inquit, si pugillares mihi cōmodasti, ut debitor mihi caueret: non rectè facies, importunè repetendo. Sp.

PVGNARE cum bestijs, ceu notat9 infamia, postulare non potest. leg. 1. §. bestias. ff. de postul. Sp.

PVGNIS ac calcibus, pro omni contumeliæ genere. Vide Erasm. in Chiliad.

PVLLVS, quorūcunq; animalium fœtus. Quin etiam arborū atq; plantarum pullos dicimus. gl. in l. obligationū ferè. §. placet. ff. de actionib. & oblig. Sp.

PVLMENTARIVM, à pulmēto dicitur. Est autem cibus solidior utcunq;, siue ex aquatilibus, siue terrestribus fiat. Paul. de fund. instr. l. cum de lanionis. Sine his, scilicet patinis & cacabis, pulmentariū coqui non potest. Apud Vlp. in l. quæsitum. §. Trebatius. de fundo instruct. Accursius pulmentaria, farina ordei interpretatur, quum cibaria intelligat, Vlp. ad modum pultis facta. Pulte autem, nō pane, longo tempore uixisse Romanos, manifestum: quoniā inde & pulmentaria hodieq; dicuntur. autor Plinius cap. 8. lib. 18. Spieg. Adde Forcat. in suo penu iuris ciuilis cap. xxiij.

PVLSARE, est cędere sine dolore: uerberare, cũ dolore, ut Ofilius tradidit, Vlpia. referente. in l. Lex Cornelia. §. 1. de iniur. Valla sentit, uerberare potius esse, cum uerbere, seu flagello cædere: Pulsare, cum graui & uehemẽti ictu. Sed Alciatus pulchrè defendit Iuriscõsulti sententiam, qui maluerit Verberare, cum dolore, in ea lege accipere, uerbo illo lata significatione accepto: Et pulsare, sine dolore. cùm frequentatiuum sit à uerbo Pello, unde fit pulto, pulso. Impellitur autem quis etiam sine dolore. Pulsare itẽ pro lædere, uiolare, contumelijs & damnis adficere, apud eundem, l. 2. §. planè. ff. ubi quis ager. Briss.

PVLSARI pro iudicio cõueniri. l. 11. §. qui interrogatus. ff. de interrog. in iur. fac. l. 2. §. & quoq;. & §. si agant. ff. de iud. & in Impp. rescriptis persæpe. Bris.

PVLVERATIO est, quam rustici Occationem uocant, ubi refringitur in uineis gleba omnis, & in puluerem resoluitur.

PVNCTORVM in distinguendis sensibus utilitas & necessitas, quidũe erroris ob malè punctatam scientiam, in l. ob æs. C. de præd. min. euenerat, ab Alciat. lib. dispunct. 4. cap. 5. indicatur.

PVNCTVM temporis, id est, spacium breuissimum. Cicero Philippica secunda: Attẽde paulisper, cogitationemq; sobrij hominis ad temporis punctũ suscipe. Apud Mathematicos enim punctum indiuisibilis quædam pars est lineæ, ob incomprehensibilẽ sui breuitatem, nec ipsum pars aliqua, sed tantũmodo signum protractum, ut Euclid. scribit, lineã conficiens &c. Grammaticum punctũ, quandoq; esse loco copulæ, ostendit Bart. in l. cum duobus. §. si in co eunda. ff. pro socio. Alciat. lib. 4. de uerb. sig. indicat prouerbialem apud Iurecos. uersum, Ob solum punctum caruit Robertus Asello. Ortũ ex historia, quã, ut idem refert, Albericus in hac dictione recenset. Quamuis illa desideratur in editione Papiensi, quæ fœdè scatet mendis: & interim etiam si illis careret, adulterina uideri potest. Alciatus autem refert his uerbis: Robertus, inquit, opulenti sacerdotij, cui Asinus nomen, ut uocat, Abbas erat, cæterum auarus & inhospitalis: quapropter carmen, quod pro forib. Monasterij præscriptum erat, cõmutato puncto inscriptum erat. Porta patens esto, nulli claudaris honesto: Id cum pont. Rom. resciuisset, sacerdotio hominem priuauit: unde in fabulam uulgi transijt, prouerbialeq; carmen natum, de modico momento rem magnam amittentibus. Punctus autem, suffragiũ, siue fauor, quoniam ueteres suffragia nõ ferebant, sed puncto notabant. Vnde Expuncti dicebantur uiles, eiecti, siue fauore priuati. Spiegelius.

PVPILLARIS substitutio, est quæ fit liberis impuberib. in potestate positis in eum casum, quo antè pubertatis annos decesserint. l. 2. ff. de uulg. & pupil. Instit. de pupill. substitut. Eodemq; modo pupillares tabulas accipe quas etiam pupillare testamentũ & impuberis filij testamentum Iureconsulti uocant. l. 34. §. si coniunctim. ff. de leg. 1 l. 8. §. sed neq; impuberis. ff. de inoffic. l. 2. §. interdum. l. x. §. si ex. l. xx. l. 38. in fin. l. 43. ff. de uulg. & pupill. substit. Et secundas tabulas, ut alio loco ostendemus. Briss.

PVPILLVS, diminutiuum est à pupo, quæ dictio puerũ significat. Vnde ex nominis etymo, qui in patris potestate est, pupillus dici poterit. Alcia. de uerb. sign. Dicitur autem propriè is, qui cum impubes est, desijt in patris potestate esse, uel morte, uel emancipatione. Vide Ant. Fumæũ in Tract. de subst. Masculus à septimo anno, usq; in 14. Puella uerò usque in 12. sic uocatur. Spieg.

PVPILLVS non tantum ætatem significat, sed & cõditionem eius, qui ante pubertatem desijt esse in potestate patris, & cœpit esse in potestate tutoris. Cuiac. ad l. 2. circa medium. ff. de excus.

PVPILLVS dicitur proximus pubertati, quando excessit decimum annum cum sex mensibus. Pupilla uerò, quando nonum annum, & dimidium decimi. glo. est not. licet uulgata. in §. pupillus. in uerb. proximus. insti. de inut. stipul. & similis glos. in l. 1. in gl ult. post prin. ff. de noua. & ibi Bar. in 2. col. uersic. uenio ad uersiculum illud, &c. latè tractat. Sed hæc proc. in ciuilib. In criminalibus uerò, ad hoc ut pupillus dicatur proximus pubertati, ut possit puniri, debet solùm distare à pubertate per sex menses. ita sign. Bald. in l. excipiuntur. per illum text. ubi etiam Ludo. ff. ad Syllan. & uidetur sensisse Bartol. in loco præallegato. dum respondet ad l. ulti. §. penult. ff. de libe. hom. exhib. & istam limitationem pro singulari commendat D. Ias. in auth. sacramenta puberum. in 4. colum. uers. sequitur in tex. C. si adu. uend. & in l. properandum. §. 1. in 2. not. C. de iudic. ubi alio modo limitat, quando malitia suppleret ętatem. iunctis his quæ latè & subtiliter tradit Soc. in l. 1. §. 2. in 1. & 2. col. ff. de acquir. poss. & D. Alex. in add. ad Bart. in d. l. 1. de nouat. Cotta.

PVPPAE simulachra quædam erant seu imagines, puellarum forma & amictu insignitæ, quę maximè sunt in delicijs puellis: Antiqui autem puppá appellabãt, quam nos hodie puellam, & puppum puerum. Persius Satyr. 2.

Dicite Pontifices, in sacris quid facit aurum?
Nempe hoc, quod ueneri donatæ à uirgine puppæ.

Puellæ etenim cum nuptias capessere uellẽt, aut uirginitatẽ eiurare, ueneri in templo puppas dicabant: quemadmodũ pueris mos erat, cum ex pueritia excederent, laribus dijsq; familiaribus & domesticis bullam suspendere: unde ipse Persius Satyra 1.

Bullaq; succinctis laribus donata pependit.

De puppa sic Martial. Epigram. lib. 4. de Cærelia & Gellia, *Dicit se uetulam cum sit Cærelia puppa.*
Puppam se dic t Gellia, cum sit anus.

Brech. in l. non est pupillus. ff. de uerb. & rer. significat. Pomponius pupillum definit, qui cùm impubes est, desinit in patris potestate esse aut morte aut emancipatione. l. 239. ff. de uerb. sign. Planè pupillus non appellatur, qui adhuc in utero est. l. 162. eod. tit. Hic enim ne uix quidem animal est, sed tantùm spes animalis. A' pupillo pupillaris descendit, quod uerbum ætati, & tabulis adplicari solet. Pupillaris ætas 14. anno terminatur. l. 16. ff. de iure fisc. l. 7. C. de impub. l. 3. C. de præscript. 30. ann. Eius tres gradus facit Theophil. in §. pupillus. Instit. de inutil. stipul. Infantiam, id est, needum fandi potentem ætatem: proximam infantię, quæ iam fandi potestatem consecuta est: & proximam pubertati quæ proximè pubertatem accedit. Briss.

PVRA à nuptijs, per ironiam dicitur impudica: quòd citra nuptias copiam sui faceret.

PVRA charta scriptæ opponitur l. 32. §. quod tamen. de leg. 3.

PVRA hasta, siue purę hastę, quibus iuuenes prę mij ergò donabantur. Seruius in 6. Æneid. interpretatur sine ferro, à Zonara δόρυ τὰ ἀσίδηρα uocantur.

PVRA lanx cælatæ opponitur in l. 6. ff. de rei uindic. ut & argentum purũ cælato aduersum facit Cic. 6. in Verr. Cœnabat, ait, apud eum: Argentum illi cęterum purum adposuerat, & post ei negotium dedit, ut quicquid Halunti esset argenti cælati, aut si quid

quid esset Corinthiorum, ut omne statim ad mare ex oppido deportaretur. Et alio loco, Ne quem putetis sine maximo dolore argentum cælatum domo quod alter eriperet, protulisse, omnia deferũtur, Cybiratæ fratres uocantur, Pauca improbant, quæ probarunt: his crustæ aut emblemata detrahuntur. Sic Haluntini excussis delitijs cùm argento puro domũ reuerterunt. Plin. lib. 21. cap. 3. de lemniscis, Puri diu fuere: cælare primus eos instituit P. Claudius. Atq; ita magis est, ut purum argentum apud Plinium lib. 3. Epistol. 1. interpretemur, quàm quo Cataneus uir doctissimus exposuit modo. Sed pura uasa apud Columellam lib. 12. cap. 4. & cap. 28. ad finem ea accipienda sunt, in quæ nondum quicquam sit infusum. Brissonius.

PVRA obligatio, præsens dicitur, quæ neq; diẽ, neq; conditionem habet. §. omnis. Instit. de uerb. obliga. cum alijs infinitis. Et Purè, est sine die & conditione. l. 8 ff. de auct. tut. Hinc pura libertas, quæ purè data est. l. 59. §. 1. ff. de man. test. Planè in l. 5. ff. de solut. Pura obligatio est, quę sine satisdatione est, cui fideiussor uel pignus nõ accessit. Et purè stipulatus in l. 138. §. ult. ff. de uerb. oblig. dicitur, qui illud aut illud simpliciter stipulatus est, non adiecto eo, utrùm uoluerit. Brissonius.

PVRA substãtia dicitur, deducto ære alieno. l. iubemus. C. de repud. Spieg.

PVRA toga, quæ a Cicerone dicitur ἀπόρφυρος, id est, sine purpura, & λιτὴν, id est, iustam dici à Plutarcho, Bayfius annotauit. Spieg.

PVRA uasa sine emblemate, cælatura, aut incrustatione. Paul. in l. si rem. de rei uend. Quamuis & in uasis occurrat difficultas, utrũ pura, aut cælata sint, dici oporteat. Spieg.

PVRE, pro simpliciter & absolutè. Paulus in l. 5. de doli mali excep. in prin. Purè mihi decem debes, ea tibi sub conditione legaui. Sic apud Cicer. de Inuentione, Purum iudicium, pro simplici, & absoluto omni exceptione. Spieg.

PVRGARE, est & se excusare, & innocentiam suam ostendere. l. is qui reus. ff. de publ. iud. l. ult. de acq. rer. dom. cum sim. Purgare officiũ seruorũ suorum, apud Callistratũ 2. ad Silan. Item Purgare prouinciam malis hominib. l. præses. ff. de offic. pręs. Sp.

PVRGARE multa significat. Purgare moram, emendare l. 8. l. 14. ff. de nouat. Tunc autem debitor moram purgare dicitur cum interpellatus aliquando dare noluit, postea tamẽ debitum offert: Quo facto propriè atq; usitate purgare morã, eluere, emendare, delere, dicitur. Donell. de mora. Purgare existimationẽ l. 1. §. quoties. ff. de iniur. Purgare innocentiã l. 22. ff. de iur. fis. Purgare pudorẽ l. 23. ff. de procur.

PVRGARE riuum, fontem. l. 1. §. deinde. ff. de fonte. Brissonius.

PVRGARE uiam, inquit Vlp. propriè dicitur ad libramentum proprium redigere, sublato eo qđ super eam esset. l. 1. ff. de uia publ. Hot.

PVRGARE se solebãt olim suspecti de crimine: aliàs duello. c. 2. de purgatio. uulg. Aliàs aqua frigida uel feruente, in quam nudi mittebantur. c. ex tuarũ. De purgatio. Canoni. Aliàs ferro candenti, ut uocat c. fin. de purgat. uulga. uel ignito, ut rectius in c. Mennem. 2. q. 5. Et quanquam exemplũ duelli legatur de Dauide & Goliath. 1. Reg. 17. non admittitur tamen hodie talis monomachia. l. 1. C. de gladiato. cap. 2. de purgat. uulga. Quum enim istis cruciatuũ adflictionibus Deus tentaretur, meritò fuerunt abrogatæ: & introducta est purgãdi formula talis, ut delat⁹ apud Magistratum adhibeat septem, uel pro qualitate rei pauciores, qui testimonium innocentiæ illius ideò præstare possint, quia & fide sint digni, & propter uicinitatem compertam habere possint ueritatem. ca. ex tuarum. & c. cùm dilectus. de purgat. canon. Tum ipse suspectus iurabit se tale crimen non admisisse, quod obijcitur. Compurgatores autem iurabunt, se credere, quod principalis iurans dicat ueritatem. c. de testib. & c. ult. de purgat. canon. Oldendorpius.

PVRGATIO canonica Infamati ex delicto, qui conuinci non possunt, debent compelli purgatione canonica, quæ est innocentiæ ostensio. Dicta canonica, quòd canonibus instituta, inuentaq; sit. Sebast. Brantius in exposit. titulorum.

PVRGATIO uulgaris. Purgatio uulgaris est ostensio innocentiæ, uulgò introducta, prohibitaq;, quòd hac tentetur Deus, multotiensq; per eam condemnetur absoluendus. Anchor.

PVRGATIONIS iurisdictio, est imperij meri. de quo latius Spec. tit. de Iurisdict. om. iud.

PVRIFIGATIONIS ritus quis fuerit, explicat Cælius lib. xj. cap. 22. quem uide &c.

PVRVM, cui nihil est admixtum. l. in his. ff. de solut. l. librorum. §. chartis. de leg. 3. Sp.

PVRVM iudicium, cui adiecta non est exceptio. C. de inuent. lib. 2. Agit is cui manus præcisa est, iniuriarum. Postulat is, qui cum agitur, à Prætore exceptionem. Extra quam in reum capitis præiudiciũ fiat. Hic is qui agit, iudicium purũ postulat: ille qui cum agitur, exceptionem addi ait oportere. Hot.

PVRVM putũ, pro prorsus, ac uerè, quasi dicas, ipsissimum est: ea dictum forma, qua Iureconsulti dicunt, Sarta tecta. Vide Erasm. in Chiliad. Sp.

PVRVS honor, qui extra administrationem est. Aut. Vt ordin. Præfecturæ. in prin. collat. v. Sp.

PVRVS locus dicitur qui neq; sacer, neq; sanctus neq; religiosus est. sed ab omnibus huiusmodi nominibus uacat. l. 1. §. purus, de relig. & sumpt. fun. Ferret. tit. de rer. diuis.

PVRVS locus interdum inædificato opponitur. l. ult. ff. de pigner. act. Quo sensu & pura loca Varrò lib. 4. de Ling. Latin. areas in urbe appellari scripsit. Interdum religioso, id est ei loco, in quem mortuus illatus est: Itaq; Purus locus definitur qui neque sacer, neq; sanctus, neq; religiosus est, sed ab omnibus huiusmodi nominibus uacat, & profani iuris est. l. 2. §. prætor. ff. de religios. l. 2. l. 6. l. 9. C. eod. tit. l. 1. §. hoc autem. ff. de mort. inf. l. 6. §. si quis in communem. ff. comm. diuid. l. 73 ff. de contrah. empt. §. religiosum. Instit. de rer. diuis. Ita Purum monumentum accipiò in l. 5. in fin. ff. de religios. l. 5. §. concessa. ff. de donat. inter uir. Brissonius.

PVRVS putus sycophãta, hoc est, merus, in quo nihil probitatis est, ex omni uitio concretus: qualis delator & calumniator esse debet.

PVRPVRAE appellatione, omnis generis purpuram contineri puto, inquit Vlp. de leg. 3. Idem ait, Purpuræ appellatione coccum non continebitur. Quod si uerum est, non prorsus eadem sentire uidebitur Matthæus, de ueste qua induerunt perfidi Iudæi Seruatorem nostrum, cum Marco & Ioanne. de quo latius disserit Bayfius c. 3. in de re Vestiar. Quęre, Coccina uestimenta. Purpura siquidem ut fatentur oẽs, piscis est è concharum genere, qui florem illum tingendis uestib. expetitum in medijs faucibus habet. Coccos ut Dioscorid. libr. 4. inquit, cuiq; nemo aduersatur surculosus paruus frutex est, cui grana seu lentes adiacẽt. His colorem coccineum fieri, eoq;

eoq; infecta uestiméta coccinea appellari cēset Budæus Miscell.lib.1.c.8. Item Purpura, pro magistratibus interdū ponitur: quorū olim insigne erat apud Romanos, ut & post amissam libertaté, cùm Imperatorum tum Regū permansit.l.1.C.null.lic.in fr.lib.11. in uerb.Chlamydib.& l.j.C.quæ res uendi nō poss.l. pen.C.de Cons.lib.12.Purpurati autem hi, qui apud Principes dignitate antecellebant, dicebantur. Nam illis Purpuræ usus concedebatur. Vide Bar.in l.si qs nauiculā.C.de murileg.lib.12. Bayfius plura de purpuræ precio & usu congerit. Spieg.

PVRPVRAE uenditio quib. prohibita fuerit & qui uendere uel mercari uetentur ex constitutione Gratian. Valer.& Theod.liquet, quæ est huiusmodi. Comparandi serici facultatem, omnib. sicut iam præceptum est, prẹter comitem Comitiorum, etiā nunc iubemus auferri. Erat enim harum rerum mercaturis quidam præpositus à principe qui comes Commerciorum appellatur. Hoc auté erat quod Serici, ut nec purpuræ concessus erat priuatis usus, ac ne quidem huius tingendæ aut uendendæ facultas data. Ita enim ijdem Imperatores alia suā constitutione. Fucandæ atq; distrahendæ purpuræ uel in Serico, uel in lana, quæ blatea, uel Oxoblapta atq; hyacinthina dicitur facultatem nullus posit habere priuatus. Sin aūt aliquis supradicti muricis uellus uendiderit, fortunarum suarum & capitis sciat se subiturum esse discrimen. Vellus Muricis appellat lanā infectam murice. Blateum aūt dicitur Purpureum. Nā quod Eutropius dicit in Nero. retibus aureis piscabatur, quæ blateis funibus extrahebat: Suetonius ita: Piscatus est rete aurato, purpura coccoq; funib. nexis &c. Oxoblapta uerò quæ dicantur, uide suprà Oxoblapta &c. Connan.lib.7.c.7.num.1.&c.

PVRPVRA Tyria rubea est, quam Tyrus insula procreat Vitruu.lib.7.c.13.Plin.lib.5.c.19.de qua Iustinian.in §.si quis.Instit.de act.Hot.

PVRPVRARII in l.7.C.de excus.mun. negotiatores purpuræ πραγματευόμενοι τὴν πορφύραν. Sp.

PVSILLA pecunia. Vlp.de pecul.l. depositi.peculium, ait, dictum est, quasi pusilla pecunia, siue pusillum patrimonium. Spieg.

PVSVLATVM argentum, excoctum, igne perpurgatum, obryzum: a pusula, si coniecturæ locus est, quo nomine ignis acerrimus significatur. Columella lib.7.c.5. Est etiam insanabilis sacer ignis, quē Pusulam uocant pastores. Alfenus l.31.ff.locati, Veluti quum argentum pusulatum fabro daretur, ut uasa fierent: aut aurum, ut annuli. Pustulatum Budæo magis placeret: cuius tamē origo uerbi æquè obscura est. Sueton. Nerone, Exegit ingēti fastidio & acerbitate numum asperum, argentum pustulatum, aurum obryzum, ut pleriq; oēm collationem palàm recusarent. Verùm quid si & hic quoq; Pusulatū legendum est? quare melius erit Amplius pronūciare. Nā quod Alciatus Postulatum utrobiq; reponit, id nos ut commentum homine docto indignū aspernari, quàm refellere malumus. Hotom.

PVSTVLATVM argentum, Alphen. in l. in naue Saupheij.ff.locati. Veluti cum argentum pustulatum fabro daretur. Pro purgatissimo & excoctissimo posuit Tranquillus: cuiusmodi aurum obryzum à Grẹcis appellatur τὸ πολλάκις ἑψηθὲν, hoc est, multipliciter excoctum. Budæus putat, hic & pastillatum legi posse, ut informe argentum, infectumq; aurifici esse datum intelligamus. At nihilo secius tamen pustulatum legendum probat. Dici autem uolunt pustulatum argentum, à pustulis, quæ in argento cælato in aspredinem quandam excisæ uisuntur, similes illis pustulis, quæ ex uerruca, uel sudore nascuntur. Pustula uerò, ipsa argenti puri massa uocatur, ut in hac dictione testatur Nebriss.

PVTAMEN, dicitur rei alicuius purgamentum. Nam quidquid ex aliqua re proijcitur, id putamen appellatur.

PVTARE alium esse prætorem præ alio. Vide l. 2.ff.ubi quis ager. Sp.

PVTARE pro nihilo, Nihili æstimare, aut facere, apud Ciceronem haud infrequens.

PVTARE quod factum est, non esse, & ignorare, æquipollent.l. qui fundū.§.seruus.ff.pro empt. Alb.

PVTARE, trāsfertur etiam ad incorporalia: Vt, putare rem dicimus eleganter, pro cogitare de re, & disputando declarare, quid res ipsa uelit. Terent.in Adelph. Mitto maledicta oia: rem ipsam putemus, Die sach erwegen.

PVTARE, pro cōferre, rationē subducere. Plaut. in Aulula. Putatur ratio cum argentario. Papin.in l. Liberto uel amico. ff.neg.gest. Qui aliena negotia, inquit, gerit, usuras præstare cogitur, eius scilicet pecuniæ, quæ putatis necessarijs sumptibus superest, Die rechnung machen.

PVTARE, uulgo significat æstimare, opinari, Schetzen. Paulus in l. Nesennius Apollinaris. ff.negot.gest. Igitur, inquit, in re facti facilius putabo, auiam uel hæredes eius audiendos.

PVTARE autem arbores Grẹci κλαδεύειν uocant. Leontinus apud Cassia.lib.x. γινωσκετέον μετὰ τὸν καιρὸν λογίως δένδρων καὶ τὰ μεγάλα καὶ τὰ μικρὰ κλάδη κλαδεύειν.

Hinc putatoriæ falces, quæ putandis arborum ramis deseruiunt apud Paul.lib.4.Sentent.tit.6.

PVTARE lex XII. Tabul. à Modestino in l.25. ff.de statulib.dicitur, quòd ita sensisse eam ex uerbis eius colligitur. Brisson.

PVTARI ratio an debeat, apud Scæuolam in l. Thais.§.Titius.ff.de fideicom.libert. ut apud Plaut. in Aulul.putatur ratio cum argentario. Sp.

PVTARI propriè arbores, uitesq; dicuntur. l.j. §.Labeo.ff.de aqua cotidia.l.prima. §.siue autem. ff. de noui operis nuntiat. Vnde putator, qui arborum ramos stringit & amputat.l.xxxj. ff. ad leg.Aquil.l. xviij §.de putatoribus. ff.de fun. instruct. Et apud Paulum lib.3. Sentent.titul.vj.& libr.v.titul.xxiij.& apud Plinium lib.xxvij.cap.8. Festus Pompeius lib. 9. Imputatum ait, nondum purgatum. Putum enim est purum. Vnde putare uites, dicimus, hoc est, detrahere, quæ impedimento sunt ad fructum. Gellius libro vj.cap.v. Putare ueteres dixerunt, uacantia ex quaq; re ac non necessaria aut etiam obstantia & aliena auferre, & excidere, & quod esse utile ac sine uitio uideretur, relinquere. Sic namq; arbores & uites, & sic etiam rationes dictæ putari. Briss.

PVTATI sumptus, pro deductis apud Papin.de negot.gest. cum ait, Qui aliena negotia gerit, usuras præstare cogitur, eius scilicet pecuniæ, quæ putatis necessarijs sumptibus superest. Sp.

PVTATOR, arborum purgator, qui Plinio est Arborator, nullo tamen, ut putant, exemplo. Putatio, quæ uulgò in arboribus emundatio, in uitib. resectio dicitur. Paul.ad l. Aquil. Si putator cum ex arbore ramum deijceret, &c. Sp.

PVTRA, apud Vlpianum l.decimaseptima, §. 5. de act.empt. legi uidetur pro PVTEALIA: ut qđ sequitur OPERCVLA PVTEORVM glossa sic sub illo uerbo subscripta. De quo tamē amplius deliberandum censeo. Hotom.

PV-

PVTEAL, ut Acron scribit, erat locus Romæ ad quem conueniebant fœneratores. Porphyrio uerò dicit, sedem fuisse Prætoris prope circum Fabianũ, ad quem Scribonius Libo sedem & Prætoris tribunal collocauit: cuius Ouid. Orat. cæteri meminerũt. Vide B. Plaut. in 4. Satyr. Persianam. Marlianus, qui nuper edidit elegantem de Antiq. Romæ librum, refert se conspexisse numisma argenteum eius precij, quo denarius, in altera parte, cuius uisitur caput Libonis, cum hac inscriptione:

LIBO BONE VENI.

In altera uerò, tribunal cum iudice:

PVTEAL SCRIBONI. Spiegelius.

PVTEAL, id est, quo puteum operitur. ait Pomponi. in l. 14. cum l. seq. ff. de act. empt. & uend. Hot. Adde Cuiac. Obseruat. lib. 11. c. 2. in princ. qui similiter ex dictis Pomponij locis fatetur, puteal esse putei operculum, quod glossæ περιστόμιον interpretãtur. Et subijcit, quod illud ueteres etiam sigillis exornare soliti sint, ut ille Ciceronis loc⁹ indicat: Tibi mando putealia sigillata duo. Vide Cuia. in s. alleg. loco.

PVTEANVM, qđ ex puteo est. ut aqua puteana. Putearius uerò, qui puteos fodit. Spiegelius.

PVTEOLANOS, Puteolana matre, in l. j. ad municip. Item fundum Puteolanũ, in l. Æmilius. de minorib. Albericus indicat tantum. A' Puteolis fit possessiuum Puteolanus. Puteoli autem urbs Campaniæ Italicæ, prius Dicæarchia dicta: ob iustum imperium, ut ca. 14. Scholiorum meorum in primum lib. dict. & fact. Alphonsi regis annotaui: quib. addi possunt ea, quorum à Volaterrano fit mentio, in descriptione Campaniæ, lib. Geograph. 6. Spieg.

PVTEOS aperire, teste Rhodig. positum eleganter apud Iurisconsulti. pro excauare, in §. fin. l. fluminũ. & inibi, Puteus apertus. ff. de damn. infect. Sp.

PVTEVS. Omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Vbi enim aqua de terra manat, & usui præbetur haurientibus, fons dicitur: sed si in promptu & superficie sit, fons tantum dicitur: si autem in alto & profundo sit, ita puteus uocatur, ut fontis nomen non amittat. autor D. August. Tract. 15. in Euan. Ioã. Vide Vlp cuius est lex unica de Fonte. Sp.

PVTVM, teste Festo, antiqui pro puro dicebant. Vnde putum aurum, putatũ dici solet, id est, expurgatum. Meminit & Nonius. Annotauit & Bud.

P Y

PYCTACIA, in l. actuarij. C. de erog. mil. ann. libro 12. pro breuibus commentariolis accipiuntur, q̃ eod. tit. in l. excellentia. Breues uocantur, teste Bud. in annot. prior. Apud Lampridium in Alexandri uita, Pyctacium dicitur album, id est, tabella dealbata, in qua nomina iudicũ selectorũ describebantur. Sp.

PYCTAE, sunt pugiles. Quod nomen & ad gallinaceos pugnaces translatum est. Idem in l. 2. de his qui not. infam. Vide, Athletarum nomine.

PYRA dicitur lignorum congeries, Virgil. lib. 4. Æneid.

Conscenditq; pyram: dixitq; nouissima uerba.

Brechæus, in l. cum in testamento, num. xix. titul. de uerb. & rerum signific.

PYRGVS, uocitatur turricula, orca, fritillus, uasculum cauitate sessili, in quem tali conijciebantur antequam emitterentur in alueolum. Horat.

Mitteret in Pyrgum talos.— Martial.

Si per me misit, nil nisi uota facit.

Ioan. Bapt. in comment. Epist. Sid. Apoll. ad Hecdit. libro tertio.

PYRGOPOLYNICES miles apud Plautũ sic appellatus qđ staturosus esset ueluti turris, æditiorumq; uertice sydera lambat, uictoriosus & iactanticulus dictus à πύργος turris Græcis, πολὺ multum, νίκη uictoria. Mallem tamen appellari Pyrgopolynicen, quod ui poliorcetica, hoc est, oppugnatoria, turres multas per uictoriam caperet. Satius est & significantius, quod per uictoriam multijugas turmas & turmales milites prosterneret, agitaret, obtereret. Pyrgus enim est militaris ordo, quadringentos uiros complectens. Ioan. Bapt. in comment. Epist. Sidon. Apollin. ad Heronium lib. 1.

PYRRHICHA, quę & Euoplia, id est, armata saltatio. A' quo Pyrrhicharij, uel Purrhicharij dicti in l. aut damnum. ff. de pœnis. Sunt autem qui à Græcis πυῤῥιχισταὶ dicuntur, hoc est, saltatores armati. κόρδαξ, saltatio est obscœna & comica. Bud. in d. l. 2. & l. athletas. de his qui not. infam. Vide & Rhodig. ca. 4. lib. 5. Postellum de magistratib. Atheniens. c. 22.

PYTHONES q̃ sint in Canonicis decretis, Rhodigin. indicat cap. x. lib. v. Spieg.

Q

Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. V. C. Quid de ea re fieri placeret, de ea re ita cẽsuerunt. Notæ quibus ueteres in Senatusconsultis perscribẽdis utebantur. Vide D. E. R. I. C. Hotoman.

QVA, nominãdi casu nõ utimur, nisi in compositione. ut aliqua, siqua. Quapiam, auferendi casus est. Martianus in l. diui. ff. de adimen. leg. Cum testator postrema scriptura, quapiã ratione motus, pessimum libertum esse adiecisset. Sp.

QVA, pro qua ratione, Celsus l. cui seruus, 25. ff. si quis omiss. caus. test. Cui seruus ipsius substitut⁹ est, seruum suũ adire iussit. si idcirco fecit, ne legata præstaret, utraq; præstabit, & qua hæres est, & qua omissa causa testamenti possidet ex substitutione hęreditatem. Paul. l. precia rerum, 63. ff. ad l. Falc. Sed nec ille qui filium alienum possidet, tantum habet, quanti eum patri uendere potest: nec expectãdum est dum uendat, sed in præsentia non qua filius alicuius, sed qua homo æstimatur. Cicero pro partim usurpat, ad Atticum: Quàm expedita consilia tua? quàm euigilata tuis cogitationib⁹, qua itineris, qua nauigationis, qua congressus sermonisq; cum Cæsare. Nostri etiã pro Qua ex parte usurpant. Vlp. l. 1. §. si pater, ff. Silanian. Attamen ubi decessit, qua extinctum legatum & libertas est, Senatusconsulto fore locum dicit. Idẽ l. falsus creditor, 44. in fin. ff. de furt. Planè si usufructus meus in eo seruo esse cœperit, dicendum est furti actionem non extingui, qua fructuarius dominus non est. Video etiam pro Quatenùs positum à Iauoleno in l. litus, 112. ff. de uerb. sig. Litus publicũ est eatenus, qua maximè fluctus exæstuat. Hot.

QVA, antiquo & eleganti docendi genere poni ait Anto. August. lib. 2. Emend. c. 2. locosq; indicat in quibus ea uox reperitur in Pand. Flor. pro quaten⁹, qua fine, quia, eò, quòd in l. cui seruus. ff. si quis omissa caus. testa. l. pretia. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. si pater. ff. de SC. Sillan. l. falsus creditor. in fin. ff. de furt. l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. l. 1. ff. de senat. l. item miles. ff. de re iud. l. letus. 2. ff. de uerb. sig. l. si reus. ff. de duobus reis. l. ut Alfenus. ff. de uerb. sig. l. fructus. in fin. ff. sol. mat. l. si gemina. ff. arb. furt. cæsa. Prat.

QVA, pro quatenus. Paul. Sed nec ille qui filium alienum possidet, tantum habet, quanti eum patri uendere potest. Sed in præsentia non qua filius alicuius,

cuius,sed qua homo æstimatur.Spiegelius.

QVA,aliquando significat tum,siue partim.Bud. ex Epist.Cic.ad Attic.exemplis demonstrat. Spieg.

QVA de re,modò propter quam rem.ut in l.2. ff. de Migrando. Modò pro,de qua agitur. Vide Bud. in Annot.prioribus.Spiegelius.

QVA die,quomodo accipiendum sit,interpretes tradūt,in l.si decē cum petiero.ff.de uerb.oblig. Sp.

QVA fronte poterit hoc desiderari,id est,qua ratione,quo pacto? Mitt was fugen/oder glimpff. ac sic dicat,id quidem impudentius postulabitur. Verba sunt Papiniani in fin.l.si plures.2.de admi.tut.Notum quid uelit sibi illud, Et qua fronte audebis hæc facere? Sic ext.de appell.ca.qua fronte. Vide Eras.in Chil.explicantem quid sit,Frontem perfricare. Sp.

QVADANTENVS, usq; ad quandam partem, aliquantulum.

QVADRANGVLVS, homo pro perfecto,qualem Plato inqt esse difficile reperire. Vide Bapt.Piū in 4.Lucretij,& Eras.in parœmia,Quadrat⁹ homo.

QVADRANS erat,autore Plinio,nummulus,q & Triuncis, uel Triunx uocatus est, à tribus uncijs. Sic etiam Sextans,nummus erat,cum pop.Rom. in funere Menenij Sextantes contulerit, apud Valer. & Plinium.Nec mirum est,inquit Bud.tam latè uerborum istorum significationem patêre:cum cognata sit, & connexa ponderum ratio, cum mēsurarum ac numerorum rationib.lib.j.de Asse.Quadrās summa etiam rationum dicitur, in qua nihil excurrit, & in qua nulla sunt reliqua:id est,cum æqualis est summa accepti,& expēsi.Vide eundē in annot.prio.Sp.

QVADRANS autem ratitus dicitur, quòd ut à Festo & Plinio scribitur, in eo esset sculptę ratis figura.Igitur ratitus,est rate notatus & insignitus & ratē habens.Turneb.aduers.lib.xx.cap.xxxj.

QVADRANTAL.Lege,Amphora.& Alci.in l. uinaria uasa.ff.de uerb.sig. Dictum autem est à quatuor quadra,de quo & Gell.lib.1.c.xx. Adrianus Iunius animad.lib.2.cap.4.

QVADRANTARIAM Quintil.lib.8.ca.6.mulierem uocat, quoniam uili precio sui copiam faceret.Hoc nomē Clodię Metelli Celeris uxori impositum: ut ex Plutarcho notauit Brodæus Miscellan. lib.iij.cap.xxiiij.

QVADRATARII,in l.un.de excus.artific.lib.x. C.qui sint,ex libello passionis Beator. Claudij, Castorij, Nicostrati & Symphoriani.qui arte quadrataria excelluisse feruntur,didici. Hic aūt uno loco scriptum est, Et cœperunt artifices quadratarij incidere lapidem ad collyriū columnæ. Et alio loco,Tunc cœperunt in nomine Christi cauare conchas & pegas,& lacus cum sigillis & cantharis,cum magna tenuitate artis.Et aliàs,Ab eadem hora cœpit Simplicius omnem artem quadratariam cum ferramento suo,sicut Symphorianus bene & rectè operari. Ex quibus & alijs eiusdem libelli,quos hic omitto locis eorum artificum industriam in columnis ex marmoreis lapidicinis incidendis marmoribusq; in tenues crustas secandis & sigillis, conchis, cantharisq; cauandis,& omnibus argumentis ex marmore alijsq; lapidibus exprimēdis uersatam liquet. Quod etiam Sidonij Apollinaris à me subiecta uerba cōprobant, quę lib.3.epist.ad Secundum leguntur. Sed uide,ait, ut uitium non faciat in marmore lapicida. Quod factum siue ab industria, seu per incuriam mihi magis quàm quadratario liuidus lector adscribit.

QVADRATVM lapidem in l.6.§.pen.ff.si serui. uindice. interpretor quadrangularem & in speciem quadratam cæsum: quomodo & zonam quadratam Fest.lib.15.interpretatur. Liu.lib.6. Capitoliū quoq; saxo quadrato substructum est. Plin.lib.x. Epist.Manent adhuc paucissimi arcus: possunt erigi quidam lapide quadrato qui ex superiori lapide detractus est. Brissonius.

QVADRATVM corpus id quod mediæ est staturę.Celsus lib.2.Corpus habilissimum quadratum est,neq; gracile neq; obęsum.Et Columella lib.7.de canibus loquens: Probatur (inquit) quadratus potius, quam longus, aut breuis. Brodæus Miscellan. lib.4.cap.xix.

QVADRIGA, aliàs ꝓ curru accipitur, quatuor equis trahi solito.Aliàs ꝓ numero quatuor equorū, qui nisi simul iungantur,uehiculum non commodè potest agi ad usum destinatum. l.scire debemus. ff. de uerb.oblig.Olden.

QVADRIGAE legatum,de quo Papin. in l.peculium.de legat.2.

QVADRIGARVM nomine,intelligūtur etiam equi,qui quadrigas agunt.l.peculium. §. quadrigæ. de lega.2. Est Synecdoche locutionis.Vide Zas.in l. scire debemus.ff.de uerb.oblig. Spiegel.

QVADRIGARVM supplicium. Hoc supplicij genus ab Hercule inuentum esse constat, qui florenti adhuc ætate regē Eubœæ Pyrechmen bellū Bœotijs inferentem uicit, uictumq; pullis equinis ita alligauit,ut in duas dispertiretur partes, ut refert Plutarchus cap.13. Parall. De hac re lege Alexarchū lib. 3.rerum Italicarum.Plutarchum c.14. Parall. Gelliū lib.xx.c.1.Virg.lib.8.Æn. Claudianum in Gild.&c.

QVADRIGATI numi,à notis quadrigarum sic dicti,qui ante uictoriales in usu fuere, de quibus Plinius lib.33.cap.2.

QVADRVPEDI seruus æquiparatur in princ. l.2.ff.ad l.Aquil. Sunt passim multa in libris Pandectarum,de inhumanissima seruitutis forma.Causam in Isagogico,titu.3. Old.indicat.Certè ratio naturalis,& ius diuinum præcipiunt, relinqui seruis uictū. sicut ait Ecclesiasticus cap.32. Asino onus,pabulū, & uirgam:ita seruo laborem,uictum,& disciplinam. Cæterùm Quadrupedem pro pecude accipi, annotauit in Comment.Alciat.Hic ego quadrupedis uoce maiora,pecudis minora quadrupedia puto intelligenda, proprieq; disiunctiuam particulam à Caio positam.Spieg.

QVADRVPES. Quadrupedem pro pecude generaliter accipi annotauit Alciat.in commentar. Verùm quadrupedis uoce propriè maiora, pecudis minora quadrupedia putat (nec sine rōe) intelligenda Spiegel.in Lexico ci.titul.est in Pand. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Sed & quadrupedis nomine adulteræ & meretrices uocabantur ut ex Plauto annotauit Connanus lib.1.ca.12.nu.2.Vide suprà in dictione,Pauperies.

QVADRVPLATORES, dicti sunt criminum publicorum delatores, qui pro delationis præmio, quartam partem in bonis delatorum consequebantur.Hi enim delationibus faciendis confiscationes à principibus impetrant, ut homines interdum insontes fortunis omnibus euertant,cuiusmodi patrū memoria multi extiterunt &c. In quam rem uideto latius Budæum in l.testium.ff.de testibus.Alij (inquit Asconius) dicunt quadruplatores esse eorum reorū accusatores, qui conuicti quadrupli damnari soleāt aut aleæ,aut pecuniæ grauioribus usuris fœneratæ, quam consuetudine:aut eiusmodi aliorum criminū. Brechæus in l.indicasse reum. ff.de uerb.& rer.sign.

Adde

Adde Turneb.aduerſ.lib.3.ca.9. Delatores uerò,ſycophantæ,hoc eſt,criminatores ſunt. Bud.in l.plurimum.de iur.& fac.ignor. Lege item, Simplariæ uenditiones. Zaſius Quadruplatores alicubi nominat Scholdrer/qui lucra ex ludis ſumunt.Lege,Redemptor. Spiegelius.

QVAE fructus quærendi,cogendi, conſeruandi gratia parata ſunt, explicantur in l.inſtrumento. ff. de inſtr.& inſtrum.leg.Spieg.

QVAE,particula ſubſtantiæ, eſt ſignificatiua, nō quantitatis,aut qualitatis.gloſſ.in l.3. C. de ſent.quæ pro eo quod inter.profer.Spieg.

QVAE non poſuiſti, ne ſuſtollas. Refertur inter Solonis Leges,à Platoneq; citatur de Legib.xj. Nimirum in eos dictum, qui repetunt quod non crediderunt: item qui ſibi poſtulāt acceptum ferri, quod non præſtiterunt.Adi Chiliades Eraſmi.Spiegelius.

QVAE te dare ſpōdere oportet. Vide l. quod te. ff.ſi cert.pet.Spieg.

QVAE tabernarum exercendarum, inſtruendarum piſtrini, cauponæ cauſa facta parataq; ſunt, do lego.Vide Pompon.leg.ſi ita.ff.de fund.inſtr.

QVAE uiuus præſtabā, dari uolo. Quid hæc uerba ſibi uelint, Papinian. exponit in l. Seio. §.medico Sempronio,de ann. leg. Modeſtinus in l.mela ait.de alim.& cibar.leg.Spiegel.

QVAECVNQVE dictio, propter generalitatē, ad improprios caſus trahitur. Vnde quicūq; hæres, etiam impropriè hæredem comprehēdit: & cum de quibuſcunq; contractibus loquimur, etiam de abuſiuis dicimus. ut tradunt Doct.in l.unius. §.cognitorum. ff. de quæſt. quod tamen procedit, cum nulla differentiæ ratio aſsignari poteſt.

QVAECVNQVE ſunt in fundo,pro eo quæ eſſe ſolebant.l. quæſitum.§.fin.de leg.3. Quæcunq;,& Quantacunq;,maioris ſunt ſignificantiæ quo ad uniuerſalia, quàm uerbum Omnis. quia iſta propoſitio uniuerſalis, Omnes ſciunt,patitur exceptionem ſecundum materiam ſubiectam.l.omnes, iuncta gl.C. ſine cenſ.uel reliq. Sed Quiſcunq;,Quantuſcunq;,ſine delectu ſingularia complectuntur.l.baliſta. ff. ad Treb. ubi ſub uerbo Quantacunq; pecunia, fructus fundorum intelliguntur. Poſſunt tñ exceptionem quandoq; pati, ſed rarò. Quia ut Zaſius ait,nihil in iure noſtro ad punctum redigitur.Sp.

QVAENAM dictio,non inducit regulā, ſed exceptionem, ut docet Dynus in l. quidam. ff. de iur. codicill. Spiegelius.

QVAEDAM habere poſſumus, quamuis ea nobis utilia non ſunt. ut ait Labeo.l.ei fundo. ff. de ſeruit. Spiegelius.

QVAERMVS,in §.fin.l.& hæc diſtinctio. ff.locati. Accurſ.id eſt,inueniemus,exponit. Senſum ſatis indicat Donatus. Non reperietur,niſi quod quæritur: non quæritur,niſi quod præſto non ſit. Sp.

QVAERERE,à Quæ,& Res,compoſitum eſt.

QVAERERE uerbum eſt proprium rerum capitalium, pro cognoſcere.quòd qui accuſatur,nocens ſit,an innocēs,cum conſilio diſquiritur.ueteres Anquirere dicebant. Cic.ad Att.in 1.Senatus cenſuit,ut de ijs qui ob iudicandum pecuniā accepiſſent,quæreretur.Item in Miloniana: Decernebat enim,ut ueteribus legibus extra ordinem quæreretur. Hot.

QVAERERE,eſt informationem facere,& legibus uindicare. Bud.in l.poſteriore,de orig.iur. Hinc Quæſtio,pro iudicio publico accipitur. Vnde & iudex quæſtionis,Prætor dicebatur. Et Quæſtor,qui iudicijs publicis præerat. Atqui Quærere iudicum & magiſtratuum eſt: inquirere,aliorum.

QVAERERE legibus apud ueteres dicebātur, qui criminum quæſtiones exequebantur, quiq; quæſtiones publicas exercebāt. Plin. Epiſt. ult.lib.5. Cauſa dilationis Nepos Prætor qui legibus quærit. Cic. pro Milo. Decernebat enim, ut ueteribus legib. tantummodo extra ordinem quæreretur. Quærere extra ordinem,eſt diſceptatione compendiaria,& litis imagine potius,quam lite,rem tranſigere,ſeu procedere ſummariè,& ſine ſtrepitu & figura iudicij. Extraordinario enim iure rem perſequimur, quandocunq; merum iudicis officiū imploramus. text. cum gl.in l. cum filiusfamiliâs uiaticum. ſi cert. petat.&c. Brechæus in l.creditores accipiendos. ff. de uerb.& rer.ſig. Vnde qui rebus capitalib. præerāt, olim quæſtores uel quæſitores dicebantur quaſi ζητηταί, ut Iuſtinian. Nouell.lxxx.interpretatur.l.ſecunda. §.& quia,ut diximus.ff.de origin.iur. Cicer. pro Sex. Roſcio. Hunc quæſitorem ac iudicem fugiebant,atque horrebant, in quibus periculum creabatur. Virgil. vj. Æneidos,

Quæſitor Minos urnam mouet.

QVAERI liberi uel uulgo uel iure dicuntur, qui uel ex legitimis nuptijs uel παρ' ἄλλων ſuſcepti ſunt. l. 18.ff.de bon.libert.l.4. C.de ſuis & legitimis. Briſſ.

QVAESITAM hæreditatem dicimus, quæ uel ex teſtamento, uel ab inteſtato, uel ciuili uel honorario iure eſt adquiſita.l.9.C. de pet.hære.l.14. C.de teſt.milit.l.14.C.de fideicom.Briſſon.

In ſeruitute quæſiti dicuntur filij,qui ex ſeruis parentibus nati ſunt.l.j.§.j.ff.ad Tertyll.l.ult.ff.de adoptio.l.3.ff.de libera.cau. Per adoptionem etiam quæſitos filios dicimus.l.2.§.parui.ff.de ſuis & leg. Briſſ.

QVAESITOR is eſt,qui præeſt quæſtioni.

QVAESITOR is dicitur, qui quæſtionē habet: hoc eſt, qui inquirendum curat de crimine, de eoq; iudicium exercendum. Hic Quæſitor ſedebat pro tribunali,iudices autem in ſubſellijs,omniaq; fermè in ptāte habebat. Vide Bud.in l.1.ad l. Corn.de ſica.Sp.

QVAESTIO, eſt appetitio cognitionis, quæſtionisq; finis,inuentio. Eſt aliquando dubitatio & diſceptatio. Sunt autem Quæſtiones iuris multæ,quæ non regulis & diffinitionib. ſed factorum circūſtantijs offendi poſſunt. Old.

QVAESTIO in Rubr.de Quæſtionibus eſt tormentum quod reo ad ſcelerum & ſociorum ſuorum ueritatem eruendam adhibetur.l. item apud,§.quæſtionem,ff.de iniur.l.1.ff.de quæſtionib.l.inde Neratius,§.ſed etſi,ff.ad l.Aquil.Hot.

QVAESTIO alia facti dicitur,alia iuris.

QVAESTIO facti eſt, in qua factum nécne ſit, quæritur: Iuris autem,in qua de iure ambigitur. uelut cum dicimus, quatenus cuiuſq; interſit. in facto, non in iure conſiſtere.l.quatenus,21.ff.de reg.iur. Similiter diſtinctiones reperiūtur in l.1.ff.quæ res pig. l.ult.ff.de iureiur.l.16.ff.de ſtatu homi.l.2. §.ult.ff.de donat. & paſsim in iure noſtro: ut intelligatur,ſolas iuris quæſtiones ad Iuriſconſultos pertinere: alteras uerò quæ totæ in coniecturali ſtatu poſitæ ſunt, ab ijs remotas eſſe. unde illud Cice.in Topic. Nihil hoc ad ius. Ad Ciceronem,inquibat Gallus noſter: ſi quis ad eū tale quid retulerat,ut de facto quæreretur. Neq; uerò prætermittendū eſt,ad facti quæſtiones eas referri,quæ uoluntatis ſunt: i. in quib. de uoluntate, puta teſtatoris ambigitur.l.3.ff.de aur.& arg.leg. l.41. l. 94.ff.de uerb.oblig.l.122.ff. de uerb.ſig.l.8.§. ſi debitori,ff.quib.mo.pig.Hot. Vide Duare.ad §. Agerius. ſeu ad Scæuol.& eundem lib.j anniuer.diſput. c.41.

Differunt autem quæstio facti, & quæstio iuris auto re Olden. in l. 16. Idem erit. ff. de statu hom.

I. In quæstione facti consideratur, quales sint circumstantiæ extrinsecus. In quæstione iuris perpenditur rectum animi iudicium intrinsecus. l. Iustitia est. ff. de iust. & iur.

II. Factum est infinitũ & incertum. l. natura enim. ff. de præscript. uerb. Ius uero certum & finitum esse potest atq; debet l. 2. ff. de iuris & facti ignor.

III. Ius in facto positum est, non factum in iure. l. si plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil.

IIII. Quæstionem facti priorem esse oportet quęstione iuris d. l. idem erit.

V. Error facti excusat: quia etiam prudentissimos fallit. Error iuris non æquè, l. regula iuris. ff. de iuris & facti ign. ubi Paulus exemplis declarat.

QVAESTIO numaria, pro iudicio priuato, in quo non de capite, sed de pecunia disceptatur. Callistratus l. ult. ff. ne de stat. def. D. Claudius rescripsit, si per quæstionem numariam præiudicium statui uidebitur fieri, cessare quæstionem. Hot.

QVAESTIONEM constituere, est decernere ut scelus uindicet. Bud. in l. 1. ad l. Corn. de sica. Old.

QVAESTIONEM decernere, id est, quod nũc dicimus ordinare, ut fiat informatio, & ut contra delinquentes procedatur. Bud. in prioribus annotat. ad Pandectas.

QVAESTIONEM ferre, est uindicandum facinus iudicibus prębere, & mandare, uel potius ad Senatum referre, ut de uindicando scelere extra ordinem Senatuscons. & in iudicium res deducatur. Budæus in l. 1. ad l. Cornel. de sicar. Old.

QVAESTIONEM intelligere debemus & tormenta, & corporis dolorem, ad eruendam ueritatẽ. Quo pertinet etiam ea, quam Græci malã mansionẽ dicut. Nuda ergo interrogatio, uel leuis territio huc non pertinet. Vlpianus in l. item apud Labeonem. ff. de iniur. Oldend.

QVAESTIONEM postulare, eius est qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam uindicare ad eum non pertineat. Bud.

QVAESTIONES etiam publicas constitutas à Cornelio Sylla Dictatore legimus, de Falsis, de Sicarijs, de Veneficijs, de Parricidijs fuere & alijs auctoribus repetundarum & ambitus publicæ constitutæ quæstiones. Briss.

QVAESTIONES itaque publicæ dicebantur iudicia criminalia, quæ per quæstiones expediũtur. Cicero Philipp. 2. Quid enim (ait) attinebit noua lege quæri de eo, quod hominem occidisset, cum esset legibus quæstio constituta? Oldend. ad l. 2. §. captu. deinde Sardinia de orig. iur.

QVAESTIONI præesse dicebantur Prætores qui quæstionem exercebant. Ita iudex quęstionis in l. 1. in prin. ff. ad l. Cornel. de sicar. Quæstio etiam de crimine constitui dicebatur, cũm alicuius criminis inquisitionem senatus mandabat. Sueto. in Iul. ca. 6. Quem inter publicas cerimonias penetrasse ad eam muliebri ueste tam constans fama erat, ut Senatus quæstionem de pollutis sacris decreuerit Briss.

QVAESTIONIS uerbo etiam, quam malam mansionem Græci dicunt, continebitur. ait Vlpian. in l. item apud Labeonem. § quæstionem. uinculi genus, uel tormenti significatur, ut apud eundem Vlpianum, in l. si hominem, sub titul. depositi. Hominem uinctum, ut de eo quæstio habeatur, uel ad malam mansionem extensum. Quo in loco, teste Budæo, Accursius male interpretatus est carcerem: ut etiam hoc in loco. Spiegelius.

QVAESTIONVM genera, de omnibus planè rebus mundanis, cũm in iudicio, tum extra iudiciũ, tria sunt: Scilicet, An sit? Quid sit? Quale sit? Prima quæstio facti est, & probationibus uel coniecturis expeditur, ut ueritas appareat. Inde sunt tituli: de Probationibus, de Instrumentis, de Testibus: & alij id genus. Reliquæ duæ quæstiones iuris sunt, quæ per artem boni & æqui explicantur: cuius fit mentio in l. prima, in princip. ff. de iustit. & iur. Quamobrem Lex, inter Quæstionem facti, & Quęstionem iuris, obseruari uult discrimen. l. idem erit ff. de stat. homi. l. mora fieri. in princip ff. de usur. Elegantissimè Vlpianus in l. eum quem temerè. ff. de iudic. Iudicibus, inquit, de iure dubitantibus, præsides respondere solent: sed de facto consulentibus, non debent præsides consilium impertire, &c. Old.

QVAESTOR apud Græcos dicebatur κοιαίστωρ, ut testatur Procopius lib. 1. de bello Pers. eratq; summus post Principem Magistratus, qui principis rũsa & rescripta dictabat, omniaq; ciuilia negotia administrabat, sicuti hodie apud Gallos Cancellarius. ut annotauit Baldui. in cõm. super præfat. Iustin. Instit.

QVAESTOR. Originem quæstorum antiquissimam esse, & pene ante omnes magistratus, Vlpian scribit, in l 1. ff. de offic. quæstor. necnõ præterea Tullum Hostilium primò (quanquam idem diuersas opiniones adferat, cuius regis temporib. primi quæstores in rempublicam uenerint) induxisse quæstores in rempublicam. At originẽ ipsam, progressumq; quæsturæ qui pleniùs nosse cupiat, is Corneliũ Tacitum legat, cuius hęc uerba sunt: lib. Annal. xj. Iisdẽ consulibus P. Dolabella censuit, spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum, qui quæsturam adipiscerentur. Apud maiores uirtutis id præmium fuerat, cunctisq; ciuiũ, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus, ac ne ętas quidem distinguebatur, quando prima iuuenta consulatum, ac dictaturas inirent. Sed quæstores, regibus etiam tum imperantibus, instituti sunt, quod lex Curiata ostendit, ab L. Bruto repetita. Mansitq; consulibus potestas deligendi, donec eum quoq; honorem populus mandaret. Creatiq; primùm Valerius Posthumus, Æmyli⁹ Mamercus, 63. annos post Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarẽtur. Deinde, gliscentibus negotijs, duo facti, qui Romæ curarent, mox duplicatus numerus, stipẽdiaria iam Italia, & accedẽtibus prouinciarum uectigalib. Pòst lege Syllæ uiginti creati, supplendo senatui, cui iudicia tradiderat. Et quanquam equites iudicia recuperassent, quæstura tamen ex dignitate candidatorũ, aut facilitate tribuentium, gratuitò cõcedebatur, donec sententia Dolabellæ uelut uenundarent. Hactenus Cornelius Tacitus. Asconius quoq; Pædianus, Hæc, inquit, erat prima senatoris administratio, quęstorem fieri, & in prouinciam curã gerere pecuniæ publicæ, in usus diuersos erogandę Quæstores etiã fuisse constitutos Pomponius Lætus tradit in suo, quem de magistratib. Romanis cõscripsit, libello, ut pecuniæ publicæ & ærario præessent, id quod existimo factum propter inhærentem auaritiam. Cum enim (ut Pompo. ipse pulchrè declarat) Publicola indignum pecunias publicas inferri in priuatas ædes existimaret, quodq; ipse, aut alius nõ publica authoritate constitutus, muneris quærẽdæ pecuniæ daretur, ærarium constituit ædem Saturni, populoq; concessu, ut duos quæstores creare posset, quod factũ est, primiq; P. Veturius & M. Minutius creati fuere quæstores

stores cuncto populi ærario,& ab eo,quòd acquirendæ conseruandæq; pecuniæ causa creati fuerat, quæstores dicti sunt, quod & scribit idem Vlp.in l.1.ff.de offic.quæstor. Cur auté potiùs apud Saturnũ,quàm apud alium, locaretur populi pecunia cõmunis, hác adfert Macrobius rationem, nimirum,quòd sub Saturno fuissent cunctis uniuersa communia. Tempore enim, quo incoluit Saturnus Italiá, fertur in eius finibus nullum esse furtum cõmissum, aut quia sub illo nihil erat cuiusquá priuatũ: nec signare solũ,nec partiri limite campum fas erat. In mediũ quærebant. Itaq; horum quæstorum origo XII.Tab. præcessit. Alij enim quæstores duo, qui consulibus ad belli ministeria præsto essent, post XII.Tabulas, L.Quintio, Sextio Furio, M. Manlio & A. Sempronio consulari potestate tribunis militũ creati suffragio populi fuerunt, ut Liuius tradit. Et hunc magistratum (de quo Cice.in Catone. Sed tamen hoc queo dicere, nõ me quidem his esse uiribus, quib.aut miles Punico bello aut quæstor in eodem bello sunt, consul in Hispania fuerim) Gracchi ambo obtinuerunt, ut testatur Fenestella de magistratib.Roman. quem citat & memoratus Asconius Pædianus passim in expositionibus orationum Ciceronis, quemq; Vlpianus ipse paulo pòst authorem laudat. Nam Tyberius quæstor cum Mancino cõsule in Numantinos profectus est, & Caius cum Horeste consule quæsturam gerens in Siciliam nauigauit. Alij complures hunc etiam magistratum gessêre, ueluti Sylla, qui cum Mario cõsule ad bellum Iugurthinum in Africam iuit. Cæsar autem postea huiusmodi quæstorum numerũ ampliauit, & hi rationem administratorũ confectis tabulis reddebant, & è prouincia ante consulé more maiorum redire non poterant. Quod cum C. Gracchus transgressus esset (ante enim Horestem ipsum cõsulem è Sardinia Romá nauigârat) ea de re apud Censores accusatus est. Sed, oratione habita (cuius uerba Gell.refert lib.15.) sic omnium mentem cõmutauit, ut eum magis iniuriam passum, quàm fecisse contra morem maiorũ iudicarent. Constituti sunt & alij quæstores, qui iudicijs exercendis, & maleficijs puniendis præessent, quos maleficiorũ iudices appellare solemus. Qui & quæsitores uocãtur. Virg.6.Æn.

Quæsitor Minos urnam mouet.—

Et hoc modo quæstor accipitur Auth.in tit.de quæstore.colla.6. Qui uerò capitalibus præessent rebus, ij appellabantur quæstores parricidij, quorũ & meminit lex XII.Tab Et hi quæstores propterea constituebantur à populo, quòd de capite ciuis Romani iniussu populi non erat permissum consulib.dicere. Quæstorum igitur alijs ærarij & urbanæ pecuniæ curam agere, & prouincias exigendis uectigalib. sortiri (è quæstoribus enim aliqui prouincias sortiri solebant è Senatusconsulto, qđ Decimo Druso & Porcina consulibus, factum est, ut scribit Vlp. in l.j.ff.de offic.quæstor. Vnde Marcus Cicero quæstor Siciliá sortitus est, & cum integritate, & diligétia gessit magistratum. Iulio etiam quæstori ulterior Hispania obuenit. Cuiusmodi quæstorum genera apud Gallos, & alias nationes adhuc extant) & alijs nonnunquá etiam maleficia conquirere, negotium traditum est, ex quorum exercendis quæstionibus, quæstores dictos fuisse M.Varro opinari uidetur Sed & à Iustiniano nouus magistratus institutus fuit, sub nomine Quæstoris, ita appellatus a quærẽdis aduenis: de quo in Nouella de quæstore. Longe autem alia quæstura erat, de qua in titulo Cod.de quæstor.lib.12.cuius munus non nisi doctissimis uiris decernebatur. Cassiodorus lib.5.epist.4. Huius magistratus dignitas hinc facile conijcitur. quod in tit. C.de quæstor. lib.12.& in l.1.præponitur magistris officiorum, & iubeant Arcadius & Honorius excipi acclamatione uulgi, nec præteriri ut incognitos.

QVAESTORVM enim sacri palatij sub Impp. Constantinopolitanis magna fuit dignitas & amplitudo.l.34.l.36.C.de appellat. Hi enim ueluti iustitiæ custodes, leges tractabant, & petitionib. precibusq; subscribebant, & cum Præfecto prætorio sacris iudicijs præsidebant. Sub eorum etiam dispositione laterculum minus erat, ut ex l.32.C.de appell. l.1.C.de offic.quæst. Nouell. Valentinia.3.& l.ult.de petit.bonor.lib.x.C.l.64.& l.65.ff.de decurioni.eo.& Notitia Imperij Roma. patet. Symmach.lib.2.epist.ad Ausonium: Quæstor es, memini, consilij regalis particeps, scio. precum conditor, recognosco: adde huc alia mille. Plura de horum munere & dignitate Cassiodor.lib.6.& alijs locis quæ de uerbo ad uerbũ ponit Aldóbr.in procemio Instit. in uerbo Exquæstori.

QVAESTORIA decreta, ut Tusanus annotauit lib.4.epist.Budaicar.sunt à quærenda pecunia dicta: id est, à quæstu & capturis, hoc est, lucris faciendis. Idem ait, Nisi liber Sextus Decretalium, & Clementinæ essent conditæ, & regulæ Cancellariæ, angustus esset locus relictus, impetrãdis priuilegijs, & uacationibus munerũ obeundorum, & solutionib. legum Canonicarum, quas dispensationes uocant, quæ magno quotidie emuntur Romæ. Quæstura, Quæstoris dignitas: sicut à prætore, prætura. Spieg.

QVAESTORIVM dicebatur Quæstoris tabernaculum in castris: quemadmodum Prætoriũ, Prætoris. Habebatur enim magno in honore Quæstor. Vnde Insignia Quæstoria nomen traxerunt. Old.

QVAESTVARIAE mulieres, & quæstuaria corpora, quæ quæstum corpore faciunt.l.4.§.1.ff.de his qui not.infam.l.43 §.lenonũ.ff.de rit.nup. Plaut.Pœnulo, Facerentq; indignũ gñre quæstũ corpore. Br.

QVAESTVARIVS, qui quæstus gratia ludicrá artem exercet.l.Athletas.§.1.& l.2.in fi. ff.de his qui not.infa. Vallæ Quæstus est actio ipsa atq; artificiũ lucrandæ pecuniæ. Verum quæstus nomine nec hæreditas, nec legatum, nec donatio continetur. Old.

QVAESTVOSVS homo, qui quæstus & lucri auidior, undiq; lucella quæritat. autor Valla.

QVAESTVM scribarũ lex Clodia coercuit. Lege Plutarch.in Catone. Spieg.

QVAESTVS intelligitur qui ex opera cuiusq; descendit.l.7.& 8. ff.pro soc. hoc est, si quod lucrum ex emptione, uenditione, locatione, cõductione descendit. deniq; quod nõ per se natum, ut hæreditas, legatum, donatio: sed labore & opera cuiusq; quæsitum est. Minus tamen esse Lucrum quàm Quæstum patet ex his Ciceronis uerbis in Orat.in Pison. Quo quidem in spectaculo mira Reipu.æquitas erat: uter eorum perisset, tanquam lanista, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem uerò quæstum, si uterq; cecidisset. Hot.ex Conna.lib.7.c.13. Non enim quæstus omne lucrum, sed id quod opera & artificio quæritur, quæstus appellatur, à quærendo, adeo ut pro ipsa arte ponatur ex qua nobis lucrum uenit. Cice. Iam de artificijs & quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, hoc fere accepimus. Et in Piso. Sestertium centies Romæ in quæstu reliquisti, id est, occupasti, ut usuris quæstum tibi facerent.

QVAESTVS fundi in l.22.ff.de instr.uel instru. reditus est, ut apparet ex coniunctione.l.12.§. si in agro.eodem tit. Briss.

QVAESTVS illicitus comprehenditur nomine lucri. Vnde lusor etiamsi multa perdiderit, nó poterit prætendere titulum onerosum. Baldi celebratur uerbum illud: Quidquid ex maleficio quæritur, dicitur esse lucrum, sed illicitum. l. si possessor. ff. de petit. hæred. iubet restituẽdos quæstus inhonestos, ne uel colore aliquo possessor lucrum faciat. Sp.

QVAESTVS, pecuniæ, fructus agrorum.

QVALEM sententiam dicat arbiter, non refert, dummodò dicat, quod ipsi uidetur. Certissima enim ductrix conscientia est. Paulus in l. qualem. ff. de recept. Oldendorpius.

QVALI, sunt canistræ uindemiæ aptæ, siue ad comportandas uuas, siue ad colandum mustũ. Vlp. de fun. instr. l. instrumenta. Quali, inquit, uindemiatorij, exceptorijque, in quibus uuæ comportantur. Nebr. At uerò, Qualus apud Vlpia. in l. sed & si quid. de usufr. non cophinũ signat, ut Accursius existimauit, sed uas uimineum, per quod uinum guttatim defluit, cum calcatur uua, reliqua uerò materia exire prohibetur. De Quasillo nonnihil ex idoneis autoribus collegimus interregni tempore, Prudentianũ hymnum, cui initium est, Da puer plectrũ choreis: interpretantes in fratris Maij, tum adolescentis gratiam, ac ad leniendum, quem acerbissimum ex principis opt. max. decessu (cui Deo spiritũ cõmendanti præsto eram) accepi dolorem. Spieg. Adde Forcat. in suo Auiario iur. ciuil. num. 3. ca. 13.

QVALIS, infinitè sumitur, quantum ad quantitatem tantum refertur. l. certum. ff. si cert. pet. Spieg.

QVALISQVALIS, idem quod qualiscunq;, Iurisconsul. in leg. rescriptũ, de distract. pig. quia ex contractu qualiquali obligatione à debitore interposita. Vlp. in l. 2. ff. de bon. poss. secun. tabu. Sic qualiter qualiter, pro qualitercunq;, apud Celsum, in l. q fundum. ff. quem. seru. amitt. Spieg.

QVALISCVNQVE, cuiuscunq; conditionis. Vlp. in l. 2. §. ait prætor. ff. qui satisdare cogunt. Qualiscunq; fideiussor accipiatur, hoc quantum ad facultates, id est, etiam non locuples. Interdum pro malo ponitur, interdum pro minimo. Obseruandum aũt, quòd hæc uerba, Qualiscunq;, quantuscunq;, quantumcunq;, licet sint uerba maximè effusa, uniuersalia, tamen astringuntur ad habilitatem meri & nudi facti. Vnde si dixero, Qualescunq; nummos mihi dabis recipiam: si dares mihi cupreos, uel ferreos, non cogerer. debent enim aliquo modo esse utiles. Vide doct. in l. 2. §. quod ait. 2. ff. de uerb. oblig. glo. in l. 1. C. de fide instru. Spiegelius.

QVALISCVNQVE fideiussor interdum accipitur, quantum ad facultates, id est, etiam non locuples, teste Vlp. in l. 2. ff. qui satisdar. cog. Spieg.

QVALIS ueruex, talis offa. Refertur a glo. in l. j. quod iussu. Videtur non absimilis significationis esse illi, Similes habent labra lactucas: cum par pari refertur. Ex Alciat. Spiegelius.

QVALITAS est, secundum quam quales dicimur. Vt aduocatio, procuratio, legatio, paternitas, filiatio, qualitates sunt: quòd secundum eas aduocati, procuratores, legati, patres, filij esse dicimur. Diuiditur autem qualitas trifariam. In ἕξιν, hoc est, habitum, affectum, & qualitatem, quę sensum mouet. Habitus, est qualitas uel animi, uel corporis, quæ agendi consuetudine paratur, quo facilius & certius aliquid agam⁹, arg. l. legatis seruis. §. ornatricib. de leg. 3. Animi, ut Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Medicina, Iurisprudẽtia. Corporis, ut palæstrica, histrionica, ars pingendi, ars sagittandi. Rursus animi habitus, alius est ipsius intellectus, alius uoluntatis. Intellectus, ut artes: Voluntatis, ut uirtutes & uitia. Affectuũ sunt quatuor, lætitia, dolor, spes, metus. Qualitates quæ sensum mouent, sunt, color, sonus, odor, sapor: & quæ ad tactum pertinent, duricies, mollicies, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas. His de rebus scripsi iuuenis. & in Scenica Capnionis progymnasmata, & in perquã elegans Pici carmen Staurostichon, diuo Maximiliano dicatum. Sp. Adde Fr. Baldui. catechesin iur. ciu. cap. 4.

QVALITAS argumenti, uel negotij, quod uulgus dialecticorum uocat, secundum materiam subiectam. l. ob carmen. ff. de testib. Qualitas, pro conditione, in l. ob carmen. tit. illo. Sp.

QVALITAS falsa uitiare non solet. l. pen. ff. de rebus dub. Sp.

QVALITAS in libris nostris est, quæ speciẽ ex differentibus declarat. itaq; quam Vlp. in l. heredes, 21. §. sed etsi, ff. de testa. numorum speciem appellat, eam Papinianus in l. qui non, 78. §. 1. ff. de hęred. inst. speciem uocat. Similiter Caius in l. 74. ff. de uerb. oblig. qualitatem demõstrari ait, cum certam speciem nominamus: ueluti fundus Tusculanus, homo Stichus, & l. seq. Cum uinum Campanum optimum dicimus, ea res inquit, efficit, ut ea appellatio certi significatiua sit. Hotom.

QVALITAS prædij dicitur, qua quale sit illud prædium asserimus, & id ex permanentiore & longinquiore habitu, non ex affectione, quæ aut euelli facile aut commutari potest: quemadmodum calor in frigidum, aut sanitas in ægritudinẽ aliquãdo permutari solet. Neq; enim quidquid fundo attributũ est, aut accedit quod sit ex eius utilitate ius fundi dicitur, ueq; ex eo qualis nominabitur. ut si uillam habeam, quæ longos prospicit agros, cum liceat uicino ædificatis aut altius sublatis ædibus suis, luminibus meis obstruere, ista amplitudo prospectus non dicitur ius fundi mei esse, neq; ob id fundus, meus qualiter se habet: id est, qualis nõ nominabitur: quoniam istud non est perpetuum neque certum, sed in casu & in uicini uolũtate positum. Ratio autem est, quia qualitas appellatur Aristoteli in Categorijs, ex qua quales nominamur. Id autem non fit ex omnibus qualitatibus, sed quæ non facilè mutantur & euelluntur. quod ipse in uno earum genere sic ostendit: Quæcunque accidentia ab ijs affectionibus ueniunt, quæ permanent, ac difficillimè tolli possunt, patibiles qualitates qualitates nominantur. Siue enim ui naturæ pallor, aut atror insint, qualitas uocatur (nam quales ex ijs nuncupamur) siue lõgo morbo, aut ardore, ita ut haud facilè aboleri possint, & in omnem ætatem permaneant, patibiles qualitates etiam dicuntur, siquidem ex his quales appellamur: quæ autem facilè dissipantur & euelluntur, πάθη, id est, motiones dicuntur, non autem patibiles qualitates: quia ex ijs nulli quales nominantur. Neq; enim quem pudor rubore afficit, ob idipsum ruber dicitur. nec qui metu pallet, pallidus. eo modo non quæcunque pro tempore adsunt prædijs commoditates, iura prædiorum appellantur: sed quæ perpetua & connexa sunt ita, ut nunquam, aut uix tolli possint: quia demum hæc iura sunt, ex quibus ipsa prædia qualiter se habent. Connanus lib. 4. cap. 7. num. 8. Brechæus l. quid aliud. & ibi Alciatus ff. de uerborum signification.

QVALITAS uini, frumenti, olei & nummorũ, pro genere & specie dicitur in l. 21. §. sed & si notam. ff. qui testam. face. cum l. 78. §. j. ff. de hæred. insti. l. 4. ff. de

ff.de tritico, uino.l.75.ff.de uerb.oblig.Briss.

QVALITATIS nomine Tullium libro j.Acad. quæst.cunctanter & cum excusatione usum esse, Insulanus obseruauit. Spiegel.

QVALITATVM aliæ necessariæ, aliæ non necessariæ. Priores in actione omnino exprimendæ sunt. ut, Peto decem à pupillo: quia ei mutuaui, intercedente tutoris autoritate. Hæc qualitas est necessaria ad uictoriamq; causæ facit. Et hæc interdũ à iure præsumitur.l.non putauit.§.non quæris.ff.de cont.tabu.l.si post diuisionem,sub finem C.de iuris & facti ign. De qualitatibus autem non necessarijs, perpetuum est,ut eas exprimi nihil necesse sit. Si tamen exprimantur,ne uitietur petitio, probandæ ueniunt.l.habebat.ff.de instit.Spieg.

QVALITERCVNQVE, pro utcunq;, hoc est, siue bene siue malè. Alberic.

QVALLVS uasis genus est, ex uiminibus compositum,per quod uinum guttatim defluit,cum uua imprimitur.à colando dictum,reliqua uerò materia exire prohibetur. Vergil.

Tum spisso uimine quallos, Collaq;.

Apul.in 4.lib.Asini aurei:Iam fermè,inquit, tertium quallum rumigabam. Ponitur etiam pro cistula,in qua mulieres ponebant pensa lanæ. Horat.

Tibi quallum Cytbereæ.

& hoc est quod decepit Accursium, qui exponit in loco illo Iurecons. Qualli, id est, canistri ad uindemiandum in eis. A' quallo,per diminutioné fit quasillus,& quasillum,qui alio nomine(Græco tamen) Calathus appellatur,secundum Fest.& Seruium super illo Vergil.in Bucol.

Tibi lilia plenis

Ecce ferunt nymphæ calathis. Cotta.

QVALLI, sunt canistra uindemiæ apta, siue ad comportandas uuas,siue ad colandum mustum, ut uult Seruius,inde dicta. Ait nanq; in illud Virgil.2. Georg. *Tu spissos uimine quallos*

Collaq; prætorum fumosis diripe tectis.

Qualli sunt per quos uinum defluit, qui & ipsi à colando sunt dicti. Columella in horto.Ipse ferens olitor deductos pondere quallos. Et Cato de re Rustica. Ad uindemiam,inquit,parentur qualla & sarcinentur. Vlpian.de fund.instru.l.instrumenta.Qualli,inquit,uindemiatorij exceptorijq;,in quibus uuę comportantur.Nebriss.

QVAM, in collatione aliquando ponitur solùm, nec habet quod illi respondeat:ut in l.3.ff.solut.matrimo.Sed si pecunia, inquit Paulus,ad patrem peruenit,quàm filia accepit: hoc est, Ad patrem prius peruenit,quàm filia accepit. Falluntur,qui eo loco pro relatiuo accipiunt. Eodem modo in l.2.§.mutui datio.ff.si certum petatur. Quia in genere suo,ait idem Paulus,functionem recipiunt per solutionem, quàm specie: hoc est, Recipiunt magis per solutionem,quàm specie.Vlp.in l.2.6.sed si dubitetur. ff.de iud.Alioquin,inquit,compelletur iudicium accipere,quàm inuenire eos possit, qui satis pro eo dent: hoc est, compelletur iudiciũ magis accipere, quàm quòd frustra nitatur inuenire fideiussores. Old.

QVAM, pro magis quàm,uel potius quàm, ut & Anto. Augustinus aliquibus in locis obseruauit,persæpe ponitur.l.2.§.sed si.ff.de iudi.l.2. §.mutui. ff.de reb.credit.l.7.in princ.ff.de depos.l.xx. in fin.ff.de adquir.hæred.l.49.ff.de legat.1.l.5. ff.de suspect. tutoribus.l.5.in princ.ff.de doli exceptio.l.8. C.de iud.l. 18.C.de liber.cau.l.ult.C. de usufruct.l.xx. §.hoc interdictum.ff.de noui oper.nuntiatio. l.j.ff. de mort. cau.donat.l.6.§.Titius.ff.ad Trebell.l.xxj.uersic.sed ubi.ff.de hæred.uend. Et apud Paul.lib.4. Sentent. tit.v.& tit.vj.& lib.5. tit.18. Sic & alij auctores sæpe loquuntur. Exemplis,quę infinita prope suppetunt ne abutar: illustriora duntaxat proferam. Tertull.libro xj.aduersus Marcio. Quia bonum scilicet fidere in Deum,quàm fidere in hominem. Et in Apologet. c.8.Sed bestiarum,inquis, opinor hoc munus quàm hominis. & cap.28. In ciuitatibus denique apud uos per omnes deos, quàm per unum genium Cæsaris peieratur,id est,potius quàm per genium. Sic & in lib.aduersus Hermogenem & aduersus Valentin. & in lib. ad Martyres & alibi sæpe idem auctor loquitur.Liuius libr. 3. Oratio fuit precibus quàm iurgio similis.Taci.lib.1. Verùm quia Romanis Germanisque idem conducere,& pacem quàm bellum probabant. Idem libro 3. Ad Drusum pergit, quem haud fratris interitu trucem,quàm remoto æmulo æquiorem sibi sperabat. Et paulo pòst. Cùm accusatores ac testes certatim perorarent,respondente nullo,miseratio quàm inuidia augebatur. Et alibi sæpe. Censorin.in libro de natali,de Aristotele loquens,Vt mirum sit ad annos 58.uitam pertulisse, quàm ultra nõ pertulisse. Sic & Terentius, si uera est quorundam interpretatio,locut⁹ est in primo uersu Prologi Eunuchi.Sic & Claudia.de bello Gildon.

—— Phalarim tormentaq; flammæ

Profuit, & Siculi mugitus ferre iuuenci,

Quàm tales audire choros. ——

QVAM pro,antequam in l.1.C.ubi causa fisc. Br.

QVAM,pro quantum, quibusdã interpositis uerbis,cuiusmodi sunt,possum,ualeo,& synonymis, obuia passim sunt exempla. Pro ualde ponitur in l. 2. C.de his qui uen.ætat.impet.Sic apud Cic.& nullos non idoneos Latinitatis autores reperitur.

QVAMCITO,cum aliquo temporis spacio, accipiendum est.l.quo enim.ff.rem rat.haber. Vnde & quamcito commodè fieri potest,arbitrio iudicantis relinquitur.l.j.ff.de iure delib.

QVAMDE apud ueteres perinde ualuisse ac ꝙ comparationis dictionem ostendit Crinitus de honesta discipl.lib.4.cap.15.

QVAMDIV,pro quoad.Paulus in l.illis libertis. de cond.& demon. Quamdiu adolescens ad militiã promoueretur,an hæc dictio faciat conditioné, Bartol.differit,in l.j.C.de leg.& in l.1.ff.de condit.& demonstrat. Spiegelius.

QVAMLIBET,haud scio an rectè, ut Alber. indicat,pro aliquam,accipiatur.in l.2.in prin. ff.de acquir.possess.Sensus concinnior uidetur,si pro quantumlibet sumatur.Spieg.

QVAMPLVRIMO uendere,apud Cicer.

QVAM maximam partem.l.si ita quis.ff.de leg.2.

QVAMOBREM,in Authen.de restit.fideicom. §.quamobrem. Vnica dictio, quibusdam etiam tres, quamobrem, modò interrogat, modò idem significat,quod Quapropter.Spieg.

QVAMPRIDEM,pro,quanto tempore ante.

QVAMPRIMVM, una dictio, ualde citò. Vide Spec.tit.de disput.& alleg.§.4. Spiegelius.

QVAMVIS,interdum causalis est. Alber.exemplis demonstrat, & simul ubi aduersetur indicat. ut in l.qui iurasse.in fin. ubi gloss.ff.de iureiuran.Interdum corrigit. ut in l.ubi autem non apparet. §.illud. uers.quod uerò.ubi gloss.& doctor. ff.de uerborum obliga.Bart.in l.tertia.§.in hac.ff.de commod. Nam particula Quamuis addit prioribus frequentissimè. Cicero: Quis est tàm stultus,quamuis sit adolescés, cui

cui sit exploratum se ad uesperam esse uicturum. l. qui saccum. ff. de furtis. Spiegelius.

QVANDO, id est, quo tempore, quandocunque, quocunque tempore, quandoque, aliquo tempore. Albericus rectè monet in dict. Quando, & quandocunque, de his dictionibus certam regulã tradi non posse: sed eas uel ad modum, uel ad cõditionem, uel ad tempus, pro materia, ut aiunt, subiecta, tum pro proferentis sententia referendas esse. Spiegelius.

QVANDO etiam, pro siquidem. quoniam sæpè occurrit apud Iurisconsultos. Spiegelius.

QVANDO, uel cum morietur, ut intelligẽdum sit, explicat Azo in Rubric. de collat. §. porrò. libr. C. sexto. Spiegelius.

QVANDOQVE, in futurum **Zukünfftiger zeit**. l. sed & si is. §. cùm autem. ff. de Carbo. edict. Old. Et quidem hæc particula communiter longinquũ tempus demõstrat, ut ex Tacito & Suetonio probat. Ferretus ad tit. Instit. quib. mod. re contrahitur obligat. Sic uidetur usurpasse Iurisconsultus in l. si culpa. ff. de rei uind. & l. si adrogator. de adopt.

QVANDOQVE, interpretatur quidam pro aliqua uice. Institu. Quibus modis re contrah. oblig. in princ. Quamuis malit Alciatus, Nori. tex. suffragante, eo in loco, quoniam pro quandoque legi. Idem antiquis in codicibus scriptum testatur hoc modo: Et quoniam nobis non eædem res, sed aliæ eiusdem naturę, & qualitatis reddantur, inde etiam mutuum appellatum est, &c. Quanquam indicat aliquos, qui pro aliquo tempore interpretantur. l. res in dotem. ff. de iure dot. Olden.

QVANDOQVE, aliàs pro certo tempore, ut alia tempora excludantur: Aliàs pro quandocunque. Flor. Hæres quandoque hæreditatẽ adeundo, iam tũc à morte successisse defuncto intelligit. ff. de acq. hær.

QVANDOQVE pro Quandocunque nõ rarò in libris nostris usurpatur. Sic Quãdoque uenerit, id est, quandocunque, in l. 2. ff. de condi. & demonst. & quandoque liberos habuerit. l. 18. ff. quando dies leg. ced. & quandoque nupserit, in l. 30. eo. tt. & quandoque conditio extiterit, in l. 28. ff. ad Trebel. & Quandoque apparuerint, in l. 15. ff. de leg. 3. Quandoque inciderint. l. 9. ff. de legib. Sic & in l. 35. ff. de iureiur. l. 54. ff. ad Trebell. & l. 7. ff. de pact. dotalib. l. 1. §. hæc pœna. ff. quod quisque iur. l. 104. §. pe. ff. de leg. lib. 1. l. 6. ff. de tributor. l. 7. ff. de uulg. l. 9. ff. de capit. dim. Sic Vbique, pro, ubicunque aliàs dicitur. Alibi quandoque ualet aliquando. ut l. 22. ff. de adopt. l. 8. §. manumissionis. ff. de donat. int. uir. At in tit. quib. mod. re contrah. obligat. quod ait Iustin. ut quandoque non eadem, sed alia eiusdẽ generis restituantur, id Caius eandem rem tractãs lib. 2. Instit. dixit statuto tempore. Et ita in l. 42. ff. de iure dot. accipi hæc uox potest. & in l. 37. §. nuptura. ff. de leg. 3. & l. 5. §. ult. ff. de Carb. ed. Hæc autem uerba, Quandoque restituas hoc significãt, cùm primùm poteris. l. 29. ff. quando dies leg. ced. Briss.

QVANQVAM, coniunctio causalis, idem significans quod tametsi. Hanc particulam aliquãdo subsequitur alia particula, tamen, & eleganter. ut apud Vlp. in l. quanquam. ff. de aqu. pluu. Sp.

QVANTA pecunia ex hæreditate Titij ad me peruenit, tantam hæres meus Seio dato: hæc uerba interpretatur Iabolen. in l. qui concubinam. §. cum ita, de leg. 3. Spieg.

QVANTA pecunia ad te peruenit, exponitur in l. cum stipulamur. ff. de uerb. sig.

QVANTAE summæ, in l. quisquis. ff. de leg. 3. testator dixit: Quisquis mihi hæres erit, damnas esto dare quantas summas legauero. Ibi teste præceptore meo Zasio, intelliguntur sub nomine summarum corpora: & licet uerbum Quanti, referatur ad pecuniam propriè, tamen ibi refertur ad corpora. Sp.

Verbum Quantas non ad numeratam tantùm pecuniam, sed & ad corpora pertinet, ut apparet ex relegatione dotis, quæ ita concipi solet, Quanta pecunia ad me dotis nomine peruenerit, & stipulationibus emptæ hęreditatis, quæ ita concipiuntur, Quanta pecunia ad te ex hæreditate illius peruenit. Vtroque enim sermone tam quæ in quãtitate, quàm quæ in corpore consistunt comprehenduntur. l. 95. ff. de legat. libr. 3. l. 42. §. primo. de legat. 2. l. secunda. ff. de hæred. uend. l. 7. & l. ult. ff. de dote releg. l. 50. in fin. ff. de uerb. oblig. Brisson.

QVANTI conductum erit, aut locatũ, apud Caton. cap. cxliiij. lib. 2.

QVANTI ea res est: ad ueram rei, de qua agitur, æstimationem refertur, non etiam quod interest: illud enim plerunque rei precium excedit. Nõ differt, quanti est, uel quanti esse apparet: id enim esse dicimus, quod probatum est, Alciat. ait, Atqui quanti ea res est, in edicto, Si quis iur. dic. non obtemp. pro eo Quanti est offensio & contemptus iurisdictionis, accipi oportet. Sic in l. j. §. hæc actio. ff. ne uis fiat ei: Quanti ea res est, id est, quanti expulsio. Et in l. si procurator falso. ff. de condict. caus. dat. Cõmuniter interpretantur doctores, ob rem, id est, ob liberationem, teste Old. Item in l. 4. §. in eum. ff. de damn. infect. Quanti ea res est, id est, quanti damnum est negatæ cautionis. Spiegel. Adde Brechæum in l. inter, sub tit. de uerb. & rerum sign.

His uerbis, Quanti ea res est, uel Quanti eam rem paret esse, uera rei æstimatio significatur. l. 179. ff. de uerb. sig. Nec enim ad id quod interest, sed ad rei æstimationem uerumque pretium plurimùm hæc clausula refertur. l. 93. ff. de uerb. sig. l. 8. ff. de in lit. iur. ueluti in edicto, quo aduersus eos, qui in turba damnũ dederint, actio in duplum quanti ea res est, proponitur. l. 4. §. hæc autem actio. ff. ui bonor. rapt. Et ideo nonnunquam id quod interest, & quanti ea res est, opponuntur. l. j. §. ult. ff. si quis ius dicen. l. 4. §. in eũ. ff. de damno infect. Nam id quod interest, uerum rei pretium plerunque egreditur & excedit. l. j. ff. de act. empt. Veruntamen pro re subiecta uaria fit horum uerborum interpretatio. Interdum enim ueritatem, id est, ueram quantitatem, ut in edicto, Qui satisd. cogantur, & in edicto De falso tutore: interdum pœnã, ut in edicto quod contra eos, qui in ius uocatos ui eximunt scriptum est, continent. l. pen. §. 1. ff. ne quis eum, qui in ius uocat. l. 2. §. ulti. ff. qui satisd. cogan. l. 7. §. j. ff. quod fal. tutor. Nec semper corporis ipsius, sed eius iuris, quo de agitur æstimationẽ continent, ut in edicto, Quod metus causa, item de dolo, Quanti ea res est sic accipimus, Quanti, id est, quod metu, dolóue extortũ à nobis abest, & quod restitui oportet: ut si proprietas abest, proprietas: si possessio, sola possessio æstimetur. l. 14. §. Labeo. l. 21. §. j. ff. quod met. caus. l. 18. ff. de dolo. Et in edicto De seruo corrupto, Quanti ea res est. sic accipitur quãto seruus ob id quod corruptus est, minoris existat. l. ix. in fin. ff. de seruo corrupt.

Interdum uerò, Quanti ea res est, utilitatem significat, & ad id quod interest agentis pertinet. ut in stipulatione, Ratam rem haberi non rei stipulandi uel promittendi compendiũ spectandum est, sed quod interest eius, qui stipulatus est, ratũ haberi quod gestũ est. l. 1. l. 3. l. 8. §. ult. l. 19. ff. ratã rem hab. Et in interdicto Vti possi-

possidetis, quanti interest uniuscuiusq; possessionẽ retinere l. 2. §. ult. ff. uti possid. Similiter in interdicto de itinere actuq; priuato, ex his uerbis æstimatur quanti actoris intersit uia siue itinere nõ prohiberi l.1.l.3.§.in hoc interdicto.ff.de itin.actuq; priua. At in interdicto ne uis fiat ei qui in poss.miss.cùm ad personam domini hæc uerba referantur, ueram utilitatem continent, ut quanti uerè intersit possessionem eius rei habere in cuius possessionẽ missus est, tanti is, qui prohibuit, condemnetur. & l.1.in prin.§. hęc uerba.& l.2.ff.ne uis fiat ei qui in poss.Bris. Itaq; cum lex Aquilia scripta sic esset, quanti ea res plurimi fuerit, Iurisconsulti in l.ait lex, 21.& l.seq. scribũt, non solum corpus æstimandũ esse quanti fuerit, sed etiam quanti nostra interfuit. Similiter Vlp.in l.4.§. in eum, ff.de damn.inf. In eum, inquit, quanti ea res est, iudicium datur: quod nõ ad quantitatem refertur, sed ad id quod interest. quod eodem modo licet animaduertere in l.9.10.& 11.ff.de seru.corrup.l.3.in fi.ff.uti possid.l.quoties, 81.ff.de uerb.obl. Hinc illæ notæ apud Valerium, Q.E.R.E.T.P.I.R.D.T.Q.D. D.D.P.F. Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ iudiciũ recuperatorium dabo. testibusq; duntaxat decem denunciandi potestatem faciam. Bris.

QVANTICVNQVE unaquæq; res erit earum rerum, id est, quantum ualebit, quantumq; erit in re. Instit.quibus mo.l. tollitur obligatio: passim nostri libri hoc habent, quanti ea res erit in l.1. ff. si quis ius dicenti non obtemp. l. Item. §. quadruplatur quod met.causa:l.si mulier.§. qui possessionem quos met. causa. Ferretus.d.§.quib.mod.toll.oblig.

QVANTI id opus erit. Hęc uerba apud Iurecõs. lib.j.§.fin. Si quis ius dic.nõ obt. ad id quod interest referenda sunt, sed ad ueram rei æstimationem, ut singulariter docet Alc.lib.3.Parerg.

QVANTI ille æstimauerit, quid hæc sibi uelit conditio, Iustinian. exponit in l.ult. C. de contrah. empt. Spieg.

QVANTI in litem actor iurauerit l. eius rei. ff. de re iud. Spieg.

QVANTI intersit, & quanti actor iurauerit: inter se differre, etiam Fulgosius censuit: & latè ostendit Duarenus l.in actionib. nu.22. de in litem iurando: nã Iurisconsulti hęc duo quanti interest, & quanti in litem iuratum fuerit, tanquã diuersissimas res coniungere solẽt l.non à iudice.ff.de iudicijs: & quę pro contraria sententia adferũtur, penitus ficulnea sunt. Vide Duarenum.d.loc.

QVANTI in triginta diebus proximis fuit. Hæc uerba Vlpiani ad legem Aquil.l. quemadmodum in fine, & si non habent uerbum Plurimi, sic tamen accipienda constat.

QVANTI maximi, quanti plurimi. Sic Plinius in epistol.fin.lib.3. Sic Columella lib.12. cap.31. Sic Alciatus: sed propter moram, ait, debitoris, quanti plurimi res ualuit, condemnatur, in leg.ij. ff. Si cert. pet. Spieg. Etsi autẽ quanti plurimi æstimatio quædam sortis accessio sit, & ob moram ueniat, tamen usuræ appellatione non comprehẽditur. Nam usuræ accessio est extra sortẽ, hæc uerò ipsius rei pars: nec est extra rem sed circa rem ipsam l. si sterilis. §. Cum per uenditorem. ff. de act. empt. Hotom.lib.1. de usuris cap.5.

QVANTI quanti benè emitur, quod necesse est, dixit Cicero in epist.ad Atticum lib.xij.Sp.

QVANTITAS, id quo quantum quid esse dicitur, aut iudicatur. Apellus legibus inseruiens, diuidit quantitatem in numerum, pondus, & mẽsuram. Numerus, ut duo, tria, quinq;, decem, cẽtum, mille. Pondus, ut sextans, quadrãs, dodrans, pondius, siue as, dupondius, tripondius. Mensura, ut digitus, palma, pes, passus, stadium, miliare, ulna, hemina, sextarius, congius, modius, urna, amphora. Quanquam pleræq; res eiusmodi sunt, ut & numerari, & ponderari, & mẽsurari queant: ut piper, & similes. Pleræq; ut ponderari & mensurari: ut butyrum, oleum. Pleræq; ut numerari & ponderari, ut pecunia: hæc etenim olim fuit appensa. unde pensio. Sententiæ iudicũ, ait Plin.lib.vij. Epist.numerantur, nõ ponderantur, id quod uidetur ei perquàm absurdum. Simili ratione motus Iuriscõs.in l.ij.de uerb.sig. horas diei ponderat, non numerat: atq; uult priores quinq; posterioribus septẽ præualere, propterea quòd ad quoduis negociũ conficiendum, a prãdio simus ineptiores. Spieg. Adde Forc. Necyomantiæ dial. 42.nu 3.

QVANTITAS etiam modũ significat l. 94. ff. de uerb.obligat.in qua quod initio Marcell. quantitatem dixerat, postea modum uocat. Sic quantitatem patrimonij, operis, transactionis, legatorum dicimus l.21.in fin. ff.de noui oper.nunt.l.19. ff.de milit.test.l.72.l.73.ff.ad l.Falcid.

QVANTITAS in iure ciuili quum opponitur corpori, sic definienda uidetur, res cuius uis ac momentum uel solùm, uel præcipuè spectatur: corpus uerò res cuius materia uel sola, uel pręcipuè spectatur. Vlp.l.34.§.2. ff.de leg.1. Eadem summa uolente testatore multiplicari potest. sed hoc ita erit accipiendum, si nõ certum corpus numorum sæpius sit relictum: utputa centum quæ in arca habet sæpius legauit. tunc enim fundo legato comparandum esse credo. Paulus l. 87. ff. de leg.2. Ei de quo quæritur precium tesseræ spectandum: quoniã tale fideicommissum magis in quantitate, quàm in corpore consistit. Idem in l.1. ff. de cont.empt. Electa est materia cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret. Papin. l.si is cui, 94. ff. de solut. Siue in singulis nummis communionẽ pro indiuiso quis esse intelligat: siue in pecunia non corpora cogitet, sed quantitatem. Sic Florent.l.65.§.1.ff.de uerb.oblig. Vlp.l.15.§. 3.ff.de re iudic. l.nam etsi, 13. in fi. & l.si socius, 16. ff. si cert.petat. Hot. Ac quidẽ de significatione quantitatis in d.l.j. de contrah.empt. Budæus in annotationibus admonuit Paulum qualitatẽ potius, quam quantitatẽ dixisse. Duarenus autẽ lib.1.anniuers.disputat. ca.6. tradit quantitatẽ nummi propriè & rectè dici æstimationẽ illam publice constitutam, qua quanti locabilis sit intelligitur. Cuius quãtitatis nota & signũ est character, qui nummo imprimitur ut Aristoteles lib.1.politicorũ ostendit. Et sic accipienda sunt Vlpiani uerba in l. à diuo Pio addicantur ea quãtitate id est, Valore (ut uulgo loquimur) & æstimatione, quanta est summa quæ debetur, ne si forte pluris aut minoris ualeant, alteruter id est debitor aut creditor afficiatur iniuria. Alij aliter interpretantur: nec parũ ea uerba negocij exhibuere Alciato pa rad.lib.6.cap.3.& in l.creditor.ff.de reb.cred.

QVANTITAS pro precio, & ualore. apud Paulum lib.sent.2.cap.32. Seruus qui furtũ fecerit, damnumúe dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire paratus sit, noxæ dedi potest. Hot.

QVANTITATES appellantur, quæ numero, pondere, & mensura cõstant: quæ longè à speciebus differunt. nam quantitates singulæ propriã speciem non habent, sed communi specie continentur: ait Vlp.l.cum Stichus 29.ff.de solut. Itaq; si numus pro

numo reddatur, & oleum pro oleo, & uinum pro uino: nó aliud pro alio, sed eadem species reddi uidetur. nam quod in eiusmodi rebus genere idé est, etiá specie idem uidetur l. 2. ff. si cert. petat. Species uerò singulæ propriam speciem habét & cómuni omnes genere continentur: ut Pamphilus & Dauus cómuni hominis genere comprehenduntur: sed alius est Pamphilus, alius Dauus. Itaq; qui illum pro hoc, uel hunc pro illo solueret, aliud pro alio soluere diceretur. Quantitates numero diuiduntur: d. l. cum Stichus, 29. quippe in qua non corpus, sed uis ac momentum spectetur l. si is cui, 9. ff. de solut. l. 87. ff de legat. secúdo. Species auté partib. diuiduntur. Hot.

QVANTO minoris actiones in iure ciuili duæ reperiútur, quarum altera ciuilis, altera ædilitia est. Ciuilis est, quanto minoris empturus erat emptor, si uitiú sciffet l. Iulianus, ff. de act. empt. Ædilitia est, quanto minoris res fuit contractus tempore, quàm quanti empta est l. quod si nolit, 31 §. si plures, ff. de ædil. edict. Per ciuilem actionem emptor si nihil daturus fuisset, omne quod dedit, recuperat: at per ędilitiam si res nullius precij est redhibetur l. boué, 43. §. aliquando, eod. Illa perpetua est: hæc uerò annua. l. ædiles, 38. eod. Hot. Et sic ferè omnes ad d. l. Iulianus tradiderunt, moti quod Iulianus eo loco dicat, si tignum uitiosum sit uenditum, & uenditor uitium ignorauerit, actione ex empto emptoré posse consequi, quanto minoris empturus fuisset, alteram prætoriam ex ædilitio edicto de mancipijs & iumétis propositam esse intra annum, illam esse de cæteris rebus perpetuam, ut de tigno. prætoriam esse, in id, quáto minoris res est. Sic enim uerba edicti sunt: l. ædiles aiunt, aut quanto minoris cum uenierint, fuerint: ciuilem quáto minoris quis empturus fuisset. d. l. Iulianus. Inter quę, inquiunt, plurimum inter est. Quorum utrunq. falsum est. Ná primum, quod dicunt actionem, quáto minoris. edicto ædilium de iumentis, & mancipijs esse propositam, uerè dicút. Quod addunt de ijs tantum in eo apertissimis sententijs Iurisconsultorum refelluntur, à quib. de sententia edicti est hoc traditum edictum ædilitium, & si de mancipijs & iumentis conceptum sit, tamé sen tentia ad uenditiones rerum omnium pertinere l. 1. ff. de ædilit. edict. Quod autem hæc genera ita distinguunt, ut prætoriam esse dicant in id, quanto minoris res est: ciuilem, quáto minoris empturus fuisset, ineptissimè faciunt, cum inter hæc nihil intersit. Nó enim in edicto ædilitio dicitur, quanto minoris iumenta sunt, sed quanto minoris, cum uenierint, fuerint. Id auté est, quantò minoris empturus quis fuerit. Tunc enim empturus erat, cùm ueniebant, & nó pluris empturus erat, quàm ualebant, & quanti ualebant tanti illum emptam habere æquissimum est. Vnde hoc iudicium æstimatorium appellatur, quia res æstimatur quanti uerè ualuerit, eo uitio affecta, quo tenetur, ut quanto minoris ualuit, quam empta est, tantum reddatur. Ne multis: illi ædilitiam, quantò minoris esse aiunt de mancipijs, & esse in id, quan tò minoris res fuerit, cú uenibat. Hoc iam nihil aliud esse nisi quanto minoris actor empturus fuisset, cognoscant ex eodem Iuliano, qui in l. quia dicitur. de euict. Ex cuiꝰ uerbis, uel cęco apparet, & nihil aliud esse, quantò minoris quis empturus fuit, quam id, quantò minoris res fuit, & de mácipio hác esse actionem quantò minoris fuerit, quod illi negabant. Hugo Donellus de ædil. edicto.

QVANTO minus à Titio consecutus fuero, dare tantum spondes? si ita à te stipulatus fuero, nó solet dubitari, quin si nihil à Titio cósecutus fuero, totum debeas, quod Titius debuerit Paulus de uerb. sig. Maffeus.

QVANTO plus adiectio, ad modicá summam pertinet. l. Hæc adiectio. ff. de uerb. signific. Curtius lib. 1. ἀκαγῶν cap. 7. tom. 2.

QVANTVM, ad numerum, & pondus, & mensuram refertur, hoc est, ad pecuniam, species, & corpora l. cum stipulamur. de uerb. sig. An auté sic uox qualitas, quod quidam tradiderunt, Alciatus dubitat. Spieg.

QVANTVM ad se soluere legé dicitur, qui contra legé facit. Auth. ut iud. sine quoq. suffr. §. illud uidelicet. uer. Oportet enim Alberic.

QVANTVM interest l. si qs seruú. ff. ad l. Aquil.

QVANTVM infinitum iurare. Vide Vlpianum l. qui restituere. §. j. ff. de rei uindic. Spieg.

QVANTVM mea interfuit. Paul. in l. ij. ff. ré rat. haber. hæc uerba declarans, sic dicit: quantum mea interfuit, id est, quantum mihi abest, quantumq; lucrari potui. Pomponius in l. si procurator, idé probat. d. tit. Spieg.

QVANTVMCVNQVE, aduerbium, tantum quantum. de quo Bart. in l. balista. ff. ad Trebell.

QVANTVS maximus. Plinius epist. ult. lib. iij. ad finem: dedit enim mihi, ait, quantum maximum potuit: daturus amplius, si potuisset.

QVANTVS QVANTVS, pro quantuscunq;.

QVARE, modò interrogat, modò ponitur infinitè l. non omnium. C. de tut. qui non sauf. l. j. in princ. de lat. libert. toll. Spieg.

QVANTVM ei debes, redde. Sententia incerta est l. quid tamen. § solutioni. ff. de recept. Spieg.

QVANTVM in se est, & quátum ad se pertinet: quid hæc uerba denotent, glos. exponit xlix. distin. c. fin. & Archidiac. Spieg.

QVANTVM queo, pro eo quod uulgus dicit, tantum quantum. Porrò de dictione quantum & quanti, uide Bart. in l. j. si sic legatú. in prin. de leg. j. & in l. j. de condit. & demonst. Spieg.

QVARTA, deducto ære alieno accipienda est. Papin. §. audita autem. ff. de inoff. test. l. in quarta ad leg. Falc. Spieg.

QVARTA quartæ l. unica. C. de latin. libert. toll. Spiegelius.

QVARTA quæ in iure nostro frequétissimè appellatur, multiplex est: & quadrátem eius assis quo de agitur, significat. Præcisè nanq; quarta, pro quarta pars ferè nominatur. Quartas igitur literarú ordine describemus. Hot. Quarum prolixioré tractationem qui desyderat, eá inueniet apud iuris interpretes. §. Sed quia hæres Instit. de fideicom. hæred. & ibi Faber & Aretinus.

QVARTA agnatorum erat quadrans hæreditatis intestato mortui, quá agnati si filij non extabant, nepotibus ex filia auferebát l. si defunctus, 4. de leg. hęred. lib. Cod. Theod. V. at ex lege Iustiniani quandiu posteri ulli sunt, quamuis ex fœmina prognati sint, agnati non admittuntur l. ult. C. de suis & legit. qua lege quartam illam agnatorum abrogauit.

QVARTA arrogati dicitur, cùm impubes caussa cognita arrogatus, sine caussa tamen emancipatur. tum enim quartam bonorum arrogatoris cum suis bonis obtinet l. Papinianus, 8. §. si quis impubes, ff. de inoffic. test. & l. 1. §. si impubes, ff. de collat. l. si arrogator, 22. ff. de adopt. Hoc autem, periculi quod uitæ pupillorum ab arrogatoribus impendebat, cui tandi caussa, institutú est. Duo quippe cauenda fuerunt

runt in istis adoptionibus: quia duplex ad deprædandum arrogati patrimonium aditus patebat: primùm si puer e medio tolleretur: deinde si emanciparetur. nam utroq; modo illius bona arrogatori quęrebantur. constitutum ergo est, primùm ut ne arrogator impuberis, eius ante pubertatem mortui hæres esset: deinde, ut impubes minimùm quartam arrogatoris sui bonorum partem lucraretur.

QVARTA curiæ dicitur, quadrans eius hæreditatis, quam alienus aliquis (hoc est, non ex numero decurionum) qui curiali succesit, siue asse, siue ex parte succesit, obtinuit. tum enim constitutum est, ut quadrantem curia postulare posit, non tamē de singulis rebus: sed ita, ut hæres uniuersum patrimonium in partes quatuor diuidat: & sors ducatur, ut uel curia quadrantem, uel hæres dodrantem obtineat leg. 1. & 2. Cod. quando & quibus quart. pars. libro decimo.

QVARTA ex tribus maribus est, quæ per S.C. Sabinianū inducta est: ut qui ex tribus maribus in adoptionem datus fuerit, ei quarta pars bonorū naturalis patris relinquatur. §. sed ea omnia. Instit. de hæred. quæ ab intest.

QVARTA Falcidiæ dicitur in iure, quam hæredes beneficio legis Falcidiæ retinēt ex legatis, si forsè amplius dodrante in ijs consumptum est à testatore. Lex autem id statuit non de singulis legatarijs, sed de uniuersis: ut scilicet legare ita liceret, dū modò pars quarta patrimonij penes hęredem remaneret. Itaq; tametsi plures legatarij sint, non tamē amplius eis quàm dodrantē licet attribuere. Vicissim autem non uniuersi hęredes, sed singuli quartam ex sua cuiusq; parte retinere possunt. modusq; patrimonij, non qui hæreditatis adeundæ, sed qui tempore mortis fuit, spectatur. & antequam ea quarta detrahatur, æs alienum, funeris sumptus, & precia manumissorum seruorum detrahēda sunt l. 1. & passim, ff. & C. de leg. Falcid. Id tamen cum grano salis intelligitur uidelicet si debite fecerit inuētarium alias enim non detrahet. §. Si uerò nō fecerit. & ibi omnis doctorum sylua in Auth. de hæredib. & Falcid. Sunt tamen casus in quib. testator, si uoluerit ipsam Falcidiam prohibere potest textus & ibi latè Bartolus. §. si uero expresim in d. Auth. de hæred. & Falcid.

QVARTA fideicommissarij dicitur, cum hæres post mortem suam rogatus est hæreditatis suæ partem quartā restituere. Valet enim fideicommissum, perinde ac si de hæreditate sua restituenda rogatus esset: & eatenus restituenda est, quatenus hęreditas testatoris patitur, secundum uulgatam formam iuris l. filiusfam. 114. §. ut quis, ff. de fideic. primo. Exēplum etiam extat in l. ita tamen, 27. §. Trebellianum, & l. epistolam, 75. §. 1. ff. ad Trebell.

QVARTA filię maiestatis damnati ab Impp. Arcadio & Honorio instituta est. nam cum olim ad liberos damnati maiestatis bona pertinerēt, l. eorum, ff. ad leg. Iul. maiest. is constituit, ut filijs nihil omnino relinqueretur: filiabus autem quolibet numero essent, quarta tantum ex bonis matris siue testatò, siue intestatò decesissent, attribueretur. ut haberēt mediocrem potius filię alimoniam, quàm integrum emolumentum ac nomen hæredis leg. quisquis, 5. Codice eodem.

QVARTA fisci quæ sit, docet Paulus in l. pen. ff. de iur. fisc. Quī tantam fidem accommodauit, ut nō capienti restituere hæreditatē: si deducta parte quarta restituit, nihil retinere debet. quadrans autem qui hæredi imponitur ipsius, eripiatur, & ad fiscū transferatur, unde dodrantis semissem solum capit, qui se detulit.

QVARTA liberorum appellatur, quadrans eius partis hæreditariæ, quæ si paterfam. intestatò decessisset, ad eos peruentura erat. qui quadrans liberis, qui uel inofficiosè exhęredatis, uel minorem in partem institutis quàm quantus ille est, attribuitur. ueluti si duo sint filij, quia legitima cuiusq; pars ab intestato est semis, iccirco sescuncia illis attribuetur: quæ semisis pars quarta est l. 8. §. si quis, l. 25. C. de inoff. test. l. omnimodo, 30. Cod. de inoff. test. & Nouell. V. & XXII. Iustinian. hunc quadrantē in trientem aut semissem pro numero personarū mutauit. nam si duo sint, sextantem uterq; auferet: quæ legitimæ portionis tertia pars est. si uerò sex sint, uncia singulis attribuetur: qui est legitimæ partis semis. Nouell. XVIII. & in Authent. Nouissima. Cod. de inoff. testam.

QVARTA matris auiæ curialis à Iustiniano instituta est, ut si mater mortui uel auia tempore quo filius, nepos ue moritur, in collegio eiusdem ciuitatis curialis reperta fuerit, quartam partem ipsorum hæreditatis obtineant lege secunda Codice quando & quibus.

QVARTA superstitis filij dicitur, cum paterfa. uxorem grauidam reliquit: & dubitatur, quot liberos paritura sit. nam auctores iuris cōstituerunt, ut pars pro tribus in suspenso maneat, usquedum mulier pepererit: quarta pars superstiti filio attribuatur. quod enim fieri non rarò admodum potest, spectarunt: id est, quia fieri poterat, ut tergemini nascerentur, quartam partem superstiti filio asignauerūt l. 3. ff. si pars hæred. petat.

QVARTA Trebellianica quæ nūc uocatur, Pegasiana olim fuit. nam Pegasiano S.C. institutū est, ut qui fideicommissum, siue uniuersale, siue particulare restitueret, quadrantem sibi retinere posset. §. sed quia, de fideicom. hære. unde intelligi potest, quòd lex Falcidia est in legatis, id Pegasianum in fideicommisis esse. nam quemadmodū hęres à quo plus dodrante legatum est, usq; ad quadrantem integrum retinere potest: eodē modo is qui plus dodrante restituere est rogatus, siue uni, siue multis plus dodrante reddere sit rogatus, quartam sibi retinere poterit. ueluti si domū quæ semissem ualeat, Titio: seruos qui trientem ualeant, Seio. tum enim duas uncias retinebit: nō quo ab utroq; semunciam unam detrahat, sed ut hæc uncia excedens in partes XII. diuidatur, quarū sex Titius, quatuor Seius auferet, duæ reliquæ apud hæredem remanebunt. Atque hæc quidem inter quartam Falcidiam, & Pegasianam similitudo est: differentia autem illa, quòd in Falcidiam legata non imputantur, in Pegasianam imputātur. itaq; si testator quadraginta in bonis habens, hæredi centum, Mæuio ducenta, Valerio centum leget: hæres ultra centum quę prælegati nomine retinebit, Mæuio quinquaginta, Valerio uigintiquinque quartæ nomine detrahet. at si hęredem cui centum legarit, roget hæreditatem restituere, centum quidem illa sibi legata retinebit hæres: quartam autem eo amplius non detrahet. cuius differentiæ rationem animaduerti hanc esse, quòd lex Falcidia uoluntati præsumptæ testatoris subseruiat, eiq; cōsentanea sit. existimatur enim testator legatis hæreditatem exhauriēs, errore id facere, & putare plus in hæreditate esse, quàm reuera sit: crediturq; uolūtas eius ea fuisse, ut hæres aliquid obtineret. At S.C. Pegasianum directò uolūtati testatoris aduersatur. con-

constat enim testatoris hác fuisse uoluntatem, ut nihil apud hæredem nisi nomē ac titulus, maneret. reuera alius hæres esset. Cū igitur aliquo præmio Senatusconsultum hæredes allicere uoluerit aduersus testatorum uoluntatem ad hæreditates adeundas, credibile est satis habuisse, si quadrans iste quoquo titulo ad hæredem perueniret. Itaq; Marcianus in l. in quartam, 91. ff. ad leg. Falcid. siue legatū, siue fideicommissum datū sit hæredi, siue præcipere, uel deducere, uel retinere iussus est, uel accepta pecunia hæreditatem restituere rogatus sit, uel conditionis implendæ caussa fideicommissum ei sit, ea omnia in quartam ei imputari scribit: in Falcidiam autem, nequaquam. Atq; hæc quidem de quarta Pegasiana. Iustiniani uerò constitutione Pegasiani uis in Trebellianum ita transfusa est, ut iam quarta Trebellianica uocitetur: quoniā hæres uel quartam, uel quod ei deest retinere, solutumúe repetere potest: actiones autem pro rata communicantur. at si totā sponte coactusúe restituit, omnium tum commodorum, tum incommodorum sit expers. §. sed quia, de fideicom. libert. Hot.

QVARTANA febris, quę ex atra bili, seu tumore melancholico putri efficitur. Sic dicta, quòd quarto die reuertatur, & exacerbet, infestetq;. Nam integro biduo intermittit, & tardè admodū finitur, neminemq; (ut Celsus testatur) iugulat. Sed si ex ea facta quotidiana est, in malis æger est: quod tamen, nisi culpa uel ægri, uel curantis nunquam fit. Iabolen. de ædil. edic. Qui tertiana, ait, febre, aut quartana, aut podagra uexantur, quiúe comitialem morbum habent, ne ijs quidem diebus, quibus morbis uacant, rectè sani dicentur. Vide, febris tertiana. Spiegelius.

QVARTA pars, seu triens, quæ uocatur legitima, debita iure naturali, non potest eripi liberis: nisi propter certa scelera. Quarta autem debitæ portionis sufficit ad excludēdam querelam inofficiosi testamenti. l. Papin. §. quoniam autem. ff. de inoffic. test. Spieg.

QVARTARII, sunt Festo muliones mercenarij, qui quartam partem quæstus assequebantur.

QVARTO nonas Martij. l. item ueniunt. §. pridiè. ff. de petit. hæred.

QVARTVMVIRI creati erant, quibus deducendarum coloniarum, aut si quid nouum nunciatum foret, ut curarēt, ne damno respub. afficeretur, obq; uaria negocia munus mandatum erat. Præter quos fuere quinqueuiri, agris diuidundis, muris, turribusq; reficiundis, sæpius ut plebem funebri pecunia eleuarēt: utq; æs alienum pro his qui soluendo nō essent, de publico soluerent: qui mensarij nuncupati. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. iij. cap. xvj.

QVARTVS pater, pro abauo. ut & apud Mar. x. Aen. Magnus apud Germanos nobilitatis gradus. Maximus, ad octauum usq; pertingit. Spieg.

QVASI uerbum differentiæ, diuersitatisq;, sed & decidendi rationem significat l. 63. §. si cùm tres. ff. pro socio.

QVASI, aliàs ueritatem denotat. l. si ante nupt. ff. solut. matr. Est enim particula assertiua ueritatis, ut in c. Parrochianos, iuncta glossa. ext. de decimis.

QVASI, aliàs similitudinē indicat. Pomponius: si alienam rem, inquit, sciens mulier, in dotem dederit, reddenda ei est, quasi suam dedisset. ff. solut. matri. Quasi, dixit, pro ac si.

QVASI, aliàs improprietatē significat l. ij. §. Voluntatem. ff. d. tit. Impropriæ significationis exēpla sunt, cùm iuris potestas aliquid censet esse, quod reuera non est. In conferenda enim utilitate ex uarijs negocijs humanæ societati, cur non tantum ualeat iuris autoritas, quantum ipsius facti ueritas? Itaq; dicimus. I. Quasi castrense peculium. II. Quasi dominiū eius, qui nō à domino bona fide emit. III. Quasi possessionem rei incorporalis. Instit. de reb. corpor. & incorpo. §. j. IIII. Quasi possessionē eius, qui dolo malo desijt possidere. V. Quasi sentētiæ instar est iudicialis cōfessio l. j. ff. de confess. VI. Quasi Seruiana. Instit. de actio. §. itē Seruiana. VII. Quasi excontractu agere. Instit. de actio. quæ quasi ex contract. nasc. in princ. VIII. Quasi ex delicto agere. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nasc. in prin. IX. Quasi dotalis fundus l. iij. ff. de fund. dotal. X. Quasi priuilegium l. si cùm dotem. §. fina. ff. solut. matri. Old.

QVASI accessio intelligitur pater, qui iubet cū filio contrahi l. 91. § an filiusfa. ff. de uerb. oblig. Bris.

QVASI dictio ergo sæpius interpretatur ꝓ tanquam l. adoptionis. ff. de adopt. l. uti ita in fine. ff. de donat. caus. mort. l. Item eorum in princip. ff. Quod cuiusq; uniu. nom. l. nec ullam. §. fui. ff. de petit. hær. l. 3. in princip. ff. de condict. caus. data. Corras. §. sed istæ. Instit. de action.

QVASI alea emi, dicitur, cū captus piscium, uel auium, uel missilium emitur. Emptio enim contrahitur, etiā si nihil inciderit: quia spei emptio est. autor Pompon. in l. nec emptio. de contrah. empt. Perpendendum autem diligenter, quòd cum emo iactu ram piscium, spes ipsa est loco rei. Id pulchrè declarat Bart. in l. si iactū retis. ff. de action. empt. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public. & uectig. Sp.

QVASI augmētum. Paul. de petit. hæred. Quod si oues, ait, natæ sunt, deinde ex his aliæ, eæ quoque quasi augmentum restitui debent. Sp.

QVASI bonus paterfam. l. si fundi. §. de usufr.

QVASI castrensē peculium eorum dicitur, qui priuilegia militum habent: quales sunt sacerdotes & aduocati. Spieg.

QVASI contractus in iure appellantur, qui non propriè contractus sunt, sed tantùm ad cōtractuum similitudinem accedunt. nam ut in contractibus, sic etiam in hisce actionibus rei priuatæ negocium geritur. uerùm hoc interest, quòd in contractibus con uentio interuenit, & uoluntas utriusque non modò concurrit, uerùm etiam declaratur: in his, unius solius actione tum ipse, tum etiam alter tacitè obligatur: ut facilè appareat, eos si minus re ac ueritate, at certè, tacitè ac presumptè, id est ipso iure contraxisse. præsumitur enim ac iudicatur negociorū gestor eo animo negocium gerere, ut ex dolo & culpa obligetur: uicissimq; etiam dominus eo animo esse iudicatur, ut lubenter se negociorum gestori obligatum uelit si quid suo nomine impenderit. quare nasci dicitur hæc obligatio, quasi ex contractu: id est, non ex uerò & actuoso (ut sic dicam) contractu, sed ex tacito & præsumpto l. 5. ff. de oblig. & act. l. 2. & 6. ff. de negot. gest. Hot.

QVASI decurio hoc dedit, non quasi domestica persona. Paul. in l. item eorū. Quod cuiusq. uniuers. nom. Spieg.

QVASI delictum dicitur, cùm culpa punitur ita quasi reuera delictum esset. Culpa enim propriè à delicto sic distinguitur, quòd in hoc dolus est, in illa non est. ueluti cū iudex malè per imprudentiam iudicando litem suā fecit. Imprudētia enim pars culpæ est, culpa autem pars quædam delicti. pœna igitur damnato sic imponitur, ut si deliquisset: cum tamen

men eius factum propriè delictum dici non possit l.5.§.si iudex,ff.de oblig.& act.§.1.Inst.de oblig.quæ quasi ex delict.Hot.

QVASI delictum dicimus,quando non ex dolo malo, sed magis imperitia quadam & minus prouidè peccatur. Vide tit. Instit. de oblig. quæ ex quasi del.nasc.Spieg.

QVASI dominium propriè appellatur, cum res alicui tradita est à non domino, iusto tamé mediante titulo Impropriè quasi dominium,appellatur uti le.Spieg. Adde & Corrasiū lib.6.ca.5.Miscell.nu.2.

QVASI dominiū duplex.Verum,& putatiuum. Verum,cum est uerè solutum, trāsactum,&c. Putatiuum, cum nō uerè, accedente tamen iusta erroris causa.ut si erraui in facto proprio,putans me soluisse, uel transegisse, persuasus fortasse persuasionibus uerisimilibus.ut ait Apellus Spieg.

QVASI dominium non esse tertiam speciem dominij,à directo, & utili distinctam, non una tantum ratione,probat Apellus capit.v.de adfin Spieg.

QVASI dominus dicitur,qui diu posidendo dominus effici potest.Zasius in l.stipulatio.§.hęc quoque.ff.de uerbor.oblig.Spieg. Rectius autem Hot. §.sed istæ quidem Instit. de act. qui quasi dominum definit,qui perinde habetur,ac si dominus esset, eodemq. iure utitur,quo si dominus esset uteretur.

QVASI dotalis, qui dotali seruo legatus est, ut ait Paulus in l.fundus de fundo dot. Spieg.

QVASI dos quæ à seruo ancillæ datur l.39. ff.de iur.dot. cùm enim matrimonium inter eos non consistat,nec dos esse intelligitur l.3.ff.eod.tit.

QVASI hæredes sunt, qui utilibus actionibus à prætore datis in hæreditatem restituuntur.leg.21.§. ulti. ff. quod met. cau. Et omnes omnino prætorij successores quasi hęredes sunt §.quos autem.Instit. de bonor.poss.

QVASI institor,& quasi institoria actio in l.quicunq.§. sed & cum fullo. & l.j. Ç. quod cum eo qui in alien. pot.est. Sp.

QVASI maritus. Vlp. in l cum hic status esset.§. si quis sponsam habuit. Et Iulianus inquit, tractat hanc quæstionem in minore duodecim annis, si in domum quasi mariti immatura sit deducta. Sp.

QVASI ministerio uacuo serui uti l.si pendētes. §.si serui.ff de usufr. Sp.

QVASI nulla actio est, quæ exceptione repellitur.§. Pomp.scribit l. & elegāter ff.Quod met.caus. Spieg. Quasi possessio incorporalium ueluti iuriū appellatur. Propriè enim corporales demū res possidentur l.3.§. qui usufructus. ff. de ui & ui arma. & Instit de interdic in prin. Vbi Theoph.quasi possessionem definit ἀσωμάτου πράγματος κράτησιν. Hæc autem quasi possessio in incorporalib. quæritur, per usum & patientiam aduersarij,sciente eo contra quē præscribitur l.2.C de ser.& aqu. Vt enim sine possessione, in corporalibus non procedit usucapio, ita nec in incorporalibus, sine quasi possessione contingit l.sine.ff.de usucap.

Solent autem hac uoce actiones utiles designari. Ecce enim hypothecaria actio,quæ creditoribus ad hypothecarum persecutionē datur, cùm ad exemplū Seruianę, quę de rebus coloni pignori pro mercedibus obligatis competit,introducta sit,quasi Seruiana,& utilis Seruiana dicitur l.13.§.1.ff.ad Veileia. §.item Seruiana. Instit de actionib. l.1. C.commun. de legat.l.1.§.cùm prædium ff.de pignor.Eodē modo quasi publiciana pro utili publiciana. in l. 70. ff. de rei uindicat. Sic quasi Fabiana uel Caluisiana l. ulti. ff. si quid in fraud. patro. Sic utilem actionem quasi institoriam dandam dixit Papinianus l. 10. §. idem Papinianus. ff.manda quod aliàs dicitur, utili actione ad exemplum institoriæ actionis agi l 13.§.si procurator. ff. de actio.emp. Hic quasi damni iniuria actionem pro utili Aquiliæ actione dixit. Idem Papinia.in l.27. ff. de procuratorib. Et aliàs, utilem actionem damni iniuria quasi ex l.Aquilia.l.51. ff. de furt. Sic & utilem actionem quasi tutelæ in l.52. §.1. ff. de pecul. dicimus. Et utilem actionem quasi domino dari l. 22.ff.de aq.& aq.plu.

Continet etiam hęc uox Quasi rationem diuersitatis uel decidendi in l.63.§. si cùm tres. ff.pro soc & l.33.ff. de obligatio. & actio l.5.§.quippe.ff.de his qui deiecer. uel effude.l.47. ff. de fideiussorib. l.6. ff. de exceptionib.l.36.in fi.ff.de pignerat.actio. Sed & ueritatem plerumq; hæc uox significat l.34. ff.de damno infecto. Et ualet,quód,in l.5.§. idem Iulianus. ff. de libe.leg. Bris.

QVASI posidens,hoc est,qui dolo malo,uel lata culpa desijt possidere, aduersus quē perinde agitur, ac si adhuc possideret l. qui dolo. & l.parem. ff. de regul.iur.l.sin autem.§.sed & is qui. ff.de rei uendicat. Spieg.

QVASI prędo habendus est,qui per litis contestationem uel denunciationem aduersarij cœperit intelligere hæreditatem occupatam ad se non pertinere.quia fit malæ fidei possessor l. sed & si lege.§. de eo autem.&.§.etiam si ante litem.de petit.hær.Sp.

QVASI præuentus in l.si quis postea.ff.ubi quis ager. Spieg.

QVASI sentētiæ instar est,iudicialis cōfessio.Sp.

QVASI Seruiana.Lege,actio Seruiana.

QVASI sub impossibili conditione legatum debeatur,de quo uide Scæuolæ respōsum in l. qui dotem. ff. de dot.releg. Spieg.

QVASI sui hæredes dici uidentur ascendentes, patrui,& fratres.not.in Auth.de hæred. & Falcid.§. si uero expressim.Spieg.

QVASI usucapere accipitur is,qui dicit se in statu usucapiendi fuisse,& quasi habitu,id est, aptitudine rem usucepisse,si à possessione non cecidisset, pètens reduci se,& reponi ad rei possessionem:ut usucapio perficiatur re ad usucapionis commodū restituta.Ex enarrat.Zasianis in §.sed istę.Inst.de act.Sp.

QVASI ususfructus dicitur earum rerū quæ in abusu consistunt: id est, quæ utendo consumuntur. proprietario enim satisdatur.satisdatio uerò in corporum locum apud illū succedit l.2. & 7. ff. de usufi car rer.& §.2.Inst de usufruct.Hot.

QVATENVS pro quoniam,quia,in l.26. §. si is qui.ff.mandati.l.15.§.item senatus. ff.de falsis.& l.53. ff. de fideicommis. libert. l.2. ff. si quid in fraud. patron.l.4. ff. de gradib. & adfini.l 49.ff.de uerb. oblig l. 6.in fi.ff.si cert peta.l.3.§.1.ff.de in rem uerso.& l.60.§.1. ff. de ritu nupt.l.35. in fi.princip. ff. de auro argento lega.l.14.ff.de aq.& aq.plu Festus lib.xj. In hac significatione ueteres Quatenus dixisse scribit, usitata illis quantum existimo litterarum E,& I, cōmutatione. Inuenio etiā sic Quintilianum locutum libro quarto Instit. cap. ij. Sed quatenus, ait, fortè quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus,iam de his loquamur. Et Plinium lib.iij.epist ad Caninium: & quatenus nobis denegatur diu uiuere, relinquamus aliquid, quo nos uixisse testemur. Et Sueton.in Claudio cap.xxvj. Confirmauitque quatenus matrimonia sibi male cederēt, mansurum se in cœlibatu. Bris. Interdum Quatenus accipitur pro

pro quousq;:ut l.grege.§.2.ff.de pign.& hypoth.quatenus utraq; pecunia debetur id est,quousq;.Conn. lib.4.cap.13.nu.5.Interdum pro quamdiu,& usq; ad illud tempus quo ut Instit. §. Item qui reipub. & ibi Aldobrãdinus de excusat.tut. uel curat. Frequẽtius tamen tam apud Iureconsultos quam Latinos autores pro, (quantum) uel in quantum, & ad quem finem accipitur.

QVATENVS ad eum peruenit,id est,quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas peruenit,exponente Caio in l. in hæredem. ff. de dolo. Adde & gloss.in Auth. de hæred. & Falcid.ad princ. indicat, hanc particulam denotare causam præsentem,præteritam,& futurã. Vide Bart.in l.j. ff.de cond. & demon. Spieg.

QVATENVS facere posit,hęc uerba innuunt, debere ita fieri deductionem, ne quis egeat: relinquendumq; ei esse, unde secundũ dignitatem suam honestè cum familia sua uiuere posit.Spieg.

QVATERNATVM feudum in Neapolit. constitutio.quaternionibus doanæ inscriptum est.

QVATERNIONES à quatuor militũ quibus præerant,numero dicti. Act.apost.xij. tradens eum quatuor quaternionibus militum custodiendum.

QVATVOR Euangelia. Quum unum dũtaxat sit Euangelium, quod propriè definiunt esse publicam,pridẽ adeò ac multoties promissę,electisq; diu ac multum expectatæ, demum uerò per Christum Iesum, partæ & exhibitæ salutis renunciationẽ atq; prædicationem: quatuor tamẽ uulgò dici cœptum est, nimirum à nostris illis quatuor sacris historicis Matthæo, Marco, Luca & Ioanne, qui dicta & facta seruatoris, nõ omnia quidem, sed quantum satis est ad cognoscẽdum ipsum Christum & redemptorem nostrum esse, in diuersis & multũ à se dissitis regionibus conscripsere. Per quatuor hæc autem Euangelia Deum testem uocabãt, qui administrandis officijs ab Impp.pręficiebantur,ut clarè patet ex constitut.ix. in Nouell. cuius partem ab initio suprà recitauimus in dictione Christi nomen. Ex præfatione D. Lucæ satis colligimus,quòd id temporis neq; Matthæi tantũ extabat Euangelium, aut Marci, sed multa ferebantur Euangelia,Nazareorum,Thomę, Matthiæ, secundum Aegyptios, secundum duodecim,Nicodemi,atq. item aliorum,quæ deinde uelut apocrypha reiecit ecclesia. Vide Gelasium in can. sancta Roman.dist.xv. Sp.

QVATVORVIRI, ut triumuiri: quatuoruiratus,ipsa quatuor uirorum dignitas. Sp.

Q V E

QVEM, & quod,adiectum corpori, cõditionem facit l.quintus. ff. de aur. & arg. leg. & l. si sic.§.j. de leg.j.Spieg.

¶ QVEMADMODVM uox,quot modis accipiatur, latissimè adnotarunt Bartolus,Iason, Alciatus, & nouissimè iuris V. Cõsultissimus Præceptor Corrasius rub ff.solut.mat. quorũ uerba huc nõ refero.

QVEMADMODVM,uariè accipi in iure Bart. indicat in rubr.ff.solut.matr.

QVENQVAM uestrum,in l.si creditores. C.de pact. Hæc locutio duorũ numero contenta est l.ubi. de testibus. Spieg.

QVERELA inofficiosæ donationis est, qua postulatur ut quod contra officij rationem donatũ est, reuocetur l.1.& pass. C.de inoff.donat. Vtriusq; autem hoc commune est, ut tum demum cõcedantur, cum uel alia ratione nulla liberi ius suum recuperare possunt,uel quadrans hęreditatis eius relictus nõ est: quæ pars legitima dicitur. nam si minus eis relictum est, quod deerit supplebitur l. si totas,5. & l. si mater,7.C.eod. Hot.

QVERELA inofficiosæ dotis est,per quam liberi quorum mater secũdo suo marito uel omnia bona sua, uel magnam eorum partem dedit, postulant ut debita sibi emolumenta præstẽtur l.1. C. de inoff. dot.Hoc autem duę priores inter se differunt,quòd prima non nisi & iure facto testamento, & adita ex eo hæreditate, & aduersus hæredem scriptum conceditur: l.Papinia. §. si conditione, ff. de inoff. l. scimus, §.illud, C.eod. Secũda uerò plerunq; & ab intestato, & ei qui ab intestato hæres est competit l.3. C.de inoff.donat.Illa rescindit testamentum,& planè ad intestati caussam reuocat, ut nihil ex eo ualeat.d.l.Papinia.& l.cum mater, ff.eod.hæc nunquã reuocat,nisi usq, ad legitimam tantùm l.1. & pass. C. illo tit. Hot.

QVERELAM habere res dicitur,& persona. Res,cum ex ea querela nasci potest:Persona,cũ queritur de iniuria,uel molestia aliqua.

QVERELA præparata (quæ non nisi extraneis datur.l.si quis filium.l.scimus.in fin.C.de inoff.testament.) dicitur, quæ in controuersiam aliquo modo perducta est. Præparasse autem querelã uidetur is, qui ad denunciationem,uel actionis editionem processit: multo magis qui litem cõtestatus est.l.quemadmodum.ff.de inoff.testam.Spieg.

QVAERERE hęreditatem plus est,quam adire. Suus enim etsi non adit,acquirit tamen hæreditatẽ. Goueanus cap.j.uar.lect.lib.j.

QVERIMONIA,subaudi,Iudicialis, per libelli oblationem intelligitur.C.de annot.excep.l.ut perfectus.fin.regun. l. si quis super sui iuris locis, prior de finibus detulerit querimoniam.Bar.in l.amplius rem rat.hab. Spiegelius.

Q V I

QVI de domo sunt,Dd.tradunt in prin.l. lecta.si cert.peta.inter eos & institores secundum Castrensem & Romanum continentur.

QVI,quæ, quod.Vide,quę de his dictionibus notantur in l.nuper.§.fin.de lega.3.l.quintus. de aur.& arg.leg.l.Stichum.de leg.j. Item in l.j. in princ.C.de Sum.trin.in l.omnes populi. ff.de iust.& iur. Cæterùm quamuis uulgaris uidetur doctrina interpretũ, haud tamen contemnenda est. Tradunt autem, Relatiuas illas particulas, adiectas qualitati genericæ, esse declaratiuas. Si uerò adijciantur qualitati, quæ non complectitur sub genere suo cõtenta, modò augere, nempe accedente copula: modò restringere, si illa desit.l.ea tamen adiectio.ubi Bart.de leg.3. Ias.in §.omnium.Instit.de action. Traditum item est,eiusmodi relatiua solere relationem speciei, non autem generis facere,l.siue. C.de neg.gest. l.eam quam. C. de fideicom.ubi gl.Spieg.

QVERELA inofficiosi scilicet testamenti,ius quoddam est rescindendi testamentũ, uel donationem,uel dotem in totum captam. An uerò querelæ nomine ueniat actio, an accusatio, & eadémne sit q̃ petitio hæreditatis,uel officium iudicis dici debeat, differunt doctores in l.1.C.contr.tab.in l.posthum⁹. §.pen.& l.qui de inofficioso.ff.eod. Sed uanè,& teste D.Old. pueriliter. Nam Iurisconsf.promiscuè appellant aliàs actionem.ut in l.2. & l. quemadmodũ. ff.de inoffic. Aliàs accusationem. ut in l.si instituta. & in l.si suspecta ff.eod. tit. Aliàs ut cõmuniter,querelam.quam uocem modestiæ causa usurparunt, ad denotandam hanc actionem:quæ locum quãdo habeat,

beat, suprà in suo ordine indicauimus. Viglius admonuit ἐν τῷ ἀναλυτικῷ, Gręcos probare conari, querelam esse causam ipsius actionis, uocareq; petitioné hæreditatis de inofficioso. quemadmodum enim, quòd quis in testamento scriptus est hæres, causam illi petundæ hæreditatis præbet l.j.ij.iij. ff. de petit. hęred. ita & quòd inofficiosè exhæredatus, uel præteritus est: & quemadmodum non ipsa hęredis scriptio, uel institutio, sic nec inofficiosi querela actio est, sed actionis causa. Sic Orphitianum, Tertyllianumq; S.C. causam actioni pręběť, actiones dici nequeunt: idq; & Scæuolæ autoritate probant d.l. qui de inofficioso. fac. l. si quis filium. C. eod. & Vlp. qui plura esse iudicia petitionis hæreditatis significat l. diuus. §. final. d. tit. de petit. hæred. Plura autem sunt ex causarum diuersitate. Legitur tamé interdum & inofficiosi testamenti actio dicta l. quemadmodum. sed & creditæ pecuniæ actio inuenitur: quum tamé nulla sit propriè creditæ pecuniæ actio, sed cōdictio significatur, quæ ex creditæ pecuniæ, id est, mutuò numeratæ causa procedit. Spieg. Scitè autem, antiqui illi querelam appellarūt, quod de paternis iniurijs conquerentem filium audiri iustum est & usitatum, eum ipsum accusanté uix quisquam ferat. Nec uerò actionis nudum nomē satis efficax uidebatur ad infirmādum testamentum, quod nisi probata patris iniquitate fieri non poterat. Sic igitur temperarunt istud, ut neq; molliorem appellationem, quam pro iudicij grauitate, neq; acerbiorem, quam pietas ipsa postulat, accōmodarent. Conn. lib. 9. ca. 8. nu. 2.

QVERELA præparata (quæ non nisi extraneis datur l. si quis filium l. scimus. in fin. C de inoffic. testam.) dicitur, quæ in controuersiam aliquo modo perducta est. Præparasse auté querelam uideturis, qui ad denunciationem, uel actionis editioné processit: multò magis qui litem cōtestatus est l. quemadmodum, ff. de inoff. test. Oldend.

QVERELAE etiam ad magistratus deferuntur, cùm eorum officium in his imploratur, quorū actio proposita non est. Sic seruos de dominis, sic patronos de libertis querentes audiunt præsides & præfecti l. 4. ff. de his qui sunt sui uel alie. l. 1. ff. de offic. præfect. urb.

QVERELAE nomine tres in iure ciuili actiones appellantur: una inofficiosi testamenti: altera quæ ad illius similitudiné introducta est, inofficiosæ donationis: tertia, inofficiosæ dotis. Olden.

QVI, pro qualis. Cic. in Antoniū: qui uir, & quatenus fuisse? Bud.

QVI, aduerbium, pro quemadmodum, uel quomodo, uenustè ponitur.

QVI, relatiuum, si qualitas relatoria omnib. competat, ut in l. omnes populi. ff. de Iustit. & iur. non restringit, sed declarat. Sic in l. j. C. de sum. trin. cū Imper. dicit, cunctos populos, quos uera fides, &c. Si uerò non omnes, tūc restringit. ut, omnes, qui arma portarint, puniantur. Et hæc uera sunt, nisi copula præcedat relatiuum. quia tūc augetur dispositio. ut cum dicimus: dabitur præsentibus, & etiam eis, qui aduenerint. Gloss. in l. ea tamen adiectio. de legat. ij. Zasius. Hæc particula adiecta uerbo futuri temporis, quando facit conditionem, Bartolus docet in l. decem cū petiero. & l. si ita quis promiserit. in princip. ff. de uerborum obligatione. Spieg.

QVI amplius oneris, quàm licuit, uexerit. Vide Marcell. in l. si cui uia. ff. Quemadmodum ser. amit. Spiegelius.

QVIA, regulariter est causalis. indicat & Bar. in l. demonstratio. §. quod auté. ff. de cond. & demonst. Spiegelius.

QVIBVS ipsis. Pomponius: regula iuris ciuilis est, ait, quæ efficit, ut quibus ipsis legare possumus, eorum quoq; seruis legare possimus. Spieg.

QVIBVSLIBET uox, de inhabilibus accipiendum non esse respondit An. Alcia. resp. 370. num. 9. ex Baldo cap. 1. §. donari. quib. mod. alie. olim feud. alie. in usib. feud. Prat.

QVICVMQVE, dictio distributiua, idem significat quod, quisquis: quia uox hæc, cunq;, naturam geminationis habet: unde & qualisqualis, à Iuriscōs. scribitur, cùm alij, qualiscūq; dicát: sic & taliscunq;, & utercūq;, pro uteruter, & si qua similia. Huius autem distributiui duplicis, natura est, ut rem in solidum cuilibet attribuat, & uel in uno possit effectum consequi, nedum in omnibus. Quod rectè Bart. declarat, ut Alc. attestatur cap. xj. lib. Parerg. iij. Continet auté tam masculos, quàm fœminas l. Ait diuus. ff. de iur. fisci. cum simil. Item complectitur ciuitaté, municipium, corpus, collegium, & uniuersitatem l. metum. §. animaduertendum. & seq. ff. quod met. caus. Vide Barto. in d. l. ait diuus. & in l. necessarias. §. si annua. ff. de pign. act. ubi excutit, idéne sit, quod, omnis. Et quamuis, quicunq;, cuiuscunq;, maximè extendantur in iure nostro, tamen nihilominus intelligitur, cuiuscunq; sexus, de personis aptis. per not. Gloss. in l. Promittendo. in princ. ff. de iur. dot. Adstipulatur Gloss. in l. ut gradatim. §. j. ff. de mun. & hono. Vbi etiam uniuersalitas ad aptas personas restringitur. Memorabilis est illa Zasij doctrina, quā tradit, enarrans. §. de cōstituta. Instit. de actio. Quod quamuis ius ciuile loquatur & decidat sub uniuersali, tamen ista effusa uniuersalitas restringitur ad aptas personas: & nunquam in iure nostro tāta uniuersalis est propositio, quæ uniuersaliter omnino intelligatur, quin accipiat restrictionem ad homines aptos. per Gloss. in iam d. §. in uerbo, cum omnibus. Oldend.

QVI meus erit, an ita quis loquatur, si meus erit, non interest, utrobiq; enim conditioné inesse Pomponius tradit in l. nuper. de legat. iij. Spieg.

QVI nasci speratur, pro superstite habetur: sed tantum, ut Paulus explicat, cum de ipsius iure quæritur l. quod dicimus, de uerborum significatione. Quapropter in illa conditione fideicommissi, si rex Parthorum sine liberis ex se legitimè natis, discesserit, talis respub. sit hæres. Respōdit Baldus per l. qui in utero. ff. de Statu hom. Qui in utero tépore mortis fuerit, non esse impedimento, quo minus euenisse conditio uideatur: hic enim nō de uentris, sed de hæredis commodo agitur.

QVI nescit, is uidetur experiundi potestatem nō habere, ut ait Caius in l. annus. ff. de calumnijs. Sp.

QVI omnino non respondet, cōtumax est. Contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet, ut in solidum conueniatur. Vlp. ait, in l. de ætate. §. j. ff. de interr. act. Spieg.

QVID, infinitè captū, ut Bart. docet. in l. si seruū. ff. de acqu. hæred. uerificatur in qualibet particula. Interdū pro aliquid ponitur. Vlpian. in l. j. §. hic tit. ff. de publ. Et omnes, inquit, qui quid à fisco conducunt, rectè appellantur publicani. Spieg.

QVID ad Rhombum? Huius prouerbij meminit Gloss. in Auth. licet. C. de natu. liber. quod Alc. teste, de his dicitur, quæ ad collationem admitti nō debent, uel nihil ad rem propositam faciunt. Videtur à pisce rhombo optimi saporis deductum. Sp.

QVID intersit actoris, duplex est consideratio. Altera de damnis & dispendijs rerum, quas amisit. Altera de lucris & utilitatibus non acquisitis. Qua ratione interdum utilitas amissa, maioris erit, quàm res ipsa. Quam differentiam Vlp. eleganter explicat in l. Iulianus scribit. §. ult. ff. ad exhibend. Spieg.

QVID ita, una pars orationis, inquit Donatus, pro quamobrem.

QVID ni? cur non? l. j. §. si quis ita l. ita stipulatus. ff. de uerb. obligat. annotauit & Albericus. Sp.

QVID, quale, quantumq; sit, si ui nominis, uel aliqua demonstratione, aut relatione apparet, certum dicitur. autor Iurisconsf. in l. certum est. ff. si cert. pet. Spieg.

QVIDAM, personam certam dicit, & singulare potius signum est, quàm particulare. Nec subsistit, quod aliqui uolũt quidam, pro quis, esse dictionem uniuersalem. Indiuiduum nanq; ubiq;, sed non demonstratum indicat, si rectè textus excusseris. Sp.

QVIDAM filij, duos tãtum etiam complectitur: quod ceu obseruatu dignum traditum est in Gloss. l. j. C. de inoffic. donat. Pontificij iuris interpretes uerb. quidam alij, ad tres, uel quatuor referũt. cap. j. ext. de rescript. & eod. tit. cap. ij. lib. vj. Spieg.

QVID QVID, infinitè capitur, nunquam refert l. quod si sic. ff. de hęr uel act. uend. cum simil. de hac uoce lege Bart. in l. balista. ff. ad S. C. Trebell. Sp.

QVIDQVID dare facere oportet, & oportebit l. si stipulatus. §. j. l. cum stipulamur. ff. de uerb. oblig. Spiegelius.

QVIDEM, ponitur pro uidelicet, uel uerò. Quã particulã uolunt grammatici duobus modis in oratione accipi. Vno, ad distinguẽdas res. Altero, quasi per exceptionem eius quod affirmes. Exempla habes apud Laur. in Poggium Antid. lib j. Spieg.

QVIES, pro laxamento & ocio, Vlp in l. j. §. cura carnis. de offic. præf. ur. Quies quoq; popularium, & disciplina spectaculorum, ad præfecti urbi curam pertinere uidetur. Siquidem indubitatum est, uel in primis ad præfecti urbi officium spectare, ut curet perpetuùm populi tranquillitatem, hoc est, ut quietè & securè uiuat. Seneca autor est, legum conditores festos instituisse dies, ut ad hilaritatem homines publicè cogerentur: tanquã necessarium laboribus interponentes temperamentum. Spieg.

QVIES, & Vigilia opponuntur.

QVIESCERE, pro abstinere & supersedere.

QVIETE, aduerbium. Cicer. in de senect. Quietè & eleganter acta dies.

QVIETE obtinere, hoc est, securè. in Placitis feud. de pace tenend. §. si tres uel plures. Spieg.

QVIETVM aliquem reddere, efficere ut quietè & securè uiuat.

QVIETVS & securus l. quisquis. C. de episcopis & cler.

QVILIBET uerbum, rem de qua agitur. cuilibet in solidum appropriare solet. ut dicit iuxta Zas. nostrum elegans Gloss. in l. si pluribus. de leg. ij. & ibid. Bart.

QVILIBET & quælibet ponitur pro aliquis, uel aliqua: ut in c. de homine. de celebrat. missar. Io. Bell. Etymolog.

QVIMATVS, hoc est, spacium quinq; dierum. Spiegelius.

QVIN, pro quod, in l. quisquis. de uerb. sig. in l. nauta. in fin. ff. naut. caup. stabul. & multis alijs locis. Sic Terent. in And. Non dubium est, quin uxorẽ nolit filius. Cæterùm annotant doctores, in l. nõ dubium. in princ. de leg. iij. & in l. ubi. §. fin. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. hanc particulam poni negatiuè & affirmatiuè. Spieg.

QVIN particula, quot qualesq; uarietates & significationes habeat, & quam sæpè in ueterum scriptis obscura sit, docet Gellius lib. noct. Att. 17. ca. 13.

QVINA dena, uulgò quindena. ff. ad leg. Falcid. l. qui quadringenta. §. qui ducenta. Spieg.

QVINARIVS dimidium denarij, id est quinq; asses. Denarius enim primo asses decem ualebat, ut ex Mœciano annotauit Anton. August. emendat. lib. 2. cap. 7.

QVINCVNX, dicitur spacium quinq; unciarũ, siue pedum, quod inter arbores, siue uites serendas relinquitur. Vide sextans. Gloss. in §. hæreditas. Inst. de hæred. instit.

QVINCVNCES usuræ, Scæuola, ut cum fuerit Basilica annorum uigintiquinq; cũ usuris quincuncibus restituerentur.

QVINDECIM uiri. Lege, duumuiri.

QVINI, æ, a, quemadmodum de binis & denis est dictum, nomen est diuiduum, siue distributiuum ad singulos tantum. Aphricanus lib. 21. tit. de euictio l. si duos. Si duos, inquit, seruos quinis à te emam, & eorum alter euincatur, &c. Accursius quinis pro bis quinq; exponit, falso nimirũ interpretamento. aliud nanq; est emere duos seruos quinis aureis, aliud bis quinq;, id est, decẽ aureis: nam illud significat, quod quenq; illorum emi quinq; aureis diuisim, hoc uerò quòd ambos emi decem aureis cõiunctim. Cui uerò sensui magis accommodari debeant uerba legis, iurisconsulti uiderint, nos sermonis Latini puritatem inquirimus. Nebriss.

QVINQVATRVS, & quinquatria, utrumq; enim dicitur, feriæ erant in honorem Mineruæ institutæ sic dictæ, quod quinq; diebus fierent, ut Ouidio etiam placet, dum scribit:

Vna dies media est, & fiunt sacra Mineruæ
Nomina, quæ à iunctis quinq; diebus habent.
Sanguine prima uacat, nec fas concurrere ferro
Caussa quod est illa nata Minerua die.

QVINQVE pedum usucapionem Cic. nominat in lib. de legib. 1. eo loco quẽ subijciam, &, si possum, explanabo. Ex hac, inquit, nõ rerum, sed uerborum discordia controuersia nata est de finibus: in qua (quoniam usucapionem XII. tabulæ intra quinq; pedes esse noluerunt) depasci ueterem possesionẽ Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus, nec Mamilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines regemus. Depasci Academiæ possessionem, refert ad usucapionem spacij quinquepedalis. Sensus est, ut in cõtrouersia uicinorum de finibus, termini requirũtur, quibus repertis quinq; quaqua uersus pedes definiuntur, qui quamuis longo tempore ab alterutro possessi sint, finib. tamen dirimendis reseruantur: sic in cõtrouersia de finibus bonorum & malorum quæ philosophos exercet termini Academicæ disciplinæ à Socrate positi peruestigãdi sunt: & Antiochi arrogantia illius gloriam depascentis regenda & coercenda est. lex autem Mamilia unicũ adigi arbitrum uolebat finibus agrorum regundis, sed cũ tres tum essent, facetè intulit: nec Mamilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines regemus. De hac lege Aggenus Vrbicus his uerbis: de fine enim lex Mamilia quinq; aut sex pedum latitudinem præscribit, quoniam hanc latitudinem uel iter ad culturas accedens occupat uel circumactus aratri, quod usucapi non potest. Hot. Et ab hoc spacio Imperatores præ-

præscriptionem submouisse patet apud Iuliū Frontinum in libro de iure limitū, & in l. quinq; pedum. C.finium regundorum. cui primi illuxerunt Petrus Crinitus lib.25.de honesta disciplina cap.4.& Marinus Becichemus Scodrensis Epistolicarū quæstionum cap.78. Et post eos Alciatus: ad l.quidā. C.de decurionib. Maioragius Miscellaneorū lib.4.ca.7.

QVINQVENNALIS in l.1.de medi.& professorib.in C.Theodos.Hoc erat in municipijs quibusdam magistratus nomen.Spartia.in Hadria.Per Latina oppida dictator,& ædilis & duumuir fuit,apud Neapolin Demarchus,in patria sua quinquennalis. Apule.lib.x. de Asino aur. Gradatim permensis honoribus quinquennali magistratui fuerat destinatus. Brisson.

QVINQVENNALES induciæ in l. fin. C.qui bon.ced. possunt,uocantur pecuniæ soluendæ dilationes quæ à iuris autoribus dicuntur etiam moratoriæ præscriptiones l quoties. C.de precibus Imp. off. Gallico uulgi uocabulo respits appellantur, ut annotat Mallæuilleus ad regias aquarum consuet. articulo 34.Communiter autem huiusmodi dilationes seu securitates ad annos quinq; concedi solent: unde Oldendorpio dicuntur priuilegia quinquennalia l.ius singulare est. ff.de legibus communi uerbo quinquernel.

QVINQVENNIVM, dicitur multum temporis,in l.j.§.quod dictum est.ff.de separat.Sp.

QVINQVENNIVM cōtinuum,quomodo intelligatur in collusiono detegenda, declarat Vlp. in l.ij.eod.tit.Spieg.

QVINQVEVIRI.Lege,quartumuiri.

QVINQVIES quaterni, in l. antiqui. ff. si pars hæred.pet.

QVINTAE Calendæ. Lege, Calendæ quintæ. Conn. uerò lib.6 cap.1.nu.5. per quintas Cal.intelligit Quintiles, id est Iulias ob causam ut ibi per eū.

QVINTIENS.Vide Centiens.

QVINTO nonis Martijs,quę proximè fuerunt, apud Vlp.l.item ueniunt.§.præter hæc.de petit.hæred. Spieg.

QVINTVM, aduerbium, ut, quintum consul, tempus designat,& quater ante factum.

QVIPPE, interdum est rationalis, hoc est, eius quod præcessit rationem reddit: interdum pro certè,& pro omnino ponitur.Alberic.

QVIPPE cum Vlp. Quippe cū initiolis in eum contestata non sit l. seruus. ff. de his qui not. infam. Sicut Cic.II.Offic. Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet, quippe cū ea sine prudentia satis habeat autoritatis.Spieg.

QVIRINVS, Oldendorp. ait,uelut cōditor urbis Romæ consecratus: cùm antea Romulus diceretur:deseruit nobis ad intelligēdum id,quod Iustinianus dicit, Instit. de iur. nat.gent. & ciu.§. sed ius quidem. Sic enim inquiens, & ius quo Rom. pop. utitur, ius ciuile Romanorum appellamus, uel ius Quiritū,quo Quirites utuntur.Roman. enim,à Romulo Quirites appellantur.Sunt autē multis mutata nomina post dedicationē:ut augustiores uideantur, relicto humano nomine. Sic quæ mulier Leda, Nemesis dicta est Dea:quę Circe,Marica:quę prius Ino, post factam deam, matuta: qui Æneas, postea Iupiter indiges:Romulus,Quirinus nominatus est, in gratiam Sabinorū: propter quos Rom.homines, Quirites appellati, à Curibus Sabinis, siue ut Ouidius inquit, quòd hasta quiris priscis est dicta Sabinis, Bellicus à telo uenit in astra Deus: siue suo regi nomen posuere Quirites, seu quia Romanis iunxerat ille cures.Spieg.

QVIRITARE,Budæo teste aliquando est deos hominesq; implorando,contestari. Dicimus quoq; quiritari pro eodē significato, σχετλιάζειν καὶ βοηθεῖν. Brechæus in l.Detestatio.ff.de uerb.& rer.sig.

QVIRITES,Romani,à Quirino,id est à Romulo primo urbis conditore.§.ius ciuile.uers. Romani enim. Instit. de iur.nat. Spieg. Hoc uerò illustrissimum nomen aliquando Romanis opprobrio fuit, quasi qui præter nomen nihil haberent antiquę uirtutis & audaciæ.Cęsar apud Lucanum discedite castris: tradite signa uiris,ignaui signa Quirites,& Lāpridius in Alex.Vos omnes hodie uno ore,atq; una uoce Quirites dimittam, & incertū an Quirites. Nō enim digni estis,qui Romanæ plebis sitis,& cum nihilominus post ista fremerent,exclamauit: Quirites discedite atq; arma deponite.Conn.lib.9. ca.5.nu.1.

QVIRITIVM ius dicebatur, quod ciuium Ro. caussa propriè institutū ita erat, ut peregrini omnes eius plane expertes essent. Id autem quantū ad dominium acquirēdum attinet (de quo solo tit. Codicis intelligendus est,de nudo iure Quiritium tollendo)ab Vlpiano quidem in Institutionibus tribus in rebus ponitur,mancipatione,usucapione, & in iure cessione:à Varrone autē lib.de re rustic.II.sex.nam præter superiores addit iustam hæreditatē,emptionē è præda sub corona,& emptionē in bonis sectioneue alicuius.Verba eius hæc sunt. In emptionibus (emptionem autem omnem acquirēdi modum intellige, ut suo loco docuimus) dominum legitimū sex ferè res perficiunt:si hęreditatē iustam adijt(intelligit autem legitimam dūtaxat. arg.l.3. ff.pro soc. legitima enim ad ciues solos, id est Quirites pertinent:) si,ut debuit, mancipio ab eo accepit, à quo iure ciuili potuit (mancipationē significat,de qua suo loco diximus, & quam Quiritium esse propriā Cicero & Boetius in Topic.demonstrant:)aut si in iure cessit qui potuit cedere (sic restituo ubi legebatur cui) & id ubi oportuit (id est,apud eū apud quē legis actio est. hoc significari cognosces ex formula cessionis in iure:) aut si usucepit (usucapionē enim Quiritium esse propriā indicat Cicero ex XII. tab. in libro offic.1.)aut si è pręda sub corona emit(quo de more Gellius lib.7. cap.4.) tumúe cùm in bonis sectioneúe cuius publicè uenit. qua de re suis locis explicauimus. Ius ergo Quiritium hoc erat,ut si aliquo illius generis modò acquisita res esset, nihil esset periculi à litibus: quemadmodum in Orat. pro Cæcina Cicero declarat, ut perueniat ad me fundus,inquit, testamento alicuius fieri potest: ut retineam quod meum factum sit, sine iure ciuili nō potest.id est,sine iure Quiritium. quia hæredis institutio ius Quiritium nō transfert, sed iusta, & legitima hæreditas:ut superius dictum est. Item,fundus à patre relinqui potest. at usucapio fundi, hoc est finis solicitudinis ac periculi litium, nō à patre relinquitur,sed à legibus. aquæ ductus, haustus,iter,actus,à patre: sed rata auctoritas harum rerū omnium,à iure ciuili sumitur. Hinc ius euictionis, de quo suo loco commemorauimus.Hot.

QVIRITVM iure rem esse meam aio, quando uindico,aut mancipatum,uel iure cessum accepi.l.1. §.1.ff.de rei uindic Bris.

Ex iure Quiritiū liber is fiebat,qui uindicta, censu,testamentoúe ab eo, qui ex iure Quiritium dominus erat,nullo iure prohibente manumissus, plenissimam ciuitatem Roma. consequebatur. Quemadmodum

modum Vlp. in Instit. tit. j. exponit. Quò alludēs Seneca lib. iij. natur. quæstio. Hæc res efficit, ait, non ut ex iure Quiritium sit liber, sed ex iure naturæ. Hoc ius impetrare Latini liberti uel liberis, iteratiōe, militia, naue, pistrino, ædificio, promereri solebant: ut idem Vlp. Instit. tit. iij. exponit. Sic ius Quiritiū medico datum accipe apud Plin. lib. xxix. cap. j. Sic & apud Paul. lib. iiij. sentent. tit. ix. Latinam ingenuam ius Quiritium consecutam interpretare. Ius autem Quiritium hac nota significabatur I. Q. ut Mango in libello notarum iuris auctor est. Bris.

QVIS, aut interrogatiuè, aut infinitè ponitur, nunquam relatiuè. Verùm uniuersalisne an particularis uox sit, Bart. ostendit in l. si ita. ff. de leg. ij. Aliquādo ponitur pro aliquis: ita & quocunq; die, pro aliquocunq;. Vnde qui promittit sistere quocunq; die, perinde est ac si aliquo die sistere promisisset, eritq; in arbitrio ꝓmissoris, quo die uelit: poteritq; uel usq; ad mortē differre. Diei enim electio ad eum ex regula pertinet l. qui ex plurib. de uerb. obligat. Quòd si antequā sistat moriatur, uerum erit aliqua eum die nō stetisse: commissaq; stipulatione pœnali aduersus hæredem agetur: quo fit, ut subauditione Accursiana, aliorumq; tricis, ut ait Alciatus, nihil sit opus. Spieg.

QVIS, uel qui. Natura huius relatiui est, secundū doctri. Bart. in l. cunctos populos. C. de summa trinitat. & fide Cath. quod quādo adiungitur qualitati, quæ qualitas inest naturaliter cuilibet de genere, & tunc declaratiuè ponitur: ut in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. ibi omnes qui legibus & qui, scilicet, omnes. Io. Bello. Etymol.

QVIS, uel qui relatiuum, positum sine copula, restringit præcedentium significationem. textus est, qui ad hoc communiter allegatur, in l. ea tamen adiectio. ubi Bartolus ita summat. ff. de legatis tertio. Ista regula declaratur plurib. modis per doct. ubiq;. Inter alia notabis elegātem decisionem Bal. in rub. C. de contr. empt. in pen. colum. in xxij. quæst. ubi quærit: pone, uendidi tibi fundū Cyprianum, quod est perticarum centum. istud relatiuum quod, cum sit absq; copula, deberet restringere: ita quòd si esset centum & uiginti perticarum, nō deberet uenditio extendi, nisi ad perticas cētum. Bal. ibi subtiliter disputat, & postea singulariter distinguit, quòd si in cōtractu principaliter tractauimus de numero perticarum, ut quia statuimus precium decem ducatorum pro pertica, tunc relatiuum restringit: secus, si statui precium toto corpori simul. quia hoc casu nō restringit, imò perticæ uiginti cedunt lucro emptori, nisi ex excessu precij aliud colligeretur. ita ibi singulariter determinat Bal. & latius reassumit Paul. de Cast. ubi dicit memoria dignum: quia uidit sæpius dubitari, in l. si seruum. §. j. ff. de actio empt. & in l. j. in fi. C. de pericul. & commod. rei uend. & ante eos consuluit Oldr. conf. cxcvij. in concessione cuiusdā donationis. quem refert & approbat D. Alex. consil. cxxvij. uiso processu. post princ. lib. 2. & Corn. consil. lix. licet uideatur. col. prima. & secundi libri ultim. & Alex. cōs. cxx. omissis. colum. ij. lib. ij. Dec. conf. clxxix. uiso elegāti conf. col. j. ad fin. Alex. consil. cvj. uiso processu. & consil. sequent. lib. vj. & consil. lxxiij. uidetur prima cōsideratione. col. j. ad finē. & sequen. lib. iij. & latè conf. clix. in causa & lite. col. pen. lib. v. Socyn. consil. ultim. duo uidebantur. per tot. lib. iij. & cōs. xxxij. li. iiij. col. 1. Deci. cōs. cccxlvij. prima facie, per totum. ubi ambo latè declarāt, post Abb. in c. per tuas. in ult. col. de donat. & latè etiam Iaf. conf. lv. ad fin. & consil. lxxiij. col. j. & conf. lxxix. per totum. lib. j. & est sing. distinctio Sal. in hac materia in l. ij. C. de cōtrah. empt. tradit Felinus in c. significante. in iij. col. ad fin. & seq. de rescript. & pro sing. latè citat D. Iaf. in repet. l. Cunctos populos. in prima col. uersic. tertiò limito. C. de sum. trin. & fid. catho. & in lect. eiusdem l. in prima col. in quinta fall. & in l. serui electione. §. ulti. col. ult. uers. quartò istam legem. de legat. j. & ponit Bart. in l. Iulianus. §. si Titius. ff. de act. emp. & Bald. in l. sicuti. C. de act. emp. & consuluit etiā Paul. de Castro consil. ccclxxvij. in causa quæ uertitur. in antiquis. Cotta.

Verbū, QVIS, tā masculos, quàm feminas complectitur l. 1. ff. de uerbor. significat. Itaq; his uerbis, si quis id quod perpetuæ iurisdictionis causa propositum, &c. Prætorem utrumq; sexum complexum Vlp. ait l. 7. ff. de iurisdictio. Idemq; ad illa uerba, si quis negocia alterius, &c. Hæc uerba, ait, si quis, accipienda sic sunt, siue quæ l. 3. ff. de negoc. gest.

Idem de uerbo, Qui, traditur in l. 1. ff. de cōstit. pecu. & de uerbo, Quicunq;, in leg. 16. Dig. de iure fisci. Brisson.

Hoc articulo, Quisquis, omnes significantur l. 29. ff. de hæredi. instit. Atq; ita hæc clausula, quisquis mihi hæres erit, accipienda est l. 3. ff. de iure codicill. l. 3. l. 103. & l. 123. ff. de legatis j. l. 90. §. quisquis. de legatis ij l. 93. de legat. iij. l. 29. §. 1. de annu. leg. & l. 4. §. ult. Nam & si plures sint gradus hæredū, & scriptum sit, quisquis mihi hæres erit, dato: ad omnes gradus hic sermo pertinebit. l. 96. ff. de legat. iij. Bris.

QVISQVIS enim iunctū uerbo futuri temporis, ut, quisquis mihi hæres erit, uim habet substitutionis sub conditione factæ. Vlpian. in l. qui liberis. & in eandem l. Bart. ff. de uulg. & pupil. substit. Sed ea quidem substitutio, Quisquis mihi hæres erit, idē filio impuberi hæres esto, ad eum tantum qui ex testamento, non qui ab intestato hæres extiterit porrigitur d. l. qui liberis. §. hæc uerba Et ideo neq; pater, qui per filiū, neq; dominus, qui per seruum hæres extiterit, ad substitutionē admittetur, neq; hęredis hæres: quia non ex iudicio ueniunt, hoc est, ex uoluntate testatoris. Brechæus in l. quisquis mihi. ff. de uerb. & rer. sig.

QVISQVILIAE, purgamenta terrarum, & quidquid ex arboribus minutis surculorum, foliorum & florum cadit: uelut quidquid cadiæ, autor Festus.

QVIVIS, unus è multis est, sed indifferenter hic uel ille. Spieg.

Q V O

QVO, absolutè, pro per quod, uel pro, quæ res, Celsus usurpare uidetur haud ineleganter in fin. §. fin. l. ultim. si cert. pet. dum dicit, quo scilicet significat non esse cogendum eum accipere iudicium, si reum locupletem offerat. Adducit exempla Albericus, quibus particulam quo, uariè in iure nostro accipi monstrat. Spieg.

QVO, quaúe, pro quemcunq; in locū, & quamcunq; in partem. Vlp. l. j. de mortuo infer. Prætor ait: quo, quaúe illi mortuum inferre, inuito te, ei ius est: quo minus illi eo, eaúe mortuum inferre, & sibi sepelire liceat, uim fieri ueto. Sp.

QVO bonum est? locutio Iurisconsultis usurpata, pro quam ad rē utile est? Caius l. aliquando, 13. in fin. ff. ad Velleia. Quo enim bonū est, expectare conditionem uel diem, cùm in ea caussa sit prior iste debitor, &c. Vlp. l. 3. §. si quis ex liberis, ff. de bon. poss. cont. tab. Cùm enim possit secundum tabulas habere

bere possessionem, quo bonum est ei cōtra tabulas dari? Idem l. si post mortem, 10.§. liberi, eod. Quo enim bonum est eis fauere, ut partem faciant, nihil habituris? Scæuola l. si duo, 93. ff. de solut. Si duo rei sint stipulandi, & alter alterum hæredem scripsit, uidendum an confundatur obligatio placet non confundi: quo bonum est hoc dicere? Hot.

QVO casu, pro qua facti specie. Inst. de rer. diuis. §. at si is. Spieg.

QVO destinauerit quis auferre, sic accipiendum est quo destinauerit eo die manere cū eo furto. Paulus l. iiij. de furt. Spieg.

QVO iure, quaq; iniuria, prouerbiale esse uolūt, quasi per fas nefas, uelis nolis. Vsus est eo Terent. in Andr. sanè eleganter, teste Insulano. Interpres indicat, huiusmodi fermè figuras omnes, quę cōstant ex contrarijs, esse prouerbiales. quod genus sanè sunt, fanda, infanda: ioca, seriaq;: facta, atq; infecta: digna, atq; indigna: fasq;, nefasq;: clamq;, palamq;: terraq;, mariq;: noctesq;, diesq;: iuuenesq;, senesq;: neq; in minimo, neq; in maximo: neq; deos, neq; homines ueretur: uocatus, atq; inuocatus: re salua, & perdita: atq; alia huius generis innumerabilia, de quibus uide Eras. in initio operis Chil. Spieg.

QVO magis, pro quo minus. Imper. l. 3. C. de iudic. Nihil prohibet, quo magis apud eum quoq; disceptatio terminetur. Item l. 1. C. Qui dare tut. Non ideo oportuit impediri, quo magis liberali caussa ordinata, curator tibi daretur. Hot.

QVOMINVS, ut & paulominus penultima corripiendum, ut non, significat l. si ego. ff. si cert. pet. l. cùm ipse. de excus. tut. cum simil. Accurs. in l. liber homo, in princ. de uerb. oblig. quominus, pro, quàm ut, exponit. Sed Papinianus interrogando affirmat. Spiegelius.

QVO nomine, pro propter eam causam, eleganter dixit Pomp. in. §. post hos quoq; Tubero l. poster. de orig. iuris. Spieg.

QVO pluris adiectio ad modicam summam pertinet l. Hęc adiectio. ff. de uerb. signif. Curtius ἀνεκτῶν tom. 2. lib. 1. cap. 7.

QVO tenus, relatiuum diuisiuum, significat, usq; ad quem numerū: referturq; ad bini, terni, quaterni.

QVOAD, id est, quandiu, ut ait Donat l. hæc autem. §. non delendi in fin. ff. ex quibus causis in poss. eat. Itē pro quousq; l. j. ff. de peric. & com. rei uend. l. eum, qui ita, de uerb. obligat. Spieg.

QVOAD uiuam, & quoad moriar, idem significant: tametsi contraria esse uideantur. Rationem habes apud Sipontinum. Vlp. in l. epist. 9. ff. de pact. docet his uerbis: ut ei certa quantitas, quoad uiueret hæres, præstaretur, non produci perpetuam pręstationem. Est tamen, ubi aliquando rerum quantitatē denotat, & pro quantum, ferè cū uerbo possum, accipitur. Cicero de senect. Quoad potuit, restitit. Quoad eius fieri potest, hic (eius) parelcon est, hoc est, superflua uocis additio. Sed apud Iuriscōsultos frequētior est, quæ παρέργα dici potest, id est, ut Alc. interpretatur, ociositas: cum aliqua dictio, uel etiam clausula additur, quę minimè ad rem, de qua agitur, necessaria sit, ita ut etiamsi ea desit, nihilominus idē iuris fuerit constituendum l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de uerb. oblig. Spieg.

QVOCVNQVE die. Vide, quis.

QVOCVNQVE tempore, uerbum uniuersale est, & omne tempus sine restrictione complectitur. Vide Gloss. in l. cum pœnam. ff. de arbitr. Bart. in l. balista. ff. ad Trebel. cum simil. Spieg.

QVOD, coniunctio, quia significat. Quòd quia, pro, sed quia: ut quòd cum, pro, sed cum. Bud.

QVOD dictio, suspendens dispositionem in aliquem futurum euentum, facit conditionem, secundum Bart. in l. j. col. vj. uers. ulterius quæro. de cond. & demonst. & propterea egregiè multum in proposito consuluit Alexan. cons. iij. col. 1. & 2. lib. j. quod si paciscor facere cōductori illud restaurum quod faciet talis meus uicinus suo conductori, seu quod faciet ducalis camera suis publicanis: quòd si uicinus uel camera nullū fecerit restaurum, neq; ego ad aliquod tenebor. & est memoria dignū, quia mihi pluries ex facto incidit. Sed tamen contrarium in eadēmmet causa cōsuluit latè Bert. Socyn. cons. xliiij. in præsenti. lib. j. Cotta.

QVOD, interrogatiuum & relatiuum est, obtinetq; interdum uicem appellatiui, id est, rem multis communem significans. Vide Bart. in l. si à certis. ff. de duobus reis. & in l. si pater filio. Vbi alij doctores de uulg. & pupil. subst. Spieg.

QVOD, relatiuum, iunctum uerbo futuri temporis, conditionem importare, docuit Bart. in l. inter stipulantem. §. sacrament. uers. si stipulatus fuero. ff. de uerbor. oblig. Quæ certè doctrina omnino tuta non est, ut Zas. ostendit in sing. suor. lib. j. Spieg.

QVOD absq; molestia fiat, quod commodè facere possis, pace quod fiat tua, & similes modi loquendi, honoris pręfatiunculam quādam & humanitatis signum denotant.

QVOD ademptum est, nec datum uidetur, secundum Celsi & Marcelli sententiam, quæ uera est, ut ait Vlp. in l. si ita ad scriptum. de legat. 1. Sp.

QVOD alium faciētem prohibere ex officio necesse habuit, id ipse committere non debuit. Vlp. ait, in l. altius. ff. si seruit. uend. Spieg.

QVO, id est, prout, ut in l. si quis in metallum & ibi gloss. C. de pœnis. Io. Bello. Etymol.

QVOD cōmodo reipub. facere possis. Paul. Manut. probat ueteres his uerbis usos: ut id quod faciendum decernerent, ita demum fieri uelle ostenderent, si modò reipub. commodo fieri possit. Lege, commodatum dicitur. Spieg.

QVOD fato cōtigit, cuiuis patrifamilias, quamuis diligentissimo posse contingere l. uerum. §. si locupleti. ff. de minoribus. Spieg.

QVOD in alea lusum est, repetitio eius fit. autor Paul. l. fin. ff. de Aleat.

QVOD iussu, perinde atq; mandatū multis modis suscipi potest, quod Vlpian. in prin. l. j. Quod iussu. indicat. Spieg.

QVOD legatorum interdictum adipiscēdæ possessionis est, & hanc causam cōtinet, ut quod quisq; legatorum nomine non ex uoluntate hęredis occupauerit, id restituat hæredi. Rediguntur itaq; per hoc interdictum ad hæredem ea quæ legatorum nomine possidentur l. 1. ff. quod legator. nomen à primis interdicti uerbis traxit: quę ita meo quidem iudicio concepta erant, quod legatorum nomine possidet, aut dolo desijt possidere, &c. Bris.

QVOD mei causa paratum est, interpretatur Iurisconsl. in l. cum testamento. de aur. & arg. leg. Sp.

QVOD non est arbitrio in compromisso permissum, id iubere non potest, teste Alfeno l. arbiter ex. ff. de recept. Spieg.

QVOD putauerit, præstet: ut hæc uerba accipi debeant, explicat l. iij. ff. de ann. leg. Spieg.

QVOD quis sciat, uel qđ scire debeat, paria censentur. Baldus in Aut. ad hæc. C. de usur. Sicut & idē iudi-

iudicatur, quòd quis rem aliquam habeat, uel habere debeat l.pen.§.cum ita.ubi Bart.de aur.& arg.leg. Spiegelius.

QVOD si, denotat & iuris & facti diuersitatẽ l.j. C.comm.diuid. & continuat aliquando præcedentem sensum: aliquãdo uerò aduersatur l.ij.ff.de constit.pec.l.præcipimus.uers.quòd si.C.de appell.Sp.

QVOD sine fraude sua aliorumq; fiat, Budæus intelligit, saluo suo, alienoq; iure. Huius perquàm elegantis clausulæ sensum Cæsares nostri in Diplomatibus, & quidem, ut omnia, crassiore stilo, sic exprimere solent. Nostris tamen, sacriq; imperij, ac alterius cuiuscunq; iuribus semper saluis. Spieg.

QVOD statuerit, cũ effectu accipimus, non uerbotenus, inquit Vlp.in l j.Quod quisq.iur.Sp.

QVOD suum est, itẽ quod meum, exponitur in l. quintus.ff.de aur.& argent.leg.Spieg.

QVOD te mihi dare illis Calendis oportet, spondes, quomodo sit intelligẽdum, habes in l.qui sic stipulatur.ff.de uerb.sig.Spieg.

QVOD Titius uoluerit. Ista, Caius inquit, institutio uitiosa est, quòd testamentorum iura, non ex alieno arbitrio pendeant l. illa institutio. de hæred. instit. Spieg.

QVOD turpiter, uel scelere quæsitũ est, ad compendium hæredis nõ debet pertinere. in fin.l. quod diximus ff.Quod met.caus.Spieg.

QVOD ui aut clam interdictu restitutorium est, quo qui ui aut clàm aliquid moliti sunt, id restituere iubentur, toto titulo, Quod ui aut clàm. Brif.

QVODAMMODO, id significat quòd barbarè dicitur, aliqualiter, Latinè aliquo pacto. Notam autem esse improprietatis qui uolunt, adducunt text. in.§. Cato.l.iiij.ff.de uerb.oblig. Vide Bart.in l.quod sine.ff.solut.matrim.l.j.ff.rer.amot.l.si ut certo.§.fin. ff.cõmod.Zas.in Paratitlis ad tit.de rer.diu.in ff. Sp.

QVODCVNQVE, nihil excipit. Cicero de leg. Quodcunq; Senatus decreuerit agunto.Spieg.

QVOMODO intelligendũ uulgare illud, Quanto iuniores, tanto perspicaciores, eruditè ut omnia solet, declarat Alc.cap xxj.lib.x.Parerg.Spieg.

QVOMODO? interrogatiuè, in.§. inueniemus enim.in Auth.Vt iud.sine quoquo suffrag. Aliquando pro quacunq; ratione l.si. ff.de milit.testam. Aliquando pro ut, ut in §.liberto. l.si adulteriũ. Ad leg. Iuliam.de adult. Spieg.

QVONDAM, particula, ut præsens tempus notat, in nostra lingua, weyland/ aliquando subauditur, ne dispositio uitietur. per text.in l.insula. de acquir.rer. dom. ubi insula nominatur, quæ iam exiccauerat, & Gloss.à doct.teste Zasio, mirificè & commendatam, & dilatatã, in uerbo, defuncti l.eius qui. ff.si cert.pet.Spieg.

QVONDAM, hæc dictio significat mortuũ fuisse aliquem.c.cũ contra.de pignorib.Io. Bello.Etym.

QVONIAM, causalis est.ut in l.si ita.de condit. & demonstrat.l.nõ dubium. de legat.tertio l.si quis. de uerbor.signif. Spieg.

QVOQVE, dictio, an ponatur pro etiã Bart.disserit in l.fin.ff.de eo quod certo loco. Quando uerò implicet, idem tradit in l.Labeo.in princ. ff.de pact. quib.locis notet similitudinẽ, Albericus indicat. Sp.

QVOQVE, ablatiuus priore longa. Vlpia.l j.de Aqu.cotid. Item si quis, ait, dum putat tertio quoq; die habere se ius aquæ ducẽdæ. Idem de Gland.leg. Quo minus illi tertio quoq; die legere. Sic Cicero in Verrem: quinto quoq; anno Sicilia tota censetur.

QVOQVO, casu auferẽdi, id est, quocunq;. Scæuola in l.Thais.§.Stichus & Dama.ff.de fideicom.libert. Respõdeo, inquit, rationum reddendarũ conditione contineri omne, quod quoquo genere serui actum, fidemq; respiceret.Spieg.

QVORVM bonorum interdictum adipiscendæ possessionis est, quod bonorum possessori adcommodatur, eiusq; uis & potestas est hæc, ut quod ex his bonis quisq; quorũ possessio alicui data est, pro hærede aut pro possessore possideat, id ei cui bonorũ possessio data est, restituere debeat. §. adipiscendæ.Instit.de interdict.rubri.Quorum bonorũ. Brif. Adde Forcat.in Necyomantiæ dial.22.nu.3.

QVORVM legatorum interdictũ continet hanc causam, ut quod quisq; legatorum nomine non ex uolũtate hæredis occupasset, id hæredi restituat l.j. ff.& C.Quorum legat.

QVORSVM, id est, ad quam rem, uel ad quid.ut in l.Labeo ait. de supell. leg.§. id Tubero.ibi. Nam quorsum sunt nomina, inquit, nisi ut demonstrent uoluntatem dicentis? Spieg.

QVOS libertos meos, ubi corpus meum positũ fuerit, ibi eos morari iubeo: ut per absentiam filiarũ mearum, ad sarcophagum meum, memoriã meam quotannis celebrent l.libertis.§. pen. ff.de alim.leg. Spiegelius.

QVOTA pars, pro minima parte apud idoneos autores, in iure nostro modò dimidiam, modò tertiam, modò quartam, uel similem denotat. Qua de re in progymnasmata scenica Reuchliniana copiosius scripsi. Spieg.

QVOTANNIS, singulis annis l. cum quidã. ff. de usur ac simil.locis. Sunt tamen qui inter quotannis, & singulos annos differentiã constituunt: quòd quotannis tempus & spacium continuatum significat: in singulos uerò annos, non continuatum spacium, aut perpetuum, sed per interualla annorũ secretũ est. Cæterùm Alc. obseruauit, quòd Valla alicubi notauerit, Pomp.atq; Vlp.ceu corruptores linguæ Latinæ: quòd illi, quot mensibus, uel quot diebus scripserint, pro singulis mensibus, singulis diebus. Sed Valla indicat tale cõuicium, Plauto quoq;, M. Catoni, & deniq; doctissimo omnium Varroni, commune esse, de uerb.significat. Spieg.

QVOTIDIE. Doctissimi autores Orthographiæ tradunt, Old.teste, Cotidie, non quotidie scribendũ esse. Quamuis enim à quoto & die cõponatur, uult tamen q in c uerti. Sic & secutus, dicitur à sequor, non sequutus: item locutus, à loquor, nõ loquutus. Idq; Quintiliano placet: & Haloander noster sequitur. quorum sentẽtiam idem Old. amplectitur, rectè existimans, aut stulti, aut perditi hominis esse, nolle ueritati cedere. Spieg.

QVOTIDIANVM, id est, quod singulis diebus accidit grauamen, quotidie quoq; appellatione remoueri potest. Qua de re pulchrè Felinus in c acce-dens 2. Vt lite non contest. disserit. Idem exactè atq; copiosè in procœmio Decretaliũ explicat, quomodo intelligendæ sint dictiones, quotidie, continuè, semper, sine intermissione. Haloandri editio cotidie, & cotidianum, ubiq; profert. Sic & in antiquis Codicis exemplaribus haberi, testatur Alberic.Spieg.

QVOTIES, quot uices requirat (uices enim hęc uox signat) Bart.tradit in l.eum qui certarum.§.fin. ff.de uerb.oblig. Apud ueteres quotiens per n, scriptum fuisse, testantur antiqui codices. Caper item dicit sine n, scribenda sunt, millies, centies, decies, totiens & quotiens, quum scribũtur, per n scribenda sunt. Capro astipulatur Victorinus. Sp.

QVO-

QVOTIES Toties significat infinitatẽ, ut notat Dy. Alber. Bar. Imo. & Alex. in l. qui bona. §. ult. ff. de dam. infect. & idem uoluit D. Alex. in l. si Stichum. §. 1. col. 2. uer. nec ob. ratio. ff. de uerb. oblig. & in l. 2. §. ult. col. 2. uer. puto, quòd in termi. ff. qui satisd. cogn. & consilio 145. quoniam abunde, colu. j. uersicul. sed hoc non obstante lib. 2. & alij multi, quos citauimus in tractatu retractuum tit. 2. §. primo, in glo. 2. in uerbo *A tali tempo*, nume. 11. contrarium, cum multis sequ. Idem quoque tradit Soci. col. pe. uer. sextò & ultim. ff. qui satisd. cog. & Paul. Cast. in l. duobus, §. quod si reus, ante fin. & ibi quoq; Iason col. pen. ff. de iniur. quo in loco ipse Pau. monet notarium, ut promittere faciat desistendo quoties toties, & ipse item Alex. in d. l. qui bona. §. ult. ff. de dam. infect. & d. cons. 145. in prin. lib. 2. & alij quos in id citat Hippo. Marsi. in l. unius, §. cogniturũ col. 7. uers. item & ultra, cum multis seq. ff. de quæst. ut annotauit Tiraq. in l. Boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. sig. 26. limit. num. 2. & 5.

QVOT mensibus & Quot diebus eadem figura, qua Quot annis dicuntur: ualentq; in singulos menses & dies. l. 8. §. si cui non nummus. ff. de transactio. l. 12. §. nouissimè. ff. quando dies lega. ced. Cato de re rust. cap. 14. Et circum capita oleaginta quot mensibus usq; donec pruinæ erunt, fodere oportet. Sic & Vitruu. lib. 9. c. 4. & lib. x. c. 7. locutus est. Briss. annotauit uero & id Brodæus Miscell. lib. 2. c. 15.

QVOTVPLVM, & ad mensuram, & ad pondus refertur.

QVOTVS, quo numero, quo ordine sit, interrogat. ut, Quoto gradu es? Vide cap. ultim. ext. de consanguin. & affin.

QVOTVS autem quisq;, cuiuscunque sit conditionis & ordinis. Quotus enim nõ tantum ordinem dignitatis, sed & minimum significat. Sic Catanæus testatur, inueniri apud Plinios utrosq;, Tacitum, Senecam, Martial. in fœminino genere, hucusq; tantũ, pro re minima annotauit: præter apud Oratium in Serm. ubi hora quota, significat ordinem: & Cice. in Rhetor. Quarta noctis hora. Spieg.

QVOVSQVE, dictio, quæ alicubi in Constitut. impropriè ponitur. An quandoq; conditionem faciat, Bart. differit in l. centesimis. §. fin. ff. de uerb. oblig. & in l. fin. ad Tert. Spieg.

QVVM commodum erit, dotis filiæ meæ, tibi erunt aurei. c. putásne protinus nuptijs factis dotem peti posse ab eo, qui ita dotem promisit: Quid si ita promisisset, quum potuero, doti erunt. Quod si aliquam uim habet posterior obligatio, posset uerbum quoquo modo interpretaris: utrum ære alieno deducto, an extáte. Proculus putat, quum dotem quis ita promisit: cum potuero tibi doti erunt. c. æstimo id quod actum est ad interpretationem redigendũ esse. Nam qui ambiguè loquitur, id loquitur, quod ex his quæ significantur sensit proprius. Est tamen ut hoc cum sensisse existimem, deducto ære alieno potero: potest etiam illa accipi significatio: cum salua dignitate mea potero: quæ interpretatio magis accipienda: si ita promissum: quum commodũ erit, hoc est, quum sine incommodo meo potero. Proculus de uerb. sign. Masseus.

QVVM potuerit fari: & postquam fari potuerit: inter has conditiones multum interest, posteriorem scripturam uberiorem esse constat: quum fari potuerit, arctiorem, & ad id tantũmodo tempus significari quo primum fari possit. Vlpianus de uerborum significat. Masseus & Connanus libro tertio, capitulo xij. numero viij.

R

R. LITERAM Appius Claudius inuenit, ut ait Pompon. l. 2. §. iuris ciuil. ff. de orig. iur. Sunt qui eundem R, literam inuenisse atq; ideo, Inuenit, ibidem legendum putent: quorum sententiam iuuat quod ait M. Fabius lib. j. cap. 4. literarum mutatione pro Valerijs Valesios dixisse. uidè Festum lib. 16.

R A

RABIES, notus canum morbus, transfertur & ad homines, pro impotenti furore. Impp. in eleganti l. 2. C. qui testam. fac. poss. pro impotenti impetu usurpant, dum dicunt: Sed aut impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie cõstrictus, se præcipitem dedit.

RABVLA, & pro aduocato, & pro causarum patrono in foro accipi solet: quod ex Festo constat. Cicer. in orat. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum & perfectissimum quærimus. Idem 1. de orat. Non enim causidicum nescio, quem neq; proclamatorẽ, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus. Nec alia rõe putandum, quàm quòd radant, id est, offendant aures, & ut ait Quintilia. nimia uerbositate feriant. Vnde & Cice. ibid. Quasi rabulæ, inquit, qui sibi diserti non uidentur, nisi omnia tumultu & uociferatione concusserint. Vide Barbar. castigat. in Plin. c. 18. lib. 14. Ferrar. Montanus desiderat quempiam Herculẽ, qui magnam orbis partem rabulis hominum eruscatoribus, atq; harpyijs eripiat. Instit. de iniurijs. Sp.

RABVLAE, à rabie dicti nugatores, locutulei, causidici. qui inter garriẽdum & uelitandum sinum conspuunt, linguam rotant, & dentes arietant. Ioan. Bapt. in comment. epist. Apoll. de Claudian. lib. 4.

RACHA, ijs qui Hebraicè callent, interiectio intelligitur fuisse, animi indignãtis. Quasi dicatur, malum tibi scilicet eueniat, distortus, uel iniquus es. Vide August. Tracta. lib. in Ioannem. Quod Albericus ex Hug. indicat, planè uanum est. Sp. Consule Chrysostomum latius in Matth. 5. Homil. xj. capit. Diuus Basilius ait, uerbum suæ regionis populo peculiare, leuioris conuicij gratia aduersus familiariores usurpatum.

RADERE in XII. Tabulis est unguibus dilaniare dilacerare. uerba legis hæc, Mulieres genas ne radunto. Radere barbam l. item Mela. ff. ad legem Aq. tondere significat. Prat.

RADERE, pro tondere barbam, apud Vlpi. ad l. Aquil. Item Mela scribit, ait, Si cum pila quidam luderent, uehementius quis pila percussa, in tonsoris manus eandem deiecerit, & sic serui, quem tõsor radebat, gula sit præcisa. Spiegelius.

RADICITVS, à radice, uel usque ad radicem. Translatè pro omnino ponitur. l. furti. §. 1. ff. arbor. furt. cæsar. Spiegel.

RADIIS maritorum coruscare in libris nostris dicuntur mulieres, in quibus honor mariti fulget, uelut quodam radio solari, qui eas conspicuas facit. Prateius.

RAMENTVM, tenuis cuiusq; rei particula. Sed & ramenta fluminum, dicuntur minutulæ arenę partes. Spiegelius.

RANCOR, qua à Sorbonicis Canonistis, & uulgò significatione ponitur, non est Latinũ, neq; Gręcum, neq; Hebræum: sed Raudense, ut festiuè dixit Erasm. Latinis putor est ex uetustate, putredine, corruptionéue natus. Spieg.

RAPACIDAE imitatione patronymicorũ homines

mines rapaces appellantur, ioco comico ficti, ut Æacidæ dicuntur ab Æaco. Plautus in Aulularia:

Rapacidarum, inquit, ubi tantum siet in ædibus.

Turnebus aduersar. lib. 6. cap. 26.

RAPERE uerbum, & scissum, & fractum, adeoq; ui raptũ significat. Vlp. in l. Marcellus. ff. de uerb. sig.

RAPERE in peiorem partẽ, Donatus apud Terentium interpretatur, pro uitio dare, & uituperare. **Zum übelsten / ärgsten / oder böslichsten außlegen.** Spiegelius.

RAPERE in ius, idem quod, in ius uocare uel trahere. Vnde apud Plautũ legimus, Rapere ad prętorem: & apud Cicer. Rapere ad pœnam, pro punire, in Oratione pro Flacco.

RAPERE uirginem, est ei uim inferre & uiolare: cui Pontificio iure licet suo raptori nubere. capit. final. ext. de iurament. calum.

RAPERE & furari, parum τῷ ῥητῷ differunt: atq; alterum pro altero promiscuè frequẽter accipimus. Nisi quod rapere, est ui auferre: furari uerò, est rem inuito domino, & ignorante subtrahere. Et Paulus libro 18. ad edictum in l. duobus, §. si quis, de iureiur. contendit aliud esse rapuisse, aliud item furtum fecisse. Sed in §. 1. Instit. ui bon. rapt. scribitur raptũ & furtum idem significare. Hanc quidem Antinomiam (si qua sit) soluit Accurs. in d. §. si quis, ut intelligatur Iurison. uoluisse sentire his uerbis, aliud esse rapuisse, aliud item posse. Quæ mihi ieiuna quidem & frigida uidetur solutio. Ego sanè uerius existimarẽ furti & raptus differentiam, ex ui & proprietate uerborum oriri. Multum siquidem interest quis rem de manib. possidẽtis ui abstulerit, id est, rapuerit an uerò clam & ignoranti domino, quod furari propriè appellandum est. Dicuntur aũt immobilia inuadi: mobilia uero, rapi. §. pe. Inst. ui bon. rapt. & gl. in l. 1. de cond. tritica. Brech. in l. Marcellus. ff. de uerb. & rer. sig.

RAPI aliud esse, & aliud amoueri palam est. siquidem amoueri aliquid etiam sine ui possit: Rapi autẽ sine ui non potest. Vlpia. de incen. ruin. naufr. Maff.

RAPI propriè dicuntur iuuenes, quorum funera sunt immatura. Admonet me nũc, sic rapti fratris, quem unicum unicè diligebam, huius dictionis occasio: tum etiam me cogit affectus, ut huc adscribã, quæ cùm memoriæ eius, tum ad posterorum exemplum ponenda curaui Epitaphia. Quorum alterum sepulchrali marmori, apud clarissimam Oenanorũ urbem Halam, incisum est, sic legitur.

D. O. M.

Ioanni Maio Seletstadien. Pręposito Clareuallensi, qui decennalem Secretarij operam inclyto Rom. Hungar. ac Bohemiæ regi Ferdinando sedulò nauans, laboribus officij sui immortuus est, postridiè Idus Iulias, Anno M. D. XXXVI. ob fidem atq; diligentiam, ac raras animi dotes, Principi charissimo, Iac. Spieg. Iureconf. & Regius Cæsareusq; ab epistolis, Fr. B. M. ponendum curauit. Vixit Ann. 34. mens. iij. dies xvij.

Alterum, quod in Æde Seletstadien. positum est, ad hunc modum habet.

D. O. M.

O fluxam humanarum rerum fidem. Ioan. Maius, Ioan. ac Magdalenæ Vuimphelingiæ Fr. Seletstadij, quod priscis Selatum fuit, ortus, & in aula D. Maximiliani Cæs. à Iac. Spieg. Fr. in Sacri Scrinij magisterio, ad unguem formatus, quum is rudem accipere meruisset, impetrata uacatione, apud Ferdinan. in eiusdem locum successit. In quo officio dum dextrè uersatur, ab optim. Principe cum præpositura Clareuallen. quod phanum ad Bohemiæ saltus uergẽs, è regione Norici, uulgus Zütrel appellat, perquam liberaliter ornatus est, tum stipendijs, sacerdotijsq; haud cõtemnendis auctus. Sed ut nihil in humanis stabile, dum ob fidem & integritatem decennio cognitam, regi gratus est, dum arridet Fortuna, morbo immedicabili correptus, uitam finiuit ætatis suæ, anno 34. Salutis 1536.

RAPI oculis in fraudem, hoc est, statim re aliqua uisa, fraudem aliquã cogitare. Cice. de arusp. respon.

RAPINA est uiolenta rei ademptio. differt autẽ à Furto. I. Quòd furtum latenter & clanculum fit: Rapina impudenter & ui. II. Furtum aliud est manifestum, aliud nec manifestum: Rapina non nisi manifesta. III. Furti pœna non una est, sed modò quadrupli, modò dupli: Rapinæ pœna una est tripli. IIII. Furti actio solam pœnã sine re ipsa persequitur: Rapinæ uerò, simul & rem & pœnam. V. Furti actio manifesti, prætoria est: nec manifesti, ciuilis: Rapinæ actio tota honoraria est. VI. Furti actio perpetua est: Rapinæ uerò, annua. §. 1. Instit. ui bon. rapt. §. ex malefic. Inst. de actionib. Adde Peckium l. 3. nu. 6. ff. de incen. ruin. naufrag.

RAPINA, ad rem: Raptio, ad personam refertur. Bartol. in l. si quis ex domo. ff. de furt. disputat non inutiliter, an rapina sit priuatum delictum. Itémne sit species furti, inuestigat in l. duobus. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. Receptũ est, Rapinam maius furto esse delictum. l. si cum exceptione. §. qui uim. ff. quod met. caus. Spieg.

RAPIT, qui scindit, frangítue ui adhibita: uel eo animo, ut si prohibeatur, uim adhibeat. l. 4. §. solum. ff. de incen. Alioquin rapere, est etiã de manib. auferre. l. 4. ne quis eũ, qui in ius uoc. Et qui uerbis puellã seducit, eam rapuisse dicitur. c. si. 36. q. 1. per tot. Sed & furari, rapere est. l. si quis ex dono. de furt. ex comment. Alc. in l. Marcellus. de uerb. sig. Spiegelius.

Ῥαπίσματα Iustinianus appellat colaphos, quibus cædi liberi cum manumitterentur, solebant. l. ult. C. de emancip & Nouella 81. opinor, quòd abdicationis genus quoddam esse uideretur, qua Græcos solos uti consueuisse, suo loco monuimus. hunc tamẽ cædendi morem etiam in seruorum manumissionibus seruari solitum, Isidorus testatur, lib. Etymol. 9. cap. 4. Cornutus in Persium: Quoties, inquit, manu mittebant, eos alapa percussos circumagebant, & liberos confirmabant. Vnde Manumissio dicta est, eo quòd manus eis immitteretur. Claudianus in lib. de 4. Consul. Honorij:

Famulusq; iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat securior ictu
Tristis conditio pulsata fronte recedit
In ciuem, rubuere genæ, tergoq; remouit
Verbera, promissi fœlix iniuria uoti. Hot.

Balduinus autem in Iustiniano suspicatur, eo uerbo potius significari ipsos ictus uindictæ, hoc est, uirgulæ prætoriæ, quales constat olim in manumissionibus interuenisse. Nam & apud Græcos *ῥαπίζειν* plerunque significat *ῥαβδίζειν*.

RAPSERE, antiquum uerbum, pro rapere. Cic. de legib. Sacrum sacroue commendatum qui clepserit, rapseritue, parricida esto. Spiegelius.

RAPTOR propriè, qui uires alienas rapit, aufert. Alc. Estq; improbior fure quamuis manifesto, licet leuius puniatur. Old. Raptor ait, omnimodo furtum facit: ideo manifestus fur existimandus est: & furti actione tenebitur. l. si uendidero. §. cum raptor. ff. de furt. Spiegelius.

RAPTOR is dicitur in iure nostro, qui uirginē, uel uiduam, uel sanctimonialem rapit, eique uim infert. unde βιαστής Græcè dicitur. Titulus est lib. 9. C. de raptu uirginum, seu uiduarum, necnon sanctimonialium. ex quo apparet raptoris pœnam esse capitis. Quod intelligitur uerum esse, nisi mulier ab initio consensum præbuerit, & de eius uoluntate constiterit. De se enim alioquin non est ipse puniendus, saltem criminaliter, nisi aliud obsistat, etiam quāuis per dolum, aut aliàs seducta fuerit: quia, ubi interuenerit consensus, non censetur esse uiolentia. Et hoc tangit Dynus in reg. iur. scienti & consentienti. Etiā Hippolitus de Marl. singul. consilio 84. & Paulus in consilio suo xxxiij. incipiente, Viso dicto statuto. Vbi consuluit, quòd, stante statuto, rapiens mulierem per uim puniatur pœna mortis, quòd si aliqs rapuerit mulierem solutam, quæ fuit aliàs tacta seu deflorata ab aliquo, non cadit in pœnam statuti: quia non præsumitur eam rapuisse ui & iniuria, cum aliàs consenserit alteri. quod est singulariter notandū. Faciūt dicta per Angelum in l. qui iudicio. ff. de accus. & gl. in l. Cassius. ff. de senatorib. & in glo. l. inciuilem. C. de furtis. Romanus consil. 177. Ancho.

RAPTVM dicitur, quod per uim ablatum est. Eripereq; est de manibus auferre per raptum. l. 4. ff. ne quis eum qui in ius uoc. Et ita in tit. ui bon. rapt. hoc uerbum accipitur. Verbo, planè Rapuisse & scissum & fractum & ruptum alicubi contineri Marcellus scripsit. l. 9. ff. de uerb. sig. Briss.

RAPTVS, id est, uiolentum stuprum, non in uirginem tantum, sed & uiduam, & sanctimonialem. Iouinian. Imp. C. de episc. & cler. Si quis, inquit, non dicam rapere, sed attentare tantum iungēdi causa matrimonij, sacratissimas uirgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur. An aūt super raptu eiusmodi transigere liceat, à Bart. & cæteris petendum.

RARO, aduerbium, pro non sæpe, insolenter. Iurisconsl. in tit. de leg. Perraro eleganter opposuit frequenter. Nam ad ea, inquit, potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facile, quàm ad ea quæ perraro eueniunt. Quorum quidem uerborum sensum, quē recentiores Iurisconsulti induxerunt, non satis probat Alc. c. 8. lib. dispunct. secundo, euidenter demonstrans, ad quos casus pertineant. Spiegel.

RARVM, pro præclaro & præstanti, quod nō ubique reperiatur. Itaq; rarum, est uulgari contrariū, teste Cicerone in Topic. Spieg.

RASTA, Germanica uox indicante D. Hieronymo. Sic enim in comment. In Ioel. Nec mirum, ait, si unaquæque gens certa uiarum spacia suis appellet nominibus, cum & Latini mille passus uocēt, & Galli Leucas, & Persæ Parasangas, & Rastas uniuersa Germania, atq; in singulis nominibus diuersa mensura sit. Spiegelius.

RASTRI, Alfenus, Cornelium (inquit) respondisse aiebat: palos, perticas, rastros, ligones, instrumenti uineæ esse. Vide Seruium super illud, Multū adeò rastris glebas qui frangit inertes. Spiegelius.

RASVRA quādo uitietur instrumentum docet Bart. in l. fi. §. fin autem. C. de edict. diui Adriani toll. Quando uerò propter testamentum suspectum reddatur, tradit in l. si unus. C. de testam. Spiegelius.

RASTRVM. Lege, Bidens.

RATA, contingentem portionem significat. l. 4. & 6. ff. si pars hęre. pet. l. x. §. idem quęrit. ff. de in rem uerso. l. 3. ff. de alim. lega l. 14. ff. qui potio. in pign. Br.

RATA parte, quod uulgus ad æquipollentiam, & etiam pro rata dicit, Latinam uocem usurpans Vlpian. in l. si seruus. in fi. ff. si quis caut. Verùm si pro rata, inquit, unius offeratur pœna. Sic idem in l. in his uerò, de solut & simil. locis. Interpretantur autē pro portione, quæ quandoque est uirilis, quandoq; hæreditaria. de quo Baldus in l. fin. C. de impub. & alijs subslit. Spiegelius.

RATAE preces, id est, exauditæ. Bud.

RATAM rem habere, hoc est, comprobare adgnoscereq; quod à non uero procuratore nomine nostro actum est l. 12. ff. rat. rem hab. Idq; non uerbis tantùm, sed & facto explicari potest. l. 5. ff. rat. rē hab. Et ita in stipulatione qua procurator cauet rem ratā dominum habiturum, hoc uerbum accipimus. Quę & de rato cautio & satisdatio de rato uocatur. l. 23. ff. de admin. tuto. l. 22. §. si pater. ff. solut. matrimo. & stipulatio de rato habendo in l. 2. ff. rem rat. haber. qua promittitur, ut Theophilus in titul. de satisdatio. loquitur, ὡς κύρια ποιεῖ βιβλία τὰ παρ' αὐτοῦ πραχθέντα ὁ δεσπότης ἐγένετο. Briss.

RATAM rem habere. Hic loquendi modus stipulationem prætoriam in se potissimum habet. Hęc enim stipulatio interponitur authore Prætore, ut iudicium ratum fiat, quæ exigitur ab eo quod alieno nomine agit. uide tit. de satisd. Inst. lib. 4. Verbū agere hic accipitur latè & complectitur quoq; stipulationes prætorias l. non solum, titu. de ratihabitione. Hoc accipiendum est si dubiū sit an is qui agit mandatum habeat. Nam ab eo quem constat procuratorem esse ut dicitur in l. ne satisdatio tit. eod. non exigetur hæc satisdatio de qua hic loquimur, quia uerendum non est, ut ratū habeat dominus. Non enim potest retractare quod semel mandauit. Idem dicitur in l. j. C. de proc. Hinc fit ut nec à tutore aut curatore exigatur in l. actor. d. tit. de ratihab. Sunt tamen aliqui casus in quibus etiam cogitur procurator rei satisdare. l. sed & eæ. §. ult. & l. seq. l. non solum d. tit. de proc. ubi periculum est ne agat reus. Extant etiam duo loca sub hoc tit. in l. tutore. & l. procuratore. §. ult. Hæc cautio exigēda est à procuratore ante litem contestatam, post contestationem litis exigi non potest l. Pompo. §. ratihabitionis. tit. de proc. Quæritur etiā quæ sit formula huius cautionis? Hęc cautio satisdationē requirit, fideiussoris scil. dationē; formula describitur in l. procurator. Cautio ratū habere & amplius non agere pro eadē cautione habentur, qđ ex d. l. colligitur, quā adduximus in lectione publica in l. 4. §. Cato. de uerb. oblig. Seilerus ex Lecturis Duareni nondū impress. super tit. de ratihab.

RATIARIVS, à rate dicitur, ut nauicularius, nō opifex, sed negotiator. Vide Paulū in l. qui ratiario. de pignor. act. & Bud. in l. prima, §. nauem. de exerc. act. Spiegelius.

RATIFICARE, quod actum est cōfirmare, Bestetigen/Beuesten. Veteres ratare dicebāt: unde est irritare, contrarium. Spiegelius.

RATIHABITIO, seu ut uulgò dicitur, Ratificatio, instar mandati est. l. fin. C. ad Macedon. Bart. in l. Pompo. ff. neg. gest. & Landfr. Balb. decis. 126. Cent. 2. Eius autem natura est, ut retrò trahatur. l. 4. & 5. C. de pig. act. Hæc quæ operetur sub pœna promissa, pulchrè declarat Zas. in §. Cato. de uerb. oblig. Generaliter effectus ratihabitionis est, ut uoluntatē nostram declaremus, & negotiū, quod alioqui ad nos nihil pertineret, nostrum faciamus: non autē, ut approbare uideamur qualitatem gestus. Quòd qui ratum habet gestum, is non statim probet id, quod dolo malo, uel lata culpa gestum est l. Pomponius. 1. ff. negot. gest. Spieg.

RATIO

RATIO triplicem significationem habet principaliter: Primo namq; accipitur pro ui illa animi, qua homo à cæteris animalibus distat. II. Ratio significat causam quæ demonstrat uerum esse id quod intendimus breui subiectione. III. Ratio sumitur pro respectu seu consideratione eius quod conuenit rei ut in l.1.§.interdum autem.ff.si quadrup.paup.fecisse dicatur. IIII. Ratio nonnunquam accipitur pro forma, modo, uia: Salustius. At ego uobis (inquit) si modo uultis esse uiri, rationem ostendam, qua tanta ista fugiatis pericula, Old.l.quod uero.ff.de legib.

RATIO dicitur certa & expressa in l.uel statuto, quando unica tantùm potest reddi.ita sing. Bald. in l.maximum uitium.in quarta col.in princip. Codic. de lib.præter. argumento l.fundus qui locatus. & l. seq.ff.de fund. instruct. hoc dictum commendat D. Alexan.in l.si constante.in prin.in quinta col.uersic. fortius.ff.solut.matrim.& l.mutu.col.3.uersic. Paulus de Castro hic. ff. de acquir.hære. & in consil.48. uisis & opportunè digestis. in secunda col.libro primo, & consilio 24. animaduersis. in ultimis uerbis, in secundo lib.& consil.50.uisis actis.col.4.libr.2. & consil.185. uiso titul.colu.j. circa medium. libro 2.& consil.cxc.maturè digestis.col.penul.eod.lib.& in l. serui electione.§.primo, colum.j. de legat.j. Decius consil.xv.colum.3.uersic.2.principaliter. & consilio 64.col.1.D.Felin.in cap.3 ad fin.de constitut.& in c. si quando.colum.8.uersic.considera nono. de rescriptis.& Corn.cons.15. ex quo dictus Franciscus. col. 3.uersicul.ubi enim unica,&c.lib.j.& in consilio 217. Quiriacus de Anchona. col.ultim. libr.3. Et potest confirmari per ea quæ scripsi infrà in uerbo, Verbũ præsentis. Secundò confirmari potest per aliud solenne dictum Bald.in l. eam quam.in ix.col.uersicu. demum quæro: Dominus Comes Sabaudiæ. C.de fideicomm.ubi notab.decîdit, quòd si princeps concessit in feudum aliqua castra mihi, & filijs meis pro creatis & procreandis, licet regulariter non transeat ad naturales, c.j.§.naturales.si de feu. fue. contr.inter dom.& agn.tamen si princeps sciebat me solum habere filios naturales, extenditur priuilegium, tanquam si expresse de naturalibus dictum esset. & ita ex facto dicit se consuluisse, fretus eleganti doctrina Bald. Andr. Sicul. in commento l. cum acutissimi. col.cix.uersic.nunc uero est insistendum. C.de fidei com.& in tract.de præst. Cardin. in quinta quæstione primæ partis.in ult.colum. Sed an in dubio ratio in l.uel statuto præsumatur unica, Sal. singula. decîdit quòd non. in l.serui uestri. in septima col. uersic. quapropter ego. C.de noxal.quod pro notab.& memoria dignò commendat Do.Alex. in l. si constante.in prin.in 5.col.uers.sed quid.ff. solut.mat. & pro sing.citat D.Ias. in l.quamuis.ad fin. C.de fideicom. & in auth. quas actiones.col.6. uers.adde idem esse. C.de sacros.eccl.Curt.iunior.consil.6.col.5.

Et ulterius dicebat eleganter Bald.post Andr. de Barrulo, quòd ad iustificationem statuti sufficit rudis equitas laicorum.ex quo in lege ratio non est de substantia.iuxta l.non omnium.ff.de legib.ita Bald. cons.473.circa quæstionem præcedentem. in 2.col. in ult. lib.nam statuta pro maiori parte potius consistunt in Sic uolo, sic iubeo, quàm in modulari ratione: ut inquit Baldus in c.j.in fin.de feud.alien.Et nota diligenter, quòd quando ratio non est scripta in lege, non possumus super ea nos fundare: dicit Bal. in l.si defunctus. C. de suis & leg.quem ita refert D. Alex.cons.55.consideratis uerbis dicti statuti.in ult. col.uers.& ad hoc primo adduco.lib.1.maximè si uigeret statutum, quòd uerba statutoris intelligerentur ad literam prout iacent, ut latè declarat Anch.in c.canonum statuta.col.ult.circa fin.de constit. Cot.

RATIO, est certa ueritatis demonstratio. Vnde rationem quærere in his, quę ad sensum probantur, infirmitas rationis est, ut pulchrè dixit Bald. in l.1. C.de seru.fugit. Lex uerò, omne quod ratione consistit. Salom.in §.responsa.Instit.de iur.nat.gent.& ciuil. Vide, Causa dicitur. Spieg.

RATIO, alia est necessaria, alia probabilis. Necessaria, quæ uera, uel efficax est: uera, naturalis: efficax, legibus uel morib.probata. Probabilis autem, q̃ uerisimilitudinẽ ducem habet, secundum Boethiũ, & diuum August.ut à Salomon.citantur. Sp.

RATIO accepti atq; expensi computata in fine. l.emptor.ff.de pact.Spieg.

RATIO constare dicitur, quando æqua & legitima causa reddi potest. Ex Catanæo. Sp.

RATIO disputandi in iure, & rigor iuris, idem significare uidetur. Vide Iul. in memorabili l. si ita uulneratus. ad l.Aquil. in ea enim disertè ponit, Multa iure ciuili contra strictam rationem disputandi, pro utilitate communi recepta esse. Spiegelius.

RATIO implicita, cuius accepta atque expensa nondum sunt computata. Scæuola in l.emptor prędij.§.j.ff.de pact.Old.

RATIO legis, est idem quod mens legis.l.cũ mulier.& ibi Bart.ff.solut.matrimo. Quanquam Alciat. indicat, differentiam in commentarijs ad l.nominis & rei.de uerb.sig. Non est autem ratio legis inuestiganda, ubi certa liquet legis dispositio: nisi agatur de proferenda lege ad casus non expressos, tollendaq; legum contrarietate, per optimum teste Salomonio text.in c.2.C.de uet.iur.enucl. tum & absurdi, aut iniquitatis uitandæ causa.l.scire oportet. §.aliud.ff.de excus.tut.Spieg.

RATIO non minus mouere debet iudicẽ, quàm lex. Siquidem ubi lex non est; ratio naturalis tacita quædam lex est, inquit Paulus in l.cum ratio. ff. de bon.damnat.Spiegelius.

RATIO poni dicitur, id est, iniri, & computari. l. j.§.si seruus.ff.si quis testa.lib.l.2.§.quod de frumentaria.ff.de administr.rer.ad ciuit.l.41.§.1. ff.de euict. l.12.l.15.§.quod auus.ff.de administrat.tutor. l.89.ff. de solutionibus.Briss.

RATIO etiã putari dicitur, in qua summa fit pura, ut Varro lib.5.de Ling.Lat.scribit.uel ut Nonius Marcel.in qua fraudis, aut falsi, aut mendacij, aut iniqui aliquid separatur & expũgitur. Putare enim ueteres auctore Gellio lib.6. cap.5. dixerunt uacantia ex quaq; re ac non necessaria, aut etiam obstantia, & aliena auferre, & excidere, & quod esse utile ac sine uitio uideretur relinquere. sic in l.7. ff. de contrah. empt.accipienda sunt hæc uerba: Si rationes domini arbitrio putet. Cato de re Rusti. cap.5. Rationem cum domino crebro putet. Plaut. Aulular. Ratio putatur cum argentario. Rationes subscribere. l.81.ff. de condit.& demon. Inde rationes subscriptę & expunctæ.l.13.in fi.ff.de diuers.& tempo.l.41.§.libertatem.ff.de fideicom. uulgò dicimus *Compte clos & affiné*. Rationes relatæ olim dicebantur, quemadmodũ Cicer.lib.5.epist.ad Rufum ostendit, quæ ad ærariũ referebantur. Fes. Pomp.lib.16. R R duobus in compluribus orationibus cùm de actis disseritur, id est, Rationum relatarum quod ijs tabulis docentur iudices, quæ publicè data atq; accepta sunt. Briss.

RATIO, pro cautione, in Auth.nupt §.sic itaque ad finẽ. accipiturq; etiam de datis, acceptis, hoc est, Ratio-

Rationario, quod uulgò registrum uocamus. ut in l. si quis ex argentarijs. §. rationem. ff. de edend. l. emptor. §. Titius. de pact. Vide suprà Liber rationum. Ratio item pro causa. l. eas obligationes. ff. de capit. dim. Item pro respectus proposito, seu consilio, ut apud Vlpian. in l. clàm posside re. de acq. poss. Breuiter, Rationis uocabulum multiplicem habet intellectum. Respicit enim modum, uiam, formam, morē, consuetudinem, ius, iudicium, gesta, & nō gesta, tempus, comparationem, & similia. Interdum consilium & propositum significat. Ratio autem & ueritas conuertuntur. c. frustra, 8. Dist. & Bal. in l. non omnium. ff. de legib. Spieg.

RATIO, pro respectu. ut, Habita est ratio doctrinæ. Habenda est ratio rei familiaris, quam quidē delabi sinere, flagitiosum est, ait Cic. in 2. offic.

RATIO, supputatio aliquando dicitur, uel calculus, seu expensa.

RATIOCINATIO, dicitur ea princeps animi uis, quam λογιστικὴν Græci nominant.

RATIOCINATOR, idem qui calculator. Sūt tamen, ut Insulanus obseruauit, qui calculatoris nomen fastidiunt, etiamsi illo usus sit libro x. Martial.

Nec calculator, nec notarius uelox,
Maiore quisquam circulo coronetur.

Negant tamen, calculare uerbum in usu esse: cuius loco meliora sunt hæc, ducere ad calculum, uocare ad calculum, expendere ad calculum, supputare. Inde Tit. C. de errore calculi. Spiegel.

RATIOCINIVM, in tit. de ratiocin. oper. pub. ipsum ratiocinandi, hoc est, computandi, quod dicitur, actum significat. Spieg.

RATIONALE, quod ratione utitur, uel uti potest. Rationabile, quod cum ratione factum, dictūm ue est. Proinde rationabili dicto ita iudex permoueri debet, sicut lege scripta. ut dicit Andreas Esernitanus in Proœm. feud. Cū naturalis ratio uim legis habeat. l. scire. §. sufficit. de excus. tut. cum uulg. Sp.

RATIONALIA substantiuè, apud Vlpia. si modò syncera manet lectio, in l. 1. §. de seruis quoq; de tut. & rat. distrah. interpretatur Alber. rationum instrumēta. Nor. tex indicat, & aliàs legi posse Auctionalia, nimirum pro tabulis auctionarijs, in quib. annotabatur pretium rerum publicè distractarū: quod sub hasta ferè solebat fieri, ut indicaui in dictione, Auctionem facere. Auctionariarum tabularum mentionem facit Cicero in Catilin. Sp.

RATIONALES posteriorum Impp. temporibus appellati sunt, qui procuratores Cæsaris antea dicebantur. Rubr. de offic. procur. Cæsar. uel rationalis. Lamprid. in Alex. Vbi aliquos uoluisset uel rectores prouincijs dare uel præpositos facere, uel procuratores, id est, rationales ordinare. Ad fiscum itaque pertinentes causas per rationalem decidi, & fiscalia negotia per ipsum expediri legimus. l. 5. l. 8. l. x. C. ubi caus. fiscal. l. ult. C. ad l. Iul. maiesta. l. ult. C. si aduers. fisc. l. ulti. C. de aduoc. fisc. l. 2. C. ne uxor pro mar. l. 2. C. de modo mult. l. 3. de conuenien. fisc. deb. lib. x. C. l. 4. de fide instrum. eo. l. 3. de bon. uacan. eò.

In Notitia autem Rom. Imperij quidam rationales summarum ponuntur per prouincias constituti, quos puto rationales summę rei uocari, ueluti in inscriptio. l. 7. C. ubi causæ fiscal. Idem Aug. ad Buleforum Rationalem summæ rei. At in inscriptio. l. 7. de iur. fisc. in C. Theod. Verecundo Rationali summarum, scriptum est. Alij etiam statuuntur Rationales priuatarum, ut & procurator priuatæ rationis in l. 7. C. de eden. & Rationalis priuatæ rationis. l. unic. C. de anno. & cap. Et Rationalis priuatæ rei. l. 7. C. de bon. proscr. Briss.

RATIONALIS, procurator fisci est, Capitolin. ut suprà: Erat fisci procurator in Libya, qui omnes Maximini studio spoliauerat: hic per rusticanā plebem interemptus est. Sed cùm per eos qui rationalem in honorem Maximini defendebant, uiderét autores cædis, &c. Atq; alius est à procuratore Cæsaris. l. j. de offic. procur. Cæsar. Alciat. in l. uniuersi. C. de fundis rei priuatæ lib. xj. Adde quæ pulchrè scripsit Pyrrhus de Quæstorijs magistratibus. Accursius rationales interpretatur Cæsaris procuratores. Interpretes in l. procurator. C. de edendo inter fisci ac Cæsaris procuratorem faciunt discrimen. & Pyrrhus exactè demonstrat, procuratorem fisci à Cæsaris procuratore longo distare interuallo. Eidem nō absurdum uidetur, si rationalis uocabulum à rationibus dictum, genericè tam huic, quàm illi conuenire dixerimus. Vnde rationales & procuratores Cæsaris, eosdem fuisse legimus apud Lamprid. in Alex. teste Budæo. Spieg.

RATIONARIVS codex, in quo rationes rerū gestarum continentur, quod uulgus Registrum uocat. Substantiuè, qui rationarium conficit, uel qui rationibus præest. Vide Stephan. Rob. Sp.

RATIONE bona dicere, idē est quod bona fide.

RATIONEM argenti reddere iussus, explicatur in l. qui filium, ad fin. ff. de manum. testam.

RATIONEM constare alicui dicitur, quādo acceptorum ratio non superat impensorum rationē, ac reliquorum. Eodem modo per translationem ratio constat in Republica, cùm officio quisq; suo prēclarè fungitur, beneq; collocantur operæ, & in summa cùm nihil temporis hominib. deperit. Old.

RATIONEM reddere is, qui iussus sit non uidetur satisfacere: si reliquum reddet nō redditis rationibus. Pomp. de lib. leg. Mass.

RATIONES agere, gerere, administrare, pro eodem nostri dicunt. l. 41. §. libertatem. ff. de fideicom. liber. l. 40. §. seruus testamento. ff. de statu liber. l. 34. ff. de liber. cau.

RATIONES calendatim recognoscere, est per singulos menses perscripta nomina recēsere, ut sciatur quid nominum quoquo mense factū sit. Turan.

RATIONES dare, reddere est. l. 33. §. Lucius. ff. de admin. tuto. l. 23. §. testamento. ff. de pecul. legato. l. 41. §. Titius ff. de fideic. libert.

RATIONES reddere longè aliud est quàm edere. Nam edere iussus inspiciendi facultatem prębere debet, reliquum reddere non debet. Reddere uerò iussus hoc amplius eam pecuniam, quæ ex reliquis colligitur reddere cogitur. l. 89. ff. de uerb. sig. l. 69. §. seruus. ff. de euictionib. l. 31. ff. de statulib. Etenim rationes reddere effectu nihil aliud est, quàm reliqua soluere. l. 32. ff. de cond. & demon. l. 4. C. de test. man. Quamobrem reddendarum rationū conditioni seruus ita demum satisfacit atq; paret, si libros rationū edat, si legendas, examinandas, dispungendas, computandasq; rōes offerat, si cautiones & instrumenta omnia actus sui exhibeat, & hęredes notitia rationū instruat, & fidem constare omnibus quæ ab eo gesta sunt, doceat, ac deniq; cum fide actus sui quod reliquum est soluat & reddat. l. 80. l. 81. l. 110. ff. de condi. & demon. l. 9. §. is qui reddere. ff. de liber. legat. l. 6. §. ult. ff. de statulib. Nec uerò scriptam duntaxat rationem, sed & eam, quæ sine scriptura ab eo administrata sit, reddere debet. l. 26. ff. de statulib.

Sufficit planè si ex æquo & bono rationē reddat, nec

nec ea utiq; quę sine culpa sua perierint reddere debet.l.22.§.ult. ff.de manumiss.testa. Sed nec ad reliquorum onus pertinent damna, quæ ita cõtigerint, ut nihil imputari posSit.l.41.§.Titius.ff.de fideicom. libert. Quæ tota ferè lex de conditione rationũ reddendarum tractat. Briss.

RATIONES cum reddiderit cum contubernali sua, liber esto: quid hæc uerba indicent, Paul. explicat in l.si seruo.de statu lib. Spieg.

RATIONES referre, est computũ reddere: Dispungere rationes, computum examinare. Bud. in l. si prior. de pignor. Item

RATIONIBVS distrahendis actio appellatur, quæ aduersus tutores, qui pupillũ in tutela fraudarunt, in duplum datur.l.j.§.rationibus. l.2. in prin.& §.ult. ff.de tut.& ratio.distr.l.2.ff.de contr. Briss.

RATIONIBVS inferre, est eam summam, quæ impenditur, in rationariũ perscribere, teste Bud. Sp.

RATIONIBVS referre, est inter recepta computare. **In den Entpfang/oder Einnom stellen.** Vlpian. in l.2.de administr.rer.ad ciuit. pertin. §. grani æstimationem. Spieg.

RATIONIS habendæ causa: hoc est, ut curam haberet, proposuit Prætor, **Eyn auffsehen/oder sorg zuhaben.** Vlp. in l.1.in prin.ff.de postul. Old.

RATIONVM appellatione non instrumẽta tantum, aut codices rationarij.l.cum seruus.de condit. & demonst.l.Prætor.§.1.ff.de eden. sed & Calendaria, & diaria, seu ephemerides & aduersaria cõtinentur: itemq; si qua in palimpsesto, seu deleticia charta, aut opisthographo scripta sunt. l.chartæ. de bon. poss.cont.tab.indicat Alc.in l.1.C.de eden.Sp.

RATIONVM reddendarum cõditio quid contineat, not. in §. Stichus & Dama.l.Thais.de fideicõ. libert. Vide & Vlp. in l.si statulib.de statulib.Sp.

RATIONVM redditione remissa scrupulosa tãtùm exactio rationum remitti uidetur, non etiam reliquorum retentio, uel dolus in actu gerendo commissus.l.71.§.Titius.ff.de cond.& demonst.l.10.l.29. §.filias.l.ult.§.inter.& §.Titia.ff.de lib.leg.l.122. ff.de leg.lib.1. Et ita de eo, qui tutores ἀνυπευθύνους esse, i. rationibus reddendis minimè obnoxios uoluerat, Iulia. respondit, nisi bonam fidem in administratione præstiterint, damnari eos debere. l.5. §. Iulianus. ff. de administ. tut. Briss.

RATIO uera, quam I.C. l.3. ff.ad l.Falcid. nominat, est quam æquitas suadet, cuius scientiam profitentur Iureconsulti, & cuius dicuntur sacerdotes & interpretes Goueanus d.l.3.

RATO tempore, id est, destinato. ut & apud Ciceronem de Diuinat. lib.2.Sp.

RATIS quid sit docet Budęus: nauigium esse temerè factum & inconditum, ut sunt trabes cõnexæ, & sine fabrica compactæ quæ nauigij uicẽ præbent. Ponitur tamen & pro ponte uel etiam loco fluminis quoquo modo iuncto, Cicero ad Atticum: Circumuallatum esse Pompeium ratibus, etiam exitus portus teneri. Peckius l.4. §. Diuus Anton.ff.de incen. rui.naufra. Et uerisimile est, id genus nauium primũ fuisse. Qua de re uide Bayfium in tract.de re nauali. Spiegelius.

RATVM & irritum, contraria. Ratum id significat, quod præcedenti meditatione firmatum est, & ideo ad effectum ipsum referri: Irritum autem rectè dici, quod effectu firmum non est. xj. q.4. c.irritum. Alciat. in l.quum posteaquàm. C.de pactis. Lege, Firmum. Spiegelius.

RATVM & ruptum, contraria. Cicer.de Orato. testamentum ruptum, aut ratum.

RATVM habere, pro approbare, confirmare. Iuxta illud: Ratum habemus frustra, quod nostro nomine gestum non est. Bart.l.1.§.sed & si quis. ff.de ui & ui arm. Spiegelius.

RATVS est, imperitè pro cogitauit, Interpres accipit apud Vlpian.in l.j.de postul. qui appositè, proprieq; eius uerbi significatione usus est, scilicet, pro existimauit: hoc est, quasi ab æstimatione statuit, atque decreuit. Est autem æstimatio iudicij atq; rationis, nec usquam pro nuda tantum uoluntate usurpatur, quæ non statim, quia minimè apparet, in uoluntatem rapienda est. in iure nostro, nõ tutum est semper, quod uulgò dicunt, Sufficit pro ratione uoluntas. Spiegelius.

RAVCARVM Vlp. in l.ex conducto.§.j.ff locati, sic meminit: Si raucis, aut herbis segetes corruptę sint. Vermes sunt, quarum à Plinio, ut annotauit Budæus nulla facta est mentio, in uitijs segetum: sed in 17.de cultura palearum loquens: Olea, inquit, ubi quercus effossa sit, malè ponitur: quoniam uermes qui Raucæ uocantur, nascuntur, & transeũt. De herbis autem noxijs idem ita inquit: Nam lolium & tribulum & carduum, lappamq;, non minus quàm rubum, inter frugum morbos, potius quàm inter ipsius terræ pestem numerauerim. Sp.

RAVDVM æs, imperfectum ueteribus & rude. Vnde in uenditionib. mancupi scriptum erat, Raudusculo libram ferito. Vide Festum. Sp.

R E

RE, præpositio non nisi composita reperitur, denotatq; resolutionem actus interueniẽtis rei cui adijcitur.l.j.§.eleganter.ff.depos. cum simil. quæ Alberic. adducit. Lege, Reddere. Sp.

RE, auferendi casu: ut Re, non uerbis augetur peculium.l.peculium.ff.de pecul. Item re contrahitur obligatio. Inst.quib.mod. Re contrahitur obligatio. & illic, Re nondum secuta. tit. quibus modis tollit. oblig. Spiegelius.

RE integra Ioanni Andr. c.ubi maius.de elect. libro 6. Alberico l.mandatum.C.mand.& alibi quando lis non est contestata, quandoq; etiam ad sententiam definitiuam usq; l.errore. C.de iur.& fact.igno. aliquando, rebus in eodem statu manẽtibus l.quod si minor. ff.de minor. quandoq; re nondum tradita, uel pretio nondum soluto.§.final.Instit.quib.modis tollitur obligatio. quandoq; electionem celebratam cap.ubi periculum.de elect.lib.6. Res integra est, donec in negotio aliquid est cœptũ l.1.ff.de pollic. Pra.

RE ipsa, & facto ipso, eiúsue exitu præstare aliqd. l.2.C.de rer.permu.& l.in minorum. C.in quib.cau. rest.in integ.non est nec.

RE nondum secuta. Instit.quib.mod.toll.oblig.

RE sua se abuti putare, apud Vlp.l.sed & si. §.hæc uerba.ff.de petit.hæred.Sp.

RE, & uerbo fieri posse citationem, tradit glossa præconio Baldi insignis, in l. sed etsi is. ff. de in ius uoca. Spiegelius.

READOPTARE, uel potius, ut in Haloãdri editione est, redoptare, apud Modestin. in l.si pater filium.de adopt.Spieg.

REAEDIFICARE, ꝓ resarcire etiã usurpatur.

REALE uitium obijcere, hoc est, rem esse talem, quæ alienari, aut tradi non potuerit. Vide Oldend. Class.3.action.3.Sp.

REALIA, ea quæ ob rem conceduntur, & non personam respiciũt, dicuntur. ut colligitur ex l. cum unus.ff.de bon.aut.iud possid.Sp.

REA-

Realia iura, id eſt, rõe rei competentia. Connanus lib.3.cap.11.num.4.

Reatus, ſtatus & conditio reorum, hoc eſt, ut Budæus ait, habitus demiſſus, pannoſus, ſqualidus, & miſericordiæ aucupator. Vnde legimus ſub titulo, de Iniurijs, Veſtem ſordidam rei nomine in publico habere, capillúmue ſubmittere, nulli licet. Modeſtin. de pœnis: Si diutino, inquit, tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus eius pœna ſubleuanda erit. Pars enim pœnæ eſſe uiſa eſt, longa temporis intercapedo in conſpicua calamitate & miſeranda. Errore autem miro hæc opinio inter iuriſperitos, aliosq́; inualuit, ut reatus pro crimine exaudiatur, cum clara ſit huius uocabuli ſignificatio. l.ult.in fin.de bon. damnat. ubi Paul. Fraudis autem cauſa, ait, adoptio facta uidetur, etiamſi non in reatu: ſed in deſperatione rerum, per conſcientiam, metu imminentis accuſatoris quis adoptet. Et itidem in tit.de bon.eorum qui ante ſen.mort. ſibi conſc. l.ult. Ita demum bona eius, qui in reatu mortem ſibi conſciuerit, Fiſco uendicanda ſunt, ſi eius criminis reus fuerit: ut ſi damnaretur, morte, aut deportatione adficiendus eſſet. Hodie in reatu ſunt Budęo, qui uel carcere detẽti, ſqualore, & illuuie cõficiuntur: aut qui honoris cauſa, cuſtodiæ ſuæ, aut apparitorum commiſsi: aut uadimonio, aut uadibus obſtricti ſunt, aut expromiſſoribus. Idem poſt Budæum ſenſit Corraſ. Miſcell.lib.2.cap. xx. Reatus, pro pœna, in Authent.de inceſt. nupt.in princ. ac etiam adnotante Alciato, pro facto ipſo rei dicitur. Vnde Lex ait, omnem honorem reatus excludit: eo ſcilicet exemplo, quo & abigeatus, factum ipſum abigei, Marcello, Calliſtratoq́;. Quod aduerſum uidetur Budaicæ ſententiæ. Spieg.

Dictio Reatus Ciceroni & alijs antiquis inuſitata, primumq́; à M.Meſſala cõficta, ut Fabius author eſt, lib. 8. ſignificat qualitatem ipſam, & ſtatũ rei. Martial.lib. 2. Epigram.

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,
Squalidus hærebo, pallidiorq́; reo.
Si iubeat patria damnatum excedere terra,
Per freta, per ſcopulos, exulis ibo comes.

Adde Forcatul. in ſuo Cupidine Iuriſperito capitul. iiij. numero viij.

Rebellis, quam tamen uocem eruditiores, pro eo, qui ex contemptu ſit inobediẽs, peruerſe poni, monent: quòd idem uocandus ſit contumax. Exemplum ex quarto Rhetoric. ad Herennium, producunt. Porrò noſtris Rebellis, & Fidelis, ſunt contraria. Qua de re uide Bart.in Conſtit.Imper.Henrici 7. Qui ſint rebelles. Spiegel.

Rebellio, ipſe actus rebellandi eſt: qui non ſolum facto, ſed & machinatione committitur, ut ibidem pulchrè declarat Bart. Breuiter, qui arripiũt arma in eum, cuius iuriſdictioni ſubditi ſunt, uel qui fidem illi datã non ſeruãt, Eyds vnd Lehens pfli.ht/ & iuſsis magiſtratuum, in ijs quæ ad cõmiſſum eius officium pertinent, repugnant, propriè rebelles appellantur. Vnde non niſi iniuria hoc nomine cenſeri poſſunt, qui profanis magiſtratibus non reſpondent ex æquo in his, quæ ſtatuunt in rebus, ut nunc uulgò uocant religionis. Spieg.

Rebus humanis eximi. l. ſiquidem. C. de act. & oblig. Rebus ſupereſſe. Vlp.l.1.de procur. Vſus autẽ, ait, procuratoris perquàm neceſſarius eſt: ut qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe uel nolunt, uel nõ poſſunt, ſaltem per alios poſsint, uel agere, uel conueniri. Spie.

Rebus legatis quæ in fundo ſunt. Paul. ait, accedunt etiam ea, quæ tunc non ſunt, ſi eſſe ſolebãt: licè quæ caſu ibi fuerunt, legata exiſtimãtur, in fi. l. quæſitum. de legat.3. Sp.

Rebus nouis noua ponenda nomina. Cicer. de nat. Deor. lib.1.

Recanere eſſe uidetur apud Plinium incantationem retorquere, & diſſoluere, quod & recantare fortaſſe dici poteſt. ut enim cantu rumpi angues priſci cenſebant, ſic angues ipſos exiſtimabant, ſi id præſentirent, recanere & incantationem referre ac diluere. uerba Plinij ſunt, non pauci etiam ſerpentes ipſos recanere, & hunc unum illis eſſe intellectum. Turneb. aduerſar. lib.23. cap. x.

Recauta, apochæ ſpecies in Nou. de tranſitu militum, in qua Iuſtinia. oſtendit de recauta de more facta *παρὰ τῶν ἐμβόλων τοῖς ὑποστάταις ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτῶν δαπανωμένων*. Quò fit, ut in Suida mendum eſſe omni adſeueratione adfirmare non dubitem, apud quem ita ſcriptum eſt *ῥέκαυγον παρὰ ῥωμαίοις ἀποχῆς εἶδος*. utiq; enim *ῥέκαυτον* legi conuenit. Briſſ.

Recedere à cõditione, à perſona, à ſtatu, eſt quod immutare conditionẽ, perſonã, ſtatũ dicimus.

Recensitio, pro recognitione. Vlp.in l.3.§. ſi quis noxali. Ad exhiben. Non ne æquum eſt ei familiam exhiberi, ut noxium ſeruum agnoſcat? quod ex cauſa debet fieri, ad deſignandum eum, cuius nomine noxali quis agit, recenſitione ſeruorum facta. Accurſ. id eſt, nominatione interpretatur. Sp.

Recens, inueterato contrarium.

Recenti re, id eſt, eo tempore quo res contigit: quod etiam è re nata dicitur.

Recepisse arbitriũ uidetur, qui iudicis partes ſuſcepit, finemq́; ſe ſua ſententia cõtrouerſijs impoſiturum pollicetur. autor Vlpi.in l.idem Pompo. de arb. Vide §.recepiſſe. l.ſi de meis. eo. tit. Sp.

Recepisse ſeruũ alienum ita accipimus, ſi ſuſceperit ad ſe etiam proprium accipere refugiũ abſcondendi cã ſeruo præſtare, uel in ſuo agro, uel in alieno loco ædificioue. Vlp. de ſeruo corrupt. Maff.

Recepta reddenda, facta, præſtanda, extat apud Paul. exemplũ, in l.in iudicio. ff. famil. erciſc. Sp.

Receptator, qui latrones, eorumq́; ſurrepta recipit, occultatque. Metius de Receptat. Peſsimum, inquit, genus eſt receptatorum, ſine quibus latère nemo diu poteſt. Quãuis receptator, qui cognatum uel affinẽ conſeruauerit, non eſt ſeuerè puniendus. l.2. eod. tit. Hinc receptaculum, dicitur locus in quem ſe improbi homines recipiunt. Sp.

Recepti generaliter dicuntur, qui conſenſu aliquo admiſsi ſunt uel electi. Hinc in Pand. titul. de receptis: hoc eſt, admiſsis ſeu electis illis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant inter controuertentes.

Recepti in libris noſtris appellantur, Arbitri: ex eo quòd à Prætore ad arbitrandum delecti, recepti atq; admiſsi ſunt: ſiue quia ex recepto, id eſt, ex compromiſſo cauſas dirimendas recipiũt. l.j. & paſſ. ff. de recept. & l.12. C. de iud. Hot.

Recepti in reos, uide Reum facere. Venul. l. 12. §. j. ff. de accuſ. Hoc beneficio etiam in reos recepti uti poſſunt. item in fin. Cornelia iniuriarum ſeruum nõ debere recipi reũ, Cornel. Sulla auctor fuit.

Receptitia actio olim uocabatur, quæ aduerſus argentarios, qui pecuniã alieno nomine conſtituerãt, dabatur. l.2. C. de conſt. pecunia. Theoph. in §. perſonam. Inſt. de actionib. à uerbo, opinor, Recipere, quod nonnunquam promittere eſt. quod omnem omnino obligationẽ, in ſe reus ſic conſtituẽs reciperet. Vnde & ex recepto, id eſt, compromiſſo,

NN Iuſtin.

Iustin.interpretatur. Indeq; arbitros, qui ex compromisso adeuntur, Receptos dici censet. l.12. C. de iud. Quod ego non nisi lentè ac fastidiosè probare possum. Crediderim enim, quod salua Iustiniani pace dictum sit, Receptos potius à recepto arbitrio dictos. in edicto Nautę, caupones, uerba hæc: Quod cuiusque saluum fore receperint, ad omnes res, quę in nauem cauponamue immissæ, illatęq; sunt, & si specialiter adsignatæ non sint, pertinent. l.j. in fin. ff. nautæ caup. l.j. ff. fur. aduer. naut. caup. Et qui saluum fore recipit, non solùm à furto, sed & à damno recipere uidetur. l.5. in fin. ff. naut. caupo. Briss.

RECEPTITIA dos ea dicitur, quam is, qui dat, in mortem mulieris à marito stipulatur. l.31. §. sed & dos. ff. de mort. cau. don. Et apud Vlp. in Instit. tit. 6. Briss. Connan. lib. 8. cap. x.

Vnde Receptitius seruus apud Cato. in suasione legis Voconiæ, non ut Festus interpretatur qui ob uitium redhibitus sit: sed ut Non. Marcell. longè rectius, quem mulier in danda dote aut donatione exceperat. Gell. lib. 17. c. 6. Quando mulier, inquit, dotem marito dabat, tum quæ ex suis bonis retinebat, neque ad uirum trāsmittebat, ea recipere dicebatur, sicut nunc quoq; in uenditionibus quę excipiuntur neque ueneunt. Briss.

RECEPTVI cane. e historicis est in locū tutiorem redire. Milites siquidem cum castra tenuerint, priusquam exirent in aciem, cum signo dato in eadē redeunt, sese recipere dicūtur. Inde canere receptui est tubarum, lituorum, aut cornuum seu tibiarū cantu significare militibus, ut à pugna in castra aut mœnia redeant.

RECEPTVM est, impersonale, quicquid à plerisque prudentium approbatum est. Bud. in l. nō debet de dolo malo.

RECEPTVM non uidetur, quod receptum nō durat. gl. c. nam & ext. de uerb. sig. quod utiq; uerum est, cum recipientis ius extinctum est. alioquin si nō extinctum, sed translatum proponatur, receptum uidetur. ex responso Pauli, qui ait, sub tit. de uerb. significat. Cœpisse quis intelligitur, quamuis alijs acquisiuit. Spiegelius.

RECEPTVM ius, pro approbato. l. in minorū. C. in quibus caus. in integ. rest. non est necess. Sic approbare apud Quintil. ut a Budæo citatur. Spieg.

RECEPTVM moribus, ut nostri: uel in mores, ut apud alios legitur, quod obseruatione quadam, non legibus confirmatum est. Spiegelius.

RECEPTVRVS, ad animi uoluntatem referendum. ut Valla de futuri, temporisq; participijs tradidit: & Alciat. sequitur, in l. prima, ff. si cert. pet. per gl. in l 2 eodem. Spiegelius.

RECEPTVS in ciuitatem quis dicitur, qui cum suffragio ciuis efficitur. Spiegelius.

RECEPTVS inter reos quì dicitur, quando reiectis exceptionibus dilatorijs, declinatorijsq; pronunciat iudex ad ulteriora procedendum. Quod, ut attestatur Alc. rectè Bart. docuit, in l. is qui. de publ. iud. Igitur post huiusmodi interlocutionē, quæ uim cuiusdā litis contestationis habet, qui accusatus est, incipit in reatu esse: quæ uox Cic. & alijs antiquis inusitata, primumq; à M. Messala conficta. ut Quintil. autor est. Ex Alciat. Parerg. Sp.

RECEPTVS mos est, quem sponte alienum asciuimus.

RECESSISSE non uidetur, qui extemplo redijt. Vide Magistrum Practicæ §.1. uers. 1. de Salarijs. Sed & animo reuertendi abiēs, recedere non uidetur. per text. not. in l. nihil. ff. de capt. Sp.

RECESSVS à nostris, à Græcis ἀνάγωγὴ dicitur, quando ab humilibus ad sublimia & ardua ascendit oratio, & hæc Theologis frequentior. Quandoquidem mentis subnexionē à litera ad sensum spiritualem, à terrenis ad cœlestia, ἀνάγωγὴν dicūt. Vt cùm dominus pollicetur Iudæis terram fluentē lacte & melle, ἀναγωγικῶς cœlestem sedem, & patriam deliciarum spiritualium copia redundantem intelligunt: παρὰ τὸ ἀνὰ, τὸν ἄνω, quod sursum significat. Est ἀνάγωγὴ mentis sursum eleuatio, & recessus, quemadmodum sanguinis reiectionem medici, τῶ τοῦ αἵματος ἀνάγωγὴν, id est, sursum eductionem dicunt, quum uidelicet sanguis è pulmonibus, tussi, aut è uentriculo, uomitu sursum educitur: unde ἀναβάλλειν αἷμα extussire sanguinem, frequens apud Galenum & Hippocratem loquutio. Brechæus in l. Tugurij appellatione. ff. de uerb. & rerum signific.

RECIDERE, est sui iuris fieri non posse, hoc est, de potestate in potestatem descendere. ut eleganter sensum reddens Cantiuncula dixit, Insti. quib. mod. ius patr. potest. solu. in prin. Vlp. in l siue cont. de liber. agnos. in cuius potestatem recasurus est. & inferius. In cuius potestatem recasuri nō sunt. & rursum sub fine eiusdem. l. idem. de his qui sui uel alien. iur. Nepotes, inquit, ex filio, mortuo auo, recidere solēt in filij potestatem. Oldend.

RECIPERE, uerbum est peculiariter ad materiam arbitrorum pertinens, qui arbitrium recipere dicuntur. Vnde toties absolutè dicitur, Recepit, pro eo quod est, admisit arbitrium in se transferri. l. Pedius. in fin. l. sed si in seruum. ff. de recept. Old.

RECIPERE, inter alia significat pulchra phrasi promittere, suscipere in sese aliquid: Cic. in epist. sæpe dicit: Recepi me uenturum. Item, Recepi me facturum. Inde dicta est receptitia actio, cuius fit mentio in l.2. C. de const. pecun. Old. Imo recipere plus aliquanto significat, quam polliceri uel promittere, cum in alieni facti obligationem ueniunt. Cic. epist. fami. Separatim promitto, in meq; recipio fore eum tibi & uoluptati & usui: Et ad Attic. De æstate polliceris uel potius recipis, hoc est, ut uulgo loquimur, capis super te. Quod nihil aliud est, quam alienā obligationem loco ueri debitoris subire. & alterius promissi non fideiussorem modo sed reum se constituere. Connan lib. 6. cap. 6. num. 3.

RECIPERE item est, quòd cauere: sic accipitur ab Vlpiano in l. emptorem. §. qui aūt. ff. de act. empt. & uend. Nisi fortè (inquit) si quis omnes istas suprascriptas conuentiones recipiat: quemadmodum recipitur, ut uenditor nummos accipiat, quāuis merx ad emptorem non perueniat, recipitur, id est, cauetur, Budæo in forensibus interprete. Adde Brechęū in l. qui fundum, in uerbo recepta, in titu. de uerbor. & rerum signific.

RECIPERE præter notas & uulgatas significationes, in tradendo promittendoue excipere significat. l. 205. ff. de uerb. signif. l. xj. ff. commun. præd. l. 31. in fin. ff. solut. matr. l. 53. §. ult. ff. de actio. emp. l. 42. ff. de mort. cau. do. l. 29. §. si fundum. ff. de lega. 3. l. 43. §. stipulatus. ff. de usufruct. l. 40. §. fundi. & §. cùm fundus. ff. de contr. emp. Cato de re rust. cap. 64. Pabulum domino recipitur. Cic. Topic. Feciq; quod sępe liberales uenditores solent, ut cùm ædes fundúmue uendiderint, rutis cæsis receptis concedant tamen aliquid emptori quod ornādi causa aptè & loco positum uideatur. Idem lib. 2. de orat. Dicet te cùm ædes uenderes ne in rutis quidem cęsis solium paternum

num recepisse. Vide Gellium lib.17.c.6. Briss.

RECIPERE arbitrum, eligere arbitrum, pro ad arbitrum compromittere: ad partes referuntur. l.2. §.j.l. litigatores. in prin.l.non distinguemus. §.de offic.ff.de recept. Recipere autem arbitrium, suscipere officium arbitrandi: recipere auditoriũ, ad arbitrum pertinent. Spiegelius.

RECIPERE custodiam.l.14.§.ult.ff.de furtis.

RECIPI etiam rei dicuntur. l.2. §.1.ff.de custod. reo. Tacit. lib.4. Cæterorum quæ multa cumulabantur, receptus est reus, neq; tamen peractus. Briss.

RECIPI quoq; nomen eius, qui inter reos refertur, Latini auctores dicunt. Cicer.4.in Verr. Et alij, qui interfuerint, cùm accipientis nomẽ reciperetur. Valer.lib.3.c.7. Cùm id uitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui reipub.causa abessent, recipi nomina uetabat, in urbem tamẽ recurrit. Bris.

RECIPI in carcerem.l.j. l.13.ff.de custod.reo.l.1. ff.quando appell.sit. Et recipi in custodiam.l. ulti.ff. de quæstionibus. Briss.

RECIPROCVM dicitur, quod eò redit unde prodijt, dictum à recipiendo authore Varrone. Sic horæ reciprocantur, quum expleto legitimo cursu, rursus ad pristinum statum redeunt: & unda à littore excussa, rursus littus alluens, reciprocari dicitur. Ex Erasm. Spiegelius. Ita mutuum est quod reciprocat: quia cum restituis mihi quod credideram, redit ad me quod discesserat. Nam quod reddis, adeo simile & finitimum est ei quod dederam, ut meum prorsus accepisse uidear. Connan.lib.7.cap.1.nu.7.

RECIPROCA substitutio, Vide Substitutio.

RECIPROCA argumenta Græcis ἀντιστρέφοντα sunt dicta, ut annotauit Gellius lib.5.c.x.

RECISIVS, pro contractius, breuius, elegans aduerbium apud Callistratum, in l.2. de Term.mot. Spiegelius.

RECITARE hæredem, & pro facere, & pro pronunciare, & pro scribere usurpatur. Iulian. in l.3. sub fin.de his quæ pro non script.hab. Qua, ait, ex parte me Titius hęredem scriptum in tabulis suis recitauerit. Vide in Pronunciare.

RECITARE etiam testator hæredẽ dicitur, quem palàm, id est, sic ut à testibus septẽ exaudiri possit, nuncupat, ut in l.1.ff.de his quę pro non script.habent. Qua ex parte me Titius hæredem scriptum in tabulis suis recitauerit, ex ea parte hæres esto. Et in l.18.§.ult.ff.de hæred. instituen. Qua ex parte à me Titium hæredem institutum recitassem, ex ea parte mihi Sempronius hæres esto. Cic.pro Cęcin. Testamento si recitatus esset hæres pupillus Cornelius. Brissonius.

RECITARI testamentum dicitur, cùm in publicum prolatum & apertum testibus præsentibus publice recitatur. l.3.C.quemad.testam.aper. l. 41. ff. si cert.peta.l.11.§.j.de legat.2.l.6.in fin.ff.de extraordi. crim.l.40.ff.de iur.fisc.l.29. ff.de manumiss. testam. & apud Paul.lib.4.Sentent.titul.6.Plin.7.cap.52. Apertoq; testamento recitatum hæredem minorem funeri institisse. Brisson.

RECOGNOSCERE, pro approbare, agnoscere, reuidere, apud Martia.in l.1.§.inter filium. de fals. Si specialiter, ait, subscriptio facta est: quod illi dictaui, & recognoui, pœna cessat. Spiegelius.

Itaque cognoscere instrumenta Vlpia. ait esse relegere & recognoscere. Dispungere uerò conferre data & accepta. Sic Descriptum & recognitum faciant, accipe in l.v.ff.famil.ercisc. Recognoscere etiã dicitur, qui quod se dictante ab alio scriptum est, agnoscit.l.x.§.item Senatus.ff.de fals. Brisson.

RECOGNITIO & dispunctio in l.xv. ff.de rebus auct.iud.possid. ad quam referenda est l. 56. ff. de uerbor.significa. ut inscriptionum similitudo admonet. Brissonius.

RECOGNITIO, pro cautione, barbarorũ est.

RECOMMENDARI, est Bartolisticis, detineri & carcerari ad implorationem aliorum. de quo uide Bart.in l.2.ad fin.ff.de custod. reor. ubi docet: Si carceratio nulla esset, nec recommendationem ualere. Notum est Latinis, uerbum recommendo, non esse in usu. Spiegelius.

RECOMMENDARI reus, est interpretib. qñ aliquis est in carceribus propter unũ crimen, & duo actores ueniunt implorãtes officium iudicis, quòd iste incarceratus detineatur etiam propter eorũ interesse. Spiegelius.

RECOMPENSARE uerbum, tametsi ægrè à Latinis admissum, in maximorum tamẽ principum Cancellariam receptum est.

RECONVENTIO, quæ rei: & conuentio, quę actoris est, dicitur mutua petitio. Sunt enim quasi connexa.l.pen. C.de Iudæis. Vide Abbat.in rubr.de mut pec. Negant reconuentionem (quæ nihil aliud est in effectu, quàm retorsio. l.cum Papi.cum Auth. seq.C.de Senten.& interloc. omn.iudic.) habere locum in appellationis causa, tum coram arbitro. Vide Lanfr.Balb.Decis.65.Cent.1. Potest autem conuentio & reconuentio fieri uel coram iudice ordinario, uel delegato.in Nouel.de executoribus. §.illud. & in Auth.& consequenter. C. de sentent.ubi glossa pulchra. Spieg.

RECONVENTIONEM Caius eleganter appellat mutuam actionem, in l.si cùm idem eodem.§. sed & si mutuæ. ff.de iurisdict. Oldend.

RECTA cœna, Sportulę opposita erat. Vide Stephan.Robert.

RECTA tunica. Vide Festum.

RECTA uia narrare, narrare rem ut est, nihil mentiri.

RECTA uia transit dominium rei legatæ, in legatarium.l.à Titio. ff.de furt.

RECTE uerbum, pro uiri boni arbitrio est, inquit Vlpian. in l.hæc uerba.de uerborum significat. Vbi Alc.indic.hinc probari dictionẽ hanc Rectè, ad iustitiam causæ referri, sicut ritè ad ritum, id est, solennitatem. Sed tamen uidetur Rectè generalius accipi. Quod enim secundum ritus fit, hoc & rectè fieri dicitur. Quamuis eodem admonente, Iurisconsulti differentia hac nimis subtili abutantur, & doctissimi Grammaticorum aliter tradiderunt. Varro: Ritè à ritu. nam quod secundum ritus fit, id ratum & rectum est. Priscian. Ritè pro rectè: quia nihil traditur ritibus nisi quod rectum esse credatur. Donatus: Rectè dicitur, quod nullo uitio uerborum dicitur. Verè, ad rei seu sententiæ ueritatem refertur. Hinc Terent.in Adelph. Rectè & uerè dicis.. Spieg.

RECTE aliàs est idoneè, utiliter, & ut oportet.l. 2.ff.usufruct.quemad.cau.l.xx. §.ult.ff.de seruit.urban.l.24.ff.de seruit.rusti. Item legitimè & secundũ iuris ordinem.l.2.§.1.ff.ad Velleian.l.27.§.rectè.ff.de liber.cau.l.31.ff.de minorib.l.2.ff.de inoffic.testamento.l.vj.in fin.ff.de iure patron.l.3.in princip. ff. de liber.& post. Briss.

RECTE etiam est sine uitio, id est, non ui, non clàm, non precariò.l.pen.ff.de itin.actuq;. His enim modis rectè rem non geri Donat.in Eunuch.Terẽt. notat. Rectum iudicium pro directo, & principali in

l.18.§.ult.ff.commod.coniuncta l.17.§.1. ff.eod.tit.ut & Recta actio pro directa, in l.9.§.sed non ut litterę. ff.de adquir.rer.dom.Briss.

RECTE atq; ordine, id est, rectè ac sapiêter. quippe ex sapientia, consideratio: ordo aût ex consideratione nascitur. In edicto Vell. l.2. ff.ad S.C.Vell. Arbitrari Senatum, rectè atq; ordine facturos ad quos de ea re in iure aditū erit. Cic. in Anton.3. Rectè atq; ordine, eq; Rep. fecisse & facere. Vlp. l.diui, 27. §.j.ff. de liber. cauſ. Rectè atq; ordine iudices puto facturos, si hanc formam fuerint consecuti. Hot.

RECTE, in stipulationibus tantundem ualet, ut Arbitratu boni uiri: inquit Vlpia. l. hæc uerba, 73. de uerb. sign. Hinc Rectè defendere, arbitratu boni uiri defendere: apud eundem in l.iam tamen, 5. §.3. ff. iudic. sol. Hinc illa formula apud Paulum in l.lecta, 40. ff. si cert. petat. Et hæc quindecim proba rectè dari Kalendis futuris stipulatus est Mæuius. Cato de Re rust. cap. C.44. Oleam cogi rectè, satisdato arbitratu L. Manlij. Idem cap.146. Rectè hæc dari, fieriq;, satisq; dari domino, promittito. Varro lib. de re rusti. 2. cap.4. Illasce sues sanas esse, habereq; rectè licere, spondésne? Scæuola l. qui Romæ, §.xv. ff. de uerbor. obligatio. Eaq; sic rectè dari fieri promisit Callimachus. Vlpian. l. aliud est, 71. de uerb. signif. His rebus rectè præstari. Hotom.

RECTE defendi in edicto quod in l.5. §.ulti. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. proponitur, quam uim habeat, explicatur in l.63. ff. de iud. & l.x. ff. de adm. tut. Quas ad id argumentum pertinere indicio sunt inscriptiones. Briss.

RECTE pecunia data intelligitur, quando loco & tempore congruo datur. l. lecta. ff. si cert. pet. Sp.

RECTO iure apud Imp. §.j. de fideic. hęre. sic interpretor. Rectè atq; ordine, è legibus, iure, ut leges permittunt. In primis igitur sciendum est, inquit, opus esse ut aliquis recto iure testamento hæres instituatur: id est, quem ius legesq; permittant institui. Hotomannus.

RECTOR propriè dicitur, qui prouinciam, siue Præfecti Præt. titulo, siue Comitis, siue Proconsulis, siue Legati, siue Cæsaris, siue Correctoris nomine regit. Vide Bart. in l.j. C. de excuſ. mun. lib. xj. & Alc. in l. principalibus. ff. si cert. pet. Cæterùm Rectorem scholasticorum nomine contineri, ut & episcopum, qui studiorum causa in Academia sit, Bald. docuit in procem. Decretal. Sic appellatione militum, Imperator, Der oberst Feldthauptmann l.j. ff. de milit. test. appellatione populi, Senatus continebitur. §. plebs. Instit. de iur. nat. Qua ratione cum curiam dicimus, etiam de Cardinalibus: cum monachos, de Abbate: cum Capitulum, de Decano quoq; intelligemus. c.quia. §.1. de conceſſ. præb. in Sexto. Spieg.

RECTORES ciuitatum & municipiorum, cur hodie exerceant, quæ sint meri mixtiq; imperij, Bartolus docet in l.j. ff. de damn. infect. Spiegelius.

RECTVM, honesti species, diuiditur in iustitiā, fortitudinem, prudentiam, & temperantiam.

RECVPERARE id dicimus quod amissum in nostram potestatem redigimus. Connan. lib.4. cap. xvij. numero viij.

RECVPERATIO est, ut ait Gallus Ælius, cum inter populū & regem, nationesq; & ciuitates peregrinas lex cõuenit, quo modo per recuperationem reddantur res, recuperenturq;, res priuatas inter se persequantur. Spiegelius.

RECVPERATORES primùm dicti sunt, qui inter populum Rom. & ciuitates peregrinas de reb. priuatis reddendis recipiendisq; cognoscebant. Ea enim, ut ex Festo cõstat, Recuperatio dicebat. Hinc

RECVPERATORES, iudices qui à Prætore in priuatis cõtrouersijs quacunq; de re ageretur, dabantur: quos à recuperando dictos apparet, quòd per eos suum quisq; ius recuperare posset. Hot. Corraſ. Miscell. lib.3. c.18. Recuperatores appellatos scribit, quod de bonorum iniquè ablatorum recuperatione, æstimandisq; iniurijs cognoscerent. Idq; ex accusationis tertio in Verrem intelligi existimat Hot. §. sic itaq; discretis. Inst. de act. ubi latè de eorū officio.

Vnde Recuperatorium iudicium, quòd per iudices datos exercebatur, apud Cic. lib.2. de inuent. & apud Suet. in Vespasian. & in lege Manilia ad fin. & Plin. Epist. pen. lib.3. Briss. Differunt autem iudiciū & interdictum recuperatoriū. Qui enim ui deiectus erat, interdicto recuperatorio à Prætore impetrato, conuocabat amicos suos, & cum ijs in fundum recuperandæ possessionis gratia deductus, præsente aduersario surculum defringebat, solênibus uerbis cedere aduersarium, uacuamq; relinquere possessionē iubens, defractoq; surculo, rursus ex fundo per eosdem amicos domum deducebatur: de quo more uisus est sentire Aggenus Vrbicus, cū ita scriberet: De loco si possessio petenti firma est, etiam interdicere licet, dum cætera ex interdicto diligenter agantur. Magna enim alea est litem ad interdictum deducere, cuius est executio perplexissima. Nec sanè aliud quidquam continebat interdictum, quam simplicē quandam decreti formulam, qua fieri quid, aut non fieri sic à Prætore iubebatur, ut ei parere necessum statim foret, sine aliqua caussæ indagatione, ac proinde nullam sententiæ pronuntiationem, nullamq; rei iudicatæ uim aut effectum sortiri aliquod interdictum solet. l.35. de actio. empt. & uend. Aliud est, si neglecto interdicto maluerit iudicio recuperatorio is qui deiectus est in possessionem restitui. Tunc enim non recuperari duntaxat possessio solet, sed tanti etiam aduersarius condemnabatur, quanti ea res esset, hoc est, in duplum. l.21. in fin. de hæred. uel act. uend. habita etiam eius, quod interest, ratione. Idq; illud est, quod edicti quadam perpetui antiqua clausula, sic apud Valerium Probum notis expressum inuenio: Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ iudiciū recuperatorium dabo, testibusque publicè duntaxat decem denunciandi potestatem faciam. Per testes eos intelligit Prætor ciues Romanos, qui per uim deiectionem fieri uiderant.

RECVSARE, pro accusationē depellere, apud Cic. Bud. obseruauit. Recusamus reipsa, & tacitè. l. recusare. ff. de acqu. hær. l. recusare. Ad Trebell. Item recusat, hoc est, refutat, reijcit impropriè, quod sibi delatum non est. l. filia. ff. de aur. & arg. leg. Præterea recusat, qui debitè requisitus, absq; causa protendit executionem, ut not. in Auth. de exact. instru. dot. §. illud. Astipulatur l. tutor qui repertorium. §. si deponi. ff. de administra. tut. Obseruandum, executorem recusari non posse suspecti nomine, nec ab eo appellari, nisi in exequendo modum excedat, secundū gl. in l. apertissimi. C. de iud. Olden.

RECVSARE & Repudiare hæreditatem differunt. Recusare non modò hæres potest, uerumetiā fideicõmissarius. l. cogi, 16. §.3. & §. si seruo, ff. ad Trebell. Repudiare aūt solus hæres potest: quippe cum alij nulli hæreditas deferatur. rursus, Repudiatio in iure tantum fieri potest. l.3. & 4. C. de repud. hæred. Recusatio uerò quouis loco & modo rectè fit. Itaq; recusare, inquit Vlp. non tantum præsentes, sed etiā absentes,

absentes, uel per epistolam possunt. l. recusare, 6. ff. ad Trebel. & l. recusari, 95. ff. de acq. hæred. Recusari hæreditas non tantum uerbis, sed etiam re potest: & alio quouis indicio uoluntatis. Hot.

RECVSATIO, exceptio. Cice. de inuent. lib. j. Iudiciale est, quod positum in iudicio, habet in se accusationem & defensionem, aut petitionem & recusationem. Hinc illud Celsi in l. 48. ff. mandat. Si quis sub usuris creditam pecuniam fideiussisset, & reus in iudicio conuentus cùm recusare uellet sub usuris creditam esse pecuniam, fideiussor soluendo usuras potestatem recusandi eas res sustulisset, eam pecuniam à reo non petiturum. Hot. At Connanus aduers. lib. 7. cap. 14. num. 8. Recusationem in d. l. 48. accipit pro defensione. Recusare enim quandoq; significat defendere. Idcirco Tullius accusationi recusationẽ opponit, quo uerbo nimirum defensionẽ significat. At defendere tum prohibere & propulsare est: tum conseruare & tueri, ut defendere iniuriam. Sic dicta l. 48. debitor recusat pecuniam sub usuris esse creditam, quòd hæc esset creditoris petitio & intentio, pecuniam non fuisse creditam sub usuris, idq; defendebat & reijciebat inficiatione. Connan.

REDACTA pecunia, Vlpia. interpretans uerba S. C. quod relatum est in l. item ueniunt. ff. de pet. hę red. Redactam, inquit, sic accipiemus, nõ solum iam exactam, uerum etsi exigi potuit, nec exacta est. Sp.

REDACTVS, pro perductus. Vlp. de in ius uoca. Sed si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus, putat Põponius eum amisisse honorem. Est autẽ redigere propriè, ui quadam, uel industria ducere ad aliquid. Sic redigit prętor per interdictum. Quod Legat. l. j. Serui in dominium nostrum rediguntur. l. & seruorum. ff. de statu hom. Spiegel.

REDADOPTARE, iterũ denuò optare, apud Modestin. in l. si pater filium. ff. de adopt.

REDDERE quamuis propriè significet retrodare, & quod acceperis, restituere. l. 4. §. si quis seruum. & l. 39. §. si hæres. ff. de statu libe. tamen habet & per se dandi significationem. l. 94. ff. de uerb. sig. quæ ex l. 21. ff. de legat. lib. 2. id est, ex lib. xx. Digestorum Celsi sumpta est. Itaq; Reddere iussum simul & dare iussum Cascellius & Labeo probant. l. 98. ff. de leg. 3. Et ideo si quis alicui pecuniam reddi iusserit, & si debitam non appareat, ex fideicommisso tamen ea rectè petetur. l. 91. §. 1. ff. de leg. 3. Briss.

REDDERE æquè bonũ, pro eo quod æquè acceptum est. l. cum quid. in fin. ff. si cert. pet. quemadmodum in mutuo res æquè bona reddenda est, sicuti fuit mutuo accepta. Spieg.

REDDERE pro Dare aliquando accipitur. Sic apud Cicer. reddere literas, pro tradere & dare literas. Quintil. Si (inquit) uerum est post uetusta secula & innumerabiles annos reddi rursus alijs corporibus animas, fortasis in me renatus sit aliquis ex illis. Reddi animas pro dari intellexit teste Laurentio Valla. lib. 2. Reddere exta dixit Virgil. Sed Sacerdotum uerbo, ait Seruius. Reddi enim dicebãtur exta, cùm probata & elixa aræ superponebantur. Virgil. lib. 1. Georgic.

Lanciuus & pandis fumantia reddimus exta.

At uerò apud Celsum in l. cum quidam uxori. ff. de leg. 2. Cum uir dotem uxori suæ reddidisset, & quadraginta ei legare uoluisset, & quanquam sciret dotem ei redditam, hoc tamen prætextu ac colore uerborum usus esset, Iubeo quadraginta reddi uxori, quasi dotis reddendæ nomine eam summam legasset quadraginta legati non dotis nomine deberi cõstat. Verbum enim reddendi (ait ipse Celsus) quanquam significationem habeat retrò dandi, recipit tamen & per se dandi significationem. Vide quæ scripsit Brechęus in l. plus est, in uerbo Restitutionis. ff. de uerb. & rer. signif.

REDDERE, rem pro re dare. Seneca lib. de benefic. 6. Cum dicimus, Beneficium illi reddidi, non hoc dicimus, illud nos quod acceperamus reddidisse: sed aliud pro illo reddere. Est enim rem pro re dare. Quidni? cum omnis solutio non idem reddat, sed tantundem. nam & pecuniam dicimur reddidisse, quamuis numerauimus pro argento aureos, quamuis non interuenerint numi, sed delegatione & uerbis perfecta solutio sit. Item lib. 7. Reddere, est id qđ debeas uolenti dare. Hot. & ante eum Duaren. lib. 1. disputat. anniuers. cap. 14.

REDDERE inter, & edi rationes multum interest, nec is, qui hoc edere iussus sit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem iubetur, etiamsi quod reliquũ sit apud eum non soluat. Pompon. de uerb. sign. Maffeus.

REDDI actiones dicuntur à Prætore, id est, dari. l. 11. ff. de præscr. uerb. l. 52. ff. de rei uind. §. rei persequendæ. in fin. Instit. de actionib. l. 35. ff. de obliga. & actionib. l. 9. §. j. ff. quod falso tutor. l. ultim. in fin. ff. si uentr. nom. l. 23. in fin. ff. comm. diu. Briss.

REDDI interdictum. l. 4. ff. de ui & ui arma. l. 1. §. est igitur. & l. ult. ff. uti posside. l. j. §. hoc interdicto. & §. præterea. ff. de itin. actuq; l. j. ff. de Saluian. interd. l. 14. §. is qui precario. ff de furt. l. j. §. quæ autem. ff. quor. legatorum. l. un. §. pen. ff. ne quid in flum. pub. l. j. §. j. ff. de fonte. l. 5. in fi. ff. quib. ex caus. in poss. & apud Paul. lib. 4. Senten. tit. 7. Briss.

Sic & Reddi iudicium. l. 12. ff. de præscr. uerb. l. 4. ff. de aqua cott. l. pen. ff. quod cuiusq; uniuers. l. 3. ff. de bon. eor. qui ante senten. Briss.

REDDI pœnæ dicuntur, qui ad pœnam suam, quã euaserant, uel ad metallum reuocantur. Plin. libr. x. Epist. Traianum consulens de seruis qui ex damnatione in seruorum publicorum numerũ irrepserant: Nam & reddere, ait, pœnæ post longum tempus pie rosq; iam senes, & quantũ adfirmatur, frugaliter modesteq; uiuentes nimis seuerum arbitrabar. Cui Traianus sic rescribit: Qui intra hos decem annos damnati, nec ullo idoneo auctore liberati sunt, hos oportebit operæ suæ reddi. Apul. lib. 7. de Asin. aur. Quoad renascenti die sequẽti deductus ad magistratus, ut aiebant, pœnæ redderetur. Briss.

REDDITA res non intelligitur, quæ deterior redditur. l. 3. §. j. ff. commod.

REDDITI agri, ut Hygenus in lib. de Limitibus, & alij id genus auctores scribunt, olim dicebantur, qui ueteribus possessoribus redditi erant. Briss.

REDDITI apostoli. l. 9. ff. de iure fisc. Et Redditæ usuræ. l. 17. ff. de usur. Briss.

REDDITVIRI, uetustè pro Redditum iri. Proculus l. 48. in fin. Sed qui petent, cauere debebunt, si hæreditas euicta fuerit, quod legatorum nomine datum sit, reddituiri. Iulianus l. 27. ff. ad S. C. Trebel. Et cauit, quod amplius per legem Falcidiam liceret, cæpisset, reddituiri. Hotom.

REDIMICVLVM dicitur id, quo innexi implexiq; tenentur crines mulierũ. hinc Plautus redimiculum pro quodam uinculo & nodo, quo uelut alligatus teneretur Babyloniẽsis miles, i. miles Grecus, qui Babylone stipẽdia meruerat, iucũda suauiq; translatione dixit. ut de eo testatur Turne. adu. lib. 24. c. 17.

REDEMPTOR dicitur, qui certo precio opus aliquod faciendum suo periculo conduxit: & qui locat, uetustè Venditor: opus uerò ipsum, Redemptoris bona: ut in Verrin.3.docuimus. Hot. & Connan. libro vij.cap.xj.

REDEMPTOR litis dicitur, qui certa mercede pacta litis periculum in se recepit, eiusq; periculum præstat. Vlp.l.6.§.6.ff.mandat. Videbatur autem mihi iudicatum solui fideiussisse, & quasi redemptor litis extitisset, uellet à Daphnide mandata iudicio cōsequi quod erat condemnatus. Prius aūt dixerat, Ex euentu litis cauerat sibi certam quantitatem dari. Item l.sequenti, An euentum litium maioris pecuniæ præmio redemerit. Quintil.lib.12.c.7.in fi.de patronis eorumq; honorario disputans, Paciscendi quidē ille piraticus mos, & imponentium periculis precia, procul abominãda negotiatio, etiam à mediocriter improbis aberit. Impp.l.15.C.de procur. Litē te redemisse contra bonos mores precib. manifestè professus es. Sic l.22.C.mandat.l.9.§.j. ff.de offic.proconf. Hot.& ante eum Corraf.Miscel.lib.j.c.4.nu.2.

REDEMPTOR pontis dicitur, qui pontem sartum tectum pecunia quæ pro mercium exportatione soluatur, tuendum conduxit. Labeo l.60.§.8.ff.locat. Vehiculum conduxisti: id quum pontem transiret, redemptor eius pontis portoriū ab eo exigebat. Hotomannus.

REDEMPTOR, uectigaliū emptor. in l.Cæsar. in prin.ff.de publ.& alibi. Dicitur & is, qui certo precio conducit uniuersum aliquod opus faciendum, à redimēdo. Sed quare? Quid enim redimit operarius? Huc, Olden.rńdente, deseruit, nempe quòd ueteres promiscuè oēm contractum appellarint emptionē. Qua prisca similitudine fit, ut redimere pro conducere dicamus in parandis operib. emit quippe sibi, & totum in se suscipit operarius id, quod parare, seu facere debet.l.item si precio.§.2.ff.locat.l.ea lege.§.j. eo.tit.l.in lege locationis.ibid. Spiegelius.

REDEMPTORES propriè atq; antiqua cōsuetudine dicebantur, qui quū ad faciendū aut præbendum quid conduxerant, tum demum pecunias accipiebant. nam antiquitùs Emere pro accipere ponebant. At ij nunc dicuntur Redēptores, qui quid conduxère præbendū, utendumq;. Festus. Hodie redemptores publicorum uel priuatorū operum dicūtur, qui opus aliquod faciendū à publico aut à priuato suscipiunt.l.cuicunq;.§.Labeo.de Inst. act.l.redemptores.de rei uend.l.si uentri. §.j. de priuileg.credit. l.cum in plures.§.lege locat.l.j. In quib.cauf.pig.hypothe. Græci τὰς ἐργολαβεῖν. Nam proprie, inquit Bud. ἐργολαβεῖν est redēpturas facere, ut mancipes & cōductores solent, quod & μισθοῦσθαι καὶ ὠνεῖσθαι dicitur. Brechæus l.cum qui.ff.de uerb.sig.num.9.

REDEMPTVRA, redemptio, conductio publicorum. Vlpia.l.5.ff.de instit.act. Si quis pecunijs fœnerandis, agris colendis, mercaturis, redempturisq; faciendis præposuerit, &c. Liu.lib.3.bell.Punic. Exhortandos qui redempturis auxissent patrimonia, ut Reipub.ex qua creuissent, ad tempus commodarent. Hotomannus.

REDHIBERE, dicitur uenditor qui rem uenditam sibi ab emptore redditam recipit. Plautus Mercatore, C.quid si igitur reddatur illi unde empta est? D.minimè gentium. C.Dixit se redhibere, si nō placeat. nam (ut ait Festus.) Hot.

REDHIBERE uero, ut Vlp.definit, l.21.ff.de ædil.ed.est facere, ut rursus habeat, qđ habuerat, qđq; reddēdo fit, idcirco redhibitio dicta ē, quasi redditio

Ita Redhibendi uerbum accipe in tit. de ædil. ed. in l.8. in fin.& l.9.ff.de ædil.ed.l.19.ff.de usucap. l.7. §.qui bona fide.ff. ꝓ empto.l.13.§.præterea. ff.de adquir.poss. Plaut.in Mercato. Quid si igitur reddatur illi unde empta est? D.minimè gentium. C. Dixit se redhibere si non placeat. Briss.

Inde Redhibitio.l.11.§.redhibitionem. cum §.seq. ff.de actio.empt.l.6.in fin.ff.de diuer.& temp. Quintil. lib.8.c.3. An non pudeat certam pecuniam creditam periodis postulare, aut circa stillicidia affici, aut mancipij redhibitionem suadere. Hanc à Græcis ἀναγωγὴν uocari Hesychius ostēdit. Sic enim definit, ἀναγωγὴ ἡ τῶν πραθέντων ἀνδραπόδων ἐπιστροφὴ αἰτίαν τινά. Briss.

REDHIBITIO est actionis nomen, quæ & redhibitoria actio uocatur, qua experimur contra uenditorem, ut cogatur restituere precium, & retrò qđ tradiderat accipere. ut constat per tot.tit. de ædil.edict. Pompon.ait, Redhibitio, est emptionis resolutio.ff.de acquiren.possess.l.Pompon.§.præterea.sub fin. Item redhibitio est, quædam in integrum restitutio.l.cum autem redhibitio.§.iubent. ff. de ædilit. edict. Spiegelius.

REDIGERE, est industria reducere ad aliquid, Widerumb bringen. Papinianus in l.2. ff.qui potior. in pigno.habean. Quamuis, inquit, ex cæteris pecuniam suam redigere possit. Old.

REDIGERE in ordinem, id est, ut uulgo loquimur, suo statu contentum esse, cogendum. Spieg. Elegantius autem id interpretatur Conna.lib.2.com. cap.2.nu.3. Redigere in ordinem esse imminuere dignitatē alicuius, & in gregarios eum & plebeios reijcere. Vnde Plinius Epist.lib.2.dicit gulam esse reprimendam, & in ordinem redigendam.

REDIGERE in potestatem, uel in seruitium, est sibi subditum & seruum facere.

REDIMERE, multis modis etiā in iure nostro solet accipi. I.Emere, licitari. Cicer. Qui merces, inquit, redimunt, ut statim uendant. Inde redemptores causarum, qui alienas lites mercantur pecunia: Quadruplatores aliàs dicti. Redemptor item uectigalium emptor appellatur, in l. Cæsar. in princ.ff.de publica. II.Redimere, quasi reemere, quum res uendita eodem precio recipitur. Ita quotidie utimur in contractibus annuorum redituum: quibus pactum redimendi solet adijci. III.Pro liberare uel recuperare illos, qui capti sunt. Terent. Vt redimas te captum, quam queas minimo. IIII. Redimere accipitur, pro certo precio aliquid faciendum suscipere, ut totum perficiat suo sumptu, quod & conducere dicimus. Celsus in l.redemptores. ff.de rei uendica. Cice. Et redemptor, inquit, qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam. Old.

REDIMERE dicuntur, qui quid à fisco, uel priuato conduxerunt. Cicer. in Bruto: Liberi societatis eius, quæ picarias de P.Cornelio & L. Mummio censoribus redemisset. Ita Redemptores pontis in l. 60.§.pen.ff.loca. Et Redemptores uectigalium.l.8. §.non alios. ff.de uacat. muner. Et Redemptor in l. 15.ff.de publican.qui Cretæ cotorias redemerat. Et Redemptores operum, qui opera faciēda conduxerunt.l.2.§.conductore.l.ult.ff.de adm.rer. ad ciuit.l. 2.ff.de operib.publ. Et Redemptor siluæ, qui siluam conduxit.l.29.ff.loca. Sed & quemcunq; operis faciendi conductorem hoc nomine appellant. l.51.§. ult.l.60.§.lege dicta.ff.locati.l.17.§.penul.ff.de usur. l.40.ff.de rei uindicat.l.23.§.primo, ff.de reb.auctor. iudic.l.prima, ff.in quibus causis pign.l.xxxiij. §.qui ædem.ff.loca l.58.in fin.ff.de uerborum obligation.

Et Redempturis faciendis præpositi dicuntur in l.5.ff.de institor.qui ad operum rerumq; aliarũ conductiones præponuntur. Bris.

REDIMERE litem, futuri emolumenti litis societatem pacisci est l.7. ff manda. l.20. C. manda.l.1. §.si cui cautum.ff.de extr.cognit.l.15.C.de procuratoribus l.53.ff.de pact. Vnde Redemptores litiũ,qui ex euentu litis sibi certam quantitaté cauerit l.9.§.1. ff.de offic. proconsul.l.6.§.ult. ff. manda.l.22. C.eodem tit.Bris.

REDIMERE præterea pecunia aduersariũ corrũpere & precio dato se ab accusatore liberare significat l.29.l.34.ff.de iur.fisc. Sic Redẽptos testes precio corruptos & subornatos dixit Iustin. in l.14. C. de testib. Bris.

REDIMERE sentẽtiam,Redimere iudices.Macer l.34.eod.Tu qui defensione omissa redimere sententiam maluisti. Item, ad defensiones causæ bona fide ueniant: non aduersarios aut iudices redimere tentent. Hot.

REDINTEGRARI matrimoniũ dicitur, quotiens post repudium missum iterum coeunt,& conueniunt ac reconciliantur cõiuges l.23.& l.ult.ff.rer. amotar.l.64.ff.de iure dot.l.19.ff.solut.matr. Matrimonium eodẽ sensu instaurari dicitur l.62.§.1. ff. de don.int.uir. Sic & Redintegrari dos in l.6. ff.de iur. dot Et Redintegrari seruitus, & quæ confusa restituitur l.7.ff.de fundo dot.Redintegrari etiam matrimonium dicitur, quod captiuitate ab hostibus dissutum quodam modo erat l.14.in fi.ff.de captiu. Redintegratur & stipulatio, quæ accepta facta restituitur,& ex integro interponitur l.10.ff.quod met.cau. Quo sensu Restaurari obligatio dicitur l.9.ff.de præscript.uerb.Bris.

REDIRE & reuerti, ad proprietatem referũtur l.fin.ff.de usufr.ear.rer.quæ usu consum.Alb.

REDIISSE in potestaté domini res tunc dicenda est,cũ possessionem eius nactus sit,ut iuste auelli nõ possit l.Sequitur.ff.de usucap.Conn.lib.3.ca.15.

REDIRE hæreditas dicitur,quæ lege & ab intestato obuenit. Papinia.in l.69. in fi.prin. ff. de leg.ij. Peto pro hæreditate quam tibi reliqui, quæq; ad fratrem meum iure legitimo rediret, contentus sis centum aureis. Pomp.in l.3. ff.si quis omissa cau.test. Si ipse quoq; prætermiserit, & quod lege ad se rediret, possidebit hæreditatem. Terentius Andria Act.iiij. scen.vj. Eius morte ea ad me lege redierunt bona. Idem Hecyra Act.j.scen.ij.

Interea in Imbro moritur cognatus senex:
Horum ad hos redibat lege hæreditas. Bris.

REDITVS nomen generale est, sicuti prouentus,seu obuentiones. Comprehendit autem omnia iura, seu utilitates quæ percipi possunt. Ex Alc. qui citat Card Clem.j. de Exces.prӕl.Sp.

REDITVS annui,si perpetuò debeantur,immobilibus æquiparãtur: si uero breui tempore sint duraturi,mobilib.c. querelã.de Elect. Sed hanc distinctionem Alc. intelligit, ut suprà relatũ est, in dictione,Mobilium. Sed ea de re fusius, si fortè requiris, Bart.in l.iubemus.§.j.C.de Sacrosanct.eccles.l.usufructu legato. ff.de usufruct. Est itẽ, ubi reditus denotat fundos unde inferuntur. Porrò, Reditus pro prouentu,eo quòd singulis annis redeat,simplici d, scribendum, Insulano attestante. à redeundo enim, non à reddendo dicti reditus,contra uulgarem morem.Ouidius de Ponto,lib.ij. At reditus iam quisq; suos amat,& sibi quid sit utile, sollicitis supputat articulis. Card.in Clem.unica,de Exces.prӕl.Reditus appellatione contineri omnes prouentus existimauit.Est tamen differentia quædam D.Oldend.indicante,inter reditus & fructus,seu usufructus, quam elegãter tractant iurisconsult.in l.patrimonij. & in l.fundi Trebatiani.ff.de usu & usufr.leg.In uulgata significatione pro reuersione. extat in l.final. C.de Sent. pass.ubi Imp. Constantinus de patria potestate sentiens, Quæ nisi,ait, patribus bonis detur, luctuosus erit filijs reditus,quàm discessus.Sp.

REDITVS, à Græcis [Greek], [Greek] quod prouentus percipere significat:[Greek],ait Budęus,est obuentio,uectigal,& quæstus,[Greek]:potestq; scribi duplici,dd,cum uidelicet,à reddo deriuatur.Reddere enim censetur ager,quasi depositum semẽ,& operam culturæ impensam.Qui enim fructus ex terra redduntur domino in annos singulos,redditus rectè appellantur. Quæ uero obuentiones fructusq; aduẽtitij ex re quacunq; quotannis redeunt, à redeundo, reditus dicuntur. Brechæus in l.frugẽ. ff.de uerb.& rer.signif. Connanus lib.4.cap.3.nu.5.tradit,quòd quàuis fructus & reditus nomina ut plurimum eadẽ significatione appellentur,tamen reditus uocabulũ proprium esse in eo agro qui nummo locatus est: Fructus autẽ in eo qui naturalibus emolumentis insistit. Adde Curt.lib.2. ca.32.parte prima.& Peckium l.1.§. exercitorẽ nu.2. in tit.de exercitoria act.

REDITVS fructuum, & ususfructus, distant l. defuncta.§.Sempronio.ff.de usufruct.Alber.

REDITVS pecunię,usura est l.6.ff.de pręscript. uerb.l.20.ff.de adim.leg.l.87.§. ulti. ff.ad leg.Falcid. Sic & in inscriptione Spoletana una & Reatina altera uerbum ex reditu summæ accipiemus.Bris.

REDIVIVA saxa in l.19.de op. publ.in C.Theodos.sic appellantur à Latinis,quę ex uetere in nouũ ædificiũ translata de integro poliũtur & quasi in uitam noua adsumpta forma denuò reuocãtur. Bris.

REDVCERE, in formam pristinam instaurare: Vlp.in l.iij. de itin.actuq; priu.§.fi. Interdũ est referre ad arbitrium alicuius. Vnde apud iurisperitos nõ infrequens disputatio: an qui petit reductionem,ad arbitrium boni uiri probare debeat iniquitatẽ.Sp.

REDVCES dicũtur à pic. imminẽti seruati.Sp.

REDVNDARE, ꝓprie usus est Vlp.in l.j.§.j.de Aqua pluu.arc.Interdũ relatiuè pro refundere usurpatur. ut,Hoc facinus in tuũ redundabit caput.Sp.

REFECTIO dicitur etiam ciborum. Celsus: Si in refectiõe quoq; mãserit tussis,intermittere oportebit.Sic apud Imper. Barbarossam.§.de pac.tenen. in usib.feud.Spieg.

REFECTVS, reditus, prouẽtus. Scæuola l.78. §.10.ff.ad S.C.Treb.Interim ex refectu paupertatis, qui ad uos ꝑuenerit,alatis eũ usuris ꝓ quãtitate numorũ redactis: id est,ex reditu partis tertiæ hæreditatis.nã paupertatẽ appellat exiguæ hęreditatis partem tertiã. Verbum fructibus agrorũ & prouẽtibus accommodatum.Cic.in Parad. Nunquã eris diues, antequam tibi ex tuis possessionibus tantũ reficiatur,ut ex eo tueri sex legiones possis.Hot.

REFELLERE testes,testimonia,& tabulas, dicebant ueteres, quod cõtradicere & reprobare nos dicimus.Eleuare uero testimonia,est ipsa aspernari. Quod & refutare est,& reprehẽdere.Subleuare autem testimonio dicit debet, quod deonerare uulgò appellamus. Cui contrarium est, premere testimonio.Bud.in l.posteriore.de Orig.iur.Sp.

REFERENDARIVS.Referẽdarij (quam uocẽ Coclæus in barbararũ dictionũ classẽ reiecit) apud

ueteres impp. dicebantur, per quos ipsi faciliùs singulorum desideria perdiscebant, teste Casiodoro, lib.6.epistol. indicante quibus uerbis hæc dignitas solebat concedi. Horum funguntur ministerio, qui hodie in aula Gallici Herculis, hoc est, Henrici, secundi huius nominis, Gallorum regis inuictissimi, Christianissimiq́;, & etiã in aulis principum fratrũ, hoc est, Caroli imperatoris, & regis Ferdinandi plerunq; secretarij cancellarij appellantur. Et eos nominat Iustinianus spectabiles, qui mox suum post illustres obtinebant locum. Videre est Auth. De referend. sac. palatij. Alciatum lib. dispunct. 3. & Bart. in l. eos. Cod. de excus. lib. 10. Anch.

REFERENDARIUS in Nouel. de referendarijs sacri palatij constit. xj. & in inscriptione l. ult. C. de offic. eius qui uic. alter. In notitia autẽ Roma. in officio potestatum numeratur sæpè Referendarius, nonnunquam etiam Regẽdarius nisi F, in G, transierit. Per Referẽdarios autem, ut Casiodor. li. vj. Variar. in eorũ formula scribit, causarum ordines principi exponebantur, interpellantiumq; uota cognoscebantur, & ipsis responsa reddebantur. Suidas: ῥεφερενδάριος ἀξίωμα ῥωμαϊκὸν ὑγεν ὁ κάγκελλος. Existimo autem referendos curiæ pro referendarios perperam scriptum apud Casiodor. lib. iij. Variar. Epistol. ad Godiscalc. Bris.

REFERRE crimẽ est accusatori crimen objicere, unde Relatio criminum l. 5. ff. de public. iudic. At in l. penul. de appell. recip. & C. de relat. Relatio est, cùm ad principem refertur ut & apud Symmachum lib. 1. Epist. 41. & 44. Relationes in l. 14. C. de accus. elogia ab Irenarchis & officialibus ad præsides referebantur. Nam referẽdi uerbo hac in re utitur l. 6. ff. de custo. reo. Prat.

REFERRE de re aliqua, pro eo, quod est, proponere rem agitandam.

REFERRE in commẽtarium, id quod uulgò dicũt, Registrare. Monuit Bud. in Annot. prior. ut Alciat. in x. Parerg. Dicimus autem, ait, Referre ad Senatũ, Ferre ad populũ. cuius locutionis plena sunt, eodem teste, Salustij, Liuij, cæterorumq; antiquorũ uolumina. Spieg.

REFERRE in numeros l. ex eo. ff. de mil. test. l. unic. ff. de bon. poss. ex testã. mil. Corrasius li. 5. ca. 23. interpretatur pro eo quod est in ordines peruenire.

REFERRE in reos, uide Reum facere. Vlp. l. 15. §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. Legis Iuliæ de adulterijs cap. 7. ita cauetur, ne quis inter reos referat eum, qui tũ sine detractatione Reip. caussa aberit: neq; enim æquum uisum est absentem Reip. caussa inter reos referri, dum Reipub. operatur. Hot.

REFERRI inter statutos Iustiniano in l 7. C. de prox. sacror. scrin. est referri in numerũ eorum qui in statu militiæ collocati erant, & actu (ut dicunt) militiam exercebant. Vltra enim numerum destinatum unicuiq; militiæ, erãt præterea nonnulli extraordinarij, nondum quidem illi milites, sed designati ut in locum demortuorum suo ordine substituerentur. Connanus lib. 4. cap. 15. nu. 13.

REFERRE iusiurandum est delatum ab aduersario iurisiurandi conditionẽ in eum transferre l. 25. l. 38. ff. de iureiur. Bris.

REFERRE iusiurandum potest is, cui defertur: quod nisi fecerit, aut iurare cogitur l. Iusiurandũ & ad pecunias. §. prætor ait. ff. de iureiur. l. Manifestæ turpitudinis. eodem titulo.

REFERRE iusiurandũ, est delatũ sibi ab aduersario iusiurandũ in eum transferre. Paulus l. 38. ff. de iureiur. Manifestæ, inquit, turpitudinis & confessionis est, nolle nec iurare, nec iusiurandum referre. Et sæpè in l. iusiurandum, 34. eod. Hot.

REFERRE rem iudicatam, retractare. Cic. pro Dom. s. Si decemuiri sacramentum in libertatẽ iniustum iudicassent, tamẽ quotiescunq; uellet quis, hoc in genere se rẽ iudicatã referre posse uoluerunt. Sic Referre mysteria dixit li. De Ora. 3. ꝓ Iterare: & Ter. in ꝓl. Hec. Referre comœdiã, ꝓ denuò agere. Hot.

REFICERE, est id quod corruptum est, in pristinum statum restaurare, regerere, substrũere, sarcire, ædificare. Item aduehere, adportareq; ea, quibus ad eandem rem opus est. Oldend.

REFICERE, in interdicto, de uia reficienda, est ad pristinã formã & modũ, iter, & actũ reducere, sic ut ne dilatet qs, uel ꝓducat, aut deprimat, aut exaggeret. Reficit uiã & q aperit & q purgat, & oẽs omni no [illegible] in pristinũ statũ reducũt, ut Vlp. in l. j. in prin. & §. 1. ff. de uia pub. scribit. Et sic refectionẽ accipimus in l. 4. §. si quis mihi itineris. ff. si serui. uind. Similiter in interdicto, de riuis, reficere est quod corruptũ est in pristinũ statũ instaurare. Itaq; tegere, substruere, sarcire, ædificare, aduehere, adportareq;, quæ ad eã rẽ utilia sunt, reficiendi uerbo cõtinentur l. j. in prin. & §. reficere. ff. de riuis l. 11. ff. commun. præd. Bris.

REFICERE etiã redigere est l. 81. ff. ad l. Falc. unde refectã pecuniã ꝓ redacta Iuriscõsulti dicũt l. 1. §. si frater. ff. de collatio. bonor. l. 3. §. ult. ff. de usur. Bris.

REFICERE sic accipimus ad pristinam formã actum & iter reducere, hoc est, ne quis dilatet, aut ꝓducat, aut deprimat, aut exaggeret: aliud est enim longè reficere, aliud facere. Vlpian. de itiner. actuq; priuat. Maff.

REFICERE tribunos, & alios magistratus, pro recreare, & iterum creare. Vide Steph. Robertum.

REFICIENDI uerbo, tegere, substruere, sarcire, ædificare, & aduehere, apportareq́. ea, q̃ ad eandẽ rẽ opus sunt, continentur, ut ait Vlp. l. j. de riuis. Sp.

REFIGERE, quod fixũ est labefactare, atq; cõuellere. Venuleius. ff. Quod ui aut clam. l. si uitẽ. Si fixeris, inqt, & ego refixero. Paul. tit. de uerb. oblig. l. inter. Tabulæ, inquit, refixæ sunt. Venul. tit. ad leg. Iul. Pecul. l. q tabulã. Qui tabulã, ait, enim refixerit. Nebr. Vlpian. de usufruct. Sed & si quid, ait, inædificauerit, postea eum neq; tollere hoc, neq; refigere posse. planè refixa posse eum uindicare. Spieg.

REFORMARE, pro denuò cõstituere, teste Budæo apud Hermogenẽ, in l. uectigalia. de public. Sic etiã reformari, ꝓ denuò cõstitui, seu reuocari, apud Vlp. legimꝰ, in l. iuris gentiũ. §. adeò aũt. de pact. Sp. Cæterùm alijs reformare idẽ est quod in aliã formã redigere l. pręcipuè. ff. de ęd. edict. l. j ff. de appell. Ac ijs reformatur cõtractus cũ de rei substantia partes secus, quam fecerint cõueniunt: quod est cùm præcedentis contractus forma sublata noua cõponitur, eodẽ contractu permanente l. iurisgentiũ. §. adeò. ff. de pactis. Corras. Miscell. lib. 3. cap. 10. nu. 6.

REFORMARE contractum. Vide suprà, informare contractum.

REFORMIDARE, Schewhen. Alfenus. Sed si quia mulæ aliquid reformidassent, muliones timore permoti, &c. l. si plagis seruus. ff. ad leg. Aquil. Sp.

REFRACTARIUS, Senecæ significat contumacem, & nimis in sua sententia tenacem. Sp.

REFRAGARI obsequijs, est [illegible] pstare nõ uelle, apud Impp. in l. fin. C. de obs. pat. pstãd. & apud eosdẽ repugnare. in l. si cõpensandi. C. de hær. inst. Sp.

REFRENARE, hoc est, cohibere multitudinem

nem testium, in l.j.ff. de testibus. Spiegelius.

REFRENARI iusiurandum taxatione, apud Paul.l. arbitrio.ff.de dolo.

REFRIGERATA res, causa, accusatio, quæ integra nõ est: hoc est, qua aliqd tacitũ est, qđ alioq; ex primendũ erat. Bud. citat Quint.lib.v.c.de test.Sp.

REFVGAE dicũtur, qui metallo uel alij cui operi & pœnæ cui addicti erãt, fuga se subducũt, & subtrahunt l.8.§.inter eos. ff.de pœnis. Refugæ operis metalli l.penult. in fi. ff.de extraordi. cogni. Refuga custodiæ l.13.§.penul. ff. de re milit. Tertullia.in lib. de cultu feminar.de auro agẽs, quod per damnatos & noxios effossum in honorem ornamentorum uenit. Et de pœna, ait, in honorem metalli refuga mutatur. Defugas & confugas eadem forma in Codice Theodosij legimus. Bris. Cæsariem refugam Sidonius Apollinaris li.1. Epist. nominat, eamq; Baptista Pius ibi interpretatur rellicinam, reflatam repexam, in frontẽ recliuem atq; deiectam. ubi uide uberius.

REFVNDERE l.5.C.de fund.patrim. est reddere. ut apud Senecam: Id erat non tam accipere beneficium quàm refundere. Et Plinius, Quod hesterna crapula ingurgitauerat, palàm refudit. Connanus. lib.7.cap.12.nu. 7.

REFVGIA abscessus sunt ædium & interiora loca l.14.§. sed si ædium. ff.de usufr.l.1.§. quod autem. ff.de seruo corrup. Bris.

REFVTARE feudum, Lehen vffsagen/ frequẽs uerbũ in placitis feudalibus l. unica. de uas. qui cõt. constit. Lotharij. feud. alien. Apud idoneos autores non sic reperies, sed pro non ita esse, ostẽdere, & reprehendere. Eruditi quidam admonent: refutare, & refutationem, quàm confutare, & confutationem, Quint. & Cic. dicere multo sæpius. Spieg.

REFVTATORIAE preces l.1.C.de relationib. l.18.C.de appellatio. Et refutatorij libelli l.37.§.1. C. eod.tit.l.8. eod.tit.in C.Th. Iudex à quo prouocatũ erat, opinionis suæ exemplũ litigatoribus dare debebat, & acta edere. Quòd si cui minus plena uel cõtraria uiderentur, is refutatorias preces offerebat, q̃ simul mittebantur l.18. C.de appellatio. Symmach. lib.1.Epist.xxxj. Cuius meritũ perennitas uestra lectis gestis ac refutatorijs cohærẽtib. æstimabit. Bris.

REFVTATORII apostoli. Vide, Apostoli.

REFVTATVM feudum à patre & filio, retinet appellationem feudi paterni l.unica.in fi.de uas. decrep.ætat. Spieg.

REGALIA, numero multitudinis absolutè iura imperij dicuntur, hoc est, quæ omnia sunt principi reseruata. Bald c.iij.de offic. Legati. licet autem uno nomine generali appellentur, habet tamen unumquodq; regale diuersam originẽ, & causam ab uno. Quod ex actib.regalib. clarè perspicitur: qui non omnes ad unam causam, seu speciẽ respiciunt, sed origine, causa, & specie separãtur: imò & regalia in ipso genere, à diuerso fonte procedũt, qa aliqua à suprema principis potestate procedũt. ut Creare tabelliones, & legitimare spurios, Mineræ, &c. quæ Paris à Puteo merè regalia nominat. Alia procedũt ab uniuersali domino Imperatoris. ut flumina, uiæ publicæ, uectigalia, &c. Pro quo And. Eternitan. põderat. §.sed quod principi. Instit. de iur.nat.gent. Spieg.

REGENTES .i. gubernãtes, administrãtes. Vlp. in fin.l. illicitas. de off. p̃sid. Remissa, inqt, ꝑpter inopiam multa à ꝑuincias regẽtib. exigi non debet. Sp.

REGERE, est gubernare, dirigere, quasi rẽ agere: scilicet, populi. Inde Metaphoricè fines dicuntur regi multum eleganter: quia non uno modo de finibus iudicatur, sed aut discernũtur qui iam sunt: aut statuuntur ubi non apparẽt, adiudicatione, cõdemnatione: quorum omnium significationem nõ aliud ferè uerbũ cõprehendere poterat cõmodius. Old.

REGERENDARII, sunt, qui à regestis, siue libellis, de quibus Cassiodorus lib.11. Varia. Prat.

REGESTVM, Latinè dici potest, quod uulgò registrum uocamus, teste Bud.

REGES principiò quomodo assumpti sint, post Alciat. in Comment. ad l bona ciuitatis. de uerb.sig. uide Iustinum lib.j. Cæterùm, Regis filium, tametsi regnum non habeat, regẽ uocari posse, censuit Scholiastes in cap. ultim. xxiiij. q.j. An uerò appellandus rex sit, natus patre nondum rege salutato, doct. tractant. Mirũ est, in dubiũ reuocari, quod à iureconf. apertissimè decisum est l.Senatoris.j. de Senat. Sp.

REGIA lex lata olim à populo de rege præcipuè: plura tamen capita continebat. Marcellus enim in l.Negat de mort. infer. negat inquit lex regia mulierem quæ prægnans sit humari antequam partus excidatur. Vetustissima autem fuit ea lex à primis initijs urbis, regio per eam constituto dominatu: deinde renouata ut significat Tranquillus in Caligula: Ferretus in notis ad Instit. de iure nat. gent. & ciuil. Quin & leges curiatas, ex quib. ius Papyrianũ constitutum est à Sexto Papyrio quandoq; leges regias nominatas, quod eas Romanorũ reges tulerũt, tradit Connanus lib.1.cap.12.nu.1.

REGI fines dicũtur, interprete Boetio, quotiens proprijs quisq; ager finibus terminatur. Inde, quæ ad terminos constituendos inter eos, qui confines agros possident, datur actio, Finium regundorũ uocatur. Cice. Topic. Si in urbe de finibus controuersia est, quia fines agrorum magis esse uidẽtur, quàm urbis, finibus regendis arbitrum adigere nõ possis. Et aliàs: Si in urbe fines non reguntur, nec in urbe aqua arceatur. Idem lib.1.de legibus: nec Manilia lege singuli, sed ex xij. tres arbitri fines regemus. Idem in Oratio. Pro Mure. Imperatoris & Iurecõsulti differentias recensens. Ille exercitatus est in propagandis finibus, tu in regendis. Bris.

REGIFVGII dies. Regifugium diem, quo exactus est Tarquinius, illum in posterũ Romani uocarunt. Quis autẽ dies is fuerit, uariãt auctores, apud quos plura & diuersa refugia legũtur, ꝑut latè explicat Onuphrius Panuinius in Cõmentarijs li.1. Fast.

REGIMENTVM apud Aur. Arcadiũ, de offic. præf.præt. Regimentis, ait, reipublicę ad Imperatores perpetuò translatis. Spieg.

REGINA, regis uxor. An uerò id nominis retineat uiro defuncto, uide c.ex parte.ext.de foro compet.& xxiiij q.j.eos.Sp.

REGIO dicta est à rego, quòd initio regiões sub regibus erãt, & ab his regebantur: donec in prouincias redigerẽtur sub imperio Romano. Erãt & prouinciæ singulæ in regiones certas distributæ, easq; regiones lib. de condit. agrorum definiuit ad hunc modũ Siculus Flaccus. Regiones aũt dicimus intra quarũ fines singularũ coloniarum aut municipiorũ magistratib. ius dicẽdi, cohercẽdiq; est libera potestas. Huiusmodi regionũ fines interdũ latissimi fuerunt, adeo quidem ut expressè scripserit Plin.lib.4. cap.5. in Achaia regionem Messeniam duodeuiginti montium. Nec ad alias quam has regiones Vlpianũ respexisse in l. Semper in stipulationib. ff.de reg. iur. existimat Ræuardus ibidẽ. Harũ regionũ similitudine, in quas orbis diuiditur, Romani urbẽ suã in 14. regiões distinguebãt l.3. ff.de offic. p̃f.uig.ex Tacito

cito lib.14. & uide Tranq. in Aug.ca.30. Inde postea regiones, plurali numero, cœperũt dici fines seu termini, ut Cic. pro Archia dicit: uitę spaciũ, exiguis regionibus circumscriptũ esse. Et regionib. agros diuidere, hoc est, certis finib. & limitib. perpetuis distinguere, ut quisq; suã partẽ semper habeat l.7. ff. cõm. diuid. & l.3. C.eo. Vtimur regione loco aduerbij: ut, è regione, quasi ex aduerso rectis lineis. Oldend.

REGIONE. utimur hac uoce loco aduerbij, ut è regione, quasi ex aduerso rectis lineis.

REGIONES etiã in fundis statuuntur, fundiq; regionibus diuidũtur l.7. ff. commu. diuidun. l.3. C. eod. tit. l.2. ff. fin. reg. l.1. C. eod. l.6. ff. quemadmo. seruit. amit. l.31. ff. de usufr. leg. l.8. ff. de rei uind. l.13. §. idem Celsus. ff. de act. emp. l.64. ff. de euictionib. §. ult. Instit. de offic. iudic. Bris.

REGIONES ergo fundorũ partes sunt certis mensuris dispartitæ l.8. & l.29. ff. de adquir. rer. domin. Bris.

REGIS filius, dicitur etiam natus post mortem regis. arg. l. emancipatum. ff. de Senator. Sp.

REGNVM, est monarchia, seu unius principatus administrãtis rempub. ad utilitatem cõmunem. Inde factæ sunt constitutiones, decreta, seu placita principũ, quæ sunt in Codice, & in lib. Nouell. Hæc politia cũ degenerat, hoc est, cũ ad propriã utilitatẽ tendit, tunc cõuertitur in tyrannidẽ. Tales aliquando Deus orbi dedit, ut interim reipsa agnoscerẽtur boni principes. Quid enim animaduertissent Romani, & quid posteritas recordaretur, Octauiũ Augustum fuisse optimum moderatorem, nisi Neronem quoq; pessimum experti fuissent? Igitur regnum, est ius quoddam cõsistens in dignitate & honore, præeminentia, potestate, consilio, administratione reipub. ut hi qui de regno & principatu scribũt Latinè, exposuere: à quibus longè arcentur fœminæ, de iure communi, cum plerunq; etiam aduersus cõmoda propria, earum consiliũ laboret. ut l. iiij. C. de sponsal. Extat cap. leg. Salicæ, quo fœminis regno interdicitur. Argumenta contra hanc legẽ adducta, scitè diluit Pyrrhus singulari tractatu, quem de lege Salica, & regni successione inscripsit. Regnum etiã dicitur, quicquid à quoquam possidetur. Quinetiã uulgò iactatur adagium, suæ quemq; domi regem esse: quod tamen ab ipsa usq; antiquitate manasse, Roterod. ex Homero comprobat. Spieg.

REGRESSVM habere. Vlp. nisi emptores regressum ad bonæ fidei possessorem habent l. sed & etsi. §. Item si res. ff. de petit. hæredit. Sp.

REGVLA, instrumentum apparet, quo in olei factura utebãtur, ut ex Columella colligitur. Vlp. in l. sed addes. §. illud nobis. Quòd si regulis olea prematur, & prelum, & sucçulã, & regulas, tympanũ, & trochleas, quibus releuatur prelum, dominũ præstare oportere. Vbi interpres, regulas pro tabulis, & sucçulam pro torculari accipit: utrumq;, ut rectè ait Ferrarius, insulsissimè. Vide Budæum in hunc locũ. Vtuntur etiamnum Elsatij nostri lignis instar regularum, quibus botri stringuntur, ut uinum defluat. Haud scio, an pro quallo usurpetur à iurisconsulto: hic enim expressum iam excipit liquorem ui, ut apparet, regularum. Spieg. Adde Forcat. in penu iuris ciuilis cap.11.

REGVLA, κανὼν γνώμων propriè dicitur norma, qua lineæ diriguntur: quasi regens mensuram. Per translationem autem accipitur pro breui iuris præceptione, generaliter concepta: ut in tit. ff. de diuers. regul. iur. antiq. Oldend.

REGVLA est coniectio causæ, id est, directio quędam generalis, ad ueritatẽ rationis exacta. Cùm enim uniuersa causæ disputatio, quæ uarias habet species & circumstantias, conijcitur in compendiosam iuris thesin, tũc fit regula breuiter rem enarrãs. Idem enim in effectu significant, regula, Thesis, definitio: quicquid pleriq; rixentur. Oldend. Ioannes & Placentinus ueteres glossematarij pro coniectio legunt, coniunctio: quam lectionem probasse uidetur C. Harmenopulus lib.6. κανὼν ἐστι συντομος τῆ πράγματος ἀφήγησις, καὶ συνάλειψις. Hanc regulam declarant P. Decius, & Petrus Faber in d. l.1. Prat.

REGVLA, in iure nostro intelligitur, quod compendio refertur, ius antea speciatim & fusius expositum. Vnde non secus ex regula, atq; è tripode respondemus. Nã iam ex iure constituto mutuata est, nec ipsa iuri initium facit, ut pulchrè explicat idem Ferrarius, interpretans Pauli uerba l.j. de regul. iur. Quamuis regula quęuis, pro uarietate circũstantiarum in aliquo uitiatur, atq; perdit officiũ suum. Sp.

REGVLA est, inquit Paulus, quæ rem quæ est breuiter enarrat: nõ ut ex regula ius sumatur, sed ex iure quod est, regula fiat. per regulam igitur breuis rerũ narratio traditur, & ut ait Sabinus, quasi causæ cõiectio est, quæ simul cũ in aliquo uitiata est, perdit officium suum l.1. ff. de regul. iur. Vel sic: Hot.

REGVLA est sententia quædã generalis, quę ex plurium legum mente à Iurisconsultis notata atq; animaduersa, paucis uerbis summã earum cõsensionem & tanquã harmoniam cõplectitur. Differt autẽ lex à regula: quòd illa dicitur, quã populus certo & cognito omnibus iure cõstituit: regula uerò, quam Iurisconsulti ex pluribus legũ capitibus notatis inter seq; cõparatis elicuerũt: ut nõ omnino incõmodè dicere possim, leges esse tanquã uoces, & sonos singulos: regulam uerò esse tanquam harmoniam & concentum. Vide plura li. Obseruat. II. cap. IIII.

REGVLA Catoniana quid sit, disces ex titul. de reg. Caton. Hæc ad hęreditates, neq; ad legata, quorũ dies nõ mortis tẽpore, sed post hæreditatẽ cedit, neq; ad cõditionales institutiones, neq; ad nouas leges pertinet l. antepen. pen. & ulti. ff. eo. Eam aũt sic definijsse scribit Celsus l.1. ff. eo. Quòd si testamenti facti tempore decessisset testator, inutile foret id legatũ quandocunq; decesserit, non ualere. uide ibidẽ interpretes. Hæc iuris regula dicebatur l. cùm legato. ff. quãdo di. leg. ced. Prat. & Conn. li.10. ca.5. n.13.

REGVLAE formã Paulus eleganter in l.j. ff. de reg. iur. antiq. tradidit his uerbis, Quasi causę coniectio: scilicet, cùm latior rerũ tractatio ad concinnam breuitatem redigitur, inspecta generali & primaria iuris ratione. Cõmentatores autẽ uerba tantùm, nõ rem ipsam obseruãt: uidelicet, putantes regulã esse, cùm signo uniuersali adfirmatiuo, uel negatiuo, uel indefinitè proponitur, allegãtes impertinenter l.j. §. initio. ff. de offic. præfect. urb. l.j. §. generaliter. ff. de legat. præst. Siquidem lex politica ipsis rebus, & nõ uerbis imponitur. leg. iij. c. commun. de leg. l. fi. C. de furt. Oldend.

REGVLAE iuris sunt notitiæ quædam semper firmæ & immutabiles: ut q̃ non solùm lapideis olim tabulis, sed etiã cordib. hominũ indelebili charactere à Deo ipso sunt insculptæ, uerã uiuendi honestatem exprimentes. Vnde quicquid in hominũ commercijs, huiusmodi axiomatibus conueniens est, id censetur ab arbitratu boni uiri, à constante atq; perpetua uoluntate, denique ab ipsa iustitia dependere. Institut. de iur. natur. gentiũ & ciuil. §. sed naturalia.

ralia l. Meuia. ff. de annu. legat. l. j. in prin. ff. de iustit. & iur. Oldend.

REGVLAE officium est, exhibere nobis generaliter d finitionem iuris, quod alioquin per singulas nego iorum circumstãtias latissimè patet. Qua in re plurimũ commodatur humanæ fragilitati: quę in numerosa legũ multitudine, quasi in labyrintho quodam periclitari solet, nisi summas earum sententias, & primaria (ut sic dicam) cõsilia præ oculis habeat. Oldend.

REGVLARE, sed ut putant, non sic à Latinis usurpata est interpretibus, ampliare, & restringere legis dictum secundum rationem l. qui quadringenta. Ad S. C. Trebell. Spieg.

REGVLARITER, & quod pro regula, & quod secundum regulam est. Vlpian. de petit. hæred. Regulariter, ait, definiendũ est, eum demum teneri. Sp.

REGVLARVM iuris antiqui duplex est usus. Alter, quòd uniuersam legum cognitionem, & penitissima earum cõsilia, breui quadam & ueluti in fascem contracta præceptione nobis ob oculos ponunt. Alter, ut in uarijs quotidie occurrẽtibus cùm publicis tum priuatis negocijs ac cõsultationibus, hisce regulis utamur ad separandum æquum ab iniquo. Quæ salutaris ars, sine notitia huiusmodi præceptionum exerceri non magis potest, quam fabrilis sine norma. Oldend.

REGVLVS, quasi paruus rex: non quòd paruæ staturæ sit rex, sed quòd alicuius urbis, aut oppidi dominus sit. Cuiusmodi apud nos sunt, quos uocamus Herren/ item Frei/ oder Bann herren/ à Banno, uocabulo patrio, & nõ à Vexillo. Quamuis propriè reguli, sint filij, aut nepotes regum. Old. Connanus lib. 2. cap. 9. Regulos apud Cæsarem dici tradit, eos qui magni alicuius territorij domini erãt cũ summa in suos potestate.

REGVM nomen, alibi quoq; quàm Romæ sanctum fuisse, eorũq; afflictæ fortunæ ab alijs succurri solitum, Cicer scribit in suasione legis Maniliæ. Hoc tamẽ post eiectos Tarquinios Romæ odiosum fuit: cum scilicet ciuium aliquis rex fieri Romæ affectabat. Aliorũ uerò regum, qui pop. Rom. nec socij, nec amici erant, nomen Romæ sanctum fuit: sociorum uerò & amicorum, sanctissimum. Vide Zas. in l. ij. §. exactis deinde regib. ff. de orig. iur. Spieg.

REGVNDORVM autẽ, pro regendorũ, imitatione uetustatis dicitur in Tit. D. Finiũ regund. Vbi regere accipitur, pro discernere uel cõstituere: quoniam actio finium regundorum propter fines, quorum contentio incidere solet, discernendos, introducta fuit. Ideoq; non incõcinnè dicitur finalis quęstio, in l. si constiterit. C. fin. regun. Et limitis actio, in c. inter memoratos. 16. q. 3. Oldend.

REIECTANEVM, quod ab omnib. reijcitur.

REIECTIO iudicũ qđ sit, Asconius sic exponit: Moris erat celebrata iudicũ reiectione, & haberi in officio prætoris, & in arca reponi nomina selectorũ iudicũ. Reiectio aũt idcirco dicitur, qa quũ multi iudices in cõsilio cũ prætore suo iudicaturi essent, qui Quæsitor fuisset in caussa publica, uerbi gratia repetundarũ, ambitus, maiestatis, necesse fuerat eos primùm de decuria senatoria cõscribi, quũ senatus iudicaret: deinde in urnã sortitò mitti, ut de pluribus necessarius numerus cõfici posset: tertiò, id est post urnam, permitti accusatori ac reo, ut ex illo numero reijciant, quos putauerint sibi aut iniquos, aut ex aliqua re incommodos fore. Reiectione celebrata, in eorum locũ qui reiecti fuerant, subsortiebatur prætor alios, quibus ille iudicũ legitimus numerus compleretur: prima enim Sortitio dicebatur. his perfectis iurabant in leges iudices, ut obstricti religione iudicarent. Hot.

REIICERE causam ad regem, pro referre ad regem: quod uulgus dicit, remittere. Spieg.

REIICERE calcẽ, id est, retrò iacere l. fin. ff. Si quadr. pauper. fecisse dicat. Vt si cum equus mulam olfecisset, & mula calcem reijciens, agasonem læsisset. Sic Plinius, ubi de statuarijs loquitur. Spieg.

REI nomen pecuniã continet, sed non e contrario, pecunia rem significat. Qua ratione, rei nomen, generalius est quam pecuniæ l. 1. ad fin. si cert. pet. ff. Sed forsan obijcias quare igitur dixerit Vlpianus, pecuniæ appellatione rem significari? Ego quidẽ respondebo, pecuniæ uerbũ rem significare, sicut species significat suum genus: dicimus enim hominem esse animal: sed generalius est animalis nomẽ quam hominis, ut quia & ratione prædita καὶ ἄλογα, seu ratione carentia animalia simul contineat: homo tantum de pluribus numero differẽtibus & indiuiduis prædicari solet. Sic quia rei appellatio pecuniam inter cætera, & alia multa etiã continet, dicemus pecuniam rem significare. Vt si quis dixerit, rem meam, Martino meo do lego, pecuniam quoq; cũ reliqua patrimonij substantia legasse censebitur. Si uerò pecuniam legauerit, pecuniam numeratã, & æs signatum forma publica tantum legasse dicetur. Re enim in genere legata, testator censetur reliquisse, non solum substantiã quæ in patrimonio sit, ut uasa aurea, argẽtea & ænea, sed & signatam pecuniã. Brechæus in l. rei appellatio. & de uerb. & rer. sig.

REI appellatio nõ genus, sed speciem significat. Octauenus ita definit: quod infectæ quidẽ materiæ pondus, signatæ uerò numerum, factæ autem speciem dici oportet. Vide l. si in rẽ. ff. de rei uindic. Est autẽ rei appellatio latissima, & corporalia & incorporalia cõplectitur, & ad omnẽ obligationem, contractumq; pertinet. Hinc æquitatẽ, necessitatemùe aliquando significat: quandoq; & ueritatẽ: plerunq; & administrationem: sed & pro iudicio, controuersia, sententia accipitur: habet etiã negocij significatum: pro rei quoq; ipsius æstimatione nunc accipitur, nunc pro eo quod interest: homines quoq; rerũ appellatione contineri, dubium non est l. omnia, in fin. de leg. ij. sicut & delicti, cæteraq; quę in facto cõsistunt. Sed & officia, res appellantur. Restringitur autẽ ex subiecta materia. Hæc Alc. in com. ad tit. de uerb. sig. Idẽ in Parerg. indicat, & rem pro atrocitatẽ facti dici. Vnde reus, qui capitali crimine delatus, receptus est. Vide supra, receptus inter eos. Sp.

REI capitalis damnatus quis dicatur, uide ff. Si quis caut. l. sed & si quis. §. j. l. edicto. §. j. de pręscript. uerb. l. rei capitalis. de Pœnis. Spieg.

REIPVBLICAE Grauiscanorum lego in tutelam uiæ, quę est in colonia eorum, usq; ad uiam Aureliam. Celsus excutit eleganter in l. quædã in testamento. de leg. ij. Quære, Grauiscanorum. Sp.

REI uendicatio, est actio, quæ cõgruit alicui uel ratione dominij, uel quasi: uel ratione possessionis; uel quasi. Item, rei uendicatio, est impetitio ad rem quam nostram esse, uel iure gẽtium, uel ciuili asserimus. nã is dicitur uendicare, qui suũ esse putat. Sp.

RELATIO est cùm ad principem refertur. ut & apud Symmach. li. j. Epist. xlj. & xliiij. Relationes uerò in l. 14. C. de accusatio. elogia interpretor q̃ ab Irenarchis officialibusq; ad præsides referebantur. Nã referẽdi uerbo in hac re utitur Marcia. in l. vj. ad Si. ff. de cu-

de custod.reor. Verbum etiam referre, in ratiocinijs usurpatur l.82. ff. de condicio. & demonstr. Vide in uerbo, rationes. Bris.

RELATIO criminis est, cum ideo iure factum dicitur, quod alius antè iniuria lacessierit. Cicero de inuent. Aliter in tit. C. de relationib. Quando super causa superior consulitur, dicitur. Significat & apud idoneos autores propositionē criminis & rei. Aliter usurpauit, & quidem eleganter, Paul. in fi. l. pen. de iustic. & iur. quū ait, relatione scilicet facta, non ad id quod prætor ita fecit, sed ad illud quod prætorem facere conuenit. Verior tamē est ratio, ut quoties iudex principi uel maiori magistratui causam aliquam refert, ut instruatur, quemadmodū ius dicere debeat l. eum quem. §. iudicibus. ff. de iudic. in Auth. de iudicibus. §. ultimo. uel rē ipsi maiori iudici finiendā relinquat, quod quibusdā casibus permittitur, in Auth. ut iudices non ex pec. ubi. not. Sp.

RELATIONIS natura, sicut & demonstrationis, est natura ueritatis, ex coniunctione scripturarum patens. & ideo ea quæ ueniunt per modum relationis, uerè & propriè inesse dicūtur. ita sing. consuluit Bald. in consil. ccxij. ea quę ueniunt. in ult. lib. ubi per hoc infert, quòd fideiussor uerè & propriè promittit eandem summam, quam reus principalis: licet nō specificet in instrumento fideiussionis, nisi relatiuè ad instrumentum principalis. & hanc decisionem Bald. pro sing. refert D. Ias. ubi tamen arguit in contrarium, in l. ubi autē non apparet. §. illud. in j. not. ff. de uer. oblig. quod benè nota, ad statuta quæ propriè intelligēda sunt iuribus uulgaribus: & adde etiam ad ea quę latè tradunt Mod. in l. certum est. ff. si cert. peta. Et in proposito benè facit notab. dictū Angel. in l. prętor ait. §. j. ad finē. ff. de oper. no. nunc. cum his quæ ibi latè congerunt Mod. & D. Fel. in c. translato. in iij. col. post med. de cōst. & in c. cum dilecta. in xix. col. uersic. pro istis etiā facit. de rescript. post Alex. consil. lxxx. uiso. col. iiij. lib. j.

Secundò facit singul. dictum Bald. in l. iij. per glo. ibi. C. de nupt. de quo infrà opportunius faciā mentionem in dict. Secundum. & ideo dicitur, quod relatio refert tempus & qualitatem. Dec. cons. xe. col. pen. & cons. cccxxv. col. ult. & alibi sæpè. Cotta.

RELATIVA, uel potius relata dicuntur, quę secundum hoc ipsum quod sunt, aliorum dicūtur. Vt seruus, domini dicitur seruus: & dominus, serui dominus: sic pater, filij pater dicitur: & filius, patris filius. Scotus, ut refert Agricola lib. primo de inuentione, existimauit, in patre q multos haberet filios, multa proinde nomina, respectusq; esse patris: quēadmodum & iurisperiti, patri suam in quemq; filiū describerēt patriam potestatē, & domino in quemq; seruum proprium discretumq; ius mancipij. Spieg.

RELATIVA redditiua, ut ei eorum, referri debet ad omnia superiora: nisi sententię cōtrariæ præcessissent. tunc enim ad proxima referrentur. Gloss. docet. & ibidem doct. in fin. l. si idem. ff. de iurisdic. om. iud. Spieg.

RELATIVVM est, quod ad aliud refertur: qua ratione à Græcis πρός τι, hoc est, ad aliquid appellatur. ut libertas. refertur enim ad seruitutē: ingenuitas ad libertinitatem. Et in summa, quidquid in uniuersa rerum natura non est uel substantia, uel qualitas, in hunc ordinem cogitur. Imò quantitates pariter, & qualitates, si quando cōferantur inuicē. Diuiduntur autē relatiua iuxta numerū priorum trium prædicamentorum, substantiæ, quantitatis, qualitatis. Vide Apellum c. j. de definit Spieg.

RELEGARE, significat in exilium mittere, & separare ab alijs. Quare Martianus triplex exilium distinguit, in l. exiliū. ff. de interdict. & relegat. Old.

RELEGARI dos dicitur l.8. ff. de fun. dota. l.41. §. ult. l.48. ff. de legat. ij. & in tit. de dote releg. Et retrolegare sæpe ab eo quod reddi magis quàm dari legari uidetur l.79. §. fidei tuæ. ff. de legat. ij. l.3. §. dicebam. ff. de dote rele. Relegari etiam ususfructus à Mauritia. dicitur in l.23. ff. de usufructu legat.

RELEGATIO dicitur, cum quis exire fines patriæ iubetur. deportatio uerò, cum ei qui damnatus est, certo spacio circumscribitur pœnæ pendendæ locus. Bud. in l. capitaliū. § in exulib. de Pœnis. Lege & deportatio. Sp. Adde Peckium l.4. §. Diuus, tit. de incend. rui. naufrag.

Inter deportationem autem & relegationem quidam hanc differētiam statuunt, quod illa perpetuū, hæc temporarium exilium contineat. Sed & in perpetuum fit relegatio l.4. l.28. in princ. l.38. §. si quis instrumentū. ff. de pœn. l.3. C. qui pet. tutor. & apud Plin. lib. iij. Epist. ad Minutia. Alij in quib. est Isidor. lib. v. capi. xxvij. Inter relegatū & deportatum hanc differentiam statuunt, quòd relegatū bona sequantur, deportatum bona non sequantur. Sed hęc differentia perpetua non est. Nam & ademptis bonis aut parte aliqua eorum relegatos legimus l. 1. ff. si penden. appella. l.11. §. cùm quidam. ff. ad l. Falcid. l.38. §. qui abortionis. & §. si quis instrumētum. ff. de pœn. Quod in his duntaxat qui in perpetuum relegantur iure licito factū, & Paul. & Vlpia. testes sunt, tametsi aliter plerunq; seruabatur l.5. l.7. §. ad tempus. ff. de interdict. Illa certissima differētia, quòd siue in perpetuum, siue ad tempus quis relegaretur aliter atq; cùm deportabatur & ciuitatē Roma. & patriam in liberos potestatem, & testamenti factionē, & omnia omnino iura sua, & bona, præterquā si qua ei adempta erant, retinebat. Tantùm insula ei egredi non licebat, cuius uinculo quodāmodo continebatur l.4. & l.7. §. hæc est differentia. cum sequen. ff. de interdict. & releg. Eaq; ex ipsis condemnationis uerbis diuersitas intelligebatur. Relegatis autem excedendi à præsidibus dabatur. Moris enim erat ita pronūciari. Prouincia illa insulisq; illis relego excedereq; debebit intra illum diem. d. l.7. §. hi qui. Bris. Notandum autem hic est aliam seruorum, aliam liberorum hominum relegationem fuisse. Serui enim in agros, homines uerò liberi in prouincias solebāt relegari. Idq; Apologia Dauid cap.14. testatur euidenter Ambrosius: quem allegat. Ræuardus in l. Ad ea. ff. de reg. iuris.

RELEGATORVM autem duo esse genera Vlpianus scribit. Quidam enim in insulam relegantur l.4. l.28. in princ. & §. in exulibus. §. grassatores l.30. ff. de pœn. Sunt qui simpliciter relegātur, ut prouincijs ijs interdicatur, non etiam insula adsignetur l.7. ff. de interdict. Vnde relegatos Aelius Gallus apud Festū definit, quibus ignominiæ aut pœnę causa necesse est ab urbe Roma alioúe quo loco abesse, lege, Senatusq; consulto, aut edicto magistratuum. Bris. Ac relegare id est, quod Cicero dixit sedibus expellere, id est cogere homines, fines patriæ exire quod & exterminare dicimus Aldobrand. Inst. quib. mod. ius pat. potest. sol. §. Cum autem generaliter latinis significat separare, aut summouere, siue, ut Cicero ait, amandare.

RELEVATA iugera dicuntur, quæ cum essent palustria facta sunt terrena l. j. de fund. patrim. li. xj. Albericus.

RE-

RELICTI nomine, mortis causa donatio continetur l.sed & si quid donetur.ff.de usufr.leg. Marcellus de leg.j. Si quid relictū sit ciuitatibus, omne ualet: siue in distributionem relinquatur, siue in alimenta, siue in eruditionē puerorū, siue ad aliud. Sp.

RELICTVM cuilibet ex familia, de his accipiēdum, qui intra decimum gradū sunt. Alc.refert Paulum Castrensem sic respondisse. Spieg.

RELIGIO à relegendo autore Cicerone in lib. de natura deorū deducitur qđ religiosi omnia quæ ad cultū deorū pertinerēt, retractarēt, & tanquā relegerēt. Sed in hac Etymologia ridetur Tullius à Lactātio, qui religionē arbitratur dictā esse, quod eius uinculo obstricti & religati simus li.4.de uera sapiētia cap.28. Cū Lactantio etiā facit Ambrosius in lib. de uirginib. ubi uirgines Deo nuptas, quasi religatas ostēdit. Manifestius Lactātio astipulatur Hieronymus in Amos cap. 9. dictā nimirū esse religionē, quod quasi in fascē domini uincti & religati simus. Verum Augustinus nōnihil uariat ad Ciceronis expositionē accedēs. Nā in lib. de ciuitate dei 10. ca.4. dictā eā quidē putat à religēdo, allusiōe nominis (ut Viues putat) ad manum ex occasione capta. Verba ipsius sunt: Ipse enim fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes, uel potius religētes (amiseramus enim negligentes) hunc ergo religentes, unde & religio dicta perhibetur, ad eū dilectione tēdimus, ut perueniēdo quiescamus: ideo beati q̃a illo fine perfecti Augustini deriuationē affirmare uidetur Nigidianus ille apud A. Gelliū uersiculus: Religentem esse oportet, religiosum minimè. Massurius Sabinus (ut est apud eundem Gellium lib.4.cap.9. religiosi uocabulum à relinquēdo deducit: sicut cærimoniæ à carēdo, &c. Transfertur autē hoc religionis uocabulū ad alia quæq. quę summa animi integritate peraguntur, ad excessum usq;. Religio autē Lactantio lib. 4. cap.28. est ueri cultus: Connanus uerò lib.1.ca.5. Religionē uocat tacitam eam cogitationē qua in animo suo Deum quisq; colit & ueneratur. Quia uerò religio in metu, & ex metu magna ex parte consistit, ideo ea interdū significamus nō quod licet, sed quod uetitū est, & quod non sine metu læsi numinis cōmittatur: ut muros transilire religiosum fuit Romanis id est nō concessum: & in illo Terentij. Nā nihil esse mihi religio est dicere, id est inquit Calphurnius metus & sollicitudo. Cōnanus dicto loco.

RELIGIO aūt & superstitio q̃d differāt ostēdit Lactātius allegato li.4.ca 28.& Conn.li.3.ca.1.nu.3.

RELIGIO, ueneratio, fides, recta cōscientia, metus. Iurisc. Maximū remediū, inquit, expediendarū litium in usum uenit iurisiurādi religio l.j.ff.de iureiur. Credendū autē est, homines qui aliquid frontis habēt, diuini numinis testimoniū nō falso inuocaturos. Quanquā hoc seculo, ut omnia corrupta, luxataq; uidemus, sicut iuramēta temerè deferuntur in causis, ut Old. elegāter ait, obularib. ac nullius momēti: ita penè nō habetur ulla solēnitatis ratio, quæ utiq; malorū hominū læsam conscientiā terrere possent à periurijs subeundis. Cæterùm Religionis uerbo significantissimè antiquitatē usam esse, Bud.indicat: & etiā obstringere religione, & obligare dixisse, pro eo quod dicimus, conscientię metum incutere: exoluere autē religione, esse huiusmodi scrupulum eximere. His adde quæ Viues scripsit in cap.iiij.li.x. Augustini.de ciuit.Dei.Sp.

RELIGIO autē quando publicè reprobata est, tūc nefas esse cēsetur priuatis illā admittere, ueluti si Christiano deferatur, ut per Mahumetem impostorem illū, uel per Apollonium magum, iuret, uel per Dianam: quia exsibilatæ sunt id genus religiones l. nemo.C.de pagan. Fuerunt tēpora Neronis nimirū & Domitiani, quibus, per Christum iurare Romano piaculum erat. Tum Vlpianus suspirans identidem fuerunt, inquam, ô me miserū, qui ueritatem tantam nunquā attigi, & Christianos homines tàm malè accepi, eo solum imputandum, quòd imperatori Alexandro fuerim à consilijs, qui a Christianismo non multū abhorrebat, & Christum habebat præcipuū. Tunc Hermogenianus, imò uero, Vlpiane ista calamitas temporum nostrorū infelicitati magis imputanda est. Forcat.in Necyomantiæ dial.12.nu.3.

RELIGIONIS seu pietatis causæ, quanquam ineptè tractantur, ad tria tamē capita omnes pertinent: uidelicet, ad diuinum uerbum: ad bonas literas: & ad paupertatem. In his consistit uniuersa pietatis exercitatio, quæ firmū in nobis fidei argumentum est. Vnde in externis actionib. euitāda sunt, quę religioni obstant. Sunt enim semper iniqua. Old.

RELIGIOSA censentur, quæ religiosis adhærent l.quæ religiosis. ff.de rei uēd. Religiosum testē, & religiosè, pro fideliter testimoniū dicere, ut & pro fideli, religionē, pro fide, Bud.apud Cic.obseruauit.Sp.

RELIGIOSI, nostris propriè dicūtur, qui paupertatem, obedientiam, castitatem perpetuam Deo uouerunt. Sed & ampliore significatu hi accipiūtur, qui aliquid ex illis uotis obseruant, ut hospitalarij & templarij: ut religiosi intelligātur qui Græcis dicuntur ἱερόδουλοι de quib. Strabo lib.12. Per summum uerò abusum, quilibet Christianus dicitur religiosus: & ita sentiunt Canonistæ in rubr.de regul. Vide Alciat.in l.inter claras. C.de sum.trin. Bart indicat religionis uocabulum uariè accipi, in l.j.eod.tit.

RELIGIOSI dies Gellio lib.4.cap.19.dicūtur, tristi omine infames, impeditiq;, in quib. & res diuinas facere, & rem quampiam nouam exordiri temperandum est. Vide de hisce & Liuium lib.6.

RELIGIOSVM est id facere, pro eo, ut uulgus dicit, facienda est conscientia.

RELIGIOSVS locus, opponitur puro. Inst.de rer.diuis.§.religiosum.& l.ij.§.Prætor ait. ff.de relig.

RELIGIOSVS locus nō consecratione & uerbis solennibus, sed illatione mortuorū efficiebatur l.6.ff.de rer.diuis.& l.2.§.2.ff.de relig.ubi Celsus ait, non totum locum qui sepulturæ destinatus est, religiosum fieri, sed quatenus corpus humatum est. Patet autem ex Ciceronis II. De legib. ea loca in quæ mortuus illatus fuerat, neq; arari, neq; coli ius fuisse. unde Religio à relinquendo dicta putatur à Ser. Sulpitio, & Mas. Sabino. nā in arādo locus ille sepulturæ relinquebatur. Itaq; si Pontifices purū esse locum aliquem decernebāt, exarari iubebant. Cic. II. De legibus, sed cum multa in eo loco sepulcra fuissent, exarata sunt. statuit enim collegium, locū publicum nō potuisse priuata religione obligari. Sic Aelius Gallus apud Festum ait, Religiosum sepulcrum dici, ubi mortuus sepultus, aut humatus sit. Hot.

RELINQVATVM, iuxta Noric. text. pro reliquatum apud Paul. quū ait, Legatarius proferebat, manu patris familias relinquatū, tam suo, quàm colonorum nomine. Hæc est germana lectio expediti sensus, quē obscurauit uulgata hactenus, hoc est, ante Haloandrū prodita editio. Accursianū itē scholiū indicat fuisse uariā in l.Ofidius.in prin.de leg.iij.Sp.

RELINQVERE domi pecuniam, pecuniā domi inueniri, oppo. Pecuniam domi non relinquere,

nec usquam inueniri. Paulus in l. Hæredes eius. §. fi. ff. Fam. ercisc. Verlossen.

RELINQVERE item, est aliquid pro suo alicui legare. Paul. in l. Hæredes eius. ff. eod. tit.

RELINQVERE per præceptionem, id est, ante captionem apud Paulum ad fin. l. hęredes, & Caium in l. rem pignori. ff. Famil. ercisc. cum alios. Sp.

RELINQVO, uerbū adiectum uniuersitati bonorum, denotat institutionem l. diuus Traian. ff. de Milit. testam. cum dicit: Ego te hæredē facio, aut tibi bona mea relinquo. Modo tamen hoc fiat in testamento solenni, nam si in codicillis, aut in alia dispositione in qua directa institutio fieri non posset, importaret fideicommissum Bald. in l. & in epistola ad finem. C. de fideicom. Si uerò certæ rei uel quātitati adijciatur istud uerbū, Legatum significat. Nouell. ut cum de Appellat. cognos. §. aliud quoq;. De huius uocabuli effectu, uide latius Bartol. in l. illa institut. ff. de Hæred. instit. Spieg. Bald. & Salyc. in l. final. C. famil. hercifcund. Iason in Auth. Nouissima. C. de inoff. testam. Faber in §. planè Instit. de mil. testam. Canonistæ in c. Raynutius ubi Bened. in uerbo Reliquit de testam.

RELIQVA, sunt quæ rationib. subductis acceptisq; & expensis computatis debita remanēt & supersunt. Græci τὰ λείμματα dicunt, intelligi oportet, quodcunq; ex maiori summa restat, & reliquum est l. 32. l. 80. & l. 81. & l. 110. ff. de conditio. & demonstrat l. 41. §. Titius. cum §§. sequen. ff. de statuliber l. 29. §. Sticho. & l. ulti. §. inter. ff. de liber. lega. & in l. 3. C. de susceptorib. lib. x. in qua uerbum Annis, in contextū ex Accursiano glossemate irrepsit, uitiumq; creauit. Absolutè enim Reliquis legēdū est ut & ex l. 10. eod. tit. in C. Theodo. patet. in quo noui ac recentes non ut in Iustinianeo Codice, adcrescentes legitur. Reliqua etiā sunt debitæ præteriti temporis pensiones quas arreragia uulgò dicimus. Sic reliqua colonorum, sunt pēsiones à colonis debitæ in l. 79. §. peto. & l. 97. & l. 101. in fi. ff. de legat. iij. l. 32. §. ult. ff. de usufruc. lega. l. 20. & l. 27. §. ad fin. ff. de instr. uel instr. & apud Plin. lib. iij. Epist. ad Caluisium. Reliquis aūt actorum uel colonorū legatis ea legata uidētur, quę de reditu prædiorū in eadē causa manserūt, nó etiā, quæ in aliā causam uersa sunt l. 91. de legat. iij. Sic & reliqua conductionis accipe in l. 10. C. ad Velleia. Et reliqua uectigalis in l. 47. ff. de iure fis. Et reliqua pro reliquis censuum debitorū in rub. fine censu uel reliquis. Reliqua collegarū in l. 21. ff. ad municip. Hæc & reliquationes uocantur in l. 44. §. 1. de admi. tuto l. 53. ff. de manu. testam. Inde reliquari & reliquis obnoxium esse in l. 24. ff. ad municip. l. 6. §. sed eos demum. ff. de munerib. & honori l. 20. §. idem scribit. ff. fam. ercisc. l. 40. ff. de statuliber. Sic in l. 46. ff. de administr. tuto. Debitū quod ex conductione reliquatus est: & in l. 23. ff. de pecul. lega. Summas quib. reliquatus erat: & in l. 20. §. liber. ff. de instr. uel instr. Reliquatus est amplam summam, id est, mansit amplæ summæ reliquator ac debitor. & in l. 9. ff. de lib. leg. non impeditur reliquas exigere, quas quis se reliquauerit. Quod & reliqua cōtrahere uel trahere dicitur. in l. 4. §. 1. ff. de adm. rer. ad ciuit. l. 46. ff. de admi. tut. l. 24. §. 1. ff. de statulib. l. 1. ff. de conue. fis. deb. lib. x. C. Bris. & ante eū Corrasius Miscell. li. 1. ca. 14.

RELIQVATIO, reliquorum debitio. Paulus l. 44. ff. admin. tut. Si pupillus post pubertatē rationibus à tutore acceptis reliquationem eius secutus usuras acceptauerit, &c. Hot.

Inde Reliquatores, qui Reliqua traxerunt l. 102. §. Valerius. ff. de solutionib. l. 9. §. reliquatores. ff. de publican. Bris.

RELIQVATORES à Græcis λοιπάδες dicūtur, qui quod alicui debent ex asse, & integro non persoluunt: sed alicuius partis debitores adhuc remanent. Vide Pet. Crinitum lib. 15. de honest. disciplin. & Vlpianum in l. rescripto. §. sed eos. ff. de muner. & hono. Brechæus in l. potest reliquorum. ff. de uerb. & rer. signif.

RELIQVI, de trib. etiā dici, colligitur in Auth. Vt determ. sit nu. cler. in prin. Sed & de duob. accipi traditū est. c. fi. §. j. ext. de off. deleg. Quāuis reliquorū appellatione, etiā oēs interdū accipi, Vlp. docet, de uerb. sig. Vide l. cum optio. ff. de Opt. legat. Sp.

RELIQVIAE pro Cinerib. defunctorū sicut in autographo Florentinarū Pandectarum scribitur in l. 42. & l. 44. in fi. ff. de religios. quę Græci λείψανα uocant l. 52. §. si hæres. de legat. lib. j. Quæ tamē scriptura immutata est ab his qui Pandectas excuderūt in l. 27. ff. de conditio. instit. l. 30. ff. fam. ercisc. Bris.

RELIQVOR uerbū deponēs. Est enim Reliquari, æs alienū ex reliquis rationū contrahere. **Ein rest schuldig bleibenn.** Vlpian. in l. Rescripta. ff. de mun. & honor. Et in l. si filia nupta. ff. Famil. ercisc. Sp.

RELIQVORVM appellatio potest & uniuersos significare. Marcellus de uerb. sig. l. 95. sicut in eo contingit, qui unius serui optionem alicui, reliquos alij legat, illo non optante omnes huic debebuntur, quod in uerbo cæterorum eodem illo titulo Vlpianus respondit l. 160. Conn. lib. 6. cap. 7. nu. 4. Adde Brechæum in l. potest, tit. de uerb. & rerum signif.

RELOCARE, est opus ad diem constitutū non perfectum, alij artifici denuò idem opus faciendum locare l. item quæritur. §. si in l. ff. Locati. Sp.

REMANCIPARE, pro mancipatam rem reddere, & iterum mancipare, hoc est, redhibere. Lege Boet. in lib. Comment. in Topic. Cic. iiij. Sp.

REMAMBRE, uerbi efficaciā indicat Bart. in l. tale pactum. §. fi. de Pact. & in l. prætor. ff. de Collat. bon. Spieg.

REMANERE uenditionem pro nō facta interpretantur, in l. cum autem. §. fin. ff. de Aedilit. edict.

REMANSOR, pro Emansor. Arrius l. 4. §. 13. ff. de re milit. Edicta faciebant, qui diu abfuisset, ut is inter remansores haberetur. Et l. 5. §. 6. Si remansor, aut negligens suorum, aut segnis, aut extra contubernium agens, non credetur ei. Hot.

REMEDIVM, dicitur nō solū de morbis, sed de reb. etiā omnib. quas cū cura, operaq; nostra explicam⁹. Caius l. j. de iureiur. Maximū, ait, remediū expediēdarū litiū in usum uenit iurisiurādi religio. Sp.

REMEDII loco monstrari, in l. ij. §. idē Seruius probat. ff. de Statu lib.

REMEDIVM imponere, pro adhibere apud Iustinian. Inst. Quib. alien. licet, uel nō. paulo post princ.

REMIGES sunt, qui remos agunt, & cessante uento nauem remigando propellunt ac scalmis hærent, id est, ipsi labro nauis, ubi remi adnexi sunt: à quo interscalmia, spacia inter remiges dicta sunt. Accurs. in l. j. §. ij. ff. Naut. caupon. stabul. ridiculè interpretatur remigem, id est, qui scit melius nauigare. Sic & mesonautam accipit, pro mediocri: à μέσον, quod est, ait, medium. Sed ex Bud. & Alc. suprà indicatum est, quid mesonauta significet. Hoc tamē uerbum alibi nusquam, ne apud Græcos quidem se legisse fatetur Bud. κελευστὴς uerò, qui remiges hortatur: quasi nauigantium moderator. Vide Annot. prior. Bud. in l. j. de recept. arbitr. Sp. Veteres autem

tem non uolūtarijs semper remigibus usos, sed etiā compeditis ostendit Brodæus Miscell. lib.2.cap.30. & testatur Val. lib.9. Sed cū plenis impudentiæ uelis, ad summum audaciæ gradū fertur, imperio Augusti remo publicę triremis affixus est. qđ ad remū dare uocat Tranquillus. Adde Peckium comment. in d.l.j.§.Qui sunt.ff.Naut.caupon.stabul.

REM, dictionem & uerbū dialectici, ut Fortunatianus tradit, sic distinguūt: ut uerbū sit, quod ex se, & materialiter, ut uulgò loqmur, prolatū est. Dictio uerbi ipsius sensum habet, qui in proferentis animo cū latuisset, per uerbi expreſsionē exijt: sic uerbū cū sensu dictio est. Res est quæ exprimitur, & ex uerbo dictioneq; declaratur. Vt si interrogē: uerbū, si quis, quid cōprehendit? Si qs, quatenus nudā pnūciatione ꝓpter se respicit, uerbū est: quatenus sensum habet, quem ego antè animo cōcepi, dictio est: masculi uerò & fœminę ex eo uerbo significatę, res sunt. Sp.

RE cōtrahi dicitur obligatio, q̄ re demū intercedente cōtrahitur l.1.& l.52.ff.de obligat.& action.l.1. in fi.& l.17.ff.de pact.l.8.§.1.ff.de fideiussorib.l.1.ff.de nouationib.l.2.§.ult.ff.ad Velleian.l.13.§.si fideiussori.ff.de acceptilatio.l.12.C.si cert pet.ut fit mutui datione, cōmodato, deposito, pignoris traditione.Inst. quib.mod. re cōtrah.oblig. Ita re factū contractum, id est, numeratione, dixit Vlp.in l.9.§. quoniam. ff si cert.pet. Societas uerò re cōtrahi, id est, cōmunicatione bonorum dicitur in l.4. ff.pro soc.quanquā in ea nudo consensu obligatio constituatur.Bris.

REM amittere, litem amittere est l.8. ff. de restit. in integ.l.22.§.pen. ff.rat.rem hab. Rem seruare pro debitū suum ab aliquo consequi, Et ut aliâs dicitur, ad suum puenire l.2.& l.4. ff.de dolo l.19. ff. ad Velleia.l.2.§. si Titius. ff.de hæred.uēd.l.11. in fi.& l.12.ff. ad municipal.l.2.ff.de institor.l.35.§.ult. ff.locati.l.4. in fi.ff.de adm.rer.ad ciuit.l.ult. ff.rem pupill.l.38.ff. de excus.tut.l.10. ff.de doli excep.Bris.

REM in bonis esse, ut distet ab, ex bonis, uel de bonis, colligi poteſt, in l.rem in bonis. ff.de Acquir. rer.dom.Alberic.Sp.

REM gerere, pro pugnare, & apud iuriscoff. & alios obuium est.Sp.

In rem suam fideiubet, obligaturq;, qui pro suo negocio & in suam utilitatem fideiubet obligari, uelutì pro suo procuratore, aut si ad eum pecunia peruenerit & ipse reum dederit uice sua: pro eóq; fideiusserit l.11.l.22. ff. ad Velleian.l.8.§.1. ff. qui satisd. cog. l.25.ff.de pact.l.5.ff. de liber.leg. In Rem suā procurator datus dicitur, qui mādatas sibi actiones lucro & commodo suo exercet. In Rem quid sit, in multis Pandectarum locis exposui suprà lib.ix. Bris.

REM integram uarijs dici modis, Azo in summa ostendit.C.Quand. lic.ab empt.reced.Propriè tamē intelligimus, donec quid geri cœptum est l.j.§. cœpisse.ff. de Pollicit.Sp.

REM ipsam habere uidetur, qui actionē ad eam recuperandam habet l.15.ff.de diuers.reg.l.143.ff.de uerb.signif. Bris.

REM iudicatam, nunc uulgò dicimus Sententiā definitiuam.Sp.

REM non esse, & non apparere, paria sunt l. in lege l. Rutilia Polla. ff.de contrah.emp.l.quoties. Qui satis.cog.cum uulg.Spieg.

REM nō nouam aggredi, initium l. sub tit. de iudic in Cod. Cur id sit uersum in prouerbialem locū, de his qui uxores uetulas ducunt, Gloss. indicat, & Alciatus lib.iiij.de uerb.sig. Sp.

REM pupilli saluam fore cautio prætoria, quam Theophil. Instit.de satisdatio.tut. & de diuisio. stip. sic explicat. ὁ πραίτωρ τ̃ καλεπάμενον ἐπίτροπον ἐγγύας διδόναι κελεύει ὅτι σῶα καὶ ἀκέραια τὰ τ̃ κηδεμονευομένων φυλαχθήσονται πράγματα. Bris.

REM pupilli saluam fore uel adolescētis. Hic loquendi modus stipulationē potiſsimum prætoriam prætendit, qua cū consulitur pupillo uel adolescenti, si imperante prætore interponatur. Huc pertinet tit.in Inst. de satisd.tut. uel Cur. Est enim ea satisdatio de qua loquimur. Et requiritur satisdatio idest Fideiussoris datio l.1.q.satisd.cog. Videndū est quæ sit ratio huius stipulatiōis interponēdæ. In l.2.3.4.6. hæc quęstio tractatur. Adhibebitur seruus Reip. uel Municipū, ut hoc casu utilitatis causa stipuletur pupillo, quāuis is seruus pupilli nō sit sed Reip. & hoc fit propterea, quod quasi publica sit causa tutelaris in l.1.de Mag.conuen.dicitur etiā Magistratū ipsum, si publicus seruus desit stipulari posse pupillo, quod singulari iure receptum est. Nā aliâs per liberā personam alteri nō adquiritur. In l.6.dicitur eum qui fari poſsit pupillū stipulari hoc casu posse, qđ accipiendum est de eo qui septē est annorū l.1.§ 1.tit.de adm. tutor.l.si infanti.C.de iure del.Hæc satisdatio exigitur à tutore, nisi datus sit ex inquisitiōe prætoris aut testamentarius sit l.7.& 8.tit.rem pupil.salu.fore.uel adol.Vide etiam tit.de satisd.tutor.in Inst. SEILERVS ex Lecturis Duareni nondum impreſsis sub d.tit. Rem pup.salu.fo.uel adol.

REM tanti ualere, quāti uēdi poteſt, intelligendū est de cōmuni & publica æstimatione, nō de cuiusq; propria & priuata: quia precia rerū ex cōmuni æstimatione fingūtur l.si seruum meum. ff.ad legē Aqu. ibi Bald.l.precia.ad leg.Falcid.Sp.

REM, uel causam ad exemplum pertinentem dicebant, quam nunc materiam consequentiæ, importantiæq; dicunt. Bud.in l.poster.de Orig.iur.

REMISSE, contrarium Vehementer.

REMISSI homines dicūtur, qui tristes, & seueri non sunt: qui aliorum facta, aut dicta, sine ulla offensione tolerant.

REMISSIO, refutatio, & renunciatio quo distent, Spec.tradit in tit.de Pact.& transact. Quibus uerò modis in contractibus fiat Bart. docet in l.hæres absens.ff.de Iudic.Idē tractat in l.j. de oper.nou. nun. De remiſsione, quæ uersatur circa eiusmodi nunciationē, idē Spec.in tit. de Remiſsionibus tam iudicialibus, quàm alijs, abundè disserit. Sp. Et est quidē Remiſsio, cū ab uno Iudice ad alterius Iurisdictionis iudicē iuris prærogatiuam prętendentem facinorosus remittitur. Nos loquimur cum ab inferiore ad superiorem. Porrò hodierno die usu moribusq; receptum est, quod à multis seculis Veteres Consulti defendere uoluerunt, præuentione remiſsionem impediri in c.proposuisti, de foro competenti. Qua ratione tum maximè, cum ad personalē comprehensionem peruenitur, is qui cœpit sine auocationis metu iudicare & ad executionem procedere poterit. Peckius l.7.in tit.de incend.rui.naufrag.

REMISSIO in tit. De remiſsionibus accipitur, qua remittitur prohibitio per nuntiationē noui operis facta l.1.in princ.l.5.§.si in plurib. ff.de noui oper. nunt.l.7.§ ait Iulianus ff.quod ui aut clàm. Est igitur nuntiationis remiſsio. Bris.

REMISSIO nonnunquā mercedis pēsionisue relaxationem, & exonerationē, & releuationē significat, ut in l.16.§.ult. & l.17. in princ. & §.ult. ff. loca. Sueto.in Iulio cap.xx. Publicanos remiſsionem petentes tertia mercedum parte relauauit. Plin lib.x.

 Epist.

Epist. Præterea cótinuæ sterilitates cogût me de remissionib. cogitare, quarú nisi præsens rationé inire nó possum. Idé lib. ix. ad Paulinum: Cùm me necessitas prędiorú Tuscanorum retineat: nam priore lustro quanquá post magnas remissiones reliqua creuerût. Columella lib. j. ca. vij. Si sedulò colitur ager, plerunq; compédium nunquam nisi cœli maior uis aut prædonis incessit, detrimentum adfert: eoq; remissionem petere colonis non audet. Bris.

REMISSIO pignoris dicitur cum pignus conuentione contraria, quam qua cóstitutum est, soluitur Connanus lib. 4. cap. 19. nu. 1.

REMITTERE dicitur creditor, nó qui antipocha testatur, sibi numeratam pecuniam, sed qui nulla solutione ultrò sua beneficentia nomé expungit. Cuiusmodi sit cótractus, si quis quid remittit, declarat Bart. in l. si quis delegauerit. ff. de Donat. Sp.

REMITTERE, interdú dare dicitur l. si mulier. ff. de Condict. ob turp. caus. cum simil. Interdú donare l. j. Quibus modis pign. soluitur. & alijs locis, quæ indicat Albericus. Vlpian. in l. iij. in fin. de Crim. stellion. remittenda, pro minuenda usurpare uidetur, ubi dicit: In ijs autem, qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio, aut ab ordine motio remittenda est. Sic apud Ciceroné, Remittere de supplicio, id est, minuere supplicium. Sp.

REMITTERE actioné. Lege, Actioné remittere.

REMITTERE annum, prorogare, concedere ut annus prorogetur.

REMITTERE iusiurandum censetur, qui deferente se cum paratus esset iurare, aduersarius gratiá ei fecit, siue præsenti, siue absenti & ignoráti, adeoq; per epistolam: ut sit amplissima occasio remittendi iuramenti l. remittit l. Labeo. ff. de Iureiur. Sp.

REMITTERE litem Impp. in l. Si lis. ad l. Corn. de fals. non satis apte dixerunt pro eo quod est causam deferre ad iudices: aptius tamen quam si remittere litem alicui dicamus pro eo quod est donare & actionem cedere: Connanus lib. 5. cap. 4. nu. 8.

REMITTERE nunciationem, est soluere operis noui nunciationem, hoc est, prohibitioné, & cedere, ut quid noui fiat operis. Quibus auté modis id fiat, Iurisconsulti luculenter ostendunt, Titul. ff. de Remission. Spieg.

REMITTERE nuncium, id est, discedere à marito, facere diuortium cum uiro.

REMITTERE opinioné, pro discedere ab ea.

REMITTIT iusiurandum, qui deferéte se cùm esset paratus aduersarius iurare, gratiam ei facit, cótentus uoluntate suscepti iurisiurandi l. 6. l. 32. ff. de iureiur. Sic remissum iusiurandum accipe in l. 9. §. 1. & l. 4. C. eod. titulo. Bris.

REMITTO tibi quicquid gessisti, uel gerere debuisti: per hæc uerba, quę poni solent in tutorú liberationibus, dolus, culpaue minimè remissus, intelligendus est. Secus si dictú sit, Remitto quicquid possum per actionem tutelæ. Qua de re uide Iurisconsin Tract. de Remiss. per tot. Sp.

REMORARI actiuam habet significationé: unde Remora piscis, quòd naues remoretur.

REMOTVM à iure, magis accipiendum ab eo alienum, quàm quod illi cótrarium sonat. Remotus, ac motus Senatu, eleganter iurisconss. pro dimisso à Senatu. Marcellus & Modestinus de Senatoribus usurpant. Obseruandum autem, quod ibidem dicitur, ob turpitudinem motú, ceu infamé, Der ceren entsetzt: nec iudicare, nec testimonium dicere posse, nisi per principem sit restitutus l. j. C. de Senten. pass. & l. j. §. de qua. ff. de Postulat. Spiegelius.

REMVLCO trahere latinum esse probat Bayfius in lib. de re nauali & latius de hac loquendi forma disputat Franciscus Florid. Sab. lib. 1. sua. sin. lect. cap. 3. Remulco trahi naues affirmás, quę plus æquo grauatæ, uel fractæ, uel mutilæ paruis nauibus remigum plenis alligatæ ducuntur, ut quo simpliciter à nautis duci non possunt, aliorum nauigiorum adminiculo perueniant: utitur hac dicendi forma Liuius lib. 37. & ibi dixi.

REMVNERARE, mutuam gratiá referre, hoc est, munere aliquo munus aliud compensare, beneficioq; beneficiú reddere, & quod uulgò est, ad antidora obligari. Bart. in l. sed si lege. §. consuluit. ff. de Petit. hæred. & in l. hoc iure. de iust. & iur. pulchrè differit, an naturæ lege ad remunerandum astringamur. Vlpian. in l. j. Si mensor falsum modum dixerit. Ideo autem, inquit, hanc actionem (prætor) proposuit, quia non crediderunt ueteres, inter tales personas locationem esse, sed magis operam beneficij loco præberi. & id quod datur, ei ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari. Ergetzung/verehrung. Spieg.

REMVNERATIO, propriè muneris alicuius, munere alio compensatio l. j. §. j. tit. iam citato. Vide Bartol. & in d. l. sed si lege. §. consuluit. & Specul. in tit. Depos. Spieg. Cæterum Remuneratio non solum uocatur quod quis aliquo beneficio prouocatus alicui donat, sed etiam quod eius gratia donat, non alia de causa, quam quod ei bene uult, seu uoluit simpliciter donare, seu fideiussoris id, seu rei cómodo, seu utriusq; cederet l. Idemq;. ff. mádati. Connanus lib. 14. cap. 14. nu. 14.

RENOVARE, notæ significationis. Scatent huius uerbi, cùm apud iurisconss. tú apud alios autores, innumera exempla leg. iiij. in prin. de Damn. inf. l. si unus. §. pactus. de Pact. ibid. renouatur contractus l. Iurisgentium. §. adeò. Renouatur totus grex l. grege. de Pig. Alberic. Renouatur autem, quod finitum est: Prorelatur, qd' adhuc durat l. dies. de Dam. inf. & l. sed & si manente. de Precar. l. si cum dies. de Arbitr. Spieg.

RENOVATA dos, instrumentis non reuocatis interpretanda est, ut Vlp. césuit in l. diuus Seuerus. de Iure dot.

RENVMERARE propriè est, reddere qd' ante nobis numeratú fuerat: ut aurum, dotem. & cætera.

RENVNCIARE, hoc est, cedere, licere omnib. his, quæ pro se introducta sunt. Hæc regula, ut Iustinian. ait, antiqui iuris perpetua nó est, de qua fusius Alc. in Comment. ad l. si quis in conscribendo. C. de Pactis. Nos uocamus, Verzug thun. Verùm renunciari posse omne ius, id seu sola spe, seu re competat, accipiendum est. Hinc renunciatio etiam dicitur id quod cessionem uocamus. Spieg.

RENVNCIARE, repudiare, remittere adfinem habent significationé. pertinent enim ad cessionem ab aliquo ultro factam, l. Si quis in conscribendo. C. de pactis: differunt tamé aliquo modo. Nam renunciari solet plærunq; iuri quęsito. tit. de renunciat. At repudiatio ad ius pertinet nondú acquisitú ut in tit. C. de repud hær. Remissio quoq; est iuris adqsiti ut C. de remiss. pign. Old. de exceptióe renúciatæ litis.

RENVNCIARE, & arcanú deferre significat, teste Budæo. Vnde apud Paulú in l. si quis aliquid, de Pœnis, Renunciatores consiliorum, quos lex aut uiuos exurit, aut furca suspendit. Spieg.

RENVNCIARE dicebâtur magistratus qui uoce præ-

ce præconis in campo declarabantur suffragio populi designati, ut Cic. vij. in Verr. & ij. in Rullū & ꝓ Milo. & Gell. lib. xij. cap. viij. ostendunt. Sed & ipse Consul successorem suum populo renuntiabat, ut Cic. pro Murena & lib. vij. Epist. indicat. Bris.

RENVNCIARE hospitium dicitur is quē contracti hospitij pœnitet, ne hospitij ius uiolaret.

RENVNCIARE legationē, pro referre uel nunciare quid sit in legatione effectum, uulgò Relation thun. Spieg.

RENVNCIARE nuptijs, & renuntiare condicionem, pro, Spōsalia repudiare l. 17. §. ult. ff. de reb. auct. iud. l. 1. C. de sponsalib. Sic Renuntiatam adfinitatem sponsalib. contractā accipimus in l. 38. in prin. ff. de usur. Sic & Renūtiatio in l. 2. ff. de diuort. sponsaliorum diremptio intelligenda est. Bris.

RENVNCIARE quoq; modū mēsores dicūtur l. 1. in prin. & l. 6. §. 1. & §. itē Pomp. & l. 8. ff. si mēs. fals. mod. Hygen. li. ij. de limitib. cōstit. Longitudinē autem quotiens egeram, ego ita renuntiabam, iugera tot, uel uersus tot. Et mox: Sic ut uidebitur, ita renuntiabimus iugera tot, uersus tot, &c. Bris.

RENVNCIARE redemptionem, pro testari se non esse redemptorem.

RENVNCIATIO, ut admonuit Bud. testimonij genus, quod edere solent architecti, & magistri uniuscuiusq; officij, cum opus est: qui propterea publico sacramēto adiguntur. Nobis est, Ein weysung thun. Item dicitur renunciatio, quod nunc processum uerbalem dicunt: qualis est uiatorum, & eorum qui edicta, aut sententias exequuntur. Sp.

RENVNCIATVR consul, Tribunus, aliusúe magistratus, id est, declaratur.

REOS Cicero lib. ij. de Orat. omnes quorū de re disceptatur, appellat. Aelius etiā Gallus lib. De significatione uerborū ad ius pertinentium Reum definit, qui cū altero litē contestatam habet, siue is agat, siue cum eo agatur. Quibus cōsequens est, utrumq; ex litigatoribus reum dici: uulgò tamen qui petit & agit, actor: qui conuenitur, reus appellatur. Veteres eum unde petitur uocabant. Cicer. lib. j. de Orato. Nōnne nobis in tribunali Q. Pompei sedentibus postulabā, ut illi unde peteretur, uetus atq; usitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuisset. Idē li. vij. Epist. ad Trebat. Ego omnib. unde petitur hoc cōsilij dederim, ut à singulis interregibus binas aduocationes postulēt. Sed & in l. Mamilia: Et si is unde ea pecunia petita erit, condēnatus erit, eam pecuniā ab eo uel à bonis eius primo quoq; die exigito. Vterq; etiā ex contrahentib. reus appellatur l. 5. §. cōuentionales. ff. de uerb. obligat. Sed differētiæ causa, qui stipulatur, reus stipulādi: qui spondet, reus promittēdi dicitur l. 1. & toto tit. ff. de duob. reis l. 134. §. pen. ff. de diuers. reg. l. 50. §. ult. l. 51. §. duo. & passim in tit. de fideiussorib. ff. sicuti qui credit, reus credēdi: qui accipit, reus debēdi: qui satisdat, reus satisdādi: qui satis accipit, reus satis accipiēdi appellatur l. 34. §. quidā. ff. de solutio. Bris. & Goueanus l. 62. ff. ad l. Falc.

REPAGVLA, Obiectamenta, obices, obstacula. Ouidius in 2. Metamorphoseon pedibusq; repagula pulsant, à repangendo siue repingendo, hoc est retropingēdo & retrudendo repagula uocata. A simili deductione pages, Compages & antipagmenta. Iohann. Baptista in comment. Epist. Apollinaris ad Constantinum lib. 4.

REPARARE quod amiseris, ꝓ recuperare, grauius est, quàm in statum pristinum redigere: quasi rursus parare. ut in Auth. ut iud. sine quoq. suffrag. §. oportet l. fin. Cod. de pact. pign. Spiegelius.

REPARARE in l. 16. ff. de in rem uerso & l. 122. §. Callimachus. ff. de uerb. oblig. ut & bene Duaren. lib. j. disput. cap. 10. notauit, significat nummis ex uēditiōe merciū redactis aliud quid earū loco cōparare. uel breuius, ex mercis uēditæ precio aliā parare.

REPARARI libertatem nō posse, Vlpian. dicit in l. 9. §. illud. ff. de statulib. Bris.

REPARARI uires obligationis Gordia. in l. 4. C. de solutionibus id est, suscitari & restitui, Sicut Octauius Minutia. lib. viij. Arnobij. Ergo homo nouus nascitur, non prior ille reparatur. Bris.

REPARARI etiam appellationum tempora, id est, restitui dicuntur. Inde Reparationes in Rub de temporib. & reparatio. appell. & apud Symmach. lib. j. Epist xxxvij. & xxxviij. Bris.

REPARIASSARE, de ijs dicebatur, quos pœniteret instituti, quiq; à cōuentis discederent. Vide Chiliad. Eras.

REPEDARE, pro reuerti Cic de legib. iij. Domum cum laude repedandum. Leo Imp. l. si quis ex grege. C. de Cohort. lib. xij. Aut si, inquit, ad pristina sacramenta maluerit repedare. Sp.

REPELLERE, pro propulsare. Vt conuiciū cōuicio repellitur. iuxta l. quæ omnia. de Procur. Hoc uerbū non est ubiq; accipiendū, de ui semper perniciosa publicæ tranquillitati (quoniā nō additur subinde, Vim ui repellere licet) sed magis ad iuris intellectū referri suadet ęqtas: ut sit repellere, uidelicet ꝑ legitimū remediū. Vide Old. Action. ij. Class. iij. Sp.

REPENTINVM & mediatū, contraria: pro subito & festino ponitur, teste Alberico, in l. j. Cod. de Pasc. publ. Repētina mors, hoc est, à nemine prouisa, apud Cicer. de Diuin. lib. ij. & in Auth. de Cōsang. & uter. frat. §. si igitur. Repētino, siue repētè fieri etiā dici, quod altera die fiat, Compost. existimauit. Sp.

REPERIRE causam, inuenire ratione quapropter aliquid fieri, aut minus fieri debeat.

REPERTVM crimen, adulterinum, falsum, pro eo quod palàm, & compertum est.

REPERTORIVM quid sit, declarat Vlp. in l. tutor. de Administ. tut. Tutor, inquiēs, qui repertoriū nō fecit, quod uulgò inuentariū appellatur, dolo fecisse uidetur: nisi forte aliqua necessaria & iustissima causa allegari possit, cur id factum non sit.

REPETENTES morbi, ꝓ post curā renouati.

REPETERE, propria restituendum petere. Interdum iterare. Modest. de Quæst. Repeti quæstionem posse, diui Fratres rescripserunt. Interdum recordari l. quidam. ff. de iur. Codicill.

REPETERE, pro recordari. Quod & Alber. indicat, in l quidā, ff. de iur. Codicill. & l. rescriptū. de Pœnis. Sic Suet. Plinius Iunior, tum alij utūtur. Sp.

Sic Repetere crimen est, indulgentia abolitū crimen ex integro iterū persequi l. 7. ff. ad Turpill. Bris.

REPETERE Reum, est iteratò reū facere abolitioneq; exemptum reum denuò postulare l. 10. §. 1. l. 12. l. 15. §. ult. & l. 17. ff. ad Turpillia. l. 3. §. 1. & l. 12. §. ult. ff. de accusatio l. 14. §. 1. ff. de bon. libert. Suet. in Augusto cap. xxxij. Diuturnorum reorum & ex quorū sordibus nihil aliud quàm uoluptas inimicis quęreretur, nomina aboleuit, conditione proposita, ut si quem repetere uellet, par periculum pœnæ subiret. Idem in Domitia. ca. ix. Reos qui ante quinquenniū proximū apud ærariū pepēdissent, uniuersos discrimine liberauit, nec repeti nisi intra annū permisit.

REPETI, pro iterari. Modest. de Quæst. Repeti posse quæstionem, diui Fratres rescripserunt. Sp.

Repeti in quæstionem est, in quæstionem iterum peti l. 18 §. 1. ff. de quæstionib. Repeti quæstio, id est, iterari dicitur in l. 16 ff. de quæstionib. Bris.

Repeti dicitur ususfr. qui qualicunq; ratione amissus iterum legatur, & fructuario cõseruatur l. 2. §. si non mors. leg. 3. in princip. & §. 1. l. 5. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. 3. §. 1. ff. usufr. quemadmod. cau. ut in specie l. 8. ff. de annu. legat. Bris.

Repeti etiam dicuntur legata, quæ ab instituto data à substituto iterum relinquuntur, uel ab uno ex primis hæredibus relicta à cohærede eius rursum leguntur, in hunc modum, Quæ à filio meo legaui, quæq; eum dare iussi, hæres meus ijsdẽ diebus dato. leg. 32. & l 54. ff. de leg. j. l. 75. ff. de leg. iij. l. 80. ff. de uerb. signific. Bris.

Repetita consuetudo, & institutum dicitur, hoc est, longo interuallo relata, ac, ut Bud. ait, à longissimis retrorsum temporibus petita. Astipulatur l. j. C. de Erogat. annon. milit. lib. 12. Sp.

Repetita die, opponitur, Prolata die. Paulus l. iij. de Fid. instr. Repetita quidẽ die, cautionem interponi non debuisse: id est, die retrorsum ementita. Vulgus antedatam appellat. Vbi dies pro tempore intelligi debet, cum fœminino genere sit positum, ut in illa locutione, Annua, bima, trima die. Idẽ ad Exhibend. l Iulian. §. quantum. Proinde si post litem contestatam usucaptum exhibeat, non uidetur exhibuisse: cum petitor, intentionem suam perdiderit. Et ideo absolui eum non oportet, nisi paratus sit, repetita die intentionem suscipere, ita ut fructus secundum legem æstimentur. Idem de Dam. infec. l. si finita sit dies. §. Item uideamus, si cautio ei offeratur, postea quàm missus est in possessionem: an non prius decedere debeat, quàm si ei caueatur etiam de eo damno, quod contigerit, posteaquam missus est in possessionem: quod quidem magis probatur. Repetita igitur die repromittendum erit, id est, referenda retrorsus cautio, & in præteritum. Vide Bud. in Annot. prior. ad d. l. Iulianus. Sp. Adde & Curtium lib. ἐικαστῶν 3 cap. 32. tom. 1.

Repetitionem in legatis consulti appellant hanc scripturã, hoc amplius ei hæres meus dato, uel item dare damnas esto l. 19. ff. de legat. j. l. 61. ff. de legat. iij. Bris.

Repetundarum, uel de repetundis accusatur quis, uel damnatur, qui in administratione magistratus, pecunias accepit, unde accipere non debuit. Tit. est ad Leg. Iul. Repetund. de qua Martian. sic scribit: Lex Iulia repetundarum, pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestatisúe cura tione legationeúe acceperit. Nebrissensis. Porrò Repetundarum, Repetundis, hos duos tantũ casus habet: & Valla teste, dubitari potest, participiúmne sit, siue nomen, an gerundium. Quum dicitur, Repetundarum, subintelligendum, pecuniarum: quo nomine pecuniæ, & omnia quibus diuitiæ constant, contineri dicimus. Causam uero repetundarum multiplicem esse, Quintilianus tradit. ea enim multa crimina continet, quæ causæ propria sint. Sp.

Repetundarum iudiciũ inde dictum est, quòd eo iudicio socij pecunias sibi cõtra leges ereptas repetebant, quas ex condemnatorũ litibus æstimatis domum reportarẽt secundum Vallam & Pedianum. Cic. Verr. 7. Itaq; res suas negligunt: pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non repetunt. & paulo pòst, Non ex litib. æstimatis tuis pecuniã, domũ, sed ex tua calamitate cineri atq; ossib. filij sui solatiũ uult aliqđ reportare. Atq; hoc quidẽ ante annos, opinor, noné ita scripsimus in Verrinarum cõmentarijs: postea uerò extitẽre Itali quidam boni uiri qui totidem literis suos in libros transtulerunt. Intelligendum est autẽ hoc iudiciũ olim in eos solos magistratus qui in prouincias mitterentur, institutum fuisse: quemadmodũ Cicero in Diuinatione demõstrat. pòst uerò generaliter eo teneri cœperunt, quicunq; in magistratu, potestate, curatione, legatione, uel quo alio officio, munere, ministerioúe publico, pecuniam ob iudicandũ accepissent: quiúe magistratus urbani à sorde se non abstinuissent l. 1. & pass. ff. ad leg. Iul. repetund. Hot.

Repignerare est, luere & liberare pignus, aduersaturq; uerbo pignerare l. 5 § rem tibi dedi. ff. commoda. Fest. lib. xvj Reluere, soluere, repignerare. Cæcilius in Carmine, ut aurũ & uestẽ quod matris fuit, reluat, quod uiua ipsi opposuit pigneri. Vt Replumbare, id est, adplumbata dissoluere l. 20. ff. de auro argẽto. Et Resignare, signatũ aperire l. 6. ff. quemadmod. testamẽta aperiantur l. 23. ff. qui testamẽta facere possunt l. 20. ff. de uulg. & pupill. l. 16. in fin. ff. ad leg. Corn. de fals. Et alijs quoq; satis multis in uerbis, articulus re contrariam simplici uerbo tribuit significationẽ, aliàs uerò iterationẽ, & geminationem significat, ut Retractare interdum est, Festo quoq; teste, iterũ tractare l. 31 in fi. ff. de iureiur. l. 10. §. 1. ff. ad Turpill. §. cùm quidã. ff. de recep. qui arbitr. l. 29. ff de iure fisc. l. 4. C. de episc. aud. l. 3. C. de cano. largit. tit. Cic. lib. iij. de Nat. deor. Qui autem omnia quæ ad cultum deorũ pertinẽt, retractarent, & tanquam relegerent, hi dicti sunt Religiosi. Idem ad Atticum lib. viij. Augemus crimen dolorem retractando. Sic Tertullian. in Apologetico. Causas quæ hoc exegerint, retractemus. & alibi sæpe. Bris.

Replicatio uocatur ex eo, quòd p eã replicatur atq; resoluitur ius exceptionis: ait Imp. tit. De replicat. in princ. Ἀντιδιαστολή à Græcis nominatur. Eiusq; formula erat aut si. quẽadmodũ intelligitur ex l. 48. ff de pc. Iulian. l. 7. §. 1. De curat. furios. Si hęredes demẽtis easdẽ res uindicẽt quas curator alienauit, & exceptio opponetur, si nõ curator uẽdiderit: replicatio dari debet, aut si satisdatiõe interposita secundũ decretũ uẽdiderit. Iul l. 24. ff. de except. rei iudic. Aduersus exceptionẽ, Si nõ eius sit res, replicatiõe hac adiuuabitur, Aut si res iudicata nõ sit. Caius l. 48. ff. de proc. Tũc excipiẽte eo cũ quo agitur, si nõ mihi mandatum sit, ut à debitoribus peterem: actorem ita debere replicare, Aut si mihi mandatum est, ut à te peterem. Hot.

Replicatio dicta uidetur, uel quòd implicatã & quasi tectã exceptiõis iniqtatẽ replicet ac pstefaciat: uel poti⁹ quòd æqtatẽ actiõis ab excipiẽte reo tectã & quasi cõplicatã explicet atq; apiat. Hot. Græci ἀντιπαραγραφὴν appellant. Rhetores uocare interdũ uidẽtur firmamentũ, & cõtinens. Sicuti Grǽci συνέχον qđ i⁹ actoris cõtineat, firmet ac tueatur. Balduinus in cõm. super Inst. Iust. li. 4. tit. 14. de Replic.

Replicationes, ait Vlp. nihil aliud sunt quàm exceptiones, & à parte actoris ueniunt: quæ quidem ideo necessariæ sunt, ut exceptiones excludant. semper enim Replicatio iccirco obijcitur, ut exceptionem oppugnet l. 2. §. 2. ff. de except.

Replumbare, est plumbum auferre de argento. Vlp. de Aur. & arg. leg. l. cum aurum. An replumbari debeant, ut sic appendantur. Nebriss.

Reponere alicui, pro uicissim obijcere, quasi replicare, recriminari Begegnen.

Reponere, pro reficere l. omnino. de Impẽs. in reb.

in reb.dot.fac.l.in summa. §. Item Varus ait, de aqu. pluu.arcen. Reddere item quod ablatum est, significat. Budæus.

REPONERE se in obligationem. l. illud. in princip. ff. quod met. caus.

REPOSCIMVS, quod nobis debetur, uel quod à nobis acceptum est. Proinde reposcenti rem suam non reddens, furti tenetur. l. Pomp. sub fin. de acqu. rerum dom. Spiegelius.

REPOTIA appellamus ea, quæ ad conuiuiorũ classem pertinent, de quibus Horat. Licebit ille repotia natales, aliósue dierũ festos albatus celebret. Festus quoq; Pompeius, repotia postridie nuptias interpretatur, cum apud nouum maritum cœnatur, quia quasi reficitur potatio: affertq; exemplum Paccuuij, Ab hoc depulsum mamma pædagogandũ accipit repotialis liber. Et interpretantur Grammaticorum tribules, septimum à nuptijs diem, quo iterũ epulabantur: alij secundum, quo uirgo in muliebrẽ habitum componebatur. Sed crediderim etiam repotia celebrari solita liberis natis & cum maritis noua quotannis propè soboles nascatur, ut renouanda sit epulatio, idcirco ea cõuiuia repotia appellata: cui interpretationi Paccuuij exemplum non repugnat. nec uerò Auidieni personæ conuenit nuptiale conuiuium: ea, nisi me fallit augurium, dicere uoluit Acro Grãmaticus, παιδοσφίρια Grecè uocari, uelut sublatis & susceptis liberis & parentibus eos alere decernentibus. Nam in Græcorum potestate erat liberos exponere, nec alere. Vt autem ita repotia interpreter, mihi persuadet Ausonius sic scribens:

Coniugioq; dapes & sacra repotia patrum.

Hæc Turneb. aduersar. lib. 3. cap. 6.

REPREHENDI fugitiui dicuntur, id est, retrahi à fuga. Vnde & reprehẽsores, qui erant antiquis, qui fugitiuos seruos inuestigatos reducerent. Vide Bud. in l. si apud te. ff. de præscr. uerb. Spiegel.

REPREHENSA, hoc est, emendata, correcta: exactorum illicita auaritia, apud Vlp. sub fin. l. illicitas exactiones. de offic. præsid. Spieg.

REPRAESENTARE, est ante diẽ soluere. Vlpian. in l. 8. §. 3. ff. de transact. loquens de ijs qui de pecunia alimentorum nomine legata transigũt, Eam, inquit, transactionem Oratio improbat, quę idcirco fit, ut quis repræsentatam pecuniam cõsumat: id est, antequam debeatur solutam. Cicer. ad Attic. lib. xij. Reliquæ pecuniæ uel usuram Silio pendemus, dum à Faberio uel aliquo qui Faberio debet, repræsentabimus. Idem Philipp. 2. Ego corpus libenter obtulerim, si repræsentari morte mea libertas ciuitatis posset: id est, accelerari. Seneca libro epist. xv. Ep. 1. Petis à me, ut id quod in diem suum dixerã debere differri, repræsentem, & scribam tibi, an hæc pars philosophiæ, &c. Hoc quoque ex Marcelli uerbis apertè intelligitur in l. 56. §. primo, ff. de condit. & demonst. ubi iusserat testatrix, ut prædia, si filius sedecim annos non impleret, alteri redderentur. Quęro, inquit, quum Seia decesserit, deinde filius quintumdecimũ annum agens, defunctus sit, an repræsentetur fideicommissum quintodecimo anno impleto. id est, ante tempus quo decimumsextum implere potuisset, præstandum sit. Item, Contra uoluntatem testatoris repræsentationem fideicom. desiderari. Sic l. 24. §. quoties, ff. solu. matrim. l. prima, l. secunda, ff. de dot. præleg. Hot. & Curtius ἀναγνῶν lib. 2. c. 33. tom. j.

REPRÆSENTARE, pro locum alterius ac numerũ obtinere, uel tantundẽ ualere. Vlp. l. j. §. j. ff. si is qui test. Culpa dolo proxima dolũ repręsentat. Hot.

REPRAESENTARE, est exhibere ui quadam iuris præsentiam eius, quod reuera præsens non est. Sic filius fratris succedendo cum patruis repræsentat patrem suum. Nouell. Quæ iura adgna. & cognatio. §. restat ut & tertium. Constit. 118. Eodem modo pecunia repræsentatur, quæ in computationem uel solutionem perinde admittitur, atq; si statim deberetur, quum tamen in diem sit debita. Vlpia. in l. cùm hi. ff. de transact. Oldend.

REPRAESENTARE, aliàs significat statim ostendere: ut in l. j. §. non aũt. Si is qui test. lib. ess. Old.

REPRAESENTARE, aliquando compositionem suam à Re. & Præsento, propriè exprimit, hoc est, denuò præsentem exhibere eum, qui semel præsens fuit: ut si quis promiserit aliquem in iudicio repræsentare. Nam liberatur simulatq; reum denuò iudici pręsentauerit, Widerumb gegenwertig machen. Et in hoc distat talis promissor ab eo, qui iudicio sisti promisit. Is enim usq; ad sententiam sistere tenetur. l. fin. ff. si quis in ius uoc. non ier. Olden. Vide & Curtium lib. 2. ἀναγνῶν ca. 33. tom. 1. ubi quamplurima de huius uerbi significatu tradit.

REPRAESENTARI etiam cognitio dicitur. l. 3. §. causæ cognitio. ff. de Carbo. ed. & l. 3. §. Iulianus. de lib. exhib. quæ non expectato pubertatis tempore statim suscipitur & maturè iudicatur. Briss.

REPRAESENTARI cõdemnationem, est sic condemnari, ut in præsentiarũ sit soluendum id, quod præteriti aut futuri temporis est debitum. l. si cõstante. §. quoties. ff. soluto matrim. Tunc deducto, inquit Vlpianus, commodo temporis, condemnatio residui repręsentatur. Sic idem Vlpianus appellat repręsentatam pecuniam, quæ cùm annuo debeatur, statim una summa, quasi omnes anni præsentes essent aut præteriti, persoluitur. l. cùm hi. §. eam transactionem. ff. de transact. Oldend.

REPRESSALIA, potestas est impignerandi contra quemlibet de terra debitoris, data creditori pro iniurijs & damnis. l. si pignerationes. de iniur. & damn. dat. libro 6. Zasius repressaliarum usum non uult consuetudine nouitia receptum, quod Bartol. sensit, sed à uetustissimis Romanis legibus radicem sumpsisse. Vide eum in §. & ita leges quasdam. l. 2. de orig. iur. Nec negat, uocabulum fœdum esse, & barbarum, sed nunc apud Iuristas usurpatum. Itaq; repressalijs capi, est aliquem ob alterius delictum damno grauare. Lege, Hominem pignerari. Spiegelius. Adde Brechæum in lege Prouinciales, titul. de uerborum & rerum signific. num. 2.

REPRAESTARE duobus in locis in Pandect. Florent. inuenitur. in l. 47. ff. de action. empt. & l. 22. §. 1. ff. ad S.C. Trebell. Briss.

REPROBARE non possum semel probatũ: uerbum Pomponij, ut Scæuola refert, & interpretatur, in l. Pompon. j. de neg. gest. Spieg.

REPROBARE testes, est eorũ fidem imminuere, & refellere c. præsentium. de testib. in 6. Ex quib. autem caussis refellantur, docent Spec. in tit. de test. & Nepos Montalbanẽsis in tractatu rei fugient. quo in genere commonefactũ te uelim iure ciuili & Pontificio testes reprobatorios (ut uulgò loquar) pro reprobatoriorum, uel (ut Latinius rem exprimam) refutatorios refutatoriorum admittẽdos ex sententia Iustiniani Imper. scribit Angelus Aretinus §. si uerò dicatur. de testibus. Nouellæ constit. 90. uerba eius constitutionis hæc sunt, καὶ ἔχει τὴν τετάρτην μαρτύρων παραγωγὴν ἄδειαν περὶ ταῖς μαρτυρίαις χρῆσθαι. Quod ad quartam testium refutationem, reiectionemque

produxit Angelus. Refutatorios etiam refutatoriorum testium admittendos decreuerunt Pontifices maximi c.licet dilectus.ubi gl.& interpretes.de testibus.in antiq.& c.præsentium.eo.tt.in 6.In ea quoq; sententia est Speculator tit.de testib.§.sæpe.uers.item actor. Eandem sententiam tenet Bald.l.si quis testibus. C.de testib.uers.quęro,quot.quæ sententia habet æquitatem,quod constitutum est, ut ueritas elucescat.Quo fit,ut satis mirari non posim pragmaticos quosdam Gallos diuersum ius admisisse.Nā hac uia falsandi ansa præbetur. Nam si refutatorij refutatoriorum non admittuntur, qui refutatorios ꝓfert, instructos testes, fideq; indignos, falsaq; testimonia proferet nisi Quæstor ueritatem negotij acutisimè extorqueat,quo in genere

Apparent rari nantes in gurgite uasto.

Nam Quæstores (*Enquesteurs* uocant) designantur ut plurimùm,qui Astræam uirginem ne à limine quidē salutarunt.Gallica Corinthus satis suo periculo nouit.Nam quæ ad negotium pertinent,& (ut cū uulgo loquar) circunstantias rei quî excutiet ἀναλφάβητος? Bone Deus quousq; tandem belluis relictus locus erit? Refutatorij refutatoriorum an admittendi sint,fusius disputaui lib.2. Rerum Quotidiana. cap. xij. Prateius.

REPROMITTERE, est ei qui nobis stipulantibus antea promisit, nunc iam uicisim à nobis stipulanti promittere. Cic.pro Comœdo,Repromittis tu ab hinc triennium Roscio. Quod à Flauio abstulero, partem dimidiam inde Roscio me soluturum spondeo.Item,Repromisisse Fanniū Roscio,si quid à Flauio exegisset,eius partem dimidiā, sed omnino exegisse nihil.quid? tu non exitum exactionis,sed initiū repromisionis spectare debes. Roscius Fannio stipulanti pecuniam certam spopondit,pro opera & labore quem in communi iudicio persequendo sumpserat:sed uicisim Roscius stipulatus ab eo est dimidiam eius quod exigeret partem. Promissor igitur fuit Roscius priore loco:repromissor Fannius,posteriore: sicuti stipulator priore loco Fannius, restipulator posteriore Roscius. Hotom. ex Connan.lib.6. cap.1.numero 2.

REPROMITTERE porrò & satisdare opponuntur.nam satisdatur adhibito fideiussore: repromittitur nuda cautione ac sine fideiussore. uti patet ex l.1.§.1.ff.de stip.prætor. Sed hi quidem qui suo nomine cauent, repromittunt: qui alieno, satisdant. Sic l.ult.§.si legat.ff.quod legat.l.6.ut legat.nom.l.23. ff. de usufruct.legat.Hotom.

REPROMITTERE est, nuda pollicitatione cautioneq; promittere,nō satisdato.l.5.§.si is cui. ff. de noui oper nunt.l.9.§.quæsitum.l.13.in prin. §.1.l. 30.§.utrum.ff.de dam.infect.l.3.& l.5.§.quod si fugit. ff.de cond.causa da.l.x.ff.de his quæ ut indign.Proinde Repromisio & satisdatio opponuntur. l.ult.§. si legatarius.ff.quod legator.l.1. §. stipulationem. ff. de prætor.stip. l.6.ff.ut legato.nom.cau.l.23.ff.de usufruct.leg. Briss.

REPVDIARE est, ius nobis delatum repellere. Repudiantur enim ea tantùm quæ iam delata sunt. l.1.§.decretalis.ff.de successorio edicto.Nec repudiare quis id potest,quòd si uelit, habiturus nō est.l.135. ff.de diuers.reg. Siquidem repudiare est reijcere à se, recusare: Vnde Iureconsulti hæreditatem repudiare dixerunt.Et Terent.in Andr.repudiare consilium,Quintil.lib 1.cap.x. Repudiata uerba dixit,id est.reiecta & minus probata. Et repudiationem dixit Cicero lib.12.Epistol.ad Atticum. Sic repudiare uxorem dicimus,pro dimittere & remittere, reijcere,ueniam abeundi dare:quod Græcis ἀπολύειν dicitur & ἀπολῦσαι,ut in Euang.Matthæi xix. cap. εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. Quo loco Erasm.Roterodam. ἀπολύειν pro repudiare siue abijcere censet positum: quod alioqui etiam dimittere dicunt:& hoc uerbum à Tranquillo in Tyberio Cæsare pro repudiare positum,&c. Brechæus l.inter diuortium.sub tit.de uerb.& rer.sig.

REPVDII libellus.Caius Iureconsul.in l.secunda,ff.de diuort.& repud. tradit libellum repudij his uerbis concipi solitum fuisse: Res tuas tibi habeto. Tuas res tibi agito. In sponsalibus quoque, inquit, discutiendis,placuit renuntiationem interuenire oportere:in qua re hæc uerba comprobata sunt, Conditione non utar. Siue autem ipsi præsenti renuntietur,siue absenti, per eum qui in potestate eius sit, cuiúsue, is eáue in potestate sit, nihil interest. Brechæus in l.inter diuortium.titul.de uerborum & rerum signification.

REPVDIARE,propriè quærendorum est, non partorum.l.j.§.decretalis. de success. edict. Instit.de hær.qualit.& diffe.§.extraneis. Item Vlpiani regula est: Quod quis,si uelit,habere non potest, id repudiare non potest.Spieg.

REPVDIATIO, nomine alienationis non uenit.ut dicunt Barto.& Bald.in l.pupillorum. Codic. de repudiatio.

REPVDIVM propriè est, cum sponsus à sponsa dirimitur:Diuortium uerò,ubi uir & uxor matrimonio soluuntur.Repudium ergo sponsæ mittitur, Diuortium uerò in cōiugibus duntaxat est. Vide Cantiunculam in locum,Ab antecedentibus,ubi quædā à fontibus pulchrè repetit de repudijs, diuortijsq;. Spieg. ex Alciat.de uerb.sign.

REPVDIVM autem ut notat Festus ex Venio hinc dictum est quod fit ob rem pudendam. Connanus lib.8.cap.12. proprium huius uocabuli domicilium esse existimat in matrimonijs quæ uix possunt sine aliquo pudore renuntiari, quum ueniunt in memoriam ea quæ tam peramanter & familiariter inter se & dixerunt,& fecerunt,atq; hinc natum, ad alia omnia,quæ recusantur aut reijciuntur, translatū esse: Adde Brechęum l.inter diuortium, tit.de uerb. & rer.sig.Et Forcat.in suo cupidine Iurisperito cap. xv.numero iij.

REPVLSA,reiectio ab honore,uel magistratu.

REPVRGIVM,pro emundatione,apud Imper. Constantinum in l.1. C.aquæduct.lib.xj.

REPVTARE,pro computare,apud Vlpia.Item sumptus litis tutor reputabit, & uiatica, si ex officio necesse habuit aliquò exire uel proficisci. Sic apud Paul.in l.Nesennius. neg.gest.& reputationes facere apud Caium in l.item ex diuerso.ff.fam.erc.Spie.

REPVTATIONES sub Rubr.C.de reputationib.dicuntur compensationes quæ contra minores in integrum restitutos fiunt.ut enim illis cōtra uenditionem restitutis fundus cum fructibus restituuntur,sic illi precium cum usuris reddūt. l.patri,xxvij. §.prædium,l.minor,40.§.primo,l.tutor,47. §.ult.ff. de minoribus. Hotoman.

REQVIRENDVS,pro exquirendus. Martian. l.1.de requir.reis.Sed absens requirendus annotandus est,ut copiam sui præstet. Spiegelius.

REQVIRERE,pro desiderare: ut quum requirimus in teste,quod esse debet,& non est. Sp.

RERVM uocabula sunt immutabilia, hominum mutabilia.l.3.ff.de leg.1.

RERVM

RERVM Italicarum, uel prouincialium significatione, quæ res accipiendæ sint, explicat Vlpian. in l. ex facto. §. rerum autem. de hæred. instit. Spiegelius.

RERVM summa diuisio in duos articulos deducitur: nam aliæ sunt diuini iuris, aliæ humani. Diuini iuris sunt, ueluti res sacræ, & etiam religiosæ: sanctæ quoq; res, ueluti muri & portæ quodammodo diuini iuris sunt. Quod autem diuini iuris est, id in nullius bonis est: id uero quod humani iuris est, plerunque in alicuius bonis est: potest autem & nullius in bonis esse. Nam res hæreditariæ antequã aliquis hæres existat, nullius in bonis sunt. Hæ autem res, quæ humani iuris sunt, aut publicæ sunt, aut priuatæ: quæ publicæ sunt, nullius in bonis esse creduntur. ipsius enim uniuersitatis esse creduntur: priuatæ aũt sunt, quæ singulorum sunt. Quædam præterea res corporales sunt, quædã incorporales: Corporales hę sunt, quæ sui natura tangi possunt, ueluti fundus, homo, uestis, aurum, argentum: & deniq; aliæ res innumerabiles. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt, quales sunt ea, quæ in iure consistunt: sicut hæreditas, usus, usufructus, obligationes quoquo modo contractæ. nec ad rem pertinet, quod in hæreditate res corporales continentur. Nam & fructus, qui ex fundo percipiuntur corporales sunt, & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunq; corporale est. Veluti fundus, homo, pecuniæ. Nam ipsum ius successionis, & ipsum ius utendi, fruendi, & ipsum ius obligationis incorporale est. Eodem numero sunt & iura prædiorum urbanorum & rusticorũ, quę etiã seruitutes uocantur. Paul. de rer. diuis. Maf.

RERVM quædam naturali iure communia sunt omnium, quædam uniuersitatis, quædã nullius, pleraq; singulorum, quæ uarijs ex causis cuiq; acquirũtur. Et quidem naturali iure communia sunt omniũ ista, aer & aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris, lapilli & gemmæ, & cætera quæ inuenimus in littore, naturali iure statim nostra fiunt. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur piscãdi causa, dum tamen uillis, & ædificijs, & monumentis abstineat, quia non sunt iuris gentium, sicut id Diuus Pius piscatoribus Formianis & Capenatis rescripsit. Sed & flumina penè omnia, & portus publica sunt. Riparum quoq; usus publicus est iuregentium, sicut ipsius fluminis: itaq; nauem ad eas applicare, funes arborib. ibi natis religare, retia siccare, & ex mari deducere, & aliquod onus in his reponere, cuilibet liberũ est, sicuti ipsum flumen nauigare: sed proprietas eorum est, quorum prædijs adhæret, quales casæ, arbores quoq; in eisdem natæ eorundem sunt. In mari piscantibus liberum est casam in littore ponere, in qua se recipiant. Vniuersitatis sunt, nõ singulorum, ueluti quæ in ciuitatibus sunt, theatra, & stadia, & his similia, & si qua alia sunt communia ciuitatum. Sacræ autem res, & religiosæ & sanctæ, nullius in bonis sunt. Martianus tit. de rer. diuis. Maff. Est etiam Rei nomen generalius quàm pecunię. Nam rei nomen pecuniam continet, sed non è contrario, pecunia rem significat, & ideò rei nomẽ generalius est seu latius patet quàm pecuniæ l. 1. ad fi. ff. si cert. pet.

RES dictio monosyllaba, uiginti & amplius significationes habet apud Iurisconsultos.

1. RES apud Africanum significat crimen l. edicto. §. qui rei capitalis. ff. de bonorum possessione. ubi prætoris edicto bonorum possessio denegatur his, qui rei capitalis damnati sunt. Atqui capitalis rei damnatus intelligitur is, cui pœna, mors, aut aquę & ignis interdictio sit addicta.

2. RES apud Vlpianum denotat pœnam l. rei capitalis, ff. de pœn. ubi rei capitalis damnatum accipere debemus eum, qui morte, exilioue coercitus est, & in l. sed & si quis, ff. si quis cautionib.

3. RES, id est, proprietas, l. si in rẽ, ff. de rei uend.

4. RES apud Paulum, dicitur substantia. l. pecuniæ, de uerb. & rer. sig. ubi pecuniæ uerbo rem significari Proculus ait. Alciat. exponit rem, i. substantiã.

5. RES apud Modestinum significat dominium: l. rem in bonis, ff de adquir. rer. ubi rem in bonis nostris intelligimur habere: quoties possidentes exceptionem aut amittentes, ad eam recuperandam actionem habemus.

6. RES apud Vlp. id est, contractus, ubi in l. 1. ff. de reb. creditis, omnes cõtractus, qui mutua fide celebrantur, siue sint nominati, siue anonymi & innominati, dicuntur res creditæ.

7. RES apud Constantinum, id est, status, l. 1. & unica de iure Reip. lib. Codicis 12.

8. RES apud Gordianum, id est, disciplina: tit. de re militari, lib. Codicis 12.

9. RES in titul. de uerborum & rerum significa. dicitur id, quod non est dictio, neque uerbum, sed aliud à uerbo separatum.

10. RES apud Caium dicitur omne id, quod distinguitur à personis & actionibus, qa ius omne uersatur circa personas, res & actiones, ut in l. 1. ff. de statu hominum.

11. RES apud Modestinum, significat mancipia, in l. omnia. in fin. de leg. 2. ut quando testator legauit fundum, cum omnibus rebus, quæ ibi sunt, uidetur legasse seruos agri, culturæ destinatos.

12. RES apud Caium in l. mulieris, de uerb. & rerum sig. tria designat formam, materiam, & actionẽ, ubi res abesse uidentur, quarum corpus manet: sed ubi forma mutata est, plerunq; in manus pretio plus est, quàm in re, id est, materia. Rem habere uidetur qui habet actionem ad eam recuperandam.

13. RES, id est, ueritas apud Martianum in l. 1. ff. ad l. Cornel. de fals. §. qui in rationib. tabulis, cerisue falsum fecerint aut rem, id est, ueritatem amouerint, tanquam falsarij puniuntur.

14. RES, id est, bona, apud Vlpianum in l. ex facto, §. rerum autem, de hæred. instit. ut quando testator instituit hæredem unum in rebus Italicis, alterum in rebus prouinciæ, uidetur in omnibus suis bonis instituisse.

15. RES apud Paulum, in tit. de rer. diuis. significat non solũ ea quæ sunt in nostro patrimonio, ueluti pecunias, actiones, exceptiones, mobilia & immobilia bona, quæ fortunę uolubilis ludibrio subiacẽt, sed & ea, quæ sunt extra patrimonium: ut sacras res, sanctas, religiosas quæ in nullius bonis sunt, nec fiunt occupantis, liberos homines, iacentem hæreditatem, bona caduca & uacantia, seruitutes urbanas, prædiales & rusticas, quæ nec in bonis nec extra bona censentur esse.

16. RES apud Iustinianum, sonat idẽ quod conditio, ut in tit. de rei uxoriæ actione.

17. RES apud Rhetores denotat facta hominũ, ut oratio consistit in rebus & in uerbis: res ad inuentionem spectant: uerba dispositionem, elocutionẽ, memoriam & pronuntiationem suppeditant.

18. RES apud Ausonium tria significat,

Imperium, litem, uenerem, cur una uocet res?

19. RES apud Oratores uocatur euentus rei, & occasio, ut apud Ciceronem. E re nata sumuntur argumenta.

20. RES

20. RES apud historicos dicitur acies, agmē, & exercitus. Liuius lib. belli Punici 2. Hannibal equitatu præualebat, sed res Romana peditatu superior erat.

21. RES apud Iureconsultos, appellatur negotium, materia, quæstio uti apud Paulum, in tit. de pœ. l. si quis aliquid. §. qui abortionis: Aut amatoriū poculum faciunt absq; dolo, quia mali exempli res est, humiliores in metallum damnantur.

22. RES, id est, accusatio, in tit. de custod. & exhibit. reo. ubi Reos imperator & Iureconsulti uocāt eos, qui sunt accusati & custodiæ traditi: Inde Reatus, id est status, qualitas & cōditio reorum, de quo statu loquitur Modestinus l. si diutino tempore. ff. de pœ. ubi Modestinus pœnam censet esse subleuandam illius, qui diutius fuit in reatu, id est, inter reos, siue in uinculis siue in libera custodia, spatio longi temporis relatus.

23. RES apud Martianum significat æquum & bonum, in l. prima, §. diuus. ad l. Cornel. de sicar. ubi ex re constituendum est, utrum is qui percussit, citra animum occidendi sit homicida, id est, ex æquo & bono statuendum. Has significationes annotauit Taboetius in suo topico militiæ for. & legal. discip. Huic adde Brechæum in l. rei appellatio. ff. de uerb. & rerum significat.

De diuersa Rei significatione uide Brechæū in l. rei appellatio. ff. de uerb. & rer. sign. Item eundem in l. rei appellatione. eodem tit.

RES absolutè nominata, tota uenit. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. Spieg.

RES igitur legata, proprietas quoque eius rei legata esse probabitur, & usus. l. species auri. eodem titul. de auro & argen. legato. Brechæus in l. rei appellatione. ff. de uerb. & rer. sig.

RES ad futurum, Causa ad præteritum refertur. l. j. & ibi gl. ff. de cond. ob turp. caus. Spieg.

RES abesse dicuntur, quarum corpus manet, forma mutata & transfigurata. Vide l. mulieris. de uerborum sign. Esse uerò dicitur, ubi perpetuò esse debet, non ubi est ad tempus. Vide Barto. in l. ex facto. ff. de hæred. instit. Spiegelius.

RES & bona, quibus distent, indicant text. & gl. singulares iuxta Bart. in lege fin. ff. de usufruct.

RES certò sciri dicitur ea, de qua habetur uehemens opinio in rebus, in quibus uera scientia difficilis est. per glossam elegantem in l. Pannonius auitus. §. rei perduellionis. de acquir. hæred. Spiegel.

RES controuersa dicitur, quam nos contentiosam uocamus, teste Budæo. Et qua de re agitur, pro eo quod nunc dicimus, hoc de quo nūc quæstio est, id est, quod maximè iudicandum est. Gręcè, τὸ κρινόμενον. Vide eundem in annotatio. prioribus ad l. 2. de orig. iuris. Spiegelius.

RES corporalis naturaliter per se inspecta, certè nihil aliud præstat, quàm quod tangit, & exteriore sensu ordinari possit: ut fundus, aurum, & cæterę. Si uerò exigatur ad rationem politicam animi cogitatione, tunc formulę iuris concipiuntur: per quas res corporales sic ordinantur ad usum humanum, ut nemini fiat iniuria. Et tales formulæ dicuntur res incorporales, quia substantiam non à corpore, sed ab animo ducunt. Oldendorp. adfert similitudinem ab homine, qui paruus est mundus. Quid ualet, inquit, corpus, quod tangi potest, nisi animi ratione ad honesta officia trahatur? Eleganter ergò, inquit, sicut homo corpus habet & animam: ita totum ius nostrum censetur circa duas res uersari, uidelicet corporales & incorporales. Quam necessariam considerationem Accursius cum suis nunquā intellexit. Sp. Adde hic Connan. lib. 3. cap. 2. num. 9.

RES datur, cum transfertur dominium: sed traditur puro facto, ut cum equo traditur sella. quod purum factum est. Restituitur autem res commodata, deposita, impignorata, &c. Vide Zas. Instit. de actio. §. sic itaq; discretis.

RES dominicæ, id est, priuatæ principis, quæ eodem muniuntur priuilegio quo res fiscales & ærarij C. ne rei dominicæ dom. uel templ. uend. &c. Conn. lib. 3. cap. ult. num. 9.

RES exigua, quæ accipienda sit, exponit glossa magna, in l. fin. C. si cert. pet.

RES extare dicitur, penes quemcunq; extet, licet non penes reum. l. si æstimatis. ff. sol. mat.

RES geri dicitur, lite iam cōtestata, quum iudex reijci non potest. l. nemo. C. de iurisd. omn. iudic. Iulianus in l. & quia eod. tit. Antequam, inquit, res geri cœperit. Spiegelius.

RES integra quæ nominetur. l. 15. C. mandati. tūc intelligitur cum salua fide officij semel suscepti, & sine mandatoris & hæredū eius pernicie recedi à mādato potest. Connan. lib. 7. c. 14. num. xj.

RES in nauem receptæ, quæ intelligendæ, Vlpi. explicat in prin. l. 3. naut. caup. stab. Sp.

RES iudicata finem accipit, sententia finem imponit. Vnde hęc habet se per modum agentis, illa patientis: quia imponere finem, est quiddam actiuum: accipere finem, ad passiua respicit. Proinde Zas. glo. in princ. l. primę, de re iudic. lapsa, duraq;, & frigida est, cum exponit, finem controuersiarum accipit, id est, in ea finis est. Bartol. motus ista differentia, censuit, sententiam esse rem iudicantem: & id quod iudicatur, esse rem iudicatam. Quod quidam Doctores haud malè improbant: quia ridiculum est dicere, quòd sententia sit res iudicans, id est, quę iudicet: quoniam Iurisconsultus dicit, iudicem pronunciare. Vnde uerius & subtilius Zasio uidetur, quòd sententia habet se per modum instrumenti, quo iudex pronuntiat. Nam iudex pronunciat per sententiam, tanquam instrumentum, sicut faber utitur malleo: malleus non ferit, sed faber instrumento mallei. Sed res iudicata respicit ad causam materialem, non ad causam instrumētalem: quia res iudicata nihil aliud est, quàm finis litis: lis, controuersia fuerunt materia iudicandi. Nam Modestin. Res iudicata est, inquit, quæ finem controuersiarum pronunciatione iudicis accepit: quod uel condemnatione, uel absolutione contingit. l. prima, de Sentent. & re iud. Et Vlpianus indicat iudicis partes suscipere nihil aliud esse, quam polliceri finem se sententia sua controuersijs impositurum. Itaq; Iuriscoss. sententiam nuncupant rem iudicatam ab effectu, seu fine. Quorsum enim pertinet sentētia iudicialis? Certè ad hoc, inquit Oldendor. ut res controuersa per eam iudicetur. Quorsum rursus res iudicata? Ad pacem & tranquillitatem, sine qua periclitatur respublica. Bartol. reiecto Accursij commento, dicit sentētiam esse actum, seu formulam iudicandi: rem uerò iudicatam esse eam, in quam tale iudicium exercetur. Vnde sunt duo tituli distincti, de Sentent. & interloc. omn. iudi. & de re iudicata. Sæpè tamen promiscuè alterum accipitur pro altero. Spiegel.

RES mea est propria, cuius habeo actionem. lege qui actionem. ff. de regu. iur. l. j. §. biduum. uers. in propria. ff. quan. appel. sit. Sp.

RES militaris, teste Valturio, capite secundo, est ciuilis

ciuilis quædam pars, facultasque honoratissima, ad reliquas ciuilis potentiæ partes tuendo continendas, secundum naturam maximè necessaria, legitimeq; ad hoc ipsum uarijs diuersorum temporū exemplis, electione ac sacramento adacta. Extat tit.ff. de re milit.lib.49. Olden. noster in Restaurat. Politiæ capite secundo, rectè admonuit apud Pompon. in §.populo deinde aucto.l.secunda, de orig.iur. animaduertendum esse quanta olim sollicitudine sub ipso statim initio imperij res militaris fuerit ordinata. Primùm, quàm magna deliberatione suscipiendum bellum esset, tantum illud quod naturali defensione posset iustificari aduersus finitimorum atrocē iniuriam: deinde ne à quibusuis temerè conscriberetur miles, essentque ad hæc designati magistratus, qui ordinaria potestate atq; diligentia rem tantam ex animi iudicio rectè conficerent: postremò, ut unusquisque intelligeret, nemini concessum esse belli gerendi potestatem sine autoritate publica, quæ nihil aliud, quàm totius imperij salutem respiceret. Oldendorpius.

RES mulieris, dos intelligitur. l.quod dicitur. §. fin.de nupt.in res dotal.fact. Spiegelius.

RES nobis cedi dicitur, quando nobis obligatio ad rem oritur.l.cedere diem.ff.de uerb.sig.

RES pro hæreditate. ut cum dicimus bonorum possessionem aliam esse cum re, si is qui accepit, cū effectu bona retineat: sine re, cum alius iure ciuili euincere hæreditatem potest: ueluti si suus hæres intestato sit. ut ait Vlpian. cap.Instit.28.& sic accipienda l.1.§.penul.ff.si tab.test.null.l.posthumus,12.ff.de iniust.test. Hotoman.

RES, pro lite. ut cum dicimus Res comperendinata: id est, inquit Festus, iudicium in tertium diem constitutum. unde illud Ciceronis contra Iurisconf. in orat. Muræna. Tot homines, tam ingeniosos statuere non potuisse, utrū rem an litem dici oporteat. Et in formulis. ut Varro in 6. de Lingua scribit: Quā rem siue litem dicere oportet. Hinc illud Vlpiani in l.8.§.primo, ff.de inoffic.testam. Si quis post rem inofficiosi ordinatam litem dereliquerit, postea non audietur. Hotom. Hinc

RES, pro ueritate. uti apud Terent. in l.quoties. ff.de iureiur l.j.§.qui in rationib.ad l. Corn.de fals.

RESPVBLICA, quasi populica. Ius enim Imperij Romani ad populum pertinebat, donec per legē Rhemiam populus in Augustum Cæsarem ius omne transtulit.l.j.de man.princip. Alciat.de uerb.sign. Nunc autem dicitur etiam cuiuscunque municipij, per text.& gloss. in l.procuratores. C. de decurion. libro x. Spiegelius.

RES in nullius bonis dicitur multipliciter. Primò per naturam. ut feræ syluestres.§.feræ.Institu.de rer.diuis. Item facto hominis. ut res pro derelicto habita.Instit.eod.§.pen. Item propter reuerentiam. ut res sacræ.Instit.eod.§.nullius. Item casu, hoc est, euentu. ut hæreditas iacens. l.uacantium. C. de bon. uacant.lib. x. Item tempore, uel temporis diuturnitate. ut thesauri, qui inuenienti conceduntur, cū suo tamen modo. de quo Instit.eod.§.thesaurus. Spieg.

RES Romanæ, id est, imperium dicitur Iustiniano.§.iuris præcepta. Instit. de iustitia & iure. Sicut & Virg. dixit: Postquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem.& ibidem. Res Agamemnonias, Victriciaq; arma secutus Aldobrandinus.

RES sacras appellamus eas, quę non temerè, nec per quoslibet, nec quibuslibet, sed selectis uerbis, autoritate publica, & ritu quodam singulari adhibito, olim per gentiles illorum aberrātis reipublicæ deorum Pontifices, aut etiam per principem ipsum pontificatu maximo decoratū, nunc autē per religionis nostræ Antistites Deo consecratæ sunt. In Auth. ut nul.fabric.orat.dom.coll.5.& in Auth.de eccle.tit.§. si quis autē uoluerit.& §. si quis ædificationem. coll. 9. Huius generis ædes sacræ, aut alia loca sunt, quæ siue in agro, siue in ciuitate, publicè DEO dedicata sunt.l.sacra.ff.de rer.diuis. In hoc etiam genere computantur & anathemata, sacra donaria, uasa, uestes, quę suis etiā cerimonijs plerunq; magnis, arcanisq;, diuinæ sunt religionis ministerio deputata: atq; ut uno uerbo dicamus, quidquid olim fuit, quod deorum haberetur: hodie quidquid ritè Deo opt. max. dedicatum est, id omne diuini iuris esse, in tantū existimatur, ut una uel altera duntaxat excepta causa, nec alienari, imò nec obligari ea, uel in pignus aut hypothecam trahi, concessum sit. Ex Cantiuncula. Spiegelius.

RES sanctæ, adfines sunt sacris religiosisq; rebus, nam & hæ quodā modo diuini iuris sunt, proindeq; in nullius patrimonio esse iudicantur. Cuius generis sunt, muri, & portæ, non urbis Romæ, sed etiam reliquarum ciuitatum ac municipiorum. l.sanctum. §.ult.& l.sacra.§.muros.l.ult.ff.de rer.diuis.& l.mortuorum.C.de relig.& sumpt.fun. Huc quoq; pertinent, quæ infrà in dictione Sanctum, annotauimus. Spiegelius.

RES suo marte decurrere, hoc est, suo ordine peragi debere.l.1.C.ne lic.potent. Spiegel.

RES tēpore si peritura sit, hoc est, si dilatio actionem sit peremptura. Vlp.in l.1.ff.de ferijs. Spieg.

RES tradita retradatur, l. metum autē. §.ex hoc edicto.ff.quod met.caus. Spieg.

RES tradita dicitur, quæ retineri potest. l.concubinæ.§.si hæres.ff.de lega.3.Spiegel.

RES eæ usu consumi dicuntur quarum nullus usus esse potest, nisi omnino absumantur & pereant, ut ea quæ edendo sunt, & item pecunia numerata. Nam hæc cum expenditur pro consumpta habetur quantum ad eos quorū erat, ut ijs occidisse, & prorsus perijsse, nec iam in rerū natura existere dicatur: Connanus lib.7.cap.3. num.4.

RES uxoria dicitur quæ uxoris est ut dos: quæ quemadmodum scribit Imp.in l.pen. C.de iure dot. & ab initio uxoris fuit, & naturaliter in eius dominio permanet. non enim quod legū subtilitate transitus earū in patrimoniū mariti uideatur fieri, ideo rei ueritas deleta uel confusa est. Hot.

RESCINDERE, per translationē, pro abrogare. Notus tit.de rescind. uend. & nota actio rescissoria. de qua in l.honorarijs.§.sed cum rescissa. ff.de action.& obligat. Spiegel.

RESCINDI superius iudicium dicitur, cum in subsidium creditor peculiaris serui aduersus uenditorem admittitur, quatenus seruare ab emptore nō potuit.l.quoties.§.si creditor.ff.de pecul.

RESCISSIO apud Vlp.in l.3. §. si emācipatus. ff.de bon.poss.cont.tab.non est accipienda pro auiti testamenti rescissione, ut Accurs.sentit: aut patrię potestatis, ut Hugolinus interpretatur: sed pro rescissione emancipationis, seu capitis diminutionis, ut rectissimè tradit Alc.lib. Parerg.4.c.22. Spieg.

RESCISSIO, præcisè pro Rescissio matrimonij, quum scilicet Prætor matrimoniū in danda possessione pro nihilo ducens, tacitè illud rescindit, & quantū ad ius impetrandę possessionis pertinet, extinguit. Vlpi.l.3.§.5.ff.de bon.poss.cont. Si emancipatus

patus filius uxore non ex uoluntate patris ducta filium fuerit sortitus, dein nepos patre iam mortuo ad bonorum possessionem aui uelit uenire: admittendus est ad eam. non enim per rescissionem is qui filius iustus est, efficietur non filius: quum rescissio, quo magis admittantur, nō quo minus, adhibeatur. Sensus est, Non si filius à patre exhæredari potuit, ideirco nepos aduersus aui tabulas petere bonorum possessionem non potest. nam Prætor causam propter quam exhæredari filius potuit, nimirum turpe illud matrimonium, rescindit, & quantū in se est extinguit. nec enim minus in hoc nepote merita nepotis, quàm patris eius delicta perpendit, uti continuò Vlpianus subiecit. Non ignoramus tamē aliter alijs placuisse: sed doctioribus iudiciū relinquimus. Hot.

RESCISSIONIS iudiciū est, quod prætor aduersus stricti iuris regulas quadam ex æquitate concedit: ut cum usucapionem rescindit. §. rursus. Instit. de action. ut cum rei traditionem in fraudem creditorum factam pro irrita habet. §. item si quis in fraudem. eodem titul. Spieg.

RESCISSORIA actio: uide Actio rescissoria.

RESCRIBERE dicebantur debitores, cum pecuniam reddebāt: Scribere aut Dictare creditores, cum credebant. Horat. Satyr. lib. 2.

Putidius multo cerebrum est (mihi crede) Perilli
Dictantis, quod tu nunquam rescribere possis. & ibid.
Scribe decem Nerio: non est satis, adde Cicutæ.

Moris fuit ut creditores in argentariorū, apud quos suas pecunias collocarant, tabulis expensum alieni ferrent, & argentario id nomen dictarent. Debitores autem cum eam pecuniam reddidissent, eidē argentario, ut nomen expungeret, & pecuniam in acceptum referret, dictabant. Donatus in Phormion. Rescribi, inquit, est reddi, seu per mensæ scripturam dari. Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit scriptura, Rescribere dicebāt, pro Renumerare. Per scripturam, id est, de mensæ scriptura dari. Vnde hodie additur chirographis, Domo ex arca sua: uel, Ex mensæ scriptura. Vide Transcribi: & Seruij locū in vij. Æneidos.

RESCRIBERE dicebantur Iurisconsulti, cum sua responsa consulentibus scripta reddebant. Sic in l. ex contractu, 44. ff. de re iudic. Rescripsit, pro Respondit.

RESCRIPTA principum dicuntur, quibus illi uel ad libellos præsentium, uel ad magistratuum absentium consultationes quid sibi de ea re fieri placeret, respondēt. ut l. sed ad, 19. §. 9. ff. loc. l. diui fratres, 17. ff. de iur. patron. Hotom.

RESCRIPTVM, significare uidetur id genus, quo Imperatores, aut summi Pontifices, consulentibus eos respondēt. cuiusmodi sunt, quas Decretales uocant. Vlp. l. j. de appell. Quæsitum est, an aduersus rescriptū principes prouocari possit, si fortè Præses prouinciæ, uel quis alius consuluerit, & ad consultationem eius fuerit rescriptū. Idem de Sepulch. uiol. Sic enim rescripto Imp. Antonini cauetur. Idē ibidē: Generalia enim sunt rescripta, & oportet statuta imperialia in omni loco ualere. Vide Bart. in l. beneficium. ff. de constit. princip. & l. præscriptione. ac l. fin. C. si cont. ius uel utilit. publ. Accurs. in §. ult. l. prætor ait. ff. de eden. falso legit & interpretatur rescriptum, hoc est, decretum iudicis: quasi huic loco talis interpretatio accommodetur ullo pacto, nec aliquid referat inter rescriptum & simplex decretū, ut uel hinc certò uideas Florentinum illum hominē dixisse quicquid in buccam ueniret. Spieg. Breuiter autem dicas quod rescriptum est statutū principis, quo præcipitur, aut prohibetur aliquid motu proprio, uel interpellatione alicuius per epistolā facta, aliâs sine pœna, aliâs cum pœna quod mandatū pœnale uocant. l. j. ff. de constit. princip. l. j. C. de mand. princip. Oldendorp.

RESERO, & Claudo, contraria. glo. in l. si testamentum. ff. de testam.

RESIDVA, sunt pecuniæ publicæ, quæ apud aliquem ex locatione, cōductione, emptione, alimentaria ratione, ex summa quam accepi aliâue qua causa resederunt. l. quarta, §. lege Iulia. ff. ad l. Iuliā pecu. Ea uero pecunia quam quis cūm prouincia abiret apud se esse ad ærarium professus, retinuit, ante annū residua non est, quia eam priuatus fisco debeat. l. ix. §. ult. ff. eodem titul. Crimen hoc lege Iulia uindicatur, quæ inde de residuis uocatur. Sic & apud Liuiū lib. 3. belli Macedon. uerbum hoc exaudiendum est. Omnibus, ait, residuis pecunijs exactis tributo priuatis remisso. Cicero 2. Oratio. de Leg. Agrar. Quid relatum, quid residuum sit. Idem pro Cluentio Auito. Nuper apud C. Orchinium collegam meum locus à iudicibus Fausto Syllę de pecunijs residuis nō est constitutus. Briss. Vnde hoc iudicium quantumuis publicum sit magis tamen pecuniarium est, quā criminale. Nam & residuæ pecuniæ actio appellatur l. cum eo autem. ff. de public. iudic. non autem accusatio. Sane hæc eadem alibi in iure ciuili appellari uidentur reliqua. l. Lucius. ff. de administr. tut. l. creditor. de solut. l. rescripto. §. sed eos. ff. de mun. & hon.

RESIDVVM, teste Alciat. propriè de quacunque restante parte intelligitur. Quandoque tamen totum, quandoque nihil inducit. l. 2. C. de hæred. instit. Connan. lib. x. cap. 7. num. 3.

RESIPISCERE, est ex temporario furore in pristinum sensum redire. Liuius lib. 24. Si quis resipiscat, & antiquam sanitatem recipiat. l. ex facto. de uulg. & pupil. Nebriss.

RESISTITVR, impersonale, pro remedium adfertur, cōtrauenitur, occurritur: ut iudici iniustè procedenti. Qua de re fusius Panorm. in c. cum causam quæ. & in c. super quorum. §. quia nemo. in c. quia ex literis. de offic. delegati. Spiegelius.

RESOLVTVM testamentum. l. cum duobus. C. de inoffic. testam.

RESPECTVS apud Canonistas frequens pro ratione, qua ad aliquid agendum mouemur.

RESPONDERE ad tempus, uel ad diem, dicitur, qui in mora non est. & respondere ad nomina, quod uulgò dicitur, in iure comparere. Non respondere est, ut nunc loquuntur, in iure deficere. Bud. Qui ad interrogata non respondet, nec respondisse censetur. l. j. de uerb. oblig. & l. de ætate. §. qui tacuit. de interrog. act. & ibid. Bart.

RESPONDERE ad delectum quid sit, docet Duaren. lib. 1. disput. anniuers. cap. 4.

RESPONSA prudentum, interpretationes iuris sunt. Et qui eo funguntur officio, Iurecōsulti uocantur. ut fuere Capito, Labeo, Massurius, Nerua, & cæteri plures. Aymar. lib. v. Instit. iur. ciuil. Vide suprà, Edicta. Spiegelius.

RESTAGNARE, redundare, aquam non continere. l. prima, §. sed & apud Seruij auditores. ff. de aqu. pluui.

RESTAVRARI totam debere litem, apud Modestin. l. etiam. §. 1. de minorib. Erstatten. Est & labescentia fœliciter reparare, pristinæque tum puritati, tum uigori restituere. Noster Olden. minimè ad somnia

mnia nugamentaq; scribenda natus, imò, ut res ipsa manifestat, à Deo missus, ut quod magnus ille Erasmus pro Theologico studio repurgando præstitit, ipse quoq; Old. in nostra iurisprudentia rectè traden da efficeret: cuius studium quantum aliquot ab annis corruptum sit, uel ex Hispanorum doctissimo Ioann. Ludouico Viue cognoscere licet. Si quis id negat, nisi non sit communi sensu præditus, inter perditissimos nebulones est habēdus. Profectò qui nūc temporis consultant de restauranda religione in Imperio Germanico, his simul etiam monitore fidelissimo Old cogitandum est de restaurando iuris studio, hoc est, de introducēda uera & simplici iuris ꝓfessione, per quam iuuentus ad publicas functiones quandoq; in foro suscipiendas cōstanter erudiatur, abolitis commentatorum opinionibus, barbariç, perissologiæ, formularum atque alijs id genus imposturis. Spiegelius.

RESTICVLVS, paruus restis. Vlpianus l. quinta, §. ultimo, ff. de his qui deiec. uel effud. Si amphora ex resticulo suspensa decidisset. Legitur tamen Reticulo. Hotoman.

RESTIPVLARI, est ab eo cui quid antè à nobis stipulanti promisimus, uicissim aliquid stipulari. Cicer. pro Comœdo, Cur igitur decidit, & non restipulatur neminem amplius petiturum? Loquitur de Flauio, à quo Roscius transactionis nomine fundū stipulatus erat. quærit igitur si totius societatis nomine fundum Roscius stipulatus est, quid ita Flauius restipulatus non est, amplius eo nomine neminē petiturum? Item, Recita istam restipulationem clarius. quid enim stipulatio clamat? Quid hic porrò nunc restipulatur, quod iampridem ipse exegit? Loquitur de Roscio, qui stipulatur iam à Fannio partē exactionis futuræ dimidiam, cum antea eidem stipulanti certam pecuniæ summam pro suscepta in Flauio persequendo molestia & opera, spopōdisset. Stipulator igitur antea fuerat Fannius, restipulator postea Roscius: quemadmodum promissor antea Roscius, nunc promissor Fannius. ut facilè appareat aliud à Cicerone repromissionē, aliud Restipulationem appellari. quod uix ascribendum huic operi putassem, nisi Francis. Connani libro vj. cap. j. miram in ea re hallucinationem animaduertissem, cùm tamen in l. damni, 41. §. primo, ff. de damn. infect. Alfenus apertissimè Restipulandi uerbo & in re sit usus. Hotoman. Alij uiri docti tradunt, stipulari uerbum proprium esse eius qui pecuniā collocat, restipulari uero eius qui accipit. Alij econtrariò restipulari idem esse quod repromittere. Connanus dicto loco.

RESTITVERE, est retrò statuere, id est, in eum casum rem cōstituere, in quem fuisset, si nihil aduersus quod facienda esset restitutio, euenisset. Alciat. de uerborum significat. & Brechçus l. plus est. ff. eodem. Est etiam possessorem facere, fructus reddere. Donato autore, propriè restituuntur uolentes, cupientesq;: ut ciuis patriæ. Et plus est restituere, quā exhibere. l. plus est in restitutione. eodem titulo. Lege, Res datur. Spiegelius.

RESTITVERE autem, est uerbum generalius quàm Exhibere, ut uidere est in l. stipulatus. de usuris. Alex. in l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei uend. l. in cōdem natione. §. 1. de reg. iur. ff. Alc. in l. cum fundus de rebus credit. si certum pet.

RESTITVERE etiam idem quod ἀποδιδόναι, id est, reddere significat. Quod ipsum reddere, est uelut similem efficere. ut cum dicimus, reddi parentum similitudines post plures partus. Plin. lib. 7. nat. hist. cap. 12. Suræ quidem (inquit) proconsulis etiam rictum in loquēdo, contractionemq; linguæ & sermonis tumultum, non imaginem modò, piscator quidā in Sicilia reddidit. Item & restituere domum, pro reficere & reparare: & natalibus & pristinæ integritati restituere: & multa alia uide apud Brechæū, in l. uerbum reddendi, tit. de uerb. & rer. sig.

RESTITVERE is intelligitur, qui simul rem & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicij accepti tempore res ei reddita fuisset, id est, usucapionis causam, & fructuum, & quodcunq; aliud quod habiturus esset actor, si cōtrouersia ei facta non esset. l. 35. l. 75. ff. de uerborum signific. l. 20. ff. de rei uindicatio. Brisson.

RESTITVERE tutelam curationemq; pro tutelæ & curationis gestę administrationis rōes reddere. l. 32. ff. de minorib. l. 21. §. ult. ff. de alim. leg. Briss.

RESTITVI etiam dicuntur, qui in bona, dignitates, & ciuitatem restituuntur, ueluti deportati, aut aliàs damnati Rub. de senten. pass. & restitut. C. l. 59. & l. 104. ff. de condit. & demonst. l. j. §. deinde adijcit. ff. de postul. l. 6. §. pen. ff. de iniusto rupt. Briss.

In integrum etiam restitui dicuntur causæ, de quibus ex integro cognoscitur. l. 3. §. diuus. & l. 7. ff. de iure fisc. l. 33. & l. 35. ff. de re iud. Briss.

RESTITVIT ergo nō qui solùm corpus, sed etiam qui omnem rem conditionemq; reddita causa præstat, & tota restitutio iuris interpretatio est. l. ultim. §. ult ff. de uerb. sign. Quo fit, ut longè plus sit in restitutione, quàm in exhibitione, cùm ad exhibitionem præsentiam corporis prębere sufficiat: at restitutionem uerò possessorem facere, & fructus reddere, & causam oēm præstare oporteat. l. 22. ff. de uerb. sig Proinde hæc uerba stipulationis, Eam rem rectè restitui, fructus continere minime ambiguū est. l. 73. ff. de uerb. sig. Et qui rem restitui iubet, etiam de fructibus condemnationem facere debet. l 36. §. j. ff. de rei uind. Sed & cùm uerbum, Restituas, in lege inuenitur, & si non specialiter de fructibus additum est, tamen etiā sunt restituendi. l 134. §. j. ff. de diuers. reg. Ex quo efficit Vlpian. in Paulianam actionē fructus uenire, propterea quòd uerbum, Restituas, quo Prętor in eam rem usus est, plenam habet significationem, ut etiam fructus restituantur. l. 38. §. in Fabiana. ff. de usur. l. j. ff. quæ in fraud. credit. Inde adeò cùm Prætor iubet uti opus factum restituatur, etiam damnum datum actor consequi debet, cùm uerbo restitutionis omnis utilitas actoris contineatur. l. 81. ff. de uerb. signific. Simili modo cùm deiectum ab usufructu in eandem causam Pretor restitui iubet, sic interpretamur, in qua futurus esset si deiectus non esset, ut si tempore interim finitus ususfructus fuerit, nihilominus cogatur restituere, id est, usumfructum iterum constituere. l. 9. §. ult. ff. de ui & ui arma. Aut si postquàm deiectus est, capite minutus uel mortuus fructuarius fuerit, præterita causa, pręteritumq; damnum sarciatur. l. 3. §. ult. eod. tit. Briss.

Enimuerò in interdicto, Ne quid in loco publico, quo Prætor iubet quod in loco publico factum erit restitui, restituere in pristinum statum reducere est, quod fit, siue quis tollat quod factum est, siue reponat id quod sublatum est. l. 2. §. prætor ait. & §. restituas. ff. ne quid in loco publi. Restituere in integrū, est in priorem statum reponere lapsos, captos, fraudatosq; uel per imbecillitatem ętatis, uel per absentiam, uel per metum, aut calliditatem aduersarij, uel per status mutationem. l. j. ff. de in integ. resti. Briss.

Vnde Restitutoriū, pro iudicio restitutorio & co

gnitione prætoris de restitutione facienda.l.7.ff.qd falso tut.l.39.ff.de euictionibus.

RESTITVTORIA actio, quæ in ueterem debitorem restituitur, muliere, quæ pro eo obligationé susceperat, nexu obligationis liberata.l.8. §.Marcellus.& §.si mulieri.ff.ad Velleia.l.8.C.eo.tit. Briss.

RESTITVTORIA interdicta appellantur, quibus Prætor restui aliquid iubet.l.j. §.interdictum.& l.2.ff.de interdict.§.restitutoria.Instit.eod.tt.l.1.ff.de aqua cottid. Qualia sunt, Quorum bonorum, Quod legatorum. Vnde ui.l.1.§.1.ff.quor.bonor.l.1.ff.quod legator. & illud, quod de uia publica proponitur in l.2.§.ait prætor.& §.hoc interdictum.ff.ne quid in loco publ.Et quod precario.l.2.§.1.ff.de precar. Et posterius interdictum de cloacis.l.1. §.1. & §. ulti. ff. de cloac.Item illud quod proponitur in l.un.§.deinde.cum §.seq. ff. de fluminib. Briss.

RETALIARE. Vide, Talio. Erat autem Retaliare Gelliana dictio, significans talione hominé repercutere, & inimico reponere. Epigrámaticus poeta iocosè dixit: Corrumpit sine talione cœlebs. Ioã. Bapt in comment. Epist. Sid. ad Apollinarem lib.v.

RETENTIO, adsimilatur traditioni.l.quædam mulier.2.respons.l.eius rei.de rei uend.cum sim.quę fideliter citat Apellus in Methodo, c.3. Porrò materiam retentionis tractat Bart. cõmuniter probatus, in l.indebitum.§.si centum.ff.de condict indebit. & in l.si non inducta.C.in quibus caus.pign.tacit.contrah. Spiegelius.

RETINERE possessioné animo possumus, adipisci non possumus. Paul.in l.qui uniuersas. §. quod per colonum. ff. de acquir.poss.

RETINERI, hoc est, detineri & renouari non debent homines liberi inuiti.l.tertia, ff.de liber. homi.exhib.

RETIARIVS dici potest ille, qui iacit rete ad pisces capiendos: ut patet in l.si iactum.ff.de act. emp. & ideo sunt qui apud Paul.in l.qui ratiario. tit. de pignor.act. putent retiarium & rete ubiq; legendũ. Sic etiam Retiarius dictus est alter ex gladiatoribus qui fugientem, uel fugam simulantem sequeretur, ut rete immitteret. quod pugnę genus primùm à Pittaco Mityleneo, uno ex septem sapientibus, institutũ est. de quo Valerius Maxi.in primo. & Festus: Retiario (inquiens) pugnanti aduersus Mirmillonem cantatur: Non te peto, piscem peto, quid me fugis Galle? Mihi tamen magis placet antiqua lectio. neque est quòd reformidemus, à rate ratiariũ deducere: quia eodé modo à naui, nauicularius formatur. ut apud Iureconsult. in l.1.ff.quod cuiusq; uniu.nomine. & in l.semper.in plurib.locis.ff.de iure immu.non tamen ut de opifice intelligamus, prout sensit glossator: sed de negotiatore. Possemus etiam mutato solũ uerb. Retiario, cætera retinere, hoc modo: Qui retiario credidit, cum ad diem pecunia nõ solueretur, ratem in flumine, & reliqua. & sensus Iurecõs. optimè istud permittit. Piscatores enim communiter ratem habent: quod etiam innuit Scæuola in l. periculi precium.ff. de naut.fœnor. Cotta.

RETICVLVM in l.5.§.ult. ff. de his qui deiecer. uel effud.ubi amphoram ex reticulo suspensam narrat.Plin. li.31.c.6. Item demissæ reticulis in mari concauæ é cera pilæ. Briss.

RETICVLA in l.25.§.ornamentorum. ff. de auro arg.quæ uulgò scofia dicimus, quę in formam retis facta ad capillos continẽdos capiti aptantur. Reticulum Lexicon B.Germani uertit κέκρυφαλον περινήμον. Et plane crocufantia reticulis iunguntur in d.§. ornamentorum. κεκρύφαλον uerò πλέγμά τι esse Pollux libro 7.c.ult. & lib.x.c.35.docet. Isidor.lib.xx. Etymol. c.30. Reticulum, ait, est quod colligit comas: dictum ab eo quod retinet crines ne effundantur. Lamprid. in Alexand. Matronas autem regias contentas esse debere uno reticulo atque inauribus. Vtitur & hoc uerbo in hunc sensum Capitolinus in Maximinis. Reticuli circa columnas in l.17.§.quæ tabulę.ff.de actio.empt. Reticulatum opus apud Vitruu.lib.2.ca. 8. Et Plin.lib.36.c.22. Briss.

RETRACTARE, est, quod omiseris repetere, & mutare, renouare, & recognoscere.l.1.§.1. ff.ne de stat.defun.l.2.de collus.deteg.l.1. C.de Sent.aduers. fisc.lib.x. Item pro reuocare, ut apud Vlp. in §.fina.l. non solum.ff. de procur. Spiegel.

RETRACTVM Harmenopul⁹, Afflictus, & quidam alij, Ius προτιμήσεως uocant, ab eo nimirum, quòd emptori uel lege, uel moribus gentis, aliquis in empta re præferri possit. Nam præferre Græcè est προτιμᾶν. Nec defuit qui πρωτονησίαν uocaret, ex eo qđ primus ad emendum esset, cui lege id concessum foret. Id enim dicimus πρῶτον ὠνεῖσθαι: ea figura qua Plinius Cęcilianus ad Traianũ πρωτοπραξίαν dixit, priuilegiũ quo unus aliquis ex pluribus creditorib. in exactione debiti sui cæteris anteponitur. Cęterum non minus est Latina, quam apta, ut opinor uox Retractus. Nam quamuis & apud Iabolenum, retractam uenditionem, l.si hominem.de usucap. aliqui mutent, adiecta in litera, quasi à retroagendo, & quod in fraudem libertas data retrahi debet, ut apud Iulium Paulũ est l.in fraudem.§.à debitore, de iur.fis.non ita faciat ad id quod agimus: quis tamen rescriptum illud diuorum Fratrũ, uel mutare possit, uel sequi dubitet: quo iubent, ut, sicut à Papirio Iusto relatum est, l.final.de adm.re.ad ci.per.agros Reipub.quamuis a bonæ fidei emptoribus possessos, curator ciuitatis retrahat? Quid etiam, quod ea res omnis tam multiplex ac uaria est, & in species tam multa recepta, ut oĩno nomẽ aliquod, uel nouum fingendum, uel uetus quærendum illi fuerit? Et in quas tandem species (dicet aliquis) fusus est hic de retractu locus? In primis hoc penè translatitium est, ut ad fundum, qui maiorum fuit, ab aliquo, qui non é posteris sit, emptũ: ut quisq; uendenté per eum à quo is fundus profectus est, sanguine & gradu contingit, ita retractus locũ habeat. Id est, ut quãti uenditus est, tanti huic potius, quam emptori emptus sit. Id aũt affectioni uidetur datum, quam pleriq; erga possessiones, uel auorum imaginibus notas, uel educatione sui dilectus, habent: aut si quid aliud est tale.l.lex quæ. C.de ad.tut. Nec mirum: cum etiam minor adiectione uictus in rebus, q̃ maiorum eius fuerant, in integrum restitutioné sperare possit, si quod ex licitatione accessit, & ipse ad suum precium addat.l.si in emptione.de minor. Sũt alij, apud quos idem in fundo communi fit: nempe ut partem ab uno uenditã, & socius tanti si uelit habeat, quãti iam alij cuiquam addicta est: siue res eos ad societatem coniunxit, siue & consensus. Id aũt ad tollendas contentiones, & difficultates, quæ ferè ex communione nascũtur.l.in re.de ser.uer. l.qui neq;. de reb.eorum. haud malè excogitatũ uidetur, unde & dictum est, neminem in cõione stare cogendũ. l.si non sortem.§.si centũ.de cond.inde. Nam uitio malignitatis humanæ, fermè negligi, quod plurimũ est, tanquã nullus sit, solet: nec quicquã omnino se habere, nisi qui totũ habeat, credit: deniq; & suam partẽ patitur corrumpi, dum curã & impensam inuidet alienæ.l.2.C.qñ & quib.ex caus quarta pars. Sũt etiã; apud

apud quos id & iure uicinitatis liceat. Quod, siue ijs datum uolumus, quib. auida & emacitatis uitio, magno plerunq; constans cupido est, agros iungere, & uno aspectu intueri quantum terrarum sibi arctur: siue tam pestilens res uisa est malus uicinus, ut quauis ab eo cauendi occasione libenter usi sint; cum tamen humanæ cupiditates in cæcũ & immẽsum, etiã ultro ferantur: ita non satis fuerat, nullum eis modũ aut finem fecisse, nisi etiam hanc auaritiç & ambitioni uiam munirent? Et ubi insistet tandem, quem sub moto & finibus pulso, qui prius uicinus erat, & alius super alium iam uicinus factus, immodica posidendi libidine in nouam emendi cogitationem mittet. Ad extremum, ut sæpe cõfines agros intersit nostra, uel pluris quam iusta æstimatione emptos habere, ut tradit Terentius Clemens. l. si cui fundus. de leg. 2. me tamen iudice nõ tanti est ea res, ut idcirco uenditionis libertas uelut iniecto freno & uinculo in arctum coangustetur. Naq; & illud haud dubium est, quin timor & exspectatio retractus, ut animos licitantium minuit, ita & precia possessionũ infringat, Atq; adeò, ne affectionis quidem illius erga res maiorum sat magna aut iusta ratio est. Planè, quod iure societatis contingit, etsi idipsum aliqd habet ex iniquo, cum tamen ad tollendas lites faciat, rem magni fauoris l. quidam. si cert. pet. non debuit in eo quod bonum & utile in publicum uisum est, ideo, qđ contra priuatos esset, non summa ratio esse. Sunt fortè & aliæ apud alios causæ, ex quibus retractus detur: sed una est omnibus fere natura, & summa communis. Curtius ἀνατῶν lib. 2. c. xv. tom. 1.

RETRO' dictio non ignotam significationẽ habet. Refertur autem ad locum à tergo relictũ. A Iureconsultis autem nostris, etiam ad tempus iam exactum & præteritum trahitur. l. si fundus. ff. de pign l. quærebatur. ff. de pecul. castr. l. retro. ff. de capt. l. seruum. §. j. ff. de leg. j. Curtius lib. ἀνατῶν 3. c. 32. tom. 1.

RETRO duci. Paul. in l. seruitutes. §. stillicidium. ff. de seruit. urb. præd. Ea de causa, inquit, retro quoque duci potest stillicidium, quia in nostro magis incipiet cadere, produci non potest. ff. de seruitu. urb. præd. Spiegelius.

RETRO iuris ordine, pro eo qui hactenus obtinuit. l. omnes iudices. C. de delatorib. lib. x.

RETRO obtinuit consuetudo, id est, corroborata est, apud Vlp. in l. si in aliquã. de offic. proconf. Sp.

RETRO principes. C. de Nouo Codic. compon. ad initium.

RETROVENDENDI pactum, inter cętera pacta uulgatisimum est: Veluti cùm uenditori ex conuentione cõceditur ab emptore: quòd si ipse uel hęres eius, uoluerit quandocunq;, aut intra certũ tempus restituere precium, ut tum rem suam, quam uendidit, quasi redemptam accipiat. Quo pacto in emptione & uenditione redituum quotidie utimur. l. 2. C. de pact. inter empt. & uend. Hot.

RETRORSVM. Vlpia. Quia, inquit, retrorsum quanti plurimi fuit, inspicitur.

REVELARE, est id quod antè tectum fuit, retegere, aperire, palàm fieri: cuius tamen nullum exemplum reperiri quidam putant. in l. uniuersi. C. de uectig. & commiss. Corruptè legitur in quibusdam codicibus, Reuelant, pro reuehunt. Pro retecto & palam facto, extat in l. unica. C. de his qui se defer. libro decimo. Spiegelius.

REVERA, unicè, uice aduerbij est. Alijs duæ dictiones sunt, Reuera, quod uulgꝰ de facto dicit. Sp.

REVERENDI (ut utuntur uulgata uoce) hoc est, quibus reuerentia & honor debetur, in ius sine uenia uocari non possunt. Vide Zas. in l. generaliter. ff. de in ius uoc. Debetur aũt reuerentia maximè patribus & patronis, tam superstitibus, quàm defunctis. l. apud Cels. §. aduersus. ff. de dol. excep. Spieg.

REVERENTIA, honor quẽ tam uerbis, quàm factis alicubi exhibemus. Paulus: Vna est, inquit, omnibus parentibus seruanda reuerentia. l. parentes. de in ius uocan. Spiegel.

REVOCANDI domum suum ius dari. Vide Vlpian. l. 2. §. legatis. ff. ubi quis ager. Spieg.

REVOCARE domũ est allegare & dicere se nõ posse compelli eo loco quo conuenitur, ad litem suscipiendam: sed remitti ad locum in quo domiciliũ habet. Inde dicunt legatos qui Romam mittuntur, non debere conueniri ipsis inuitis: sed habere ius reuocandi domum. De hoc uide c. fi. de fo. comp. Hot.

REVOCARE testes, quod Galli, teste Budæo, recolere dicunt, apud Martianum in l. diuus. de custod. & exhib. reor. Spieg.

REVOCATORIA actio, diuiditur in Paulianã, Fauianam, & Caluisianam, de quibus fusius Ias. in §. item si quis in fraudem, Instit. de action. Spieg.

REVOCATORIA, diploma principis significat, quo absentẽ ad se reuocat. l. ult. C. de dignitatib. lib. 11. l. 3. C. de silentia. lib. 12. Iustin. Nou. 8. [Greek text, partly illegible] Reuocatorias [Greek text] Briss.

REVOLVTO mantello, ex uulgari sermone dixit Accur. in l. Papinian. §. sed neq; impuberis. ff. de inoff. testa. cum contrarijs exceptionib. quis aduersus diuersos utitur; ab his ducta metaphora, qui, ut scenæ seruiant, mutant palliũ. Alc lib. 4. de uerb. sig.

REVM facere in publicis iudicijs, est eius nomẽ ad magistratum cuius de ea re notio est, deferre, ut ei dies audiendæ accusationi dicatur. l. 3. ff. de accus. Hinc Asconius: Quid est, inquit, Reũ fieri, nisi apud Prætorem legibus interrogari? Quum enim in ius uentum esset, dicebat accusator apud Prætorẽ rẽo, Aio te Siculos spoliasse. si tacuisset, lis ei æstimabatur, ut uicto: si negasset, petebatur à magistratu dies inquirendorum eius criminum, & instituebatur accusatio. Hęc ille. Interea autem eius nomen in reorũ album referebatur, ut causa ex ordine ageretur: dicebaturq; in reos receptus uel relatus. Libellorum autem conceptio qualis fuerit, Paulus in d. l. 3. ff. de accusat. demonstrat.

REVS, à re quæ ab eo petitur, dictus: est qui defendit & propulsat actionem, uel accusationem. Veteres reos appellabant, non eos modò qui arguuntur, sed omnes quoq;, quorum de re disceptatur. ut Cic. de orat. attestatur. Inde reus stipulandi & promittendi: hinc & Pomp. l. 5. de uerb. oblig. Conuentionales stipulationes sunt, quæ ex cõuentione reorum fiunt: reorum appellatione contrahentes intelligens. Autor Alc. ca. x. lib. 2. Parerg. Frequentius est tamen, & magis usitatum, ut debitores reorũ nomine significemus. quemadmodum & in publicis iudicijs eos qui accusantur. Dicitur & reus uoti is qui dijs in euentum conditionis promittit: at ubi conditio euenit, tum etiam damnatus est uoti. l. fideicom. §. si rem. de leg. 3. Alc. de uer. sig. Reus aũt ꝓpriè conuenitur, non eius ꝓcurator. l. 2. in prin. ff. de iureiur. tametsi & ipse aduersariꝰ dicatur. l. si finc. §. pen. ff. de interrog. act. l. 1. C. de pœn. iud. qui malè iud. Spieg.

REVS, pro expromissore accipitur, in l. 1. §. exceptiones. quar. rer. actio non dat. Spiegelius.

REVS agitur, qui accusatur: Reus peragitur, qui damnatur. Iurisconſ. Peregiſſe reum non aliàs quis uidetur, niſi condemnauerit. Spiegelius.

Inde Reus conſtitutus dicitur, qui ſe obligauit. l. 14. §. Labeo. ff. quod met. cau. Et eiuſdem pecuniæ Rei qui eandem pecuniam promiſerunt. l. 22. §. cùm tu ff. de fideiuſſoribus. l. 84. §. qui Caium. ff. de leg. j. Duos autem reos promittendi facimus, ſi utrumq; interrogemus, & uterq; reſpondeat eiuſdem pecuniæ nomine. l. 3. & l. 6. ff. de duob. reis. & Inſtit. eo. tit. Nec tantùm ſtipulatione, ſed & alijs contractib. duo rei fieri poſſunt: ueluti ſi apud duos eadem res deponatur, duobúſue eadem res locetur, commodetur.

Interdum Reus expromiſſorem ſignificat, id eſt, eum qui alienam in ſe obligationem uel nouatione uel delegatione ſuſcepit. l. 1. ff. ad Velleian. l. j. §. exceptionem. ff. quar. rer. act. non dat. l. 104. & l. 112. ff. de uerb. oblig. l. 9. §. omnis. ff. de pigner. act. l. 7. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo. l. 22. §. ſi mulier. ff. ſolut. matri. l. 34. in fin. ff. de ſtatu lib. l. 11. ff. de nouatio. l. ult. in fin. ff. ſi cert. pet. l. 13. §. præterea. ff. de actio. empt. Briſſ.

REVS extraordinarius. Lege, Extraord. reus.

REVS facti, qui aliquod factum commiſit.

REVS fieri dicitur qui criminis alicuius poſtulatus eſt. l. 5. ff. de public. iud. Reum autem fieri Aſcon. 2. in Verr. act. nihil aliud eſſe ait, quàm apud Prætorem legibus interrogari. Cùm enim in ius uentũ eſſet, dicebat accuſator apud Prætorẽ, Aio te Siculos ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis æſtimabatur, ut uicto. Si negaſſet, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum criminum, & ex eo tempore inter Reos relatus & receptus dicebatur. Briſſ.

REVS promittendi & ſtipulandi. Rei apud ueteres dicuntur omnes, de quibus re diſceptatur, ut Cicero atteſtatur de Orat. Reus aũt ſtipulandi, & reus credendi, id eſt, cui debetur res, non quòd ei res credatur, ſed quia res credat, uel perinde ſit, ac ſi crederet. Reus uerò promittendi eſt reus debendi, id eſt, qui rem ſibi creditam debet, eamq; promittit ſoluere. Et nota, quòd reus actiuè, eſt reus ſtipulandi, ſed paſsiuè, eſt reus debendi, ſeu promittendi. Hæc ex Egidio Perrino officiali à Ioſaio ſumpſimus. Anch.

REVS ſatiſdandi, ab Vlpia. dicitur, qui ſatiſdato obligatus eſt, id eſt, fideiuſſore dato: Reus uerò ſatis accipiendi, qui fideiuſſores accepit ob debitum. in l. qui hominem. §. quidem. de ſolut. Dici poteſt, quoties reus ſatiſdandi, reos ſatiſaccipiendi hæres extiterit, fideiuſſores liberari. Spiegel.

REVS ſtipulandi is dicitur, qui ſtipulatur, id eſt, interrogat: & reus promittẽdi, is qui promittit. Plures uerò habere reos, noſtra intereſt: & quomodo, tractat Bar. in l. liberationem. ff. de libert. leg. Spieg.

REX, nomen generis: Imperator, officij. Reges enim naſcuntur, Imperatores creantur. Io. Bapt. Caſtellion. Regem Boemiæ impropriè dici exiſtimat, quòd competenti prouincia careat. c. ſcitote. 6. q. 3. Attamen abundare eum refert, & uerè quidem, ſtrenuis militibus, reditibusq; præſtare pleriſq; regibus qui pluribus ciuitatibus dominentur. Citat Hoſt. in c. conſtitutus 2. de teſtib. Rem Boemicam Carolus IIII. mirum in modum auxit, ſed exemplo maximè improbando, ut ait Egnatius. Rex autem, ſiue Cæſar Romanorum, ut quidã cordatus è noſtris dixit, eſt magni nominis umbra: nimirum ſentiens, illi Romanæ urbis Imperiũ, nomine ſolo, at Pont. Max. fructum eſſe relictum. Tertullianus nomen regum, etiã Cæſaribus accõmodat: & diuus Hieronymus eum ſecutus. Annotauit Rhenanus noſter. Tyrannus autem eo differt à rege: quòd hic ad ſubditi populi, ille ad proprium commodum, rem curat & adminiſtrat. Ita Ariſtoteles, & qui eius doctrinã ſecuti ſunt Theologi, decreuere. Quamuis antiquitus nonnulli pro tyranno regem intelligebant: quorum exemplo Virgil. cecinit:

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni.

Lege & Prouinciales, in fin. Spiegelius.

REX, ſacrificulus erat Romanis, qui ſacrorũ rex dictus, ſine imperio, ſolo nomine rex, ſacra quæ penes reges erant, obiret, ac cerimonijs præeſſet: quem creatum, aut in locum decedentis ſuffectũ, ſicut reliquos ſacerdotes inaugurari oportebat. Alex. de Alex. Gen. dier. lib. 3. ca. 27. De quo uide Liuium lib. 2. & Dionyſium initio lib. 5. Primum autem regem ſacrificulum M. Papirium ex patritijs creatum ſcribit Dionyſius. Regis porro uxor appellabatur regina, quæ & ipſa aliquot ſacra facere ſolebat. De qua Macrob. in lib. Saturn. Creabatur aũt rex ſacrorum comitijs Centuriatis quemadmodum apud Gellium lib. xv. cap. 27. refert Lælius Fœlix.

R H

RHABDVCHVS. Vide, Liturgus.

RHACHITAE nuncupantur à Græcis maleficà ui inſignes, quos leges, principumq; conſtitutiones perſequuntur.

RHADAMANTHEVM iudicium, prouerbiò de incorruptè iudicãtibus dictum. Rhadamanthus enim manium iudex, neq; muneribus, neque gratia deflectitur, quo minus ſeuerè iudicet. Cætera uide apud Eraſ. in Chiliad. Spiegel.

RHADAMANTHI iuſiurandum dicebatur, quòd uerìſsimum quidem eſſet, cęterùm nullum Deũ aſciſceret. Socrates per canem & anſerem iurare cõſueuit, ne quem deorum citaret: ſiue quòd non crederet ullos eſſe Deos, ſiue quòd non arbitraretur eſſe boni uiri, Deos ſuorum negotiorum teſtes accerſere, ut ait Eraſ. in huius adagij explanatione. Sp.

RHAPSODIAE numerabãtur olim inter Aromata, hoc eſt, feſtiuas & iucũdas narrationes. Apud ueteres poſt Homeridas ſic dictos, quòd per ſucceſsionem ab Homero genus ducentes, Homerica canebant: non iam ad Homerum genus ſuum referentes, Rhapſodi, hoc eſt, eiuſdem carminis decantatorij, ſcriptores uocati ſunt: quorum diuerſum eſt etymon apud autores. Vide Picum, in hymnum primũ. Spiegelius.

RHAPSODIAS autẽ ſingulos, Homeri libros appellari, ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν καὶ ᾠδὴ, annotauit Anton. Aug. lib. Emendat. 4. cap. 2.

RHEDA, genus leuiculi currus, in quo geſtabantur nobiliores in uillas ſuas. Vocabulum Gallicum Quintiliano, longa tamen uſurpatione, Latinum factum. Eo ſabole uſus eſt, Locati. l. cum in plures. An etiam, inquit, pro ipſa ſola rheda portorium daturus fuerit? Sp. Corraſ. autem lib. 3. Miſcell. c. xx. Rhedam definit currum leuiculũ quo paſsim uſi fuerint oẽs etiam abiectiſsimi autoritate Ciceronis 2. Philip.

RHEDARIVS mulus qui rhedã ducit: & ipſius rhedæ rector, Rhedarius. Rhedæ meritoriæ, ut muli meritorij, qui mercede locantur. Sp. Publice namque Romæ inſtitutum fuit, ut ad portas urbis, & per uias conſulares, ab urbe Roma undiq; in quaſcunq; urbes, Romanorumq; prouincias ducentes, rhedæ eſſent, quas indigẽtes declarato pręcio, in promptu & paratas haberent Corraſ. præallegato loco.

RHEGIVM, Italiæ oppidum ad mare, contra Siciliam. meminit eius Iuriſconſult. Xenarchus apud Zeno-

Zenodotum, Sophronis, qui de mensibus scripsit, filius, in gratiam Dionysij tyranni, taxauit Rheginenses, ut ignauos in reb. bellicis, animiq; pauidi, quemadmodum testantur (ut refert Eras. noster) Græcorum adagiorum collectanea. Est & alterum eius nominis oppidum, quod absq; aspiratione scribitur, dictum Lepidi Regium, triumuiratus tempore ab eo conditum: non cuius meminit Frontinus & Volaterranus in Gallia togata. Spieg. Adde Brech. l. notionem. §. continenteis. tit. de uer. & rer. sig.

RHENI nostri, cuius ortus est in monte Adula, qui hodie uulgò uocatur Vogel. Paulus tit. de euict. his uerbis meminit. L. Titius in Germania trãs Rhenum prædia emit, & partem precij intulit, cũ in residuam quantitatem hæres emptoris conueniretur, quæstionem retulit, dicens: has possessiones ex præcepto principali partim distractas, partim ueteranis in præmia asignatas. Spiegelius.

RHENONES, dicuntur pelles ferinæ ad usum humanũ redactæ. Et Rhenones appellatæ, qđ Rhenani populi hisce peculiariter utebantur. Io. Bapt. in comment. Epist. Apollin. ad Aprum lib. 4.

RHODIAE leges, inquit Gratianus in decretis Pontif. naualium commerciorum à ciuitate Rhodo cognominatę sunt. Erat enim ciuitas Rhodiensis olim & insulæ oportunitate (ut Gell. li. 7. c. 3. noct. Attic.) & operum nobilitate & nauigandi solertia, naualibusq; uictorijs celebrata: atq; omnib. ornamentis tantopere cæteras ciuitates superabat, ut nulla legum præstantia æqualis putaretur, & naualis rei peritia adeò ualuit, ut annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia sustulerit, quod latissimè Strabo demonstrat, lib. 12. c. 14. Cum itaq; mercatorum mari se exercentium in ea insula numerus esset frequentissimus, & de re nauali indies lites & iurgia exoriebantur: Rhodiæ leges latę sunt, quib. altercationibus de rebus nauticis exortis, & pręcipuè si exonerandæ naues essent, prouideretur c. fi. dist. j.

RHODIAE naues, quarum frequens mentio apud scriptores, nomen à patria sortitæ: sicut Ægyptiæ, Asiaticæ, Liburnicę, atq; Achaicę. & eiusmodi. Vide Baysium, de Re nauali. Nota conditio apud Iurisconsul. Si nauis ex Asia uenerit. Spieg.

RHODINI serici, ab insula Rhodo aduecti, ceu laudatissimi, Impp. meminere in lege tertia, Cod. de uest. olob. lib. xj. Accursius locum nõ intellexit: Rhodinum substantiuè, pro pisce interpretans. Quod & in annot. Alc. indicauit. Spiegel.

RHODVS, & urbs & insula maris mediterranei clarissima est, quæ sæpè damnum dedit Turcæ, & ipsa rursum fecit Anno Christi 1522. agente iam secundum annum Pontificatus sui nostro Adriano sexto: ad quem extat Hispanorum doctissimi Viuis elegãs Epist. Leges Rhodiæ, inquit, Gratianus in decretis Pont. naualium commerciorum sunt, ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum usus fuit. dist. 2. c. fin. Id allegat Accurs. in prin. l. j. ad l. Rhod. Spiegelius.

RHOMBVS piscis est latissimus. Martial.

Quamuis lata gerat patella rhombum
Rhombus latior est tamen patella.

Hic uenit Accursio in Prouerb. dicit enim, Quid ad rhombum? pro eo, quod est ad scopũ, in Auth. licet. C. de natur. liber. ut ait Alc. lib. 4. de uerb. sig. an uerò piscem cogitauerit Accurs. uiderit alius: at Iurisc. in l. de ætate. §. quod autem, ff. de interd. act. dicit, nõ uideri respondisse illum qui non respondit πρὸς ἔπος, Id est, ad carmen. idq; ex uulgato prouerbio, de quo magnus Erasmus citans illud Luciani in Philopseude: οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτά φασιν οὐδὲ περὶ τούτων ἠρόμην, id est, Nihil ad carmen ista, ut aiunt, neq; de ijs interrogabam. meminit Alc. lib. dispunct. 2. ca. x. Forcat. in penu iur. ciuil. cap. xx.

R I

RICA Paulo apud Festum, uestimentum quadratum fimbriatum. Prat.

RICINVM, ut Nonius ait, erat palliolum fœmineum breue, quod sua ætate masurtiũ dicebatur cuius formam appingit ipsemet Varro lib. 4. de Ling. Lat. Apuleius lib. 2. de Asino aur. Maiorag. Miscel. libro 3. c. 14. & Fr. Bald. in l. XII. Tab. c. 31.

RIDICA, pedamentum uitium. Vlpia. l. 11. §. 3. ff. quod ui aut clàm. Si quis in uineas meas uenerit, & inde ridicas abstulerit, hoc interdicto tenebit. Varro de re rust. lib. 1. ca. 8. Pedamentum item ferè quatuor generum. unum robustum, quod optimum solet afferri in uineam è quercu ac iunipero, & uocatur Ridica. Hot. & ante eum Corras. lib. 1. ca. 19. nu. 5. & Forcat. in penu iur. ciuil. c. 7.

RIGOR cursus aquæ, rectum profluentis tenorem significat l j. §. quod autẽ. ff. ne quid in flumine publ. l. j. §. ripa. ff. de flumin.

Sic rigor stillicidij, rectus eius fluxus est. l. ult. §. ultim. de seruit. urban. At Plin. lib. 8. Epist. ad Rom. Rigorem aquæ pro frigiditate posuit. Sunt & rigores in agris, cuius uerbi, quia à lexicis abest, non alienũ erit interpretationem subijcere. Id autem Boetius lib. 1. Geometr. ita explicat. Rigor est quidquid inter duo signa ueluti in modum lineæ directum prospicitur. Flexuosum uero est, quidquid secundum naturam locorum curuatur. Nam quod in agro à mensore operis causa ad finem directum fuerit, Rigor appellatur: quidquid ad horum imitationem in forma scribitur, linea appellatur. Bini uerò rigores sunt, qñ singulis spatijs interuenientibus tendunt, ut itinere plerunq; peragunt. Aggenus Vrbicus, Rigor ait, siue rectitudinis naturalis nomen accepit. Sicu. Flacc. in lib. de conditio. agror. In aliquibus regionibus, ait, ita fines inter possessores ordinati sunt, ut rigores durent per longũ tractum, incedẽtesq; in uijs aut riuis aut substructionibus, aut regionib. alijsq; finitionũ generibus deficient supradicti rigores. Briss.

RIGOR iuris, nõ est ius, sed excessus iuris, & austeritas quædam facta ad terrorem. l. dist. ut constitueretur. gl. in l. fi. §. Lucius. ff. de seruit. urb. pręd. Sp.

RIGOR possessionum in Frõtino pro limite naturali & immobili ut flumen, montes & similia. Connanus lib. 4. c. x. circa finem.

RIGOR stillicidij l. ult. ff. de seru. urb. præd. accipitur quatenus aqua labitur per protectum antequã uergere & flecti deorsum incipiat. l. 1. ff. de flum. Nã rigidũ flexo opponitur apud Latinos autores. Hinc Rigorare uerbũ quo Plinius utitur: Annotauit Duarenus lib. 1. anniuers. disp. c. 32.

RIGVVM, quod aquis irrigatur: cui opponitur, Siccaneum.

RIMAE propriè dicuntur exiguæ distantiæ tabularum in iuncturis. Vnde tractum est, ut omnes fissuræ, Rimæ dicantur.

RIMAM inuenire, in tergiuersatores dicitur, qui nulla in causa tot fidei uinculis astrigi possunt, quin aliquid inueniant, quo elabantur. Erasmus.

RIMARI, hoc est, diligenter quærere, scrutari, propriè ad iudicantis officium spectat. Iuxta uulgatum illud, Oportet iudicem cuncta rimari 30. quęst. v. cap. indicantem.

RINGERE, Hirrire est, quod genus uocis est Canis rabiosæ. Vt obiter emaculemus Pōpei Sexti codicem, ubi pro ringere, garrire, adulterina uox & aduentitia subtrusa fuerat. Ringere porrò latrare est & baubari. Plaut. in Amphitruone: In enucleatis tamē archetypis, hanc uocem sic posuit. Turbas uxori ciet Amphitruo, atq; inuicem ringitāt pro mœchis, id est, latrant, conuitiantur, inclamant, uociferātur. Ioan. Bapt. in comment. Epist. Sid. Apollina. ad papam Migecium lib. 7.

RIPA, propriè est fluminis, sicut Litus maris. Ripa autem ita rectè definitur, ait Vlp. id quod flumen continet, naturalem rigorē cursus sui retinens. lib. 1. de flumin. Paul. Ripa ea putatur esse, quæ plenissimum flumen continet. l. flumina. Ne quid in flumi. publ. Spiegelius. Adde Brechæum, l. litus, tit. de uerborum & rerum signific.

RIPAM fluminum dici, ut litus maris, Grammaticis notum est. Ripam aūt fluminis Vlp. definit esse id, quod flumen cōtinet, naturalem rigorem cursus sui tenens. l. j. ff. de fluminib. Paulus uerò in l. pen. ff. eod. tit. Ripam ait eam dici, quæ plenissimum flumē continet. Maiorag. Miscell. lib. 4. c. 2. ubi ostendit ripam à prædio separari. Ripam munire est aggeribus factis & oppositis aquam coercere, ne excrescēs flumen agrum occupet. l. j. §. sunt autem. ff. ne quid in flum. pub. l. un. ff. de ripa munien. Inde Riparensia castra in l. 14. C. de re milit. lib. 12. in ripis statuta & locata. Et Riparenses apud Vopiscū in Aureliano. Inde etiam Ripuarij appellati sunt Germani riparum Rheni accolæ, quibus conscriptæ leges hodieq; extant. Brisson. Adde Forcatul. Necyomantiæ dialog. lxxxvj. numero j.

RIPARENSES milites erant, qui in imperij limitibus excubabant pro repub. aduersus barbaros. puta in ripis Danubij, ad tuendas Pannonias, aduersus Sarmatas: & in ripis Euphratis, aduersus Parthos. Herodo. lib. 6. Nunciatum est, Germanos Rhenum Danubiumq; transgressos, in fines Romanos hostiliter intrasse, oppugnareq; exercitum ripis insidentem. Alciatus in l. contra. Codic. de re militari. libro duodecimo.

RIPARII, qui in ripis habitant: ut Plinio, ripariæ uolucres. Sic addita quinta uocali, in nostrorum Annalibus ripuariorum nomine comprehenduntur ij, qui in Treueris ad Mosellæ habitarunt ripam, nec non inter Mosellam, Rhenum, ac Mosam: à Francis Ripuaria uocata est Neustria, & Austrasia. Meminere horum è nostris Regino, Otho Frisingensis, Ligurinus, & alij. Vide Bilibaldum & Althamar. Spiegelius.

RISCVM in l. uigesimaquinta, ff. de auro argen. arculam uestiariam interpretor. Hanc enim solam huius uerbi significationem ei loco accommodatā reperio. Tradit autem Pollux libro septimo, Onomast. cap. decimonono, & libro decimo, cap. trigesimoprimo, κιβώτια ἐν οἷς ἀπετίθεντο αἱ ἐσθῆτες ῥίσκους παρὰ τοῖς νεωτέροις λέγεσθαι. Donatus uero in Eunuch. Terent. nomen id esse Phrygium scribit, eoque significari cistam pelle contectam. At in lexico B. Germani Riscus κιβωτὸς μεγάλη definitur. Briss.

RITE actiones intendere. Vlpian. l. procuratore. ff. de procur.

RITE & rectè hoc differunt, quod ritè significet caussæ ordinationem, & iusta solennia. (Nam ritè à ritu dictum uolunt Latini auctores: hinc dicimus sacra ritè peragi, non rectè, & ritus patrios, id est, mores.) Rectè uerò causæ, uel rei alicuius rationem atque æquitatem. Bartol. & gloss. in l. non putauit. §. non quamuis. ff. de contra tabul. Idem Bartol. cum gloss. in l. secunda, in uerbo Rectè. ff. de inofficio. testament. & in l. iustè possidet. ff. de acquirenda possessio. rectè enim à recto deriuatur. Brechæus in lege Hæc uerba, ff. de uerborum & rerum significatio. Vide, Rectè suprà.

RITVALES libri apud Hetruscos, in quibus perscriptum erat, quo ritu conderentur urbes, aræ ædesque sacrarentur, qua sanctitate muri, quo iure portæ, quomodo tribus, curiæ, centuriæ distribuendæ essent, exercitus constituerentur, ordinarentur, cæteraque eiusmodi ad bellum & pacem pertinentia. Maioragius Miscellaneorum libro 3. cap. xiiij. ex libro xvj. Pompeij.

RHYTHMVS à metro hoc distat Viui, qđ metrum sequitur numerum pedum. Rhythmus tempora: ideoq; alterum sine altero esse potest. Rhythmū quicquid sub aurium mensuram cadit, quidam putat, etsi uersus absit. Tu uide M. Ciceronē. Rhythmico carmine usos Hebræos refert Helias,

אשירה בא שיר נכבד רת
באר תטבי כל יתיד רת.

RITVS, mos est comprobatus in administrandis sacrificijs: & generaliter ritus, mos, & approbata consuetudo est, quam omnes ratam habent. Vnde tit. de ritu nupt. In eo traditur, quo more, quóue instituto nuptiæ perficiendæ sint. Spiegel.

RIVALES dicuntur, qui eundem riuum communem habent. Pomponius de aqu. cotid. l. hoc iure. Dum ne fundum, inquit, domino, aut aquarium riualibus deterius faciat. Nebriss. In re rustica Riuales dicuntur ij, quorum agros riuus quis determinat, qui incertitudine, & mutatione crebra cursus, lites sæpè inter eos suscitat. Vnde & Vlpianus l. prima, de aqu. quot. Riuales, ait, qui per eundem riuum aquam ducunt, inter quos sæpè contentio est de aquæ usu. Spiegelius.

RIVVM Festus libro xvj. dici ait non tantùm naturali suo impetu fluentem tenuem aquæ fluxum: quo modo Riuum fluminis dixit Caius in l. 7. §. insula. ff. de adquir. rer. domin. sed & manu factum, siue super terrā in fossa, siue super specu à Græco uerbo ῥέω. Hoc posteriore significato Riuus definitur ab Vlpiano esse locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat. l. 1. §. 1. ff. de riuis. Atq; ita accipitur in l. 2. ff. de extraord. cognit. l. 12. & l. 16. ff. quemadmod. seruit. amitt. l. 3. §. penulti. & ulti. l. 5. in fin. ff. de aqua cottid. l. 13. l. 21. §. primo, ff. de seruit. rust. l. 52. §. si in communem. ff. pro soc. Vitruu. libro 8. cap. 7. Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, Riuis per Canales structiles, & fistulis plumbeis, aut tubis fictilibus. Nam in riuo collocabantur fistulæ, uel canales quibus aqua ducebatur. l. tertia, §. si quis in riuo ff. de riuis. Inde deprimere uel alleuare riuum in l. duodecima, ff. comm. præd. Et ducere riuum. l. nona, ff. de seruit. Briss.

RIVI autem, prout conuenerat, terreni, signini, cementitij, lapideiue fiebant, ut apparet ex l. 1. §. ult. & l. 3. §. 1. ff. de riuis. Item Riui quidam erant aperti, quidam tecti & operti. l. 1. §. ult. l. 3. ff. de riuis. l. 1. §. si quis. ff. ne quid in flum. pub. Hos subterraneos Frontin. sæpius appellat in lib. de aquæduct. Briss.

RIXA, etsi propriè uerbosa contentio est, ad factum tamen etiam refertur. l. si ex planis. §. 1. ad l. Aq. Vlp. in l. 4. ui bon. rapt. Et rectissimè Labeo inquit, inter turbam & rixam multum interesse ait. Namq; turbam multitudinis hominum esse turbationem, &

& cœtum: at rixam duorum. Paulus de Sicar. l.fin. Si in rixa homo pcussus perierit, ictus uniuscuiusq; in hoc collectorum cōtemplari oportet. Receptum est, inferijs rixæ notionem fieri posse. Spieg.

R O

ROBUR, translatè, omnium rerū firmitas. Clausula. In robore suo duratura, familiariter nota. Principalium Diplomatum magistris, nullū robur nouū sumi tradidit Ang. in l. eos. uers. suo robore. Cod. de Præscript. xxx. ann. Citat. l. scripturas. C. Qui pot. in pig. hab. & Auth. Quas actiones. C. de Sacr. Eccl. Sp.

ROBORBUM, quod est ex materia roboris: roburneum, quod ex robore nascitur.

ROBUSTA ætas, pro militari, ut suprà dictum est, apud idoneos autores accipitur. Huic nostri tribuunt initium ab excessu anni xxv. Vlpian. in l. si in acutis. ij. de Adult. §. lex Iulia. Nec enim uisus est, inquit, idoneus accusator, qui nondum robustæ ætatis sit. & paulo pòst: Maiorem uigintiquinq; annis, & eum accipimus, qui annum uigesimumquintum ætatis agit. Dicitur & robustus ætate. Spieg.

ROBUSTUM, quod est multi ualoris.

ROBUSTUS animus, quo quis aduersus pericula & difficultates firmiter obnititur.

ROGARI lex tum dicitur, cū de ferenda ea populus uel plebs consulitur. Siquidem Quirites uel à consulibus, uel à tribunis rogabantur, uellent, iuberent ne quid fieri. Qui si sciuissent, id est, confirmassent, lata sancitaq; lex erat, quæ non nisi per populi rogationē fieri poterat. Hodie uerò rescripto opus est. leg. j. de Mandat. princip. Vide Bud. in priorib. Annot. ad posterior l. de Orig. iur. Vlp in l. j. ad Leg. Aquil. Certè lex Aquilia plebiscitum est, cum eam Aquilius tribunus pleb. à plebe rogauerit. Sp.

ROGARE inspicienda uasa, id est, commodatò petere, ut tantùm inspicere liceat. Bud.

ROGARE, utendum accipere. Cic. in Verr. Profectò hinc natum est, Malo emere, quàm rogare. Entlehen. Spieg.

ROGATARIUS, tabellio q rogat quod quisq; stipulatur, hoc est, promittit. Vide Sipont.

ROGATI testes intelligūtur interrogati an uelint adesse nec ne. Si ergo testes detenti fuerint inuiti, putauit Vlpianus non ualere testamentum l Qui testamento. ff. Qui testam. fac. poss.

ROGATIO est, cum populus consulitur de rebus discernendis. Zasius in l. ij. ff. de Orig. iur. Lege, Agere cum populo.

ROGATIO, lex est, sic appellata, quod cū promulgatur, populus rogatur uelitne, & iubeat legem sanciri. Nebriss. Differentiam inter rogationem & promulgationem quidam tradūt, quòd promulgatio fiebat binis nundinis, rogatio in tertijs nūdinis. Promulgationi item intercedere licebat, rogationi nullo modo. Inde rogatio pro lege accipitur. Cicero Philip. j. Hodie uocem hanc Promulgare, tenemus quidem, quanquam non satis intellectam: rei uerò ipsius nec umbram quidem sequimur. Igitur rogationes propriè sunt, quotquot rogantur leges: siue ex populo id fiat, uti leges sunt: siue ex plebe, ut plebiscita. Rogationis enim nomine continentur lex, plebiscitum, & priuilegium: est enim quasi caput & fons totius iuris popularis. Nempe rogare populū, est agere cum populo. In qua re hæc erant uerba solennia. Velitisne iubeatisne Quirites, ut hoc uel illud fiat? At pro litanijs parum latinè usurpantur: rectius supplicationes appellantur, uel (ut magis placet Insulano) sacrificia precaria, seu propitiatoria. Præterea idem monet: Schedulæ, quas indocti supplicationes uocant, sunt supplices libelli dicendi, de quibus & superius. Nota item, esse legem accipere, ut rationem perferre, pro legem perferre. Spieg.

ROGATOR in comitijs is erat qui cū comitia haberentur, cistam deferebat colligendis per tribus suffragijs. Ex multis uerò locis apertum est cistam deferre solitum eum ipsum, qui habebat tributa comitia, ꝓut ostēdit Grucchius li. 2. de comitijs Rom. In cistas autē populus tabellas sui suffragij mittebat per pōtes transiēs. Vide Torneb. lib. aduers. 13. ca. 13.

ROGATUR, pro interrogatur apud Caium, in l. ij. de Adopt. alij quoq; notarunt. Spieg.

ROGO, ne alterius seruitium experiatur seruus meus. Per hæc uerba, data uidetur fideicommiss. libertas l. rogo. ff. de Fideicommiss. libert.

ROGARE simpliciter intelligitur, qui neq; hūc, neq; illum rogat, sed quid fieri omnino uelit, ostendit, itaq; omnes rogare uidetur Goueanus ad l. Ei quam. C. de fideicom. lib j cap j. Var. lectionum.

ROMA cōmunis patria nostra est, ait Modestinus Tit. ad Municip. Cuius uerba Accursius enarrans, id dictum iccirco existimat, quòd quilibet Romæ conueniri possit. Cuius sententiam nō tantum iuris Pontificij interpretes probāt, sed etiam (ut dicit Alciatus) nullus ferè est ex iuris ciuilis doctoribus, cui hæc interpretatio non applaudat. Sed ipse contendit eam uerbis Modest. repugnare, cap. xxj. Dispunct. lib. 2. Spieg. Ideo eam sic dictam existimans quod omnes, qui imperio Romano subditi essent, ius ciuitatis Romanæ haberēt iuxta illud Pauli. ff. de stat. hom. In orbe Romano qui sunt, ciuis Romani ex cōstitutione diui Antonini effecti sunt. Verum etsi germana hæc uidetur sentētia, nihilominus cum ante constitutionē Antonini Roma sic nuncupata sit: Maioragio Miscell. lib. 4. cap. 5. ea etiam de causa communis patria dicta uidetur, quod totius quasi habitatæ esset terræ compendium in qua omnes planè habitarent nationes. Quod uerum esse ex lib. 1. cap. 15. Dipnosoph. Athenæi cognoscere licet.

ROMA autem duplex statuitur in constitutionibus: una uetus, altera noua, uidelicet Constantinopolis, quam ueteris & antiquæ Romæ prærogatiua lætari Impp. uoluerunt l. 6. C. de sacrosanct. eccles. l 40. C. de episcop. & clericis l. 4. C. de operibus public. l. ulti. C. in quibus causis pign. Zonaras etiam non semel hāc νέαν ῥώμην uocat. Quinetiam Chalcedonensis Concilij cap. xxij. ita scriptum est. τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασιν τὰ πρεσβεῖα· καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ εὐλόγως κρίναντες τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι ῥώμῃ Bris.

ROMA, sacræ urbis nomine accipienda est uerius, Alciato teste, quàm Hierosolyma, ut Baldus existimauit lege secunda, Codice de Nautico fœnere. Sic etiam cum æternam legimus, potius intelligenda est. ut in lege prima, Codice de Suarijs. Ineptè facere indicat undequaq; doctiss. Viues, qui Romam aspirant, quia Græci aspirāt quæ incipiunt in r. Roma, & urbs, per Antonomasiam idem significare uidentur: prior tamen latius patet, posterior arctioribus finibus clauditur. Cū urbis appellatio, muris: Romæ uerò cōtinentib. ædificijs finiatur, atq; complectatur suburbium l. j. & l. Alph. de uerb. sig. Sp.

ROMAE appellatio cōtinentibus ædificijs finitur leg. 2. ff. de uerb. significat. Itaq; ædificia Romæ

fieri ea uidetur, quæ in cõtinentibus ædificijs fiunt l.139.ff.de uerb.signific.& qui in continentibus ædificijs nati sunt, Romę nati intelliguntur l.147.ff.eod. tit.& penu quæ Romæ sit legata, non ea tantum quę intra murum, sed & quæ intra continentia sit debetur l.4.§.si ita.ff.de penu leg.Bris.

ROMAE natus dicitur, ut tradit de Verb.signif. Terent. Clemens, qui natus est in urbis continentibus, id est, suburbijs. Qui uerò in uico aliquo natus est, qui urbi Romanæ respondet, licet is patriam Romam habeat, non tamen Romæ natus intelligitur l. qui ex uico.ff.ad Municipal.Spieg.

ROMAM esse caput auaritiæ, annotauit interpres in l.sequitur. uers.pupillus. ff.de Vsur. Sed hoc loco apud Albericum legimus, Fridericum secundũ indignabundum Innocentio quarto hæc inter cętera scripsisse:

Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet, & mundi desinet esse caput.

Cui Põtifex ita rescripsit: ac ridiculè in eũ retorsit.

Niteris incassum nauem submergere Petri:
Fluctuat, ast nunquam desinet esse ratis.

Fridericus:

Fata uolunt, stellæq; docent, auiumq; uolatus,
Quòd Fridericus ego mallem orbis ero.

Papa:

Fata uolunt, scriptura docet, peccata loquuntur,
Quòd tibi uita breuis, pœna perennis erit. Sp.

ROMANENSIS sal, non qui Romæ factus, sed qui Romæ uenditur.

ROMANVS, qui è Roma est, uel qui Romam inhabitat. Romanẽsis, qui alibi ortus est, sed in Roma uersatur. Vide not.in l.cũ antea. C.de Agric.& censit.lib.xj.Spieg.

ROMANVM imperiũ ad mille ac ducentos annos perseueraturum, Vectius augurio præstãs coniectauit, quod & uerum comparuit. Siquidem cum imperarent Cæsares Cõstantij, Romanorum dignitas dilapsa corruit, Byzãtium tralata, irruentibus in Italiam Hunnis, Vandalisq;, ac Gotthis.Sp.

ROMANVM imperium an sit iustũ, aut uiolentum, Albericus disserit in lib.1.C.de sum.trinit.Sp.

ROMANVM ius. Postellus cap.j.li.iiij. Licebat, inquit, cuiuis antiquorum Iurisprudentiũ integros de iuris uarijs partibus libros, pro uoto loco legis proponere: quod ut fuit initio reipub. necessariũ, & ferè in omnibus democratijs & aristocratijs seruatum & constitutum, ita breui effecit, ut ingens multitudo opinionum excreuerit, alijs alia tractãtibus, & non rarò eodem argumento à diuersis autoribus tractato, atq; pro suo iudicio (ut frequenter sumus affecti) uaria non tantùm alijs, sed sibijpsis contrariã tradentibus. Qua omnia percurrendi modestia, quum uellet iuris studiosos liberare Iustinianus, seligenda curauit ex tanto illo 60000. uoluminũ numero, ea quibus respublic. utebatur tunc tẽporis, secundum Triboniani suasionem: resecuit uerò, quæ aut obsoleta uidebantur, aut superflua, aut cõtraria, ut ait: quod utinam tam re ipsa, quàm edicto & assertione fuisset factum, ut saltem uel quinquẽnio Iurisperitus posset institui. Sanxit uerò, ne in discrimen iam ante cognitum iterum respub. recideret, ut sacrosancta & inuiolabilia essent quæ probasset: neúe in illis aut addendo, aut diminuendo quicquã quisquam attingere auderet: quod utinam factũ curasset posteritas. Quamuis enim multa à summorũ illorum philosophorum laboribus periere, quæ utilia reipub.erant, tamen fœliciter actum cum posteritate erat, si ea tãta religione seruata curassemus, quanta uoluit sagacissimus Imperator. Verùm ut singulis rebus sua necessariò pestis oboritur, ne huic reipubl.parti deesset, obortum est abhinc sexcentis annis nouum interpretum omni barbarie, & philosophię ignoratione contaminatorũ genus: quod dum leges legibus componit, obscuris tenebras fundit, opinione potius quàm ueritate nititur, incitauit tantam similium turbam, ut in nulla unquã arte uel doctrina maior scripturiẽtium libido fuerit, ineptiaúe maior. Lex una, assumptum unũ, uox simplex, quæ ipsa una ueritate tantùm niti potest, in sexcentos intellectus traduci cœpta: quisq; quod cogitauit aut somniauit potius, pro sensu attulit, obtrusit, uerúq; ipsum more Lesbiæ regulæ rebus ipsis, non res uero & regulæ aptauit.Spieg.

ROMANVM, uel Cæsareum ius, idem est quod uulgò ius cõmune dicimus, & rectè: quia teste Old. supremũ & eminentissimum est, plenũ certè humanitatis, æquitatisq;, tot iam annis unanimi omnium cõsensu (autore Deo) receptum. Idq; est, quod Iustinianus in.§. sed ius quidem ciuile. Instit. de Iur.nat. gent.& ciuil. Sed quoties, inquit, non addimus nomen, cuius sit ciuitatis, nostrũ ius significamus.Sp.

ROMANOS Põtifices à Cæsaribus electos aliquando. Vide Impp.

Vnde Orbis Romanus l 17.ff.de statu hom.l.5.de metallar. in C.Theod. Cassiodor.li.iij. Variar.epist. penult. Augusti siquidem temporibus orbis Romanus agris diuisus censuq; descriptus est. Saluia. Massil.lib.vij. de uero Dei iudicio. Sed ubi apud nos emendatur, aut quæ pars Romani orbis corrigitur? Et aliàs. Sed hæc omnia prætermittantur quæ & in toto fermè aguntur orbe Romano.Bris.

ROMPHEA gladij genus est, de quo Valerius Flacc. Argon.vj.

Aequaq; nec ferro breuior, nec romphea ligno.

Et licet Valer. Flacc. mediam corripiat, Claudianus tamen produxit hoc carmine:

Sic sternat Geticas ultrix romphæa sagittas. Alij frameam seu teli longioris genus interpretantur.

Et propterea Vlpia. Iureconſ. inter arma connumerauit, in l.iij.§.armis.ff.de ui & ui arma.licet apud eum sciolus quidam rombotæ reposuerit. De romphæa mentio habetur etiã in Apocalypsi beati Ioannis, ca.ij. Hæc (inquiẽs) dicit, qui habet romphæã utraq; parte acutã.Cot. Vtitur hac uoce & Liui9 li.31.

RONCALIA. Vide infrà, Runcalia.

RORARII milites, qui & ferẽtarij. Vide Festum.

ROSAM Pompon.in l.21.§.1.ff.de aur.& arg.numerat inter ea unguẽta, quæ ualetudinis caussa sunt parata. Ergo Rosam pro oleo rosaceo posuit: uti Celsus lib.8.cap.4. Quòd si membrana per inflammationem intumuerit, infundenda erit rosa tepida.Hot.

ROSTRA, autore Liuio, dictum est templũ, seu forum ante curiam Hostiliam, in quo erat pulpitum ornatum ex rostris nauium Antiatium, insigni quadam uictoria ereptarum, die Schnäbel/oder spitz der schiff. ut aliud nihil sit, pro Rostris, quàm in loco Rostrorum, seu ante curiam Hostiliam, quæ senatorum erat, vor dem Rhathauß. ex quo loco concionari solebant, ut apud Pomponium in l.ij.§. exactis deinde regibus, ubi ait: Placuit publica autoritate decem constitui uiros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulas eboreas perscriptas pro Rostris cõposuerunt, ut possint apertius percipi. Vide suprà, Pro Rostris.Spieg.

ROSTRA autem nauium, ut existimat Baysius de re nauali Latinis sunt, quæ Græcis dicũtur Acrostolia. Sunt autem Acrostolia extremę nauis partes, quę facilè euellebantur cũ collibitum fuerat, ut Baysius idem ex Diodoro alijsq; autorib. tradit.

ROTA, à rotũditate, uel a ruendo dicta. Paul. in l. qui fundũ uendebat. §. fin. de Contrah. empt. Rota quoq;, ait, per quã aqua traheretur, nihilominus ædificij est quàm situla. Spieg.

ROTARIUM supplicium etiã ueteribus cognitum fuisse, ostendit Adrianus Iunius animaduersionum lib. 3. cap. 12. ex Ammiano Marcellino, & Iulio Firmico. Suidas quoq; Rotã exponit pro fidiculis, eculeòue quo sontes extensi in quęstione habebantur, &c. Diuersum tamẽ rotæ supplicium hodierno die usitatum ab eo, quod Gręci τροχὸν appellant, post Iunium admonet & Brodæus lib. 2. Miscell. cap. 20.

ROTAE aquariæ apud Paul. lib. iiij. Sent. tit. vj. sunt, per quas tollitur aqua. de quib. in l. 2. D. comm. præd. & l. 40. §. ult. ff. de contrah. empt. & apud Cato. de re Rust. cap. xj. fit mentio. Lamprid. in Heliogab. Parasitos ad rotam aquariam & cum uertigine sub aquas mittebat, rursusq; in summũ reuoluebat. Tertullian. Rotas aquilegas uocat in lib. de Anima. A Vitruuio etiã inter ea organa quib. aqua hauritur Rota ponitur lib. x. ca. ix. & aliàs sæpe. Isidor. lib. ult. c. x. Dicta, ait, est Rota quasi ruat. Est enim machina, qua ex flumine aqua extrahitur. Lucret. in libro xv. In fluuio uersare rotas atque haustra uidemus. Vbi haustra sunt rotarum cadi ab hauriendo, quæ Græcè ἄντλια uocantur, ut & à Nonio notatur. Riuus uerò ille quo per rotam educta aqua in hortũ effunditur ἄμαρα Gręcis uocatur, ut & in Etym. traditur. Br.

ROTATVS sermo. Turneb. aduer. lib. 3. c. 17. in fin. rotatum sermonem putat esse orationẽ conuersione conclusam atq; comprehensam ambitu: quod genus dicendi à Cicerone uersum ab Aristotele συνεστραμμένον appellatur: quo genere loquendi contorta oratio est, ideoq; breuior, quàm sponte naturæ fusa.

ROTVNDAE clausulæ, apud Quintil. lib. 8. intelligendæ, intra quas sententiæ clauduntur, cum se quentibus non hęrentibus. autor Lud. cui & Rotundè, est eleganter, & compositè, siue explicatè. Sp.

R V

RVBEVS, & rufus, generalia nomina sunt, ad omnia, q̃ quomodolibet rubent. Vide Gell. lib. 2. Hermol. in annot. ad Plin. negat Rubeum esse Latinam uocem: cum tamen Thylesio Cosentino teste, apud autores non malos, ex uuis nigris fieri uinum forte, ex rubeis autẽ suaue legatur. Insulanus existimat ea uina, q̃ medio ferè colore sunt inter alba & rubea, qualia in ægrotũ diæta medici reliquis uinis ante ponunt, & q̃ à colore ignis nõ admodum dissentiũt, rubella dicenda: citatq; Horat. in Serm. & Martial. Sp.

RVBRVM colorem cum Rufo Alc. lib. 2. Parerg. confundit, deceptus ut Brodæus Miscella. lib. 1. c. 8. existimat Vernaculo idiomate: siquidẽ Itali tam rubrum quam rufum, rossum uocant promiscuè: At ille ad hunc modum eos colores distinguẽdos existimat, ut rubrum natura sanguinem esse dicat: rufum uerò Saxonem aut Britannũ: rufos capillos: ruffam barbam Germanos quosdam habere non rubram.

RVBOR, pro pudore, qui plerunq; mali est. Seneca tamen ruborem quoq; grauissimis uiris offundi, autor est, pen. Epist. lib. 1. Papin in l. 3. §. fi. de usur. Quòd si fortè ideo reliquit, ut his uasis uteretur, nõ sine rubore desiderabuntur. Sp.

RVBRICA, terram rubri coloris, Latinis significat. Eoq; sensu uerbum hoc apud Vitruu. lib. 7. ca. 7. & Cato. de re rust. c. 34. Tertull. in lib. de habitu muliebri, & Nonium, in uerbo Examussim, usurpatum inuenies. Huiusmodi uero terra & minio cùm tituli ac capita librorum notari solerent, eò factum est, ut Rubricæ pro titulis capiantur. l. 2. §. recuperandę. ff. de interdict. Ouid. in lib. de Tristib.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Iuuenal. Satyr. xiiij.

Perlege rubras Maiorum leges. Pers. Sat. v.

Excepto si quid Masuri rubrica uetauit.

Quintil. lib. 12. c. 3. Quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt, & formularij, uel, ut Cicero ait, leguleij quidam esse maluerunt. Terentian. Instar tituli fulgidula notabo minio. Seruius in x. Eclog. Virg. Bucolic. faciem quoq; Iouis. ait, de rubrica illinunt instar coloris ætherei. Adde Adr. Turn. adu. li. 4. c. 5.

RVCTARE, Horat. Ducentos sæpè dies uersus ructabat, stans pede in uno. In Catulli emaculationibus exemplaribus legitur hic uersiculus,

In pede stans fixo, carmina ructat hians.

Eructare quoque pro eo quod est efferre & egerere de inanimis leges. Io. Bapt. in comment. Epist. Sido. Apollina. lib. 12.

RVDE ædificium, in l. 1. sub fi. ff. de impens. in rebus dot. fac. iuxta uulgata exemplaria Alberic. indicat. Verùm Haloander legit, ædificium ruens, sanè clariore sensu. Spieg.

RVDERATVS ager, qui ueterum ædificiorũ materia scatet.

RVDER, ruderis, uide Rudus, ruderis.

RVDETVM locũ rudere completũ Cato uocat. Ruderarium cribrum Vilius & furforariũ Apuleius dixit. Qui ruderarium cribrum facit & rudiora linteamina, rudarius ille uocitatur. Io. Bap. in cõment. Epist. Apollin. ad Aumastum lib. 5.

RVDES illi dicuntur per translationem, qui adhuc animum nõ expediuere disciplinis & doctrina, rerumq; usu. Neratius eleganter proprieq; usus est hoc uocabulo bis in Tract. de usufr. Et quemadmodum ait Scholiastes, suo more nouos pro impolitis intellexit. Notum, quòd quoscunq; à munere quouis in ocium restitutos, uel ob ætatem, uel ob imbecillitatem, rudem accepisse, ueteres dixerunt. Sp.

RVDIS animus Iustiniano in §. his igitur. Instit. de iustit. & iur. dicitur nondum firmus, nec ulla doctrina imbutus: sicut & l. 2. §. sed cum perspeximus. C. de uetere iure enucl. Aldobr. §. his igitur. Similiter & Cicero de Natur. deor. rudem uocat nondum cultum sed ignarum.

RVDIS massa, impolita. §. si q̃s ex aliena. Inst. de rer. diuis.

RVDIS seruus sub tit. de æd. edict. est, non qui diu non seruiuit, sed qui semper est habitus à uenaliciario, ut nulli ministerio præponeretur. Hugo Donel. de ædil. edicto.

RVDITAS, pro imperitia. Budæus Rudem pro Rustico apud Iuuenalem obseruauit.

RVDVS, qđ & raudus, propriè rem asperã & imperfectam significat. Dicitur autẽ nouũ & uetus rudus, sed diuerso significatu. Nouũ rudꝰ, materia pauimẽti est: uti saxa de nouo cõtusa, seu testæ confractæ, cũ calce, ad pauimentũ faciendũ. Vide Vitruuiũ lib. 7. Vetus rudus est materia pauimentorũ, q̃ lapidibus & testis confractis, calceq; arenæ cõmista constat. Vlp. in l. 3. de seruit. præd. rust. Ius esse ei, inquit, terram, rudus, saxa in fundum tuum iacere, &c. Sp.

RVDVSCVLVM nõ modò pro ęre infecto uulgus usurpat, sed etiam pro signato: ut quum dicitur in

RVSTICITAS, pro simplicitate, seu imperitia leg.j.de Interr.act.qualis esse solet in rusticis. Vnde Paulus grauissimus iurisconsultus, parcendum censuit rusticitati hominis l.ij. de In ius uoc. Rectè monuit Hegendorfinus, friuolũ esse, quod Paulus Castrensis & Alexander, enarrantes hanc legem argumentantur, Rusticitati quidem parcendum, sed non rusticis. Quis autem dicatur rusticus, docet Bart.in l.conficiuntur.ff.de Iur.codicill.

RVSTICI, ex re ipsa petita significatione, teste D.Oldend.nuncupâtur generaliter omnes, qui sine nobilitatis iure agriculturam exercent, siue sint sui iuris, siue alieni. Idem excutit, cur rusticum nomen ad iniuriam sæpe proferatur, ut apud Poetam, Rusticus es Corydon. Quamuis per hoc nihil detrahitur dignitati agriculturæ, quá nobilissimi Romani exercuerunt, & nostri quoq; nobiles exercent per alios. de quo latius uide, Rustici & Domini. Sublata per bonos principes immani illa seruitute iuris gẽtium, introducta prætextu captiuitatis & quarundã aliarum rationũ. sicut rustici non debent hanc tam moderatam seruitutem dominis suis detrectare, & recordari, quanto sint fœliciores miseris illis seruis prisci seculi: quare & Apostolus seruum restituit domino per epistolam: Ita uicissim domini non grauabũt eos præter morem & ius scriptum: quoniam & ipsi cogitabunt se homines esse tandem morituros, quo tempore apud summum iudicem, potestatis suę sint reddituri rationem. Vide Oldend. in fin. Actio.ix. Class.iij. Spieg.

RVTABVLVM, instrumẽtum ad promendum ignem panis coquendi gratia.

RVTA cæsa sine copula à ueteribus pronunciabantur, sicut & alia multa l.5.§.idem Iulian. ff.ad exhib.l.66.§.quintus. ff.de contrah. empt.l.38.§.ult. ff. de actio.empt. Cicero in Partitio. Cùm ex testamentis quæritur, quid sit penus, aut cùm ex lege prædij quæritur, quæ sint ruta cæsa. Sic autem Festo interprete appellantur, quæ uẽditor possessionis usus sui causa conciderat, ruendaq́; contraxerat quasi eruta. ut Nonius Marc. illo Virgilij uersu confirmat, ex lib.j.Georg.

Cumulosq́; ruit malè pinguis harenæ.

Planè Ruta Cæsa Q.Mucius Scæuola definiebat quę neq; ædiũ neq; fundi sunt, in rutisq́; cæsis ea demũ statuebat, quę terra nõ tenerẽtur, quæq́; opere structili tectorioue non cõtinerentur l.66.in fi. ff.de cõtrah.emptio l.241. ff. de uerborum significatio. Vlp. Ruta esse ait, quæ eruta sunt, ut creta, harena, & similia. Cæsa ut carbones & his similia l.17.§.si ruta. ff.de actione empt. Granaria itẽ, quę ex tabulis fieri solẽt, quorũ stipites suprà terrã sunt. Item tegulæ nondũ ædificijs impositæ rutis & cæsis cedunt l.18. ff. de actio.emp. Solebãt uerò in uenditionib. hæc excipi: quod præter superiora loca, etiã ea quæ subieci, cõprobant. Cic.Topic.feciq́; qđ sæpe liberales uẽditores facere solẽt, ut cùm ædes fundumúe uẽdiderint, rutis cęsis cõceptis, cõcedant tamẽ aliquid emptori qđ ornandi causa aptè & loco positũ uideatur. Idẽ lib.ij.de Orat. Sed diceres te cum ędes paternas uẽderes me in rutis q.dẽ & cæsis solũ paternũ recepisse. Bris. Adde & Connanum lib.7.cap.7.nu.7.

RVTRVM, quo quid eruitur: ab eruendo. Nam sicut aratum, aratrum: sic rutũ, rutrum, facit. Sp. Est autẽ Rutrum idẽ quod Hostorium uocamus, id est lignũ æquatorũ ac teres bacillus, quo in dimetiẽdo tritico modij ęquãtur: Crinitus de honesta disciplina lib.23.ca.13. adde Turnebũ aduersariorũ lib.8.ca.6.

S

SF. S. Sine fraude sua, ut in lege Iulia de adulterijs, Retinere adulterũ horas uiginti sine fraude sua iure liceat, ut ait Vlp.in l.capias.ff.de adult. Valerius Probus inter notas refert. Hot.

SABBATARII, qui sabbatũ obseruãt: qđ faciũt etiã nũc Iudęi. Paucis abhinc annis audiuimus, apud Bohæmos exortũ nouũ sabbatariorum genus: qui tanta superstitione seruant sabbatũ, ut si quid eo die inciderit in oculum, nolint eximere: quasi non sufficiat eis, prò sabbato dies Dominicus, qui Apostolis etiã erat sacer: aut quasi Christus non satis expresserit, quantum tribuendum sit sabbato. Ex Roterod. Spieg. Inter ea quę pessimè olere solent ieiunia sabbatariorum hoc est Iudæorum die septimo ab omni opere feriantiũ enumerat li.4. Marcialis. Vide Brodæum lib.6.cap.29.

SABBATVM, Σάββατον Hebræis quietem significat. Grego. Nazianzenus *ἐπεὶ τὴν καινὴν κυριακὴν ὁ σωτὴρ κτίσεως τὴν ἀρχὴν ἀπὸ κυριακῆς λαμβάνει δῆλον δ᾽ ἀπὸ γὰρ ταύτης ἑβδόμας τὸ σάββατον γίνεται καταπαύσεως οὖσα τῶν ἔργων.* Sabbatum ab hebdomade sedis Dei dictum ait Tertullianus lib. aduersus Valentinianos. Sabbatum diem commemorant Impp.l.12.C.de Iudæis. Prat.

SABBATVM Iudæis significabat totũ tempus septem dierum: quod & Hebdomas dicitur. Vnde Hebræi Septimanã numerabant, ueluti primum diẽ sabbati, secundum, tertium diem Sabbati: sicut Gentes ab elementis idolisq́;, diem Lunæ, diem Martis, Mercurij, & cæteros dicebãt. Hos dies sanctificationibus destinatos, Ferias in Iure dicunt: quo & cautũ est, ne sabbato Iudæi conueniantur l.die sabbato. C. de Iudæis. nec ipsi Christianos, cum ob æqualitatẽ in iudicijs seruandam, tum quòd ipsi item nõ seruarent ferias suas, conuenire possunt. Absurdum sanè, quod pleriq; doct. tradunt, Iudæos nõ posse renunciare huic fauori seu publico. Nam ille in Iudæis locum nõ habet, qui serui sunt: & quicquid eis permittitur, à sola humanitate ꝓficiscitur: unde nihil ꝑ hoc uel iuris, uel fauoris publici acqrũt. ꝑ bonũ, ut Zas. ait. Text.in l.Iudæos l.fin.§.illud. C.de Iudæis. Vide ipsum in l.nulla iuris ratio. ff. de leg. Obseruãdũ aũt, quod hactenus parũ uulgò cognitũ, Iudæis esse tria sabbatorũ genera. Primum est uulgariũ sabbatorũ, q̃ septimo quoq; die recurrunt. Secundũ est magnorũ Festorũ, ut prima dies Septẽbris, Festũ ꝓpitiatiõis, primus dies festi tabernaculorũ, prima dies festi azymorũ. Tertiũ genus est sabbatũ, qđ ea festa q̃ pluribus dieb. aguntur, cõcludit. Cuiusmodi est septima dies azymorũ, & octaua dies festi tabernaculorũ. Et hoc genus, Sabbata rectè dicũtur *δευτερόπρωτα*, id est secũdoprima. quasi dicas, prima secũdariò repetita. Porrò eiusmodi *δευτερόπρωτα* in nullo festo, ꝑterquã azymorũ & tabernaculorũ, obseruantur. Vnde apparet spicas, quas Lucas ait sabbato secundoprimo fuisse euulsas, septimo die azymorũ fuisse decerptas: idq́; fortassis eo in itinere, quo Christus à festo Paschatis, cuius Ioãnes meminit, ex Iudæa in Galilæã redijt. Nã secũdoprimo festi tabernaculorũ sabbato, nulla spica, nullaq́; seges in ullo Iudeæ agro repiri potest. Igitur, qđ nũc clarè intelligimus apud Lucã ca.vj. teste Erasmo qđ sit sabbatũ secũdoprimũ (q locus hactenus plerosq; magnæ famæ uiros torsit) colligitur, Andreę Osiãdro, qđ negari nõ potest, referimus acceptũ. Porrò magno mysterio accipiẽda sũt in Diuinis tabulis scripta hæc uerba, diẽ sabbati sanctifices. Nã cõplectũtur uerbi ꝑdicationẽ, & oẽs cerimõias probatas

natur.lib.l.un.de peric.successs.lib.x. C. Quod patrimonij munus esse ait l.8.de muneib.patrimo.lib.x. Iul. Fir.lib.iiij. Mathes. cap.xv. Faciet quoq; nobili potestate pro climatis genituræ mésura gymnasiarchas, prouinciarum sacerdotes. Versabatur autem sacerdotiorum munus in adparatu, editione & exhibitione ludorum, ut ostendit l.ult. de expens.ludor. in C.The. Inde sacerdotiorũ editiones in l.1. de spectacul. in C.Th.Bris.

SACERDOTUM duo genera erant apud Romanos: Alterum, quod ad placandos Deos constituebatur, ut sacris præesset solennibus: Alterũ quod prædicta uatum, seu responsa, in quibus arcanũ aliquid semper putabãt latere, interpretabatur ijs, quorum scire intererat. Sic autem dij, uel reuera dæmones, stupidis Gentibus multifariam imponebant. Quandoquidem ipse Satanas (inquit Paulus, ij. Corinth.xj.) transfiguratur in Angelum lucis. Old.

SACER locus, qui ritè per Pontifices consecratus est. Gloss.l.j.ff. Ne quid in loco sacro. Inst.de rer. diuis.§ nullius.Sp.

SACRA ala. Cælius lib.9. cap.23. annotat, Thebis fuisse ἱερὰν λόχον id est, sacram cohorté, quam Gorgidas instituerit prim9 ex electissimis uiris, hoc est, amatoribus amatisq;, ut uoluére nonnulli, quando hic est ad robur nexus potens.

SACRA Ancora dicitur, cuius eijciẽdæ cura, soli magistro, imminente tempestate, utpote in re nautica magis uersato, attribuitur. Vertitur enim in clauo & ancora totius nauis salus, & sine his, uix est ut periculum euadere quis posit. Et hæc de sacra ancora potisimum intelligi debent. Duplicem enim ancoram ut plurimum benè institutæ naues habẽt, quarum maximã ac ualidisimam ancoram sacram uocant, eamq; tum demum mittunt, cum extremo laborant discrimine. Hinc Lucianus in Drapetis inquit, uisum est igitur re perpensa extremã ancoram, quam nautę sacram nominant, dimittere. Vide Eras. in adag. Sacram ancoram soluere. Altero uerò, etiã sereno cœlo, & ubi ob recessum maris fluctuumq; dimisso uelo quiescendum est, utuntur, Peckius l.1. ad edictum.§.Magistrum nauis.num.2.tit.de exercitória actione.

SACRA à sanctis & religiosis separantur l.1.ff.de rer.diuisio l.24.§.1.ff.de rei uindic.l 14.in fi.ff.de seruitutib.l.81.§. sacram. ff de uerb.obligatio l.17. ff. de uerbo.significa. Nam ut Fest.lib.xvj. scribit, sacrum est, quod Deo consecratum est: Sanctum, ut murus, qui circa oppidum est. Religiosum, ut sepulchrum, ubi corpus humatum est. Nostri sacras res esse aiũt, quæ publicè sunt cõsecratæ, id est, à principe, uel ab eo, cui princeps dedicandum dedit potestatẽ. Quod uerò sibi sacrum quis constituerit, id sacrum nõ est, sed profanum l.6.§. sacræ res l.9. ff. de rer. diuisio l. ult. ff. ut in posses. legato. Inde sacrariũ locus in quo sacra reponuntur, ut & Isidor. lib.xv. cap.v. scribit, quod uel in priuato ædificio esse potest. Notandum tamen est, aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium. Sacer locus est locus consecratus: Sacrarium est locus in quo sacra reponuntur. Connanus in cóment. suis super ius ciuil.lib.3. cap.1.nu.6. Vnde de sacrario interdictum, Ne quid in loco sacro non competit l.1.6.1. ff. ne quid in loco sacro l.9.§.1. ff. de rerum diuis. Sacrum tamen quandoq; plenius accipitur, ut & sanctum contineat l.2.ff ne quid in loco sac. Sacra certamina sunt, quæ dijs dedicata sunt l.4. ff. de his qui not. infa. qualia erant Iouis Capitolini, Apollinares ludi, Romani ludi, & magnæ deûm matris. Quintilia.lib.iij.cap.vij. An laudes Capitolini Iouis perpetuæ sacri certaminis materia, uel dubiæ sunt, uel in oratorio genere tractãtur. Inde Firmic.lib.iij. Mathes. cap.xij. Sacris quoq; faciet certaminibus præpositos. Idem lib.vj.cap.xxxj. Athletam faciet ipsa genitura, & qui in sacris certaminib uictor gloriosa & digna reportet præmia coronarum. Sic etiã sacras coronas in l.40.ff.de re iudic. accipio, quæ in sacris certaminibus partæ sunt. Bris.

SACRA certamina sunt honori Deorum sacrata & initiata. In antiqua Græcia fuère tantum quatuor longè antiquissima. Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea, quæ singula grauissimos autores suos habuére, ut annotauit Forcat. in suo cupid. Iurispenit. numer.4.cap.20.

SACRAE res sunt, quæ publicè cõsecratæ sunt, non priuatè. si quis ergo priuatim sibi sacrum constituerit, sacrum nõ est, sed profanum. Semel autem æde sacra facta etiã diruto ædificio locus sacer manet l.6.§.2.ff.de diuis.rerum.Hot.

SACRAE res sunt, quæ ritè per Pontifices Deo consecratæ sunt, ueluti ædes sacræ, & Donaria quæ ritè ad ministerium Dei dedicata sunt: ait Imp. §. 6. De rer.diuis. Sic Trebatius, Sacrum est, inquit, quicquid est quod deorum habetur. apud Macrob. Satur.lib.3. cap.3. Et Gallus Aelius apud Festum: Sacrum est, inquit, quodcunq; modo & instituto ciuitatis consecratum sit, siue ędes, siue ara, siue signum, siue locus, siue pecunia, siue quid aliud quod dijs dedicatum & consecratum sit. Hot.

SACRARE, apud Liuium lib.2. ut annotat Budæus in posterioribus annotationibus ad Pand. est deuouere, & detestabile decernere, & ita morti addicere, ut impunè occidi & uiolari posit. Sic sacri homines detestandi & execrabiles dicuntur, quos Græci [illegible] appellant. Erát enim Catharmata, homines qui peste expianda, aliouè quo morbo immolabãtur dijs. Vide Balduinum in comment. super Instit. Iustin. lib 2.titul 1.

SACRA euocare in l 9.§.1.ff.de rer.diuisio. Solebant autem Romani ante omnia in oppugnationibus, Deum cuius in tutela oppidum esset, euocare certis carminib. quæ à Liuio lib.v. & Macrob.lib.iij. Saturn.cap.viij. referũtur. Quod & Plinius li.xxviij. cap.ij. & Seruius ij. Aeneid. notat ad illum uersum, Excessere omnes adytis, arisq; relictis. Bris.

SACRA euocare stulti olim tum dicebant, cùm certis uerborum formulis ac solennitatibus, ex loco sacro facerent prophanum: sicut contrà, ex profano per consecrationum cæremonias, effici putabant sacrum: quasi uero usus ipse non posset aliquid consecrare. Ibid §.j. Hoc tempore & consecrationes frequentantur, & euocationes sacrorũ, quas degradationes appellant sacerdotum: rectius nuncupantur desecrationes, uel execrationes, Entweihung. Oldendorp.

SACRA loca ea sunt quæ publicè dedicata sunt, siue in agro, siue in ciuitate. Publicè uerò dedicari debent, quia priuati alicuius causa nihil potest esse sacrum: sed si quis ædiculam domi suæ sibi ædificatam procurat sacrari, iã desinit eius esse usu & proprietate, incipietq; esse publica usu, proprietate autem nullius. Vlp.l.9. ff.de diuis.rer.

SACRA loca ea sunt, quæ publicè sunt dedicata, siue in ciuitate sint, siue in agro lego nona. Digest.de rer.diuis. Hot.

SACRA mens, hoc est bene instituta, ualens ratione,

tione, solido iudicio rectè & sanè statuens de rebus. Hæc sola propemodum meretur dici homo, ut eleganter dixit Hispanorum doctiss. Viues Sp.

SACRAMENTALES. Olim illorum usus fuit in iudicijs feudalib. Hi cum litigāte iurabant, se credere uerum esse quod litigans iurauerit: adhibebanturq; uiri numero xij. Quod moribus nostris receptum non est, atq; ab aula etiam recessit. Zas. tit. de Iud. Feud. processu.

SACRAMENTO dicere, sermo est antiquorū, prout annotat Budæus in annotationibus reliquis ad Pandectas, existimās dicere in Liuio li. 4. & alijs similibus pro destinare & dicare accipi. Vide ibid.

SACRAMENTO rogati, id est iureiurando adacti, & iurati. Sp.

SACRAMENTVM ueteres appellabant iusiurandū, aut religiosam obligationē: opinor, ait Eras. quòd hoc arcanis quibusdā ceremonijs pageretur.

SACRAMENTVM qd olim esset, Varro li. iiij. de lingua Lat. his uerbis explicat. Ea pecunia, quæ in iudicium uenit in ritibus, sacramentum à sacro dicitur. Qui petebat, & qui inficiabatur, de alijs rebus utriq; quingentos ęris apud pontificē deponebant, de alijs rebus item certo alio numero assum: qui iudicio uicerat, suum sacramentum à sacro auferebat, uicti ad ærarium redibat. Sed huius uerbi apud Festum explicatio transpositione paginarū ualde deprauata & mutila est. Nam quę in uerbo Sacramentū plenæ definitioni desunt, ea ex uerbo, Sestertius, quemadmodum me singularis doctrinæ uir idemq; longè humanissimus, D. Montispessulanensis Episcopus docuit, repetenda, & in hunc modum continuanda sunt: Sacramentum æs significat, quod pœnæ nomine penditur, siue in rem agitur, siue cōtenditur. Id in alijs rebus quinquaginta assiū est, in alijs rebus quingentorum, inter eos qui iudicio inter se contenderent. Quod lege Papin. Tribuni plebis sancitum est his uerbis, &c. Quæ uero in uerbo sacramentum leguntur, ea pertinent ad dictionem Septimontio. Inde uerò explicari poterit quod ait Tullius pro Roscio Com. legitimæ partis sponsionem factam. Nam sacramēti quantitas lege definita erat. Ad locos autem uulgares Ciceronis & Valerij, qui de sacramento citari solent, addendus est elegās Ciceronis Epist. ad Volumnium iocus, in qua ita est, Pugna, si me amas, nisi ridiculum παρὰ προσδοκίαν, nisi cætera quæ sunt à me in secūdo de oratore per Antonij personam disputata de ridiculis, ἄστεῖα & arguta apparebunt, ut sacramento contendas mea non esse. Adde & illas ex Valerij Probi libello notas S. N. S. Q. quæ hæc significabāt, Si negat sacramentum quærito. Item has Q. N. T. S. Q. P. id est, Quando negas, te sacramento quinquagenario prouoco. Quæ fuisse solennia sponsionis sacramēti uerba uerisimile est. Bris.

SACRAMENTVM etiam ὅρκον στρατιωτικὸν significat l. 8. C. de legat. l. 3. de immunita. concessa. in C. Theodos. Quo qui liberabantur, sacramēto solui dicebantur l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infam. l. 14. ff. De his quæ ut indig. l. ult. ff. de re milit. Bris.

SACRAMENTVM hodie in sacris literis dicitur, à uerbo Sacro, quod significat Deo offero, dedico, consecro. Fortè ideò ueteres Theologi hanc uocem usurparūt, quia per sacramenta nos Christo offerimus ac sacramus, penitusq; addicimus. Nec illa quoque ratio nominis inepta uidetur, quod Latini olim, teste Festo, dixerunt sacramentum, quidquid iurisiurādi interposita sacratione geritur. Nā in nostris sacramentis duplex iuramentum est. Alterum ex parte Dei, iuramēto sese nobis in filio, & propter filium obligantis, quod non uelit mortem peccatoris, sed sit nobis propitius futurus propter filiū suū. Ezechielis 18. Hebræorum 6. & 7. Alterum uerò iuramentum est ex parte nostri, qui certò pollicemur, nos solum hunc Deum culturos, eaq; ratione quam ille nobis præscribit, ab eoq; salutem temporariam ac æternam per & propter filium suum exspectaturos & petituros, ac deniq; Satanæ & mundo inimicitias denunciaturos. Tertia itidē apta cōueniensq; ratio Etymologię illa esse posset, quod sicut olim milites se iuramento astringebāt suo duci, quod illi Sacramentum uocauerūt: ita nos quoq; in Baptismo, & altera sacra cæremonia, nos Christo duci nostro planè ad Spiritualem militiā, contra Satanam, mundum, & omnem impietatē addicimus & obligamus. Quæ ratio appellationis tanto fit uerisimilior, quod & hoc uitæ genus passim in Sacris literis militiæ nomine insignitur: ubi nobis etiam uaria spiritualia arma procuduntur ac induuntur, & aliæ quoq; quædam uoces, nostræ professionis à re militari desumptæ sunt: ut est Symbolum, & aliæ.

SACRAMENTVM militare, quod milites iurare solent. de quo apud Vegetium lib. ij. de Re milit. meminit l. fin. C. de Veteran. lib. xij. Huic adde Connanum lib. 9. cap. 5. nu. 8.

SACRA patris pro patria potestate l. fi. C. de inoffic. testa.

SACRA priuata gētis cuiusq; fuisse quæ dijs penatib. paterfamiliâs faceret, cōstat ex Ciceronis lib. de legib. 2. Emancipati autem liberi arbitratu suo sacra sibi constituebant. Hinc filijfamiliâs in sacris paternis esse dicuntur l. 2. C. de bon. quæ lib. in sacris manere l. filiæ, 12. C. de collation. l. pen. C. de adopt. in sacris parentum constituti l. ult. C. de inoff. testa. l. ult. C. ad Tertull. l. ult. C. de cur. fur. in sacris positi l. in cōiunctione, 20. C. de nupt. in sacris retineri l. 3. C. de bon. mater. Hinc adoptati qui in alterius gentem transibant, in eius gentis sacra transire dicebantur: ut apud Val. Max. lib. 7. ca. 7. Et qui per emancipationem de familia demigrabant, à sacris paternis dimitti, & absolui l. quidam, 31. C. de fideic. l. 1. C. de annal. except. l. de emācipatis, 13. C. de legit. hęr. Hot.

SACRARIVM, locus in quo sacra reponuntur l. 1. ff. ne quid in lo. sac. Sacrarium quoq; adpellatur illa pars, in qua sunt clerici ad celebrandam propter sacramenta, quę ibi cōficiuntur, & quia in altari maiori, cùm soleat esse sacrarium includuntur reliquiæ extra, de consec. eccles. uel alta. Old.

SACRARIVM principis in l. ult. §. legati. ff. de munerib. & hono. l. 8. de legat. & decret. legatio. in C. Theodos. Bris.

SACRARVM cognitionū iudex & Sacrarium principis l. fi. legati. ff. de mu. & hon. l. 8. C. The. de lega. & decr. leg.

SACRAS etiam Impp. res ad se pertinentes uocant. Sic sacras domos, sacras largitiones, sacra scrinia, sacrum stabulum, sacram monetam, sacrum comitatum in cōstitutionibus accipimus. Sic & principales constitutiones sacræ dicuntur l. 5. §. si tutor. ff. de adm. tuto. l. 5. ff. de manumissionibus l. 27. ff. de re iudicata l. 43. ff. de actio. emp. l. 18. in princ. & §. 1. ff. de iure fis. l. 1. §. item. ff. quæ sentent. sine appella. resc. l. 4. & l. 6. ff. de appella. recip.

SACRATISSIMAE leges in l. leges. C. de legi. siue sacratæ, quibus sanctū est ut qui quid aduersus eas fecerit, sacer alicui deorum sit. Sunt qui eas sacra-

sacratas dicunt, quas plebes iurata in monte sacro sciuerit. De Sacramēto Varro lib.4. Ling.Lat.Prat.

SACRATA lex apud Liuiū lib.2. dicitur, quòd in sacro monte lata sit. Vtrum autē una tantum lex, an plures in sacro monte latæ sint, non satis constat. Liuius & Dionysius ubi rē ipsam narrant, unam nominant. Sed Liuius alibi non semel sacratę leges dixit, ut dicto lib.2. sicut & Cicero de prouincijs consularibus, & in oratione pro C.Cornelio, ut annotauit Manutius de legibus Romanorum. Budæus autem in posterioribus annotat. leges sacratas dictas, quibus sanctum iubetur esse alicui Deorū, quidquid aduersus eas fecerit, sicut familia pecuniaq;. Sacrabantur uerò leges, aut consecratione & obtestatione, aut pœnarū sanctione, Cicero pro Cornelio Balbo. Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, ut obtestatione & consecratione legis, aut pœna, cum caput eius qui contra facit, consecratur. De hac eadem materia uide etiam Connanum in comment. Iuris Ciu.lib.1.cap.13.nu.3.

SACRA uia, cur id nominis obtinuerit, indicant Varro & Pompon. situm eius recitat Bar. Marlian. cap.xxvj.lib.iij.Antiq.Rom. In ea, Pomponio teste, l.ij.de Orig.iur.§. fuit autem in primis Scipioni Nasicæ data publica domus in Sacra uia, quo facilius consuli posset. Sp.

SACRIFICIVM uisibile, inuisibile est sacramētum, id est, sacrum signum. c. sacrificium, de consecrat.distinct.2.Io.Belio.Etymol.

SACRIFICIVM lustrale. Varia lustrationum genera fuēre apud Romanos: si uerò exercitus lustrādus esset, in campo Martio exercitus instruebatur, & sue, aut hirco, oue & tauro lustrabatur. Milites ipsi lauro coronati, rem diuinam faciebant, sub diuo, & hunc lustrandi morem Seruium Regem primum instituisse ferunt. Alij hāc exercitus lustrationem ita peragebant, suem, ouem, taurum, qui puri essent, ter circum acies instructas præcedente Pompa ducebant, Martiq; deo immolabant.

SACRILEGI sunt, qui publica sacra compilauerūt l.6.& l.9. ff.ad l.Iul.pecul. Seruius in ix. Ecloga Virgil. Sublegere ait furari est: unde & sacrilegus dicitur, qui sacra legit, id est, furatur. Sacrilegiū autem etiam Impp. appellant suarum constitutionum uiolatarum crimen l.un. C.de crimi.sacril.l.6.de appellatio. in C.Theodos. Sacrilegijq; crimē irrogant his, qui præcepta sua neglexerint, uel scita uiolarint l.1.C.ut digni.ordo seruet.lib. xij.l.13.C.de erogatio. milit.anno li.xij.& apud Cassiodor.in libris Variar. aliquotiens. De hoc uide Connanum in suis comment.superius ciuile lib.3.cap.1.num.2. Bris.

In sacris paternis constituti, manereúe ab Impp. dicuntur, qui in patris potestate sunt l.ult. C. de inoffic.testa.l.ult.C.de cur.fur.l.ult. C.ad S.C.Tertyllia.l.2.C.de suis & legit.l.3.& l 6.C.de bon.mater. Et à sacris paternis absolui remittiúe pro potestate paterna liberari l.1.§.ult. de ann.excep.l.31. C.de fideicom.& l.12. C.de collatio. Hæc autem locutio inde fluxit quòd filiusfa. eorundem cum parētibus, quorum potestate continebantur, sacrorum participes erāt. Inde & qui per adoptionem in ius alienū transierant, in familiam & sacra transire dicebantur. Valer.lib.vij.cap.vij. Et aliquantulum adiuuabat hæredes quod M. Anneius in Suffenatis familiā ac sacra transierat. Habebant enim ueteres propria sua familiaria sacra, ut & Cicero lib.ij. de legibus perspicuè ostendit. Bris.

SACRI COMMISSI ex pontificū legib. apud Romanos arguebatur, qui ob delictum nullo pacto aut tempore expiari posset: Impie autem committere qui purgari posset Crinitus lib.14. de honesta discipl.cap.2.

SACRISTA. Sacrista, hoc est, thesaurarius ad cuius curam spectat custodia uasorum ecclesiæ, uestimentorū, thesauri, quæq; ad luminaria lampadū spectant, siue in cera, siue in oleo. Sic dictus sacrista, quasi sacris reb. præfectus, uel assistēs. Atq; hoc modo accipitur sacrista. ff. in tit. De offi. sacristæ. Et de hac materia disseritur 25.dist.plectis, in fine. Anch.

SACROSANCTAE possessiones, pro intactis, & ab omni iniuria tutis, apud Cic. in Catilinam. Ita sacrosanctæ ecclesiæ in 11.tit.lib.j. Codicis. Quære, Sanctum. Spieg.

SACROSANCTOS Magistratus esse: quòd sine capitali piaculo attingi non poterant, ut Liuius lib.9.testatur. Tum Posthumius intereà: Dedite, inquit, prophanos nos, quæ salua religione potestis, dedetis deinde istos sacrosanctos, cum Magistratu abierint. Hinc sacrosancta potestas Liuio lib.19.pro Tribunitia, & sacrosanctæ Ecclesiæ à Iustiniano dictæ, in quibus est ius Asyli. Vide Budæum in prioribus annotat.ad Pandectas.

SACROSANCTVM dicebatur, quod iureiurando interposito erat institutū, ut si quis uiolasset, morte pœnas pēderet. cui⁹ generis sunt Trib. Pleb. ædilesq;. Inde sacrosancta potestas ꝓ Tribunitia apud Liuiū. Cic. ꝓ Balbo negat q̄cquā sacrosanctū esse, nisi qđ popul⁹ plebsúe sanxisset. Vide Sext. Pōp.

SACROSANCTVM, emphasin habet duplicati uerbi, significās id, qđ sine inexpiabili scelere uiolare nemini prorsus liceret. Vnde ꝓpriè dicebatur institutū iureiurādo, ut q uiolaret, morte pœnas pēderet. Exēplū est apud Pōponiū, in l.fi. ff. de diuisio. rer. Si q̄s, inq̄t, uiolauerit muros, cap. punitur. Old.

SACRVM, substantiuè, dicitur omne quod deorum habetur. Vide Aggenum ad finem Comment. in Iul. Front. & suprà, Sacerdos.

SACRVM pro tēplo. Paulus: Sunt autē, inquit, sacrilegi, qui publica sacra cōpilarint. At qui priuata sacra, uel ædiculas incustoditas tētauerint, amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi merentur. Spieg.

SACRVM cubiculum. Vide, A' cubiculo.

SACRVM cubiculū est duplex, Augusti & Augustæ, Cuia. in prooemio tit. de præpositis sacri cubiculi. C.lib.12.

SACRVM patrimonium uocatur uulgo dominium regis, ut annotauit Drosęus in methodo iuris.

SAEVERA interlocutio, pro aspera increpatione, apud Paul. in l.iij. de Off.præf.uigil.

SAEVERISSIMAM dicere sententiam, Vlp. in l.j.§.nunquid ergo.de Postul. Spieg.

SAEVERITATIS, hoc est crudelitatis, uel clementiæ gloria, non est affectanda l.respiciendum. ff. de Pœnis. Seueritas, hoc est animaduersio legis, cōgruentem habet pœnam. C.Si seru. aut lib. ad decur. aspirauerit l.j.lib.x. Sp.

SAEVIRE, crudeliter in aliquē agere. §. sed hoc tempore. Instit. de ijs, qui sunt sui, uel al.iu.

SAEVITIA pro inconcessa castigatione. Paul. ad Legē Aqui. Præceptoris enim nimia sæuitia culpæ adsignatur. Quia leuis duntaxat castigatio concessa est docenti, ut tradit Vlpian. Sp.

Σάκωμα est æquipondiū, hoc est quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum.

SAGA in l.12.C.de cursu public. instrata equorū. Interpretes βασιλικόντα τάπητα uerterunt. uide Baifium

sium in libell.de re uestia.& Cuia.l.13.d.tit. de cursu publico.C.lib.12.

SAGARIA dicitur quędā negociatio, uocabulo à sagis inclinato: sicut ab argēto, argētaria. & sagarius, qui saga uendit: ut quādo saga, & alia id genus uestimenta emimus, & distrahimus lucri faciēdi gratia. quod etiā innuit Vlp. in l. cum duobus. §. quidā. ff. pro socio. & ibi glossator noster, qui exponit sagariam, id est salis, uel sale, uel saccorū, uel uilium uestium attritarum. Sagum autem erat chlamis militaris quadra, de qua Iuuenalis,

An saga uendenti nubat caupone relicto.

Marcus Tullius in Antonianis auctor est, saga sumi solere in bello atq; tumultu. & quādo in sagis tota ciuitas erat, cōsulares uiri togati esse solebāt: & ꝓpterea Iureconsult. in l. uestis. §. uestimēta. de aur. & argēt. leg. inter uestimenta uirilia enumerauit saga. dicitur aūt sagaria simpliciter, & significatur huiuscemodi negociatio: sicut nomine linthearię, intelligimus lintheorū negociationē. Itidē absolutè dixerūt argētariā, sequestrariā, & sic de singulis. Proinde cēseo castigāda esse uerba apud Vlp. in l. ꝓcuratores. §. si plures. tit. de tribut. actio. apud quē saccariam & lintrariā, ꝑ sagaria & linthearia, malè repositū inuenies. Sagariā aūt, ꝙ saccariā, legere malim: ea potissimū ductus ratiōe, qa aliquos de literis benemeritos inueni, q hūc locū Vlp. ita citāt. Tamē si nihil placet immutare, saccaria in eodem significatu accipietur, quasi à saccis deriuata, quæ sunt uiliora uestimenta.

SAGARIVS, sagorū uēditor, ein verkauffer der Kleyder/oder Altgwender. iuxta Old. Hinc sagaria negociatio: sicut ab argento argentaria. Vlp. de Tribut. act. l. procuratoris. Duas, inquit, negociationes exercebat puer: sagariam & linteariam. Sp.

SAGENA, quam alij plagam, uel euerriculū appellant, est quoddā retis genus, rarissimis maculis contexta. Quod genus retis in mare demissum, omneis omnis generis pisces colligit. Brechæus in l. Inter publica. ff. de uerb. & rer. sig.

SAGVM, non est uestis tenuis & abrasa, ut ex Hug. Interpres tradit in l. non patimur. C. de Curs. publ. lib. xij. Sagum enim militare ac bellicum gestamē fuisse, cùm ex Nonio, tum ex Suetonij uerbis in Augusto intelligitur: quod tamē inter familiaria adscribitur ab Vlp. in l. ꝓcuratoris. ff. de Tribut. actiō. Vide Bays. cap. xv. de Re uest. Sp. Turnebus aduersariorum lib. 2. cap. 27. refert, Sagum Gallorū gestamen esse. Nam quemadmodū palliatos Græcos, & togatos Romanos intelligimus, cum cōstet pallium Græcorum & togam Romanorum habitum fuisse, sic idem Turnebus sagatos pro Gallis posuit è uestitu gentem significans.

SAGITTA, à sagaci ictu, id est ueloci uocata, ut quibusdam placet. siquidem ut ocyus mors perueniret ad hominem, alitem illam fecimus, pennasq; ferro adiecimus: quod scelere humani ingenij ac fraude inuentum arbitratur Valturius. Connumeratur C inter res quæ export. non debent l. ij. Sp.

SAGITTARIVS. In titulo, De sagittarijs & balistarijs. lib. 5. Decretalium sagittarius non accipitur pro signo illo cœlesti, quod alij centaurum Chironem arbitrantur, alij Erotum, filiū Euphemis, nutricis musarum (de quo fit mētio apud Columellā) sed illic accipitur sagittarius ꝓ eo, qui sagittas emittit, eas præsertim, quę in bello ex maioribus illis tormentis eiaculabātur longiùs, ut in sacris literis, Percussus est à sagittarijs. Quanquam etiam sagittarios artis sagittandi peritos intelligere possumus, quos uulgus archieros appellat. Vide Ballistarius. Anch.

SAGMINA. Martian. in l. sanctum. de Diuis. rer. Sunt, inquit, quędā herbæ, quas Legati Pop. Rom. ferre solebāt, ne quis eos uiolaret: sicut Legati Græcorum ea, quæ uocabātur κηρύκεια ferunt: Latinè Caducei dicūtur. Bud. & Haloand. De sagminibus uide Plinium, uel Budæum in Annot. prior. Sp. Adde & Crinitum de honesta disciplina: li. 7. cap. 3. Maioragium lib. 4. cap. 8. Miscellaneorum.

SAGMINA apertius explicat Festus: aitq; Verbenas esse, id est herbas puras: quia ex loco sancto arcebantur Cōsule Prætoreúe legatis proficiscētib. ad fœdus faciendū hæc herba à Græcis ἱεροβοτάνη dicta est, hoc est, sacra herba, ut Plinius docet lib. 25.

SALAMANDRA in l. 3. §. alio. ff. ad l. Cor. de sicar. Animal id esse lacerti figura stellatum ac uariū Dioscorides lib. ij. & Plinius lib. x. cap. lxvij. scribūt. cui tātus rigor est, ut ignē tactu extinguat: unde & nota est uulgi opinio existimantis igne eā uesci, nec unquam eo absumi, cū præ frigiditate quidē aliquo tēpore in igne illæsa subsistere possit, eo tamē tandē cōsumatur, ut Gal. lib. iij. de tēperamēt. scribit. Cęterùm inter uenena numeratur. Nā haustū eius sequitur inflāmatio linguæ & cū corpore, resolutiōeq; aliqua tremor & sermōis impedimētū, & liuor toti9 corporis, ut Diosc. lib. vj. & Plin. lib. xxix. ca. ij. tradūt. Bris.

SALARIVM annuam erogationem significat, quæ alicui sui tuendi exhibendiq; causa præstatur l. ult. ff. de in rē uer. l. 8. §. si in singulos. ff. de transactio l. ult. in fi. ff. de oblig. & actio l. 19. §. ult. ff. de annu. lega. Salarium uerò Cornut. in Persium uictum unius diei interpretatur. Plin. lib. xxxj. cap. vij. de sale tractans. Honoribus etiam militiaq; interponitur salarijs inde dictis magna apud antiquos auctoritate, sicut apparet ex nomine Salariæ uię, quoniam illa sal ad Sabinos portari cōsueuerat. Salarium etiam annuas mercedes stipendiaq;, quæ ob liberalē artē uel medicinā pręstātur, significat l. 16. § 1. de alimēt. lega. l. 4. ff. de decret. ab ordi. fac. l. 51. §. item Papin. ff. pro soc. l. 7. l. 56. §. salarium. ff. manda. l. 1. & l. 18. C. eo. l. 4. ff. de offi. adses. l. 20. §. ult. ff. loc. Inde salariarius, qui salario fruitur l. 10. §. idē Labeo. ff. manda. Salarium quoq; prædij Iurisconsulti dicunt in l. 40. §. hæres. de lega. j. l. 8. ff. de usufru. & Salarium pro lapidibus cædendis in l. 14. in fi. ff. commu. præd. Bris.

SALARIA interpretamur τὰ ἀλίμιστα ὡς τροφὴν, siue ut plurimū Græci uertere solent σιτηρέσια & ὀψώνια. Sudas ἀλλαγήν σιτηρεσίου pro σαλάριον. An igitur ratio nominis hæc, quod salaria percipientes inde se alant? Quæ salaria in l. 6. C. de profess. & med. lib. 10. annonaria commoda in l. 9. C. eod. Adde Forcat. in penu iuris ciuilis, cap. 19.

SAL quam utile condimentū sit, omnibus in cōperto est, quoniam obsonia à putredine uēdicat, & cibos perfusos ætate donat, nec tātum penui utilis, sed miris quoq; medicinæ experimentis nobilis, ut exierit in prouerbium, nihil sole & sale corporibus humanis esse commodius. Antiqui etiā sacris salem adhibebāt mola salsa litantes, id est farre tosto & sale consperso. Virgil. 11. Æneid.

Iamq; dies infanda aderat mihi sacra parari Et salsæ fruges.

Sed nec Christiana religio salē suis sacris abdicauit, aquam sale inspersam in expiationem criminū concinnans, ut coinquinati purificentur, c. aquam, de consecra. distinct. 3. Adde (si placet) sacras literas salem ipsum pro sapientia passim usurpasse, ut ait Gregorius capitul. sit rector. §. sed cum rector, 43. distincti. quocirca Christus discipulos salem terræ uoca-

uocauit. Matthæi quinto cap. nempe exemplaria sobrietatis, castimonię, & sapientiæ. Paulus apostolus: Sermo, inquit, uester in gratia sit sale cōditus, id est, modestia. Forcat. in penu iuris ciuilis cap. 19.

SALES præterea pro facetè dictis cum lepôre & hilaritate usurpamus: rarò pro alimento, sed Imperator usus est l. si quis. C. de uectigal. Forcat. ibid.

SAL Ammoniacus præstantissimus & pellucidus, teste Dioscoride, qui fossilem marino præfert, in Oromeno Indię monte cæditur, ut lapis, ac renascitur, ex quo regnum maius uectigal consequitur, quàm ex gemmis aurouè. Vt annotauit Forc. in penu iuris ciuilis d. cap. 19.

SALII. Saliorum appellatione subintelliguntur Galli. Fr. Connan. in suis cōment. super ius ciui. lib. 1. cap. 8. nu. 4. in fi.

SALARIO publico non frui apud Papin. l. fin. de Off. adsessor. Spieg.

SALES, pro condimento, apud Paul. de Public. l. Cotē ferro subigendo necessariam, hostibus quoq; uenundari, ut ferrum, & frumentum, & sales, nō sine capitis periculo licet. Communiter autem sales ridicula exponuntur. Quintilianus lib. 6. ca. 3. de quo plura Brodæus Miscell. lib. 6. cap. 12.

SALGAMA appellantur, quęcunq; conditanea ad uictum nostrū ex sale, in uasis adseruātur. Lib. xij. C. tit. est de Salgamo hospit. non præstādo. Ne quis, inquit Imper. Comitū, uel Tribunorū, salgami nomine, culcitrā, lignū, oleum, à suis extorqueat hospitib.

SALGAMVS. Salgami appellatione (annotante Alciato) uenit oleum, butyrum, sal, & huiusmodi esculenta ad condiendum, atq; etiam alia indies necessaria, ueluti ligna. Ausonius, in quodam epigrammate ad Eunum.

Salgama non hoc sunt quod balsama, cedite odores
Nec malè olere mihi, nec bene olere placet.

Lib. XII. Cod. titulus est De salgamo hospitibus nō præstando. ubi, ne quis (inquit imp. Iustinianus) comitum, uel tribunorum, salgami nomine culcitram, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus, sed nec uolētibus hospitibus, in prędictis speciebus aliquid auferunt. Anchora.

SALGANVM herbas conditas esse uerius quidam putant, uelut Brassicam, betam, quibus etiamnum Turcæ utuntur. Prat. Adde Cuia. in l. unica §. d. tit. C. de Salgamo hospit. nō præstan. lib. 12. & Forcat. in penu iuris ciuilis cap. 20 in princip.

SALICTVM, salicetū, locus ubi salices consitæ sunt. Vlp. de Fun. instr. l. quæsitum. Harundineta, inquit, & salicta antè quā cæsa sunt. Nebriss. Idē ad fin. l. si fundi. ff. de Vsufr. Nisi fortè, inqt, salicti eius, uel syluæ palaris, uel arūdineti usus fructꝰ sit legatꝰ. Sp.

SALIENTES, de quibus meminit Vlp. in l. funes. ff. de actio. empt. fistularum sunt capita, atq; etiā ipsæ tribulorum & fistularum scaturigines, quæ & siphunculi dicuntur. de his Cicero ad Qu. fratrem: Piscina, & salientibus additis mira suauitate uillam habiturus es. meminit & Vitruuius in octauo. Cott.

SALIENTES Accursius malè aquas, quū lapsides potius sint siue personę ex quibus àquæ saliunt, Basilicis αἰάβρυτοι, ueteribus Siluani: ut nō malè, qui glossemata interpretati dixerint Siluanum κρήνην. In Festo fortè corruptè legitur, Tullios alij dixerūt esse silanos: & siluanos scribendum. Itemq; Cornelij Celsi lib. 3 cōfert etiam aliquid ad somnum siluanus iuxta cadens. Et Lucretij 6. Corpora siluanos ad aquarum strata iacebāt. Igitur l. 19. §. ult. eod. tit. personas ex aquarum rostris aqua silire solet, id est Siluanos aut Tullios. Cuiac. Obseruat. lib. 11. cap. 2.

SALIENTES, fontes tubulis fistulisúe aquam fundētes: nomine ex eo deducto, quòd aqua ex tubuli capite in labrum fluens, salire uideatur. Vlpian. l. 15. ff. de act. empt. Lines, & labra, salientes, fistulæ quoq; quę salientibus iunguntur. Vlp l. 12. §. 14. ff. de inst. uel inst. Fistulæ autem & canales, & crateres, & si qua sunt alia ad aquas saliētes necessaria, &c. Hot.

SALIGNEVS, a, um, quod est ex materia salicis arboris notæ. Cato de re rustica. Si laps nō erit, perticis saligneis. Ouid. 8. Metamorph. Lecto non indignanda saligno. Vlpian. Arborum furt. cæsar. l. uitem. Sed etsi quis saligneas uirgas instituendi salicti caussa defixerit. Nebriss.

SALINAE, locus ubi fit sal, apud Caiū l. j. quod cuiuſ. uniu. in prin. Plin. autor est, Ancum Martium regem salis modia sex milia in cōgiario populo dedisse, salinasq; primùm instituisse. Earum autē uectigal, explosis regibus sublatum, iterum imposuit censor M. Liuius, ob id ipsum Salinator appellatus. Sp.

SALINAS omnes in Gallia proprias esse principis, & locari publicanis ad certum tempus, affirmat Cuiac. Obseruat. lib. 3. de Salinis & Salinarum uectigali ca. 31. adde Forc. in penu iuris ciuilis ca. 19.

SALINAE quædam publicæ, quædam priuatæ erant l. 17. ff. de uerbo. signif. l. 13. ff. de publican. l. 4. §. salinæ. ff. de censib. l. 5. §. 1. ff. de reb. cor. qui. l. 8. § in ministerium. ff. de pœn.

SALINARVM uectigal in d. l. 17. & l. 1. ff. quod cuiusq; uniuers. l. 59. §. 1. de hæred. instit. Bris.

SALINARVM conductores in l. 11. C. de uectigal. & com. in quas olim etiam ob maleficium pœnæ loco damnari maximè feminas cōsueuisse ostendit. d. l. 8. §. in ministerium. ff. de pœn. & l. 6. ff de captiuis & postlim. Bris.

SALINARIA dicuntur, quæ dantur pro sale. not. glos. in uerbo, Pedagia, c. super quibusdam, ext. de uerb. signif. Io. Bello. Etymol.

SALITOR, qui salis tributū colligit. Interpres Ciceronis epist. ad Atticum li. iiij. exponit salitores præfectos, quos Iurisperiti murilegulos appellant, Germani nostri Salzmeyer uocant. Quidam tamē codices habent, non Salitorib. sed data à litoribus.

SALIX, arbor dicta, quòd ea celeritate crescat, ut salire uideatur. Paul. de Ann. legat. l. Caius Seius. Præstari autem uolo ex prędijs Potianis, ex prædijs Luctatianis annua arundinis millia trecenta, & salices mundi annua librarum singula millia. Sp. Donatus ait Salsamenta dici pisces salsos aut laridum: rectiùs quidem quàm Accurs. qui in l. quidam. ff. de triti. uin. & oleo exponit salsamēta intinctum illum herbulis quibusdam cōcinnatum, quam salsam uulgus uocat, nō sine salis laude. Cum enim constet uarijs ex oleribus, pipere etiam, tamen totum confusum ab inditis modici salis micis nomen salsæ inuenit: quippe à nobilissimo deducens, ut in procem. §. ac ne tertij. Virgilius in Moreto:

Hinc salis insparsit micas.

Sed profectò huiusmodi intinctum Iurisconsult. nō salsam ut imperiti, sed embamma, uocat l. si quis uinum. §. si acetum, ff. de tritico, uino & oleo, ἀπὸ τοῦ ἐμβάπτειν id est intingere: quia cibi eo intingi soleant. Vnde Apitius, Embamma, inquit, in ceruinam facies: piper, nardostachium folium, apij semē, liquamen, uuam passam confundes, hoc embamma intinctum ante dixerat. nihil igitur cum embammate salsamentum commune habet. Forcat. in penu iuris ciuilis cap. 20.

SALSAMENTVM. Vide Gloss. in l. quidã hæredi. ff. de Vin. trit. & ol. leg.

SALSAMENTARII salẽ uendẽtes quos Græci ταριχοπώλας & ταριχοπαίους uocãt. Brodæus Miscell. lib. 6 cap. 8.

SALTEM particula, quam habeat principalem significationem, quæq; uocis istius origo sit, docet Aulus Gellius lib. 12. cap. 14.

SALTVARIVS, qui uel fructuum cõseruandorum gratia, uel finium custodiendorum causa paratus est, autore Vlp. in l. quæsitum. de Instruc. & instr. leg. Iuriscon. de Leg. tert. l. cũ quæritur. pro agri custode accepit. Neq; topiariũ, inquit, ornandi, saltuarium tuendi fundi magis, quàm colendi causa paratum uideri. Item de Fun. instr. l. instrumenta. Si uiridaria, inquit, adsint topiarij: si fundus saltusq; pastionem habet, greges pecorũ, pastores saltuarij. Aliàs saltus, locus ubi pascuntur armenta, feræq; uersantur. Et saltuarius, saltus custos. Nebr. Saltum autẽ, ex C. Aelij sententia, Sex. Pompeius ait esse, ubi syluæ & pastiones sunt. Spieg.

Etiam qui saltibus adscripti sunt, Saltuenses uocantur in l. 1. de fugiti. colon. lib. xj. C. & l. 13. qui milit. nõ poss. li. xij. Saltuenses fundi in l. 13. C. de fund. patrimonial. lib. xj. Bris.

SALTVS est densior sylua, in quo pasci, & æstiuare, & hyemare pecudes solent. Io. Bello. Etymol.

SALTVS appellabant ueteres pascua loca & pastionibus accommodata l. penult. §. 1. ff. si seruit. uindic. l. 8. ff. de instr. uel instr. l. 52. ff. de actio. emp. l. 25. ff. de pigner. actio. Varro lib. iiij. de lingua Lat. Quos agros non colebant propter siluas aut id genus ubi pecus possit pasci, & possidebant, ab usu suo saltus nominarunt. Hæc Græci ἄλση καὶ νομάς, nostri nemora dicunt. Hinc ergo saltus ab alendo dicti, quod pascendis & alendis pecorib. inseruirent, ut dicit Connan. in comment. suis superius ciui. lib. 3. cap. 9. numer. 5. in fi. Aelius uerò Gallus apud Fest. lib. xvij. saltum definit, ubi silua & pastiones sunt quarũ causa cæsæ quoq; ibi sint. Et adijcio, si qua particula in saltu pastorum aut custodum causa aratur, eam rem non perimere nomen saltus, non magis quàm fundi, qui est in agro culto & eius causa habet ædificiũ, si qua particula in eo habet siluam. Virgilius libro secundo Georg.

Saltibus in uacuis pascunt & plena secundum Flumina. ——

Inde saltus pascuus leg. 19. §. 1. Digest. loc. Et Saltus pastionesq; in leg. 8. Digest. de instru. uel instru. Et per greges pastionesque fructus ex saltibus percipi dicitur leg. 32. Dig. de usufru. l. 9. Dig. de instru. uel instru. Bris.

In saltibus etiam uenari dixit Tryphonin. in l. 62. ff. de usufru. Virgil. 1. Georgic.

— Et magnos canibus circumdare saltus.

SALTVS autem alij æstiui, alij hyberni erant leg. 67. Digest. de legat. iij. leg. 3. §. saltus leg. 44. §. ultim. Digest. de adquir. possess. Aestiuos definit Vlpianus quibus interdum etiam hyeme, plerunque autem æstate utimur leg. 1. §. æstiua. Digest. de aqu. cotti. Bris.

SALTVOSVS, locus saltibus plenus.

SALVA dignitate mea, uerba Proculi, quomodo accipienda sint, declarat Alc. in l. nepos Procul. de Verb. sig. Spieg.

SALVA meliori sentẽtia l. Claudius. ff. Qui pot. in pig. hab. Spieg.

SALVA ratione recti sermonis l. Plautius. ff. de Aur. & arg. leg. Spieg.

SALVBRIS finis, qui præbet salutem, ut in Cle. dudum. de sepultur. Io. Bello. Etymol.

SALVATOR. Quum seruator (ut ait Eras.) idẽ significet quod saluator, seruare idem quod saluare: quoniam seruator est apud idoneos autores, saluator non item: docti maluerunt seruatorem, quàm saluatorem. Seruator enim propriè Latinis dicitur, qui in discrimine confert salutem. Sic olim principibus, qui liberassent prouinciam aut patriam ab exitio, erecta statua, aut posita columna, honorabantur apud Græcos titulo σωτῆρος, apud Latinos seruatoris. Inde & seruorum uocabulum, quòd in bello seruati essent, quum iure potuerint occidi. Inuenitur Seruatoris uocabulum apud orthodoxos scriptores, & poetas Christianos uetustos. Sp.

SALVIANVM interdictum. Saluius Iulianus cognomento Seuerus, Mediolanensis, Hadriano in iudicijs assessor, deinde Antonino Pio ac diuis fratribus admodum charus fuit, anno 134. Ab eo igitur Saluio Iuliano profectum est, Saluianum interdictum, de quo tractatur lib. 43. Pandect. & hoc datur ad prosequenda pignora, dictumque est alijs à saluando, quia saluat ius creditorũ & dominorum, ut scribit Zasius Institutione de actione. §. item Seruiana. Anchor.

SALVO iure meo, uerba sunt magnæ efficaciæ: ut colligitur ex leg. si debitor. §. j. Quibus modis pignus uel hypothet. sol. cum alijs per Albericum citatis. Spiegel.

SALVO officio quem absoluere. apud Africanũ in l. pen. C. de Comm.

SALVS, incolumitas, remedium. Paulus de Offic. præfec. uigil. l. iij. Nã salutem Reipub. tueri, nulli magis credidit conuenire, nec alium sufficere ei rei, quàm Cæsarem. Spieg.

SALVS communis leg. ij. Cod. de Exact. tribut. lib. x. Spieg.

SALVS agitur, melius quàm, agitur de salute.

SALVTEM & Apostolicam benedictionem, Cletum Romanorũ Pontificem primum usurpasse uolunt. Vide Speculatorem de Rescript. præsent. Spiegelius.

SALVSTIANI horti fuerunt Romæ, quorum Plinius lib. 7. meminit. In conditorio, inquit, Salustianorum hortorum adseruabant. Aphric. de leg. j. l. Idẽ Iulianus. Si Salustios, inquit, hortos, qui sunt Augusti. Nebriss.

SALVVM fore qui recipit, zuuerwaren. non solùm à furto, sed etiam à damno recipere uidetur, ut ait Caius leg. nauta. ff. Naut. caup. Sp.

SAMARITANVS. Samaria ciuitas regalis in Israel, caputq; & sedes regni domus Israel, à qua tota regio decem tribuum dicta est Samaria. Postea Sebaste dicta est, ab Augusti nomine. Dicitur quoq; Sichar, & Sichem, & Sichema. Ea est Palestinæ inter Iudæam & Galilæam sita (referente A. Calepino) ædificataq; est à Samarite filio Chanaam, unde Samaritani seu Samaritæ, qui Samariam incolunt. Et ipsi homines erant, qui seiuncti à Iudæis, diuersa ab eis sentiebãt, ut indicat Suidas in collectaneis Græcis. Vide & D. Hieronymum ad Algadiam. Cæterùm, legitur quòd, postquam diuisum fuit regnum ipsum Israel, sub Roboã, filio Salomonis, (uide in 3. reg. ca. 12.) superbè ædificata fuit, & nobilissima ædificia fuerũt in ea: nunc autẽ Dei iudicio cõuersa est in hortos olerũ, ut uix, iam aliqua sit ibi habitatio.

SAMIA-

SAMIATA ferramēta in Aureliani Augusti epistola de offic. trib. mil. ueteres pro his acceperunt, q̄ in spiculum mucronata atq; acuminata forēt. Quod & Nonius Marcellus probauit. Samiū enim pro acuto acceptum est, ac Samiare pro acuere. Quoniā in Samo hoc artis genus præcipue claruit Pet. Crin. de honest. discipl. lib. 22. cap. x.

SAMIA in genere dicuntur figlina, à luto eius insulæ fictilibus conuenientissimo. unde apud Ausonium legitur Agathocles rex abacum onerasse Samio luto, fictiles lances intelligi cum uellet. Hadrianus Iunius animaduers. lib. 2. c. x.

SANA mens, hoc est, bene instituta, ualens ratione, solido iudicio, rectè & sanè statuens de reb. Hæc sola propemodum, teste Viue Hispanorum doctissimo, meretur dici homo. Iam habes q̄d est, Sana mente condere testamentum. Spiegelius.

SANATES dicti sunt, qui supra infraq; Romam habitauerunt. quod nomen ijs fuit, quia quum defecissent à Romanis, breui pòst rediere in amicitiam, quasi sanata mente. Itaq; in 12. cautum est, ut idem iuris esset Sanatibus quod fortibus: id est bonis, & qui nunquam defecerant à popul. Roman. Festus. Hot.

SANCIRE propriè est, si Seruio credimus, sanctum aliquid, id est, cōsecratum facere, fuso sanguine hostię. Vsurpatur aūt pro decernere, constituere. Cicero in Legib. Populariter interdum loqui necesse est, & appellare eam legem, quæ scripto sancit q̄d uult, aut iubendo, aut uetando. Spiegel.

SANCTA propriè sunt, quæ neq; sacra, neq; religiosa, neq; profana sunt, sed sanctione quadam confirmata. Quod enim sanctione quadam subnixū est, id sanctum est, etsi non sit Deo consecratum. l. 9. §. propriè. ff. de rer. diuis. A' sanciendo enim sanctum dictum, quasi incorruptum & inuiolatum, ut Aggē. Vrbic. in Commentar. ad Frontin. scribit. Alio modo sanctum definitur esse quod ab hominum iniuria munitum atque defensum est. Dictum est autem à Sagminibus. l. 8. ff. eod. id est, à uerbenis, seu herbis puris quæ ex loco sancto secabantur à Consule uel Pretore legatis proficiscentibus ad fœdus faciendū, bellūmue indicendum. quemadmodum Fest. lib. 17. tradit. & Plin. lib. 22. cap. 2. significant. Ex quo & ipsi legati sancti esse iure gentium dicuntur, quòd eos uiolari nefas sit, quodque ab omni iniuria eos ius gentium uindicet & tutos præstet. l. ultima, ff. de legationibus. Brisson.

SANCTAE crucis imago eleganter ab Honorio & Theodosio pientissimis Imperatorib. fidei nostrę signum dicitur. in l. Iudæis. C. de Iud. Spiegelius.

SANCTAE autem res sunt, ut in ciuitatibus & oppidis muri & portæ l. j. & l. 8. in fin. ff. de rer. diuis. l. 2. ff. ne quid in loco sac. Zonar. tom. 2. ἅγια γὰρ [illegible] τὰ τείχη. Sedenim quod ad portas attinet à Iureconsultis dissentire Plutarch. uidetur, qui ἐν ταῖς [illegible] muros ἱερὰ esse, portas non item, scribit: q̄d per portas cadauera efferantur, alię item res immundæ & minimè puræ per eas transmittantur, inuehantur, euehantur. Verùm diuersa potiùs quàm contraria aut pugnantia dicit. Meritò enim negat portas religionis quicquam habere, aliter atque muros qui aratro circumduci atq; ambiri certis adhibitis sacris in designanda urbe solebāt: cùm eo loci, in quo portæ struendæ erant, sisti aratrum, & sustolli consueuisset: Verum est tamen nec portis nec muris quicquā coniungi, uel apponi licuisse, nec aliquid omnino in eas sine nefario scelere committi potuisse quo uiolari uiderentur. Eaq; propter in sanctis consulti eorum utrunq; rectè numerant. l. 2. & l. ulti. ff. ne quid in loco sac. Gaius lib. 2. Instit. tit. 1. Sanctæ quoq; leges dicuntur, propter sanctiones, quibus leges se ipsas olim muniebant. l. nona, §. propriè. ff. de rerum diuisio. Sacratas uerò eas leges appellatas Festus scribit, quibus cautum erat, ut si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui deorum cum familia pecuniaq; esset. Cicer. pro Corne. Balbo, Sacrosanctum nihil potest esse nisi quod populus plebsue sanxisset. Deinde sanctiones sacrandæ erant aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis, aut pœnæ, cùm caput eius qui contrafecerit consecratur. Atq; hę extremę legum partes, quibus in eos qui aduersus leges committerent, pœna irrogabatur, & sanciebatur, sanctiones uocabantur. l. 41. ff. de pœn. d. l. 9. §. propriè. Quarum exempla sunt apud Cic. lib. x. Epist. ad Attic. & apud Festum lib. 17. in uerbo, Satyra. Briss.

SANCTIMONIALES appellant Impp. uirgines Deo deuotas, dicatas, & consecratas. rubric. de rapt. uirgin.

SANCTIO legum triplex est: summa, media & infima. Summa est, quæ id quod aduersus legē commissum est, ipsa per se ac ui sua, id est, sine magistratus opera rescindit: ueluti Sanctio legis Æliæ Sētię, quæ libertatem eius qui in fraudem creditoris manumissus est, irritā esse iubet. §. 2. qui & quib. ex caus. Media est, quæ non per se, sed magistratus opera q̄d commissum est rescindit: ueluti si res uendita nō ualet dimidium precij, uel precium non ualet dimidiū rei. l. 2. C. de rescind. uend. Item cum ea quæ in fraudem minorum aut creditorum facta sunt, restituuntur. Infima est, cum quod commissum est non rescinditur, sed is qui commisit multatur: uelut in lege Furia testamentaria, quæ plus mille assium legatū, mortisue causa capere uetat, & aduersus eū, qui plus ceperit, quadrupli pœnam constituit.

SANCTIONES uocamus eas legū partes, quibus pœnas constituimus aduersus eos qui contra leges fecerint: ait Imp. §. 8. de rer. diuis. Papinia. l. 41. ff. de pœn. Sanctio legum quæ nouissimè certam pœnam irrogat, ijs qui præceptis legis non obtemperauerint, ad eas species pertinere non uidetur quibus ipsa lège pœna specialiter addita est. Eius sanctionis exemplum pulcherrimū libet ex reliquijs legis Regiæ quam suo loco descripsi, propter summā elegantiam & uetustatem adscribere. Si quis huiusce legis ergò aduersus leges, rogationes, plebisue scita, senatūsue consulta fecit, fecerit, siue quod cum ex lege, rogatione, plebisue scito S.V E. C. facere oportebit, non fecerit, huius legis ergò id ei ne fraudi esto, néue quid ob eam rem populo dare debeto, neue cui de ea re actio, néue iudicatio esto: neue quis de ea re apud [illegible] ci sinito. Cicero ad Attic lib. 3. Epist. 23. Scis enim Clodium sanxisse, ut uix aut omnino non posset nec per Senatum, nec per populum infirmari sua lex. sed uides nunquam esse obseruatas sanctiones earum legum, quæ abrogarentur. nam si id esset, nulla ferè abrogari posset: neq; enim ulla est, q̄ nō ipsa se sepiat difficultate abrogationis. Idem Verrina 6. Quid multa? nisi uehementius homini minatus essem, nisi legum sanctionem pœnamq; recitassem, tabularum mihi potestas facta non esset. Hot.

SANCTORVM nomine olim Christiani accipiebantur, ut ex priscis constat scriptoribus. Vnde sanctissimi dicti episcopi, ut in Constit. princip. Quē titulum ex antiquitate retinuit Pont. Rom. Quin &, quod supergreditur, teste Insulanico, Hutteno, humanam sortem, beatissimi titulo honestatur. De

quo suprà suo loco. Notum, quòd D.Paulus symmy stas suos uocat sanctos. Iudæi uocabant sancta omnia, quorum usus ipsis concessus erat. Et quidem erant sancta, quia erant ordinata uerbo Dei. Econtrà profana & prohibita nominant cōmunia, id est, non sancta, non separata ad usum populi sancti, sed quibus gentes utebantur. Iudæi autem uocabantur populus Dei, & sanctus, id est, separatus à gentibus ad cultum Dei. Spiegelius.

SANCTVARIVM principis libros atq; cōmentarios, in quos agrorum formæ referebātur, aut, quod magis est, locum ipsum & tabularium, in quo huiusmodi libri reponebantur, significat. Sicul. Flacc. in libro de condit. agror. Quòd si quis contradicat, sanctuarium Cæsaris respici solet. omnium enim agrorum & diuisorum, & adsignatorum formas, sed & diuisionem commentarius & principatus in sanctuario habet. Qualescunq; enim formæ fuerint, si ambigatur, de eorum fide ad sanctuariū principis reuertendum erit. Hygen. in lib. de limitib. cōstit. Omnes significationes & formas æris tabulis inscribemus, libros æris & typum totius perticæ linteis descriptū, secundum suas determinationes, descriptis adfinib. tabulario Cæsaris inferemus. Et si qua beneficia, aut concessa, aut adsignata coloniæ fuerunt, siue in proximo, siue inter alias ciuitates, in libro beneficiorū adscribemus. Et quidquid aliud ad instrumentum mensorū pertinebit, non solùm colonia, sed & tabularium Cæsaris manu conditoris subscriptum habere debet. Ita & Sanctuarium Mithridatis pro secreto eius tabulario dixit Plin. lib. 23. c. 8. Briss.

SANCTVM est, ait Trebat. interdū idem quod sacrum, idemq; quod religiosum: interdum aliud, id est, nec sacrum, nec religiosum: nimirū incorruptū & inuiolatum. Hæc Macrob. lib. 3. c. 3. Fest. autem lib. 16. Inter sacrū & sanctum & religiosum differentias Ælius Gallus bellissimè refert. sacrum, ædificiū consecratum Deo. sanctum, murū qui sit circa oppidū. religiosum, sepulcrum ubi mortuus sepultus, aut humatus sit. Sed illa portione quadam & temporib. eadem uideri posse. Siquidem quod sacrum est, id lege aut instituto maiorū sanctum esse putant, quòd uiolari id sine pœna non possit. idem religiosum quoq; esse, quòd iam sit aliquid, quod ibi homini facere nō liceat, & quod si faciat, aduersus deorum uoluntatē uideatur facere. Similiter de muro aut sepulcro debere obseruari, ut eadem & sacra & sancta religiosa fiant. Hæc Festus. Propriè autem sancta dicuntur, quæ ab iniuria hominum defensa atq; munita sunt: inquit Martianus l. 8. ff. de rer. diuisio. Munita autem propter pœnam propositam significat. Nam sancire est sanguine fuso confirmare: ut Seruius Grammaticus testatur. neque Martiano assentior, qui à sagminibus hoc uerbum eo loco deducit. quin Festo potius astipularer, qui sagmina à sanciendo, id est, confirmando deducit. A sanguine autem confictum esse, uel ex cōsuetudine sacrorum solennium, quam Sallustius in Catilinaria commemorat, intelligi potest. Fuere, inquit, qui dicerent, Catilinam cùm ad iusiurandum populares sceleris sui adigeret (sic enim legendum, non Addiceret) humani corporis sanguinem uino permistum in pateris circumtulisse. inde cùm post execrationem omnes degustassent, sicuti in communibus sacris fieri consueuit, aperuisse consilium suum, &c. Sancta ergo prima ea sunt, quæ cæsa uictima, & execratione interposita, confirmata sunt. Et sacrosancta, iudicio meo, illa eadem propriè, quasi quæ sacro facto sancita sunt. Sed Liuius libro iij. quum idem propè sibi uideri significasset, Iurisconsultis tamen aliud placere ostendit: Cùm in uiolatos Tribunos plebis, inquit, religione, tum lege etiam fecerunt, sanciendo, ut qui eis nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset: familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæq; uenum iret. Hac lege iuris interpretes negant quenquam sacrosanctum esse, sed caput eius qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum esse, id sanciri. Hæc Liuius. Eamq; Iurisconsultorum etymologiam Festus libr. xvij. secutus: Sacrosancti, inquit, dicūtur, qui sanciuntur ut sint sacri, si sacrum uiolent. Itaq; sacrosancta duobus modis fiunt: Religione, siue Iureiurando: & Lege. quorum utrunque Liuius eodem loco significat, his uerbis. Et cum religione inuiolatos eos, tum lege etiam fecerunt. Paulo autem pòst religionem iusiurandū interpretatur. Dionysius autem lib. 6. Iurarunt, inquit, per sacra omnia, se posterosq; suos hanc perpetuò legem obseruaturos: addita execratione, ut qui legi parerent, ita deos superos atq; inferos propitios haberent: qui non parerent, infestos. Hunc utrunq; modum exponit Cicero in ea pro Corn. Balbo, eo loco quem corruptum subscribam, pòst emendabo. Quid fuit in ea rogatione, quod sacrosanctum uideretur? Primùm enim sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus plebsue sanxisset. Deinde sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione & cōsecratione legis, aut pœnæ: cum caput eius, qui contrà facit consecratur. Sic igitur locum emendo: Aut genere ipso, ut obtestatione & consecratione Legis: aut pœna, cùm caput eius, &c. Duos enim tantùm hos fuisse modos, locus insequēs, ubi ex enumeratione partium argumentatur, perspicuè ostendit. Quid habes igitur dicere, inquit, de fœdere eiusmodi? Vtrū à capitis consecratione, an obtestatione Legis sacrosanctum esse confirmas? Ex quibus copiosè disputatis perspicuum esse arbitror, hoc inter Sanctum & Sacrosanctum interesse, quòd inter genus & speciem. Sacrosancta enim dicūtur ea, quæ sub capitis pœna sancita sunt, ut inuiolata & incorrupta essent. Quæcunq; uerò pœnam aliquam cōtinent paulo grauiorem, Sancta nominantur. Planum est præterea & sancta & sacrosancta ea plurimum dici, quæ inuiolata sunt. Hinc Cicero in ea pro domo sua, de cuiusq; domo uerba faciens: Hoc, inquit, perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi neminem fas sit. Hinc sacrosanctæ ecclesiæ dicuntur à Iustiniano, quæ asylum præbent. Hinc illud Ciceronis in Catilin. Quid enim expectas? bellum? quid ergo? in uastitate omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? Hinc sacrosancta fœdera semper appellantur, quia gentibus omnibus moris fuit, ut ea sanguine sancirent. Cuius rei exemplū insigne teneri non possum, quin hoc loco ex Corn. Tacit. lib. 12. subscribā. Mos est, inquit, Regibus (de Armenia loquitur) quoties in societatem coeant, implicare dextras, pollicesq; inter se uincire, nodoq; perstringere. Moxq; ubi sanguis in artus extremos se effuderit, leui ictu cruorē eliciunt, atq; inuicem lambunt. Id fœdus arcanū habetur, quasi mutuo cruore sacratum. Hot.

SANCTVM dictum est à sagminib. Sunt autem sagmina, quædam herbæ, quas legati P. R. ferre solebant, ne quis eos uiolaret. ita memoriæ tradit Martianus in l. sanctum. titul. de rerum diuisio. Ego hoc in loco quem alij clausis oculis pertransiuerunt, puto erratum esse maximum, & ita corrigendum ex Liuio, & cæteris: Sanctum dictum est sagminibus, sunt autem sagmina, & reliqua. Liuius etiam in primo

tio libro ab Vrbe condita, Iubésne me Rex, cum Pa trepatrato populi Albani fœdus feriam? Iubente rege: Sagmina (inquit) rex posco. Rex ait, puram tollito. Fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit. Idem ad finem secundi belli Punici: Vt priuos lapides, salices priuasq; uerbenas secum ferrent: uti prętor Roman. his imperaret: ut fœdus ferirent: sibi illi prætorem sagmina poscerent: herbæ id genus ex arce sumptum, dari fœcialibus solet. hæc Liu. Dicta autem sunt sagmina, quasi sanctissima: quia sumebantur ex arce, & sic ex loco sancto, legatis proficiscentibus ad fœdus sanciendum. unde & à sanciendo appellata aliqui tradiderunt. Erat autem gramen cum sua terra euulsum, quod alio nomine uerbena appellatur, ut etiam tradit Liuius in locis præallegatis. & Plin. in 22. lib. Quoniam (inquit) non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere, & sacris legationibus quàm uerbenæ: certè utroq; nomine significatur. Et ideo eos uerbenarios Varro appellauit, à Verbenis: hoc est, à sagminibus, quæ gestabant. Cott.

SANCTVM est, quod ab iniuria hominũ defensum atq; munitum est. l. sanctum. ff. de re. diuis. Bud. ait: Sanctum dicitur, quod nec sacrum, nec religiosum est. Vnde & sanctæ leges, quæ pœnæ sanctione corrumpi uetantur. Et ęrarium sanctius ab antiquis dicebatur, quod prorsus intactum erat: ex quo nihil promi licebat, ob annuas necessitates. Sanctum est item plerunq;, quod incorruptũ. Et à sanciendo sanctum dicitur: religiosum, à religando mentes, ne male agant homines: uel à relinquẽdo, quod à mortuis relinquatur. Sacrum autem propriè Dei est. Profanum, quod dum sanctum fuisset, postea in usu hominum factum est, hoc est, extra fanum & sanctuariũ. Hæc ex Agenio Vrbico retulit Alciatus in c. 4. lib. 2. Parerg. indicans ibidem, Christianorum sacra loca, ecclesias uel basilicas dici: paganorum uerò, uel gentilium, templa, fana, delubra. Spiegelius.

SANDAPILARII. Pollinctores & Libitinarij dicebantur, penes quos funerandi cura uersabatur. Hi à Græcis νεκροφόροι καὶ νεκροθάπται, teste Vlpiano dicuntur, quasi defunctiferi, qui Sãdapilarij, & Vespillones dicuntur, nõ multum dissimiles his uulturijs codonophoris, id est, tintinabula gestantibus, quos Anteambulones atratos Latinè appellare possum⁹, & ferales præcones, auctore magno Budæo, à Græcis etiam ταφεῖς, &c. Brechæus in l. cum in testamento. ff. de uerb. & rer. sig. quem hac de re uide plenius. Sandapilæ sunt pharetræ & defunctorum capuli. Iuuenal. Epigramm. & cæteri. Ioan. Bapt. in comment. Epist. Sidon. lib. 11.

SANDALARIVM ea fori pars siue locus esse dicitur, ubi uendi solebãt sandalia & calciamẽta, ubi & librarias tabernas fuisse ex Gell. lib. 18. c. 4. & ex Macrobio quẽ idẽ Gellius, d. loco allegat, cõijcere licet.

SANGVINE cõtingere. l. uel si sanguine. de manum. uindicta. Spiegelius.

SANGVINOLENTI appellabantur infantes expositi, quòd recens nati efferrentur. sub Rubr. C. de infantib. expos. & de ijs qui sanguinolentos nutr. accep. & in l. ult. C. de patrib. qui fil. dist.

SANGVIS filij, sanguis patris est. Autor est Maximus Iuriscons. uel potius Caius, annotãte Haloandro in l. 4. ff. de inoff. test. Spiegelius.

SANGVIS in Iure longè aliud est quàm consanguinitas. Sanguis cognatio est naturalis l. 2. ff. und. cogn. l. uel si sanguine. ff. de manu. uind. l. qui in adoptionem. ff. de adopt. l. si adulterium. §. j. ff. ad l. Iul. de adult. l. dotem. §. ult. ff. de cast. pec. l. 8. ff. de reg. iur. l. 49. C. Th. de his qui super rel. cont. Consanguinitas uerò species est agnationis, id est, fraternitas, §. uulgo, Instit. de success. cog. Neq; uerò soli auctores nostri, sed etiam alij cùm Græci tum Latini hanc uerbi proprietatem obseruant. Sophocles in Aiace, τὸν μανέντος ξύναιμον, id est, Aiacis furiosi fratrem Teucrum. Et Virgilius Statiusq; cõsanguineum leti soporem; quem Homerus κασίγνητον, Anneus, Seneca & Valerius Flaccus, fratrem: Frater duræ languide mortis somne fratri simillime leto. Idem Statius 11. stat consanguineum campo scelus unius ingens Bellum uteri. Cuiac. obseruat. lib. undec. c. 26.

SANITAS apud Ciceronẽ ferè semper animorum dicitur, nec unq̃ nisi semel aut iterum pro corporis ualetudine usurpauit. teste Conn. in suis comment. lib. 9. c. 4. num. x.

SANVS non est, cui lingua abscissa est. l. si cui lingua. ff. de ædil. edict. Spieg.

SAPA mustum dicitur, usq; ad tertiam partẽ uel (ut quidam uolunt) ad dimidiam decoctum: & a sapiditate nomen accepit. De hoc Martial.

Et Laletanæ nigra lagena sapæ.

Græcè ἕψημα dicitur, ab ἕψειν, quod est decoquere. eius apud Iureconsul. meminit Vlp. in l. quęsitum est. §. si qua parte. tit. de fund. instru. Vas (inquiens) æneum, in quo sapa coqueretur, & defrutũ fiat. quam uis apud eum quidam uerborum antiquorum crassiores reposuerint, Vas ęneum in quo rapa quoqueretur, ut ferueat. Defrutum autem dicitur à deferuendo, ut refert Palladius: uinum decoctum, Plinió auctore, usq; ad mediam partem. Colum. Mustum q̃ dulcissimum decoquitur ad tertias, & decoctum, sicut suprà dixi, defrutum uocatur. Nonius: Sapa (inquit) quod nunc mellacium mustum, ad mediã partem decoctum: defrutum, si ex duabus partibus ad tertiam redigatur. Plaut. in Pseud. ex persona Carini: Rogas? Murrhinam, passum, defrutum, mellinã. ex Plaut. refert Plin. in decimoquarto libro. Papin. Syluarum 5. ad Plotium: Dulci defruta, uel lutosa cœno. Hinc defrutare uerbum, hoc est mustum, decoquere, ut inde defrutum fiat. Colum. libro secundo. sed defrutum quoq;, & defrutare uinum licet. & defrutaria uasa, apud eundem Columel. libro 13. appellantur, quæ sunt ad defrutum idonea, his uerbis: Odores autem uino ferè apti sunt, qui cum defruto coquuntur: Iris, fœnum Græcum, schœnum. harum rerum singulæ libræ in defrutarium, quod ceperit musti amphor. xc. & reliqua. & rursus idem Columella: Cum amphoras musti nonaginta in defrutario decoxeris. Defrutarium appellat uas ahenum pęgrande, quo mustum coquitur, ad sapam aut defrutum facienda. & de his intellexit Iureconsult. hic. Et eodem modo corrigenda sunt uerba Vlpia. in l. si quis uinum. titu. de uino trit. oleoq; leg. quo in loco defructũ, pro defruto legitur. & quod peius est, Accurs. noster ibi, defructum dicit forsitan ideo appellari, quòd de usu sit sublatum: de quo etiam meminit Procul. in l. ultim. §. primo, eod. titu. de uino trit. oleoq; leg. Cotta. Adde Forcat. in penu iuris ciuilis cap. octauo.

SAPIENS à populo primus Publius Attilius appellatus est, ut Pompon. scribit in l. 2. §. deinde Sextus. de orig. iur. Briss. Apud Græcos autẽ qui sapientes fuerint, uide Laertium lib. 1. in præfatione.

SAPIENTIA terrestris uocatur humana: de qua loquitur Paulus: Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Loquitur sapiens Hebræus sapientiæ c. 8. Sapientia iuris suos cultores locupletat, & eorũ thesau-

thesauros replet. Loquitur Paul. ad Corinth. c. 3. Nemo se decipiat. Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Loquitur Augustinus in cap. qui sine. 16. quæst 3. Qui sine Deo sapientiam quærit, non sanus, sed æger: non prudens sed stultus, assidua laborás ægritudine. Talis sapientia uocatur à Græcis φρόνησις rerum bonarum & malarum scientia: quá Iureconsulti in Pandectis & Pontifices Romani in Decretalib. epistolis inseruerunt. ut annotauit Taboetius in topico militiæ for. & legal. discip.

SAPIENTIAM pro Philosophia dixit Pompo. in l. 2. §. post hunc maximè. ff. de orig. iur. Et Sapientiam ciuilem Vlpianus pro iuris ciuilis scientia in l. 1. §. proinde. ff. de extraord. cogn. Briss.

SARABAITAE sacerdotes apud Ægyptios in foraminibus petrarum habitátes, induti porcorum & boum pellibus, cincti funibus palmarum, spinas ad calcanea portantes ad cingulum ligatas: de quib. plura Crinitus lib. 3. de honest. discip. c. xv. ex Augustino & Hieronymo.

SARACENVS. Extat in iure pontificio tit. de Iudæis & Saracenis. ubi iuris utriusq; titulorum expositor, Saraceni (inquit) dicuntur à Sara uxore Abrahæ, quum potiùs Agareni dici deberét, ab Agar, ancilla Abrahæ, & matre Ismaelis, ex quo Saraceni descenderunt. De quibus scribit Ioan. Carion, libr. 3. Chro. Saracenum regnum dictum est primò regnũ Mahometis. Nam etsi Agarenus erat natione, tamé non sine magna causa mutauit hoc nomé, quòd promissio in scripturis ad Abrahę filios ex Sara prognatos pertinebat, & non ad Agar. Erant autem Agareni ex Agar. Cæterùm, cum prætexeret Mahometes suum populum Deo gratum esse, atq; adeo ad quem pertineret benedictionis promissio, ut dominarentur in toto orbe (carnaliter interpretabatur oẽs promissiones scripturarum) mutato uocabulo de industria, populum suum Saracenos appellauit, tanquã Saræ filios, & non Agarenos. Sunt autem hi Saraceni potentes, non in Asia solùm, sed in Africa quoque facti. Inde & in Hispaniam profecti eius quoq; magnam partem diu tenuerunt. Italiam etiam sæpe per incursionem ingressi sunt. Anchor.

SARCINA, est propriè utensilium simul compositorum. Paul. in l. 2. §. j. ad l. Rhod. ad merces transtulit. Ab hac uoce Sarcinator dicitur, non à sarciendo. Vide Erasmum explicátem parœmiam, Sarcinator summum centonem. Nebriss. ait: Sarcinatores sunt, qui ex pannis uestes consuunt. Vlpian. de furt. l. itaque fullo, itaque uel sarcinator, qui polienda, uel sarcienda uestimenta accipit. Et in alia quoq; l. in fœm. genere: Et ancillarum, ait, maximè si qua sarcinatrix erit. Sartor quoque dicitur, qui uestes facit, uel resarcit. Spiegelius.

SARCINATOR, Sarcinatrix, qui quæ sarcienda uestiméda accipit. l. 25. §. ult. ff. loca. l. 1. §. 1. ff. de tribut. l. 5. ff. nautæ caupo. l. 27. ff. de pecul. l. 5. §. 1. ff. de institor. l. 82. ff. de furt. Non. Marcell. Sarcinatoré sutorem interpretatur addito Lucilij uersu. Sarcinatorem esse summum suere centonem optimè.

SARCITO in 12. Seruius Sulpitius ait significare Damnum soluito, præstato. Festus. Hot.

SARCIRE in XII. Tab. satisfacere significabat, auctore Festo. Inde sarcire noxam, id est, damnũ pręstare. l. 1. §. cùm arietes. ff. si quadrup. paup. l. 14. ff. de incend. ruin. Et sarcire damnum in l. 32. in fin. ff. de dam. infect. Sarcire est etiam integrum facere. Sarcire ædificia in l. 7. §. ult. ff. de iure deliber. est corrupta restituere. Ob eam causam opera publica, quę locantur, sarta tecta locantur, ut idem Fest. libr. 16. scribit. Ita Sarta tecta accipimus in l. 7. ff. de offic. proconsf. l. 7. ff. de usufruct. & l. 7. C. eod. titu. l. 7. §. illud. ff. ad l. Iul. repetund. l. 18. ff. de usu & habit. l. 2. C. de cond. in publ. horr. libro x. Flauius Vopisc. in Aurel. De proprio possessiones quas in Mauritania habuit, sartis tectis Capitolij deputauit.

SARCOFAGVS sepulchrum & capulum significat, quod ex sarcofago lapide fissili corpora celerrimè consumente, qui in Troade plurimus nascebatur, fieret, ut Isid. lib. 16. c. 4. scribit. Inuenitur uerbũ hoc in l. 37. ff. de relig. & sumpt. l. 18. §. ult. de alim. leg. l. 6. de sepul. uiol. in C. Th. Et in libello uarior. aucto. de limitib. Orcas in fine inuenies, Sarcofaga in fine inuenies. Et in Epigram. Antiq.

Lethæisq; iaces condita Sarcofago.

Et in alia inscriptione:

Corpora eorum fictili sarcofago commendauerint. Briss.

SARCVLVS, uel sarculum, instrumentum, quo sarta sartiuntur, id est, herbis internascentibus purgantur. Vlp. de fun. instr. l. instrumenta. Ligones, inquit, sarculi, falces putatoriæ, bidentes. Nebr.

SARDIANI Græcis, Latinis sunt Sardi. Caput Lydiæ quondam fuęre Sardes, antè Hydæ dictæ, ad Chaystrum amnem, haud ita procul Tmolo monte. Quas, quia Crœsi regia erat, cinctas obsidione, & expugnatas fuisse à Cyro, lib. j. scripsit Herodotus. Romani & conuentũ Sardibus tribuerunt, qui Sardianus dictus est Plinio. Magnam uerò urbem, & celebrem fuisse, Strabo indicat. Vnde Marcellus rectè appellauit rempub. Sardianorum, in l. antepen. ff. de ann. leg. Hæ sunt Sardes, teste Vadiano nostro, homine doctissimo, quarum ecclesiam inter septem illas Asiæ præcipuas Ioan. Apocal. 2. censuit. Spieg.

SARDICENSIS synodus, non à Sardibus, sed Sardica Illyrij ciuitate dicta, de qua post Epiphaniũ lib. 2. tomo 2. Vide & Vadianum in Illyria, histor. tripart. lib. 4. c. 21. Theodor. lib. 2. c. 4. Spiegel.

SARDI uenales. Tantum captiuorum Gracchus adduxisse scribitur, auctore Plinio de uiris illustrib. ut longa uenditione res in prouerbium ueniret. Sardi uenales: Cuius prouerbij rationem Plutarchus in Romanorum Problematibus aliam tamé adfert. Nimirum olim inoleuisse moré apud Romanos solennem, ut qui ludos in capitolio ederent, Sardos uenales pronunciarent, prodiretq; puer quispiam, per ludibrium monili cinctus, quam bullam uocát, cumq; morem hinc ortum putat, quod Veiẽtes olim diu cũ Romanis bellum gessissent, quodq; urbem horũ postremam Romulus expugnasset. Vnde & Regem ipsum & multos captiuos Romam deductos, uenales pronuntiauit. Porro cum Lydi ab initio fuerint Hetrusci, Lydorum autem caput erat Sardis, inde factũ ut Hetruscos Sardorum nomine pronuntiarit uenales. Huius autem prouerbij meminit Cicero quoq; lib. 7. Epist. fam. & explicat Eras. in Chil.

SARDONYX, gẽma. Plin. lib. 37. c. 6. nomé compositum scribit ex sarda, lapide in Sardinia reperto, coloris rubri: & Onyx, quę gemma est ad unguis humani similitudinem accedens. Vlpianus Sardonyca numerat inter gemmas magni precij. l. 6. ff. de bon. damn. ubi tamen Sardonychica legitur. Hot.

SARGOGALLA in d. l. ult. §. specias. Puto eam esse quæ in alijs auctoribus Sarcocolla uocatur. sicut ibidem Saffirinus uocatur meo quidẽ iudicio qui à Plinio lib. 37. cap 9. & Isidor. lib. 16. cap. 9. Sapphyrus appellatur. Est aũt Sarcocolla lachryma arboris in

in Perside nascentis turi similis, ut Dioscor. lib.3. & Plin.lib.13.c.11.& lib.24.c.14.scribunt. Nomen ab eo habet, quod dissolutam & hiantem uulnere carnem adstringat & adglutinet. Briss.

SARMATAE, siue Sauromatæ, nam utroq; modo appellantur, populi sunt Septētrionales, alteri in Asia, alteri in Europa. Nam duplex est Sarmatia. Luca. in 3. Et iuncto Sarmata uelox Pannonio. & ibidē. Affinis Sarmata Moscho. De aur.& argen.leg. l.arg. Sunt, inquit nationes quædam, quæ pellibus utuntur, ueluti Sarmatarum. Nebriss.

SARMENTA. Sarpere antiqui pro purgare ponebant. unde & uirgulæ abscissæ, sarmenta dicūtur. l.ligni appellatione. ff. de leg.3. Spiegelius.

SARTA tecta Festus sic interpretatur: Sartè ponebant pro integrè. ob quam causam opera publica quæ locantur, ut integra tecta prꝑstentur, sarta tecta uocantur. Etenim sarcire est integrum facere. Hæc Festus. Sed uideamus ne non de tectis locutio intelligatur: uerum hoc coniunctim pronuncietur, item ut alia complura, in quibus & coniunctio subaudiē. ut ire agere, uti frui, & quæ sunt generis eiusdem: ut sit Sarcta & tecta. nam C literam interponēdam puto, quod à Sarcio declinatum sit, non à Sarrio. Vlp. l.7.ff.de offic.proconsul. Ædes sacras & opera publica circumire inspiciendi gratia, an sarta tecta quæ sint, uel an aliqua refectione indigeant. Idem l.7. §.1.ff.de usufr. Hactenus tamen ut sarta tecta habeant. itē, Vnde Celsus de modo sarta tecta habendi quęrit, si quę uetustate corruerunt, reficere non cogitur. Itē apud Macrum in l.7.§.1.ff.de leg.Iul. Repetun. Hot.

SARTA uerò tecta eo modo locari, exigiq; solebant, ut redemptores suo lapide, sua calce, ac sua materia ædes sartas tectas præberent, certo pcio in singulos annos addicto. Quod fieri solebat Romę mini mo licitantib. Bud. in annot. prior. in Pandectas.

SAT, pro satis, ante Ciceronis ætatē dictū sępius esse, quàm Ciceronis ætate, & postea ab eruditis obseruatum est Spieg.

SATIVS pro eligibilius atq; melius, aduerbium est comparand ab eo quod est satis. Iuuen.

Hoc satius quam si dicas sub iudice uidi
Quod non uidisti. ——

Vlpi. de fideicō. liber. l.si debitor. Satius est eum qui agnouit legatum, onerari. Nebriss.

SATAGERE, est uehementer, sed frustra moliri. Huius uerbi usum ignorant Canonistæ.

SATI fructus. ff. de usur. l qui scit. §.j.

SATIS pro ualde in l.4.ff.de in integ.rest. quemadmodum Florentię legitur, & in l.7.§.bellissimè. ff. quod ui aut clàm. l.16. l.45. §.pen. ff. de fideic libert. l.2.§.post hos quoq;.ff.de orig.iur. Vbi Satis superlatiuo iungitur. Sic Satis inhumanū. Satis inciuile, Satis impium, in l.6. in fi.prin.ff.de pigne.act. l.20.ff.de adqu.hæred. l.37.ff.de leg.3. l.15.ff.de procur. l.66.in fin.ff.de ritu nupt. l.1. C.de comm.rer. alienat. l.13. C. de inoffic.testa.& in alijs Iustin Cōstitutionib. sæpe. Particula aūt, Satis, his uerbis dare, facere, præstare, accipere, petere, offerre, eleganter cōiungitur. Briss.

SATISACCEPTIO, inquit Pompon. est stipulatio quę ita obligat promissorem, ut adpromissores quoque ab eo accipiantur: id est, qui idem promittunt. Satis autem accipere dictum est eodem modo, quo satisfacere. nam quia id quo quis contentus erat, ei præstabatur, satisfieri dictum est. l.5. §.2. ff. de uerborum obligat. Hotom.

SATISACCIPERE, contrarium habet, Satisdare. Est autem satisdare, securitatē per fideiussores dare. l.j.ff.qui satis.cog. Satis fit autē, qualitercunq; id fiat. ff. quib.mod.pign.uel hypoth. sol. l.item liberatur. In princ.& ff. de pig. act. l.si in rem. §.si satisfactum. Alciatus ait, satisdare propriè dicitur is, q dat fideiussores. Satisfacit, qui pignore, uel qualibet alia ratione securum contentūmue creditorem reddit. Repromittit, qui nuda stipulatione se obligat. Caue re uerò uarie accipitur. Nam in disputatione prætoria satisdationem requirit, in ciuili solam promissionem, cum hypotheca bonorum Cic. Satisdare genitiuo iunxit, cum in prætura urbana: Qui redemerit, ait, satisdet damni infecti. Sp.

SATISDARE propriè est ei spōsores dare, qui sibi à debitore cauet. nam satisdamus alteri, cauemꝰ nobis. Cauet enim qui satisaccipit. Cic. in Bruto, At uerò tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem petiturum. Sed Iurisconsulti cauere postea dixerūt pro cautionē dare. & Cauere sic distinguunt à Satisdare, ut qui sponsorem, id est, fideiussorem det, Satisdare dicatur: qui uerò chirographum duntaxat, Cauere. Hot.

SATISDARE propriè est fideiussores dare: satisfacere latius patet. Verū satisdationis nomine interdum satisfactio significatur l. satisdationis. ff. de uerb.sig. ut in l.2. pro hęred. l. promissor. §.ult. de constit.pec. atque ita satisdationis uerbum in l solutam, de solut. accipi debet. Cuiac. in tit. quibus mod. tolli. oblig. Instit. lib.3. super uerb. Solutione.

SATISDARE damni infecti est, cauere datis fideiussoribus se damnum, si quod accidat, ei cuius interest, præstaturum. Hotom.

SATISDARE autem dicimur aduersario, cùm pro eo quod à nobis petit, ita cauemus, ut eum hoc nomine securum faciamus datis fideiussorib. l. prima, ff. qui satisda. cog. Satisdatio enim in eōdem tit. & in omnibus prætorijs stipulationibus, quibus satisdari iubetur, fideiussorū dationem significat. Nā ne pignoribus quidem in uicem satisdationis quis defungi potest. l.septima, ff. de prætor. stip. l.prima, & l.tertia, §.primo, ff. si cui plus quàm per leg. Falci. Nec uerò qui satisdare promisit, fidem implesse aliter intelligitur, quàm si eum dederit accessionis loco, qui utiliter obligetur. Nam si minorem xxv annis, uel mulierem, uel seruum det, non uidetur satisfecisse obligationi aliter atq; si non idoneum dederit. l.3. ff. de fideiussorib. l. octaua, §.primo, ff. qui satisdare cog. Non enim uidetur satisdatum, si uitiosè satisdatum est. l.6. ff. eod. tit. Briss.

SATISDARE etiam satis præstare dicitur. l. 8. ff. de usufruct. ear. rerum quę usu consumuntur. Martial. libro 2. Epigram.

Si de seruitio graui querantur,
Assertor uenias, satisq; præstes.

Cęterùm ut satisdare debitor, ita satis accipere dicitur creditor, legatarius, aut alius quilibet, cui cautio prꝑstatur. l.8. ff. de usufr. ear. rer. l.17. ff. de testam. tut. l.7. ff de incen. ruina. l. xxx ff. de usufructu legato. l. ult. §.ult. ff. quod legatorum. l. xxx. §.ult. de statulib. Sic satis de euictione accipere. l.48. ff. de euictionib. Legati fideicommissíue satis accipere. l.38. in fin. ff. de condict. indebiti. l.ult. C. ut in possessionem lega. Subauditur autem per Ellenismum in ea loquutione, uerbum Nomine, ut integra oratione effertur in l.1. § si Titio. ff. ut in possess. legat. Ex quo genere sunt & hæ locutiones, Satisdari certæ pecuniæ in l. sexta, in fin. ff. quibus mo pig. Fideicommissi satis petere. l.71. §.primo, ff. de conditionib. & demonstrat. l.prima, §. si quis sit. l.7. ff. ut lega. nomi caueat. & Pignori accipe-

accipere legati.l.28.ff.de pignor.& Interpellari traiectitiæ pecuniæ.in l.2.ff.de naut.fænore.& Totius dotis satisfieri in l.xxx.ff.de usufr.leg. Briss.

SATISDATIO eodẽ modo appellata est, quo satisfactio. nam ut satisfacere dicimur ei cuius desideriũ implemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, qui pro eo quod à nobis petijt, ita cauit, ut eum hoc nomine securum faciamus datis fideiussoribus. l.1.ff. qui satisdat.cog. Hot.

SATISDATIO iudicatum solui, est quum quis stipulanti ut solueretur sibi quod fuisset iudicatũ, datis fidejussoribus promittit.ait Imper.titul.de satisd. in princ. nam Iudicatum solui, antiquè dictũ est, pro Solutum iri: & Satisdare iudicatum solui, dare fideiussores locupletes, qui stipulanti actori promittãt, quantum iudicio facto solui oporteret, si reus damnaretur, tantum suo periculo solutum iri, l.3. & pass. ff.iudic.solui. Hotom.

SATISDATIO necessaria est, cum iudice imminente secundum qualitatem causæ ab inuito exigitur. Hæc si non posit à reo ibi præstari, ubi conuenitur: potest audiri, si in alia eiusdem prouinciȩ ciuitate præstare paratus sit. Spiegelius.

SATISDATIO nudæ cautioni repromisſionique semp opponitur.l.1.§.stipulationẽ.ff.de prætor. stip.& in tit.de dam.inf.sæpe.l.5.ff.de pet.hære.l.45. ff.de procur.l.56.in prin.ff.de euictionib. Bris.

SATISDATIO rem ratam dominum habiturum, est quum quis stipulanti a procuratore alteri9 ut dominus eius procurationem ratam habeat, datis fideiussoribus promittit.uti docet Imp. tit. de satisdat.in prin.& l.j.& pass.ff.rem rat.hab.Hot.

SATISDATIO uolũtaria, quam partes ex conuentione sibi præstant, & possent euitare. l.interdũ. ff.rem rat.haber. Vnde non in alium locum remittitur.l.si fideiussor.§.si necessaria.l.de dic.§.iubetur.& §.ult.ff.qui satisdar.cog.Spieg.

SATISDATIONE reuelare. l. si procuratoré. ff.de procur. Spieg.

SATISDATO aduerbialiter, ut Testatò dicit. Inde Satisdatò cauere, promittere, id est, fideiussoribus datis.l.4.§.quæsitum.ff.si quis cautio.l.4. §. adici.ff.de fideicommiss.libertat.l.7.ff. de accusatio.l. 56.ff.de euictionib l.18.in fin. ff.de castr. pecul: l.16. ff.de offic.prȩsid.l.31.ff.ad l.Falcid.l.3.§.1.ff.si cui plus quam per l.Falcid.Briss.

SATISDATO debere, est datis sponsoribus siue fideiussoribus debere. Cicer.lib.xvj.Ep.ad Attic. Possumus enim, ut sponsores appellentur, procuratorem introducere: neque enim illi litem contestabuntur: quo facto non sum nescius sponsores liberari. sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quòd satisdato debeat, procuratores eius non dissoluere: & nostræ grauitatis ius nostrum sine summa illius ignominia persequi.Hotom.

Inde uerbum Satisdatum dicitur idoneã cautionem desiderare.l.1.§.pen.ff.quod lega.Satisdationis tamen appellatione interdũ quoq; repromisſio continetur, qua contentus fuerit is, cui satisdatio debebatur.l.61.ff.de uerb.sig. Cuius rei exemplum est in l.ult.§.si legatarius.ff.quod legat.Briss.

SATIS exigere.l.103.ff.de condit.& demon.l.9. §.ult.l.51.ff.de admin.tut l.1.§.usqueadeò.ff. de tute. & ration.distr.l j.§.si præses.ff.de magistr. cõuenien dis.l.39.§.ult.de lega.3. id est, satisdationẽ exigere, ut in d.l.1 §.si curatores.de magistr.conuen. Briss.

SATISFACERE dicimur ei, cuius desiderium implemus, inquit Vlp.l.1.ff.qui satisd.cog.Hot.

SATISFACERE & Soluere tanquam differentia separantur: ut apud Pomp. l.quod uendidi, 19. ff. de contr.emp. Quod uendidi non aliter fit accipientis, quam si aut precium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum. sic in l.Stichum, 39.§.1. ff.de statu lib.l.si ita.41.§.1.ff.de manumiss.test l.Paul.38. §.2. ff.de lib.causs. Soluit enim propriè qui precium numerat: satisfacit, qui pignus, uel expromissorem, uel fideiussorem præbet.l.solutiones, ff.de uerb.signif.l. quarta, §.primo, ff.de re iudic. l.sexta, ff. quibus modis pign.uel hypoth.l. promissor, 21. §.2. ff.de const. pecun. Hotoman.

SATISFACERE, est tantum facere, quantum satis sit irato ad uindictam: inquit Ascon.in illum tertiæ Verrinȩ locum: Video enim, & ex ijs quæ lȩgi & audiui intelligo, in qua ciuitate legatus populi Ro. aliqua ex parte uiolatus sit, nisi publicè satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici atq; inferri solere. Hot.

SATISFACERE est, desiderium creditoris implere.l.1.ff. qui satisd.cog. Satisfacit ergo, qui idoneũ expromissorem uolenti dat.l.4.§.ait Prætor.ff.de re iud. In eo itaq; quod dicitur pignus soluta pecunia, uel si eo nomine satisfactum sit liberari, Satisfactum accipimus, quemadmodũ uoluit creditor, licet non sit solutum. Siue enim alijs pignorib. sibi caueri uoluit, ut ab hoc recedat, siue fideiussorib. siue reo dato, siue pretio aliquo, siue nuda conuentione, siue aliàs quocunq; modo recesserit, uel si conuenerit, ut pro hypotheca fideiussor detur, datumq; licet non idoneum creditor admiserit, uel si deferente creditore iurauerit debitor rem non esse pignori obligatam, satisfactũ intelligitur.l.9. §.omnis.ff.de pigner. act.l.5 §.ult.l.13.l.14.ff.quib.mod.pign.l.3. ff.de fideiussorib. Sed & si accepto latum sit, id propter quod hypotheca erat obligata, satisfactionis nomen proficiet.l.49.ff.de solutio.Et aliàs quoq; satisfactum uidetur ex promissore, uel pignore dato.l.53.ff.de contrah. empt.§.uenditæ.Instit.de rer.diuis.Briss.

SATISFACERE. Qui quouis modo creditori suo satisfecerit, is soluisse censendus erit. Vnde tradidit Vlp.satisfactionem pro solutione esse, in l.satisfactio.ff.de solut.& libera.Sed idipsum sic accipiendum fuerit, uidelicet, si tandem satisfactionem creditor acceptauerit.Brechȩus in l.solutionis uerb.ff.de uerb.& rer.signific.

SATIS tibi facio, satis tibi fiet: fiet tibi satis à me, & ab hoc, & illo: satis tibi fiet à me, aut ab hoc, aut illo.Horum uerborum sensum aperit Imp. in Nouell. ut cum de appell.cognoscit.§.fin.Sp.

Ita Satisfactionis uerbum accipiemus in l.52. ff. de solutio.l.19.ff.de contrah. empt. Quod quanquã ita latè, ut dixi, pateat, tamen in Rescripto Antonini quod exponitur in l.5.ff.ut in poss.legat.tamẽ ad exoluendum legatũ refertur.d.l.5.§.satisfactionis.Br.

SATISFIERI uoluntati defuncti uidetur, si ex fructibus, uel aliunde satisfiat.l.is a quo.ff.ut in possess.legat. Spiegel.

SATISFIERI etiam uerberibus de seruo dicitur in l.17.§.cùm seruus.cum §.sequenti.ff.de iniur.l. pen.ff.si ex nox.cau.agat. Eoq; modo Satisfactio accipienda est, in d.l.17.§.ait prætor.Briss.

Debitor etiam satis offerre dicitur.l.1. §.ulti. ff. de requirend.uel absentib.l.5.ff de suspect.tut.l.6.C.de test.man.Brisson.

Dicitur & Satis petere & Satis desiderare is, q cau eri sibi postulat.l.14.ff.de administr.tutor.l.ult. §.1. ff.quod legator.l.8.ff.de prætor.stipulatio.l.[illegible] ff.rem pupilli saluam fore.Inde illud in l.52.in fin.ff.de iud.

Si

Si petatur fideicommisso satis. & Satis legatorũ desi deret in l.1.§. non exigimus.l.3.§.3.ut in poss.leg.Briss.

Porrò interdum à uerbis suis, uox Satis disiungitur. Ita Dari satis,& Satis pro aliquo dare,& Satis ꝓ lite accipere,legimus in l.1.§. meritò. ff de ripa mun. l.33.ff.de fideiussorib.l.2.§.sed & si dubitetur. ff.de iu dic.l.26.§.ult.ff.de minorib. l.11. §. idem Neratius. ff. de actio. empt.l.3. C.de postl.reuers. Et Satis à possessore cauendum in l.1x.ad fin.ff.de usufruct. Et Satis definit esse cautum in l.5.§.1.ff.de legit.tut.Briss.

SATRICVM, urbs fuit antiquissima Italiæ, de qua Liuius lib.28. Satrici matris matutæ de cœlo tactam ædem. Florus de bello Latino: Satricum atque Corniculum quis credat? tunc prouinciæ fuerunt. Scæuola tit.de legat.3.l.patronus. Fundum, inquit, Satricanum in regione Nisana. Nebriss.

SAXVM Tarpeium miræ altitudinis erat, à quo Lex XII. Tabularum uult deijci eum, qui falsum dixerit testimonium. Sed hodie non potest quis sic damnari, ut de saxo præcipitetur, autore Modestino in l.si diutino.ff.de pœn. Est autem alijs pœnis utendũ, pro qualitate admissi. Martianus in l.1.in prin. Vlpianus in l.Leg.Cornel.ff.ad l.Cornel.de fals. l. Damus licentiam.C.eod.tit. Olden.

S C

SCABINI, Schöffel. Nihil uetat omnino, quin iudices uulgò scabinos, inquit Insulanꝰ, aut eiusmodi homines uocemus iuratos: quo nomine etiam scimus in plerisq; orbis terrarum partibus à plebe recenseri. Profert exemplum è Ciceronis de inuent. lib.1. Religiosum est, quod iurati legibus adiudicauerunt. Extat uocabulum in c.1.§.1.de immun.eccl.lib. 6.& c.2.de alien.iud.mut.caus.fac. Spieg.

SCABIOSI, qui scabie, hoc est, cutis infectione laborant, de qua lib. 5. Celsus: Non dubium est, quin Iurisconsl.l.3.de ædil. edict. de his senserit, quib. asperior est scabies, pruritúq; magis, quæq; difficilius tolli tur: & à Græcis ἄγρια, id est fera. Spiegelius.

SCABRONEM nominamus eũ, qui dentes aut gingiuas alluuie scabras & spurcas habet, quod uitium est ueteribus scabres & scapres, nouis scabrities. Cuiac. obseruat. lib. undec. ca.x.

SCAEVAE, qui sinistra manu pro dextera utuntur, quos Vlp.l.qui clauum.de ædil. edict. ait non esse morbosos, aut uitiosos, præterquam si imbecillitate dexteræ ualidius sinistra utuntur: sed hos non scęuas sed mancos dici. Spiegelius.

SCAEVVM dogma pro peruerso & improbato dicunt Impp. in l.hi qui scæui. de his qui super relig. contend. in C.Th. ut scæuitatem morum pro peruersitate in l.17.de pœn. in eo. Cod. Ita Scæuas libidines Tertull. in Apolog. c.11. dixit. & scæuam rem pro mala usurpatam Festus notat lib.16. Briss.

SCALAM à scalis distinguunt quidam, ut scala sit, quæ huc atque illuc transferri potest. Caius: Vel scalam sciens accommodauerit ad ascendendũ. Scalæ uerò latiores habeant gradus, & immobiles permaneant. Sed hanc confundi differentiam, ut prætercam exempla idoneorum autorum. l.ultim. ff. de rerum diuision. quæ Pomponij est, satis ostendit. Apud Vlpia. scalæ, quę ad lacunaria admouentur, domus instrumẽta sunt. l. quæsitum. §. canales. de fund. instruct. Spiegelius.

SCALPRVM inter instrumẽta chirurgica numẽrat Corn. Celsus: licet eo diuersi quoq; artifices utãtur. Sunt autem Scalpra, quas Græci σμίλας uocant, ferramenta sutoria primore parte curua, & à flexu procurrentia acie recta, quibus corium secant: sed & à similitudine in falce uinitoria pars illa, quę sic acie est recta, post sinum curuum scalprũ uocatur à Columella: quæ (inquit) à flexu ꝓcurrit, scalprũ. nomẽ adeptum est à scalpendo. eo enim cõmodius sic post flexum procurrente quàm directo scalpi pôt. ut annotauit Adrian. Turneb. aduers lib. 7.c.x.

SCANDALVM deducunt à Græco σκάζω, quod claudico significat, aut etiam ab Hebræo כשל, quod cadere, aut ruere significat. Declarat aũt propriè aliquid in uia positum, in quod ambulans impingat & corruat. Idem etiam est offendiculum. Porro per metaphoram duo potissimum significata habet, nempe notat tum damnũ, incommodũ aut calamitatẽ quãuis, qui eius uocis usus plerunq; in ueteri testamẽto reperit: tũ ẽt occasionẽ spiritualis lapsus, aut ruinæ.

SCANDVLAE sunt quasi scindulæ tabellæ, nõ serra, sed bipenni productæ, trunco delecto, ueluti Plancę quibus ad plurima utimur. Vnde tectũ scandulare Apuleio: nisi potius à scandẽdo, ut putat Marius Grapaldus lib.2.de part. ædiũ: Cum tamen Isodor. lib. 9. Etym. ca.19. scandulas à scindendo dictas credat: & uerius uter senserit, uideto. Sunt igit scandulæ tabellæ uicem tegularum præstantes, quernis & ligneis assulis, seu sectilib. asserculis confectæ, &c. Brechæus in l. Tabernæ. ff. de uerb. & rer. sig.

SCANDVLARIVS, faber est lignarius, q scandulas facit. Sunt autem scandulæ ex ligno assulatim desecto. Scandulariorum meminit Iurisconsl. in l. quibusdam. de iur. immun. Scandulis fuisse tectam Romam, usq; ad bellum Pyrrhi, annis 470. Cornel. Nepos autor est. Spieg.

SCAPHA, nauicula est, unico ligno cauata, à σκάπτω, fodio. Paul. tit. de fund. inst. l. fin. Scapha, inquit, nauis, non est instrumentum nauis: etenim, mediocritate, non genere à naui differt. Instrumentum aũt cuiusq; rei necesse est alterius generis esse. Paulus dicto tit. atq; ea quoq; sententia Pompon lib. 7. Epist. placuit contra Iabolenum eod. tit. ubi dicit: Scapha nauis præstari tibi debet si nauem cum instrumento emisti, &c. Maffeus.

SCAPHAM (ait Aphricanus de euictio.) non uideri nauis esse respõdi, nec quicquam coniunctum habere. Nam scapham per se paruam nauiculã esse: omnia autem quæ coniuncta naui essent, ueluti gubernaculũ, malus, antennæ, uelum, quasi membra nauis esse. Maffeus. De Scapha &c. Adde Peckium l. 4. in tit. ad l. Rhodiam. De scapha pulchrè scribit Baysius in de re nauali. Spieg.

à SCAPHA autem Scaphismus deriuatur, id qđ erat supplicij genꝰ apud Persas. Cuius meminit Eunapius de uitis Philosophorum in Ædesio, idq; fiebat hoc modo. Scaphis duabus, quæ committuntur ac coagmentantur ita includitur homo totus, ut ꝓmineat foris caput cum manibus pedibusq;, dein iubetur edere, aut si nolit, ui allata cibum capere compellitur compunctis etiam oculis, infundunt quoq; lac melle mistum, radijsq; solis aduersis obijciunt, ubi facies priùs illita muscis apibusq; oppletur: interim ab excrementis cum uesicæ, tum alui intra scaphas uerminantibus corpus miserè absumitur.

SCAPHIA uentris causa habita non putat Vlp. in l. Quint Mutius. in fin. tit. de aur. & arg leg. argento legato cõtineri. glossator noster ibi, Scaphium dixit genꝰ cinguli esse, nullo auctore. Tu dic. Scaphia apud Gręcos appellari uas ad urinam, apud nos matula, uel matella: uel ut alij, matellio, & lasanum dici potest. De scaphio Iuuenal.

Et ride, positis scaphium cum sumitur armis.

De matella Martial. in Apophoretis:

Cum poscor crepitu digitorum, & uerna moratur,
Ah quoties pellex culcitra facta mea est.

ut scripsi suprà in dictione Matula. ueteres tamē scaphio, & etiā lasano ad excrementa corporis aliquando utebantur: quod clarè docuit Iureconſ. hic.

SCAPHIVM, uas est, in quod uentris sordes excipiuntur. Martial.

—— Qui mentora frangis
In scaphium mœchæ Sardanapale tuæ.

Et Iuuenalis:

Et ride scaphium positis cum sumitur armis.

Vlpia. in tit. de aur. & arg. leg. l. Quintus Mutius. Accursius Scaphium genus cinguli esse dicit, & uentris causa exponit, quia corrigia est pro uentre sustētando, quasi non ex auro etiam scaphia fieri consueuerint, dicente Martial.

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro. Nebr.

De Scaphio uide ulterius quid annotarit Turnebus aduerſ. lib. 2. c. 30. & lib. 4. c. 1.

SCATEBRA, ebullitio aquæ surgentis.

SCENA, inumbratio interpretatur. Vlpia. in l. 2. de his qui not. infam. Qui in scenam, inquit, prodierit, infamis est. Et subdit: Scena autem est, ut Labeo definit, quæ ludorum faciendorum causa, quolibet loco, ubi quis consistat, moueatur, spectaculum sui præbitura: quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittantur. l. 2. §. ait Prætor. ff. de his qui not. infam. Et Scenici absoluto uocabulo histriones dicuntur, ut in tit. C. de spectacul. & scenic. & leno. lib. 11. & scenicæ mulieres dicuntur in tit. scenic. nō sol. si fideiussor. præstent. in Auth. collat. 5. Ioan. Bello. Etym. Quæ definitio de scena uersatili loquitur. Inde ludi scenici. Nebriss. Vide, Proscenium. Spieg.

SCENICVS, minister scenæ, qui partes aliquas agit scenæ. Scenici à Græcis appellantur thymelici ueluti mimi, histriones, ludiones. Cuiacius in l. 4. de spectac. & scenic. C. lib. xj.

SCELERATVM, in quo scelus est constitutū, uel commissum. Leo Imp. in eleganti l. unic. de Thesaur. C. lib. x. Dummodo, inquit, sine sceleratis ac puniēdis sacrificijs, aut alia qualibet arte legibus odiosa thesaurum quærere, & inuento uti tribuimus facultatem. Scelerosus propriè dicitur, ut ait Donat. autor sceleris.

SCELESTVS contractus, quo scelus committitur. Exempla profert gloſ. in l. qui contractibus. C. de iur. fisc. lib. x. Spiegel.

SCELVS est, cōtra ius improbè admisſū facinꝰ.

SCEPTRVM aliquando, & uirga in eodem sensu accepta, est symbolum regni, sicut & corona: quia reges sceptra gestare solebant: siue ad iudicandā rectitudinem, quæ in regimine inesse deberet: siue etiā seueritatem: quandoquidē sceptrum rectum simul est, & etiam instrumentum, quo percutere aliquem possis, sicut Vlysses Thersitam percutit sceptro. Ad utrunq; scripturæ dicta alludunt. Psal. 45. & Hebr. 1. Virga rectitudinis, uirga regni tui, id est, regimen tuum longè iustissimum, utpote, quod in sola uerę iustitiæ propagatione consistat. Seueritatem uero per sceptrum denotari, ostēdit Psal. 2. inquiens: Sceptro ferreo, quasi uas figuli confringes eos. & Psalm. 110. Virgam potentiæ tuę emittet Dominus de Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.

SCHEDA folium chartæ, siue papyri nondum compactę & ligatæ. Spie. Dicitur aūt Scheda, in quā tabelliones primum cōtractus referre extra ordinē solent, ἀπὸ τοῦ σχίζειν, uel à scindendo, ut qui sine aspiratione scedā scribūt, sentiūt. Cuia. in expoſ. ad No. 44.

SCHEDIA, id est ratis, ein Floß. Vlpian. in l. j. de exercit. act. ut in dictione Ratem suprà indicauimꝰ, uocis eius meminit: tametsi uulgati codices, etiā recentioris editionis, pro ea synedriam retineant, refragante Nor. tex. Bud. interpretatur schediam, naufragium temerè factum, & inconditum: ut trabes connexæ, & sine fabrica compactæ, quæ nauigij uicem præbent. Ponitur & pro ponte, & pro loco fluminis quoquo modo iuncto, Suida autore. Festus: Schedia, inquit, genus nauigij inconditum, id est, tabulis tantùm inter se nexis factum. unde mala poemata, Schedia appellantur. Schedion dicitur à Græcis extemporaneum, id est, quicquid inelaboratum, quicquid temerè factū est, nec satis confectū. uide Bud. in annot prior. Spieg. Ioan. Bapt. uerò in suis comment. Epist. Sid. Apoll. lib. 8. ad Leonē. Schedia poemata mala appellari negat, sed dicit schedia esse talia uolumina, quæ primo rudatu & opificio sint deformata, non adhuc læuigata, æquata, expolita, atq; ad unguē cælata, seu ad ultimam consummationē redacta. Inde σχεδιάζω uerbum Græcum est, quod utique significat rem ruditer incipio, auspicor, delineare deformare & partes rudiores abradere.

SCHEMA, uox, quæ subinde obuia est in Auth. Latinè forma dicitur, figura, siue cultus ornatúsue. Iustin. Nou. de sanctiſ. episc. per schema innuit, si Cochlæo credimus, ordinem, habitum, gradum, & omne id quod ad monachatum pertinet, & (ut uocant) professionem. Inde uerbum ἀποσχηματίζειν, quod uulgus, degradare dicit, quando aliquis ex ordine eximitur: id quod maleficis factitiam religionē professis, & per episcopos fieri solet, ut memorabili exemplo nostra memoria apud Bernates. Spiegelius.

SCHEMATA cognationum, non Stemmata legendum esse, apud Paulum in l. pen. de grad. Alciat. ostendit, c. xxx. secundi Parerg. uocem utranq; inibi explicans. Lege tamē στέμματα. ut in Pand. Flor. Old.

Σχιλιαρχὶς, inquit Vlp. Græcè dicitur dux mille hominum. l. 1. §. 1. ff. de test. milit. Hot.

Σκηνὴ non solum Scenam sed tentorium quoq;, & tabernaculum & tabernam significat. unde Iustin. in Nou. Constit. τὰς ἐν σκηνῇ καθημένας mulieres appellat eas, quæ in tabernis pudorem suum quæstui habēt. Conn. in comm. suis super ius ciuil. lib. 8 ca. 6. nu. 4.

SCHISMATICVS, Gręcè dicitur à σχίζω, quod Latinè significat scindo: & inde schisma, scissio uel scissura uocatur. Et ita appellatur schismaticus, qui fidei, fideliúmue scindit unitatem ac separat. Qualis fuit Nouatus presbyter, qui Romæ contra S. Cornelium Rom. episcop. propriam sibi concilians ecclesiam docuit: lapsis fortè post acceptū baptisma, uel ob intolerabilia tormenta persecutorum ad horam negantibus, deinceps nullam unquam uel dandam, uel sperandam ueniam. Ideoq; se suosq;, teste Eusebio Ecclesiast. histor. lib. 6. cap. 33. Græco, sed superbo nomine καθαρὸς uocabat, hoc est puros & sanctos: quales hodieq; retinctores aliquod sese iactant, meri Nouatiani. Quia uerò Nouatus ecclesiā discidit, & opinionem dogmatis alienissimi tenuit, quæ non modò contra fidem, sed etiam Deo & hominibus sit abominabilis: idcirco uenit, quòd in hunc diem omnes, seu hæretici, seu schismatici, uno nomine Germanis uocentur καθαροὶ, quod tamen longa die primùm Käther / postea Ketzer pronunciarunt. Quo nomine uocant etiam eos, qui contra naturam Venere abutuntur, ceu praua opinione affectos, & à communi hominum usu discissos. Cuius uocis deriuationem

uationem Volzius è quadam epistola Gebani Prioris Eberbachensis ad filias S. Hildegardis apud Bingium annotauit. Sed quid, inquit ille, significatur p puteum abyssi? Profectò hæretici omnibus hæreticis, qui ab initio Christiani fuerunt, execrabiliores & immundiores. Isti sunt, quos nostra Germania Katharos appellat, Flandria Piftes, Gallia Teßant, ab usu texendi. In textrinis enim, & cellarijs, & in latibulosis locis cohabitant: & quæ fiunt ab eis in occulto, turpe est etiam dicere. Spiegelius.

SCHOLAE dicuntur loca, in quibus ad bellica opera tyrones exercentur. De tributis scholarum fit mentio C.lib.xij.

SCHOLA agentium in rebus l. pen. C. de offic. milit.iud.l.1.de agentib.in reb.lib.12.C.l.1. C.de offi. magistri offic.l.12.C.de proxim. sacr. scrin. l. j. C.de præposit.agent.in reb.l.7.C.de principib.agent. Br.

SCHOLA domesticorum.l. 3. C. ubi Senator.& apud Marcellin.lib.26.Briss.

SCHOLA equitum & peditum in l.6. C. de aduoc.diuers.iudicum. Briss.

SCHOLA gentilium apud Marcellin. lib.27. & in Notitia cum de Magistro Officiorũ tractatur. Br.

SCHOLAS militum undecim fuisse Iustin. in l. ult.C.de loca.& cond.significat. Est autem hoc uerbum corruptum in l.7.C. de aquæductu.in qua uulgò calculis pro scholis legitur. Briss.

SCHOLA palatina.l.xj.§.sin autem. & §.illo procul dubio.C.de iud.Briss.

Et SCHOLA scutariorum & clibanariorum in l. 9.de anno.ciui.in C.Th. & in Notitia Imperij Rom. & apud Marcellin. lib.22. qui eorundem primam & secundam scholam memorat lib.26.Briss.

SCHOLA silentiariorũ.l.4.C.de silentiar.lib.12.

Et SCHOLA societatis sacrarum largitionũ in 13.C.de palat.sac.lar.lib.12.Briss.

SCHOLA dicta est à Græco uerbo σχολάζω, id est, uaco: quia cæteris rebus omissis, uacare liberalibus artibus discipuli debent. Vel ab σχολή, id est, ab uacatione & laxamento, quod interdum illis dandũ, &c. Ioan.Bello.Etymol.

SCHOLARES militantes sunt in sacro Palatio. Nam & scholæ militum sunt. Vegetio, Seuero Sulpitio, in uita Martini, & cæteris: sicut schola literarum, à Græco σχολή, id est, ab ocio. Alciat.in titu. C. de priuil.schol.lib.xij. Sp.

SCHOLARIS, continuis literarum studijs, hoc uenerando nomine, teste Old. dignum sese demonstrans, gaudet iure singulari: quod Fridericus Imperator eius nominis primus, in gratiam studiosorum promulgauit, celebri constitutione habita. C. ne fil. pro pat. Non autem gaudent eo pseudo illi scholares, & uagabundi, quorum in Academijs ferè omnibus (ut idem nimis uerè dicit) bona pars est, quibus literę in patinis, quàm in paginis plus sapiunt. Quanquam eiusmodi insignia quoq; nomina, sed uana, ad patriam reportãt: quod, ut Viues rectè monuit, nec unquam ijs ducentis annis reiectis numeratur, qui uersatus præterito tempore in scholis, certam illam pecuniam dependerit, quacunq; ætate, conditione, ingenio, peritia, moribus: contra mentem glos. in l. j. C. de Tyron. libr. xij. & l. nec cui. super uerb. locanda. C. locati. Prædictum autem priuilegium sola studendi frequentia, non autem, quòd sis in albo & matricula studentium, descriptus, meretur: quemadmodum de notarijs & apparitoribus in simili dicitur, in l. scriniarios. C. de testam. milit. & ibi per Bartol. Obseruandum autem, eiusmodi priuilegium, cuius capita tria pulchrè prosequitur Oldendor. non nisi scholis summorum principum autoritate constitutis, longaq; consuetudine receptis competere, ut sentit Bart. in §. hæc autem tria. in Proœm. Pand.

Vnde Scholaris militia. l. 38. de decurio. in C. Th. Vbi existimo legendum, Scholari etiam quidam nomen dederunt militiæ.

SCHOLASTER, uel scholiarchus rectè dicitur, qui in collegijs sacerdotum Scholasticus barbarè uocatur. Vide Eras. in de Pronunciatione: quo loco commemorat, quanta olim sollicitudine tum publicæ, tum priuatæ scholæ institutæ sint. Sp.

Inde & Scholastici in l. 2. de lucr. aduoc. lib. 12. C. in scholis militantes, qui & Scholares in l. un. qui à præbitio. tiron. in C. Th. & l. 3. C. de offic. magist. offic. l. ult. C. de decan. lib. 12. l. 3. C. de priuileg. schol. l. 5. C. qui milit. poss. l. 14. C. de erogat. milit. anno. A' Suida σχολάριοι uocantur. Cæterũ Scholis tribuni & comites præficiebantur, ut suis locis comprobabimus. Brissonius.

SCORTVM, est meretrix à uiris plurimũ attrectata, & cuius nimio coitu genitalia ad corij duriciẽ obcaluerunt, indurueruntq;. Festus Pomp. Scorta, inquit, meretrices, quia ut pelliculæ subigantur: omnia naq; ex pellibus facta, scortea appellantur. Iulia. lib. 41. tit. pro emptore. l. si quis scorto. &c. Nebriss.

SCIENS est: Donatus interpres Terentij inqt, qui alicuius indicio rem cognoscit. Vide l. ait prætor. ff. quæ in fraud. credit. Sp.

SCIENTIA, est alicuius rei cognitio. l. j. §. scientiam. ff. de tribut. actio. Hinc autem, quod obseruandum est, scientiam uel permissum domini accipim9: non qui habet uoluntatem, sed patientiã. Adde Connan. comment. super Ius Ciuile lib. 1. c. 1.

SCIENTIA interdũ solam notitiam desiderat, interdum & uoluntatem. ueluti in l. Aquilia, qua dominus teneri dicitur quo sciente seruus damnũ dedit, scientiam pro patientia accipimus, ut qui prohibere potuit, teneatur, si non prohibuerit. l. 45. l. 46. ff. ad l. Aquil. Similiterq; in omnibus noxalib. actionibus, ubi scientia domini arguitur, scientia sic accipienda est si cùm prohibere posset, non prohibuit. Nam quod sciente quidẽ, inuito tamẽ domino committitur, eum nõ obligat. l. 3. & l. 4. ff. de noxali. Cùm huiusmodi scientia culpa uacet. l. 37. ff. de diuer. reg. In edicto quoq; Si familia furtũ fecisse dicetur, sciente domino à familia furtum factum accipimus, si sciuit & prohibere potuit. l. 1. §. scientiam. ff. si fam. furt. feciss. In edicto de Tributoria, scientiam accipimus, quę habet & patientiam, non etiam uoluntatẽ. Non enim uelle debet dominus, sed nõ uelle. Si igitur sciuit, & non protestatus sit, nec contradixerit, tributoria tenebitur tanquam eo sciente negotio gesto. l. j. §. scientiam. ff. de tribut. In edicto, Quę in fraudẽ creditorum, hæc uerba, Sciente te, sic accipimus cõscio & fraudem participante. non enim scire solum, sed & fraudis participem esse oportet. l. x. in princ. & §. quod ait Pretor. ff. quę in fraudem credi. In eo quod dicitur dies bonorum possessionis petendæ scientibus cedere, scientiam accipimus non quę iuris prudentibus insit, sed eam, quam quis aut per se habeat, aut consulendo peritiores adsequi possit. l. 2. §. ulti. ff. quis ordo in bonor. possess. Briss. Herillus philosophus teste Laertio scientiam definiuit habitum ex fantasiarum acceptione, non uerbis explicabilem.

SCIENTIA iuris est, non ignorare, quicquid legibus scriptum, morib. receptum, prudentũmue autoritate digestũ est, ait Salom. in tit. de iust. & iur. Sp.

SCIOLVM non debet se quis fingere. ff. de minor.l.fin.in gl.& de adult.l.miles.§.quidam.Albe.

SCIRE dicimur,quod ab alijs audimus.l.si arbiter.ff.de probat.Spieg.

SCIRE,est rem per causas cognoscere. naturę axioma est. Vnde rectè colligit Oldendorp. eum nescire actiones,qui causas earum ignorat. Qui autem nescit actioné,non intelligit ius, quod persequi uult in iudicio. Spiegelius.

SCIRE,iuris:posse,facti est.l.penul.ff.de iuris & fact.igno. Item paria censentur,uel quòd quis sciat, uel quòd scire debeat.Baldi est doctrina, quem uide in Auth.ad hæc C. de usur. Sicut & idem iudicatur, quòd quis aliquam rem habeat,uel habere debeat. l. penult.§.cum ita.ubi Bartolus de aur. & argent.leg. Albericus allegat l.pen. ff. ad Macedon. cum multis alijs simil. Spiegelius.

SCIRE leges non est uerba earũ tenere, sed uim & potestatem. Celsus in l.scire.ff.de legib.Senatusq; consultis. Oldendorp.

SCIRE quis præsumitur illud, quod tenetur inquirere.arg.l.regula.ff.de reg.iur.Old.

SCIRPVM pro scrupo legi tradit Crin.lib. 9. c. ult. Scrupus uerò pro ænigmate, & ambiguitate à ueteribus acceptus est, quod in eo anxietas quædã & asperitas intelligatur.Scrupos .n.aliquoties ueteres ꝓ asperis saxis accepere: Hinc rem scrupulosam dicimus,quæ aliquid in se asperitatis continet.Crinitus de honesta disciplin.dicto loco.Cuius sententiæ accedit & Cælius lib.12.Cęterum utrunq; labi ostendit Brodæus lib.2.Miscell. cap.xxv.

SCISCERE & iubere quid differant, ex oratione Ciceronis pro L.Flacco colligi potest. Sciscere autem, & iubere, sunt suffragio aliquid probare aut improbare. Sed sciscit plebs (unde appellata sunt plebiscita) populus uero iubet: quáuis etiam plebs iubere dicatur. Cicero pro Cornelio Balbo: Si tum sit fundus, cum scita & iussa nostra, sua sentétia comprobat.Sciscere legem,id est,ferre de lege suffragiũ. Vide Budęum.Hoc uerbum,quod est legis XII.Tabul. citat Paul.in l. qui res suas.in fin.de solut. Quo loco Accursius, nimirum uerbi ignorans significatum,pro sciscit,separatim legit,si scit. Ex Alciat.in l. tigni.de uerb.sig. Vide,Plebiscitum.Spiegelius. His adde Connan.comment.super Ius ciuil.lib.1.cap.13. num. 6.& Curt.ἀνακτῶν lib.2.c.34.tom.1.

SCITA plebeia appellantur ea quę plebs suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu interrogante.Festus.Vide Plebiscita.

SCITVM, sciti, quod iussum,decretum,sancitũ est: à sciscendo.

SCOLION apud Græcos conuiuiale carmen erat,& inter pocula concini solitum, cuius etymõ tradit Orus Grammaticus indę deriuatum, quòd à temulentis quibus sensuũ organa turbata sunt, & obliquè se quodam modo habent,cantari soleat. Suidas alijq; à contrario sensu ita dictum annotant,qđ simplex ac facile sit, minimeq; ambagiosum aut obscurum, quam rationem ut falsam reijcit Aristophanis interpres. Aliter Hesychius, pererudito & neutiquã uulgari, quodq; non à quibusuis, sed à doctis tantũ caneretur, exponit: quod & attingit Plutarchus in Symposiacis.Plura de hoc Hadrian.Iunius animaduersionum lib.3.cap. 7.

SCOPARIVS minister, cuius ministerium est, ut deuerrat pauimenta sordentia. Vlp. de fund.inst. Si uilla cultior sit, accedere instruméto fundi atrienses & scoparios. Sp.

SCOPELISMOS quale crimen fuerit in Arabia explicat Crinitus lib.8.c.x.

SCOPVS causæ in iure ciuili, est initium, quod causa sequentiũ fuerit, uelut principalis pars negotij. Nam cuiusq; rei potissima pars principium est.l. 1.ff.de orig.iur.Spieg.

SCORIA purgamentum argenti est,& per metaphoram tum falsam doctrinam corruptamq; religionem significat,tum & hypocritas,& præsertim degenerantes Christianos. Esaiæ 1.Argentum tuum uersum est in scorias,id est, religio ac homines degenerarunt,corruptiq; sunt. Ibid. Expurgabo ad purum scorias tuas: id est,uarijs pœnis plerosq; illos degeneres perdam,aliquos etiam ad sanitaté reuocabo.

SCORPIVS. Scorpium seruum meũ Semproniæ concubinæ meæ seruire uolo. non uidetur proprietas serui legata,sed usus fructus.autor Papinian. ff. de usu & usufr.Sp.

SCORTEVM dicitur omne id, quod ex pellib. factum est.Festus. Dicũtur enim scorta proprie pelles animantium: quodq; ijs meretrices incubarent, & eæ scorta dictæ fuere.

SCORTI nomine appellantur omnes mulieres, quæ alterius quàm mariti consuetudine utuntur ut testatur Conna.in suis comment.super ius ciuil. lib. 8.c.13.nu.1. Diogeni uero scorta dicebantur esse regum reginæ, quod peterent, quodcunq; eis uideretur.Laertius in Diogene.

SCRIBA.Vide Rub.C.de tabul. Apud Romanos scribarum ordo honestus erat.nam hominũ erat sanctissimorum & innocentissimorũ, quorum fidei leges & tabulæ publicæ committebantur,ut est apud Cic.actio.in C.Verrem v. Imperatores superatis hostibus. optimè republica gesta, scribas suos annulis aureis in concione sæpe donarunt.Sp.

SCRIBAE dicuntur scriptores,Notarij,qui circa principem uel alios magnos Iudices, actis gestisque conficiendis deputati sunt. Aliàs scribæ dicuntur,qui scribunt nominatos ad munera & honores, & tributa soluta,secundum gl.in d.rubr.C.de tabul. scrib.lib.x.Ioan.Bello.Etym.

SCRIBAE ueteribus & librarios,& poetas significabant.Nunc uerò scribę sunt librarij,qui rationes publicas scribunt in tabulis.sic accipi debent in rub. & l.1. C.de tab.scribis. Horum officium quale fuerit, docet M.Cicero in 5.Verrina.Prat.

SCRIBAM,non tantùm scribendi agilitas,uerũ etiam solertia,eruditio,& fides commendat. Erat enim apud Gręcos honorificentissimum munus. Vnde Eumenes,Philippi regis,& pòst Alexádri Magni scriba,dicere solebat: Se uitã potiùs positurũ esse,ꝙ fidem. Romani aũt scribarum officia uelut mercenaria,non sic honorabant,teste Probo Æmilio.Old.

SCRIBARVM officium apud populum Roma. quale fuerit, Cicero in Verrina 5. his docet uerbis: Quę pars operę aut opportunitatis in scriba est, cur ei nõ modò merces tanta detur,sed cur cum eo tantæ pecuniæ partitio fiat? Ordo est honestus.quis negat? aut quid ea res ad hanc ré pertinet? est uerò honestus:quod eorum hominum fidei tabulæ publicę periculaq; magistratuum committuntur. Distributi erant in aliquot decurias, quarum in aliqua locum sibi emere consueuerant, qui scribæ fieri uolebant. Idem in Oratione pro domo sua: Scribæ, qui nobiscum in rationibus, monimentisq; publicis uersantur,non obscurum de meis in Remp. beneficijs suũ iudicium decretumq; esse uoluerunt. Æmilius Probus in uita Eumenis ait,scribæ munus multo esse apud

pud Graios honorificētius, quàm apud Romanos. nam apud nos, inquit, reuera, sicut sunt, mercenarij scribę existimantur. at apud illos contrà, nemo ad id officiū admittitur, nisi honesto loco, & fide & industria cognita: quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem. Hot. His adde Turneb. aduersariorum lib. xj. cap. x.

SCRIBERE, cōplures habet singulares, & summè notandas significationes. Scribere enim est scripto promittere. Scæuola in l. ult. ff. de doli exceptio. Homo rusticanus genero scripsit quasi usuras prętéritas. Plaut. Asinaria: Nunc satagit, adducit domum etiam, ultro & scribit nummos. Seruius in 7. Æneid. Transcribi, ait, est tradi. Sermo autem hic sumptus est de pecunia. Nam scribi est dari. Horat.

Scribe decem Nerio non est satis.

Rescribi uerò reddi. Idem Horat.

Dictantis quòd tu nunquam rescribere possis.

Terent. Phormio.

Argentum illud denuo rescribi iussit Phormio.

Ex quo emendandus est etiam Ausonij uersus in epist. ad Theonem in quo ita uulgo est.

Ergo aut prædictos iam nun. rescribet arios,
Et redime ut mora sit libera desidiæ.

Cum tamen legendum sit, Ergo aut prædictos iam nunc rescribe Darios. Atq; hoc sensu interpretari possumus quod ab Vlp. scriptum est tutorem sibi pecuniam creditam scribere posse in l. 9. §. nō tantum. ff. de administr. tut. Briss.

SCRIBERE etiam proprium Iureconsultorum muneris uerbum fuit, quemadmodū & cauere. Pomponius in l. 2. circa fin ff. de orig. iur. de Iureconsultis agens. Sed aut iudicibus, ait, ipsis scribebant, aut testabantur, qui illos consuluerant. In quo uerbo scitè lusit Cicero Trebatium Iureconsultum negligentiæ arguens ambiguo sumpto ex scribendi uaria significatione. Valde, ait ille lib. 7. epist. Iam lautus es stellæ graueris ad nos literas dare homini præsertim propè domestico Quod si scribere oblitus es, minꝰ multi iam te aduocato causa cadent. Vbi scribere à uulgari sua significatione ad hanc quam trado translatum, iocum facit. Scribere etiam formulam dicebatur, qui in iudicio alterum prouocabat. Quintil. lib. 6. c. 4. Colaphum tibi ducam, & formulam scribam, quod caput durum habeas. Sed & quod Græci dicunt δίκην γράφειν hoc Latini uerbum uerbo reddentes, Dicam scribere dicunt. Quam locutionem a comicis primum latinitate donatam, cùm Græcas comœdias Latinas facerent, uerisimile est. Vtitur autē ea Plaut. Aulularia, Terent Phormio. & Cicer. 4. in Verr. Prætor quoq; scribere dicitur actionem, qui in edicto & albo proponit. l. j ff. de eo qui pro tu. Vnde in rem scriptæ actiones exceptionesq; appellantur, quæ generaliter in rem proponūtur & aduersus possessorem dantur, quanquā ex certæ personę facto oriantur. l. 9. §. ult. ff. quod metus cau. l. 1. §. ult. ff. de interdict. l. 4. §. metus cau. ff. de doli exceptio.

SCRIBERE etiā testamento dare relinquereq; significat. Inde scribere libertatem alicui, est ei testamento dare. l. 70 ff. de adqu. hæred. Quintil. declam. 380. Æger à seruo cui libertatem scripserat, uenenū petit: nolenti dare crucem scripsit. Briss.

SCRIBERE etiam hæredem tam tritum est quā quod tritissimum. Minus uulgatum est, scribere tutorem, quo tamen non Iureconsulti tantùm utūtur. l. xx. ff. qui testam. face. poss. Sed & Cic. pro Cluent. Nemo illum, ait, ex tam multis cognatis & adfinib. tutorem unquā liberis suis scripsit. Vt aūt hæres scribi qui instituitur, ita & exhęres scribi dicitur qui exhæredatur. l. 4. ff. unde libe. l. 1. §. Pompon. ff. de Carbon. edict. Briss.

SCRIBERE quoq;, notam inurere signific. l. 17. C. de pœn. Vlp. in Instit. tit. 1. Deditiorum numero sunt, qui pœnæ causa uincti sunt à domino, quib. uestigia scripta fuerunt. Quintil. lib. 7. c. 4. Si quis fugitiuo stigma scripserit. Vegetius lib. 2. c. 5. Nam picturis in cute punctis milites scripti & matriculis inserti iurare solent. Inde inscriptos uultus, id est, stigmate notatos dixit Plin. lib. 18 ca. 3. Briss.

SCRIBERE sibi legatum uidetur nō solùm qui sua manu id facit, sed & qui per seruum suum uel filium quem in potestate habet, dictante testatore legato honoratur. l. 15. §. j. ff. ad l. Cornel. de fals. Briss.

Sic scribere sibi, est testamento sibi aliquod legatum aliúdue quid emolumento futurū adscribere. l. 3. C. de his qui sibi adscribunt. Briss.

SCRIBERE sua manu, non autem propria manu. Id enim negant apud bonos authores reperiri. Propriè aūt eorū est qui aliquod condunt opus, Sic scribere leges pro condere interdū accipimus. Scribere etiam, siue subscribere significat accusare & denunciare. Paul. l. 3. de accus. Vbi præbet ordinē libellorum inscribendorum. Subscribere, inquit, debebit is qui dat libellos se professum esse, uel alius pro eo, si literas nesciat. Vlp. ibidem l. si cui crimen obijciatur, præcedere debet in crimine subscriptio. Et de furt. l. ult. Et eum qui agit in crimine subscribere. l. ē de priuat. delict. l. fin. Si extra ordinē eius rei pœnā exercere uelit, tunc subscribere crimē oportebit. Seneca libr. 2. de beneficijs, manifestè subscriptionem pro accusatione posuit, teste Catanæo. Apud Horat. inuenies scribere pro restituere. Nam qui mutuò accipiunt, chirographum solent creditori scribere: qui recipiūt creditā pecuniā, subscribere. Sueto. pro subnotare usus est Marcell. in l. non aliter. de adopt. pro cōsentire. In quē sensum frequenter & Vlp. usurpat. Columel. pro fauere, lib. 1. Quòd si uoto, inquit, fortuna subscribit, agrum habebimus salubri cœlo. Sp.

Addam & aliā uerbi Scribere significationē, quæ quamuis in historijs frequens & peruulgata sit, à Lexicographis tamē omissa est. Scribere enim milites, scribere supplementum exercitui, pro conscribere, comparare & colligere crebrò legimus Duos Sallustij locos subiecisse contentus ero Sic autem ille in bello Iugurthino, Igitur diffidēs, inquit, cæteri exercitui milites eligere, scribere, præsidia undiq; accersere Et alio loco Et tñ exercitui supplementum scribere ab socijs & nomine latino auxilia accersere. Br.

SCRIBITVS in l. 1. ff. de mune. & honor. in editione Floren. inter munera personalia, recenset Hermogen. quod ut corruptū uerbum quidā notarunt quo fit ut, uel ut patrimonium scribatur. uidenda eo loci τὰ βασιλικὰ censeo, & cōsulo, quas quidā putator Tolosas subticet nō sine magno Reipub. incōmodo.

SCRINIA. Bud in l nec quicquam. ff. de offic. proconsulis & legat. de scrinijs ait, Scrinia sunt plutei & armaria, quib. commētarij & libelli, literariaq; monumenta concludi solent. Plin lib. 7. Illa fuit uera, & incomparabilis inuicti animi sublimitas, captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scrinijs epistolarum, iterumq; apud Tapsum Scipionis, ea optima concremasse fide, atq; non legisse. Hæc autem duorum sunt generum. Quædam enim sunt stataria. & quædam uiatoria. Stataria sunt (referente ipso Budęo) in regia, uel alibi condita, in quibus monumenta antiqua, ad imperium, regnúmue pertinentia, &

(ut ita dicam) instrumentum imperij, regnive asseruantur, qualia sunt Parisijs in recessu editiore sacelli Palatini. Thesaurus chartarũ uulgò appellatur. Græcè chartophylacion, & Latinè scriniarium dici pòt. Vnde, qui thesaurarius chartarum nunc dicitur, rectè appellabitur chartophylax, seu præfectus scriniorum. Altera sunt scrinia uiatoria, quæ in comitatu principali circunferuntur, in quib. libelli supplices principib. postulantibus porrecti cōduntur, quoad subscribantur, id est, quoad principi uacet libellis & postulantib. operam dare, libellisq; responsitare. Statariorum scriniorum exemplum est apud Plin. in epist. ad Traian. his uerbis, Recitabatur apud me edictum, quod dicebatur diui Augusti ad Anniam pertinens, recitatæ & epistolæ diui Vespasiani ad Lacedæmonios, & diui Titi ad eosdem, & Achæos, & Domitiani ad Auidium Nigrinum & Armenium Brochum procōsules, quæ ideo tibi non misi, quia & parùm emendata. & quædam non certæ fidei uidebantur, & quia uera & emendata in scrinijs tuis esse credebam. Viatoriorum autem scriniorum exemplum est apud Lamprid. in Alexan. Postmeridianis horis (ait) subscriptioni & lectioni epistolarũ semper operam dedit, ita ut ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent, relegentibus cuncta librarijs, & ijs, qui scrinium gerebant, ita ut Alexāder sua manu adderet si quid esset addendum, sed ex eius sententia, qui disertior habebatur. Hæc ille. Ea autem subscriptio (ut scribit idem Bud.) duobus mod. fiebat: aut sponte principis, ut in ijs assolet, quæ principes liberalitatis suæ, aut beneficij sui fecerunt, id est, quę sui tantùm arbitrij esse uoluerunt, aut ex consilij sententia, in ijs, quæ disceptationi sunt. Quo in loco primæ erant eorum, quos præfectos libellorum & magistros scriniorum appellatos esse diximus suprà, in dictione, Libellus. Libellorum in hoc significatu, & scriniorum in utroq; fortasse, exempla sunt in tit. de proximis sacrorum scriniorum. lib. 12. C. Scriniarius etiam est scriniorum, id est, rerum arcanarũ custos. tit. est lib. 12. C. de numerarijs, & actuarijs, & chartularijs, & adiutoribus, siue scriniarijs, &c. Sunt uerò, qui tradant tria scriniorum genera quondam fuisse: epistolarum, libellorum conuentionalium & cognitionum, & rationatorum, ut scribit C. Hegendorph. ad tit. de proximis sacr. scrin. nec illa explicat. Legi ego & scrinia unguentorum fuisse, & rerum preciosarum, ut monui in dictione, Vnguentum. Anch.

SCRINIA palatij seu principum interdum quatuor memorantur, Memoriæ, Libellorum, Epistolarum, Dispositionum. l. 19. C. de fide instrumen. l. ulti. de decurionib. lib. x. C. l. 3. C. de offic. quæstor. l. 3. l. 4. l. 11. C. de proxim. sacr. scrin. libr. xij. C. l. secunda C. de priuileg. eor. qui in sacr. palatio. Interdum uerò tria duntaxat, memoriæ uidelicet, epistolarum, ac libellorum seu cognitionum, ut in l. 5. l. 6. l. x. Cod. de proxim. sacr. scrin. l. 1. C. de priuileg. eor. qui in sac. palat. Etiam exceptorum & tabulariorum & Canonũ & Numerorum & Mittendariorum scrinia memorantur. l. ult. de uestib. olober. lib. xj. C. l. 7. C. de palatin. sacr. largit. l. x. C. de murilegul. libr. xj. Item fabricarum & Barbaricariorum. l. 1. C. de præpos. agent. in reb. lib. xij. Brisson. Adde Cuiac. in Rubr. de prox. sacr. scrinior. &c. C. lib. xij.

Item scrinium auri ad Responsum. d. l. 7. C. de palatin. sacrar. largition. Cuius & in notitia cùm de Comite largitionum agitur, fit mentio. Ex hoc accipiēda sunt hæc Iustin. uerba in Nouella de Prætore Pisidiæ. ἴσμεν ὅτι τοῖς στρατιώταις καὶ. Ad responsum. Et in Nouella de Prætore Lycaoniæ λέγοντι μὲν καὶ Ad responsum ὅσοι ἀντιμεταρίοις πρὸς τὴν στρατιωτικὴν συντελοῦν. Et in Nouella de Prætore Thraciæ. καὶ παρέδω, ait, τὸ αὐτὸ καὶ Ad responsum, διὰ τὰς ἐκεῖσε δυνάμεις. In Nou. ex Moderatore Helenoponti. ... Ad respōsum. Ex quibus locis apparet militaribus usib. hoc scrinium deseruijsse. Eoq; ad milites perlata exercitus rectorum mandata in uetustis quibusdā ad Iulianum Patricium notis legi. Meminit etiam officij Ad responsum in re militari. l. 19. §. 1. C. de re milit. lib. 12. Porrò in Notitia cùm officium Comitum sacrarum largitionum recensetur, ad superiora scriniorum genera hęc quoq; adduntur, Vestiarij sacri, Aureæ massæ, Argenti, Annularense, à pecunijs, à miliarēsibus. in nostris etiam libris scrinij ad limitem & ab argentarijs, & operũ, & Oriētalis scrinij & Asiani & Thracij & Macedoniæ & Daciæ fit mentio. l. 7. C. de pala. sacr. largit. l. 18. & l ult. C. de numerar. lib. 12. Briss.

Vnde Scriniarij in l ul. C. de castren. pecul. lib. 12. l. 8. & l. x. C. de numerar. lib. 12. l. ult. de apparitoribus præf. præt. Suidas σκρινιάριος ὁ χαρτουλάριος τοῦ ἐπάρχου, ὁ ἄρχων τὸ σκρίνιον ἤτοι τὸ κιβώτιον. Scrinijs autē magistri præponebantur. Et ita Alexā. Vlpianum magistrum scrinij fuisse Lampridius auctor est. Nec principib. tantùm, sed & magisterijs potestatib. sui scriniarij erant. l ult. C. de test. milit. Briss.

SCRIPTAS rationes pro subscriptis & subsignatis l. Thais. 41. §. fin. ff. de fideicom. lib. & l. si ita stip. §. Chrysogonus ff. de uerb. oblig. Prat.

Pro non scriptis haberi & caduca fieri legata longè differunt l. un. §. & cum triplici. C. de caduc. toll. Vbi traditur ea quæ his relinquebantur, qui in rerũ natura tunc temporis non essent, cùm testamentum fieret, pro non scriptis habita. Quod etiam cōfirmat l. 2. & l. 6. in fin. ff. de iure codicil. l. pen. ff. de his quæ pro non scrip. habe. l. 26. §. pro non scripto. ff. de fidei com. liber. Pro non scriptis etiam habebantur, quæ seruis pœnæ relinquebantur. l. 3. ff. de his quę pro non scrip. l. 25. §. si quis planè. ff. de adquir. hære. Item turpia legata, quæ legatarij magis notandi, quàm demerendi causa scribuntur. l. 57. de lega. 1. Itemq; deportatis & peregrinis relinquuntur. l. 1. C. de hæred. instit. In eadem causa sunt & captatoriæ institutiones, captatoriaq; legata, eaq; quæ sibi quis manu sua in testamento adscripsit. l. 1. & l. ult. ff. de his quę pro nō scrip. habe. l. xv. §. 1. ff. ad l. Cornel. de falsis. l. 4. & l. 5. C. de his qui sibi adscribunt. Et generaliter quæcunque illicitè & contra leges in testamento scribūtur, pro non scriptis habentur, & apud hæredem remanent. l. 14. §. sequens quæstio. & §. ult. ff. ad l. Cornel. de fals. l. ult. ff. de his quæ ut indign. l. xx. in fin. de hæred instit. Brisson.

SCRIPTORVM nomine accipimus scripturas, quarum editiones requiri solent. Tria sunt autē genera: Primum, in quibus continetur formula actionis, quam quis intendit aduersus alium in iudicio: & ideò appellantur libelli iudiciales, de quibus loquitur Vlpian. in l. 1. in princip. de eden. Huc pertinent acta iudiciorum, hoc est, scripturæ continentes ea, quæ apud iudicem de causa cognoscentem agūtur. l. is apud quem. C. eod. tit. Secundum genus scriptorum, quæ in hoc parantur publica fide, uel priuata subscriptione, seu consignatione, ut res gestæ per ea facilius constent ac probentur: ut sunt instrumenta tabellionum, chirographa, literæ sigillatę, de quibus tractatur in d. l. 1. §. editiones. Tertium genus scriptorum, complectitur rationem negotiationis inter duos

duos pluresúe. & hoc genus directo ptinet ad actionem edicti de edendo. Addi potest & quartum scripti genus, in quo ultimę uoluntates continentur: ut testamentum, codicillus. Oldend.

SCRIPTVM facere, pro scribæ munus exercere. Liuius li.ix. ad fin. de C.Flauio qui scriba fuit, Inueni in quibusdam annalibus, cùm appareret Aedilibus, fieriq; se pro Tribun. Aedilé uideret, neq; eius nomen recipi, quod scriptum faceret, tabulam posuisse & iurasse nunquam scriptum facturũ. Quem aliquanto antea desijsse scriptum facere arguit Macer Licinius. Sic & Gell. de eodé agens lib. 6. cap. 9. locutus est.

SCRIPTVM Ius. Vetus est disputatio, utrũ magis expediat regi ciuitates arbitrijs gubernatorum, an scripto iure. Consensus prudentum testatur, melius esse, uti scripto iure. Atq; ita pronunciat Aristoteles. sic enim ait: Qui legẽ uult dominari, uult præesse Deum & leges: qui auté hominis arbitrio uult regi ciuitatem, sæuissimam beluam addit. Nam cupiditates & ira gubernatores deprauant, etiamsi fuerint optimi uiri: quare lex est mens sine cupiditate. Oldendorpius.

SCRIPTVRA & Pictura hoc differunt inter se, quòd pictura magis ad re:ũ uerarum naturaliumq; similitudinem accommodatur, ut eas oculis tanquã præsentes offerat. Scriptura uerò satis habet, si animi alterius cogitata nobis declaret & nobiscũ tanquam uiuo sermone colloquatur. Connan. comment. de iur. ciuil. lib. 1. cap. 6. nu. 6.

SCRIPTVRA uectigal appellata apud Ciceronem: de Imperio Pompei loquens ait. Nam (inquit) cum hostium copiæ non longé absunt, etiamsi irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neq; ex portu, neq; ex decimis, neq; ex scriptura uectigal conseruari potest. Brechæus in l. Inter publica. ff. de uerb. & rer. signif.

SCRIPTVRARIVS ager. Vide Sextum Pompeium.

SCRIPVLI in l. 1. & l. 5. C. de metallar. lib xj. l. 1. de ponderatorib. in C. Theod. l. 12. de metallar. in eo. Cod. l. ult. de annon. ciuic. Latinis Scripulum idem ualet quod Gręcis γράμμα estq; uicesimaquarta pars unciæ auctore Volusio Metiano. Bris.

SCRVPVLOSA inquisitio, dubia, anxia. l. si seruus uetitus. de Leg. j.

SCRVPVLOSVM dicitur, quod difficile est cognitu. Vlpianus de Iniustis testamẽtis. lege posthumus. Licet iuris scrupulositate, nimiaq; subtilitate testamentum ruptum uideatur. Nebriss. Vide supra in dictione Scirpum: & Crinitũ de honesta discipl. lib. 9. cap. ult.

SCRVPVLI, sunt minuti lapilli, qui inter ambulandum insiliunt in calceos hominibus, ac pedẽ torquent. Inde inijcere scrupulum dicitur qui sollicitudinem inijcit animo cuiuspiam. Et scrupulũ eximit, qui solicitudinem eximit. Imp. Alex. in l. cum proponas. C. de Interdic. matrim. Vt autem, inquit, omnis scrupulus auferatur, insistere pater tuus debet. Sp.

SCRVPVLVS Lege, Ponderum ratio.

SCRVTA. Hoc uerbo Cælius putat ueteramenta omniuaria significari, quæ cũ usu iam detrita sint, precio item deminuta censentur. Qui hæc uenalia habent, ab antiquis scrutatores sunt appellati, uilissimi proxenetæ. Sp. Erasmus in annotationibus ad epistolas Hieronymi scruta interpretatur uestẽ pelliciam. hinc scrutarius: qua uoce utitur Horatius Vilia uendentem tunicato scruta popello. Sch. De scrutis uide etiam quid annotarit Adrianus Turnebus aduersariorum lib. 5. cap. 24.

SCRVTARI, hoc est, inquirere alieni regni secreta, non conuenit l. ueteratores. C. de Commerc. & mercat. in l. diuus Pius. ff. de Fugit. §. sed & Diuus Marcus, inquit Vlpianus, oratione quam in senatu recitauit, facultatem dedit ingrediendi tam Cęsaris, quàm senatorum, & paganorum prędia, uolentibus fugitiuos inquirere, scrutariq; cubilia atq; uestigia occultantium. Spieg.

SCRVTINIVM. Scrutinium dicitur examen. Cuiusmodi duplex est: unũ ante ordinationem, cuius forma habetur 23 distinct. qui episcopus. secundum, quando fit post determinationẽ. De hoc in tit. De scrutinio in ordine faciẽdo. & 23. distinct. episcopus. & c. sequenti, 24. distinct per totum. Neq; scrutinium uox alioquin multùm barbara, illatinaq; (ut audio) mihi est, utpote qua usus sit, uel hac in significatione propemodũ, Apuleius lib 9 pro inuestigatione, Postremum (inquit) magistratibus placuit obstinaté denegantem scrutinio detegere. Anch.

SCVCLATIS in l. 11. de Scęnicis in C. Theo. fortè pro scutulatis cum uitio legitur, ut significentur uestes scutulis diuisæ, quarũ meminit Plin. lib viij. cap. xlviij. B. Hieronymus in Ezechiel. cap. xxvij. Istiusmodi homines negotiatores Tyri sunt, qui polymita, purpuram & scutulata mercantur. Bris.

SCVLNAE & Seculnæ olim erant tales, quales hodie apud nos sunt Sequestres. Sculna enim dicebatur is, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia erat, deponebãt. dictus ab eo, quòd occurrenti, & quasi sequẽti eos qui contendunt, committitur, ut tradit Modest. l. cx. de uerb. signif. Ex quo uocatur à Cicerone interpretes, similes ferè Proxenetis, quod se ijs interponũt medios, quibus aliquid est inter se negocij controuersi, qui enim promittebant, ijdem apud se esse pecuniam affirmabãt, quanquã propriè Seculnę seu sequestres sunt, apud quos pecunia deponitur inter plures, per quos inducitur pactio, ut notat Asco. Atq; inde factum, ut dicerentur etiã Sculnæ seu sequestres, quibus res possidenda traditur interim dũ de eius possessione disceptatur apud Iudicẽ. ideoq; olim Sculnæ & Seculnę nominati, ut refert Gel. ex Lauinio. Vtrunq; uocabulũ à sequendo dictum inquit, quod eius qui electus sit utraq; pars fidẽ sequatur: primã ut uerbi originẽ secutus uideatur Modest. & rectè, posteriorẽ rei usum Gellius. Conn. in suis cõm. sup ius ciu. li. 7. c. 4 nu. 6.

SCVLPERE, cædendo imaginem aliquã effingere. C. Nem. lic sig salu. Chr. Marmore sculpendo primi omniũ inclaruerunt Dipœnus & Scyllis, geniti in Creta insula. autor Plin. ca. 4. lib. 36. in prin. Sp.

SCVRRA. Scurræ uidentur priscis illis fuisse, non tantum qui iocularia & scurrilia loquerentur, sed homines etiam urbani, nõ rustici sed elegantes, Plautus Mostel.

Tu urbanus uerò scurra, delitiæ populi
Rus mihi tu obiectas? Epidico
T. Scurra es. B. scio te esse quidem hominem militarem
Scurra hic urbanus est non militaris Trinummo,
——rex periurus,
Quam urbani assidui ciues, quos scurras uocant.

Videtur autem sic appellati fuisse, qui assiduè in urbe essent, nunquam in agris quod sine cura fortassé & opere omni essent. Turnebus aduersar. li. 19. ca. 13.

SCVLPTORES Græcè dicuntur γλυπταί. Quo nomine

nomine Græco & sculptores lignorũ significantur, & qui signa faciunt, siue signarij, & alij quilibet sculptores cælatoresq;. Cuiac. ad l.j. de excusat. artific. lib.10 propè finem.

SCVRRILITAS, uitium urbanitati oppositũ. Spiegelius.

SCVTVM ἀπὸ τοῦ σκύτος à pelle, quod nõ sine pellibus fiat, Drosæus in methodo Iuris.

SCYRPI dicuntur iunci, nodi, & uluosa uimina. Crates sestercenarias uimine contextas, Cato in re rustica Scyrpeas appellat. Libro primo de agricolatione, Varro Vineaticas & scyrpiculas falces appellat, accommodas ad Scyrpos secandos: scyrpiculus Virgeꝰ calathissus Columellę & Propertio quoque. De Scyrpo pro Iunco Columella nõ tacuit. Inde Scyrpariæ falces, & scyrpare dixerũt, ꝓ eo, quod est implicare & innectere scyrpis. In scyrpo nodum quæris inolitum adagium in eos, qui, ubi minime opus, scrupulosiores uidebantur, & in re facili difficultatem indagabãt. Plautus in Menæchmis Ennianum id circumfertur. Quęrunt in scyrpo soliti quod dicere nodum. Hieronymus ad Pammachium contra Ioannem qui Inimicus est, etiam in scyrpo nodũ quærit: Sunt seculæ, sunt falces & scyrpiculæ lunariæ à humectis, hoc est uliginosis locis, & senticosis emundandis, & extirpandis. Scyrpea simulachra uocat Ouidius lib Fast.5.tom. ꝓ Vimineis argæis. Tũc quoq; priscorum uirgo simulachra uirorum, Mittere roboreo scyrpea põte solet. Falces scyrpiculæ uocatæ à scyrpando, id est, ab alligando, sic scyrpicea dolia quassa. Scyrpos etiam appellamus Lingua Latina nodosa & ambigiosa poemata, innexa, implicata instar uiminum capreolatim & nodatim, scyrpata, hoc est, nodata, implicita & in se cõiuncta, ut enodari non possint. Gellius libro undecimo, quę Græci ænigmata, Latini Scyrpos appellarũt, tales Græcis itidem griphi uocitantur non gripi, ut in omnibus ferè codicibus mẽdi indoles inoleuit. Ioan. Baptista in comm. Sidon. Apoll. li.1. Epist. ad Heroniũ.

S E

SEBASTA, ciuitas, cuius meminit Strabo li.xvj. quo loco Iudææ extrema occidẽtalia describit, Augusti nomini dedicata. Sebaston latinè augustum & uenerabile significat. Extat & in responsis legatorũ apud Scæuolã, de Ann. leg. mẽtio Sebastenorũ. Sp.

SEBASTANI, siue Sebastiniani populi sunt Sebastę urbis incolę, quo nomine duas urbes legimus, alteram Cappadociæ, & alteram Samariæ in Palestina Iudæa, quæ in honorem Augusti Cæsaris, qui Gręcè Sebastos, Sebasta est cognominata. de utraq; tamen illarum in tit. de ann. leg. l. liberto. Nebriss.

SECARE & cædere differunt. Cędimus ictibus, secamus ferris, non cædimus. Cuia. lib.9. cap.12.

SECESSVS, rus amœnum & suburbanũ, quò animi relaxandi caussa secedimus. Vlp. l.21.§.9. De recep. qui arb. Quid tamen (de arbitro loquitur) si in eo loco qui sit circa urbem adesse iusserit? Pegasus admittit ualere iussum. Quod puto ita uerum esse, si & eius sit auctoritatis arbiter, ut in secessibus soleat agere, & litigatores facilè eò loci uenire possint. Idem l.16. ff. mandati, ut in hortis quos Rauennæ habebat, in quos omnibus annis secedere solebat, sphæristerium faceret. Plinius lib.2. epist.17. Iustisne de caussis eum tibi uideor incolere, inhabitare, diligere secessum, quem tu nimis urbanus es, nisi concupiscis. Hot.

SECESSVS, pro loco à turba & tumultu separato. Vlp. de Arbit. in l. quid tamen al. si cum dies.§. si arbiter. uers. Quod puto uerum esse, si eius sit autoritatis arbiter, uel in secessibus soleat agere. Insulanus: Secessum, inquit, & secessionẽ, tametsi non nego sæpenumero confundi, tamen germana horum uerborum significatio est diuersa. Secessus quidem locum significat, ad quem laxandi animi gratia declinamus, aut ipsam talem declinationẽ. Secessio autẽ intelligitur fieri ob serias aliquas causas tractandas: & ita ferè in malam partem accipitur. Budęus secessionem item uerbum criminosum esse dicit. Id enim est in bello secessio, quod defectionẽ uocamus. Porrò duas plebis secessiões fuisse, docet historia. Põp. attigit in l. posterior. de Orig. iur. in §. exactis deinde regib. item.§.& cum placuisset. Priorem.§. Accursius historiæ ignarus non est assecutus. Post Zasium & Antonium Garronem, uide Oldend. in Restauratione politiæ, qui adfert lucem Pomponio. Sp.

SECESSVS causa habere, & uestẽ propter secessum ibi depositam. Vide Vlp. in l. quæsitum. ff. de Fund. inst. Sp.

SECRETA nobis cõmunicata, diuulganda non sunt. Vlpian. Ego arbitror, inquit, & iniuriarum agi posse, si hoc animo recitatum est testamentum quibusdã præsentibus, ut iudicia secreta eius, qui testatus est, diuulgarentur l.iij.§. si quis tabulas Depositi. Simpliciter etiam secreta dicimus. Sp.

SECRETARIVM, non uno in loco C. Theodos. pro aula, in qua iudices conueniunt, & ius redditur, ferè eo sensu quo auditorium. ut cum Paulus ait, Lecta est in auditorio Aemilij Papiniani pręfect. pręt. cautio huiusmodi. Intelligitur enim de auditorio causarum, nõ de scholis, ut uulgò creditur. quod antè admonuit Alciatus Sp.

SECRETA loca, per quæ commeari uulgò non solet. apud Vlpianum lege prima. De his qui deiec. Spiegelius.

SECRETO fieri, etiam intelligitur, quod interuenientibus amicis confit. l. pen. in prin. C. qui pot. in pig. hab. Alb.

SECRETVM, pro sigillo minuto, à barbaris in cancellariam principum irrepsit. Hæc uox substantiuè posita, idoneis est autoribus res secreta, id est, nulli communicanda, apudque nos tacitè seruanda. Secretarium ueteres usurpasse, non tantùm pro loco rerum secretarum, suprà indicatum est. Cancellaria nunc fortè dici potest. In ecclesiasticarum synodorum monumentis ferè legimus, In secretario diualis palatij. Sed etiam pro eo, qui apud principes Romanos epistolarum magister propriè dicitur. Spieg.

SECRETVM petere, quęrere, est mecum secretò colloqui.

SECTA, Græcis αἵρεσις, ab eligendo, nunc in pessimam partem accipitur de falsa doctrina ac religione, eiusq; sectatoribus. At olim uox utraq; generale nomẽ fuit, tam ad malas, quàm ad bonas sectas. Dicta autem est Latina uox à secando, eò quòd ea factio sit ab alijs resecta, aut separata: Hæresis autem ab eligendo, quia, cum olim apud Græcos tam uariæ essent opiniones ac pręceptores, alius sibi aliam eligebat, eamq; sectabatur. Est autem sanè Hæresis nomen aptum falsæ doctrinæ ac religioni, quia eam Deus hominibus non dat, aut imponit, sed ipsi illam sibi suo arbitratu, ac pro libitu deligunt & fingunt. Diogenes Laertius in procemio libri primi de sectis differens eam sectam, ex aliorum sententia dici ait, quæ rationem aliquam iuxta id quod apparet & in promptu est, sequitur, aut sequi uidetur.

SECTIO

SECTIO Latinè dicitur, quę postea confiscatio appellari cœpta est: quum alicuius bona publicantur. deriuata ex eo appellatione, quòd prædā ex hostibus captā milites inter se secabant ac diuidebant. Cæsar lib. belli Gall. 2. Postridie eius diei refractis portis quum iam defenderet nemo, atq; intromissis militibus nostris sectionem eius oppidi uniuersam Cæsar uẽdidit. Corn. Tacitus, Reliquias sectionum Neronianarum nondum in fiscum conuersas reuocatis ab exilio concesſit. Cicero de Inuent. 2. Hoc commodè reprehenditur, si dici posſit ex hostibus reus esse captus, cuius prædæ sectiõe uenierit. Hot.

SECTORES dicti sunt, inquit Asconius, qui spẽ lucri sui secuti, bona cõdemnatorum semel auctionabantur, proq; ijs pecunias pensitabant singulis: ac postea pro compendio suo singulas quasq; res pecunia populo uenditabát Hæc ille Quibus ex uerbis Sectores à Sequendo dictos cõijcimus. arbitror ab antiquo uerbo Seco, secas: quod idem significat ut sequor. unde sector, sectaris: & secta, sectæ. nam & accusatores & iudicia sectabantur, quoniam damnatorum bona ipsi æstimare, & certam summam promittere solebant. Idem alio loco. Hot. Adde & Brechæum l. iudicasse, tit. de uerb. & rer. signif.

SECTOR est, inquit, æstimator ac redẽptor bonorum damnati, atq; proscripti, qui spem sectans lucri sui, id est secutus spem æstimationis suæ, bona omnia auctione uendit, & semel infert pecuniam uel ærario, uel socijs. Hot.

SECVLVM, Hebraicè עלם Olam, conueniens sono, & penè etiam significatione, cũ Latino Olim, quod diuersis Latinis uocabulis expresſerunt, iam æternum, iam perpetuum, iam seculum ponentes. Significat autem, tum perpetuitatem, tum longam durationem, tum debitam rei durationem: aliquando etiam ipsum mundum denotat, aliaq; significata habet. Latinis quidem uox Seculum plerunq; spacium centum annorum significat. unde apud Romanos, Ludi seculares. Vsitatisſimè uero longum tempus declarat, uel præteritum, hac locutione, A Seculo: uel in genitiuo positum, Dies seculi: uel etiam futurũ, quæ significata Latinis istis fermè æquiualent. Plura de hoc uide apud Connan. comment. iur. ciuil. lib. 1. cap. 10. nu. 6. in fi.

SECVM potestatem agendi facere. Lege, Venire ad iudicium.

SECVNDAE tabulæ dicuntur, quibus pupillaris substitutio scripta est l. 2. §. interdum, l. 12. ff. de uulg. subst. l ult. ff. ad Trebell. l. pen. ff. test. quemad. aper. quia substitutio hæc paterni testamenti quædam appendicula & sequela est l. qui plures, in fi. ff. de pupill subst. & (ut ait Iustin.) in inferioribus partibus scribebatur, eaq; pars proprio lino, propriaq; cera consignabatur: & in priore parte testamẽti canebatur, ne inferiores tabulæ uiuo filio, & adhuc impubere aperirentur. §. sin autem, 4. Instit. De pupill. subst. Hottom.

SECVNDAE, arum, tantùm pluraliter membrana illa, qua partus obuolutus utero prodit: quæ & secundina uocatur. Dictæ secundæ, quòd nascẽtem infantem sequantur. Occurrit frequens apud Plinium. Spieg.

SECVNDARVM nuptiarum nomine ueniunt & tertiæ, atq; ulteriores, secundum Azon. in Summs. C. de Secund. nup. Attingit ibi & Bart. Sp.

SECVNDARIVS. Lege, primicerius.

SECVNDOCERIVS in l. 7. C. de palatin. sacr. largitio. lib. xij. & Rubr. de primicer. & secundocer. & l. ult. C. de domestic. & protectorib. ubi secundocerij locum, non, ut uulgò legitur, secundi primicerij uetus codex habet. Est & hoc uerbum frequens in Notitia Imperij Rom. Eadem autem figura qua primicerius, ita & secundocerius qui secundum in ordine suo locũ gradumq; obtinet, appellatur. Bris.

SECVNDVM, pro, Pro: ut secundum te litem do, id est, pro te. Vlpian. Et post edictum, secundum præsentem iudicabitur. Cicero pro A. Cecinna: Iam recuperatores, nulla dubitatio est, siue rem, siue uerba spectare uultis, quin secundum nos iudicetis. Sp.

SECVNDVM dictio non facit conditionẽ. text. est uulg. in l. penult & ibi Bald. in secũdo not. ad hoc ponderat, & alij scribentes. C. de insti. & subst. & concordat text. in c. abbate sancti Syluani. extrà de uerbo. sig. Et ideo sing. decidit Bal. in l. iij. per gl. ibi. C. de nuptijs. quòd si accusaui Titium de aliquo crimine, & peto condemnari secundũ statutum, & consuetudinem, si de statuto & consuetudine aliter non constat, punitur extra ordinem. & sic neq; dictio Secundum facit conditionem. neq; relatio falsa uitiat libellum in criminalibus. quod est bene notandum, ad ea quæ tradunt Mod. in d. l. penul. & in l. ubi autẽ non apparet. §. illud. ff. de uerb. oblig. ubi plura dẽ materia relationis. & hoc dictum Bald. pro sing. reassumit D. Ias. in repet. l. admonendi. col. xij. uersi. quid autem sit in libellante. ff. de iur. iur. & in lectura, in vij. col. uersi. succesſiuè. ubi etiam alij repetentes super gl. j. latè tradunt hanc materiam. cum similibus aggregatis per D. Fel. in c. ij. in v. col. & sequen. extrà de rescript. & in c. quoniam abbates. in pen. & ultim. col. de offic. deleg. ubi etiam Deci. & idẽ Dec. consi. lxiij. pro tenui facultate mea diligenter consideratis, in iiij. col. ubi ponit, quando dictio Secundũ faciat conditionem. cũ his quæ in pulchra quæstione scribit Bald. consi. ccccviij. quidam ciuis Florentinus. in ulti. colum. j. in lib. & consi. clxxxvj. generalitas uerborum. ad fin. in iiij. uol. & in inuestitura facta de iure decimali, secundum quod eius maiores usi sunt, Paul. consi. xvij. in causa decimali. lib. ij. in nouis. & de sententia soluendi par caponum, secundum quod eius maiores soluebant, quod non faciat conditionẽ Barto. in l. eum qui. §. Iulian. de const. pecun. Decius in d. l. pen. in ij. not. C. de instit. & sub. ubi declarat. Cotta.

SECVNDVM bonos mores fit, quod rectè atq; ordine, & more maiorum fit, teste Budęo in Annot. poster. Spieg.

SECVNDVM præsentem pronunciare leg. Papinianus. §. meminisse. uers. Cæterùm Digest. de Inoffic. testam.

SECVNDVM ripã in l. 29. ff. de adquir. rer. do. id est, propè ripam, ut in l. 7. §. insula. eod. tit. Sic Secundùm agrũ, Secundùm uiam, Secundùm parietem l. 30. §. 1. l. 38. ff. de adquir. rer. do. l. 13. ff. de seruit. urb. Bris.

SECVNDVM stylum, quod uulgò dicunt, Ciceroni ex formula est.

SECVNDVS, quãuis sequitur primum, & tam numerum, quàm ordinem denotat, id tamen apud nostros perpetuum non est, ut patet per l. j. §. ij. ff. de Grad. l. si primo. §. pen. Qui pot. in ping. hab. Sic nec primus aliquãdo dicitur respectu secundi. extra de Verb. sig. c. Ioseph. & uide C. de Sec. nupt. Alberic.

SECVNDVS hęres dicitur, ut ait Boethius lib. Comment. in Topic. Ciceron. ij. qui hęredi instituto substituitur. ueluti si quis filium instituat hæredem scribatq;: Si is filius intra pubertatẽ decesſerit, nepotem,

tem,uel quemlibet alium hæredẽ esse oportere. Vide l.precib.C.de Impub.& al.substit.Sp.

SECVNDVS hæres,secundo loco scriptum, id est,hæredi substitutum significat. Caius lib.ij. Instit. tit.iij.l.4.ff.de S.C.Silania.ad differentiam hæredũ institutorum,qui priore gradu & loco instituuntur, quos ideo primos appellari suprà docuimus. Explicatur hoc uerbum à Boeth.in Topic.frequensq; est in Cicerone. Addam & ex alijs auctoribus duo quæ mihi potiora uisa sunt testimonia. Sallust. in bello Iugurth. Erat præterea in exercitu nostro Numida quidam Masinissæ nepos,quem Micipsa testamento secundũ hæredẽ scripserat. Suet.in Iul. ca.lxxxiij. Plures percussorũ in tutoribus si quis sibi filius nasceretur, nominauit: D. Brutum etiam in secundis hæredibus.Bris.

SECVRITAS, pro saluo cõductu: uocabulum est non Latinum, quo tamẽ interpretes utuntur,ex uernacula locutione sumptum. Vide Bart.in appar. l.j.ad Leg.Iul. maiest.Spieg.

SECVRITATIS publicæ tessera dicitur, quæ præstatur iter facientibus, Geleydt. Barbari saluum conductum uocant. Oldend.

SECVRVM testamentum, firmum, & de quo nihil est dubitandum. Securè testari, in l. Papinianus. ff. de Inoffic.testam.Spieg.

SECVRVS, est dissolutus, & sine ulla cura, quẽ supinum Iurisconss. uocare solent, hoc est socordem & desidẽ Bud.in l.plurimũ. de Iur.& facti ignor.Sp.

SECVS, aduerbium, aliter significat, præsertim quando particulæ negatiuæ sequuntur l.ij. Cod. de Temp.appell.Spieg.

SED particula, interdum ponitur adiunctiuè. ut in l.qui se debere. ff. de Cond.caus.dat.caus. non secut.in uersic. quoniã. in l.ij.in prin.uers. sed Seruius quidem.& ibi Gloss.ff.ad Leg.Rhod.de Iactu. Est & frequenter particula aduersatiua. Vide Alberic.

SED & si. Vide Bart.in l.sed & si. ff.de Petit.hær. in l.patris.de Vulg.& pupil.substit. & in l.pupilli.de Negoc.gest.

SED dictio iuncta copulę &,aduersatur in facto, sed identitatem iuris significat l. sed & si lege. ff. de petit.hæred.Io.Bello.Etymol. Adde Connan.comment iur.ciu.lib.6.nu.6.cap.1.

SEDEO, sedes, uulgarẽ habet significationem: cui cõtraria est illa uerbi sto. Sed præterea significat Sedet, impersonaliter idẽ quod uidetur, uel placet. Vlpian.l. si fideiussor, 7. §. ult. Si satisdatum pro re mobili non sit,& persona suspecta sit,ex qua satisdatio desideratur, apud officiũ deponi debebit, si hoc iudici sederit, donec uel satisdetur, uel lis finem accipiat. Sederit,id est si iudici uisum fuerit,si ita arbitratus sit.Hot.

SEDERE, pro placere. Vlp.in fin.l.si fideiussor. ff.Qui satisdar.cog. Si hoc ait,iudici sederit.

SEDERE dicitur Prætor, cùm pro tribunali iuris dicendi causa sedet l.2.§. confestim. ff.ad Tertyllian.l.7. ff. de in integ.restit. Vnde dies quibus Prætor ius dixit, Sessionum,appellantur.in l.51.§. satisfactionis. ff. ut in poss. legat. ut Zoannetus primum in lib.singul.restitutio. Mox Duar.emendarũt.Bris.

SEDERE etiã iudices dicuntur. Cicero pro Rabir.Post. Modò uos ijdẽ in A. Gabinium iudices sedistis.Plin.lib.vj. Ad Roman.Sedebant iudices centum & octoginta. tot enim quattuor consilijs colliguntur.ingens utrinq; aduocatio.Bris.

SEDITIO, est quietis publicæ perturbatio l.j. C.de Seditios.Modest.in l.cõstitutiones.de Appell. & relat.ait,damnatos statim puniri publicè interest. ut sunt insignes latrones,uel seditionum concitatores,uel duces factionum, Bart. in l.capitalium.§. famosos.ff.de Furt.qui seditiosi dicãtur,ostẽdit. Cicero lib.de Repub.vj. scribit, seditionẽ dictã esse à dissensione omniũ,quod seorsum eunt alij in aliud.Sp.

SEDVLARIVM,pro lectica,seu sella Iurisc. accipit.de Supell.leg.l.instrumenti. cum dicit,Rhedæ & sedularia.Nebr.

SEGES, propriè fruges eorũ seminum, ex quibus conficitur panis,nondum demessa,ut ait Valla. Hanc corrumpi & ramis & herbis, Iurisconss. est autor,in l.ex conducto.§.si uis tempestatis.Locati.

SEGMENTA pro margaritis & murenulis,hoc est torquibus orbiculariter innexarum gemmarum capiũtur. Seruius credit gemmatum à Satyro cubile describi,cum inquit:

Et segmentatis dormisset paruula cunis.

SEGMENTA quandoq; significãt purpuream uestem,lanceolis,meandris, limis & orbiculis uariè intextam Ouid.lib.3.de arte amandi.

Quid de ueste loquar non iam segmenta requiro,
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

Circulos cœli climataq; ut ita dicã,Plinius segmenta dicit. Iohan. Baptist.in comment. Sidon. Apollina.lib.8.Epist. ad Namatium. Adde Turnebum aduersariorum lib.4 cap.23.

SEGNICIA,tarditas ac negligentia ad agendũ, inquit Donatus.Gloss.in l.si nulla.ff.de Pig.act.sentit, segniciem siue negligentiam esse in omittendo, culpam in faciendo. Spieg.

Σεισάχθεια. Budæus Σεισάχθειαν id est, χρεωκοπίαν nouas tabulas,& æris alieni decisionem interpretatur, quod testatur Plutarchus in Solone his uerbis: Cũ infima plebs, inquit, opprimeretur à diuitibus æris alieni magnitudine,cogerenturq; alij,aut septa fructuum parte agros illorũ colere, alij sese illis ad imperatum quoduis faciendũ offerre, ut aut seruirent ipsis creditoribus,aut ab eis uænirent extraneis,alij filiorum suorum seruitute se libertatemq; suam redimerent,Solon σεισάχθειαν induxit,cauitq; ut nemo posthac corpore addiceretur creditori. Siquidem autem eam legẽ οἱ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἀγώγιμοι τοῖς δανείσασιν ἦσαν. id est qui oppignoratis corporibus mutuabantur,addicebantur creditorib. Connan. Dicta uerò est σεισάχθεια ἀπὸ τοῦ ἀποσείσασθαι τὰ βάρη τῶν δανείων.ab eo quod subleuarẽtur, ac excuterent æris alieni intolerabilẽ sarcinã,Laertius in uita Solonis.

Σεισάχθεια in legibus Solonis tabularum omnium abolitio.legis uerba hęc sunt: τῶν χρεῶν ἀποκοπὰς ποιῆσαι, καὶ λύτρωσιν τῶν ἐπὶ σώμασι μὴ δανείζεσθαι, καὶ ὅτι νόμος σεισάχθεια καλεῖσθαι Hanc legẽ explicui li.2.ueter.Iurisp.l.1.Prat.

SELINIS nomen est duarum ciuitatum, altera namq; est Ciliciæ,de qua Lucanus lib.8. Quo portu mittitq; rates recipitq; Selinis. Altera Sicilię: de qua Virgil.3. Georg. Palmosa Selinis. De hac Iurisc. in tit.de censib. Nebriss.

SELIQVASTRA,genus est sediliũ antiqui generis,ait Festus,d litera in l cõuersa. Paul.de Supell. leg. Instrumenti significatione rhedæ & seliquastra in supellectili adnumerari solent.

SELLA,à sedendo,quasi seda dicitur,qua magistratus olim Romani,ædiles & prætores per urbem gestabantur sedentes.unde Gestatoria sella nuncupabatur. Paulus de Seruit.rustic.præd. Qui sella,inquit,aut lectica uehitur,ire, non agere dicitur. Vbi monente Old. sellæ aut lecticæ significationẽ Accursius non est adsecutus. quod & à Nebrissen. notatum

tatum est. Vide Lectica. Spiegelius.

SELLAE curules, ait Isidor. li. xx. Etym. ca. j. erát in qb. magistratus sedétes iura reddebát. Dictę autẽ curules, q apud ueteres Prętores & COSS. ꝑpter itineris longinquitaté curru in forũ prouehebátur. Sellæ auté quæ post eos uehebátur, quibus sedétes iura dicebant à curru curules sunt appellatæ. Bris.

SELLAE prætoriæ fit métio in l. 1. §. casum. ff. de postul. Qua de re uide quæ li. iij. Antiquit. dixi. Bris.

Est & Sella gestatoria, de qua apud Suet. in Nero. cap. 26. & in l. 7. ff. de seruit. rustic. l. 49. ff. de legat. 3. De qua & lib. 1. Antiquit. aliquid dixi.

SELLA balnearis apud Paulũ li. iij. Sét. tit. vj. Br.

SELLVLARII, dicti operarij, q in opere faciédo sedent. Hinc ars sellularia appellata, quã sedentariam appellat, teste Syluio, Aristotelis interpres in libro Moralium magnorum secundo. Spieg.

SEMEL, de uno intelligendũ. nam quod semel fit, nullam recipit diuisionem l. si ita fuerit. ff. de Manumiss. testam. Spieg.

SEMES, semissis, pro solidi, hoc est assis dimidio. ut si quis ex semisse relictus sit hęres, intelligendum est, dimidiũ hæreditatis illi debere cedere. Hac uoce raro extra compositionẽ utimur, in qua dimidiũ significat eius cui adiũgitur. Labeo tit. de Vulg. substit. l. si pater. Vt unus, inquit, semis apud te maneat. Et ibid. l. & si. Per bonorũ possessionem semis ei sit ablatus. Vide Sextans. Spieg.

SEMESTRES libri dicebãtur, qui sex mensium gesta, & administrata explicabát. not. §. Item diuus. de excusat. tut. in Institut. Io. Bello. Etymol.

SEMESTRIA consilia principũ dicebantur, in quibus cũ aliquot Senatoribus ad semestre tempus aduocatis, de ijs quæ ad Senatum referenda erant, deliberabant: inde, opinor, ducto nomine, quód hybernis ęstiuisq; mensibus sibi cõsiliarios mutabant. Sueto. Augusto, Sibiq; instituit cõsilia sortiri semestria, cũ quibus de negocijs ad frequenté Senatum referẽdis ante tractaret. Et in Claudio, Rerum actũ diuisum antea in hybernos æstiuosq; menses, coniunxit. Semestria auté à Iurisconsultis præcisé dicũtur. ut l. 46. ff. de pact. & l. 12. ff. de acquir. hæred. & apud Iustin. §. 2. De excusat. tut. Xiphilinus auté ab Augusto tradit senatores quindecim sorte ductos esse, cum quibus iudicabat. καὶ πεντεκαίδεκα inquit, τῶν βουλευτῶν, τοὺς κλήρῳ λαχόντας συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανε. καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν Aduocabat quindecim Senatores sorte ductos, qui sibi ad sex mẽses in consilio essent, interdumq; cum ijs ius dicebat. Zonaras etiam lib. 2. ita scribit: καὶ τοὺς ὑπάτους καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, καὶ ἐκ τοῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν, ὥστε δι' αὐτῶν καὶ πᾶσι κοινοῦσθαι τὰ βουλευόμενα. ἔστι δ' ὅτι καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν. id est, Consules etiam, ex alijs itẽ magistratibus singulos, & ex senatorum copia cõsiliarios quindecim ad sex menses asciuit: ut eorum opera cum uniuerso senatu ea quę deliberanda essent communicaret: nonnunquã etiam ius unà cũ ipsis dicebat. Obseruatus est etiam idem locus apud Dionem lib. 53. Hot.

SEMIMITRA inter ornamenta muliebria ponitur ab Vlpiano in l. argumento §. ornamentorum. ff. de auro & arg. leg. Vide Mitra. Adde Tiraquellum in 3. l. connub. gl. 1. partis 3.

SEMINARIVM appellãt fructus sementis causa repositos. Sic Seminarium conferendi agri causa paratum in l 9. §. seminarium. ff. de usufr. Et Seminaria numero multitudinis in l 3. ff. de impens. in res dot. Bris. De hac dictione uide latius Conn. Comment. super ius ciuil. lib. 4. cap. 1. num. 9. in prin.

SEMINARIVM, locus est subactus, in quo semina, aut uitium, aut arborum pangũtur: ut cum ad certam quantitatem excreuerint, in uinetũ, uel arbustum, uel pomarium transferantur. Quo tempore quæ prius semina dicebantur, uiuiradices uocantur, id est plantulæ, cum sua radice trãslatæ in aliud solum. Et semina, nõ grana, sed surculi sunt depacti: qui cum radices egerũt, in uinetum transferuntur. Bud. in l. item si fundi. §. seminarios. de Vsufruct. Sp.

SEMINECIS lingua, id est, mortua, ut in l. quoniam indignum. C. de testament. Io. Bello. Etym.

SEMINARIVM, est locus ille quem uulgus uiuarium uocat, & de eo meminit Vlpianus in l. tertia. §. quòd si quis. ff. arborum furtim cæsarum. & Columell. lib. 3. Qui uineam uel arbustum constituere uolet, seminaria prius facere debebit: sic enim sciet, cuius generis uitem positurus sit. & paulo pòst: Optimum est (inquit) eodem agro quo uitem positurus est, uel saltẽ uicino, facere seminarium. & de eo meminit etiam Celsus, in l. itẽ si fundi. §. seminarios. ff. de usufr. licet interpretes ibi aliter, & malè intellexerint. & Vlp. in l. iij. de impensis in reb. dot. fact. Cot.

SEMIPLENA probatio, Lege, Probatio Semiplena.

SEMIPVLLATI, dicuntur ij, qui pullis & anthracinis uestibus sunt induti. Pullum nigrum Seruius interpretatur. Quinimò & Maro non secus intelligit Georgicon. lib. 3. Nigra subest udo, tantum cui lingua palato, Reijce ne maculis, infuscet uellera pullis. Pullicies etiam Columellæ nigredo dicitur. Ioan. Bap. in Comment. Epist. Sidon. Appoll. lib. 1. ad Vincentium.

SEMIS sex uncias cõtinet, ut notum est. Ex Semisse hęres scriptus dicitur, qui ex media parte institutus est. qui Semissarius appellatur in l. 116. §. 1. ff. de legat. j Bris.

SEMISSALES usuræ pro semisses, id est cum seni aurei quotannis in centenos pendũtur. Modestin. l. 10. ff. de pollicit. Ita pollicita est, uti sors apud eam remaneat, & ipsa usuras semissales ad præmia certantium resoluat. Hot.

SEMISSARIVS hæres, hæres ex semisse. Florentinus l. 116. §. 1. ff. de leg. & fideic. 30. A' cohærede uerò semissario, duobus extraneis concurrentibus, non amplius tertia parte. Hot.

SEMISSES usuræ sunt, quarũ menstrua quantitas ducentesima pars est sortis. In usurarum enim ratione centesima assis locum obtinet, ad eamq; omnes usurarũ species rediguntur: itaq; Semisses usuræ sunt, si ꝑ centũ aureis singulis annis sex præstentur. Vide quæ libro ultimo in uerbo Vsura dicã. Br.

SEMISSES Vsuræ, quæ dicantur, & quę trientariæ, primus omnium ostendit Hermolaus Barbarus, uir omnium meo iudicio nostri seculi eruditissimus: is enim in secunda editione castigationũ Plinianarum lib. 14. in illud. Vsura multiplicata semissibus: ex auctoritate Columellę, atq; ipsa ratione & æquitate, quæ omni auctoritate pręstantior est, manifestè demonstrat, usuras semisses eas esse, quæ ex centenis nummis redduntur quotannis, habita ratione, non ad centum, sed ad duodecim uncias, quæ assem constituunt. Trientarias uerò usuras quæ ex centenis reddunt quaternos nummos. Quadrantarias, quæ ternos. De semissibus usuris dixit Plinius: Vsura multiplicata semissibus, quæ ciuilis ac modica est. Quod si ex tantum quotannis quinquaginta redderentur, esset profecto inciuilis & iniqua: tanto

tanto mitiores, quæ trientes & quadrātes appellantur. De trientaria usura Capitolinus in Alexandro scripsit, exercuisse illū trientarium fœnus ut æquissimum & leuissimū ad usum reipub. De hac quoq; scribit Paulus in tit. ad l. Falcidiam l. si heres. Sic etiā intelligendum est, quod Scęuola lib. 22. tit. de usuris l. qui semisses scribit: Qui semisses, inq̄t, usuras promisit per annos singulos, & minores præstitit, hæres creditoris semisses petit, &c. Sed ut liquidò ante oculos ponamus, quid per usuras semisses intelligēdum sit, libuit ad uerbū transferre, quod scribit Columella lib. 4. de re rustica: Vinitor, inquit, licet sit emptus, sex, uel potius octo millibus sestertijs, tum ipsum solum octo iugerum totidem millibus nummorum partum, uineasq; cum sua dote, id est, cum pedamentis & uiminibus binis millibus in singula iugera positas duco. Fit tum in assem cōsummatum precium sestertiorum 29. millium. Huc accedūt semisses usurarum sestertia tria millia, & quadringenti octoginta nummi biennij temporis, quo uelut infantia uinearum cessata à fructu. fit in assem summa sortis & usurarum triginta duorū millium quadringentorum octoginta nummûm. Quod quasi nomē, si ut fœnerator cum debitore, ita rusticus cū uineis fecerit, eius summæ ut in perpetuum prædictā usuram semissium dominus cōstituat, percipere debet in annos singulos mille nongētos quinquaginta sestertios nummos. Ex his Columellæ uerbis euidentissimè colligitur ex usuris semissibus, nō quinquagenos de cētenis, sed senos duntaxat in annum reddire creditoribus, sicuti quaternos ex trientibus, & ternos ex quadrantibus. Nebriss.

SEMISSES etiam illi homines à ueteribus sunt nuncupati, qui breuiculi atq; minutiores extarent, quasi ad mensuram dimidij assis ut semodios, & semuncias dicimus. Vnde Valerius ad Ciceronē Simius (inquit) non semissis homo contra me arma tulit. Sed & pagani Romani, ut à Tertulliano proditum est Christianos ridiculo nomine Semissios & Sarmentarios non alia ratione uocarunt, quā quod ad stipitem dimidij assis reuincti, sarmētis addictis concremarentur. De quo supplicij genere Pamphilus quoq; Eusebius meminit. Quin & Augustinus sarmentis tradit cōplures Christianos cōsumptos: quo circa Sarmentarios dictitabant. Crinitus de honesta disciplina lib. 1. cap. 13.

SEMITAM Græci ἀτραπὸν uocant, unde Gallos atrapare deduxisse putatur, quod significat fugientem capere & assequi, quia fugitiui soleant non recta, neq; regia, sed obliquis & latēribus semitis euadere. Connan.

SEMITA, diuersa à plaustrorum uia, quam regiam uocant l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad Leg. Aquil. Spieg.

SEMPER, omne tempus, omnem casum respicit l. semper. de Iur. immun. De quo Bart. in l. j. ff. Solut. matr. Spieg.

SEMPITERNVM Lege, Aeternus paries.

SEMVNCIA, uncię pars dimidia. ut apud Scæuolam l. 21. §. 2. ff. de annuis leg. ubi ex asse hæreditatis uxor prius quadrantem, deinde ex fideicommisso dodrantem, detracto quadrante Falcidico, id est uncijs duabus & sicilico cōsecuta, defendebat partem hæreditatis dimidiam, quam adulto priuigno restituere iussa erat, ex illo quadrante Falcidio in assem reuocato computandā esse: quod Scęuola comprobauit. Hot.

SEMVNCIAS Turnebus aduersariorum lib. 7. cap. 23. interpretatur sirpeas minores, & tanquā semisirpeas: ut sirpea loco unciæ sit.

SENACVLVM, statio senatorum, unde in curiam ire solitos legimus. Lampridius in Heliogabalo pro mulierum senatu ponit, qui Erasmo senatulus est. Spieg.

SENATOR. Senator uir est consularis, dictus à senio, uel à senectute. solis enim senibus cura reipublicæ demandabatur l. semper. de iur. immunita. tacit l. ad rempubl. de muner. & honor. Etiam Cicero ait apud Lacedæmonios senes appellari eos, q sum mum quendam magistratum gerunt. Cæterùm, ut inter cæteros author est Pomponius Lætus, in libello de magistratibus Roman. Romulus olim elegerat centum senatores, qui multitudinis patroni, id est, defensores, essent. Et hos appellabāt peregrini principes in ciuitate. Post cuiusmodi senatores centum Tullus Hostilius (populo Albano Romam traducto) ex eius patricijs ordinē senatorium suppleuit. Postea Tarquinius Priscus senatus maiestatem centum uiris ampliauit. Ast Tarquinius ille superbus clariorem partē senatus morte & exilio perdidit. Mox, exactis regibus, senatus cædibus regis diminutus, à Bruto primo consule restauratus est. Primoribus enim equestris gradus, electis ad trecētorum summam, patrum numerum expleuit. Hi igitur à Bruto additi, & ita senatui ascripti patres conscripti appellati sunt. Vnde in senatum uocabantur, qui patres, quiq; conscripti erant, ut apud Liuium, & alios authores legimus. Cæsar longe post senatū suppleuit, & multos tum ciues, tum externos præter electum, sed magis per gratiam senatoria dignitate donauit, ut scribit Riuallius lib. 2. histor. iur. ciuil. Vnde peregrinis & Gallis, & alijs in senatum allectis libellus propositus est, suadens ne quis senatori nouo curiam monstrare uellet. Post necē quoq; Cæsaris tot in senatum per gratiam, & præmium allecti sunt, ut super mille senatores essent Sed ad modum pristinum & splendorem eos Augustus tandē redegit. Senatores autem supplicis ordinis fuisse Fenestella author est: de magistratib. Roman. alij enim patricij, alij pedarij, nonnulli uerò conscripti appellabantur. Patricij sunt ij maximè, qui centū illis patribus à Romulo lectis geniti sunt. Conscripti uerò senatores hi, qui regum, consulum, censorumúe decreto in senatum lecti sunt. Pedarios autem senatores uarijs etiam rationibus appellatos esse inuenio. Alij enim, quòd hi nō haberent sententiæ dictionem in senatu, sed in aliorum sentētias pedibus irent, dictos pedarios putant: alij, quòd essent plerique, qui magistratus curules adepti sella curuli in senatum ueherentur, qui unà pedibus iter facerent, pedarij nominabātur. Vt autem Pædianus ait, senatoris prima administratio erat quæstorē fieri prouincia, curam gerere pecuniæ publicæ, in diuersos usus erogandæ. Cæterùm, de senatoribus & de senatu multa copiosè & latè admodum Guilielmus Budæus, Franciæ eximium decus, explicat, in l. fi. sub titulo de senatorib. quæ iuuenes perdiscere, ac ueluti ungues digitosq; nosse uelim antè, quàm de senatorū priuilegijs, cæterisq; ad eos, & eorū filios pertinentibus, tractare quicquam incipiant. Nam ut ferè in reliquis partibus iuris, ita sub titulo De senatorib. nihil ad historicam cognitionem pertinens positum est. Videtur enim Imperator credidisse eos, qui ad ius ciuile tractandum accederent, totius rei Romanæ peritos fore Ideo pauca quædā in ipso Digestorum limine seorsim atq; in uniuersum admonuisse con-

contentus fuit l.ij. de origine iur. Non ignarus (ut opinor) multa suis locis desiderari posse, quę aliunde tamen acciperentur. Anch.

SENATORES qui Romanis fuerint, Vlp. indicat in l. nuptę. de Senat. Erant auté senatus Romani consilium, patricij & senatores populi: principis uerò, iurisperiti. quos senatus probasset. De his loquitur l. iurisperitus. ff. de Excusat. tut. Salomon. refert, Impp. sine consilio Iurisperitorum (propter quos omnia iura nosse creduntur) nihil constituisse, illisq; autoribus cóstitutionum siue decretorú uerba esse concepta. De quibus scitè Riuallius scribit mox ab initio libri quarti, Hist. iur. ciuil. Quamuis Dn. Old. ut omnia solet, liquidius ex Fenestella & Gellio depromat in hæc uerba: Romulus urbis Romanæ conditor, cum ciuitatem iam uideret hominum robore munitam, cósilio quoq; fulcire eam uoluit. Centum elegit, quos ob honorem patres: ob ætatem senatores appellauit. Inde Senatus dictus est ordo ille amplissimus. Posteritas senatorú per genituram propagata, Patricij sunt appellati, quòd à primis senatoribus, seu patribus oriundi erát. Brutus primus cósul, expulsor regú, primores equestris ordinis senatoribus adscripsit: inde patres cóscripti nominabantur: Senatus haberi, seu conuocari non potuit, nisi per Dictatorem, Consules, Prætorem, Tribunos plebis, Interregnum, Præfectum urbi. Nec alio in loco senatus conueniebat, quàm augurato, quæ templa appellabant. Quare primùm curia Hostilia, deinde Pompeia, postremò Iulia, cú profana essent loca, per augures ad hoc sunt templa cóstituta, ut in ijs iusta senatusconsulta more maiorum fieri possent. Sp.

SENATORUM tria sunt genera. Alij enim Senatores sunt clarissimi, alij spectabiles, alij illustres. Cuia. in l 2. de dignitatib. C. lib. 12. & l. 15. ff. de excusat. ubi addit, quod olim etiam plures fuerint ordines Senatorum, ut patricij, conscripti, Pedarij, sed prædicta tria genera hodie tantum esse in usu.

SENATORIS filius est & is, qué in adoptioné accepit, quàm diu tamé in familia eius manet. Old.

SENATORUM liberos (inquit Vlp. in tit. de Senatorib.) accipere debemus, non tantum senatorum filios, uerumetiá omnes qui progeniti ex ipsis, uel ex liberis eorú dicátur, siue naturales, siue adoptiui sint liberi senatorum, ex quibus nati dicútur. sed etsi ex filia Senatoris natus sit, spectare debemus patris eius códitionem, teste Cassio Longino, qui propter turpitudiné amotus est senatu: nec restitutus iudicare non potest: non tamen teste Modestino capite minuitur, sed morari potest Romę, teste Vlpiano. Senatoris filius non solum censetur naturalis, sed adoptiuus: nec refert quomodo, uel à quo adoptauerit, an in senatoria dignitate cóstitutus, an ante Senatoriam dignitatem. Sed quamdiu in adoptione manet & familia, senatoris est filius, emancipatus autem nó est senatoris filius teste Paulo: quo in teste datus à senatore patre, filius in adoptionem uiro inferioris dignitatis, tamen est filius Senatoris, sicut Consulis filius, est consularis: nam dignitas senatoria, uel consularis, non amittit adoptione suum ius, Teste Vlpiano, emancipatus à senatore patre filius: quasi filium Senatoris haberi placet. cum teste Labeone natus post mortem patris senatoris: quasi filius sanatoris habendus sit. Secus est de eo, qui natus est post patrem de senatu emotum. Si quis auté conceptus sit ex senatore patre, & natus post mortú à senatu patrem, Filiú Senatoris censeri placuit, spectantibus tempus conceptionis. Si quis habuit auum & patrem senatorem, senatoris nepos & filius intelligitur. Sed si pater ante cóceptionem filij amisit dignitatem, censetur ille nepos senatoris propter auum: non autem filius. Eodem teste fœminę clarissimæ dicuntur, nuptæ clarissimis uiris: at filiæ senatorum nuptæ uiris non clarissimis, clarissimæ non césentur: Viri enim uxorib. tribuút dignitaté. Maff.

SENATUM consulere, Tornebus lib. 14. cap. 11. arbitratur de republic. referre, esse senatum cósulere, quomodo Respub. in anná administranda sit, qui in prouincias mittendi, qui reuocádi, qui exercitus cóscribendi, q dimittédi, qd domi militięq; agendú.

SENATUM Romanorú hodie repræsentant in nostra Germania, Septemuiri Principes electores. Oldendorpius.

SENATUM cogere, est consules & senatores in consilium conuocare, uel uocare. Nam cogebantur captis pignoribus uel multa Old.

SENATU mouere, Ex senatu reijcere, De senatu mouere, Amittere dignitatem senatoriam. Vlp. in l. Emancipatum. ff. de senatorib In quo Titulo Tribonianus nihil scitu dignum, sed quasdam inanes & ambitiosas de præferendis Senatorum mulieribus altercationes consarcinauit. Old.

SENATUS, & locum in quo ipsi senatores conueniunt, & senatores ipsos significat. De Romani senatus (cuius frequens est mentio apud Iurisconsultos) institutione, principeq; eius, & censu, lectione item, & de cóuocatione, de coactione, de loco & tépore, de numero legitimo, de autoritate, & potestate, officio, maiestate, de dimissione, lege Budæum in Annot. ad l. ult. de Senatorib. Quamuis hæc non latuerút doctissimum Alexandrum Neapolitanú, qui pleraq; aut copiosius aut dilucidius tractat. Sp.

SENATUS est duplex, antiquæ Romanæ & Cóstantinopolitanæ Romę, qui dicitur maximus, l. ult. de decurioni. & filijs eor. C. lib. 10. Cuia. in proem. d. tit. de decur. & fil. eor.

SENATUSCONSULTI forma duplex erat: Altera, ut singuli senatores per consulem interrogati, dicerent sentétias: quod semper de rebus grauissimis (modò si tempus ferret) fieri solebat. Altera, ut cum primus dixisset, discedens mox in aliquam partem: cæteri tum, qui eiusdem sentétiæ essent, eodem irét. Quod per discessionem appellabatur, Et, in sententiam ire, uel, pedibus in sententiá ire, Item, in eandem sententiam concurrere. Old.

SENATUSCONSULTO autem intercedere, hoc est, opponere sese Tribuni poterát. Ceterùm, intrare curiá Tribunis non licebat. Ante ualuas autem positis subsellijs decreta patrú attentissima cura examinabant, ut si qua ex ijs improbassent, rata esse non sinerent. Itaq; ueteribus Senatusconsultis T. litera subscribi solebat, eaq; nota significabatur, illa Tribunos quoq; censuisse. Valer. lib. ij. ca. j. Old.

SENATUSCONSULTUM uocatur, quod senatus sine plebis arbitrio facit, iubet. Nam cú populus difficilè cógregaretur, cura Reipub. ad senatum deducta est, qui se interponere cœpit, atq; rerum satagere. Id quoq; ius uocatum senatusconsultum. Et frequenter ab Consulis interrogantis nomine ipsa senatus decreta dicebantur: ut senatusconsultú Trebellianum, à Trebellio rogante Consule, &c. Quod ut fiebat, Gellius docet. In rebus mométosis, aut ad exemplum pertinentibus, senatores nó minus centum senatusconsultum facere poterant, ut ex Liuij lib. ix. de bello Macedon colligitur. Ex Capitolino in Maximino cóstat, quòd duo senatusconsulta uno

die non fiebant. Spieg. Adde Connan. comment. iur.ciuil.lib.1.cap.14.nu.5.6.

SENATVSCONSVLTVM. Quia ad reipublicæ gubernationem legũ sanctio supra alias res pernecessaria uidebatur, ius, quo ampliatæ sunt leges priùs latæ, & interdum abrogatæ, senatus constituere cœpit. Idq; ius, quod ad senatus fieret consultationem, senatusconsultũ fuit appellatũ, ut scribit A. Riuallius lib.3. hist.iur.ciuil. Est itaq; senatuscõsultum (ut iureconsulti definiunt) quod senatus rogante consule iubet atq; constituit. Et frequenter ab cõsulis interrogantis nomine ipsa senatusconsulta dicebantur. Hinc à Claudio, Libonio, Orficio, Pegaso, Sylla, Tertyllio, Trebellio, Turpilio & Velleio, senatusconsultum Claudianum, Libonianum, Orficianum, Pegasianum Syllanianum, Tertyllianum, Trebellianum, Turpilianum & Velleianum, & huiusmodi. Senatusconsultum tamen Macedonianum Vlpianus lib.14. Digestorũ appellat à Macedone iniquo fœneratore, de quo diximus suprà, Anch. Qui fuerint auctores S.C. Orficiani uide apud Cuia. super Rubr. de S.C. Orficiano Instit. lib.3.

SENATVS edictus uel indictus erat, qui ob negocia incidentia repentè indicebatur. Old.

SENATVS haberi seu conuocari nõ potuit, nisi per dictatorem, Consulẽs, Prætores, Tribunos plebis, Interregẽ, Præfectum urbi. Nec alio in loco senatus cõueniebat, quàm augurato, quæ Templa appellabant. Quare primùm curia Hostilia, deinde Põpeia, postremò Iulia, cum prophana essent loca, per augures ad hoc sunt templa constituta, ut in ijs iusta senatusconsulta, more maiorũ, fieri possent. Hæc ex Gel. lib.xiiij.c.vij. Oldend. Adde Conn.comment. iur.ciuil.lib.1.cap.14.nu.1.in prin.

SENATVS mitti uel dimitti dicitur, cùm datur facultas senatoribus abeundi domum. Olden.

SENATVS paulò pòst in duas uelut factiones, & ex cẽtenario ducenarius est factus. Inde maiorũ, minorumq; gentiũ Senatores nuncupari cœperũt. Maiorum gentiũ Senatores dicebantur, qui ordinariè, & ex patricijs dũtaxat senatui addicebantur. Minorum gentium, qui extraordinariè in senatum ex plebeijs quoq; allecti fuerũt, & adscripti. Patres conscriptos id collegiũ appellãt: quod nomẽ dignitatis plurimũ, & inuidię minimum præ se fert. Sed ab initio tantùm Patres dicti: Postea adscriptis in eum ordinem pluribus patres conscripti uocati sunt. Old.

SENATVS Romanus, qui uelut supremum imperij caput, alijs potestatẽ dabat, non solebat appellari simpliciter magistratus. Pretoris tamẽ autoritas ad condendi iuris fastigium tandem conscendit, ut ex Pomponio constat l. poster. de Orig. iur. & Old.

SENECTVS sexta hominũ ætas dicitur. Aetas enim prima est τῶν νέων, id est iuuenum, quorum qui primum septennium ἐκ τῶν γενετῶν, atq; ipsi quidẽ natiuitati proximum, excessit, grãdior dicitur: ab Hippocrate πρεσβύτης. Hoc autem toto primi septennij tempore, παιδίον id est paruulus, uocatur ipsi Hippocrati. Cum uerò statim natus est, βρέφος quẽ nos infantem dicimus. Quando autem ætatis progressu puer decimum annum attigit, ab ipsis Græcis μειράκιον uocatur. Tota siquidem impuberum ætas, ἀνηβεία dicitur, à nobis pueritia usque ad decimum quartum annum. Quo toto tempore pueri sunt ἄνηβοι καὶ ἀντίπαιδες. Exacta autem puerili ætate, pubertas à decimoquarto anno ad uigesimum quintum extenditur, & desinit: quod probat ex Hippocrate Galenus in librum quintum Aphorismorum. Et hæc quidem secunda ætas. Tertia uerò, est τῶν μειρακίων id est adolescentulorum, quæ decimoquarto incipit, & in uigesimum quintum protrahitur. Quæ autem ab hinc usq; ad trigesimum quintum, Iuniorum νεανίσκων & hæc ætas quæ quarto loco numerari solet, Iuuenta dicitur ipsi Galeno in lib. quintum Aphorismorum Hippocratis. Quinta ætas inter iuuentutem & senectutem est posita, à Cicerone in libro de senectute uocatur cõstãs & media: à Græcis, maximè ab Hippocrate & Galeno καθεστηκυῖα dicta. Vnde qui ætatem constantẽ id est, declinantem à trigesimoquinto anno ad quinquagesimum habent, Hippocrati dicũtur οἱ καθεστηκότες τῇ ἡλικίᾳ παρακμάζοντες Philotheo teste. Nã qui florente ætate uigẽt, cuiusmodi diximus esse iuuenes, ἀκμάζοντες nominantur. Thucydides appellat τοὺς ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ, ætate uigentes. Ea est ἀνδρία, uirilis ætas, quę ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς ἡλικίας in ætatum medio est cõstituta. At cum declinans sit, παρακμὴ uocatur. Vltima ætatum γερόντων, id est senũ: qui quòd honore & premijs adfici debeat, à Græcis ipsis γέροντες, παρὰ τὸ γέρας dicũtur. Hanc quidẽ tripartitò diuidit Galenus libro quinto de tuenda sanitate. Primã autem dicit eorũ esse qui ὠμογέροντες dicuntur, uiridi senectute præditi: ob idq; ciuilia negocia obire potentes, quiq; cõsilio ualent. Hæc senectutis prima pars ab anno quinquagesimo ad sexagesimũ perducitur. Secunda exordium facit à sexagesimo & in septuagesimum extenditur. Tertia, quod reliquum ætatis conficit, atq; eorum est qui πέμπελοι dicuntur, παρὰ τὸ ἐκπέμπεσθαι τὴν ἐς ᾅδου ἀπαγωγὴν πομπῇ quasi eorum funebris pompa iam Orco dimittenda sit.

SENECTA, sexta ętas hominũ. Aetas enim prima quibusdã incipit ab infantia, usq; ad septimũ annũ. Secũda, pueritia, cuius pars est pubertas, usq; ad decimumquartũ annũ. Tertia adolescentia. Quarta, iuuẽta. Quinta, uirilis ętas. Sexta, senectus, cuius pars est ętas decrepita, seniũ idẽ. Vide C. Qui test. fa. poss. l. seniũ. & Alc. in l. pueri appellatio. de Verb. sig. Sp.

SENES qui dicantur, uide Barto. l.2. ff. de excus. tut. Panor. in c. quoniam frequẽter uersi. tertio principaliter quæro. ext. ut lit. non contest. Prat.

SENESCENTEM hyemẽ Cic. lib.2. de natura deorũ uocat solstitiũ circũscribẽs. Sic Ammian. li.21. Autumno iã senescẽte, ꝓfectus, ꝓ quo & ꝓuectũ dicere nõ ineptè poterim⁹. Hadr. Iun. anim. li.1. ca.19.

SENESCHALLVS uetus dictio est, luxata interim pronũciatione à Gallis Senonibus origo est, quos Gallorũ fortissimos, Roma aliquãdo experta est, utpote quã expugnarũt, & Hetruscos pepulerũt ab Arimino ad Anconam: unde & Senogallia dicta est, quæ deinde Gallia togata, ut scribit M. Cato in fragmento Originum à qua quidem in Galliam Cisalpinam innumerabilia ferè uocabula scripserũt. ut Feudum, Soldata, Vasallus, & barbara plurima, de quibus in usibus feudorũ. Ergo Seneschallus quasi Senogallus uocatur: uel quasi σεμνόγαλλος, id est seuerus, uel uenerandus Gallus, ut annotauit Forcat. in Necyomantiæ dial. 61. nu.2.

SENSVM est, impsonaliter, ꝓ Cogitatũ est, sententia stetit, placuit. Vlp. l.8. ff. de acceptil. An inutilis acceptilatio utile habeat pactũ, q̃ritur: & nisi in hoc quoq; cõtrà sensũ est, habet pactũ. i. nisi q accepto tulit, cõtrà sensit, siue mẽte ac uoluntatẽ contrariã habuit. nã plus est cõtrà sentire, quàm nõ cõsentire: & Imprudens nõ consentit, at non contrà sentit. Locũ aũt sic legendũ, ea quæ consequũtur ostẽdunt. Hot.

SENSVS pro ratione in l.1. §.1. ff. si quadrup. ubi animal sensu carere, id est, ratione, ut apud Iustinianum

num eodem tit in princ. Alioquin falsum esset quod Vlp.ait. Nam, ut Cicero lib.j.Officior.scribit, bellua quantum sensu mouetur, ad id solum, quod adest, quodq; præsens est, se adcommodat. Sic nullum sensum infantis esse dixit Paul.in l.32.§.infans. ff.de adquir. poss. id est, nullum iudicium. Sic furore detentum sensum non habere, ait Vlp.in l.22.§. si maritus. ff.sol.matr. Et aliàs sentire non posse l.8.§. unius. ff. de optio.leg.Bris.

SENSVS pro uolũtate testatoris in l.15.ff.de uino trit.l.3.§.conditio.ff.de adim.leg.Bris.

SENSVS cõmunis. Cicero pro Domo sua, communem sensum naturæ appellat, quòd is sensus à natura datus omnibus sit. Sp.

SENTENTIA est firma & indubitata respõsio, not.gloss.in uerbo. Sententia.§.responsa.Inst. de iur. natur.gent.& ciuil. Item sententia dicitur iudicatũ. Io.Bello.Etymol.

SENTENTIA, aliàs accipitur pro eo, quod uerba sonant: ut cùm dicimus, Vlpianum respõdisse in hanc sentẽtiam. Aliàs pro lumine orationis, hoc est, pro clausula, quæ breuiter insigne aliquid ostendat: ut, Obsequium amicos, ueritas odiũ parit. Aliàs pro animi credulitate, quam quis opinione sua cõcipit: Vt, M. Portius Cato rogatus olim sententiam, oratione longa occupauit tempus. Aliàs deniq; sententia, iudicialis pronũciatio appellatur, cùm ex Lege, uel ex æquo & bono iudicatur. Tũ enim Iudex sancit, declarat, quid ius uelit, animi quadam cẽsura, secundum facti qualitatem. Quò pertinet, quod Paulus. ff. de arbitr. Sententiam, inquit, dicere ęstimatur is, qui ea mẽte id pronunciat, ut secundũ hoc discedere eos, qui litigant, à tota cõtrouersia uelit. Old.

SENTENTIA autẽ iudicialis duplex est: uidelicet diffinitiua & Interlocutoria. Sentẽtia diffinitiua, siue res iudicata, est, quæ finẽ cõtrouersiarũ pronunciatione Iudicis accipit: quod uel condẽnatione, uel absolutione contingit: autore Modestino in l.j. ff.de re iudicat.Old.

SENTENTIA interlocutoria dicitur, quę inter principium & finem causę, super incidentibus quæstionibus fertur: ueluti, de libello exhibẽdo, uel corrigendo: de dilatione danda, uel denegãda: aut similibus.c. Significãtibus. De offic.delegat.c. Significauerunt. De testi. Oldend. Est & alia sententia, quæ dicitur Conuentionalis. & est amicabilis compositio, ut quando iudex cõuenit aliquem, & monet eũ, ne faciat contra conuentionem. Io.Bello.Etym.

SENTENTIA, pro iudicato, hoc est cum ex lege, ex æquo & bono sententia dicitur. Sp.

SENTENTIAM dicere, ferre, dare, pronunciare pro eodem Iureconsulti tam sæpe dicũt, ut putidum sit exempla adferre. Sententiam dicere arbitri, quos ad dicendam sententiam coacturum se Pretor pollicetur, existimabãtur, qui ea mẽte pronunciant, ut secundum id discedere litigatores à tota controuersia uelint l.23. ff.de arbitr. Bris. Dicere autẽ sententiam, & ferre, differunt. Nam iudex fert, senator dicit. Spieg.

SENTENTIAM diuidere, est singulis de rebus separatim referre.

SENTENTIAM ferre clàm, est notam in urnã mittere: palàm uerò, est ore pnunciare. De his duobus iudiciorũ generib. uide Cic.lib.de Legib.3.Sp.

SEPARATIO, propriè pertinet ad commista, l.cum aurum. ff.de Aur.& arg.leg.l.j.§.sed si quis suspectam.de Separat.bon.

SEPARATIO bonorum sicut ęquissima est, ita maximam utilitatem habet, litesq; anteuertit. Quibus autem modis permitti soleat, tractatur class. v. actio.xv.in fi.Oldend.

SEPARATIO bonorum, uel creditorũ gratia fit, qui separari ab hæredis bonis testatoris bona desiderãt, quæ alioquin hæredis bonis iuncta propter hæredis creditores suffectura non essent, tit.de separatio.bonor.l penult. C.de hæred.uend. Vel seruorum gratia fit, qui à domino, qui non soluendo erat, cũ libertate necessarij hæredes scripti separari à bonis eius peculium suum postulant l.1.§.ult.ff. de separat.l.6.§.pen ff.de minor.

SEPARATIONEM etiam bonorum Prętor ei concedit, qui patri ac postea fratri ex secundis tabulis hæres extitit, si hæreditatem patris reiecta fraterna retinere uelit l.12.ff.de uulg.& pup.Bris.

SEPELIRE, in sepulchrum inferre, humo coniecta contegere. Cic.de Legib. Mortuum in urbe ne sepelito, neue urito. Ibidem: Non qui uritur, sepelitur, sed qui humatur. Plin.lib.7.c. de Sepultura. Sepultus ait, intelligitur, quoquo modo conditus: Humatus uero, humo contectus. Spieg.

SEPS aut Sepes est, quę obiecta introitum prohibet in agrum, aut hortum. Lex xij.Tab. Si qui sepem, uel maceriam iuxta alterius regionem effoderint, terminum ne excedunto

SEPTA, pro obicibus & claustris, quibus utimur ad impetus fluuiorum coercendos, accipiunt Iurisconsulti l.j.de Riuis.

SEPTA sunt, ait Vlpianus, quæ ad incile opponuntur aquæ deriuandæ compellendæue ex flumine caussa: siue ea lignea sint, siue lapidea, siue qualibet alia materia sint, ad continendam transmittendamúe aquam excogitata, l.1.ff.de riuis. Hot.

SEPTA etiam est oppidũ Aphricæ Mauritaniæ; ex aduerso Mellariæ positum, quæ nunc est Tarifa, illud Septa uulgo dicitur. In Cod tit. de offic. Prætoris Aphricæ l.in nomine dominĩ. Iubemus, inqt, in traiectu, q̃ est circa Hispaniã, q̃ Septa dicitur. Nebr.

SEPTVM, quòd est à sepiendo dictũ: complura significat. nam septa dicuntur quæ sunt munita, siue lapidibus, siue formaceis parietib. hoc est, terra pauita, siue ex lignis, siue etiam ex uepribus & spinis. Hinc dicta Roma septa in campo Martio. Nebr.

Septum transuersum, Medicis dicitur quod Gręci διάφραγμα, ὑποζώμα καὶ διάζωμα nominant: de quo præter alios Brodæus Miscell.lib.5.cap.4.

SEPTEMVIRALE iudicium, quod à Septemuiris, qui è Centumuirorum erant ordine, exercebatur. Hinc Pauli liber singularis de Septemuiralibus iudicijs notatus in tit.legis 13. & l.28. & l.31. ff.de inoffic.testam. uide Centumuiri. Hot.

SEPTEMVIRI erãt, qui sacris epulis pręerant, cœnarumq; Pontificum, quæ Adijciales dictæ sunt, curam agerent: Epulones appellati: qui, si qua iusta & solennia sacris deessent, ad Pontifices referebant. Alex.de Alex.Genial.dier.lib.iij.cap.xvj.Sp.

SEPTIMO mense nasci perfectum partum iam receptum est propter auctoritatem doctissimi uiri Hippocratis, & ideo credendum est eum, qui ex iustis nuptijs septimo mense natus est iustum filium esse. Paulus de statu hominum. Maffeus.

SEPTVNX, id est, septem unciæ, not.§.hæreditas. Instit.de hæred.instit.Io.Bello.Etymol.

SEPVLCHRI appellatione, omnis sepulturæ locus continetur. Non est autem dominij nostri l.j. ff. Si seruit.uind. Præterea statua, monumentum, & ossuaria l.j ij.& iij.§.sepulchri. de Sep.uiol. Vlp.in l. locum.

locum. de Relig. & sumpt. funer. Sepulchrũ est, ait, ubi corpus ossaue hominis condita sunt. Volunt autem à sepeliendo deductũ: ut inuolucrum ab inuoluendo, uerùm usu aspirationẽ sumpsit. Vnde & sepulchretum Catullus formauit, pro loco ubi multa sepulchra sunt: sicuti à Grçcis Polyandrion dicitur, quod nos Christiani Cœmiterium uocamus. Spieg. Adde Brechæum in l. cum in testamento, in uerbo Monumento, tit. de uerb. & rer. signif.

SEPVLCRA familiaria dicuntur, quæ quis sibi familiæq; suæ constituit l. 5. ff. de relig. Hot.

SEPVLCRA hereditaria sunt, quç quis sibi hæredibusq; suis constituit: uel quæ paterfa. iure hæreditario acquisiuit l. 5. & 6. ff. eodem. Hot.

SEPVLCHRVM. Non mirũ est si de uocabulo sepulchri, tametsi grãmaticis cognito, audemus cupidæ legum iuuẽtuti uerba facere, cum nostri iureconsulti sepulchralium meminerint ceremoniarũ, hoc est, rerum, quæ pertinent ad funerationem, impensam, structuramq; sepulchrorũ. Vnde titulus est & apud eos, & apud imperatores, De religiosis & sumptibus funerũ. & alius titulus, De sepulchro uiolato. Item in iure põtificio titulus, De sepulturis. cũ alijs similibus. Sepulchrum igitur locus est, in quo corpus, ossaq; hominis sepulta sunt l. ij. §. purus aũt. ff. de reli. & sump. funer. Et breuiter, sepulchri appellatione omnis sepulturæ locus continetur l. prætor ait. §. sepulchri autem. ff. de sepulc. uiola. facit lex fi. §. si quis proiectum. ff. quod ui, aut clàm. Dictum sepulchrum à sepeliendo, sicut simulachrũ à simulando. Non autem à seorsim & pulchro, propter recordationem doloris: neq; à semis, quia pulchrũ superficie, intus ossibus plenũ est: neq; quòd sine re pulchra sit, aut quòd ibi sine pulsu sint, id est, mortui: neq; porro a separando, quòd illic animæ à uiuis separentur. Quòd autem ita scriptum sit in legib. xij. Tabul., Homini mortuo ne ossa legito. apparet iura circa defunctos sancta esse debere, & homines retinere debere pietatem erga morientes. Vnde prætoris edicto aduersus dolo malo sepulchra uiolantes actio in factum datur, ut ei, ad quem pertineat negocium, quanti ob eam rem æquũ esse uidebitur condemnanti, eiq;, ad quem nõ pertineat, centũ aureorum actio detur. Quòd si sepulchrorum uiolatores ipsa corpora extraxerint, ossaue eruerint, humiliores quidẽ Pauli sententia summo afficiuntur supplicio, honestiores autẽ in insulam deportantur aut relegantur, aut in metallum damnantur. Etiam quòd sepulchris extrahere ossa nefas sit, Dido apud Virgilium his uerbis ostendit,

> *Non ego cum Danais Troianam excidere gentem*
> *Aulide iuraui, classemúe ad Pergama misi?*
> *Nec patris Anchisæ cineres, manesúe reuelli.*
> *Cur mea dicta negat duros dimittere in aures?*

De sepulchris etiam, eorumq; uiolatione nonnihil Cælius lib. 9. cap. 4. Anch.

SEPVLCHRVM Grçcè τάφος παρὰ τὸ θάπτω, quod defodio significat & sepelio, mutando π. & θ, in φ, ut ait Etymologicus auctor, à τάπτω fit τάφος, quòd uerbum significat stuporem, sepulchrum, cœnã in exequijs, θάμβος id est pauorem. Dicitur etiam τάφος παρὰ τὸ θάπτω. id est, stupere, uel παρὰ τὸ πλήττεσθαι percutior, secundum eundẽ Etymolog. Qua ratione significat etiam τάφος πλήξις. Brechæus in l. Cum in testamento. ff. de uerb. & rer. sig. His adde Connan. comment. iur. ciuil. lib 3. cap. 1. nu. 4.

SEQVELLA, pro accessione. Scçuola l. 93. ff. de solut. Et quasi generale quid retinendum est, ut ubi ei obligationi quæ sequellæ locum obtinet, principalis accedit, &c. Hot.

SEQVENTI loco positum ædificium dicitur in l. 20. §. si subiato. ff. de seruit. urb. quod alterius sublati loco positum est. Sequentes actiones, id est, sequenti loco propositæ & post alias l. 11. §. idem Neratius. ff. de act. empt. l. 37. ff. de noxalib. Sequens curator in l. 7. §. cùm dementis. ff. de cur. fur. qui in alterius remoti ab administratione locũ substitutus est. Sequens testamentum pro postremo & nouissimo in l. 3. §. item si ipse. ff. si cui plus quàm per l. Falc. l. 28. §. testamento. ff. de liber. leg. Marcia. in l. 29. ff. ad Trebell. secundo loco factũ dixit: Sequentem etiã Prætorem in l. 26. §. actio. ff. ex quibus caus. maio. Vlp. uocat eum, qui sequẽte anno erat Prætor futurus. Bris.

SEQVENTIA uerba, pro posteriore clausula orationis accipienda, in l. ult. §. Titius. ff. de Vulg. & pupill. ex Oldend. Spieg.

SEQVESTER dicitur, apud quem plures rem, de qua controuersia est, deponunt l. 109. ff. de uerb. significat l. 9. §. 1. l. 6. l. 7. ff. depos. l. 18. ff. de præscript. uerb. l. 5. uers. sed si nec ipsi. ff. ut in poss. leg. l. 21. in fi. ff. de appellationib. l. 5. C. quor. appell. nõ recip. Tertullia. in lib. de Resurrectio. carn. Hic Sequester Dei atq; hominum appellatus ex utriusq; partis deposito commisso sibi. Idẽ in lib. de Patientia, Adeò fatis idoneus patientię sequester est deus, si iniuriam deposueris penes eum, ultor est. Inuenitur & hoc uerbum apud Plautum Mercatore Act. iiij. scen. iij. & apud Quintil. lib. xij. cap. viij. Ab eo autem sequester dictus, quòd occurrenti aut quasi sequenti eos qui contendunt committitur, aut quòd eius fidem qui deponunt sequantur. ut Gell. lib. xx. cap. j. scribit. Isidorus lib. x. Etym. Sequester, ait, est, qui certantibus medius interuenit, qui apud Græcos μέσος dicitur, apud quem pignora deponi solent, à sequendo dictus, quòd fidem utraq; pars sequatur. Bris. Adde Connan. comment. de iur. ciuil. lib. 7. nu. 6. cap. 4.

Inde in Sequestre deponere l. pen. ff. depos.

Et Sequestraria actio quæ aduersus sequestrem datur l. 12. §. cum sequestria. ff. depos. l. 9. §. Labeo. ff. de dolo. Bris.

Et Sequestrare in l. 22. §. si uerò dotẽ. ff. solut. matrim. Et Sequestratio Rubr. de ꝓh. sequestr. pec. Br.

SEQVESTER à Græcis μεσέγγυος, hoc est, interuentor: & μεσεγγυῶμαι uerbum, ut annotauit Budæus in comment. significat apud sequestrem pecuniam deponendam stipulor & contendo. Idipsum uerò depositum, μεσεγγύημα: quod sequestrò positum, per aduerbium dicitur, teste Aul. Gellio li. xx. Noct. Attica. Sequestres uerò ἐγγυαλίδες, dicuntur sycophantę, qui ex alienis calamitatibus & dispẽdijs sua capiant commoda &c. Brechęus in l. Sequester dicitur. ff. de uerb. & rer. signif. Adde Curt. li. 1. ἀναγνῶν ca. 5. tom. 1.

SEQVESTRARIA conuenire, l. si quis. §. Labeo. ff. Quod met. caus. Spieg.

SEQVESTER pacis. Vide suprà, Arbitratoris nomen.

SEQVESTRATIO, est rei, de qua agitur, controuersia, uel separatio, uel compositio, uel possessionis interdictio. Est autem duplex. Quædam est uoluntaria: quando partium consensu deponitur res litigiosa. & hæc semper potest fieri ante iudicium, uel pendente iudicio l. j. in prin. ff. Depos. l. si soluturus. ff. de Solut. Quædam uerò est contentiosa, seu (ut nonnulli uocant) Necessaria sequestratio, quæ per iudicem decernitur caussa cognita, etiam inuitis utrisq; litigatoribus, uel altero eorum petente. Seque

stratio

stratio autē regulariter prohibetur in tit. C. de Prohib.sequestr. Attamē in quibusdam casibus est optimum,& ferè unicum remediū, quod opponatur futuris litigantium rixis & armorum insultibus. iuxta l.æquissimum. in prin.ff.de Vsufructu.Sp.

SEQVESTRATIO personæ quoq; nonnunquam fieri potest, de qua tractatur in l.iij. §. is uerò qui patrem.& §.in hoc interdicto.ff.de Liber.exhib. l.pen.ff.ubi pupill.educ.uel morar.deb.Sp.

SEQVESTRATIONIS tutissimum & præsentissimum est remedium in re dubia, & spectante ad periculosam discordiam: si iudex utatur eo sobriè, & causa cognita. Ex diuerso, magnum grauamē est, si quis tali prætextu sua possessione destituatur, uel usu rei.eamq; ob rem regulariter prohibetur in Tit. C.de prohib.sequest. Old.

SEQVESTROPOSITVM à deposito hoc differt, quòd rei depositæ proprietas apud deponentē manet: sed & possessio. at sequestropositæ possessio ad sequestrem transit. id enim agitur ea depositione, ut neutrius possessioni id tempus procedat l.17. §.1.ff.depos.Hot.

SEQVESTRVM, Depositi species est. Nā Paul. tit.Deposit.Propriè,inquit,in Sequestro est depositum, quod à pluribus in solidū certa conditione custodiendum reddendumq; traditur l. Vi. Sumitur etiam uulgò pro scripto illo, quod de Sequestratione conficitur.Oldend.

SEQVI nomen alicuius, uel sequi personam, est adprobare, uel adgnoscere & admittere, & fidem sequi l.71. ff.de iur.dot.l.10. C.ad Velleian.l.4. C.si tutor uel curat.l.1. ff. nautæ, caupo. l.1 ff. de reb. cred. l.24.§.in bonis.ff.de reb.auct.iud.l.1.§. quæsitum est si fortè.ff.de separatio l.10.§.si quid in fraudē.ff.quæ in fraud.cred.Bris.

SEQVI nuptias pro contrahere l.34.§.ult. ff. de ritu nupt.l.15.C.ex quib. caus.infa.irrog.Bris.

SEQVIOREM uitam, frugi Vlp. eleganter opposuit in l. Cum hi.de transactionib.§. Sed & personarum contemplatio habenda est, hoc est, cuius uitæ sint hi, quibus alimenta relicta sunt: utrum frugi uitæ, & qui aliàs sufficere sibi possint: an sequioris, qui de alimentis pendeant. Old.

Σὴρ apud Seres gentem Indicam, uermiculus quidam, quæ Sericum inde procreat. Subsericum uerò est, cuius substamen ex serico est: cuiusmodi fortasse uidetur id quod superioris Germaniæ Brugischē Atlaß uulgò dicit. Vide cap.v.de Re uest.Bayf.Sp.

SERA & clauis inter domus partes cōnumerantur l.quæsitum.& ibi Bart.de Fund.instr.Sp.

SERENISSIMO principi supplicare, apud Iustinian.in l.imperialis.C.de Nup.

SERERE idē est quod spargere & fundere, teste Conn.in comm.iur.ciuil.lib 4.cap.1.nu.2.

SERIA, uas fictile, uino, alijs'ue rebus adseruandis aptum. Vlp. de Verb.sig. l. Vinaria dolia, inquit, & serias tam diu in ea causa esse, quàm diu uinū continerent. Nebriss.

SED Seriæ (inquit Budæus lib.5. de Asse) erant grandia uasa, ut dolia, unde uinū ad uetustatem seruandam, in uasa minora diffundebatur. Vas etiam Seria erat uariæ capacitatis, ad multos usus accommodatum, eodem Budæo teste. Columella lib.12.rei rusticæ, cap.decimo octa. Dolia quoq. (ait) & seriæ cæteraq; uasa ante quadragesimum uindemię diem picanda sunt. Sunt qui putent esse Seriam uas fictile, Persius Satyra secunda, ad principium. ὧ ὄ si

Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule.

Brechæus in l.uinaria uasa.ff.de uerb.& rerum significat. Adde Forcat.in penu iur.ciuil.cap.25.

SERICOBAPTAE, id est serici tincti. βάπτω enim significat tingo. Inde baptæ apud Iuuen. dicti, quòd faciem fuco illinerent. μέταξα Grecis, nobis sericum dicitur: cuius tinctores baphij, παρὰ βάπτειν, quod est tingere. Hinc bapto sericum pallium. Vide Alciatum in l.balluca.C.de Metall.lib.xj.Sp.

SERICVM, lanę genus, quod apud Seras Indos ex arboribus depectitur, non illud quod uulgò creditur. Vlpianus de Aur.& arg.leg.l. uestis. Vestimentorum, inquit, sunt omnia lanea, linea, uel serica, uel bombycina. Nebriss.

SERICA ueteres dixère βέρος ut nunc Galli uerours. Cuia.ad l.temperent uniuersi, de uestibus holoueris & auratis.C.lib.11.

SERICVM nema in l.ult.§. species. ff.de publican. Serica uestimēta in l.25.ff.de auro, arg. Vbi Serica à bombycinis separātur, ut & apud Paul lib.iij. Sent.tit.vj. quæ tamen imperitè confundit Isidor. lib.xix.cap.xxvij. Ac bombycina quidem ex uermiculis fiebant, ut suprà lib.ij.ostendimus. Serica uerò ex genere quodam lanicij quod Indię populi Seres, ex arboribus depectebant: quemadmodum eruditè D.Andr.Tiraq.uir omni nostra prædicatione superior notauit in libro De legibus cōnubialib.Id quod subiecti auctorum loci comprobant. Verg.j.Georg.

Velleraq; ut folijs depectant tenuia Seres.

Seneca in Hippolyto,

Quæ fila ramis ultimi Seres legunt.

Et in Hercule Oetæo:

Quæ Phœbæis subditus euris

Legit Eois hæc arboribus.

Plinius quoq; lib.vj. cap.xvij. Seres, inquit, lanicio siluarum nobiles perfusam aqua depectentes frondium caniciem. Ammianus quoq; Marcell. lib. xxiij. apud Seras siluas esse sublucidas refert, à quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris uelut quædam uellera mollientes ex lanugine & liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesq; subtemina conficiunt sericum. Idem & Solinus in Polyhistore cap.lj.scribit. Porrò, ut quo tempore texendi serici artificium in Occidētis partes inuectū sit, unicuiq; liqueat, admonere operæpretium duxi, legisse me apud Othonem Phrisingensem lib.j. De gestis Friderici cap.xxxiij. Rogerium Siculum Corintho, Thebis, Athenis expugnatis, opifices qui sericos pannos texere solebant ob Imperatoris ignominiam captiuos deduxisse: quos in Palermo Siciliæ metropoli collocans, artem illam texendi suos edocere præcepit. Exindeq; ars illa prius à Græcis solis inter Christianos habita, Romanis patere cœpit ingenijs. Bris. Adde & Brodæum lib. Miscell. 2. ca.22. ubi similiter Serica à bōbycinis separat. Quorum opinionem confirmat Arrianus in Periplo maris rubri Serum lanificium νῆμα σηρικὸν uocās. Dion. lib.μγ. σηρικὸν ὕφασμα χλιδῆς βαρβάρων ἔργον Strabo lib. ιε. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ σηρικὰ ἐκ τινῶν φλοιῶν (nō è uermiculis) ξαινομένης βύσσου. Pausanias ab his recedēs Seres populos à sere uermiculo denominatos putat. Seruius, apud Seres uermiculos esse prodit, qui bombyces dicuntur, sericum facientes. Idem perperam sentiūt Suidas ac alij complures quibus suffragatur Cardanus, quoniam ex Indicis nauigationib. nullum præter hoc serici genus aliud esse patuerit. Brodæus de loco. Adde Forcat. in suo cupidine Iurisperito cap. uicesimo secundo, num.6.

SERO. Huius uocis propria significatio est, ue-

ſperè, quod eſt, poſt occaſum, ut ait Valla. Pro poſt tempus ponitur in l.ij. C. de Hæred. uel act. uend. Itē pro tardè l. ciuitas Rhodiorum. C. de Offic. præt. & l. ſi uerò. ſub fin. ff. de Adult. Alberic.

SERILIA uetus poeta Pacuuius funes appellauit, Veriloquium & notationem uerbi Græci ſecutus. Nam σειρὰ Græcè dicuntur à ſerendo: unde & ſerilia, quòd cannabi linoq́; fierent: quamuis de ſparteis illud dixerit. Nec ulla ſubſcus cohibet compagē aluei, ſed ſuta lino & ſparteia ſerilibus. Vt annotauit Turnebus aduerſar. lib. 17. cap. 7.

SERMONE pagere idē eſt quòd uerbis paciſci. Connan. in commentarijs iuris ciuilis libr. 5. cap. 1. numero 8.

SERPENS, generale nomen eſt, ad omnia quæ ſerpunt citra uſum pedū. Alb. in Scholaſtica hiſtor. proditum refert, ſerpentem timere ſibi, cum nudum hominem uiderit: contrà uerò, in ueſtitum inſilire. Spiegelius.

SERPERASTRA Varro latina uoce appellat ea inſtrumenta, quibus adhuc infantes anniculi ad greſſum ſubriguntur, & ambulando facilius pergūt, ne intorta crura ſint, uel inęquali gradu inambulent. Crinitus lib. 17. cap. 5. de honeſta diſciplina.

SERRACVLVM ducere. Qua forma Varro, ubi de pauonibus tractare incipit, Serram ducere, eadē Vlpianus noſter dixit Serraculum ducere in l. 29 ff. ad l. Aquil. & Serraculum quidē Græci rectè 53. Βασιλικῶν tit. 2. cōtum. interpretantur ijs uerbis: ὥσπερ ὁ χαρί ὁ κοντῷ ζημιώσας: quo genere damnū ſcaphis inferri, & hic apud Suidam locus demōſtrat: οἱ δὲ ῥωμαῖοι κοντοῖς ἀνεῖξαν ὑπερβρυχίους, ὥστε τὰ σκάφη τῶν βαρβάρων ἀνατρέπειν παρ' ὀλίγον. Palemo alio ſenſu, clauſtrum (inquit) ſerraculum oſtij. Locum autem Varronis uideor debere proponere. Axius, de pauone (inquit) liberè licet dicas, quoniā diſceſsit Fircellius, qui ſecus ſi quid diceret de ijs, gentilitatis nomine fortaſſe ante eum duceret ſerram. Ante eum ſic reſtitui debet, an tecum. Cuia. Obſeruat. lib. 9, cap. 10.

SERVACVLVM, ab Vlpiano dictum ſuſpicor pro anchora, quaſi σωτήριον. Vlpian. l. 29. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Parui refert, inquit, nauem immittendo, aut ſeruaculum ad nauem ducendo, an tua manu damnum dederis. nam anchora tollenda ſcaphæ proximæ noceri poterit. Hot.

SERVARE, aliàs pro tueri, cuſtodire, accipitur: ut in l. Iurigentium. §. Prætor ait. ff. de pact. Old.

SERVARE, aliàs ſignificat præſtare priuatim: ut: ſeruare fidem.

SERVARE, aliàs deniq; accipitur pro recuperare: ut elegāter in l. Si mandatu meo. ff. de fideiuſſor. & mandator. Old.

SERVARI ab aliquo poſſe dicitur quod ex eius bonis redigi poteſt l. ult. ff. de adm. tut. l. ult. ff. ſi uēt. nom. Sic rem ſeruari dicūt: Cuius locutionis exempla libro ſuperiore protulimus. Et ſeruari indemnitatē l. 38. §. ult. ff. de actio. emp. Seruari etiā per actionem dicunt Iureconſulti, quod abeſt, uel quid damni datū eſt l. 17. in fi. ff. ſi ſeruit. uind. & alijs ſatis multis locis. Sic Seruare pœnā ab ſocio l. 6. in fi. ff. cōm. diuid. Quod mater filiæ ſuæ ſeruari teſtamento iuſſit, eo tempore præſtari uoluiſſe intelligitur, quo ſui iuris ea ſit l. 26. ff. de auro, arg. Briſ.

SERVIANA actio in rē Prætoria, quæ de rebus in prædium urbanum inuectis illatis, quæ tacitò pignoris iure locatori pro penſione obligantur, proponitur. §. item Seruiana. Inſtit. de actionib. l. ulti. ff. de Saluia. interd. Quæ uerò eius exemplo de cæteris rebus pignori oppoſitis datur actio, ea quaſi Seruiana ſiue hypothecaria appellatur l. 13. §. 1. ff. ad Velleian. uel utilis Seruiana l. 1. §. cùm prędium. ff. de pignorib. l. 1. C. comm. de legat.

SERVIANA actio & Interdictum Saluianū inter ſe differre uidentur. Eſt enim Actio Seruiana à Seruio Sulpitio dicta ut nomine ipſo apparet, quem ueriſimile eſt formulam huius actionis primum cōſtituiſſe. Nam quamuis Seruius, non gentis aut familię appellationem habeat, ſed hominis tantum ſit nomen: quod ueteres prænomen uocāt: tamen quia id peculiare fuit Sulpitiæ genti, ut Appius Claudię: uix ut gens alia eo uteretur: factum eſt, ut ſæpè id prænomen loco nominis uſurparetur. Interdictum uerò Saluianum, à Saluio quodam, ni fallor, prætore. Id enim magis crediderim quam à Iuliano, aut alio quouis Iuriſconſulto ex familia Saluia. Vt enim Iuriſconſultorum erat, formulas cautionesq; actionum, contractuumq; componere. Ita, prætorū præponere interdicta. Cæterùm ut actiones ad ipſarum rerum perſecutionem, ita interdicta plerunque ad poſſeſsionem pertinent: ea eſt igitur aut certe ſimilis inter hæc differentia. Interdictum itaque etiamſi in rem conceptum ſit, tamen in perſonam reddi uidetur eius nimirum appræhendendi gratia, quod pignoris cauſa iam ante inuectum aut illatum, ex conducta domo aut fundo amotum & auectum eſt: directum quidem, in colonū inquilinumúe, qui amouit: utile uerò in extraneum, qui uel ipſe amouit, uel apud ſe habet rem amotam, lege prima, Digeſtis de inter Sal. Eſt autem ueluti reſtitutorium: nec exigi in eo conſueuit, ex patrimonio inquilini res ea fuerit nec ne, quæ pignori in conductam domum illata eſt, ſed hoc unum, ut pignoris cauſa inducta ſit. Quippe nec niſi ad nudam temporis poſſeſsionem pertinet. Quare, & ſi in rei perſecutione uerſetur, tamen propius eſt, ut aduerſus extraneum poſt annum non reddatur. Quo exacto ad Seruianum iudicium, quod quamuis & ipſum poſſeſsionem auocet, tamē & in rem datur, & quaſi proprietatis cauſſam continet. locatori deſcendēdum eſt lege ſecunda, Digeſtis eodem planum facturo in bonis inquilini rem eo tempore, quo pignus cōtrahebatur fuiſſe leg. ſi cum uenditor. Digeſtis de pignorib. aut ſi quid aliud tale. Cæterum poſſeſsione locatori ex interdicto dimiſſa, ordinario iure petitionem ſuam inſtituere debebit, qui pignus uindicaturus aut aliter perſecuturus. Quia proprietatis eius aut prioris obligationis integram eſſe & ſaluam diſceptationem opinor. Eo nimirum qui poſſeſsioni incumbit ſuperaturo, ſi petitor intentionem ſuam probare nō poſsit. Cuiacius libr. tertio ἀνακτῶν, capite trigeſimo nono, tomo primo.

Inde Seruiana uel hypothecaria in lege uigeſimanona Digeſtis familiæ herciſcundæ. lege quarta. §. ſi quis autem. Digeſtis de doli exceptione. Confunditur tamen plerunque hæc differentia & cuiuslibet pignoris perſecutioni Seruianæ nomē adcommodatur, lege tertia, lege decima, lege undecima, lege uigeſimaprima, Digeſt. de pignoribus, lege quadrageſimaſecunda, §. ſed & dominum. Digeſtis de procuratoribus, lege uigeſimaoctaua, Digeſtis de pigneratitia actione, lege quarta, Digeſtis quibus modis pignus, lege trigeſimanona, Digeſtis de noxalibus actionibus, lege trigeſimaquarta, & lege trigeſimaquinta, & lege ſexageſimaſexta, Digeſtis de euictionibus, lege tertia, §. eſt autem. Digeſtis ad exhibend. Briſ.

SER-

SERVI dicuntur, quibus libertas arbitrio suo ui uendi adempta est. itaq; liberis opponũtur. & ex eo appellati sunt, quòd Imperatores captiuos uẽdere, ac per hoc seruare, nec occidere solẽt. §.1. de iur. person. l.4. de stat. hom. l.239. de uerb. sig.

SERVI etiam Corpora à Græcis dicti, cuius rationem uide s. in uoce Corpora. & Maiorag. li.1. c.12.

SERVORVM autem & addictorum differentia hoc loco notanda, quam Quintil. lib.7. c.3. declarat: ut cum quæritur, an addictus quem lex seruire donec soluerit iubet, seruus sit: altera pars finit ita: Seruus est qui est iure in seruitute: altera, qui in seruitute est eo iure, quo seruus aut, ut antiqui dixerũt, qui seruitutem seruit, & postea, Seruus cum manumittitur, fit libertinus: addictus recepta libertate est ingenuus: seruus inuito domino libertatem non consequetur: addictus soluendo, citra uoluntatem domini consequetur. Ad seruum nulla lex pertinet: addictus legem habet. Connanus in suis Commentar super Iuris Ciuilis libro quarto, capit. decimoquarto, numero ix.

SERVI adscriptitij, coloni sunt, qui glebę uel terræ alicui perpetuò colendæ, in libr. censuali, uel publico iudicio sunt adscripti & addicti dominis suis. Ferrar. Institu. de iur. person. §. seruitus autem. Spiegel. Connanus in suis comment. super ius ciuile libr. secundo, cap.30. numero 2. Seruos ascriptitios multis in rebus à reliquo seruorum genere distingui, dicit, imò reuera liberos fuisse, sed certis conditionib. multa seruitutis simulachra libertinorum instar retinuisse affirmat, ea tamen longè maiora & expreſsiora. Atque inde eos seruos conditionales appellatos fuisse à Iustiniano l. defensionis, de iure fisc.

SERVI apud Romanos erant, in quos ius belli exercere uictores noluerunt: sic dicti, quòd seruarentur, nec occiderentur. Hic mos à Lacedæmonijs manauit, Plinio teste. Solebant autem hos, capta ciuitate, sub hasta uendere: quod ius in Auenticis exercuit in Gallia Iulius Cæsar. in Selassis Alpinis populis (qui hodie Augstaler appellantur) Augustus. Vnde definitur seruus, qui dominio alieno contra naturam, iuris constitutione subijcitur. Spiegelius. Adde Connani commentar. Iuris Ciuilis libro 2. capit. primo, numero 4.

SERVI atrienses dicuntur, qui supellectilem emundant ædium aut uillæ, & disponunt in atrio, simulque atrium omni ex parte mundum & nitidum ut sit, accurant. In atrio enim patresfamiliàs supellectilem suam expositam habebant, ueluti escaria & potoria uasa. Columella xij. Tum insistere atriensibus, ut supellectilem exponant, & ferramenta detersa nitidentur atque rubigine liberentur. Atrienses igitur sunt non in urbe tantùm, sed etiam in uillis: & rectè in l. octaua, ff. de instru. leg. quum de cultiore uilla agitur, atriensibus iunguntur scoparij: atque Plauti Asinaria atriensis scoparium, in quem atriensi erat imperium, sic alloquitur rectè:

Iussin' scelesté, ab ianua hoc stercus hinc auferri?
Iussin' columnis deiicier operas araneorum?
Iussin' in splendorem dari bullas has foribus nostris?
Dormitas intereà domi, atq; herus in hara, haud ædib. habitat.

Ijdem uerò uidentur esse atrienses & dietarij. Cuia. Obseruat. lib. undec. cap.34.

SERVI pœnæ dicebantur, qui summo supplicio sic addicebantur, ut si liberi essent, libertatem: sin serui, domini familiam quasi abalienati amitterẽt: adeò ut ne à pœna quidem liberati, in illius domini potestatem redirent: uti constat ex l.8. §.3. & §. x. & l.29. ff. de pœn. l.8. C. de sent. pass. l.24. §.5. ff. de fid. libert. quòd enim nullius nisi pœnæ serui essent, ita dicebantur. Marcianus l.17. ff. de pœn. Briss. Serui autem pœnæ in omni iure uerè ac semper similes sunt mortuis. Cuiacius Obseruation. libro tertio, capite decimo, circa finem.

SERVI pœnæ fiunt, qui metallo uel operi addicuntur, uel qua alia pœna damnantur, quæ ministerium corporisq; laborem & seruitutem irrogat: uelut qui in metallicorum ministerium, ad ludum, ad bestias, in opus publicum damnantur. l.6. §. irritum. ff. de iniusto rup. l.6 ff. de statulib. l.25. §. si quis planè ff. de adq. hær. l.8. §. in ministerium. & §. quicunq;. & §. ult. l.12. l.17. l.36. ff. de pœn. l.7. ff. de his qui sunt sui uel alien. §. pœnæ. Instit. quib. mod. ius pat. pot. l.1. in fin. & l.2. ff. de contra tab. Hi enim omnes pœnæ magis quàm Cæsaris & fisci serui sunt. l.3. ff. de his quæ pro non scrip. haben. Briss. Adde Connan. commen. super Ius ciuil. lib.2. cap.3. num.6.

SERVAM etiam pœnę mulierẽ factam legimus. l.6. ff. de statulib. l.2. §.1. ff. ad Tertyllian. quod accidebat, cùm uel in opus salinarum, uel in ministerium metallicorum damnabantur. l.8. §. in ministerium. ff. de pœn. l.6. ff. de cap. & postlim. Nam huiusmodi pœnis seruitutem irrogantibus adfici mulieres consueuerant Iustin. Nouel.12 *ἢ γάρ τις ἢ κοινὴ ἢ γυνὴ εἰς μέταλλον δοθεῖσα προσετάχθη δούλη γὰρ ἦν κατὰ τὸ παρὰ τῶν παλαιῶν νομοθετεῖν ἐκ τῆς δουλείας ἐπιφερομένη.* Quam ille seruitutis pœnam (sic enim appellatur in l.1. ff. de sent. pass.) abrogans, eadem constitutione, *ὑμεῖς δέ*, ait, *τοῦτο κωλύομεν, καὶ οὐδένα τῶν ἐξ ἀρχῆς εὖ γεγονότων ἐκ τιμωρίας γίνεσθαι συγχωροῦμεν.* Brissonius.

SERVI porrò appellatio etiam ad ancillam refertur. l.40. §.1. ff. de uerb. sig. Proinde seruis legatis etiam ancillæ debentur. l.101. in fi. ff. de uerb. sig. quę ex Modestini lib.8. Differentiarum sumpta & excerpta ex leg.81. Digest. de lega. lib.3. ut inscriptio planum facit. Bris.

SERVI publici tabulariam olim administrabãt, ut ex l.18. ff. de adopt. l.2. C. eod. tit. ff. rem pupill. sal. fo. l.1. §. exigere. ff. de magist. conuen. l.3. C. de postli. reuers. l.4. C. de arbitr. l. ult. C. de seruis. Reip. patet. Quod postea ab Arcadio, Honorio, Theodosio, prohibitum fuit in l.3. de tabularijs. lib. x. C. Bris. Vide etiã Ferret. comment. instit. Iustin. lib.1. tit. xj.

SERVI publici etiam obligationes rebus publicis adquirebant. l.11. ff. de usur. Fit & serui cuiusdã publici & curatoris ciuitatis mentio in Epist. Constantini, quæ refertur ab August. epist.68. Briss.

SERVILIA nomina hęc in libris nostris referũtur, Pamphilus, Stichus, quę uulgatissima sunt. Item Damas, Eros l.105. ff. de uerb. oblig. l.162. §. ulti. ff. de uerb. sign. Lucrio. l.37 §. pater. de leg.3. Felicissimus. l.41. §. felicissimo. de leg.3. Philargyrus l.28. §. ult. de condit. & demonstr. Diphilus. l. ult. ff. de fideicom. liber. Parthenius l.41. ff. de hæred. instit. Trophimus, Cupitus, Spendoforus, December, Seuerus, l.37. l. xl. §. libertatem. l.41. §. pen. de fideicom. libert. Antiochus. l.97. de lega. lib.3. Andronicus & Calenus l.21. l.29. §.1. ff. de statulib. Aithales l.24. ff. ad l. Cornel. de fals. Philonicus in l. ult. ff. de reb. dub. Stephanus in l.52. ff. eod. tit. Philocrates apud Valer. lib.6. c.8. Philippus in l.2. ff. de offic. prætor. & apud Cicer. in oratio. pro Rege Deiota. Clemens apud Suet. in Tiber. capit. xxv. Brissonius.

Ancillarum uerò hęc nomina notaui, Arescusa, ut lib.1. probaui. Thetis in l. ult. ff. pro derelicto. Agathea

l.28.in fin.ff.de condi.& demonst.Glauce,Tyche,El pis.l.37.§.1.de leg.3.Felicissima.l.41.§.felicissimo.eo. tit.Concordia l.40.ff.de fideicom.libert. Victorina in l.41.§.hærede.ff.eod.tit. Eutychia in l.59.ff.de ma num.test. Brisson.

SERVILIS necessitas opponitur liberæ uolūtati.l.& qui natura.§.si libero homini.ff.neg.gest. Sp.

SERVIRE nobis intelliguntur & hi, quos curamus ægros,qui cupientes nobis seruire,propter aduersam ualetudinem impediuntur.l.4.§.Stichus.ff. de statuliber. Brisson.

SERVITVS. Seruitutis nomen in iure uarium, multiplex,atq; æquiuocum est.Seruitutum enim alia à seruando,alia à seruiendo denominationē accipit. Seruitus,prout à seruando dicitur,est cōstitutio iurisgentium,qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur.§.1.de iure persona.Inst.1.l.libertas.§. seruitus.de sta.hom.ff.Seruitutem hanc iurisgentiū constitutionem esse diximus, atq; etiam contra naturam: quia ex hoc iure bella orta sunt, & captiuitates sequutæ,& seruitutes, quę sunt naturali iuri contrariæ. Iure enim naturali omnes homines liberi ab initio nascebantur. §.ius autem gentium.de iur.nat. gent.& ci.Instit.Hæc seruitus non à seruiendo,sed à seruando denominatur. serui enim non ex eo quòd seruiāt,licet id reuera faciāt,sed ex eo appellati sunt, quòd Impp.captiuos uēdere,ac per hoc seruare,nec occidere solent.§.serui autem.de iur.person.Inst.1.l. libertas §.serui.de stat.hom.ff.l.pupillus. §.1. de uerbor.sig.ff.Itaq;,serui erant,in quos ius belli exercere uictores uoluerunt: sic dicti, quòd seruarentur,nec occiderentur. Solebant aūt hos,capta ciuitate, sub hasta uendere,quod ius in Authent.exercuit in Gallia I.Cęsar:in Salissis Alpinis populis August9.Hinc mancipia dicta,quòd in manu,id est potestate,uictoris essent: sicuti mangones,qui huiusmodi uenalib. negotiarentur,quòd eos in manū,id est,ptātem,emptoris agerēt. Non solebat aūt id in ciuitatem captā obseruari,nisi ex magna & grauissima iniuria. Hæc quidem seruitus uniusmodi est: cum enim seruorū unā sit conditio,l.& seruorum.de stat.hom.ff. in eorum conditione nulla est differentia.§.fi.de iur.person.Insti.1.Illud sciendum,seruos aut fieri,aut nasci: nascūtur ex ancillis nostris, fiunt aut iure gentium, id est,ex captiuitate,aut iure ciuili, cum liber homo maior uiginti annis ad precium participandum sese uenundari passus est.d.§.fi.& d.l.& seruorum.Isque seruus quadrupedi æquiparatur,in princ. l.2. ff.ad l. Aquil. adeo quòd olim dominis in seruos uitæ, necisq; ptās erat,nunc uerò prędura illa seruitus uitæ, & necis,quæ à brutorū cōditione nihil distabat, abolita est optima ratione.Sunt autē exempla passim in libris Pandectarū, de inhumanissima seruitutis forma. Sed hoc tempore nullis hominib.licet,sine causa legibus cognita,in seruos suos supra modum sęuire. nam ex constitutione imperatoris Antonini nimia dominorum asperitas in seruos coercetur. Etiā certè ratio naturalis & ius diuinum præcipiūt relinquere seruis uictum,sicut ait Ecclesiastic.c.32.Asino onus,pabulum.& uirgam: ita seruo laborem,uictū, & disciplinam. expedit enim reipublicæ,ne quis sua re male utatur. §.in potestate. de ijs, qui sunt sui uel alien. iur.Inst.1.l.1.§.igitur. & l.seq. de ijs,qui sunt sui uel alien.iur.ff.Sed & illud non omittendum,quodcunq; per seruum acquiritur, id domino acquiri, d. §.in potestate.& d. §.igitur. ita,ut ne momento quidem penes seruum subsistat:l.placet.de acqu.hær.ff. seruus enim cum in potestate alterius sit,nihil suum habere potest.§.item nobis.per quas person.cuique acquirit.Institut.2. quod adeo uerum est, ut, dominis nolentibus,uel etiam inuitis,per seruos acquiratur.d.§.item nobis. Et hæc quidem de seruitute,quę à seruando denominatur. Est & alia seruitutis species,quæ non à seruando,ut superior, sed à seruiendo dicitur.Quod cùm ex uarijs alijs locis,tum maximè ex ijs Pauli uerbis in l.uia.§.si fundus.de seruitu. præd.rustic. ff.comprobari potest: Si fundus seruiens,inquit,uel is,cui seruitus debetur,publicetur,utroq; casu durant seruitutes,quia cum sua quisq; cōditione fundus publicatur. Seruitutis ergò, quæ à seruiendo dicitur,duo sunt genera: aut enim personarum sunt,aut rerum.l.1.de seruit.ff. Personales seruitutes sunt,ut usus,ususfructus,& habitatio.addūt post gl.in d.l.1. Doctores seruorū operas. De ijs singulis suis locis diximus.Realis seruitus, quæ & prędiorum appellatur,nihil aliud est, quàm ius prædijs inhærens, unius utilitatem adaugens, alterius uerò diminuens. Realem seruitutem non qualitatem ut Bartolus.licet id non malè, sed ius esse, ex Iustiniano diximus in §.unico.sub finem.de reb.corp.& incorpor.Instit.2. Seruitutes enim prædiorū & si corporibus accedunt,incorporales tamen sunt. l.seruitutes.*la quatriesme.*de seruitute. ff. Addidimus [prædijs accedens] quoniam sine prædijs constitui seruitus realis non potest. nemo enim potest seruitutem acquirere urbani uel rustici prædij, nisi qui habet prædium:nec quisquam debere,nisi,qui prædiū habet.§.ideo.de seruit.Instit.2.Adiunximus [unius utilitatem adaugens]ei us scilicet,cui seruitus debetur, alterius uerò,eius scilicet,qui seruit,diminuēs. Hæc rerum seruitus rursus duplex est: alia enim urbanorum,alia rusticorum prædiorum est. Prædiorum urbanorum seruitutes sunt hæ, quæ ædificijs inhærēt: ideo prædiorum urbanorum dictæ, quoniam ædificia omnia,urbana prędia appellamus,& si in uilla ędificata sunt. Rusticorum ergò prædiorum seruitutes sunt,quæ ædificijs non inhærent,quæq; sine ædificijs sunt. Earum seruitutum quæ sint iura,abunde docet Imperator.d.tit.de seruit Instit.2.Ex ijs apparet,quàm temerè, atq; etiam quàm prauo exemplo sit ab interpretibus nostris repræhensus,& cùm improprietatis,tum insufficientiæ damnatus Martian. in d.l.1.de seruit.ff. Insufficientiæ quidem,quòd seruitutis generale & genericum nomē in omnes suas species non distribuerit ac diuiserit. Improprietatis uerò accusatur, quòd eas seruitutes personales uocet, quas ipsi mixtas rectiùs & propriùs dici asserunt & contendunt. Volunt ergò interpretes nostri seruitutis in gñre tres esse species, ut alia scilicet sit personalis,alia mixta,alia realis.Et personalis quidē seruitus(si ipsis credere dignū est)ea est,in qua persona seruit personæ,puta seruus domino. Quanquā enim prædura illa & toleratu nimis difficilis uitę seruitus,& necis,abolita est, quemadmodum diximus antè, ipsa tamen seruitus personalis moderato non discessit ab usu,& ne potest quidem,iudicio oppido sano.Mixta,in qua res seruit personæ:ut in usu,usufructu,& habitatione. Realis uerò seruitus ea dicitur,in qua res seruit rei, ut in seruitutibus rusticorū & etiam urbanorum prædiorum. Cæterùm,cum,ut latè satis iam diximus,seruitus alia à seruando,alia à seruiendo suam denominationem accipiat,sitq; abunde & diffuse satis in prima Pandectarū parte tractatū de seruitute,prout à seruando dicitur,dictūmque sit eam uniusmodi esse, utpote cum in seruorū conditione nulla sit differentia, d. l. & seruorum.de statu

statu homin.ff.§.fin.de iur.person.Institut.1.Marcianus in dict.l.prima, de ea duntaxat seruitute differit, non quæ iam a seruando, sed quæ à seruiendo denominationem accipit, cuius hæc est absolutissima per fectissimaq; diuisio, ut seruitutis, quæ a seruiendo dicitur, alia sit personalis, alia realis. Ex quibus liquidò constat cùm temerè, tum prauè ab interpretibus nostris reprehensum Marcianum, insufficientiæque damnatum. Sed & nihilo rectiùs ab ijsdem improprietatis insimulatus est Marcianus: cú enim id passim obtinuerit, ut denominatio à digniorib. fiat, merito ea seruitus, in qua res seruit personæ, personalis uocatur, nec est, cur mixta appelletur. Hæc aduersus oim, q hacten⁹ scripserint, doctorū opinionē. Anch.

SERVITVS est ius, quo adimitur aliquid libertati, quam dn̄s in re sua habet: ac cōceditur personę, uel rei alienæ. Duplici aūt modo colligi potest. Altero, cum persona seruit personæ, quam ideo personalem uocant. Altero, cum ad imitationem personarū in rebus constituitur seruitus: idq; dupliciter. Nam aut res immediatè seruit personæ, unde etiam personalis appellatur, ut usus & ususfructus: aut rebus directò commodum adfert, & dicitur realis. Doctores recedentes (ut solent) à phrasi Romanorum, aiunt, seruitutes alias esse personales, alias reales, alias mixtas. Tu tamen sequere ordinem ciuilis disciplinæ, quem Dn. Olden. ubiq; adserit. Spiegelius.

SERVITVS est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur. l. libertas. ff. de stat. homin. A' causa efficiente. Et profectò forma illa seruitutis prædura, ut homo & imago Dei, brutis animalibus adnumeraretur, contra naturam erat. Cæterùm moderata seruitus, qua alter alterius subijcitur potestati, ut regatur & obsequia præstet, non repugnat naturæ, sicut Aristoteles in Politicis probat. Oldend.

SERVITVS tum de hominibus dicitur, tum de rebus. Quæ de hominibus dicitur, est conditio eorū qui in seruitute sunt: siue Constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur l.4. ff. de statu hominum. Quæ de rebus dicitur, est ius quod quis uel in re, uel ex re sua alteri constituit. eaque est duplex. una Personalis, ueluti Vsusfruct⁹, Vsus, Habitatio: altera Realis, ut seruitutes prædiorum urbanorum & rusticorum. l. prima, ff. de seruit. hoc est, ius in alieno prædio aliquid agendi, quod alteri agere non licet, ab ipsius domino permissum. l. prima. Hotoman.

SERVITVS ædificij non deprimendi, uel ædificij non destruendi. Eam uicinus uicino dare potest, ne sol in ædes suas depressius uoluatur. Zas. §. ęquè. Instit. de action.

SERVITVS confunditur. Iabolenus in l. si cum seruitus. ff. quemad. ser. amit. Quia, inquit, toties cōfunditur seruitus, quoties uti ea is, ad quem pertinet, non potest. Spiegelius.

SERVITVS continua dicitur, quæ causam habet continuam, ut aquæductus. Contrà, quę causam per interualla habet, nō continua dicitur, qualis uia, actus, iter, quæ non nisi post hominum memoriam usucapitur, cum continua decem annis acquiri possit. l. seruitutes. de seruit. Spiegel.

SERVITVS in quarto Præcepto diuinarum Tabularum probatur, quam Aristoteles in Politicis grauissimis rationibus defendit ex natura causam trahere, reprehendens eos, qui contrariū adfirmarunt. Quanquā, ait Philippus, quorsum opus est tam subtili disputatione? Illa uox: Honora patrem & matrē: subijcit omnes homines seruituti. Non loquor de effectibus illis, contra omnem humanitatis rationem, corrupta natura introductis: Vt sic facilè conciliare possis Vlpiani sententiam in l. manumissionis. ff. de iust. & iur. cum tabulis diuinis. Intelligendum enim est Ius gentium pro Iure humano, ut Liuius appellare solet: & seruitus, pro dura forma, & effectu intolerabili. Oldendorp.

SERVITVS inuasit, pro incœpit, ut apud Virg.

Aut aliquid iamdudum inuadere magnum.

Vlpian in uulgata lege: Sed posteaquam, inquit, Iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficiū manumissionis. Nostris dicitur seruitus, **Eygen manns schafft**. Quære, Genitus in seruitio. Sp.

SERVITVS luminis. Vide suprà, Luminis autem habere.

SERVITVS perpetua respicit finalem causam, naturalis materialem, continua & discontinua formalem. A' dominis uerò prædiorum, quo scilicet animo constituatur seruitus, efficiens causa, atque etiam finalis consideratur. Sp.

SERVITVS personalis. Quanquam prædura illa seruitus uitæ & necis, quæ à brutorum conditione nihil distabat, abolita sit optima ratione: ipsa tamen seruitus personalis moderata non discessit ab usu, & ne potest quidem iudicio oppido sano D. Olden. saluo statu Reip. aboleri: habetq; magnas illo ipso rectè asserente cum uetustate similitudines. ut est tit. C. de Agricol. & censit. lib. 11. Sp.

SERVITVS proijciendi protegendiue urbana est, uidelicet cum ex ædificio uel mœnium, uel tectū extenditur, cùm quòd prospectui, & interdum luminibus officitur. l. 2. ff. de seruit. urb. præd. tum quòd cœlum, quod supra cuiusq; solum intercedit, liberū esse debet, teste Paulo in l. ult. de seruitu. Rectissimè autem erroris arguit eos Oldend. inter quos est & Zasius noster, & ego hactenus eum secutus, qui putarunt Imperatorem & Iureconsultos loqui de seruitute proijciendi aquam uel stercora: quod neq; uerba patiuntur, neq; subiectæ conuenit materiæ, quoniam de ædificijs loquuntur. Sp.

SERVITVS prospiciēdi ius urbanum, id est, habere prospectum aliquanto latius, non solùm ut cœlum uideatur, sed ut procul spectemus etiam alia ædificia. Est autem plus in prospectu, quàm in luminibus. l. 3. l. lumen. l. si arborem. ff. de seruitu. urb. præd. Spiegelius.

SERVITVS rustica, dicitur ius eundi per fundum nudum uicini, uel aquam per fundum ducēdi, in quo nō est ædificium. Cæterùm si in fundo dominanti, id est, in prædio, cui debetur seruitus, sit ædificium, tunc ista dicet̄ seruitus urbana. Zas. §. s̄. citato.

SERVITVTEM Doctores diuidūt in personalem, realem, & mixtam. Accursius adijcit quartū genus, ut quod testator in ultima uoluntate cōstituat, allegans l. Titium. §. Titio centum. ff. de conditio. & demonstrat. Et l. Mæuia decedens. ff. de manumiss. testament. Veritas sic habet. Seruitus duplici modo consideratur: Altero, ut pertineat ad iustitiam distributiuam: quæ status & conditionem personarū constituit, distribuens unicuiq; suum officium, quo alius præsit, alius subsit. Ista consideratione seruitus est ius, quo iuri alieno quis moderatè subijcitur, sicut in prima parte ff. & Institut. de iure person. Altero autem modo seruitus refertur ad iustitiam commutatiuam: quæ uitæ huius gratia, inter personas communicat omnes res æqualitate quadam. Hac ratione procedit diuisio Marciani, in l. 1. ff. de seruitut. Nam

Nam aut res immediatè deseruit personæ, unde etiã personalis appellatur: ut usus & ususfructus, Aut seruit rebus, quibus adfert directò commodum, & dicitur realis. Oldend.

SERVITUTEM constituere. Vlp. Quia per sententiam non debet seruitus constitui, sed quæ est, declarari. Spiegelius.

SERVITUTES prædiorũ aliæ in solo, aliæ in superficie consistunt. Paul. in l. seruitutes. eod. tit. Old.

SERVITUTES etiam appellantur prædiorum iura l. 1. in fi. ff. de rer. diui. l. 50. §. 1. in fi. ff. de alien. iud. mut. quib. fundi personis uel personæ fundis subijciuntur. A' quibus & seruum prædium, & seruũ fundum, quod seruit dicimus, liberoq; opponimus. l. 8. ff. de act. emp. l. xx. §. 1. ff. de adq. rer. dom. Cic. de leg. Agr. Optimo enim iure ea sunt profectò prędia, quę optima conditione sunt: libera meliore iure sunt, q̃ serua. Capite hoc omnia quæ seruiebãt, non seruiẽt. Quarum aliæ personarum esse dicuntur, ut usus fructus & usus: aliæ rerum: eæq; rursus uel urbanorũ, uel rusticorum prædiorum. l. 1. ff. de seruitutib. cum proximis & cõiunctis titulis. l. 39. ff. de usufr. In rem uel in personam seruitutes dixit Paul. in l. 12. ff. de annu. leg. Has etiam seruitutes personales uocant. l. 8. §. tale legatum. ff. de liber. lega. l. 37. ff. de seru. rust. Et hominum seruitutes in l. 15. ff. de seruituti. l. xx. in fi. ff. de seruitu. rust. Quoniam hominibus debentur & cum his pereunt. Brisson.

Rerum uerò seruitutes prędiorum idcirco dicuntur, quòd prædijs debentur nõ personis, & sine prædijs constitui non possunt. Nemo enim eas seruitutes adquirere uel debere potest, nisi qui prędium habet. l. 1. ff. comm. præd. l. 34. ff. de seruit. rust. Ideoq; in causa aquæductus sententia prędio dari dicitur. l. 33. §. ultim. ff. de neg. gest.

SERVITUTES autem hæ uel urbanorũ uel rusticorum prædiorum appellantur prout sunt prędia quibus debentur. Vrbanis enim ædificijs quocunq; ea loco posita sint, constituta, urbanorum prædiorũ dicuntur: quales sunt altius tollendi, uel non tollendi, stillicidium auertendi in tectum uel aream uicini, immittendi, proijciendi, protegendi, prospectus, luminum, oneris ferendi, cloacæ immittendæ seruitutes. l. 1. 2. & 3. ff. de seru. urb. l. 1. ff. commu. præd. §. æque. Inst. de actionib. Rusticorum uerò prædiorum sunt hæ, iter, actus, uia, aquæductus, haustus aquæ, pecoris ad aquam appulsus, pecoris pascendi, cretæ eximendæ, calcis coquendæ iura. l. 1. l. 2. cum seq. ff. de seruit. rust. Inst. de seruitutib. Briss. Adde Connanum comment. de iur. ciuil. lib. 4. c. 12. nu. 8. 7. & 9.

SERVITUTES, quæ causam discenti naturam habent, dicuntur incertæ: & ideo non admittunt usucapionem.

SERVITUTES regulariter habere causam perpetuam, hoc est, ad eum finem constitui, ut sibi & hęredibus suis perpetuò competant. Spieg.

SERVITUTIS species est, nõ posse de loco discedere. l. 2. ff. de lib. hom. exh.

SERVITUTUM naturam ex regulis subiectis disces, quas iura Ciuilia priuatim repetens apud Augustobuconiates collegi, anno 1548.

I. REGULA.

Personalis seruitus est, quando personæ conceditur, habita solius personæ ratione l. Mela. §. quidam. ff. de alim. & cib. lega. l. pecoris. ff. de seruit. rustic. prędio. Vtilitatem ex illis legibus cognosces.

II. Realis est, quando habetur respectus prędij dominãtis, & prædio imponitur l. 1. ff. de seru. tit. gener.

III. Ea est seruitutum prædiorum rusticorum & urbanorum natura, ut non possint cedi, nisi quando seruiunt prædio dominanti l ergo. ff. de seruit. rusti. ideoque prædijs, non personæ debentur l. unus ex socijs. ff. eodem.

IIII. Omnia iura, ex quibus quid capimus, non possunt esse prædialia. l. Lucius. ff. eod. ideoq; personales sunt, ceu quasi.

V. SERVITUS personalis morte eius, cui debetur, finitur, realis est continua, & perpetua l. foramẽ. ff. de seruit. urba. Prat.

SERVORUM frequenter fit mentio in toto Iure, utputa quorũ usus esset apud Romanos frequentissimus. Inde mirum dictu est, quantam obscuritatem in hanc disciplinam tractatio de seruis ingerat: quoniam multa de illis erant singularia, quę non respondebant regulis Iuris aliarum personarum. Interim tñ non sine fructu legemus (modò sobriè fiat) q̃ de seruis introducta erant, utut hodie nõ utamur ta li seruitute. Nam habent pulchras rationes, quibus uti possumus in alijs negotiorum speciebus. Porrò quidquid in toto iure de seruis est sancitum, id referendum est ad rusticos nostri seculi: quatenus fert ęquitas similitudinem colligi. Nam nullum hominũ genus accedit propius ad seruorum conditionem, quàm rustici his temporibus. Quod apparet ex l. ne diutius. C. de agric. & censit. Accedit his Zasius in l. 1. in prin. ff. de eden. Olden.

SERVORUM nomina, quibus consueuerũt uti Iurisconsulti cum aliquem casum effingunt, Græca ferè esse adnotauit Alciat. qui & aliquot interpretatur c. xxvj. lib. 1. Parerg. ut Stichum & Damam, Erotem & Pamphilum nemo non intelligit. Liberorum uerò hominum nomina uidentur esse Romana, Meuius, Titius, Seius, Sempronius, Augerius, Numerius, & similia. Spiegelius.

SERVORUM species à Iurisconsultis ab opera & ministerio nominatur: ut atriarij, qui & atrienses, ab atrio, quod (ut diligenter sua manu annotauit Volzius) est propriè locus ante uel circa domum, remotius tamen, & ad domum pertinens: ab atro colore dictus fortè, quòd is locus ex fumo nigresceret, qũ culinam ueteres in atrio haberent. (So heysset eyn hoff mit garten vnd bäwmen vmb / oder am hauß. vnd das heysset man noch ein Aetter / dauon dann kumt der klein Zehend / den man nennet Aetter zehend / das ist obß / kälblin / färlin. vnd deßgleichen / was auß dem hoff wachßt vnd würt.) focarij, mediastini, arcarij, herticæ, qui uersantur in agris. capsarij, uel potius carpsarij, saccularij, apolides, insularij, orcini, originarij, adscriptitij quoq;. Sed & uicarium seruum Vlp. censuit, qui ordinario subest, & illi paret: & fornacarium, cuius & suprà mentio facta est, qui fornaci calcariæ, seu ferrariæ seruit & inuigilat. Post quos fuère amanuenses & dispensatores: alteri, quorum opera uelut scribarũ, dominus utitur: alteri, qui æra dispensant, impendiaq; & expensa rationibus notant, & inferunt. Receptitius uerò dicitur, qui ob uitium redhibetur. Pileatos seruos Gellius scribit uænum solitos ire, quorum nomine uenditor nihil præstaret, autore Cælio Sabino iurisperito. Cuius rei causam esse ait, quòd huiusmodi conditionis mancipia insignia esse in uendendo deberẽt, ut emptores errare & capi non possent, neq; lex uendendi operienda esset, sed oculis perciperent, quod nam esset mancipiorũ genus. Sicut antiquitus mancipia iure belli capta, coronis induta uenibant: & idcirco dicebantur sub coronis uænire. Nam ut ea corona

rona signum erat captiuorum uænalium, ita pileus impositus demõstrabat eiusmodi seruos uenundari, quorũ nomine emptori uenditor nihil prĕstaret. Sp.

SERVORVM natura est eadẽ, uaria aũt eorũ artificia aut exercitia siue ministeria: ideoq; sunt serui Topiarij, Dietarij, Aquarij, Supellecticarij, Hostiarij, Dispensatores, Actores, Ordinarij & Atrienses, Balneatores, Fornicatores, Muliones, Venatores, Vestigatores, Monitores, Nomenculatores, Calculatores, Ministratores, Obsonatores, Textores, Cellarij, Villici, Tonsores, Notarij, Cursores, Lecticarij, Tabellarij, Villici, Scoparij, Saltuarij, Permulta sunt præterea seruorum & officia & nomina, quæ passim occurrunt legentibus Digestorum libros: quamuis ergo officio, & cura, & tempore interdum differret, tamen omnes æquè serui erant. Ferret. in comment. instit. Iustin. tit. de iure perso. 3. lib. 1.

SERVORVM porrò est dominorũ imperio obsequi, eosq; inde nomẽ accepisse Cyprianus expressè contendit. Sic enim in libro de singularitate clericorũ scribit: Alioquin nec nos serui adscriberemur, nec ipse dominus haberetur, si secundum uoluntatem nostram permitteremur impẽdere seruitutem. Et quamuis hæc ita sint, interdum tamen fieri quædam per seruos suos patiebãtur domini, sine aliquo imperio speciali, idq; tunc accidere solet, cùm seruus alicui negociationi præpositus est. Tunc enim suo arbitrio negotium domini gerit seruus, donec illud gerere à domino prohibeatur. Eaq; prohibitio, libello proposito hac fieri solenni formula plerunq; solet, CVM IANVARIO SERVO MEO GERI NEGOTIVM VETO, ut est apud Paul. cap. 47. in princ. de pecul.

SERVVM cicatricibus deformare. Vlpia. in l. locum. ff. de usufruct. Spieg.

SERVVS actor, idem opinor qui dispensator: id est, cui pecuniæ domini curatio mandata est. Papin. l. uigesimaquarta, ff. depositi. Centum numos, quos hac die commendasti mihi, adnumerante seruo Sticho actore, &c. Hotom.

SERVVS artifex. Paul. l. ult. de oper. seruor. Cũ, inquit, de operis serui artificis agitur.

SERVVS dispensator. apud Alphenum in l. pen. ff. de ser. corrupt.

SERVVS fundus, qui seruitutẽ debet: liber, qui ab ea est immunis. Vlp. l. xx. §. 1. ff. de acq. rer. dom. Si seruus fuit fundus, cum seruitutibus transit: si liber, uti fuit. Item, Si quis igitur fundum dixerit liberũ, quum traderet eum qui seruus sit: nihil iuris seruitutis fundi detrahit. Cic. pro leg. Agra. Optimo iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione sunt: libera meliore sunt, quàm serua. Hot.

SERVVS fructuarius cogi potest ut operetur. l. sed & si cuti. ff. de usufruct.

SERVVS fugitiuus propriè nõ dicitur, qui fugã tantum cogitauit, atq; idipsum facere se uelle iactauerit: sed qui re ipsa à dño suo aufugerit: & qui huiusmodi seruum uendiderit, ædilitij pœna teneri nõ debet. Tum enim uitium animi dicendum erit, qñ effectu aliquo patere cœperit. Quis autẽ fugitiuus dicatur, amplissimè tradit Vlp. in l. quis sit ff. de ædil. ed. Brech. in l. fugitiuus. ff. de uerb. & rer. sig.

SERVVS hæreditarius. Quere, Hæreditarius seruus.

SERVI Insularij propriè non dicuntur ij homines, qui deportati aut relegati sunt in insulã, & iam Insulares facti & serui pœnæ, sed ij aut domini ædiũ aut inquilini sunt. Est enim Insula propriè domus, quæ uicinorum parietibus communibus non coniungitur, ut ait Festus, quarũ magna fuit Romæ multitudo, ut tutiores essent ab incendio, atq; ita a similitudine insularum quæ circumquaq; aliquo amne ambiuntur, insulæ appellatę tum ipsæ, tum uerò etiã reliquæ omnes domus, quamuis inter se coniunctæ essent. Ideò ipse Pompon. in l. urbana. ff. de uerborũ significat. insularium seruum urbanis seruis adscribit, quod huic nihil rustici operis mandaretur, sed domus custodia. Connanus comment. iuris ciuilis, lib. 2. cap. 2. num. 5.

SERVVS integræ opinionis, qui custodiendus non est, teste Paulo. l. si à bonæ. prin. ff. de rei uind.

SERVIS lecticarijs legatis, si idem lecticarius sit & cocus, accedet legato. Paul.

SERVIS legatis etiam ancillæ debentur, quasi commune nomen utrunq; sexum contineat. autor Modest. de leg. 3. l. seruis legatis. Vide Ancilla. Spieg.

SERVI Literati olim sic dicti, quòd in corporib. ipsorum inprimerentur signa cuiusq; domini. Nam Grecis notatum esse & inscriptum, insigne olim fuit seruitutis. Ex quo prouerbium Samijs nemo Literatior, quòd hi bello uicti quondam ab Atheniensibus & in seruitutem redacti, punctis in fronte notati sunt, literarum similitudinem referentibus, aut ut Aristoteles scribit in Rhet. quod à tyranno olim afflicti atque oppressi, cùm ciuium laborarent inopia, seruos omnes donarunt ciuitate. Postea uenit ea res in consuetudinem Romanorum, ut seruos inscriberent, qui ipsi multos à Grĕcis habebant iam notatos & compunctos à dominis. Quod ipsum solitum erat fieri, ut nosset quisque suos. Connan. comment. lib. 2. cap. 6. num. 4.

SERVVS mediastinus dicitur is, qui ad perpetiendum laborem est idoneus. Huiusmodi enim seruis infima tantum ministeria & obuiæ quæq; rerum domesticarum functiones attribuuntur, ita ut ratio uirium & corporis in eis habetur potius, quàm ingenij aut industriæ. De hoc uide fusius Connan. comment. lib. 2. cap. 2. num. 4.

SERVVS ordinarius est, qui dominum agnoscit, & prouinciæ alicui præficitur: in cuius labores si alius fuerit suffectus atq; subrogatus, is seruus uicarius appellatur. Ferrarius. Spieg. Existimat aũt Connanus lib. 2. cap. 1. inde ordinarios seruos dictos esse, quod ordinem suum & locum tenebant, in re familiari domini, non item uicarij, qui in peculio erãt ordinariorum, ut ordinarium Ius uocamus ab eo differens, quod extra ordinem datur. Vicariorum uerò nulla erat certa destinataq; ministerij functio, sed omnium etiam ordinariorũ mandatis obsequi, & parere cogebantur. Peckius l. prima, §. in potestate. numero 2. ff. de exerci. act.

SERVVS originarius. Vide Originarij serui.

SERVVS peculiaris, pro Vicario. Scæuola l. 21. ff. de pecul. leg. Si Sticho manumisso peculium legatum sit, & Titio seruus peculiaris: quantum peculio detractum erit ob id quod domino debetur, tantum ei accedere cui uicarius legatus est, Iulian. ait. Hot. Erant enim peculiares serui, qui peculio filiorũ annumerãtur, similiter ac reliquæ eorum res peculiares, de qua re ad longum disputare nostro seculo nõ conuenit, cum diuina lege eadem omnes conditione uiuamus. Inter eos enim (inquit Paul. ad Gal. 3.) qui in Christum baptizati sunt, neq; liber, neq; seruus sit. Peckius l. prima, §. in potestate. nume. 2. ff. de exercit. actione.

SERVVS pileatus is ueteribus dicebatur, qui pileo tectus demonstrabat sé uænum dari, expositum quidem.

quidem, sed cuius nomine emptori uenditor nihil præstaret. Qui uerò serui sub corona uænibant, iure belli captiui erant, coronis insigniti, ad discrimé eorum pileatorum, qui sine coronis uænibant. Bud. in annot. prior. Spiegelius.

SERVVS pœnæ efficitur, qui in metallum damnatur, & qui bestijs subijcitur. §. pœnæ. Instit. quibus mod. ius pat. pot.

SERVVS publicus, id est, tabellarius. apud Vlp. in l. non aliter. ff. de adop. in l. si pupillus. ff. rem pup. sal. for. Spiegelius.

SERVVS publicus dicebatur, quem ciuitas tabulis publicis præficiebat. unde Seruus ciuitatis appellatur in l. ulti. ff. Quod cuiusq; uniuers. Publicus autem in l. nec ei, 18. ff. de adopt. l. 2. C. eod. tit. l. 4. C. de arbit. l. 1. §. exigere. ff. de magist. conueniend. Post uerò ab Arcadio Imp. constitutum est, ut publicis tabulis non amplius serui, sed liberi præficerētur. l. generale, C. de tabular. Martian. l. 6. ff. de rer. diuis. Seruus communis ciuitatis singulorum pro parte non intelligitur, sed uniuersitatis. & ideo tam contra ciuem, quàm pro eo potest seruus ciuitatis torqueri. Hotomannus.

SERVVS publicus lictor, apparitor. Cic. Philip. 13. Quos Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat à seruis publicis. Idem Verrina v. Cur hoc auctore non Romæ serui publici ad uectigalia accedant? Loquitur Cicero de Venerijs Siculis apparitoribus. Hotom.

SERVVS receptitius etiam dicitur, qui uxoris proprius est: ut quem pecunia receperat, neq; dixerat doti, sed sibi retinuerat. Lege item, Recipere ea mulier dicitur. Spiegelius.

SERVVS urbanus quis sit, uide l. seruis urbanis. de leg. 3. Censetur auté seruus urbanus is, qui ex urbanorum seruorum familia natus est, etiamsi dimissus fuerit in uillam, ut ibidem nutriretur. Brechæus in l. is qui natus. tit. de uerb. sig.

SESCVNCIA, est uncia cum dimidia. Vlpia. de leg. præstan. l. filium. Vt partis, inquit, dimidię quartam, id est, dimidium totius asis sescunciam retineat. Idem in l. Papin. §. quoniam autem. Proinde, inqt, etsi sint ex duobus filijs nepotes, ex uno tres puta, pluresue, ex uno unus: unicum sescuncia, unum ex illis semiuncia querela excludit. Spieg.

SESQVI uocabulum, siue in appositione, siue in compositione inuentum fuerit, dimidio maius significat: ut sesquialtera pars, id est, pars altera dimidio maior, quàm prior. Spiegel.

SESQVIPLVS id significat, quod tantum cum dimidio uulgares dicunt.

SESSIMONIVM est templum & sedes apud Vitruu. lib. 7. deduciturq; à sessu uel sede sessimonium, ut à merce mercimonium. Ita enim scribit, suspectus habent in deorum sessimonio, id est, in deorum ædificandis templis, & sedibus statuēdis, ac sessimonium dici uidetur, ut ἵδρυσις Græcè. Turneb. aduersar. lib. 2. cap. tertio.

SESSIO, uocabulum est allusionem habens ad concilia huius ætatis, speciosiora scilicet, quàm religiosiora.

SESTERTIVS nummus, duos asses cum semisse ualebat: hinc dictus, quasi semisse dempto de trib. De asse, & eius uariatione uide Bud. & Nebr. in dict. Sestertius nummus. Adde Connan. comment. lib. 2. cap. 9. num. 2. & lib. 12. nu. x.

SESTERTIVS, & nummus, idem apud ueteres fuit. Denarius quatuor nummos ualuit, seu maius, quatuor sestertios. At mille nummi, sestertium unum. neutri generis, erat. Lege Alciat. lib. 3. dispun. cap. 2. Sestertiorum autem nomine aurum non continetur. Spiegelius.

SESTERTIVS apud Romanos nummus erat, qui duos asses & semissem initio continebat, poteratq; æstimari decem Gallicis denariolis, quos appellant Turonenses. Postea uerò sestertius æstimatus fuit quatuor assibus. Sestertia auté numero plurali & in genere neutro enuntiata continebant millenos sestertios. Itaq; nihil intererat inter centum sestertia, & centum millia sestertiûm: utraq; auté summa, si primam æstimationem sestertiorum expēdas, complectebatur bis mille & quingentos aureos coronatos, uel certè quatuor millia coronatorū, si eam intuearis sestertij numi ęstimationem quam à dictatura Q. Fabij Maximi receptam, uerisimile est in usu fuisse temporibus legis Papiæ. Porrò ut à numis sestertijs, ad sestertia transeūdo, numerus millies multiplicatur: ita cum ad eam locutionem uentum est, quæ per aduerbia numeralia enuntiatur, crescunt sestertia singula conduplicata, ut si centum sestertia dicam, intelligis centum millia sestertiûm. Sic ubi centies sestertiûm dicitur, intelligendū est centies centena sestertia, siue centies centena millia sestertiûm, ut annotauit Balduinus in comment. super Instit. Iustin. lib. 3. tit. 6. de success. liberto.

SEV dictio est augmentatiua. tex. est singula. in l. si quis ita legauerit. ff. de aur. & arg. leg. quē pro sing. commendat Ludouic. sing. 561. lego Titio. & repetit Franciscus Crem. not. 56. lego digestum. & Dec. consil. 69. uisis duobus consilijs. in 4. col. post Bal. cons. 442. uerba ita dicunt. in 1. lib. & cons. 218. statuto ciuitatis. in 2. lib. & cons. 466. quidam instituit. in 3. libro, & ex facto cum incidisset in legato facto de fundo seu ædibus, iudicasse se utrunq; deberi, testis est Alex. de Alex. Genial. lib. 2. c. 3. eiusq; iudicium probatum fuisse. Tamen restringitur, quando ponitur inter dictiones pluralis numeri: secus, si singularis numeri. ita sing. Bal. in c. inter cæteras. col. ult. uersicul. pone testator. extrà de rescript. Secundò limitatur, ne immoderatum importet augmentum: secundum Arch. multum singu. in c. ego Ludou. 63. distin. & has limitationes pro singul. commendat Dom. Iason in l. penult. in 1. nota. C. de uerb. sig. ubi putat dubias, quamuis supremę sint: licet de eis nullus faciat mentionem. In dubio aūt dictio Seu, de proprietate sermonis disiungit uerba: sed non sensum. ita cócludit Corn. cons. 18. in præsenti consultatione. in 3. col. in 3. lib. & in cons. 198. in proposita. in ult. col. eodem lib. post Bart. in d. l. si quis ita. Et ideo testis dictum incertum reddit, quia disiunctiua incertitudinē causat. l. ubi autem non apparet. §. qui illud. de uerb. oblig. tradit Do. Alex. cons. 50. in causa. in pen. col. in 5. lib. & hæc nota ad doctrinam Bart. in l. si quis ita. la 2. de aur. & arg. leg. & in l. si is qui ducenta. §. utrum col. 2. de rebus dub. Cotta.

SEV, particula disiūctiua, qua iungimus ea, quorum alterum, non utrunq; affirmamus. De qua Bar. in l. si quis ita. ff. de aur. & arg. leg. Alcia. in enarratione l. sępe ita compertum. de uerb. sig. ubi demóstrat, Seu, uim quoq; ampliandi habere. Spieg.

SEVIR, rara uoce, teste Rhodigino, ut coniectāt ex doctis nonnulli, equitum indicat præfectum: unde seuiralium ludorū prorepserit appellatio, Iul. Capitolinus in M. Antonino philosopho ad hunc modum: His ita gestis, adhuc quæstorem consulem secum Pius Marcum designauit, & Cæsaris donauit appel-

appellatione, & seuirum turmis equitum Romanorum iam consulem declarauit, & edenti cum collegis seuirales ludos adsedit. Spiegelius.

SEXAGENARIOS exactores quosdam appellatos, qui à collatoribus species annonarias suscipiebant, tributaq; exigebant, constat ex l.1.C.de exactorib.tribut.in C.Th.& l.2. de annon.& tribut.in Cod. Theodos. Brisson.

SEXIES dies sine usuris credere, pro creditę pecunię pecuniam, ut Glareanus exponit, soluere, sine usuris, per sex partes, siue solutiones, eleganter dixit Cæs. Comment.lib.3.Spieg.

SEXTANS, quidam lestans scribũt, duæ totius assis partes sunt, hoc est, duæ unciæ: sicut quadrans tres unciæ. nam quarta pars à xij. sunt iij. Triens tertia pars assis, quatuor continet uncias. Quincuns, quinq;. Semis autem dimidium illius habet, quod asse continetur: quæ quidem pars sex uncias ex toto asse uendicauit. aliàs semissis. Sexcunx autem septẽ consequitur uncias. Bes octo. Dodràs uero nouem. Dextans decẽ signat uncias. Deunx uerò undecim. Alex.lib.1.Genial. dier.cap.1. Spiegelius.

SEXTARIUS. Quære, Medimnus.

SEXT. Pompon. gentis Pomponiæ clarissimus fuit Iurisconsultus, qui scripsit l.2.ff.de orig.iur. quã præceptor meus Zasius elegãtibus scholijs post (ut putat) Antonij Garronis in eandem commentarios luculentos uestiuit. Sed Dn. Oldendorp. posterior quidem, mirum tamen in modum, miraq; breuitate exactius hanc tractationem pro grauitate disciplinę ciuilis iuris absoluit. Floruit autem Pomponius, & quidem magno in honore & autoritate, sub imperio Alexandri optimi principis. Heliogabalus pessimus Romanorum Imperator ideo infensus fuisse Alexandro adoptato legitur, quòd impudicus non esset. autor Lampridius.

SEXUS uirilis liberos, & masculos liberos, siue masculini sexus, nihil inter se differunt. Et uero uerius est, ait Salomonius, nullo modo uerbis uirilis sexus fœminas posse comprehendi: ueluti ex cõtrario uenire non possunt mares appellatione fœminini sexus. Nam ut dicit Pompo. in l.si ita scriptum sit. de leg.2. exemplo pessimum est, fœminino uocabulo etiam masculos continere. Accedunt, quæ annotauimus superius in dictione Mas. Spiegelius.

SEXUS masculinus semper fœmininũ continet. autor Iulian. in l.qui duos. de leg.3.

S I

SI, particula quoties conditionalis est, subiunctiuis iungitur: uelut, Si facias, si feceris. Qui enim sic loquitur, non factum interim declarat. Quamuis & iuncta finitiuis, quãdoq; conditionem faciat. quod huic uoculæ regulare est, ut Albericus indicat, qui diffundit uerba in significatione eius explicanda. Si ue, ex si & ue composita particula, præter morem aliarum coniunctionum, tres nimirum sensus postulat. De quo latius Linacer. Variè ponitur: modò enim coniungit, modò disiungit, modò declarat, modò continuat, modò conditionem facit. Albericus exempla indicat.

SI, dictione uti solent Iurisconsulti in denotãdis actionibus, exceptionibus & replicationibus: ut in titul ff.si cert.pet.condict. Et, in l.itaque si hoc. ff.de procurator.l.& eleganter. §.si dolo malo. ff. de dolo mal. Alijsq; locis multis. Olden.

SI, uariè accipitur. Quandoq; sumitur pro quia l. 48.§.fin.ff.de iur.fisc. Quandoque pro quamuis l.ait Prætor.§.fin.ff. quæ in frau.cred. interdum pro non, l.legato generaliter.in fin.ff.de leg.1.l.si res. ff.de minor. Aliquando pro sicut l.qua ratione.§.1. ff.de acq. rer.dom. Quandoque pro an l.3.§.1.ff.de collat.bon. Quandoq; admonitionis nota est l.muto.c.sub conditione.& eo loci Albericus ff.de tutel. Regulariter Conditionem facit rubr.& l.à testatore. ff.de condi. & demonstr.& toto ferè tit.ex caussa diuersum.l.aliquando. ff.eodem. Prat.

SIBI facere uidetur, qui non operas eius locauit, sed quod opus conduxit, expedit. Connan.comment.lib.4.cap.5.num.x.

SICA significat ferreum cultrum. Propriè uerò dicebatur breuior gladius. Cicero pro Milone, Extorta est (inquit) confitenti sica de manib. Erat itaq; latronibus apta, ac fortassis doloni nõ dissimilis. ut refert Balduin. in comment. super Instit. Iustin. libro 4.tit.18.de publ.iudic.

SICARIUS. Sicarius, qui telum quocunq; animo occidendi hominem gerit. §. item lex Cornelia. Instit. de publ.iudic. Nam per interpretationem extensiuam sub sicæ appellatione omne telorũ genus comprehenditur. Vnde illud est, Actor.21. Eduxisti in desertum quatuor millia uirorum sicariorum. Aliquid de sicarijs meminimus suprà in dictione, Cornelia. Anch. Est autem Sica ferreus culter, à qua Sicarij dicti sunt homicidæ.§.item lex Cornelia. Instit. de publ.iud. Ioan.Bell.Etym.

SI certum petatur. Notum omnibus esse non puto, quid certum in hoc titu.C.significet. Certum hic mutuum est, quod peti, id est, repeti, dicitur, cum à debitore mutuum repetimus, pro quo nobis datur condictio, id est, repetitio certi, hoc est, mutui, ut scribit Hegendorph. in Exegesi. Anch.

SI cœlum digito non tetigeris. Conditionẽ hanc impossibilem negatiuam nostri doctores appellant. l.in illa de uerb.oblig. cum teste Alciato rectius necessariam conditionem dicerent, quæ pro pura habetur. Nisi fortè de eo cœlo intelligant, de quo apud poetam oxymorum, ridiculumq; ænigma: Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Treis pateat cœli spacium non amplius ulnas. Vide 18. cap. libro 1. Parerg. Spiegel.

SI dijs placet, sermoni inseritur, propter rei indignitatem, siue temeritatem, teste Donato. Spieg.

SI eis uideatur. Donat. in Adel. Ter. Fac sis Sostrata. Sis honorificè additur uerbo, ne quod imperatiuo modo pronunciatur, superbum sit. Deductũ est autem à Senatusconsulti formula. ubi enim aliquid senatus Consulibus iniungit, addit, Si eis uideatur. Hæc Donatus. Hotom.

SI ex testamento ad libertatem perueneris, pro eo, si hæres te manumiserit. l.seruo manumisso. ff.de cond.indeb. Spiegelius.

SI pateret. Verba erãt olim iudicij recuperatorij.

SI quid acciderit, absolutè prolatum, mortem significat. Exempla Albericus multa congerit.

Hæc uerba Si fecerit, si dederit, in conditionibus testamentarijs plerumq; hanc significationem habent, Si per eum non stet, quominus det aut faciat. l. 23.ff.de condit.institu. In stipulationibus quoq; hęc conditio, Si Pamphilum non dederis, sic plerunque exauditur, si per te steterit quo minus Pamphilum dares. l.115.ff.de uerb.oblig. Similiq; modo hæc conditio Si Capitolium ascenderit, sic accipitur, si cùm primùm potuerit Capitolium ascenderit. l.29.ff. de cond.& demõ. Et ex diuerso, Si Capitolium non ascenderit, hanc recipit interpretationem, si cùm primùm potuerit, Capitolium nõ ascenderit. l.17.§.1. ff. de

sed & libri & lances & aliæ id genus uenales res exponebantur. Vnde in l. penulti. §. paterfam. ff. de leg. 3. Sigillaribus emptæ lances. Et apud Gell. lib. 2. cap. 3. In sigillarijs emptus liber qui etiam libros eo loci expositos aperte significat. libro v. cap. quarto. Meminit & Sueto. in Nero. c. 38. Briss.

Vnde etiam Sigillariorum celebritas quędam instar nundinarum Saturnaliorum diebus addita, qua sigilla deorum fictilia uenalia proponi & pueris emi, sed & inuicem pro munere missitari solebant, quemadmodum Macrob. lib. 1. c. x. & c. xj. ostendit. Spartia. in Caracalla, quæ à parentibus gratia sigillariorum acceperat & uel clientib. uel magistris spōte donarunt. Idem in Hadria. Saturnalia & sigillaria frequenter amicis inopinantibus misit, & ipse ab his libenter accepit. Briss.

SIGILLATIM, id est, per singulos, exemplum in c. quia propter. extr. de elect. ubi dicitur: assumantur tres de collegio: qui uota cunctorum secretè & sigillatim diligenter exquirant. Io. Bell. Etym.

SIGILLVM, parua statua. Vlpian. de Fund. instru. l. quæsitum. Sigilla, inquit, & statuæ affixæ non continentur. Nebriss. Dicitur & quo quid consignamus, uel obsignamus, & notamus, ein bytschad oder handzeychen. Si petam à te decem tenore chirographi tui sigillo confirmari. Tu negas scripsisse te, uel inficiaris sigillum: rectè petam, ut edas sigillum tuū, uel ut aliquid manu tua scribas, quod conferatur cū chirographo. Spiegelius.

SIGLA uel Singlæ notæ sunt quibus uti librarij in scribendo solebāt. Iustin. de composit. digest. Eandem autem pœnam falsitatis constituimus & aduersus eos qui in posterum leges nostras per singulorū obscuritates ausi fuerint conscribere. Omnia enim, id est, & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros per consequentias literarum uolumus, nō per sigla manifestari. Item in Græca constitut. τοῖς τοίνυν ἐπικειμένης τῆς ποινῆς κατὰ τῶν σημείοις τισὶν ἐν τῷ γράφειν χρωμένων, ἃ καὶ σίγλας καλοῦσιν. id est, Eadem etiā pœna ijs imminente, qui certis notis, quas singlas uocant, in scribendo utuntur. Hot.

SIGMA apud Lampridiū in Heliogabalo mensæ genus est, quæ Lunæ similitudinem haberet formamque præferret Σ literæ Græcæ: Crinitus libro xix. cap. x. Idem affirmat Ioan. Baptist. in comment. Epist. Sidon. Apollinar. ad Sigarium lib. 2. hisce uerbis: Mensula ea potissimum figura adfabre lęuigata & exculta, uti sex caperet maiori ex parte conuiuas, in similitudinem elementi græcanici implicatiorib. spiris incurua, non absimili fortasse figura ab ea quā Lucianus in Lexiphane Delphiniden appellat. Sigma uates Epigrammaticus itidem numerat in iiij. & x. Accipe lunata scriptum testudine Sigma. Octo capit ueniat quisquis amicus erit. Lampridius in Heliogabalo: Recenset sigma iuuenibus esse statum. Sigma uocitatum à literæ Græcæ similitudine, quemadmodū zeta siue zetecula à z literæ figura & ii sint, qui ἀπὸ τοῦ ζῆν, hoc est, uiuere deflectant.

SIGNA, Sigilla & Signacula idem ualent. l. prima, §. si pecunia. ff. deposit. l. duodecima, §. penultimo, ff. loca. l. prima, in fine. l. 2 §. si dubitetur. l. 4. ff. de testament. quemadmo. aper. Briss.

SIGNA autem anulis χαρακτῆρα habentibus impressa accipimus in re testamentaria. l. uigesima secunda, §. signum autem. ff. qui testa. fac. l. undecima, Digest. de iniusto rupt. §. primo, Institutio. de testament. Brissonius.

SIGNACVLVM, in l. hac consultissima. Cod. de testa. significat signum ac notam impressam. Potest tamen aliquid esse signum, quod non sit signaculum. ut statua signum est: at annuli affixum syngraphæ, signaculum. Græcè σφραγίς. Spiegel.

SIGNARE quid est, nisi proprium aliquid ponere? Hoc est enim signare, imponere aliquid, quod non confundatur cum cæteris. Signare, est signum rei ponere. Cuicunque rei ponis signum, ideo ponis signum, ne confusa cum alijs, à te non possit agnosci. autor diuus August. tractat. 25. in Ioan. Spiegel.

SIGNARE est sigillo obfirmare. Vlpian. in l. uideamus. §. qui uinum. ff. locati. Qui uinum (inquit) de Campania transportandum conduxisset, deinde mota à quodam controuersia signatum suo & alterius sigillo in apothecam deposuisset, ex locato teneretur, ut locatori possessionem uini sine controuersia reddat: nisi culpa conductor careret. Sed & Salustius in Catilin. signa pro sigillis usurpauit. Igitur (inquit) perlectis literis, cum prius omnes signa sua cognouissent, Senatus decreuit, uti abdicato magistratu Lentulus, itemq; cæteri in liberis custodijs haberentur. Signa sua, sigilla intellexit. Vnde obsignare (qđ Græci ἀποσφραγίζειν, & ἀποσφραγίσματα sigilla) est impresso aliquo occludere. Martianus in l. diuus Adrianus ff. de custod. & exhib. reor. Brechęus in l. subsignatū ff. de uerb. & rer. sign.

SIGNATAE autem tabulę testamenti in edicto Prætoris accipiuntur, quæ septem testium signis signatæ sunt. l. ult. ff. de secund. tabul. Nec signatæ uidentur, si earum linum, quo ligatæ erant, à testatore ipso incisum est. l. prima, §. pen. eodem tit. Sic & in l. duodecima, ff. de iniusto rupt. signatum testamentū accipimus. Signata cista in l. prima, §. si cista. ff. de lege commiss. testium signis obsignata. Sic & signata domus in l prima, §. penult. ff. de uent. in poss. mitt. l. xx. ff. de iniur. Briss.

SIGNA præterea uexilla militaria sunt. l. 2. §. initium. ff. de orig. iur. l. pen. ff. ex quib. cau. maior. l. 3. §. ult. ff. de testib. Briss.

SIGNA Romani auctore Vegetio lib. de re militari secundo tria habebant, Aquilā, Dracones, & Vexilla, Aquila totius legionis signum est, quam portat aquilifer, Dracones sunt singularium cohortiū. Legio enim in decem cohortes diuiditur, quos, qui ferunt, Draconarij dicuntur. Cohortes uerò in centurias diuidebantur, singulis centurijs suū erat Vexillum, in singulis uexillis notatū erat, ex quota cohorte, quota centuria esset, ne qui milites à signo aberrarent, quod & Dion lib. 41. declarat.

Inde Signatores, testes ad testamenti uel alterius negotij tabulas anulis suis obsignandas adhibiti, appellantur. l. 22. ff. de testi. l. 3. §. hoc interdictum. ff. de tabul. exhib. l. 32. in fi. ff. de furt. l. 32. in fi. ff. ad l. Aquil. l. 4. l. 6. l. 7. ff. de testam. quemad. aper. Sallust. in coniuratio. Catil. Ex illis testes signatoresq; falsos commendare. Suet. in Augusto, ca. 33. Et cùm de falso testamento ageretur, omnesq; signatores lege Cornelia tenerentur, &c. Valer. lib. 7. ca. 7. In eo Tullianus Pompei magni familiaris ipso Pompeio signatore hæres scriptus. Briss.

SIGNATORES etiam appellantur in l. ulti. ff. de l. commissoria. qui sacculum pecuniæ signis suis obsignarunt. Brisson.

SIGNATORIO annulo testamenta claudebātur. l. ad testamentum. ff. de testam. Eo utimur, ut signum imprimamus. l. ad testium. §. pen. eod. tit proprié à nostris appellatus, ein bytschad/ quasi à damno præseruatio. Ornamenti autem nomine eum

contineri, Paul. negat. Require, Annulus. gl. sub fin. ca. unici. Clement. de Iureiuran. refert, quo sigillum, ut ait, magnum à bulla aurea distet. Spiegelius.

SIGNATVM aurum, uide Aurum signatum.

SIGNATVS. Vlp. l. ad testium. de rebus eorum qui sub tut. Signatas tabulas accipi oportet, & si lineo, quo tabulæ inuolutæ sunt; signa impressa sunt. Signatum, pro insigni, apud ueteres legitur. ut, Signata uirgo. Vide Non.

SIGNIFICARE, id est, quod rei ipsius essentiã, ueluti picta quadã in tabella ἀκριβῶς exprimit, & ponit ob oculos. hoc Græci σημαίνειν, καὶ παρασημαίνειν, & παρασημαντικὸν significatiuum. ut ῥῆμά ἐστι μέρος λόγου χρόνων διαφόρων παρασημαντικὸν, id est, uerbum est pars orationis cum actione etiam temporum significatiua. Significare igitur est rem, de qua quæstio est, repræsentare. Sed id quidẽ uarijs modis. Nam modo strictius, modo latius, nunc propriè, nũc autem impropriè, & καταχρηστικῶς res ipsa significatur, ac secundũ subiectam materiam. ut in l. certum. Si cert. pet. Feli. c. 1. de summa trinit. Iam uerò quandocunq; de uerbi significatione inter Iureconsultos agitur, de propria solet intelligi, nisi aliud testatorẽ sensisse deprehendamus. Vt si Titius uestẽ legauerit, de ueste non dum texta sensisse, non putandum est, nisi quoq; nõ textam nũcupatis, & expresſis uerbis adiecerit &c. Est etiam significare, aliquando iudicare & prædicere aliquid uenturum, ut cum dicimus de signis pluuiam, uel uentos, uel quid aliud significantib. Cicer. in orat. pro Sex. Roscio Amer. Anseribus (inquit) cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut significent si fures uenerint, & fures internoscere non possunt, significant tamen, &c. Brech. in l. cum omne ius. ff. de uerb & rer. sig.

SIGNIFICATIO. Marcellus: Non aliter, inqt, à significatione uerborum recedi oportet, quàm cũ manifestum est, aliud sensisse testatorem. Vide Alci. tam super Rub. de uerb. sig. quàm quos eadem de re libros planè aureos scripsit. Sp.

SIGNINVM riuum lapideum interpretatur Vlpia. in l. 1. §. ult. ff. de riuis. Plin. lib. 35. ca. 12. Signinum ex testis tusis fieri calce addita scribit. Vitruu. uerò lib. 8. c. ult. Signina opera ita fieri tradit: Primum harenam purisſimam asperrimamq; parari, cementum de silice frangi, calcem quoq; quàm uehemẽtiſsimè mortario misceri, ita ut quinq; partes harenæ ad duas calcis respondeant, mortarioq; cementum addi. Frontin. lib. de aquæductib. Concipiuntur ergo uia Collatia ad milliarium octauum palustribus locis signino circumiecto continendarum scaturiginũ causa. Ex quibus apparet signinum riuum testaceum & cementicium potiùs, quam lapideũ interpretandũ esse. Quare uereor ne superior interpretatio à Triboniano non ab Vlpiano ueniat. Signinam fabricam etiam Boetius in Topi. Cic. dixit. Et Signinum alueũ aquæductus Casſiod. lib. 5. Var. Epist. ad uniuersos possessor. Brisson.

SIGNINVS, Signina Campaniæ urbs, nota uini austeritate. Vnde uinum Signinum Martialis: & Signinum opus, quod teste Plinio, cõficitur fractis testis contusis, calce addita. Vlp l. j. ff. de riuis. Si quis, inquit, terrenum riuum, signinum facere uelit. Vbi pro Signino, Albericus mendosos secutus codices, signatum legit. Vide Nebriss. in hac dictione, & Thesaurum Robert. Steph. Sp.

SIGNVM, quo quid fidei causa obsignamus, qđ sigillum certum esse uolumus. Dicitur & apud Iurecõſ. in l. 1. §. hoc interdictũ. de tab. exhib. Sp. Vel,

SIGNVM est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid obijciens ex se in cognitionẽ uenire. c. signum. de consecratio. distinct. 2. Et signare est signum imprimere, ut suprà exemplum est in §. possunt. Insti. de testam. ordin. Vbi dicitur, possunt oẽs testes uno annulo signare testamentũ, & signatorius annulus est, qui signat, seu quo ad signum utimur. ut in l. signatorius annulus. ff. de uerb. sig. & significatio rerum dicitur demonstratio, ut in tit. prædict. Ioan. Bello Etym.

SILENTIARII, qui audientiam faciunt, murmur uoce compescunt & cohibent, quorum schola in aula Constantinopolitana erat, ut ex Niceph. lib. 16. c. 24. apparet. De his silentiarijs sacri palatij uiris spectabilib. meminit l. ult C. de excus. tut. l. 30. §. ulti. ff. de inoff. testam. Ambros. in oratio. de morte Valentinia. Vesperi profectus est silẽtiarius, tertio die mane quærebat, iãmne remorasset. At apud Saluia. Massil. lib. 4. de uero Dei iudicio, cùm ait, Pauerit quippe actores, pauerit silẽtiarios, pauerit procuratores. Silentiarij accipiuntur, qui in familia cæterorum seruorum murmur cohibebant, ut Seneca quadam epistola probat. Sed & Procop. libr. 2. de bello Persico, Imperatorum ad ea quę sunt quietis, ministros silentiarios uocari scribit. Briss.

SILENTIARIVS. Silentiarij (ut inquit Procopius) ministri sunt ad ea, quæ silentij, quietisq; sunt interiores in principis domo, arcanorum principis conscij, quiq; silendis, & arcanis principis consilijs interesse solent. Quidam eos auricularios appellãt. Et horum prærogatiuas recenset potiſsimùm l. 1. C. de Silentiarijs & decurionib. lib. 12 Hoc autem schollum est Spieg. ex Lex. ciuil. ne quem sua gloria fraudem. Anchora.

SILICERNIVM Latini dicebant, quod Græci περίδειπνον καὶ τάφον: diciturq; Silicerniũ, cum post parentationes circumpotationes fiebant, seu funebre conuiuium. Brech. in l. cum in testamẽto. ff. de uerb. & rer. sig. Et Silicernij quidem ueriuerbium hoc uidetur liber glossematorũ antiquus adferre, quod in ea nullo lumine accenso silentes tantum umbræ cernantur, his uerbis: Silicernium, περίδειπνον. λέγεται γὰρ ἄλλως ἐν σιωπῇ ... Cuia. obser. lib. 11. c. 21.

SIMILA, de qua meminit diuus Hiero. in c gloria 12. q. 2. & retulimus suprà in priorib. memoralib. in dictione, Episcopi gloria cõficitur hoc modo: Frumentum factum in frusta, uel mollitum grossẽ in aqua, in diuersas substantias diuiditur, per cribra extrahitur furfur, & farina subtiliſsima, quæ pollina dicitur: postea remanet simila, quæ diuiditur in grossam, subtilem, & mediocrem: de pollina fit panis Papalis, de subtiliori simila fit etiam panis, de residuis duabus fiunt pultes, & alia cibaria: & huiusce generis est illud quod nos materna lingua amitum uocamus. Plin. lib 18. scribit, Africum triticum præstantiſsimum fuisse: ex cuius farina primum similago, quæ & simila dicitur. Cribro tenuiſsimo & polline cernebatur, ita ut ex polline restante secundariam ueluti similam elicerent, & craſsiorem rursus pollinẽ à furfuribus laxiorem in cerniculo succernerent. Celsus lib. 2. c. 17. Et tritico (inquit) firmiſsima siligo, deinde simila, deinde cui nihil ademptum est, quod autopyrum Græci uocant. Infirmior est ex polline, infirmiſsimus cibarius panis. & ideo in Genesi legitur, ex psona Abrahæ cibum præparantis: Accelera (inquit ad Sarram) tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. Cotta.

SIMILIA sunt illa, quorum qualitas est unã. ita elegan-

eleganter Bald.in l.1.col.1. C. quæ sit longa consuet. & citat D.Felin.in c.capitulum sanctæ crucis. col. 2. in fin.de rescript. item alibi idem Bald. in commento l.de quibus.in 13.col.uers.uiso de causis.ff.de legibus:dicit quòd similia in diuersis psonis, causis uel rebus censentur illa,quæ habent unam & quasi eandem rationem. Quę uerba in pulchro casu reassumit Corn.cons.335.primum consultationis articulum.in pen.col.uers.nã simile.lib.1.cum his quæ tradit Dec. post alios,in c.translato.in 3.col. uers.in gl.fi.de constitut.in priorib.scriptis. Et ideo alibi eleganter not. Bald. in l.1.in secundo not.per illum text.ubi etiã D. Ias.in 3.col.approbat.C.de iur.emphyt.quòd nõ dicitur similitudo,nisi illa quę est plena. & ubi plures inueniuntur differentiæ, quàm consonantiæ, illa non sunt similia. & reassumit latè D.Fel. in c.capitulũ sanctę crucis. col.2. uers.nullum simile.extrà de rescrip. & memoria digna arbitror, ad intelligendum quando liceat arguere de similib.ad similia. Cotta.

SILICARII.Lege, Zoxeni.

SILIGINARIVS,custos siliginis.Vlpi.de furt. l.si quis uxori. Si siliginario, inquit, quis dixerit,ut qui nomine eius siliginem petisset. Item Iulia.de negociat.gestis.l.ex facto. Nebriss. Adde Forcat.in penu iur.ciuil.cap.6.

SILIGO, frumenti genus optimi, de quo Plini⁹ lib.18.c.8.Iulian.l.30.ff.de neg.gest. Quendam ad siliginem emendam decreto ordinis curatorem constitutum.

SILIQVA erat primum & minimum pondus apud Romanos: De siliquis fit mẽtio in Auth. sed hodie.C.de episc.& cler.Io. Bell.Etym.

SILIQVATICVM est mercatorũ onus, quod in nundinis exigitur ob uenditionem proponendã, ut testatur Casiod. lib. 4. Græci κερατισμὸν appellãt. Cuia.super Rub.de lustralis auri collatione C.lib.11.

SILVANI quid sint, uide s.in uerbo Salientes.

Σημαντωρ,signator,significator,à σημαίνω,signo,significo,quod est tertium principis uocabulum, ex quibus principis proprietates colliges. Supremus est, ad quem ut omnia referuntur. ita subditorum curã omittere minimè quidem debet. Rex est,qui regere & cuncta corrigere debet. Signator uerò & significator est, legibus ergo suis significare debet quid agendum & a quo abstinendum, quod ubi fiet,beata erit Respublica.Drosæus in Method.iur.

SIMILIA dicũtur si spectatur etymologia quasi simul ea,uel eadem. Similitudo à Græcis uocatur ὁμοιότης,conuenientia.

I. SIMILIA dicuntur quadrifariã. Primò,quo ad speciem, habitudines & dispositiones corporeas ut duæ mulieres forma,habitu,& nota pulchritudines similes,uel homines duo:quales scripsit Valeri⁹ lib.9.tit.de similitud.formæ.

II. Quædam dicuntur quo ad naturales potentias similia:ut quando duo uel plures habent eandẽ uim loquendi,ambulandi,uidendi, docendi & agendi serij nonnihil operis.

III. SIMILIA quo ad staturam,fortunam, conditionis euentum,quo ad corporis effigiem, & lineamenta.

IIII. Quo ad pasiionẽ, ut ligna diuersæ speciei, quando comburuntur quercus & laurus, similes emittũt flãmas, & carbones relinquũt,duo latrones, quando suspendio finiunt uitam,dicuntur simili plecti supplicio. Taboetius in topico militiæ for. & legal.discip.

SIMILIA,non sunt eadem l.quod Nerua. ff.depos.sed quorum qualitas est una, ut quorum eadem est substantia:sicut in dictione Eadem dictum est,eadem dicuntur,iuxta Bald.in locis inibi citatis. Sp.

SIMILITVDO Aristoteli est unitas qualitatũ: quod teste Salom.apertè liquet in l.qui liberis. ff.de uulg.& pup.Ioan. Andr. in cap. non potest. de præben.in Sexto, similitudo est rerum inter se differentium comparatio.

SIMILITVDO autem duplex est. Aut enim ex pluribus rebus similitudo colligitur: Vt, si tutor fidem præstare debet,si socius,si mandatarius: debet etiam procurator. Aut una res, uni rei comparatur. Cicero ad Trebatium: Si ædes exesæ corruunt,uitiúmue faciunt,quarum ususfructus legatus est: hæres restituere non debet,nec reficere: Non magis,q̃ seruum restituere,si is,cuius ususfructus legatus esset,deperisset.l.qui usumfructum. §.contrà. Et l.hactenus.ff.de usufruct.l.repeti.§.penultimo. Et l si ager.ff.quibus mod.ususfruct.amitt.Vide etiam l.amplius.ff.de damn.infect.Oldend.

SIMILITVDO non procedit,si fortè monstrari posit,illud,quod confertur, diuersum esse, genere,natura,ui,magnitudine, loco, tempore, persona, opinione,aut alijs rationibus:tum enim frigidũ statim & eneruc sit argumentum. Quapropter ad probandum non ita crebrò: ad explanandum illustrandumque frequenter adhibenda est similiũ collatio, Quia mirum in modum instruit,& quandam rei imaginem subijcit animo. Est igitur probatio à simili, Quoties Iurisconsulti, uel nostræ ætatis interpretes utuntur his uerbis: Argumento l.1.facit l.2.accedit l.3.aut his similibus. Sic Africanus in l.seruum filij.§. eum qui Chirographum. ff.de leg. 1. argumento est, inquit, uenditio.

SIMONIA.Simonia(quam Latini ambitum uocant, siquidem simonia Latinum non est) dicitur, quando quis uult dare, aut accipere dona Dei, data aut accepta pecunia.Cuiusce rei pulcherrimum habemus exemplum in Actis apostolorum, de Simone mago Samaritano,homine nefario, à quo uulgares simoniam ipsam uocant. Hinc titulus lib. 5. Decret.est,de Simonia.qui alicuius & dignitatis, & momenti esset,si à nepotibus conditorum iuris pontificij obseruaretur, & quam in eo legem statuère ipsi paterentur, neque simoniam ueluti mercaturã passim & manifestè exercerent,malo Christianorũ exemplo. Calistus certè Burgundio pontifex Anno Christi 1119.proscripsit ab ecclesia,qui pro baptismo & sepultura pecuniam exigerent. Sed id nescire uidentur plerique nostræ tempestatis, quos peruertit sacra auri fames, ut & uenalia sint hoc tẽpore sacerdotia,& pecuniæ,non uirtuti,omnia obediãt.Anch.

SIMONIAM definit Goffredus in Summa, ut sit studiosa cupiditas emendi, uendendi spiritualia, uel his adnexa toto tit.de simon.in antiq.& 6. extrà uel,& generalius est crimen ecclesiasticum, quod sapit hæresin c.altare.1.q.3. Prat.

SIMPLA promitti dicebatur, cùm ob euictionẽ simplum rei pretium promittebatur.l.5.§.ult. l.56. l. 60.ff.de euictionib.l.17. ff.de institor.Varro libro ij. de re rustic.cap.x. Cauere debet de euictione simpli quanti ea res sit.Inde in l.xxxvj. ff. de donatio.inter uir.quæ cautio stipulatio simplæ uocatur in l. xj. in fin.l.xxvij.ff.de euiction. Actio autem de euictionę interdum simpli,interdum dupli erat. Simpli erat, cùm dictum non erat quantum ob eam rem præstare emptorem oporteret,uel cùm ea, quæ empto fundo accesserant,euincebantur l.xvj. l. sexagesima, ff. de

de euictionib. Dupli uerò erat reb. pretiosis uel mancipijs uenditis. Briss.

SIMPLARIAE, aliàs simplariæ uenditiones (ut in l. si tamen. §. ult ff. de ædil. edict.) sunt, pro quibus necesse uenditor nō habet, de dupla emptori repromittere, quarum meminit Vlp. in l emptori. ff. de euictionibus. Ita enim simplariæ uenditiones à Pomponio dicuntur, sicut simplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in simplum, duplum, quadruplum dabantur. Vnde quadruplatores dicti, delatorum genus, qui cum quæstum exercebant, ut illa persequerentur, quorum ex legibus quadrupli erat actio. Itidem simplariæ res dictę sunt ab antiquis, quæ nullius propè precij essent, pro quibus scilicet in simplum tantùm uenditori cautio deberetur. Oldendorp. Porrò etiam quod Simplariæ res idem significent, quod res poculentæ & esculentæ, ex libello Fulgentij de prisco sermone suspicari licet. In eo enim sic scriptum est: Simplones dicuntur conuiuæ, nam & amicus sponsi, qui cum eo per conuiuia ambulat, simplator dicitur. Hæc Fulgentius, tàm simplaria quàm simplatores à simplonibus posse deriuari, non obscurè demonstrans. Rȩuardus in suo comment. ad titul. Pand. de diuers. regul. iur. l. cxlv.

SIMPLEX, aliàs est nomen numerale, ut: simplex, duplex, triplex, quadruplex. Vnde simplum, duplum, triplum, quadruplum Old.

SIMPLEX, aliàs accipitur pro puro, minimeq; composito. Inde dicimus, simpliciter aliquid fieri, ad differentiam eius, quod fit solenniter. Old.

SIMPLEX, aliàs deniq; dicitur pro uero, syncero, aperto, quod nullis constat adfectatis plicis. Cic. Academic. quæstion. libro 4. Cum simplici homine simpliciter agerem. Hoc sensu dicitur: Veritatis amica simplicitas. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthum. l. prima, in princip. ff. de uulgar. & pupill. substitut. l. prima, Codic. si ut se ab hæred. absti. cap. primo, de sum. trin. cap. pastoribus. de iudic. cap. ueritatis. De iureiuran. 4. quæstio. ix. pura. Ex diuerso: duplex pro fallaci, quod ex fraude & dolo complicatum sit. Inde duplices homines dicimus Versipelles. Oldendorpius.

SIMPLEX donatio pro mera in l. xx. §. si pater. ff. fam. ercisc. Briss.

SIMPLEX iussio, quæ fit sine causæ cognitione. l. ult. §. ult. ff. quod met. cau. Briss.

SIMPLEX substitutio, quæ in unum duntaxat casum concipitur. l. 1. ff. de uulg. & pup. Briss.

SIMPLEX exemplum est, quod uulgò copia dicitur, & nonnunquam sufficit. l. exempla. ff. de eden. Spiegelius.

SIMPLICES anni, primi, & qui simplici numero efferuntur, nempe usq; ad decimum.

SIMPLICES fugitiui, qui nondum pro liberis se gesserunt. l. 2. ff. de fugitiu. Briss.

SIMPLICIORES homines, pro imperitis, rusticulis, quos Græci ἀνοήτους appellant. Vlp l. 14. §. 4. ff. de relig. Non aũt oportet ornamenta cum corporibus condi: nec quid aliud huiusmodi, quod homines simpliciores faciũt, i. supstitiosi & creduli. Hot.

SIMPLICITAS opponitur calliditati, fagacitati, uersutiæ Dicitur & rusticitas, quę excusationē patitur. l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ier. iuncta. l. contumacia ff. de re iud. Vide Bald. in l. scripturæ. C. de fide instr. Ang. Nou. de testib. §. & licet. Spieg.

SIMPLICITAS legum, significat æquitatē. & opponitur difficultati, uel subtilitati iuris, teste Iustiniano in §. sed quia stipulationes. Instit. de fidei com miss. hæredit. & in §. final. eodem titulo. Idem in §. & hæc quidem. Institu. de legit. agnat. success. commendat simplicitatem legis XII. Tab. Damnat mediam iurisprudentiam, propter subtilitatem. Simplicitas enim statim aperit ueritatem, non differt negotium. At contrà subtilitas (ut ferè dicit aperti pectoris Oldendorp.) simulat aliud quàm est, protrahit in longum, afficitq; damno litigantes. Spiegelius.

SIMPLICITER illud fieri dicitur, qđ sine fraude doloq; malo fit. autor Alc. in Paradox. Spiegel.

SIMPLICITER, pro, generaliter, & ut Græci dicũt, ἁπλῶς. l. 66. §. duorũ. ff. de legat. lib. 2. l. 3. §. qui liberis. ff. ad Treb. l. 9. §. ult. ff. de adm. tut. l. 29. in prin. ff. de liber. & post. l. 71. ff. de leg. lib. 1. Briss.

SIMPLICITER & simplicius in l. 26. ff. de seruit. rust. l. 9 ff. de seruitut. id est, non designata parte fundi quæ seruiat. Briss.

SYMPHONIACI serui erāt hi, quibus antiqui utebantur, ut in classe classicum pugnantibus canerent: ut docuit Asconius, referēs, celeusma cani consuetum per symphoniacos seruos remigibus. & de his meminit Vlp. in l. sed etsi quid. in princip. ff. de usufruct. Et Cicero in libro de Diuinatione: Ab hac (inquit) muliere præfectus Antonij quidā symphoniacos seruos abducebat per iniuriam, quibus se in classe uti uelle dicebat. Briss.

SIMPLICIVS, apertius l. in l ff. locati. cum similib. locis ab Alber. indicatis. Spiegelius.

SIMPVLARIAE priscis erant res minutæ, nulliusq; precij. Vide Erasm. explicantem parœmiam, In simplo. Spiegelius.

SIMVL ac, quamprimùm. Instit. de rer. diuis. §. si quis. Spiegelius.

SIMVL atq;, pro statim, siue postquam. Inst. §. ferè. de rer. diuis & de empt. & uend. in prin. Sp.

SIMVL fieri quæ dicantur, refert Bar. in l. operis ff. locati & in l. fundus. §. si duo. de procur. gl. d. l. operis. sentit simul signasse testes, tametsi successiuè signarint. Alberic.

SIMVL in sacculo soluere. Vide Vlpia. in l. sed si quis. §. quid tamen. ff. de usufruct. Sp.

SIMVLARE nihil aliud est, iuxta Pontanum, q sub ueritatis specie uelle decipere. unde & simulatio pro deceptione & circumuentione ponitur. Nostri tradunt, fictionem seu simulationem regulariter non præsumi donec probetur. l. cum precibus. C. de probat. Spiegelius.

SIMVLATE, fictè. C. plus ual. quod agit. quàm quod sim. conc. Imp. in l. cùm ea. de transact. quæ simulatè geruntur, pro infectis habitis. Sp.

SIMVLATRICES scribit Festus esse mulieres sagas & expiatrices uel sacerdotes, quę expiare sunt solitæ, quod uerbum putem ex eo natum quòd in sacris multa simulentur, & simulata pro ueris haberentur ut apud Maronem,

Sparserat & latices simulatos fontis auerni.

Alioqui mulieres rebus diuinis deditæ simulatrices dicebantur sed & simpulatrices. ut annotauit Turnebus aduers. lib. 16. cap. 22.

SIMVLATVM dicitur, cum tacitè aliquid agimus, expressim aliud simulamus. ut cum fœnerator contractum mutui colore uēditionis obscurat, quo casu uenditio ipso iure nulla est, cum consensum nō habeat. Hinc uulgatum illud, Plus ualere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. l. si ex precio. C. si cert. peta. Simulationem autem qui allegat, is eius formam probare debet. Qua de re uidendus est

est Paulus Castrensis in l. Iuris gētium. §. dolo. ff. de Pact. Breuiter, hæc ex indicijs & coniecturis, quemadmodum & dolus præsumitur l. dolo. ff. ad Leg. Falcid. l. si procuratorem. §. si ignoratis. ff. Mandati. Nā in simulatione sufficiunt coniecturæ, ut docet Bald. in l. emptio. C. Plus ualere quod ag. Spieg.

SIMVLATVS contractus propriè dicitur, quū in specie aliquid agimus, causamq; iustam prætendimus, cum tacitè aliquid illicitum agatur: ut cū fœnerator, quod pignoris causa acceptum est, emisse uideri uult l. iij. C. Plus ual. quod agitur. Sp.

SIN autem. pro sin minus. Scæuola l. 38. §. 2. ff. de aur. arg. leg. Si mihi per conditionem humanā contigerit, ipsa faciam: sin autē, ab hæredibus meis fieri uolo: Hottom.

SINE offensa esse, pro nihil egisse, quo dici possit offendisse l. seruos l. testaméto centurio. ff. de Manum. testam.

SINE sacris hæreditas. Vbi qua commoditas de improuiso præter sumptū obiecta esset, ueteres sine sacris hæreditatem uocabant. Et omnino quicquid citra nostram operam alicūde obtigisset lucri, quasi prouerbialiter hæreditatem appellabant: propterea quòd ea quæ sic obueniunt gratis, quasiq; dormientibus, à fortuna donari uidētur, ut sentit Eras. a quo minimum dissentit Alciatus lib j. Prætermiss. Cicero de Legib. lib. ij. ex Q. Mutij autoritate ostendit, quinq; modis adstringi sacris hæreditatem, quod & Alc. loco iam citato tractauit. Horum autē actorum alia erant totius gentis cōmunia, quæ gentilicia appellari possunt: alia, quæ sibi paterfamiliàs cōstituerit. In iure autem nostro, quoniam ad paganismum pertinent, haudquaquam est horū mentio, nisi quòd supersunt adhuc tenues huius rei coniecturæ apud Modestin. l. j. ff de Nupt. cū in diffinitione nuptiarū: Diuini, inqt, & humani iuris sunt cōmunicatio. Sp.

SINENDI modo relicta legata dicebantur, quę ita dabantur, Hæres mi illum rem illam sibi habere sinito, permittito. §. 1. Instit. de testamēt l. 1. C. comm. de legat Caius lib. ij. Institut. tit. v. In lege locationis qua scriptū erat, redemptor siluam ne cædito, neue quem cædere sinito, uerbū sinendi hāc habere significationem Vlpian. scribit, ut nō tantùm redemptor si quem casu cædentem uiderit prohibeat, sed uti curet & det operam, ne quis cædat l. 30. ff. loca. Bris.

SINERE uerbum, in cōtractu locationis quam uin habeat, Alph. ostendit in l. in lege locationis. ff. Locati. Quam uerò in edictis, & quid iunctum negandi aduerbio, apud Iuriscons. designat Alexander Genial. dier. autor lib. j. cap. iiij. tradit. Sp.

SINGVLARE ius est, quod cōtra tenorem rationis propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductū est l. 16. ff. de legib. l. 44. §. 1. ff. de adquir. poss. l. 44. §. nondū. ff. de usucapionib. Adde Conn. comm. lib. 1. ca. 15. nu. 5. Bris. Adde Ræuar. comment. ad tit. Pand. de diuersis regulis Iuris l. Caius 100.

SINGVLARIA quædam, id est, contra regulas iuris communis in l. 15. ff de reb. credit. Bris.

SINGVLARITER scriptum edictū, quod unitatis numero scriptum est l. 1. §. item hoc edictum. ff. quod fal. tut. Sic Singularem personā pro unica dixit Vlpia. in l. 9. §. animaduertendum. ff. quod met. cau. Et Singulares tunicas leg 38. ff. de auro, arg. leg. pro singulis.

SINGVLARII milites quidam olim appellati, ut ex Cassiodoro lib. xj. Variar. & ex Notitia Imperij Rom. patet. Bris.

SINVS, propriè dicitur illa pars corporis, quæ est intra pectoris brachiorumq; complexum. Per translationem autē simul littora uocantur, quę curua sunt, ad similitudinē sinus, & quasi brachijs mare amplectentia. Sinus igitur Iustinianus appellat partes, libros ac titulos, qui ueluti receptacula quædam rerum omniū ciuilium, ex omnibus, Iuris antiqui partibus electas definitiones cōtinent. Drosæus in methodo Iuris.

In sinu meo habui, in l. 27. ff. de probatio. significat in occulto. Lamprid. in Commodo, Prædam omnem in sinum contulit. Alio loco, Qui etiam condemnationes in sinum uertisse dicūtur, id est, in priuatas rationes. Tertullian. in lib. De fuga in persecutio. Paciscens cum delatore, uel milite, uel ministro aliquo præsidis sub tunica & sinu quod aiunt. Bris.

SIPHONES, canales, seu tubi dicuntur, à sono uocis si, si, si. Vsus est Vlpianus hoc uocabulo in leg. quæsitum. de Fund. instru. ubi: Acetū, inquit, quod incendij extinguendi causa paratur: item centones, siphones, perticas quoq;, &c. quamuis in uulgatis, pro Siphones, scopæ supponantur, quę nullius omnino sunt usus arcendis ignibus. Hoc in Prætermiss. Alciatus indicauit. Alexander Neapolitanus siphones intelligit fistulas follibus iunctas, seu machinas hydraulicas, quibus agitatis ad superiora ædiū, exhauriunt aquam. Sp.

SISTERE, apud Iurisconsult. est iudicio sisti, & iudicatum solui. Itaque cum promittimus aut nos, aut alios in iudicio permansuros, rectè dicitur una appellatione cautio iudicio sisti. Iurisconsulti enim promiscuè dicūt iudicio sisti, tam ab ipso reo, quàm de fideiussore eius, zu recht stehn oder zu recht stellen. Vlpianus in lege secūda, si quis caution. Si quis, inquit, in iudicio se sisti promisit. Et infrà, Se sistere non potuit. Idem in l. si quis quenquam. eod. titul. In eadem, ait, causa eum debet sistere. loquens de fideiussore, teste Oldend. Quære, Venire in iudicium. Spiegel.

SISTERE in eadē causa, hoc est, sistere ut actori persecutio loco deteriore non sit, quamuis actio rei possit esse difficilior. leg. si quis quempiam. ff. Si quis caut. Spieg.

SITA, cibaria etiam præter frumenta, quibus scilicet uescimur, quo nomine etiam oleum significatur, Homerus, σῖτον καὶ οἶνον, τὰ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή Et Bacchus uires, & robur edulia præbent. In Rubrica, de Mun. sitocom. σῖτα uoce Græca. Dn. Alciatus in Annotat. posterior. C. lib. omnia dici posse quibus uescimur, ostendit. Hinc sitocomia in iam citata Rubrica, pro siconię legendum, eodem teste. Est autē sitocomia, nomen magistratus, eius scilicet, qui frumenta & annonam curabat. Arcad. Iureconsf. in l. munerum. de Muner. & hon. Personale, inquit, munus est cura emendi frumenta, & olei. Nam earum specierum curatores σιτωνίας Græci uocant, ἀπὸ τοῦ σίτου, καὶ κομιδῆς. id est, à frumēti curatione. Vlp. de Vacat. muner. l. ij. itē sitocomiæ meminit. & in l. de Administr. rerum ad ciuit. pertin. Sp.

SITICINES aut sicinnistæ à Romanis uocati, qui Græcis τυμβαύλαι dicebantur, & ad nænias accersebantur. Vt enim funus ad tubam aut tibiam deduceretur antiqua fuit consuetudo. Persius

Hic tuba candelæ, tandemq; beatulus alto
Compositus lecto: Vide Brodeum Misc. lib. 4. ca. 30.

SITICINES dicti sunt, quod apud sitos, hoc est, sepultos canere solebāt, idq; ex antiqtate Capitonis Attæi, ut in Noctib. Atticis ab Aulo Gellio memoratum

ratum inuenitur lib.20. cap.2. Nefas uerò olim fuit, indigitati & inter diuos recepti nomen edere, quod illis à consecratione nouum indi solet, neq; fas erat mortali diuinis nominibus uti, quod Iudæi seruant in suo tetragrámate, quod ab ipsis ἀνεκφώνητον dictũ, id enim mysterijs latere debet. Quamobrẽ olim taciti templa Heroum præterire solent, irã offensi Herois metuentes, nisi id facerent.

SITOCOMIA. Sitocomia nomen est magistratus, qui frumenta & annonam curabat, ἀπὸ τοῦ σίτου, id est, frumento, & κομίζειν. id est, curare. Cuiusmodi cura & officium uidetur fuisse cerealibus olim ædilib. Ex ijs itaq; patet error Accursij, qui mẽtionem nullam de Sitocomis haberi tradit in legis unicæ contextu, Cod. Vt nemini liceat in emptione specierum se excusare. Vide D. Alciatum ad tres posterior. C. Iustiniani lib. Anch.

Σιτῶναι, Sitones, curator frumento comparando. Arcad. l. ult. ff. de mun. & hon. Cura quoq; emendi frumenti, olei, nam harũ specierum curatores quos σιτώνας & ἐλαιώνας appellant, creari moris est. itẽ apud Papirium l. ult. §. 2. ff. de adm. rer. ad ciuit. Dicti autem sunt ἀπὸ τοῦ τὸν σῖτον ὠνεῖσθαι id est, ab emendo frumẽto De his Postellus de magistrat. Athen. ca. 17. Hinc

SITONIA, curatio frumento coemendo. Vlp. l. 2. ff. de uacat. & immunit. Sextum decimum ætatis annum agentem ad munus sitoniæ uocari nõ oportet. Hott. Dicitur & Sitonicum teste Cuiac. super Rubr. ut nemini liceat in coempt. spec. se excusare. Cod. lib. 10.

SITOSTASIVS erat, qui uendendo frumento præerat. σῖτος frumentum significat, στάσις stationẽ. Alc. in l. quicquid decreto. C. de Frumẽt. Alex. lib. xj.

SITVLA & cistã, qua populi suffragia in creandis magistratibus legibusq; ferendis colligebantur: & urnam significat, ad hauriendam è puteo aquam accõmodam. ut apud Iurisconſ. ff. de Cõtrah. empt. in l. qui fundum uendebat. §. fin. Quære, Rota. Sp. Vide & Had. Iunium lib. animad 2 cap. 5. ubi ex Aristophanis scholiaste annotat duas fuisse urnas, priorem mortis, posteriorẽ misericordiæ nuncupatam.

SITVM in nostra potestate dicitur, quòd aliqua ex parte fortuitum est, dum id sit eiusmodi, ut facilè possit præstari, si nihil accidat extrinsecus: ut si ascẽderit Capitolium filius qui Romæ agit. Fieri enim potest ut repentino morbo correptus, decedat, antequam id ei licuerit facere, sed inopinatus ille casus non attenditur, qui à testatore non potuit tanto antè præuideri. secus esset dicendũ, si filius erat Alexandriæ, quia non ignorauit testator, imò uerò ipsa rerum natura facit multa posse accidere quæ impediant conditionis implementum. Ea igitur in nostra facultate esse dicatur conditio, quæ factu per se facilis est. cum uerò multis non uoluntarijs sed fortuitis casibus euenire potest, ut non contingat, tum dicitur esse extra potestatẽ nostram, ut rescripsit Alex. Imperator l. 4. de instit. & substitut. quod cuiusque animo comprehẽdi potius, quàm uerbis potest explicari, ut non sit necesse fusius id & magis speciatim tradere. Connan. comment. libro decimo, capite secundo, num. 5.

SITVS, squalor, siue incultura cuiusq; rei à desinendo dictus: quòd negligentia deserantur res & redduntur incultæ. Vlpian. de Bon. possess. secund. Tabul. leg. j. Vetustate, inquit, uel situ putrefactum. Nebrissæus.

SMARAGDVS. Bonus Accursius in lege unica Cod. Nulli licere in frænis, &c. quid sibi uelint baltheus, margarita, smaragdus & hyacinthus, non explicat, ob bonorum authorum lectionis ignorantiã. Smaragdus gemma est, qua oculorum acies recreatur, qua nihil uiridius. Cuius meminit Suidas author Græcus, Σμάραγδος (inquit) θηλυκῶς λέγεται ὁ λίθος τοῦ ποντικοῦ, id est, smaragdus fœminæ dicitur: est enim lapidis genus preciosi. Anchoræ.

SMVRNA in l. ult. §. species. ff. de public. ea uocatur, quæ uulgò Myrrha dicitur. Bris.

SMYRNA à Græcis appellatur, quam nos myrrham oderatam dicimus. Lucretius lib. 2. Contẽtus odor Smyrnæ mellisq; sapores. Apud Galenũ quoque interpres semper Smyrnam uerbum Græcum pro myrrha reliquit. Apud Marcianum tit. de public. l. interdum smura pro smyrna mendosè legitur. Nebrissæus.

SOBOLES, pro propagine, apud Pomp. in l j. ff. Solut. matr. Item pro liberis leg. ij. Cod. de Infant. expos. Spieg.

SOBRIE uiuere, pro frugaliter. Vlp. l. his qui. de Tut. & cur. dat. Quamuis quasi indecorum sit, patrẽ à filio regi: attamen D. pius, item diui fratres rescripserunt, etiam filium, si sobriè uiuat, patri curatorẽ dandum magis, quàm extraneum. Sp.

SOBRINI, sunt consobrinorum filij. autor Menand. Alijs, de sororibus nati, quasi sororini. Vsurpatur tamen pro quocunq; cognato. Lege. Patrueles. Doctiss. Haloander secutus fidẽ Pandectarum Florentinarum: supposuit in tit. de Grad. & affin. propius sobrino: non propior sobrinus itẽ in l. Osidius. de leg. iij. autore Festo Pompeio, qui ita scribit: Propius sobrino mihi est consobrini mei filius, & cõsobrinæ meæ filia, & patris mei consobrinus, & matris meę cõsobrinus. Inde hauddubiè dictus, quòd sobrinum gradu præcedat: quod significantius diceretur præposito articulo, si eius usus esset apud Latinos. Spiegelius.

SOBRINI qui sint, Caius in l. 3. ff. de grad. & adfin. sic demõstrat, Item patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ nepos neptis: qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis undiq; propagãtur, qui propriè Sobrini uocantur. Sic enim emendandum ac legendum esse locum, qui usq; adhuc fœdissimè corruptus iacuit, uel hinc licet intelligatur, tum quòd alioquin Caius bis eosdem numeraret: (neq; enim alius est nepos magni patrui, ac Sobrinus) tum quòd hic ipse ordo est, quem idem Caius in cognatorum gradibus recensendis perpetuò conseruat: quemadmodum in obseruationibus planius exponemus. Legeretur tamen paulo concinnius undique propagati propriè sobrini uocantur. Itaq; Paulus in l. 10. §. 10. ff. de gradibus, quum patrui magni nepotes & neptes enumerasset, Is, inquit, de cuius cognatione quæritur, his sobrinus est: & inuicem huic illi sobrini. Hot.

SOBRINO natus. Paulus l. 10. ad finẽ, ff. de gragib. His personis (id est patrui & amitæ maioris nepotibus) auus auia eius de cuius cognatione quæritur, sobrino natus est, hic proximo nomine definitur parentis sui sobrini, ut Trebatius ait. rationem quoq; nominis hanc reddit, quòd ultimi cognationum gradus sobrinorum fiunt. itaque Sobrini filius rectè proximum nomen ab eo ipso huius sobrini dicetur. & ideo eos qui ex sobrinis nati sunt, inter se proximum nomen appellare. hos enim nullum proprium habere nomen, quo inter se uocentur. Sic enim emendo locum, qui uulgò corruptissimè legitur: ut in Obseruationibus explicabimus. Hot.

SOBRI-

SOBRINVS est, ut ait Aelius Gallus, patris mei consobrini filius, & matris meæ consobrinæ filius. Fœmina ijsdem de caussis appellat fratrem, & fratrem patruelem, & consobrinum, & propius consobrino, & sobrinam. ijdem gradus in sobrina quoque sunt. Festus. Hot.

SOCER locũ parẽtis obtinet. Pomp. ait. l. quia ij. ff. Solut. matr. Vide item l. cum pater. ad Leg. Pomp. de Patricid. l. soceri. de Verb. sig. cũ sim. ab Alberic. citatis. Igitur eadem quę parenti reuerentia, plerisque in rebus illi debetur, maximè durãte affinitate. Spiegelius.

SOCERI nomine & uiri & uxoris pater cõmuniter demonstratur. Mater uerò eorũ socrus appellatur, cùm apud Græcos propriè uiri pater ἑκυρὸς, mater ἑκυρά uocitetur: uxoris autem pater πενθερὸς, mater πενθερά l. 4. §. gradus. ff. de gradib. & adf. Soceri autẽ & socrus appellatio etiam spõsalibus adquiritur l. 8. ff. de gradibus & adf. Sed & uxoris uel mariti auus, auia, proauus, proauia & ulteriores, soceri & socrus appellatione continentur l. 146. ff. de uerbor. signif. l. 1. § 1. ff. de postul. Quanquam uir uxoris suæ auum, magnum socerum dicat, auiam, magnam socrum: proauum uerò maiorem socerum, proauiam maiorem socrum appellet. ut Fest. li. xj. & Modest. in d. §. gradus. scribunt. Quos etiam prosoceri absocerique, nomine appellatione demonstramus, ut in l. 15. §. 1. ff. rer. amot. Et apud Capitolin. in Gordianis, Originem maternã & ex Traiani Imperatoris genere habuit auo proauo Coss. socero, prosocero, & itẽ alio prosocero, & duobus absoceris cõsulibus. Bris. ἑκυρὸς. ut tradit Etymolog. auctor, παρὰ τὸ ἐκ τῶν ... ἄγειν: ὁ παρὰ τὸ κῦρω τὸ ἐπιτυγχάνω, quod ratum facere, comprobare & decernere significat: alterum, frui, potiri, & consequi Budæo teste. Brechæus in l. Soceri. ff. de uerb. & rer. signif.

SOCIETAS, intellige priuata, est uel duorum, uel plurium conuentio, cõtracta ob commodiorem & usum & quæstum. Est autem iuris ciuilis, etsi non inuentione, attamen approbatione: tametsi refragetur Bart. in l. si is qui pro emptore. de Vsucap. Quibus illa uerò modis contrahatur, docet idem in l. societatis rei. ff. pro Socio. Porrò teste Oldend. generali significatione societatis nihil uetat socios appellari omnes, qui rem habent quomodocunque inter se communem. Sic Iustinianus legatarium appellat socium, cui res in testamẽto communiter cum alio relicta est. Et Vlp. negocium pupilli sine tutoris autoritate gestum, uocat societatem, quæ tamẽ nulla est. in l. ut in conductionib. ff. pro Socio. Et sæpè in tit. ff. Comm. diuid. Spieg.

Conuentionalis autem societas uel certæ unius rei atque negociationis est, uel omnium, totorum, seu uniuersorum bonorum. Bris.

SOCIETAS leonina. Vide, Leonina societas. De hac uerò societatis specie uide fusius Connan. comment. lib. 7. cap. 13. nu. 4. Cæterum Tullius hanc Societatem Leoninam, captiosam uocat & indignã quasi quæ pro dignitate cuiusque non sit constituta, ut Connan. ibid.

SOCIETAS publica, quam natura constituit inter omnes homines, nihil est aliud quam naturalis omnium hominum cognatio. cuius meminit l. 3. ff. de Iustic. & iur. Ad hanc conseruandam totius iuris sanctio spectat, quamuis eam uix agnoscimus. Nam ut uerè dicit aperto pectore uir Oldend. adeò nostros sequimur corruptos affectus in explicando iure. Spiegel.

SOCIETAS uitæ pro communione uictus quę inter uirum & uxorem est l. 1. ff. rer. amot. l. 52. ff. de re iudic. Ex qua uxor rei humanæ atque diuinæ locia dicitur in l. 4. C. de crimi. expil. her. Bris.

SOCIETATE uitę, uxor quodammodo domina habetur l. j. ff. Rer. amot.

SOCIETATES etiam collegia & corpora uocantur. in l. 1. ff. quod cuiusque uniuersit. l. 31. ff. de furt. l. 3. §. à municipibus. ff. de bon. poss. Quibus qui præerant, magistri societatum uocabantur leg. 14. ff. de pact. Briss.

Ita Societates uectigaliũ Tacit. lib. xiij. uocat, ubi malè Rhenanus emendauit, Necessitates. Coire enim solebant publicani in societatem conductionis uectigalium, permissumque his erat corpus habere, ut in d. l. 1. ff. quod cuiusque uniuersit. Caius scribit. Inde Societas uectigalium causa coita in l. 65. §. penult. ff pro soc. & socij uectigalium in l. 9 §. socij. ff. de publican. Briss.

SOCIETATIS conuentio, inter omnes hominum functiones, ad naturalem illam charitatem proximè accedit. Ea enim exprimit typum cognationis inter nos, quam Deus constituit, ut res nostras alter alteri gratis communicemus, nihilque proprium existimemus: sed esse κοινὰ τῶν φίλων τὰ πάντα. Prat.

SOCII dicuntur tam qui tractatu habito societatem coierunt, quàm qui in communionem inciderunt, & generaliter qui aliquid communiter possident, Socij uocantur. Ita communium prædiorũ dominos socios appellat leg. 19. & leg. 34. ff. de seruit. rustic. Bris.

SOCII nauales dicebantur ij, qui propter cẽsus exiguitatem non ad terrestria bella legionesque centuriabantur, sed in classe belloque nauali militabant. Polybius πλὴν τῶν ὑπὸ τὰς ... δραχμὰς τετιμημένων. τούτους δὲ πάντας εἰς τὴν ναυτικὴν χρείαν, Turnebus aduersariorum lib. 11. cap. 19.

SOCRVS appellatione non tantum uxoris alicuius mater, sed & auia & proauia intelligitur. Connan. comment. lib. 8. cap. 5 nu. 7.

SODALES sunt qui eiusdẽ collegij sunt, quam Græci ἑταίρους dicunt l. ult. ff. de colleg. & corp. Vnde Sodalitia in l. 1. ff. eod. tit. De quibus legem quandam Licinniam latam Cic. pro Planco refert. Tertull. lib. ij ad uxor. Discumbit cum marito in sodalitijs, sæpè in popinis. Appellat & Sodalitates idẽ Cicero in Cato. maiore & alijs locis. Bris.

SODALES, id est, eiusdem collegij homines, in Germania hodie Zünffte / siue Zeche uocãtur, eæque more antiquo Magistratum habent, cuius in liberis ciuitatibus non leuis est auctoritas.

SODALITAS, uox est ambigua. in malã enim & bonam partem æquè accipitur.

SODALITIVM. Vlp l. ij. §. si quis. ff. Ne quid in loco publ. interpretatur uectigal hoc quod imponitur et pendendum, qui in publico solo ædificat. In l. si arborem, ff. de Seruit. urban. præd. pro gnomone ponitur, quo horæ ad solem denotantur. Lege Bud. in eandem. Spieg.

SOL ab Aegyptijs ὦρος dictus ἀπὸ τῶν ὡρῶν κρατεῖν cuius motu horarum temporumque distinguũtur interualla, ut qui non modò temporum sed terrarum etiam ac syderum cœlique totius rector sit ac moderator, quem ideò adorabant Aegyptij ut annotauit Brechæus in l. urbis, §. cuiusque diei, sub tit. de uerb. & rer. signific.

SOLATIVM, apud Vlpan. iuxta editionẽ Haloandri in l. uenditor. ff. Commun. præd. Nisi prius solitum,

solitum,ait,pro hoc solatium domino præstet.

SOLACIVM pro Salario in l.13.in fi.ff.communia præd.l.33.in fi.ff.de adm.tut.& l.22.§.sin autem in sæuissimo.in fi. ff.solut.matrim. Atq; adeo commoda & Salaria munerum ac militiarũ, Solacia Impp. appellant l.15. C.de aduocat. diuers. iudicior. l.3.l.5. l.6.C.de aduocat.diuers.iudicũ l.penul. C.de præd. decur.lib.x.l.3. C.de agentib.in reb.lib.xij.l.ult.C.de silentiar.lib.xij. Inde Solacia annonarum in l.un.C. de annon.& capit.l.17. de erogat.milit. annon.li.xij. C. Eadẽ est in Nouellis Iustiniani uis uerbi παραψυχή. Secundum hæc,in l.4.C.de nauicular.li.xj.ubi uulgò Salarijs pro mercedula præstitis legitur, ueteres scripti codices & impressus Theodosij Codex in l. 32.eod.tit.Solatijs scriptum habent.Bris.

SOLARIVM locum editũ significat in quo ueteres apricari & solem captare solebant l.13. ff.de seruitutib. urb.præd. Macrob.lib.ij. cap.iiij. de Augusto. cùm de Tyriæ purpuræ, quam emi iusserat, obscuritate quereretur, dicẽte uenditore, Erige altius ac suspice,his usus est salibus: Quid ergo, ut me populus Rom.dicat bene cultum,in solario ambulaturus sum? Veteres enim hyberno tempore ualetudinis gratia in sole apricari,&,ut Seneca ait,in sole per coqui solebant:habebantq; in ædibus ad eum usum loca adcommodata: Quæ teste Isidoro lib.xv.ca.iij. Solariorum inde nomen acceperunt. Quod & Imperator Leo Constitutio.ult. his uerbis tradit, τὰ δὲ περὶ τῶν ἡλιακῶν, καὶ ὅτι οὐ τις ἕλοιτο, προσαυλείων διατηρῶν, ἃ καὶ πρὸς πάλαι καὶ ἡλίου ἀπόλαυσιν ἐπινοοῦνται, καὶ τῶν ἐπιθυμίαν ἐκ τοῦ ἡλίου ἄλλοθεν ἡλιακὰ προσαγορεύεται. Bris.

SOLARIVM etiam instrumentum id significat quo horæ solis umbra declarantur,ut in illis festiuis Plauti uersibus,quos Gell.lib.iij.cap.iij.citat. Vt illũ Dij perdant,primus qui horas repperit, Quiq; adeo primus statuit hic solarium. Cic.li.ij. de Natura deorum: Aut cui solarium descriptum,aut ex aqua contẽplere intelligere declarari horas arte nõ casu.Bris.

SOLARIVM etiã dicitur id,quod pro solo penditur, ut refert Balduinus in comment. super Instit. Iustin.lib.4.tit.15.de interdictis.

SOLACIVM,est uectigal quod pro solo penditur l.2.§.si quis nemine.ff.ne quid in loc.publ. uel itiner.fiat.Io.Bello. Etymol.

SOLDATA dicitur,quia plerunq; in solidorum donatione consistit, quandoq; autem in uino & annona consistit.Io.Bello.Etym.

SOLDATA est præstatio quædam annua gratuita, quæ à neutra parte transit in hæredem, morte enim dantis,uel accipientis interueniente finitur.§. soldata.in tit. quis dica.dux. Marchio,com. in usib. feud.Io.Bello.Etym.

SOLDATA, uox corrupta, ex antiquitatis usu profluxit,ut suprà dictum est. Quære, Feudum Soldatæ. D.Oldend. à solidato existimat acceptum esse,uulgare,ein soldner/ pro stipendiato: & soldt pro stipendio. Spieg.

SOLDATA.Lege,Feudum Soldatæ.

SOLDATI milites.Vide ibid.

SOLDVRII. De Soldurijs Cæsar lib.3. de bello Gallico, quorum hæc fuit conditio, ut omnibus in uita commodis unà cum his fruantur,quorum amicitiæ se dediderint. Si quid ijs per uim accidat, aut eundem casum unà ferãt,aut sibi mortẽ consciscant. Hoc genus amicitiæ Græci συναποθνήσκοντας. De hac dictione uide latius Conn.comm.lib.2.c.9.nu.6.

SOLENNE dicitur, quod certa obseruatione constitutum est:à solo,uel à solito dictum. Sic solennia munera Iurisconf. uocat, quæ certo tempore ex moribus mittebantur.Zasius l.ij.ff.de Orig.iuris.

SOLEA uulgò cognita, ita dicta, ut ait Festus Pompeius, quòd solo pedis subijciatur. Cicero de Arusp.responsis. Clodius à crocota,à mitra,à mulieribus,soleis,&c.Itali planellas uocãt.Hinc soleatus, soleis calceatus. Ciceroni in Verrẽ,Act.7. & in oratione in Pisonem.Et Solearius,solearum confector. Plauto in Aulu.

SOLITAVRILIA ueteres appellabant sacra quædã ab immolatione suum,ouium,boum, sic nominata. hoc genus sacrificij Maronem putem significasse,cum scripsit,

——cædit quinas de more bidentes,
Totidẽ sues,totidem nigrantes terga iuuencos

Vt annotauit Turnebus aduersariorum lib.14.ca.4.

SOLLEMNE significat Anniuersarium, legitimum,ordinarium.Ita sollemnia munera in l.12.§.penul. ff.de administr.tut. Et sollemnia patrimoniorũ onera in l.2. ff. de ueter. & alijs compluribus locis. quos in libris Antiqui. retulimus, quibus nunc adiungo l.4.C.quo.appell.non recip.& l.27.C.de iure dot.& l.25.C.de rei uind.In quibus sollemnium pensitationum,fructuumq; fit mentio.Bris.

Sic & sollemne ius pro ciuili & legitimo l.28.ff.de diuers.reg iur.Bris.

SOLLEMNE spatium in l.1.ff. pro dote. quod lege xij.tab.ad usucapionem præstitutum est.Bris.

SOLLEMNES actiones certis formulis conclusæ l.2.§.deinde ex his legibus.ff.de orig.iur. Bris.

SOLLEMNES feriæ,statæ & certæ & quotannis recurrentes l.26.§. si ferox. ff. ex quibus causis maiores.Bris.

SOLLEMNIA accusationis in l.11.§.quidam.ff. de adulter. l.7. C. de calumniatorib. l.3. & l.6. C. ad exhib. quæ perstringuntur in l.1. C. ad Turpillia.l.3. ff.de accusationib.Bris.

SOLLEMNIA iudiciorum l. 7. ff. de in integr. restitutio. Vnde ordinatis sollemnibus in l.11.& l.15. C.de liber.cau.Bris.

SOLENNIA munera,id est annua,quòd singulis annis præstanda sint l. tutor secundum dignitatem.§.in soluendis.ff.de Administ.tut.Sp.

SOLLEMNIA prouocatiõis in l.11. C.de adm. tut.l.20.in fi.ff.de appellat.l.5.ff.eod.tit.in C.Theod. de quibus lib.ij.Antiquit.dixi.Bris.

SOLLEMNIA tempora in l.ult.C.de excus.ueter.quinquaginta dies sunt, D.Marci constitutione ad allegandas excusationes præfiniti l.6.& l.18.C.de excus.tut.Bris.

SOLLEMNIA testamenti l.20.§. pen. & §. ult. ff.qui testam.fac.l.2.C.de testament.

SOLLEMNIA uerba in l.23. ff.de manumis.testam.quæ in manumissione faciẽda pronunciari solebant,quæ uel à domino ipso manumittẽte,ut Fest. Pomp. indicat,uel à Lictore uirgam capiti serui imponente, ut Boet.in Topic. testatur, proferri consueuerant.Bris.

SOLLEMNIS quoq; emancipatio in l.9.Cod. adopt.l.3.C.de emancip.libe.Bris.

SOLLEMNIS numerus testium pro septem testium numero,qui testamẽtis faciendis adhiberi debet l.21.ff.qui testam.fac.poss.Bris.

SOLENNITAS dicitur certa obseruatio uerborum,personarum uel temporis:inde nuncupata, quòd sola seruatur, sine qualibet addititia mutatione.Lege,Materia & forma causæ.Sp.

SOLLEMNITAS etiam acceptilationibus & uerbo-

uerborum obligationibus tribuitur l.ult. C.de bon. auctor.iudi.possid.l.7.C.commu.utriusq; iudic.l.12. & l.14. C. si cert.petat.l.1. C. de accept lationib.l.10. C.de contr.stipula.l.1. C. de usur.l.5.in fi.C.de dolo. Ita sollemniter liberationem præstare accipe l.17.C. de fideic.Bris.

Est & adoptionis sollemnitas l.25.in fi. ff.de adoptio l.13.l.14. C.de proba.l.5. C.de suis & legiti. Vnde adoptio sollemni iuris ordine explicari solere dicitur l.4.C.de adoption.

SOLLEMNITATVM necessitas,ex ipsa rerũ experientia deprehenditur. Nouell. de donat. propter nupt.§.Verùm enim uerò quia.Cõstit.119.Old.

SOLLEMNITER cauere est satisdatione ordinaria & usitata cauere l.28. ff.de administ.tuto.l.46. ff.de procuratorib.Quanquã hoc Tribonianũ Iureconsultis adscripsisse facile crediderim ex §. sin autẽ per procuratorem.Instit.de satisdatio.Bris.

Obsignatio sollemniter facta l.9.C.de solut.

SOLENNIVM feriarum rationem haberi non debere,in restitut.in integr.maior. Vlpian.autor est, l.sed & si.§.si feriæ.ff.Ex quib.causis maior.Sp.

SOLERS,inerti contrarius.

SOLERTIA,non cautelam,sed in omni re prudentiam & industriam,perspicacitatem, & ingeniorum acumẽ significat: in bonamq;, & in malam partẽ accipitur.Extat in l.j.C.Si maior fac.rat.hab.Sp.

SOLET, pro consueuit.l. palàm. ff. de Ritu nuptiarum.

SOLIDA legata,id est, integra in l.14.§.1. ff.ad l. Falcidiam.Bris.

SOLIDA proprietas dicitur in qua usufructus inest l. Sempronius, 26.§. primo, ff. de usufr.legat.l. à liberto,35 ff.de bon.libert.Hot.

SOLIDVM capere nõ posse dicũtur,qui totum quod eis relinqtur, capere & sibi adquirere nõ possunt l.6.ff.de uulga.& pupilla.l.72. ff.de hæredi.inst. l.6.§.1.ff.de condic. & demõstratio l.7. ff.de cõditio. instit.l.67.ff ad l.Falc.l.16.§.si qui.ff.ad Trebell.Tertullian. ad uxorem. Tu modò ut solidũ capere possis admonitionis nostræ fideicommissum.Bris.

SOLIDVM non soluitur nõ minùs quantitate, quam die l.85.ff.de solutionib.Bris.

SOLIDVM & aureum idem ualere lib.1.docuimus.Et ita in l.1.§.hoc autem.ff.de fugitiu.l.42. ff.de ædilic.edi.l.34. ff.de iure fis.l.25. ff. de episco. & cler. accipiendum est solidorum nomen. Bris.

SOLIDVS autem auri,xx libris æris æstimatur l.un. de collat.ær. lib.x. C. In Nouella Maiorani de curialib. Solidi Gallici fit mentio, cuius aurum minore æstimatione taxatur.In legibus autem Langobardorum solidus xl denarijs æstimatur l.1.de quantitat.solid. In legib. Longobardorum. Et ita in lege Salica,Solidus accipiendus est:ut ex eo patet,quod dc.denarij in ijs legibus xv.solidos facere dicuntur, & cxx.denarij solidos tres.Sed in ea lege compluribus in locis in notis numerorum mendũ est, quod emendatu facile erit,si ad eam quantitatem denariorum, quam dixi, solidorum ratio æstimatioq; redigatur. Briss.

SOLIDVS, ut ait Volusius Mæcianus, propriè idem est quod libra: quæ & As uocatur. Cùm autem centenarius numerus ferè in pecuniarũ ratione As esset,atq; haberetur,ut in usuris quæ Centesimæ dicuntur,intelligitur,consuetudo tulit,ut Aureus qui centum continet ualetq; sestertios (ut suo loco demonstraui) frequenter Solidus appellaretur. Idem enim utrunq; esse patet ex locis innumeris : ueluti ex l.5.§.prætor,ff.de his qui deiec.uel effud.comparata cum §. item is cui, Instit. de oblig. quæ quasi ex delict.l.47.ff.de manumiss.test.cum l.8.& 9.ff.de inoff.test. Adde etiã Ferret.comm. Inst.Iust.li.4.tit.33.

SOLIDVS substantiuè,pro aureo sumitur, quẽ in Cæsarum Cõstitut.l.quoties. C.de Suscept.lib.x. ita taxatum legimus,ut lxxij.aurei libram cõficiant: licet aureus,qui hodie in usu est,minoris sit æstimationis,cum nonaginta sex ex eis libra contineat.Alciato uidetur,aureũ, quo hodie utimur, ex generali omniũ populorum cõsuetudine esse ueteri illi subrogatum : & ideo quæ de solido in iure ciuili cauta sunt,ad nostrum hunc, quãuis leuioris sit ponderis, referenda.Præterea in Parerg.adnotauit,esse solidũ in iure,numum aureum, quẽ χρυσοῦν aliqui Græci, & ὁλοκότινον dicunt,eius ponderis, cuius Latinis est sextula,uel stagium,id est octo oboli.ut latius ab eo declaratur in opusculo, quod edidit de Ponderibus & mensuris Bud. ex uerbis Lampridij, de Alexandro Rom. principe loquentis, colligit, solidos primùm dictos esse aureos nummos,certi cuiusdã, suiq; ponderis, quasi integros. Obseruandum,quòd erant dimidiati aurei, & tertiarij, à tertia parte dicti, qui semisses tremissesq; dicebantur: quemadmodum binarij, ternarij, quaternarijq;, & deinceps : sic dicti, qui binos aureos, & ternos, & quaternos, denosq; penderent. Sic intelligendi tremisses, in l.iubemus. C.de Erogat.milit.annon.lib.xij.Sp.

SOLIS dies in l.3. C. de ferijs l.10. & l.13. de exactionib. in C.Theo. Is est, qui hodie à Christianis Dominicus uocatur l.2.& l.ult. C. de ferijs. ad quas pertinentem Leonis cõstitutionem Niceph. lib.xv. Hist.eccl.cap.xxv.memorat.Greg.Turonens.lib.iij. Histor.cap.xiij. Ecce enim,ait,dies solis adest. Sic enim Barbaries diem Dominicum uocitare cõsueta est.Quę uerba Aimonus monachus in eadem historia referenda transcripsit lib.ij.de gest.Franc.cap.xj. Diebus porrò nomen à planetis antiquitas indidit, Ausonius in Edyll.

Nomina quæ septem uertentibus apta diebus
Annus habet,totidem errantes fecere planetæ.
Primum supremumq; diem radiatus habet sol.
Proxima fraternæ succedit luna coronæ,&c.

Hanc uerò institutionem ab Aegyptijs ad reliquas gentes manasse Dio lib.xxxvij.scribit.Bris.

SOLITVM uariè accipi,docet text.& illic Bart. in l.Mela.§.sed si alimenta. ff.de Alim & cibar.legat. & in l.j.C.Quomodo & quando iudices.Sp.

SOLLICITARE est instare & uelut allicere,uel spem ostendẽdo uel metum, secundũ Vallam lib.5. Aliàs, Sollicitare est pro se uel pro alio negociũ curare,instigare, ut uerbũ gallicũ solliciter indicat: sic qui seruũ ad delinquendũ impellit sollicitare,& sollicitator dicitur l.11.§. quãuis l.14.§. æstimatio. ff.de sera.corrupt. Inde si qs sollicitauerit milites aduersus Rẽpub. uel Principẽ, læsæ maiestatis tenetur l.j. in fin. ff.ad l.Iul.maiest. Qui etiã se sollicitari ab alio passus est,ut se à militia subtraheret,ueniã nõ meretur l.qui cum uno.§. qui filium.ff.de re milit. Hinc

SOLLICITATOR qui pro alio instat,& negocium eius curat, item instigat alium l.si seruo.§. idẽ Pompon. ff.de furt.ibi, furti actione cõueniri Sollicitatorem, rerũ nomine. Et sollicitator causa repellitur à testimonio cap. cum à nobis.de testib.

SOLLICITATORES alienarum nuptiarum (quos sollicitatores alieni affectꝰ, Cass.li.5. uar.uocat) itẽq; matrimoniorũ interpellatores,q instãt, & uelut alliciũt spõsas matronasũe ad alienũ concub.

Hi

Hi tametsi effectu sceleris potiri non possint, tamen propter uolūtatem perniciosam libidinis extra ordinem punitur l.j. ff. de extraord. crim. l. Neratius. §. penult. & l. & tantum. ff. de seru. corrupt. cap. sollicitatores. de pœnit. distinct. j.

SOLLICITVS, pro anxio, molesto l. Iulian. 2. ibi, de damno sollicito. ff. de rei uind. & sollicitum de uiri hæreditate dicit Vlp. in l. 2. §. j. ff. de uulgar.

SOLLICITVDO, inquietudo, uel cura rei uel personæ. Inde personale munus Iuris. dicit esse illud quod cum corporibus, cum labore, & sollicitudine animi, ac uigilantia principaliter extitit. l. j. §. illud. ff. de munerib. & honorib. l. fin. §. qui annonam. ibi, muneris sollicitudinem sustinent. ff. eod. & ibidem. Et si quis receperit arbitrium ad curam & sollicitudinem suam hanc rem Prætor pertinere putat l. j. §. j. ff. de arbitr.

SOLLICITVDO tutelę non excusat à muneribus publicis l. tutela. C. de ex. muner. li. 10. ubi Lucas de penna ait: Sollicitudinem singularem adscribi tutoribus: sed & in omni officio diligentia necessaria est, aliàs negligens quasi in mala fide censetur l. Labeo. ff. de stat. lib Rebuff. Spig. Briss.

SOLOECISTA, qui uitiosè loqtur, quod uulgò uocant incongruum, à uerbo σολοικίζειν. Sp.

SOLONA, siue Salonæ, pluratiuè, ut Cæsari & Seruio dicitur, à Ptolemæo in Dalmatia ponitur. Meminit eius Cæsar lib. iij. Bell. ciuil. nobilis olim Romanorum colonia. Hæc Diocletianum Cæs. genuit, cuius leges non paucæ extant in C. Iustiniani sparsim insertæ, summa æquitatis ratione latæ. Omnibus ille bonis principibus erat æquādus, si à Christianorum sanguine abstinuisset, quos crudeli & exitiali animo persecutus est. Quippe qui præter innumera suppliciorum genera, per quę suam in nostros carnificinam exercuit, in libros etiam & scripturas sæuijt Patriam & hanc illam Iustinianus noster iam princeps, Iustinianæam primam appellauit. Quod & ex Gloss. obseruare licet. vij. q. j. c. scripsit. Vt uehementer peccent (quod ab Haloandro singulariter annotatum est) qui Iustinianum per contumeliam Thracem appellant. in Constit. quam ipse edidit, de Ecclesi. tit. (ut uulgò allegatur) uel potius, de Ecclesiast. & Canon & priuil. quę sacro sanc. respic. ecclesias, ut significātius uertit Haloander, Archiepiscopum Iustinianeæ suæ sub se habere uoluit Episcopos prouinciarum Daciæ mediterraneæ, & Daciæ Ripensis, item Triballiæ, ac Dardaniæ, & Misiæ superioris, & Pannoniæ. Iustinianæam secundam appellauit Carthaginem Aphricanam, ex quo & Deus hanc restituit. Ipse autor est in princ. dictæ Constitut. Spiegel.

SOLONIS & Draconis legislatorum, quorum apud Græcos maxima semper fuit autoritas, fit mētio in l. quod lex. in prin. ff. ad Leg. Iul. de Adult.

SOLVENDO esse, id est satisfacere, pro quo obligatus sum, siue pecunia, siue remuneratione. Valla scripsit, huic locutioni non posse substantiuum addi: quòd ambigatur, datiuus sit, an ablatiuus. cū Liuius scribat: Si respub. soluendo æri alieno esset, & quæ restinguendo igni forent. & alij autores itidem usi sunt, ut Tusanus adnotauit. Soluendo etiam dicitur, qui in nominibus æs suum habet l. facere. ubi Alex. Solut. matr. quod intelligendum, si debitores idonei sunt, & bonam fidem agnoscunt l. à diuo. §. fin. de Re iud. Vide Alciat. in l. soluēdo esse. de uerb. sig. Spiegel.

SOLVERE quid sit. Hoc uerbum uariam habet significationem: aliquando ad rem quæ debetur, refertur. Et is dicitur soluere qui numerat creditori pecuniam creditam siue pro se siue pro alio l. solut. tit. de solutionibus & liberationib. Huc pertinet l. qui mandat. Eodem pertinet l. qui sic soluit. Quod diximus pecuniam solui debere, id exempli causa à nobis dictum est. Nam quoties quis facit quod facere debet, is dicitur soluere l. solutionis 1. de uerb signif. Aliquando hoc uerbū refertur ad personam aut obligationem nō ad rem, ut dicitur solutus quis, id est liberatus obligatione. Sic accipitur in d. l. solutionis, quia solutum esse & obligatū esse contraria sunt & repugnantia. Sic accipitur etiam in l. prout, quicquam 1. Ex his apparet solutionem differre à satisfactione, quod satisfactionis uerbum latius patet l. 1. tit. qui satisd. cog. Licet satisfactio pro solutione sit, ut dicitur in l. satisfactio, quamuis solutio non sit. SEILERVS ex Lecturis Duareni tit. de solut. & liberat. nondum impressis.

SOLVENDO esse nō uidetur, nisi qui solidum potest soluere l. 114. ff. de uerbor. signific. Quę interpretatio facienda est, quotienscunq; legimus, quòd quis soluendo non sit, alium teneri l. 1. §. si magistratus. ff. de magistr. l. 5. § ult. ff. de solutionib. cum alijs infinitis. Soluendo uidetur is, qui defenditur l. 96. ff. de diuers. reg. Bris.

SOLVENDO est hæreditas, quæ hæredem inuenit, quandoquidem aditione hæres creditoribus etiā ultra uires hæreditatis obligatur l. 36. ff. de bon. libert. l. 33. ff. sol. matr. Bris.

SOLVERE, est eum qui alligatus sit, liberum facere, **L. ledig zellen**. Inde qui præstitit quod debet, soluisse dicitur: quo fit, ut propriè solutionis uerbum, liberationisq;, eiusdem sit significationis l. solutionis. ff. de Solut. Vide Alciatum in l. liberationis. de Verb. sig. Spieg.

SOLVERE idem est quod liberare. Græci λύειν. Vnde Virgil. lib. 4. Aeneid. de Didone loquens.

Accipite hanc animam, meq; exsoluite curis

Id est, hoc me amoris uinculo liberate. Itē dicimus neuem portu soluere, id est eximere, Quo fit, ut qui obligationis nexu districtus, pecuniam quā debet, soluit creditori, tollatur ei obligationis uinculum & dissoluatur: ac ideo liberetur debitor nexu. Instit. Quibus modis tollitur obligatio. ad princip. Paulus in l. Solutionis. ff. de solutio. & liber. Solutionis (inquit) uerbum ad omnem liberationem quoq; modo factam: magisq; ad substantiam obligationis refertur, quam ad nummorum solutionem. Nā etiam acceptilatione potest fieri solutio & liberatio debiti, ut si quis dicat ἔχεις λαβὼν δηνάρια τέσσαρα; ἔχω λαβών. Tot acceptos denarios habes? Acceptos habeo. d. titul. quibus mod. toll. oblig. §. Item per acceptilationem. Propriè siquidem debitoris est, pecuniam soluere: creditoris autem liberare debitorem. Quare ratione existimo iureconsultum longè melius dixisse solutionem & liberationem correlatiua esse, quam eadem. Sed qualiter debitorem liberabit creditor solutione facta? Certè confessione accepti debiti, aut si creditor reddat debitori obligationis instrumentū. Quid si creditor perdidit perscriptionē nexus? An poterit compelli debitor ut soluat, nisi reddito primum sibi instrumento per creditorem, ut quia debitor uelit sibi instrumentum exhiberi ut uideat, nunquid uerum sit, an uerò falsum? Vide Barth. in l. huiusmodi. §. si ita. de legat. 1. Brechæus in l liberationis uerbum. ff. de uerb. & rer. signif.

SOLVERE, latissimè patet. nam omnem debiti reddi-

redditionem, & obligationis dissolutionem complectitur. Spieg.

SOLVERE paratus non uidetur, qui satisdare paratus est l.iiij.§.soluisse.ff.de Re iud. Alberic.

SOLVERE unionem apud Marcellũ, l. Seia, 6. ff.de auro arg.non præstare significat, ut Accursius putauit: sed de linea detrahere & eximere. nã quum initiò sic locutus esset, Postea unionem soluit: neq; ullum mortis tempore inter ornamenta sua unionẽ relinquit: in fine legis sic inquit, Vt interim omittã, quòd etiã dissolutione ac permutatione tali uoluntas quoq; uideatur mutata. Hanc tamẽ locutionem Macrobius lib.3.ca.7.pro liquefacere usurpauit: ubi de Cleopatra loquitur, quæ aceto unionem impositum, itaq; liquefactum absorbuit. Hot.

SOLVI legibus dicebantur, quibus quid contra leges facere permittebatur. ut quum Scipio ille Africanus antequam per leges liceret Aedilis & Consul factus est, legibus est solutus. Inde Imperatores qui legibus teneri noluerunt, legibus soluti ab Vlpiano appellãtur in l.31.ff.de legib.& S.C. Asconius in Cornelianæ argumẽto, Cornelius legem promulgauit, qua autoritatem senatus minuebat: ne quis nisi per populum legibus solueretur. quod antiquo quoq; iure erat cautum. Itaq; in omnibus S.C. quibus tum aliquem legibus solui placebat, adijci erat solitum, ut de ea re ad populum ferretur. Hot.

SOLVI matrimonium, & esse dotem, sunt duo pugnantia, circa quæ se inuoluunt doct. præsertim neoterici. Tu uide Zas.super tit. Solut.matrim. Sp.

SOLVERE sacramento, id est, sacramento quo obstrictus quis erat non amplius teneri: sicuti soluere legibus & Canonibus. De qua loquẽdi forma Budæus in annotationibus ad Pandectas.

SOLVISSE in tractatu de re iudicata accipere debemus, inquit Vlp. nõ tantum eum qui soluit: uerùm omnem omnino, qui ea obligatione liberatus est, quæ ex caussa iudicati descendit l.4.§.5. ff. de re iudic. Hottom.

SOLVM, propriè terra, ut ait Festus in l. qui tabernas. ff. de Contrah empt. Dicitur etiam omne quod sustinet, & unicuiq; rei subiacet. Cedit autem solum publicum ædificio l.j.§.si quis.& ibid. Bart.ff. Ne quid in loc.pub. Sp.

SOLVM appellant Iureconsulti aream cui ædificium superponitur l.21.ff.de pigner.actio.l.2. C.de rei uindic. quod & ideo partem esse ædium dicunt l.49. ff.de rei uindicatio. Bris. Adde Brechæum in l.Locus, sub tit.de uerb.& rer.signific.

In solo fieri opera dicuntur, quæ solo coniunctæ sunt: ueluti si quis ædificium ponat in solo: quod si quis messem faciat, uineas putet, arbores succidat, opus tamen in solo facere nõ censetur. Et hoc ita in operis noui nunciatione obtinet l.1.§. hoc autem.ff. de noui oper.nũciat. Cæterùm in interdicto, Quod ui aut clàm, quod ad ea solùm opera, quæ in solo fiunt, pertinet, etiam in solo fieri uidetur quod circa arbores fit, non etiam quod circa fructum arborum. Itaq; si uineas quis uel arundinem uel salictum succiderit, hoc interdicto tenebitur l.1.§.hoc interdictũ l.7.§.notauimus.ff.quod ui aut clam.

In solo consistere dicuntur seruitutes, quæ solo imponũtur, & solo debentur, quales sunt iter, actus, uia l.3.ff.de seruitutib. Bris.

Res soli dicuntur, ædes, agri, fundi, & cæteræ res immobiles solo cõiunctæ l 1. ff. de rei uindicatio l.1. ff.de condict.tut l.7. ff.de usufruct.l.1.§.si fundus. & l.3.§.ptinet.ff.de ui & ui armat. l.7.§.in peculio.ff.de pecul.l.1.ff.de ædilic.ædi l.55 ff.de donatio.inter uir l.1. ff.utrubi l.30.§. quid ergo. ff. de usucapion. l 1 ff. usufruct. quemadmod.caueat l.12.§. cellarum. ff. de instru.uel instrum.l.24.ff.quæ in fraud.credit. Quæ & solo cohærere & solo cõtineri dicitur l.10.ff.quod ui aut clam l.1.§.hoc interdictum.ff.de ui & ui arma. Quod uerbum ut Iureconsultis proprium Seneca notat. Sic enim lib.11. Natur. Quæstio. Tertia pars de agris, terris, satis, arbustis quærit: &, ut Iureconsultorum uerbo utar, de omnibus, quæ solo continentur. Plin.lib.vj. Epist. Eosdẽ patrimonij tertiam partẽ cõferre iussit in ea, quæ solo cõtinerentur. Br.

Sic pignora soli in l.15.§. si pignora. ff. de re iud.& obligatio soli in l.29.§.legatum.ff.de lib.leg.

SOLVM porrò Seruius in v. Aeneidos esse scribit quod unicuiq; rei subiacet. Vnde nauium solum mare, aer auium, stellarum cœlum. Ex quo ab Ouidio dictum sit, Astra tenent cœleste solum. Bris.

SOLVM etiam Tuscarum lingua, significat totum, & solidum. Hinc Solitaurilia hostiarum trium diuersi generis immolationem signant, Tauri, arietis, uerris, quod omnes integri solidique corporis sint: hæc Festus.

SOLVS, dictio licet taxatiua, tamen non operatur correctionem iuris. & ideo singul.not. Angel.in l.j. per illum textum. iuncta glo. in uerbo, Solus. C. ubi, & apud quem. quòd si statuto cautum sit, quòd de adulterio & furto omnes iudices ciuitatis possint cognoscere: deinde alio nouo statuto disponatur, quòd de adulterio cognoscat solus capitaneus: per hoc uerbum Solus, non uidetur adempta iurisdictio alijs. quod est nota dignum, secundum Angelum & pro singul. citat D.Ias.in l.quod in rerum.§. si quis post.ante finẽ.ff.de legat.primo. ubi dicit, quòd est solennis decisio, si est uera. eam etiam approbat Decius consil.iij. diligẽter pro tenui. colum.v. uers. superest respondere.& potest cõfirmari ex alia simili & sing.decisione Bart.in l.iij.§.cum Titio in bonis lecturis. ff.de adim.leg. Tamen animaduertendum est, quia hoc modo secundũ statutum nihil prodesset, sed superfluò membranas occuparet: quod non est dicendũ, per ea quæ scripsi suprà in uerbo, Qualiscunq;.& quæ tradit Corn.consi.lxxvij. licet multũ urgeant. colum.1.lib.2. item cum sit speciale, uidetur quòd per eum sit à primo generali recessum: ut in simili quæstione concludit D. Alex. in l.si ab hostib. in primo not.ff.solut.matri. & eleganter decidit etiã Bal.in l.executorem.in vj. colum. uers.or. redeo ad naturam. C.de exec. rei iudi. quem latè refero infrà in uerbo, Statuta cõtraria. Proinde hoc dictum Angel. apud me dubium est, & potest reprobari ex eisdem fundamentis quibus reprobatur opinio Bart. præallegata, prout scripsi infrà in uerbo, Tantũ. sed tamen propter Ang.auctoritatẽ, adde ad notata per Bart.& scrib.in l.si constante.in princ. in nona quæstione primæ partis.ff soluto matrimonio. Et ulterius, licet alij non referant, addo quòd idem uidetur esse de mente Bal.in cons cccl j. Ioannes & Federicus fratres.in ult.col.in ult.lib. ubi eleganter cõcludit, quòd ubi dictio taxata apponitur circa id quod aliàs erat à iure dispositum, nihil debet operari. Sũt tamen qui Angelum referant loqui affirmatiuè, & sic quòd dictio Solus posita in l.noua, corrigat antiquam.& ita Angel. refert D.Felin. in c.pastoralis. in princ.col.ij. uersic. limita tertiò. extrà de offic. ord. ubi eum sequitur. & ita dicit per Anna. & Doct. Perusinos fuisse consultum, in fauorem ecclesiæ maioris Ferrariensis. ita etiã citat Angelum Dec. in dicto

consiij.in j. col. tamen hanc intelligentiam, iudicio meo, non patitur glo. ult. ibi, ex qua Ang. fundauit decisionem suam.

SOLVTA prædia Cic.in Orat.de lege Agra.nulli obligata uocat: His enim obligata opponit his uerbis, Soluta meliore in causa sunt, quàm obligata. Sicul.Flacc.in lib.de cōditio.agror. Solutos ait, à quibusdā appellatos occupatorios agros, Solutos uerò nō esse quorū fines demonstrari possint & finiri.Br.

SOLVTIO, est obligationis liberatio in actione psonali l.solutiōis. de Verb.sig.In uēdicatione enim alia solutio non fit, sed species petita restituitur. Sp.

SOLVTIONIS appellatione omnis liberatio quoquomodo facta & satisfactio qua creditor contentus fuerit continetur l.47.l.176. ff.de uerb.significat l.52 l.54. ff. de solutionib. quod quemadmodū se habeat, lib.j. de solutio.abundè exposuimus.Bris. Adde Cuia.super Rubr.de solut. & liberat. debit. ciuitatum. C.lib.11. qui dicit, quod liberationis uerbū ad obligationem referatur. Solutionis uerò ad obligatione uel ad nūmos. Si ad obligationē æquè patet ac liberationis, l.solutionis. ff. de solut.cui ex inscriptione cōiungenda est l. liberationis.ff.de uerb.sign.

SOLVTIVS, pro facilius, expeditius. apud Vlp. in l.at si quis.§. idem Labeo. Sed solutius, ait, æquitatē sequi, cū hoc ei & actionis natura indulget. Sp.

SOLVTVM refertur nō solùm ad dandū, sed etiā ad faciendū l.cū rē.& ibi not. ff. Rem pup. saluā fore.

SOLVTVS is dicitur, cui recedēdi est libera facultas l.ij.de Lib.hom.exhib. Caius in l.qui neq; de Verb.sig. Ac ne eum quidē, inquit, intelligimus solutum, qui in publico sine uinculis seruatur. Sp.

SONTES propriè dicuntur, quorum culpa iam sonat, hoc est qui erroris conuicti sunt l.1.§.fin. ff.de Aedil.edict. Sp.

SONTIRE significat aliqua in re obesse, & grauiter nocere: Vnde sonticus morbus, qui reb. agendis, & negocijs cōficiēdis obest, nocetq;. Aelius Stilo, ut scribit P. Crinitus lib.25.de honesta disciplina, sonticum existimauit pro noxio dictum: unde sontes homines pro noxijs & deperditis. Hanc tamen uocem, Sontire, propter nimiam antiquitatē & insolentiam magis intelligendam esse, quam usurpandam. Quoties, inquit Venuleius, morbus sonticus nominatur, eum significari Cassius ait, qui noceat: nocere autem intelligi, qui perpetuus est, non qui tempore finiatur. Sed morbū sonticum eum uideri, qui inciderit in hominem postquam sanatus sit. Sontes enim nocētes dicūtur, &c. Brechæus in l.Morb. sonticus. ff.de uerb.& rer.signif.

SONTICVS morbus, apud xij.Tab.intelligendus est non uulgaris: sed tam molestus, ut reus non cogatur apud iudices cōparere. Hinc & sontica causa appellatur, admodū grauis, ut ait Erasmus in Chiliadib. Vide l.j.§. deinde l.ob quæ l.pen. ff.de Aedil. edict.ubi sæpe fit mētio de morbo sontico. & l.quæsitum.de Re iud.ut Pomponium Sextum intelligas, qui ueteres sonticam, id est, iustā causam dixisse scribit: iustum enim præbet impedimentum. Sp.

SONTICVS morbus in XII. Tabu. qui cuique rei gerendę obest l.2.§.si quis iudicio.ff.si quis caut. Eius morbi uim explicat l.60. ff. de re iudi. eo enim differenda sunt iudicia. Sonticum morbum (Festo lib.17.) significare ait Aelius Stilo certum cum iusta caussa, &c. In XII. Tabulis, qui accipiatur docet A. Gell.li.20.c.1. Verba legis hęc sunt si iudex, uel alter ex litigatorib. morbo sontico impediatur, dies iudicij diffisus esto. Hāc explicui lib.4. ueteris Iurisp.51.

Σόφισμα cauillum, calumniā, & imposturā significat, φενακισμόν· τέχνασμα, μαγγάνευμα & παραλογισμόν. Budæo teste in annotation. καὶ κακούργημα Idem ipse Budæus in commen. linguæ Græcæ scribit σόφισμα esse scitum inuentum, prudens facinus, ex Arriani lib.6. & Euripid.in Hecub. Atq; interdum τοὺς σοφιστὰς philosophos & sapientes uocari Ἀριστοτέλης, inquit Etymologicus autor σοφιστὰς λέγει τοὺς ἑπτὰ σοφούς· νῦν σοφιστὰς τοὺς διατριβὴν πεποιημένους, ut tradit Apollonius in Herodotum. Testis est etiam Budæus Sophistam pro Præceptore Plutarchum dixisse, his uerbis [illegible] Idē Plutarch. in quodam apophtheg. Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὑτῷ σοφός. id est. Odi ego sapientem, qui sibi ipsi minimè sapit. Porrò dicebatur σοφιστὴς ἀπατεὼν id est deceptor, καὶ διδάσκαλος πανοῦργος ἀπὸ τῆς σοφίας. Is quoq; erat σοφιστὴς, qui musicam exercebat, & cythara ludebat, ut autor est Hesychius. Brechæus in l.Natura, substit. de uerbor.& rer.signif.

Σοφισταὶ l.[illegible] §. σοφισταὶ ff. de excusa. tut. à quibusdam exponuntur doctores. Vide Cuia.ad d.l.6.d.§. Grammat.ff.eod.

Σοφὸς Gręcis est, quod Latinis sapiēs, doctus, acutus, scitus, bonus, utilis: à σοφία sapientia. Et Romani cum aliquem laudare uellēt, quòd doctè omnia dixisset, aut prudenter fecisset, σοφὸν adpellabant: uel mox acclamabant, σοφῶς, hoc est, scitè, doctè, acutè, sapienter. Sic quia maximam scientiam Sempronio populus Romanus attribuit, rectissimè σοφὸν eū adpellauit l.2.§. fuit post eos. ff. de orig.iur. Olim Iudæorum quoq; doctores, teste Hieronymo, Sophi, hoc est, sapientes à plebe dicti sunt. Qua imitatione apud Græcos ἑπτὰ σοφοὶ, id est, septem sapientes nuncupabantur: Thales Milesius, Solon Atheniensis, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Pryenæus, Cleobulus Lyndius, & Periander Corinthius. Sed postea Pythagoras primus, uel hoc nomine omniū sapientissimus, non sapientem se sed Philosophum, hoc est, sapientiæ amatorem adpellari uoluit, sapientiam soli Deo relinquens.

SOLVTIO iusta tria requirit. Aliquando enim propter personam soluentis, nō est iusta, nec ad tollendam obligationem efficax solutio, ueluti si fiat à pupillo sine tutore. Rursus propter personam creditoris aliquando nihili est solutio ei facta. Vt si fiat pupillo sine tutore. Sed & si debitor, cum esset perpetua & fauorabili exceptione tutus, per errore ultrò soluerit, non cogetur tanti redimere damnosam liberationem. quinimo utetur condictione indebiti. Omnino enim ut ritè fiat solutio, oportet soluentē non ignorasse ius suæ obligationis. Postremò ratione rei solutæ, plerunq; est inutilis solutio: ut si soluerentur numi reprobi aut adulterini. Balduinus in comm.Instit.Iustin lib.3.tit.29.qb.mod.tollit.oblig.

SORDES, pro auaricia, rapinis. Vnde dānatus sordium, apud Plin.lib.ij.Epi.xij. Vlp.l.ait prætor.§. quæsitū est.uers. Et districtè. Nisi aut sordes, inquit, aut euidens gratia tutorum siue curatorū doceatur. Idē in l.si filius familiās.ff.de Iudi. Si euidens, ait, arguatur eius gratia, uel inimicitia, uel etiā sordes. Sp.

SORDES pro pecuniaria corruptiōe l.3.§.1.l.9. §.ult. ff.de recept.qui arbitr.l.3. C. de arbi.l.15. ff. de iudic.l.26.§. p magistratū. ff.ex qb.caus. maio. l.7.§. quæsitū. ff.de min.l.7.§.comp. ff.de adm.tut.l.51.de euictionib. Nā qd̄ in illis locis dicitur, p sordes, hoc, pecunia accepta, dicitur in l.1.§.1. ff.de magistr.conuen.l.8.§.ult.ff.manda. Sic interpretandū est uerbū sordidè in l.3.§.nunc uideamus.ff.de suspec.tut.

SOR-

SORDIDA concussio, id est, calumnia. Vide supra, Negocium facit. Hæc à transactionis officio longè distat. Transactio enim quærit pacem, & finem litium: calumnia discordiã parit, & dispendiũ. Transactio ex bona fide procedit, calumnia ex dolo malo: tantoq; magis nocet, quanto latentius procedit ad nocendum. Sp.

SORDIDA munera, quæ habeantur in Cõstitutionibus exposui s. lib. xj. in uerbo Munus. Bris.

SORDIDA uestis in l. 39. ff. de iniur. sordiũ plena, qualis olim erat reorum habitus, qui inde sordidati dicuntur, ut ex ueterum auctorum libris notum est. Bris.

SORDIDAE stirpes, splendidis & ingenuis natalib. scitè opponuntur, ab Impp. Dioclet. & Maximiano. l. super statu. C. de Pœnis.

SORDIDE agere, pro auarè l. iij. §. nunc uideamus. ff. de Suspect. tut.

SORDIDE agit tutor, qui pecunia corruptus, rem pupilli negligit. l. iij, §. nunc uideamus. ff. de Suspect. tut. Spieg.

SORITAE, dicuntur Elenchi seu argumentorũ congeries, quibus ex Stoicorũ familia Chrysippus certando plurimum utebatur cum per multiplicata consequentia ratiocinationes duxerat, ex his tandẽ omnibus aliquid uelut necessariò cõcludens, inducebat: & his quidem disputationum laqueis, id est Soritis, implicatum atq; irretitum aduersariũ tenebat. Quod Cicero uidetur intellexisse libro primo de Orat. ad Q. Fratrem, his uerbis, Stoici uerò nostri disputationum suarum atq; interrogationũ laqueis te irretitum tenerẽt. Et Persius in ultimo uersu Satyr. 6.

Inuentus Chrysippe tui finitor acerui.

Iam uerò qui & Sophisma & σωρειτικὸν & σωρίτην legunt, hi non multum aberrant à scopo nostri Iurisconsulti. Brechæus in leg. Natura, in tit. de uerb. & rer. signif.

Σωρίτης. Vlpian. l. 177. ff. de uerb. signific. Natura cauillationis, quam Græci σωρίτην appellauerunt, hæc est, ut ab euidenter ueris per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidẽter falsa sunt, perducatur. Sic in l. 65. ff. de reg. iur. Hot.

SOROR, teste Labeone, appellata, quòd quasi seorsum nascitur, separaturq; ab ea domo, in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur. Cui dicto astipulatur text. in l. mulieres. C. de Incol. lib. x. & in l. mulieres. C. de Dignit. lib. xij. text. in l. cum in adoptiuis. C. de Adopt. Bart. in l. fin. C. de Priuil. scholæ. lib. xij. quæ iura probant, mulierem mutatione mariti priorem dignitatem, conditionem, forumq; mutare. Vide Gell. Noct. Attic. lib. xiij. ca. x. & Catiunc. in Topic. loco ab Adiunctis. Sp.

SOROR pro amica, siue scorto nonnunquam à clericis flagitiosis appellabatur: rem turpissimã honestissimo nomine tegentibus. Impp. l. eum qui, 19. C. de episc. & cleric. Eum qui probabilem seculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet. Sorores igitur appellabant, quas hodie Scurræ Commatres uocant. Hot.

SORORVM autem aliæ cõsanguineæ, aliæ uterinæ sunt l. penult. & l. ult. C. de legit. hæred. quæ uerba suis locis à nobis exponuntur.

SORORIVS, cui soror mea nupsit. Sororius similiter dicitur frater, & sororis filius.

SORORIARE, apud Plautum perinde est atq; augeri & procrescere, unde mammas sororiãtes uocarunt in puellis, ut à Sexto Pompeio traditur cum exuberantes intumescunt, quod illis euenit ex compresso lacte. Crinit[9] de honesta disciplina li. 11. ca. 12.

SORS, summa est, siue capitale, hoc est prima pecunia, quæ confertur in societatem, ut inde lucrum fiat. Accipitur & pro fortuito alicuius rei euentu. ut in Aut. Vt om. obed. iud. prouinc. §. arripiat. Obseruandum, quòd maximum discrimen est inter sortẽ, quæ controuersias tollit, alens concordiam præsentissima definitione, in quam partes consentiunt libere: de hac intelligendæ sunt l. ult. in prin. C. Commun. de Legat. l. si quæ cautiones. ff. Famil. ercisc. l. si cum ambo. ff. de Iudic. & §. optionis legatum. Instit. de Legat. Et sortem quę aufert bona, parit rixas, homicidia, & omne malum: quę item latentium rerum omnia, uel alias superstitiones complectitur. Huius autor sathan est: priorem autem sortem Deus moderatur, ad conciliationem dissidentium animorũ. Sp.

SORS à serie, pro dubio rei euentu: qui quũ Dei uoluntate semper sit destinatus, uarias producit significationes. Vnde sortior, uerbum, in usu loquendi frequens, pro adquirere aliquid. Sortiri iudicem, Sortiri prouinciam, Sortiri forum, Vberkommen. Nouel. ut om. obed. iudic. prouinc. §. Arripiat. Old.

SORS, aleæ, uel alterius rei, quæ instar sit aleæ, iudicium, declarãs in dubio, scilicet honesto, uoluntatem Dei, Ein glückfall. Vnde solebãt olim, & iam nunc solent uel inter coniunctissimos, incidentes controuersiæ per sortem dirimi, Durch ein loß l. Si quæ sunt cautiones. ff. Famil. ercisc. Augustinus grauiter in Psalm. Sors est, inquit, res in dubitatione humana, diuinam indicans uoluntatem. Nam & sortes miserũt Apostoli. Electi sunt duo iudicio humano: & electus de duobus iudicio diuino. Vnde scribitur: Cecidit sors super Matthiam. Oldend. De hac sortis significatione uide etiã quid annotarit Adrianus Tornebus aduersariorum lib. 5. cap. 21.

SORS pro gratia, quam significationem gentes olim non intellexerunt, & multi hodie dissimulant. Augustinus, Ibidem, Ponitur ergo sors, ait, pro gratia, qua saluantur: quia in sorte nõ est electio, sed uoluntas Dei. Nam ubi dicitur: Iste facit, Iste non facit: merita considerantur. Et ubi merita considerantur, electio est, non sors. Quoniam autẽ Deus nulla merita nostra inuenit, sorte uoluntatis suæ nos saluos fecit: quia uoluit, non quia digni sumus. Audis hæc Christiane lector? Oldend.

SORS dicitur patrimonium, & summa siue caput illius pecuniæ, quæ confertur in societatem, ut inde lucrum fiat. Qua ratione consortes accipiendi sunt, qui uel commune habent patrimonium, uel parem pecuniæ quantitatem societati attulerunt. ut l. Dudum. C. de contrah. empt. Consortium, Ein gesellschafft. Oldend.

SORS adfini quadã significatione dicitur quælibet pecunia, cui accedunt usuræ, uel reditus: ut in Tit. ff. de usur. Ein haup: summ. Old.

SORS, pro iudicio, ordinatione seu conditione obiter incidente. Tractum autem id est ex more Romano. Non enim audiebantur causę, nisi per sortem ordine quodam. Siquidem quo tempore causę agebantur, cõueniebant omnes, & ex sorte dierum ordinem accipiebant: scilicet ita ut post triginta dies causas suas exequerentur. Nunc uix tota hominis ætas sufficit, ad dirimendas lites. Old.

SORTE res discerni solet l. sed cũ ambo. ff. Vbi quis ager.

SORTEM & usuram persoluere, figura prouerbiali dictũ, quid sit, interpretatur Eras. Chiliad. iiij.

Cent. septima. Spiegelius.

SORTES Prænestinæ quæ fuerint tradit Crinitus lib. 22. ca. 3. Continebant autem populi Romani fata, tesseris quibusdam ligneis insculptæ. Vnde Liuius extenuatas sortes inter prodigia numerat, quoniam ueræ illæ fatales alicubi consumptæ uiderentur. Sed & alius mos Romanis Imperatoribus in aucupanda per sortes fortuna fuit, uersibus ad eã rem cõpositis, uel ex aliquo poemate translatis. De Varijs autem sortiendi rationibus uide luculenter tractantem Hadrianum Iunium lib. 2. animaduersionum, cap. 5.

SORTES appellantur pecuniæ ipsæ principales, quibus usuræ accedunt l. 24. ff. de usufru. lega. l. penult. §. 1. ff. ad l. Falcid. l. 58. §. ante diem. ff ad Trebellia. Bris.

SORTILEGIVM. Sortilegia dicũtur, quæ pro inueniendis furtis, uel diuinationibus intendendis fiunt, per misionem sortis. Quomodo accipitur in titulo extrà, De sortilegijs. Hinc sortilegi sunt, q sub nomine fictæ religionis per quasdam (quas sanctorum seu apostolorum uocant) sortes diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunq; scripturarum inspectione futura promittunt c. 1. 29. q. 1. Quòd autem huiusmodi sortes (sunt enim in duplici differentia, adeo, ut aliquæ sint licitæ, ut probat glosa ad uerbũ Sortes. 26. q. 2.) sortilegiq; improbentur, constat manifestissimè ex c. sortes. 26. q. 5. ubi scriptũ legitur: Sortes, quibus cuncta uos uestris discriminatis prouincijs (quas patres dãnauerant) nihil aliud, quam diuinationes, & maleficia esse decernimus. Quam ob rẽ, uolumus illas omnino damnari, & inter Christianos ultrà nolumus nominari, &c, ne exerceãtur anathematis interdicto prohibemus. A' Persis autẽ fertur esse allata diuinatio, cuius Varro quatuor genera ponit, terram, aquam, aerem & ignem. hinc Geomantiam, Hydromantiam, Pyromantiam & Aeromantiam dicta autumant. Anchora. c. igitur. 26. q. 3. 4.

SORTIRI filium, pro suscipere. Vlpian. l. tertia, §. quinto, ff. de bon. poss. cont. tab. Si emancipatus filius uxore non ex uoluntate patris ducta filiũ fuerit sortitus. Hot.

SORTIRI forum, pro acquirere. Sic sortiri prouinciam, sortiri iudicem.

SORTIRI, per sortem eligere, apud Caium in l. si quæ sunt cautiones. Famil. ercisc. Sp.

SORTIRI prouincias dicebantur Prætores, etiam qui in urbe ius dicturi erant. nam designati antequam magistratum inirẽt, sortiri inter se solebant, quis de pecunijs repetundis, quis de ambitu, quis de ueneficijs, quis alijs deniq; quæstionibus præfuturus esset. ut in Verrinam 11. explicauimus. Hot.

SORTITIONI & subsortitioni iudicum Prætor urbanus præerat, hoc est, per sortẽ & fortuitum euentum designabat ex decurijs & ordinibus eos, qui quoquo tempore iudicarent, illorumq; nomina in albo suo describebat. Vnde Sortiri forum, Sortiri iurisdictionem, Sortiri effectum dicimus. Planè, si reijciebantur iudices, seu, ut nunc loquimur, recusabantur, subsortitionẽ in locum reiectorum faciebant. Oldend.

S P

SPACIVM, non solùm de loco, sed etiã de tempore dicitur l. sicut in annos. §. idem Papin. ff. Quib. mod. ususfruct. amit. Sp.

SPADO, σπάδων: generale nomen est, ait Vlpian. in l. 128. ff. de uerb. signific. quo nomine, inquit, tam hi qui natura spadones sunt, item thlibiæ, & thlasiæ, sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur. Idem l. 39. §. 1. ff. de iur. dot. Si spadoni mulier nupserit, distinguendum arbitror, castratus fuerit, necne. ut in castrato dicas dotem non esse. in eo qui castratus non est, quia est matrimonium, & dos & dotis actio est. Spadonum igitur tria uidentur esse genera. alij enim sunt, quibus aut penis, aut testes, aut utraq; adempta sunt: qui propriè ac speciatim Spadones à Græcis appellantur: παρὰ τὸ σπᾶν, quod euellere plerunq; significat l. 4. ff. ad leg. Corn. de sicar. & l. ult. ff. de Public. à Latinis autem Castrati d. l. 39. De iur. dot. l. sexta, ff. de lib. & posthum. Alij quibus attriti sunt testes, qui propriè Thlibiæ, & Thlasię uocantur, παρὰ τὸ θλᾶν, καὶ θλίβειν, quod atterere significat. d. l. 128. De uerbor. signific. & l. 5. ff. ad leg. Corn. de sicar. Alij deniq; spadones sunt, qui membris quidẽ sunt integris, & incorruptis, sed naturæ tamen uitio quodam affecti (ut scribit Theophilus) generare prius non possunt, quàm id uitium sit sublatũ. Quare autem id uitiũ sit, Galenus libro De usu part. XV. his uerbis explicat, quę propterea subijciemus, quia sine huius rei cognitione plurima iuris nostri capita intelligi non possunt. λοιπὸν δὲ πρῶτον μὲν ἐπεξελθεῖν, τὸ δεῖν ἀκριβῶς τετάσθαι τὸ αἰδοῖον ἐν ταῖς συνουσίαις. οὐ γὰρ αὖ ὡς εἰκάσειέ τις ἕνεκα τῆς συνουσίας μόνης, ἀλλὰ καὶ τοῦ διΐστασθαι καὶ εὐρύνεσθαι τὸν πόρον, ἵν' ἐπὶ πλεῖστον ἐξακοντίζηται τὸ σπέρμα, χρῆναί μοι ἀκριβῶς τετάσθαι τὸ αἰδοῖον· εἰ γὰρ μὴ κατ' εὐθὺ φέροιτο, διὰ τοῦ σκολιωμένου κατά τι καὶ συμπίπτοντος ἐνταῦθα σχεθήσεται. τοῖς γὰρ ὑποσπαδίαις ὀνομαζομένοις, ἐπειδὴ διὰ τὸν ἐν τῇ βαλάνῳ τοῦ καυλοῦ δεσμὸν ὁ πόρος διεστράφθαι, γεννᾶν ἀδύνατον, οὐχ ὅτι ἄγονόν τι τὸ σπέρμα γίνεται, ἀλλ' ὡς ἐγχρίμπτον ἐν τῇ διαστροφῇ τοῦ καυλοῦ, πόρρω φέρεσθαι μὴ δυνάμενον. ὁμολογεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ ἡ ἴασις, ἅμα δὲ τμηθέντος τοῦ δεσμοῦ γεννῶσι, τοῦτο τοίνυν τὸ σφάλμα διὰ παντὸς ἐν ἅπασι συνέπιπτε, μὴ προνοησαμένης τῆς φύσεως, ὅπως εὐρύς τε ἅμα καὶ ἀκριβῶς ὁ πόρος ὀρθὸς ἐν ταῖς συνουσίαις γίνοιτο. Quod sic conuertimus: Superest autẽ primùm quidem exponere, quemadmodum pudendum in coitionibus, quammaximè intensum esse oportet. neq; enim (quod alicui fortasse uideatur) solius cõgressus caussa, sed ut meatus aperiatur ac dilatetur, utiquam longissimè semen emittatur, commodum est pudendum intentissimum existere. nisi enim rectà ferretur, ac uspiam uel obliqua uel salebrosa uia eius esset, ibi tùm adhæresceret. Itaq; qui ὑποσπαδίαι nominantur (quasi dicas subductitij) quandoquidem ob uinculum quod extremo in cole habent, meatus ijs est distortus, procreare liberos non possunt. non quò non fœcundum semen habeant, sed quòd in colis anfractibus adhærescens uibrari procul nõ possit. cuius rei curatio ipsa documento est. siquidẽ abscisso eo uinculo, generant. Atq; hoc quidẽ incommodũ omnibus planè usuuenisset, nisi natura prospexisset, ut in coitionibus lata & quammaximè directa uia seminis existeret. Hæc Galenus, quorum (ut spero) cognitionis utilitas, uerborum inuerecundiam obscurabit. Sic enim intelligemus quid sit, primùm quod Iurisconsulti tradunt, spadonẽ posse posthumum hæredẽ instituere l. 6. & posth. ubi scribit Vlp. non modò eum qui facilè generare potest, sed etiam spadonem posthumum instituere posse. quod sanè perabsurdum esset, nisi eum intelligeremus, qui coire quidem potest, sed generare propter naturæ uitium aliquod non potest: tantisper dum hoc uitium aut hominis solertia, aut Dei beneficio quodam admirabili sit sublatum. qua de caussa uxorem quoq; posse eundẽ ducere Vlp. scribit in d. l. 39. ff. de iur. dot. quippe cui generandi spes præcisa non sit.

sit. quum is qui castratus est ijsdem legibus & arrogare, & uxoré ducere, & posthumű instituere prohibeatur. Marcianus l.14.§.1. ff. de manum.uind. Et si spado uelit matrimonij caussa manumittere, potest: non idem est in castrato. Similiter etiam Vlp. in l.lib. & posth. spadones ab ijs qui facilè generare nõ possunt, distinguit: & l.6.§.2. ff. de ædil. edict. ubi scribit Pomp. spadonem neq; morbosum neq; uitiosum esse: sed sanum esse. sin autem quis ita spado sit, ut tam necessaria pars corporis ei penitùs absit, morbosum esse. De hoc tertio spadonum genere intelligendum est quod uulgò dicitur, eos qui generare nõ possũt, quales sunt spadões, adoptare posse l.2. ff. de adopt. item spadonem arrogando, suum sibi heredem asciscere posse: nec ei corporale uitium impedimẽto esse l.40.§.2. ff. eod. Hot. Adde Forcat. in suo Auiario iuris ciuilis, cap.8.nu.1.

SPADO propriè is est, cui uirilia sunt execta, ἀπὸ τοῦ σπάω. id est ab euellendo. Aliàs eunuchi dicũtur, ab εὐνὴ, quod est cubile, & ἔχω, custodio, quasi euneochus: hominum genus, quod seruandis regum cubilibus præfici solebat.

SPADONVM genera sunt uaria. Castrati, qui penitùs non arrigunt, siue qui naturaliter sine testibus progeniti sunt, siue quia ante pubertaté omnino excisi. dicti, quasi casti. Thlasiæ, quibus testes fracti sunt. θλάω enim frágo significat. Hi & θλαδίαι dicũtur. Thlibiæ, qui attritos eos habent, ἀπὸ τοῦ θλίβειν. Eunuchi, qui τὴν εὐνὴν. id est lectum uirginũ custodiunt. dicti, quòd bonæ sint mentis, εὖ νόῳ. & à uenereis se motæ. His non solùm testes, sed & totus coles ipse amputari solebat. Sunt & qui aliqua ægritudine, testium usum amiserũt. Sunt qui uno tantùm teste nati sunt. Sunt &, quibus cum uterq; adesset, altero tamen execti sunt. Castrari quoq; mulieres in Lydia repertum est. Hæ omnes species sub spadonis appellatione comprehenduntur. dicti παρὰ τὸ ἀποσπᾶσθαι, id est, ab euellendo. Vnde & ἐκτομίαι uocátur, quasi exectos dicas. Vide Alciat. de Verb.sig in l.spadonũ. & Iurisconsl.in l.si serua seruo.§.fin. de Iure dot. Spieg. Adde Ferret.comment.Instit.Iustin.lib.1.tit.11.

SPARTA dictio græca est, Latinè sata dicitur. Origo enim huius uocabuli sumpta est à uerbo σπείρω quod sero significat, unde nomen uerbale σπαρτός, quod satus uel satiuus appellatur. Vnde Homerus lib.19.ca.1. in neutro genere pluratiuo numero σπάρτα dixit, ut annotauit Pet.Mosell.in Gelliũ, li.17.ca.1.

SPARTACVS, pro Spartano, apud Paulum reponendum, in l.posideri auté. §. si seruus quem. ff. de Acquir. possess. Historiam de Spartaco, qui fuit nobilis gladiator, refert Bap. Pius ca.lij.in Annotat. poster. Spieg.

SPARTACVS famosissimus gladiator traditur, de quo secundum aliquos intellexit Paul. Iureconsl. in l.iij.§. si seruus. ff. de acqui.poss. quámuis scrib. in illo loco sequuti uulgatam lectionem, non animaduerterint. nam de Spartano nulla extat historia, circa hoc. & intelligas de Spartaco famosissimo gladiatore, qui ex Thracia oriundus fuit, robore animi & corporis præstans. Is se in libertatem uindicauit: de quo talis fertur historia. Cum Lentulus ludum gladiatorium adornaret Capuę, capta occasione Spartacus, Chrysus, & Aenomaus se inde proripuerunt, ergastulos seruos armát, eosq; proposito pileo conuocant ad libertatem: manuq; seruorum hoc modo congregata, quasi iusto exercitu, bellum ingẽs excitauit: aduersus illorum impetus comprimẽdos, missos aliquot duces oppresserunt: & consulares exercitus. Tandem demandata est talis prouincia Crasso, qui illos extremo bello profligauit: ex quo incessit per urbem ouans, laurea corona insignitus: more ouationis præpostero. Cõsueuerant enim ouantes myrtheam coronam gestare. Reliquiæ Spartaci coniunxerunt secum Catellianis, quæ paulopòst ab Octauio patre Augusti deletæ fuerunt: extra sortem demandato negocio, ut obiter tendens in Macedoniam comprimeret fugitiuos. A frugalitate Spartacum Plin. laudat, utpote qui auro interdixerit exercitui suo. Idem laudatur à fortitudine, ut qui acriter pugnans ceciderit: de quo ita cecinit Cordubensis poeta Lucanus:

Vt simili causa caderet, qua Spartacus hostis.

Et de isto sensit Paul. licet omnes ad Spartanũ, qué ignorant, maluerint referre. Historia Spartaci nota est ex lib.xcv.xcvj.& xcvij Epitomatum Liuij Cot.

SPATHA. Vegetius gladios maiores, spathas uocari docet: minores uerò, semispathas. Extat in Aut. de armis.§.pen.Sp. Eadem forma dixère semisicas. M.Tullius 3.de legib. Runis & semisicis, quas ipse se proiecisse in forum dixit. sic ut legam uetus lectio, emisitijs, coniecturam mouet. Cuia.in exposit. Nouell.Iustin.85.

SPATIARI spatia facere & deambulare est l 7. ff. de seruitutib. Et apud Sueto.in Tiber.ca.xiiij Br.

SPECIALE delictum uidetur, quod doctores nostri innominatum dicunt: ut cum quis in ius uocatus nõ paret l.ij. C.de Episc. aud. cum temere appellat, cum ius dicentem contemnit, cum in munere sibi imposito per desidiam quis cessat leg ij. C. de Sport. Eiusmodi enim facta pluribus uerbis specialiter designantur, non uno generali. Ex Alciato. Sp.

SPECIALES actiones cẽsentur, quibus id persequimur, quod natura sua, & quantũ ad iuris interpretationem pertinet, speciale est, etiam si accessoria quædam habeat: ut equus, uestis, domus, fundus, & cætera id genus res. Sp.

SPECIALITER, idem quod speciatim, disertè, mit außgetruckten worten. Vlpian.in l ij. si quis caut. Nisi, inquit, contrarium specialiter partib. placuerit. Vocabulũ Iurecõss. familiare l. defuncta. Larbores. ff. de Vsufruct. & alijs multis locis. Sp.

SPECIALITER prælegare. Claudius in l. alimenta. ff. de Alim. legat. Quia, inquit, destinauerat alimentis, eius usuras pecuniæ, quas specialiter ei prælegauerat. Sp.

SPECIE.in l.quęstio. de uerb.sig. pro parte usurpant. Vult enim dicere, agrum partem esse fundi, nõ speciẽ arg. l.fundi. eod.tit. Sic Vlp.in l.j. de Agnosc. lib. ubi S.C. Plautiani duas esse species dicit, cũ partes debuerit dicere, teste Appello. Sp.

SPECIEM ueteres Iurisc͂oss. appellát, quod recentiores, legis casum. Vlp.in l.sed interim. de Don. inter uir. & uxor. Paulus in l. Latinus Largus. de Leg.ij. Quint. thema uocat, quasi facti positionem, uel euentus. Sic species una, pro una quadam causa. in l.solet prætor. & l.seq. ff. de Iurisdict. om. iud. Sp.

SPECIES est uox, quæ de pluribus differentibus numero, seu indiuiduis dicitur. ut apud Apellũ tutela testamentaria, aditio hæreditatis, dominium directum, emptio, furtũ, obligatio ciuilis, actio personalis, possessio naturalis. Quanquam nõnullis uisum est, ut attestatur Cantiunc. speciem indiuiduis comparatam, hoc nomine parum aptè notari. Speciei nanq; nomen sola comparatione ad genus uidetur inditum: dictamq; speciem esse, quòd confusum & informe genus expoliret, & speciendũ (sic enim

ueteres loquebantur) nobis exhiberet. Ob id Cic. in Topic. mauult formam (dum à forma generis locum ducit) appellare. Siquidem species indiuiduis comparata non iam speciei retinet, sed generis potius accipit faciem. Ciceroni adstipulatur Gloss. ult. in l. proponebatur. ff. de Iudic. Rei species, inquit, id est forma. Iuris ciuilis interpretes speciē passim appellant genus, & indiuiduum speciem: ut hominem, equum, bouem, genera: Titiū, Bucephalum, & hunc bouem, species. Sic loquitur, Apello indicante l. ij. in prin. et. §. j. l. Si cert. pet. l. non uidetur in iudicem. de Iudic. l. fin. de Condit. ob caus. l. ostentū. de uerb. sig. l. cum certū. de Aur. & arg. leg. l. qui uxori l. species. eod. tit. & princ. Instit. de Donat. & Iurisconss. passim in tractationē legatorum. Spieg. Adde Taboetium in topico milit. for. & leg. discip.

SPECIES Iurisconsulti appellant, quas ueteres Latini Fruges: id est uinum, oleum, frumētum, legumina. Arc. l. ult. ff. de mun. & hon. Cura quoq; emendi frumenti, olei: nam harum specierum curatores, quos σιτώνας & ἐλαιώνας appellāt, creari moris est. Imp. l. 26. C. de usur. In traiectitijs autem cōtractibus, uel specierum fœnori dationibus. Hot.

SPECIES apud Iureconsultos singula corpora significat l. 54. ff. de uerbor. obligat. l. 30. ff. de legat. j. Separaturq; interdum à quātitate, id est, ab his, quæ pondere, numero & mensura constant l. 6. ff. si cert. petat. l. 6. ff. de rei uindicat. l. 34. §. sed si pondus. ff. de lega. j. Quæ tamē ipsa etiam certæ speciei loco sunt, cum certo loco circumscribūtur ac definiuntur: ueluti si uinum quod in apothecis est, pecunia, quæ in arca est, legetur, uel promittatur l. 30. in fi. l. 34. §. sed si non corpus. de legat. j.

SPECIES etiam pro forma, qua corpus id esse adgnoscitur quod est l. 7. ff. de supellect. leg. l. 76. ff. de iudic. Bris.

SPECIES adæratæ, quarum fit mentio in l. septē. C. de Erog. milit. annon. li. xij. Vide suprà. Adærare, qd' opinor nobis esse, die wahr an gelt schlagē.

SPECIES adærandæ. in l. speciebus. C. de Cohorta lib. lib. xij.

SPECIES pro annonarijs corporibus seu quantitatibus in l. 10. & l. 11. C. de sacros. eccles. l. 1. l. 2. & l. ult. C. de condit. in publ. horr. lib. x. l. 1. de quib. munerib. uel præstatio. lib. x. l. 7. C. de annon. & tribut. lib. x. l. un. C. de Salgamo hosp. non præst. & alijs infinitis Codicis locis.

Sic species annonariæ in l. ult. C. de collat. fund. fiscal. lib. xj. Vegetius lib. iij. ca. iij. Sollers debet esse tractatus ut pabula, frumentum, cæteræq; annonariæ species quas à prouincialibus cōsuetudo deposcit, maturiùs exigantur. Bris.

SPECIES, pro controuersia. Ex eo deducta locutione quòd finitam quæstionem Græci hypothesin uocant. Vlp. l. 18. ff. de minor. Diuus Seuerus & Imperator Antoninus non audiuerunt incoloratē restitui desiderātem aduersus fratrem post speciem in adiutorio eorum finitam. Hot.

SPECIES in plurali, pro aromatibus aliquando sumitur, sed obsoletū. Macrob. lib. ult. Saturnal. Species & acres & calidæ super faciem cum apponuntur, exulcerāt. Martianus in l. fin. ff. de Publican. Species ait, pertinētes ad uectigal. Ex Thesauro. Steph. Rob. Spieg.

SPECIES resistentes, in ead. l. pro restantes intelligit Bud. quę reliquamenti causa debentur, id est quæ ex præterito debentur, uulgò per rest außstendig. Spiegel.

SPECIES semper generi derogat. Paul. de Legat. iij. in fin. l. seruis urbanis. Quando ergo in aliquo casu species præcedit, & genus sequitur, tunc subintelligitur dictio, alius, seu copula intercesserit, seu disiunctiua, l. hęc stipulatio. ff. ut legat. seu fideic. ibi, hæreditas siue ius, id est, siue aliud ius, quia hæreditas ius est l. pecuniæ, §. j. ff. de uerb. signif. facit l. Antistius. §. fi. de acq. hæred. ibi, per seruum, uel eum quem in potestate habet & l. j. §. si pecunia. ff. depositi. ibi, coram prętore uel honestis personis, Forcat. Necyomantiæ dial. 21. nu. 2.

SPECIMEN, ppriè est, id quod re uenali ostenditur uenditori, ut inde possit cæteras merces æstimare: ut particulæ panni, aut parum frumēti, uel uini gustus. Spieg.

SPECIOSAS personas accipere debemus, inquit Vlpianus, clarissimas personas utriusq; sexus: item eorum, quæ ornamētis senatorijs utūtur l. 100. ff. de uerb. signif. Hot.

SPECTABILIS, titulus est dignitatis, quo ornantur præfectus Augustalis, Comes orientis, Proconsules, & Vicarij, ut ex l. un. C. de ratiocin. oper. publi. l. un. C. ut omnes iud. l. 32. C. de appellatio l. 3. §. illud l. ult. C. de can. largitio. tit. li. x. C. l. 57. & l. 59. ff. de decur. lib. x. & ex Notitia constat. Bris.

Ornātur & eo Duces l. 36. C. de appellat leg. 3. C. de offic. milit. iud. l. ult. de off. præf. præt. Ornantur & eo Tribuni & notarij magistri scriniorum, Comites sacri consistorij, Comites domorum, Comites scholarum, Comites militares, item Castrensis, Tribunus notariorum, & Silentiarij l. ult. C. ubi causæ fiscal. l. 37. §. 1. de appellatio l. ult. de decurion. lib. x. C. l. 30. §. ult. C. de inoff. l. 4. C. de aduo. diuers. iud. teste eadem Notitia. Bris.

Et ita spectabiles iudices accipe in l. 32. C. de appellatio l. ult. C. de modo multar. l. un. de annon. & cap. l. 4. C. de iurisdictio. omn. iud. l. 11. in fin. l. 13. C. de aduocat. diuers. iudicior.

SPECTABILITAS autē inferior erat illustri dignitate. Eamq;, militiæ sudore detersis antiquitatem tribuisse Cassiodor. lib. ij. Variar. Epistol. ad Steph. scribit. Bris.

SPECTABITVR litis contestatæ tēpore, apud Vlpian. in l. quantum. ff. Quod metus causa.

SPECTACVLA, loca sunt execta, ut ex ijs ludi spectentur. Theatra uulgò appellant, ut Græca uox, teste Syluio, quàm Latina uulgò usitatior sit. Notus tit. de Spectac. & Scenic. & Lenon. lib. xj. Cod. Sp.

SPECTACVLVM celebrare, apud Modestinum. ff. de Vsu & usufruct. l. legatum.

SPECTARE pro expectare in l. 5. §. Prætor. ff. de his qui deiece. uel effud. l. 6. ff. quod falso tut. l. 29. in fi. ff. pro soc. l. 83. §. sacram. uersi. adeo. ff. de uerbo. obliga. ut ex initio illius §. deprehenditur. Bris.

SPECVLARIA appellabantur quibus lumen transmittebatur & sol admittebatur in ædes, ut hodie per uitreamina & chartacea fit l. 12. §. specularia. ff. de instru. uel instru. l. 9. §. 1. ff. quod ui aut clā. Martial. lib. viij. Epigr.

Hybernis obiecta notis specularia puros
Admittunt soles & sine luce diem.

Seneca lib. xiij. Epist. Quantæ nunc aliquis rusticitatis damnet Scipionem, quòd non in caldariū suum latis specularibus diē admiserat. Idē lib. xiiij. Epist. Quædā nostra demū memoria prodijsse scimus, ut speculariorū usum perlucente testa clarū transmittentium lumē. Muniebantur uerò his specularibus hyeme cœnationes & dietæ aduersus uētorum imbriumq;

briumq; uim. Atq; ita uenti his excludebantur, ut tamen lumen habitantibus transfunderent. Fiebant uerò hæc ex lapide quodam quem Hispania dabat, qui uitri modo perlucidus in quamlibet tenues crustas findebatur, ut Plin. lib. 36. c. 22. & lib. 3. c. 3. ostendit. Specularij in l. ult. ff. de iure immunit. Briss.

SPECVLARIA affixa. Vlp. in l. sed & si. ff. de usufruct. domus partem esse censuit. Vide Alciat. in comment. ad l. Scæuola respondit. de uerborum signific. Spiegelius.

SPECVLARII sunt, qui speculas faciunt, & qui uitrea specilla. Possunt & hoc nomine denotari, Alciat. teste, qui fenestris specularia ad arcendum hyeme frigus componunt: quorum meminit Vlpia. in l. quæsitum. §. si domus. de fund. instr. Spiegel.

SPECVLATORES dicuntur nò à spiculis, sed quod, ij sint in speculis, posterior ætas scultatores nuncupauit, quasi auscultatores. Cuiac. obseruat. libr. 6. capitulo xxxij.

SPECVLVM parieti adfixum. l. 12. §. specularia, ff. de instru. uel instrum.

SPECVS locus est, ex quo despicitur, unde & spectacula dicta. l. 1. §. specus. ff. de riuis. Sic accipitur in l. 11. ff. de aq. & aqu. plu. & l. 3. ff. de riuis ex quibus apparet per specum plerunq; aquam ueteres duxisse, quod tum necesse erat fieri, ut ex Vitruu. lib. 8. ca. 7. constat, cùm medij montes erant inter mœnia & caput fontis. Itaq; non malè Vlp. à despiciendo specū dictum putat, quòd specus locus esset undiq; apertus & in profunditatem demersus. Briss.

SPEM futuræ perceptionis deteriorē constituere licet. l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. Spieg.

SPEM precio emere, est lucrum incertum & inuentu situm, certo affectare damno. Exemplū habes apud Pompo. in l. nec emptio. de contrah. empt. citatur ab Erasmo Cent. 4. Chil. 2. Spieg.

SPERARE pro timere in l. 3. §. si legatarius. ff. si cui plus, quàm per l. Falcid. ut in illo noto Verg. uersu,

At sperare deos memores fandi atq; nefandi.

SPES aliqua durat. Vide Iuriscō. in l. si usus fruct. 2. in prin. ff. usus fructuar. quemadmodum cau. Sp.

SPES, opinio futurorum: referturq; tam ad bona, quàm ad mala. Vide Bar. in l. Gallus. §. uidendū. sub fin. & in l. posthumus. de lib. & posthu. Interpretes faciunt differentiam inter Spem certam & indubitatam, de qua in l. penul. ff. quibus ad libertat. prouo. & Spem reuocabilem. ut in §. quid si is. in eadem l. Gallus. Quod tamen Salomon. sibi non liquere fatetur. ibid. Spiegel.

SPES præmiorum pignerari non potest. l. spem præmiorum. C. quæ res pig. oblig. poss. Alber.

SPHAERISTERIVM locus est balnei, specie rotūda, in quo uaria exercitationum genera antiqui habebant: ut etiam testatur Plin. in epist. ad Apollinarem scribēs: Apodyterio superpositū est (inquit) sphæristeriū, quod plura genera exercitationis, pluresq; circulos capit. Suet. refert in uita Vespas. eum ualetudine prosperrima usum, quamuis ad tuendā eam nihil amplius quàm fauces, cæteraq; membra sibimet ad numerū in sphæristerio defricaret. Proinde castiganda sunt uerba Vlpiani in l. si qs mihi mandauerit. titul. mandati. Dum refert, Aurelium medico mādasse, ut in ortis eius quos Rauennæ habebat, in quos omnibus annis secedere solebat, Phiristerium, & hypocausta, & quædā ipsius ualetudini apta: & reliqua. nam hoc loco sphæristerium reponendū est. & de hoc loco clarè Iureconsult. sensisse, apparet ex illis uerbis: & quædam ipsius ualetudini apta, & cætera. Sphæristerio etiam antiqui usi sunt ad pilæ exercitium, quam Græci σφαῖραν appellant: & ideo Lamprid. in Alexandro tradit, eum post lectionem operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui dedisse. unde etiam Seneca, Sphæromachiam pilæ lusoriæ certamen appellauit. Et dum subdit Vlpianus, hypocausta: de his (ne bis idem repetamus) diximus suprà opportunè. Cotta.

SPICA nardi, quę spica quoq; cilissa uocatur. Græcè dicitur Stachys nardi. De qua inter cætera Iurisconsultus meminit in tit. de public. l. interdum. Nardi stachys, inquit, id est, spica nardi. Nebris.

SPICVLATORES, pro apparitorib. apud Callistr. in l. diuus. de pœn. dam. Ita neq; spiculatores ultrò sibi uindicēt: subaudi, panicularia, nec optiones ea desiderent, quibus spoliatur, quo momento quis est punitus.

SPINOSVM aliquid in prato, prouerbialiter dixisse uidetur Imp. in const. de concept. dig. §. 6. quasi diceret in re pulcherrima & uenustissima turpe quiddam immixtum esse, quod illam dignitatem ac speciem imminuat. ut si in prato uiridissimo & amœnissimo spinæ & uepretulę inessent, quæ inambulantiū pedes offenderent. Et hoc tamen perrarò, inquit, ne ex cōtinuatione eiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum. Loquitur de legib. inculcatis, in quo tamen ei mos gestus esse non uidetur. Hot.

SPIRITVS uitalis est ueluti flammula quędam ex sanguine enata, calorem uitalem reliquis mēbris ministrans: cuius uehiculum sunt Arteriæ. Est namque ex Etymologia Græci sermonis à seruando aere seu spiritu dicta arteria ἀρτηρία παρὰ τὸν ἀέρα, τουτ' ἐστὶ πνεῦμα τηρεῖν. Brechæus in l. qui mortui. tit. de uerb. & rerum signification.

SPIRITVM emittere, pro mori, apud Marcian. in l. sed & in illo quæritur. ff. de reb. dub. Spieg.

SPITHAMA Græco uocabulo dicitur palmus maior, qui duodecim digitis constat. Budæus in l. fi. ff. si mens. fals. mod. dix.

SPOLIA appellabātur pannicularia ea, quibus indutus erat quis, cùm ad supplicium deducebatur. l. pen. ff. de bon. dam. Vnde locum illum, in quo exui solebant, Spoliarium appellatum esse credo. Plin. in Panegyrico. Nunc templum, nunc uerè Deus, non spoliarium ciuium cruentarumq; prædarum sęuum receptaculum. Lamprid. in Commodo, Gladiatoris cadauer trahatur: gladiatoris cadauer in spoliario ponatur. Seneca lib. 13. Epist. Nunquid aliquem tam cupidū esse uitę putas, ut iugulari in spoliario, quàm in harena malit.

SPOLIA etiam, quæ cui latro abstulit, uocantur in l. 31. §. 1. ff. depos. Briss.

SPOLIA, quibus indutus est, qui ad supplicium ducitur. l. pen. ff. de bon. damn. Hot.

SPOLIARE, pro exuere bonis. in l. 1. ff. de don. inter uir. & ux. Transfertur ad omnia alia. ut spoliare auxilijs, prouincia, fama, uita, &c. Quod Imp. §. fi. Instit. de action. dicit. Expoliatum bonis, Iuriscon. in l. fin. ff. de his quæ in fraud. dicit, Exutum bonis: ut paria sint, exui bonis, & expoliari bonis, id est, iacturam bonorum pati. Vide Zas. in dicto §. fin. Spoliare item pupillum dicitur tutor, qui malè admin. l. qui fundum. §. tueor. ff. pro empto. Sp.

SPOLIARIVM, locus ubi reseruantur spolia. eadem forma qua dicimus armarium. Lampridius in uita Commodi, pro loco ubi noxij necarentur usurpauit, & Seneca epist. 94. ad finē: Nunquid (inquit) aliquem esse tam cupidū uitæ putas, ut iugulari

ri in spoliario quàm arenam alit. Catanæus Plinij in Panegyric. interpres impensè doctus: Siue spoliarium, ait, appellatum, quòd uita priuarêtur, siue quòd ibi spoliati laniarentur. Spieg.

SPONDERE, inquit Varro, est dicere. Spódeo à sponte. nam id ualet, uoluntate. Ab eadem sponte, declinatū spondet. Spondet enim, qui dicit sua sponte, Spondeo. spondet etiam Sponsor, qui ut idem faciat, obligatur. & filia quæ nuptiarum causa appellabatur, & quæ desponsa erat, sponsa: quę pecunia (patrem) & sponsum inter se contrà rogata erat, sponsio: cui desponsata erat, sponsus: quo die sponsum erat, sponsalis: qui spoponderat filiam, Despondisse dicebatur, quòd de sponte eius, id est, uolūtate exierat. Non enim si nolebat (subaudi filia) dabat: sed dabat quod spōsu erat alligatus (nimirum sponsionē.) nam in comœdijs uides dici, Sponden' tuam gnatā filio uxorem meo? quòd tum & Prętorium ius ad legem, & Censorium iudicium ad æquum æstimabatur. sic Despondisse animū quoq; dicitur, ut despondisse filiam: quòd suæ spontis statuerat finem. Itaq; qui ad id quod rogatur non dicit, non respondet. ut non spondet ille statim, qui dixit Spondeo, si iocandi caussa dixit: neque agi potest cum eo ex sponsu. Ita quisquis dicit in Tragœdia: Meministine te despondere mihi gnatam tuam? quòd sine sponte sua dixit, cum eo agi non potest ex sponsu. Hactenus Varro: cuius uerba olim ex coniectura sic adiuuimus. Hotom. Adde Brechæum in l. sponsio, sub titu. de uerb. & rer. signific.

SPONGIAE, quibus columnæ, pauimenta, podia exterguntur, instrumenti sunt domus. l. quæsitū. §. canales. de fund. instrum.

SPONSALIA. Sponsalia sunt promissio & repromissio futurarum nuptiarum, l. 1. ff. de sponsalib. dicta sponsalia à spondeo. Moris enim fuit ueterib. stipulari, sibiq; futuras uxores spondere. l. 2. ff. eodē. Vnde sponsi sponsæq; appellatio nata est. l. 3. ff. eod. Etenim ut ex S. Sulpitio, Neratioq; Aulus Gellius refert, qui uxorem ducturus erat, non ab ipsa, sed ab eo unde ducturus erat, puta patre, uel fratre stipulabatur eam in matrimonium ductum iri. In sponsalibus autem constituendis parui refert, per se & corā, an per nuntium, uel per epistolam, an per alium hoc factum sit. l. fin. ff. eod. constat enim & absenti absentem desponsari posse, & hoc quotidie fieri. l. sufficit. ff. eo. Verùm in sponsalibus contrahendis ætas contrahentium definita non est, ut in matrimonijs. Quapropter a primordio ætatis sponsalia effici possunt, si modò id fieri ab utraq; persona intelligatur, id est, si non sint minores, quàm septem annorū. l. in sponsalib. [illegible] ff. eod. Cęterùm, sponsalia noua significatione quandoq; accipi uidētur pro muneribus, quæ sponsæ dantur. l. 1. C. si Imp. Anch.

SPONSALIA, inquit Modestinus, sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum. l. 1. ff. de sponsal. quo in loco tandiu legendum putaui Mutua repromissio, dum in mentem mihi uenit Modestinum Græcum hominem, Mentionem Latinè dixisse, ut apud Græcos dicitur [illegible] uel [illegible]. Definiri etiā sponsalia hoc modo possunt, ut sint mutua repromissio futurarum nuptiarū rectè atq; ordine inter eos quibus iure ciuili licet facta. Dixi mutua repromissio: quia tam uirum mulieri, quàm mulierem uiro repromittere oportet. unde Spondere olim puellæ pater dicebatur, adolescētis autem Despondere. Dixi Rectè atq; ordine: quia consensum non modò partium, uerumetiam eorum quorum in potestate sunt adhiberi oportet. l. 7. ff. eod. deinde quia licet neque stipulatio, neq; scriptura necessaria sit, testatione tamen opus est: tametsi etiam inter absentes, per epistolam aut nuncium contrahi possunt. l. 4. eo. Dixi, Inter eos quibus iure ciuili licet: quia sponsalia inter eos demum contrahi possunt, inter quos etiam nuptiæ possunt. l. si quis tutor, §. quamuis. de rit. nupt. ætate tn̄ excepta. l. 14. ff. de sponsal. l. 4. de rit. nup. ubi traditur sponsalia inter impuberes rectè contrahi, dummodo septē annis minores non sint. Hotom. Seruius autem Sulpitius

SPONSALIA sic exponit. Qui uxorem, inquit, ducturus erat, ab eo unde ducēda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidem spondebat. Is contractus stipulationū sponsionumq;, dicebatur Sponsalia. Tunc quæ promissa erat, Sponsa appellabatur: qui spoponderat ductu-rum, Sponsus. Sed si post eas stipulationes uxor nō dabatur, aut nō ducebatur, qui stipulabatur ex sponsu agebat, iudices cognoscebāt. Iudex quamobrem data, acceptáue non esset uxor, quærebat. Si nihil iustæ causæ uidebatur, litem pecunia æstimabat, quantiq; interfuerat eam uxorē accipi aut dari, eum qui spoponderat, aut qui stipulatus erat, condemnabat. Hoc ius sponsaliorum obseruatum dicit Seruius ad id tempus, quo ciuitas uniuerso Latio lege Iulia data est. Hæc eadem Neratius scripsit in lib. quē de nuptijs composuit. Gell. lib. 4. c. 4. Sponsaliorum autē formulam Plautus hanc profert in Pœnulo:

Agorast. Audi tu patrue. dico, ne dictum neges:
Tuam mihi maiorem filiam despondeas.
P. Pactam rem habeto. A. Spondésne igitur?
P. Spondeo. A. Mi patrue salue. nam nunc es plane meus. Item in Trinum.
—— Lysimach. Sponden' ergo
Tuam gnatam uxorem mihi? Char. Spondeo, & mille auri Philippûm dotis. Lysimach. Istac lege filiam tuam sponden' mihi
Vxorem dari? Char. Spondeo. Lysim. Et ego spondeo idem hoc. Hotom.

SPONSALITIA largitas, hoc est, donatio propter nuptias, specialis est contractus. de quo in Authent. ut sponsalit. larg. Spiegelius.

SPONSA patris, nouerca filij dicitur.

SPONSARE, sponsalia contrahere, stipulari sibi uxorem dari. Paulus l. trigesimaoctaua, ff. de ritu nupt. Si quis officium in aliqua prouincia administrat, inde oriundam, uel ibi domicilium habentem sponsare non prohibetur. Hotom.

SPONSIO apud antiquos genus erat stipulationis, qua plerunque uti solebant post interdicta, cùm lis quædam appendicula incidisset, aut etiam si alio modo inter duos controuerteretur. Fiebat autem sponsio, interposita stipulatione certæ pecunię, quam perderet qui sponsione uinceretur. Græcis erat decima pars rei controuersæ, in causis priuatis: in publicis quintā. Et interim coram recuperatoribus aut iudice disceptabatur, Ein verheyssung. Inde actio ex sponso, apud recuperatores uel iudices, intendi solebat, qui ex conuentione stipulantium de liticula cognoscerent. Cæterùm abolita paulatim sponsione, uerbum hoc latius productum est ad omnem stipulationem. idque est quod Paulus in lege Sponsio. Digest. de Verborum significationibus, Sponsio, inquit, appellatur non solum quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque. Ex illa autem antiqua & iudiciaria sponsione, ludicra quoq; alterius generis sponsio deriuata uide-

uidetur, quam nunc etiam frequentē uidemus, cùm depositis pignoribus, aut sine pignoribus, promittitur aliquid ultrò citroq;. Nisi res habeat, uel non habeat, Wetten. Cuius fit mentio in l. si rem tibi. §. ulti. ff. de præscript. uerbis. & in l. rebus. ff. de Aleæ lusu. Oldend. Adde Forcat. in Necyomantiæ dialog. 2. numero vij. & Adrianum Turnebum aduersarior. lib. viij. & cap. iiij.

SPONSIO appellatur, inquit Paul9, non solùm quæ per sponsus interrogationem fit, sed omnis stipulatio, promissioq;, l. 19. §. dictum, ff. de ædil. edict. l. 7. ff. de uerb. sig. Alij libri, Sponsi: corruptè. nā sponsus dicimus, unde Actio ex sponsu. Hotom.

SPONSIO, pro certatione pignorū ni ita se res habeat, ut qui deponit affirmat. Vlpian. l. 17. §. 5. ff. de præscript. uerb. Si quis sponsionis causa annulos acceperit, nec reddidit uictori &c. Item apud Marcianum l. tertia, ff. de aleator. Hot.

SPONSIO etiam in interdictis erat actio, quando non proprietatis, sed possessionis tantū erat controuersia. Cuius sponsionis exemplum est apud Ciceronem in Oratione pro Aulo Cecinna. Et Quintilianus lib. 7. Aliquando etiam sponsio erat interdicti appendicula & accessio. Vt cum iudex edixit de possessione deiectum in primis restituendū, & reus quidem contendat, se omnia quę oportuit, adimplesse, actor uerò inficietur planè se restitutum, liticula quædam suboritur, quæ sponsio dicebatur. Qui ea actione experiri uolebat, ex spōso agere dicebatur: & ueluti περικλεῖσθαι λιμένα. Brechæus in l. sponsio appellatur. ff. de uerb. & rer. sig.

SPONSIO, est promissio certæ pecunię, quam is qui litem intendit, daturū se, ni ueram causam habeat, promittit. Actor enim primùm spōdebat: id est sponte atq; ultrò sponsionem deferebat aduersario, quem ideo sponsione lacessere & prouocare diceba tur. ab eo nanq; postea summam eandem stipulabatur. hic autē aut fateri cogebatur, aut si inficiaretur, restipulari. tum actor iterum stipulanti aduersario spondebat. quod explicatius demonstratum est in Orat. pro Quintio. Hot.

SPONSIO à Sacramēto sic differt (ut in Quintianam exposuimus) quòd in sacramentis deponebantur in sacro pecuniæ: & qui causa cadebat, eius pecuniæ referebantur in ærarium. at in sponsionib. non deponebantur: sed tantùm interposita stipulatione promittebantur. Alijs omnibus in rebus simillima erat utriusq; ratio. quemadmodum ex ijs locis cognoscimus, in quibus sacramentum & in possessionis, & in proprietatis controuersijs interpositum dicitur: ut in lib. de orat. 1. & in orat. pro Mil. & apud Ascon. Verr. 3. ubi de ampliatione loquitur. Hotom.

SPONSIONEM facere in l. pen. ff. de aleæ lusu significat, stipulatione pignoreue deposito contendere, ut qui ex certamine superior discedat, pecuniā in stipulatum deductam pignoriue depositam ferat. Macrob. lib. 3. c. 17. Nec moratus sponsione contendit, pignus custodiente Munatio Planco. Sic & spōsionis causa anulos depositos accipe in l. 19. §. ult. ff. de præscript. uerb qui in hoc ex conuentione depositi erant, ut à uictore auferrentur. Nam in sponsionibus anulorum pignoribus olim certatum Plin. libr. 33. c. 1. docet. Quinetiam litigatores olim spōsionem facere certæ pecuniæ solebant, quæ eius lucro cederet, qui iudicio uicisset. Cuius rei causa uice mutua stipulationes interponi solebant. Testimonijs, quoniam à Budæo satis multa congesta sunt, utendum non putaui. Papinianus legem definit communem Reipublicę sponsionē. l. 1. ff. de legib. exprimere meo quidem iudicio uolens uim uerborum Græcorum πόλεως συνθήκην κοινὴν, quibus Demosthenes in legis definitione, ut est in l. 2. eod. tit. relatum, & Aristot. in eadem re lib. 3. politic. usi sunt.

SPONSIO ludicra olim erat, ea, quę scilicet absque interrogatione fiebat, sed depositis pignoribus: sicuti docet Budæus in annot. ad l. 2. de orig. iur. De hoc sponsionis genere habetur in l. si rem tibi. §. si qs sponsionis causa. ff. de prescriptis uerb. & in fact act.

SPONSOR est, ut rectè Accursius existimauit, qui spontè, & non rogatus, pro alio promittit. glo. §. primo, in Auth. de fideiussor. Quod & ex Verrio Festus tradit. Hinc sponsores dicebantur, qui pro candidatis promittebant, ne illi ambitus rei essent. Alc. in Parerg. probat, autoritate Ciceronis, & Plinij Iunior. Spiegelius.

SPONSORES dicebantur, quos nostri fideiussores postea nominarunt, id est, quibus spondentib. pecuniæ cuipiam creduntur, aut aliquid deniq; promittitur. Cicero pro Quintio, Cur cæteri sponsores & creditores non conuenerint? Idem ad Attic. lib. 1. Tulliola, deliciolæ nostræ, tuum munusculum flagitat, & me ut sponsorem appellat. mihi autem abiurare satius est, quàm dependere. Hot.

SPONSVM, actio erat ex sponsione quæ ab aduersarijs in priuatis controuersijs fiebat, nata. Cice. pro Quintio, Sponsionem facere maluit, fecit. Te iudicem C. Aquili sumpsit. ex sponso egit. Hot.

SPONSVS. Seruius in illud Æneid. x. Gremijs abducere pactas. id est, sponsas, inquit. nam ante usum tabularum matrimonij cautiones sibi inuicem emittebant, in quibus spondebant se consentire in iura matrimonij, & fideiussores dabant. unde & admissum est, ut dicam9 uirū à spondendo spōsum. Cæterùm propriè spondere puellæ est. ergo sponsus nō qa promittitur, sed qa spondet, & spōsores dat. Hot.

SPONSVS, fui. idem quod sponsio. Paul. l. 6. ff. de uerb. sig. Sponsio appellatur, non solùm quæ per sponsus interrogationē fit, sed omnis stipulatio, promissioq;. Seruius Sulpit. apud Gell. lib. 4. ca. . Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat, iudices cognoscebant. Hotom.

Itaq; ex spōsu agere apud ueteres significabat, ex stipulatu, ut in Varronis & Gellij s. citatis locis. Br.

SPONTE, aduerbialiter positum, in Rubr. C. de his qui sponte publ. mun. sub. Sua sponte, significat uoluntate propria, & suapte natura, sine hominis labore. Spiegelius.

SPONTE uenisse, aliud est, quàm adfuisse. l. si quis ex consensu. C. de episc. aud. Spieg.

SPORTVLA, erat apud Roman. quod in dies clientibus suis sub limine portæ exhibebant ad uitæ usum: cuius loco quandoq; pecunia dabatur. Hinc cum contestanda lis esset, actor & reus pecuniā contribuebant, deponebantq;: is autem qui in causa succubuisset, omnia pendebat. Atq; ea pecunia sportula dicebatur, à sporta, seu sportella, receptaculo maioris summæ pecuniarum. autor Alcia. in Dispunct. Sportulæ Iudiciales uocantur, τὰ δικαστικά, hoc est, iudicantium mercedes. Vide & Olden. actio. 13. Class. 1. Spiegelius.

SPORTVLAS Romani appellarunt tam stipes illas, quas salutatoribus, qui prima luce in atriū conuenire salutandi gratia solebāt, dabantur, quàm cœnas & cōuiuia, quæ eius officij nomine prestabātur. Erogationes quoq; illæ, quæ in ordinē decurionum fiebant,

fiebant, sportulæ appellabantur. l.5.§.ult. ff. de donatio. inter uir. l.6.§.1. ff. de decurionib. ut & ex Plinij Epist. ad Traian. lib. x. apparet. Sed & pecuniæ illæ, quæ iudicib. uel executoribus litium ac negotiorũ pro salario dabantur, Sportulę sunt appellatæ. Rub. de sportul. iud. l. xxxj. §. executoribus. ff. de episcop. & cleric. §. tripli. Institut. de actionib. l.4. Cod. de Castrensian. libro 12. l. duodecima, C. de proxim. sacr. scrin. l. ult. C. de præposit. agent. in rebus. l. ult. §. ut autem. C. de re milit. lib. 12. Briss.

SPORTVLAE pro salarijs annuis in l.120. ff. de legat. 1. nisi cui magis placeat municipales erogationes interpretari. Quo sensu in antiquis inscriptionibus hoc uerbum aliquotiens accipitur. Briss.

SPORTAE autem calathi sunt de uimine texti. l.3.§. ult. ff. de penu lega. In quib. etiam pecuniæ condi solebant, ut Ascon. in Verrin. scribit. Brisson. Solebant autem sportulis & canistris etiam cœnas ac prandia inferre. unde apud Arrian. in Epicteto σπυρίσι ἀπαιτεῖν Brod. Miscell. lib. 6. c. 17.

SPVRCARE, fœdare, corrumpere, impurũ reddere. Paul l. 1. §.1. ff. de extraordin. crimin. Fit iniuria contra bonos mores, ueluti si quis fimo corrupto aliquem perfudérit, aquas spurcauerit. Vbi tñ Correpto legendum suspicor. Vlpian. l. 27. §. xj. ff. ad legem Aquil. Cum eo planè qui uinum spurcauit, uel effudit, uel acetum fecit, uel alio modo uitiauit. Budæus interpretatur, aqua infusa diluit: ut sit antiquè positum. sed uideamus ne id subtilius dicatur, quàm uerius. Hot. At uinum spurcatum dilutum, & uitiatum aqua infusa recte dici testatur Festus & ita ueteres, locuti sunt. Et notum est illud Athenæi ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας τὸ ὕδωρ. Baldui. ad tit. de leg. Aquil. De Spurco uino uide etiam quid annotarit Forcatul. in suo penu iuris ciuilis cap. ix. ubi similiter affirmat. Spurcum uinum explicasse Grammaticos aqua mistum, & spurcare, aqua diluere, & ita quidem Budæum secutum esse autoritatem Festi Pompeij. Addit præterea, quod non abs re dici posset, grauius esse spurci significatum, quàm ut aqua reddi possit, & magis agi Aquilia in aquam infundentem in uini meri dolium, ex illa gñrali clausula, Vel alio modo uitiauit, quàm ut spurcasse uideri: nec temerè Festum dixisse, spurcum esse uinum aqua mistum, sed id tantum in sacrificijs. Spurcum uinum igitur dicitur, quòd sacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antistius lib. 10. commentarij Iuris pontificij, cui aqua admista est, defrutúmue aut igne tactum, mustúmue antequam deferuescat, ergo nõ esset alioquin spurcum uinum dilutum, nisi sacrificijs adhiberetur, argumento est, quod defrutum dulcissima potio, l. fin. §. fin. ff. de triti. uin. & ol. Spurcum à Labeone uocatur utique sacris destinatum. igitur spurcari uinum propriè dicitur, cœno lutóue uel simili illuuie & ita aqua ipsa spurcatur l. prima, ff. de extraord. crimin. id est, immunda fit sordibus, sed sacrorum causa augetur immunditia religioni contraueniens & spurcitia dicitur, ita Imperator in l. mortuorum. C. de religi. dixit sanctum municipiorum ius pollui, si reliquiæ intra ciuitatem condantur: quod mirum est pollutionem dici ex eo quod religiosum locum alioquin faceret. §. religiosum. Institut. de rer. diui. sed in sacris & religiosis omnia ex formula seruanda sunt. Sed & aquæ dicuntur spurcari, cum corrumpũtur aliqua re, quæ illas uitiet iniecta. Paulus de Extraord. crimin. l. 1. Si aquas, inquit, spurcauerit. Nebriss.

SPVRII. Plutarchus in Problem. Spurius primum nomen est apud Romanos, ut Sextus, & Decimus, & Caius. Prima autem nomina non tota scribunt: sed aut una litera, ut T. Titum: aut duabus, ut Cn. Cneum: aut tribus, ut Sex. Sextum: & Ser. Seruium. Sic Spurius Sp. scribebatur. eos autem qui sine patre erant, qui ἀπάτορες Græcè dicuntur, S. & P. designabant, quasi sine patre dicerentur. Hactenus Plutarch. Hotoman. uide & Crinitum lib. xx. cap 5. de honesta disciplina. Cæterum quos uulgo Bastardos uocamus, interdum Spurij dici possunt, interdum non possunt, ut hi quos principes agnoscere solenniter solent, quasiq; adoptare. Interpretes legitimare, nullo autore appellant. Vide Budæum in l. uulgo concepti. ff. de statu homin. Spurius proximitatis nomine, successores habet, qui bonorum possessionem petere possunt. l. spurius. & l. Modestin. ff. unde cognati. Spiegelius.

SPVRIVS appellatur, qui uulgo quæsitus & patre incerto natus est, quasi σποράδην conceptus. §. si aduersus. in fin. Institut. de nupt. l. xxv. ff. de captiu. l. tertia, Cod. soluto matrimon. l. xxix. §. j. ff. de inofficios. testament. l. quarta, ff. unde cognat. l. 6. ff. de decurionibus. Caius lib. 1. Instit. tit. 4. Vlpian. in Instit. tit. 4. Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt, Spurij appellantur. Itemq; uulgo conceptos spurios esse titulo v. scribit. Quos & Fauonios antiquitas dictos Isidor. libro ix. Etymolog. capit. v. notat. Ex libera etiam conceptũ & seruo, uelut spurium haberi aiunt Impp. in l. sexta, ff. de suis & legit. propterea quòd ei licet certus pater est, is tamen est qui iustus pater esse non potuit. Briss. Adde Cuiac. obseruatio. & emendatio. lib. 5. cap. 6. & Curt. libr. 3. ἀκατόνων, cap. 8. tomo primo.

SPVRIVS & Nothus sic differre uidẽtur, quòd illo nomine appellatur, qui non ex matrimonio, siue iusto, siue iniusto natus est: sed uulgò est conceptus: uti docet Modest. l. 23. ff. de statu hom. Nothus uerò, qui ex matrimonio quidem, sed falso & iniusto. νόθος enim φαῦλος Græcis significat. Quintil. lib. 3. c. 6. Nothum qui non est legitimus Græci uocãt: Latinum rei nomen, ut Cato quoq; in Oratione quadã testatus est, nõ habemus, ideoq; utimur peregrino. Hæc Fab. Generalius tamen Græci Nothos appellarunt, idq; nomen in omnib. ijs posuerũt, qui ex concubitu iniusto nati essent. Hesych. σκοτογίνητα, inquit, παρθενογίνητα, οἱ μὴ γνήσιοι παῖδες, ἀλλ' ἀπὸ πόρνης, ἢ φίλης, ἢ δούλης, ἢ παλλακῆς, ἀλλότριοι. Hotom.

SPVRIVS appellatur etiam is, qui ex iustis quidem nuptijs est susceptus, nimirum quum uxor ab hostibus cum marito capta, in seruitute enixa est: uerum sola deinde cum filio reuersa est. hæc Marcian9 l. 25. ff. de capt. & postlim. reu. Hotom.

S T

STABVLA, ueteres appellarunt diuersoria, & quas tabernas uocamus. Sed & hæc uox pro septis accipitur, quibus iumenta uel greges stabulantur. In priore significatu accipienda est apud Vlpia. in l. urbana prædia. de uerb. sig. In posteriore sensu uidetur accepisse Nerat. in l. eo iure. In quibus caus. pig. tab. contrah. Ex Alciat. Spieg.

STABVLVM locum ad stationem iumentorũ paratum significat. l. 13. in fin. ff. de usufruct. Hoc qui exercent & iumenta apud se stabulari permittunt, Stabularij uocantur. l. prima. §. caupones. l. quinta, & l. ult. in fin. ff. naut. caup. stabul. l. 1. ff. furti aduers. naut. caup. stabul. Briss.

STABVLVM etiam ad hominũ mansionẽ constitutum diuersorium significat. l. 1. in fin. ff. furti aduers. naut. Vnde stabulũ πανδοχεῖον uertit Theoph. in §. pen.

§.pen.Instit.de oblig.ex quasi delic.Cypria.Epist.13. lib.3. Aut si,inquit,in uia stabulum aliquod obsideri & teneri a latronibus cœperit, ut quisquis ingressus fuerit insidentium illic infestatione capiatur, nonne commeantes hac opinione comperta stabula alia appetunt tutiora, ubi sunt fida hospitia & receptacula commeantibus tuta. Varro libro 4. de Ling.Latina. Inde Locarium quod datur in stabulo aut taberna, ubi consistunt.Briss. Adde Peckium l.1. §.caupones, in tit.nautæ, caupo.stab. Hinc

STABVLARIVS, qui stabulū exercet, tectoq; uiatores, uel Commessatores accipit. Senec.lib.1.de benefic.c.13.Nemo,ait,se stabularij aut cauponis hospitem iudicat.Tertull.in Apolog.cap.39. Alijs cœnaturis creditor erit necessarius, Herculanarum decimarum polluctarum sumptus stabularij supputabunt. Vbi tamen Rhenanus sine ratione, tabularij, emendat. Apuleius libro 2. de asino aur. Sumo,ait, sarcinulam, & pretio mansionis stabulario persoluto capessimus uiam. Briss.

STADIVM Latinè curriculum,in quo equi hominésue currunt, & certant Athletæ. estq; stadium octaua pars milliarij, quod uno spiritu confecit Hercules,ut dicit glo in §.uniuersitatis,in uerbo Stadia. Instit de rer. diuis. Io.Bello.Etym.Cæterum sciendū est nomen ipsius stadij diuersum ac multiplex fuisse tum spatio inter se dissimili: Præcipuè autem nominatur Olympicum, Pythicum & Italicum. Nam Pythicum quidem pedibus millenis finitur. Olympiacum, pedibus 400 Italicū pedibus 125.sic enim Censorinus refert, qui de Natalitio ad Cerellium scripsit. Neque me latet Herculis quoq; stadium ab antiquis celebratum, quo 200.pedes haberentur: quod ipsum stadij spacium Hercules suis pedib. metatus est Pisis apud Iouem Olympicum: de quo & Plutarchus,& in Atticis Gellius meminerunt. Neq; desunt etiam auctores, qui tradant octauam partem milliarij ipso stadio ferè contineri: tum Diaulon & Dolichon addunt. Vt enim stadij mensura pedes 400.habet in uniuersum: ita Diaulus 1200. Dolichus stadia 12.& Schenus 20.ut ipse etiā Plinius refert: etsi hoc totum in Græcorum Commentarijs, cum à plurib. alijs,tum ab ijs relatum est, qui Platonis leges interpretati sunt: quo loco de currendi ratione, & ludis Olympicis differit. Pollio autem Vitruuius Stadiatas porticus appellauit, ex ipsa stadij, ut puto, mensura, sicuti etiam Milliarias dicimus. Crinitus libro 21. cap.x.de honest.discipl.

STADIVM. Lege mensurarum nomina.

Stänð deß Reichs. uid. Magistrat9 municipales.

STAGNVM est, quod temporalem continet aquam, ibidem stagnantē. Quæ quidē aqua plerunq; hyeme cogit̄ Vlpi.in l.1.ff.ut nauig lic.in flum. pub. Dicitur autē Stagnum autore Festo quod in eo stet aqua: alij quod is loc9 à Græcis inde dicatur quia bene contineat aquam. Brod. Miscell.lib.1.c.27.

STALLVS in choro c.dilect9.de præben.disces ex Canonistis, & putem eum locum ubi sedere Canonicis in fratrem receptis licet.

STAMEN, quidquid in colo ad nendū ponitur. Subtegmē dicitur filum quod sub tegmine texitur. Vlp. Vtputa, ait, stamen & subtegmen.in prin.l.si cui lana.de legat.3.

STAMEN & subtemen lanæ appellatione contineri Sabinus putat, l.si cui lana, §.1. ff.de leg.3. Paul9 in sententijs contrà. Vnus Stamen & subtemen accipit pro filo staminis, uel subteminis causa parato. Alter propriè pro eo, quod iam est in tela contextum. lanæ enim finis est, quoad usq; ad telam peruenerit. Subtemen tamen propriè est id, quod subest stamini,& ita glossæ, in l.uestimentum. ff.de aur.& argen. leg subtemen [illegible] & Lucilius apud Nonium (ut manu scriptis legi) Foris subteminis panus est. ubi panum significare Nonius declarat inuolucrum tramæ, eundemq; per deminutionem uocari panuclam Sic enim & ijdē scripti manu libri habent, non panulam: & Hesychius etiam ipse panuclam siue papuclum, non panuellium, dicere uoluit, cum ita scripsit: [illegible]. Cuiac. obseruat. lib.undec. cap.6.

STAPHAS Itali uocant lora illa quibus in equo sedentium pedes utrinq; innituntur ac sustinentur. Sunt qui ephippia ab antiquis nominata putēt. Sed hi tota aberrant uia. Fuerunt enim hæc priscis incognita, ut ex equestrib. statuis, tum ex ære fusis, tum è lapide factis colligere licet, in quibus nihil tale uisitur. Brodæus Miscell.lib.4.cap.16.

STARE, pro manere & firmum esse. l. sancimus. C.de testam.

STARE, de inanimatis etiā dicit̄.ut nauis, flumē, currus.

STARE cū aliquo, p partes eius seq,& ei fauere.

STARE decreto, pro obedire, & non prouocare. Dem vrtheyl statt geben.

STARE per me, per te, per illum, quo minus id fiat, cum nos, uel aliqui alij causa sum9, ne quid fiat. Vide l.1. §. non exigitur. l ult. § fi. ff.quod leg. l.si per te non stat. C.de usur. Spiegelius.

STARE sententiæ arbitri nihil aliud est, quàm id agere quantum in se sit, ut arbitri sentētiæ pareatur. l.28. §.ult. ff.de recept.qui arbitr. Briss.

STATANVM siue Statinū Deū uel Deam pueritiæ præsidem facit Varro lib.de lib. educ. Nomē inde traxit, quod (ut idem Varro scribit 11.de uita pop. Rom.) natus puer simul ac sublatus erat ab obstetrice, statuebatur in terra, ut auspicaretur rectus esse. Ad quem morem forsitan referenda sunt hæc uerba l.3.C.de post.her.Inst. Illicò postquam in terram cecidit, uel in manibus obstetricis. Certè sic poetæ loqui solent. Papinius 1.Syluarum: tellure cadentem, Excepi fouiq; sinu. Et lib.5. meus ille Natum protinus, atq; humū per ipsam, Primo murmure uagientem, Blando Calliope sinu recepit. Cuiac. Obseruat. lib.undec.cap.30.

STATERA, iudicij æqualitas c.1.de re iud.lib.6.

STATER, & siclus eadem sunt Ant. Aug. ad Modestin. Siclus pendit semunciam. Prat.

STATEMVS, id est, mansio, milliaria habet sesquinouem & uiginti, Acht vnnd zwentzig Welsche meil/Ein posstreyß. Cuius sit mentio, Nou. Vt omn. prouin.mag.obtemp.Const.68.

STATIM, cum temperamento temporis accipiendum in certis Iuris nostri locis, Alber. ostendit. Est ubi pro ilicò ponitur. ut in l.fin. C.de bon.quæ liber. Vide Bart.in l.qui pignori obligari. §. final. ff.de Auth. tut. Spiegelius.

STATIM aliquādo idem significat quod perpetuò & perseuerāter, sine intermissione, sine laxamento. Sic enim accipi sæpè in alijs auctoribus duo celebres Grammatici notarunt, Nonius & Donatus. Cuiac. Obseruat.& emendat.lib.5.c 12.

STATIM atque. Vlpian.l.si maritus.de adult. Et primum, inquit, Pomponius putat, admitti accusationem extraneam posse statim atq; negauerit: cui assentiendum puto. Spiegel.

STATIO a stando, uel statuendo appellatur. Ea igitur appellatione is locus demonstratur, ubi quid statui-

statuitur & stat. Sic nauium stationem Vlp. interpretatur ubi tutò naues stare possint. l. 1. §. non autem, in fin. ff. de fluminib. Sic apud Virg. Æneid. v.

Statio malè fida carinis.

Et libro 4. Georgic.

Statio tutissima nautis.

Inde portum stationem esse conclusam idem Vlp. dixit in l. 59. ff. de uerb. sig. Briss.

STATIO etiam iumentorum in l. 13. in fin. ff. de usufruct. Et statio militum l. 3. §. qui stationis. ff. de re milit. Et apud Plin. lib. x. Epist.

STATIO aliquando accipitur pro uigilia. ut apud Modest. de re milit. l. desertorem. Qui stationis, inquit, munus reliquit. Hinc stationarius miles, qui uigilijs deputatus est. Vlp. de offic. præf. urb. l. omnia omnino: Milites, ait, stationarios habere, ad tuendā popularium quietem. Est & statio, portus nauium: ut in quem se recipiunt naues. Vlp. de flum. l. ait prætor. Stationem, inquit, dicimus, à stando. Is igitur locus demonstratur, ubi naues stare possunt. Nebriss. Stationarij, quorum fit mentio libro duodecimo, C. erant electi ex agentibus in rebus qui cursui publico præessent, de quibus latius Alciat. libr. Parerg. vj. cap. mox citando. Spiegel.

STATIO, locus ubi quis sui muneris obeundi causa se sistit, & ab interuentoribus appellari solet. Vlp. l. item apud, 15. §. conuitium, 5. ff. de iniur. Idem, Et si ad stationem uel tabernam uentum sit, probari oportere. Gell. lib. 13. c. 13. Quæsitum esse memini, in plerisq; Romæ stationibus ius publicè docentium, aut respōdentium, &c. Idem in l. Fulcinius, 7. §. illud sciendum, 6. ff. quib. ex cau. in poss. deniq; eum quoque qui in foro eodem agat, si circa colūnas aut stationes se occultet, uideri latitare ueteres responderunt. Hotomannus.

STATIONES etiam dicebantur, quò homines conuenire, stare, & in circulos cogi consueuerant. ut Plin. lib. 1. Epist. ad Senecio. Plerique in stationibus sedent, tempusq; audiendis fabulis conterunt. Idem lib. 2. Epist. ad Apoll. Itaq; prehendo amicos, supplico, ambio, domos stationesq; circumeo. Iuue. Sat. 11.

Conuictus, thermæ, stationes, omne theatrum.

Vlp. in l. 15. §. conuicium. ff. de iniur. Idem: & si ad stationem uel tabernam uentum sit. Vide & quæ de eodem uerbo diximus lib. 2. Antiquit. uide plenius Cuiac. obserua. lib. 2. cap. ult.

STATIONES fiscales. l. 3. C. de compensatio. l. 1. C. ne fiscus rem quam uendidit euincat. l. 19. de susceptorib. in C. Th. Briss. Adde Cuiac. in d. l. 1. C. ne fiscus rem, &c. C. libr x. ubi dicit, Stationes esse mansiones, in quibus officia fiscalia consistunt, l. 1. C. de compensat. & l. 2. C. de solut. lib. xj. ubi pro rationib. legendum stationibus, ut & Accursius legit, qui tamē malè fingit fiscum in ea specie debitori suo eidemq; creditori successisse, cum sit ponendum duobus fiscum successisse, debitori & creditori ex diuersis tamen stationibus. & in Nou. 91. duo fiscalia debita sic accipiuntur, duarum fisci stationum debita.

STATIONARII in rub. C. de curios. & sta. pro ijs accipiendi sunt, qui fugitiuos, & ad hostes transeuntes, deferunt, Amm. Marc. authorib. lib. 18. Sunt autem ijs milites deputati ad aliquem tuendum locum in limitibus imperij: dicti ordinarij, quòd in stationibus habitent, nec uagentur. Hæc Alciat. in tres posteriores lib. C. Cæterùm Budæus quoq;, in annotat. ad Pandectas ex l. limenarchæ. de seru. fugit. stationariorum mentionem faciens, Stationarij, inqt, milites sunt præsidiarij, quos ordinarios appellamus, qui in locis finitimis stationes agitare solēt, ad repētinos hostium incursus intenti. Ex his limitanei, à limitibus, dicti sunt. Hæc ille. Quibus itaq; custodiæ, aut præsidij gratia statio assignata est, stationarij milites dicuntur. Item, qui in urbibus, aut prouincijs tenentur ad populorum quietem tuendam, stationarij uocantur. Vlpia. in l. 1. de offic. præfect. uigil. Et sanè debet (ait) dispositos milites stationarios habere, ad tuendam popularium quietem. Anch.

STATIONARII sunt ex cohortalibus, de quibus l. j. C. de curios. lib. 12. & l. 6. de dignita. C. eo. qui & διάβασοι. Cohortales uerò sunt officiales præsidū uel consularium uel correctorum. Cuia. ad l. 1. de cohortalibus, principib. &c. C. d. lib. 12.

STATIONARII tabelliones, qui in stationib. cum subadiuuis ministrisq; suis morabantur, & instrumentis subscribebant, quos Iustin. in Nou. 44. συμβολαιογράφους appellat, id est, contractuum scribas, q & tabelliones dicuntur. Lege caput xix. libri sexti Parerg Alciat. Spiegelius.

STATIONARIORVM nomine apparitores Præsidum per prouincias constituti significantur, q notorijs crimina nuntiare Præsidibus solebāt, ut apparet ex l. 1. C. de curios. & stationar. lib. 12. & ex l. 31. de episc. & cler. in C. Th. Stationes autem militū per Italiam disposuisse Tiberium Suet. in eius uita cap. xxxvij. scribit. Briss.

STATIVA. Statiua loca dicuntur, in quibus aliquis moratur, à stando dicta. Alcia. in l. tractationes. C. de tract. & stat. lib. 12. Itaq; statiua, & statiuæ quasi stationes dicuntur, siue munitiones, in quib. ut propiùs pugnent, milites consident. Liuius lib. 1. Tentata res, si primo impetu capi Ardea posset. Vbi id parùm processit, obsidione & munitionib. cœpti premi hostes. In his statiuis (ut fit) longo magis, quàm acri bello, satis liberi cōmeatus erant. Idem Liuius lib. 9. Statiua nostra munimēto satis tuta sunt. Anch.

STATIVA Eustathius ἀπλήκτα interpretatur & rectè. Cuiac. ad l. 1. de tractorijs & statiuis. C. lib. 12.

STATOR. Stator est, qui adstat lateri regis, & corporis est stipator, ut si quando opus sit, ad imperium, nutumq; regis præsto foret, teste Alexan. Genial. dier. Quomodo maximè accipitur in l. 4. ff. de offic. proconsul. Vbi Vlpia. Nemo (ait) proconsulum statores suos habere potest, sed uice eorum milites eo ministerio in prouincijs funguntur. Lego autem ibidem pro stratoribus statores, ut nonnulli legunt, sed pro superiore significatu, non alio. Stator etiam is est, quem princeps uaria necessitate mittit ad prouincias, ut nuntiet aliquid, cui tenentur prouinciales subinde mutare equos, quo celeriùs eat. Vulgus uernacula lingua equitantem principis famulū uocat. Quo sensu accipiendus est C. in tit. de Stratoribus. lib. 12. testimonio Alciati, illic scribentis, & Bud. in Græcæ linguæ Comment. Et censent ij, iudicántque pro stratoribus reponendū esse statoribus, qđ ex l. unica eiusdem tituli fieri debere manifestissimè colligitur. Postremò, stator dicitur nuntius, seu apparitor magistratuum, qui reos in ius, uel in carcerē ducebat. Sic dictus Budæo à sistendis reis. Cicer. ad Cælium. Existimaui tamen esse faciendum, ut ad te statores meos & lictores cum literis mitterem. Hoc sensu accipitur in l. 1. de custod. reor. C. Et hæc de statore. Anch. Adde Adrian. Turneb. aduers. lib. 4. c. 19.

STATVA. Statua dicitur opus sculptile, & fusile, imago uerò opus pictum. Vnde in titu. de Statuis & imaginibus. Imperator statuit, ne iudices uel statuas, uel imagines (quæ uirtutum præmia merentibus olim

olim fuêre, ut apparet ex l.ult.C.d.titu.) sine principis consensu erigant: & statuit, ut, si quando principi statua erigatur, iudex adsit, nec uult subditos in statua principi facienda ulla pecuniarum collatione grauari debere. Extat etiam & tit.lib.1.C. De ijs, qui ad statuas confugiunt. Vbi Imperator statuit puniendos esse eos, qui sine iusta causa, sed duntaxat animo creandi inuidiam inimicis, ad statuas principis confugerint. Qui uerò sui defensionis gratia, aut alia iusta causa, eos esse iure & legibus uindicandos. Quæ constitutio continetur in l.capitalium.§.sed & statuas.ff.de pœnis. Vbi Callistratus, Ad statuas, inquit, confugere, uel imagines principum in iniuriã alterius, prohibitum est. Cum enim leges omnib.hominibus æqualiter securitatem tribuant, meritò uisum est in iniuriam potiùs alterius, quàm sui defensionis gratia ad statuas, uel imagines principum confugere, nisi si quis ex uinculis, uel custodia detentus à potentioribus, ad huiusmodi præsidium confugerit. His enim uenia tribuenda est. Ne aũt ad statuas, uel imagines quis cõfugiat, senatus censuit, eumq;, qui imaginẽ Cæsaris in inuidiã alteri9 prętulisset, in uincula publica coerceri, diuus Pius rescripsit. Anc.

STATVAE affixæ basibus structilibus: aut tabulæ ligatæ catenis, aut erga parietem affixę, aut si similiter cohærent lignis, non sunt ędium, ornatus enim causa parantur, non quo ædes perficiantur. Idem Labeo ait Prothirum: qui in ædibus iterum fieri solet, ædium est. Pompon.de uerb.sig. Maff.

STATVAS, & imagines quidam hoc inter se differre putãt: quòd statuæ sint æneæ, eboreæ, lapideæ: imagines cereæ, & pictæ. Vide l.unicã. C. de his, qui ad stat.Princ.confug. Extant & hodie apud nos statuæ in nõnullis ciuitatib9, ad quas, exceptis aliquot criminibus, confugientes, feruntur tuti, Imperatoris maiestate. Spiegelius.

STATVAS olim ueteres, cùm nomẽ alicuius de Republica bene meriti immortalitate apud posteros donatum cuperent, solenniter decernere consueuerunt, quarum aspectu constaret perpetuò rei gestæ memoria. Quo in genere obseruationum honesta uoti ratio, haud dubiè multos ad uirtutis imitationem inuitans, certè non potest improbari. Verùm hoc seculo, prælucente diuino uerbo, palàm uidere licet, quantò felicius id bonis literis, quàm ulla possit statua præstari. Siquidem nullum externę rei monumentum humana arte sic potest apparari, qd̃ non inuidia, uel neglectus posteritatis, aut etiã temporum uicissitudo facilè subuertat. Literarum uerò diuinitus inditam maiestatem, nulla unquã uis, aut incuria hominum poterit abolere. Olden.

STATVAS principum his, qui ad eas confugissent tutissimum asylum fuisse in libro 4. Antiq. docuimus. Inde ad statuam confugere, id est, ad statuã Cæsaris, legimus l.2. ff.de his qui sunt sui uel alien. l.1.in prin.ff.de offic. præf.urb.l.17. §.apud Labeonẽ. ff.de ædilit.edict.l.28.§.ad statuas.ff.de pœn.l.quinta, ff.de extraord.criminib. l.un.C.de his qui ad stat. confug.§. sed & maior. Institu.de his qui sunt sui uel alien.iur. Sueton. in Tiber cap.53. Nouissimè calumniatus, modò ad statuam Augusti, modò ad exercitum confugere uelle, Pandatariam relegauit. Plin.libro x Epist.ad Traian. Miles qui est, in statione Nicomediensi scripsit mihi Callidromũ quendam nomine cùm detineretur à pistoribus, quibus operas suas locauerat, ad tuam statuam confugisse. Briss.

STATVIT uerbum, rem perfectam significat & consummatam, non cœptam in postulatione edicti. Quod quisq; Iuris. teste Vlpia.in l.1.eod.tit. Spiegel. Ideò hęc uerba, Quod statuerit, qui iurisdictioni prę est, cum effectu accipimus, non uerbotenus: nam si cum uellet statuere prohibitus sit, neq; effectum decretum habuerit, cessat edictum. Vlpian. Quod quisque iuris. Maffeus.

STATVLIBER est, qui statutam & destinatam in tempus, uel in conditionem, habet libertatem. l.1. de statulib. Spiegelius.

STATVLIBER, est qui testamento certa conditione proposita iubetur esse liber. & si per hæredem est, quo minus statuliber præstare possit, quod præstare debet, nihilominus liber esse uidetur. Adde Connan.comment.lib.2. cap.quarto, numero x. Festus. Hotomannus.

STATVMINA. Lege, Pedamentorum.

STATVM, participium, à uerbo sisto, quod est præsento, & quasi præsentiam corporis exhibeo. Vlpian.in l.3.si quis in ius uocat: Cum quis, inquit, iudicio sisti promiserit, neq; adiecerit pœnam, si non statum esset. Idem si ex nox.caus. l. 1. non uideri, ait, in eadem causa statum. Spieg.

STATVM iri, apud Vlpian. repromissio, inquit, planè exigenda est, uoluntati defuncti statum iri. l. si quando.ff.ut legat.seu fideicommis.seruan. caus. caueat. Spiegelius.

STATVM quoque ætatis dicimus. l.penulti. C. quando dies leg.ced. Et inde uerba hæc, Cum ad statum suum peruenerit, sic accipimus, cùm uicesimũ quintum annum attigerit. l.77. §. curatoris. ff. de leg. libro 2. Brissonius.

STATVM etiam obligationis, pro conditione & natura dicimus l.9.§ 1.ff.de duob. reis. l.108. in fi. ff. de uerb.oblig.& l.124.ff.eod.tit. coniuncta l.12.§.penult.ff.de solutionibus. Briss.

STATVR uerbum rem perfectam significat, & sententiam diffinitiuam. c.in ijs.extr. de uerb.signif. Ioan.Bello.Etymolog.

STATVS, aliàs significat caput causæ seu principalis quęstionis Iuris uel facti, ad quam reliqua sunt referenda.

STATVS, aliàs accipitur, pro cõditione, in qua uiuunt homines alius alio iure ac ordine: Vt in titu. ff.de statu hominum. Olden.

STATVS, pro stata & firmata ætate: nimirũ annorum xxv. Paulus l.quum pater, 77.§.curatoris, 14. ff.de leg.& fid.2. Quanquam igitur testamento cautum esset, ut quum ad statum suum frater peruenisset, ei demum solueretur, &c. Hot. Hæc ætas Græcè ἀκμὴ uocatur, & ideò status dicitur, quia scilicet sit crescendi finis, quamobrem & perfecta, plena, integra ætas in libris nostris appellatur, quæ sequitur ętas παρακμὴ nominatur. Et auctore Galeno etiam ipse Hippocrates sensit, hanc ætatem xxv. annorum esse pubertatis finem, dum lib.5. ἀφορισμῶν ait, comitiales morbos accidentes ante pubertatem ætatis mutatione sanari, accidentes anno 25. non item. Cuiac. super Rubr.tit.ff.de minorib.25.annis.

Et STATVS causæ pro liberalibus iudicijs, quibus ex libertate in seruitutem, uel ex ingenuitate in libertinitatem quis petitur. l.8. §. si quis. ff. rem ratã hab.l.1.C.de off. prætor.l.39.§.si status.ff.de procur. l.1.§.sed & si de statu.ff.de tab.exhiben.l.6.C.de fide instr.l.3.C.de ord.cogn.& aliàs sæpe. Serui porrò statum non habent Ideoq; in libertatem perducti mutare statum non uidentur. l.4.§.ult.& l.4. ff.de cap.minut. Statum aũt mutant liberi omnes, qui uel ciuitatem, uel libertatem, uel familię ius amittunt. l.2.ff.de

in integr.restit.l.1.ff.de cap.minut.l.9. §.Papinian.ff. de minoribus.Brisson.

STATVS dies cũ hoste uocatur,qui iudicij causa constitutus cum peregrino.Eius enim generis ab antiquis Hostes appellabantur,quòd erant pari iure cum populo Roman. atque Hostire ponebatur pro Æquare. Plau.in Curcul. Si status condictus cum hoste intercedit dies, tamen est eundum quo imperãt, ingratis. Festus. Hotom.

STATVS hominum. Status hominum dicitur conditio, qualitásue personarum, qua quis plurimũ potest. Appellatur autem in Institutionibus ius personarum.

STATVS autem personarum conditioné significat. Secundùm quam alij ingenui sunt, alij libertini,alij serui.tit. de stat.hom. titu.ne de statu defunct. Vnde instruméta status, quibus manumissio uel ingenuitas probari potest.l.8.ff.quod met.cau. Briss.

STATVS Romani mutatio prima, à regibus ad Consules: cuius non alia fuit causa,quàm tyrannis, hoc est,sæuum ac uiolentũ imperium, quod rex ultimus tandem exercere cœpit.l.2.§.exactis deinde. ff. de orig. iur. Secunda mutatio,à Consulibus ad Decemuiros:quæ propter Leges ferendas contigit. Et est origo XII. Tabularum, quæ cœpit anno ab urbe condita 303. Ab eiectis uerò regib.l.x.d.l.2. §. Postea ne diutius. Tertia mutatio à Decemuiris rursus ad Consules. ibid. §.deinde quia difficile. Quarta & ultima Romani status mutatio, à consulibus ad unum principem. Quæ monarchia ad nos peruenit. §.nouissimè sicut. Oldend.

STATVTI. Fuit certus aduocatorum numerus in foro præfecturæ prætorianæ & urbicariæ, qui statuti dicebantur, sicut in quaq; militia & collegio certi statuti sunt, alij supernumerarij dicũtur,& fuit sub primicerijs, ut Balsamon scribit Nomocanonis 8. c. 13. Ex eis duo fisci patroni quotannis prodibãt: qua ex re curiali & cohortali fortuna liberabantur cum liberis omnibus quandocunq; susceptis.quod tamé illustres non habuerunt. nam liberi ex eis ante illustratum nati, non sunt illustres. Cuiac. ad l.curialib. consortijs C.de decurionib.& filijs eorum &c.lib.x.

STATVTA libertas dicitur, quæ in dië uel conditionem destinatur.l.prima,& l.sexta,ff.de statulib. l.lxxxj. §.penultimo, ff.de legat. libro primo, l.xv.& l.xvj.ff.de noxalib.l.xxvij.§.de eo quoque.ff.ad leg. Iul.de adulter.l.ix.in fin.ff.de optio.leg.l.xxv. §.primo,ff.de liber.cau. Briss.

STATVTVM, idem quod Lex ciuilis uel municipalis. Et hoc recipere interpretationem, Salomonius affirmat, & Zasius astipulatur. Quod est contra eos qui contendunt,non aliter statuta,quàm uerbotenus intelligenda. Sciendum autem,quòd Roman. Ius ab initio non aliud fuit, quàm municipale: nec XII.Tab. Leges aliud tum erant,quàm id quod nostri nunc statuta uocant. Post propagatum uerò Imperium,cœpisse Ius esse commune inter omnes Imperij Romani populos.quod ceu positiuũ, Iurecoss. secundum uoluntatem,ex bono & ęquo semper fuit interpretatum.ut in ipsis Pand.libris licet inspicere. Quia uero nihil est inęqualius locorum circunstantia,non potest Ius Romanum ęqualiter obseruari ubiq; : idcirco receptum est,scribi statuta, non solùm ut aliquid addatur,aut detrahatur Legi generali, uerum etiam contra Legem generalem Romanorum. l.omnes populi.& §.ius autem ciuile.Institut.de iur. natur. Spiegelius.

Στεγοστέγια, in Nouella cœnacula, quæ pensiones sunt ædium. Vide Cuiac.obseruat.lib.6.cap.6.

STBLAE,sunt propriè lapideæ pilæ surrectę,in quibus fœdera inscribi solebant,ut omnibus innotéscerent: & in quibus etiam homines proscribi solebant.Bud.l.uenditor.Com.præd.Olden.

STELLAM diurnam uocat eleganter Luciferũ; ut hesperum noctiferum uocauit Catullus: Inde, inquit, usq; ad diurnam stellam crastinam perpotabimus. Turneb.aduers.lib.18.c.14.

STELLATVRAM interpretatur Lampr. in Alexan. ut tesseram frumentariam significet. Alciat.in Annot.ad l.septem dieb. C. de erogat. milit. annon. libr.12. Bud. Stellatura, inquit, nomen erat annonæ militaris: quod apertius fit ex uerbis Spartiani in Pescennino. Scholium Egnatianũ in Lampridiũ huic non quadrat,alioqui probum. Spieg. Adde Cuiac. ad d.l.septem dierum.

STELLIONATVM Iurecõsulti appellãt fraudem omnem atq; imposturam, quæ propriam significationem non habet, & in proprium delicti nomé non cadit.l.7.§.1.ff.ad Turpillia. ueluti si quis rem alienam sciens obliget, uel alij iam pigneratã alij denuo obliget, uel in pignore dando pro auro æs subiecerit,stellionatus crimen committit.l.1.ff.stellionatus. l.16.§.1.l.36.ff.de pigner.act. Similiter qui sciens statuliberum dissimulata eius conditione uẽdit, uel creditor numeratam iam sibi pecuniam iterum accipiens,stellionatus crimine plectitur.l.29.§.penul.ff. manda.l.9.§.1.ff.de statuliber. Est autem à stellione uafro animali lacertæ non absimili & guttis stellatis distincto hoc nomen ductum,ut Plin.lib.xxx.cap.x. significat. Stellionem etiam suum ueluti senium more cæterorum serpentium temporibus statutis exuere, Apuleius Apolog.1.scribit. Meminit & Columella lib.ix.c.7.Briss. Est enim stellio,animal admodum uenificum,quo & mulieres uti solebant, Inuidumq; generi humano plurimum quod cùm natura intelligat pellem suam hominib. ualdè commodã in morbum comitialem, eam detractam prorsus uorat, & quid sit,tradit Vlpian.in l.3.uersicul. ubicunq;. ff.de crimi.stellio.Ioan.Bello.Etymolog. Adde Forcatul. in Necyomant.dial.28.num.1.& seq.

Στέμματα cognationum Paulus appellat picturam & descriptionem graduum cognationis, in l. 9. ff.de grad.& affin. nam στέμματα propriè de imaginibus dicuntur, quæ in atrio seruabantur. Martial.

Atria Pisonum stabant cum stemmate toto. Hot.

Et deducitur quidem uocabulum Stemma à uerbo στέφω, id est corono, quia sueuerãt Romani, qui splendorem sanguinis ostentabant, in atrijs maiorũ suorum imagines cereas plerũq; disponere in speciem coronæ,lineis quibusdam cognationum gradus significantibus. Iuuenal.

Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo
Sanguine censeri, pictosq; ostendere uultus
Maiorum?

Ab eodem uerbo στέφω,descendit στέφανος, id est, corona. Alciatus de more,literam inuertit, in l.penul.de grad.cognat.nec stemmata, sed schemata, legi oportere uult lib. Parerg.2.cap.xxx.eò quòd schema imago & figura est. Vitruuius libro nono, cap. primo, figuram pictam, exemplumque subiecturus oculis lectorum, schema appellauit. utitur Iustinianus §. natura.& §.si quis ergo, quibus modis natur.eff. sui.colum.vij. Forcat.in suo Cupidine Iurisperito, numero quarto, cap.xxij.

STERCOLINIVM, receptaculũ stercoris. Vlpian.in l. fundi.de actio.empt. In sterculinio,inquit, distin-

distinctio Trebatij probanda est: ut si quidem sterco randi causa comparatum sit, emptorem sequatur: si uendendi, uenditorem. Alij sterquilinium scribunt, ut apud Alfenum in l. si quando. ff. si seruit. uend. Secundum cuius, ait, parietem uicinus sterquilinium fecerat. Spiegelius.

STERCORANDI agri. Instit. de usu & habit. §. sed si pecoris. Est autem stercorare, pinguefacere: quod fit, fimum agris inspergendo. l. quina, §. stipulatio. ff. de uerb. oblig. Spieg.

STERGETHRUM dicitur ἀπὸ τοῦ στέργειν, quod amare significat. Quo nomine scribit Dioscorides libro 4. capit. 95. Vmbilicum ueneris fuisse appellatũ: qua herba, inquit, utuntur & ad amatoria. Tiraqu. in 14. l. connub. glo. 1. parte 14.

STERILIS pecunia, quæ usuras non parit. l. 3. §. usuras. ff. de contrar. & ut. Sic & steriles nummi in l. 7. ff. de usur. Et sterilis dos, sine commodo aliquo in l. 4. in fin. ff. de pactis dotalib. Briss.

STERILITAS, opponitur Vbertati. Papin. respondit: Si uno anno remissionem quis colono dederit ob sterilitatem, deinde sequentibus annis con tingat ubertas: nihil obesse domino remissioné, sed integram pensionem, etiam eius anni, quo remiserit, exigendam. autor Vlpianus in l. ex conducto. Locati. Spiegelius.

STERNERE uiam silice. Vide Vlpian. in l. loci. ff. si seruit. uind. Spiegelius.

STIBIVM id dicitur, quod officinæ hodie Antimonium uocant, quo mulieres ad curam formæ & decoris, præsertim oculorũ utebantur, ut tradit Galenus lib. 6. de sanitate tuenda, & Plinius lib. xxxiij. cap. sexto. Hincque γυναικεῖον Dioscoridi dictum est, ut tradit Tiraquel. in 3. l. connub. gl. 1. parte 3.

STIGMATA, hoc est, nota publica. ut Impp. in l. 3. de Fabricens. interpretantur. Fabricenses dicti sunt, quòd fabricam armorum, quam Impp. habebant, curarent, armaq; ipsi fabricarent, quod generaliter non permittebatur urbibus, teste Alciat. libr. 1. Prætermiss. Spiegel.

Στιγματίαι serui dicebantur ob crimina in facie notati. Nam ueteres seruorum suorum faciem, si quid grauius deliquissent, pœnæ nomine, aut literis, aut alijs quibusdam notis per ignominiam inurebant: Plautus in Casina, his literarum notis insignem literatum uocat: Plinius lib. 18. cap. 3. Brodæus Miscell. lib. 4. cap. 24. De hoc uide etiam Connan. commen. lib. 2. cap. 6. num. 4.

STILLICIDIVM, quasi stillarum cadiũ: quòd guttatim cadat, ubi è tectis guttæ fluunt: flumini opponitur, quod priuatim accipiendum est pro cursu uel fluxu aquę, quicquid Accursius comminiscatur. Nam teste Oldendorpio, utrunque tam stillicidium quàm flumen, pro re priuata accipitur. ut in l. ult. de seruitut. Sed immittendi, inquit Paulus, protegendi, proijciendi, idem fluminum & stillicidiorum seruitutem impedit. ibi certè flumen priuatæ aquæ accipi oportet. Nam publici non est seruitus. l. 3. in fin. ff. de seruitut. rustic. prædiorum. Spiegel. Itaque alia est seruitus stillicidij, alia fluminis recipiendi. l. serui tutes, uigesima, §. primo, ff. de seruit. urban. nam stillicidium est, cùm ex tectis: flumina, cùm ex canalib. & alueis, plumbeis puta, uel ligneis, aqua pluuia labitur. Itaque stillicidij recipiendi seruitus dicitur, qua uicinus pati cogitur, ut aqua pluuia ex tecto meo in suas ædes labatur: Fluminis uerò, qua ferre cogitur ut aqua eadem in alueum canalémue recepta, in suas ædes cum impetu feratur. d. l. seruitutes. ubi etiam hoc Paulus adiecit: Si stillicidium inferiꝰ demittatur, pro stillicidio flumen fieri. Inter stillicidium enim & flumen, ut Varro lib. 4. de lingua Lat. scribit, hoc interest, quòd stillicidium stillatim cadat. flumen continuè fluat. Ad hæc, cùm stillicidij seruitus ex superiore loco sit, flumen non nisi ex inferiore & imo loco esse potest. l. xx. §. stillicidium. l. 28. ff. de seruit. urb. Seruius in 3. Georg. unà cum Festo stillam diminutiuũ esse à Stiria credũt, unde stillicidium sit deductum. Ita stillicidiũ situlæ dixit Tertull. in lib. aduers. Gnostic.

STILLICIDIA immittere. l. j. §. item sciendũ. ff. de aq. & aq. plu. l. 28. in fin. ff. de seruit. urb. l. 16. ff. si seruit. uind. & proijcere. l. xx. ff. de seruit. urb. Is uerò in cuius aream stillicidium cadit, recipere & excipere & suscipere dicitur. l. 17. §. ult. l. xx. in fin. ff. de seruit. urb. l. 9. §. 1. ff. si seruit. uind. Briss. Adde Connan. Comment. lib. 4. cap. x. numero xvj. & cap. 9. nu. 3. Dicitur autem Stillicidium à Stilla. Est autem stilla diminutiuum à stiria, quæ significat guttas frigore concretas. unde & stiricidium, aut certè quum aqua adhuc suo continuo se rigore continet, & continuo ductu fluit. Dicitur etiam stiria, quia similis ijs quæ congelatę sunt: Stilla autem cum in minimas guttas dissipata cadit: quod euenit, quum est propè à terra, & aliquantum iam abest à primo suo impetu, quo tanquam uiribus suis se facilè sustinet, & perpetuo fluxu fertur. Quare Iurisconsulti nunquam dicunt stiricidium pro hac seruitute quoniam stiricidium magis est flumen quam stillicidium. Hęc Connan. in suis comment. lib. 4. cap. x. num. 16.

STIMVLOS naturales, eleganter Paulus in l. amicissimos. de excusat. tut. pro instinctu, seu motu naturali, ut uulgò dicitur, accepit. Sp.

STIPATORES, qui olim Latrones dicebantur οἱ σωματοφύλακες, qui tutelæ gratia suorum dominorũ lateribus assidét: seu mercede cõducti milites. Nam moris erat, ut hos Imperator, & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Latrones, ait Varro in lib. de lingua Latina, dicti ab latere, qui circum latera erant Regi, atq; ad latera habebant ferrum: quos posteà à stipatione, Stipatores appellarunt, & qui conducebantur. Ea enim merces dicitur Græcè λάτρον. Brech. in l. hostes hi sunt. ff. de uerbor. & rer. signific.

STIPATVS dicitur quasi uallatus, munitꝰ, not. in clem. pastoralis. in uers. notorium. de senten. & re iudic. Io. Bell. Etymol.

STIPEM conferre. Martian. de colleg. & corp. l. 1. Sed tenuioribus permittitur stipem menstruã con ferre, dum tantum semel in mense coeant. Sp.

STIPEM spargere apud Romanos solebant, qui in theatro ludos darent, Vide Bud. Miscel. lib. 3. c. 12.

STIPENDIVM, Vlpian. ait, dictum est à stipe, quòd per stipes, id est, per modica ęra colligatur. Id eo hoc etiam Tributum appellari, Pompon. ait. De quo uide quæ not. in l. neq;. ff. de impens. in reb. dot. fact. Stipendium etiam merces militum dicitur: sicut & salarium. Ea erat denarius in singulos dies, qui unciæ argenti octaua pars est, Tacito lib. 1. ut citatur ab Alc. in enarratione l. ager. de uerb. sign. Idem indicat inibi, stipendiarias omnes prouincias pop. Roma. fuisse, excepta Italia, & si quæ urbes ius Italicum haberent, uel fœderatæ essent.

STIPENDIA decem, decem militiæ intelligun tur. Nam stipendium non solum semestre, sed annuum, militum salariũ dicebatur, autore Varrone. Incipiebant autem apud ueteres facere stipendia iuue-

 nes

nes anno ætatis decimoseptimo. C. Gracchus & Legem tulit, de minoribus annis septem & decē ad militiam non cogendis. Spieg.

STIPENDIA autem merere dicuntur, qui militant. l. 18. ff. de re iud. Impleuisse uerò stipēdia dicuntur, qui legitima militiæ tempora impleuerūt, & pleno stipendiorum numero functi sunt. Rubr. de his, qui non impleu. stipen. lib. x. C. l. 8. ff. de re milit. Stipendia porrò non militiæ tantùm, sed & legationis dicimus. l. 6. in fin. ff. de legationib. Briss.

STIPENDIARIA & tributaria prędia dicebantur, quibus Italiæ ius concessum non erat, sed stipendia & tributa pendebant. Imp. §. 35. de rer. diuis. Vocantur autem stipendiaria & tributaria prædia, quæ in prouincijs sunt: inter quos nec non & Italica prædia ex nostra constitutione nulla est differētia. Hot.

STIPENDIARII erant, qui stipendia militib. nomine Roma. dabant, teste B. Latomo. Vulgus indoctè stipendiarios appellat eos, qui stipendia accipiunt. Spiegelius.

Et Stipendiarij populi, hi qui hanc stipem pendebant. Ennius, Pœni stipendia pendunt. Vlpia. etiam in l. ager. §. 1. ff. de uerb. sig. Stipendium (inquit) à stipite appellatum est, quòd per stipes, id est, modica æra colligatur. Idem in hoc, & tributum appellari Pomp. ait, & sanè appellatur à contributione tributum, uel ex eo quòd militibus tribuatur. Turnebus aduers. lib. xj. cap. 27. Ex prędictis puto etiam in hoc loco Iureconsulti potius stipendium à stipe, quàm à stipite dici debere. & ita etiam deducunt idonei scriptores & uidetur innuere Accurs. in pręallegato loco. Hinc stipendium appellatur, id quod quis tenetur soluere regi, aut principi. Liuius: Vt diuites (inquit) conferrent, qui oneri ferendo essent: pauperes satis stipendij pendere, si liberos educēt. Cæsar comment. 1. Reliquasq́; ciuitates stipendiarias haberēt: id est, tributarias. Vulgus tamen tempestate nostra perperam appellat stipendiarios milites, qui stipendia faciunt: cum tamen potius mercenarij, siue ærarij milites sint nuncupandi. quos Vegetius stipēdiosos uocat: quamuis & stipendiosi dicantur, stipēdijs pleni, id est, qui stipendia plurima fecerunt. Cotta.

STIPENDIARII reditus dicebantur prouentus, earum rerum, quæ ad P. Rom. pertinebant Brechæus in l. inter publica. ff. de uerborum & rerum significatione.

STIPES, uel stips. Varro stipem dictā uult, quòd qui supra æs maiorem numerum accepissent, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, hoc est, componebant, qui minus loci occuparet. Pecuniam quoque, quam uel in ærarium reponebant, uel dijs offerebant, stipem ueteres dixerunt. Stipendiarij milites hinc dicti, quòd stipem penderent, &c.

STIPES modica æra appellabātur: unde stipendia dicta Vlp. scribit. l. 27. §. 1. ff. de uerb. sign. l. 1. ff. de colleg. & corp.

STIPS autem, uel stipis (nam utroq; modo declinatur) merces appellari consueuit, quæ stipatoribus & militibus dabatur. & ut interpretatur M. Varro, à stipando stipem antiqui nominarunt: quoniam non eam in archa ponebant, sed in cella stipabant. id est, componebant numerum pecuniæ maiorē, ut minori spacio clauderetur: pecunia quoq; quam dijs offerebant, uel pauperib. alendis dispensabant, stips dicebatur. Ouid. in 1. lib. de Ponto:

Cum canit exiguæ quæ stipis æra neget.

Et text. in c. nunquam diuinatio. 1. quæst. 1. quem retuli in prioribus Memoralib. in dictione, Diuinatio. Hinc etiam stips dicta est, merces quæ militibus datur. Augustin. Putas te stipem elephanto dare? Cot.

STIPES ἔρανον siue collationem significat, auctore Theophilo in §. traditę. Instit. de rer. diuis. & argenti aliarumq́; rerum collectionem. ἐπὶ τινὸς ἔρανον ὁ ἔρανος, καὶ κατὰ μικρὸν γινόμενον ἀργυρίου καὶ τῶν ἄλλων συλλογή. Brechæus in l. inter publica. ff. de uerb. & rer. sign. Adde Connan. comment. lib. 6. c. 1. nu. 1. 2. & 3.

STIPVLA. Paulus stipulam ait, quę demessa iacet: hæredis eius esse, Labeo ait, l. si usufruct. ff. quib. mod. usufruct. amitt. Stipula autem dicitur culmus cum spica, non collectus, sed in metēdo derelictus: quem, cum ocium adest, rustici deinde metūt. autor Alciat. in comment. de uerb. sig. Spiegel.

STIPVLAM porrò à stipa dici credūt, quod stipæ, hoc est, stupę instar uri in agris soleat. Est autem stupa herba cuius folia ac radices cum fructu cremabant antiqui eaq́; exhalatione ac fumo dijs litabant. Quare ab ea, quam facerent exhalatione, quam θυμίασιν Græci dicunt, Thisia deriuata est. Brechæus in l. sylua. §. stipula illecta. sub titul. de uerborum & rerum significatio.

STIPVLARI, est promittenti assentire. Dictum à stipe, hoc est, pecunia: quoniam qui pecuniam obligat, stipulari dicitur. Hinc stipulatus, us. Papin. solut. matr. l. post dotem. Non erit impediēdus pater, quo minus ex stipulatu agat. Nebr.

STIPVLARI autem uerbum commune est. ut & Priscianus lib. 5. notat, & Suetonij auctoritate ex lib. 8. Prætorum confirmat. Stipulari itaque dicitur non is tantùm, qui interrogat, sed etiam qui spondet & promittit, ut in l. septima, ff. quod certo loc. l. 26. §. qui decem. ff. de cond. indeb. l. quinta, §. Imperator. ff. de solutionibus. §. penultimo. Institut. quibus modis tollit. oblig. l. 39. ff. de cōtrah. empt. l. duodecima, C. de contrah. stip. Isidor. libro x. Etymolog. Stipulator promissor: stipulari enim promittere est. Idem libro 5. Etymol. cap. 24. Stipulatio est promissio uel sponsio. Brissonius.

STIPVLARI de aliquo pro ab aliquo Iureconsulti dicunt. l. 54. §. inter. ff. locat. l. 19. ff. ad Velleia. l. no. ff. de uerb. obligat. l. 13. §. primo, ff. de recept. qui arbitr. Brisson.

STIPVLARI stipulationem. l. 3. §. 1. ff. iud. sol. l. 42. §. ult. ff. sol. matr. Qui autem ab eo cui spondit & promisit uice mutua, stipulatur, Restipulari dicitur. l. 43. §. 1. ff. de damn. infect. Briss.

STIPVLATIO deducitur ab eo, quòd ueteres stipulum firmum uocabant, adiectiuè scilicet, à stipite inquit, fortè descendens. Varro à stipe deducit, id est, à pecunia. l. 2. ff. de corp. illic. Alciatus lib. Parerg. primo, cap. 39. ἀπὸ τοῦ τύπου quia adstringat, à uerbo τύφω, sed nihil uidetur habere cōmune stipes seu truncus cum contractu. Alciatus igitur in hoc imitādus non est, cum τύφω per υ ψιλὸν scribatur, nō stipulatio: Sanè Festus Pompeius cum Triboniano à stipite trahit. Stipes autē (ut ait) est fustis humi defixus l. granaria. ff. de act. empt. quod neutiquam sua uerisimilitudine caret: nam stipes truncus erat qui olim defigebatur in agrorum confinio ad firmam tutelam finium Ouid. Fastor. lib. 11. de Termino sic canit:

Termine, siue lapis, siue es defossus in agro
Stipes ab antiquis, tu quoq; nomen habes.

Nam in tantum securus putabatur ille stipes, ut inde sit nata fabula de Termino Deo, qui Ioui noluit concedere. Aulus Gell. refert lib. 12. ca. 6. c. forus, de uerb. sig. Forcat. in Necyom. dial. 72. num. 4.

STIPVLATIO, est firma uerborum cōceptio, qua

qua quis aliquid se facturum daturúmue promittit alteri, super hoc ipsum interroganti. utpote: Promittis mihi, te daturum xx. Philippeos? Alter respondebat: Promitto. Alioqui non erat rata promissio. Nomen autem sumpsisse ab interrogãte, tanquã digniore, Accurs. cæteriq; Interpretes tradiderunt. Sed Alciato probabilius uidetur, à stipulante eum contractum appellari, quia in eius utilitatem cõcipitur. Sic & Emphyteusis uidetur dicta, quia in commodum Emphyteutæ principaliter contrahitur. Debent enim (quod in Cratilo sensit Plato) nomina imponi ab eo, quod principaliter effectum respicit. Iustinianus uerò stipulationis nomine utimur, ait, quod stipulum apud ueteres firmum appellabatur, fortè à stipite descendens. Alciat. potius putat legendum [illegible]. Quid enim, inquit, commune habet stipes, seu truncus cum contractu? Varro tamen à stipe, id est, pecunia stipulationem dictam mauult Cęterùm stipulationem partimur in interrogationem & promissionem: diuidimus in conuentionalem, iudicialem, prætoriam & communem: si modò id quod ex duabus speciebus conflatur, quod nos Mistum appellamus, constituit peculiarem speciem. Obseruandum tamen, quòd stipulationem, pro eo quod in stipulationem deductum est, Iurisconsultus accepit, in l. prima, de edend. ubi diem solutionis partem dicit. Spiegelius.

STIPVLATIO aut certa est, aut incerta. Ex certa datur certi condictio, ex incerta actio ex stipulatu. Cuia. ad l. 68. ff. de uerb. oblig.

STIPVLATIO est species efficacissimi contractus, unde ad imbecillem innominatorum naturam dirigenda non est: quòd ideo inuenta sit, ut uberius ex ea nobis, quàm ex illis consulatur. Quod copiosè Iason ostendit in l. quum mota. C. de transact. Sp.

STIPVLATIO duplex est, legatorum & pactorum. Legatorum una est, quia in ea singulæ res uel singula legata nõ exprimuntur, nec usquã inueniuntur expressa à contrahentibus. Stipulatio uerò pactorum est multiplex, quia licet in ea singulæ res nõ exprimantur à contrahentibus, fuère tamen ab ijsdem in pactis expressæ, quorum astringendorũ causa facta est stipulatio. Cuiac. ad l. 29. ff. de uerb. oblig. circa medium.

STIPVLATIO cui deficit forma, nihil omnino ualet, nec ut pactum quidẽ, l. 1. §. si quis ita, ff. de uer. oblig. l. 1. §. eum qui. ff. de constit. pecu. ratio est, quia magis fauent iura reis excipientibus, quàm ijs, qui agunt, l. Arrianus ff. de act. l. fauorabiliores ff. de reg. iur. Forcat. in Necyom. dial. 5. num. 4.

STIPVLATIO Aquiliana, stipulatio est à C. Aquilio Gallo prodita, per quam omnium rerum obligatio in stipulatum deducitur, & ea per acceptilationem tollitur. cuius formulam cognosce ex l. 18. ff. de acceptil. Hotom.

STIPVLATIO alternata est, quotiens disiunctiuo modo duæ res promittuntur, quoniam nõ utrunque, sed duorum alterum dari oportet, ut puta, Stichus aut decem. Disiunctio ipsa διάζευξις, Alteratio [illegible] dicitur. Cuiac. in comment. suis ad l. si unus. §. sed si stipulatus. ff. de pact.

STIPVLATIO iudicatum solui, tres clausulas in unum collectas habet: de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo, autore Vlp. in l. iudicatum solui. ff. iudicat. sol. Quæ uerba ipse explicat in l. iam tamen fideiussor. eod. tit.

STIPVLATIO, iuris est: pactum, facti. per l. si unus. §. pactus. ff. de pactis. quod ut accipiendum est, Bartol. declarat. ibidem.

STIPVLATIO mortis causa existimatur fieri, ut ait Antistius Labeo, quæ ita fit, ut morte promissoris confirmetur: aut, ut quidam dixerunt, cuius stipulationis mors fuit causa. Festus. Hotom.

STIPVLATIO Tribunitia est, quæ ex iurisdictione Tribunorum uenit: id est, quæ pro collegio Tribunorũ, Tribun. ipsis auctoribus interponitur. Eius meminit Vlpi. tit. 7. Si maritus, inquit, pro muliere se obligauerit, uel in rem eius impẽderit, diuortio facto eo nomine cauere sibi solet stipulatione Tribunitia. Hotom. Est autem Stipulatio tribunitia honoraria, quia, ut supra dictum, ex iurisdictione tribunorum uenit, ut prætoria ex iurisdictione prætoris, uel ædilitia ex iurisdictione ædilium. Cuiac. in notis suis ad tit. 7. Vlp. de iur. donat. int. uir. & uxor.

STIPVLATIONEM definit Pompon. à causa formali, in l stipulationum aliæ §. stipulatio autem. ff. de uerb. oblig. Stipulatio autem, inquit, est uerborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturũ facturúmue se, quod interrogatus est, respondet. Nã antiquitus stipulationes certis uerbis sic concipiebantur, ut eodem quis uerbo respõdere cogeretur, quo esset interrogatus: siue pro se, siue pro alio uellet promittere. Vt: spondes? spondeo: Promittis? promitto: Dabis? dabo: Facies? faciam: Sed hac uerborũ solennitate per Leonem principem sublata, placuit etiam Iustiniano, nihil referre ijsdémne an diuersis uerbis, aut quibus linguis utantur contrahentes stipulationem: dummodò uterq; alterius mentem & consensum sanè intelligat, siue per se, siue per uerũ interpretem. Vnde qui sic accipit promissionem ab alio, stipulator dicitur, & reus stipulandi: Qui autẽ annuit & respondet, Promissor uocatur, & reus promittendi, à re in stipulationem deducta. §. 1. Instit. de uerb. oblig. l. j. §. si quis. & §. ult. ff. eo. tit. l. 1. ff. de duobus reis. Oldend.

STIPVLATIO Prætoria. In l. 5. de uerb. obliga. dicitur Stipulationes prætorias esse, quę ex mero officio prætoris proficiscuntur, hoc est, quæ prætoris imperio & iussu interponuntur, ut stipulatio damni infecti. Nam si domus uicini ruinosa sit, uicinus adit prætorem ut alter cogatur interponere cautionem damni infecti, & prætoria dicitur, quia iussu prætoris & imperio interponitur. Aliæ stipulationes sunt iudiciales, quę ex solo iudicis officio proficiscuntur ut cautio de dolo &c. Aliæ sunt communes quę modo prætoris modo iudicis iussu interponuntur, ut Cautio rem pupilli saluam fore, de qua latius supra in dictione Rem pupilli &c. Aliæ stipulationes sunt conuentionales, quæ pendent ex conuentione contrahentium. Stipulationum prætoriarum tria sunt genera in l. 1. Quædam sunt Iudiciales quæ scilicet non à Iudice dato, sed à iudicio dicuntur, quod propter iudicium interponantur, alia significatione dicuntur iudiciales ac in d. l. 5. de uerb. oblig. quia semper à prætore interponuntur. Aliquando enim ob iudicium ut ratum fiat iubet prætor interponi cautionem. Aliæ sunt cautionales, quædam cõmunes. Cautionales dicuntur cautionales tantum. Nam aliàs generaliter dicendo oẽs prætoriæ stipulationes ob cautionẽ interponuntur, ut securior sit aduersarius. Prętoriæ aũt stipulationes instar actionũ habẽt l. actionis, de oblig. & act. Cõis est stipulatio iudicio sistendi causa facta. Ego puto eã dici propterea communem, quod non possit dici Iudicialis, quod nõ interponatur, ut iudicium ratum fiat: sed tamen quoquo modo pertinet ad iudiciũ, & propterea mihi ui-

XX 3 detur

detur eam s.cõem ea ratione dici. Seilerus ex lectur. Duar. super tit. de præto. stipul. nondum impressis.

Nota præterea quod stipulatio Iudicialis interponitur iussu prętoris ab eo qui conuenitur nomine alieno, qui defendit alium in iudicio §. sed hodie Inst. de satisdationib. & C. de satisdando. Olim exigebatur etiã ab eo, qui suo nomine conueniebatur actione in rem quod ius Iustinianus emendauit & sustulit omnino. Huc pertinet quod dicitur in l. si ad defendendum. tit. iudicatum solui. Hæc autem stipulatio exigitur in ipso litis limine antequam lis contestetur. Post litem enim contestatam non potest magis exigi hæc ratio cautio. l. Pompon. §. rati. de proc. Hæc stipulatio tres clausulas continet, l. 6. d. tit. Iudicatum solui, siue res iudicata fuerit secundum actorem, siue res defensa non fuerit, siue dolo malo quid factum fuerit, hæc una clausula collecta sunt, quod quomodo accipiendum sit, nec Accursius, nec Bartolus &c. intellexerunt. Hæc omnia deducunt in stipulationem, sed una clausula collecta erant. Seilerus ex lectur. Duareni nondũ impress. tit. iudicatũ solui.

STIPVLATIONIS autem introducendæ ratio fuit ualde necessaria: ne homines ex nudis pronuntiationibus sæpe incauti illaquearẽtur uinculo obligationis. Porrò, per interrogationem excitatur animus ad deliberationẽ quandam, num sit promittendum: Per responsionem declaratur talis deliberatio certo consensu. Optima igitur ratione Lex uult, talem formam manere firmam ad obligationem: & consequenti nomine denotauit. Nam stipulatio uocatur, hoc est, cõfirmatio seu adstrictio, à stipulo, qđ ueteres firmum appellabant. Stipulum autem ἀπὸ τῶ στύφειν, hoc est, ab adstringẽdo, firmum dicebatur: Nõ à stipite, sicut Tribonianus comminiscitur. Instit. de uerb. oblig. §. 1. Quid. n. firmitatis stipes habeat? Old.

STIPVLATIONVM aliæ iudiciales sunt, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes prętoriæ & iudiciales. l. v. in prin. ff. de uerb. oblig. Hæc diuisio sumpta est à causa finali seu effectu. Omniũ enim stipulationum, quas in toto negotiorum mundo cogitare possumus, finis & effectus hic est: Vt ad cautionem illis utamur, aliàs in causis ad officiũ iudicis cuiuslibet pertinentibus: aliàs in grauiorib. negotijs, ad Prætoris cognitionem spectantibus: aliàs in speciebus, quæ utrobique tractari possunt (respecto semper foro Romanorum) tam apud iudicem, q̃ apud Prætorem: aliàs deniq; extra iudicium in contractibus & honestis conuentionibus. Old.

STIPVLATIONVM causa efficiens, quę commentatoribus ualde imposuit, est ius ciuile, quod etiam nimiam solennitatem earum postea sustulit. §. in hac re. Instit. de uerb. oblig. l. omnes. C. de cõtrah. stipul. Oldendorp.

STIPVLATIONVM prætoriarum inquit Vlpian. tres uidentur esse species. Iudiciales eas dicimus, quæ propter iudicium interponuntur, ut ratũ fiat, ut iudicatum solui, & ex operis noui nuntiatione. Cautionales sunt autem, quæ instar actionis habent, & ut sit noua actio intercedũt: ut de legatis stipulationes, & de tutela, & ratam rem haberi, & damni infecti. Communes stipulationes sunt, quæ fiunt iudicio sistendi causa. l. 1. ff. de stipul. prętor. Hotom. Adde Cuiac. in l. 5. ff. de uerb. oblig.

STIPVLATIONVM alię sunt diuiduę, alię indiuiduæ pro ratione rerum, quæ in stipulationẽ deductæ sunt. Rerũ enim alię possunt diuidi, id est, pro parte peti, præstari, dari, solui, ueluti summæ, eisque pro parte solutis pro parte contingit liberatio. Item species certæ, ut puta Stichus, partis diuisionẽ & liberationem admittunt, l. 9. §. 1. ff. de solut. Pars solui potest uolenti stipulatori. Aliæ natura diuidi nõ possunt, ut prædiorum iura, uia, iter, actus, aquęductus, quæ diuisionem nõ admittunt: Aliæ natura possunt diuidi, sed nisi totæ soluantur, stipulationi satis non fit, ut si homo sit gñraliter promissus. Nã nisi solidus homo soluatur, nihil agitur. Parte igitur soluta uolẽti, pro parte non cõtingit liberatio, sed conueniri adhuc promissor potest, ut integrum hominẽ præstet, & pars soluta condici quasi indebita. Cuiac. ad l. 2. ff. de uerb. oblig. in prin.

STIPVLATIONVM quædam in dando, quędam in faciendo consistunt. l. 2. in prin. ff. de uerb. oblig. Sumitur hæc diuisio a causa materiali. Quoniam nihil expectare possumus à proximo ad utilitatẽ nostram, qđ in stipulationẽ deducamus, q̃ aut dationẽ rerũ, aut prętationem factorũ. Nihil igitur est aliud, circa quod uersetur stipulatio uelut materiã, præter hæc duo: idq; nos docet uniuersa naturæ conditio, quam nemo potest inficiari. Old.

STIPVLATOR ferè in legib. dici solet is, q interrogat uelut creditor obligans aliũ. Promissor uerò accipitur, qui rñdens obligatur. Quanquam Vlp. Stipulatum appellet promittentem, in l. si non sortem. § si decem. ff. de cond. indeb. Old.

STIPVLATVS, pro stipulatio. Imp. l. 3. C. de inutil. stip. Super stipulatu tuo adi præsidẽ prouincię. Papin. l. pecuniæ, 9. de usur. Pecuniæ fenebris intra diem certum debito non soluto dupli stipulatum in altero tanto respondi non tenere. Scæuola l. uxori, 33. §. ult. de leg. 3. Quicquid ad eum, &c.

STIPVLOR, uerbũ iuris, est postulare, sibi promitti aliquid solennib. uerbis. Cic. pro Rosc. Comœdo: Stipulatus est? ubi? quo die? quo tempore? quo præsente? quis spopondisse me dicit? nemo. Spieg.

STIPVLVM apud ueteres firmum appellabãt, fortè à stipite descendens. ita inquit Iustinia. Inst. de uerb. oblig. in primis uerbis. Quamuis improbũ sit soluere os in Imperatorem, tamen unà cum Philippo Beroaldo ualde dubito, in istis uerbis Iustiniani. Putoq; à stipe potius stipulationem deducendam, cum substantia eius maximè circa stipem, id est, pecuniam consistat. sicut etiam uerbum stipulari, restipulari, & stipulatus: de his qui rogant, spondentq;. Nam stipulum in hac significatione, pro firmo, apud receptæ fidei auctores non inuenio.

STIRPES, sunt ferulæ, seu uirgulta, quæ de radicibus nascuntur: ea & germina dicuntur. l. diuortio. §. puto. solut. matrim. Hinc & germinalis arbor. Accursius quæ stirpes sunt, pedamenta esse arbitratur, contra Marci Varronis, & Columellæ, cęterorumq; antiquorum autoritatem. Spiegelius.

STIRPES, si Grammaticis credimus, de homine fœmininum est: de arboribus masculinũ. Succedere in stirpes, & in capita. Vide §. Ex stirpe excidere, pro radicibus, apud Vlp. l. 1. de arbor. cæd. Spieg.

STITI, præteritũ à uerbo sisto, supino caret, qđ tamen à uerbo sto mutuatur, autore Prisciano. Vide Vlp. in l. sed & si quis. §. illud sciendum est. ff. si quis cautionib. & Neratium in l. pen. eod. tit. Ibi Oldend. annotauit illud (status) à sto mutuatus est. Spiegel.

STIVA, uocitatᵉ Manica aratri qua regitur & capulus teres & oblõgulus. Cic. in Scauriana. Ab ipsa stiua homines mecũ loquebãtur. Maro Georg. lib. 1.

Stiuaq;, quæ currus à tergo torqueat imos.

Io. Bapt. in cõment. Epist. Sid. Apoll. ad Heron. lib. 1.

STOICAB sapientiæ summũ philosophũ Chrysippum

sippum, Martianus in l.ij. de Leg. ideo appellare uidetur, quòd Stoici dicebát, Sapientem infra se omnia habere, ex seseq; ipsum, nó aliunde pendere: usq; adeò, ut Horatius eorú uerbis dicat: Ad summum, sapiens uno minor est Ioue. Sp.

STOLA, uestis erat ad talos demissa, matronarú insigne. Vlpia. de Aur. & arg. leg. l. uestis. Muliebria: inquit, sunt, ueluti stolæ, pallia, tunicæ. Nebr.

STOLAM ueteres dixerút omne quod corpus tegeret, autor Nonius. Vlpian. stolá inter muliebria uestimenta, eaq; quibus uir sine reprehensione uti non potest, anuumerat. Ex autorib. tamen à Nonio citatis, probari potest, stolam quoq; uirorum fuisse. de qua Bayf. de Re uest. cap. xvij. Sp.

STOLA dicitur ἀπὸ τ̃ στέλλεσθαι quòd operire, & induere significat Brechæus. in l. Tugurij. ff. de uerb. & rer. signif. & idem in l. uestis appellatione. eod. tit.

STOLO pro stolido usurpatur in quadam Ausonij epistola, & à stolone stolidi nomé ortum esse uidetur, ultrò etiam originem profitetur suam sed iam nó potes ô stolo doceri: nisi si quis pro ueteri & antiquo & sene positum putet, adiuncta tamen etiam significatione stoliditatis & stultitiæ. Turnebus aduersariorum lib. 2. cap. 23.

STRABONEM, hoc est, qui oculos habet distortos, Vlp. tradit, Trebatij autoritate, nó esse morbosum l. qui clauum. §. is cui os oleat. de Aedil. edict. Plin. inquit: Vni animalium homini, oculi deprauantur. Vnde cognomina Strabonum & Pecorum. Sp.

STRAGVLA, non solum pro lecti operimento tantum, sed generaliter pro omni ueste quæ in sternitur, accipitur. περίστρωμα Græcè, omne id est quod insternitur. Alciatus. de Verború signification. Sp. Videtur Vlp. intelligere stragulam uestem, omne uestimentum hominis quod inijciat: quale est Græcorum pallium. ut enim Romani togati à toga, sic Græci à pallio palliati uocantur: & palliatæ comœdiæ, quæ scriptæ sunt secundum ritus & habitus palliatorum Græcorum, ut scribunt Donatus & Diomedes Grammatici. Laurentius Valla in libro suo Elegantiarum dicit, quòd nó meminit reperisse stragulam uestem in hunc sensum: sed in opertorium lectorum potius, ubi etiam dormiebát & discumbebant. quod Varro testatur, de culcitra loquens: ac quicquid insternebant, à sternendo stragulum appellabant: & equorum, similiumq;, quorum operimentú etiam instratú uocatur. De stragula ueste meminit Vlpian. in l. quæsitum est. §. sed si fundus. ff. de fundo instruct. & Vergil. Aeneid iiij. de Didone loquens: Stratisq; relictis Incubat. Tibul. Nam neq; túc plumæ, nec stragula picta soporé. Papin. Syluarum primo, de Venere:

Fessa tacet stratis ubi quondam conscia culpæ
Lemnia, repserum deprenso uincula lecto.

Idem Syluarum ij.

Quis matutinos abrumpet murmure somnos,
——Impositus stratis?

SRTAGVLA etiam uestis accipitur pro tapetis & aulæis, quod indicant præcedentes auctoritates, & maximè Tibulli, dum inquit, Stragula picta. & innuit Martial. Epigram. ult.

Stragula purpureis lucent uillosa tapetis. & paulo pòst,
Nudo stragula ne toro paterent.

Diuus tamen Hieronym. stragulam muliebrem uestem appellat, cum inquit: Stragulatam uestem fecit sibi, byssus & purpura induméntum eius. & sic secundum Iureconsf. nostrum, & diuum Hierony. stragula etiam significare potest hominis uestimétum, quod etiam apud Sueton. in Nerone, Festum Pompeium, & Liuium obseruasse, refert Alex. Genialium lib. iij. c. xix. ita ut unicuiq; facile sit intelligere, Labeonem & Vlp. nulla reprehensione dignos, & malè à Laurentio Valla morderi. Cotta. Adde Forcat. in penu iuris ciuilis cap. 4.

STRAMENTA, sunt calami frumentacei, spicis demissis. Vlpian. de Act. empt. l. fund. Fundo, inquit, uendito, uel legato, sterquilinium & stramenta emptoris & legatarij sunt. Nebr.

STRAMENTORVM item nomine significatur omne, quod solo, causa quiescendi, insternitur: ut storeæ, phormiones, paleæ, & matte: unde & uulgò Mattaracia uocantur, autor Alciat. in l. quos nos hostes. §. uerbum uiuere. de Verb. sig. Sp.

STRATA lapide uia l. 1. §. penult. ff. de uia publ. Stratæ ꝓ uijs publicis l. 4. C. de priuil. dom. August. lib. xj. & l. 6. de itine. munien. in C. Theod. & apud Isidor. lib. xv. Etymol. capi. ult. qui stratam dictam quasi uulgi pedibus tritam tradit, cùm tamé similius uero sit ab eo quòd lapidibus sternatur, ita appellatam. Procop. lib. ij. de bello Persico uiam à Latinis stratam etiam dici tradit. Bris. Cuia. ad d. l. 4. C. de priuil. dom. Aug. inquit, stratam propriè dici, quod Galli paúe, postea cœpisse quamlibet uiam stratam dici, ut 58. βασιλικῶν tit. 3. τὴν ἐκτὸς πεδίων στράτα καλούμενον. & tit. 5. τὸ στράτα χρησάμενος. & tit. 7. κατὰ μόνας ἡ στράτας.

Στρατηγοὶ, στρατηγῶν nomine aliàs prætores significátur Dioni, Appiano & alijs, & num. 29. aliàs magistri militum, ut nu. 22. 38. & 103. aliàs & quidem frequentissimè in libris nostris magistratus municipiorum & Lucæ 22. rectè uetus interpres στρατηγοὺς magistratus interpretatur, quos idem diuinus scriptor ἄρχοντας cap. 23. nominat. Cuia. ad l. 2. de excusat. in fi.

STRATOR. Vegetio lib. 2. stratores dicútur milites, qui castra præibát, & loca accommodatiora ad traducendum exercitum faciút. Srratores sunt etiá, qui eo funguntur munere, ut alios in equum sustollant. ἀναβολεῦς Græcis, strator Latinè, à sternendis equis, dictus est. Spartianus, in Caracalla. Deniq;, cú eum in equú strator eius leuaret, pugione latus eius confodit. Pro hoc significatu uidetur mihi accipiendus strator in c. ult. De iure immunitat. Huius uocis in iure mentio satis multa est, sed certis in locis suppositæ pro eo, quod est stator, ut aliquid annotauimus suprà.

STRATORES proconsulum l. 4. §. 1. ff. de offic. procósul. l. ulti. ff. de iure immunita. stratores in l. 10. ff. ex quib. caus. maior. Stratores etiam in carceribus ponuntur, in l. 1. C. de custod. reor. ijq;, quantú existimo, significantur, qui uictus & stratus eorú, qui carcere continebantur, curæ præpositi erant, aut etiam milites illi intelliguntur, quib. custodię cómittebantur. Bris. Adde Cuia. ad l. j. C. de Stratorib. lib. 12.

STRATVM, secundú Labeoné, qué refert Vlp. in l. in stratú. de uer. sign. omne uestimentú cótinet: quod inijcitur. Neq; enim dubiú est, quin stragula uestis sit omne palliú. In uictu ergo uesté accipiemus, non stragulam: instratum, omné stragulam uestem.

STRATVRA loci ex tabulis l. 242. in fi. ff. de uerbor. significatio. Bris.

STRENA, munus significat, quod aduocatis & amicis datur, ut Alciatus annotat in Comment. de Verb. sig. Meminit earum Gloss. in l. laudabile. Codice de Aduocat. diuersorum iudicum. Sp.

STRENAEVM aút origo, qua felicé ominamur annú ipsius auspicio & initio, à Tatio Rege manasse dicitur, qui primú Romuli hostis, deinde collega in

regno Romano fuit. hoc, quia & strenæ ne hoc quidem tempore exoleuerunt, literis mandare uoluit Turnebus aduersariorum lib.x. cap.26. Vt & antiquitatem rei intelligamus & qué auctorem eius moris habeamus, sciamus. Si quis uerò quo auctore ista loquatur, quærit: laudatur ab eo Symmachus in quadam epistola sic scribens ab exortu penè urbis Martiæ strenarũ usus adoleuit auctoritate Tatij regis, q uerbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni noui auspices, primus accepit, D. D. Imperatores: nomen indicio uiris strenuis hæc conuenire ob uirtutem. Schard. ex Turnebo aduersar. lib. & cap. eod.

STRENVVS, efficax, gnauus, uigilans, fortis: sic dictus, quòd sternẽdo aduersa renuat. Iustin. Nã & manu strenuus, & in concionibus perfacundus habebatur.

STRICTAM rationem habemus, ait Vlp. quæ nunquam in ambiguis religionũ quæstionib. omitti solet. Nam summam esse rationem, quæ pro religiosis facit l. sunt personæ. ff. de Relig. & sumpt. fun. Sp.

STRICTI Iuris uocabulum peculiare est Iurisconf. reliqui scriptores summum Ius appellant, ut Bud. exemplis ostẽdit paulo post initium prior. Annot. in Pandect. Duob autem modis intelligitur. Altero propriè, cũ Leges scriptæ nimis seuerè, ac sine ullo temperamento, aut trahũtur per interpretationem ad casus similes. in quibus tamen ratione circumstantiarum est aliqua dissimilitudo: aut in casu, de quo loquũtur, nimis durus sensus extorquetur. Altero modo impropriè sumitur, cum fraus fit Legi, hoc est, cum saluis uerbis Legis sententia eius circumuenitur, detorquendo eam ad impertinẽtia, aut eludendo ratione sophistica. Ex Oldend. Glos. in l. placuit. C. de Iudicijs. id uocabulum tripliciter expo...: Cum Iudæis summo Iure agẽdum esse, Interpretum doctrina est: non tamen, ut notabiliter Alc. dixit, summouendi sunt ab hac æquitate, quam ἐπιείκειαν uocant. Quum nihil aliud sit Ius, quàm hæc æquitas in artem redacta. Cæterùm in omnibus reb. præcipuam esse iustitiæ æquitatisq́; scriptæ, quàm stricti Iuris rationem. Impp. Constantin. & Licinius constituêre. Quando rigor Iuris tẽperandus sit ἐπιεικείᾳ, id est æquitate, Bart. indicat l. ult. sub fin. C. de Legib. & Philippus in Epitom. Philosophorum libro secundo. Spieg.

Hinc stricti iuris actiones dicũtur, quæ stricto iure uallatæ sunt, nec ex bona fide descendunt. §. actionum. Instit. de action. l. un. §. sed & si nõ ignoramus. C. de rei uindic. ὡς εἰς ut cum Theophilo loquar, ἐξ ἀκριβείας γίνεται λόγος. Quæ & stricta iudicia, & stricti iudicij actiones uocantur l. 3. §. in hac. ff. commo. l. 5. ff. de in lit. iur. Bris.

STRICTVM ius æquitati opponitur: summũ, merum, & subtile ius ab ęquitatis præceptis disiunctum significat l. 86. ff. de adqui. here. l. penult. ff. de constitut. pecun. l. penult. C. ad exhib. l. penult. §. 1. ff. de iure dot. l. 50. in fi. ff. de petitio. hæredit. l. 28. ff. de statulib. l. 8. C. de iudic. Bris.

Quomodo & strictam rationẽ accipimus in leg. 7 §. si cuius tamen. ff. de adquir. rer. dom. leg. 1. §. accusationem. in fi. ff. ad Turpillia.

Et strictam interpretationem l. 20. §. si sublatum. ff. de seruitu. urba. Bris.

STRIGO. Strigare est in strigam equos uel mulos iunctos agere & recta dirigere, ne diuersi abeát, hi in hanc, illi in aliam partem. Eo uerbo usus est, qui parodiam uenustissimam epigrammatis Catulliani lusit in Ventidium mulionem,

Et inde tot per orbitosa millia
Iugum tulisse læua siue dextera
Strigare mulas, siue utrunq; cœperat.

De hoc Adrianus Turnebus aduersariorũ li. 8. ca. 2.

STROBYLI, teste Dioscoride, ac Galeno, propriè arbores sunt, nucleos pineos ferentes. & ipsi quoq; nuclei strobyli dicuntur, quos etiam κωνάρια Græci appellãt. nam & carduus is qui manditur, ferè iam ubiq; σκόλυμος Græcè dictus, in Latino (ut ait Dioscorides) strobulus uocatur: ex hac similitudine, quia nucis pineæ speciem præsentet: ut etiam refert Hermol. Barbarus. & de his sensit Vlp. in l. ligni appellatio. in fin. de leg. iij. apud quem stroboli mendosè legitur. Meminit etiã Plin. Naturalis historiæ li. xvj. c. xj. secundũ Hermolai castigationẽ. Cot.

STROPHA excusationẽ dolosam significat, teste Catanæo Comment. j. Hac dictione usus interdum Martialis, & Prudẽtius noster, qui quum, sicut & cæteri ueteres poetæ nostrę pietatis Prosper, Paulinus Sedulius, Iuuẽcus & Arator habeant res altissimas, & humano generi salutares, nõ sunt omnino in uerbis rudes, aut contemnendi. Multa habent, teste Viue (cuius iudicio cedat omnis Ciceronianorũ semichristiana cohors) quibus elegantia & uenustate carminis certent cum antiquis nonnulla, quibus etiam eos uincant. Itaq; non nisi olidum olet, quod nuper Erasmomastix ille pronunciauit (sed parũ cõpetens iudex) unicum Actij Synceri ad summum Pontificem epigramma, pluris esse faciendũ, quàm innumeras Prudentiorum, Aratorum ac Iuuencorum myriades. Sp.

STROPHIVM fascia est pectoralis, quę uirgineũ tumorẽ cohibet papillarũ. Mart. in Apophoretis:

Fascia crescentes dominæ compesce papillas,
Vt sit quod capiat nostra, tegatq; manus.

Turpilius: Me miseram, quod inter uias epistola excidit mihi. Infœlix, inter tuniculã ac strophium collocaram. Catullus:

Non tereti strophio lactentis uincta papillas.

Strophia etiam tenuiores coronæ à ueteribus dictę (ut in xxj. Natural. hist. docet Plin.) ab insigni, quod imponebatur capitib. sacerdotũ pro corona. quod ἀπὸ τοῦ στρέφειν, hoc est à uertendo, strophus uocabatur. De his Plin. in præallegato li. Tenuioribus (inquit) utebãtur antiqui coronis, strophia appellãtes. Hinc nota sunt strophiola, quibus in sacris utebãtur. Cot. & Brodæus Miscellaneorum lib. 4. cap. 11.

STRVCTILE dicitur quod manu cõstructum est, & fabrica constat. Sic structile opus leg. 241. ff. de uerbor. signific. Structilis lapis in leg. 6. §. modus. ff. si seruit. uindicat. Structilis riuus in leg. 3. §. 1. Digest. de riuis. Structiles bases in l. penulti. Digest. de uerbor. significat. Structiles canales apud Vitruuall. lib. viij. cap. vij. Structilis forma apud Pallad. lib. ix. cap. xj. Briss.

STRVCTILE opus dicitur, quod ex lapide quadrato, aut laterculis calceq; constructum est. Tectorium uerò, incrustatio est, siue expolitio parietum, pluribus inductis ex arenato corijs, totidemque ex marmorato. Vlp. Superq; eum parietem columnas structiles, quæ tectum porticus ambulatoriæ sustineant l. sicuti. in prin. ff. Si seruit. uindic. Sp.

STRVCTILES colũnæ, quæ nõ uno saxo perpetuo cõstant: sed ex cæsis lapidibus aut coctilibus laterculis constructæ sunt. Vlp. l. 8. ff. si seruit. uind. Superq; eum parietem columnas structiles imponere, quæ tectum porticus ambulatoriæ sustineant. Columnas ex eo dictas quòd columẽ, id est summũ fastigij

fastigij percurrēs tignum sustineant, Vitruuius auctor est, lib.4.cap.2.Hot.

STRVCTILIS lapis, non ille quadratus, atque ad normam cæsus: sed rudis & informis, quo uel reticulata structura, uel ordinaria fit. Vlp.l.6.§.4.ff. Si seruit.uind. Forte ut reficiat lapide quadrato, uel lapide structili, uel quouis alio opere, quod in seruitute dictū est. De reticulata & ordinaria structura lege Vitruuium lib.2.cap.8.Hot.

STRVCTORES, interpretátur ipsi Impp.id est ædificatores, in l.priore.de Excus.artif. C.li.x. Structores etiam uocari posse eos, qui ad Principū mensas minutatim, suo more, esculenta conscindunt, Insulan rectè putat. Sp.

STRVCTORES bucularum in l.ult.ff. de iure immunit.secundum Florentinam lectionem. Alij enim codices habent structores, bucularij. Et structores quidem Tribonianus ędificatores interpretatur in l.1.de excusatio.artific.lib.x.C.Veget.etiam lib.ij. cap.xj.In exercitu structores ponit. Sic enim illic ex uetustis codicibus legendum est, non ut passim scriptum est, Instructores. Similiterq; in ministerijs militaribus structores poni uidemus in Epistola, quæ à Vopisco in Aurelia.refertur Bris.

STRVCTVRAE nomine intelligitur opus factum è cęmētis seu laterculis Brechæus in l.Carbonum.ff.de uerb.& rer sig.

STRVMA, extantia quædam in tergo: sicuti in pectore gibbus habetur.

STVBA, uel Stupha, uocabulum pluribus uidetur non Latinum. Sed quib.hoc uidetur, nec habent stubas, inquit Volzius: qui & annotauit, ductum uocabulum à Stypo, quod & Græci dicunt τύφω: quód ea loca ob calorem seruandū stypentur. Nam υ, in u, & π in b, ut mutetur, non adeò infrequens est. Sp.

STVDIA liberalia, quód homine libero digna sunt. Vlp.l.ij.de Var. & extraord cog. Liberales artes appellat Rhetoricam, Grammaticam, Geometriam, Medicinam, Iurisperitiam. Vide l.oratione. C. de Profess. & de Stud.liberal.urb. Roman. Seneca solam philosophiam sentit esse liberalem disciplinā, quód liberum facit hominem, hoc est sapientē, sublimem, fortem, magnanimum: cętera pusilla, ac puerilia esse. Spieg.

STVDIOSI iuris olim his nominibus appellabantur: Primo anno Dupondij, à dupondio numo duobus assibus æstimato, quasi nullius adhuc in ciuili disciplina æstimationis, scilicet initiati tantum studijs: sicut respectu Christianismi infantes, paruuli dicuntur. Postea uocati sunt Iustinianei. Constit. ff.ij.§. Et primo quidem anno. Secundo anno dicebantur Edictales, ab edicto quod eis proponebatur. Ib.§. Secundo autem. Tertio anno Papinianistæ uocabantur, ab autore Papin. cuius libros legebant. Ib. §. Tertij deniq; anni. Quarto anno λύτας nuncupabant, hoc est, solutores, ut qui iam ænigmata per se possent soluere. Ibidem §. Sed quia solitum. Quinto anno προλύτας appellabantur, hoc est, qui λύτας seu solutoribus eruditione præstarent. Ibid. §. Quibus si bene. Post quinquennium itaq; consummato iuris studio, dicebantur Oratores maximi, iusticiæ satellites, Iudiciorum athletæ, gubernatoresq;. Hoc seculo & ordinem docendi, & titulorum nomina corruperunt insulsi commentatores. Cœperunt enim appellare, Baccalaureos, Licentiatos, Doctores iuris Ciuilis, iuris Canonici, Decretorum, & (si dijs placet) utriusq; Iuris. Mirum cur non etiam Prætorij iuris Doctores designauerint, ne ullū genus Doctorum in barbaro regno desideraretur. Oldend.

STVDIOSI iuris pro iuris peritis l.1.ff. de offic. adsess l.9.§.1. ff. de pœn.l.4. ff. de extraor. cognitio. Et apud Sueto.in Neron. Gellius lib.xij.ca.xiij. Cur hoc me potius, ait, rogas quàm ex istis aliquem peritis, studiosisq; iuris, quos adhibere in consilium iudicaturi soletis. Sic enim legere malo quàm ut uulgo, studiosisq; uiris. Nam iuris periti in consiliū adhiberi non quilibet studiosi solebant. Quanquam & consulti absolute studiosi uidentur appellari in l.2. §.post hunc maximè.ff.de orig.iur. Studiosè pro data opera, arte, proposito, & επιλελως in l.1. ff. de abigeis. Similiter studio, id est, arte in leg 13.& l.53. ff. de fideicom libert. Briss. Studiosos iuris constat pro iuris professoribus & adsessoribus comitibusue iudicum accipi l.j. ff.de offic.adsess.l.mortis.§. solet.ff. de pœnis. Est enim hæc appellatio communis tam præceptorum quàm discipulorum & auditorum iuris. Cuia. Obseruat.lib.7.cap.25.

STVDIOSVM, pro expetēdum apud Iustinianum Constit.ff j in prin.cum dixit: Nihil tam studiosum in omnib.rebus inuenitur, quàm legum autoritas, quæ & diuinas & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit. Sp.

STVLTA est opinio tua l Domit.ff.de Test.

STVLTICIA, tam ad Iuris imprudētiam quàm ad facti errorem refertur l. si per imprudētiam. ff.de Euict. Alberic.

STVLTVS, imprudens. Nam & multi non insipientes, aliquando stultè aliquid uel agunt, uel loquuntur. Quemadmodum stultus est Iurisconf. qui emit hæreditatem non soluendo l.iij.ad Leg. Falcid. & stultiss. Imperatori, præ bono eligens malū.§.cæterum.Instit. Quod cum eo.Sp.

STVLTITIA est inconstantia sanitate uacans, ut refert Connanus in comment. lib.9. cap.4. numero decimo.

STVPRATVS. Vlp.j.§.remouet. de Postul. Si quia tamen, inquit, ui prædonum, uel hostium stupratus est, non debet notari. Sp.

STVPRVM. Stuprum diuiditur in stuprum specificum, adulterium & incestum l. inter liberas & l. si adulterium. ff.de adulter. Stuprum autem specificum est, ueluti in uirginem, uiduamúe honestè uiuentem, d.l.inter lib.uel in puerum l.stuprum.ff.eo. Adulterium est propriè in nuptam.d.l.inter liberas. ff.eod. Incestus est in cōsanguineam, aut sacram uirginem.d.l.si adulterium. ff.eod. Est autem stuprum coitus lege uetitus, qui duplex est: unus cum nupta, aut cum puero, aut cum sanguine coniunctis, siue sacris uirginibus. Alter est, cum uim afferimus cuilibet personæ, etiam si ancilla sit, ut scribit Oldendorpius in xij.Tab. Cæterùm, notum est Ciceronē adulterium & incestum sæpe stuprū uocare. Etiam illud obseruandum est, quód tametsi adulterium in nupta admittatur, stuprum in uidua uel uirgine, sæpe tamen hanc, aut similem differentiam leges non sequuntur, foro deseruientes. Anch.

STVPRVM committit, qui liberam mulierem cupidinis causa, non matrimonij continet: excepta uidelicet concubina. ait Modestin. in l. Stuprum.ff. ad l.Iul.de adul.Oldend.

STVPRVM etiam, inquit Marcellus de rit. nuptiar.intelligitur in his mulieribus esse, quæ turpiter uiuerent, uulgoq; quæstum facerent, etiamsi nō palam: & si qua se in concubinatu alterius, quam patroni tradidisset, matrisfam.honestatem nō habuisse eam dico. Maffeus.

STY-

STYLVS, instrumentum ferreum, non absimile calamo, anterius acutum, retrò uerò quasi plantam habens, fuit, quo olim in ceratis tabulis scribere, & alterius extremitatis obtusitate delere solebant.

STYLVS, graphium quo scribitur significat: unde usus obtinuit, ut pro scriptura dicendiq; modo accipiatur. Imp. Constant. l. j. C. de Sacrosan. Eccles. Postquam iam aliud uelle non possunt, liber sit stylus: & licitum, quod iterum nō redit arbitriū. Complectitur autē Styli uocabulum plurimas res, teste Roterod. sermonis habitū, & dictionis quasi filum, figuras, consilium, iudiciū, argumentationis genus, inuentionem, tractationē affectus: & ἤθη quæ Græci uocant, atq; in singulis horū mille discrimina, nempe non pauciora quàm sunt ingeniorum: quorum profectò totidem differentiæ sunt, quot ipsi sunt homines. Alius iucundior est, alius exactior. Alius simplicior, alius picturatior. Alius lenior, alius acrior. Hic seuerior est, ille festiuior. Hic eruditior, ille sanctior. Hic copiosior, ille neruosior. Deniq; ne rem, inquit, infinitam prosequar, totius animi simulacrum semel exhibet oratio. Spieg.

STYLVM proscriptionis incurrere. in l. fin. C. Quæ res uen. nō poss. l. iij. de Bon. uac. lib. x. l. si quis posthac. de Bon. proscriptione. Alberic.

Στυπτηρία, alumen, à στύφω astringo. Vlpi. de Reb. cor. qui sub tutel. l. iij. Si lapidicinas, inquit, uel quæ alia metalla pupillus habuerit, stypteriæ, uel cuiuslibet alterius materiæ, uel si cretæ, argenti fodinas, uel quid aliud huic simile. Nec nouum nostris uideri debet (quod Alciat. in Parerg. adnotauit) appellatione metalli etiam alumen contineri, cū hæc uox omnia comprehendat, quæ sub terram effodiendo reperiūtur. Sic dicta, quia ἄλλον μετὰ ἄλλον, id est aliud post aliud inueniatur. Vnde apparet, in metallū censeri damnatos l. aut damnum. de Pœn. quoscunq;: nō solùm qui in argenti, ferriúe fodinis opus faciūt, sed etiam qui alumen, cretamúe effodiunt, & si qua similia. Spieg.

SVA mala mente ad hoc procedere, apud Vlp. in fin. l. quid ergo. de Legat. j. Sp.

SVADERE, suauius uerbis aliquē hortari ad id quod intendimus l. j. §. persuadere. de Seru. corrupt.

SVAE potestatis esse, id est sui iuris esse. Vlp. l. 17. ff. de his qui not. Ea notatur quæ quum suę potestatis esset, hoc facit. Hot.

SVARIVS. Suarij, id est, suum & porcorum uenditores. Aliàs suarij dicuntur porcinarij, siue porcarij, custodiētes porcos ciuium in pascuis. Quo modo accipitur C. in tit. De suarijs l. j Anch.

SVAVIVM dicitur lasciuus oris motus ad amorem alliciens, & ad basium uocans, cū scilicet figuratur labris promissis, aut lingua prolata, ut cum mulieres suauiantur amatores. Vnde & Plautus in Asinaria scripsit.

——Ne sic tußiat

Vt cuiquam linguam in tußiendo proferat. Iterum.

Tu labellum absterge.n

Potius quàm cuiquam suauium faciat palàm.

Id est quam sic os comparet & formet ut ad basiandum aliquem inuitet. quod tamē Petronius scribit, esse uidetur potius signum innuentis, & inuitatiunculam amoris significantis, quàm ad basium uocantis. Turnebus aduersariorum lib. 1. cap. 19.

SVB conditione, pro ea lege, hoc pacto.

SVB corona uenire. Vide sub dictione, Seruus pileatus.

SVB corona uenire, id est, in seruitutem redigi. Antiquitus enim mancipia iure belli capta coronis induta uenibant, & idcirco dicebantur sub coronis uenire. Nam corona signum erat captiuorum uenalium, sicut pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruos uenundari, quorum nomine emptori uenditor nihil præstaret. Budæus in prioribus annotationibus in Pandectas.

SVB pellibus durare, ideò dicitur, quoniam militum tentoria pellibus obtegerentur. Vnde & sub pellibus esse dicebantur. Liuius lib. 37. Aut sub pellibus milites habendos fore. Huc spectat Celsus de supellectile legata. ff. loquens. Labeo inquit, originē fuisse supellectilis putat, quod olim ijs qui in legionē proficiscerentur, locari solerent, quæ sub pellibus usui forent. Cælius lib. 27. cap. 14. lectio. antiq.

SVB tēpus uēditionis, Vlp. interpretatur, hoc est biduo ante uenditionem l. Aediles. ij. §. uendēdi. de Aedilit. edic. Ferè autē iungitur Sub, accusatiuo, cū tēpus significatur: Itaq; sub tēpus, cū Haloand. & nō sub tēpore, ut in uulgatis, legendū. Seruius exponit, Sub tēpus, & Sub idē tēpus, hoc est circa. Vide q̄ de hac particula not. in l. mathem. C. de Episc. aud. Sp.

SVB titulo exequi, quo pertractare, apud Vlp. in l. j. §. hoc edicto. ff. de Postulan. Sp.

SVBADIVVAE l. ult. C. de agētib. in reb li. xij. sunt Adiutorum adiutores, quemadmodū Synesius in Epistol. ad Herculianum indicat his uerbis, Ἀρχαῖον ἀρχεῖον [illegible] ... Est planè insigne in hoc uerbo mendū apud Suidā, apud quē ita sub litera ρ, scriptū est. [illegible] Nā proculdubio in ordinē dictionū à litera σ incipientiū uox illa transferenda est & pro [illegible] scribendū. Inuenitur aūt hoc uerbū aliquoties in notitia imperij Roma. Atq; adeò ubi officiū magistri officiorum recensetur, Subadiuuæ adiutores duo pro Subadiuuæ adiutoris legitur. Subcurator eadē forma in l. 30. ff. de negot. gest. Bris. Habuit magister officiorum adiutorem ex schola agentium in rebus, ut dicitur in l. 12. C. de præpositis laborum lib 12. & subadiuuas adiutoris duos. habuit & subadiuuas fabricarum, quas constat fuisse sub dispositione magistri officiorum, & subadiuuas barbariorum. id est, officinarum barbaricariorum. Et horum subadiuuantiū meminit Marianus Scotus. & l. agentes in rebus. C. de agētib. in rebus, lib. 12. in qua uulgò malè subadiubarum, pro subadiuuarum legitur. De his & in l. 3. C. Theod. de agent. in reb. Periculū, inquit, se & adiutor & subadiuuæ subituros esse cognoscant, si huiusmodi sanctionis normā insequentibus magistris desierint intimare. Iidem, ut opinor, chartularij dicuntur. in leg. 5. & 6. d. tit. de agentib. in rebus. C. lib. 12. Cuia. ad l. ex eo quo, sæpe iam alleg. tit. C. de agent. in rebus, lib. 12.

SVBAVDITIO, tropus, Grammaticis notissimus, est & apud Iurisconsl. Nā sæpè uel taxatiua, uel augmētatiua dictio subintelligitur. In taxatiua exēplum est apud Venul. l. finali. ff. de Aedil. edict. cum morbum sonticum dixit, qui perpetuus noceret, nō qui tempore finiretur: subauditur, tantùm. Cod. de Postuland.

SVBCVRATOR, adiutor curatori cum minore tamen potestate datus. Iulian. l. 30. De neg. gest. Quendam ad siliginem emendam curatorem decreto ordinis constitutum esse: eidem alium subcuratorem constitutū siliginem miscēdo corrupisse, &c. Hottamann.

SVBDERE se sentētiæ, in prin. l. iij. ff. Iud. solui.

SVB-

SVBDISIVNCTIVA coniunctio à Grammaticis sic definitur, quæ uoce disiûctiua utrûq; adesse significat, uel simul, uel discretè. ut Alexander siue Paris: Nam qui prius uocabatur Alexander Priami filius, posteà cognominatus est Paris, dormit uel disputat, nam potest neutrum facere. Sed de particula subdisiunctiua, quanquam ad Grammaticã pertineat disserere, copiosissimè disputauit Proculus Iurisconsultus in tit. de uerb. significatione l. hæc uerba. Nebriss.

SVBDIALIA comitia apud Athenienses erant, quibus publica iudicia ultro citroq; causis agitatis tractabantur à mille, aut mille quingentis primę notæ ciuibus: de quibus latius Postellus de Magistratibus Atheniensium cap. 12. Græcis dicebatur ἡλιαία.

SVBDITVM testamentũ dicitur, cũ uero testamento occultato, aliud clam fuit appositum. quemadmodũ Subditus partus, pro sublato ab ea muliere q̃ peperit, & alteri supposito. Pro surrogato, seu successore Paul. usurpat, de Iud. cũ ait: Mortuo iudice.

SVBDITVS. Sicut superiores nõ debent nimia familiaritate contemptos se reddere l. Obseruandũ. ff. de offic. præsid. Ita subditi non tenentur ultra modũ obsequi c. Admonẽdi. ij. q. vij. & xj. q. iij. c. Quid ergo. & c. seq. Leuit. xix. Gal. j. Old.

SVBDITVS iudex interprete Festo lib. xvij. dicebatur, qui loco mortui dabatur his, qui cum iudicem habuerant, in aliqua re uel lite. Sic in l. 60. ff de iudic. Subditus iudex in demortui locum suffectus dicitur. Bris.

SVBDOLE, cautè, fraudulenter l. quisquis.

SVBDOLVS, occultè decipiens.

SVBDVCTIONES, Cicero uocat li. ij. de Oratore, inanes, & sophisticas philosophorum argutias & disputationes: qualibus & nũc utuntur, Oldend. teste, in dijudicandis causis, & tractãdo iure, magno studiosorum incommodo. Sp.

SVBFEVDATIO, nominatur uulgo Afferlehen. Zas. de Feud. alienat.

SVBGRVNDATIO, prominentium tectorum constructio, de qua Vitru. lib. iiij. Spieg.

SVBGRVNDIA, sunt tegulæ propendẽtes extra tectum domus, ad parietum defensionem, ne imbribus corrumpantur. Iabol. de Ver. sig. l. malum na uis. Qualia inquit, mœniana & subgrundia essent, id est, tecti partes impendentes ad parietum munitionem. Nebr. Dicuntur & Subgrundæ. ut Bud. ostẽdit autoritate Varronis: & Prætoris edictum probat: quod Vlp. interpretatur, in l. si uero plures. §. prętor ait. de his qui deiec. Spieg. Plinius tamen subgrundas accipit pro tegulis inferioribus. Nam in tectorũ structura duo sunt ordines tegularũ: alter supernarum, alter infernarũ. Scribens namq; lib. 25. de duobus Sedi generibus, hoc est maiori & minori: dicit minorẽ appellari hypostegon. & subdit caussam cur sic appelletur, quoniam in subgrundis ferè nascitur, hoc est, in tegulis inferioribus: id quod uulgò uidemus in tectis nasci. Nebriss.

SVBHASTARE est sub hasta mittere. id est per incautum publicum uendere. hasta uerò erat uirga, quæ dabatur, cum alicui potestas daretur de aliqua merce. Io Bello. Etymol.

SVB hasta uenire dicuntur ea, quæ iure hastæ fiscalis, id est, auctionis, quæ fit à fisco de bonis caducis, uel commissis, uel obligatis, cuius signũ est hasta in foro posita, ueluti sub corona captiui, quod eorum uenalium signum esset corona capiti imposita. Festus. Hastæ subijciebãtur ea, quæ publicè uenundabant, quia signum præcipuum est hasta. Tertullianus in Apol. sub eadem uoce præconis, sub eadẽ hasta, sub eadem annotatione quæstoris diuinitas addicta conducitur. Adiectiones autem sunt licitationes siue promissiones offerẽtium maius preciũ, ut in l. j. C. de uend. reb. ciuit. lib. 11. l. 2. de locat. præd. ciui. l. penult. de omni agr. des. C. eod. li. Addictiones sunt penes eos qui pluris licitati sunt rerũ subiectarum uoci præconis collocationes, has προσκυρώσεις illas ὑπερθεματισμὸν uocant. Cuia. super Rubr. de fide & iure hastæ fiscalis. C. lib. 10.

SVBIACERE uoci pręconis dicebatur, cum ad lapides, ad quos præco ascendebat, in foro cuiuspiã uenalia bona subijciebantur. Vide Syluium pro Publio Quintio.

SVBIECTAE sibi personæ. Vlp. Siue per subiectas sibi personas usu adquisierint l. itẽ ait prætor. ff. Ex quib. caus. maior. Spieg.

SVBIECTVS partus, pro subdito, supposito l. j. C. de Fals. quemadmodum subijcere testamẽta, hoc est pro ueris falsa supponere. Vnde subiecta testamenta, & subiector testamentorũ, apud Ciceronem legimus. Spieg.

SVBIICERE, pro loco alterius ponere, apud Paulum in leg. & qui natura. si cum me. Negoc. gest. Spiegelius.

SVBIICERE delatorem uel accusatorem, summittere & supponere est l. 50. §. 1. ff. de legat. j. l. 15. ff. ad Turpillia. l. 14. §. is demum uidetur. ff. de bon. libert. Briss.

SVBIICERE testamentum l. 2. ff. ad l. Corn. de fals. & apud Paul. lib. iij. Sententia. Titul. vij. & lib. v. Tit. xxiiij. Quint. lib. ix. ca. ij. Ream tuebar, quæ subiecisse dicebatur marito testamentum. Bris.

SVBIICI etiã partus, id est, supponi dicitur l. 1. §. sed & si seruus. ff. de uent. inspic. l. 1. §. ult. l. 3. §. si mater. ff. de Carbonia. edi. l. 1. §. 1. ff. de quæst. l. 16. ff. de his quæ ut indi. Suppositum partum dicit l. 46. ff. de iu. fis. l. 9. ff. de Carb. ed.

SVBIICI bestijs, pro obijci. in l. ult. C. ad l. Fab. de plagia. l. 3. §. pen. ff. ad l. Corn. de sicar. l. 12. C. de pœn.

SVBIICI quæstioni l. 11. C. de quæstionib.

SVBIICI tultibus l. 28. §. & ut generaliter. ff. de pœnis.

SVBIICI pœnis l. 1. ff. ad Turpillia.

SVBIICI uectigalium præstationi dicuntur ea, pro quibus uectigal præstatur, & pẽditur l. 9. §. pen. ff. de publican. Vectigalibus etiam subiectos agros Hygen. lib. ij. de limit. constit. dicit: qui sub uectigali locantur.

SVBIICI usuris dicuntur, quibus usuræ adplicantur leg. 38 ff. de negot. gest. leg. 54. ff. de administrat. tuto. Bris.

SVBINDE, pro frequẽter, à Iuriscoss. interdum usurpatur: in quem sensum Liuium, Columellam, Martialem plerunq; usos, sed in primis Tranquillũ, Catanæus annotauit. Sp.

SVBINTRODVCTA mulier quid sit, in Decretis põtificijs Dist. xxxij. ca. Interdixit per omnia. & rursus eadẽ dist. Nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierẽ (quia Glossematarij prorsus silẽtio prætereunt) latè explicat Rhenanus noster, adiecto scholio Eusebianæ Histor. Eccles. Sp.

SVBINVESTITVS, est uasallus uasalli. Dn. Oldend. & diligens, & fidelis iuris nostri interpres, in de Action. beneficiarijs, annotauit Feudistarum loquendi formulas, ab usu Latinorum abhorrentes, quas

quas adſcribam. Noſtri,inquit, Dare feudum,Concedere feudum uaſallo,nunc dicunt: Romani,Dare mancipio fundum, In fidem ſuam accipere clienté. Noſtri, Auferre feudum, Aperiri feudum: Romani, Inijcere manus prædio clientelario. Noſtri, Subſtituere aliquem in locum ſuum,Subinueſtire: Romani,Emancipare prædium, A' clientela ſeſe eximere in gratiam alterius. Noſtri,Feudum accipere, Inueſtiri de feudo: Romani,Mancipio accipere,Fidé patroni ſequi, In fidem ſe conferre. Vnde natum eſt, quod uulgò dici ſolet in epiſtolis: Ioannes mancipium tuum. Nõ enim ad bellicam captiuitatem, aut ſeruitutis conditioné pertinet, in quo multi falluntur. Noſtri,Seruire,Seruitutem facere domino:Romani, Clientelam exhibere, Obſequium præſtare. Noſtri,Vendere Feudum:'Romani,Obſequium uel clientelam exuere alienato prædio. Noſtri, Vaſallus non uult ſeruire, Derelinquit dominum: Romani, Cliens non uult dominũ agnoſcere, Inſiciatur clientelam,Facit ſui controuerſiam. Noſtri,Feudũ paternum, Feudum antiquum. Romani, Ius gentilitium: quaſi ad gẽtiles,agnatosq; tranſiens. Exemplum citat è v. Cic. action.in Verrem, Noſtri, Inueſtituram facere, Iuramentum fidelitatis recipere: Romani, Oſculo in fidem recipere, Verba præire, Iureiurando diſcinctum clientem adigere. Noſtri,Inueſtiturá petere, Iurare fidelitaté: Romani, Dare manus ſupplices, Oſculum obſequioſè porrigere, In uerba iurare,Sacramento adigi. Noſtri, Breue teſtatum, Inſtrumentum feudale: Romani, Apocham admiſſæ clientelæ.Antapocham clientelæ exhibitæ:quaſi teſtificationé ultrò citroq; dati & agniti beneficij.Noſtri,Saluo iure cuiuſcunque,clauſulam appellant in breui teſtato ſolennem:'Romani, Quod ſine fraude ſua, aliorumq; fiat: exemplum ex primo Liuij citat. Noſtri,Feloniam contra dominum exercere,Feudũ amittere:Romani,Prædium committere,pro confiſcari. Vt in tit.de Publ.& uectig.& commiſſ. Paul.ff. Negoc.geſt. Si periculum,inquit, erat, ne prædia in publicum committerentur.Noſtri,Culpam remittere,Feloniam non perſequi:Romani,Manũ iniectam tollere, Manus iniectionem remittere. Noſtri, Feudum improprium uocát, & feudũ temporale, quod ad annum,uel quinquennium conceditur.Romani, Precarium clientelare dixerunt. Oldend.

SVBIRE defenſionem,pro ſuſcipere defendendum.Spiegel.

SVBIRE inſtructioné eſt cœptum opus inſtruere,adornare,ac perficere. Vt refert Connan.in comment.lib.5.cap.8.nu.5.

SVBIRE iudicium. in l.fin. C.de Deſert. Sic Cicero dixit pro Flacco.

SVBITARIOS milites, ueteres repentina auxilia appellaſſe,Liuius autor eſt.

SVBITO, pro improuiſo, citra propoſitũ. apud Triphon. in eleganti §. quòd ſi ſeruus l. ſi is qui. de Acquir.rer.domin.Spieg.

SVBIVGATA bona,corruptè legitur in uulgatis, apud Papinian.in l. cũ de in rem uerſo. de Vſur. Reponendum publicata,pro ſubiugata.Sp.

SVB IVGVM mitti. Quomodo milites ſub iugũ miſsi ſint, nullibi melius leges, quam apud Liuium lib.10.& lib 1.Decad.1. Vbi Horatius ſub tigillũ mittitur, hoc eſt, ſub iugum, hac forma, ut duo recta tigilla defixa ſtarent, tertiumq; supernè duobus illis tranſuerſum imponeretur.

SVBLECTI,de mortuorum loco lecti.Bud.

SVBLEVARE teſtimonio aliquem, dici debet, quod exonerare uulgò dicimus,inquit Budęus. Sp.

SVBLIMISSIMI iudices ſunt Præfecti prætorio, Quæſtores, Magiſtri officiorum l.37.§. penult.& l.penult.C.de appel.Inde ſedes prętoriana ſublimiſſima appellatur in l.14.C.de iudicijs.Briſ.

SVBLIMITAS tua,pro altitudine,uoce Hiſpanis familiari, Altezza: quæ nobis ſonat, hocheit. in l. poſt.C.de Indiction.lib.x. Aut.de Lenon.§.fin.Sp.

SVBMISSA uox, concitatæ opponitur, quam Canoniſtæ & ſuppreſſam uocant c. ſi cum. extr. de Verb.ſig.c.alma.§.adijcimus.de Sent.excom.lib.vj. Submiſsè,uel (ut quidá ſcribunt) ſummiſſè,id ſignificat,quod barbaris eſt humiliter: & ſubmittere,qđ illis ipſis eſt humiliare: quod uerbũ, teſte Inſulano, doctis non placet.Spieg.

SVBMITTERE, eſt propagandæ ſobolis gratia matricib.ſupponere, atq; alẽdos præbere fœtus.

SVBMITTERE precia, pro minuere, Plinius: Neq; enim pudor,ſed æmuli precia ſubmittunt.Budæus ait.

SVBMOVERE à magiſtratu,officio,dignitate, eſt quod uulgus deponere dicit.

SVBMOVERE clàm, ſiue ſubtus, uel à longè mouere Inſtit.§.autẽ. Quib.alien.lic.l.ij. ff.de Compenſat.Spieg.

SVBMOVERI exceptione.Quod notat Vlp.in fin.l.quid ergo.ff.de Vſufru.Submittere autem facti eſt, & Iulianus propriè dicit diſpertire, & diuidere, & diuiſionem quandá facere, quod dominium ſubmiſſorum erit proprietarij Sp.

SVBNIXI priuilegio,id eſt fulciti,quod eſt uulgò muniti, apud Aur. Arcad.in l.unica. ſub fin. ff.de Offic.præf.præt.Sp.

SVBNOTARE.Lege,Deſcribimus.

SVBOLES pro Sobole ſæpè in Pand. Flo. de quo uerbo eiuſq; notatione Feſtus lib.17.Prat.

SVBORNARE, eſt falſum inſtruere aliquẽ, ſemotis arbitris: &, Catanæo teſte, ſemper in malum uſurpatur. Exemplum habes apud Paulum in l. alij propter.de Accuſat.tum alibi.Sp.

SVBORNATIO eſt latens ſeductio ut in Cle. teſtibus.de teſtib.Io.Bello.Etymol.

SVBRIPERE,ſiue ſurripere,noſtris uſurpatur, pro eo quod eſt, per mendacem narrationẽ aliquid extorquere,& quaſi furari.Hinc ſurreptio,pro impetratione quæ fit à principe, per falſam rei narrationem. Et ſurreptitia diplomata ac literæ, quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt. ut ſi quis pro apoſtata ſectarioùe ſe ſimpliciter profanũ apud principem mẽtiretur.Hi nãmq; ab omni iuris beneficio,miro omnium orthodoxorum Iuriſperitorum excluduntur.Sp. Cuia in commentarijs ſuis ad l.4. ſuper uo.rem mihi.ff.de Vſurpat.& uſucap.dicit,ſurripere eſſe idem,quod loco mouere l.3.§.ſi rem.ff.de acquir.uel amitt.poſſ.Furtum autem emendare eſſe loco reponere.

SVBROGANDVS,pro ſubſtituendus,in l.unica.C.de Colleg.lib.xj.Nihil autem debet ſubrogari, ſubſtitui,ſubordinari, ſuggeri, niſi cum illis qualitatibus,cum iſto iure,cum iſta conditione,qua fuit res cui ſubrogatur. Gloſſ.& Bart.in l.j C.de Mancip.& colon.patr.lib.xij. Sic ſubſiſtet regula: Subrogatum ſapit naturam eius, cui ſubrogatur l. quod debitori. & ibi.Dynus.ff.de Don.cauſ.mort.Sp.

SVBROGATIONES dicuntur,quum aliquis alij cedit officium ſuum,ea tamen lege,ut ſibi quoq; illud retineat quãdiu uixerit, & altero mortuo, ſiue is fuerit qui ceſsit ſiue is cui ceſſum eſt, alteri ſaluũ ſit

sit & integrum officium quod rarò solet concedi à principe, propterea quod duplicatur isto modo numerus magistratuum, ut sit ius honorũ, priuilegiorumq; utriusq;, exercitium uerò unius aut exercitiũ quidem utriusq; sic ut altero absente alter exequatur. Connan. comment. lib. 4. nn. 15. nu. 16.

SVBROGATVM sapit naturam eius, cuius loco subrogatur l. si eũ. § qui iniuriarũ. ff. si quis caut. cũ alijs iuribus uulgaribus, quæ in pulchro casu citat Bal. consil. cxij. queritur qui intelligantur. col. ij. lib. j. & Lud. Pont. sing. cccclxxxv. Pone quòd arbitrium. & Dec. consil. 50. quia uerba testamenti. in j. colum. & omnes ubiq;. Et propterea decidit sing. Bal. in l. si puellam. in ult. uerbis. C. si man. ita fuer. al. ne man. quòd si testator dedit formam distributioni legatorum piorum, scilicet ut fiat cum consilio priorum fratrum prædicatorum: & executor decesserit, uel fuit negligens intra annum, & ideo eius loco successit episcopus: tenebitur tamen episcopus prioris consiliũ adhibere, aliàs nõ ualeret distributio. quod putat Bald. memoria dignum, & commendat D. Felin. in c. cum accessissent. colum. viij. de consti. & in c. cum dilecta. in xvj. colum. in vij. amplia. extrà de rescript. & in c. qualiter & quando. colum. j. de iud. & Do. Ias. in d. §. qui iniuriarum. colum. iiij.

Adde quod elegãter cõsuluit Bald. cons. cccxvij. ad euidentiam præmittendũ, quòd si mutuas. lib. iij. quòd si mutuo tibi centum, & stipulor promissionẽ occasione depositi: quòd licet depositarius nõ possit uti retentione l. penult. C. depos. tamen propter originem mutui, licita tibi erit retẽtio. ut latè sequitur & confirmat Socyn. cons. cxliij. diu profectò anceps. col. iiij. & seq. li. j. quod est repetitũ cons. clxxj. in ij. & probatur in l. tutor. ff. de fideius. ubi non titulus actionis, sed causa debiti inspicienda est. ut in l. Lucius. secunda. ff. depositi. & in l. qui id quod. ff. de donat. & quod per dicta iura decidit Iason post Besutium, in l. stipulationes nõ diuiduntur. colum. xv. uersic. ad ista tamen adde. de uerb. oblig. in quib. locis habes, quod attendi debet causa originalis. Inuenio tamen, quod Soc. cons. clxxix. circa præsentem. col. pen. & ult in ij. lib. posuit sing. limitationẽ, quam dicit nõ reperisse in specie declaratam. quòd scilicet per secundã stipulationem intelligi debeat, in totũ recedi à prima. ita quòd si uirtute prioris actiõis daretur interesse, ut in dote, si fiat obligatio causa auri & argenti: pro qua non datur interesse, nisi in solito negotiari. iuxta nota. in c. conquestus. de usur. quòd in hac secũda promissione licet subrogata in locum dotis, non dabitur interesse, nisi in solito negotiari. quod est memoria dignum. Sed uidetur cõfundi ex adductis per Bald. & Socyn. in locis primo loco adductis. & Dec. cons. liij. placet. col. j. & ult. ubi cõcludit, quòd licet in cõtractu per quẽ fit nouatio, prim⁹ tollatur, tamẽ remanent qualitates præcedẽtis. Cot.

SVBSCRIBERE, est querelã unà experiri: interdum iudicium dictare, uel actionẽ. ut apud Paul. in l. actione. ff. pro Socio. Dicitur & edere iudicium, ab Vlpian. tit. Rem rat. hab. Hinc subscriptores, Pedianus ait, eos appellatos causidicos, qui adiuuare accusatorẽ poterant submissius. Et subscribere causæ dici potest id, quod adiungere causæ non dicunt. Der sachen/oder dem handel anhengig. Quod & in causam descendere dicebatur. Vide Budæũ in prin: Annotat. poster. & suprà, Scribere. Sp.

SVBSCRIBERE, pro cõsentire l. non aliter. ff. de adopt. Prat. Subscribere in crimen l. ult. ff. de furt. l. 24. ff. de fals. l. ult. ff. de priua. del. Subscribere autẽ accusator libellis quos dabat, debebat se professum esse l. 3. §. item scribere. ff. de accus.

SVBSCRIBERE rationib. l. 40. §. seruus testamẽto. ff. de statuli. & Subscribere rationes l. 82. ff. de cõditio. & demonstra. l. 12. ff. de liber. lega. Inde Subscriptæ rationes l. 41. §. libertatẽ. ff. de statulibe. l. 15. in fine. ff. de diuers. temporalib. Bris.

SVBSCRIBENDARII, auctuarij & optiones aderant diuisioni annonarum, teste Cuia. in l. excellentia tua. C. de erogatio. milit. anno. Optio enim est erogator militaris annonæ. Optioni iungitur actuarius, ut No. Martiani de indeb. deb. & d. l. excellẽtiá & l. ult. C. de erog. milit. anno. qui subscribendarius in l. j. C. The. cod. tit. Et annonario in l. 3. C. Theo. de numerar. Zonoras in Apostolorum. c. 83. differentiá facit inter σιτηρέσιον στρατιωτικὸν διανέμειν, & τροφὴν στρατιώταις ἀφωρισμένην ὑποδοχὴν, & στρατολογίαν. Idẽ Cuia. ad l. 3. C. de apochis public. lib. 10.

SVBSCRIPTIO, est exempli ab alio scripti notarij, manus signis facta munitio l. diuus. §. item senatus. de Falcid. ubi Bartol. paremq; uim habet, quam Holographa scriptura. l. empt. §. j. ubi Bar. ff. de Pact.

SVBSCRIPTIO interdum appellatur quod à principe uel præside libello oblato subscribitur l. 1. ff. de constit. princip l 1. C. quo modo & quan. iudi. l. 1. C. comminatio epist. Bris.

SVBSCRIPTIO etiã in crimen pro inscriptione l. 7. ff. de accusationib. l 29. ff. ad l. Cornel. de fals. l. 3. ff. ad l. Fab. de plag. l. 13. C. de accusat. Quintil. Declamat. xv. Nunquid iniquè iudices, in tanti sceleris subscriptione deposco, ne nominibus reos æstimare uelitis. Bris.

SVBSCRIPTIONES principum dicebantur eorum constitutiones, quibus respondebãt præsentibus sese per libellos consulentibus. nam quum absentibus respondebant, Epistolæ dicebantur. Vlp. l. 1. ff. de const. princip. Quodcunq; igitur Imperator per epistolam & subscriptionem statuit, uel cognoscens decreuit, &c. Huius autẽ libelli & subscriptionis exemplum est apud Vlp. l. 19. §. 9. ff. locati Hot.

SVBSCRIPTORES dicebantur, qui se accusationi, qui rei nomen detulerat, subscribebant. plura cognosces ex meis Comment. in Diuinat. Hor.

SVBSCRIPTORES (ait Pedianus) nõ solum chartarum caussa, neq; iuuandi accusatoris adhiberi solent, sed etiam ut non facilè corrumpantur. Nostri pragmatici hodie uulgari lingua nostra Celtica Adiunctos appellant: & Subscriptiones, Adiunctiones. Brechæus in l. subsignatũ. ff. de uerb. & rer. sign.

SVBSECIVA quæ sint, hìc explicare non erit alienum. Scribit autem Isidor. lib. xv. Etym. cap. xiij. Subseciua propriè esse, quæ sutor de materia præcidens quasi superuacua abijcit. Indeq; subseciuos agros dictos, quos in Pertica diuisos recusant quasi steriles, uel palustres. Itemq; Subseciua, quæ in diuisione agri non efficiunt centuriam, id est, iugera ducenta quæ à subsecante linea ita appellata esse Frontin. in lib. de Agrorum qualita. scribit. A quo & eius interprete Aggeno Vrbico Subseciuorum duo esse genera didici. Vnum, quod in extremis asignatorũ finium centuria expleri non potuit. Aliud, quod in medijs asignationibus & integris centurijs interuenit: quidquid enim inter iiij. limites minus, quàm interclusum est, fuerit asignatum, in hac remanet appellatione, ideo quòd is modus, qui asignationi superest, linea eludatur & subsecetur. Et generaliter Subseciuum appellatum est, quod inter mẽsuralem lineam & centuriæ extremitatem minùs quàm ut cen-

centuriam expleret, supererat. Ex quibus illucescet hic Tertulliani ex lib. j. aduers. Marcio. locus. In quo ita est: Et uidendum, ne qua adhuc illi uacent subsecíua, in quibus & tertius aliquis stipare se Deus possit. Sic enim illic uerbum hoc scribi debet. Similiter Apuleius lib. viij. de Asino aur. Ac me relictum solū & subseciuum cū fastidio pleriq; præteribant. Suet. in Domitia. cap. ix. Subseciua quæ diuisis per ueteranos agros carptim superfuerant, ueteribus possessoribus ut usucapta concessit. Quod etiam Aggen. Vrbic. in commentarijs Frontini his uerbis refert. Nam Domitianus per totam Italiam subseciua possidentibus donauit, edictoque hoc uniuersis notum fecit. Briss.

SVBSEDISSE pars soli dicitur, quæ depressa est l. 14. §. 1. ff. de aq. & aq. plu. Cic. lib. j. de Diuinatio. uerbo Desidere non semel in eo significato usus est. Brisson.

SVB se habere præses prouinciæ dicitur, quæ pertinent ad prouinciam quam administrat l. j. §. j. ff. de Interdict. & releg.

SVBSELLIA, sunt tribunorū, triumuirorum, quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium: qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subsellijs considebant. Erant & subsellia iudicum, id est eorum qui publicis iudicijs disceptandis operam dabant. Bud. in Annotat. prioribus ad l. j. de Iudic. Asconius Pedianus subsellia inquit ea esse quę triumuiris, quæstoribusq; darētur, illisq; etiam, qui minora iudicia exercerent. Sellas autē fuisse curules & tribunales. Vide & Crinitum lib. 2. cap. 3.

SVBSIDIARIA actio. uide suprà, Actio subsidiaria.

SVBSIDIARIAE literæ, quæ à paribus ad pares uel superiores scribūtur, petendo exhiberi trãsferriq; in authenticam formam quoddam scriptum publicum uel priuatum. Sp.

SVBSIGNARE prædia, legi operis faciēdi adscribere qui prædes quæq; prædia pro redemptore oppignerarentur. ut in lapide antiquo: Qui redemerit prædes dato, prædiaq; subsignato Duumuirum arbitratu. Et in extremo: Dies pecun. pars dimidia dabitur, ubi prædia satis subsignata erūt: altera pars dimidia soluetur opere effecto probatoq;. Hoc est quod Paul. ait in l. 39. de uerb. sig. Subsignatum dicitur, quod ab aliquo subscriptum est. Nā ueteres subsignationis uoce pro adscriptione uti solebāt. Hot.

SVBSIGNATAE facultates fisco l. penulti. §. conductores. ff. de iure immunita. quæ subscriptione obligatæ sunt. Quo sensu & subsignare res dixit Iustin. in l. ultī. §. defensionē. C. de admi. tutor. Subsignata etiā apud ærarium & Censorem prædia, quę in cēsum deferebātur, Cic. pro Flacco significat. Br.

SVBSIGNATVM dicitur, quod ab aliquo subscriptum est. Nam ueteres subsignationis uerbo pro subscriptione uti solebant, ut Paul. in l. 39. ff. de uerbor. significa. scribit, & Fest. lib. xvj. confirmat, Resignare, inquiens, antiqui pro, rescribere, ponebāt, ut adhuc subsignare dicimus, pro, subscribere. Bris.

SVBSISTERE, est hærere & dubitare. Callistr. de Iur. immun. l. semper. Subsisti, inquit, potest, an prohibendi sint à præside. Item Vlpian. de Procur. l. seruum. Quantum, inquit, ad filiumfamiliās, uerum est, in seruo subsistimus. Nebr.

SVBSISTO, hoc uerbo nostri utuntur temerariam ac præcipitem adfirmationem inhibentes l. 32. ff. si cert. pet. l. 33. ff. de procuratorib. l. penult. §. conductores. ff. de iure immunit. Bris.

SVBSORTITIO in reiectione suspecti iudicis quomodo fiebat, pulchrè declarat Bart. Latomus item in Orat. pro Cn. Plancio. Sp.

SVBSTANTIA, pro patrimonio l. fin. Cod. de Verb. sig. Lege. Forma causæ. Spieg.

SVBSTANTIA generaliter definitur, quæ ad rei essentiam necessariò requiritur: atq; hæc materiam, formam solennitatemq; comprehēdit. Ex Alciat. Spiegel.

Sic Substantia hæreditatis l. 58. §. penult. ff. de admin. tut. Substantia pro οὐσία in l. 9. §. inde quæritur. ff. de contrah. empt. Et ideo materiā ipsam qua corpus constat, significat in l. 4. §. si ex lana. ff. de usucapion. l. 9. §. si quis rerum. ff. ad exhib. Sed & pro corpore ipso ponitur in l. 20. ff. de contr. empt.

SVBSTANTIA & res opinioni & existimationi opponuntur in l. 2. §. si sub conditione. & §. si à pupillo. ff. pro empto Bris.

SVBSTANTIA inanimata diuiditur in fungibilem, ut est uinum, zinziber, pecunia: non fungibilem, ut est ager, flumen, arbor.

SVBSTITVENDI uerbum ea comprehendit, quę subordinantur: quemadmodum institui dicuntur, quæ principaliter ordinata sunt, & statuta. Patetq; latè utriusq; uerbi significatio. Nam & uita institui dicitur, dum componitur. Et leges instituere dicimur, dum ordinamus, statuimus. Sic substituuntur procuratores, substituuntur iudices, dum ordinantur. Item & arbores substituit usufructuarius in locum demortuorū. & si quæ sunt similia. fac. l. pen. ff. Iudic. solui. & l. agri. de Vsufruct. Cæterùm in materia ultimarum uoluntatū uerba instituendi & substituendi ex communiter accidētibus uniuersalem successionem respiciunt. Qui enim hæres generaliter ordinatur, institui: & is qui sequenti loco subordinatur, substitui dicitur. In singulari successione quamuis uerbum substitutionis, ut paulo antè dictū est, ad legata & donationes causa mortis accommodatur: non tamen inuenitur, quòd institutionis uerbo testatores in legatis & donationib. usi sint, quanquam ex uerbi significatione legatarius & donatarius institutos dici, etiam Politus tradit. Sp.

SVBSTITVERE est, in alterius locū quid statuere & locare. Sic Substituere arbores l. 18. ff. de usufruct. l. 45. §. pen. ff. de iure fisc. in locū mortuarū uel infructuosarū alias reponere l. 14. ff. de impens. in res dot. Substituere pecora l. 69. ff. de usufr. Bris.

Hoc exemplo Substitui dicuntur hęredes, qui secundo uel tertio gradu instituuntur l. 1. ff. de uulg. & pup. Nec uerò hæredibus modò, sed & legatarijs quoq; substituitur, & his quibus mortis causa quid donatur l. 50. ff. de legat. ij. l. 32. de legat. iij. l. 10. ff. de mort. cau. donat. Bris. Adde Cuia. ad tit. 4. Iul. Paul. recept. Sentent de testament. lib. 3.

SVBSTITVTIO. Substitutio est, deficiēte primo hærede, hæreditatis ad alterum delatio, ex præfinitione dantis hæreditatem. Est autem substitutio aut simplex, aut duplex. Simplex est, ut si quis dicat, Si ille hæres non erit, ille hæres esto. Duplex uerò est, ut, si ille siue hæres factus, siue non factus, impubes decesserit, ille hæres esto. Potest itaq; quis plures gradus substitutionū facere, & nouissimo loco seruum necessarium hæredē, & hæredes sibi mutuò substituere, & cuiq; unū, & multos uni, & unū multis. Hinc est, ut communi calculo receptæ sint substitutionum quinq; species, uulgaris, pupillaris, exemplaris, breuiloqua seu reciproca, & compendiosa, de quib. satis apertè apud iuriscōsultos nostros. Anch.

SVB-

SVBSTITVTIO, est secũda institutio, quæ scilicet post institutionẽ à testatore fieri solet, hoc est, secundi hæredis appellatio: primò enim fit institutio, tum substitutio. Zasio Substitutio nihil aliud est, quàm sequẽti loco facta subordinatio. Fumæus rectè descriptionem, non autem definitionem putat esse substitutionis, ceu Bartol. cum Iasone, in l. j. ff. de uulg. & pupill. substitu. existimát. Quare ipse sic eam definit: Substitutio est in locum cuiuscunq; instituti hæredis deficientis suppositio. Et rectè quidẽ, cùm fiat etiã substitutio in legatis, & donationibus causa mortis. tex. in l. Vt hæredibus. ff. de legat. ij. & hæredis deficientis uerbum, uti generale, comprehendat omnes substitutionum species, siue deficiat hæres in institutione, quia noluerit adire, uel non potuerit, propter ætatis uel sensus defectum, aut alio quouis modo deficiat. Sunt autẽ communi calculo receptæ substitutionum quinq; species: Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Breuiloqua, seu Reciproca, & Compendiosa: quæ tamen Iure communi non est substitutio, sed propter militum multum fauorẽ ualet iure substitutionis. Iure autem communi non ualet, sed potest fieri loco illius fideicommissum. text. in §. final. Institutio. de pupill. Vnde qui fideicommissariam substitutionem uocát, ut & rectè monuit Fumæus, terminos confundunt. Aliud est enim Fideicommissum, aliud Substitutio. Substitutio nempe, ut ipse dixit, est in locum deficientis suppositio. In fideicommisso uerò rogamus hęredem, ut ab hæreditate adita deficiat, & deinde restituat, sic ut necesse sit illum adire, qui rogatur restituere l. Cogi. ff. Ad Trebell. Deinde in substitutione Substitutus alteri directè capit hæreditatẽ ex testamento per manus hæredis instituti. Oldend.

SVBSTITVTIO Compẽdiosa, sic dicta, quòd sub compẽdio plures substitutiones complectatur, cùm substituitur directè, cuicunque instituto, quocunq; tempore, certo, uel incerto defecerit ultra pupillarem xiiij. annorum. Quod de homine sano intelligendum. Nam si furioso, uel dementi illo modo substituatur, tum eã exemplarẽ uocabimus. Exemplum incerti temporis erit, si testator dicat: Instituo A. & quandocunq; morietur, F. hęres esto. Certi uerò temporis species erit, si testator dicat de suo hærede: Si intra xxv. annũ suæ ætatis decesserit, F. hæres esto. de quã in l. Precibus. §. final. C. de impub. Sed obseruandum, ut habeat nomen compendiosæ uerũ, oportebit eũ, cui substituitur, excessisse xiiij. annum: intra enim illud tempus semper uocatur pupillaris l. In pupilla. ff. de uul. Fit autem compendiosa nonnunquam per uerba directa, uel obliqua, uel etiam per communia, id est, ea quæ ut directa, & ut obliqua, salua recti sermonis proprietate, interpretantur, quorũ infrà sub quinta uocali faciemus mentionem. Oldend.

SVBSTITVTIO directè facta tũc dicitur, quãdo per uerba substitutionis nulla fides, nullum ministerium, & nullus actus alterius cuiuscunq; requiruntur. tex. in l. Omne uerbum. C. Com. de leg. Old.

SVBSTITVTIO exemplaris est illa, quæ ad exemplum pupillaris, cuius personæ non ualenti iure testari, ueluti si fiat furioso perpetuò, muto, prodigo, cui bonis interdictum est. Dicta exemplaris, quia est exemplar & imitatio pupillaris substitutionis. Ex eo certè, quia sicut fit pupillaris impuberi, non ualenti testari, quàm diu impubes est, sic fiet de furioso, ut ei, donec resipuerit, poßit substitui: quoniam interim prohibetur testari dum furit. Atq; sicut pupillaris substitutio cessat, cessante causa, scilicet defectus ætatis, sic & hæc finitur furioso resipiscente. Hoc autem nomen exemplaris finxerunt nostri doctores propter leges quasdam, quæ uoluerũt posse substitui illis miserabilibus personis: cuius rei tres tantùm locos in iure ciuili Fumæus annotauit. Oldendorpius.

SVBSTITVTIO pupillaris, est ordinatio hæredis à patre, in testamento filio impuberi in potestate constituto, facta sub ea conditione, si impubes decesserit. Ita Fumæo erit exemplum, Titius filius meus hæres mihi esto: & si T. filius meus intra xiiij. annum morietur, Seius hæres esto. à pupillo, cui fit, nominata. Oldend.

SVBSTITVTIO pupillaris diuiditur in generalem, expressam, tacitam, & in aliam quandam partim expressam, & partim tacitam. Oldend.

SVBSTITVTIO pupillaris generalis est illa, quam sub reciproca contineri Lex declarauit in l. Iã hoc iure. ff. de uulg. eadem certè ratione, quæ satis infrà in uulgari explicabitur. Expressa erit illa: Titius filius meus, hæres mihi esto: & si filius meus intra xiiij. annum morietur, Seius hæres esto in §. primo, Institut. de pupill. Tacita sub expressa uulgari comprehenditur, quia talis à lege subauditur, l. Si quis. C. de impub. Quarta, quæ duplex est, composita ex expressa & tacita, cuius exemplum assumitur ex specie l. fin. C. de instit. & substit. sub condi. fac. tametsi omnes Accursiani hoc non sentiunt, contra quos Fumæus illum casum rectè constituit. Old.

SVBSTITVTIO reciproca, seu breuiloqua, noua, & alia substituendi forma breuis est. ob id reciproca dicta, quòd duob. fiat reciprocè, ueluti si quis duobus institutis hæredibus dicat, Vos inuicẽ substituo. & tametsi duas aut tres poßit continere species substitutionum, nõ propter eam mixturam fiet tertia, seu distincta species, non magis, quàm si quis dixerit, Hominum quidam albi: hæc enim accidentia sunt, non species. Dicitur autem reciproca, quasi retroducta, repetita, reflexa: quia sicut fluctus reciprocantur in angusto mari, id est, sese repercutiunt refluendo, ita ista substitutio de uno in alterum retroducitur, reflectitur, & repetitur. Quin & substitutionum species, quæ sub reciproca continentur, saluæ manent, nec usquam mutatur eorum natura, & semper est uel uulgaris, uel pupillaris: bene quidẽ alteratur, quia non tantam uim exprimunt, ac si specialiter expressæ essent. Itaq; doct. nomine, ut Zasiano uerbo loquar, magistrali uocarũt breuiloquam, propter l. Cùm in testamẽto. §. His uerbis. ff. de hær. instit. ubi hæc substitutio dicitur breuiter fieri. Old. Adde Forcat. in Necyomantiæ dial. 26. nu. 1.

SVBSTITVTIO uulgaris est, quę à quocunq;, de quocunq;, & in quemcunq; casum cõcipi potest, nihil speciale habens. Salom. in l. Gallus. Vigl. Instit. de uulg. subst. Fumęus: Vulgaris substitutio est, inquit, altera hæredis institutio directa in locum non adeuntis prioris instituti. Intelligit autem alteram hæredis substitutionem, siue secundã, siue tertiam, aut quartam, & deinceps, quot uoluerit testator. Nã plures gradus institutionis facere potest: & ille omnis dicetur Substitutus, qui habet ante se institutũ, siue sit primus institutus, aut secundus primo substitutus, tex. in §. j. Inst. de uulg. Directa uerò ideò dicitur, quòd per seipsum, & nõ per manus alterius capit hæreditatẽ: quo à Fideicommisso differt. Exemplum huius substitutionis sumit ex Modestin. l. j. de uulg. Lucius hæres esto. si mihi Lucius hæres non erit,

erit, tunc Seius mihi hæres esto. Sufficiet autem, si sit expressa uel tacita hæredis institutio. Qualis est illa: Si mihi legitimus hæres non erit, Titius hæres esto. ut in l. si quis ita. & in l. Cum in testamen. ff. de hæred. instit. Vulgaris auté substitutio primùm diuiditur in simplicem: cuius exemplum iam dictum est: & duplicem, ueluti Titius hæres esto: & si Titius hæres non erit, uel hæres erit, & intra pubertatem decesserit, Sempronius sit hæres. Vocatur auté duplex: quia in primo capite habet uulgarem satis expressam, & pupillarem in secũdo capite, Si intra pubertatem decesserit. Ita diuidebat Modest. in l.j. de uulg. Est autem præter hanc & alia simplicis uulgaris subdiuisio: uulgaris generalis, uulgaris expressa, & uulgaris tacita, seu à lege subaudita. Oldend.

SVBSTITVTIO uulgaris generalis, est Fumæo, quæ fit uerbis generalibus cuiusmodi est Reciproca substitutio, quam aliqui uocát Breuiloquam, duobus hæredibus institutis, si dicat testator: Vos hæredes meos inuicé substituo. nihil enim est præter generale nomẽ Substitutiõis: cuius species sunt, uulgaris, pupillaris, & aliæ iam denominatæ, & tamen sub illo genere continetur hæc species, uulgaris scilicet substitutio: tanquam fuisset specialiter & nominatim expressa. tex. in l. Iam hoc iure. §. Quod ais. ff. de uulg. quam tum expressam non dixit Iurisconf. neq; ita propriè possumus appellare, quicquid nostro Bartolo placuerit. Placuit enim, Expressum id rectè dici, quod generaliter ueniret. in quo ipsum lapsum, Fumæus scitè demonstrat: ut in eo quod putauit, generalem hanc substitutionem comprehendi sub compendiosa. Oldend.

SVBSTITVTIO uulgaris expressa, quæ fit his uerbis: Titius hæres esto. Si Titius hæres non erit, Seius hæres esto. Dixit Bartol. si dijs placet, prudentior, adhuc expresſiorem hac inueniri. ueluti si quis ita substituat: Sempronium hęredem instituo: quòd si Sempronius hęres esse nollet, Titius sit hæres. Singularis enim casus ille exprimitur, quo nollet esse hæres. Rectè uerò Fumæus ait, quantum ad illũ casum, expresſiorem se non uidere, quippe cum idem sit dicere, Si hæres nõ erit: cùm enim renuit esse hæres, euenit conditio. text. in l. Cùm proponas. C. de hæred. instit. Oldend.

SVBSTITVTIO uulgaris tacita, quæ non exprimitur uerbis, seu ordinatione aperta testatoris, sed ex increpatione, declaratione, uel ampliatione Legis, subauditur, qualis est ea, quæ ex compendiosa concipitur. de qua in l. Centurio. ff. de uulg. in l. Precib. C. de impub. & alijs substit. Glos. ult. in l. Lucius. ff. de uulg. hanc nullo modo expressam, euicit Fumæus contra Bartol. Oldend.

SVBSTITVTIO pupillaris & uulgaris præcipuè discernuntur hoc modo: Illa morib. hæc 12. tab. introducta est: illa pubertate, hæc aditione finitur: illa succeditur pupillo, hac testatori: illa fit in euentum adquisitæ hæreditatis & mortis, aut in euẽtum mortis dun taxat, illa in euentum non adquisitę hæreditatis. Item substitutio uulgaris plerunq; æstimatur ex ratione succesſionis, Pupillaris uerò ex ratione scripturę æstimatur, non succesſionis. proinde in ea ordo scripturæ obseruatur. Cuia. in Notis suis ad tit. Vlp. 23. quemad. testam. rump.

SVBSTITVTIONVM, ratione succesſionis, duo tantum sunt genera. Ratione personarum tria: uulgaris, pupillaris, Iustiniana. Ratione scripturæ quatuor: ná uel primus casus exprimitur, uel secundus, uel uterq;, uel neuter. Idẽ Cuia. in Notis suis ad lib. 2. Instit. sub tit. de pupillari substitutione.

SVBSTRVCTIO, est fabrica, quæ in fundamentis fit. Fundamenta auté fossæ, in quib. substruitur. Glar.

SVBSTRVERE ergo, est ædificiũ à fundamentis deficiens fulcire. Hinc substructio dicta parietis fultura. Vitruuius lib. 1. Nõ solum in muro, sed etiam in substructionib. Colum. lib. 1. Pro fultura, inquit, & substructione fungetur. Vlpian. lib. 43. titul. de riuis leg. j. Nebr.

SVBTEMEN. uide suprà in dictione Stamen.

SVBTILE aut à telo aut à tela deductũ uidetur, & præpositione sub, quæ in cõpositione uim aut localẽ aut diminutiuá habet. Si à tela, tectũ aliquid & latens quod nõ nisi à peritis uideri potest, significat: quemadmodũ in tela filum tenue crasſiori suppositum est: si à telo, aliquid acutum & non obtusum notat, quod in omnia facilè ut telum penetrare posſiit, ut annotauit Drosæus in methodo iuris.

SVBTILE ingenium. Vt suprà indicauimus, Imperator in l. ij. C. de Commer. & mer. scribit: Aurum barbaris non solùm non præberi, sed etiam quod apud eos inuentum fuerit, subtili ingenio auferri debere. Hæc uerba Papa non solùm usurpat, sed etiam exponit in c. abusionibus. de Pœnit. in Clement. sic inquiens: Abusionibus, quas nonnulli eleemosynarum quæstores in suis prædicationibus proponũt, ut simplices decipiant, & aurũ subtili, uel fallaci potius ingenio extorqueant.

SVBTILITAS iudicialis. Eius fit mentio in l. si fuerit. in fin. ff. de Reb. dub. Obseruandũ, summariá cognitionẽ carere subtilitate l. j. C. Vt in posſess. leg. Nõ debet (ait Antoninus Pius) is qui iuri dicundo præest, subtiliter cognoscere. Obseruandũ uerò, uerbum subtilitatis anceps esse, & in Iure nostro in malam etiá partem accipi, népe pro captione, pro maligna adinuentione, pro fallacia, ut in l. sicut. §. pen. ff. Quibus mod. pign. uel hypo. sol. c. dilecti. de Iudic. Clem. ij. eod. tit. & ibi Glos. l. Sancimus. C. ad Trebellian. cum mult. simil. Vide Zas. in Apologia ad Eckium. Spiegel.

SVBTILITAS iuris, quia tendit ad læsionem alterius, omnino reprobatur, & est opposita simplicitati, quæ solet dici amica legum leg. Si quis cùm aliter. Digest. de uerb. obligat. leg. Gallus. §. Quidam rectè. Digest. de lib. & posthum. Simpliciter enim fieri dicitur id, quod sine fraudis conscientia fit leg. Ait prætor. §. Si quis particeps. Dig. de his qui in fraud. credito. Alia subtilitas est ad inuestigandam uniuscuiusq; negocij iusticiam ex circumstantijs, secundum artem boni & æqui leg. j. in princ. Digest. de iustic. & iur. Ea non opponitur simplicitati, sed maximum adfert robur. Vnde iudiciaria subtilitas appellatur in l. Si fuerit. §. Sin autem. Digest. de reb. dubi. Et huius subtilitatis frequentisſima est mẽtio in legibus. Oldend.

SVBVASALLVS, ein affter lehenmann/ qui ab alio fit quasi substituendo factus Vasallus, ut dicit Oldend.

SVBVLO ut inquit Festus Pompeius, Hetrusca dictio est, qua significatur Tibicen, quod ipsum & Q. Ennius Poeta in hoc uersu posuit:

Subulo quondam marinas propter astabat
——aquas.

Vt M. Varro notauit in libro de uerbis poeticis. Huius, inquit, uerbi radices haud quidem in Latio, uerùm in Hetruria petendæ sunt. Sed illud inprimis seruan-

seruandum est, hanc uocem & in cœnis Macrobianis haberi, quo loco de iocis ac dicterijs differit, quę in cœnis atq; compotationibus ad urbanitatem & gratiam meritò exigũtur. Neq; illa, inquit, proferenda sunt, quæ planipedes aut Subulones solent. De Subulis etiam notum est omnibus acceptas esse pro mucronatis spiculis, quorũ fit usus in lanificijs ad pectenda uellera. Hinc illud ab Anneo Seneca dicitur: Indignum esse pro dijs hominibusq; in aciem, suscepta subula, armatum descẽdere. Plinius in ceruorum cornibus subulas nuncupat, quæ à Græcis παττάλια, appellantur. Pet. Crinitus lib. 18. cap. 13.

SVBVRBICARIAE regiones, & suburbicariæ partes in l. 9. de anno. & tribut. in C. Th. l. 12. de extraord. munerib. in eo. Cod. l. 12. de indulgent. debit. eo. & in Notitia Imperij Rom. ubi de comite rerum priuatarum per Occidentẽ tractatur. Adnotauit aliquid de hoc uerbo Iac. Cuiac. lib. j. Obseruatio.

SVCCEDANEVS alieni periculi, dicitur in quẽ incommodum periculi alieni, hoc est cuius culpam alter sustinet, redundat. Vlpianus l. tertia, in fine, ff. de administrat. tut. Planè si non consentiant tutores Prætori, sed uelint omnes gerere, quia fidem nõ habeant electo, nec patiuntur succedanei esse alieni periculi. Plautus Epid.

Mea' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam?
Vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succedaneum?

Nam Stultitiæ tuæ dixit pro Tergo tuo, cui periculum à stultitia imminet. Vlp. l. 4. ff. de magistr. conuen. Nam magistratus quidem in omne periculum succedit, hæres ipsius dolo proximæ culpæ succedaneus est. Hot.

SVCCESSIO dicitur, cùm priore subducto de potestate suo hærede, ulterior in proximum locum succedit l. 28. §. 1. ff. de liber. & post. Et Succedere, pro in sui hæredis locum succedere sublato de medio uel morte, uel pœna, uel captiuitate, uel emancipatione eo qui præcedebat l. 29. §. uidendum. & §. ille casus. ff. de liber. & post. l. 2. ff. de uulg. & pup. l. 6. §. 1. & l. 13. ff. de iniusto rup. Planè quod in l. 1. §. interdum. ff. de suis & legit. dicitur in suis successionem non esse, hunc sensum habet, ut eo qui primum locũ mortis tẽpore tenebat mortuo, sequens ut suus hæres non admittatur: aliter atq; si ante cùm alij delata hæreditas non esset. Quomodo & in hæreditate legitima successionem non esse, cũ Paulo lib. iiij. Sent. tit. viij. Iustinian. scribit in §. placebat. Instit. de legit. adgnator. success. Bris. Est autem duplex succedendi modus: per priuationem uidelicet & per transmissionem, ut not. Bald in l. si auus, de lib. pręt. C. Per transmissionem quidem successor ex singulari uoluntate dicitur, ut iure Legati, donationis, uel commutationis: eumq; personali actione non teneri: cum in successorem singularem non transmittatur actio personalis, ut l. 1. §. si hæres, ad Trebell. cum alijs iuribus. Vnde fit ut ad pensionem emphyteuticam, præteritam quidem non exolutam, successor per transmissionem seu singularis, nequaquam teneatur: ut quia ad eam agi nisi personaliter non possit, ut not. per Ioan. Imo. in c. potuit. extra de locato. not. etiam in l. 2. & 3. C. de iure emphyt. Brechæus in l. Nihil. tit. de uerb. & rer. signific.

SVCCESSIO graduũ dicitur, cùm primo eorum graduum qui in ordine aliquo sunt, omittente, insequẽs admittitur. plures enim in ordine ferè uno quoq; reperiuntur gradus. dicta leg. 1. ff. de success. edict. §. cùm igitur. 7. Inst. De bon. possess. Hot. Hinc

SVCCESSIO quædã est de gradu in gradum, ut post filium succedat nepos, qui est in secũdo gradu, & post nepotem Pronepos, qui est in tertio: & quædam est de capite in caput. hoc explico: agnatorum est unum caput, cognatorum aliud, unde uir & uxor est aliud: exclusis agnatis uocãtur cognati: exclusis cognatis uocantur uir & uxor. not. glo. in rub. ff. de successor. edicto. Io. Bello. Etymol.

SVCCESSIO legitima appellatur, quæ secundum Leges datur. Estq; ex parte patris, ut Successio naturalis, ex parte matris l. j. Cod. Vnde uir & uxor. in Gloss.

SVCCESSIO ordinum, est cùm ordo personarum uniuersus, cui potissimum possessio deferebatur, illam omisit: ueluti liberorum, aut legitimorum, aut cognatorũ l. 1. ff. quis ord. in bon. poss. eademq; successio de capite in caput appellatur leg. 5. C. qui admitt. ad bon. poss. Hot.

SVCCESSIO personarum, est cum priore gradu uacuo, is qui inferiorẽ tenebat eius in locũ ascendit l. 1. §. si filius. ff. de suis & legit. l. 3. C. eod. Hot.

SVCCESSIO rerum, est cum persona non tam personæ, quàm rebus succedit. ea autem duplex est. nam aut in ius uniuersum est: qualis est hæredum, & eorum qui bonorum possessores sunt: aut in res singulares l. 1. §. in locum, ff. quod legat. l. 7. & 8. ff. de iureiur. l. ult. ff. de except. rei uend. Hot.

SVCCESSIONVM gradus tres, liberorum, legitimorum & cognatorum, explicat Alc. in Parad. lib. 4. cap. 4. Spieg.

SVCCESSOREM dare, uel mittere, est magistratum abrogare: quod nunc officium auferre uulgò dicimus, inquit Bud. Vnde apud Vlpia. in l. ij. ad Leg. Iul. Maiest. dicentem: Quiue de prouincia, cum ei successum esset, non discessit, pro abrogatũ ei imperium esse, accipiendum est. Sp.

SVCCESSORES alij in uniuersum ius, alij in rem succedũt l. ulti. ff. de except. rei uend. l. 19. §. deinde. ff. de ædilic. ed. l. 7. in fi. & l. 8. ff. de iureiur. Ita Successio per donationem in leg. 17. §. pactum. ff. de pact. Successorum itaq; uerbo non solum qui in uniuersa bona, sed & qui in rei dominium successerint in stipulatione damni infecti cõtinentur l. 34. §. adijcitur. ff. de dam. infec. In locumq; successisse accipimus siue per uniuersitatem, siue in rem successerint l. 1. §. in locum. ff. quod legator. Et ideo cùm hæredẽ significare uolumus, iuris successorem dicimus l. 9. §. 1. ff. de eden. §. legatarijs. Institut. de testam ordin. & in locum hæreditario iure succedentem l. ult. ff. pro suo. quos in locum & in ius succedere ait Paul. in d. l. 9. §. 1. & l. 42. & l. 177. ff. de diuers. reg. Qui autẽ per uniuersitatem succedunt, uel ciuili, uel honorario iure succedunt l. 1. in fi ff. de munerib. & honor. Vnde quidam honorarij sunt successores, ueluti bonorum possessores & quibus ex Trebelliano Senatusconsulto hæreditas restituta est l. 24. ff. famil. ercisc. l. 9. §. illud. ff. de interrogatio. in iur. fac. l. 7. in fi. ff. de condict. furt. Bris.

SVCCESSORIVM edictum & Successorium caput dicitur, quo inter bonorum possessores successionis gradus definiti sunt, & uno repudiãte uel omittente, uel tempore excluso sequentes in locum eius admittantur leg. 1. ff. de success. ed. l. ult. C. eod. tit. l. 1. §. penult. ff. de iur. & fac. ign. Vlpian. in Instit. titul. xxviij. Bris.

SVCCESSORES hęredum. Modestin. in l. annuum. de An. l. Successores ait, hæredum negant se debere.

SVCCIDA lana, à succidendo: quòd talis sit, qualis

qualis succisa est.hoc est, plena sordibus. Varro à sudore deriuat.5.de Re rustica.Spieg.

SVCCIDIVM. Quære, Laridum.

SVCCINVM, gēma est ex gummi arboris glessariæ congelata, quam diximus à Græcis appellari electrū. Iuuenal. In cuius manibus ceu pinguia succina tritas Cernis ephemacidas. Mart. Inclusit tenuē succina gemma feram. Plinius de succino, deq; medicamentis ex eo multa lib.37. Nebr.

SVCCINCTVS pro homine armato, & militiæ studioso capitur, atq; adeo pro omni, qui est alicuius uirtutis & industriæ, cōtra q est mollis, ignauus, & militiæ inhabilis, discinctus nominatur. Persius:

Non pudet ad mortem discincti uiuere: Nacca

Et Liuius libro septimo belli Punici: Districtis gladijs discinctos destituit. At Horatius.

Alius ac nos, præcinctis unum.

Et Plinius libro septimo Epistolarum. Sicut in castris, sic in literis nostris plures cultui pagano quos cinctos & armatos reperias, id est quos plebeios & rudes literarum existimes, qui tamen sunt per eruditi & magnę industrię. Conn.comm.li.9.ca.5.nu.8.

SVCCISIVIS operis fieri dicitur, quod horis quibusdam quasi furtiuis agitur, ubi iam ordinarijs ac legitimis officijs perfuncti sumus. Metaphora tra ducta à mercenarijs, aut seruis, qui præter pactas operas quas debent, extra iustas illas horas nonnihil etiam operantur sibi, quod cedat in peculium. Ex Eras Spieg.

SVCCVMBERE, non obtinere, paria sunt. l. Pola. C. de his quibus ut indig.

SVCVLA (inquit Budæus) machina est tractorij generis. Constat autem tereti ligno, duobus aut pluribus uectibus traiecto, utrinq; æqua extātibus longitudine. hæc dum uersatur, funis qui ductarius dicitur, circa eam obuoluitur. Vlpian. in l. sed addes. §. illud nobis. Quòd si, ait, regulis olea prematur, & prelum, & suculam, & regulas, & tympanum, & trochleas, quibus releuetur prælum, dominum præstare oportere. Spieg.

SVDOREM aquę in legib. uocari Seneca lib. iij. cap. xv. Natur. Quæstio. scribit, qua guttæ quædam uel pressura loci cadūtur, uel æstu euocātur. Quod ego ad interpretationē l.1.§. caput aquæ. ff. de aqua cottid. traho. in qua ita est. Planè si aqua sudoribus manando in aliquē locum effluere, atq; ibi apparere incipit. Vitruu.lib.viij.cap.j. In terra autē nigra sudores & stillæ inueniūtur exiles, quæ ex hibernis tempestatib. collectę in spissis & solidis locis subsidunt. Quod ipsum Pallad.lib.ix.cap.viij. tradēs, Nigra, ait, terra humores & stillicidia non magna ex hibernis imbribus & liquore collecta. & mox, Sequenti die aperto loco si in eodem uase sudores intrinsecus inueniantur, aut stillæ, aquas ibi esse non dubites. Bris.

SVES pecorum appellatione continentur, quia & hi gregatim pascuntur, quod Homeri autoritate probat Martian. in l. legatis seruis. §. pecorib. de Legat.iij. Spiegel.

SVFFECTVS Cōsul ait Isidor.lib.x. est, qui pro alio substituitur. Sic enim appellabatur, qui in demortui Consulis locū sufficiebatur l.5.2.§. Labeo. ff. de orig. iur. Lamprid. in Alex. Consules quoscunq; uel ordinarios uel suffectos creauit, ex Senatus sententia nominauit. Spartia. in Caracalla, Helium Pertinacem suffectum Cōsulem ob hoc solum quód filius esset Imperatoris, occidi iussit. Sueton. in Iulio cap.lxxx. Q. Maximo suffecto trimestriq; cōsuli. Idē in Augusto cap.xxvj. Die Kalendarum Ianuar. cūm mane pro æde Capitolini Iouis paululū curuli sella præsedisset, honore abijt, suffecto alio in locū suum. Ab ordinarijs autem Coss. nō etiam à suffectis anni computabātur. Et idcirco minor eos honor, minor laus sequebatur. Auson. in Gratiar. actio. Sed cōsulatus ille cuiusmodi? Ordinario suffectus, bimestri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus, quærendum ut reliquerit tantus Orator, quib. Consulibus gesserit consulatum. Bris.

SVFFICERE, pro satis esse, datiuo, ut apud Pomponium l.ij. de Orig.iur.§. Post deinde, pro subministrare & maculare, accusatiuo iungitur. Item sufficere consulem, est in locum eius, qui ambitus damnatus sit, uel mortuus, alium facere. Nā particula Sub, in cōpositione significat in locum aliorū. inde Supplere & Supplementū, & Subsortiri dicta sunt. Sp.

SVFFICERE operi, administrationi, negocijs l.13. ff. de tutel. l.pen.§. ulti. de excus.tut. l.5.§. sed si filius. ff. de liber.adgn.

SVFFICIENS substātia, ex qua qs sustētari potest, teste Papiniano l.hæres. ff. de Petit.hæred. Sp.

SVFFICIT, hoc uerbum denotat, quod fieri potest non quod debet.

SVFFICIVNT tibi uineæ, uel fundus: fideicōmissum est. quoniam & illud fideicōmissum esse arbitramur. Contentus esto illa re. autor Vlp. de Legat.iij.l. fideicommissa.§. si quis ita. Sp.

SVFFRAGIA pro uocibus & scitis, quibus uel in magistratu mandando, uel reo iudicādo, uel lege, aut rogatione sciscenda, aliaúe qua re statuenda uoluntatem suam quisq; indicat l.32. ff. de legib. l.1. ff. de offic.quæstor l.5. ff. quod cuiusq; uniuersit. l.6.§.1. ff. de decurion. l.8. ff. de muneribus & honorib. l.5. ff. famil.ercisc. l.ult. ff. de præd.decurion. Bris.

SVFFRAGIVM. Vox illa, qua unusquisq; suam declarat uoluntatē, de aliquo ad magistratū eligendo, dicetur suffragium. Pomponius, in l.ij.§. ijsdem temporibus. ff. de origine iur. Dicti sunt (ait) tribuni, quòd olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur, uel quia tribuum suffragio creabantur. Iuuenalis, Satyra 8.

Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni?

Aliquando tamen suffragium pro auxilio accipitur; ut in tit. C. De suffragijs. Nam quod in Nouellis legitur, Vt iudices sine quoquo suffragio fiant. insulsissimè uersum est è Græco Iustiniani Cod. Sed à Gregorio Haloandro, homine (teste Oldend. xij. Tab.) doctissimo, & de repub. optimè semper merito, sic restitutum est, Vt præsides absque ulla datione pecuniæ ad officia mittantur. Cæterùm, suffragia ab initio palàm & uoces ferebantur, postea legibus latis, per tabellam dari cœperunt, ut nimia suffragandi libido in non bonis causis eriperetur potentissimis. Primam enim tabellariam legē Gabinius tulit, ut per suffragia in tabella descripta magistratus mādarentur. Biennio pòst lex Cassia tabellaria secuta est, quā Lucius Cassius nobilis homo tulit, ut per tabellam, nisi in perduellionis crimine, populus iudicaret. Tertia lex tabellaria Carbonis seditiosi, atque improbi ciuis, fuit, qua cautum est, ut per tabellam iuberētur, ferrenturq; leges, ac etiā uetarētur. Extat etiā lex xij. Tab. huiusmodi. Creatio magistratuū, & iudicia, populi iussa, uetita, cū senatus suffragio quū scīscētur, optimatib. nota, plebi libera sunto. Hac uerò lege libertatis species datur, bonorū authoritas retinetur, & cōtentiōis causa tollitur. Cæsar postmodū libera populo suffragia abstulit. Vnde Modestin. dicit

dicit legē Iuliam de ambitu in urbe suis cessasse temporibus: quia tunc ad principis curam, nō populi fauorem, magistratuum creatio pertinebat. Anch.

SVFFRAGIVM etiam in constitutionib. auxilium & patrocinium honorum adipiscendorum causa latum ac præstitum significat. l. un. C. de suffrag. l. 1. si cert. pet. de suffrag. in C. Theod. l. septima, C. de aduoc. diuers. iud. l. 36. l. 44. de decurionib. in Cod. Theod. Nouell. Constit. 6. Lamprid. in Alexā. Quod cùm factum esset, & Thurinus suffragium promisisset, dixissetq; se quædam Imperatori dixisse, cùm nihil dixisset, &c. Briss. Ex Liuij uerbis lib. 1. triplicem fuisse ferendorum suffragiorum rationem intelligimus, primam eam quam Romulus instituit, alteram eam, cuius Seruius Tullius auctor fuit & inuentor, ut gradus essent ij, quos Liuius dicto lib. 1. exposuit, tertiam, quam sua ętate ab superioribus diuersam esse affirmat. Qua autem instituta à Seruio ratione, ni si uariaretur sententijs inter equites, & primæ classis pedites infra non descenderetur, Liuius non exponit, sed nos ex Dionysio iam ostendimus, nimirū hoc idcirco fieri solitum, quòd illi uniuersi reliquas tribus centurijs superarent. Id quod tamen Ioachimo Perionio libr. 3. de Magistratibus Romanis non longè à principio falsum uidetur. Nam cum secūdæ classis uiginti essent centuriæ, tertiæ 50. quartæ 25. quintæ 30. efficitur profectò maiorem harum numerum esse, quam equitum & primæ classis, quæ ex ipsius Dionysij sententia decem & octo centurias explebant. Itaque magis adducitur ut credat, hunc honorem equitibus, & primæ classis peditibus tributū esse, ut si in ferendis suffragijs unum idemque sentirent, eorum ualeret sententia. non diffitetur tamen Dionysij rationem sententiæ eius de numero centuriarum conuenire. Equites enim facit explentes decem & octo centurias, primam classem octoginta, secundam duas & uiginti adiunctis fabris, tertiam uiginti, quartam duas & uiginti, quintam 30. &c.

SVFFRAGIVM quoq;, teste Cuiacio, pecunia est, quæ suffragatoribus aulicis datur promittiturue honoris adipiscendi causa, quo nomine erat actio, si certum peteretur de suffragio: nec in honoribus, qui à principe deferuntur locus legi Iuliæ de ambitu. Et eodem suffragij titulo principes etiam ipsi, qui honorem deferebant, pecunias accipiebant, quę suffragia διοικητικὰ uocantur in formula iurisiurādi Nouellæ Iustiniani octauæ, de præsidib. subiecta. Sed hoc omne suffragiorum genus sustulit Iustinianus eadē Nouella, imitatus Nouellam Theodosij, quæ extat l. ultima, Cod. ad legem Iuliam rep. & Tiberius Nouell. clxj. generaliter uetans suffragij nomine quidquam uel suffragatoribus dari, uel publicis rationibus inferri. Cuiac. in expositione ad d. Nouell. Iustinian. viij. de præsidibus.

SVFFVGIVM, locus ad euitandum imbrē, uel tempestatem, aut calorem, uel aliud discrimen, Superficies. Vide suprà Ædes. Spiegelius.

SVGGESTVM est. Paul. de legat. 3. in fin. l. Ofidius quidam ait à parte legatarij suggestum est, quædam a colonis post mortem patrisfamiliâs exacta, hoc est, pro legatario, uel in gratiam & fauorem legatarij. Sic usurpatur à Cicerone in Bruto, quum ait: Vt nemo cōtra ciuium perditorum popularem turbulentamq; clementiam à Senatu & à bonorū causa steterit constantius: hoc est, Senatui studuerit & fauerit, eumque tutatus fuerit. Videtur autem Iurisconsult. Suggestum est, posuisse pro relatum est, narratum, siue indicatum fürgetragen/angezeygt. Propriè enim suggerere, idem est quod subministrare. exempla Doletus ostendit. Spiegel.

SVGGILLARE, propriè de facie dicitur, cum contusa facies, liuidis maculis dehonestata est. Sic enim Sugillata in facie dicuntur, ut uibices in corpore, ὑπώπια Græcè, quòd sub oculis maximè appareant. Et per metaphoram Suggillare, pro deridere, & reprehendere ponitur. Bud. in l. sed si hac lege. §. primo, de in ius uoc. Atque ideo Suggillare deridere, est: quòd qui ex contusione liuores contraxerunt, derideri solent. Vlpian. de iniur. l. item apud Labeonem: Si quis, inquit, non ad suggillationem domini seruo iniuriam fecit. Nebriss.

SVGGRVNDA, uel Suggruenda (uariè enim in Pandectis Florētinis hoc uerbum scribitur) sunt proiecta ex ædibus quæ ita prouehuntur & protenduntur, ut nusquam requiescant. l. 242. §. inter. ff. de uerb. sig. l. 5. in fin. ff. de his qui deiecer. uel effud. Rubrica, de damn. infect. & suggrundis & proiectio. apud Vitruu libro 2. ca. 9. Subgrunda uocantur. Vnde Subgrundationem idem dixit lib 4. c. 2. Suggrundas etiam Varro lib. 3. de re rustica dixit. Gręci γεισηποδίσματα appellarunt. Sic enim Moschopul. in libris περὶ σχεδῶν γεισηποδίσματα αἱ προβολαὶ τῶν ὑπὲρ θύρας δωματίων αἱ ὑπὲρ τὸν κάτω τοῖχον προέχουσαι, γεισήποδες δὲ τὰ φέροντα αὐτὰς ξύλα. Brisson.

SVGGRVNDIA, & suggrundiæ. Suggrundiæ & suggrundia, partes tecti prominentes, quibus stillicidia à parietibus arcentur, quasi ferè sunt Lugdunensia tecta: à Græcis γεῖσα & γεῖσα dicuntur. Bud. in Annotat. prior. ad Pandect. Varro lib. 3. de re rustic. suggrūdas appellat, nisi mendosi sint codices: Aues (inquit) subtus suggrūdas ab initio uillatico usæ tecto. Anchora.

SVI hæredes defuncto esse, apud Caium l. 3. ff. de petit. hæred. Spiegel.

SVI hæredes etiā agnati dicuntur l. filius, de suis & legit. hære. l. I. C. 6. j. de grad affi. l. de bonis. §. huic autem. de Carb. edict. Sed differentiæ causa separantur sui ab agnatis. In ordine suorū non seruatur gradus prærogatiua: quod secus est in ordine agnatorum. Hi diuidunt hæreditatem in capita, illi in stirpes. In his habetur discretio sexus, in illis non item. Hi fiunt hæredes aditione, illi existunt. His capite diminutis non datur bonorum possessio unde legitimi, illis tunc etiam datur bonorum possessio undè liberi. Agnati & sui dicuntur etiam legitimi. Cuiac. in Notis ad lib. 3. Institu. Dn. Iustin. sub tit. de legit. agnato. success.

SVI quoque hæredes ab extraneis distāt hoc modo: Extraneis impleta conditione potestatiua integrum est repudiare uel adire. eo enim res tantū conditioni parendo deducitur, ut institutio pro pura habeatur l. si pupillus, de cond. instit. l. 1. de cond. caus. da. Sui autem impleta cōditione potestatiua statim ipso iure hæredes existunt, l. 5. de cond. & demonst. nec abstinendi beneficium habent, cum sua se sponte in hæreditatem coniecerint: Id uerò beneficium eis tantum detur, qui non sua sponte hæredes extiterunt. Nec huic differentiæ quicquam obstat l. cum bonis, de acquir. hęred. Hoc enim ex ea lege tantum colligitur, Qua ex re extraneus pro hærede gessisse non uidetur, nec suum se miscuisse uideri, quod & in hoc tractatu procedit. nam conditioni potestatiuæ parendo suus se miscere non uidetur, hæres tamen existit statim, nec potest abstinendi beneficium impetrare. Idem Cuiac. ad legem lxxxvj. ff. de hæred. instit.

SVITAS est ius quoddam intellectuale & directum propter patriam potestatem, & quandã domesticitatem domini bonorum ascendentiũ, continuationem ad successores proximos post mortẽ immediatè inducens. l. posthumorum. ff. de iniusto rupto. & §. 1. Inst. de hæred. quæ ab intest.

SVI hæredes appellãtur, quia domestici heredes sunt. §. sui autem. Instit. de hæred. qualit. & diff. Ioan. Bello. Etymolog.

SVI hæredes nõ fiunt sed existũt heredes, quemadmodum ipse demonstraui in tit. de hæred. qual. & diff. nec adquirere bona dicũtur, sed retinere: ideoq; suorum conditio talis est, ut retrò paterna bona obtinuisse uideantur. Cuia. ad l. 2. ff. pro hær. uel posses.

SVLCI aquarij, qui Græcè ὑδραγωγοὶ appellantur. Vlp. l. de aqua. Spiegel. Adde Forcat. in penu iuris ciuilis cap. 5.

SVLFVRARIA locus ubi sulfur coquitur. Vnde in sulfurariã damnari dicimus, ut in calcariã. Sp.

SVLFVRATA. Iuriscos. in fin. l. ligni appellatio. de leg. 3. Ad faces quoq;, inquit, parata, non erunt lignorum appellatione comprehensa. Sunt etiam sulfurata, ligna exilia, sulfure ab utraq; parte intincta, ad accendendas lucernas.

SVLPVRARIA sulpuris fodinam significat. l. 8. §. in calcariam. ff. de pœn. l. 13. §. inde est quæsitum. ff. de usufruct. l. 52. §. si sulpurariæ. ff. de furt. Briss.

SVLPVRATA de ligno, id est, ligna sulpure illita in l. 55. §. ult. ff. de leg. 3. l. 167. ff. de uerb. sig. ut sunt nostræ allumettæ. Briss.

SVMB (teste Seruio 5. Æneid.) uerbum est Iurisconsultorum, quo utuntur, quotiens legatum nõ ab hærede datur, sed est in accipientis arbitrio. Cuiac. ad l. 93. ff. de uerb. oblig.

SVMI dicitur iudex arbiterue, & capi, qui ex cõuentione litigatorũ aditur. l. 4. C. de dote releg. Sic sumptus ex interdicto iudex. l. 21. ff. quod ui aut clã. Sumptus ex compromisso in l. 50. ff. de recep. qui arbitr. l. penul. ff. de iud. Cic. pro Flacco. Q. Naso iudex sumitur. Valer. Max. lib. 8. c. 2. de C. Mario. Nam cum C. Ticinius Minturnensis Fanniam uxorem, quã impudicam de industria duxerat, eo crimine repudiatam dote spoliare conaretur, sumpt⁹ inter eos iudex in conspectu habita quæstione subductũ Ticinium monuit, ut incepto desisteret. Dicitur & adsumi qui alijs additur. l. 17. §. si in duos. ff. de recept. q. arb. Bris.

SVMMA generaliter accipitur pro collectione omnium rerum, quæ, ubi de ualore fuerit quęsitũ, in summam solent redigi pecuniariam. Quippe cùm is sit usus pecuniæ, ut omnium planè rerum corporalium & incorporalium precia & æstimationẽ repræsentet. l. si in duabus actionib. ff. de reg. iur. Alioquin aũt specialiter Summa, de quantitate pecuniarũ certa intelligi solet. l. quærebatur. ff qui potior. in pign. hab. l. diligenter. §. seruo quoq;. ff. mandat. Alijsq; locis ferè infinitis. Olden.

SVMMA condẽnationis. l. 3. §. pen. ff. uti poss. Br.

SVMMA diuisio primam & præcipuam ac generaliorem diuisionem significat. l. 3. ff. de statu hom. l. 1. ff. de rer. diuis. §. 1. Instit. de act. Briss.

SVMMA pecunia quantitatem significat. l. 29. ff. de uerb. oblig. l. 45. §. fiscalibus. ff. de iure fisc. l. 22. l. 38. ff. de re iud. & aliàs sæpe. Briss.

SVMMA pecuniæ, non de quantis summis tantùm, sed etiam de una sola quantitate intelligẽda est. l. quærebatur. ff. qui pot. in pig. hab. l. diligenter. §. seruo quoq;. mandati. Vide §. Quantæ summa. Spieg.

SVMMA pignoris id significat quanti pignus ualet, ut summa debiti, pecuniæ debitæ, in quã pignus obligatum est summam. l. 87. ff. de furt. Briss.

SVMMA possessionis. l. 3. §. at ex contrario. ff. de adquir. possess. Briss.

SVMMA prouidentia, pro naturali ratione, in l. 1. ff. de legit. tut. interpretantur: an rectè, subsisto. Cicer. de Inuent. Prouidentia est, ait, per quam futurũ aliquid uidetur, antequam eueniat: quod prudentiæ proprium est: cuius species prouidentia est. Spieg.

SVMMA quæstionis. l. 52. §. pen. de obliga. & act. Brissonius.

SVMMA Reip. Locutio est idem significans, qđ status & firmamentum Reipub. Vlp. l. 1. §. x. ff. de exercit. act. Ideo autem ex uoluntate in solidum tenentur, qui habent in potestate exercitorẽ, quia ad summam Reip. nauium exercitio pertinet. hoc est, ea re sublata Reipublicæ status euertitur: stare Resp. non potest. Florentini tamẽ libri, summã Rempub. quod ego abiudico. Paul. Sent. 5. c. 23. Qui de salute Principis, uel de summa Reipub. uaticinatores consulit, cũ eo qui responderit, capite punitur. Hot.

SVMMAM esse rationem, quæ pro religiosis facit, Papin. ait in fin. l. sunt personæ. ff. de relig. & Vlp. seq. titu. l. 1. Quia religionis interest, ait, monumenta extrui & exornari. Spiegelius.

SVMMARII dicuntur, q faciendæ rationis summarum quaruncunq; periti sunt. Nam & summis tributorum faciendis adhibentur Nou. 30. Cuia. in exposit. ad Nou. Iustin. 64. de hortulanis. Numerantur autẽ summarij inter officia Comitiana. Idem Cuiac. in exposit. ad d. Nouell. Iustinian. 30. de Proconsule Cappadociæ.

SVMMARIE. Vide suprà, De plano.

SVMMARIVM, nõ aliud est, quàm breuis enarratio omnium quæ deciduntur. Ab eo quòd summatim, breuiter & enuclarè, omniaq; explicat. Salõ. in l. Gallus §. & quid si. Alcia. ait, Summaria nobis, quæ Iustin. παράτιτλα uocat. Spieg.

SVMMARVM scripta. Vlp. ad fin. l. si seruus plurium: Sed & mens, ait, patrisfamiliâs, & legatarij dignitas, & charitas & necessitudo: item earum quæ præcedunt, uel quæ sequuntur, summarum scripta sunt spectanda. Spieg.

SVMMATES, qui & optimates & primates appellantur. l. quinq;. ff. de decur. lib. x.

SVMMATIM cognoscere Prætor iudexue dicitur in l. 15. §. si super. ff. de re iud. l. 1. in fi. ff. de prætor. stipul. l. 3. §. sciendum. ff. ad exhib. l. 3. §. causæ cognitio. ff. de Carbo. ed. l. 3. §. 1. ff. ut in possess. legat. l. 9. §. illud quæritur. ff. de interrogationib. in iure faciend. l. 1. §. si ea quæ. ff. de uent. in poss. mitten. l. 7. uers. planè. ff. de petit. hæred. l. 40. ff. ad l. Aquil. Briss.

SVMMATIM existimandum iudici. l. si quis. §. planè. ff. de pet. hæred.

SVMMITTERE delatorem, est accusatorẽ subijcere & supponere. l. 9. § ult. ff. ad l. Corn. de fals. l. 5. ff. de iure patron. l. 1. §. incidit. iuncta l. 15. ff. ad Turp. Quintil. Declama. 281. Quinetiam si permittitur ista defensio, & ille potest dicere se nõ occidisse, qui percussorem summiserit. Nam ita emendandum est, ubi uulgo, suum miserit, perperã legitur. Sed & apud eundem auctorem Declama. 355. in hoc uerbo aliud mendum est. Inuenisse illos rationẽ, qua mutuo dolore distraherentur, summisseque qui dicerent malè tractatas à tutore rationes. ubi, summisisse, legendũ est. Brissonius.

Sic Summittere uim in l. 9. §. animaduertendum. ff. quod met. caus. Et Summittere qui uociferentur inter-

interpretare in l.15.§.conuitium.ff.de iniur. Briss.

SVMMITTERE fasces. Hinc elegans prorepsit adagium, ut cum damus, & herbam quodammodo porrigimus, uinciq; nos planè fatemur, summittere fasces dicamur, astipulante Cicerone in Bruto. Porro fasces summittere Cælius lib.12. lectio. antiq.c.7. interpretatur, non surrectos tenere, ut solebát prius lictores, ut uisendos eos præberent, ostentarentque ad terrorem increscentis audaciæ, sed deprimere, & ante pedes quodammodo deijcere.

SVMMITTI dicuntur pecora, quæ in locū demortuorum capitū substituuntur, ut eo modo grex suppleatur. l.69.l.70.ff.de usufr.l.58.§.hæreditatem. ff.ad Trebel.l.x.§.serui.ff.de iure dot. Briss.

SVMMO iure agere, est nō ex æquo & bono, sed inquirere quodam præfracto iure. Summum enim antiqui ius, summam putabant crucem, annotauit Bud.in l.1.de iust.& iur. Obseruandum autem, summum ius & æquitatem, differentia quidem esse, sed non diuersi generis. Nam æquitas ius est, non illud quidem Lege scripta comprehensum, sed pręstãtius meliusq;. Nec enim in scriptum redigi æquitas potest, cuius ratio ex sola deliberatione animi, secundum negociorum circumstantias dependet. Quanquam ius aliquod, de casu speciali ad æquitatē redactum, possit scripto comprehendi. Vide, Iuris stricti uocabulum. Spiegelius.

SVMMOVERE dicebantur magistratus, quum quempiam extrudi iuberent. Consules quidem & Prætores per lictorem, Tribuni autem per uiatorē. at illi quidem ita summouebant, ut qui non parêret, prehendi iuberent. hi uerò non pro imperio, sed comiter uerbis summouebant, Si uobis uidetur, discedite Quirites. Cicero pro Quintio. Aut satisdare, aut sponsionem iubet facere. & interea recusantes nostros aduocatos acerrimè summoueri. De Dolabella Prætore loquitur. Inde deductum ad nostros uocabulum est, ut Summoueri dicātur actores per exceptionem, quos ita rei perpulit exceptio, ut à Tribunali quodammodo summoti uideantur. Hot.

SVMMVM pro præcipuo potioreq;, à quo nullum sit superius, usurpatur. Sic Imp. Insti. de actio. in princ. Summa, inquit, diuisio in duo genera diducitur: utpote à generalissimo capite producta, quantū ad materiam attinet. Spiegelius.

SVMMVM digitum, apud Iustinianum sub finē Instit. Accursius indicem digitum intelligit. Rectius Alciatus putat, posse de tabula, seu, ut Græci dicūt, elencho, accipi. Prouerbialiter autem dicimus, Extremis attingere digitis, pro eo quod est leuiter attingere. Vnde & Imperator prouerbialiter locutus uidetur. Spiegelius.

SVMMVM ius, summa iniuria, Eng recht/ weit vnrecht. Item, Also scarpff/ würt schärig. Darumb muß man zu beyden seiten einschlahen/vnd die billigkeyt lassen alles rechtens meysterin sein. Vide Mart. de Vsura. Spieg.

SVMMVM supplicium mortem significat. l. 38. §. qui abortionis. ff. de pœn. l. pen. ff. de condict. causa da. l. ult. ff. de sepul. uiol. & apud Paul. libr. 5. Sent. tit. xxj. Callistra. in l. 28. ff. de pœn. Summum supplicium esse uidetur ad furcam damnatio, item uiui crematio, & capitis amputatio. Paul. lib. 5. Sent. titul. 17. Summa supplicia sunt crux, crematio, decollatio. Ad bestias etiam damnatio ex hoc genere est. l. 29. ff. de pœn. ut Paul. lib. 5. Sentent. titul. xxiij. ostendit. Brissonius.

SVORVM appellatione uenit singularis amic9. ita sing. Bald. in l.1. col. xj. uers. quid de singulari amico. C. qui accus. non poss. cum similib. latè traditis p D. Alex. in repet. l. sæpè. col. 50. uers. 2. potest saluari, &c. ff. de re iud. & cum his quæ latè retuli suprà in uerbo Amor. Vltra ea adde, quod Bald. sing. in repet. c. si pater. in 29. col. uersic. quid si testator dicat, si decesserit sine suis, &c. de testa. lib. 6. decidit, quòd appellatione suorum contineātur omnes illi, qui possunt persequi iniuriam illatam attinentibus suis. qđ pro mirabili citat Andr. Sicul. in commento l. cum acutissimi. col. 42. uersicu. 6 istud summarium. C. de fideicom. & latius utrunque dictum reassumit idem in 51. col. uersic. quid si testator dicat. ubi examinat, qui ueniāt appellatione suorum. & ultra eum in pulchra quæst. consuluit Bald. consilio 78. descendentibus. in 4. lib. & tangit D. Fel. in c. nonnulli. §. 1. col. penul. uersic. generaliter autem. extrà de rescript. & Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. el 1. in 28. col. ff. ad Trebellia. & quòd fœminæ non comprehendantur, consuluit Aretin. consilio 39. in facto dicitur. per totum. & nota quod uerbum Suus est possessiuum, & propterea non comprehendit iura, neq; actiones. per sing. dictum Bald. in l. j. in prin. de statu hominū. quod retuli s. in uerbo, Bonis publicatis. Cott.

SVOS hæredes accipere debemus filios, filiásue, siue naturales, siue adoptiuos, ut ait Vlpia. de suis & legit. hæred. Maffeus.

SVMPTVS, impēsa. Hinc sumptuaria Lex, quæ de moderandis sumptib. lata est. Haloan. in l. pen. ff. de uia pub. à se in Latinum uersa. Quòd si qui, ait, in conductis ædibus habitant, quòd ædium dominus eas non reparet, ipsi reparauerint, eum sumptum in pensionem reputabunt. Paul. de rei uind. Sed sumptibus, ait, petitoris. qui extra cibaria in iter uel nauigationem faciendi sunt. l. si res mobilis. Spieg.

SVMPTIBVS inanibus uexare. l. prima, ff. de inoffic. testament.

SVPELLEX. Celsus de supellectili leg. Labeo, inquit, originē fuisse supellectilis putat, qui in legionem proficiscerentur, locari solerent, quæ sub pellibus usui forent: cæterùm fœdè corrupta hæc circūferuntur modò. Est aūt supellex, domesticum patrisfamiliâs instrumentum, quod neq; argento, auróue facto, uel uesti annumeretur. l. j. de supell. leg. Verū licet supellex uideatur tantùm dici de stragula, siue lodice, ab eo quòd super lectum imponatur: ad alia tamen domus utensilia eius significatio se extendit, immò & ad alias res quæ sunt, aut possunt alicui ornamento esse. Nebrissensi teste. Spieg.

SVPELLEX. Origo fuit supellectilis, quòd olim his, qui in legatione proficiscerentur, locari solebāt, quę sub pellibus usui forent. l. Labeo. ff. de supellect. leg. Quo autem sensu accipiendæ sint hîc pelles, neminem latebit, qui Iulium Cæsarem in commentar. legerit. Alciat. dispunct. lib. 2. c. 5. Supellex autem est domesticum patrisfamiliâs instrumentū, quod neq; argento, auróue facto, uel uesti annumeratur. l. 1. de supellect. leg. ff. id est, res mobiles, non animales. l. 2. ff. eo. Itaq; Tubero hoc modo monstrare supellectilem tentat, instrumentum quoddam patrisfamiliâs rerum ad quotidianum usum paratarum, quod in aliam speciem non caderet: ut (uerbi gratia) penum, argentum, uestem, ornamenta, instrumenta agri uel domus. d. l. Labeo. ff. eod. Ita etiam definit Cuia. lib. 3. Iul. Paul. recept. sent. tit. 6. de legat. §. supellectile legata. In ipsam autem supellectilis definitionem pulchrè Alexander ab Alexandro, Genial. dierum, libr. primo, capite decimo nono, quem uidere licebit, cum

cùm ob id, tum maximè ad intellectum multarũ dictionum in l. tertia. ff. de supellect. legata positarum. Anchora.

SVPELLECTICARIVS. Idem Celsus ait, etiam suppellectarios, & cæteros hoc genus seruos contineri. l. quæsitum. §. Celsus quoq;. ff. de instruct. & instrum. Spiegelius.

SVPPELLECTILEM Pompo. definit esse domesticum patrisfam. instrumentum, quod neque argento, auroue facto, uel uesti adnumeretur. l. 1. ff. de suppel. leg. Alfenus suppellectilis eas res esse scribit quæ ad usum communem patrisfam. paratæ, nomẽ sui generis separatum non habent. l. 6. ff. eod tit. Tubero Suppellectilem esse dicebat instrumentum patrisfam. rerum ad cottidianum usum paratarum qđ in aliam speciem non caderet l. 7. eod. tit. Suppellectilis ergo appellatione uestis non continetur: quoniam proprio generi adscribitur. l. 4. ff. de legatis lib. 1. Origo aũt huius uerbi exponitur in dict. l. 7. Briss.

SVPELLECTILI legata, secundum Paul. in l. 3. in prin. de sup. leg. hæc continentur: Mensæ, trapezephora, & delphica. Sunt tamen qui in hoc loco Iureconsf. aliter legendum putent, hoc modo: Mensæ, trapezæ, amphora delphica. Etymologicus Græcus ita scribit: Delphicam tripodem Rom. uocant, eo qđ apud Delphos primum factus. Plinius Natur. histo. lib. 34. Ex ære factitauere & cortinas tripodum, nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. De mensa Delphica meminit etiam Valer. Max. in 4. Aliqui tamen codices Trapezophora coniunctim legunt, quæ apud nos mensarum tripodes appellantur. uel potius ornatissimæ sunt mensæ, magno sumptu paratæ, quæ effictis imaginibus sustinebantur. Delphica autẽ uasa dicebantur illa, quorum nulla mutata forma uarius & multiplex usus foret. Ideo appellata, quia Delphi uasa artis elaboratæ habuerunt, quæ & poculorum uicem præstabant, & clypeorum loco usui esse poterant: ut etiam auctor est Alex. Gen. lib. 1. c. 19. Quod autem subdit Iureconsf. lecti etiam inargentati culcitra imperialia uasa & oralia, impannaliosa uasa aquaria, & reliqua: quomodo hoc ęnigma solui possit, dubitari conuenit. Codex antiquus sic: Lecti etiam inargentati, culcitra & toralia, imperialia, uasa aquaria. Alciatus tamen existimat ueriorem lectionem esse, si sic uerba disposuerimus: Lecti etiam inargentati, culcitra, imperialia uasa, & bocalia, cuppæ, aleissa, uasa aquaria. Bocalia enim, seu baucalia uasa sunt notæ significationis: quorum meminit Alexander Aphrodiseus in problem. Aleissa uerò Græcis etiam urceorum genera sunt, notæ apud eos significationis.

SVPPELLECTILIS, ait Papin. tit de suppellect. leg. mensas esse cuiuscunq; generis, scilicet, uel argenteas, uel argento inclusas placet. nam & argenteos lectos, itẽ argentea candelabra suppellectili cedere, posterior ætas recepit. & Vlyssem ex auro & argento lectum inuentis arboris truncis ædificatũ ornasse, quem Penelope recognoscẽdi uiri accepit, ut uoluit Homerus. Maffeus.

SVPPELLECTILIS (ait Iabol. eo. tit.) non esse uasa ænea salientis aquæ posita. Item si quid aliud magis delitiarum, quam usus causa paratũ esset, non esse suppellectilis. Labeo & Trebatius putãt. Mirrhina autem uasa, & uitrea, quæ ad usum edendi, & bibendi causa parata essent, in suppellectili dicunt esse. Maffeus.

SVPERAEQVATIO perperam legitur in uulgatis codicibus in l. si quis deserta. C. de omni agro deserto lib. xj. legendum enim, Sub peræquationis iure perceperit. Oldend.

SVPERAMENTA materiarum, hoc est, quę iustam magnitudinem aut longitudinem excedentia abscinduntur materijs: Vitium stirpes atq; radices infrugiferæ. l. ligni appellatio. §. lignis autem. ff. de leg. 3. Oldendorp.

SVPERCILIA, inquit Hygenus, sunt loca ex plano in breui cliuo deuexo intra pedes latitudinis xxx. alioquin iam collis est. Cuiac. obseruat. libro x. capite secundo.

SVPERDICERE, præter id quod dictũ est subiungere dictis, apud Cic. lib. 2. de legib.

SVPERDICI in l. 13. in fin. ff. de iureiur. est pręconis uoce, &, ut cum Apuleio loquar, boatu pronuntiari & proclamari, ut & in l. 16. C. ex quibus causis inf. irrog. Briss.

SVPERDVCERE nouercam dicitur pater, qui filijs nouercam inducit. l. ulti. de bon matern. in C. Theod. Quintil. Declam. 381. Quidam filio superduxit nouercam, & ex ea aliam filiam suscepit. Plin. lib. sexto. Epist. ad Roman. Inducere nouercam eodem sensu dixit.

SVPERESSE rebus suis, pro Consulere, prouidere, prospicere. Græca locutio uidetur, ἐπιγενέσθαι τοῖς πράγμασι. Paulus l. 2. ff. de curat. furiof. Sed & alijs dabit Proconsul curatores, qui rebus suis superesse nõ possunt. Sic Iustin. §. 1. de curat. Sic Vlpia. l. his qui in ea, 12. ff. de tut. & curat. Hot.

SVPEREXACTOR. Exigere, inter alias significationes, est debitum repetere. Hinc exigere pecuniam dicimus, quæ nobis debetur. Et exactores uocantur, qui huiusmodi pecunias exigunt. Vnde superexactor is esse colligitur, qui, quod ultra debitũ est, elicit. Pro quo facit textus l. unicæ. C. de superexactor. Superexigere enim est petere ultrà quàm debetur. gl. in uerb. superexactorib. C. de superexactorib. Gallis dicitur Rensonator. Idem simplex nomen, quod & compositum sonat, ut in tit. C. ne operæ à collatoribus exigantur. Anchor.

SVPEREXCVRRERE. Vlp. l. 1. de arb. cæd. Vtrum totam arborem iubeat Prætor adimi, an uerò ad solum, quod superexcurrit, quæritur. Spieg.

Vnde Superficiaria prædia, quę in conducto solo certa pensione annua habentur. l. x. ff. fam. erc. l. 49. ff. de uerb. signif. l. 16. in fin. ff. de pigner. act. Superficiarias enim ædes in conducto solo positas dixit Caius in l. ult. ff. de superficieb. Sic & Superficiaria insula in l. 12. §. 1. ff. de publicia. l. 1. §. & generaliter. ff. de ui & ui arm. l. 9. §. quæsitum. l. 39. §. damni. ff. de damn. infect. Et Superficiarius fundus. l. 1. ff. quib. mod. ususfruct. amitt. Briss.

SVPERFICIARIAS ædes appellamus, inquit Caius, quæ in conducto solo positę sunt: quarũ proprietas & ciuili & naturali iure eius est, cuius & solum. l. poster. de superfic. Spiegelius. Adde Connan. comment. lib. 4. c. xj. nu. 6.

SVPERFICIARIVM interpretatur Paulus, q in alieno solo superficiẽ ita habet, ut certam pensionem præstet. l. 74. ff. de rei uind. Aliàs hac periphrasi significatur, qui in conducto solo superficiem imposuit. l. 18. §. & qui in conducto. ff. de dam. infe. Seneca libro 13. Epistol. Mathematica, ut ita dicam, Superficiaria est, in alieno ædificat, aliena accipit. Proinde Superficiarij domini nõ sunt, sed quasi inquilini, cũ in alieno habitent. l. 3. §. penul. ff. de noui oper. nunt. Aliquod tamen ius in re habent. l. 19. ff. de damn. infect. Et ideo Superficiaria bonis adnumerãtur. l. 49. ff. de

ff.de uerb.signif. Superficiarios deniq; Prætor loco dominorum habet, & utilibus in rem actionibus tuetur. l.1.§.ulti.l.ulti.ff.de superficieb.l.18.§.ei qui.ff.de damn.infect.l.74.& l.75.ff.de rei uind.l.16. in fin.de pigner.actio. Brisson.

SVPERFICIARIVS, qui in alieno solo superficiem habet, ita ut certam pensionem præstet. autor est Vlpianus.

SVPERFICIES appellatur quidquid supra faciem terræ, & suprà solum existit. Plantæ itaque, uineæ, & arbores agri superficies sunt. l.13. ff.de seruit. rust. Caius lib. 2. Instit. tit. j. Domus etiam solo imposita superficies appellatur. Est enim ędificium superficies soli. l.44.ff.de oblig.& actio.l.23. ff. de usucap. l.71.ff. de usufruct.l.15.ff.qui potior.in pign.hab. l.81. §.qui fundum.l.86.§.ult.ff.de leg.1.Briss.

Porrò etiam Superficium dici notandum est, & ita in l.32. ff. de iure dot. scriptū est, & in autographo Pisano in l.1. ff. de superficieb. ut & apud Caium lib. 2. Institut. 1. Briss. Adde Cuiac. ad l. nunquam. ff. de usurpa. & usucap.

SVPERFICIO, supero, redundo, superfluo. Vlpian. l.1.§.x.ff.de aq.& aq.plu. Ijdem aiunt, aquā pluuiam in suo retinere, uel superficientem ex uicini in suum deriuare omnib. ius esse. Haud scio tamē an uerius uulgatis in libris legatur Superfluentem. Hot.

SVPERFLVVM. Vlp. Sed & hunc in casum puto, si dos (quia permodica fuit) in funus nō sufficit: & in superfluum, in patrem debere actionem.

SVPERFLVVS sumptus restituēdus. Vide Papin. in l. sumptus.ff.de rei uind.

SVPERFOETATIO, secundarius conceptus est prægnantis: quam Superinprægnationem uulgus appellat. Lege Budæum in annot.prior.ad l. antiqui. Si pars hæred.pet. Spiegel.

SVPERINDICTVM extraordinarium munus ultra solitam & canonicam collationem indictum significat. l.1. C.de indictionib.lib. x.l.1. C. de superindict.l.3. C. de excus.muner. eo.l.3. C. de si.entiar.lib. 12. Appellatur & superindictio in l.1.de priuile.dom. August. lib. xj. Vnde Superindictitij tituli, in l.ul eodem tit. quemadmodum ex scriptorum librorū auctoritate emendandum est. Briss. Cuiac. tamen discrimen facit inter superindictionem & superindictum, & dicit superindictionem pro indictione illa canonica haberi, ideoq; ab ea neminem excusari, ut ipse refert ad d.l.1.C.de indictionib.lib. x. Interdictum uerò esse augmentum indictionis, & esse munus extra ordinarium, à quo excusentur plerique, allegat ad hoc l.3. C. Th. de col.fun. pa. ubi dicitur: Augmenti & superindictitij. Marcellinus 27. Indictionale augmentū. Athalaricus Rex 9. Quod à nobis augmenti nomine quærebatur illustrem uirum comitem patrimonij nostri nunc iussimus remouere, & alio loco: Quidquid consuetudinariam functionē petebatur augmenti nomine. Idem Cuiac. ad l.unic. de superindicto. C. alleg. lib. x.

SVPERINDICTVM. In tt. C.de superindicto. Superindictum est accessio ultra indictionem facta, uti rectè interpretatus est Hegendorph. illic. Quid autē sit indictio, si quis scire desiderauerit, diximus antè suo loco. Anchora.

SVPERIORES, positiuè, intelliguntur ij q̃ sunt supra gradum quartum cognationis, uel affinitatis: sicut Inferiores, qui sunt infra ipsum gradum.

SVPERLATA nomina, superlata uerba, quę augendi causa in oratione proferuntur. Vide Ciceronem in partition. Spiegel.

SVPERNVMERARII canonici. Lege, Militia imaginariæ.

SVPERSEDERIT, pro emiserit, apud Papin. in princ.l.si cum uenditor. de euict. l. Lucius itidem. in prin.ad leg.municip.

SVPER somnum. Budæo est apud Curtium, seruus à cubili. Spiegelius.

SVPERSTES, duo, ut opinor, significat. uideo enim & pro teste & pro præsente usurpari. Festus libro 17. Superstites, inq̃t, testes præsentes significat. cuius rei testimonio est, quod superstitib. præsentibus leges inter quos cōtrouersia est, uindicias sume re[illegible]bent. Plautus in Artemone, Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hic adest superstes. Seruius autem libro Æneid. 3. Superstes, inquit, præsentem significat. ut Cicero in Muræniana, Suis utrisq; superstitibus, id est, præsentibus. Quod tamen postremū uerbū apud Cic. è glossa in contextum irrepsit. Hot.

SVPERSTITIOSVS, uano & inani metu Dei affectus: id est, qui metuit ibi Deum offendere, ubi non offenditur. nam à Superstes deductum nomen est & haud scio an ijs propriè attributum, qui nimium in fanis consistebant, quasi apud Deos suos superstites: quos uernacula lingua Bigotos appellamus. quod in uitio Vlpianus posuit l.prima, §.quinto, ff.de ędil.edict.ubi superstitiosos inter eos numerat, qui animi uitio laborant. Cicero tamen libro de natura Deorum secundo sic scribit: Non enim philosophi solùm, uerumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerūt. nam qui totos dies precabantur, & immolabant ut sui liberi sibi superstites essent, superstitiosi sunt appellati, quod nomen postea latius patuit. Plautus autem in Rudēte hoc uerbum in eo posuit, qui uaticinaretur.

Quod si iste, aut superstitiosa, aut hariola est, atq; omnia
Quicquid insit, uera dicet?

His adde Connan. comment. lib.3.c.1.nu.3. Hot.

SVPERSTITIOSAM, hoc est, erroneam, inanem gerere solicitudinē. C. qui ad bon.poss. l. quemadmodum. l. nec maritus. sub fin. sol. mat.

SVPERVACVAS impensas facere. l. utiles aūt. in fin. ff. de petit.hæred.

SVPERVIVERE est superstitem alicui uiuere, interdum etiam saluum euadere. Cuiac. in Notis ad lib.2. Instit. Dn. Iust. sub tit. de donat.

SVPINA ignorantia, pro stulta & hebeti, q̃ Crassa uulgò dicitur. l. nec supina. ff. de iur. & fact. ig. Sp.

SVPINA uerò Stoicis dicuntur quæ cum particula passiua construuntur, ut est audior, uideor, ut recta quæ construuntur, cum aliquo ex casibus obliquis ad prædicati generationē, ut est audit, uidet loquitur Laertius lib. 7. in uita Zenonis Cittiei.

SVPINVS. Lege, Securus. & uide Chil. Eras.

SVPPARA non tàm uela fuisse uidentur, quàm uelorum quædam supplementa, & summæ partes, quæ supra ipsa uela & antemnā expandebantur: qd; ut opinor, sursum pararentur, Lucanus,

—— Summaq; pandens.
Suppara uelorum perituras colligit auras. Papin.
—— Vos summis annectite suppara uelis.

SVPPARA autem in alto mari & pelago pandebant aliæ naues, cum terram legebant, colligebāt & substringebant: Alexandrinæ naues supparis passis in portū perueheb antur. Seneca, solis enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habēt naues. nulla enim res æque adiuuat cursum, q̃ summa pars ueli: illinc maximè nauis urgetur. Itaq; quoties uentus increbuit, maiorq;. est q̃ expedit, antemna summittitur:

cùm ob id, tum maximè ad intellectum multarũ dictionum in l.tertia.ff.de supellect.legata positarum. Anchora.

SVPELLECTICARIVS. Idem Celsus ait, etiam suppellectarios, & cæteros hoc genus seruos contineri.l.quæsitum.§.Celsus quoq;.ff.de instruct. & instrum. Spiegelius.

SVPPELLECTILEM Pompo.definit esse domesticum patrisfam.instrumentum, quod neque argento, auroue facto, uel uesti adnumeretur.l.1.ff.de suppel.leg. Alfenus suppellectilis eas res esse scribit quæ ad usum communem patrisfam. paratæ, nomẽ sui generis separatum non habent.l.6.ff.eod tit. Tubero Suppellectilem esse dicebat instrumentum patrisfam.rerum ad cottidianum usum paratarum qđ in aliam speciem non caderet l.7.eod.tit. Suppellectilis ergo appellatione uestis non continetur:quoniam proprio generi adscribitur.l.4.ff.de legatis lib. 1. Origo aũt huius uerbi exponitur in dict.l.7. Briss.

SVPELLECTILI legata, secundum Paul. in l. 3.in prin.de sup.leg.hæc continentur:Mensæ, trapezephora, & delphica. Sunt tamen qui in hoc loco Iureconsl.aliter legendum putent, hoc modo : Mensæ, trapezæ, amphora delphica. Etymologicus Græcus ita scribit:Delphicam tripodem Rom uocant, eo qđ apud Delphos primum factus. Plinius Natur.histo. lib.34. Ex ære factitauere & cortinas tripodum, nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. De mensa Delphica meminit etiam Valer.Max.in 4. Aliqui tamen codices Trapezophora coniunctim legunt, quæ apud nos mensarum tripodes appellantur. uel potius ornatissimæ sunt mensæ, magno sumptu paratæ, quæ effictis imaginibus sustinebantur. Delphica autẽ uasa dicebantur illa, quorum nulla mutata forma uarius & multiplex usus foret. Ideo appellata, quia Delphi uasa artis elaboratæ habuerunt, quæ & poculorum uicem præstabant, & clypeorum loco usui esse poterant:ut etiam auctor est Alex.Gen.lib.1.c.19. Quod autem subdit Iureconsl lecti etiam inargentati culcitra imperialia uasa & oralia, impannaliosa uasa aquaria, & reliqua: quomodo hoc ænigma solui possit, dubitari conuenit. Codex antiquus sic: Lecti etiam inargentati, culcitra & toralia, imperialia, uasa aquaria. Alciatus tamen existimat ueriorem lectionem esse, si sic uerba disposuerimus: Lecti etiam inargentati, culcitra, imperialia uasa & bocalia, cuppæ, aleissa, uasa aquaria. Bocalia enim, seu baucalia uasa sunt notæ significationis : quorum meminit Alexander Aphrodiseus in problem. Aleissa uerò Græcis etiam urceorum genera sunt, notæ apud eos significationis.

SVPPELLECTILIS, ait Papin.tit de suppellect.leg. mensas esse cuiuscunq; generis, scilicet, uel argenteas, uel argento inclusas placet. nam & argenteos lectos, itẽ argentea candelabra suppellectili cedere, posterior ætas recepit. & Vlyssem ex auro & argento lectum inuentis arboris truncis ædificatũ ornasse, quem Penelope recognoscẽdi uiri accepit, ut uoluit Homerus. Masseus.

SVPPELLECTILIS (ait Iabol.eo. tit.) non esse uasa ænea salientis aquæ posita. Item si quid aliud magis delitiarum, quam usus causa paratũ esset, non esse suppellectilis. Labeo & Trebatius putãt. Mirrhina autem uasa, & uitrea, quæ ad usum edendi, & bibendi causa parata essent, in suppellectili dicunt esse. Masseus.

SVPERAEQVATIO perperam legitur in uulgatis codicibus in l.si quis deserta. C. de omni agro deserto lib.xj. legendum enim, Sub peræquationis iure perceperit. Oldend.

SVPERAMENTA materiarum, hoc est, quę iustam magnitudinem aut longitudinem excedentia abscinduntur materijs: Vitium stirpes atq; radices infrugiferæ.l.ligni appellatio. §.lignis autem. ff. de leg.3. Oldendorp.

SVPERCILIA, inquit Hygenus, sunt loca ex plano in breui cliuo deuexo intra pedes latitudinis xxx.alioquin iam collis est. Cuiac.obseruat. libro x. capite secundo.

SVPERDICERE, præter id quod dictũ est subiungere dictis, apud Cic.lib.2.de legib.

SVPERDICI in l.13. in fin.ff.de iureiur.est prçconis uoce, &, ut cum Apuleio loquar, boatu pronuntiari & proclamari, ut & in l.16.C.ex quibus caussis inf.irrog. Briss.

SVPERDVCERE nouercam dicitur pater, qui filijs nouercam inducit.l.ulti. de bon matern. in C. Theod. Quintil. Declam.381. Quidam filio superduxit nouercam, & ex ea aliam filiam suscepit. Plin.lib. sexto. Epist.ad Roman. Inducere nouercam eodem sensu dixit.

SVPERESSE rebus suis, pro Consulere, prouidere, prospicere. Græca locutio uidetur, ὑπερέχειν τοῖς πράγμασι. Paulus l.2.ff.de curat.furios. Sed & alijs dabit Proconsul curatores, qui rebus suis superesse nõ possunt. Sic Iustin.§.1.de curat. Sic Vlpia.l.his qui in ea, 12.ff. de tut.& curat. Hot.

SVPEREXACTOR. Exigere, inter alias significationes, est debitum repetere. Hinc exigere pecuniam dicimus, quæ nobis debetur. Et exactores uocantur, qui huiusmodi pecunias exigunt. Vnde superexactor is esse colligitur, qui, quod ultra debitũ est, elicit. Pro quo facit textus l.unicæ. C. de superexactor. Superexigere enim est petere ultrà quàm debetur.gl.in uerb.superexactorib. C.de superexactorib. Gallis dicitur Rensonator. Idem simplex nomen, quod & compositum sonat, ut in tit. C.ne operæ à collatoribus exigantur. Anchor.

SVPEREXCVRRERE. Vlp.l 1.de arb.cæd. Vtrum totam arborem iubeat Prætor adimi, an uerò ad solum, quod superexcurrit, quæritur. Spieg.

Vnde Superficiaria prædia, quę in conducto solo certa pensione annua habentur.l.x.ff.fam.erc.l.49. ff.de uerb.signif.l.16.in fin.ff.de pigner.act. Superficiarias enim ædes in conducto solo positas dixit Caius in l.ult.ff.de superficieb. Sic & Superficiaria insula in l.12.§.1.ff.de publicia.l 1.§.& generaliter.ff.de ui & ui arm.l.9.§.quæsitum.l.39.§.damni.ff. de damn. infect. Et Superficiarius fundus.l.1.ff. quib. mod. ususfruct.amitt. Briss.

SVPERFICIARIAS ædes appellamus, inquit Caius, quæ in conducto solo positę sunt: quarũ proprietas & ciuili & naturali iure eius est, cuius & solum.l.poster.de superfic. Spiegelius. Adde Connan. comment.lib.4.c.xj.nu.6.

SVPERFICIARIVM interpretatur Paulus, q in alieno solo superficiẽ ita habet, ut certam pensionem præstet.l.74.ff.de rei uind. Aliàs hac periphrasi significatur, qui in conducto solo superficiem imposuit.l.18.§.& qui in conducto.ff.de dam.infe. Seneca libro 13.Epistol. Mathematica, ut ita dicam, Superficiaria est, in alieno ædificat, aliena accipit. Proinde Superficiarij domini nõ sunt, sed quasi inquilini, cũ in alieno habitent.l 3.§.penul.ff.de noui oper. nunt. Aliquod tamen ius in re habent.l 19. ff.de damn. infect. Et ideo Superficiaria bonis adnumerãtur.l.49. ff.de

ff.de uerb.signif. Superficiarios deniq; Prætor loco dominorum habet, & utilibus in rem actionibus tuetur. l.1.§.ulti.l.ulti.ff.de superficieb.l.18.§.ei qui.ff.de damn.infect.l.74.& l.75.ff.de rei uind.l.16. in fin.de pigner.actio. Brisson.

SVPERFICIARIVS, qui in alieno solo superficiem habet, ita ut certam pensionem præstet. autor est Vlpianus.

SVPERFICIES appellatur quidquid supra faciem terræ, & suprà solum existit. Plantæ itaque, uineæ, & arbores agri superficies sunt. l.13. ff.de seruit. rust. Caius lib.2.Instit.tit.j. Domus etiam solo imposita superficies appellatur. Est enim ædificium superficies soli. l.44.ff.de oblig.& actio.l.23. ff. de usucap. l.71.ff. de usufruct.l.15.ff.qui potior.in pign.hab. l.81. §.qui fundum.l.86.§.ult.ff.de leg.1. Brisl.

Porrò etiam Superficium dici notandum est, & ita in l.32. ff.de iure dot. scriptū est, & in autographo Pisano in l.1. ff.de superficieb. ut & apud Caium lib. 2.Institut.1. Briss. Adde Cuiac.ad l.nunquàm.ff.de usurpa.& usucap.

SVPERFICIO, supero, redundo, superfluo. Vlpian. l.1.§.x.ff.de aq.& aq.plu. Ijdem aiunt, aquā pluuiam in suo retinere, uel superficientem ex uicini in suum deriuare omnib.ius esse. Haud scio tamē an uerius uulgatis in libris legatur Superfluentem. Hot.

SVPERFLVVM. Vlp. Sed & hunc in casum puto, si dos (quia permodica fuit) in funus nō sufficit: & in superfluum, in patrem debere actionem.

SVPERFLVVS sumptus restituēdus. Vide Papin. in l. sumptus.ff.de rei uind.

SVPERFOETATIO, secundarius conceptus est prægnantis: quam Superinprægnationem uulgus appellat. Lege Budæum in annot.prior.ad l. antiqui. Si pars hæred.pet. Spiegel.

SVPERINDICTVM extraordinarium munus ultra solitam & canonicam collationem indictum significat.l.1.C.de indictionib.lib.x.l.1. C.de superindicti.l.3. C.de excus.muner.eo.l.3. C.de si.entiar.lib. 12. Appellatur & superindictio in l.1.de priuile.dom. August. lib. xj. Vnde Superindictitij tituli, in l.ul.eodem tit. quemadmodum ex scriptorum librorū auctoritate emendandum est. Briss. Cuiac.tamen discrimen facit inter superindictionem & superindictum, & dicit superindictionem pro indictione illa canonica haberi, ideoq; ab ea neminem excusari, ut ipse refert ad d.l.1.C.de indictionib.lib.x. Interdictum uerò esse augmentum indictionis, & esse munus extra ordinarium, à quo excusentur plerique, allegat ad hoc l.3.C.Th. de col.fun. pa. ubi dicitur: Augmenti & superindictitij. Marcellinus 27. Indictionale augmentū. Athalaricus Rex 9. Quod à nobis augmenti nomine quærebatur illustrem uirum comitem patrimonij nostri nunc iussimus remouere, & alio loco: Quidquid consuetudinariam functionē petebatur augmenti nomine. Idem Cuiac. ad l.unic. de superindicto. C.alleg.lib.x.

SVPERINDICTVM. In tit. C.de superindicto. Superindictum est accessio ultra indictionem facta, uti rectè interpretatus est Hegendorph.illic. Quid autē sit indictio, si quis scire desiderauerit, diximus antè suo loco. Anchora.

SVPERIORES, positiuè, intelliguntur ij q sunt supra gradum quartum cognationis, uel affinitatis: sicut Inferiores, qui sunt infra ipsum gradum.

SVPERLATA nomina, superlata uerba, quę augendi causa in oratione proferuntur. Vide Ciceronem in partition. Spiegel.

SVPERNVMERARII canonici. Lege, Militia imaginariæ.

SVPERSEDERIT, pro emiserit, apud Papin. in princ.l.si cum uenditor.de euict.l.Lucius itidem. in prin.ad leg.municip.

SVPER somnum. Budæo est apud Curtium, seruus à cubili. Spiegelius.

SVPERSTES, duo, ut opinor, significat. uideo enim & pro teste & pro præsente usurpari. Festus libro 17. Superstites, inqt, testes præsentes significat. cuius rei testimonio est, quod superstitib. præsentibus leges inter quos cōtrouersia est, uindicias sumere iubent. Plautus in Artemone, Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hic adest superstes. Seruius autem libro Æneid.3. Superstes, inquit, præsentem significat. ut Cicero in Muræniana, Suis utrisq; superstitibus, id est, præsentibus. Quod tamen postremū uerbū apud Cic.è glossa in contextum irrepsit. Hot.

SVPERSTITIOSVS, uano & inani metu Dei affectus: id est, qui metuit ibi Deum offendere, ubi non offenditur. nam à Superstes deductum nomen est & haud scio an ijs proprie attributum, qui nimium in fanis consistebant, quasi apud Deos suos superstites: quos uernacula lingua Bigotos appellamus. quod in uitio Vlpianus posuit l.prima, §.quinto, ff.de ędil.edict. ubi superstitiosos inter eos numerat, qui animi uitio laborant. Cicero tamen libro de natura Deorum secundo sic scribit: Non enim philosophi solùm, uerumetjam maiores nostri superstitionem à religione separauerūt. nam qui totos dies precabantur, & immolabant ut sui liberi sibi superstites essent, superstitiosi sunt appellati, quod nomen postea latius patuit. Plautus autem in Rudēte hoc uerbum in eo posuit, qui uaticinaretur.

Quid si ista, aut superstitiosa, aut hariola est, atq; omnia
Quæcquid insit, uera dicit?

His adde Connan.comment.lib.3.c.1.nu.3.Hot.

SVPERSTITIOSAM, hoc est, erroneam, inanem gerere solicitudinē. C.qui ad bon.poss. l.quemadmodum. l.nec maritus.sub fin.sol.mat.

SVPERVACVAS impensas facere. l.utiles aūt. in fin.ff. de petit.hæred.

SVPERVIVERE est superstitem alicui uiuere, interdum etiam saluum euadere. Cuiac.in Notis ad lib.2.Instit. Dn.Iust.sub tit.de donat.

SVPINA ignorantia, pro stulta & hebeti, q Crassa uulgò dicitur. l.nec supina.ff.de iur.& fact.ig. Sp.

SVPINA uerò Stoicis dicuntur quæ cum particula passiua construuntur, ut est audior, uideor, ut rectā quæ construuntur, cum aliquo ex casibus obliquis ad prædicati generationē, ut est audit, uidet loquitur Laertius lib.7.in uita Zenonis Cittiei.

SVPINVS. Lege, Securus. & uide Chil. Eras.

SVPPARA non tàm uela fuisse uidentur, quàm uelorum quædam supplementa, & summæ partes, quæ supra ipsa uela & antemnā expandebantur: qđ, ut opinor, sursum pararentur, Lucanus,

—— Summaq; pandens.
Suppara uelorum perituras colligit auras. Papin.
—— Vos summis annectite suppara uelis.

SVPPARA autem in alto mari & pelago pandebant aliæ naues, cum terram legebant, colligebāt & substringebant: Alexandrinæ naues supparis passis in portū peruehebantur. Seneca, solis enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habēt naues. nulla enim res æque adiuuat cursum, q summa pars ueli: illinc maximè nauis urgetur. Itaq; quoties uentus increbuit, maiorq;.est q expedit, antemna summittitur:

mittitur:minus habet uirium flatus ex humili. Cum intrauere Capreas & promontorium, ex quo Alta procelloso speculatur uertice Pallas, cæteræ uelo iubentur esse contentæ, supparum Alexandrinarũ insigne indicium est. Turneb. aduers. lib. 21. c. 4.

SVPPETERE, pro latenter, seu per fraudem petere, quidam exponunt apud Vlp. in l. si quis uxori. de furt. uulgatam secuti lectionẽ: quum id uerbi hæc non agnoscat. Haloander, quem sic petet, pro suppetijt, repositum legimus, ut sequitur. Apud Labeon. relatũ est: Si siliginario quis dixerit, ut quisquis nomine eius siliginem petisset, ei daret. quidã ex transeuntibus cum audisset, petierit eius nomine, & acceperit, furti actionem aduersus eum, qui sic petet, siliginario competere, non mihi. Non enim mihi negocium, sed sibi siliginarius gessit. Obseruandum, uerba Suppetit & Suppetunt, in tertia persona, significare in promptu esse, uel succurrere, sufficere & abundare. Spiegelius.

SVPPLENTES omnes defectus tàm iuris, quã facti. Clausula, quæ quotidie apponi solet in diplomatibus Roma. Pont. & Impp. respicit tantùm defectus iuris positiui, non autem naturalis. ut est tex. in Clement. pastoralis. §. cæterùm defectus. de re iudi. Spieg. Est inter supplere & interpretari differentia quædam. Supplemus specialia, interpretamur generalia, l. Gallus §. quid si qui filium. & §. seq. de libe. & posth. Supplere est extendere & quasi emendare. §. 1. Instit. de bon. poss. Interpretari neq; extendere est, neq; emendare. Supplere nõ possumus sine lege, Interpretari possumus sine lege. Cuiac. ad l. commodissime. ff. de lib. & posthum.

SVPPLETIONEM, in Iure ciuili non esse nouam, aliquot docuim⁹ exẽplis in dictione Efficere.

SVPPLICARE, propriè est paulò demissius orare, obsecrareq;: ducto more à miseris, qui plicatis manibus ferè rogant: non autẽ sicut aliquando, non tamen absq; erroris duce, putaui à genibus poplitibusq; plicatis. Spieg. Cæterum de supplicandi modis uariè apud diuersas gentes obseruatis, uide Hadrian. Iun. animad. lib. 2. cap. 11.

SVPPLICATIO, est ueniæ petitio prioris erroris: item remediũ iudicialis grauaminis: quod Canonistæ uocant Reuisionem sententiæ. c. ex literis. de in integr. restit. Ea utimur aduersus sententiã eorum, à quibus appellare non licet propter eminentiam. l. 1. ff. de offic. præfect præt. l. 1. C. de senten. præfect. præt l. si quis aduersus. & Auth. Quæ supplicatio. C. de precib. Imp. offerend. præterea. Vel est quędam benignitatis ipsius superioris imploratio. Qua etiam ad alias expeditiones utimur diuersimodè. Vide, Explicatio. Spiegelius.

SVPPLICATIONES etiam erant, cum aut ex collatione, aut certè de bonis damnatorum sacrificaretur: Vnde & supplicia dicuntur, Isodor. in 6. & meminit Festus: Supplicationes quæ sunt de bonis passorum supplicia. Salustius: In supplicijs deorum magnifici. Isodor. lib. 5. Supplicium, inquit, propriè dicitur, non qui quoquo modo punitur, sed ita damnatur, ut bona eius consecrentur, & in publicum redigantur: Nam supplicia dicebantur, supplicamẽta. Et supplicium dicitur, de cuius damnatione delibatur aliquid Deo, unde & supplicare.

SVPPLICIORVM alia summa sunt, alia mèdiocria, alia minima. Summa sunt, crux, crematio, decollatio. Mediocria, metallum, ludus, deportatio. Minima, relegatio, opus publicũ, uincula. Hæc Paulus lib. Sent. 5. c. 17. Hotom.

SVPPLICIVM, nostris pro pœna familiare est. Vnde Sumere supplicium, in l. magistratib. ff. de iurisdict. Item Summum supplicium, de quo in l. capitalium. ff. de pœnis. & ultimum supplicium. in l. ultimum. eodem.

SVPPLICIVM ultimum, ait Celsus, esse mortẽ solam interpretamur. l. 21. ff. de pœnis. Hot.

SVPPONERE testamentum, Falsum testamentum supposita persona obsignare, autore Cice. in de Legib. Paradox. & pro Cluent. Sic suppositi partus, hoc est, falsi & adulterini, in l. cum suppositi. C. ad l. Cornel. de fals. Spiegelius.

SVPPOSITA persona. Hermogen. de iure fisc. in l aufertur. Quod, inquit, à præside, seu procuratore, uel quolibet alio in ea prouincia, in qua administrat (licet per suppositam personam) comparatum est, infirmato contractu uindicatur. Idem in prin. eiusdem. l. qui cum, ait, hæres institutus esset, ut filius post mortem eius, qui pater dicebatur, suppositus declaratus est. Spieg.

SVPPOSITIONES, sunt positiones, esse aut non esse significantes. Eæ significant esse, quæ sunt propositiones affirmatiuæ: non esse uerò, quæ sunt negatiuæ. Drosæus in methodo iuris.

SVPPOSITVS iurisdictioni. Vlpi. autor est in l. 1. si quis in ius uoc. non ier. Non suppositum iurisdictioni illius, ad quem uocatus est, pro non dato fideiussorem haberi. Spiegel.

SVPPOSITVS filius, in prin. iã citatæ l. auferf.

SVPPRAEDES dicuntur secundi & tertij fideiussores quos Galli in causa fisci & publica Contraplegios dicunt, ut annotauit Connan. lib. 6. capit. 7. circa finem.

SVPPRIMERE testamentum in lege Cornelia testamentaria intelligitur, qui sciens prudẽsq; tabulas testamenti in fraudem hæredum, legatariorũ, fideicommissariorum, aut libertatium non profert, & qui cùm habeat, & proferre possit, eas ꝓferre non curat. Paul. lib. 4. Sent. tit. 7. Isidorus quoq; ex Paulo mutuatus suppressum testamentum lib. 5. Etym. c. 24. definit, quod in fraudem legatariorũ seu libertorum non est palàm prolatum. Quod etsi nõ latet, si tamen personis supradictis non proferatur, supprimi uidetur. Supprimere ergo celare est, quod crimẽ in testamentis ad l. Corne. de falsis pertinet. l. 2. ff. ad leg. Cornel. de falsis. Et ita Suppressas tabulas accipe in l. x. in fin. ff. quemad. testam. aperiant. l. 33 ff. de iud. l. 3. §. si quis dolo. ff. de tab. exhib. l. 9. ff. de dolo. l. 7. ff. de fals. Suetonius in Caligula c. 16. Legata ex testamento Tiberij quanquã abolito, sed & Liuię Augustæ quod Tiberius suppresserat, cum fide ac sine calumnia repręsentata persoluit. Supprimere etiam mancipia dicimus. l. 82. §. pen. ff. de furt. Vnde Suppressores mancipiorum, plagiarij, qui alienis seruis suadent, ut à dominis fugiãt, eosq; inuito uel insciẽte domino celant. l. pen. ff. de lege Fabia. Et Suppressi mancipij crimen in l. 3. ff. eo. tit. Supprimere etiam naufragium. l. 3. §. item is cuius. ff. ad l. Cornel. de sic. & naufragos suppressos dicunt Iureconsulti. l. 3. §. ultimo. ff. de incend. ruin. Supprimere merces. l. xxx. in fin. ff. de stellionatus. Briss.

SVPPRIMERE testamentũ est dolò malo testamentum celare, nec ijs, quorum interest, exhibere, puta hæredibus aut legatarijs, aut exhæredatis. Inde in l. Pompon. ff. de acquir. rer. dom. Qui reposcenti, inquit, nõ reddit, supprimere & intercipere uidetur. Sed omnimodò supprimendi animum ac consilium exigimus l. 3. §. si quis dolo. ff. de tabul. exhib. Cuiac. Iul.

Iul.Paul.recepta.sentent.lib.4 tit.7. de lege Cornelia.§.testamentum supprimit, & l.si quis affirmauit. ff.de dolo malo,ubi dicit, quod is,qui taliter supprimit testamentum,teneatur lege Cornelia testamentaria,& interdicto de tab.exhiben.l.4. §. si quis dolo. ff.de tabul.exhiben.

SVPRA iurisdictionem suam ius dicere,est quod uulgò dicitur,Iudicē excedere limites suos. Exempla pete ex l.ult.de iurisd.omn.iud Spieg.

SVPRASCRIPTA,omnia quę antea dicta sunt siue præcesserunt,complectitur, nisi intercedens ab surditas ad proxima tantum referēda cogat. de quo latius Bart.in l.1.§.hoc edicto.ff.de postul.Spiegel.

SVPRASCRIPTIS alijs,item supradictis personis.in l.ab hostib.in prin & l.item ait Prætor.ff.ex quib.caus.maior.Spiegelius.

SVPREMA dies pro nouissima in l.7.§.Papinianus.ff solut.matrim.Sic Suprema hora.l.1. §.dies.ff. quando appellan.sit.l.2.ff.de uerb.signif. Et in XII. Tabul. Solis occasus suprema tempestas esto. Briss. Adde Brechęum in d.l.secunda,§.cuiusque diei.Digest. eodem.

SVPREMA numero multitudinis absolutè pro nouissimis iudicijs, & ultima uolūtate,seu testamento.in l.25.§.1.ff.de liber.& posth.l.3.§.ult. ff.de munerib.& honorib.l.un.ff.de bon.poss.ex testamen. mil. l.39.ff.de pigner.act.l.36. §. miles in supremis. ff. de milit.testamen. Corn. Tacit. lib.1. Nihil eo die senatus agi,nisi de supremis Augusti, cuius testamētum inlatum est per uirgines Vestales. Quintilianus Declamat.1. Neq; ego grauissimum patrem sua iuueni iactasse crediderim. At quod idem auctor Declam. 8.ait, Vidimus igitur frequenter ad uitam post conclamata suprema redeuntes, sic accipiendū est. post conclamata nouissima uerba : In quibus fuisse uerbum, Ilicet, Donatus in Vergilium & Seruius notant. Brissonius.

SVPREMA etiam iudicia dicunt nōnunquam. l.5.ff.quemadm.testam.aperian l.32.§.pœnitentiam. ff.de donat.inter uir. Quintil lib.6 cap.de risu. Consulens eum, an primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia Briss.

SVPREMA sua ordinare, testamentum facere, supremam uoluntatem exponere.Modest.l.39. ff de pig.act.Creditor quum suprema sua ordinaret,testamento cauit. Hotom.

SVPREMAM etiam uoluntatem,mortuorū dispositionem dicimus.l.78.ff.de hæred.instit. & alijs uulgatis locis Briss.

SVPREMAS etiam tabulas pro testamento Latini auctores dicunt.Martial.lib.5.Epigr.

Supremas tibi triciens in anno
—— Signanti tab. ulas. Idem eo.
Quadrantem Crispus tabulis, Fauste, supremis
Non dedit uxori. Briss.

SVPREMVS non is demum, qui post aliquem, sed etiam post quem nemo sit,& quem nemo sequatur,intelligitur.l.34.ff de uulgar.& pupil. l 92. ff. de uerb sign. Sic Supremas tabulas secundum quas se Prætor bonorum possessionē daturum pollicetur, accipimus nouissimas, post quas aliæ nullæ factæ sunt.l.1.§.1.l.pen.§.planc.ff.de secund.tabul.Sed & illæ supremæ habentur tabulæ quæ solæ fuēt.l.161.ff. de uerb.sign.In uulgari quoq; substitutione, qua ei, qui supremus morietur,hæres substituitur,rectè hæres substitutus etiam unico intelligitur. l. 163. ff. de uerb.sign. l.9.ff.de reb. dub. Cum uero plures sunt, ei qui nouissimus decesserit, ex his uerbis substitutus succedet.d.l.9.& l.14.in fin.ff.ad l.Falcid. Briss. Adde Brech.d.l.163.ff.de uerb.& rer.sig.

SVRDA testimonia dicuntur, quæ feruntur per tabulas, propterea quòd hæ rogatæ nihil respondeant. Vnde Rot explicante, surdis agere testimonijs prouerbio dicūntur,qui uel procul absentes, uel ita defunctos modò citant,ne queant deprehendi. Sp.

SVRDASTER, hoc est,minus audiens, tutor esse potest.l pen.& uult.ff.de leg.tut.

SVRRENTVM,item Surrentinum uinum. Lege, Vrnalia.

SVRREPERE, & Obrepere, Nicol. Perrottus, Budæo annotante, ab obripiendo & surripiendo dicta existimat.Obrepere quid sit, paucis indicatū est. cuius uim uerbi haud rectè intellectam, idem explicat in posterior. Annotat. ad l.si quis obrepserit.ad l. Corn.de fals. Accur.existimauit, Obrepserit,eodem admonente Bud.ab obripio esse:ut preces obrepticias,& surrepticias.Qua de re non inutiliter Doctores nostri,in l.& si legib.C.si cont.Ius uel utilit.publ. & inter Pont.iur. Interpretes,magni uir nominis Felin.in rub.c.dilectus 1.c.postulasti.de rescript.tum alij alijs locis differunt. Quod huc propriè pertinet, & satis e uerbis Vlpiani colligitur.Obrepimus, cum tacendo aliquid impetramus, quod exprimere necesse erat, expressumq; principem à concessione ab alienasset:Surrepimus uerò,cum à Principe per falsam rei narrationem aliquid extorquemus, puta Rescriptum,Priuilegium,Beneficium,Feudū,&c. Sp.

SVSCEPTI sunt clientes,qui se & bona sua omnia tuenda & defendenda potentioribus addicunt fraudandorum publicorum tributorum causa. qua specie potentiores uicanorum & rusticorum bona sibi uindicabant uel relinquebant susceptis sub patrocinij mercede certa. quod multæ constitutiones damnant in tit.de pact.uic. C.Th. & Iustiniani Nou. 17.& Tiberij de diuinis domib. Saluianus v.de prouidentia Dei:ut uim,inquit,exactionis euadant, tradunt se ad tuendum protegendumq; maioribus,deditios se diuitum faciunt, & quasi in ius eorum ditionemq; transcendunt.Nec tamen graue hoc esset, si potentes patrocinia ista non uenderent, hac lege tueri pauperes uidentur,ut spolient. Omnes enim ij,qui defendi uidentur, defensoribus suis omnē ferè substantiam suam addicunt. Nihil susceptis tribuunt,sed sibi. Nouum genus uenditionis & emptionis.uenditor nihil tradit & totum accipit. Emptor nihil accipit,& totum penitus amittit. Susceptos uocat,ut Augustinus & Seruius, quod notaui in l.132. ff.de uerbor.oblig. Palæmon Grammaticus V. R.in glosis: Assecula cliens siue susceptus. Cuiac. ad l.1. ut nemo ad suum patrocin.suscip.uic. uel rusti. eor. C.libro undecimo.

SVSCEPTOR. Susceptores sunt ἀποδέκται, qui & ἀποδεκτῆρες dicuntur,& ταμίαι, ab antiquis coactores appellantur ἀργυρολόγοι, id est, argenti exactores. Coactores autem dicebantur, qui nunc receptores particulares,ut apud Tranquil.in Vespas & Cicero. pro Cluent. Et coactio argentaria pro ipso munere cogendi pecunias.Et in titu.C.de susceptorib.lib.x. Præpositi dicuntur,qui præsunt susceptoribus,arcarij,qui præsūnt arcæ rerum publ. Eorum autem obseruatores(ut ait Bud.in annot.ad Pand.)quos nūc Contrarotulatores dicunt, ἀντιγραφεῖς dicebantur à Græcis,atq; eorum ἀντίγραφα quasi cōtrascripta Nos ἀντιγραφέας appellare possumus & custodes,testib. ad illud Demosthen.contra Androt.ad hoc Vlpian. l.tertia, de administrat.tut. & Ciceron in Orat. pro

lege Agraria contra Tullum, & de reditu suo. Anch.

SVSCEPTORES, qui solutionem auri & specierum accipiebant, & modum iugationis possessorum & species singulas describebant. l. nona, C. de defensoribus ciuit. l. quinta, C. ad legem Iul. repet. l. 5. de exactorib. tribut. lib. x. C. l. pen. §. illud. de cano. largit. tit. eod l. 23. de decurion. lib. x. C. l. 1. & 2. & t. t. de susceptorib. eo. Briss. Postellus in lib. de magistr. Ath. cap. 13. putat per susceptores intelligi, qui Gallicè receptores auxiliorum dicuntur, qui aliquádo cogunt res fisci maiori mensura aut pondere nomine regio persolui, non quidé ut regi reiue publicæ prosint, sed ut sub regij nominis terrore ré maxime augeant: Cuiac. super Rub C. de susceptor præpos. &c. lib. x. definit. Susceptores esse, qui annonis & tributis utriusq; ærarij recipiendis præpositi sunt, l. cum possessor in fi. ff. de censib. Præpositos uerò esse, qui horreis, in quibus species fiscales deponuntur l. 2. h. tit uel pagis, de quibus dixi in l. 9. suprà lib. eod. de iur. fisc. Cuiac. in suprà d loco. Susceptorum autem munus annuum est Idem Cuiac. ad l. 3. d. tit. C. de susceptorib lib præallegato.

SVSCEPTORES, qui lusores recipiunt. l. 1. §. idem notandum. ff. de aleæ lusu. Briss

SVSCIPERE cognitionem in l. 8. & l. 9. ff. de offic. præsid. Plin. libro 6. Epist. ad Cornelia. Hæredes cùm Cæsar esset in Dacia, communiter epistola scripta petierant, ut susciperet cognitionem. Briss.

SVSCIPERE iudicium seu excipere reus dicitur. l. 7. ff. de pet. hęr. l. 7. §. ult. l. 9. §. ei tutori. ff. de tut. & rat. distr. Et suscipere litem l. 64. ff. de procuratoribus. Sed & iudex qui iudicandi in se necessitatem recipit, suscipere iudicium dicitur. l. penultima, ff. de uacat. muner.

SVSCIPERE obligationem. l. 45. ff. mand. Bris.

SVSCIPERE in se periculum, non est teneri de casu fortuito l. opus ff. locat. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. Spieg.

SVSPECTAE uitæ pater. l. filiusfamiliàs. §. sed & filiafamiliàs. ff. de procur. Spieg.

SVSPECTVS tutor, de quo est suspicio, quòd non ex fide administret: & qui moribus talis est, ut sit suspectus. §. suspectus. & §. fin. Inst. de suspect. tut. l. suspectus. & l. scire oportet. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Item qui operam suam in inuitú ingerit. l. quę omnia. ff. de procur. Spiegelius.

SVSPECTVS tutor est, qui non ex fide tutelá gerit, licet soluendo sit. §. suspectú. Instit. de suspect. tut. Nam qui fraudulenter tutelam administrauit, etiam si satis offerat, ut suspectus remouetur. Tutoré enim non facultates, sed fraudulenta administratio, & callida conuersatio suspectum faciunt. l. 31. ff. de reb. auct. iud. Itaque si in tutela grassatus est, aut sordidè egit uel perniciosè pupillo, uel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus, iam ut suspectus remouetur. l. 3. §. nunc uideamus. ff. de suspect. tutorib Appa ret itaq; ex fide & diligentia & maleuolo proposito magis, quàm ex facultatibus suspectum tutorem argui. Quod in hærede quem ut suspectú Prætor deminuere uetuit: contrà est qui ex solis facultatib suspectus existimatur d. l. 31. & l. 7. § qui sciens. ff. pro empto. Dicút aút promiscuè Iurecósulti pro eodem suspectú facere, & suspectú postulare. l. 1. §. cósequés. l 3. l. 7. ff. de suspect. tut. l. 6. ff. ré rat. hab. l. 39. ad fin. ff. de procur. l 14. § 1. ff. de solutio. l. 8. §. pen. ff. de admi. tut. l. ult ff. qui pet. tuto. Vnde suspecti postulatio & accusatio. l. 3. §. si quis affuturus. ff. de susp. tut. l 1. §. suspecti. ff. ad Turpil. l. 5. § gessisse. ff. de adm. tut. Briss.

SVSPENDIOSI qui suspendio uitá finierunt. l. 11. ff. de his qui notan. infam. Et apud Plin. lib 28. c. 4. ubi laqueum suspendiosi temporibus circumdatum dolorem capitis sedare tradit. Briss. Adde Connan. lib. 8. c. 7. num. 3 in fin.

SVSPENSIO dicitur dispositio, ut in c. quęrenti. de uerb. sign. & suspensus depositus dicitur. Ioan. Bello. Etymolog.

SVSPENSIO pœnę genus apud pontificios c. ueritatis. de dol. & contum. Ioann. Andr. Clem. fi. de pœnis. Prateius.

SVSPENSIO est duplex: una corporalis, spiritualis altera. Corporalis qua quis in furcas tollitur c. si non licet 23. q. 5. & c. fi. ead. caus. & quæstione. Pr.

SVSPENSIO spiritualis canonica, uel ecclesiastica, quę cótingit in officio, uel beneficio uel utroq; c. eos, qui. 32. distinct. Prat.

SVSPENSVM dicitur id, quod excedit domos, uel ultra eas extenditur. quod si ceciderit, & alicui nocuerit, uel damnum intulerit in uia publica eunti, tenebitur dñs domus illius, de qua damnú illatum est, ut ff de his qui deiec. uel effud. per tot. Old.

SVSPICIO, à suspicor, suspicari, quod significat cum timore quodam ea adspicere, de quibus dubitatur: est ipse suspicandi actus. Quare iunctú cum Venio, semper accipitur pasiuè, ut, Venit in suspicionem. suspiciosus, actiuè & pasiuè. Old.

SVSPICIONEM itaq; sic definiem⁹: Est actus, per quem in dubitationem trahimur, timentes de aliquo, ne læsionem adferat, priuatim, aut publicè.

SVSPICIO autem est triplex. I. Cùm debitores nostros alieno æri obnoxios, suspicamur abitionem meditari, ne carceri mancipentur, quoniam soluendo non sunt, uel quòd incipiunt dilapidare & distrahere omnia ferè bona. Hæc nuncupatur suspicio fugæ. Quæ solet priuatum, nec adeò magnum adferre detrimentum in Republica, ideoq; non censetur crimen. Vlpianus ff de priuileg. credito. Vide l. ait prętor. c. si debitorem ff. quæ in fraud. cred. l. fin. C. de feri. Et utrobiq; Barto. II. Est quædam suspicio aduersus iudicem non solùm delegatum, uerum etiam ordinarium. Nam cùm magistratus sæpe religionis suę obliti, perniciosissimè iudicando noceant, rectissimè cócessum est, omnes ex suspicionis causa recusari. De iudice delegato tractatur in l apertissimi. & l ultima, C. de iudic. De ordinario autem extat Nouel. ut prędes, qui interpellan. §. quòd si usuueniat. Const. 76. III. Est quædá deniq; suspicionis species ex eo nata, quòd tendit ad lædendum publicè, aut priuatim, quę pertinet ad actionem de postulatione suspecti. Oldendorp.

SVSTINERE, pro Differre, reseruare, reijcere. Callistrat. l. 36. ff de iud. Ex iustis causis, & ex certis personis sustinendæ sunt cognitiones. ibid. Humanum est in similibus causis cognitionem ad aliquem modum sustineri. Hotom.

SVSTINERE actiones, differre, suspendere. Pópon. l. 15 ff. de iur. fisc. Vtrum ius fisci antè executiendum sit, & sustinendæ actiones cæterorum, &c. Vlpian. l. 1. §. 3. ff. si fam. furt. fec. Tandiu aliorum nomine actio sustineri debebit, quádiu priore iudicio potest actor consequi. Idem l. si quis, 6. §. quid tamen, 7. ff. de iniust. rupt. Pœna tamen sustinenda est, quoad princeps rescripserit ad literas Præsidis. Hot.

SVSTINERI, differri & inhiberi ad tempus significat. Sic Sustineri iudicium, actio, pœna, præstatio dicitur. l. 24. §. ult. ff. de lib. cau l. 5. §. ult. l 7. §. 1. ff. de petit. hæred. l. 35. ff. de iure fisci. l. 1. §. ult. ff. si famil. furt.

furt.fec.l.6.§.quid tamen.ff.de iniusto rupt.

SVSVM uersus,antiquum esse puto: si modò nō fallit,qua tamen alia emendatior hactenus non est, Haloandri editio,pro sursum uersum, in uulgatis legitur. Spiegelius.

SVSVRRO,qui occultè maledicendo odium in aliquem,aut dissensionem molitur.

Verbo SVVM, dominiū significari & ea tantùm quæ uindicari à nobis possūnt,non etiam quæ in nominibus sunt suorum appellatione contineri traditur in l.27.§.argento.& l.34.ff. de auro arg. Sed nec quæ pignori tenentur,suorum appellatione ueniūt. l.9.§.ult.ff.de suppell.leg.l.74. de legat.3. Ambiguū uerò esse cùm quis suum dicit, utrùm de toto, an de parte significet,Pompon.in l.239.§.ult.ff.de uerb.significat. scribit: quoniam & id nostrum est,quod nobis cum alio commune est. Cùm quis suos seruos dicit, hi designari uidentur,quos paterfam.suorum numero habuit,& qui pleno iure eius fuerunt. In his uerò fructuarij serui non continebantur, nec uenales habiti serui. Serui planè cum alio communes & bona fide possessi & quorum ususfructus alienus sit, continebuntur.l.71.l.73.l.74.ff.de leg.3.

SVVM tamen cōsequi & recipere creditores pro eo quod sibi debetur consequi Iureconsulti eleganter dicunt. Vnde Vlpia.in l.7.§.apud Labeonem.ff. quæ in fraud.credi. cum ait qui suum recipiat, nullā uideri facere iniuriam,hoc est,eum,qui quod sibi debetur,receperit. Sic & in l.15.§.quòd si res.ff.de re iudic.l.96.§.1.ff.de solut.l.44.ff.de cond.indeb. l.4.§. idem Iulianus.ff.de doli except.l.12.ff.de nouatio.l. 37.ff.de iure fis.l.7.de cessio.bon.In eam deniq; sententiam ad suum peruenire dicunt.l.1.ff.quod certo loc.l.1.§.illud uerum.ff.si quis testam.lib.Briss. Hinc

SVAE ætatis esse dicuntur, qui minorem ętatem excesserunt.l.27.ff.de neg.gest.l.5.§.item ipse tutor. ff.de auctor.tutor. Si tamen testator alicui ita legauerit, cùm suæ ætatis erit factus, facti quæstionem esse Vlp. scribit,utrùm de pubertate,an de 25. annis sensum sit.l.50.in fin ff.de legat.3. Hoc exemplo credo Tribonianum in Alexādri rescripto uerba hæc, Suæ ætatis factus sit,interpretatum, si pupillarem ætatē excesserit.l.3.C de testamen.tut. Furiosus suus non esse dicitur,id est, apud se non esse.l.7.§.adeò.ff.quibus ex caus.in possess.

Ita suæ potestatis fieri dicūtur serui manumissione.l.ult.ff.de liber.cau. In eundem sensum suę auctoritatis dixit Spartia.in Hadr. Decoctores,ait,bonorum si suæ auctoritatis essent,catamidiari in amphitheatro & dimitti iussit.Briss. Item

SVA morte decedere dicuntur, qui naturali morte & natura sua obeunt.l.ult.§.1.ff. de bon.damnat. Cuius §.uerba repetita sunt,licet diuerso auctoris titulo prælato in l.28.ff. de bon.libert. Sueto. in Iulio cap.ult. Percussorum autem ferè neq; triennio quisquam amplius superuixit,neq; sua morte defunctus est. Damnati omnes,alius alio casu perijt. Significat enim omnes biothanatos fuisse, ut cum Firmico loquar. Trebellius Pollio in Herennia tyranno. Multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos, multi morte sua esse consumptos. Brissonius.

Sic sua natura rem intercidere accipimus in l.14. §.ult.ff.depos.Briss. Hinc etiam

SVI iuris esse dicuntur, qui nullius potestati subiacent,sed proprię sunt potestatis & proprij arbitrij. tit.de his,qui sunt sui uel alie.iur. Qui & suæ potestatis esse dicūtur.l.4.ff.de his qui sunt sui.l.17.ff.de his qui not.infa.l.43.ff.de obligat.& actio.l.ult.ff.de lib.cau.& sui arbitrij.l.22.ff.de ritu nupt.Briss.

SVI & necessarij hæredes sunt,liberi qui in potestate parentis fuerint,quos nemo antecedit. Sui aūt ideo appellantur,quia domestici hæredes sunt: & ui uo quoq; patre quodammodo domini existimātur. Necessarij uerò ideo dicuntur, quia omnino siue uelint, siue nolint,tam ab intestato, quàm ex testamento ex lege XII.Tabul.hæredes fiunt.ait Imp.§.2. de hæred.qualit. Vel sic:

SVI & necessarij hæredes dicūtur, qui in morientis familia proximum ab eo gradum obtinent:ueluti filij,aut ijs de familia sublatis, nepotes, & qui deinceps.item uxor,quæ in manum conuenit: item nurus, quæ in manu filij est, quem in potestate habemus.Vlpian.tit.4.Sui autem iccirco appellabantur, quoniam patrefamil.mortuo non tam alienarum, q̄ suarum quodammodo rerum plenum integrumq; dominium adipiscuntur:quarum etiam illo uiuo hę redes (quo uerbo ueteres dominum intelligebant) lege XII.Tabularum designati erant. Necessarij autem dicuntur, quoniam eadem lege cogebantur hæreditatem retinere.l.2.ff.de libe.& posthum.l.57. de acquir.hæred Hotom.

SVI,pro Nostri. Paulus l.20.ff.de nouat. Nouare possum⁹,aut ipsi,si sui iuris sumus: aut per alios qui uoluntate nostra stipulantur. Hot.

SVI ius, uide Ius sui. Atq; inde est quod

SVI dupliciter dicuntur, quod quidam sui sunt in primo gradu ut filij,quidam ulterioris gradus, ut nepotes: qui non quidem sui sunt,sed esse possunt, si lijs scilicet mortuis, Connan.lib.x.c.3.nu.4.

SVI posthumi dicuntur, qui tempore testamenti si nati sunt, habentur in suis hæredibus: ut posthumus filius,aut mortuo filio posthumus nepos. Connan.lib.x.cap.4.num.x.

SVITATEM,uulgus uocat sui hæredis qualitatem, & in ea definienda ualde nonnulli laborant. in l.qui se patris. C. unde liberi.cum ex coniugato uocabulo,h.e. sui,satis eius significatio liqueat. Quanquam Suitatē nusquam apud ueteres reperias, sed tamen in his quæ usu paulatim recepta, & ad docendum apta sunt, non nimis superstitiose Grammaticorum canonibus obstricti esse debemus: qua de re lege Epist. Rudolphi Agricolæ,& Erasmo nostro omnibus modis magno,& Viglio eloquentiss. & acutissimo Iurisconsulto,testib.multò eruditiss. Ad Alexandrum Hegiū, sub quo Eras.ipse primùm posuit in literis tyrocinium,utriusq; linguæ rudimentis imbibitis. Rudolphus Græcæ literaturæ peritiam primus in Germaniā importauit, ut ait Rhenan. noster in oppidò eleganti epist.nuncupatoria operib. Origenicis præposita. Alciatus Suitatis uoce, quam à dictione Sui,interpretes deduxerunt,non raro uti solet:eamq; sic rectè finit: Suitas, est hæredū qualitas, qui primùm in potestate paterna locum obtinent, continuationē dominij,necessitatemq; successionis inducens.§.sui autem.Inst.de hæred.qual. Videntur autem ij hęredes quodam modo sibijpsis succedere, cum uiuente quoq; patre domini censeātur.l.in suis ff.de liber.& posth.& ideo sui appellantur. Sp. Ita

SVO Marte. Lege,Marte suo.

SVORVM,uel meorum appellatione, nō solùm intelligenda ea sunt,quæ nostra sunt,sed etiam ea in quibus ius aliquod habemus.gloss. & Bald. in l.2.ad prin.de orig. iur. gloss. in l. si & me & Titium.si cert. pet.in l.1.sub fin.

SVORVM autem duo sunt genera. nam alij natura sui sunt,nimirum filij, filiæue:alij successione,nimirum

mirum nepotes aut posteriores, qui in filiorum non etiam filiarum locum uacuum & destitutũ subeunt: ueluti si uno filio mortuo (nam ex filiabus prognati sui esse non possunt) nepotes ex illo eius in gradum succedant. Lex enim eis patris sui ius sic attribuit, ut illi patrem suum repræsentent, tametsi non idem omnino ius eis concesserit. l. 3. C. de suis & legit. l. 1. §. si filius, ff. eod. l. 2. & l. 3. C. de legit. lib. l. Gallus, §. seq. ff. de lib. & posthum. Hot.

SVOS hæredes liberos in potestate positos uocamus, qui primum potestatis locum obtinẽt, quasi domesticos & familiares hęredes cum uiuo quoque patre quodammodo domum habere existimentur, nec tam in nouum dominiũ succedere quàm uetus continuare uideantur, magisq; ad propria aut debita, quàm ad aliena bona uocentur. §. sed sui. Instit. de hæredum qualitate & differentia. l. 11. ff. de liber. & posth. l. 12. ff. qui testam. face poss. Et apud Plin. in Panegyric. Qua de causa sui hæredes illico apparent & existunt. & ipso iure hæredes deprehenduntur, nec aditione egent. l. pen. §. si patronus. ff. de bon. libert. l. 14. ff. de suis & legit. Suos hæredes ait Vlp. in l. j. §. suos. ff. de suis & legit. accipere debemus filios, filias siue naturales siue adoptiuos. Callistratus in l. 220. ff. de uerb. signif. Liberorum ait, appellatione nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes suorum appellatione lex XII. Tab. comprehendit. Caius lib. 2. Inst. tit. 8. Sui hæredes sunt filius, filia, nepos uel neptis, pronepos, proneptis ex nepote, & omnes per uirilem sexum descendentes. Similiter & posthumi, qui si uiuo patre nati fuissent, in potestate futuri erant: sui hęredes sunt. Priscianus lib. xvij. Suus Ciceronis filius hæres est patris constitutus. Suus enim dicitur ad discretionem illius, qui secundum leges suus nõ est, id est, sub potestate patris naturalis constitutus: Sic & suam hæredem accipe in l. ultima, ff. de collat. bonorum. Brissonius.

SVVS & legitimus hæres. Suus hæres is dicitur, qui quasi proprius & domi natus, nec aliunde accitus est, quasiq; suijpsius hęres. Hunc Iusti. esse existimat filium, filiam, nepotem, neptémue ex filio, & deinceps cæteros liberos, qui in potestate morientis fuerunt, & primum locum obtinent. Et quia hi uiuo patre, quodammodo domini bonorũ existimantur, & post mortem patris liberam bonorum administrationem consequuntur, sui hæredes appellantur. Dicuntur etiam à Iurisconsultis necessarij, eo, quòd ab intestato, & ex testamẽto inuiti hæredes fiunt ex huiusmodi lege XII. Tabul. Intestatorum hæreditates primò suorum hæredum uelint, nolintue, sunto. His deficiẽtibus, adgnatus proximus familiam habeto. Prætor tamen secundum Caium, & alios legumlatores, potestatem facit liberis puberibus, siue impuberibus, se abstinendi ab hæreditate, ut, quamuis iure ciuili creditorib. hæreditarijs teneantur, tamẽ in eos (si uelint relinquere hæreditatem) actio non detur. Vt aũt Dioclet. & Maxim. scribunt, lex ipsa XII. Tabul. in posthumo suo obtinet. Vnde, si quis posthumum & adgnatum relinquat, posthumus ab intestato præfertur. Quinimo si filius, & ex altero filio, qui mortuus sit, nepos existat, euidenter lege XII. Tab. caueri, prædicti Imperatores Frontini rescripserũt, ut pariter intestato defuncto succedant. Apostolus quoq; dixit: Si filius est, ergò hæres. Quòd si suus hęres non existat, adgnatus proximus, hoc est, quotquot sunt in eodem gradu (sic enim præclarè Iustinianus interpretatus est, siue alius adgnatorum gradus existat, siue non existat. Nam proximus adgnatus in ipsa lege XII. Tab. etiã solus habetur, ut Pomponius enarrat lib. ult. Pandect.) hęreditatem capiunt. Quemadmodum igitur testandi causa ex uoluntate relinquentis bona sua dependet, ita successio ab intestato gradus habet, ne tota cognatio simul irruat in bona. Ne igitur de ijs plura scribamus, iam apparet abunde quis dicatur suus hæres. De cuius uocis significatione à Socino Angelus Politianus interrogatus obmutuit, cum tamen gloriatus esset in gl. iur. ciuil. se uel Accursium superare posse, quemadmodum refert Alcia. in fin. lib. 4. de uerb. sig. Cæterùm, de huius uocis usu multa eleganter uidere est apud Bud. in Græc. ling. Comment.

SVVS, suæ potestatis. ut Meus apud Persium,

Vindicta postquam meus à Prætore recessi.

Iustin. § 2. ad S.C. Tertyll. Sed & filiæ suæ mortuę filius uel filia præponitur: id est, quæ sui iuris est, suęque potestatis. Sic Plaut. in Persa, ubi lenonem inducit, qui ancillam manumiserat: Ita ancilla mea quæ fuit hodie, nunc est sua. Et apud Cic. lib. de republ. 3. Est enim genus iniustæ seruitutis, cùm ij sunt alterius, qui sui possunt esse. Hotom.

SVVS etiam, pro eo qui in sua potestate est, alio modo dicitur uetustè: id est, sanæ mentis. Vlp. l. Fulcinius, 7. §. adeò, ff. quib. ex cau. in poss. Furiosus hãc uenditionem pati non potest: quia non se occultat, qui suus non est. Cicer. Tuscul 3. Itaq; nihil melius, quàm quod est in consuetudine sermonis Latini, cũ exisse è potestate dicimus eos, qui effrenati ferũtur, aut libidine, aut iracundia. qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum est. Hotom.

S Y

SYCAMINON, morus Ægyptia, qua uti solent in aggeribus Nili per quos incrementa eius dispensantur, & coercentur: ait Vlp. l. x. ff. de extraord. crimin. Hotomannus.

SYCOMORVS, ficus Ægypti, fatua & sterilis. Iuriscon. de extraord. crimin. l. saccularij. Si quis, inquit, arborem sycomorum exciderit Nebriss.

SYCOPHANTA, litis leuissimæ etiam accusator. Cum enim apud Athenienses fici essent in precio, mulcta indicebatur his qui eas auferrent: unde qui aliquem accusaret huius criminis, sycophanta dicebatur σῦκον, ficus est. Hinc cœptum est trahi ad calumniatores, & uiros nihili. l. uerbum. C. ex quib. caus. infam. irrog. συκοφαντήσας, hoc est, calumniatus es. Alciat. lib. 2. dispunct. ca. 26. Vnde Sycophantica seu sophistica, est studium captionum, calumniarũ in doctrina, artib. negocijs, iudicijs. Hæ sunt præcipuæ pestes Ecclesiæ, & Rerum publicarum. Spieg. Adde Gellium lib. 14. cap. 14.

SYLLABA. Vide l. q habet. ff. de manumis. testa.

SYLLOGISMVS cornutus, apud cõmentatores satis illotũ est uocabulũ, p eo qđ Græcis dilẽma est, & Latinis cõplexio, hoc est Bicorne argumentũ.

SYLVA cædua, quæ in hoc habetur, ut cædatur, uel excisa rursus ex stirpib. aut radicibus renascitur. l. sylua cædua. Porrò teste Paulo, l. si absente. ff. de usur. Syluam cæduam, etiam si intempestiuè cædua sit, in fructu esse constat: sicut oliua immaturè lecta, item ferrum immaturè cæsum, in fructu est. Spieg. Adde Connan. lib. 4. cap. 1. num. 5.

SYLVA. Syluam quasi soliuam dici quidam existimant. Sed ego puto melius ἀπὸ τῆς ὕλης, quę quidem dictio præter id, quod materiam rudem & informẽ signifi-

significat: accipitur etiam ἀντὶ τοῦ ἀρχῆς, significatque συναιτίαν, ut est apud Etymolog. Itaq; Græca imitatione Hyle à nostris sylua dicitur. Vnde arbores quæ in materiam, uel uites quæ in sarmenta eluxuriant, à Græcis dicuntur ὑλομανεῖν, quod Syluescere Latinis dicitur, authore Gaza: quemadmodũ χλοοβριθεῖν: cum segetes luxuriant, & nimia pabuli ubertate lasciuiunt, Budæo teste. Sed & Sylua, & uerbũ Syluescere, generaliter & ad arbores pertinet, & ad herbas. Virg. lib. 1. Georg.

—— Subit aspera sylua,
Lappæq; tribuliq;, interq; nitentia culta,
Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Et Ouid. libr. xj. Metamorph.

—— Syluisq; palustribus exit.

Et idem lib. 3. Metamorph.

Nam duo magnorum uiridi coeuntia sylua,
Corpora serpentum. ——

Quibus locis sylua herbam uirentem significat & luxuriantem. Huic iam d. sententiæ adstipulatur etiam Cuiac. obseruat. lib. x. cap. 15. ubi allegat etiam exemplum ex Cicerone, ut ibi apud eum est uidere. Syluas etiam de uitibus dixisse Virgilium, testis est Seruius eo loco, ubi ait ipse Virg.

Syluarumq; aliæ pressos propaginis arcus.

Propria tamen significatione de arborum consitione dicitur. Virgil. lib. 1. Georg.

Concussaq; famem syluis solabere quercu.

Quamuis autem generalis syluæ sit appellatio, id tamen discriminis ponunt inter syluam, Lucum, Nemus, & Saltum, quod Sylua cædua sit, quæ excisa scilicet, repullulat. Lucus uerò cæduus nõ est, quin potiùs manu consitus religiosusq;, atq; alicui Deo, uel hominis alicuius cineribus consecratus. Ouid. lib. 2. Fastor. *—— Multisq; incæduus annis,*
Iunonis magnæ nomine lucus erat.

Nemus (quod etiam à Græcis νέμος παρὰ τὸ νέμω dicitur, quod in eo greges armentaq; pasci soleant) est locus amœnitatis ac uoluptatis plenus. Virgil. libro quarto Æneid.

In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem.

Martialis libro x. Epigram.

Et delicatæ laureum nemus floræ.

Et iterum libro nono.

Tu colis elysios, nemorisq; habitator amœni.

Saltus autem est sylua inuia, nec peruia transeuntibus, ubi pasci atq; æstiuare pecudes solent: aut si locus aerq; patiatur, hyemare. Sic fermè Laur. Vallen. lib. 4. Virgil. lib. 4. Æneid.

Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt. Et alibi
—— Saltusq; peragrat
Dictæos: hæret lateri lethalis arundo. &c.

Brechæus in l. sylua cædua est. ff. de uerb. & rer. sig.

SYLVA palaris, quæ palos profert, apud Vlpia. l. si fundi. §. fin. ff. de usufruct. Spieg.

SYLVA pascua dicitur, quæ pastu pecudũ destinata est. l. sylua. ff. de uerb. sig.

Σύμβολα in testamentis sũnt æs, & libra. l. Cuiac. ad Rubr. ff. de uerb. oblig. Prat.

SYMBOLA uulgò comessalia dicuntur ca. non oportet. 2. 44. distinct.

Σύμβολα apud Iustinianum in Nouella Constit. 81. dicuntur Codicilli. Sunt autem diplomata, quę continent testimonium collati à Principe publici muneris, utiturq; hac uoce in eadem significatione noster Hermogenianus. Et apud Suetonium in Claudio legimus Codicillos datorum officiorum. Baldui. comment. Instit. Iustin lib. j. tit. xij. quibus modis ius patriæ potest. soluit.

SYMPHONIACI. Pedianus autor est, cani remigibus celeuma per symphoniacos seruos solitum olim esse. Vlp. l. sed etsi quid. §. 1. ff. de usufructu, ubi adfert abusionis exempla, uel de symphoniaco, inquit, atriensem. Adi Bud. in l. 1. ff. naut. cau. stab. Pau. ad leg. Aquil. Veluti si quis, inquit, ex comœdis, aut symphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularum unum uel unam occiderit.

SYNAGOGA, à congregando dicta, usitatissimè dicitur locus aut domus in quo Iudæi docendæ ac discendæ religionis gratia, præsertim extra Ierosolymam, congregabantur. Nam Ierosolymæ id in ipso templo factitabant, in quo solo offerre, ac sacrificare eis licebat. In hac significatione uox hæc ualde crebrò in Euangelistis & Actis legitur. Raro pro cœtu ipso ponitur, ut Actor. 13. Soluta autẽ Synagoga seu congregatione, secuti sunt multi Iudæi Paulum, orãtes &c. Hinc fit uox ἀποσυνάγωγος, alienus à Synagoga, quę excommunicatum significat: quod uulgata ineptè uertit. Ioan. 9. Vt qui confiteretur eum, extra Synagogam fieret. Et multo ineptius ac obscurius Ioan. 16. Absq; Synagogis facient uos: cum sensus propriè sit: Excludent uos ex cœtu ac populo Dei: habebunt uos pro Ethnicis ac publicanis. Hinc porrò obtinuit, ut apud Theologos Synagoga cœtus Iudæorum, & etiam aliorum impiorũ uocetur: sicut Ecclesia, populus Dei. Synagogas tantum loca conuentuum Iudaicorum, & Synedria Græcorũ aut gentilium quidam uolunt uocari, sed falso. Nam Synedrij crebra fit mentio in nouo Testamento, ut Matth. 5. 10. 26 Marc. 13. & alias. Scimus autẽ Mosen cum oneri non sufficeret, lxx. sibi asciuisse iudices, q̃ populum unà cum ipso regerent: Exo. 18. Iam uerò Iudęi à Babylonico exilio reuersi, Synedrion habuerunt, quod corruptè Sanedrin uocarũt, ex lxx. iudicibus. Vt autẽ fieri solet in talibus numeris, cum de Synedrio sermo erat, tantum dicebant lxx. iudices: ac eos ex posteris Dauidis electos fuisse, testis est Philo, ut potestas aliqua maneret in Regia stirpe. Videtur tamen aliquando appellatiuè accipi, pro quouis iudicio, aut consessu iudicum, uel Senatorum, ut Matth. x. Tradent eos in Synedria. Sic Marc. 13. Tradent uos in Synedria & Synagogas.

Συνάλλαγμα dicitur à σὺν, quod est simul, & ἀλλάξ uicissim, & uerbo ἀλλάσσω descendit, quod mutare uulgò significat: quasi contra seu uicissim actum, id est, mutuum factum obligatoriũ. Est ergo Synallagma, cum ultra uerba contractus aliquid utrinq; agitur: quoties scilicet ex utriusq; parte aliq̃d fit, quo uterque obligatus est. ut, Do tibi Stichum, ut Pamphilũ manumittas. Alcia. de uerb. sign. Adde Conna. lib. 5. cap. 2. num. 2.

Συναρπαγὴ, in Nouell. 152. obreptio. Prat.

Συνείσακτοι mulieres uocabantur, quæ apud Episcopos, diaconos, presbyteros, & cęteros religionis nostræ antistites uel ministros, uitam oẽm suam manebant: nõ illæ aut matrimonij aut turpis alicuius libidinis & uoluptatis, ut dicebãt, causa, at ne obsequij quidem ullius domestici, sed ut illis tanquã suę pudicitię custodib. ac obseruatoribus, rerumq; suarũ omnium tutoribus & consiliarijs uterentur. Connan.

SYNCERA existimatio, pro ueritate habẽda est, maximè ut sit finis litium. l. ult. ff. pro suo. Spieg.

SYNDICATVS. Iudices olim functi officio suo tenebantur in eadem prouincia, uel ciuitate, cui pręfuissent, quinquaginta diebus palàm commorari, ut

de culpa fraudibusq́;, si quas admisissent, côuenirentur, ac rationē redderent, id quod uulgo Subire syndicatum, Latinè aūt causam dicere, & causæ faciendæ obnoxium esse, nuncupamus. l. j. C. ut omn. iud. tam ciuil. & milit. Nou. ut præsid. absq; ull. pec. §. necessitatem. Idem obseruabatur de assessorib. & consiliarijs iudicum. l. 3. de assessorib. Spiegelius.

SYNDICVS est Reipublicæ uel uniuersitatis defensor. Arcadius in l. munerum. §. defensores. ff. de muneribus & honoribus. Sic ἔκδικοι Græcis dicebantur, qui in Republica agebant domi ac foris pleniore aliquantò potestate, quàm legati. Cic. ad Thermum lib. Epist. 13. Legatos (inquit) audio missos esse: sed malo Ecdicos, ut aliquid confici possit. Crassus tamen Caius in l. 1. §. quib. autem. & §. ult. ff. qđ cuiusq; uniuersit. nomi. Syndicum non uidetur distinguere ab Actore. Et Paulus in l. item eorum. §. actor uniuersitatis. ff. ibidē. Sed tamen in hoc semper obseruatur differentia: Primùm, quòd officium actoris est generalius, cùm à priuato quoq; côstituatur. Deinde, quòd momentaneum sit, pro re nata habēs locum, Syndici uerò nô æquè, ut ostendit tit. in Nouell. De defensoribus ciuit. Vbi defensor Latinè nihil aliud significat, quàm Syndicus Græcè. Vide ca. quia in causis &c. Petitio uestra. de procuratoribus. Certè merentur laudem ciuitates, quæ habēt à consilijs Iurisperitos, uulgò Syndicos uocāt, quorū studio præcipuè utuntur in postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis, & cognitionibus causarum grauiorum. Oldendorp.

SYNDICVS. Syndicus aduocatus, qui (ut patronus) in côem causam defendendā nititur. Suidas syndicos dici interpretatur plures causidicos, uel procuratores, qui patrocinentur. Quo sensu & apud alios authores uox hæc frequenter. Syndicus etiā est ciuium aduocatus, iurisq; publici defensor, quasi in cām publicā côiter incumbens, seu singulorum cām dicens gl. in l. 1. ex uerb. syndicum. ff. quod cuiusque uniuersit. Hinc Arcad. sing. lib. de muner. ciuil. Defensores quoq; (inquit) quos Græci σύνδικοι appellant, laborem personalis muneris aggrediūtur. Itaq; nos in iure (ait Alc lib. 1. Parerg. c. 5.) Arcadiū sequimur, ut syndicus sit reipublicæ, uel uniuersitatis alicuius defensor. Hinc tit. est, De defensorib. ciuitatū, lib. 1. C. Et ij quondam dicebantur uiri, non ex decurionibus, sed ex alijs delecti, tres numero, quorū partes erant pspicere, ne tenuiores, & infimæ sortis homines, à nobilib. (uti fit) premerētur. Quomodo aūt constituantur defensores ciuitatis, quæ munia sint, quib. causis se admiscere debeāt, ostenditur in d. tit. de defensorib. ciuitat. Hoc nomine uocari possunt, quos hodie deputatos nostri appellāt, ut scribit Budæus in annot. ad l. ult. §. defensores. de muner. & honor. Nam pro hoc uidetur facere text. in tit. de syndico. lib. 1. Decret. Vbi Gregorius, Sicuti studij nostri (inquit) esse debet à litigijs forensib. monachos submouere, ita necesse est nostra puisione quemadmodum negotia eorum disponi debeant ordinare, pro qua re tibi præcipimus quatenus cū Fausto loqui debeas, cui (si uoluerit) constituto ei salario, monasterij generaliter debeas negotia commendare. Anch.

SYNEDRIA in quadam Codicis constitutione sunt coitiones & collegia. uide Cuiac. lib. 7. obseru. c. 30. Bud. συνέδριον consessum uertit in poster. adnot.

SYNEDRIA, consessus senatorum, iudicū concilium. extat in l pen. C. de iud. Spiegelius.

Συνημμένον in l. rerum mistura. ff. de usuc. interpretatur Gellius adiunctum, connexum, lib. 16. c. 8. Sp. Adde Cuia. ad l. rer. mixtura. ff. de usurp. & usucap.

SYNGRAPHA Latinis sonat conscriptionem, quod utriusq; manu conscripta, utrisq; partib. tradi soleat. Et in hoc Syngraphæ differunt à Tabulis: qđ Tabulæ ab una parte tantum seruari consueuerunt: A Chirographo, tabulis, codicillis differt syngrapha: quòd in illis non scribantur nisi acta, in hac etiā contra fidem actionis pactio uenit, & non numerata pecunia, aut nô integrè numerata, pro temporaria uoluntate hominum scribi solet. Ita propemodū Asconius in Verrin. 3. Spiegelius.

SYNODITAE. συνοδῖται, in l. 6. C. de episcop. audient. dici uidentur, comites monachorum. nam ὁδίτης uiatorem significat. Solent autē Monachi ex collegij sui inferiori ordine quempiā deligere, qui eos comitetur: quos Galli Culopulsos appellant: quòd (ut quidam aiunt) à tergo monachorum côcionantium sedentes, illos horæ præteritæ culi pulsione admoneant. Hotoman.

SYNODVS interpretatur côuentus, uel cœtus. & Synodus denominantur à loco in quo congregatio fuit, ut Synodus Nicena dicitur c. Nicena. dist. 31. Constantinopolitana, quæ fuit secunda: Ephesina, q̃ fuit tertia. Calcedonensis, quæ fuit quarta. Ioan. Bello. Etymolog.

SYNOPSIS. σύνοψις, præscriptio, inuentarium: deducto nomine ex eo, quòd quæ latè patebāt in unum contracta simul omnia côspici cerniq; possint. Vlp. l. 5. §. 7. de reb. eor. qui sub. Aut si nemo inueniatur, aut suspecti sunt qui inueniuntur, iubere debet edi rationes: itemq; synopsim bonorum pupillariū, aduocatumq; pupillo dare. Hot.

SYNONETVM, publicam comparationē specierum quæ in commune fiebat Impp. appellant. l. 1. de publ. compar. in C. Th. Quam coemptionem appellari in l. 2. C. de frument. urb. Constantinop. & in Rubr. ut nem. lic. in coemptio. spec. se excus. docuit hac. Cuiac. lib. 1. Obseruat. Cui addam Græcū ex Tiberij constitut. locum, in quo ita est: ὃ καὶ ὁμοτρόπως αἰσ λόγον, συνωνῆν ἤτοι ἐν εἴδεσι ταύτας πάλιν ὃ καὶ ἐνθάδε προφάσει χάριν συνωνῆς τινα ἀλλὰ γενέσθαι συμβαίη, τούτους ἅπαντας ἢ μόνον τὸ ἄλλο ἐνοχλεῖσθαι, ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ τὰς τῶν βασιλικῶν ... κτήσεις καὶ ἰδικῶν ὑποκεῖσθαι βουλόμεθα. Briss.

SYNONETVM Græcè συνώνητον appellatur ἐκ τοῦ σὺν καὶ ὠνεῖσθαι, Latinè coemptio. Cuiac. d. lib. j. obseruat. cap. XXXV.

SYNTHESIS, congestio, aceruus. Scæuol. in l. 38. ff. de aur. arg. leg. Quæro an ex uniuersa ueste, id est, an ex synthesi tunicas singulas & palliola Sempronia eligere possit. Alciatus tamē multo aliter interpretatur: quo cum est à nobis in Obseruationib. disputatum. Hot. Reijcit etiam eiusdem sententiam Brodæus Miscell. lib. 6. cap. synthesin exponens pro tota ueste alicubi recondita ac composita.

De SYNTHESI uide ulterius quid annotarit Turneb. aduers. lib. 23. cap. 18. ubi in hunc modū uerba facit. De Synthesi, inquit, quis non & hac & superiori ætate scripsit? non tamen assentior ijs, qui uiliorem esse uestem dicunt, quibus oppono Tertullianum, in libro de Pallio, utique sicut uestigia cesbaum uiria occupauit (sic enim illic legendum censeo) ita & endromedis colorem aliqua multitia synthesi extrusit. de Cleomacho loquitur, qui uestitum Athleticum molli delicatoque cultu mutarat. Existimo autem synthesin elegantiorem & lautiorem fuisse uestem, qua populo Romano certis diebus publicè, ut Saturnalibus, uti licebat, cū Romę quo quis uestitu uellet, uti nô liceret togasq; ferre cogerētur.

Sic

Sic audio Venetos Senatores certo quodá togæ genere perpetuo uti in publico, domi eosdē sericatos esse: qua ueste domestica si foris uterentur capitis dimicationem subituros esse, & nobilitatem amissuros. eam uestem synthesin appellabát, quòd cum eo raro uterentur, domi compositam habebát in arcis aut prelis. Martialis,

De Palatinis domus atque quod serica prelis.

Porrò etiam septenas aut octonas in singulis arcis aut prælis habebant, quæ septenæ aut octonæ uestes, syntheses propriè dicebantur: sed &, ut Sceuola scribit, uniuersa etiá uestis, quòd, ut opinor, composita in uestiario esset. Per translationem septenaria synthesis Sagunti à Martiale dicitur, cum septem uasa Saguntina fictilia intelligat, & à Papinio.

Aut unam dare synthesin, quid horres?
Alborum calicum atq; caccaborum

Hæc Turnebus aduersar. lib. 23. cap. 18.

Συνθήματα, in Pand. Græcis, sunt duplomata, quæ dabantur ijs, qui cursu publico utebantur. Prat.

Σύνγαμον alij sororem, alij concubinam, alij è sacro fonte susceptum interpretátur. Balsamo accipit pro matre susceptæ in Synodi Trullo habitæ ca. 53. Prat. Adde Cuia. obseruat. lib. 6. cap. 6. circa medium.

Συνώνητον l. 1. C. The. de public. compara. publica cōparatio, quæ & coemptio adpellatur l. 2. C. de fru. urbis Cōstantinopol. Rub. C. ut nem. lic. in coempt. Tiberius Imp. συνωνὴν uocat in quadam constitut. & uide Sudam Συνωνὴ τὸ ἄχθος ἐπὶ ... &c. Prat.

SYRIARCHIA, sacerdotij genus in Syria l. 1. C. de natur. lib. l. un. C. de off. comit. orient. l. 103. de decurionib. in C. Th. Nouel. lxxxix. unde Syriarchæ in l. ult. de expens. ludor. in C. Th. qui id sacerdotij muneris gerebant. Syrias autem multitudinis numero nominari in l. 7. §. interdicere. ff. de interdic. & in l. 3. ff. de censib. nemini mirū esse debet. Duæ enim memorantur in l. 1. ff. de censib. una, quæ Cœle, altera quæ Phœnice diceretur. In notitia quoque Imperij Ro. Syria salutaris ponitur. sed & Syriæ nomen latissimè patuisse Guilel. Tyrensis Pótifex tradit lib. xiij. de bello sac. cap. ij. Bris.

SYRI dicuntur serui Lecticarij, staturosi, corpulenti, abdomini nati non Psalmos, non cœlestes meditantes cantilenas, animo eorum uelut athletarum (ut autor est Hippocrates, & repetitum est Hieronymo) nihil superum diuinū ingenuatum cogitante. Cum cantus res diuina sit, & harmonicus concentus, super qua re multa Boetius in Musica, Gellius, Censorinus, ut annotauit Iohann. Bapt. in comment. Epist. Sidon. Appollina. ad Candidian. lib. 1.

SYRMA uestis est fluxa & prolixa humūq; uerrens, qualis erat tibicinum & fidicinū, ut apud Flaccum, traxitq; uagus per pulpita uestem. Eandem & Orpheo tribuit Maro,

Nec non Threicius longa cum ueste sacerdos.

Eam etiá uestem Tibullus significasse uidetur, cum cecinit.

Ima uidebatur talis illudere palla.

Vt annotauit Adrianus Turnebus aduersariorum lib. 18. cap. 35.

SYRTES non tantum mare breue & uadosum, arenisq; & aggeribus infestum nauibus significant, ut in Africa: sed etiam squalentes & arenosos solitudinis tractus: quod similitudine quadá credit factū Turnebus cum & Syrtes in Africa arenosæ essent, & arenosam latè longeq; desertamq; oram porrigerent. Prudentius de Helia.

Spreuisse tradunt criminum frequentiam
Casto iuuentam syrtium silentio.

Adrianus Turnebus aduersar. lib. 17. cap. 10.

SYSSITOS, Latinè sodalis. Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt. Græci συσσίτους uocant. autor Caius l. ult. ff. de Colleg. & corporib. Sp.

Σύνθηματα, mansus, mansio Clement. in Petro, προσεδρεύοντος κατὰ δύο συνθήματα Prat. Cuiacius tamen ad l. 8. incip. nemo possessorū, C. de annonis & tributis in hoc dissentit. Nam mansiones dicit uocari propriè ἀλλαγὰς siue diuersoria, in quæ se recipiūt milites expeditionis tempore, uel etiam sacer comitatus. Posteriores dixêre mansus. utrunq; à manēdo, & inde manentes in historia Helmodij, & Gallis Maisons. Villas uerò posse appellari συνθήματα allegat eiusdem Clementis in Petro locum suprà scriptum, sed pro προσεδρεύοντος προσελθὼν legendum cēset. Separantur autem uillæ seu συνθήματα à ciuitatib. & oppidis in l. 9. C. Th. eod. tit. l. 2. de condit. in public. hor. l. modios, de suscepto. C. lib. 10. leg. 2. de lucr. aduoc. lib. 12. & l. Claudiopolis C. Th. de decur. Eæ annonis & pabulis instruuntur ex collatione uicinorum, non ex collatione eorum, qui procul disiuncti sunt.

Σωματοφύλακες milites prætoriani Herodiano in 5. Prateius.

Σωρίτης Cauillationis genus, qua ab euidenter ueris ad euidéter falsa gradatim & per breuissimas mutationes perducimur l. 177. ff. de uerb. signific. l. 65. ff. de diuers. reg. Aceruale m Cicero lib. ij. de diuinatione latinè uertit. Ab alijs aceruus uocatur. Inuentum autem à Chrysippo Diogen. Laert. scribit. Bris.

T

T LITERAM ueteribus Senatusconsultis subscribi solitam, Valer. Max. lib. 2. his testatur uerbis: Illud quoq; memoria repetendum est, quod Tribunis pl. intrare curiá nō licebat: ante ualuas autem positis subsellijs, decreta patrum attentissima cura examinabant: ut si qua ex eis improbassent, rata esse non finerent. Itaq; ueterib. Senatusconsultis T litera subscribi solebat: eaq; nota significabatur, illa Tribunos quoq; cēsuisse: qui quamuis pro commodis plebis excubabant, inq; imperijs compescendis occupati erant, instrui tamen ea argenteis uasis, & annulis aureis publicè præbitis patiebantur, quò talium rerum usu auctoritas magistratuum esset ornatior. Hot.

T, & D, literas cognatas scribit M. Fabius li. 1. ca. 2. quod sæpè in Pandectis Florentinis uidere licet, ut adquin pro atquin l. 19. ff. de neg. gest.

T A

TABARDVM uocát Pontifices epithogiū, uestiméti genus in clem. unic. de uit. & honest. cler. Pra

TABE consumere in l. 1. C. de custo. re. nō est putredine cōsumi, ut Albericus autumat, sed colliquatione, & extenuatione corporis ex curę diuturnitate, ut apud Vergilium lib. 6. Aeneid.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

& Ouid. lib. 9. μεταμορφ.

Ambustaq; sonant nerui, cæcaq; medullis
Tabe liquefactis. Prat.

TABELLAE. Olim qui iudicio præerat, iudicibus ternas tabellas præbere solebat: absolutionis, condemnationis, & ampliationis: quarum A, absolutionis nota erat: C. uel / condemnationis: N, & L. ampliationis. Io. Tislin. pro A. Cæcinna. Sp.

TABELLAE adpellatione in l. fi. C. de pd. dec. lib. 11. eo sensu accipi debet, quo periculū in Rub. C.

de sent.ex pic.recit. ꝑ scriptura breui cōcepta.Prat.

TABELLAM, in l.fin. C.de Præd.decurio.li.x. Accursius ꝑ functione delegati iudicis accipit: sed perperam, ut Budæus ostendit in poster. Annotat. Spiegelius.

TABELLARIAE Leges.Cicero lib.de Leg.iij. quatuor Leges tabellarias numerat.Asconius autor est, à L. Cassio latas tabularias Leges, de suffragijs liberè ferendis,non uoce,sed tabella.Sp.

TABELLARIS sententia,Bud. annotat, quòd olim fuit modus genuinus ferendi suffragij in concilijs,& sententię deinde in iudicijs:interdum enim uoce,interdum tabellæ eo munere fungebãtur.Sp.

TABELLARIVS,qui tabellas,id est literas perfert: quem rude uulgus Portitorem uocat, ut Valla monuit.Spieg.

TABELLIONES.Vide,Notarij.huc ponendũ iam duximus,quod illuc prætermissum est. Nempe quòd cum tabellionibus & scribis merces hodie nõ tam pro opera quàm pro industria & publico autoramento constituta sit,nõ uidentur pro ignobilibus habendi,idq; ex Ciceronis diffinitione:licet Constitutionibus Cæsarum aliud cautum sit l. uniuersos. C.de Decurion.Scribit Aemilius Probus, (quod & ab Alc.in Comment. de Verb.sig.tum à me quoque alibi relatum est) apud Graios honorificentius esse scribarum officium, quàm apud Romanos. hi enim mercenarios existimant: at Græci ad id munus neminem admittunt, nisi honestis natalibus, fideq; & industria cognitum: quòd necesse sit eos omnium consiliorum participes esse: quem morem etiamnũ seruari ubiq; constat. Et teste Dn.Oldend. Cicero diffinit hoc mun⁹ nõ ignobile fuisse Romanis quoque: licet aliter hodie uideatur,in l. uniuersos. C.de Decurio,& in tit. C.de Tabul.scrib.li.10. Gloss.ibid. Tabellionum uaria nomina refert.Spieg. Sunt autem tabelliones publici contractuum scriptores, l.1. ut nemo ad suum patr. C.lib.11.l.2. C.de eunuchis,l. contractus, de fid.instrum. C.lib.10. Vel testamentorũ l.ambiguitates. C.de testam. Cuia.ad l.uniuersos.C.de decurion.lib.10.

TABELLIONES etiam dicuntur, qui instrumenta formant, conficiunt, & conscribunt l.9.§. & nonnunquam.ff.de pœn.l.14.§.his tabellionibus.C. de sacrosanct. eccles.l.29.l.31.§.1.l.49. C. de episcop. & cler. Nou.lxxiij. Suid. ταβελλίων ὁ τὰ τῶν πόλεων γράφων συμβόλαια, ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομικὸς λεγόμενος, ἃ ἀπὸ τοιούτων τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἵνα ἐπ' αὐτῶν εἰώθασιν ἐπιγράφειν γράμματα.Bris. Instrumenta igitur ab eis cõfecta siue conscripta ἔγγραφα dicuntur, d.No.73.52. 49.117. 142. & edicto 7. Forensia siue publica l. comparitiones,de fid.instr.C.lib.10.De eis specialis est No.44. περὶ συμβολαιογράφων ex qua intelligitur habere eos stationes suas, quas & gradus & scamna Græci uocãt, & ministros siue discipulos, itemq; adiutorem siue substitutum confirmatum apud acta magistri cẽsus: Et Leonis No.περὶ πολιτικῶν συμβολαίων διατάξεως,ex qua intelligitur fuisse certum tabellionũ corpus sub primicerio, à quo ex collegij sentẽtia tabelliones quiq; creabantur,nõ nisi homines fidei probæ, & scribendi loquendiq; peritissimi, nec non & iurisperiti, qui tenerent libros LX. βασιλικῶν. & haberent ἐπὶ στόματος, ut ait, XL titulos Enchiridij. Cuia.in suprà d.l. uniuersos,de decurionib.lib.10.

TABERNA, accipitur pro omni ædificio,quod est utile ad habitandum: nempe ex eo quòd tabulis clauditur. ut iuxta rectam lectionẽ apud Haloand. ait Vlp.l. tabernæ appellatio. de Verb.sig. Alciatus ueterem,ut expositio eius clarè indicat, probat,ubi dicit:Sic taberna prius dicta,quod ex tabulis fieret. Vnde etiam si alio modo conficiatur, nihilominus seruat nomen.Vsus tamen posteriorum obtinuit,ut tabernam simpliciter dicamus, in qua merces uendũtur.Sic & Cicero tabernarios accepit,pro his qui negociationes in tabernis faciunt, dum pro Flacco inquit:Opifices & tabernarios,atq; omnem illam fecem ciuitatis,quid est negocij concitare? Addit Nõ. Marcel.tempestate sua tabernas appellari solitas uinarias,quod & nunc uulgò obtinet.Sp.

TABERNA dicitur,quod tabulis clauditur.Donatus dictam existimat tabernam, quasi trabeam, à ualidioribus trabibus,quib.superiora suspensa sunt. Brechæus in l.Tabernæ.ff.de uerb.& rer.sig.

TABERNAE appellatio omne utile ad habitandum ædificium demõstrat,ex eo quòd tabulis clau- datur. Vnde Tabernacula & contubernales appellantur l.183.cum l.seq.ff.de uerbor.significat.Diomedes lib.iij.Secunda species togatarum,quæ tabernariæ dicuntur,humilitate personarum & argumentorum similitudine Comœdijs pares, in quibus non magistratus regesq;, sed humiles & priuatæ domus inducuntur: quę quòd olim tabulis tegerẽtur,communiter Tabernarię uocabantur.Isidor.lib.xv.Etymolog. cap.ij. Tabernæ olim uocabantur ædiculæ paruæ & simplices in uicis,axibus & tabulis clausæ. Vnde & Tabernariæ quòd soleant considere.Dictæ autem tabulæ, quòd ex tabulis lignisq; erant constructæ, quæ nunc & si non speciem, nomen tamen retinent.Bris.

TABERNA lanionis est, in qua uenduntur carnes laniatorum pecorum:cum etiam lanionem à laniandis pecoribus dictum tradãt latini auctores: & Zasius in l.2. ff. de orig.iur. idem asserat, eumq; esse lanionem, quem uulgo Macellarium uocant. Adde Peckium l.1.§. Caupones. in tit.nautæ, caupo.stab.

TABERNAS quoq; pro œnopolijs accipimus, & cellis uinarijs, ubi uinum & seruari, & uẽdi solet, quas Xenophon οἰνῶνας appellat, Vitruu. lib.6.Apothecas: quo etiam loco docet in uestibus ædificiorum,eorum maximè qui rusticis rebus seruiunt, tabernas,stabula esse facienda,quæ ad fructus seruandos magis, quam ad elegãtiæ decorem possunt esse. In summa,Tabernæ nomen significat omnem illum locum ædificio tectum tabularũ,quo & merces uendi,& opera quæcunq; fabricari solent,sicut in officina.Brechæus in l.Tabernæ.ff.de uerb.& rer.sig.

TABERNA cauponia. Huius instrumento legato quæ ueniãt,Paulus refert in l.tabernæ cauponiæ. ff.de Fund.instr.

TABERNA casearia. Quære, Caseariam tabernam.

TABERNA ferraria, apud Scæuolam in l. pen. de Legat.ij.

TABERNA instructa,Vlpiano est,quæ & rebus & hominibus ad negociationẽ parata constat.quod tum uerum est, cum tabernam pro uniuersitate uirium ipsius negociationis,non autem pro loco simpliciter accipimus Adde Brechęum in l.Instructam sub tit.de uerb.& rer.signif.nu.1.

TABERNA meritoria, stabulum, siue diuersorium est Perotto.

TABERNACVLVM, tectum castrẽse, ein zelt. quòd ueluti taberna quædã sit: inde sic dictum, autore Paulo,loco quo suprà. Sicut & contubernales, de quo & superius.Sp.

TABERNACVLVM est casa,tabulis,uel corio, uel

uel etiam arborũ ramis, seu stramentis facta tectáq;, ac quæ loco moueri possit, & huc aut illuc transferri: & eo in Castris Imperatores utũtur aduersus ambientis aeris καὶ ψύχους ac cœli iniurias. Plinius lib.2. Natur.hist.cap.55. Ideo pauidi altiores specus tutissimos putát: aut tabernacula è pellibus belluarum, quas uitulos marinos appellant, &c. Et quoniã in prætorio Imperatoris locari solebat tabernaculũ, Augustale appellabatur. Tradit Xenophon li.8. Pædiæ Cyri, tabernaculũ ipsius Cyri semper tum hyeme, tum uerò æstate Orientem uersus situm fuisse. De tabernaculorum castrẽsium fabrica uaria, apud diuersas gentes, scribit elegáter Alexander ab Alex. lib.1. Genial. dierum ca.12. Iam uerò tabernaculum, quod à Græcis σκηνὴ, id est, Scena Latinis, est frons theatri, seu medium theatri hostium, ut scriptum est à Cassiodoro, in Epistola ad Symmachum, ubi de theatri origine tractat. Brechæus in l. Tabernæ. ff. de uerb. & rer. sig.

TABERNAM negociatoriam, & cauponiam & purpurariam dicimus l.43. ff. de ritu nupt. l.2. ff. de institor. l.91. §. pater. de leg. iij. Tabernas quoq; Suidas καπηλεῖα καὶ παντοπωλεῖα interpretatur. Tabernæ etiã argentariæ in l.32. ff. de contrahen. empt. fit mentio. Tabernam autem qui pignori dat, merces, quæ in ea sunt, obligasse uidetur l.34. ff. de pignorib. Tabernæ instrumento legato loci duntaxat non etiam totius negociationis instrumentum legatum uidetur. Proinde institores legato non cõtinebantur: Aliter atq; si instructa taberna legetur l.185. ff. de uerbor. significat. l.13. ff. de instru. uel instrumen. Inde Tabernarius in l.52. §.1. ff. ad leg. Aquiliam.

TABES in agris, apud Vlp. in l. ex conducto. §.j. ff. locati. quid sit, declarat Plin. Historiæ naturalis lib. xvij. de uitijs & morbis arborum differens, dum refert quasdam locorum seu temporum causas esse, quæ propriè morbi appellantur, quoniam protinus necant: sicut tabes cum inuaserit arborem, aut uredo, uel flatus alicuius regionis ꝓprius: ut est in Apulia Atabalus, & in Eubœa Olympias. Hic enim si flauerit circa brumam, exurit frigore arefaciens: ut nullis postea solibus recreari possint. & hæc Plin. uerba transcribit Theophrastus in iiij. de plantis. Declinatur tabes tabis. Verg. Et terram tabo maculant. licet Seruius ibi dicat, esse septimi casus, ut Sponte. Non omitto, quòd in libris impressis apud Iurecõsult. in loco præallegato, labes legitur, non tabes. quæ tamẽ lectio non conuenit sequentib. quia postea de terremotu subdit Vlp. Cotta.

TABLINVM Latinè est, quod gramatophylacium à Græcis uocatur: qua uoce Iurisconsultus est in l. mortis. de Pœnis. Vide, Grammatophylacium. & Bud. in Annotationibus poster. Sp.

TABVLA gypsata, pro albo prætoris: nisi quòd in ea nõ solùm iudices notari, prætorumq; iura scribi solebant: sed etiam singulorum annorum acta literis mandabantur. Annales hodie uocantur. Sp.

TABVLAE propriè testamẽtum significant l.j. §. hoc interdum. ff. de Tab. exhib. & l.j. §.j. Quemad. test. aper. Vnde bonorum possessiones secundũ tabulas, & contra tabulas dictæ. Tabulæ etiam dicuntur folia testamẽti. Quare, Budæo teste, primæ & secũdæ tabulæ, intelligi possunt prima & secũda charta testamenti, quæ etiam primæ & secundæ ceræ dicuntur. de quibus suprà in dictione Cera prima, aliquento fusius. Antiquissimus autem mos scribendi fuit in ceratis tabulis, quæ & codicilli & pugillares uocantur. Tria quippe hæc, Viglio teste, uocabula plurali ferè numero proferri solent. Cæterùm quæ doctissimus uir ille de uarijs materijs, in quibus scribitur, congessit, interpretans tit. de Testam. ordin. in Instit. tyroni iuris non sunt prætereunda Sp.

TABVLAE non testamẽti duntaxat, sed & contractuum & alterius cuiuscunq; negocij dicũtur ab eo quòd in tabulas ligneas cera illitas ea referri solerent. Vnde Ceratę à Plauto in Asinaria appellantur. Exindeq; bonorum possessio contra tabulas, Contra lignum dari uulgo dicebatur l.19. ff. de cont. tab.

TABVLAE accepti & expensi. Moris enim erat ut patresfamil. quæcunq; per singulos dies aut acciperent, aut expenderent, ea primùm properè ac festinanter in codicem memoriæ caussa paratum, referrent, quę Aduersaria dicebantur: deinde per ociũ in alijs tabulis ordine & accuratè perscriberent. eas tabulas accepti & expensi nominabant. de quibus Cicero in Cluentiana sic scribit, Confecit tabulas diligentissimè. hæc autem res habet hoc certè, ut nihil possit neq; additum, neq; detractum de re familiari latere. Hottom.

TABVLAE auctionales apud Ambr. lib. ij. Epistol. Tabulæ contractus l.4. C. si quis al. uel sibi.

TABVLAE diuinæ, Decem pręcepta, in quibus misericors Deus uiua uoce notitiam naturalẽ, propter originis uitium in hominibus obscuratam, renouari uoluit: Vt certum extaret testimonium, has esse naturæ Leges, Verbo Dei confirmatas, quas in animis hominũ quoq; insculpsisset. Futurum enim prouidebat, ut imbecillitate quadam in errorem facilè lapsuri essent homines, nisi certum extrinsecus adijceretur præscriptum, ad quod hæsitantes confugerent. Enimuerò utcunq; hoc sit factũ, uidemus tamẽ Gentes falsa persuasione à naturali iudicio aliquando esse abductas: quid igitur credamus futurũ fuisse, si nulla extarent literarum monumenta, diuina bonitate nobis de Iure naturali data? Perpẽdendæ igitur diligenter hæ tabulæ, ceu fontes humanarum duodecim Tabularum, & totius Iuris, Gentium & Ciuilis.

TABVLAE dotis l. pen. ff. de donatio. int. uir. Seu tabulæ dotales in l.12. ff. de dote releg. Tabulæ instrumentorum Reipub. l.31. l.32. ff. de furt.

TABVLAE nouæ appellantur, quando creditores debitas pecunias cum usuris persoluere non coguntur ipsis creditoribus, & abolitis prioribus debitis, nouæ tabulæ conficiuntur. Spieg. Vide Cœliũ lib.12 cap.20. lect. antiq.

Sic Tabulæ nuptiales in l.31. ff. de donatio. & l.9. C. de nuptijs, & apud Tertullia. in lib. de pudicitia, & Apul. Apolog. ij. & Augustin. lib. ij. de morib. Manichæor. Quas tabulas Matrimoniales uocat Iulius Firmicus lib. vij. Mathes. cap. vij. Tabulæ quibus pecunia expromissa erat l.104. §.1. de legat. lib. j. Tabulæ rem saluam fore cautionis l.5. ff. de susp. tutor.

TABVLAE pictæ, id est, statuæ & picturæ. Romani quippe expugnatis oppidis, quidquid ornamentorum inuenissent, triumphantes, maximo apparatu ferebant, atq; urbem nouis statuis, picturis & tabulis ab hostibus translatis magnificè ornabát. Qua de re copiosè Alex. ab Alex. lib.6. ca.6. De tabulis autẽ à Fuluio Romam translatis, Plin. lib.35. ca.7.

TABVLAE uenditionis l.2. C. si mancip. ita uenier. & apud Senecam lib. iiij. Controuersiar. Et Tabulæ emptionum in l.1. de his qui uen. æt. impetr. in C. Theod. Bris.

TABVLAE itẽ, syngraphę & documenta literaria. Hinc tabulas chirographi reddere, ꝓ debitores libe-

liberare, interpretantur, in l. huiusmodi. §. si ita. de Leg.j.cum simil. ab Alberico citatis. Item Iurisconsultus tabulas appellat, omnẽ materiæ figuram siue tabulæ sint ligneæ, siue chartæ, siue membranæ, siue corium alicuius animalis, siue cuiuscunque alterius materiæ, in quá scribatur l.j. de Bon.possess.sec.Tab. Ad hunc modum piscinam appellamus aquam, non tantùm quæ habet pisces, sed eam pariter, in qua animi gratia uel natamus, uel lauamus. Ex Appello. Sp.

TABVLAM figere & refigere quid sit, apud Venuleium in fin.l.ff. Quod ui aut clam. non satis explicatũ est ab interpretibus: quod, ut & in multis alijs, quæ fuerit ueterum consuetudo, ignorarunt. Videtur autem ea fuisse, teste Alc. ut cum debitor abesset, priusquam ex edicto bonorum eius possessionẽ ceu contumacis, & in fraudem latitantis, prætor concederet, ad eius domũ cum testibus creditor accederet, & eo non inuẽto, eius ædibus tabulam præfigeret, fortè ne quid interim asportaretur, eamq; rem in testationem redigeret. Sp.

TABVLAE etiam apud architecturæ professores sunt asseres sectiles authore Festo, à quibus etiã & assamenta & assulæ dicuntur. A tabulis tabulationem & tabulata accipiũt Ioan. Bapti. Albertus lib.7. rei ædificatoriæ. c.9. ut annotauit Brechæus in l. Tabernæ sub tit. de uerb. & rer. signif.

TABVLARII, qui instrumẽta publica testationesq́. conscribunt l.11. C. qui potio. in pign. l. ul. §. hi quoq;. ff. de munerib. & honorib. l.3. §. si tabulæ. ff. de tabul. exh. l. ulti. ff. de iure Emphyt. l.8. C. de testam. tut. l. ult. §. fui autem dubius. C. de iure fisc. l.9. C. de defensorib. ciuit. l. un. §. sancimus itaq;. C. de Lat. liber. l. un. C. de annali except. l.1. de exactorib. tribut. lib.x. C. Rubr. de Tabular. lib.x. C. & l.2. de iure fisc. eod. l.2. de cõueniend. fisc. debit. l.1. de his qui ex public. ratiocin. eo. lib. l.1. de immunitat. nemin. cõced. lib.xj. Tabularius etiã pro calculatore, quem Græci ἀναλογιστὴν uocant, qui in tabula calculandi & computandi artem pueros docet, uel aliàs eam artẽ tenet l.1. §. ludi. ff. de extra. cognitio. Quem etiam esse huius uerbi sensum l. ult. ff. si mens. fals. mod. ostendit. Brisson.

TABVLARIVM Seruio est locus, in quo tabulæ, hoc est instrumenta, & literæ, & actus publici reponuntur. lib. Georg. iiij. Paul. in l. si mihi Meuia. de Leg. iij. In fundo, inqt, uno ex ijs qui prælegati sunt, tabularium est, in quo, &c. Spieg. Vide Tornebum lib.16. aduersariorum cap.21.

TABVLARIVS ratiocinator, uel supputator appellatur, qui in tabula nomina & rationes obseruat. De eo meminit Sidonius ad Petreium, & apud nos Vlpia. in l. ult. ff. si mensor fals. mod. dixerit. licet glossator ibi exponat tabulariũ, id est tabellionem, quam expositionẽ, quamuis falsam, sequuntur communiter interpretes Moderni. inter quos Andreas Sicul. in tract. de præst. Card. in iij. q. secundæ partis, in ultimis uerbis. ubi putat esse aureum textum, secundum hanc intelligentiam. Cotta. Adde Cuiacium in comment. suis ad lib. C.10. tit. de decurion. l. uniuersos decuriones, qui tabularios definit his uerbis: Tabularij, inquit, in libris nostris sunt, qui ciuitatum aut prouinciarum chartas & rationes tractãt atq; supputant, qui præsunt tabulario ciuitatum, in quo pleraq; publica & priuatorum reconduntur, ueluti debitorum obsignatæ pecuniæ, quod ex multis locis liquet: In rebus tamen priuatorum plerunque adhibebantur, uel ut pro imperitis literarum scriberent, aut subscriberẽt, uel ut pro stipulari nequeuntibus stipularentur quasi personæ publicæ, qua de re sunt multi loci, quos nolo notare. Hæc Cuiac. suprà d. loco. Porrò idem Cuia. ad Rubr. tit. de tabul. Scribis affirmat, quod tabularij & scribæ similes logographis, censualesq́; conditionales sint, & ideò, quoties res exigit, tormentis subijciantur l.1. & 2. d. iam tit. de tabul. scribis, leg.7. de iur. fisci lib.10. l.1. C. Th. ne colon. per log. cel.

TABVLARIVS. Tabularius tabellio alioquin dicitur. Quia uerò is seruit personis cõtrahentibus, ideo seruus dicitur publicus l. nõ aliter. ff. de adopt. Alio autem respectu nec seruus est, nec seruus esse potest tabellio l. generaliter. C. de tabul. lib.10. Tabularium autem locus est, ubi tabulæ, id est, instrumenta, & literæ reponũtur. Valla lib.1. Elegant. ca.6.

TABVLAS uerò testamenti in Prætoris edicto quo secundum tabulas bonorũ possessio defertur, & in interdicto De tabulis exhibendis, accipimus omnem materiæ figurã. Siue igitur tabulæ sint, siue cuiuscunq; alterius materiæ, siue chartæ, siue membranæ, siue corium animalis alicuius tabularum appellatione continebuntur l.1. ff. de secund. tab. Paul. lib.iiij. Sent. tit. vij. Tabulæ planè testamenti non intelligũtur in quibus hæres scriptus non est, magisq; codicilli, quàm testamentum intelliguntur l. ult. ff. de iure codicill. Bris. Et nota, quod tabularij, ut suprà etiam dictum, olim serui publici dicti fuerint, ut refert Capitolinus in Gordianis, dũ inquit: Nõ scribæ, non serui publici, non censuales illis actibus interessent. Seruos publicos tabularios uocat. Indè l. ult. C. de ser. Reipub. man. tabularij actus argumentum est seruitutis. Vide Cuiac. l.3. de tabul. scribis. Cod. lib.10.

TABVLIS obsignatis agere: cùm pactio in tabulas relata esset. Cic.1. de Orat. Tu mihi cùm in circulo decipiare aduersarij stipulatiuncula, & cùm obsignes tabellas clientis tui, quibus in tabellis id sit scriptum, quo ille capiatur: ego tibi ullam caussam maiorem committendam putem? Item Tuscul. V. Tu quidem obsignatis tabellis agis mecum, & testificaris quod dixerim aliquãdo, aut scripserim. Nam de testationibus locus hic ex Quintiana documẽto est: Neuius pueros circũ amicos dimittit. ipse suos necessarios corrogat. ueniunt frequentes. testificantur isti P. Quintium non stitisse: & se stitisse. tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur. Idem in Pisoniana: Iste claudus, quomodo aiunt pilam retinere: quod acceperat, testificari: tabulas obsignare uelle. Hot.

TACENS, an & quando uideatur cõsentire, declarat Bar. l. in adoptionibus. ff. de adopt.

TACERE, est medium inter cõsentire & reprobare. Card. in Clemen. sæpe. §. si tamen. de Verb. sig. Spiegelius.

TACHYDROMI, Ταχυδρόμοι à Basilicõn interpretibus ad l.8. C. de cursu public. adpellantur equi publici cursuales, ueredi. Adde Cuia. ad Rubr. C. de cursu publico, angarijs, & perangarijs Codicis libro duodecimo.

TACITA fideicommissa interpretare, quæ quis non capienti tacitè rogatus est restituere lege decimaoctaua in principio & §.1. lege ultima. Digestis de his, quæ ut indign. lege decimatertia. Digestis ad legẽ Falcidiã lege tertia Codice ad legẽ Falcid. l.17. §. in tanto. Digest. de usur. leg.3. Digest. de probationibus. lege prima de delatoribus lib.x. C. Quintilia. libro nono, capite secundo. Ream tuebar quæ subiecisse marito testamentũ dicebatur & chirographũ mari-

marito expirante hæredibus dedisse & uerum erat. Nam quia per leges institui uxor nō poterat hæres, id fuerat actum, ut ad eam bona per hoc tacitū fideicommissum peruenirent. Scripserat & Paul. librum singularem de Tacitis fideicommissis. Porrò nō eò minus tacitum fideicommissum est, quod palàm testator reliquerit, si personam cui restitui uellet non significauerit, leg.125.§.ult.ff.de legat.lib.j. Cuius rei præclarum exemplū est in Quint. Declam. cccxxv. in qua diues fingitur decessisse hærede instituto bonorum paupere, cum elogio tali, Peto ut hanc hæreditatem tanquam fideicommissam. Ex quibus uerbis tacita fides suscepta arguitur. Difficile, ait, est quidem natura probare tacitum fideicommissum. Quomodo tamē probamus? Elogium scriptum est palam certè, & manifestè electus hic est ad trāsitum hæreditatis: silentium & fides est, inquam, de restituenda hæreditatè, &c.

TACITE enim relictum uidetur, cùm neq; testamēto, neq; codicillis palàm datum est, sed chirographo cauit is, cuius fides eligitur, quod ad se ex bonis defuncti peruenerit, id ei qui alioquin capiendi ius non habeat restituturū l.1.l.3. in princ. & l.40. §.1.l.42.ff. de iur.fisc.l.12.in fi. ff.de fideicomm.libertat.l 21. ff. de inoffic.testam.l.83.ff. de adquir.hæred. Quò bellè alludit Synesius Epistol.1.quæ quatenus ex hac metaphora tacitorum fideicommissorū pendet, uulgo obscura habetur. Agit autē in ea de libris suis Rhetoricis, quos pro uulgo quæsitis liberis habet. Et tamen perinde atque iustos & legitimos eos complecti scribit, ut pro iustorū loco eos ac lubens sit habiturus, nisi leges, quæ acres sunt ingenuitatis patronę, repugnarunt. Itaq; id eos demum ex bonis suis laturos scribit quod clàm & tacitè in eos sit collaturus. Verba eius quib. hāc postremā orationē exprimit, hęc sunt, ἴχῃ δὲ κιγλῶ ὅ τι ἂν αὐτῷ λάθρᾳ χαρίσωμαι.

TACITAM fidem contra leges adcommodare intelligitur, qui uel id, quod relinquitur, uel aliud tacitè, id est, clàm, uidelicet domestica cautione & chirographo, uel nuda pollicitatione promittit se restiturum personæ, quæ legibus ex testamento capere prohibetur leg.10. & l.11.ff.de his, quæ ut indign. l.103.ff.de legat.lib.1.

TACITA enim fides, ut Cuia. definit, est, si quis non palàm rogatus, in fraudem legis tacitè promittat, se id quod accepit, Cœlibi, aut orbo redditurum l.in fraudē, de his quib. ut indig. l. in tacitis de leg.1. Cuia. Not.ad tit. Vlp.25.de fideicom.

Per tacitam fidem translata prædia in l.15. §. penult. ff.ad municipal. quæ in fraudem munerum ciuilium in alium nomine tenus translata sunt. Ita ut re ipsa maneant in prioris possessoris dominio.

TACITA pecunia appellatur, quę non continetur publica scriptura mensæ, uel alio publico testimonio: quo modo si qua inesse credito turpitudo uideatur, dari pecuniæ solent. Sic in ueteri quodā testamēto Sempronij Tucidani militis. Aurelius Tucidanus tacitam pecuniā si uia Lat.off. meis re. monumētum suo sumptu ædificauerit, habeto. Et apud Gellium lib.12. cap.12. A P. Sulla qui tum reus erat mutua HS xx. tacita accepit. Sic ueteres libri habēt, non tacitè. Cuia. ad l.emptor.ff. de pact.

TACITA Senatuscōsulta quæ olim appellarentur explicat Capitolinus in libro de Rebus gestis Gordianor.

TACITA ueritate & falsitate suggesta, ut intelligendum sit, declarat Innocen. tertio cap. super literis. extra de rescript. Spieg.

TACITE, plurifariā aliqua insunt. Aut directò, id est immediatè. Aut ex obliquo, id est ꝑpter aliud. Quæ insunt tacitè directò, insunt aut per modū conditionis, aut purè: & tunc aut ex legis dispositione, aut ex rerum natura, aut ex cōsuetudine, aut necessitate, aut ex dependentia, quia tacitè dependent ab expresso. Quando uerò tacitum non uenit simpliciter, sed ex adiuncto, ex obliquo, ex ui relatoria, tunc taciti & expressi non est eadem operatio: quia quæ expressè fieri nō possunt, ex adiuncto, ex relatione, ex obliquo tacitè recipiuntur. Exempla proponit Zas. in l.cum quid.ff. Si cert.pet. Sp.

TACITI & expressi diuersa ratio: quia tacitum non annullat, expressum annullat. facit pulcher, ut Zas. ait, text. in l. nonnunquam. ff. de Cond. & demonstr. cum dicitur: Nonnunquam expressa nocēt, quæ non expressa non nocent. Vide Ferr. in Reg. l. expressa nocent. ff. de Reg iur. Spieg.

TACITO actum (intellige, intentione contrahentium) pro cauto, id est pro expresso habetur. ut traditur in l.cum quid. ff. Si cert. pet. Spieg.

TACITO iure trāsire, apud Vlpian. in l. si paterfamiliàs. de Adopt. Sp.

TACITVM & expressum, si utriusq; par sit potentia, æquiparantur, secundū Baldum, in l. de quibus. ff. de Leg. Spieg.

TACITVRNITAS, obseruātiæ genus in silentio constitutæ. Hæc præcipua uirtus est eorum qui summorum principum res notis scribunt. Zifræ uocantur in aula. Sp.

TACITVRNVS, qui natura facilè tacet. Quanquam huius nullū exemplum reperitur apud idoneum autorem. Spieg.

TACITVS actiuè, qui tacet, & quod secretum est, optimè nouit tenere & tacere. Cōtrario sub quo tacetur: ut tacita fides, per quam tacetur, quod illicitè uel præstatur, uel contrahitur. apud Paulum in l. ordine. §. penult. ad Leg. Municipal. & l. penult. C. de Rescind. uendit.

TAEDIO uitæ sibi manus inferre. Vlpianus in l.j. ad Syllan. §. si sibi. item l. fin. §. si quis autem. ff. de Bon. eor. qui mort. sibi consc. tum alijs. Sp.

TAENIA, uox est Græca, significat fimbriam seu uittam.

TAGAX à tangēdo, quo ueteres usi sunt, id est, furunculus, ut Festus interpretatur, Cic. 6. ad Atticum. Quæstorem nemo dignū putat, etenim est leuis, libidinosus, tagax, uulgò malè sagax siue rapax.

TALE, sui natura comprehendit genus, non speciem. ut colligi potest. C. de uerb. sig. l j. in prin. ibi, Talem habere. & uers. j. ibi, Nulla speciali. Alberic. Aliud autem esse talem, aliud haberi pro tali l. mercis. & ibi interpres de Verb. sign. Bart. in l. si maritus. ij. §. legis Iuliæ. ff de Adult. Sp.

TALEA, pro exactione, barbarum prorsus uocabulum, natum in schola imperitorum latinitatis, cui multa id genus similia debemus. Taleæ, ut & collectæ in ea sunt exactionum specie, quæ non habet certam & perpetuam præstationem, interdū personalia munera referuntur. ut Alciat. super uerbo, extraordinarium, in l. placet. C. de Sacros. eccles. & Iason aliquanto copiosius ibidem collectarum materiam tradidit. Latinis talea est frustum ligni, præcisum ex utraq; parte, ut in terra inferatur. Sp.

TALENTVM Euboicū qd sit, docet Festus his uerbis: Euboicū talentū nūmo Græco septē milliū & qngētorū cistophorūm est, nostro quatuor milliū denariorū, de quo plur. Bu. li. 2. de Asse, ubi annotat, dictum

dictum Festi minime conuenire cum ratione Liuiana, quæ talentum sex millium denariûm facit.

TALIO Ius est, quo delinquenti par pœna infligitur: maximè probatum à Pythagoricis, sic dicere solitis: Ius rectum fuerit, factis si perferat æqua. Hebræi quoq; sunt usi iure talionis, Deo autore. Aristoteles uerò tale ius eleuat in delictis, in commercijs admittit per analogiam, hoc est, per similitudinē seu proportionem, non per æqualitatem. Talio, Ein gleiche widergeltung des gethonen schadens / als aug vm aug / handt vmb handt. Old.

TALIO, pœnæ genus est, ex xij. Tab. quo damnum illatum simili damno pensabatur: ueluti si oculus eruatur ei, qui oculū excusserit alteri. Vnde retaliare dicimus, cū par pari refertur. Adi Ferrar. enarrantem. §. pœna autem iniuriarum. Instit. de Iniur. & uide infrà in scholijs ad easdem Tab. Sp.

TALIO in l. 12. tab. similem siue reciprocam perpessionem significat. Impp. dixêre reciprocam pœnam in leg. 3. C. Th. de exhib. reis, l. hi quos, C. Th. de accus. uerba l. 12. tab. hæc sunt: si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto. Sic enim ea lex cum in Gellio, tum in Sex. Pompeio restituenda est. Lex ait Pacit, ab antiquo uerbo paco, quod est paciscor. Cuia. Not. ad lib. 4. Instit. tit. de iniurijs.

TALIONIS pœna à quo instituta, deq; eius ratione dubitatum fuit superioribus diebus. propterea paucula hæc adijcere, inconueniens uisum non est. Talionis itaq; pœna xij. tabulis cōstituta erat, sed postea prętorij iuris clemētia reuocata est: ut in xix. Noctiū Attic. testatur A. Gellius, ubi assignat duas causas: legis scilicet incommoditatem, & rependendæ pœnæ, id est retaliandæ difficultatē. De hac pœna meminit diuus August. in c. pen. xiiij. q. prima. Et licet de iure ciuili talis pœna cōstituta esset, ut patet in l. libellorū. §. itē subscribere. & in l. si cui. in princ. ff. de accusat. & in l. iij. ubi doctores. C. qui accus. nō poss. & in pulchra quæst. Bal. in l. ij. C. de fid. instru. in ult. quæst. & etiā est de iure diuino, cum legamus Exodi xxj. & Deut. xix. de pœna sycophantæ & calumniæ: Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente exiges. tamen cōsuetudo hodie contrariū obseruat, ut firmat Bart. in d. l. si cui. in prin. cum suis concord. Et talis consuetudo ualet, ut per D. Fel. latè in c. super his. col. iiij. de accusat. ne propter antiquorum rigorem accusatores retrahātur, & sic delicta remaneant impunita, cōtra l. ita uulneratus. §. penult. ff. ad l. Aquil. cum uulg.

Et hæc sunt nota digna, ad ea quæ scribit Baldus consil. cxviij. quia plenissimè. in iij. lib. Cotta.

TAM & quàm, inter se diuerse facta ęquant. Vlp. in l. non solum. de Iniur. Si, inquit, mandato meo facta sit alicui iniuria, plerisq; aiunt, tam me qui mandaui, quàm eum qui suscepit, iniuriarum teneri. Sp.

TAMDIV, quamdiu, apud Vlpian. cōiunctim in l. si filia. §. si filiusfamiliâs. ff. Famil. ercisc. Sed filio data tam tamdiu, quamdiu peculium patitur. Item apud Iulianum l. ij. de Precar. sed diuisim: ut & apud Ciceronem in Verrinis: Ignominia autem grauis tamdiu in illo homine fuit, quamdiu iste in prouincia mansit. & apud Vlp in l. is autem. Ex quib. caus. maior. cū ait: Tamdiu igitur in seruitute esse uidebitur, quamdiu non est eiusmodi lis cœpta. Sp.

TAMDIV Reipub. causa abesse quis uidebitur, quamdiu officio alicui præest: quod si finitum fuerit officium, iam desinit abesse Reipub. causa. Vlp. l. si cui. ff. Ex quibus caus. maior. Sp.

TAMEN, pro nihilominus, præsertim apud Neratium, in l. ex hęreditate. Famil. ercis. accipiendum. reclamant enim particulæ præcedentes, quia, etiāsi, tamen pro quia, ut uulgò receptum est. Eius uis à facto plerunq; ius discernit, ut docet Bart. in l. j. ff. Si quis ius dicenti non obtemp. Sp.

TAMENETSI sæpè pro Quamuis usurpatur, ut à M. Tullio in Epist. ad Plancium. Sed tametsi anteà scripsi, quæ existimaui scribi oportere, tamen hoc tempore breuiter commonēdum putaui. Cuia. obseruat. lib. 1. cap. 14. in princip.

TAMEN'NE? particula est orationis, urgens cum interrogatione, Ciceroni frequens. ut Tusanus per exempla commonstrat. Sp.

TAM iure legeq;. Vetus locutio, qua lege actum aliquid fuisse significabant, quàm rogari ius fuisset. Procul. l. si is qui, 44. ff. de adopt. Sed si sic adoptauit, ut tam iure legeq; nepos, suus esset, quàm si ex Lucio puta filio suo natus esset. Alludit autē ad rogationis formulam, quam Gellius lib. 5. ca. 19. exponit, Velitis iubeatis, uti L. Valerius L. Titio tam iure legeq; filius sier, quam si ex eo patre matreq; familiàs eius natus esset. Hinc Ciceronis locus in Oratione pro domo emendandus est, Fueris sanè Trib. pl. tā iure, quàm lege, quàm fuit hic ipse Rullus. Legendum enim apparet, tam iure ac lege, uel tam iure legeq;. Hott.

TAMIACA prædia quæ sint, Accursius plures affert opiniones, quas potius somnia dixeris, teste Alciato. Is arbitratur fundos Tamiacos, qui dispensatori publico præstabant annuos fructus uectigales, quibus ille postea in domo imperatoria dispensabat alimenta. Nā ταμίας dispensatorē significat. Sp.

Ταμεῖον Cellarium Nouell. Marcian. de indi. reli. Hinc Prædia Tameiaca Rub. C. de prædijs Tameiacis lib. 11. Erant autem prædia tamiaca & coloni ac serui tamiaci in Cappadociæ ꝓuincijs No. 20. & 30. & ideò eorum cura pertinebat ad comitem domorum & præpositum sacri cubiculi, ut dicemus in tit. de præp. sac. cub. & hac ratione domus separatur à re priuata. Quod enim domui deputatur, cellario deputatur uel cubiculo. Res priuata alijs necessitatib. l. ult. de priuil. do. Aug. C. lib. 11. Verum & domus sæpè ad rem priuatam referuntur, ijdemq; dicuntur tamiaci & dominici. Cuiac. ad l. 1. de præd. tamiac. Cod. d. lib. 11.

TANGERE aliquid, pro describere & mentionem facere, notum est minus fortè: quod & circumuenire significat, & intelligere. Cicero: Postquā autem consilia eius omnia tetigi. Sp.

TANQVAM, pro quasi, similitudinis magis est, quàm ueritatis. Vide quæ de hac dictione not. in l. si pater. §. qui duos. de Adopt. & in Aut. Vt om. obed. iud. prouinc. §. si uerò. Sp.

TANTISPER quod significat per tantum spacium, siue per tantum tempus, ut inquit Valla, semper ferè desiderat iungi huic particulæ Dū, pro donec. Terent. in Heautonti. Ego te meū esse dici tantisper uolo, dum quod te dignum est, facias. Gellius lib. 6. loco dum, æquiualens posuit Quoad: Tantisper, inquit, quoad fieret permutatio. Vlpianus tit. de Tutelis, l. Qui tutorem. Dum magis ætati, quam dementi tantisper sit consulendum. Nebr.

TANTI condemnetur, quanti actor in litem iurauerit. Paulus in l. harum. ff. Si seruit. uindic. Sp.

TANTVLVM, tam paruum, intelligitur: & tantulum, aduerbiūm, tam parū. Iabol. de Leg. iij. l. qui concubinam. §. cum ita legatum esset. Titia uxor mea

mea tantulam partem habet, quantulum unus hæres. Spiegel.

TANTVM dictio taxatiua, poſita in l. noua. non eſt ſufficiens ad inducẽdum correctionem alterius l. ita ſing. concludit Bart. in leg. iij. §. cum Titio. ff. de adim. leg. ubi per hoc ſing. decidit, quòd ſi ſtatutum pro aliquo maleficio imponat pœnam centum, & alio ſtatuto cauetur pro eodem delicto pœna in quinquaginta tantùm: certè primum ſtatutũ ſeruabitur: quia per dictionem Tantùm, non inducitur ll. correctio, allegat. l. ob es. iuncta gloſſ. C. de præd. minorum. & alia, de quibus ibi per eũ: licet lecturæ Bart. impreſſæ, cõmuniter in hoc defectiuæ circumferantur. Et eius deciſionem ſimpliciter ſequitur D. Alex. in l. ſi conſtante. in prin. in vij. col. ff. ſol. matr. & Dec. conſ. cx. uerè ut puto. in ij. col. poſt Aret. conſ. xxvij. proponitur ex facto. in ult. col. & pro ſing. citat Do. Iaſ. ubi tamen eam reprobat. in l. j. in prĩc. in x. col. uerſ. ij. concluſio. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. & in l. j. in ij. col. ff. ſi quis iu. dic. non obtempe. & in d. l. ſi cõſtante. in prin. ſuper gloſſ. magna. in ult. quęſtio. uerſ. iiij. adde. ubi dicit, quòd putat eam falſam: quamuis durũ eſſet in practica obtinere cõtra Bart. quia eum ſequitur Imol. in l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolut. matr. circa vj. col. & Petr. de Anch. in c. j. in viij. col. in xiiij. quæſt. de conſtit. & Do. Alex. in l. j. in j. col. C. de bon. poſſ. contra tab. Et ultra eos poteſt cõfirmari, quia quando dictio Tantum taxatiua apponitur circa id quod aliàs in iure diſpoſitum reperitur, tunc nihil operatur. ita eleganter inquit Bal. in conſ. ccclj. Ioan. & Feder. in ul. col. in v. lib. Secundò confirmo ex alia ſingul. deciſione Angel. in l. j. C. ubi & apud quem. prout negatiuè loquitur: tamen illa deciſio laborat eodem morbo, quo hæc Barto. ideo apud me dubia eſt, ut ſcripſi ſup. in uerbo, Solus. & contrarium firmat Corne. conſ. xx. uidetur in præſenti caſu. in j. colum. ad fin. in iij. lib.

Vlterius etiam notandum eſt, quòd dictio Tantũ non tollit ea quę de conſuetudine nobis competũt: propterea ſing. decîdit Barto. in l. uiros. per illũ textum. C. de diuerſ. offic. lib. xij. quòd ſi fieret ſtatutum quòd epiſcopus tantum cognoſcat inter ſcholares, non per hoc impeditur rectoris iuriſdictio, quæ ſibi de conſuetudine competit: ſecus, ſi à lege ſibi daretur. allegat not. in c. j. de conſtit. lib. vj. & hãc deciſionem cõmendat Do. Iaſon in l. ſi mora in quarto not. & in l. ſi conſtante. in princ. ad fi. gloſſ. magnæ. ff. ſolut. matrimon. & de ea meminit in l. 1. in decima colum. uerſi. ſecunda cõcluſio. ff. de offic. eius. & in l. 1. in iij. colum. ff. ſi quis ius di. nõ obtemper. Sequitur etiam Do. Felin. in c. paſtoralis. in princip. in ſecunda colum. in iij. limit. extrà de offic. ordina. & conſuluit Decius cõſ. iij. diligẽter pro tenui. in prima col.

TANTVM quandoq; adiectiuè ponitur, quandoq; ſubſtantiuè. Aliquando excludit. ff. de ſeruit. l. ſi is. l. ſolutum. §. ſi in ſortẽ. ff. de pign. act. Quandoq; includit l. cùm teſtamento. ff. de uerborum ſignificatione. interdum reſtringit, & limitat. l. properandũ. §. 1. C. de iudic. plerunq; temporis qualitatem ſignificat l. ſi. C. de edict. diui. Had. toll. Aliquando ſimilis cauſſæ excluſiua eſt l. ob æs. C. de præd. mino. Aliquando excludit quoſdam caſus, ſed non omnes l. licet. ff. de uſuf. lega. quãdoq; ſubauditur l. cùm ſponſus. ff. de publica l. non enim. ff. ad S. C. Trebel. quod & A. Auguſt. lib. 2. Emend. cap. 1. indicat. Quandoq; ponitur pro adeò l. ſi C. de epiſc. & cler. Plerunq; negationis incluſiua uox eſt c. cùm eccleſia Sutrina. de cauſ. poſ. & prop. l. ſolemus. ff. de iudicijs. Prat.

TANTVM, quantitatis eſt, quaſi tam multũ, uel tam magnum. Tanti & quanti, quanticunq;, ſimiliter totidem, pluris, minoris, iunguntur uerbis precium ſignificantibus: qualia frequenter in iure noſtro occurrunt, emo, uendo, ueneo, mercor, comparo, æſtimo, conſtat, cõduco, loco, fœneror, paciſcor, pago, pepigi, condemno poſtulo, & ſi qua ſunt ſimilia. Iulianus tantum accepiſſe intelligẽdus eſt, quanti is homo uenire potuiſſet, in l. mortis cauſa capimus. ff. de Don. cauſ. mort. Cæterùm notum eſt, tantùm, aduerbium, ſolum ſignificare. §. j. in fine. Inſtit. de Stip. ſeru. Nihil tanti eſſe, pro nihil tanti æſtimari. Ex Budæo. Sp.

TANTVM quod pro niſi interdum uſurpatur. Cicero in Verrem: Tantum quod hominem non nominat, id eſt niſi quod hominem nõ nominat. ut refert Turnebus aduerſariorum lib. 5. cap. 28.

TANTVMMODO, reſtringit l. ij. C. de Patrib. qui fil. diſtraxer. An autem omnem excludat adiectionem, Doctores uarijs in locis attingũt. quos allegat Alberic. Sp.

TANTVNDEM, æquè tantum ſignificat. Vlp. l. ij de don. Si tantundem filius patri debuit, quantũ promiſit, ualere donatio intelligitur. Sp.

TANTVLO uenire, in primitiuo dicitur, tanti uenire.

TAPETA, id eſt aulæa, quibus ſubſellia & cathedræ inſterni ſolent, uenire ſupellectilis uocabulo: illa autem quibus inſternuntur uehicula, potius inſtrumenti uiatorij eſſe, Paulus cenſet l. v. de Supel. leg. Vocantur etiam tapetes, & tapetia. Vide Ioannem Petrum Vallam in Pœnulum Plauti. Budæus in poſter. Adnotationibus. Sp.

TAPINOMATA, Humilitates ſeu reatus per humum dicuntur: inde figura ταπείνωσις ſiue, quod Euphrates, eſt Aſtrologi nomẽ honorifici, ſeu quod orientis fluuium genethliacos, magos, gymnoſophiſtas, cæteroſq; Philoſophos intellexit. Ioan. Bap. in commẽt. Epiſt. Sidon. Apollinã. ad Claudianũ lib. 4.

Τὰ πρῶτα, prima Pandectarum pars nuncupatur, hoc eſt, primaria, qua nihil eſt anterius. Continet enim principia Iuris, quod a iuſticia homini diuinitus inſita uirtute, deſcendit: oſtendens omniũ magiſtratuum & prudentium circa tractandas leges officia, utq; his rectè imperantibus obtemperetur. Old.

TARDA nomina, Romani eos uocabãt, qui iam in mora erant. Vide Bud. in Commẽt. Linguæ Grçcæ. Spiegel.

TARDOS menſes, Maro Iunium & Iulium appellauit: eo quòd horæ tunc ſunt longiſsimæ. Hinc in Euangelio habetur, Non'ne duodecim ſunt horæ diei? Ex Alciato in l. ij. de Verb. ſignificat. Sp.

Ταρσὸς Remus, interprete Baifio in lib. de re Naua.

Ταρσὸς κωπῶν palmulas remorũ adpellat L. Pollux lib. 1. cap. 9. περὶ μερῶν νεώς. Prat.

TAVRILIA ludi ſic appellati ab immolatione taurorum, ut docet Tornebus lib. aduerſar. 13. ca. 4.

TAXARE, pro precio æſtimare, apud Plinium. Hinc Taxatio dicitur, Feſto teſte, quę ſit certæ ſummæ: quam iudex etiam poſt principale negocium definitum, facere poteſt l. terminato. C. de Fruct. & lit. expenſ. Spieg. Vide etiam Ræuardi comment. ad tit. Pand. de diuerſ. reg. Iuris, l. 24. Vbi in hanc ſententiam latius.

TAVRVS pars eſt obſcœna, ut apud Feſtũ in ſolitauril. lib. atq; harũ hoſtiarum omniũ immolati ſunt tauri, quę pars in caſtratione cęditur. inde cauſtauri dicti, ut annotauit idem Turnebus aduerſar. lib. 17.

TAXAT uerbũ, inquit Festus, ponitur in ijs quæ finiuntur, quoad tangi liceat. In litibus quoq; iudici arbitroúe cũ pręscribitur, quoad ei ius sit, statuendi.

TAXATIONEM Iustinianus in Nouellis interpretatur ῥητὴν ποσότητα ὡρισμένην παρὰ τ̃ δικάζοντος. Et ita hoc uerbum accipiendum est. in l.4. §. iurare. ff. de in lit.iur.& in l.68.ff.de rei uindicat l.18. ff.de dolo l.3.§.præterea.ff.ad exhib.lac.Cuiac.lib.ij.Obseruation.notat.Bris. Adde Cuia.obseruat.lib.2.ca.12. qui plures ibi significatiões uocabuli huius subijcit.

TAXATIONES etiam in sentẽtijs, contractibus, testamentis, & alijs negocijs dicuntur clausulę, quibus eius quod agitur, pronunciatur, uis restringitur & coercetur & tẽperatur l.24.in fi. ff. de actio. empt.l.6.ff.ut legator.nom.cau.l.41.in fi.ff.de legat. lib.ij.l.5.ff.de tritico uino. Quintilia.Declamat.xiij, Crimen istud non priuatam taxationẽ formulę merebatur. Nam Fest. lib.xvij. scribit, Taxatio dicebatur, cùm arbitro præscribebatur quoad ius ei esset statuendi. Bris.

TAXATIVA dictio, non rarò subauditur in iure nostro. Hoc Alciatus exemplis probat, in l. anniculus. de Verb.sig. Huius autem est propriè, quod minus est, excludere. ut patet ex Alpheni responso, l.cum in testamento eod. Alciatus tamen illud in ea quidem specie, propter auariciam quorũdam sacerdotum, hodie minus obseruandum existimat, apertè taxans hic quædã inducta Constitutionibus Pontificum.Spieg.

TAXATOR, prout uulgò in Cancellarijs accipitur, nullum habere exemplum idoneum putant. Taxatores (Festus inquit) à scenicis dicuntur, qui alterutrum maledictis tangunt. Sp.

T E

Τέκνα Græci appellant, quos Latini propriè natos dicunt. Et habet utrunq; nomen eandem originem quod illud à τίκτω id est pario, hoc autẽ à nescor uerbo latino ducitur, ut sine causa reprehendat eum, quisquis fuit, qui legẽ hanc Modest.l.ciiij.de uerborum signif.est interpretatus ὁ τ̃ τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐκγόνους ἐκτείνεται Natorum appellatio & ad nepotes extenditur. Connan.comment.lib.10.ca.1.nu.1.

TECTA sarta, pro sacra, repone apud Albericũ l.hactenus. ff. de Vsufruct. & quemadmodum quis utat. Festus Pompeius: Sartè, inquit, ponebant ueteres pro integrè: ob quã causam, opera publica, quæ locantur, ut integra præstentur, Sarta tecta uocantur. Sarcire enim, integrum facere. Porrò cura exigendi sarta tecta à redemptoribus, ad Censores spectabat: interdum etiam ad Aediles, raro ad Praetores, nec nisi dũ Senatus decerneret. Vide Budæum in Annotation. Spieg.

TECTE, aduerbium contrarium est Apertè. Τέκτονα Græci uocant fabrum lignarium, seu materiarium tantum: cuius uocis meminit Papinianus l. penult. de Via publica, dum licitũ esse tectioni tradit, trochos, id est rotas extra ergasterium præponere. Spiegel.

Τέκτονα Græci, Latini fabrum appellãt, παρὰ τὸ τεύχειν. quod Suidas docet uocabulum ad lapidarios simul, & ad lignarios pertinere. Aliquando τέκτονα architectum etiam uertunt. Brechæus in l. Ferri propriè dicimus.§.Fabros.ff.de uerb.& rer.signif.

TECTO qui fuerint sub eodem, quomodo accipiatur, eleganter explicat Vlpianus, in leg.j.ad S.C. Syllanian.§.hoc autem. Spieg.

TECTOR, refector. artifex, qui quid corruptũ restituit. Vlpian.leg.27.§.22. ff.ad leg. Aquil. Item si tectori locaueris lacum uino plenum curandum, & ille eum pertudit ut uinum sit effusum. Budæus tamen Victori corrigendum putat. Hot. Item cõstat, tectorem eum esse, qui tectorium cisternæ inducit. Glossis tectorium, κονίαμα & tector κονιάτης & in Basilicis ad l.27.§.ult.ff.ad l.Aquil. pro tectori est κονιάτῃ Cuia.obseruat. lib.10.cap.9.

TECTORES sunt dealbatores, qui κονιᾶται Græcis dicuntur l. 5.§.sed interdum. ff. commoda l.27.in fi.ff.ad leg.Aquil.l.1.de excusatio. artific.lib.x. Horũ opificium ita Tertullia. in lib.de Idololatr. explicat. Scit albarius tectoria inducere, & cisternam liare, & cymaria distendere, & multa alia ornamẽta, præter simulachra parietibus incrispare.

Inde tectoria, Incrustationes splendorem transmittentes quæ ex gypso & calce uel ex marmore tuso compositæ parietibus inducebantur & illinebantur, ut Vitruu.lib.ij.cap.iiij.& lib. vij.cap.iij. Et Plin. docent. Inuenitur hoc uerbum in l.7. in fi. ff. de usufru.l. 38.in fi. ff.de rei uind.l.3.§. si uicinus. ff.uti possidet.l.3.§.sed si mutua. ff.de in rem uer.l.17.§.quæ tabulæ.ff.de actio.emp.l.40.ff.de dam.infe. Sic uulgaria tectoria in l.13.in fi.ff.de seruit.urban. quæ Seneca gregalia uocare uidetur.lib.xiij. Epist.ubi balnea gregali tectorio inducta dicit. Bris.

TECTORIVM inducere. Celsus in l.fundo. Neque malicijs, inquit, indulgendum est: si tectorium puta quod induxeris, picturasúe corradere uelis, nihil laturus, nisi ut officias ff.de Rei uindic. Sp.

TECTORIVM opus in l.241. ff.de uerbo.signi. tectorium autem imponere parietibus pro inducere dixit Nerat.in l.44 ff.de usufr.

TEGVLAE, à tegendo, quæ affixæ ædificij pars censentur l.nam etsi ramos. ff. Quod ui aut clam.l. granaria.§.tegulæ de Actio.emp. Sp.

TELAM ordiri, pro rem aliquam aggredi. Notũ prouerbium. Alter orsus est, alter perfecit. Adi Chiliad. Erasm.

TELONAE ij Græcis erant, qui Latinis publicani. Publicani autem olim equites Romani & homines honesti dicebantur, qui conducta seu redempta habebãt in prouincijs uectigalia populi Romani de quorum operis & ministris, mentio scilicet τελωνῶν apud Euangelistas atq; alios scriptores est accipienda. Hos δημοσιώνας quoque uocarunt à redemptione eorum quæ publico nomine exigerẽtur, propius latinum nomẽ interpretãtes. Ioachimus Camerarius.

TELONIVM, siue teloneum, locus ubi uectigal colligitur Telones, is qui colligit. Telos enim Græcè, uectigal est. Sp. Hinc.

TELONARII in leg.3.de indulgent.debit.in C. Th.Moschopul.in lib. περὶ σχεδῶν, τελώνης, ait, ὁ τὰ τέλη ὠνούμενος. εἰσὶ καὶ οἱ τὰ ἐν θαλάττῃ, καὶ τὰ τ̃ αἰγιαλῶν ἀπογράφοντες. Canonem telonei apud Cassiodor. lib.v. epist.ad Ampel.legimus, Gotthorumq; regibus pensitatum fuisse inde intelligimus. Et planè Telonea inter regalia ponuntur in cõstitutione Friderici Imperatoris quæ ad finem lib.ij. de feudis tit.lvj. posita est. Ad quam pertinet quod Raudeuicus lib.iiij. de gestis illius Imperatoris cap.v. ita scribit, Tã episcopi quàm primates, uno ore, uno adsensu in manum principis regalia reddere, primiq; resignantis Mediolanenses extitere. requirentiq; de hoc ipso iure quid esset, adiudicauerunt ducatus, marchias, comitatus, consulatus, monetas, telonea, fodrũ, uectigalia, portus, pedatica, molendina, piscarias, portus, omnemq; utilitatem ex decursu fluminum prouenientem. Fodrum autem quid esset, ut hoc obiter & extra

extra rem propositam explicetur, Otho Frisingensis lib.ij. de gestis Friderici ca.xij. his uerbis indicat. Mos antiquus ex quo imperium Roma.ad Francos deriuatum est, ad nostra usq; deductus est tempora, ut quotiens cunq; reges Italiam ingredi destinauerint, gnaros quoslibet de familiaribus suis præmittant qui singulas ciuitates seu oppida peragrando, ea quæ ad fiscum regalem spectant, quæ ab accolis fodrum dicūtur, exquirant. Quo uerbo & idem auctor eiusdem lib. cap.xxiij. utitur. Bris.

TELVM, propriè significat ea quæ alterius lædendi causa habentur. Bart.l.j.& fin.de Vi publ. Caius in l.si calumnietur. de Verb. sig. Telum, inquit, uulgò quidē appellatur, quod ab arcu mittitur: sed nunc omne significatur, quod manu mittitur. Itaq; sequitur, ut & lapis, & lignum, & ferrum, hoc nomine contineatur. Idq; argumēto ab etymologia sumpto: siquidem telum dicitur ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, quod longè significat. Quod nos telum dicimus, βέλος dicūt: deduciturque ea uox ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, id est à iaciendo. Quamuis quod arcu mittitur, propriè ab eis τόξευμα dicitur. τόξον enim arcū significat. Vnde & toxicum: quoniam eo sagittæ intingebantur, ut Plinius ait. Caius id Xenophontis autoritate probat, cuius uerba restituta insigniter docto Alciato debemus: qui suspicatur eiusmodi uerba scripta fuisse à Tribuniano in Institutionibus sub Rubric.de Public.iud. ubi Epigramma in Xerolopho scriptū allegatur, & Xenophontis facta sit mentio, qui ita scribit τὰ βέλη ὁμοῦ ἔχοντες, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ λίθοι: Huiusmodi, inquit, tela ab eis habebantur, lanceæ, spicula, fundæ, plurimis autem & sagittæ. Haloander prēter unum hunc locum, ait se ad eum modum interpolatas Institutiones dedisse, ut ęgrè quicquam diligens & æquus Lector desideraturus sit. Nebrissen. Bapt. Pius, Budæus item, uulgatum agnoscunt uocabulū, & simul quisq; pro suo captu interpretantur. Tamē magis conueniri uidetur, quod Alciatus tantus uir indicauit: nempe, ut Xenophontis facta sit mentio, acceperitq; Tribunianus eum locum à Caij respon so. Breuiter, teli appellatione continentur lapides, ligna, fustes, gladij, & alia innumera quæ iacimus. lege si caluitur, de Verborum signification. Sp.

TELVM pro ense & gladio usurpauit Virgilius his uerbis.

At non hoc telum, mea quod ui dextera uersat
Effugies, neq; enim is teli nec uulneris auctor.
Sic ait, & sublatum altè consurgit in ensem.

Quem locū Seruius explicans, in hæc uerba scribit: Telum hoc loco gladium dixit à longitudine. Vnde & Mustella dicitur, quasi mus longus. Telum autem pro gladio posuisse illud significat, quod infert paulo post, consurgit in ensem. Brechæus in l. Si calumnietur. §. Telum. ff. de uerb. & rer. signif.

TELVM pro consilio ac ratione & uia gerendi posuit Liuius lib.10. Et Erasmus admonuit in prouerbio, Ingens telum necessitas.

TEMERARE, uiolare sacra (inquit Festus) & contaminare Liuius: Sepulchra maiorum uulsa, temerata ac uiolata. Sp.

TEMERARIVS dicitur, non qui plus audet, quàm oportet: sed qui facilè, nullo adhibito cōsilio, credit. Papinianus ait, temeritatē facilitatis ueniam continere, & inconsultum calorem calumniæ uitio carere. & ob id hunc nullam pœnam subire oportere. autor Martianus l.j. ad S.C.Turpillianum. Sp.

TEMERARIVS litigator intelligitur, qui neq; intentionem suam probat, neq; allegationū causam habet. Notus est tit. apud Imp.iiij. Institutio.de Pœna temere, id est absq; causa, litigantium. Spieg.

TEMERATOR, pro falsario, in l. si quis obrepserit. ad Leg. Corn. de Fals. Spieg.

TEMERE non est, pro non ab re. Suet. pro ferè posuit. In quē sensum pariter Plinius senior frequentius usurpauit. Spieg.

TEMERE auditorium recipere, apud Callistratum l.cum lege. ff. de Recept. Sp.

TEMERE ualet uulgò passim, alio loco fortuitò, negligēter, Fabius in Flacco, Cur nō sub alno uel platano, uel hac pinu iacētes sic temerè? Temerè est sine arte, Liuius. Itaq; ingens uis coacta nauium est, lintriumque temerè ad uicinalem usum paratarum. Turneb.lib.11.cap.28.

TEMERE litigare controuersiamq; mouere dicebatur actor qui nullum litigij titulum, siue iustam causam proferre poterat. Et erant quidem olim causæ iustæ expensilatio, mensę ratio, chirographi exhibitio, tabularum obsignatio, testium intercessio, ex quibus si nulla repetitam pecuniam deberi probaretur, dimitti reum oportebat, actoremq; de calumnia in decimam litis partem condemnari, auctore Gellio libro decimo quarto cap.2. & Iustiniano, §. hæc autem. Instit. de pœn.tem.litig. Ræuard. in commēt. ad tit. Pand. de diuers. reg. Iur. l.42. in §. hæc ita.

TEMERITAS est, cū quid facimus propria uoluntate, & citra superioris auctoritatem. Geminia. in c.eum, qui. §. insuper. de præbend. & quādo sit actus prohibitus, ut idem ibidē scribit. & uide Bartolum in l.1. ff. ad Turpillia. Prat.

TEMERITAS accusatorū, tribus modis detegitur, & trib. pœnis subijcitur. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Calumniari, est falsa crimina intendere. Præuaricari uerò, est uera crimina abscondere. Tergiuersari, in uniuersum ab accusatione desistere. Martian. autor in prin. l.j. ad S.C.Turpillianum. Sp.

TEMERITATIS uocabulo Bud. pro fortuitis casibus eleganter utitur. Sp.

TEMONES inter præstationes & munera referuntur in l.4. C. de proxim. sacr. scrin. lib.xij. unde Temonaria functio in l.14. de extraord. munerib. in C.Th. & temonaria onera in l.j. C. de palatin. sacr. largit. lib.xij. l.4. C. de dignitatib. lib.xj. Et temonarij, qui hoc tributi genus exigūt. in l.2. C. de priuil. cor. qui in sac. palat. In qua tamen uulgo turmariorum, aut, ut alij emendant, telonariorum pro temonariorum, legitur. Quod uitium satis perspicuè ex eo deprehenditur, quòd capitularios eos uocari Impp. aiunt. Capitulum autem atq; temonem aliàs coniungi docuimus. Bris.

TEMONARII exigebant aurum tyronicū, tyrones, equos. Impp. Valentinianus & Valens in l.7. C.Th. tyron. Si aurum, inquiunt, fuerit pro tyronibus inferendum, unumquemq; pro modo capitationis suæ debitū redhibere oportet. & ne aliquod dubium relinquatur, solidorum numerum, qui temonario inferendus est, designamus. Synesius in epistolis: τῶν ἀπαιτούντων ἰταλῶν τὸ στρατιωτικὸν χρυσίον τὸ καλούμενον τυρωνικόν, id est temonariū fecit uel capitularium. Capitularios Symmachi 11. epist. legimus taxationē tyronis postulasse, & capitulariam & temonariam functionem eandē esse in l.14. C.Th. de extr. mun. Consequēs igitur est temonarios exactores esse auri tyronici. Cuia. ad l.4. de dignitat. C lib.12.

TEMPERAMENTVM, idem est quod temperatio, hoc est moderatio. Arcadius in l. de minore. de Quæst.

Quæst. Tormenta, inquit, habenda sunt non quanta accusator postulat: sed ut moderatæ rationis temperamenta desiderant. Canonica decreta, in pœnis irrogandis iubent, ex lenitate & feritate fieri quoddã temperamentum. xlv. Distinct. c. de disciplina. Sic Imp. Constantinus in l. si quis in ea culpa. C. de Custod. reor. uult adhibẽdam iudicibus immodicè sæuientibus, freni temperiem, hoc est coercionem. Sp.

TEMPERARE datiuis iunctum, abstinere significat. Vlpian. in l. j. §. quod autem. de Offic. Præf. urbi. Præterea curare debebit Præfec. urbi, ut nummularij probè se gerant circa omne negocium: & temperent his, quæ sunt prohibita. Rem uerò suo ordine ac mensura administrare, potissimùm cum accusatiuo iungitur, denotat. ut apud Impp. de Præpos. sacr. scrin. C. lib. xij. Vt inter eos, aiunt, merito dignitatis habeantur, qui præfecti diœceses sibi creditas temperarunt. Sic temperatio reipubl. id est, moderatio, apud Ciceron. in Legib. Sp.

TEMPERARE uectigalia, pro minuere, apud Plinium in Panegyr.

TEMPERATVRA, uocatur argilla ad macerię structuram temperata, paleis, aut culmis, pilis, & similibus, quo tenacius adhæreat. Sp.

TEMPESTATIS appellatione, cõtinentur niues immoderatæ, quæ frumenta corrumpunt. l. fistulas. §. fin. de Contrah. empt. estq; cœlestis iniuria, siue terram, siue mare conturbet. l. ij. §. quod diximus. ff. Si quis caut. & l. ij. ad Leg. Rhodiam de Iactu. Vnde, Calamitosa tempestas, apud Iurisconsult. in l. ex conducto. §. si uis tempestatis. ff. Locati. Sp.

TEMPLARII, inter militares ordines: unde & præcipuum hoc nomen sortiti sunt, & simul initium habuêre, Volaterranus lib. xxj. Anthropolog. indicat. Eorum & Albericus in hęc uerba meminit: Templarij, inquit, erant magnus Ordo in Ecclesia, & erãt milites strenui beatæ Mariæ: & destructus fuit ille ordo, tẽpore Clementis papæ V. ad procurationem Regis Franciæ. Et sicut audiui ab uno, qui fuit examinator causæ & testium, destructus fuit cõtra iusticiam. Et mihi dixit, quòd ipse Clemẽs protulit hoc: Et si non per uiã iusticiæ potest destrui, destruatur tamẽ per uiã expediẽtiæ, ne scandalizetur charus filius noster Rex Franciæ. Attamẽ dictus Volater. scribit, templariorũ Ordinẽ iustis de causis destructũ, eorum bonis Rhodijs militibus concessis. Sp.

TEMPLVM una & altera significatione dicitur. Etenim à Paulo Apostolo, corpus nostrum templũ spiritussancti appellatur. An (inquit) nescitis, quod templum dei estis? Et beatus Hieronymus in quadã epistola ad Paulinũ de uita eremitica. Verum Christi templum, anima credẽtis est. illam exorna, illam uesti, illi offer donaria, in illã Christum suscipe. Templum etiam ipse Christus suum corpus appellauit. λύσατε (ait) τὸν ναὸν τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. At ille, ut testatur d. Ioannes, dicebat de templo corporis sui. Quod si uarias, & multiplices templi significationes persequi liceat, templũ rursus dicitur locus in terra, augurij, aut auspicij caussa quibusdam conceptis uerbis finitus & cõsecratus. Et apud Romanos nullo alio in loco, quam in templo, licebat cum populo agere. Nam Comitium forum, Campus Martius, erant tẽpla: id est, consecrata loca. Cœlum etiam dicitur templum, quod omnium undiq; pateat aspectui, ut ex Ciceronis uerbis in somnium Scipionis uidere est. Vbi templum cœlum appellauit, & uacuum illud omne, quod undiq; circumspicitur & patet: in medio cuius, tanquã in media mundi sede, globum terræ locauit. Est enim templum à tuendo, ut M. Varroni placet, aut à contemplando dictum. Quoties augures ex arce augurium petunt, lituum tenent sine nodo aduncum, quo cœli regiones & certa spacia, quibus uidenda ad se pertinere, uolebant, tuebantur: quæ tẽpla dicta sunt. Quapropter templum tribus modis dicebatur, teste Varrone: ab natura, ab auspicio, ab similitudine. Natura in cœlo: ab auspicijs, in terra: ab similitudine, sub terra. Templum etiam tigillum significat, quod in ædificio transuersum ponitur supra Canterios prominẽteis ad extremam suggrundationem, auctor Vitruuius lib. 5. Verum interim à nobis Templum accipitur uulgo pro æde sacra & domo, ubi Deus adoratur. Idẽ etiam à Græcis usurpatur. ut scribit Hesych. optim. linguæ Græcè auctor ναὸς (inquit) οἶκος ἐν ᾧ θεὸς προσκυνεῖται. Et diuinus Psaltes. Adorabo ad tẽplũ sanctũ tuũ. Similiter etiã in Euãgelio. Et erat ibi orãs in tẽplo. Brech. in l. Tabernæ. ff. de uerb. & rer. sign.

TEMPLVM, quasi tectum amplum, secundum Isidorum, non prorsus malum autorem, ut tempora sua ferebant, teste Alciato in l. malũ nauis. de Verborum significat. Non solum ædes sacræ dicuntur, sed etiã alia loca septa, & unum tantũ introitũ habentia. Curia Hostilia, templum erat, licet sacra nõ esset. Sp.

TEMPLVM Iusticiæ l. j. §. cum hæc materia. C. de Vet. Iur. enucl.

TEMPORA, ꝓpriè ꝓ sua, uel sibi cõstituta. Paul. l. ij. Quib. modis ususfr. quoniã per ꝓpria quisq; tẽpora nõ cõcurrente altero, fructus integros habuit.

TEMPORA media non nocere, solemus dicere. Vtputa ciuis Romanus scriptus hæres, uiuo testatore factus est peregrinus. Mox ad ciuitatem Romanam peruenit. Media tempora non nocent l. si eiusmodi. ff. de hær. inst. Oldend.

TEMPORALES actiones, pro Prætorijs, quia suî natura sunt annales tantũ, ut ex diuerso Ciuiles perpetuæ sint, non absurdè accipiuntur. Antiquitùs omnes actiones, siue ex Leg. xij. Tab. Plebiscitis, Legib. Senatuscõsultis, siue ex Principũ Constitutionibus proficiscantur, perpetuæ erant: hoc est, in centesimum usq; annũ, & fortè ultrà, cõpetebãt, ut Gloss. innuit in l. j. C. de Præscrip. xxx. uel xl. ann. Sed quia ius uigilantib. scriptum esse, communi uerbo dicere solemus, constituentibus diuis Principibus factum est, ut actiones certos fines habeant, ultra quos non uiuunt: & sic perpetuitas illa uetus ad xxx. iuges annos uulgò est restricta & coarctata, ut quàm longissimi tẽporis. Et sic perpetuam cõmuniter uocamus. in l. iij. de Præscription. xxx. annorũ ad similitudinẽ perpetuæ illius & antiquæ actionis, quę supra hominis uitã olim extendebatur. Quare omnes actiones quæ antiquitùs perpetuæ fuerant, nunc temporales sunt, & ad certum tẽpus per Cõstitutiones coarctatæ. Vide Imperat. lib. Instit. quarto. de Perpet. & tẽp. act. & quæ in eum locum adnotauit Ferrar. Sp.

TEMPORALES exceptiões, atq; dilatorię sũt, quæ nõ semper locũ habẽt, sed euitari possunt: qualis est pacti cõuenti temporalis. Caius in l. Exceptiones. ff. de except. præscript. & præiud. Oldend.

TEMPORALI actione teneri. in l. ult. ff. de Minor. Spieg.

TEMPORALIS, ꝓ tẽporario, hoc est nõ ꝑpetuo, sed ad tẽpus durãte, apud Paulũ in l. si tibi filius. de Adopt. Et Labeo putat, nullã esse actionẽ. Nec. n. morib. nostris cõuenire, filiũ temporalẽ habere. Sp.

TEMPORARIA res, quæ ad tẽpus durat, & nõ in perpetuum. Paulus, Quibus ex causa l. ad cognitionem.

tionem. Exilio, inquit, temporario. Papin. de Pœnis l. seruus, Cum seruus per errorem in opus temporarium fuisset datus, expleto tẽpore, domino seruum esse reddendum. Nebriss.

TEMPORARIVS tutor, ad tempus l. secunda. ff. de Tutor. & cur. dat. apud Albericũ temporaneus est: sed reclamante sensu. Est enim temporaneum, quod ad tẽpus pertinet, siue quod subitò & in tempore fit. Spieg.

TEMPORE eodem fieri intelligũtur, quandoq; etiam, si non simul, aut subitò, eodemúe puncto, sed successiuè fiant l. antiqui. ff. Si pars hęred. pet. l. Arescusa. de Stat. hom. Spieg.

TEMPORE, figuratè, hoc est pro tempore Iurisconsulti interdum utuntur l. uerbum erit. de Verborum significat. de quo Bart. in l. j. C. de Leg. l. qui Romæ. §. Augerius. de Verb. oblig. l. fin. C. Quæ res pig. oblig. poss. Spieg.

TEMPORE etiam fraudem fieri, autores sunt Iurisconsulti in l. ait Prætor. §. si cum in diem l. omnes. §. fin. Quæ in fraud. credit. Gloss. in l. fraus. ff. de Leg. Albericus.

TEMPORE fit iniuria, si in ludis & in cõspectu Prætoris, l. Prętor edixit, ff. de iniur. & famos. li. Hot.

TEMPORE liberati dicuntur, qui temporali actione tenebantur cuius dies exijt l. ult. in fin. ff. rem rat. hab. l. j. §. item si periculũ. ff. de uent. in poss. mitt. l. 5. §. quotiescunq;. ff. de Carbo. ed. leg. 45. ff. de adm. tuto. l. 24. ff. de mort. cau. don. leg. 3. ff. quæ in fraud. credit. Bris.

TEMPORE peritura res dicitur, cùm dilatio actionem peremptura est l. 2. ff. de ferijs l. 12. ff. de procuratorib. Bris.

TEMPORIS habere rationem, in omnibus rebus bene feliciterq; constituendis, plurimùm referre, natura satis manifestum est. Attamen pleriq;, quũ id non credant, coguntur experiri, atq; stultorũ magistro, exitu, tandem bellissimè docentur. Nemo enim commodũ noti sui successum sperabit, qui tempestiuitatem aut ignorat, aut contemnit. Quis non uidet agriculturam, sationes, messes, uindemias, insitiones, propagationes in tempore utiliter exerceri: at contrà, neglecta opportunitate, omnia ista aut calore, aut gelatione prorsus interire? Quotum existimabis sine periculo nauigaturum, nullo temporis discrimine obseruato? Annon palàm constat, usum optimarum herbarum, adde etiam quotidiani cibi, prorsus nihil prodesse nobis, aut etiam nocere, nisi in tempore sumamus? Quis itèm principes feliciter adiuerit extra tempestiuitatẽ? Sicut Horatius, mittens olim Augusto Cæsari librum, diligenter monebat portitorem, ut tempestiuiter adiret, ac mollissima fandi tempora obseruaret. Quo ferè pertinet, quod Imperatores in l. Ciuitas. C. de offic. recto. prouin. Ciuitas (inquiunt) Rhodiorum iniuriam suam non tam decenter, quàm serò conquesta est. In summa, omnis humana actio suam exposcit tempestiuã occasionem: quam nisi mordicus retineamus, res ipsa unumquenq; docebit, quàm uerum sit, quod dici solet: Nosce tempus: Post festum uenire, miserrimum est. Alioqui uidebimus, quàm sæpe nobis ex lucro damnum, ex uoluptate molestiam, ex amicitia simultatem adferet neglecta tempestiuitas: ut mihi insanire uideantur, qui nihil referre putant in rebus publicis ac priuatis, quid quoquo tẽpore fiat. Old.

TEMPORIS præsentis uel præteriti uerba, an trahantur ad futurum Bart. differit, in l. talis scriptura. ff. de Leg. primo. Spieg.

TEMPORVM disciplina, pro bonis moribus, & eorum obseruatione, accipiendum est. C. de Pact. l. ult. in fine. Spieg.

TEMPTAT, pro tentat dicere & adfirmare nititur. in l. 160. ff. de uerb. signific. l. 3. ff. quib. mod. usufru. amitt. leg. 11. §. quod ait prætor. ff. quod ui aut clam l. 2. §. & Africanus. ff. ad Tertyllia. l. 10. ff. de adquir. poss. Bris.

TEMPVS, est ex cœli solisq; uertigine deductũ spacium, quo rerum omnium agitationem uicissitudinemq; metimur. Quò respiciens Christus ipse, mutationem rerum nobis ob oculos posuit, quum diceret: Vnius diei, scilicet breuiusculi temporis, duodecim horas esse, quæ hominem sæpe in aliam sententiam pertrahũt. Nulla est qualitas, quæ in rebus humanis maiorem uim habeat, quàm temporis uicissitudo. Tempus enim dat rosas, & mutat omnia: cuius qui rationem non habet, is planè nihil potest in Iure secundum æquitatem diffinire. Old.

TEMPVS, absolutè, decennium intelligitur. Vide Albericum. & inferius, Vetustas.

TEMPVS continuum dicitur, quod continuò currit, & in quo subducuntur tam dies festi, quam operarij: tam dies absentiæ, quàm præsentiæ. Tempus uerò utile, quod utiliter præterfluit, in quo dies festi non subducuntur, & in quo actor, uel per se, uel per procuratorem agere potest. In quo item habetur respectus, an quis iudicis copiam habere quiuerit.] Vide Hegend. in tit. C. de Temp. in integ. restit. l. intra utile. ff. de minorib. Spieg.

TEMPVS diuturnum dicitur quod decem annorum est. Connan. lib. comment. 1. cap. 10. nu. 4.

TEMPVS æstimationis, dupliciter cõsideratur. Nempe, tempus à quo, & tempus ad quod. Tempus à quo, id est quando incipiat ratio haberi æstimationis, à quo tempore. Sed tẽpus ad quod, id est quando finiatur consideratio æstimationis, usq; ad quod tempus duret æstimatio. Et sic tempus à quo, respicit initium: sed tempus ad quod, finem. Zas. in l. uinum. ff. Si cert. pet. Spieg.

TEMPVS modicũ, quandoq; trium aut quinq; dierũ est l. si post tres. ff. Si quis caut. cũ simil. Quandoq; accipit de x. diebus. ut in l. promissor Stichi. de constitutionibus pec. Interdum dies xxx. signat. l. j. §. ij. de Itin. actuq; pri. Interdum duorum mensium spacium l. sancimus. C. de Fideiuss. cum simil. Quandoq; trium l. de operis. C. de Aedific. priuat. Est & aliquando quadrimestre l. si debitori. ff. de Iud. cum simil. Quandoq; x. mensium l. ij. C. de Nupt. Quandoq; quinquennium l. j. §. quod dictum. de Separat. Præterea, iudicis arbitrio relinquitur diffiniendum l. ab hostibus. §. fin. Ex quibus cauſ. maior. Spiegel. De hoc uide fusius Conn. lib. comm. 7. ca. 12. nu. 4.

TEMPVS motæ litis, tempus Cõtestationis accipitur. not. ext. de Verborũ significat. c. ex parte. ij. & c. ex parte. de Restit. spoliat. Spieg.

TEMPVS quinquennale, uocatur Lustrum. in quot annos olim prædia locari solebant. Lustrum enim à luendo, hoc est soluendo dictum esse, Varro autor est: quoniã quinto quoq; anno uectigalia tributaq; exigebantur. Spieg.

TEMPVS quod excedit hominum memoriam, species est usucapiendi omnium efficacissima. post tantum enim seculum nullo probationis genere homini possibile est, aut defendere, aut impugnare fidem possidentis. Quomodo autem probari debeat, memoriam non extare, nemo melius, quàm Paulus ipse tradit, in l. pen. de Probat. & in leg. ij. §. idem

 Labeo.

Labeo. de aqu.plu.arc. Spiegelius.

TEMPVS xxx. dierum dicitur plenissimum, ad deliberandum super quocunq; negocio. per tex. & Gloss. in Aut. de Appellat. §.j. Coll. quarta. Sp.

TEMVLENTIA, pro uinolentia. Impp. in l. unica. C. Si quis Imperat. maled. ac temulētia turbulentus obtrectator temporum nostrū fuerit. Temetum existimat interpres esse genus optimi uini, quū pro uino quocunq; accipiatur: dictum quòd tentet, hoc est labefactet mentē. Vide Donatū in Terentiū. Sp.

TENAX sui iuris dicitur, qui tam arctè ius suum seruet, ut de eo demere aut auferre sibi ab aliquo, ne tantillum quidem patiatur. Quod auarorum est dominorum propriū in suos colonos. Columella: Sed nec dominus in unaquaq; re, cui colonum obsignauerit, tenax esse iuris sui debet, sicut in diebus pecuniarum, &c. Super uocabulo hoc, in scenam primā Reuchliniani Hennonis, siue Progymnasmat. scenicorum, aliquo pluribus scripsimus: ubi, Tenax requirit prodigum. Spieg.

TENDERE ad noxam, pro spectat uel uergit. Spiegelius.

TENDERE in re militari tentoria figere, seu papiliones erigere significat. Virgil. li. 1. Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles.

TENERA ætas, puerilis & pupillaris, etiam nostris l. fin. C. de Testament. milit. Alberic.

TENERE merum factum significat, & ad possessionem corporalem refertur. Tenet enim qui corpore possessioni insistit, licet non possideat l. 9. in fin. ff. de rei uindic. Itaq; tenere & possidere separantur l. 18. ff. de acceptilationib. Quinetiā in quos ius possidendi non cadit, quales sunt serui, hi tenere rectè dicuntur l. 38. §. hæc quoq; stipulatio. ff. de uerb. obligatio l. 49. §. 1. ff. de adquir. possessio l. 4. §. itē si eam rem. ff. de usucap.

Huius etiam uerbi nouam mihi significationē ex suis ingeniosissimis obseruationib. promptam Pet. Faber pro sua in me beneuolentia suggessit: qui tenere idem interdū significare, quod obtinere & iudicio uincere his quę subieci locis cōprobauit. Paulus in l. ult. ff. de exceptio. rei iudic. Qui in rem egisset nec tenuisset. Imp. Anto. in l. 1. C. ad l. Fabiam de plagiar. Si uerò in causa tenuerit, etiam l. Fabiæ crimen persequi poterit Philippus. & in l 6. C. ad l. Cornel. de fals. secundùm scriptorum Codicum lectionem, Qui falsas tabulas dixerit nec tenuerit, quod nonnullorum inscitia immutatum est. Similiter in l. 12. C. de inoffic. testam. Eum, ait Gordianus, qui inofficiosi causam delatam nō tenuit, à falsi accusatione nō submoueri placuit. Cicero in Oratio. pro Cæcinna. Et hoc loco dixisti Scæuolam causam apud Centumuiros non tenuisse. Sueto. in Domit. cap. ix. Nec repeti nisi intra annum, eaq; conditione permisit, ut accusatori qui causam non teneret, exiliū pœna esset. Bris.

TENERE est proprium naturalis possessionis. Habere & possidere ciuilis, & ita habere & possidere ita plerunq; iunguntur, sibi habere & possidere l. pater §. quindecim, de legat. 3. & in l. Gaius §. Titius, de legat. 2. Habuit & possedit pro eod. Interdum tenere accipitur pro possidere, ut in l. iusto §. ult. ff. de usur. & usucap. & habere uel possidere pro tenere. Cuia. ad l. 38. §. Si quis ita ff. de uerbor. oblig.

TENERE gratiam, pro esse in gratia.

TENERE hæreditatem. Cicero: Tenuit permagnam Sextilius hæreditatem. de Finib. lib. 2.

TENERE partes, sententiæ alicuius esse.

TENERE in potestate, pro in potestate habere, & moderari.

TENERE ius dicitur, qui calleat leges & iura.

TENERE Legem, Legi subijci.

TENERE personam, translatè, pro status alicuius esse.

TENERE promissum, id est præstare.

TENERI argumentis & testibus, est coargui & conuinci.

10 TENERI, pro obligari. Hinc teneri Lege aut interdicto quis dicitur, cum per Legem, uel Prætoris edictum, interdictumúe obstrictus est ad aliquid faciendum, uel nō faciendum. Sic Teneri quem promisso, pro obligatum esse, accipiendum est. Sp.

TENERI pœna, pro obnoxium esse. Spieg.

TENERI & de uulnerato, & de occiso: duo enim sunt delicta, ut ait Caius in fin. l. illud quęsitum. ff. ad Legem Aquil. Sp.

TENERI, reputari, censeri c. in illis. 80. distinct. 20 quo uerbo in eundem sensum utuntur Pragmatici Galli in positionibus dominij, possessionis, & bonæ famæ *Tel tenu, censé, & reputé de tous, qui ont de luy cognoissance.* Prat.

TENET pro occupat & tegit in l. 7. §. insula. ff. de adquiren. rer. dom. Sed & terra teneri dicūtur quæ terra cohærent. Bris.

TENOR, quod attenditur. Fel. in c. quum uenisset. j. ext. de Testam. Erasmus ait, Tenorem, rei progressum uocant. Vnde quæ sui similia, sibiq; ueluti 30 perpetua quadam succedunt serie, horum esse tenorem dicimus. Spieg.

TENOR rationis l. 16. ff. de legib.

TENOR instrumenti l. 8. ff. de statu hom.

TENOR ætatis l. 28. §. pen. ff. de lib. & post.

TENOR iurisdictionis l. 8. C. quod met. cau.

TENOR actorum l. 113. C. de fide instrum.

TENOR legis l. penult. C. ad l. Aquil. Bris.

TENTARE, à Tendo deductum, est rem incertam aggredi, & diligenter inquirere: quasi manum 40 tendat, uel aliam corporis partem, & experiatur. Cicero in Paradoxis: Tentare uolui, posséntne ita dici, ut probarentur. Vlpian. in l. His consequenter. §. Sed cum. ff. Famil. herciscund.

TENTARI Ius dicitur, quum non intellectū ac incertum aggreditur, hoc est, experitur. Autor Tullius in Oratione pro C Rabirio Posthumo. Old.

TENTORES dicebantur ij, qui uel equos uel repagula in circuitu tenebant, antequam ad cursum emitterētur: hi à Græcis ἀφέται appellabantur. ut an-50 notauit Adrian. Turneb. aduers. lib. 18. cap. 38.

TENVES homines, non uiles, ut Interpres existimat. §. Ne tenuis l. Illicitas. ff. de off. præsid. sed potius intelligēdi, qui uel humili loco nati, uel quibus tenues facultates, aut nullæ sunt. Tenuiores, id est, pauperiores, ut apud Ciceronem, rectè interpretatus est. Vnde tenuitas patrimonij, pro exiguitate & modicitate. in l. j. C. de peric. tut. Old.

TENVIS intellectus, non pro breui, sed paruo & exiguo, apud Iuriscon. accipiendus est l. fin. Di-60 gest. de diuort.

TENVIT damnatio, pro, accepta est & probata, in l. ij. ff de pœnis. ut apud Plinium, Sentētia tenuit. in Epistola, ubi ait: Sic ex tribus sentētijs duæ factæ sunt, tenuitq; ex duabus altera, tertia expulsa. Old.

TENVS, pro eo quod dicimus, Vsq; ad, sequitur dictionem (ut aduersus) cui inseruit. Paulus. Creditoris, cui pignus surreptum est, non credito tenus interest, sed omnimodo furti agere potest. Sp.

TENVTA, uox peregrina, nostris interpretibus significat nudã detentionem: hoc est, nihil iuris possessori præstantem, cuiusmodi est missio in possessionem ex primo decreto. Spieg.

TEPIDARIVM. Paulus: Sed Neratius, inquit, si talis sit usus tepidarij, ut assiduum humorem habeat. l. fistulam. ff. de seruit urb. præd. Est autem ahenum, ex quo tepida exit: ut Caldarium, ex quo aqua calida hauritur. & Frigidarium, ex quo frigida. Vide Sipont. Spieg.

TEPIDARIVM, & balineum Paulus pro eodé posuit in l. 19. ff. de seruit. urb. Non posse, inquit, pro hiberi uicinum, quo minus balineum habeat secundum parietem communem. sed si talis sit usus tepidarij, ut adsiduum humorem habeat, posse prohiberi. Similiter Vitruuius lib. 5. cap. x. ubi de balnearum dispositionibus loquitur, principio Tepidarium pro ipsa balnei cella posuit: mox, pro uase aheno in quo aqua calefit. Hotom.

TER enixa mulier dicitur, quæ uno partu tergeminos, hoc est, tres edidit, ut ait Paulus de uerb. sig. S. C. Tertulliano cautum erat, ut quæ mulier ingenua Romana tres: Libertinæ uerò, uel Latinæ conditionis, quatuor liberos enixa esset, filio defuncto succederet. §. j. Instit. ad S. C. Tert. Vnde Pauli sententia, mulier quæ tergeminos peperit, S. C. Tertulli gaudebat beneficio. Hodie tamen & Honorij & Iustiniani Constit. l. 1. & 2. C. de iur. lib. extincta huiusmodi priuilegia sunt. Quod Procopius admodum improbat, causamq; euersionis Rom. Imperij inde ortam arbitratur. Spieg.

TER factum intelligi Albericus adnotauit, quod eodem momento fit. Proinde mulier sic instituta, si ter peperit, hæreditatem capiet uno partu, tergeminos enixa. l. ter enixa. d. tit. de uerb. sig. Sp.

TERGEMINVM Honorem Turneb. aduersar. lib. 3. cap. xx. pro maximo & amplissimo interpretatur, ueluti cum populus ingentem tollat plausum, aliquem honorans. Sæpè etiã in hac notione hoc uerbum à poetis tritum animaduerti. Martial.

—— *Tergeminum mugiat ore sophos.*

Id est, maxima uoce succlamet sophos. Item Tibull9,

Illum tergem ina nantem conscia mortis.

Id est, ingentis & multiplicis. Hinc adeò id factũ suspicor, quòd quæ tergemina sunt, eadé ampla & magna sunt. Schard. ex Turneb. lib & cap. eod.

TERGIVERSARI. Vide suprà, Temeritas accusatorum. Non. Marcello est fallere, & dicta mutare, & est quasi tergum uertere. Spiegel. Adde Connan. libro 5. cap. 7.

TERMES, hoc est, ramus ex arbore decerptus cum fructu, nec folijs repletus, nec nimis glaber, ut Festus ait, in diuisione agrorum, antequam metę ponerentur, figi solebat: termino nomen dedit. Deus apud antiquos creditus, in cuius tutela fines agrorũ esse existimabantur. Caius Cæs. tulit legem agrariã, aduersus eos qui terminos statutos extra suum gradum finésue mouerunt dolo malo. Callistr. autor. l. fin. de Term. mot. Tulit & aliam diuus Nerua, cuius idem meminit ibid. Spieg.

TERMINALES arbores apud Paul. lib. 5. Sent. titu. 22. de quibus uide Sicul. Flaccum, Hygenum, & alios auctores de limitibus. Brissonius.

TERMINALES lapides apud Ammian. Marc. libro 18. qui & finales in libello uariorum auctorum de limitibus. Brisson.

TERMINARE, pro limites constituere, & apud Ciceronem primo offic. cum ait: Illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminauit: in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit. Sp.

TERMINATA. Paul. in l. ut sunt. ff. de uerb. sig. Vt sunt, inquit, iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita. Old.

TERMINI limites agrorum & fines possessionum significant. l. 3. ff. de adq. poss. l. xij. ff. fin. regun. Brissonius.

TERMINOS ergo finiũ causa positos lapides, arborésue accipimus. in l. j & l. ij. & l. iij. ff. de termino mo. l. j. C. de accusa. Briss.

TERMINVS, signum quod agrum ab agro diuidit, ein Marckstein. Vnde terminare, limites constituere, seu decernere. Modest. tit. de term. moto. Terminorum, ait, auulsorum nõ mulcta pecuniaria est, sed pro conditione admittentium coercione transigendum est. Coercio, ein leib straff/oder buß. Paul. in l. sed & lo. ff. fin. regun. Si dicantur, inquit, termini deiecti, uel exarati, iudex qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest. Sp.

TERMINVS iuris, ad dandũ apostolos, ut uulgò dicunt, est tempus xxx. dierum, intra quod iudex tenetur dare apostolus, hoc est, literas dimissorias. Vide Marcellum. dictorum uerborum significationem eleganter tractantem, in l. j. ff. de libell. dimis. Spiegelius.

TERMINVS litium, pro fine instantiæ. Is autẽ est in criminalibus biennium, sicut triennium in ciuilibus causis. l. j. C. ut in cert. pet. temp. Et ideo, ut ait Alcia. bis errant uulgares latrunculatores (Blutrichter) qui si reum conuincere nequeunt, eum reb. sic stantibus absoluũt, ut quandocunq; uel minima coniectura ducti, rursus in carcerem trudant. Nam elapso biennio, inquietari amplius non potest: & cum accusatori statutus est terminus probationum recipiendarum causa, si probatum non sit, diffinitiuè reus est absoluendus: non autem ea forma, quam concussores, & δωροδόκοι iudices repererunt. Spiegelius.

TERMINVS peremptorius, quædam interlocutoria est. Alberic.

TERRA conditum corpus uidetur, etsi in arcula conditum hoc animo sit, ut non aliò transferatur, autor Modestin. in l. diui fratres. de relig. Planè usurpat arculam pro loculo, quo cum mortui conduntur in terra. Spieg.

TERRA integra, apud Caium in l. sylua cædua. de uerb sig. intelligenda, quæ nondum depasta est: licet ibidem, ut adnotauit Alcia. pascendi uerbũ, pinguefaciendi, contra rationem sermonis, Accurs. intellexerit. l. 1. de Glande leg. Sp.

TERRA proscissa dicitur, quæ primùm aratrum experta est, grandioribus glebis relictis: Catoni, Plinio, & cæteris. Spieg.

TERRA Salica. Quære, Salicam Legem.

TERRAM pro terra, Prouerbiali figura, in hominem exulem, erronem, & incertis uagantem sedibus. Erasm.

TERRAM, territorium aliquando significare, & prouinciam, seu regionem etiam. apud Cicero. tum alios probatos autores, obseruarunt Grammatici. Bar. in l. 1. ff. de uia publica. Sp.

TERRAM uideo. Qui molesti, teste Erasmo, prolixiq; laboris finem adesse significat, dicere solet, γῆν ὁρῶ, id est, terram uideo. Sp.

TERRENA uia, Sabulosæ opponitur. Vlp. l. j. de uia publ. §. si quis. Neque humiliorem, inquit, uiam sub nomine refectionis, is qui interdicit, potest facere,

cere, uel in uiam, terrenam glaream inijcere, aut sternere uiam lapide, quæ terrena sit: uel econtrariò, de strata terrenam facere. Spieg.

TERRERE, & terrorē incutere. Vnde apud Vlpian. potest Proconsul de plano comminari etiam, & terrere filium à patre oblatum, qui non, ut oportet, conseruari dicatur. l. nec quicquam. de offic. pro cons. Sed submouere significat: ut exponit Caius in fin. l. pupillus est. de uerb. sig. Terror armorum, satis arguit quem esse deiectum. l. idem est. ff. de ui & ui arm. Spiegelius.

TERRIBILIS iudex, item terribiles Leges dicuntur, quòd terrorē inijciant delinquentib. quemadmodum & diuina eloquia. l. unica. C. si rect. prouin. Auth. de mand. princ. §. talem. Aut Constitutio quæ ex adscript. §. pen. Spieg.

TERRITORIVM, Pomponius inquit, de uerb. sign. est uniuersitas agrorum (ein Bann) intra fines cuiusq; ciuitatis. Quod ab eo quidam dictum aiunt, quòd magistratus eius loci, intra eos fines terrendi, id est, submouendi ius habent, ma'r haben zu bännigen. Nec prætereundum, quod Alciatus quoque admonuit, Territoriū cœptum dici Comitatus: quia tempore Caroli Magni, regnantibusq; Berengarijs & Othonibus ad singulas ciuitates regendas aliquis Comes mittebatur. Vide suprà, Districtus. Spiegel. Adde Forcat. in Necyom. dialog. 73. nu. 4.

TERRITORIVM & gleba sæpè pro eodem sumuntur, ut l. xj. C. de oper. pub. l. 3. de nat. lib. l. nulli. C. de episc. & cler. Sicut & municeps & curialis pro eodem l. quinta, C. de omni agro deserto, C. libro ij. l. 1. de fug. colo. C. lib. 2. eod. l. 41. C. Th. de oper. pub. Cuiac. ad l. iubemus. C. lib. xj. d. titul. de omni agro deserto. Vide etiam in l. pupillus. uersic. territorium. ff. de uerb. signific.

Sic Territoria oppidorum & ciuitatium. l. 3. §. non perpetuæ. ff. de sepul. uiola. & l. 41. §. si quis ad opus. ff. de legat. libro j. Territorium etiam iudicis in l. ult. ff. de iurisdict. Verùm enimuerò in huius uerbi Etymologia à Iureconsulto, immo & à seipsis uariè auctores dissentiunt. Varro quidem lib. 4. de ling. Lat. Terram à terrendo dictam scribit, ab eoque colonis cōem locum, qui prope oppidum relinquitur, territorium dictū, quod maximè teratur. At Siculus Flaccus aliunde huius appellationis originem deducit. Sic enim in lib. de Conditio. agror. scribit. Ab his populis, qui sedes in aliqua regione constituerant, eorumque agros occupauerant, præmensum quod uniuersis suffecturum uidebatur solum, territis fugatisque inde ciuibus, territoria dixere. Et aliàs. Bellis enim gestis uictores populi terras omnes, ex quib. uictores eiecerunt, publicè atq; uniuersaliter territorium dixere, intra quos fines ius ducendi esset: ubi malim, iuris dicundi ius esset. Huic cōsentit Frontin. in lib. de Agror. qualit. his uerbis, quidquid enim ad coloniæ municipijue priuilegium pertinet, territorij iuris appellant. Sed si rationem appellationis huius tractemus, territorium est quidquid hostis terrendi causa constitutum est. At Isido. in alia penitus sententia est. Territorium enim uocatum ait, quasi Tauritorium, id est, tritum bobus & aratro, ab eo qd antiqui sulco ducto & possessionum & territoriorū limites designabant. Briss. Cuiac. ad l. duumuirum, de decur. C. lib. x territorium à terra mauult deducere, quàm à terrendo. Nam & pro fundo sæpè accipitur, l. tertia. Cod. de nat. lib. l. nulli. Codice, de Episcopis & clericis.

TERROR armorum dicitur, & solo armatorum aduentu, licet armis usi non sint l. 3. §. qui armati. ff. de ui, & ui arma. Prat.

TERTIARE, uerbum rusticum, ad culturæ agri tertiam manum, uel tertiam operam spectās: quemadmodum Iterare, ad secundam. Spieg.

TERTIOCERIVS eadem forma, qua primicerius & secundocerius dicitur, qui in ordine suo tertium locum obtinet. l. j. C. de præposit. agen. in reb. lib 12. l. 7, C. de palatin. sacrar. largit. lib. 11. ibi & quartocerius eadem figura effertur. Inuenitur & Tertiocerij nomen aliquoties in notitia Imperij Ro. Briss.

TERVNCIVS, nummus à tribus uncijs dictus: cuius utilitas in Prouerbium abijt. Vide Eras. in Chiliad. & Bud. in Asse.

TESSARESCAIDECACIDAE in l. 5. C. de hæret. & Manich. hæreticorum genus ab eo nuncupatum quod 14. Luna pascha cum Iudæis obseruare contendunt, auctore Isidoro libro octauo, Etym. cap. v. Brisson.

TESSERA, Iurecon. mensura est, qua numerus frumentorum designatur. Iustin. lib. xj. C. tit. de frument. Alex. l. diurnos. Tesseræ, inquit, designentur. Paul. de leg. 2. l. mortuo. Si Titio tessera frumentaria legata sit. Vlpian. de Iudi. l. sed & si. Si liberis, ait, suis tesseras frumentarias emi uoluerit. Nebriss. Sed uerius est, quod s. ex Bud. annotauimus, Tesseras frumentarias, signa fuisse, quibus exhibitis, frumentum à Principe dabatur pop. Rom. Spiegel.

TESSERA, symbolum est bellicum, quod in aciem prodeuntibus dabatur: ne confusione distraherentur, & ut inter se ab hostibus cognoscerentur. Et hospitibus tessera olim dabatur, ut hospes agnosceretur. Hinc qui ius hospitij uiolasset, tesseram confregisse dicebatur. Aliàs Tesseræ, taxilli sunt lusorij. Zas. in l. 2. ff. de orig. iur. Vide Bud. quoq; in l. sed & si susceperit. ff. de iud. Spiegel.

TESSERA frumentaria in l. 52. §. 1. ff. de iudic. l. 49. §. j. l. 87. ff. de legat. 2. quid sit ex Dionis uerbis à Xiphilino in Epitomen contractis quæ subieci, planum fit. Ac primùm quod Sueto. in Nero. cap. 11. ait Neronem tesseras frumentarias populo sparsisse, ille διὰ συμβόλων σφαίρια μικρὰ γεγραμμένα in uulgus iacta refert, quæ continerent quantum frumenti, aliarúmue rerum ei, cuius in manum uenissent, pręstandum esset. Sed id ipsum apertius in Tito idem auctor explicat. σφαίρια ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐρρίπτει σύμβολον ἔχοντα τὸ μὲν ἐδωδίμου τινός, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργυροῦ σκεύους ἢ ἁρπάσαντάς τινας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας αὐτῶν ἀπενεγκεῖν καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον. Idem in Domitiano, τοῖς δὲ δωρεὰς συχνὰ διὰ τῶν σφαιρίων ἐδίδου. Et in Hadr. καὶ δῶρα διὰ σφαιρίων καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἔρριψε. Ex quib. colligitur perspicuè tesseras symbola fuisse in orbem rotundata continentia quantum cuiq; præstari in ueste, auro, argento, uasis deberet. Cæterùm Augustus ut annonæ difficultatibus subueniret, frumentū cuilibet ex populo uiritim quaternis pensionibus præberi instituit: Cuius rei ergò Tesseræ notum facientes quantumcunq; admetiendum esset, dabātur, ut Sueto. in Augusto cap. xl. & cap. xlj. scribit. Seruius in illud Virg. Georg.

Aut pecori signum aut numerum impreßit aceruis.

Facit, ait, characteres, quibus pecora signantur, aut tesseras, quibus frumentorum numerus designatur. Nam numeros pro litteris posuit, quib. numeri continentur. Hinc Isidor. lib. ult. cap. 14. Tesseras ait esse, quibus frumentorum numerus designatur. Briss.

TESSERARII & optionis nomine significari eos, qui nuntiorum & ὀπτήρων, id est, speculatorū ministerio

nisterio funguntur, autor est Plutarch. in Galba. Ex quo loco apparet non mutatione literarum speculatores dici, quasi ab speculis potius ea appellatio ducta sit, sed quod ij sint in speculis, posterior ætas sculcatores nuncupauit quasi Auscultatores, quo fit, ut nocturnarum excubiarum tesseras tractent ex ordine, qui Tesserarij dicuntur.

TESTABILIS dicitur, cui testimonij dicendi ius est. idq́ uerbū lex Horatia usurpat, quæ de Caia Tauratia facta est. Contrarium est in XII Tab. scriptum Improbus intestabilisq́; esto. Hæc Gell. libro vj. cap. vij. Hotoman.

TESTARI generaliter apud Iureconsultos dicitur, qui aut testes rogat, aut coram ijs uoluntatem suam exponit, etiam si inter uiuos id fiat, ut annotauit Balduin. in sua Catechesi iur. ciuil. c. 3.

TESTARI, inter alia significat etiam sententiā suam exprimere. Vnde Testimonium & Testamentum deducuntur. Et Intestabilis, qui nec testimoniū dicere, nec testamentum facere, ex testamentoue aliquid consequi potest. Hinc & Intestatus. Vide, Intestatus. Alciatus de uerb. sig. Adde Connan. lib. comment. 9. cap. 1. num. 2.

TESTARI etiam is dicitur libera uoluntate posse, qui in bonis certis, hæredem quem uult, instituere potest. ut Bald. & alij tradunt in l. fi. C. de pact. Sp.

TESTARI, Testamentum facere. Item pro iurare & precari, usurpari cœptum: ab eo, quòd testes p numē aliquod solebant affirmare uerba sua, quo maior fides adhiberetur. Vnde usitatius. Detestor, idē est quod deprecor, & abominor. Spiegelius.

TESTARI, est testificandi alicuius negocij caussa tabulis obsignare. Venul. l. 22. ff. de testib. Curent magistratus cuiusque loci testari uolentib. & seipsos & alios, testes uel signatores præbere: quo facilius negotia explicentur, & probatio rerū salua sit. Hot.

TESTARI apud præfectum, est testibus productis maleficium admissum ostendere. l. ca. 5. infrà ad l. Iuliam, de adul. Peckius comment. l. 7. num. 6. ff. de incend. ruin. naufrag.

TESTAMENTARIA appellata est, Cornelia lex de falsis, quòd de his, qui testamēta subiecissent, resignassent, celassent, suppressissent, falsaue signassent, recitassent, scripta esset: Quemadmodum suprà lib. 4. testimonijs abunde multis probaui. Latius uerò testamentariæ leges quæcunq; ad cautam testamentorum pertinent accipiuntur in l. 3. § lex Falcid. ff. ad leg. Falcid. Briss.

TESTAMENTARIVS, id est, qui testamento datus est tutor, excludit legitimam, & datiuam. Legitimus si est, datiuum excludit. cum, ubi legitimus sit datus à iudice tutor, ipso iure nullus sit. l. si sororis tuæ. C. qui dar. tut. poss. Datiua tum demùm ad tutelam uocantur, si nullo in testamēto datus sit, nec legitimus quispiam qui tutelam suscipiat, ex agnatis superstit. Dn. Oldend monuit, distinguere doctores multas executorum species & quidē subtiliter magis, quàm cum utilitate fori, rixantes de nominibus, & negligentes rem ipsam. Porrò Testamentarius ad iectiuē, quod ad testamentum pertinet.

TESTAMENTARIVS uulgò accipitur, p executore testamenti, pessimo errore. Aliâs enim ponitur adiectiuē: & tunc significat quidqd ad testamentum pertinet, ut: testamētarius executor, Testamentaria lex, Testamentarius scriba. sicut in l. 3. ff. si quis aliq. testamen. prohib. Aliâs substantiuē legitur pro eo, qui testamenta falsa conficit & supponit. Quocirca nostrates solent etiam ignorantes significationē rei declarare hoc modo: Testamentarius. Taste in [illegible] Cicero libr. Officiorum iij. Neque enim de sicarijs, ueneficis, testamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est. Eodem modo apud Callistratum est intelligendum, in l. diuus. §. si quis duobus. ff. ad legem Corneliam, de fals. & apud Paulum in l. impuberem. §. si testamētarius. ibidem. Oldendorpius.

TESTAMENTI definitionem Modestinianam probat C. Harmenopulus, sic enim illud definit lib. 5. tit. 1. in princ. [illegible] Eandem Modestini definitionē sequitur Azo in Summa. C. de testa. idq́; optima ratione. Nam eam perfectam imò perfectissimam esse scribit Bartolus noster l. 1. in princ. & ad finem. ff. de testam. Singula eius uerba excutit idem Bartolus. Singulorum significationes aperui suis locis in hoc Thesauro. Sed & Viglius Initit. de testa. ordin. eam explicat. Sed hæc definitio reijcienda uideretur. Nam id morte desinat esse rerum dominus de rebus igitur alienis testatur quod leges uetāt. Hunc obicem tollit, & [illegible] dissoluit G. Benedictus in repet. cap. Rainutius in uerb. condidit. [illegible] num. 1. & 2. extrà de testam. Tu eum consulito. Obseruent testatores, ut testes suis testamentis adhibeant, eosq́; testabiles: ne si contrà fieret, testamenta irrita essent. Itaque (ut ait Harmenopulus d. lib. 5 cap. 1.) [illegible] Condemnatum igitur oportuit: alioqui testabilis erit, testimoniumq́ue rectè dicet. quod indicat Callistratus l. 3. §. l. Iulia. ff. de testibus. à contrario sensu idq́; in quocunq; ferè criminum genere etsi publica sint d. §. lege id quod non solum in testamentis, sed & in iudicijs, alijsue actibus recipiendum est, idq́; Speculator sensijt in titulo de teste. §. sæpe in forma excipiendi aduersus testes. Hocq́; supremæ Parisiorum curiæ placuit auditorijs omnibus coactis 12. Augusti, anno salu. 1518. & eo iure utimur. Æquissimæ Curiæ auctoritas toto terrarum orbe celebratur, & probatur. Plauciani tamen magistratus testib. non conuictis, nó condemnatis prætextu simplicis refutationis fidē minimè dederunt. meretricemq; creditam, legitimè probatam, talemq́; eisdem Magistratibus perspectam hæredem ab adultero scriptam in possessionē miserūt, submota adulteri testantis sorore consanguinea hęrede legitima, cùm tñ in eo causæ genere leuem maculam probasse satis esse constituerat Constantinus Imperator in l. fratres. C. de inoffic. testa. atq; ita P. Decius responderat consil. 510. dubio 1. in fin. parte 4. Quid caussæ est? quid ita? expositor non ex fide litis instrumenta percensuerat, imperitè eadē in consilium retulerat, in oculis aduersarium ferebat, alios in sententiam suam traxerat. Quid, quod in eo causę genere simplex adulterij quæstio (informationē uocant) propter sceleris indignitatem (ex officio iudicis) sufficiebat, idq́; suprema Galliæ curia (cuius amplissima est auctoritas adeò, ut legem facere possit) decreuit annis superioribus? Audiant itaq; Ciceronem iudices terræ. Is enim lib. 3. Officiorum ita scribit: Cùm iudici dicenda est sententia, meminerit se Deum habere testem. Ideoq́; (ut Agapetus ad Iustinianum Imp. scribit) [illegible] ut rectè ius dicant quod summus æternusq́ue Legislator Deus iussit, referente propheta psalteq; regio Dauide in Psalmis. Prat.

TESTAMENTI ordo hic erat apud ueteres: ut primo capite hæredis fiat institutio, siue unus, siue plures sint, qui in uniuersum bona ex defuncti

uolun-

uoluntate capiant. Sequenti capite & in ima cera, secundi hæredes, legata, & reliqua testatoris uoluntas & dispositio ponuntur: siue aliquos onere grauare, aut si quib. dari fieriq; oportere, testator pro sua uoluntate arbitratus est: qui non hæredes, sed Legatarij sunt dicti. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. 5. c. 1. Certè qui hodie obseruatur ordo in ultimis uoluntatibus conscribendis, excepta clausula generali (quæ postremum locum sortita est, ab Accursianis, & merè formularijs introducta, tum usu insulsorum recepta notariorum) improbandus non est: uidelicet, ut primo loco præfatio, secundo legata, tertio institutio, quarto substitutiones, quinto cæteræ testatoris dispositiones, inter quas exhæredationes referri solent, ponantur. Spieg.

TESTAMENTI factionem habere dicitur non is solùm, qui testamētum facere potest, sed & is, qui ex alterius testamento capere, & sibi uel alijs adquirere potest. l. 16. ff. qui testam. fac. l. ult. ff. pro hærede. l. 31. l. 49. & l. seq. ff. de hæred. instit. Brissonius.

TESTAMENTI itaq; factio cum his esse dicitur, quibus uel hæreditas uel legatum relinqui pót. l 7. ff. pro legato. l. 21. ff. de testam. tut. l. 5. ff. de seruit. leg. §. seruus autem. Inst. de hæred. instit. §. testes. Instit. de testamen. l. 82. §. ult. ff. de leg. 2. Briss.

TESTAMENTORVM, hoc est uerborū, quib. testamenta condita sunt, interpretatio latior est, quā rei stipulatoriæ. l. quicquid adstringēdæ. ff. de uerb. oblig. fac. l. ueterib. ff. de pact. Nam recepta pridem sententia, & pium, & publicè utile est, defunctorum elogia, interpretatione iuuare. l. mulier. l. si mater. & l. si ita esset. ff. quan. dies leg. ced. Spieg.

TESTAMENTORVM subiector, idem qui Testamentarius. Vide Cic. lib. de offic. 3. Spieg.

TESTAMENTVM. Testamentum, si Iustiniano credimus in §. j de test. ordin. Instit. 2. (eius enim etymologiam irridet Valla) ex eo appellatur, quòd testatio mentis sit. quia, inquiunt aliqui, sanum mente non corpore esse oportet necessariò testatorem. l. 2. ff. de testam. Est autem testamentū uoluntatis nostræ iusta sentētia de eo, quod quis post mortem suā fieri uelit. l. j. qui testa. fac. poss. ff. Huic Vlpiani definitioni, tanquam insufficienti, adijci uolunt post gl. in d. l. j. doctores, cum hęredis institutione: testamenta enim uim ex institutione hæredis accipiunt, & ob id ueluti caput atq; fundamentum intelligitur totius testamenti hæredis institutio. d. §. ante hæredis institutionem. de lega. Instit. 2. Cæterùm si quis diligentiùs aduertere uoluerit, sciet temere omnino ab interpretibus nostris reprehensum Vlpianum. Sicuti enim iniustum illud dicitur testamentum, in quo solennia iuris defuerunt. l. 1. de iniust. rup. & irrit. testa. ff. ita illud rectissimè iustum dicetur testamentum, in quo nihil eorum, quæ ad solennitatē, obseruationemq; iuris spectant, omissum fuerit. ita Theophilus à contrario sensu in §. 1. quib. mod. testa. infir. Instit. 2. At hoc præcipuum ius est testamenti, ut in eo hæres instituatur, cum (ut diximus) testamenta uim ex institutione hæredis accipiāt, cumq; ueluti caput atq; fundamentum intelligatur totius testamēti hæredis institutio, d. § ante hæredis institutio. non poterit ergò testamentum dici, iusta uoluntatis nostræ sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri uelit, nisi in eo inter cætera aliquis, hæres instituatur. Inter cætera adiecimus [iusta] hęc enim dictio indefinitione ab Vlpiano posita, nedum hæredis institutionē, sed & omnia alia iura, quæ in testamenti factione requiruntur, importat, ueluti legitimum testiū numerum, eorūq; subscriptiones. §. sed cum paulatim. de testam. ordin. Institu. 2. Quod ita esse uel ex sequenti casu manifestissimè apparebit. Finge enim eum, qui filium in potestate habet, testamentum condidisse, atq; in eo nulla mentione filij facta, extraneum hęredem instituisse, eius proculdubio infirmabitur testamentum, licet in eo hæres institutus sit, quia scilicet filiū silentio prætererit. l. inter cętera. de lib. & posthum. ff. Nihil est igitur, cur ad Vlpiani definitionem addant interpretes nostri [cum hæredis institutione] dictio enim [iusta] ut annotauimus, nedum hęredis institutionem, sed & omnia alia iura, quæ ad testamenti factionem requiruntur, cōprehendit. Quo etiam fit, ut hæc testamenti definitio codicillis conuenire non possit. Nam licèt in codicillis (fiūt enim codicilli etiam sine testamento, §. non tantùm. de codic. Instit. 2.) sit uoluntatis nostrę sententia de eo, qđ quis post mortem suam fieri uelit. non tamē iusta est ea sententia. hoc est, secundum iuris obseruationē, solēnitatesq;, quo in sensu dictio [iusta] in testamenti definitione accipienda est, cum nulla sint in codicillis solennia, ut liquidò uidere licet ex iuris titulis, qui de codicillis tractant. Et hæc quidem obiter annotanda censuimus. Cæterùm quæ sint testamētorum solennia, quot sint testamentorum genera, quibusq; permissum sit testamentum facere, uel nō, clarissimè ex Iureconsultis uidere licet. Adde Forcat. in Necyom. dial. 73. num. 4. Anch.

TESTAMENTVM, secundùm Iustinianum in tit. de test. ordi. ex eo appellatur, quòd testatio mentis sit. Adducebatur (nō sunt multi dies) in quadam disputatione, hæc diffinitio, seu potius etymologia, cum illico uenit in mentem subtilis reprehensio A. Gellij. Is Noctium Atticarum lib. 6. Seruius (inquit) Sulpitius Iureconsul. uir ætatis suæ doctissimus, in libro de sacris detestandis secundo, qua ratione adductus, testamentum uerbum esse duplex scripserit, nō reperio: nam compositum dixit, à mentis contestatione. Quid igitur calciamentum? quid paludamentum? quid pauimentum? quid alia mille per huiusce modi formam producta? etiámne ista omnia composita dicemus? Obrepsisse autem uidetur Seruio (uel si quis alius est, qui id prior dixerit) falsa quidē, sed non abhorrens, neque incognita quasi mentis quædam in hoc uocabulo significatio: sicut hercle C. quoque Trebatio eadem concinnitas obrepsit. Nam in libro de Religionibus secundo: Sacellum est (inquit) locus paruus Deo sacratus, cum ara. deinde addit hæc uerba: Sacellum ex duobus uerbis arbitror compositum, sacri & cellę, quasi sacra cella. Hoc quidem scripsit Trebatius. Sed quis ignorat, sacellū & simplex uerbum esse, & non ex sacro & cella compositum, sed ex sacro diminutum? Ex his Gellij uerbis datur intelligi, Seruium Sulpitium, C. Trebatiū, & Iustinianum Imperatorem, uel potius institutionum conditores, à uera horum nominum etymologia deuiasse. Laurentius quoque Vallensis Elegantiarum suarum libro sexto, refert se iustius arguere Iureconsult. circa istam definitionem testamenti. Cur enim (inquit) à mente potius dicatur testamentum, quàm à mento, uel à menta? quia nihil ad hanc significationem mentum, mentáue facit. Inquies: Quid ergo mens ad armentum, ad salsamentum, ad condimentum, & ad huiusmodi infinita? non est ergo uera etymologia hæc: neque à mente, neque à mento, neque à menta: sed potius hæc nomina assumunt Tum syllabam, cùm exirent antea in men: ut uestimen, calciamen, regimen: quibus adiecta

cta Tum, fit uestimentum, calciamentum, regimentum: de quo ultimo meminit Iureconf. in l.1.ff.de offic.præt. ita testamen, adiecta syllaba tum, facit testamentum. quòd si à mente descenderet testamentũ, testamentia diceretur, quemadmodum deméția, & amentia. Verg. in Buco.

Ah Corydon Corydon quæ te dementia cæpit!

Et Æneidos 5. de Dareta:

Infelix quæ tanta animum dementia cæpit!

Et propterea, ut ab externis ad ordinarios iudices lis reuocetur, etiam apud Doctores nostros ista etymologia indistinctè non approbatur, ut per Mod. in l.1.ff. de acquir. poss & in l.secunda, §. appellata. ff. si cert. peta. & D. Felinus in præfatione Gregorij Pontificis in nona colum. Proinde aliam testamenti definitionem posuit Vlpia. in l.prima, ff. de testament. de qua disputant ibi scrib. & præsertim Aretinus & Angel. de Aret. in tractatu de testament. in prima columna. Cotta.

TESTAMENTVM aut nõ iure factum dicitur, ubi solennia iuris defuerũt: aut nullius esse momenti, cum filius qui fuit in patris potestate, præteritus est. aut rumpitur alio testamento, ex quo hæres existere potest, uel agnatione sui hæredis: aut irritum constituitur, non adita hæreditate. Vlpian. de iniust. rupt. & irrit. testam. Maffeus.

TESTAMENTVM, ait Vlpianus de hæred. instit. quinq; uerbis quis potest facere, ut dicat Lucius Titius mihi hæres esto. Hæc autem scriptura pertinet ad eum, qui non scriptura testatur, qui potuit etiam trib. uerbis testari, ut dicat Lucius hæres esto: nam & mihi, & Titius abundant: Si autem sic scribat testator, Lucius hæres, licet non adiecerit, esto, credimus plus nuncupatum, minus scriptum. Et si ita, Lucius est, tantundem dicimus ergo, etsi ita Lucius solummodo. Marcellus non insubtiliter, non putat hodie hoc procedere. Maffeus.

TESTAMENTVM est typus quodammodo & figura immortalitatis, non ab hominis auctoritate, sed à natura ipsa profectum. Nam quando anima, mens, uoluntas est immortalis, certè non debet etiam, quatenus ad bona attinet, cum mortali corpore extingui. Itaq; toti humano generi nihil esse potest aut iucundius, aut utilius, quam ut uoluntas regnet in bonis à testatore relictis, etiam extincto corpore: Imò iustius id multò post mortẽ facit, reddita iã cœlesti patriæ, q̃ in hac momentanea & fragili uita. Old.

TESTAMENTVM autẽ illud propriè dicitur quod iure perfectum est: sed abusiuè testamenta ea quoq; appellamus, quæ iniusta, irrita, rupta, uel imperfecta sunt. Nam horum quoq; inspectionem Prætor permittit. l.2. §.1. ff. test. quemad. aper.

TESTAMENTORVM uaria sunt genera. Fuit enim olim testamentum, quod calatis comitijs, & testamentum, quod in procinctu dicebatur, quæ genera abolita sunt. fuit, quod per æs & libram fiebat. Interuenisse æs & libram, uel quemadmodum ipse scribit *φορὰ καὶ ἀντίφορα*, Clemens Alex. refert libr. 5. *στρωματέων*, in hoc ut iure testamentum fieri, & iure adquiri hæreditas uideatur. Sic enim quodammodo in mancipatum uenire hæreditas uidebatur. & hoc genere diu usi sunt Romani. Id Constantinum credo primũ sustulisse in l. quoniam. C. de testam. ut indicant illa uerba: ademptis his, quorũ imaginarius usus est. Est & aliud testamenti genus, quod fit iure prætorio, & aliud quod ciuili, prætorio & principali iure permixto. Item quod per nuncupationem sine scriptura, per acta municipalia, per supplicationẽ principi oblatam, & ex constitutionib. iure militari. Cuiac. ad l. 1. & 3. ff. qui testamenta facere poss.

Ad Testamenti causam pertinere quod ad interdictum de tabulis exhibẽdis, & edictum de aperiendis testamentis attinet, uidetur omne quodcunque quasi ad testamentum factum sit, in quacunq; materia fuerit scriptum, quod contineat supremã uoluntatem. Et ideo tam primæ quàm secundæ tabulæ & codicilli hac appellatione continentur. d. l. 2. §. 1. & l. 2. ff. de tab. exhib. Brissonius.

TESTAMENTVM ideo dicitur, quòd nisi testatore mortuo, confirmari non potest, nec sciri, q̃d in eo scriptum sit, quod clausum sit. Proin Testamentum non simpliciter appellatum est, nec etymum habet ex eo, quòd testatio mentis sit, sicut dicit Iustinianus Instit. de testament. in prin. qui locus, Oldendorp. teste, multis imposuit. Nam alludit ibi Imp. ad uocem ipsam, deseruiens duntaxat tyronibus Iuris. Alioqui Testamentum censetur hic potius, quasi testatio manens. Primùm enim ultima (ut iam attigimus) manet clausa, & sine effectu ad mortem usque testatoris. Deinde mortuo testatore, manet perpetuò rata. Spiegelius.

TESTAMENTVM etiam pro testamẽtaria hæreditate nonnunquam poni Pet. Faber, ut nihil non ad locupletandũ nostrum opus adderet, me admonuit probauitq; primum ex l. ult. ff. de secun. tabu. in qua ita est, Quid si ita hæres scriptus sit, ut interdũ excludatur à testamento, eo quod nõ inuenitur portio qua hæres institutus est. Deinde ex l. 14. ff de his quæ ut indign. in qua Papin. admitti ad testamentũ, id est, ad hæreditatem testamento delatam dixit, ut apparet ex l. præcedenti. Item ex l. 2. C. de bon. mater. in qua sic hoc uerbum accipi Thaleleus notauit. Eodemq; modo & apud Sueto. in Nero. ca. 32. cùm ait, Deinde ut ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerent, id est, testamentariæ hæreditates. Ac deniq; apud Ambro. in Sermo. 14. in Psal. ubi Testamentum adire dixit. Briss.

TESTAMENTVM facere dicitur, qui aduocatos homines testatur, quę sua mens sit de successore sibi constituendo. l. 1. ff. de testam. Vbi Modestin. scribit testamentum esse uoluntatis nostræ iustam sententiam (*ἀπόδειξιν* homo Græcus dicere uoluit: melius demonstrationem, uel enunciationem dixisset) de eo quod quis post mortem suam fieri uelit. Melius igitur Vlp. Instit. c. 20. Testamentum est mentis nostræ iusta contestatio, in id solenniter facta, ut post mortem nostram ualeat. Vera enim hæc testamenti definitio est. Mentis enim uerbo, non animi iudiciũ hoc tempore intelligimus (ut cum in l. sequenti Labeo scribit mentis integritatem in testatore desiderari) sed uoluntatem, ut rectè Modest. exposuit. Et quoniam non simplex est enumeratio ac demõstratio, sed testata: hoc est, apud eos exposita, qui ut testes essent, rogati sunt: iccirco Cõtestatio mentis dicitur. non quo duplex uerbum hoc sit, ut Gell. lib. 6. cap. 12. Ser. Sulpitium scripsisse affirmat. quod mihi quidem non fit uerisimile: uel quò testamentum egeo appellatum sit, ut hoc loco Iustinianus putat: sed quod omne testamentum testatio est: non omnis autem testatio, testamentũ: sed ea sola quæ mentis est de suis bonis post mortem suam possidendis. Lusit igitur hac in re Seruius, ut cum alij dicunt Mutuum esse de meo tuum, & Donationem esse dono datum. neque enim tam hospes fuit in Latino sermone Seruius, ciuitatis suæ florentissimus, & in arte sua doctissimus, ut MENTVM productionem

uocabuli

uocabuli esset ignoraret. qualis est in Calceamentũ, aut Paludamentum, aut Vestimentũ: uel qualis Monium in Patrimonium, Matrimonium, Testimoniũ. Sed cum ab eodem fonte Testimoniũ & Testamentum deducta essent, ea quasi allusione differentiam ostendere uoluit. Est enim testimonium commemoratio rei gestæ: Testamentum autem rei futuræ demõstratio, nõ simplex, ut dixi, sed cõtestata. Hotom.

TESTAMENTVM aut per scripturam fit, aut per nuncupationem. Per scripturam, mero iure ciuili, aut prætorio, aut mixto. Per nuncupationem, ciuili iure §. ult. Inst. de testam. Prętoris enim edictũ non pertinet nisi ad testamenta scripta, sed dabitur tamẽ utilis bonorum possessio secundum nuncupationẽ. l. 2. C. de bon. poss. secund. tab. l. si ita scriptum. §. ult. ff qui testa. fa. poss. sicut & secundum uoluntatẽ intestati, l. si duobus. §. si prius. ff. de bonor. poss. con. tab. Ergò Iure ciuili duplex est testamentum, per æs & libram quod ex scripto constat, & per nuncupationẽ. utroq; genere ueteres usi sunt. Sueton. in uita Horatij, Decessit hærede Augusto palàm nuncupato, cũ urgente ui ualetudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. In hoc autem maximè distat testamentum per nuncupationem à testamento scripto. Nam testamentum scriptum secretum, & mysticum est: testamentum uerò, quod nuncupatur, non item. Cuiac. ad l. hęredes palàm. ff. qui testa. fac. poss.

TESTAMENTVM, quod calatis Comitijs in pace & ocio. ac calatis, hoc est, uocatis Comitijs, coram populo bis in anno, Quiritum attestatione ratificabatur. Quod uerò fiebat ab ituris in præliũ, Procinctum dicebatur: atq; id coram Principe, ut in quẽ populus omne imperium contulerat, fiebat. Vigl. Instit. de testam. ord. & Iurisconsult. tit. de testa. & qui test. facere poss. & quemad. testam. fiant. Spiegel.

TESTAMENTVM, extremę uoluntatis est testimonium Nam, ut Vlpia. ait, Testamentum, est nostræ uoluntatis iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri uelit l. 1 de testam. Spieg.

TESTAMENTVM holographum dicitur, qđ testator ipse manu propria scribit, auctore Isidoro & Valentiniano in Nouell. 2. de testa. Cuiac. ad l. qui testamento. ff. qui testa. facer. poss.

TESTAMENTA ingrata generaliter sunt ea, in quibus de nobis bene meritis nihil relinquimus, siue liberi sint siue extranei. Non tamen omnib. de ingrato testamento queri licet. Cuiac. obseruat. lib. 3. cap. 8. in fine.

TESTAMENTVM inofficiosum. Vide, Inofficiosum testamentum. Infirmatur autem multis modis testamentum, ut legere est apud Iurisconsult. toto illo tit. ff. de iniust. rupto & irrito facto testamento: & apud Iustinian. lib. Inst. Imperialium 2. Spieg.

TESTAMENTVM imperfectum est, quod nõ est obsignatum septem testium signis, quod Africanus in tertio tractatu euidenter demonstrat, dum testamentum perfectum opponit nõ signato: & l. hac consultissima. §. non subscriptum. C. de testa. si modo, ut in ueteribus & Codice Theodosij, in eo ita legatur, Non subscriptum à testibus ac non signatũ testamentum pro imperfecto haberi conuenit. Perfectum ergo testamentum est, quod signatum est non minus quàm septem testium signis. Cuiac. in tertio tractatu ad Afric. fol penult.

TESTAMENTVM improbum, contra leges: inofficiosum, contra merita: inhumanum, cõtra pietatem. Asconius. Hotom.

TESTAMENTVM iniustum atq; irritũ Vlpianus affirmat esse id, si bonorum possessio data fuerit ei, qui rem ab intestato auferre posit. Connan. libr. comment. x. c. 4. Irrita uerò fiunt testamenta, ueluti capitis diminutione, ut si quis testamento facto postea se dederit arrogandum. Ferret. in comment. Instit. Iustin. in libro 3. in titul. de hæred. quæ ab intest. deferuntur.

TESTAMENTVM in procinctu dicebatur, qđ militię tantum fiebat: cùm instructo exercitu uiri ad prælium faciendum in aciem uocati, togasq; succincti, tribus aut quatuor testib. adhibitis hæredẽ nuncupabant. Gell. ibid. & Plut. in Coriolan. Hot.

TESTAMENTVM internecinum. Vide, Internecinum testamentum. Spiegelius.

TESTAMENTVM destitutum dicitur, quãdo institutus repudiat adire hæreditatẽ. Destitui enim & deseri dicitur, non adita hæreditate l. in quantitate ff ad l. Falc. l. ult. ff. de cond. instit.

TESTAMENTVM mixtum est, quod ex ciuili, Prætorio, & constitutionum iure ita fit, ut a septẽ testibus nullo alio interposito actu, uel eodem, uel etiam alieno annulo consignetur, subscribatur ab ijs & à testatore, hæredisq; nomen uel ab hoc solo, uel ab ijs adscribatur l. 28. & 29. C. de testam. Hot.

TESTAMENTVM nuncupatiuum, quod iure ciuili, coram septem testibus, nominato hærede, fieri solet. Cuius uocis ea uidetur ratio, quòd nuncupare, sit nomina capere: unde, quia proprijs nominibus testes accipiebantur, uidetur id dictum Testamentum nuncupatorium. non enim alia solennitate opus erat. Ex Alciat. Cæterum hac sententia reiecta Connan. lib. 9. comment. ca 1. nu. 4. diuersum sentit, nimirum ex eo appellari testamentum nuncupatorium, quod non scriptis sed uerbis fiebat coram aliquibus testibus, aliter enim de eo constare potuisse. Nuncupare autem testes nihil fuisse necesse, neq; si nomina eorum fuerint testatori ignota, non propterea non iure factum dictum esse testamentum. Idq; affirmat ex Curtio, qui scribit, morientem Alexandrum tradidisse Perdiccæ annulũ suum: ideoq; etsi non uoce, inquit, nuncupatus hæres, iudicio tamen electus uidebatur. Et ex Iuliano l si ita scriptum. ff. de bon. possess.

TESTAMENTVM per ęs & libram dicebatur, cùm quis alterius familiam, id est, ius patrisfam. uniuersum mancipio emebat, & testator tabulas tenẽs, ita loquebatur: Hæc uti in his tabulis cerisue scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor itaq; uos Quirites testimonium præbetote. Gell. ibid. & Vlp. c. Inst. 20. Hot. Adde Connan. lib. comment. 9 c 1. nu. 5.

TESTAMENTVM Prætorium est, quod sine ulla mancipatione per solam septem testium consignationem etiam hoc tempore magnopere obseruatur. l. si unus, C. de testam. & Imp. §. 1. Inst. eod. Hot.

TESTAMENTVM ruptum & ratum, cõtraria. Cicer. de orat. Testamentorum ruptorum, aut ratorum iura. Spiegel. Rumpuntur autem testamenta ueluti posthumo nato, qui præteritus fuerat, uel per querelam inofficiosi, ut annotauit Ferret. in cõmen. suo Inst. Iustin. lib. tertium in titul. de hæred. quæ ab intest. defer.

TESTATIO. & Testificatio, actus ille testandi consignandiq;. Cic. Verr. 7. Ipse in tabellas refert, obsignat signis amicorum prouidens homo: ut contra hoc crimen, si quando opus esset, hac uidelicet testificatione uteretur. Vlp. l 9. §. 1. ff. de pœn. Solet & ita interdici, ne instrumenta omnino forment, nèue libellos concipiant, uel testationes consignent. Sic in

L. 3 ff.

l. j. ff. de concub. l. 7. ff. de sponsal. l. 2. ff. de naut. fœn. l. ult. ff. de cust. reor. Cic. in Quint. Ipse suos necessarios ab atrijs Licinijs, & à faucib. macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi adsint, hora secunda postridie: ueniunt frequentes. testificatur iste P. Quintium non stitisse, & se stitisse. tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur. Morem hunc Ouid. lib. de Ponto 4. his signif. uerbis:

Conspicere, testare licet, signate Quirites:
Nil opus est legum uiribus, ipse loquor. Hot.

Testatio pro conuentione & denuntiatione testibus adhibitis facta. l. 5. §. ult. ff. de adm tut. l j. §. sed & si quis contra. ff. quod ui aut clam. Sic Testationibus conuentus. l. 32. §. cum quidam. ff. de arbitr. Testatio pro testiũ depositione ut loquimur in l. 22. ff. de his qui not. infa. Briss.

Testatio scripturam testib. communitã significat. l. 7. ff. de sponsalib. l. ult. ff. de custod reor. l. 4. ff. de concubin. l. 22. ff. ex quib. caus. maior. l. xx. ff. de optio. leg. l. 7. ff. de assig. libert. l. 2. ff. de naut. fœn. l. 8. §. j. ff. de noui oper. nunt. l. 39. §. ult. ff. de legat. 3. ubi testatione complecti, in testationẽ redigere, in testationem referre, pro eodem dicuntur, & id significant quod uulgò dicimus *prendre acte*. In testatum etiam redigere ait Vlp. in l. 1. §. rectè autem. ff. usufruc. quemadm. cau. Briss.

Testatio priuata seu adnotatio. l 5. Cod. de probatio. Testatio habita. l. 4. ff. de fide instrum. l. 13. C. eod. tit. Briss.

Testatio uacuæ possessionis. l. 12. C. de contrahen. empt. Briss.

Testatio, Testamentum dicitur: & econtrariò. Vbi enim non est testatio, ibi non est testamentum. Vigl. Inst. de testam. ord. Require, Protestatio.

Testationem, hoc est, ut uulgus ait, dicta testium recitare, & fidem nõ habere testationi. apud Paul. in l. Luc. Titius. ff de his qui not. infam. Sp.

Testatione probare, apud Paul. in l. fin autem in prin. ff. de rei uind. Spiegelius.

Testationibus conuenire arbitrum, ne sententiam diceret, hoc est, apud arbitrum adhibitis testibus protestari: uulgò appellant, cũ notario & testibus requirere. Paulus in not. l non distinguemus. Cum quidam, inquit, arbiter ex alijs causis inimicus manifestè apparuisset, testationibus etiam conuentus, ne sententiam diceret. Spiegelius.

Testato conuentus dicitur qui coram testibus conuentus est. l. ult. ff. pro derelic. l. 5. §. ult. ff. de admi. tut. l. 122. §. cohæredes. ff. de uerb. oblig. l. ult. ff. de l. commiss. l. 8. §. igitur. ff. mand l. x. §. si quis particeps. ff. quæ in fraud. credit. Briss.

Testato denuntiare l. j. § licet. ff. de pericul. & commo. Testato iubere. l. 1. ff. quod iussu.

Testato etiam testamento facto significat. in l. 45. §. j. ff. de iure fisc. l. 7. ff de diuers. reg. iur. ut intestatò sine testamento. Briss.

Testator & Legatarius. Pompon. de legat. & fideicom. Si ex toto fundo legato, inquit, testator partem alienasset, reliquam duntaxat partem deberi placet: quia etiamsi adiecisset ei fundo, augmentũ legatario accederet.

Testatus & Intestatus, de quo superius, cõtraria. Proinde iuxta tritum nostris uerbum, Nemo potest testatus & intestatus decedere. Spiegelius.

Testatum, substantiuè propriè dicitur scriptura, quæ coram testibus facta est. Vnde & testato conuenire, testato admonere dicimus. l. j. usufruct. quemadm. Spieg.

Testatum breue. Lege, Breue testatum.

Testatum relinquere apud aliquem, hoc est rem certam facere, & testimonijs cõprobare. Hinc testata res, pro testibus cõfirmata & approbata. Sp.

Testem excitare, quod uulgò dicunt, facere surgere. Vide Syluium.

Testes, à testando, id est, sententiam nostram exponendo, dicti: quòd ea quæ de rei gestæ ueritate sentiunt, in iudicium proferant. Callistratus testium fidem, conditionem, uitam anteactam, fortunam, æstimationem atq; dignitatem diligenter exquirendã esse præcipit. l. 3. in prin. de testib. Idem in §. lege Iul. d. l. ostendit, non omnibus testimonij dictionẽ esse. In causa propria, præter legatarium, & fidei commissarium, testis idoneus nullus esse potest. l. nullus. ff. eod. l. fin. C. de fideicom. Sp.

Testibus honos habetur, quum uera dicere creduntur. His enim fides non abrogatur, nec de eorum religione dubitatur. Ideo conuicij loco Ciceroni Clodius obiecit, quòd eius contra se testimonio iudices non credidissent. Vide Tisinum in orat. pro M. Fonteio. Spieg.

Testibus presentibus aliquid facere. cui contrarium est, Clam & furtim aliquid facere.

Testificari, & testimonium dicere, & testibus firmare, significat Kundtschafft geben / Kundtschafften darthun. Vox infrequens non est apud Ciceronem. Adi Syluium in orat. pro A. Cluentio Sp.

Testimonium à uerbo testari, ut paulo suprà dictum est, deducitur: à nostris pro ipsius asseueratione, in Scriptura nonnunquam pro lege & doctrina Dei accipitur. Pro testimonio dicere, olim dictum, quod nunc dicimus Deponere, Bud. annotauit in l. 2. de orig. iur. ut & testimonia confusa dici, q̃ turmatim testificantur: quas Latinè turmas uocamus. Item refellere testimonia, quod nunc contradicere, & eleuare testimonia. hoc est, uilia leuiáq; uerbis demonstrare. Subleuare autem testimonia, pro eo quod uulgò exonerare dicitur. Huic contrarium est, Premere testimonio, testimonium denunciare. Lege, Denunciare. Obserua, testimonium dicere, dare, non ferre, à Cicer. dici solitum. Opus non esset ut admoneremus, nisi ferre testimonium, ut uulgò, ita indoctè dici solitum, cognosceremus, ait Syluius in oratione pro L. Flacco. Quamuis id dixerit Callistr. tit. de testib. An ei inimicus sit, aduersus quem testimonium fert? Idem Syluius annotauit in oratio. pro l. Corn. Balbo, Græcorum morem fuisse, ut prius dicerent testimonium, postea iurarent: à nostris contrà fieri solere. Spieg.

Testimonia surda. Lege, Surda testim.

Testimonia absentium testium dicta & testationes scriptis comprehensas significant: & à testibus separantur. l. 3. §. idem diuus. ff. de testib. l. 1. ff. de fide instrum. Briss.

Testimoniales in l. pen C Th. de ueter. & tit. de testimo. exhi. sunt missionis honestæ epistolæ. Veget. lib. II. Contubernalibus, completis stipendijs per testimoniales ex more dimissis. Sunt & aliæ literæ c. fi. de tempo. ord. Adde Cuia. ad l. ult. de professorib. & medicis, C. lib. x.

Testimonium legitimum est, quod duorũ fide comprobatur, etiamsi mulieres sint, aut peregrini & non rogati. Conn. lib. 9. cõment. c. 6. nu. 1. in fin.

Testis appellatio apud ueteres latius patuit. siquidem, ut in Parer. Alci. attestatur, qui nunc testis est, olim superstes, & antistes est dictus. c. focus. ext. de uerb. sig. quia super ea re, qua de agebatur, stabat.

Plaut. Asin. Nunc mihi licet quoduis loqui: nemo ad est superstes. Idem simpliciter pro re præsente accepit. Superstitem utrunque monui, ne iniussi abeant. Eadem ratione dictus est Antistes, & Antestatus, & Antestor uerbum, & Antistitor, pro testificatore. Caius Instit. quib. mod. filij ext. de pot. pat. quæ emancipatio, seu manumissio, solebat ante Præsidem fieri, modò ante Curiam facienda est: ubi quinq; testes ciues Romani in præsentia erunt, pro illo qui libripēs appellatur, id est, stateram tenens: & pro eo qui Antestatus appellabatur, alij duo: ut 7. testiū numerus impleatur. Exempla adducit in c. xx. lib. 2. Parer. Sp.

TESTIS corruptus, non tantū pecunia, sed qui etiam prece, uel precio, falsum dixisse præsumitur, accipiendus est, per apertum tex. in l. diuus Adrian. ff. de re iud. Spiegel.

TESTIS domesticus. Lege, Domesticus testis.

TESTIS incertus, id est, qui audiuit. Nā qui rem uidit, certus testis est: qui audiuit, incertus. Itaq; autore Plauto, Pluris est testis oculatus unus, quàm auriti decem.

TESTIS inimicus. Callistratus ut ad dicendum testimonium negat admittendū eum, qui lucri caussa dicturus sit: ita etiam testem eum, qui inimicus sit, & aduersus quem dicturus sit testimoniū, negat admittendum. Vide elegantem legem 3. ff. de testibus. Spiegelius.

TESTES iurati, qui iurarunt. Nam iureiurando testes à iudicibus astringuntur, se nihil contra quod uerum esse sciant, dicturos. Paulo aliter hoc, Tillino teste, Græci faciebant: quibus mos fuit, quum testimonium dixissent, iurandi causa ad aras accedere: nimirum quòd prius testimonium dicerent, postea iurarent. Huc illud etiam spectat, quòd Iuratus est mihi, pro iurauit, passiuè dixit Plautus in Persa. Sp.

TESTIS locuples. Multos fieri falsos testes, egestas coegit. Itaq; fideles testes a Cicerone sæpe appellantur locupletes.

TESTES Classici dicebantur ij, qui signādis testamentis olim adhiberentur. Solebant autem locupletissimi quiq; adhiberi testes, quod ij maioris esse fidei censerentur, nec propter egestatem in ipsa testamenta falsi quicquā committerent. Ideo apud Latinos testes Classici, locupletes, & assidui dicuntur qui sunt integræ opinionis & fidei. Nam qui erant primarum classium, ditissimi erant omnium. Conn. libro nono, comment. cap. 3. num. 1.

TESTES mercenarij. Vide, Merce testes.

TESTES omni exceptione maiores, qui nulla penitùs exceptione submoueri possunt. l. opinionē. Cod. de contrah. & commit. stipul. sub fin. Vide glo. in § item uerborum, Institut. de inutil. stipulat. Ioan. Tillinus quæ in testibus consideranda sint, hoc eleganti disticho complexus est: Conditio, fortuna, fides, discretio, sexus: Fama, ætasque bonis testibus esse uolunt. Require suprà, Exceptione omni maiores. Spiegel.

TESTES reprobatorij uocantur, quibus cū res aliter ostenduntur, necesse est reprobari priores testes. Quod sicut ab aduersario conuento excipiēdo, ita rursus ab actore replicando fieri pōt: & tunc uulgo dicuntur reprobatorij reprobatoriorum. Spieg.

TESTVDINEM (de qua & Liuius lib. xx.) Turnebus lib. 9. aduers. cap. 8 intelligit eam, quam faciebat exercitus se tegumentis scutorum undiq; operiens ut testudo suo obducta est putamine, eaq; specie referebat tectum ædificiorum. Sic autem se operiebant crate perpetua clypeorum aduersus sagittas hostium, & aduersus omnia missilia supernè cadentia, cum urbem oppugnabāt: Hinc Maro scribit,

Obsessumq; acta testudine limen.

TESTVDINEIS legatis, lecti quoq; testudinei pedibus inargentati debentur l 100. in fi. ff. de leg. 3. Ex quo adparet ueteres supellectili ex testudine usos. quod & Celsus l. 7. ff. de supel. leg. tradit. Primus autem, ut Plin. lib. 13 ca. xj. auctor est, Caruilius Pollio testudines secare in laminas, lectosq; & repositoria his uestire instituit. Briss.

TETRARCHAE. Regna aliqua in partes quatuor diuisa erant: eorum quartæ parti qui præerant, Tetrarchæ dicebantur.

TETRVM, quod tum ad mentem, tum ad cæteros sensus pertinet, malum, fœdum & pollutum, & insuaue significat. l. j. C. de emend. seru. Spieg.

TITIVILITIVM uocabulū Festus nullius esse significationis scribit. Vt apud Græcos nullius est αὐτδαγβ & βλίτυρι: sed auctor non contemnendus Fulgentius, Textiuilitiū legisse uidetur, cum ita scribat, Textiuilitium dici uoluerunt fila putrida, quæ de telis cadunt. Hic ergo textiuilitium rem uilissimam interpretatur Turnebus. Tametsi autem uidetur Festo effutitium temere uocabulum ad utilitatis & contemptionis significationem, tamen origo ac natales, à quibus deducit Fulgentius magnam similitudinem præ se ferunt. Vt enim in extiuilitiū uilitium inest uilitatis sententia: sic antegressam uocabuli partem, sensus expertem de nihilo iactatam esse nō est credibile: titi autem cum sensus nullus sit, & sit texti, textiuilitium dictum putemus. Sed si Fulgentium sequamur, in mensione uersus una erat syllaba supprimenda dicendumque textiuilitium. Hęc annotauit Turnebus aduersar. libro decimo sexto, capite tertio.

TEXTRINVM, locus in quo texitur. l. qui textrinum. C. de murileg. lib. xj. Alber. Spiegel.

T H

THALAMVS oculi est cauitas ossibus constās: atq; ex eo tunicam appellant consolidatiuā & coniunctiuam. Venas secum deportat in oculū ex fronte & temporibus, per quas defluit sanguis, unde generatur Ophthalmia. Brechæus in l. inter stuprum. §. uerum est morbum. ff. de uerborum & rerum signification.

THALASSVS dicitur Hymenæus nuptiarum Deus, nuncupatus à stamine seu à Thalasio, cuius nomine Sabina exportata fuit in Pauperioris domum felicem euentum sortito coniugio. Autores Plutarchus, Liuius, cæteri. Hymen & hymenæum Greci dicunt, cum sit Hymen autore Donato ea pellicula, quæ primo coitu disrumpitur. Io. Bap. in comment. Epist. Sid. Apoll. ad Heronium, lib. 1.

THEATRA & Amphitheatra, tum opera illa omnium in urbibus maxima, quæ nō temporaria mora, uerumetiam æternitatis destinatione fieri solent, adeò sunt uniuersitatis, ac non singulorum: ut si qd uniuersitati debetur, singulis non debeatur: & contrà, quod debet uniuersitas, singuli non debeant. l. sicut. §. si quid. ff. quod cuiusq; uniuers. nomine. Vide Cantiunc. in §. uniuersitatis. Institut. de rer. diuis. Quære suprà, Spectacula. Spieg.

THEATRA dicuntur spectacula, uisoria: in §. uniuersitatis. Inst. de rer. diuis. Io. Bell. Etym.

THECA, uocitatur Chorytus pharetrę, eo quod sit conditorium sagittarum, Maro:

Corytiq; leues humeris & lethifer arcus.

Etiamsi Marcellus apud Vergilium Corycel legat,

censens

censens Chorycum esse leue missile in modũ sagittarum. Statius pro pharetra Thebaid. lib. 9. usurpauit: Cœlestibus implet Choryton telis. Papin. interpres hæc super chorito: Choriton theca arcus solus dicitur sicut pharetra sagittarum. Io. Bap. in cómen. Epist. Sidon Apoll. ad Agricol. lib. j.

THEMATIVM, forma diminutiua, propositionem, factum, casum, speciem. nam his omnibus, teste doctiss. Haloandro: utuntur ueteres consulti, huius uerbi loco. Inde Vlp. ad l. Aquil. dixit speciẽ proponere, id quod Caius referre casum. de condict. indebit. Neratius. Spiegelius.

THEMIS, Græcis, iuris æquiq́; dea credita est, quæ suaderet hominib id petere quod fas esset: eandemq́; esse ipsam, atq; fas existimabant. Vnde Themistes oracula, & consilia, consultaq́; & Leges sanctæ dicuntur. Bud. in annot. prior. Sp.

THENSAE sacra uehicula erant, auctorib. Seruio & Festo: Tranquillus in Cęsare: Ampliora etiam humano fastigio sibi decerni passus est, sedem aureã in curia, & pro tribunali, thensam & Ferculũ Circensi pompa, Bud. in prior. ad Pandect.

THEODORAM uxorem, Iustinia. ob insignem raramq́. eius prudentiam, ad consilia Reipublicę adhibuit. in Auth. Iusiurandum quod præst. arg. §. hæc autẽ in Auth. Vt iud. sine quoquo suffrag. fac. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscr. Verisimilẽ est quoque, huius affectui datam celeberrimam illam Cõst. Iustin. cui caput est, Maximum. C. de lib. præter. qua antiquo iure emendato, mulierib. succurrit. Quãuis hęc trib. mod. sæpissimè ad uetus ius relabi uidetur: pactis, statutis & priuilegijs. Vide Vigl. in §. sed hæc quidem Instit. de exhæred. lib. Sp.

THEOLOGVS hinc dicitur, quòd de Deo loquatur. itaq; Theologi non sunt, qui nihil crepant nisi philosophos & sophismata. Erasm. inquit, Theologus est uir pius, de diuinis loquẽdi peritus. &, Theologia est pietas, cum ratione de diuinis reb. loquendi coniuncta. Spieg.

THERIA, id est, animalia. Verùm nonnunquam ea uoce usi sunt ueteres, præterquam in bestijs, & uenenatis ijs, quæ ictu morsùue uenenum relinquunt, & in quo exiguo corpore maxima nocendi uis regnat. Spiegelius.

THERIACA. ex. Vlpiani. Theriacam quoque & cætera medicamenta, quæ secessus causa dominus ibi habuisset. l. quæsitum. ff. de fun. instr. Huius confectionem docet Plin. Quamuis ueram hodie nõ habent omnes officinæ, consensu omnium eruditorũ, ut pulchrè super ea re Leonicenus & Manardus. Interim tamen tam stupidus est mũdus, ut prorsus decipiat ubiq; Ex Onomastico Brunfelsiano. Sp. Est autem Theriaca antidotũ notissimum contra uenena: de cuius compositione duo extant Galeni opera, alterum ad Cæsarem, alterum ad Pamphilium. dicta theriaca à ther, quod est fera, hoc est, uipera. Plinius lib. 29. Fiunt, inquit, ex uipera pastilli, qui theriaci uocantur à Græcis. Hieronymus in Iouinianum lib. 2. Viperæ, inquit, carnes unde theriaca cõficitur, quantis rebus aptæ sunt, norunt medici. De fundo instruct. l. quæsitum &c. Nebr.

THERMA est uocabulum Græcum, quod neq; Latinum nomen, neq; significationem unica dictione recipere potest. θερμὸς calidum tantum significat. Nos uerò loca quæ calentibus aquis aut sine ipsis solo fornace calefacto, lauandi & sudandi usibus deputata sunt, eodem nomine, quo Græci thermas appellamus. Droiæus in method. iur.

THERMAE Achilleæ nuncupabantur Romę in l. omnis. de aquæduct. 12. C. ab Achille quem Thetis mater aqua stygia abluisse memoratur pręter talum, ut annotauit Forcat. in cupid. iurisper. c. x.

THESAVRVS est, ut inquit Paulus, uetus quędam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut iam dominum non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit, quod non alterius sit. l. nunquam nuda. ff. de acquir. rer. dom. Græci thesaurum dicunt pecuniam, quam quis in numerato & ad casus repẽtinos repositam habet. Vide Alciatum lib. 4. de uerborum signific. & Ferrar in §. thesaur. Instit. de rerum diuis. Spiegelius.

THESAVRARII uocabulum alicubi Plaut. usurpat adiectiuè: qui & Herculem thesaurarium festiuè uocat. Nunc in regum aulis pręcipuum locum obtinuit inter magistratus summi honoris, qualẽ in celeberrima Cæs. Ferdinandi curia illustriorem esse cit ultus clarissimi Baronis Viridis Collis & Strechæ D. Ioan. Hofman, uiri & iustitiæ laude, & integritate præstantis: &, quod rarum in ordine taliũ uirorum, amatoris atq; Mecœnatis eorum qui sunt dediti literarum tractationi. Pari amore atq; studio cõplectitur opt. literatissimosq; quosque inclyto loco natus apud Hispanos, heros ille incomparabilis Martianus à Guzman, pridem Friderici Nauseæ, iurisperiti & Theologi docti, & simul Orthodoxi pręconio copiose, sed uerè nobilitatus: adeò ut mutus ego uidear, quidquid uel immodicè addiderim ad tam pręiudicatam iam illustrẽ & amplam Guzmannicarum laudum prædicationem. Sp.

THESAVRORVM autem præpositos habebãt Imperatores Constantinopolitani & Comites. l. penultima, Cod. de murilegul. libro xj. l. ultima, C. ut dignit. or. ser. l. secunda, C. de palat. sacr. largit. lib. 12. Et Thesaurarios, custodiæ thesaurorum suorũ præpositos. l. prima, de cano largitio titul. libro x. C. Et Thesaurensẽs. l. secunda, C. de palatin. sacr. largit. lib. xij. C. Ammia. Marcellin. libro xxij. Hic idem Vrsulus datis literis ad eum, qui Gallicanos tuebatur thesauros, quidquid posceret Cæsar, proculdubio iusserat dari. Brisson.

THESAVRENSIS. Imp. in l. nullus thesaurensis, de palatin. sacrar. largitio. C. lib. xij. thesaurensem uocare uidetur officialem comitis sacrarũ largitionum, qui & comes thesaurorum dicitur, quem Græci uocant [illegible]. Cuiac. in d. l. nullus thesaurensis, C. de palat. sacrar. largit.

THESAVRVM inuenire. Imp. Leo rectè beneficium Dei appellat, l. unica, de thesaur. C. libro x. Triphoninus autem donum fortunæ in l. si is qui in aliena. ff. de adquir. rer. dom. refertur elegans Scæuolæ responsum tit. de rei uind. quod haud grauatè adscripsi. A' tutore, inquit, pupilli domum mercatus, ad eius refectionem fabrum induxit: is pecuniam inuenit. quæritur, ad quem pertineat? Respondi: Si non thesauri fuerunt, sed pecunia fortè perdita, uel per errorem ab eo ad quem pertinebat, non ablata: nihilominus eius eam esse, cuius fuerat. Sp. Adde Forca. in Necyom. dial. 57, num. 4. & seq.

THESIS, ait Alcia. est generalis & indeterminata assertio, quæstionis modum complectens, quales apud nos sunt regulæ Iuris. Hypothesis uerò determinata est, sicut apud nos casus uel species facti. Apud Dialecticos, ut inquit Aristot. Thesis est conclusio, præter communem sententiã proposita. Aristophani uerò in Nubibus, significat sportulam in depositum, unde iudicum honoraria pendantur. Sp.

THESMOPHYLACES, dicuntur legum & institutorum custodes. Bud. in annotation. prior. l. prima, de iust. & iur.

[illegible] uocatur Lex scripta. Vnde Thesmothetę dicuntur ij, qui leges positas emendabant. Connan. libro j. comment. cap. viij. in princ.

[illegible] in l. fin. (quæ Græca est) de ueter. iur. enucl. Latinè uisio. Prat.

THLASIAE, siue Thilbiæ, Latinè dicti sunt qui habent testiculos attritos, à [illegible] siue [illegible], quod est frango, & propter hoc uitium liberos gignere non possunt, sed uitio sublato possent. ideoque adoptare his permissum est & matrimonium contrahere, quia sanitatis spem habent: l. si seruis. § si spadoni. ff. de iure dot. Vlpian. de uerborum significat. l. spadonum. Thlibiæ, inquit, & thlasiæ, sed & si quod & aliud genus spadonum est. Item Paul. ad l. Cornel. de sicar. l. hi quoq; Hi, inquit, qui thlibias faciunt, ex constitutione D. Hadriani, in ea sunt causa, qua hi q castrant. Nebr. Vide Spadonum genera. Spieg.

THYMELICVS, interpretatur pugio, seu scenarum histrio. Vlpi. de his qui not. infam. l. athletas. Neq; thymelici, inquit, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. [illegible], pulpitum, scena, ara. Nebrissensis.

THYMELICI, in l. athletas. de his qui not. infa. legendum, non Temelici. quod nemo non nouit, teste Budæo. Albe. exponit cantantes in pulpitis cum instrumentis. Sed memineris, uirum illum (quod & in nuncupatoria epistola indicaui) cùm bonarum literarum, tum meliorum autorũ, omni præsidio fuisse destitutũ: quod ex iam dicta uoce, Tiberis & Thebis, ac infinitis alijs, simili modo enarratis, manifestè apparet. Referuntur autem inter scenicos thymelici, quorum nomine ueniunt citharœdi, citharistæ, psaltæ, lyristæ, tibicines. Vide hic Budæum, qui admonuit, eodem errore themelici, apud August. c. 7. lib. 6. de Ciuitate, circa finem legi. ubi Lud. Viues de thymelicis aliquanto fusius. Thymelicorum quoq; meminit Modest. in l. Septicia. de pollicit. quorum, ut & thymeles Græci meminerunt crebro: & ex Latinis Vitruu. lib. de Architectura v. Vide item Rhodigin. cap 8. lib. 8. Spiegelius.

THYMELICAE saltationes, apud Iustinia. Nouell. de consulib. §. ac primus quidem. Vide Tragœdi. Spiegelius.

THYMELICI, de quibus in l. 4. ff de his qui no. infam. l. x. ff. de pollicitatio. l. pen. de spectacul. in C. Theod. Suida interprete sunt [illegible]. Isidorus uerò lib. 18. cap. 47. thymelicos musicos scenicos interpretatur, qui organis & liris & citharis præcinebant. Indeq; dictos ait, quod olim in Orchestra stantes cantabant super pulpitum quod [illegible] uocabatur. Quæ interpretatio accõmodatior est ad Vlpiani uerba quàm illa Suidæ. Phrynichus quoq; [illegible], ait dictum [illegible]. Thymelicos certè à Scenicis disiunctos suasq; in Orchestra peregisse actiones Vitruu. lib. 5. c. 8. indicat. Hinc Thymelitæ in l. 31. de pistorib. in C. Th. l. 5. de Scenicis in eod. C. Thymelicis autem in d. l. 4. xystici adiunguntur, qui se in gymnasijs & xystis exercebant. Quorum Sueton. in Galb. ca. xv. meminit. Tertullia. in lib. de Spectacul. Etenim ipsi actores & administratores spectaculorum, quadrigarios, scenicos, xysticos, harenarios illos amentissimos. Vnde Xystarches apud eundem Tertull. in lib. ad Martyres. Suidas [illegible] interpretatur, & ita xystarcham apud Marcellinum legimus libro 22. In Pandectis tamen Florẽtinis Exustici appellãtur. Briss. De Thymelicis uide etiam Cuiac. ad l. 4. C. de spectaculis & scenicis, C. lib. xj.

THYNNI pisces prægrandes traduntur, ceruice & abdomine in precio apud antiquos, atque iugulo tantum recenti: cætera pars plena pulpamentis, sale asseruatur, quæ Melandria appellatur, cæsis assulis quernis similis. & ideo Lucilius in primo Satyrarum libr. Abdomina (inquit) thynna uenientib. priua dabo, cephaleamque carnem. hi pręnimia pinguedine dehiscunt. neque plus quàm biennio possunt uiuere. Causam tradit Aristoteles de Natu. animal. libro vj. ca. xvij. ubi etiam de eorum coitu, partu, & adolescentia. Carne tantum pascuntur, pariũt in Ponto, nec uspiam alibi. Aristotel. libro v. cap. 10. Gregales sunt, & amici inter se, ut in ix. tradit Aristotel. cap. 2. Agitantur asilo, exoriente cane: & omniũ maximè piscium, gaudent tepore. ab his Thynnoscopi dicti homines, qui ex superioris littoris parte thynnos speculari consueuerunt: Latinè thynnarij, uel thunnarij uocitantur, y in u, conuersa, ut moris est. prout etiam uertit Latinè Gręceq; doctiss. Theodorus Gaza, in libro Aristotel. 4. de Animal. cap. 10. Et sæpè (inquiens) thunnarij circumretiunt thunnos dormientes. & in alijs locis Aristotel. superius relatis. & pisces hos credimus esse, quos hodie materna lingua thunninam uocamus. De thynnis meminit etiam Strabo libro iij addens, thynnos plurimum glande gaudere, cuius cibo eximiè pinguescant. & secundũ ista debet castigari locus apud Vlpian in l. uenditor. in princ. ff. commu. prædio. apud quem mendosè tignara legitur. Cott. Adde Forcat. in penu iur. ciuil. cap xx.

T I

[illegible], trabeæ, ornamenta Consulum Nouel. 105. & apud Appianum, Artemidorum, Suidam & Moschopulum. Adde Cuia. ad l. j. C. publicæ lætitiæ uel consulum nunciatores &c. lib. 12.

TIBERIS, Albula prius, à colore, non à Tiberio Nerone, in eo, ut Alberic. ait, submerso. sed à Tiberi rege Albano, ibi præcipitato, cognominatus est. Ex Suetonio constat, crudelissimæ beluæ corpus publicè crematum: tametsi Tiberium in Tiberim, pars populi clamitarent. Spieg.

TIBI, & à te, nec ad rem, nec ad dignitatem, sed personam duntaxat referuntur: ut tradunt Interpretes Pont. iuris. c. mandata. extr. de præsumpt. & c. tibi. & c. si pro te. de rescrip. lib. 6. Spieg.

TIBIALE, uelamen tibiarum: quinetiam arma, quibus crura muniuntur, Tibialia uocantur. Paulus: Si tibiale, uel humerale miles alienauit, castigari uerberibus debet. Spiegelius.

TIBICINES, in ædificijs appellantur columellæ, quibus rustici tecta sua fulcire solent.

TIBVR, siue Tiburtum, urbs ad decimum sextũ lapidem ab urbe distans. Hanc uocem apud ueteres Iurisconss. scriptam per i Latinum, non per y. probat editio Haloandrina. Pierius in castigationibus in Poetam accedit. Seruius lib. 7. autor est, tres fratres uenisse ad Italiam: Catyllum, Coracem, Tiburtum. Hi simul omnes unam fecêre ciuitatem, & eam de fratris maioris nominè Tibur appellauêre, licet & alias fecerint singuli. Huc olim plebs Romana secessit. Et historia habet olim dirutum à Friderico Imp. eius nominis primo: de quo latius scripsi in quartũ librum Ligurini. Spiegelius.

TIBVRTIBVS municipibus meis amantissimis,

mis, quos scitis, balneum Iulianum iunctum domui meæ ita, ut publicè sumptu hæredum meorum & diligẽtia decem mensib. totius anni præbeatur gratis. Vide Scæuol. in l. patronus. §. codicillis. de leg. 3. Sp.

TIGILLVM quid sit, Vide Sub iugũ mitti &c.

TIGNA, solent trabes appellari, quibus summa domus contegitur. A tegendo sic dicta. Hinc fabri tignarij, murarij omnes. materiarij albarijq; significantur. Hinc & contignationes. Alcia. de uerborum signification.

TIGNARIVS faber, non solùm is qui dolat, sed etiam qui solaria lignea, hoc est, qui trabes, cæteraq; ad tabulata domus utilia, & omnis qui ædificat, intelligitur. l. ferri. de uerborum signific. Spiegel. Adde Cuiac. ad l. primã, in fin. Cod. de excusat. artif. lib. x. qui dicit, Græcos generali uocabulo τέκτονας uti.

TIGNVM. Tigni appellatione in lege XII. Tabul. omne genus materiæ, ex qua ædificia constant, secundum Caij, Vlpiani & Iustiniani opinionem, uenit l. tigni appellatione. ff. de uerb. & rer. sign. Vnde quidam aiunt tegulam quoq; & lapidem, & cæmenta, cæteraq;. si qua ædificijs sunt utilia (tigna enim à tegendo dicta sunt) hoc amplius, & calcem & arenã tignorum appellatione contineri. Sed & in uineis tigni appellatione omnia uineis necessaria continentur, ut puta, perticæ, pedamenta. l. j. ff. de tign. iniuncto. Anchoranus.

TIGNVM proprie est, cui tectum superponitur. Vitruuius libro 4. Trabes (inquit) suprà columnas & parastatas & antas ponuntur: in contignationib. tigna & axes &c. Nam contignatio habet trabes, tigna, asses, tegulas. Albertus de re ædificato. lib. 7. In trabibus sunt tigna, quorum resecta ad perpendiculum capita extrorsus apparent ex moduli dimidia. Tignorum latitudo ęquabit crassitudinẽ trabis &c. Hæc ille. Item Vitruuius lib. x. Supra capreolos tignum collocatum coniungebat capreolorum compactiones. Brechæus in l. tigni appellatione. ff. de uerb. & rer. sign. Et tignum quidem à tegendo dicitur, eaq; proprie ædificij pars est, quæ tegit: & tegit quidem non continuatione perpetua ædificij. ut in operis cæso lapide concameratis & tectis sed lignorum contignatione, & appositione, ut ferè sunt omnium ædium tecta. Tignum enim proprie ligneum fuit significauitque quamcunq; trabem tegendi causa impositam. Connan. libro iij. comment. capitulo vj numero viij.

TIGVLA, foramina, quibus fumus exit. Prat.

TILIA, arbor, cuius ex cortice interiore mẽbranulæ sumuntur: in quibus ueteres scribebant l. 52. ff. de leg. lib. 2. est lex librorum de leg. 3. Spieg.

TIMEO, inter ea numeratur uerba, quæ idẽ possunt, addita, uel non addita negatione. Vide Alciat. in l. duabus negatiuis. de uerb. sig. Spieg.

TIMIDI, qui semper, & præter modum timent. De his ex empto actionem admittit Prætor, teste Vlpiano in l. j. sub finem. de ædil. edict. Spieg.

TIMIDIORES sunt serui Authẽ. de non alien. §. nunc autem. uersic. Oeconomus.

TIMIDITAS, ex rebus, non ex uocabulis oritur, ut Cic. oppidò fertè dixit, libr. 4. de finib. Vlp. in §. apparet. l. cum uerò is. de fideicomm. liber. censuit obesse libertati non debere, quæ uel seruis petitur, uel in totum non petitur per ignauiam, uel timiditatem, &c. Spiegel.

TIMOR, ait Cicero, metus mali appropinquantis. Tuscul. 4. Metum autem accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem: sed maioris mali, & qui in hominem constantissimum cadat. l. 5. & 6. Quod metus caus. Vide Metus. Spieg.

TIMOR infamiæ, timor uexationis. l. nec timorem. ff. quod met. caus.

Τίφη Græcis commune est nomen uermis, coloris & frumenti. Cuiac. ad l. 94. ff. de uerb. oblig.

TIRONES sunt, qui nondum in numeros relati, lecti tamen ut militent, publicis expensis iter faciunt, & sub campi doctore exercentur. l. 42. ff. de testam. milit. l. ult. ff. de munerib. & honor. l. 4. in fin. ff. de re milit. l. ult. ff. de cust. reor. Hos notis compungi in brachijs solitos ostendit l. 3. ff. de fabricensib. libr. 11. C. Et Veget. lib. 1. c. 8. Tironum autem prẽstatio & præbitio olim in munerib. publicis fuit. l. 4. Cod. de proxim. sacr. scrin. lib. xj. l. 2. C. de priuileg. cor. qui in sac. pal. l. x. C. de palatin sacr. largit. lib. 12. l. 2. C de silentiar. eod. tit. Qui à prẽbitio. tiro. in C. Th. Marcel. lib. 21. Pariq; studio supplementa legionibus scripta sunt indictis per prouincias tirocinijs. Briss.

TITHASVS. Hoc nomine Græci mansuetũ appellant, quo idem Pompon. utitur in l. ita relictum, ff. de legat. 2. Cuiac. ad l. 67. ff. de hæred. Instit.

TITIONES & carbones differunt, quod Titio lignum sit aliqua sui parte exustum & extinctũ, uel torris extinctus. Torris enim dicitur lignũ aliquod teres igne ardens. Carbones siquidem ligno semiambusto, atque igni torrefacto conficiuntur. Brech. in l. Carbonum. ff. de uerb. & rer. sign.

TITIVS & Accius, uetera nomina quib. exempli causa uti mos erat. Varro in Testamento, Quòd si quis undecimo mense natus est, Accio idem quod Titio ius esto apud me. Per hoc uetus prouerbium Varro significat, sicuti uulgò dici solitum erat, de rebus inter se nihil distantibus, Idem Accij quod Titij: ita pari eodemq; iure esse in x. mensibus natos, & in xj. Hæc Gell. lib. 3. cap. 16. Hot.

TITVBARE, non est, ut imperitum Latinitatis sit uulgus, defectuose loqui, uel inscienter, sed uacillare, hoc est, ægrè pedibus insistere. Hinc non nisi translatè testis titubare dicitur, cuius dictum uel ægrè discernitur, uel ut inconstans ac uarium explõditur. Sic Iustinian. uocat titubantem mentem. l. fin. C. de cond. indeb. quæ hæret, in ancipitiq; est, atque dubia. Spieg.

TITVLVS à tuendo, hoc est, indicando dicitur: quia tuetur & indicat id, cui superscribitur, ne incidat ambiguitas. Et quia solebant olim titulos rubris literis scribere, inde appellantur iam tunc Rubricæ. Vlp. in l. 1. si cert. petat. Quoniam igitur, inquit, multa ad contractus uarios pertinentia iura, sub hoc titulo Prætor inseruit, ideo rerum creditarum titulũ præmisit. & Paul. ad fin. l. secundę, de interdict. Aliqua enim sub hoc titulo interdicta sunt. Vel quòd factum autoris tueatur, indicans ueritatem cuiuslibet rei: ut si quis alterius forte generis quicqu i esse contendat, recurratur ad titulum. ut ecce si quis dubitet, iustè possideam: ego illi causam allegẽ meæ possessionis. puta, quòd emerim, uel dono acceperim, tunc causa huiusmodi, seu formula iure probata, est mihi titulus, tueturq; rem meam. Non autem poterant, tradente Oldendorpio, significãtius nobis insinuari causæ, ex quibus unicuique liceret apprehendere, occupare, possidere rem, quàm ut dicerentur tituli possessionum: quasi tuentes, iustificantesque possessionem. Porrò tituli uocabulo Impp. in l. cogi. Cod. de petit. hæredit. bifariam utuntur. Primò etenim pro uero titulo, quales sunt: Pro emptore, Pro donato, Pro legato, Pro derelicto, & similes. De

inde uerò, pro quadam modificatione, iuxta Azonis interpretationem: qualem etiam habet prædo & raptor l pro hærede. in fin. eod. tit. Bart. sentit, & quidem rectè, titulum re ipsa nihil aliud esse, quàm causam contractus, & (ut alij dicunt) initium possidendi. in l. per diuersos. C. mandat. Spiegel. Tranquillus in Domitiano, titulum pro causa animaduersionis & supplicij de nocente sumpti usurpat: ut mirum uideri non debeat, quod Matthæus in Euangelio dixit αἰτίαν, id Latina uoce ab alijs τίτλον uocatum esse. Sic enim & Plutarchus & alij, pro Catulo κάτλον pro Bibulo βίβλον, pro Lentulo λέντλον dixêre. Hinc factũ etiam ut nostri in tractatu possessionum, quod ueteres causam dixerunt ipsi titulũ uocent. Quem Theophilus non ineleganter lib. Institut. 4. describit. Qua quidem significatione, & Domitius Vlpianus l prima, ff. pro dote. Titulus est (inquit) usucapionis, & quidem iustissimus qui appellatur pro dote. Et Marcellus in Epist. ad Sulpitium. Si color uel titulus ut sic dixerim, donationi quæsitus est, nihil ualebit traditio l. Sulpitius, de donat. inter uirum. Curtius lib. 2. εἰκότων cap. 42. tomo 1.

TITVLVS, quod alicui rei, ut libro, operi, uel statuæ, superscribitur, ad eius cognitionem. Vnde in statuis, siue picturis Titulum dicimus, literas, quę uel artificis, uel eius cuius statuæ, siue imago est, nomen demonstrat: uel tempus quo factum est opus, declarat. Habet & alias titulus significationes, quas Glossæ indicant, in l. non ambiguum. C. famil. herc. & in Nouell. de mandat. princip. §. titulos. Nec ignorandum, titulos magistratuum quoq; dici, per quos eorum gradus, dignitates & imperia designantur: ij uarijs modis per seculorum uicissitudines immutati sunt, iam citata Nouell. §. titulos. Sic titulus Iustiniani Imperatoris præcipuè quodam encomio describitur, Instit. &c. in prin. Spieg.

TITVLVS, pro Causa. iuxta quod uulgò loquimur, Corruptus titulus, pro non titulo habetur. Itē, Titulus malus non releuat: ut in fure, prædone, raptore, tyranno, & similibus, ubi nulla causa saltem iusta adduci potest per text. ualde elegantem in l. qui interrogatus, cum l. seq. ff. de petit. hæredit. Bartol. in l. si ager. de rei uend. facit differentiam inter titulum uniuersalem, & titulum singularem. Sed rectius indicante Apello, distinxisset inter contractum & modum acquirẽdi dominij. Vide causam apud eundem, cap. 5. Dn. Oldendorp. hanc culpam condonat non abs re Bartolo. Vide eũ in Introductorio class. 3. Spiegelius. Vide Ræuardum de auctoritate prudentum cap. 7. Ambrosium in sermone xc. Asconiũ in oratione Ciceronis pro Milone: Manumiserat eos, inquit, quòd caput suum ulti essent, &c.

TITVLVS falsus. Quemadmodum per rerum naturam, ubi post titulum nihil sequitur materię uel operis, aut ubi materia seu opus non respondet titulo, ibi uanus & falsus dicitur titulus: ita qui uerbis duntaxat possidendi causam & prætextum allegat. quem reuera non habet, is nihil facit aliud, quam quod fumos uendit, & titulum mentitur suæ possessionis. Spiegel.

TITVLI etiam fiscales & largitionales. l. 5. de susceptorib. lib. x. C. rub. de cano. largit. tit. Symmach. lib. 2. Epist. Et quãtum in titulis fiscalibus exigendis tua cura promouerit. Briss.

TITVLVS hæreditarius. l. prima, Codic. si quis ig. rem minor. fin. decret. compar. & titulus honorarius, ibidem Alberic.

TITVLVS lucratiuus est, cum res ad aliquem peruenit sine onere, sine grauamine dandi, ex mera liberalitate. Hos titulos, uel causas lucratiuas, elegãter recenset Imp. in l. unic. C. de impon. luc. descrip. lib. x. Vide §. Lucratiuæ causæ. Titulus autem onerosus est, quando res ad aliquem peruenit, cum onere aliquid dandi, aut faciẽdi: cum is qui rem recipit, oneratus & grauatus est aliquid uicissim dare, ut facere: sicut est in omni contractu. Spieg.

TITVLOS magistratuum dicimus, per quos eorum gradus, dignitates & imperia designantur, ein Wirdigkeyt. Hi autem mirum dictu est, quàm uarijs modis per seculorum uicissitudines immutati sint. Nouell. de mandat. princ. §. titulos. Constit. xvij. Sic titulus Iustiniani Imperatoris describitur, Institu. & C. in princ. Item tituli Ecclesiarum & beneficiorum dici solent. Quomodo etiam accipiendi sunt C. ut nemo priuat. tit. præd. suis, uel alijs impo. Hac ratione dici cœperunt tituli, pro causis seu formulis iustificandæ possessionis, hoc est, quibus defenderetur uniuscuiusque possessio ab impugnatione alterius, Anzeygung eyner rechtmässigen ankunfft. Vt ecce, si quis dubitet, utrum iustè possideam: ego illi causam allegem meæ possessionis: puta, quòd emerim, uel dono acceperim, tunc causa huiusmodi seu formula iure probata est mihi titulus, tueturq; rem meam. Oldendorpius.

TITVLI nominati, ad instar contractuũ: quia tituli ex contractibus proficiscuntur, tractãtur hi lib. Pandect. 41. Innominati tituli, sunt ex iure naturali, apud omnes gentes æquè recepti, absq; certa & solenni formula, quales declarat Old.

TITVLVS pro suo. Vide §. Pro suo. Titulus ludi est, lucratiuus. Quære, Turpe lucrum.

TITVLVS uerus dicitur, qui nobis significat uerè competere causam. Putatiuus autem titulus, quẽ putamus nos habere iusto quodam errore alieni facti, cum reuera non habeamus possidendi causam. Quare rectè monuit Oldendorp. titulos putatiuos potius dicendos titulos bonę fidei, iuxta phrasim Iurisconsultorum. Hi enim uocant bonam fidem, quicquid illæsa conscientia credimus esse, cum nõ sit, scilicet tolerando errore lapsi. Sic bonæ fidei emptor dicitur is, qui à non domino emit. Vide & Bonæ fidei possessor. Spiegel.

TITVLOTENVS, quod nudo uerbo nititur, quod probari non potest. Vlpia. Ne tamen titulotenus tutores ære alieno allegato, pecunia abutantur. in §. illud quæri potest. l. magis puto. de reb. eor. qui sub tut. Idem est, si quis titulum quidem facti allegare possit, sed iure inualidum. ut quia emerit à furioso sciẽs: uel quia maritus uxori, aut uxor marito donauerit. Is enim titulotenus pro possessore possidet. Quoniam reprobatus, uel inualidus titulus, habetur pro non titulo. Spieg.

T O

TOGA dicta est à tegendo, inquit Pompo. l. 180. ff. de uerb. sig. Eius formã ac figuram Quintil. lib. xj. ca. 3. his designat uerbis: Veteribus nulli sinus: perquã breues post illos fuerũt. Ipsam togam rotundã esse & aptè cęsam uelim. aliter enim multis modis fiet enormis. pars eius prior medijs crurib. optimè terminetur, posterior eadẽ portione altius quã cinctura: sinus decentissimus, si aliquanto supra imam togam fuerit. nunquã certè sit inferior. hæc ille: quæ à Baysio prætermissa fuisse miror. Toga aũt ciuiũ Romanorũ fuit propria. Itaq; & ubiq; ea gestare iubebãtur, neq; peregrinis ea uti licebat. unde illud Plin. lib. epist. 3. Idẽ cũ Græco pallio amictus intrasset (carent enim

togæ

togæ iure quibus igni & aqua interdictum est) post quam se composuit: Latinè, inquit, declamaturus sum. Tranquil. in Claud. Peregrinitatis reum orta inter aduocatos leni contentione, togatúmne an palliatum dicere caussam oporteret, quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitum prout accusaretur, defendereturúe iussit. Hot. Proinde etiā ius datum togæ Carthaginensibus apparet tum à Statilio Tauro deducta Colonia est muro cincta, Aelio Saturnino uel augure uel pontifice eam Coloniam inaugurante & solemne carmen effante: non enim ius erat cuiuis eius togæ usurpandæ. proinde scribit, cum concordia iuuat, toga oblata est, cum dixisset Carthaginenses tunicam cinctu arbitrāte suspendisse, & palliū tabulata congregatione fulcisse: subijcit, si quid uel dignitas uel temporalitas uestit, ubi libenter uertit, scriberem, quod haud paulò ad sententiam esset accommodatius. Togam tradit à Pelasgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos uenisse. Græci quendam Tebennum Archadem togæ Romanæ inuentorem prædicāt, qui primus id genus uestis gesserit, & sinum Ionicum naui ingressus in Italiam uenerit, & uestimētum propagarit, unde & togam [illegible] appellatam fuisse scribunt de inuentoris nomine. Hæc Turnebus aduersariorum lib. 7. cap. 20.

TOGARVM uaria antiquis Romanis erant genera: ut, Toga prætexta, qua utebantur pueri usque ad annum decimumoctauum. Dicta, quod uesti purpura intexebatur. Postea sumebant togam uirilem: quæ & Libera dicebatur. Vlp. de Aur. & arg. leg. l. uestis. Puerilia autem sunt ueluti togæ prætextæ, alicuiæ, chlamydes, & pallia: quæ filijs nostris comparamus. sic legit Nebriss. Expungendæ sunt autē dictiones, Alicuiæ, & Pallia: substituendæq;, Alicubi & Alia. Sic enim habet Nontext. Assipulatur Baysius. Item, toga uirilis, toga picta, toga regia, quæ erat auro & purpura intexta, qua reges utebātur. quæ à Liuio inter insignia triumphātis numeratur. Toga pura, quā tyrunculi forenses assumebant tyrocinij die. Toga cādida, quam petitores magistratuum induebant: unde candidati dicebantur. Sp. Neq; uerò in professione satis erat togam candidam induere, sed etiam solenni ad populum nominatione, quæ in cōcione ab aliquo magistratu data, fieret. Nam si præsens Q. Fuluius Flaccus professus est, se petere præt. non absq; toga candida, quia prætextam ferre eum ædilem oportebat, relinquitur profiteri aliud fuisse, quam toga candida petere magist. De qua Grucch. C. de Comitijs Rom. lib. j. Candida ergo toga petitionis signum erat, ut à populo dignoscerentur, qui ambirent magistratus. Quamdiu enim retinebatur toga candida, tamdiu perstare in petitione: ea deposita, & petendi uolūtatem deposuisse candidati censebantur.

TOGA VITREA ideò sic appellata, quod ritu uitri translucerent. Varro modio, Istorum uitreæ togæ ostentant tunicæ clauos. Turneb. lib. 24. cap. 19.

TOGATI in Impp. Constitutionibus pro aduocatis & patronis ponuntur l. 11 §. procul dubio. C. de iudic. l. ult. C. de sportul. Et in tit. de aduocatis diuers. iudic. passim. Bris. Adde Cuia. ad l. 5. C. de metat. & epidem. lib. 12.

TOLERARE, pro sustentare, nouè dixit Alph. l. censoria. de Verb. sig. Sic & Tacitus, tolerare uitā. Alciat. ibidem admonet, & latius ostendit Bud. in Annot. posterior. ad d. l. Sp.

TOLERABILE tributum, pro moderato, nec difficili.

TOLERABILIA esse, quæ uetus consuetudo comprobat, rescripserunt Impp. Verus & Antoninus. autor Papyrius, in leg. Imperatores. de Pollicit. Spiegelius.

TOLLENO quid sit, Glareanus anteà, exposuit. Est uerò [illegible], ut ait Turneb. lib. 6. aduersar. cap. 18. quod sursum deorsum hinc inde tollitur, more Oscilli, & alternis hinc & inde suspicit & despicit. Vide etiam Petrum Crinitum de honesta disciplina lib. 19. cap. 2.

TOLLERE iudicium, tollere, disturbare, rescindere iudicium, aut rem iudicatam in eadem re dicimus, pro eo quod uulgò dicunt, quassare, & annihilare sententiam iudicis. Ex Syluio. Sp.

TOLLERE, uerbi usus & elegans, & uarius est apud Iurisconsultos: præsertim Vlpianum qui fuit Romani sermonis obseruantissimus. Vt ius uicino non esse, altius ædes tollere. Et interdum dici potest eum quoq;, qui tollit ædificium, uel deprimit, luminibus officere hoc est, demoliri, diruere, eleuare, sursum erigere l. si arborem. § per contrarium de Seruitut. urban. præd. Sp.

TOLLISSE, pro sustulisse, apud Vlp. in l. 13. § 4. ff. de acceptil. Hot.

TOMENTVM Circense hoc uocabatur, quod fortasse initio circensibus spectaculis sibi substernere solerent. Strabo de hoc tomento sic scribit, [illegible]. Schard. ex Turnebo lib. 9. cap. 14.

TOMENTVM Circense, uocatur triuiale commune pauperibus: & est, quicquid puluillo infarcitur, siue illud sit de lana, pluma, stramento, caricibus uel iuncis. A' [illegible] incisione: concidebātur enim quæ puluillis infarciebantur. Vlpianus de Leg. 3. l. si uni lana. Lanæ, inquit, appellatione, tomentum nō continebitur. Nebris.

TONSOR radebat. Vide Vlpian. in princip. l. Item Mela scribit. ff. ad leg. Aquil.

[illegible] apud Græcos quidé proprio nomine uocatur id, quod ab arcu mittitur, apud nos autē communi nomine & telum appellatur l. si caluitur, ff. de uerbor. sign.

TOPIARII, artifices fruticum & herbarum in uarias figuras conformandarum. [illegible], meo iudicio: id est à funiculis: potius quam [illegible], ut quibusdam placet. Alfen. l. 60. §. 3. De legat. & fid. lib. 30. Prædijs legatis, neq; topiarium, neq; saltuarium legatum uideri ait. topiarium enim ornādi fundi paratum esse. Item Vlp. l. 8. in fi. & Marcia. l. 17. §. 2. ff. de inst. uel inst. Adde Forcat. in suo Cupidine Iurisperito cap. 5. numer. 8. & Turneb. aduersar. lib. 16. cap. 23. & lib. 24. cap. 11.

TOPIARII serui in l. 60. §. ulti. de legat. lib. iij. l. 12. §. idem respondit & leg. 17. in fi. ff. de instr. uel instrum. Et apud Plin. lib. iij. Epistol. ad Caluis. Sunt qui edera gestationes conuestiunt, formas ex plantis, fruticibus, arboribus, faciūt, uariasq; ex his subtiliter cōpositis & plicatis figuras exprimunt & reddunt. Vnde quidam Typiarios eos efferendos contendunt à typis, id est, formis ac figuris, quas exprimunt. Hos eleganter hoc uerborum ambitu Iulius Firmicus libro octauo, Mathesius capite decimo, designat: Vel qui, ait, buxeas arbores tondēs in belluas fingat, aut uirides porticus in circulum flexis uitibus faciat. Bris.

[illegible] in Nouell. qui mittitur à præfectis Prætorio uicarij, Gallis Lieu-tenens. loci seruatores: loci iudices l. 2. Cod. de exhib. reis. Adde Cuia. obseruat. lib. 3.

lib.3.cap.14. qui addit quod à Paulo. monacho loci seruatores appellentur lib.6.hist. Longobard.

Τοποτηρηταὶ tamen non sunt confundendi cum his, quibus præsides iurisdictionem suam mandant. Nã hi plerunq; sequuntur præsides ipsos, ut legati procõsules: τοποτηρηταὶ in singulis municipijs absentium uicem sustinent. Quibus mandatur iurisdictio, eos non sequuntur illa, quæ præsidibus lege data sunt, l.j.ff.de offic.eius cui mand.est iurisd. Vicarij siue τοποτηρηταὶ constituuntur, ut & ea, quæ lege præsidibus specialiter data sunt, exequantur, l.2.C.de offic.eius qui uic.al.iud.obt.excepto iure gladij No.128. Cuia. in exposit.No.Iusti.8.de præsidibus.

Τοποτηρητὴς Sudæ [illegible]. Prat.

TORALIVM duo fuisse genera, Paulus significat in l.5.ff.de suppell.leg.unum quod straguli nomine contineretur, alterũ quod non cõtineretur. Hoc autem Plagam appellatum Nonius testatur: grande scilicet linteum tegmen.ob eam, ut conijcio, causam ita dictum, quòd plagis, id est foraminibus peruium ac pellucidum esset. ut si uera coniectura sit, planus nunc eiusdem Pauli locus sit in l.5.eod.tit.ubi scribit culcitras, toralia imperia, &c.suppellectili legata cõtineri: nimirũ si addita literula legamus Toralia Imperuia: ut ea significentur, quæ uerè stragula sunt, id est densa & non rara. Varro tamen lib. De ling.4.& apud Fest.De uita pop.Ro.1. [illegible] utrunque straguli nomine comprehendit.Hot. Horat.1.epist. Ne turpe toral, ne sordida mappa. Florétinus de suppell.leg.l.de tapetis.& eod.tit.l.Suppellectili.Neb.

TORCVLAR, quod & torculũ, tam olearium, quàm uinariũ apud antiquos legitur. quod & Bud. admonuit.Spieg.

TORCVLARIA, sunt machinæ premẽdis uuis aptæ. Præla enim dicuntur trabes in torculari, quibus uua calcata premitur. Vlp. in l fundi.de Action. empt. cẽsuit torcularia instrumẽti magis esse, quàm ædificij, etiam si ædificio cohærent. Sic Haloander habet, & sensus ipse requirit, ut sine negatione legatur.Sp. Adde Forcat.in Penu iuris ciuilis cap.7.

TORCVLARIVS, a, um, qd' ad torcular ptinet.

TOREVMATA dicũtur Opera argentea, lineatione opificioq; circumcasili & undiq; secus munditiæ ambiente polita, cælata, sculpta, baccata, pro uasis utiq; preciosis Epigrammatico Poeta accipitur hæc dictio, & impressis & anaglyphis. In hanc penè significationẽ toreuma Lucius accipit in primo Floridorum, deflexum à τορεύω uerbo græco quod significat Sculpo & elaboro, inde τορεία Helanicos sculpturam dicimus.Præbê puer calices, tepidiq; toreumata Nili, cecinit epigrammatographus Poeta. Ioã. Bap. in comment. Epist. Sidon. Apollina. ad Agricolam lib.1.

TORMENTVM, & cruciatum qui infligitur alicui ad pernoscendam ueritatẽ, significat: & pro his etiam ponitur, qui cruciatum inferunt, ut apud Ciceronem pro Cluentio. Est quoq; generale uocabulum omnium machinarũ, saxa, tela, & id genus alia torquentium, atq; immittentium. Vulgò Bombardæ, & Canones appellantur. De priori significantiâ uide l.diuus Pius. ff. de Quæstion. & Bart.in l.j. eodem tit. pulchrè differentem quibus modis, & contra quos tormẽta sint adhibẽda. Quintilianus quoq; in lib.x. scribit, qua ratione tractari debeant tormenta & quæstiones. Sunt autem probationes inartificiales. Spieg.

TORNEAMENTVM. Torneamenta uulgò dicuntur quædam nundinæ, uel feriæ, in quibus milites ex condicto cõuenire solent, & ad ostensionem uirium suarum, & audaciæ temere congredi & aggredi c.1.ext.de torneament. Et hæc prohibẽtur fieri, quòd hinc periculum animarum, morsq; hominũ proueniat.ut ibid.notatur. Sed quòd mortuo in eis ecclesiastica denegetur sepultura, rationem nullam adfert capitulum de torneamentis. neq; ullam esse idoneam existimo, cum hoc crudelitatem potiùs, quàm humanitatem sapiat.Anch.

TORQVATI milites, quibus torques uirtutis præmiũ fuit.c.ius militare.in prin. Decret. Torquatos puto rectè appellaueris, qui ab Imperatoribus uirtute meruerunt ius militare. Germani tales Ritter/ Itali Equites auratos appellãt: fortè, quòd olim equites splendidi epitheto insigniuit Hirtius, nimirum ab auri fulgore & uirtutibus: Cecidêre, inquit, eo prælio splendidi ac illustres uiri, nonnulli Equites Romani. Quẽ secutus in historijs Tacitus, illustres Equites pariter appellauit, teste Catanæo. Cæterùm, torques, colli induuias & ornamẽta, tam masculino quàm fœminino, idoneos quosdã, & præ cæteris illustres Latinæ linguæ autores protulisse, lib.x.Valturius ostendit.

TORQVATI etiã hodie uocari possunt Proceres siue Equites aurei uelleris, qui uulgò, Die Herren von der Fluet dicuntur: quos Burgundionum Princeps natu maximus, ut nuper Imp. noster insigni suo, quod est Aureum uellus, illustrauit. Sp.

TORQVERE, tormentum inferre, causa inuestigandi ueri. Donatus: Torquemus hominẽm, extorquemus ueritatem. Interpretes Torturam uocant: ab eaq; docent non esse incipiendum. Bart. in l.j de Quæst. Sp.

TORQVERE ius, per translationem pro auertere, aut peruertere. Cicero pro Cæcinna: Iuris retinere sententiam, & æquitatem, plurimum ualere oportere, an uerbo, ac litera ius omne torquere, uos statuite iudices, utri æquiores esse uideantur. Sp.

TORRENS, fluuius qui non de fonte, neque de uiua aqua, sed à pluuijs, uel de montib. in ualles descendit: æstate autem siccatur, aquis uerò hyemalibus inundatur & currit. Vide l.j.& ij. de Flum.& l.in summa.§.pen.de Aqu.pluu.arc.Sp.

TORRERE, iam usurpatur pro igne urere. Proculus (si uulgati codices carent menda, in l.quidam Iberius, de seruit. urban.præd.) De tubulis, inquit, eo amplius hoc iuris est: quia per eos flamma torretur paries, aliàs inflammaretur, ut apud Haloandrũ Spiegelius.

TORTOR, ex usu dicitur is, qui torquet in equuleo, magis quàm qui extremo supplicio afficit, ut tradit Sylu. Hinc tortura, supplicium. Sp.

TORTVRA potest quandoq; fieri in domo, nô in iudicio, quando tabulæ testamenti patris eorum filiorum, qui à familia interfectus dicebatur, priusquàm quæstio de seruis haberetur, apertæ & recitatæ sunt. ut in l. Si ea quæstio. C.de his, qui. ut indig. & ibi not.doct circa glo.ij. Oldend.

TOTA decem. Iulianus leg.si tibi.ff.de Vsufruct. ear.rer. quæ usu consum. Fient quidem, ait, tria tota decem, sed mihi quinque numerari debebunt. Spiegelius.

TOTA statua uno spiritu continetur. Paul. in fin.§.item quæcunque l.in rem actio.ff.de Rei uend. Spiegelius.

TOTA uita, totum uitæ tempus.

TOTVM, figuratè, pro singulis suis partib. ponitur. ut, Quo anno: pro, qua anni parte. Quo tẽpore, id est

id est pro quacunq; temporis parte. Sic & Eodē die dicimus, pro eius diei quacunq; parte l. quæ de tota. ff. de Rei uend. Spieg. Adde Forcat. in suo Cupid. Iurisperito nu. 6. cap. 9.

TOTVM fundum nostrum rectè dicimus, cum esse etiam, cuius ususfructus alienus est: quia usus-fructus non dominij pars, sed seruitutis sit: ut uia, & iter: nec falso dictum est, meum esse hoc: & Iulianus ait: & est uerius quod Quintus Mutius ait, partis appellatione rem pro indiuiso significari, ait Paulus de uerb. sig. Maffeus.

TOTVM integrale, nihil aliud est, quàm integrū quoddam, ex pluribus inter sese cohęrentibus constans: quod quidem artificiale dicitur: ut ædificium, nauis, fundus, prædium l. rerum mixtura. ff. de Vsucapion. Hoc alienari prohibito, & pars alienari prohibita uidetur l. dotale. §. prędij. ff. de Fund. dot. Vbi Vlpian. ait: Proinde siue totū prædium in dotem [illegible] datum, siue pars prædij, alienari non poterit, & hoc iure utimur. Differt autem ab altero corporum genere, quod in dict. l. rerum mixt. Pomponius Naturale nuncupauit, quod scilicet uno spiritu continetur: ut homo, lapis, lignum. Vide Plutarchum in de Præcept. coniugalib. Claud. in Topic. Legal. & suprà, Corpora. Spieg.

TOTVM in modo, à Logicis ideo nominatur, quia determinatio adiecta dictioni, limitat eam, & facit uelut partem. Vnde dictio simpliciter sumpta, si referatur ad eandem dictionem cum determinatione, tunc quæ simplex est, dicitur Totū in modo: quæ determinationē habet, pars in modo. Homo enim, si referas ad hominem album, totum est, & totū in modo. quando quidem ista determinatio (albus) quia adijcitur eidem dictioni, partē facit: reiecta à dictione, relinquit totum. Atq; adeò similes determinationes, eandem dictionem, & eius significatum à seipso diuersificant: ut, ubi nō adijcitur, totum sit: ubi adijcitur, pars. Vnde dicitur, Totum in modo, & pars in modo: quia modus utramq; facit paginā. Nisi enim modum adijcias, dictio quæ in toto est, pars non efficietur. Est autem, Cantiunc. teste, non infrequens apud Iurisconsultos argumentationis genus, de toto in modo: tametsi in uulgatis Doct. Commētarijs de hac re nihil explicatum reperias. Vide eum sub finem, ubi hunc locum, à toto, tractat. Sp.

TOTVM numerale, quod constat numeris. sicut sunt summæ in quantitate discreta: qua quærimus, quot res sint. Sp.

TOTVM numeri dicitur, & partes eius dicimus, quotas, uel latinius, partes uniuersi. Vt si decem consideres, partes totius, scilicet decem, sunt prima, secunda tertia. Totum generis, quod in suas species diuiditur, ut animal in hominem & brutum apud Dialecticos. Brechæus in l. Rectè dicimus. ff. de uerb. & rer. sign.

TOTVM & omne sic differunt: quòd totum dicimus unius corporis plenitudinē: omne, de uniuersis.

TOTVM perfectum dicitur id, quod omnibus partibus suis cohæret l. j. ff. de Orig. iur. Sp.

TOXICVM. Lege, Telum.

T R

TRABEAM & Consulum fuisse, constat non solum ex Ausonio & Ammiano: quos celebratissimi nominis uir Baysius citat in lib. 1. cap. 11. de Re uestiar. uerumetiam ex l. j. C. de Consul. lib. xij. necnon ex fine Constit. quæ extat in Nouel. eod. tit. Spieg. Adde Cuia. d. l. 1. de consulib. C. lib. 12.

TRABEARVM autem tria sunt genera, ut scribit Suetonius, Vnum quod dijs sacratur, & est totū purpureum: alterum quod est regum, quod etiam purpureum est, sed albo infectum: tertium est augurale, purpura & cocco mixtis infectum.

TRABES propriè, Festus ait, sunt duo tigna ædificij gratia simul compacta. Nam cū simplicia sunt, non trabes, sed tigna dicuntur. Paul. l. quod si neq;. de Peric. & comm. rei uend. Videri autem trabes [illegible] bitas, quas emptor signasset. Sp.

TRACTA uocantur à trahēdo & tractādo. Tractam dicit fœminino genere Plinius decimo, ad speciem tractæ subigunt uuæ passæ succo, ex eo placentam uulgo tartam traiecta litera tanquā tractam appellamus. Tracta lanæ etiam inuenitur. Igitur in Catone scribendum est farinæ siligineæ l. 11. Vnde solū facias in tracta farinæ l. 4. Eodem modo aliquot interpunctionibus postea eodem capite sic delinquitur, ubi arebunt, inquit, componito, pariter sic enim lego, id est facies ut ante feceras cum in qualo poneres. tum in singula tracta, id est singula tracta tractabis, & depses & finges ut oportet. Itaq; mox sequitur, ubi depsueris, sequitur ubi tracta erūt, id est ubi erunt ficta, ut oportet: focum calfacito & testum, id est clibanum. Mox præcipit ut è libris duabus farinæ fiat solum tenue: subscribit ibi balteum ponito. Balteum autē uocat id quo cingitur placenta & ambitur: est autem solum uel soli pars. Nam cum fingitur placenta positis tractis ita, ut in summo singula sint solum quod in imo latum erat, replicatū in metam sursum uersus colligitur, unde scribit postea, solum contrahito: totaq; tracta cingit, & tractarū condimenta complectitur. Hæc annotauit Turneb. aduersar. lib. 23 cap 9.

TRACTARE pecuniam, pro administrare etiā usurpatur Cicero in Verr. j. Eras tu Quæstor, pecuniam publicam tractabas. S. Hierony. periculosam innuit Quæstoriam functionē: existimās, circa rem piceam assiduò uersantem, ab ea uix non posse non coinquinari. Proinde magna laude uehēdi sunt, qui priuati commodi obliti, publicam pecuniam, bona fide procurant. Cuius nomen egregiè sustinet nunc Hieronymus Smeltius Quæstor ærarius, hoc est magister Censuum imperialis Præfecturę Decapoleos Elsatiæ, in qua Selatum, charissima mihi patria: nimirum quod ad pręclaras alias ornatissimi huius uiri dotes, accesserit exacta bonarum literarum cognitio, quæ non potest non auocare animos à turpitudine. Simili laude fraudandus non est Christophorus Keuenhuller ab Aichelberg, Eq. clariss. Cæs. Ferdinando à consilijs, natus ad maxima, & futurū, modò uiuat, Regiæ aulæ lumen. Ipse, quod mirari licet, uixdum ab eo bonis literis à limine salutatis, doctis & studiosis omnibus impensè fauet, & ipsa bonarū artium cognitione, toto, quod aiunt, pectore, felici indole filios tradidit locupletandos. Neq; non rectè existimans, hoc possessionum genere eos longé uerius & splendidius exornandos, quàm maiorum nitì tantum stemmatis, aut congerēdis facultatib. Sp.

TRACTATOR. Tractatores in tit. de tractatorijs & statiuis lib. 12. C. dicuntur, qui facultatem habent tractandi siue adducendi equos in publico cursu. Vnde est tractatoria facultas, quam Venuleius iurisconsultus in l. continuus de uerb. obligat. uidetur appellare diploma: Non debet (inquit) diplomate diebus & noctibus continuare iter, omni tempestate contempta. Etiam Plinius in epistol. ult. ad Traianum diploma uocat. Diplomata autē sunt, quas literas patentes nūc appellamus, cuiusmodi sunt edicta & man-

& mandata principum regio ſigno ſignata: & quas bullas pontificias uocant. Cicero in epiſtol. Diploma ſtatim nõ eſt datum. de literis Cæſaris loquitur, quibus Balbus reſtituebatur. Verbum eſt Græcum, quippiam duplicato compoſitũ ſignificans, aut complicatum, ut linteũ, quod πτύγμα dicitur. Macrobius, Conſulunt hunc deum, & abſentes miſsis diplomatibus conſignatis, reſcribitq; ordine ad ea, quæ conſultatione abdita continentur. Diplomata appellat chartulas cõplicatas, & lino traiectas obſignatasq;. Quo in loco codicillos etiã Latinè ea uocat, ut Tranquillus, in Claudio. Suppoſitos, aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos. Quod uerbum legitur in tractatu, De excuſ. tutorum c adminiſtrantes. ut dixi ſuprà obiter in dictione, Codicillus. Vnde codicillaris poteſtas Lãpridio, id eſt, quæ à principe confertur. Traianus ad Pliniũ, Diplomata, quorũ præteritus eſt dies, non debent eſſe in uſu, ideo inter prima iniũgo mihi, ut per omnes prouincias antè mittam noua diplomata, quàm deſiderari poſsint. Sic Cicero in Piſonem. Mitto diplomata tota in prouincia paſsim data, mitto numerũ nautum, ſummamq; prædæ, id eſt, edicta, quibus naues exigendas mandabas, cum prouinciæ præeſſes. Inde fit, ut diplomata uocati ſint codicilli, qui dabantur curſoribus, ut liceret eis uti equis & uehiculis publicis. Verùm, quoniã in ijs exigendis interdũ fraus committebatur, ideo lege Cornelia conſtitutum eos teneri, qui adulterinis codicillis utuntur. Hodie apud nos interdum fieri uidimus, ut non aliter cuiquam liceret equis celeribus uti, qui ob curſores armillatos manſionatim collocati ſunt, quàm, ſi chartulam haberet publico chirographo ſubſcriptam. Budæus in poſterioribus annotation. iur. ciu. Cæterùm, de huiuſmodi curſu publico memini ſuprà in dictionibus, Angaria & curſus publicus. Anch.

TRACTORIAE diplomata & litteras euectionis publicæ præbitionisq; ſignificant. Rubr. de tractorijs & ſtatiu. lib. xij. C. Sic enim eam Rubricam emendandam cenſeo. eodemq; collyrio etiam l. 2. C. de deſertorib. li. xij. & l. penult. de curſu pub. eo. lib. medebimur, in quibus Tractatoriæ pro Tractorijs perperam ac mendoſè uulgo legitur. Sed & in l. 1. C. de tractor. & ſtat. ubi impreſsi codices Tractatores cum ſtatiuis, rectiũs & Rubricæ conuenientius ſcriptorum codicum auctoritate freti legimus Tractoriæ cum ſtatiuis. Huius noſtræ ſcripturæ ueritatem præter ueteres libros, etiam impreſsi Beati Auguſtini codices cõprobant: in quibus, Epiſtol. xv. ita ſcriptum eſt, Tractoria ad me deduo Idib. Nouembr. uenit. Quæ & mox tractoria epiſtola ibidem appellatur. Et in lib. poſt collatio. contra Donatiſt. ca. xxiiij. A primati ſuo per tractoriam ſunt euocati. Formulam tractoriæ legatorũ ex antiquo libro ſcripto ſumptam hic adſcribam.

Ille Rex omnibus agentibus (locus) Nos in Dei nomine Apoſtolico uiro. N. necnon & illuſtri uiro. N. partibus illis legationis cauſa direximus. Ideo iubemus, ut locis conuenientibus eiſdem à uobis euectio ſimul & humanitas miniſtretur: Hoc eſt ueredos ſiue parauereedos tot, panes nitidos tot, uini modios tot, ceruiſiæ modũ tantum, lardi libras tot, porcos tot, porcellos tot, ueruices tot, agnellos tot, phaſianos tot, pullos tot, oua tot, olei libras tot, gari libras tot, mel tantum, aceti tantum, piper tot, grani maſtiches tot, dactylas tãtas, peſtaſias tantas, amygdala tot, cereos tot, ſalis tot, olera, legumẽ, carra tanta, faculas tot. Itemq; uictu ad caballos eorum fœni carra tanta, ſuffuſi modios tot. Hæc omnia diebus tã ad ambulandum, quàm ad nos in Dei nomine reuertendo unuſquiſq; ueſtrum per loca conſuetudinaria eiſdem miniſtrare & adimplere procuretis, quatenus nec moram habeant, nec iniuriam perferant, ſi gratiam noſtram optatis habere.

Sed & qui Tractatores in impreſsis libris, Tractores in ſcriptis, uocãtur l. ult. C. de executorib. & exactorib. lib. xij. Tametſi in Lexico B. Germani Tractatores inuenio καταμεντὰς uerti. In Nouellis planè τρακτευτῶν non ſemel fit mẽtio & maximè in Nouell. περὶ τῶν ἐπαρχιῶν καππαδοκίας. Et in Nouell. περὶ τῶν δημοσίων ἀπαιτήσεων. Et in Edicto Iuſtin. xiij. Quos curã egiſſe τῶν τρακτεύειν τὰ δημοσίων εἰσφορῶν ex illis locis liquet. Briſſ. Cuia. tamẽ Tractatores & chartularios ꝓ ijſdẽ dici arbitratur, ut ibi ꝑ eũ ad l. 5. de Can. largit. tit. C. li. 10.

TRACTATVS pro quæſtione & articulo in l. 5. in prin. & §. pen. ff. de præſcript. uerb. l. ult. ff. ſi pars hær. pet. l. 32. §. officio. ff. de arbitr. Sic Tractatu habito in l. 9. ff. de gradib. & adfi. At in l. 32. ff. pro ſoc. tractatu habito eſt, conuentione habita. Briſ.

TRACTATVS dicitur propriè locus cõmunis longẽ & latè patens, ut ſi quæratur, quæ actio cõpetat ex cauſa ob rem dati: quæ quidẽ quæſtio minores amplectitur multas, uel ſi q̃ratur de facto, aut de æquitate. nã & harũ q̃ſtionũ uaria, lõga, difficilis definitio eſt. Cuia. in j. tractatu ad Africanũ, poſt princip.

TRACTATVS, pro libri parte, in qua quid deſcribitur, accipi notũ eſt. Papinianus l. fin. ff. Si pars hæredit. pet. cum ait: Ille tractatus incurrit: pro quæſtione dubioq; uſurpat.

TRACTATVS apud Dialecticos dicitur quicquid cõſtituimus uerũ eſſe, & falſum reperitur: uerbi gratia: Qui quadringenta habebat, trecenta legauit, deinde fundũ tibi dignũ c aureis ſub hac conditione legauit: Si legi Falcidiæ in teſtamẽto ſuo locus nõ eſſet: quæritur quid iuris? dixi hãc quæſtionẽ eſſe, quæ tractatus apud Dialecticos dicitur. Nanque ſi legatũ tibi datũ ualere dicamus. Legi Falcidiæ locus erit: Ideoq; deficiente conditione nõ debebitur. Rurſus ſi qua cõditio deficiat, legatũ aliturũ nõ ſit, Falcidiæ locus nõ erit. Porrò ſi locus legi nõ ſit exiſtente cõditione, legatũ tibi debebitur. Cum aũt uoluntatẽ teſtatoris eã fuiſſe appareat, ut propter tuũ legatum cæterorũ legata minui nollet, & magis eſt, ut ſtatuere debeamus tui legati conditionem defeciſſe: Aphricanus ad l. Falcid. Maffeus.

TRACTVS, pro amplo ſpacio terræ, quam regionem appellamus.

TRACTVS tẽporis l. 12. l. 43 §. ult. ff. de procuratorib. l. 30. ff. de diuerſ. regul. iur. Tractus pro plaga & regione l. 4. C. de ſumma trinit. l. 2. C. de offi. præf. præt. Val. lib. vij. ca. j. Mauritaniæ & Numidiæ cæterarũq; illius tractus gentium. Front. lib. j, de Aquæductib. Ea namq; eſt, quã omnes tractus eius per uicem in modulos certos diſpenſatam accipiunt. Briſ.

TRADERE, nõ eſt dare ꝓpriè, ſed tãtũ porrigere. Sic tradit deponẽs, cõmodãs & uẽditor, q nõ eſt mercis ipſi⁹ dñs. Sic tradim⁹ miniſtris noſtris pecuniã, ut nob. aliq d emãt. §. ſic itaq; diſc. Inſt. de Act. Sp.

TRADERE uerbum: non ſignificat proprietatẽ dare, ſed poſſeſsionem transferre l. ſi non trad. ff. de uerb. obligat. Io. Bello. Etym.

TRADITIO Theophilo eſt translatio de manu in manũ. quæ definitio eſt ambigua. Nã plerunq; his uerbis de manu in manum ſignificantur mutua traditio, quum uiciſsim eodẽ tempore datur & accipitur aliquid, ut emptione, uẽditione. Si quis tradẽdi

r. in

rem numeret precium statim, ut Charondas & Plato fieri iubent, [illegible] id est, absq; dilatione, uel etiam si eadem ratione rerũ permutatio fiat, dante & accipiente simul uno atq; altero. Hęc est Aristoteli [illegible] in qua beneficentiæ nulla laus inest. Thessalus: [illegible] Sed uerior definitio hæc est: Traditio est datio possessionis leg. 2. ff. de act. empt. l. Si rem trad. ff. de uerb. oblig. ubi est [illegible] elegans, dum ait, cum qui tradi stipulatur, tantũ tradi stipulari, id est, possessionem dari, non proprietatem. Cuia. obseruat. lib. 11. cap. 19.

TRADERE rem. Lege, Res datur.

TRADITIO, est modus res singulas iure gentium acquirendi, cum caussa subest: id est Titulus. ueluti cum uenditionis, permutationis, legati, donationisue caussa aliquid traditur l. qua ratione, 9. §. 3. ff. de acq. rer. dom. olim auté Traditio proprié erat alienatio rerum nec mancipi. uti scribit Vlpian. cap. Inst. XIX. ubi etiam adscribit, Nec mancipi rerum dominia, ipsa traditione apprehédi: scilicet si ex iusta caussa tradita sint nobis. Proprié autem Traditio rerũ corporalium est. Incorporales enim res traditionem nó recipiunt l. seruus, 43. ff. de acquir. rer. dom. quippe cum in his usus iuris pro traditione cedat l. ult. ff. de seruit. Hot.

TRADITIONEM corporalium, quasi traditionem incorporalium esse, docet Specul. tit. de Empt. & uend. §. j super uerbo Tradere. & uersicul. sed & si plures. Diuiditur in dationem, & traditionem. §. sic itaq; discretis. Instit. de Action.

TRADITIONIS uerbo in l. traditionib. C. de Pact. Imp. utitur impropriè nempe pro datione. Vicissim, in l. si ut certo. §. nunc uidendũ. sumitur uerbum dare, pro tradere. Sp.

TRADITIO ex legitima causa, seu titulo, producit possessioné, & rursus possessio producit usucapionem, & dominium: quæ sic cohærent, ut intellectu iuris separari non possint, si constare debeat usucapio l. traditio. in fin. ff. de Acquir rer. dom. Falsum est enim Accursij comméntum, quód uerba per hanc non referantur ad possessioné. Vnde fit, quod aliás dicitur titulus possessionis, aliás titulus usucapionis. Vlp. in l. j. in prin. Pro suo. Ex Olden. Spieg. Adde Fr. Balduini Catechesin super Ius Ciuile, ca. 3.

TRADITIONES humanæ. Vide, Humanę traditiones.

TRADITIO nuda dicitur, cuius nulla est causa. Spiegelius.

TRADITVIRI, uetustè pro Traditum iri. Paul. l. 47. ff. de rei uind. Non aliter litem æstimari a iudice, quam si cauerit actor quod per se non fiat possessionem eius rei nó traditu iri. Iulian. l. 47. §. 3. De fid. lib. Quum sub conditione legato seruo libertas datur, nó aliter fideicommissario tradi debet, quam ut caueatur existente conditione traditu iri. Hot.

TRADO tibi, præsto tibi, & similia uerba, ꝓprius uero est, ut inter Latinè loquẽtes, dominium translatum nó censeatur: quia uerba id non inferunt. autor Alciatus, citans l. si fundũ certum. de Verborum obligat. Spieg.

TRADVCERE, & pro infamia afficere, & ut uulgò loquũtur, diffamare, & uelut in exemplum proponere deridendũ per uicos, & theatra. quod Catamidizare Græcè dicitur, autorib. Eras. & Bud. Sp.

TRADVCERE uites Iurisconsultis & agricolationis gnaris est, uites in arborem proximam transmittere, ut ibi fulciãtur & sustentẽtur l. si duo. §. item uideamus. ff. uti poss. si actor inquit uicini tui ex fundo tuo uites traduxit in suas arbores. Traducitur & uitis, cùm deprimitur, & porrigitur ad alium locum ut l. si uitem. ff. quod ui aut clam. Traduces enim in uitibus dicuntur, qui aliunde tracti ac ꝓpagati sunt. Adde Brechęum in l. pali, sub tit. de uerb. & rer. sign.

Τραγήματα Græci, quæ dixerunt, ea ueteres nostri bellaria appellauerunt. Vina quoq; dulciora, est inuenire in Comœdijs antiquioribus, hoc nomine appellata, dictaq; esse ea Liberi bellaria. ut annotauit Petrus Mosell. in Aul. Gell. lib. 13. cap. 11.

TRAGOEDI, actores tragœdiæ. Iustin. in Nouell. de Consul. §. Ac primus quidé, quum ait, ubi & his qui in scena ritum cócitant locus est, & tragœdis pariter ac thymelicis saltationib. iuxta Haloand.

TRAGVLA dicitur tanquam trahula, ut tradit Turnebus lib. 22. aduers. cap. 13. Erant uero tragulæ duplicis generis: quędam enim tormentis mittebantur, quædam uerò manu, ut idẽ Turneb. lib. 7. ca. 12. tradit. Illæ atrociter sauciabant, ac plerunq; scutum aut corpus transuerberabant. Vnde & tragularij dicti, qui eas e tormentis iaciunt: Vide etiam Prouerbium, Tragulam inijcere.

TRAHIMVR inuiti: Ducimur uolentes. Vide Bart. in l. j. C. de Agric. & censit. lib. xj. & ibidé. Trahitur, qui iure trahitur. Sic in Autent. Ne fil. pro patre. Spiegel.

TRAIECTICIA, ait Modestinus, ea pecunia est, quæ trans mare uehitur. Cæterum si eodé loco consumatur, non erit traiectitia l. 1. ff. de naut. fœn. Sic in l. 3. §. si seruus. ff. de pecul. & in l. 1. & l. ult. C. de naut. fœn. & in l. 19. C. de usur. & l. 2. §. ult. ff. qđ cert. loco. & in l. 23. ff. de obligat. & action. Paul. lib. ij. Sentent. tit. xiiij. & Nou. Constit. cx. Appellatur nautica pecunia in l. 1. §. ult. ff. nautæ, caup. l. 3. ff. de naut. fœn.

TRAIICERE armenta l. 12. ff. de seruit. rust.

TRAIICERE aquæductũ l. 11. §. 1. ff. de publicia.

TRAIICI uectores dicuntur, qui in ulteriorem ripam uel litus exponuntur l. 1. ff. nautæ, caup. Bris.

TRAIICI etiã pecunia, quæ trans mare exportatur l. 39. §. patruus. ff. de adm. tut. l. 9. §. 1. ff. ad leg. Iul. pecul. Inde Traiectitia pecunia nautica quæ periculo creditoris traijcienda mutuo datur. Bris.

TRANSACTA finitaq; in Senatuscósulto Tertylliano sic accipimus, iudicio terminata transactione composita, longiorisq; temporis silẽtio finita l. 1. §. ult. ff. ad S. C. Tertyll. l. 230. ff. de uerb. signif. quæ ipsa inscriptione suadente eó referenda est.

Paulus uerò libro singulari de tacitis fideicómissis, transacta finitaue intelligenda scribit non solum de quibus controuersia fuit, sed etiam quę sine controuersia sint possessa l. 229. ff. de uerb. signif. Bris.

TRANSACTIO, á transigendo, hoc est, finem imponendo, habet duplicem significationem: Alteram, ut transacta dicamus etiam ea, quæ nunquam in controuersia fuerunt, habent tamen certum finé. Et sic loquitur l. Transacta. ff. de uerborũ signif. Altera, ut transactioné accipiamus tantùm de ijs, quæ in cõtrouersia sunt, & à lite futura aut pendente, ad certam compositionem reducuntur, dando aliquid uel accipiendo. Ita in tit. ff. de transactio. accipitur. Oldend. Adde Conn. latius hæc explicantem lib. 5. comment. cap. 6. nu. 1.

TRANSACTIO, est de re dubia, & lite ancipiti, needum ad finem ducta, non gratuita pactio l. j. de Transact. Diuiditur in iusiurandum, sententiam & transactionem l. j. ubi Gloss. & l. ij. de Iureiur. Sp.

TRAN-

TRANSACTIO propriè appellatur, quum aliquo dato uel recepto, timore præsentis uel futuri iudicij, in re dubia conuentum decisumq́; est l.j. ff. de Transact. Generaliter autem accipitur pro quocunq; actu, quo cócordia inducitur, uel ab obligatione receditur l.j. ff. de Pact. uel ad finē aliquid deducitur. Vnde transigere æstatem Plinius dixit. Sic & transigere æuum, transigere diem dicimus. Et quo magis latissima tentandæ trāsactionis occasio præberetur cótrouertentibus, erat olim posterior Feriarú pars, hoc est, post diuinum cultum reliqua, ad componendas lites destinata. Vide l. ult. C. de Fer. & Alciatum in l. Transacta de Verborum significat. Sp.

TRANSACTORES, uel compositores cótrouersiarum, guttliche vnderhandler/ nihil arbitrãtur: sed agunt omnia scitu partium, & uoluntate: tandemq́; pronúciant id, quod æquú uidetur, ut tractatur in l. j. de Recept. arb. Sp.

TRANSACTVM autem dicitur siue Aquiliana stipulatione, siue pacto sit transactum leg. 2. ff. de transaction. utroq; enim modo transactiones fiunt l. 15. C. eod. tit. Bris.

TRANSIGI & pacisci differunt. Transigit enim (inquit Vlpianus de transactionibus) qui quasi de re dubia, & lite incerta, neq; finita transigit: Paciscitur uerò, qui donationis caussa rem certam & indubitatam liberalitate remittit. Maffeus.

TRANSCRIBERE, inquit Agretius, dicitur, cum ius nostrorum in alium transit. in l. si uir uxori. de Præscript. uerb. Vbi Iurisçon. Vt eos, ait, fundos si uellet, eodem precio mulier transcriberet uiro. ut sit transcribere fundum, Iure cesso tradere. Transcribere item pro eo accipitur, quod uulgò super alium onerare dicunt, Bút s. iner beschwerd zustellen/ übergeben. ut in l. ult. C. de Præd. nauic. & in l. aliquando. ff. ad Velleianum: Si hęreditatem emerit, & æs alienum hęreditarium in se transcribat. Transcribere præterea, in aliud exemplum scribere est, quod uulgò dicūt Copiare. Vide Budæū in Annot. prior. ad l. si uir uxori. ff. de Præscript. uerb. Sp.

TRANSCRIBERE, ius suum in alterú transferre: deriuata locutióe ex eo, quód ueteres (ut scribit Donat.) in foro & de mensę scriptura, magis quā ex arca domoq; pecunias numerabant. nā quod argentarius Titio acceptum tulerat, id si Titij uoluntate Mæuio acceptum ferret, Titijq; nomen expungeret, Transcribere dicebatur. Procul. l. 12. ff. de præscri. uerb. Conuenisse inter eos, ut eos fundos, si ipse uellet, eodem precio mulier transcriberet. Caius in l. 15. ff. ad S.C. Vell. Aut si hæreditatem emerit, & æs alienum hæreditarium in se transcribat. Impp. l. iubemus. 14. C. de sacr. eccl. Possessionem ecclesiasticam tanquam nullo iure transcriptam, in iure ipsius atq; dominio permanere. Vlpian. l. 41. §. 9. De leg. & fid. li. 32. Agri plagam quæ est in regione illa Mæuijs transcribi uolo, precio facto uiri boni arbitratu. Seruius in illud Aeneid. 7.

Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis?

TRANSCRIBI, inquit, id est tradi. Sermo autem hic tractus est de pecunia. nam Scribi est dari. Horatius.

Scribe decem Nerio. non est satis, adde Cicutæ.

Rescribi, reddi. Horat.

Debes hoc quod tu nunquam rescribere possis. Hor.

TRANSENNA Nonio Marcello fenestra est, cuius uerba quibus transennam apud Ciceron. & Sallust. explicat, subscribam, Transenna nō, ut quidam putant, transitus, sed fenestra est. Cic. nunc peto à Crasso, ut illam copiam ornamētorum suorum, quam constructā uno in loco, quasi per transennam prætereuntes, strictim aspeximus. Sallust. hist. lib. 2. transenna demissum uictoriæ simulachrum, cú machinato strepitu coronam capiti imponebat. A Nonio autem Seruius dissentit, qui hoc in Sallust. loco transennam extēsum funem interpretatur, cum explicat lib. 5. Aeneid.

— & uolucrem traiecto in fune columbam.

Acueriorem equidem esse Seruij sententiam arbitror. Nam Valerius eadem de re loquens scribit, demissas esse lacunaribus coronas aureas, quod profectó factum esse funibus existimādum est. Idq́; adeo magis intelliget, qui totum Sallustij locum à Macrobio perscriptum perleget. Sed & Plutarchus nullú nobis relinquit dubitādi locum, qui Sallustij interpres scribit in Sertorio de Metello, [illegible]. Nam epidromum funem esse constat, & in uenatione sic eum appellant, qui est summus & imus in retibus, quoq; intenduntur. Plinius, ut annulum hominis cum epidromis transirent. Fauet & Seruij interpretationi Isidorus, qui transennam scribit extentum esse funem. Núc quispiam putaret, ut in Sallustio sic & in Cic. per transennam pręterire eos qui machina quadam, ut assolet in ludis fieri, celerrimè transeunt per funem tensum in theatro, id est per funem feruntur & prætereunt theatri spacium, Itaque cum scribit, Horatius.

Ille per extentum funem mihi posse uidetur
Ire poeta,

Esse potest transenna, id est extensus funis, quem ueluti perambulet funambulo poeta rerum miraculo persimilis. Videtur tamé in Ciceronis exemplo esse transenna transitus quasi transienna: transitum auté intelligo peruium spacium inter conclauia, cubicula, aut cœnationes. Si enim per transennam præteriens, in uestiario per fores eius uideres uestē pulcherrimam constructam & compositam, nō acquiesceres in tam breui aspectu. sic usurpat transennam Paulinus, in epist. ad Seuerum, hæc, inquit, basilica, in basilica memorati confessoris, aperitur trinis arcubus, paribus, perlucente transenna, per quam uicissim sibi tecta ac spacia basilicæ utriusq; iunguntur. Iterum: Intra ipsam uerò transennam, qua breue illud, quod propinquas sibi basilicas potius discludebat, interuallum cōtinuatur. Est etiam transenna funis, ut in Sallustij exemplo. Itaq; cú ad illaqueandum aues intendantur funes,

Nunc à transenna hic turdus lumbricum petit

Plautus dixit: nam in auium pedicis funiculus est: [illegible] uocari dicit Pollux eum funiculú: atq; adeò pedicam totam Plautus transennam uocauit. Est ut ait Isidorus in traiectu fluuiorú, qua pontones sunt, traiectus funis, quem ait trāsennam uocari. quomodo apud Marcellinum libro uigesimo quinto accipi uidetur, cum ait, tanquam é transenna simul emissi, spe citius ripas occupauere: melius tamen sit intelligere, uelut pedicis & laqueis emissos. Nā eis aues liberatæ celerrimè auolant & feruntur ocyssimè. Schard. ex Turnebo lib. 5. c. 9.

TRANSFERRE. De usu huius uerbi non rectè sensisse Vallam, Budæus in Comment. Linguæ indicat. Nostri obseruarunt, transferri aliquando ad alios, quod non est nostrum l. quod nostrum. ff. de usufr. Spieg.

TRANSFIGVRATA, Vlpian. l. quid tamen. ff. Quib. mod. usufru. amitt. Proinde & ornamentum, ait,

ait, dissolutum aut transfiguratum extinguit usumfructum. Notum transfigurare, esse in aliam figuram uertere. Verbum Plinianum, quod & apud Suetonium legitur. Interpres diui Matthæi cap. xvij. usus quoq; est eo: pro quo Erasmus maluit Transformatus dicere, nimirũ diuum Hieronymum secutus, cuius Scholium sic habet: Quod autẽ dicit, Transfiguratus est ante eos: nemo putet pristinam eum formã & faciem perdidisse, uel amisisse corporis ueritatem & adsumpsisse corpus, uel spirituale uel aereum: sed quomodo transformatus sit, Euangelista demonstrat, dicens: Et resplenduit facies eius. Sp.

TRANSFORMARE. Vlpian. Sed neq; diætas transformare, uel coniungere, easue separare ei permittitur l. si cuius. §. sed si ædium. ff. de Vsufruct. Vide Transfiguratũ. Sp. Et transformare quidẽ aliud nihil est, quàm in aliam formam reducere quod Iuriscon. in l. mulieris. ff. de uerb. signif. dixit transfigurare. Sic apud Virgilium 7. Aeneid. Alecto.

—— Furialia membra
Exuit in uultus sese transformat aniles.

TRANSFVGA nõ is solùm accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit, sed & qui per induciarum tempus aut ad eos quibus cũ nulla amicitia est, fide suscepta transfugit, maloq; consilio & proditoris animo patriam relinquit l. 19. §. transfugæ. ff. de captiu. & postl. Festus lib. xiiij. Gallum Aelium perfugã, qui & transfuga dicitur, definisse scribit, qui liber aut seruus aut hostis sui uoluntate ad hostes transierit. Sic in l. 14. ff. ex quib. caus. maior. & l. 38. § 1. ff. de pœn. l. 3. in fi. ff. ad l. Corn. de sicar. Hinc Cuia. transfugam definit, quòd sit proditor, qui fide mutata ad hostes transit, l. transfuga, ff. de capti. & postli. qui idem dicitur & perfuga, ut ex Aelio Gallo, Sex. Pompeius refert. Cuia obseruat. lib. 4. ca. 9. Vide etiam Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 7. & Blondum lib. 7. Romæ triumphantis.

TRANSFVGA metalli, qui ex metallo refugit in l. 12. §. si deportatum. ff. de captiu. & postl. qui aliàs refuga dicitur. Bris.

TRANSFVSIONEM à Translatione hoc distare, gloss. in l. j. ff. de nouatio. putat, ut si quid nouatur in eadem persona, transfusio sit: in altera uerò translatio uocetur: cùm tamẽ transfundere propriè sit, ab uno ad alterum transferre. Itaq; uidetur Iurisconsult. pro eodem accepisse: quod satis sequentia uerba, si perpendantur, innuere etiam uidẽtur. Old.

TRANSGREDIENTEM, pro prætereuntẽ, aut prætoruehentem, eleganter usurpat Martianus in l. fin §. diui. de Publica. Sp.

TRANSEGISSE uidetur cum possessore, qui iureiurando litẽ æstimauit eo precio quod ipse constituit l. 46. ff. de rei uindicat. Bris.

TRANSIGERE, propriè actor dicitur, id est, ab actione transire. Metaphoricè tamen simplicius accipitur pro decidere: & trãsacta res, quoquo modo finita, abkummen/ablônen. Sicut agere dicitur, qui petit quod sibi debetur. §. j. Instit. de Action. Ita Transigere, qui præter formulam actionis suæ, aliquid accipiendo litem sopiuit, Ab ädigen. Quamuis & reus transigere, sed impropriè, dicitur. p Glos. & Doct. in l. 2. C. de Transaction. Transigere autem, & Pacisci, distinguit Vlpianus: Qui transigit, inquit, quasi de re dubia, & lite incerta neq; finita transigit: qui uerò paciscitur, donationis causa rem certam & indubitatam liberaliter remittit leg. j. de Transact. Spiegelius.

TRANSIGERE uerbum & generaliter usurpatur, & specialiter. Generaliter pro quauis conuentione, idq; bifariam: primùm ubi nulla est controuersia, sed sponte negocium aliquid contrahitur. ueluti in l. 1. § 1. ff. de pact. Conuentionis uerbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negocij contrahendi transigendiq; caussa consentiunt, &c. Hinc illud Ciceronis in Orat. pro Cluent. Manilius rem cũ Oppianico transigit, pecuniam ab eo accipit. Deinde cùm orta controuersia deciditur, ut leg. 1. ff. testa. quemad. aper. l. 6. ff. de transact. itaque Transigere & Decidere Cicero p eodẽ usurpat, ueluti Verr. IIII. Quod unquam huiusmodi monstrum audiuimus? qui cum reo trãsigat, pòst cum accusatore decidat? Sic in ea pro Comœdo: Criminatio tua quæ est? Roscium cum Flauio pro societate decidisse. Defensio mea quæ est? Roscium pro sua parte cũ Flauio transegisse. Sic iureiurando transigi negocium dicitur in l. 2. & l. admonendi, 31. ff. de iureiur. Sic Paulus l. 36. ff. de rei uindic. Transegisse, inquit, cum eo, & decidisse uideor, eo precio quod ipse constituit. Hot.

TRANSIGERE uerò speciatim & peculiariter sub tit. De trãsact. accipitur, pro de lite iam mota uel mouenda aliquo dato, uel retento, uel promisso decidere l. transactio. C. illo tit. deniq; in hac significatione transigi gratis non potest. eaq; est inter Transigere & Pacisci differentia: quòd

TRANSIGERE & pacisci hoc differunt, quòd is qui transigit, quasi de re dubia, & lite incerta neq; finita transigit: qui uerò paciscitur, donationis caussa rem certam & indubitatam liberalitate remittit l. 1. ff. de transact. Hot.

TRANSIGERE uerò ab agẽdi uerbo ducitur: quod cum generale sit, iudiciorũ iam penè factum est proprium. Hinc actiones forẽses & actum quod iudicatum est. Donat. ad Teren. Actum agam idest nihil agam. quod enim in iure semel iudicatum fuerit rescindi & iterum agi nõ potest. Inde transactum quod omnino peractum est, & perfectum, & iudicati autoritatem assumit. Conna. lib. 5. cap. 6. nu. 1.

Ita transigi negocia accipimus l. 2. ff. si quis cautio. & l. 1. § 1. ff. de pactis, & uelut pacto transegisse uidetur de credito, qui contentus fuit pignora possidere l. 15. §. si pignora. ff. de re iudic. Bris.

TRANSIRE ad hæredem. Plinius: Margaritæ, gemmæq; ad hæreditatem transierunt: uestes prolongant tempus, unguenta ilicò expirãt, & suis moriuntur horis. Spieg.

TRANSIRE legẽ, pro non curare, & negligere.

TRANSIRE uitam, pro uiuere, & quod uitam transigere etiam dicitur. Seneca: Semper uerò esse felicem, & sine morsu uelle transigere uitam, ignorare est rerum naturæ alteram partem. Sp.

TRANSIVNGERE, est in quadrigis locum ueterinis mutare: ut mulam temonariam facere, quæ præcedere solebat: uel dexteram facere, quę sinistra esse solebat. Vlpian. in l. ædiles. de Aedil. edict. Si mula talis sit, ut transiungi non possit, an sana sit. &c. Idem: Plerasq; deniq; carrucarias tales esse, ut transiungi non possint. Idẽ ait. Si nata sit eo ingenio, aut corpore, ut alterum iugum non patiatur, sanum nó esse. Ex Budæo. Sp.

TRANSIVNGI iumenta dicũtur, quæ in quadrigis loco mutantur: & in diuersam parte, ut à dextra in læuam, aut contra iunguntur. Vlpian. l. 38. § 5. ff. de ædil. edict. Quæsitũ est, si mula talis sit, ut transiungi non possit, an sana sit: & ait Pompon. sanam esse. plerasq; deniq; carrhucarias tales esse, ut non possint transiungi. Idem ait, si nata sit eo ingenio

aut corpore, ut alterum iugum non patiatur, sanam non esse.

TRANSLATICIVM, pro usitato, & pro eo quod frequēter fit, accipi, Bud. autoritate Plinij maioris comprobat, in Annot prior. Translaticiè exequi apud Vlp. in leg. j. ff. de Iur. patron. est transferre pœnam in leuiorem, communemq; modum, qui ad illud delicti genus non multum pertineat. Nō translaticiè, hoc est non promiscuè, non uulgariter, non indifferenter: sed pœna facto apposita, seu conuenienti. Ex Budæo & Oldend. Sp.

TRANSLATIO, Rhetorum uox à Iureconsultis, Marcello, in l. sicut. §. superuacuum. Quib. mod. pig. Vlpiano, in l. sed & si unius. de Iniur. & ab Alciato explicatur, cap. x. lib. j. Parerg. Spieg.

TRANSLATIO legati est, cum ab uno ad aliū legatū transfertur. fit uero ea quattuor modis, quos Paul. explicat in l. 6. ff. de adim. legat. De hac translatione agit l. ult. ff. de his qui pœnæ nom. & Iustin. in tit de ademptio. legator. Bris.

TRANSLATIO etiam iudicij, litis translationem significat l. 17. §. sed & si pater. ff. de iniur. cum iudicium ab uno susceptum in alium transfertur in l. 25. l. 27. ff. de procuratorib. Bris.

TRANSLATITIA edicta quæ ex ueteri & recepto iure, coq;, quod anteà optinebat, componebatur. Cic. 3. in Verrē. In re tam usitata satis est ostendere omnes antea ita ius dixisse, & hoc uetus edictum, translatitiumq; esse. Bris.

TRANSLATITIE, negligenter, defunctoriè: translata locutione ab edictis translatitijs, quæ nullam diligentiam requirebant. Marcianus l. 1. §. 3. ff. ad S.C. Turpill. Præuaricatorem eum esse ostendimus, qui colludit cū reo, & translatitiè munere accusandi defungitur. Vlpian. l. 1. ff. de iur. patr. Patronorum querelas aduersus libertos Præsides audire, & non translatitiè exequi debent. Item Papin. l. 55. §. 1. ad S.C. Trebell. Sed nec illud translatitiè omittendum est. id est, prætereundum est. Hot.

TRANSLATITIVM Asconius uocat, non nouum, nec nuper inuentū, sed aliunde translatum. Spiegelius.

TRANSLATIVA constitutio à Quintiliano lib. 3. dicitur, cum caussa ex eo pendet, quòd non is agere uidetur, quem oportet: aut non cū eo quicum oportet: aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet: uel etiam translatiua constitutio est, in qua tum peremptorię, tum etiā dilatoriæ exceptiones hodie proponūtur. Quod & ante inceptum iudicium, & aliquādo post ipsam litis cōtestationem fieri solet, & non in personalibus actionibus tantum, sed etiam in realibus. Brechæus in l. Litis nomen. ff. de uerb. & rer. signif.

TRANSLATVM uerbum dicitur, cum à propria significatione in aliam conuertitur. Cicero maximè probat translationem uerborum: quę & apud Iurisconsultos frequēs est. Vide Alciatum in procemio Comment. de Verb. sig. Spieg.

TRANS mare Reipub. caussa abesse, apud Vlp. l. uerum. 6 ex facto. ff. de Minor. Sp.

TRANSMIGRARE, est in longinquioris loci domicilium, habitationemúe migrare. Valla.

TRANSMITTERE hæreditatē, pro transferre, relegare. Obseruandum tamen, quod hæreditas non adita, regulariter ad alios non transmittitur l. quoniam sororem. C. de iure delib. l. j. §. in nouissimo. C de Caduc. toll. Sp.

TRANSNOMINARE, nomen commutare, uel inuertere aut immutare. Nihil autem mali est, ferendi nominis causa institutū, honesti hominis nomen assumere, ut Caius in l. facta. §. si in danda. ad S.C. Trebell. Spieg.

TRANSVECTIO in re militari est, quam uulgo Monstram dicimus. Transuehimur autē, siue ratibus in mari, aut curru per terram fiat. Itaq; apud Iuriscos. in l. ij. de In ius uoc. cū ait: Sed nec eum qui cū equo publico, in causa publica transuehatur: pro recognoscatur ad militiā, accipiendū. Transuectio enim est. Oldend. teste, quam nūc uulgò Monstram dicimus: cum equites solenniter recensentur, quo modo sint instructi persona, equo, & armis. Sp.

TRANSVECTIONIS autē uerbo intelligun tur, angariæ, perangariæ, paraueredi l. 12. de excusat. num. C. lib. 10. Cuia. ad l. 1. de quib. mu. uel præsta. C. eo. lib. Hanc equitum transuectionem, Valerius equitum probationem uocat: Equestris, inquiens, ordinis iuuentus omnibus annis bis urbem spectaculo sub magnis auctoribus celebrabat die Lupercalium, & equitum probatione. Græci [illegible] dicunt, hodie monstra uocant: ut annotat Budæus in prioribus ad Pandectas.

TRANSVERSALES, qui ex transuerso, siue à latere cōiuncti sunt: ut fratres, & sorores, eorumq; liberi. Instit. de Gradib. cognat. Sp.

TRANSVERSVS agit, qui ui & impetu quodam ab instituto deflectitur. Erasm.

TRANSSVMERE, ex alio sumere. Vnde quæ ex primis tabulis (uulgus Originalia uocat) transscripta sunt, solēnitate Iuris adhibita, dicūtur transsumpta. Spieg.

TRAPES, etis, mas gen. mola olearia. à τρέπω uoluo, seu uerto. Trapetus idē, sed antiquè. Vtraq; uox extat apud Catonem de Re rustic. Trapetum & locus est, in quo est mola olearia, & ipsa etiā mola. Est & apud eundem reperire, Maronem item & Columellam. Spieg.

TRAPETVM in l. 19. §. illud. ff. loca. mola est oliuaria, interprete Isidoro lib. ult. Etymol. ca. xiiij. unde in Lexico. B. Germani Trapetum [illegible] & [illegible] redditur. Plin. lib. xv. cap. vj. de oleis agens, Postea, ait, inuentum, ut lauarentur utique feruenti aqua, protinus prælo subijcerentur solidæ (ita enim amurca exprimitur) mox trapetis fractæ premerentur. Bris. In alia tamen significatione accipitur, secundum aliquos, apud Paul. in l. de trapetis. ff. de supel. leg. sed ibi, iudicio meo, castigandum est Tapetis, de quibus Martial. Epigram. ultim. Stragula purpureis lucent uillosa tapetis. Cotta.

TRAPEZITAS, id est mensarios, gēmarumq;, & argenti, & uestium distractores, mercatores, omnesq; apothecarios, & quibuscunq; ergasterijs adhærentes, à dignitatibus & militia Lex submouet. C. de Cohort. lib. xij. Hos autem duorum esse generum, indicaui in interpretatione Hymni Prudentiani, qui inscribitur, Ad omnes horas: ubi omnia uerbosius explicantur à me, secuto tum morem illius temporis, quem & antea in Reuchlini Progymnasmatis scenicis, & Pici Staurosticho seruaui. Quia uerò pòst minus placere cœpit, ut sunt, Cicerone teste, posteriores cogitationes priorib. meliores: studui breuitati in quibuslibet Scholiorum meorū, quæ deinde edidi in Bartolini Austriaden, Guntheri nostri Ligurinum, in de Immanitate Pōtani, in Erasmi [illegible] de D. Anna, Cymbriaci Encomiastica, ac priores hymnos Prudētij: in cuius & reliquos eram annotaturus Scholia, nisi per amicū monitus, me actū agere

agere cognouissem, quòd pridem in suis Hispanis præstitisset uir undequaq; doctißimus Ant. Nebr. Spiegelius.

TRAPEZOPHORAE, mensæ fuerunt ornatu magno elaboratæ, quæ effictis imaginibus sustinebantur: quales hodie in uetustis marmoribus sæpe uisuntur. Alex. Neap. Gen. dier. lib. 3. cap. xix.

TRAPEZOPHORUM, theca erat in qua preciosiores mensæ deferebantur: nã trapeza interpretatur mensa, & phoreo, uel phoresco, quod est fero. Florētinus de suppellectili legata, l. suppellectili. Cicero tamē ad Fabium Gellium pro statua siue signo quod ferebat mensam posuit. Trapezophoron, inquit, si te delectat, habebit. Nebr.

Τραυλίζειν, id est balbutire, est uitiū linguæ, non uocis. Aristot. in Problem. segmento xj, tria genera huiusmodi uitiorum ponit. Trauloteta, id est blæsitatē, cum literam aliquā exprimere nō possumus: eamq; non quamlibet, sed certam. Psellotes. id est balbutiem, quæ est literā exercere, uel syllabam, id est pronunciando eximere & prætermittere. Hischophoniam, id est hæsitantiā: quæ est syllabam syllabæ iungere non posse. Hæc tria uitia expreßit Vlp. de Aedil. edict. in l. idem Offilius. §. quæsitum est. in quem uide quæ annotauit Dn. Budæus.

TREBATIUS fuit iurisperitus clarus temporibus Ciceronis: ad quem cum scriberet Topica, omnia exempla ex iure Ciuili sumpsit ut haberet rationem eius, ad quem scribebat. Spieg.

TREBELLIANICA est quarta omnium, quæ ex iudicio testatoris, quocunq; sit capiuntur. Docto. l. in quartam in 4. not.

TREMERE, propriè corporum solidorum est: cum propter frequētem commotionem ita concutiuntur, ut stare loco nesciāt. Hinc fit, ut Tremor pro rigore accipiatur. Aut. Iusiur. quod præst. ab his. §. j. Spiegelius.

TREMIS, uti semis apud Imp. Anastasium, in l. uidemus. C. de Erog. milit. annon. lib. 12.

TREMISSES l. penult. in princip. C. de exco-ctio. & translatio. milit. an. lib. xij. l. 3. C. de milit. ueste. eo. lib. Aureorum siue solidorū tertiam partem ualentes nummi. Quos posteriorum Imperatorum tempore siliquas octo pependisse non dubium est, quandoquidem ex eorum constitutione duos & septuaginta solidos ex libra conflatos constat. Bris.

TREMISSIS genus monetæ erat, quæ constabat ex tertia parte solidi, uel aurei: de quibus meminit Lampridius in Alexand. Tunc; primum semisses, inquit, aureorum formati sunt, tunc etiam cum ad tertiam partem aurei uectigal decidisset tremisses. & paulo pòst: Sed cum non potuisset per publicas neceßitates, conflari eos iußit, & tremisses tantum, solidosq; formari. De tremißibus meminit etiam Imperator in l. per hanc diuinam. circa princ. C. de erog. mili. ann. lib. xij. qui secundum prædicta debet intelligi. & his cōuenit uulgata parœmia, Homo treßis: de contemptißimis. Cotta.

TREPIDATIO. Charisius lib. singulari de Testib. Plurimùm, ait, in excutienda ueritate, etiā uox ipsa, & cognitionis subtilis diligentia adfert. Nam & ex sermone, & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, uel cuius existimationis quisq; in ciuitate sua est, quędam ad illuminandam ueritatem, in lucem emergunt. Sp.

TRES libri posteriores Codicis, teste Budæo, non pauca continent, quæ priscæ elegantię uestigia retinent: quamuis horum librorum obscuritati insuper caliginē multam offudit Accursianorum stupor, quod quidem ad linguę utriusq; intelligentiam pertinet. Quamobrem multum debemus D. Alciato Iurisco. illustri, propter Annotationes, quas in hosce libros edidit. Sp.

TRES facere collegium existimat Neratius Priscus: & hoc magis sequendū est. Marcellus de uerb. signif. Maffeus.

TRESSIS sunt tres aurei l. Cuiacio lib. Obseruation. septimo cap. 35. Prat.

TREUGA. Treuga, pro inducijs, securitas est præstita personis, & rebus ad tempus aliquod, bello nondum finito. Galli appellant *Treues*. Interpretes aiunt, induciæ sunt ad modicum tempus, treuga in longum extenditur l. postliminium. §. induciæ. ff. d. cap. & postlim. reuers. & not. ff. de pact. Est aūt treuga barbarum uocabulum, à leguleis tamen receptū, in quos sic debacchatur Budæus, Hui, inquiunt illi leguli, quid nobis cū elegantia? nobis tam placent guerra, & treuga, & laudum, & bannum, & banniti, & retorquitio, quàm illis bellum, & induciæ, & arbitrium, & proscriptio, & proscripti aut præconio citati, & repercußio uel relatio, ac etiā retortio. Anch.

TRIA sunt, quę habemus: libertatem, ciuitatem, familiam. Vide l. ult. ff. de Capit. minut. Sp.

TRIARII milites qui tribus uexillis constarent Liuio lib. 8. Aug. ad Modestinum de excus. tut. Prat.

TRIBUARIUM à tribu, ut Tributarium à tributo. Spieg.

TRIBUI, tum accipiendum est, quum ex causa à iudice, quod aliàs nō competeret, conceditur. arg. l. j. §. j. c. de Petit. bonor. sublat. lib. x. Zasius in l. ex diuerso. Solut. matrim. intellectibus. Sp.

TRIBULES, id est de mea tribu. Tribules meos, tuos, suos, nostros & uestros dicimus, non Contribules. Vide Syluium.

TRIBULUS uerò, de quo Iureconsf. hic, instrumentum est ferreum, quod quoquo modo uertatur, unum uel plures aculeos infestos extēdit, forma tetragona. & ideo monet Plutarch. spargēdos esse ferreos tribulos, ne hostes aggeribus insistentes pugnā illic ciere poßint. hi apud nos murices dicūtur. Qu. Curtius lib. iiij. Quidam transfuga nunciat regi, murices ferreos in terrā Darium defodisse, qua hostes equitem emissurum esse credebat. Valer. Maxi. li. iij. de Scipione loquens: Suadentibus quibusdam, inquit, ut circa mœnia urbis, quam obsideret, ferreos murices spargeret. Et propterea decenti metaphora formidolosos greßus, Fulgentius muricatos appellauit. De tribulis mentio habetur etiam apud Vegetium, & Frontinum. Tribuli etiā hodie lingua uernacula, in aliquibus regionibus, ut Ferrarię & Venetijs, uocitantur bestiolæ quædam, formam habētes tribulis ferreis similem, quæ colliguntur iuxta ripas fluminum, uel maris, uel in paludibus: apud nos castaneæ marinæ materna lingua uocitantur. Tribuli præterea herbæ quædam, inter frugū uitia enumerantur à Verg. Georg primo: Subit asperrima sylua, Lappæq;, tribuliq;. & a Plin. duodeuigesimo libro: Lolium & tribulum & carduum lappamq; non minus quàm rubum, inter frugum morbos, quàm interipsius terræ pestes numerauerim. Et hoc uoluit significare Vlpian. in l. ex cōducto. §. j. ff. locati. cum refert, damno colono esse, si herbis segetes corruptę sint. Tribulis etiam pro uehiculi genere, quo excutiantur in area fruges maturæ, usi sunt scriptores, Plin. in prææallegato lib. xviij. dum inquit: Meßis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorū greßibus exteritur,

teritur, alibi perticis flagellatur. Verg. Georg. j.

Tribulaq; trahæeq; & iniquo pondere rastri. Cotta.

TRIBVNAL, quorum apud priscos Romanos fuerit iudicū, Asconius docet. Formam eius Vitruuius lib. 5. describit. Hoc hodie ordinarijs iudicibus tribuunt Interpretes, ut Romanis principibus, hoc est Pōt. Max. & Imperatori, Consistoriū. §. illud. Aut. de Appel. & inter quæ temp. Bart. in l. j. C. de Cōfes. indicat, quæ iudici pro tribunali, & quæ non expedienda sunt: aperitq; quo sensu id, quod uulgò receptum est, Loco maiori debet iudex sedere.

TRIBVNAL, ut Isidor. definit, locus sublimis & editus in quo considentes magistratus ius dicunt l. pen. ff. de iustit. & iur. Pro Tribunali enim soli magistratus sedebant. Vnde ius dicentem hac periphrasi nonnunquam Iureconsulti demonstrant, Qui tribunali præest, qui pro tribunali cognoscit l. j. §. pen. ff. de iudic. l. 2. ff. de re iud. Brif.

TRIBVNVS. Zasius, eruditus iureconsultus, in posterior. l. de origine iur. demonstrat quādo tribuni cœperint, quotuplici in genere fuerint, quę fuerit eorum potestas, & unde dicti sint. Nos similiter idē præstare conabimur, sed paulo diuersa atq; faciliori uia hinc inde ex antiquis, & antiquarum rerum scriptoribus. Non enim unus omnium fuit, qui omnia, quæ de tribunis dicenda sunt, cōplecteretur, & hucusq; nobis traderet. Tribunos igitur quadruplici in differentia fuisse reperio. Atq;, ut à uetustioribus initium sumam, alij tribuni celerum dicebātur, alij plebis, alij militum, & alij ærarij. Anch.

TRIBVNI ærarij. Tribuni ærarij secundū Varronē ij erāt, qui militib. ipsis protinus annumerabāt, q nūc thesaurarij bellici. Tribunos etiā ærarios eos fuisse arbitratur Budæus, q ea munera obirēt, q̃ nūc generales receptores obeūt, attributā pecuniā quęstorib. prouincialib. annumerantes ex ærario promptam: unde nimirū ab ære ipso militib. tribuēdo appellati sunt. Hi autē lege Aurelia cū senatorib. equitibusq; iudicabāt, id est, publica iudicia exercebant, ut author est Asconius, in Diuinat. Ciceronis & eorū potestatē exprimit lex huiusmodi, Aes, argentū, aurumue publicè signanto. Quæ lex tametsi numeretur inter leges XII. Tabul. inter illas tamē annumerari nō debere hinc manifestissimū est, q̃ illo ibidē earū tēpore nondū signādi auri, uel argēti usus in rēp. uenerat, ut Riualius, doctus & eloquēs iurecōsultus annotauit lib. 2. histor. iur. ciu. Nisi dixeris aliud esse dare signandi potestatē, aliud nondū signandi usum uenisse, cum pro tēpore futuro signādi potestas dari possit. Quòd si annumerāda sit hęc inter leges XII. Tabul. dicendū est, cū postea usus hominū, ipsaq; rerū necessitas materiā forma publica (quā nūc monetam dicimus) percuti postularet, adiectum id quoq; muneris fuisse tribunis militū (ut scribit Oldend. in ipsas XII. Tabul.) nō à Solone, sed à Romanis, sicut de plerisq; alijs rebus censendū est, idq; Cicero insinuans, De sepulchris autem (inquit) nihil est apud Solonem amplius, quàm ne quis ea deleat, neue alia inferat. Quasi uerò dicat, reliqua sunt à nostris adiecta. Meminère autē de huiusmodi tribunis, præter quos citauimus, & alij præterea clari authores, Festus, Pomponius Lætus, & Fenestella. Anch.

TRIBVNI celerū. Tribuni celerū dicebātur, qui cēturijs præerant. Et ij tales apud reges erāt, quales olim p̄fecti prætorij apud Cæsares, & magistri equitū apud dictatores l. ij. §. populo deinde aucto. ff. de orig. iur. Tribunis aūt ipsis celerū, equitūq;, ius summū in omnes milites, atq; accēsos erat. Itaq; huiusmodi tribuni fuère, q conestabilis apud Gallos hodie dicitur. Eos uerò (ut scribit Fenestella de magist. Ro.) primus Romulus creasse fertur, cū tres equitū cēturias, quarū opera in omni reip. discrimine uteretur, asscripsit: eas cēturias Ramnensiū, Tatiensiū, Lucerū, appellauit: Ramēsiū à suo nomine, Tatiensiū à Tatio, Lucerū uerò denominatio (ut Liuio placet) incerta est, nisi fortè à Lucumone Luceres appellatos esse sentiamos, cū C. Nepote de uiris illustribus. Quos aūt tertios his p̄fecit uiros, quos ex trib. elegit tribub. tribunos nominauit. Fuisse aūt numero trecētos ait eqtes, eo, quòd singulis curijs, q̃ triginta erāt, decē asciuerit. Qui uero celeriter eos accurrere uolūt, si quādo respublica illorū opera indigeret, appellari celeres uoluit. Sunt etiā, qui à Celere quodā, qui primus ijs ordinib. à Romulo præfectus fuerit, Remi interfectore, hoc nomen inditū esse opinētur, ut Ouidius in lib. Fast. significare intelligitur.

TRIBVNI militū quidā angusticlauij erāt, qdā laticlauij, hiq; maioris dignitatis, illi minoris. Vt annotauit Turnebus aduersariorum lib. 1. cap. 4.

TRIBVNI militū. Tribunorū militariū (sicut docet Asconius Pædianus) duo sunt genera. Alij enim à cōsule, nō à populo creari solebāt, nimirū in exercitu. Et qa de eorū iure Rutilius Rufus legē tulerat, primò Rutuli, ac pòst Rufuli appellati sunt. Alios autē populus creare poterat lege Attilia. Et ij dicti sunt comitiati, quòd Romæ comitijs designarētur: & horū origo paulo post XII. Tab. fuit. Olim itaq; tribuni militū cōsulari potestate p̄miscuè ex patrib. ac plebe creati sunt: dicti tribuni militū, quòd ex singulis tribub. legionē ducerēt, & ipsorū officiū erat, ut miles ueste indutus, armis bene munitus, exercitationis usu & disciplina eruditus incedat, & (quod Marcel. de re milit. scribit in l. officiū. §. officiū. ff.) erat in castris milites cōtinere, ad exercitationē p̄ducere, claues portarum suscipere, uigilias interdū circuire, frumētationib. cōmilitonū interesse, frumentū probare, fraudē messorū coercere, delicta secundū suæ authoritatis modū castigare, principijs frequēter interesse, querelas cōmilitonū audire, ualetudinarios inspicere. Aureliani quoq; epistolā apud Vopiscū inuenio, qua tribunū militū admonet, ut si uult tribunus esse, imò si uult uiuere, manus militū contineat, ut nemo alienū pullū rapiat, ouē nemo cōtingat, annona sua miles cōtentus sit, de p̄da hostis, nō de lacrymis p̄uincialiū habeat: arma sint tersa, ferramēta samiata, calceamēta fortia, uestis noua. Eadē adhuc epistola idē Aurelianus tribunū militū dare operam cohortatur, ut ueterē uestē miles excludat, stipēdiū in baltheo, nō in popina habeat, & torquē brachialē & anulū apponat, equū saginariū suū defricet, captū animal nō uēdat, mulū centuriatū comiter curet: alter alteri quasi seruus obsequatur, à medicis gratis curetur, aruspicinis nihil det: in hospitijs castè se agat, q litē fecerit, uapulet. Quæ oia ut milites obseruēnt, & ne latū unguē p̄ergrediantur, efficit Henr. II. ille Hercules Gallicus, inuictissimus, & principū, quotquot sūt, & futuri sunt, Christianiss. Itaq; tribuni militū in castris parē ferè cū consulib. habebāt potestatem, qui imperatori opponebantur pro militibus, & dare & obijcere castrensia omnia debebant. Quem magistratū Catones ambo, Cæsar, Tiberius, Vespasianus, Titusq;, & complures alij illustres uiri gessērunt, ut historici docent. Nunc uerò huiusmodi tribunos hodie uocamus mareschalcos, aut certè præfectos milites, ut scribit Budæus in Annotat. ad l. de origine iuris. Et de ijs ipsis tribunis loqui uidetur Imperator C. in tit. Ne rei militaris comitibus, uel tribunis lauacra præstentur. Anch.

TRIBVNI plebis. Cum populus Romanus tributum & militiá tolerarет (ut author eſt Cornelius Nepos de uiris illuſt.) à patribus ſeceſsit in mõtem ſacrum, anno ferè XVII. poſt exactos reges, teſte Pomponio iurecõſulto: in l.ij.§. ijſdem temporibus. ff.de origine iur. & ibidem tribunos. qui eſſent plebei magiſtratus, ſibi creare cœpit, & alios, qui ædib. & qui ærario, quiq; capitalibus rebus, necnõ porrò legibus ferendis præeſſent, ut ſcribit idem Pomponius in d.l.ij.ff.eo. Ab eo igitur monte cum plebs reuocari non poſſet, Menenius Agrippa cognomento Lanatus eam ipſam cum patribus reduxit in cõcordiam eleganti fabula, quæ ſic apud eundem Cornelium eſt: Olim, inquit, humani artus cum uentrem ocioſum cernerent, ab eo diſcordârunt, & ſuum illi miniſterium negauerunt, cum eo pacto & ipſi deficerent, intellexerũt uentrem acceptos cibos per omnia membra digerere, & cum eo in gratiam rediêrunt: ſic ſenatus & populus quaſi unum corpus diſcordia pereunt, concordia ualent. Ex ijs itaq; apparet, tribunos plebis eſſe, qui ex corpore ſenatorum, poſt exactos reges, iuſſu plebis creabantur in eius diſſenſione à patribus, & hoc nomine dictos eſſe (ut Pomponius refert) quòd tunc in tres partes populus erat diuiſus, & è ſingulis ſinguli creabantur, uel quia tribuum ſuffragio crearentur in hoc (ut dicit Gellius) non ut ius dicerent, ſed ut intercederent, opponerentq; ſeſe iniurijs, ac uiolentijs primatum. Vnde Cæſar, in bello ciu.1. Refertur ſtatim (ait) de interceſsione tribunorum. Itaque tribunis maxima erat tradita poteſtas, quippe hi plebei erant cuſtodes, & prȩſides libertatis populi aduerſus nobilium ſuperbiam (quod & ſcribit dictus Nepos de uiris illuſt.) & prouocabatur ad eos, & omnia ſenatuſconſulta examinabant, &, niſi per eos approbata, & ſubſcriptione literæ à tergo ſignata, irrita habebantur, ut in ſuis operib. meminêre, & teſtes ſunt Feneſtella, c.25. de Rom. magiſtratib. Pomponius Lȩtus c.18. de Rom. magiſtrat. &c. & Valerius Maximus lib.2. Horum ergò leges plebiſcita proprio uocabulo dicuntur. Anch. De Tribunorum autem plebis origine, electione, officio & auctoritate leges Feneſtellã cap.10. Lætum cap.18. Ouid. lib.3. Faſtorum, Valeriũ Maximum lib.2. cap.1. Blondum lib.5. Romæ triumphantis. Alexandrum ab Alex. lib.5. cap.2.

TRIBVNITIAE leges, Plebiſcita proprio uocabulo dicuntur. Conſulares uero abſolutè Leges uocantur. Tribunus, ſacroſanctus magiſtratus erat: Plebeius tamen, cuſtos & præſes libertatis. Bud. loco citato.

TRIBVS. Scæuola de Leg.iij.l. Patronus, ait, liberto ſtatim tribum emi petierat: libertus diu morã ab hærede patroni paſſus eſt. & decedens, hæredem reliquit clariſsimum uirum. Quæſitum eſt, an Trib. æſtimatio, hæredi eius debeatur, &c. Huiꝰ perquàm elegantis reſponſi ſenſum, Interpres non ſatis aperuit, Tribum, pro progenie exponens, rerum ab antiquitate petendarum imperitus. Tribus, hic nõ coniunctum ſanguinis propinquitate, ſed in alicuius tribus partem aſcitum, denotat. Per clariſsimũ uirum, ut puto, Senatorem intelligit. Nam & ipſi erant ex tribubus, quos primum ex tota ſua multitudine Romulus tres fecit: procedẽte deinde tempore, aucta, ad quinq; & triginta peruenerunt. Senatores, Equites, & Plebeij in has erant diuiſi. neq; erat quiſquam ciuis Romanus, qui non eſſet alicuius tribus. Proinde Viuianus formator ille, caſuum, ut noſtri aiunt, audiendus non eſt, dicens: Non facio uim, utrũ fuerit hȩres clariſsimus, uel non: ſed non tantũ hic dormitat. Cæterùm Romanarum tribuum rationẽ nullus unquã (quod ego ſciam) exactius tradidit Paulo Manutio: ex quo tantummodo earũ nomina huc adſcribam.

Sunt autem hæc:

Aemelia	Narnienſis	Sergia
Anienſis	Ocriculana	Suburrana
Cornelia	Oufentina	Sapinia
Claudia	Palatina	Scaptia
Collina	Papyria	Sabatina
Cruſtumina	Pollia	Stellatina
ſiue Cluſtumina	Popilia	Terentina
Eſquilina	Pontina, ſiue	Tromentina
Falerina	*Pomtina*	Velina
Fabia	Publicia	Volitina
Galeria	Pupinia	Vientina
Lemonia	Quirinia	Veturia
Metia	Romulia.	

Ex hoc autẽ numero quatuor tantum Vrbanæ fuerũt, Palatina, Eſquilina, Collina, Suburrana: in quas, ut inquit Plinius, transferri ignominia eſſet. Dictæ à partibus urbis, in queis habitabat. Reliquæ omnes ruſticæ, laudatiſsimæ, eorum qui rura haberẽt: quæ propriè ingenuorũ erant, cũ urbanæ libertinorũ eſſent. ut autor eſt Aſcanius. Porrò Dn. Old. à tributo dando Tribus dictas rectè notauit, cũ populi cõfuſa multitudo, propter tributũ in ordinẽ redigitur. Sp.

TRIBVS à tributo dictum Liuius lib.1. non ſine cauſſa adijcit. Nam Varronis ſententia, uerbum tribus, a tribus eſt nominatũ, quod ager Romanus in tres partes diuiſus eſſet, Tatienſes, Rhamnenſes, Lucerenſes, quam etiam Plutarchus & Dionyſius ſecuti ſunt, tribum à numero dictam putantes, ſicuti ab Athenienſibus τριττὺς eſt appellata ἀπὸ τῶν τριῶν, id eſt, à tribus, eamq; ueriorem exiſtimat Perionius lib.1. De magiſtratibus Romanorum. Vt uerò Liuius in hoc à Varrone diſſentit, ſic nec quos Varro trib. uocat, eodem nomine appellat Liuius, ſed centurias, eaſq; equitum. Tribus uerò à centurijs differre, Liuij locus ſupra citatus, luculenter teſtatur, dum primum duplicatum fuiſſe numerũ tribuum, quas tempore ſuo XXXV. fuiſſe ſcribit. Quod ſi duplicatæ fuerunt, ut ipſe uult, & curiæ eædem ſunt, quæ trib. certè cùm dicat curias à Romulo XXX. fuiſſe, non ſolum eſſent quinq; & triginta tribusꝰ, ſed ſexaginta duplicatæ. Deinde tribus à tributo appellatas confirmat, cuius conferendi Seruius rationem inierit. Quòd ſi quatuor tantum erant tribus à Seruio inſtitutæ, Curiæ autem triginta, quas Romulus, ut uult, inſtituerit, certe aliud tribuum, aliud curiarum nomine intelligi cõuenit. Liuio ſuffragatur Dionyſius Halicarnaſs lib.2. antiquitat. Roman. & Plutarchus in uita Romuli.

TRIBVS Prærogatiuæ. Quære, Omen prærogatiuum.

TRIBVS aliquando pro familia accipitur, quem admodum familia in ſacris literis συγγενεῖς ἢ ἀδελφοὶ pro tribu, gente, & ſtirpe accipi ſolet ab interpretibus: quòd apud Græcos nomẽ πατριὰς idẽ ſit quod φυλὴ Brechæus in l.pronunciatio.§. familiæ appellatio.ff.de uerb. & rer.ſig.

TRIBVTARIVM, quod ſoluendo tributo obnoxium eſt. Iuſtinian. de Rer. diuiſ.§. per traditionẽ. Itaq; ſtipendiaria quoq; & tributaria prædia eodem modo alienantur. Sp.

TRIBVTARII ſerui ideò ſic dicũtur, quòd tributum domino pendunt. Cenſus etiã iſte qui quo-

tannis ab eis ſoluitur tributarium emolumentũ uocatur à Val.Imp.ut annotauit Conn.lib.2.c.10.nu.3.

TRIBVTORVM dominus uocatur is, qui tributis exigendis præerat. Conna.lib.7.cap.12.nu.8.

TRIBVTVM idem quod ſtipendium appellari, Pomponius ait: & ſanè appellatur à cõtributione tributum: uel ex eo, quod militibus tribuatur. Hęc Vlpianus de uerb.ſign. Maffeus.

TRIBVTVM initio pecunia ea, quę populo imperabatur, appellata eſt, ſiue quod tributũ à ſingulis pro portione cenſus exigeretur, ut Varro lib.iiij. de lingua Lat. ſcribit, ſiue ab intributione, aut quod militib. tribueretur, ut Vlp. in l.27. in fin. & Feſt. li. xvij. probãt. Tributa uerò poſteaquã Auguſtus cũ populo prouincias partitus eſt. appellata ſunt, quæ bello uictæ prouinciæ populo quotannis pendebãt: quæ uerò Cæſaris prouincię ad belli ſubſidia inferebant, ſtipẽdia ſunt uocata. Ea cauſa eſt, cur tributa à ſtipẽdijs, Tributariaq; prædia à ſtipendiarijs ſeparentur l.13. ff. de impenſ. in res do. l.46. §. qui cõpenſationẽ. ff. de iure fiſc. §. per traditionẽ. Inſtit. de rer. diuiſ. Vbi Theophil. hanc horum uerborum differentiam ueriſsimè tradidit, quę à quibuſdam immeritò ridetur. Italica quidem certè prædia immunia erant.

TRIBVTVM in exercitoria actione intelligitur id, quod inter creditores ſerui negotiãtis & dominũ cui idẽ ſeruus debet, tribuitur, hoc eſt, diſtribuitur pro rata eius, quod cuiq; debetur. In tributũ igitur uocari, aliud hic eſt nihil q̃ ad uirilem partẽ admitti. Quod ut plenius intelligi poſsit, per exemplũ, cuius maximã in docendo uim eſſe, apud Platonẽ teſtatur Socrates in lib. de regno, colum. 9. circa fin. arduũq; eſſe abſq; exẽplis res magnas lucidè oſtẽdere, indicabimus. Filiusfam. in merce peculiari ſciẽte patienteq; patre negociatur, cui ego ad certũ cõtracta conuentione, magnã mercium quantitatẽ uendidi. Is & cũ alijs in merce peculiari eadẽ ratione contractum inijt. Conuenio patrẽ, ſummã filio creditã exigo. Sane quamuis regulariter in peculio receptũ ſit, ut parẽtes quod ſibi debetur, inprimis deducere poſsint l. depoſiti inf. de pec. l. ſi cũ dotẽ. §. ult. inf ſolut. matr. hoc tamẽ in caſu cõmunis regula locũ nõ habet. Inſolidũ igitur in mediũ delato & exhibito creditoribus peculio, nihil deducet pater, quo ſciẽte patienteq; contractũ eſt: ſed diuiſo inter omnes creditores quoad uirilẽ portionẽ, id eſt, pro rata eius, quod ei à filio debetur admittendus erit. Quę hic in filio dicta ſunt, eadẽ & in ſeruo locũ habẽt. Peckius comment. l.1. 6. ſi is. nu.7. ff. de exercit. act.

TRIBVTA autem quædam erant perſonarum ſiue capitis: quædam uerò pro prædijs, aut mouentibus reddebãtur l.3. ff. de cenſib. l.42. ff. de pact. l.32. in fi. ff. de uſufruc. leg. l.14. §. idem Iul. ff. de act. empt. Vnde Tributoria cauſa l.46. §. ut debitoribus. ff. de iure fiſc. Briſ. Hinc

TRIBVTA in corporib. cõſiſtũt, ueluti auro, argẽto, ære, eqs, ueſtib. quæ & intributiones & cõtributiones dicũtur. Annonæ uerò in ſpeciebus, ueluti frumẽto, uino, oleo, pane, carne, ſale. Sunt autẽ duplicia tributa, ſoli & capitis l. ult. ff. de cenſib. Capitis ſunt qui ſtipẽdia uocent. Tertullianus in Apologet. Si agri tributo onuſti uiliores, hominũ capita ſtipendio cẽſa ignobiliore. Cõferunt autẽ & annonã & tributa poſſeſſores, id eſt, domini prædiorũ prouincialium quotannis, uel ipſi prædiorũ cõductores, l. ſine hærede. §. Lucius, ff de admi. tut. per cauſam tuendi exercitus l.2. de exactor. trib. C. lib.10. Cuia. ad Rub. tit. de annonis & tributis, C. d. lib.10.

TRIBVTI & ſtipendij hodiè nulla eſt differentia. Cuia. obſeruat. lib.7. cap.3.

TRICENNIVM eſt tẽpus 30. annorũ. Inde tricẽnalis præſcript. ut in c. Vigilãti. de præſcript. Prat.

TRICLINIVM, locus, tribus cõſtratum lectis, ad diſcumbendum l. foramẽ. ff. de Seruit. urb. præd. Hinc triclinaria ueſtimenta, quibus in triclinijs utimur: quæ & Recidipna uocantur. Paulus in l. apud Labeonem. de Opt. leg. cum ita legatum eſt: Veſtimenta quæ uolet triclinaria, ſumito. Sp. Adde Forc. in penu iuris ciuilis cap.26. nu.1.

TRICONES intelligũtur ij homines, qui Gerrones à ueteribus ſeu rixatores dicuntur: quales ij ſunt, qui contentiones ac rixas auidius conſectãtur. Id ex Satyris poetæ Lucilij aſſumptum eſt, qui primus (ut puto) ab intricando hanc uocem deflexit. Carmen Lucilij id eſt ad Panætium.

Celta ſenex Craſſi pater huius Panæti
Magnus fuit triconum idem meum ſoluere nulli
Lexiim. —

Quo loco Tricones, Nonius accipit pro moroſis hominibus, & ad quanquam rixam paratis. Pet. Crinitus lib.24. de honeſt. diſcipl. cap.15.

TRIDVO, pro intra triduum, uſurpatur. Vulgus dicit, antequam ſint tres dies.

TRIENS. Extat titulus, De triente & ſemiſſe. in Auth. pro cuius explicatione faciliori obiter hîc annotabo ex Lexico Spiegelij, quæ uidẽtur opportuna. Sextãs (inquit) quidã ſeſtans ſcribũt, duæ totius aſsis partes ſunt, hoc eſt, duæ unciæ ſicut quadrans tres unciæ. Nam quarta pars à duodecim ſunt tres. Triens, tertia pars aſsis, quattuor continet uncias. Quincunx quinq;. Semis autẽ dimidiũ illius habet, quod aſſe continetur: quæ quidẽ pars ſex uncias ex toto aſſe uẽdicauit: aliàs ſemiſsis. Septunx aũt ſeptẽ cõſequtur uncias. Bes octo. Dodrãs uerò nouẽ. Dextans decẽ ſignat uncias. Deunx uerò nouẽ. Hæc Sp. refert poſt Alex. lib.1. Genialiũ dierũ, cap.1. Anch.

TRIENTES uſuræ, quę intra tertiam partẽ centeſimæ concluduntur quo modo & trientarium fœnus apud Capitolinum in Antonio: & trientes penſiones apud Lampridium in Alex. Briſ.

TRIERARCHVS, interpretatur nauis princeps. Trieris enim nauis eſt, triplici ordine remorũ inſtructa. Ad Trebel. l. eius. Fiduciarium, inquit, reliquit hæredem trierarchum. Item de Bon. poſſeſ. l. j. Nauarchos, ait, & trierarchos claſsium. Nebr.

TRIETERICVM dicitur, quod tertio quoque anno contingit. Modeſtinus de Pollicit. l. Septitia. Agonem, inquit, conſtituo trietericum. Nebr.

TRIFARIAM, in tres partes l. j. §. fin. ff. de Muner. & honor. Alberic.

TRIFVR, plus quàm fur, uel maximus fur.

TRIGA, quaſi trijuga, à tribus equis iunctis, frequens Hungaris. Iuriſconſ. Et ſi triga uenierit, retinenda erit rota: & ſi quadriga, adhibeatur.

TRIGEMINI ſunt tres uno partu editi, quales fuẽre Horatij temporibus Tullij Hoſtilij, Romanorum regis l.7. ff. de reb. dub. l.3. ff. ſi pars hæred. l.137. ff. de uerb. oblig. Briſ.

TRI[illegible]N. Require, Sphæriſterium.

TRIMO[illegible]IVM, quod tres modios continet.

TRIMODIA, æ, menſura trium modiorum.

TRI[illegible]EPOS, abnepotis filius: quod ſit poſt tres à nepote.

TRINI, æ, a, nomẽ eſt diſtributiuum, quale illud bini & quini & deni, ſignificatq; cuilibet competere tria. Iungiturq;, ut alia eiuſmodi nomina nominibus plura-

pluraliter declinatis. Martialis:

Transierint bona forsan trinæ Calendæ.

Sillius lib. xv. Punicorum:

Qui sex nunc trinis deducunt agmina castris.

Martian. lib. 50. de legat. l. sciendum. Præcipitur, inquit, edicto Vespasiani omnibus ciuitatibus, ne plures quam trinos legatos mittant. Accursius in erroribus pertinax est. nam qui binos exposuit pro quatuor, quinos pro decem, denos pro uiginti, hoc in loco trinos pro sex exponit, cum exponendum fuerit trinos, id est, quælibet ciuitas tres. Sed quæro iam, nõ ab illo, sed ab illius amatoribus, an rectè dictum sit, quod omnes ciuitates non amplius mittere debeant, quam sex legatos? significaretur nanq;, quod oẽs ciuitates simul sumptæ non amplius essent missuræ quam sex legatos, quod est perq̃ ridiculũ. Neb.

TRINVM edictum, id est, trina citatio: quæ & Peremptoria nominatur. De cuius effectibus abunde satis Doctores. Sed post omnes, & concisius & dilucidius Zasius noster tractat, in l. contumacia. ff. de re iud. Spiegelius.

TRINVNDINVM. Si quid suffragijs pop. Ro. ferendum erat, id per ternas nundinas recitabatur: & id tempus Trinundinũ, & duobus uocabulis. trinum nundinum dicitur. Spieg.

TRIPARTITAE nomine cur Sext. Ælij Iuriscos liber inscriptus sit, indicat Pomp. in §. deinde Q. Fabius. uers. post hos fuit Tiber. Coruncanus. l. 2. de origin. iur. Vide Rutilium in uita huius Sexti, paulo ante finem. Spiegel.

TRIPARTITVM, quod in tres partes diuisum est. Instit. §. sed cum paulatim. de testam. Alb.

TRIPHVS quid significet apud Vlp. in l. idẽ Offilius. ad fin. tit. de ædil. edic. sæpè dubitatum est. Sũt qui referant se in Pandect. Flor. Atypus legisse: tñ ingenuè fatentur, quid morbi sit, non inuenire, neque inuenturos se sperare. Sed ab etymologia uocabuli putant eos esse Atypos, qui non satis expedito plectro linguæ uterentur.

Nonnulli Aphthiphum corrigendum asserunt. Aphthæ enim sunt, quas non aliter fere Plini. quam oris ulcera in infantibus nuncupat. Sunt & alia oris ulcera, sed minus utiq; sæua, atq; in adultis maximè. & ideo Aphthiphum Iureconsultus uocat, eum qui aphthis, hoc est, ulceribus laboraret.

Ego existimo eam lectionem quæ circumfertur, non improbandam esse. potuit enim Iureconsultus Triphum eum appellare, qui Græcis Triphonius dicatur: hoc est, eum qui ob linguę celeritatem ita confuse loquitur, ut uno tẽpore tres simul uoces uideatur emittere, & idcirco intelligi non posit: quales quotidie uidem⁹. φωνὴ enim Gręcis uox est. Sanè Triphonius etiã nomen Iurecon. fuit, cui forsitan à prędicta causa nomen inditũ est. Aliqui sunt q̃ legãt Typhlum, hoc est cæcum. quam lectioné is cui placuerit, probet: mihi quidem non applaudit. Cott. Vide infrà Tryphus &c.

TRIPLICATIO, est secunda actoris defensio, contra rei duplicationem opposita. §. j. Instit. de replicat. quasi enim Replicatio, conduplicatio & geminatio fuisset: sic quod tertio post actionem loco referretur, atq; in iudicium obijceretur, Triplicationis nomine significatum est. At in l. 2. ff. de except. Triplicatio reo tribuitur, quasi Replicationi opponat. ubi, ut uerè dicam, mendũ subesse arbitror: & ex Imperatoris uerbis corrigendum. Hot.

TRIPONDIVM, pondus trium assium. Instit. de hæred. instit. §. & si plures. Vel tripondium est qđ in triginta sex uncias diuiditur.

TRIPVDIVM augurium accipiebatur ex pullis gallinaceis, quos in cauea inclusos asseruabant pullarij, quib. eductis obijciebatur pastus, tumq; ex pascendi ratione augurium capiebat pullarius, idq; ad magistratũ deferebat eum, à quo iussus erat captare augurium. Si enim pascerentur, bonum augurium erat, si non pascerentur, malum.

TRIREMIS, à Græcis τριήρης dicitur. τριήραρχος, nauis princeps, siue, ut hodie uocatur, Patron⁹: quo uocabulo, ut & nauarchi, ceu Latinitate donato, usi sunt Iuriscoss. Lege Bayfium de re naual. Spieg.

TRISTE auxilium, Martian. ait, est, appellare. l. serui. de appell. Sed hoc ob statum serui dictum puto: quum appellandi usus sit & frequens, & necessarius, ut dicit Vlp. l. j. eodem. Spieg.

TRISTEM literam Cicero appellat θ, salutarẽ τ, qđ hac absoluerentur reus, illa damnaretur. de quo Eras. in prouerb. Theta præfigere. Spiegel.

TRISTEGA, trium contignationum ædificia, siue tres contignationes.

TRITAVVS est patris & matris atauus, aui uel auiæ abauus, proaui proauiæ proauus, abaui uel abauiæ auus, ataui uel atauiæ pater, dictus quasi terti⁹ auus. l. 3. l. ult. §. sexto. ff. de gradib. & adf. Scribitur autem in d. l. 3. Triauus Triauia in P. Florent. Briss.

TRITICARIA condictio. Triticaria condictio (tametsi nullo in loco reperiatur, unde dicta sit, teste Accursio) dici tñ potest assumpsisse nomẽ à Triticio authore, ut & Publiciana a Publicio. Instit. de donat. §. sed quia sanè. Hæc uerò locũ habet pro omni re, excepta pecunia numerata, siue certũ, siue incertum, siue dominium, siue possessio petatur. l. j. & ibi Bar. de cond. triticar. ff. Anch.

TRITICVM in iure ciuili uidetur quàm sæpissimè pro toto frumenti genere usurpatum, l. triticum. ff. de uerb. oblig. ubi Accurs. gñrale nomen esse dicit oĩm quæ in area teruntur: quod satis ostendit Iurisconsultus, sic inquiẽs: Triticũ dari oportere stipulatus est aliq̃s, facti quæstio est nõ iuris. Igitur si de aliquo tritico cogitauerit, id est, certi gñris & quantitatis, id habebitur ꝓ expresso: alioquin si cum destinare genus & modũ uellet, non fecerit, nihil stipulatus uidetur, nec unum quidem modium. Si igitur tritici plura genera sunt, ergo triticum pro frumento in genere capitur, quod rursus in genera quas species uocamus diuiditur. l. 2. ff si cert. pet.

Cæterùm nihil prohibet triticum speciẽ frumenti esse in d. l. triticum, ut l. si quis uinum. ff. de triti. ui. & oleo. & mox plura esse tritici genera. Columella lib. 2. cap. 6. Prima, inquit, & utilissima sunt hominibus frumenta, triticum, & semen adoreum. Tritici autẽ genera complura cognouimus, uerùm ex his maxime serendum est, quod robus dicitur. Secundũ est siliginis, tertium est trimestre, quod & genus est siliginis. reliquæ species superuacuæ sunt. Hęc ille. Cornelius Celsus, lib. 2. de re medica. Firmius est triticũ, quàm milium, idipsum quàm hordeum: ex tritico firmissima siligo. Quapropter potest non uerum esse, quod uult glo. in d. l. triticum. pro toto genere frumenti triticum legi: quia ipsum in alia genera subdiuiditur. Idem dici potest in l. fideiussorem. ff. man. Atqui in Rubr. ff. de trit. ui. & ole. leg. expressum est triticum tantum, & l. prima. & Rubr. de triticaria actione: propter excellentiam frumenti, quod est optimi alimenti, & commune ubique, prætereà miræ fertilitatis. Forcatulus in penu Iuris Ciuilis capitul. sexto, in princip.

TRIVMPHANDI modus talis erat: Victores corona, primum laurea, deinde aurea redimiti, curru inaurato, quem quatuor equi albi trahebant, Romam inuehebantur. Præcedebat Senatus: sequebatur populus: post hunc ordo militaris. Ante currum uictoris ibant Duces uicti, catenam ferreã collo gestantes. Et primùm omnium ad templum Iouis Capitolini, deinde per urbem atq; domum reducebantur. Cicer. in Pisonem: Quid tandem (inquit) habet iste currus? Quid uicti ante currum Duces? Quid si mulachra Oppidorum? Quid aurum? Quid argentum? Quid Legati in equis, & Tribuni? Quid clamor militum? Quid tota illa pompa? Quid uehi per urbem? Vnde sunt, qui triumphum à tribus ordinibus Senatus, populi, & militum, dici existimant.

TRIVMVIRI conquirendæ pecuniæ, monetales, seu mensarij erant, æris, auri, argentiq; flatores: quorum munus erat, numismata probi auri & argenti, iustiq; ponderis examinare, ut iuste militibus distraherentur. Alex. Neapol. genial. dier. lib. 3. c. 16. Petrus Bembus in Epistola ad Bernardinum Sandrũ, indicat à Romanis Triumuiros pecuniæ cudendæ ita inscribi solitos, A. A. A. F. F. hoc est, auro, argento, ære, flando, feriundo, eosdemq; etiam Treuiros solitos dici, atq; hac uoce Triumuiros notasse per iocũ Ciceronem, cùm ad Trebatium scribens, Treuiros, inquit, uites censeo: audio capitales esse. lib. 7. Fam. Epist. Triumuirorum meminit & Pompon. in l. 2. de orig. iur. Vide in eum Scholiasten Zasium.

TRIVMVIRI capitales, q criminalib. causis exequendis præerant. Ea autem erat in homines capitales & facinorosos animaduertendi ratio, ut primum ad Triumuiros capitales crimina deferrentur: hi ut ad prætorem delata referrent, prætor iudicium consessumq; cogeret, iudicesq; in consilium mitteret: Triumuiri illi capitales, rursus decretum cõsilij exequerentur. Hi tres uiri capitales, ut scribit Pompon. Lætus, de magistr. erant qui carceris custodiam haberent: ut si animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. l. 2. de origin. iur. Brechæus in l. licet. ff. de uerb. & rer. sign.

TRIVMVIRI ædibus sacris incendio consumptis reficiendis & sacris cõquirendis instituti, Hi an extraordinarij sacerdotes, uel prophani fuerint, Onuphrius dubitat.

TRIVMVIRI Epulones. De his Triumuiris Cicero libro tertio, de Oratore ita scribit: Sed ut pontifices ueteres propter sacrificiorum multitudinem tres uiros epulones esse uoluerunt, cum essent ipsi à Numa, ut etiam illud ludorum exulare sacrificiũ facerent, instituti. Ac posterioribus temporibus Septemuiros epulones fuisse, intelligi potest ex Gellij libro 1. cap. xij. Meminit etiam septemuirorum epulonum Plinius lib. 2. Epist. ad Arrianum, Et Lucan. libro 1. canit: Septemuirque epulis festus, Titijque sodales.

TRIVMVIRI nocturni, quia incendijs arcẽdis præerant, dicti sunt, autore Paulo, in l. j. de offic. præfect. uigil. Et Tacitus: Triumuiri, quòd ad incẽdium in sacra uia ortum tardè uenerant, à Tribuno plebis die dicta damnati sunt. Ex quibus uerbis apparet, eum fuisse ordinarium magistratum, cuius esset annua potestas.

TRIVNCIVM, quod trium unciarum est. Auth. de trient. & semisse. Spiegel.

TROCHLEA, quæ uox est apud Iurisconsf. in l. sed addes. Locati uariè describit: quoniam & ipsa non unius generis est. de qua Bud. uidendus in annot. prior. Nebriss. scribit, trochleam instrumentum esse, cum orbiculis ad eleuanda & deprimenda onera. Tympanum, inquit, & trochleas, quibus eleuatur prelum. Spiegel.

TROPHAEVM, monumentum dixère, nunc marmoreum, modò æneum, cum inscriptione, & titulis æuo perpetuo duraturis. Interdum, si materia non suppetebat, lapides in ingentem cumulum aggerendo, uel insignem arborem excisis ramis, ibiq; hostium spolia statuendo, in memoriam posteritatis, bonis & fortibus uiris pro trophæis erigebant. Alex. de Alex. Genial. dier. lib j. cap. 21.

TROPHIMA, merces nutricum est. τρέφειν significat alere: παρὰ τὸ θρέμμα nutricationem, seu nutriciũ. Alciat. lib. j. Dispunct. ca. 18. Extat in uulgatis exemplaribus in l. Publia Maria. §. fin. Sed Haloander hoc in loco eam non agnoscit, ut superius indicauimus in dict. Plus minus.. Spieg.

TROPVS, secundum Scaurum, Quintilianum, & Diomedem. est, cum sermo à principali & naturali significatione transfertur ad aliquam similitudinem: uel à propria significatione, ad non propriam: propter ornatum, necessitatem, aut asseuerationẽ: quæ & Emphasis dicitur. Hinc emergunt allegoriæ, quæ potius theologiæ, & oratoriæ, quàm iuris consesrunt. quod & Zas. indicauit. Quamuis, ipso teste, puritas Latini sermonis in iure nostro Ciuili, quoad eius fieri poterit, asserenda est. arg. l. Plautius. ff. de auro & arg. leg. Spieg.

TROXIMA uua, quæ matura & comestibilis, inepta uino. τρώξιμος, maturus, comestibilis. Iurisconsf. de uerb sign. l. qui fundum. Et quæ eiusdem generis essent, quas non uini causa haberemus: quas Græci Troximas appellant. Nebr.

TRVLLA, uas est, quo è culina in lauatrinam aquam fundunt, atq; ad alia eiusmodi ministeria comparatum. Pomp. de Aur. & arg. leg. l. & si. Veluti paropsidas, inquit, tabulas, trullas. Paul. de fund. instr. l. tabernæ. Trullæ, ait, quæ circa cœnum solent traijci. Nebr. Alexandro Neapolitano trulla, est poculi genus: sicut scyphus, Herculis: Cantharus, Liberi, modiolus, & phiala lib. 3. Gen. dier. cap. x. Quidam hoc uocabulum à transuolando deducunt, quòd per eã aqua transuolet: tamen falluntur, qui eam uas tantũ aquarium putarunt. Erat enim & uas uinarium, ut adductis ex Cicerone, Horatio & Iuuenale, Bayfius confirmat exemplis. Sp.

TRVPHATORES. Rhodig. in fi. c 8. lib. xj. adnotauit dignum scitu: passim plebeia, ut rentur multi, uoce impostores, derisoresq; dici truphatores: indicans id ex media Græcia uerbum esse. Sp.

TRVTINA, Græcè τάλαντον: id libræ genus, quo uel minutissimum ponderis momentũ sentitur. Latini quoq;, exactam æqualitatem, Æquilibrium appellant. Vnde & æqua lance fieri dicitur, quod pari iure fit, citra personarum respectum. Ita Modest. de re iud. l. non tantum sub finem. Quod & in persona mulieris, æqua lance seruari, æquitatis suggerit ratio. Itẽ Iustin. C. de natur. lib. Quapropter sancimus, in huiusmodi casibus, omnes liberos, siue ante dotalia instrumenta edita sint, siue postea, una eademq; lance trutinari. l. cum quis à muliere, ad fin. Vide Erasm. in Adag. Eadem pensari trutina. Item, Trutina iustius Alc. lib. 4. de uerb. sig. & s̄. Æqua lance.

TRVTINARE, translatè, pro pensiculare ex animo, Bey jm erwegen. ut apud Imp. in l. generaliter. C. de reb. credit. Sp.

TRYPHVS, delicatus. nã τρυφὴ delicias, & τρυφᾶν deli-

delicior significat. Vlp. de ędil. edict. l. idem Offilius. Balbus, inquit, & blæsus, & tryphus, isq; qui tardius loquitur. Vbi tryphum pro blæso, & qui quodã modo ex delicijs sic loquitur. Nebr. qui corruptum nõ animaduertit hunc locum, quem Bud. cum esset Florentiæ in Pisanis Pandectis, ut ipse ait, ita legit. An balbus, & blæsus, & atypus, isq; qui tardius loquitur, & uarus & uatius sanus sit? Nor. text. subscribit. Hic autẽ Iurisconf. tria linguæ uitia blæsitatem, balbuciẽ hæsitantiamq; expressit: & quartum, quod atypi nomine uocauit: existimat Budæus ab etymologia uocabuli eos esse Atypos dictos qui non satis expedito plectro linguæ uterentur, quasi aerem non ferientes, uel quasi non satis uerba exprimentes, conformantésue. Spiegelius.

T V

TVA non interest. Exceptio exclusoria. Siquidẽ actio non datur, nisi agentis intersit. Spieg.

TVA pecunia pro tibi debita. l. si pecuniã. C. neg. gest. Alberic.

TVAS res tibi habeto, tuas res tibi agito. His uerbis, ut Caius l. 2. de diuort. ostendit. diuortium apud Veteres agebatur: quorum altero reddit dotem, altero abdicit a se tutoris munus, in rebus uxorijs. Hæc autem forma uerborũ perscripta est, ut Erasmus noster in Chiliad. indicat: ne uel non ratum esset diuortium, si nullis solennib. uerbis perageretur: uel inauspicatum & odiosum, si uerbis inciuilib. Itidem, eodem autore Caio, d. l. in discutiendis sponsalibus, uisum est uti his uerbis, Conditione tua non utar. Hęc uero quomodo gratiam prouerbij habebãt, Erasm. pulchrè demonstrat. Spiegel.

TVBI, & per diminutionem tubuli, sunt canales fictiles, per quos fumus ultra parietem conducitur. de quib. meminit Iureconsult. in l. quidam Hyberus. in princ. ff. de seru. urb. præd. dum refert, non licere tubulos habere admotos ad parietem communẽ. ita enim scribendum est, non tribulos, ut in uulgatis codicib. & refert Senec. 14. ad Lucil. antiquos parietib. tubos immisisse, per quos circunfunderetur calor, quo ima simul & summa æqualiter fomentum caperent. De tubulis fictilib. meminit Vitruuius in 8. Ductus (inquiens) aquæ fiunt generibus tribus: riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilib. eos etiam ad alios usus parari consuetos inuenimus, ut illi qui sub stillicidijs ponuntur, imbriũ colligendorũ gratia, ut ad cisternas simul ducantur. de quibus Plin. Pinus, picæ, & alni, ad aquarum ductus in tubos cauantur. Atticus apud Ciceron. in 2. de legib. Ductus uero aquarum, quos isti tubos & euripos uocant. & Vlpia. in l. j. § hoc autem. ff. de cloacis. & uulgo tumbones appellantur. Cott.

TVRVLI, machinulæ sunt ferreæ, dolosæ, tetragona formula, quæ in quamcunq; partem incubuerint, unũ, aut plures aculeos infestos protrudũt. Budæus in annot. ad l. quidam liberius eod. tit. Spieg.

TVBVS, siue sit fictilis, siue ex alia materia, fistula est, per quam aqua deducitur. Vlpia. de Cloac. l. j. Cloacæ appellatione, & tubus, & fistulę continẽtur. Hinc tubulus per diminutionẽ, eodem significatu. Paulus alicubi pro cuniculo subterraneo posuit: Hi calores, inquit, in eisdem tubulis inueniuntur. Procul. de seru. urb. præd. l. quidam. Non licet, ait, tubulos habere admotos ad parietem communem. Neb. Adde Forcat. in Auiario iur. ciuil. c. 13.

TVERI se pro eo quod est sustẽtare, tolerare, exhibere se, & alere in l. pen. & l. ult. ff. de in rem uerso. l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tutel. & rat. distr. Notandũ est autem hoc uerbum etiam passiua significatione contra grammaticorum regulas usurpari à Iureconsultis non semel, ut in l. 7. ff. de curatorib. fur. l. 17. ff. de iniusto rup. l. 50. ff. de liber. caus. l. 5. §. ad eum aũt. l. ult. in fin. ff. de leg. præst. l. 17. in fin. ff. de nouallib. l. 3. C. de seruit. l. 153. de decurionib. in C. Th. Sic & Varro lib. 3. de re rust. c. j. Et in pace a Rusticis Rom. alebantur, & in bello ab his tuebantur. Vitru. lib. 8. Res omnes non alit sine elementorum potestate, neq; crescere, nec tueri. Briss. Adde Cuia. ad l. fin. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testa.

TVERI ædificia, est quod uulgò dicitur, intertenere, im Bawhalten. Monuit & Bud. ut & quod sequitur, tueri se, pro eo quod est, alere & tolerare, & ut iam dictum est, intertenere. Scæuola in l. penul. & ult. de in rem uerso. Sine quibus aut se tueri, aut seruos paternos exhibere non posset. Sp.

TVERI seruitutes, pro conseruare, apud Vlp. l. j. de Itin. actuq; priuat. Tueri item, pro eo quod est alere & tolerare, hoc est, modicè & summa parsimonia uiuere, ut apud Scæuolam, in l. pen. & ulti. de in rem uerso. Spieg.

TVGVRII appellatione omne ædificium, quod rusticæ rei magis custodiendæ conuenit, quam quod urbanis ædibus, significatur. Offilius ait, Tugurium à tecto, tanquam tegularium esse dictum: ut toga, quod ea tegamur. Pompon. in l. Tugurij ff. de uerb. signif. Oldendorpius.

TVGVRIVM, à tegendo, quasi dicas tegurium: siue ut habet Norimbergensis editio, à tecto, tanquã tegularium, rustica est casa. Pompo. de uerb. sign. uidetur tugurium accipere pro quacunq; domo rustica: quod ita simpliciter uerum non est. quæ enim parietibus & tegulis latericijs constat, tugurium non est. Igitur secundum Alciatum, de gurgustiolo intelligendum est, quod uel harundine, uel ulua palustri, stramentisue, uel etiam (ut Virg. scribit) cespite contectum sit, cuius parietes uiminei, luto uel huiusmodi materia crustati sint. Eidemq; uidetur prius dictum esse tegurium, à tegulo, quasi tegularium: non autem à tecto, ut uulgati habent codices: quibus tamen Noricus text. subscribit. Sp.

TVITIVS uocabulum raro inuentu. Paulus tamen de uacat. mun. l. legato: Qui publicum, inquit, negotium tuitus sit. Cæteri Iurisconsulti frequenter dixêre Tuitionem. Sp.

TVLLI Hostilij Romani regis (quem quidã fulmine cum tota domo conflagrasse scribunt. alij incensam eius domum ab Anco Martio, qui postea regnauit, affirmant) Vlpia. de offic. quæst. meminit his uerbis: Sed sicuti dubium est an à Romulo & Numa regnantibus, Quæstor fuerit: ita à Tullo Hostilio rege Quæstores fuisse, certum est. Et sanè crebrior apud ueteres opinio est, Tullum Hostilium primum in rempublicã induxisse Quæstores, & à genere quęrendi Quæstores initiò dictos & Iunius, & Trebatius, & Fenestella scribunt.

TVLLII, cognomento Ciceronis oratoris, omnium Latinorum facilè principis, de republica quos sex scripsit libros, è quibus S. Augustinus nonnulla in suam Ciuitatem transtulerit, nõ extare noster Alberic. in dictione Tullij, singulariter indicauit. Viues non dubitat, quin opus fuerit admirabile, faciens ex his fragmentis, quæ uidit, coniecturam. Sed Tulli, unde Tullij sunt, significari ueteri lingua, nescio quid quasi eruptionis riuorumque aquæ tradunt. Camerarius ait: Ciceronum quidem cognomentum, à leguminibus factum apparet, ut Fabiorum, Pisonũ, Lentulorum.

tulorum. Non desunt qui scribant, uerrucam, quę in ore ut cicercula extitisset, cognomentũ hoc addidisse ei qui primus ex hac familia ita fuerit appellatus. Triphon. Tulliũ citat in tractatu de pœnis. l. Cicero.

TVMBRE negocia dicuntur, cum erumpunt seditiones & bella, ut ait Interpres Ciceronis, Episto. ad Atticum. Spiegelius.

TVMVLTVOSVS, qui turbas excitare solitus est. Callistr. l. fin. de offic. procur. Cæs. loquens: Si tamen, inquit, quasi tumultuosum, uel iniuriosum aduersus colonos prohibuerint in prædia Cæsariana accidere, abstinere debebit. Spieg.

TVMVLTVS uocabulum, in l. j. §. j. ff. depositi. quomodo intelligendum sit, ab Accursio, & qui ab eo mordicus dependent, rabulis uerius, quàm Iurisperiti: parum animaduersum esse, Bud. putauit: quē uide ibidem. Accipitur autem pro omni motu periculoso, præcipuè populari, & rapidè facto, Emrpörung. Hinc euitando quandoq; conceditur, quod alioqui negatum esset. l. pen. ff. ad l. Corn. de sicar. Maiestatis criminis reus qui aduersus Rempublicā seditionis, tumultúsue auctor est l. 1. in fi. ad l. Iul. Maiest. Tumultum autem sedare, rem esse necessariā, Imp. pronunciat, in Auth. de Mand. princ. Spieg.

TVMVLVS honorarius Græcis κενοτάφιον dicitur, id est, inane sepulchrum. ut not. Bud. ex Sueto. in Claudio: Exercitus honorarium Druso tumulum excitauit, circa quē deinceps stato die miles decurreret, Galliarumq; ciuitates supplicarent. Quoniam tamen antiquis magna semper fuit etiam horum honorariorum tumulorum ueneratio, ut uidemus ex Sueto. Equitũ decursione, ciuitatumq; annuæ supplicatione honoratum publicè Drusi tumulum, uix aliter credi potest, quam eos quoq; religiosos fuisse habitos. ut testatur Martianus. l. in tantum. κενοτάφιον quoq; magis placet esse locum religiosum, sicut testis in ea re est Vergil. lib. 3. Æneid.

Libabat cineri Andromache, manesq; uocabat
Hectoreum ad tumulum, uiridi quem cespite inanem,
Et geminas, causam lachrymis, sacrauerat aras.

Sed Diui fratres contra rescripserũt, ut ait Vlp. Hos scilicet honoris causa positos tumulos non esse religiosos, quia reuera nullum in eis sit corpus hominis insepultum. Gonnan. lib. 3. c. de reb. diui. 1. nu. 4.

TVNC particula, pręcidit & taxat extremitatem temporis. l. si ijs sub fin. de condit. & demonstr. cum concord. in gl. Adde his quæ de hac uoce notat Bar. in substitutione. ff. de uulg. & pupil. substit. & in l. in illa. ff. de uerb. oblig. & in l. tutorib. ff. de testam. tut. & in l. lecta. ff. si cert. pet. Spiegelius.

TVNC in edicti Vnde ui his uerbis, Quęq; ibi tũc habuit, sic accipimus, tunc cùm deijceretur. l. j. §. rectissimè. ff. de ui & ui arm. In hac oratione, Si in quinquennio filius Titio nascatur, tunc hæres dato, Articulus Tunc extremi quinquennij tempus significat. l. 4. in fin. ff. de cond. & demon. Tunc ex hac die in l. 126. in princ. ff. de uerb. oblig. quod uulgò dicimus, Ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc. Brissonius.

TVNC temporis, idem quod tunc. cap. j. de maior. & obed. lib. 6. referturq; ad omne tempus. Tunc demum, pro tunc tandem. Vlpian. in fin. l. 2. de don. mort. causa. Sed tunc demùm, cum mors fuerit insecuta. Spiegelius.

TVNICA propriè dicitur, quam subuculam, uel indusium uocamus: Palliũ, quo illam tegimus: quáuis sæpe alia pro alijs dicantur. Lege post Bud. in l. ult. de Senat. Bays. de re uest. Spieg.

TVNICA uestis breuior, & interior; ei enim toga superimposita, crura & tibias contegebat. Paul. l. 1. ff. de cont. empt. Sed an sine numis uenditio dici hodieq; possit, dubitatur: ueluti si ego togam dedi, ut tunicam acciperem. Hæc Paulus. Plutarchus aũt in uita Coriolani & in Problem. Catonē tradit scriptum reliquisse, fuisse in more ut candidati sine tunica uenirent ad supplicandum populo, sola toga candida, eaq; recincta induti. Asconius autem in Orat. pro Scauro, & Val. Max. lib. 3. c. 6. aiunt Catonē Prętorem iudicium Scauri, quia ęstate agebatur, sine tunica exercuisse campestri sub toga cinctum. in forũ quoq; sic descendisse, iusq; dixisse, idq; reperisse ex uetere consuetudine, secundum quam & Romuli ętatis statuæ in Capitolio, & in Rostris Camilli fuerunt, togatæ sine tunicis. Hot.

TVNICAM palmatam Perionius unà cum Budæo dici existimat à palma in ea intexta. At Festus palmatam dici tradidit, à latitudine clauorum, qui ferè palmæ orbem æquarent. Est enim tunica palmata, & latus clauus idem. Gręci tunicam hanc palmatam, siue latum clauũ Platysemon appellabant, quasi latis signis aut clauis signatam, & cætera. Vide Latus clauus &c.

TVRBA, multitudo est: turbæ in plurali, molestię, contentiones. Vlp. in l. 4. de turba. Turbam aũt, inqt, appellatā Labeo ait, ex gñre tumultus: idq; uerbum ex Græco tractum, τύρβη. Si duo rixam commiserint, utiq; non accipimus in turba id factũ: qa duo, turba non propriè dicuntur. Si uerò fuerint decem aut quindecim homines, turba dicetur. Vide Alciat. paulo ante fin. lib. 4. de uerb. sig. Spiegelius.

TVRBA & rixa multum differunt: ait Vlp. nanq; turba multitudinis hominum est turbatio & cœtus: Rixa, etiam duorum. l. 4. §. 1. ff. ui bon. rapt. ubi Turbam appellatam Labeo ait ex genere tumultus: idq; uerbum ex Græco tractum, ἀπὸ τοῦ θορυβεῖν. Hot.

TVRBARE possessionem alienam, quid sit, explanat gl. in l. uim facit. ff. de ui & ui arm. Spiegelius.

TVRBARE rationes, pro cõfundere, apud Vlp. in fin. l. 1. ff. de seruo corrup. Vel si actori suasit, ut rationes Dominicas interderet, uel adulteraret, uel etiam ut rationem sibi commissam turbaret. Spieg.

TVRBARE signa, est confundere & permiscere, sic ut adgnosci iam non possint. l. 22. §. si signa. ff. qui testam. fac. Quintil. lib. 12. c. 8. Deniq; linum ruptum aut turbata cera, aut sine adgnitione signa frequenter inuenies.

TVRBARE rationem sibi commissam est cõturbare l. 1. in fin. ff. de seruo corrup. Briss.

TVRBARI dicitur ciuitas, quãdo ratione alicuius casus homines relinquũt artes, & ministeria sua. ita eleganter Bald. in l. obseruare. §. antequam. ff. de off. procons. & leg. inferens ad quæst. statuti Florentini, ut per eum. quod putat notandũ, & ex facto pluries incidit apud nos. Nam ob taleā indictam à duce Maximiliano scutorũ trecentum millium huic ciuitati, nonnullorum hortatu oēs mercatores apothecas clauserunt: propter quod tota ferè ciuitas cómota fuit, & sic subsidium petitum fuit remissum. Cott.

TVRBASSIT, uerbum XII. Tab. antiquum, ꝑ turbauerit. Ast qui turbassit in agendo, fraus autoris esto. Spieg.

TVRBATO ordine mortalitatis. l. nam etsi. ff. de inoffic. testam. Spieg.

TVRBO, qui & Prester uocatur ab Aristot. lib. 2. Meteor. inter uiolentos ponitur uentos: à Iurecoss. sub nomine Vis diuinæ, atq; maioris etiam, quę non debet

debet conductori damnosa esse. de qua uide l. si merces. § uis maior. ff. locati. Bud. in l. ex cōducto. §. sed & si labes. Hoc eodem in tit. Turbinis meminit Iustinian. in §. aut arborib. Instit. de empt. & uend. Spieg.

TVRBVLENTVS, pro irato, commoto. l. 1. si quis Imp. maledix.

TVRDETANIA, eadē quę & Betica, nunc Granata, de cuius opulentia Strabo lib. 3. miranda.

TVRMA quasi terma xxx. equites, hoc est 3. Decurias recipit, qui honore præstant, & ordine. Sed turma proprie ex equitibus: Centuria uerò fit ex peditib. Alex. de Alex. Genial. dier. lib. 1. c. 5. Has quoq; tribus ueteres nuncuparūt: & qui his præessent, Tribunos dixêre. Spiegelius.

TVRPE, contrarium pulchro, & ad corpus & ad animū refertur. Pro inhonesto apud nostros Doct. crebrum est. ut turpis quæstus, turpiter in Feudum conceditur. Itaq; rectè existimat Zas. neutiquam ferendum esse, quòd quidam Prælati Feudum constituerunt ex quæstu lusorio, uulgò Scholder / Einstgelt. cui nec admodum probatus uidetur reditus ille, qui prouenit ex Episcopalium sigillorum quęstu. De quo uide eum. tit. quæ res in feud. dari poss. Sp.

TVRPE lucrum. Quicquid illicitis modis acquiritur, turpe lucrū dici debet, adeò ut ab hęrede quoque extorqueatur. Spieg.

TVRPES conditiones, quæ inhonestæ & cōtra bonos mores sunt. l. 63. §. si sub conditione. ff. ad Trebell. l. 1. 2. §. pen. ff. de leg. lib. 1. Briss.

TVRPES personæ sunt famosæ & inhonestæ personæ, ueluti lenones, meretrices, uispilliones, harenarij, histriones, pantomimi. l. 3. ff. si quis à paren. l. 72. §. pen. ff. de solutionib. l. 27. C. de inoff. test. l. 7. & l. 63. §. si sub cōditione. & §. si uero nominis. ff. ad Trebell. l. 22. §. necnon illud. ff. sol. matr. l. 12. de scenic. in C. Th. Et ita in l. 17. ff. de testam. tut. l. 12. ff de sponsalib. l. 3. §. Iulianus. in fin. ff. de liber. exhib. Sed & aliàs turpe plerunq; significat famosum & quòd infamiā irrogat. Sic Turpes actiones, Turpiaq; iudicia, appellantur, quæ damnatis infamiā inferunt. ἀτιμωτικὰς ἀγωγὰς uocat Theophil. in §. ex quibusdam. Inst. de pœn. tem. litig. Quales sunt, iniuriarum, ui bonorū raptorum, serui corrupti, rerum amotarū, tutelæ, fiduciæ, mandati, pro socio, depositi l. 56. ff. pro soc. l. 2. ff. rer. amot. l. 1. ff. de his qui not. infa. Ita Turpe tutelæ iudicium dixit Cic. lib. 1 de orato. Et pro Cæcinna Turpe iudicium dari aduersus eum, qui tutelam fraudasset. Idemq; Turpia mandati, pro socio, depositi, iudicia appellat. in oratio. pro Roscio Com. Sic turpi iudicio damnatos apud eundem in oratio. pro Cluen. interpretare, qui eo iudicio damnati sunt quod infamiæ notam inurit. Briss.

TVRPIS arbiter, id est, pecunia corruptus. l. sed & si seruum. §. sunt & alij. ff. de arb. Spieg.

TVRPISSIMA uita, paupertatis obtentu non excusanda. l. palàm. ff. de ritu nupt. Spieg.

TVRPITER datur quod meretrici datur: Item quod datur, ut male iudicetur. l. 3. l. 4. §. sed quod meretrici. ff. de condict. ob turp. caus.

TVRPITER accipitur quod in hoc accipitur, ut res deposita, uel commodata reddatur. l. 5. ff. de tut. & ration. distrah. l. ult. ff. de condict. ob turp. cau. Br.

TVRPITVDO, significat deformitatem, sed animi fere tantum. Gręcis paulo latius patet uocabulum αἶσχος, & de corpore quoq; dicitur. Proinde, ut maxima nostris est. Turpitudinem suam, hoc est, qđ turpiter, inhonestè, indecoreq; fecit, nemini licet allegare. l. palàm. ff. de ritu nupt. l. transactione finita. C. de transact. cum simil. Qua de re latius commentantur Bart. & Dd. in l. 1. de cond. ob turpem caus. & in l. tutela. C. de in integ. restit. sed copiosius in l. iusiurandum quod conuent. §. procurator. Haud tamē perpetua est. nam in quibusdā casib. fallit, quos recitat Felin. in c. lator. in prin. de re iud. Spieg.

TVRBIVM personarum nomine, ueniunt meretrices, non tamen infamium. tex. & gl. in l. 3. ff. si a parente quis manumiss. fuerit. Spiegel.

TVSCIAE, Italiæ regionis celebris meminit Alberic. quo loco indicat se in T. Liuij, cum aliorum id genus autorum libris esse uersatum. Scæuola in l. uxorem. §. codicillis. de leg. 3. Spiegel.

TVTELA, pro conseruatione. Florentinus l. ut uim. de iustit. & iur. quod quisq; ob tutelam sui erectum corporis sui fecerit, iure fecisse existimetū. Hoc Iurisconsl. dictum pulchrè explanat Salamonius in Comment. ad hanc l. tametsi quædam à uulgo traditis discrepent: sed quæ ueterum Iurisconsultorū responsis confirmantur. Translatè positum pro sustentatione, refectione, reperies apud Papinianum, in l. diuortio. §. fin. solut. matrim. Continetur & Tutelæ appellatione Cura. l. cum pater. ff. de cond. & demō. Sic Tutor, qui dicitur quasi tuitor, id est, defensor. l. 1. & Instit. de tutel. Pro curatore interdum ponitur. l. cum quidam. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Alber. falsè dicit. Sed hodie cōiter magis dici possunt Tollitores, quam tutores: qui cōiter tollunt, & furantur bona pupillorum. Cæl. Maximilianus, qui tali essent ingenio, festiuè uocare solebat. Gernhaber / addita litera n, patria uoce, qua Tutores denotantur.

TVTELA est ius atque potestas in capite libero constituta, ad tuendum eum, qui per ætatē (quæ secundum Iurisconsultos est usq; ad pubertatē, id est, ad 14. annum: nam inde usque ad 25. dantur curatores, qui etiam furiosis & mente captis dari solent) sponte se defendere nequit, iure ciuili data, atq; permissa. Vnde tutores dicuntur, qui eam uim atq; potestatem habent. Ex qua re (Paulus ait) ipsi nomen acceperunt, Itaq; (inquit) tutores quasi tuitores atque defensores appellantur: sicuti æditui dicuntur, qui ædes tuentur. Est autē tutela duplex: testamentaria, & legitima, quarum meminit, præter nostros Iureconsultos, lex huiusmodi XII. Tabul. Tutores liberis in potestate testamēto parentes danto, Si nō sint dati, adgnati, qui successionē sperant, sunto. Testamentaria tutela est, quæ testamento, siue codicillis dat tutores. Pro hoc facit bonus textus in l. 1. ff. de testamen. tut. Legitima autem tutela, quæ ab intestato ex lege XII. Tab. adgnatos efficit tutores: dicta legitima, quòd adgnati ipsi uocentur legitimi. §. 1. Instit. de legit. adgnat. tutor. Hæc uerò tutela (sicut Vlp. ait) adgnatis, qui ad legitimam hæreditatem admitti possunt, & patronis, summa prudentia lege xij. Tabul. delata est, ut, qui successionem sperarent, bona tuerentur. Adgnatis quidem specialiter & nominatim, sed patronis per interpretationem, & consequentias hæreditatum delata est, ut elegāter dicti Iustinianus & Vlpianus ostendunt. Potest itaq; pater filio tutorem, & substitutū eidem tutorem dare, ut è uerbis Pauli Iurisconsulti sub titulo, De excusat. tut. interpretes iuris ciuilis colligunt. Si tamen aliqua sit suspitio, ne successuri pupillo insidientur, tunc iuxta mentem huiusmodi legis XII. Tabul. Suspecti tutores remouentor. prætor ex conditione personæ & tempore (etiam contra uoluntatem patris) constituet, ubi pupillus alatur, uel moretur, ut Iureconsulti, & Imperatores diligenter explicant.

Quoti-

Quotidie enim (ſicut idem Vlp. dicit) ſuſpecti tutores poſtulantur. Cæterùm uerò Diogenes Laertius Solonem conſtituiſſe ſcribit, ne tutor cum pupillorum matre inhabitaret. neq; is, ad quem poſt pupillorum obitum ſubſtãtia ſpectaret, tutor fieret. Quas leges Romani collocârunt in ſuis Tabulis, & intellexerunt, Ne tutor cum pupillorũ matre habitato: Agnati, aut ſubſtituti, qui ſucceſsionem ſperant, tutores ſunto. & dari tutores poſsint. Sed ſi aliqua ſit inſidiarum ſuſpicio, apud alios pupillus educator. Et hæc hic ſufficiunt. Anch.

TVTELAE & curæ differentia hæc eſt: Tutela eſt perſonarum, cura uerò bonorum. Cuiac. Not. ad lib. j. Inſtitu. tit. de excuſat. tutor. & curat. §. pupillorum tutela.

TVTELAE actio duplex eſt: Directa una, quæ pupillo aduerſus tutorem: altera Contraria, quæ tutori aduerſus pupillum competit. titul. de contrar. & ut. act. tut. Briſſ.

TVTELAE affectatæ illæ uidentur ſemper, quę modicæ rei ſunt ſine ullo, aut ſanè exiguo cum onere. Cuiac. ad l. 2. de excuſat.

TVTELAM reddere. tutelę rationes reddere Iureconſultis ſignificat. l. 2. §. ei quoq;. ff. de iudi. l. 21. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. unic. in fin. ff. ſi penden. appell. Dicunt & eodem ſenſu, reſtituere tutelam. l. 7. §. ulti. l. 28. in fin. ff. de adm. tut. l. j. §. ult. ff. de uſur. l. 21. in fin. ff. de annu. leg. l. 1. §. ex illa. ff. ad l. Corn. de falſ. l. x. ff. rem pup. ſal. fo. l. pen. C. de ſuſp. tutorib. Sic tutelam exigere & tutelam repoſcere pro tutelę rationes repoſcere. in l. 13. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. 30. ff. de adminiſtr. tut. Et recipere tutelam Suet. in Claudio ca. 2. Diu etiam atq; poſt tutelam receptam alieni iuris & ſine pædagogo fuit, id eſt, poſt pubertatem. In ſuam tutelam uenire, & ſuæ tutelæ effici, eſt ad pubertatẽ peruenire. l. 7. §. j. ff. de admin. tutor. l. 8. §. j. ff. de ſecund. tab. l. 39. ff. de uulg & pup. l. 54. in fi. ff. de hæredib. inſtit. l. ult. ff. de iure delib. l. 32. ff. de lega. j. Sic in edicto prætoris de miſsione in poſſeſsionem uerba hęc, Si pupillus in ſuam tutelam uenerit accipienda ſunt. l. 5. §. ait Prætor. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Proinde ſi filiæfamil. ita legatum ſit, cùm in tutelam ſuam peruenerit, tunc debebitur, cùm uiripotens facta fuerit. l. 51. ff. de legat. lib. 3. Nec uerò Iureconſultis tantùm, ſed & alijs Latinis auctoribus huiuſmodi locutio placuit. Cicero quidem cum aliàs ſæpius, tum in lib. de orato. ita locutus eſt. Negaretq; niſi poſtumus & natus, & antequam in ſuam tutelam ueniſſet, mortuus eſſet, hæredẽ eum eſſe poſſe, qui ſecundum poſtumum & natum & mortuũ eſſet hæres inſtitutus. Idem lib. 2. de Inuentio. Quidam pupillũ hæredem fecit, pupillus autem ante mortuus eſt, quàm in ſuam tutelam ueniret. Porrò interdum ea uerba ſignificant, Cùm in ſuam tutelam & poteſtatem peruenerit. Quod ex coniecturis erit æſtimandum. Interdum etiam xxv. annum hæc uerba demonſtrant, ſi ea mens fuerit loquentis teſtatoris. l. 56. in fin. ff. de legat. 3. In qua Vlpian. ex uoluntate teſtantis aliam atque aliam hæc uerba recipere interpretationem docet. Briſſ.

TVTELA autem muliebris multũ differt à pupillari, & idcircò ſimul atq; uiripotens eſſe cœperat filiafamiliâs, & per hoc tutela pupillari liberari, tunc ea quodammodo in ſuam peruenire tutelam dicebatur. Idque ad Sabinum lib. 4. ſibi uidetur, Paulus uoluiſſe cap. 51. de legat. 3. Nec id adeò mirum. Nam mulierum tutores non geſsiſſe negotia, ſed auctoritatem duntaxat interpoſuiſſe, auctor eſt in fragmentis Vlpianus tit. xj. Teſtatur etiam pro Muræna Cicero, genus quoddam fuiſſe tutorum, quod poteſtate mulierũ continebatur: ſatis per hoc indicans quodammodo in ſuam tutelam mulieres uiripotentes peruenire. Ridet enim Iuriſcõſultos Cicero, qui cũ auctores fuerint muliebris tutelæ, illud efficere non potuerunt, ut mulieres in tutorum poteſtate eſſent, ſiquidem in mulierum poteſtate tutores potius uidentur fuiſſe, quàm fuerint in tutorũ poteſtate mulieres. Ræuardus l. 17. ad tit. Pand. de diuerſ. reg. iur.

TVTELARIS cauſſa, lis eſt quam tutor pupilli nomine intendit. Vlp. l. 4. ff. de in lit. iur. Videamus in tutelari cauſſa quis iurare, & aduerſus quem poſſit. Hotomannus.

In Tuto eſſe dicitur, cùm in ſtipulationibus res de qua agitur eo modo accipitur, qui non eſt iuri communi repugnans, alioqui ſubuerteretur ſtipulatio. quod autem euerti poteſt, non eſt in tuto. Sic Cicero ad Herenniũ: Tutè uiuit, qui honeſtè uiuit. Connan. lib. 6. cap. de ſtipul. cer. & incert. & fact. 3. nu. 5.

TVTOR, defenſor pupilli, qui ante omnia perſonæ attribuitur pupillari, ut eum alat. l. dum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tut. & tit. C. de alimen. pupill. præſtan. Deinde ne res pupillares neglectæ perſum eant, aut uitientur, ad tutoris officium pertinet. l. propter litem. §. licet datus. de excuſat. tuor. E diuerſo Curator in primis conſtituitur, ut rebus minoris ſedulò proſpiciat: deinde, ut perſonis opera ſua adſit, iuxta l. diuus Marcus. ff. de offic. pręſid. cum ſimilib. Vnde fit, quòd appellatione tutoris aliquãdo contineatur curator. ut in l. 2. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Et in l. pater. §. conditionum uerba. ff de conditione & demonſtr. nihilominus etiam tutoré eum appellamus, qui magis negligit, quàm pupillum tuetur. Vide Alciat. in comment. ad l. inde tabernacula. de uerb. ſign. Spieg.

TVTORES ſunt qui uim ac poteſtatem in pupillos habent: exq; re ipſa nomen ceperunt. itaq; appellantur Tutores, quaſi Tuitores, atq; defenſores: ſicut Æditui dicuntur, qui ædes tuentur. l. 1. ff. de tutelis. Eorum autem tria ſunt genera. nam alij dicuntur Teſtamẽtarij, alij Legitimi, alij moribus inducti. Teſtamentarij ſunt, quos paterfam. impuberi filiofam. itemq; nepoti, quem tamen non patris, ſed ſuæ poteſtati relicturus eſt, in ſuo teſtamento conſtituit. l. 1. & paſſ. ff de teſt. tut. Legitimi ſunt (ut ait Vlp. in Inſt.) qui ex lege aliqua deſcendunt per eminentiam auté Legitimi dicuntur, qui ex lege XII. Tabul. introducuntur, ſeu propalàm, quales ſunt agnati: ſeu per cõſequentiam, quales ſunt patroni. l. j. & paſſ. ff. de legi. tut. Moribus inducti: uide, Tutor Prætorianus. Hot. Differentia autem tutorum hęc eſt, quod tutores teſtamentarij & datiui dentur, legitimi uerò non dentur l. 5. ff. de leg. tut. Cuiac. ad l. 13. de excuſ.

TVTOR Ceſsicus appellatur is, cui in iure tutela ceſſa eſt, qui ſiue mortuus fuerit, ſiue alij tutela ceſſerit, redit ad legitimum tutorem tutela: ſed & ſi legitimus deceſſerit, aut capite minutus fuerit, Ceſsitia quoq; tutela extinguitur. Vlp. cap. Inſt. xj. Hot.

TVTORES datini appellantur, qui teſtamento nominatim dati ſunt: hos enim lex xij. confirmat, ut ait Vlp. c. Inſt xj. Datiuum tamen pro Attiliano aut Iuliano Modeſtin. poſuit in l. 7. ff. rem pup. ſal. for. ubi Teſtamentarij, qui propriè Datiui ſunt à Datiuis diſtinguuntur. & Iuſtinianus in l. 40. C. de epiſco. & cleric. ubi Teſtamentarias tutelas à Datiuis ſeparat. Hotomannus.

TVTOR falſus eſt, qui uel tutorem habenti datus

rus est uel si furiosus datus est & ob eam rem autori tatem præstare non posit, uel si ad aliam regionem sit datus. Eiusmodi tutor perinde habetur, ac si tutor non esset, ut traditũ est ab Vlpiano in l.1.ff. quod fals.tuto.autor.gest.esse dice.

TVTOR fiduciarius dicitur, qui liberum caput mancipatum sibi, uel à parente, uel à coemptore ma numisit: idq; per similitudinem patroni. Vlpian.cap. Inst.xj.uel sic: Hotom.

TVTOR fiduciarius propriè est pater fiduciarius, cui pater naturalis filium emancipauit, ea lege ut manumitteret: uel pater naturalis, qui in emancipatione manumissor extitit cõtracta fiducia, quod nomen transmittit in liberos suos fratres impuberis emancipati, & permanet in eis etiam hodiè, non in emancipatore, qui cœpit haberi pro legitimo tutore, quasi patronus. Cuia.ad Africanum tract. 4.ful. 40.

TVTOR fiduciarius is propriè dicitur, qui quũ pater esset fiduciarius filium sibi mancipatum manumisit, nec remancipauit. hæc Vlp. in Instit. Ponamus ergo contractam fuisse fiduciam, id est, ultrò citroq; factam emancipationem, patremq; fiduciariũ uero patri filium remancipasse. Pater uerus, quoniã alter fidem similiter eius sequutus est, fiduciari9 eodem modo dici deberet. at quoniam uerus est pater, suam retinet meliorem appellationem. Præterea tutor etiam fiduciarius, item ut alter, dici deberet. sed quoniam qui legitimi sunt hæredes, ij tutores sunt legitimi, pater quem lex ad manumissi filij hæreditatem uocat, suum hoc à lege nomẽ retinebit, diceturque Legitimus. At quoniam emancipati frater hæres non est legitimus, quemadmodum docet Caius in Instit. & Vlp. in l.j.ff.si à patre quis manum.fu. Tutor legitimus, ut patroni filius, appellari non potest. Patroni enim filius ut hæres est legitimus, sic tutor legitimus appellatur. Quod igitur agnatus ille proximus filij manumissi frater, cum ad tutelam uocabitur, nomen habebit? Pater suum nomen fiduciarij tutoris, quo usus non est, in illum transferet, diceturq; Tutor fiduciarius. Hot.

TVTOR falsus est, qui uel tutorem habenti datus est, uel si furiosus datus est, & ob eam rem authoritatem præstare non posit: uel si ad aliam regionẽ sit. Eiusmodi tutor perindè habetur, ac si tutor non esset, ut traditum est ab Vlp.l.j.quod fals.tut.author. gest. esse dice. &c. Brechæus in l.Paulus respondet. ff. de uerb.& rer.sign.

TVTOR honorarius dicitur, qui nõ administrationis & oneris, sed honoris tantum causa datur. l.3. §.1. ff. de admin.tut. ubi Vlpi. ait, eos non iccirco extra periculum esse, si pupillos negligant. Nam prius quidem excussis eius qui gesserit facultatibus, conueniri oportere. Hotom.

TVTORES Iuliani dicuntur, qui ex lege Iulia & Titia dati sunt, quæ iubet mulieribus pupillisue non habentibus tutores dari in prouincijs à præsidibus earum. Vlp.c.Inst.xj. Hot.

TVTOR Prætorianus, Vlp.cap.Inst.xj. Moribus tutor datur mulieri pupilloue, qui cum tutore suo lege aut legitimo iudicio agere uult, ut auctore eo agat (ipse enim tutor in rem suam auctor fieri nõ potest) qui Prætorianus tutor dicitur, quia à Prætore urbis dari consueuit. Hot.

TVTOR & Protutor inter se differunt. Tutor enim non tantum bonorum sed etiam personę custodiam habet, cuius etiamnum officio incumbit conditionem pupilli sui quærere: & omni in re parũ abest patris potestate & reuerentia. At in Protutore nihil huiusmodi est qui bonorum gestioni præest, in eoq; operam suam ultrò accommódat. Connan. lib. 8.cap.de inutil.nupt.6.nu.7.

TVTORE autore factum, ut accipiendum est, Iurisconf. exponit in l.3. de autor.tutor. & Iustin. in §. pen.eod. Spiegelius.

TVTOREM esse alicui, eleganter dicitur, pro præscribere, atque imperare: iuxta Persianum illud, Ne sis mihi tutor. Spieg.

TVTORIS officium. Vide, Curatoris officium. Notitiæ uerò causa tutores dari olim liberti solebant quòd in familia uersati cognitas ac perspectas pupilli facultates haberent, & ideo tutores earũ notitia instruere poterant. l.j.§.si pupillus.ff.de tutel.& rat.distr.l.32.§.1.ff.de testa.tut.l.1. C.de peric.tut. Br.

TVTVS locus, in quo securè uersari, aut quidpiam agere possumus. Caius in l.plerique. de In ius uoc. quia domus tutissimum, hoc est, maximè securum cuiq; defugium, atq; receptaculum sit. Huic sententiæ non absimilis est sententia illa, quę apud Græcos circumfertur, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος: id est, Domus amica, domus optima. Vide Hegendorfinum in eandem l. Spiegelius.

TVVM est, quod uendicare potes: uel cuius dominium ad te spectat. l.quintus.§.argento. §.cum aurum & §.si cui.de aur.& arg.leg. Tuum nõ est, quod tibi casu auferri potest.§.1.l. actiones.de reg.iur.Sp.

T Y

TYBERIVS Cæsar, Liuij Drusi ex Liuia Drusilla filius, Augusti deinde priuignus. Ab illo ea lege est adoptatus, ut ipse Germanicum Drusi Neronis fratris sui filium adoptaret. Ex Suetonio in uita Augusti, Tiberij, & Caij Cæsarum. Iustinian.lib.1.Instit. tit.de adoptio. Nebriss. hic ualdè reprehendit Accursium, quem uide &c.

TYBERIS. Est autem Tyberis fluuius Italiæ, è media ferè longitudine Apennini Aretinorum finibus defluẽs. Sic dictus à rege Thuscorum huius nominis, qui, piraticam exercens, iuxta eum in bello perijt. Quod, præter Virgilium, sensisse uidetur Ouidius lib.2. Fastorum.

Albula, quem Tyberin mersus Tyberinus in undis
Reddidit, hybernis forte tumebat aquis.

Sunt alij, qui aliunde hoc nomen trahant. Sed ne in minutijs ab instituto nostro alienis immoremur, à Tyberi, seu in poemate Tybris, fit Tyberinus, na, nũ, ut piscis Tyberinus, & nauta Tyberinus, hoc est, in Tyberi uersans. Quo modo accipitur C. in titul. de nautis Tyberinis. lib. xj. Anch.

Τύμβος funus dicitur, cum iam incensum est cadauer, & ardet. Exequię dum funus ipsum effertur. Cũ uerò iam crematum est, reliquiæ & bustum, quasi ustum: quod à Græcis Cicero appellari putat τύμβος. Τύμβος δὲ λέγεται παρὰ τὸ τέφεσθαι, quod uri significat. Brechæus in l.cum in testamento. ff.de uerb. & rer.sign.

TYMPANIVM, siue ut Pand.Flor. Tumpanum margaritæ genus, ex altera parte sphæricum, atq; ex altera planum Iurisconf. de aur.& arg.lega. l.Pediculis. Cum quædam, inquit, ornamenta mamillarũ ex cylindris triginta, & tympanijs, & margaritis detraxisset uide Plinium lib.9.c.15. Prat.

TYMPANVM, rota maioris ambit9, quę ab hominibus orbem eius introrsum calcantib. uersatur. Vlp.l.19.§.1.ff.locat. Quòd si regulis olea prematur, & prælum, & suculam, & regulas, & tympanũ, & trochleas, quibus releuatur prælum, &c. Lucret.lib.4.

Multaq; per trochleas, & tympana pondere magno
Commouet, atq; leui sustollit machina nisu. Hot.

Adde Forcat.in suo penu Iur.ciuil. c.xj.

TYMPANVM etiam pro quodam torturę genere interdum capitur. Nam in tympano apud Gręcos homines torquebantur. Et hinc is qui sępè in eo per tormēta cruciatus est, à Plauto apud Priscianū tympanotribam uocari, creditur: uerba sunt Plauti in Truculento,

Tympanotribam amas hominem non nauci.

Ac uidetur à τυμπανίζειν formari, ut fictū est ἰσότριψ. Vel tympanotribam uocare uidetur eum qui tympanum pulsabat, ut in sacris Rheæ: & in multis initiationibus & sacris tympana gerebantur, ut è Lysistrata Aristophanis constat. Tympanum autem illis in sacris gerere parū uirile uidebatur, censebaturq; muliebre, atq; hanc interpretationem meliorem esse putat Turneb. aduers. lib. 17. cap. 21.

TYNNARIA piscatio l. uēditor. ff. comm. præd. quà piscantur Tynni pisces prægrandes Budæo in d. l. uenditor. Plinius lib. 9. cap. 15. Prat.

Τύπος, forma, figura, adumbratio est. Imperialis Cancellaria Romana, uenustius olim typum aureū appellabat, quæ hodie dicitur, Bulla aurea, siue Sigillum maiestatis. Τῦφος, p aspirato, inflationem significat & superbiā. Inde uidetur Volzio deduci Typhon uentus, de quo action. 27. qui, teste Plinio, præcipua nauigantium pestis est, Sturmwindt. Hoc ideo adscripsi, quòd non rarò scriptū reperitur, pro typhus, sine aspiratione typus. Spiegelius.

TYPVM pragmaticum, qui pro chartula, seu indice, quòd fieri debeat, accipiunt in Auth. In medio litis non fier. sacr. form. si Haloandri uersionem legerint, quàm ab Iustiniani sensu recesserint, deprehendent. Spiegelius.

TYRANNI uocabulum, de communi loquendi usu, qui etiam proprietate potētior est. l. anniculus. l. in usu. de uerb. signif. de malo principe intelligitur: cum olim sui natura qualemcunq; significaret. Vlp. in l. Fulcinius. Quib. ex caus. in poss. eatur, explicās, quid sit Latitare. Potest, inquit, quis latitare non turpi de causa: ueluti qui tyrāni crudelitatem timet, aut uim hostium, aut domesticas seditiones. Plato, & Aristot. appellant tyrannos, eos qui Remp. ad suā, non ad eorum qui ipsis commissi sunt, utilitatem administrant. Latini uero appellant eos, qui in libera ciuitate dominationem per uim occupauerunt. Cum huiusmodi tyrannis fœdera, aut bella fiebant.

TYRANNIS, sæuus, uiolentus ac atrox dominatus. De hac, singulari libro, quem de Tyrannia inscripsit Bart. plurib. differit Melanchthon, liceātne priuatis interficere tyrannos, libro Philosophiæ Moralis 2. non inutiliter attingit. Zasius noster censuit, tyrannidem tyrannide eludendam, tyrannumq; tyranno opponendum. Spieg.

TYRANNIDEM, quæ neq; diuturna est, neq; felicem habet exitum, reijcit lex XII. Tabularū: Iusta imperia sunto. Et quamuis olim inter tyrannidē & iustum Imperium nihil interesset, cùm tyranni dicerentur domini & Reges, qui plenam haberent in subditos potestatem, quales erant plerunq; uiri spectatæ uirtutis, ut apud Virgil.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

Tamen cum postea crescente hominum malitia, ui quadam & ex animi libidine, non uero Iure & Legibus, pleriq; regnare cœpissent, ad eos tantùm Tyranni nomen restrictum est: & quò magis patella dignū haberet operculum, quale fuit Imperium, talis erat subditorum amor & obedientia. Exemplis scatent omnes historiæ. Oldend.

TYRANNICIDA, tyranni percussor, accepto consilio Reipub. liberandæ.

TYRANNOCTONVS. Ciceroni est uindex & oppressor tyrannidis. Spieg.

TYRBE, uox apud Iurisconf. in l. prætor ait. 2. ui bonor. rapt. Græcis est, quod nobis tumultus: unde turba facta est, ut ex Sylla, Sulla: & Xystico, Xustic*, & ut alia permulta, y in u nostrum uerterunt. autor Bud. in annotat. poster. Spiegel.

TYRONES, id est nouitij, opponuntur ueteranis militibus: hi erant iuniores, qui publicis stipendijs in militari disciplina instituebantur, & militiæ designati, ad pugnam exercebantur: qui deinde, ubi satis uidebantur instructi, in numeros referebantur, nec antea priuilegia militiæ habebant. ut planè constat de milit. testam. ex Vlpiani responso, ubi ait: Ex eo tempore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in numeros relatus est, non antè. & quæ sequuntur. Cæterùm, ut tyro ad omnem artem refertur, ita tyrocinium pro prima actione, in quacunq; arte accipiendum est: quod & tyrocinium facere, & ponere rudimentum dicitur. Siquidem Tyro, extra militiam, rudem, & inexercitum significat. Obseruandū autem, quod Venuleius Tirocinium animi pro simplicitate, & rudimento, posuit eleganter, in l. ulti. de ædil. edict. ibi Nouitium autem, non tyrocinio animi, sed conditione seruitutis intelligi. Spieg.

TYRO & gregarius miles pro eodem dicitur, & iuniores sæpè in C. Th. qui & caligati. Cuia. ad l. ult. de militari ueste. C. lib. 12.

TYRVS, Sor Hebraicè. Sur uulgò, ut sit Munster. patria Vlpiani. l. 1. de censib. metropolis in Syria Phœnice l. unica de metrop. Beryto. C. lib. xj. Splendidissima quondam populi Romani colonia. eius in libro Iosue mentionem facit Scriptura, & Isai. 23. & Ezech. 26. de ea multa dicuntur. quòd olim regia floruerit dignitate, ut facilè inde uetustatem æstimare liceat. Vetus item historia Tyrum, ut multarum urbium parentem celebrat. Iosephus 240. annis ante templum Hierosolymitanum conditam putat. Hodie nec obscura est, nec infrequens, Vadiano teste: sed ante omnia clara sepulchro Friderici Sueuorum ducis & Imperat. Romanorum, quem Itali Barbarossam cognominant. Spiegelius.

TZANCARVM, uel Tzangarum (est enim quædam in scriptura uarietas) fit mentio in l. iij. & l. ulti. Quo quemq; habitu esse op in C. Th. Et ita fortè apud Vopisc. in Claudio uerbū hoc pro zanchis quæ inter uestimenta numerātur substitui debet. Genus autem quoddam calceamentorū id fuisse, adductus libelli Græci de officijs aulæ Constantinopolitanæ uerbis, suspicor, quæ ita habent, [illegible Greek] Sed & Moschopul. in li. [illegible] Τζαγκάριον uulgò appellari scribit quem Attici [illegible], id est, cerdonem coriariū uocant. Planè Imperatorum calceamenta purpurea & [illegible] fuisse Zonar. Tomo 2. Annal. in Michaelis Theophili filij imperio indicat. [illegible Greek] Eaq; mox [illegible] uocat Idem in Basilio Porphyrogeneto, [illegible Greek], & quæ sequuntur. Guliel. Tyrius lib. 15. de bello sac. c. 23. Exhibita, ait, sibi in patris præsentia, & eo mandante

dante imperiali reuerentia, ocreis, ut mos est, in illo Imperio, insignitus purpureis ab uniuersis legionibus certatim Augustus est appellatus. Idem etiam Nicetas in Annal. confirmat, [illegible] Et alias, [illegible]. Brissonius.

TZANI populi in Armenia Persameris uersus, primũ Macrones, postea Tzani nuncupati. Hos Arrianus auctor est ante Adriani Imp. tempora fuisse Romanis tributarios, sed posteà ob incultam nimis, barbaramq; uitę rationem defecisse, donec iterum à Iustiniano primum per Sittam, deinde per Theodorum deuicti fuerint, sed magno eorum bono. Hac enim ratione relictis ferinis illis suis morib. Christianam religionem amplexi sunt. Id quod pluribus uerbis scribit Procopius libr. 1. [illegible]. Horum meminit Iustinianus in Nou. 28. iactans suo principatu primum Tzanorum gentem Romani Imperij maiestatem agnouisse, & in Nou. 1. statim principio, & apertius Achathias lib. 5. qui describens uictoriam Iustiniani aduersus Tzanos, primæ Nouellę constitutionis meminit, palamque asserit in ea fieri mentionem Tzanorum Balduinus.

V A

VACARE dicitur, quod nec in re, nec facto detinetur ab aliquo. l. ulti. C. de bon. uacant. lib. x. Vide Bart. in l. si bona. ff. de acquir. possess. Spieg.

VACARE etiam domus dicitur, quæ a nullo inhabitatur. l. pen. §. j. ff. de usu & hab. Et Vacare possessio, quæ à nullo detinetur. l. 37. ff. de usucap. Vacare seruus qui nullũ ministerium præstat. l. xj. ff. ad exhib. Et Vacare hæreditas, in l. 30. ff. de uulg. & pup. quę ab hæredib. scriptis adita non est. Vacare quoq; portio dicitur, quę testamento nulli data est. l. ult. ff. de secun. tabul. §. uideamus. Inst. de hæred. instit. Quomodo & uacuam partem intellige in l. 19. & l. 59. § j. ff. de hæred. instit. Et uacuum sextantem, in l. 8. ff. de secun. tab Briss.

VACARE dicitur pecunia, quæ non occupatur, neq; nominib. uel in emptionem prædiorum collocatur. l. 12. in fi. ff. de admin. tut. Vnde uacua pecunia quæ occupata non est, sed in arca sterilis & ociosa mansit. l. 24. ff. de præscript. uerb. l. 28. ff. depos. Briss.

VACARE populo, procul esse. Bud. citat Cicer. in Tuscul.

VACARE postulationibus, teste Bud. dicitur, pro eo, quòd Galli expedire requestas: nos, Supplicagen erledigen dicimus. Adfert è Plinianis epistolis testimonium, in annot. prior. Spieg. *Hinc

VACANS, participium, qui uacatur.

VACANS mulier, pro uidua. Marcian. l. 5. §. 2. ff. de ui pub. Qui uacantem mulierem rapuit, uel nuptam, ultimo supplicio punitur. Hot.

VACANTES, quantum existimo, ab Impp. appellantur, qui nulla iam dignitate fungãtur, siue munere excesserint, siue nunquam gesserint. l. ult. C. ut dignit. ordo seruet. l. ult. C. de primicer. & secun. lib. 12. Vacantes etiam tribunos, apud Ammia. Marcell. lib. 31. & Veget. lib. 3. c. 17. legimus. Briss. Adde Cuiac. ad l. 1. de primicer. & secun. notarijs. C. lib. 12. qui de his copiosius disserit.

VACANTIA bona dicuntur eorum, qui sine hęrede decedunt, quæ lege Iulia ad fiscum deferuntur. l. 96. §. j. l. 114. §. quę intestato. ff. de leg. lib. j. l. 50. ff. de manum. testam. l. 6. §. est fisco. ff. ad Treb. l. 6. §. certè ff. si quis omissa causa test. l. j. §. j. l. ult. ff. de succes. ed. l. j. §. diuus. l. 41. ff. de iur. fisc. l. 18. ff. de usucap. l. 19. ff. de diuers. temp. l. x. C. de inoff. l. 22. C. de appel. l. j. C. de quadr. præscr. l. j. C. de donat. int. uir. l. penul. & l. ult. de uacatio. lib. x. C. Strabo [illegible] uocat lib. 17. Geograph. quod dsim, id est, hæredem non habeát. Constantinus uero [illegible]. Sic uacantem hæreditatem accipe in l. 13. §. item si quis à fisco. ff. de pet. hæred. Et uacare bona, in l. 2. in fi. ff. ad Tertyll. & in l. 38. ff. de iure fisc. quorum neq; hęres, neq; possessor extat, ab eo quòd domino uacua iacent. Vacantes areæ quæ nullum usum ciuitatibus ornatumq; præbent. l. 41. C. de operib. publ.

VACAT causæ probatio, id est, superflua est, apud Modest. in l. si consentiente. de manum. Spieg.

VACATIO, præcipuè pro immunitate, ex emptione ponitur, itẽ & solutione ac cessatione. Steph. in Thesauro citat testimonia quib. accipi uult uacationes militiæ, quas barbari treugas uocãt, significare. Spiegelius.

VACATIO, munerum publicorum excusationem significat. l. 5. §. ult. in fi. ff de munerib. & honor. tit. de uacat. & excus. muner. Suet. in Claud. c. 55. Cũ decurias rerum actu expungeret, eum qui dissimulata uacatione, quam beneficio liberorum habebat, rũderat, ut cupidum iudicandi dimisit. Plin. lib. x. Epist. Cùm citaré iudices conuentũ inchoaturus, Archippus uacationẽ petere cœpit, ut Philosophus. Br.

VACATIO aũt muneris publici non præstat, ut ne magistratus quis creetur. l. 12. ff. de muner. & honorib. Ea uerò omnia, quæ extra ordinẽ ad tempus indicuntur, ab his qui uacationem meruerunt, exigenda non sunt. Briss.

VACATIO etiam ex lege Iulia Papia dari dicebatur his personis, quæ necessitate matrimonij contrahendi ad tempus liberabantur, & interim nihilominus, ex aliorum testamentis perinde atq; nuptijs deuinctæ capere poterant. Vlp. in Insti. tit. 14. Feminis, ait, lex Iulia a morte uiri anni tribuit uacationẽ, à diuortio sex mensium, &c. Sueto. in Augusto c. 34. de lege Iulia, de maritandis ordinib. Hanc, inqt, cùm aliquanto seueriùs, q̃ cæteras emẽdasset, prę tumultu recusantium ferre nõ potuit, nisi adempta demũ lenitâue parte pœnarum & uacatione triennij data, intra quæ uacationis tempora uiduam manentẽ uacantem appellari in l. 5. §. qui uacantem. ff. ad l. Iul. de ui pub. defendi potest. *Quanquam & quamlibet uiduam accipi posse non ignorem. Quintil. Declama. 15. Siue enim, iudices, malignitas est, persuasionis humanæ feminam uacantem uocare meretricẽ seu miseræ nomen, id imposuit aliquis amator. Corn. Taci. etiam uacuam mulierem in eundem sensum dixit, libro 13. Annal. Briss.

VACATIONEM accipere. Vide C. de his qui à princ. uacat. acce. lib. x.

VACATIONEM dare. Item uacationem habere. Vide Doletum.

VACATIO Legis, pro solutione Legis, Budæo attestante.

VACILLANS testis, qui inconstantis & diuersa testimonia dicit. Vide text. & gl. super uerbo Vacillat l. 2. ff. de testib. & Vallam lib. 5. Elegant. Spieg.

VACVAM domum habitare dicuntur, qui speciem rei magnificam ostentant, quum ipsi bono uacui sunt. Sententiam uulgò iactatam Erasmus indicat, ad fin. Cent. 6. Chiliad. Spiegel.

Ita uacua possessio dari, tradiq; dicitur. Et in uacuam

cuam possessionem mitti introducitue, qui in fundi possessionẽ liberam, & à nemine occupatã introducitur. l. 3. §. j. ff. de act. empt. l. 3. ff. de usur. l. 32. §. arbitri. ff. de recep. qui arbit. l. 18. §. si uenditorem. l. 33. l. 34. ff. de adq. poss. Vacua aũt possessio emptori tradita nõ intelligitur, si alius uel uentris, uel legatorum nomine in ea sit, uel creditores bona possideant. l. 2. §. ult. ff. de act. emp. Quanq̃ hi non possideãt, sed magis custodiendi & obseruãdi causa in possessione sint. Br.

VACVA traditio, pro, uacuæ possessionis traditio in l. xx. ff. de seruit. Briss.

VACVI agri, siue uacant agri, qui nihil proferũt, uel non excoluntur, Ӧgertem. Sic uacua prædia, pro nihil continentibus accipimus. Spieg.

VACVI nummi, Scæuolæ, qui sunt sine usuris. l. Quintus Cæcilius. Depositi. Spieg.

VACVVM aũt propriè inane significat. Ita uacuus locus, uacuus uterus pleno opponitur. l. 30. §. pe. l. 83. ff. de adq. hær. l. 2. §. j. ff. de decur. Ita uacuæ tabulæ, i. nihil scriptũ habentes. l. 11. ff. de iniust. rup. Briss.

VACVVM ministerium dicitur eius, qui certam procurationem habet nullam, sed primũ quodq; sibi impositum munus obire cogitur. Vlpia. de mediastino loquens, l. 27. §. 2. de usufr. Si serui ususfructus legatus est, cuius testator quasi ministerio uacuo utebatur, si eũ disciplinis uel arte instituerit usufructuarius, arte eius uel peritia utetur. Hot.

VACVVS fundus, qui à nemine detinetur & occupatur. l. 33. ff. locat. Cornific. 4 Rheto. ad Herenn. Necesse est cùm constet istum fundum nostrum esse ostendas te aut uacuum possedisse aut usu tuum fecisse. Eodemq; modo uacua possessio, quę à nemine detinetur. l. 18. in fi. d. l. 68. in fi. ff. de contrah empt. l. 51. in fi. l. 75. §. qui id quod. ff. de uerb. oblig. l. 3. §. hoc interdictũ. ff. de itin. actuq; l. pen. in fi. ff. de adq. poss. l. 3. C. eo. tit. l. 4. §. si tu me ui. ff. de usucap. l. 19. ff. de ui & ui arm. Cic. lib. 3. de orat. Nostra est, in quã, omnis ista prudentię doctrinæq; possessio, in quã homines quasi caducã atq; uacuã abundãtes ono nobis occupatis, immolauerunt. Quintil. Declam. 12. Vndecũq; offulsit lucrum, sine respectu salus publica addicitur & in uacuam possessionem fames uenit. Briss.

VACVVS ad agendum, ad narrandum, hoc est, cui uacat narrare aut agere. Steph. Rob.

VADARI, pro uadimonio obstringere, siue diẽ iudicij ex compacto constituere, & in ius uocare: ꝓpriè tamẽ est, sub certa pœna se iudicio staturum ꝓmittere: quod qui multæ fidei possessor non erat, uadem, id est, fideiussorem dare tenebatur. Vide Vallã lib. 6. Elegant. cap. 31. Spiegel.

VADERE solet usurpare uulgus, pro eo q̃d est, ire. Viri tamen docti, in re uiolenta aut difficili, solẽt usurpare, ut Syluius attestatur. Spieg.

VADE in possessionem fundi illius. in usib. feud. de consuetud recti feud. in princ.

VADES propriè dicebantur, ut Asco. in Monosyllab. & Festus lib. ulti. ostenduñt, qui reum capitis sistendũ spondebãt. Qualis fuit ille Damon, de quo Cicero lib. 3. offic. meminit. Sed tamen quicunq; pro altero uadimonium etiam in ciuili causa promittebat, uas appellabatur. Acron ad illa Horatij uerba libro 1. Serm. Sat. 2.

Ille datis uadibus, qui rure extractus in urbem.

Vadibus, inquit, id est, sponsoribus, à Vadimonio: quòd promittit is, qui ad iudicium prouocatur, certo die affuturũ. Vades ideo dicti, quòd qui eos dederit, uadendi habet ptatem. Et Porphyrion: Vades, inquit, sponsores dici notum est: quod qui eos dederit uadere, id est, discedere interim liceat. Quæ quanq̃ propter dissimilem syllabarum quantitatem, dubitationis aliquid habeant, illud tamen demonstrãt, morem hunc ueteribus fuisse, ut qui litem uellet intendere, aduersario denunciaret, ut in ius ueniret. si nollet, uel eum cogeret, uel spõsorem acciperet, fore, ut constituto se die sisteret. Illa autem denunciatio, Vadatio dicebatur. Nam & qui denunciabat, & cui denunciabatur, Vadari dicebatur. Cic. in Quintia. Vadari uis? promittit. in ius uocas? sequitur. Horat. Sermone 1. Satyra 9.

Ventum erat ad Vestæ, quarta iam parte diei
Præterita: & casu tunc respondere uadato,
Debebat.

Ergo qui litem alicui intendere uolebant, à Prætore postulabantur ut eum uadari liceret. Plaut. in Aulul.

Palæmon prudens et eripuit uoluom,
Homo ad Prætorem plorabundus deuenit
Infit ibi postulare, plorans, eiulans,
Vt liceret uadimonium uadarier.

de Euclione loquitur. Est autẽ uadari, uades postulare, id est, locupletes fideiussores, qui aliquẽ certæ pecuniæ sponsione uadimoniũ obiturum præstabant. Hinc apud Liuium, Tot uadibus accusator uadatus est reum. Horat.

Ille datis uadibus, qui rure extractus in urbem est,
Solos felices uiuentes clamat in urbe.

Quòd si quis uades dare nollet, & uadimonium promittere, qui uadabatur, aliquem eorum qui aderant, accepta eius auricula, interrogabat, Licẽtne antestari? Si ille responderet, Licet: iniecta manu aduersarium ad Prætorem trahebant. Vide quæ scripsimus in orat. pro Quintio. Hotom.

VADIMONIVM, est sponsio standi in iudicio. Inde uadari uerbũ, pro uadimonio obstringere. Sunt aũt uadimonio obstricti, qui ob crimina in iudicium uocati, ab iudicib. impetrauerunt, ut aut sua, aut spõsorum fide dimittãtur, ea lege, ut incertum diem ad iudicium si stant. Bud. in annot. ad l. poster. de orig. iur. Porrò uenire ad uadimoniũ, obire uadimoniũ, & sistere uadimoniũ in eadẽ fermè re dicuntur. Sp.

VADIMONIVM non sponsionem modo alterius sistendi, sed & constitutum diem significat, quo quis se iudicio sistere debebat, ad quam diem, qui iudicio adiunt, uadimoniũ obire, & ad uadimoniũ occurrere, quo dicendi gñre usi sunt M. Cic. ꝓ Quint. Plin. lib 8. Epist. Suet. in Caligul. c 39. & uadimonio sistere apud Apul. lib. 9. Asini aur. Vadimonium promittere Varroni lib. 5. Ling. Lat. Briss. Et si forte non malè etiã de citatione personali intelligi posset. Vadari nanq; pro citare personaliter affuturum usurpari docet Bud. in annot. prior. ad Pand.

VADIMONIVM Cuiac. ad l. ait prætor §. item & in eremodicijs. ff. de min. 25. ann. definit, esse satisdationem iudicio sistendi causa, ubi subijcit differẽtias quasdam erodicij & uadimonij. Ex eremodicio, inquit, lis amittitur. Ex deserto uadimonio lis nõ amittitur. Deserit uadimonium reus, non actor. Contrahit eremodicium nõ reus tantum, sed etiã actor. Eremodicij restitutio præstatur. Deserti uadimonij restitutio non præstatur, sed exceptio tantũ reo certis ex causis datur, si desertionis pœna petatur stipulatione comprænhensa. Vide Cuiac. ĩ alleg. loco &c.

VADIMONIVM promittere, Versprechen in das Recht zustellen. Vadimonium obire, Sich auff den bestimten Rechtstag stellen. Cõtrà, Vadimonium deserere. Den Rechtstag nit versteen. Nõ uenire ad uadimonium: idem quod Græcè Eremodiciũ

dicitur

dicitur. Vadimonium differre, iudicum erat non nisi ex magna causa, utpote luctus, uel iustitij publici. Præs & Vas sic discernuntur: Præs est, qui populo se obligat, interrogatus à magistratu, propriè in causis pecuniarijs. Vas, qui pro alio promittit in iudicio pœnali. Oldendorp.

VADIMONII desertio est desertio promissionis iudicio sistendi causa factæ. Longè aliud est desertio litis contestatæ, grauiorq; ex hac causa quàm ex illa pœna. Nam hæc damno litis coercetur, quia desertori non licet appellari, uel ex integro causam agere, illa non item. Et olim quidè, qui litem inchoatam deserebat, euocabatur edictis tribus & peremptorio, non etiam is, qui nō parebat promissioni iudicio sisti. Malè igitur Haloander uadimonium & litem contestatam confundit. Cuiac. in expositio. Nouellæ Iustiniani lxix. ut omnes obediant præsidib.

VADIMONIVM missum facere, est uadimonij obligationem remittere. Budæo indicante.

VADIS primum, deinde per syncopen, uas, fideiussor dicitur iudicio sistendi in causa quam nō licet deserere. Ein Bürg.

VADOR, aris, ari, commune fide iubere pro alio, verbürgen/oder verbürgt werdē. Actiuè & passiuè.

VADO transire, pro uadare. in l. ult. ff. de seruit. rust. præd. Est uadum cuiuscunq; aquæ fundus, per quem uia datur, ein Furt. in quo quisquis constiterit, iam effugit periculum, nec mergatur. Vnde prouerbium: Res est in uado, id est, in tuto. Nam, ut in profundo periculum consistit, ita in uado securitas, Spiegelius.

VADOSVS amnis, qui frequentia habet uada, quæ transiri pedibus possunt.

VAE particula, quę in alijs atque alijs uocabulis, uariatim per has duas literas cum a. litera media immissa dicitur, duplicem significatum, eundemq; inter se diuersum, capit. Nam & augendæ rei & minuendæ ualet, sicuti aliæ particulæ plurimæ: propter quod accidit, ut quædam uocabula quibus particula ista præponitur, ambigua sint, & utroq; uersum dicantur, uæticum, uæhemens, & uegrande: de quibus uide Gell. lib. 5. cap. 12.

VAFER, quasi ualde Afer. mira enim semper fuit Afrorum calliditas: ut est hodie Hispanorum.

VAGABVNDVS, crebro uagans: qualē dominum fiduciarius cliens, hoc est uasallus, sequi minimè tenetur, magno consensu Intrepretum Placitor. Feud. glo. l. 4. §. prętor. ff. de damno infect. Vagabundum intelligit, cui nec certum domicilium, nec constans habitatio est. Quod & Bart. probat in l. 1. C. ubi de crimin. agi oport. & in l. quisquis. Cod. de agrico. cens. & colon. lib. 11. Spiegel.

VAGARI, pro errare. Vlpianus de iniur. in l. prętor edixit: quia, qui famosam actionem intendit, nō debet uagari cum discrimine alienæ existimationis. Sic Cicero uagam & errantem sententiam certæ stabiliq; opposuit. Spiegelius.

VAGARI sine causa, hoc est, inutiliter huc atq; illuc ferri. apud Iuriscon. in l. siquis sit fugitiuus. §. errorem. de ædil. edict. Spieg.

VAGA sententia, cui certa opponitur.

VAGATVS. l. desertores. §. 3. ff. de re militari.

VAGVLATIO in lege XII. Tab. ut ait Festus, significat quæstionē cum conuitio: uerba legis hæc sunt, Cui testimonium defuerit, is tertijs diebus ob portum obuagulatum ito. Fra. Adde Cuiac. obseru. lib. 7. c. 15. qui putat uagulationem dici à uagore siue uagitu, quoties testes citantur, querūtur magna uoce, & amplo boatu, quod conuitiū Festus uocat quasi conuocium. ut quodam loco Vlpianus noster ait, quo sensu & Cicero cautorum conuitium dixit. Cuiac. suprà alleg. loco.

VAGVS uir, ad militiā non accedat. l. j. C. de Tyron. lib. 12. Sic Scholaris uagus, ut ibi commodum refertur, non fiat magister. Obseruauit & Alberic.

VALERE, pro uires habere. Vulgato dicto: Si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum. Refertur & ad precium. Vnde ualor, & ualitura, pro precio. C. nem. lic. in compar. spec. l. j. lib. x. C. quę sit long. consuet. l. 2. de liberat. leg. l. 3. Sed euidentiora hæc sunt, quàm ut hic proferatur exempla. Vide Alciat. Spiegelius.

VALEAT. Hoc uerbum ad effectum refertur, quum affirmatiuè ponitur. l. uniuersa. C. de precib. imp. offer. Spieg.

VALERE testamentum dicitur, quam diu ex eo adiri hæreditas potest, nec ab intestato defertur hæreditas, hoc est, legitimus admittitur, quamdiu ualere possit testamentum, c. 19. de acq. hæred. Est & illud certum de inofficioso testamento, alijsq; hæreditarijs causis centumuiros cognouisse c. 13. & 17. de inoff. testam. cap. fi. C. de petit. hæred.

VALERE ut legem. Cic. de leg. 3. Tamen erant in more eorum, qui tum ut lex ualebat.

VALESII apud antiquiores dicebantur, qui postea s litera (ut in plerisq; alijs) in r literam mutata, Valerij sunt appellati. Fuit autem Valeriorum familia Romæ dicta à Valesio uiro præclaro, nec minus locuplete, in gente Sabina, qui posteà Manius Valerius Terentius cognominatus est, a Terentio loco quodam Diti patri sacro, Romæ in campo Martio, in quo aram illi dicatam ab antiquis primus omniū monstrauit. Quintilianus libro j. ut Valesij, inquit, & Fusij, in Valerios & Furios uenerunt, ita arbos æta-tis fuit. Idem quoque Festus Pompeius scribit in dictione Aurelia familia. Pomponius in tit. de origin. iur. l. necessarium auctor est, Appium Claudium cæcum fuisse auctorem, ut in illis nominib. s litera in r transiret &c. Nebriss.

VALETVDINARIVM, locus in quem ægroti ualetudinis curandæ causa diuertunt. hinc ut Colu mell. lib. 2. c. 1. Siue alter languidior est, in ualetudinarium confestim deducat, & conuenientem ei ceterā curationem adhiberi iubeat. & lib. 12. c. 3. Valetudinaria quoq; uel si uacent ab imbecillis, identidem aperire, & immunditijs liberare, &c. Hinc Valetudinarij, ualetudinariorum publicorū præfecti: apud Tarrentenum l. ult. ff. de iur. immu. Hot.

VALETVDINARIVS, qui frequēter ægrotat. Martian. de re milit. Officium, inquit, tribuni est, delicta militum secundum suæ autoritatis modum castigare, principijsque frequenter interesse, querelas commilitonum audire, ualetudinarios inspicere. At tamen in l. ad personas. ff. de iureiur. Valetudinarij sunt intelligendi, qui graui morbo laborant, nec possunt sine periculo domum egredi. ut elegantem, teste Oldend. diffinitionem ponit Marcell. in l. quæsitum. ff. de re iud. Spieg. Hinc Cuiac. ad l. 8. 9. 10. 11. & 12. ff. de excus. Valetudinarios definit eos, qui perpetua & pertinaci ualetudine adficiuntur, l. j. Cod. qui mor. se exc.

VALETVDINARIVS medicus, qui ualetudine affectos curat: uel potius qui in ualetudinario ministerio medici fungitur. Spital artzet. Arcad. l. fin. de iur. immun. Et quibusdam, ait, aliquam uacationem munerum grauiorum conditio tribuit: ut sunt

mensores, optiones, ualetudinarij, medici, capsarij, & artifices, & qui fossam faciũt: & qui sequũtur. Sp.

VALETVDINE impediri, l. secunda. §. si uerò. ff. si quis caut.

VALETVDINE perpetua teneri. l. unica. Cod. qui morb. se excus.

VALLIS quæ dicatur, Bart. ostendit in tractatu Tyberiadis, lib. j. Spiegelius.

VALLVM fidei l. si quanquã. C. de episc. & cler. Est propriè castrorum munitio. l. desertores. §. in bello. ff. de re milit. Per metaphoram pro summa totius negocij, & omni momento, prę sidioq; nõ inelegãter usurpatur. ut ab Erasmo aduersus Aristot. sententiam, rectè traditũ est in explicatione prouerbij, Prora & puppis. Spieg.

VALOR, pro precio notum. Qúo iste eliciatur ex re, hoc est, ut res æstimanda sit, Bar. indicat, in l. si seruus. ff. ad l. Aquil. Quo uerò modo ꝓbetur ualor rei, idem docet in l. precia rerum. ff. ad l. Falc. Spieg.

VALVASORES, uocabulum barbarum in Placitis feudalib. Ducum, marchionum ac Comitũ Vasalli designantur. Sunt hi maiores & minores & Valuasini, id est, minorum Valuasorum Vasalli. Vide Baronem à Tautenberg. tit. quis dicat. dux, & Zasium parte 5. in compendio feud. & s. Marchio. Spieg.

VALVASOR. Duplex intelligitur ualuasor: maior, & minor. Maior est, ueluti ducum, marchionũ, & comitum uasallus. Minor uerò appellatur, qui à uasallo huiusmodi feudũ accipit. Porro minoris ualuasoris uasallus ualuasinus dicitur. Cæterùm ualuasor uocabulum in placitis feudalibus, titulo potissimũ, Quis dicatur dux, &c. barbarum esse, saltem non Latinum satis, nemo est, qui ignorare debeat De ualuasoribus dictum est aliquid supra, in dictionib. Capitaneus & Marchio. Anchor.

VALVAE, pluraliter tantũ, dictæ quòd intus reuoluantur: suntq; portæ, geminas partes habentes: Ab his Feudistæ ualuasores, quorũ iam mẽtio tacta, dictos putant: quasi ad ualuas stantes: quos & Barones Balbus nominat. in c. j. qui feud. dar. poss. Spieg.

VANDALI, ueteris Germaniç populi, omnium ferocissimi, Honorij principatu in Hispaniam penetrarunt iuxta fluuium Hispalim: Beticæ tractũ occuparunt, qui ab ipsis olim Vandalia, ab Hispanis uulgò Vandalusia appellatur: teste Renano nostro sub fin. lib. j. rer. German. De his Iustinia. triumphauit, cum Aphricã annis iam centũ & quinq; occupassent, iuxta l. j. C. de offic. præf. præt. Aphr. per ducẽ Belizariũ superatis. Vandali aũt, ut Althamerus ait, Germanorum ultimi, uersus Gothos & Gepidas, Sarmatis cõfines fuère, & Vãdali fluuij accolæ, qui Vistola ab autorib. appellatur. Bilibaldus grauis autor, uult Vandalos ex Gothorum ortos esse gente: quemadmodũ & Sciros, Gepidas, Alanos, ac reliquos Gothicæ nationis populos: inter quos nihil, pręter solã interfuit nomenclaturam. Eisdem .n. institutis, eademq; utebantur lingua, Germanica nempe. Sed ex omnib. nationibus Gothicis, nulla amplius in Germania superest, exceptis Sciris: qui & nunc quoq; Stirij, uel Stirenses appellantur: & Turcilingi, qui & Turingi. Sp.

VANVM dicitur, quod nec possibile, nec uerisimile est, autore Donato. Huic Iustinian⁹ scitè suffragatur, in l. unic. C. de Dedidit. libert. tollen. Nos, inquiens, qui ueritatẽ colimus, ea tantũmodo uolum⁹ in nostris esse Legibus, quæ re ipsa obtinent. Spieg.

VANVM & pro cancellato habere, apud Scæuolam in l. emptor. ff. de pact. Spiegel.

VAPVLA Papyria, subaudiendum, Lege: ut sit, cõminantis pœnã legis Papyriæ. Sisinnius Capito, prouerbio dici solitum, autor est, si qũ uolebãt significare, se negligere minas aliquorũ. Vide Chil. Eras. Sp. & Olden. De prouerbiali dictione, uide ulterius quid annotarit Turn. aduers. lib. 19. c. 15.

VARIVS, q modò unũ, modò aliud dicit Card. Zabarella in c. præterea. de testib. & c. cũ ecclesia Sutrina. de cau. poss. & ꝓpr. & ibi interpretes Põtificij.

VARIARE, & uacillare quis dicatur, explicant Doctores, in l. qui falso, uel uariè. ff. de test. Spiegel.

VARIE ex personis causisq; constituere. Vide Celsum in l. in fundo. ff. de rei uind. Spiegelius.

VARIETAS humanorum negociorum non sinit constãtem semper manere eiusdem sanctionem. Nou. de restit. in prin. Const. 39. & de reis qui ingrediuntur ad exped. app. in prin. Constit. l. Spiegelius.

VARI. Valgis contrarij, sunt pedibus incuruis, & in se contractis: cuiusmodi spadones & castratos uidemus. autor Bud.

VARII dicuntur, q. dolos nectunt. Contra hos, Zas. teste, inuentus est tit. de dolo malo. Cicero laudat Sextiliũ, qđ in causa non fuit uarius. Sp. & Old.

VARICARE, atq; etiã diuaricare est à recto deflectere: idq; propriè, cum quis rectis pedib. stare nequit, sed diductis & uariè discretis: unde diuaricata tigna architecturæ professores dicunt. i. refracta. Sic qui litigantium utrãuis in partem inclinant, & cum aduersarijs colludunt, præuaricatores nominantur. Vide Præuaricator. Brechæus in l. præuaricatores. ff. de uerb. & rer. sign. Hinc

VARICES, qui ab Hippocrate *κιρσοὶ* uocantur, sunt uenæ in crurib. & coxis tumidiores & laxiores teste Galeno in lib. 6. Aphorismorũ Hippocratis: [illegible] ex crasso humore & melancholico contrahi solet. Id genus morbo adfecti pedib. introrsum distortis coguntur incedere: ciusmodi autẽ, uari dicuntur, quos tamen Vlp. in l. idem Offilius ait, §. quæsitũ. ff. de ædil. edict. inter sanos connumerat. Brech. l. ea. tit. eo. Huc uergit etiam Satyrographi illud hemistichion uaricosus fiet aruspex. Ansa scoptica & cauillatoria hinc obiecta est Vatinio, q Ciceroni iactitabundo sese humeris populi Romani deportatũ esse, hoc est, ab auxilio facetosè dixit: unde ergo tibi uarices? Mirum uarices correpta prima proferri, cum uarrus à quo trahunt originem, primam longam intendat. Ioann. Baptist. in comment. Sidon. Apollinar. Epist. ad Sigerium lib. 5.

VARICOSVS, quem Iulianus de ædil. edict. sanum nõ esse dicit. Accursius stultum interpretatur, sed haud rectè, qui modò huc, modò illuc uadit. & uaricem, tibiarum ægritudinem, non multo rectius exponit. Nam uarices non tantum, quamuis potissimum, in cruribus, sed etiam in temporibus, uentre, testibus, inguine intumescunt. Vnde uaricosus, qui habet huiusmodi uarices, id est, uenas plus equo intumescentes atq; obtortas. Spiegelius, & Old.

VARVS, uaricus & uaricosus est, qui crura habet obtorta, pedesq; introrsus fixos. Vlp. eod. tit. l. item Offilius. Varus, ait, & uaricus an sanus sit: & opinor sanos esse. Sp. & Old.

VARIVS color est, qui & Versicolor dicitur Propertio, Et uariam plumæ uersicoloris auem. Vlpia. quod Alciat. adnotauit, uersicolorem accipere uidetur, simpliciter pro tincto: quasi in alium colorem uersum sit. Spieg.

VAS. Lege, Præs est.

VASA uinaria, propriè, Paul. ait, de uerb. sig. torcularia esse placet. Alcia. uaria uasorũ gñra hoc loco explanat.

explanat. Scæuola de Legat.iij. in lege Lucius Titius.§. collegio. exponit Vasa uinaria, id est cuppæ & dolia quæ in cella defixa sunt.

VASA concinnatoria. Vide suprà, Concinnare.

VASA ū cui legata sunt non solum ea continentur quæ aliquid in se recipiant, edēdi bibendiq; causa paratum, sed etiam quæ aliquid sustineant, & ideo scutellas uel promulsidaria contineri. Repositoria quoq; continebuntur: nam uasorum appellatio generalis est. Dicimus uasa uinaria & naualia. Pomponius de aur. & arg. legat. Maffæus.

VASALITIVM. Italicum uocabulum, idem est quod Homagium Gallicū. Vide Speculat. de Feud. §.ij. uers. quid autem & seq.

VASALLVM, uel Fidelem (ut nunc uocamus) olim clientem dicebant, quasi colentem dominum, ut ab eo defenderetur, & qui uicissim dignitatē domini tutaretur propter beneficium. Ex Old. qui & monuit, Clientelam esse obsequiū ipsum, quod homagium uocant, & seruitium pro beneficio præstandum, subscribens Budæo, cuius uerba in dictione Cliens, retulimus. Sed & Alciat. scribit Clientum hodie instar obtinere, quos barbara uoce Vasallos uocamus. in l. patroni. de Verb. sig. Sp.

VASSVS enim siue Vasallus Longobardicè, teste Cuiacio obseruat. lib. 8. cap. 14. fidelis & homo dicitur & homo fidei, qui feudum tenet.

VASALLI dicuntur soldurij apud Gallos, quorum olim hæc erat cōditio, ut omnibus in uita commodis unà cum ijs fruerentur, quorum se amicitiæ dedidissent. quod si quid ijs per uim accidisset, aut eundem casum ferrent ipsi, aut mortem sibi conscīscerent. Conna. lib. 2. c. de bonis libertorum 9. nu. 6.

VASALLVM esse, nō est status personæ, ut docet Zas. in l. sunt qui. ff. de Re iudic. Sp.

VASALLI ambigui dicuntur, de quorum Feudo controuersia est. Zas.

VASALLORVM uaria esse genera cōstat. Alij enim fidem & hominium debent, alij seruitium, alij pacem, alij plitium, ut loquuntur, id est, ut domino capto ab hostibus pro eo obsides dentur, alij sunt lidi, alij non lidi siue plani. Cuia obseruat. lib. 8. ca. 14.

VASARIVM. Alciat. elucidans l. inter domum. eodem tit. exponit esse præmium quod reducibus magistratibus propter gestum apud exteros honorem, impenditur. Reperio in Thesauro Roberti Stephan. Vasarium, ut uestiarium, calcearium dici, hoc est uasorum supellectilem. Spieg. & Oldend.

VASIS legatis, non solùm ea continentur quæ aliquid in se recipiant, edendi bibendiq; causa paratum, sed & quæ aliquid sustineant. Et ideo scutellas uel promulsidaria repositoria quoq; continebantur l. 19. §. argento. ff. de auro, argēto. Vasorum enim generalis appellatio est. Dicimus uasa uinaria, uasa naualia. Bris. Hinc

VASCVLARIVS, qui uasa argentea & aurea facit. Sunt enim inter artifices uasculari, cælatores, inauratores & bractearij, in l. apud Lab. de Prælat. uerb. Si quum emere argentum uelles, uascularius ad te detulent. Spieg.

VASORVM appellatio generalis est: dicimus enim, uasa uinaria, & naualia l. cum aurum. §. argentum. ff. de Auro & arg. legat. Sp.

VASTATIO, a uasto, quod est, quasi uacuum reddo in Vsib. Feud. de Pace tenend. §. ult. & in Aut. de Lenonib in prin. Spieg.

VATII sunt, qui pedes extrorsus obtortos habent: ijdem, ut arbitratur Bud. qui ualgi, uari, & ua-tij. meminit Iurisconf. in §. quæsitum est l. item Offilius. de Aedilit. edict. Sp.

V B

VBERES prouentus, pro copiosis. Vlp. in l. an nonam attentare. ff. de Extraord. crim. Quidam, & maior pars, hodie sine aspiratione scribit. Sp.

VBERIVS, opponitur arctiori. Iabolen. de Verbor. sig. Inter illam, ait, conditionem cum fari potuerit, & postquam fari potuerit, multum interest. nam posteriorem scripturam uberiorem esse cōstat: cum fari potuerit, arctiorem. Sp.

VBI, & continuare, & aduersari, & pro apud quē sumi, Albericus indicat. Spieg.

VBI aduerbiū loci, significat, in quo loco. Interrogatiuè aliquādo pronunciatur. Relatiuè nonnunquam, & infinitè aliquando. Sp.

VBI, in proprio significato nullam parit conditionem. teste Alberico, qui allegat l. si ita scriptum. §. fin. ff. de Legat. ij.

VBI instrumentum dotale conscriptum est l. exigere. ff. de Iudicijs.

VBI primùm, Romanis est, quod incontinenti Barbaris.

VBI, pro postquam l. postliminium. in prin. & §. j. de Captiu. & postlimin. indicarunt Interpretes. Albericus.

VBI, pro quando l. si quis in legatione. ff. de Iudic. Alberic.

VBI primùm potuit leg. ij. §. confestim. ad S. C. Tertull. l. nepos Proculo. de Verborum significat. Albericus.

VBI tu Caius, ego Caia. Vide suprà, Caius.

VBI uoluerit. Hæc locutio uariè recipit temperamentum ex antecedētibus, ex subsequentibus, ex adiunctis, ex circumstantijs. ut ex Doct. Responsis, uulgus Consilia uocat, constat. Sp.

VBI uoluerit mater, morietur. Hæc uerba Iurisconf. interpretatur, in l. quintus. de Ann. legat.

VBICVNQVE æquitas iudicem mouerit, potest interrogare l. ubicunq;. Digest. de Interrogat. actione.

VBICVNQVE essent lapidicinę, si excipiantur hæ, præsentes tantum denotant l. in Lege. ff. de Contrah. empt.

VBIQVE, Generica uox, restringitur à subiecta materia l. lex Cornelia. §. si tamen. Digest. de Iniur. Spiegelius.

VBIQVE, pro ubicunque Iauol. l. in lege, 77. Digest. de cōtra emptione. In lege fundi uendundi lapidicinæ in eo fundo, ubique essent, exceptæ erant. Paul. l. quod nisi, 20. in fin. Digest. de oper. lib. Non esse iniungendam necessitatem liberto ubique eum sequi. Hottomann.

V E

VE, disiunctiua cōiunctio est, id significans quod, aut. Geminata elegāter postponitur negatiuæ l. j. ad Leg. Iulian. peculat.

VE, particula, quandoq; priuatiua est. Labeo, ut à Iaboleno allegatur. lege malum. §. uiduam. de Verborum significat. quasi uecors, uesanus, qui sine corde, aut sine sanitate esset. Vide Gell. lib. v. cap. ij. Regulariter disiungit. id significās quod aut. Congerit exēmpla Alber. Spieg.

VECTES, inquit Budęus baculi sunt ualidi, per mediam machinā traiecti, quibus manu ductis, machina dum uersatur, funem ductarium aduoluit. Ab his uectibus Vectiarij dicti sunt, qui torcularia premunt uectibus. Trotzer. Sp.

VECTIGAL est, quod pro rebus ciuitati inuectis uel euectis, publico soluitur: Publicum autem, uectigal ipsum est. Vide Alciatum in Commentario ad legem inter publica. ff. de Verborum significat: Vectigalium uerò diuersa olim erat conditio. Neq; enim semper pecuniariç solutionis, sed etiam si quid alicui specialiter concederetur, unde sentiret publica autoritate lucrum. Sic intelligendus est, ut & Oldend. docet, Vlp. in d.l. inter publica. Sp.

VECTIGAL generaliter dicitur, quicquid fisco uel Reipub. imperij nomine præstatur. itaq; stante Rep. etiam stipendium, quod in pecunia numerata pendebatur, uectigalis nomine cõtinebatur. Vectigalium autem tria erant genera. Decumarum, quæ ex frumento, uino, oleo, & frugibus minutis exigebantur: Scripturæ, quę ex pascuis: Portorij, quod ex mercibus exportandis uel importandis recipiebatur. Vlpian. l. 17. ff. de uerb. sign.

VECTIGAL stipendiarium. Scribit Appianus Alex. lib. 1. bell. ciuilium sub principium lib. Roman. colonis dedisse colendos agros, quos bello sibi quęsierãt, eosq. grassãtis belli iniuria, incultos relictos: ex quibus quidem agris Vectigalia annua publicè pendebant coloni: partem scilicet decimam seminum: fructuum uerò omnium quos ex arborib. percepissent, quintam. Pecorum Vectigalium rationem quandam etiam præscripserãt. Hoc autem Vectigal stipendiarium dicebatur, id est certum, ut auctor est Cicero actio. 5. in Verrem. Brechæus in l. Inter publica. ff. de uerb. & rer. sig. Publica uectigalia intelligere debemus, ex quibus uectigal fiscus capit: quale est uectigal portus, uel uenalium rerum, item salinarũ, & metallorũ, & picariarũ. Sic in l. sed & hi, 13. &c. ff. de publi. l. 103. ff. de uerb. signif. Hot. Adde Cuia. ad l. unic. de Alex. primatibus. C. lib. 11. Propriè autem & speciatim

VECTIGAL dicitur, quod fisco uel Reip. portorij nomine penditur: id est, pro mercibus, quæ uel inuehuntur, uel euehuntur. Veteres autem etiam in priuatorum prouentibus hoc uerbo utebãtur. Paulus l. 59. ff. de usufr. Cæsæ harundinis uel pali cõpendium, si in eo quoq; fundi uectigal esse consueuit, ad fructuarium pertinet. Sic apud Ciceronem in Paradox. Ex meo tenui uectigali (id est, agrorum mercedibus, siue reditibus) detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. Hot.

VECTIGAL etiam pro compendio ponitur. in l. 59. § ult. ff. de usufr. Bris.

VECTIGAL duplex. Publicum, quod accipit fiscus: priuatum, quod quisq; sumit ex reditibus & fructibus. Paul. Cæsæ arundinis, uel pali compendium, si in eodem fundo uectigal esse consueuit, ad fructuarium pertinet. Spieg.

VECTIGALE, quod tributum pendit: & Vectigales, ij qui tributa persoluunt.

VECTIGALES agri ciuitatiũ, seu municipiorum uocantur, qui manente apud municipes dominio in perpetuum locãtur, id est, hac lege, ut tamdiu pro his uectigal pendatur, quamdiu neque ipsis qui conduxerunt, neq; his, qui in locum eorum successerunt, auferri eos liceat l. 1. ff. si ag. uectig. l. 11. § 1. ff. de publican. l. 71. § ult. ff. de leg. lib. 1. Bris. Adde Conn. lib. 7. c. de iure emphit. 12. nu. 2.

VECTIGALES quoq; agros populi Romani appellabãt, qui ex hoste capti, uectigalibus subijciebantur, mancipibusq;, uel in singula lustra, uel in annos centenos locabantur, ut Hygen. in lib. de Limitib. constituen. docet. Bris.

VECTIGALES fundi. Lege Fundi uectigales: & Alciatum lib. 4. Dispunct. ubi ex Iulio Hygino tradit, qua ratione uectigales agri ciuitatum locari solerent. Porrò agri ciuitatum alij uectigales uocãtur, alij nõ. Vectigales uocantur, qui in perpetuum locantur: id est hac lege, ut quamdiu pro his uectigal pendatur, tandiu neq; ipsis qui conduxerunt, neq; his qui in locum eorum successerunt, auferre eos liceat. Non uectigales sunt, qui ita colendi dantur, ut priuati agros nostros colendos dare solemus. autor Paulus l. j. ff. Si ager uectigal. Sp.

VECTIGALIS fundus municipum: potest & ipsis municipibus & alijs etiam legari, ut tradit Vlp. in fin. legis si domus. de Leg. j. Sp.

VECTIGALIS pecunia, quæ ex uecturæ reditibus prouenit.

VECTIGALIA noua, sicut nec nouas exactiones, nisi consulto Imperatore, nullus princeps imponere potest. Si quisquam uerò superiorẽ neminem agnoscit, ex causa hoc potest: dum tamen meminerit, si ob prodigalitatem suam pecunia indigeat, uel iusticiam subditis non ministret, posse etiam sibi tributa denegari, & de facto resisti. Lucas à Penna l. j. C. de Superind. lib. x.

VECTIGALIA, quæ [illegible] dicũtur, propriè sunt portoria, quæ in itinere præstari solent, l. si quis pro uxore. ff. de donat. int. uir. & uxo. quæ fructuum onera non esse constat. Phauorinus. [illegible] Sũt tamen & alia Vectigalium loco, ueluti uicesima hæreditatum & manumissorum, centesima, ducentesima, quinquagesima rerum uęnalium, quadragesima litium, quæ onera prædiorum nõ sunt. Item reditus ex metallis, salinis, picarijs, cretæfodinis, cotorijs, l. inter. ff. de uerb. sig. quæ etiam onera prædiorum dici non possunt, cum sint in iure populi Romani aut principis, nemini autem res sua debet onera. At sanè Vectigalia prædiorum emphyteuticorum, onera prædiorum esse uidentur, quia in eis prędijs ius, eorumq; uindicationem emphyteuticarius habet. Itẽ scripturę & decumarum uectigalia, onera fructuum siue prædiorum sunt. Sed hæc publicanis locantur, & prædia emphyteutica emphyteuticarijs dantur. Cuia. obseruat. lib. 7. cap. 4. post princip.

VECTIGALIARII, qui & publicani & telonę dicũtur, propriè ij sunt, qui Vectigalia P. R. aut principis ueluti portoria conducta habent, non tributa, l. 12. § ult. ff. de publ. & uect. l. cum qui. ff. de uerbor. sign. qua de causa Cæsar dum uult leuare Asiam publicanis apud Dionem 42. quod redigebatur ex uectigalibus in tributi collationẽ transformat. Verum ij etiam qui salinas, cotorias, piçarias, cretæfodinas, metalla conducta habent, & qui ciuitatibus debita portoria conduxerũt, publicanorum loco sunt l. 12. ff. de publ. & uect. & si qui quandoq; tributa uel stipendia conducant l. 1. § 1. eod. Liuius 39. Vectigalia summis precijs, ultro tributa infimis locauerunt, quas locationes Senatus precibus & lacrymis publicanorum uictus induci iussit. Est & similis locus lib. 43. Emphiteuticarios non ausim publicanos appellare, quia ius in prædijs habent, quod publicani non habent. Sed neq; eos, quibus priuati homines fructus, quæstus, reditus suos locant, qui & Vectigalia dicũtur, quia publica conducta non habẽt. Cuia. d. Obseruat. lib. 7. cap. 4. propè finem.

VECTIONES, Paul. de Fund. instr. Sed uidendum, ait, ne inter instrumentum tabernæ & instrumentum cauponiæ sit discrimen: ut tabernæ, non nisi

nisi loci instrumēta sint, ut doliaria, uasa, uectiones, ancones, &c. Rhodiginus, uectiones (inquit) apud Iureconsultos legimus: eas, sunt qui uegetes intelligant, ab uehendo nuncupatas.

VECTOR, & is qui in aliena naui, uel equo, uel plaustro uehitur precio: & is qui uehit, dicitur. leg. j. de Exercit. leg. 2. de facto. leg. 1. & 3. Naut. caup. stabular. Valla autor est lib. 1. in Barpt. Facium, Vectorias naues aut non inueniri, aut inusitatum esse. Sp.

VECTVRAM facere apud Iurescōsultos dicuntur, qui uecturis uictum quæritabant. Vide Alexandrum lib. 3. cap. 14.

VEGETARI, pro recreari, siue sanū tueri, apud Imp. Constantium l. j. de Custod. reor. Nec uerò, inquit, sedis intime tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce uegetari. Sp.

VEHICVLA, carruchas interpretantur Impp. l. unica. C. de hono. uehicul. lib. 11. eo uerbo usus est auctor feudor. cap unic. §. mercator. de pace tenen. in usib. feudo. Prat.

VEHICVLORVM autem, Curruumq; diuersa fuisse genera, non una facie apud autores legimus. Nam & Essedum & petoritū, Cisium, Carruca, Carpentum, pilentum, Arcera, plaustrum Rheda, & Sarracum Epiredium, quod barbarum est, Carri, Couinum & Arcirma. Licet diuersi generis, omnes tamē uehiculorum numero fuere. Petoritum enim gallicum fuit, rotarum quatuor. Couinum Britannorū, Esseda Belgarum, Carrucæ germanorum & Gallorum. Arcera infirmorū. Erat enim plaustrum tectū undeq;. Eas quidem Carrucas etiā in Italia frequentes fuisse comperimus. Quippe Nero Cæsar nunquam minus mille carrucis iter fecisse proditur, longo semper agmine impedimentorum incedente. Pilentum ueneti coloris erat, quo matronæ uectabantur castæ, quas postea Basternas dixère. Peckius l. 3. nu. 5. ff. de incend. rui. naufra.

VEL, ait Festus lib. 19. conligatio est disiunctiua, scilicet, earum rerum, quæ natura disiunctæ sunt: in quibus Aut, cōiunctione rectius utimur, ut aut dies aut nox, sed earum quæ non sunt contrariæ, quę eligatur, nihil interest. Prat.

VEL particula, non disiungit semper, sed determinat interdum, ut teste Zasio in fin. lege si familia. ff. de Iurisdictione iudicata. Quomodo ponatur, indicat Albericus & Bartolus in lege supra iter. §. officium. ff. de Aqua pluuia arcenda, & in lege generali. C. de Sacrosancta Ecclesia.

VEL, polysimum est, quandoq; enim emendationis nota est l. bona fide. ff. de noxalib. aliquoties pro, & l. sæpe. ff. de uerborum significatio l. cum quidam. ff. eod. tit. aliquādo alternatiua uox est cap. inter cæteras. extra de rescript. Interdū pro saltem ponitur l. multum. ff. de hæred uel act. uendi. plerunq; ponitur pro, etiam, l. quod si Ephesi. ff. de eo, quod cert. loc. & §. per occasionē. de nupt. const. 22. & cum dicimus, Vel illius testimonio, id est, illo teste. Aliquando negandi uim l. si de tua. C. de dona. inter uir. & uxor. Sępissimè etiam ponitur pro quando l. 2. C. de iur. dot. l. 1. §. imbre. ff. de aq. & aqua plu. Quandoq; etiam ponitur pro ueluti, & similitudinis nota est l. penult. ff. de fideiuss. Quandoq; quantitatis significatiua est l. planè. §. 1. ff. de leg. 1. Quando autem disiungat, an non, discutit Bartol. l. supra iter. ff. de aqua, & aqu. plu. arcen. Prat.

VEL cæteris, formula in feudi concessione quid sonet, docent Interpretes in rubri. de eo, qui sibi, uel hæred. suis in usib. feud. Prat.

VEL cæteris, quos secum habet, formula, in l qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. coniungit. ut ex lectione eius legis constat & uide c. 1. extra ut lite nō contest. & cap. 2. de dol. & contu. Prat.

VELA appellabantur, quæ in ædibus uel umbrę gratia, uel arcendi frigoris uentiq; excludendi causa obtendebantur l. 17. §. qua pictæ. ff. de actio. empt. l. 41 §. item hoc prohibetur. ff. de leg. lib j l. 12. §. si domus. ff. de instruc. uel instr. ubi etiā uela cilicia ideo parari scribitur, ne ædificia uento uel pluuia laborent. Martial. lib. xiiij. Epigr.

Sit licet & uentus, te tua uela tegent.

Seneca lib. iiij. Natur. quæstio. Itaq; quamuis cœnationem uelis ac specularibus muniant, & igne multo doment hiemem. Suet. in Calig. cap. xxvj. Reductis interdum flagrātissimo sole uelis emitti quenquam uetarēt. Tertullian in lib. de habitu muliebri, de Parthis & Medis loquens: Sed & parietes Tyrijs & hyacinthinis & illis regijs uelis quæ uos operosè resoluta transfiguratis pro pictura abutuntur. Sic uelum in mæniano immissum in l. 2. §. cum quidam. ff. ne quid in loco public. & cubicula obductis uelis opaca apud Plinium lib. vij. Epistolarum ad Cornutum. Brisson.

VELA cilicia, dicta quòd ex hircorum uel capellarum pilis fiebant. Vlpian. de Fund. instr. lege quæsitum. Vela autem, inquit, cilicia, instrumenti esse, Cassius ait: quæ ideò parentur, ne ædificia uēto uel pluuia laborent. Spieg.

VELA regia. Vela regia appellantur insignia cæsarum, quæ domibus & prædijs principis imponebantur. Alciatus Parerg. lib. 5. cap. 14. Anch.

VELABRVM, locus, in quo uela obtendebantur, sub quibus olearij uendere solebant: Velabra, uentilabra esse ait Adri. Turnebus lib. 3. Aduersariorū. c. 5. idq; imminuto uocabulo extrita syllaba. Pr.

VELA quoq; nauis instrumēta sunt quæ in legibus Rhodijs Græco uerbo [illegible] uocātur in fine l. 2. quæ utpote cuiuis studiosissimo obuiā nō refero. Pr.

VELA multiplicia esse ait gloss. §. uelamē. 20. q. 1.

VELAMENTVM l. 1. C. de repud. hæred.

VELAMENTVM pro p̄textu, uel colorē quæsito posuit constitutio principalis l. uelamēto. C. de postul. uelo leuato l. de submersis. Cod. de naufrag. lib. 11. est summariè & de plano nulla iudicij solennitate adhibita. Prat.

VELAMENTVM, est artis precium: id est, Precium quod artifex accipit, uelat atq; abscōdit ipsius artem, facit ut nulla eius ratio ducatur. Vlpian. l. 52. §. 1. ff. pro soc. Si in coeunda societate, artem operamue pollicitus est alter, ueluti quum agrum politori damus in commune quærendis fructibus, nimirum ibi etiam culpa præstanda est: preciū enim operæ artis est uelamentū. Quod ut intelligamus, sciendum est eos qui artem quampiam eximiam in alterius usum conferunt, non culpam, sed dolum tantummodo præstare. ut patet ex leg. 1. Digest. Si mēs. fals. mod. quamobrem quum iste politor suam agri poliendi solertiam in usum socij conferat, non uidebatur cogendus culpam etiam præstare. Verum quia non honorarium artis suæ, ut mensor, sed uerum precium percipit, nimirum fructuum partem: quod precium uelat, id est ita operit atque abscondit artis ipsius præstantiam, ut nulla eius ratio habeatur: propterea quasi nullam industriam in societatem contulisset, ita culpæ nomine obligatur. Nam aut Operæ artis, pro operæ & artis sic posuit, ut quum dicimus usosfructus, ire agere, & quæ

sunt

ſunt generis eiuſdem: aut Operæ artis hic legendum eſt, ut paulo antè Artem operamue. Leuamentum autem ſi legeremus, ut eruditis quibuſdam placere uideo, primùm, etiam honorarium intelligi poſſet, quod ab hoc loco alienum eſt: deinde non artis, ſed operæ tantùm & laboris leuamentum dici, opinor, poteſt. Per me tamen cuiuis frui ſuo ſenſu licebit. Hottomannus.

VELARIA, dicta uela, quibus theatra teguntur. Spiegelius.

VELATA mulier. c. ultim. 24. diſtinct. & Velata ſponſa ibid. ubi uide Archid.

VELITARES haſtæ erãt iaculatoriæ ideſt, quibus eminus iaculabantur, proinde alijs leuiores, de his Ouidius: Vtq; petit primo plenum flauẽtis arenæ, Nondum calfacti uelitis haſta ſolum. Haſtam uelitarem Polybius uidetur γρόσφον appellare, ut enim de uelitibus ſcribit Liuius lib. 38. eos tripedalẽ parmam habere, & in dextra haſtas, quib. eminus utuntur, ita Polybio haſta uelitaris τὸ τῶν γροσφομάχων βέλος longitudine eſt duorum cubitorum, craſsitudine digitali, ferro dodrantali, ita in tenuitatem & gracilitatẽ ducto, ut primo ſtatim ictu neceſſariò inflectatur. A' uelitari & manipulari haſta differebat amentata, quæ grauior erat & maior, & ut maiore impetu torqueretur, habena uel amẽto media uinciebatur, cui digitus inſerebatur ad conatum iactus adiuuandũ. Turneb. lib. 14. aduerſ. cap. 11.

VELLE, à nõ nolle differre uult Vlpianus: quod excutit Valla cap. xij. lib. j. Dialect. diſputat. Sp.

VELLE aliquãdo ſignificat uerbis expreſsis uoluntatem ſuam declarare, idq; tunc maximè accidere ſolet cum ei opponitur non nolle. Eſt enim non nolle, pati & nihil contradicere. Eoq; ſenſu nõ nolle uiſus eſt accepiſſe Cicero, ſic ad Atticum ſcribens, lib. 13. Proximis tuis literis primũ te id non nolle cognoui, hoc eſt cognoui, hoc eſt pati & non contradicere. Iuriſconſulti non nolle & uelle ſic etiã interpretati ſunt, ut uelle eos dicant, qui uoluntatẽ ſuam declarant, ſiue quid uetent, ſiue quid fieri iubeant: non nolle, qui quid ſcientes diſsimulant, hoc eſt, nõ declarant ſe uel nolle, uel quod fit, fieri uelle, idq; ex Vlpiano euidentiſsimè conſtat. Cum enim peculiarem mercem, etiamſi nihil eſſet in peculio, dominũ tributoria obligare ſi modo ſciente domino ſeruus negociaretur contenderat, Vlpianus hęc uerba ſubiecit. Scientiam hic accipimus quæ habet & uoluntatem, ſed ut Ræuardus putat non uoluntatem ſed patientiam. Nõ enim uelle debet dominus, ſed non nolle. c. 1. §. 7. & 2. de tribut. act. Quo in loco eum, qui ſciens non proteſtatur aut nõ contradicit, non nolle, eumq; qui quid fieri uetat uel iubet uelle interpretatur Vlpianus. Eius igitur eſt non nolle, qui poteſt uelle, hoc eſt, is dicendus eſt diſsimulare uel pati, qui poteſt uoluntatem ſuam declarare. Ideoq; ſi mercem ſerui peculiarẽ apud Vlpianum dominus ignoraſſet, quia uoluiſſe propter ignorantiam intelligi non poterat, iuſtam profectò defenſionem habuiſſet, & tributoria conueniri nequaquam potuiſſet. Nec ſanè alia ratione dominus cum patitur colonum in fundo eſſe ex integro locare intelligitur, quã quod uoluntatem ſuam potuerit declarare cap. 14. locati. Simili modo Colonus reconduxiſſe uidetur utriuſq; partis taciturnitate cap. 13. §. 10. & 11. Græci interpretes cum non ſatis intelligerent, quid ſignificaret non nolle in hac regula iuris, cuius tenor ſonat, eius eſt nolle, qui poteſt uelle, negationem reiecerunt, & ſic legendam eam poſteris reliquerunt. Eius eſt nolle qui poteſt uelle. Florentina Pandectarum editio, quam ego Græcorum auctoritati longè præferendam cenſeo, expreſsè ſcriptum continet, Eius eſt non nolle. Ræuard. in comment. leg. 3. ad tit. Pand. de diuerſ. reg. iur.

VELLE non creditur infans, pupillus, furioſus, prodigus: item is, qui imperio patris uel domini obſequitur leg. 4. l. 40. & l. 189. ff. de diuerſis reg. iur. Itaque in lege Papia, ſi impubes ſit patronus, uoluntate eius non uidetur liberta nupta, ſi tutoris auctoritas non acceſſerit leg. 13. in fin. Digeſt. de oper. libert. Briſſ.

VELO leuato procedere nihil aliud ſignificat quam ſummariè, breuiter, & imperfecta deductione, ſi opus ſit, examinare, ut nec ad pleniſsimas iudiciorum formulas recurrere oporteat, ſed ſuccinctè, de plano, ſine ſtrepitu iudiciorum & ſolenni figura. Peckius l. 5. de naufrag. C. lib. 11.

VELVT, impropriſetatis uel fictionis nota eſt. Sic uelut hæredes dicuntur bonorum poſſeſſores, & cæteri honorarij ſucceſſores, quoniam hæredes ſola lex uel conſtitutio principis facere poteſt, lege prima, Digeſt. de poſſeſs. her. §. quos autem. Inſtit. de bon. poſſeſ. Peculium ueluti patrimonium eſſe dicitur leg. 32. §. 1. leg. 39. Digeſt. de pecul. quoniã patrimonium ſubiectæ alieno iuri perſonæ non habent. Briſſon.

VELVT Muciana cautio in l. 71. ff. de condicio. & dem. quæ ad exemplum Mucianæ comparata & introducta eſt. Briſ.

VELVT pacto tranſegiſſe dicitur, qui cõtentus fuit pignora in creditum poſsidere l. 13. §. ſi pignora. ff. de re iud. Briſ.

VELVTI poſſeſſor iuris dicitur leg. 16. §. penultimo, lege decimaoctaua, §. ſi quis. Digeſt. de petit. hæred. quoniam iuris poſſeſsio propriè nulla eſt. Pari ratione & interdicta ueluti poſſeſſoria de iuribus prædiorum conſtituta dicuntur leg. 20. Digeſt. de ſeruitutibus.

Et uelut longa poſſeſsio, quæ uſu nititur, qui in rebus incorporalibus poſſeſsionis uicem repræſentat leg. 5. §. penult. Digeſt. de itiner. actuq; leg. 10. ff. de ſeruitutib. Briſ.

VE[illegible]VT uti poſsidetis interdictum pro utili interdicto in leg j. §. proponitur. Digeſt. de ſuperficiebus. Briſſon.

VENAE aquarum l. j. §. pen. ff. de fonte l. 21. ff. de aqu. & aqu. plu.

VENAE fontis in lege trigeſimaquarta, in fin. ff. de ſeruit. ruſt.

VENAE putei in l. 24. §. ult. ff de dam. inf.

VENAE metallorum & lapidicinarum in l. 13. §. inde eſt quæſitum. ff. de uſufr. ut uenæ ſaxorum in l. 2. l. 10. de metallar. in C. Th.

Sic & uena ferri in l. 1. de fabricenſib. lib. xj. C. ubi tamen uulgò mendoſè uenerabilis, pro uenæ nobilis legitur, quemadmodum arguitur ex leg. 2. eo. tit. in C. Th. Briſ.

VENAS lapidicinarum & metallorum inquirere. uide Vlpian. in l. ſi cuius. §. proinde. ff. de Vſufruct. Spieg.

VENAS tenere, tranſlatè, pro pernoſcere naturam & ingenium hominis. quod non eſt niſi acutorum, hoc eſt eorum qui in promptu deguſtant mentes, ſenſusq; eorũ, quibus cum agunt. In quorũ claſſe facile principem obtinere locũ obſeruaui illuſtrẽ uirum Gabr. Com. Ortenburgi, cuius nomẽ ob eximias eius uirtutes latè inclaruit. Sanè merita eius igno-

ignorant, quotquot uel mirãtur, uel fortunæ cæcæ, tantam & honorum & fortunarũ accefsionem tribuunt. Mihi certò conftat, illum obiecisse se mox ab excessu Diui Maximiliani mille periculis, dũ Principis statum, resq; cõcinnat. Qua de re huius loci non est, ut plura persequar. Spieg.

VENALEM formam exhibet mulier formosa, quę corporis sui copiã facit, seseq; prostituit, quales multæ uisuntur in Corintho noua. Prat.

VENALES, si nihil addas, serui nouitij intelliguntur, qui ad uendendum sunt expositi. Ex Thesauro Stephani Roberti. Sp.

VENALES nouicij. Pomp. l. si negocia. ff. Neg. gest. Veluti, inquit, uenales nouicios coemẽdo. Sp.

VENALICIARIAM exercere. Vlpian. de Legat. 3. Eum, inquit, qui uenaliciariam exerceat, puto suorum numero non facilè contineri uelle eiusmodi mancipia: nisi euidens uoluntas fuerit etiã de his sentientis. Nam quos quis ideo comparauit, ut illico distraheret, mercis magis loco, quàm suorum habuisse credendum est. In fin. l. suos autem. Sp.

VENALIS sententia, quæ precio fertur l. uenales. C. quando prouo. nõ est necess. Sic eodẽ sensu

VENALITATEM dixit Leo Imperat. l. unica in fine. C. de monop. Prat.

VENALITIARII dicebãtur mãgones, hoc est, uenditores hominum, quos ad alliciendos emptores miris imposturis ornabant. Erãt enim mentiendi coloris periti. l. Iustissimè. § 3. ff. de ædil. edict. Oldend. Adde Connan. lib. 7. c. 14. num. 1. hi à Græcis dicti ἀνδραποδοκάπηλοι, ut refert Brechæus in l. Mercis, in tit. de uerb. & rer. significat.

VENALITII, dicuntur negociatores, à uendendo. Plinio & Ciceroni. & Nonio, præsertim seruorum. Inde serui quoq; ipsi Venalitij dicuntur. Et Venalitium munus. in lege Iubemus uenalitium. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. quãdo quis cogitur negociari: quod uiro nobili indignum reputatur. Sed & Venalitiarius, seruorum mango dicitur. Caius, de Aedil. edict. l. iustissimè. Venalitiarij, inquit, ita societatẽ coeunt, ut quicquid agũt, &c. Vlpianus quoq; Quia uenalitiarij, ait, sciunt decurri ad nouitiorum emptorem. Aphrican. de Verborum significat. l. mercis appellatione. Mela mangones, non mercatores, sed uenalitiarios appellari ait. Nebrifs. Adde Cuia. obseruat. lib. 10. cap. 6.

VENALITIVM, corpus ipsum, uel uẽditio, uel locus ubi nouitij uenduntur. Venuleius: Nam quicunq;, inquit, ex uenalitio nouitiorum emptus, alicui ministerio prępositus sit, statim eum è ueterato-rum numero esse l. ultima. ff. de Aedil. edict. Sp.

VENALITIVM uidetur esse uectigal rerũ publicè uenalium de quo & l. 1. de uect. C. lib. 12. Cuia. ad l. 4. de proxi. sacro. scrinio. C. lib. 12.

VENALITIVS, adiectiuum, uẽditum corpus. Pomp. Iurisconf. Quòd si familiam domesticam uxoris, aut uenalitiam parauit. Sic Plinius alicubi uenalitios greges, pro uenditis seruis usurpat. Sp. Adde Conna. lib. 2. cap. 2. num. 2.

VENALIVM nomen, quemadmodum Quintilia. lib. viij. cap. j. scribit, cùm commune sit omnibus rebus quæ mercis numero habentur, tamen peculiariter seruis nouitijs tribuitur l. 11. ff. de negoc. gest. Seneca lib. iiij. de Benefic. cap. xij. Mercator urbibus prodest, medicus ægrotis, mango uenalibus. Idem lib. xj. Detrahis uestimenta uenalibus, ne quæ uitia corporis lateant. Plin. lib. xxxv. cap. xvij. Est & ulissima, qua circum perducere ad uictoriæ notam, pedesq; uenalium trans mare aduectorum denotare instituerunt. Quintil. Declamatio. cccxxxviij. Cùm fortè uideret puerũ uenalibus interpositum, & cognouit, & adgnitus est. Sueto. in lib. de clar. Rhetorib. Venalicij cùm Brundusij gregem uenalium naui educerent, formoso & precioso puero quod portitores uerebantur, bullam imposuere. Inde Venalicia familia apud Vlpian. in l. 31. §. ult. ff. de donatio. int. uir. quæ uenalis habetur. Sueto. in Augusto, cap. xlij. Magna uerò quondam sterilitate ac difficili remedio cum uenalicias & Lanistarum familias urbe expulisset. Et Venalicium in l. ult. Digest. de ædilic. edict. Et Venalicia multitudinis numero in leg. 5. §. ultim. Digest. de iur. delib. Inde & mangones, id est, mancipiorum negociatores, qui seruorũ negotiationẽ exercent, Venaliciarij appellantur. l. 207. ff. de uerb. sig. l. 1. §. 1. ff de trib. l. 37. 44. § 1. ff. de ædil. edi. l. 57. ff. manda. quos uenaliciariã [illegible] tã[illegible]exercere Vl. ait in l. 73. §. ult. ff. de leg. li. 3. Briss.

VENARI, hoc est feras indagare potest usufructuarius. l. Vsufru. ff. de Vsufru. Spieg.

VENARI puellas, in Aut. de Lenon. §. j. translatè, pro inescare, seu captare blandis uel uerbis, uel munusculis. Spieg.

VENATIO, & ipsum uenandi actum, & ipsas feras captas, significat: nostri frustum uocant, de quo in l. uenationem. ff. de Vsu. Sp.

VENATIO edi dicebatur, cùm in harena populo bestiarum uenatio exhibebatur. l. 122. ff. de legat. lib. j. l. 3. § bestias. ff. de postul. Vnde Venatorius ludus in l. 8. §. ult. ff. de pœn. Venatores serui. Et Venatorium instrumentum le. 12. §. si in agro. ff. de instru. uel instru. Et apud Paul. lib. iij. sent. titu. 6. Et Venatio ludiana apud Trebelliũ Pollio. in Gallienis. Br.

VENATORES & aucupes utrum in urbanis atq; in rusticis (seruis) contineantur, potest dubitari. Sed dicendum est, Paulo tradente, ubi paterfamilias morabatur, & hos alebat, ibi eos numerari. Old.

VENDAX, qui facilè uendit. Notum illud Catonis: Patremfamiliàs uendacem, & non emacem esse oportet. Spieg.

VENDERE, cum effectu accipi debet. §. uenditę. Instit. de Rer. diuis. Siquidem sine traditione, uenditio omnino perfecta non est. Et Vendere damnatus intelligitur iusto precio. Sp.

VENDERE ad assem, idẽ quod reducere ad ęstimationẽ assis esse dicitur. Vide Conn. li. 4. ca. fi. n. 6.

VENDERE damnatus intelligitur iusto precio.

VENDERE pro emere posuit Iulianus l. 7. 3. qui bona. ff. pro emp. & è contrario emere pro uendere posuere Impp. l. unic. C. si seruus extero emi. Vnde & merito dixerit Gaius l. 19. ff. de actio. emp. Veteres, ait, in emptione uenditioneq; adpellationibus promiscuè utebantur quod qui accipiendum sit & intelligendũ, docet An. Alciatus lib. 3. Parerg. cap. 22. Sunt quibus ueterũ usus displiceat, ueramq; lectionem immutãt, quibus à me factum satis putem lib. 2. Enucleat. cap. 5.

VENDENDI uerbum ad omnem alienationem in lege XII. tabularum pertinere docui lib. 4. Vete. Iurisprud. l. 3. Verba legis hæc sunt: Parentibus liberos ter uẽdendi ius atq; potestas esto. quod quando parentibus liceat docui ex l. fin. C. de patr. qui fil. distrax.

VENDIBILE, & quod facilè uendi potest, & quod uulgare, uulgoq; gratum est. Sp.

VENDICARE non potest, nisi dominus: nã ut scribit Paul. in l. in rem actio. de re. uendica. Vendicatio

catio competit ei, qui aut iure gẽtium aut iure ciuili dominium acquisiuit, condictio autem in re furtiua similiter competit soli domino l. 1. de condict. furti. Ferret. comment. in instit. Iustin. leg. 4. tit. de émpt. & uendit.

VENDICARE, uulgò est appropriare, hoc est, sibi proprium facere, & assumere. Rei mouentis uendicatio quomodo fiebat olim, Alciat. in l. Pecuniæ uerbum. de uerb. sig. ostendit.

VENDICATIO rei singularis, id est, in rẽ actio, quæ & designáda est, & utrum tota, an pars, & quota petatur, expressim dicendum est. ut l. Si in rem. ff. de rei uendica. Oldend. Adde Conn. lib. 5. c. de reuoc. donat. 7. nu. 2.

VENDIDIT uerbum appositum in instrumento, impropriatur, & ad locationem refertur, quando solutio precij est diuisa per plures annos, uel mẽses & de tali cõtractu iudicatur, ut de locatione. ita sing. concludit Ang. in cons. ij. certum est. in ij. col. quod pro sing. & nota digno approbat D. Alex. in l. cotem ferro. §. qui maximos. in apostillis. ff. de publ. quamuis contrarium tenuerint Imol. & Lud. Rom. quos refert D. Alex. in cons. ij. uiso instrumento. in ij. col. lib. j. ubi tamen nõ audet eorum opinionem approbare, propter auctoritatem Bart. qui uidetur tenere contrarium, ut ibi per eum. Et hoc bene nota, pro limitatione eius quod dicitur, quòd ubi sit mẽtio precij, censetur uenditio: de quo latè ponit D. Ias. in l. j. in vj. col. post med. C. de iur. emphy. & in l. ij. ad fin. prin. ff. si cert. pet. & in l. ult. in j. not. ff. de condi. ob causam. post Do. Alex. latè in l. si quis ante. in ult. notab. ff. de acquir. poss. & Corn. cons. xxviij. quamuis in præsenti. in j. col. in ij. lib. Et ad prędicta, quòd uerbum uendidit exponatur, id est locauit ratione subiectæ materiæ: uide Do. Ias. in l. si tibi pecuniam. in j. col. ff. si cer. pet. ubi etiam dicit, quòd exponitur, id est permutauit: cum tamen uenditionis appellatione non ueniat permutatio. ut no. sign. Bal. in l. dedi. per illum tex. ubi D. Alexan. & D. Ias. in iij. not. ff. de cond. ob causam. & scribit Corn. cons. lxxiij. quamuis uideatur. in j. col. in ult. lib. Cotta.

VENDIDIT ac tradidit talem rem. De his uerbis (quæ in instrumentis sæpe occurrunt, usu magis formularum, quas notarij ad uerba solent describere, quàm quod uerè factum sit) iure Bart. in l. prædia. ff. de Acquir. possess. Sp.

VENDITARE sese alicui, est per assentationẽ operam suam ultrò spondere, quasiq; uenalẽ ostentare. Budæus.

VENDITIONE & emptione, ueteres in appellationib. promiscuè utebãtur. Caius. ff. de act. empt. Origo autem emendi uendendiq; à permutationibus cœpit. Paulus in l. j. ff. de contrah. empt. Old.

VENDITIO omnem cõtractum, quo rei dominium transferri possit, latè complectitur, ut tradidit Baldus in l. sciendũ. §. emptorem. ff. de ædil. edi. per l. statuliberis à cæteris. §. Quintus. ff. de statu liberis. Bart. in l. sicut. §. uenditionis. ff. quib. mod. pign. uel hypo. sol. Sed hoc ex impropria & latissima significatione, ac καταχρηστικῶς. Non enim in statutis, quæ strictioris atq; exactioris sunt interpretationis, permutatio, uenditionis iure censebitur. Et quidem uenditionis uerbum modò strictiorem modò latiorem habet significationem: ut annotauit gl. in d. l. statu liberis. §. Quintus sub finem. Brechæus in l. Alienatum sub tit. de uerb. & rer. signific. Adde Balduinum in comment. super Instit. Iustin. lib. 3. in περὶ ὠνῆς tit. 23. de empt. & uendit.

VENDITIONIS uerbum, complectitur omnem alienationem. Itaq; si cui ne uendat quid, prohibitum est, is nec donare, nec permutare poterit l. Statuliberi. §. fin. ff. de statulib. Bart. in l. Sancimus. C. de rebus Eccles. non alien. Oldend.

VENDITIONIS uerbũ, τὸ ἴσχυν, & cum effectu est accipiendum, ut uidelicet res uendita tradatur emptori precio persoluto. argu. cap. Imperialẽ. §. callidis. de prohib. feud. alien. per Fede. cap. relatum. de cleric. non resid. l. 1. Quod quisq; iur. Item

VENDITIONIS uerbo omnis alienatio comprehenditur. Ergo permutatio, quæ etiam alienatio est, uenditio censebitur, cum in ea permutatione dominij translatio requiratur. Atqui uenditio omnem quidem contractum, quo rei dominium transferri possit, latè complectitur. Et quidem uẽditionis uerbum, modò strictiorem, modo latiorem habet significationẽ: ut adnotauit glos. in l. statu liberis. §. quintus sub finem. Brechæus in l. Alienatum. ff. de uerb. & rer. sign.

VENDITIO in assem, apud Modestin. in l. Titius. Quib. mo. pig. uel hypo. intelligitur, ut Alciatus sentit, cùm quis tanti rem pignorauerit, quanti uendi poterat, cap. xxxiij. lib. ij. Parergon. Oldend.

VENDITIO perfecta dicitur, quam secuta est traditio. §. Venditæ. Instit. de Rer. diui. proin, ut pro non facta censeatur, ab ea recedi potest nudo consensu l. Ab emptione. ff. de pactis l. j. ff. de peric. & cõmod. rei uend. Old.

VENDITOR, quandoq; ponitur pro emptorẽ, & uice uersa l. Veteres. C. de actionibus empt. Ve uendito, pro empto l. Sed hoc nomine. ff. de euict. Albericus annotat secutus Accursium, qui putabat quòd olim doctissimi Legislatores cõfuderint significationem Emptoris & Venditoris: quod non est uerum. Vide Oldendorpium class. iiij. Actio. j. Old.

VENDITOR liberalis. Tullius in fi. Topic. ad Trebatium, uenditores liberales eos dici affirmat, qui cum ædes fundumúe uendunt, rutis cæsis receptis, aliquid tamen emptori concedũt, quod ornandi causa aptè & suo loco positum uidetur. Conna. lib. 7. cap. 7. nu. 7.

VENEFICVS, uenenarius & maleficus est. Callistratus de pœnis l. Capitalium. Venenarij, inquit, capite puniendi sunt. Nebriss. Venenarios hoc loco legit Accursius, quod Bapt. Pius in posterior. Annotat. probat, cap. x. Mea quidem, inquiens, sententia, doctissimè Accursius uenenarios exponit eos, qui planetas colunt. Oldend.

VENEFICIVM. Veneficus, qui uenena conficit, & q incantationib. cæterisq; malis artib. utitur. Cic. Quis in Catilinã tota Italia ueneficꝰ? Hinc ueneficium ipse actus uenenandi, cuius certè conscij capite puniendi sunt l. capitalium. de pœnis. Etiam ueneficij in Persis pœna huiusmodi legibus uindicatur: Ampla est petra, in qua capita eorum imposita alia petra feriunt, quoad faciem & caput infregerint. Hoc martyrij genere Gyges interijt, teste Plutarcho in uita Artaxer. Anch.

VENENVM dicitur, quod intra uenas eat. Vnde poetæ frequenter accipiunt uenenum pro amore. Virgil. lib. 4. Aeneid. Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni. Et lib. 1. Occultum inspirans ignem, fallitq; ueneno. Brechæus in l. Qui Venenum. ff. de uerb. & rer. sig.

VENENVM τῶν μέσων, ut secundùm Vlp. in l. 1. §. persuadere. ff. de seruo. corrupt. loquar, id est medium nomen est: quemadmodum φάρμακον apud

Græcos,

Græcos, ideoq; qui uenenum dicit, adijcere debet, utrum bonum, an malum. Nam & medicamenta uenena sunt, eoq; nomine continetur omne, quod adhibitum eius rei naturam, cui adhibitum est, mutat, siue id ad sanandum, siue ad occidendum paratum est l.236. ff. de uerborũ significat l.3.§.1. ff. ad l. Corn. de sicar. Vnde apud Cicero. lib.iij. Officior. ubi uulgò, Qui uinum fugiens uendit sciens, in uetustis codicibus, quos quidem mihi legere cõtigit, omnibus uenenum fugiẽs legitur, id est, medicamentũ. Non. Marcell. Medicinã, ait, & Venenum dicimus: tractũ à Græcis qui uenenum φάρμακον appellãt. Quod antiquorum exemplis comprobat. Similiter Seruius in j. Georgic. ad illa uerba ille malum uirus, Bene, ait, addidit malum, ad discretionem. Nã uirus & bonum & malũ est, sicut Venenum quod idem est. Venit autem à Græco. Nam illi φάρμακον mediũ habent, id est, bonum & malũ. Inde adeò eius ueneni quod nocet, mali adiectione distinctio fit l.9. ff. ad l. Aquil. l.35.§. ueneni mali. ff. de contrah. empt. l.7. ff. de lege Pomp. de parricid. l.4.§.j. ff. famil. ercisc. Et huiusmodi uenenũ Quintilianus Declamatio. cccl. interpretatur potionem mortis causa datam. Inter uenena autem cantharidas Tertullia. lib.j. aduersus Marcio. ponit: Nec dissentit Marcia. in l.3.§. alio senatusconsulto. ff. ad l. Corn. de sicar.

Inde Venenarij intoxicatores, & qui uenena miscent l.29.§. uenenarij. ff. de pœn. Tertull. in Apologet. cap. xliij. Nã si qui fortè uerè de sterilitate Christianorum conqueri possunt, primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum sicarij, uenenarij, magi. Idem in lib. de pudicitia: Vt Tragœdias omittam, sciunt hodie uenenarij, sciunt magi. Sueto. in Nero. ca. xxxiij. Britannicum ueneno aggressus est, quod acceptum à quadam Locusta uenenariorũ indice, cùm opinione tardiùs cederet, uentre modò Britannici moto, mulierem sua manu uerberauit. Quod idem Corn. Tacit. lib. xj. refert. Vtitur etiam hoc uerbo Iul. Firmic. lib vj. ca. xix. Hæc eo pluribus exemplis confirmo, quod in huius uerbi interpretatione lapsum Baptistam Pium in posterioribus Annotatio. uideo. Bris.

VENERABILES domos locosq; in constitutionibus recentiorum Impp. exaudire oportet, Ecclesias, xenones, ptochotrophia, nosocomia, brephotrophia, orphanotrophia, & alia id genus l.18. l.19. C. de sacros. eccles l.33. & l 37. C. de episc. & cler. Quorum uerborum interpretationem ex Iuliano Patricio hic adscribam: Xenodochium, ait ille, est locus uenerabilis, in quo peregrini suscipiuntur. Appellãt etiam Xenonem. Ptochotrophium est locus uenerabilis, in quo parentib. orbati pueri pascuntur. Gerontocomium est locus uenerabilis, in quo pauperes & propter senectutẽ solam infirmi homines curantur. Brephotrophium est locus uenerabilis, in quo infantes alũtur. ut orphanotrophium interprete Mosch. in lib. περὶ [illegible] Bris.

VENERANDA domus, pro sacra ęde. Aut. Cõstit. quæ ex ascript.

VENERANDAE leges l. j. Cod. de Bon. quæ liberis.

VENERANDA Respublica l. quod reipub. ff. de Iniur.

VENERANDA senectus, cultu & ueneratione digna l. semper. ff. de Iur. immun. Sp.

VENERARI oportet patrem & matrem l. j. ff. de obseq. pat. præst.

VENIA ætatis, beneficium, indulgentia, permissio. C. de his, qui ueniam ætat. impetr. per totũ. Hæc aufert aliud beneficium, nempe, Restitutionis in integrum. per Bartol. ibid. Venia tamẽ in actione cõtecti, de In ius uocando, non est intelligenda generalis ille permissus magistratus, cùm postulanti iustitiam, decernit citationem, ut aduersarius in ius uocetur. Nam uenia est solenniter impetranda aduersus personas reuerendas, hoc est, primùm designanda est qualitas personæ, quænam reuerentia illi debeatur. Deinde summa controuersiæ est exponenda, quare uelit talem personam cõuenire in iudicio. Tum si iudex causa summatim cognita, permittat reum uocari in ius: dicitur impetrata uenia id fieri: & in Actis describendum est. Oldend.

VENIAM in ante actum dare, apud Vlpian. in l. j. ff. de Fugit. Spieg.

VENIENTANAE gemmæ meminit l 19.§. penult. ff. de auro arg. Eam Plinius & Isidorus Italicam gemmam esse à Veientibus repertam, nigram facie, albis intermicantibus notis, scribunt. Bris.

VENIRE, pro portari, deferri, nostris familiare est. Sic per metonymiam uenire commeatus, qui afferantur, dicimus. uide Quintil. lib. vj. cap. vj. Sp.

VENIRE in crimen, pro accusari.

VENIRE diem, distat à cedere diem, ut suprà indicaui in uerbo diem actionis cedere. Sp.

VENIRE ad iudicium, ut in l. Si eum iudicio. in fin. ff. Si quis cautio. Item secum potestatem agendi facere, ut in l. Etsi post tres. ff. eodem titulo. Item, Ire in ius. Vel sicut nunc loquimur, comparere in iudicio: Stare iuri, & cætera id genus, ad reum referuntur. Sed exhibere reum, d. l. Si eum iudicio. in principio. Item Sistere reum, ad fideiussorem pertinent. Vtranque autem complectitur Cautio iudicio sisti, siue quis pro se, siue pro alio promittat. Cuius oppositum est, promissionem deserere. Nos nũc dicimus, Cautionem de stando iuri. Quæ omnia incautum fallere possent, sicut Accursius errauit. Old.

VENIT in mentem, & pro succurrit, quod notũ est, & fortè pro cui est, uel fert animus, accipi posse uidetur apud Marcellum, in l. maximeq;. de Administr. tut. ubi dicit: Nam periniquum est, eum fortè, cui post uicesimum annum, uel amplius, in mentem uenit, tutelam reposcere. Spieg.

VENISSE, pro peruenisse, apud Pomponium de Verb. sig. Spieg.

VENISSE ad hæredem, inquit Pomponius de uerbor. significat. nihil intelligitur, nisi deducto ære alieno. Masseus.

VENTO uiuere, dicuntur prouerbio uulgatissimo, qui nullo uiuunt impendio. Hoc usus est Alexan. Imp. ad fin. l. poster. Cod. de Alim. pupil. præst. Spiegelius.

VENTOSVM, & plenum uento significat, & inane. Vlp. ad Leg. Aquil. Siquidem die uentoso id fecit, culpæ reus est. Nam & qui occasionem damni præstat, damnum fecisse uidetur l. qui occidit. §. penult. Spiegel.

VENTRALE uidetur sacculi genus fuisse, pecuniæ ad usum quotidianum necessariæ gestandæ accommodatum, & sub uentrem appensum. Vlpia. l.6. ff. de bon. damnat. Zonam à Ventrali sic distinguit: Nec si zonã circa se habuerit, protinus aliquis sibi uindicare debebit: sed uestem qua is fuerit indutus. aut numulos in uentralem, quos uictus sui caussa in promptu habuerit. Legitur tamen uetralem. Hot. Palæmo & Paulus in Glossis, uentrale, fascia, quod uentrem operiat, & alię glossæ, uentrale

[illegible] Et ita ab Adriano uentrale aut uentralis accipitur pro funda, id est crumena. Eodē sensu etiam Latini dixère fundum & profundum, Macrobius: demissa in fundum (sic habent uet. libri) pauperem manu paucos denarios protulit. Caper Grammaticus, in profundum nummi uel in arcam conduntur, ubi etiam profundus crumena est, non uenter. Cuia. obserua. lib. 10. cap. 26.

VENTREM facere. Alfenus: Si quando, ait, inter ædes binas paries esset, qui ita uentrem faceret, ut in uicini domo semi pedē, aut amplius procumberet: agi oportet ius non esse, illū parietem ita proiectum in suum esse inuito se. ff. Si seruit. uind. Sp.

VENTREM ferre, id est prægnans esse potest mulier totos decem menses, & duos dies, per Glossam not. in Nouell. Constit. de Restitut. §. Mulier. & in l. intestato. §. fin. Digest. de Suis & legit. hæred. Spiegelius.

VENTREM mittere in possessionem hæreditatis, id est mulierem prægnantem, quæ hæredem se parituram adserit i. j. in prin. de uent. in possess. mitten. Spiegel.

VER sacrū pro religioso (ut inquit Nonius Marcellus) à Susenna acceptum est, cum alij pro uitali, atq; execrando intellexerint. Relatum de Lacedæmonijs est, quod ij quidem uer sacrum destinauerunt, quo tempore urbem Heracliam condiderunt. Sex. autem Pompeius ob eam rationem dictum existimauit, quòd in magnis periculis uouēdi mos fuit, se cuncta animalia immolaturos, quę uere proximo naiscerentur. Quæ res (inquit) cum paulò crudelior atq; atrocior uideretur, pueros, puellasq; innocentes interimere, in adultam ætatem perductos uelabant atq; extra fines exigebant. Hinc appellati sunt Sacrani ex oppido Reate orti, quòd in sacro uere nati haberentur. De his sacris & in Cōmentarijs Græcorū mentio habetur, qui maiore diligentia atq; studio Romanos ritus ac institutiones perquirūt. Pet. Crinitus lib. 24. de honest. discipl. cap. 8.

VERBVM, est pars orationis significans incompositum prædicatū ut Diogenes, uel, sicut quidam uolunt, elementum orationis sine casu, significans aliquid contructum de aliquo, uel aliquibus ut lego, scribo, ita Laertius lib. 7. de uita Diogenis.

VERBA, id est uocabula absolutè posita, propriè, & non abusiuè accipi debent. per l. ea lege. Digest. de Testam. l. non aliter. de Leg. iij. l. nepos Proculo. de Verbor. sign. nisi non ita uoluisse autorem præsumamus. tunc enim ex coniectura restringuntur: quæ assumuntur modò ex re, modò ex persona, amicitia, item affinitate, odio, paupertate, tum ex negocij qualitate. ut latè indicat Alciatus in principio Commentariorū de Verbor. significatio. Spiegelius.

VERBA, sunt notæ passionum animi & uoluntatis l. Labeo. de Supell. leg. l. Ille aut ille. §. cum uerbis leg. non aliter. Digest. de Legat. tertiò. Bartol. in leg. contra Legem. Digest. de Legibus cum simil. Spiegelius.

VERBA cum effectu sunt accipienda. Vlpianus ait in lege penultima. Digestis. Ne quis eum qui in ius uoc. Spieg.

VERBA absolutè posita intelliguntur cum limitatione: ut cum dicitur, à semetipso inutiliter legari, hoc non est uerum absolutè: sed tunc uerum est, postquam adita est hæreditas, ut scitè declarat Zasius in lege qui filiabus. Digestis de Leg. pius prima. Spieg.

VERBA abusiua, regulariter apud Iurisconsultos non recipi. Vide, Abusionis nomen.

VERBA clara qui interpretari uelit, ferendus non est. Iason post Doctor. in leg. quicquid astringendæ. Digestis de Verbor. obligat. citat comino dum text. in lege ille aut ille. §. cum in uerbis. de Legat. tertiò, non aliter. Digest. eodem l. si mihi & Titio. §. fin. l. continuus. §. cum. Digest. de Verborum obligat. Oldend.

VERBA ciuilia. Hæc licet falso censuit Bar. esse uerbum, Instituo, uel hæres esto, tanquam hæc non iuris gentium, sed ciuilis uerba sint. Itaq; Alciati uerior sententia amplectenda, arbitrantis uerba ciuilia dici simpliciter uerba quibus pupillaris substitutio cōfici potest. Siquidem Vulgaris dicta est, quòd uulgò omnibus competat: at Pupillaris, non nisi ciuibus Romanis, qui filios in potestate habeāt, quod ius patriæ potestatis proprium ciuium est: & id quidem moribus ciuitatis inductum est, id est iure non scripto sed prudentum interpretatione, ideoq; propriè ciuili: quod Pomponius docuit lege secunda §. ijs legibus de Orig. iur. Vnde meritò Papin. uerba ciuilia ea omnia appellauit, quibus hæc substitutio est inducta: In tractatu. ff. de Vulg. & pupil. Verbis ciuilibus, inquiens, substitutionē post quartumdecimum annum ætatis, frustrà fieri conuenit. Alciat. cap. j. decimi libri Parerg. Sp. Cæterum Connano lib. 10. c. 8. nu. 9. probabilius esse uidetur, uerba Ciuilia dici Papiniano, quę etiam directa uocantur & legitima, quòd uim legis penè habeant, nec factum hominis requirant.

VERBA dubia in rescriptis, priuilegijs, contractibus, iudicijs, & uolūtatibus ultimis, qui accipienda sint, uide text. in l. si quis intentione. ff. de iudic. & l. uetenbus. ff. de pact. l. in ambiguis. de diuers. reg. iur. & ibi uide interpretes. Prat.

VERBA geminata & repetita, uoluntatem enixam & constantem indicant Baldus in l. fructus. C. de Act. empt. cum multis simil. per plerosq; omnes Doct. ex Zas. Oldend.

VERBA generatim concepta, ad illa quæ postmodum de nouo recenter emergunt, non sunt porrigenda l. qui cū tutoribus in fin. ff. de Transact. Idq; obtinet, etiam si illā generalis forma uerborum iureiurando esset roborata. Baro Tautenbergius citat in Vindario. c. cum inter. P. & ibi Glos. & Doc. de Renunc. Spieg. Old.

VERBA Imperatiua sunt uerba directa l. quoniam. C. de testam. Cuia. ad tit. 24. ff. de legat. in prin. in uerbo Imperatiuè.

VERBA indifferenti materia per prius, non per posterius intelligenda sunt. Gloss. in l. de unoquoq. ff. de Re iudic. Bald. l. j. C. de Success. edict. Sp.

VERBA merè æquiuoca, si per cōmunem usum loquendi in intellectu certo sumuntur, talis intellectus præferendus est. Hoc Felini dictum ceu elegās, citat Zas. noster l. j. Respons. Sp.

VERBA nihil operari melius est, quàm absurdè. Dictum est Bald. l. terminato, ad fin. C. de Fruct. & lit. expens. fac. Oldend.

VERBA non tam intuenda, quàm causa & natura rei, ut mens contrahentium ex eis potius, quàm ex uerbis appareat. Baldus citat l. si in uenditione. ff. Comm. præd. Adde l. capitaliū. §. diuus. ff. de Pœn. cum similibus. Old.

VERBA obscurè prolata, eo sunt intelligenda sensu, quem solent rectè intelligentibus generare. c. ex literis. j. de Spons. & matrim. Vide Baronem à Tau-

à Tautenberg. Tomo j. Viridarij conclus. Iurisdic. Spieg. & Oldend.

VERBA offendi possunt, imò ab eis recedere licet, ut uerba ad sanum intellectum reducatur. Glossa in l. actorum. Digest. de Re iud. & in l. nō dubium. Cod. de Legibus. Hanc doctrinam post Bartol. teste Zasio, Bald. eleganter tractat in iam allegata leg. Vide item Dinum, c. fin. de Reg. iur. lib. 6. Sp.

VERBA ordinationis quādo uerificari possunt in sua uera significatione, trahi ad extraneum intellectum non debent leg. non aliter. Digest. de Leg. tertio. lege Nepos Proculo. Digest. de Verborum significat leg. j. §. si is qui. Digest. de Exercitat. act. arg. in l. filio quem pater, ff. de Lib. & posthum. Sp.

VERBA precaria hæc sunt, peto, rogo, uolo, mādo, §. ult. de sing. reb. per fid. rel. l. 2. C. com. de legat. Item deprecor, cupio, iniungo, desidero l etiam hoc modo, l. & eo modo. ff. de lega. lib. 1. Addit Paulus impetro, lego, impero, cum Alciato. Et tamen non adsentior dum minus esse precariū iubeo putat quā impetro. Nam & iubeo precarium est, l. Aurelius. §. ult. ff. de lib. leg. & utrumq; significat uolo siue cupio. Hæc uerba & inflexa dicuntur & παρακλητικὰ & fideicommissaria, nusquàm obliqua. Cōmendo non est uerbum precarium, ut si dixerit, illum tibi commendo, l. ex uerbo. C. de fideic. lib. l. fideicommissa. §. si ita quis. ff. de legat. lib. 3. nisi ut Thalelæus notat forsitan probetur fideicommittere eo uerbo testatorem uoluisse. Nam ex nouissimis constitutionibus omne uerbum ad fideicommittendū utile atq; ualidū est. At relinquo uidetur esse precarium l. Lucius, §. filiam, ff. ad S C. Trebellian. sed Paulus negat. Cuiac. ad lib. 4. Iul. Paul. sententiar. tit. 1. de fideicommissis. §. fideicommittere his uerbis.

VERBA plenitudinis, potestatis & certæ scientiæ exprimi in priuilegio opus non est, si adsunt, æquiualentia. Vide Bald. in l. lapilli. Digest. de Rer. diuis. & Felin. post Abb. in c. nonnulli, de Rescript. Spiegelius.

VERBA pro re, & subiecta materia accipi debēt l. damni infecti quidem. ff. de damn. infect. Bald. l. 2. C. comm. idem in rubr. C. de contrah. emp. q. 9. Prat.

VERBA quantumuis generalia, ad aptitudinem restringuntur, etiamsi nullam aliam paterentur restrictionem. per text. in l. ut gradatim. §. j. Digest. de Muner. & hon. & Glos. ab omnibus, Zasio attestante, approbatam, in l. qui autem. §. fi. Digest. de Consti. pec. & l. sed si compromissum. Digest. de Arbitr. Spiegelius.

VERBA quæ aliquid operari possunt, non debēt esse superflua l. si stipulatus. ff. de Vsur. l. si quando de Legat. j. Sp.

VERBA quæ per se clara sunt, de eis disceptandum non est. Vide suprà, Verba clara & manifesta.

VERBA, quibus substitutiones concipiuntur, aliqua directa, aliqua obliqua, aliqua communia nominantur. Directa sunt, per quę substitutus directò, & per se, non per mediam personam ad hęreditatem peruenire potest. eiusmodi sunt indubitatè, ut Zasius ait, Hæres esto. Item, Hæredē instituo, non quidem de sui natura, sed additum qualitati hæreditariæ, ut Hæredem institui, qui & Polito subscribens, non recipit distinctionem Bartoli, de uerbis ciuiliter & directò directis, utpote commenticiam. Obliqua, cum testator iubet, rogat, mandat, iniungit hæredi, ut restituantur bona Titio. Vnde uerbum Restitui, uere obliquum est: sicut & alia uerba distribuendi. ut cum testator dicit: Bona mea distribuantur, reddantur, diuidantur, partiantur, & similia quę per discursum iuris inueniri possunt: & maximè ista uerba. Rogo, uolo, mando: quibus uerbis fideicommissaria substitutio conficitur, quā & precariam nominat Iurisconsultus in l. querebatur. iij. Resp. ff. de Testamento militari. Communia, quæ utriq; significationi cōueniunt, hoc est quę esse directa, aliquando possunt esse & obliqua. nam si uniuersitati bonorum adijciantur, directa sunt: si rem certā respiciant, obliqua. iuxta doctrinam Baldi. tametsi eam Zasius noster, cùm pro acumine ingenij, tum pro sensu responsorum, à priscis Iurisconsultis proditorum rectè excussio, demonstrat, non esse perfectam. Bartolus complura numerat uerba communia, in notissima l. Centuria. de Vulg. Quanquam & alia adnumerantur inter Communia: uidelicet, pertineat, remaneat, redeat, reuertatur, deuoluatur, deferatur, habeat, consequatur. Item uerbum, Deputo, relinquo, competat, maneat, & multa id genus, quæ apud utriusq; iuris Interpretes annotare licet: inter quos sup uerbo Succedat, nondū conuenit. De uerbo Lego, constat: quòd, quamuis ex latissima significatione etiā ad hæreditatem possit accommodari, arg. l. uerbis legis. ff. de Verborum significatione: est tamē hodie coangustatū ad res singulares legatas, per iam dictā l. in fin. Oldend. Adde Forcat. in Necyomantiæ dialog. 24. num. 5.

VERBA secundum materiam subiectam intelligi, nemo est qui nesciat l. damni infecti quidem. ff. de Dam. infect. Bald. l. ij. C. Commod. & idem Rub. ix. q. C. de Contrah. empt. cum simil. Sp.

VERBA simpliciter posita debent intelligi in potiori & pleno significato l. j. §. j. ff. Si ager uectigal. Nā non est audiendus, monitore Zasio, nec ferendus aliquo modo, qui uerbum simpliciter positum, à toto ad certam qualitatem restringit, arctat, & perputat. Spiegelius.

VERBA strictæ significationis ad latam extendi possunt, si subsit ratio. Vide post Gloss. Ang. in Aut. Vt hi qui oblig. post prin. in uerbo, Ad curationem. Spiegelius.

VERBI appellatione uenit tota clausula l. si quādo. C. de inoffic. & Deuter. cap. 4. Bart. in l. ait prætor l. item apud. ff. de iniur. Terentius, uerbum hoc hercle uerum est, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Et alibi Thais Phædriæ amanti dicit: ueruntamen potius quam te inimicum habeam, faciam, ut iusseris. Tum Phędria, utinam isthuc uerbum ex animo ac uerè diceres, potiùs quàm te inimicū habeam syncerè dici, qui duis possem perpeti. Deniq; Parmeno sic loquitur, Labascit uno uerbo uictus quàm citò. Forcat. in Necyomantiæ dial. 14.

VERBA testamenti, faciant, dispōnat liberè, causam dominij habēt. Aut. de Restitutionibus. §. Si uerō. ibidem. & licentiam habere, &c. Spieg.

VERBA testamenti generalia, generaliter sunt intelligenda. leg. 1. §. generaliter. de Leg. præstand. cum uulg.

VERBENACA. Vide Sagmina.

VERBERARE & Pulsare in l. Cornelia de iniurijs. hoc differunt, quòd uerberare est cū dolore cædere, Pulsare sine dolore l. 5. in princ. & §. inter pulsationem. ff. de Iniur. l. 22. §. ult. ff. rem rat. hab. Confunduntur tamen ut plurimum l. 4. §. si cùm seruum. ff. ui bon. rapto. Verbera seruilia l. 12. ff. de iur. fisc. quę sint, exposui lib. iij. Antiquit.

VERBERATIO uinculorum l. 7. ff. de pœn.

VERBERO. Imp. Cōstantinus. C. de Mulierib.

quæ se proprijs seruis iunxerunt. Si qua, inquit, cũ seruo suo occultè rẽ habere detegitur, capitali sentẽtia subiugetur, tradendo ignibus uerberone.

VERBI gratia, & uerbi causa, quod exẽpli gratia dicitur, in eandem significationem in fin §. pen. Lucrum. ff. de Minorib. l. ij. ff. Locati. l. ij. Vt dignitatis ordo seruetur. C. libro duodecimo ad legẽ Rhodiam de Iactu. l. nauis. §. finali. Instit. de except. in principio. ff. de Supellectili. leg. l. Labeo. & de Peric. & com. rei uend. lege si per emptorem. Sp.

VERBIS cõtrahi obligatiò dicitur, quæ per stipulationem concipitur: quia non quibusuis uerbis contrahebatur, sed solennibus duntaxat, & certis: quorum formulæ à Iurisconsultis conscribebantur. itaq; ut interrogatio concepta erat, ita subsequi responsionem oportebat. l. obligamur, 52. ff. de oblig. & act. Paulus lib. Sent. V. ca. VIII. Obligationũ firmandarum gratia stipulationes inductæ sunt, quæ quadã uerborum solennitate concipiuntur.

VERBORVM autem obligationis tres sunt species: Stipulatio, l. cum patrẽ, C. de iur. dot. & de qua iã diximus. Dictio dotis, quæ uerbis quoq; solennibus fiebat, nulla interrogatione præcedente. nã Caius. II. Instit. scribit dictione dotis sine interrogatione tres tantum personas obligari: mulierẽ quæ nuptura est, debitorem mulieris, parentẽ mulieris utriusque sexus. Tertia species est, Iusiurandum liberti iurãtis se donum, munus, operas patrono daturum: nã ut ibidẽ Caius scribit; libertus sine interrogatione promittens uerbis obligatur. Adde Cuia. ad l. si unus, §. si acceptilatio ff. de pact.

VERBORVM subtilitatẽ Iulianus accipit pro summo iure, in l. Si tibi pecuniam. ff. Si cert. petat. cõdict. Sed hæc (inquit) intelligenda sunt propter subtilitatem uerborum. Benignius tamen est, utrunque ualere. Addo l. Si fundos. §. Si pluris. ff. de pign. & hypoth.

VERBORVM superficiem tenere, nõ satis esse ad inuestigationẽ Iuris, meminisse oportet, sed interius respicienda est mens Legislatoris, qua ratione motus fuerit ad statuẽdum aliquid. Scire leges (inquit Celsus) non est uerba earum tenere, sed uim ac potestatem, in l. Scire leges. ff. de legibus. Non quòd uoluerit Celsus negligi prorsus uerba, quorum primam oportet esse cognitionem, & sine quibus mẽs proferentis percipi non potest, ut ipse tractat elegãter in l. Labeo ait. §. ulti. ff. de supellectil. legat. Imò sensit potius utrunq; coniungendũ esse Quod cùm neoterici Iurisperiti non fecerint, uidemus quò res deuenerit, ad quam uerborum & rerum incertitudinem prolapsi sumus, damno uix recuperabili.

VERBOSVM, hoc est loquacem, Accursius in l. & ex causa. in prin. ff. de Postulando rectè existimat, hominem plus æquo uerbosum prohibendam esse pro alio postulare. Imperator quoq; uerbosas assertiones detestatur, in lege ampliorem. §. in refutatorijs. C. de Appellat. Caius in l. j. de Origine iuris dixit, uerbosos cõmentarios pro prolixis, ac uerbis abundantibus: ut Satyricus, Verbosa & grandis epistola uenit A' Capreis. Quib. uerbis, Erasmo expon&ẽte, significatur prolixum diploma: qualia principes de magnis rebus solẽt mittere. Et M. Tullius cum ait: Habes epistolã uerbosiorem fortasse quàm nelles. Verbosiorẽ dixit lõgiorẽ. sequitur enim: Quod tibi ita uidebitur putabo, nisi mihi lõgiorem remiseris.

VERBO tenus, quod intra uerba manet, nullo sequẽte effectu, accipimus. per legẽ j. ff. Quod quisque iuris. Spieg.

VERBVM, à ueritate deducit Varro: quòd uerũ nos loqui oporteat. Vide Bartolum in l. Gallus. §. Item credendum. ff. de liberis & posthu. Old.

VERBVM. Lege, Rem. Item. uerbum pro clausula, apud Paulum Rem rat. hab. amplius non petitum esse. Sp.

VERBVM Christi, neque in Ecclesia prædicari, neq; in Republica retineri politica ordinatio, sine scholastica institutione potest. Sicut hoc seculo nos stultorum magister, hoc est, pœnitendus rerum exitus tandem docuit. Ergo necessariũ quoq; olim censuerunt & Cæsar Fridericus, & omnes Imperij ordines, ut præcipua quædã securitatis præmia clemẽter scholasticis donata, multos inuitarẽt ad præclara literarum studia. Constit. Habita. C. Ne filius pro patr. Maximum enim ad uirtutes incitamentũ Solon censuit esse in præmijs, quasi alteram, adeòque maximam administrandæ Reipublicæ partem. Oldendorp.

VERBVM Dei. Old. in Restaurat. politiæ: In ciuitate, & ubiuis locorum, inquit, necessariò requiritur in primis uerbũ Dei: deinde magistratus qui administret Rempublicam. Id quod gẽtes quoq; quãuis CHRISTVM IESVM Seruatorẽ nostrũ ignorarent, lumine tamen naturali aliquo modo cognouerũt. Ideoq; intra exẽpla iuris publici referũtur sacerdotes & magistratus in l. j. §. j. ff. de Iust. & iur. Sp.

VERBVM futuri tẽporis annullatiuũ nunquã intelligitur ipso iure tollere, sed requiritur sententia. glo. est ordinaria in l. in criminali. C. de iur. om. iud. Fallit sing. nisi lex geminatẽ loqueretur. ita singul. Bal. per illum text. in tit. de pace Cõstan. §. priuilegia omnia. in uerb. & in irritum reducantur. de quo scripsi suprà in uerb. Geminatio uerborum.

Secundò fallit, quãdo profertur à testatore. Verbi gratia: si hæres molestauerit uxorem meam, priuetur hæreditate. ita eleganter Bald. in l. j. circa vij. col. C. de his quæ pœnæ nom. quem ita citat Franc. Crem. not. vij. tu scis quòd uerbum. & D. Felin. approbat in c. Rodulph. in xix. col. uersi. amittat. de rescript. ubi tamẽ subdit, quòd licet Crem. citet Bal. ad hoc tamen Bald. sibi hoc non dicit. Cotta.

VERE, aduerbium, quod dicitur in rei ueritate.

VERECVNDIA, & pudorem recti & honesti, & modestiam significat. Vide Vlpian. in eleganti l. 4. de Alien. iudic. mut. Spieg.

VEREDI in l. 4. & l. 7. C. de cursu pub. libr. xij. Auson in Epist. ad Paulinum.

Vel celerem [illegible] uel [illegible] terga ueredum,
Conscendat, propere dum modò [illegible]

Isid. lib. xij. Etym. cap. j. ueredos ab eo dictos tradit, quòd ueherẽt rhedas, uel quòd per uias publicas currerent per quas & rhedæ ire solebant. Procopius libro ij. de bello Persico, equos publicos cursuales ueredos appellari Latinis scribit. Inde Veredarij apud Cassiodor. lib. ij. Variarũ epistol. ad Dromonarios, & lib. iiij. Epist. ad Godiscalcũ. Hi sunt teste eodẽ Procopio libro 3. de bello Persico, q equis celeriter uecti regias perferunt litteras. Bris.

VEREDI sunt publici equi cursuales, qui à Græcis [illegible] ad l. 8. de cursu publico, angarij & perangа. C. h. 12. Procopius 11. de bello Persico. [illegible] & Iulianus Nouella cxxx. qui [illegible] interpretatur ueredorum cursum. Indè qui iussu principum huc atque illuc cursu publico mittuntur, ueredarij ab Hieronymo in historia Esther, quos Iosephus xj. [illegible] ãgaros, & ad Eustochium. clericus

ricus uagus ueredarius urbis. Proc. de bello Vand. [Greek] Prima origo nominis ueredorum, quod uehât siue ducant redas, auctore Festo, quę & ipsæ cursuales dicuntur l.9.C.Th.de legatis & dec.leg. Qui scribunt reda, ueredos scribunt. Qui rheda, uerhedos, ut in Pand. Flor. l.ult.ff.de mun. & honor. Sed cœpere etiam ueredi appellari sine reda. Vtebantur etiam ad cursum publicum bobus l.1.C.Th.eod.tit. & mulis atq; asinis, quod sustulisse Iulianum Socrates scribit lib.3. ca.1. Carolum magnum iter fecisse carpento iunctis bobus & bubulco, rustico more agente, Eginhardus scribit. Parauerēdi uidentur esse maiores equi agminales, quos posteriores parafredos uocarūt, ut in lege Baiuuariorum: parafredos donent aut ipsi uadant ubi eis iniunctum fuerit. estq; ea hodie equorum appellatio Gallorum, Italorum, Hispanorumq; communis. Cuia.ad Rubr. C.de cursu publi.angar.& perangar.li.12. De hoc uide etiam Turnebum aduersar.lib.18.cap.1.

VERENDA, neut.gen.plur.nu. dicuntur corporis partes, quæ non nisi cum uerecundia nominantur. Lege epist. Plinij 14.lib.3. qua exemplo Macedonis monet, non debere dominos erga seruos truces esse. Spieg.

VERILOQVIVM idem quod Etymologia est, quod à Cicerone in Topicis Notatio, & ab Aristotele [Greek] appellatur, quod Latinè, eodem Cicerone teste est nota, uel ut quibusdā alijs placet, signū, indicium est, quando ad ueram uerbi interpretationem, uocē traducimus. Ipse Cicero scribit argumenta duci à notatione, cum ex ui nominis argumentū elicitur: eamq; esse notationem, quam Græci [Greek] uocant, id est (inquit) uerbum ex uerbo, ueriloquium. Brechæus in l. Tugurij.ff.de uerb.signif.

VERISIMILE, idem quod simile uero.

VERISIMILE nō est, quod est à uero dissimile, ut dicit Bal. in l.ea quidem. C. de Accusat. Vnde quod non est uerisimile, non debet attendi: quia nō uerisimilia falsitatis habēt imaginem, ut idem Bald. dicit in l.j.C.de Furt.& seru.cor. Sp.

VERITAS est, per quam immutata ea quę sunt, aut fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. autor Cicero de Inuent. Io. Lud. Viues lib.ij.de Anima scribit, nullas duas res tam esse inter se amicas & concordes, quàm uirtutē & ueritatem: nempe germanas à Deo genitas, & humanis mentib. sicut utilissimas, ita etiā integris iucundissimas. Versatur autem ueritas primò circa artes & doctrinas. Secundò circa pacta & contractus, iudicia, testimonia. Tertio erga alios: uidelicet esse candidum, non struere insidias, ingenuè dicere cum opus est quod sentiat. Rectè igitur definit eam Philip. lib.ij. Philos. Moral. esse habitum uoluntatis, uidelicet amorem ueritatis & simplicitatis in omnibus dictis & factis, in omni cōsuetudine uitæ: & odium acre simulationis, fucorū, sophisticæ, calumniarum, strophar um, & quicquid est huiusmodi artificiorum. In summa, Veritas & sermonis integritas, & uera ratio accipiēda est, cui semper locum fore asserit Iurisconsultus l.fin.de Probat. Sp.

VERIVS puto, pro æquius & iustius, interdum usurpatur à Iuriscons. ut apud Vlpianū lege ij.de Fūdo dot. & alijs locis. Hoc etiam Budæus monuit. Sp.

VERMINA dicuntur dolores corporis cū quodam minuto motu, quasi à uermibus scindatur. hic dolor Græcis [Greek] dicitur. Prat.

VERNA, seruus domi nostræ natus ex ancilla nostra, aut seruo l.seruus.§.fin.de Leg.iij. l.cū super uernis. C. de Rei uend. Paul. in l. seruis urbanis. Si uernæ alij, ait, alij cursores legati sint: si quidā & cursores & uernæ sint, cursoribus cedent. Sp.

VOX autem illa postea latiùs accepta est, ut quicunq; seruus apud nos natus esset, diceretur uerna, qui apud Græcos dicitur [Greek]. Vt annotauit Balduinus in cōmēt. super Instit. Iustin. lib.2. tit.20. de Legatis.§.Huic proxima.

VERNACTVM, quod uerè aratū est. Dictum à tēporis argumēto. Interdū pro eodē accipiūtur, uernactū, & nouale. Bud. tamen Nouale tum dici sentit, & Nouale, cū ager post messem totus quiescit: tum autē Vernactum, cum uere terra proscissa est. Græcè [Greek] & [Greek] & [Greek] Latinè etiam interdū Seges dicitur, cum iterata & exculta est ad sementem. Sp.

VERNACVLVM, omne quod domi nostræ nascitur, uel in nostra patria. ut, uernaculū uinum, aurum. Vnde uernacula lingua dicitur, uel seruilis, uel plebeia, qua tanquā cōmuni ac naturali, omnes uulgò loquuntur. Linguā maternā hodie uocamus. Sp.

VERO, discretiua coniunctio, uarijs modis sumitur, ut Alberic. ostendit. Iuncta pronomini ego, non tam discretionem interim significat, quàm (ut Hermolao placet) confirmationem, pro quinetiam, uel etiam. Cætera require à Steph. Rob.

VERO uerius, prouerbiali tropo dicimus, quod prorsus indubitatū haberi uolumus. Vlp. haud dissimili forma dixit, Certo certius: quanquā nihil prohibet aliud alio certius esse l.testamento datos tutores ij.de Testam.tut. Sp.

VERONA, ciuit. Venetiæ, à Brenno duce, Brenona primò, deinde mutatis literis, Verona dicta est. ut Iustinus refert lib.xx. Alb. nescio quæ secutus Chronica, Veroniam dicēdam tradidit, quòd ut ait, cōsecrata fuit (fortè cōstructa legendū) à Romanis expulsis cōtra Romam. & ibi sunt multa ædificia similia Romæ, scilicet Arena, & alia.

VER sacrum. Veris sacri mentio fit apud Liuium lib.22.& lib.34. Vbi scribitur: Ver sacrum uideri pecus, quod natum esset inter Calend. Mart. & pridiè Calend. Maias. Verum Festus id sic explicat. Ver sacrum uouendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti uouebant, quæcunq; uere proximo nata essent apud se animalia, immolaturos. Sed cum crudele uideretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem uelabant, atq; ita extra fines suos exigebant. Idem Sextus Pompeius in Mamertino, ut si uellent (inquit) eo malo liberari, Ver sacrum uouerent, id est, quæcunq; uere proximo nata essent, immolaturos. Plura de hoc Pithœus aduers.subs.lib.1.cap.6.

VERSARI malè in tutela, pro non rectè fungi munere tutorio l.iij.§.j.ff.de Offi.præf.Vrbi.Sp.

VERSARI in munere suo, suo munere fungi. Est autem uersari, in aliqua re assiduum esse l.iij.§.j. ff.de Offic.Præfect.Vrb.Sp. Adde Conn.li.7.c.2.n.3.

VERSAVICE l.j.ff.de Lib.caus. tum alijs locis, pro uicissim, uice uersa, separatim his duobus uerbis positis. Spieg.

VERSICOLORES, Vlp.l.si cui.§ j.de Leg.iij. appellat lanas, quæ natiuum colorē mutarunt, siue purpura, siue cocco, siue alio colore infectæ sint. ut etiā in dictione, Varius color relatū est. Valla ex uarijs autoribus ostendit, uersicolorē, aliquā rem dici, quæ uariorum colorū sit. Sed Vlp. locum à Valla nō intellectum, Alciatus non temerè contendit. Sp.

VERSICOLORIVM appellatione ea continentur, quæ tincta sunt & neta, neq; detexta, neque

contexta: ueluti purpura, crocū, & alia id gen⁹. Quę uerò natiuo colore uel alba uel nigra sunt, uersicoloribus nō adnumerātur l.70.§.uersicolorib.l.78.§.coccū.ff.de legat.lib.3.l.32.§.Labeo.ff.de auro arg. Bris.

VERSICOLORIA uestis in d.l.32.§. Titia: & uersicoloria lana apud Paul.lib.iij.Sent.tit.vj.Bris.

VERSICVLVS. Interpretes nonnunquam hoc nomine citāt e Pandectis uerba Iurecoss. nec absurdè. Nā uersus, & uersiculus, quamuis uulgò habētur pro metris; tamen etiā quiscunq; tractus literarum, uulgò linea, dici potest uersus, autoritate Ciceronis in prima Epist.v.lib.ad Atticum, tum alibi. Sp.

VERSVRA fieri propriè dicitur, quū creditoris cōuersio quædā, & mutatio fit: id est quū quis alij ut soluat, ab alio pecuniā mutuatur. nonnunquā tamē uersurā facere simpliciter significat æs alienū cōtrahere. Cicero pro Cælio, Tabulas qui in patris potestate est, nullas cōficit: uersuram nunquam omnino fecit ullam. Donat. in Phormion. Versurā facere dicitur, qui æs alienū ex ære alieno soluit. Dicitur etiā Versuram facere, cùm minore fœnore acceptā quis pecuniam maiore occupat. Oldend.

VERSVRAM facere, honesta locutio, pro eo quòd nunc dicunt, pecuniam ad interesse mutuari, quod frugi homines facere nō solent. ut ait Bud. Vide infrà, Versuram subire. Sp.

VERSVM, nisi duret, nō dicitur l. Si uerò ꝓ patre.§. Sed si nō sint. uer⁹. Versum aūt. ff. de In rē uerso. Versum uerò accipimus siue directò, siue per obliquum, siue in turpem, siue honestam causam l.j.eod. Non autem quod ob debitū est acceptum l. Seruus tuus. ff. de Dolo. Old.

VERSVM in rem dicitur, quod in patrimonium redactum est l.2.ff. quod cum eo l.21. ff. de dolo l.3.§. contractum. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l.2.§. item si quid. ff. de separationib. Bris.

VERSVM aūt in rē quod ad actionē de in rē uerso attinet, uidetur, puta agrū colēdo, domū fulciendo, mācipia uestiēdo, mercādo uel creditori soluendo, uel q̄d tale faciēdo, ut Paul. lib. ij Sent. tit. ix. scribit. Vlp. aūt in rē uersum uideri ait, siue id ipsum qđ seruus accipit, in rē dn̄i cōuertit, ueluti si triticū acceperit, & id ipsū in familiā dn̄i cibariorū nomine consumpserit: aut si pecuniā à creditore acceptā domini eo creditori soluerit, & generaliter toties de in rem uerso esse actionē, quib. casib. ꝓcurator mādati, uel qui negocia gessit negociorū gestorū haberet actionem, quotiensq; aliquid consumpsit seruus, ut aut meliorem rem dominus haberet, aut nō deteriorem l.3.§.1.& §.seq.ff. de in rem uerso. Bris.

VERTISSE in usus suos pupillarē pecuniā, ut usuris maximis subijciatur tutor uidetur, q̄ sibi sumpsit ex administratione nummos, uel clàm, uel quasi sua pecunia licēter abusus est. Nec enim utiq; q̄ non fœnerauit, uel nō deposuit, uel q̄ debitor patris pupilli fuit, deinde ipse sibi nō soluit, uel qui nec pecuniam pupillarē suo nomine fœnerauit, in usus suos uertisse intelligitur l.7.§. pecuniæ. cū §. seq. l.46. l.54. ff. de admin. tutor. l.38. ff. de neg. gest. Quòd si tutor in usus suos pecuniam cōuerterit, inde aliquid in rē pupillarem impenderit, quantum impenderit, uertisse desinit l.3.§. planè. ff. de contrar. & ut. act. Bris.

VERTAGOS ueteres appellabāt Canes, ultrò in uenationē exeuntes. Balduinus in comment. Instit. Iustin. lib.2.tit.1.§ Quicquid autem. de rer. diuis. De hac dictione uide latius Turneb. aduers. li.18.c.2.

VERTON, uel Fertō, habetur in Decre. Pon. xij. q.j. plurib. capitib. quòd quatuor in partes res Ecclesiasticæ diuidundæ sint: quarum quarta cedat Episcopo. Hanc hodieque sacrificuli redimunt aliquot nummis, uocantque uertonem. Quanquam uidentur tantùm sua redimere, quæ uel officio, uel hæreditate sunt adepti: cùm interim res Ecclesię indignè corripiātur. Verton aūt, uel Verding/ est uetus Germanorū uocabulū, qđ nūc Viertheyl/ uel Viertzal nominatur. Ita subinde legitur in uetustis libris Germana ling. scriptis, Ein verton/ od verding wache. Ol.

VERVEX dicitur ab inuersis testiculis. est. n. mas inter oues, cui inuersi siue adēpti sunt testiculi. Iuu. Satyr.3.

Suter & dixi ueruecis labra comedit.

Meminit etiā apud nos Vlp. in l.j.§.j. tit. de Abigeis: cuius uerba ita castigari debent: licet eo loco quidā Berbicē reposuerint. quos sequutus est Maffeus Vegius, in libel. suo de uerb. sig. quem non parum demiror. ille aūt qui ad generandam sobolem integer tenetur, dicitur Aries. & ideo ueruex sectarius, qui gregem agnorum præcedens ducit. inde fit ueruecinus adiectiuū, penul. producta. Plin. Et hircinus, & ueruecinus adeps, ei utilis est. Hoc itaq; differt ueruex ab ariete, quod canterius ab equo, & caper ab hirco. Est. n. ꝓpriè caper, mas iter capras, castrat⁹. Martial.

Dum iugulas hircum, factus es ipse caper.

Nam Verg. poetica licentia caprū pro hirco posuit, dum inquit,

Vir gregis ipse caper.——

Sicut etiam impropriè brutum animal, uirū appellauit. Dicitur aūt caper, à carpendis uirgultis. rodit enim hoc animal oē uirgultū, & in primis uites. & ꝓpterea (teste Seruio) Baccho immolari cap solebat. Ouid. *Rode caper uitem, tamen hic cum stabis ad aram,*

In tua quod spargi cornua possit, erit. Cott.

VERVINAM Turneb. lib. aduers. 24. c. xj. putat esse dictionem quatuor syllabarum & obeliscum significare, id est, paruum ueru & tanquam uericulū: De quo Plaut. in Bachid.

Si tibi machæra est, nobis ueruina est domi

Qua quidem te faciam, si tu me irritaueris,

Confossiorem soricina nænia.

Sunt tamen etiam qui pro ueruina urbinam legunt, ꝓ telo rusticario retorto instar urbi, à qua aratri partes urbes & urbare, ut annotauit Sid. Apoll. in epist. ad Papam lib.6.

VERVM est, quod est. diues ait August.

VERVM, pro sed. mutat ius & factum. l.j. C. qui & adu. quos in int. rest. per. l.j.§. ex his apparet. ff. de lib. agn. Alb. Verū & falsum cōtraria. l. si quis legatū. ff. ad l. Corn. de fals. Cicer. in Acad. Interesse oportet, ut inter rectum & prauū. Schlecht vnd krumm. Sic inter uerum & falsum. Aliqn̄ uerum non est nomē, sed aduerbium confirmantis, teste Donat. in Adelp. Sp.

VERVS, pro æquo & iusto, non tantum Cicero, sed etiam Iurisc oss. usurpāt l. omnes. de In integ. restit. l. si fideiuss. in fi. de Leg. iij. Instit. Ex quib. caus. maior. non lic.§. semel. Sp.

VERVS procurator quis dicatur, uide l. uerò. ff. de Solut.

VERVTVM teli genus, simile ueru, à quo nomē ei adhæsit. Meminit eius Lucretius lib.3. ¡Vix etiam cursus quingentos sępe ueruti. & Salustius lib.3. Historiarum manebant in modum Veruti militaris.

VESANVS dicitur, qui sine corde aut sanitate sunt l. malum §. uiduam. ff. de uerb. signif.

VESICA uitiosa. l. queritur. de sterili. ff. de ædil. edict. Caper proferri censet per n Vensica, quòd nō fit sine uento. Spiegel.

VESPERTILIONES uidentur appellati, qui grauati ære alieno, luce domi se continent, ne à creditoribus appellentur, noctu prodeũt. Vlp. de euict. l. si ita quis stipulanti spondeat, sanum esse, furẽ non esse, uespertilionem non esse, &c. Quanquam hoc loco quidam pro uespertilione, legunt Vespillonẽ, aut uersipellem. Sed Alciat. priorem lectionem agnoscere uidetur: qui putat uespertilionem dictum, qui, ut modò dictum est, metu creditorum interdiu latitat, noctu prodit. Nam hoc animal semi mus hinc dictũ, quòd uesperi uolet, indicat Non. Mar. Sp. Adde Forcat. in suo Auiario c. 3 nu. 3. & Turn. aduers. lib. 23. c. 3.

VESPILLO, qui uespertino tẽpore defunctos effert pauperes, sine pompa funebri. Martia. de solu. l. qui decem. Num ergo & si uespillonẽ, aut aliàs turpem dederit hominem. Vlp. ad S.C. Treb. l. sed sciendũ. Vel nomẽ quidẽ uespillõis testatoris ferre. Neb.

VESTA, quasi focus urbis, Dea reputabatur, cui colendæ uirgines præerant, ut uigilaretur diligenter ad custodiam ignis, autore Cicerone: inde enim uirgines Vestales dictæ sunt, quib. magnus habebatur honor, præcedentib. etiam facibus cum prodirent: adeò, ut damnatũ ad mortem, forte fortuna obuiũ, liberarẽt à pœna. Triginta aũt annis uirginitatẽ seruabãt, exinde ad quãcunq; uitæ cõditionẽ liberę. Old.

VESTAE enim ignis perpetuus dicatus erat, à sacris uirginib. custoditus. Eam aũt terram esse quidam credunt, alij uerò uestam nihil aliud esse, quàm purum ignem arbitrantur. Alij porrò eandem, quæ & Opis, & Cybele omnium Deorum mater dicitur, esse opinati sunt. Cuius sacra uigilem scilicet ignem, cum uirginibus, penatib. & Palladio, Æneas ex Troia in Latiũ tulit, & condito Lauinio, Vestæ ædem sacrauit in qua etiam hæc sacra condidit. De quo uide plura apud Onuphrium in ciuitate Romana, sub capit. de uirginibus Vestalibus.

VESTEM, quæ eius causa empta, parata est. Iabol. declarat in l. q concubinã. in prin. ff. de leg. 3. Sp.

VESTEM q̃ inea erit. Hunc sermonẽ in mortis tempus collatũ, sine dubio pro conditione accipiendum esse, Pompon. putat. l. nuper. ff. de leg. 3. Spieg.

VESTEM mutare. Veteri siquidẽ more, non rei duntaxat, sed etiam cognati affines, liberti eorum & familiares uestẽ mutare, capillumq; submittere consueuerunt, ut preter Liuium testatur Plin. epist. 7. Et huc respexit Venuleius l. 39. ff. de iniur. ubi ait: Vestem sordidam rei nomine in publico habere, capillumue submittere nulli licet, nisi ita coniunctus sit affinitate, ut inuitus in reum testimonium dicere cogi non possit, de quo uide Iac. Ræuar. Varior. lib. 3. c. 6.

VESTES peragaudes indumẽta sunt ex lino uirilia, uestib. alios subijci consueta, ut annotauit Drosæus in Methodo iuris.

VESTIARII in l. 5. ff. de institor. Vestiarius negotiator in l. 45. ff. de oper. libert. & Vestiaria pro uestitu in l. 81. ff. de cond. & demõ. & l. 3. §. quamuis. ff. si cui plus, quàm per leg. Falc. l. 4. l. 8. l. 12. l. 13. l. 18. cum suis §§. ff. de alimen. leg. l. 8 ff. de transact. Briss.

• VESTIARIVM in postremis libris Codicis, & in libro Notitiæ Imperij Rom. accipe, in quo uestes principis conduntur, & reponuntur. Moschopul. in lib. cui titul. est, [Greek text illegible]. Guilel. Tyrius lib. 3. de bello sacr. c. xv. Quo facto ex Imperialibus uestiarijs oblata sunt p̃dicto uiro munera in auro, uestib. uasis, & pretiosis lapidib. Huic uestiario comes p̃ponebatur. Erat & uestiarij sacri scriniũ, ut s. docui. Br.

VESTIBVLVM, q̃d Græci πρόθυρον uocãt, tametsi extra ianuam domus sit, ædibus tamen adscribi, & ceu earum membrum existimari, Alciat. l. final. de uerb. sig. Quid sentiat Bart. uide in l. inter quos. ff. de damn. infect. Adde Gell. lib. 16. c. v.

VESTIBVLVM, pro aditu sepulchri, apud Vlpian. Vide Schol. in XII. Tab. Spieg.

VESTIBVS legatis, an quę festis diebus paratę essent, debeantur, quo in genere consulendum censeo Bartolum l. fin. ff. de aur. & argent. legat. aientem deberi per eam legem, quod & Alexander Imolæus in adnota. ad eundem probat ex Baldo. Tu rem expendas uelim. Prat.

VESTICEPS, pubes opinor à Gellio appellatur lib. 5 c. 19. Sed arrogari, inquit, nõ potest, nisi iam uesticeps. Cui uerbo Inuestis apud Tertullianum respondet in libr. de uirginib. uelend. Si uirgo mulier non est, nec uir inuestis esto. Si non operitur uirgo, quia mulier non sit, operiatur inuestis, quia uir non sit. Et aliquanto pòst, Materfamiliæ uocatur, licet uirgo & Paterfamiliæ, licet inuestis. Hot.

VESTIGATORES. Vlpian. in l. quæsitum. de Fund. inst. Si in agro uenationes sint, puto uenatores quoq;, & uestigatores, & canes, &c. Autor est Varro de ling. Lat. Vestigatorem, hoc est uenatorẽ, à uestigijs ferarum dictum. Spieg.

VESTIGIVM, trãslatè indicium est. l. quidam. §. 1. C. de necess. ser. l. ubi. C. de fals.

VESTIMENTA Ianthina, etiamnum sunt uiolacea purpura infecta. Ἴον enim Latini uiolam dicũt. Vide Plinium lib. 21. & Bays. cap. iij. de Re uestiaria. Spiegelius.

VESTIS, generaliter dicitur: ut stragula forensis, muliebris. Vestimentum pars aliqua: ut pallium, tunica, uel penula. Alciat. de uerbor. significat. Vide, Præcingimus. Spieg.

VESTIMENTVM, idem q̃d uestis. Vnde Vlp. de aur. & arg. leg. uestis inquit, an Vestimenta legentur, nihil refert. Et illo ipso autore, uestimenti, id est, quod detextum est, & si desertum non est. Quod in tela est, nondum detextum, Contextum appellatur. Sic Haloan. Vulg. lectio quia deprauata, tam perspicui sensus non est. Actor petendo uestimentum, & numerum & colorem dicere debet: uerumtamen ad nimis curiosam rerum demonstrationem nõ astringitur, quia id inhumanum esset: utpote attritàne sit, an noua uestis. Spieg.

VESTIMENTORVM aũt esse Vlp. ait, omnia lanea, lineaq;, uel serica, uel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternendi, inijciẽdi, accumbẽdi causa parata sunt. d. l. 23. §. 1. Vestimentũq; id accipitur, quod detextum est, & si desectũ non sit, id est, si consummatũ sit, non etiamsi nondũ pertextum, uel detextum in tela adhuc sit. l. 22. ff. eo. tt. Bris.

VESTIMENTORVM autem quædam uirilia sunt, quæ scilicet ipsius patrisfa. causa parata sunt, & quæ ad usum uirilem saluo pudore attinent. Muliebria uerò, quæ ad usum matrisfa. spectãt, quibus uir non facilè uti potest sine uituperatione: ueluti stolę, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ. l. 23. §. uestimẽta ff. de aur. arg. Paul. lib. 3. Sent. tit. 6. Et Varro lib. 9. de Ling. Lat. ut Tunicam uirilem & muliebrẽ dicimus, non eam, quam habet uir aut mulier, sed eam quã habere ex instituto debet. Potest enim muliebrem uir, uirilem mulier habere, & in scena ab actoribus haberi uidemus: sed eam muliebrẽ, quæ de eo genere est, quo indutæ mulieres, ut uterentur, est institutum. Mentem tamen legantis in hac re inspiciendam esse

Pompon.in l.33.ff.de aur.argent.scribit,ut si testator solitus fuerit uti quadam ueste,quæ etiam mulierib. conueniens est, ea uirilis appellatione contineatur. Vestis planè absoluta appellatione tam uirilis quã muliebris,etiamsi tragica,aut citharœdica sit,continetur.l.127.ff.de uerb.sign.l.15. §.& si uestimentorũ. ff.de usufruct. Briss.

VESTIS. Quod Latini uestem à uestiendo appellant,hoc ipsum Græci [illegible], quod induere significat:à uerbi futuro [illegible].Iam uero uestis appellatio gñralis est, & latè patet. Significat enim & uirilem,& muliebrem,quam [illegible] Lysias appellat.Brechæus in l. uestis appellatione.ff.de uerborum & rerum signif.

VESTIS militaris, qua iuxta Specul. indui debent milites mensib. April. & Septembr. In titul.de proc. §.j.uers.item quod est miles. Qua de re differit & Bart.in l.1.C.de milit.ueste.lib.12.

VESTISPICA. Paul.ad fin. l.cum de lanionis. ff.de Instr. Cum in diẽ mortis inquit,ibi libros & uitreamina,& uestispicam habuerat. Nonius è Plautina Trinummo citans locum,Vestispici,inquit,appellantur custodes uestiũ serui, quòd frequenti diligentia uestes inspiciant. Aldus pro hac uoce legit,uestiplici: & uulgati codices habent,sed corruptè,Vesticulam. Interpretes Plauti Nonianam comprobant lectionem,& Norica editio.Spieg.

VESTITVS Christianorum, cuiusmodi olim. Vide,Palla.

VETARE,contrarium iubere,hoc est,ne aliquid fiat,imperare.ut,uim fieri ueto.Tametsi etiam uetare uidetur, qui non consentit. l.qui uas. §. uetare. ff. de furt. Spiegelius.

VETATVRVS,participiũ futuri temporis,non uetiturus.Valla.

VETERANI sunt,qui militia honestè dimissi & sacramento soluti sunt.Cuiac.ad l.8.9.10.11. & 12. ff. de excusat.in princip. Adde Connan.libro 9.cap.6. numero secundo.

VETERANI milites sunt,qui per uiginti annos in legione,uel uexillatione militauerunt. Hi omniũ onerum,seu munerum personalium uacationem habent:l.ueteranis.Cod.quan.prouoc. non est necess. Præterea nec ipsi, nec eorũ liberi primi gradus, hoc est filij,pœna metalli, uel operis publici afficiuntur: nec fustibus cęduntur,sed ubi atrocitas criminis ita exegerit,relegandi sunt. l j. & l.3. ff. de priuil. ueter. Ratio huius priuilegij sumitur ex honore, qui ueteranis militibus habetur.l.honor. C.de pœn. Veteranus etiam,Modestino autore, esse creditur, non solum legionarius, sed omnis qui qualitercunq; militauerit,& honestè est ipse absolutus.Spieg.

VETERANA mancipia sunt, quæ anno continuo in urbe seruiuerũt:Nouitia autem mancipia intelliguntur,quę anno nondũ seruiuerunt,ut ait Martianus de publicanis. Maffeus.

VETERATOR, à Græcis [illegible] dicitur.id est,[illegible], qui diuturna, ac multiplici, & sæpe cõmutata seruitute,astutus & uafer euasit. Inde ueteratoriũ,pro subdolo, & impostorio ponitur, Bud. in l.ult.de ædil.edict. Idem ait Veterator aduocatus hodie dici potest, qui diu ac multum in foro uersatus,omnes litium trahendarũ anfractus,omnes ambagiosas fugitandi ludificationes,prehensiones,nexusq; lubrici litium certaminis tenet: qui in ancipiti forensium salebrarũ Marte,bellissimè insidias disponere,atque etiam prouidere nouit: sed is propriè (ut uno uerbo absoluam) qui eam se artem sciret. que exercere profitetur, quo arte causa inferior, superior euadere uel reclamante ęquo bonoq; possit. Sed an huiusmodi ambagib. uti aduocatum deceat. attingit Alciat. in l.naturæ cauillationis. de uerb.sig. Certè graui uiro conuenit nunquã uti.nec enim debet quis de uictoria magis, quàm de ueritate esse sollicitus. 23.q.2.dominus. Spiegel.

VETERATOR seruus is dicitur, qui diuturna multiplicią;,& sæpe commutata seruitute,uersutus & uafer euasit. Vlp.de ædil.edict.l.Pręcipiũt,inquit, Aediles,ne ueterator pro nouitio ueneat. Spiegel.

VETERINARII,ueterinorum medici. sunt autem Veterina, animalia quorum opera in uehendo consumitur. Tarruntenus l.ulti.ff.de iur.immun. Veterinarij architectus,gubernatores. Columel. lib.6. cap.8. Solent etiam fastidia cibo afferre uitiosa incrementa linguæ,quas Ranas Veterinarij uocant.Hot.

VETERINAM bestiam iumentum appellauit Cato apud Festum lib.19.à uehendo.

VETERNOSVS, graui somno oppressus Catoni. Prateius.

VETITVS rationes reddere:non hoc consequitur,ut nec apud eum sit,& reddat & lucrifaciat: sed ne scrupulosa inquisitio fiat, hoc est, ut negligentiæ ratio non habeatur,sed tantùm fraudum. autor Martianus l.si seruus uetitus.ff.de leg.j.Old.

VETITORVM autem obligatio maior esse semper solet,quàm iussorum.quia magis delinquit ille q prohibitus facit aliquid,quam qui iussus nõ obtemperat mandatis.Huic enim uel error,uel ignorantia, uel socordia, ad summum negligentia imputari potest:ille facto suo tanquam manum affert legib.Connan.lib.j. cap.9.num.7.

VETVS fossa quæ dicatur,uide l.2.§.j. ff.de aqu. pluu.arc.Spiegelius.

VETVS dici solet id,quod à nostra memoria remotum est. Connan.lib.j.c.x.nu.6.

VETVS ius in libris nostris uariè accipitur. Interdum enim hoc nomine lex XII.Tabul.significatur,quæ aliàs lex antiqua appellatur.l.j.ff.de pet.hęred.l.2.§.1.ff de noxalibus.Interdum uerò uetus ius intelligitur quodcunq; ante nouam aliquam legem, uel constitutionem obtinuit,ut in l.2.§.si mater hæreditatem.ff.ad Tertyll.& l.2.C.eo.tit. Ius uetus est, quod ante Senatuscons.Tertyllianũ seruabatur. Similią; modo in l.32.§.si diuortium. ff.de donat.inter uir. Vetus ius est, quod ante Orationem Antonini in usu erat.in l.8.§.sed si curator. ff.de reb.cor. Vetus ius intelligendum est, quod Orationem Seueri antecessit,quæ prædia eorum,qui sub tutela curàue essent,sine decreto alienari obligariue prohibuit. Eadem fere de Antiquo iure lib.j.docuimus. Briss.

VETVS uinum ex usu testatoris æstimatur, id est,quotannorũ uino pro uetere utebatur.Si id non appareat,uetus accipietur, quod non est nouum, id est,anni prioris uinum.l.x.l.xj. ff.de tritico uino uel oleo. Brissonius.

VETVSTAS uicem legis tenet: autorib.Vlp.in l.j.§.ult.de aqu.pluu.arcen. & Paulo,ibidem in l.2.6. Idem Labeo. Quæ Iurisconsultorum responsa si diligenter conferas, uidebis quantam uim habeat tempus in uicissitudine rerum mortalium. Est enim uice legis,uice constituti,est loco consensus.Breuiter, nihil non potest mutare,ut desinant quidam mirari, quomodo directum dominium tribuat.Old.

VETVSTAS in l.7. incip.nemo dempto ca. de fund.rei pri.accipitur pro 40.annis, & ita etiam accipitur

cipitur in l.11. C. de fund. patr. lib. xj. Cuiac. in 5. d. l. 7. de fund. rei priuatæ, lib. xj.

VETVSTAS fidelissima. l. Testamenta omnia. C. de testam.

VETVSTATE iam deterius factum relinquere. Vide Pomponium in fin. l. sed cum fructuarius. ff. de usufruct. Spiegelius.

VETVSTVM dicitur, quod excedit 40. annorum spacium. C de fund. Reipub. l. final. Aliquando x. ann. l. 1. §. fin. & l. 2. in prin. ff. de aqu. pluu. arcen. ex Alber. Spiegelius.

VEXARI. Vide Gellium lib. 2. cap. 6. Hoc uerbo subinde utuntur Iuriscoss. l. j. §. j. ff. de uacat. mun. l. j. in fin. de testibus. l. annonam. de extraord. crim. l. j. ad l. Iul. repet. Spiegelius.

VEXILLATIONES equitum alas dici Veget. lib. 2. cap. 1. scribit ab eo quod uelis, id est, flammulis utantur. Quo postremo uerbo Leo Imper. in lib. De re militari non semel utitur. Ita accipe uexillationes in l. 2. C. de hæred. decur. l. 9. C. quando prouoc. non est nec. l. 8. de erogat milit. anno. lib 12. C. l. j. de bon. milit. in C. Th. & in Notitia Imperij Rom. Apul. libr. 7. de Asino aur. Tota deniq; factione militarium uexillationum indagatu contecta. Briss.

V I

VI possidere eum definiendum est, qui expulso uetere possessore, adquisitam per uim possessionem tenet. Vlp. in l. j. ff. de ui & ui armata.

VIA, Metaphoricôs significat ueram, atque iusto ordine constantem docendi rationem. Græcis uocatur methodus: per quam sine errore tuto ueniamus ad cognitionem. Inde Methodici sunt dicti, qui rationem artis, & discendi compendia sequũtur. Et Galenus duas artis partes facit: Methodon, & Ascesin, hoc est, uiam & exercitationem. Elegãter igitur per uiam denotatur legitima potestas tradẽdi iuris, in l. 2. §. nouissime. ff. de orig. iur. Old.

VIA cum adsit, semitam quærere. Conueniet, inquit, Eras. adagium in tergiuersatores: qui quo præsens negocium suffugiant, diuerticula captant. Semita enim diuersa est à uia plaustrorum, quam regiam uocant. Vide supra, Iter. & Seruiũ in 4. Æneid. comment. dissentientem à Iurisconsul. l. 2. ne quid in loc. publ. Alciat. in l. quantum ad ius pertinet. ff. de uerb. signific. Cum de uia loquimur, inquit, quatẽnus seruitutis species est. Instit. de seruit. in princ. ab itinere, actuq; distat. Quum uerò de seruitute non accipitur, aliter uiam intelligimus: continetq; non solùm iter, sed etiam semitam. Hoc autem distat iter à semita, quòd iter latius est: semita angustior, & quidam quasi callis. Spiegel.

VIA, inquit Paulus, constitui uel latior octo pedibus, uel angustior potest, ut tamen eam latitudinem habeat, qua uehiculũ ire potest: alioqui iter sit, Fußpfad, non uia. Attamen uia interdum discendarum rerum rationem significat, Græcè [illegible]. Vnde Methodici dicti, qui rationem artis, & discendi compendia sequuntur. & Amethodi, hoc est, à uia & ratione docendi discendiq; abhorrentes, quasiq; auij. Autor Bud. in annot. ad l. poster. de orig. iuris. Sunt autem Vlpiano illæ triũ generũ. Quædam publicæ, quædam priuatæ, quædam uicinales dictæ. Paulus & militares uias memorat. in l. uiæ uicinales. de loc. & itiner. pub. Abusiuè autem uia pro omni loco, per quẽ habere iter omnibus licet. Et in l. 2. de orig. iur. Pomponius usurpat pro uera, atq; iusto ordine constante docendi ratione, quæ Græcis uocatur Methodus, ut paulo antè diximus. Spieg.

VIA à uehendo dicta est, quasi ueha. Varro 1. De re rust. Villicus agri colendi caussa constitutus, atq; appellatus à uilla, quòd ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur: à quo rustici etiam nũc quoq; Viam Veam appellant, propter uecturas: & Vellam, non uillam, quo uehunt. Hæc Varro. Propriè igitur Via, cum de seruitute loquimur, est ius uehiculi ducendi per prædium alienum. Eius latitudo lege xij. Tab. definita est: in porrectum pedes octo, in anfractum sedecim. l. 8. ff. de seruit. rustic. Hot.

VIA interdum ius eundi, agendi, & ambulandi significat. Nam iter & actum in se uia continet. l. j. §. uia. l. 7. ff. de seruit. rustic. l. 14. §. si uiam. ff. de accepti latio. Dicitur autem uia quasi uehia, quòd uehendo teratur, ut Varro lib. 4. de Ling. Lat. Via enim ut Isidor. lib. 15. c. ult. scribit, est, qua ire uehiculum potest. Huius latitudo lege XII. Tab. definita est, in porrectum pedes octo, in anfractum sexdecim. l. viij. ff. de seruit. rust. Briss. Adde Balduin. Instit. comment. lib. 2. tit. 3. de seruitut.

VIA, pro ratione. Paul. Si coactus hæreditatem repudiem, duplici uia prætor mihi succurrit, in an. §. 1. si mulier. ff. quod met. caus. Spieg.

VIA deterior fieri intelligitur, si usus eius ad cõmeandum corrumpatur: hoc est, ad eundũ: ut cum plana fuerit, cliuosa fiat, uel èx molli, aspera: aut angustior ex latiore: aut palustris è sicca. l. 2. §. deteriorem. ff. ne quid in loco publico.

VIA immunita, quando ita facta est, ut per eam nemo transire possit.

VIA prima, Latinis est, quod Barbari dicunt, primo ictu, hoc est statim, primo ipso congressu.

VIAE priuatæ quæ & agrariæ dicuntur, dupliciter accipiuntur: uel eæ quæ sunt in agro quibus est imposita seruitus, ut ad agrum alterius ducant. Vel eæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus cõmeare licet, in quas exitur de uia consulari, l. j. §. uiarum. ff. de seruit. rust. præd.

VIA publica. Qui uiam publicam destruit, is potest uel fustibus repelli. l. ædiles Curules. ff. de uia publ. Spiegelius.

VIA publica nemo quenquam ire prohibet. Hoc Plautinum prouerbij speciem habere censet Erasm. Quo significatur, rerum communium æqualem omnibus usum esse: neq; cuiquam uertendum uitio, qđ ius publicum concedit. Cæterùm uiam publicam esse de regalibus, extat relatum in c. j. quæ sint regalia, Bart. in l. continuus. §. cum quis. de uerb. oblig. existimat ad ciuitates pertinere. At rectius sentit Alciatus, quem adi in d. l. quantum ad ius pertinet. Spieg.

VIAE publicæ sunt, quas Græci Basilicas. Iurisc. Prætoriales & Consulares appellant. Germani, Frey offne, & quibusdam appositè, deß heyligen Reichs straffen. Quoniam uniuersæ ditiones per sacrum Imperium, ab Imperatore dependent partim mediatè, partim immediatè. Vnde qui tradũt eas beneficij Feudalis iure censendas, ueritatẽ ipsam profitentur, comminiscuntur quidam nescio quã libertatem. Hinc ego, qui diligenter excussi sacra scrinia, dum proximus illis in Aula agerem, asseuerare possum pleraq; oppida, tum municipia nostræ nationis, quorum maior pars etiamnum per omnia reuerenter agnoscat Principem: liberiore conditione fuisse, quàm nonnullæ iam florentiores fuerint urbes, quæ primùm à beneficio, indulgentiaq; Caroli quarti, hactenus respirant. Spiegel.

Sunt & uicinales uiæ, quæ uel in uicis sunt, uel in uicos ducunt: quæ si non ex collatione priuatorum fiant

fiant publicarum loco habentur. Sed inter eas & cęteras uias publicas quæ etiam militares dicũtur hoc interest, quòd militares exitũ ad mare, aut in urbes, aut in flumina publica aut ad aliam uiam militarem habent. Vicinalium uerò pars in militares exitũ habent, pars sine exitu intermoriuntur. l. ult. ff. de locis & itineribus pub. Briss.

Et ita uicinales uias accipe apud Senecam libr. 5. de benefic. cap. pen. & apud Frontin. lib. 2. de aquæductib. & in §. item si putator. Institut. de l. Aquil. ubi Theophil. publica [illegible], ait, [illegible]. Vicinalis [illegible], uicus [illegible]. Sicul. Flacc. in lib. de condit. agror. Vicinales autẽ uiæ, quæ de publicis diuertuntur in agros, & sæpe ad alteras publicas perueniunt, aliter muniuntur per pagos, id est, per magistros pagorum, qui operas à possessoribus ad eas tuendas exigere soliti sunt, aut, ut comperimus, unicuiq; possessori per singulos agros certa spatia adsignantur, quæ suis impensis tueãtur. Viator pro apparitore in l. 5. §. ne tamẽ. ff. de reb. cor. l. ult. ff. de iud. l. 5. §. missus. ff. ut in poss. leg. Briss.

VIA sacra multis rationibus dicebatur. Primùm, quòd augures per eam proficisci: deinde, quòd omnia Romanorum pseudosacra per eam uehi: deniq; quòd triumphi omnes hac agi solerent, Varrone teste. Oldendorpius.

VIAM aperire, purgare, reficere. Vide Vlp. in l. j. de uia publ.

VIAM autem aperire est ad ueterem altitudinem latitudinemq; restituere. Sed & purgare refectionis portio est. Purgare autẽ propriè dicitur ad libramentum propriũ redigere, sublato eo quod superest. Reficit enim & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino, qui in pristinum statum deducunt. d. l. j. ff. eod.

Reficere sic accipimus, ad pristinam formam iter & actum reducere: hoc est, ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret. Aliud enim est reficere, longè aliud facere l. tertia. §. reficere. ff. de itin. act. Reficere autem dicitur instaurare in pristinum statum quod corruptum est. Et sub uerbo reficiendi, tegere, substruere, sarcire, ædificare, item aduehere, apportareque ea, quæ ad eam rem opus essent, continentur. l. 1. §. deinde. ff. de riuis.

VIAM determinare. Iabol. de seruit. præd. rust. l. certo. §. j. Igitur arbiter, ait, dandus, qui utroq; casu uiam determinare debet. Spiegel.

VIAM facere, est locum, ubi non erat uia, aperire. Exigere uiam, dicuntur magistratus, cum uiciniã cogunt munire secum, sumptu diligentissimè facto. Asconius in Præt. urb. Spiegelius.

VIAM mihi præstare debes. l. j. §. j. ff. si usussfruct. amitt.

VIAM munire. Liuius libro x. Viam muniuit, id est, lapidibus strauit: ut Plinius cap. 34. loquitur. Dicta uero est hæc uia Appia: Et, ut Lætus ait à Constantini uia incipiens, inter Tusculum & Albam ad Algidum tendit, & inde porro ad Cassilinum progressa, unde uiginti stadijs à Capua Latinæ uiæ iungitur. Vide Pomponium Lætum tit. 79. de Antiquitatibus urbis. Volaterranum libro 6. cap. 8. urb. comment. Alexand. ab Alexan. libro 3. cap. 13. Hæc uia à Caracalla postmodum munita, nouæ deinceps nomen accepit.

VIATICVM sumptus itineris significat. Græcè [illegible] dicitur, auctore Gellio lib. 17. cap. 7. l. 1. §. si pupillis. ff. de tutel. & rat. distr. l. 52. §. si quis ex socijs. ff. pro soc. Impendia ad iter explicandũ necessaria uocantur in l. 7. ff. ad Trebell. Ad sumptum etiam destinatam quamcunq; pecuniam uiaticum uocant. l. 17. ff. de reb. credit. Briss.

VIATICVLVM [illegible] dixit Vlp. in l. 18. in fin. ff. de iud. Briss.

VIATICA cœna, quæ datur abituro.

VIATOREM nõnunquam nominatim uice arbitri dare. l. ult. ff. de iudicijs. Spieg.

VIATOR propriè is est, qui suis pedibus iter facit. Cuiac. obseru. lib. x. c. 13. circa fin.

VIATORES olim dicti sunt, qui à uilla in curiã Senatores accersebant: ut Cicero in Cat. ma. & Colum. lib. 1. c. j. testantur. hinc consuetudine sermonis translatum ad eos est hoc uerbum, qui Magistratus iussu reos in ius uocarent: Gell. lib. 13. Ac deinde narrat, quid Labeo per uiatorem à tribu. plebis uocatus, responderit: cum à muliere quadam tribuni plebis aduersus eum aditi, Gellianũ ad eum misissent, ut ueniret & mulieri responderet: iussit eum qui missus erat, redire, & tribunis dicere: Ius eos non habere, neq; se neq; alium quenquam uocandi: cùm moribus maiorum Tribuni plebis prehensionem haberent, uocationem non haberent. Postremò eo uerbo cùm Apparitores, tum Executores litium plerunq; appellantur. ut Imp. docet in §. 21. de actio. Tripli, inquit, agimus, quum quidam maiorem uera æstimatione quantitatem in libello conuentionis inferunt, ut ex hac causa uiatores, id est, executores litiũ, amphiorem summam sportularum nomine exigerent. Nam de apparitoribus sentire Iustin. constat etiam ex l. 31. §. 5. C. de episcop. & cler. Vlpian. l. 5. §. 21. ff. ut in poss. legat. Missus in possessionem si non admittatur, habet interdictum propositum: aut per uiatorem, aut per officialem præfecti, aut per magistratũ introducendus est. Plin. lib. 18. cap. 3. Aranti quatuor sua iugera Cincinnato, Viator attulit Dictaturam, & quidem nudo plenoq; pulueris etiamnũ ore. Cui Viator, Vela corpus, inquit, ut proferam Senatus populique Roman. mandata. Tales tum etiam uiatores erant, quod ipsum nomen inditum est subinde & ex agris senatum ducesque accersentibus. Hotom. Festus autem sic:

VIATORES appellantur, qui magistratibus apparent: eò quia initio omnium tribuum quum agri in propinquo erant urbis, atq; assiduè homines rusticabantur, crebrior opera eorum erat in uia, quàm urbe: quòd ex agris plerunq; homines uocabantur à magistratibus, & frequens eorum erat ab agris ad urbem uia. Hac de re uide Columellam in præfatione libri primi. Ciceronem de senectute, & Alexandrum ab Alexandro lib. 1. c. 27. Hot.

VIATORES, ut Cuiacius definit, hi sunt, qui in ius uocant, qui iudicata exigunt, quibus imminendi (sic enim legendum est in l. 12. C. de proxim. sacr. scrin.) litibus solicitudo iniuncta est. Cuiac. Not. ad lib. 4. Instit. tit. de act. in uerb. Viatores.

VIATORIVM uas, quod per uiam deferebatur, & cubilia uiatoria.

VICANALIA uulgò appellantur, quæ ad pagum aliquem in uniuersum pertinent. Vicani enim, rustici sunt, autore Alciato in l. partum. de uerbo. significat. Spiegelius.

VICARIVS seruus ille dicitur, quem atriensis seruus substituit, hoc est, serui seruus. Vlp. tit. de leg. 3. l. seruos. uicarios seruorum suorum numero contineri ait Paulus de noxal. act. l. si in re. Si seruus tuus nomen exercuerit, eiusque uicarius seruus, & idem

nauta

nauta in eadem naui damnum dederit. Item:

VICARIVS seruus, dicitur Ordinarius, cui peculium dominus concessit, negociariq; sinit. Spieg. Adde Connan. lib. 2. c. 3. num. 3.

VICARIVS, qui uicem alicuius gerit: barbarè Locum, siue Vicètenens, nunc uulgò dicitur. Nam, ut rectè monuit Insulanus, in nominibus magistratuum, aut summorum officiorum, alia quædam poterit esse usurpatio, ut neque Viceregem, neque uicelegatum, neque uicecancellarium: sed proregem, prolegatum, procancellarium dicimus. Hoc nomine (iam etiam consensu eruditorum seculi nostri hominum recepto) Principales res hodie gerit, & præclarè quidem, in regia Aula, Georgius Giengerus, qui generi non tantum inter Vlmanos suos nobili, sed patriæ etiam magnum decus addidit: cùm diuini atque humani iuris intelligentia, tum omni prudentiæ genere præditus: accedente non hactenus solita Accursiana illa, sed planè Romana facundia: quę non potest non exornare maximè omnium Romanarum Legum professorem. Harum ille dotium eximiarum exemplum dedit, ab inita mox rerũ administratione, per latissimam diœcesim Constantiensem: quam ferè iuuenis, & difficilimo tẽpore obiuit: in qua constat ipsum quotidie, & magna consulentium frequentia, & magnorum hominum splendore usitatum, secunda perpetuo integritatis fama sequente: ita, ut defuncto Episcopo Baltasaro Merklio, cuius in aula Impe. nostri occupati uicem dum uiueret, obibat, Cæs. Ferdinandus, hominem in sua uerba iurare curauerit, declaratum Senatorum in amplissimi regiminis Prouinciarum Austrię (ut uerbo meorum temporum utar) Anterioris. Vbi statim & ille, quod bonam fidem secutus dico, habitus est totius illius Senatus oraculum: unde nuper insciẽs à Principe ad Procancellariatum Curię uocatus est. Cuius comitatum illustrant uiri doctrina præstantes: e quibus familiariter mihi cõiuncti sunt in Theologis, nemini non noti, Ioan. Faber, præsul Viennensis, Fridericus Nausea, Gabr. Sanzius. In Iurisperitis, Vuolffgangus Brantneriæ familię ornamentum, insignis militiæ Georgianæ per inclytam Austriã Princeps, qui uetere inter nos florenti ætate in Consecretariatu sub Diuo Maximiliano cœptam, in hunc usque diem amicitiam, sanctè conseruauit. Georgius Ilsingus peruetustis imaginibus, & iuris peritia clarus, qui in Comitijs Hagnoianis non unum tantum erga me & humanitatis & benignitatis exemplum præbuit. Claud. Cantiuncula. In Medicis, pater & filius Ritij. In bonis literis Georgius Loxanus, à Carolospergio Equ. Procancellarius Bohemiæ, in grauissimis Regni causis sępe atque ita uersatus est, ut à nemine non prædicetur singularis illius integritas atque candor. Adamus Carolus, Logus, Rosinus, Tumckelius, & qui proximè desiderari cœpit tristi exitu Caspar Vrsinus, Cristophorus Castlegius, Stephan. Quicletus Burgundio, & meus Ostnerus: quem ego honesto loco natum statim à teneris unguiculis, propter Erasini patris, uiri dexterrimi in me maxima merita uti filiolum dilexi, amaui fouique: nunc autem non possum non colere, plurimique facere: posteaquam animaduerti illum, & ætatem florentem ornasse bonarum literarum studijs, & probatissimo uitæ specimine, nemini non optimo in aula esse gratiosum, cui tales bis nobiles multos congratulor. Effecit autem filij pietas erga me constanter seruata, ut aliquo pacto desideriũ patris lenirem, qui excepta linguæ Latinæ, cui mirè fauebat, cognitione: cæterũm nullis non, quę maximè uirilem dignitatem decebant, dotibus eximiè præditus, dierum plenus, apud Oenipontem, honoratum sanè illum & pręinsignem (ad quem uirtute sua euectus erat) ordinem Præfectorum Principalium Rationum, unà cum uita deseruit, superstite etiamnum summæ fidei atq; integritatis fama. Erat illi facies, & totius corporis habitus plane heroinus, coniunxq; uenusta, pudica, è Vuindegkorum Germa. Equit. peruetusta familia procreata, proba cum primis, & prudens materfamil. quam cum filio atque filia itidem uenusta pudibundaque iam grandescentibus atque unicè dilectis pignoribus superstitẽ reliquit: uiduatum integra ætate ad hodiernum sustinens, nobilior iam facta sanctitatis morum præconio: nunquam statuens renubere. quod se alterum Erasmum Ostnerum inuenturã negat: in cuius iam plus quadraginta annos nati, ipsa tenerrima uirgo, & uno omnium ore formosissima uenerat consortium. Doctos ille reueritus est omnes, dictitareque solebat, quamcunq; sine literis iacere nobilitatem: unde etiam maiorem tulit laudem, quòd ipse tantus latinitatis mirator, eam nesciret: interim tamen in filio, quod illi defuit, sedulò resarcire curauit, nec oleo, nec opera perditis. ipse uernaculis libris lectitandis delectabatur per ocium, sic terreni Principis negocium gerens, ut uel unus ipse exemplum esset, & in aulis Principum pietati locum esse. Cæterũm, ut omnibus comis, ita uicissim cunctis ille gratus & acceptus, tum Principi ipsi Maximiliano, cui usque ad excessum eius, à cyathis prægustandis ministrauerat, ualde charus erat. Mihi autem usque tacendus non fuit olim homo tam amicus, quòd nec eo candidiorem promptioremque alium unquam probarim, nec similem sperare ausim, excepto filio, qui sanè paternæ erga me amicitiæ hæres, me supra modum diligens, nec amore mutuo mecum paria facere contentus, res nostras in aula diligenter curat, sustinetque: coniuncto studio, opera & prudentia Sebastiani Tunckelij, uiri nobilis & eruditi, qui nuper pro suo in Maium fratrem, cuius interobliuisci nequit, amore, perquam eleganti epistola, suam quoq; amicissimam erga me uoluntatem declarauit. Quantum autem, regis comitatus ornamentum amiserit in ornatissimo uiro Ioanne Lobleo à Greimburgo, Præfecto (dum uiueret) Burgensi celebris ciuitatis Anasi, quæ est superioris Austriæ, præ dolore uix à me dici potest: erat enim mihi amicissimus & dulcissimus congerro, honesto loco natus in amplissima fortium uirorum altrice natione Sueuorum (ut hodie appellatur) oppido imperiali Vuilensium haud ignobili, propter niueam à cunabulis indolem. quam uel ipsa oris forma commendabat: eiúsque specimen præferebat amabilis puer: tum modesta quadam uerecundia adolescens in eum accreuit uirum, qualem uix alium secundum in ordine suo reperire fuit: in quo consiliarius primùm inclyto principi Archistratego Austriæ, deinde Romanorum Hungariæ & Bohemiæ regi & sacro Romano imperio ac inclytæ domui Austriæ in rebus longè arduis magna cum laude fidei & integritatis diuturna, grata, & impensè utilia obsequia præstitit: quibus ingens non tantùm regi, sed uniuersæ ferè aulæ sui desiderium reliquit ob obitum immaturum: adeò nullus in eo fastus notatus est, quum tamen intimus esset tanto principi: nec ambitio, familiare aulæ uitium, imò cunctis placidus, nec ulli asper: ueri iustique tenax: unde habitus eorum

eorum qui calumnia opprimebatur, patronus : tum amator etiam, altor atq; fotor, in quibus cognoscebat egregias animi dotes, nempe ingenium, probitatem, eruditionem & morum honestatem. Nec tam auersabatur aliud, quàm simulationem beneuolentiæ, quâq; uulpeculas illas lupina pelle indutas. Natura enim cãdidior multo atq; integrior erat, quàm ut cuiquam dolos malos fraudésue strueret : ideoq; quos tales animaduertêbat, omnino, si qua poterat, deuitabat. Ob quos mores studiaq; habebatur non aulæ tantùm decus, sed Germaniæ nostræ quædam gemma singularis. Decedens reliquit filium Ioan. Iacobum paterna cura ad probos mores educatum: puellam item sanctè institutam, quæ iam matura uiro dotibus prædita, quæ addecét laudatam nunquá satis uirginem, sacrum sortita est thalamum pulchra Caia ipsa cum pulchro Caio suo Georgio Ilsingo, cuius à nobis paulo antè mentio facta est. Spiegelius.

VICARIVM definit And. Alc. in Rub. ff. de officio eius, cui manda. est iurisdict. ex l. 1. §. à præfectis. ff. de leg. 3. illum, qui gerit omnes uices eius, in cuius loco ponitur. Cui aduersatur l. si seruus meus. ff. de pecul. ubi uicarius dicitur tametsi omnes eius uices non gerat. Alciat. in Rub. ff. de offic. eius cui manda. ἀντινομίαν cõciliat, ut illic largè capiatur. Largissimè & impropriè accipitur in rub. C. ut null. ex uica. pro eo, qui habitat in uico, seu uilla. Vide Alex. Rubr. C. de eo, qui uic. alt. ge.

VICARIVS interprete Theophilo in §. cùm autem. Institu. quod cum eo. appellatur ὁ τὸν τόπον ἐπέχων. Sic in l. 25. ff. comm. diuid. l. 5. §. 1. ff. de tributo. l. 19. §. ult. ff. de noxalib. l. xj. §. ult. cum l. seq. ff. de pecul. l. 4. in fin. l. 7. §. in peculio. ff. de pecul. l. 17. §. 1. ff. de in rem uerso. l. 41. ff. de contrah. empt. l. 17. §. item ait. l. 44. ff. de ædil. edict. l. 71. in fin. ff. de legat. 3. l. 12. §. Celsus. ff. de instru. uel instrum. l. 4. l. 6. §. si uicario. l. pen. ff. de pecul. legat. l. x. ff. de manum. testa.

VICARII uocantur, qui uicem aliorum gerunt. l. 4. §. legati. l. 13. ff. de legat. l. un. C. ut oés iud. Briss.

Erant autem uicarij prouinciarum, qui uices Præfectorum prætorio in diœcesibus gerebant. l. 1. §. illud. de cano. larg. tit. Veluti in præfectura prætoriana Orientis tres erant uicarij, quorum fit mentio in l. ult. C. de diuers. offic. lib. 12. Vnus diœceseos Asianæ, qui prouincias octo administrabat, Pamphyliá, Lydiam, Cariam, Lyciam, Lycaoniam, Pisidiá, Phrygiam Pacatianam, Phrygiam salutarem. Alter erat uicarius diœceseos Ponticæ, sub cuius dispositione erant prouinciæ xj. Bithynia Galatia, Paphlagonia, Honorias, Galatia salutaris, Cappadocia utraq;, Helenopontus, Põtus Polemoniacus, Armenia prima, & secũda. Tertius erat uicarius diœceseos Thraciarum, cui suberant Thracia, Hæmimõtus, Rhodopo, Mœsia secunda, Scythia. Briss. Adde Cuiac. ad l. 4. de annonis & tribut. lib. x C. Idem Cuiac. in expos. No. Iustin. 8. addit quartum uicarium diœceseos Macedonicæ, & uicarium Thraciarum Iustiniani ætate uicarium longi muri nuncupatũ fuisse, qui longus murus haud paruum munimentum fuit præsidiumque Thraciarum, de quo Nouell. xxvj. & innumeri alij auctores.

In partibus uerò Occidentis uicarius unus erat urbis Romæ, cuius fit mentio lib. 4. Variar. Cassiod. Epist. ad Ioannem Archiatrum. Cui suberant Consulares & correctores Italiæ & Præsides Sardiniæ, Corsicæ, Valeriæ.

Alter uerò erat ante Iustiniani tempora uicarius Africę cui suberant consulares Byzacij & Numidię: & Præsides quoque Tripolitanæ & Mauritaniæ utriusque.

Tertius erat uicarius Hispaniarum, cuius fit mentio in inscriptione l. ult. C. quor. bonor. & l. 16. C. de donat. an. nupt. & apud Sulpit. Seuer. lib. 2. Sac. hist. Huic suberant consulares Beticæ, Lusitaniæ, Galliciæ: Præsides Tarracensis, Carthaginensis, Tingitaniæ, insularum Balearium. Et hæc ita ante Iustinian. obtinuere. Cæterùm Iustin. uicarios Asianæ & Ponticæ diœceseos abrogauit, & utrunq; in unicæ prouinciæ, nempe Galatiæ Pacatianæ, administrationé commutauit Nouel. 6. & Nou. 20. Idem uicarium Africæ in propriam præfecturam prætorianam transmutauit. Brissonius.

VICARIVS in l. 4. C. de ann. & tribut. lib. x. præfecti prætorio uicarij uiri spectabiles, qui ex mandato principis in diœcesin aliquam siue tractum mittuntur, multas habentes prouincias l. prima, C. de proxim. sacr. scrin. Quot autem fuerint uicarij in Oriente, Notitia Imperij indicabit. Vicarij sunt, qui pro præfectis prætorio prouincias administrant. sic sumitur in d. l. prima. Prat.

VICARIVS, & Ordinarius nomina sunt seruorum, inter seq; conferuntur. Nam ille in huius, quasi domini, peculio seruus est. Vlpia. l. 17. ff. de pecul. Si seruus meus ordinarius, uicarios habeat, id quod uicarij mihi debent an deducam ex peculio serui ordinarij? Martialis,

Esse sat est seruum, iam nolo uicarius esse. Hot.

VICARIVS alieni iuris. Cicero pro Cæcin. Qui legitimè procurator dicitur omniũ rerum eius, qui in Italia non sit absitue reip. causa, quasi quidam pene dominus, hoc est, alieni iuris uicarius. Spieg.

VICARIVS à Suffecto quo distet, Alb. docet in l. 2. C. de offic. eius qui uic. alt. iud. obtin.

VICARIVS Proconsulis, Proconsulatum obtinere censetur: tametsi Procõsulis nomine abstineat.

VICARIOS aliter sumi iure ciuili, aliter iure canonico, satis arguũt TT. C. & extr. de offic. uicar. per tot. Spiegel.

VICARIA fides. Cicero de mandati iudicio loquens, pro Rosc. Amer. Propterea, inquit, quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ uicaria fides amicorũ supponitur. Spieg.

VICE, pro loco accipitur : ut uice mea, uice tua, pro tuo & meo loco. Alia uice, usitatius, pro alio tẽpore. l. pen. ff. de præscrip. uerb. l. 2. & ibi not. C. de adopt. & l. palam. ff. de ritu nupt. Spieg.

VICECOMES de offic. uica. dicitur, cui dominus temporalis committit executionem iurisdictionis suę in aliquibus castris, & sic eiusmodi uicarium adpellant Langobar. Prat.

VICEDOMINVS, Canonistis est Episcopaliũ rerum œconomus. Lege, Officialis. Et Specu. tit. de Vicedomino. Vicedominatus autem illis est, Ius patronatus.

VICE mutua, pro uicissim: locutio est nostris familiarissima: ut in l. pen. ff. de præscript. uerb. l. 6. ff. si cert. pet. l. qui non militabat, 78. ff. hæred. institu. l. filius quem, 24. C. fam. erc. Hot.

VICEM iudicis supplere, loco iudicis esse.

VICEM nostram dolere, est propter incommoda priuata dolere. Vicem autem publicam, est, quod uulgò dicũt, zelo reipubl. Est autem teste Prisciano, figurata locutio. Spieg.

VICEM tenentes, siue gerentes, ijdem qui uicarij, qui alterius iudicis uice gerunt. De his uide Bar. in l. filius ff. de legato. & in l. suggerente. C. de offic. eius,

tius, qui ulc. alt. ger. & in l. 2. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Item Zasium nostrum in l. more. de iurisdict. om. iudic. ubi eleganter tradit, eos esse in triplici differentia. Spiegelius.

VICENA auri pondo fisco dependere. l. j. in fin. C. de canon. largit. tit. C. lib. x.

VICENA milia passuum. l. j. si quis caut. Vide gl. ibid. Spiegelius.

VICENVS, idem quod uicesimus.

VICESIMA hæreditatū, uectigal fuit ab Augusto, locupletandi ærarij causa institutum: quod extraneis hæredibus nō inopibus imperaretur. auctor Dio lib. 55. eius mentio fit in l. ult. Cod. de edict. diu. Hadr. toll. Paul. 4. Sent. c. 6. & Plin. in Paneg. & in aliquot inscript. unde constat Æmilium Macrum duos de ea libros scripsisse. Fuit & alia

VICESIMA, de qua Pompon. scribit A. Offiliū primùm scripsisse. l. 2. §. ex his, ff. de orig. iur. sed (ut opinor) illa fuit de qua Liuius libro 7. ita scribit: Cn. Manlius Consul legem de uicesima eorum qui manumitterentur, tulit. Patres quia ea lege haud paruum uectigal inopi ærario additum esset, auctores fuerunt. Hotoman.

VICESIMAE uariæ hinc inde ab auctorib. memorátur. Erat enim uicesima rerum uenditarū quæ ad fiscum pertinebat, de qua Plin. lib. 7. Epist. & Iac. Ræuard. lib. 3. Varior. c. 16. Fuit & uicesima eorū qui manumitterentur introducta ex l. Manlia, de qua Liuius lib. 7. Huius meminit & Cic. ad Attic. lib. 2. quāuis Blondus in sua Roma triumphante, ubi de uectigalibus disputat, nescio cuius auctoritate fretus, Ciceronem in eo loco de uicesima quadam loqui scribat, quam ex re frumentaria Latini Romanis præstiterint. Fuit & uicesima hæreditatum. introducta lege Iulia uel Papia. qua cautum erat, ut si quis hæres extraneus institutus fuisset, is priusquam hæreditatem adiret, uicesimam eius partem fisco daret, qua lege filij & proximiores hæredes non tenebantur. De qua Alciatus lib. Dispunctionum iij. cap. vj. Zasius in catalogo legum antiquarum, de lege Iulia uel Papia de maritandis ordinibus. Hanc Gratianus Imperator, ut tradit in gratiarum actione Ausonius penitus sustulit. De legibus autem uicesimæ primus scripsit Iurisconsultus A. Offilius, auctore Pomponio de origine iuris.

VICESIMARIVM aurum, quod ex uicesimā colligebatur. Erat autem uectigal, quemadmodum Decima. Spieg.

VICI adpellari incipiunt Festo lib. 19. ex agris, q ibi uillas non habent ex Vicis partim habent rempublic. & ius dicitur. partim nihil eorū. & tamen ibi magistri uici. Altero cum id genus ædificij quæ continentia sunt ijs, oppidisq;, itineribus, regionibusq; distributa distant, nominibusq; dissimilibus discriminis causa sunt dispartita, quód & probat Varro libr. 4. Ling. Lat. aiens uicum ex domib. constare. Tertió cum id genus ædificiorum definitur quæ in oppido priuo in suo quisq; loco propriè ita ædificat, ut in eo ædificio peruium sit quo itinere habitatores ad suā quisq; habitationem habeat accessum, qui nō dicuntur uicarij (aliâs ibi est uicani nec inepte, sed rectiꝰ) sicut ij, qui aut in oppido uias, aut ij, q in agris sunt, uicani adpellantur.

VICI pro pagis in l. 2. §. ult. ff. de uacat. muner. l. 30. ff. ad municip. l. 198. ff. de uerb. sig. unde Vicanei, qui ex eodem uico & pago sunt. l. 4. ff. de censib. Et Vicinales uiæ, quæ uel ex uicis uel in uicos ducunt de quibus s. in uerbo Via diximus. Briss.

VICIARE uinum Vlp. Cum eo planè, ait, qui uinum spurcauit, uel effudit, uel acetum fecit, uel alio modo uiciauit (hoc est corrupit) agi posse l. Aquilia. Celsus ait: quia & effusum, uel acetum factum corrupti appellatione contineatur. nec negat factū & uitiū contineri corrupti appellatione. l. seruus seruum. ff. ad l. Aquil. Spieg.

VICINALES uiæ. Vide paulo antè, Viæ uicinales. & Alciat. in comment. de uerb. signific. l. quantum ad iuris.

VICINI sunt, quorum prædia non linea, sed paries communis disterminat. nam in urbanis prędijs, Vicini: in rusticis, Confines appellantur. Paulus l. quarta, §. ultimo, ff. fin. regund. Hoc iudicium locum habet in confinio prędiorum rusticorum. urbanorū displicuit: neque enim confines hi, sed magis uicini dicuntur: & ea communibus parietibus plerunquè disterminantur. Hotom.

VICINIA, locus uicinus, seu ipsa uicinitas. De qua uide Bart. in l. j. §. hoc iudicium. ff. fin. regun. Inter quæ dicatur, in l. si tertius. in prin. ff. de aqua plu. arcend. Spiegelius.

VICINVM, proximum significat & adfine. Sic uicina dicitur esse emptioni permutatio in l. ult. ff. de rer. permut. Sic uicinus tractatus. l. 9. §. hinc uicinus. ff. de usufruct. Vicinæ scripturæ in l. xx. §. primo. ff. qui testam. fac. Briss.

VICINVM malum habere, uel non, multum interest. ff. de cōtrah. empt. l. quod sæpe. §. fin. & de leg. 2. l. si cui fundus. Solut. matrimon. l. j. Resp. 2. C. de agric. & mancip. dom. & fiscalib. l. ult. libr. xj. Proindè scitum est illud Themistoclis apud Plutarchum: qui cum prædium quoddam uenderet, hoc quoq; præconem addere iussit ὅτι καὶ γείτονας ἀγαθοὺς ἔχει, id est, qđ etiam uicinos haberet bonos. Adi Chiliades Erasmi. Spiegelius.

VICINVS fundus, & confinis, quomodo distēt, tradit Paul. in §. fin. l. sed & loci. fin. reg. Sp.

VICINVS locus eatenus accipitur, quatenꝰ clamantis uox audiri potest. Bar. in l. si tertius. in princ. ff. de aqu. pluu. arcen. Sp.

VICIS legata perinde licere capere, atq; ciuitatibus, ut ait Caius, rescripto Imperatoris nostri significatur. Vicus platea uocatur, quæ fit ex multiplicatis domibus, ex pluribus uicis fit urbs. Et est duplex: urbanus, qui angiportum continet, quasi angustiorem plateam sine exitu: & uicus paganꝰ, cum plures rusticanæ domus coniunctæ sunt extra muros. Spiegelius.

VICISSIM, per uices, hoc est, uicissitudinem, siue alternationem. l. Papin. ff. de senten.

VICISSITVDO, alternatio, mutatio ex alio in aliud, inquit Cic. l. iubemus nulli. C. de sacros. eccles.

VICTALICIA. Leibdinge. uocabulū barbarū.

VICTIMA omne animal, quod dijs immolabatúr, dictum est. Hostia ab hostiendo, id est, feriendo. Ouidius:

Victima, quæ dextra cecidit uictrice, uocatur
Hostibus à domitis, hostia nomen habet. Ovid.

VICTIMARIVS, & qui uictimas uendebat, & uictimarium minister erat, de quo Valerius lib. 1. c. 1. Extat uocabulum in l. ult. ff. de iur. immun. Sp.

VICTORIOSVS uir nisi autore inuentoreq; Catone recipitur, Aulo Gellio annotante. Præterea putant, Industrius, non Industriosus dicendum. Fatetur Insulanus illud quidem uerum si personā designes. Valerius Max. autem, certam actionē dixit industriosam. Spieg.

VICTRICES literæ, uictoriam denunciantes.

VICTVS uerbo continentur quę esui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad uiuendum homini necessaria sunt, uestimenta quoq; & cætera, quibus tegendi curandiue corporis nostri causa utimur, eadem appellatione continentur. l.43. l.44. l.45. ff. de uerb. sig. Verbum itaq; uiuere non ad solum cibum pertinet, sed & uestimenta & stramenta eo continentur, cùm sine his uiuere nemo posit. l.23. in fin. ff. de uerb. sig. Briss. Adde Forcatul. in penu Iuris Ciuilis, capitulo tertio, in princip.

VICTVS aliàs etiam simpliciter pro cibo accipitur. Vnde Virgil. lib. 1. Æneid.

Tum uictu reuocant uires, fusiq; per herbam
Implentur ueteris Bacchi pinguisq; ferinæ.

Hic Seruius uictum pro cibo intelligit, unde & conuictores dicimus, ut Horat.

Nunc quia sum tibi Mæcenas conuictor.

Brechæus in l. cætera. ff. de uerb. & rer. sig.

VICTVM si quis legauerit, non existimo uiaticum, propria uerbi significatione, legato contineri. Est enim propriè uiaticum sumptus ille, quem qui peregre proficiscitur, solet in uia facere. Quod ex Vlpiano colligimus in l. eum quem. ff. de iud. Eum (inquit) quem temere aduersarium suum in iudiciū uocasse constiterit, uiatica litisq; sumptus aduersario suo reddere oportebit. Hic uiatica accipit Vlpianus quæcunq; expensa aduersarius in uia fecerit. Vnde uiaticum à uia dictum est, sicut apud Græcos ἐφόδιον [illegible], &c. Brechæus in l. uerbo uictus. ff. de uerb. & rer. sign.

VICVS, pars urbis est, quæ ex multiplicatis domibus fit, & ex pluribus uicis urbs constat. Diuiditur enim urbs in uicos, quasi in membra minora. Vicus ruri, siue rusticus dicitur, cum plures simul uillæ, quæ Pagi dicuntur, hoc est, plures rusticanæ domus coniunctæ sunt, & aliquo spacio remotæ ab urbe, dummodò non sint clausæ mœnibus. Vide quæ not. C. de episc. & cler. l. si in ecclesijs. ff. de legat. 3. l. si hæres. §. uicis. Spiegelius.

VIDELICET, uerbum, quamuis regulariter ponitur declaratiuè, ut per multa iura constat, tamē in l. tempus. ff. de re iud. ponitur limitatiuè, & significat temperamentum, pulchra loquendi figura. Old.

VIDERI, fictionis uerbum est interdum, ut in l. j. §. fin. ff. ad Turpil. Vide Bart. in l. si duo. ff. de acqu. hær. & in l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. Vide & Bud. in poster. annot. Alicubi ueritatis est, ut in l. Titio. §. Titio genero. ff. de cond. & demonst. l. tale. de hered. inst. & in simi. Hoc uerbum Iurisconss. esse Cicero attestatur ad Trebat. lib. Epist. 7. Hoc, quemadmodū, inquit, uos scribere soletis in uestris libris, idem Q. Cornelio uidebatur. Sentit autem, Iurisconss. affirmare sententias suas, aliorum autoritate. Old.

VIDETVR uerbum improprietatem significat, ut not. per Dd. in l. prima, §. deiecisse. ff. de ui & ui armata. Bar. & alios in l. si is qui pro emptore, ff. de usucap. & probatio. text. in l. si quis fundum. ff. de contrah. empt. Tiraquellus in tract. *le mort saisit le vif.* declar. 5. 2 part. num. 13.

VIDERI fecisse, formula qua ueteres in sententijs utebantur. Cicero libro Academ. quęst. 2. Quam rationem, inquit, maiorum etiam cōprobat diligentia, qui primum iurare, &c. quæq; iurati iudices cognouissent, ut ea non esse facta, sed ut uideri pronunciarent. Idem Verrina 4. Vix ille hoc dixerat, quum iste pronunciat, Sthenium literas publicas corrupisse uideri. Item alibi, Fecisse uideri pronunciant. Idē lib. de finibus 1. Reque ex utraque parte audita, pronunciaret eum non talem uideri fuisse in Imperio, quales eius maiores fuissent. Sext. Pompeius libro xiiij. Parum cauisse uideri pronunciat magistratus, quum de consilij sententia capitis quem condemnaturus est. Hotoman.

VIDIMVS. Lege, Originale.

VIDVA est, cuius maritus mortuus est. Ab antiquo uerbo deductū Iduo, quod separare significat. Vnde & Diuidere, & Idus dicti Macrobio. Tertullianus Viduatum, eleganter usurpauit, pro ordine uiduarum, Rhenano indicante. Item nonnullis Vidua, quòd sit sine dotate: quasi tu dicas uedua. l. malum nauis. de uerb. sign. Ve etenim particula, ut suprà dictum est, & hoc loco priuat. Spieg.

VIDVA dicitur etiam ea quę maritum habet inutilem, puta damnatum ad perpetuos carceres. glo. est solennis & sing. in l. ultima. in uerb. orbitates. C. ad legem Flau. de plag. quam ad hoc pro singul. citat D. Alexand. consilio 104. statutum loquens. colum. 2. lib. 1 & per eam notat ibi eleganter Bald. quòd priuilegia, quæ dantur uiduis, competunt etiam inutiliter nuptis. quod uerbum dicit bene notandum D. Ias. in commento l. si is qui pro emptore. in 53. columna. uersic. adde quod Ioan. de Legn. ff. de usucap. Et confirmari potest ex text. in cap. 2. §. sed neque illud. extrà de translat. episcopi. ubi Pontifex dicit, quòd secundum communem modum loquendi ecclesia dicitur esse uiduata sponso suo, quæ habet episcopum inutilem. Secundò confirmari potest ex notab. gl. in c. admonere. in glo. 1. 33. quæst. 2. quæ per illum text. collegit carmen,

Si te priuare nec nomen habere mererk.

Quam gloss. ad hoc citat Andr. Sicul. consilio 2. Sapienter & præclarè scribitur. in ultim. colum. in 2. libro, & in consilio 7. sapienter non fallor. in 4. colum. in eodem uolum. & in pulchra quæstione regni Hierosolymitani reassumit D. Ias. in l. id quod apud hostes. in ultim. column. ff. de legat. 1. Tertio confirmari potest per illud quod notabil. decidit Bald. in cap. 1. §. si quis demanso. in ultim. column. de controuer. inuest. in usibus feud. ubi concludit, quòd statuta loquentia de gabellis molendinorum, debent intelligi de illis ex quibus fructus colliguntur, non de inutilibus. cum multis similibus, quæ aggregat D. Ias. in l. ultim. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. Quartò confirmari potest ex sing. dicto Bald. in l. secunda in j. colum. Codic. de episcop. aud. ubi decidit, quòd uenditio facta à muliere emphyteota sine solennitatibus à statuto requisitis, cum nullius effectus sit, nō facit eam cadere à iure suo, ob id quòd dominū non requisiuerit. quod dictum pro singul. refert D. Iason in l. ubi pactum. in penult. column. Cod. de transact. & latè retuli etiā suprà in uerb. Actus nullus. Quintò benefacit, quod singul. notat Bal. in cap. j. in princip. per illum text. quis dicatur Dux uel Marchio: quòd comes sine comitatu, non est propriè comes, sed abusiuè. quod dictum reputat singularissimum Mart. Laudens. in disp. sua Augerius. in 6. chart. in 3. column. cum his quæ scripsi suprà in uerb. Comes. Sextò facit, quòd pulchrè disputando tenuit Vbertus de Bobio, ut refert Ioan. Andr. in add. Specul. in Rubric. de crimine falsi. de duobus ludentib. ad par & impar. fuit dubitatum, cum repertus esset unus nummus falsus, quis deberet obtinere? & an talis nummus, quia inutilis, deberet computari. & dicitur quod non. arg. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. actio. cum ibi not. nisi faciens pusillam fuisset

in dolo, quia tunc contra eum indistinctè tenédum est. & hanc pulchram decisionem refert & sequitur D. Alex. in cons. 104. statutum loquens. in 2. col. lib. 1. ubi multa similia in proposito cumulat, latè tractãs, quòd statutum Ferrariæ puniens falsificantem monetam quæ Ferrariæ non expenditur, ut sunt bagatini, qui in illo loco inutiles essent, licet Venetijs expendantur. Sexcenta suppetunt huiuscemodi exempla, quæ quilibet poterit adnotare.

Hæc nobis satis erunt, ad ornandum illud sing. dictum Bald. in præallegata l. ult. quod etiam refert & sequitur Andr. Sicul. in tract. de præst. Cardin. in ult. quæst 1. partis. in 1. colum. ubi dicit eleganter notandum, pro statuto Bonon. disponente, quòd in causis uiduarum potestas teneatur sequi æquitatem. quibus adde etiam D. Felin. in c. significantibus. colum. penult. de offic. deleg.

VIDVALITER uiuere dicitur etiam ea, quæ religionem ingressa est: & ideo legatum factum uxori donec castè & honestè uixerit, & uidualem uitã seruauerit, pertinet etiam ad eam quæ religionẽ ingreditur. ita sing. Bald. in l. Deo nobis. in 2. col. uers. iuxta prædicta. C. de episc. & cler. & pro sing. commendat Crem. not. 142. maritus. & sequitur Dom. Alexã. in l. mulier. §. cum proponeretur. colum. 7. ff. ad Trebell. quibus adde quæ in simili scripsi suprà in uerb. Conditio adiecta. Nunquid autem legatum factum mulieri, si uidua remanserit, requirat perpetuam uiduitatem, consuluit eleg. Bal. cons. 42. præmittendũ est. in 5. lib. Cotta.

VIENNA ciuitas est Allobrogum in Gallia Narbonensi, cuius meminit Iurisconsultus tit. de censib.

VIETORES, qui uitilibus, id est, flexibilibus, quos uulgò circulos nominant, uasa uinciunt, circumligant, pro sententia Donati in Terent. Nã uiere, significat flexum esse, aut posse facilè flecti, testibus Marcello, Varrone: nos cupparios, Bieffer uocamus, ut à Zas. præceptore nostro accepimus, quũ elucidaret aliquot titul. Pandect. Vlpian. in fin. §. l. si seruus seruum. ff. ad legem Aquiliam. Item, ait si uietori locaueris lacum uino plenum curandum. Spie.

VIGESIMARII exactores, à uigesima parte: sicut Octauarij, ab octaua dicti. Lege Alciat. in l. eum qui uectigal de uerb. sig. Old.

VIGILANTIA, diligentia. Hermogenianus: Personale munus est, quod cum corporibus, cum labore, ac solicitudine animi ac uigilantia existit. l. j. ff. de mun. & hon. Olden.

VIGILANTISSIMI iudices, pro maximè prouidis & intentis. l. tertia. C. de offic. Rector. prouinc. Spiegelius.

VIGILARE, uigilanter, prouidè, inquit Seruius, siue studium & diligentiam adhibere. Hinc quod frequens in ore caussidicorum est. Vigilãtibus iura subuenire solent. Spieg.

VIGILAX, pro uigilans, industrius, solicitus. Caius l. xviij ff. de ædilit. edict. Si constantem, aut laboriosum, aut curacem, uigilacem esse, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem adfirmauerit. Hotom.

VIGILES nocturni excubitores uocabantur, q noctu incendiorum arcendorum causa uigilias agebant ex Augusti instituto, qui per singulas urbis regiones eos disposuit, præfecto eis ex equestri ordine uiro spectabili, qui præfectus uigilum est appellatus. l. duodecima, & 3. ff. de offic. præf. uigil. l. ultima. ff. de condict. cau. da. l. 2. §. 3. ff. de fugit. l. 58. ff. de furt. Briss. Hinc Cuiacius dicit in Notis suis ad tit. 2. Vlp. de Latinis, §. militia, quod septem uigilum cohortes D. Augustus constituerit ita, ut binas regiones urbis unaquæque cohors tueretur. Constat enim xiiij. fuisse regiones urbis l. 3. de offic. præf. uig. Inter eos, qui Latinus sex annis militasset, ex lege Visellia ius Quiritium consequebatur.

VIGILIA, & frequentius uigiliæ, numero multitudinis, Excubiæ dicuntur. Sed tamen hoc inter se differunt, quòd uigiliæ sunt tantùm nocturnæ: Excubiæ autem, tam nocturnæ, quàm diurnæ. Diuidebantur autem in quaterna horarum spacia, ita ut prima, secunda, tertia & quarta uigilia diceretur. Interdum & uigiliarum nomine ipsos custodes, qui uigilant, accipimus. Adi Thesaur. Steph. Robert. qui indicat & apud Plautum reperiri uigiliam. pro eo die, qui festum diem præcedit. Decreta Pont. non laudant uigilias immodicas, quibus sensus integritas corrumpatur, de consecr. dist. 5. cap. non mediocriter. Spiegelius.

VIGINTI aureos pro libertate retinenda dependere. l. si mulier. ff. de minor.

VIGINTI millia passuum, quomodo accipienda, declarat Alc. in comment. de uerb. sign. in l. in itinere faciendo. Spieg.

VIGINTIQVATVOR horæ. Paul. in l. more Romano. ff. de ferijs. Quicquid, ait, in ijs uiginti quatuor horis, id est, duabus dimidiatis noctibus & luce media actum est: perinde est, quasi qualibet hora lucis actum esset. Spieg.

VIGINTIVIRATVS causis dijudicandis fuit: quod munus magnæ indolis iuuenibus conferri solebat. Illinc enim gradum ad reliquos honores auspicabantur uiri exculti ingenio & doctrina. Et centũuiri, amplissimum iudiciũ, qui populo iura aliquandiu dixère: à quibus nulla erat prouocatio: quorum iudicia Centumuiralia dicebantur. Alexan. Neapol. Genial. dier. lib. 3. cap. 16.

VIGOR. Impp. in l. prohibitum est. de iure fisci. C. lib. x. ad fin. Cum literis nostris cognouerit, non ex arbitrio suo, Cęsarianos ad capiendas easdem uenisse facultates, sed iustitiæ uigorem id fieri statuisse. Interpres uigorem, id est, Principẽ exponit, quòd sit uigor iustitiæ, & animata Lex. Sed apparet, effrenatæ officialium cupiditati oppositam ab Imp. perpetuam & constantem iustitiæ uoluntatem, unicuique sua tribuentem. Siquidem quod firmum & integrum est, rectè uigere nuncupatur. Spiegel.

VIGOR censuræ nostræ absumat, in l. iustissimos. C. de offic. rect. prouinc.

VILE dicitur, quod paruo precio emitur. Nostri rem uilem dicunt, quæ non excedit ualorem 5. aureorum. l. si oleũ. ff. de dolo. l. diuus. ff. de bon. damn. Veruntamen uilis alicui res dicitur, quam pro nihilo habet, & nihili facit. Sp

VILES personas Alc. recitat, in comm. ad l. mercis appellatione. de uerb. sig.

VILITAS, opponitur caritati, l. 2. de iur. hast. fisc. Cod. libro xij.

VILIPENDIVM, & hoc in barbarie uocabulũ natum est.

VILLA, à uehendo, quasi uehilla dicitur, quòd in eam ruri fructus conuehantur ex agris, sicut domus propriè in urbe est. Ein Meierhoff.

Caius Villam appellat Casam l. riparum. §. ultim. ff. de rer. diuisio. Theophilus [Greek], Theocritus [Greek], ut refert Balduinus in commenta. Institut. libro secundo, titulo 1.

VILLA, fundi accessio est: proinde diruta ea, ususfructus non extinguitur. autor Vlpianus l. fundi

usufructu.ff.quib.mod.usfusfruct.amitt.Spiegelius.

VILLA etiam est secessus & secretum, & ita l.ego cum in uilla.ff.de man. uind. in uilla dum dicitur rectè manumissionem fieri apud prætorē sine lictore, inter parietes & secreto eam fieri posse significatur, nec publicam contestationem requiri. Cuia.obseruat. lib.6.c.xx. prope finem.

VILLA diuiditur in urbanam.l.plenum, ff.de usu & habit.Rustic.l. uideamus.Locati.& Fructuariā, in quam fructus deuehuntur: unde & à uehendo uilla dicta Columellæ, quasi uihilla. Spieg.

VILLA dicitur quod in eam, & ab ea conuehantur fructus & euehantur, cum ueneunt. A quo rustici etiam nunc quoq; uiam ueham appellant propter uecturas: & uellam, non uillam, quo uehūt, & unde uehunt. Brech.in l.urbana.ff.de uerb. & rer. sig. Adde Connan.lib.4.c.x.num.5.

VILLA rustica, est ea pars uillæ, quam uillicus, colonus, uel uinitor uel arborator habitandam sibi obtinet, & familiæ uillaticæ, atq; instrumento omni rustico condendo aut continendo. Vlp.in l.si cuius. ff.de usufruct. Ita fundi, ait, ususfructus legatus est: non debet neq; arbores frugiferas excidere, neq; uillam diruere. Vide Bud.in l.uideamus.

VILLA urbana, quæ, eodem teste, & Prætorium dicitur, ea pars est, quam dominus sibi recepit: quæ quia elegātius amœniusq; ædificari solet, & instrui, ideo urbana uocatur, quasi urbani nitoris & elegantiæ plus habens, quàm rusticæ. Spieg.

VILLAM urbanam. Vitruu.lib.6.cap.8.Pseudo urbanam uidetur appellare, quod ea instar ædificiorum urbis, domos haberet, & urbis domos ueluti ementiretur &c. Brech. in l.urbana prædia.ff.de uerborum & rerum signific.

VILLANI, inquit Bud.dicūtur, quòd uillę (unde Villici dicti) ascripti, & colonariæ conditioni addicti, aut ipsi sint, aut eorum maiores fuerint. quarū rerum uestigia non obscura multis in locis extant: quod tamen nomen loquentium inscitia in contumeliam iam uertit. Villanum enim, & uilem, uernacula simplicitas confundit. Vide eum in prior.annotat. & not.in l.non patimur. C. de curs.public. lib.12. Spiegelius.

VILLICA, uxor uillici. Columella: Nec tamen instituendo uillicam, domesticarū rerum uillico remittimus curam, sed tantummodo laborem eius, adiutrice data, leuamus. Spiegel.

VILLICVS, seruus est, qui ruri præest, & agriculturam rusticasq; operas curat, eisq; secundū domini utilitatem præcipit. Huic serui ipsi Agricultores subijciuntur. Alc.de uerb.sig. Pompon.eo.tt.explanat, quando ab hoc dispensator non multum absit. l.urbana familia.

De uillico uerò, cuius etiam meminit Iureconsul. eodē loco, res clara uidetur. & appellatur is, qui uillæ curam habet, uel qui præest toti rei rusticæ. ut etiam inquit Paul.in l.si cum uillico.ff.de institor. ut declarat Di. Hieru. in lib.ad Agasiam, de xj.quæstionib.noui testamenti. Ponitur tñ quandoq; pro rustico agricultore, à uilla uillici nomine indito. Varro libro 1. de re rust. uillicus agri colendi causa constitutus, atq; appellatus à uilla: quòd ab ea in eam conuehuntur fructus, & euehuntur, cum ueneunt. Horat.

Villice syluarum, & mihi me reddentis agelli.

Iuuenal.in 3.Satyr.

Viue bidentis amans, & culti uillicus horti.

Colum.lib.12. Villicus semper caueat, ne improuidè ab opere uincat: res est agrestis, insidiosissima cunctanti. De uillico etiam meminit Alph.in l.in l.censoria.ff.de uerb.sig. & Vlp.de uillica.in l.quæsitum est. §.item fabrum.ff.de fund.Instru.Cott.

VILLICVS est is, qui pręposìtus est rationibus rusticis, fructib.percipiendis, uniuersoq; operi rustico l.8.ff.de instr.leg.l.filio.ff.de adim.leg.l.si cum uillico ff.de inst.act. Sed poetæ hanc solent appellationem transferre ad præfectos quoslibet, ut Iuuenalis ad præfectum urbi scribens de Pegaso Iuriscōsulto:

Pegasus attonitæ positus modò uillicus urbi.

Et ad præfectum ærarij Patauina inscriptio:

Villicus ærarij quondam, nunc cultor agelli.

Cuiac.obseruat.lib. xj.c.37.in prin.

VINACIA, grana uuæ compressæ. Iulian.l.14.in fin.ff.de cond.furt. Idem iuris est uuis subreptis. nā & mustum & uinacia iure condici possunt. Vlp.l.52. §.8.ff.de furt. Idem est & in uuis, & in musto, & in uinaceis. nam & uuarum & musti & uinaceorū nomine furti agere potest. Hot.

VINALIA, feriæ 9. Calen. Maij. degustandis uinis institutę, teste Plinio. Et altera Vinalia, quę aguntur ad 13. Cal.Septemb.

VINARIA uasa, inquit Iulian.propriè uasa torcularia esse placet. Dolia aūt & serias, tádiu in ea causa esse, quamdiu uinū haberent: quum sine uino esse desinerent, in eo numero non esse: quoniam ad aliū usum transferri possent. ueluti si frumentum in his addatur. Eandem causam amphorarum esse: ut quū uinum habeant, tum in uasis uinarijs: quum inanes sint, tum extra numerum uinariorū sint: quia aliud in his addi possit. l.206.ff de uerb.sig. Hot.

VINARIAM nauem Vlpia.in l.21.§.5. ff. de furt. eam interpretatur, in quam uinum effunditur, & unde postea hauritur. Briss.

VINARIVS, pro uinoso & ebrioso. Vlpi.in l.ob quæ.de ædil.edict. Item, aleatores & uinarios non contineri edicto, quosdam respondisse, Pompo. ait. Ibidem in l.ædiles. reputa si imitatione conseruorū apud emptorem talis factus est, aleator fortè, uel uinarius uel erroneus sit. Est etiam Vinarius, uini uenditor. Vnde Lamprid.scribit, Imp. Alexandrum construisse corpora uinariorum, & caligariorum, & omnino omnium artium. Spieg.

VINCERE, pro obtinere. Paul.de publicān. Locatio uectigalium (sic enim legendum) quæ calore licitantis ultra modum solitę conductionis inflatur, ita demum admittenda est, si fideiussores idoneos, & cautiones, is qui licitatione uicerit, offerre paratus sit. Spiegelius.

VINCTVS, pro seruo & compedito. In compedibus enim uincti serui ad agriculturam destinabantur. Porrò, uinctum esse, hoc est, constrictū, & in uinculis esse, distare, Albe.annotauit, per l.si tamen. §.ei qui seruum. ff.de ædil.edict. Spieg.

VINCTVS, quod ad l. Æliam Sentiam attinet, nō uidetur fuisse seruus, licet carcere clausus fuerit, si uincula corpori eius nō sint addita. l.216.ff.de uerbor.sign. Et apud Vlp. in Instit.tit.j. Briss.

VINCVLA appellat Iurisconf. custodiam, compedes, latumias, atq; omnem deniq; corporis coercionem. l.succurritur. quib.ex caus.maior. Præterea eiusmodi alligationē, ut sine dedecore aliquis in publico apparere non possit. l.in eadem caus. eod titu. Quid sit, è uinculis causam dicere, s. dictū in est in dictione Caus. Spiegelius.

VINCVLORVM appellatio in maioribus in integr.restituendis non ad compedibus uinctos tantum pertinet, sed etiam ad parietibus, ueluti Latumijs

mijs inclusos.l.9. In uinculis etiam ij accipiũtur,qui ita alligati sunt, ut sine dedecore in publico parere non possint.l.x.ff.ex quib.cau.maior. Hotom.

VINCVLORVM genera sunt,compedes, pedicæ,manicæ,& catenæ. Sunt & Boiæ damnatorũ torques,quasi iugum boum. Item collaria,quibus in publico blasphemi & lenæ etiamnum alligantur,ut derisui uiatoribus sint.Est & Numella, ligneum instrumentum, quo quis incuruus & quadrupes caput & pedes exerit. Alciat.Comment.de uerborum signific.at.Spiegelius.

VINCVLORVM autẽ appellatione uel publica uel priuata uincula significantur.l.224. ff. de uerbor.sign. Et ideo in edicto prætoris de In integrum restitutione maiorum uerba hæc, Siue in uinculis esset,non ad eum tantùm pertinent,qui publica custodia coercetur,sed ad eum quoq;, qui à latronib. aut prædonibus uel potentioribus ui oppressus uinculis teneatur. Sed & inclusi lautumijs uinctorum numero habentur: quatenus nihil interest, parietibus quis,an compedibus teneatur.

In uinculis quoq; esse accipimus eos, qui ita alligati sunt,ut in publico parere sine dedecore nõ possint.l.9.& l.x.ff.ex quib.cau.maior.

Custodiæ autem appellatione sola publica intelligitur.Et ideò in uinculis custodiâue separantur in l. 3.§.1.Iul.ff.de testib. Et apud Vlp.in Inst.tit.j.

VINCVLVM & obligationis dicimus. l. 67. ff. de procurat. Et æquitatis l.95.§.naturalis.ff.de solutionibus. Vinculum pignoris in l.39. §. curatores. ff. de admin. tut. l.15.§ sed si emptor.ff.de re iud.l.16.C. de locat.l.2.C.de cur.fur.Et ita uinculum restituendæ rei quæ pignori nexa erat dicitur in l. 9. in fin.ff. de suppel.leg. Sic & uinculum in l.xx.ff.qui test. fac. poss. pro uinculo pignoris, quo ab hostib. redempti redemptorib.obstringũtur.l.21 ff.de captiu.& postl. l.8.& l.11.C.eo tit.l.43.§.ult.ff.de leg.lib.j. Quo uinculo resolui intelliguntur si libertas ijs detur.l.70.ff. de adquir.hæred.Briss.

VINCVLVM iuris.Instit.de oblig.in prin.C.de testam.mil.l.quanquam. Cicero dixit memorabiliter pro Cęcin. Qui ius ciuile contemnendum putat, is uincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam utilitatis,uitæq; communis. Et in de fin. paulò ante fin.libri 3.uers. Quemadmodum igitur membris utimur. Et quo modo,inquit,hominum inter homines iuris esse uincula putant, si homini nihil iuris esset cum bestijs. Spiegelius.

VINCVLVM stipulationis l.6.C.si cert.pet.l.6. C.de usur.

VINCVLVM cautionis.l.40.ff.de uulg.& pup. l.13.§.1 de tut. & curat. ut uinculum fideiussionis apud Cassiod.lib 2.Variar.Epist.ad Fruinatem.

VINCVLVM locationis.l.52.§.penult. ff.de fideiussoribus.

VINCVLVM familiæ.l 87.ff.de adq.hæred.

VINCVLVM necessitudinis & adfinitatis. l. 9. ff.de suspect.tutorib.l.ult.C.de codicil.

VINCVLVM religionis.l.j.C.de in lit.iur.

VINCVLVM pœnæ.l.134.ff.de uerb.oblig.

VINCVLVM insulæ.l.5.ff.de interd.& releg.

VINCVLA censualia.l.4.§.si quis inquilinum. ff.de censib.Brissonius.

VINDEMIA, inter eas refertur dictiones, quæ in numero singulari plus,quàm in plurali significãt. Papin.in l.diuortio.solut.matr.utroq; numero protulit.collectis uindemijs, uindemiæ fructus, percepta uindemia & ante uindemiam. Iulian.eleganter Collectæ, pendentem uindemiam opponit. de act. empt.l.qui pendentem.Spieg.

VINDICO,concretum esse uocabulum,coniugata uerba demonstrant: Iudico. Prædico. Dedico, Indico. Et,nisi me animus fallit, à Vim & Dico natũ est: quemadmodum Varro, Iudico à Ius & Dico deriuat. nam in Vindicationibus manus cõseri, & uim quandam adhiberi solitam,quam Cicero Quotidianam,Gellius Festucariã appellat,iampridẽ in comment.orat.pro Cæcin.demonstrauimus: docuimusque uim quam Cicero moribus fieri dicit, Festuca fieri solitam: quam etiam Vindictam appellari Boetius in Topica testis est:ubi uindictam festucam interpretatur. Idem etiã ex Persio intelligitur,qui non alio sensu dixit,

Vindicta postquam meus à Pratore recessi.

quàm illo loco,

Non in festuca, lictor quam iactat inepte. Hot.

VINDICARE est, suum repetere. Exẽpla sunt apud Cic.quamuis mutilata, teste Philippo in Orat. pro L.Muræna.quo loco idem scribit: Vindicare est asserere fiduciariam possessionem rei de qua litigatur,quod lis finiatur. Vindicare est etiam animaduertere in malos. Item uindicatur maiestas publica, cum à sontibus supplicium sumitur.Spieg.

VINDICARE, pro petere per hypothecariam actionem.in l.Paul.respondit.in prin.de pign.

VINDICARE hæreditatem, pro petere hæreditatem.l.si superatus.in prin.ff.de pign.

VINDICARE in hypothecis, est per hypothecariam actionem petere.l.fideiussor. §.Lucius Titi9, ff.de rebus dub.

VINDICARE in seruitutem.l.3. ff.de liber. cau. Nec uerò res corporales tantùm,sed & iura uindicari dicuntur,ueluti hæreditas,usufructus,seruitus l. 1.§.1 ff.de pet.hæred.l.un.§.pen.ff.de remiss.

VINDICARE etiam iniuriam sibi factã exequi & crimen persequi significat.l.2. §. sed & si agant. ff. de iud.l.18.§.1.ff.de iure fisc Briss.

VINDICATIO est,per quam uis & iniuria, & omnino omne quod obfuturum est, defendẽdo aut ulciscendo propulsatur.autor Cic.de Inuent 2.Spiegelius. Adde Balduin.comment.Instit.Iustinian.lib. quarto,titul.1.de lege Aquil. & Connan.libro 1. cap. vj.numero vij.

VINDICATIO uidetur ex antiquis Vindicijs originem duxisse. nam Cicero in Milon.cum actiones calumniosas significaret,ita scribit: Eum deniq;, qui non calumnijs litium,nõ iniustis uindicijs ac sacramẽtis alienos fundos,sed castris, exercitu, signis inferendis petebat. Sed tamen longè aliud Vindicię olim fuerũt,aliud hodie Vindicatio est. quod ex Asconij uerbis in Verrin.3.intelligetur.Hot.

VINDICATIO triplex est,proprietatis,seruitutis,& pignoris l.3.§.est autem.§ Pompon.ff ad exhiben.Proprietatis uindicatio etiam si ea utiliter experiamur,respectu cæterarum directa est, ideoq; eam Harmenopulus conferens cum hypothecaria, quæ uxori in cæteris mariti bonis competit, non malè directam appellauit.Hæc enim propriè uindicatio est, cæteræ quasi uindicationes. Cuiac.obser.& emend. lib.5.cap.29.circa med.

VINDICATIO omnis in rem actio appellatur. l.25.ff de oblig & act.§.appellamus. Instit.de actionibus.Itaq; non eę tantùm actiones,quibus rem nostram esse,sed & quibus pignori obligatam nobis esse intendimus,uindicationes appellantur. Vnde Hypothecaria actio uindicatio pignoris appellatur in

lege 16.§.in uindicatione.ff.de pignoribus. A' uindicando autem uindicatio ducitur. Est autem uindicare uel dominium uel ius aliquod sibi adserere. Inde uindicare suum esse pro eo quod aliàs suum esse petere dicitur.l.27.§.cui legatum.ff.de aur.arg. l.66. ff. de rei uind.l.6.§.sed & si fundũ. ff. de confess. §.nam cui. Instit de actio.l.21.§.1.in fin.ff.de except. rei iud. Et uindicare dominium in l.40. ff de pigner.act. Et uindicare per in rem actionem ius nõ esse alicui resi ciendi.l.3.§.pen.ff. de riuis. Et uindicare pignus creditor dicitur, qui in rem sibi pignori obligatam à possessore petit.l.ult.ff.de pigner. act. l.16. §.creditor. ff. de pignor.l.7.C.de oblig.& act Briss.

VINDICEM in XII.Tab.appellatum, qui alterius causam suscipiebat uindicandã, quem nunc procuratorem dicimus, Boet. in Topic.scribit. Videtur tamen ita potius appellatus, qui iudicio sisti, iudicatumq́; solui satis pro alio dabat. Briss.

VINDICES. Scio in l.1. C. Th. si quacum.præd.t.potest. ciuitatum defensores siue [illegible] ciuitatũ uindices appellari. At uindices illi, quorum Iustinianus in Nou. [illegible], & in Nou. [illegible] meminit, an sint ciuitatum defensores addubito. Nam hi potius uindices à Iustiniano appellari uidentur, qui exigendis tributis, quorum ad curiales anteà exactio pertinebat, ab Anastasio Imperatore in singulis ciuitatibus constituti sunt, uti auctor est Nicephorus lib.16. cap.44. è quibus uerisimile est Iustiniani tempore adhuc in quibusdam ciuitatibus nonnullos superfuisse. Defensores autem ciuitatum siue locorum antiquiores longè sunt, & similes Tribunis plebis, atque ideò defensores plebis appellantur in l.1.C.de off.iurid.Alex. Rursus ab eis diuersi sunt [illegible], ut ex No. [illegible] facilè intelligi potest, qui mittuntur à præfectis prætorio, uel comitibus uel præsidibus iuris dicendi causa, & à Paulo Monacho loci seruatores appellantur lib.6. hist.Longobard & in l 77 de furt.in legib.Lõgobar. & loci Iudices in l.2.C.de exhib.reis. à Iuliano antecessore, uicarij Meminit Anna in Alexiade 4. Adamantem [illegible] Heracleæ & Paphlagoniæ circa pontum Suidas [illegible]. Cæterum uindicibus Anastasianis pares sunt, qui Canonicarij dicuntur in No. [illegible]. & No. [illegible], & in libris Variarum Cassiodori sepissimè. Hi ab exigendis Canonibus canonicarij: illi, quod ab Anastasio decurionum iniquis exactionibus oppositi fuerint, appellati sunt uindices. Cuiac. obseruat.lib.3.cap.14.

VINDICIAE (quod nunc uocant possessoriũ) erant ius possessionis, quo disceptabatur pendente iudicio, penes quem res quæ uendicabatur, deberet remanere. Sic dictæ, quod qui id obtineret, uindicē, id est, prædem dare deberet, nil in re possessa deterius interim facturum. Alc. Vindiciȩ aũt à uindicando tractum: nõ à uindicio, ut Accurs.putauit Vnde uindicari puellam, pro uindicias puellæ secũdum libertatem dari dicimus, hoc est, asseri interim in libertatem, & in possessione libertatis esse. Qua de re post Bud. in annot.priorib. nemo fusius scripsit Rhodigino, lib.9.cap 53. Spiegelius.

De Vindiciarum lite uide Paul.lib.j. Sent.c.21. Itē Iacob Ræuard.ad leges XII.Tab. c.6. Vindicias autem secundum libertatem cedere, Liu.lib.3. intellexit, decernere, ut interim, dum pater puellæ absens accersitur, dumq́; ipsa sui status quæstionē patitur, in possessione ipsa sui, ac libertatis esset, ut uindicias postulare secundum libertatem, pro quod est postulare, ut interim libertate potiretur, ut interpretatur Bud.in prior.annot.in Pand. Imo uindiciarum nomine nihil aliud intelligi, quam assertionem. Cælius lib.17.cap.19. lectio.antiqu.tradit, quæ si à seruitute ad libertatem foret, uindiciæ secundum libertatem dicebaptur. Si uerò à libertate in seruitutem, Vindiciæ secundum seruitutem pronunciabantur. A quibus minimè dissimilia uide apud Alexand.ab Alex. lib.6.c.x. Præcipue autem uide notata à Turneb.lib. 13. aduersar. c 23. Vbi uarias huius dictionis significationes esse ostendit. Cæterum quia Fr.Hotom. lib.1. obserua.c.32. Hermagoreo artificio locum Liuij lib. 3. ualde obscurum, insigniter explicuit, ideo eius explicationem adscribere non pœnitebit. Puella uirginea, quæ in potestate patris absentis erat, in seruitutem petebatur. Cum assertores uindicias secundum libertatem postularent, aduersarij contradicerent, causa ita est constituta. Intentio. Vindiciæ secundũ libertatem decernēdæ sunt. Depulsio, Non sunt. Q. An sint? R. Quia nemo idoneus auctor existit, cui addicantur. Nam si sui iuris puella esset, & tutores adessent, ijs decernerentur, darentur etiam patri, si adesset atq; defenderet. At nemo pro ea, quæ in patris manu sit, iustus est auctor præter patrē. F. At lex indefinitè scripta est, neq; inter filiamfamiliâs aut matremfamiliâs distinguit. D. An lex ita demum uindicias secundum libertatem decerni iubeat, si quis idoneus auctor existat, cui addicantur. Hoc enim Appij uerba, satis alioqui obscura, significare uidentur. In his, inquit, quæ asserantur in libertatem, quia quiuis lege agere possit, id iuris esse, in ea, quæ in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus possessione cedat. Quasi diceret, filiæfamiliâs non asseruntur in libertatem, sed petuntur filiæ.l.j.ff.de rei uind. Præterea non quiuis potest lege agere, pro filiafamiliâs, sed solus pater. Is autem abest, quare nemo existit, cui uindiciæ secundum libertatem attribuantur, q͂d ne cui absurdius uideatur, Vlpiani locum ascribam, ex l.Pomponius 40.ff de procurat.ubi sic ait: Pomponius scribit, non omnes actiones per procuratores quem posse instituere. Denique ut liberi, qui in potestate absentis dicuntur, ducantur, interdictum nõ posse desiderare ait, nisi, ut Iulianus ait, causa cognita, id est, si & nominatim ei mandatũ sit, & pater ualetudine, uel alia iusta causa impediatur. His adde Turneb.aduers.lib.13.c.27.

VINDICTA, pro ultione apud Paul. de iniurijs in l.quod reipublicæ uenerandæ, ut habet uulgata lectio. siue uindicandȩ, ut Bud. legendum existimat. Quia tamen, inquit, non ea mente magistratus facit, ut iniuriam faciat, sed ad uindictam maiestatis publicæ respiciat, actione iniuriarum non tenetur. Spieg.

VINDICTA, inquit Boetius in Topica Ciceronis, est uirgula quædam, quam lictor manumittendi serui capiti imponens, eundem seruum in libertatē uindicabat, dicens quædam uerba solennia. atq; ideo illa uirgula Vindicta uocabatur. Plutarchus de ijs qui tardius à Deo puniuntur: [illegible] Romani, inquit, corporibus quos in libertatem efferunt, tenuem festucam imponunt. Festuca igitur uindicta nominatur a Vindice, ut scribit Liuius libro 2. qui seruus cum adolescentum nobilium coniurationem patefecisset, libertate & ciuitate donatus est. Quare uindicta idem est ut festuca: nec alio sensu dixit Persius,

Vindicta postquam meus à prætore recessi,

quam alio loco,

Non in festuca litem quam gestat in ani. Hor.

Inde uindictam imponere in l.penult.§. pater. ff. de castr.pecul.l.14. in fi.ff.de manumissio. & l.12.§. potest. ff.de liber.caus.l.5. ff.de manu.uind.l.2. C.si aduers.libert.

Et uindicta libertatem imponere l.10. C. qui test. fac. Et uindicta manumittere l.33. ff. de dolo. tit. de manumiss.uindicta.

Et uindicta liberare l.122.§.Flauius.ff.de uerb.oblig.l.15. ff.de manumissionib.l.5. ff.de manum.uind. l.ult.ff.pro derelic. Bris.

VINDICTAM facere, est cedentē fugientemúe insequi, ait Salomon. Paulus in l.quod respubl.ff.de iniur.pro animaduersione & delicto sumit. Sp.

VINEA, locus est uitibus consitus. Caius de in ius uocan. Sed etiam à uinea ait, & balneo & theatro nemo dubitat in ius uocare licere. Vide Bart. in l.certo generi.ff.de Seru.rust.præd.& simul Glos. quam Albericus commendat. Sp.

VINI appellatione quę ueniant, docēt Iuriscons. l.j.& iij.§.j. & l. si quis uinum. ff. de Trit.uin. & oleo leg. A ui deductum uolunt nonnulli, quod uim inferat menti. Notum ex Plinio in prouerbium cessisse, Sapientiam uino obumbrari. Vnde nostri, wein hynein/witz hinauß. In prouerbijs item Ecclesiasticis duo referuntur, quæ sapientem etiā dementent, uinum & mulieres. Vide Albericum in l.j. C.Si quis Imp.maledix.Sp.

VINI uitia celebrata duo inprimis sunt, acor & mucor, de quibus in l. si quis uina. ff. de pericul. & com.rei uend. Budæus in l. In uenditionibus. ff. de contrah.empt.Porcat.in penu iur.ciuil.cap.9.

VINI autem genera quędam enumerantur in d. l.9. Vinaria uasa propriè torcularia esse placet: Dolia autem & seriæ tamdiu in ea causa sunt, quamdiu uinum habeant: cùm uerò sine uino esse desierint, in eo numero non sunt l.206.ff.de uerb.signific. Seriarum autem, cadorum, cupparum, culleorum, in quibus uinum diffundi solebat, fit mentio in l.15.§. proprietatis. ff.de usufr. l.93.§. penult. ff. de legat. lib.j. l.3.§.1.l.16.l.14.ff.de trit.uino. Bris.

VINITOR, rusticus uinearum cultor appellatur. & de eo loquitur Vlpianus in l.instrumenta fundi.ff.de fund.instr.(nam ita scribendum est, ex antiquis exemplaribus: nō monitor, ut in impressis codicibus legitur.) & ideo Colum. lib.j. refert, quód separandi sunt aratores à uinitorib. & in iiij. Is, inquit, uinitor, licet sit emptus sex, uel potius octo millibus sextertijs. Vergil.Georg.ij.

Iam canit extremos effœtus uinitor antes.

Sedulius poeta Christianus.

Sordida impressum calcabit uinitor uuam. Cotta.

VINO legato, ea demum uasa sequūtur, quæ ita diffusa sunt, ut non ad perpetuum usum uasa reseruarentur: ueluti amphoræ, & cadi. uerba sunt Iureconsult. in l.uino. ff. de trit. uino, oleoq́; leg. in quo loco Amphora pro uase uinario paruo habetur, utpote continens heminas nonaginta sex. Hemina autem mensura est unciarum xij. ita quod amphora ad medietatem unius metretæ Mediol. non ascendit: Cadus autem ex congijs decem constat: Congius heminas duodecim continet. & sic inter amphoram & cadum non multū interest. Simile responsum habetur per Vlp. in l.iij.eo.tit. tamen cum ex facto inci disset in promissione facta de duabus ampullis uini, cottannis præstandis episcopo Torrelano, cōsuluit Fulg.cons.ccxxxj.in quodam instrumento. Ampullas non deberi. argu. l.ueteribus. ff. de pact. Largior enim fit interpretatio in ultimis uolūtatibus, quàm in contractibus. Prohibet sacra scriptura uinum regibus dari: quia nullum ibi arcanum inuenitur, ubi regnet ebrietas. unde in prouerbium abijt, In uino ueritas. de quo Erasmus in Prouerbijs. Cotta.

VINVM cum uasis legatum. Proculus l.pen. de trit.& uin.leg. Illud uerum esse puto, cui uinum cum uasis legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus uina diffusa seruamus legatos esse. Old.

VINVM aminæum est præstantissimum, de quo l.fi.§.fi. ff.de trit.uino & oleo. quod & Falernum appellatur, l.legatum.§.fi ff.de annu.lega à loco ut recte suspicatur Accur. à Falerno enim Cāpaniæ agro seu monte dictū est. Martialis. Nec in Falerno monte maior autumnus. Porcat.in sua penu iur ciu.ca.7.

VINVM doliare omnes ferè apud Vlpianū exponunt, quod in dolio cōditum est, ad uini pendentis discrimen: præsertim cum uinum pendens, ipsas uuas significet, & uindemiam nondū collectam. Nā uinum pro uuis dici, locus ille Plauti clarissimè indicat. Tum uinum priusquam coactum est pendet putidum. Sed Turnebus aduersariorum lib.1. cap.1. uinū doliare potius putat dici ad discrimen uini diffusi, cuius rei testem citat Proculum Iurisconsultum: Is quidem, ego (inquit) etsi dolia in uasis uinarijs nō sunt, non tamē non concederem Trebatio, quod in dolijs esset, id est, quod in uasis nō esset, legatum: Illud uerum esse puto, cui uinum legatum cum uasis erit, ei amphoras & cados, in quibus uina diffusa seruamus, legatos esse. Vinum autem doliare uinū est nouum, quod quia uetustatem non habet, quæ diffuso quæritur & uino maturitatem & suauitatem affert, ideò minoris erat precij. Vinum de dolio appellat Cicero, ut in Bruto. Num igitur qui hoc sentiat, si is potare uelit, de dolio sibi hauriendum putet? Appellat & uinum de cupa, ut in Pisonem, Panis & uinum à propala & de cupa. Itidem & Plutarchus uinū de dolio nouum esse ostendit, cuius uerba sunt, [illegible]: id est isto ueteri & miti uino reiecto durum & immite de dolio bibimus, culicum turba perstrepens.

VINVM diffusum est quod in amphoras & cados apothecarum ad asseruandum fusum est. Plinius apothecas fuisse, & diffundi solita uina, anno DCXXXIII urbis apparet indubitato Opimiani uini argumēto. De diffuso uino ita scribit Horat.

Vina bibes iterum Tauro diffusa

Et Iuuenalis

Ipse capillato diffusum consule potat.

Defundere autē uinum est de dolio in craterem aut de cratere in pateram fundere. In Horatio igitur rectè conijcit uir doctissimus Lambinus scribendum,

Et nisi ..... pateris defundere uinum.

Id enim est in pateram uel trullam fundere & bibere. Et lib.2. de finibus: Quibus uinum defusum sit è pleno Oenophoro, id est deorsum in paterā aut poculum, fusum. Et apud Maronem:

Hæc ait & liquidum Ambrosiæ defudit honorem.

Schardius, ex Turneb. aduersariorum libro primo capite 1.

VINVM doliare. Vlpian. de Peric. & commod. rei uendit. lege prima. Si doliare uinum emeris, &c. Doliare uinum dicitur, ad differētiam uini pendentis. Vide Caton. cap.cxlviij. Quæ sit lex uino in dolijs. Spieg. Adde Connan. libro septimo capite decimo num.2.

VINVM diffusum. Vide, Dolium.

VINVM paternum l. si quis uinum. §. uino auté. ff. de Trit. uin. & ol. leg.

VINI falerni, quod domi nasceretur, quotannis in annos singulos binos culleos hæres meus Attio dato. Etiam pro eo anno, quo nihil uini natú esset, deberi duos culleos, si modó ex uindemia cæterorum annorum dari possunt, Iabolenus respondit l. legatum ita est. de Ann. legat. Sp.

VINVM si quis legauerit, omne cōtinetur, quod ex uinea natum, uinum permansit: sed si mulsum factum sit uini appellatione nō continebitur propriè: nisi fortè paterfa. etiam de hoc sensit. Certè Zithum, quod in quibusdā prouincijs ex tritico, uel hordeo, uel ex pane conficitur, nō continebitur. Simili modo, nec camum, nec ceruisia cōtinebitur: nec hydromeli quidem conditum, nec hoc puto, nisi alia mens testantis fuit. Oenomelli planè, id est, dulcissimum uinum & passum, nisi contraria sit mens, continebitur: Defrutum non continebitur, quód potius conditurae loco fuit. Acinaticium planè uino cōtinetur. Cidoneum, & si qua alia sunt, quæ non ex uinea fuerint, uini appellatione nó continebuntur. Item acetum uini appellatione non cōtinebitur: Hæc omnia ita demum uini nomine non continebuntur, si modo uini numero à testatore nō sint habita. Alioquin Sabinus scribit, omnia uini appellatione contineri, quæ uini numero paterfam. habuit: Igitur & acetú, quod uini numero paterfam. habuit, Zythum & camum, & cętera quæq. pro hominum affectione atq. usu uini numero habebuntur: Hæc Vlpia. de tritico, uino oleoq. leg. Maffeus. Adde Forcat. in penu suo iur. ciu. cap. 8. in princ.

VINVM fæcatū dicitur uinum ex fæce factum. Nam cum e dolijs nō multo post uindemiam in alia uasa transfertur uinum, residet in doliorum fundo fex qua in fiscinas fæcarias coniecta, torquendo uinum fæcatum exprimitur.

VINVM nardinum est, quod uel nardo, uel unguento nardino conditū est, ueteres enim, ut Theophrastus auctor est, unguentum miscebāt uino, idq. nonnulli in compotatione ipsa subito faciebant, alij autem iam ante medicatum & curatum habebant. Turnebus lib. 2. cap. 29.

VINVM Surrentinum. Lege, Vinalia.

VINVM spurcare. Quære, Spurcare uinum.

VINVM uetus, dicitur anno lapso. Si enim mustū, ait Alciatus, à Calendis Nouembribus, quo tempore defæcatum esse incipit, nouum uinum dicitur l. iubemus. C. de erog. mil. lib. xij. Apparet non prius uetus appellari, quam aliud nouum collectum sit l. Vetus. de trit. uin. & ol. leg. Vult tamen hac in re ad consuetudinem regionis esse attendendum. Adi & Bartol. in l. Cùm quid. ff. Si cert. peta. & in d. l. Iubemus. Oldend.

VINVM uetustum. Eius meminit Scæuola de leg. iij. Columella li. iij. de re rustica paulò ante finē: Neq. enim, ait, post annos quindecim, uel paulo plures deprehēdi potest ignobilitas in gustu, quoniam fere omne uinum id tempus eam qualitatem sortitur, ut uetustas acquirat bonitatem. Oldend.

VIOLARE, propriè de uirgine dicitur: transfertur tamen ad alia. ut uiolare ius legationis, uiolare sacra, muros, & loca religiosa, parentes, fœdus, legē. Vnde uiolatæ Legis reus habeatur leg. j. C. de Petit. bon. sublat. lib. x. Sp.

VIOLATI pudoris macula adspergi, apud Impp. in l. diuo Marco. C. de Pœn. Sp.

VIOLATOR pacis, id est raptor, puniēdus, per text. §. si uerò pacis. de Pace tenen. in Vsibus Feud. l. fin. sub fin. ff. de Re milit.

VIOLENTER, à uiolēs aduerbium, ut uult Acron. Nostris est frequēs, pro eo quod ui actū, factū, gestumue esse intelligi uolūt. Terent. in Phorm. Violenter tolerare, pro ægre & inuito usurpauit. Sp.

VIOLENTES, p uiolenti, in Aut. Vt om. obed. iud. prou. §. arripiat. ut uiolens pro uiolento, apud Horatium, teste Budæo. Sp.

VIOLENTIA. Sub uno uiolētiæ nomine multa facinora continentur, teste Imp. Constantino l. quoniam. C. de Mulier. quæ se propr. ser. iunx. Sp.

VIOLENTVS possessor, qui expulso ueteri possessore adquisitam per uim rerum possessionem obtinet: aut qui in hoc ipsum aptus & præparatus uenit, ut contra bonos mores auxilio, cui resisti non possit, fretus, ingrediēs in possessionem uim faciat, definitore Old. Sp.

VIR à Latinis dicitur, quod maior in eo uis est, quam in fœmina, ut testis est Lactantius in lib. de Opificio Dei & hinc uirtus nomen accepit. Nā plus roboris maribus attributum est, ait ipse Lactantius cap. 12. quo facilius ad patientiam iugi maritalis fœminæ cogerentur. Sic à Gręcis dicitur [illegible] quod ut à Latinis [illegible] & per Syncopē [illegible]. Brechæus in l. Hominis. ff. de uerb. & rer. sig.

VIR, pro marito, in l. j. §. est quæstio. ff. Pro dote. Aliquando respectum ætatis dicit, ut apud Plinium, cum ait: Quod nō modò in puero, siue adolescente, sed etiam in uiro admiratione dignū uideretur. Aliquando respectum sexus habet, ut apud eundē: Viros auidiores Veneris hyeme, fœminas æstate, Hesiod. prodidit. Vide Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. in fin. & in l. seruis. de Leg. iij Sp.

VIR bonus, qui iuri naturali obtemperat, & uoluntatem suam illi cōformem facit, eamq. sequitur. Itē Vir bonus dicitur, qui facit alteri, quod sibi uult fieri l. j. circa medium. ff. de Solut. Indicauit & Alb. In iure Ciuili iudex est: & nomē Viri, est sæpe dignitatis. refertur enim ad uirtutem, uimq. animi & corporis l. j. C. de Dignit. lib. xij. Sp.

VIR, appellatio domestica & familiaris. Cum uerò prodit foràs & aliquo se communi hominū commercio implicat, ciuis potius quàm uiri munere defungitur, ut annotauit lib. 6 cap. 8. num. 2.

VIRES, pro potestate, siue facultate patrimonij. Vlp. in fin. l. j. de Lega. ij. uelut certam quantitatem, exprimit pro uiribus scilicet patrimonij. Sp.

VIRI boni arbitrium, quod omnibus ferè stipulationibus olim comprehēdebatur, idoneæ & integræ existimationis diligentisq. circumspecti, & considerati patrisfa. arbitrium significabat l. 20. §. ult. ff. de oper. libert. l. 21. §. siue autem. ff. de noui oper. l. 9. in princip. & §. sed si lapidicinas l. 13. in fi. l. 15. §. & si uestimentorum l. 65. ff. de usufru. l. 18. §. & cuius. ff. de damn. infe. l. 47. §. si Sticho. ff. de fideic. libert. l. 13. ff. de annu. leg. l. 1. ff. de lega. lib. 2. l. 17. l. 18. ff. iudic. sol. l. 50. ff. solu. matr. & alijs infinitis locis. Qua de re etiam suprà lib. 2. nonnihil dixi. Bris.

VIRIBVS præturæ compelli, hoc est potestate: & ut nunc uulgò dicimus, ex officio iudicis leg. ij. in prin. de Iud. Sp.

VIRIDIS appellatione interdum etiam totam hæreditatem contineri dicendum est, ut ait Vlpia. de uerb. signif. Maffeus.

VIRILE, quod est uiri: ut, uirile officium, munus leg. j. Quan. mul. tut. offic. fun. pot. l. penult. ff. de

Eden.

Eden.l fœminæ.ff.de Reg.iur. Spieg.

VIRILES portiones æquales Paul. interpretatur in lib.iij. Sent.tit.ij.quæ scilicet pro numero personarũ & in capita cõstituuntur ut tot fiãt, quot sunt & personæ l.1.§. nũc tractemus. ff.de tut.& rat. distr. l.7.ff.de fideiussorib.tut.l.41.ff.de re iudic.l.54.§.ult. de legat.j.l.67.§.si duos.ff.de legat.ij.

VIRILIS portio in legatis cõseruandis post petitam contra tabulas bonorũ possessionem quomodo accipienda sit, uide l.8.ff.de legat.præstand. Bris.

VIRILIS appellatione in l.Papia, etiã interdum tota hæreditas continetur l.145.ff.de uerb.sign.Br.

VIRILIA, pluraliter tantũ, ueręda, pudẽda, Plinio,& Canonistis, tit.de Corpore uitiatis.c.3.& seq.

VIRILIS. Vna atq; altera significatione hæc dictio, uirilis, accipitur, tum à linguæ Latinæ auctoribus, tum etiam à nostris Iureconsultis. Nã quod dicimus aliquãdo pro uirili parte quicquam facere, id pro uiribus, pro potestate, & quatenus in facultate nostra est positũ, intelligimus. Cicero act.5. in Verrem. Quæris (inquit) cur ei sim inimicus, cui Po Romanus infestus sit? qui præsertim plus etiam, quam pars uirilis postulat, pro uoluntate Po. Romani, oneris ac muneris suscipere debeam. Virilis etiam dicitur, quod ad uirum pertinet, & uirum decet summa uirtute pręditum (est enim à uiro uirtus dicta, ut testis est Cicero lib.2.Tusc.Quæst.) ut uirilis animus, id est, fortis, & [illegible] Dicebatur etiã uirilis toga uirorum uestimentum à Romanis. Solebant enim prætextam pueri ad uirilem usq; ætatẽ deferre. Deposita uerò & dimissa prætexta post pubertatẽ, decimo uidelicet & septimo ætatis anno, togam sumebant: quæ ideo uirilis dicta est. Præterea, uirile pro ciuili usurpauit Callistratus in l.fœminæ ff.de edendo. Quo loco dixit, fœminas remotas uideri ab officio argentariæ, cum ea opera uirilis sit, id est, uirile negocium & ciuile, ut uisum est Francis.Conn.lib.6. Commentarior iuris ciuilis. Alioqui uirilis appellatio ad singulas & ęquales partes refertur pro numero personarum l.unicus. §. sin autem legatarij. C. de Caducis tollend. Vt cum dicimus, hęredes pro uirili teneri. Idem de pluribus una eademq; obligatione compræhensis, cum pro uirili, [illegible] non in solidum tenetur. Sed Vlpianus hoc loco uirilis nomen, totũ ac reliquum quandoq; significare scripsit. Vt cum duo in partes æquales instituti sunt, altero eorum mortuo, uel qui eiurauit hæreditatem, totum accrescit alteri. Sic uirilis appellatio ad totum reducitur. Brechæus in l. uirilis. ff. de uerb & rer.sig.

VIRILIS toga appellabatur toga pura Sic enim scribit ad Atticum Cicero libro nono, Volo Ciceroni meo togam puram dare. Dicebaturq; toga pura, quod ei nulla purpura esset prætexta. Ræuardus in cõm l.2.§.itẽ impubes ad tit.pand.de diuers.reg.iur.

VIRILIS uigor complectitur post tempus annorum uigintiquinq; l j.ff. de Minor. Sp.

VIRILITAS pro testiculis l.5.in fi.ff.ad l.Corn. de sicar.Martial.lib.ix.Epigr.

> *Non puer auari sectus arte mangonis*
> *Virilitatis damna mœret ereptæ.*

Plinius lib.xxxv. cap.xij. Galli Samia testa uirilitatem sibi amputant. Quint.Dec.cccxl.Mango iratus, ait, illi fortasse preciũ excisa uirilitate producet. Et in Instit. Orat.lib. v.cap.xiij. Non alio medius fidius modo docentiũ, quàm quo mancipiorum negociatores formæ puerorum excisa uirilitate lenocinantur. Apul.lib.viij.de Asino aur. Fuga detestabilem illum exectorem uirilitatis meæ relinquentem. Bris.

VIRILITER, Cicero in Offic. Quod uiriliter, animoq; magno fit, id dignum uiro, & decorũ uidetur. Id est, fortiter. Viri nãq; animus fortis esse debet.

VIRIOLAE inter ornamẽta mulierum enumerantur ab Vlp.in l.argumento.§. muliebri. ff.de aur. & arg.leg. & à Scæuola in l.ultim.§.ultim. eod.tit. & puto diminutiuum esse à uirijs, minoresque anulos significare, quos uulgus corrupto uocabulo uergetas nuncupat. & de his meminit Plini. Nat.hist.li 33. cap.3.ubi etiam de armillis mẽtio est de quibus etiã Iureconsul. in loco suprà allegato. & diuus Hieron. Adde Tiraquellum in l.3. connub.gl.1.part.3.nu.27. in Esaia: Illa, inquiens, auferet Dominus, ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas. Dicuntur etiam ornamenta ea, quę militares uiri ab imperatoribus donati, in sinistris brachijs gerere consueuerunt: quæ Prisci. brachialia uocitauit. & de armillis militaribus Liuius, Cæsar, & cæteri. proinde eleganter Iureconsult. uiriolas & armillas simul enumerant. Cotta.

VIRIPOTENS uirgo dicitur matura & nubilis uirgo, & quæ iam uirũ pati potest l.13. ff. de uerb. signific.l.101.ff.de condic. & demonstrat. Bris.

VIRGATORES, lorarij carnifices, qui uirgis cædunt. Apud Romanos morti addictus uirgis cædebatur: deinde necabatur. Interim cum facinus nõ erat graue, satis habebant, uirgis cædere. Tum etiam qui creditoribus addicebantur, multa turpia & miseranda patiebantur, nexi apud creditores, multasq; seruili more in tergo plagas. Huic modo subuenére Leges Porcia & Sempronia: quæ liberũ corpus Romani ciuis, uirgis, aut alijs uerberib. cædi uerant. Sp.

VIRGILII testimonium, appellat Martianus in l.in tantũ. ad fin. de Diuis. rer. Viues credit eum Iulio Cæsari nec cognitum, nec uisum, neq; item Ciceroni: & rectè, mea quidem sententia. Sunt ex recentioribus, qui Vergilium non Virgilium scribi debere autumẽt. De hoc uide Castigationes Pierij in Virgilium. Spieg.

VIRGO, à uirtute uidetur originẽ uocabuli trahere: ut ex ipso nomine semper se admoneri cognoscat. ut Fulgentius refert Epist.iij. ad Probam. Vlp. Quod si ego me uirginem emere putarem, cũ esset mulier, emptio non ualebit. Cæterùm per uirginem intelligimus puerum, siue masculus, siue fœmella is fuerit, qui adhuc incorruptus est, & Veneris usum non expertus. Dicitur autem & de alijs rebus illibatis, intactis & incorruptis. Vnde Martialis chartam nondum contrectatam inuulgatamq; uocat uirginem. Et Plinius terram dixit synceram & intactam, neq; à metallis refossam, aut attaminatam. Sp.

VIRGO nõnunquã etiã ꝓ muliere accipitur, ut uidere est apud Terẽtium in Adelphis, q uirginẽ ꝓ muliere ἀρχαϊσμῷ dixit Donato teste. Virgo (inqt) est cũ matre. Et idẽ paulo pòst actu.iiij.Scęn.7. Virginẽ uocauit, q̃ etiã cũ uiro fuit. Illinc (ait) huc trãsfertur uirgo, hic uirginẽ (ut autor est Donatus) ꝓ muliere corrupta posuit: ut apud Virgilium. Ah uirgo infœlix. Sic Athenis Erechthæi Regis filias Cicero libro 5. de finibus bonorum & malorũ per quandam [illegible] hoc est, uirgines appellatas fuisse scribit, quæ pro patriæ salute mortem feruntur cõtempsisse. Hæ inquam uirgines Hyacinthides cognominabantur, quæ quidẽ quanquam uirgines appellatæ sint, non abstinuere tamen uirorum cõcubitu. Brechæus in l.Mulieris in tit. de uerb. & rer.signif.

VIRGINES Dei, & uirgines hominũ quæ appellentur,

lentur, annotauit apud Tertullianum Dn. Rhenanus in Argumēto libri, de Virginibus uelandis. Sp.

VIRGINES Vestales. Vide Old. in cap. v. Tit. j. l. xij. Tabul.

VIRGINARI, hoc est uirgines agere, uocabulū apud Tertullianū deprauatum, restituit Rhenanus.

VIRIDIARIA, loca significant uirentibus herbis graminibusq; & arbustis consita l. 26. ff. de instr. uel instr. Et apud Vlp. in Instit. tit. vj. Et Suet. in Tiber. cap. lx. Et Lamprid. in Heliogabalo. & Veget. lib. iiij. cap. vj. appellātur. & Virdiaria prout in Pand. Flor. scriptum est in l. 13. §. fructuarius. & §. si ædium. ff. de usufr. & l. 8. in fi. ff. de instr. uel instr. Et uiridia in l. 79. in fi. ff. de uerb. signif. l. 15. ff. de seruit. l. 12. ff. de seruit. urb. Et apud Vitru. lib. vj. cap. vj. & lib. v. ca. ix. & Senec. Epist. xv. lib. 1. Et sic cisternam uiridibus subditam apud eundem accipe li. xiij. Epist. Et Ambulationes pressis ac tonsis uiridib. umbrosas apud Plin. li. v. Epist. ad Apollinarē, Macrob. lib. j. Saturn. cap. iiij. uiridia cū ἀρτικλῳ accipiuntur, genitiuum in ium faciunt, ut uiridia prata, uiridium pratorum. Cùm uerò ipsam loci uiriditatem significare uolumus, uiridiorum dicimus: ut cùm dicitur, Formosa facies uiridiorū. Apparet autē ex d. l. 26. etiam in dolijs defodi uiridiaria consueuisse aggesta terra. Quin & in fenestris amœnitatis gratia interdum habebantur, ut ex Martiale, & ex Plin. lib. xix. cap. iiij. intelligimus. Supra ædificia quoq; uiridiaria habuisse Rō. ostendit l. 12. ff. de seruit. ur. præd. Bris.

VIRIDARII serui dicūtur Vlpiano, qui uiridariorum curam habent. Sunt autem Iaboleno uiridaria, arboribus uirentibus loca consita, quæ uiridaria item dicimus. Sp.

VIRIDI obseruantia, ualere, pro semper in suo uigore permanere l. Arriani. C. de Hær.

VIRIOLAE, armillæ erant ex gemmis, margaritisq; auro cælatis, quibus utebantur Celtæ, id est Galli. Dicebantur itē Viriæ: atq; ijs utebātur Celtiberi, id est Hispani. Vlp. de Aur. & arg. leg. l. argumēto. Armillæ, inqt, uiriolæ, annuli, præter signatorios. Et infrà l. medico. Lineas duas ex margaritis & uiriolas ex smaragdis. Paul. de Opt. leg. l. si tibi. Si ex quatuor, inquit, uiriolis duæ. Nebriss. & ibi. Bart.

VIRIOLARVM, hoc est ornamentorū, ut Bayfius opinatur, quę gemmis uiridibus fiebant, meminère Vlp. l. argumento: Scęuola l. fin. eod. & Paul. in l. si tibi electio. de Op. leg. quod quid fuerit, mihi inquit, incompertum est. D. Alciatus arbitratur, uiriolas nihil cōmune habere cū uiridi colore. Quandoquidem cōstat, inquit, uiriolas quoq; ex auro facti-tari consueuisse, citatq; Iurisc. de Cōtrah. empt. l. qui tamen. Vide eum in Parerg. cap. xviij. lib. 4. Sp.

VIRTVS, uis illa qua res cuius est uirtus, perfecta redditur. Cicer. de Finibus: Atqui in sensibus est & sua cuiq; uirtus. Sp.

VIRTVTIS definitionē Aristotelicam Philippus & commendat & explanat, lib. j. Philosoph. Moral. Ipse breuiter, sed exactè definit, uirtutem esse habitum, qui inclinat uoluntatem ad obediendum rectæ rationi. Spieg.

VIRTVTEM esse iusticiam quādam, Plato differit: quia sit concordia uiriū hominis inter sese, hoc est obedientia appetitionum ad rationem. Et econtrà uitium, seu iniusticiam, definit esse harū uirium discordiam & seditionem. Vide Philippum lib. j. Philosoph. Moral. Sp.

VIRTVTEM omnem in se complectitur iusticia. Vide Erasm. in Chiliad. & Melanth. Epit. Philosoph. Moral. in prin. lib. ij. & in Comment. ad Ethic. Aristot. ubi tractat de uniuersali iusticia. Sp.

VIS dicitur, quicquid nullo iure fit, contra liberam alicuius uolūtatem. De qua elegantissimè tractat Cicero in Oratione pro Cecinna, Cùm de iure (inquiens) & legitimis hominum controuersijs loquimur, & in his rebus uim nominamus, pertenuis uis intelligi debet. Vnde in hac significatione, Vis & Ius, opponuntur. Callistratus in l. Extat. §. j ff. Quod met. causa. Atq; per hæc duo contraria, distingui humanam uitam longo interuallo a beluina, Cicero in Oratione pro P. Sestio pulchrè docet. Old.

VIS, est necessitas rei faciundæ, præter uoluntatem nostram exorta. Vel, est maioris rei impetus, cui resisti non potest lege secunda. Quod met. caus. Spiegelius.

VIS deniq; accipitur pro uirtute quadam efficaci, hoc est, quæ potens est producere effectum. Quo sensu Cicero dixit de finibus: Atq; in sensibus est & sua cuiq; uirtus. Sic in Tit. ff. de legib. Modestinus, Legis uirtus, inquit, est, imperare, uetare, permittere, punire. Et Celsus, Scire leges, ait, nō est uerba earum tenere, sed uim & potestatem. Et in l. Qui decē. §. Stichū. ff. de solutionib. Hac phrasi promiscuè dicere solemus, Vi concessionis, aut uirtute cōcessionis. Item, in uirtute obedientiæ, pro ui obedientiæ. Eodem modo intelligenda est definitio tutelæ, Instit. de tutel. §. j & in l. j ff. eo. tit. Old.

VIS apud nostrates, ait Alc. ius ipsum significat. Vnde tutela definitur, uis atq; potestas in capite libero. Cuius ratio est, quoniam iure Gentium ex uiribus iura metiebātur. Vnde accipitur & quandoq; pro effectu temporali. Paulus l j. de Statu lib. Fiunt, inquit, statuliberi, uel cōditione expressa, uel ui ipsa, ut cū creditoris fraudandi causa manumittūtur, &c. Aliquando pro uero effectu, ut apud Marcellum, l. qui decem. §. Stichum. de Solut. Et qui hominem stipulatus est, promissor eū dando, qui tunc illi seruierat, liberatur ui ipsa. Dicitur autem uis à Græco βία, cuius contrarium, & κατὰ ἀντίφρασιν est ius. Vnde ad differētiam eius, quod ipso iure fit, dicimus aliquid in effectu, uel ui ipsa factum. Solet autem uis uarijs modis deduci in iudicium. Alia est enim

VIS ablatiua, cum quis ab inuito aufert. unde actio ui bon. rapt. prodita est, & publici iudicij Lex Iulia de Vi. Est & quæ uocatur

VIS atrox & armata. Vlpian. in l. j. ff. Quod met. caus. Vis enim, inquit, fiebat mentio, propter necessitatem impositam contrariam uoluntati. Et Paul. in l. seq. Vis autem, ait, est maioris rei impetus, qui repelli non potest. Accedit l. j. C. Commod. & l. Si ea res. ff. de act. emp. Olden. Compulsiua uis est, cùm quis inuitus compellitur ut alij consentiat. Aduersus hanc multa introducuntur remedia. I. Constitutio diui Marci, in l. Extat. ff. Quod metus causa. Et totus ille Titulus. II. l. penulti. ff de ui priuat. Quæ d. l. Extat. crassius exponit. III. l. Si quis in tantam. C. Vnde ui. IIII. l. Miles. §. Iudicati. ff. de re iudicat. V. Constitutio Maximiliani, Anno 1495. Vuormatiæ. VI. Constitut. Caroli V, Anno 1521. Vuormatiæ. VII. Constitutio Friderici, Tit. de statut. & consuetud. contra liberta. Ecclesia. VIII. l. Hi qui ædes alienas. ff. Ad Legem Iuliam de ui public. In Codice Theodosiano, eodem titul. est elegans constitutio aduersus illatam uim. Old.

VIS diuina dicitur, quæ fato accidit supra omnē hominum custodiam. Et propterea nuncupatur uis maior in l. Ex conducto l. Si merces. §. Vis maior. ff. Locat.

Locat. l. Fluminum. §. Seruius quoq; ff. de dam. infect. Oldend.

Vis expulsiua, quæ, si cum telo fiat, etiam uis armata antiquis dicitur: qua fundo deiectum possessorem interdicto unde ui, Prætor absq; exceptione, quod alter ab altero ui, clàm uel precariò possideat, restituit. Alia est

Vis exturbatiua, cum uterq; litigantium possidere se affirmat, aut aliũ expugnare nititur. Cui malo ut obuiã eat Prætor, Vti possidetis, ita possideatis, interdicit, dum tamen nec ui, nec clàm nec precariò, alter ab altero possideat l. j. uti possid. Alia

Vis fluminis etiam sine tempestate accipienda est, ait Vlpian. Item, uim fluminis, inquit, intelligimus: & si magnitudo eius impedimẽto sit, siue pons solutus sit, uel nauigium non stet. l. ij. § quod diximus. ff Si quis caut. Sp.

Vis est inquietatiua, ut cum in meo ædificas: unde Prætor, quod ui, aut clàm factum est, restitui iubet. Alia est

Vis imminens, nõ ipsa tantum percussio, sed armorum terror, signaq;, ac actus manifestæ uoluntatis nocendi, accipienda est. Baldus existimauit, licere aduersarium præueniendo cedere, quando uidet præparamenta ad offendendum. Accursij, Baldi, & Angeli Aretini sentẽtia est: Vbicunq; periculosa est cunctatio, præuenire, semper iustæ defensionis esse. Caius ad Legem Aquil. Si seruum tuum latronem mihi insidiantẽ occidero, securus ero. Nã aduersus periculũ naturalis ratio permittit se defendere. Sp.

Vis maior est, inquit Caius, quam Græci [illegible] appellant l. 25. §. 5. ff. locat. id est ea quæ consilio humano neq; prouideri neq; uitari potest. & est animaduersio Dei in homines, cuius euitandæ ipse facultatem ademit: ueluti fulgura, grandines. Cic. 11. De inuen. Defensoris, inquit, conquestio calamitatis eius, quæ non culpa, sed ui maiore quadam acciderit, &c. Plinius lib. 18. cap. 28. in fi. Ante omnia autem duo genera esse cœlestis iniuriæ meminisse debemus. Vnum quod tempestates uocamus: in quibus grandines, procellæ, cæteraq; similia intelliguntur: quæ quũ acciderint, uis maior appellatur. Hæc ab horridis syderibus exeunt, ueluti Arcturo, Orione, Hœdis. Alia sunt illa quæ silente cœlo, serenisq; noctibus fiunt, nullo sentiente nisi quum facta sunt. Publica hæc & magnæ differentiæ à prioribus, alijs rubiginem, alijs uredinem, alijs carbunculum appellantibus, omnibus uerò sterilitatem. Similiter, Vis diuina dicitur, quæ non ab hominibus sed admirabili quadam Dei potentia infertur. Vlp. l. 24 §. 4. ff. de dam. inf. Ita cum teneri, si ædificij uitio id acciderit, non si uiolentia uentorum, uel qua alia ratione quæ uim habet diuinã. quod enim tam firmum ædificiũ est ut fluminis, aut maris, aut tempestatis, aut ruinæ, incendij, aut terræmotus uim sustinere possit? Hot.

Vis nõ dicitur, quę uerbis fit, sed facto. qui enim aliter quam facto cogitur, aut propria uolũtate, uim non patitur. Quod in interdicto, Vim fieri ueto, maximè dicendum argumento uerbi, fieri l. pen. §. fi. Si usufr. pet.

Vis publica dicitur quæ armis infertur. §. item Lex Iulia Instit. de public. iudic. quia armorum usus publicus est non priuatus l. 1. C. Ad legem Iuliam de ui publica & priuata & Cod. ut armorum usus inscio princip. & Nouella Iustiniani de armis. Exempla huius uis publicæ hæc referuntur à Iuris autoribus. Qui seruos aut liberos homines in armis habuerunt. Qui pubes cum telo in publico fuerit. Qui in incendio cum gladio aut telo rapiendi causa fuerit. Qui armatis hominibus possessorem domo agroue suo uel naui sua deiecerit, ex l. 3. C. eod. Item qui cũ Imperium potestatemúe haberet Ciuem Romanũ aduersus prouocationẽ necauerit, uerberauerit, &c. Nam quia publicè id factum est, & à magistratu populi Romani ea uis publica non malè dicitur quamuis arma adhibita non sint. Eadem est causa eius, qui legatos siue Oratores aut eorũ Comites pulsat l. 7. C. eod. Hi enim in tutela & fide publica sunt. Idẽ dicendum est de eo, qui noua uectigalia exercet l. ult. cum solius principis sit ea instituere tit. Cod. noua uectig. instit. Similis ratio est eius, qui Reum uinctũ detinet ne Romæ ad Iudicium adsit l. 8. C. eod. Item si uis aliqua atrocior & quæ Rempublicam magnopere turbet, admittatur, ueluti si quis ex incẽdio aliquid rapuerit præter materiam l. 4. C. eod. Qui stuprum alicui per uim intulit l. 3. 5. & 6. Nec solum punitur is qui stupri causa uim intulit mulieri, sed etiã qui matrimonij causa, eam quamuis uolentẽ parentibus inuitis abduxit & eripuit Tit. C. de raptu uirginum: idq; Iustiniani constitutione cui Iure pontificio derogatum est cap. cum causa. de raptor. Item tenetur hac lege qui mota seditione incendium fecit. Qui hominẽ dolo malo inclusit, quiúe fecit quo minus sepeliatur, &c. l. 5. C. eod. Hac lege etiam tenetur qui conuocatis hominibus uim fecerit, quo quis uerberetur & pulsetur, &c. l. 10. C. eod.

Vis priuata dicitur, quæ coactis hominibus sine armis fit, cuius exempla multa extant sub titulo sequenti, ueluti si quis sine armis aliquem deiecerit de agro suo l. 5. C. eod. Si quis cetum aliquem & concursum fecerit quo minus quis in Ius ꝑducatur ab eo qui in ius uocat l. 4. Si quis conuocatis hominibus uim fecerit quo quis uerberetur, &c. l. 2. C. eod. Ex quo apparet eadem admissa utraq; lege uindicari, quod nouum non est. Verum non ideò utraq; lege accusare quem licet. electio enim accusatoris est. SRILERVS ex Lecturis Duareni nondũ impressis tit. 6. & 7. lib. 48. Pand. Ad legem Iuliam de ui publica & priuata.

Vis, q̃ ad interdictũ, ne uis fiat ei, q in possessionem missus est, pertinet, accipienda est pro qualibet priuata temeritate, ne quis ad decretam possessionẽ perueniat, uel ne ademptam quietè retineat. Old.

Vi ipsa, id est, nõ reuera, & actu ipso, ut uulgò loquimur: sed facultate. τῇ δυνάμει, ut alibi loquuntur. ueluti quum quid nominatim dictum nõ est, sed aut uerborum, aut ipsius negocij uis hæc est. Marcellus l. 72. ff. de solut. Vi quidem ipsa & hic ex his dari stipulatus est, qui eius non erant. id est, quamuis id nõ expressent, se stipulari hominem ex ijs qui sui non sunt, tamen ex ui negocij satis intelligitur: neminem scilicet quod suum est stipulari. nam erant pro erat legendum opinor. Hot.

Vi factum id uidetur esse, ait Mutius, qua dẽ re quis, quum prohiberetur, fecit: clàm, quod quisque quum controuersiam haberet, habiturumúe se putaret, fecit l. 73. §. 2. ff. de iur. Hot.

Vi facit, qui prohibitus facit, siue à domino, siuè ab alio ipsius nomine prohibeatur. uti constat ex l. 3. ff. Quod ui aut clàm. Hot.

Vi aũt possidere in interdictis prætorijs dicitur, qui expulso ueteri possessore siue iure is, siue mala fide possidebat, adq̃sitã ꝑ uim possessionẽ obtinet: aut qui in hoc ipsum aptatus & pręparatus uenit, ut cõtra bonos mores auxilio, ne ꝓhiberi possit ingrediens in possessionẽ, facit. Sed qui per uim possessionem

nem suam retinuerit, aut etiam ereptam sibi, in ipso congressu recuperauerit, ui possidere non intelligitur l.1.§.ui possidere.ff.de ui & ui arm.l.41.§.si tu me ui.ff.de usuc. Vi possidet & ille, qui absente domino ingressus possessionem, uenientem deinde non admisit l.6.in fi.ff.de adq.poss. At qui uacuã possessionem occupauerit, quanquam deinde uenientem dominum prohibuerit, ui non possidet l.4.§.pen. ff.de usucap. Vi porrò possidere à me uidetur & qui ab auctore meo ui possidet l.3.§.si quis ab auctore.ff.de itin. actuq;. uimq; facit, qui non sinit possidẽtem eo quod possideat, uti arbitrio suo, siue in serendo, siue in fodiendo, siue ædificando, siue quid omnino faciendo, quod liberam possessionem aduersarij non relinquit l.11.ff.de ui & ui arm. Bris.

In interdicto Quod ui aut clam, ui factum uidetur finitore Mucio Scæuola, quod quis cùm prohiberetur fecit l.74.§. ui factum. ff. de diuers.reg. iur. l.1.§.hoc interdictum.ff.quod ui aut clam. Sed & qui uel minimi lapilli iactu prohibitus facere perseuerauerit, uel contra testationem denuntiationemq; fecerit, aut cùm se sciret prohibendum, per uim molitus est, ne prohiberi posset, & quominus prohiberetur, consecutus est periculum denunciando aduersario, aut ianua præclusa l.1.§. hoc interdictũ. & l.19. ff.quod ui aut clam. Bris.

VIM facere uidetur quominus reficiatur, qui necessaria refectioni asportari nõ patitur l.4. ff.de itin. actuq; priu. Non uidetur uim facere, qui iure suo utitur, & ordinaria actione experitur l.197.§.1. ff.de diuers.reg.iur. Alia causa est eius, qui quod sibi deberi putat, nõ per iudicem reposcit l.8.ff.quod met.caus. l.pen.ff.ad l.Iul.de ui priuat. Cæterùm omne omnino quod per uim fit, aut in uis publicæ aut priuatæ crimen cadit l.195.ff.de diuers.reg. Bris.

VIM facere moribus, Cicero dicit in Orat. pro Cæcina persæpe. Moris enim erat ut quum de agro quopiam controuersia institueretur, quia propter commoda possessionis magna iurgia, & pugnæ interdum ac cædes oriebantur, litigatores amicorum sententia diem inter se sumerent, qua die in rẽ præsentem, id est, in agrum illum unà uenirent, & in eo agro uim aliquam alter alteri dicis caussa faceret: id est, non ueram & solidam, sed fictam & simulatam: quam Cicero in illa Oratione, uim quotidianam appellat. & Gellius libro uicesimo, cap.9. ciuilem ac festucariam. Hot.

VIM accipimus atrocem, & eam, quæ aduersus bonos mores fiat, non etiam eam, quam magistratus rectè intulit, scilicet, iure licito & honoris, quem sustinet. Cæterum si per iniuriam quid fecerit magistratus, uel prouinciæ præses, Pomp. scribit hoc edictum locum habere, si fortè, inquit, mortis, aut uerberum terrore pecuniam alicui extorsit. Vlpian. de uerb.sig. Masseus.

VIM nullam feci, cum Martianus diceret: Cæsar dixit: tu uim putas esse solum, si homines uulnerentur: Vis est enim & tunc, quotiens quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicẽ reposcit: quisquis igitur probatus mihi fuerit rem ullam debitoris, uel pecuniam debitam non ab ipso sibi datam, sine ullo iudice temerè possidere, uel accepisse, isque sibi ius, meam rẽ dixisse, ius crediti non habebit. Callistrat. de uerb.sig. Masseus.

VIM, hoc est uiolentiam atq; iniuriam propulsare, non aliud est, quàm instantem, imminentemue uim, aut iniuriam expellere. Sp.

VIM ui repellere Cicero pro Sestio: Non uerebar, ne quis aut uim ui repulsam reprehenderet. De quo Salomonius latius atq; pręclarè differit in l.vij. de Iust. & Iur. Sp.

VIM ui repellere licet, perinde est, ac si dixerit: Vim, hoc est uiolentiam, licet pellere uiribus ut Iurisconf. bifariam usus sit uoce Vi. Quod Apellus ex Laur. Vallæ Dialect. indicat. Sp.

VISCERA hominis ex se mouere leg. iij. C. de Quæst. Seruius tradidit, Viscera non tantum intestina significare, sed quidquid sub corio est: id est, caro quæ est inter ossa & cutem. Sp.

VISCERATIO, largitio carnis, quæ publicis epulis fiebat. Pomponius l.54. De legat. & fid.lib.32. L. Titius plebi quina millia dedit, hoc amplius Seius uisceratione̅m. Cic.lib. De offic. 2. Prodigi qui epulis & uisceratiònibus, & gladiatorũ muneribus, ludorum uenationumq; apparatu pecunias profundunt. Paulus in l.22. De leg.lib.30. uisceratione̅m intelligere uidetur, quum ait quod ad diuisionem singulorum ciuium relictum uidetur. Hot.

Vide ea de re Blond.lib.2. Romæ triumph. Meminit obiter Cic.2.lib.offic.titul. De duplici liberalitatis genere. Alexander quoq; ab Alex.lib.5 cap.7. & lib.4.cap.7.

VISIO, consideratio, quæstio, prudens cogitatio. Imp.de compos.digest. Et in his partibus in quibus perfectissimè uisiones expositæ ueterũ fuerant, quod particulatim in eas fuerat sparsum, hoc separare penitus erat inciuile. In Græca constitutione [illegible] nominatur: [illegible] &c. siue quòd ita plerunq; obseruari totius uisionis continuationem oportebat, &c. Vlp. l.25.§.10.ff.de hæred.petit. Sed in proposita quæstione tribus uisionibus relatis, una prima, deinde alia, posse dici totum quod superest restituere eum debere. Idem in l.8.§.2.ff.ad S.C.Velleian. Proinde secundum hanc suam distinctionem in prima uisione ubi quasi debitrix delegata est, exceptionem ei Senatusconsulti Marcellus non daret. item apud eundem in l.29.§.4.ff.mand. & l.25.§.1.ff.de probat. Hot.

VISITATIO est quæ à Græcis φάσις uocatur, quod in luminibus lunæ uerbũ frequentissime usurpatur à Græcis. Vitruuius lib.9. Visitationẽ, inquit, facit tenuem extremæ rotundationis, id est, tenuiter & exiliter eius extremitas cernitur. Vt annotauit Turnebus aduersar.lib.22.cap.28.

VISPELLIO uilium & ignobilium cadauerum elatorem significat. Et ita hoc uerbum in Pandectis Florẽt. scribitur in l.31.ff.de euictionib.l.7. ff.ad Trebellia.l.72.§.pen. ff.de solutionib. Vbi bispellionem usitata litterarum B. & V. inter se cõmutatione scriptum est. Quod tamen in fœdum errorem quosdam induxit. Sic & in Lexico B. Germani uispelliones [illegible]. In aliorum auctorũ codicibus uispillones & uespillones appellãtur, ut apud Tertullia. in lib. de Pallio, & Martial. lib.j. Epigr. semel atq; iterum, & in libello Fulgentij obscurarum uocum, & apud Ammia. Marcellin. lib. xxix. & Sidon. Apollin. lib.1. Epist. ulti. & lib.ij. Epist. ad Desideratũ, ubi uespillones & Sandapilarios cõiungit: in codicibus tamen Suetonij & Eutropij, qui Venetijs anno m. cccclxxxx. impressi sunt, apud illum in Domitia. cap.xvij. & apud hunc lib. vij. cùm de Domitiani funere agit, uispiliones scriptum est. Dixi etiã de hoc uerb. lib.j. de Solutionibus Bris. Cuiacius uerò ad l.nõ impossibile. ff. de pact. uispellionem, ex Fulgentio, cadauerũ nudatorem interpretatur, de quo ulciscendo agitur in l.3.§.aduersus.ff. de sep.uiol.

VISVM fuerit æquum & iustum, quomodo intelligatur, uide in Aut. Iusiur. quod præst. sol. ab his qui offic. suscip. & Bart. in l. fin. C. de Fideicommiss.

VISVS appellatione uenire etiam cæteros hominis sensus, Albericus annotauit.

VITA, est conseruatio eorum instrumentorum, quibus anima utitur in corpore. Hæc Lege adimitur l. aut damnum. ff. de Pœnis. Sp.

VITA functus. Lege, Fungi.

VITA perpetua, pro anteacta.

VITA longæui hominis centum anni sunt. Connan. lib. 4. nu. 5.

VITARE, cauere est, imò plus quàm cauere: & à ui dicitur, quasi ui auertere, à quo uitium dictum.

VITEM tenere, pro pœnæ uitis subijci, apud Iurisconsultos in l. milites. ff. de Re milit. Siquidem uitibus tantus accessit honor, ut etiam in delictis pœnam honorarent: quoniam ueteri de supplicijs Lege Romana sancitum, ut ciues non uirgis euerberarentur, sed uitibus, testibus Luc. Floro, ac Tit. Liuio. Huius supplicij meminit in Galba Plutarchus. Macrobius item uitē appellat Centurialem. Vide Centurio. & quæ huc faciunt, reperies Iurisconsul. uerba à Nebris. relata inibi. Sp.

VITILIGATOR. Lege, Concinnare.

VITIS, bacillus uiteus, quo Centuriones ferire milites quum quid peccassent, solebant. Macer l. 13. §. 4. ff. de re milit. Eum qui centurioni castigare se uolenti restiterit, ueteres notauerunt. si uitem tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, uel manū centurioni intulit, capite punitur. Plin. lib. 14. cap. 1. in fine: Quid? quód insertæ castris (de uitibus loquitur) summam rerum imperiumq; continent. Centurionum in manu uitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atq; etiam in delictis pœnam ipsam honorat. Hot.

VITIVM generalius nomen esse, definiuit Sabinus l. j. §. sed sciendum. de Aedilit edict. quod etiam ad animum refertur. Modestinus in l. inter stuprum. Vitium, ait, perpetuum esse impedimentum corporis. Vlpianus uitium & morbum, pro eodē accipit. Vide Gellium ij. lib. cap. iiij. Sed pro corruptione, ad res ipsas pertinet. Sic ædificia uitium facere dicuntur, dum corruunt, & damnum patiuntur. Sp.

VITIVM à morbo in Aedilitiū edicto separatur: Eaq; inter hæc uerba differētia statuitur, quod morbus, temporalis est corporis imbecillitas: uitium uero perpetuum corporis impedimentum, ueluti si luscus quis sit l. 1. in princ. & §. sciendum. ff. de ædilic. edi. l. 101. §. uerum est. ff. de uerbor. significat. In stipulatione autē damni infecti, qua de uitio loci operisúe cauetur, uitium id esse definitur quod accidēs extrinsecus uitiosas ædes facit l. 15. §. notandū cum seq. l. 18. §. 1. & §. & cuius l. 24. §. uitium. ff. de damn. inf. Palustris itaq; locus & harenosus uitiosus non existimabitur, quia naturale id uitiū est. Quód si arbores uetustate deciderint, uitio earum casus factus intelligetur d. l. 24. §. apud Viuianum. ff. eo. Quó referenda sunt illa Cicer. in Topic. uerba: Non enim eius uitio, qui demolitus est, damnū factum est, sed eius operis, uitio, quod ita ædificatum est, ut suspendi non posset. Bris.

VITIVM etiam pro culpa ponitur. Sic uitio suo quem causa cecidisse, uitioúe eius quid accidisse, id est, culpa dicimus l. 21. in fi. ff de neg. gest. l. 95. §. pen. ff. de solutionib. l. 71. in fin. ff. de condicionib. & demonstration. l. 63. in fi. ff. de euictionib. l. 12. §. penult. ff. de inoff. testamen. Bris.

VITIA detestanda sunt tria: Ludus, ebrietas, ocium. Vlpian. in l. Aediles etiam §. Pedius ait. ff. de ædil. edic. Hoc autem (inquit) quód deterior seruus factus sit, non solùm ad corpus, sed etiam ad animi uitia referendum est, utputa si imitatione conseruorum apud emptorē talis factus sit, aleator fortè, uel uinarius, uel erroneus. Oldend.

VITIVM facere, pati damnū, & corruere: & propriè de ædificijs dicitur. Labeo, Locati l. Quod si etiam. Huius domus mercedem, quæ uitium fecisset, deberi putat Vlpianus, de damno infect. l. Si finita. §. Ex hoc edicto. Vt & (inquit) spacia inter uitiosam partem intercedant, & eam quæ non uitia facit. Et subdit: Si insula adiacens domui, uitium faciat. Old.

VITIVM litigiosi. De hoc adi Tit. de Litigiosis. C. lib. viij.

VITIVM naturæ, ut non cernere nisi admota, & id generis. Alexāder Iacobi Scotorum Regis filius, cuius meminit Eras. in Adagijs, adeò laborauit hoc malo, ut nisi naso contingeret librum, nihil cerneret. Vnde leuius ego id uitij in filio ferendum duxi. De naturali uitio adi Glos. in l. si seruus seruum. §. si fornacarius. ff. de Aedilit edict. Sp.

VITIA personalia, realia, & quasi realia. Vide l. uitia. C. de Acq. possession. & l. apud Celsum. ff. de Doli except.

VITIA possessionū alia sunt ex re, ueluti quod res fisci sit, uel furtiua, uel ui possessa, uel contra leg. Iuliam repetundarum accepta: Alia ex persona, ueluti si mala fide, si clàm, si precarió, quis possessionē sit ingressus l. 11. C. de adquir. possess. l. 13. § 1. ff. eod. tit. l. 24. ff. de usucapionib. l. 13. §. partus. ff. de publicia. Vitiosum itaq. initiū possessionis est, si quis rei alienæ sciens possessionem adprehendat l. 15. §. pen. ff. de usucapionib. Bris.

VITIVM, stuprum. Vnde offerre uitium uirgini, pro uitiare uirginem, dixit Terent. in Hecyra. Cicero pro culpa, 4. Acad. usurpat. ut dare uitio, pro culpare. j. Offic.

VITIVM, siue suspicio impressionis, cum administratores in officio publico cōcutiunt subditos ad contrahendum l. non licet & l. officij. ff. de Contrah. empt. l. si per impressionem. C. de His quæ ui metus causa l. j. C. de Contract. iudic. Sp. Hinc igitur

VITIVM tēporale appellat Vlpianus, non quod tempore tollitur, sed quod tēpus ipsum id est senectus attulit, quod æternū est, & indies augescit magis ac magis. ut annotauit Connan. lib. 10. ca. 3. nu. 3.

VITIARE obligationem l. j. §. j. Digest. de Verbor. oblig.

VITIO uini factum, hoc est ob uinum, præ ebrietate.

VITIOSA nuce non emere, pro eo quod est, ne minimo quidem.

VITIOSE cautum, uel satisfactum, non uidetur cautum. Ideo rursus est rectè cauendum l. quoties l. de die. §. mulieres. & §. si seruus. Digest. Qui satisdar. cog.

VITIOSE' QVE cœpisse possidere intelligitur qui ui, clàm, uel precario, uel mala fide cœpit possidere l. 2. §. Celsus. ff pro empto l. 13. §. ult. l. ult. ff. de adquiren. possess. l. 3. §. si quis ab auctore l. penult. ff. de itin. actuq; l 1. §. Aristo. ff. de aqua cottid. l. 15. §. penult. ff. de usucap. Ex cōtrario sine uitio tradita possessio in l. 24. ff. de donat. int. uir. l. 1. §. ult. ff. de except. rei uend. Bris.

VITIOSE' se habere membrum, est uitio affectum esse.

ties quis, ait, mancipia inuecta professus non fuerit. siue uenalia, siue usualia, in pœna commissi est. Sp.

VSVARIVS seruus Vlp. de dolo. in l. & eleganter. §. si seruum usuarium, inquit, proprietarius occiderit. l. Aquiliæ actioni, & ad exhibendum id accedit. Spiegelius.

VSVCAPIO sic dicitur, ut mortis causa capio. Capio est acquisitio: Capere est in suum dominium capere l. aliud, l. cepisse. ff. de uerb. sign. l. prætoris. ff. de dam. inf. Vsu igitur capere est per usum acquirere, usu suum facere. Vsus autem est possessio, quę opinione domini possidetur, & ex diuerso possessio est usus l. quæstio. ff. de uerb. sig. & ita possessionem ab Ælio Gallo definiri Sext. Pompeius scribit. Ergò usucapere est possessionem adquirere, quod & possessione capere dicunt l. emptor fundi, l. qui fundū. §. seruus. ff. pro empt. l. non solum. §. si dn̄s. l. quāuis. ff. de usurpa. & usuc. Et interdum usucapio ipsa usus simpliciter seu possessio dicitur l. deniq. & l. seq. l. cū miles, l. ait prætor. ff. ex quib. cau. maio. l. deducta. §. ante diem, in fin. ff. ad S.C. Treb. ex quo apparet usu capio scribi oportere: nec enim sic dicitur usucapio, ut pignoris capio, licet Cato apud Gelliū contrà sentiat. Ait Modest. Cuia. ad l. 1. ff. de usurp. & usucap.

VSVCAPIO, est acquisitio, uel adiectio dn̄ij, per continuationem possessionis temporis l. definit. l. 3. ff. de usucap. Hanc Modestini definitionem, ab officio usucapionis sumptam, commodè interpretatur Old. in de usucap. & præscr. temp. Spieg.

VSVCAPIO inde dicta est, quod per usum aliquid capit & aufert. Vsus enim per lapsum temporis adimit res corporales priori dominio, & trāsfert in alium. Sic Pignoricapionem olim dicebāt, quam nunc captionem & ablationem pignorum nuncupamus. Gell. libr. 7. existimat, Vsucapionem & Pignoricapionē, duplicatis ex integro uocabulis, dici oportere. Interdum tamen extra compositionem, interiecta qualibet uoce, pfertur, ut est apud Paul. in l. nunquam. §. ult. de usuc. Si defunctus, inquit, emit: hęres autem putat eum ex donationis causa possedisse, usu eum capturum, Iulianus ait: Interpretes usucapionem & præscriptionē in significatione confundunt. in qua utiq; discrimen est: rursus in re ipsa sæpe differentiam constituunt, cum nulla sit. Primum enim utriusq; uerbum iungunt accusatiuo. ut usucapio domum, præscribo domum, uestem fundum: non animaduertentes, quòd præscribēdi significatio magis ad exceptionem pertineat, etiamsi effectus retinendi dominij plerunq; sequatur. Deinde usucapionem trahunt ad res mobiles, Præscriptionem ad res immobiles, per l. 2. C. in quibus causis ces. long. temp. præscript. §. in seruorum. cum tamen Impp. ibi, Præscriptionem, seu Exceptionem longi temporis appellant: tractantes solùm de proprietate seruorum, & sic rerum mobilium. Vnde rectè colligit Oldend. Præscriptionem non pertinere duntaxat ad res immobiles, sicut nec usucapionem semper ad res mobiles, per l. furtum. l. quare. l. nunquam in usucapionibus. in princ. ff. de usucap. Itaq; usucapio refertur genuina significationis ui ad acquisitionem rerum mobilium & immobilium: quod uel indicat Rubrica 3. lib. 2. qui tractat de acquir. rer. dom. Præscriptio autem ad ius excipiendi principaliter pertinet. Vnde tit. de diuers. & tempor. Præscript. lib. 6. post reliquas exceptionum species, generaliter subiungitur. Spiegelius.

VSVCAPIO, & Præscriptio, sunt modi adquirendi dominij. Quapropter is qui usucapit, uel præscribit, priusquam complet usucapionē, uel Præscriptionē non est dominus, sed quasi dominus. Spieg.

VSVCAPIO currere & procedere, item impleri dicitur. l. 15. l. 18. ff. de usuc. l. 2. ff. pro donat. Bris.

VSVFRVCTVARIVS, pro eo qui habet usum fructum, & pro re in qua est usus fructus. l. arborib. §. fin. ff. de ususfruct.

VSVRA, sortis accessio est, quæ propter mutuò datæ pecuniæ usum, uel etiam moram exigitur. Cur hæc in mutuo Iure diuino prohibita sit, attingunt Doct. receptumque est, quod dicitur: Iure ueteri de usuris, hodie ad id quod interest produci, qua de re latius Alciat. in Comment. de uerborum signific. & in de rebus cred. Sumitur etiam pro reditu & fructu, qui percipitur ex usu aliarum quoq; rerum. Catanæus citat Papinianum & Vlpianum Comment. sexto. Spiegelius.

VSVRA ab utendo dicitur, & ad alias quoq; res accommodatur, quibus ad tempus utimur. aliud autem sonat usura, quum uetamur dare proximo ad usuram. Ea Græcis τόκος dicitur, id est, partus: quòd pecunia mutuò data, pariat lucrum ei qui dedit. Aristoteles censuit præter naturam esse, ut pecunia pariat pecuniam: tametsi ueterum leges moderatione probarunt usuras, ultra uetuerāt. Iudæis permissum erat alienis ad usuram dare mutuum, suis popularibus nequaquam. At Christianæ leges in totum damnant usuras, hoc est, quicquid in fœnore sorti accedit. An uerò exercere fœnus, pugnet cum in re naturæ, ut quidam eruditi rationib. contendunt, elegāter excutit, & dilucidè, ut plerunq; solet, quæ tractanda suscipit Philippus lib. Epit. Philos. moral. 2 ibid. utiliter admonens, Vsuras immoderatas esse uituperandas: quia iniustè exhauriunt alienas facultates. Adde Curt. lib. 1. ἀσαφῶν, c. 21. tom. 1.

VSVRA apud antiquos duplex fuit, terrestris & nautica. Terrestris, id est, ἔγγειος, menstrua erat. Nautica iterum duplex fuit: una, quæ in alteram tantum nauigationem statuebatur. à Græcis Heteroplus dicta: altera ita contrahebatur, ut nō aliter deberetur, nec ipsa nec sors eius, quam si nauis sospes cum mercibus domum rediisset. Hanc Amphoteroplum dicunt, quasi in commeatum remeatumq; taxatā. Cuius quoq; meminit Modestin. in l. 1. ff. de nautico fœnor. Merces (inquit) si periculo creditoris nauigēt, traiectitiæ pecuniæ erunt loco. Hoc etiam annotauit Budæus libr. 5. de Asse, eo loco, ubi docet ex Demosthene πρὸς Φορμίωνα, usuram nauticam, non menstruam fuisse: sed una in omne tempus nauigationis & negotiationis constitutione taxatam. At uerò terrestres usuræ omnes menstruæ erant, & in singulas Calendas cedebat earum dies. Hoc est, tricesimo & ultimo die mensis, qui ab Atticis ἕνη καὶ νέα dicitur, quod confinium sit deficientis Lunæ & renascētis: hoc est, ueteris & nouæ: quo die cedebat fœnorum petitio, hoc est, quæ [Greek] etiam dicitur a Græcis, Budæo teste. Brechæus in l. usura. ff. de uerborum & rerum signific.

VSVRA, propriè usus: sed postea loquendi consuetudine usuræ merces, Vsura nominata est. Cicer. Verr. 5. Quis hoc fieri posse iudicauit, ut quum Senatus publicanos usura sæpe iuuisset, magistratus à publicanis pecuniam pro usuris auderet auferre. & lib. Tuscul. 1. Natura dedit usuram uitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. quid est igitur quod querare, si repetit quum uult? Ergo:

VSVRA est (ut cōsuetudo loquēdi tulit) merces uel æstimatio usus pecuniæ. ea uerò duplex est. nam

altera

altera in generis sui nomine consistit: altera fœnus uocatur. Sic & Cuiac. Duplex, inquit est usura. Alia propter quæstum infligitur, quæ fœnus appellatur, & cedit statim ex die interpositæ stipulationis. Alia propter moram, quæ pœna dicitur, & cedit ex tempore tardæ solutionis l.lecta. ff. de reb. credit. utraq; est menstrua. utraq; currit lite contestata, id est, non cessat. Rursus pœna alia est, quæ semel duntaxat infertur ob moram, hæc non est usura. Cuiac. ad l. 90. ff. de uerb. oblig. Hot. Speciatim autem

VSVRA, est compensatio eius quod creditoris interest usu caruisse suæ pecuniæ, dum ea debitor uteretur. nam usuræ non propter lucrum petentium, sed propter moram nō soluentium infligūtur. l.cum quidam, §. si pupillo ff. de usur. Fœnus autem suo loco explicauimus. Hot.

VSVRARVM autem species ex Assis partib. denominātur. quod ut intelligatur, illud scire oportet, sortem omnem semper ad centenarium numerū reuocari: summam autem usuram esse, cùm pars sortis centesima singulis mensibus persoluitur. Et quoniā ista ratione summa hæc usura duodecim aureos annuos in centenos efficit, duodenarius numerus Iurisconsultos monuit, ut Assem hunc usurarū appellarent. Quemadmodum autem hic As non ex menstrua, sed ex annua pensione æstimādus est, similiter omnes eius partes ex anni ratione intelligēdæ sunt. ut si unus in centenos annuatim pendatur, Vnciaria usura: si bini, Sextans: si terni, Quadrans: si quaterni, Triens: si quini, Quincunx: si seni, Semis: si septeni, Septunx: si octoni, Bes: si nouem, Dodrans: si deni, Dextans: si undeni, Deunx: si duodeni, As. Hinc

VSVRA besis, cum in singulos centenos quotannis octoni soluuntur. l. pen. C. de usur. Hot.

VSVRA cētesima (quæ est As usurarius) dicitur, quum pars sortis centesima singulis mensibus penditur. Romani enim Græcorum morem imitati, qui facilioris & commodioris doctrinæ causa quamuis summam sortis ad Minam, quæ centū drachmas ualebat, perpetuò redegerunt: quantamcunq; sortē similiter ad numerum centenarium reuocarunt. Itaq; usura centesima, ex parte sortis cētesima, sicuti apud Græcos Drachmalis à drachma, quæ pars est sortis ad minam redactæ centesima, nomen inuenit. quapropter eam Plutarchus in Lucullo [illegible] appellat. Eius exemplum apud Paulum extat in l. 40. ff. de reb. cred. Tunc eo amplius quo pòst soluam, pœnæ nomine in dies triginta, inq; denarios centenos, denarios singulos dari stipulatus est P. Mæuius. Hot.

Centesimæ autem dicuntur, quæ ex singulis centenis nummis duodenos nūmos quotannis efficiunt: sic dictæ, quòd earum menstrua quātitas centesima pars sit sortis. l. 4. § ult. ff. de naut. fœn. l. 8. C si certū pet. l. ult. § ult. C. de iure dot. l. un. §. cum autem. C. de rei uxo. act. l. 1. & 2. C. de usur. rei iud. Constantin. lib. 3. Epitom. tit. 7. [illegible] Briss.

VSVRA centesima est, quæ in centenos solidos uel modios quotannis reddit duodenos semis. Hęc est noua definitio usuræ centesimæ: uetus hæc, quæ in centenos solidos uel modios quotannis reddit duodenos. Successit nouæ & alia amplior, quæ in cētenos solidos reddit 16. Semis & quatuor siliquas, hoc est, in libram auri, quæ est 72. solidorum duodenos, auctor Harmenopulus 3. Epit. & Zonoras Nicenæ synodi 117. Vt nunc libræ, inquit, sunt solidorum 72. ita olim centenariæ erant, & 100. solidorum usura erat 12. quæ & ob id dicitur cētesima, quod de sorte 100. exigatur. Cuiac. in exposit. Nou. Iustin. 32. de his qui pecuniam credunt agricolis.

VSVRA autem centesima, est usura legitima, & ideò cuilibet permissum est centesimam usuram stipulari, & hoc ostendit l. si pro mutua. C. si cert. peta. Item l. lecta. ff. de reb. cred. Et ita constitutum est in C. Th. sub tit. de usuris. Igitur si supra centesimam solutæ sunt usuræ, non repetentur quidem, sed in sortem imputabuntur: & si sortem expleuerint, repetētur quasi indebitæ l. si non sortem. §. j. ff. de condict. indeb. Cuiac. ad Iul. Paul. recept. sent. lib. 2. tit. 14. de usuris, §. usuræ suprà.

Deunces uerò duos aureos pro centum efficiūt.

Dodrantes uerò cùm nouem.

Dextantes, quotiens pro 100. aureis quotannis 10. redduntur. Briss.

VSVRA quadrans est, quū pars centesimæ quarta quotannis fungitur: hoc est, ex centenis terni: apud Scæuolam l. 21. §. 4. ff. de ann leg. Hot.

VSVRAE quincūces, quū pars centesimæ quinta quotannis penditur: hoc est, ex centenis, quini. quarum fit mentio in l. 17. ff. de usur. & l. 15. & 16. §. 2. ff. de alim. & cibar. l. 7. ff. de adm. tut. Persius Sat. xv.

Quid petis ut nummi quos hic quincunce modesto
Nutrieras, pergant auidos sudare deunces? Hot.

VSVRA maritima, uide Fœnus nauticum. Hot.

VSVRA maxima & grauissima, intelligitur centesima. in l. 7. §. 8. & l. 54. ff. de admin. tut. & l. 38. ff. de negot. gest. Hotom.

VSVRAE maiores semissibus priuatis non debentur ex constitutione Iustiniani, quæ edita est ipso 11. Cos. Sed neq; fisco ex hac constitutione. Semisses Iustiniano & ciuiles & moderatæ uisæ sunt. Ex hac constitutione semisses forsitan Tribonianus subscripsit in l. 1. C. de ijs quib. ut indig. & l. cum quidā. §. si debitores. ff. de usur. Cuiac. ad l. 3. de fiscal. usur. libro decimo.

VSVRA etiam pœnam complectitur, & id quod interest. l. ult. ff. de eo quod certo loco. At cum usuræ, ait Alciatus in d. l. lecta, Si certum petatur, hodie de Christiana repub. eiectæ sint, non tam ad uocum significationes attendendum est, quàm ne fraus legi fiat, sub nomine pœnæ. Etenim qui centum accepit ea conditione & lege, ut nisi eadem cētum intra Calend. Martias persoluat, decem pręstare nomine pœnæ teneatur, si intra eum diem Calendarum partem debiti totius exoluerit, cessat integra pœnæ præstatio, quamuis summo iure agi possit, ut tota pœna debeatur: c. suam. extr. de pœnis, &c. Brechæus in l. usura. ff. de uerb. & rer. sig. Cuiac. tamen ad l. j. de fiscal. lib usur. C. lib. x. negat pœnarum usuras deberi ex l. ult. ff. de mag. con. Vsura enim, inquit, pœna ueluti quædam est. Iniquum autem est pœnę pœnam adijci, quo fit ut & usuræ usura non sit. At multæ deberi possunt usuræ, uidelicet si intra tēpora iudicati non soluatur.

VSVRAE nauticę, pro magnis abière in prouerbium. Adi Chiliad. Erasmi & uide suprà, Nauticę usuræ. Spiegelius.

VSVRA enim nautica est infinita: est enim pensatio suscepti periculi. Hodie ex constitutione Iustiniani est centesima. Vulgaris autem usura est semis. Significat tamen Papinianus usuram nauticam esse centesimam in l. nihil. ff. de naut. fœn. sed id Tribon. ex Iustiniani constitutione addidisse puto. Cuia. Iul. Paul. recept. sent. lib. 2. tit. 14. §. traiecticia.

VSVRAE pupillares uel quincunces sunt uel

trientes

trientes pro more regionis, nisi in certis caussis, quas lib. 3. Select. antiq. exposui. Briss.

VSVRA rei iudicatæ olim fuit duplex cẽtesima, hodiè una est centesima. Est autem hæc usura sortis, non etiam usurarum, quæ in condemnationẽ deductæ sunt l. 3. C. de usur. rei iud. nam usurarũ usuræ nó debẽtur, etiamsi usuræ ipsæ in sortem redigãtur, h. e. etiamsi fiat anatocismus. Cuia. obser. lib. 3. c. 39.

Semisses usuræ quasi dimidiæ cẽtesimæ sunt, néпe cum pro 100. aureis sex quotãnis penduntur, ita ut usura menstrua ducentesima sit pars sortis. l. 30. ff. de adim. leg. l. 3. ff. quod iussu. l. 24. ff. de præscr. uerb. l. j. C. de his quæ ut indig. Et apud Plin. lib. 14. cap. 4. Cuiusmodi olim usuras à debitoribus suis fiscus accipiebat. l. 17. §. si debitores. ff. de usur. Ex qua usuras fiscales in l. 6. ff. de iure fis. semisses interpretabimur. Appellantur & Semissales in l. decima. ff. de pollicitationibus. Brissonius.

Septunces uerò, quotiens septem aurei. Briss.

Solennes usuræ ciuitatũ semissales erant, ut rectè in l. septicia. ff. de pollicit. [illegible] usuram semissem Modestin. interpretatur, quanti à Repub. pecuniæ mutuari solebant. Cuiac. in exposit. Nouell. Iustin. 7. circa medium.

VSVRAE triẽtes quæ sint apud Paul. in l. 3 §. ult. ff. ad l. Falcid. iure optimo posset dubitari. eius uerba refero: Si reip. in annos singulos legatum sit, cum de l. Fal. quæratur, Marcellus putat tantũ uideri legatũ, quantum sufficiat sorti, ad usuras trientes eius summæ, quæ legata est colligendas. Interpretes hic plurimi dissimulanter prætereunt. aliqui cum Accursio sentiunt: nonnulli etiam fatentur non intelligere, cũ tamen sit & ponderis & momenti maximi. Difficultas consistit in hoc, quæ sint usuræ trientes: Accurs. quem communiter alij sequuti sunt, putabat triẽtes usuras eas esse, quib. tertiam sortis partẽ in singulos annos lucrifacere cõtingeret, sic & semisses quibus dimidiam: besses, quib. duas partes: quadrantes, quibus quartam. ita declarauit Accurs. in l. eos. §. j. C. de usuris. & in l. j. in fi. C. de his quib. ut indig. ubi Imperator fecit mentionem de usuris semissib. de quibus etiam Paul. meminit in l. cum quidam. in princ. & in §. si debitores. & in §. ult. ff. de usuris. & Iulian. in l. tutor qui repertorium. §. ex cæteris. ff. de adm. tuto. Vsuras (inquiens) quincunces, aut trientes, aut si quæ leuiores in prouincia frequentantur. & in l. alimẽta. §. Basilicæ. ff. de alim. & cib. lega. & in l. qui semisses. ff de usuris. & Imperat. in l. ult. C. de fisc. usur. lib. x. q text. clarè probat communem opinionem, dum dicit tertiam partem centesimæ. ad idem text. in auth. de alienat. & emph. §. locationes uero. ibi, nó autem maiorib. quàm quartam partem centesimæ. & sic 25. pro centenario. & in §. hoc autẽ super ipsis. quam in usuris, inquit, non amplius quarta parte centesimæ. & gl. ibi in dictione Centesimæ, declarat hanc usurã fieri, quando pro singulo mense soluimus quinq; denarios pro libra. & similis tex. in l hac edictali. §. his illud ibi, centesimæ partem tertiã. C. de secun. nupt. & in auth. hoc ius porrectũ. x. q. 2. & utrobiq; glossator. & hæ auctoritates (iudicio meo) mouerunt Accurs. & Doct. quorum opinio etiam firmatur auctoritate Liuij, qui lib. 1. de bello Maced. scribit, Triuncium agrum appellatum, qui pro tertia parte pecuniæ datus fuerat creditoribus populi Romani. Potuerunt etiam duci ratione, quia semis, triens, quadrans, bes, & aliç partes in diuisione hæreditatis hãc interpretationem in asse accipiunt, ut in lib. de Lingua Lat. docuit Varro, & apud nos Vlp. in l. seruum meum. §. ult. ff. de hæred. instit. & Iustin. in §. hæreditas plerunque. instit. de hæred. Instit. & retulimus in priorib. memoralibus, in uerbo Hæreditas. Expositionem hanc multis sæculis receptam, quia nemo refragabatur, dicit Hermol. Barb. in castigationib. Plinian. in posteriorib. scriptis, se tam diu sequutũ esse; quandiu contrarium inuenire ei non licuit. Nunc L. Columella duce lib. 4. usuras semisses interpretatur, quotiens de centum nummis (quæ, uerbi gratia sit sors) non quinquagenos, ut alij putauerunt, sed senos tantùm nummos usuræ nomine percipimus. & ob id ciuiles & modicæ à Plin. uocatę sunt: tanto mitiores, quæ trientes & quadrantes appellãtur. Capitolinus in Alex. trientarium ait fœnus eum, ut ęquissimum & leuissimum exercuisse, ad usum reip. idem in Ant. Pio: Fœnus, inquit, trientarium, hoc est, minimis usuris exercuit. Sed uerba Columellæ prætexamus: Is inquit, uinitor licet sit emptus sex, uel potius octo millibus sextertijs, cùm ipsum solum octo iugerum totidem millibus nummorũ partum, uineasq; cum sua dote, id est, cum pedamentis & uiminibus, binis millib. in singula iugera positas duco: fit tum in assem cõsummatũ precium, sextertiorum 29. millium. Huc (inquit) accedunt semisses usurarum, sextertia tria millia & quadringẽti octuaginta nummi, biennij temporis, quo uelut infantia uinearũ cessat à fructu, fit in assem summa sortis, & usurarũ, 32. millium quadringẽtorum octuaginta nummum, quod quasi nomen, sicut fœnerator cum debitore, ita rusticus cum uineis fecerit: eius summæ ut in perpetuũ prædictam usuram semissium dominus constituat, percipere debet in annos singulos mille nongentos quinquaginta sextertios nũmos. Ex his uerbis Columellæ in 4. lib. euidentissimè colligitur, ex usuris semissib. nó quinquagenos de cẽtenis, sed senos dũtaxat in annũ redire creditorib. sicuti quaternos ex trientibus. & hoc etiã apertius conuincitur ex uerbis Paul. in prçallegata l. iij quç superius retulimus. cuius l sensus his qui Latinè loqui didicissent, secundum Hermol. erat & expeditus, & facilis: licet scrib. pedẽ efferre nequiuerint. Si reipub. legati essent in annos singulos sextertij, siue aurei (uerbi gratia) quaterni, tantundem legatum uideri ab hęrede, ac si centenos semel reputare iussus fuisset: quia de centum nummis quaterni colligũtur, usurę trientis nomine in annos singulos. Quòd si ut nostri interpretes existimant, usura triens esset: nó quatuor de centum, sed xxxiij. sequeretur hoc incommodũ, secundum eum, quod si hæreditas centum nummorũ foret, & ex ea reipub. in annos singulos xxv. nummi legarentur, detractioni legis Falcidiæ locus non esset: quoniam xxv. in annos singulos tantundẽ esse uiderentur, quantum lxxv. semel, quæ summa dodrantem non excederet. authore Cotta.

VSVRAE trientes sunt, quæ non plus quam singulas siliquas quotannis in solidos singulos, & non plus quã solidos quatuor & siliquas quatuor in centenos. Hęc enim est definitio usuræ trientis, ut constat ex Leone No. 83. & Aniano l. 2. C. Th. de usur.

VNCIAE usuræ in centenos aureos unum annuum reddunt. l. 47. §. profectus. ff. de admi. tut. Hæ enim duodecimam partem centesimę uelut assis uncia explent. Briss. Adde Brechæum in l. usura in tit. de uerb. & rer. sign.

VSVRAM pro pœna, & pœnam pro usura poni, indicat Albe. Porrò Vsuræ uerbum non est fœdum, teste Old. sed non habere usuræ modum, & honestã rationem, est turpissimum. Est autem usura propriè

lucrum supra sortem exactum, tantum propter officium mutuationis Nam cum aliquid accedit ad sortem, cum debitor efficacem causam damni dedit, illa accessio non est usuraria, aut illicita. de qua paciscimur propter officium mutuationis, & cum debitor non dedit efficacem damni alicuius causam. Sp.

VSVRARIA pecunia est, quæ sub usuris debet. Vlp.l.xj.ff.de compens. Quum alter alteri pecuniam sine usuris, alter usurariam debet, concurrẽtis apud utrunq; quantitatis usuræ præstandæ non sunt. & l. 12. Sed si inuicem sit usuraria pecunia, &c. Hot.

VSVRARIA uxor, pro usuaria: id est, qua quis pro uxore utitur. Plaut. Amphit.

Volo deludi illam, dum cum hac usuraria,
Vxore nunc mihi morigero.

Iupiter sic loquitur de Alcmena, Amphitruonis uxore propria, ipsius usuraria. Hot.

VSVRARIVM debitum, cuius usuræ debentur. Iulian.l.6.in fin.ff de neg.gest. Etsi fortè non fuerit usurarium debitum, incipit esse usurarium. Hot.

VSVRARIVS dies, quo usura ob creditam pecuniam soluenda est. Spieg.

VSVRAS permittunt leges. tit. D. & C.de usur. Canones uero prohibent, c.5.eod.tit. Vtimur re ipsa hoc tempore nõ minus, quàm olim: nominis autem (nescio qua ratione) nos pudet. Old.

VSVRAS lex diuina prohibet. Odiosum autem usurarum nomen est, quo fit, ut usurarum nomen in interesse mutatum sit. Vnde Clemens Maro in Saty.

L'on ne preste plus à vsure,
Mais à interest tant qu'on veut.

Huiusmodi commenta iudicum conniuentia fiunt non sine magno Reip incommodo. Ferendi tamen non sunt, qui fœnus illud improbum exercent. Prat.

VSVRIS Christus contractum mutui contaminari uetuit. Luc. 6. Exod.22.cap. Consuluit. De usuris. Per hoc autem non improbantur moderatę usuræ & consuetæ, si sub forma emptionis & uenditionis exerceantur, sicut consuetum est. Tunc enim & creditor agit ingenuè, & debitor intelligit negotiũ, quod agitur. Longè enim differunt, concipere specialem contractum, ad usuras, uel (ut nunc uulgò dicunt) Rentas, quod licet: & accipere usuras contra mutui contractus naturam, quod illicitum est. Certè uerbum Vsura non est fœdum: sed non habere usuræ modum, & honestam rationem, est turpissimũ. Quod commentatores aut non intelligunt, aut calumniosè dissimulant. Oldend.

VSVRPARE, Iurisconsultis est, ut & Alc. indicat, usucapere. & eisdem interdũ præter ius uti. Vallæ uero est, in frequenti usu habere, siue uti, tum uerbis, tum factis. Spiegelius.

VSVRPARE oratoribus est frequenter uti: Iurisconsultis usurpare est interrumpere possessionẽ, quod utiq; fit, etiamsi quis frequenter nõ utatur: etsi ex agro tantũ surculum defringat, ut M Tullius in 3. de orat. Cuiac. ad l.2.ff.de usurp.& usucap.in fin.

VSVRPARE & usucapere, uerba sunt inter se contrarie relata: nam Vsucapere, est utendo acquirere: Vsurpare uerò, utendo retinere. Paulus l.2. ff. de usurp. & usur. Vsurpatio, inquit, est usucapionis interruptio. Oratores autem Vsurpationem frequentem usum uocant. Iurisconsulti etiam ueterem consuetudinem retinuerunt in l.naturaliter, 5. ff. eod.& alibi persæpe. Magnopere autem notatu dignũ est, quod Cicero lib. de oratore 3. significat, moris fuisse in possessione usurpãda, ut surculus defringeretur. Etiam, inquit, hac instituendo diuisione utũtur: sed ita, non ut iure, aut iudicio, ut deniq; recuperare amissam possessionem, sed ut ex iure ciuili surculo defringendo usurpare uideantur. Quo tamen in loco (ut hoc obiter admoneam) uocem Rhetores omnino desiderari arbitror: ut sic legatur, Rhetores etiã hac instituendo, &c. locum autem sic aperiam. Peripatetici & Academici omnem ciuilem quæstionem aut finitam aut infinitam esse dicunt. Rhetores etiã qui soli res istas olim tractare consueuerãt, nunc uerò à philosophis de possessione depulsi sunt, dum suos instituunt, hac quidem diuisione utuntur, docentq; quæstionem aliam finitam, aliam infinitam esse. Sed ita tamen docent, ut non tanquam in disputatione artis suę propria quasi suo iure uersentur, & aperte profiteantur philosophos nullum in ea ius habere: litemq; ijs intendant, quòd in alienam possessionem irruerint: uerùm quemadmodũ solent ij, qui suos agros ab alijs possideri sciunt ac uident: sic isti Rhetores, ne longo tempore res suæ usucapiantur, possessionem interrumpunt, & quod in illa re usitatum est, surculum defringunt. Nam finitam quidem quæstionem obtinent: uerùm lacinia, id est, parua aliqua ex parte. Philosophi enim Academici, qui nũc apud Philonem se exercent, pręcipuè has causas tractant. Infinitam autem ijdem dicendi magistri nominant tantùm, & tanquam primoribus digitis leuiter attingunt.

VSVRPARE honorem, uti honore. Martian. l. 7. ff. de mun.& hon. Eum contra quem propter honores appellatum est, si pendente appellatione honorem usurpauerit, coercetur. Hotom.

VSVRPARE ius, pro eo quod uulgò dicunt Capere possessionem. Bud. Idem monuit, Vsurpare ciuitatem, id est, dicere se ciuem, & agere. Spieg.

VSVRPATIO, Paul. inquit, l.2. de usuc. est usucapionis interruptio. Oratores autem usurpationẽ, frequentem usum uocant. Itaque secundum subiectam materiam oportet interpretari hoc uerbum: ut cum de iure usucapiendi tractatur, accipiamus usurpationem pro interruptione. sicut in l. naturaliter. ff. de usucap. Cum uero alibi incidit eius mẽtio, intelligamus usum frequentem, & nonnunquam, ut Oldendor. eleganter dicit tyrannum illum, morem: citans uerba Vlpian. è l. iniur. actio. §. ultim. ff. de iniur. Spiegelius.

VSTVM. Lege, Vitiare uinum.

VSVARIVS seruus. Vide proprietarius.

VSVS dicitur: quando ius utendi alicui datur, quòd uti possit prædio, uel domo ad necessitatem. Vsusfructus uerò plenior est: quia datur in eo ius & facultas utendi & fruendi prædio, uel domo. Habitatio autem, seruitus est, seu ius habitandi in ædib. alicuius, simile usui. Zas. in §. æquè. Inst. de act.

VSVS significat ius utendi re aliena salua rerum substantia, & ab usufructu differt. Nam cui usus relictus est, uti potest, frui uerò non potest. l. 2. ff. de usu & hab minusq; est usum legari, quàm fructũ. Quandoquidem fructui & usus inest, usui fructus deest. l. x. l.14. §. j. ff. de usu & hab. Et usus quidem necessitate personæ circumscribitur ac definitur, fructus nõ item. Nam qui usumfructum habet, non tantùm ad usum suum uti potest, Sed & ad quæstũ & compendium. Omnis enim rei utilitas ei cõcessa est. Interdũ tamen usu legato etiam usus fructus datus intelligitur, ueluti si pecunię usus legetur, usus appellatione etiam fructus continetur, quoniã idem continet usus pecuniæ, quod fructus. l. 5. in fi. l. x. ff. de usuf. earer. Vsum autem Græcè χρῆσιν appellari Vlp. signifi-

cat

cat in l. x. §. j. ff. de usu & hab. Quanquam apud Cice. lib. 7. Epist. χρῆσιν pro fructu Curius accepit. Briss.

Qui usum habet, usuarius appellatur, ut fructuarius, qui fructum. l. 15. §. de præteritis. ff. de usufruct. l. 32. ff. de stip. seru. Vsuarius tamen seruus in quo usum habemus, uocatur in l. 14 ff. de usu & hab. l. 2. ff. de pecul. l. 7. §. si seruum. l. 12. §. quare. ff. de dolo. l. 54. ff. de adquir. rer. dom. Briss. Differt autem usus ab usufructu, quòd moriens fructuarius fructus collectos nondum absumptos, aut dissipatos transmittit ad hæredes, usuarius uero non: desijt enim posse uti: & quicquid superest, aut percipiẽdorum, aut perceptorum fructuum, ad dominum proprietatis redit. ut annotauit Connanus libro 4. capitulo quinto, numero vij.

VSVS etiam possessionem significat, ut Iauol. in l. 115. ff. de uerb. sig. scribit. Et ita Ælius Gallus possessionem usum definit apud Fest. Pomp. lib. 14. Sic & Horat. in Sermonib. Quædam, ait, si credis consultus mancipat usus. Briss.

VSVS & Absumptio, sunt contraria. Vnde reperire est, Abusus, pro consumptione. Quære, Abusus.

VSVS domus item, & usus fundi, quæ cõtineat, tradunt Iuriscoss. tit. de usu & habit.

VSVS equitis, in l. plenum. §. sed si bonum eo. tt.

VSVSFRVCTVS est ius alienis rebus utendi fruendi, salua rerum substantia. l. j. ff. de usufr. Hot.

VSVSFRVCTVS est ius ex seruitute quæsitũ. l. uti frui, 5. ff. si seruit. uind. atq; ita intelligendum est quod dicitur, ususfructus est ius: nã reuera ususfructus est seruitus. sed ius & seruitus relatiua sunt. Cũ igitur ususfructus seruitus rei sit, ius uerò personæ, relinquitur usumfructum esse ius in seruitute quęsitum: alioqui colonus & commodatarius ius haberent utendi fruendi rebus alienis, salua earũ substantia: non minus quàm usufructuarius. Verùm inter illos & hunc ea differẽtia est, quòd neq; ager colono, neq; equus cõmodatario seruitutem debet: fructuario uerò debet. Vnde intelligitur, usum ab usufructu hoc differre, quod ille ad necessitatem, hic etiam ad utilitatem ac uoluptatem refertur. nam cui usus, eidem omnium generum fructus, duntaxat quantum ad ipsius necessitatem satis erit, debebuntur. ueluti ex sylua, quantum ad coquendum & calfaciendum opus est: ex frumento, uino, & baccis arborũ, quantum ad ipsius familiam alendam: ex oleo, fœno, & stramentis, quantum similiter alias ad res opus erit, debebitur. qua ex re intelligitur quod Vlpian. significat, in l. per seruum, 14. §. primo. ff. eod. nimirum usum ab usufructu hoc differre, quo pars a toto. itaq; cui fructus, eidẽ quicquid ex agro emolumẽti percipi poterit, quamuis exercitui alendo satis sit, debebitur: at cui usus, duntaxat quod ad ipsius uictum cultumq; necesse est. denique usus est ius utendi re quapiam, quatenus ei cui conceditur necesse est: Vsusfructus, ius utendi fruendi aliena re, quantũ eius salua substantia ferre poterit. Vlpian. l. per seruum, 14. §. 1. ff. de usu & habit. Vsusfructus an fructus legetur, nihil interest. nam fructui & usus inest: usui fructus deest. & fructus quidem sine usu nõ esse potest: usus sine fructu potest. deniq; si tibi fructus sine usu legatus sit, inutile esse legatum, Pompon. scribit. sed si fructus sine usu, uideri constitutum qui & ab initio constitui potest. Hæc ille: ex quibus prima inter Vsufructuarium & Vsuarium differẽtia intelligitur. nam cui usufructus debetur, eidem quicquid ex agro emolumenti percipi poterit, quamuis exercitui alendo satis sit, debetur: at cui usus, duntaxat quantum ad ipsius uictum cultumq; necesse est. Hinc illud Ciceronis in 1. de offic. Expetuntur autem diuitiæ tum ad usus uitæ necessarios, tum ad perfruendas uoluptates. Altera differẽtia est, quòd Vsuarius ius suum transferre in alium non potest: at Fructuarius potest. l. utq; eo, xj. & l. plenum, 12. §. operas, ff. eod. Cum enim usus ex personæ certæ conditione atq; qualitate metiẽdus sit, ob eamq; causam, & crescere & decrescere possit: transferri in alteram personam non potest. quippe cuius quantitas incerta sit. nam usuario plus debebitur si uxorem ducat, aut liberos habeat, quá cùm cœlebs erat: & uicissim minus si uiduus sit, liberisq; careat, quàm cum & maritus & pater erat. Tertia differẽtia est, quòd usuarius fundi per se colendi ius non habet: id enim sibi proprietarius retinet: at fructuarius habet. l. si habitario, x. in fi. cum l. seq. ff. eod. Iustinianus autem in Institutionibus etiam hanc differentiam commemorat, qđ usuario fundi fructus naturales tantum, non etiam elaborati debẽtur: usufructuario uerò utriq; debentur. id est, non tantũ ij quos terra sua sponte profert, uerum etiam ij qui arte & industria culturaq; adhibita nascuntur: ueluti poma, cæteræq; arborum baccæ: item fœnum, ligna, & cætera quę sunt generis eiusdẽ, usuario pro modo & ratione suæ necessitatis debentur. at frumentum, oleum, uinum non debentur. In quo licet Triboniani negligentiam admirari, qui pueris quorum disciplinam suscepit, Neruæ sententiam inculcat, quam à Sabino, Cassio, Labeone, Proculo, Vlpiano, & Paulo repudiatam atq; explosam in Pandectis testatur. l. plenum. 12. §. j. & l. fundi, 15. ff. eod. ubi Paulus scribit, fundi usu legato, licere usuario & ex penu quod in annũ duntaxat sufficiat, capere: quamuis mediocris prædij eo modo fructus consumantur: ex quibus intelligitur, ei cui agri usus legatus est, fructus etiam elaboratos deberi. quod tamen sic accipiendum est, dummodo usuarius partẽ impendij proprietario restituat. quamuis enim frumentum, & uinum, & oleum in fructu magis, quàm in usu numerentur: fœnum tamẽ, & lignum, & arborum baccæ, itemq; stramenta, non minus fructus, q̃ usus dici possunt. Quarta igitur differentia hæc est, quod usus gregis, in solo stercore: ususfructus uerò, etiam in fœtu reliquisq; omnibus continetur. l. plenum, 12. § sed si pecoris, ff. eod. ubi Vlpianus ait, modico tamen lacte usuarium uti posse: neq; ita strictè defunctorum uoluntates interpretandas esse. Dicet aliquis, Quid ita gregis fructus, item ut agri, pro usuarij necessitate non conceditur? nam in stercore solo, exiguus est usus. Respondetur, quoniá alioqui non alius pecoris fructus, alius usus esset: deinde q̃a plerunq; in agro superest aliquid ꝓprietario, in grege uerò, nequaquam. Hot.

VSVSFRVCTVS est duplex, nudus, qui seruitus est in personam, & alter qui proprietati cohæret l. 126. §. j. ff. de uerb. oblig. l. si cum testamento. §. pen. ff. de execut. rei iudic. Cuiac. ad l. 58. ff. de uerborum obligation.

VSVSFRVCTVS, ab uti frui deriuatur, res quę nostra non est, sed perinde ex ea fructum atq; utilitatem capimus, ac si nostra esset l. j. de usufruct definitur ab Vlp, quod sit ius in alienis reb. utendi fruendiq;, salua rerum substantia. Eleganter hanc diffinitionem interpretatur Old. quod frigidè tractata est à doctoribus. Recidit tamen interdum in Dominij nomen, sicut quælibet alia seruitus. l. 2. ff. si usufruct. pet. adstipulatur. l. sed & si possessori. §. item si iuraue ro. de iureiur. Vsusfr. quoq; nomine, sicut & usus ap

pella-

pellatione,interdum proprietas continetur. l.fin.ff. de usufr.ear.rer. quæ usu consum.l.species.de aur.& arg.leg.cum simil. Quasi usufr.in ijs censetur,quæ usu consumuntur.l.j.cum seq.aliquot.eod.tit.

VSVSFRVCTVS bifariam sumitur. Primùm pro fructuum perceptione: deinde pro iure percipiendi. ut colligitur, Alberico indicante, ex l quòd si pendente.ff.de peric. & com. rei uen. & l.si ususfructus. de iure dot. Spiegelius.

VSVSFRVCTVS causalis, qui causam dominij habet commoditas enim ea domini est, ut re sua utatur,fruatúrue. Quamuis Alcia.negat se in iure legisse hanc commoditatem propriè ususfructus nomine appellari. Spiegelius.

VSVSFRVCTVS formalis, Doctoribus seruitus est: isque nullo modo ad dominum rei pertinet. quia cum de seruitutum specie sit, seruire illi res sua non potest l.uti frui.ff.si ususfruct. pet.

VSVSFRVCTVS fungibilium rerum, propriè non est,sed quasi ususfr.ff.de ususfr.ear.rer.quæ usu consum. Iurisconsult.tamen in l.sed & si possessori.de iu reiur. appellat Vsumfructum etiam quasi usumfructum,nempe rerum fungibilium.Spieg.

VSVSFRVCTVS ex fruendo consistit,id est facto aliquo eius qui fruitur & utitur,ait Vlpi. in prin. l.unicæ.ff. quand.dies ususfr.leg. Spieg.

VSVSFRVCTVS & fructus, re ipsa non differunt: nisi quòd compositum istud uerbū,usum quoque in fructibus complectitur. Differentię tamē causa sic distinguuntur. Vsusfructus magis est facti quā iuris,quum in perceptione cōsistat,nec ante fructus acquiratur fructuario, quàm ipse eum perceperit l.1. Quando dies leg.ced.§ is uerò. Instit.de rer.diuisio. Vsus uerò magis est iuris quàm facti: & ob id etiam usus indiuiduus,ususfructus diuiduus est. Cuiacius tracta. 5.ad Africanum fol 75.in fin. Porrò legare usumfructum & legare fructum,nihil distant: quemadmodum si simplici uerbo dicas, Alimēta,uictum: aut duplici, necessaria uitæ ad alendum. Vide Old. actio. 2. Class.5.Spieg.

VSVSFRVCTVS, an fructus legetur, nihil interest nam fructui & usus inest,usui fructus deest: & fructus quidem sine usu esse nō potest,usus sine fructu potest autor Vlpian. l. per seruum.§.j.ff.de usu & habit. Spiegelius.

VSVSFRVCTVS,& usus pecuniæ, idem sunt. l.hoc Senatus.§.fin.l.si usus. de usufr.ear.rer.Sp.

VSVS legatus, quid contineat, docet Iurisconsl. l.per seruum. §.j.cum seq.eod.tit. Sp.

VSVS pecuniæ. Idem continere usum pecuniæ & usumfructum, Iulianus scribit, referente Vlpiano in fin. l.hoc Senatusconsultum.ff.de usufruct.earum rer.quæ usu consum.Sp.

VSVS pecunię amitti non potest, quàm duobus modis,morte scilicet,aut capitis diminutione l.in stipulatione. cum seq.ff.de usufr.ear.rer. quæ usu consum.l.si ususfructus nomine. §. cum ususfructus. ff. usufr. quemad.caueat.Sp.

VSVS reciprocus, qui frequentissimus est inter rusticos. ut, Commodo tibi boues meos ad arandū terram tuam, certos dies, ut tu uicissim commodes tuos,cum ego arauero: non cadit sub actionē Commodati,sed præscriptis uerbis.tex.in l.si tibi rem inspiciendam. §.primo,ff de præscript.uerborum. Ex Zasio.Spiegel.

VSVS serui.l.plenum.§.si usus.& §.seq.

VSVS sui causa & usu suo duci ea demum mancipia uidentur, quæ ad patrisfam. corpus tuendum atq; ipsius cultum destinantur: ueluti Cubicularij, coci, ministratores, obsonatores & alij eiusmodi usus causa parati.l.203.ff. de uerb.sig. quę usualia mancipia uocantur in l.ult.§.quotiens.ff.de publican. Si quis argentum quod usus sui causa paratum esset, legauerit,id duntaxat debebitur quod uictus sui causa ad cottidianum usum parauerit, non etiam quod commodare ad ludos & cæteras apparationes solebat.l.28.ff. de aur.arg. leg. Legatis uxori seruis,qui usus eius causa parati sunt, ad eam non pertinent hi serui,qui non proprij ipsius,sed communis usus causa parati sunt.l.35.ff.de leg.2. his uerò uerbis ea, quæ post testamentum factum usib. eius comparauerit, continebantur.l.33.§.1.de leg.3. Briss.

VSVS suus, quid & hoc sit, itidem explicatur à Iurisconsl. in l.cum in testamento. de aur. & arg. leg. Quid usus domus,in l.2.& 3. de usu & hab. Quid fundi usus,l.si habitatio.§.si usus fundi. eod. Quid pecoris, l.plenum. §. sed si pecoris. & ibidem ostenditur, quid equitis usus sit. §.sed si bonum. sicut & serui usus. §.si usus. & §.seq.

VSVS uulgatus loquēdi, accipiendus ille est, qui passim receptus sit ab omnibus. Absurdum nanque foret,si ex abusiuo loquendi,aut intelligendi modo, rudis tantummodo uulgi introducti diceremus communem usum loquendi: secundum Bald.in l.j. C.de successs.edict.Spieg.

VSVS etiam pro consuetudine ponitur. Sic in usu,id est,in uulgari & cottidiano sermone, in cōmuni uita,& ut dicimus,in praxi. in l.45.& l.52. §. quod tamen.ff. de leg.3.l.3.ff. ex quib.caus.maior.l.j. §.impuberi.ff.de S.C.Silania.l.75. §. sed si legata. ff. ad l. Falc.l.7.§.cum hoc edictum. ff.ex quib. caus.in poss. l.48.in fin.ff.de ædil.ed.l.158.l.211.ff.de uerb.sig.Briss.

V T

VT. Huius particulæ proprium est,finalem dicere causam,usumq; eius uarium Alber. per exempla demonstrat.

VT, modi notam esse adnotat Bart.l.j.ff.de cond. & demonst. C.de cond. quæ sub mod. quandoq; significat conditionem l.cum tale. ff.de cond. & dem. quandoq; significat secundū l.1.C.de ijs,qui par.uel lib.occid.plerúq; causatiuè & ἀκολούθως ponitur. Causatiuè quidē in c.sicut.47.l.si quis temere.ff. de leg j. Ἀκολούθως uerò & consecutiuè l.in ecclesijs.de episc. & cler.l j. C.de seruit.& c.cùm liqueat 1.q.1. quandoq; significat quam c locis.63.distinct.quandoq; aduersatiuè pro sed l.cùm post.C.de appell. Aliquādo pro tanquam l.leges ut generales. C.de legib. Quandoque ueritatis significatiua est. l. cùm alijs. C.de sec. nupt. Quandoq; pro quāuis l.sed an ultrò.ff. de neg. gest.Prat. Adde Curt.lib.2.εἰκαστῶν c.27.tom.1.

VT pro quādo l.si cum dies.§.si arbiter. ff. de arb. Plerunq; superest l.1.ff.de parricid. interdum Ordinis nota est. Prat.

VT, aliàs significat causam: aliàs similitudinē, pro sicut. Vlp.in l si cùm dotem.§.j.& §.si autem. ff. solu. matrimon. Olden.

VT, aliàs pro quòd accipitur. Marcell.in l. postulante.in prin.ff ad S.C.Trebel Potest tamen,inquit, euenire,ut restitutionem distulerit hæres. Old.

VTVT, significat utrunque, siue quoquo modo. Paul. Vtut hęreditatis petitione continatur. l.& nō tantum.ff.de petit.hæred.Sp.

VT habeant unde se pascant. Aburnio exponente l pen.de alim.lega.hæc adiectio magis ad causam prælegandi,quàm ad usumfructum constituendum pertinet. Spiegel.

VT instructa est cum omni iure suo. Vide Iurisc. in l.quæsitum.de fund.instr. Spiegel.

VT est instructus fundus. Exponitur à Scæuola, in l.prædia.de instruct.uel instrum.leg.

VT sic dixerim. Si quid (tradit Quintilianus) periculosius finxisse uidebimur, quibusdam remedijs præmuniendum est: Vt ita dicam. Si liceret dicere. Quodammodo. Permitte mihi sic. Quod idem etiã ijs, quæ licentius translata erunt, proderit, quæ non tuto dici possunt. In quo non falli iudicium nostrũ, sollicitudine ipsa manifestum erit. Legitur hæc clausula commodè repetita à Marcello, in l. postulante. ad Trebell. Annotauit Erasm.in explicatione Parœmiæ, Tenuiter dicis. Frequens & illud in Græcis autoribus *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, id est, ut ita loquar, quum sentiunt seriè, non ut est, exactè proloqui, sed qualibuscunque uerbis significare, ac notare uerius quàm eloqui. Spiegelius.

VT uisum fuerit æquum & iustum, quomodo accipiendum sit, explanat Bart. in l. fin. C. de fideicom. Spiegelius.

VTI sæpè ponitur pro quocunq; modo. Nam l. XII. Tabul. ait: Vti legassit super pecunia tutelauè suæ rei. Vti, id est, quocunq; modo, saluis legib. Cuiac.ad l.2.ff.de excusat.

VTENDVM dare, propriè est cõmodare. Plautus in Trinummo,

Nam beneficium homini proprium quod datum, propriũ erit.
Quod datum utendum est, id repetendi copia est, cum uelis.

Sumitur autem etiam pro dare mutuum. ut in l.2. ff. de calumn. Si gratuita pecunia utenda data sit, &c. Labeo uerò in l.1.ff.commod. Vtendum dare, genus faciebat: & mobilibus æquè atq; immobilib. rebus attribuebat: Commodare uerò, speciem: & mobiliũ duntaxat propriam. Sed, ut apparet, inquit Vlp. etiã res soli commodari dicitur. Sic l.19. & l.21.§.j. ff illo tit. Q. Scæuol.lib.de Iure ciuili xvj. Quod cui seruandum datum est, siue quod utẽdum acceperit, ad aliã rem atq; accepit usus est, furti se obligauit. Hoc ex Gell.lib.7.cap.15.Hot.

VTENSILIA sunt Columellæ, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Vnde glo. in l.eos qui utensilia. ff.de decur.non rectè de ijs tantum accipit, quæ ad esum, potumq; pertinent. Sunt autem excipienda secundum communem cùm loquendi, tum testatoris usum.l si certus numerus. de leg 3.cum simil.quæ Alb allegat.Spiegelius.

VTER, quis unus ex duobus: poniturq; interrogatiuè, & aliquando infinite l.1. ff.de rer permut. & l.uter ex fratribus.de conditionib.instit.& l.in Falcidia.ad l.Falcid.Vide Bart. in l.creditor. §.Lucius. ff. mandati. Spiegelius.

VTER ab utro euersus sit.apud Paul. in l. scientiam.ff.ad l.Aquil. Spieg.

VTER prior iudex iudicaret, apud Alfenum l.is à quo.ff. de rei uend. Spieg.

VTER, utris, pellis qua uinum aut oleum deferri solet.l.3.ff.de tritic.uin.& ol.leg.

VTERINVS, qui ex eodẽ utero prodijt. Iustin. Instit.de bon. poss.Frater, sororue, consanguinei, uel uterini.Leg.Consanguinei.Spieg.

VTERLIBET, alter ex duobus hoc est, uter quẽ tibi capere libet.l.arbor.§.de uestibulo. ff.commun. diuid.l.qui duos.ff.de procur.Spiegelius.

VTERQVE, significat ambos: differunt tamen, quòd quum utrunque aliquid fecisse dicimus, & ab hoc, & ab illo separatim factum intelligimus: quum uero ambos dicimus fecisse, ab utroq; coniunctim id factum ostendimus. De tribus etiam dici sentit gl. in §.non solum.2. Instit. Per quas person.nob.oblig. acqui.l.3 in prin.ff.rer.amot. Bud.annotat, Vtrique, de plurib.etiam dici, sed duo facientibus genera. Cicero in Catilin. Quod ego utrosq; in eodem genere prædatorum, direptorumq; pono, id est, quę duo genera ciuium. Spiegelius.

VTERQVE sexus. Vlpia. Sed & utrunq; sexum prætor complexus est.l si quis id. de Iurisdict. omn. iud. Plaut neutro genere protulit in Rudente.

VTI, dictio, ad aliud relatiua est, non ex se dispositiua.l.j. Vti possid. ex Alciat. in l. si cum fundum. de uerb. signific. Spiegelius.

VTI à me possessa, Vti possedi, ut accipienda, IC. ostendunt. l. Seiæ.§.fin.de fund.instr. l.quæsitum. §. prędia.cum seq.l. qui habebat.§.peto. Item, Vti à me possessa sunt, & quæcunq; ibi erũt, cum moriar.l. Lucius Titius.§.quidam.de leg.2. Spiegel.

VTI optimus maximusq; est, quomodo accipiẽdum sit, suprà indicatum est in dictione, Optimum trudere. De quo & Alciat. in l.si cum fundum.de uerborum signific. Spieg.

VTI, uerbum, pro utilitatem capere, de omnib. reb. dicitur, exceptis amicis & familiaribus, de quibus pro conseruari accipimus. Cęterùm, municipes utuntur foro, basilica, & similibus, non possident. l. 1.§.fin.ff.de acquir.poss. Spiegelius.

VTI, non usq; ad compendium, sed ad usum, nõ abusum. Vide Vlp.l.plenum.§.j.ff. de usu & hab.Sp.

VTI frui, hæc compositio uerbi omnem utilitatẽ rei significat, sed cum moderamine, quippe, salua rerum substantia. Vide Dn Oldendorp. declarantem obiter definitionem Vsusfructus, in action. 6. Class. 3. Spiegelius.

VTI & Abuti sic differũt. Vtimur, inquit Boetius ijs rebus, quæ nobis utentibus permanent: ijs autẽ abutimur, quæ nobis utentibus pereunt. Cicero in Topic. Non debet ea mulier cui uir usumfructũ bonorum suorum legauit, cellis uinarijs, & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere: Vsus enim, nõ abusus relictus est. Itaq; quarum rerum usus separari ab eorum corporibus non potest, earum usus constitui non potest. l.2. ff.de usufruc.earum rer.quæ ut. ueluti uini, frumenti, olei, pecuniæ, &c. Donat. in Andr. Vtimur, inquit, fructibus rei, quæ ab amantibus saluo usu nobis subministratur: Abutimur, quãdo deperdimus & rem & fructum. nam usui est ager, domus: Abusui uinum, oleum, & cætera huiusmodi. Hotoman.

VTI uia populi, Cice. dixit, pro populi more cuiuslibet sentẽtiæ, sine ullo iudicio assentiri: & numero uocum potius, quàm ueritati operam dare.

VTI pro uiuere a Latinis usurpatur. Terent. in Adelph. Siquidem porrò Mitio, Tu tuum officiũ facies, atq; huic aliquid paululum prę manu Dederis, unde utatur: reddet tibi cito, &c. Dixit Terent. Vnde utatur, pro unde uiuat, sicut Donatus hunc locũ interpretatur. Brechæus in l.in lege Censoria. ff.de uerb.& rer.sign.

VTILE, quo utimur, quod nobis confert.

VTILE, quod rem meliorem facit, & deteriorẽ esse non finit.l. quod dicitur.§.final. ff.de impens. in res dot.fact.cum seq.l.impensæ.de uerborum significat. Spieg.

VTILE est, rem iusto precio habere posse.l.si cui fundus.de leg.2.

VTILE, nisi & honestum sit, non appellandum. per text.& gl.ab Alberico indicatam.

VTILE tempus. Vide, Tempus continuum.

VTILES actiones dicuntur, quæ côtra iuris stricti rationem, utilitatis, id est, æquitatis causa conceduntur: indeq; nomen inuenerunt. Veluti Actio à Prætore constituta est aduersus eos, qui seruum alienum corruperint, in duplum quanti ea res erit. quærebatur an si quis filium filiámue familiâs corruperit, ea actio dari possit. Respôdetur, utilem dandam esse: in qua officio iudicis æstimabitur, quanti nostra intersit. l. ut tantum, 14. ff. de ser. corrupt. Hinc Pomponius l. quia actionum, 11. de præscript. uerb. Supplet Prætor in lege Aquilia, quod ei deest, reddendo actiones in factum accommodatas legi Aquiliæ. idque utilitas eius legis exigit. Hinc utilitas stricto iuri opponitur à Paulo l. seruitutes, 20. ff. de seruit. urb. & ab Vlp. l. si longius, 19. in fin. ff. de iud. Hot.

VTILIS actio auté multis modis accipitur. Primò, utilis actio appellatur directa, quæ defectu nominatę actionis ex bono & æquo datur. Cuiusmodi est actio præscriptis uerbis l. cum mota. C. de transact. l. quoties. l. quia. ff. de pręscr. uerb. Vnde ex utilitate aliquid concessum dicimus, id est, ex æquitate, rigore iuris non obseruato l. iusto. §. pen. ff. de usuc. l. peregrè. §. quæsitum. ff. de acq possess. Secundò actio utilis respectu directæ ad diuersa côpetentis uocatur, secundum Bart. in l. j. de actio. talis est in rem actio competês emphiteutæ ratione utilis dominij. l. 1. in fi. ff si ager uect. nam dominus directam in rem habet pro directo dominio. mallê dixisset Bar. hanc utilem ad eandem rem côpetere respectu diuersi iuris: si modo actio concessa emphyteutæ utilis dicenda est. Tertiò utilis datur ex mente legis: directa uerò ex uerbis ipsis, & sic differût, ut [illegible] l. fraus. ff. de legib. facit, l. pen. ff si quad paup. fec. l. fin. C. ad l. Aquil. l. curatoris. C. de neg. gest. Enimuerò reijcienda esse uidetur Bartoli & sequacium opinio, qui utilem quandoq; contra uerba & mentem legis inuenerunt, in l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. ubi donauit Ælius Seio centum, ut post annû Titio restitueret, si hoc non est stipulatus Titius, nulla ei stricto iure, parta est actio: sed donatori côdictio ob causam ad repetendum donata, quasi causa nô secuta. Sed tamen benigni iuris interpretatione, Titio utilis actio permittitur iuxta Ælij donatoris uoluntatem. Forcatulus dicit nusquam uidere hic utilem actionem aduersus legis sententiam, cum magis benigni iuris interpretatione concedatur. qui legem interpretatur, quod intus est in lege excutit, & relicto cortice uerborum sententiam accipit, ut d. l. fraus. ff. de legib. Forcat. in Necyom. dial. 63 in prin.

VTILES dies dicuntur, quibus experiûdi & iudicis adeundi potestas est. l. j. in fin. ff. de accusat. l. 6. ff. quæ in fraud. credit. l. x. ff. ad Turpill. l. 55. ff. de ædil. edict. Vtiles autem dies, interdum (quod in his quæ decretum exigunt, seruatur) sessionum accipiuntur: quibus scilicet Pretor pro tribunali sedent, & postulationibus dederit responsum. In his uerò quę de plano expediri possunt, utiles sunt, quicûq; dies, quibus Prætor sui copiam in publico, uel adeuntib. se fecerit. l. 2 ff. quis ordo in bon. poss. §. ult. Instit. de bon possessionibus.

Ita utilem annum accipimus, ex diebus utilibus, id est, quibus experiundi potestas fuerit constanté. l. 1. §. 1. ff. quando act. de pecul. l. 1. ff. de in rem uer. l. 2. §. hæc actio. ff. ui bonor. rapt. l. 28. §. si quis. ff. de lib. & post. l. 14. ff. de aq. & aq. plu. l. 1. & l. 6. in fin. ff. quæ in fraud. credit. l. 1. ff. uti possidet. Experiundi autem potestas est, si agendi facultas est. nec enim satis est reum potestatem secum agêdi facere, uel habere eû qui se idoneè defendat: sed hoc amplius exigitur, ut actor nulla idonea causa impediatur experiri. Nam si uel Resp. causa absit, uel ab hostib. detineatur, aut in uinculis sit, aut sic tempestate in aliquo loco detineatur, ut mandare non possit, experiundi potestatem non habet. l. j. ff. de diuers. temporalib. Cęterùm experiundi potestatem, quod ad redhibitoriæ tempus attinet, habuisse non uidetur, quo uitium latens fugitiui ignorauit. l. 55. ff. de ædil. edic. Dies ad appellandum côstituti ad aliquid utiles sunt: si fortè eius, à quo prouocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur. Nam is dies seruatur, quo primo adeundi facultas erit, id est, quo in publico sui copiam fecerit. l. j. §. dies. ff. quando appell. sit. Briss.

VTILIA quædam sunt publicè, quædam priuatim. l. j. §. j. ff. de instit. & iure. Publicè utilia sunt, quæ in commune utilia sunt, & quæ ad utilitates omniû in commune pertinent. l. 3. §. is quoq;. ff. de S. C. Silaniano. l. 6. §. ne quid. ff. de offic. præsid. Huius exempla uidere est in uerbo Interest. Brissonius.

Vnde duplex statuitur utilitas publica: una, quæ eadem communis dicitur in l. 51. in fin. ff. ad l. Aquil. Altera, priuata.

Publicę utilitatis causa propositum dicitur interdictum de Loco publico fruendo. Tuetur enim uectigalia publica, neruos totius ciuitatis. l. j. §. j. ff. de loco pub. fruen.

Pro publica utilitate exercetur actio iniuriarum, quoniam ad compescendam audaciam cohibendáque petulantiam iniuriosorum hominum pertinet. l. 42. §. j. ff. de procuratoribus.

Publica utilitas est edictorum prætoris quæ iuris ueteris supplendi, corrigêdi, emendandi causa comparata sunt. l. 7. ff. de inst. & iur.

Publica est utilitas nuptiarum. l. 12. § modo. ff. de captiu. Et apud Paul. lib. 2. Sentent. tit. xx. Præterea si quod tumultus, uel incêdij, uel naufragij causa depositum est, non redditur, crescit perfidiæ crimen & publica utilitas coercenda est, uindicandæ reip. causa. l. 1. §. hæc autem separatio. ff. depos.

Sic ex utilitate publica aliquid receptû dicimus. l. 8. ff. depos. Et utilitatis causa. l. 2. §. si de impubere. ff. pro empt. l. 95. §. usumfructum. ff. de solutionib. l. 1. ff. qui & à quibus. l. 32. §. pen. ff. de adqui. poss. l. j. C. eod. tit. l. 5. §. j. de legit. tutorib. Et propter utilitatem l. 19. ff. de præscript. uerb. l. 16. ff. de legib. l. j. §. magistrum. in fine. ff. de exercitor. l. 6. ff. rem pup. sal. fo. l. 40. §. j. ff. de adquir. poss. l. 1. §. 1. ff. quod legator. Vel utilitate suadente. l. j. §. sunt qui putent. ff. ne quid in flum. pub. Et utilitate suadente receptum quemadmodum legendum uidetur. l. 44. §. cum qui. ff. de usucapionib. Ex utilitate etiam edicta commendantur. l. 1. ff. de neg. gest. l. 1. ff. de restituti. in integ. l. 1. ff. de exercit. l. j. ff. naut. caup. Briss.

VTILE esse, uel utilius esse, id est, magis ex usu esse pro ratione decidendi legimus, l. 3. §. hoc interdicto. ff ne quid in loco pub. l. 5. in fin. ff. si pars hæred. pet. l. 89. in fin. ff. de solution. Briss.

VTILITAS etiam omne compendium, & id quod nostra interest, id est, damna & lucra complectitur. l. 4. §. in eum. ff. de dam. inf. l. xj. §. ult. ff. de act. empt. l. 81. §. ult. ff. de uerb. oblig. l. pen. §. si quis cautio. l. j. §. hęc uerba. ff. ne uis fiat ei qui in poss. Ita accipe quod dicitur, utilitatem deberi, Vtilitatem uenire in iudicium, & in æstimationem. l. 9. §. præterea, ff. ad exhiben. l. 22. cum l seq. ff. ad l. Aquil. l. 11. §. cûm per uenditorem, ff. de act. empt. Briss.

VTI-

VTIQVE, pro, Tātum.in l.21. ff. manda.l.31.l.§. culpam.ff.de ædilic.ed.l.17.§.si cum mihi.ff.de præſ. uerb.Briſ.

VTIQVE Latinis idē ſonat quod omnino. Cic. Faba Pythagorei utiq; abſtinuerunt.

VTIQVE certè l.utiq;.ff.de rei uindic.cōtinuationis nota l.utiq;.ff.de damn.infect. Aliquādo pro ita demū l.diuortio.§.ſicut. ff.de neg.geſt. Aliquando pro ſicut l.ſicut.ff.de actio.empt. Prat.

VTRARII dicebantur, qui Vtribus, & alijs generis pellibus aquā in caſtra deferre ſolebant. Sch.

VTRVBI, (Sic enim rectè in Pandect. Flor. & apud Theophil. Inſtitut. de interdict. ſcriptum eſt) interdictum eſt retinendæ poſſeſsionis quod de re mobili maiore parte anni poſſeſſa datur l.1.ff.utrubi l.9.ff. de rei uindicatio. Theophilus interpretatur *πα ὁπότερον* Sic autem à primis uerbis quibus concipiebatur hoc interdictum nominatum eſt. Briſ.

VTPOTE, pro quia, cauſatiua eſt, ut quippe, quemadmodum oſtendit Valla in Elegantijs. C.de Sacroſ.eccleſ. Aut. ingreſſi. Nec ergo de his teſtantur,utpote nec domini rerum. Sp.

VTPVTA. Hac uoce Iurecōſ.utuntur,ceu con firmatiua. Vide Alberic.

VTRAQVE lingua,Græca & Latina.

VTRISQVE luminibus orbatus l.j.§. caſum. ff. de Poſtul.

VTRIVSQVE poſſeſsionis reditus cōfuſi.Protulit eius exemplum Paul. in l.prædijs.§. Titio. de Legat.iij.Sp.

VTRO, Aduerbium,uerſus quam partem.

VTROBI, utro in loco,ſicut Vtrobiq;. Haloander rectius Vtrubi: ut ſit cōpoſitum ex utrū, & ubi: quaſi apud quē ex duob. de re conuertentib. Quod & Accurſius rectè ſentit in l unica. ff.Vtrubi.Sp.

VTRVM, interrogandi aduerbium, idem quod Num ſignificans, & ſequentē ferè ſemper habet particulam An, quamuis etiam ſine ea particula interrogat Inſtit. Satiſd.tut.§.ſi ex te.de Rer.diuiſ.§.feræ igitur.& §. ſi ex aliena planta l ſi ſtipulatus fuero. ff. de Verbor.obligat. cū ſim per Alber. indicatis, qui in l.ſi is qui ducenta.§.utrum. ff de Reb.dub. annotauit dubitātis eſſe uocē, quomodo reperitur apud Plautum,Terentium & Ciceronem.

V V

VVA, uitis fructus, inter dulcia recenſetur in l. ult.ff.de Trit.& uin.leg.

VVA in homine appellatur pellicula quę uuæ inſtar in extremo palato depēdet: cuius meminit Vlpianus in l.14.§.2. ff. de edil.edic. Vide Celſum li.6. cap.13.& lib.7.c.12. Sp. Hot.

VVAE crudæ, Vlpian. ad Leg. Aquil.l. ſi ſeruus ſeruū.§.Si oliuā.Crudas uuas nōdū maturas uocat. Cicero de Senect. Et quaſi poma ex arborib. ſi cruda ſunt,ui auellūtur:ſi matura & cocta,decidūt.Sp.

VVAE duracinæ,quæ propter firmitatem etiam contra frigora durarent,& ideo ſeruarētur,teſte Alciato,à Iuriſconſ.appellatæ ſunt in l qui fundū uendidit.de Verb.ſignif.Sūt qui earum ſpecies eſſe Veniculas, & Numeſianas credāt. Purpureas uerò appellaſſe Iuriſconſ. eas uidetur,quæ in ollis cōdirentur: quoniam cum adhuc rubeſcunt, ante uidelicet perfectam maturitatem, decerpi debent, ut Cato præcipit.Sp. Adde Forc.in penu iur.ciu ca.16 in ſi.

VVAS, quas non uini cauſa habemus, ſed eſus poma dici poſſe, Paulus autor eſt in l.qui fundū. de Verb.ſig. Alciat.ibidem uuarum comeſtibilium ſpecies enumerat,ut ab autoribus proditæ ſunt.

VVLGARE interdum ſignificat uſitatum, commune,ſolenne,ordinariū, ciuile,legitimum, ut uulgares actiones appellantur actiones legibus proditæ l.j ff de præſcr.uerb.l.46 in ſi. ff.de hær inſt. hr.

VVLGARE pactum, uulgo & cōmuniter contractibus adſcribi ſolitum l.30. ff. de pact. dotalib. iuncta l.5. ff.de diuort.l.1. C.de pig. act.iuncta l.1.C. de pact.pig.& l.4 ff.de pig.act. Briſ.

VVLGARE præmium propoſitum delatoribus præmium ſignificat l.13.§.extat. ff.de iur.fiſc. Briſ.

VVLGAREM formulam Paul. pro actione dixit in l.ſi ſeruus nauem. ff.de Furt.

VVLGAREM mulierē,in l.ſi uxor. ff.de Adult. Accurſ.meretricem intellexit:quod Alciato durum uidetur: uulgarem intelligēs, ex aduenticio uulgo, non ex ciue Romana lib.ij.Parerg. Sp.

VVLGARES artes,quæ uulgo Mechanicæ dicuntur.

VVLGARIA opponuntur his, quæ in precio ſunt l.iij. ff. de Supell. leg. ut uulgaria tentoria quidam.§.parietem.ff.de ſeruit.ruſt.præd. Sp.

VVLGARIA nomina,pro uſitatis l.ij.ff.de Pręſcript uerb.

VVLGARIA tectoria, apud Proculum l. quidā Iberius nomine.in ſi. ff. de Seruit. urban.præd. Lege,Structile. Sp.

VVLGARIA uaſa Iuriſconſ. definit, quæ non ſunt proprio loco attributa leg. ſupellectili. de Supell.leg.Sp. Et,Vulgaria uerba,ordinaria,& cautione de rato habendo comprehendi ſolita,in l.3.ff.ratam rem hab. Et,uulgaris cautio legatorum,quę legatorum in diem, uel ſub conditione relictorum nomine uulgo interponi ſolet in l.113.§. ijdem principes. ff.de leg 3.tit.ut lega.ſeu fideic.nom.cau.Briſ.

Sic uulgari modo legatorum dies proferri dicitur in l.4. ff.de dote præleg.qui ea clauſula prorogatur,quæ refertur in l.30. ff.de leg.j.

VVLGARI modo legari uxori dicitur quod uſitato modo legatur.in l.108.ff.de legat.lib.j. Briſ.

VVLGARIS amicitia,quæ ex leui noticia contingit,& inter improbos quoq; plerunq; eſt. ut colligitur ex Paul. in l.latæ culpæ.de Verbor.ſig. Eſt & alia Amicitia, quam Paulus in d.l. deſcribit: de qua proditū eſt,Leges accipiendas eſſe, quæ cauſa amicitiæ aliquid indulgent, uel uetant l. ſciendum. §. ſi alicuius.ff.de Legation.Sp.

VVLGARIS exceptio rei iudicatæ l.j.ff.de popularib.actio. Briſ.

VVLGARIS perſona, leuis: ea honeſtæ perſonæ ab Vlp. opponitur, in l. legitimos de Legit. tut.

VVLGARIS, quot modis in Iure ſumatur, exponit Bart.in l.j. ff.de Vulg.& pupil.

VVLGARIS ſubſtitutio poteſt uideri dicta,quę ex l.xij.tab. deſcēdit,niſi cui magis placeat, inde dicta quòd à quolibet teſtatore,& cuicūq; hæredi ſcripto fieri poſsit. Nā & in uulgarē caſum factam ſubſtitutionem dixit Mod.in l.4.§.1.ff.de uulg.& pup.Br.

VVLGARIS uxor quæ dicatur,Budæus & Alciatus eruditiſsimi uiri diſputāt. Ego nuſquam hoc uxoris genus me legiſſe memini. nā Vlpiani uerba in leg.13.§.1. Digeſt. de adult. quibus uxor uulgaris appellari putatur, aliud ſignificant. Sed &, inquit, in ea uxore poteſt maritus adulterium uindicare, quæ uulgaris fuerit: quamuis ſi uidua eſſet, impunè in ea ſtuprum committeretur. Non enim relatiuum QVAE ad uxorem, ſed ad uerbum Mulierem, quod ſubauditur,referendum eſt. ut ſit ſenſus, Si quis uulgarem mulierem, id eſt quæ uulgò ex

corpore quæstum facit, uxorē duxerit: potest in ea uindicare adulterium: si tamē eo mortuo rursus ad ingenium redeat, impunè ut in uulgari ac publica meretrice libido uersabitur. Et hæc ipsa species refertur apud Scæuolam in l. 7. ff. de grad. & adfin. ubi ait Priuignum etiam dici, qui uulgò cóceptus ex ea natus est quæ postea mihi nupsit. Hot.

VVLGO concipere & uulgò parere accipimus eam, quæ uulgo & passim sui copiam facit l. 5. uers. nec interest. ff. de stat. hom. l. 5. ff. de in ius uoc. l. 4. §. cognationis. ff. de gradib. & adfin. l. 22. C. de adulter. l. 77. §. mater. ff. de leg. lib. ij. Bris.

VVLGO quęsiti dicūtur, qui passim & *σποράδην*, & incerto patre concepti sunt, qui & spurij uocātur l. 19. ff de statu hom. l. 4. in fi. ff. de in ius uoc. l. 18. ff. de bon. libert. l. 5. §. 1. ff. de liber. adgnos. l. 16. §. pen. ff. de his quæ ut indig. l. 1. §. sed & uulgo. ff. ad Tertyllia. l. 1. ff ad municipal. Caius lib j. Instit. tit. v. Modestin. autem uulgó cóceptos definit, qui patrem demonstrare nō possunt. uel qui possunt quidē, sed eū habēt, quē habere nó licet l. 23. ff. de statu hom. Bris.

VVLGO autem quæsiti, ex iustis nuptijs quæsitis opponuntur l. 2. ff. ad Tertyllia. l. 18. ff. de bonis libert. d. l. 5. Bris.

VVLGVS, multitudo ignobilior. Instit. de Rer. diuis. §. hoc amplius.

VVLNVS, est hians patensq; apertura, corporis ictu aliquo inflicta. Vide Bart. in l. si seruus. §. si factum. ff. ad Leg. Aquil. & in l. lex Cornelia. § j. de Iniur. Spieg.

VVLNVS lethale præsumitur, si uulneratus intra triduum mortuus fuerit. Bart. cum alijs probat. in l ult. in fin. ff. de Sicar.

VVLNVS mortiferum infligere. Iulianus: Igitur si quis seruo motiferum uulnus inflixerit, eundemq; alius ex interuallo ita percusserit, ut maturius interficeretur, quàm ex priore uulnere moriturus fuerat: statuendum est, utrumq; eorum Lege Aquilia teneri. Spieg.

VVLNVSCVLVM l j. § proinde. ff. de Aedil. edict. Hinc

VVLNERE uita excedere, apud Iulianum, in l. si ita uulneratus. ff. ad Leg. Aquil. Item

VVLNERARIVS, substantiuè, qui uulnera sanat & curat. Item

VVLNERATIO, ipse uulnerandi actus, num prius accipienda, quamuis repellatur, Interpretes cōtrouertunt. Sunt qui fuga potius, quàm uim propellendo, salutem esse petendam confirment. Vide Salomonium, in l. ut uim, ubi non uulgaria tractat, ultra Doctorum traditiones. Sp.

VVLT, an significet liberam uoluntatem, disserit Bart. in l. Luc. Titius. ff. de Fideicom.

VVLTVOSI, dicuntur Tristibundi, Indignabundi, corrugata fronte. Apuleius lib. 4. Metamorphoseon: Fotis mea dominæ suæ cubitu procurato, sui longe dissimilis aduenit, non ex læta facie nec sermone dicaculo sed uultuoso, frōtem rugis insurgentibus adsæuerebat. Ioan. Bap. in commēt. epist. Sidon. Apollina. ad Montium lib. 1.

VVLTVS, à mente fingitur, ut ait Cicero libro Tusc. Quæst iij estq; uultus, ut idem in Pisonem ait, sermo quidam mentis tacitus. Extat apud Spec. tit. de Aduoc. §. v uulgatus uersiculus: Vultus talis erit, qualia mente gerit.

VVLTVS nullo in animāte esse, pręter hominē, potest: cuius uim Græci norunt, nomē omnino nō habent. Autor Cicero de Legib. lib. j. Vide Spec. tit. de Aduocat. §. v. & j. parte tit. de Teste. §. vij. Sp.

VVLTV recto l. sacril. C. de Diuers. rescript.

VVLTVS sacri. C. Publ. lætit. l. j. lib. xij.

VVLTVRES, metaphora uulgata, appellantur captatores testamentorum, & hæredipetæ.

VVLVA, Latinis non est obscœna uox, non magis quàm matrix, qua concipitur fœtus. quæ cū destituitur ui attrahendi ac retinendi semen, sterilescit mulier. Nec est, ut indoctum uulgus accipit, pudendum muliebre. Vlp. de Aedilic. edict. Quæritur, inquit, de ea muliere, quæ semper mortuos parit, an morbosa sit. Sabinus, si uuluæ uitio hoc contingat, morbosam esse ait. Vide Roterod. in Annotat. ad cap. iiij in Rom. Sp.

VXOR est, quæ in matrimonium cóuenit. conuenit autē duobus modis: aut coemptione, aut usu. nam cófarreationem, quæ propria Pontificum erat, omitto. Coemptione, cùm uir & fœmina se inuicem emebāt: ut Seruius scribit in illud Virgilij: Teq; sibi generum Thetys emat omnibus undis. Veteri autē Romanorum lege, ut Varro scriptū reliquit, nubentes mulieres tres ad uirum asses ferre solebant: atq; unum quidem quem in manu tenebant, tanquam emendi caussa marito dare. alium quem in pede habebant, in foro larium familiarium ponere. tertium in sacciperio cum condidissent, compito uicinali solebant resignare. Hinc eueniebat, ut mulier quidem in manu mancipioq; mariti esset, aut eius cuius in manu mancipioq; maritus erat, sicq; illi hæres fieret: quemadmodū Boetius in Top. & Vlp. in Instit. multis locis tradunt. uir autem nō in manum, id est potestatem uxoris erat: sed quod coemptus erat, id ei sui hæredis ius tribuebat: quod Gellius lib. 4. ca. 2. & lib. 18. ca. 6. & Boetius in Topicis testantur: itēq; Dionys. hac de re scribens lib. Antiq. II. Moris autē erat ut uir mulierem interrogaret, an sibi materfa. esse uellet, uicissimq; hæc uirum, an sibi paterfa. esse uellet. nam si uterq; respondebat, uelle, mulier materfamiliàs uocabatur: quoniam (ut ait Gellius) nō in matrimonium tantum, sed in familiam quoq; mariti, & in sui, ut diximus, hęredis locum uenerat. Cicero in Topic. Cum mulier uiro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, uiri fiunt dotis nomine. Seruius etiam in lib. Aeneid. VII. Per coemptionem, inquit, facto matrimonio sibi inuicem succedebant. Testari tamen arbitratu suo poterāt. nam à tutoris potestate liberabatur, quæ materfa. fiebat: tametsi quibusdam etiam in rebus, tutorū potestas, sed multo leuior, permaneret. quod Cic. in Murænianа exagitat. Vsu uerò fieri matrimonium diceba tur, cum tutoribus auctoribus mulier in matrimonium alicui cóueniebat, quo cum ea consuescebat, quasi cum iusto perfectoq; marito: adeò ut si usus ille intra annum non interrumperetur, pro usucapta iam haberetur: ei tamen intra annum usurpare, id est usum infringere, ex lege XII tabularum liceret. quod ni faceret, quoad in eo matrimonio maneret, matrona, inquit Gellius, dicebatur: & si sibi liberi nati non forent, à matris scilicet nomine, nó adepto iam, sed cum spe & omine mox adipiscēdi. Hæc neq; in manu mancipioq; mariti, neq; sui iuris erat: sed semper in tutorum potestate permanebat. quod si intestata moreretur, agnatus proximus familiam habebat. Hæc ex Ciceronis Topic. Orat. pro Flacco, Boetio in Top. Gellio lib. 4. cap. 2. & lib. 18. cap. 6. Quæ si uera sunt, uideamus ne in illa oratione pro Flacco mendum subsit his uerbis, quæ subijciam: In manum, inquit, conuenerat. nunc audio. sed quæro

utrum

utrum usu, an coemptione. Legendum enim uidetur In matrimonium conuenerat: de quo tamē doctorum hominum sententiam expectabo. Illud minimè prætermittendum est, tametsi Iurisconsultorum nostrorum tempore, quorum ex scriptis Pandectarum libri coagmentati sunt, Matersa. & Matrona pleruną; pro eadem usurparentur, quemadmodum superius à nobis demonstratum est: tamē eodem ipso tempore Conuentionem in manum usurpari solitam fuisse, Matremq; fa. propriè appellatam esse, quæ in uiri manum conuenerat. id quod ex Vlpiani Institut. cap. XXII. intelligitur, ubi inter suos hæredes numerat uxorem quæ in manu est, & nurum quæ in manu est filij, quem in potestate habemus. quod etiam cap. XXIX. perspicuè inculcatur: ut mihi dubium nō sit uerba hæc Festi, quæ subscribam, eodem pertinuisse: esseq;, si tempus illud spectemus, non absurda, ut quidam existimauit, sed & certissima & uerissima. Materfamiliàs, inquit, nō antè dicebatur, quàm uir eius paterfamiliàs dictus esset. nec possunt hoc nomine plures in una familia præter unam appellari. Sed nec uidua hoc nomine, nec quæ sine filijs est appellari potest Quem locum sic intelligo, ut quæ filiofa. nupta sit, non antè eo nomine utatur, quàm is sui iuris effectus sit: neq; consentaneum sit, ut si socrus uiuat, quę materfa. appelletur, nurus eandem nominis dignitatem obtineat. & cùm illud nomen ex mariti familia, in quam (ut ait Gellius) ascita est, cōsecuta sit: profecto quæ uidua est, materfa. propriè dici non potest. Vtrum autem ante liberos susceptos non ita diceretur, equidem affirmare non ausim: cùm Boetius ad stipulationem coemptionis illud uerbū adscribat. nisi fortè dicamus stipulationem ad omen, non ad ueritatem referri oportere: atq; adeò contracto matrimonio etiam ante liberos susceptos eodem modo Matremfa. esse dictam, quemadmodum Matronam dici superius docuimus: à matris scilicet nomine, non adepto iam (ut Gellius scribit) sed cum spe & omine mox adipiscendi. Seruius in lib. Aeneid. XI. Materfamiliàs, inquit, illa dicitur, quę in matrimonium conuenit per conuentionem. nam per quandam iuris solennitatem in familiam migrat mariti. Quod autē Vlp. scribit in l. 4. ff. de his qui sunt sui uel alien. matresfamiliarum eodem modo dici quo patresfa. hoc est, quæ suæ potestatis sunt, siue sint puberes, siue impuberes: hoc ad instituti sermonis & Rubricæ rationem reuocandum est: ut qui alterius in familia non sunt, patres & matresfamiliarū appellentur. Hot. Adde Conn. lib 5. cap 3. nu. 2.

VXOR iusta dicitur, quę uerè uxor, & perquàm solenniter ducta est, nō quæ simplici spōsione uxor est, tametsi legitima sit. Alc. in Parod. lib. iiij. cap. vij.

VXOREM appellat maritus dominā, apud Scæuolam in l. uxorem, de Legat. iij. eiusmodi, Alberico teste, sunt multi, qui non modò eas dominas uocat, sed pro dominabus obseruantes, eis etiam seruiunt. Quod certè uitio dandum est. Id uxorij nomen indicat. Quamuis possessiuo epitheto ab uxore, mundus dicatur uxorius, dos uxoria, monile uxorium, & imperium uxorium: ubi maritus nihil facit, nisi quòd uxor iubet. Quum tamen uxor in familia uiri esse uideatur, qui habet dominium, id est quandam præeminentiam in illam l. pronunciatio. §. fam. appell. de Verb. sig. l. quicunq. C. de Remis. Sp.

VXORES esse in potestate maritorū, & sine horum autoritate non posse testari, aut contrahere, optima sanè ratione mihi uidetur receptū esse. Nā & Mosaica lex olim per matrimoniū exemit filias à parentū potestate, transferens eas in maritos, Leu. 22. Et Num. 30. Apostolus Rom. 7. & Cor. 7. Mulier, inquit, quanto tempore uiuit uir eius, alligata est legi ipsius. Etenim mulier uerè cōposita, existimare debet, mores uiri esse legem uitæ suæ, impositam sibi à Deo. Vnde Imp uocat maritum dominū, in l. pen. C. de inoffic. donationi. Adde l. Ea quę in prin. ff de donat. int. uir. & uxo. Et l. Lucius. §. Quæ marito. ff. de legat. ij. Ephes. v Mulieres uiris suis subditæ sint. Et Col. iij. Itē Cor. xj. Vir est caput mulieris. Sic Sara illa sancta mulier de Abrahamo uiro suo loquēs: Dominus, inquit, meus uetulus est, Gen. 18. Quod repetit Diuus Petrus in sua epist. ca. 3 Deniq; Deus ipse mulierem alloquens Gen. 3. dicit: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Old.

VXORES impropriæ, id est, contubernales l. quæsitum. §. uxore. ff. de fund. instruct. Prat.

VXORIAE rei actio est, quoties post diuortiū de dote contentio est: inquit Boet. in Top. Cic. ubi Cic. huius in actionis formula, uerba illa solennia fuisse ait, quantum æquius melius. quod idē in III. Offic. commemorat, eiusq; rei uestigia sunt in fi. l. pen. ff. solut. mat. l. si cum Corn. 82. ff. de solut. Hot.

VXORIS nomen in clericis & sacerdotibus honestissimum appellatur, in l. eum qui, 19. C. de episc. & cler. Neq; enim, inquit, clericis incompetēter adiunctæ sunt, quæ dignos sacerdotio uiros sua conuersatione fecerunt. Hot.

VXORIS adpellatione an contineatur sponsa, quæsitum est. quidam aiunt cōtineri per l Labeo. 6. ff. de gradibus & l. Seruius. Vide Bart. l. siue. C. de bon. quæ lib. & an sponsa de futuro, uide Panor. in c. 1. de cler. coniug. & an sponsa de pręsenti possit dici uxor ut lucretur dimidium lucri, cōstant. mat. uide Panor. in c. ex publico. de conuers. coniug. Barbat. in rub. & c. 1. de sponsalibus. Prat.

X

X LITERA illa ceu uastior, sequēte consonātem in S. à ueteribus mutata est: ut ex emendatione Haloandri deprendere licet. Spieg.

Χαράκται, qui Monetam cudunt Græcis in l. 1. C. de murileg. lib. 11. Prat. Cuia. ad l 1. C. de murilegulis lib 10. ait χαράκται dici falsos monetarios.

XELOROPHO pro Xenophonte falsò legitur in §. item lex Cornelia. Instit. de public. iudic. Prat.

XENAGI dicuntur pręfecti, mercede stipendia facientibus.

XENAGOGVS, est peregrini mercenarijq; militis dux.

XENIA uocabantur munuscula quæ à prouincialibus rectoribus prouinciarum offerebantur l. 6. ff. de off. procons. l. un. ne damna prouincial. infligant in C. Th. Bris.

XENIVM, munus quod hospitibus datur: ξένος enim hospes dicitur. Vlp. de Offic. Procos. l. solent. Non, inquit, in totū xenijs abstinere debet Procos. Et paulo pòst: Quantum ad xenia pertinet. uetus prouerbium est. Nebr.

XENIVM capere, est locū in quē diuertas, à magistratib. impetrare, ubi diuersoria minus suppetāt.

XENODOCHIVM: siue mauis xenodocium, sine h, dictio Græca est: de qua meminit Imperator in l. omnia priuil. & in l. oēs. §. priuilegijs. C. de episc. & cler. & in l. illud. §. si quis uero. C. de sacr. sanct. ecclés. & significat locum, in quo peregrini pauperes reci-

recipiuntur. ut etiam sensit glossator ibi dictum ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι τοὺς ξένους. Alio nomine Xenon appellatur. de quo in l. si quis ad declinandum. §. ubi autem. & §. si autem ampliores. C. de episco. & cleri. & in l penult in princ. C. de sacrosanct. eccles. & in auth. de alie. & emphyt. §. emphyteosis uerò.

De xenodochio meminit etiam Specul. in tit. de instrumen. edit. §. nunc uero aliqua. uersicul. lxij. & mentio habetur apud Can. in capi. de xenodochijs. extrà de relig. domibus. & in c. non est putanda in quæstio. j & in claus. per literas. de præbēdis. Cott.

XENONES, pro xenodochijs capimus. C. de Sacros. eccl. qua in parte nominantur, sed corruptè gerontocomia, brephotrophia, ptochotrophia. Sp.

XENOPAROCHVS, id est qui publicè munera hospitibus contribuit. ξένος hospes: πάροχος. dator est, seu tributor. Arcad. tit. de Muner. l. munerū. Tabularij, inquit, uel xenoparochi, ut in quibusdā ciuitatibus. Nebriss.

XEROLOPHVM, locus Constantinopoli celebris. Iustin. iiij. Instit. tit. de Pub. iudic. Admonet nos inquit, epigramma in xerolopho scriptum Nebriss. Sed hoc uocabulum, quod Alciat. putat adulterinum apud Iustinian. loco iam citato, pro tumulo à Suida ponitur, ex congestis lapidibus facto. Tripodes in eo fuisse, in quibus Epigrammata scribi solerent. Priscianus autor est lib. j. sub tit. de Accidentibus literæ, fol. vij. Sp. ξηρόλοφος aridus tumulus, [illegible] De hac dictione uide etiam Appellum, in membro de actionibus. & Balduinū in comment. super instit. Iustin. lib. 4.

χρῆσις, id est usus. Vlp. Sed si χρῆσις, ait, sit relicta, an usus sit, uidendum l. si habitatio. §. j. ff. de Vsu & habit. Spieg.

[illegible] appellatur, qui in Alexandria frumento suscipiendo & excutiendo præfectus est, qualem & apud Opuntios fuisse Plutarchus refert in Hellenicis. Cuia. ad l. 1. de frument. Alexandri. C. lib. 11.

[illegible] est Balluca, ut Tribonianus exposuit, quæ nuper effossa est è terra. Sic & ad 2. Græci, 56. Βασιλικῶν tit. 2. [illegible] Pollux. [illegible] uocat. Cuiac. ad l. 1. de metallarijs & metallis. C. d. lib. 11.

X Y

ξύλον lignum l. ligni. §. lignorum. ff. de leg. 3.

ξυληγοὶ naues lignorum uectrices ibidem.

[illegible] ligna coctilia interprete L. Baifio libel. de re uestiar. cap. 21. Prat.

XYLOCINNAMOMI de quo in l. ult. §. species. ff. de publican. fit mentio. Dioscorides lib. j. diuersam facit speciē à cinnamomo: esseq; lignosum cinnamomum tradit, quod sarmenta longa, robustaq; ferat, & odore sit longe cinnamomo inferiori. Meminit & Plinius lib. xij. cap. xix. Bris.

XYSTICI, à Xysto. Xystus autem & Xystum, cum apud Græcos idem significent, apud Latinos tamen nonnihil habere discriminis, docuit Gulielmus Philāder in Anno. in Vitruuium. Nam Xystos, inquit, Latini uocāt porticus tectas, ubi athletæ per hyemem exercebantur: Xysta autem subdiales ambulationes, ubi sudo cœlo suas exercebāt palæstras. Vide Vitruuium lib. 5. cap. 11. & lib 6. cap. 10. Xystici aūt dicūtur certatores, qui in Xystis exercētur. Vlp. l. 4. ff. de his qui not. Et generaliter ita oēs opinātur, & utile uidetur, ut neq; thumelici, neq; Xystici, neq; agitatores, cæteraq; eorū ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. Hot.

XYSTICI, & Thymelici. de quib. meminit Vlp. in l. athletas. in princip. in tit. de his, qui notantur infam. qui sint, pluries incidit dubitari. Ideo sciendum est, Xysticos pugiles dictos, uel ex eo quod in xystis & longis porticibus exercebantur. uel quòd hastis decernerent, à Græco uerbo ξυστὸν quod hastam significat. quare Xysticos, ludiones, quod hastis depugnarent, uelut gladiatores: & xystarchas, q gymnasio præessent, nuncuparūt. Thymelici autē, eiusdem generis pugiones, seu histriones fuerūt habiti: quia Græci histrionicā θυμέλην nuncupāt. & ideo apud Vlpianū xystici & thymelici inter eos athletas connumerātur, q in theatrū prodibāt, ad edēdas in scena operas. & quia uirtutis gratia hoc faciebāt, inter ignominiosos nō sunt habiti. de quib. plura scripsit Alexāder Genialiū li. 3. ca. 9. ubi etiā de pancratiastis, & alijs luctatorib. tradit: & de pancratio etiā Vlp. in l. qua actione. §. si quis. ff. ad legē Aquil. Cot.

Y

YCONOMVS, uide Oeconomus. Nā sic legendū Alciat. lib. 1. Prætermissor.

[illegible] dilatio Græcis interpretibus l. sciendum. ff. de uerb. oblig. Prat.

[illegible] l. 6. ff. de excus. tut. prouinciale mun⁹. Antonio Augustino interprete. Adde Cuia. ad l. 6. §. Grammatici. ff. de excusat.

Ὑπόβολον est incrementū dotis, uel quod mortuo marito uxori superstiti redditur supra dotem, ἀπὸ τοῦ ὑποβάλλειν, quod est maiori rei uel summæ minorem adijcere. Græci aliàs reddidère dimidiam, aliàs tertiam, nisi aliud conuentū fuisset. Moribus Tolosanorū redditur hodie dimidia, ut si 100. sint in dote, 150. Est apud Harmenopulum lib. 4. definitio hypoboli ualde deprauata. Verba eius hæc sunt: [illegible] Sed legendū. [illegible] Nam ut quę in Harmenopulo sub eo titulo περὶ ὑποβόλου sequūtur, apertè demonstrant, nō mortua uxore, sed mortuo marito, hypobolo locus est. Quod & ijs uerbis adnotatum reperi in Harmenopulo Bibliothecæ regiæ [illegible] Confirmatur ijs, quæ de hypobolo scripsit Georgius Phobenus hoc modo: [illegible] Et Demetrius Cartophylax Archiepiscopus Bulgariæ, quem librum habet Pet. Faber uir nunquam satis laudatus, quæst. 55. [illegible] Cuiac. Obseruat. & emendat. lib. 5. cap. 4. prope finem.

[illegible] dicitur puer tam supposititius quàm spurius & adulterio natus. Conn. lib. 1. ca. 12. nu. 1.

Ὕβρις uerbum est polysemum. Propriè autē significat insolentem quandā & confidentē contumeliā. Apud Aeschinē ὑβρίζειν est stupro cōtaminare. Apud Aristophanem in Ranis ὕβρις significat quod idē autor alio loco ait, [illegible], delicias nimias, quib. scilicet insolescimus & efferamur ad inferēdam iniuriam contumeliamq;, Balduinus in comment. super Instit. Iustin. lib. 4. tit. 4. de iniurijs.

[illegible] & Hypothecaria, Hypomnematographi, uide suprà H. lit. 8. Prat.

Ὑπομνηματογράφοι à Græcis appellantur, qui Actuarij numeri totius rationes tractant. Cuiac. ad l. 5. de erogatione militaris annonæ, C. lib. 12.

Ὑπομνηματογράφος à Strabone inter magistratus ciuitatis Alexandrinæ numeratur lib. 17. qui Latinè dici potest Commentariensis. Cuia. ad l. 59. de Decurionibus. C. lib. 10.

Z

ZANI, uel potius Tzani, populi, ut Viglius legendum esse annotauit, quod & Alc. probat, à ueteribus Sanni uocati sunt, prius tamē & Macrones dicti. primum sub imperio Iustiniani uicti, in formā prouinciæ sunt redacti, ut scribit Agath. lib. 5. Fit eorum mentio in Nouel. prima consti. de hæred. & Falcid. Sp.

ZEA genus frumenti, Langobardico uocabulo ab Accursio sæpe adpellatur spelta. uide l. triticum. ff. de uerb. obliga. Sp. Adde Cuia. ibid.

ZELOTYPIA definitur à Chrysippo ægritudo animi, ex eo proueniēs, quòd timeas, ne adsit alteri, qđ cū nemine uelis habere cōmune. Zelotypiæ spiritu uexatus uir, cū suspectā uxorē de adulterio habet, quo agere possit, docet Moses in Numeris. Sp.

ZELI nomine significatur & æmulatio, quæ est, secundum Ciceronem, ægritudo si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat: In sacris uerò literis affectus ille ita nominatur qui oritur ex commistione indignationis, quæ est de bono indigni: & misericordia, quæ est de malo indigni. Tametsi Zeli nomine, quidā rapiantur Zelo imperito, & imprudēti: cuius ad Rom. meminit diuus Paulus. Vide Ludouic. Viuem de Anima, lib. iij. tit. de Indignatione. Sp. Fuit autē olim & factio quædam Iudæorū quæ sibi imposuit Zelotarum nomē, tanquā acerrimis assertoribus & defensoribus legitimarū obseruationum. Ioach. Camerar.

ζῆλος dictio Græca est, ardorem quendam animi & contentionē mentis ostendens ἀπὸ τοῦ ζεῖν ut uidetur, id est à feruendo, estq; τῶν μέσων nō minus laudatæ & iustæ affectionis significatiua, quā prauæ & improbæ æmulationis. Sed pauci è Latinis apud ueteres ea (quod sciam) utuntur. Curt. li. 3. ἀνεκτῶν cap. 3.

ZELVS propriè nostris est, uiri amor in uxorē. ij. q. j. C. Si peccauerit, in fin. Dicitur & Zelus affectus ille. Oldend.

ZETA, locus erat unius cubiculi capax, solē hybernum spectās: ita constructū, ut per heliocaminū uaporē acciperet. Alex. Neapol. Gen. dier. li. v. ca. v. Super hac dictione quid cōpererit Cataneus, refert pluribus in Comment. ad ij. lib. Plinian. Epist. Old.

ZEVGMATIS genus est, quando aduersus res præcedētes, neutro adiectiuo omnes terminamus. ut cū dicimus, Vxori uestem, ornamenta, mundum, aurum, argentum, quod eius causa paratum esset, omne lego: intelligitur legata etiam uestis, eius causa non parata l. hæres. §. uxori. de Leg. iij. Sp.

ζεία Latinè Fax dicitur. Connan. lib. 8. cap. 3. nu. 2.

ZEVXIPPI porticus in l. 18. C. de operib. pub. In descriptione urbis Constantinopolitanæ, cuius incertus est auctor, Thermæ Zeuxippi in secūda regione ponuntur. Zonaras Tom. iij. in Iustiniano. καὶ τὸ Ζευξίππου λουτρὸν, τὸ λεγόμενον Ζεύξιππον. Et in Philippico, καὶ ἐν τῷ τοῦ Ζευξίππου κατὰ τὴν ἐγγύτατα ὑπάρχον λουτρῷ. Hrif.

ζημία in legibus Solonis apud Demosthenē & Plutarchum, pœna & ad mortem, & ad aliud pœnæ genus pertinet. Prat.

ζημιοῦν & ζημιῶσαι in eisdem apud eosdem pœnam infligere, & irrogare mulctam. Prat. Cuiacius, tamē obseruat. lib. 6. ca. 25. negat ζημιοῦν idē esse quod pœnam seu mortem infligere, sed tantum mulctam infligere significare ostendit, idq; probat autoritate Gellij qui similiter multare non necare, dixit.

ZINGIBERI in l. ult. §. species. ff. de public. imitatione Grecæ scripture. Nā Græcis ζιγγίβερις dicitur, estq;, interprete Suida, ῥίζα ἀρωματική. De quo uidendus est Dioscorid. lib. ij. & Plin. lib. xij. cap. vij. Bris.

ZONA, cingulū duplex, pecunie quam aliquandiu conseruare uolumus, gestandæ idoneum. Vlp. l. 6. ff. de bo. damnat. Nec si Zonā circa se habuerit, protinus aliquis uindicare debebit. Gracchus apud Gellium lib. 15. ca. 12. Itaq; Quirites, quū Roma profectus sum, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Hor. Cęterùm zonę appellatione quid intelligatur, ueterib. relatum à Rhod. lib. lect. antiq. xxij. cap. xix. Spieg. & Old.

ζωόφυτα dicūtur, quæ mediā naturā inter sensibilia & uegetabilia habēt. ut ostrea, spongiæ, & similia inter animalia. Nos fortè, inquit Budęus, Plantaminēs dicere possumus, uel Plantaminalia.

ζωωτὰ petia dicuntur, animalium figuris intexta.

ZOXENI, operarij, qui in diē uiuunt. παρὰ τὸ ζῆν, ἐφήμερα, qđ uiuere significat in hospitijs. ipsi aūt operarij, qui in aquæductib laborabāt, Silicarij dicūtur. Alc. in l. ad reparationē. C. de Aquæductib. li. 11. Old.

ZYGOCEPHALA, significant iumentorū capita iugo illigata. Iustin. tamē in Nouell. iuxta editionem Haloandrinā de Offic. præsid. Constitut. xvij. §. compelles etiam. usurpauit hoc uocabulum, pro quod iuncti boues uno die exarare possunt. ut Iugerum appellatio apud Varronem, & alios. Old.

ZYGOSTATAE, qui examini ponderū præfecti sunt Horū iudicio Paul. Castrensis cēsuit, catenus liberari debitūm, quatenus de liquato ære, reliquum argenti superent creditori l. fin. C. de Pond. lib. x. Qua de re latius differit Alc. in leg. ij. ff. Si cert. pet. Old. Hinc Zygostaticam fidē Alciatus appellauit fidē plenariam & examinatā ideo, quod Zygostica libra sit publice in ciuitatib. suspēsa: Hinc ζυγοστάτου li. 38. βασιλικῶν. ut testatur Cuia. l. 6. §. Grāmatici. ff. de excusat. dicūtur pōderatores & libripēdes.

ZYTHVM, potus est, quem è frugibus excogitauit Aegyptus. Vlpian. tit. de Trit. & uino leg. l. Si quis zythum, inquit, & cætera pro hominū affectione. Ant. Nebriss. Old.

ZYTHVS uini appellatione non continetur, secundū Vlp. in l. si quis uinū. ff. de uin. trit. oleoq; leg. & ex frugib. præparatur apud Aegyptios, ut ait Colum. uel ex ordeo, secundū Suidam. in Hispania uerò Cerea appellatur. de qua, secundū aliquos, sensit etiam Vlp. in ea l. si quis uinū quibus non assentio, propter ea quæ scripsi suprà in uerbo, Camū, adhærendo lectioni antiquæ, quæ uera est. Strabo lib. iij. de Lusitanis loquens: Montani (inquit) homines duabus anni partibus quema uescūtur glande: quā cum siccauerint, frangunt, molunt, panes cōficiunt, & ad tempus reponunt. Hordeaceo utuntur uino. nam è uite inopia summa laborant. Cott.

ZYZANIA, adulterina semina, quæ frugib. sæpe miscentur. In Sacris literis quidam zizania interpretantur sectas & hæreses: atq; inde colligunt, non esse potestatis ciuilis hæreticos supplicijs adficere. inter quos Augustinus ipse se fuisse fatetur. Verùm postea re ipsa, & certis demonstrationibus se adactum dicit, ut hac opinione cederet. Spieg.

FINIS.

EPI SCOP.